Universidad de Deusto
Biblioteca

S. THOMAE

OPUSCULA OMNIA

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

OPVSCVLA OMNIA DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

Quæ ita magno ſtudio ab innumeris vitijs ſunt caſtigata, atque ita fœliciter ſuæ priſtinæ integritati reſtituta, vt nunc primùm ab Authoris ſui manu in lucem emitti videantur.

His etiam adiecimus in omnium Theologorum gratiam eiuſdem DIVI THOMAE *Commentaria, in* CANTICA CANTICORVM, IOB, IOANNEM, ET APOCALYPSIM, *nunc demùm maiori fide, ac ſtudio, quàm antehac vnquàm caſtigatiſſima facta.*

Quorum omnium ſeriem tertia ab hac pagina indicabit.

44408



LVGDVNI,
Apud Hæredes Iacobi Iuntæ.
M. D. LXII.

Bibliotheca Facult. Philosophiae Provinciae Loyolensis S.I.
Bibliotheca Facult. Philosophiae Provinciae Loyolensis S.I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lectori S.

EN tibi, Lector humaniſsime, D. Thomæ Aquinatis Opuſcula, vt ſummo ſtudio magníſque noſtris ſumptibus, ita magno tuo commodo caſtigatiora quàm hactenus vnquàm. Tam multa enim vitia in his correximus, vt, quod fabuloſum eſt, nos ἱστορικῶς iure dicere poſsimus, Angeæ ſtabulum à nobis eſſe repurgatum. Illius etiam commentaria in Cantica Canticorum, Iob, Ioannem, & Apocalypſim, quæ non minùs fœdiſsimis mendis, quàm putrefactum cadauer vermibus, proſtrata ſcatebāt, ita (vt videre eſt) caſtigatè excudi curauimus, vt huius mei laboris memor, mihi perpetuò gratiam ſis habiturus. Porrò Commentaria hæc Opuſculis duplici ratione annectere viſum fuit. Primùm, vt omnia hæc D. Thomæ Opera in iuſtum ac decens volumen aſſurgerent. Deindè, quòd horum Commentariorum argumentum non multùm ab Opuſculorum inſtituto differre videtur. Totum ergo noſtrum hunc laborem æqui-boni facito. Quod ſi feceris, maiorem in poſterum, vt magis ac magis tuis ſtudijs ſim adiumento, dabo operam. Vale. Lugduni Calend. Auguſt. 1561.

OMNIVM OPVSCVLORVM DIVI THOMAE AQVINATIS ORDINIS FRATRVM PRAEDICATORVM INDEX.

CONTRA errores Græcorum. Opuſculum primum.
Compendium Theologiæ. Opuſculum ſecundum.
Expoſitio orationis dominicæ. Opuſculum tertium.
Expoſitio ſalutationis angelicæ. Opuſculū quartum.
Expoſitio ſymboli Apoſtolorum. Opuſculum quintum.
Declaratio quorundam articulorum contra Græcos, Armenos, & Sarracenos. Opuſculum. 6.
De decem præceptis, & lege amoris. Opuſculum 7.
De articulis fidei, & Eccleſiæ ſacramentis. Opuſculum octauum.
Reſponſio ad magiſtrum Ioannem Velcellenſem de 108. articulis Opuſculum nonum.
Reſponſio ad eundem de quadraginta duobus articulis. Opuſculum decimum.
Reſponſio ad lectorem Venetum de triginta ſex articulis. Opuſculum vndecimum.
Reſponſio ad lectoré Biſuntinum de ſex articulis. Opuſculum duodecimum.
De differentia verbi diuini & humani. Opuſculum decimumtertium.
De natura verbi. Opuſ. 14.
De Angelis ſeu de ſubſtantijs ſeparatis. Opuſculum decimumquintum.
De vnitate intellectus contra Auerroiſtas. Opuſculum decimumſextum.
Contra retrahētes homines, ab ingreſſu religionis. Opuſculum decimumſeptimum.
De perfectione vitæ ſpiritualis. Opuſculum decimumoctauum.
Contra impugnantes religionem. Opuſculum decimumnonum.
De regimine Principum, ad Regem Cypri. Opuſculum vigeſimum.
De regimine Iudæorum ad Ducisſam Brabantiæ. Opuſculum vigeſimumprimum.
De forma abſolutionis ad Magiſtrum ordinis. Opuſculum vigeſimumſecundum.
Expoſitio primæ decretalis. Opuſcu. 23.
Expoſitio ſecundæ decretalis. Opuſ. 24.
De ſortibus ad Dominum Iacobum de Burgo. Opuſculum vigeſimumquintum.
De indicijs aſtrorum ad fratrem Reginaldum. Opuſculum vigeſimumſextum.
De æternitate mundi. Opuſ. 27.
De fato. Opuſ. 28.
De principio indiuiduationis. Opuſ. 29.
De ente & eſſentia. 30.
De principijs naturæ. Opuſ. 31.
De natura materiæ, & dimenſionibus interminatis. Opuſculum trigeſimumſecundum.
De mixtione elementorum. Opuſculum trigeſimumtertium.
De occultis operibus naturæ. Opuſculum trigeſimumquartum.
De motu cordis. Opuſ. 35.
De inſtantibus. Opuſ. 36.
De quatuor oppoſitis. Opuſ. 37.
De demonſtratione. Opuſ. 38.
De fallacijs. Opuſ. 39.
De propoſitionibus modalibus. Opuſculum quadrageſimum.
De natura accidentis. Opuſc. 41.
De natura generis. Opuſ. 42.
De potentijs animæ. Opuſ. 43.
De tempore. Opuſ. 44.
De pluralitate formarum. Opuſculum quadrageſimumquintum.
Opuſculum quadrageſimumſextum idem tractatus eſt cum Opuſculo trigeſimoſecundo, qui de natura materiæ, & dimenſionibus interminatis intitulatur.
De natura ſyllogiſmorum. Opuſ. 47.
Ariſtotelis totius logicæ ſumma. Opuſculum quadrageſimumoctauum.
De ſenſu, reſpectu ſingularium, & intellectu, reſpectu vniuerſalium. Opuſculum. 49.
De inuentione medij. Opuſ. 50.
De natura luminis. Opuſ. 51.
De natura loci. Opuſ. 52.
De intellectu, & intelligibili. Opuſculum quinquageſimumtertium.
De quo eſt, & quod eſt. Opuſ. 54.
De vniuerſalibus. Opuſ. 55.
Item de vniuerſalibus. Opuſ. 56.
Officium de corpore Chriſti. Opuſ. 57.
De ſacramento altaris. Opuſ. 58.
De eodem ſecundum decem prædicamenta. Opuſculum quinquageſimumnonum.
De humanitate Chriſti. Opuſ. 60.
De dilectione Dei & proximi. Opuſ. 61.
De diuinis moribus. Opuſ. 62.
De Beatitudine. Opuſ 63.
De modo confitendi & puritate conſcientiæ. Opuſculum ſexageſimumquartum.
De officio ſacerdotis. Opuſ. 65.
De expoſitione miſſę. Opuſ. 66
De emptione & venditione ad terminū. Opuſculum ſexageſimumſeptimum
De modo acquirendi diuinam ſapientiam. Opuſculum ſexageſimumoctauum.
Super Boëtium de hebdomadibus. Opuſculum ſexageſimumnonum.
Super librum de trinitate eiuſdem Opuſculum ſeptuageſimum.
De vitijs & virtutibus. Opuſ. 71.
De concordantijs ſuijpſius. Opuſ. 72.
De vſuris in communi. Opuſ. 73.

In Cantica,
In Iob,
In Ioannem,
In Apocalypſim,
} Commentaria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVMMAE OPVSCVLORVM DIVI THOMAE AQVINATIS, DOCTORIS ANGELICI ALPHABETICVS

INDEX.

**
*

De litera A.

ABRAHAM fuit perfectus. Opusculo decimooctauo, capitulo octauo, colum.2. pagina 153
Abraham æqualiter meruit in matrimonio, sicut Ioannes in virginitate. ibid.
Abscondere se potest iustus propter tria. Opuscul.quinquagesimooctauo,cap.8.columna 2.pag. 384
Abscondere debemus triplex bonum à fauore hominum.Opusc.cod. cap.8 col.1 pag. 385
Absconditur decor corporalis tribus modis. ibid.
Absolutionis forma,debet fieri per verbum indicatiuum.Opusc.22. c.1.col.2.pag. 253
Absolutione sacerdotis culpa remittitur. Opuscul.cod.c.2.colum.1. pagina 254
Absolutio quæ fit in prima,& in completorio,ante missam, & post prædicationem in die cinerum & cœnæ Domini', non est sacramentalis. ibid.
Absolutio ab excommunicatione,an requirat determinatam verborum formam. ibid.
Absoluit Deus sua authoritate,homo autem vt minister, & instrumentaliter. ibid.
Absolutio facta à peccatore valet sicut à iusto. Opuscul. 22.c.3.col.1. pagina 255
Absolutio non requirit ex necessitate manus impositionem,ponuntur tamen rationes pro vtráque parte,affirmatiua scilicet,& negatiua,& solutiones partis affirmatiuæ. Opusculo eod. cap.quarto. pagina eadem
Circa absolutionem describuntur obiectiones contra prædicta, & earum solutiones. Opusculo eodem, capitulo quinto, pagina eadem
Accidentia manent in sacramento altaris, & hoc probatur multiplici similitudine.Opusculo quinquagesimooctauo.cap.12. col.2. pagina 387
Accidentia in sacramento altaris sine substantia nutriunt. Opusc.59. c.6.pag. 406
Accidentia in sacramento altaris franguntur, non corpus Christi. Opusculo eodem, capitulo septimo, columna prima, pagina 407
Accidentia in concreto,& abstracto,diuersimodè diffiniuntur.Opusculo quadragesimosecundo.capit,decimonono,columna prima. pagina 313
Accidentium nouem sunt genera, & de eorum naturis habetur ibidem
Accidentium varietas:vtrum possit esse causa pluralitatis. Opusculo septuagesimo,quæstione quarta,articulo secundo,columna secunda.pag. 513
De accidentis natura est.Opusc.41.per totum.
Accipere est commune filio in diuinis,& creaturę.Opusc.9.q.45.col. 1.pag. 101
Actio recta,quomodò differt à reflexa. Opusculo decimoquarto. pagina 111
Actionis voluntariæ triplex est radix.Opuscul.58.capit.18.colum.2. pagina 392
Possumus quatuor notare circa Christi ascensionem.Opusc.60.artic. 23.col.1.pag. 432
Dextræ Dei nomine tria possunt intelligi. ibid.
Ascensio Christi tota fuit instructio nostra.Opusc.60.art.23.col.1. gina 432
Actionis Physicæ duplex est terminus, primus est generatio,secundus forma,quæ est finis generationis. Opusc. 32.cap.2.colum.2. pagina 278
Actus est triplex,quidam omninò potentiæ impermixtus,alius sem per permixtus,alius partim,& partim non. Opusc.9.q.47.col.1. pagina 101
Adam peccando incidit in tria mala. Opuscu. 58. cap. 1. columna 1. pagina 379
Aduentus Christi fuit ardenter à patribus desideratus, & quare. Opusc.60.col.1.pag. 410
Aduentus Christi triplex.Opuscul.cod.membro 2.columna 2. pagina 412
Aduentus Christi in mentem est per gratiam,& quomodò sit.Opuscolo 60.columna 1. pagina 433. vbi agitur de secundo ;aduentu Domini.
Aduentus Christi in mentem:quia est per gratiam,ideò sub nomine gratiæ ille aduentus Christi in animam describitur. ibid.
Aduẽtus Christi in carnem,quia factus est per incarnationem, ideò sub dictione incarnationis describitur. ibid.
Afferunt quatuor infœlicitatem crebrò ab homine. Opusculo septuagesimoprimo.
Ad generationem tria requiruntur. Opuscul. 31. columna prima. pagina 276
Agit Deus propter finem communicandum alijs in se, non ad acquirendum sibi.Opusculo secundo cap. centesimotertio , colũ.1. pagina 27
Agit Deus in anima non solum causando in ea aliquẽ habitum gratiæ & virtutis , sed etiam inclinando liberum arbitrium in hoc, aut illud.Opusculo nono,quæstione trigesimaoctaua, columna.2. pagina 100
Agnus paschalis præfigurabat esum corporis Christi. Opusc.58.c.16. col.2.pag. 390
Alexandri regnum quantum durauit,& vbi regnauit.Opusc.20.lib.3. c.12.col.2.pag. 233
Alliciunt doctorem quatuor ad benè legendum.Opusc.71.c.6.col.1. pagina 529
Alteritas:vtrum sit causa pluralitatis.Opusc.70.q.4.articu.1.colum.1. pagina 513
Amatur quis propter tria,affabilitatem,pulchritudinem, & mansuetudinem.Opuscul. sexagesimoprimo,capitulo duodecimo. col.1. pagina 443
Amicitia præponderat consanguinitati.' Opusculo 61. cap. 8.col.1. pagina 442
Amœnitas nimia est causa libidinis, & ideò ab ea homines sunt coërcendi.Opusculo vigesimo, libro secundo, cap.quarto, col.2. pagina 220
Amicitiæ dilectio in duobus motibus intrà consistit.Opusc.61.cap.5. col.2.pag. 460
Amicitia non est trahenda cum aliquo , nisi certis circunstantijs inspectis. ibid.
Amicitiæ dilectio , quomodò differt à dilectione concupiscentiæ. Opusculo sexagesimoprimo,capitulo secundo, columna eadem. pagina 438
Amicus aliquis est hominis multipliciter : quia homo : quia vtilis: quia præsens.Opuscu.61.capitulu nono & decimo,colum.prima. pag. 442
Amicum quis amat propter trinam vtilitatem,quam ab amico desiderat. Opusculo eodem, capitulo vndecimo, columna secunda, pagina 442
Amici fidelis tria sunt experimenta. Opusculo eodem, capitulo 14. pag. 444
Amoris sunt decem gradus secundum Bernardum. Opusc.eod.c.27. pagina 449
Ab amore Dei emanant quinque fontes,secundum quinque genera substantiarum.ibid.pag. 450
Amor est copula amantis in amatum, & ponitur ibi triplex copula. Opusc.61.grad.8.col.1.pag. 454

Amoris sunt

Amoris sunt tres diuersitates, secundum tres differentias caloris. ibid.
Amoris tres adhuc aliæ differentiæ , secundum tres differentias ignis. ibid.
Esse substantiæ non est de genere accidentis , sed dicitur accidens, quod non est de ratione rei. Opusc. quadragesimosecundo.cap.5. pagina 305
Amor carnalis per quid cognoscitur.Opuscul. 64.columna ptima. pagina 484
Amor spiritualis quomodò crebrò cõuertitur in carnalem propter familiaritatem,& quàm periculosa est illa familiaritas. ibid.
An moueat Deus aliquod corpus immediatè.Opuscul.10.art.1.Item Opusc.2.c.3.
Angelica salutatio Aue Maria, exponitur. Opusculo quarto, pagina 66
Angeli an sint æquales creati à Deo. Opuscul.1.capit.25.column.2. pagina 5
Angeli an aliquam cognitionem ab hominibus recuperent: videtur,quod sic per illud Apostoli: vt innotescat pro principatibus, & potestatibus cœlestibus multiformis scientia Dei.Opuscul.1.c. 26.col.2.pag. 5
Angelorum Ierarchia & ordines describuntur.Opusc.2.c.126.col.2. pagina 30
Angeli superiores instruunt inferiores. ibid.
Angelos inferiores gubernat Deus per superiores , & homines per Angelos.ibid.c.25.
Angelorum ministerio Deus gubernat homines. ibid.
Angelica visione duo sunt notanda, & quomodò per Angelum significatur diuinum lumen.Opusculo sexagesimo,articu.primo. colum.1.pag. 411
Angeli operationes quæ sunt successiuæ, an æuo possunt mensurari.Opusculo nono,quæstione centesimasecunda, columna secunda.pag. 103
Angeli an sint motores corporum cœlestium,& an moueantur Angelorum ministerio omnia ea,quæ naturaliter mouentur. Opusc. 10.art.3.col.2.pag. 104
Angeli an regant omnia inferiora inesse deducta per viam motus, & an mediantibus motibus corporum cœlestium inesse deducantur.ibid.art.6.
An sine ministerio Angelorum mouentia corpora cœlestia,hæc in feriora possent se mouere ad agendum. ibidem.artic.7. & Opuscu.11.artic.9.
An Christus venit tollere nisi peccatum originale principaliter se principaliùs inter omnia peccata, quæ tollere venit. articulo sequenti.
An nomina sanctorum digito Dei scripta sint in cœlis ad honorẽ eorum.ibidem.artic.29.
An nomina impiorum in inferno existentium , digito Dei scripta sint in terra ad vituperium eorum.articu.sequent.
An aliquid de substantia cœli intret cõpositionem corporis viui & animati.ibidem.articu.35.
An homo posset videre oculo mentis omnia,quæ aguntur in cordẽ hominis,habentia impressionem exteriùs in corpore , si haberet visum acutum vt diabolus.ibid.artic.38.
An in inferno erit flerus corporalis quantùm ad lachrymarũ emissionem.ibid.artic.40.
An in inferno erit corporalis vermis.artic.sequent.
An sciri possit distantia superficiei terræ ab eius centro. ibidem, articul 42.
Angeli an suo imperio moueant corpora cœlestia.opuscu.11.artic.3. col.1 pag. 107
Angeli an sint causa omnium quæ naturaliter generantur, & corrumpuntur in hoc mundo.ibid.artic.8.
An post opera sex dierũ Deus aliquod corpus mouerit immediatè. opuscu.cod.art.12.
An Deus miracula faciat ministerio angelorum. ibidem, articulo decimoquinto.
An omnia miracula quæ fiunt ab aliqua creatura ministerio fiant authoritate Dei.ibid.art.18.
Ab post diem iudicij corpora sanctorum erunt incorruptibilia tribus modis:per diuinam iustitiam,per gloriam, per naturam. articu.sequent.
Angeli an doleant de perditione hominum. opuscu.11.art.29.& 30. col.1.pag. 109
An infernus sit in centro,vel circa centrum terræ. ibidem, articulo vigesimoquarto.
An corpus Christi in sacramento,sit in loco.ibidem, articulo trigesimotertio.
Annihilatum à Deo potest reparari idem numero. opuscu. 9. quæstio.82.col.1.pag. 103
Antecedentia dilectionis quæ sunt,& per quæ haberi possunt.opuscu.61.cap.2.pag. 438
Anima vtrùm sit tota in toto,& tota in qualibet eius parte. opuscu. 72.col.2.pag. 532
Anima vtrũ vniatur corpori mediantibus dispositionibus , require ibidem
Anima humana est incorruptibilis.opusculo secundo, cap. 84.col.1. pagina 22
Animas plures esse in vno corpore,impossibile est.opusc. cod. cap. 90.cum duobus sequentibus.col.2.pag. 23
Anima humana non est ex traductione.opusculo eodem,capitu.93. pagina 24
Anima humana non est de substantia Dei.opuscu.eod.cap.94.col 1. pagina 25
Animæ separatio à corpore,est quodammodò naturalis , quodammodò contra naturam.opusculo eodem, capitu. 152. columna 1. pagina 35
Anima in resurrectione vnietur eidem corpori. ibidem. cap.153.
Animæ ante resurrectionem separatæ à corpore , præmiantur , & puniuntur etiam pœnis corporalibus. opusculo eodem, cap. 178. pagina 40
Anima Christi sanguine irrigata,triplicem profert suauitatem gratiæ.opuscu.58.cap.31.col.1.pag. 403
Anima Christi sanguine irrigata est , sicut paradisus propter tria. ibidem
Anima rationalis tripliciter potest considerari,& secundum hoc,in anima triplex Dei amicitia generatur.opuscul.61.cap.6.colum.2. pagina 441
Animæ quomodò,& qualiter indiuiduantur à corpore. opuscu. 9. quæst.108.pag. 104
Anima quam habemus à Deo creante , tripliciter nobilior est corpore,quod habemus à patre generante.opuscu. 61. cap.13.colum.1. pagina 443
Anima tripliciter assimilatur Deo , secundum triplicem differentiam assimilationis.opuscu.61.grad.10.col.1.pag. 455
Anima repræsentat trinitatem personarum in suprema portione, scilicet memoria,intelligentia,& voluntate. ibid.
Anima repræsentat Deum,secũdum quod refertur ad creaturas , & conseruans,& causans. ibidem
Anima triplex . vegetatiua , sensitiua , intellectiua,& de singulis in speciali tractatur opuscu.43.col.2.pag. 314
Animæ potentiæ singulæ describuntur in speciali. ibidem
Animi communis conceptio quid signat,exponitur.opusc.69.col.3. pagina 496
Animi communis conceptio est duplex. ibidem
Annunciatio dominica,per angelum facta, ad longum cum omnibus circunstantijs describitur.opusc.60articu.1.pag. 409
Antichristi vita,& gesta habentur.opuscu.60. articulo 25.pag. 435
Apparitiones fiebant in veteri testamento,non missiones.opusc.9. quæst.35.col.4 pag. 100
Apparitio Christi post resurrectionem,habetur.opusc.60. artic. 12. vbi agitur de resurrectione.pag. 429
Apparitio facta Magdalenæ, & quare prima omnium vidit Christum.ibidem.pag. 430
Apparitio stellæ in natiuitate Christi describitur.opusc.60.artic.7. pagina 417
Archidiaconi,curati,& presbyteri,an sint in statu perfectiori , quã religiosi.opusc.18 cap.20.col.2.pag. 161
Ardoris tres sunt differentiæ secundum tres differentias ignis. opuscu.61.grad.9.col.4.pag. 454
Articuli fidei in speciali describuntur.opusc.5.per totum.
Articulus vnus fidei comprehẽdit omnia, quæ essentialiter de Deo dicuntur.opusc.2.cap.15.col.2.pag. 15
Accidens nullum inuenitur in Deo.opusc.eod.cap.23.col.4.pag. 14
Ascensio Christi describitur.opusc.60. vbi agitur de Christi ascensione.artic.21.col.3.pag. 432
Ascendere Christum conueniens fuit propter fidei augmentum. ibidem.
Ascendit in cœlum Christus propria virtute. ibid.
Ascensio Christi temporalis,spiritualem nostram significat. ibid.
Assimilatur homo Deo,virtute corporis Christi in tribus.opusc. 58. cap.25.col.4.pag. 398
Assimilari tripliciter possumus verbo Dei,siue filio Dei.opuscu.60. artic.2.vbi agitur de incarnatione domini.col.4.pag. 412
Assimilari & adæquari important motum,ad similitudinẽ,& æqualitatem,non autem æquale & simile.Ideo filius Dei est similis, & æqualis patri,& adæquatur & assimilatur ei,nõ ecõuersò.opusc.9. quæst.44.& 45.col.1.pag. 101
Assyriorum monarchia vnde incœpit,& quantùm durauit.opusc.20. lib.3.cap.12.col 1.pag. 238

Universidad de Deusto
Biblioteca

Astrorum iudicia describuntur. Opus. 26. col. 1. pag. 264
Attributa diuina, vt bonitas, pietas, sapientia, sunt idem re: quia diuina essentia, & distincta ratione propter diuersas conceptiones intellectus nostri. opus. 9. q. 1. col. 4. pa. 98
Attributorum differentia partim fundatur super rem, partim super intellectum, & sunt in intellectu. ibid. q. 2.
Attributa simul sub dictione Dei distribuuntur: vide ibid.
Attributa diuina includunt, & sunt vnum, inquantum diuina, sed vnum non est aliud inquantum tale, scilicet bonitas est sapientia, inquantum diuina, non inquantum bonitas. ibid.
Attributa diuina sunt in intellectu nostro: vt in subiecto, in essentia diuina vt in representato. ibid.
Anima humana assimilatur Deo in immortalitate, ex parte autem sensualitatis assimilatur bestijs. opus. 5. col. 4. pag. 76
Auxilia sensibilia data rationali creaturæ super alijs creaturis, dicuntur dona gratuita. opus. 2. c. 143. col. 3. pag. 34
Ex azimo non posse corpus Christi confici error. opus. 58.
Ab impijs & peccatoribus corpus Christi veraciter potest sumi, & sumitur, & ab eis sæpissimè tractatur indignè, posset etiam hostia in lutum projci, tamen corpus Christi nullo modo per talia coinquinatur. opus. 58. c. 7. col. 1. pag. 407

De litera B.

Baptismus Christi describitur. opuscul. 60. articul. 9. column. 1. pagina 419
Baptismus & de eius periculis. opus. 65. col. 4. pag. 488
Quid de illo qui dubitat de aliquo, an sit baptizatus. ibid.
Beati Deum comprehendent, & qualiter. opuscul. 2. c. 164. colum. 2. pagina 37
Beati habebunt summam Dei delectationem, & fruitionem. ibid. cap. 65
Beati Deum videntes, erunt in bono confirmati. ibid. c. 166.
Beatorum corporum dispositio qualiter erit. ibid. c. 167.
Beati qualem habebunt de Deo cognitionem, & eorum beatitudo describitur. opusculo 63. capite 12. & tertio, columna prima. pagina 471
Beati cognoscunt Deum tripliciter, scilicet per Deum, ad Deum, & propter Deum. ibid. per totum.
Beati cognoscunt omnia in Deo pertinentia ad eorum beatitudinem. ibid.
Beati diligent Deum per Deum, ad Deum, & propter Deum. opusc. eod. c. 2. col. 4. pag. 472
Beati fruentur Deo per Deum, ad Deum, & propter Deum. opuscu. eod. c. 3. col. 2. pag. 475
Beati vnientur Deo, per Deum, ad Deum, & propter Deum. ibid. c. 4. pagina 476
Beati laudabunt Deum per Deum, ad Deum, & propter Deum. ibid. c. 5. pag. 478
Beati surgent in gratiarum actionem Dei per Deum, ad Deum, & propter Deum. opus. eod. c. 6.
Beatorum congratulatio erit per Deum, ad Deum, & propter Deum. ibid. c. 7. col. 1. pag. 479
Beatorum corpora erunt post diem iudicij incorruptibilia dupliciter. opus. 10. art. 24. col. 2. pag. 105
Item opus. 11. art. 19. & 20. pag. 108
Beatorum corpora fulgebunt sicut sol, imò septies plus quàm sol. opus. 10. art. 36. col. 4 pag. 106
Beatitudo in nulla re consistit, nisi in Deo. opusc. 2. c. 106. colum. 2. pagina 27
Beatitudo vltima hominis, requirit vnionem animæ cum corpore. opus. eod. c. 151. col. 1. pag. 35
De beatorum corporibus: vide opusculo quinto, columna tertia, pagina 76
Bellatores debent esse in quolibet regno, & communitate. opus. 20. lib. 4. c. 24. col. 2. pag. 349
Bellorum differentia, & ordinatio, & diuersorum diuersa officia describuntur. opus. eod. c 26. pag. 350
Beneficia Dei exhibita nobis, quotidiè sunt meditanda. opuscul. 63. cap. 2.
Blasphemare an sit possibile. opuscul. 1. capit. 28. columna tertia, pagina 6
Bonitatis diuinæ gradus, quibus omnia sua bona largitus est homini, describuntur. opuscul. 58. capite quinto, columna quarta, pagina 382
Bonitas Dei, est sapientia Dei, in eo, quod diuina, non in eo, quod bonitas, & sic est de omnibus attributis. opusc. 9. quæstio. 2. pagina 98
Bonitas quomodò dicitur inesse rebus creatis. opusculo 69. capite tertio.
Bona licèt sint omnia entia, non tamen iusta. ibid. capit. vltim. col. 3. pagina. 500
Bonum & malum quomodò dicuntur contraria, & contrariorum genera. opus. 2. c. 116. col. 1. pag. 92
Bonum est subiectum mali. opuscul. eod. capi. 118. columna secunda, pagina 92
Bonum non est subiectum mali, & ponitur solutio in contrarium. ibidem.
Bonum addit supra ens respectum rationis ad appetitum. opusc. 42. c. 2. col. 3. pag. 304
Bonorum fructus plex est, scilicet honestæ conuersationis, sacræ deuotionis, & iocundæ pietatis. opuscul. 58. capit. vltim. colum. 3. pagina 404
Bona temporalia renuntiare pertinet ad perfectionis statum, & cadit sub consilio. opusculo decimooctauo, capit. septimo, colum. 4. pagina 152
Bonum particulare debet ad bonum multitudinis ordinari. opus. 20. lib. 1. c. vlt. col. 3. pag. 218
Ad bonam vitam vnius particularis personæ duo pertinent, scilicet operari secundum virtutem, & corporalium bonorum sufficientia. ibid.
Bonum publicum propter tria inesse, & permanere non potest, & contra prædicta triplex cura imminet regi. ibid.
Brachium: vide in litera F. sub dictione filij.

De litera C.

Calcedonense regimen describitur opusculo 20. libro quarto, cap. 2.
Calidum habet tres proprietates, calens, feruens, & ardens, & per hæc significantur tres gradus amoris. opusc. 61. grad. 9. colum. 4. pagina 454
Caput dupliciter inflait membra. opus. 60. vbi agitur de Christi incarnatione.
Charitas sicut tripliciter exit in esse, sic tripliciter desinit. opu. 61. c. 16. col. 4. pag. 444
Ad charitatem se habet anima in hac vita, sicut materia ad formam elementarem, ergo est generabilis, & corruptibilis, sed anima patriæ sicut materia quintæ essentiæ, ergo incorruptibilis. ibid.
In charitate sunt quatuor, scilicet essentia, habitus secundum se, radicatio in subiecto motus siue actus, & feruor in motu: vltima tria augeri possunt, & minui, primum corrumpi potest aut augeri, non autem minui. opus. eod. capit. decimoseptimo, colum. prima. pagina 445
Charitati duo sunt contraria, scilicet timor, & cupiditas. opusc. & c. eod. col. 2. pag. 445
Charitatis augmentatæ tria signa sunt. ibid.
De charitatis augmento, ibid.
Charitas est finis omnium præceptorum, quamuis diuersa præcepta diuersimodè ad charitatem ordinantur. opus. 17. capi. 7. colum. 2. pagina 143
De charitate: vide in dictione dilectio.
Carnalis motus: vtrum semper sit peccatum. opuscul. 64. column. 3. pagina 484
Carnalis affectio, & mulierum conuersatio etiã spiritualium, quàm periculosa sit: vide ibid. vbi agitur de periculo familiaritatis dominarum: vel mulierum.
Castitas, siue continentia pertinet ad perfectionem vitæ. opusc. 18. c. 8. col. 2. pag. 153
Castitati impedimenta. opusc. eod. c. 9.
Castra à castrare sunt dicta, cò, quòd ibi debet castrari libido. opusc. 20. lib. 4. c. 23. col. 2. pag. 251
Casualia & fortuita in inferioribus accidunt. opus. 2. c. 137. colum. 1. pagina 33
Causa prima est proximior effectu secundum efficaciam, non secundum enumerationem. opus. 9. q. 74 col. 4. pag. 102
Causa filij dicitur pater in diuinis, & filius spiritussanctus secundum aliquos, tamen secundum Latinos, hoc non dicitur, sed quod sit principium, & hoc propter tria. opuscul. 1. capi. eod. colum. 2. pagina 1
Causæ quot sunt, & quomodò differunt principium & causa. opusc. 31. col. 4. pag. 276
Vnius possunt esse plures causæ, & vnum potest esse causa & causatum. opus. eod. col. 1. pag. 277
Censoria dignitas quid sit, & vnde sumpsit exordium, & inde censor. opusculo vigesimo, libro 4. capite 26. columna quarta, pagina 250
Centoriani qui sunt. ibid.
Ad centrum terræ à superficie eiusdem an sciri possit distantia. opusculo decimo, articulo vltimo, columna prima, pagina 107
Centurio quasi centum milites sub se habens. opusculo vigesimo, libro quarto, capite vltimo, columna secunda, pagina 251

Cibus spi-

Cibus spiritualis est corpus Christi, & tali cibo indiguit homo propter tria. opuscu. 58. cap. 6. col. 2. pag. 383
Cibus conuersationis consistit ex tribus virtutibus, quasi ex tribus ferculis. opusc. eod. cap. 19. col. 2. pag. 293
Circuncisio Christi fuit nobis multipliciter vtilis. opus. 60. colum. 1. pagina 417
Circuncisio spiritualis duplex est. ibidem
Circunstantiæ peccatorum, an sint confitendæ. opus. 12. quæst. 6. colum. 3. pag. 110
Ciuitates & castra, in quibus regionibus & locis sunt constituenda. opusculo vigesimo, libro secundo, capitulo 1. 2. 3. & 4. columna 1. pagina 219
Ciuitates quare instituendæ sunt, & quomodò. opuscu. eodem, lib. 4. cap. 2. & 3. col. 2 pag. 239
Clarissimi qui dicebantur, & qualis dignitas est. Opuscul. 20. libr. 4. col. 3. pag. 250
Cogitationes cordium, an possunt ab angelo cognosci. opus. 10. art. 38. col. 3. pag. 106
Cogitatio de opere illicito quando sit peccatum, & quando nõ. opuscu. 64. col. 3. pag. 482
Cogitationes inhonestæ quomodò sint explicandę in confessione. opuscu. eod. column. 3. pag. 484. vbi agitur de cogitationibus inhonestis.
Cognitio beatorum in patria qualis erit. opuscu. 63. cap. 1. colum. 1. pagina 471
Cohors quid significat, & est cohors maior, eò quod mille centum & decem pedites sunt in ea, equestres autem centum triginta sex. opuscu. 20. lib. 4. cap. 27. col. 1. pag. 251
Cohors minor continet quingentos quinquaginta quinque pedites, equestres quinquaginta sex. ibid.
Communitas ciuium in quo consistit. opus. 20. lib. 4. cap. 4. col. ead. pagina 240
In communitate possessiones an debeant esse æquales. opuscu. eod. lib. 4. cap. 9 col. 1. pag. 243
In cõmunitate an debeat esse certus numerus bellantium, ita quod alij non debeant se huiusmodi occupare. ibid. cap. 10. col. 2. p. 243
In communitate secundum Hypodomum nõ debent esse vltra decem millia virorum, & hi debent in tres partes esse coniuncti, in bellatores, artifices, & agricolas: sed hæc opinio reprobatur ibid. cap. 11. col. 1. pag. 244
Communitatis conditiones à Pythagore traduntur sub figuris, & enigmatibus. ibid. cap. 22. pag. 248
In communitate debent esse bellatores. ibidem, cap. 24. columna 2. pagina 249
In communitate consiliarij sunt necessarij. ibid. cap. 25 columna 3. pagina 250
Conceptio intellectus, non est nisi in intellectu. opuscu. 53. colum. 2. pagina 371
Conceptio intellectus, est in intellectu sicut in subiecto, in re autem intellecta sicut in representato. opuscu. 9. articu. 1. columna tertia, pagina 98
Conceptio intellectus, est similitudo rei intellectæ. ibid.
Confessio debet esse pura. opuscu. 64. cap. 2. col. eadem. pag. 479
In confessione an persona cum qua quis peccat, sit exprimenda. opuscu. 12. artic. 6 col. 3. pag. 110
De confessione, & modo confitendi, & omnibus circunstantijs, est opscu. 64.
Confessionis vna conditio est, quod debeat esse pura sine simulatione. opuscu. 64. c. 2. colum. eadem, pag. 479
Confessionis alia cõditio est, quòd sit vera, absque falsitate. ibidem, capit. 3.
Confessionis tertia conditio est, quòd sit integra, vt omnia peccata dicat, quæ sunt in memoria. ibid. cap. 4.
Confessionis quarta conditio est, vt non inuoluat obscuritatem, & dicat omnes circunstantias, & quæ sunt hæ circunstantiæ. ibid. cap. 5.
Confessionis quinta conditio est, quòd seipsum quisquis accusare debet, non diabolum, aut proximum, & quomodò fieri debeat illa accusatio. opusc. eod. col. 2. pag. 481
Confessionis sexta conditio est, quòd in ea sint occasiones peccatorum explicandæ alijs datæ. ibid. col. 3. pag. 482
Confessionis septima conditio est, quòd cõplacentia habita in memoria peccatorum, quomodò sit confitenda. opuscu. eod. cap. 19. colum. 1 pag. 483
Confessionis octaua conditio est, quòd non debet expresè explicari persona, cum qua peccat, vel cõtra quam murmurauit, nec defectum murmurationis, nisi persona aggrauans: vt de patre, vel prælato. opusc. eod. cap. 24. col. 1. pag. 485
Confessionis noua conditio est, quòd intentio habita circa peccata, explicanda sit. opusc. eod. col. 1. pag. 481
Confessione facta ponitur vtilis eruditio, & monitio. ibidem, col. 2. pagina 485
Confessionis eruditio vtilis, quomodò perfectè confiteri debeat. ibid.
Confitendi modus de cogitatione operis illiciti. ibid. capit. 9. col. 4. pagina 480
Confessionem audiendo sacerdos, qualiter debeat se exhibere. opuscu. 65. cap. 5. col. 1. pag. 489
De cautela in confessione habenda. ibid.
Conformare non tenemur voluntatem nostram diuinæ voluntati, in his quæ sine peccato possumus ignorare. opuscu. 9. articu. 90. col. 1. pag. 103
Congratulatio beatorũ erit per Deum, ad Deum, & propter Deum. opus. 63. cap. 7. col. 1. pag. 479
Congruitas incarnationis describitur in dictione incarnationis.
In consecratione corporis Christi, credenda sunt tria mirabilia. opuscu. 58. cap. 11. col. 4. pag. 386
Consecratio corporis Christi fit in instanti cõplexionis verborum, dum assumuntur tria, scilicet minister debitus, debita materia & forma, & intentio consecrantis. opuscul. 59. capit. 2. columna 1. pagina 405
Consecrare an potest sacerdos tot hostias sicut velit, & similiter de vino in sanguinem quantùm vult. opusc. eodem, columna tertia, pagina 406
Consensus in delectatione quando dicitur peccatum mortale. opuscu. 64. cap. 8. col. 3. pag. 480
Consilia pertinent ad perfectionem vitæ, non quia in eis consistat perfectio principaliter, sed sunt viæ quædam, & instrumenta deueniendo ad perfectionem. opusc. 17. capitu. sexto, columna prima, pag. 141
Consilia generalia quando inceperunt celebrari, & quatuor fuerũt. in primo condemnatus est Arrius. In secundo condemnata est hæresis Macedoni Episcopi. In tertiò Nestorius Constantinopolis Episcopus. In quarto Eutices cum Episcopo Alexandrino. opuscu. 20. libr. 3 cap. 17. col. 2. pag. 235
Consiliarij sunt necessarij in communitate. opus. eod. libr. 4. cap. 25. col. 2. pag. 250
Constantinus obediuit Romano Pontifici, & Imperatores deinceps post eum. opuscu. eod. lib. 3. cap. 17. col. 2. pag. 235
Consules qui dicuntur, & vnde habuerunt ortum. opuscu. eod. lib. 4. cap. 26. col. 4. pag. 210
Continentia siue castitas, quibus auxilijs fuuatur, & quibus impeditur. opuscu. eod. cap. 8. col. 1. pag. 151
Continentia pertinet ad perfectionem vitæ. ibid.
Contigentia effectuum secundarum causarum, non tollit diuinam prouidentiam. opuscu. 2. cap. 140. col. 2. pag. 33
Contradictoria, & contraria opinio describitur. opuscu. 37. cap. 1. colum. 3. pag. 290
Quomodò ex cõtrario fiat contrarium. opuscu. eod. cap. 5. colum. 1. pagina 293
Conuersationis cibus ex tribus consistit virtutibus, quasi ex tribus ferculis. opuscu. 58. cap. 19. col. 2. pag. 393
Corporale linteum in tribus perducitur ad candorem, per quæ tria significantur, quæ faciunt ad nostram mundiciam. opus. 58. cap. 15. col. 3. pag. 390
Conuersio, siue transubstantiatio panis in corpus Christi, nõ est impossibilis, & probatur multis similitudinibus ex creaturis sumptis. opus. 59. cap. 1. de substantia. col. 1. pag. 405
Corporalia non esse omnia quę sunt, patet triplici via. opus. 15. cap. 1. col. ead. pag. 113
Corporalia, non esse omnia, sed quędam immaterialia probatur via motus. ibid. cap. 2.
Corpus Christi datur sub specie panis triticei, & non alterius. & hoc propter tria. opus. 58. cap. 10. col. 3. pag. 386
Corpus Christi datur velatum sub specie panis triticei. opusc. eodem, cap. 7. col. 3. pag. 384
Corpus suum dat Christus sub specie panis propter tria. opusc. eod. cap. 9. col. 1. pag. 385
Corpus Christi tripliciter recipitur, secundum triplicem receptionem tritici. ibidem, cap. 10.
Corpus Christi non renuit cicatrices, & quare. opus. 60. vbi agitur de resurrectione Domini. pag. 429
Corpus Christi irrisores dicentes Christianos dudùm eum consumpsisse, & de possibilitate conuersionis, & existentia specierum. opusculo 58. capit. 14. columna 1. pagina. 389. Item opuscu. 59. capitu. octauo, column. quarta, pagin. 408. & in eodem opusc. cap. 1. & 2. col. 1. pag. 405
Corporis formatio, & materia, de qua, & causa eius. opus. 2. cap. 234. col. 1. pag. 53
Corpus Christi ex hoc, quod datur nobis in cibum, triplex ratio sapientiæ potest assignari. opuscu. 58. capitu. tertio & quarto, col. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

& 2. pagin.381. Item capite vndecimo, columna quarta, pagina 386
In corpore Christi beati habebunt triplex bonum.ibid.c.11.
Corpus Christi verè est sub specie panis, quod tribus modis probatur.ibi.Item opusc.59.c.6.col.4.pag. 406
Corpus Christi esse sub tam modica specie panis,probatur triplicit. opusc.58.c.13.col 3.pag. 388
Item opusc.59.c.7.col.1.pag. 407
Corpus Christi in pluribus est sacramentaliter, & non circunscriptiuè. ibid.
Corpus Christi in pluribus hostijs nō est diuisus, sed in qualibet integer.opusc.58.c.13.col.4.pag. 388
Corpus Christi dum manducatur, non consumitur: vel minuitur. opusc.cod.c.14.col.1.pag. 389
Corpus Christi si non manducatur, quodammodò minuitur, quod est valdè mirabile.opusc.& c.eod.
Corpus Christi quantò plus manducatur à fidelibus, tantò plus augmentatur.ibid.col.2.pag. 389
Corpus Christi nō debet sumi,nisi cum magna præparatione.opusc. cod.c.15.col.4.pag. 390
Corpus Christi mãducandi triplex modus describitur,scilicet sacramentalis tantùm,spiritualis tantùm, spiritualis & sacramentalis simul.opusc.cod.c.17.colum.2.pagin.381. & capit.18.colum.4. pagina 392
Corpus Christi indignè manducans,tria mala incurrit.opusc.cod. c.17.& 18.
Mala quæ incurrunt Christi corpus indignè manducantes, possunt dici tres plagæ,& contra has plagas,& omnia mala indignè manducantium,triplex remedium adhiberi potest.opusc.eo.c.18.col.1. pagina 393
Corpus Christi digne manducans,tria bona recepit.ibid.c.17.
Corporis Christi duplex effectus,bonitatis quò ad bonos, & seueritatis quò ad malos.opusc.cod.c.18.in prin.
Corpus Christi quomodò spiritualiter tantũ accipitur, & circa hoc tria sunt consideranda.opusc.58.c.19.col.1.pag. 393
Corpus Christi non manducantium sunt tres species, siue turmæ. opusc.cod.c.20.col.3.pag. 394
Corpus Christi dignè manducans remanducatur.opusc & c.eod.col. 4.pag. 394
Corporis Christi ponuntur duodecim effectus siue fructus contra nostros duodecim languores.opusc.eod.c.21.
Corpus Domini tres habet effectus principales. opusc.eo.c.24.col.1. pagina 397
Corporis Christi triplex effectus sumptus ex tribus eius nominibus, dicitur enim medicina, manna, & quandóque Eucharistia. opusc.eod.c.26.col.1.pag. 399
Corporis Christi alij effectus sumpti ex alijs tribus nominibus,dicitur enim quandóque panis verus, quãdóque sacramẽtum altaris, quandóque sacramentum charitatis. opusc.eod.capit.25.colum.3. pagina. 398
Corpus Christi est cibus mentis,non ventris, animæ, non corporis. opusc.59.c.6.col.3.pag. 406
Corpus Christi dicitur cibus ad similitudinem cibi corporalis: quia operatur in anima,quod cibus in corpore. ibid.
Christum purum hominem,nec ante Mariam extitisse,mentitus Fotinus. opusc.2.c.202.col.1.pag. 43
Christum filium Dei dicit Nestorius, non quia filius Dei naturam sumpsit humanam, sed solum per gratiam Dei inhabitationem. opusc.eod.c.203.
In Christo non est solum vna persona,sed etiam vna natura secundum errorem Arrij,& Eutichis.ibid.c.204.
In Christo non est alia anima, quàm ipsum Dei verbum secundum Apollinaris opinionem falsam.ibid.c.205.
Christus non habuit veram carnem,sed fantasticam,secũdum mendacium Manichæi.opusc.eod.c.207 col.3.pag. 44
Christus non assumpsit carnem de virgine, sed attulit de cœlo, secundum fictionem Valentini.ibid.c.208.
In Christo fuit verum corpus: vera anima rationalis eiusdem naturæ cum corpore,& anima nostra,& simul cum hoc perfectè diuinitas secundum catholicam fidem.ibid.c.209.
In Christo dicunt quidam duo esse supposita. ibidem, capite 210.
In Christo est vnum suppositum, & vna persona, nec tamen dicitur Christus æquiuocè homo.opusc.cod.capit.211.colum.1. pagina 45
In Christo non sunt duæ res naturæ, sed vna res duarum naturarũ. ibid.c.12.
In Christo quid debeat dici vnum,& quid multa. ibid.
In Christo est humana natura perfecta.opusc.eod.capit.213.colum.3. pagina 46
Christum nasci de virgine fuit conueniens.opusc.cod.c.221.colum.1. pagina 49
Christi pater non fuit spiritussanctus.opusc.2.capit.223.colum.1. pagina 49
In Christo fuit perfectio sapientiæ.opusc.cod.capi.216.colum.2. pagina 47
In Christo fuit plenitudo gratiæ,& quid sit gratia.ibid.c.214.
In Christo fuit gratia infinita.ibid.c.215.
Christi triplex gratia: vnionis, habitualis & capitis exprimitur in illo verbo Ioannis primo: verbum caro factum est. opusc.60. artic.3.
Christi gratia habitualis dupliciter consideratur. opusc.60.artic.3. col.1.pag. 415
In Christo gratia vnionis præcedit habitualem, non tempore, sed natura & ordine intelligendi. ibid.
Christus dicitur caput ecclesiæ. ibid.
Christum nasci de virgine desponsata conueniens fuit. opusc.60. art.4.col.3.pag. 416
Christus fuit summè beatus in instanti suæ conceptionis. opusc.60. art.3.col.ead.pag. 416
Christi anima triplicem habuit scientiam. ibid.
Christus dicitur mediator Dei & hominum.opusc.cod.art.18.vbi agitur de passione Christi.col.4.pag. 426
Christus in instanti suæ conceptionis habuit perfectiones, scilicet naturæ,gratiæ,& gloriæ.opusc.cod.art.3.col.ead.pag. 426
Christi corporis formatio fuit in instanti. ibid.
Christus significat hominem deificatum, Iesus verò econtrà Deum humanatum.opusc.cod.art.1.col.ead.pag. 409
Christus exhibuit nobis benignitatem in diuinitatis suæ communicatione, sed misericordiam in humanitatis nostræ susceptione. opusc.60.articul.4. vbi agitur de natiuitate Christi.column.4. pagina 416
In Christi humanitate beati habebunt triplex bonum.opusc.58.c.10. col.3.pag. 386
Christus an venit principaliter propter originale:vel actuale peccatum tollendum.opusc.10.art.28.col.2.pag. 106
Christus natus est nobis puer quadrupliciter.opusc.60.art.4.de natiuitate Christi.col.3.pag. 416
Christi circumcisio fuit nobis vtilis, & in exemplum multis modis. opusc.cod.art.5.col.1.pag. 417
Christi apparitio per Magos describitur.opusc.cod.arti.7.vbi agitur de apparitione Christi.col.2.pag. 418
Christi oblatio in templo,describitur.opusc.cod.artic.8.de oblatione Christi.
Christi baptismus.ibid.art.9.col.1.pag. 419
Christi ieiunium fuit salutare,& exemplare.ibid.artic.10.de ieiunio Christi.
Christi tentatio describitur, & quare tentari voluit. ibidem. articul.11.
Christi conuersatio describitur.ibid.art.13.
Christi doctrina fuit roborata vitæ sanctitate,& miraculorum operatione.opusc.cod.art.14.col.1.pag. 421
Christi doctrina debet esse parabolica. ibid.
Christus habuit tria refugia,ad quæ quãdo à turba premebatur,descendebat.opusc.cod.articu.13.colum.1.pagin. 421
Christi humilitas à nobis est imitanda,& fuit multiplex, & mirabilis.opusc.63.cap.2.colum.2.pagin. 473
Christus quare assumpsit vitam abiectam.opusc.20.libr.3.capi.13. & 15.colum.3.pagin. 234
Christi monarchia,siue regimen describitur.ibid.cap.13.
Christi Dominium quando incœpit.opusc.eod.capit.14.
Christi miracula describuntur.opusc.60.art.5.columna secunda, pagina 421
Christus quomodò ad instar Romanorum Pontificum auxit Rempublicam.opusc.20.lib.3.c.16.col.1.pag. 253
Christus facit miracula diuina virtute.opusc.60.artic.15.colum.2. pagina 421
Christi transfiguratio describitur.opusc.eod.articu.16.vbi agitur de Christi transfiguratione.pag. 422
Christi cœna ibidem describitur.art.17.
Christus dans nobis corpus suum in cibum, triplex ratio sapientiæ Dei potest assignari.opusc.58.c.5.col.4.pag. 382
Christus dedit se nobis multis modis. ibid.
Christus dedit nobis corpus suum velatum sub specie panis triticei. opusculo eodem, capite septimo & decimo, columna tertia, pagina 384
Christus tripliciter venit ad nos, secundum triplicem considerationem.opusc.eod.c.10.col.3.pag. 386
Christi passio,circa,quam sex possumus notare,describitur.opusc. 60.art.18.col.1.pag. 423

In Chri-

INDEX.

In Christo fuerunt passiones appetitus sensitiui,aliter tamen quàm in nobis.opusc.cod.vbi agitur de incarnatione Christi.
Christus aliquos defectus assumpsit,& aliquos non. ibid.
Christus mori voluit, & quare.opusculo 2.capite 227. columna 1. pagina 51
Christus voluit mori morte crucis.opusc.cod.cap.228.
Christus voluit pati extra portam propter tria. ibid.
Christi mors quò ad aliquid fuit conformis nostræ morti,quo ad aliquid non.Opusc.2.cap.230.col.2.pag.51.Item opusc.60.arti.18. col.1.pag. 423
Christi mors fuit voluntaria.opusc.2.cap.230.pag. 51
In morte Christi fuit separata anima à corpore,neutrum tamen separatum fuit à diuinitate.opusc.cod.cap.229.
Christi passio quò ad corpus,& quò ad animam describitur.opusc. 60.art.18.col.1.pag. 423
Christi passionis locus, describitur.opusc.cod.articul.18.colum.1. pagina 425
Christi dolor,tristitia,& acerbitas describuntur. ibid.
Christi passionis vtilitas. ibid.
Christi passione liberati sumus à reatu pœnæ dupliciter.opusc.cod. art.18.col.3.pag. 426
Christi passio est causa reconciliationis nostræ ad Deum dupliciter. ibid.
Christi passione aperta est ianua regni cœlestis. ibid.
In Christi passione tria sunt consideranda,opus,modus,& causa. ibidem.
Christi sepultura. opusculo 60. articulo 20.columna secunda.pagina 427
Christus fuit totus in sepulchro, & totus in inferno.opusc.cod. artic.20.
Christus fuit in sepulchro tribus diebus. ibid.
Christi descensus ad inferos.opusc.cod.art.21.
Christi resurrectio.opusculo eodem,articulo 23.columna quarta. pagina 428
Christi resurgentis qualitas. ibid.
Christi resurgentis manifestatio. ibid.
Christi resurrectio exemplar & causa nostræ resurrectionis. ibid.
Christi resurgentis effectus & virtutes. ibid.
Christus resurrexit cum cicatricibus.opusc.60.artic. 22.colum.2. pagina 429
Christus apparuit quinquies ipsa die resurrectionis,& primò Mariæ Magdalenæ,& quare.opusc.& articul.eodem, columna 3. pagina 430
Christi ascensio opusculo eodem, articulo 23.columna tertia, pagina 432
Christi iudicium.opusc.cod.vbi agitur de vltimo aduentu Christi.pag. 434
Christus participauit nobiscum quinque mala terribilia,quare maximè dicendus est amicus.opusc.cod. 61.capit. 11. columna 4. pagina 442
Christus maximè nobis est diligendus propter tria, quia homo, quia præsens,& quia vtilis.opusc.eodem,capit.9.10.& 11.colum. 2.pagin. 442
In Christo sunt tria quare maximè est diligendus, quia pulcher, affabilis & mansuetus.opusc.cod.eodem,capit.12. columna prima. pagina 443
Christus maximè diligendus quia maximè consanguineus, secundum omnem modum consanguinitatis.opusc.cod.eodem,capit.13. pagina 443
Christi tota actio est causa inflammationis nostræ ad Deum.opusc. eod.c.2.col.3.pag. 438
Cætera de Christo vide.opusc.61.de dilectione Dei & proximi.opusc. 58.de sacramento altaris,& opusc.57.de corpore Christi.
Corpus Christi quare in cœna institutum est.opusc.60.vbi agitur de cœna domini.col.4.pag. 422
Corporis Christi sacramentum præfiguratum fuit in pane subcinericio Heliæ.opusc.58.c.6.col.4.pag. 406
Corpus Christi non frangitur,sed accidentia. ibid.
Corpus Christi potest à bestijs & impijs comedi,quamuis ex hoc non coinquinatur,aut læditur.opusc.cod. 59. capit.7.colum.1.pagina 407
Corpus Christi an sit in sacramento sub situ sicut in cœlo.opusc.cod.cap.9.col.4.pag. 408
Corpus Christi in sacramento ad motum hostiæ non mouetur,sicut corpora mouentur,sed alio modo.opusc.cod.11.articul.34.colum.2. pagina 109
Corporis Christi dimensiones,& dimensiones panis quæ remanserunt,non sunt æquales.opusc.cod.art.32.
Corporis Christi substantia an maneat miraculosè sub speciebus,an naturaliter.opusc.cod.artic.31.
Corpus Christi an in sacramento,sit in loco.opusculo.eodem,articul.33.
De corpore Christi multa alia habentur,quare vide de Eucharistia, de Christo & sacrificio.
Corpora mystica in hoc mundo sunt duo,scilicet corpus mysticum Christi,& corpus mysticum diaboli,siue Antichristi.opusc.58. cap.14.col.1.pag. 389
Corpora inferiora per superiora disponuntur.opusc.2.cap.127.col. 1.pagin. 31
Corpora cœlestia non agunt in intellectum, & voluntatem hominis. ibid.
Corporum cœlestium motus indirectè operatur ad actum intellectus,& voluntatis humanæ.opusc.cod.cap.128.
Corpora cœlestia imprimunt in corpus humanum.opusc.eodem, capit.129.
Corporum beatorum dispositio qualis erit.opusc.2.cap.168.col.3. pagina 38
Corpora damnatorum erunt passibilia,grauia,grossa,tamen incorruptibilia.opusc.cod.cap.176.col.2.pag. 39
Corpus viuum & mortuum non sunt duo diuersa corpora.opusc.42. cap.1.col.2.pag. 309
Corpus quod est genus,prædicatur de corpore mortuo.opusc.cod. capit.1.
Corpus secundum quod genus prima fuit diuisione diuiditur in simplex,& mixtum.opusc.cod.cap.18.col.4 pag. 312
Corpora beatorum,& aliorum,post resurrectionem an erunt naturaliter incorruptibilia cessante motu cœli.opusc.10.artic. 24. col.2.pag. 105
Corpora damnatorum an sentiant pœnas ignis.opusc.eodem, articul.26.colum.3.pagin.108.Item opusc.11.articu. 21. col.4. pagina 108
Corpora inferiora non sunt de natura quintæ essentiæ,scilicet cœli. opusc.11.art.34.
Corpora sanctorum fulgebunt septies magis sole.opusc.10.artic.26. col.4.pag. 106
Corpora damnatorum erunt tripliciter incorruptibilia.opusc.11.art. 19.col 3.pag. 108
Corpora damnatorum erunt passibilia.opusc.eod.cap.21.
Creatio rerum immediatè est à Deo.opusc.12. capit.95.colum.1. pagina 25
Creaturæ an res dici possunt in principio temporis.opusc.9.q.100. col.2.pag. 103
Creatio relatio sola est, sed fieri est passio. opusculo eodem,quæstione 94.
Creatio passiua est in creaturis,& est accidens eius.opusc.eodem, quæstio.95.
Creare soli Deo conuenit.opusculo secundo,capite 70. columna 3. pagina 20
Creatura rationalis intellectualis tendit sua operatione in diuinam similitudinem. opusculo secundo, capite 103. columna 1. pagina 27
Creaturæ intellectualis vltimus finis est,Deum per essentiam videre.opusc.eod.cap.104.in fine.
Creaturam rationalem speciali modo Deus disponit.opusc.eod.cap. 143.col.3.pag. 34
Corpora duo vtrùm intelligi possunt esse in eodem loco.opusc.cul. 70.q.4.art.3.col.1.pag. 513
Corruptio triplex est ex esu ligni vetiti.opusc.58.capit.1. col.ead. pagina 379
Creatura rationalis potest tripliciter considerari,& secundum hoc eget triplici cibo.opusc.58.cap.4.col.2.pag. 383
Creatura quomodò potest cooperari creatori.opusc.1.c.23.col.1.pag.5
Crux Christi temporalis. designat mysticè vitam Christianam, & quomodò.opusc.60.vbi agitur de ascensione Christi.col.2.pag.432
In cruce Christi quare depingitur à dextris virgo hylari vultu,velata facie, pulchra,& coronata,opusc.58.capit.31 colum.4.pagina 402
Crucifigentium Christum qualitas,& peccatorum grauitas describitur opusc.60.vbi agitur de passione Christi.columna 1.pagina 423
Cretense regimen describitur opusc.20.libr.4.capit.18. colum.1. pagina 247

De litera D.

DAmnatio vltima sine miseria malorum,non consistit in malis huius vitæ.opusc.2.cap.173.col 1.pag. 39
Damni pœna præcipuè erit in damnatis.opusc.eod.cap.174.
Damnatio malorum erit perpetua.ibid.cap. 172
Damnati naturaliter Deum diligunt,& qualiter.ibid.c.174.
Damnati liberum arbitrium habebunt,& voluntatem in malo obstinatam.opusc.& cap eod.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

In damnatis erit remorsus, & vermis conscientiæ. opuscul. eodem, cap.175.col.2.pag. 39
Damnatorum corpora erunt passibilia,grauia,grossia, sed immortalia.opusc.eod.cap.176.
Damnatorum corpora, licèt sint futura passibilia, non tamen corrumpentur.opuscul.2.cap.177.col.3.pag. 40
Damnatorum animæ ante resurrectionem subijciuntur pœnis corporalibus.opus.eod.c.178.
Damnatorum pœna est in malis,tam spiritualibus,quàm corporalibus.opus.eod.c.179.
Damnatio æterna pro temporali culpa,non est contra iustitiã diuinam.opus.eod.c.184.col.4.pag. 40
Damnati sentiunt in suis corporibus pœnam ignis.opus.10.art.26. col.3.pag. 106
Decuriones quales sunt.opusc.20.libr.4.capit.26. columna quarta, pagina 250
Defectus potest esse in creaturis. opuscul.2.capit.111. column.4. pagina 28
Defectus contingunt in creaturis quantum ad naturales operationes.opus.eod.c.112.col.4.pag. 28
Defectus voluntariæ actionis contingunt in quibusdam. ibidem, capit.113.
Defectus quomodò habet rationem culpæ. ibid.
Defectus à Christo assumpti describuntur.opuscul 2.c.142.colum.2. pagina 33
Defectus sunt triplices,qui communiter in hominibus inueniuntur ex peccato primi parentis.opuscul.60.articul.3. columna quarta, pagina 414
Delectari plenè in Deo, aut ipsum in via videre & cognoscere non possumus.opus.60.c.25.col.4.pag. 448
De demonstratione est opus. 38
Descendet Dominus coram omni plebe die tertio,quid significetur per tres dies.opus.58.c.2.col.4.pag. 380
De descensu Christi ad inferos:vide opuscul.60.articul.21.colum.4. pagina 428
Desiderium patrum pro Christi incarnatione describitur. opuscul. 60.c.1.vbi agitur de incarnatione.col.3.pag. 410
Desiderium desiderati est duplex, huius vt finis, & huius vt ad finẽ. opus.61.c.3.col.3.pag. 440
Deus est.opus.2.c.3.col.ead.pag. 12
Deus est immobilis.opus.eod.c.4.col.ead.pag. 12
Deus est æternus.ibid.c.5.
Deum esse per se,est necessarium.opus.eod.c.6.
Deus semper est.opus eod.c.7.
In Deo non est aliqua successio.ibid.c.8.
Deus est simplex.opus.eod.c.9.col.1.pag. 13
Deus est sua essentia.ibid.c.10. 28
Vtrum possit aliquis ad Dei notitiam peruenire.opus.70.q.1.arti.2. col.1.pag. 503
Deus vtrum sit primum,quod à mente cognoscitur.opus.eod q.ea. art.3.col.2.pag. 503
Deum an quis teneatur diligere qui actu de Deo cogitat.opusc.9.art. 89.col.1.pag. 103
Dei dilectio quomodò & qualiter in via est de necessitate salutis. opus.18.c.5.col.3.pag. 152
Dei dilectio quomodò cadit aliquando sub consilio.opuscu.eodem. capit.6.
Dei dilectio quomodò erit à beatis in patria.opuscul.63. capite secundo.
Dei essentia,& esse idem sunt. opuscul.2. capit.11. columna prima, pagina 13
Deus non est in aliquo genere sicut species.opuscul.eod.capit.duodecimo.
Deum esse genus alicuius impossibile est. ibidem capite decimotertio.
Deus non est species de indiuiduis prædicata.ibid.cap.14.colum.2. pagina 13
Deus est vnus.ibid.c.15.
Deus non est corpus.ibid.c.16.
Deus non est forma corporis.ibid.c.17.
Deus est infinitus secundum essentiam.ibid.c.18.
Deus est infinitæ virtutis.opuscul.eod.capit.19. columna tertia, pagina 14
In Deo infinitum non importat imperfectionem.ibidem,capit.vigesimo.
In Deo sunt eminenter omnes perfectiones,quæ sunt in rebus.ibid. cap.21.
In Deo huiusmodi perfectiones sunt vnum secundum rem.ibidem. capit.22.
In Deo nullum accidens inuenitur.ibid.c.23.
In Deo pluralitas attributorum, siue nominum,nõ sunt synonima. ibid.c.25.
Diffinitionibus huiusmodi nominum non potest diffiniri id, quod in Deo est.ibid.c.26.
Quomodò de Deo huiusmodi nomina dicuntur.ibid.c.27.
Deus est intelligens.opus.2.c.28.col.1.pag. 15
Deus est semper intelligens, non in potentia, neque in habitu, sed actu tantum.opus.eod.c.29.
Deus non intelligit per aliam speciem, quàm per essentiam suam. ibid.c.30.
Deus est suum intelligere.opus.eod.c.31
Deus est volens.opus.eod.c.32.col.2.pag. 15
Dei voluntas non est aliud,quàm suum intelligere.ibid.c.33.
Dei voluntas est ipsum velle Dei.ibid.c.34.
Fidei articulo vno comprehenduntur omnia supradicta.ibidem.capit.35.
In Deo oportet ponere verbum.ibid.c.37.col.3.pag. 16
In Deo verbum dicitur conceptio intellectus. opuscul.eodem.capit.38.
In Deo: verbum Dei comparatur ad Deum, sicut filius ad patrem. ibidem.
In Deo:verbum est eiusdem essentiæ cum patre,& æqualis, & eiusdem naturæ.ibid.c.41.
In Deo:verbum non differt à patre, secundum tempus, nec secundum speciem vel naturam.ibid.c.43.
Deus est in se, sicut amatum in amante.ibid.c.45.
In Deo amor dicitur spiritussanctus.ibid.c.46.col.4.pag. 16
In Deo spiritussanctus,est per modum amoris.ibid.cap.47.colum.1. pagina 17
Deus est causa essendi omnibus.ibid.cap.68.
Oppositum dixit Manichæus,ponens duo prima principia, & eius reprobatio ponitur.Opuscul.15.capite decimosexto.colum.4.pagina 124
Deus produxit res ex nihilo.opusculo 2.capite 69. columna tertia, pagina 20
Dei solius est creare.ibid.cap.70.
Deus immediatè res creat.opuscul.eodem,capite 95.columna 1.pagina 25
Deus non produxit res,nec agit ex necessitate,sed voluntate.ibid. capit.96.
Deus de nouo absq; sui mutatione res in esse producere potest.opus eod.cap.97.col.2.pag. 25
Deus in productione rerum,finem aliquem intendit. ibidem, capit.98.
In Deo consistit nostra beatitudo.opuscul.eodem,capit.103.colum.3.pagin. 28
Deus solus est bonus per essentiam,aliæ autem creaturæ per participationem.ibid.cap.109.
Defectus nullus in Deo esse potest.ibid.cap.110.
Deus habet cognitionem singularium effectuum,& eos immediatè ordinat.ibid.cap.131.col.3.pag. 32
Deum necessarium fuit fieri hominem ad reparandum genus humanum.opus.eod.cap.216.col.2.pag. 47
Rationes quare Deus voluerit fieri homo. ibid.
Deum ponebant & Epicurij esse corporeum. opusc.15.c.1.colum.1. pagina 113
Dei liberalitas in sacramento Christi,assignatur in tribus.opus.58. cap.5.col.4.pag. 382
Deus dedit se nobis multis modis. ibid.
Deus est in nobis per essentiam,præsentiam,& potentiam.opus.60. art.24.col.1.pag. 433
Deum:vt Deum veneror,& reuereor,vt iustum vel seuerum tremo, & vereor:vt bonum vel dulcem amo,& concupisco.opus.61.c.3. col.ead.pag. 440
Deus in via perfectè videri nec cognosci potest.opusc.eod.capit.25. col.4.pag. 448
Deum videntium,diuersi sunt gradus.opuscu.eod.cap.27.colum.1. pagina 449
Deus dicitur fons viuus,& ibi ponuntur multiplices fontes.opuscu. eod.grad.6.col.3.pag. 450
Deus est immutabilis. opusculo 62.capite 2.columna eadem, pagina 467
Deus cognoscitur à beatis per Deum,ad Deum,& propter Deum. opus.63.cap.1.col.ead.pag. 471
Deus omne malum conuertit in bonum.opus.& capi.eod.colum.3. pagina 472
Dei perfectio in duobus comprobatur, scilicet odio vitiorum, & amore virtutum.opuscul.eodem,capite tertio,columna secunda, pagina 475
Deus ante Christi incarnationem per gratiam in omnibus habitauit,post tamen incarnationem plenius.opuscul.1-cap.16.colum.4 pagin. ead.
Deus est homo qualis est prædicatio.opusculo eodem,capite decimooctauo.
Deus factus homo quomodò intelligitur. ibid.
In Deo non est infinitas extensiua,sed intensiua.opuscul.9.quæst.4. col.1.pag. 99
In Deo omnia sunt vnum,& vnum est aliud,scilicet bonitas,sapientia:sapientia est bonitas vt diuina,nõ in eo quod & bonitas.& sic de alijs omnibus attributis.opus.eod.q.3.
Hoc nomen Deus tam secundum esse, quàm secundum modum significandi,idem est cum persona:quia significatur in concreto, quod tamen non est verum in alijs,quòd modus significandi, est idem cum re significata.Opuscul.eodem,quæst.4.columna 1.pagina 99
In Deo est eadem natura cum patre & spiritusancto,non eodem modo se habens quantum ad modum relatiuum vera est,sed si intelligitur quantum ad modum essentialem falsa est.opuscul.eodem quæstio.11.
In Deo etsi potentia creandi sit diuina, tamen importat relationem,quam non importat essentia,& ergo distinguntur potentia,non essentia in Deo.opusculo eodem,quæstione trigesimasecunda.pag. 100
Deus agit in anima,non solùm causando in ea aliquem habitum gratiæ & virtutis,sed etiam inclinando liberum arbitrium:in hoc autem illud non dicitur proprium influere,sed mouere ad actum. opusc.eod.q.38.col.4.pag. 100
Deus an moueat aliquod corpus immediatè.opuscul.10.artic.1.col. 4.pag. 104
Deus mirabilia,& miracula quæ facit,an faciat mysterio angelorum.opus.11.art.16.col.3.pag. 108
Deus potest annihilatum reparare idem numero.opus.9.art.82.col. 1.pag. 103
Deus agit propter finem communicandum alijs à se,non ad acquirendum sibi.opus.2.cap.96.col.1.pag. 25
Dei bonitatem non referimus ad nostram delectationem,sed potiùs econtrà. opusculo 61. capite tertio, columna eadem,pagina 440
Dictatura officium est dignitatis,& inde dictatori & vnde sumpsit exordium. opusculo 20. libro 4. capite 26. columna quarta. pagina 250
Die tertia descendet dominus coram omni plebe, qui sunt hi tres dies.opus.58.cap.2.col.3 pag. 380
De dilectione Dei & proximi,& singulis partibus,& circunstantijs dilectionis est opus.18.& 61.
Dilectio Dei & proximi,est primum & maximum mandatum.opuscu.61.c.1.col.3.pag. 438
Dilectio duplex,concupiscentiæ & amicitiæ, quomodò differunt. opus.eod.c.2.col.4.pag. 438
Circa actum dilectionis tria sunt consideranda,scilicet præcedẽtia, concomitantia,& consequentia. ibid.
Dilectionis antecedentia sunt cognitio,& cognitio habetur per visum aut auditum. ibid.
Dilectionis motum tria concomitantur,quantitas,qualitas,& relatio,scilicet finis propter quem.opuscul.eodem,capit.3.colum.2. pagina 439
Dilectionis habitus duplex,scilicet naturalis & gratuitus. ibid.
Dilectionis motus tripliciter mensuratur,intentione,durationc & multitudine. Opusculo eodem,capite quarto,columna eadem pagina 440
Ad diligendum Deum inflammat humanitas Christi. opuscul.63. capit.1.
Ad diligendum inflammant omnia quæ in Deo sunt,& omnia quę fecit & exhibuit nobis. ibid.
Ad diligendum Deum fidelitas circa genus humanum,& nostra infidelitas describitur. ibid.
Ad diligendum Deum inflammat tota Christi actio. ibid.
Ad diligendum Deum inflammat diuina misericordia. ibid.
Ad diligendum Deum inflammat eius iustitia. ibid.
In dilectionis motu est triplex relatio siue finis.opus.eod.cap.3.col. 2.pag. 439
Hæc propositio,Iste diligit Deum propter Deum,habet sex expositiones. ibid.
Dilectionem concupiscentiæ quinque sequuntur: motus,dolor,timor,consolatio,& delectatio.opus.eod.cap.4.
Dilectio amicitiæ est qua diligimus illud,cui volumus bonum,& hac dilectione plus diligis Deum,quàm teipsum:& hoc dupliciter,scilicet quantùm ad obiectum maius, & quantum ad modum. ibid.
Dilectio siue amicitia Dei in anima tripliciter generatur,secundum quod animã tripliciter consideratur.opuscul.61.capit.6.colum.2. pagina 441
Diligis amicum propter trinam vtilitatem, quam ab eo postulas. opus.eod.cap.11.col.4.pag. 442
Diligendus est Deus,quia homo,quia præsens,quia vtilis:Nam propter hæc tria quid diligitur.opuscul.eodem,capite 9.10.& 11.pagina 442
Dilectionis causa est pulchritudo,affabilitas,& mansuetudo.opusc. eod.cap.12.col.1.pag. 443
Diligendus maximè est Christus. ibid.
Dilectionis causa est consanguinitas secundum triplicem gradum ascendentium,descendentium,& collateralium:& in his tribus super omnia Christus est maximè diligendus.ibid.cap.13.
Deus diligendus est propter fidelitatem,quæ in tribus maximè consistit:nouitate,prosperitate,& aduersitate.opuscu.61.cap.14.col.3. pagina 444
Diligendus est plus Deus quàm vir ab vxore,& vxor à viro:quin maximum & perfectissimum matrimonium inter Deum & animam.opus.eod.cap.13 col.2.pag. 443
Dilectio sicut exit in esse tripliciter,sic etiam tripliciter deficit.opuscu.eod.cap.16.col.4.pag. 444
Dilectio quadruplex secundum similitudinem quatuor elementorum. ibid.
Dilectionis modus,scilicet ex toto corde ex tota anima,&c.quid sit. opus.eod.c.18.& 19.col.3.pag. 446
Dilectio Dei in via plenè non potest haberi,sicut nec Deus plenè cognosci.opus.eod.cap.24.col.3.pag. 448
De dilectionis affectu circa Deum,& quomodò in vita non totaliter possumus diligere Deum.opus.eod.cap.26.
Dilectionis decem sunt gradus.opuscul.eodem,capit.27. colum.2. pagina 449
De dilectione Dei fluunt quinque fontes secundum quinque genera substantiarum.opus.eod.6.grad.col.3.pag. 450
Dilectio proximi ad longum describitur opusc.61.capit.1.colum.4. pagina 456
Dilectio per ignem significatur. ibid.
Dilectio suijpsius qualis est,& quomodò ad instar illius proximus est diligendus.opus.eod.cap.3.col.ead.pag. 458
Dilectio triplex secundum triplex velle: scilicet naturæ, vitij, & gratiæ. ibid.
Sex constituuntur differentiæ in diligere,secundum sex differentias in velle.opus.& cap.eod.col.1.pag. 459
Diligitur proximus duplici amore,scilicet amicitię,& cõcupiscentiæ.opus.eod.cap.5.col.3.pag. 460
Dilectio proximi quadruplex,scilicet naturalis,deliberatiua,gratuita à gratia gratis data,& gratuita à gratia gratum faciente. ibid.
Dilectio amicitiæ in duobus motibus ad intra consistit. ibid.
Dilectionis duplex quantitas. ibid.
Diligenda sunt quatuor ex charitate.opuscul.6.capit.5.columna 1. pagina 461
Diligi ex charitate magis debet proximus,quàm corpus proprium. ibidem.
Diligi ex charitate debent inimici. ibid.
Diligendus est proximus discretè,sanctè non fatuè, & hoc tripliciter. ibid.
An Christus plus dilexit Ioannem vel Petrum.opusc.61.cap.5.col. 2.pagin. 461
In dilectionis signo est triplex falsitas. ibid.
Dilectio concupiscentiæ describitur.opuscul.eod.capit.6.colum.3. pagina 462
Dilectio cum sit actus aut motus,quatuor habere potest causas.Materialem, efficientem, formalem, & finalem.opusculo eodem, capit.7.
Diligere debemus proximum sicut nosmetipsos. ibid.
Diligendi actio duplicem habet finem.ibid.pag. 464
Contra dilectionis Dei impedimentum sunt quatuor remedia:meditatio,oratio,exercitium,& doctrina.opuscul.61.cap.10.colum. 4.pag. 466
Dilectio cum familiaritate multa operatur.opuscul.eodem,capit.9. pagina 466
Dilectio Dei in patria à beatis erit per Deum,ad Deum,& propter Deum.opusculo sexagesimotertio, capite secundo, columna 4. pagina 472
Dilectionis præceptum est finis omnium præceptorum, ad quod omnia,licèt diuersimodè,ordinantur.opuscul.17.cap.6.colum.1. pagina 141
In dilectione Dei & proximi est ordo.opuscu. 18.cap.2.colum.3.pagina 152
In dilectione Dei & proximi multiplex gradus perfectionis reperitur.opuscu.eod.cap.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

Dilectio Dei quomodò & qualiter in via est de necessitate salutis. opusc.eod.cap.5.
Dilectio Dei quomodò cadit aliquantulum sub consilio.opusc.eod. cap.6.
Modus diligendi proximum duplex, vnus sub præcepto, alius sub consilio.opus.eod.cap.13.col.1.pag. 157
Dilectionis proximi secundum extensionem amabilis triplex gradus.opus.eod.cap.14.col.3.pag. 158
Dilectio inimici est perfectior quàm amici. ibidem
Dilectio proximi secundum intentionem amoris triplex, scilicet largiendo temporalia, aut quantum ad corpus, aut animam. ibidem.
Dilectio proximi attenditur ex effectu triplici, scilicet corporalis boni, spiritualis naturalis boni,& boni spiritualis diuinalis. ibidem.
An tenetur Deum diligere,qui actu de Deo cogitat. opusculo 9.art. 89.col.1.pag. 103
De dimensionibus interminatis opus.32.pag. 278
De discipulis duobus euntibus in Emaus pulcher sermo.opuscul.61. gradu 9.col.4.pag. 454
Doctrina Christi fuit confirmata sanctitate vitæ, miraculorum operatione.opus.60.art.14.col.1.pag. 421
Doctrina Christi debuit esse parabolica. ibidem
Doctrina sacra traditur congruè sub metaphoris. ibidem
Documentum Pythagoræ traditur sub figuris,& enigmatibus, de communitatis conditionibus.opusculo 20.libro 4.capite.22.col. 4.pag. 248
Dona gratuita per peccatum homo amisit.opusculo 2.cap. 144. columna 3.pag. 34
Dona gratuita.vide Gratia.
Dominus & dominium,vide in dictione Regis: quia sub titulo Regis & regni,omnia quæ de dominis & dominio possunt dici,breuitatis gratia sunt posita.
Ducum nomina,& quid significent. opus.20.lib.4.cap.28.colum.2. pagina 251
Dulcedo sanguinis Christi tria bona facit. opus.58.cap.32.colum.2. pagina 403
Dulcedo spiritualis est quædam prægustatio gaudii cœlestis: valens contra mala,quæ in hoc mundo sunt. opusculo eodem, cap. 19. col.1.pag. 393
Dotes corporis glorificati sunt quatuor:videlicet claritas,impassibilitas,subtilitas,& agilitas.opuscul.60.articu. 22. columna 2.pagina 429
Disputatio quid sit,& de eius speciebus. opuscul.39.capit.1.colum.1. pagina 295
Distinctio personarum est secundum originem.opusculo primo. part.1.
Circa distinctionem personarum in diuinis,multiplex error describitur. opus.23.pag. 256
Diuersitas rerum vnde sumitur. opuscul.2.capit. 71.columna 3.pagina 20
Diuitiæ naturales,& possessiones ouium & armentorum, sunt dominus necessariæ. opuscul. 20. libro 2.capite 6.columna 1.pagina 221
Diuitiæ artificiales,vt aurum & argentum,& huiusmodi,sunt dominis necessariæ.opus.eod.cap.7.col.2.pag. 221
In diuinis vna persona an sit prior alia,& dignior.opusculo 1.cap.2. col.3.pag. 2
In diuinis an sint tria lumina.opus.eod.c.3.
In diuinis an essentia sit genita.opus.eod.c.4.
In diuinis an pater ad sui perfectionem indigeat filio & spiritusancto.opus.eod.c.7.col.1 pag. 3
Deitas quomodò intelligitur facta homo,& alia ratione dicitur diuinitas facta homo & verbum. opuscul.eod. capit.18.columa.4. pagina ead.
In diuinis oportet esse distinctionem personarum. opuscul.2.c.50. col.1.pag. 17
In diuinis huiusmodi distinctio est secundum relationes reales, & non sunt accidentaliter inhærentes.opusc.eod.c.52.53. & 54.col. 3.pag. 18
In diuinis impossibile est esse plures personas,quàm tres. opus.eod. cap.58.
In diuinis relationes seu personæ comparatę ad essentiam differunt ratione,sed vna comparata ad aliam differunt realiter.opus.9.q. 6.col.1.pag. 99
Diuina generatio terminatur ad suppositum, non ad relationem. Opus.eod.q 9.
Vtrum meus humana ad cognitionem veritatis,indigeat noua illustratione lucis diuinæ. opuscul.70.quæstio.1.articul.1.column.3. pagina 502
Vtrum possit aliquis ad Dei notitiam peruenire. ibidem articulo secundo.
Vtrum Deus sit primum,quod à mente cognoscitur. quæstion. ead. art.3.
Vtrum ad cognitionem diuinæ Trinitatis, mens per naturalem rationem peruenire sufficiat. ibid.art.4.
Diuina vtrum liceat inuestigando tractare.opus.eod.q.2.art.1.col.2. pagina 507
Vtrum de diuinis possit esse scientia.ibid.art.2.
Vtrum in his quæ sunt fidei, liceat rationibus Physicis vti, requirefides.
Vtrum diuina, in scientia fidei,sint obscuritate verborum velanda. opus.eod.q.2.art.4.
Vtrum in diuinis sit omninò imaginatio relinquenda. opusculo septuagesimo,quæstione sexta,articulo secundo,column.quarta. pagina 522
Vtrum intellectus noster potest ipsam diuinam formam inspicere. ibid.art.3.
Vtrum ad formam diuinam inspiciendam per scientias speculatiuas peruenire possit.ibid.art.4.

De litera E.

Ecclesia primò fundata est Christi sanguine,deindè aliorum sanctorum. Postea sub Siluestro dotata possessionibus & pace,& nomen Christi incipiebat prædicari. Opus.20.li.3.c.16.colum.1. pagina 235
Effectus an possit esse eiusdem durationis cum sua causa.opusc.27. col.1.pag. 965
Effectus Eucharistiæ secundum tria nomina,quia dicitur panis,sacramentum altaris,& sacramentum charitatis.opusc.58.c.25.col. 1.pag. 398
Effectus eucharistiæ secundum alia tria nomina:quia dicitur Manna,Medicina,& eucharistia. Opuscul.eodem.capit.26,.colum.1. pagina 399
De elementorum mixtione.Opusc.33.col.1.pag. 284
Emanatio extensionem habere potest,secundum numerum in creaturis, non in Deo.opusculo 9.quæstione 4.columna prima.pagina 99
Emanatio diuina,non est infinita extentione,licèt æterna. ibid.
Emere an licet officia.Opus.21.cap.1.col.2.pag. 252
De ente & essentia.Opus.30.col.1.pag. 271
Circa omne ens versatur Metaphysica, logica, sophista, diuersimodè tamen. Opusculo 42. capite 4. columna secunda. pagina 304
Ens quadrupliciter diuiditur. opusculo 42. capit. 3. columna 1. pagina 304
Ens non est genus.opusc.31.col.1.pag. 278
Episcopalis status est perfectior statu religionis.opusc.18.capit.17. col.1.pag. 162
Episcopalis status non est melior statu religionis.opus.18.capit.16. col.2.pag. 159
Episcopi tenentur esse in statu perfectionis. ibid.
Errores græcorum describuntur.opus.1.
Errores circa incarnatio nem Christi.opus.60.art.2.
Errores infidelium non solum per scripturas,sed per rationes possunt probari non esse impossibilia,quæ,fides ponit,etsi sint supra nostrum intellectum. opusculo 59. capite 1. columna 2. pagina 404
Esse & posse æternarum rerum non est totum simul,sed successiuè. opus.9.art.48.col.1.pag. 101
Esse animæ non est aliud quàm quod communicat corpori.opusc. eod.q.34.col.2.pag. 100
Esse est terminus creationis.opus.27.pag. 965
Esse se habet diuersimodè ad creationem, & generationem. ibidem.
Id quod est esse,licèt habet aliquid extraneum à natura sua ei adiunctum,esse tamen nihil secum potest compati. ibid.
Esse est duplex,essentiale, & accidentale.opuscul.31.columna 2.pagina 275
Esse & inter id quod est, ponitur differentia. opusculo 39.capite 2. pagina 295
Essentia in diuinis,an sit genita.opuscul.1.capit.4. columna 2.pagina ead.
Quomodò illud Athanasij intelligitur essentiam diuinam increatam,conceptam,& natam de virgine.opuscul.eodem,capite 17. col.2.pag. 4
Essentiam alicuius formæ necesse est ponere in homine siue esse. opus.32.c.7.col.1.pag. 282
Esse substantiæ habet se sicut vnitas rei. opusculo eodem, capite 8.

Esse accidentis dependens est per modum inhærentis. ibid.
Essentia diuina in alio :existens est ab alio scilicet à patre,vera est quia à patre est quod essentia diuina sit in filio.Opus.9.q.20.col. 1.pagin. 100
Essentia est principium actuũ notionalium,quæ si intelligatur esse principium huiusmodi actuum vt generãs,falsa est:sed si vt principium:vera.ibid.q.21.
Esus agni paschalis præfigurabat esum corporis Christi,& modum. Opus.58.c.16.pag. 390
Aeternitas quid est,& quomodò differt ab æuo & tempore.Opusc. 44.c.3.& 4.pag. 321
Quomodò intelligitur illud Augustini, si aliquid æternum mente capiamus, non in hoc mundo sumus. Opusculo 9. quæstio.31. pagina 100
Eucharistiæ sacramentum describtur. Opusculo 58.columna 1. pagina 1 379
Eucharistia comparatur tripliciter duplici cibo,& medicinali,scilicet melli, ficui,& fructui vuæ. Opuscul.58.capitul.1.colum.ead. pagina 380
Eucharistiæ sacramento Dei liberalitas assignatur in tribus. Opusc. eod.c.5.col.2.pag. 382
Eucharistiæ institutionis triplex est causa contra tria mala.Opusc. eod.c.1.col.ead.pag. 379
Eucharistiæ sacramentum intellectum illuminat,concupiscentiam sanat, mortem viuificat. Opusculo eodem, capit.6. columna 1. pagina 383
Eucharistiæ sacrificium præcellit triplici ratione sacrificia legis. Opus.eod.c.4.col.2.pag. 381
Eucharistiæ sacramento triplex ratio sapiętię Dei assignatur.Opus. eod.c.5.in principio.pag. 382
Eucharistiæ sacramentum datur congruè velatum sub specie panis triticei.Opus.eod.c.10.col.3.pag. 386
Eucharistia præfiguratur in benedictione Iacob ab Isaac,pulchrè valde. ibid.
Eucharistiæ sacramento tria occultantur,in quibus mores instruuntur.Opus.eod.c.8.pag. 384
Eucharistiæ sacramentum tria facit secundum tres proprietates panis.ibid.cap.9.
Eucharistiæ sacramento tres res significantur. ibid.
Eucharistiæ triplices effectus principales.Opusc.eod.c.24.colum.1. pagina 397
Eucharistiæ effectus secundum tria nomina,quia dicitur panis,sacramentum altaris & sacramentum charitatis.Opusc.eod.cap.25. col.1.pag. 398
Eucharistiæ effectus secundum alia tria nomina:quia dicitur manna,medicina, & eucharistia. Opuscul.eodem,capit.2.columna 1. pagina 399
Eucharistiæ sacramentum datur congruè sub duplici specie,panis & vini. Opus.eod.c.29.col.1.pag. 401
Quare solus sacerdos sumit sanguinem. ibid.
Eucharistiæ sacramento renouantur omnia mirabilia, quæ ab initio fecit.Opus.59.c,1.col.2.pag. 404
Eucharistiæ sacramentum,quare in vltima cœna est institutũ.Opus. 60.art.17.col.2.pag. 422
Eucharistiæ sacramentum triplicem habet significationem,scilicet respectu præteriti,præsentis,& futuri temporis. ibid.
Eucharistiæ sacramentum præfiguratum fuit in pane subcineritio Heliæ.Opus.59 c.6.col.2.pag. 46
Cætera de eucharistia require.Opuscu.58.quod inscribitur de sacramento altaris.
Aeuum quid sit,cuius mensura est.Opus.36.c.3.col.2.pag. 288
Aeuum in quo subiectatur.Opus.eod.c.5.col.1.pag. 290
In æuo an sic fuisse,an futurum esse.Opuscul.9.quæstio.102.colum. 2.pagin. 103
Exactiones in populo fieri sine magna necessitate ipsam communitatem perturbant.Opus.20.lib.4.c.17.col.4.pag. 246
Exactiones an possint domini facere in subditos.Opus.21.cap.1.col. ead.pag. 253
Exactiones factæ ab officialibus dominorum absque ordine,quomodò & quibus sint restituendæ. ibid.
Excommunicationis absolutio an requirat determinatam formam verborum.Opus.22.c.2.col.3.pag. 354
Exconsul quis dicebatur. Opuscul.20.libr.4.capit.26.colum.4. pagina 250
Exitus rerũ in esse triplex,naturalis,voluntarius,& mirabilis.Opus. 61.c.6.col.2.pag. 441
Extrema vnctio quibus sit danda.Opusc.65.vbi habetur de sacramento extremæ vnctionis.pag. 491
Quid de illo,qui deprehenderit se errasse, circa istud sacramentum, scilicet de alio oleo. ibid.

De litera F.

De fallacijs in communi,& speciebus.est Opus.39.
Familiaritas excedit amicitiam in multis.Opuscul.61.capit.9. col.3.pag. 466
Fidelitatis tria sunt experimenta. Opuscul.eod.capite 14.colum.3. pagina 444
Festa Iudæorum erant tria,in quibus habebant se præsentare domino.Opus.60.art.8.col.4.pag. 418
Fantasma rei potest dici verbum rei. Opuscul.14. columna 1. pagina 111
Factum quid sit,& eius singulæ circunstantiæ.Opuscul.2.capit.138. col.1.pag. 33
Fides nõ est prædicabilis,id est,per prædicationẽ explicabilis.Opus. 1.cap.29.col.3.pag. 6
Fides an sit nobis administrata ab angelis. Opuscul.eodem,capit.30. pagina 7
Fides quid sit.vide Opus.2.c.eod.col.3.pag. 12
Fidelium status in tres distinguuntur.Opuscul.58.capitul.10.colum. 3.pag. 386
Fides ad quid valet, & de singulis articulis fidei in speciali vide. Opus.8.pag. 94
Fides,vtrũ de his quæ sunt fidei liceat rationibus Physicis vti.Opus. 70.q.2.art.3.col.1.pag. 507
Fides,vtrùm humano generi sit necessaria.Opus.eod.q.3.arti.1.col. 2.pag. 509
Fides,vtrùm à religione sit distinguenda.ibid.art.2.
Fides Christiana cur nominatur catholica vel vniuersalis.q.ead.art. 3.col.1.pag. 511
Vtrùm hoc sit verè fidei confessio,quod pater & filius & spiritussanctus sunt vnus Deus.q ead.art. 4.col.2 pag. 511
Filiatio adoptionis est quædã similitudo filiationis naturalis.Opus. 60.vbi agitur de incarnatione Christi.
Filium incarnari quare fuit magis congruum, quàm aliam personam. ibid.
Filio Dei possumus tripliciter assimilari. ibid.
Filium esse secundum à patre,& spiritum sanctum tertium,quomodò intelligitur.Opus.1.c.2.& 3.col.3.pag. 2
Filium esse in patre sicut in imagine,quomodò intelligitur.Opusc. eod.c.11.col.2.pag. 3
Filius an sit missus à spiritusancto.Opuscul.eod.capite 14.colum.3. pagina 4
Finis vltimus rerum, est bonitas diuina. Opuscul. 2.capit.101.colum.4.pag. 26
Ex fine sumitur ratio diuersitatis,& distinctionis in rebus.Opuscul. eod.c.102.pag. 26
Finis vltimus creaturæ rationalis est visio diuinę essentiæ.Opus.eod. c.104.col.1.pag. 27
Filius procedit vt verbum & ars,quia pater potest omnia producere spiritusancto,vt amor,quo vult omnia producere: multiplicem habet hæc propositio intellectum.Opuscul.9.quæst.23.colum.3. pagina 100
Filius dicitur æquari patri,secundum quod æquari dicit motum ad quantitatem eandem,quam consequitur relatio,sanum habet intellectum.Opus.eod.q.45.col.1.pag. 101
Fontes aquarum quinque emanantes à summo bono secundum quinque genera substantiarum. Opuscul. 61.grad. 6.colum. 4. pagina 450
Fons viuus quomodò ab alijs fontibus distinguitur,& sint ibi multiplices fontes. ibid.
Fons viuus dicitur Deus. ibid.
Forma est terminus generationis Physicæ. Opuscul. 32. capitul.2. col 4.pag. 278
Formarum tria sunt genera. Opuscul. eodem, capite 3. colum.1. pagina 279
Forma potest esse in homine secundum essentiam,ita quod non sequatur aliquid esse substantiale.Opuscul.eod. capite 8.colum.3. pagina 282
Formam vniri materiæ est impossibile,qui sit corpus generis substantiæ.Opus.42.cap.6.col.2.pag. 305
De pluralitate formarum,& quòd non est possibile plures substantiales formas esse in vno composito.Opusc.45.in principio.Item Opus.2.c.90.91.& 92.
Fortuita,& casualia quomodò in hæc inferiora fiunt.Opus.2.c.137. col.1.pag. 33
Fructus duodecim ligni vitæ.Opus.58.c.1.col.ead.pag. 379
Fructus duodecim corporis Christi, contra duodecim languores. Opus.eod.c.21.col.1.pag. 395
Fructus tres principales corporis Christi.Opuscul.eod.capitul.24. col.1.pag. 397
Fructus bonorum triplex.Opus.eod.c.vlt.col.2.pag. 403

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fingere potest iustus propter tria.Opuscu.58.capit.8.column.4.pagina 384
Fruitio beatorum erit per Deum ad Deum & propter Deum.Opuscu.63.cap.3.col.2.pag. 475
Fruitio quid sit. ibidem

De litera G.

Generatio quia est motus ad formam duplici formæ correspondet duplex generatio.Opusc.31.col.2.pag. 275
Ad generationem tria requiruntur.Opuscu.cod.col.3.pag. 276
Generationis naturalis modus describitur.Opuscu.42.cap.16.col.2.pagina 311
Deus generans est nomen essentiale tractum ad personale,sicut potentia coniuncta actui notionali est notionalis,sanum potest habere intellectum.Opusc.9.quæst.28.col.4.pag. 100
Gentiles possunt cognoscere Deum vnum,simplicem,æternũ. Opuscul.2.cap.36.col.2.pag. 15
Genus & differentia quomodò sumuntur in substantijs separatis.Opusc.42.cap.5.col.1.pag. 305
Genus non est præter suas species.Opuscul.eodem.capi.8.colum.1.pagina 307
Genus implicitè continet ea quæ sunt in eo.Opusc.cod.cap.9.
Genus generalissimum quid sit, & quod ens non potest esse genus generalissimum. ibidem
In genere logico materialia & immaterialia solùm conueniunt.Opusc.eod.cap.6.col.2.pag. 305
De genere est.Opusc.42.
Gratia indiget homo ad amandum Deum.Opusc.2.capi.143.col.3.pagina 34
Gratiam huiusmodi per peccatum rationalis creatura amittit.Opuscu.cod.cap.144.
Gratia Christi fuit infinita.Opuscu.cod.cap.31.
Gratia procedit à Deo tanquàm imago ab artifice.Opuscul.60.vbi agitur de incarnatione Christi.pag. 411
Gratia est in essentia animæ.Opusc.eod.col.3.pag. 412
Gratia Christi triplex describitur Ioannis primo:verbum caro factum est:vnionis,habitualis, & capitis.Opuscul. 60. vbi agitur de incarnatione,membro.2.col.4.pag. 414
Gratiæ plenitudo potest dupliciter accipi.ibidem.col.1.pag. 415
Gratia Christi habitualis dupliciter consideratur. ibidem
Gratia Christi an sit infinita. ibidem
Gratia vnionis præcedit in Christo gratiam habitualem, non tempore,sed ordine naturæ & intellectus. ibidem
Gratiam Dei nõ semper experiri expediens est,propter multa.Opuscu.60.artic.24.col.1.pag. 433
Gratiam Dei non certitudinaliter, sed per coniecturam triplicem potest quis cognoscere se habere. ibidem
Gratiam se habere quibusdam re uelatur propter tria. ibidem
Ad gratiam habendam tria dispouunt. ibidem
Gratia triplicieer exit in esse,sic tripliciter desinit.Opuscul.61.c.16.col.4.pagin. 444
Gratiam ex necessitate consequitur faciens quod in se est. Opusc.eo.cap.17.col.2.pag. 445
Gratia alia magna, alia maior, & gratia maior dupliciter dicitur. ibidem
Gratia ex parte obiecti,in quod per gratiam eleuamur,non est temporalis,sed tamẽ ex parte subiecti,scilicet nostri,qui eleuamur cũ simus temporales,gratia tẽporalis est.Opusc.9.q.31.col.4.pag.100
Ad gratiam recipiendam magis sunt dispositi patres Noui Testamenti,quàm veteris, propter impedimentum peccati Adæ remotum.Opusc.eod.q.33.
Gratiarum actio beatorum erit per Deum, ad Deum, & propter Deum.Opusc.63.c.6.col.4.pag. 478
Græcorum regimen vnde sumpsit originem, & quantum durauit.Opusc.20.lib.3.c.12.col.2.pag. 233
Gubernat Deus inferiora per superiora.Opusc.2.c.124.col.3.pag. 30
Gubernationi diuinæ omnia subduntur.Opusc.eod.c.123.
Gubernat Deus homines per Angelos,& inferiores Angelos per superiores.Opusc.eod.c.125.
Gubernatio diuinæ prouidentię extendit se ad omnes res,& ad inimicos effectus.Opusc.eod.c.123.
Gubernatio diuinæ prouidentiæ immediatè se extendit ad omnia. ibidem
Gubernatio diuinæ prouidentiæ se extendit ad singularia.Opuscu.eod.cap.134.col.4.pag. 32
Gubernationi diuinæ prouidentiæ subsunt contingentia. ibid.
Gubernationi & prouidentiæ diuinæ speciali modo subditur creatura rationalis.Opusc.eod.cap.143.col.3.pag. 24
Gubernatio siue prouidentia Dei se extendit ad minima,& Deus cognitionem habet singularium,& prouidentiam:& opinio opposita reprobatur.Opusc.15.c.13.14.15.& 16.

De litera H.

Helisæus.vide aqua.
Hæreticorum errores ad hoc principaliter videntur intendere,vt ipsi derogent dignitati.Opusc.1. in principio.
Hominem à filio Dei assumptum quomodò intelligitur.Opusc.eod.cap.20.col.1.pag. 5
Quomodò verificetur illud.Deus factus homo.Opusc.eod.c.21.
Homo indiget speciebus intelligibilibus.Opusc.2.c.81.col.2.pag. 21
Homo indiget potentijs sensitiuis.Opusc.eod.c.82.
Homo indiget intellectu agente, & possibili ad intelligendum.Opusc.eod.c.83.col.3.pag. 22
Hominis vltima perfectio consistit in quietatione intellectus & voluntatis.Opusc.eod.c.149.col.1.pag. 35
Homo in vltima perfectione consequetur immortalitatem, & immutabilitatem.Opusc.eod.c.150.
Hominis vltima beatitudo requirit vnionem animæ & corporis.Opusc.eod.c.151.
Homines & angeli conueniunt in pœna,& in præmio.Opusc.eod.c.184.col.1.pag. 41
Hominem lapsum oportuit reparari.Opusc.eod.capit.199.colum.3.pagina 42
Hominem reparari oportuit per Deum.Opusc.eod.cap. 200.col.1.pagina 43
Homo tripliciter consideratur,& secundum hoc triplici eget cibo.Opusc.58.c.6.col.2.pag. 383
Homo assimilatur Deo multipliciter,& representat Deum secundum trinitatem,vt causa rerum,& conseruans res.Opusc.61.grad.10.col.1.pag. 455
Homo est ad imaginem Dei multipliciter, sicut & assimilatur Deo multipliciter. ibid.
Homo naturaliter dominatur bestijs & pecoribus, & quomodò.Opusc.20.lib.3.c.9.col.1.pag. 232
Hostia consecrata quare frangitur in tres partes.Opusc.59.c.7.col.1.pagina 407
Humani generis salus facta per Deum diligentissimè.Opuscul.63.pagina 471

De litera I.

Ieiunium Christi fuit salutare & exemplare.Opusc.60.art.10.col.2.pag. 419
Ieiunium ad tria principaliter assumitur. ibid.
Ieiunio sic vitia carnis sunt refrenanda,quòd naturæ non subtrahatur necessitas. ibid.
Ierarchiarum distinctio & ordinum in Angelis.Opusc.2.c.126.col.4. pag. 30
Ignis significat dilectionem,& sunt quinque cõditiones illius ignis.Opusc.61.c.1.col.4.pag. 456
Ignis in sua natura lumen habet, sed eius lux non apparet nobis.Opusc.51.in fin. col.1. pag. 363
Iesus significat Deum humanatum,Christus econtra hominẽ deificatum.Opusc.60.art.1.col.1.pag. 409
Iesus est nomen magnæ multæque virtutis. Opusc.eod. art.6.col.2.pagina 417
Ad illustrationem internam mentis tria disponunt.Opusc.eo.art.24.col.2.pag. 433
Illustres qui sunt.Opusc.20.lib.4.c.26.col.4.pag. 250
Imago:vide spiritussanctus.
Imitari quomodò debemus diuinos mores,& perfectionem, immutabilitatem,scilicet patientiam,bonitatem,&c.& quomodò defectuosi sumus in talibus.Opusc.62.col.2.pag. 467
Imperatores primi qui se subiecerunt Romano Põtifici, qui fuerũt.Opusc.20.lib.3.c.17.col.2.pag. 235
Imperiũ diuersis temporibus diuersimodè ad diuersos est translatũ, & vario modo celebratum.Opusc.eod.c.18.& 19.col.3.pag. 236
Imperiale dominium quomodo ad regale comparatur, & politicũ. ibid.c.20.
Imperium quando,& per quem translatum est à Græcis ad Germanos.Opusc.20.lib.3.c.18.
Imperium quando, & quo tempore translatum est ad Alemanos. ibid.c.19.
Imperium vnde sumpsit originem,quot fuerunt,& quantùm durauerunt.Opusc.20.lib.3.cap.12.col.1.pag. 233
Incarnationis congruus modus describitur.Opusc.60.in principio.
Circa incarnationem errores.Opusc.23.
Incarnationis sacramentum fuit à principio angelicis spiritibus manifestum,dæmonibus verò occultatum,fidelibus etiam misericorditer reuelatum.Opusc.60.art.1.col.1.pag. 409
Incarnationis ministerium fuit sacratissimum. ibid.
Incarnationis mysterium fuit ab æterno præordinatum,in veteri lege præfiguratum,à Prophetis præconizatum,à sanctis patribus desideratum,ab Angelo nũciatũ,in virgine consummatum. ibid.

Incar-

Incarnari filium congruum fuit. ibid.
Incarnationis causa fuit peccatores saluos facere.Opuscu.60.artic.3.col.4.pag. 412
Incarnationis Christi sunt quatuor vtilitates.Opusc.eod.art.4.col.cad.pag. 416
De indiuiduationis principio.Opusc.29.
Incarnationem Christi tota trinitas operata est,& tantùm vni attribuitur.Opusc.60.art.3.col.2.pag. 413
Incarnatio Christi siue corporis formatio fuit in instanti. ibid.
Induratio hominis ex triplici prouenit causa.Opusc.58.cap.12.col.3.pagina 388
Infernus multis modis accipitur.Opusc.60.art.21.col.4.pag. 428
Infernus quadruplex. ibid.
Infernus an sit in centro terræ.Opusc.10.artic.31.Item,11.art.25.col.4.pagin. 108
In inferno an erit fletus corporalis quantùm ad lachrimarum emissionem.Opusc.10.art.40.col.1.pag. 107
In inferno an erit vermis corporalis.Opusc.eod.art.41.
Infidelitas humani generis erga fidelitatem fidei multiplex.Opusc.63.c.2.col.4.pag. 472
Infinitas extensiua perfectionis est cùm recedat ab vnitate,intensiua autem cùm accedit ad vnitatem.Opusc.9.art.4.col.1.pag. 99
Iniustum non est,nec contra Dei iustitiam pro temporali culpa aliquem æternaliter damnari.Opusc.2.c.183.col.4.pag. 40
Immaterialia aliqua esse,probatur per motum.Opusc.15.cap.2.col.3.pagina 114
In innocentiæ statu homo potuit non mori,non pati,potuit tamen peccare.Opusc.3.cap.2.pag. 2
Innocentiæ status originalis iustitia dicebatur.ibid.cap.3.
Innocentes occidi non est malum Deo,qui est auctor vitæ & mortis,& in cuius conspectu nullus innocens est,tamen malum homini.Opusc.9.q.86.col.1.pag. 103
Innouatio mundi describitur.Opuscul.60.artic.25.in fine.colum.3.pagina 438
In obedientia vna grauior alia.Opusc.64.col.1.pag. 481
Inspirauit Deus in faciem hominis spiraculum vitæ,vt fieret homo in animam viuentem,quomodò intelligitur.Opusc.1.c.27.col.2.pagina 5
De instantibus.Opusc.38.
Instans in toto tempore est vnum re,differens ratione.Opusc.36.c.2.col.3.pag. 288
Instans temporis & æuum cuius sit mensura.ibid.cap.3.
Intellectuale.vide in substantia.
Intellectus humanus accipit species intelligibiles ad intelligendum.Opusc.2.cap.81.col.2.pag. 21
Intellectus possibilis non est in omnibus vnus.Opuscul.eod.cap.85.col.3.pag. 22
Intellectus agens non est in omnibus vnus.Opusc.eod.cap.86.col.1.pagina 23
Intellectus agens & possibilis conueniunt in vna essentia animæ.Opusc.eod.cap.87.
Intellectus creatus qualiter potest pertingere ad visionem diuinæ essentiæ.Opusc.eod.cap.105.col.2.pag. 27
In intellectum humanum imprimere possunt creaturæ intellectuales.Opusc.eod.cap.129.col.2.pag. 31
Intellectus in hominibus quid sit,& quomodò sit accidens animæ, & immaterialis.Opusc.16.de vnitate intellectus contra Aueroistas.pag. 118
Intellectus dupliciter fertur in intelligibile,siue in obiectum.Opusc.42.cap.15.col.3.pag. 310
De intellectiua potentia,& de eius conditionibus.Opuscu.43.cap.6.col.1.pag. 317
De intellectu respectu vniuersalium.Opusc.49.pag. 367
De intellectu & intelligibili.Opusc.53.pag. 371
Intelligere est aliud,quàm intellectum esse. ibid.
Intellectus in intelligendo ad quatuor potest habere ordinem.ibid.
Intellectus non potest intelligere,nisi sit actualis specie intelligibili.ibidem.
Res intellecta siue conceptio intellectus,est in intellectu. ibid.
Intellectus semper habet apud se verbum secundum interiorem intelligentiam. ibid.
Intellectus à voluntate distinguitur. ibid.
Intellectus & ratio quomodò differunt. ibid.
Intellectꝰ noster nõ potest Deũ cõprehẽdere.Opusc.9.q.1.col.4.p.98
Intellectus apprehendens rem vnam conceptione,perfectè apprehendit,quando autem pluribus,imperfectè. ibid.
In intellectu nostro sunt attributa diuina,sicut in subiecto,in Deo sicut in representato.Opusc.eod.q.2.
Intelligentia & intentio quomodò differunt.Opusc.53.col.2.pag.371
Intelligentia interior est ipsius animæ secundum se. ibid.
Intentio prima & secunda quomodò differunt.Opusc.42.cap.12.col.4.pagin. 308
Intentioni res non est subiecta,sicut accidens est in subiecto,sed dicitur subiecta,id est obiecta.Opusc.56.col.2.pag. 375
Inuentio medij in syllogismo describitur.Opusc.50.pag. 368
Ioachim abbatis error circa trinitatem personarum,& vnitatem describitur.Opusc.24.pag. 259
Iudæi non possunt licitè retinere per vsuram lucrata,sed sunt restituenda,& quibus.Opusc.21.pag. 252
Io Iudæos an liceat facere axactiones. ibid.
Iudæi non habentes nisi vsuras,si peccauerint,an possunt pœna pecuniaria plecti. ibid.
A Iudæis oblata non possunt licitè retineri. ibid.
Iudicantes erunt aliqui cum Christo,& qui.Opusc.60.in fine.
Iudicantis Christi potestas erit insuperabilis,inexplicabilis,interminabilis.Opusc.eod.art.25.col.2.pag. 435
Iudicium futurum à Christo.require in Christo.
Ad iudicium tria concurrunt.Opusc.2.cap.243.col.2.pag. 55
Præter iudicium particulare,quod fit singulis in morte,erit aliud vniuersale.Opusc.60.art.25.col.1.pag. 437
Circa hoc iudicium possunt tria considerari,iudicis æquitas,iudicantium cum Christo dignitas,& iudicandorum varietas. ibid.
Iudicium vniuersale erit totum mentaliter. ibid.
Iudicium duplex. ibid.
Iudicij tempus,modus,& locus. ibid.
In iustificatione duo concurrunt. Opuscul.60.articu.22.colum.2.pagina 431
Iuuenes sunt ab bonum inducendi,& religionis ingressum.Opusc.17.cap.3.col.2.pag. 139

De litera L.

Lacedemones qui sunt,& quale eorum regimen.Opusc.20.lib.4.c.19.col.2.pag. 247
Lacedemones sunt sparciatæ. ibid.
Languores nostri duodecim remediabiles duodecim fructibus corporis Christi.Opusc.58.c.21.col.1.pag. 395
Largitatis diuinæ gradus,quibus hominibus omnia bona sua largitus est.Opusc.eod.cap.5.col.4.pag. 382
Largitus est Christus se nobis multis modis. ibid.
Laus beatorum erit per Deum,ad Deum,& propter Deum.Opusc.63.cap.5.col.3.pag. 478
Leue remedium contra multa mala magna.Opuscu.58.cap.17.col.3.pagina 392
Liberum arbitrium quid sit.Opusculo 43.capite 7.columna 3.pagina 318
Libidinis fluxus non est semper peccatum,tamen semper virandus.Opusc.64.col.1.pag. 483
Ligni scientiæ boni & mali prohibitio.Opuscul.2.capit.188.col.2.pagina 41
Logicus & Metaphysicus versantur circa omne ens,diuersimodè tamen.Opusc.42.cap.4.col.ead.pag. 304
Locus non esset,nisi esset aliquis motus secundum locum.Opusc.52.col.2.pag. 369
Loco conuenienti Christus est passus. Opuscu. 60. articul. decimooctauo,pag. 423
In loco quomodò dicuntur esse vltima superiora. Opusculo 52.pagina 369
Locus in quo debet ciuitas cõstrui,qualis debeat esse.Opusc.20.lib.2.cap.eod.col.2.pag. 219
Locis amœnis populus est arcendus vt moderatè eis vtatur.Opusc.eo.cap.4.col.ead.pag. 220
De loco & eius natura,& quid sit.Opusc.52.pag. 369
Loci varietas vtrùm aliquid faciat ad diuersitatem secundum mundum.Opusc.70.q.4.art.4.col.1.pag. 513
An tria lumina sint dicenda in diuinis.Opusc.1.cap.3.col.ead.pag. 2
Circa luminis visionem quadruplex est differentia. Opusc.61. cap.7.pagina 462
De natura luminis.Opusc.51.pag. 368
Luna an post diem Iudicij lucebit sicut sol,& sol septies. Opusc.10.art.36.col.4.pag. 106
Lux est propria qualitas cœli,licèt sit in aëre,& alijs corporibus causata à cœlo.Opusc.9.art.7.col.1.pag. 99
Lux est qualitas agentis vniuersalis id est cœli,in genere naturalium agentium,non simpliciter,sed vniuersaliter.ibidem.
Lux cœli si non esset,an animalia,& homines in instanti morerentur.Opusc.11.art.14.col.3.pag. 108

De litera M.

Magdalena primò Christum vidit post resurrectionem.Opuscu.60.artic.22.col.3.pag. 430
Magnificat anima mea Dominum, multipliciter exponitur.Opusc.eod.art.3.col.ead.pag.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Magorum oblatio describitur. Opus. eod. art. 7. col. 2. pag. 417
Malum quid sit. Opus. 2. cap. 114. col. 4. pag. 28
Malum an sit natura aliqua. Opus. eod. cap. 115. col. 1. pag. 29
Malum & bonum dicuntur contraria, & contrariorum genera. ibidem. c. 116.
Malum quomodò corrumpit bonum. ibidem. cap. 17.
Mali subiectum est bonum, nec est inuenire aliquid essentialiter malum, nec malum cadit in appetitu ibid. cap. 118.
Malum quomodò habet rationem peccati. Opus. eod. cap. 121.
Malum peccati aut culpæ, in quibus naturæ accidat. Opuscu. eodem, cap. 120.
Malum proueniens ex defectu secundarum causarum non præiudicat ordinationem primæ causæ. Opus. eod. cap. 141. col. 2. pag. 33
Malum huiusmodi non repugnat diuinę voluntati. ibidem. cap. 142
Malorum vltima miseria non cõsistit in malis huius vitæ. Opus. eo. cap. 173. col. 1. pag. 39
Mala duodecim ex peccato quæ remediãtur corpore Christi. Opus. 58. cap. 21. & 22. pag. 395
Mala tria sequuntur ex obliuione memoriæ Christi. Opusc. eod. cap. 2. col. 3. pag. 380
Malum triplex siue corruptionem triplicem infudit serpens in commestione fructus vetiti, contra quæ sacramentum altaris dicitur medicina. Opus. eod. cap. 26. col. 1. pag. 399
Mala tria sunt in mundo, contra quę valet sacramentum corporis Christi. Opus. 58 cap. 8. col. 4. pag. 384
Mandatum primum & maximũ est, diligere Dominũ Deum tuum. opuscu. 61. cap. 1. col. 3. pag. 438
Mala quinque & terribilia sunt secundum Aristotelem: scilicet opinio mala, inopia, ægritudo, inimicitia, Mors. Opus. eod. cap. 11. col. 4. pagin. 442
Mandatum primum & secundum adinuicem conueniunt, & abinuicem differunt multis modis. Opus. eod. cap. 1. col. 3. pag. 438
Mandatorum diuinorũ aliud ceremoniale, aliud iudiciale, & aliud morale: sed Deus factus homo ceremonialia abrogauit, iudicialia derogauit, & moralia prorogauit. Opuscu. 61. capitu. 2. columna. 1. pagina 457
Mandatorum nouæ legis aliud naturale, & illud præcipitur: quia bonum, aliud positiuum, & illud bonum: quia præcipitur. ibid.
Mandatorum aliud conditionale, aliud absolutum. ibid.
Mandatorum aliud affirmatiuum, aliud negatiuum. ibid.
Mandatorum aliud generale, aliud speciale. ibid.
Manducationis modus, & qualitas, & circunstantia corporis Christi præfiguratur. Exod. 12. de esu agni paschalis. Opus. 58. cap. 17. col. 2. pagin. 391
Manducans corpus Christi indignè tria mala incurrit. Opus. eod. cap. 18. col. 3. pag. 392
Manducatur tripliciter corpus Christi. Opus. eod. c. 17. col. 2. pa. 391
Manducans dignè tria bona consequitur. ibid.
Manducatio spiritualis tantùm corporis Christi, quæ & qualis est. Opusc. 58. c. 19. col. 1. pag. 393
Circa manducationem spiritualem tria sunt consideranda. ibid.
In manducatione corporali sunt tria, quæ inueniuntur in spirituali manducatione corporis Christi. ibid.
Manducationis spiritualis triplex effectus. ibid.
Manducans dignè corpus Christi remanducatur. Opus. eod. cap. 20. col. 3. pag. 394
Manipulus est numerus ducentorum militum. Opus. 20. lib. 4. c. 28. col. 2. pag. 251
Manus quæ nos plasmauerunt crucifixæ sunt, & similes locutiones an sint admittendæ. Opus. 12. q. 4. col. ead. pag. 110
Mariæ sanctificationis fuit triplex effectus. Opusc. 60. c. 1. vbi agitur de incarnatione Christi.
Maria fuit in sua sanctificatione ab originali purgata, in filij conceptione totaliter à fomite mundata, in sui assumptione ab omni miseria liberata. Opus. 60. art. 3. col. 1. pag. 413
Maria in sanctificatione adepta est gratiam in bonum inclinantem, in filij conceptione gratia in ea confirmata, in sua assumptione consummata. ibid.
Maria fuit vera mater Christi. ibid.
Mariæ conceptio signat conceptionem fidelis animæ. Opuscu. eod. art. 3. col. 4. pag. 414
Maria virgo post conceptionem tria legitur fecisse, per quæ signantur tria mysteria, quibus anima sancta post conceptum verbi Dei debet insistere. ibid.
Maria exurgens abijt in montana: vbi tria fecit. ibid.
Mariam virginem mansisse incorruptam in filij conceptione, fuit conueniens. Opus. 60. art. 4. col. 1. pag. 416
Mariam fuisse desponsatam fuit conueniens. ibid.
Mariæ virginis partus mysticè significat partum pœnitentis animæ. ibid.
Mariç purgatio, seu potius pueri in templo representatio. Opus. eo. art. 8. col. 4. pag. 418
Maria virgo verè fuit mater Christi. Opuscu. 2. capit. 222. colum. 2. pagina 49
Maria virgo fuit perpetua. Opus. eod. c. 225. col. 3. pag. 50
Materia corporum cœlestium distincta est à materia elemẽtorum. Opus. 52. col. 3. pag. 370
Materiam mundi an ab æterno præcesisse creationem sit necessarium, & ponuntur solutiones argumentorum in oppositũ. Opus. 2. c. 99. col. 2. pag. 25
Materia corporis Christi describitur. Opus. eod. capit. 217. colum. 4. pagina 48
De materia, & eius natura & conditione. ibid. c. 218.
De Mathematicis. Opus. 42. c. 14. col. 3. pag. 310
Matrimonium an & quomodò impedit perfectionem spiritualis vitæ. Opus. 18. c. 6. col. 4. pag. 152
Matrimonium perfectissimum & maximum est inter Deum & animam. Opus. 61. c. 13. col. 2. pag. 443
Matrimonium est sacramentum laicorum. Opusc. 65. vbi agitur de sacramento matrimonij. col. 2. pag. 491
Matrimonium: vide in sacramento.
Mediator Dei & hominum dicitur Christus. Opusc. 60. art. 18. col. 4. pagina 426
De materia syllogismi est. Opus. 50.
Membra mystica duplicia, scilicet Christi, & diaboli. Opusc. 58. c. 14. col. 2. pag. 389
Memoria de quibus sit habenda. Opus. eod. cap. 2. col. 3. pag. 380
Ad habendam memoriam saluatoris cogunt nos tria argumẽta suæ charitatis. Opus. eod. c. 1. col. 2. pag. 379
Memoria passionis dominicæ est causa prima institutionis sacramenti eucharistiæ. ibid.
Memoria passionis dominicæ ad quid valet. Opuscu. eod. cap. 2. col. 3. pagin. 380
Mendacia quædam sunt alijs noxia, & grauiora: & ideò secundum suas species sunt confitenda. ibid.
Contra mendicantes scripsit Guillielmus de sancto amore canonicus Parisiensis, tractatum, postea per Papam reprobatum: contra quem scripsit ex aduerso Diuus Thomas, soluendo, & destruendo singulas rationes: & tituli illius libri ad plenũ habentur antè. Opus. 19. ideò breuitatis causa hic supersedemus.
Mensuræ & pondera propria pertinent ad quãliber patriam. Opus. 20. lib. 2. cap. 14. col. 1. pag. 225
Non ad mensuram dat Deus spiritum homini Christo, & propositio tripliciter exponitur. Opus. 60. art. 3. col. 1. pag. 415
Sancti patres non meruerunt incarnationem Christi ex condigno. ibid. pag. 414
Meretrix hoc facit in mundo, quod sentina in mari, cloaca in palatio. Opus. 20. lib. 4. c. 14. col. 2. pag. 245
Metaphore: vide doctrina.
Miles quid sit & vnde deriuatur. Opuscul. 20. lib. 4. capit. 10. colum. 2. pagin. 243
Mirabilia & miracula quæ operatur Deus, an operetur ministerio angelorum. Opus. 11. art. 16. col. 3. pag. 108
Miracula an faciat Deus secundum quòd Deus: vel secundum quod homo. ibid. art. 17.
Miraculorum operatio describitur. Opuscul. 2. capit. 136. colum. 4 pagina 32
Miracula facere non conuenit alicui, nisi soli Deo. ibid.
Miracula etsi videntur aliquando fieri ab aliqua creatura, non sunt miracula. ibid.
Miracula huiusmodi quamuis præter ordinem secundarum causarum fiant, non tamen sunt contra naturam. ibid.
Miraculi nomen vnde sumitur, & quid sit. Opus. 60. arti. 15. colum. 2. pagina 421
Miraculorum operatio attribuitur fidei propter duo. ibid.
Miseria. vide damnatio.
Missa, de eius celebratione, siue ritu celebrandi. Opusc. 65. in principio. Item. Opus. 66. pag. 493
Quare in principio canonis facimus tres cruces. ibid.
Quare in secundo facimus quinque cruces. ibid.
Quare in tertio facimus duas cruces. ibid.
Quare in quarto facimus quinque cruces. ibid.
Quare in quinto fiunt tres cruces. ibid.
Quare sacerdos extendit brachia per modum crucis. ibid.
Quare ibi fit tanta diuersitas in crucibus. ibid.
Quare corpus Christi integrum in eisdem crucibus facie ndis manu teneatur. ibid.
Missio: vide spiritussanctus.
Missio visibilis non fiebat in veteri testamento, licèt bene apparitio. Opus. 9. q. 35. col. 4. pag. 100

Mittens Chri-

Mittens Christus discipulos ad prædicandum, tria eis iniunxit. opuscu. 23. in principio. pag. 255
De modalibus propositionibus est opus. 40.
De mixtione elementorum. opus. 33.
De monarchijs, & vnde sumpserunt originem, & quantùm durauerunt. opuscu. 20. lib. 3. cap. 12. col. 1. pag. 233
Monetam propriam debet habere quælibet patria. opus. eod. libr. 2. cap. 13. col. 4. pag. 224
Mores diuini, & quomodò debeamus imitari eos, pulchrè describitur. opusc. 62. pag. 467
Mors in Christo exponitur.
Mors Christi fuit necessaria propter tria. opus. 60. artic. 18. pag. 423
Motiua vis describitur. opus. 43. cap. 5. pag. 305
An cessante motu cœli, omnia quæ sunt in mundo quantùm ad elementata in instanti elementa resoluerentur. opuscu. 11. artic. eod. col. 3. pag. 108
An cessante motu cœli hæc inferiora agere & se mouere possent. opuscu. 10. articulo 7. col. 1. pag. 105
Motus corporum cœlestium agunt ad actum voluntatis indirectè. opuscu. 2. cap. 128. col. 1. pag. 31
Motus cœli cessabit. opuscu. eodem, cap. 171. pagina 38
De motu, quo Deus creaturas mouet, vide in dictiõe Deus. similiter de motu quo angeli sunt motores, vide in dictione angelus.
Motus cordis describitur. opuscu. 35. pag. 286
Mulieres an sint exponendæ rebus bellicis, & quomodò pro vtraq; parte in contrarium arguitur. opuscu. 20. libr. 4. cap. 6. column. 2. pagina 241
Mundamur tribus, quæ significantur per tria, per quæ pannus linneus mundatur. opuscu 58 cap. 15. col. 3. pag. 390
Mundiciam cordis quid causat. opus. 64. cap. 27.
Mundus incuruabitur ante iudicium, & quomodò. opusc. 60. in fine. pagina 438
Mutationem rerum tribus modis fieri voluit Deus. opusc. 58. cap. 11. colum. 1. pag. 387

De litera N.

NAsci de virgine fuit Christo conueniens. opuscu. 2. capitu. 221. col. 1. pag. 49
Natura subtracta intentioni vniuersalitatis tripliciter considerari potest. opus. 42. cap. 7. pag. 306
Supra naturæ facultatem dicitur aliquid tripliciter. opusc. 60. art. 15. col. 2. pag. 421
De naturæ occultis operibus. opus. 34. pag. 284
De natura Philosophiæ. opus. 42. cap. 14. pag. 310
Necessitas ex diuina prædestinatione hominibus non imponitur. opus. 2. cap. vlt. col. 1. pag. 61
Notiones in diuinis describuntur. opus. eod. cap. 59. pag. 18
Notionalium actuum differentia ad proprietates. opus. eod. cap. 65. col. 2. pag. 19
Nomina dicta de Deo quomodò se habent. vide in Deo.
Nomina imponuntur ab aliqua proprietate, qua humanitùs imponuntur, sed quæ diuinitùs imponuntur significant semper donum aliquod, donum gratuitum diuinitùs datum eis, quibus imponuntur. opus. 60. artic. 6. col. 2. pag. 417
Nominum significantium ipsa particularia sunt in multiplici differentia, quæ conueniunt omnibus, quædam non, quædam sunt communia, quædam particularia. opuscu. 42. cap. 12. columna 1. pagina 309
Nomina diuersa diuersorum principum describuntur. opuscu. 20. libr. 3. cap. 21. col. 1. pag. 237
Nomina diuersa diuersorum officialium communitatis. opusc. eod. libr. 4. cap. vlti. col. 2. pag. 251
Nomina sunt signa intellectualium conceptionum. opusc. 9. artic. 1. pagina 98
Nomina sanctorum an scripta sunt in cœlis digito Dei. opuscu. 10. articu. 29. pag. 106

De litera O.

OBedientia quorundam Prælatorum & Imperatorum quanta fuit in primitiua ecclesia. opus. 20. lib. 3. cap. 17. col. 2. pag. 235
Obedientiæ meritum dirimentium error describitur. opusc. 18. cap. 12. col. 1. pag. 155
Oblatus est Christus in cruce, & effudit sanguinem pretiosum propter tria. opuscu. 58. cap. 25. pag. 398
Obliuio dominicæ memoriæ tria mala inducit. opus. eod. c. 2. p. 380
Obstinationis triplex est causa. opus. eod. cap. 12. pag. 388
Occasio casus fuit pulchritudo exterior & ornatus. opus. eod. cap. 8. pagina 384
Octauiani regimen & regnum describitur. opusc. 20. libr. 3. cap. 13. col. 2. pag. 233
Litera occidit quomodo illud intelligitur. opus. 1. cap. 31. pag. 6
Occultat se iustus propter tria. opus. 58. cap. 8. pag. 384
Officia vendere an liceat principi, & vtrùm liceat talia emere. opus. 21. pag. 252
Officiorum diuersorum principum diuersa sunt nomina: & quare. opus. 20. lib. 3. cap. 21. col. 1. pag. 237
Officialium communitatis siue politiæ diuersa nomina. opus. eod. lib. 4. cap. 26. pag. 250
Oppidum. vide ciuitas.
Oppositionis quatuor sunt species. contraria, contradictoria, relatiua, & priuatiua. opus. 17. cap. 1. pag. 290
Operari. vide in spiritussanctus.
De operibus occultis naturæ. opus. 34. pag. 284
Oratio Christi in Christo describitur.
Oratio dominica exponitur. opus. 3. cap. 5. col. 2. pag. 57. Item opus. 7.
Oratio dominica cur dicitur in missa. opus. 66. cap. vltim. pag. 494
Ordo. vide Sacramentum.
Ordines ecclesiæ quot sunt. opus. 65. col. 2. pag. 491
Ordo naturæ inter aliqua potest dupliciter attendi. opus. 60. cap. de incarnatione Christi.
Ordinum angelorum distinctio. opus. 2. cap. 126. pag. 30
Originalis iustitiæ defectus habet rationem culpæ. opus. eod. ca. 142. pagina 42
Originalis iustitiæ defectus describit in peccato primorũ parentũ.
Originale peccatum an sit malus actuali, aut contra. opus. 10. art. 28. pagina 106
Origo. vide distinctio.
Ornatus exterior fuit multis occasio peccati. opus. 58. cap. 8. pag. 384

De litera P.

PAnis tria facit, per quæ significantur tria in sacramento altaris. opus. 58. cap. 9. col. 1. pag. 385
Panis triticeus est materia corporis Christi propter tria. opus. eod. cap. 10. pag. 386
In pane triplex vnio attenditur, per quam triplex fraternitas, siue causa & vinculum amoris, quod inter fideles esse debet, significatur. opus. eod. cap. 9. col. 1. pag. 385
Panis triticeus, est simpliciter & absolutè panis propter tria. opusc. eod. cap. 10. pag. 386
Papam vicarium Christi non habere vniuersalis ecclesiæ primatum error est. opus. 1. pag. 10
Papa habet in ecclesia plenitudinem potestatis. ibidem
Papa ea quæ sunt fidei habet determinare. opus. eod. col. 1. pag. 11
Papæ subesse est de necessitate salutis. ibidem
Papæ dominium describitur opus. 20. lib. 3 cap. 10. col. 2. pag. 232
Papa primus habens obedientiam ab Imperatoribus, fuit Siluester, & quomodò tunc creuit Christianitas, & adaucta est Christo nomine prædicato. opus. eod. cap. 16. & 17. col. 1. pag. 235
Papæ vnde conueniat sibi plenitudo potestatis. opuscu. eod. cap. 19. pagina 236
Parabolica debet esse Christi doctrina. opus. 60. art. 14. col. 1. pa. 421
Paruuli habent quatuor conditiones, quæ perfectissimè fuerunt in Christo. opus. eod. art. 4. pag. 416
Participare aliquid multipliciter dicitur. opus. eod. art. 3. pag. 413
Paschæ festum an Christus præuenit in victima cœna. opus. 1. c. 1 pa. 1
Passionis Christi congruitas describitur. opus. 60. art. 13. pag. 423
Passionis Christi acerbitas causabat in eo timorẽ, tristitiam & dolorem. opus. 60. col 3 pag. 424
Passionis Christi vtilitas describitur. ibid.
Pater in diuinis dicitur principium filij, nõ propriè causa, quamuis hoc nomine causa vtuntur Græci. opus. 1. cap. eod. pag. 1
Ea quæ sunt patris an sint propria filij. opus. eod. cap. 6. pag. 2
Patris proprietates, & numerus earum describuntur. opus. eod. ca. 2. pagina eadem
Pater noster siue oratio dominica describitur. opuscu. 3. cap. 5. col. 2. pag. 57. Item opus. 7.
Patres conscripti qui sint. opus. 20. lib. 4. cap. 26. pag. 250
Patria. vide in regno.
Patritius quid sit, & vnde sumpsit originem. opus. 20. libr. 4. cap. 26. pagina 250
Pauperes an sint ad regimen politicum eligendi. opuscu. eod. libr. 4. cap. 15. col. 2. pag. 245
Peccans mortaliter tria bona perdit. opus. 58. cap. 31. pag. 402
Peccatum Adæ. vide in Adam.
Per peccatum homo dona amisit gratuita. opus. 2. cap. 144. pag. 34
Peccata mortalia non dimittuntur post hanc vitam, sed bene venialia. opus. eod. cap. 175 col. 2. pag. 39
Peccata non sunt irremissibilia. opus. eod. cap. 145. pag. 34
Peccata solus Deus remittere potest. ibid. cap. 146
Peccato mortali temporali iustè debetur pœna æterna. opuscu. eod. cap. 183. pag. 40
Peccatum primorum parentum describitur. opus. 2. cap. 190. & 191 colum. 2. pagina 4*

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

Ex peccato primorum parentum facta est rebellio vitium inferiorum contra rationem.opus.cod.c.192.pag. 42
Ex peccato parentum consequuta est necessitas moriendi,& passibilitas corporis.ibid.c.193.
Ex peccato consequuti multiplices defectus.ibid.c.194.
Peccatum originale defertur ad posteros,non actuale.ibid.c.195.
In peccato veniali sunt tria mala, quæ relaxantur ex sacramentali sumptione sanguinis Christi.opus.58.c.32.col.2.pag. 403
Peccatorum tria genera grauiter arguuntur in scripturis, quæ nimis peccant ex susceptione sanguinis Christi. ibid.
Peccati grauitas crucifigentium Christum & qualitas describitur. opus.60.art.18.pag. 423
Peccati in spiritumsanctum sex sunt differentiæ.opus.64.pag. 486
Peccatorum origo quæ sit. ibid.
Peccati actualis mortalis descriptio.ibid.pag. 487
Peccatorum occasiones etiam confitendæ sunt.opus.cod.pag. 482
Pœna:vide damnatio.
Pœnarum differentiæ describuntur.opus.2.c.21.
Pentacontarcus quis sit,& vnde dicatur. opusc.20.lib.4.c.27.col.2. pagina 251
Perfectio vniuersi:vide in substantia.
Perfectiones multiplices sunt in Deo, quas debet quilibet Christianus imitari secundum posse.opus.62.in prin.
Perfectio cuiuslibet rei consistit in consequutione finis.opuscul.17. c.6.col.1.pag. 141
Perfectio duplex,simpliciter dicta,& secundum quid. ibid.
Perfectio spiritualis vitæ simpliciter attenditur secundum charitatem,secundum quid autem in omni illo,quod spirituali vitę coniungitur.opus.18.c.1.col.2.pag. 151
Perfectio attenditur tam secundum dilectionem Dei,quã proximi. opus.cod.c.2.col.3.pag. 152
Ad perfectionem spiritualis vitæ, pertinet consiliorum obseruatia. ibid.c.6.
Ad perfectionem spiritualis vitæ pertinet temporalium abrenuntiatio. ibid.
Perfectionis secunda via est abdicatio affectuum carnalium, scilicet matrimonij.opus.cod.c 8.col.1.pag. 153
Perfectionis tertia via est abrenuntiatio propriæ voluntatis. opusc. cod.c.10.col.4.pag. 154
Perfectionis status quid est, & quid est esse in statu perfectionis, & quibus conueniat.opus.cod.c.16.col.1.pag. 159
Perfectior est status Pontificalis,quàm religionis.ibid.c.17.
Presbyteri,curati,& Archidiaconi an sint in statu perfectiori,quàm religiosi,& ponuntur rationes,quòd sic,& postea soluuntur.ibid. cap.23.
De perfectione spiritualis vitæ.opus.18.
De perfectione:vide dilectio:quia in dilectione Dei & proximi perfectio spiritualis vitæ consistit.
Circa personarum vnitatem,& Trinitatem in diuinis multiplex error.opus.23.in prin.
Persona comparata ad essentiã in diuinis differt sola ratione, comparata verò ad aliam personam differt realiter.opus.9.q.6.col.1. pagina 99
Persona cum qua quis peccauit,non est reuelanda in cõfessione,nisi in certis casibus. opus.12.q.6.col.3.pag. 110
Philosophi, quam cognitionem de rebus habuerunt.opusc.61.c.7. col.1.pag. 463
De Philosophia naturali, siue Phisicali & Mathematicali tractatur. opus.42.c.14.col.3.pag. 310
Pythagoræ documenta sub figuris & enigmatibus tradita,quæ debet habere communitas.opus.20.lib.4.c.22.col.4.pag. 248
Plagæ tres ex indigna sumptione corporis Domini. opus.58.cap.18. pagina 392
Contra has plagas triplex remedium. ibid.
Pollutionis nocturnæ triplex potest esse causa.opuscu.64.colum.3. pagina 482
Pollutio nocturna quando dicitur esse peccatũ,& quando non.ibid.
Pollutio quomodò non semper sit propter eam vitanda sacri altaris perceptio. ibid.
Pollutio & libidinis fluxus non sunt idem. ibid.
Pontificalis status nõ est melior religionis statu.opus.18.c.22.col.2. pagina 163
Possessio:vide diuitias.
Potentiæ animæ omnes pertinent ad eandem essentiam animæ. opus.2.c.88.col.1.pag. 23
In quibus potentijs animæ potest esse peccatũ,in quibus non.opus. 43.c.8.pag. 318
De potentijs animæ.opus.43.
Potestas diaboli duplex.opus.60.in capite de passione Christi.
Circa potestatẽ diaboli erga genº humanũ tria sunt cosiderãda.ibid.
Precaria, & exactiones an possunt Domini à subditis extorquere. opus.21.pag. 252
Præceptum primum & maximum est, diliges Dominum Deum tuum.opus.61.c.1.col.3.pag. 438
Præcepta sunt in quadruplici necessitate, scilicet primæ necessitatis. ibid.
Præceptum primum de dilectione Dei, & secundum de dilectione proximi conueniunt adinuicem, & differunt multipliciter.opus. cod.c.2.pag. 457
Præceptorum Dei aliud cerimoniale,& illud est abrogatũ, aliud iudiciale, & illud est derogatum, aliud morale & illud prorogatum. ibid.
Præceptorum nouæ legis aliud naturale,& illud præcipitur quia bonum,aliud positiuum,& illud bonum:quia præcipitur. ibid.
Præceptorum aliud conditionale,aliud absolutum. ibid.
Præceptorum aliud affirmatiuum,aliud negatiuum. ibid.
In præceptis non exercitati an sunt ad consilia trahẽdi:vide religio.
In præceptis non exercitati sunt tria genera hominum,pueri scilicet ad fidem nouiter conuersi & peccatores.opus.17.capi.2.colum.1. pagina 139
Præceptum de dilectione Dei est finis,ad quem omnia præcepta ordinantur,diuersimodè tamen.opus.cod.c.6.col.1.pag. 141
Præceptorum obseruantia duplex est, modus perfectus scilicet, & imperfectus. ibid.
De decem præceptis decalogi in communi,& in speciali de singulis. opus.7.
Ad prædicandum Christus mittẽs discipulos,tria eis iniunxit. opus. 23.in prin.
Prædicatur aliquid de alio tripliciter.opus.31.col.2.pag. 277
Præfectus quis est,& vnde sumitur.opus.20.lib.4.c.26.col.4.pa.250
Præparare debemus nos sumendo corpus Christi, quæ præparatio consistit in tribus.opus.58.c.15.col.2.pag. 389
Presbyteri curati,an sint in statu perfectionis: vide supra in dictione perfectio.
Presbyteri curati,dimissa cura possunt ad religionem transire.opus. 18.c.26.pag. 166
Prætor quis sit.opus.20.lib.4.c.26.col.4.pag. 250
De principe & principatu,de potentia & potestate, politia & regimine politico:vide in dictione Regis,& regni.
Principium filij dicitur pater in diuinis, non propriè causa. opusc.2. cap.2.
Principia rerum naturalium sunt tria.opus.31.in prin.
Duo prima principia ponit Manichæus.opusc.15.c.16.col.4.pa.124
Si principia alicuius naturæ adiungantur rei per se existenti, rationem suppositi non habebunt, rem tamen naturæ constituunt in supposito,sed non suppositum. opus.42.c.13.col.2.pag. 309
De principijs rerum naturalium.opus.31.
Processio in diuinis describitur opus.2.c.4.pag. 12
Proconsul quis sit.opus.20.lib.4.c.26.col.4.pag. 250
Producere personas non est perfectionis in Deo absolutæ, siue ad se dictæ,licèt sit perfectionis in creaturis.opus.9.art.5.col.1.pag.99
Productio rerum:vide in Deo.
Propositio dicitur inuariabilis & perpetua.
Proprietates patris,& numerus earum describuntur.opus.2.capi.57. col.4.pag. 18
Proprietates filij & numerus earum.ibid.c.58.
Proprietates in diuinis dicuntur notiones, & quæ earum dicuntur proprietates,& quæ relationes.ibid.c.59.
Proprietatibus personalibus in diuinis per intellectum remotis,non remanent hypostases.opus.cod.c.61 col.1.pag. 19
Proprietatibus huiusmodi remotis remanet essentia diuina.ibidem. cap.62.
Proprietates diuinæ non sunt exteriùs affixæ:vt accidẽtia.ibid.c.67.
Proprietates relatiuæ sunt ipsa diuina essentia.ibid.c.66.
Prouidentia Dei:vide gubernatio.
Proximus dicitur aliquis alicui tripliciter.opus.61.c.5.col.3.pag.460
Proximus dupliciter diligitur,scilicet dilectione amicitiæ, & concupiscentiæ. ibid.
Inter proximos alius magis,alius minus.opus.cod.c.4.col.2.pa.459
Pueri sunt ad religionem inducendi.opus.17.c.3.col.2.pag. 139
Pueri ab adolescentia sunt ad bonum inducendi. ibid.
In purgatorio existentibus præcipuum remedium ex sacraméto corporis Christi confertur.opus.1.col.2.pag. 11
Purgatorium non esse dicentes refelluntur.opus.2.c.9.
Purgatorium est post hanc vitam.opus.2.c.18.col.4.pag. 40
Pulchritudo exterior,& ornatus fuit multis occasio casus. opusc.58. c.8.pag. 384
Purificatio Christi signat mysticè nostram purificationẽ, ad quam quatuor sunt necessaria.opus.60.c.de oblatione Christi.pag.418
De puritate conscientiæ.opus.62.

De li-

INDEX.

De litera Q.

De qualitate,& eius speciebus.opuscu.2.cap.20.col.2.pag. 313
De qualitate & eius diuisione & speciebus. opuscu. cod.cap.21. pagina 314
Quantitas corporis Christi,& quantitas panis facta consecratione non sunt æquales.opuscul.11.artic.31.col.1.pag. 109
Quinquagenarius quis sit.opus.20.lib.4.cap.27.col.1.pag. 251
De quo est,& quod est.opus.54.pag. 372
Quo est potest dici tripliciter. ibidem

De litera R.

Ratio cuiuslibet rei significata per nomen est conceptio, quam significat nomen.opus.9.quæst.1.col.3 pag. 98
Ratio cuiuslibet rei est quam signat nomen eius. ibid.
Rebellio virium inferiorum ad rationem cõsequuta est ex peccato. opus.2.cap.192.col.3.pag. 42
Receptacula decedentium in mortali & veniali,& sine peccato,describuntur.opus.cod.cap.181.& 182.pag. 40
Rector multitudinis ad hoc intendere debet, vt pacis vnitatẽ procuret.opus.20.lib.1.cap.2.col.ead.pag. 211
Sicut regimen Regis est optimum, ita tyranni pessimum.ibidem. cap.3.
Sicut in regimine iusto quantò regens est magis vnus, tantò regimen vtilius:sic econuersò in Tyrannide quantò magis regens vnus,tantò regimen magis noxium. ibidem
Regiminis multiplex gradus,scilicet politia,aristocratia,Democratia & holigarchia. ibidem
Regimen monarchicum quandóque conuerti in Aristocratiam, bonum est.opus.cod.cap.4.pag. 212
Regimen illud est peius quod habet magis periculum. ibid.
Finis regni cuiuslibet,est congregatio hominum vt bene viuant secundum virtutem.opus.cod.cap.14.col.2.pag. 217
Regimen per tria in bono permanere non potest.ibid.cap.15.
Regimen duplex,scilicet politicum,& despoticum.opus.cod. lib. 2. cap.8.col.3.pag. 222
In regimine vbi merces pro fine præfigitur,est regimen mercennarium,& Rex mercennarius,& regimen tale nõ valet: quia rigor iustitiæ diminuitur. ibidem
In regimine nullum maius armatorum præsidium,quàm benè valentia subditorum. ibidem
Omne regimen & dominium considerata natura,motu,& fine, est à Deo.opus.cod lib.3.c.1.pag. 227
Regimen multorum vertitur in malum dominantis.ibidem.cap.8. pagina 230
Regimen quadruplex:scilicet regale & sacerdotale similiter, regale solùm,Politicum,& iconomicum. ibidem.cap.10.col.2.pag. 231
Regimen & dominium,siue potestas Papæ describitur. ibidem
Regimen imperiale vnde habuit originem.ibidem.cap.12.colum.1. pagina 233
Regimen politicum quale sit,& quomodò diuiditur in multos gradus.opus.cod.libr.4.cap.1.pag. 238
An in regimine politico bonũ sit rectoris perpetuari, arguitur pro vtraque parte,quod sic,& quod non.opus.& libr.cod.ca.4.pa.240
In regimine politico an possessiões sunt diuidendæ in æquales portiones,& arguitur pro vtráq; parte,affirmatiuè & negatiuè.ibid. cap.9.col.1.pag. 243
In regimine politico multiplex ponitur policia secundum diuersos Philosophos.ibid.cap.13.col.1.pag. 245
In regimine politico an debet esse certus numerus bellantium, ita quod alij nõ debent se in huiusmodi occupare. ibid.cap.10.col.2. pagina 243
In regimine politico an debet esse certus numerus hominum, sicut voluit Hypodomus.ibid.cap.11.
In regimine politico qualia debent esse iudicia.ibid.cap.13.
In regimine politico an sint pauperes assumendi ad officium. ibid. cap.15.col.2 pag. 245
Regimen Lacedemoniorum describitur.ibid.cap.14.
Regimen politicum triplex,& de partibus eius tractatur.ibidem.capit.24.25.& 26.
In regimine quales debent eligi.ibidem.cap.28.col.2.pag. 251
In regimine debent esse bellatores.ibid.cap.24.
In regimine politico sunt partes integrales, & quales.ibidem.ca.25. col.3.pag. 250
In regimine consiliarij sunt maximè necessarij. ibidem
De regimine principum.opus.20.
Regale dominium in quo consistit, & quis dicitur legitimus Rex, & quomodò differunt à politico.opus.cod.lib.3.ca.11.co.3.p.232
In regione amœna populus est arcendus vt moderatè ea vtatur.ibidem.lib.2.cap.4.pag. 220
Regnare Tyrannos permittit Deus,quia sunt instrumẽtum diuinæ iustitiæ.opus.cod.lib.3.cap.7.col.2.pag. 229
Regere.vide gubernare.
An regi ab vno sit melius,aut à pluribus.opus.cod.lib.1.ca.2.pag.211
In quolibet regno necesse est esse munitiones fortissimas.opus.cod. lib.2.cap.11.col.2.pag. 223
In quolibet regno & quocúnq; dominio expedit habere numisma proprium,& quot bona ex hoc sequuntur,& quæ incommoda si non habeatur.ibid.cap.13.
In quolibet regno necesse est esse mẽsuras proprias,& propria pondera.ibid.cap.14.col.1.pag. 225
Regnum imperiale vnde habuit originem.opus.cod.libr. 3. cap.12. col.1.pag. 233
Regnum Persarum,Medorum,Assyriorũ, Græcorum, & aliorum quando inceperunt,quando terminata sunt. ibidem
Regnũ,siue Monarchia Christi, & Octauianus quomodò gessit vices Christi.ibid.cap.13.
In regno quomodò sunt diuersorum officiatorum diuersa nomina, & quare.ibid.cap.21.col.1.pag. 237
In regno necessarium est instituere Ciuitates,& Oppida, & Castra, & quæ est eorum institutio.opus.cod.lib.4.cap.2.col.ead.pa. 239
Relatio in diuinis comparata ad essentiam differt sola ratione,comparata ad oppositam rationem differt realiter.opus.6.quæstio.6. col.1.pag. 99
Relationes in Deo sunt reales,& non accidentaliter inhçrẽtes.opuscu.2.cap.54.col.3.pag. 18
Huiusmodi relationibus distinctio constituitur personarum.opus. cod.cap.53.
Secundum numerum relationum non oportet esse numerum personarum in diuinis.ibidem.cap. 60
Relatiuæ proprietates sunt ipsa diuina essentia.ibidem.cap. 66
In relationibus secundum intellectum non est inconueniens ire in infinitum.opus.9.quæst.93.col.2.pag. 103
Relatione alia refertur dominus ad seruum, & seruus ad dominum. opus.61.cap.5.col.1.pag. 441
Relatiua oppositio describitur.opus.37.cap.3.col.2.pag. 291
Religionis status describitur cum omnibus adiacentibus. opusc. 17. & opuscu.19.
Religionis ingressum quomodò multi nituntur impedire. opus.17. cap.1.pag. 138
Religionem nullum debere intrare nisi exercitatum in præceptis, falsa est propositio & erronea, ponuntur tamen multæ rationes hoc astruentium,& solutiones harũ assertionum. opus. 17.cap.2. pag.1.col.139.vsque ad cap.8.
Ad religionis ingressum sunt pueri incitandi.ibid.cap.3.
Ad religionis ingressum sunt Neophitæ,id est, ad fidẽ nouiter conuersi,incitandi.ibid.cap.4.
Ad religionis ingressum sunt peccatores mox pœnitentes admittendi.ibid.cap.5.pag. 140
Ante religionis ingressum non oportet diu deliberare, & cum multis.& ponuntur rationes asserentium quod sic, & postea soluuntur ostensa falsitate huius opinionis.opus.cod.cap.8.col.2.pa.143. vsque ad cap.11.exclusiuè.
An ad religionis ingressum debet se quis per votum astringere, & dicendum quod sic,ponuntur tamen rationes asserentium quod non:& soluuntur ostensa falsitate illarũ.ibid.cap.11.col.3.pa.146
Religio sine possessionibus in sola paupertate licitè instituta est: quamuis alij arguunt multis modis quod non,soluuntur tamen rationes eorum.opus.cod.cap.14.& opus.19.
Contra religiosos mendicantes Guillielmus de sancto Amore librũ contexuit,quem diuus Thomas per singula verba destruit, & rationes eius soluit.opus.19.pag.167.& quia tituli illius operis ponuntur ante opuscu. dictum breuitatis gratia hîc supersedemus.
Religionis tria vota:scilicet paupertatis, castitatis, & obedientiæ, describuntur.opus.18.à principio vsque ad cap.14.
De nomine religionis & virtute vocabuli.opuscu. 19.cap.20.col.2. pagina 205
Remedium præcipuum est corpus Christi his,qui sunt in purgatorio.opus.1.cap.penulti.col.2.pag. 11
Remedium triplex cõtra tres plagas indignè corpus Christi sumentium.opus.58.cap.18.pag. 392
Reparationis humani generis cõgruitas. opus.2.cap.199.co.4.p.42
Reparari oportuit genus humanũ.opusc.cod.cap. 200.col.1.pag.43
Ad reparandum genus humanũ oportuit Deum fieri hominẽ. ibid.
Requies triplex.opus.60.art.22.pag. 428
Res conceptæ sunt similitudines rerũ intellectarũ.opus.9.qu.1.p.98
Resurrectio mortuorum describitur. opuscu. 60.in cap.de secundo aduentu Christi.
Resurrectio corporum erit ad corpus idem numero.opus.2.ca.154. col.2.pag. 35
Resurrectio corporum erit virtute diuina.ibidem.artic. 153
Resurrectio erit ad statũ incorruptibilis vitæ.opus.cod.c.155.pag.36

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

post resurrectionem non erit necessarius vsus cibi & generationis. ibid.c.156.
In resurrectione non deerunt membra ad vsus necessarios ordinata. ibid.c.157.
In resurrectione omnes defectus naturales à corporibus tollentur. ibid.c.158.
In resurrectione non resumetur id, quod non est de integritate humanæ naturæ.ibid.c.159.
Resurgentium operatio qualis erit.ibid.c.163.col.1.pag. 37
In resurrectione homines diuina virtute debitã perfectionem mẽbrorum consequentur.ibid.c.160.
Resurrectionem carnis confitetur catholica fides.ibid.c.162.
In resurrectione omnium erit innouatio.ibid.c.169.col.3.pag. 38
In resurrectione corpora cœlestia,elementa, & homines manebũt, non alia corpora.ibid.c.170.pag. 38
In resurrectione cessabit motus cœli.ibid.c.171.
Resurrectio Christi in Christo describitur, & qualitas corporis Christi resurgentis.
Resurrectio spiritualis designatur in resurrectiõe Christi corporali. opus.60.in c.de resurrectione Christi.
Resurrectionis antecedentia,concomitantia,& consequentia describuntur.ibid.in c.de vltimo aduentu.
Quid nomine Regis aut regni intelligatur.opusc.20.libr.1.c.1.col. ead.pag. 211
Regi summoperè studendum est,nẽ incidat in tyrannidem.opus.eo. c.6.col.2.pag. 213
Regis tyrãnidem remissam melius est tolerare ad tempus,quàm periculis multis se subdere. ibid.
Regis boni præmium quale sit.ibid.c.7.pag. 214
Regibus bonis est stabilitum regnum magis,quàm tyrannis.ibid.c. 11.pag. 216
Rex tyrãnus destituitur temporalibus,& priuatur æternis.ibid.c.12.
Rex qualis esse debeat.ibid.c.12.
Rex in regno sicut Deus in mundo,anima in corpore.ibid.c.12.
Rex gubernando regnum debet sumere rationem regulæ ex diuina gubernatione.ibid.c.13.
Regibus subdebantur sacerdotes veteris legis, non autem nouæ legis.ibid.c.14.
Rex & eius regnum debet subdi regimini spirituali,& vicario Christi. ibid.
Rex debet tria facere in multitudine,scilicet bonam vitam instituere, institutam conseruare, conseruatam ad meliora promouere. ibid.c.15.pag. 218
Rex debet instituere bonam vitam, quæ in tribus consistit, scilicet vt multitudo in vinculo pacis instituatur: vt instituta ad benè agendum dirigatur, & vt industria principis temporalium necessariorum adsit copia. ibid.
Regi contra tria prædicta triplex imminet cura. ibid.
Rex nullam maiorem gloriam potest adipisci,quàm ciuitates & castra construendo,constructas amplificando,& destructas reparãdo.opus.eod.lib.2.c.1.col.ead.pag. 219
Regi necessarium est habundare in diuitijs temporalibus, armentis,& bobus.ibid.c.5.& 6.col.1.pag. 221
Regi turpe est à subditis mutuare pro sumptibus regni, aut Regis. ibid.c.7.
Reges debent ornati,& armati esse seruis & familia.ibidem.capit.8. pagina 222
Regi an liceat officia vendere,& subditi possint ea emere. ibid.
Rex debet habere officiales & ministros ad diuersa officia. ibid.c. 10.pag. 223
Ad Regem pertinet habere stratas, & publicas vias securas. ibid.c. 12.pag. 224
Ad Regem pertinet de ærario publico prouidere pauperibus. ibid. c.15.col.1.pag. 225
Ad Regem pertinet promouere diuinum cultum.ibid.c.16.
Rex debet esse contentus suis stipendijs, nec grauare populum, nisi duobus casibus.opus.eod.lib.3.c.11.pag. 232
Regem non esse perpetuum,sed annualem periculosum est. opusc. eod.lib.4.c.16.pag. 246
Totus conatus Regis esse debet assuefacere homines ad virtutem. opus.eod.c.20.pag. 248
Reuelatio diuina de gratia habita fit aliquibus propter tria.opuscul. 60.in c.de natiuitate Christi.
Romani meruerunt imperium, & Dominium super totam terram, & hoc propter multa.opus.20.lib.3.c.4.pag. 240

De litera S.

SAbbatum triplex. opusculo 60. in articulo de resurrectione Christi.
Sacerdotes veteris legis quare subdebantur regibus,& non sacredotes nouæ legis.opus.20.lib.1.c.15.pag. 21
Sacerdotes Gẽtiles in Gallia omnes causas Galliæ diffinierunt.ibid. in fin.c.
Sacerdos triplici vasi electo comparatur in scripturis.opusc.58.c.29. col.1.pag. 401
Sacerdotes tripliciter abutuntur sacramento altaris. ibid.c.32.col.2. pagina 403
Sacerdos vtrum missam celebrare potest pro pecunia.opusc.65.c.2. col.ead.pag. 487
Sacerdos coronam in capite portans quid significat.ibid.column.2. pagina 491
Sacerdoti duo sunt necessaria circa instructionem populi. ibid.col. 4.pag. 492
De sacramentis Ecclesiæ in communi, & in speciali de singulis septem sacramentis.opus.5.
Sacramẽtum corporis Christi, quare datur sub duplici specie.opus. 58.c.29.col.1.pag. 401
Sacramenta nouæ legis efficiunt, quod figurant, & in eis requiritur determinata forma verborum.opus.22.c.2.col.3.pag. 254
In sacramentis nouæ legis sunt verba indicatiua, excepta extrema vnctione:vbi sunt verba deprecatiua,& ratio quare. opus.eo.c.1. pagina 253
In sacramento altaris tres res significantur.opus.58.c.9.pag. 385
Sacramentum & sacrificium idem videntur significare, ideò vnum sub nomine alterius sæpè ponimus.
Sacramentum:vide corpus Christi.
Sacramentum altaris. Circa hoc sacramentum tria sunt attẽdenda. opus.66.c.1.col.ead.pag. 493
Quare ibi ponuntur aqua: vinum,& panis.ibid.c.2.
Scientia vna subalternatur alteri dupliciter.opus.42.c.14.pag. 310
Scientiam diuinam siue humanam acquirendi ponitur modus.opus. 68.col.2.pag. 495
Scientia speculatiua vtrum conuenienter diuidatur in naturalem, Mathematicam,& diuinam.opus.70.q.5.art.1.pag. 517
Scientia naturalis vtrum sit de his quæ sunt in motu,& in materia. ibid.art.2.
Scientia diuina vtrum sit de rebus à materia & motu separatis.ibid. art.4.
Vtrum in scientijs naturalibus oporteat rationabiliter versari. opus. eod.q.6.art.1.pag. 522
Scipionis qualis sit dignitas.opus.20.lib.4.c.26.pag. 250
Scriba quis dicitur,& vnde. ibid.
Senatores qui sunt, & quod eorum officiũ, & quomodò patres sunt vocati. ibid.
De sensu exteriori & interiori.opus.43.c.3.col.2.pag. 315
De sensu respectu singularium.opus.51.pag. 369
Sepultura corporalis Christi signat sepulturam spiritualem.opuscu. 60.art.20.col.2.pag. 427
Sepultura Christi mysticè in corde nostro facienda est per quatuor. ibid.
Sepultura indiget homo ex peccato,& est pœna peccati. ibid.
Sepultura Christi.vide in Christo.
Super syndonem mundam conficitur corpus Christi propter tria. opus.58.c.15.col.2.pag. 389
Modus significandi non est idem cum re significata in creatura,sed in Deo.opus.9.q.8.col.1.pag. 99
Signum est res præter speciem, quam ingerit sensibus aliquid aliud faciens ex se peruenire,& signorum tria sunt genera.opus.58.c.6. pagina 385
Significantur tres res in sacramento altaris.opuscul.eod.capit.9.pagina 386
Similitudinis sunt tres differentiæ.opuscul.61.grad.10.colum.1.pagina 455
De syllogismo, & eius natura, & modo, & figura, & partibus eius. opus.47.pag. 327
De sortibus & singulis circunstantijs eius.opus.25.
Spartiatæ sunt Lacedemones.opus.20.lib.4.c.16.pag. 246
Sphæra vltima quomodò est in loco. opusculo 52. capite secundo. pagina 370
De spe,& de his quæ ad spem pertinent.opusc.3.c.eod.col.1.pag.57
Quomodò intelligitur illud Geneſis,Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.opus.1.c.27.col.2.pag. 5
Spiritualis vita describitur.opus.18.
Spiritualis vita describitur sub dictione perfectio.
An spiritussanctus possit dici ingenitus.opus.1.c.4.pag. 2
An spiritussanctus possit dici medius inter patrem & filium.opus. eod.c.9.col.1.pag. 3
An spiritus sit imago filij.ibid.
Spiritussanctus an possit dici verbum filij.ibid.c.12.
Spiritussanctus an nomine Christi intelligi possit.ibid.c.13.pagi.4.
An à spiritusancto filius sit missus.ibid.c.14.

An spi-

INDEX.

An spiritussanctus operetur per filium.ibid.c.15.
Quòd spiritussanctus sit à patre & filio probatur.opus.eod.pag. 8
Spiritussanctus à filio mittitur.opus.eod.col.1.pag. 7
Spiritussanctus accipit de eo,quod est filij. ibid.
In spiritusancto operatur filius.ibid.col.2.pag. 7
Spiritussanctus est imago filij secundum Græcor.expositionẽ.ibid.
Spiritussanctus est à patre per filium.ibid.pag. 8
Spiritussanctus est similiter à patre & filio. ibid.
Spiritumsanctum spirat filius. ibid.
Spiritussanctus emanat à filio.opus.eod.col.1.pag. 9
Spiritussanctus fluit à filio secundum Doctores Græcorum. ibid.
Spiritussanctus est naturaliter à filio.ibid.pag. 8
Spiritumsanctum deoriginat filius.ibid.col.1.pag. 9
Spiritussancti est auctor filius. ibid.
Spiritussancti principium est filius. ibid.
Spiritussancti fons est filius. ibid.
Spiritussanctus distinguitur à filio per hoc, quod ab eo est.ibid.col. 3.pag. 10
Spiritussanctus dicitur digitus Dei. ibid.
Spiritussanctus est de essentia patris & filij.ibid.pag. 8
Credere spiritumsanctum esse à filio est de necessitate salutis.ibid. pagina 10
Spiritussanctus procedit per modum amoris.opus.2.c.46.pag. 16
Quòd spiritussanctus non sit pater Christi.opus.2.c.223.col.1.pa.49
Spiritussanctus procedit à patre & filio:vt sunt plures agentes,sed tamen vt vnũ in principio quo agunt,rectè potest intelligi,nec est simile de processu creaturę & spiritussancti.opus.9.q.25.pag.100
Spiritussanctus procedit à patre & filio secundum quod sunt plures secundum numerum agentium, non tamen secundum formam eos purificantem,rectè potest intelligi.ibid.q.26.
Spiritussanctus an potest se diligere seipso.ibid.q.59.pag. 102
Spiritus in circuitu pergit,quomodò sit sanè exponendum. opus.11. art.6.col.2.pag. 107
Status innocentiæ describitur:vide innocentiæ.
Status perfectionis quid est, & quid sit esse in statu perfectionis, & quibus conuenit.opus.18.c.15.pag. 152
Status Pontificalis est perfectior statu religionis.ibid.c.18.
Status Episcopalis quamuis sit perfectior, quàm status religionis, non tamen est ambiendus.opus.eod.c.19.pag. 161
Status Prælationis est perfectus.ibid.c.20.
Status curatorum Archidiaconorum, an sit perfectus, & an perfectior religioso.Ponuntur rationes pro vtraque parte affirmatiua & negatiua,& soluuntur rationes in contrarium à c.23. eiusdem. opus.vsque ad fin.illius.
Status:vide perfectio.
Stella quæ apparuit Magis differebat ab alijs in tribus.opus.60.art. 7.col.2.pag. 417
Stella quæ apparuit Magis an habuit figuram crucis & crucifixi. opus.16.
Substantia incorporalis immaterialis sunt de perfectione vniuersi, & sunt liberi arbitrij,& in eis gradus,& ordo inuenitur.opusc.2. c.75.pag. 20
Substantiam aliquam corporalem oportuit vniri materię,& totum compositum dicitur homo.ibid.c.79.
Substantiarum separatarum natura describitur.opus.15.
Antiqua opinio fuit huiusmodi substantias esse corporeas, dicens omnia esse corporalia,quæ sunt in rerum natura, sed hæc opinio reprobatur multipliciter.opus.eod.c.1.
Substantiarum separatarum numerum Aristoteles inuestigat ex numero motuum cœlestium corporum.ibid.c.2.pag. 114
Substantiarum immaterialium differentia secundum Platonem & Aristotelem ponitur.ibid.c.3.pag. 115
Substantiæ omnes sub Deo sunt ex materia secundum Auicebron, sed hæc opinio reprobatur.ibid.c.5.col.2.pag. 115
Substantias immateriales non habere causam sui esse, quidam opinati sunt.ibid.c.9.pag. 118
Substantiæ separatæ secundum Auicennam sunt à Deo immediatè, sed quodam ordine,scilicet prima substantia à Deo,secunda à prima,& sic deinceps,sed hęc opinio reprobatur.ibid.c.10.pag.120
Substantiæ à Deo productæ omnes sunt æquales secundum Originem, similiter omnes animæ & substantiæ separatæ sunt eiusdem speciei, sed falsitas huius ostenditur.opus.eod.c.12.colum.1. pagina 121
Substantiæ separatæ immateriales non habent singularium cognitionem nec humanorum actuum prouidentiam secundum quosdam,sed hæc opinio reprobatur.ibid.c.13.pag. 122
Omnes substantiæ separatæ sunt à Deo productę.ibid.cap.17.col.1. pagina 125
Substantiarum separatarum siue spiritualium conditio secundum catholicam fidem describitur.ibid.c.18.pag. 126
Substãtiarum separatarum siue spiritualium distinctio describitur ibid.c.19.
In substantijs separatis quomodò sumitur genus, & differẽtia.ibid. c.15.pag. 123
Substantiæ materiales & immateriales conueniunt solo genere logico.ibid.c.17.pag. 125
Substantia aliter accipitur cùm diuiditur contra accidens, & quando genus generalissimum.ibid.c.19.pag. 126
Superlatiuus dupliciter exponitur per aduerbium summè, & sic nõ suscipit magis & minus,& per aduerbium valdè,& sic suscipit magis & minus.opus.61.
Suppositum vnum in duabus naturis quomodò sit possibile fieri in diuinis.opus.2.c.6.

De litera T.

TAbellio est portitor tabellarum,& est officium ministri. opusc. 20.lib.4.c.28.pag. 250
De tempore,& quid sit, & natura eius, & in quibus est, & in quibus non.opus.44.c.3.pag. 320
In toto tempore est vnum instans re, differens ratione.opus.36.c.2. pagina 288
De tempore continuo & discreto,& quomodò sunt diuersæ mensuræ.opus.eod.c.3.col.1.pag. 289
An aliqua operatio Angeli potest tempore nostrõ mensurari. ibid. capit.4.
Tempus non est motus,sed aliquid eius.opus.44.c.2.pag. 320
Quæ sunt illa quæ tempore mensurantur,& quæ non.ibid.c.3.
Temporis, æternitatis,& æui differentia, & quid sit vnumquódque eorum.opus.eod.c.4.col.2.pag. 321
Per quod eleuamur supra tempus,scilicet gratia, non est temporale ex parte obiecti,est tamẽ temporale ex parte nostri,qui eleuamur & sumus temporales.opus.9.art.31.pag. 100
An in principio temporis possint dici res creatæ.opusc.eod.q.100. col.2.pag. 103
Tentatio primi hominis à diabolo.opuscu.60.capi. de incarnatione Christi.
Tentari Christus voluit.opus.eod.art.11.col.2.pag. 419
Tentatio triplex,scilicet Dei,hominis,& diaboli. opus.eod.artic.12. pagina 420
Tentatio tribus modis agitur. ibid.
In termino motus nihil est de illo, quod per motum derelinquitur. opus.32.c.2.pag. 278
Terminus actionis Physicę duplex,scilicet primus,& est generatio, secundus,& est forma. ibid.
Terræ distantia vsque ad eius centrum,an sciri possit.opus.10. arti. 42.col.1.pag. 107
Theodosius Imperator quomodò egit pœnitentiam publicam, & obediuit Ambrosio.opuscul.20.libr 3.capit.17.columna secunda, pagina 239
De tyrannis & tyrannide:vide in dictione Regis & regni.
Transfiguratio Christi describitur.opusc.60.articul. decimosexto. pagina 422
Ad translatoris officium quid pertinet.opus.1.in procemio.
De transmutatione rerum ad inuicem.opuscul.37.capit.4.colum.2. pagina 291
Transubstantatio:vide conuersio.
Trapellum quid significet.opuscul.20.lib.4.capit.28.column.2. pagina 252
Tribuni qui sunt,& vnde sumpserunt originem.opuscul.eod.lib.4. cap.27.
Trinitas personarum vnitate essentiæ non repugnat in persona. opus.2.c.51.col.1.pag. 17
Triticum tripliciter consideratur.opusculo 58. capite decimo, pagina 386
Triticum:vide panis.

De litera V.

VAna gloria describitur quid sit, & in quibus operibus reperitur, & quomodò non omnis vana gloria explicanda sit in confessione.opus.64.pag. 480
Vas electum dicitur sacerdos,& comparatur triplici vasi.opuscu.58. c.29.col.2.pag. 401
Velle triplex,naturæ,gratiæ & vitij. opusculo 61. capite nono, pagina 465
Velites qui dicuntur,& vnde.opuscul.20.libr.4.capit.28.column.2, pagina 252
Venetiarum dux habet perpetuum Dominium in Lombardia.opus. eod.c.8.pag. 242
Vendere an liceat rem cariùs propter solutionis expectationem. opus.67.
Verbum intellectus nostri dicitur conceptus. opuscul. 2. capit.38. pagina 16

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verbum Dei: vide in Deo.
Verbum interiùs conceptum, exteriùs prolatum quid sint, & quomodò differunt, habetur opus. 13. & 14.
Verbum Dei, de quo Ioannis primo, In principio erat verbum, tres habet differentias ad verbum nostrum. opus. 13. pag. 110
Verbum est semper aliquid ab intellectu procedens, & in intellectu existens. ibidem
Verbum dictum à diuersis de eadem re est idem specie. ibidem
Verbum quandóq; dicitur similitudo rei, quandóq; verbũ rei. ibid.
Fantasma Carthaginis est verbum carthaginis secundum Augustinum. ibidem
Verbum cordis est vltimum quod potest intellectus in se operari. opuscu. 14.
Verbum an constituatur actu recto vel reflexo. ibid.
Verbum multiplex ab Augustin. 3. de Trinitate describitur. opus. 59. cap. 7 pag. 407
Verbum triplex. opuscu. 53. pag. 371
Veritas doctrinæ Christi describitur. opus. 2. cap. 7.
Veritas miraculorum Christi describitur. ibidem
Propter veritatem dicendam virtuosus non curat displicere amicis. opuscu. 45. pag. 322
Verum quid addit super ens. opus. 42. cap. 2. col. 2. pag. 303
Virgines fatuæ Matth. 25. quid per eas significatur. opusc. 58. cap. 2. pagina 380
Virtus & vis quomodò differunt. opuscu. 61. cap. 22. col. 1. pag. 447
Visio diuinæ essentiæ totaliter quietat, & replet desiderium intellectus creati. opuscu. 2. cap. 106. col. 2. pag. 27
Ad visionem diuinæ essentiæ qualiter intellectus creatus pertingere potest. opus. eod. cap. 103. pag. 26
In visione diuinæ essentiæ constituitur vltimus finis patriæ, consequenter in fruitione. opus. eod. cap. 105. pag. 27
Videntium Deum diuersi sunt gradus. opus. 61. cap. 25. pag. 448
Vita Christi temporalis, est exemplar nostræ vitæ spiritualis per omnia. opuscu. 60. artic. 23. pag. 432
Viuentium tres sunt gradus. opus. 43. c. 1. pag. 314
Ad vitam bonam pertinent duo. ibid. c. 3. col. 2. pag. 315
Vita bona consistit in tribus. ibid.
Vnctio extrema quibus sit danda. opus. 65. col. 1. pag. 491
Quid de illo qui deprehenderit se errasse circa istud sacramentum, scilicet in oleo. ibid.
Vngens effundere debet orationem & non alius. ibid.
Vtrum licitum sit sacerdoti pecuniã exigere de isto sacramẽto. ibid.
De vnitate intellectus contrà Auerroistas habetur. opus. 16.
Vniuersale tripliciter considerari potest. opus. 42. c. 7. pag. 306
Vniuersale potest dupliciter considerari. opus. 49.
Vniuersale magis, est difficiliùs ad cognoscendum, econtrà vniuersale magis, est magis notum, quomodò hęc duo verificãtur. opus. 53. in fin. pag. 372
Vniuersale secundum quod vniuersale, comprehendit primam rem quæ de se nata est in pluribus esse secundum intentionem secundam. opus. 56. in prin. pag. 375
Vniuersale an sit substantia vel accidens. ibid.
De vniuersalibus Opuscula sunt duo, scilicet 55. & 56.
Vnum transcendens addit supra ens in diuisionem tantum. opuscu. 42. c. 2. col. 2. pag. 303
Voluntariæ actionis triplex est radix. opus. 58. c. 18. pag. 392
In voluntatem humanam imprimere potest solus Deus. opuscul. 2. c. 129. col. 2. pag. 31
Voluntatis renuntiatio ad perfectionis statum pertinet. opus. 18. cap. 12. pagina 146
Voluntas quid sit. opus. 43. c. 6. pag. 317
Voluntatem nostram non tenemur conformare in his quæ absque peccato ignorare possumus. opus. 9. q. 90. col. 1. pag. 103
Voluntatis diuinæ duplex est cognitio. opus. 60. art. 11. col. 2. pa. 419
An quis voto potest se licitè ad religionis ingressum astringere, dicendum quod sic. opus. 17. c. 12. pag. 146
An liceat aliquem se ad bonum faciendum voto astringere, dicendum quod sic. ibid.
Opus factum ex voto magis meritorium, quàm sine voto. opus. 18 c. 13. col. 1. pag. 157
Votum ante pubertatis annos qualiter ligat, & qualiter potest infringi. opus. 17. c. 11. pag. 146
De differentia voti simplicis & solennis. ibid.
Voces sunt signa intellectualium conceptionum. opus. 9. q. 1. pag. 98
Quomodò verificatur illud dictum Athanasij, filius assumpsit naturam nostram in sua vsia. opus. 1. c. 19. col. 1. pag. 5
An liceat ab vsurario aliquid recipere, siue per modum donationis, aut exactionis, & si peccãt, an pœna pecuniaria possunt puniri, & quid sit de illa pecunia faciendum. opus. 21. pag. 252

Explicit Index.

DE VSURIS ET VSVrarum contractibus, Index.

DE vsuris in communi, & de vsurarum contractibus. opusc. 73.
Quid nomine vsuræ significetur. cap. 1.
Quomodò in solo actumutui primò per se accidit vsura. cap. 3.
De materia propria vsuræ, de speciebus & modis eius. cap. 2.
Quomodò vsura est peccatum mortale secundum legem diuinam capit. 4.
Quomodò in vsura non transfertur dominium secundum legem diuinam. cap. 5.
Quomodò ratio dubij periculi valeat excusare vitium vsuræ in mutuo, & alijs contractibus, & quando. c. 6.
Quomodò ratio dubij vel periculi valeat excusare hoc vitium secundum conditiones personales, vel reales. cap. 7.
Quomodò vitium vsuræ incidit in contractibus venditionis, & emptionis. c. 8.
Quomodò in emptione reddituum ad vitam incidat vitium vsuræ. cap. 9.

Secunda pars huius capituli.

VOMODO liceat emere redditus ad certum tempus.
Quomodò est vitium vsuræ in vendentibus cariùs propter dilatam solutionem. cap. 10.
Quomodò in his, qui committunt mercatoribus pecuniam, vel aliam rem pro certa parte lucri, est vitium vsuræ. cap. 11.
Quomodò bona pupillorum licitè cõmittuntur communitatibus ad lucrum. cap. 12
Quomodò in commutatione campsoria committatur vsura. c. 13.
Quomodò liceat committere pecuniam eunti ad nundinas, vel res alias ad lucrum. cap. 14.

Tertia pars & vltima huius operis.

QVomodò, & quare est restitutio vsurarum facienda capit. 15.
Quibus restitutiones sint faciendæ. c. 16.
A quibus restitutio sit facienda. c. 17.
Qualiter restitutiones fieri debent, & quo ordine capit. 18.
Quomodò res eadem, vel æquiualens, restitui debeat. c. 19.
Quomodò vsuræ fructus, & prouentus sint restituendi. c. 20.
Quomodò, & quis cogẽdus sit ad restitutiones vsurarũ. ca. 21. & vlt.

FINIS.

RERVM INSIGNIORVM QVAE IN DIVI THOMAE COMMENTARIIS SVPER IOANNEM TRACTANTVR, ALPHABETICVS INDEX: IN QVO PRIOR NVMERVS COLVMNAM, POSTERIOR VERO PAGINAM INDICAT.

De litera A.

APRAEPOSITIO semper denotat causam mouentem. columna 1. pagina. 665
A, vel ab, præpositiones apud Græcos sunt principium non de principio. columna 2. pagina 819
In abyssо duo sunt. Sobscuritas & profunditas. col. 1. pag. 852
Abundantia temporaliũ est causa spiritualis infirmitatis. pag. 705
Ex abundantia charitatis est quòd aliqui diligentes interdum quietem propriæ contemplationis intermittant: vt procurent proximorum vtilitatem. col. 2. pag. 856
Actus seu forma non dicitur finitus eo modo quo recipitur & finitur per subiectum. Sed si habet totam plenitudinem essendi sicut est in Deo dicitur infinitus. Sinautẽ: est finitus. col. 2. pag. 694
Actus aliquis dicitur verus dupliciter. s. veritate significatiõis: & veritate speciei. col. 1. pag. 856
Actus duplex cõcurrit ad hoc quòd aliquis prophetet. col. 2. pa. 777
Quòd Adam fuerit sepultus in loco Caluariæ (vt dicitur hîc) fauorabile est & populi mulcens aures (vt dicit Hieronymus.) Non tamen verum est cùm sepultus fuerit in Ebron. col. 2. pag. 843
Ille adiscit verbum qui capit secundum rationẽ dicentis. col. 1. p. 727
Adoratio soli Deo debetur. col. 1. pag. 758
Aduentus filij Dei est duplex. col. 1. pag. 789
Post primum aduentum Christi in carne erant adhuc tres alij aduentus. col. 1. pag. 807
Ante aduentum verbi fuit lux quędam, quam Philosophi se habere iactabant. col. 1. pag. 662
Ante aduentum verbi fuit etiam quædam lux quam ex doctrina legis se habere gloriabantur Iudæi. ibidem
Affectiones appetitus sensitiui passiones dicuntur. col. 1. pag. 796
Agentis cuiuslibet quod agit ab alio intentio sua est reducere suum effectum in causæ manifestationem. col. 2. pag. 828
Alicuius rei testimonium perhibetur duplici de causa. col. 2. pa. 661
Alio modo sumitur principium, vt supponit pro persona patris. colum. 2. pag. 655
Alia est ratio: & est Chrisostomi: quare Christus voluit habere testimonia Prophetarum. col. 2. pag. 661
Alia agentia operantur vt exteriùs agentia: cùm agant mouendo & alterando aliquo modo. Deus verò operatur vt interiùs agens cũ operãdo creet dando esse: quod est intimũ cuilibet rei. co. 1. p. 663
Alia est cognitio in reb⁹ cõpositis & alia in simplicib⁹. co. 2. p. 699
Alij sancti operabantur miracula virtute non sua. Christus verò virtute propria. col. 1. pag. 667
Alij à Christo non faciunt miracula propria virtute sed impetrando à Deo. col. 1. pag. 717
Alij quasi ex mensura habentes gratiam miracula faciunt. Christus verò absoluta virtute cum multa superabundantia omnia operatur. col. 2. pag. 720
Aliqui inueniuntur missi à Deo tripliciter. Primo modo per internam inspirationem. Secundo modo per expressam & apertã iussionem. Tertio modo per prælati iunctionem. col. 1. pag. 661
Aliquid dicitur esse in aliquo tripliciter. Primo modo per cõtinentiam. Secundo modo sicut pars in toto. Tertio modo sicut causa efficiens & conseruans. columna prima, pagina 663
Aliquem venire in aliquem locum contingit dupliciter. Primò vt veniat vbi nullo modo prius fuerat. Secundo vt vbi aliquo modo priùs fuerat. col. 1. pag. 664
Aliqui coniunguntur Deo per participationem similitudinis naturalis. col. 2. pag. 667
Aliquis alicui potest sua opera monstrare dupliciter. col. 2. pag. 711
Aliquis potest honorare Deum inquantùm creator: omnipotens incommutabilis: absque hoc quòd honoret filium. Sed non potest honorare Deum vt patrem, nisi honoret filium. col. 2. pag. 712
Aliqui sunt lucernæ quantùm ad officium, sed quantùm ad effectũ sunt extinctæ. col. 2. pag. 716
Aliquid reuelatur alicui à Deo tripliciter. col. 1. pag. 717
Aliquid conuenit Christo ratione personæ, quod non conuenit ei ratione naturæ. Ascendere in cœlum cõuenit ei ratione personę, id est, secundum humanitatem: quod non conuenit ei ratione naturæ: quia æternaliter secundum eam est in patre. col. 2. pag. 730
Aliqui ne vadant quo Christus iuit dupliciter impediuntur. col. 2. pagina 744
Aliquid dicitur esse factum in permanentibus quando peruenit ad perfectionem propriæ speciei vel formæ. col. 1. pag. 791
Aliquid dicitur esse factum in successiuis: quando iam consummatum est. ibidem
Aliquid viuit dupliciter col. 2. pag. 828
Aliquid dicitur esse in mundo dupliciter. col. 2. pag. 836
Aliquid redditur commendabile dupliciter. col. 1. pag. 794
Cùm dicitur aliquem operari per virtutem receptam ab alio potest intelligi dupliciter. col. 1. pag. 658
Altitudo & sublimitas cõtemplationis consistit in cognitione Dei. col. 1. pag. 652
Aliud est operari secundum virtutem: & aliud secundum aptitudinem & dispositionem naturalem. col. 1. pag. 691
Aliud est iudicare, & aliud est habere iudicare. col. 2. pag. 745
Cũ alicui maiori honor exhibetur nõ est causa inuidiæ. co. 1. pa. 692
Amare propriè est velle alicui bonum. col. 1. pag. 690
Ambrosius vult quòd splendor de Deo metapho. dicatur. colum. 2. pagina 659
Amen quandóque signat verum: quandóque verè: quandóque fiat. col. 2. pagin. 686
Amen est nomen Hebræum quod interpretatur verè vel fuit. col. 2. pagina 746
Amicus ex amore quæ amici sunt procurat: & fideliter. col. 1. pa. 693
Omnis amicitia in coniunctione fundatur. col. 2. pag. 748
Si aliquando aliquis Dei amicus à Deo affligitur: non est signum propter hoc quòd non sit eius amicus. col. 1. pag. 769
Amico sufficit tantùm necessitatem exponere absque alicuius petitionis additamento. col. 1. pag. 769
De ratione amicitiæ est quòd non fit latens. col. 1. pag. 800
Ad veram amicitiam requiritur mutua dilectio. col. 1. pag. 800
Amicitia fundatur super aliquam communicationem. ibid.
Amicus est qui amat: & qui amatur. col. 2. pag. 814
Amicus dicitur quasi animæ custos. ibidem
Amor Dei est causa bonitatis in rebus dilectis. col. 1. pag. 711
Amor in diuinis accipitur dupliciter. Vno modo essentialiter. Alio modo notionaliter. ibidem
Amor vt accipitur essentialiter non est principium originis filij. columna 2. pag. 711
Amor vt accipitur notionaliter: non est principium originis filij. ibidem
Amor maximè in tristitijs hominum manifestatur. col. 1. pag. 774
Amor perfectus est cùm quis seipsum pro amicis morti se exponit. colum. 2. pag. 807
Amor est causa gaudij. col. 1. pag. 814
Amor concupiscentiæ non est rei concupitæ: sed concupiscentis. colum. 2. pag. 816
Amor amicitiæ est potiùs rei amatæ quàm amantis. ibid.
Amor est mouens ad vitam æternam: & quoddam eius complementum. col. 1. pag. 829

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index Commentariorum super Ioannem.

Amor est motus appetitus.col.2.pag. 856
Andreæ instructio:qualiter omnes prædicatores conari debēt & studere vt fructus prædicationis ad Dei honorem & vtilitatem conuertatur & non sibi vendicent.col.2.pag. 677
Andræas interpretatur virilis.col.2.pag. 782
Angelorum officium proprium est vt à Deo mittantur.Hinc nūcij dicuntur.col.1.pag. 661
Angelorum proprium est subijci & ministrare.col.2.pag. 679
In angelis erat quædam lux inquantùm specialiori modo per gratiam Deum cognoscebant.col.2.pag. 662
Angeli petunt & interrogant de mysterijs humanitatis & incarnationis:non tamen diuinitatis.col.2.pag. 825
Angelus Græcè Latinè nuncius.col.1.pag. 849
Angeli & beati in patria vidēt Deū immediatè p essentiā.col.1.p.735
Anima secūdū intellectū & rationē nullis corporibus cœlestib⁹ subiacet.& cū causas tēporales transcendat non determinatur horis tēporalibus,sed omnis ei⁹ effectuū causa dicitur Deus.col.1.p.737
Anima Christi licèt sit verbo vnita & excellentiorem præ alijs habeat cognitionem:non tamen comprehendit. ibid.
Animæ ante corpora nō sunt:& ex cōsequēti nō peccāt.col.1.p.754
Anima nobilior est corpore:& ideò nunquam anima ponitur propter corpus. ibid.
Anima in morte Christi fuit separata à carne.col.1.pag. 764
In anima humana est pars sensitiua & rationalis.col.1.pag. 784
In aīa Christi fuit omnis plenitudo gratiarū absq; mēsura.c.2.p.667
In anima sunt tria correspōdētia homini exteriori.caput.s.ratio superior.manus.s.ratio inferior.pedes.i.sensualitas.col.1.pag. 793
Anima rationalis non habet dimensiones quantitatis.col.1.pag.797
In anima nostra est cogitatio p quā inquirēdo discurritur.est & verbū qđ formatū est secūdū pfectā cōtēplationē veritatis.c.2.p.653
Antiqui in lectis accumbētes comedere consueuerunt,col.2.pa.681
Antiqui patres licēt non fuerint regenerati regeneratione vera:fuerunt tamen regenerati regeneratione figurali.
Antiqui quidam ponebant alium esse Deū iustū.s.Deū veteris testamenti & alium Deū bonū.s.Deum noui testamenti,col.1.pa,834
Appolinaris error dicentis in Christo non fuisse animam,sed verbum loco animæ.col.2.pag. 665
Apostoli habuerunt spiritum Prophetiæ.col.2.pag. 822
Hæc præpositio apud:quandam rei significatæ coniunctionem per rectum ad rem significatam importat.col.2.pag. 655
Per hanc præpositionem apud:quatuor significantur:per quæ quatuor excluduntur obiectiones. ibid.
Aqua duplex est:viua.s.& non viua.col.2.pag. 697
Aqua spiritualis & corporalis licēt vtráque generet sitim:alio tamē modo vna:& alio modo alia.col.1.pag. 698
Per aquā intelligit sapiēria:& p cibū itelligit opatio bona.c.2.p.701
Aqua in scriptura quandóque significat tribulationes.col.1.pag.792
Aqua pertinet ab baptismi sacramentum:sanguis verò ad eucharistiam.vel vtrúnque pertinet ad eucharistiam.col.1.pag. 846
Aqua non est de substantia sacramenti eucharistiæ. ibid.
Architiclinus dicitur primus inter conuiuas.col.2.pag. 681
Architiclinus mysticè est aliquis legisperitus.col.2.pag. 681
Ardor ignis significat dilectionem propter tria.col.2.pag. 706
Argumenta ad fidem sunt miracula.col.2.pag. 723
Argumentum Hilarij contra positionem Arrianorum.
Arrianorum positio erat,quòd Deus pater filium voluntate generaret.col.1.pag. 655
Arrianus confitetur verbum esse Deum:sed dicit esse minorem patre.col.2.pag. 656
Arrius & Origenes opinati sunt Christum non fuisse verum Deum: sed per participationem tantum.col.2.pag. 662
Arriani vnde sumpserunt causam erroris.col.1.pag. 668
Arrij manifestè error excluditur.col.1.pag. 759
Arrius dicebat filium esse minorem patre.col.1.pag. 706
Arriani erroris sui ex his verbis confirmationem accipere nituntur. col.2.pag. 710
Arriani dicunt,quòd Deus & creatura aliquo modo sunt vnū:& sic filius dicitur esse vnus cum Deo patre.col.1.pag. 767
Arrius dicebat aliam esse naturam patris & aliam filij.col.1.pa.767
Arriani concedūt filiū differre à patre per essentiam.col.1.pag. 829
Ars non est causa alicuius defectus in artificiatis:sed per se est causa perfectionis & formæ.col.2.pag. 658
Asellus qui est animal rude significat populū gentium.col.2,pa.781
Asserere verū p falso ex duplici defectu cōtingit,ex defectu cognitionis ī intellectu:& ex defectu rectę volūtatis ī affectu,c.2.p.737
Audire in hoc loco idem est,quod obedire.col.1.pag. 715
Auster venit à meridie & vadit ad Aquilonem. Boreas verò econuersò.col.1.pag. 688
Auctoris.s.Ioā.conditio:quæ quantum ad 4.describitur.col.1.p.652
Auctoritatis Ioan.Baptis.descriptio.col.1.pag. 661

De litera B.

BAptismus Ioā.Bapt.Christū tripliciter manifestauit.col.2.p.674
In baptismo nostro fit inuocatio trinitatis.col.2.pag. 707
Baptismus dicitur secundum Dio.illuminatio.col.2.pag. 755
Ad perfectionē baptismi requirit lotio corporis & animę.c.2.p.672
Triplex attenditur in baptismo porestas.col.2.pag. 675
Beatitudo nihil aliud est quàm gaudium de veritate.col.2.pag. 760
Beatitudo cōsistit in duobus.s.in diuina visione,& in fruitionis delectatione.col.2.pag. 801
Beatitudo est duplex.col.1.pag. 853
Bethsaida domus venatorum interpretatur.col.1.pag. 678
Bethsaida interpretatur venatio.col.2.pag. 782
Bethania interpretatur domus obedientiæ.col.2.pag. 768
Bethania erat castellū Mariæ & Marthæ sororū Lazari.col.2.p.768
Blasphemia est attribuere Deo,quod sibi non conuenit,& attribuere alteri quod solius Dei est.col.2.pag. 668
Bona opera sunt fructus spiritualis doctrinæ.col.1.pag. 702
Bonum solùm est amabile.col.1.pag. 711
Bonum potest se habere ad amorem vel vt causa amoris:vel vt causatum ab amore.col.1.pag. 711
Bonum in nobis causat amorem. ibid.
Boni videbunt Christum in extremo iudicio secundū diuinitatē & humanitatē.Mali autē secundū humanitatē tantū.col.2.pag.714
Omne bonum quod est in rebus fit à Deo.col.1.pag. 718
Bonus pastor dicitur qui pastoris implet officium:sicut dicitur bonus miles qui militis implet officium.col.2.pag. 762
Bonus pastor intendit bonum,& commodum sui gregis. ibid.
Ad bonum ministrum tria requiruntur.col.1.pag. 665
Bona animæ sunt quibus anima fit bona.col.1.pag. 783
Bonum purū inuenitur:sed malum purum minimè.col.1.pag. 675
De bono creato non potest haberi gaudium plenum.col.1.pag.826
Bonum est quod est rei conseruatiuum.col.2 pag. 832
Boues mysticè in sacra scriptura doctores & sapiētes significāt.Asini verò rudes homines significant.col.2.pag. 683
Per boues q agriculturę deseruiūt significat hominis stoliditas.ibid.
Brachium dicitur filius per quem pater operatur.col.1.pag. 787

De litera C.

CAluariæ dicebatur à caluaria primi hominis,col.2.pag. 843
Caluariæ nomen assumpsit propter iacentia decollatorum capita decaluata.col.2.pag. 843
Cana interpretatur zelus.col.1.pag. 680
Caput præexcellit omnia membra hominis.col.1.pag. 755
Capharnaum interpretatur villa pulcherrima:& significat mūdum istum.col.1.pag. 682
Capharnaum interpretatur etiam ager consolationis.col.2.pag.682
Capilli ex superfluitate generantur.col.2.pag. 779
Ante incarnationem Deus dedit signum futuræ incarnationis caro secundum Aug.hîc accipitur pro muliere:quia sicut caro spiritui obedire debet:ita mulier viro.col.1.pag. 665
Cathecuminus est qui fidē habet sed nōdū est baptizatus.col.2.p.755
Cathedra sedes est magistri.col.2.pag. 842
Cauendi sunt tres errores.Et primò error Valentini.col.2.pag.657
Cauendus est error Origenis. ibid.
Cauendus est error alius Origenis, ibid.
Causa motiua ad actum carnalem est voluntas se commiscentium.s.maris & fœminæ.col.1.pag. 665
In omnibus causatis effectus siue per naturam siue per voluntatem producti sunt in suis causis:nō secundum proprium suum esse,sed secundum virtutem propriæ causæ.col.1.pag. 659
Per se causa peccati est voluntas hominis siue angeli.col.2.pag. 658
Causa quare Christus modico tempore voluit prædicare est triplex. col.2.pag. 737
Cayphas interpretatur primò inuestigans.col.1.pag. 777
Cayphas secundò interpretatur sagax. ibid.
Cayphas tertiò interpretatur ore vomens. ibid.
Cæcus significat humanum genus.col.2.pag. 753
Cedro in græco est genitiuus pluralis numeri.col.1.pag. 835
Cedron interpretatur obumbratio. ibid.
Cephas interpretatur Petrus:& in græco caput.col.2.pag. 677
Cœna dicitur quæ fit in vltima parte diei.col.2.pag. 791
Centenarius numerus perfectionem importat,col.2.pag. 719
Certus est ille qui iam firmatus est in vnam partem.col.2.pag. 709
Chara interpretatur zelus.
Charitas est speciale signum discipulatus Christi.Similiter mutua dilectio.col.2.pag. 800
Charitas est radix & finis omnium virtutum.col,1.pag. 814
Charitas est super omnes alias virtutes.col.2.pag. 844
Christus ita pauper erat vt ducentos non haberet denarios: quibus panes emeret ad reficiendum turbam.col.2.pag. 719
In Christo naturam & personam possumus considerare.col.2.p.666
Christus ali-

Index Commentariorum super Ioannem.

Christus aliter testimonium perhibet veritati:quia ipsum lumē existens veritatis:& aliter Ioannes Baptista:quia ipsum veritatis lumen participans.col.1.pag. 661
Christus in instāti suæ cōceptionis fuit perfectus Deus & perfectus homo habēs rationalē animā:perfectā virtutibus:& corp⁹ oīb⁹ li neamētis distinctū:nō tñ secūdū quātitatē perfectā.col.2.p2.668
Christus accepit omnia omnia dona spiritus sancti sine mensura,nos autem tantum partem eius aliquam.col.1.pag. 669
Christ⁹ est p suā essentiā veritas increata:æterna:& nō facta.c.2.p.669
Christus dicitur agnus propter puritatem:propter mansuetudinem: & propter fructum.col.1.pag. 674
Christus dicitur vir ratione perfectæ ætatis. ibid.
Christus dicitur vir ratione perfectionis omnium virtutum. ibib.
Christus dicit vir ratione despōsationis:quia spōsus est ecclesię.ibid.
Christus tū actuali peccato:tum originali,immunis oīo extitit.ibid.
Christus quandóque in scriptura nominatur vnigenitus,quandóque primogenitus.col.1.pag. 667
Christus est sponsus ecclesiæ, Ioannes verò Baptista amicus & paranymphus sponsi.col.1.pag. 676
Christus creditur fuisse passus.8. kalendas Aprilis.i.die 25.Martij. col.1.pag. 685
Christus sponsus est:& ecclesia est sua sponsa.col.2.pag. 692
Christus non crescit in se,sed quantū ad alios:inquantùm eius virtus magis ac magis innotescit.col.1.pag. 693
Christus in homine tunc magis crescit,quando magis homo in eius cognitione & amore proficit. ibid.
Christus inquantū homo habet spiritum sanctum vt sanctificantem. Inquantùm verò Deus habet vt manifestantem.col.2.pag. 694
Christo inquantùm Deus est.Deus pater dat spiritum sanctum non ad mensuram. ibid.
Christo inquātùm homo est:Deus pater dat spiritum sanctum etiā non ad mensuram. ibid.
Christus inquantùm Deus,omnia præsentia: præterita,& futura cognoscit:sed inquantùm homo aliqua de nouo cognoscit scientia experimentali.col.2.pag. 695
Christi exēplo malis aliqñ ad tēpus debemus cedere.col.2.pag.696
Christus inquantū homo operabat & patiebatur vt homo.s.esuriendo & sitiendo:sed inquantū Deus propria Dei operabatur.s.sine cibo non esuriebat:& sine potu non sitiebat. ibid.
Cū Christus sit in persona à patre distinctus & missus sit à patre qui verax est:sequit q⁹ verus Deus verū Deum miserit.col.2.pag.694
In Christo est triplex gratia:vnionis:singularis personæ: & capitis. col.2.pag. 694
Quod Christus gratiā singularis personę quæ habitualis dicitur non accepit ad mensuram triplici ratione probatur. ibid.
Christus fuit simul viator & comprehensor.col.2.pag. 704
Christus non inuenitur nisi prius inueniat.col.1.pag. 709
In Christo sunt duæ voluntates.col.2.pag. 715
Christus propria virtute miracula facit.col.1.pag. 717
Christus est naturale Dei verbum.col.1.pag. 718
In Christo fuit triplex cognitio.s.sensitiua:intellectiua: & diuina. col.1.pag. 721
Christus est in nobis dupliciter.s.in intellectu per fidē:& in affectu per charitatem,quæ informat fidem.col.1.& 2.pag. 727
Christus secundū diuinā naturā nō vngitur oleo spiritus sancti:quia q tali oleo vngit⁹ melior efficit.Christ⁹ aūt īquātū De⁹ nō efficit melior.Remanet ergo q⁹ vngat⁹ secūdū humanā naturā.c.2.p.731
Christus quandoq; fugiebat persecutores:vt ostēderet se verum hominem esse,quandóque autem per eos illæsus transibat:vt ostenderet se diuinum esse.col.1.pag. 732
In Christo tria præeminebant,veritas:mansuetu.& iust.col.1.p.741
Christ⁹ ī sacramētis excellētiā habet:qa alicui effectū sacramēti sine sacramēto cōferre pōt:qđ nullus purus hō pōt facere.col.1.p.742
In Christo pensanda est mansuetudo maxima:admiranda est etiam Christi singularis puritatis excellentia.col.2.pag. 750
Christ⁹ licèt potuisset exprimere hæc verba materialiter.s.se nō nos se Deū:tamē nō poterat intendere exprimere falsitatē.c.1.p.753
Christus est ostium ouilis.i.congregationis fidelium.col.2.pag.760
In Christo natura sua & tota alia natura subditur voluntati suæ sicut artificiata voluntati artificis.col.2.pag. 764
Christus tanta facilitate Lazarū à somno excitabat:quāta quis dormiens à somno excitatur.col.2.pag. 770
Christus tres mortuos suscitauit.col.1.pag. 772
Christus dicitur Græcè:Latinè verò unctus.
Christ⁹ erat ver⁹ hō & ver⁹ Deus:ideò vbique in factis ferè suis humana leguntur diuinis mixta:& diuina humanis.col.2.pag.773
Christus voluit se turbare & tristari triplici causa. ibid.
Christus fleuit ex pietate,fleuit etiam ex causa,vt ostēdat hominem propter peccatum fletibus indigere.col.1.pag. 774
Christus multa fecit & dixit ꝓpter vtilitatē aliorum.col.1.pag.775
Christus lampas est.col.2.pag. 782
Christus ideò se grano comparat frumenti:quia ad hoc venit vt reficeret & sustentaret mentes humanas:quod præcipuè facit panis fermentatus.col.1.pag. 783
In Christo vires inferiores erāt subditę rationi:ita q⁹ nihil agere vel pati poterant nisi quod eis ratio ordinabat.col.1.pag. 784
Christus exauditus fuit qñ ratio ex parte sua petebat:sed quādo ratio ex parte affectionis naturalis petebat:non vt exaudienda:sed tantum affectū exprimens naturalē:tūc nō fuit exauditus.c.2.p.784
Quare Christus voluit morte crucis mori:duplex assignatur causa. col.2.pag. 785
Christus cū nō peccantibus mortaliter semper est:sed cum imperfectis non est:quia cùm peccant:recedit ab eis.col.2.pag. 799
Christiani mali viriditatem aliquam habere videntur:sed quando separabuntur à bonis,eorum ariditas apparebit.col.1.pag. 813
Christus in principio amara & dura proponit.col.1.pag. 682
Christus fecit opera quæ nullus alius fecit.Et hoc in tribus.1.in magnitudine.2.in multitudine.3.io modo.col.1.pag. 818
Christus moriens lunam retrocedere fecit,& totum cursum firmamenti mutauit.col.1.pag. 818
Christus noluit dare spiritū sanctū discipulis existens cum eis quadruplici ratione.col.1.pag. 821
Quod Christus descendit pertinet ad eius misericordiam,q⁹ autem ascendit pertinet ad eius iustitiam.col.2.pag. 821
Christus licèt secundū humanitatem non esset in cœlo:secundū tamen diuinitatem erat.col.2.pag. 833
Christus portat crucem vt Rex sceptrum:vt victor trophæum:vt doctor candelabrum.col.2.pag. 843
Christus glorificatus est quadruplici gloria.col.2.pag. 798
Christus dilexit nos tripliciter.
Cibus corporalis non est perfectus nisi cibo iungatur potus:& econuersò.col.2.pag. 701
Cibus quo sustentatur corpus est corruptibilis.Cibus autem quo sustentatur spiritus est incorruptibilis.col.2.pag. 722
Circuncisio significabat Christum,& ideò data est in membro generationis.col.1.pag. 735
Circuncisio data est in membrum generationis:quia data erat contra peccatum originale.col.2.pag. 735
Ciuitas Samariæ sita est in monte somer.col.2.pag. 697
Clamor primò manifestationem importat.col.1.pag. 672
Clamor secundò fit ad distantes.col.1.pag. 672
Clamor tertiò fit quia surdi erant. ibid.
Clamor quartò fit.quia cum indignatione loquitur.col.1.pag. 672
Clamor ex magnitudine affectus procedit.col.1.pag. 736
Clarificari idem est quod glorificari.col.1.pag. 798
Clinē in Græco Latinè lectum significat.col.2.pag. 681
Cophinus est vas rusticano officio deputatum.col.2.pag. 720
Cognoscens tantum cognoscit quantùm habet de virtute cognoscitiua.col.1.pag. 670
Cognitio fit p assimilationē cognoscētis ad rē cognitam.c.2.p.670
Cognitio qua instruimur quomodò terrenis vtamur absq; inquinamento peccati pertinet ad cognitionē vespertinam.col.2.p.673
Cognitio qua intelligibilia contemplantur & fruuntur pertinet ad cognitionem matutinam.col.2.pag. 673
In cognitione primorum principiorum discurrendo non peruenitur cùm sint naturaliter cognita.col.2.pag. 653
In anima nostra est cogitatio per quā inquirendo discurritur, est & verbum quod formatū est secūdū perfectā cōtēplationē veritatis.
Si quis ad conditoris cognitionē venire vult:fugienda est turba prauorum effectuum,& declinanda sunt malorum conuenticula:& fugiendum est ad templum cordis sui.col.1.& 2.pag. 709
Omne quod cognoscitur scientis comprehensione finitur.
Cognitio quæ est per visum est immediata & aperta. Ea verò quæ per auditum,fit mediante eo qui vidit.col.1.pag. 727
Iudæis tradita est rerum diuinarum cognitio.
Cognitio viæ dependet ex cognitione termini.col.2.pag. 802
Cognitio mysteriorum diuinitatis est duplex.col.1.pag. 808
Cognitio diuinorum est duplex.col.1.pag. 830
Collegium non debet reputari malum propter vnum malum ex collegio.col.2.pag. 796
Per columbam significatur hominis instabilitas.col.1.pag. 684
In compositis potest esse falsa cognitio.col.2.pag. 699
Comestio angelorum est vera veritate significationis.col.1.pag.856
Comestio Christi post resurrectionem fuit vera:& veritate significationis,& veritate speciei.col.1.pag. 856
Commendatio Andreæ.col.1.pag. 677
Contemplatio est triplex, alta.s.& ampla:& perfecta.col.1.pag.651
Conuertuntur ad Christum aliqui dupliciter.col.1.pag. 679
Conceptio & formatio corporis humani perficitur in 45.diebus,ita q⁹ in primis sex diebus conceptio corporis humani habet quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index Commentariorum super Ioannem.

lactis similitudinem.9.posteà diebus conuertitur in sanguinem. duodecim inde diebus solidatur in carnẽ. 18. demùm diebus formatur vsq; ad perfecta lineamenta.col.1.pag. 685
Conclusio sicut se habet in speculabilibus:ita operatio in operabilibus.col.1.pag. 727
Consideratio humanæ naturæ secũdum triplicẽ statum.co.2.p.693
Si quis cũ contentioso cõtendit resistendo ipsum magis ad irã prouocat. Sed si ei cedendo mollitur eius insania.col.1.pag. 719
Confutatio hæresis Manicheorũ:qui patres veteris testamenti damnabant.col.1.pag. 703
Conuersatio consueta cũ hominibus & nimia familiaritas reuerentiam minuit,& contemptum parit.col.2.pag. 704
Cõfutatio Origẽ.istius hęreticę positiõis & explanatiõis.c.1.p.671
Confutatio erroris Manicheorum qui dicebãt sensibilia esse à principio diabolo.col.2.pag. 720
Confutatio opinionis Stoicorum.col.1.pag. 796
Erroris Macedonij confutatio.col.2.pag. 688
Confutatio erroris Arrianorum.col.1.pa. 714
Confutatio secunda erroris Arrianorum inquantùm negabant filij coæternitatem ad patrem.col.1.pag. 714
Confutatio fundaméti Arrij secundum Aug.col.2.pag. 795
Conditio furis est:vt non intret per ostium.col.1.pag. 760
Conditio veri pastoris est:vt intret per ostium.col.2.pag. 760
Cõditio auctoris.s.Ioannis,quæ quantũ ad 4.describitur.co.1.pa.651
Cõsuetudo in ecclesia est,q; turbis prædicatur standoreligiosis verò sedendo (vt fecit Christus.) col.2.pag. 738
Cõsuetudo in ecclesia est vt baptizãdi interrogẽtur de fide.c.1.p.759
Consuetudo stultorum est:vt dubia semper in malum interpretentur.col.1.pag. 765
Consuetudo est scripturæ sacræ consanguineos fratres vocare. colum.2.pag. 732
Cõsolator & aduocatus si personaliter accipiantur, spiritussanctus & filius alio & alio modo dicũtur cõsolator:&aduocat⁹.c.1.p.806
Conditiones columbę secundum Cyprianum.
Contra errorem Sabellij Euangelista dicit. [Et verbum erat apud Deum.] col.1.pag. 657
Corporalia sunt quædam similitudines spiritualium.col.2.pa. 722
Corpora aliorũ hominũ soluuntur per mortẽ vsq; ad incinerationẽ puluerizationẽ:qualis solutio non fuit in Christo.col.2.pag. 684
Corpus Christi totum est secundum rei veritatem in sacramento: sed corpus Christi est ex vi sacramenti, anima autem & diuinitas est ex naturali concomitantia.col.1.pag. 728
Corpora cœlestia sunt causa omniũ effectuum corporaliũ.c.1.p.737
Quod corpus humanũ non possit esse simul cum alio corpore,inest sibi ex sua natura.col.1.pag. 851
De natura corporis glorioſi est vt possit videre & nõ videri(vt vult.) col.2.pag. 853
Corpus Christi potest considerari dupliciter.col.2.pag. 798
Creatura in Deo est creatrix essentia.col.1.pag. 659
Creatura potest esse fidei testis.col.2.pag. 723
Omnis creatura verbi potestati subiecta est.col.1.pag. 802
In creaturis aliud est,quod accipit,& aliud,quod accipitur quod in diuinis locum non habet.col.1.pag. 823
In creaturis id q̃ est accipiẽs aliquãdo fuit nõ habens id,quod accipit,quod in diuinis locum non habet.col.1.pag. 823
In creaturis nõ est idẽ nũero,qđ cõmunicat̃ ex quo cõmunicat̃.ibid.
Credere nostrum est nobis ex dono Dei.col.2.pag. 724
Credere citò, licèt hominibus pertineat ad leuitatẽ, tamen credere Deo citò magis est laus.col.2.pag. 703
Credere secundum Aug.datur nobis etiã ab ipso Deo.col.1.pag.731
Credere est prius,quam cognoscere.col.2.pag. 731
Chrisostomus est magnæ authoritatis apud Græcos.col.2.pag.569
Crux licèt gẽtibus & his qui pereũt sit stultitia,nobis tamẽ credẽtibus,est maxima Dei sapientia,& Dei virtus.col.2.pag. 798

De litera D.

DAtio potest sumi & essentialiter & personaliter.col.1.pagi.834
Dare naturam filio est ipsum generare,col.1.pag. 695
Præpositio de,semper denotat causam materialẽ: vel efficientem & consubstantialem.col.1.pag. 665
Præpositio de,denotat partialitatem.col.1.pag. 669
Præpositio de,denotat consubstantialitatem.col.2.pag. 668
Præpositio de, denotat efficiẽtiã seu causam originalẽ.col.2.pa.668
De præpositio in hoc loco non importat participationem,sed consubstantialitatem.col.1.pag. 823
Declaratio perfectæ contemplationis Ioannis.col.1.pag. 652
Declaratio amplæ contemplationis Ioannis.col.1.pag. 651
Defectus diuinæ cognitionis quæ in mundo erat, aduentum diuini verbi necessitauit.col.1.pag. 662
Delectatio dicit quietem in bono præsenti.col.1.pag. 796
In delectatione quæ est in fruitione diuina, quam facit charitas,est complementum & decor beatitudinis.col.1.pag. 819
Dęmon habet potestatem imprimendi in fantasiam,cùm sit potentia affixa organo.col.2.pag. 777
Dæmões & alię hoïes eorũ auxilio aliqua mira prætẽdere possunt, sed futura prędicere solius diuinæ opus est virtutis.col.1.pag.679
Designatio quadruplicis altitudinis in contemplatione Ioannis circa verbum incarnatum.col.1.pag. 651
Descriptio infirmorũ. 4.extra iacẽtẽ in ꝓbatica piscina.col.1.p.707
Descriptio auctoris.s.Ioannis quantum ad nomen.col.2.pag. 652
Descriptio Ioannis quantum ad officium.col.2.pag. 652
Descriptio Ioannis,quantum ad dignitatem. ibid.
Descriptio Ioannis,quantum ad castitatis virtutem. ibid.
Descriptio Ioannis,quantum ad electionem. ibid.
Descriptio Ioannis,quantum ad modum vocationis. ibid.
Descriptio præconiorum laudis,quantum ad mortem.col.1.pa. 653
Descriptio constantiæ Ioannis Baptistæ.col.2.pag. 675
Descendere de cœlo dicitur de filio hominis non secundum naturam humanam,sed secundum diuinam.col.1.pag. 689
Descensus Christi è cœlis in terram non est descensus per motum locali.col.2.pag. 689
Desiderium hoïs incitatur ad petẽdum gratiã ex duobus.1. ex cognitione boni desiderandi.2.ex cognitione datoris.col.2.pagin. 697
Descriptio auctoritatis Ioannis Baptistæ.col.1.pag. 826
Desiderium est motus appetitus.col.1.pag. 826
Destructio Sabellij negantis distinctionem personarũ.col.1.pag.714
Deus se & alia intelligendo intelligit vnico actu, & vnicum format verbum.col.1.pag. 654
Deus aliquos effect⁹ ꝓducit mediãtib⁹ causis medijs:nõ quia ipse sit impotẽs ad eos producendos:sed vt causas nobiliter.col.2.pa.661
Deus qui est vera lux,neq; est in mũdo sicut cõtẽtũ in cõtinẽte:neq; sicut pars in toto:sed sicut causa efficiens & conseruans.c.1.p.663
Deus est in omnibus reb⁹ per essentiã præsentiã & potẽtiã.c.1.p.663
Deus est in omnibus rebus per potẽtiã:quia omnia suæ subdũtur potestati. Per præsentiã verò:quia oĩa nuda sunt & aperta oculis ei⁹. Per essentiã demũ:quia sua essentia oĩb⁹ reb⁹ est intima.c.1.p.663
Deus est infinitę bonitatis ideò eius amabilitas infinita est.c.2.p.667
Deus dicitur videri tripliciter.1.modo per subiectã creaturã.2.modo per representatam, imaginem.3.modo per aliquam speciẽ intelligibilem à sensibilibus abstractam.col.2.pag. 669
Deus est suum esse sapientia:sua bonitas: & quæcũque in Deo idem sunt.col.2.pag. 669
Deus habitat in nobis secundum gratiam.s.secundum actum intellectus & voluntatis.col.2.pag. 684
Deus secundũ Greg.hominibus.5.modis immittit flagella.c.2.p.755
Deo ostẽditur reuerentia quãdo eius facta nõ discutiũtur.c.2.p.700
Deus solus est qui gloriam suam quærere potest:sed homo non gloriam suam sed Dei quærere debet.col.2.pag. 700
Deus licèt in sabbato requieuerit à nouis condendis creaturis:nihilominus tamen semper & continuè operatur creaturas in esse conseruando.col.1.pag. 710
Si Deus ad momentum virtutem suam à rebus conditis subtraheret: omnia in nihilum redigerentur.col.1.pag. 664
Hoc nomen Deus naturaliter & ex modo significandi supponit pro aliqua personarum:sicut hoc nomen homo supponit pro supposito humanitatis.col.1.pag. 655
Deus ita est causa omnium rerum:q̃ est causa subsistendi omnium: ita,q̃ si eius potentia ad momentum cessaret: simul & illarũ cessarent species.quam natura continet.col.1.pag. 710
Deus quando apparuit Abrahæ & locutus est Moysi, nec figura illa nec vox illa fuit,sicut cuiusdam animalis:sed effectiuè à Deo inquantùm à Deo formatur.col.1.pag. 717
Deus in seipso à nullo potest haberi odio:nec secundum omnes suos effectus.col.1.pag. 718
Deus tentat:nõ vt discat:non vt decipiat:sed vt de tentato alijs experimentum tribuat.col.2.pag. 719
Deus coacta seruitia non acceptat.col.2.pag. 738
Deus non causat malum culpæ nisi permissiuè: vt inde aliquod bonum eliceat.col.2.pag. 683
Deus non exaudit peccatores in peccatis persistentes:sed pœnitentes.col.1.pag. 758
Deus pater est fortissimus cui non potest fieri violentia:est & sapientissimus:in quem non cadit ignorantia.col.2.pag. 766
Deus tripliciter accipitur.s.pro natura diuina,aliquando nuncupatiuè:aliquando participatiuè.col.2.pag. 767
Deus nobis benedicendo nos facit bonos.col.1.pag. 781
In Deo idem est intelligere & intellectus.col.1.pag. 803
Deus venit ad nos tribus modis.col.1.pag. 809
Deus inquantùm Deus cũ sit pura essentia bonitatis quæ secundum se est diligibilis:impossibile est,q̃ odio habeatur.col.1.pag. 818
A Deo aliqui sunt per creationem; & sic omnes sunt à Deo. Aliqui verò per

Index Commentariorum super Ioannem.

verò per affectum & imitationem.col.2.pag. 840
Deus remittit peccata largiendo gratiam:retinet autem nõ largiendo eam.Similiter sacerdos.col.2.pag. 851
In Deo idem est intelligere & esse.col.1.pag. 654
In Deo quia suum esse est suum intelligere:& ecõtra,ideò quicquid est in Deo est sua vita & essentia.col.1.pag. 659
Deus omnia causata diligit etiam ipsos dæmones.col.2.pag. 808
Diabolus tentat vt decipiat.col.2.pag. 719
In diabolo fuit duplex peccatum.s.superbiæ ad Deum:& inuidię ad hominem.col.1.pag. 749
Diabolus occidit hominem non ferro accinctus:sed mala persuasione.col.2.pag. 749
Diabolus primò mendacium inuenit:& ideò pater mendacij dicitur.col.1.pag. 750
Diabolum intrare in hominem potest intelligi dupliciter.c.1.p.797
Diabolus immittit in cor hominis aliquod malũ:quãdo homo præbet ei assensum ad malum:cum quadam tamen trepidatione.an facere debeat.col.1.pag. 797
Diabolus intrat in cor hominis quando homo totaliter dat se ad sequendum eius instinctum:nec in vllo dissentit. ibid.
Diabolus est princeps mundi huius non ratione creationis:seu per naturalem potestatem:sed ratione culpæ.col.1.pag. 785
Diabolus est princeps mũdi huius:nõ naturali dñio:sed vsurpatiuè.
Dicere,quòd aliquid falsum inueniatur in euangelijs & in quacũq; scriptura canonica est hæreticum.col.1.pag. 782
Dies Christi duplex est.s.æternitatis & incarnationis.col.2.pag.761
Dies materialis ex præsentia solis causatur.col.2.pag. 754
Differẽtia inter præpositionem in:& præpositionẽ apud.col.2.p.655
Differentia Ioãnis ab alijs Euangelistis.col.1.pag. 657
Differentia est dicere credo Deum:& credo Deo:& credo in Deum. col.2.pag. 723
Differentia seminis & filij. ibid.
Differentia est inter bonum pastorem & malum.col.2.pag. 752
Differentia triplex inter conditiones boni pastoris & conditiones mali pastoris. ibid.
Differentia inter seruum & liberum.col.1.pag. 815
Differẽtia est inter orationẽ Christi & orationẽ nostrã.col.2.p.826
Differentia casus electorum & reproborum.col.2.pag. 852
Dignitatis officij Ioan.Bapt.descriptio.col.1.pag.
Diligẽtes intensè vxores nec in eis sustinẽtes aliorũ cõsortiũ (vt pro amori eorum contrarium) zelotipi dicuntur.col.1.pag. 684
Dilectio patris est ratio creandi creaturas.col.1.pag. 695
Dilectio alicuius ad aliquem aliquando est simpliciter:aliquando secundum quid.col.2.pag. 808
Dilectio Dei est duplex.vna æterna,alia temporalis.col.2.pag. 816
Diligere est actus voluntatis.col.1.pag. 695
Disponere in rebus humanis & dominari & habere sibi sponsam pertinet ad sponsum tantum.col.1.pag. 694
Disputatio Aug.contra Manichæos.col.1.pag. 653
Discipuli Ioannis quatuor sibi proponunt quæ contra Christum cõmotionem causarent.col.1.pag. 692
Discipuli prębebant mysterium baptismi per ablutionem corporis, Christus verò præbebat spiritũ interius mundantem.col.1.p.696
In disciplinis duplex est ordo:secũdũ naturã:& quò ad nos.c.2.p.654
Diuinitas nũquã fuit separata ab ãa Christi neq; à carne.c.1.p.764
Diuersitas opinionũ sanctorũ de Maria Magdalena.col.2.pag.768
Diuina essentia vna & eadem est in se:sed secundum diuersitatẽ recipientium magis & minus recipitur.col.2.pag. 801
Diuitiæ maiores reputantur à nõ habentibus eas quàm ab eisdẽmet postquam habentur.col.1.pag. 820
In diuinis non est distinctio in eo quod habetur:sed in ordine habendi.col.1.pag. 823
Doctrina ante aduentum Christi erat duplex.col.2.pag. 719
Dogmata Marchionis & Manichæi.col.2.pag. 681
Dominus est nomen potestatis (vt dicit Ambr.)col.2.pag. 667
Dominus ad domum reguli non descendit,& ad domum centurionis descendit:dans nobis exemplum:vt magis ad pauperes quàm ad diuites accedamus.col.1.pag. 706
Dominus ideò iudã elegit:vt daret nobis intelligere nullã futuram societatem quæ esset sine alicuius mali admixtione.col.2.pa.795
Dominus permisit Petrum tentari & cadere:vt exaltatus ad,principatum ecclesiæ discat de se humilia sentire.col.2.pag. 800
Dominus præparat nobis locum quinque modis.col.1.pag. 802
Domus Dei est duplex.col.2.pag. 801
In donis Dei qui bene vtitur dono sibi concesso amplioris gratiæ & doni acceptionem meretur.col.1.pag. 806
Donorum spiritussancti quædam sunt necessaria ad salutem:quædã autem non.col.2.pag. 806
Dubius est qui vnã partẽ accipit eũ formidine alterius.col.1.pag.852
Duo sunt ꝓpria magni Dei.s.æternitas & omnipotẽtia.col.2.p.656
Duo mouerunt Christum ad mortem sustinendam.s.amor Dei & dilectio proximi.col.2.pag. 811
Duplex est ꝓticipatio diuini luminis.s.ꝓfecta & ĩperfecta.c.2.p.661
Dupliciter à Deo aliquis inuitatur.col.1.pag. 653
Duplex est ordo:temporis,& dispositionis.col.1.pag. 653
Duplex est intellectus operatio.col.2 pag. 653
Duplex spiritus.vnus mundi:& alius Dei.col.2.pag. 674
Duplex secta erat inter Iudęos.s.Pharisæorũ & Saducæorũ.c.1.p.686
Duplex est admiratio.col.2.pag. 687
Duplex vox spiritussancti.col.2.pag. 688
Dupliciter aliqui inquirunt. Quidam nãq; ex diffidentia. Quidam verò ex studio adiscendi.col.2 pag. 688
Duplex est intrinsecum. Vnum profundissimũ. Et hoc est vita æterna. Aliud est rectitudo conscientiæ.col.2.pag. 724
Duplex causa assignatur quare Iudæi Christum vocabant samaritanum.col.1.pag. 751
Duplex est seruitus.s.filialis:& seruilis.col.1.pag. 795
Duplex causa assignatur quare Iudæi Christum vocabãt dęmonium habentem.col.1.pag. 751
Duplex est filij à patre processio.col.2.pag. 826
Duplex ratio quare Christus voluit in monumento nouo sepeliri. col.2.pag. 846
Duplex vocatio Apostolorum à Christo.s.ad familiaritatem; & ad discipulatum.col.2 pag. 652
Durũ dicitur quod non facilè diuiditur & resistẽtiã habet.c.1.p.730

De litera E.

EAdem est natura patris & filij.col.2.pag. 766
Ebionitarum positio.
Effectus dilectionis alicuius est,quòd diligens libenter audit verba dilecti.col.2.pag. 749
Effectus consequentes comestionem non erant in Christo:quia cibus non fuit conuersus in comedentem.col.1.pag. 856
Ego,personam loquentis demonstrat.col.2.pag. 666
Eleémosyna & misericordia in pauperes homines vniuersaliter emũdant:& amor Dei.col.2.pag. 793
Electio duplex est,vna ad præsentem iustitiam,alia ad finalem gloriam.col.2.pag. 795
Encenia festiuitas erat dedicationis ecclesiæ secũdũ Aug.col.1.p.765
Encenia idẽ est qđ inouatio. Enceniari verò inouari dicit.c.2.p.765
Hoc verbũ [erat] sumit hìc vt significet rei existẽtiã.col.1.pag.655
Omnis error ex superbia causatur.col.2.pag. 699
Error Origenis:qui quia cùm dicitur [verbum] erat [Deus.] & non ponitur articulus ad li [verbum] neque ad li [Deus] (vt græci faciunt) dixit,q̃ filius erat verbum per essentiam.Non tamẽ Deus per essentiam,sed solus pater:quod falsissimum est.col.2.pag.656
Error Arrianorum qui ponebãt patrẽ esse maiorẽ filio.col.2.p.656
Error Ebionis.col.1.pag. 657
Error Sabellij.col.1.pag. 657
Error Eunomij.col.1.pag. 657
Error Manichæi qui imaginatus est mundum & homines esse creatos à contrario principio.s.diabolo.col.1.pag. 663
Error quorundam dicentium patrem inuisibilem esse, filium verò visibilem & non visum fuisse in veteri testamento.col.2.pa. 670
Error Arrij & eiusdẽ confutatio per Euangelistam.col.2.pag. 656
Error Eluidij dicentis beatam virginem post Christum alios filios habuisse.col.2.pag. 682
Error quorundam dicentium Ioseph ex alia cõiuge filios genuisse: & hos vocari fratres Christi.col.2.pag. 682
Error Manichæi qui dicebat Deum veteris testamenti non fuisse patrem Christi:sed Deum noui testamenti.col.1.pag. 684
Error Pelagianorum.col.2.pag. 687
Error Arrij destruitur.col.2.pag. 674
Erroris Macedonij confutatio. ibid.
Error Pauli Samosetani destruitur. ibid.
Error Nestorij.col.1.pag. 759
Error Valentini qui potuit Christum ex virgine nihil sumpsisse.col.1.pagin. 689
Error Origenis. ibid.
Error Samaritanorum quantùm ad duo circa adorationem Dei. col.2.pag. 699
Error Sabellianorum dicentium q̃ ex quo filius est æqualis patri,q̃ est ingenitus:& est idem cum patre in persona.col.2.pag. 710
Error quorundam.col.2.pag. 693
Error Pauli Samosetani & Fotini qui dicebant Christum purum hominem esse,& initium sumpsisse ex virgine.col.2.pag. 714
Error quorundam monachorum dicentium spiritualeꝫ viros nihil corporaliter debere operari.col.1.pag. 723
Error quorundam dicentium in homine esse duas animas.s.intellectualem,quã vocant spiritum:& aliam animalem,quã vocãt sensitiuam & vegetatiuam,quæ præcipuè est anima.col.2.pag. 843

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index Commentariorum super Ioannem.

Error quorundam dicẽtium animas mortuorũ hominum non statim ire ad paradiſum:vel infernũ:vel purgatorium,ſed in tumulis remanere vſque ad diem iudicij. ibidem
Error Priſcioniſtarum.col.1.pag. 681
Huius dicti. [Erunt omnes docibiles Dei] triplex ſenſus.co.2.p.726
Eſſe ab alio eſt commune filio Dei & creaturæ.col.2.pag. 729
Eſſe eſt proprium Dei.col.1.pag. 745
Aeternitas includit omne tempus.col.2.pag. 822
Cùm quis indignè euchariſtiam accipit:quod bonum eſt optimum malè accipit: & reuertitur ſibi in malum.col.2.pag. 797
Euangelij Ioannis oſtenditur excellentia & dignitas.
Euthicij opinio dicentis corpus Chriſti & omnium reſurgentium non eſſe palpabilia ſed ſubtilia ad modum venti & ſpirituum.capit.1.pag. 853
Hoc Euangelium poſt omnes canonicos libros ſcriptum fuit: cuius cauſa Epiſcopi Aſiæ fuerunt.col.1.pag. 653
Excluſio erroris Arrij.col.2.pag. 729
Excluditur error Neſtorij.col.1.pag. 666
Excluſio hæreſum dicẽtium Chriſtũ eſſe purum hominẽ.col.1.p.728
Excuſatio domini fuit vtilis ad noſtram inſtructionẽ.col.1.pag.838
Ex his patet q̃ verbũ ꝓcedit ab intellectu in actu exiſtẽte.c.2.p.613
Ex iſta propoſitione. ſ.verbum erat Deus: duplex falſus intellectus poteſt accipi. Vnus accipitur à Gentilibus qui pluralitatẽ Deorũ poſuerunt. Cum his autem ſunt Manichei qui duo cõtraria principia naturæ poſuerunt.col.2.pag. 656
Ex nihilo aliquid facere maius eſt, quàm aliquid facere ex ſubiecta materia.col.2.pag. 681
Ex prædictis concludit S.Tho.Ioan.cõtemplationem fuiſſe altam, amplam,& perfectam.col.2.pag. 651
Ex parte facientis eſt triplex principium. ſ.intentionis,rationis, & executionis.col.2.pag. 654
Exprobratio erroris Arrianorum.col.2.pag. 710
Expoſitio.5.porticuum myſtica ſecundum Chriſoſt.qui ſignat quinque vulnera Chriſti.col.1.pag. 707
Expoſitio myſtica eorum ſecundum Auguſti.qui ſignificat.5.libros Moyſi.col.1.pag. 707
In Euangelijs Ioannis principaliter Chriſti diuinitas nobis traditur.col.1.pag. 651
Ex verbis Euangelij poteſt colligi dominum quinquies apparuiſſe. col.2.pag. 850
Præpoſitio ex, aliquando denotat cauſam materialem, aliquando verò cauſam effectiuam.col.1.pag. 688
Præpoſitio ex,importat cauſam materialem & efficientem non tamen conſubſtantialem.col.1.pag. 665

De litera F.

FAcere ſigna virtutis diuinæ eſt: ſed manducare multiplicatum tempora le eſt.col.2.pag. 722
Familiare erat Iudæis ſigna petere.col.1.pag. 684
Phariſæi qui ſpeciem religionis habebãt:deſcenderunt ex ſtirpe Symeon.col.2.pag. 776
Fœmina eſt quid imperfectum & occaſionatum.col.2.pag. 824
Feſta omnia celebrantur in eccleſia in commemorationem diuinorum beneficiorum.col.2.pag. 765
Phariſæi dicebantur quaſi ab alijs diuiſi.col.1.pag. 686
Ficus myſticè peccatum ſignificat.col.2.pag. 679
Fictus dicitur ille in quo ea quæ ſunt exterius non correſpõdent his quæ ſunt interius.col.2.pag. 729
Fidelitas ſerui tunc cognoſcitur quando gaudet de bonis Domini ſui,& quando non ſibi,ſed Dño ſuo bona procurat.col.1.pag.693
Fides eſt ex auditu.
Ex fide ſequitur deſiderium rei.col.2.pag. 703
Ad fidem perfectam tria ſunt neceſſaria.1. vt ſit recta.ſecũdò vt ſit prompta,tertiò vt ſit certa.col.2.pag. 703
Ad fidem tria nos inducunt.1.ratio naturalis.2.teſtimonia legis Prophetarum.3.prædicatio Apoſtolorum & aliorum.col.2.pag.703
Fides Chriſti in Veteri Teſtamẽto continebatur,ſed non in ſuperficie:quia in profundo obumbrata figura latebat.col.2.pag. 717
Fideles in quibus eſt Chriſtus timorẽ mundi premunt,fluctus tribulationũ calcãt,& velociter ad terrã viuentiũ trãſeũt.col.1.pa.722
In fide noſtra duo principaliter credenda ſunt, ſcilicet myſterium Trinitatis & incarnationis.col.2.pag. 731
Fideles & boni volũt Chriſtũ apprehẽdere vt eo fruãtur.col.2.p.739
Fide digni ex duobus reducuntur,primò ex auctoritate,ſecundò ex religione.col.1.pag. 740
Fides diſtinguitur non ab omnibus operibus,ſed ab exterioribus tãtùm.col.1.pag. 748
Fideles aliquando perſecutores debent declinare exemplo Chriſti. col.2.pag. 753
Fides eſt nobis ex amore Dei.col.2.pag. 826
Filius Dei per carnis aſſumptionem qui inuiſibilis erat venit in mũdum vt eſſet viſibilis.col.1.pag. 664
Filius Dei eſt lux per eſſentiam. Ioannes vero & omnes ſancti per participationem.col.1.pag. 662
Filius ſecundũ naturã aſſumptã nunquã mũdũ creauit.col.2.p.710
Filius ab eo habet poſſe à quo habet eſſe.col.2.pag. 710
Filius Dei ſic recipit eſſe à patre, q̃ totã plenitudinẽ diuinæ naturæ recipit,ita quod quicqd eſt naturale patri,eſt & filio.col.2.pa.729
Filius p æternã gñationẽ cognitionẽ etiã habet à patre.col.2.pa.734
Filius Dei ſic eſt ex Deo,quòd eſt etiam ipſe Deus.col.1.pag. 736
Filius Dei videt Deum excellentiùs omnibus, ſcilicet viſione comprehenſionis.col.2.pag. 736
Filius aliquando ad pœnam corporis punitur pro patre,ſed quãtum ad pœnam animæ nunquam punitur, cũ anima non ſit ex patre, ſed ex Deo.col.2.pag. 762
Filius cum patre,& ſpirituſancto,prædeſtinauit nos ad vitam æternam.col.1.pag. 802
Filius cum patre eſt vnum principium.col.2.pag. 819
Filiatio importat hoc,quod eſt accipere ab alio.col.1.pag. 823
Filius exit à patre nõ localiter nec diuiſibiliter,ſed exit ab eo per ſonalem diſtinctionem.col.1.pag. 827
Filius eſt imago & verbum patris.col.2.pag. 803
In filio Dei eadem eſt natura numero quæ eſt patris.col.1.pag. 804
Filius dicitur cõſolator inquantũ pro nobis interpellat.col.1.p.806
Filius dicitur conſolator inquantum eſt verbum formaliter. ibid.
De filio Dei aliquid dicitur ſecundum ſe & aliquid ſecũdũ nos.i. per comparationem ad nos aliquid verò vtrõque modo.col.1.pa.659
Philippus interpretatur os lampadis.col.2.pag. 782
In fine mundi Iudæi omnes conuertentur.col.2.pag. 769
In fine ſæculi firmaris gentibus in fide & veritate reuertetur ad Iudæos conuertendos & confirmandos.col.1.pag. 704
Finis fidei non poteſt eſſe niſi Deus.col.2.pag. 723
Finis eſt duplex.ſ.intentionis & executionis.col.1.pag. 792
Finis executionis eſt terminus rei. ibid.
Finis intentionis eſt ille ad quem noſtra ordinatur intentio. ibid.
Finis ſermonis noſtri debet ad orationem terminari.col.1.pag. 828
Finis diuinorum donorum eſt vt vniamur illa vnitate:que eſt conformis vnitati patris & filij.col.1.pag. 833
Flumina procedunt de fontibus ſicut à principio.col.2.pag. 738
Flumina ſignificant donorum ſpiritualium abundantiam:eorũ impetum & donorum ſpirituſancti diuiſionem.col.1.pag. 739
Formæ quæcũque non oppoſitę ſe compatiuntur in eodem non diuerſificant ſuppoſitum.col.1.pag. 819
Si ponatur aliqua forma ſpiritualis ſeparata à ſubiecto vt albedo:licẽt ſecundum eſſentiam ſit finita:tamen quicquid ad illud genus pertinet ſiue ſpeciem in ſe habet.col.1.pag. 695
Formido refertur ad timorem.col.1.pag. 811
Fotinus & paulus ſamoſetanus Hebionis ſequaces.col.1.pag. 657
Fotinus opinatus eſt Chriſtũ ex virgine initiũ ſumpſiſſe.col.2.p.662
Fratres Chriſti dicebantur qui erant eius conſanguinei & beatę virginis.col.2.pag. 732
Fraticelli opinionis dicũt Chriſtum non fuiſſe regem terrenum:& fundant ſe ſuper hoc paſſu.Regnum meũ non eſt,&c.col.1.p.840
Fructus paſſionis Chriſti eſt vita æterna.col.1.pag. 699
Fructus primus quem quis manens in Chriſto facit:eſt abſtinere à peccatis,ſecũdus eſt vacare operibus ſanctis,tertius eſt vacare ædificationi aliorum.col.1.pag. 815
Frumentum moritur quando in terrã mittitur, nõ,q̃ amittat virtutem ſeminatiuam:ſed quia mutatur in aliam ſpeciem.col.1.p.740
Fulcimentum erroris Sabellij.col.1.pag. 804
Fulcimentum hæreſum Sabellij & Arrij.col.1.pag. 804
Fundamentum erroris Sabellij & Arrij.
Fundamentum & confirmatio erroris Arrij.col.2.pag. 795
Fundamentũ ſaluationis nõ eſt fides informis:ſed formata.c.2.p.690
Fundamentum poſitionis Manichæorum dicentium duo eſſe principia & duos Deos.col.1.pag. 840

De litera G.

GAlilæa interpretatur tranſmigratio.col.1.pag. 633
Galilæa quædam prouincia eſt. Chana verò viculus quidam illius prouinciæ.col.1.pag. 680
Galilæa ſecundum vnam interpretationem interpretatur cœleſtis gloria,nam Galilæa reuelatio interpretatur.col.2.pag. 696
Gaza perſica lingua ſignificantur diuitiæ.Philaze verò idẽ eſt,quod ſeruare.col.1.pag. 744
Gazophilatium in ſcriptura ponitur pro archa vbi diuitiæ cõſeruantur.col.1.pag. 744
Gemitus lachrymarum eſt duplex.col.2.pag. 848
Geminus Latinè:græcè dicitur didimus.col.1.pag. 852
Generatio filiorum Dei non eſt carnalis:ſed ſpiritualis.col.1.pa.665
In generatione materiali illud,quod generatur paulatim per incremẽta tẽporũ ab imperfecto ad perfectũ perducitur.col.1.pag.711

Index Commentariorum super Ioannem.

Genezareth cognominatur à natura loci.col.2.pag. 718
Genezareth in Græco idẽ eſt quod aurã excitans.col.2.pag. 718
Genezareth denominatur mare Galilęæ à Galilæa prouincia in qua eſt.col.2.pag. 718
Genezareth denominatur tyberiadis à ciuitate illa quæ erat ex vna parte ipſius maris:ex oppoſito habens ciuitatem Capharnaum. col.2.pag. 718
Gentiles & quidã Iudæi dicebant animas mortuorũ commorari in tumulis cum corporibus:quod eſt error.col.2.pag. 775
Gloria dicitur quaſi claria.col.1.pag. 798
In gloria per peccatũ nemo poteſt tollere gaudium:cũ vniuſcuiuſq; voluntas ſit in bono confirmata.col.2.pag. 824
Gloria eſt clara cum laude notitia.col.2.pag. 828
Gloria Chriſti eſt duplex.col.1.pag. 799
Gloria prima habuit principium temporis. col.1.pag. 799
Gloria ſecunda eſt perpetua.col.1.pag. 799
Gloriæ differentia ſecundum communem vſum:& ſecundum ſcripturam:ſecundum Origẽ.col.1.pag. 799
Grabatũ in quo homo requieſcit eſt peccatum.col.1.pag. 708
Gradus vitæ ſunt quatuor.col.1.pag. 713
Gradus non ſtantium eſt duplex.col.1.pag. 750
Gratia quã totum genus humanũ accepit ſecundũ Chriſoſt. eſt gratia veteris teſtamenti accepta in lege.col.1.pag. 669
Gratia prima ſecundum Aug.eſt iuſtificans & præueniens quę non datur nobis.col.1.pag. 669
Gratia vnionis eſt quoddam donũ gratuitũ Chriſto datũ vt.ſ.humana natura Chriſti vnita ſit filio Dei in perſona.col.2.pag. 694
Gratia ſingularis perſonæ quæ habitualis dicitur,eſt ſecũdnm quam anima Chriſti plena fuit gratia & ſapientia. col.2.pag. 694
Gratia ſpirituſancti quãdóq; aqua dicit:quãdóq; ignis.co.2.p.697
Gratia ſpirituſancti dicitur ignis,quia eleuat cor per feruorẽ & per caloré:dicitur autem aqua quia purgat.col.2.pag. 697
Graue per naturã non poteſt ſurſum ferri.col.1.pag. 726
Græcorum opinio dicentium ſanctos non ire ad paradiſum vſq; ad diem iudicij.col.1.pag. 802
Græca lingua eminebat propter ſapientiam.col.1.pag. 844
Græci erga naturalium ſpeculationẽ inſudarunt.col.1.pag. 844
Græci pueris baptizatis dant Euchariſtiam.col.2.pag. 728
In Græco nõ habetur. [Sic eum volo manere.] Sed [ſi eum volo manere,&c.] col.2.pag. 858
In Græco idem eſt glorificare & clarificare.col.2.pag. 752
Guſtare morté eſt aliquẽ mortis guſtum ſeu participationẽ habere. col.1.pag. 752

De litera H.

HAbitare habitantis:& in quo habitat: diſtinctionem importat. col.1.pag. 666
Hac particula. [Deus erat verbum] reſpondetur duabus obiectionibus.col.1.pag. 656
Hebraica lingua eminebat propter vnius Dei cultum.col.1.pag.844
Hæreſis Ebyonis & Cherimi.col.1.pag. 652
Hæreſis Academicorum dicentium nihil in hac vita pro certo ſciri poſſe.col.2.pag. 702
Hæreſis Manichæorũ dicẽtium omnia corruptibilia à diabolo eſſe. col.1.pag. 749
Hæreticorũ quorundam confutatio dicentium omnia peccata eſſe paria.col.2.pag. 842
Hæreſis Ebyonis & Eluidij.col.1.pag. 681
Hæreſis Manicheorum.col.2.pag. 752
Hic cauſa aſsignatur quare Ioan.hoc Euang.ſcripſit.col.2.pag. 652
Hieroſolyma interpretatur viſio pacis:& ſignificat æternã beatitudinem.col.1.pag. 683
Homines fiunt filij Dei per triplicẽ aſsimilationẽ.col.1.pag. 664
Homo habita poteſtate gratiæ poteſt opera perfectionis facere: & adipiſci gloriam. ibidem
Homo qñ totus ſubijcit Deo.vt.ſ.itellectus p fidẽ:volũtas p amorẽ operatio per obedientiã:tunc illius recta eſt ſemita.col.1.pa.672
Homo ignorãs licèt debeat de quolibet præſumere bonũ: poſtquã tamen veritas innoteſcit de aliquib⁹ debet ſe homo habere ad eos ſecundum eorum conditionem.col.1.pag. 686
Hoĩes eiuſdẽ artis inſidioſè & ſuidè adinuicẽ ſe habẽt.c.1&2.p.692
Hominibus datur ſpirituſanctus ad menſurã:quia gratia eius eis datur ad menſurã:ſed Chriſto non datur ad menſurã:quia gratiam non recipit ad menſuram.col.2.pag. 694
Homines quãtò erãt inferiores dignitate:tantò quò ad Deum erant meliores. Et patet:quia Iudæi, qui dignitate præerant Samaritanis & Galilæis,erant ipſis peiores.col.2.pag. 704
Homo tentat vt diſcat.col.2.pag. 719
Homo trahit alium perſuadendo ratione per miraculorum operationem & alliciendo.col.1.pag. 726
Omnes homines in ſtatu naturæ integræ huius tractionis poterant eſſe participes.ſ.ad Deum.Sed in natura corrupta propter impedimentum peccati æqualiter omnes ab hac tractione prohibentur.col.1.pag. 726
Homines in vita exiſtẽtes videt Deum per creaturas. col. 2.pag.736
In hoſb⁹ nec acceptũ eſt nec cõgruum q̃ homo ſe laudet.co.2.p.742
Homo præexcellit omnes creaturas corporales.col.1.pag. 755
Si homo per ſolũ verbum ſiue interiùs,ſiue exteriùs operaretur,verbum eius poſſet dici brachium.col.1.pag. 787
In homine ſunt tria.ſ.caput:manus:& pedes.col.1.pag. 665
In homine tria ſunt quæ ad ſanctitatem pertinent.ſ.actio: contemplatio:& intentio.col.1.pag. 803
Homo poteſt habere triplicem patrem.col.1.pag. 807
In homine eſt triplex ordo.col.2.pag. 810
In homine tria ordinari debent.col.1.pag. 810
Homo ſi ad diuerſa affectũ ſuum inclinet,virtus eius minoratur & ſit magis inefficax ad bene operandum.col.1.pag. 812
Homo animalis accipit verba ſpiritualia vt prouerbia: non q̃ prouerbialiter ſint dicta:ſed quia ſupra corporalia eleuari non valens ſunt ei obſcura.col.1.pag. 826
Homo ſpiritualis accipit ſpiritualia vt ſpiritualia.col.2.pag. 826
In hoſe eſt duplex cõpoſitio.vna elemẽtorũ,alia humorũ. c.1.p.846
Homo ſicut volens ſecretũ ſuum alicui manifeſtare: illud ore vel literis profert:ſic Deus ſeipſum hominibus manifeſtare volens verbum ſuum carne temporaliter induit.col.2.pag. 803
In hominibus nunquã eſt eadem ſimilitudo ſecũdum formã & qualitatem numero.col.1.pag. 804
In homine adulto in datione gratiæ requiritur conſenſus per motũ liberi arbitrij ad iuſtificationem ſuam.col.2.pag. 664
Homo ex duplici natura cõſtituitur.ſ.corporali & intellectuali. colum.2.pag. 662
Hordei medulla tenaciſsima tegitur palea.col.1.pag. 720
Humana natura intelligitur per calciamentũ,quod fit ex pellibus animalium mortuorum.col.1.pag. 673
Humanitas Chriſti glorificata eſt in reſurrectiõe ex cõiunctiõe diuinæ naturæ eam aſſumẽtis in perſona verbi.col.1.pag. 799
In humanis negotijs iuuenes ſunt vtiles:ſenes verò inutiles. In diuinis econtrà.col.2.pag. 857

De litera I.

IDoneitatis Ioannis Baptiſtæ commendatio.col.1.pag. 661
Idria ſignificat cupiditatem ſæculi.col.1.pag. 701
Id quod eſt per ſe malum nulla bona intentione poteſt fieri bonum totaliter.col.1.pag. 841
Ieſus quãdo opem ſuæ miſerationis non impendit nobis dicitur nobis auerſus.col.2.pag. 676
Ieſus ſaluator interpretatur.col.1.pag. 844
Ieſus diligebat Ioannem propter tria.col.1.pag. 858
Ignis in ſe duo habet.ſ.q̃ ardet:& q̃ lucet.col.2.pag. 716
Ille à ſe loquitur,qui ea quæ dicit nec à rebus,nec ex reuelatione:nec humana doctrina accipit.col.2.pag. 734
Illi illuſoriè Deum ſalutant:qui ore ipſum confitentur, factis autem negant.col.2.pag. 841
Illud quod proregitur ab aliquo dicitur eſſe in eo ſicut contentum in continente.col.1.pag. 808
Illud quod naturæ ordini ſubiacet poteſt bonus angelus vel malus operari:ſicut ſanare infirmũ.Sed quæ ſunt ſupra naturã:ſicut illuminare cæcũ: reſuſcitare mortuum: & ſimilia,ſolus Deus poteſt operari:vel ſanctus homo virtute Dei.col.1.pag. 765
Illud quod ineſt alicui naturaliter ſemper ineſt ei.col.2.pag. 749
Illud quod eſt propter aliud diuerſimodè diſponitur ſecundum diuerſam diſpoſitionem eius.col.2.pag. 726
Illud cõprehẽditur cuius fines cõſpiciuntur ſecundũ Aug. c.1.p.660
Illud quod in aliquid conuertitur nõ manet ſecundum ſuam naturam diſtinctum.col.1.pag. 666
Ante incarnationẽ Deus dedit ſignũ futuræ incarnationis.c.2.p.684
Intellectus diuinus eſt veritas increata & nõ facta & menſurans & faciens.col.2.pag. 840
Intellectus dupliciter comparatur ad res.col.2.pag. 840
In intellectu noſtro eſt potentia ipſa,intellectus eſt ſpecies impreſſa & operatio intellectus.col.2.pag. 653
In omni intellectiõe neceſſe eſt ponere formationẽ verbi.c.2.p.653
In veteri lege quinque animalia ſolebant offerri.col.2.pag. 673
Intentio Ioan. ſolùm erat vt diſcipulos ſuos ad Chriſtum duceret. col.1.pag. 676
In qualibet natura à diuina differt eſſe & quid eſt,cũ quælibet natura creata participet ſuum eſſe ab eo quod eſt,ens per ſuam eſſentiam.ſ.ipſo Deo.col.1.pag. 745
In omnibus quæ eſſe incipiunt eſt mutabilitas:quædam,& aliqua potentia ad non eſſe.In Deo autem nulla talis potentia inuenitur. col.1.pag. 745
Intrare in ouile competit paſtori & oui.col.2.pag. 760

†††

Universidad de Deusto
Biblioteca

I firmitatum corporalium quædam sunt ad mortem, quædam autem non.col.1.pag. 769
Ionuere est absque verbo insinuare.col.2.pag. 796
Instrumentū coicat cū artifice ī ope,sed nō in opis tōne.col.2.p.814
Innascibilitas & paternitas nō opponuntur in diuinis,ideò pertinēt ad eandem personam.col.1.pag. 819
Inclinatio capitis obedientiam significat.col.2.pag. 845
Insignia Christi sunt insignia charitatis.col.1.pag. 799
Inquisitio quomodò sumatur principium quando dicitur. [In principiò erat verbum.] col.2.pag. 854
In præmissis attenditur congruus ordo.col.1.pag. 660
Ioannes interpretatur in quo est gratia.col.1.pag. 661
Ioannes Baptista venit in testimonium ad hoc vt in alios diffunderet dona Dei.col.1.pag. 661
Ioannis aductus ad salutē hominum sufficiēs non fuit, licēt de eo dictum sit & ꝙ fuerit magnus,& quòd fuerit missus.col.1.pag.662
Ioan.Baptist. quantūcúque haberetur magnus,nō tamen elatus est in superbiam vsurpans sibi honorem alienum.col.1.pag. 671
Ioan.Bap.nō fuit Helias in psona,sed ī virtute & spiritu.col.2.p.671
Ioan.Bap.attēditur deuotio:qa nō respōdit se esse filium Zacharię, sed solū illud respōdit in quo Christum sequebatur.col.2.pa. 671
Ioan.Bap.Christum præcesit sicut imperfectum perfectū.Sed Christus Ioan.Bap. præcesit & nos omnes, sicut perfectum imperfectum,& sicut exemplar exemplatum.col.2 pag. 672
Ioan.Bap.ad cognitionem Dei multum accesit inquantum ex cōsideratione infinitę Dei magnitudinis se totaliter vilipendit.col.1. pagina 673
Ioan.Bap. & omnes prædicatores aliquo modo soluunt corrigiam calciamenti,imperfectè tamen.col.1.pag. 673
Ioā.Bap.baptizabat aqua tm̄,sed Christus aqua & spiritu.co.2.p.674
Ioanna interpretatur gratia.col.2.pag. 677
Ioan.Bap.quia sponsam sibi creditam,id est, Ecclesiam non sibi sed Christo reseruauit,fidelis fuit amicus sponsi.col.1.pag. 693
Ioā.Bap.à principio suę respōsionis nō ardua & præclara de Christo asserebat,sed humilia & plana ꝓpter ipsorū inuidiā. col.2.pa.692
Ioā.Bap.eo tpe natus est quo dies decrescere incipiūt.Christus verò quando dies crescere incipiunt.f.8. Calend.Ianuar.col.1.pag.693
Ioan. cæteris Euangelistis diuinā naturam & potestatem expressiùs ostendit,& quædam etiam infirmiora, quæ maximè affectum in Christo demonstrant humanæ naturæ.col.2.pag. 774
Ioan.Euang.fuit magis dilectus à Christo propter tria.col.2.p.796
Ioan.significat vitā cōtēplatiuam, Petrus verò actiuā.col.2.pa.796
Per Ioannem significantur contemplatiui , & per Petrum obedientes & actiui.col.1 pag. 848
Iona interpretatur columba.col 2.pag. 677
Iordanis interpretatur descensus eorum.col.2.pag. 673
Ira in scripturis accipitur pro afflictione qua Deus malos punit.colum.2.pag. 695
Israēl interpretatur rectissimus.col. 1.pag. 679
Israēl interpretatur videns Deum.col.1.pag. 679
Ita se habet creatura ad verbum diuinum sicut vox humana ad verbum in monte conceptum.col.1.pag. 663
Iubileus annus à Iudæis in maxima reuerētia habebatur.co.1.p.753
Iudas cùm esset seruus peccati , non erat seruus diuini verbi.colū.1. pagina 795
Iudas interpretatur confitens.col.2.pag. 779
Iudæi tres excellentes personas venturas esse credebant ipsum Christum , ipsum Heliam , & quendam alium magnum Prophetam. col.2.pag. 671
Iudæa moraliter interpretatur confessio.col.2.pag. 691
Iudæi quando aliquis in re aliqua laborabat, & indè alius gaudebat, solebant hoc prouerbium proferre. Vnus seminat,& alius metit. col.1.pag. 703
Iudæorum includitur falsus intellectus,qui se volentes Deo conformari in die sabbati nihil operantur.col.1.pag. 710
Iudæi habebant quandam antiquam consuetudinem:quia semper murmurabant.col.2.pag. 725
Iudæi hanc habebant opinionem,quòd omnes infirmitates & aduersitates temporales prouenirent hominibus propter eorum præcedentia peccata.col.2.pag. 758
Iudæis est tradita rerum diuinarum cognitio,col.1.pag. 844
Iudex in sententijs suis tria debet attendere. Primò benignitatem in condescendendo. Secundò discretionem in discernendo. Tertiò certitudinem in pronuntiando.col.2.pag. 741
Iudicium duplex discretionis & condemnationis.col.2.pag. 713
In illius iudicio standum est an aliquis benè operetur in aliqua arte, qui in tali arte expertus est.col.2.pag. 734
Iudicium secundum faciem dupliciter fit.col.2.pag. 735
Iustè tunc quis turbatur cùm ex aliorum tristitia & malo turbatur. col.2.pag. 773
Iustus vnus plus diligitur à Deo,quā 10. milia peccatorū.col.1.p.773
Iniustitia est vt homo sibi vsurpet alienum.col.1.pag. 735
Ad iustitiam pertinet singula librare & ponderare.col.2.pag. 779
In iustificatione impij requiritur liberum arbitrium ad detestādum peccata,& ad desiderandum per gratiam.col.2.pag. 697
In iustificatione impij,& specialiter in adultis quatuor requiruntur. Primò infusio gratiæ. Secundò remissio culpæ. Tertiò motus liberi arbitrij in Deum,qui est fides. Quartò motus eiusdem in peccatum,qui est contritio.col.1.pag. 706
Iuxtà & longè relatiuè dicuntur.col.1.pag. 845

De litera L.

LAici qui sumunt Eucharistiam pro his qui sunt in purgatorio errant.col.1.pag. 728
Laici sumētes sacramentū,quāuis ex intētione operātis & recipientis tale sacramētū possit cōicari cibus ad quos dirigitur sua intētio, non tn̄ ex ope operato pñt facere,ꝙ ꝓsit alijs à se.col.1.& 2.pa.728
Latina lingua eminebat ꝓpter Romanorū potentiam.col.1.p. 844
Lapsi in peccato quandóque in maiorem gratiam resurgunt exemplo Petri.col.2.pag. 858
Laus in ore ꝓprio vituperāda est,qñ imminet periculū superbiēdi, quando autem non,non est vituperanda.col.2.pag. 794
Lazarus interpretatur auxiliatus à Domino.col.2.pag. 768
Lazarus significat subditos in ministerio prælatorum.col.1.pa.779
Lex accipitur tripliciter.col.2.pag. 767
Liberum arbitrium indiget auxilio gratiæ diuinæ vt moueatur ad susципiendum gratiam.col.2.pag. 664
Liber qui est de infantia saluatoris falsus est.col.1.pag. 674
Libertas est multiplex,scilicet peruersa:vana,& vera, quæ est imperfecta,& gloriæ,quæ est perfecta.col.1.pag. 747
Liber propriè est,qui est causa sui.col.1.pag. 815
Liber operatur propter se sicut propter finem,& à se operatur:quia propria voluntate.col.1.pag. 815
Ligna vitis nisi in vite permaneant , contemptibiliora sunt cæteris. col.1.pag. 813
Per lintheamina intelliguntur passiones sanctorum.col.1.pagi.848
Lithos in Græco idem est,quòd lapis.col.1.pag. 843
Littus est terminus maris.col.1.pag. 854
Lucerna differt à luce , lux est quæ per seipsam lucet , lucerna verò quæ non per se lucet,sed per participationem lucet.col.2.pa.716
Lumen duplex est,naturæ & gratiæ.col.2.pag. 662
Lumen visibile non dat vitam , sed coadiuuat exteriùs operationes vitæ corporalis.col.2.pag. 742
Lupus accipitur tripliciter. Vno modo pro diabolo. Secundò pro hęretico. Tertiò pro tyranno.col.1.pag. 763
Lux ad viuentem dupliciter comparari potest.col.1.pag. 660
Lux vbique diffunditur sole existente super terram.col.2.pag. 835

De litera M.

MAcedonum error dicentium spiritumsanctum esse creaturam & ministrum patris.col.1.pag. 821
Magi aliqui visi sunt mortuos suscitasse , non tamen ad hoc peruenerunt vt facerent eos pristina officia exercere , & hoc quia erat fantastica resurrectio.col.2.pag. 775
Cùm maior sit qui glorificat,quàm qui glorificatur,ideò Arriani dicunt patrem esse maiorem filio.col.2.pag. 752
Maior nobilitas maiorem arguit immutabilitatem.col.1.pag. 651
Maius est viuificare impium,quàm creare cœlum & terram. colū.1. pagina 805
Mali licèt in præsenti sæculo numero in Ecclesia non sint separati, sed merito, in futuro tamen & numero & meritò separabuntur. col.1.pag. 747
Male affectorum triplex est gradus.col.2.pag. 750
Malum est duplex,scilicet culpæ & pœnæ.col.2.pag. 754
Malus pastor intendit bonum proprium.col.2.pag. 762
Mala animæ pœnæ ex diuina prouidētia infliguntur.col.1.pag.769
Mali culpæ Deus vltor est,non tamen actor.col.1.pag. 769
Malum quando præmeditatur efficitur quaꝺ præsens,& ipsa præsentia ex minus reputatur.col.2.pag. 820
Malchus interpretatur Rex.col.1.pag. 836
Mandata diuina sunt in mente patris,quæ nihil aliud sunt, quàm rationes agendorum.col.2.pag. 789
Per mane intelligitur gloria resurrectionis.col.1.pag. 854
Manichæorum error ponentes diabolum habere patrem.colum.1. pagina 750
Manichæi opinati sunt , quòd quicquid est in mundo viuit propter verba quæ hìc ponit Ioan.moti.col.1.pag. 659
Manichæorum hęresis qui ponebant Christum non habuisse verum corpus sed fantasticum.col.1.pag. 681
Manichæi dicebant doctrinam Veteris Testamenti non esse à Deo, sed à diabolo.col.2.pag. 720
Manichæorum error,qui dicebāt Deum esse corpus,& lux quædam infinita. Chri-

stum verò esse solem:quem oculis carnalibus videmus.col.1.pag. 741
Manicheorū opinio qui dicebant ꝙ quamuis Christus haberet corpus:corpus tamen suum nō erat de hoc mūdo visibili,sed de mundo alterius creationis inuisibili.col.2.pag. 744
Manichei damnātes vetus testamentū,dicunt per hoc quod hìc dominus dicit.f.[omnes quotquot,&c.] ꝙ omnes patres veteris testamenti sunt damnati.col.2.pag. 761
Manicheorū error dicentium aliquas animas esse de substantia diuina:& has vocari filios Dei.col.2.pag. 692
Manicheorū error qui dixerūt nullas prophetias in veteri testamento de Christo præcessisse.col.1.pag. 788
Mansio in Christo est ratio fructificationis.col.1. pag. 672
Per manifestationē clamoris ostēditur ꝙ nō sub figuris neq; occultè ad paucos sermo testificātis dirigitur.col.1.pag. 668
Mare præsens sęculum turbidum mysticè signat.col.1.pag. 719
Maria & Martha duplicem vitam significant:actiuam.f.& contemplatiuam.col.2.pag. 768
Maria significat contemplatiuos.col.2.pag. 693
Martha significat prælatos,qui ad ministerium in ecclesia institunt tur.col.1.pag. 779
Martyrium est baptismus sanguinis. Pœnitentia verò est baptismus flaminis.col.2.pag. 793
Martyres Christi sunt occisi à Gentilibus.col.1.pag. 820
Martyrū passio per Christi rubrū vestimentum signatur.co.2.p.841
Masculus est quid perfectum.col.2.pag. 824
Mater Christi misericors erat:quia aliorum defectus subleuare volebat.col.2.pag. 680
Mater Christi fuit reuerēs : quia ex reuerētia quam Christo habebat tantùm vini defectum exposuit.col.2.pa. 680
Mater Christi fuit sollicita & diligens: quia vsq; ad extremam necessitatem nō distulit:sed deficiente vino, id est, dum esset in deficiendo dixit filio [Vinum non habent.] ibidem
Materia de qua formatū est corpus Christi depurata fuit virtute spiritussancti,virginem beatam sanctificantis.col.2.pag. 693
Medium tenere est proprium iudicis.col.2.pag. 843
Medicus abscidit membrū minùs nobile propter conseruationem magis nobile:non tamen econtrà.col.1.pag. 754
Mendacium est causa mortis.col.1.pag. 716
Mendaciū si fortes assumit, eos imbecilles reddit.col.2.pag. 757
Mendacium adeò vitandum est:vt si etiam ad laudem Dei cedere videatur,non est dicendum.col.2.pag. 794
Merces accipitur dupliciter:communiter & propriè.col.1.pag. 763
Merces cōmuniter est omne quod pro meritis redditur. col.1.p.763
Merces propriè est aliquid segregatum ab hæreditate.col.1.pag.763
Messias hebraicè dicitur,latinè verò vnct⁹,græcè Christ⁹. c.2.p.700
Messis alia est spiritualis:quæ est congregatio fidelium in vitā æternam. Alia est in præsenti. Et hęc dupliciter intelligit. Vno modo collectio fructuum.f.fidelium in ecclesia. Alio modo ipsa cognitio veritatis.col.2.pag. 702
Messis sicut propter solis præsentiam æstiuo tempore dealbatur:ita homines per aduentum solis iustitiæ.f. Christi præparantur ad salutem.col.2.pag. 702
Metros Græcè,mensura Latinè dicitur.col.2.pag. 681
Ille metit spiritualiter,qui congregat fideles in ecclesia:vel qui colligit fructus in anima sua.col.2.pag. 702
Miliare habet stadia octo.col.2.pag. 771
Ministrorum est stare.col.1.pag. 792
Miracula aliquādo dicūtur signa:inquantū sunt demonstratiua dominicæ virtutis:dicūtur aliquando prodigia,&c.col.2.pag. 705
Miraculū quādo fit in testimoniū doctrinæ prædicatæ necessariū est,&c.Quādo autē fit in testimoniū personæ,&c.col.2.pag. 758
Quædā miracula sunt quæ virtute dęmonum & angelorū fieri possunt,quædam verò quæ nullo modo possunt.col.1.pag. 765
Miraculorum Christi maximū est ꝙ ad tactum,&c.col.1.pag. 865
Mysterium absolutionis impedit Christus interiùs.col.1.pag. 776
Missio filij Dei est eius incarnatio.col.2.pag. 729
Missio spiritussancti est à patre & filio.col.1.pag. 819
Mitti aliquē in aliquem locum non conuenit,&c.col.2.pag. 767
Modus credendi est duplex.col.1.pag. 787
Moritur ille in peccatis suis qui vsque ad mortem,&c.col.1.pa.744
Mors Christi est solutio eius corporis.col.1.pag. 684
Mors in hominibus semper naturalis est.col.2.pag. 764
Mors dicitur somnus propter spem resurrectionis.col.2.pag. 770
Mors crucis cōuenit fructui,causæ,& figuræ passionis.col.2.pa.785
Mortui tres quos suscitauit dominus significat,&c.col.1.pag. 772
Mors erat apud antiquos:vt minor potestas,&c.col.2.pag. 768
Multiplex est gradus vitæ,col.2.pag. 659
Multitudo Iudæorū opinabātur Christū esse bonū,&c. col.2.pa.733
In mundo isto amaritudines & tribulationes,&c.col.2.pag. 681
Mundus in scriptura accipitur tripliciter,&c.col.2.pag. 662
Mundus accipitur dupliciter.col.2.pag. 816
Mundi nomen quandóque sumitur in malam partē,&c.co.1.p.2.785
Mundani tēpus gloriæ suæ semper habēt paratū:quia,&c.co.1.p.733

De litera N.

NArdus est herba breuis & spicosa & nigra : ex qua fit vnguentū quod vim habet confortādi ex sua aromaticitate.col.1.p. 779
Nathanaël interpretatur donum Dei.col.2.pag. 678
Cùm in qualibet natura id quod procedit habens similitudinem naturæ eius à quo procedit vocetur filius,&c.col.1.pag. 654
Natura amoris est ꝙ velit semper dilectū habere præsentē.c.2.p.848
Natura intellectualis humana:angelica:& diuina.col.2.pag. 653
Per nauem vnam significatur ecclesia,quæ est vna,&c. col.2.pa.732
Nauis denotat vnitatem ecclesiæ.col.1.pag. 854
Nazareth flos interpretatur.col.2.pag. 678
Nazarenus interpretatur floridus.col.1.pag. 844
Necessarium vel impossibile dupliciter sumitur.col.2.pag. 787
Nestorij error qui dicebat ꝙ filius Dei erat vnitus,&c.co.2.pag.742
Nichodemus interpretatur victor seu victoria populi.col 1.pag.686
Nihil naturaliter tendit sursum,nisi superiorem originem habeat. col.1.pag. 745
Nominis Ioannis descriptio.col.1.pag. 652
Nomen à notitia dicitur.col.2.pag. 784
Non miramur ea quæ frequenter fiunt & secundum cōmunem,&c. col.1.pag. 758
Nō poterit ad hæreditatē dñi peruenire qui testa.&c.col.2.pag.810
Nostrum baptisma consecratur per inuocationem sanctæ trinitatis.col.1.pag. 674
Nos regeneramur in filios Dei ad similitudinē veri filij.co.2.p.687
Nos benedicēdo Deo cōfitemur eius bonitatē.col.1.pag. 781
Nos sumus vnum in natura secundum speciem.col.1.pag. 831
Nos diligimus nos inuicem per amorem participatum ex aliquo superiori.col.1.pag. 831
Nos non debemus alijs præponere : sed alios nobis exemplo Petri. col.1.pag. 857
Notabile qualiter metaphysica naturalis & moralis scientiæ diuersimodè se habent ad contemplationem.col.1.pag. 652
Notandum circa istam præpositionem [per] col.2.pag. 657
Notandum secundū Chrisostо.ꝙ omnia quæ per multa verba Moyses dicit,Euangelista vnico comprehendit verbo,dicens [omnia per ipsum facta sunt.] col.1.pag. 658
Notum est apud Iudæos diabolū esse inuentorē peccatorū.c.1.p.752
Nox esse nō potest vbi est lumē Christi:vbi est sol iustitiæ. c.1.p.677
Nox est duplex.vna per subtractionem gratiæ actualis. Alia consumata.col.1.pag. 755
Nox dicitur carentia diuini auxilij.col.1.pag. 854
Nulla species creata perfectè est representatiua diuinæ essentiæ.columna 2.pag. 669
Nullum finitum potest representare infinitum.col.2.pag. 669
Nullus diuinam essentiam comprehendit nisi solus Deus pater,filius & spiritussanctus.col.2.pag. 670
Nullus quantuncúnq; magnus Christi exemplo dedignari debet à quocúnq; ad hoc ordinato sacramenta recipere.col.2.pag. 674
Nullus potest credere in Deum ex seipso.col.1.pag. 694
Nullus ꝑ se potest ad statū iustitiæ redire,nisi à Deo sanct. c.2.p.705
Nullus actus habet rationem peccati nisi inquantū est præter rationem naturæ agentis/voluntarij.col.2.pag. 749
Nullus exemplo domini aliquē absoluere debet.col.1.pag. 742
Nullum malum totaliter corrumpit bonum,&c.col.2.pag. 758
Nullum miraculum verū fit nisi in virtute diuina.col.2.pag. 758
Nullus homo quantuncúnq; sapiens debet à quocúnq; paruo, &c. col.2.pag. 758
Nullus purus homo volūtariè potest animā ponere,&c.co.2.pa.661
Nullus potest venire ad patriā nisi per obseruantiā,&c.col.2.pa.815
Nullus potest venire ad patris notitiam,nisi,&c.col.2.pag. 803
Numerus quadragenarius designat perfectionē iustitię,&c.c.2.707
Numerus multiplicatus retinet signationē suę radicis. col.2 pa.721

De litera O.

OBedientia necessaria est ei:qui conuersus est ad Christū per fidem.col.2.pag. 677
Obiectio quorundā dicentiū paternitatē esse in filio. col.1.pag. 823
Obiectum gaudij est bonum concupitum.col.2.pag. 825
Obiectum fidei potest esse creatura.col.2.pag. 723
Obseruatio diuinorū mādatorū est effect⁹ diuinę dilectiōis.c.1.p.814
Obseruatio mandatorum non est causa diuinę amicitię,sed signum. col.2.pag. 814
Occasio erroris Appolinaris.col.1.pag. 684
Occultum patris est filius:quia superexcellit omnem virtutem,& cognitionem.col.2.pag. 670
Oculi debiles & infirmi lucem solis non possunt videre.col.1.pa.654

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index Commentariorum super Ioannem.

Oculus præexcellit omnia membra capitis.col.1.pag. 755
Officium paranimphi est sponsam sponso tradere, & loquendo pacta tradere.col.1.pag. 676
Officium Apostolorum est annuntiare.col.1.pag. 701
Officium diuinitatis est occulta & secreta manifestare.col.1.pa. 701
Officium duplex est. Vnum occupans mentem, & impediés spiritualia. Aliud non.col.1.pag. 854
Officiū ꝓprium Apostolorū est perhibere testimoniū.col.1.pa. 809
Oleum sanatiuum est.col.1.pag. 741
Oliua significat misericordiam.col.1.pag. 741
Omne id, quod est per participationem tale reducitur in id, quod est per essentiam tale.col.2.pag. 651
Omne, quod est per participationem tale deriuatur ab eo, quod est per essentiam tale.col.2.pag. 662
Omne, quod habet ex se aliquā operationé dicitur viués..col.1.p. 803
Omne, quod scitur scientis comprehensione finitur.col.2.pag. 651
Operatio potest considerari dupliciter.col.2.pag. 657
Operans sécm artē volūtariè errans est causa defectus in artificiatis secundum voluntatem & non secundum artem.col.2.pag. 658
Operatiões ītellectuales inter operatiões vitę sunt pcipuę.co.1.p.803
Inter opera vitæ altius est opus intelligentiæ.col.1.pag. 829
Opiniones circa tempus prædicationis Christi.col.1.pag. 680
Opinio quorūdam dicentium Deum res producere mediātibus causis secundis.col.1.pag. 710
Opinio quorūdam dicētium, ꝙ intrare ianuis clausis est proprietas corporis glorioſi, & hoc posse fieri sine miraculo.col.2.pagi.850
Opinio diuersa de sepultura Ioan. & de eius morte.col.2.pag. 858
Opus iustitiæ debet esse perfectum adiunctis pietate, humilitate, fide, & charitate.col.2.pag. 779
Ad ipsam orationem requiritur feruor charitatis, & veritas fidei, & rectitudo intentionis.col.1.pag. 760
Oratio duo habet quia scilicet impetrat & meretur.col.2.pag. 768
Septem conditiones bonæ orationis.col.2.pag. 825
Oratio nostra est solum ad necessitatem.col.1.pag. 828
Oratio Christi est magis ad instructionem.col.1.pag. 828
Ordo in quantitatibus inuenitur: vt in longitudinibus & numeris, in tempore & duratione.col.2.pag. 654
Ordo in iudicio attenditur dupliciter.col.1.pag. 691
Orphani in Græco, Latinè pupilli sunt.col.1.pag. 807
Origenis error dicentis animas hominum fuisse creatas æquales, & quibusdam statibus quædam minus, & quædam magis peccauerunt.col.2.pag. 815
Origenes dixit, quòd quandóque sancti qui sunt in gloria peccare poterunt, quod est erroneum.col.2.pag. 766
Ouile ouium est congregatio fidelis populi.col.1.pag. 760

De litera P.

PAlma quia viriditatem conseruat, victoriam significat.colum.1. pagina 781
Palmites sunt de natura vitis.col.1.pag. 812
In Palestina est quoddam genus vestimentorum propter pauperes ex multis pannis contextum, & talis generis dicit Christo. Christi fuisse tunicam.col.2.pag. 844
Panis corporalis est panis mortis: vnde solum in hac vita necessarius est.col.1.pag. 724
Panis sapientiæ diuinæ est per se viuificatiuus, nec habet mortem contrariam.col.1.pag. 724
Panis corporalis comestus non in perpetuum famem aufert, cùm corrumpatur.col.1.pag. 724
Panis spiritualis dās per se vitā nunquā corrūpitur.col.2.pagi.724
In parabola aliud dicitur & aliud significatur.col.1.pag. 826
Paratur locus dupliciter.col.1.pag. 802
Paraclitus est nomen Græcum, & significat consolatorē.col.1.p.806
Paradisus interpretatur locus delitiarum.col.1.pag. 835
Pars à toto exiens est distincta à toto per essentiam.col.1.pag. 827
Pars à toto exiēs fit ens actu, quæ prius erat in potētia.col.1.pa.827
Pascha Iudæorum erat figurale.col.1.pag. 683
Pascha nostrum verum est, in quo recolimus veram passionem immaculati agni.col.1.pag. 683
Pascha interpretatur transitus.col.1.pag. 719
Pascha in Græco idem est, quod pati.col.1.pag. 790
Pascha primam originem habet ex Hebræo. Idem enim est Pascha, quod phase, id est, transitus.col.1.pag. 790
Talis debet esse vita pastoralis & prælati, quòd subditi sint sicut animalia ad comparationem sui pastoris.col.2.pag. 856
Nullo istorum trium modorum pater vt prin.dicitur esse prior filio. col.1.pag. 655
Pater é verax nō participatiuè, sed ē ipsa essentia veritatis.co.2.p.745
Hoc nomē pater psonaliter acceptū est ꝓpriū personę patris, essentialiter tamen acceptum competit toti Trinitati.col.1.pag. 807
Pater habet quędā quæ pertinēt ad possessionē sanctitatis, quæ sunt ei conseruata per fidem, sicut sunt omnes sancti & electi, quæ filius etiam habet.col.2.pag. 830
Pater habet quædā quæ pertinēt ad essentiā suā, sicut est sapiētia, bonitas & huiusmodi, quæ omnia habet & filius.col.2.pag. 830
Pater habet etiā quædā per modum possessionis communiter, sicut sunt res creatæ, & ista omnia habet etiam filius.col.2.pag. 830
Pater & filius sunt eiusdem naturæ numero.col.1.pag. 831
Pater & filius diligunt se spiritusancto.col.1.pag. 831
Pater in iudicio nō apparebit: qa scdm iustitiā Deus propria natura iudicādis oībus apparere non pōt, & maximè malis.col.2.pa.712
Paternitas importat hoc, quod est dare alij.col.1.pag. 823
Pater non erat in carne per vnitatem personę, sed per vnitatem naturæ.col.2.pag. 803
Aliqui patres licèt nō fuerint regenerati regeneratione vera, fuerūt tamen regenerati regeneratione figurali.col.2.pag. 687
Paulus, q maximè spiritualis fuit, ꝓprijs manib⁹ opabat.col.1.p.723
Pax est tranquillitas ordinis.col.1.pag. 810
Pax intrinseca est secundū quā hō pacificatur sibijpsi.col.2.pag.810
Pax ad Deum est secundum quam homo totaliter ordinationi eius est subiectus.col.2.pag. 810
Pax secundū Augu. est serenitas mentis, trāquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis.col.2.pag.810
Pax sanctorū distinguitur à pace mūdi quantū ad tria.col.2.pa.810
Pax mundi ordinatur ad quietam & pacificam fruitionem temporalium.col.2.pag. 810
Pax sanctorum ordinatur ad bona æterna.col.2.pag. 810
Peccatū mortale est cā quare spirituſſanct⁹ ab hoſe effugatur. Venia le verò é cā quare aliqua spirituſſancti operatio ipedit.co.1.p. 675
Peccatum non est persecutiones fugere.col.1.pag. 696
Peccatum est causa quare non illuminamur à Deo.col.1.pag. 766
Peccatum non potest cadere sub præcepto.col.1.pag. 797
Peccatum nullū remittitur, nisi per fidem Iesu Christi.col.2.pag.817
Peccatum infidelitatis nō imputatur ad condēnationem eis ad quos prædicatio verbi Dei peruenire non potuit, sed priuari beneficio Dei propter alia peccata actualia & originalia damnabuntur.col.2.pag. 817
Peccator prodit, quando pœnitendo exit à consuetudine peccati ad statum iustitiæ.col.2.pag. 775
Peccatores nō possunt esse tā mali qn habeāt aliqd boni: vnde scdm illud malum odiunt eos qui nō sunt de mundo, sed secundum bonum odiunt eos qui sunt de mundo.col.2.pag. 816
Pectus vicinius est ori, quàm sinus.col.1.pag. 797
Pecunia ecclesiastica est expēdenda solum in duobus.col.2.pagi.797
Pelagiani dicebār, ꝙ bona opera virtutum & legis absq; Dei adiutorio ex seipsis facere poterant.col.1.pag. 813
Pelagianorum error dicentium pueros non baptizatos futuros esse in domo Dei, non tamen in regno Dei.col.1.pag. 802
Pœna qua homines puniuntur duplex est.col.1.pag. 754
Pœna duo habet, læsionem scilicet, & remedium.col.1.pag. 754
Perfecta contemplatio est quando contemplans ad rei contemplatę altitudinem eleuatur.col.1.pag. 652
Per prædictas 4. propositiones oēs extirpātur errores.col.1.pa.657
Perire tunc aliquis dicitur, quando impeditur ne perueniat ad finem ad quem ordinatur.col.1.pag. 690
Perfectum dupliciter, absolutē & secundum quid.col.2.pag. 801
Perfectio vniuscuiúsque rei nihil aliud est, quàm participatio diuinæ similitudinis.col.1.pag. 831
Perfectio doctrinæ Christianæ est dilectio fraterna.col.1.pag. 859
Petrus à petra dicitur.col.1.pag. 678
Petrus est fratrum amator, amici cōseruator, & specialem affectum gerens.col.2.pag. 731
Petrus interpretatur agnoscens.col.1.pag. 856
Pilatus.d. [Nescis quia potest.&c.] seipsum condēnauit.col.1.p.842
Pilatus licèt habuerit bonam intentionem, non tamen excusari potest à peccato.col.1.pag. 841
Piscina mysticè significat baptismum.col.1.pag. 707
Piscis proprietas est latere sub aquis.col.1.pag. 855
Pisces duo significāt doctrinā Psalmorū & Prophetarū.col.1.p2.720
Pistis in Græco idem est, quod fides.col.1.pag. 779
Plenitudo sufficientiæ est qua quis est sufficiens ad actus meritorios & excellentes.col.2.pag. 668
Pontifices erant principes sacrorum, & descenderunt de stirpe Leui. col.2.pag. 776
Positio Stoicorum.col.1.pag. 796
Positio Democriti.col.1.pag. 657
Positio Platonis.col.1.pag. 657
Positio quorundam Platonicorum.col.1.pag. 657
Positio Aristotelis.col.1.pag. 657
Positio quorundam Hæreticorum ponentium animas ante corpus cum Angelis fuisse creatas.col.1.pag. 661

Positio offi-

Index Commentariorum super Ioannem.

Positio officij Ioannis baptistæ.col.1.pag. 661
Positio rationis officij Ioannis Baptistæ.col.2.pag. 661
Positio quorundam hęreticorū, qui ponebant ꝙ anima de corpore in corpus transmittebatur.col.1.pag. 798
Positio quorundā de remissione culpę & reatus pœnæ.col.1.pa.776
Positio ordinem & firmitatem importat.col.1.pag. 816
Positio Ebionitarum.col.1.pag. 675
Possum credere alicui creaturæ puta Petro vel Paulo, nō tamen in Petrū vel Paulum: sed in Deum solū, qui est primū obiectū fidei. col.1.pag. 759
Prandium differt à cœna.col.2.pag. 791
Prandium dicitur quod fit in prima parte diei.col.2.pag. 791
Præconium Ioannis duplici signo ostenditur, & primo signo maioris dilectionis.col.2.pag. 652
Præcepta charitatis sunt duo. s. dilectiōis Dei & proximi.co.2.p.703
Præcepta sacræ scripturæ ex factis sanctorum interpretari possunt. col.1.pag. 838
Prædicatio Christi facta erat credibilis per miracula.col.1. pag.676
Prædicatores sunt os Christi.col.2.pag. 782
Prędicatores venantur eos quos ad Christū conuertunt.col.2.p.782
Prædicatores nihil debent portare secū quando vadunt ad prędicādum iuxta illud [Nihil tuleritis in via.] sed alij debēt portare pro se & pro egenis.col.1.pag. 798
Prædicator ex arte sua licet victū necessariū quærere sui apostolatus integritate seruata, si aliundè non potest quærere.col.1.pag. 854
Prædicatores sunt angeli.col.2.pag. 679
Prælati maiores ecclesiarū in his quæ per alios fieri possunt nō occupantur, sed ea minoribus facienda relinquunt.col.1.pag. 696
Præsagium est quod ante factum agitur.col.1.pag. 780
Primò ponūtur tres clausulæ, quæ diuersimodè à diuersis exponuntur.col.1.pag. 657
Primū principiū omniū effectuum quod Deus est ex hoc, quia nobilissimus est: idcircò omninò immutabile esse colligit.c.2.p.651
Principium secūdum Origē. dicitur multis modis: ita ꝙ vbicúnque est ordo, ibi est principium.col.2.pag. 654
Principium est prius principiato origine propter tria.co.1.pag.655
In principio. i. in filio erat verbū. i. ipsum verbū est principiū. Et ista expositio est Origenis.col.2.pag. 654
Principiū vno modo est cōmune patri & filio: quia sunt principiū spirationis spiritusancti, alio modo tribus personis, alio modo patri tantùm.col.1.pag. 745
Primū quod quærit Deus ab homine est recta intentio.col.2.p.676
Probatio Christost. ꝙ nō oportet huic nomini. [Deus] apponere articulum.col.2.pag. 656
Probatio ex duplici auctoritate locum sumens.col.2.pag. 656
Propheta medius est inter angelos & populum.col.2.pag. 707
In productione rei inuenitur etiā ordo: & hic est duplex: vel ex parte generantis: vel ex parte generati.col.2.pag. 654
Pro prępositio in Græco idē in Latino qđ ante vel in.co. 2.pa. 842
Proprietas amantis est: vt quod ipse cogitat: credat nullum alium ignorare.col.2.pag. 849
Proprium iuuenum est esse præsumptuosum.col.2.pag. 857
Proprium diuinitatis est annunciare futura.col.2.pag. 822
Propriū & singulare Christo est ꝙ honorificet patrē suum.c.2.p.751
Proprium Dei virtutis est ꝙ malorum corda ab impetu suæ malitię reprimat.col.1.pag. 736
Proprium malorum est: vt credant alios similes animi passiones habere.col.2.pag. 732
Proprium cupidi inanis gloriæ est: vt quicquid glorioſum vel sui vel suorū fuerit in publico ostendatur.col.2.pag. 732
Propriū est doctoribus alios habere ciborū procuratores. c.2.p.701
Propriū Prophetarū est: vt absentia & incognita annūciēt.c.1.p.699
Proprium serpentis est habere venenum: sed serpens æneus venenū non habet.col.2.pag. 689
Propriū magni Dei est esse principiū omniū sanctorū. col.2.pa.657
Protelatio peccatorum secundum quod peccata peccatis adduntur funiculi dicuntur.col.2.pag. 683
Præsumptuosum est periculis se ingerere propter inexperientiam propriæ virtutis.col.1.pag. 778
Prouerbiū propriè dicitur quādo loco alteriusponit aliud.c.1.p.761
Prouerbiū propriè dicitur qđ est cōmuniter in ore omniū.c.1.p.826
Psalm. Eripe me de inimicis meis, & duo præcedentes maximè pertinent ad passionem Christi.col.1.pag. 844
Pulmentum à Christo nobis petitur: quod est mandatorū obedientia.col.2.pag. 854

De litera Q.

QVadruplex descriptio præcursoris.col.2.pag. 660
Quando intellectus seipsum intelligit tunc trinitas potest sibi assimilari, non autem quando intelligit alia à se.col.2.pa.653
Quando dicitur. [Nondum venerat hora eius.] non est intelligendum hora fatalis, sed hora à tota trinitate præfinita.col.2.pa. 736
Quando aliquis orat antequām futura petat: debet Deo agere gratias de perceptis beneficijs: sicut fecit Iesus.col.1.pag. 775
Quando alicuius voluntas impletur, tunc auditur.col.1.pag. 775
Quando volumus scire de re aliqua an sit vera: ex duobus scire possumus. s. ex natura rei: & ex virtute eius.col.1.pag. 829
Quandóque spirituſſanctus in forma columbæ apparuisse legitur: quandóque autem in specie ignis.col.1.pag. 675
Quare Ioannes per Aquilam cæteri verò Euangelistæ per animalia gradientia assignantur.col.1.pag. 651
Quare Euangelista non apposuit articulum, Chrisosto. rationē assignat.col.2.pag. 656
Quare spirituſſanctus apparuit in specie columbæ supra Christum baptizatum.col.1.pag. 675
Quare istum Deus trahat & illum nō: ratio in generali potest assignari. s. vt in illis qui nō trahuntur appareat ordo diuinæ iustitię. In illis autem qui trahuntur, immensitas diuinæ misericordiæ. In speciali autē nulla potest assignari ratio nisi beneplacitum diuinæ voluntatis.col.1.pag. 726
Quare Christus retardauit ꝙ non iuerit antequā Lazarus moreretur, duplex assignatur causa.col.2.pag. 769
Quatuor sunt actus boni pastoris.col.1.pag. 761
Quatuor modis peruenitur ad Dei cognitionem.col.1.pag. 677
Quæ intellectu carent seipsa in finē dirigere nō possunt: & ideò necesse ꝙ ab aliquo per intellectū dirigente dirigātur. col. 1.pa.651
Quæ secundum passiones disponuntur transitoria sunt: sed quæ ratione magis permanent.col.pag. 722
Quædā sunt quæ nō indigent operāte, nisi quantū ad fieri.c.2.p.658
Quædā viuunt absque luce: vt plantæ.col.2.pag. 659
Quædam viuunt & cognoscunt & habent lucem sensus tantùm: vt bruta animalia.col.2.pag. 659
Quemadmodum oculi lipi & boni nō differunt substantia: sed contingit quædam causa deficiens: ita eadem est natura rei bonæ & malæ: licèt mala habeant in se aliquem defectum.col.1.pa. 749
Qui mittuntur à prælato, mittuntur à Deo.col.1.pag. 661
Qui habent solum fidem informē non credunt in nomine Christi. col.2.pag. 664
Qui nō gaudet de bono amici: nō vero gaudet gaudio.col.1.pa. 693
Qui cor habens humile solius Dei quærit gloriam: in eum credere potest.col.1.pag. 718
Qui sanabantur corpore à Christo: ita sanabantur: vt etiam mente perfectè sanarentur.col.1.pag. 719
Qui sumit corpus solū, sumit & sanguinem: & qui sumit sanguinem solùm, sumit & corpus.col.1.pag. 729
Qui murmurat ostendit mentem suam in Deo non esse firmatam. col.2.pag. 725
Qui sumit sacramētū tātū sumit ipsum sacramētaliter: qui verò pertingit ad rem sacramenti, quæ est duplex, sumit ipsum spiritualiter.colum.1.pag. 729
Qui cōiungitur Christo per fidē & charitatē ita ꝙ tranformator in ipsum & efficitur eius membrū: ille māducat carnē & bibit sanguinem Christi spiritualiter per comparationem ad Christum contentum & significatum.col.1.pag. 729
Qui trahit à via communi seductor est. Via autem cōmunis est veritas.col.1.pag. 734
Qui libēter verba Dei audiunt, sunt à Deo: qui verò audire recusant: non sunt à Deo.col.1.pag. 751
Qui propter saluté venit: nullū propter paupertatē repellit.c.2.p.715
Qui malitiosè cōtra aliquē loquitur, si quid boni viderit racet malū tantùm manifestādo etiam bonū in malum cōuertēs. co.2.p.756
Qui nō intrat per ostium nō habet liberū introitū & exitū.c.1.p.762
Qui animā in esse producit est in ea per suam virtutem.co.1.pa.787
Qui non amat Deum nō est sufficiens prælatus.col.1.pag. 856
Qui dant se inertiæ in iuuentute: in senectute non multum vel nihil valent. col.2.pag. 857
Quia de temporali Euangelista loquitur: ideò modū loquendi mutat.col.2.pag. 660
Quicúnque aliquid facit: oportet ꝙ illud præconcipiat in sapientia sua.col.1.pag. 658
Quicúnque vult consequi fructum passionis Christi: debet exire mundum saltim affectu.col.2.pag. 843
Ista propositio simpliciter cōceditur, quicquid habet pater habet & filius: nō tamē eo ordine quo pater habet, habet & filius.c.1.p.382
Quidā in Dei cognitionē venerunt per eiusdē auctoritatē.c.1.p.651
Quidā autē in Dei cognitionē venerunt ex eius æternitate.c.1.p.651
Quidam verò in Dei cognitionem venerunt ex eiusdem dignitate: qui Platonici cognominabantur.col.1.pag. 651
Quidam in Dei cognitionem venerunt ex incōprehensibilitate veritatis.col.2.pag. 651
Quidam ad cognitionem magis per signa perducūtur, quidam ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

gis per sapientiam.col.2.pag. 661
Quid importet hoc nomẽ Deus,& hoc nomen deitas.col.1.pag 655
Quidam sequuntur Christum propter bona temporalia,quidam autem propter bona spiritualia.col.2.pag. 676
Quidam credunt propter miracula, quidam verò propter occultorum reuelationem.col.2.pag. 685
Quidam quærunt Christũ piè & ex charitate,& hanc inquisitionem sequitur vita.col.1.pag. 744
Quod est ꝑ essentiã vita est causa omnis vitæ viuẽtibus.col.1.p.714
Quomodò quatuor modis antiqui Philosophi in Dei cognitionem venerunt,pulchra declaratio.col.1.pag. 651
Quòd Ioan.cõpetebat Euangelium scribere respõdetur quadrupliciter,& primò quantũ ad principium Euangelij,secundò quantum ad miraculorum exordium.col.1.pag. 653
Quòd animæ nostræ intrinsecum est & exteriori verbo profertur: verbum nominatur.col.2.pag. 653
Quorũdam circa verbi incarnationem positio, quæ tanquam hęretica damnata est in quinto concilio.col.1.pag. 666

De litera R.

RAbbi interpretatur magister.col.2.pag. 679
Raptus dicitur q fit pręter volũtatẽ & oportunitatẽ.col.1.p.721
Raro inueniũtur vtiles rectores & doctores paruo tempore viuere. col.2.pag. 857
Ratio manifestatiõis magis imponitur verbi,quam filij.col.1.p.654
Ratio propriè nominat cõceptũ mẽtis etiã si nihil fiat ꝑ ipsam exterius,sed verbum significat respectum ad exteriora.col.2.pa. 654
Ratio quare Ioan. Euangelista ingeminat hanc dictionem. (Amẽ) & cæteri Euangelistæ non.col.2.pag. 686
Ratio quare pater diligit filium,nõ sumitur ex dilectione vt ex principio,sed vt ex signo.col.2.pag. 711
In rebus humanis vnũquódque ad hoc,quòd sit perfectum,oportet, quòd veniat ad terminum.col.2.pag. 693
In rebus intellectualibus aliud est esse eorũ, & aliud est intelligere. In Deo autem idem est esse & intelligere.col.1.pag. 694
In rebus corporalibus res exiens ab aliquo non est in eo.col.1.p. 827
In rebus duo considerantur,esse.s.& operatio siue virtus.col.1.p.653
Receptio qua filius recipit à patre est duplex.col.1.pag. 723
Recitatores primò diffusè cum omnibus circunstantijs referunt. Si verò duo referri oporteat succinctiùs loquuntur.col.2.pag. 756
Regeneratio ex aqua & spiritusancto dupliciter fit , scilicet in veritate & figura.col.2.pag. 687
Regula in naturalibus & moralibus : quæ vt in pluribus verificata est,est vera.col.1.pag. 704
Regulus accipitur primo modo pro paruo Rege.Secũdo pro aliquo de stirpe regia. Tertio mõ pro aliquo officiali Regis.col.1.p. 705
Regnum constituitur ex ciuitatibus,ciuitates ex vicis: vici ex domibus.col.1.pag. 802
Regnum quandóque dicitur populus qui regnat : quandóque ipsa regia potestas.col.1.pag. 840
Relatio in diuinis dupliciter consideratur.col.1.pag. 823
Relatio patris comparata ad essentiam seu personam patris non est alia res ab ea.col.1.pag. 823
Relatio comparata ad oppositam relationem,cùm secundũ hoc importet ordinem naturæ realiter distinguitur ab alia.col.2.pa.823
Reprehensio Chrisosto.perpulchra ad Iudæos.col.1.pag. 721
Res quælibet conseruatur in esse,quamdiu est vna.col.2.pag. 830
Res possunt cõsiderari dupliciter,scilicet vt sunt in seipsis,& vt sunt in verbo.col.2.pag. 659
Resecatio erroris Valentini secundum Origenem.col.2.pag. 857
Resecatio erroris Origenis.col.2.pag. 857
Resurrectio duplex,scilicet corporum & animarum. col.2.pagi.713
Ante resurrectionem similiter dedit signũ de resurrectione futura. col.2.pag. 684
Rex & tyrannus differunt:quia Rex quærit vtilitatem subditorum, tyrannus verò propriam.col.1.pag. 763
Apud Romanos maximè viguit scientia moralis.col.1.pag. 844

De litera S.

SAbbati dies apud Iudæos celebrior habebatur,& omnes alij dies ab ipso sabbati denominabantur. Vnde dicebãt prima dies sabbati.secunda dies sabbati.col.1.pag. 847
Sabellius dicebat non esse aliam personam patris & filij, sed eãdem. col.1.pag. 713
Sacramenta inuisibilem conferunt gratiam.col.2.pag. 675
Sacramenta alia ab isto habent singulares effectus vt baptismus, sed hoc sacramentum habet vniuersalem effectum.col.1.pag. 728
In sacramento quatuor possunt considerari,primò species instituentis,secundò auctoritas,tertiò sacramenti virtus, quartò eius vtilitas.col.1.pag. 728
Sacramentum in ficto nullum effectum gignit.col.1.pag. 729
Sacramẽtorũ nouę legis est ꝓpriũ,ꝙ ĩ eis gratia cõferat.co.1.p.776
In sacramento pœnitentię contritio & confessio se tenẽt materialiter ex parte suscipientis sacramentum.col.1.pag. 776
Sacramẽti vis causatiua est ĩ absolutiõe sacerdotis ex virtute clauiũ, ꝑ quas effectũ Dñicæ passiõis quodãmodò applicat.col.1.pa.776
Sacra scriptura magna est auctoritate : quia à spiritusancto est data. Delectabilis est suauitate.Fœcunda est vbertate.col.1.pag. 698
Sacerdotes & leuitæ per exteriorem cultum ab alijs erant diuisi. col.1.pag. 672
Saliua de capite descẽdẽs significat mysticè verbũ Dei.col.2.p.755
Salus est duplex,quædam vera,quædam non vera.col.2.pag. 755
Salus ex Iudæis tripliciter prouenit.col.1.pag. 700
Salutem à nobisipsis consequi non possumus, nisi à gratia præueniente simus præuenti.col.1.pag. 702
Idem est saluari,quod habere vitam æternam.col.2.pag. 690
Samaria erat sita media inter Iudæam & Galilæam.col.2.pagi.696
Samaritanus interpretatur custos.col.1.pag. 751
Sanguis concurrit vt materia ad carnalẽ generationẽ.col.2.pa. 664
Sanguis Christi nõ clamat accusationẽ sed remissionẽ.col.2.pa.718
Sanguis Christi aqua dici potest.col.1.pag. 792
Sancti tempus suum non habent paratum: quia quærunt quæ mundo displicent,& mundum vituperant.col.1.pag. 733
Sancti cũ erũt in beatitudine gloriæ,licèt in affectu aliqd miseriarũ nõ experiãtur,recordabunt tñ miseriarũ quas passi sũt.co.2.p.824
Sapientia ꝓpriè in cognitione Dei & diuinorũ cõsistit.col.2.pa.669
Sapientia humana per acquisitionem habetur.col.1.pag. 720
Scenophegia Græcum est & cõpositum ex scenos , quod est vmbra, & phagio,quod est comedere.col.2.pag. 732
Scriptura sacra dicĩ ostiũ sedm Chriso.duplici de causa.col.1.p.760
Scire oĩa & etiã secreta cordiũ est propriũ diuinitatis.col.1.pag.826
Scientia & sapiẽtia Christi augmentũ non recipiebat,cũ eam in instanti suæ conceptiõis perfectã habuerit. Sed dicebatur crescere, quia magis hominibus innotescebat.col.2 pag. 674
Scientia & fides cõueniunt in certitudine,imò fides est magis certa, quàm scientia. Et hoc patet:quia certitudo scientiæ nititur rationi humanæ quæ falli potest. Certitudo verò fidei nititur rationi diuinæ,cui contrariari non potest.col.2.pag. 703
Sciẽtia & fides differũt in mõ:quia fides habet certitudinẽ ex lumine diuinitùs infuso,scientia verò ex lumine naturali.col.1.pag. 704
In sciẽtijs aliquãdo aliquid ꝓbatur ꝑ aliquod minus notũ sedm se magis tamen notum quo ad nos,aliquãdo econtrà.col.1. pag.716
Secretum diuinæ sapientiæ præcipuè illis reuelatur,qui Deo iuncti sunt per amorem.col.1.pag. 651
Secretum quis suum manifestat per verbum.col.1.pag. 803
Secundum quatuor significata huius præpositionis (apud) quatuor ab hæreticis fiunt obiectiones.col.2.pag. 655
Secundum Aug.& plures alios nomen lucis magis propriè dicitur in spiritualibus,quàm in sensibilibus.col.2.pag. 656
Seducere est seorsum ducere.col.1.pag. 734
Semen est vltimi superfluitas cibi sanguinei.col.2.pag. 664
Seminantes semen spirituale secundum Chriso. & Aug. sunt patres Veteris Testamenti & Prophetæ.col.1.pag. 703
Senarius numerus perfectus est.col.2.pag. 778
Per septenarium numerum Apostolorum quibus Christus apparuit significatur futuræ gloriæ apparitio.col.1.pag. 812
Sensus duplex,& primò Manichęorum qui hęreticus est.col.1.p.751
Seruus ad ea quæ sunt Domini sui non mouetur affectu charitatis, sed spiritu seruitutis.col.1.pag. 693
Seruus propriè est qui non est causa sui.col.1.pag. 815
Seruus nec propter se operatur,sed propter Dominum,nec à se,cùm à Domini voluntate dependeat.col.1.pag. 815
Seruus aliquando operatur causa alterius,sicut causa finali, operatur tamen à se inquantum se mouet ad opus,& ista est bona seruitus. col.2.pag. 815
Idem est inuitè seruire,quod pœnitùs non seruire.col.2.pag. 731
Seruus est quasi extraneus à Domino.col 2.pag. 814
Seruus est duplex.s. vna quæ procedit ex timore filiali, & alia quæ procedit ex timore seruili vel pœnæ.col.1.pag. 815
Sermo Dei sic est in fidelibus tanquam piscibus hamus.col.2.pa.747
Sermo diuinus maximè habet effectum in cordibus auditorum cùm oratione fulcitur.col.1.pag. 828
Sermo Dei facit homines à mundo recedere.col.2.pag. 831
Sessio mysticè Christi passionem & humilitatem significat, significat etiam auctoritatem docendi.col.2.pag. 696
Sessio humilitatem incarnationis significat.col.1.pag. 741
Sichar idem est secundum aliud nomen,quod Sichen.col.2.pa.696
Sicut lumẽ de se est visibile & ꝑ ipsum oĩa alia vidẽtur,sic verbũ Dei de se est visibile,& omnia alia per ipsum manifestãtur.co.2.p.661
Sicut in singulis membris corporis est vnus sensus communis, & in capite sunt omnes sensus , ita in Christo sunt omnes superabundanter virtutes.col.2.pag. 667

Sicut qui

Sicut qui non vult errare in tenebris oportet,ꝙ sequatur qui lumen portat:ita quicũque non vult errare & vult saluari:oportet ꝙ sequatur Christum.col.2.pag. 742
Sicut secundũ Aug.dicit similitudinẽ gratię & dilectionis.c.2.p.813
Sicut amor est principium omnium beneficiorum:ita & odium est principium omnium persecutionum.col.1.pag. 816
Euidẽs signũ perfectæ conuersionis est alicuius cũ conuersus quãto aliquis est magis sibi cõiunctus:tanto magis satagit cum ad Christum conuertere.col.2.pag. 677
Signa sex ascendunt in die,& sex in noctè in horis inæqualibus. Et cùm quodlibet signum duas horas faciat : sic dicimus quemlibet diem habere.12.horas.col 1.pag. 770
Signum manifestum maximæ dilectionis est propter amicum animam ponere.col.2 pag. 814
Signum veri amici est,quòd cordis sui amico secreta reuelet.
Signum Apostolatus est ad Christum inhæsio.col.2.pag. 813
Signũ filiationis alicuius est vt assimilet ei cuius est filius.c.2.p.747
Signa boni pastoris sunt tria.col.2.pag. 760
Silentium est primario locutionis vel soni.col.1.pag. 773
Similitudo Ioan.Bap.ad Heliã potest attendi quantũ ad tria.1.quantũ ad officiũ.2.quãtũ ad viuẽdi modũ.3.quantũ ad zelũ.c.2.p.671
Similitudo est causa dilectionis.col.2.pag. 711
Similitudo est vnitas quædam.col.2.pag. 816
Similitudo est causa amoris amicitiæ.col.1.pag. 800
Similitudo est causa separationis & odij in amore concupiscentiæ. col.2.pag. 816
In simplicibus nulla potest esse falsa cognitio quando perfectè cognoscuntur.col.2.pag. 699
Simpliciter aliqd dicit qd nullo modo aliquo addito dicit.c.1.p.767
Simulator dũ aliquid gerit in corde,aliud prætẽdit ore.col.1.p.797
Singularitas glorię verbi ostenditur quantum ad quatuor.c.1.p.667
Sinus secretum significat.col.2.pag. 796
Si quis per amorẽ & cõtemplatione familiarior quantò magis efficitur Deo:tãtò magis eũ excellẽtiorẽ reputãs reueretur.col.2.p.704
Si quis ex his quæ sibi superfluunt proximorum subuenit defectui: domini pedes capillis suis tergit.col.2.pag. 779
Syllogizantes frequẽter non proponunt intẽtum principaliter,sed illud ex quo de necessitate sequitur.col.2.pag. 714
Symon obediens interpretatur.col.1.pag. 848
Symoniaci primò sunt fugandi ab ecclesia.col.1.pag. 684
Syon erat arx in Hierusalem vbi habitabat Rex.col.2.pag. 781
Solium sedes est Regis.col.2.pag. 842
Solus Deus est qui absq; culpa potest gloriam suã quærere.c.2.p.751
Solus Deus comprehendendo contemplatur seipsum.col.1.pag. 670
Solutio sabbati non erat totalis causa odij in Christum.col.2.pa.737
Somnus accipitur multis modis.col.2.pag. 770
Somnus ægrotantium solet salutis esse indicium.col.2.pag. 770
Somnus est dimidium vitæ.col.1.pag. 829
Sors quædam est diuinatoria,& quædam diuisoria.col.2.pag. 844
Specialis significãdi modus ponitur cùm dicitur (verbũ erat Deus) quia ponitur Deus absolutè,& non cũ aliqua additione.c.2.p.656
Spiritus mũdi ascendit in homine:& cum descendere facit. Spiritus autẽ Dei descẽdit ad hominem,& eũ ascendere facit.col.2.p.674
Spiritussanctus apparet dispertitus secundum diuersa donorum officia.col.1.pag. 675
Spiritussanctus est fons indeficiens à quo omnia dona gratiarum effluunt.col 2.pag. 697
Spiritussanctus est amor patris & filij & nexus vtriusque.col.2.p.731
Spiritussanctus est causa amoris Dei.col.2.pag. 748
Spiritussanctus nihil aliud est quàm amor.col.2.pag. 806
Spiritussanctus vocatur paraclytus:quia consolatur nos.col.2.p.809
Spiritussanctus vocatur spiritus:quia mouet corda nostra.c.2.p.809
Spiritussanctus vocatur sanctus:quia consecrat nos Deo.col.1.p.809
Spiritussanctus est cõsolator & aduocatus,similiter & filiꝰ.c.1.p.805
Spiritussanctus dicitur cõsolator inquantũ nos postulare facit.ibid.
Spiritussanctus dicitur cõsolator inquãtũ est amor formaliter.ibid.
Spiritus est duplex.s.vetus & nouus.col.1.pag. 800
Spiritus dicitur aliquid occultum & inuisibile.col.2.pag. 805
Spiritus impulsionem quandam insinuat.col.2 pag. 806
Stoici dixerunt quod nullus sapiens tristatur.col.2.pag. 773
Per sudarium potest intelligi labor Dei.col.1 pag. 848
In sumente eucharistiam exigitur actualis reuerẽtia & deuotio:quã pueri & amentes habere non possunt. Et sic intelligitur dictum Diony.Græci igitur oppositum concedentes errant.col.2.p.728
Summus sacerdos per totam vitam officio fungebatur,cui filius post mortem succedebat.col.2.pag. 836
Summo sacerdoti inuidia crescente non solũ filius non succedebat: sed nec vltra annum põtificatus officio fungebatur.col.2.pag.836
Sursum & deorsum sunt differentiæ situs.col.2.pag. 744
Suscitare mortuos est proprium opus Dei.col.2.pag. 714

De litera T.

TEmpus præteritum imperfectum maximè videtur competere ad designandum æterna.col.2.pag. 654
Tempus gloriæ consideratur dupliciter.col.1.pag. 825
Tempus inchoationis gloriæ est vsq; ad diem iudicij.col.1.pag.825
Tempus gloriæ consumatæ plenariè est post diem iudicij.c.1.p.825
Tẽplũ Hierosolymitanũ tribus vicibus fuit consecratum.c.2.p.765
Tenebræ dupliciter accipi possunt.col.1.pag. 660
Tenebræ sunt in triplici differentia:quædam sunt ignorantiæ:quædam culpæ:& quædam damnationis.col.2.pag. 742
Ideò aliqui tenebrosi sunt non ex defectu luminis:sed quia lucem comprehendere non valuerunt.col.1.pag. 660
Terra est vltimum de quatuor elementis.col.2.pag. 774
Tertio modo sumitur principium pro principio durationis:& est expositio Augustini.col.2.pag. 654
Testimonium perhibere diuinæ veritati est indicium cognitionis ipsius veritatis.col.1.pag. 661
Testimonium Bapt.fuit cõtinuũ:quia nõ semel tãtũ:sed multotiẽs. Fuit etiam certum:quia præsentem & futurũ ostendit.c.1.pa.668
Thomas interpretatur abyssus vel geminus.col.1.pag. 852
Thomas est nomen syrum vel Hebræum.col.1 pag. 852
Thomas ante passionem alijs erat infirmior & infidelior:sed post passionem factus fuit fortior.col.1.pag. 771
Timor est de malo futuro.col.1.pag. 796
Timor est duplex,scilicet seruilis & filialis.col.1.pag. 815
Torrens cædron est ad radices montis olìueti.col.1.pag. 835
Tres errores ex vno sunt procedentes fonte,scilicet ꝙ ly (nihil) affirmatiuè accipiatur.col.2.pag. 658
Tres rationes Origenis quare Christus voluit habere testimonia Prophetarum.col.2.pag. 661
Tria inducuntur de verbo. Et primò secundum Chriso.æqualitas verbi ad patrem.col.2.pag. 657
Tria oportet attendere ad visionem diuinæ essentiæ.col.1.pag.670
Tria à nobis circa verbum Dei exiguntur.Primum sollicitudo ad audiendum.Secundum,fides ad credendum.Tertiũ constantia ad permanendum.col.1.pag. 746
Tria requiruntur ex parte discipulorum.Primum intellectus ad capiendum.Secundum assensus ad credendum.Tertium stabilitas ad permanendum.col.1.pag. 746
Tria requiruntur ad iustitiam Christianæ religionis.Primum obedientia mandatorum Dei.Secundum vnitas charitatis. Tertium vnitas fidei.col.1.pag. 764
Tria sunt necessaria volenti Deum videre.col.2.pag. 808
Tria quæ pertinent ad prædicatores.col.1.pag. 854
Tribunal sedes est iudicis.col.2.pag. 842
Triclinium est locus vbi sunt tres ordines mensarum.col.2.pag.681
Triplex Ioannis contemplatio secundum quòd Iesum est tripliciter contemplatus.col.1.pag. 651
Triplex differentia verbi diuini à verbo humano.col.2.pag. 653
Tripliciter accipitur tenebræ. Et primò pro pœna.Secundò pro dæmonibus,tertiò pro errore siue pro ignorantia.col.1.pag. 660
Triplex ratio quare Deus voluit incarnari.Prima est peruersitas humanæ naturæ.Secunda propter insufficientiam Prophetici testimonij.Tertia propter creaturarum defectum.col.2.pag. 663
Triplicis adorationis declaratio.col.2.pag. 699
Triplex ratio quare Christus in sabbato operabatur.col.2.pag. 708
Tristitia est de his quæ nobis non volentibus acciderunt.colum.1. pagina 774
Tristitia & timor in aliquo conueniunt:& in aliquo differunt col. 1.pagin. 811
Tristitia est de malo præsenti.col.1.pag. 796
Tullius animæ passiones:puta iram:concupiscentiam:animæ ægritudines vocat.col.1.pag. 707
Tullius in libro de tusculanis quæstionibꝰ assignat rationem quare iacula præuisa minus feriunt.col.1.pag. 820
Tunc enim ampla est contemplatio:quando non solùm essentiam causæ,sed etiam omnem eius virtutem quis cognoscit.col.1.p.652
Tunc præpositio (per) denotat causam formalẽ vel effectiuã quãdo id quod significatur per obliquum est causa operanti.col.2.p.657
Tunica consutilis Christi manens indiuisa significat charitatem. col.1.pag. 844
Aliquid dicimus turbari quando commouetũr.col.1.pag. 784
Turbatio est duplex.col.1.pag. 796
Turbatio ad tristitiam refertur.col.1.pag. 811

De litera V.

VAlentini opinio qui dixit Christum attulisse corpus cœleste col.2.pag. 744
Varijs nominibus nominatur filius ad exprimendum eius perfectionem.col.1.pag. 655
Per vas aceto plenum significatur synagoga.col.2.pag. 845

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbi est virtus Dei, ibi est & essentia Dei. col.1.pag. 797
Vehemens desiderium consueuit exprimi per sitim. col.2.pag. 845
Verbum, quod in anima est: priùs est verbo, quod voce proferur, & est eius causa. col.2.pag. 653
Verbum in diuinis personaliter semper accipitur. col.1.pag. 654
Verbū in diuinis est similitudo eius à quo procedit: & est æquale patri coæternale & consubstantiale patri est. col.1.pag. 654
Verbū incarnatū innotuit Apostolis dupliciter primò per visum. secundò per auditū testimonij Ioannis Baptistæ. col.2.pag. 666
Verbū humanū nisi à Deo fulciatur nihil veritatis habet. col.1.p.716
Verbum Dei patris est spirans amorem. col.1.pag. 727
Verba Christi erant virtuosa ad cōmouendum: sapida ad dulcorandum: vtilia ad retinendum. col.1.pag. 740
Similiter patet, q verbū est ratio & similitudo rei intellectę. c.2.p.653
Verba quinti concilij. col.1.pag. 666
Per hanc clausulā. (Et verbū, &c.) Habetur coniunctio verbi ad patrem secūdum Basiliū. Distinctio in persona secūdum Alcuinum & Bedam. Subsistētia verbi in natura diuina secūdum Hilarium. Auctoritas patris ad verbū secundum Hilarium. col.1.pag. 656
Verba Christi sunt quasi ignis & sicut malleus conterens petras. colum. 2.pag. 887
Verbum Christi mundat ab erroribus instruendo. col.2.pag. 812
Verbum Christi mundat per virtutem fidei. Verbū inquam nō quia dicitur: sed quia creditur. col.2.pag. 812
Verbū Christi mundat à terrenis affectibus ad cœlestia inflammando. col.2.pag. 812
Verbū Christi inuocatū in baptismo mundat à peccatis. col.2. p.812
Cùm verbū em̄ sit species impressa nec potētia intellectiua: nec operatio intellectus relinquitur, q sit species expressa, & sic nō est id quo intellectus intelligit: sed id in quo intellect⁹ intelligit. col.2. pagina 653
Inquantū verbum à patre procedit: sic dicitur, q (omnia per ipsum facta sunt.) col.1.pag. 659
Omne verū à quocúq; dicatur à spiritusancto est. col.2.pag. 734
Verū diuiditur aliquādo contra falsum: aliquādo contra figurale: aliquando contra participans. col.1.pag. 662
Veritas doctrinæ liberat ab errore falsitatis. Veritas gratiæ liberat à seruitute peccati. Veritas æternitatis liberat à corruptiōe. col.2. pagina 746
Veritas est duplex, scilicet vocis & operis. col.2.pag. 749
Veritas vocis est qūa quis ore profert: quę gerit in corde. co.2.p.749
Veritas operis est quando quis agit, quod cōuenit sibi secūdum ordinem suæ naturæ. col.2.pag. 749
Omnis veritatis cognitio ab alio est. col.2.pag. 734
Omnis veritatis manifestatio est quoddam à Deo lumen infusum. col.1.pag. 786
Veritas semper vincit mendacium. col.1.pag. 757
Veritas si despectos assumit: claros eos & fortes facit. col.2.pag. 757
Veritas est adæquatio rei ad intellectum. col.2.pag. 802
Veritas talis naturæ est, q etiam aduersarius eam tacere non potest. col.2.pag. 836
Veritas duplex inuenitur in Euangelio. col.2.pag. 840
Veritas de sui ratione importat commensurationem rei ad intellectum. col.2.pag. 840
Veritas conceptionem intellectus consequitur. col.2.pag. 840
Veritas non est in intellectu diuino: quia ipse rebus adæquatur, sed contrà. col.2.pag. 840
Veritas in intellectu nostro est mensurata & facta. col.2.pag. 840
Ventus significat tentationem & persecutionem quæ futura est Ecclesiæ propter defectum charitatis. col.2. pag. 721
Vestis Christi diuisa in quatuor partes significat Ecclesiam, quæ diuisa est in quatuor partes mundi. col.2.pag. 844
Via ad recipiendū Deū parata & recta est via iustitiæ. col.1.pag. 672
In via Dei non proficere, est deficere. col.1.pag. 706
Via saluationis à peccato est conuersio ad Deum. col.1.pag. 788
Videre diuinā essentiā totaliter est ipsam cōprehēdere. col.1.p. 670
Videre mortem est eam perfectè experiri. col.1.pag. 752
In vidente non est ipsa essentia rei visę, nec in audiente est ipsa essentia loquentis. Ideò videns non est ipsa essentia rei, nec audiens est ipsum verbum. In filio autem Dei est ipsa essentia patris accepta per generationem, & ipsum verbum. Ideò in ipso idem est videre & audire. col.1.pag. 694
Vinum mordicat, & quantum ad hoc iustitia dicitur. col.2.pag. 680
Vinum lætificat, & quantum ad hoc dicitur sapientia. col.2.pag. 680
Vinum inebriat, & secundum hoc dicitur charitas. col.2.pag. 680
Vinum bonum in quantitate sumptum cum quantitate cibi magis grauat. col.1.pag. 682
Vir mysticè est intellectus: voluntas verò est mulier. col.2.pagi. 698
In viro spirituali sunt proprietates spiritussancti, sicut in carbone succenso sunt proprietates ignis. col. 2.pag. 688
Virtus piscinæ in aliquo concordat cum baptismo & in aliquo differt. col.2.pag. 707
In visione Prophetiæ duo sunt, scilicet lumen intellectuale mentis, & visio imaginaria. col.2.pag. 704
Per visum scientiam à Regibus accepimus. Per auditum à sermonibus. col.1.pag. 711
Visus & auditus maximè seruiunt disciplinæ. col.2.pag. 715
Visio patris est finis omniū desideriorum & actionum nostrarum. col.1.pag. 804
Visio ad vim cognoscitiuam pertinet. col.1.pag. 721
Vita verbi quæ est lux hominum est vita perfecta. col.1.pag. 660
Vita carnalis habet carnalem visionem, & vita spiritualis habet spiritualem. col.2.pag. 686
Vita æterna est hæreditas nostra. col.1.pag. 763
Vita nostra est quoddam temporale donum à Deo nobis collatum. col.2.pag. 783
Vita actiua sequitur Christum obediendo. Contemplatiua verò cōtemplando & cognoscendo. col.2.pag. 836
In vite materiali palmes multos habens surculos minus fructificat propter humoris diffusionem. col.1.pag. 812
In viuētibus, quorum generatio est in tempore, semper est inuenire aliquid, quod aliquando fuit non viuens. col.1.pag. 714
Non viuentia dicuntur quæ ex seipsis motum nō habēt. col.1.pa.803
In viuentibus quæ vitam participant contingit quandóque vitā imperfectam, perfectam vitam præcedere. col.1.pag. 659
Illa dicuntur viuentia quæ se aliquo modo mouent. col.2.pag. 659
Vmbra Petri sanabantur infirmi. col.1.pag. 805
Vnio verbi nō est talis qualis est assumptio Prophetarū. col.1.p.666
Vnio relatio quædam est. col.1.pag. 666
Vnio diuinitatis & humanitatis signatur per corrigiam calciamenti. col.1.pag. 673
Vnitas alia consumata: alia inchoata. col.2.pag. 832
Vnūquódq; in suo ꝓgressu sequitur cōditionē originis. col.1.p.745
Vnumquodque intantùm cognoscibile est: inquantùm habet de entitate & veritate. col.1.pag. 670
In diuinis duplex est vnitas. col.1.pag. 831
Vocatio Christi est causa iustificatiōis nostrę & cōfessiōis. c.2.p.849
Voluntas diuina est lex & regula voluntatis creatæ. col.2.pag. 715
Voluntas nocendi vnicuique est à se: sed potestas nocendi solùm est à Deo. col.1.pag. 737
Voluntas quę est de fine mouet alias potētias ad actus suos. c.1.p.809
Voluntas Dei se habet ad bonum creatū vt causa eius. col.2.pag.815.
Voluntas hominis mouetur ad aliquid ex bono præexistenti apprehenso. col.2.pag. 815
Voluntas Christi est duplex. col.2.pag. 833
Voluntas patris semper impletur. col.1.pag. 775
Vox origine posterior est verbo: notitia: prior. col.2.pag. 671
Vox Christi quandam habet virtutem: vt non solùm interiùs: sed etiam exteriùs cor moueat. col.1.pag. 678

Finis Iudicis.

INDEX QVAESTIONUM maximè notatu dignorum.

QVAERITVR. Cùm verbum sit genitum à patre, quomodo possit esse patri coæternum. col.1.pag. 655
Quæritur cùm prius quærendum sit de re quid est quàm vbi: & quando sit, quomodo Ioan. primo insinuet vbi: & quando sit verbum. col.1.pa.656
Quæritur cū verbum secundū cōmuné vsum loquēdi significet vocē aliquam & enunciationem & manifestationem necessarium cogitationum. Quomodò Ioan. vocat filium verbum. col.2.pag.656
Quæritur. cùm (apud) dicat distinctionem: Quomodò Ioan. dicit (verbum erat apud Deum.) col.2.pag. 656
Quæritur cùm Ioan. dixerit (sine ipso factum est nihil.) Quomodò subiungat (omnia per ipsum facta sunt.) si hoc negatiuè teneatur cùm superfluum videatur. col.1.pag. 658
Quæritur cùm Dei filius non modò hominum verùm etiam angelorum sit lux, quomodò Ioan. dicat (Lux hominum.) col.2.p.659
Quæritur cùm filius Dei sit lumen sufficiens & per se omnia manifestare posit, quomodò indiguerit testimonio Ioānis & Prophetarum. col.2.pag. 661
Quæritur cùm non omnes crediderint per Christum: Quomodò dicit Ioan, (vt omnes crederent per illum.) col.1.pag. 662
Quæritur cùm & Ephe.5. & Matth.5. dicatur q homines boni sunt lux. Quomodò Ioan. dicat (non erat ille lux.) col.1.pag. 662

Quæritur à

Quæritur à gentilibus cùm filius Dei paucis temporibus pro salute humana mundo innotuerit: Quare ante tempus illud mundum despexerit. col.2.pag. 663
Quæritur cùm filius Dei prius fuerit in mundum: quomodò venerit in mundum. col.1.pag. 664
Quæritur cùm non sit in potestate nostra habere gratiam: & ex consequenti filios Dei fieri. Quomodò Ioan. dicat (dedit eis potestatem filios Dei fieri.) si intelligatur de gratiæ infusione. c.1.p.664
Quæritur cùm verbum animatam carnē assumpserit: Quare Euangelista dicens (verbum caro factum est) mentionem non fecerit de anima rationali. col.2.pag. 665
Quæritur cùm fideles primam gratiam: quæ erat data in veteri lege acceperint: Quare data sit secunda gratia: quæ data est in noua lege. col.1.pag. 669
Quæritur cùm ipse Christus testante Ioan.14. sit veritas. Quomodò per ipsum facta sit veritas: cùm nihil à seipso fieri possit. colum. 2.pagin. 669
Quæritur, cùm Christus dixerit (Deum nemo vidit vnquam) si angeli ipsi Deum viderint. col.2.pag. 669
Quæritur cùm dicatur Luc.1. Tu puer Propheta, &c. Quare Ioan. Bap. dum interrogaretur an esset Propheta, respondit, quòd non. col.2.pag. 671
Quæritur cùm Bethania sit in monte olioeti: quod est iuxta Hierusalem: Quare Ioan. dixit q (hæc facta sunt trans Iordanē. c.1.p.673
Quæritur an columba quæ supra Baptizatum Christū apparuit: fuerit verū animal, & an fuerit apparitioni præexistens. col.2.p.674
Quæritur si pater & filius misit Ioā. bap. Baptizare. Quare dixit (ego nesciebam eum.) col.2.pag. 675
Quæritur cùm dicatur Mat.8. Filius hominis non habet vbi reclinet caput, &c. Quare Christus dixit (venite & videte vbi habito.) col. 1.pagin. 677
Quæritur quare Christus imposuit nomen Petro à principio suæ conuersionis: & voluerit, quòd à principio suæ natiuitatis tali nomine vocaretur. col.2.pag. 677
Quæritur an hoc nomen impositum fuerit Petro (vt refert Ioannes) an in Mat. cùm dicitur, Tu es Petrus. col.1.pag. 678
Quæritur vbi fuerint vocati Petrus & Andræas: quia à Ioanne dicitur, quòd fuerunt vocati iuxta Iordanem: in Math. verò iuxta mare Galileæ. col.1.pag. 678
Quæritur quare Christus à principio non vocauit discipulos suos. col.1.pag. 678
Quæritur secundum Chriso. cur Christus non beatificauerit Nathanaēlem, qui ante visa miracula confessus est. d. (Tu es filius Dei:) & tamen beatificauit Petrum, qui post visa tot miracula idem cōfessus est. col.2.pag. 679
Quæritur Quare Christus non ex nihilo: sed ex præiacenti materia miraculum conuersionis aquæ in vinum fecerit. col.2.pag. 681
Quæritur. Quare Ioan. dicit. (Et crediderūt in eum discipuli eius.) visa conuersione aquæ in vinum: cùm ante in eum crediderint. col.1.pag. 681
Quæritur quomodò concordantur hæc quæ dicit Ioan. in hoc. 2. ca. s. q ante incarcerationem Ioan. Bapt. Christus descendit Capharnaum, & Mat. dicit, quòd post incarcerationem Ioan. Christus Capharnaum descendit. col.1.pag. 682
Quæritur qui fuerint discipuli Christi, qui manserant cum eo in Capharnaum multis diebus. col.2.pag. 682
Quæritur. Quare Iudæi non sunt turbati Christo dicente (nolite facere domum patris mei, &c.) vocās patrem suum Deum: cū aliàs fuerint summoperè turbati. col.1.pag. 684
Quæritur quid sit hoc quod dicunt Iudæi. (Quadraginta & sex annis ædifi. &c.) cùm 1.Reg.7. legatur per Salomonem tale templū fuisse ædificatum in septem annis. col.1.pag. 685
Quæritur quę signa Iudæi viderint facta: ac per ea in Christū multi credidisse cùm in die festo Hierosolymis Christus nullum fecerit signum. col.2.pag. 685
Quæritur quid sit hoc, quòd homines Deo credunt: & Christus se eis non credebat, cùm ipsi eum occidere ipso inuito non potuissent. col.2.pag. 685
Quæritur cùm nullus possit intrare regnum Dei nisi aqua Baptismatis renascatur. Quomodò patres antiqui intrauerint regnū Dei. col.2.pag. 687
Quæritur cùm sit triplex baptismus: aquæ. f. sanguinis, & flaminis: & multi duobus vltimis fuerint Baptizati: non tamen aqua: nihilominus dicimus eos regnum Dei intrasse. col.2.pag. 687
Quæritur secundum Aug. quomodò Christus dixerit (spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis: & nescis vnde veniat aut quo vadat.) Si de spiritu qui ventus dicitur secundum Chriso. intelligatur cùm sciatur vnde veniat & quo vadat. col.1.pag. 688
Quæritur secundum Chriso. quomodò potest intelligi de spiritu. s. cùm Christus dicit (Spiritus vbi vult, &c.) cùm tunc loqueretur cum Nichodemo qui tunc infidelis erat: nec de spiritusancto aliquid sciebat. col.2.pag. 688
Quæritur quare Christus dixit Nichodemo. (Si terrena dixi, &c.) cū nō legat in præmissis Christū aliqua terrena sibi dixisse. c.1.p.689
Quæritur quare Christus dixit. (nemo ascendit in cœlū, &c.) cū Petrus & Paulus ascēderint: nec tamē de cœlo descēderit. c.2.p.686
Quæritur quomodò intelligatur hoc, quòd dominus. (Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum.) cùm legatur infra.9. In iudicio ego veni. col.2.pag. 690
Quæritur an omnes infideles habeant mala opera, cùm multi legantur gentiles fuisse bene operati. col.1.pag. 691
Quæritur cùm ante Christum omnes peccauerint: an fecerint veritatem. col.1.pag. 691
Quæritur cùm à Christo Pharisæi reprehendantur: an aliquis faciēs bona opera debeat ea manifestare. col.2.pag. 961
Quæritur cùm Christus instruxerit in Iudæa Nicodemum: quomodò dicit Euangelista, quòd Christus iterum venit in Iudæam cùm ibi esset. col 2.pag. 691
Quæritur cùm aduenięte veritate cesset figura: an aduenięte Christo cessare debeat Baptisma Ioan. Bap. col.2.pag. 691
Quæritur cùm Ioā. Bap. fuerit in vtero matris suæ spiritusancto repletus: quomodò poterat de terra loqui. col.2.pag. 693
Quæritur cùm spiritussanctus sit immēsus: quomodò possit dari ad mensuram. col.2.pag. 694
Quæritur cùm Deo omnia sint nuda & aperta: quomodò Christus dicitur aliquid de nouo cognoscere. col.2.pag. 695
Quæritur cùm ad Pharisæos non pertineat de discipulis Iesu: quare dicit Euangelista (quia audierunt Pharisæi quòd Iesus, &c.) col 2. pagina 695
Quæritur cùm superiùs Euangelista dixerit (& Baptizat) hic autē dicit (quanquam Iesus non baptizaret, &c.) col.1.pag. 696
Quæritur cùm Ioan. 4. dicatur (& puteus altus est.) quomodò hîc eodem dicitur. (Erat ibi fons Iacob.) col.2.pag. 696
Quæritur cùm discipuli essent piscatores & humiles: quare Iesus eos ad humilitatem assuescere volebat. col.1.pag. 697
Quæritur cùm non esset fas Iudæis couti Samaritanis: quare Christus à muliere Samaritana potum petebat. col 2.pag. 697
Quæritur cùm Isa. pen. dicatur. Qui bibunt me adhuc sitiunt. Quomodò Christus dicit, (Qui biberit ex hac aqua non sitiet inæternum.) col.1.pag. 698
Quæritur cùm Samaritani non essent ex semine Israēl: quare mulier dixit. (Patres nostri.) col.1.pag. 699
Quæritur quare Christus mulieri Samaritanæ non explicauit quæstionem de adoratione. col.2.pag. 699
Quæritur cùm Dei perfecta sint opera: quare Iesus dicit (vt perficiam opus eius.) col.1.pag. 702
Quæritur cùm aliqui Prophetæ fuerint honorati in patria sua quare Christus dixit (quia Propheta in patria sua honorem non habet.) col.1 pag. 704
Quæritur an Christus fuerit Propheta. col.2.pag. 704
Quæritur an fuerit bene conglutinata litera. col.2.pag. 704
Quæritur, cùm supra dictum fuerit Christum Hierosolymis nullum miraculum fecisse, quare Euangelista dicit quòd [Iudæi receperunt eum cùm omnia vidissent,] &c. col.2.pag. 704
Quæritur cùm regulus petierit à Christo sanitatem: & hoc quia credebat, quare Christus dixit [nisi signa & prodigia, &c. colum. 2. pagina 705
Quæritur cùm fides per signa probetur: quare regulus, qui signa petebat, reprehendendus est. col.2.pag. 705
Quæritur. cùm Christus rogatus à centurione vt descenderet corporaliter: ire pollicetur, quare rogatus à regulo corporaliter ire recusat. col 1.pag. 706
Quæritur, quare Christus paralitico & alijs quibusdam ab eo curatis facit mentionem de peccatis: nō tamen omnibus. col.2.p.708
Quæritur cùm filius sit patri coæternus, quare Christus dicit, quòd maiora his ei demonstrabit. col.1.pag. 712
Quæritur cùm. 2. Cor. 5. dicatur: Omnes nos oportet astare ante tribunal Christi: etiam ipsos Apostolos. Quomodò ergo Christus dicit, quòd qui credit in eum in iudicium non veniet. col.2.p.713
Quæritur, quia Aug. dicit, quòd resurrectio corporum sit per verbū caro factum est. Resurrectio verò animarum per verbum: quomodò habent intelligi hæc verba. col.1.pag. 715
Quæritur, an eadem sit patris & filij voluntas. 715
Quæritur cùm Christus sit veritas, quomodò dicit, Testimonium meum non est verum. col.2.pag. 715
Quæritur, cùm Isa. 42. dicatur Vos testes mei dicit dominus, quomodò Christus dicit. [Testimoniū ab hoīe nō accipio. col.1.pa.716
Quæritur. cū Deuter. dicatur: Vt audiret populus vocē domini quomodò dicit Christus [neque vocem eius vnquam audistis.] col. 2.pagin. 717

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index Quæstionum.

Quæritur an hæc quæ dicit hîc Euangelista.ſ.q̃ [vt cognouit Ieſus, q̃ venturi erant & raperent eum vt facerent eum Regẽ: fugit in montẽ ipſe ſolus,& cætera ſint cõtraria his quæ dicit Matth.ſ.q̃ ipſe ſolus aſcendit in montem orare.col.1.pag. 721
Quæritur an hæc quæ dicit hîc Euangel. ſ.q̃ [diſcipuli deſcẽderũt credentes eum,&c.] ſint cõtraria his quæ dicit Mat.14. q̃ diſcipuli venerũt ad mare de mandato domini.col.1.pag. 722
Quæritur an iſta ſint cõtraria quæ dicit Ioan.hîc.ſ.[q̃ diſcipuli venerũt Capharnaum.] & quæ dicit Mat.q̃ diſcipuli mare tranſfretantes venerunt in terram Genezareth.col.1.pag. 722
Quæritur cũ Mat.dicat,q̃ Chriſtus intrauit nauẽ, & Ioan.non.an ſint contraria.col.1.pag. 722
Quæritur cũ Apoſtolus Rom.4.diſtinguat fidẽ ab operibus,quomodò dominus dicat fidem ſeu credere eſſe opus Dei. col. 1.pag.723
Quæritur cùm fides ſit opus Dei: quomodò homines faciant opera Dei.col.1.pag. 723
Quæritur an panis quẽ Moyſes in deſerto dedit patribus: fuerit panis verus.col.2.pag. 723
Quæritur cũ in Pſal. dicatur,Panẽ cœli dedit eis,&c.quomodò ſtat, qđ hoc dñs dicit,q̃ [Moyſes nõ dedit panẽ de cœlo.] c.2.pa.724
Quæritur cùm multi recipiant donũ Dei:qui tamen eo nõ vtuntur an ſit neceſſarium (cũ omne,quod dat filio pater perueniat ad filium,) q̃ aliquis dono Dei vtatur.col.2.pag. 724
Quæritur cũ ſolùm illud vadat ad filium quod pater dat ei:an ſit imputandum illis qui nõ vadunt,cũ non dentur ei.col.2.pag. 724
Quæritur cũ Chriſtus dicat. [Nemo ex eis quos dediſti mihi perijt niſi filius perditionis.] an aliqui qui dati ſunt per æternam prædeſtinationem,perdantur.col.1.pag. 725
Quæritur cùm nullus poſſit credere:niſi à patre trahatur,& trahere violentiam quandam importat:an qui credit inuitè credat:& cogatur credere.col.2.pag. 725
Quæritur cũ Mat.11.& Io.17.dicatur,q̃ filius trahit ad patrẽ,quomodò hoc dominus dicit, q̃ pater trahit ad filium. col.1.pag. 726
Quæritur cũ nemo veniat ad filium niſi tractus à patre:an ſit imputandum ei qui nõ credat:an ei qui nõ trahit.col.1.pag. 726
Quæritur cũ Chriſtus dicat [patres veſtri mãducauerunt manna in deſerto & mortui ſunt.] de qua morte hîc loquitur: an de corporali,an de ſpirituali.col.2.pag. 727
Quæritur cũ in ſacramẽto Euchariſtiæ contineatur totus Chriſtus quare dicit ſolùm [caro mea.] col.1.pag. 728
Quæritur cũ perfecta refectio cibi nõ ſit ſine potu an debeat ſumi ab omnib' corpus & ſanguis ſimul,cũ videatur in quibuſdã eccleſijs ſolũ corpus ſumi:& in quibuſdam ſolũ ſanguis. col.2.pag.728
Quæritur cũ doctores ſcandalum audientium vitare debeant,quare Chriſtus talia dogmata Iudæis propoſuit vnde ſcandalizarentur. col.2.pag. 730
Quæritur cũ Chriſtus Iudã elegerit:& ipſe factus ſit malus,an Chriſtus in electione errauerit.col.2.pag. 731
Quæritur cũ Chriſtus dixerit diſcipulis [vnus veſtrũ diabolus eſt] quare diſcipuli nihil dixerũt cũ aliàs reſponderint? Nunquid ego ſum dñe,ipſo dicẽte:vnus ex vobis me tradet.col.1.pag. 732
Quæritur an Chriſtus potuerit ambulare inter Iudæos,& ab eis nõ occidi.col.1.pag. 732
Quæritur an aliqui mundani odio habeantur à mundo.col.1.p.733
Quæritur an Chriſtus aſcenderit ad diem feſtũ, cùm dixerit. [Ego autem non aſcendam.] col.2.pag. 733
Quæritur an ſciatur vnde ſit Chriſtus cũ dicatur Mich.5. Ex te exiet dux,&c.col.1.pag. 736
Quæritur cũ Chriſtus fuerit hõ ſcdm carnem natus,& cæteri hoĩes ſint etiã ſecundũ carnẽ nati,& dicũtur eſſe ex Deo,& ſcitur vnde ſint: an Chriſtum poſſimus ſcire vnde ſit.col.1.pag. 736
Quæritur cũ Chriſtus potuerit mouere labia & proferre verba an potuerit iſta dicere.ſ. [neſcio eum.ſ.patrem.] col.1.pag. 737
Quæritur cũ ſpirituſſanctus accipiatur etiam nunc à fidelibus,quare homines non loquuntur varijs linguis ſicut tunc.col.1.pag. 739
Quæritur an iudex qui in eodem crimine exiſtit ferendo ſententiam in alium,peccet etiam ſi peccatum ſuum eſſet occultũ.col.2.p.741
Quæritur quomodò ſi ſolus Chriſtus remanſit,dicitur, quòd ſtetit in medio.col.1.pag. 742
Quæritur an duorum hominum mentientium ſit verum teſtimonium.col.2.pag. 743
Quæritur ſi pater teſtificatur de filio & filius de ſeipſo,an ſit verũ teſtimonium,cùm pater nõ ſit homo, nec etiam ambo teſtificentur de aliquo tertio.col.2.pag. 743
Quæritur cùm Dominus ſuprà dixerit. Et me ſcitis,& vnde ſim ſcitis, quid eſt hoc,quod hîc dicit [neque me ſcitis, neque patrem meum.] col.2.pag. 743
Quæritur cùm Dominus ſuprà tertiò dixerit. Non enim miſit,&c. vt iudicet,&c.quare hîc dicit. [Multa habeo de vobis loqui & iudicare.] col.2.pag. 745
Quæritur cùm ſeruus non poſſit moueri proprio ſuo arbitrio ſed Domini, qui autem facit peccatum moueatur proprio arbitrio ſuo,quid eſt hoc,quod dicit [qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.] col.2.pag. 746
Quæritur cùm opera Abrahæ teneamur facere,& ipſe habuerit plures vxores,& acceſſerit ad ancillam,an nos teneamur ſimilia facere.col.1.pag. 748
Quæritur an fides cùm contra opera diſtinguatur,poſſit dici opus. col.1.pag. 748
Quæritur cùm ille in quo non eſt veritas non poſſit ſeipſum intelligere,an in diabolo fuerit aliqua veritas Chriſto atteſtante [quia non eſt veritas in eo.] col.1.pag. 750
Quæritur cùm pater dederit filio omne iudiciũ,an pater quẽquam iudicet.col.1.pag. 751
Quæritur cùm Chriſtus dicat. [Et non cognouiſtis eum] an Iudæi cognouerint Deum.col.2.pag. 752
Quæritur cùm Roma.3.& 5.dicatur,quòd omnes peccauerunt,&c. quare hîc Dominus dicit, [neq; hic peccauit,neq; parẽtes eius.] col.1.pag. 754
Quæritur cùm Deus doceat, quæ ſacra continet ſcriptura, quid eſt hoc,quod Dominus dicit [ego ſum oſtium.] col.1.pag. 760
Quæritur cũ multi ſint oues Chriſti, qui tñ vocẽ eius nõ audierũt, & multi audiertunt,qui tñ non ſunt oues Chriſti,ſicut Iudas,quid eſt hoc,quod Dominus,& oues vocem eius audiunt,&c.
Quæritur cùm peccatores aliqui miracula faciant,non tamẽ virtute propria ſed diuina,quid eſt,quod dicit cæcus iſtæ. [Scimus,quòd peccatores Deus non exaudit.] col.1.pag. 758
Quæritur nũquid boni paſtores quærere poſſint mercedẽ.c.1.p.763
Quæritur cùm Matth.10.dicatur. Si vos perſecuti fuerint,&c.an liceat paſtori fugere.col.1.pag. 763
Quæritur cùm Chriſtus dicat [animã meam pono,&c.] & in Chriſto ſint tres ſubſtantiæ.ſ.verbi animæ & corporis, quis loquatur. col.2.pag. 763
Quæritur cùm Chriſtus dicat Matth.15. Non ſum miſſus niſi ad oues,&c.quomodò intelligitur,quod dicit [alias oues habeo,&c. & illas oportet me adducere,&c.] col.1.pag. 764
Quæritur,cùm tẽporale non ſit cauſa æterni:nunquid mors ſit cauſa paternæ dilectionis.col.1.pag. 764
Quæritur,cùm bona opera non poſſint eſſe meritoria diuinæ dilectionis,an dilectio Dei præcedat omne meritũ noſtrũ.c.1.p.764
Quæritur,cùm templum quod Salomon ædificauerat fuerit deſtructum,ſimiliter & porticus: Quare dicitur porticus Salomonis in Euangelio.col.2.pag. 765
Quæritur cùm nullus poſſit ſaluari niſi prędeſtinatus,an alicui dici debeat,quòd non ſit prædeſtinatus.col.1.pag. 766
Quæritur cùm nullus credere poſſit: niſi à Deo detur,an alicui infidelitas ſit imputanda.col.2.pag. 766
Quæritur cùm Chriſtus non dixerit ſe eſſe filium Dei:vnde Iudæi habuerunt,quòd Chriſtus eſſet filius Dei.col.1.pag. 768
Quæritur cùm Chriſtus dicat de Lazaro. [Infirmitas hæc nõ eſt ad mortem.] an ex illa fuerit mortuus infirmitate.col.1.pag. 669
Quæritur,cũ Chriſtus dicat. [Nõne duodecim horæ ſunt dici,&c.]
Quæritur,cùm Iudæi conſpiraſſent contra Chriſtum:Quare ipſi Lazarũ & ſorores ſuas,qui Chriſti erãt familiares,viſitabãt.c.2.p.771
Quæritur,cùm ſilẽtium ſit vocis priuatio vel locutionis: quomodò Euang.dicit,quòd Mariam Marthã ſilẽtio vocauit.col.1.pag.773
Quæritur cùm Chriſtus nihil dixerit Marthæ:quare Martha dixit Mariæ. [Magiſter adeſt & vocat te.] col.1.pag. 771
Quæritur cùm fremitus iram ſignificet.Prouer.19.ſimiliter indignationẽ (vt patet in Pſal.) quomodò intelligatur illud dictum [Ieſus vt vidit,&c.infremuit,&c.] col.2.pag. 773
Quæritur cùm Iſai.42.dicatur.Non erit triſtis nec turbulentus,&c. quomodò intelligitur,quod dicitur, [quòd Chriſtus turbauit ſemetipſum.] col.2.pag. 774
Quæritur cùm Chriſtus præſciuerit mortem Lazari:nec dubium ſit, quòd præſciuerit locum vbi fuerit poſitus:quare quæſiuit.d. [vbi poſuiſtis eum.] col.1.pag. 774
Quæritur cùm Iudæi ante Chriſtũ cogitaſſent occidere,quare Euãgeliſta dicit [ab illo ergo die cogitauerunt,&c.] col.2.pag. 777
Quæritur an hæc eadem fuerit Maria quæ accepit libram vnguenti,&c.& illa de qua loquitur hic Mar.& Matth.col.1.pag. 779
Quæritur cùm Ieſus ſciret Iudam eſſe furem:quare ſibi loculorum cuſtodiam commiſerit.col.1.pag. 780
Quæritur cùm Matt.narret diſcipulos ob vnguenti effuſionem murraſſe:quare hîc Euangeliſta dicat ſolùm Iudam murmuraſſe. col.1.pag. 780
Quæritur cùm Matth.vltimo dicatur. Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem,&c.quare Chriſtus dicit. [Me autem nõ ſemper habebitis.] col.2.pag. 780
Quæritur cùm Chriſtus & cæcũ natum & paraliticũ ſanaſſet:quare Iudæi Lazarum tantùm voluerint occidere.col.2.pag. 780
Quæritur quare Chriſtus dixerit diabolum eſſe huius mundi principem cũ videatur ipſum errorẽ Manichæi approbare col.1.p.785
Quæritur cùm Chriſtus diabolum eiecerit foras:quomodò amplius tentet.col.2.pag. 785
Quæritur cùm Chriſtus dicat [nunc princeps huius mundi,&c.] an ante Chriſti paſſionem fuerit eiectus.col.2.pag. 785
Quæritur cùm Chriſtus dixerit, Ego ſi exaltatus fuero,&c.quomodò Iudæi dicant [oportet exaltari filium hominis.] col.1.pa.786
Quæritur cùm hîc Iudæi nec Chriſtum Blaſphemarent:nec lapides leuarent ad eum lapidandum ſicut ante fecerant,quare ipſe ſe abſconderit. col.2.pag. 786
Quæritur cùm Chriſtus dixerit vt ſermo impleretur,&c.an Iudæi fuerint excuſabiles ex eo,quòd non crediderint.col.1.pag. 787
Quæritur cùm Euangeliſta dicat [ante diem feſtum Paſchæ,&c.]& dies feſtus Paſchæ eſſet.14.luna.& in 13.die panis fermentatus inueniretur apud Iudæos(vt habet videri Exo.14.) an Chriſtus confecerit in fermentato vel in azimis col.1. 790
Quæritur cùm in ipſis dicatur,immiſsiones per angelos malos,&c. an diabolus poſſit aliud mittere in cor hominis.col.2.pag. 791
Quæritur cur Petrus præ alijs recuſauerit, quòd Chriſtus nõ ſibi pedes lauaret.col.2.pag. 792
Quæritur cùm baptiſmus abſtergat etiam pedum ſordes,an qui baptizatus eſt indigeat vt pedes lauet.col.2.pag. 793
Quæritur cùm diſcipuli mundi eſſent,quare Chriſtus eos abluebat. col.2.pag. 793
Quæritur cùm Prouer.16.dicatur:Laudet te alienus,&c.an Chriſtus bene fecerit laudare ſe.col.2.pag. 794
Quæritur cùm Chriſtus diſcipulis ſuis dixerit [vos debetis alter alterius,&c.] & hoc videatur habere vim præcepti:an contrafaciens huic præcepto peccet mortaliter.col.2.pag. 794
Quæritur cùm infr.15.dominus dicat iam nõ dicam vos ſeruos,&c. quare hîc dominus diſcipulos ſeruos vocat.col.1.pag. 795
Quæritur cùm Chriſtus ſupr.6.dicat. Nónne ego.12.vos elegi,&c. an Iudas fuerit electus.col.1.pag. 795
Quæritur cùm innuere ſit abſque verbo inſinuare,quare Euangeliſta dicit [innuit ergo,&c.& dixit,&c.] col.2.pag. 796
Quæritur quomodò Sathanas hominem intret.col.1.pag. 797
Quæritur cùm ſupra dictũ ſit cùm diabolus iam miſiſſet,&c.& hîc dicatur [introiuit in eum Sathanas,&c.] an aliud ſit mittere & intrare.col.1.pag. 797
Quæritur an fuerit malum dare buccellam Iudæ poſtquã introiuit in eum Sathanas.col.2.pag. 797
Quæritur cùm dominus deſignaſſet proditorem Ioanni.d.ille cui intinctum panem,&c.an diſcipuli fuerint rudes verbum domini non intelligentes.col.2.pag. 797
Quæritur cùm Ioannes fuerit vnus ex diſcumbentibus & perſonam proditoris cognouerit,cur Euangeliſta dixit.[Nemo ſciuit ex diſcumbentibus.] col. 2.pag. 797
Quæritur cùm dominus Matth.10.dicat, Nolite portare in via,&c. quare ergo dicit Euang. [quòd loculos habebat Iudas.] colum.1. pagina 798
Quæritur cùm poſt primam Petri negationem gallus cantauerit teſte Mar.14.cur dominus hîc dicit. [Non cantabit gallus donec ter me neges.] col.2.pag. 800
Quæritur de loco vbi dominus hæc verba dixerit:cùm ſit varietas inter Euangeliſtas.col.1.pag. 801
Quæritur cùm ſupr.13.dictum ſit,Turbatus eſt Ieſus,&c.& actuũ.1. dicatur Cœpit Ieſus facere & docere,&c.quomodò nos docuerit Ieſus non turbari cùm ipſe turbatus ſit primò. columna 1. pagina 801
Quæritur cùm perfectum non recipiat magis & minus an vnus poſſit eſſe alio beatior.col.2.pag. 801
Quæritur cùm Matth.20.dicatur quòd vnus denarius datur laborantibus:& hîc denarius non ſit aliud quàm manſio in domo patris,quomodò dicatur, quòd in domo patris ſint multæ manſiones.col.2.pag. 801
Quæritur an ſpiritus diſcipulorum accipiantur à Chriſto vſque in finem mundi.col.1.pag. 802
Quæritur cùm dominus ſuprà dixerit,quòd diſcipuli eum cognoſcebant cùm dixit,& me ſcitis & viam ſcitis,quid eſt hoc quod hîc dixit. [Si cognouiſſetis,&c.] col.1.pag. 804
Quæritur cùm non ſit quiſpiam reprehendendus:qui videns imaginem cupit videre rem imaginatam,cur dominus Philippum reprehenderit: qui videns filium petebat videre patrem.colum.1. pagina 804
Quæritur à Chriſo.quomodò Chriſtus à verbis incipiens venit ad opera.col.2.pag. 804
Quæritur cùm dicatur à Chriſto [qui credit in me opera quæ ego facio ipſe faciet & maiora,&c.]Nunquid ſi aliquis opera maiora quàm Chriſtus fecit,non fecerit,ſit computandus inter credentes in Chriſtum.col.1.pag. 805
Quæritur cùm multi fideles petant,& non exaudiantur, quid eſt hoc quod dominus dicit [quodcũq; petieritis hoc faciam.] col.2.pag. 805
Quæritur,an obedientia diſcipulorum & amor eorum ad Chriſtum præparent ad ſpiritum ſanctum.col.1.pag. 806
Quæritur cùm alietas operationis naturæ alietatem denoret,& hoc quod dicit [paraclitus.] ſpirituſſancti actionem ſignificet,an ſpirituſſanctus alterius ſit naturæ.col.1.pag. 806
Quæritur cùm ſupr.1.dictum ſit.Supra quem videris manentem ſpiritumſanctum,&c.& proprium ſit filij: vt ſpirituſſanctus ſemper maneat cum eo,an verum ſit quod dicitur. [Vt maneat vobiſcum in æternum ſpiritus veritatis,&c.] col.2.pag. 806
Quæritur ab Aug.Cùm dicatur à domino. [Adhuc modicũ & mundus me iam non videt,&c.] an homines mundi ſint amplius eum viſuri.col.2.pag. 807
Quæritur an Deus diligat nos:quia nos diligimus eum.colum.2. pagina 808
Quæritur cùm Deus diligat omnia ab æterno,quid eſt hoc quod dicitur. [Diligam in futuro.] col.2.pag. 808
Quæritur,cùm venire mutationem localem ſignificet,an Deus ad nos veniendo mutetur.col 1.pag. 809
Quæritur,cùm dicatur. [hîc paraclitus autem ſpiritus quem mittet pater in nomine meo,&c.] an ſpirituſſanctus nominabitur filius.col.1.pag. 810
Quæritur,cùm ſuggere ſit minorum,an ſpirituſſanctus pro nobis ſuggerit ſit nobis minor.col.1.pag. 810
Quæritur,cùm pax ſanctorum ſiue in patria ſiue in via ſit tota per Chriſtum,quare Chriſtus loquens de pace ſanctorum in via non dicit Pacem meam do vobis,ſed tãtum cùm loquitur de pace ſanctorum in patria.col.2.pag. 810
Quæritur ab Aug.cùm fides ſit eorum quæ nõn videntur.Ea autem quæ facta ſunt:ſunt iam viſa,quid eſt hoc quod dominus dicit. [Vt cùm factum fuerit credatis,&c.] col.1.pag. 811
Quæritur cùm multa ſint in ſacro eloquio præcepta,cur dominus ſolùm obſeruationem charitatis dicat eſſe præceptum ſuum.col. 1.pag. 814
Quæritur,cùm Matth.22.dicatur quòd in dilectione Dei & proximi pendeant lex & Propheræ,quare hîc ſolùm dominus de dilectione proximi mentionem fecerit.col.1.pag. 814
Quæritur,cùm omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtructio,& ipſe pro inimicis poſuerit animam ſuam,an maioris dilectionis ſignum ſit ponere animam pro inimicis,quàm pro amicis.columna 2. pagina 814
Quæritur,cùm Apoſtoli & Dauid ſe ſeruos nominent (vt patet in multis locis) quid eſt hoc,quòd dominus dicit. [Iam non dicam vos ſeruos,&c.] col.1.pag. 815
Quæritur,cùm dominus & etiam Deus ipſe ſeruis ſuis ſecreta reuelent vt patet Amos.3.quid eſt hoc quod dominus dicit. [Seruus neſcit quid faciat dominus eius,&c.] col.1.pag. 815
Quæritur,quæ & qualiter filius à patre audiat.columna prima,pagina 815
Quæritur cùm dicat Chriſtus,Omnia quæcunque audiui à patre nota feci vobis,&c.an diſcipuli tot ſciant,quot & filius ſcit.colum. 1.pagin. 815
Quæritur cũ princeps mũdi nõ modo Apoſtolos:verũ etiã & quoſdam mundanos puta latrones & homicidas perſequatur:an verũ ſit quod Chriſtus dicit. [Mũdus qđ erat diligeret.] col.2.p.816
Quæritur,an aliquis poſſit Deum odio habere.col.1.pag. 818
Quæritur,cùm nullus poſſit illum odio habere quem ignorat,Iudæi autem patrem ignorarẽt,quomodò intelligatur quod dicitur. [Et patrem meum odit.] col.1.pag. 818
Quæritur an Chriſtus fecerit aliqua bona opera in eis:quæ nullus alius fecit.col.1.pag. 818
Quæritur vtrũm ſi Chriſtus nõ feciſſet in eis opera:quæ nemo alius fecit,immunes eſſent à peccato infidelitatis.col.1.pag. 818
Quæritur cùm hoc ſit ſcriptum in Pſalmis.ſ.[odio habuerunt me gratis.] quid eſt hoc quod dominus dicit. [In lege eorum ſcriptus eſt,&c.] col.2.pag. 818
Quæritur cùm Apoſtoli eſſent receſſuri à ſynagoga nunquid malum eſſet ipſos extra ſynagogam fieri.col.1.pag. 820
Quæritur qualis conſolatio poterat eis eſſe:vt omnis qui interficit vos:arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.col.1.pag. 820
Quæritur cũ alij tres Euãgeliſtæ narrent dominũ Apoſtolis prædixiſſe quòd tradẽdi erãt ante piſides & Reges cur Euãgeliſta hîc narrat dñm dixiſſe.] Hæc autẽ vobis ab initio nõ dixi,&c.c.2.p.820
Quæritur cũ ſupr.13.Petrus Chriſtum interrogauerit,dicẽs:Domine quo vadis,&c.& Thomas,ſupr.14.quid eſt hoc quod hîc dominus dicit [& nemo ex vobis interrogat quò vadis.] col.2.pag.820

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index Quæstionum.

Quæritur an Christus potuerit dare spiritumsanctũ in carne viuẽs. col.1.pag. 821
Quæritur cũ filius & spirituſſanctus ſint æquales quare expedit vt filius recedat,ſpirituſſanctus veniat.col.1.pag. 821
Quæritur cũ filius mundum arguerit de peccato:vt habet videri ſupra 8.& Math.23.quare Chriſtus dixerit,ille arguet de peccato.q. ipſe non arguerit.col.2.pag. 821
Quæritur cũ ſpirituſſanctus audierit ab æterno,quid eſt,quod dicitur [audiet] in futuro.col.2.pag. 822
Quæritur cũ Chriſtus dicat [in illo die nõ me interrogabitis quicquam,&c.] nunquid Apoſtoli poſt reſurrectionem fecerint aliquam orationem.col.1.pag. 825
Quæritur nunquid licet petere temporalia, cùm dominus doceat Math.6.petere.col.2.pag. 825
Quæritur cùm Apoſtoli habuerint poteſtatem ſuper omnia dęmonia eijciẽda : & hæc orando faciebant,quid eſt hoc,quod dicitur [vſq; modo non petiſtis quicquam,&c.] col.2.pag. 825
Quæritur cũ 1.Io.1.dicatur aduocatũ habemus,&c. Et Heb.7.Nunquid Chriſtus oret pro nobis.col.2.pag. 826
Quæritur cũ Chriſtus homo pro Apoſtolis interpellauerit, nũquid eius interpellatio fuerit ſuperflua.col.2.pag. 826
Quæritur cũ Apoſtoli dicant Chriſtum omnia ſcire & ſcientis proprium eſt non interrogare : ſed interrogari,cur addunt. [Et non eſt opus:vt quis te interroget.] col.2.pag. 827
Quæritur cùm Chriſtus ſit patris ſapientia:quæ nunquã marceſcit: ſed clara eſt, cur petit à patre clarificari dicens [pater venit hora clarifica filium tuum,&c.] col.1.pag. 828
Quæritur cùm Deus pater (teſte Dauid in Pſalmis) notus fuerit hominibus ante Chriſti aduentum,quid eſt hoc,quod dicit. [Manifeſtaui nomen tuum,&c.] col.2.pag. 829
Quæritur quomodo tolli de mundo poſſint qui de mundo nõ ſunt, colum.1.pagin. 830
Quæritur vtrùm Chriſtus orauerit pro his:qui non per verbũ Apoſtolorũ:ſed per ipſum immediatè cõuerſi ſunt ſicut Paulus & latro in cruce:cũ ipſe hîc dicat ſe oranté pro his qui crediturí ſunt per verbum Apoſtolorum.col.1.pag. 832
Quæritur vtrùm Chriſtus orauerit pro nobis:qui non per Apoſtolos in Deum credimus.col.2.pag. 832
Quæritur cũ in patria vnũ fuerimus:vbi tẽpus credendi nõ eſt : cur dominus ſubdit [vt mundus credat,&c.] col.2.pag. 832
Quæritur cũ Chriſtus oret.vt hi qui credunt ſint vnũ:cur ſubdit [vt mundus credat,&c.] & hoc poſt vnitatem.col.2.pag. 832
Quæritur cũ per gratiam nõ ſolũ filius:ſed & pater ſit in credẽtibus in eum:cur dicit [ego in eis] ſine patre.col.1.pag. 833
Quæritur cùm Chriſtus nondum eſſet in cœlo:cur dixit [vbi ego ſum] & non dixit vbi ego ero.col 2.pag. 733
Quæritur cùm Chriſtus ſit vbique,an ſancti ſint etiam vbique.col.2. pagina 833
Quæritur cũ Iudas diu ante exiſſet à cœna:vt proditionem compleret.quomodò ſciuit Iudas ꝙ Chriſtus illa hora egrederetur illuc. col.1.pag. 835
Quæritur cũ dominus diſcipulis mandaſſe t.Mat.10.ꝙ nec duas tunicas haberent,quomodò hîc dicitur:ꝙ Petrus habebat gladium, col.1.pag. 836
Quæritur cùm dominus eis dixiſſet ꝙ non reſiſterent malo.Mat.5. quid eſt quòd Petrus ſeruum principis percuſſit.col.1.pag. 836
Quæritur cùm ſuprà.16.dominus diſcipulis non palam ſed in prouerbijs locutus fuerit,quomodò hîc dicit. [Ego palam locutus ſum mundo.] col.2.pag. 837
Quęritur cùm dominus Mat.5.præcipiat diſcipulis,ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam præbe ei alteram, &c.Cur hîc hoc nõ fecit:ſed ſeipſum excuſauit.col.1.pag. 838
Quæritur an id quod dicit Ioannes de negatione Petri non contradicat ei quod dicit Mat.col.1.pag. 838
Quæritur an iſtud quod dicũt alij tres Euangeliſtæ,ſcilicet quòd ſummo mane Ieſus adductus eſt ad Pylatũ contradicat ei qđ dicit à Ioan.ſ.ꝙ adductus eſt ad caypham ſummo mane.col.2.pag.838
Quæritur an id quod dicũt alij Euãgeliſtæ.ſ.ꝙ Chriſtus captus fuit in ſero cœnæ:& tunc erat Paſcha,& de mane in craſtino fuit ductus ad prætorium:contradicat ei quod dicit hîc Euang.Ioan.ſ. ꝙ Iudæi nõ introierunt prætorium vt manducarent Pacha,cùm eſſet in craſtino Paſchæ.col.2.pag. 838
Quæritur an id quod dicũt alij Euangeliſtę.ſ.ꝙ Iudæi imponebant Chriſto multa crimina cõtradicat ei quod dicit hîc Ioan.ſ.ꝙ nullum imponebant.col.1.pag. 839
Quæritur an Iudæis licebat aliquem interficere.col.1.pag. 839
Quæritur cùm omnes ſint ex Deo & ex veritate:an omnes audiant vocem eius.col.2.pag. 840
Quæritur an mandato præſidis Chriſtus fuerit coronatus & flagellatus.col.1.pag. 841
Quæritur qua hora fuerit crucifixus Ieſus:cùm aliter & aliter dicãt Euangeliſtæ.col.1.pag. 843
Quæritur an Chriſtus baiulauerit ſibi crucem.col.2.pag. 843
Quæritur quare Pilatus tantùm ſcripſerit Rex iudæorum cùm fuerit etiam gentium.col.1.pag. 844
Quæritur an ſuper omnia veſtimenta ſua miſerint ſortem.colum.2. pagina 844
Quæritur an mulieres ſtarent iuxta crucem vel longè.colum.1. pagina 845
Quæritur quæ Maria vel cleophæ vel Iacobi fuerit iuxta crucem. col.1.pag. 845
Quæritur an ſi quis velit eſſe Chriſti diſcipulus debeat odire patrẽ & matrem.col.1.pag. 845
Quæritur quomodò obtulerũt ſpongiã ori eũ in altũ eſſet.c.2.p.845
Quæritur cùm Matt.27.dicat,quòd ligauerunt corpus Ieſu linthæis an ſit verum quod Ioannes dicit,quòd ligauerunt illud ſindone. col.2.pag. 846
Quæritur cùm Mar.dicat, quòd Maria Magdalenæ & Iacobi & Salomæ venerunt ad monumentum.Quid eſt hoc quod Mar.vltimo connumeratur etiam alia Maria.col.1.pag. 847
Quæritur:cùm Mar.vltimo dicatur,Valde mane orto iam ſole,quid eſt hoc quod hîc Euangel.dicit. [Cũ adhuc tenebræ eſſent,&c.] col.1.pag. 847
Quæritur.Cur Euang.ſic omnia diligenter enarret.col.1.pag. 848
Quæritur an Chriſtus diſcipulis paſsionem & reſurrectionem ſuam prædixerit.col.1.pag. 848
Quæritur cũ in Mat.& Marc.dicatur,quòdMaria & aliæ mulieres viderunt vnum Angelum, & exiſtentem in latere monumenti, an verum ſit, quod hîc Euangeliſta narrat, quòd viderunt duos Angelos & intus.col.2.pag. 848
Quæritur. Nunquid ſit ad conſolationem amantis habere aliquid, quod ſit amici.col.1.pag. 849
Quæritur à Chriſo.Cur Maria quæ loquebatur cũ Angelis,quos ſaltem viros probos & venerandos putabat,nõ expectauit eorum reſponſum,ſed retrorſum conuerſa eſt.col.2.pag. 849
Quæritur,Cur Maria Ieſum cũ idẽ eſſet nõ agnoſcebat.co.2.p.849
Quæritur.Cur Maria dixerit hortulano. [Si tu ſuſtuliſti,&c.] cùm ipſe de nouo aduenìſſet,nec ab ipſa quæſiſſet,quem quęreret.col. 2.pag. 849
Quæritur. Nunquid Maria non reſpiciebat Chriſtum qui eam vocauerat.col. 2.pag. 849
Quæritur. Cùm ſolus Deus peccata remittat,quid eſt, quod dicitur [quorum remiſeritis peccata,&c.] col.2.pag. 851
Quæritur cùm in corpore glorificato nullus poſsit eſſe defectus. Cicatrices autem ſint defectus quidam,an in corpore Chriſti fuerunt cicatrices.col.2.pag. 852
Quæritur vtrùm in corporibus martyrum remaneant veſtigia vulnerum.col.1.pag. 853
Quæritur cùm incorruptibile ſecũdum Greg.ſit,quod palpari non poſsit, quomodò Dominus corpus ſuum palpandum diſcipulis tribuit.col.1.pag. 853
Quæritur fides cum ſit ſperãdarum rerũ,&c.teſte Apoſtolo.Heb.2. quomodò hic Chriſtus dixit. [Quia vidiſti me Thoma credidiſti,&c.] col.1.pag. 853
Quæritur cùm Tho.dixerit,niſi videro & tetigero,&c.cur Dominus non dixit [quia vidiſti & tetigiſti,&c.] col.1.pag. 853
Quæritur cùm hic Ioan.dicatur. Beati oculi qui viderunt quæ vos videtis,&c.an magis beati ſint qui viderunt,quàm qui non viderunt.col.1.pag. 853
Quæritur cùm Euangeliſta ſupra concluſionem fecerit.d. Hæc autem ſcripta ſunt,&c.quare hic addit hanc narrationem de apparitione ad mare Tyberiadis.col.2.pag. 853
Quæritur cùm Luc.9.dicatur. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum,&c. quomodò Petrus redijt ad piſcationem & non reſpexit retrò.col.1.pag. 854
Quæritur cùm ante paſsionem non in littore ſed in naui ſteterit. quare poſt paſsionem in littore ſterit.col.1.pag. 854
Quæritur nunquid Chriſtus poſt paſsionem cum diſcipulis comederit.col.1.pag. 856
Quæritur nunquid fuerit vera comeſtio ſi comedit.col.1.pag. 856
Quæritur cũ iura determinent,ꝙ ſufficit eligere bonum in præſatum,an ſimpliciter meliorẽ ſemp neceſſe ſit eligere.col.2.pa.856
Quæritur cùm alij & præcipuè Iacobus, qui primus occiſus fuit paſsi fuerint propter Chriſtum, cur tantum Petro dixit Ieſus [ſequere me,&c.] col.1.pag. 857
Quæritur cur Iacobo poſt Chriſtum in Hieruſalem poſt Dominũ aſcenſionem conceſſum fuerit primatum.col.1.pag. 858
Quæritur cùm Petrus plus Chriſtum dilexerit,quàm Ioã. an magis debuerit à Chriſto diligi,quàm Ioannes.col.1.pag. 858

Finis Indicis.

INCIPIVNT PRAECLARISSIMA OPVSCVLA DIVI THOMAE AQVINATIS SACRI ORDINIS PRAEDICATORVM IN QVIBVS OMNIS PHILOSOPHIAE ET DIVINARVM SCRIPTVRARVM THEOREMATA EST COMPLEXVS.

Incipit primum opus contra errores Græcorum : Ad Vrbanum Pontificem Maximum.

LIBELLVM ab excellentia veſtra mihi exhibitũ (ſanctiſsime pater Vrbane Papa) diligenter perlegi:in quo inueni quamplurima ad noſtræ fidei aſſertionem vtilia & expreſſa.Conſideraui autem quòd eius fructus poſſet apud plurimos impediri propter quædam in auctoritatibus ſanctorum patrum contenta,quę dubia eſſe videntur: & vnde poſſent materiam miniſtrare errorum &contentionis dare occaſionem & calumnię.Et ideò vt remota omni ambiguitate ex authoritatibus in prædicto libello contentis, veræ fidei fructus puriſsimus capiatur:propoſui primò ea quæ dubia eſſe videntur, in auctoritatibus prædictis exponere : & poſtmodũ oſtendere,quomodò ex eis veritas catholicæ fidei & doceatur & defendatur. Quòd autem aliqua in dictis Græcorũ antiquorum ſanctorum inueniantur,quæ modernis dubia eſſe videntur,ex duobus æſtimo prouenire. Primò quidem quia errores circa fidem exorti,occaſionẽ dederũt ſanctis eccleſię doctoribus,vt ea quæ ſunt fidei maiori circunſpectione traderẽt ad eliminandos errores exortos:ſicut patet ꝙ ſancti doctores qui fuerunt ante errorem Arrij,non ita expreſsè locuti ſunt de vnitate diuinæ eſſentiæ, ſicut doctores ſequẽtes.Et ſimile de alijs cõtingit erroribus. Quod non ſolùm in diuerſis doctoribus : ſed in vno ægregio doctorum Auguſtinus expreſsè apparet.Nam in ſuis libris, quos poſt exortã Pelagianorum hæreſim ædidit, cautiùs locutus eſt de poteſtate liberi arbitrij,quàm in libris quos ædidit ante prædictæ hæreſis ortum.In quibus libertatem arbitrij contra Manicheos defendens, aliqua protulit quæ in ſui defenſionem erroris aſſumpſerunt Pelagiani,diuinæ gratiæ aduerſantes.Et ideò,nõ eſt mirum ſi moderni fidei doctores poſt varios errores exortos,cautiùs & quaſi climatiùs loquuntur circa doctrinam fidei ;ad omnem hæreſim euitandam. Vnde ſi aliqua in dictis antiquorum doctorum inueniuntur quæ cum tanta cautela nõ dicantur quanta à modernis ſeruatur,nõ ſunt contemnenda aut abijcienda:ſed nec etiam ea extendere oporter, ſed exponere reuerenter. Secundò, quia multa quæ benè ſonant in lingua Græca,in Latina fortaſsis benè nõ ſonant, propter quod eandem fidei veritatem alijs verbis Latini cõfitentur & Græci. Dicitur enim apud Græcos rectè & catholicè, quòd pater & filius & ſpirituſſanctus,ſunt tres hypoſtaſes: apud Latinos autem non rectè ſonat,ſi quis dicat,quòd ſunt tres ſubſtãtiæ:licèt hypoſtaſis ſit idem apud Græcos quod ſubſtantia apud Latinos ſecundum proprietatem vocabuli.Nam apud Latinos, ſubſtantia vſitatiùs pro eſſentia accipi ſolet,quam tam nos quàm Græci, vnam in diuinis confitemur.Propter quod ſicut Græci dicunt tres hypoſtaſes,nos dicimus tres perſonas:.vt etiã Auguſtinus docet in 7. de Trinitate. Nec eſt dubium quin etiam ſimile ſit in alijs multis.Vnde ad officium boni tranſlatoris pertinet vt ea quæ ſunt catholicæ fidei,tranſferens ſeruet ſententiam:mutet autem modum loquendi ſecũdum proprietatem linguæ in quam tranſfert. Apparet enim quòd ſi ea quæ in latino literaliter dicuntur,vulgariter exponantur, indecens erit expoſitio,ſi ſemper verbũ ex verbo ſumatur.Multò igitur magis quãdo ea quæ in vna lingua dicũtur,tranſferuntur in aliam: ita ꝙ verbum ſumatur ex verbo, nõ eſt mirũ ſi aliqua dubietas relinquatur.

Quomodò intelligitur hoc quod dicitur, quòd filium habet eſſe à patre ſicut cauſatum à cauſa.

CAP. I.

PROTEST autem apud aliquos eſſe dubium, quòd in pleriſque locis harũ auctoritatum dicitur patrem eſſe cauſam filij & patrem vel filium eſſe cauſam ſpirituſſancti.Et hoc quidem habetur primò in verbis Athanaſij: quę in Nicena ſynodo dixiſſe refertur, vbi dicit. Quicquid habet filius, à patre habet ſicut verbum à corde,ſplendor à ſole:& fluuius à fonte : & à cauſa omne cauſatum. Qui autem iniuriatur,vel negat cauſatum,equidem & cauſam eius negat.Dicat cauſatus genitus filius. Qui me ſpernit,ſpernit eũ qui me miſit.Et alibi.Non eſt impriciatus ſpiritus.hoc eſt ſine principio & cauſa:ſed potiùs ipſum demõſtrat Deum verum:principium tamen non ex tempore,ſed ex cauſa vera originis. Item Baſilius Epiſcopus.Spirituſſanctus ab ipſo Deo miſſus,cauſam habet ipſemet.Et iterum Theodoricus ſuper epiſtolam ad Hebr.Cauſa filij pater eſt.Apud Latinos autem,non eſt conſuetum ꝙ pater dicatur cauſa filij vel ſpirituſſancti:ſed ſolùm principiũ vel auctor. Et hoc propter tria. Primò quidem quia pater non poſſet intelligi cauſa filij per modum cauſæ formalis,vel materialis,vel finalis:ſed ſolùm per modum cauſæ originantis quæ eſt cauſa efficiens.Hanc autem ſemper inuenimus ſecundum eſſentiam eſſe diuerſam ab eo cuius eſt cauſa.Et ideò,ne filius intelligeretur eſſe alterius eſſentiæ à patre,non cõſueuimus dicere patrem eſſe cauſam filij: ſed magis vtimur illis nominibus,quæ ſignificant originem cum quadam conſubſtantialitate:ſicut fons:caput:& alia huiuſmodi. Secundò,quia cauſa apud nos correſpondet effectui. Vnde, patrem non dicimus eſſe cauſam,ne aliquis intelligat filium eſſe factum. Nam & apud philoſophos,prima cauſa Deus nominatur.omne autem cauſatum ſub vniuerſitate creaturarum comprehenditur apud eos. Et ideò ſi filius cauſam dicatur habere, poſſet intelligi quòd ſub vniuerſitate cauſatorum vel creaturarum comprehenderetur. Tertiò,quia de diuinis non de facili debet homo aliter loqui, quàm ſacra ſcriptura loquatur. Scriptura autem ſacra,patrem nominat principium ſicut patet Ioan.1.In principio erat verbum.Nunquam autem dicit patrem eſſe cauſam vel filium cauſatum. Vnde cum cauſa plus dicat quàm principium,non præſumimus patrem dicere cauſam,nec filium cauſatum. Nihil autem ad originem pertinens à Deo prędicitur in diuinis:ſicut hoc nõmen principium. Quia enim ea quæ ſunt in Deo, incomprehenſibilia ſunt &, diffinitri à nobis non poſſunt, conuenientiùs vtimur in Deo nominibus communibus quàm proprijs,propter quod maximè proprium nomen eius dici-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur esse qui est,quod est cõmunissimum vt patet Exod.3.Sicut enim causa est cõmunius,quàm elementum:ita & principium,quàm causa.Dicitur enim punctum,principium lineæ,sed non causa. Et ideò conuenientissime nomine principij vtimur in diuinis. Nec tamen intelligendum est, ꝙ sancti prædicti qui nomine causæ & causati, vtuntur in diuinis personis, intendant diuersitatē naturæ inducere, aut filium esse creaturā. Sed per hoc volunt ostēdere solā originem personarū,sicut nos nomine principij. Vnde dicit Greg.Nicenus. Causam autem causatúmq; dicentes,non naturam per hęc nomina significamus. Neq; enim hæc nomina loco essentiæ vel naturæ ratione damus,sed qualiter se habent, differentiam demõstramus: vt s.filium non ingenitum esse:neq; patrē per generationem aliquam demonstramus ab aliquo. Item Basilius dicit spiritumsanctum dico ingenitum,non habere patrē,nec creaturā:quia non est creatus:sed causam habet Deum,cuius verè est spiritus à quo & procedit.

Quomodo intelligatur cùm dicitur, quòd filius sit secũdus à patre & spiritussanctus sit tertius.

CAP. II.

ITem inuenitur in authoritatibus prædictorum doctorum, ꝙ filius sit secundus à patre & spiritussanctus sit tertius ab eodem. Dicit enim Athanasius in sermone ad Serapionem, spiritussanctus tertius est à patre:à filio tamen est secundus. Et Basilius dicit. Dignitate quidem & ordine secundus est à filio spiritus. Hoc autem alicui potest videri falsum. In diuinis enim personis non est nisi ordo.secundum quem vt Aug. dicit non est alter prior altero : sed est alter ex altero.Nullus enim modus prioritatis est secundum quem pater prior filio dici possit.Neq; enim prior est pater tempore,cùm filius sit æternus:neq; prior natura,cũ patris & filij sit vna natura:neq; dignitate,cùm pater & filius sint æquales:neq; etiam intellectu, cùm non distinguantur nisi relationibus. Relatiua autem sunt simul secundum intellectum cum vnũ sit de intellectu alterius. Et ita patet, quod propriè loquēdo,filius nõ possit dici esse secũdus à patre,nec spiritussanctus tertius ab eodem. Dicunt ergo doctores prædicti,filium esse secũdum,& spiritum sanctum esse tertium secũdum ordinem in numerando:quod patet ex ipso Basilio qui dicit. Recepimus spiritumsanctum à patre & filio, tertium cõnumeratum & coglorificatum spiritum filij Dei,quia tradēs ordiné salutiferi baptismatis, dixit. Esītes baptizate oēs in nomine patris & filij & spiritus sancti. Et Epiphanius dicit.Spiritus Dei ex patre & filio tertius est appellatione.In nomine patris & filij & spiritussancti. Quod autē dicit Basilius, quòd spiritus est secundus à filio dignitate, videtur maiorem habere calumniam : quia videtur in dignitate trinitatis constituere gradum: cum sit par dignitas & eadem trium personarum. Potest autem hoc exponi , non de dignitate naturali, sed de personali: sicut & secũdum nos dicitur, quòd persona est hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinente. Secundum quem modum dicit Hillarius,quòd pater est maior filio,propter authoritatem originis.Filius tamen non est minor patre,propter substantiæ vnitatem.

Quomodò intelligitur hoc,quod dicitur,quòd spiritussanctus sit tertium lumen.

CAP. III.

ADhuc autem videtur esse magis calumniosum , quod ex verbis sancti Epiphanij Cypriensis Episcopi inducitur dicentis, spiritussanctus spiritus est veritatis, lumen tertium à patre & filio. Vbi enim est vnitas,nõ est ordo primi & tertij.Pater autē & filius & spiritussanctus sunt vnũ lumen sicut & vnus Deus. Sicut ergo non potest catholicè dici , ꝙ spiritussanctus sit tertius Deꝰ à patre & filio, ita nõ potest dici,ꝙ sit tertium lumen.Dicitur autē,ꝙ est tertia persona,propter personarũ pluralitatē. Ex hoc ergo,ꝙ dicit lumen tertium,sequitur,ꝙ sunt tria lumina,quod ipse postmodũ expressè subiungit dicens.Alia vero oīa,positione,vel cõpositione,siue appellatione lumina dicūtur:nõ tamē istis tribus luminibus similia. Potest autem dici,ꝙ lumen originē quandā importat. Nā lumē est,quod ex aliqua luce diffunditur: & etiā ex se aliud lumen diffundere pōt. Et secundũ hoc nomen luminis ad personales ꝓprietates trahi pōt ratione proprietatis diffusiuę: licet secũdum ipsam naturā lucis ad essentiā pertineat.Et hoc attēdens dictus pater,tertiũ lumen & tria lumina dixit in diuinis:licet hoc nullo modo sit ad consequentiam trahendum,sed simpliciter cõfitendum:quòd pater & filius & spiritussanctus sunt vnum lumen.

Quomodò intelligitur, quòd essentia sit genita in filio, & spirata in spiritusancto.

CAP. IIII.

INuenitur autē in dictis prædictorū patrum,ꝙ essentia sit genita in filio & spirata in spiritusancto. Dicit enim Athanasiꝰ in tertio sermone gestorum Nicenę synodi,ex persona filij loquēs.Tuũ spiritum cũ diuina essentia à te genita,ipsis hominibus compēso.Et parum post. Ex tua essentia quam in me genuisti spiritũ sanctum dotcis.Et idē in epistola ad Serapionem. Essentiam suā in se ipse genitor retinēs,totam in filio suo inerrabiliter genuit. Et iterum.Sicut pater habet vitam in seipso,idest naturā viuam spirantem, sic dedit & filio vitam habere in semetipso,hoc,est,eandē naturam genuit in filio spirantem spiritum viuum. Et infrà dicit patris & filij vnam esse deitatem naturaliter spirantē vnum spiritumsanctum. Ex quibus verbis habetur, ꝙ natura diuina in filio sit genita,& in patre & filio sit spirans.Itē Cirillus in libro Thesaurorum cõtra hæreticos. Virtus increata & genita in filio, filij est per omnē modum naturæ paternæ.Et iterum.Pater filio dedit vitā,idest vitam suā naturalem genuit in filio.Item Basilius.Ipse filius quē dat nobis pater,est Deus de Deo:essentialiter genitus: habens in se totā essentiā patris genitam.Item Athanasius dicit in epistola ad Serapionē,essentiā diuinā in spiritusancto esse spiratam: dicens, ꝙ spiritus sanctus est vera & naturalis imago filij per essentiam omnimodē ab eodē in se spiratā. Hic autem modus loquendi calūniosus est : & in sacro Lateranensi concilio reprobatum est dogma Ioachim, qui hunc modũ loquēdi contra magistrum Petrum Lōbardum defendere pręsumpsit.Ostēdit enim prædictus magister Petrus in quinta distinctione primi libri sententiarum quas edidit,ꝙ communis essentia non generat,nec gignitur,nec procedit. Et hoc ideò, quia in diuinis inuenitur aliquid cõmune indistinctum : & aliquid quod distinguitur & non est cõmune.Illud ergo,quod est distinctionis ratio in diuinis,nõ potest attribui ei,quod est comune & indistinctum:sed sōlū ei,quod distinguitur. Nulla autē alia distinctionis ratio in diuinis inuenitur,nisi ex eo,quòd vnus generat:& alius nascitur:& alius procedit. Non ergo hoc ipsum,quod est generare, vel nasci, vel procedere potest essentiæ diuinæ attribui,quę est communis & omnino indistincta in tribus personis. Id autē,quod est distinctum in diuinis est persona, vel hypostasis,vel suppositum diuinæ naturæ,id est, quod est habēs diuinam naturam. Et ideò illa quæ significāt vel supponere possunt personā, recipiunt congruentem prædicationem generationis aut processionis:licet hæc nomina pater:filius,& spiritussanctus, significant personas determinatas, & hoc nomē ꝑsona vel hypostasis in cõmuni. Vnde cõuenienter dicitur,ꝙ pater generat filium: & quòd filius nascitur à patre:& ꝙ spiritus sanctus procedit à patre & filio, & similiter,quòd persona generat vel spiret personam. aut generetur aut spiretur à persona.Hoc autem nomen Deus, quia significat essentiam communem per modum concreti,significat enim habentem Deitatē:potest supponere ex modo suæ significationis pro persona.Et ideò etiam huiusmodi loquutiones conuenienter cõcedūtur.Deus generat Deum,Deus nascitur,vel procedit à Deo: hoc autem nomen,essentia & diuinitas & quæcunque in abstracto significantur,non habent ex modo suæ significationis, neq; quod significent,neq; quod supponāt pro persona. Et ideò non propriè ea quæ sunt propria personarū de huiusmodi nominibus prædicātur: vt dicatur essentia generās vel genita:licet quædā horū nominum propinquiora sint personis, inquantū significāt principia actuum qui sunt propriè personarū:sicut lumen,sapiētia,bonitas & huiusmodi. Vnde & quę sunt propria personarū,de talibus minus incōueniēter prædicātur:vt cũ dicitur,filius lumen de lumine,sapiētia de sapientia,sed essentia de essentia,magis incōuenienter dicitur. Sed quia licet modus significā di diuersus sit,cũ dicitur Deus & deitas, tamen res est eadē penitus,ideò propter rei idētitatē, sic vnũ de altero prædicatur, vt cũ dicitur Deus est deitas vel persona diuina , siue pater est diuina essentia,ita & à sanctis interdũ vnum pro alio ponitur:vt sic dicatur,ꝙ essentia diuina generat:quia pater,qui est essentia diuina,generat,& essentia est de essentia:quia filius ꝙ est essentia, est de patre,qui est eadē essentia diuina. Et sic exponit Cirillus in lib.Thesaurorū dicēs.Pater de se vita viuēte & essentia veraciter existēte, tā quā à vera radice generādo filiū,dat ei naturaliter suā naturalem vitam & essentiam.Et sic etiam cùm dicitur,quòd pater genuit naturam suam in filio , exponendum est, quòd per generationem suam naturam filio dedit,sicut ex præmissis verbis Cirilli habetur.

Quomodò intelligitur,quod Iesus dicitur filius paternæ essentiæ.

CAP. V.

EX hoc etiā patet,qualiter exponendum sit,quod idem Ciril. in eodem libro dicere videtur.Quomodò ergo Iesus filius paternę essentiæ erit creatura?Nō enim dicitur filius essentię paternæ,quasi à paterna essentia genitus,sed quasi paternam essentiam per generationem accipiens. Et per hunc modum exponenda sunt omnia, quæ similiter dici inueniuntur.Sicut quod dicitur filius vel spiritus essentialiter procedere : inquantùm procedendo,essentiam à patre accipiunt.

Quomodò intelligitur, quod quæ sunt propria naturaliter patris, sunt propria filij.

CAP. VI.

POtest esse dubium,quòd Ciril.in eodem libro Thesaurorum dicit. Omnia quæ patris sunt propria naturaliter, sunt propria & filij.Aut enim hoc intelligitur de essentialibus attributis : & sic neq; patri neq; filio sunt propria,sed vtriq; cõmunia: aut de personalibus:& sic quæ sunt propria patris,nõ sunt propria filij.sicut innascibilitas & paternitas, nullo modo sunt filij , sed sōlū patris.Patet autē ex præmissis ab eo,ꝙ loquitur de essentialibus attributis. Præmittit enim ꝙ quæcúnq; naturaliter dicūtur inesse patri, omnia illa insunt filio:sicut vita:veritas lux:& huiusmodi.Hæc autē dicuntur esse propria patri,nō respectu ad filiū : neq; filio in respectu ad patrem : sed vtriq; in respectu ad creaturā:cui in cōparatione ad Deum,nō propriè prædicta cōueniunt.Vel propriū,non quod conuenit vni soli:sed quod propriè & verè alicui cōuenit secundum se.

Quomodò intelligitur, quòd pater neque filio neque spiritu sancto indiget ad sui perfectionem.

CAP. VII.

ITem potest esse dubium , ꝙ Athanasius dicit in epistola ad Serapionem,ꝙ pater per se & in se sine alicuius indigentia plenus & perfectus existens Deus,ad sui perfectionem neq; filio, neq; spiritu sancto indiget.Quod enim pater nō sit indigēs,dubium nō est. Sic enim neq; filius neq; spiritussanctus indigens est. Illud enim propriè est indigens,cui in se considerato aliquid deest ad suam perfectionē:quod nō potest dici,neq; de patre,neq; de filio,neq; de spiritusancto. Sed tamen pater,ꝙ nō posset esse Deus perfectus, nisi filium haberet:quia nec pater sine filio esset:nec esset Deus perfectus nisi haberet verbū:& nisi haberet spiramen vitæ:sicut idē Athanasius dicit in tertio sermone Gestorū Niceni cōcilij , sic inquiens de Arrianis , qui negabant filiū & spiritūsanctū esse consubstantiales patri.Dicunt sterilē esse & infructuosam naturā paternā:quę omnibus rebus insitā &propagatiuā similiū dedit naturā.Et mutū faciūt patrē & sine verbo qui omnibꝰ rationalibus facultatē dedit loquendi.Mortuum etiā ipsum patrē dicunt & experté viuētis naturę inquantū.s.negant spiritū sanctū coēssentialē patri.In quo apparet,ꝙ nō esset pater Deus perfectus , nisi filiū & spiritumsanctū haberet. Idem etiā Athanas.dicit in epistola ad Serapionē,ꝙ pater non potuit creare creaturā nisi per verbū:& deficandis creaturis se nō potest cōmunicare nisi per idē verbū.Et similiter nec filius nisi in spiritusancto. Cōmune ergo est patri & filio & spiritusancto, ꝙ nullus eorū sit indigens.Item cōmune est cuilibet eorū, ꝙ nullus sine alijs duobus potest esse Deus perfectus. Sed hac ratione propriè de patre dicit Athanasius, ꝙ ad sui perfectionē, filio & spiritusancto nō indiget:quia ipse suam perfectionē non habet ab alio.Filius autem & spiritus sanctus suā perfectionē habent à patre. Vnde idem Athanas.dicit in epistola ad Serapionē.Non ratione filij, nec ratione spiritussancti pater existit plenus beatus Deus. Neq; enim à supra se habet,à quo sit:neq; ab infra se habet à quo habeat,id est, ꝙ sit à filio vel à spiritusancto.

Quomodò intelligitur quòd spiritussanctus dicitur ingenitus.

CAP. VIII.

ITem videtur esse dubiū, ꝙ Gregorius Nazianzenus in sermone Epiphanij dicit,ꝙ spiritussanctus secundū quod est in Deo,procedit vt sit ingenitus ,& nō filius medius ingeniti genitiq;.Nō enim videtur ꝙ spiritussanctus ingenitus dici possit. Hillarius enim dicit in libro de Synodis,ꝙ si quis duos ingenitos dicit, duos deos facit.Itē Athanas.dicit in epistola ad Serapionē, ꝙ non est ingenitus spiritus sanctus:quia imprincipatū esse & ingenitū , soli Deo patri catholica ecclesia cōgregata apud Niceā rectè & fideliter attribuit: & de solo patre hoc esse credendū & prędicandum,toti mundo sub anathemate mādauit.Sed dicendum, ꝙ ingenitus dupliciter accipi potest.Vno modo,pro eo ꝙ caret principio:& sic soli patri conuenit:vt ex dictis Athanasij patet.Alio modo , pro eo quòd nō est genitū,licèt sit principiū habens:& sic nō solùm Grego.Nazianze. in verbis præmissis,sed etiā Hieronimus in regulis diffinitionum contra hæreticos spiritumsanctum dicit esse ingenitum.

Quomodò intelligitur , quòd spiritussanctus dicitur medius patris & filij.

CAP. IX.

ITem in præmissis verbis Gregorij Nazianzeni,dubiū est ꝙ dicit spiritumsanctū esse medium ingeniti genitiq;.i.patris & filij: cũ magis dicatur esse tertius vel tertia in trinitate persona,vt suprà habitū est. Sed dicēdum , ꝙ nō dicitur esse medius secũdum ordinem enumerationis qui respondet ordini originis. Sic enim filius medius est inter patrem & spiritumsanctū.Sed dicitur medius , quasi communis nexus amborum.Est enim cōmunis amor patris & filij. Et similiter exponendū est,quod Epiphanius dicit in libro de Trinitate. quòd spiritussanctus est in medio patris & filij.

Quomodo intelligitur hoc quod dicitur, quòd spiritussanctus sit imago filij.

CAP. X.

ITtem in pluribus locis harum auctoritatū, dicitur ꝙ spiritussanctus sit imago filij,sicut Athanasius dicit in sermone tertio Nicęni concilij.Spiritus sanctus vna deifica & viuifica dicitur, & est veritas imago filij,ipsum per omnia in se essentialiter tenens, naturaliter repræsentans,quemadmodū & filius est imago patris.Et in epistola ad Serapionē.Spiritus sanctus ipsum filiū in se continet naturaliter,tanquā eius vera &naturalis imago. Itē Basilius.Spiritussanctus dicitur digitus:spiramen:vnctio: sufflatio: sensus Christi: processio:productio:missio: emanatio:effusio:vaporatio:splendor:imago:character:Deus verus.Et iterū.Spiritussanctus à patre & filio vir tus vera,& naturalis imago patris & filij existit:ipse vtrúque nobis naturaliter repræsentans. Apud'Latinos autē non consueuit dici, ꝙ spiritus sanctus sit imago patris vel filij. Dicit enim Augusti. in sexto de Trinitate,ꝙ per verbū solus filius accipitur,& ꝙ sit verbū dicitur quomodò imago:& quòd solùs filius est imago patris quēadmodùm & filius.Ricardus etiā de sancto Victore,in suo libro de Trinitate.assignat rationē,'quare spiritussanctꝰ nō possit dici imago,sicut filius: quia spiritussanct. licèt patri sit similis in natura sicut & filius,nō tamen cōuenit cũ eo in aliqua proprietate relatiua: sicut conuenit filius cum patre in spiratione actiua spiritussancti. Quidam autē huius rationē assignant,ꝙ propter hoc spiritus sanctus nō potest dici imago:quia esset imago duorū.s.patris & filij:cũ sit à duobus.Nō potest autē esse duorum vna imago.In auctoritate autē sacræ scripturæ,quā pretergredi nō licēt de diuinis loquentes: expressè habetur ꝙ filius sit imago patris. Dicitur enim Collosensium 1.Transtulit nos in regnū filij dilectiōis suæ. in quo habemus redemptionē peccatorū,qui est imago Dei inuisibilis.Et Hebreorū 1.dicitur de filio. Cũ sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius. Sed sciendum ꝙ à sanctis Græcis duæ authoritates sacræ scripturæ inducūtur.in quibus videtur dici ꝙ spiritus sanctus sit imago filij. Dicitur,enim Romanor.8.Quos præsciuit,& prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui : imago autē filij nihil aliud videtur esse quā spiritussanctus.Itē 1.ad Corin.15.dicitur.Sicut portauimus imaginē terreni,portemus & imaginē cœlestis.i.Christi, per quā imaginē intelligunt spiritumsanctū : licèt in his auctoritatibus nō expressè spiritussanctus imago dicatur.Potest enim intelligi,ꝙ homines cōformentur imagini filij , vel ꝙ portent imaginē Christi.inquantū ipsi homines sancti per dona gratiarū vt sint similes Christo perficiuntur secũdum illud Apostol.2.ad Corin.3. Nos autē reuelata facie,gloriā domini speculantes , in eandem imaginē transformamur à claritate in claritatē,tanquā à domini spiritu. Hic enī imaginē non dicit esse spiritū Christi , sed aliquid à spiritu Dei in nobis existens.Sed quia præsumptuosum est tantorū doctorū tam expressis auctoritatibus cõtrà ire,possumus quidē dicere spiritumsanctū esse imaginē patris & filij: ita ꝙ per imaginē nihil aliud intelligatur,quā existens ab alio & eius similitudinē gerens.Si autem per imaginē intelligatur aliquid existens ab altero, ex ipsa suæ originis ratione habēs ꝙ similitudinē gerat eius à quo existit, inquantùm est ab altero.vt filius genitus vel vt verbū conceptū:sic solus filius dicitur imago. De ratione enim filij est, ꝙ similitudinē patris habeat in quacũque natura.Et similiter de ratione verbi est,ꝙ sit similitudo eius quod verbo exprimitur cuiuscúnq; sit verbū:sed non est de ratione spiritus vel amoris , ꝙ sit similitudo eius cuius est in omnibus:sed hoc in spiritu Dei verificatur propter diuinæ essentię vnitatē & simplicitatem,ex qua oportet ꝙ quicquid est in Deo sit Deus.Nec obstat ad rationē imaginis,ꝙ spiritussanctus nō cōuenit cũ patre in aliqua personali proprietate.quia similitudo &æqualitas personarū diuinarū non attēditur secundum proprietates personales,sed secũdum attributa essentialia.Neq; enim inæqualitas & dissimilitudo secũdum personalium proprietatū differentiā in diuinis dici debet:sicut Augusti.dicit in libro cōtra Maximum. Cùm enim dicitur filius à patre genitus,nō ostenditur inæqualitas substantiæ,sed ordo naturæ.Similiter etiā nō obstat.ꝙ spiritussanctus est à duobus.Est enim à duobus,inquantùm sunt vnum: cùm pater & filius sint vnum principium spiritussancti.

Quomodò intelligitur,quod filius sit in patre sicut in sua imagine.

CAP. XI.

ADhuc autem videtur esse magis dubium,quod Athanas.dicit in epistola ad Serapionē.Filius est in suo patre,tanquā in propria sua imagine.Nō enim pater est imago filij:sed magis filius est imago patris. Sed dicendum,quòd imago hic improprie sumitur pro exemplari.Sic enim quandóque abusiuè accipitur.

Quomodò intelligitur,quòd spiritussanctus sit verbum filij.

CAP. XII.

ITem videtur esse falsum , quod Basilius dicit in tertio sermone de spiritusanct. cõtra Eunomiū hæreticū.Sicut inquit filius se habet ad patrē,eodem modo spiritussanctus se habet ad filiū. Et propter hoc dicitur,ꝙ verbū patris est filius:'verbum autē filij spiritus. Portat inquit Apostolus,omnia verba virtutis suæ. Verbū enim vt Augusti.dicit in libro de Trinitate,solus filius est. Vnde & Ioannes nomen verbi pro nomine filij ponit. Nam in principio sui Euan-

Universidad de Deusto Biblioteca

gelij,dicit.In principio erat verbũ. Qui etiã in ſua Canonica dicit. Tres ſunt qui teſtimonium dãt in cœlo,pater verbum & ſpiritusſanctus. Nec refert ſi quis trãſlationem mutet,vt loco verbi eloquium ponat.Nã id quod quis loquitur,verbũ eius eſt. Vnde ſicut ſolus filius in diuinitate eſt verbũ,ita ſolus eſt eloquium.Sed dicendum,ꝙ verbum Dei quadoq; dicitur etiã ſermo diuinitùs inſpiratus & prolatus.Et de hoc verbo, hic Baſilius intelligit, dicens ſpiritũſanctum eſſe verbum vel eloquium filij effectiuè,inquãtùm ſancti ab eo inſpirati de filio ſunt locuti, ſecundũ ꝙ dicitur Ioã.16. de ſpiritusſancto. Quæcunq; audiet loquetur.Et quod hic ſit intellectus Baſilij,patet ex eo,quod ſubdit.Ex quo eloquium filij per Apoſtolũ gladium ſpiritus dicit ſumite,quod eſt verbum Dei.Ipſum enim verbum fidei à ſanctis prolatum,gladius ſpiritus manifeſtè dicitur.

Quomodo intelligitur, quod dicitur,quòd nomine Chriſti intelligitur ſpiritusſanctus.

CAP. XIII.

ITem dubium eſſe videtur, ꝙ Ciril.in libr. Theſaurorum videtur dicere, quòd aliquando noĩe Chriſti ſpiritusſanctus intelligatur, ſic inquiens. Apoſtolus appellatione Chriſti ſpiritũſanctum Chriſtum vocauit.Ait enim ſi in vobis Chriſtus eſt,corpus quidem mortuum eſt,&c.Et poſt pauca.Spiritusſanctus in noĩe Chriſti operando,& eundẽ Chriſtum in ſe repræſentando nomen Chriſti accipere & Chriſtus ab Apoſtolo operari dicitur.Hoc autẽ videtur eſſe cõtra perſonarũ diſtinctionẽ,vt nomen vnius perſonę,alteri attribuatur. Sicut enim pater nunquã eſt filius,nec ecõuerſò,ita filius nunquàm eſt ſpiritusſanctus,nec ecõuerſò.Nõ põt ergo nomen Chriſti de ſpiritusſancto prædicari.Neq; igitur pro ſpiritusſancto poni.Sed dicẽdum,ꝙ dictus pater appellatione Chriſti,dicit ſpiritũ Chriſtum vocari,vel nomẽ Chriſti accipere,& Chriſtus appellari nõ quaſi Chriſtus de ſpiritusſancto prædicetur vel ecõuerſò,hoc enim eſſet Sabellianę impietatis,ſed intelligitur in noĩe Chriſti, ſpiritusſanctus ratione cõcomitantię,quia vbicũq; eſt Chriſtus,eſt ſpiritus Chriſti, ſicut vbicunq; eſt pater,eſt filius. Vnde interponit.Nunquid in hoc veritatis prædicator.ſ.Apoſtolus,veritatem incõfuſibilium perſonarum confudit Sabellizando.Nõ ſed potius hoc eccleſiæ indicare curauit:vt ſpiritusſanctus non ſit alienus à natura verbi.

Quomodo intelligitur, quod dicitur, ſpiritusſanctus non mittit filium.

CAP. XIIII.

ITem dubium põt videri, ꝙ Athanaſius dicit in tertio ſermone Niceni cõcilij,loquẽs de Arrianis.Nõ inquit vt aſſerunt alienati à gratia euangelij & priuati dñi ſpiritum, ſpiritus gratificat & mittit filium,propter hoc quod audierunt,& nũc dñs miſit me & ſpiritus eius.Iſai.48.Et alibi.Spiritus domini ſuper me.Iſai.61.Hoc enim videtur eſſe cõtrarium ei,quod Aug.dicit in li.de Trinitate,ꝙ filius ſit miſſus à ſpiritusſancto,probãs hoc per authoritates inductas.Nec ſolũ à ſpiritusſancto, ſed etiam à ſeipſo probat eum miſſum,quia eſt miſſus à tota Trinitate.Sed dicendum etiam,ꝙ in miſsione diuinæ perſonæ duo poſſunt cõſiderari.Primò,authoritas perſonæ mittentis,ad perſonam quæ mittitur. Secũdò,effectus in creatura, ratione cuius perſona diuina mitti dicitur. Cùm enim perſonæ diuinæ ſint vbiq; per eſſentia,præſentiã,& potẽtiam,ſecũdum hoc perſona diuina mitti dicitur,ſecundum ꝙ nouo modo per aliquem nouum effectum incipit eſſe in creatura, ſicut filius dicitur eſſe miſſus in mundum,inquãtum nouo modo incepit eſſe in mundo per viſibilẽ carnem quam aſſumpſit,ſecundum illud Apoſtoli.Galat.4.Miſit Deus filium ſuum,factum ex muliere,factum ſub lege. Dicitur etiã mitti ſpiritualiter & inuiſibiliter ad aliquẽ, inquãtum per ſapiẽtiæ donũ, in eo incipit inhabitare.de qua miſsioe dicitur Sap.9. Mitte illam.ſ. ſapiẽtiam, à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecũ laboret. Similiter etiã ſpiritusſanctus ad aliquẽ mitti dicitur,inquãtũ ipſum inhabitare incipit per donum charitatis:ſecundum illud Roman.5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritumſanctum. qui datus eſt nobis.Si ergo in miſsione diuinæ perſonæ cõſideretur authoritas mittẽtis ad perſonam miſſam, ſic ſola perſona põt aliam mittere,à qua eſt perſona miſſa. Et ſecũdum hoc pater mittit filiũ, & filius ſpiritumſanctum,nõ autem ſpiritusſanctus filiũ,& ſic Athanaſius loquitur. Si autem in miſsione perſonæ diuinæ conſideretur effectus,ratione cuius perſona mitti dicitur,cum effectus ſit cõmunis toti Trinitati:nã tota Trinitas operata eſt carnẽ Chriſti, & operatur ſapiẽtiam & charitatem in ſanctis,tũc põt dici,ꝙ perſona mittitur à tota Trinitate,& ſic intelligit Aug. Sed tamẽ ſciẽdum eſt,ꝙ licet perſona diuina interdum ſecũdum Aug.dicatur mitti à perſona à qua nõ procedit, nõ tamen perſona quæ à nullo procedit, põt dici,ꝙ mittatur. Pater enim quia à nullo eſt,à nullo mittitur,licet per aliquod nouum gratiæ donum hominem inhabitet,& ad hominem venire dicatur,ſecũdum illud Ioan.14. Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus. Sic ergo in perſona quæ mittitur,requiritur,ꝙ æternaliter ab alia perſona procedat, ſed nõ eſt neceſſarium, ꝙ procedat æternaliter ab illa pſona à qua mittitur, ſed ſufficit, ꝙ ab illa perſona ſit effectus ſecundum quem mittitur & hoc dico ſecũdum modum quo Aug. loquitur de miſsione.Sed ſecundum Græcos, perſona non mittitur niſi ab illa à qua procedit ęternaliter.Vnde filius nõ mittitur à ſpiritusſancto,niſi forte ſecũdum ꝙ eſt homo. Propter quod Baſilius authoritates prædictas exponit, vt per ſpiritum intelligatur pater, ſecundum quod ſpiritus eſſentialiter ſumitur,vt dicitur Ioan.4. Deus ſpiritus eſt.& ſic etiam Hillar.exponit in lib.de Trinitate.

Quomodo intelligitur, quod dicitur, quòd ſpiritusſanctus verè per filiũ operatur.

CAP. XV.

ITem dubium eſt, quod Baſilius dicit in libro contra Eunomium, quòd ſpiritusſanctus verè per filium operatur.Quod quidem videtur eſſe falſum. Nam perſona dicitur operari per illam quæ ab ipſa eſt,ſicut pater per filium & non econuerſò. Sed dicẽdum,quòd ſpiritusſanctus dicitur operari per filium ſecundum naturam humanam,non autem ſecundum diuinam.

Quomodo intelligitur,quod dicitur in eccleſia,Deus non erat per gratiam in hominibus ante Chriſti incarnationem.

CAP. XVI.

ITem dubium eſſe videtur,ꝙ Athanaſius dicit ad Serapionẽ. Impoſsibile erat ſecũdum prædeterminationẽ diuinæ rõnis,vt eccleſia Domini inuiſibilẽ formã & incorporeã immediatè nullam reciperet,ſed cõſubſtãtiauit ſe dominus eidẽ eccleſiæ formã eius in ſe aſſumens.Ex quo videtur,ꝙ ante Chriſti incarnationẽ Deus per gratiam in hoĩbus nõ habitaret.Quod etiã quidam hæretici dicere præſumpſerũt,occaſiõe illius,quod dicitur.Ioã.7. nõdum erat ſpiritus datus,quia Ieſus nõdum erat glorificatus.Vtrũq; autẽ eodem modo eſt intelligẽdum.Nã ſicut dicitur,ꝙ ſpiritusſanctus non fuerit ante datus:qa non in tãta plenitudine datus fuerat,in quãta Apoſtoli eũ poſt Chriſti reſurrectionẽ acceperũt,ita etiã eccleſia in tãta plenitudine gratiæ donũ accipere nõ potuit ſecũdum ordinationẽ diuinã, in quãta recepit p Chriſti incarnationẽ, quia gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt:vt dicitur.Ioã.1.Vnde in ſermone Niceni cõcilij Athanaſius dicit.Equidẽ ipſos cõſummari & pfici ĩpoſsibile eſt, niſi ego pfectum ſuſcipiã hominẽ.Quod eodem mõ intelligedum eſt ſicut quod ſupra dictũ eſt.Iõ autẽ dicit ſecũdum prædeterminationem diuinã:quia poſsibile erat Deo alio mõ quã per Chriſti incarnationem,prẽctionem gratiæ humano generi cõferre, loquendo de potẽtia abſoluta,ſed nõ potuit humanum genus hanc plenitudinem aliter conſequi,ſuppoſita Dei ordinatione.

Quomodo intelligitur,diuinã eſſentiã increatã,cõceptã eſſe et natã.

CAP. XVII.

ITem videtur eſſe dubiũ,quod Athana.dicit ĩ epiſt.ad Serapionẽ, eſſentiã diuinã increatã,cõceptã eſſe & natam ex virgine matre. Magiſter enim in tertio ſentẽ.diſtinct.8.dicit, quòd quæ res non eſt de patre genita,non videtur eſſe de matre nata,ne res aliqua filiationis nomẽ habeat in humanitate,quæ nõ habet in diuinitate. Et ſic cùm diuina eſſentia nõ ſit nata de patre, non põt dici eſſe de matre. Sed dicẽdum,ꝙ ſicut in ppriè eſſentia diuina dicitur generãs vel genita ſecũdum generationẽ æternã,inquantum eſſentia ponitur pro pſona, vt intelligatur eſſentia generare, quia pater qui eſt eſſentia, generat,ſecundum eũdem modum, dicitur eſſentia diuina nata de virgine,quia filius Dei qui eſt diuina eſſentia,natus eſt de virgine.

Quomodò intelligitur cum dicitur,deitas homo facta.

CAP. XVIII.

ITem poteſt eſſe dubium, quod Athanaſius dicit in eadẽ epiſtola. Deitas homo facta, per ſuum ſpiritum ſibi eccleſiam conformauit.Dicit enim magiſter tertio libro ſentẽtiarum,ꝙ non debet dici, quòd diuina naaura ſit caro facta,ſicut dicitur verbum caro factum eſt. Sic autem dicitur verbum caro factum,quia verbum homo factus eſt.Non ergo debet dici, quòd diuina eſſentia ſiue deitas facta ſit homo.Sed dicẽdum,quòd nõ dicitur deitas eſſe facta homo,quod diuina natura ſit cõuerſa in humanam, ſed per illũ modum quo dicitur,quòd natura diuina aſſumpſit naturam humanam in vna perſona,ſcilicet verbi. Sicut etiã Damaſcenus dicit, quòd natura deitatis in vna perſonarũ ſuarũ incarnata eſt,ideſt,carni vnita. Sciẽdum tamen,quòd alia ratione dicitur, quòd verbum eſt homo, & quòd deitas eſt homo.Cùm enim dicitur verbum eſt homo,eſt prædicatio per informationem, quia ſcilicet perſona verbi eſt ſubſiſtens in humana natura.Cùm verò dicitur,deitas eſt homo,non eſt prædicatio per informationem,quia humana natura non informat diuinã. Sed eſt prædicatio per identitatem, ſicut etiam cùm dicitur, eſſentia diuina eſt pater,vel eſſentia diuina eſt filius, homo enim ſupponit pro perſona filij,cùm dicitur deitas eſt homo,& eadem ratio veritatis,cùm dicitur,deitas eſt facta homo , quia incepit eſſe perſona filij incarnata, quod importatur in nomine hominis, licet non inceperit eſſe perſona filij.Semper enim deitas fuit filius,ſed non ſemper fuit homo.

Quomodò intelligitur,quòd filius Dei aſſumpſit humanam naturam in ſua eſſentia.

CAP.

CAP. XIX.

ITem dubium videtur,ꝙ Athanaſius dicit in tertio ſermone Niceni cõcilij de filio Dei loquens.In ſua vſia.i. eſſentia natura noſtram à nobis aſſumpſit.Cũ enim aſſumptio ad vnionẽ terminetur, ſicuti vnio nõ eſt facta in natura,ſed in perſona : ita non videtur ꝙ humana natura ſit aſſumpta in eſſentia filij.Dicendum eſt ergo, ꝙ locutio eſt impropria:& ſic exponẽda.Aſſumpſit noſtram naturam in ſua vſia.i.vt eſſet vnita ſuæ vſiæ in vna perſona.

Quomodò intelligitur cùm dicitur,hominem eſſe aſſumptum.

CAP. XX.

ITem videtur eſſe dubiũ,quod Athanaſ.dicit in eodem ſermone, hominẽ eſſe aſſumptum ſic inquiens ex perſona filij loquẽs.Pro pleno homine aſſumpto,plenũ & perfectũ hominibus ſpiritumſanctum dedi.Et in epiſtola ad Serapionẽ.Cõmunio eſſentiæ eſt à patre per filiũ in ſpiritusſancto per deificũ & Deum factũ hominẽ ab eodẽ filio ſumptum. Sciendum eſt autẽ,ꝙ cũ nihil ſumat ſeipſum, oportet ſemper eſſe diuerſum aſſumens & aſſumptũ recipiens & receptũ.Si ergo ſicut & homo dicitur aſſumptus à filio Dei. oportet ꝙ id quod ſupponitur nomine hominis , ſit diuerſum ab eo quod ſupponitur nomine filij Dei.Nomine autẽ hominis poteſt ſupponi vel aliqua perſona hominis cõpleta,vel ſaltẽ aliquod ſuppoſitum hominis,nõ habens rationem perſonæ.Si ergo dicatur,ꝙ homo ſit aſſumptus ſecudũ ꝙ homo ſupponit pro aliqua perſona humana, ſic ſequetur ꝙ perſona diuina aſſumpſit humanã perſonam & ſic erunt duæ perſonæ in Chriſto:quod eſt hæreſis Neſtorianę.& ideò Auguſti.dicit in libro de Fide.ad Petrũ,ꝙ Deus verbũ non accepit perſonã hominis,ſed naturã.Quidã verò dixerũt volentes hunc errorẽ vitare,ꝙ cũ dicitur homo aſſumptus à verbo:in nomine hominis intelligitur quoddã ſuppoſitũ humanæ naturæ quod eſt hic homo,nõ tamen eſt perſona hominis: quia nõ eſt per ſe ſeparatũ exiſtens:ſed eſt vnitũ alicui digniori.ſ.filio Dei.Et quia hoc ſuppoſitũ hominis quod ſignificatur aſſumptũ cũ dicitur homo aſſumptus eſt: aliud à ſuppoſito filij Dei:dicũt in Chriſto duo ſuppoſita,ſed nõ duas perſonas.Sed ad hanc poſitionẽ ſequitur ꝙ hęc propoſitio nõ ſit vera,filius Dei eſt homo.Impoſsibile eſt enim,ꝙ duorũ quorum vnũ eſt aliud ſecũdum ſuppoſitũ ab altero:vnũ de altero verè prędicetur.Et ideò cõmuniter tenetur ꝙ ſit vnũ tantũ ſuppoſitũ , quorũ ſupponitur nomine hominis & nomine filij Dei. Ex quo ſequitur, ꝙ hæc ſit falſa vel impropria,homo eſt aſſumptus:ſed eſt exponenda ,filius Dei aſſumpſit hominem.i.humanam naturam.

Quomodò intelligitur quod dicitur , quòd Deus fecit hominem eſſe Deum.

CAP. XXI.

ITem dubiũ eſt de hoc quod Athanaſ.dicit in eadem epiſtola. Filius Dei vt hominẽ ad ſe reduceret hominẽ in ſua hypoſtaſi aſſumens deificãdo Deum fecit.Et in tertio ſermone Niceni concilij. Ipſos cõſumari impoſsibile eſt , niſi ego ſuſcipiam perfectũ hominem & deificẽ & mecum Deum faciã.Ex quibus datur intelligi, ꝙ hæc ſit vera,homo factus eſt Deus.Sed ſciendũ ꝙ ſecũdum illã opinionẽ quæ in Chriſto dicit,duo ſuppoſita,æqualiter vtraque eſt vera: Deus eſt factus homo,& homo factus eſt Deus. Eſt enim ſenſus ſecundũ eos cũ dicitur Deus factus eſt homo.Suppoſitũ diuinæ naturę vnitũ eſt ſuppoſito humanę naturę.Et ecõuerſò cũ dicitur homo factus eſt Deus,ſenſus eſt.Suppoſitũ humanę naturę eſt vnitũ filio Dei.Sed tenẽdo ꝙ in Chriſto ſit vnũ tm̃ ſuppoſitũ, hæc eſt vera & propria.Deus factus eſt homo:quia ille qui fuit Deus ab æterno, incœpit eſſe homo ex tẽpore. Hæc autem non eſt vera propriè loquendo:homo factus eſt Deus:quia ſuppoſitũ æternũ quod ſupponitur nomine hominis,ſemper fuit Deus. Vnde exponenda eſt ſic. Homo factus eſt Deus.i.factum eſt vt homo ſit Deus.

Quomodò intelligitur amotã eſſe à Chriſto imaginẽ primi parẽtis.

CAP. XXII.

ITem dubiũ eſt quod dicit Athanaſ.in prædicta epiſtola ex perſona Chriſti loquens.Poſt reſurrectionẽ amota à me imagine primi parẽtis & abolita per trophęum crucis,ego iam immortalis vos patri meo in filios adopto.Sciendũ eſt enim, ꝙ imaginẽ primi parentis,tripliciter quis poteſt habere.Primò, quod quantũ ad ſimilitudinẽ naturæ ſicut dicitur Geneſ.5.vixit Adã centũ triginta annis & genuit filiũ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuam. Secũdò quantũ ad culpã:de quo dicitur.1.Corint.15.Sicut portauimus imaginẽ terreni,portemus & imaginẽ cœleſtis.Tertiò,ſecũdum pœnalitatẽ ſicut habetur Zachariæ 13.Homo agricula ego ſum:quoniã Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea.Primã ergo Adæ imaginẽ Chriſtus aſſumpſit cũ noſtra natura.& nunquã depoſuit : ſecũdam verò nunquàm habuit: tertiam quidem aſſumpſit , ſed in reſurrectione depoſuit,& de hac loquitur Athanaſius.

Quomodò intelligitur,quod dicitur, quòd creatura non poteſt cooperari creatori.

CAP. XXIII.

ITem videtur eſſe dubiũ , de hoc qđ Athanaſ.in ſermone Niceni cõcilij dicit.Aut quomodò creatori creatura cooperat, intimẽt nobis.Ex quo dat intelligi,ꝙ creatura creatori cooperari nõ poſsit. Quod videt eſſe falſum,cũ ſancti dicãtur eſſe Dei adiutores & cooperatores ſecũdũ Apoſtol. Sed ſciẽdum qđ aliqđ dicitur cooperari alicui dupliciter.Vno modo quia operatur ad eundẽ effectũ,ſed per aliã virtutẽ:ſicut miniſter domino, dum eius præceptis obedit : & inſtrumentũ artifici à quo mouetur.Alio modo dicitur aliquid cooperari alicui,inquantũ operatur eandẽ operationẽ cum ipſo:ſicut ſi diceretur de duobus portantibus aliquod pondus,vel de pluribus trahentibus nauẽ,ꝙ vnũ alteri cooperatur . Secundũ igitur primũ modũ,creatura põt dici creatori cooperari quantũ ad aliquos effectus qui fiunt mediante creatura:non tamen quantũ ad illos effectꝰ qui ſunt immediatè à Deo:vt creatio& ſanctificatio.Secũdo aũt mõ creatura creatori non cooperatur:ſed ſolùm tres perſonæ ſibi inuicem cooperantur.quia earum eſt operatio vna.nõ aũt ita ꝙ quęlibet earum partẽ virtutis poſsideat per quã operatio cõpletur : ſicut accidit in multis trahentibus nauẽ:ſic enim cuiuſlibet virtus eſſet imperfecta: ſed ita ꝙ tota virtus, ad operationem ſufficiens eſt in qualibet trium perſonarum.

Quomodò intelligitur,quod dicitur creaturã creatori nõ eſſe propriã.

CAP. XXIIII.

ITem dubiũ videtur eſſe ꝙ Baſilius dicit cõtra Arriũ : ꝙ creatura creatori non eſt propria:quod eſt contra id quod dicitur Ioannis 1. In propria venit,& ſui eum non receperunt.Sed hoc ſoluit Gregorius in quadã Homilia.dicẽs,ꝙ creatura eſt propria Dei ſecundũ poteſtatẽ:aliena verò ſecũdũ naturã.i.alterius naturæ à Deo exiſtẽs.

Quomodò intelligitur,quod in angelis quantùm ad naturam, non dicimus eſſe ſecundum & tertium.

CAP. XXV.

ITem dubiũ eſt ꝙ Baſilius dicit contra Eunomiũ. In angelis ordinatum dicimus vnũ principẽ : aliũ aũt ſubiectũ in natura: tamen non dicimus ſecundũ & tertiũ.Ex quo videtur ꝙ omnes in natura ſunt æquales à Deo creati:vt poſuit Origenes. Apud nos autẽ dicitur,ꝙ ſicut differũt in donis gratiarũ,ita etiã in naturalibus bonis. Sed dicẽdum, ꝙ hoc quod dicit Baſilius, in angelis nõ eſſe quantũ ad naturã ſecũdum & tertium , nõ eſt intelligẽdum , ꝙ vnus nõ ſit perfectioris naturæ quàm alius : ſed quia omnes communicant in vna natura generis:licèt non in natura ſpeciei.

Quomodò intelligitur,quod dicitur,quòd docente Paulo,etiam Seraphin addiſcit.

CAP. XXVI.

ITem dubiũ eſt quod dicit Cyrillus in libro Theſaurorũ,ꝙ docẽte Paulo nõ ſolũ humana ratio addiſcit:verũ etiã & Seraphin ſupernis miſteria cordis paterni occulta reſerãtur.Ex quo videtur, ꝙ ad angelos etiã ſummos,cognitio deueniat p homines. Et videtur hoc eſſe dictũ propter id qđ habet Epheſ.3. Mihi omniũ ſanctorũ minimo data eſt gratia hęc, in Gẽtibꝰ euãgelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti,&c.vt innoteſcat principibꝰ & poteſtatibꝰ in cœleſtibus p eccleſiã multiformis ſapientia Dei.Sed cõtrariũ huius docet Dionifius in 4.cap.angelicæ Hierarchiæ, oſtendens ꝙ cognitio diuinorũ priùs ad angelos q̃ ad homines peruenit.Et in 7.cap.eiuſdẽ libri dicit,ꝙ Seraphin immediatè à Deo edocẽtur. Et Auguſ.dicit ſuper Geneſim ad literã,ꝙ nõ latuit angelos miſterium regni cœlorũ,quod oportuno tẽpore reuelatũ eſt pro noſtra ſalute. Et ideò dicẽdum eſt,ꝙ cũ angelorũ nõ ſit futura prænoſcere,ſed Dei ſolius licèt angeli ipſum miſteriũ noſtræ redẽptionis à ſæculo cognouerint vt Auguſt.dicit:tamẽ aliquas huius redẽptionis circunſtantias plenè neſciuerũt,q̃diu erãt futura,ſed eis cõpletis,eorũ notitiã acceperũt ſicut & aliorũ quæ præſentialiter fiũt.Nõ ergo ſic intelligẽdum eſt,ꝙ docẽte Paulo miſteria diuina ſupernis Seraphin ſint reuelata,quaſi ipſi à Paulo didicerint: ſed qa Paulo prædicãte & alijs Apoſtolis,perficiebãtur ea quæ præſentialiter angeli cognoſcebãt & futura ignorauerãt.Et hoc ſonãt verba dicẽtis, angelicas dignitates præfatum miſteriũ ad purum non intellexiſſe, donec completa eſt paſsio Chriſti & Apoſtolorũ prædicatio per gentes dilatata.

Quomodò intelligitur cùm dicitur,quod ſpiramen quod inſpirauit Deus in faciẽ hominis,nõ eſt anima rationalis ſed ſanctiſpiritus effuſio.

CAP. XXVII.

ITem dubiũ eſt quod Cyrillus dicit,ꝙ cũ dicitur Geneſ.2.ꝙ inſpirauit Deus in faciẽ hominis ſpiraculũ vitæ,vt fieret homo in animam viuentẽ:ipſum ſpiramen nõ dicimus animã : ſic eñ eſſet anima incõuertibilis & nõ peccaret,q̃a de eſſentia eſſet diuina: ſed ſanctiſpiritus effuſionẽ in ipſo principio ſuppoſitã animæ humanæ, dixit Moyſes.Quod eſt cõtra expoſitionẽ Auguſtin.qui animã humanã per illud ſpiramen ponit:& oſtẽdit,ꝙ nõ propter hoc ſequitur,ꝙ ſit de ſubſtãtia diuina.Eſt eñ tropica locutio,vt dicatur inſpiraſſe nõ corporaliter:ſed quia ſpiritũ.i.animã fecit ex nihilo.Et qđ eſt amplius,videtur eſſe repugnãs dictis Apoſtoli:qui primæ ad Corinth.15.dicit.Factus eſt primus homo Adã in animã viuentẽ:nouiſsimus Adã in ſpiritũ viuificantẽ:ſed nõ prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale.Vbi expreſsè illã vitã animę dicit eſſe aliã à vita, quæ eſt per ſpiritumſanctũ:vnde illa inſpiratio per quã dicitur homo factus in animã viuentẽ , nõ poteſt de gratia ſpiritusſancti in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligi. Vnde dicendum est, quòd expositio Cirilli non potest esse literalis: sed solùm allegorica.

Quomodo intelligitur, quòd eum qui semel blasphemauit, impossibile est non blasphemare.

CAP. XXVIII.

ITem dubium pōt esse de hoc quod Athana. dicit in epist. ad Serapionem, ꝙ Arrianos qui nō semel tantùm, sed plures blasphemauerunt, impossibile est nō blasphemare, quod videtur esse libertati arbitrij repugnās. Sed dicendum, ꝙ impossibile hic pro difficili sumitur, quæ difficultas ex cōsuetudine puenit. sicut & Hier. 13. dicit. Si mutare potest Aethiops pellem suam & Pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cùm didiceritis malum.

Quomodò intelligitur, quod dicitur, quòd fides non sit prædicabilis.

CAP. XXIX.

ITem dubium est, quod Chrysosto. dicit in sermone de fide, quòd fides est non prædicabilis. Sed intelligendum est, ideſt, per prædicationem non perfectè explicabilis.

Quomodò intelligitur, quod dicitur, quòd fides non sit nobis ministrata per angelos.

CAP. XXX.

ITem dubium est, de hoc quod Athana. dicit, ꝙ fides nobis administrata est non ab angelis neq; à signis & portētis, cùm dicatur Heb. 2. ꝙ fides annūtiata est cōstante Deo signis & portentis. Sed intelligēdum est, ꝙ fides nostra nō habet authoritatem, neq; ab angelis neq; ab aliquibus miraculis factis, sed à reuelatione patris per filium & spiritūsanctum, licet etiam angeli ea quæ sunt fidei nostræ reuelauerint aliquibus vt Zachariæ & Mariæ & etiam Ioseph & etiam ad fidei robur miracula plurima facta sint.

Quomodò intelligitur, quòd dicitur litera mortalis etiam noui testamenti.

CAP. XXXI.

ITem dubium esse videtur, quod Atha. dicit in epist. ad Serapionē. Litera mortalis hæc est. Ab initio & ante sæcula creata sum, &c. & subiungit multa testimonia de veteri & de nouo testamento. Litera autē nouę legis nō videtur esse litera mortis. Sic enim nō differret a litera veteris legis de qua dicitur. 2. Cor. 3. ꝙ litera occidit. Sed dicēdum, ꝙ neq; litera noui testaméti, neq; veteris occidit nisi per occasionem. Sed occasionē mortis ex literis accipiunt aliqui dupliciter. Vno modo, inquātum ex litera sacra accipiunt occasionē erroris. Et hoc cōmune est. tā literæ veteris testaméti quā noui. Vnde & Petrus dicit secnndæ Canonicæ vltimo capit. ꝙ in epist. Pauli sunt quæda difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauāt, sicut & cæteras scripturas ad sua dānationē. Alio modo, inquātum ex prę ceptis in litera sacræ scripturæ cōtentis, sumitur occasio malè viuēdi, dum per prohibitionem concupiscentia augetur & gratia adiuuans non confertur, & sic litera veteris testaméti dicitur mortalis, non autem litera noui.

Quomodo intelligitur, quòd sola diffinitio Niceni concilij, est vnica & vera possessio fidelium.

CAP. XXXII.

ITem dubium est de hoc quod dicit Athan. in eadem epist. ꝙ sola paterna diffinitio Niceni concilij enunciata à spiritu & non litera, est vnica & vera possessio orthodoxorum. Posset enim aliquis intelligere, ꝙ diffinitio dicti concilij authoritate præferatur literæ veteris vel noui Testamenti, quod est omnino falsum. Intelligēdum est autem, quòd per dictum cōcilium verus intellectus ex sacra scriptura est acceptus, quem soli catholici habent, licet litera sacræ scripturæ sit communis catholicis, & hæreticis & Iudæis.

His igitur expositis, ostendēdum est quomodò ex authoritatibus in prædicto libello cōtentis, vera fides docetur & cōtra errores defenditur. Consideranda siquidem est, ꝙ in hoc apparuit filius Dei, vt dissoluantur opera diaboli, vt dicitur primæ Ioan. 3. vnde & diabolus versa vice ad hoc totum suum conatum apposuit & apponit, vt ea quæ sunt Christi dissoluat. Quod quidem primò per tyrānos facere tentauit, Christi ministros corporaliter occidentes, sed postmodū per hæreticos, per quos spiritualiter plurimos interfecit. Vnde si quis diligenter inspiciat hæreticorum errores, ad hoc principaliter videntur tendere, vt Christi derogēt dignitati. Derogauit naq; Arrius dignitati Christi, dum filiū Dei cōessentialē patri esse negauit, eū asserēs creaturā. Derogauit etiam Macedonius, qui dum spiritūsanctum creaturam esse dixit, filio subtraxit authoritatē spirandi diuinā personam. Derogauit & Manichæus, qui dū visibilia à malo Deo creata esse asseruit, per filium omnia esse creata negauit. Dissoluit etiā quæ sunt Christi Nestorius, qui dum aliam personam esse filij hominis, aliā filij Dei docuit, Christum esse aliquid vnum negauit. Dissoluit & Euthices, qui dum ex duabus naturis diuina. s. & humana, in Christi incarnatione vnam conficere voluit, vtrāque subtraxit. Quod enim ex duobus cōficitur, neutrum eorum veraciter dici potest. Dissoluit & Pelagius, qui dicens gratia nos nō indigere ad capescendam salutem, aduentum filij Dei in carnē frustrauit. Gratia enim & veritas per Iesum Christum facta est. Ioan. 1. Derogauit etiam Christo Iouinianus, qui dum virgines in cōiugio viuentibus æquauit, dignitati Christi detraxit, qua eum natum ex virgine cōfitemur. Derogauit & Vigilantius, qui dum paupertatē pro Christo susceptā impugnauit, perfectioni qua Christus seruauit & docuit cōtradixit. Vnde nō immeritò dicitur primę Ioan. 4. Omnis spiritus qui soluit Iesum ex Deo nō est, & hic est Antichristus. Sic ergo & in hoc tēpore aliqui esse dicuntur, qui soluere Christum tētant, eius dignitatem, quātum in ipsis est, minuentes. Dum enim dicunt spiritūsanctum a filio nō procedere, eius dignitatē minuūt, qua simul cum patre est spiritussancti spirator. Dū verò vnum caput ecclesiæ esse negant, sanctā scilicet Romanā ecclesiam, manifestè vnitatem corporis mistici dissoluunt. Non enim potest esse vnum corpus, si non fuerit vnum caput, neq; vna congregatio, si non fuerit vnus rector. Vnde Ioan. 10. dicitur. Fiet vnum ouile & vnus pastor. Dū vero sacramentum altaris ex azimis posse cōfici negant, manifestè ipsi Christo repugnant, quę prima die Azimorum, quādo nihil fermētatum secūdum legem debebat in Iudæorū domibus inueniri, Euangelistæ tradunt hoc sacramentū instituisse. Videtur etiam puritati ipsius sacramentalis corporis Christi derogare, ad quā Apostolus fideles exhortatur dicēs primæ ad Cor. 5. ꝙ non est epulandum in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azimis sinceritatis & veritatis. Huius etiā sacramenti virtutē minuunt, dum purgatorium negant, quod in ecclesia cōmuniter pro viuis & mortuis consecratur, cum purgatorio sublato in mortuis nullam efficaciam possit habere. Non enim prodest ijs qui sunt in inferno, vbi nulla est redemptio, neque illis qui sunt in gloria, qui suffragijs nostris non egent. Quomodo igitur ex præmissis authoritatibus errores huiusmodi confutentur. breuiter ostendam, incipiens prius à processione spiritussancti.

Quod spiritussanctus est spiritus filij.

ADostendendum autem, ꝙ spiritussanctus à patre procedat, & filio, primò sumendū est, quod etia ab ipsis errantibus negari nō potest, cū expresse authoritate scripturæ probetur, ꝙ scilicet spiritussanctus sit spiritus filij. Dicitur enim ad Gal. 4. quoniā autem estis filij Dei, misit Deus spiritū filij sui in corda vestra, clamātem Abba Pater. Et Rom. 8. Si quis spiritum Christi nō habet, hic non est eius. Et Act. 16. Cū venissent Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Dicitur etiā primæ Cor. 2. Nos autē sensum Christi habemus. Quod de spiritussancto necesse est intelligi: vt patet per ea quæ ab Apostolo præmittuntur. Nominatur etiā spiritus sanctus, spiritus veritatis Ioā 15. vbi dicitur. Cùm venerit paracletus quem mittam vobis à patre spiritum veritatis. Dicitur & spiritus vitæ. Ro. 8. Lex spiritus vitæ in Christo Iesu. Vnde cū filius de se dicat Ioan. 14. Ego sum via veritas & vita, concludunt doctores Græcorū, ꝙ sit spiritus Christi. Quod similiter astruunt ex hoc, qđ habetur in Psal. verbo dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Nā os patris filius dicitur, sicut & verbū. Sed ne aliquis possit dicere, ꝙ alius sit spiritus qui à patre procedit & alius qui est filij, ostēditur ex scripturis, ꝙ idem spiritus. s. sit patris & filij. Na Ioannis simul dicitur spiritus veritatis & qui à patre procedit. Et Roma. 8. Postquā dixerat si spiritus Dei habitat in vobis, statim subiungit. Si quis spiritum Christi non habet, vt ostendat eundem esse spiritum patris & filij. Vnde Basilius dicit contra Eunomium postquam prædicta verba Apostoli induxerat. Ecce in patre & filio & spiritus patris & filij, vnū spiritū vidit. s. Apostolus. Et Theodoricus dicit super epist. ad Rom. exponens idē verbum Apostoli. Cōmunis est patris & filij & spiritussancti. Quærendum est ergo, quomodò spiritussanctus sit spiritus filij vel spiritus Christi. Potest autem aliquis dicere, ꝙ sit spiritus Christi quasi in homine Christo plenarie habitans. secundum illud Luc. 4. Iesus plenus spiritussancto, regressus est à Iordane, de cuius plenitudine nos omnes accepimus. vt dicitur Ioan. 1. Hæc autem responsio sustineri nō potest. vt scilicet hac tantùm ratione spiritussanctus, spiritus Christi dicatur. Inuenitur enim à doctoribus Græcorum, ꝙ spiritussanctus sit naturalis spiritus filij. Dicit enim Atha. in sermone tertio Niceni cōcilij. Sicut in Christo viuit nostra natura deificē & ipse in ea regnat, ita & nos in suo naturali spiritu simus, viuamus & regnemus. Idem in epistol. ad Serapionem. Accepistis spiritum adoptionis, ideſt naturalem spiritum de natura filij naturalis. E. Cyrillus dicit super Ioan. existit siquidem filius in proprio genitore, habēs in seipsum gignentē se. Et ita patris spiritus veraciter & naturaliter filij videtur & est spiritus. Spiritus autē nō est naturalis Christo secūdum humanitatem: quia nō pertinet ad naturam humanitatis: sed gratis à Deo in natura humanitatis effunditur. Non ergo potest propter hoc dici spiritus filij: quia Christum excellenter repleuit secundum humanitatem. Item Athanasius dicit in sermone de incarnatione verbi, quòd ipse Christus mittebat spiritū esursum sicut Deus filius. & ipse deorsum accipiebat spiritū vt homo. Ex ipso ergo in ipsum habitat deitate eius & humanitate eiusdē. Nō solū ergo spiritussanctus est spiritus Christi, quia humanitatem eius repleuit: sed magis, quia est ex diui-

ex diuinitate ipsius. Potest autē aliqs dicere, ꝙ spiritussanctus est filij sēm deitatē sicut à filio Dei datus & missus: nō autē sicut à filio psonaliter & æternaliter existēs. Sed hoc etiā stare nō pōt. Dicit em Cyrillus sup Ioannē, proprius est spiritussanctꝰ & patris Dei: sed nō est minus, ipsius Dei filij: non tanq̄ alius & alius spiritus. Idē dicit in exhortatorio sermone ad Theodosiū imperatorē. Spiritussanctꝰ sicut est proprius patris à quo procedit, sic & in veritate est ipsius filij. Si ergo patris est, nō solū qa ab ipso tēporaliter datꝰ & mittitur, sed etiā quia ab ipso æternaliter existit: eadem etiā ratione & filij erit. quasi ab eo æternaliter existens Ite Cyrillus dicit super Ioan. Verissimus fructus essentiæ ipsius filij: existit spiritussanctus. Est ergo filij quasi à filio essentiā habēs. Patet etgo, ꝙ ex hoc quod spiritussanctum spiritum Christi confitentur, necesse est, quòd vlterius dicant eum esse à filio ab æterno.

Quòd filius mittit spiritumsanctum.

SImiliter autē patet ex auctoritate sacræ scripturæ, ꝙ filius mittit spiritumsanctū. Dicitur enim Ioan. 15. Cū venerit paracletus quē ego mittā vobis, &c. & 16. Si enim nō abiero, paracletus nō veniet ad vos: si autē abiero, mittā eum ad vos. Habetur etiā ex auctoritate scripturæ, ꝙ pater dat spiritumsanctū. Ioan. 14. Ego rogabo patrē & alium paraclētū dabit vobis. Sed ꝙ & filius det eundē spiritumsanctū, dicitur Ioan. 20. ꝙ post resurrectionē dns discipulis insufflauit & dixit eis. Accipite spiritumsanctū. Quod & Athanas. cōfitetur in sermone Niceni cōcilij dicēs ex persona filij. Quomodò erunt cōsumati ipsi nisi ego verbū tuum cōsumē. i. perfectū assumā & perficiā in me hominē: & eis mihi æqualē per omnia mihi cooperantē donem spiritumsanctū: Et idē in epistola ad Serapionē. Hunc spiritumsanctū à filio te recepisse credo, ô sancte sacerdos. Dicit autem idē Athanas. in eadē epistola. Hic est ordo naturæ diuinæ à patre & filio: vt qui à nullo est, à nullo mittatur: & qui est ab alio, in nomine suo nō veniat, sed in nomine illius à quo existit. Ita & spiritussanctus qui à se nō est, à se venire nō debuit: sed in nomine illius à quo est & à quo habet: vt hypostasis sit Deus quemadmodū de eo dicit filius. Paraclētus spiritussanctus, quē mittet pater in nomine meo. Patet ergo, ꝙ ex hoc ꝙ spiritussanctus mittitur à filio, sequitur ꝙ à filio existat æternaliter: & ab eo habeat ꝙ sit Deus. Item in Teca dicit super Ioannē. Non alia proprietate pater mittit spiritū, qua proprietate non mittat filius: vel aliqua alia proprietate filius mittit spiritumsanctū qua nō mittit & pater. Ex quo patet, ꝙ eadē proprietate & ratione pater & filius mittūt spiritumsanctū. Si ergo pater mittit spiritumsanctū quasi ab ipso æternaliter existentem: & similiter filius spiritumsanctū mittet, quasi de se æternaliter existētem. Itē Athanas. dicit in sermone Niceni cōcilij ex persona filij loquens. Sicut me perfectū genuisti Deum & perfectū me fecisti assumere hominē, sic ex te & ex mea essentia, da eis perfectū spiritumsanctū. Idē dicit in epistola ad Serapionē. Sicut in filio Dei nostra sibi vnita manet natura quā de nobis assumpsit, ita & ipse manet in nobis per suum spiritū cōessentialē sibi quē de sua essentia essentialiter spirat & donat nobis. Idem dicit in sermone De incarnatione verbi, ꝙ datus est spiritussanctus discipulis de plenitudine deitatis. Item Niceta super Ioannē dicit Filius spiritumsanctū de se dat: vt pater. Ex quibus omnibus accipitur, ꝙ nō solū sic dicitur spiritus à filio dari vel mitti, inquantū donū gratiæ per quod spiritussanctus nos inhabitat est à filio: sed inquantū ipse spiritussanctus est à filio. Impossibile est enim ꝙ donū gratiæ cū sit quoddā creatū sit ex essentia filij: sed spiritussanctus cōessentialis est filio: quare de essentia filij dari potest vel mitti. Item à nullo potest dari, nisi quod eius est: spiritus ergo sanctus datur ab eo cuius est: sicut habetur primæ Ioan. 4. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus & ipse in nobis: quia de spiritu suo dedit nobis. Si ergo filius mittit vel dat spiritumsanctū: oportet ꝙ sit spiritꝰ eius. Ex hoc autē ꝙ est spiritus eius. sequitur ꝙ ab eo sit æternaliter vt ostēsum est. Ex hoc ergo ꝙ filius mittit vel dat spiritumsanctum, sequitur quòd ab eo sim iliter æternaliter existat.

Quòd spiritussanctus accipit de eo quod est filij.

VLterius autē ex auctoritate sacræ scripturæ habetur ꝙ spiritussanctus accipiat de eo quod est filij. Dicitur enim Ioan. 15. Ille me clarificabit. quia de meo accipiet & annūtiabit vobis. Potest autem aliquis dicere. ꝙ licēt spiritussanctus accipiat id quod est filij, nō tamen accipit à filio. Accipit enim essentiam patris à patre: quæ quidē essentia est etiā filij. Et pro tanto dicit filius ꝙ de meo accipiet, quod videtur innui ex consequentibus domini verbis. Subdit enim, quasi se exponens. Omnia quæcunque habet pater, mea sunt: propterea dixi vobis, quia de meo accipiet. Sed ex hac domini expositione, de necessitate cōcluditur ꝙ spiritussanctus à filio accipiat. Si enim omnia quæ sunt patris, sunt etiā filij oportet ꝙ auctoritas patris secūdum quā est principiū spiritussancti, sit etiā filij. Sicut ergo spiritussanctus accipit de eo quod est filij, à filio. Hinc est ꝙ Athanas. dicit in epistol. ad Serapionē. De sua propria essentia spiritumsanctū existentē Deum de se essentialiter suis Apostolis & suæ sponsæ ecclesię demōstrādo Christus affirmauit: sic dicens, De meo accipiet. i. de mea essentia habet, vt sit Deus: sic à me habet esse & loqui. Itē Athanas. in sermone Niceni concilij. Spiritussanctus quicquid habet, habet à verbo Dei. Et in epistola ad Serapionē dicit. Spiritussanctus est coëssentialis filio, à quo habet omnia quæcūque habet. Itē in eadē epistola. Filius ait. Ille. s. spiritussanctus me glorificabit. i. in se meam vt habet à me deitatē, me gloriosum Deū demonstrabit, sicut & ego glorifico patrē meum. i. sicut in me ab ipso eius habeo deitatē. Et Basilius cōtra Eunomium dicit. Denominatio à patre transit in filiū: vt de Deo patre sit Deus filius, ex domino dominus: ex omnipotente omnipotens, ex sapiente sapientia: ex summo loquēte, verbū: ex virtute, virtus: verus filius denominationes patris habet in se. Ita etiā & spiritussanctus est dominus & Deus: omnipotens: sapiens, virtus: naturaliter sumens habet à domino Deo patre & filio à quo est & datur. Patet autē ꝙ per hoc quòd filius habet deitatē & quicquid habet à patre æternaliter est à patre. Spiritus ergo sanctus, æternaliter à patre & filio sicut ab eis accipiens deitatem & quicquid habet.

Quòd filius operatur per spiritumsanctum.

HAbetur & ex auctoritate sacræ scripturæ, ꝙ filius operetur in spiritusancto vel per spiritumsanctū. Dicit enim Apostolus Romano. 15. Non enim audeo aliquid loqui eorū quæ per me non effecit Christus, in obedientiā gentium verbo & factis in virtute signorum & prodigiorū in virtute spiritussancti. Et 1. Corinth. 2. dicitur. Nobis reuelauit Deus per spiritumsanctū. Est autem spiritus patris & filij. Pater ergo & filius per spiritumsanctum reuelando operantur. Hinc est, ꝙ Athanas. dicit in epistola ad Serapionē. Filius Dei illuminādo nos præueniens, & iustificando in fide corroborans, & scripturas reserādo donis suæ sapientiæ nos replens, non in alieno & nō suo spiritu dona concedit remittens peccata & charismatibus nos imbuens: sed potiùs in suo proprio spiritusancto. Cirillus etiā dicit in sermone Dogmatū Dei, ꝙ filius propriū habet in se essentialiter spiritumsanctū: & ex se naturaliter missum: in quo operatur diuina miracula, tanquā in propria & vera sua virtute. Ex hoc autē ꝙ filius operatur per spiritumsanctū, de necessitate concluditur ꝙ spiritussanctus sit à filio. Potest enim dici aliquis per aliquod operari dupliciter. Vno modo ex eo, ꝙ id per quod operatur, sit sibi principium & causa operandi: siue efficiens & mouens sicut dicitur Baliuus operari per Regem: siue causa formalis sicut dicitur homo per artem operari. Alio modo, ita ꝙ id per quod operatur, sit causa operato & nō operanti: sicut cū dicitur Rex operari per Baliuum: & artifex operari per instrumentū. Et tunc oportet, ꝙ econtrario operans sit principium operādi ei per quod operatur: sicut Rex Baliuo & artifex instrumēto. Cùm autē dicitur filius per spiritumsanctum operari: nō potest' intelligi ꝙ spiritussanctus sit principium operandi filio filius à spiritussancto no accipit. Relinquitur ergo, ꝙ filius sit principium operādi spiritusancto: quod quidem' esse nō potest, nisi per hoc ꝙ dat ei virtutē operatiuam. Non autem dat ei tanquā prius non habenti: sic enim daret ei tanquā indigenti, & sequeretur ꝙ spiritussanctus esset filio minor. Relinquitur ergo, ꝙ ab æterno ei dederit: nec est aliud virtus operatiua spiritussancti quā eius essentia: cū spiritussanctus sit simplex sicut & pater. Relinquitur ergo ꝙ ab æterno filius essentiā diuinā spiritusancto dederit. Et hoc expresse ostendit Athanas. in epistola ad Serapionē dicens. Sicut pater per filiū & in filio à se deoriginato naturaliter operatur & nō econuersō: ita & filius in spiritusancto à se deoriginato naturaliter operatur & nō econuersō. ita & filius in spiritusancto à se deoriginato naturaliter operatur tanquā in sua propria virtute & non econuersō.

Quòd spiritussanctus sit imago filij.

HAbetur etiā ex auctoritate sacræ scripturæ, ꝙ spiritussanctus sit imago filij secūdum expositionē doctorū Græcorū, vt suprà habitū est: qui hoc quod dicit Rom. 8. quos præsciuit cōformes fieri imaginis filij sui, &c. & iterū primæ Corin. 15. sicut portauimus imaginē terreni, portemus & imaginē cœlestis: exponūt per imaginem spiritumsanctū, imaginē filij spiritumsanctum esse dicētes. Hinc est, ꝙ Athanas. dicit in epistola ad Serapionē ex persona filij Dei loquens. Accipite ipsam imaginē meam spiritumsanctū scientiæ. Et Gregor. Cæsarien. dicit. Spiritussanctus est imago filij perfecti. Constat autē, ꝙ imago deducitur ab eo cuius est imago. Ex hoc ergo, ꝙ spiritussanctus est imago filij, sequitur ꝙ spiritussanctus sit à filio. Posset autē aliquis dicere, ꝙ est imago filij inquantū assimulatur filio secūdum aliquē effectum quē facit, sicut & filius: vel quia est à patre sicut & filius. Sed hoc excluditur per auctoritates sanctorum qui spiritumsanctū naturalem imaginē filij esse dicunt. Non enim potest dici imago naturalis filij spiritussanctus, nisi inquantū secūdum naturā filio simulatur: accipiens à filio naturā. Semper enim oportet, ꝙ forma imaginis proueniat à forma eius cuius est imago. Hinc est, ꝙ Athanas. in prædicta epistola, dicit. Quemadmodū cōsubstantiauit se Deus ecclesiæ formā eius in se assumēs, ita ipsam eandē sua imagine naturali. s. spiritusancto de sua essentia naturā-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter existente deificæ & superabundè insigniuit. Et Ciril. dicit in li. Thesaurorum. Qui accipit filij imaginé naturalé hoc est spiritum sanctum habet veraciter per ipsum spiritum eundé filium & filij patrem. Quomodò ergo cõnumerabitur creaturis spiritussanctus cũ sit naturalis & incõmutabilis imago filij Dei. Itẽ Basilius dicit contrà Eunomium. Naturalis filij imago, est spiramen eius spiritus.

Quòd est character filij.

SEcundum verò eandem rationem dicunt prædicti doctores, ꝙ spiritussanctus sit character filij. Dicit enim Athanas. in præfata epist. ꝙ filius spiritũsanctum tãquàm characterem & suam imaginem ad reformandã ecclesiã & sibi deificè cõformandam trãsfundendo impressit. Et Basil. dicit in libr. contra Arrium & Sabellium. Sicut filius acquisiuit nos patri ex patre idem ipse, sic & spiritus acquirit nos filio per fidem, imprimens nobis characterem filij in baptismate, à quo filio existit & eius spiritus & character prædicatur verus.

Item quòd est sigillum filij.

SImiliter etiam dicunt, ꝙ spiritussanctus sit sigillũ filij. Dicit eñ Athana. in prædicta epist. Equidem spiritussanctus est vnctio & sigillum impressiuum imaginis in se habitæ in quo spiritu verè tãquàm in suo sigillo, ideſt, imagine suæ naturæ cõsignat & characterizat imprimendo ipsam suam imaginẽ Deus verbum ecclesiæ sponsæ suæ. Et infrà Christus in suo proprio spiritu vngit & superũgit, & eo tãquàm suo sigillo cõtinente ipsius essentiam se imprimit ecclesiæ suæ sponsæ. Et Chrisosto. dicit super epist. ad Rom. Si spiritus est character & sigillũ Christi, qui nõ habet sigillũ & characterem Christi, hic nõ est ipsius Christi. Cõstat autem, ꝙ character & sigillum deriuantur ab eo cuius sunt. Vnde per authoritates doctorum dictorum apertè ostenditur, quod spiritussanctus à filio deriuatur. Horum autẽ doctorum authoritates, etiã ex authoritate sacræ scripturæ cõfirmatur. Dicitur enim secũdæ Corint. 1. Vnxit nos Deus, & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Quod quidem de patre & filio intelligi oportet, cũ vterq; spiritumsanctum det, vt ostensum est. Et ad Eph. 1. In quo. s. Christo, credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.

Item quòd spiritussanctus est à patre per filium.

TRaditur etiã à prædictis Græcorum doctoribus, ꝙ spiritussanctus est à patre per filiũ. Dicit eñ Ciril. in libr. Thesaurorum. Deus pater per manũ suã propriã, ideſt suam sapientiã & potẽtiam cuncta produxit in esse in vno suo vero & viuifico atq; deifico coëssentiali sibi spiritu, quem de se essentialiter per eundem filium naturaliter coæternum spirauit. Et Basil. dicit. Non est filius filij spiritus, quia est ex Deo. s. patre per filium. Et idẽ dicit contra Eunomium. Si ex verbo tuo (ô qui inimicaris veritati) ex ꝓprio intellectu tuo spiritum producis, aërem per verbum verberãs. vnde eiusdem essentiæ spiritumsanctũ à patre per verbum vnigenitum dubitas prouenire? Et infrà. Ex patre seipsum filius nominat verbum, & ex patre per se verbũ spiritum nobis indubitanter affirmauit. Ex hoc autem ostenditur de necessitate, quòd spiritussanctus sit à filio. Dictum est enim suprà, ꝙ cùm dicitur aliquis per aliquid operari, oportet ꝙ sit principium operandi ipsi operãti vel saltem sit principiũ operationis ex parte eius ad quod terminatur operatio. Filius autẽ, non põt esse principium spirãdi patri, vnde si pater per filiũ spiritũsanctum spirat, de necessitate sequitur, ꝙ filius sit principium spiritussancti. Idẽ autem habetur ex eo, ꝙ Greg. Nicenus dicit. Spiritũsanctum ex patre esse mediate filio tenemus. Sic eñ dicitur spiritussanctus esse à patre mediante filio, sicut & à patre per filium inquantùm pater est principium filij & filius principium spiritussancti.

Quòd spiritussanctus sit à filio.

SEd iam accedere oportet ad ponẽdum authoritates Doctorum Græcorũ, ex quibus habetur expresè, ꝙ spiritussanctus sit à filio. Dicit enim Athana. in epist. ad Serapionẽ. Christus de suo spiritu dixit. Nõ loquetur à semetipso, sed quæcũq; audiet loquetur ideſt nõ est vt sit imprincipiatus spiritus, quod est solius patris, sed maximè & propriè est ab ipso filio à quo & accipit vt sit Deus essentialiter, ab eo etiã audit quæ & loquitur. Et Basil. dicit contra Arrium & Sabelliũ. Quomodò adoptat in filio spiritussanctus, si alienus est à patre & filio? Quomodò inhabitat extraneus in illis quos Christus redimit, si non est à Christo.

Quòd simul est à patre & filio.

NE autem aliquis dicat aliter esse spiritũsanctum à patre & aliter à filio, simul ab vtroque à prædictis doctoribus esse asseritur. Dicit enim Ephiphanius in lib. de Trinit. Deus ex Deo patre & filio est spiritussanctus.

Quòd est ab vtroque ab æterno.

SI verò dicat aliquis, ꝙ spiritussanctus esse à patre & filio dicitur, tãquàm ab eis temporaliter datus & missus, & non ab æterno ab eis existens, per sequentia ostenditur esse falsum. Dicit enim idẽ Epiphanius in lib. de Vestibus pellicinis Adæ & Euæ. Sicut dicit Christus, spiritus veritatis qui à patre procedit, ita & de meo accipiet. Ecce ex ambobus duorum semper spiritus existit. Idem dicit in sermone de Incarnatione verbi. Pater siquidem erat semper, & filius erat semper, & spiritussanctus à patre & filio erat semper. Est ergo æternaliter ab vtroque.

Quòd spiritussanctus sit persona de personis.

ITem ex authoritatibus prædictorum doctorũ habetur, ꝙ spiritussanctus sit persona de personis patris & filij. Dicit enim Atha. in sermone Niceni cõcilij. Dãnat mater ecclesia hic cõgregata, adinuentores huius hæreseos. s. Arrianorũ, & spiritũsanctum increatũ, Deũ verum hypostasim de patris & filij hypostasibus, eisdẽ coëssentialem cõsitetur. Et Ephiphanius dicit in lib. Anchorali. Spiritussanctus in se est hypostasis vera nõ alia à patre & filio essentia, nec aliena, sed eiusdem essentiæ veraciter existens, hypostasis verò per se ex hypostasibus patris & filij. Nõ ergo solùm est a patre & filio secundum donum gratiæ, in quo datur vel mittitur, sed ratione suæ personæ. Est ergo à patre & filio ab æterno.

Item quòd sit ex essentia patris & filij.

ITem ex authoritatibus prædictorũ habetur, quòd sit ex essentia patris & filij. Dicit enim Atha. in sermone Niceni concilij. In spiritussancto, omnium peccatorum & omnis blasphemię fit remissio, qui vt dictum est de essentia existens patris & filij, eorum habet virtutem, cuncta per omnia cum eisdem & disponens & creans. Item in epist. ad Serapionem dicit, Christus de sua & patris communi essentia sempiternaliter existentem spiritumsanctum spirauit. Et infrà. Christus in suo proprio spiritusancto de sua vt supra dictum est vsia existente, omnia nobis condonat. Et in eadem epistola. Ab vna & eadem deitate patris & filij, de filio existens spiritussanctus, vnus est filius.

Item quòd sit naturaliter à filio.

ITem habetur, quòd sit naturaliter à filio. Dicit enim Cirillus. Quis est vita? Ille quidem qui dixit Christus. Ego sum via veritas & vita. Tanquàm in ipso veraciter & de ipso naturalis spiritus eius existés spiritualem legem ponit. Ex quibus omnibus habetur, quòd spiritussanctus non tantùm est à filio sicut temporaliter datus vel missus, sed sicut ab æterno ab eo procedens: vtpotè essentiam & naturam ab ipso accipiens. Hoc etiam haberi potest ex ipso modo loquendi, quia prædicti doctores non solùm dicunt, quòd spiritussanctus est a filio, quod posset referri ad temporalem missionem, sed etiam quòd à filio existit, quod non potest referri nisi ad æternam processionem. Existit enim vnumquódq; secundum quòd in se est. Dicit enim Cirillus Hierosolimitanus Patriarcha. Spiritussanctus à patre procedit, & ex deitate patris & filij existit. Basilius etiam dicit contra Eunomium. Spiritussanctus à filio habet existere, & ab ipso accipere & annuntiare nobis.

Item quòd filius spirat spiritumsanctum.

VLterius autem habetur ex authoritatibus prædictorum expresè, quòd filius spirat spiritumsanctum. Dicit enim Athanasius in epistola ad Serapionẽ. Filius de patre genitus de sua immensa essentia non extra se sed intra se, immensum Deum spirat spiritumsanctum. Item Cirillus dicit in exhortatorio sermone ad Theodosium Imperatorem. Saluator de seipso producit spiritum & spirat sicut & ipse pater.

Quòd hoc quod spirat ex sua proprietate habet filius.

NE autem aliquis dicat, quòd filius non propriè spirat spiritumsanctum nominatur à prædictis doctoribus filius spiritussancti spirator tanquàm sit ex sua proprietate habens, quòd spiritumsanctum spiret. Dicit enim Athanasius in epistola ad Serapionem. Hæretici ipsum filium spiratorem veri spiritus paracleti blasphemant & negant. Et in eadem epistola. Qui blasphemat in spiritum spiratum, blasphemat equidem in spiratorem eius, ideſt in ipsum filium, & per filium blasphemat in genitorem eius. Item Basilius dicit contra Eunomium. Filium spiritussancti spiratorem & datorẽ, sine aliquo dubio credimus.

Quòd eadem ratione spiratur à patre & filio.

VT autem ostendatur, quòd simul & eadem spiratione spiritussanctus à patre spiratur & à filio, dicit Athanasius in prædicta epistola ad Serapionem, quòd filius est conspirans patri, sic inquiés. Deus pater per Deum verbum non tanquàm per organum, quod absit, sed per coëssentialem suæ essentiæ verè viuenti cõspirantem viuum & deificum spiramen spirat Deum plenum & beatum spiritumsanctum.

Quòd est æternaliter à filio spiratus.

NE quis autem dicat, quòd spiratio ad processionẽ pertinet tẽporaliẽ, exprimunt prædicti doctores, ꝙ spiritussanctus sit æternaliter à filio spiratus. Dicit enim Athanasius in sermone Niceni cõcilij ex persona filij loquens. Vt credat mundus à me essentialiter spiritum paracletum & æternaliter spiratũ. Itẽ Cirillus in libro Thesaurorum. Spiritumsanctum à Christo æternaliter & essentialiter credimus & confitemur spiratum existere Deum.

Quòd de essentia filij, spiratur spiritussanctus.

Ad hoc

AD hoc etiam facit quod in eisdem auctoritatibus continetur, ꝙ de essentia filij spiratur spiritus sanctus. Dicit enim Athanasius in sermone Niceni concilij. De essentia ipsius verbi adoramus spiramẽ spiritum coæternaliter spiratum Deũ. Et in eodẽ. Deus ex sua essentia spirauit spiritumsanctum. Et in epistola ad Serapionem. Hæretici à filio sunt exhæredati: quia ab eius essentia essentialiter Deum spiratũ non recipiunt spiritumsanctum. Et in eodem quasi exponens quod dicit ex sua essentia, ideſt ex se essentia sic dicit. Filius natus à patre in se patris naturam tenens æqualem nomen nõ paternitatis sed cõmunicabilitatis cũ ordine Naturæ seruauit: vt ex se sua essentia non filium gignitiue, sed spiritũ sibi per omnia æqualem Deum & coæternum spiraret. Et hoc quidẽ multotiens ex verbis eius habetur. Ex quo patet, quòd cùm dicitur spiritussanctus spiratus esse à filio: non potest referri ad processionem temporalem tãtùm, sed ad æternam: secundum quàm spiritussanctus à filio essentiam diuinam accepit.

Quòd spiritussanctus emanat à filio.

HAbetur etiam ex auctoritatibus eorundem doctorũ processio spiritussancti à filio sub verbo emanationis. Dicit enim Athanasius in prædicta epistola ad Serapionem. A verbo viuẽte spiritus viuus emanans: & à forti virtus indeficiens desuper effunditur ecclesiæ. Itẽ Theodoricus super epistolã ad Ephe. Spiritussanctus de sursum emanat à Christo: & sine inuidia datur omnibus accipientibus.

Quòd spiritussanctus perfluit à filio & quod ab æterno.

VTuntur autem prædicti doctores ad processionem spiritussancti à filio ostendendã, verbo profluxus. Dicit enim Athanasius in sermone Niceni concilij ex persona Christi loquens, Mitto Apostolos in mundum nõ in virtute hominis sed in virtute spiritussancti ex mea vsia profluentis. Et in eodem sermone. Si non ita credendum est de spiritusancto & prædicandum, quòd sit veritas patris & filij coëssentialis vtriq; de essentia eorũ profluens: quomodò in diuo symbolo salutiferi baptismatis saluator Deus filius sibi & patri cooperanti salutem nostrã cõnumeraret: Et in epistola ad Serapionẽ dicit. Spiritussanctus coëssentialem patri filium cuius ipse erat spiritus & eidẽ coëssentialẽ ipse tanquã de essentia eius profluens Deus, per patres Nicenos credi & prædicari fecit. Et Cirillus dicit in libro Thesaurorũ. Quado spiritussanctus in nobis effunditur cõfiguratos demõstrat nos Deo: profluit enim à patre & filio. Ex quo etiã habetur, quòd spiritussanctus ab æterno est à filio tanquàm ab ipso essentiam habens.

Item quod filius deoriginat spiritumsanctum.

EX auctoritatibus eorundem etiam habetur, quòd filius deorigi nat spiritumsanctũ. Dicit enim Athanasius in sermone Niceni concilij: ꝙ ipse filius ex se naturaliter & coëssentialiter vt est Deus, deoriginat spirando spiritum. Et in epistola ad Serapionẽ dicit ꝙ filius in spiritu à se deoriginato naturaliter operatur tanquã in sua propria virtute: quod nõ videtur conuenienter ad temporalem processionem posse trahi. Nam ab illo deoriginatur aliquis à quo habet suum esse. Deoriginare enim, est originem alicui dare.

Quòd filius est auctor spiritussancti.

HAbetur etiã à prædictis doctoribus, quòd filius sit auctor spiritussancti. Dicit enim Athanasius in epistola ad Serapionem. Apostolus quæ in eooperatur spiritus & efficit filio auctori eius attribuit: sicut & filius quę ipse facit opera suo auctori Deo patri attribuit. Auctoritas autem in diuinis personis vnius ad alteram non est nisi secundum, quòd æternaliter vna est ab alia. Est ergo spiritussanctus æternaliter à filio.

Item quod filius est principium spiritussancti.

HAbetur etiam in prædictis auctoritatibus, quòd filius sit principiũ spiritussancti. Dicit enim Grego. Nazianzenus in sermone concilij Constantinopolitani. Necessarium est credere sanctam trinitatem patrem, scilicet sine principio: filium verò principium à patre principio: spiritum autem sanctum, cum principio filio, vnũ Deum esse per omnia & super omnia. Pater autem per hoc est principium filij, quòd filius est ab eo æternaliter. Spiritus ergo sanctus, æternaliter est à filio.

Item quod filius sit fons spiritussancti.

HAbetur etiam ex auctoritatibus eorum. ꝙ filius sit fons spiritussancti. Dicit enim Athanasius in sermone Niceni concilij: Sicut spiritus est in filio, sicut fluuius est in fonte: & filius est in patre, sicut splendor in sole gloriæ per naturam: sic per gratiam spiritussancti electi sunt in patre & filio. Et in epistola ad Serapionem dicit. Est equidem filius apud patrem fons & lux: cuius fontis & lucis, spiritussanctus est verus fluuius & splendor æterne gloriæ. Et in eadẽ epistola dicit. Non enim spiritussanctus operatur in Deo Christo verbo suo, scilicet naturali fonte. Et infrà. Filius & fons spiritussancti vtriq; in se cõtinet patrem, scilicet & spiritum: quorũ ipse medium ordinem tenet. Et idem Athanasius in sermone De incarnatione verbi, dicit. Dauid psallit dicens. Quoniam apud te est fons vitæ: quoniam equidem apud patrem filius est fons spiritussancti. Ex quo etiam habetur, quòd filius sit principiũ spiritussancti: sicut à se æternaliter existentis.

Conclusio ex omnibus, quòd spiritussanctus procedit à filio.

VOlunt autem quidã aduersarij veritatis post tot testimonia verę fidei cõfessioni resistere dicẽtes, quòd spiritussanctus quãuis probetur esse: existere: spirarit em inare: & profluere à filio: no tamẽ est concedendum, quòd à filio procedat. Hoc enim nulli præmissarum auctoritatum cõtinetur: neque etiã in auctoritate sacræ scripturæ quæ spiritumsanctum à patre dicit procedere patri in hoc filiũ non adiungens cum dicitur Ioan. 15. Cũ venerit paracletus quẽ ego mittam vobis à patre, spiritum veritatis qui à patre procedit. Ostendendum est ergo, ꝙ ex præmissis de necessitate sequitur, quod spiritussanctus procedat à filio. Verbum enim processionis inter omnia quæ ad originem pertinent magis inuenitur esse cõmune & minus modũ originis determinare. Quicquid enim quocũq; modo est ab aliquo: secundum consuetum modum loquendi ab ipso procedere dicimus: siue sit ab eo naturaliter: sicut Petrus dicitur à suo patre processisse: seu emanasse, sicut spiramen procedit à spirante. seu effluxisse, sicut fluuius procedit à fonte. siue artificialiter, sicut domus procedit ab artifice: seu localiter tantùm: sicut sponsus dicitur de thalamo procedens. Nõ autẽ quicquid est ab alio quocũq; modo potest dici spirari vel generari, vel fluere, vel mitti. Et propter hoc verbum processionis, etiã origini diuinarum personarum est magis accommodũ: quia sicut suprà dictum est diuina per cõmunia melius quã per spiritualia designantur. Ex quocũq; ergo eorum quæ sunt ostensa, scilicet, quòd spiritussanctus existit à filio, vel fluit vel spiratur, vel emanat: de necessitate cõcluditur, quòd spiritussanctus à filio procedat.

Quòd idem est in diuinis personis profluere & procedere.

ITem Cirillus in expositione Niceni Symboli dicit. Coëssentialis est spiritus patri & filio: & profluit, hoc est procedit tanquàm à fonte ex Deo & patre. Ex quo habeatur, quòd idem est in diuinis personis profluere & procedere. Spiritus autem sanctus profluit à filio: vt suprà ostensum est: ergo à filio procedit. Hoc autem magis confirmatur ex hoc, quòd in epistola Nestorio directa, dicit quod Christus est veritas: & spiritussanctus profluit ab eo sicut ex Deo & patre. Si ergo idem est ipsum profluere à patre quod procedere: etiã per hoc quod à filio profluit ostenditur ab eodem procedens. Item Gregorius Nazianzenus in sermone De Epiphania. Spiritussanctus vnde est, inde procedit. Est autem à filio sicut probatum est: à filio ergo procedit. Item Cirillus dicit super Iohelem. Spiritussanctus est proprius ipsius Christi & in ipso & ex ipso quemadmodùm & ab ipso intelligitur Deo & patre. Et Maximus monachus in sermone De candelabro & septem lucernis. Spiritussanctus quemadmodùm per naturam existit à Deo patre secundum essentiam, sic & à filio secundum naturam & essentiam existit veraciter tanquàm ex patre per filium procedat. Deus: intelligitur autem & est ex patre sicut ab ipso procedens. Item Athanasius dicit in epistola ad Serapionem. Quemadmodùm filius se habet ad patrem ordine naturæ: ita & spiritussanctus se habet ad filium. Et in eadem epistola dicit ex persona filij loquens. Eundem ordinem & eandem naturam habet spiritus ad me filium vt sit Deus de Deo: quem ordinem & quã naturam habeo ego ad patrem vt sim Deus de Deo. Item Basilius contra Eunomium. Sicut filius se habet ad patrem, eodem modo spiritussanctus se habet ad filium. Filius autem hoc modo se habet ad patrem, sicut ab eo procedens. Dicit enim filius Ioan. 8. Ego ex Deo processi & veni: ergo & spiritussanctus procedit ex filio. Sed & verbo ipso processionis vtitur Epiphanius in libro de Trinitate. dicẽs. Secũdum quẽ modũ nemo nouit patrẽ nisi filius, neq; filiũ nouit quis, nisi pater: sic audeo dicere, neq; spiritumsanctũ nouit quis, nisi pater & filius à quo accipit & à quo procedit. Et Athanasius in Symbolo dicit. Spiritussanctus à patre & filio: non factus: nec creatus: nec genitus, sed procedens.

Quòd ad ostendendum processionem spiritussancti, eisdem rationibus vtantur Græci & Latini doctores.

CONsiderãdum est etiã, ꝙ eisdẽ rationibus vtũtur doctores Græcorũ ad ostendendum processionẽ spiritussancti à filio, quibus & vtũtur Latini doctores. Argumẽtatur enim Anselmus in lib. de Processione spiritussancti ad ostendendam processionẽ spiritussancti ex hoc ꝙ pater & filius sunt vnius essentiæ. Ex quo sequitur, ꝙ pater & filius nõ differat ab inuicem nisi in hoc, ꝙ hic est pater, ille filius. Habere autẽ spiritumsanctũ ex se procedentẽ nõ pertinet ad rationẽ paternitatis: neq; ad rationẽ filiationis. Nõ enim ex hoc pater dicitur pater: quia spiritussanctus ab eo procedit. Neq; filiationi repugnat, ꝙ habeat ex se spiritũ procedentẽ. Relinquitur ergo, ꝙ

Universidad de Deusto
Biblioteca

habere ex se spiritū procedentē est cōmune patri & filio. Et similiter Athanas. in Teca super Ioannē sic argumentatur. Ex quo filius omnia quæ patris sunt essentialiter habet: habet & spiritū. Et Cirillus dicit in libro Thesaurorū. Verè spiritū Christi & spiritū patris Apostolus dicit esse vnū & nō plures: quoniā omnia quæ sunt patris, veraciter & propriè transeant secūdum naturam in vero filio. Ex hoc autē patet, ꝙ cū dicitur in euāgelio spiritum sanctū à patre procedere: datur intelligi, ꝙ procedat à filio, licēt in euangelio non addatur. Ea enim quæ essentialiter dicuntur de patre & filio: dicta de patre, oportet ꝙ intelligātur de filio, etiā si cū exclusione dicantur. Sicuti cū dicitur Ioan. 17. vt cognoscant te solū Deum verū. Et primæ Thimo. 6. Qué. s. Christū suis tēporibus ostēdet beatus & solus potēs rex regū & dominus dominantiū: qui solus habet immortalitatē. Intelligūtur enim huiusmodi & de filio verificari ea ratione: quia filius & pater secūdum essentiā vnū sunt: secūdum ꝙ dicitur Ioan. 10. Ego & pater vnū sumus. Cū igitur habere spiritū ex se procedentē, sit cōmune patri & filio, sicut ea quæ dicūtur essentialiter vt ex dictis patet: cū dicitur in euāgelio, spiritum sanctū à patre procedere, intelligēdum est, ꝙ procedat à filio. Eadē ratione cū in Symbolo à patribus ædito dictū est, ꝙ spiritus sanctus procedit à patre, intelligi oportet, ꝙ ꝓcedit & a filio. Sicut cū de patre in eodem Symbolo dicitur. ꝙ sit omnipotens: visibiliū & inuisibilium factor: oportet quod & de filio intelligatur.

Quòd spiritus sanctus distinguitur à filio per hoc quod est ab eo.

OStenditur etiā ex dictis dictorū patrum, ꝙ spiritus sanctus à filio distinguitur per hoc ꝙ ab eo est. Dicit enim Gregor. Nicenus. Dogma facientes de deitate, immutabilē esse naturā diuinā cōfitemur: sed differētiam quæ est secūdum causam & causatum, non negamus. i. secūdum principiū & quod est de principio vt suprà expositū est. Et posteà subdit. Itē aliam differentiā intelligimus. Vnū nempè propinquū ex primo. s. filiū ex patre: alium autē ex propinquo & ex primo. s. spiritū ex filio & ex patre. Patet ergo ꝙ per primam differentiā, spiritus sanctus & filius à patre distinguuntur: per secūdam autē distinguitur spiritus sanctus à filio: quia. s. filius à patre procedit, nō per spiritum, sed spiritus sanctus per filium. Sicut & Ricard. de S. Victo. in quinto de Trini. ostendit duarū processionū differentiam per hoc, ꝙ filius procedit ab vno tātùm, spiritus verò sanctus à duobus. Relinquitur ergo secundum vtriusq; sententiam, quòd filius & spiritus sanctus ab inuicem non distinguerentur, si vnus ab alio non esset.

Quòd oportet distinctionem personarum esse secundum aliquem ordinem naturæ.

ITem distinctio personarū oportet ꝙ sit secūdum aliquē ordinē, qui est ordo naturæ vt Aug. dicit. Vñ & ordinē personarū distinctarum Athanas. in epist. ad Serapionem cathenæ assimilat dicens. Equidē sicut qui caput cathenæ trahit mediū & aliā extremitatem trahit, sic & qui in spiritū blasphemat. s. tertiā personā & in filium mediū & in patrē extremū, id est, principiū, caput cathenæ tertij di screti incōfusi ordinis diuini blasphemat. Sicut & ecōuersò qui spiritum credit & recipit Deū, recipit & filiū eius à quo est, sicut qui tenet vnū caput cathenæ ad se trahens, mediū eius tenet, & ꝓ mediū aliud caput apprehendit. Et propter hoc etiā in eadē epistola idem dicit, ꝙ spiritum paracletū dicimus terminū beati & supersessentialis diuini ordinis, & quod infallibiliter terminat propriū finē in se sua hypostasi, sicut & pater tenet ipsi⁹ ordinis caput & fontale principium in principiatus ipse. Mediū autē extremitatum ordinis, veraciter tenet filius inter patrē & spiritū sanctum. Et paulò pòst. Pater à se principio trini ordinis diuini per medium filiū genitū terminat ipsius ordinis finē naturali proprietate in tertio spirato spiritu. Ciril. etiā dicit in lib. Thesaurorū. Spiritū sanctum ex filio secundū naturam existentē, & ab ipso ad creaturā missum renouationē ecclesię operantē & terminum sanctæ Trinitatis existentē. Et concludit, si hoc ita est Deus ergo ex Deo filio spiritus sanctus est. Si enī spiritus sanctus non esset à filio, nō magis spiritus sanctus esset terminus trinitatis quā filius, nec ordo trinitatis assimilaretur cathenæ, sed magis triāgulo. Hac etiā rōnem tāgit Ricard. de S. Victo. in quarto de Trinit. vbi ostēdit, ꝙ in diuinis psonis nō pōt esse nisi vna sola persona à qua nō procedat diuina persona, nec etiam possunt esse duæ personæ quæ sint ab vna sola psona. Vtrūq; enī prędicto ordini qui in diuinis psonis attēditur, repugnaret. Quorum rō vtrūq; oportet poni si spiritus sanctus à filio nō procederet. Hūc etiā personarū diuinarum ordinē Ciril. in lib. Thesaurorū ostendit sub alia similitudine ex authoritate sacræ scripturæ assumpta, quæ spiritū sanctum digitū Dei nominat in euāgelio cū dicit. Si in digito Dei ejcio dæmonia, loco cuius in alio euāgelio dicit, si in spiritu Dei, &c. Filius autē dicitur brachiū patris. Isa. 51. Indue fortitudinē brachium dñi. Dicit ergo Sicut brachiū & manus naturaliter à corpore innatū & propagarū existit, & à manu naturaliter fluit digit⁹, ita à Deo patre naturaliter filius brachiū & manus eius generatiuæ à Deo oriūtur. Deus de Deo, & ab ipso filio tāquàm à naturali manu patris naturaliter producitur prosiliens spirit. s. sanctus Deus digitus. Cōcludi ergo potest, quòd spiritus sanctus sit à filio per rationes vniformiter à doctoribus Latinis & Græcis prolatas.

Quòd credere spiritum sanctum esse à filio, est de necessitate salutis.

QVia verò inter disputantes plerūq; cōtradictio accidit, circa aliqua quæ nō sunt de necessitate salutis, ne aliqs opinet nō esse de necessitate fidei ꝓ quā saluamur, credere spiritū sanctū esse à filio, ostēdendū est ꝓ authoritates doctorū Græcorū, hoc esse de necessitate fidei & salutis. Dicit enim Athanasius in epistola ad Serapionē Iuxta quod mādat Apostolus. Hæreticū hominē post primā & secūdā correctionē deuita. etiā si quos videris cū Helya volātes per aëra & cū Petro & Moyse sicco pede calcātes maria, nisi spiritū sanctum profiteātur Deū essentialiter ex Deo filio existētē sicut & filiū naturaliter Deū genitū æternaliter ex Deo patre existētē. vt nos ꝓfiteamur, eos nō recipias. Et iterū. Blasphemātibus & negātibus spiritū sanctū Deū esse de natura Dei filij: no cōmunices. Itē Cirillus, dicit in libro Thesaurorū. Necessario salutis nostrū est cōfiteri spiritum sanctū de essentia filij existere, tanquā ex ipso secundum naturam existentem. Item Epiphanius in libro de Trinitate. Te ipsum alienas à gratia Dei cū nō recipis à patre filiū neq; spiritū sanctum à patre & filio dici. Patet igitur, quòd nullo modo sunt tollerandi, qui spiritum sanctum à filio procedere negant.

Quòd pontifex Romanus est primus & maximus inter oēs Episcopos.

SImilis autē error est dicētiū Christi vicariū Romanę ecclesię pōtificē nō habere vniuersalis ecclesiæ primatū errori dicētiū spiritū sanctū à filio nō procedere. Ipse enim Christus Dei filius suā ecclesiā cōsecrat, & sibi cōsignat spiritu sancto quasi suo charactere & sigillo: vt ex suprà positis auctoritatibus manifestè habetur. Et similiter Christi vicarius suo primatu & ꝓuidētia vniuersam ecclesiā, tanquā fidelis minister Christo subiectā cōseruat. Ostēdēdū est ergo ex auctoritatibus Græcorū doctorū, prædictū Christi. vicarium in totā ecclesiā Christi potestatis plenitudinē obtinere. Quod enim Romanus pōtifex successor Petri: & Christi vicarius sit primus & maximus omniū Episcoporū, Canō cōcilij expresse ostēdit. sic dicēs. Veneramur secundū scripturas & Canonu diffinitionē sanctissimū antique Romę Episcopū, primū esse & maximū omniū Episcoporū. Hoc autē auctoritati cōsonat sacræ scripturæ quæ inter Apostolos Petro attribuit primū locum tam in euāgelijs quā in actibus Apostolorū. Vnde dicit Criso. sup Matth. super illud: Accesserūt discipuli ad Iesum dicētes: Quis maior est in regno cœlorum? Quia quoddam humanum scandalum conceperūt quod & in se occultare iam non poterant & timorem cordis non sustinebāt, in eo quòd videbant Petrum sibi præferri & præhonorari.

Quòd idem pontifex in totam ecclesiam Christi vniuersalem prælationem habet.

OStenditur etiā, ꝙ prædictus Christi vicarius, in totā ecclesiam Christi vniuersalē prælationē obtineat. Legitur enim in Calcedonēsi cōcilio: ꝙ tota Synodus clamauit Leoni Pape. Leo sanctissimus Apostolicus & Icumeraycos. i. vniuersalis patriarcha per multos annos viuat. Et Criso. super Mat. Filius quæ patris est & ipsius filij potestatē Petro vbiq; terrarū cōcessit & homini mortali omniū quæ in cœlo sunt dedit auctoritatē, dādo eidē claues, ad hoc vt ecclesiā vbiq; terrarū amplificet. Et super Ioā. in Homel. 85. Iacobū localiter in loco terminat: Petrū autem totius orbis ordinat magistrū & doctorē. Itē super Actus Apostolorū. Petrus à filio super oēs qui filij sunt potestatē accepit, nō vt Moyses in gēte vna, sed in vniuerso orbe. Hoc etiā trahitur ex auctoritate sacræ scripturæ. Nā Petro indistinctē oues suas Christus cōmisit dicēs. Ioā. vltimo. Pasce oues meas. Et Ioan. x. Vt sit vnum ouile & vnus pastor.

Quòd idem habet in ecclesia potestatis plenitudinem.

HAbetur etiā ex prædictorū doctorū auctoritatibus, ꝙ Romanꝰ pontifex habeat in ecclesia plenitudinē potestatis. Dicit Cyrillus patriarcha Alexandrinus in libro Thesaurorum. Sicut Christus accepit à patre dux sceptrū ecclesiæ gētiū ex Israël egrediēs super omnē principatū & potestatē super omne quodcūq; est, vt ei cūcta curuentur plenissimā potestatē: sic & Petro & eius successoribus plenissimè cōmisit. Et etiā. Nulli alij quā Petro Christus quod suū est plenū: sed ipsi soli dedit. Et infra pedes Christi humanitas est. sicut homo cui tota æternitas plenissimā dedit potestatē quē vnus trium assumpsit in vnitate personæ: trāsuexit ad patrē super omnē principatū & potestatē, vt adorēt eū oēs angeli Dei: quē totū dimisit per sacramentū & potestatē Petro & ecclesiæ eius. Et Criso. dicit ad cēsulta Bulgarorum, ex persona Christi loquens. Ter te interrogo, an ames, an ames, an diligas: quia ter me trepidus & timidus negasti. Nunc autem reductus, ne credant te fratres gratiam & clauium auctoritatem amisisse, quia amas me, coram ipsis id tibi iam cōfirmo quod meum est plenum. Hoc etiam trahitur auctoritate scripturæ. Nam dominus Matth. 16. vniuersaliter Petro dixit. Quodcūnque solueris super terram, erit. solutum & in cœlis.

Quòd in

Quòd in eadem potestate quæ collata est Petro à Christo.

OStenditur etiā, ꝙ Petrus sit Christi vicarius & Romanus pontifex Petri successor, in eadē potestate ei à Christo collata. Dicit enim Canon cōcilij Calcedonēsis. Si quis Episcopus prædicatur infamis, liberā habeat sententiam appellādi ad beatissimū Episcopū antiquæ Romæ: quia habemus Petrū Petram refugij. & ipsi soli libera potestate loco Dei sit ius discernendi Episcopi criminati infamiā secundum claues à domino sibi datas. Et infrà. Et omnia ab eo diffinita ab eo teneātur tanquā à vicario Apostoli throni. Itē Cyrilus Ieroſolimitanus patriarcha, dicit ex persona Christi loquēs. Tu cum fine & ego sine fine, cū omnibus quos loco tui ponā, plene & perfectè sacramēto & auctoritate cū eis ero sicut sum & tecum. Et Cyrillus in libro Thesaurorū: dicit, ꝙ Apostoli in euāgelijs & Epistolis, affirmauerūt in omni doctrina, Petrum esse loco Dei & eius Ecclesiā eidē dātes locū in omni capitulo & synagoga in omni electione & affirmatiōe. Et infra cui. s. Petro, oēs iure diuino caput inclināt & primates mundi tanquàm ipsi domino Iesu obediunt. Et Criso. dicit ex persona filij loquēs. Pasce oues meas. ideſt. Loco mei propositus esto fratrum.

Quod ad eum pertinet determinare, quæ sunt fidei.

OStēditur etiā, quòd ad dictū pontificē pertineat, quæ fidei sunt determinare. Dicit enim Cyrillus in libro Thesaurorū. vt mēbra maneamus in capite nostro Apostolico throno Romanorū pōtificū, à quo nostrū est quęrere quid credere & quid tenere debem⁹. Itē Maximus in Epistola orientalibus directa dicit. Oēs fines orbis qui dominū sincerè receperūt. & vbiq; terrarū catholici verā fidem cōfitētes, in ecclesiā Romanorū tanquā in solē respiciūt: & ex ipsa lumē catholicæ & Apostolicæ fidei recipient. Nec immeritò. Nam Petrus legitur primò perfectā fidē esse cōfessus, domino reuelante cū dixit Matth. 16. Tu es Christus filius Dei viui. Vnde & eidē dominus dicit. Ego pro te rogaui Petre: vt non deficiat fides tua.

PAtet etiā, ꝙ ipse patriarchis prælatus existat, ex hoc ꝙ Cirillus dicit, ꝙ ipsius. s. Apostolici throni Romanorū pontificū solius est reprehēdere corrigere statuere soluere disponere, & loco illius ligare qui ipsum ædificauit. Et Criso. super Act. Apostolorum, dicit ꝙ Petrus est vertex sanctissimus beati Apostolici throni, pastor bonus. Itē etiā hoc patet ex auctoritate domini dicētis Luc. 22. Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.

OStenditur etiā, ꝙ subesse Romano pōtifici, sit de necessitate salutis. Dicit enim Cyrillus in libro Thesaurorū Itaq, fratres, si Christū imitamur, vt ipsius oues vocē eius audiamus, manentes in ecclesia Petri: & nō inflemur vēto superbiæ, ne fortè tortuosus serpēs ꝓpter nostrā cōtentionē nos eiciat, vt Euam olim de paradiso. Et Maximus in Epistola orientalibus directa dicit. Coadunatā & fundatā suū petrā cōfessionis Petri dicimus vniuersalē ecclesiā, secūdū diffinitionē saluatoris. in qua necessariò salutis animarū nostrarū est remanere: & ei est obedire. suā seruātes fidē & cōfessionē.

SIcut autē prædicti errātes cōtra vnitatē corporis mistici peccāt, tē sacri corporis Christi delinquūt Dicētes, ex Azimo pane corpus Christi cōsecrari nō posse. quod in Græcorū doctorū auctoritatib⁹ improbatur. Dicit enim Criso. sup illud euāgelij Prima die azimorū prima diē dicit diē Iouis, in quo incipiebāt legis cultores Pascha celebrare, id est Azima comedere omni expulso fermēto Dominus ergo mittit discipulos suos die Iouis quā dicit euange. primā diem Azimorū: in qua ad vesperas saluator comedit Pascha in quo facto etiā per omnia apertissimè demōstrauit à principio suæ circūcisionis vsq; ad extremū diē paschæ, quòd nō erat cōtrarius diuinarū legū. Patet autē, quòd esset cōtrarius si fermētato pane vsus fuisset. Patet ergo, quòd Christus in institutiōe huius sacramēti, ex pane Azimo corpus suū cōsecrauit. Sciēdū tamē, quòd quidā dicūt Christum præuenisse diē Azimorū. propter passionē imminentē & tunc fermentato eū vsum fuisse. Quod quidē ostēdere nituntur ex duobus. Primò, ex hoc quòd dicitur. Io. 13. quòd Ante diē festū paschę dominus cū discipulis cœnā celebrauit in qua corpus suū consecrauit sicut Apostolus tradit, primæ Corin. 11. Vnde videtur, quòd Christus cœnā celebrauit ante diē Azimorū. Et sic in cōsecratione sui corporis vsus fuerit pane fermētato. Hoc etiā cōfirmare volunt, per hoc quod habetur. Io. 18. quòd feria sexta qua Christus crucifixus est, Iudæi nō intrauerūt prætorū Pilati, vt nō cōtaminarētur, sed māducarēt Pascha. Paschā autē dicitur Azima, ergo cōcludūt, quòd cœna fuit celebrata ante Azima. Ad hoc autē respōdet Criso. sup Ioannē. super illud, Nō cōtaminarētur, &c. Quid est hoc dicere, nisi quia in alia die comederūt Pascha & legē soluerūt vt pessimū animi sui adimplerēt desideriū in morte Christi? Christus autē nō prætericit tēpore Paschæ diē sanctū Iouis. sed in ipso Pascha comedit. Sed quia hoc nō cōstat, melius potest dici, quòd sicut dominus mādat. Exod. 12. Festū Azimorū septē diebus celebrabari. Inter quas dies, prima erat sancta atq; solēnis precipuè inter alias. qđ erat quinta decima die mens. Sed quia apud Iudæos solēnitates a præcuēti vespere incipiebāt, ideo quarta decima die ad vesperā incipiebāt comedere. Azima & comedebāt per septē subsequētes dies. Et ideo dicitur in eode capitulo Primo mēse, quarta decima die mensis ad vesperam comedetis Azima vsq; ad diē vicesimā primā eiusdē mēsis ad vesperā. septē diebus fermentū nō inuenietur in domibus vestris. Et eadē quarta decima die ad vesperas, immolabatur agnus Paschalis. Prima ergo dies Azimorū à tribus euangelistis. Matthæo, Marco, & Luca, dicitur quarta decima die mēsis, quia ad vesperā nō comedebatur Azima. Et tūc immolabatur Pascha, ideſt, agnus Paschalis. Et hoc erat. secundū Ioā. Ante diē festū Paschæ. i. ante quindecimū diē mēsis, quia erat solēnior inter oēs in quo Iudæi volebant comedere Pascha. i. panes Azimos Paschales & etiā agnū Paschalē. Et sic nullā discordia inter euāgelistas existētē, planū est, quòd Christus ex pane Azimo corpus suū cōsecrauit in cœna. Hoc etiā patet, quòd magis cōgruit puritati corporis mistici. i. ecclesiæ quæ in hoc sacramē to figuratur. Vnde dicit Grego. Nazianzenus de Pascha domini. Celebremus domino Festū in iubilo. nō in fermēto veteri malitiæ & nequiciæ. sed in Azimis sinceritatis & veritatis. Nō autē ꝓpter hoc intēdimus, quòd ex fermētato hoc sacramētū cōsici nō possit. Dicit enim Grego. Papa in registro. Romana ecclesia offert Azimos panes, propterea, quòd dominus sine vlla cōmixtione suscepit carnē: sed cæteræ ecclesię offerūt fermētatū, pro. eo quòd verbū patris induxit carnē & est verus Deus & verus homo. Itē & fermentū cōmisceetur farinę & efficitur corpus domini nostri Iesu Christi viui.

Quòd est purgatorium in quo purgātur animæ à peccatis quæ non in vita præsenti purgantur.

DIminuitur autē virtus huius sacramēti ab ijs qui purgatorium negāt post mortē. Nā in purgatorio existētibus, præcipuū remediū in hoc sacramento cōfertur. Dicit enim Grego. Nicenus, in sermone De defunctis. Si aliquis in hac labili vita peccata purgare min⁹ potuit post trāsitū hinc per purgatorij ignis cōflationē: cuius magis ac magis fidelis spōsa spōso dona: & hostiā in passionis memoriā offert, quod filius quos ipsi spōso verbo & sacramēto rei prælarè genuit pœna alacriter expeditur. secundū quod prædicamus, dogma veritatis seruātes. ita & credimus. Itē Theodoricus Episcopus Cyren. super illud primæ ad Corin. 3. Si cuius opus arserit, &c. sic dicit. Dicit Apostolus, ꝙ saluabitur sic tāquā per cōflatoriū ignē purgandē, quicquid interuenit per incautelā præteritæ vitæ: ex puluere saltē pedum terreni sensus, in quo tandiu manet quādiu quicquid corpulētię & terreni affectus inhæsit purgetur. pro quo mater ecclesia hostias & dona pacifica deuotè offert. Et sic per hoc mūdus inde prius exiens, dñi Sabaoth purissimis oculis īmaculatus assistit.

HAec sunt (pater sanctissimè) quæ ex auctoritatibus doctorum Græcorū secundū vestrā iussionē excepi. & exponēda & ad cōfirmationē veræ fidei inducēda. Inueniūtur tamen inter prædictas auctoritates, quædā indecētes expositiones interpositæ, sicut quòd logos, exponit trāslator ferè vbiq; sermonē mētalē: cū secūdū vsum scripturæ latinæ cōueniētius exponeret verbū. Et hypostasim, exponit essentialē personā: quā expositionē sequēs, aliquā do cogitur incōuenientēs dicere sicut vbi dicit. Deus Trinipostases. i. trinus essencialiter personalis. Hoc enim est omnino erroneū, quòd Deus sit essentialiter trinus. Sufficeret autē pro hypostasi trāsterre simpliciter personā. Sic enim vtimur nomine personæ in confessione fidei sicut Greci nomine hypostasis. vt dicit Aug. licet nō sit omnino eadem ratio signandi per nomen. Inducit etiam ad laudem sanctorū patrū aliqua quæ modum puri hominis excedūt: aliquos nominās patres fidei, quod solius Christi est à quo secūdū Apostolū ad Heb. 2. principiū accipit fides enarrādi. Cæteri vero possunt dici doctores, vel expositores fidei, nō autē patres. Inducunt etiā in principio huius libelli quasdā auctoritates sacræ scripturæ, quæ si nudè proferantur non expresè, probant processionē spiritus sancti à filio: sicut quod inducit Spiritus domini ferebatur super aquas. Vtitur etiā & ipse aliquibus modis loquēdi. quos in auctoritatibus sanctorū patrum inuenit, qui sicut superiùs dictum est, magis sunt reuerēter in dictis patrum exponēdi, quā ab alijs vsurpandi: sicut, quòd in diuinis personis sit primum, secundum: tertium: causa & causatum. In suis etiam expositionibus multis improprijs verbis & indecētibus vtitur. sicut quod dicit, quòd filius habet proprietatem geminam inter patrem & spiritum. vt ita dicam subalternam per modū prædicandi. prima se habet ad patrem tanquā subiectum ad prædicatum: & secunda, vt prædicatum ad subiectum & ita ad spiritum sanctum, quod est omnino erroneum. Item dicit, quòd imago in Greco idem est quod entitas secunda, quod omnino indecēter dicitur. Item dicit, quòd imago non importat originem: quod est contra Aug. in libro. 83. quæstionum. Sunt autem fortasse & alia in prædicto libello, quæ vel dubia esse possunt & expositione indigent. Sed quæ ad fidei assertionē vtilia esse possent, ad ea quæ præmissa sunt. vt credo omnia possunt reduci.

Explicit liber Sancti Thomæ Aquinatis, ordinis prædicatorum contra errores Græcorum ad Vrbanum pontificem maximum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCIPIT COMPENdium Theologiæ eiusdem, ad fratrem Reginaldum socium suum charissimum.

CAP. I.

ETERNI patris verbum sua immensitate vniuersa cõprehendens, vt hominẽ per peccata minoratũ in celsitudinẽ diuinæ gloriæ reuocaret, breuè fieri voluit nostra breuitate assumpta, nõ sua deposita maiestate: Et vt à cœlestis verbi capescenda doctrina nullus excusabilis redderetur, quod per studiosos diffusè & dilucidè per diuersa scripturæ sanctę volumina tradiderat, propter occupatos sub breui summa humanæ salutis doctrinã concluſit. Consistit enim humana salus in veritatis cognitione, ne per diuersos errores intellectus obscuretur humanus in debiti finis intentione, ne indebitos fines sectãdo, à vera fœlicitate deficiat in iustitię obseruatione, ne per vitia diuersa sordescat. Cognitionẽ autẽ veritatis humanæ saluti necessariã, breuibus & paucis fidei articulis cõprehendit. Hinc est, q̃ Apostolus ad Rom. 9. dicit. Verbũ abbreuiatũ faciet Deus super terrã. Et hoc quidẽ est verbum fidei, quod prædicamus. Intentionem humanã breui oratione rectificauit, in quo dùm nos orare docuit, quomodò nostra intentio & spes tẽdere debet ostendit. Humanã iustitiã quæ in legis obseruatione cõsistit, vno præcepto charitatis cõsummauit. Plenitudo enim legis est dilectio. Vnde Apostolus 1. Corinth. 13. In fide spe & charitate, quasi in quibusdam salutis nostræ cõpendiosis capitulis totã præsentis vitæ perfectionẽ consistere docuit dicẽs. Nunc autẽ manẽt fides, spes, charitas. Vnde hæc tria sunt vt beatus Augusti. dicit, quibus colitur Deus. Vt igitur tibi (fili charissime Reginalde) cõpẽdiosam doctrinã de christiana religione tradã, quã semper præ oculis posſis habere: circa hæc tria, in præsenti opere tota nostra versatur intentio. Primũ de fide, secũdò de spe, tertiò verò de charitate agemus. Hoc enim & Apostolicus ordo habet & ratio recta requirit. Non enim amor rectus esse potest, nisi debitus finis spei statuatur: nec hoc esse potest si veritatis agnitio desit. Primò igitur necessaria est fides per quã veritatẽ cognoscas. Secũdò spes, p quã in debito fine tua intẽtio colloceť. Tertiò necessaria est charitas, p quã tuus affectus totaliter ordineť.

Ordo dicendorum circa fidem.

CAP. II.

FIdes autẽ prælibatio quædam est illius cognitionis quæ nos in futuro beatos facit. Vnde & Apostolus dicit, q̃ est substãtia sperandarũ rerum quasi iam in nobis sperãdas res. i. futurã beatitudinem per modũ cuiusdã inchoatiõis subsistere faciens. Illam autem beatificantem cognitionẽ, circa duo cognita dominus cõsistere docuit, scilicet circa diuinitatẽ trinitatis & humanitatẽ Christi. Vnde ad patrem loquẽs, dicit. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deũ, &c. Circa hæc ergo duo tota fidei cognitio versatur, scilicet circa diuinitatem trinitatis & humanitatẽ Christi. Nec mirum. quia Christi humanitas via est qua ad diuinitatẽ peruenitur. Oportet igitur & in via viã cognoscere, per quã posit peruenire ad finem & in patria Dei gratiarũ actio sufficiẽs nõ esset, nisi vię per quã saluati sunt cognitionẽ haberent. Hinc est, q̃ dominus discipulis dixit. Et quò ego vado scitis & viam scitis. Circa diuinitatem verò tria cognosci oportet. Primò quidem essentiæ vnitatem. Secũdò, personarum trinitatem. Tertiò, diuinitatis effectus.

Quod Deus sit.

CAP. III.

CIrca essentiæ quidẽ diuinæ vnitatẽ Primò quidẽ credendũ est Deũ esse: quod ratione cõspicuũ est. Videmus eius ofa quæ; mouentur ab alijs moueri: inferiora quidẽ per superiora, sicut elemẽta per corpora cœlestia, & in elemẽtis quod fortius est, mouet id quod debilius est: & in corporibus etiã cœlestibus, inferiora à superioribus agitur. Hoc autẽ in infinitũ ꝓcedere, impossibile est. Cũ enim omne quod mouetur ab aliquo sit quasi instrumẽtum quoddã, primi mouẽtis, si primũ mouẽs nõ sit quęcũq; mouẽt instrumẽta erũt. Oportet autẽ ũ in infinitũ procedatur, in mouẽtibus & motis primũ mouẽs nõ esſt, igitur omnia infinita mouẽtia & mota erũt instrumẽta. Ridiculũ est autẽ etiã apud indoctos, ponere instrumẽta moueri nõ ab aliquo principali agẽte. Simile enim est hoc: ac si aliquis circa constitutionem archæ, vel lecti ponat serrã vel securim absque carpentario operantem. Oportet igitur primum mouens esse quod sit omnibus supremum, & hoc dicimus Deum.

Quòd Deus est immobilis.

CAP. IIII.

EX hoc apparet, quòd necesse est Deum mouentem omnia, immobilem esse. Cùm enim sit primum mouens, si moueretur necesse esset ꝺ seipsum, vel à seipso, vel ab alio moueri. Ab alio quidem moueri non potest: oporteret enim esse aliquid mouens, prius eo quod est contra rationem primi mouentis. A seipso autem si mouetur hoc potest esse dupliciter. Vel quòd secundum idem sit mouens & motum, aut ita, quòd secundum aliquid sui sit mouens & secundum aliquid motum. Horum quidem primum esse non potest. Cũ enim omne quod mouetur in quantum huiusmodi sit in potentia, quod autem mouet sit in actu, si secundum idem esset mouẽs & motum, oportet, quòd secũdum idem esset in potentia & in actu, quòd est impossibile. Secundum etiam esse non potest. Si enim esset aliquid mouens & alterum motum, nón esset ipsum secundum se primum mouens, sed ratione suæ partis quæ mouet. Quod autem est per se, prius est eo quod non est per se. Non potest igitur primum mouens esse, si ratione suæ partis hoc ei conueniat. Oportet igitur primum mouens omnino immobile esse. Ex ijs etiam quæ mouentur & mouent, hoc ipsum considerari potest. Omnis enim motus videtur ab aliquo immobili procedere, quod scilicet non mouetur secundum illam speciem motus. Sicut videmus. quòd alterationes & generationes & corruptiones quæ sunt in istis inferioribus, reducuntur sicut in primum mouens in corpus cœleste, quòd secũdum hanc speciem motus non mouetur, cum sit ingenerabile & incorruptibile & inalterabile. Illud ergo quod est primum principium omnis motus, oportet esse immobile omnino.

Quòd Deus est æternus.

CAP. V.

EX hoc autem apparet vlteriùs Deũ esse æternum. Omne enim quod incipit esse, vel desinit per motum vel per mutationẽ hoc patitur. Ostensum est autem, quòd Deus est omninò immobilis, est ergo æternus.

Quòd Deum esse per se, est necessarium.

CAP. VI.

PEr hoc autẽ ostenditur, q̃ Deum esse sit necessariũ. Omne enim quod posſibile est esse & nõ esse, est mutabile. Sed Deus est omni nò immutabilis vt ostẽsum est, ergo Deũ nõ est posſibile esse & non esse. Omne autẽ quod est, & nõ est posſibile ipsum nõ esse, necesse est ipsum esse, quia necesse esse & nõ posſibile nõ esse, idem significant, ergo Deum esse est necesse. Item omne quod est posſibile esse & nõ esse, indiget aliquo alio quod faciat ipsum esse, quia quantum est in se, se habet ad vtrũq;, quod autẽ facit aliquid esse, est prius eo, ergo omni quod est posſibile esse & nõ esse, est aliquid prius. Deo autem nõ est aliquid prius, ergo nõ est posſibile ipsum esse & nõ esse, sed necesse est eum esse. Et quia aliqua necessaria sunt, quæ suæ necessitatis causam habent, quam oportet eis esse priorem. Deus qui est omnium primũ, non habet causam suæ necessitatis. Vnde Deum esse per seipsum, est necesse.

Quòd Deus semper est.

CAP. VII.

EX his autẽ manifestum est, quòd Deus est semper. Omne enim quod necesse est esse, semper est, quia quod nõ posſibile est non esse impossibile est non esse, & ita nũquàm non est, sed necesse est Deum esse vt ostensum est, ergo Deus semper est. Adhuc nihil incipit esse, aut desinit, nisi per motum vel mutationem, Deus autem omninò est immutabilis vt probatum est. Impossibile est igitur, quòd esse inceperit vel quòd esse desinat. Item, omne quod non semper fuit, si esse incipiat indiget aliquo, q̃ sit ei causa essendi. Nihil enim seipsum educit de potentia in actum, vel de non esse in esse. Deo autem nulla potest esse causa essendi, cùm sit primum ens. Causa enim prior est causato. Necesse est igitur Deũ semper fuisse. Amplius quod conuenit alicui non ex aliqua causa extrinseca conuenit ei per seipsum, esse autem Deo non conuenit ex aliqua causa extrinseca, quia illa causa esset eo prior. Deus igitur habet esse per seipsum. Sed ea quæ per se sunt, semper sunt, & ex necessitate, igitur Deus semper est.

Quòd in Deo non est aliqua successio.

CAP. VIII.

PEr hoc autem manifestum est, quòd in Deo non est aliqua successio, sed eius esse totum est simul. Successio enim non inuenitur nisi in illis quæ sunt aliqualiter motui subiecta. Prius enim & posterius, in motu causant temporis successionẽ. Deus autem nullo modo est motui subiectus vt ostensum est. Non igitur est in Deo aliqua successio, sed eius esse est totum simul. Item si alicuius esse non est totum simul, oportet quòd ei aliquid deperire posſit, & aliquid aduenire. Deperit enim illud, quod tranſit & aduenire ei

potest, illud q̃ in futurũ expectatur. Deo autẽ nihil deperit nec accrescit: quia immobilis est: igitur esse eius est totũ simul. Ex his autẽ duobus apparet, q̃ ꝓprie est æternus. Illud enim propẽ est æternũ, quod semper est. & eius esse est totũ simul: secũdũ q̃ Boeti⁹ dicit, q̃ æternitas est interminabilis vitæ, tota simul & perfecta possessio.

Quòd Deus est simplex.

CAP. IX.

INde etiã apparet, q̃ oportet primũ mouẽs simplex esse. Nam in omni Cõpositione, oportet esse duo quæ ad inuicẽ se habeãt sicut potẽtia ad actũ. In primò autẽ mouẽte si est omnino immobile impossibile est esse potentiã cũ actu: nã vnũquódq; ex hoc, quòd est in potẽtia, mobile est. Impossibile igitur est primũ mouẽs cõpositũ esse, adhuc omni cõposito necesse est esse aliquid prius. Nã cõponentia, naturaliter sunt cõposito priora. Illud igitur quod omniũ entiũ est primũ, impossibile est esse cõpositũ. Videmus etiã in ordine eorum quæ sunt composita, simpliciora priora esse: nã elementa sunt naturaliter priora corporalibus mixtis. Item etiam inter ipsa elementa primum est ignis, quod est. simplicissimũ. Omnibus autem elementis prius est corpus cœleste, quod in maiori simplicitate constitutum est, cum ab omni cõtrarietate sit purum. Relinquitur igitur, quòd primum entium oportet omnino simplex esse.

Quòd Deus est sua essentia.

CAP. X.

SEquitur autẽ vlterius, quòd Deus sit sua essentia. Essentia enim vniuscuiusq; rei, est illud quod significat diffinitio eius. Hoc autem est idẽ cũ re cuius est diffinitio. nisi per accidẽs: inquantũ. scilicet diffinito accidit aliquid quod est præter diffinitionẽ ipsius Sicut homini accidit albedo, præter id, q̃ est animal rationale & mortale. Vnde animal rationale & mortale, est idẽ, quòd homo: sed non idẽ homini albo inquãtum est albũ. In quocũq; igitur nõ est inuenire duo, quorũ vnũ est per se: & aliud per accidens, oportet, quòd essentia eius sit omnino idẽ cum eo. In Deo autẽ cùm sit simplex vt ostẽsum est, nõ est inuenire duo, quorũ vnũ sit per se & aliud per accidẽs, oportet igitur, quòd essentia eius sit omnino idem quòd ipse. Itẽ in quacũq; essentia nõ est omnino idẽ cũ re cuius est essentia, est inuenire aliquid per modũ potẽtiæ & aliquid per modũ actus. nam essentia formaliter se habet ad rem cuius est essentia: sicut humanitas ad hominem: in Deo autem, non est inuenire potẽtiam & actum: sed est actus purus. Est igitur ipse sua essentia.

Quòd Dei essentia, non est aliud quàm suum esse.

CAP. XI.

VLteriùs autẽ necesse est, quòd Dei essentia nõ sit aliud quã esse ipsius. In quocũq; enim aliud est essentia: & aliud esse eius, oportet, q̃ aliud sit quo fit & aliud quo aliquid sit: nã per esse suũ, de quo libet dicitur, quòd est per essentiã verò suã, de quolibet dicitur. quid sit. Vnde & diffinitio significãs essentiã, demonstrat quid est res. In Deo autẽ, nõ est aliud quo est & aliud quo aliquid est. cũ nõ sit in eo cõpositio. vt ostẽsum est. Nõ est igitur ibi aliud ei⁹ essentia quã suũ esse. Itẽ ostẽsum est, quòd Deus est actus purus absq; alicuius potentialitatis permixtione: oportet igitur, quòd eius essentia sit vltimus actus: nã omnis actus qui est circa vltimũ, est in potentia ad vltimũ actũ. Vltimus autẽ actus, est ipsum esse. Cùm enim omnis motus sit exitus de potẽtia in actũ, oportet illud esse vltimũ actũ in quod tendit omnis motus. Et cũ motus naturalis in hoc tendat, quod est naturaliter desideratũ, oportet hoc esse vltimum actum: quod omnia desiderant. Hoc autem est esse. Oportet igitur, quòd essentia diuina quæ est actus purus & vltimus, sit ipsum esse.

Quòd Deus non est in aliquo genere sicut species.

CAP. XII.

HInc autẽ apparet, quòd Deus nõ sit in aliquo genere sicut species. Nã differẽtia addita generi, constituit speciẽ, ergo cuiuslibet speciei essentia, habet aliquid additũ supra genus: sed ipsum esse quod est essentia Dei, nihil in se cõtinet, quod sit alteri additũ. Deus igitur nõ est species alicuius generis. Itẽ, cũ genus cõtineat differentias potestate, in omni constituto ex genere & differentijs est actus permixtus potẽtiæ. Ostensum est autem Deum esse purum actum, absque permixtione potentiæ. Non est igitur eius essentia constituta ex genere & differentijs: & ita non est in genere.

Quòd impossibile est Deum esse genus alicuius.

CAP. XIII.

VLteriùs autẽ ostẽdendũ est, q̃ neq; posſibile est Deũ esse genus. Ex genere enim habetur quid est res: nõ autẽ rẽ esse. Nã per differentias specificas cõstituitur res in proprio esse. Sed hoc q̃ Deus est ipsum esse, impossibile est ergo, quòd sit genus. Itẽ, omne genus differentijs aliquibus diuiditur: ipsius autẽ esse, nõ est accipere aliquas differẽtias: differentiæ enim nõ participãt genus nisi per accidẽs: inquantũ species constituæ per differentias genus participant. Nõ potest autẽ esse aliqua differẽtia, quæ nõ participet esse: quia nõ ens nullius est differẽtia. Impossibile est igitur, quòd Deus sit genus de multis speciebus prædicatum.

Quòd Deus non est aliqua species prædicata de multis indiuiduis.

CAP. XIIII.

NEque est posſibile, quòd sit sicut vna species de multis indiuiduis prædicata. Indiuidua enim diuersa quæ cõueniunt in vna essentia speciei, distinguuntur per aliqua. quæ sunt præter essentiam speciei, sicut homines coueniunt in humanitate: sed distinguũtur ab inuicem per id quod est præter rationẽ humanitatis. Hoc autem in Deo nõ potest accidere: Nã ipse Deus est sua essentia, vt ostensum est. Impossibile est igitur, quòd Deus sit species quæ de pluribus indiuiduis prædicetur. Item plura indiuidua sub vna specie contenta, differunt secundũ esse, & tamẽ cõueniunt in vna essentia. Vbicúnq; igitur sunt plura indiuidua sub specie vna, oportet, quòd aliud sit esse, & aliud essentia speciei. In Deo autem idem est esse & essentia vt ostensum est. Impossibile est igitur, quòd Deus sit quædam species de pluribus prædicata.

Quòd necesse e dicere Deum esse vnum.

CAP. XV.

HInc etiam apparet, quòd necesse est vnũ Deũ solũ esse. Nam si sint multi dij, aut æquiuocè aut vniuocè dicũtur. Si æquiuocè, hoc nõ est ad propositũ. Nihil enim ꝓhibet quod nos appellamus lapidẽ: alios appellare Deũ Si autẽ vniuocè, oportet quòd cõueniãt vel in genere, vel in specie. Ostẽsum est autẽ, quòd Deus non potest esse genus neq; species, plura sub se cõtinens: impossibile est igitur esse plures Deos. Itẽ illud quo essentia cõmunis indiuiduatur, impossibile est pluribus cõuenire. Vnde licet posſint esse plures homines, impossibile tamẽ est hũc hominẽ esse nisi vnũ tantũ. Si igitur essentia per se ipsam indiuiduatur, & nõ per aliquid aliud, impossibile est, quòd pluribus cõueniat: sed essentia diuina per seipsam indiuiduatur: quia in Deo non est aliud essentia & quod est: cùm ostensum sit, quòd Deus sit sua essentia. Impossibile est ergo, q̃ sit Deus nisi vnus tantũ. Itẽ duplex est modus quo aliqua forma potest multiplicari: vnus per differentias, sicut forma generalis, vt color in diuersas species coloris, alius per subiectum. sicut albedo. Omnis ergo forma quæ nõ potest multiplicari per differẽtias, si nõ sit forma in subiecto existens, impossibile est, quòd multiplicetur. sicut albedo si subsisteret sine subiecto, non esset nisi vna tantùm. Essentia autẽm diuina, est ipsum esse cuius nõ est accipere differentias vt ostensum est. Cum igitur ipsum esse diuinum sit quasi forma per se subsistens, eo quòd Deus est suum esse. impossibile est, quòd essentia diuina sit nisi vna tantùm. Impossibile est igitur esse plures Deos.

Quòd impossibile est Deum esse corpus.

CAP. XVI.

PAtet autem vlterius, quòd impossibile est ipsum Deum esse corpus: nam in omni corpore compositio aliqua inuenitur. Omne enim corpus est partes habens. Id igitur quod est omnino simplex, corpus esse non potest. Item nullum corpus inuenitur mouere, nisi per hoc quod ipsum mouetur: vt per omnia inducenti apparet: Si ergo primum mouẽs est omnino immobile: impossibile est ipsum esse corpus.

Quòd impossibile est esse formam corporis aut virtutem in corpore.

CAP. XVII.

NEque etiam est posſibile ipsum esse formam corporis, aut aliquam virtutem in corpore. Cùm enim omne corpus mobile inueniatur: oportet corpore moto, ea quæ sunt in corpore moueri, saltem per accidens. Primũ autem mouens, non potest nec per se: nec per accidens moueri: cùm oporteat ipsum omnino esse immobile vt ostẽsum est. Impossibile est igitur, quòd sit forma vel virtus in corpore. Item oportet omne mouens ad hoc, quòd moueat, dominiũ super rẽ quæ mouetur habere. Videmus enim, quòd quantò magis virtus mouens excedit virtutem mobilis, tãto velocior est motus. Illud igitur, quod est omnium mouentium primum, oportet maximè dominari super res motas. Hoc autem esse non posſet, si esset mobili aliquo modo alligatum: quod esse oporteret, si esset forma eius vel virtus. Oportet igitur primum mouens, neque corpus esse: neque virtutem in corpore: neq; formam in corpore. Hinc est, quòd Anaxagoras posſuit intellectum immixtum ad hoc, quòd imperet & omnia moueat.

Quod Deus est infinitus secundum essentiam.

CAP. XVIII.

HInc etiam considerari potest, ipsum esse infinitum: non priuatiuè quidem secundum quòd iufinitum est passio quan-

Universidad de Deusto Biblioteca

titatis:prout.ſ.infinitum dicitur quod eſt natũ habere finem rationem ſui generis·ſed non habet· ſed negatiuè prout infinitum dicitur, quod nullo modo finitur.'Nullus enim actus inuenitur finiri, niſi per potentiam quæ eſt eius receptiua. Inuenimus enim formas limitari ſecundum potentiam materiæ. Si igitur primũ mouens eſt actus abſq; potentiæ permixtione,quia nõ eſt forma alicuius corporis,nec virtus in corpore.neceſſariũ eſt ipſum infinitũ eſſe.Hoc etiã ipſe ordo qui in rebus inuenitur demonſtrat:nam quantò aliqua in entibus ſunt ſublimiora:tantò ſuo modo maiora inueniuntur.Inter elementa enim quæ ſunt ſuperiora,maiora quantitatiuè inueniuntur:ſicut etiã in ſimplicitate.Quod eorũ generatio demonſtrat : cũ multiplicata proportiõe ignis ex aëre generetur:aër ex aqua : aqua autẽ ex terra.Corpus autẽ cœleſte manifeſtè apparet totã quantitatem elementorum excedere.Oportet igitur id quod inter omnia entia primũ eſt,& eo nõ poteſt eſſe aliud prius, infinitæ quãtitatis ſuo modo exiſtere. Nec mirum ſi id quod eſt ſimplex & corporea quantitate caret,infinitũ ponatur:& ſua immenſitate omnem corporis quantitatẽ excedere:cũ intellectus noſter qui eſt incorporeus & ſimplex omnium corporũ quantitatẽ vi ſuæ cognitionis excedat & omnia circumplectatur.Multò igitur magis,id quod eſt omnium primum, ſua immẽſitate vniuerſa excedit omnia cõplectens.

Quòd Deus eſt infinitæ virtutis.

CAP. XIX.

Hinc etiam apparet Deum infinitæ virtutis eſſe.Virtus enim cõſequitur eſſentiã rei.Nam vnũquódq; ſecundũ modum eſt,agere poteſt.Si igitur Deus ſecũdum eſſentiam infinitus eſt,oportet ꝙ eius virtus ſit infinita.Hoc etiam apparet,ſi quis rerum ordinem diligẽter inſpiciat.Nam vnũquódque ꝙ eſt in potentia,ſecũdum hoc habet virtutẽ receptiuam & paſsiuã:ſecundum verò ꝙ actũ eſt, habet virtutem actiuam.Quod igitur eſt in potentia tantũ ſ.materia prima,habet virtutẽ infinitã ad recipiendum: nihil de virtute actiua participans.Et ſupra ipſam quãtò aliquid formalius eſt,tantò id abundat in virtute agẽdi.Propter quod ignis inter omnia elementa eſt maximè actiuus.Deus igitur qui eſt actus purus.nihil potẽtialitatis ꝑmixtũ habẽs.in infinitũ abũdat in virtute actiua ſuper alia.

Quòd infinitum in Deo non importat imperfectionem.

CAP. XX.

Quamuis autem infinitũ quod in quãtitatibus inuenitur,imperfectum ſit:tamen ꝙ Deus infinitus dicitur, ſummam perfectionẽ in ipſo demonſtrat.Infinitũ enim quod eſt in quantitatibus ad materiam pertinet prout fine priuatur.Imperfectio autẽ accidit rei ſecundum quod materia ſub priuatione inuenitur:perfectio autem omnis ex forma eſt. Cũ igitur Deus ex hoc infinitus ſit,ꝙ tãtũ forma vel actus eſt nullam materiæ vel potentialitatis permixtionem habens,ſua infinitas ad ſummam perfectionẽ ipſius pertinet. Hoc etiam ex rebus alijs conſiderari poteſt : nam licèt in vno & & eodem quod de imperfecto ad perfectũ perducitur, prius ſit aliquid imperfectum quàm perfectũ:ſicut prius eſt puer quàm vir:tamen oportet,quòd omne imperfectum à perfecto trahat originẽ. Nõ enim oritur puer niſi ex viro:nec ſemẽ,niſi ex animali vel planta.Illud igitur,quod eſt naturaliter,omnibus prius omnia mouens: oportet omnibus perfectius eſſe.

Quòd in Deo eſt omnimoda perfectio quæ eſt in rebus & eminẽtiùs.

CAP. XXI.

Vnde etiam apparet:quòd omnes perfectiones in quibuſcúnq; rebus inueniuntur,neceſſe eſt originaliter & ſuperabundanter in Deo eſſe.Nam omne quod mouet aliquid ad perfectionem , prius habet in ſe perfectionem ad quam mouet.ſicut magiſter prius habet in ſe doctrinam,quam alijs tradit.Cum igitur Deus ſit primum mouens:& omnia alia immoueat ſuas perfectiones,neceſſe eſt omnes perfectiones rerum in ipſo præexiſtere ſuperabundanter.Item omne quod habet aliquam perfectionem,ſi alia perfectio ei deſit, eſt limitatum ſub aliquo genere vel ſpecie.Nam per formã quæ eſt perfectio rei,quęlibet res in genere vel ſpecie collocatur.Quod autem eſt ſub ſpecie,etiam genere cõſtitutum:nõ poteſt eſſe infinitæ eſſentiæ:nã oportet,quòd vltima differentia per quã in ſpecie ponitur,terminet eius eſſentiã. Vnde & ratio ſpeciem notificãs,diffinitio vel finis dicitur.Si ergo diuina eſſentia infinita eſt, impoſsibile eſt,quòd alicuius tantùm generis vel ſpeciei perfectionem habeat: & alijs priuetur:ſed oportet,quòd omnium generũ vel ſpecierum perfectiones in ipſo exiſtant.

Quod in Deo omnes perfectiones ſunt vnum ſecundum rem.

CAP. XXII.

Si autem colligamus ea,quæ ſuperius dicta ſunt,manifeſtum eſt, quòd omnes perfectiones in Deo ſunt vnum ſecundum rem. Oſtenſum eſt enim ſuprà, Deum ſimplicem eſſe. Vbi autem eſt ſimplicitas,diuerſitas eorum quæ inſunt; eſſe non poteſt. Si ergo in Deo ſunt omnium perfectiones , impoſsibile eſt , quòd ſint diuerſæ in ipſo. Relinquitur ergo,quòd omnes ſint vnum in eo.Hoc autem manifeſtum fit cõſideranti in virtutibus cognoſcitiuis:nam ſuperior vis ſecundũ vnum & idẽ eſt cognoſcitiua omnium quę ab inferioribus viribus ſecundũ diuerſa cognoſcũtur.omnia enim quę viſus auditus & cæteri ſenſus percipiunt,intellectus vna & ſimplici virtute diiudicat.Simile etiam apparet in ſcientijs.Nã cùm inferiores ſcientiæ ſecundum diuerſa genera rerũ circa quę verſantur,eorũ intẽtio multiplicentur,vna tamẽ ſcientia eſt in eis ſuperior ad omnia ſe habens,quæ Philoſophia prima dicitur.Apparet etiam idem in poteſtatibus:nã in regia poteſtate,cũ ſit vna,includuntur omnes poteſtates quæ per diuerſa officia ſub dominio regni diſtribuũtur. Sic igitur & perfectiones quæ in inferioribus rebus ſecundum diuerſitatem rerum multiplicantur. & oportet quòd in ipſo rerum vertice,ſcilicet Deo vniantur.

Quòd in Deo nullum accidens inuenitur.

CAP. XXIII.

Inde etiam apparet,quòd in Deo nullum accidens eſſe poteſt.Si enim in eo omnes perfectiones ſunt vnum,ad perfectionẽ autẽ pertinet eſſe,poſſe agere,& omnia huiuſmodi.neceſſe eſt omnia in eo idem eſſe quod eius eſſentia Nullum igitur eorum in eo eſt accidens.Item impoſsibile eſt infinitum eſſe perfectione,cuius perfectioni aliquid adijci poteſt.Si autem aliquid eſt cuius aliqua perfectio ſit accidens: cũ omne accidens ſuperaddatur eſſentiæ , oportet quòd eius eſſentiæ aliqua perfectio adijci poſsit. Non igitur inuenitur in eius eſſentia perfectio infinita.Oſtenſum eſt autẽ Deum ſecundum ſuã eſſentiam infinitæ perfectionis eſſe.Nulla igitur in eo perfectio accidentalis eſſe poteſt,ſed quicquid in eo eſt , ſubſtantia eius eſt.Hoc etiã facile eſt concludere ex ſumma ſimplicitate illius, & ex hoc,ꝙ eſt actus purus,& ex hoc,ꝙ eſt primum in entibus. Eſt enim aliquis cõpoſitionis modus accidentis ad ſubiectum.Id etiam quod ſubiectũ eſt,non poteſt eſſe actus purus,cũ accidens ſit quędã forma vel actus ſubiecti. Semper etiam quòd eſt per ſe,prius eſt eo, quod eſt per accidens.Ex quibus omnibus ſecundum ſupradicta haberi poteſt,quòd in Deo nihil eſt,quod ſecundum accidens dicatur.

Quod multitudo rationis nominum quæ dicuntur de Deo,non repugnat ſimplicitati eius.

CAP. XXIIII.

Per hoc autem apparet ratio multitudinis nominũ, quæ de Deo dicũtur:licèt ipſe in ſe ſit omnimodè ſimplex. Cũ enim intellectus noſter eſſentiã eius in ſeipſa capere nõ ſufficiat , in eius cognitionem cõſurgit ex rebus quæ apud nos ſunt, in quibus inueniũtur diuerſæ perfectiones,quarũ omnium radix & origo in Deo vna eſt, vt oſtẽſum eſt.Et quia nõ poſſumus aliquid nominare,niſi ſecundũ quod intelligimus,ſunt enim nomina intellectuũ ſigna,Deũ nõ poſſumus nominare,niſi ex perfectionibus in alijs rebus inuẽtis,quarũ origo in ipſo eſt. Et quia hæ in rebus iſtis multiplices ſunt,oportet multa nomina Deo imponere.Si autẽ eſſentiã eius in ſeipſa videremus,nõ requireretur nominũ multitudo·ſed eſſet ſimplex notitia eiꝰ, ſicut eſt ſimplex eſſentia eius, & hoc in die gloriæ noſtræ expectamus,ſecundũ illud Zach.vltimo.In illa die erit dominus vnus,& nomen eius vnum.

Quod licèt diuerſa nomina dicãtur de Deo,nõ tamẽ ſunt ſynonima.

CAP. XXV.

Ex his aũt tria poſſumus cõſiderare.quorũ primũ eſt, ꝙ diuerſa nomina,licèt idẽ in Deo ſecundũ rẽ ſignificẽt,non tñ ſunt ſynonima.Ad hoc em̃,ꝙ nomina aliqua ſint ſynonima oportet,ꝙ ſignificent eãdem rẽ:& eandẽ intellectus conceptionẽ repreſentent.Vbi verò ſignificatur eadẽ res ſecundũ diuerſas ratiões.i. apprehẽſiones quas habet intellectus de re illa,nõ ſunt nomina ſynonima:qa non eſt penitus ſignificatio eadẽ,cùm nomina ĩmediatè ſignificent conceptiones intellectus,q̃ ſunt rerũ ſimilitudines.Et iõ cũ diuerſa noĩa dicta de Deo, ſignificẽt diuerſas exceptiones quas intellectus noſter habet de ipſo,nõ ſunt ſynonima,licet omninò eandẽ rẽ ſignificent.

Quod ꝑ diffinitiões ipſorũ nominũ, nõ põt diffiniri id qđ eſt in Deo.

CAP. XXVI.

Secundũ eſt,ꝙ cũ intellectus noſter ſecundũ nullã earũ cõceptionum,quas nomina dicta de Deo ſignificat diuinã eſſentiã ꝑfectè capiat,ĩpoſsibile eſt, ꝙ per diffinitiões horũ nominũ diffiniatur id quod eſt in Deo,ſicut ꝙ diffinitio ſapiẽtię ſit diffinitio potentię diuinæ,& ſimiliter in alijs.Quod alio mõ etiã eſt manifeſtũ. Omnis em̃ diffinitio ex genere & differẽtijs cõſtat.Id etiã quod ꝓpriè diffinitur,ſpecies eſt.Oſtẽſum eſt autẽ,ꝙ diuina eſſentia nõ cõcludit ſub aliquo gñe,nec ſub aliqua ſpecie.Vñ nõ põt eiꝰ eſſe aliqua diffinitio.

Quod nomina de Deo et alijs,nõ omninò vniuocè nec æquiuocè dicũtur.

CAP. XXVII.

Tertium eſt,ꝙ nomina de Deo & alijs rebus dicta,non oĩnò vniuocè,nec oĩnò equiuocè dicũtur.Vniuocè nãq; dici non põt,cũ diffinitio eiꝰ,qđ de creatura dicitur,nõ ſit diffinitio eius,qđ dicit de Deo.Oportet autẽ vniuocè dictorũ eãdẽ diffinitionẽ eſſe.Similiter aũt nec oĩnò ęquocè.In his em̃ q̃ ſunt à caſu ęquiuoca,idẽ nomen ĩponit vni rei,nullo habito reſpectu ad rẽ aliã. Vñ ꝑ vnũ nõ põt rõcinari de alio.Hęc aũt noĩa quę dicũtur de Deo & de alijs rebus,attribuun-

tribuuntur Deo ſecundum aliquem ordinem quem habet ad iſtas res,in quibus intellectus ſignificata eorum conſiderat. Vnde & per alias res ratiocinari de Deo poſſumus. Non igitur omninò æquiuocè dicuntur iſta de Deo:& de alijs rebus.Sicut ea quæ ſunt à caſu æquiuoca.Dicuntur igitur ſecundum analogiã,id eſt,ſecundũ proportionem ad vnũ.Ex eo enim,quòd alias res cõparamus ad Deũ, ſicut ad ſuam primam originem,huiuſmodi nomina quę ſignificãt perfectiones aliarũ rerũ Deo attribuimus.Ex quo patet,quòd licèt quantùm ad nominis impoſitionem huiuſmodi nomina per prius de creaturis dicãtur,eo quòd ex creaturis intellectus nomina imponens aſcendit in Deum:tamẽ ſecundũ rem ſignificatam per nomẽ, per prius dicũtur de Deo,à quo perfectiones deſcẽdant in alias res.

Quòd oportet Deum eſſe intelligentem.

CAP. XXVIII.

Vlteriùs autem oſtendendum eſt,quòd Deus eſt intelligẽs.Oſtẽſum eſt enim,quòd in ipſo præexiſtũt omnes perfectiões,quorũlibet entiũ ſuper abundanter.Inter omnes autẽ perfectiones entium,ipſum intelligere præcellere videtur . cùm res intellectuales ſint omnibus alijs potiores:igitur oportet Deum eſſe intelligentẽ. Item oſtenſum eſt ſuprà,quòd Deus eſt actus purus abſque potentialitatis permixtione:materia autem eſt ens in potentia. Oportet igitur Deũ eſſe omninò immunẽ à materia.Immunitas autẽ à materia,eſt cauſa intellectualitatis. Cuius ſignũ eſt,ꝙ formæ materiales efficiuntur intelligibiles actu.Per hoc quòd abſtrahũtur à materia & à materialibus conditionibus.Eſt igitur Deus intelligens.Itẽ oſtẽſum eſt Deũ eſſe primũ mouẽs:hoc autẽ videtur eſſe propriũ intellectus:nam intellectus omnibus alijs videtur vti,quaſi inſtrumẽtis ad motũ.Vnde & homo ſuo intellectu vtitur quaſi inſtrumentis,& animalibus & plantis:& rebus inanimatis. Oportet igitur Deum qui eſt primum mouens,eſſe intelligentem.

Quòd in Deo non eſt intellectio:nec potentia nec habitu,ſed in actu.

CAP. XXIX.

Cvm autem in Deo nõ ſit aliquid in potentia,ſed in actu tantũ vt oſtẽſum eſt,oportet quòd Deus nõ ſit intelligens:neq; in potentia:neq; in habitu, ſed actu tantùm.Ex quo patet,ꝙ nullã in intelligendo patitur ſucceſsionem.Cùm enim aliquis intellectus ſucceſsiuè multa intelligit,oportet quòd dum vnũ intelligit actu,alterum intelligat in potentia.Inter ea enim quæ ſimul ſunt,nõ eſt aliqua ſucceſsio.Si igitur Deus nihil intelligit in potẽtia,abſq; omni ſucceſsione eſt eius intelligentia.Vnde ſequitur,ꝙ omnia quęcũq; intelligit,ſimul intelligat:& iterum,quòd nihil de nouo intelligat. Intellectus enim de nouo aliquid intelligẽs,priùs fuit intelligẽs in potentia.Inde etiã patet,quòd intellectus eius nõ diſcurſiuè intelligit,vt ex vno in cognitionẽ alterius deueniat:ſic intellectus noſter ratiocinando patitur.Diſcurſus enim talis in intellectu eſt, dum ex noto peruenimus in cognitionem ignoti:vel eius quod prius actu nõ conſiderabamus:quæ in intellectu diuino accidere nõ poſſunt.

Quòd Deus nõ intelligit per aliam ſpeciem:quàm per eſſentiã ſuam.

CAP. XXX.

Patet etiã ex prædictis,quòd Deus nõ intelligit per aliã ſpeciem quã per eſſentiam ſuam.Omnis enim intellectus intelligẽs per ſpeciẽ aliã à ſe,cõparatur ad illã ſpeciẽ intelligibilẽ,ſicut potẽtia ad actum:cũ ſpecies intelligibilis ſit perfectio eius faciẽs ipſum intelligentem actu.Si igitur in Deo nihil eſt in potẽtia:ſed eſt actus purus,oportet quòd nõ per aliam ſpeciẽ,ſed per eſſentiam ſuam intelligat.Et inde ſequitur,quòd directè & principaliter ſeipſum intelligat,eſſentia enim rei nõ ducit propriè & directè in cognitionem alicuius,niſi eius cuius eſt eſſentia:nã per diffinitionem hominis, propriè cognoſcitur homo:& per diffinitionẽ equi,equus.Si igitur Deus eſt per eſſentiã ſuam intelligẽs,oportet quòd id quod eſt intellectum ab eo directè & principaliter ſit ipſe Deus.Et cũ ipſe ſit ſua eſſentia,ſequitur quòd in eo intelligens & quo intelligit & intellectum ſint omninò idem.

Quòd Deus eſt ſuum intelligere.

CAP. XXXI.

Oportet etiam,quòd ipſe Deus ſit ſuum intelligere.Cũ enim intelligere ſit actus ſecũdus,vt cõſiderare.Primus enim actus eſt intellectus vel ſciẽtia omnis intellectus,qui non eſt ſuũ intelligere, cõparatur ad ſuũ intelligere ſicut potentia ad actũ:nã ſemper in ordine potentiarũ & actuũ quod eſt prius,eſt potentiale reſpectu ſequentis:& vltimum eſt cõpletiuum loquẽdo:in vno & eodẽ:licèt in diuerſis ſit ecõuerſõ:nam mouẽs & agens,cõparatur ad motum & actũ,ſicut agẽs ad potentiã.In Deo autẽ cũ ſit actus purus, nõ eſt aliquid quod cõparetur ad alterũ ſicut potẽtia ad actũ.Oportet ergo, quòd ipſe Deus ſit ſuũ intelligere.Itẽ quodãmodò cõparatur intellectus ad intelligere,ſicut eſſentia ad eſſe.ſed Deus eſt intelligẽs per eſſentiam:eſſẽntia autẽ ſua eſt ſuũ eſſe:ergo eius intellectus eſt ſuũ intelligere. Et ſic per hoc,quòd eſt intelligens,nulla compoſitio in eo ponitur:cum in eo non ſint aliud intellectus intelligere, & ſpecies intelligibilis.Et hæc non ſunt aliud quàm eius eſſentia.

Quòd oportet Deum eſſe volentem.

CAP. XXXII.

Vlterius autẽ manifeſtũ eſt,ꝙ neceſſe eſt Deũ eſſe volentẽ.Ipſe enim eipſum intelligit qui eſt bonũ perfectum:vt ex dictis patet..Bonũ autẽ intellectũ ex neceſsitate diligitur.Hoc autẽ fit per volũtatẽ.Neceſſe eſt igitur Deũ volentẽ eſſe.Itẽ oſtenſum eſt ſuprà, ꝙ Deus eſt primum mouẽs:intellectus autem non vtiq; mouet,niſi mediante appetitu:appetitus autem ſequens intellectum,eſt voluntas:oportet igitur Deum eſſe volentem.

Quòd ipſam Dei volũtatẽ oportet nihil aliud eſſe,quã eius intellectũ.

CAP. XXXIII.

Patet autẽ,ꝙ oportet ipſam Dei voluntatẽ nihil aliud eſſe quàm eius intellectũ.Bonũ enim intellectũ cũ ſit obiectũ volũtatis,mouet volũtatẽ:& eſt actus & perfectio eius:in Deo autẽ nõ differt mouẽs & motũ:actus & potẽtia:perfectio & perfectibile.vt ex ſuperioribus patet:oportet igitur voluntatẽ diuinã eſſe ipſum bonũ intellectũ:idẽ autẽ eſt intellectus diuinus & eſſentia diuina.volũtas igitur Dei,nõ eſt aliud quã intellectus diuinus & eſſentia eius.Itẽ inter alias perfectiones rerũ,præcipuè ſunt intellectus & voluntas:cuius ſignum eſt,quòd inueniuntur in rebus nobilioribus: perfectiones autem omniũ rerũ ſunt in Deo vnũ,quod eſt eius eſſentia: vt ſuprà oſtenſum eſt:intellectus igitur & voluntas in Deo,ſunt idem quod eius eſſentia.

Quòd voluntas Dei,eſt ipſum eius velle.

CAP. XXXIIII.

Hinc etiam patet,quòd volũtas diuina eſt ipſum velle Dei.Oſtẽſum eſt enim,quòd voluntas in Deo,eſt idem quod bonũ volitum ab ipſo.hoc autem eſſe nõ poſſet,niſi velle eſſet idem quod voluntas:cũ velle inſit voluntati ex volito.eſt igitur Dei voluntas ſuũ velle.Item voluntas Dei idem eſt,quod eius intellectus & eius eſſentia:intellectus autem Dei,eſt ſuum intelligere.& eſſentia eſt ſuum eſſe:ergo oportet,quòd voluntas ſit ſuum velle.Et ſic patet, quòd voluntas Dei ſimplicitati non repugnat.

Quòd omnia ſupradicta vno fidei articulo comprehenduntur.

CAP. XXXV.

Ex his autem omnibus quę prædicta ſunt , colligere poſſumus: quòd Deus eſt vnus ſimplex,perfectus,infinitus:intelligẽs & volens.Quæ quidem omnia in Simbolo fidei breui articulo comprehenduntur:cùm nos profitemur credere in Deum vnũ omnipotentem.Cũ enim hoc nomẽ Deus à nomine græco qđ dicitur Theos dictum videatur,quod quidẽ à Theaſte dicitur,quod eſt videre vel conſiderare:in ipſo Dei nomine patet, quòd ſit intelligens : & per conſequens volens.In hoc autem,quòd dicimus eum vnũ, excluditur & deorum pluralitas & omnis cõpoſitio.Non enim eſt ſimpliciter vnum niſi quod,eſt ſimplex:Per hoc autem,quòd dicimus omnipotentem,oſtẽditur,quòd ſit infinitæ virtutis,cui nihil ſubtrahi poſsit:in quo includitur,quòd ſit & infinitus & perfectus:nam virtus rei perfectionem eſſentiæ eius conſequitur.

Quòd hæc omnia à Philoſophis poſita ſunt.

CAP. XXXVI.

Haec autem quę in ſuperioribus de Deo tradita ſunt, à pluribus quidem gentilium Philoſophis ſubtiliter conſiderata ſunt:quãuis nonnulli eorum circa prædicta errauerint. Et qui in ijs verum dixerunt,poſt longam & laborioſam inquiſitionem ad veritatem prædictam vix peruenire potuerunt.Sunt autẽ & alia nobis de Deo tradita in doctrina Chriſtianæ religionis,ad quam peruenire non potuerunt:circa quæ ſecũdum Chriſtianam fidem vltra humanum ſenſum inſtruimur.Eſt autem hoc,quòd cùm ſit Deus vnus & ſimplex:vt oſtẽſum eſt,eſt tamen Deus pater:& Deus filius:& Deus ſpiritusſanctus. Et,ij tres,non tres dij:ſed vnus Deus eſt:quod quidem quantùm poſsibile nobis eſt,conſiderare intendimus.

Qualiter ponatur verbum in diuinis.

CAP. XXXVII.

Accipiendum autem eſt ex his quæ ſupradicta ſunt,quòd Deus ſeipſum intelligit & diligit.Itẽ quòd intelligere in ipſo & velle non ſit aliud quàm eius eſſe.Quia verò Deus ſeipſum intelligit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

omne autem intellectum in intelligẽte est,oportet Deum in seipso esse,sicut intellectum in intelligente. Intellectum autem prout est in intelligente,est verbum,quoddã intellectus.Hoc enim exteriori verbo significamus, quod interius in intellectu comprehendimus. Sunt enim secũdum Philosophũ voces,signa intellectuum.Oportet igitur in Deo ponere verbum ipsius.

Quòd verbum in diuinis conceptio dicitur.

CAP. XXXVIII.

ID autem,quòd in intellectu continetur vt interius, verbũ etiam ex communi vsu loquendi conceptio intellectus dicitur.Nã corporaliter aliquid concipi dicitur, quod in vtero animalis viuentis viuificã virtute formatur:mare agente & fœmina patiente, in qua fit conceptio:ita quòd ipsum cõceptum pertinet ad naturã vtriusq; quasi secundum speciem conformæ.Quod autem intellectus comprehendit,in intellectu formatur, intelligibili quasi agente : & intellectu quasi patiente.Et ipsum,quod intellectu comprehenditur, intra intellectũ existens conforme est:& intelligibili mouẽti, cuius quædam similitudo est:& intellectui quasi patienti : secũdum quòd esse intelligibile habet. Vnde id quod intellectu comprehenditur, non immeritò conceptio intellectus vocatur.

Quomodò verbum comparatur ad patrem.

CAP. XXXIX.

IN hoc autem consideranda est differentia:nam cùm id quod in intellectu concipitur,sit similitudo rei intellectæ,eius speciẽ repræsentans,quædam proles ipsius esse videtur.Quando igitur intellectus intelligit aliud à se,res intellecta est sicut pater veroi in intellectu conceptu:ipse autem intellectus magis gerit similitudiné matris cuius est vt in ea fiat conceptio.Quando vero intellectus intelligit seipsum,verbum conceptum cõparatur ad intelligẽtem , sicut proles ad patrem. Cùm igitur de verbo loquamur secundum quòd Deus seipsum intelligit , oportet quòd ipsum verbum comparetur ad Deum,cuius est verbum:sicut filius ad patrem.

Quomodò intelligitur generatio in diuinis.

CAP. XL.

HInc est, quòd in regula catholicæ fidei patrem & filium in diuinis confiteri docemur:cùm dicitur. Credo in Deum patrem & filium eius. Et ne aliquis audiens nomen patris & filij,carnalem generationem suspicaretur,secundum quam apud nos pater dicitur & filius,Ioannes Euangelista cui reuelata sunt secreta cœlestia,loco filij ponit verbum: vt generationem intelligibilem cognoscamus.

Quòd verbum quod est filius,idem esse habet cum Deo patre & eandem essentiam.

CAP. XLI.

COnsiderandum est autem quòd cùm in nobis sit aliud esse naturale:& intelligere oportet , quòd verbum in nostro intellectu conceptum : quod habet esse intelligibile, tantùm alterius naturæ sit,quam intellectus noster qui habet esse naturale. In Deo autem idem est esse & intelligere.Verbũ igitur Dei quod est in Deo cuius verbum est secundum esse intelligibile , idem esse habet cum Deo, cuius est verbum.Et per hoc,oportet quòd sit eiusdem essentiæ : & naturæ cum ipso:& quòd omnia quæcunque de Deo dicuntur, verbo Dei conueniant.

Quòd catholica fides hæc docet,

CAP. XLII.

ET inde est quòd in regula catholicæ fidei,docemur confiteri filium consubstantialem patri:per quod duo excluduntur. Primò quidem vt non intelligatur pater & filius secundum carnalem generationem quæ sit per aliquam decisionem substantię filij à patre: vt sic oporteat filium non esse patri consubstantialem. Secundò,vt vt etiam non intelligamus patrem & filium secundum generationem intelligibilem,prout verbum in mente nostra cõcipitur,quasi accidentaliter superueniens intellectui : & non de eius essentia existens

Quòd in diuinis non est differentia verbi à patre secundum tempus vel speciem vel naturam.

CAP. XLIII.

EOrum autem quæ in essentia non differunt,impossibile est esse differentiam secundum speciem,tempus,& naturã. Quia ergo verbum patri est consubstantiale , necesse est quòd secundum nihil dictorum à patre differat. Et quidem secundum tempus differre non potest.Cùm enim hoc verbum in Deo ponatur per hoc quòd Deus seipsum intelligit sui verbum intelligibile concipiendo,oportet quòd si aliquando Dei verbum nõ fuit,quòd tunc Deus seipsum non intellexit.Semper autem quando Deus fuit , se intellexit : quia eius intelligere est eius esse.Semper ergo & verbũ eius fuit.Et ideò in regula catholicæ fidei dicimus.Ex patre natum ante omnia sæcula.Secundum speciem etiam est imposibile verbum Dei à Deo quasi minoratum differre:cùm Deus seipsum non minùs intelligat quàm sit.Verbum autem perfectam speciem habet:quia id cuius est verbum,perfectè intelligitur.Oportet igitur Dei verbum,omninò perfectum secundum speciem diuinitatis esse. Inueniuntur autem quædam quæ ex alijs procedunt,perfectam eorũ speciem nõ consequi ex quibus procedunt.Vno modo sicut in generationibus æquiuocis.A sole enim non generatur sol,sed quoddam animal: vt ergo talis imperfectio à generatione diuina excludatur, confitemur natum Deum de Deo.Alio modo,quod procedit ex aliquo,differt ab eo propter defectum puritatis:dum scilicèt ab eo quod est in se simplex & purum per applicationem ad extraneam materiam aliquid producitur à prima specie deficiens sicut ex domo quæ est in mente artificis,fit domus quæ est in materia,& à lumine recepto in corpore terminato,fit color.& ex igne adiuncto alijs elementis,fit mixtum:& ex radio per oppositionem corporis opaci,fit vmbra. Vt hoc ergo à diuina generatione excludatur,additur lumen de lumine.Tertio modo,quod ex aliquo procedit,non consequitur speciẽ eius propter defectum veritatis:quia scilicèt,non verè recipit eius naturam,sed quandam eius similitudinem tantùm:sicut ymago in speculo vel pictura vel sculptura:aut etiam similitudò rei in intellectu vel sensu.Non enim ymago hominis dicitur verus homo,sed similitudo:nec lapis est in anima vt dicit Philosophus,sed species lapidis.vt igitur hæc à diuina generatione excludãtur,additur.Deum verum de Deo vero. Secundum naturam etiam impossibile est verbum à Deo differre:cum hoc sit Deo naturale,quòd seipsum intelligat.Habet enim omnis intellectus aliqua quæ naturaliter intelligit sicut intellectus noster habet prima principia.Multò ergo magis Deus cuius intelligere est suum esse,seipsum naturaliter intelligit.Verbũ ergo ipsius,naturaliter ex ipso est.non sicut ea quæ præter naturalem originem procedunt: vt à nobis procedunt res artificiales quas facere dicimur. Quæ vero naturaliter à nobis procedunt,dicimur generare.vt filius Ne igitur Dei verbum non naturaliter à Deo procedere intelligatur,sed secundum potestatem suæ voluntatis,additur.Genitum non factum.

Conclusio ex præmissis.

CAP. XLIIII.

QVia ergo vt ex præmissis patet,omnes prædictæ diuinæ generationis cõditiones,ad hoc pertinent,quòd filius est patri consubstantialis,ideò post omnia subiungitur quasi summa vniuersorum consubstantialem patri.

Quòd Deus est in seipso,sicut amatum in amante.

CAP. XLV.

SIcut autem intellectum est in intelligente inquantùm intelligitur,ita & amatum esse debet in amante inquantùm amatur.Mouetur enim quodammodò amans ab amato,quadam intrinseca motione.Vnde cùm mouens contingat , id quod mouetur necesse est amatum intrinsecum esse amanti. Deus autem sicut intelligit seipsum,ita necesse est,quòd seipsum amet,Bonum enim intellectũ, secundum se amabile est.Est igitur Deus in seipso tanquã amatum in amante.

Quòd amor in Deo dicitur spiritus.

CAP. XLVI.

CVm autem intellectum sit in intelligente & amatum in amante,diuersa ratio eius quod est esse in aliquo vtrobique consideranda est. Cùm enim intelligere fiat per assimilationem aliquam intelligẽtis ad id quod intelligitur , necesse est id quod intelligitur , in intelligente esse secundum quòd eius similitudo in eo consistit.Amatio autem fit secundum quandam motionẽ amantis ab amato.Amatum enim trahit ad seipsum amantem.Igitur nõ perficitur amatio in similitudine amati.sicut perficitur intelligere in similitudine intellecti:sed perficitur in attractione amantis ad ipsum amatum. Traductio autem similitudinis principalis, fit per generationem vniuocam,secundum quam in rebus viuentibus generans pater & genitus filius nominatur.In eisdem etiã prima motio fit secundum speciẽ.Sicut igitur in diuinis,modus ille quo Deus est in Deo vt intellectum in intelligente exprimitur Per hoc quod dicimus filium qui est verbum Dei, ita modũ quo Deus est in Deo, sicut amatum in amante , exprimimus per hoc , quòd ponimus ibi spiritum qui est amor Dei.Et ideò secundum regulam catholicę fidei,credere in spiritum iubemur.

Quòd spi-

Quòd spiritus qui est in Deo est sanctus.

CAP. XLVII.

COnsiderandum est autem , quod cùm bonum amatum habeat rationem finis:ex fine autem motus voluntarius bonus vel malus reddatur , necesse est , quòd amor quo ipsum summum bonum amatur,quod Deus est,eminentem quandam obtineat bonitatem, quæ nomine sanctitatis exprimitur:siue dicatur sanctum quasi purum secundum Græcos,quia in Deo est purissima bonitas ab omni defectu immunis:siue dicatur sanctum,id est,firmum secũdum Latinos:quia in Deo est immutabilis bonitas:propter quod omnia quæ ad Deum ordinantur,sancta dicuntur:sicut templum & vasa templi & omnia diuino cultui mancipata. Conuenienter igitur spiritus quo nobis infunatur amor,quo Deus se amat,spiritus sanctus nominatur.Vnde & regula catholicæ fidei spiritum prædictum nominat sanctum.cùm dicitur Credo in spiritum sanctum.

Quòd amor in diuinis non importat accidens.

CAP. XLVIII.

SIcut autem intelligere Dei,est suum esse,ita & eius amare. Non igitur Deus amat seipsum secundum aliquid suæ essentiæ superueniens,sed secundum suam essentiam. Cùm igitur amet seipsum secundum hoc quòd ipse in seipso est vt amatum in amante:non est Deus amatus in Deo amãte per modũ accidentalẽ, sicut & res amatæ sunt in nobis amantibus accidentaliter. Sed Deus est in seipso vt amatum in amante substãtialiter.Ipse ergo spiritus sanctus quo nobis infunatur diuinus amor,nõ est aliquid accidentale in Deo : sed est res subsistẽs in essentia diuina,sicut pater & filius. Et ideò in regula catholicæ fidei ostenditur coadorandus & simul glorificãdus cum patre & filio.

Quòd spiritus sanctus à patre filióque procedit.

CAP. XLIX.

EST etiam considerandum, quòd ipsum intelligere ex virtute intellectiua intellectus procedit.Secundum autem quòd intellectus actu intelligit , est in ipso id quod intelligitur. Hoc igitur quod est intellectum esse in intelligente,procedit ex virtute intellectiua intellectus:& hoc est verbum ipsius,vt suprà dictũ est. Similiter etiam id quod amatur , est in amante secundum quod amatur actu.Quod autem aliquid actu ametur,procedit & ex virtute amatiua amantis:& ex bono amabili actu intellecto. Hoc igitur quod est amatum esse in amante,ex duobus procedit.s.ex principio amatiuo:& ex intelligibili apprehenso,quod est verbum conceptum de amabili.Cùm igitur in Deo seipsum intelligente & amãte verbum sit filius:is autem cuius est verbum,sit verbi pater,vt ex dictis patet. necesse est,quòd spiritus sanctus qui pertinet ad amorem secũdum quòd Deus in seipso est vt amatum in amante,ex patre procedat & filio.Vnde & in Symbolo dicitur.Qui ex patre filióque procedit.

Quòd in diuinis trinitas personarum nõ repugnat vnitati ecclesiæ.

CAP. L.

EX omnibus autem quæ dicta sunt colligi oportet, quòd in diuinitate quendam trinarium ponimus,qui tamen vnitati & simplicitati essentiæ non repugnat.Oportet enim concedi Deum esse vt existentem in sua natura:& intellectũ & amatum à seipso.Aliter autem hoc accidit in Deo & in nobis.Quia enim in sua natura homo subsistantia est,intelligere autem & amare eius nõ sunt eius subsistantia:homo quidem secundum quod in natura sua consideratur, quædam res subsistens est:secundum autem quòd est in suo intellectu,non est res subsistens : sed intentio quædam rei subsistentis : & similiter secundum quòd est in seipso vt amatum in amante. Et sic ergo in homine tria quædam considerari possunt.i.homo in natura sua existens:& homo in intellectu existes:& homo in amore existens:& tamen hi tres non sunt vnum:quia intelligere eius non est eius esse:similiter autem & amare:& horũ trium vnus solus est res quædam subsistens. s. homo in natura sua existens. In Deo autem idem est esse intelligere & amare.Deus ergo inesse suo naturali existens:& Deus existens in intellectu : & Deus existens in amore suo vnũ sunt:vnusquisque tamen eorũ est subsistẽs. Et quia res subsistẽtes in intellectuali natura personas Latini nominare consueuerũt. Græci verò hypostases,propter hoc in diuinis Latini dicũt tres personas:Græci verò tres hypostases:patrẽ. s.& filiũ & spiritum sanctũ.

Quomodò videtur esse repugnantia trinitatis personarũ in diuinis.

CAP. LI.

VIdetur autẽ ex prędictis repugnantia quędam suboriri.Si enim in Deo ternarius aliquis ponitur:cùm omnis numerus diuisionem aliquam consequatur,oportebit in Deo aliqua differentiam ponere,per quam tres ab inuicem distinguantur. Et ita non erit in Deo summa simplicitas.Nam si in aliquo tres conueniunt:& in aliquo differunt:necesse est ibi esse compositionem : quod superioribus repugnat.Rursus si necesse est esse vnum solum Deum,vt suprà ostensum est,nulla autem res vna oritur vel procedit à seipsa,impossibile videtur , & sit Deus genitus vel Deus procedens. Falsò igitur ponitur in diuinis nomen patris & filij & spiritus procedentis.

Solutio rationis & quòd in diuinis non est distinctio nisi secundum relationes.

CAP. LII.

PRincipium autẽ ad dissoluẽdum hãc dubitationẽ, hinc sumere oportet:quia secundum diuersitatẽ naturarum est in diuersis rebus diuersus modus aliquid exoriẽdi vel procedendi.In rebus enim vita carentibus quia nõ sunt seipsa mouentia : sed solùm extrinsecùs possunt moueri,oritur vnũ ex altero : quasi exterius alteratũ & immutatum sicut ab igne generatur ignis:& ab ære aër. In rebus verò viuẽtibus,quarũ proprietas est vt seipsas moueant , generatur aliquid in ipso generante , sicut fœtus animalium & fructus plantarum.Est autẽ considerare diuersum modum processionis secundum diuersas vires & processiones eorundem. Sunt enim quædam vires in eis,quarũ operationes non se extendunt nisi ad corpora,secundum quę materialia sunt: sicut pater de viribus animæ vegetabilis quæ sunt nutritiua & augmentatiua & generatiua:& secundum hoc genus virium animæ non procedit,nisi aliquid corporale corporaliter distinctũ:& tamen aliquo modo coniunctũ in viuentibus ei à quo procedit.Sunt autem quædam vires quarũ operationes & si corpora non transeẽdant , tamen se extẽdunt ad species corporũ sine materia eas recipiẽdo:sicut est in omnibus viribꝰ animæ sensitiuæ.Est enim sensus susceptiuus specierum sine materia, vt philosophus dicit.Huiusmodi autem vires, licèt quodammodò immaterialiter formas rerum suscipiant, non tamen eas suscipiunt absque organo corporali.Si qua igitur processio in huiusmodi viribus animæ inueniatur quod procedit,non erit aliquod corporale vel corporaliter distinctũ vel coniunctum ei à quo procedit:sed incorporaliter & immaterialiter quodammodò,licèt nõ omninò absq; adminiculo organi corporalis.Sic enim procedunt in animalibus formationes rerum imaginatarũ · quæ quidem sunt in imaginatione: non sicut corpus in corpore:sed quodam spirituali modo. Vnde & ab Augustino imaginaria visio spiritualis nominatur.Si autẽ secundum operationẽ imaginationis , procedit aliquid non per modum corporalem,multò fortiùs hoc accidet per operationẽ partis intellectiuæ:quæ nec etiã in sui operatione indiget organo corporali: sed omninò eius operatio immaterialis est.Procedit enim verbũ secundum operationem intellectus,vt in ipso intellectu dicentis existens:non quasi localiter in eo contentũ,nec corporaliter ab eo separatũ,sed in ipso quidem existens secũdum potestatẽ naturalis operationis:ab eo verò distinctũ secundum ordinẽ originis. Et eadem ratio est de processione quæ attenditur secundum operationẽ voluntatis,prout res amata existit in amante,vt suprà dictũ est. Licèt autẽ vires intellectiuæ & sensitiuæ secundum propriam rationem sint nobiliores viribus animæ vegetabilis,nõ tamen in hominibus aut in alijs animalibus secundum processionẽ imaginatiuæ partis: aut sensitiuæ procedit aliquid subsistens in natura speciei eiusdem: sed hoc solum accidit per processionẽ quæ fit secundum operationem animæ vegetabilis.Et hoc ideò est, quia in omnibus cõpositis ex materia & forma,multiplicatio individuorũ in eadem specie fit secundum materiæ diuisionẽ.Vnde in hominibus & alijs animalibus,cũ ex forma & materia componãtur secundum corporalem diuisionẽ quæ inuenitur secũdum processionẽ,quæ est secũdum operationem animæ vegetabilis & non in alijs operationibus animæ, multiplicãtur individua secũdum eandem speciem.In rebus autem quæ nõ sunt ex materia & forma cõpositæ nõ potest inueniri nisi distinctio formalis tantũ.Sed si forma secũdum quam attẽditur distinctio,sit subsistantia rei oporteꝑ illa distinctio sit rerum subsistentium quarũdam:nõ autem si forma illa nõ sit rei subsistantia.Est igitur cõmune in omni intellectu , vt ex dictis patet,ꝙ oportet id quod in intellectu cõcipitur ab intelligente quodammodò procedere,inquantũ intelligens est:& sua processione ab ipso quodammodo distinguitur, sicut cõceptio intellectus quæ est intentio intellecta,distinguitur ab intellectu intelligente.Et similiter oportet ꝙ affectio amantis per quã amatum est in amãte,procedat à voluntate amãtis inquantũ est amans. Sed hoc proprium habet intellectus diuinus,ꝙ cũ intelligere eius sit esse ipsius,oportet ꝙ cõceptio intellectus quæ est intentio intellecta,sit substantia eius. Et similiter est de affectione in ipso Deo amante.Relinquitur ergo,ꝙ intẽtio intellectus diuini quæ est verbũ ipsius,nõ distinguitur à producente ipsum,in hoc quod est esse substantiam:sed solũ in hoc quod est secũdum rationẽ processionis vnius ex alio. Et similiter est de affectione amoris in Deo amãte : quæ ad spiritum sanctũ pertinet. Sic igitur patet ꝙ nihil prohibet verbũ Dei quod est filius esse vnũ cum patre secũdum substantiã, & tamen distinguitur ab eo secundum relationẽ processionis:vt dictũ est.Vnde & manifestum est,ꝙ

Universidad de Deusto Biblioteca

eadem res non oritur neque procedit à ſeipſa, quia filius ſecundum quòd à patre procedit ab eo diſtinguitur. Et eadem ratio eſt de ſpiritusſancto per comparationem ad patrem & filium.

Quòd relationes quibus pater & filius & ſpiritusſanctus diſtinguũtur, ſunt reales & non rationis tantum.

CAP. LIII.

Iſtę autē relationes quibus pater & filius & ſpiritusſanctus ab inuicem diſtinguũtur, ſunt relationes reales & nō rationis tãtùm. Illę enim relationes, ſunt rationis tantum quę conſequuntur ad aliquid quod eſt in rerum natura, ſed ad aliquid quod eſt in apprehenſione tãtum, ſicut dextrum & ſiniſtrum in lapide, non ſunt relationes reales, ſed rationis tãtùm, quia non cōſequuntur aliquam virtutem realem in lapide exiſtētem ſed ſolùm acceptionem apprehēdentis lapidem vt ſiniſtrum, quia eſt alicui animali ad ſiniſtram, ſed ſiniſtrum & dextrum in animali ſunt relationes reales, quia cōſequuntur virtutes quaſdã in determinatis partibus animalis inuētas. Cùm igitur relationes prædictæ quibus pater & filius & ſpiritusſanctus diſtinguuntur ſint realiter in Deo exiſtentes, oportet quòd relationes prædictæ ſint relationes reales, non rationis tantùm.

Quòd huiuſmodi relationes non ſunt accidentaliter inhærentes.

CAP. LIIII.

Non eſt autem poſsibile, ꝙ ſint accidētaliter inhærētes, tũ quia operationes ad quas ſequuntur dictæ relationes ſunt ipſa Dei ſubſtãtia, tum etiam quia ſuprà oſtēſum eſt, ꝙ in Deo nullũ accidēs eſſe poteſt. Vnde ſi relationes prędictæ realiter ſint in Deo, oportet quòd non ſint accidētaliter inhærentes ſed ſubſiſtentes. Quomodò autem id quod eſt in alijs rebus accidens in Deo ſubſtantialiter eſſe poſsit ex præmiſsis manifeſtum eſt.

Quòd per prædictas relationes in Deo pſonalis diſtinctio cōſtituitur.

CAP. LV.

Quia ergo in diuinis diſtinctio eſt per relationes quæ nō accidũt, ſed ſunt ſubſiſtētes, rerum autem ſubſiſtentiũ in natura quacũq; intellectuali eſt diſtinctio perſonalis, neceſſe eſt, ꝙ per prędictas relationes in Deo, perſonalis diſtinctio conſtituatur. Pater igitur & filius & ſpiritusſanctus ſunt tres perſōnæ & ſimiliter tres hypoſtaſes, quia hypoſtaſis ſignificat aliquid ſubſiſtens completum.

Quòd impoſsibile eſt plures perſonas eſſe in diuinis, quàm tres.

CAP. LVI.

Plures autem in diuinis perſonas tribus eſſe impoſsibile eſt, cùm nō ſit poſsibile diuinas perſonas multiplicari per ſubſtãtiæ diuiſionem, ſed ſolũ per alicuius proceſsiōis relationem, nec cuiuſcũq; proceſsionis, ſed talis quæ non terminetur ad aliquod extrinſecum. Nã ſi terminaretur ad aliquod extrinſecum, nō haberet naturã diuinam, & ſic nō poſſet eſſe perſona aut hypoſtaſis diuina. Proceſsio autem in Deo ad exterius nō terminata, nō poteſt accipi niſi aut ſecundum operationem intellectus prout procedit verbũ, aut ſecundum operationem volũtatis, prout procedit amor vt ex dictis patet. Non igitur poteſt eſſe aliqua perſona diuina procedēs, niſi vel vt verbum quod dicimus filium, vel vt amor quod dicimus ſpiritumſanctum. Rurſus cum Deus omnia vno intuitu per ſuum intellectum cōprehendat & ſimiliter vno actu volũtatis omnia diligat, impoſsibile eſt in Deo eſſe plura verba, aut plures amores. Si igitur filius procedit vt verbũ & ſpiritusſanctus procedit vt amor, impoſsibile eſt in Deo eſſe plures filios vel plures ſpiritusſanctos. Item perfectum eſt extra quod nihil eſt. Quod igitur extra ſe aliquid ſui generis patitur, non ſimpliciter perfectũ eſt, propter ꝙ & ea quę ſunt ſimpliciter in ſuis naturis perfecta numero nō multiplicãtur, ſicut Deus ſol & luna, & huiuſmodi oportet autem tam filium quã ſpiritũſanctum eſſe ſimpliciter perfectum cũ vterq; eorum ſit Deus, vt oſtēſum eſt, impoſsibile eſt igitur eſſe plures filios aut plures ſpiritusſanctos. Præterea illud per quod aliquid ſubſiſtēs eſt hoc aliquid & ab alijs diſtinctum impoſsibile eſt, ꝙ numero multiplicetur, eo ꝙ indiuiduum de pluribus dici non poteſt, ſed filiatione filius eſt hoc perſona diuina in ſe ſubſiſtēs, & ab alijs diſtincta ſicut per principia indiuiduãtia. Sortes eſt hæc perſona humana. Sicut ergo principia indiuiduantia quibus Sortes eſt hic homo, nō poſſunt conuenire niſi vni, ita etiam filiatio in diuinis nō poteſt niſi vni cōuenire. Et ſimile eſt de relatione patris & ſpiritusſancti, impoſsibile eſt igitur in diuinis eſſe plures patres aut plures filios aut plures ſpiritusſanctos. Adhuc ea quæ ſunt vnũ ſecundũ formam nō multiplicãtur numero niſi per materiam ſicut multiplicatur albedo per hoc ꝙ eſt in pluribus ſubiectis, in diuinis autem nō eſt materia quicquid igitur eſt vnum ſpecie & forma in diuinis impoſsibile multiplicari ſecũdum numerum. Huiuſmodi autē ſunt paternitas & filiatio & ſpiritusſancti proceſsio. Impoſsibile eſt igitur in diuinis eſſe plures patres aut filios aut ſpiritusſanctos.

De proprietatibus ſeu notionibus in diuinis & quot ſunt numero in patre.

CAP. LVII.

Huiuſmodi autē exiſtente numero perſonarũ in diuinis neceſſe eſt perſonarũ proprietates qbus ab inuicē diſtinguũtur in aliquo numero eſſe quarũ tres oportet patri cōuenire, vna qua diſtinguatur à filio ſolo, & hoc eſt paternitas, alia qua diſtinguatur à duobus. ſ. filio & ſpiritusſancto, & hoc eſt innaſcibilitas, quia pater non eſt Deus procedēs ab alio filius autē & ſpiritusſanctus ab alio procedũt, tertia eſt qua ipſe pater cum filio à ſpiritusſancto diſtinguitur, & hoc dicitur cōmunis ſpiratio. Proprietatē autem qua pater differat à ſolo ſpiritusſancto, non eſt aſsignare, eo quòd pater & filius ſunt vnum principium ſpiritusſancti vt oſtenſum eſt.

De proprietatibus filij & ſpiritusſancti, quæ & quot ſunt.

CAP. LVIII.

Filio autē neceſſe eſt duas cōuenire vnã. ſ. qua diſtinguatur à patre & hoc eſt filiatio, alia qua ſimul cũ patre diſtinguatur à ſpiritusſancto, quæ eſt cōmunis ſpiratio. Nō autem eſt aſsignare proprietatem qua diſtinguatur à ſolo ſpiritusſancto, quia vt iã dictum eſt, filius & pater ſunt vnũ principiũ ſpiritusſancti. Similiter etiã nō eſt aſsignare proprietatē vnã qua ſpiritusſanctus & filius ſimul diſtinguãtur à patre. Pater enim ab eis diſtinguitur vna proprietate. ſ. innaſcibilitate, inquantũ eſt nō procedēs. Sed quia filius & ſpiritusſanctus nō vna proceſsione procedũt, ſed pluribus duabus proprietatibus à patre diſtinguũtur. Spiritus autē ſanctus habet vnã proprietatē tãtum qua diſtinguitur à patre & filio & dicitur proceſsio. Quod autem nō poſsit eſſe aliqua proprietas qua ſpiritusſanct⁹ diſtinguatur à filio ſolo vel à patte ſolo ex dictis patet. Sũt igit' quinq; quę perſonis attribuunt'. ſ. innaſcibilitas, paternitas, filiatio, ſpiratio, & proceſsio.

Quare illæ proprietates dicantur notiones.

CAP. LIX.

Hæc autē quinq; notiōes perſonarũ dici pñt eo ꝙ per eas nobis innoteſcit in diuinis diſtinctio pſonarũ, nō tñ hæc quinq; pñt dici pprietates, ſi hoc īproprietatis rōne obſeruet', vt ppriũ eſſe dicatur, quod cōuenit vni ſoli, nã cōmunis cōſpiratio patri & filio cōuenit. Sed ſecũdũ illũ modũ quo aliqd dicitur ppriũ aliqbus per reſpectũ ad aliud, ſicut bipes homini & aui p reſpectũ ad quadrupedia nihil phibet etiã cōmunē ſpirationē proprietatē dici. Quia verò in diuinis pſonæ ſolis relatiōibus diſtinguũtur, notiōes autē ſunt quibus diuinarũ perſonarũ diſtinctio innoteſcit, neceſſe eſt notiōes aliqualiter ad relationē pertinere, ſed earũ quatuor verè relatiōes ſunt, quibus diuinę pſonę ad inuicē referũtur. Quinta verò notio. ſ. innaſcibilitas ad relationē pertinet, ſicut relatiōis negatio, nã negatiōes ad genus affirmationũ reducũtur, & priuatiōes ad gen⁹ habituũ, ſicut nō homo ad genus hoīs, & nō albũ, ad genus albedinis. Sciēdum eſt ꝙ relationũ quibus pſonę ad inuicē referũtur, quędã noīatæ ſunt, vt pñitas & filiatio, quę ppriè relationē ſignificãt quædã verò innominatæ illæ. ſ. quibus pr̃ & filius ad ſpiritũſanctũ referũtur, & ſpiritusſanctus ad eos. Sed loco relationũ vtimur noībus originũ. Manifeſtum eſt eñ, ꝙ cōmunis ſpiratio & pceſsio, originē ſignificãt, non autē relatiōes originē cōſequētes, quod pōt perpēdi ex relationibus pr̃is & filij. Gñatio eñ ſignificat actiuã originē, quã cōſequitur paternitas relatio, natiuitas verò ſignificat paſsiuã filij, quã cōſequitur relatio filiatiōis. Similiter igitur ad cōmunē ſpirationē, ſequit' aliqua relatio & etiam ad proceſsionem. Sed quia relationes innominatæ ſunt, vtimur nominibus actuum pro nominibus relationum.

Quòd licet relationes in diuinis ſubſiſtentes ſint quatuor, tamē non ſunt niſi tres perſonæ.

CAP. LX.

Conſiderādũ autē, ꝙ quãuis relatiōes ſubſiſtētes in diuinis, ſint ipſę pſonę diuinæ vt ſuprà dictũ eſt, nō tñ oportet eſſe qnq; vel quatuor pſonas, ſecũdũ numerũ relationũ. Numerus eñ diſtinctionē aliquã cōſequitur. Sicut eñ vnũ eſt indiuiſibile vel indiuiſum, ita pluralitas eſt diuiſibile vel diuiſum. Ad pluralitatē eñ perſonarũ requiritur, ꝙ relatiōes vim diſtinctiuã habeãt rōne oppoſitiōis, nã formalis diſtinctio, nō eſt niſi p oppoſitionē. Si ergo prędictę relatiōes inſpiciãtur, pñitas & filiatio oppoſitionē ad inuicē habēt relatiuam. Vnde nō ſe compatiũtur in eodē ſuppoſito. Propter hoc oportet, ꝙ paternitas & filiatio ſint duę pſonę ſubſiſtētes innaſcibilitas autē opponit' quidē filiatiōi, nō autē paternitati. Vnde paternitas & innaſcibilitas poſſunt vni & eidē pſonæ cōuenire. Similiter cōmunis ſpiratio nō opponit' neq; paternitati ceq; filiatiōi, nec etiã innaſcibilitati. Vnde nihil phibet cōmunē ſpirationē ineſſe & pſonæ pr̃is & perſonæ filij. Propter qđ cōmunis ſpiratio, nō eſt pſona ſubſiſtēs ſeorſum à pſona pr̃is & filij. Proceſsio autē oppoſitionē relatiuã habet ad cōmunē ſpirationē. Vnde cũ cōmunis ſpiratio cōueniat patri & filio oportet ꝙ pceſsio ſit alia pſona à pſona pr̃is & filij. Hinc autē patet quare Deus nō dicitur quinus, ppter quinariũ numerũ notionũ ſed dici-

ſed dicitur trinus, propter trinarium perſonarũ. Quinque enim notiones non ſunt quinque ſubſiſtentes res, ſed tres perſonæ ſunt tres res ſubſiſtentes. Licèt autē vni perſonæ plures notiones, aut proprietates conueniant, vna tamen ſola eſt quæ perſonam conſtituit. Non enim ſic cōſtituitur perſona proprietatibus, quaſi ex pluribus conſtituta: ſed eò ꝙ proprietas ipſa relatiua ſubſiſtens perſona eſt. Si igitur intelligerētur plures proprietates, vt ſeorſum per ſe ſubſiſtentes. eſſent iam plures perſonæ. & nō vna. Oportet igitur intelligi, ꝙ plurium proprietatũ ſeu notionum vni perſonæ conuenientium, illa quæ procedit ſecũdum ordinē naturæ perſonam conſtituit. Aliæ verò intelliguntur vt perſonæ iam cōſtitutę inhęrentes. Manifeſtũ eſt autē, ꝙ innaſcibilitas nō poteſt eſſe prima notio patris quę perſonã eius cōſtituat: tum quia nihil negatione conſtituitur: tum quia naturaliter affirmatio negationē pręcedit. Cōmunis autē ſpiratio ordine naturę pręſupponit paternitatē & filiationem, ſicut proceſsio amoris proceſsionē verbi. Vnde nec cōmunis ſpiratio poteſt eſſe prima notio patris: ſed nec filij. Relinquitur ergo, ꝙ prima notio patris ſit paternitas: filij autē filiatio: ſpiritus autē ſancti, ſola proceſsio notio eſt. Relinquitur igitur, ꝙ tres ſunt notiones conſtituentes perſonas. ſ. paternitas, filiatio, & proceſsio. Et has quidem notiones neceſſe eſt proprietates eſſe. Id enim quod perſonam conſtituit, oportet ſoli illi perſonæ conuenire. Principia enim indiuiduationis nō poſſunt pluribus cōuenire. Dicũtur igitur prędictæ tres notiones perſonales proprietates, quaſi cōſtituentes tres perſonas modo prædicto. Aliæ verò dicuntur proprietates ſeu notiones perſonarũ. nō autē perſonales: quia perſonã nō conſtituunt.

Quòd remotis per intellectum proprietatibus perſonalibus, nō remanent hypoſtaſes.

CAP. LXI.

Ex hoc autem apparet, ꝙ remotis per intellectũ proprietatibus perſonalibus nō remanent hypoſtaſes. In reſolutione enim quę fit per intellectum, remota forma remanet ſubiectum formæ: ſicut remota albedine, remanet ſuperficies: quia remota, remanet ſubſtantia: cuius forma remota, remanet materia prima, ſed remoto ſubiecto, nihil remanet. Proprietates autē perſonales, ſunt ipſæ perſonæ ſubſiſtentes. Nec conſtituunt perſonas, quaſi præexiſtentibus ſuppoſitis aduenientes: quia nihil in diuinis poteſt eſſe diſtinctum, quod abſolutè dicitur: ſed ſolùm ꝙ relatiuum eſt. Relinquitur igitur ꝙ proprietatibus perſonalibus remotis per intellectum, non remanent aliquæ hypoſtaſes diſtinctæ: ſed remotis notionibus non perſonalibus, remanent hypoſtaſes diſtinctæ.

Quomodò remotis per intellectum proprietatibus perſonalibus, remaneat eſſentia diuina.

CAP. LXII.

Si quis autē quærat, vtrum remotis per intellectum proprietatibus perſonalibus remaneat eſſentia diuina eſt, ꝙ quodammodò remanet, quodam verò modo non. Eſt enim duplex reſolutio quæ fit per intellectum. Vna ſecũdum abſtractionē formæ à materia: in qua quidem proceditur ab eo quod formaliùs eſt ad id, quod eſt materialiùs. Nam id quod eſt primũ ſubiectum, vltimò remanet: vltima verò forma, primò remouetur. Alia verò reſolutio, eſt ſecũdum abſtractionem vniuerſalis à particulari, quæ quodammodò cōtrario ordine ſe habet. Nam priùs remouentur cōditiones materiales indiuiduantes, vt accipiatur quod cōmune eſt. Quãuis autem in diuinis nō ſit materia & forma neque vniuerſale & particulare, eſt tamen in diuinis cōmune & proprium & ſuppoſitũ naturæ communi. Perſonæ enim cōparantur ad eſſentiam ſecũdum modum intelligendi. ſicut ſuppoſita propria ad naturã communem. Secundum igitur primũ modum reſolutionis: quæ fit per intellectũ, remotis proprietatibus perſonalibus quæ ſunt ipſæ perſonæ ſubſiſtentes, nō remanet natura cōmunis, modo autem ſecundo remanet.

De ordine actuum perſonalium ad proprietates perſonales.

CAP. LXIII.

Poteſt autem ex dictis manifeſtum eſſe, qualis ſit ordo ſecũdum intellectum actuum perſonaliũ ad proprietates perſonales. Proprietates enim perſonales ſunt ſubſiſtētes perſonæ. Perſona autem ſubſiſtens, in quacũque natura agit cōmunicãdo ſuam naturam in virtute ſuæ naturæ: nam forma ſpeciei eſt principium generãdi ſimile ſecũdum ſpeciem. Cùm igitur actus perſonales ad cōmunicationem naturæ diuinæ pertineant, oportet ꝙ perſona ſubſiſtens cōmunicet naturã communem virtute ipſius naturæ. Et ex hoc duo poſſunt cōcludi: quorum vnum eſt ꝙ potentia generatiua in patre ſit ipſa natura diuina. Nam potentia quodcũque agendi eſt principium cuius virtute aliquid agitur. Aliud eſt, ꝙ actus perſonalis. ſ. generatio ſecũdum modũ intelligendi præſupponit: & naturã diuinã & proprietatē perſonalem patris quę eſt ipſa hypoſtaſis patris. Licèt huiuſmodi proprietas inquantũ relatio eſt ex actu conſequatur. Vnde ſi in patre attendatur ꝙ ſubſiſtens perſona eſt dici poteſt, ꝙ quia pater eſt: generat. Si autem attendatur quod relationis eſt, econuersò dicendum videtur: quòd quia generat pater eſt.

Quomodò oportet recipere generationē reſpectu patris: & reſpectu filij.

CAP. LXIIII.

Sciendum eſt tamen, ꝙ alio modo oportet accipere ordinem generationis actiuæ ad paternitatē: alio modo generationis paſsiuæ ſiue natiuitatis ad filiationē. Generatio enim actiua præſupponit ordine naturæ perſonã generantis. Sed generatio paſsiua ſiue natiuitas ordine naturæ præcedit perſonã genitam: quia perſona genita natiuitate ſua habet vt ſit. Sic igitur generatio actiua ſecundum modum intelligēdi præſupponit paternitatē ſecũdum ꝙ eſt conſtitutiua perſonæ patris: natiuitas autē non præſupponit filiationem ſecũdum ꝙ eſt cōſtitutiua perſonæ filij: ſed ſecũdum intelligendi modum præcedit eam vtroque modo. ſ. & ſecundum ꝙ eſt cōſtitutiua perſonæ, & ſecũdum ꝙ eſt relatio. Et ſimiliter intelligēdum eſt de his quæ pertinent ad proceſsionem ſpiritusſancti.

Quomodò actus notionales à perſonis non differunt niſi ſecundum rationem.

CAP. LXV.

Ex ordine autē aſsignato inter actus notionales & proprietates notionales. nō intendimus, ꝙ actus notionales ſecũdum rem à proprietatibus perſonalibus differant, ſed ſolùm ſecũdum modum intelligendi. Sicut enim intelligere Dei eſt ipſe Deus intelligens, ita & generatio patris eſt ipſe pater generans: licèt alio modo ſignificentur. Similiter etiam licèt vna perſona plures notiones habeat, nō tamen in ea eſt aliqua cōpoſitio. Innaſcibilitas enim cũ ſit proprietas negatiua nullam cōpoſitionem facere poteſt. Duę verò relationes quæ ſunt in perſona patris. ſ. paternitas & cōmunis ſpiratio ſunt quidem idem ſecũdum rem prout cōparantur ad perſonã patris. Sicut enim paternitas eſt pater: ita & cōmunis ſpiratio in patre eſt pater: & in filio eſt filius. Differũt autem ſecũdum ea ad quæ referuntur: nam paternitate pater refertur ad filium: communi ſpiratione ad ſpiritumſanctũ. Et ſimiliter filius filiatione quidem ad patrem, communi verò ſpiratione ad ſpiritumſanctum.

Quòd proprietates relatiuæ ſunt ipſa diuina eſſentia.

CAP. LXVI.

Oportet autē ꝙ ipſæ proprietates relatiuæ ſint ipſa diuina eſſentia. Proprietates enim relatiuæ ſunt ipſæ perſonæ ſubſiſtentes. In perſona autē ſubſiſtens diuinis nō poteſt eſſe aliud quàm diuina eſſentia: eſſentia autem diuina eſt ipſe Deus: vt ſuprà oſtenſum eſt. Vnde relinquitur ꝙ proprietates relatiuæ ſint ſecũdum rem idem quod diuina eſſentia. Item quicquid eſt in aliquo præter eſſentiam eius, ineſt ei accidentaliter: in Deo autē nullum accidens eſſe poteſt, vt ſuprà oſtenſum eſt: proprietates igitur relatiuæ non ſunt aliud ab eſſentia diuina ſecundum rem.

Quòd relationes non ſunt exteriùs aſſixæ vt Poretani dixerunt.

dominus CAP. LXVII.

Non autem dici poteſt ꝙ proprietates prędictæ nō ſint in perſonis: ſed exteriùs ad eas ſe habeant ſicut Porretani dixerunt. Relationes enim reales oportet eſſe in rebus relatis: quod quidem in creaturis manifeſtum eſt. Sunt enim relationes reales in eis ſicut accidentia in ſubiectis. Relationes autem iſtæ quibus perſonæ diſtinguuntur in diuinis, ſunt relationes reales: vt ſuprà oſtenſum eſt: igitur oportet, ꝙ ſint in perſonis diuinis nō quidem ſicut accidentia. Nam & alia quæ in creaturis ſunt accidentia, ad Deum tranſlata à ratione accidentium cadunt: vt ſapientia & iuſtitia & alia huiuſmodi: vt ſuprà oſtenſum eſt. Præterea in diuinis nō poteſt eſſe diſtinctio, niſi per relationes: nam quæcũque abſolutè dicuntur communia ſunt. Si igitur relationes exteriùs ſe habeant ad perſonas, nulla in ipſis perſonis diſtinctio remanebit. Sunt igitur proprietates relatiuæ in perſonis: ita tamen, ꝙ ſunt ipſæ perſonæ & etiam ipſa eſſentia diuina: ſicut ſapientia & bonitas dicũtur eſſe in Deo & ſunt ipſe Deus & eſſentia diuina: vt ſuprà oſtenſum eſt.

De effectibus diuinitatis: & primò de eſſe.

CAP. LXVIII.

His igitur conſideratis, quæ ad vnitatem eſſentiæ diuinæ pertinent, & ad perſonarum trinitatem, reſtat de effectibus trinitatis conſiderandum. Primus autem effectus Dei in rebus eſt ipſum eſſe: quod omnes alij effectus præſupponunt: & ſupra quod fundantur. Neceſſe eſt autem omne quod aliquo modo eſt: à Deo eſſe. In omnibus autem ordinatis hoc communiter inuenitur: ꝙ id quod eſt primum & perfectiſsimum, in aliquo ordine eſt cauſa corũ, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt post in ordine illo: sicut ignis qui est maximè calidus, est causa caliditatis in reliquis corporibus calidis. Semper enim imperfecta à perfectis inueniuntur habere originem: sicut semina ab animalibus & plantis. Ostensum est autem suprà q̃ Deus est primũ & perfectissimum ens. Vnde oportet quòd sit causa essendi omnibus quæ esse habent. Adhuc omne quod habet aliquid per participationem, reducitur in id quod habet illud per essentiam, sicut in principium & causam, sicut ferrum ignitum participat igneitatem ab eo quod est ignis per essentiam suam. Ostensum est autem suprà, quòd Deus est ipsum suum esse. Vnde esse conuenit ei per per suam essentiam, omnibus autem alijs conuenit per participationem. Non enim alicuius alterius essentia est suum esse, quia esse absolutũ & per se subsistens non potest esse nisi vnum: vt suprà ostensum est, igitur oportet Deum esse causam existendi omnibus quæ sunt.

Quòd Deus in creando res non præsupponit materiam.

CAP. LXIX.

HOc autem ostendit, q̃ Deus in creando res, nõ præexigit materiam ex qua operetur. Nullum enim agens præexigit ad suam actionem id quod per suam actionem producit, sed solum ea præexigit quæ sua actione producere nõ potest. Edificator enim lapides & ligna ad suam actionem præexigit, quia ea sua actiõe producere nõ potest. domum autem producit in agendo sed nõ præsupponit, necesse est autem materiam produci per actionem Dei, cùm ostensum sit, quòd omne quod quolibet modo est Deum habeat causam existendi. Relinquitur igitur quòd Deus in agendo materiam non præsupponit. Adhuc actus naturaliter prior est potẽtia. Vnde & per prius competit sibi ratio principij, omne autem principium, quod in creando aliud principium præsupponit per posterius habet rationem principij. Cùm igitur Deus sit principiũ rerum sicut actus primus, materia autem sicut ens in potentia, inconueniens est quòd Deus in agendo materiam præsupponat. Item quanto aliqua causa est magis vniuersalis, tanto effectus eius est vniuersalior. Nam causæ particulares, effectus vniuersalium causarum ad aliquid determinatum appropriat, quæ quidem determinatio ad effectum vniuersalem comparatur sicut actus ad potentiam. Omnis igitur causa quæ facit aliquid esse in actu præsupposito eo quod est in potẽtia ad actũ illum, est causa particularis respectu alicuius vniuersalioris causæ. Hoc autem Deo non competit, cùm ipse sit causa prima: vt suprà ostensum est. Non igitur præexigit materiam ad suam actionem. Ipsius igitur est producere res in esse ex nihilo, quod est creare. Et inde est, quòd fides catholica eum creatorem confitetur.

Quòd creare soli Deo conuenit.

CAP. LXX.

HOc etiam apparet, quòd soli Deo conuenit esse creatorem, nam creare illi causæ conuenit quæ aliam vniuersaliorem non præsupponit: vt ex dictis patet, hoc autem soli Deo competit. Solus igitur ipse est creator. Item quanto potentia est magis remota ab actu: tanto oportet esse maiorem virtutem per quam reducatur in actũ. Sed quantacũque distantia potentiæ ad actum detur, semper remanet maior distantia, si ipsa potẽtia subtrahatur, creare igitur aliquid ex nihilo requirit infinitam virtutem. Sed solus Deus est infinitæ virtutis, cũ ipse sit infinitæ essentiæ. Solus igitur Deus potest creare.

Quod materiæ diuersitas non est causa diuersitatis in rebus.

CAP. LXXI.

MAnifestum est autem ex præostensis, quòd causa diuersitatis in rebus non est materiæ diuersitas. Ostensum est enim, quòd materia non præsupponitur actioni diuinæ qua res in esse producit. Causa autem diuersitatis rerum non est ex materia nisi secundum quod materia ad rerum productionem præexigitur: vt scilicet secũdum diuersitatem materiæ diuersæ inducantur formæ. Non igitur causa diuersitatis in rebus à Deo productis est materia. Adhuc secundum quod res habent esse rita habent pluralitatem & vnitatẽ, nam vnumquódque secundum quod est ens, est etiam vnum, sed non habent esse formæ propter materiam sed magis materiæ propter formas. nam actus melior est potentia id autem propter quod aliquid est, oportet melius esse. Neque igitur formæ ideo sunt diuersæ: vt competant materijs diuersis, sed materiæ, ideò sunt diuersæ vt competant diuersis formis.

Quomodò Deus diuersa produxit, & quomodò pluralitas rerum causata est.

CAP. LXXII.

SI autem hoc modo se habeant res ad vnitatem & multitudinem, sicut se habent ad esse, totum autem esse rerum dependet à Deo vt ostensum est: pluralitatis rerum causam ex Deo esse oportet. Quod quidem qualiter sit considerandũ est. Necesse est enim quòd omne agens agat sibi simile secundum quod possibile est, non autem erat possibile, quòd similitudinem diuinæ bonitatis res à Deo productæ consequerentur in ea simplicitate, secundum quam inuenitur in Deo. Vnde oportuit quòd id quod est vnum & simplex repræsentaretur in rebus causatis diuersimodè & dissimiliter. Necesse igitur fuit diuersitatem esse in rebus à Deo productis: vt diuinam perfectionem rerum diuersitas secundum suum modum imitaretur. Item vnumquódque causatum finitum est, solius enim Dei est essentia infinita: vt suprà ostensum est, quod quodlibet autem sumptum per additionem alterius redditur maius. Melius igitur fuit diuersitatem in rebus causatis esse: vt sic plura bona essent quàm quòd essent vnum tãtùm genus rerum à Deo productum. Optimi autem est optima adducere, conueniens igitur fuit Deo, quòd in rebus diuersitatem produceret.

De diuersitate rerum gradus & ordine.

CAP. LXXIII.

OPortuit autem diuersitatem in rebus cum ordine quodam institui, vt scilicet quædã alijs essent potiora. Hoc enim ad abundantiam diuinæ bonitatis pertinet, vt suæ bonitatis similitudinem rebus causatis communicet, quantum possibile est, Deus autem non tantum in se bonus est, sed etiam alia in bonitate excellit, & ea ad bonitatem adducit. Vt igitur perfectior esset rerum causarum similitudo ad Deum, necessarium fuit vt quædam res alijs constituerentur meliores, & vt quædam in alia agerent ea ad perfectionẽ ducendo. Prima autem diuersitas rerũ principaliter in diuersitate formarum consistit. Formalis autem diuersitas secundum contrarietatem est. Diuiditur enim genus in diuersas species differentijs contrarijs. In contrarietatem autem ordinem necesse est esse, nam semper alterum contrariorum perfectius est. Oportet igitur rerum diuersitatem cum quodam ordine à Deo esse institutam, vt scilicet quædam sint alijs potiora.

Quomodò res creatæ quædam plus habẽt de potentia, minus de actu quædam econuersò.

CAP. LXXIIII.

QVia vero vnũquódque intãtùm nobile & perfectum est, inquãtùm ad diuinam similitudinem accedit, Deus autẽ est actus purus absque potẽtiæ permixtione, necesse est ea quæ sunt suprema in entibus magis esse in actu & minus de potẽtia habere, quæ autem inferiora sunt, magis potentia esse. Hoc autem qualiter sit, considerandum est. Cùm enim Deus sit sempiternus & incommutabilis in suo esse, illa sunt in rebus infima, vtpotè de similitudine diuina minus habẽtia quæ sunt generationi, & corruptioni subiecta, quæ quãdoquè sunt & quãdoquè nõ sunt. Et quia esse sequitur formam rei, sunt quidem huiusmodi quãdo formam habent: desinũt autem esse quãdo forma priuãtur. Oportet igitur in eis esse aliquid quod possit quãdoquè formam habere, quãdoquè verò forma priuari, quod dicimus materiam. Huiusmodi igitur quæ sunt in rebus infima oportet esse ex materia & forma cõposita. Illa verò quæ sunt suprema in entibus, ad similitudinem diuinã esse maximè accedunt, nec est in eis potẽtia ad esse & nõ esse, sed à Deo per creationem sempiternũ esse adepta sunt. Cũ autem materia hoc ipsum, quod est sit potentia ad esse, quod est per formã huiusmodi entia in quibus non est potẽtia ad esse & nõ esse nõ sunt cõposita ex materia & forma, sed sunt formæ tantùm subsistentes in suo esse, quod acceperunt à Deo. Necesse est autem huiusmodi substantias incorruptibiles esse. In omnibus enim corruptibilibus est potentia ad non esse. In ijs autem non est vt dictum est. Sunt igitur incorruptibiles. Item nihil corrumpitur nisi per separationem formæ ab ipso, nam esse semper consequitur formam, huiusmodi autem substantiæ cùm sint formæ subsistentes, non possunt separari à suis formis, & ita esse amittere non possunt, ergo sunt incorruptibiles. Sunt autem inter vtraque prædicta quædam media, in quibus & si non sit potentia ad esse & non esse, est tamen in eis potentia ad vbi. Huius autem sunt corpora cœlestia quæ generationi & corruptioni non subijciuntur: quia in ijs contrarietates non inueniuntur, & tamen sunt mutabilia secundum locum. Sic autem inuenitur in aliquibus materia sicut & motus. Est enim motus actus existens in potentia. Habent igitur huiusmodi corpora materiam non subiectam generationi & corruptioni, sed solum loci mutationi.

Quòd quædam sunt substantiæ intellectuales, quæ immateriales dicuntur.

CAP. LXXV.

PRædictas autem substantias quas immateriales diximus. Necesse est etiam intellectuales esse. Ex hoc enim aliquid intellectuale est, quòd immune est à materia, quod ex ipso intelligendi modo percipi potest. Intelligibile enim in actu, & intellectus in actu sunt vnum. Manifestum est autẽ aliquid esse actu intelligibile per hoc quòd est à materia separatũ. Nam & de rebus materialibus intellectualem cognitionem habere non possumus, nisi per abstractionem à materia. Vnde oportet idem iudicium de intellectu esse: vt quæ sunt immaterialia, sint intellectualia. Item substãtiæ immateriales, sunt primæ & suprema in entibus. Nam actus naturaliter est prior potentia. Omnibus autem rebus apparet intellectus esse superior. Intellectus enim vtitur corporalibus quasi instrumentis. Oportet igitur substantias immateriales intellectuales esse. Adhuc quantò aliqua sunt superiora in entibus, tantò magis pertingunt ad similitudinẽ diuinam. Videmus enim res quasdam infimi gradus participare diuinam similitudinem quantùm ad esse tantùm velut inanimata: quædam autem quantùm ad esse & vivere: vt plantæ: quædam autem quantùm ad sentire: vt animalia, Supremus autẽ modus est per intellectum: & maximè Deo conueniens. Supremæ igitur creaturæ sunt intellectuales. Et quia inter cæteras creaturas magis ad Dei similitudinem accedunt, propter hoc dicuntur ad imaginem Dei constitutæ.

Quomodò tales substantiæ sunt arbitrio liberæ.

CAP. LXXVI.

PEr hoc autẽ ostenditur, q̃ sunt arbitrio liberæ. Intellectus enim non agit aut appetit sine iudicio ex naturali impetu: sicut in brutis: sed ex propria apprehensione: quia intellectus & finẽ cognoscit & id quod est ad finem & habitudinẽ vnius ad alterum. Et ideò ipse sui iudicij causa esse potest, quo apperat & agat aliquid propter finem. Liberũ autẽ dicimus, quod sui causa est. Appetit igitur & agit intellectus libero iudicio: quod est esse liberum arbitrio. Supremę igitur substantiæ sunt arbitrio liberæ. Adhuc liberum est, quod nõ est obligatum ad aliquid vnum determinatũ. appetitus autem substantiæ intellectiuæ nõ est obligatus ad aliquid vnum determinatum bonum. Sequitur enim apprehensionẽ intellectus: quæ est de bono vniuersaliter. Igitur appetitus substantiæ intelligentis est liber, vtpotè communiter se habens ad quodcũque bonum.

Quòd in eis est ordo & gradus secundum perfectionem naturæ.

CAP. LXXVII.

SIcut autẽ hæ substantiæ intelligentes quodam gradu alijs substantijs præponuntur, ita etiam ipsas substantias necesse est aliquibus gradibus ad inuicem distare. Non enim ab inuicem differre possunt materiali differẽtiatũ materia carentẽ. Vnde si in eis est pluralitas, necesse est eam per distinctionẽ formalem causari: quæ diuersitatem speciei constituit. In quibuscũque autem est speciei diuersitatem accipere, necesse est in eis gradum quendam & ordinem considerare, cuius ratio est: quia sicut in numeris additio vel subtractio vnitatis speciem variat, ita per additionẽ & subtractionem differentiarum res naturales specie differentes inueniuntur: sicut quod est animatum tantũ, ab eo differt quod est animatum & sensibile, & quod est animatum & sensibile tantùm, ab eo quod est animatum sensibile & rationale. Necesse est igitur prædictas immateriales substantias secundũ quosdã gradus & ordines esse distinctas.

Qualiter est in eis ordo & gradus in intelligendo.

CAP. LXXVIII.

ET quia secundum modum substantiæ rei est modus operationis: necesse est, q̃ superiores earum nobilius intelligant: vtpotè formas intelligibiles & virtutes magis vniuersales & magis vnitas habẽtes: inferiores autem esse debiliores in intelligendo: & habere formas magis multiplicatas & minus vniuersales.

Quòd substantia per quã homo intelligit, est infima in genere substantiarum intellectualium.

CAP. LXXIX.

CVm autem non sit in rebus in infinitum procedere, sicut est inuenire supremam in prædictis substantijs quæ propinquissimè accedit ad ad Deum, ita necesse est inueniri infimam quæ maximè appropinquat materiæ corporali. Et hoc quidem taliter potest esse manifestum. Intelligere enim homini supra alia animalia conuenit. Manifestum est enim q̃ homo solus vniuersalia considerat & habitudines rerum: & res immateriales quæ solùm intelligendo percipiuntur. Impossibile est autem, quòd intelligere sit actus exercitus per organum corporale, sicut visio exercetur per oculos. Necesse est enim q̃ omne instrumentum virtutis cognoscitiuæ careat illo genere rerum quod per ipsum cognoscitur: sicut pupilla caret coloribus ex sua natura. Sic enim cognoscuntur colores, inquantũ colorum species recipiuntur in pupilla: recipiens autem oportet esse denudatum ab eo quod recipitur. Intellectus autem cognoscitiuus est omnium naturarum sensibilium. Si igitur cognosceret per organum corporale, oporteret illud organum esse denudatum ab omni natura sensibili, quod est impossibile. Itẽ omnis ratio cognoscitiua eo modo cognoscit, quo species cogniti est apud ipsam: nam hæc est sibi principium cognoscendi. Intellectus autem cognoscit res immaterialiter: etiam eas quæ in sua natura sunt materiales: abstrahendo formam vniuersalem à materialibus conditionibus individuantibus. Impossibile est ergo, quòd species rei cognitæ sit in intellectu materialiter. Ergo non recipit in organo corporali: nam omne organũ corporale est materiale. Idem etiam apparet ex hoc quòd sensus debilitatur & corrumpitur ab excellentibus sensibilibus: sicut auditus à magnis sonis, & visus à reb⁹ valdè fulgidis: quod accidit quia soluitur organi harmonia. Intellectus autem magis roboratur ex excellentia intelligibilium. Nam qui intelligit altiora intelligibilium, non minùs potest intelligere alia: sed magis. Sic igitur cũ homo inueniatur intelligens & intelligere hominis non sit per organum corporale, oportet q̃ sit aliqua substantia incorporea per quã homo intelligat. Nam quod per se potest operari sine corpore, etiam eius subsistentia non dependet à corpore. Omnes enim virtutes & formæ quæ per se subsistere non possunt sine corpore, operationem habere nõ possunt sine corpore. Non enim calor per se calefacit: sed corpus per calorem. Hæc igitur substantia incorporea per quam homo intelligit, est infima in genere substantiarum intellectualium & maximè materiæ propinqua.

De differentia intellectus & modo intelligendi.

CAP. LXXX.

CVm autem esse intelligibile sit supra esse sensibile: sicut intellectus supra sensum, ea autẽ quæ sunt inferiora in entibus, imitantur vt possunt superiora: sicut corpora generabilia & corruptibilia imitantur aliquo modo circulationem cœlestium corporum: necesse est & sensibilia intelligibilibus suo modo assimilari: & sic ex similitudine sensibilium, vtcũque possumus deuenire in notitiã intelligibilium. Est autem in sensibilibus aliquid quasi supremum quod est actus. s. forma: & aliquid infimum quod est potentia tantũ. s. materia: & aliquid medium. s. cõpositum ex materia & forma. Sic etiam in esse intelligibili considerãdum est. Nam supremum intelligibile quod est Deus, est actus purus. Substantiæ verò in intellectuales, aliæ sunt habentes aliquid de actu & de potentia, secũdum esse intelligibile. Infima verò intellectualium substantiarũ per quã homo intelligit, est quasi in potentia tantùm in esse intelligibili. Huic etiam attestatur, quòd homo inuenitur à principio potentia tantùm intelligens: & postmodùm paulatim reducitur in actum. Et inde est, quòd id per quod homo intelligit, vocatur intellectus possibilis.

Quòd intellectus possibilis in homine accipit formas intelligibiles à rebus sensibilibus.

CAP. LXXXI.

QVia verò vt dictum est, quantò substantia intellectualis est altior, tantò formas intelligibiles vniuersaliores habet: consequens est vt intellectus humanus quem possibilem diximus, inter alias intellectuales substantias formas habeat minus vniuersales. Et inde est q̃ formas intelligibiles à rebus sensibilibus accipit. Hoc etiam aliter considerãti manifestum esse potest. Oportet enim formam esse proportionatam susceptibili. Sicut igitur intellectus possibilis humanus inter omnes substãtias intellectuales propinquior inuenitur materiæ corporali, ita necesse est, q̃ eius formæ intelligibiles rebus materialibus sint maximè propinquæ.

Quòd homo indiget potentijs sensitiuis ad intelligendum.

CAP. LXXXII.

COnsiderandum autem, quòd formæ in rebus corporeis particulares sunt & materiale esse habentes: in intellectu verò vniuersales sunt & immateriales: quod quidem demonstrat intelligendi modus. Intelligimus enim res vniuersaliter & immaterialiter. Modus autem intelligendi speciebus intelligibilibus quibus intelligimus necesse est quòd respondeat. Oportet igitur cùm de extremo ad extremum non perueniatur nisi per medium: quòd formæ à rebus corporeis ad intellectum perueniant per aliqua media. Huiusmodi autem sunt potentiæ sensitiuæ quæ formas rerum materialium recipiunt sine materia. Fit enim in oculo species lapidis: sed non materia. Recipiuntur tamen in potentijs sensitiuis formę rerum particulariter: nam potentijs sensitiuis non nisi particularia cognoscimus. Necesse igitur fuit hominem ad hoc quòd intelligat etiam sensus habere. Huius autem signum est, quòd cui deficit vnus sensus, deficit scientia sensibilium, quæ illo sensu comprehenduntur. Sicut cæcus natus de coloribus scientiam habere non potest.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd necesse est ponere intellectum agentem.

CAP. LXXXIII.

INde manifestũ fit,quòd scientia rerũ in intellectu nostro nõ causatur per participationem aut influxum aliquarum formarum actu intelligibilium per se subsistentium,sicut Platonici posuerunt, & alij quidam ipsos sequentes, sed intellectus acquirit eam à rebus sensibilibus mediantibus sensibus. Sed cùm in potentijs sensitiuis formæ rerum sint particulares vt dictum est, nõ sunt intelligibiles actu,sed potentia tantùm.Intellectus enim non nisi vniuersalia intelligit,quod autem est in potentia, non reducitur in actum nisi ab aliquo agente,oportet igitur quòd sit aliquod agẽs, quod species in potentijs sensitiuis existentes faciat intelligibiles actu. Hoc autem non potest facere intellectus possibilis. Ipse enim magis est in potentia ad intelligibilia,quàm intelligibilũ actiuus. Necesse est igitur ponere alium intellectum, qui species intelligibiles in potentia faciat intelligibiles actu,sicut lumen facit colores visibiles potentia esse visibiles actu.Et hunc dicimus intellectum agentem,quem ponere non esset necesse, si formæ rerum essent intelligibiles actu,sicut Platonici posuerunt. Sic igitur ad intelligendum primò necessarius est nobis intellectus possibilis, qui est receptiuus specierum intelligibilium, secundo intellectus agens qui facit intelligibilia actu.Cùm autem intellectus possibilis iam fuerit per species intelligibiles perfectus,vocatur intellectus in habitu, cũ species intelligibiles iam sic habet vt eis possit vti cùm voluerit,medio quodã modo inter potentiam purum & actum completum.Cùm vero prædictas species in actu complero habuerit, vocatur intellectus in actu. Sic enim actu intelligit res,cùm species rei fictæ fuerit forma intellectus possibilis. Propter quod dicitur,quòd intellectus in actu est intellectum in actu.

Quòd anima humana est incorruptibilis.

CAP. LXXXIIII.

NEcesse est autem secundum præmissa intellectum quomodò homo intelligit incorruptibilem esse.Vnumquódque enim sic operatur secundum quòd habet esse,intellectus autem habet operationem in qua non communicat filoi corpus vt ostensum est,ex quo patet quòd est operans per seipsum. Ergo est substantia subsistẽs in suo esse. Ostensum est autem suprà,quod substantiæ intellectuales sunt incorruptibiles,ergo intellectus quo homo intelligit,est incorruptibilis. Adhuc proprium subiectum generationis & corruptionis est materia,intantùm igitur vnúquódque à corruptione recedit inquantum recedit à materia, ea enim quæ sunt composita ex materia & forma,sunt per se corruptibilia,formæ autem materiales sunt corruptibiles per accidens & non per se,formæ autem immateriales quæ materiæ proportionẽ excedant,sunt incorruptibiles omnino,intellectus autem omnino secundum suam naturam supra materiam elevatur,quod eius operatio ostendit, non enim intelligimus aliqua nisi per hoc quòd ipsa à materia separamus, est igitur intellectus secundum naturam incorruptibilis.Item corruptio absq; contrarietate esse non potest,nihil enim corrumpitur nisi à suo contrario,vnde corpora cœlestia in quibus non est contrarietas, sunt incorruptibilia,sed contrarietas longè est à natura intellectus,intantùm quòd ea quæ secundum se sunt contraria, in intellectu contraria non sunt, est enim contrariorum ratio intelligibilis vna quia per vnum intelligitur aliud,impossibile est igitur,quòd intellectus sit corruptibilis.

De vnitate intellectus possibilis.

CAP. LXXXV.

FOrtè autem aliquis diceat, quòd intellectus quidem incorruptibilis est, sed est vnus in omnibus hominibus, & sic quod post corruptionem omnium hominum remanet, non est nisi vnum. Quod autem sit vnus tantùm intellectus in omnibus,multipliciter ali cui potest. Primò quidem ex parte intelligibilis, quia si est alius intellectus in me, alius in te, oportebit quòd sit alia species intelligibilis in me,& alia in te, & per cõsequens aliud intellectum, quod ego intelligo,& aliud quod tu. Erit ergo intentio intellecta multiplicata secundum numerum indiuiduorum. Et ita non erit vniuersalis sed indiuidualis.Ex quo videtur sequi, quòd nõ sit intellecta in actu sed in potentia tantùm,nam intentiones indiuiduales sunt intelligibiles in potentia non in actu. Deinde quia cum ostensum sit, quod intellectus est substantia subsistens in suo esse, substantiæ autem intellectuales plures numero non sunt in specie vna: vt suprà etiam ostensum est, sequitur quòd si alius est intellectus in me & alius in te secũdum numerum,quod sit etiam alius specie.Et sic ego & tu non sumus eiusdem speciei. Item cùm in natura speciei omnia indiuidua communicent,oportet poni aliquid præter naturam speciei,secundum quod ab inuicem indiuidua distinguantur. Si igitur in omnibus hominibus est vnus intellectus secundum speciem, plures autem secũdum numerum, oportet ponere aliquid, quod faciat numero differre vnum intellectũ ab alio,hoc autem non potest esse aliquid quòd sit de substantia intellectus,cũ intellectus non sit compositus ex materia & forma.Ex quo sequitur,quòd omnis differentia quæ accipi posset secundum id quod est de substantia intellectus, sit differentia formalis & diuersificans speciem. Relinquitur ergo, quòd intellectus vnius hominis non possit esse alius numero ab intellectu alterius,nisi propter diuersitatem corporum, corruptis ergo corporibus diuersis, videtur quòd non remaneant plures intellectus,sed vnus tantùm. Hoc autem quòd impossibile sit,euidenter apparet. Ad quod ostendendum procedendum est sicut procedit contra negantes principia:vt ponamus aliquid,quod omnino negari non possit. Ponamus igitur,quòd hic homo,puta Sortes vel Plato intelligat,quod negare non posset respondens, nisi intelligeret esse negandum. Negando igitur ponit,nam affirmare & negare intelligentis est.Si autem hic homo intelligit,oportet quòd id quo formaliter intelligit sit forma eius, quia nihil agit nisi secundum quòd est actu.Illud ergo quo agit agens,est actus eius,sicut calor quo calidum calefacit,est actus eius. Intellectus igitur quo homo intelligit est forma huius hominis,& eadem ratione illius. Impossibile est autem, quòd forma eadem numero sit diuersorum secundum numerum,quia diuersorum secundũ numerũ non est idem esse.Vnúquódque autem habet esse per suam formam. Impossibile est igitur,quòd intellectus quo homo intelligit sit vnus in omnibus. Huius autem rationis difficultatem aliqui cognoscentes, conantur inuenire viam euadendi. Dicũt enim,quòd intellectus possibilis est quo suprà est habitũ,recipit species intelligibiles quibus fit in actu. Species autem intelligibiles sunt quodammodò in fantasmatibus. Inquantùm igitur species intelligibilis est in intellectu possibili, & in fantasmatibus quæ sunt in nobis, intantùm intellectus possibilis continuatur & vnitur nobiscum : vt sic per ipsum intelligere possimus. Hæc autem responsio omnino nulla est. Primò quidem quia species intelligibilis secundum quòd est in fantasmatibus, est intellecta in potentia tantùm, secundum autem quòd est in intellectu possibili,est intellecta in actu,secundum igitur,quòd est in intellectu possibili,nõ est in fantasmatibus, sed magis à fantasmatibus abstracta. Nulla ergo remanet vnio intellectus possibilis ad nos. Deindè dato,quòd sit aliqua vnio,..ó tamen sufficeret ad hoc, quod faceret nos intelligentes. Per hoc enim,quòd species alicuius est in intellectu,nõ sequitur,ꝙ seipsum intelligat,sed ꝙ intelligatur. Non enim lapis intelligit, etiam si eius species sit in intellectu possibili. Neque igitur per hoc,ꝙ species fantasmatũ quæ sunt in nobis, sint in intellectu possibili,sequitur ꝙ nos simus intelligẽtes, sed magis quòd nos simus intellecti,vel potius fantasmata quæ sunt in nobis facit Aristo.in tertio de Anima dicẽs,ꝙ intellectus se habet ad fantasmata,sicut visus ad colores. Manifestum est autem,quòd per hoc quòd species colorum qui sunt in pariete sunt in visu, nõ habet paries,ꝙ videat,sed magis ꝙ videatur.Neque ergo etiam ex hoc ꝙ species fantasmatum quæ sunt in nobis sunt in intellectu, sequitur ꝙ nos simus intelligẽtes,sed quòd simus intellecti. Amplius si nos per intellectum formaliter intelligimus, oportet quòd ipsum intelligere intellectus,sit intelligere hominis, sicut eadem est calefactio ignis & caloris.Si igitur idem est intellectus numero in me & in te,sequitur de necessitate, quòd respectu eiusdem intelligibilis sit idem intelligere meum & tuum.dum scilicet simul aliquid idem intelligimus,quod est impossibile. Non enim diuersorum operantium potest esse vna & eadem numeró operatio.Impossibile est igitur,quòd sit vnus intellectus in omnibus.Sequitur ergo quòd si intellectus est incorruptibilis:vt ostensum est, quòd destructis corporibus remaneant plures intellectus secundum numerum hominum. Ea verò quæ in contrarium obijciuntur,facilè est soluere.Prima enim ratio multipliciter deficit. Primò quidem concedimus idem esse intellectum ab omnibus hominibus.Dico autem intellectum id, quod est intellectus obiectum. Obiectum autem intellectus non est species intelligibilis,sed quidditas rei. Non enim scientiæ intellectuales omnes sunt de speciebus intelligibilibus, sed sunt de naturis rerum, sicut etiam obiectum visus est color, non species coloris quæ est in oculo. Quamuis igitur sint plures intellectus diuersorum hominum, non tamen est nisi vnum intellectum apud omnes,sicut vnum coloratũ est,quod à diuersis inspicientibus videtur. Secundò,quia nõ est necessarium,si aliquid est indiuiduum,quòd sit intellectum in potentia,& non in actu.sed hoc est verum in illis tantùm quæ indiuiduatur per materiam. Oportet enim illud,quod est intellectum in actu esse immateriale.Vnde substantiæ immateriales, licet sint quædam indiuidua per se existentia, sunt tamen intellectæ in actu. Vnde & species intelligibiles quæ sunt immateriales, licet sint aliæ numero in me & in te,non propter hoc perdunt,quin sint intelligibiles actu. Sed intellectus intelligens per eas sunt obiectum

reflectitur supra seipsum : intelligendo ipsum suum intelligere & speciem qua intelligit.Deindè considerandum est,quòd si ponatur vnus intellectus omnium hominum, adhuc est eadem difficultas, quia adhuc remanet multitudo intellectuum, cùm sint plures substantiæ separatæ intelligentes.Et ita sequeretur secũdum eorum rationem quòd intellecti essent secundum numerum diuersi : & per consequens indiuidualia & nõ intellecta in actu.Patet igitur, quòd præmissa ratio si aliquid necessitatis haberet,auferret pluralitatem intellectuum simpliciter. & non solùm in hominibus. Vnde cum hæc conclusio sit falsa,manifestum est quòd ratio non ex necessitate concludit. Secunda ratio soluitur facilè,si quis consideret differentiã intellectualis animę ad substantias separatas.Anima enim intellectiua ex natura suæ speciei hoc habet, vt vnitur alicui corpori vt forma.Vnde & in diffinitione animæ cadit corpus.Et propter hoc secundum habitudinem ad diuersa corpora, diuersificantur animæ secundum numerum:quod non est in substantijs separatis.Ex quo etiam patet,qualiter tertia ratio sit soluenda.Non enim anima intellectiua ex natura suæ speciei habet corpus partem sui, sed vnibilitatem ad ipsum.Vnde per hoc quòd est vnibilis diuersis corporibus,diuersificatur secundum numerum: quod etiam manet in animabus,corporibus destructis.Sunt enim vnibiles corporibus diuersis:licèt non actu vnitæ.

De intellectu agente,quòd non est vnus in omnibus.

CAP. LXXXVI.

FVerunt autem quidam, qui licèt concederent intellectum possibilem diuersificari in hominibus, posuerunt tamen intellectum agentem vnum,respectu omnium esse.Quæ quidem opinio licèt sit tollerabilior quàm præmissa, similibus tamen rationibus confutari potest.Est enim actio intellectus possibilis recipere intellecta & intelligere ea, actio autem intellectus agentis facere intellecta in actu abstrahendo ipsa.Vtrumque autem horum huic homini conuenit:nam hic homo vt Sortes,vel Plato,& recipit intellecta & abstrahit & intelligit abstracta. Oportet igitur, quòd tam intellectus possibilis quàm intellectus agens vniatur huic homini: vt forma.Et sic oportet, ꝙ vterque multiplicetur numero, secundum numerũ hominum.Item agens & patiens oportet esse ad inuicem proportionata,sicut materia & forma:nam materia fit in actu ab agente.Et inde est quòd cuilibet potentiæ passiuæ respondet potentia actiua sui generis.Actus enim & potẽtia vnius generis sunt. Intellectus autem agens comparatur ad possibilem, sicut potentia actiua ad passiuam:vt ex dictis patet. Oportet igitur vtrunque esse vnius generis. Cùm igitur intellectus possibilis non sit secundum esse separatus à nobis, sed vnitus nobis vt forma : & multiplicetur secundum multitudinem hominum, vt ostensum est necesse est etiam quòd intellectus agens sit aliquid vnitum nobis formaliter & multiplicetur secu ndum numerum hominum.

Quòd intellectus possibilis & agens fundantur in essentia animæ.

CAP. LXXXVII.

CVm autẽ intellectus agens & possibilis nobis formaliter vniantur : necesse est dicere quòd in eadem essentia animæ conueniant.Omne enim quod alicui vnitur formaliter,vnitur ei per modum formæ substãtialis.aut per modũ formæ accidentalis.Si igitur intellectus possibilis & agẽs vniãtur homini per modũ formę substantialis:cùm vnius rei non sit nisi vna forma substantialis,necesse est dicere quòd intellectus possibilis & agens conueniant in vna essentia formæ quæ est anima. Si verò vniantur homini per modũ formæ accidentalis,manifestum est quòd neutrum potest esse accidens corpori,& ex hoc quòd operationes eorum sunt absque organo corporali,vt suprà ostensum est : sequitur quòd vterque eorũ sit accidens animæ.Non est autẽ in vno homine nisi vna anima:oportet igitur quòd intellectus agens & possibilis in vna essentia animę conueniant. Item omnis actio quæ est propria alicui speciei : est à principijs consequentibus formam quæ dat speciem:intelligere autem est operatio propria humanæ speciei : oportet igitur quòd intellectus agens & possibilis qui sunt principia huius operationis, sicut ostensum est, consequantur animam humanam a qua homo habet speciem.Non autem sic consequuntur eam,quasi ab ipsa procedentia in corpus:quia vt ostensum est,prædicta operatio est sine organo corporali:cuius autẽ est potentia & actio.Relinquitur ergo ꝙ intellectus possibilis &agens conueniant in vna essentia animę.

Qualiter istæ duæ potentiæ conueniant in vna essentia animæ.

CAP. LXXXVIII.

COnsiderandum autem relinquitur quomodò hoc possit esse. Videtur enim circa hoc aliqua difficultas suboriri. Intellectus enim possibilis est in potentia ad omnia intelligibilia. Intellectu autẽ agens facit intelligibilia in potentia esse intelligibilia in actu & sic oportet quòd cooperetur ad ea sicut actus ad potentiam:non videtur autem possibile, quod idem respectu eiusdem sit in potentia & in actu. Sic igitur impossibile videtur , quòd in vna substantia animæ conueniant intellectus possibilis & agens. Hæc autem dubitatio de facili soluitur, si quis consideret qualiter intellectus possibilis sit in potentia respectu intelligibilium: & qualiter intellectus agens faciat ea esse in actu.Est enim intellectus possibilis in potentia ad intelligibilia secundum quod non habet in sui natura aliquam determinatam formam rerum sensibilium : sicut pupilla est in potẽtia ad omnes colores. Inquantùm ergo fantasmata à rebus sensibilibus abstracta sunt similitudines determinatarum rerum sensibilium,comparantur ad intellectũ possibilem sicut actus ad potentiam. Sed tamen fantasmata sunt in potentia ad aliquid quod anima intellectiua habet in actu, scilicet esse abstractũ à materialibus conditionibus. Et quantùm ad hoc , anima intellectiua comparatur ad ipsam vt actus ad potentiam. Non est autem inconueniens,quòd aliquid respectu eiusdem sit in actu & in potentia secundum diuersa.Propter hoc enim naturalia corpora agunt & patiuntur ad inuicem:quia vtrúnque est in potentia respectu alterius. Sic igitur non est inconueniens quòd eadem anima intellectiua sit in potentia respectu omnium intelligibilium, prout ponitur in ea intellectus possibilis,& comparetur ad ea vt actus:prout ponitur in ea intellectus agens.Et hoc manifestiùs apparebit ex modo quo intellectus facit intelligibilia in actu.Non enim intellectus agens sic facit intelligibilia in actu,quasi ab ipso effluant in intellectum possibilem. Sic enim non indigeremus fantasmatibus & sensu ad intelligendum : sed facit intelligibilia in actu abstrahendo ea à fantasmatibus : sicut lumen facit quodammodò colores in actu : non quasi habeat eos apud se,sed inquantùm dat eis quodammodò visibilitatem.Sic igitur æstimandum est vnam esse animam intellectiuam quę caret naturis rerum sensibilium:& potest eas recipere per modum intelligibilem : & quæ fantasmata facit intelligibilia in actu abstrahẽdo ab eis species intelligibiles. Vnde potentia eius secundum quam est receptiua intelligibilium specierum , dicitur intellectus possibilis: potentia autem eius secundum quam abstrahit species intelligibiles à fantasmatibus,vocatur intellectus agẽs : qui est quasi quoddam lumen intelligibile:quod anima intellectiua participat ad imitationem superiorum substantiarum intellectualium.

Quòd omnes potentiæ in essentia animæ radicantur.

CAP. LXXXIX.

NOn solùm autem intellectus agens & possibilis in vna essentia animæ humanæ conueniunt : sed etiam omnes aliæ potentiæ quæ sunt principia operationum animæ. Omnes enim huiusmodi potentiæ quodammodò in anima radicantur: quædam quidem sicut potentiæ vegetatiuæ & sensitiuæ partis in anima sunt, sicut in principio,in continũcto autem sicut in subiecto:quia earum operationes coniuncti sunt & non solùm animæ. Cuius est enim actio, eius est potentia.Quędam verò sunt in anima sicut in principio & in subiecto.quia corũ operationes sunt animæ absque organo corporali.Et huiusmodi sunt potentiæ intellectiuæ partis.Non est autem possibile esse plures animas in homine.Oportet igitur ꝙ omnes potentiæ animæ ad eandem animam pertineant.

Quòd unica est anima in uno corpore.

CAP. XC.

QVod autem impossibile sit esse plures animas in vno corpore sic probatur.Manifestum est enim animam esse formam substantialem habentis animam:ex hoc quòd per animam animatum genus & speciem sortitur.Impossibile est autem plures formas substantiales eiusdem esse rei. Forma enim substantialis in hoc differt ab accidentali , quia forma substantialis facit esse hoc aliquid simpliciter:forma autem accidentalis aduenit ei,quod iam est hoc aliquid : & facit ipsum esse quale vel quantùm vel qualiter se habens. Si igitur plures formæ substantiales sint vnius & eiusdem rei : aut prima earum facit hoc aliquid aut non. Si nõ facit hoc aliquid, nõ est forma substantialis.Si autem facit hoc aliquid: ergo omnes formæ consequẽtes adueniunt ei,quod iam est hoc aliquid.Nulla igitur consequẽtium erit forma substantialis:sed accidentalis.Sic igitur patet,ꝙ impossibile est formas substantiales esse plures vnius & eiusdem rei.Neque igitur possibile est plures animas in vno & eodem esse.adhuc patet qcòd homo dicitur viuens secundum quòd habet animam vegetabilem : animal autem secundum quòd habet animam sensitiuam : homo autem secundum quòd habet animam intellectiuam.Si igitur sunt tres animæ in homine, scilicet vegetabilis : sensibilis : & rationabilis , sequitur quòd homo secundum aliam animam ponatur in genere:& secundum aliam speciem sor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiatur. Hoc autem est impossibile. Sic enim ex genere & differentia non fieret vnum simpliciter, sed vnum per accidens, vel quasi congregatum, sicut muscum & album, quod non est esse vnum simpliciter. Necesse est igitur in homine vnam tantùm animam esse.

Rationes quæ videntur probare, quòd in homine sint plures animæ.

CAP. XCI.

VIdentur autem quædam huic sententiæ aduersari. Primò quidem quia differentia comparatur ad genus vt forma ad materiam, animal autem est genus hominis, rationale autem est differentia constitutiua eius. Cùm igitur animal sit corpus animatum anima sensitiua, videtur quòd corpus animatum anima sensitiua adhuc sit in potentia respectu animæ rationalis, & sic anima rationalis esset anima alia à sensitiua. Item intellectus nõ habet organũ corporale. Sensitiuæ autem potentiæ & nutritiuæ habẽt organum corporale. Impossibile igitur videtur quòd eadem anima sit, & intellectiua & sensitiua, quia non potest esse idem separatum & non separatum. Adhuc anima rationalis est incorruptibilis: vt suprà ostensum est: vegetabilis autem anima & sensibilis sunt corruptibiles, quia sunt actus corruptibilium organorum. Non igitur eadem anima est vegetabilis & sensibilis & rationalis, cùm impossibile sit idem esse corruptibile & incorruptibile. Præterea in generatione hominis appareret vita quæ est per animam vegetabilem, antequàm cõceptum appareat esse animal per sensum & motum, & prius demonstratur animal esse per motum & sensum, quàm habeat intellectum. Si igitur est eadem anima per quam conceptum primò viuit vita plantæ, secundò vita animalis, & tertiò vita hominis, sequeretur quòd vegetabilis, sensibilis, & rationalis sint ab exteriori principio, vel etiam intellectiua sit ex virtute quæ est in semine. Vtrũque autem horum videtur incõueniens, quia cùm operationes animæ vegetabilis & sensibilis non sint sine corpore, nec earum principia sine corpore possunt esse. Operatio autem animę intellectiuæ est sine corpore. Et sic impossibile videtur quòd aliqua virtus in corpore sit eius causa. Im possibile igitur videtur, quòd eadẽ anima sit veget abilis, sensibilis, & rationalis.

Solutio rationum præmissarum.

CAP. XCII.

AD huiusmodi igitur dubitationes tollendas, considerandum est quòd sicut in numeris species diuersificantur per hoc quòd vna earum super alteram addit, ita etiam in rebus materialibus vna species aliam in perfectione excedit. Quicquid enim perfectionis est in corporibus inanimatis, hoc habent plantæ & adhuc amplius. Et rursus, quod habent plantæ, habent animalia, & aliquid plus. Et sic quousque veniatur ad hominem qui est perfectissimus inter creaturas corporeas. Omne autem quod est imperfectum, se habet vt materia respectu perfectioris. Et hoc quidem in diuersis manifestũ est. Nam elementa sunt materia corporum similiter partium, & rursus corpora similium corporum, sunt materialia respectu animalium. Et similiter in vno & eodem considerandum est. Quod enim in rebus naturalibus ad altiorem gradum perfectionis attingunt per suam formam, habet quicquid perfectionis inferiori naturæ. Et per eãdem habet id quod eidem de perfectione superadditur, sicut planta per suam animam habet, quòd sit substantia & quòd sit corporea & vlterius, quòd sit animatum corpus. Animal autem per suam animam habet hæc omnia, & vltrà quòd sit sentiens. Homo autem super hæc omnia habet per suam animam, quòd sit intelligens. Si igitur in re aliqua consideretale id, quodad inferioris gradus perfectionem pertinet, erit materiur respectu eius, quod pertinet ad perfectionem superioris gradus, puta si consideretur in animali, quòd habet vitam plantæ, hoc est quodammodò materiale respectu eius, quod pertinet ad vitam sensitiuam quæ est propria animali. Genus autem non est materia. Non enim prædicaretur de toto, sed est aliquid à mareria sumptum. Denominatio enim rei ab eo, quod est materiale in ipsa, est genus eius. Et per eundem modum differentia sumitur à forma. Et propter hoc corpus viuum seu animatum est genus animalis, sensibile autem differentia constitutiua ipsius. Et similiter animal est genus hominis, & rationale differentia constitutiua eius. Quia igitur forma superioris gradus habet in se omnes perfectiones inferioris gradus, non est alia forma secundum rem à qua sumitur genus & à qua sumitur differentia, sed ab eadem forma secundum quod habet inferioris gradus perfectionem sumitur genus, secundum verò quod habet perfectionem superioris gradus, sumitur ab ea differentia. Et sic patet, quòd quamuis animal sit genus hominis, & rationale sit differentia constitutiua eius, non tamen oportet, quòd sit in homine alia anima sensitiua & alia intellectiua: vt prima ratio obijciebat. Per eadem autem apparet solutio secundæ rationis. Dictum est enim, quòd forma superioris species comprehendit in se omnes inferiorum graduum perfectiones. Considerandum est autem, quòd tanto species materialis est altior, quanto minus fuerit materię subiecta. Et sic oportet, quòd quanto aliqua forma est nobilior, tanto magis super materiam eleuetur. Vnde anima humana quæ est nobilissima materialium formarum, ad summum eleuationis gradum pertingit: vt scilicet habeat operationem absque communicatione materiæ corporalis. Tamen quia eadem anima inferiorum graduum perfectiones comprehendit, habet nihilominus & operationes, in quibus communicat materia corporalis. Manifestum est autem, quòd operatio procedit à re secundum eius virtutem. Oportet igitur, quòd anima humana habeat aliquas vires siue potentias, quæ sunt principia operationum quæ exercentur per corpus, & has oportet esse actus aliquarum partiũ corporis. Et huiusmodi sunt potentiæ vegetatiuæ & sensitiuæ partis. Habet etiam aliquas potentias quæ sunt principia operationum, quæ sine corpore exercentur. Et huiusmodi sunt intellectiuæ partis potentię quæ non sunt actus aliquorum organorum. Et ideò intellectus tam possibilis, quàm agens dicitur separatus: quia non habent organa quorum sunt actus, sicut visus, & auditus, sed sunt tantùm in anima, quæ est corporis forma. Vnde non oportet propter hoc quòd intellectus dicitur separatus, & caret organo corporali, non autem sensus, quòd alia sit anima intellectiua & sensitiua in homine. Ex quo etiam patet, quòd nec ex hoc cogimur ponere aliam animam intellectiuam, & aliam sensitiuam in homine: quia anima sensitiua est corruptibilis, intellectiua incorruptibilis: vt alia ratio procedebat. Esse enim incorruptibile, competit intellectiuæ parti in quantùm est separata. Sicut igitur in eadem essentia animæ fundantur potentiæ quæ sunt separatæ vt dictum est, & non separatæ, ita nihil prohibet quasdam potentiarum animæ simul cum corpore deficere, quasdam autem incorruptibiles esse. Secundum etiam prædicta patet solutio quartæ obiectionis. Nam omnis motus naturalis paulatim ex imperfecto ad perfectum procedit, quod tamen aliter accidit in alteratione, & generatione. Nam eadem qualitas susçipit magis & minus. Et ideò alteratio quæ est motus in qualitate, vna & continua existens de potentia ad actum procedit de imperfecto ad perfectum. Forma verò substantialis non recipit magis & minus, quia esse substantiale vniuscuiusque est indiuisibiliter se habẽs. Vnde generatio non procedit continuè per multa media de imperfecto ad perfectum. Sed oportet esse ad singulos gradus perfectionis, nouam generationem & corruptionem. Sic igitur in generatione hominis conceptum quidem primò viuit vita plantæ per animam vegetabilem. Deindè remota hac forma per corruptionem acquirit quadam alia generatione animam sensibilem & viuit vita animalis. Deindè remota hac anima per corruptionem, introducitur forma vltima & completa, quæ est anima rationalis comprehendens in se quicquid perfectionis in præcedentibus formis erat.

De productione animæ rationalis, quòd non sit ex traductione.

CAP. XCIII.

HAec autem vltima & completa forma, scilicet anima rationalis, non educitur in esse à virtute quæ est in semine, sed à superiori agente. Virtus enim quæ est in semine, est virtus corporis cuiusdam. Anima enim rationalis excedit omnem corporis naturam & virtutem, cùm ad eius intellectualem operationem nullum corpus pertingere possit. Cùm igitur nihil agat vltra suam speciem, cùm quòd agens est nobilius patiente, & faciens facto: impossibile est, quòd virtus alicuius corporis producat animam rationalem. Neque igitur virtus quæ est in semine. Adhuc secũdum quòd vnũquodque habet esse de nouo, sic de nouo competit ei fieri, nam eius est fieri, cuius est & esse. Ad hoc enim aliquid fit: vt sit. Eis igitur quæ secundum se habent esse, competit per se fieri, sicut rebus subsistentibus. Eis autem quæ per se non habent esse, non competit per se fieri, sicut accidentibus & formis materialibus. Anima autem rationalis secundum se habet esse: quia secundum se habet operationem: vt ex dictis patet. Animæ igitur rationali secundum se competit fieri. Cùm igitur non sit composita ex materia & forma vt suprà ostensum est, sequitur quòd non possit educi in esse nisi per creationem. Solius autem Dei est creare: vt suprà ostensum est. A solo igitur Deo anima rationalis in esse producitur. Hoc etiam rationabiliter accidit. Videmus enim in artibus ad inuicem ordinatis, quòd suprema ars inducit vltimam formam, artes autem inferiores disponunt materiam ad vltimam formam. Manifestum est autem, quòd anima rationalis est vltima & perfectissima forma, quam potest consequi materia generabilium & corruptibilium. Conuenienter igitur naturalia agentia inferiora causant præcedentes dispositiones & formas: supremum verò agens, scilicet Deus causat vltimam formam quæ est anima rationalis.

Quòd anima rationalis non est de substantia Dei.

CAP. XCIIII.

NOn tamen credendum est animam rationalem esse de substantia Dei secundum quorundam errorem. Ostensum est enim suprà, quòd Deus simplex & indiuisibilis est. Non igitur anima rationalem corpori vnit quasi eandem à sua substantia separando. Itẽ ostensum est suprà, quòd impossibile est Deum esse formam alicuius corporis: anima autem rationalis vnitur corpori vt forma: non igitur est de substantia Dei. Adhuc ostensum est suprà, quòd Deus non mouetur, neq; per se: neq; per accidens: cuius contrariũ in anima rationali apparet. Mutatur enim de ignorantia ad scientiam: & de vitio ad virtutes. Non est igitur de substantia Dei.

Quòd Deus non agit naturali necessitate, sed à voluntate.

CAP. XCVI.

EX hoc autem ostenditur, quòd Deus res in esse produxerit non naturali necessitate sed voluntate. Ab vno enim naturali agente non est immediatè nisi vnum: agens autem voluntarium diuersa producere potest. Quod ideò est, quia omne agens agit per suam formam: forma autem naturalis per quam naturaliter aliquid agit, vnius vna est: formæ autem intellectiuæ per quas aliquid voluntate agit sunt plures: cùm igitur à Deo immediatè plura producantur in esse: vt iam ostensum est, manifestum est quòd Deus in esse res produxit voluntate & non naturali necessitate. Adhuc agens per intellectum & voluntatem est prius in ordine agentium agẽte per necessitatem naturæ: nam agens per voluntatem præstituit sibi finem propter quem agit: agens autem naturale agit propter finem sibi ab alio præstitutum. Manifestum est autem ex præmissis, Deũ esse primum agens. Est igitur agens per voluntatem naturæ. Item ostensum est in superioribus Deum esse infinitæ virtutis. Non igitur determinatur ad hunc effectum vel illum: sed indeterminatè se habet ad omnes. Quod autem indeterminatè se habet ad diuersos effectus, determinatur ad vnum producendum per desiderium vel per determinationem voluntatis: sicut homo qui potest ambulare & non ambulare, quando vult ambulat. Oportet igitur quòd effectus à Deo procedant secundum determinationem voluntatis. Nõ igitur agit per necessitatem naturæ, sed per voluntatem. Inde est, q̃ fides catholica Deum omnipotentem nõ solùm creatorem: sed etiã factorem nominat. Nam facere propriè est artificis, qui per voluntatem operatur. Et quia omne agens voluntarium, per conceptionẽ sui intellectus agit, quę verbum ipsius dicitur vt suprà ostensum est. Verbum autem Dei filius est: & ideò fides catholica confitetur de filio quòd per eum omnia facta sunt.

Quòd Deus in sua actione est immutabilis.

CAP. XCVII.

EX hoc autem quòd voluntate res in esse producit manifestum est, quòd absque sui mutatione res de nouo in esse producere potest. Hæc est enim differentia inter agens naturale & agens voluntarium: quòd agens naturale eodem modo agit quãdiu eodem modo se habet: eo quòd quale est, talia agit: agens autem voluntarium agit qualia vult. Potest autem cõtingere absq; eius mutatione, quòd velit nunc agere & prius non agere. Nihil enim prohibet adesse alicui voluntatem de operando in posterum etiam quando non operatur absque sui mutatione. Ita absq; Dei mutatione contingere potest, quòd Deus quamuis sit æternus res in esse produxerit non ab æterno.

Ratio probans motum ab æterno fuisse & solutio eius.

CAP. XCVIII.

VIdetur autẽ quòd si Deus volũtate æterna & immutabili nouũ effectum producere posit, quòd tamen oporteat, quòd nouum effectum aliquis motus præcedat. Non enim videmus, quòd voluntas illud quod vult facere retardet, nisi propter aliquid quod nunc est & cessat in posterum: vel quod non est & expectatur futurum: sicut homo in æstate habet volũtatem vt induat se aliquo indumento: quod tamen ad præsens induere non vult sed in futurum: quia nunc est calor qui cessabit frigore adueniente in posterum. Si igitur Deus ab æterno voluit aliquem effectum producere, & non ab æterno produxit, videtur quòd vel aliquid expectaretur futurum quod nondũ erat: vel esset aliud auferendũ quod tunc erat. Neutrũ autem horũ sine motu cõtingere potest. Videtur igitur, quòd à voluntate præcedente non posset effectus aliquis produci in posterũ, nisi aliquo motu præcedente. Et sic si voluntas Dei fuit æterna de rerum productione, & res non sunt ab æterno productæ, oportet quòd earum productionẽ præcedat motus: & per consequens mobilia. Quæ si à Deo producta sunt & non ab æterno, iterum oportet præexistere alios motus & mobilia vsque in infinitum. Huius autẽ obiectionis solutio facilè potest perpendi: si quis differentiã consideret vniuersalis & particularis agentis. Nam agens particulare habet actionem proportionatam regulæ & mensuræ quã agẽs vniuersale præstituit. Quod quidem in ciuilibus apparet. Nam legislator proponit legem quasi regulam & mensuram secundũ quã iudicari oportet ab aliquo particulari iudice. Tempus autẽ est mensura actionum quæ fiunt in tempore. Agẽs enim particulare habet actionem tempori proportionatam: vt scilicet nunc & non prius agat: propter aliquam determinatam rationem. Agens autem vniuersale, quod Deus est, huiusmodi mensuram quæ tempus est instituit: & secundum suam voluntatẽ. Inter res igitur productas à Deo etiam tempus est. Sicut igitur talis est vniuscuiusq; rei quantitas & mensura qualẽ Deus ei tribuere voluit, ita & talis est quantitas temporis qualẽ ei Deus dare voluit: vt scilicet tẽpus & ea quæ sunt in tẽpore tũc inciperẽt, quãdo Deus ea esse voluit. Obiectio autem præmissa procedit de agente quod præsupponit tẽpus & agitur in tempore: nõ autẽ instituit tẽpus. Quæstio ergo qua quæritur quare voluntas æterna producit effectum nunc & non prius, præsupponit tempus præexistens: nam nunc & prius partes sunt temporis. Circa vniuersalẽ igitur rerũ productionẽ inter quas etiã cõsideratur tempus, nõ est quærendũ quare nũc & nõ prius sed quare huius temporis voluit esse mensurã: quod ex diuina volũtate dependet, cui indifferens est vel hanc quãtitatem vel aliã tẽpori assignare, Quod quidem & circa quãtitatem dimensiuam mundi cõsiderari potest. Nõ enim quæritur quare Deus corporalem mundũ in tali situ constituit: & non suprà: vel subtus: vel secundum aliam positionis differentiam: quia non est locus extra mundum: sed hoc ex diuina volũtate prouenit, q̃ talem quantitatẽ mundo corporali tribueret: vt nihil eius esset extra hunc situm secundũ quãcunque positionis differentiã. Licet autẽ ante mũdum tẽpus nõ fuerit: nec extra mundũ sit locus, vtimur tamẽ tali modo loquẽdi: vt si dicamus, quòd antequã mundus esset nihil erat nisi Deus: & quòd extra mundũ nõ est aliquod corpus: non intelligentes per ante & extra tempus aut locum nisi secundum imaginationem tantùm.

Rationes ostendẽtes, quòd materiam est necessarium ab æterno creationem mundi præcessisse: & solutiones earum.

CAP. XCIX.

VIdetur autem, quòd si & rerum perfectarum productio ab æterno non fuerit, uòd materiam necesse sit ab æterno fuisse. Omne enim quod habet esse post non esse: mutatur de non esse ad esse. Si igitur res creatæ, vt puta cœlum: & terra: & alia huiusmodi ab æterno non fuerint: sed inceperunt esse postquàm non fuerant, necesse est dicere eas mutatas esse de non esse ad esse. Omnis autẽ mutatio & motus subiectum aliquod habet. Est enim motus actus existentis in potentia: subiectum autem mutatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis,per quam aliqua res in esse producitur , non est ipsa res producta:hoc enim est terminus motus,non est autem idem motus terminus & subiectum:sed subiectum prædictæ mutationis est, id ex quo res producitur:quod materia dicitur. Videtur ergo si res in esse productæ sint postquàm non fuerant,ꝙ oporteat eis materiam præexistisse:quæ si iterum producta est postquàm non fuerat , oportet ꝙ habeat aliam materiam præcedentem.Non autem est procedere in infinitum.Relinquitur igitur, ꝙ oporteat deuenire ad aliquam materiam æternam : quæ non sit producta postquàm non fuerat. Item si mundus incœpit postquàm non fuerat, antequàm mundus esset aut erat possibile mundum esse vel fieri : aut non possibile. Si autem non possibile erat esse vel fieri,ergo ab æquipolleuti impossibile erat mundum esse vel fieri. Quod autem impossibile est fieri, necesse est non fieri. Necesse est igitur mundum non esse factum. Quod cùm manifestè sit falsum,necesse est dicere,ꝙ si mundus incœpit esse postquàm nõ fuerat, quòd possibile erat antequàm esset ipsum esse vel fieri. Erat igitur aliquid in potentia ad fieri & esse mundi.Quod autem est in potentia ad fieri & esse alicuius,est materia eius:sicut lignũ se habet ad scamnum. Sic igitur videtur,ꝙ necesse est materiam semper fuisse:etiam si mundus semper non fuit. Sed cùm ostensum sit suprà,ꝙ etiã materia non est nisi à Deo,pari ratione fides catholica nõ confitetur materiam esse æternam: sicut nec mundum æternum. Oportet enim hoc modo exprimi in ipsis rebus causalitatem diuinam:vt res ab eo productæ esse inciperent, postquàm non fuerant.Hoc enim euidenter & manifestè ostendit eas nõ à seipsis esse:sed ab æterno auctore. Non autẽ præmissis rationibus arctamur ad ponendum æternitatem materiæ.Non enim vniuersalis rerum productio propriè mutatio dici potest. In nulla enim mutatione subiectum mutationis per mutationem producitur:quia non est idem subiectum mutationis & terminus : vt dictũ est.Cùm igitur vniuersalis productio rerum à Deo quæ creatio dicitur,se extendat ad omnia quæ sunt in re, huiusmodi productio rationem mutationis propriè habere non potest:etiam si res creatę producantur in esse postquàm nõ fuerant. Esse enim potest non esse non sufficit ad veram rationem mutationis,nisi supponatur ꝙ subiectum nunc sit sub priuatione & nunc sub forma.Vnde in quibusdam inuenitur hoc post illud:in quibus propriè ratio motus aut mutationis non est:sicut cùm dicitur ꝙ ex die fit nox. Sic igitur & si mundus esse inceperit postquàm non fuerat,non oportet, ꝙ hoc per aliquam mutationem sit factum sed per creationem : quæ verè mutatio non est , sed quædam relatio rei creatæ à creatore secundum suum esse dependentis,com ordine ad non esse præcedens. In omni enim mutatione oportet esse aliquid idem : aliter & aliter se habens:vtpotè quod nunc sit sub vno extremo & postmodùm sub alio,quod quidem in creatione secundum rei veritatem non inuenitur: sed solùm secundum imaginationem : prout imaginamur vnam & eandem rem priùs non fuisse & postmodùm esse. Et sic secundum quandam similitudinem creatio mutatio dici potest. Similiter etiam secunda obiectio non cogit. Licet enim verum sit dicere,quòd antequàm mundus esset,possibile erat mundum esse vel fieri : non tamen oportet hoc secundum aliquam potentiam dici. Dicitur enim possibile in enuntiabilibus , quod significat aliquem modum veritatis:quod.s.neque est necessarium,neque impossibile. Vnde huiusmodi possibile non secundum aliquã potentiã dicitur: vt Philosophus docet in 5.Methaphisicæ.Si autẽ secundũ aliquã potentiam dicitur,non est necessarium,quòd dicatur secundum potẽtiam passiuam:sed secundum potentiam actiuam:vt quod dicitur, quòd mundus possibile fuit esse antequã esset,sic intelligatur:quòd Deus potuit mundũ in esse producere:antequàm produceret.Vnde non cogimur ponere materiam præextitisse mundo.Sic ergo fides catholica nihil Deo coæternũ ponit. Et propter hoc creatorem & factorem omnium visibilium & inuisibilium confitetur.

Quòd Deus operatur omnia propter finem.

CAP. C.

QVoniam autem suprà ostensum est quòd Deus res in esse produxit non per necessitatem naturæ,sed per intellectum & voluntatem. omne autem tale agens agit propter finem:operatiui enim intellectus finis principium est.Necesse est igitur omnia quę à Deo sunt facta propter finem esse. Adhuc productio rerum à Deo optimè facta est.Optimi enim est optimè facere vnumquodq;.Melius est autem fieri aliquid propter finem quàm absq; finis intentione.Ex fine enim est ratio boni in his quæ fiunt.Sunt igitur res à Deo factæ propter finem.Huius etiam signum apparet in his, quæ à natura aguntur: quorum nihil in vanum est:sed propter finem vnumquodque. Inconueniens autem dicere est,magis ordinata esse quæ fiunt à natura,quàm ipsa institutio naturæ à primo agente: cùm totus ordo naturæ exinde deriuetur.Manifestum est igitur res à Deo productas esse propter finem.

Quòd vltimus finis omnium est diuina bonitas.

CAP. CI.

OPortet autem vltimum finem rerum diuinam bonitatem esse. Rerum enim factarum ab aliquo agente per voluntatem vltimus finis est quod est primo & per se volitum ab agete.Et propter hoc agẽs agens omne quod agit.Primum autem volitum diuinæ voluntatis est eius bonitas:vt ex superioribus patet.Necesse est igitur omnium rerum factarum à Deo:vltimum finem diuinam bonitatem esse.Item finis generationis vniuscuiúsque rei generatę est forma eiusdem:hac enim adepta,generatio quiescit:vnumquodque enim generatum,siue per artem,siue per naturam,secundum suam formam similatur aliquo modo agenti:nam omne agens agit aliqualiter sibi simile.Domus enim quæ est in materia procedit à domo quæ est in mente artificis.In naturalibus etiam homo generat hominem.Et si aliquid sit genitum vel factum secundum naturam quod non sit simile generanti secundum speciem,similatur tamen suis agentibus sicut imperfectum perfecto.Ex hoc enim contingit, quòd generanti secundum speciem non similantur : quia ad eius perfectam similitudinem non possunt peruenire : sed aliqualiter eam imperfectè participant:sicut animalia & plantę quæ generantur ex virtute solis.Omnium igitur quæ fiunt finis generationis siue perfectionis est forma facientis vel generantis : vt scilicet ad eius similitudinem perueniatur.Forma autem primi agentis,scilicet Dei,non est aliud quàm eius bonitas.Propter hoc igitur omnia facta sunt vt diuinæ bonitati assimilentur.

Quòd diuina assimilatio est causa diuersitatis in rebus.

CAP. CII.

EX hoc igitur accipiẽda est ratio diuersitatis & distinctionis in rebus.Quia enim diuinam bonitatem perfectè repręsentari impossibile fuit,propter assantiam vniuscuiusque creaturæ à Deo,necessarium fuit vt repræsentaretur per multa : vt quod deest ex vno, suppleretur ex alio. Nam & in conclusionibus Sillogisticis,quando per vnum medium non sufficienter demonstratur cõclusio,oportet media multiplicari ad conclusionis manifestationem:vt in Syllogismis Dialecticis accidit. Nec tota tamen vniuersitas creaturarũ perfectè diuinam bonitatem repræsentat per æquiparatiam,sed secundum perfectionem creaturæ possibilem. Item illud quod inest causæ vniuersali simpliciter & vnitè,inuenitur in effectibus multiplicitèr & distinctè. Nobilius est enim aliquid in causa quàm in effectibus. Diuina autem bonitas vna & simplex principiũ est & radix totius bonitatis quæ in creaturis inuenitur.Necesse est igitur sic creaturas diuinæ bonitati assimilari, sicut multa & distincta assimilantur vni & simplici.Sic igitur multitudo & distinctio prouenit in rebus non casualiter aut fortuitò , sicut nec rerum productio est à casu vel à fortuna , sed propter finem. Ex eodem enim principio est esse & vnitas & multitudo in rebus. Neque enim distinctio rerum causatur ex materia. Nam prima rerum institutio est per creationem quæ materiam non requirit.Similiter quæ solùm ex necessitate materiæ prouenium,casualia esse videntur. Similiter autem neque multitudo in rebus causatur propter ordinem mediorum agentium , puta quòd ab vno primo simplici procedere immediatè non potuerit,nisi vnum distans,tamen à primo in simplicitate,ita quòd ex eo iam procedere potuerit multitudo,& sic deinceps,quanto magis à primo simplici receditur,tanto numerosior multitudo inueniatur:vt aliqui posuerunt.Iam enim ostẽsum est,quòd plura sunt quæ in esse prodire non potuerunt, nisi per creationem , quæ solius Dei est:vt suprà ostensum est. Vnde relinquitur, quòd ab ipso Deo sunt plura immediate creata.Manifestum est etiam,quòd secundũ hanc positionem rerum multitudo & distinctio casuali esset quasi non intenta à primo agente. Est enim multitudo rerum & distinctio ab intellectu diuino excogitata & instituta in rebus,ad hoc quòd diuersimodè diuina bonitas à rebus creatis repræsentetur, & eam secundum diuersos gradus diuersa participarent : vt sic ex ipso diuersarum rerum ordine quædam pulchritudo resultet in rebus quæ diuinam sapientiam commendaret.

Quòd non solùm diuina bonitas est causa rerum,sed etiam omnis motus & operationis.

CAP. CIII.

NOn solùm autem institutionis rerum finis est diuina bonitas,sed etiam omnis operationis & motus creaturæ cuiuslibet necesse est diuinam bonitatem finem esse. Vnumquódque enim quale est,talia agit,sicut calidum calefacit. Quælibet autem res creata , secundum suam formam similitudinem quandam participat diuinæ bonitatis : vt ostensum est , ergo & omnis actio &

actio & motus creaturæ cuiuslibet in diuinam bonitatem ordinatur sicut in finem.Præterea omnis motus & operatio rei cuiuslibet,in aliquid perfectum tendere videtur.Perfectum autem habet rationem boni.Perfectio enim cuiuslibet rei est bonitas eius.Omnis igitur motus & actio rei cuiuslibet, ad bonum tendit : bonum autem quodlibet est similitudo quædam summi boni:sicut & esse quodlibet est similitudo primi entis:igitur motus & actio cuiuslibet rei tendit in assimilationem bonitatis diuinæ.Præterea si sint multa agentia ordinem habentia: necesse est,quòd omnium agentium actiones & motus ordinentur in bonum primi agentis sicut in finem vltimum.Cùm enim à superiori agente inferiora agentia moueantur:& omne mouens moueat ad finem proprium, oportet quòd actiones & motus inferiorum agentium tendant in finem primi agentis. Sicut in exercitu omnium ordinum actiones ordinantur sicut in vltimum ad victoriam quæ est finis ducis. Ostensum autem est suprà,quòd primum mouens & agens est Deus : finis autem eius non est aliud quàm sua bonitas:vt etiam suprà ostensum est.Necesse est igitur,quòd omnes actiones & motus quarumcunq; creaturarum sint propter diuinam bonitatem : non quidem causandam neque agendam:sed suo modo acquirendam : participando siquidem aliquam similitudinem eius.Diuinæ autem bonitatis similitudinem res creatæ per suas operationes diuersimodè cõsequuntur:sicut & diuersimodè secundum suum esse ipsam repręsentant:vnumquodque enim operatur secundũ quod est.Quia igitur omnibus creaturis commune est,vt diuinam bonitatem repræsentent inquantùm sunt,ita omnibus commune est,vt per operationes suas consequantur diuinam similitudinem in conseruatione sui esse & communicatione sui esse ad alterũ.Vnaquæq; enim creatura suã operatione primò quidem se in esse perfecto secundum quòd est possibile conseruare nititur in quo suo modo tendit in similitudinem diuinæ perpetuitatis.Secundò verò per suam operationem vnaquęq; creatura suum esse perfectum alteri communicare conatur secundum suum modum.Et per hoc tendit in similitudinem diuinæ causalitatis.Sed creatura rationalis per suam operationem tendit in diuinam similitudinem singulari quodam modo præ cæteris:sicut & præ cæteris creaturis nobilius esse habet.Esse enim creaturarum cæterarum cùm sit per materiam constrictum, est finitum:vt infinitatem non habeat nec actu nec potẽtia.Omnis vero natura rationalis infinitatem habet vel actu vel potentia:secũdum quòd intellectus continet in se intelligibilia. In nobis igitur intellectualis natura in suo primo esse constituta est in potentia ad sua intelligibilia:quæ cùm sint infinita,infinitatem quandam habet in potentia.Vnde intellectus est species specierumquia nõ habet tantùm speciem determinatam tam ad vnum vt lapis:sed speciem omnium specierum capacem.Natura verò intellectualis in Deo est infinita in actu:vtpote in se præhabens totius entis perfectionem: vt suprà ostensum est.Creaturæ vero aliæ intellectuales medio modo se habent inter potentiam & actum. Tendit igitur intellectualis creatura per suam operationem in diuinam similitudinem: non in hoc solùm,quòd se in esse conseruet vel suam esse quodammodò communicando multiplicet:sed vt in se habeat actu quod per naturam in potentia habet.Est igitur finis intellectualis creaturæ, quem per suam operationem consequitur,vt intellectus eius totaliter efficiatur in actu,secundum omnia intelligibilia quæ in potentia habet.Secundum hoc enim maximè Deo similis erit.

De duplici potentia cui in rebus respondet duplex intellectus: & quis sit finis intellectualis creaturæ.

CAP. CIIII.

EST autem aliquid in potentia dupliciter.Vno modo naturaliter respectu eorum,scilicet quæ per agens naturale possunt reduci in actum.Alio modo respectu eorum quæ reduci non possunt in actum per agens naturale,sed per aliquod aliud agẽs:quod quidem in rebus corporalibus apparet. Quòd enim ex puero fiat vir est in potẽtia naturali:vel quod ex semine fiat animal.Sed quòd ex ligno fiat scamnum:vel ex cæco fiat videns,non est in potentia naturali. Sic autem & circa intellectum nostrum accidit.Est enim intellectus noster in potentia naturali respectu quorundum intelligibilium:quæ scilicet reduci possunt in actum per intellectum agentem,qui est principium innatum nobis:vt per ipsum efficiamur intelligentes in actu.Est autem impossibile nos vltimum finem consequi per hoc quòd intellectus noster sic reducatur in actum : nam virtus intellectus agentis est,vt fantasmata quæ sunt intelligibilia in potentia faciat intelligibilia in actu : vt ex superioribus patet. Fantasmata autem sunt accepta per sensum.Per intellectum igitur agentem intellectus noster in actum reducitur:respectu horum intelligibilium tantùm,in quorum noticiam per sensibilia possumus deuenire.Impossibile est autem in tali cognitione vltimum hominis finem consistere.Nam vltimo fine adepto desiderium naturale quiescit.Quantumcúnque autem aliquis proficiat intelligendo secundum prædictum modum cognitionis quo à sensu scientiam percipimus, adhuc remanet naturale desiderium ad alia cognoscenda.Multa enim sunt ad quæ sensus pertingere non potest: de quibus per sensibilia non nisi modicam noticiam accipere possumus:vt fortè sciamus de eis, quòd sint,non autem quid sint:eo quòd substantiarum immaterialium quidditates alterius generis sunt à quidditatibus rerum sensibilium:& eas quasi improportionabiliter transcendentes.Circa ea etiam quæ sub sensu cadunt multa sunt quorum rationem cognoscere per certitudinem non possumus: sed quorundam quidem nullo modo: quorundam vero debiliter: Vnde semper remanet naturale desiderium respectu perfectioris cognitionis. Impossibile est autem naturale desiderium esse vanum.Consequimur igitur vltimum finem in hoc,quòd intellectus noster fiat in actu aliquo sublimiori agente,quam sit agens nobis connaturale: quod quiescere faciat desiderium , quod nobis inest naturaliter ad sciendum. Tale est autem in nobis sciendi desiderium,vt cognoscentes effectum desideremus cognoscere causam: & in quacúnque re,cognitis quibuscúnque eius circumstantiis,non quiescit nostrum desiderium,quousque eius essentiam cognoscamus.Non igitur naturale desiderium sciendi potest quietari in nobis quousque primam causam cognoscamus:non quocúnque modo sed per eius essentiam. Prima autem causa Deus est : vt ex superioribus patet.Est igitur finis vltimus intellectualis creaturæ,Deũ per essentiam videre.

Quomodò finis vltimus intellectualis creaturæ est Deum per essentiam videre: & quomodo hoc possit.

CAP. CV.

HOc autem quomodò possibile sit, considerandum est. Manifestum est autem,quòd cùm intellectus noster nihil cognoscat, nisi per aliquam speciem eius:impossibile est,quod per speciem rei vnius cognoscat essentiam alterius:& quãto magis species per quã cognoscit intellectus plus distat à re cognita, tantò intellectus noster imperfectiorem cognitionem habet de essentia rei, illius:vt puta si cognosceret bouem per speciem asini,cognosceret eius essentiam imperfectè,scilicet quantùm ad genus tantùmmagis autem imperfectè,si cognosceret per lapidem : quia cognosceret per genus magis remotum. Si autem cognosceret per speciem alterius rei, quæ nulli boui communicaret in genere,nullo modo essentiam bouis cognosceret. Manifestum est autem ex superioribus, quòd nullum creatum communicat cum Deo in genere. Per quacúnque igitur speciem creatam,non solùm sensibilem:sed intelligibilem Deus cognosci per essentiam non potest. Ad hoc igitur quòd Deus per essentiam cognoscatur,oportet quòd ipse Deus fiat forma intellectus ipsum cognoscentis : & coniungatur ei non ad vnam naturam constituendam:sed sicut species intelligibilis intelligenti.Ipse enim sicut est suum esse,ita est sua veritas:quæ est forma intellectus.Necesse est autem , quòd omne quod consequitur aliquam formam,consequatur dispositionem aliquam ad formam illam.Intellectus autem noster non est ex ipsa sua natura in vltima dispositione existens respectu formæ illius quæ est veritas: quia sic à principio ipsam assequeretur.Oportet igitur,quod cum eam consequitur:& aliqua dispositione de nouo addita eleuetur:quam dicimus gloriæ lumẽ,quo quidem intellectus noster à Deo perficitur: qui solus secũdum suam naturã hanc propriam formã habet: sicut nec dispositio caloris ad formã ignis potest esse nisi ab igne. Et de hoc lumine in Psalm.dicitur.In lumine tuo videbimus lumen.

Quomodo naturale desiderium quiescit ex diuina visione per essentiam in qua beatitudo consistit.

CAP. CVI.

HOc autem fine adepto,necesse est naturale desiderium quietari:quia essentia diuina quæ modo prædicto coniungetur intellectui Deum videntis est sufficiens principium omnia cognoscendi,& fons totius bonitatis:vt nihil restare possit ad desiderandum. Et hic etiam est perfectissimus modus diuinam similitudinem consequẽdi:vt scilicet ipsum cognoscamus eo modo quo se ipse cognoscit.scilicet per essentiam suã:licet non comprehendamus ipsum, sicut ipse se comprehendit:non quòd aliquam partem eius ignoremus:cum partem non habeat:sed quia non ita perfectè ipsum cognoscemus,sicut cognoscibilis est:cum virtus intellectus nostri in intelligendo non possit adæquari veritati ipsius secundum quã cognoscibilis estcũ eius claritas seu veritas sit infinita:intellectus autem noster finitus:intellectus autem eius infinitus est:licet & veritas eius.Et ideo ipse tantùm se cognoscit,quantùm cognoscibilis est.sicut conclusionem demonstrabilem ille comprehendit, qui eam per demonstrationem cognoscit : non autem qui cognoscit eam in perfectiori modo,scilicet per rationem probabilem. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia vltimum finem hominis dicimus beatitudinem, in hoc consistit hominis fœlicitas, siue beatitudo, ꝙ Deũ videat per essentiam, licèt in perfectione beatitudinis multũ distet à Deo: cùm hanc beatitudinem Deus per suam naturã habeat: homo verò eam consequatur per diuini luminis participationem vt suprà dictum est.

Quòd modus in Deum ad beatitudinem consequendam assimilatur motus naturali: & quòd beatitudo est in actu intellectus.

CAP. CVII.

COnsiderandum est autem, quòd cùm procedere de potentia in actum vel sit motus, vel sit simile motui: circa processum huius beatitudinis consequendum, similiter se habet sicut in motu vel in mutatione naturali. In motu enim naturali primò quidem cõsideratur aliqua proprietas, per quã proportionatur vel inclinatur mobile ad talem finẽ: sicut grauitas in terra, ad hoc ꝙ feratur deorsum. Non enim moueretur aliquid naturaliter ad certũ finem, nisi haberet proportionẽ ad illum. Secundò autem consideratur ipse motus ad finem. Tertiò autẽ ipsa forma vel locus. Quartò autem quies in forma vel in loco. Sic igitur in intellectuali motu ad finem, primũ quidem est amor inclinans in finem. Secũdum autẽ est desiderium, quod est quasi motus in finem: & operationes ex tali desiderio prouenientes. Tertium autẽ est ipsa forma, quã intellectus consequitur. Quartum autem est delectatio consequens: quæ nihil est aliud quàm quietatio voluntatis in fine adepto. Sic igitur naturalis generationis finis est forma: & motus localis, locus: non autẽ quies in forma vel loco: sed hoc est consequens finẽ: & multò minus motus, est finis vel proportio ad finem: ita vltimus finis creaturæ intellectualis est videre Deum: nõ autem delectari in ipso: sed hoc est concomitans finẽ: & quasi perficiens ipsum. Et multò minus desideriũ vel amor, possunt esse vltimus finis: cũ ctiã hoc ante finẽ habeatur.

De errore ponentium fœlicitatem in creaturis.

CAP. CVIII.

MAnifestum est ergo, ꝙ fœlicitas falsò à quibusdam queritur in quibuscũque præter Deum quæratur: siue in voluptatibus corporalibus quæ sunt & brutis cõmunes: siue in diuitijs, quæ ad conseruationem habentium propriè ordinantur, quæ est communis finis omnis entis creati: siue in potestatibus, quæ ordinantur ad communicandam perfectionẽ suam alijs: quod etiam diximus omnibus esse cõmune: siue in honoribus vel fama, quæ alicui debentur secũdum ꝙ finem iam habet vel ad finem benè dispositus est: sed nec in cognitione quaruncúnque rerum etiam suprà hominem existentem, cùm in sola diuina cognitione desiderium hominis quietetur.

Quòd solus Deus est bonus p essentiã, creaturæ verò p participationẽ.

CAP. CIX.

EX præmissis igitur apparet, ꝙ diuersimodè se habent ad bonitatem Deus & creaturæ secundum duplicem modum bonitatis quæ in creaturis potest cõsiderari. Cùm enim bonum habeat rationem perfectionis & finis: secundum duplicem perfectionem & finem creaturæ attẽditur duplex eius bonitas. Attenditur enim quẽdam creaturæ perfectio secundum quòd in sua natura persistit: & hæc est finis generationis: aut factionis ipsius. Alia verò perfectio ipsius attenditur, quam consequitur per suum motum vel operationem, & hoc est finis motus vel operationis ipsius. Secundũ vtrãq; verò creatura deficit à bonitate diuina: nam cùm forma & esse rei sit bonum & perfectio ipsius secundum quod in sua natura cõsideratur: substantia cõposita neq; est sua forma neq; suum esse: substantia verò simplex creata & si sit ipsa forma, non tamen est suum esse. Deus verò est sua essentia: & suum esse: vt suprà ostensum est. Similiter etiam omnes creaturæ consequuntur perfectam bonitatẽ ex fine extrinseco. Perfectio enim bonitatis consistit in adeptione finis vltimi. Finis autem vltimus cuiuslibet creaturæ est extra ipsum qui est diuina bonitas: quæ quidem non ordinatur ad vlteriorem finem. Relinquitur igitur, quòd Deus modis omnibus est sua bonitas, & est essentialiter bonus: non autem creaturæ simplices: quia nõ sunt suum esse: tum quia ordinantur ad aliquid extrinsecum sicut ad vltimum finem. In substantijs verò compositis manifestum est, quòd nullo modo sunt sua bonitas. Solus igitur Deus est sua bonitas: & essentialiter bonus. Alia verò dicuntur bona secundum participationem aliquam ipsius.

Quòd Deus non potest suam bonitatem amittere.

CAP. CX.

PEr hoc autem apparet, quòd Deus nullo modo potest deficere à bonitate. Quod enim alicui essentialiter inest, non potest ei abesse: sicut animal non potest ab homine remoueri. Neq; igitur Deũ possibile est non esse bonum. Et vt magis proprio vtamur exemplo sicut non potest esse, quòd homo non sit homo, ita non potest esse quòd Deus non sit perfectè bonus.

Quòd creatura possit deficere à sua bonitate.

CAP. CXI.

IN creaturis autem considerandum est, qualiter possit esse bonitatis defectus: manifestum est autem quòd duobus modis aliqua bonitas inseparabiliter inest creaturæ, Vno modo ex hoc quòd ipsa bonitas est de essentia eius. Alio modo ex hoc quòd est determinata ad vnum. Primo ergo modo, in substantijs simplicibus ipsa bonitas quæ est forma inseparabiliter se habet ad ipsas: cum ipsæ essentialiter sint formæ. Secundo autem modo bonũ quod est esse amittere non possunt. Non enim forma est sicut materia quæ se habet ad esse & non esse: sed forma consequitur esse: & non etiam non sit ipsum esse. Vnde patet, quòd substantiæ simpliciter bonum naturæ in qua subsistunt, amittere non possunt: sed immutabiliter se habẽt in illo. Substantiæ verò compositæ quia non sunt suæ formæ: nec suum esse, bonum naturæ amissibiliter habent: nisi in illis in quibus potentia materiæ non se habet ad diuersas formas: neq; ad esse & non esse: sicut in corporibus cœlestibus patet.

Quomodò deficiunt à bonitate secundum suas operationes.

CAP. CXII.

ET quia bonitas creaturæ non solùm consideratur secundum ꝙ in sua natura subsistit: sed perfectio bonitatis ipsius est in hoc quòd ordinatur ad finem: ad finem autem ordinatur per suam operationem: restat considerare quomodò creaturæ deficiant à sua bonitate secundum suas operationes quibus ordinantur ad finem. Vna primò consideradum est, quòd de operationibus naturalibus idem est iudicium sicut & de natura, quæ est earum principiũ. Vnde quorum natura defectum pati nõ potest, nec in operationibus eorũ naturalibus defectus accidere potest. quorum autem natura defectum pati potest, etiam operationes eorũ deficere contingit. Vnde in substantijs incorruptibilibus siue incorporeis siue corporeis, nullus defectus naturalis actionis contingere potest. In angelis enim semper virtus naturalis manet potẽs ad suas operationes exercendas. Similiter motus corporum cœlestium nunquàm exorbitare inuenitur. In corporibus verò inferioribus multi defectus naturalium actionum contingunt, propter corruptiones & defectus in naturis eorum accidentes. Ex defectu enim alicuius naturaliter principij contingit plantarũ sterilitas, mõstruositas in generatione animalium, & aliæ huiusmodi inordinationes.

De duplici principio actionis, & quomodò aut in quibus potest deficere esse.

CAP. CXIII.

SVnt autem quædam actiones quarum principium nõ est natura sed voluntas, cuius obiectum est bonum & finis quidem principaliter, secundariò autem quod est ad finem. Sic igitur se habet operatio voluntaria ad bonum, sicut se habet naturalis operatio ad formam per quam res agit. Sicut igitur defectus naturalium actionum accidere non potest in illis quæ non patiuntur defectum secundum suas formas, sed solùm incorruptibilibus quorum formæ deficere possunt: ita volũtariæ actiones deficere possunt in illis in quibus voluntas potest à fine deficere. Sicubi autem non potest volũtas à fine deficere, manifestum est, quòd ibi defectus voluntariæ actionis esse nõ potest. Voluntas autem deficere non potest respectu boni, quod est ipsius volentis natura. Quælibet enim res suo modo appetit sui esse perfectum, quod est bonum vniuscuiusque. Respectu boni verò exterioris deficere potest, bono sibi connaturali contenta. Cuius igitur volentis natura est vltimus finis voluntatis ipsius, in hoc defectus voluntariæ actionis contingere non potest. Hoc autem solius Dei est. Nam eius bonitas quæ est vltimus finis rerũ, est sua natura. Aliorum autem volentium natura non est vltimus finis voluntatis eorum. Vnde potest in eis defectus voluntariæ actionis contingere per hoc quòd voluntas remanet fixa in proprio bono non tendendo vlterius in summum bonum, quod est vltimus finis. In omnibus igitur substantijs intellectualibus creatis, potest defectus voluntariæ actionis contingere.

Quid nomine boni vel mali intelligatur in rebus.

CAP. CXIIII.

EST igitur hîc considerandum, quòd sicut nomine boni intelligitur esse perfectũ, ita nomine mali nihil aliud intelligitur quam priuatio esse perfecti. Quia verò priuatio propriè accepta est ei cui quod natum est, & quando natum est, & quomodò natum est habere, manifestum est, quòd ex hoc aliquid dicitur malum, quòd caret perfectione quam debet habere. Vnde homo si visu careat, malum est ei, non autem malum est lapidi, qui non est natus visum ha-

Quòd im-

Quòd impossibile est esse aliquam naturam malum.

CAP. CXV.

IMpossibile est autem malum esse aliquam naturam. Nam omnis natura vel est actus, vel potentia: aut compositum ex vtroq;. Quod autem est actus, perfectio est & boni obtinet rationem: cùm id quod est in potentia, appetat naturaliter esse actu: bonum verò est quod omnia appetunt. Vnde & compositum ex actu & potentia: inquantùm participat actum, participat bonitatem. Potentia autem inquantùm ordinatur ad actum, bonitatem habet: cuius signum est, quòd quanto potentia est capacior actus & perfectionis: tantò magis commendatur. Relinquitur igitur, quòd nulla natura secundum se sit malum. Item vnumquódq; secundum hoc completur, quòd fit in actu: nam actus est perfectio rei. Nullum autem oppositorum completur per admixtionem alterius: sed magis destruitur vel minuitur. Et sic neq; malum completur per participationẽ boni. Omnis autem natura completur per hoc quòd habet esse in actu. Et sic cùm esse bonum ab omnibus appetibile, omnis natura completur per participationem boni. Nulla igitur natura est malum. Adhuc quælibet natura appetit conseruationem sui esse: & fugit destructionem quantùm potest. Cum igitur bonũ sit quod omnia appetunt: malum verò econtrariò quod omnia fugiunt: necesse est dicere, quòd esse vnamquãq; naturam sit bonum secundum se: non esse verò malum. Esse autem malum non est bonum: sed magis non esse malum sub boni comprehenditur ratione. Nulla igitur natura est malum.

Qualiter bonum & malum sunt differentiæ entis: & contraria & genera contrariorum.

CAP. CXVI.

COnsiderandum igitur restat quomodò bonum & malum dicantur contraria: & contrariorum genera: & differentiæ aliquas species, scilicet habitus morales constituentes. Contrariorum enim vtrũq; est aliqua natura. Non ens enim non potest esse neque genus neq; differẽtia: cùm genus prædicetur de re in eo, quòd quid: differentia verò in eo quòd quale quid. Sciendum est igitur, quòd sicut naturalia consequitur speciem à forma, ita moralia à fin, qui est voluntatis obiectum à quo omnia moralia dependent. Sicut autem in naturalibus vni formæ adiungitur priuatio alterius: puta formæ ignis priuatio formę acris: ita in moralibus vni fini adiungitur priuatio finis alterius. Cùm igitur priuatio perfectionis debitæ sit malũ in naturalibus, formã accipere cui adiungitur priuatio formę debitæ malũ est: nõ propter formã, sed propter priuationẽ ei adiunctã: sicut ignis malũ est ligno. Et in moralibus etiã inhærere fini cui adiungitur, priuatio finis debiti malum est: non propter finẽ: sed propter priuationem adiunctam. Et sic duæ actiones morales quæ ad contrarios fines ordinantur, secundum bonum & malum differunt: & per consequens contrarij habitus differunt: bono & malo quasi differentijs existentibus & contrarietatem ad inuicem habẽtibus: non propter priuationem ex qua dicitur malum: sed propter finem cui priuatio adiungitur. Per hunc etiam modum quidam intelligunt ab Aristotele dictum, quòd bonum & malum sunt genera contrariorum, scilicet moralium. Sed si rectè attendatur, bonum & malum in genere moralium magis sunt differẽtiæ quàm species: vnde melius videtur dicendum, quòd bonum & malum dicũtur genera secundum positionem Pythagoræ qui omnia reduxit ab bonũ & malum sicut ad prima genera: quæ quidem positio habet aliquid veritatis inquantum omnium contrariorum vnum est perfectum & alterum diminutum: vt patet in albo & nigro: dulci & amaro: & sic de alijs. Semper autem quod perfectum est pertinet ad rationem boni: quod autem diminutum ad rationem mali.

Quòd nihil potest esse essentialiter malum vel summè: sed est corruptio alicuius boni.

CAP. CXVII.

HAbito igitur quòd malũ est priuatio perfectionis debitæ, iam manifestum est qualiter malum bonum corrumpit: inquantũ scilicet est eius priuatio: sicut & cæcitas dicitur corrumpere visum: quia est ipsa visus priuatio. Nec tamen totũ bonũ corrũpit: quia suprà dictũ est, ꝙ nõ solũ forma est bonũ: sed etiã potẽtia ad formã, quæ quidẽ potẽtia est subiectũ priuatiõis sicut & formę. Vnde oportet ꝙ subiectũ mali sit bonũ: nõ quidẽ qđ est oppositũ malo: sed qđ est potẽtia ad ipsum. Ex quo etiã patet, quòd nõ quodlibet bonũ potest esse subiectũ mali: sed solùm bonũ quod est in potẽtia respectu alicuius perfectionis qua potest priuari. Vnde in his quæ solũ actus sunt: vel in quibus actus à potẽtia separari nõ potest: quantũ ad hoc nõ potest esse malũ. Patet etiã ex hoc ꝙ nõ potest esse aliquid quod sit essentialiter malum, cùm semper oporteat malum in alio subiecto bono fundari: ac per hoc nihil potest esse summè malum: sicut est summè bonũ, quod est essentialiter bonum. Secũdum idẽ etiam patet, quòd malũ nõ potest esse desideratum: nec aliquid agere nisi virtute boni adiũcti. Desiderabile enim est perfectio & finis. Principium autem actionis est forma: quia verò vni perfectioni vel formæ adiungitur priuatio alterius perfectionis aut formæ, cõtingit per accidens, quòd priuatio seu malum desideratur: & est alicuius actionis principium: non inquantùm est malũ, sed propter bonum adiunctum: sicut musicus ædificat non inquantùm musicus sed inquãtùm domificator. Ex quo etiam patet, quòd impossibile est malum esse primum principium: eo quòd principium per accidens est posterius eo quod est per se.

Quòd malum fundatur in bono sicut in subiecto.

CAP. CXVIII.

SI quis autem contra prædicta obijcere velit, quòd bonũ non potest esse subiectum mali: eo quòd vnum oppositorum nõ sit subiectum alterius: nec vnquàm in alijs oppositis inuenitur quòd sint simul: cõsiderare debet, quòd alia opposita sunt alicuius generis determinati: bonum autem & malũ cõmunia. Nã omne ens inquantùm huiusmodi bonum est. Omnis autem priuatio inquantùm talis, est mala. Vnde sicut subiectum priuationis oportet esse ens, ita & bonum: non autem subiectum priuationis oportet esse album, aut aut dulce aut videns: quia hæc non dicuntur de ente inquãtùm huiusmodi. Et ideò nigrum non est in albo: nec cæcitas in vidente: sed malũ est in bono, sicut & cæcitas est in subiecto visus: sed quòd subiectum visus non dicatur videns, hoc est quia videns non est commune omni enti.

De duplici genere mali.

CAP. CXIX.

QVia igitur malũ est priuatio & defectus: defectus autẽ vt ex dictis patet, potest cõtingere in re aliqua nõ solũ secundũ ꝙ in natura sua cõsideratur, sed etiã secũdũ quod p actionẽ ordinatur ad finẽ: cõsequẽs est vt malũ vtroq; modo dicatur. S. secundũ defectũ in ipsa re: prout cæcitas est quoddã malũ animalis: & secundũ defectũ in actione: prout claudicatio significat actionem cum defectu. Malum igitur actionis ad aliquem finem ordinatè ad quem non debito modo se habet, peccatum dicitur: tam in voluntarijs quàm in naturalibus. Peccat enim medicus in actione suã: dum non operatur conuenienter ad sanitatem: & natura etiam peccat in sua operatione, dum ad debitam dispositionem & formam rem generatam nõ producit: sicut cum accidunt monstra in natura.

De triplici genere actionis: & de malo culpæ.

CAP. CXX.

ET sciendum quòd aliquando est actio in potestate agentis: vt sunt omnes voluntariæ actiones. Voluntariam autem actionẽ dico cuius principiũ est in agente, sciente ea in quibus actio consistit. Aliquando verò actiones non sunt voluntariæ cuiusmodi sunt actiones violente: quarum principium est extra vt actiones naturales: vel quæ per ignorantiam aguntur: quia non procedunt à principio cognitiuo. Si igitur in actionibus non voluntarijs ordinatis ad finem defectus accidat, peccatum tantùm dicitur. Si autem in voluntarijs, dicitur non solùm peccatum sed culpa: eo quòd agens voluntarium cùm sit dominus suæ actionis, vituperio dignus est & pœna. Si quæ verò actiones sunt mixtę, habentes scilicet aliquid de voluntario & aliquid de inuolũtario, tantò ibi minoratur culpa, quantò plus de inuoluntario admiscetur. Quia verò naturalis actio naturam rei consequitur, manifestum est, quòd in rebus incorruptibilibus quarum natura trãsmutari non potest, naturalis actionis peccatum accidere non potest. Voluntas autem intellectualis creaturæ defectum pati potest, in voluntaria actione, vt suprà ostensum est. Vnde relinquitur, quòd licèt carere malo naturæ omnibus incorruptibilibus sit cõmune, carere tamẽ ex necessitate suæ naturæ malo culpæ cuius sola rationalis natura est capax: solius Dei proprium inuenitur.

Quòd aliquod malum habet rationem pœnæ & non culpæ.

CAP. CXXI.

SIcut autẽ defectus actionis volũtariæ cõstituit rationem peccati & culpæ, ita defectus cuiuslibet boni pro culpa illatus cõtra voluntatem eius cui infertur, pœnæ obtinet rationem. Pœna enim infertur vt medicina culpæ: & vt ordinatiua eius. Vt medicina quidem: inquantùm homo propter pœnam retrahitur à culpa: dum ne patiatur quod est suæ contrariũ volũtati dimittit agere inordinatam actionem: quæ suæ foret placita voluntati. Est etiam ordinatiua ipsius: quia per culpam homo transgreditur metas ordinis naturalis: plus suæ voluntati tribuens, quàm oportet. Vnde ad ordinem iustitiæ fit reductio per pœnam: per quam subtra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hitur aliquid voluntati. Vnde patet, q̃ conueniens pœna pro culpa nõ redditur, nisi plus cõtrarietur volũtati pœna, quã placeat culpa.

Quòd non eodem modo omnis pœna contrariatur voluntati.

CAP. CXXII.

NOn eodem autem modo omnis pœna est contra voluntatem. Quædam enim pœna est cõtra id quod homo actu vult & hęc pœna maximè sentitur quædam verò nõ contrariatur voluntati in actu, sed in habitu: sicut cũ aliquis priuatur re aliqua: puta filio: vel possessione eo ignorãte. Vnde per hoc nõ agitur actu aliquid contra eius voluntatẽ. Esset autem cõtrarium voluntati si sciret. Quandoque verò pœna cõtrariatur voluntati secundum naturam ipsius potentiæ. Voluntas enim naturaliter ordinatur ad bonum. Vnde si aliquis priuatur virtute, quãdoque quidem nõ est contra actualem voluntacẽ eius: quia virtutem fortè contemnit, neque contra habitualem. quia fortè est dispositus secundum habitũ ad volendum cõtraria virtuti est tamen contra naturalem rectitudinem voluntatis, qua homo naturaliter appetit virtutem. Ex quo etiam patet, q̃ gradus pœnarũ dupliciter mensurari possunt. Vno modo secundum quantitatẽ boni quod per pœnam priuatur. Alio modo secundum q̃ magis vel minus est contrarium voluntati. Est enim magis contrarium voluntati maiori bono priuari, quàm priuari minori.

Quòd omnia reguntur diuina prouidentia.

CAP. CXXIII.

EX prædictis autẽ manifestum esse potest, q̃ omnia diuina prouidentia gubernantur. Quæcũque enim ordinantur ad finẽ alicuius agentis, ab illo agente dirigũtur in finẽ: sicut omnes qui sunt in exercitu, ordinantur ad finem ducis: qui est victoria: & ab eo diriguntur in finem. Suprà autem ostensum est, q̃ omnia suis actibus tendunt in finem diuinæ bonitatis. Ab ipso igitur Deo, cuius hic finis propius est, omnia dirigũtur in finem. Hoc autem est prouidentiæ alicuius regi & gubernari. Omnia igitur diuina prouidentia reguntur. Adhuc ea quæ deficere possunt: & nõ semper eodem modo se habent, ordinari inueniuntur ab his quæ semper eodem modo se habent: sicut omnes motus corporum inferiorum, qui defectibiles sunt, ordinem habent secũdum inuariabilem motum cœlestis corporis. Omnes verò creaturæ mutabiles & defectibiles sunt. Nam in creaturis intellectuabilibus, quantũ ex eorum natura est, defectus voluntariæ actionis inueniri potest. Creaturæ verò aliæ motũ participant: vel secũdum generationem & corruptionẽ: vel secundum locum tantùm. Solus autem Deus est in quem nullus defectus cadere potest. Relinquitur igitur q̃ omnia alia ordinantur ab ipso. Item ea quæ sunt per participationẽ reducuntur in id quod est per essentiam: sicut in causam: Omnia enim ignita suæ ignitionis ignẽ causam habent aliquo modo. Cùm igitur solus Deus per essentiam sit bonus, cætera verò omnia per quandam participationem complementum obtineant bonitatis, necesse est q̃ omnia ad complementum bonitatis producantur à Deo. Hoc autem est regi & gubernari. Secũdum hoc enim aliqua gubernãtur vel reguntur, q̃ in ordine boni statuuntur. Omnia ergo gubernantur & reguntur à Deo.

Quòd Deus per superiores creaturas regit inferiores.

CAP. CXXIIII.

SEcundum hoc autem apparet, quòd inferiores creaturæ à Deo per superiores reguntur. Secundum hoc enim aliquæ creaturæ superiores dicuntur, quòd in bonitate perfectiores existunt. Ordinem autem boni creaturæ consequuntur à Deo inquantùm regun tur ab ipso. Sic igitur superiores creaturæ plus participant de ordine gubernationis diuinæ, quàm inferiores. Quod autem magis participat quantũcũcúnque perfectionem, comparatur ad id quod minus ipsam participat: sicut actus ad potentiam: & agens ad patiens. Superiores igitur creaturæ comparantur ad inferiores in ordine diuinæ prouidentiæ: sicut agens ad patiens. Per superiores igitur creaturæ inferiores gubernantur. Item ad diuinam bonitatem pertinet, quòd suam similitudinem communicet creaturis. Sic enim propter suam bonitatem Deus omnia dicitur fecisse: vt ex supradictis patet. Ad perfectionem autem diuinæ bonitatis pertinet: & quòd in se bonus sit: & quòd alia ad bonitatem reducat. Vtrumq; igitur creaturæ communicat: & quòd in se bona sit: & quòd vna aliam ad bonum inducat. Sic igitur per quasdam creaturas, alias ad bonum inducit Has autem oportet esse superiores creaturas. Nam quòd participat ab aliquo agente similitudinem formæ & actionis perfectius est eo quod participat similitudinem formæ: & non actionis. sicut luna perfectius recipit lumen à sole: quæ non solùm sit lucida: sed etiam illuminat cùm corpora opaca: quæ illuminantur tantùm & non illuminant. Deus igitur per creaturas superiores inferiores gubernat. Adhuc bonum multorum melius est, quàm bonum vnius tantùm: & per consequens est magis diuina bonitatis repræsentatiuum: quæ est bonum totius vniuersi. Si autem creatura superior quæ abundantiorem bonitatem à Deo participat, non cooperaretur ad bonum inferiorum creaturarum, illa abundantia bonitatis esset vnius tantùm. Per hoc autem fit communis multorum: quòd ad bonum multorum cooperatur. Pertinet igitur hoc ad diuinam bonitatem: vt Deus per superiores creaturas inferiores regat.

Quòd inferiores substantiæ intellectuales reguntur per superiores.

CAP. CXXV.

QVia igitur intellectuales creaturæ cæteris creaturis sunt superiores: vt ex præmissis patet: manifestum est, quòd per creaturas intellectuales omnes aliæ creaturæ gubernantur à Deo. Item cùm inter ipsas creaturas intellectuales, quædam alijs sint superiores, per superiores inferiores reguntur à Deo. Vnde fit vt homines qui infimum locum secundum naturæ ordinem in substantijs intellectualibus tenent, gubernantur per superiores spiritus: qui ex eo quòd diuina hominibus nuntiant, angeli vocantur, idest nuncij. Ipsorum etiam angelorum inferiores, per superiores reguntur: secundum quod in ipsis diuersæ hierarchiæ, id est sacri principatus & in singulis hierarchijs diuersi ordines distinguuntur.

De gradu & ordine angelorum.

CAP. CXXVI.

ET quia omnis substantiæ intellectualis operatio, inquãtum huiusmodi ab intellectu procedit, oportet quòd secundum diuersum intelligentiæ modum diuersitas operationis, & prælationis, & ordinis in substãtijs intellectualibus inueniatur. Intellectus autem quanto est sublimior, seu dignior, tanto magis in altiori & vniuersaliori causa rationes effectuum considerare potest. Superiùs etiam dictum est, quòd superior intellectus, species intelligibiles vniuersaliores habet. Primus igitur intelligendi modus substantijæ intellectualibus conueniens est, vt in ipsa prima causa, scilicet Deo effectuum rationes participent, & per cõsequens suorum operum, cùm per eas Deus inferiores effectus dispensat. Et hoc est proprium primo hierarchiæ, quæ in tres ordines diuiditur, secundum tria quæ in qualibet operatiua arte considerantur, quorum primum est finis ex quo rationes operum sumuntur, secundum est rationes operum in mente artificis existentes, tertium est applicationes operum ad effectus. Primi ergo ordinis est in ipso summo bono, prout est vltimus finis rerum de effectibus edoceri, vnde ab ardore amoris Seraphim dicuntur quasi ardentes vel incendentes. Amoris enim obiectum est bonum, secundi vero ordinis est effectus in ipsis rationibus intelligibilibus contemplari, prout sunt in Deo. Vnde Cherubin dicuntur à plenitudine scientiæ, tertij verò ordinis, est considerare in ipso Deo quomodò à creaturis participetur rationibus intelligibilibus ad effectus applicatis. Vnde ab habendo in se Deum insidentes, Throni sunt dicti. Secundus autem intelligendi modus est rationes effectuum prout sunt in causis vniuersalibus considerare. Et hoc est proprium secundæ hierarchiæ, quæ etiam in tres ordines diuiditur secundum tria quæ ad vniuersales causas & maximè secundum intellectum agentes pertinẽt, quorum primum est præordinare quæ agenda sunt, vnde in artificibus supremæ artes præceptiuæ sunt, quæ architectonicè vocantur. Et ex hoc primus ordo hierarchiæ huius dicuntur dominationes. Domini enim est percipere & præordinare. Secundum verò, quòd in causis vniuersalibus inuenitur, est aliquid primò mouens ad opus quasi principatum executionis habens. Et ex hoc secundus ordo huius hierarchiæ principatus vocatur, secundum Gregorium: vel virtutes secundum Dionisium, vt virtutes intelligantur ex eo quòd primò operari maximè est virtuosum. Tertium autem quod in causis vniuersalibus inuenitur, est aliquid impedimenta executionis remouens. Vnde tertius ordo huius hierarchiæ est potestatum, quarum officium est omne quod possit obuiare executioni diuini imperij cohercere. Vnde & dæmones arcere dicuntur. Tertius verò modus intelligendi est rationes effectuum in ipsis effectibus considerare. Et hoc est proprium tertiæ hierarchiæ quæ immediatè nobis perficitur, qui ex effectibus cognitionem de ipsis effectibus accipimus. Et hæc etiam tres ordines habet, quorum infimus angeli dicuntur, ex eo quòd hominibus nuntiant ea quæ ad eorum gubernationem pertinent. Vnde & hominum custodes dicuntur. Suprà hunc autem est ordo Archangelorum, per quẽ hominibus ea quæ sunt supra rationem nuntiantur, sicut mysteria fidei. Supremus autem huius hierarchiæ ordo secundum Gregorium virtutes dicuntur, ex eo quòd ea quę sunt supra naturam, operãtur in argumentum eorum quę nobis supra rationem nuntiantur. Vnde ad virtutes pertinere dicitur miracula facere. Secundum Dionisium verò supremus ordo huius hierarchiæ, principatus dicitur: vt principes intelligamus: qui singulis gentibus præsunt: angelos qui singulis hominibus: Archangelos, qui singularibus hominibus ea quæ sunt ad cõmunem salutẽ pertinentia denuntiant. Et quia inferior potentia in virtute superioris agit inferior ordo ea quæ sunt superioris exercet inquantùm agit eius virtute. Superiores verò ea quæ sunt inferiorum propria, excellentius habent. Vnde omnia sunt in eis quodammodò communia: tamẽ propria nomina sortiuntur ex his quæ vnicuique secundum se conueniunt. Infimus autem ordo commune nomen sibi retinuit quasi in virtute omnium agens. Et quia superioris est in inferiorem agere: actio verò intellectualis, est instruere vel docere: superiores angeli inquantùm inferiores instruunt, dicuntur eos purgare: illuminare: & perficere. Purgare quidem, inquantùm nescientiam remouent: illuminare verò, inquantùm suo lumine inferiorum intellectus confortant ad aliquid altius capiendum: perficere verò, inquantùm eos ad superioris scientiæ perfectionem perducunt. Nam hæc tria ad assumptionem scientiæ pertinent: vt Dionisius dicit. Nec tamen per hoc remouetur, quin omnes angeli, etiam infimi diuinam essentiam videant. Licèt enim vnusquisque beatorum spirituum Deum per essentiam videat, vnus tamen alio perfectius eum videt: vt ex superioribus potest patere. Quantò autem aliqua causa perfectius cognoscitur, tantò plures effectus eius cognoscuntur in ea. De effectibus igitur diuinis quos superiores angeli cognoscunt in Deo præ alijs inferiores instruuntur non autem de essentia diuina quàm immediatè vident omnes.

Quòd per superiora corpora inferiora, non autem intellectus humanus disponuntur.

CAP. CXXVII.

SIcut igitur intellectualium substantiarum vna per aliam diuinitus gubernatur inferior, scilicet per superiorem, ita etiam inferiora corpora per superiora diuinitus disponuntur. Vnde omnis motus inferiorum, à motibus corporum cœlestium causatur & ex virtute cœlestium corporum hæc inferiora formas & species consequuntur: sicut & rationes rerum intelligibiles, ad inferiores spiritus per superiores deueniunt. Cùm autem intellectualis substantia, in ordine rerum omnibus corporibus præferatur non est conueniens secundum prædictum prouidentiæ ordinem. vt per aliquam corporalem substantiam, intellectualis quæcũq; substantia regatur à Deo. Cùm igitur anima humana sit intellectualis substantia, impossibile est secundum quod est intelligens & volens, secũdum motus corporum cœlestium disponatur. Neq; igitur in intellectũ humanum: neq; in voluntatem corpora cœlestia directè agere possunt vel imprimere. Item nullum corpus agit nisi per motũ. Omne igitur quòd ab aliquo corpore patitur, mouetur ab eo. Animam autem humanam secundum intellectiuam partem: in qua est voluntas, impossibile est motu corporali moueri: cùm intellectus non sit actus alicuius organi corporalis. Impossibile igitur est, quòd anima humana secundum intellectum aut voluntatem à corporibus cœlestibus aliquid patiatur. Adhuc ea quæ ex impressione corporum cœlestium in istis inferioribus proueniunt, naturalia sunt. Si igitur operationes intellectus & voluntatis ex impressione cœlestium prouenirent, ex naturali instinctu procederent: & sic homo non differret in suis actibus ab alijs animalibus quæ naturali ipstinctu mouentur ad suas actiones: & periret liberum arbitrium: & consilium & electio: & omnia huiusmodi quæ homo præ cæteris animalibus habet.

Quomodò intellectus humanus perficitur mediantibus potentijs sensitiuis: & sic indirectè subditur corporibus cœlestibus.

CAP. CXXVIII.

EST autem considerandum, quod intellectus humanus à potentijs sensitiuis accipit suæ cognitionis originem. Vnde perturbata fantastica & imaginatiua vel memoratiua parte animæ: perturbatur cognitio intellectus & prædictis potentijs bene se habentibus conuenientior fit acceptio intellectus. Similiter etiam immutatio apetitus sensitiui, aliquid operatur ad mutationem voluntatis: quæ est appetitus rationis ex ea parte qua bonum apprehensum est obiectum voluntatis. Ex eo enim, quòd diuersimodè dispositi sumus secundum concupiscentiam: iram: & timorem & alias passiones, diuersimodè nobis aliquod bonum vel malum videtur. Omnes potentiæ sensitiuę partis, siue sint apprehensiuę seu appetiuę, quarundam corporalium partium actus sunt: quibus immutatis, necesse est per accidens ipsas quóque potentias immutari: quia igitur immutatio inferiorum corporum subiacet motui cœli: eidem etiam motui potentiarum sensitiuarum operationes, licèt per accidens subduntur. Et sic indirectè motus cœlestis aliquid operatur ad actum intellectus & voluntatis humanæ: inquantùm scilicet per passiones voluntas ad aliquid inclinatur. Sed quia voluntas passionibus non subditur, vt earum impetum ex necessitate sequatur, sed magis in potestate sua habet reprimere passiones per iudicium rationis, consequens est vt nec etiam impressionibus corporum cœlestium voluntas humana subdatur: sed liberum iudicium habet eas sequi & resistere cùm videbitur expedire quod tantùm sapientum est. Sequi verò passiones corporales & inclinationes, est stultorum qui scilicet, sapientia & virtute carent.

Quòd solus Deus mouet voluntatem hominis: non res creata.

CAP. CXXIX.

CVm autem omne mutabile & multiforme in aliquod primum immobile & vnum reducatur, sicut in causam: hominis autem intellectus & voluntas mutabilis & multiformis appareat, necesse est, quòd in aliquam superiorem causam immobilem & vniformem reducantur Et quia non reducuntur sicut in causam in corpora cœlestia vt ostensum, est oportet eas reduecre in causas altiores. Aliter autem se habet circa intellectum & voluntatem: nam actus intellectus est, secundum quòd res intellectæ sunt in intellectu: actus autem voluntatis atteoditur secundum inclinationem voluntatis ad res volitas. Intellectus igitur natus est perfici ab aliquo exteriori, quod comparatur ad ipsum sicut actus ad potentiam. Vnde homo ad actum intellectus adiuuari potest à quolibet exteriori. quod est magis perfectum secundum esse intelligibile: non solùm à Deo sed etiam ab angelo: & etiam ab homine magis instructo: aliter tamen & aliter. Homo enim adiuuatur ab homine ad intelligendum per hoc. quòd vnus eorum' alteri proponit intelligibile, quod non considerabat: non autem ita, quòd lumen intellectus vnius hominis ab altero homine perficiatur: quia vtrunque lumen naturale est vnius speciei. Sed quia lumen naturale angeli est secundum naturam sublimius naturali lumine hominis, homo ab angelo potest iuuari ad intelligendum non solùm ex parte obiecti quod ei ab angelo proponitur. sed etiam ex parte luminis: quod per lumen angeli confortatur. Non tamen lumen naturale hominis ab angelo est: cùm natura rationalis animæ quæ per creationem esse acceperit, non nisi à Deo instituta sit. Deus autem ad intelligendum hominem iuuat: non solùm ex parte obiecti: quod homini proponitur à Deo: vel per additionem luminis: sed etiam per hoc, quòd lumen naturale hominis, quo intellectualis est, à Deo est: & per hoc etiam, quòd cùm ipse sit veritas prima, à qua omnis alia veritas certitudinem habet: sicut secundæ propositiones à primis in scientijs demonstratiuis: nihil, intellectui certum fieri potest, nisi virtute diuina: sicut nec conclusiones fiunt certę in scientijs: nisi secundum virtutem primorum principiorum. Sed actus voluntatis sit inclinatio quædam ab interiori ad exterius procedens: & comparetur inclinationibus naturalibus: sicut inclinationes naturales rebus naturalibus solùm insunt à causa suæ naturæ: ita actus voluntaris à solo Deo est qui solus causa est naturæ rationalis voluntatem habentis. Vnde patet, quòd non est contra arbitrij libertatem: si Deus voluntatem hominis mouet: sicut non est contra naturam, quòd Deus in rebus naturalibus operatur. Sed tam inclinatio naturalis quàm voluntaria à Deo est: vtráq; prouenies secundum conditionem rei: cuius est. Sic enim Deus res mouet, secundũ quòd competit earum naturæ. Patet igitur ex prædictis, quòd in corpus humanum & virtutes er corporeas imprimere possunt corpora cœlestia: sicut & in alia corpora: non autem in intellectum. Sed hoc potest creatura intellectualis. In voluntatem autem solus Deus imprimere potest.

Quòd Deus omnia gubernat: & quædam mouet mediantibus causis secundis.

CAP. CXXX.

QVia verò causæ secundæ non agunt nisi virtute primæ causæ: sicut instrumenta agunt per directionem artis, necesse est, quòd omnia alia agentia per quæ Deus ordinem suæ gubernationis adimplet virtute ipsius Dei agunt. Agere igitur cuiuslibet ipsorum, à Deo causatur: sicut & motus mobilis à motione mouentis. Mouens autem & motũ oportet simul esse. Oportet igitur quòd Deus cuilibet agenti adsit interius quasi in ipso agens dum ipsum ad agendum mouet. Adhuc non solùm agere agentium secundorum causatur à Deo: sed ipsum eorum esse: sicut in superioribus ostensum est. Non autem sic intelligendum est, quòd esse rerum causetur à Deo: sicut esse domus causatur ab ædificatore: quo remoto, adhuc remanet esse domus. Aedificator enim non causat esse domus: nisi inquantùm mouet ad esse domus: quæ quidem motio, est factio domus. Vnde directè est causa fieri ipsius domus: quòd quidem cessat ædificatore remoto. Deus autem est per se causa directè ipsius esse quasi esse communicans

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus rebus:sicut sol cõmunicat lumen aëri & alijs quæ ab ipso illuminantur.Et sicut ad conseruationẽ luminis in aëre,requiritur perseuerans illuminatio solis,ita ad hoc q̃ res conseruentur in esse, requiritur q̃ Deus esse incessanter tribuat rebus. Et sic omnia non solùm inquantùm esse incipiunt:sed etiam inquantùm in esse conseruantur,comparantur ad Deum sicut factum ad faciens. Faciens autem & factum oportet esse simul:sicut mouens & motum.Oportet igitur Deum adesse omnibus rebus:inquantùm esse habent: esse autẽ est id quod rebus omnibus intimiùs adest.Igitur oportet Deũ in omnibus esse.Item quicũque exequitur suæ prouidentiæ ordinem per aliquas medias causas,necesse est,quòd effectus illarũ mediarum causarum cognoscat & ordinet aliquin extra ordinẽ suæ prouidentiæ caderẽt:& tantò perfectior est prouidentia gubernantis:quãtò eius cognitio & ordinatio magis descẽdit ad singula:quia si aliquid singularium à cognitione gubernantis subtrahitur,determinatio ipsius singularis eius prouidẽtiam diffugiet. Ostensum est autem suprà,quòd necesse est omnia diuinæ prouidentiæ subdi : & manifestum est,q̃ diuina prouidentia perfectissima est : quia quicquid de Deo dicitur:secundum maximum conuenit ei. Oportet igitur quòd ordinatio prouidentiæ ipsius se extendat vsque ad minimos effectus.

Quòd Deus omnia disponit immediatè, nec diminuit suã sapientiam.

CAP. CXXXI.

SEcundum hoc igitur patet q̃ licèt rerum gubernatio fiat à Deo mediantibus causis secũdis quantũ pertinet ad prouidentiæ exe cutionem,tamen ipsa dispositio seu ordinatio diuinæ prouidentię immediatè se extendit ad omnia.Non enim sic prima & vltima ordinat, vt vltima & singularia alijs disponenda cõmittat. Hoc enim apud homines agitur propter debilitatem cognitionis ipsorũ, quæ non potest simul vacare pluribus. Vnde superiores gubernatores disponunt de magnis:& minima alijs committunt disponenda: sed Deus simul multa potest cognoscere:vt suprà ostẽsum est.Vnde nõ retrahit ab ordinatione maximorũ per hoc , q̃ dispensat minima.

Rationes quæ videntur ostendere , quòd Deus non habet prouidentiam de particularibus.

CAP. CXXXII.

POsset tamen alicui videri , quòd singularia non disponantur à Deo.Nullus enim per suam prouidentiam disponit, nisi quę cognoscit: Deo autem cognitio singularium videri potest deesse , ex hoc quòd singularia non intellectu, sed sensu cognoscũtur. In Deo autem qui omninò incorporeus est,non potest esse sensitiua,sed solùm intellectiua cognitio. Potest igitur alicui videri ex hoc quòd singularia à diuina prouidentia non ordinentur. Item cùm singularia sint infinita:infinitorum autem non possit esse cognitio:infinitum enim vt sic est ignotum,videtur quòd singularia diuinam cognitionem & prouidentiam effugiant. Adhuc singularium multa contingentia sunt:horũ autem non potest esse certa scientia. Cùm igitur scientiam Dei oporteat esse certissimam,videtur quòd singularia non cognoscantur:nec disponantur à Deo. Præterea singularia non omnia simul sunt: quia quibusdam succedentibus alia corrumpuntur,eorum autem quæ non sunt, non potest esse scientia.Si igitur singularium Deus scientiam habeat, sequitur quòd quædam scire incipiat,& desinat.Ex quo sequitur eum esse mutabilem. Non igitur videtur singularium cognitor & dispositor esse.

Solutio prædictarum rationum.

CAP. CXXXIII.

SEd hæc facilè soluuntur, si quis rei veritatem consideret. Cùm enim Deus seipsum perfectè cognoscat , oportet quòd cognoscat omne quod in ipso est quocũque modo. Cùm autem ab eo sit omnis essentia & virtus entis creati,quod autem est ab aliquo virtute in ipso est necesse est,quòd seipsum cognoscens cognoscat essentiam entis creati , & quicquid in eo virtute est , etiam sic cognoscit omnia singularia quæ virtute sunt in ipso,& in alijs suis causis. Nec est simile de cognitione intellectus diuini & nostri , vt prima ratio procedebat. Nam intellectus noster,cognitionem de rebus accipit per species abstractas,quæ sunt similitudines formarum,& non materiæ,nec materialium dispositionũ,quę sunt indiuiduationis principia.Vnde intellectus noster singularia cognoscere nõ potest,sed solùm vniuersalia. Intellectus autem diuinus cognoscit res essentiam suam,in qua sicut in primo principio virtute continentur, non solùm forma,sed etiam materia.Et ideò non solùm vniuersalium,sed etiam singularium cognitor est.Similiter etiã non est inconueniẽs, Deum infinita cognoscere,quamuis intellectus noster infinita cognoscere non possit.Intellectus enim noster non potest simul actu plura considerare,& sic si infinita cognosceret cõsiderando ea,oporteret,quòd numeraret infinita vnum post vnum,quod est cõtra rationem infiniti. Sed virtute & potentia intellectus noster infinita cognoscere potest, puta omnes species numerorum vel proportionum,inquantùm habet sufficiens principium ad omnia cognoscenda. Deus autem multa simul cognoscere potest:vt suprà ostẽsum est, & id per quod omnia cognoscit, scilicet sua essentia , sufficiens est principium omnia cognoscendi, non solùm quæ sunt, sed quæ esse possunt. Sicut igitur intellectus noster potentia & virtute cognoscit infinita, quorum cognitionis principiũ habet , ita Deus omnia infinita actu considerat. Manifestum est etiã quòd licèt singularia corporalia & temporalia nõ simul fiat,tamẽ simul eorum Deus cognitionem habet. Cognoscit enim ea secundum modum sui esse, quod est æternum,& sine successione.Sicut igitur materialia immaterialiter & multa per vnum cognoscit , sic & quæ non simul sunt, vno intuitu cõspicit. Et sic nõ oportet quòd eius cognitionis aliquid addatur vel subtrahatur,per hoc quòd singularia cognoscit.Ex quo etiam manifestum fit , quòd de contingentibus certam cognitionem habet,quia etiam antequàm fiant , intuetur ea prout sunt actu in suo esse, & non solùm prout sunt futura & virtute in suis causis, sicut nos aliqua futura cognoscere possumus. Contingentia autem licèt prout sunt in suis causis virtute futura existentia,nõ sint determinata ad vnum,vt de eis certa cognitio haberi possit, tamẽ prout sunt actu in suo esse, iam sunt determinata ad vnum , & potest de eis certa haberi cognitio. Nam Sortem sedere dum sedet,per certitudinem visionis cognoscere possumus. Et similiter per certitudinem Deus cognoscit omnia,quæcũque per totum decursum temporis aguntur in suo æterno. Nam æternitas sua præsentialiter totum temporis decursum attingit,& vltrà transcendit: vt sic consideremus Deum in sua æternitate fluxum temporis cognoscere , sicut qui in altitudine speculæ constitutus , totum transitum viatorum simul intuetur.

Quòd Deus solus cognoscit singularia,futura,contingentia.

CAP. CXXXIIII.

MAnifestum est autem , quòd hoc modo futura contingentia cognoscere prout sunt actu in suo esse,quod est certitudinem de ipsis habere,solius Dei proprium est:cui propriè & verè competit æternitas.Vnde futurorum prænuntiatio certa ponitur esse diuinitatis signum secundum illud.Isaię.41.Annunciate quæ ventura sunt in futurum:& scimus quia dij estis vos.Sed cognoscere futura in suis causis,etiam alijs competere potest. Sed hæc cognitio non est certa:sed coniecturalis magis nisi circa effectus, qui de necessitate ex suis causis sequuntur Et per hunc modum medicus pronunciat infirmitates futuras:& nauta tempestates.

Quòd Deus omnibus adest per potentiam essentiam & præsentiam, & omnia immediatè disponit.

CAP. CXXXV.

SIc igitur nihil impedit,quin Deus etiam singularium effectuum cognitionem habeat:& eos immediatè ordinet per seipsum:licèt per causas medias exequatur.Sed etiam in ipsa executione,quodammodò immediatè se habet ad omnes effectus:inquantùm omnes causæ mediæ agunt in virtute causæ primæ: vt quodammodò ipse in omnibus agere videatur:& omnia opera secundarum causarum ei possunt attribui:sicut artifici attribuitur opus instrumenti. Conuenientiùs enim dicitur,quòd faber facit cultellum quàm malleus.Habet etiam se immediatè ad omnes effectus,inquãtùm ipse est per se causa essendi:& omnia ab ipso seruantur in esse.Et secundum hos tres immediatos modos dicitur Deus in omnibus esse per essentiam:potentiam & præsentiã.Per essentiã quidẽ inquantũ esse cuiuslibet,est quædam participatio diuini esse.Et sic essentia diuina cuilibet existenti adest inquãtùm habet esse:sicut causa propria effectui:per potentiam verò , inquantùm omnia in virtute ipsius agunt:per præsentiam verò,inquantùm ipse immediatè omnia ordinat & disponit.

Quòd soli Deo conuenit omnia miracula facere.

CAP. CXXXVI.

QVia igitur totus ordo causarum secundarum & virtus earum est à Deo,ipse autem non producit suos effectus per necessitatem,sed liberam voluntatem,vt suprà ostensum est, manifestum est,quòd præter ordinem causarum secundarum agere potest:sicut quòd sanet illos qui secundum operationem naturæ sanari nõ possunt:vel faciat aliqua huiusmodi quæ non sunt secundum ordinem naturalium causarum,sunt tamen secundum ordinem diuinæ prouidentiæ:quia hoc ipsum quòd aliquando à Deo fiat,præter ordinem naturalium causarum à Deo dispositũ est propter aliquem finem. Cùm autem aliqua huiusmodi diuinitùs fiunt præter ordinem causarum secundarum,talia facta miracula dicuntur,quia mirum est, cùm effectus videtur:& causa ignoratur. Cùm igitur Deus sit causa simpli-

simpliciter nobis occulta,cùm aliquid ab eo fit præter ordinẽ causarum secundarum nobis notarum simpliciter miracula dicuntur. Si autem fiat aliquid ab aliqua alia causa occulta huic vel illi,nõ est simpliciter miraculum : sed quòd ad illum qui causam ignorat. Vnde contingit quòd aliquid apparet mirum vni:quod non est alij mirum:qui causam cognoscit. Sic autem præter ordinẽ causarum secundarum operari solius Dei,est:qui est huius ordinis institutor: & huic ordini nõ obligatur. Alia verò omnia huic ordini subduntur.Vnde miracula facere,solius Dei est:secundum illud Psalmistæ: Qui facit mirabilia magna solus.Cùm igitur ab aliqua creatura miracula fieri videntur,vel non sunt vera miracula:quia fiunt per aliquas virtutes naturalium rerum:licèt nobis occultas:sicut est de miraculis dæmonum:quæ magicis artibus fiunt:vel si sunt vera miracula, impetrantur per aliquem à Deo:vt talia operetur. Quia igitur huiusmodi miracula solùm diuinitus fiunt,conuenienter in argumentum fidei assumũtur quæ soli Deo innititur.Quod enim aliquid prolatum ab homine auctoritate diuina dicatur,nunquàm cõuenientiùs ostenditur quàm per opera , quæ solus Deus facere potest.Huiusmodi autem miracula , quamuis præter ordinem causarum secundarum fiant,tamen non sunt simpliciter dicenda cõtra naturam:quia hoc ipsum naturalis ordo habet vt inferiora actionibus superiorum subdantur. Vnde quæ in corporibus inferioribus ex impressione cœlestium corporum proueniunt,nõ dicuntur simpliciter esse contra naturam: licèt forte sint quandoque contra naturam particularem huius , vel illius rei:sicut patet de motu aquæ in fluxu & refluxu maris,qui accidit ex lunæ actione. Sic igitur ex ea quæ in creaturis accidunt Deo agente:licèt videantur esse contra particularem ordinem causarum secũdarum,sunt tamen secundum ordinem vniuersalem naturæ.Non igitur miracula sunt contra naturam.

Quòd dicantur esse aliqua casualia & fortuita.

CAP. CXXXVII.

QVamuis autẽ omnia etiam minima diuinitus dispensentur , vt ostensum est: nihil tamen prohibet aliqua accidere à casu & fortuna.Contingit enim aliquid respectu inferioris causæ esse fortuitum vel casuale , dum præter eius intentionem aliquid agitur: quod tamen non est fortuitum vel casuale respectu superioris causæ præter cuius intentionem nõ agitur.Sicut patet de domino qui duos seruos ad eundem locum mittit:ita quòd vnus ignoret de alio. Horum concursus casualis est quantùm ad vtrumque:non autem quantùm ad dominum .Sic igitur cum aliqua accidunt præter intentionem causarum secundarum:fortuita sunt vel casualia habito respectu ad illas causas:& simpliciter casualia dici possunt:quia effectus simpliciter denominantur secundum conditionem proximarum causarum.Si verò habeatur inspectus ad Deum, non sunt fortuita:sed prouisa.

Vtrum fatum sit aliqua natura & quid sit.

CAP. CXXXVIII.

EX hoc autem apparet quæ sit ratio fati. Cùm enim multi effectus inueniantur casualiter prouenire secundum considerationem secundarum causarum,quidam huiusmodi effectus in nullam superiorem causam ordinatem eos reducere volunt, quos totaliter negare fatum necesse est.Quidam verò hos effectus , qui videntur casuales & fortuiti,in superiorem causam ordinatem eos reducere voluerunt:sed corporalium ordinẽ non transcendentes , attribuerunt ordinationem corporibus primis. ſ. cœlestibus. Et hi fatum esse dixerunt vel positionis syderum:ex qua huiusmodi effectus contingere dicebant. Sed quia ostensum est , q̃ intellectus & voluntas quæ sunt propria principia humanorum actuum, propriè corporibus cœlestibus non subduntur:non potest dici,quòd ea quæ casualiter vel fortuitò in rebus humanis accidere videntur , reducantur in corpora cœlestia sicut in causam ordinantem.Fatum autem non videtur esse nisi in rebus humanis in quibus est & fortuna. De his enim solent aliqui quærere,futura cognoscere volentes: & de his à diuinantibus responderi consueuit. Vnde & fatum à fando est appellatum.Et ideò sic fatum ponere est alienum à fide.Sed quia non solùm res naturales : sed etiam res humanæ diuinæ prouidentiæ subduntur:quæ casualiter in rebus humanis accidere videtur,in ordinationem diuinæ prouidẽtiæ reducere oportet. Et sic necesse est ponere fatum , ponentibus diuinæ prouidentiæ omnia subiacere. Fatum enim sic acceptum se habet ad diuinam prouidentiam,sicut proprius eius effectus.Est enim explicatio diuinæ prouidentiæ rebus adhibita secundum quod Boëtius dicit,q̃ fatum est dispositio, id est,ordinatio immobilis:rebus mobilibus inhærens. Sed quia cũ infidelibus quantùm possumus,nec nomina debemus habere communia,ne à non intelligentibus erroris occasio sumi possit.cautiùs est fidelibus,vt fati nomen reticeant : propter hoc q̃ fatum conuenientiùs secundum primam acceptionem sumitur. Vnde & Augustinus dicit 5.de Ciuitate Dei,quòd si quis secundo modo fatum esse credat,sententiam teneat & linguam corrigat.

Quòd non omnia sunt ex necessitate.

CAP. CXXXIX.

QVamuis autem ordo diuinæ prouidentiæ rebus adhibitus certus sit, ratione cuius Boëtius dicit,q̃ fatum est dispositio immobilis rebus mobilibus inhærens:non tamen propter hoc sequitur omnia de necessitate accidere.Nam effectus necessarij vel contingentes dicuntur secundum conditionem proximarum causarum.Manifestum est enim,q̃ si causa prima fuerit necessaria & causa secunda fuerit contingens,effectus sequitur contingens:sicut prima causa generationis in rebus corporalibus inferioribus , est motus cœlestis corporis: qui licèt ex necessitate proueniat , generatio tamen & corruptio in istis inferioribus prouenit cõtingenter:propter hoc,q̃ causæ inferiores contingentes sunt:& deficere possunt. Ostensum est autem, q̃ Deus suæ prouidentiæ ordinem per causas inferiores exequitur.Erunt igitur aliqui effectus diuinæ prouidentiæ contingentes secundum conditionem inferiorum causarum.

Quòd diuina prouidentia manente multa sunt contingentia.

CAP. CXL.

NEc tamen effectuum cõtingentia vel causarum certitudinem diuinæ prouidentiæ perturbare potest. Tria enim sunt quæ prouidentiæ certitudinem præstare videntur. ſ. infallibilitas diuinæ præscientiæ,efficacia diuinæ voluntatis,& sapientia diuinæ dispositionis, quæ vias sufficientes ad effectum consequendum adinuenit:quorum nullum contingentiæ rerum repugnat.Nam scientia Dei infallibilis est etiam cõtingentium Futurorum. inquantùm Deus intuetur in suo æterno futura:prout sunt actu in suo esse:vt suprà expositũ est.Voluntas etiam Dei cùm sit vniuersalis rerum causa,non solùm est de hoc, q̃ aliquid fiat:sed vt sic fiat.Hoc igitur ad efficaciam diuinæ voluntatis pertinet, vt nõ solùm fiat quod Deus vult:sed vt hoc modo fiat quomodò illud fieri vult. Vult autẽ quædam fieri necessariò & quædam cõtingenter:quia vtrumque requiritur ad completum esse vniuersi. Vt igitur vtroque modo res prouenirent:quibusdam adaptant necessarias causas , quibusdam verò contingentes:vt sic dum quædam fiunt necessariò,quædam contingẽter,diuina voluntas efficaciter impleatur. Manifestum est etiam q̃ per sapiẽtiam diuinę dispositionis prouidentiæ certitudo seruatur:contingentia rerum manente. Nam si hoc per prouidentiam hominis fieri potest,vt causæ quæ deficere potest ab effectu , sic ferat auxilium vt interdum indeficienter sequatur effectus : sicut patet in medico sanante & in vineæ cultore contra sterilitatem vitis, adhibendo remedium:multò magis homo ex sapientia diuinæ dispositionis cõtingit,vt quamuis causæ contingentes deficere possint quantùm est de se ab effectu,tamen quibusda adminiculis adhibitis: indeficienter sequatur effectus:quod eius contingentiam non tollit.Sic ergo patet,quòd rerum cõtingentia diuinæ prouidentiæ certitudinem non excludit.

Quod diuinæ prouidentiæ certitudo non excludit mala à rebus.

CAP. CXLI.

EOdem etiam modo perspici potest , q̃ diuina prouidentia manente,mala in mundo accidere possunt,propter defectum causarum secundarum.Videmus enim in causis ordinatis accidere malum in effectu ex defectu causæ secundæ:qui tamen defectus à causa prima nullo modo causatur : sicut malum claudicationis causatur à curuitate cruris:nõ autem à virtute animę motiua.Vnde quicquid est in claudicatione , de motu refertur in virtutem motiuam sicut in causam:quod autẽ est ibi de obliquitate , nõ causatur à virtute motiua:sed à cruris curuitate. Et ideò quicquid malum in rebus accidit,quantùm ad hoc quòd esse vel speciem vel naturam aliquam habet,reducitur in Deum sicut in causam. Non enim potest esse malum, nisi in bono:vt ex suprædictis patet. Quantùm verò ad id quod habet de defectu,reducitur in causam inferiorem defectibilem.Et sic licèt Deus sit vniuersalis omnium causa, nõ tamen est causa malorum inquantùm sunt mala.Sed quicquid boni eis adiungitur,causatur à Deo.

Quòd non derogat bonitati Dei,quòd mala permittat.

CAP. CXLII.

NEc tamen hoc diuinæ bonitati repugnat, quòd mala esse permittit in rebus ab eo gubernatis. Primò quidem, quia prouidentiæ non est naturam gubernatorum perdere:sed saluare.Requirit autem hoc profectio vniuersi: vt sint quędam in quibus malum non possit accidere:quædam verò quæ defectum mali pati possint secundum suam naturam.Si igitur malum totaliter excluderetur à rebus,prouidentia diuina non regerentur res secundum earum naturam:quod esset maior defectus quàm singulares defectus qui tolerentur.Secundò,quia bonum vnius non potest accidere sine malo alterius. Sicut videmus quòd generatio vnius non est sine corruptione alterius:& nutrimentum leonis,non est sine occisione alterius animalis:& patientia iusti non est sine persecutione iniusti. Si igitur malum totaliter excluderetur à rebus,sequeretur quòd multa etiam bona tollerentur.Non igitur pertinet ad diuinam proui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentiam: vt malũ totaliter excludatur à rebus, sed vt mala quæ proueniunt ad aliquod bonum ordinentur. Tertiò, quia ex ipsis malis particularibus commendabiliora reddũtur bona, dum eis cõparantur, sicut ex obscuritate nigri magis declaratur claritas albi. Et sic per hoc quòd permittit mala esse in mundo, diuina bonitas magis declaratur in bonis, & sapientia in ordinatione malorum ad bona.

Quòd Deus specialiter homini prouidet per gratiam.

CAP. CXLIII.

QVia igitur diuina prouidentia rebus singulis secundum earum modum prouidet, creatura autem rationalis per liberum arbitrium est domina sui actus præ cęteris creaturis, necesse est vt & ei singulari modo prouideatur quantùm ad duo. Primò quidem quantùm ad adiumenta operis, quæ ei dantur à Deo. Secundò, quantùm ad ea quæ pro suis operibus ei redduntur. Creaturis enim irrationalibus hæc solùm adiumenta dantur diuinitus ad agẽdum, quibus naturaliter mouentur ad agendum. Creaturis verò rationalibus dantur documenta & præcepta viuẽdi. Non enim præceptum dari competit, nisi ei qui est dominus sui actus, quamuis etiam creaturis irrationalibus præcepta per quandam similitudinem Deus dare dicatur secundum illud Psalm. Præceptum posuit & nõ præteribit, quod quidẽ præceptum nihil aliud est, quàm dispositio diuinę prouidentiæ, mouẽs res naturales ad proprias actiones. Similiter etiam actiones creaturarum rationalium imputãtur eis ad culpam vel ad laudem, pro eo quòd habent dominium sui actus, non solùm hominibus ab homine præsidente, sed etiam à Deo, cùm homines non solùm regantur ab homine sed etiam à Deo. Cuiuscúnque autem regimini aliquis subditur ab eo, sibi imputatur, quod laudabiliter vel culpabiliter agit. Et quia pro bene actis debetur præmium, culpæ verò debetur pœna: vt suprà dictum est, creaturæ rationales secũdum iustitiam diuinæ prouidentiæ & puniuntur pro malis, & præmiantur pro bonis. In creaturis autẽ irrationabilibus non habet locũ pœna nec præmium, sicut nec laudari nec culpari. Quia verò vltimus finis creaturæ rationalis facultatem naturæ ipsius excedit, ea verò quæ sunt ad finem debẽt esse fini proportionata secundum rectum prouidentiæ ordinem, consequens est vt creaturæ rationali etiam adiutoria diuinitus conferantur, nõ solùm quæ sunt proportionata naturæ, sed etiam quæ facultatem naturæ excedunt. Vnde supra naturalem facultatem rationis imponitur homini diuinitùs lumen gratiæ, per quod interius perficitur ad virtutem, & quantùm ad cognitionem, dum eleuatur mens hominis per lumen huiusmodi ad cognoscendum ea quæ rationem excedũt, & quantùm ad actionem & affectionem, dum per lumen huiusmodi affectus hominis supra creata omnia eleuatur ad Deum diligendum & sperandum in ipso & ad agendum ea quæ talis amor requirit.

HIusmodi autem dona siue auxilia supernaturaliter homini data gratuita vocãtur duplici ratione. Primò quidem, quia gratis diuinitus dantur. Non enim potest in homine aliquid inueniri, cui cõdignè huiusmodi auxilia debeãtur, cùm hæc facultatem humanę naturæ excedant. Secũdò verò, quia speciali quodam modo per huiusmodi dona homo efficitur Deo gratus. Cùm enim dilectio Dei sit causa bonitatis in rebus, non à præexistente bonitate prouocata, sicut est dilectio nostra, necesse est, quòd quibus aliquos speciales effectus bonitatis largitur, respectu horum specialis ratio dilectionis diuinæ consideretur. Vnde eos maximè & simpliciter diligere dicitur, quibus tales bonitatis effectus largitur, per quos ad vltimũ finem veniant, quod est ipse qui est fons bonitatis.

Quòd Deus per dona gratuita remittit peccata, quæ etiam gratiam interimunt.

CAP. CXLIIII.

ET quia peccata contingunt ex hoc quòd actiones deficiunt à recto ordine ad finem, ad finem autem ordinatur homo, non solùm per naturalia auxilia, sed per gratuita, necesse est quod peccata hominum non solùm naturalibus auxilijs, sed etiam gratuitis contrarientur. Cõtraria autem se inuicem expellunt. Vnde sicut per peccata huiusmodi auxilia gratuita ab homine tolluntur, ita per gratuita dona peccata homini remittuntur. Alioquin malitia hominis in peccando plus posset dum remouet gratiam diuinam, quàm diuina bonitas ad remouendum peccata per gratiæ dona. Item Deus rebus prouidet secundum earum modum. Hic autem est modus mutabilium rerum: vt in eis contraria alternari possint, sicut generatio & corruptio in materia corporali, & album & nigrum in corpore colorato. Homo autem est mutabilis secundum voluntatem, quamdiu in hac vita viuit. Sic igitur diuinitus gratuita dona homini dantur, vt ea possit per peccatum amittere, & sic peccata perpetrat: vt ea per gratuita dona remitti possint. Præterea, in ijs quæ supra naturam aguntur, possibile & impossibile attenditur secundum potentiam diuinam, non secundum potẽtiam naturalem. Quòd enim cæcus illuminari possit, vel mortuus resurgere, non est naturalis potentiæ, sed diuinæ. Dona autem grãtuita sunt supernaturalia. Quod igitur ea aliquis consequi possit ad diuinam potentiam pertinet. Dicere igitur, quòd aliquis post peccatum gratuita dona consequi non possit est diuinæ potentiæ derogare, gratuita autem dona simul cum peccato esse non possunt, cùm per gratuita dona homo ordinetur ad finem à quo per peccatum auertitur. Dicere igitur peccata remissibilia non esse diuinæ potentiæ contrariatur.

Quod peccata non sunt irremissibilia.

CAP. CXLV.

SI quis autem dicat peccata irremissibilia esse non propter diuinam omnipotentiam, sed quia homo habet diuina iustitia: vt qui cadit à gratia vlterius non reuertatur ad ipsam: hoc patet esse falsum. Non enim hoc habet ordo iustitiæ, quòd quamdiu aliquis est in via sibi detur quod pertinet ad terminum viæ. Immobiliter autem se habere vel in bono vel in malo pertinet ad terminum viæ. Immobilitas enim & quies est terminus motus. Tota autem præsens vita est status viæ, quod demonstrat mutabilitas hominis, & quantùm ad corpus & quantùm ad animam. Non igitur homo habet diuina iustitia: vt homo post peccatum immobiliter maneat in eo. Adhuc ex diuinis beneficijs periculum homini non irrogatur & præcipuè ex maximis. Esset autem periculosum homini mutabilem vitam agenti gratiam accipere, si post gratiam peccare posset, & iterum redire ad gratiam non posset, præsertim cum peccata quæ gratiam præcedunt, remittantur per gratiam, quæ interdum maiora sunt his quæ post gratiam susceptam homo committit. Non est igitur dicendum, quòd peccata hominis irremissibilia sunt, siue antè siue post committantur.

Quòd solus Deus potest remittere peccata.

CAP. CXLVI.

PEccata verò remittere solus Deus potest. Culpa enim contra aliquem commissa ille solus remittere potest, contra quem committitur. Peccata enim imputantur homini ad culpam non solùm ab homine sed etiam à Deo vt suprà dictum est. Sic autem nunc agimus de peccatis, prout imputantur homini à Deo. Deus igitur solus peccata remittere potest. Adhuc cùm per peccata homo deordinetur ab vltimo fine: remitti non possunt, nisi homo reordinetur in finem. Hæc autem fit per gratuita dona, quæ sunt solùm à Deo, cùm excedant facultatem naturę. Solus igitur Deus potest peccata remittere. Item peccatum homini imputatur ad culpam, inquantùm voluntarium. Voluntatem autem immutare solus Deus potest: solus igitur ipse verè potest remittere peccata.

De quibusdam articulis fidei, qui sumuntur penes effectus diuinæ gubernationis.

CAP. CXLVII.

HIc est igitur secundus Dei effectus, gubernatio rerum, & specialiter creaturarum rationalium, quibus & gratiam tribuit, & peccata remittit. Qui quidem effectus in Simbolo fidei tangitur: quantùm ad hoc quòd omnia in finem diuinæ bonitatis ordinatur, per hoc quòd spiritumsanctum profitemur Deum, nam Deo est proprium, ad finem suos subditos ordinare, & quãtum ad hoc quod omnia mouet, per hoc quòd dicit, & viuificantem. Sicut enim motus qui est ab anima in corpus, est vita corporis: ita motus quo vniuersum mouetur, à Deo est, quasi quædam vita vniuersi. Et quia tota ratio diuinæ gubernationis à bonitate diuina sumitur quæ spiritui sancto appropriatur qui procedit vt amor: cõuenienter effectus diuinæ prouidentiæ circa personam spiritussancti ponuntur. Quantùm autem ad effectum supernaturalis cognitionis quam per fidem in hominibus Deus facit, dicitur. Sanctam ecclesiam catholicam. Nam ecclesia congregatio fidelium est. Quantùm verò ad gratiam quam hominibus communicat, dicitur. Sanctorum communionem. Quantùm verò ad remissionem culpæ, dicitur. Peccatorum remissionem.

Quòd omnia a sunt facta propter hominem.

CAP. CXLVIII.

CVm autem omnia sicut ostensum est, in diuinam bonitatem ordinentur sicut in finem, eorum autem quæ ad hunc finem ordinantur, quædam alijs propinquiora sunt fini, quæ plenius diuinam bonitatem participant, consequens est vt ea quæ sunt inferiora in rebus creatis quæ minus de bonitate diuina participant, ordinentur quodammodò sicut in fines in entia superiora. In omni enim ordine finium, quæ sunt propinquiora vltimo fini, sunt etiam fines eorum quæ sunt magis remota, sicut potio medicinæ est propter purgationem. Purgatio autem propter maciem, macies autem propter sanitatem. Et sic macies finis est quodammodo purgationis. sicut etiam potionis purgatio. Et hoc rationaliter accidit. Sicut enim in ordine causarum agentium, virtus primi agentis peruenit ad vltimos effectus per medias causas: ita in ordine finium quæ sunt magis remota à fine, pertingunt ad vltimũ finem mediantibus his quæ sunt magis propinqua fini: sicut potio non ordinatur ad sanitatem, nisi per purgationem. Vnde & in ordine vniuersi inferiora consequuntur præcipuè vltimum finem: inquantùm ordinantur ad

dinantur ad superiora. Hoc etiam manifestè apparet ipsum rerum ordinem consideranti. Cùm enim ea quæ naturaliter fiunt, sicut nata sunt agi, sic agãtur: videmus autẽ imperfectiora cedere ad vsum nobiliorum, vtpotè q̃ plantę nutriuntur ex terra: animalia ex plantis: hæc autem ad vsum hominis? cedunt: consequens est vt inanimata sint propter animata: & plantæ propter animalia: & hęc propter hominem. Cùm autem ostensum sit, q̃ natura intellectualis sit superior corporali, consequens est vt tota natura corporalis ad intellectualem ordinetur. Inter naturas autem intellectuales, quæ maximè corpori est vicina, est anima rationalis: quæ est hominis forma. Igitur quodammodò propter hominem, inquantùm est rationabile animal: tota natura corporalis esse videtur. Ex consummatione igitur hominis, consummatio totius naturæ corporalis quodammodò dependet.

Quis est vltimus finis hominis.

CAP. CXLIX.

CONsumatio autẽ hominis est in adeptione vltimi finis, qui est perfecta beatitudo siue fœlicitas: quæ consistit in diuina visione: vt suprà ostensum est. Visionẽ autem diuinam consequitur immutabilitas intellectus & voluntatis. Intellectus quidem: quia cùm peruentum fuerit ad primam causam in qua omnia cognosci possunt, inquisitio intellectus cessat. Mobilitas autem volũtatis cessat, quia adepto fine vltimo, in quo est plenitudo totius bonitatis, nihil est quod desiderãdum restet. Ex hoc autem voluntas mutatur: quia desiderat aliquid quod nondum habet. Manifestum est igitur, quòd vltima consummatio hominis in perfecta quietatione vel immobilitate consistit: & quantũ ad intellectum: & quantũ ad voluntatẽ.

Quomodò homo ad æternitatem peruenit, vt ad consummationem.

CAP. CL.

OStensum est autem in præmissis, q̃ æternitatis ratio ex immobilitate consequitur. Sicut enim ex motu causatur tempus, in quo priùs & posteriùs inuenitur, ita oportet q̃ remoto motu cesset priùs & posteriùs. Et sic æternitatis ratio relinquitur, quæ est tota simul. In vltima igitur sua consummatione homo æternitatẽ vitę consequitur: non solùm quantùm ad hoc q̃ immortaliter secũdum animam viuat: quod habet anima rationalis ex sua natura vt suprà ostensum est: sed etiam ad hoc quòd ad perfectam immobilitatem perlucitur.

Quomodò ad perfectam beatitudinem animæ rationalis oportet eam corpori reuniri.

CAP. CLI.

CONsiderandum est autem q̃ nõ potest esse omnimoda immobilitas voluntatis, nisi naturale desiderium totaliter impleatur. Quæcunque autem nata sunt vniri secundum naturam suam, naturaliter sibi vniri appetunt: Vnumquódque enim appetit id quod est sibi conueniens secundum suam naturam. Cùm igitur anima humana naturaliter corpori vniatur, vt suprà ostensum est. naturale ei desiderium inest ad corporis vnionem. Nõ poterit igitur esse perfecta quietatio voluntatis, nisi iterato anima corpori coniungatur: quod est hominem à morte resurgere. Item finalis perfectio requirit perfectionem primã. Prima autem perfectio vniuscuiusque rei est vt sit perfectum in sua natura: finalis verò perfectio consistit in consecutione vltimi finis. Ad hoc igitur, q̃ anima humana omnimodè perficiatur in fine, necesse est quòd sit perfecta in sua natura: quòd non potest esse nisi sit corpori vnita. Natura enim animæ est vt sit pars hominis vt forma. Nulla autem pars perfecta est in sua natura, nisi sit in suo toto. Requiritur igitur ad vltimam hominis beatitudinem, vt anima rursum corpori vniatur. Adhuc quod est per accidens & contra naturam, non potest esse sempiternum: necesse est autem hoc quod est animam à corpore separatam esse per accidens esse: & contra naturã: si hoc per se & naturaliter ineat animæ vt corpori vniatur. Non igitur anima erit in perpetuum à corpore separata. Cùm igitur eius substantia sit incorruptibilis, vt suprà ostensum est, relinquitur quòd sit iterato corpori vnienda.

Quòd separatio animæ à corpore sit secundum naturam: & quomodò contra naturam.

CAP. CLII.

VIdetur autem animam à corpore separari nõ esse per accidens: sed secundum naturam. Corpus enim hominis ex contrarijs compositum est, omne autem huiusmodi naturaliter corruptibile est: corpus igitur humanum est naturaliter corruptibile. Corrupto autem corpore est necesse animam separãtam remanere, si anima immortalis est, vt suprà ostensum est: videtur igitur animam à corpore separari esse secundum naturam. Considerandũ est ergo quomodò sit secundum naturam & quomodò contra naturam. Ostensum est enim suprà, q̃ anima rationalis præter modum aliarũ formarum excedit totius corporalis materiæ facultatẽ: quod eius operatio intellectualis demonstrat, quam sine corpore habet. Ad hoc igitur q̃ materia corporalis conuenienter ei aptata fuerit, necesse fuit quòd aliqua dispositio corpori superadderetur, per quam fieret conueniens materia talis formæ. Et sicut hæc forma à solo Deo exit in esse per creationẽ, ita illa dispositio naturã corpoream excedens, à solo Deo corpori humano attributa fuit: quę videlicet ipsum corpus incorruptum conseruaret: vt sic perpetuitati animæ conueniret. Et hæc quidem dispositio in corpore hominis mansit: quandiu anima hominis Deo adhæsit. Aduersã autẽ anima hominis per peccatum à Deo: conuenienter & corpus humanum illam super naturalem dispositionẽ perdidit: per quam immobiliter animæ subdebatur. Et sic homo necessitatem moriendi incurrit. Si igitur ad naturam corporis respiciatur, mors naturalis est. Si verò ad naturam animæ & ad dispositionem, quæ propter animam supernaturaliter humano corpori à principio indita fuit, est per accidens & contra naturam: cùm naturale sit animæ corpori esse vnitam.

Quòd anima omninò idem corpus resumet: & non alterius naturæ.

CAP. CLIII.

CVm autem anima corpori vniatur vt forma, vnicuique autem formæ propria materia respondeat, necesse est, q̃ corpus cui iterato anima vnietur, sit eiusdem rationis & speciei cum corpore quod deponit per mortem. Nõ enim resumet anima in resurrectione corpus cœleste, vel aëreum vel corpus alicuius alterius animalis: vt quidam fabulantur: sed corpus humanum ex carnibus & ossibus compositum organicum eisdem organis ex quibus nunc constitit. Rursus sicut eidem formæ secundum speciem debetur eadem materia secundum speciem: ita eidem formæ secundum numerũ debetur eadem materia secundum numerũ. Sicut enim anima bouis non potest esse anima corporis equi: ita anima huius bouis non potest esse anima alterius bouis. Oportet igitur, quòd cum eadem numero anima rationalis remaneat: quòd corpori eidem numero in resurrectione rursus vniatur.

Quòd resumet idem numero corpus sola Dei virtute.

CAP. CLIIII.

EA verò quæ secundum substantiam corrumpuntur, non reiterantur eadem numero secundum operationem naturæ: sed solùm secundum speciem. Nõ enim eadem numero nubes est ex qua pluuia generatur: & quæ iterum ex pluente aqua: & rursus euaporante generatur. Cùm igitur corpus humanũ per mortem substantialiter corrumpatur, non potest operatione naturæ idem numero reparari. Cùm igitur hoc exigat resurrectionis ratio, vt ostensum est: consequens est q̃ resurrectio hominum non fiet per actionẽ naturæ, vt quidam posuerunt post multa annorum circula redeuntibus corporibus ad eundem situm rursus eosdem numero homines redire. Sed resurgẽtium reparatio sola virtute diuina fiet. Item manifestum est, q̃ sensus priuati restitui nõ possunt per operationem naturę: nec aliquid eorum quæ solùm per generationem accipiuntur: eò q̃ non sit possibile idem numero pluries generari. Si autem aliquid huiusmodi restituatur alicui, puta oculus erutus aut manus abscisa: hoc erit virtute diuina quæ supra naturę ordinem operatur vt suprà ostensum est. Cùm igitur per mortem omnes hominis sensus & omnia membra depereant, impossibile est hominem mortuum rursus reparari ad vitam nisi operatione diuina. Ex hoc autem quòd resurrectionem ponimus diuina virtute futuram, de facili videri potest quomodò corpus idem numero reparetur. Cùm enim suprà ostensum sit, q̃ omnia etiam minima sub diuina prouidentia continentur, manifestum est quòd materia huius humani corporis quamcúnque formam post mortem hominis accipiat, nõ effugit neque virtutem neque cognitionem diuinam. Quę quidem materia eadem numero manet, inquantùm intelligitur sub dimensionibus existens: secundum quas hæc materia dici potest: & est indiuiduationis principium. Hac igitur materia eadem manente & ex ea virtute diuina corpore reparato humano, necnon & anima rationali æquè cum sit incorruptibilis eadem manet eidem corpori vnita, consequens sit vt homo idem numero reparetur. Nec potest idemptitas secundum numerum impediri: vt quidem obijciũt, per hoc quòd non sit humanitas eadem numero. Nam humanitas quæ dicitur forma totius secundum quosdam nihil est aliud quàm forma partis quæ est anima, quæ quidem dicitur forma corporis secundum quòd dat speciem toti, quod si verum est, manifestum est humanitatem eandem numero remanere, cùm anima rationalis eadem numero maneat. Sed quia humanitas est quã significat diffinitio hominis. sicut & essentia cuiuslibet rei est quam significat sua diffinitio: diffinitio autem hominis non solùm significat formam: sed etiam materiam, cùm in diffinitione rerum materialium necesse sit materiam poni: conuenientiùs secundum alios dicitur, quòd in ratione humanitatis & anima & corpus includatur. aliter tamen quàm in diffinitio ne hominis: nam in ratione humanitatis includuntur essentialia principia hominis sola: cũ præcisione aliorum. Cùm enim humanitas dicatur, qua homo est homo, manifestum est quòd omnia de quibus non est verum dicere quod eis homo sit homo: ab humanitate præciduntur. Cùm verò homo dicatur, qui humanitatem habet: per hoc verò quòd humanitatem ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet non excluditur quin alia habeat,puta albedinem aut aliquid huiusmodi.hoc nomen homo significat sua essentialia principia,non tamen cum præcisione aliorum, licèt alia non includantur actu in eius ratione sed potentia tãtùm.Vnde homo significat per modum totius,humanitas verò per modum partis nec de homine prædicatur.In Sorte verò aut Platone includitur hęc materia & hęc forma: vt sicut est ratio hominis ex hoc quod componitur ex anima & corpore,ita si Sortes diffineretur,ratio eius esset quòd esset compositus ex ijs carnibus & ijs ossibus & hac anima. Cùm igitur humanitas non sit aliqua alia forma præter animam & corpus, sed sit aliquid compositum ex vtroque,manifestum est,quòd eodem corpore reparato & eadem anima remanente, eadem numero humanitas erit. Neque etiam prædicta idemptitas secundum numerum impeditur ex hoc quòd corporeitas non redeat eadem numero,cùm corrupto corpore corrumpatur. Nam si per corporeitatẽ intelligatur forma substantialis,per quam aliquid in genere substantiæ corporeæ ordinatur,cùm non sit vnius nisi vna forma substantialis, talis corporeitas non est aliud quàm anima. Nam hoc animal per hanc animam nõ solùm est animal,sed animatum corpus & corpus & etiã homo, aliquid in genere substantiæ existẽs. Alioquin anima adueniret corpori existenti in actu.Et sic esset forma accidẽtalis,subiectum enim substantialis formæ non est actu hoc aliquid, sed potentia tantùm. Vnde cùm accipit formam substantialem,non dicitur tãtum generari secundum quid hoc aut illud,sicut dicitur in formis accidentalibus,sed dicitur simpliciter generari,quasi simpliciter esse accipiẽs. Et sic corporeitas accepta eadẽ numero manet,rationali anima eadem existente.Si verò corporeitatis nomine forma quædam intelligatur à qua denominatur corpus, quod ponitur in genere quantitatis , sic est quædam forma accidentalis , cùm nihil aliud significet, quàm trinam dimensionem. Vnde licèt non eadem numero redeat idemptitas subiecti non impeditur, ad quam sufficit vnitas essentialium principiorum. Eadem ratio est de omnibus accidentibus,quorum diuersitas idemptitatem secundum numerum non tollit.Vnde cùm vnio fit quædã relatio ac per hoc sit accidens eius diuersitas secundum numerum non tollit idemptitatem subiecti. Similiter nec diuersitas potentiarum secundum numerum animæ sensitiuæ & vegetatiuæ,si tamen corrumpi ponãtur.Sunt enim in genere accidentis potentiæ naturales coniuncti existẽtes,nec à sensu sumitur sensibile secundum quod est differentia cõstitutiua animalis,sed ab ipsa substantia animæ sensitiuæ quæ in homine est eadem secundũ substantiam cum rationali.

Quòd non resurgemus ad eundem modum viuendi.

CAP. CLV.

QVamuis autem homines ijdem numero resurgent,non tamen eundem modum videndi habebunt.Nunc enim corruptibilem vitam habent,tunc verò incorruptibilem.Si enim natura in generatione hominis perpetuum esse intendit,multo magis Deus in hominis reparatione. Quod enim natura perpetuum esse intendat habet ex hoc quòd à Deo mouetur. Non autem in reparatione hominis resurgentis attenditur perpetuum esse speciei , quia hoc per continuam generationem poterat obtineri. Relinquitur igitur, quòd intendatur perpetuum esse indiuidui. Homines igitur resurgentes in perpetuum viuent. Præterea si homines resurgentes moriantur, animæ à corporibus separatæ non in perpetuum absque corpore remanebunt. Hoc enim est contra naturam animæ : vt suprà dictum est. Oportebit igitur,vt iteratò resurgant, & hoc idem continget,si post secundam resurrectionem iterum moriantur. Sic igitur in infinitum mors & vita circulariter circa eundem hominem reiterabuntur,quod videtur esse vanum.Conuenientiùs est igitur , vt stetur in primo : scilicet vt in prima resurrectione homines immortales resurgant. Nec tamẽ mortalitatis ablatio diuersitatem vel secundum speciem vel secundum numerum inducet. Mortale enim secundum propriam rationem differentia specifica hominis esse non potest:cùm passionem quandam designet.Sed ponitur loco differentiæ hominis : vt per hoc quod dicitur mortale designetur natura hominis , quòd scilicet est ex contrarijs compositus, sicut per hoc quod dicitur rationale designatur propria forma eius. Res enim materiales non possunt sine materia diffiniri.Nõ autem auferetur mortalitas per ablationem proprię materiæ.Non enim resumet anima corpus cœleste vel aërcum : vt suprà habitum est, sed corpus humanum ex contrarijs compositum. Incorruptibilitas tamen adueniet ex virtute diuina, per quã anima supra corpus vsque ad hoc dominabitur,quòd corrũpi non possit.Tãdiu enim res conseruatur in esse,quandiu forma supra materiam dominatur.

Quòd post resurrectionem vsus cibi & generationis cessabunt.

CAP. CLVI.

QVia verò subtracto fine remoueri oportet ea quę sunt ad finem oportet quòd remota mortalitate à resurgentibus etiam ea subtrahantur quæ ad statum vitæ mortalis ordinantur.Huiusmodi autem sunt cibi & potus qui ad hoc sunt necessarij: vt mortalis vita substenteturdum id quod per calorem naturalem resoluitur per cibos restauretur. Nõ igitur post resurrectionem erit vsus cibi vel potus.Similiter etiam nec vestimentorum,cùm vestimenta ad hoc homini necessaria sint,ne corpus ab exterioribus corrumpatur per calorem vel frigus. Similiter etiam necesse est venereorum vsum cessare,cum ad generationem animalium ordinetur,generatio autem mortali vitæ deseruit:vt quod secundum individuũ conseruari non potest, conseruetur saltem in specie.Cùm igitur homines ijdem numero in perpetuum cõseruabuntur,generatio in eis locum non habebit,vnde nec venereorum vsus.Rursus cùm semen sit superfluum alimenti , cessante vsu ciborum necesse est etiam vt venereorũ vsus cesset. Non autem potest cõuenienter dici,quòd propter solã delectationem remaneat vsus cibi & potus & venereorum. Nihil enim inordinatum in illo finali statu erit, quia tunc omnia suo modo perfectam consummationem accipient. Inordinatio autem perfectioni opponitur.Et cùm reparatio hominum per resurrectionem fit immediatè à Deo,nõ poterit in illo statu aliqua inordinatio esse, quia quę à Deo sunt,ordinata sunt vt dicitur Rom.13.Est autem homo inordinatum:vt vsus cibi & venereorum propter solam delectationem quæratur. Vnde & nunc apud homines vitiosum reputatur. Non igitur propter solam delectationem non resurgentibus vsus cibi & potus & venereorum esse poterit.

Quòd tamen omnia membra resurgent.

CAP. CLVII.

QVamuis autem vsus talium resurgentibus desit, nõ tamẽ eis deerunt membra ad vsus tales : quia sine ijs corpus resurgens integrum nõ esset. Cõueniens est autem vt in reparatione hominis resurgẽtis,quæ erit immediatè à Deo cuius perfecta sunt opera,natura integrè reparetur.Erũt ergo huiusmodi membra in resurgentibus,propter integritatem naturæ cõseruandã,& nõ propter actus quibus deputãtur.Itẽ si in illo statu homines pro actibus quos nunc agunt,pœnámque vel præmium consequuntur vt posteà manifestabitur,conueniens est vt eadem mẽbra habeant,quibus peccato vel iustitiæ deseruierunt in hac vita : vt in quibus peccauerunt vel meruerunt puniantur,vel præmientur.

Quòd non resurgent cum aliquo defectu.

CAP. CLVIII.

SImiliter autem conueniẽs est:vt omnes naturales defectus à corporibus resurgentium auferãtur.Per omnes enim huiusmodi defectus integritati naturæ derogatur.Si igitur conueniẽs est:vt in resurrectione natura humana integraliter repararetur à Deo, consequens est vt etiam huiusmodi defectus tollantur. Præterea humanitas di defectus ex defectu virtutis naturalis quæ fuit generationis humanæ principium prouenerunt.In resurrectione autem nõ erit virtus agens nisi diuina,in quam defectus non cadit. Non igitur huiusmodi defectus qui sunt in hominibus generatis , erunt in hominibus per resurrectionem reparatis.

Quòd resurgent solùm quæ sunt ad veritatem naturæ.

CAP. CLIX.

QVod autem est dictum de integritate resurgentiũ referri oportet ad id quod est de vnitate humanæ naturæ. Quòd enim de veritate humanæ naturæ non est in resurgentibus nõ resumetur. Alioquin oporteret immoderatam esse magnitudinem resurgentium , si quicquid ex cibis in carnem & sanguinem est cõuersum resurgentibus resumeretur, veritas autem vniuscuiusque naturæ secundum suam speciem & formam attẽditur.Partes igitur hominis quæ secundum speciem & formam attenduntur omnes integraliter in resurgentibus erunt, non solùm partes organicæ , sed etiam partes consimiles vt caro neruus & huiusmodi , ex quibus membra organica componuntur. Non autem totum quicquid naturaliter fuit sub ijs partibus resumetur , sed quantùm sufficiens erit ad speciem partium integrandam.Nec tamen propter hoc homo idẽ numero aut integer non erit,si totum quicquid in eo materialiter fuit non resurget , manifestum est enim in statu huius vitæ , quòd à principio vsque ad finem homo idem numero manet. Id tamen quod materialiter in eo est sub specie partium,nõ idem manet, sed paulatim fluit & refluit,ac si idem ignis conseruaretur consumpto & appositis lignis.Et tunc est integer homo, quãdo species & quantitas speciei debita conseruaretur.

Quòd Deus omnia supplebit in corpore deformato,aut quicquid deficiet de materia.

CAP. CLX.

SIcut autem non totum , quod materialiter fuit in corpore hominis , ad reparationem corporis resurgentis Deus reassumet , ita etiam si quid materialiter defuit Deus supplebit. Si enim homo officio naturæ fieri potest : vt puero qui non habet debitam quantitatem ex aliena materia per assumptionem cibi ei potus tantùm addatur , quòd ei sufficiat ad perfectam quantitatem habendam, nec propter hoc desinit esse idem numero qui fuit : multò magis homo virtute diuina fieri potest : vt suppleatur minùs habentibus extrinseca materia quod eis in hac vita defuit ad integritatem membrorum naturalium : vel debitæ quantitatis.Sic igitur licèt aliqui in hac vita aliquibus membris caruerint vel perfectam quantitatem nondum attigerint in quantacúnque quantitate defuncti , virtute diuina in resurrectione perfectionem debitam consequentur:& membrorum & quantitatis.

Solutio ad quædam quæ sibi obijci possunt.

CAP. CLXI.

EX hoc autem solui potest,quod quidam contra resurrectionem hanc obijciunt. Dicunt enim possibile esse, quòd aliquis homo carnibus humanis vescatur:& vlteriùs sit nutritus filiũ generet qui simili vtatur. Si igitur nutrimentum conuertitur in substantiam carnis,videtur quòd sit impossibile integraliter vtrúmque resurgere:cùm carnes vnius conuersæ sint in carnes alterius:& quòd difficiliùs videtur , si semen est ex nutrimenti superfluo, vt Philosophi tradunt : sequitur quòd semen vnde natus est filius,sit sumptum ex carnibus alterius.Et ita impossibile videtur puerum ex tali semine genitum resurgere : si homines quorum carnes pater ipsius & ipse comederant,integraliter resurgunt.Sed hæc communi resurrectioni non repugnant.Dictum est enim suprà,quòd nõ est necessarium quicquid materialiter fuit in aliquo homine in ipso resurgente resumi : sed tantùm quantùm sufficit ad modum debitæ quantitatis seruandum.Dictum est etiam,quòd si alicui aliquid defuit de materia,ad quantitatem perfectam supplebitur diuina virtute.Considerandum est insuper,quòd aliquid materialiter in corpore hominis existens,secundum diuersos gradus ad veritatem naturæ humanæ pertinere inuenitur. Nam primò & principaliter quod à parentibus sumitur sub veritate humanæ speciei tanquàm purissimũ persicitur ex virtute formatiua.Secundariò autem quod ex cibis generatum est,necessarium est ad debitam quãtitatem membrorum : quia semper admixtio extranei debilitat virtutem rei. Vnde & finaliter necesse est augmentum deficere.& corpus senescere:& dissolui : ficut & vinum per admixtionem aquæ tandem redditur aquosum. Vlteriùs autem ex cibis aliquæ superfluitates in corpore hominis generantur:quarum quædam sunt necessariæ ad aliquem vsum: vt semen ad generationem.: & capilli ad tegumentum & ornatum: quædam verò omninò ad nihil : vt quæ expelluntur per sudorem & varias egestiones:vel interiùs retinentur in grauamen naturæ. Hoc igitur in communi resurrectione secundum diuinam prouidentiam attendetur:quòd si idem numero materialiter in diuersis hominibus fuit,in illo resurget in quo principaliorem gradum obtinuit.Si autem in duobus extitit,secundum vnum & eundem modum resurget in eo in quo primò fuit.In alio verò supplebitur ex diuina virtute.Et sic patet,quòd carnes hominis comestę ab aliquo non resurgent in comedente : sed in eo cuius priùs fuerunt : resurgent tamen in eo qui ex tali semine generatus est,quantùm ad id quod in eis fuit de humido nutrimentali:aliud verò resurget in primo:Deo vnicuique supplente quod deest.

Quòd resurrectio mortuorum in articulis fidei exprimitur.

CAP. CLXII.

ADhanc igitur fidem resurrectionis confitendam , in symbolo Apostolorum positum est.Carnis resurrectionem.Nec sine ratione additum est,Carnis:quia fuerunt quidam etiã tempore Apostolorum , qui carnis resurrectionem negabant:solam spiritualem resurrectionem confitentes:per quam homo à morte peccati resurget.Vnde Apostolus secundæ ad Thymoth. 2. dicit de quibusdam qui à veritate exciderunt,dicentes resurrectionem iam factam : & subuerterunt quorundam fidem:ad quorum remouẽdum errorem: vt resurrectio futura credatur dicitur in symbolo patrum. Expecto resurrectionem mortuorum.

Qualis erit resurgentium operatio.

CAP. CLXIII.

OPortet autem cõsiderare vlteriùs,qualis sit operatio resurgentium.Necesse enim est cuiuslibet viuentis esse aliquam operationem:cui principaliter intendit:& in hoc dicitur vita eius consistere.Sicut qui voluptatibus principaliter vacant , dicuntur vitam voluptuosam agere:qui verò contemplationi,contemplatiuam:qui verò ciuitatibus gubernandis , ciuilem. Ostensum est autem quòd resurgentibus neque ciborum neque venereorum aderit vsus:ad quem omnia corporalia exercitia ordinari videntur. Subtractis autem corporalibus exercitijs , remanent spirituales operationes: in quibus vltimum hominis finem consistere diximus: quem quidem finem adipisci resurgentibus competit à statu corruptionis & mutabilitatis liberatis:vt ostensum est.Non autẽ in quibuscunque spiritualibus actibus vltimus finis hominis constitit : sed in hoc quòd Deus per essentiam videatur:vt suprà ostensum est.Deus autẽ æternus est.Vnde oportet quòd intellectus Deo coniunctus, æternitati coniungatur.Sicut igitur qui voluptati vacant,voluptuosam vitam agere dicuntur,ita qui diuina potiuntur visione,æternam obtinent vitam:secundum illud Ioannis xvij.Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum,&c.

Quòd Deus per essentiam videbitur:non per similitudinem.

CAP. CLXIIII.

VIdebitur autem Deus per essentiam ab intellectu creato:nõ per aliquam sui similitudinem qua in intellectu præsente res intellecta possit distare : sicut lapis per similitudinem suam præsens est oculo:per substantiam verò absens . Sed sicut suprà ostensum est, ipsa Dei essentia intellectui creato coniungitur quodammodò vt Deus per essentiam videri possit . Sicut igitur in illo vltimo fine videbitur quod prius de Deo credebatur, ita quod sperabatur vt distans,tenebitur vt præsens.Et hoc comprehensio nominatur , secundum illud Apostoli Philippensium.2.Sequor autem si quo modo comprehendam.Quod non est intelligendum secundum quod comprehensio inclusionem importat: sed secundum quod importat præsentialitatem & tentionem quandam eius quod dicitur comprehendi.

Quòd videre Deum est summa perfectio & delectatio,

CAP. CLXV.

RVrsus considerandum est, quòd ex apprehensione conuenientis delectatio generatur: sicut visus delectatur in pulchris coloribus & gustus in suauibus saporibus.Sed hęc quidem delectatio in sensu potest impediri propter organi indispositionem: nam oculis egris odiosa est lux quæ prius est amabilis . Sed quia intellectus non intelligit per organum corporale vt suprà ostensum est : delectationi quę est in consideratione veritatis nulla tristitia contraria tur.Potest tamen per accidens ex consideratione intellectus tristitia sequi : inquantùm id quod intelligitur apprehenditur vt nocium : vt sic delectatio quidem absit intellectui de cognitione veritatis : tristitia autem in voluntate sequatur de re quæ cognoscitur:non inquantùm cognoscitur . sed inquantùm suo actu nocet. Deus autem hoc ipsum quod est,veritas est.Non potest igitur intellectus Deum videns , in eius visione non delectari.Iterum Deus est ipsa bonitas quæ est ratio dilectionis.Vnde necesse est ipsum diligi ab omnibus apprehẽdentibus ipsum. Licèt enim aliquid quod bonum est,possit non diligi vel etiam odio haberi, hoc non est inquantùm apprehenditur vt bonum : sed inquantùm apprehenditur vt nociuum.In visione igitur Dei,qui est ipsa bonitas & veritas, oportet sicut comprehensionem,ita dilectionem seu delectabilem fruitionem adesse: secundum illud Esaiæ vltimò.Videbitis & gaudebit cor vestrum.

Quomodo omnia videntia Deum confirmata sunt in bono.

CAP. CLXVI.

EX hoc autem apparet quòd anima videns Deum vel quæcúnque alia spiritualis creatura habet voluntatem confirmatam in ipso,vt ad contrarium de cætero nõ flectatur.Cùm enim obiectum voluntatis sit bonum,impossibile est voluntatem inclinari in aliquid:nisi sub aliqua ratione boni.possibile est autem in quocúnque particulari bono aliquid deficere,quod ipsi cognoscenti relinquitur in alio quærendum. Vnde non oportet voluntatem videntis quodcúnque bonum particulare in illo solo cõsistere: vt extra eius ordinem non diuertat.Sed in Deo qui est bonum vniuersale & ipsa bonitas,nihil boni deest quod alibi quæri possit:vt suprà ostensum est.Quicúnque igitur Dei essentiam videt,non potest voluntatem ab eo diuertere, quin in omnia secundum rationem ipsius tendat. Est etiã hoc videre per simile in intelligibilibus. Intellectus enim noster potest dubitando hac atque illac diuertere: quousque ad primum principium perueniatur : in quo necesse est intellectum firmari.Quia igitur finis in appetibilibus est,sicut principium in intelligibilibus:potest quidem voluntas ad contraria flecti quousque ad cognitionem vltimi finis veniatur : in qua necesse est ipsam firmari.Esset etiam contra rationem perfectæ fœlicitatis,si homo in contrarium conuerti posset. Non enim totaliter excluderetur timor de amittendo:& sic non esset totaliter desiderium quietatum. Vnde Apocalipsis 3.dicitur de beato.Foras nõ egredietur amplius.

Quòd,corpora erunt omninò obedientia animæ.

CAP. CLXVII.

QVia verò corpus est propter animã,sicut materia propter formam & organum propter artificem , animæ vitam prædictam consecutæ tale corpus in resurrectione adiungetur diuinitus, quale competat beatitudini animæ.Quæ enim propter finem sunt disponi oportet secundum exigentiam finis.Animę autem ad summum operationis intellectualis pertingenti,non conuenit corpus habere per quod aliqualiter impediatur aut retarderur. Corpus autem humanum ratione suæ corruptibilitatis impedit animam & retardat:vt nec continuæ contemplationi insistere valeat:neque ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

summum cõtemplationis peruenire. Vnde per abstractionem à sen sibus corporis, homines aptiores ad diuina quædam capienda red duuntur. Nam Propheticæ reuelationes dormientibus vel in aliquo excessu mentis existentibus manifestantur, secũdum illud Nume. 12. Si quis fuerit inter vos Propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad eum. Corpora igitur resurgentium beato rum non erunt corruptibilia & animam retardãtia: vt nunc, sed ma gis incorruptibilia & totaliter obedientia ipsi animæ: vt in nullo ei resistant.

De dotibus corporum glorificatorum.

CAP. CLXVIII.

EX hoc autem perspici potest, qualis sit dispositio corporum bea torum. Anima enim est corporis forma & motor. Inquantùm autem est forma, non solùm est principium corpori quantũ ad esse substantiale, sed etiam quantùm ad propria accidentia quæ causan tur in subiecto ex vnione formæ ad materiam. Quantò autem for ma fuerit fortior, tantò impressio formæ in materia minus potest impediri à quocunquè exteriori agente, sicut patet in igne, cuius forma dicitur esse nobilissima inter elementares formas hoc cõfert igni vt non de facili trãsmutetur à sua naturali dispositione patien do ab aliquo agente, quia igitur anima beata in summo nobilitatis & virtutis erit: vtpotè rerum primo principio coniuncta, conferet corpori sibi diuinitus vnito, primò quidem esse substantiale nobilis simo modo totaliter ipsum sub se continendo. Vnde subtile & spiri tuale erit. Dabit etiam sibi qualitatem nobilissimã, scilicet gloriam claritatis. Et propter virtutem animæ à nullo agente à sua dispositione poterit transmutari, quod est ipsum impassibile esse. Et quia obediet totaliter animæ vt instrumentum motori, agile reddetur. Erunt igitur hæ quatuor conditiones corporum beatorum, subtilitas, claritas, impassibilitas, & agilitas. Vnde Aposto. 1. ad Corint. 15. dicit: corpus, quod per mortem seminatur in corruptione, surget in incorruptione, quantùm ad impassibilitatem, seminatur in ignobilitate, surget in gloria, quantùm ad claritatem, seminatur in infirmi tate, surget in virtute. quantùm ad agilitatem. Seminatur corpus ani male, surget corpus spirituale, quantùm ad subtilitatem.

Quòd homo tunc innouabitur & omnis creatura corporalis.

CAP. CLXIX.

MAnifestum est autem, quòd ea quæ sunt ad finem dispõnuntur secundum exigentiã finis. Vnde si id propter quod sunt aliqua varietur secundum perfectum & imperfectum, ea quæ ad ipsum or dinantur diuersimodè disponi oportet: vt ei deseruiant secundum vtrũque statum. Cibus enim & vestimentũ aliter præparantur pue ro, & aliter viro. Ostensum est autem suprà, quòd creatura corpora lis ordinatur ad rationalem naturam, quasi ad finem. Oportet igi tur, quòd homine accipiente vltimam perfectionẽ per resurrectio nem creatura corporalis diuersum statum accipiat. Et secundũ hoc dicitur innouari mundus, homine resurgẽte. secundũ illud Apoc. 21. Vidi cœlum nouum & terram nouam. Et Isa. 65. Ecce ego creo cœ los nouos & terram nouam.

Quæ creaturæ innouabuntur & quæ manebunt.

CAP. CLXX.

COnsiderandum tamen est, quòd diuersa genera creaturarũ cor poralium secundum diuersam rationem ad hominẽ ordinantur. Manifestum est enim, quòd plantæ & animalia deseruiunt ho mini in auxilium infirmitatis ipsius, dum ex eis habet victum & ve stitum & vehiculũ & huiusmodi, quibus infirmitas humana susten tatur. In statu tamen vltimo per resurrectionem tolletur ab homi ne omnis infirmitas talis. Neque enim indigebũt vlterius homines cibis ad vescendum, cùm sint incorruptibiles: vt suprà ostensum est, neque vestimentis ad operiendum: vtpotè qui claritate gloriæ ve stientur. Neque animalibus ad vehiculum, quibus agilitas aderit, ne que aliquibus remedijs ad sanitatem conseruandam: vtpotè qui im passibiles erunt. Igitur huiusmodi corporeas creaturas, scilicet plan tas & animalia, & alia huiusmodi corpora mixta conueniens est in statu illius vltimæ consummationis non remanere. Quatuor verò elementa, scilicet ignis aër & aqua & terra ordinãtur ad hominem non solùm quantùm ad vsum corporalis vitæ, sed etiam quantũ ad constitutionem corporis eius. Nam corpus humanum ex elemẽtis constitutum est. Sic igitur essentialem ordinem habent elemẽta ad corpus humanum. Vnde homine consummato in corpore & anima conueniens est vt etiam elementa remaneant, sed in meliorẽ dispo sitionem mutata. Corpora verò cœlestia quantũ ad sui substantiam neque in vsu corruptibilis vitæ ab homine assumuntur, neque cor poris humani substantiã intrant, deseruiunt tamen homini inquan tùm ex eorũ specie & magnitudine, excellẽtiã sui creatoris demon strant. Vnde frequenter in scripturis homo mouetur ad considera dum cœlestia corpora: vt ex eis adducatur in reuerentiam diuinam: vt patet Isa. 40. vbi dicitur. Leuate in excelsum oculos vestros & vi dete quis creauit hæc. Et quamuis in statu perfectionis illius homo ex creaturis sensibilibus in Dei notitiam non adducatur, cũ Deum videat in seipso tamen delectabile est & iocundum etiam cogno scenti causam considerare qualiter eius similitudo resplendeat in ef fectu. Vnde & sanctis cedet ad gaudium considerare refulgentiam diuinæ bonitatis in corporibus, & præcipuè in cœlestibus quæ alijs præeminere videntur. Habent etiam corpora cœlestia essentialem quodammodò ordinem ad corpus humanum secundum rationem causæ agentis, sicut elementa rationẽ causę materialis. Homo enim generat hominem & sol. Vnde & hac ratione corpora cœlestia re manere non solùm ex comparatione ad hominem, sed etiã ex præ dictis corporearum creaturarum naturis idem apparet. Quod enim secundũ nihil sui est incorruptibile, non debet remanere in illo in corruptioni status. Corpora quidem cœlestia incorruptibilia sunt secundum totum & partem, elementa verò secundum totũ, sed non secundùm partem, homo verò secundum partem, scilicet animam rationalem, sed non secundum totum, quia compositum per mor tem dissoluitur. Animalia verò & plãtæ & omnia corporea mixta, neque secundum totum, neque secundum partem incorruptibilia sunt. Conuenienter igitur in illo vltimo incorruptionis statu rema nebunt quidem homines & elementa & corpora cœlestia, non au tem alia animalia neque plantæ aut corpora mixta. Rationabiliter etiam idem apparet ex ratione vniuersi. Cùm enim homo pars sit vniuersi corporei in vltima hominis cõsummatione, necesse est vni uersum corporeum remanere. Non enim videtur esse pars perfecta si fuerit sine toto. Vniuersum autem corporeum remanere non po test, nisi partes essentiales eius remaneant. Sunt autem partes eius es sentiales corpora cœlestia & elementa: vtpotè ex quibus tota mũdi machina consistit, cætera verò ad integritatem corporei vniuersi pertinere non videtur, sed magis ad quendam ornatum & decõrem ipsius, qui competit statui mutabilitatis, secund m quod ex corpo ribus cœlesti vt agente & elementis vt materialibus generantur animalia & plantæ & corpora mineralia. In statu autem vltimæ consumma tionis alius ornatus elemẽtis attribuetur, qui deceat incorruptionis statum. Remanebunt igitur in illo statu homines elementa & cor pora cœlestia, non autem animalia & plantæ & corpora mineralia.

Quòd corpora cœlestia cessabunt à motu.

CAP. CLXXI.

SEd cùm corpora cœlestia continuè moueri videãtur, potest ali cui videri, quòd si eorum substantia maneat, quòd tunc & in illo consummationis statu moueantur. Et qui id si ea ratione motus cor poribus cœlestibus adesset, qua ratione adest elementis rationabilis esset sermo. Motus enim elementalis grauibus vel leuibus adest pro pter eorum perfectionem consequendam. Tendunt enim suo motu naturali in proprium locum, vbi melius est eis esse. Vnde in illo vl timo consummationis statu, vnumquòdque elementum, & quæ cúnque pars eius in suo proprio loco erit. Sed hoc de motu corpo rum cœlestium dici non potest, cùm corpus cœleste nullo loco ob tento quiescat, sed sicut naturaliter mouetur ad quodcunquè vbi ita & naturaliter discedat ab eo. Sic ergo non deperit aliquid à corpo ribus cœlestibus, si motus eis auferatur, ex quo motus eis non inest: vt ipsa perficiantur. Ridiculum etiam est dicere, quòd sicut corpus leue per suam naturam mouetur sursum infra corpus cœleste: per suam naturam circulariter moueatur, sicut per actiuum primi pium. Manifestum est enim quòd natura semper intendit ad vnum. Vnde illud quod ex sui ratione vnitati repugnat, non potest esse finis vltimus naturæ. Motus autem vnitati repugnat inquantùm id quod mouetur, alio & alio modo se habet dum mouetur. Natura igitur non producit motum propter seipsum, sed causat motum intendens terminum motus, sicut natura le uis intendit locum sursum in ascensu, & sic de alijs. Cùm igi tur circularis cœlestis corporis motus non sit ad aliquod vbi determinatum, non potest dici, quòd motus circularis corpo ris principium actiuum sit natura, sicut est principium motus grauium & leuium. Vnde manente eadem natura corporum cœlestium nihil prohibet ipsa quiescere, licèt ignem impossibile est quiescere extra proprium locum, dummodò remaneat ea dem natura ipsius. Dicitur tamen motus cœlestis corporis na turalis, non propter principium actiuum motus, sed propter ipsum mobile, quod habet aptitudinem vt sic moueatur. Re linquitur ergo, quòd motus corporis cœlestis sit ab aliquo in tellectu. Sed cùm intellectus non moueat nisi ex intentione fi nis, considerare oportet quis sit finis motus corporum cœle stium. Non autem potest dici, quòd ipse motus sit finis. Mo tus enim cùm sit via ad perfectionem, non habet rationem fi nis, sed magis eius quod est ad finem. Similiter etiam non po test dici, quòd renouatio situum sit terminus motus cœlestis cor poris: vt scilicet propter hoc cœleste corpus moueatur. vt omne vbi ad quod est in potentia adipiscatur in actu: quia hoc in infini tum est. Infinitum autẽ repugnat rationi finis. Oportet igitur hinc considerare finem motus cœli. Manifestũ est enim, q omne corpus motum ab

motum ab intellectu est instrumentum ipsius. Finis autem motus instrumenti est forma à principali agente concepta: quæ per mo tum instrumenti in actum reducitur. Forma autem diuini intelle ctus quam per motum cœli complet, est perfectio rerum per viam generationis & corruptionis. Generationis autem & corruptionis vltimus finis est nobilissima forma: quæ est anima humana: cuius vltimus finis est vita æterna: vt suprà ostensum est. Est igitur vlti mus finis motus cœli, multiplicatio hominum producendorum ad vitam æternam. Hæc autem multitudo non potest esse infinita. Nam intentio cuiuslibet intellectus stat in aliquo finito. Comple to igitur numero hominum ad vitam æternam producendorum: & eis in vita æterna constitutis, motus cœli cessabit: sicut motus cu iuslibet instrumenti cessat, postquàm fuerit opus perfectũ. Cessãte autem motu cœli, cessabit per consequens motus in inferioribus corporibus: nisi solùm motus qui erit ab anima in hominibus. Et sic totum vniuersum corporeum habebit aliam dispositionem & formam: secundum illud 1. Corinth. 7. Præterit figura huius mundi.

De præmio hominis secundum eius opera, vel miseria.

CAP. CLXXII.

COnsiderandum est autem, quòd si est determinata via perue niendi ad aliquem finem, illum finem consequi non possunt qui per contrariam viam incedunt: aut à via recta deficiunt. Non enim sanatur æger, si contrarijs vtatur, quæ medicus prohibet: nisi fortè per accidens. Est autem determinata via perueniendi ad fœ licitatem per virtutem, scilicet, Non enim consequitur aliquid finẽ suum, nisi quod sibi proprium est bene operando. Neq; enim plan ta fructum faceret, si naturalis operationis modus non seruaretur in ipsa: neque cursor perueniret ad brauium, aut miles ad palmam, nisi vterque secundum proprium officium operaretur. Rectè autẽ operari hominem propriam operationem, est operari ipsum secun dum virtutem. Nam virtus vniuscuiúsque rei est quæ bonum facit habentem & opus eius bonum reddit, vt dicitur secundo Ethico rum. Cùm igitur vltimus finis hominis sit vita æterna, de qua dictũ est, non omnes ad eam perueniunt: sed soli qui secundum virtutem operantur. Præterea est ostensum suprà, sub diuina prouidentia cõ tineri non solùm naturalia: sed etiam res humanas: non in vniuer sali tantùm: sed etiam in singulari. Ad eum autem qui singularium hominum curam habet, pertinet præmia virtuti reddere, & pœnas peccato: quia pœna est medicina culpæ: & ordinatiua ipsius, vt su prà habitum est. Virtutis autem præmium fœlicitas est quæ ex bo nitate diuina homini datur. Pertinet ergo ad Deum his qui contra virtutem agunt, non fœlicitatem: sed contrarium in pœnam red dere, scilicet extremam miseriam.

Quòd præmium hominis est post hanc vitam, & similiter miseria.

CAP. CLXXIII.

COnsiderare autem oportet, quòd contrariorum contrarij sunt effectus. Oppositioni autem secundum virtutem, contraria est operatio secundum malitiam. Oportet igitur quòd miseria ad quã per operationem malitiæ peruenitur, cõtraria sit fœlicitati, quam meretur operatio virtutis. Contraria autem sunt vnius generis. Cũ igitur fœlicitas vltima ad quam peruenitur per operationem virtu tis, non sit aliquod bonum huius vitæ sed post hanc vitam, vt ex su prà dictis patet, consequens est vt vltima miseria ad quam malitia perducit, sit aliquod malum post hanc vitam. Præterea omnia bo na vel mala huius vitę inueniuntur ad aliquid ordinari. Bona enim exteriora & etiam bona corporalia organicè deseruiunt ad virtu tem: quæ est directè via perueniendi ad beatitudinem, apud eos qui prædictis rebus bene vtuntur, sicut & apud eos qui malè eis vtun tur, sunt instrumenta malitiæ per quam ad miseriam peruenitur. Et similiter mala his opposita, vtputa infirmitas, paupertas: & huiusmodi, quibusdam sunt ad profectum virtutis: alijs autem ad malitię augmentum: secũdum quod eis diuersimodè vtuntur. Quod autem ordinatur ad aliud, non est vltimus finis: quia neque vltimum præ mium: neque pœna. Non igitur vltima fœlicitas neque vltima mi seria: in bonis vel malis huius vitæ consistit.

In quo est miseria hominis, quantùm ad pœnam damni.

CAP. CLXXIIII.

QVia igitur miseria ad quam ducit malitia, contrariatur fœli citati ad quam ducit virtus, oportet ea quæ ad miseriam per tinent, sumere per oppositum eorum quæ de fœlicitate sunt dicta. Dictum est autem superiùs, quòd vltima hominis fœlicitas quan tùm ad intellectum quidem, consistit in plena Dei visione: quan tùm ad affectum verò, in hoc quòd voluntas hominis in prima bo nitate sit immobiliter firmata. Erit igitur extrema miseria homi nis in hoc, quòd intellectus totaliter diuino lumine priuetur, & affe ctus à Dei bonitate obstinatè auertatur. Et hæc est præcipua mise ria damnatorum: quæ vocatur pœna damni. Considerandum ta men est, quòd ex supradictis patet: malum non potest totaliter ex cludere bonum: cùm omne malum in aliquo bono fundetur. Mise ria igitur quamuis fœlicitati quæ ab omni malo erit immunis op ponatur, oportet: tamen quòd in bono naturæ fundetur. Bonum au tem intellectualis naturæ in hoc consistit: quod intellectus respi ciat verum: & voluntas tendat in bonum. Omne autem verum: & omne bonũ deriuatẽ à primo & summo bono: quod Deus est. Vnde oportet, quòd intellectus hominis in illa extrema miseria constitu ti, aliquam Dei cognitionem habeat: & aliquam Dei dilectionem: secundum, scilicet quod est principium naturalium perfectionum, quæ est naturalis dilectio: non autem secundum quod in seipso est: neque secundum quod est principium virtutum, seu etiam gratia rum & quorumcúnque bonorum: quibus intellectualis natura ab ipso perficitur, quæ est perfectio virtutis & gloriæ. Nec tamen ho mines in tali miseria constituti, libero arbitrio carent: quamuis ha beant voluntatem immobiliter firmatam in malo: sicut nec beati, licèt habeant voluntatem firmatam in bono. Libertas enim arbi trij proprie ad electionem se extẽdit. Electio autem est eorum quę sunt ad finem. Vltimus autem finis naturaliter apperitur ab vno quóque. Vnde omnes homines ex hoc quòd sunt intellectuales, ap petunt naturaliter fœlicitatem tanquàm vltimum finem: & adeò immobiliter, quòd nullus potest velle fieri miser. Nec hoc libertati repugnat arbitrij: quod nõ se extendit nisi ad ea quæ sunt ad finem. Quòd autem in hoc particulari hic homo vltimam suam fœlicita tem, ille autem in illo ponat, non conuenit huic aut illi, inquantùm est homo: cùm in tali æstimatione & appetitu homines differant: sed vnicuique hoc competit secũdum quod est in se aliqualis. Dico autem aliqualem secundum aliquam passionem vel habitum. Vnde si transmutetur, aliud ei optimum videbitur. Et hoc maximè patet in his qui ex passione appetunt aliquid, vt optimum: cessante au tem passione, vt irę: vel concupiscentiæ non similiter iudicant illud bonum vt prius. Habitus autẽ permanentiores sunt. Vnde firmiùs perseuerant in his quæ ex habitu prosequuntur: tamen quandiu habitus mutari potest, etiam appetitus & æstimatio hominis de vl timo fine mutatur. Hoc autem conuenit tantùm hominibus in hac vita, in qua sunt in statu mutabilitatis. Anima enim post hanc vitã intransmutabilis est secundum alterationem: quia huiusmodi trans mutatio non competit ei nisi per accidens secundum aliquã trans mutationem factam circa corpus. Resumpto verò corpore non se quetur ipsa mutatio corporis: sed potiùs econuersò. Nunc enim ani ma infunditur corpori seminato: & ideò conuenienter transmuta tiones corporis sequitur. Tunc verò corpus vnietur animæ præexi stenti: Vnde totaliter sequetur eius conditiones. Anima igitur quæ cúnque finem sibi vltimum præstituisse inuenitur in statu mortis, in eo fine perpetuò permanebit: appetens illud vt optimum, siue sit bonum siue sit malum: secundum illud Ecclesiastes xj. Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocúnque loco ceciderit ibi erit. Sic igitur post hanc vitam qui boni in morte inueniuntur, habebunt perpetuò voluntatem firmatam in bono: qui autem mali tunc inuenientur, erunt perpetuò obstinati in malo.

Quòd peccata mortalia non dimittuntur post hanc vitam: sed bene venialia.

CAP. CLXXV.

EX hoc autem considerari potest, quòd peccata mortalia post hanc vitam non dimittuntur. Venialia verò dimittuntur. Nam peccata mortalia sunt per auersionem à fine vltimo, circa quem ho mo immobiliter firmatur post mortem, vt dictum est: peccata verò venialia non respiciunt vltimum finem: sed viam ad finem vltimũ. Sed si voluntas malorum post mortem obstinatè firmatur in malo, semper appetent vt optimum, quod prius apperierunt. Non ergo dolebunt se peccasse. Nullus enim dolet se prosequutum esse, quod æstimat esse optimum. Sed sciẽdum est q damnati ad vltimam mi seriam, ea quæ appetierant vt optima habere post mortem non po terunt. Nõ enim ibi dabitur luxuriosis facultas luxuriandi: aut ira tis, aut inuidis facultas offendendi & impediendi alios: & idem est de singulis vitijs. Cognoscent autem eos qui secũdum virtutem vi xerunt se obtinere quod appetierãt vt optimum. Dolent ergo mali quia peccata commisserunt: non propter hoc quia peccata eis di spliceant: quia etiam tunc mallent peccata illa committere, si facul tas daretur, quàm Deum habere, sed propter hoc quòd illud quod elegerunt, habere non possunt: & illud quod respuerunt, possent ha bere. Sic igitur & voluntas eorum perpetuò manebit obstinata in malo: & tamen grauissimè dolebunt de culpa commissa: & de glo ria amissa. Et hic dolor vocatur remorsus conscientiæ: quia meta phoricè in scripturis vermis nominatur, secundum illud Esaiæ vlti mo. Vermis eorum non morietur.

Quòd corpora damnatorum erunt passibilia, & tamen integra & sine dotibus.

CAP. CLXXVI.

SIcut autem in sanctis beatitudo animæ quodammodò ad cor pora deriuatur: vt suprà dictum est, ita etiam miseria animæ de

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutabitur ad corpora damnatorum, hoc tamen obseruato, quòd sicut miseria bonum naturæ non excludit ab anima, ita nec etiam à corpore. Erunt igitur corpora damnatorum integra in sui natura, non tamen illas conditiones habebunt, quæ pertinent ad gloriam beatorum. Non enim erunt subtilia & impassibilia, sed magis in sua grossitie, & passibilitate remanebunt & augebuntur in eis, non erunt agilia, sed vix ab anima portabilia, non erunt clara, sed obscura: vt obscuritas animæ in corporibus demonstretur, secundum illud Isa. 13. Facies combustæ vultus eorum.

Quòd corpora damnatorum, licèt passibilia erunt tamen incorruptibilia.

CAP. CLXXVII.

SCiendum tamen est, quòd licet damnatorum corpora passibilia sint futura, non tamen corrumpentur, quamuis hoc esse videatur contra rationem eorum quæ nunc experimur. Nam passio magis facta abijcit à substantia. Erit tamē tunc duplex ratio, quare passio in perpetuum continuata passibilia corpora non corrumpet. Prima quidem quia cessante motu cœli vt suprà dictum est, necesse est omnem mutationem naturæ cessare. Non igitur aliquid alterari poterit alteratione naturæ, sed solùm alteratione animæ. Dico autem alterationem naturæ sicut cùm aliquid ex calido fit frigidum vel qualitercunque variatur secundum naturale esse qualitatum. Alterationem autem animæ dico sicut cùm aliquid recipit qualitatem non secundum esse naturale qualitatis, sed secundum esse ipsius spirituale, sicut pupilla non recipit formam coloris vt sit colorata, sed vt colorem sentiat. Sic igitur & corpora damnatorum patientur ab igne vel à quocunque alio corporeo, nō vt alterentur ad speciem vel qualitatem ignis, sed vt sentiant excellentias qualitatum eius. Et hoc erit afflictiuum inquantùm hutiusmodi excellentiæ contrariantur harmoniæ in qua consistit & delectantur sensus. Non tamen erit corruptiuum, quia spiritualis receptio formarum naturam corporis non transmutat, nisi fortè per accidens. Secunda ratio erit ex parte animæ ad cuius perpetuitatem corpus trahetur diuina virtute. Vnde anima damnati, inquantùm est forma & natura talis corporis, dabit ei esse perpetuum, non tamen dabit ei vt pati non possit propter suam imperfectionem. Sic igitur semper patiuntur illa corpora, non tamen corrumpuntur.

Quòd pœna damnatorum est in malis ante resurrectionem.

CAP. CLXXVIII.

SIc igitur secùdum prædicta patet, quòd tam fœlicitas quàm miseria principaliter consistit in anima. Secundariò autem & per quandam deriuationem in corpore. Non igitur fœlicitas vel miseria animæ dependet ex fœlicitate vel miseria corporis, sed magis econuersò. Cùm igitur post mortem animæ remaneant ante resumptionem corporum quædam quidem cum merito beatitudinis, quædam autem cum merito miseriæ, manifestum est, quòd etiam ante resurrectionem animæ quorūdam prædicta fœlicitate potiuntur: secundum illud Apost. 2. Corinr. 5. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, sed æternam in cœlis. Et infrà. Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore & præsentes esse ad dominum. Quorundam verò animæ in miseria viuent secundum illud Luc. 16. Mortuus est diues & sepultus in infernum.

Quòd pœna damnatorum est in malis tam spiritualibus, quàm corporalibus.

CAP. CLXXIX.

COnsiderandum tamen est, quòd sanctarum animarum fœlicitas in solis bonis spiritualibus erit pœna verò animarum dānatarum ante resurrectionem, non solùm erit in malis spiritualibus: vt aliqui putauerunt, sed etiam pœnas corporeas sustinebunt. Cuius diuersitatis ratio est: quia animæ sanctorum dum in hoc mundo fuerunt corporibus vnitæ suum ordinem seruauerunt, se rebus corporalibus non subijciendo, sed soli Deo in cuius fruitione tota eorum fœlicitas consistit, non autem in aliquibus corporalibus bonis, malorum autem animæ naturæ ordine non seruato, se per affectum rebus corporalibus subdiderunt diuina & spiritualia contemnentes. Vnde consequens est: vt puniantur non solùm ex priuatione spiritualium bonorum, sed etiam per hoc quòd rebus corporalibus subdantur. Et ideò si qua in scripturis sacris inueniantur, quæ sanctis animabus corporalium bonorum retributionem promittant, mysticè sunt exponenda. Secundum quod in prædictis scripturis spiritualia sub corporalium similitudine designari solent. Quæ verò animabus damnatorum prænuntiant pœnas corporeas: vtpotè quòd ab igne inferni cruciabuntur, sunt secundum literam intelligenda.

Vtrum anima possit pati ab igne corporeo.

CAP. CLXXX.

NE autem alicui absurdum videatur, animam à corpore separatam ab igne corporeo pati, considerandum est non esse contra naturam spiritualis substantię alligari corpori. Hoc enim & per naturam sit sicut patet in vnione animæ ad corpus, & per magicas artes, per quas aliqs spiritus imaginibus, aut annulis, aut aliquibus huiusmodi alligatur. Hoc igitur ex diuina virtute fieri potest: vt aliquæ spirituales substantiæ quamuis secundum suam naturam sint super omnia corporalia eleuatæ aliquibus corporibus alligentur: vtputà igni infernali, non ita quòd ipsum vnificent, sed eo quodāmodò astringantur. Et hoc ipsum consideratum à spirituali substantia, quòd scilicet creaturæ infimæ quodammodò subditur ei, est afflictiuum. Inquantùm igitur huiusmodi consideratio est spiritualis substantię afflictiua, verificatur quod dicitur, quòd anima eoipso quòd se aspicit cremari crematur, & iterum, quòd ille ignis spiritualis sit. Nam immediatum affligens est ignis apprehensus vt alligās. Inquantùm verò ignis cui alligatur corporeus est, sic verificatur, quod dicitur à Gregorio, quòd anima non solùm videdo, sed etiam experiendo ignem patitur. Et quia ignis ille non ex sua natura, sed ex virtute diuina habet, quòd spiritualem substantiam alligare possit, conuenienter dicitur à quibusdam, quòd ignis ille agit in animam: vt instrumentum diuinæ iustitiæ vindicantis, non quidem ita quòd agat in spiritualem substantiam sicut agit in corpora calefaciendo desiccando dissoluendo, sed alligando vt dictum est. Et quia proximum afflictiuum & spiritualis substantiæ est apprehensio ignis alligantis in pœnam, manifestè perpendi potest, quòd afflictio non cessat etiam si ad horam dispensatiuè contingat spiritualem substantiam igne non ligari, sicut aliquis qui esset ad perpetua vincula damnatus, ex hoc continuam afflictionem nō minus sentiret etiam si ad horam à vinculis solueretur.

Quòd post hanc vitam sunt quædam purgatoriæ pœnæ non æternæ ad implendas pœnitentias de mortalibus non impletas in vita.

CAP. CLXXXI.

LIcèt autem aliquæ animæ statim cum à corporibus absoluuntur, beatitudinem æternam consequantur: vt dictum est, aliquæ tamen ab hac consequutione retardantur ad tempus. Contingit enim quandoquè aliquos pro peccatis commissis de quibus tamen finaliter pœnitent pœnitentiam non impleuisse in hac vita. Et quia ordo diuinæ iustitiæ habet, vt pro culpis pœnæ reddantur, oportet dicere, quòd post hanc vitam animæ pœnam exsoluant, quam in hoc mundo non exoluerunt. Non autem ita quòd ad vltimam miseriam damnatorum deueniant, cùm per pœnitentiam ad statum charitatis sint reductæ per quam Deo sicut vltimo fini adhæserunt, per quod vitam æternam meruerunt. Vnde relinquitur, post hāc vitam esse quasdam purgatorias pœnas, quibus pœnitentiæ implentur non impletæ.

Quòd sunt aliquæ pœnæ purgatoriæ etiam venialium.

CAP. CLXXXII.

SImiliter etiam contingit aliquos ex hac vita decedere, sine peccato mortali, sed tamen cum peccato veniali, per quod ab vltimo fine non auertuntur, licèt circa ea quæ sunt ad finem, indebitè inhærendo peccauerint. Quæ quidem peccata, in quibusdam viris perfectis ex feruore charitatis purgantur. In alijs autem oportet per aliquam pœnam huiusmodi peccata purgari: quia ad vitam æternam consequendam non perducitur, nisi qui ab omni peccato & defectu fuerit immunis. Oportet igitur ponere purgatorias pœnas post hanc vitam. Habent autem istæ pœnæ, quòd sint purgatoriæ ex conditione eorum qui eas patiuntur, in quibus est charitas, per quam voluntatem suam diuinæ voluntati conformatur, ex cuius charitatis virtute pœnæ quas patiuntur eis ad purgationē prosunt. Vnde in ijs qui sine charitate sunt, sicut in damnatis pœnæ non purgant, sed semper imperfectio peccati remanet. Et ideò semper pœna durat.

Vtrum æternam pœnam pati repugnet iustitiæ diuinæ, cùm culpa fuerit temporalis.

CAP. CLXXXIII.

NOn autem est contra rationem diuinæ iustitiæ: vt aliquis pœnam perpetuam patiatur: quia nec secundum leges humanas hoc exigitur: vt pœna cōmēsuretur culpę in tēpore. Nā pro peccato adulterij vel homicidij, qđ in tēpore breui cōmittitur, lex humana infert quādoq; perpetuū exiliū aut etiā mortē, per quę aliqs in perpetuum à

petuum à societate ciuitatis excluditur. Et quòd exilium nō in perpetuum duret, hoc per accidens contingit: quia vita hominis non est perpetua. Sed intentio iudicis ad hoc esse videtur, vt eum sicut potest perpetuò puniat. Vnde etiam non est iniustum si pro momentaneo peccato & temporali Deus æternam pœnam infert. Similiter etiam considerandum est, quòd peccatori pœna æterna infertur quem de peccato non pœnitet, & sic in ipso vsq; ad mortem perdurat. Et quia in suo æterno peccat, rationaliter à Deo in æternum punitur. Habet etiam & quodlibet peccatum contra Deum commissum quandam infinitatem ex parte Dei contra quem committitur. Manifestum est enim, quòd quanta maior persona est contra quam peccatur, tantò peccatum est grauius. Sicut qui dat alapā militi grauius reputatur quàm si daret rustico: & adhuc multo grauius si principi vel regi. Et sic cùm Deus sit infinitè magnus, offensa contra ipsum commissa est quodammodò infinita. Vnde & aliqualiter pœna infinita ei debetur. Non autem potest esse pœna infinita intensiuè: quia nihil creatum sic infinitum esse potest. Vnde relinquitur, quòd peccato mortali debetur pœna infinita duratione. Item ei qui corrigi potest pœna temporalis infertur ad eius correctionem vel purgationem. Si igitur aliquis à peccato corrigi non potest, sed voluntas eius obstinatè firmata est in peccato sicut suprà de damnatis dictum est: eius pœna terminari non debet.

Quòd prædicta conueniant etiam alijs spiritualibus substantijs, sicut animalibus.

CAP. CLXXXIIII.

QVia verò homo in natura intellectuali cum angelis conuenit, in quibus etiam potest esse peccatum sicut & in hominibus vt suprà dictum est, quæcūq; dicta sunt de pœna vel gloria animarum intelligenda etiam sunt de gloria bonorum. & pœna malorū angelorum: hoc tamen solùm inter homines & angelos differt, quòd confirmationem voluntatis in bono: & obstinationem in malo animæ quidem humanæ habent cum à corpore separantur sicut suprà dictum est: angeli verò quando primò cum voluntate deliberata sibi finem præstituerunt vel Deum vel aliquid creatum: & ex tunc beati vel miseri facti sunt. In animabus enim humanis mutabilitas esse potest non solùm ex libertate voluntatis, sed etiam ex mutabilitate corporis. In angelis verò ex sola libertate arbitrij. Et ideò angeli ex prima electione immutabilitatem consequuntur: animæ verò non nisi cùm fuerint à corporibus exutæ: Ad ostendendum igitur remunerationem bonorum, in Symbolo fidei dicitur. Vitam æternam. Quæ quidem non est intelligenda æterna solùm propter durationem: sed magis propter æternitatis fruitionem. Sed quia circa hoc etiam alia multa credenda occurrunt, quæ dicta sunt de pœnis damnatorum & de finali statu mundi vt omnia hæc comprehenderentur, in Simbolo patrum positum est. Vitam futuri sæculi. Futurum enim sæculum omnia huiusmodi comprehendit.

Secundus tractatus de fide: ad humanitatem Christi.

CAP. CLXXXV.

QVia verò sicut in principio dictū est Christiana fides circa duo præcipuè versatur, scilicet circa diuinitatem trinitatis: & circa humanitatem Christi: præmissis his quæ ad diuinitatem pertinent: & effectus eius, considerandum restat de his quæ pertinent ad humanitatē Christi. Et quia vt dicit Apostolus. 1. ad Thimo. 1. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: præmittendum videtur quomodò humanum genus in peccatum incidit: vt sic euidentius agnoscatur, quomodò per Christi humanitatē homines à peccatis liberantur:

De præceptis datis primo homini & eius perfectione in primo statu.

CAP. CLXXXVI.

SIcut suprà dictum est homo in sui conditione taliter institutus fuit à Deo: vt corpus omninò esset animæ subiectum. Rursūmq; inter partes animæ inferiores vires rationi absque repugnantia subijcerentur: & ipsa ratio hominis esset Deo subiecta. Ex hoc autem, quòd corpus erat animæ subiectum contingebat, quòd nulla passio in corpore posset accidere quæ dominio animæ super corpus repugnaret. Vnde nec mori nec infirmitas in homine locum habebat. Ex subiectione verò inferiorum virium ad rationem, erat in homine omnimoda mentis tranquilitas: quia ratio humana nullis inordinatis passionibus turbabatur. Ex hoc verò, quòd voluntas hominis erat Deo subiecta: homo referebat omnia in Deum sicut in vltimum finem: in quo eius iustitia & innocentia consistebat. Horum autem trium vltimum erat causa aliorum. Non enim hoc erat ex natura corporis si eius componentia considerentur, quòd in eo dissolutio siue quæcunque passio vitæ repugnans locum non haberet, cùm esset ex contrarijs elementis compositum. Similiter etiam nō erat ex natura animæ, quòd vires etiam sensibiles absque repugnantia rationi subijcerentur: cùm vires sensibiles naturaliter moueantur in ea quę sunt delectabilia secundum sensum: quæ multotiens recte rationi repugnant. Erat igitur hoc ex virtute superiori, scilicet Dei: qui sicut animam rationabilem corpori coniunxit, omnem proportionem corporis & corporearum virtutum cuius sunt vires sensibiles transcendente, ita dedit animæ rationali virtutem, vt supra conditionem corporis ipsum continere posset & vires sensibiles secundum quod rationali animæ competebat. Vt igitur ratio inferiora sub se firmiter contineret, oportebat, quòd ipsa firmiter sub Deo contineretur à quo virtutem prædictam habebat supra conditionem naturæ. Fuit ergo homo sic institutus, vt nisi ratio eius subduceretur à Deo, neq; corpus eius subduci poterat à vita animæ, neque vires sensibiles à rectitudine rationis. Vnde quædam immortalis vita & impassibilis erat: quia scilicet nec mori nec pati poterat si non peccaret. Peccare verò poterat voluntate eius nondum confirmata per adeptionem vltimi finis. Et sub hoc euentu poterat mori & pati. Et in hoc differt impassibilitas & immortabilitas, quam primus homo habuit: ab ea quam in resurrectione sancti habebunt: qui nunquàm poterunt nec pati nec mori voluntate eorum omnino confirmata in Deum: sicut suprà dictum est. Differebat etiam quo ad aliud: quia post resurrectionem homines nec cibis nec venereis vtentur: primus autem homo sic conditus fuit, vt necesse haberet vitam cibis sustentare: & ei incumberet generationi operam dare: vt genus humanū multiplicaretur ex vno. Vnde duo præcepta accepit in sui conditione. Ad primum pertinet, quod ei dictum est. De omni ligno quod est in paradiso comede. Ad secundum quod ei dictum est: crescite & multiplicamini & replete terram.

Quòd ille perfectus status nominabatur originalis iustitia: & de loco in quo homo positus est.

CAP. CLXXXVII.

HIc autem hominis tam ordinatus status originalis iusticia nominatur: nec quam & ipse suo superiori subditus erat, & ei omnia inferiora subijciebantur secundum quod de eo dictum est: vt præsit piscibus maris & volatilibus cœli. Et inter partes etiam eius inferior absque repugnantia superiori subdebatur. Qui quidem status primo homini fuit concessus: non vt cuidam personæ singulari, sed vt primo humanæ naturæ principio: ita quòd per ipsum simul cum natura humana traduceretur in posteros. Et quia vnicuique debetur locus secundum conuenientiam suæ conditionis, homo sic ordinatè institutus positus est in loco temperatissimo. & deliciosō: vt nō solùm interiorum molestiarum: sed etiam aliorum exteriorum omnis ei vexatio tolleretur.

De ligno scientiæ boni & mali & primo hominis præcepto.

CAP. CLXXXVIII.

QVia verò prædictus status hominis ex hoc dependebat, quòd humana voluntas Deo subijceretur: vt homo statim à principio assuefieret ad Dei voluntatem sequendam, proposuit Deus homini quædam præcepta, vt scilicet ex omnibus alijs lignis paradisi vesceretur prohibens sub mortis comminatione ne de ligno scientiæ boni & mali vesceretur. Cuius quidem ligni eius non ideò prohibitus est, quia secundum se malus esset: sed vt homo salutem in hoc modico aliquid obseruaret: ea sola ratione: quia esset à Deo præceptum. Vnde prædicti ligni esus factus est malus: quia prohibitus. Dicebatur autem lignum illud scientiæ boni & mali: non quia haberet virtutem scientiæ causatiuam: sed propter euentum sequentem: quia scilicet homo per eius esum experimēto didicit quid interesset inter obedientiæ bonum & inobedientiæ malum.

De seductione diaboli ad Enam.

CAP. CLXXXIX.

DIabolus igitur qui iam peccauerat videns hominem taliter institutum, vt ad perpetuam fœlicitatem peruenire posset à qua ipse deciderat: & nihilominus posset peccare, conatus est à rectitudine iustitiæ abducere: aggrediens hominem ex parte debiliori tentans fœminam in qua minus vigebat sapientiæ donum. Et vt in transgressionem præcepti facilius inclinaret, excluſit mendaciter metum mortis: & illa promisit quæ homo naturaliter appetit, scilices vitationem ignorantiæ dicens. Aperientur oculi vestri. Et excellentiam dignitatis dicens. Eritis sicut dij. Et perfectionem scientiæ: cùm dixit. Scientes bonum & malum. Homo enim ex parte intellectus naturaliter fugit ignorantiam & scientiam appetit. Ex parte verò voluntatis quæ naturaliter libera est, appetit celsitudinem & perfectionem vt nulli, vel quanto paucioribus potest, subdatur.

Quid fuit inductiuum mulieris.

CAP. CXC.

MVlier igitur repromissam celsitudinem simul & perfectionem scientiæ concupiuit. Accessit etiam ad hoc pulchritudo & suauitas fructus alliciens ad edendum. Et sic metu mortis con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempto præceptum Dei transgressum est de vetito ligno edendo. Et sic eius peccatum multiplex inuenitur. Primò quidem superbiæ: qua inordinatè excellentiã appetijt. Secũdò, curiositatis: qua scientiam vltra terminos sibi præfixos concupiuit. Tertiò, gulę: qua suauitate cibi permota est ad edendum. Quartò falsæ æstimationis de Deo: dum credidit verbis diaboli, cõtra Deum loquentis. Quintò, inobedientiæ præceptum Dei transgrediendo.

Quomodò peruenit peccatum ad virum.

CAP. CXCI.

EX persuasione autem mulieris peccatum vsque ad virum peruenit: qui tamen vt Apostolus dicit, non est seductus vt mulier in hoc. s. q̃ crederet verbis diaboli cõtra Deum loquentis. Nõ enim in eius mente cadere poterat, Deum mendaciter aliquid cõminatum esse: neq; inutiliter à re vtili prohibuisse: Allectus tamen fuit promissione diaboli: excellentiam & scientiã indebitè appetendo. Ex quibus, cũ voluntas eius à rectitudine iustitiæ discessisset, vxori suæ morem gerere volens, in transgressione diuini præcepti eam sequutus est: edendo de fructu ligni vetiti

De effectu sequẽte culpam, quãtùm ad rebellionem inferiorũ rationi.

CAP. CXCII.

QVia igitur dicti status tam ordinata integritas tota causabatur ex subiectione humanæ voluntatis ad Deum, cõsequens fuit vt subducta humana voluntate à subiectione diuina, deperiret illa perfecta subiectio inferiorum virium ad rationẽ: & corporis ad animam. Vnde consequutũ est, vt homo sentiret in inferiori appetitu sensibili: concupiscentiæ: & iræ: & cæterarum passionum inordinatos motus: nõ secundum ordinem rationis, sed magis ei repugnantes: & eam plerũque, obnubilantes: & quasi perturbantes. Et hæc est repugnantia carnis ad spiritum: de qua scriptura loquitur. Nam quia appetitus sensitiuus sicut & cęteræ sensitiuę vires per instrumentum corporeum operatur: ratio autẽ absque aliquo organo corporali: conuenienter quod ad appetitum sensitiuum pertinet, carni imputatur: quod verò ad rationem, spiritui: secundum quod spirituales substantiæ, dici solent, quæ sunt à corporibus separatæ.

Quomodò fuit pœna illata quantùm ad necessitatem moriendi.

CAP. CXCIII.

COnsequutum est etiam, vt in corpore sentiretur corruptionis defectus: ac per hoc homo incurreret necessitatem moriendi. quasi anima iam non valente corpus in perpetuum continere: vitam ei præbendo. Vnde homo factus est passibilis & mortalis: non solùm quasi potens pati & mori vt antea: sed quasi necessitatem habens ad patiendum & moriendum.

De alijs defectibus qui consequuntur in intellectu, & voluntate.

CAP. CXCIIII.

COnsequuti sunt in homine per consequens multi alij defectus. Abundantibus enim in appetitu inferiori inordinatis motibus passionum, simul etiam & in ratione deficiente lumine sapientiæ, quo diuinitus illustrabatur, voluntas dum erat Deo subiecta, per cõsequens affectum suum rebus sensibilibus subdidit, in quibus oberrans à Deo, multipliciter peccauit: & vlteriùs immundis spiritibus se subdidit per quos credidit in huiusmodi rebus agendis acquiredis sibi auxilium præstari. Et sic in humano genere idolatria, & diuersa peccatorum genera processerunt: & quò magis in his homo corruptus fuit, eo ampliùs à cognitione &, desiderio bonorum spiritualium & diuinorum recessit.

Quomodo isti defectus deriuati sunt ad posteros.

CAP. CXCV.

ET quia prædictum originalis iustitiæ bonum sic humano generi in primo parente diuinitus attributum fuit, vt tamen per ipsum deriuaretur in posteros: remota autem causa remouetur effectus consequens fuit vt primo homine prædicto bono per proprium peccatum priuato, omnes posteri priuarentur. Et sic de cætero, scilicet post peccatum primi parentis omnes absque originali iustitia & cum defectibus consequentibus sunt exorti. Nec hoc est contra ordinem iustitiæ quasi Deo puniente in filijs: quod primus parens deliquit: quia ista pœna non est nisi subtractio eorum quæ supernaturaliter primo homini diuinitus sunt concessa: per ipsum in alios deriuanda. Vnde alijs non debebantur nisi quatenus per primum parentem in eos erant transitura. Sicut si Rex det feudum militi transiturum per ipsum ad hæredes: si miles contra regem peccat: vt feudum mereatur amittere, non potest postmodum ad eius hæredes deuenire. Vnde iustè priuantur posteri per culpam parentis.

Vtrum defectus originalis iustitiæ habeat rationem culpæ in posteris.

CAP. CXCVI.

SEd remanet quæstio magis vrgens: vtrum defectus originalis iustitiæ in his qui ex primo parente prodierunt, rationem culpæ possit habere. Hoc enim ad rationem culpæ pertinere videtur: sicut suprà dictum est: vt malum quod culpabile dicitur, sit in potestate eius cui imputatur in culpam. Nullus enim culpatur de eo, quod non est in eo facere. Non est autem in potestate eius qui nascitur, vt cum originali iustitia nascatur vel sine ea. Vnde videtur, quòd talis defectus rationem culpæ habere non possit. Sed hæc quæstio de facili soluitur: si distinguatur inter personam & naturam. Sicut enim in vna persona multa sunt membra, ita in vna humana natura multæ sunt personæ: vt participatione speciei multi homines intelligantur quasi vnus homo: vt Porphirius dicit. Est autem hoc aduertendum in peccato vnius hominis, quòd diuersis membris diuersa peccata exerceatur: nec requiritur ad rationem culpæ, quòd singula peccata sint voluntaria voluntate membrorum quibus exercentur: sed voluntate eius quod est in homine principale, scilicet intellectiuæ partis. Non enim potest manus non percutere, aut pes non ambulare voluntate iubente. Per hunc igitur modum defectus originalis iustitiæ est peccatum naturæ inquantùm deriuatur ex inordinata voluntate primi principij in natura humana, scilicet primi parentis. Et sic est voluntarium habito respectu ad naturam: voluntate, scilicet primi principij naturæ: & sic transit in omnes qui ab ipso naturam humanam accipiunt quasi in quædam membra ipsius. Et propter hoc dicitur originale peccatum: quia per originem à primo parente in posteros deriuatur. Vnde cùm alia peccata, scilicet actualia immediatè respiciant personam peccantem, hoc peccatum directè respicit naturam. Na primus parens suo peccato inficit naturam, & natura infecta inficit personas filiorum qui ipsam à primo parente suscipiunt.

Quòd non omnia peccata traducuntur in posteros.

CAP. CXCVII.

NEc tamen oportet, quòd omnia peccata alia, vel primi parentis, vel etiam cæterorum traducãtur in posteros: quia primum peccatum primi parentis sustulit donum totum, quod supernaturaliter erat collatum in humana natura personæ primi parentis. Et sic dicitur corrupisse: vel infecisse naturam. Vnde peccata consequentia non inueniunt aliquid huiusmodi, quod possint subtrahere à tota natura humana, sed auferunt ab homine aut diminuunt aliquod bonum particulare, scilicet personale, nec corrumpunt naturam nisi inquantùm pertinet ad hanc vel illam personam. Homo autem non generat sibi similem in persona, sed in natura. Et ideò non traducitur à parente in posteros peccatum, quod viciat personam, sed primum peccatum, quod viciauit naturam.

Quòd meritum Adæ non profuit posteris ad reparationem.

CAP. CXCVIII.

QVamuis autem peccatum primi parentis totam humanam naturam infecerit, nõ tamen potuit per eius pœnitentiam, vel quodcũque eius meritum tota natura reparari. Manifestũ est enim quòd pœnitentia Adæ vel quodcũq; aliud eius meritum fuit actus singularis personæ, actus autem alicuius individui non potest in totam naturam speciei. Causæ enim quæ possunt in totam speciem, sunt causæ æquiuocę & non vniuocę. Sol enim est causa generationis in tota specie humana, sed homo est causa generationis huius hominis. Singulare ergo meritum Adæ, vel cuiuscunquè puri hominis sufficiens esse non poterat ad totam naturam reintegrãdam. Quòd autem per actum singularem primi hominis tota natura est vitiata, per accidens est consequutum, inquantùm eo priuato innocentiæ statu, per ipsum in alios deriuari non potuit. Et quamuis per pœnitentiam redierit ad gratiam, non tamen redire potuit ad pristinam innocentiam, cui diuinitùs, prædictum originalis iustitiæ donum concessum erat. Similiter etiam manifestum est, quòd prædictus originalis iustitiæ status fuit quoddam speciale donum gratiæ, gratia autem meritis non acquiritur, sed gratis à Deo datur. Sicut igitur primus homo à principio originalem iustitiam non ex merito habuit, sed ex diuino dono, ita etiam & multò minus post peccatum eam mereri potuit pœnitendo vel quodcúnque aliud opus agendo.

De reparatione humanæ naturæ per Christum.

CAP. CXCIX.

OPortebit autem, quòd humana natura prædicto modo infecta, ex diuina prouidentia repararetur. Nõ enim poterit ad perfectam beatitudinem peruenire nisi tali infectione remota: quia beatitudo, cùm sit perfectum bonum, nullum defectum patitur, & maximè defectum peccati, quod aliquo modo virtuti opponitur, quæ est via in ipsum: vt dictum est. Et sic cùm homo propter beatitudinem factus sit: quia ipsa est vltimus eius finis, sequeretur, quòd opus Dei in tam nobili creatura frustraretur, quod repugnat conueniens Psalmista cum dicit. Nunquid enim vanè constituisti omnes filios hominum? Sic igitur oportebat humanam naturam reparari. Præterea bonitas diuina excidit potentiam creaturæ ad bonum. Patet autem ex suprà dictis, q̃ talis est hominis conditio quãdiu in hac mortali vita viuit: quòd sicut nec confirmatur in bono immobiliter: ita nec immobiliter obstinatur in malo. Pertinet igitur hoc ad conditionem humanæ naturæ: vt ab infectione peccati possit purgari. Non fuit igitur conueniens, quòd diuina bonitas hanc potentiam totaliter dimitteret vacuã: quod fuisset si ei reparationis remedium non procurasset.

Quòd per solum Deum & per incarnatum debuit natura reparari.

CAP. CC.

OStensum est autem, quòd neq; per Adam neq; per aliquẽ alium hominem purum poterat reparari: tum quia nullus singularis homo præeminebat toti naturæ: tum quia nullus purus homo potest esse gratiæ causa. Eadem ergo ratione nec per angelum potuit reparari, quia nec angelus potest esse gratiæ causa: nec etiam præmiũ hominis quantũ ad vltimã beatitudinẽ perfectã ad quã oportebat hominem reuocari: quia in ea sunt pares. Relinquitur igitur quòd per solum Deum talis reparatio fieri poterat. Sed si Deus hominem sola sua voluntate & virtute reparasset, non seruaretur diuinæ iustitiæ ordo: secundum quã exigitur satisfactio pro peccato. In Deo autẽ satisfactio nõ cadit: sicut nec meritum. Hoc enim est sub alio existentis. Sic igitur neq; Deo competebat satisfacere pro peccato totius naturæ humanæ, nec purus homo poterat, vt ostensum est. Conueniens igitur fuit Deum hominem fieri: vt sic vnus & idẽ esset qui & reparare & satisfacere posset. Et hãc causam diuinę incarnationis assignat Apostolus. 1. Thimo. 1. Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere.

De alijs causis incarnationis filij Dei.

CAP. CCI.

SVnt tamen & aliæ rationes incarnationis diuinæ. Quia enim homo à spiritualibus recesserat & totum se rebus corporalibus dederat: ex quibus in Deum per seipsum redire non poterat, diuina sapientia quæ hominem fecerat per naturam corpoream assumptam hominem incorporalibus iacentem visitauit: vt per sui corporis misteria eum ad spiritualia reuocaret. Fuit etiam necessariũ humano generi, vt Deus homo fieret ad dæmonstrandum naturæ humanæ dignitatem: vt sic homo neq. dæmonibus subderetur, neque corporalibus rebus. Simul etiam per hoc quòd Deus homo fieri voluit, manifestè ostendit immensitatem sui amoris ad homines: vt ex hoc iam homines Deo subderentur: non propter metũ mortis quã primus homo contempsit: sed per charitatis affectum. Datur etiam per hoc homini quoddam exemplum illius beatæ vnionis: qua intellectus creatus increato spiritui intelligendo vnitur. Non enim restat incredibile qui intellectus creaturæ Deo vniri possit eius essentiam videndo: ex quo Deus homini vnitus est naturã eius assumendo. Perficitur etiam per hoc quodãmodò totius operis diuini vniuersitas: dum homo qui est vltimo creatus: circulo quodam in suum reddit principium: ipsi rerum principio per opus incarnationis vnitus.

De errore Fotini circa incarnationem filij Dei.

CAP. CCII.

HOc autem diuinæ incarnationis misterium Fotinus quantùm in se est euacuauit: nam, Ebionem & Cherintum & Paulũ Semositanum sequens: dominum Iesum Christum fuisse purum hominem asseruit: nec ante Mariam virginem extitisse. Sed quòd per beatæ vitæ meritum: & patientiam mortis gloriam diuinitatis promeruit: vt sic Deus diceretur, non per naturam sed per adoptionis gratiam. Sic igitur non esset facta vnio Dei & hominis: sed homo esset per gratiam deificatus: quod non singulare est Christo: sed cõmune omnibus sanctis: quãuis in hac gratia aliqui excellentiores alijs habeantur. Hic autem error authoritatibus diuinæ scripturæ contradicit. Dicitur enim Ioan. 1. In principio erat verbũ: & posteà subdit. Verbum caro factum est. Verbum ergo, quòd erat in principio apud Deum, carnem assumpsit: non autem homo qui ante non fuerat per gratiam adoptionis deificatus. Itẽ dominus dicit Ioan. 6. Descendi de cœlo non vt faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Secundum autem Fotini errorem non conueniret Christo descendisse, sed solùm ascendisse: cùm tamen Apostolus dicat Ephe. 4. quòd autem ascendit quid est nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Ex quo manifestè datur intelligi quòd in Christo non haberet locum ascensio nisi descensio præcessisset.

Error Nestorij circa incarnationem & eius improbatio.

CAP. CCIII.

HOc igitur volens declinare Nestorius partim quidem à Fotini errore discessit quia posuit Christum filium Dei non solùm per adoptionis gratiam: sed per naturam diuinam in qua patri existit coæternus: partim verò cum Fotino concordat: dicens filium Dei nõ sic esse vnitum homini, vt vna persona fieret Dei & hominis: sed per solã inhabitationẽ in ipso. Et sic homo ille sicut secundum Fotinum per solam gratiam Deus dicitur: sic & secundum Nestorium Dei filius dicitur, non quia ipse verè sit Deus: sed propter filij Dei inhabitationem in ipso quæ est per gratiam. Hic autem error auctoritati sacræ scripturæ repugnat. Hanc enim vnionem Dei & hominis Apostolus exinanitionẽ nominat dicens Philipens. 2. de filio Dei: qui cùm in forma Dei esset non rapinam arbitratus esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Non est autem exinanitio Dei quòd creaturam rationalem inhabitat per gratiam. Alioquin & pater & spiritussanctus exinanirentur: quia & ipsi creaturam rationalem per gratiam inhabitant: dicente domino de se & de patre Ioan. 14. Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. Et Apostolus de spiritu sancto. 1. Corinth. 3. spiritus Dei habitat in vobis. Item non conueniret homini illi voces diuinitatis emittere, si personaliter Deus non esset. Præsumptuosissimè ergo diuisset. Ego & pater vnum sumus: & antequã Abraham fieret, ego sum. Ego enim personam lõquentis demonstrat: homo autem erat qui loquebatur. Est igitur persona eadem Dei & hominis. Ad hos ergo errores excludẽdos, in Symbolo tam Apostolorum quàm patrum facta mentione de persona filij subditur. Qui conceptus est de spiritusancto: natus: passus: mortuus: & resurrexit. Non enim ea quæ sunt hominis de filio Dei prædicarentur nisi eadem esset persona filij Dei & hominis: quia quæ vni personæ conueniunt, non ex hoc ipso de altera prædicantur. Sicut quæ conueniunt Paulo, non ex hoc ipso prædicantur de Petro:

De errore Arrij, circa incarnationem & improbatio eius.

CAP. CCIIII.

VT ergo vnitatem Dei & hominis confiterentur quidam heretici in partem contrariam diuerterunt dicentes Dei & hominis esse vnam non solùm personam sed etiam naturam. Cuius quidem erroris principium fuit ab Arrio: qui vt ea quæ in scripturis dicuntur de Christo, quibus ostenditur minor patre non nisi ad ipsum Dei filium possent referri secundum assumentem naturam, posuit in Christo non alium animam esse quàm Dei verbum: quod dixit corpori Christi fuisse pro anima. Et sic cùm dicit. Pater maior me est, vel cùm orasse legitur: aut tristatus, ad ipsum naturam filij Dei sit referendum. Hoc autem posito, sequitur quòd vnio filij Dei ad hominem facta, sit non solùm in persona sed in natura. Manifestum est enim, quòd ex anima & corpore constituitur vnitas humanæ naturæ. Et huius quidem positionis falsitas quantùm ad id, quòd filium minorem patre asserit suprà est declarata: cùm ostendimus filium patri æqualem. Quantùm verò ad id quòd dicit verbum Dei in Christo fuisse pro anima, huius erroris ex præmissis falsitas ostendi potest. Ostensum est enim suprà, animam corpori vniri vt formam: Deum autem impossibile est formam corporis esse: sicut suprà ostensum est. Et ne forte Arrius hoc diceret de summo Deo patre intelligendum: idem & de angelis ostendi potest: quòd secundum naturam corpori non possunt vniri per modum formæ: cùm sint secundum naturam suam à corporibus separati. Multo igitur minus filius Dei per quem facti sunt angeli: vt etiam Arrius confitetur, corporis forma esse non potest. Præterea filius Dei etiam si sit creatura vt Arrius mentitur, tamen secundum ipsum in beatitudine præcedit omnes spiritus creatos. Est autem tanta angelorum beatitudo, quòd tristitiam habere non possunt. Non enim esset vera & plena fœlicitas, si aliquid eorum votis deficeret. Est enim de ratione beatitudinis: vt sit finale & perfectum bonum totaliter appetitum quietans. Multo igitur minus Dei filius tristari potest: aut timere secundum suam naturam. Legitur autem tristatus cùm dicitur. Cepit Iesus pauere & tædere & mestus esse. Et ipse etiam suam tristitiam profitetur dicens. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Manifestum est autem tristitiam non esse corporis: sed alicuius apprehensiuæ substantiæ. Oportet igitur propter verbum & corpus in Christo aliam fuisse substantiam quæ tristitiam pati posset: & hanc dicimus animam. Rursus si Christus propterea assumpsit quæ nostra sunt, vt nos à peccatis mundaret: magis autem necessarium erat nobis mundari secundum animam, à qua origo peccati processerat: & quæ est subiectum peccati: nõ igitur corpus assumpsit sine anima: sed quia principalius animam & corpus cum anima.

De errore Apolinaris circa incarnationem: & improbatio eius.

CAP. CCV.

EX quo etiã excluditur error Apolinaris: qui primò quidẽ Arriũ sequutus in Christo aliam animã esse posuit: quã Dei verbũ. Sed quia non sequebatur Arrium in hoc, q̃ filium Dei diceret creaturã: multa autẽ dicuntur de Christo quæ nec corpori attribui possunt:

Universidad de Deusto Biblioteca

ex creatori conuenire:vt tristitia: timor:& huiusmodi,coactus tamen fuit ponere quidẽ aliquam animã in Christo quæ corpus sensificaret & quæ harum passionũ posset esse subiectum : quæ tamen ratione & intellectu carebat:ipsum autem verbum homini Christo pro intellectu &ratione fuisse.Hoc autem multipliciter falsum esse ostenditur.Primò quidem,quia hoc est contra naturæ rationem:vt anima non rationalis,sit forma hominis.cùm tamen formam corporis habeat.Nihil autẽ monstruosum & innaturale in Christi incarnatione fuisse putandum est.Secundò quia fuisset contra incarnationis finẽ qui est reparatio humanæ naturæ:quæ quidem principaliùs incipit reparari quantũ ad intellectiuã partẽ quæ particeps peccati esse potest.Vnde præcipuè cõueniẽs fuit, vt intellectiuã;hominis partẽ assumeret.Dicit etiã Christus admiratus fuisse. admirari autẽ nõ est nisi animę rationalis:Deo verò omnino cõuenire nõ potest.Sicut igitur tristitia cogit in Christo ponere animã sensitiuã: sic admiratio cogit ponere in Christo partẽ animæ intellectiuam:

De errore Euticetis ponentis vnionem in natura.

CAP. CCVI.

HOs autem,quãtum ad aliquid Eutices secutus est.Posuit enim vnam naturam fuisse Dei & hominis post incarnationem: nõ tamen posuit quòd Christo deesset, vel anima : vel intellectus : vel aliquid eorũ quæ ad integritatem spectãt naturę.Sed & huius opinionis falsitas manifestè apparet. Diuina enim natura in se perfecta & incommutabilis est.Natura enim quæ in se perfecta est,cum altera non potest in vnam naturam conuenire : nisi vel ipsa conuertatur in alteram, sicut cibus in cibatum:vel alterum conuertatur in ipsum : sicut in ignem ligna : vel vtrúmque transmutetur in tertium:sicut alimenta in corpus mixtum.Hoc autem remouet diuina immutabilitas. Nõ enim immutabile est:neque quod in alterum conuertitur,neque in quod alterum conueniri potest.Cùm ergo natura diuina in se sit perfecta, nullo modo potest esse,quod simul cũ aliqua natura in vnam naturam cõueniat. Rursum si quis rerum ordinem consideret,additio maioris perfectionis variat naturę speciem. Alterius enim speciei est , quod est & viuit tantùm, vt planta , quàm quòd est tantum . Quod autem est & viuit & sentit:vt animal , est alterius speciei quàm quod est & viuit tantùm vt planta.Itẽ quod est: viuit: sentit:& intelligit , vt homo, est alterius speciei , quã quod est viuit & sentit tantũ,vt animal brutũ. Si igitur illa vna natura quæ ponitur esse Christi,supra hęc omnia habuit quod diuinũ est:consequẽs est quòd illa natura alterius fuerit speciei à natura humana.sicut natura humana à natura bruti animalis. Neque Christus igitur fuit homo eiusdẽ speciei.Quod falsum esse ostenditur ex hoc quod ab hominibus secundũ carne progenitus fuit,sicut Mathęus ostẽdit in principio euangelij sui dicẽs: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham.

Contra errorem Manichæi dicentis Christum non habuisse verum corpus,sed fantasticum.

CAP. CCVII.

SIcut autẽ Fothinus euacuauit incarnationis misteriũ , diuinam naturã à Christo auferendo, sic Manichęus auferendo humanã. Quia enim ponebat totã creaturã corporeã à Diabolo fuisse creatam:nec erat cõueniens vt boni Dei filius assumeret Diaboli creaturam posuit Christum nõ habuisse veram carnem sed fantasticam tantũ,& omnia quæ in euangelio de Christo narrantur ad humanã natura pertinẽtia,in fantasia & nõ in veritate facta fuisse asserebat. Hæc autẽ positio manifestè sacræ scripturæ contradicit:quæ Christum asserit de virgine natũ:circũcisum esurisse: comedisse:& alia pertulisse:quæ pertinẽt ad humanæ carnis naturã.Falsa igitur esset euãgeliorum scriptura hæc narrãs de Christo.Rursus ipse Christus de se dicit.In hoc natus sum & ad hoc veni in mundũ,vt testimoniũ perhibeam veritati.Non fuisset autẽ veritatis testis:sed magis falsitatis,si in se demõstrasset quod nõ erat: præsertim cùm prædixerit se passurũ quæ sine vera carne pati non potuisset.s.ꝙ traderetur in manus hominũ:quòd cõspueretur:flagellaretur:crucifigeretur. Dicere ergo Christũ verã carnem nõ habuisse nec huiusmodi in veritate,sed solũ in fantasia cũ fuisse perpessum,est Christo imponere falsitatẽ.Adhuc verã opinionẽ à cordibus hominum remouere est, hominis fallacis:Christus autẽ hanc opinionẽ à cordibus discipulorũ remouit.Cũ enim post resurrectionẽ discipulis apparuit, qui eũ spiritũ vel fantasma esse existimabãt,ad huiusmodi suspitionem de cordibus eorũ tollendã dixit.Palpate & videte,quia spiritus carnẽ & ossa nõ habet sicut me videtis habere.Et in alio loco cũ supra mare ambularet,existimãtibus eũ discipulis esse fantasma:&ob hoc eis in timore cõstitutis dñs dixit.Ego sum nolite timere. Si igitur hæc opinio vera est,necesse est dicere Christum fuisse fallacẽ.Christus autem veritas est.vt ipse de se dicit.Hæc igitur opinio est falsa.

Quod Christus verũ corpus habuit non de cœlo contra Valentinum.

CAP. CCVIII.

VAlentinus autem & si verum corpus Christum habuisse confiteretur,dicebat tamen eum carnem non assumpsisse de virgine:sed attulisse corpus de cœlo formatum:quod transiuit per virginem:nihil ex ea accipiens:sicut aqua transit per canalẽ.Hoc etiam veritati scripturæ contradicit.Dicit enim Apostolus Rom.1.qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem Et ad Galat.4.dicit. Misit Deus filium suum vnigenitum factum ex muliere.Matthæus autem dicit & Iacob genuit Ioseph virum Mariæ de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Et postmodùm eam eius matrem nominat subdens. Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph. Hic autem vera non esset si Christus de virgine carnem nõ assumpsisset.Falsum est igitur,quòd corpus cœleste attulerit. Sed quod Apostolus primo ad Corinth.xv. dicit : Secundus homo de cœlo cœlestis:intelligendum est,quòd de cœlo descendit secundum diuinitatem: non autem secundum substantiam corporis. Adhuc nulla ratio esset quare corpus de cœlo afferens Dei filius,vterum virginis introisset : si ex ea nil assumeret. Sed magis videretur esse fictio quædam dum ex vtero matris egrediens demonstraret se ab ea accepisse carnem quam non acceperat.Cùm igitur omnis falsitas à Christo sit aliena,simpliciter confitendum est:quòd Christus sic processit ex vtero virginis,quòd ex ea carnem accepit.

Quæ sit sententia fidei circa incarnationem.

CAP. CCIX.

EX præmissis igitur colligere possumus,ꝙ in Christo secũdum veritatem catholicæ fidei fuit verum corpus nostræ naturæ: vera anima rationalis:& simul cum hoc perfecta deitas. Hæ autem tres substantiæ in vnam personam conueniunt:non autem in vnam naturam.Ad cuius etiam veritatis expositionem aliqui per quasdã vias erroneas ꝓcesserunt.Cõsiderãtes enim quidã ꝙ omne quod aduenit alicui post esse cõpletum, accidẽtaliter ei adiungitur vt homini vestis,posuerunt,ꝙ humanitas accidentali vnione fuerit in persona filij diuinitati cõiuncta.ita.s.ꝙ natura assumpta se haberet ad personã filij Dei sicut vestis ad hominem. Ad cuius confirmationem inducebant,quod Apostolus dicit ad Phil. de Christo,ꝙ habitu inuentus est vt homo.Rursus considerabant, ꝙ ex vnione animæ & corporis efficitur indiuiduũ quoddã rationalis naturæ,quod nominatur persona. Si igitur anima in Christo fuisset corpori vnita,videre non poterant quin sequeretur, ꝙ ex tali vnione cõstitueretur persona.Sequeretur ergo in Christo duas esse personas.s. personam assumẽtem & personam assumptam. In homine enim induto non sunt duæ personæ,quia indumẽtum rationem personæ nõ habet.Si autem vestis esset persona,sequeretur in homine vestito duas esse personas. Ad hoc igitur excludendum posuerunt quidam animã Christi vnitam nunquàm fuisse corpori , sed quòd persona filij Dei,animã & corpus separatim assumpsit.Sed hæc opinio dũ vnum incõueniens vitare nititur,incidit in maius.Sequitur enim ex necessitate,ꝙ Christus non fuerit verus homo.Veritas enim humanæ naturæ requirit animæ & corporis vnionẽ,nã homo est qui ex vtroq; cõponitur. Sequeretur etiam,ꝙ caro Christi non fuerit vera caro, nec aliquod membrnm eius habuit veritatem. Remota enim anima non est oculus,aut manus,aut caro,& os, nisi æquiuocè sicut pictus aut lapideus. Sequeretur etiã quòd Christus verè mortuus non fuerit.Mors enim est priuatio vitæ. Manifestum est enim,quòd diuinitatis vita per mortem priuari nõ potuit. Corpus autem viuum esse non potuit si ei anima coniuncta non fuit. Sequeretur etiam vlteriùs,quòd Christi corpus sentire non potuit.Non enim sentit corpus nisi per animam sibi coniunctam. Adhuc autem hæc opinio in errorem Nestorij relabitur,quem tamen declinare intendit. In hoc enim errauit Nestorius , quòd posuit verbum Dei homini Christo fuisse vnitum secundum inhabitationem gratiæ, ita quòd verbum Dei fuerit in illo homine,sicut in templo suo.Nihil autem refert dicere quantum ad propositum pertinet,quòd verbum est in homine sicut in tẽplo,& quòd natura humana verbo adueniat:vt vestimentum vestito,nisi quòd in tantum hæc opinio est deterior,quia Christum verum hominem confiteri non potest. Est igitur hæc opinio non immeritò condẽnata.Adhuc autem homo vestitus non potest esse persona vestis aut indumẽti,nec aliquo modo dici potest, quòd sit in specie indumenti.Si igitur filius Dei humanam naturam vt vestimentum assumpsit, nullo modo dici poterit persona humanæ naturæ,nec etiam dici poterit,quòd filius Dei sit eiusdem speciei cum alijs hominibus,de quo tamẽ Apostolus dicit, ꝙ est in similitudine hominũ factus.Vnde patet hanc opinionẽ esse totaliter euitandam.

Quòd in ipso non sunt duo supposita.

CAP. CCX.

ALij verò prædicta inconuenientia vitare nolentes, posuerunt quidem in Christo animam corpori fuisse vnitam, & ex tali vnione quẽdã hominẽ constitutũ fuisse, quẽ dicũt à filio Dei in vnitatẽ ꝑsonæ assumptũ,rõne cuius assumptiõis illũ hominẽ dicũt esse filiũ Dei,& filiũ Dei dicũt esse illũ hominẽ. Et quia assumptionem prędictã ad vnitatẽ ꝑsonę dicũt esse terminata,cõfiterẽtur quidẽ in Christo vnã ꝑsonã Dei & hominis. Sed quia hic homo quẽ ex anima &

anima & corpore constitutũ dicũt est quoddã suppositũ vel hypostasim humanæ naturæ ponunt in Christo duo supposita & duas hypostases:vnũ naturę humanę creatũ & tẽporale:aliud diuinæ naturæ increatũ & æternũ. Hæc autẽ positio licet ab errore Nestorij recedere videatur,tamen si quis eam interius perscrutetur in idẽ cũ Nestorio labitur. Manifestum est enim quòd persona nihil aliud est quã substantia indiuidua rationalis naturæ:Humana autem natura rationalis est.Vnde & ex hoc ipso,quòd ponitur in Christo aliqua hypostasis vel suppositum naturæ humanæ tẽporale & creatũ, ponitur etiã aliqua persona in Christo tẽporalis creata.Hoc enim est quod nomine suppositi vel hypostasis significatur.s.indiuidua substantia.Ponẽtes ergo in Christo duo supposita vel duas hypostases,si quod dicunt intelligunt,necesse habẽt ponere duas personas. Item quæcũq; supposito differũt ita se habent ꝙ ea quæ sunt propria vnius,alteri cõuenire non possunt.Si ergo nõ est idem suppositum filius Dei & filius hominis,sequitur ꝙ ea quę sunt filij hominis non possunt attribui filio Dei:nec econuersò.Non ergo poterit dici Deus crucifixus:aut natus ex virgine:quod est Nestorianæ impietatis.Si quis autẽ ad hæc dicere velit,quòd ea quæ sunt hominis illius,filio Dei attribuuntur & ecõuersò propter vnitatem personæ, quãuis sint diuersa supposita,hoc omnino stare nõ potest.Manifestũ est enim,quòd suppositũ æternũ filij Dei nõ est aliud quàm ipsa eius persona.Quæcũq; igitur dicuntur de filio Dei ratione suæ personæ:dicerẽtur de ipso ratione sui suppositi.Sed ea quæ sunt hominis non dicuntur de eo ratione suppositi:quia ponitur filius Dei à filio hominis supposito differre.Neq; igitur ratione personæ de filio Dei dici poterunt quæ sunt propria filij hominis:vt nasci de virgine:mori:& similia.Adhuc si de supposito aliquo tẽporali Dei nomen prædicetur,hoc erit recens & nouum.Sed omne ꝙ recenter & de nouo dicitur Deus nõ est Deus:nisi quia factũ est Deus:quod autẽ est factũ Deus nõ est naturaliter Deus sed per adoptionem. Sequitur ergo quòd ille homo nõ fuerit verè & naturaliter Deus:sed solùm per adoptionem quod etiam ad errorem Nestorij pertinet.

Quòd in Christo est vnum tantùm suppositum & est vna tantùm persona.

CAP. CCXI.

SIc igitur oportet dicere,quòd in Christo nõ solùm sit vna persona Dei & hominis:sed etiam vnum suppositum & vna hypostasis:natura autẽ non vna sed duæ. Ad, cuius euidentiam considerare oportet:quòd hæc nomina,persona:hypostasis:& suppositum:integrum quoddam designãt.Non enim potest dici,quòd manus aut caro aut quæcúnq; aliarum partium sit persona:vel hypostasis:aut suppositũ:sed hoc totum quod est hic homo.Ea verò nomina quæ sunt cõmunia indiuiduis substantiarũ & accidentium vt indiuiduũ: & singulare,possunt & toti & partibus aptari.Nam partes cũ accidentibus aliquid habent cõmune,scilicet,quòd nõ per se existũt sed alijs insunt:licèt secundũ modum diuersum.Potest igitur dici,quòd manus Sortis & Platonis est quoddam indiuiduum vel singulare quoddam:licèt nõ sit hypostasis:vel suppositũ vel persona.Est etiã cõsiderandum vlteriùs,quòd aliquorũ cõiunctio per se cõsiderata, quãdóq: quidem facit aliquod integrum:quæ in alia propter additionẽ alterius nõ cõstituit aliquod integrũ:sicut in lapide cõmixtio quatuor elementorum facit aliquod integrum.Vnde illud quod est ex elementis cõstitutum in lapide,potest dici suppositũ vel hypostasis quod est hic lapis:non autem persona:quia non est hypostasis naturæ rationalis. Compositio autem elementorum in animali non cõstituit aliquod integrum:sed constituit partẽ.s.corpus:quia necesse est aliquid aliud aduenire ad cõpletionẽ animalis.s.animã. Vnde compositio elemẽtorũ in animali nõ cõstituit suppositũ vel hypostasim.Sed hoc animal totum est hypostasis vel suppositum. Nec tamen propter hoc minus est efficax in animali elementorum compositio quã in lapide:sed multo amplius:quia est ordinata ad rem nobiliorem.Sic igitur in alijs hominibus vnio animæ & corporis cõstituit hypostasim & suppositum,quia nihil aliud est præter hæc duo.In domino autẽ Iesu Christo præter animã & corpus aduenit tertia substãtia.s.diuinitas.Non ergo est seorsum suppositum vel hypostasis sicut nec persona id quod est ex corpore & anima cõstitutum:sed suppositum hypostasis vel persona est id quod constat ex tribus substantijs corpore.s.& anima & diuinitate.Et sic in Christo sicut est vna tantùm persona,ita vnum suppositum & vna hypostasis.Alia autẽ ratione aduenit anima corpori:& diuinitas vtriq;. Nam anima aduenit corpori vt forma eius existens. Vnde his duabus constituitur vna natura,quæ dicitur humana natura.Diuinitas autem non aduenit animæ & corpori per modum formæ,neq; per modum partis.Hoc enim est contra rationem diuinæ perfectionis.Vnde ex diuinitate & anima & corpore non constituitur vna natura:sed ipsa natura diuina in seipsa integra & plura existens sibi quodam modo incomprehensibili & ineffabili humanam naturã ex anima & corpore constitutam assumpsit:quod ex infinita virtute eius processit.Videmus enim,quod quanto aliquod agens est maioris virtutis:tanto magis sibi applicat aliquod instrumentum ad aliquod opus perficiendum.Sicut igitur virtus diuina propter suĩ infinitatem est infinita:& incomprehensibilis,ita modus quo sibi vniuit humanam naturam Christi:quasi organum quoddam ad humanæ salutis effectum est nobis ineffabilis & excellẽs omnẽ aliam vnionem Dei ad creaturam.Et quia sicut iam diximus persona hypostasis & suppositum designant aliquid integrum:si diuina natura in Christo est vt pars:& non vt aliquid integrum:sicut anima in compositione hominis:vna persona Christi non se teneret tantùm ex parte naturæ diuinæ,sed esset quoddam constitutum ex tribus: sicut & in homine:persona: hypostasis:& suppositum est, quod ex anima & corpore cõstituitur.Sed quia diuina natura est aliquid integrum,quod sibi assumpsit per quandam ineffabilem vnionem humanam naturam,persona se tenet ex parte diuinæ naturæ,& similiter hypostasis & suppositum.Anima verò & corpus trahuntur ad personalitatem personæ diuinæ:vt sit persona filij Dei,sicut etiam persona filij hominis & hypostasis & suppositum.Potest autem huiusmodi exemplum aliquale in creaturis inueniri.Subiectum enim & accidens non sic vniuntur,vt ex eis aliquod tertium constituatur. Vnde subiectum in tali vnione non se habet vt pars,sed est integrũ quoddam:quod est persona:hypostasis:& suppositum.Accidens autẽ trahitur ad personalitatẽ subiecti:vt sit persona eadẽ hominis & albi:& similiter eadẽ hypostasis & idẽ suppositũ.Sic igitur secundũ similitudinẽ quãdã,persona:hypostasis:& suppositũ filij Dei est persona,hypostasis,& suppositũ humanę naturę in Christo.Vnde quidã propter huiusmodi similitudinẽ dicere præsumpserunt,ꝙ humana natura in Christo degenerat in accidẽs:& ꝙ accidẽtaliter Dei filio vniretur:veritatẽ à similitudine non discernẽtes.Patet igitur ex præmissis,ꝙ in Christo nõ est alia persona nisi æterna quę est persona filij Dei,nec alia hypostasis aut suppositũ. Vnde cùm dicitur, hic homo demonstrato Christo importatur suppositum æternum. Nec tamen propter hoc æquiuocè dicitur hoc nomen homo de Christo & de alijs hominibus. Aequiuocatio enim non attenditur secundum diuersitatem suppositionis:sed secundum diuersitatem significationis.Nomen autem hominis attributum Petro & Christo idem significãt,scilicet naturam humanam:sed nõ idem supponit:quia hic supponit suppositum æternum filij Dei:ibi autem suppositum creatum.Quia verò de vnoquóq; supposito alicuius naturæ possunt dici ea quæ competunt illi naturæ cuius est suppositũ: idem autem est suppositum in Christo humanæ & diuinæ naturæ, manifestum est,quòd de hoc supposito vtriúsque naturæ siue supponatur per nomen significans diuinam naturam aut personam,siue humanã possunt dici indifferenter:& quæ sunt diuinæ & quæ sunt humanæ naturæ:vt puta si dicamus,quòd filius Dei est æternus:& quòd filius Dei est natus de virgine:& similiter dicere possumus,ꝙ hic homo est Deus:& creauit stellas:& est natus:mortuus:& sepultus.Quod autem prædicatur de aliquo supposito prædicatur de eo secundũ aliquã formam vel materiã:sicut Sortes est albus secundũ albedinem & est rationalis secundum animã.Dictum est autem supra,quòd in Christo sunt duæ naturæ & vnũ suppositũ.Si ergo referatur ad suppositum, indifferenter sunt prædicanda de Christo humana & diuina.Est tamen discernendum secundum quid vtrũq; dicatur:quia diuina dicuntur de Christo secundum diuinam naturam:humana verò secundum humanam.

De his quæ dicuntur in Christo vnum vel multa.

CAP. CCXII.

QVia igitur in Christo est vna persona & duæ naturæ,ex horum cõuenientia cõsiderandũ est,quid in Christo vnũ dici debeat & quid multa.Quæcũq; enim secundũ naturæ diuersitatem multiplicantur,necesse est,quòd in Christo plura esse confiteamur.Inter quæ primò considerandum est,ꝙ cùm per generationem siue natiuitatem natura recipiatur,necesse est,ꝙ sicut in Christo sunt duæ naturæ,ita etiã duas esse generationes siue natiuitates, vna æterna, secundũ quam accepit naturã diuinam à patre:alia tẽporalis secundũ quã accepit humanã naturã à matre.Similiter etiã quæcũq; Deo & homini cõueniẽter attribuũtur ad naturã pertinẽtia,necesse est plura dicere in Christo. Attribuitur autẽ Deo intellectus & volũtas,& horũ perfectiones:puta scientia:seu sapiẽtia & charitas siue iustitia quæ homini etiã attribuũtur ad humanã naturã pertinẽtia.Nã volũtas & intellectus sunt partes animæ:horũ autẽ perfectiones sunt sapiẽtia & iustitia:& huiusmodi.Necesse est ergo in Christo ponere duos intellectus:humanũ.s.& diuinũ:& similiter duas volũtates: duplicẽ etiã sciẽtiã siue charitatẽ creatã.s.& increatã.Ea verò quæ ad suppositũ siue hypostasim pertinẽt,vnũ tantũ in Christo cõfiteri oportet.Vnde si esse accipiatur secũdũ ꝙ vnũ esse est vnius suppositi,videtur dicendum quòd in Christo sit tantùm vnum esse.Manifestum est enim ꝙ partes diuisæ singulæ proprium esse habent:secundũ autẽ ꝙ in toto considerantur nõ habẽt suum esse:sed omnes sunt per esse totius.Si ergo cõsideremus ipsum Christum,vt quoddã integrũ suppositum duarum naturarum,eius erit vnum tantùm esse:sicut & vnum suppositum. Quia verò operationes supposi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

torum sunt,visum est aliquibus,ꝙ sicut in Christo nō est nisi vnum suppositum,ita non esset nisi vna operatio.Sed nō rectè considerauerunt:nam in quolibet indiuiduo reperiuntur multę operationes, si sunt plura operationum principia: sicut in homine alia est operatio intelligendi,alia sentiendi:propter differentiam sensus & intellectus.Sed & in igne alia est operatio calefactionis, alia ascēsionis:propter differentiam caloris & leuitatis.Natura autem comparatur ad operationem,vt eius principium. Nō ergo est vna operatio in Christo propter vnum suppositum:sed duæ propter duas naturas:sicut ecōuerso in sancta trinitate est vna operatio trium personarum propter vnam naturā.Participat tamen operatio humanitatis in Christo aliquid de operatione virtutis diuinæ. Omnium enim eorum quæ conueniunt in vnum suppositum,ei quod principalius est, cætera instrumentaliter deseruiunt: sicut cæteræ partes hominis sunt instrumenta intellectus. Sic igitur in Christo humanitas quasi quoddam organum diuinitatis censetur. Patet autem ꝙ instrumētum agit in virtute principalis agentis. Vnde in actione instrumenti non solùm inuenitur virtus instrumēti.sed etiam principalis agentis.Sicut per actionem securis fit archa, inquantùm securis dirigitur ab artifice. Ita ergo & operatio humanæ naturæ in Christo,quandam vim ex deitate habebat supra virtutē humanam. Quòd enim tangeret læprosum, humanitatis actio fuit: sed ꝙ tactus ille curaret à lepra, ex virtute diuinitatis procedebat. Et per hunc modum, omnes eius actiones & passiones humanæ: virtute diuinitatis salutares fuerunt.Et ideò Dionisius vocat humanā Christi operationem theandritam.i.Dei virtutem: quia.s.ſie procedebat ex humanitate quòd tamen in ea vigebat diuinitatis virtus. Vertitur etiam à quibusdam in dubium de filiatione: an sit vna tantùm in Christo propter vnitatem suppositi: vel duæ propter dualitatem natiuitatis. Videtur autem quòd sint duæ, quia multiplicata causa, multiplicatur effectus. Est autem causa filiationis natiuitas.Cùm igitur sint duæ natiuitates Christi, consequens videtur ꝙ etiam sint duæ filiationes.Nec obstat,ꝙ filiatio est relatio personalis.i.personā constituens.Hoc enim verum est de filiatione diuina. Filiatio verò humana nō constituit personam: sed accidit personæ constitutæ.Similiter etiam nec obstat,ꝙ vnus homo vna filiatione refertur ad patrē & matrē:quia eadem natiuitate nascitur ab vtroque parente. Vbi autē est eadem causa relationis: & relatio est vna reſliter,quamuis multiplicētur respectus.Nihil enim prohibet aliquid habere respectū ad alterum,absque hoc ꝙ realiter insit ei relatio.sicut scibile refertur ad scientiam,relatione in eo nō existente. Ita etiam nihil prohibet, ꝙ vna realis relatio plures respectus habeat.Nam sicut relatio ex causa sua habet,ꝙ sit res quædam:ita etiā ꝙ sit vna vel multiplex. Et sic cùm Christus non eadem natiuitate nascatur ex patre & matre,duę filiationes reales in eo esse videntur propter duas natiuitates. Sed est aliud quod obuiat, propter quod nō possunt esse plures filiationes reales in Christo. Nō enim omne quod nascitur ex aliquo,filius eius dici potest: sed solùm cōpletum suppositum.Manus enim alicuius hominis,nō dicitur filia: nec pes filius:sed totū singulare quod est Petrus vel Ioannes.Proprium igitur subiectum filiationis, est ipsum suppositum. Ostensum est autem suprà,ꝙ in Christo nō est aliud suppositum, quàm increatum: cui non potest ex tempore aliqua realis relatio aduenire. Sed sicut suprà diximus,omnis relatio Dei ad creaturam est secundum rationem tantùm. Oportet igitur,quòd filiatio qua suppositum æternū filij refertur ad virginem matrem, non sit realis relatio: sed respectus rationis tantùm. Nec propter hoc impeditur quin Christus sit verè & realiter filius virginis matris:quia realiter ab ea natus est:sicut etiam Deus verè & realiter est dominus creaturæ.quia realem habet potentiam coërcendi creaturam:& tamen dominij relatio solùm secundum rationem Deo attribuitur.Si autem in Christo essent plura suppositа vt quidam posuerunt,nihil prohiberet ponere in Christo duas filiationes:quia filiationi temporali subiceretur suppositum creatum.

Quòd oportuit Christum esse perfectum in gratia: & sapientia veritatis. CAP. CCXIII.

QVia verò sicut iam dictū est humanitas Christi se habet ad diuinitatē eius quasi quoddā organū eius:organorū autē dispositio & qualitas pensatur præcipuè quidē ex fine & etiā ex decētia instrumēto vtētis:secundū hos modos cōsequēs est,vt cōsideremus qualitatē humanæ naturæ à verbo Dei assumptæ.Finis autē assumptionis humanæ naturæ à verbo Dei est salus & reparatio humanæ naturæ.Talē igitur oportuit esse Christū secūdū humanā naturā: vt cōuenienter esse posit actor humanæ salutis.Salus autē humana consistit in fruitione diuina,per quā homo beatus efficitur.Et ideò oportuit Christū secūdū humanā naturā fuisse perfectè Deo fruentē.Principiū enim in vnoquóq; genere oportet esse perfectū. Fruitio autē diuina secundū duo existit.secundū voluntatē & secundum intellectū.Secundū voluntatē quidē Deo perfectè per amorē inhærentē.Secundū intellectū autē perfectè Deū cognoscentem.Perfecta autē inhæsio volūtatis ad Deū per amorē est per gratiā,per quā homo iustificatur secundū illud Rom.3.Iustificati gratis per gratiā eius.Ex hoc enim homo iustus est,ꝙ Deo per amorē inhæret.Perfecta autē cognitio Dei est per lumē sapientiæ,quę est cognitio diuinæ veritatis.Oportuit igitur verbū Dei incarnatum perfectum in gratia & in sapiētia veritatis existere.Vnde Ioan.1.dicitur.Verbum caro factū est & habitauit in nobis.Et vidimus gloriā eius: gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis.

De plenitudine gratiæ Christi. CAP. CCXIIII.

PRimò autem videndum est de plenitudine gratiæ ipsius. Circa quod cōsiderandū est,quòd nomen gratiæ à duobus assumi potest.Vno modo ex eo quod est gratū esse.Dicimus enim aliquā aliquis gratiam habere,quia est ei gratus.Alio modo ex eo,quòd est gratis dari.Dicitur enim aliquis alicui gratiam facere,quādo erga illum quod beneficiū gratis confert.Nec istæ duæ acceptiones gratię penitus separatæ sunt.Ex eo enim aliquid alteri gratis datur, quia is cui datur gratus est danti:vel simpliciter vel secundū quid. Simpliciter quidem quādo ad hoc recipiēs gratus est danti,vt eū sibi coniungat secundū aliquē modū.Hos enim quos gratos habemus nobis pro posse attrahimus:secundū quantitatē & modum:quo nobis grati existunt.Secundū quid autē quādo ad hoc recipiēs gratus est danti:vt aliquid ab eo recipiat:nō autē ad hoc vt assumatur ab ipso. Vnde patet ꝙ omnis qui habet gratiā:aliquid habet quod gratis datur:nō autē omnis qui habet aliquid gratis datum:gratus danti existit:Et ideò duplex gratia distingui solet.vna.s.quæ solùm gratis est data.Alia quæ etiā gratum facit.Gratis autē dari dicitur,quod nequaquā est debitū.Dupliciter autē aliquid debitū existit.Vno quidē modo secundū naturam.Alio modo secūdū operationem.Secundū naturā quidē debitū est rei, quod ordo naturalis illius rei exposcit, sicut debitū est homini,ꝙ habeat rationē & manus & pedes. Secundum operationē autē,sicut merces operanti debetur.Illa ergo dona sunt horbus diuinitus gratis data, quæ & ordinē naturæ excedūt & meritis non acquirūtur,quāuis & ea quæ pro meritis diuinitus dantur,interdū gratiæ nomen nō amittant, tū quia principiū merendi fuit à gratia,tū etiam quia superabūdantiùs dantur,quā merita humana requirāt.Sicut dicitur Rom.6.Gratia Dei vita æterna. Huiusmodi autem donorū quædam quidem & naturæ humanę facultatē excedūt & meritis non reddūtur, nec tamē ex hoc ipso, ꝙ homo ea habet redditur Deo gratus.Sicut donū Prophetiæ miraculorū operationis scientiæ & doctrinæ,vel si qua talia diuinitus conferuntur. Per hæc enim & huiusmodi homo non coniūgitur Deo, nisi fortè per similitudinē quandā prout aliquid de eius bonitate participatur per quē modū omnia Deo simulantur.Quędam verò hominē Deo gratū reddunt,& ei coniungūt.Et huiusmodi dona non solū gratis dicūtur,ex eo ꝙ gratis dantur,sed etiam ex eo,ꝙ hominem faciunt Deo gratū.Coniunctio autem hominis ad Deū est duplex. Vna quidem per affectionem, & hæc est per charitatē,quæ quodāmodo facit per affectionē hominem vnū cū Deo, secundū illud 1. Corint.6. Qui adhæret Deo vnus spiritus est.Per hanc etiā Deus hominē inhabitat secundū illud Ioā.14.Si quis diligit me sermonē meū seruabit, & pater meus diliget eū & ad eū veniemus & mansionē apud eū faciemus.Facit etiā hominē esse in Deo secūdū illud 1.Ioā.4. Qui manet in charitate in Deo manet,& Deus in eo.Ille igitur ꝙ acceptum donū gratuitū efficitur Deo gratus,q vsq; ad hoc ꝓducię,ꝙ ꝓ charitatis amorē vnus spiritus fiat cū Deo,ꝙ ipse in Deo sit,& Deus ī eo. Vñ Apost.dicit 1.Corin.13.ꝙ sine charitate cętera dona hoībus non ꝓsunt,qa gratū Deo facere nō pñt,nisi charitas adsit.Hæc autē gratia est omniū sanctorū cōmunis. Vñ hāc gratiā homo Christꝰ diſcipulis orādo impetrās dicit Ioā.17. Vt sint vnū.s.per cōnexionē amoris,sicut & nos vnū sumꝰ.Alia verò cōiūctio est hoīs ad Deū,nō solū ꝙ affectū aut inhabitationē,sed etiā ꝙ vnitatē hypostasis seu psonæ vt.s.vna & eadē hypostasis seu psona sit Deꝰ & hō.Et hęc qdē cōiūctio hoīs ad Deū est ꝓpria Iesu Christi, de qua cōiūctione plura tā dicta sunt.Hęc etiā est hoīs Christi gratia singularis,ꝙ est Deo vnitus in vnitate psonę.Et hoc gratis datū est, quia & naturę facultatē excedit,& hoc donū merita nulla præcedūt.Sed & gratissimū Deo facit,ita ꝙ de ipso singulariter dicat.Hic est filꝰ meꝰ dilectus ī quo mihi cōplacui.Matth.3.& 17. Hoc tū interesse videtur inter vtrāq; gratiā ꝙ gratia qdē ꝙ quā hō Deo vnitur ꝙ affectū aliqd habituale existit in aīa, quia cū ꝙ actū amoris sit cōiūctio ista,actus autē ꝓfecti ꝓcedūt ab habitu:cōsequēs est vt ad istū ꝓfectissimū habitū quo anima Deo coniūgitur ꝙ amorē,aliqua habitualis gratia animę infundatur. Esse autē personale vel hypostaticum, nō est per aliquem habitum,sed per naturas,quarum sunt hypostases vel personæ. Vnio igitur humanæ naturæ ad Deum in vnitate personæ non fit per aliquam habitualem gratiam, sed per ipsarum naturarum coniunctionem in persona vna. Inquantùm autem creatura aliqua magis ad Deum accedit, intantùm de bonitate eius magis participat, & abundantioribus donis ex eius influentia repletur. Sicut & ignis calorem magis participant, qui ei magis appropinquant. Nul-

quant. Nullus autem modus esse aut excogitari potest quo aliqua creatura propinquius Deo adhæreat:quàm quòd ei in vnitate personæ coniungatur. Ex ipsa igitur vnione naturæ humanæ ad Deum in vnitate personæ,consequens est vt anima Christi donis gratiarum habitualibus præ cæteris fuerit plena. Et sic habitualis gratia in Christo non est dispositio ad vnionem,sed magis vnionis effectus:quod ex ipso modo loquendi quo euangelista vtitur in verbis præmissis manifestè apparet:cùm dicit.Vidimus eū quasi vnigenitum à patre:plenum gratiæ & veritatis.Est autem vnigenitus à patre homo Christus:inquantùm verbum caro factum est.Ex hoc ergo,quòd verbum caro factum est,hoc effectum est,vt esset plenum gratiæ & veritatis.In his autem quæ aliqua bonitate replētur vel perfectione,illud magis plenum esse inuenitur:ex quo etiā in alia redundat: sicut plenius lucet: quod illuminare potest alia. Quia igitur homo Christus summam plenitudinem gratiæ obtinuit quasi vnigenitus à patre,consequens fuit vt ab ipso in alios redundaret, ita quòd filius Dei factus homo, homines faceret Deos & filios Dei:secundum illud Apostoli ad Galat.4.Misit Deus filium suum factum ex muliere,factum sub lege,vt eos qui sub lege erant redimeret:vt adoptionem filiorum reciperemus.Ex hoc autem,ꝙ à Christo ad alios gratia & veritas deriuantur, conuenit ei vt sit caput ecclesiæ.Nam à capite ad alia membra quæ sunt ei cōformia in naturam,quodammodò sensus & motus deriuatur.Sic à Christo & gratia & veritas ad alios homines deriuantur. Vnde ad Ephe.1. Et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam quæ est corpus eius: Dici etiam potest caput non solùm hominum sed etiam angelorū, quantùm ad excellentiam & influentiam:licēt non quantùm ad cōformitatem naturæ secundum eandem speciem.Vnde ante prædicta verba Apostolus præmittit,quòd Deus constituit illum,scilicet Christum ad dexteram suam in cœlestibus,supra omnem principatum & potestatem & virtutem:& dominationem.Sic igitur secundum præmissa triplex gratia consueuit assignari in Christo. Primò quidem gratia vnionis:secundum quod humana natura nullis meritis præcedentibus hoc donum accepit vt vniretur Dei filio in persona.Secundò gratia singularis:qua anima Christi præ cæteris fuit gratia & veritate repleta.Tertiò gratia capitis:secundum quod ab ipso in alios gratia redundat.Quæ tria euangelista congruo ordine prosequitur. Nam quantùm ad gratiam vnionis dicit.Verbū caro factum est.Quantùm ad gratiam singularem dicit. Vidimus eum quasi vnigenitum à patre: plenum gratiæ & veritatis. Quantùm ad gratiam capitis,subdit. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.

De infinitate gratiæ Christi.

CAP. CCXV.

EST autem proprium Christi: quòd eius gratia sit infinita: quia secundum testimonium Ioannis Baptistæ non ad mensurā dat Deus spiritum homini Christo vt dicitur.Ioan.3.alijs autem datur spiritus ad mensuram:secundū illud ad Ephes.4.Vnicuiq; nostrum data est gratia secundū mensuram donationis Christi.Et quidem si hoc referatur ad gratiam vnionis nullam dubitationē habet,quod dicitur.Nam alijs quidē sanctis datū est,Deos aut filios Dei esse per participationem ex influentia alicuius doni:quod quia creatum est, necesse est ipsum sicut & cæteras creaturas esse finitas.Sed Christo secundū humanā naturā datū est,vt sit Dei filius:non per participationē:sed per naturā.Naturalis autem diuinitas est infinita. Ex ipsa igitur vnione accepit donū infinitū.Vnde gratia vnionis absq; omni dubitatione est infinita.Sed de gratia habituali dubiū esse potest an sit infinita.Cùm enim huiusmodi gratia sit etiā donū creatum, confiteri oportet,quòd habeat essentiam finitam.Potest tamen dici infinita triplici ratione.Primò quidē ex parte recipiētis.Manifestū est enim vniuscuiusq; naturæ creatæ capacitatē esse finitā:quia & si infinitum bonū recipere posit,cognoscēdo:amādo:& fruendo: nō tamē ipsum recipit infinitè.Est igitur cuiuslibet creaturæ secundū suā specię & naturā determinata capacitatis mensura:quæ tamē diuinæ potestati nō præiudicat,quin posit aliam creaturam maioris capacitatis facere.Sed iam nō esset eiusdē naturæ secundū speciem: sicut si ternario addatur vnitas, iam erit alia species numeri. Quando igitur alicui non tantū datur de bonitate diuina,quanta est capacitas naturalis ſpeciei suæ,videtur ei secundū aliquā mensurā donatum.Cùm verò tota naturalis capacitas impletur,nō videtur ei secūdum mensuram donatum:quia & si sit mensura ex parte recipiētis, non tamē est mēsura ex parte dantis qui totū est paratus dare.sicut si aliquis vas ad fluuium deferens absq; mensura inuenit aquā præparatam:quāuis ipse eum mensura accipiat propter vasis determinatam quantitatem.Sic igitur gratia Christi habitualis finita quidem est secundū essentiā:sed infinitè & nō secundū mensuram dari dicitur:quia tantum datur quātum natura creata potest esse capax. Secundò verò ex parte ipsius doni recepti. Considerandum enim est,quòd nihil prohibet aliquid secundum essentiam finitum esse: quod tamen secundum rationem alicuius formæ infinitum existit. Infinitum enim secundum essentiam est quod habet totam essendi plenitudinem:quod quidem soli Deo conuenit:qui est ipsum esse. Si autem ponatur esse aliqua forma specialis non in subiecto existens,puta albedo vel calor:non quidem haberet essentiam infinitam:quia essentia eius esset limitata ad genus vel speciem,sed tamē totam plenitudinem illius speciei posideret. Vnde secundum rationem speciei absque termino vel mensura esset:habens quicquid ad illam speciem pertinere potest Si autem in aliquo subiecto recipiatur albedo vel calor,non habet semper totum quicquid pertinet ad rationem huius formæ de necessitate & semper:sed solùm quando sic perfectè habetur:sicut perfectè haberi potest:ita scilicet quòd modus habendi adæquet rei habitę potestatem. Sic igitur gratia Christi habitualis finita quidem fuit secundum essentiam, sed tamen dicitur absque termino & mensura fuisse:quia quicquid ad rationem gratiæ poterat pertinere,totum Christus accepit. Alij autem non totum accipiunt:sed vnus sic: alius autem sic. Diuisiones enim gratiarum sunt:vt dicitur primæ ad Corinth.12. Tertiò autem ex parte causæ.In causa enim quodammodò habetur effectus. Cuicúnque ergo adest causa infinitæ virtutis ad influendum,habet quod influitur absq; mensura & quodammodò infinitè:puta si quis haberet fontem qui aquas in infinitum effluere posset,aquam absq; mensura & infinitè quodammodò diceretur habere.Sic igitur anima Christi infinitam & absq; mensura gratiam habet:ex hoc ipso quòd habet verbum sibi vnitum:quod est totius emanationis creaturarum indeficiens & infinitum principium.Ex hoc autem,quòd gratia singularis animæ Christi est modis prædictis infinita,euidenter colligitur,quòd gratia ipsius secundum quòd est ecclesiæ caput:est etiam infinita.Ex hoc enim quòd habet effundit.Vnde quia absque mensura spiritus dona accepit:habet virtutem absque mensura effundendi:quod ad gratiam capitis pertinet:vt scilicet sua gratia non solùm sufficiat ad salutem hominum aliquorum:sed etiam totius mundi:secundum illud primæ.Ioan.ij.Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris:& non solùm pro nostris, sed etiam pro totius mundi. Addi autem & potest plurium mundorum si essent.

De plenitudine sapientiæ Christi.

CAP. CCXVI.

OPortet autem consequenter dicere de plenitudine sapientiæ Christi.Vbi primò considerādum occurrit,quòd cum in Christo sint duæ naturæ:diuina scilicet & humana:quicquid ad vtranq; naturam pertinet,necesse est,quòd geminetur in Christo vt suprà dictum est.Sapientia autem,& diuinæ naturæ conuenit & humanę.Dicitur enim de Deo.Iob.9. Sapiens corde est & fortis robore. Sed etiam homines interdum scriptura sapientes appellat:seu secundum sapientiam mundanam,secundum illud Iere.9.non glorietur sapiens in sapientia sua:siue secundum sapientiam diuinam secundum illud Matth.23. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas.Ergo oportet confiteri duas esse in Christo sapientias secundum duas naturas:sapientiam scilicet,increatam quæ ei competit secundùm quod est Deus:& sapientiam creatam quæ ei competit secundum quod est homo. Et secundum quidem quod Deus est & verbum Dei,est genita sapientia patris:secundum illud primæ ad Corinthios primo.Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Nihil enim est aliud verbum interius vniuscuiusq; intelligētis nisi conceptio sapientiæ eius.Et quia verbum Dei suprà diximus esse perfectum & vnitum,necesse est,quòd Dei verbum sit perfecta conceptio sapientiæ Dei patris:vt scilicet,quicquid in sapientia Dei patris continetur per modum ingeniti,totum in verbo continetur per modum geniti & cōcepti. Et inde est,quòd dicitur quòd in ipso scilicet Christo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hominis autem Christi est duplex cognitio.Vna quidem Deiformis secūdum quod Deum per essentiam vider,& alia videt in Deo: sicut & ipse Deus intelligendo se ipsum intelligit omnia alia: per quam visionem & ipse Deus beatus est:& omnis creatura rationalis perfectè Deo fruens.Quia igitur Christum dicimus esse humanæ salutis auctorem,necesse est,quòd talis cognitio sit animæ Christi conueniat,vt decet auctorem.Principium autem & immobile esse oportet & virtute præstantissimum. Conueniens igitur fuit,vt illa Dei visio in qua beatitudo hominum & salus æterna consistit,excellentius præ cæteris Christo conueniat & tanquàm immobili principio.Hæc autem differentia inuenitur mobilium ad immobilia,quòd mobilia propriam perfectionem non à principio habēt,inquantùm mobilia sunt:sed eam per successionem temporis assequuntur.Immobilia verò inquantùm huiusmodi semper obtinēt suas perfectiones ex quo esse incipiūt.Cōueniēs igitur fuit, Christū humanæ salutis auctorē ab ipso suæ incarnationis principio plenam Dei visionem possedisse:non autem per temporis successionē peruenisse ad ipsam,vt sancti alij peruenīunt.Conueniens etiam fuit, vt præ cæteris creaturis illa anima diuisione beatificaretur: quæ Deo propinquius coniungebatur. In qua quidem visione gradus attenditur secundum quod aliqui alijs clarius

Universidad de Deusto Biblioteca

Deum vident:qui eſt omnium rerum cauſa. Quantò autem aliqua cauſa plenius cognoſcitur,tantò in ipſa plures eius effectus perſpici poſſunt.Non enim magis cognoſcitur cauſa, niſi virtus eius plenius cognoſcatur: ſcuius virtutis cognitio ſine cognitione effectuum eſſe non poteſt. Nam quantitas virtutis ſecundum effectus menſurari ſolet.Et inde eſt,ꝙ eorum qui eſſentiam Dei vident, aliqui plures effectus vel rationes diuinorum operum in ipſo Deo inſpiciunt,quàm alij qui minùs clarè vident. Et ſecundùm hoc inferiores angeli à ſuperioribus inſtruuntur:vt ſuprà iam diximus.Anima igitur Chriſti ſummã perfectionẽ diuinæ viſionis obtinẽs inter creaturas cæteras,omnia diuina opera & rationes ipſorum quęcúnque ſunt, erunt,vel fuerunt in ipſo Deo plenè intuetur: vt non ſolùm homines,ſed etiam ſupremos angelorum illuminet.Et ideò Apoſtolus dicit ad Coloſſenſes 2. ꝙ in ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi.Et ad Hebræos 4. ꝙ omnia nuda & aperta ſunt oculis eius.Non tamen anima Chriſti ad comprehenſionem diuinitatis pertingere poteſt.Nam vt ſuprà dictum eſt, illud cognoſcẽdo comprehẽditur,quod tantùm cognoſcitur,quantùm cognoſcibile eſt.Vnumquódque enim cognoſcibile eſt,inquãtùm eſt ens & verum.Eſſe autem diuinum, eſt infinitum: ſimiliter & veritas eius. Infinitè igitur Deus cognoſcibilis eſt. Nulla autem creatura infinitè cognoſcere poteſt:& ſi infinitum ſit quod cognoſcit.Nulla igitur creatura Deum videndo comprehendere poteſt. Eſt autem anima Chriſti creatura:& quicquid in Chriſto ad humanam naturam tantùm pertinet,creatum eſt. Alioquin non erit in Chriſto alia natura humanitatis à natura diuinitatis: quæ ſola increata eſt.Hypoſtaſis autẽ Dei verbi ſiue perſona increata eſt, quæ vna eſt in duabus naturis:ratione cuius Chriſtum non dicimus creaturam loquendo ſimpliciter: quia nomine Chriſti importatur hypoſtaſis. Dicimus tamen animam Chriſti vel corpus Chriſti eſſe creaturam. Anima igitur Chriſti Deum non comprehendit: ſed Chriſtus Deum comprehẽdit ſua ſapientia increata:ſecundũ quem modum dominus dicit Matthæi 11.Nemo nouit filium, niſi pater, neque patrem quis nouit,niſi filius: de comprehenſionis eius notitia loquens.Eſt autem conſiderandum,ꝙ eiuſdem rationis eſt comprehendere eſſentiam alicuius rei & virtutem ipſius.Vnumquódq; enim poteſt agere inquãtùm eſt actu.Si igitur anima Chriſti eſſentiam diuinitatis comprehendere non valet vt oſtenſum eſt, impoſſibile eſt vt diuinam virtutem comprehendat.Comprehenderet autem eius virtutẽ,ſi cognoſceret quicquid Deus facere poteſt:& quibus rationibus effectus producere poſsit.Non igitur anima Chriſti cognoſcit quicquid Deus facere poteſt:vel quibus rationibus poſsit operari.Sed quia Chriſtus etiam ſecundum ꝙ homo omni creaturæ à Deo patre præpoſitus eſt:cõueniens eſt vt omnium quæ à Deo qualitercũque facta ſunt in ipſius diuinæ eſſentiæ viſione, plenam cognitionẽ percipiat.Et ſecũdum hoc anima Chriſti omniſciens dicitur:quia plenam notitiam habet omnium quæ ſunt: erunt, vel fuerunt. Aliarum verò creaturarũ Deum videntium,quædam pleniùs: & quædam minùs plenè prædictorum effectuum in ipſa Dei viſione cognitionem percipiunt.Præter hanc autem rerum cognitionem: qua res ab intellectu creato cognoſcuntur ipſius diuinæ eſſentiæ viſione, ſunt alij modi cognitionis,quibus à creaturis habetur rerum cognitio.Nam angeli præter cognitionẽ matutinam, qua res in verbo cognoſcunt habent cognitionem veſpertinã qua cognoſcunt res in proprijs naturis.Huiuſmodi autem cognitio,aliter competit hominibus ſecundum naturam ſuam:atq; aliter angelis.Nam homines ſecundum naturæ ordinem intelligibilem rerũ veritatem à ſenſibus colligunt vt Dyoniſius dicit:Ita ſcilicet,quòd ſpecies intelligibiles in eorũ intellectibus actione intellectus agentis à fantaſmatibus abſtrahuntur. Angeli verò per influxum diuini luminis rerum ſcientiam acquirũt:vt ſcilicet ſicut à Deo res ineſſe prodeunt:ita etiam in intellectu angelico à Deo rerũ rationes ſiue ſimilitudines imprimantur.In vtriſque autem tam hominibus quã angelis:ſupra rerum cognitionem quæ competit eis ſecundum naturam inuenitur quædam ſupernaturalis cognitio miſteriorum diuinorum:de quibus & angeli illuminantur ab angelis & homines etiam de his prophetica reuelatione inſtruuntur.Et quia nulla perfectio creaturis exhibita,animæ Chriſti quæ eſt creaturarum excellentiſsima,deneganda eſt:conuenienter præter cognitionem quo Dei eſſentiam videt & omnia in ipſa,triplex alia cognitio eſt ei attribuenda:vna quidem experimentalis ſicut alijs hominibus:inquãtùm aliqua per ſenſus cognouit vt competit humanæ naturæ:Alia verò diuinitas infuſa,ad cognoſcenda omnia illa ad quæ naturalis cognitio hominis ſe extendere poteſt.Conueniens enim fuit,vt humana natura à Dei verbo aſſumpta in nullo à perfectione deficeret:vtpotè per quam tota humana natura reſtauranda eſſet.Eſt autem imperfectum omne,quod in potentia exiſtit antequàm reducatur in actum.Intellectus autem humanus eſt in potentia ad intelligibilia quæ naturaliter homo intelligere poteſt Omnium igitur horum ſcientiam diuinitus anima Chriſti per ſpecies influxas accepit:per hoc quòd tota potentia intellectus humani fuit reducta ad actum.Sed quia Chriſtus ſecundum humanam naturam non ſolùm fuit reparator naturæ, ſed & gratiæ propagator, affuit ei etiã tertia cognitio qua pleniſsimè cognouit quicquid ad miſteria gratiæ poteſt pertinere:quæ naturalem hominis cognitionem excedunt.Sed cognoſcuntur ab hominibus per donum ſapientiæ: vel per ſpiritum prophetiæ.Nã ad huiuſmodi cognoſcenda eſt in potentia intellectus humanus:licèt altiori agẽte reducatur in actum. Nam ad naturalia cognoſcenda reducitur in actum per lumen intellectus agentis.Horum autem cognitionem conſequitur per lumen diuinum.Patet igitur ex prædictis,quòd anima Chriſti ſummum cognitionis gradum inter cæteras creaturas obtinuit: quantùm ad Dei viſionem qua Dei eſſentia videtur & alia in ipſa.Etiam ſimiliter quantùm ad cognitionem miſteriorum gratiæ: necnon quantùm ad cognitionem naturalium ſcibilium.Vnde in nullo horum trium Chriſtus proficere potuit.Sed manifeſtum eſt,quòd res ſenſibiles per temporis ſucceſsionem magis ac magis ſenſibus corporis experiendo cognouit.Et ideò ſolùm quantùm ad cognitionem experimentalem Chriſtus potuit proficere ſecundum illud Luc.2.Puer proficiebat ſapientia & ætate: quamuis poſſet & hoc aliter intelligi:vt profectus ſapientiæ Chriſti dicatur, non quo ipſe ſit ſapientior,ſed quo ſapientia proficiebat in alijs:quia ſcilicet,per eius ſapientiam inſtruebantur.Quod diſpenſatiuè factum eſt,vt ſe alijs hominibus conformem oſtenderet:ne ſi in puerili ætate perfectam ſapientiam demonſtraſſet incarnationis miſterium fantaſticum videretur.

De materia corporis Chriſti.

CAP. CCXVII.

SEcundum præmiſſa igitur euidenter apparet, qualis debuit eſſe corporis Chriſti formatio. Poterat ſiquidẽ Deus corpus Chriſti ex limo terræ formare vel ex quacũque materia, ſicut formauit corpus primi parentis.Sed hæc humanæ reſtauratiõi propter quã filius Dei vt diximus carnem aſſumpſit,cõgruum non fuiſſet.Non enim ſufficienter natura humani generis ex primo parẽte deriuata, quæ ſananda erat,in priſtinum honorem reſtituta eſſet,ſi aliũdè corpus aſſumeret,diaboli victor & mortis triumphator,ſub quibus humanum genus captiuum tenebatur,propter peccatum primi parentis. Dei autem perfecta ſunt opera,& ad profectum producit, quod reparare intendit:vt etiam plus adijciat, quàm fuerat ſubtractum, ſecundum illud Apoſtoli Roma.5. Gratia Dei per Chriſtum amplius abũdauit,quàm delictum Adæ.Conueniens igitur fuit,vt Dei filius corpus aſſumeret de natura propagatum ab Adam.Adhuc incarnationis myſterium hominibus proficuum per fidem redditur. Niſi enim homines crederent Dei filium eſſe qui homo videbatur, non ſequerentur eum homines: vt ſalutis authorem, quod Iudæis accidit, qui ex incarnationis myſterio propter incredulitatem damnationem potius quàm ſalutem ſunt conſequuti.Vt ergo hoc ineffabile myſterium facilius crederetur, filius Dei ſic omnia diſpenſauit, ſe verum hominem eſſe oſtenderet,quod non ita videretur,ſi aliundè naturam ſui corporis acciperet,quàm ex natura humana. Conueniens igitur fuit,vt corpus à primo parente propagatum aſſumeret. Item filius Dei homo factus humano generi ſalutem adhibuit, non ſolùm conferendæ gratiæ remedium, ſed etiam præbendo exemplum,quod repudiari non poteſt. Alterius enim hominis & doctrina & vita in dubium verti poteſt,propter defectum humanæ cognitionis & veritatis. Sed ſicut quod filius Dei docet,indubitanter creditur verum,ita quod operatur,creditur indubitanter bonum. Oportuit autem: vt in eo exemplum acciperemus & gloriæ quam ſperamus,& virtutis qua ipſam meremur. Vtrũq; enim exemplum minus efficax eſſet,ſi aliundè naturam corporis aſſumpſiſſet, quàm vnde alij homines aſſumunt.Si cui enim perſuaderetur,quòd tolleraret paſsiones ſicut Chriſtus ſuſtinuit, quòd ſperaret ſe reſurrecturum ſicut Chriſtus reſurrexit, poſſet excuſationem prætendere ex diuerſa corporis conditione.Vt igitur exemplum Chriſti efficacius eſſet,conueniens fuit vt non aliundè corporis naturam aſſumeret, quàm de natura quæ à primo parente propagatur.

De formatione corporis Chriſti,quæ non eſt ex ſemine.

CAP. CCXVIII.

NOn tamen fuit conueniens, vt eodem modo formaretur corpus Chriſti in humana natura, ſicut formantur aliorum hominum corpora.Cùm enim ad hoc naturam aſſumeret:vt ipſam à peccato mundaret,oportebat vt tali modo aſſumeret,quòd nullũ contagium peccati incurreret. Homines autem peccatum originale incurrunt, ex hoc quòd generantur per virtutem actiuam humanam quæ eſt in virili ſemine, quod eſt ſecundum ſeminalem rationem in Adam peccante præextitiſſe. Sicut enim primus homo originalem iuſtitiam transfudiſſet in poſteros, ſimul cum transfuſione naturæ,ita etiam originalem culpam transfudit transfundendo naturam:quod eſt per virtutem actiuam virilis ſeminis.Oportuit igitur abſque virili ſemine Chriſti formari corpus.Item virtus actiua virilis ſeminis naturaliter agit.Et ideò homo qui ex virili ſemine generatur,nõ ſubitò producitur ad perfectum ſed determinatis proceſsibus. Omnia enim naturalia per determinata media ad determinatos fines procedunt. Oportebat autem corpus Chriſti in ipſa aſſumptione perfectum eſſe,& anima rationali informatum: quia corpus eſt aſſumptibile à Dei verbo,inquantùm eſt animæ rationali vnitũ,licèt non eſſet perfectũ ſecũdum debitam quantitatẽ.Non ergo corpus Chriſti formari debuit per virilis ſeminis virtutem.

De cauſa formationis corporis Chriſti.

CAP. CCXIX.

CVm autem corporis humani formatio naturaliter ſit ex virili ſemine,quocúnque alio modo corpus Chriſti formatum fuerit ſupra naturam fuit talis formatio.Solus autem Deus inſtitutor naturæ eſt:qui ſupernaturaliter in rebus naturalibus operatur: vt ſuprà dictum eſt.Vnde relinquitur,quòd ſolus Deus illud corpus miraculosè formauit ex materia humanæ naturæ.Sed cùm omnis Dei operatio in creatura ſit tribus perſonis cõmunis, tamen per quandam conuenientiam formatio corporis Chriſti attribuitur ſpirituiſancto. Eſt enim ſpirituſſanctus amor patris & filij,quo ſe inuicem & nos diligunt.Deus autem,vt Apoſtolus ad Epheſios 2.dicit, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, filium ſuum incarnari conſtituit.Cõuenienter igitur carnis formatio ſpirituiſancto attribuitur. Item ſpirituſſanctus omnium gratiarum eſt actio: cùm ſit primum in quo omnia dona gratis donantur. Hoc autem fuit ſuperabundantis gratiæ,vt humana natura in vnitatem diuinę perſonæ aſſumeretur:vt ex ſupradictis patet. Ad demonſtrandum igitur huiuſmodi gratiã, formatio corporis Chriſti ſpirituiſancto attribuitur.Conuenienter etiam hoc dicitur ſecundum ſimilitudinem humani verbi & ſpiritus. Verbum enim humanum in corde exiſtens:ſimilitudinem gerit æterni verbi, ſecundum quòd exiſtit in patre.Sicut autem humanum verbum vocem aſſumit,vt ſenſibiliter hominibus innoteſcat,ita & verbum Dei carnem aſſumpſit:vt viſibiliter hominibus appareret. Vox autem humana per hominis ſpiritum formatur: vnde & caro verbi Dei per ſpiritum verbi formari debuit.

Expoſitio articuli in ſymbolo poſiti de conceptione & natiuitate Chriſti.

CAP. CCXX.

AD excludendum igitur errorem Ebionis & Cherinti, qui corpus Chriſti ex virili ſemine formatum dixerunt,dicitur in ſymbolo Apoſtolorum.Qui conceptus eſt de ſpirituſancto.Loco cuius in ſymbolo patrũ dicitur.Et incarnatus eſt de ſpirituſancto:vt non phantaſticum corpus ſecundum Manichæos:ſed veram carnem aſſumpſiſſe credatur: Additũ eſt autẽ in ſymbolo patrũ, propter nos homines,ad excludendum Origenis errorẽ,qui poſuit virtute paſſionis Chriſti etiam dæmones liberádos. Additum eſt etiam in eodem: propter noſtram ſalutem:vt miſterium incarnationis Chriſti ſufficiens ad humanam ſalutem oſtendatur:contra hæreſiam Nazareorum:qui fidem Chriſti ſine operibus legis ad ſalutem humanam non ſufficere putabant.Additum etiam eſt, Deſcendit de cœlis: ad excludendum errorem Fotini, qui Chriſtum purum hominem aſſerebat:dicẽs eum ex Maria ſumpſiſſe initium: vt magis per bonæ vitæ meritum,in terris habens principium,ad cœlum aſcenderet,quàm cœleſtem habens originem aſſumendo carnem deſcendiſſet ad terram.Additur etiã,& homo factus eſt: ad excludendum errorem Neſtorij: ſecundum cuius poſitionem, filius Dei de quo Symbolum loquitur, magis inhabitator hominis quàm homo eſſe diceretur.

Quòd conueniens fuit Chriſtum naſci ex virgine.

CAP. CCXXI.

CVm autem oſtenſum ſit,quòd de materia humanæ naturæ cõueniebat filium Dei carnem aſſumere: materiam autem in humana generatione miniſtrat fœmina, conueniens fuit vt Chriſtus de fœmina carnẽ aſſumeret:ſecundum illud Apoſtoli ad Galathas 4.Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere.Fœmina autem indiget viri commixtione,ad hoc ꝙ materia quam ipſa miniſtrat, formetur in corpus humanum.Formatio autem corporis Chriſti fieri non debuit per virtutem virilis ſeminis: vt ſuprà iam dictum eſt: vnde abſque commixtione virilis ſeminis illa fœmina concepit,ex qua filius Dei carnem aſſumpſit.Tantò autem aliquis magis ſpiritualibus donis repletur,quantò magis à carnalibus ſeparatur.Nam per ſpiritualia homo ſurſum trahitur: per carnalia verò deorſum. Cùm autem formatio corporis Chriſti fieri debuerit per ſpiritumſanctum, oportuit illam fœminam,de qua Chriſtus corpus aſſumpſit, maximè ſpiritualibus donis repleri:vt per ſpiritumſanctũ non ſolũ anima fœcundaretur virtutibus:ſed etiam venter prole diuina. Vnde oportuit non ſolùm mentem eius eſſe immunem à peccato: ſed etiam corpus eius ab omni corruptela carnalis concupiſcentiæ elongari.Vnde non ſolùm ad concipiendum Chriſtũ virilem commixtionem nõ eſt experta:ſed nec ante nec poſteà.Hoc etiam conueniebat ei qui naſcebatur ex ipſa.Ad hoc enim Dei filius veniebat in mundum carne aſſumpta, vt nos ad reſurrectionis ſtatum promoueret:in quo neque nubent:neque nubentur:ſed erunt homines ſicut angeli in cœlo.Vnde & cõtinentiæ & integritatis doctrinam introduxit:vt in fidelium vita reſplendeat aliqualiter gloriæ futurę imago. Conueniens ergo fuit,vt etiam in ſuo ortu vitæ integritatem commendaret naſcendo ex virgine.Et ideò in Symbolo Apoſtolorum dicitur.Natus ex virgine Maria. In Symbolo autem patrum,ex virgine Maria dicitur incarnatus: per quod Valẽtini error excluditur: cæterorũq; qui corpus Chriſti dixerunt aut eſſe phantaſticum: aut eſſe alterius naturæ: & non eſſe ex corpore virginis ſumptum atque formatum.

Quod beata virgo ſit mater Chriſti.

CAP. CCXXII.

ERror autem Neſtorij ex hoc excluditur, qui beatam Mariam matrem Dei confiteri nolebat. In vtroque autem ſymbolo dicitur filius Dei eſt natus:vel incarnatus ex virgine Maria. Fœmina autẽ ex qua aliquis homo naſcitur, mater illius dicitur ex eo quòd materiam miniſtrat humano conceptui.Vnde beata virgo Maria, quæ materiam miniſtrauit conceptui filij Dei, vera mater filij Dei dicenda eſt.Non enim refert ad rationẽ matris,quacúnque virtute materia miniſtrata ab ipſa formetur. Non igitur minus mater eſt quæ materiam miniſtrauit ſpirituſancto formandam, quàm quæ materiam miniſtrat formandam virtute virilis ſeminis. Si quis autem dicere velit, beatã virginem Dei matrẽ non debere dici: quia non eſt ex ea aſſumpta diuinitas:ſed caro ſola, ſicut dicebat Neſtorius,manifeſtè vocẽ ſuam ignorat.Non enim ex hoc aliqua dicitur alicuius mater quia totũ ꝙ in ipſo eſt ex ea ſumatur. Homo enim cõſtat ex anima & corpore:magiſq; eſt homo id quod eſt ſecũdum animã,quã ſecundũ corpus.Aĩa autẽ nullius hominis à matre ſumitur:ſed vel à Deo immediatè creatur, vt veritas habet: vel ſi eſſet ex traductione,vt quidã poſuerunt:nõ ſumeretur à matre:ſed magis à patre:quia in generatione cæterorũ animalium,ſecundũ Philoſophorũ doctrinã,maſculus dat animã,fœmina verò corpꝰ.Sicut igitur cuiuſlibet hominis mater aliqua fœmina dicit̃, ex hoc ꝙ ab ea corpus eius aſſumitur,ita Dei mater beata virgo Maria dici debet, ſi ex ea aſſumptũ eſt corpus Dei.Oportet autẽ dicere, ꝙ ſit corpus Dei ſi aſſumitur in vnitatẽ perſonæ filij Dei,qui eſt verus Deus.Cõfitentibus igitur humanam naturam eſſe aſſumptam à filio Dei in vnitatem perſonę,neceſſe eſt dicere,ꝙ beata virgo Maria ſit mater Dei.Sed quia Neſtorius negabat vnam perſonam eſſe Dei & hominis Ieſu Chriſti, ideò ex conſequenti negabat virginem Mariam eſſe Dei matrem.

Quod ſpirituſſanctus non ſit pater Chriſti.

CAP. CCXXIII.

LIcèt autem filius Dei dicatur de ſpirituſancto & ex Maria virgine incarnatus:& conceptus,non tamen dicendum eſt, ꝙ ſpirituſſanctus ſit pater hominis Chriſti: licèt beata virgo eius mater dicatur.Primò quidẽ,quia in beata Maria virgine inuenitur totum quod pertinet ad matris rationem.Materiã enim miniſtrauit Chriſti conceptui ſpirituſancto formãdam,vt requirit ratio:ſed ex parte ſpirituſſancti nõ inuenitur totum quod ad rationem patris exigitur.Eſt enim de ratione patris, vt ex ſua natura filium ſibi connaturalem producat.Vnde ſi fuerit aliquod agens quod faciat aliquid non ex ſua ſubſtantia,nec producat ipſum in ſimilitudinẽ ſuæ naturæ,pater eius dici nõ poterit.Non enim dicimus,ꝙ homo ſit pater eorum quæ facit per artem:niſi fortè ſecũdum methaphoram.Spiritus autẽ ſanctus eſt quidẽ Chriſto connaturalis ſecundum diuinã naturã:ſecundum quã pater Chriſti non eſt: ſed magis ab ipſo procedens.Secundum autẽ naturam humanam non eſt Chriſto connaturalis.Eſt enim alia natura humana & diuina in Chriſto: vt ſuprà dictũ eſt.Neque in naturam humanam eſt verſum aliquid de natura diuina:vt ſuprà dictum eſt. Relinquitur ergo ꝙ ſpirituſſanctus pater hominis Chriſti dici nõ poſsit.Itẽ in vnoquóque filio, id qđ eſt principaliùs in ipſo,eſt à patre:quod autẽ ſecundarium,à matre. In alijs enim animalibus anima eſt à patre:corpus verò à matre.In homine autẽ & ſi anima rationalis à patre non ſit,ſed à Deo creata, virtus tamen paterni ſeminis diſpoſitiuè operatur ad formã. Id autem quod principaliùs eſt in Chriſto, eſt perſona verbi quæ nullo modo eſt à ſpirituſancto.Relinquitur ergo quòd ſpirituſſanctus pater Chriſti dici non poſsit.

De ſanctificatione. CAP. CCXXIIII.

QVia igitur vt ex prædictis apparet beata virgo Maria mater filij Dei facta eſt de ſpirituſancto concipiens, decuit vt excellentiſsima puritate mundaretur, per quam congrueret tanto filio. Et ideò credendum eſt, eam ab omni labe actualis peccati immunem fuiſſe,non tantùm mortalis,ſed etiam venialis:quod nulli ſanctorum cõuenire poteſt poſt Chriſtum cùm dicatur primæ Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si dixerimus, quoniam peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Sed de beata virgine matre Dei intelligi potest, quod Cantic. 4. dicitur. Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Nec solùm à peccato actuali immunis fuit, sed etiam ab originali, speciali priuilegio mundata. Oportuit siquidem, quòd cum peccato originali conciperetur: vtpotè quæ ex vtriusque sexus commixtione concepta fuit. Hoc enim priuilegium sibi soli seruabatur: vt virgo conciperet filium Dei. Cōmixtio autē sexus, quę sine libidine esse non potest post peccatum primi parentis, transmittit peccatum originale in prolem. Similiter etiā, quia si cū peccato originali concepta non fuisset, non indigeret per Christum redimi. Et sic non esset Christus vniuersalis hominum redēptor, quod derogat dignitati Christi. Est ergo tenendū, quòd cū peccato originali concepta fuit, sed ab eo quodā speciali modo purgata fuit. Quidam enim à peccato originali purgātur post natiuitatem ex vtero, sicut qui in baptismo sanctificantur. Quidam autem quodam priuilegio gratię etiā in maternis vteris sanctificati legūtur, sicut de Hieremia dicitur Here. 1. Priusquā te formarē in vtero, noui te, & antequàm exires de vulua, sanctificaui te. Et de Ioanne Baptista angelus dicit. Spiritusancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Quod autē præstitum est Christi Præcursori & Prophetæ, non debet credi denegatum esse matri ipsius. Et ideò creditur in vtero sanctificata, antè scilicet quā ex vtero nasceretur. Non autē talis sanctificatio præcessit infusionē animæ. Sic enim nūquàm fuisset peccato originali subiecta, & redēptione nō indiguisset. Nō enim subiectū peccati esse potest, nisi natura rationalis. Similiter etiā gratia sanctificationis per prius in anima radicatur, nec ad corpus potest peruenire, nisi per animam. Vnde post infusionem animæ credendum est eam sanctificatam fuisse. Eius autē sanctificatio amplior fuit, quā aliorū in vtero sanctificatorum. Alij nāq; sanctificati in vtero, sunt quidē à peccato originali mundati, non tamen est eis præstitum: vt posteà non possent peccare saltē venialiter. Sed beata virgo Maria tanta abundantia gratiæ sanctificata fuit: vt deinceps ab omni peccato conseruaretur immunis non solùm mortali, sed etiam veniali. Et quia veniale peccatum interdum ex surreptione contingit, ex hoc scilicet quòd aliquis inordinatus concupiscentiæ motus insurgit, aut alterius passionis præueniens rationem, ratione cuius primi motus dicuntur esse peccata, cōsequens est, quòd beata virgo Maria nūquàm peccauit venialiter, eo quòd inordinatos passionum motus non sensit. Contingunt autem huiusmodi motus inordinati, ex hoc quòd appetitus sensitiuus qui est harum passionum subiectum, nō sic subijcitur rationi, quin interdum ad aliquid præter ordinationem rationis moueatur, & quandoquè contra rationem, in quo consistit motus peccati. Sic igitur fuit in beata virgine appetitus sensitiuus rationi subiectus per virtutē gratiæ ipsum sanctificantis, quòd nunquàm contra rationem mouebatur, sed secundum ordinem rationis. Poterat tamen habere aliquos motus subditos, non ordinatos ratione. In domino autem Iesu Christo aliquid amplius fuit. Sic enim inferior appetitus in eo rationi subijciebatur: vt ad nihil moueretur, nisi secundum ordinem rationis, secundum scilicet quòd ratio ordinabat vel permittebat appetitum inferiorem moueri proprio motu. Hoc autem videtur ad integritatem primi status pertinuisse: vt inferiores viros totaliter rationi subderentur. Quæ quidem subiectio per peccatum primi parentis est sublata, nō solùm in ipso, sed etiam in alijs qui ab eo contrahunt peccatum originale, in quibus etiam postquàm à peccato mundantur per gratiæ sacramentum, remanet rebellio vel inobedientia inferiorum virium ad rationem, quæ dicitur fomes peccati, quæ in Christo nullatenus fuit fuit secundū prędicta. Sed quia in beata virgine Maria non erant inferiores vires to taliter rationi subiectæ: vt scilicet nullum motum haberent à ratione non præordinatum, & tamen sic cohibebantur per virtutem gratiæ, vt nullo modo contra rationem mouerentur, propter hoc solet dici, quòd in beata virgine post sanctificationem remansit quidem fomes peccati secundum substantiam, sed ligatus.

De perpetua virginitate matris Christi.

CAP. CCXXV.

SI autem per primam sanctificationem non fuit contra omnem motum peccati munita, multomagis in ea excreuit gratia fomēsque peccati in ea est debilitatus vel etiam totaliter sublatus, spiritusancto in ipsa secundum verbum angeli superueniente ad corpus Christi ex ea formandum. Vnde postquàm facta est sacrarium spiritussancti, & habitaculum filij Dei, nephas est credere nō solùm aliquem motum peccati in ea fuisse, sed nec etiam carnalis concupiscentiæ delectationem eam fuisse expertam. Et ideò abominādus error est Elludij, qui etiam si asserat Christū ex virgine conceptum & natum, dixit tamen eam postmodùm ex Ioseph alios filios genuisse. Nec hoc eius suffragatur errori, quod Matthæi primo dicitur, quòd non cognouit eam Ioseph, scilicet Mariam, donec peperit filium suum primogenitum, quasi postquàm peperit, eam cognouerit, quia donec in hoc loco non significat tempus finitum, sed indeterminatum. Est enim consuetudo sacræ scripturæ: vt vsque tunc specialiter asserat aliquid factum vel non factum, quousque in dubium poterat venire. Sicut dicitur in Psalm. Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Dubium enim esse poterat, quamdiu non viderentur ei inimici esse subiecti, quod postquàm innotuerit, nullus remanebit dubitandi locus. Similiter etiam dubium esse poterat, an ante partum filij Dei Ioseph Mariam cognouerit. Vnde hoc Euangelista remouere curauit quasi indubitabile relinquens, quia post partum nō fuit cognita. Nec etiam ei suffragatur, quòd Christus dicitur eius primogenitus, quasi post ipsum alios genuerit filios. Solet enim in scriptura primogenitus dici ante quem nullus genitus, etiam si post ipsum nullus sequatur, sicut patet de primogenitis qui secundum legem sanctificabantur domino & sacerdotibus offerebantur. Nec etiam ei suffragatur, quòd in Euangelio aliqui dicuntur fratres Christi fuisse, quasi mater eius alios habuerit filios. Solet enim scriptura fratres dicere, omnes qui sunt eiusdem cognationis, sicut Abraham Loth suum fratrem nominauit, cùm tamen esset nepos eius. Et secundum hoc nepotes Mariæ & alij eius consanguinei fratres Christi dicuntur, & etiam consanguinei Ioseph, qui pater Christi putabatur. Et ideò in Symbolo dicitur. Qui natus est de virgine Maria. Quæ quidem virgo dicitur absolutè quæ & ante partum, & in partu & post partum virgo permansit. Et quidem quòd ante partum, & post partum eius virginitati derogatum non fuerit, satis iam dictum est. Sed nec in partu eius virginitas fuit violata. Corpus enim Christi, quod ad discipulos ianuis clausis intrauit, potuit eadem potestate de vtero clauso matris exire. Non enim decebat vt integritatem nascendo tolleret, qui ad hoc nascebatur: vt corrupta in integrum reformaret.

De effectibus assumptis à Christo.

CAP. CCXXVI.

SIcut autem conueniens fuit: vt filius Dei naturam assumens humanam propter humanam salutem, in natura assumpta salutis humanæ finem ostenderet per gratiæ & sapientiæ perfectionem, ita etiam conueniens fuit, quòd in humana natura assumpta à Dei verbo conditiones aliquæ existerent quæ congruerent decentissimo liberationis modo humani generis. Fuit autem congruentissimus modus: vt homo qui per iniustitiam perierat, per iustitiam repararetur. Exigit autem hoc iustitiæ ordo: vt qui pœnæ alicuius peccando factus est debitor, per solutionem pœnæ liberetur. Quia verò quæ per amicos facimus aut patimur, aliqualiter nos ipsi facere aut pati videmur, eo quòd amor est mutua virtus ex duobus se amantibus quodammodò faciens vnum, non discordat à iustitiæ ordine, si aliquis liberetur amico eius satisfaciēte pro ipso. Per peccatū autem primi parentis perditio in totum humanum genus deuenerat, nec aliquis hominis pœna sufficere poterat: vt totū genus humanum liberaret. Non enim erat condigna satisfactio, & æquiualens: vt vno homine puro satisfaciente omnes homines liberarentur. Similiter etiam nec sufficiebat secundum iustitiam: vt angelus ex amore humani generis pro ipso satisfaceret. Angelus enim non habet dignitatem vt satisfactio eius pro infinitis & infinitorum peccatis sufficere posset. Solus autem Deus est infinitæ dignitatis qui carne assumpta pro homine sufficienter satisfacere poterat: vt suprà iam diximus. Talem igitur oportuit: vt humanam naturam assumeret, in qua pati posset pro homine, ea quæ homo peccando meruit: vt pateretur ad satisfaciendum pro homine. Non autē omnis pœna quam homo peccando incurrit est ad satisfaciendū idonea. Prouenit enim peccatum hominis, ex hoc quòd à Deo auertitur, conuersus ad commutabilia bona. Punitur autem homo pro peccato in vtrisque. Nam & priuatur gratia & cæteris donis quibus Deo coniungitur, & meretur etiam pati molestiam & defectum in eo propter quod est à Deo auersus. Ille ordo igitur satisfactionis, requirit, vt per pœnas quas peccator in bonis commutabilibus patitur, reuocetur ad Deum. Huic autem reuocationi contrariæ sunt illæ pœnæ quibus homo separatur à Deo. Nullus igitur per hoc Deo satisfacit, quòd priuatur gratia, vel quòd ignorat Deum, vel quòd habet inordinatam animam, quamuis hoc sit pœna peccati, sed per hoc quòd in se ipso aliquem dolorem sentit, & in exterioribus rebus damnum. Non igitur Christus illos defectus assumere debuit, quibus homo separatur à Deo, licèt sint pœna peccati, sicut priuatio gratiæ, ignorantia & huiusmodi. Per hoc enim minus idoneus ad satisfaciendum redderetur, quinimò ad hoc, quòd esset auctor humanæ salutis, requirebatur vt plenitudinem gratiæ & sapientiæ posideret, sicut iam dictum est. Sed quia homo per peccatum in hoc positus erat: vt necessitatem moriendi haberet, & vt secundum corpus & animam esset passibilis, huiusmodi defectus Christus suscipere voluit: vt mortem pro hominibus patiendo, genus humanum redimeret. Est tamen attendendum, quòd huiusmodi defectus sunt Christo & nobis communes. Alia tamen ratione inueniuntur in Christo & in nobis. Huiusmodi defectus enim vt dictum est, pœna sunt primi peccati. Quia igitur nos per vitiatam originem culpam originalem contrahimus, per consequens hos defectus dicimur cōtractos habere: Christus autem ex sua origine nullam maculam peccati contraxit. Hos autem defectus ex sua voluntate accepit. Vnde dici non debet, q̄ habuit hos defectus contractos: sed magis assumptos. Illud enim cōtrahitur q̄ cum alio ex necessitate trahitur. Christus autem potuit assumere humanam naturam, sine huiusmodi defectibus: sicut sine culpæ feditate assumpsit. Et hoc rationis ordo poscere videbatur, vt qui fuit immunis à culpa, esset immunis à pœna. Et sic patet q̄ nulla necessitate: neque vitiatæ originis: neque iustitiæ, huiusmodi defectus fuerunt in eo. Vnde relinquit, q̄ nō cōtracti: sed voluntariè assumpti fuerūt in eo. Quia verò corpus nostrum prædictis defectibus subiacet in pœnā peccati: nam ante peccatum ab his eramus immunes: conuenienter Christus inquātùm huiusmodi defectus in sua carne assumpsit, dicitur similitudinem peccati gessisse: secundum illud Apostoli ad Romanos 8. Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati. Vnde & ipsa Christi passibilitas vel passio ab Apostolo peccatū nominatur: cùm subditur. Et de peccato damnauit peccatū in carne. Et Rom. vj. q̄ mortuus est peccato, mortuus est semel. Et quod est mirabiliùs hac etiam ratione dicit Apostolus ad Galat. 3. q̄ est factus pro nobis maledictum. Hac etiam ratione dicitur simplam nostram necessitatem assumpsisse. s. pœnæ: vt duplam nostram consumeret. s. culpæ & pœnæ. Est autem considerandum vlteriùs, q̄ defectus pœnales in corpore, duplices inueniuntur. Quidam communes omnibus: vt esuries: sitis: lassitudo post laborem. dolor: mors: & huiusmodi. Quidam verò non sunt omnibus communes: sed quorundam hominum proprij: vt cæcitas: lepra: febris: membrorū mutilatio: & huiusmodi. Horum autem defectuum, hęc est differentia. Quia defectus communes in nobis ab alio traducuntur. s. ex primo parente, qui eos pro peccato incurrit. Defectus autem proprij ex particularibus causis in singulis hominibus innascuntur. Christus autē ex seipso nullam causam defectus habebat: nec ex anima quæ quod erat optimè organizatum & dispositum omniporenti virtute spiritussancti compactum: sed sua voluntate dispensatiuè ad nostram salutem procurandam, aliquos defectus suscepit. Illos igitur proprios: qui in singulis ex causis proprijs innascuntur. Similiter etiam, quia principaliter venerat ad restaurandum humanam naturam, illos defectus suscipere debuit: qui in tota natura inueniebantur. Patet etiam secundum prædicta, q̄ vt Damascenus dicit, Christus assumpsit defectus nostros indetractabiles. i. quibus detrahi nō potest. Si enim defectum scientiæ vel gratiæ suscepisset, aut etiam lepram: aut cæcitatem: aut aliquid huiusmodi, hoc ad derogationē dignitatis Christi pertinere videretur: & esset hominibus detrahendi occasio: quæ nulla datur ex defectibus totius naturæ.

Quare Christus mori voluit.

CAP. CCXXVII.

MAnifestum igitur est secundum prædicta, q̄ Christus aliquos defectus nostros suscepit: non ex necessitate: sed propter aliquem finem. s. propter salutem nostram. Omnis autem potentia & habitus, siue habilitas ordinatur ad actum sicut ad finem. Vnde passibilitas ad satisfaciendum vel merendum non sufficit: sine passione in actu. Non enim aliquis dicitur bonus vel malus, ex eo q̄ potest talia agere: sed ex eo q̄ agit: nec laus & vituperiū debentur potētię: sed actui. Vnde & Christus: nō solū passibilitatē nostram suscepit vt nos saluaret: sed etiam vt pro peccatis nostris satisfaceret, voluit pati. Passus est autem pro nobis ea quæ vt nos pateremur ex peccato primi parentis meruimus: quorum præcipuum, est mors ad quā omnes aliæ passiones humanæ ordinantur, sicut ad vltimum. Stipendia enim peccati, mors est: vt Apostolus dicit ad Romanos 6. Vnde & Christus pro peccatis nostris voluit mortem pati: vt dum pœnam nobis debitam ipse sine culpa susciperet, nos à reatu mortis liberaret: sicut aliquis debito pœnæ liberaretur alio pro eo pœnam sustinente. Mori etiam voluit, vt nō solùm mors eius esset nobis satisfactionis remedium, sed etiam salutis sacramentum: vt ad similitudinem mortis eius nos carnali vitæ moriamur. in spiritualem vitam transiati: secundum illud primæ Petri 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est: iustus pro iniustis: vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne: viuificatos autē spiritu. Mori etiā voluit, vt nobis mors eius esset perfectæ virtutis exemplum. Quantùm ad charitatem quidem: quia maiorem charitatem nemo habet quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis: vt dicitur Ioannis 15. Tantò enim quisque magis amare ostenditur, quantò plura & grauiora pro amico pati non refugit. Omnium autem humanorum malorū grauius est mors: per quā tollitur vita humana. Vnde nullum magis signum dilectionis esse potest, quàm q̄ homo pro amico se morti exponat. Quantùm ad fortitudinem verò, quę propter aduersa à iustitia nō recedit: quia maximè ad fortitudinē pertinere videtur, vt etiam nec timore mortis aliquis à virtute recedat. Vnde dicit Apostolus Hebræorum 2. de passione Christi loquens. Vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolum: & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Dum enim pro veritate mori nō recusauit, excluit timorem moriendi: propter quem homines seruituti peccati plerúmque subduntur. Quantùm ad patientiam verò quæ in aduersis tristitia hominē absorbere nō finit, Sed quanto sunt maiora aduersa, tanto magis in his relucet patientiæ virtus. Vnde in maximo malorum quod est mors: perfectæ patientiæ datur exemplū, si absque mentis turbatione sustineatur: quod de Christo Propheta prædixit dicens. Esaiæ 53. Tanquàm agnus coram tondente se obmutescet: & non aperiet os suum. Quantùm ad obedientiam verò quia tantò laudabilior est obedientia: quantò in difficilioribus quis obedit. Omnium autem difficilimum est mors. Vnde ad perfectam obedientiam Christi commendandam, dicit Apostolus ad Philippenses 2. quòd factus est obediens patri vsque ad mortem.

De morte crucis. CAP. CCXXVIII.

EX eisdem autem causis apparet, quare mortem crucis voluit pati. Primò quidem, quia hoc conuenit quantùm ad remedium satisfactionis. Conuenienter enim homo punitur per ea in quibus peccauit. Per quæ enim peccat quis: per hæc & torquetur: vt dicitur Sapientiæ xj. Peccatum autem hominis primū fuit, per hoc quòd pomum arboris ligni scientiæ boni & mali contra præceptū Dei comedit: loco cuius Christus se ligno affigi permisit: vt exsolueret quæ non rapuit: sicut de eo Psalmista dicit. Conuenit etiam quantùm ad sacramētum. Voluit enim Christus ostendere sua morte, vt sic moreremur vita carnali: q̄ spiritus noster in superna eleuaretur. Vnde & ipse dicit Ioannis 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Conuenit etiam quantùm ad exemplum perfectæ virtutis. Homines enim, quandoque non minus refugiunt vituperabile genus mortis, quàm mortis acerbitatē. Vnde ad perfectionem virtutis pertinere videtur: vt propter bonum virtutis, etiam aliquis vituperabilem mortem non refugiat pati. Vnde Apostolus, ad commendandam perfectam obedientiam Christi, cū dixisset de eo quòd factus est obediens vsque ad mortem, subdit. Mortem autem crucis. Quæ quidem mors turpissima videbatur secundum illud Sapientiæ 2. Morte turpissima cōdemnemus eum

De morte Christi. CAP. CCXXIX.

CVm autem in Christo conueniant in vnam personam tres substantiæ, scilicet corpus: anima, & diuinitas verbi: quarum duæ, scilicet anima & corpus, vnitæ sunt in vnam naturam: in morte quidem Christi separata est vnio corporis & animæ. Aliter enim corpus verè mortuum non fuisset. Mors enim corporis, nihil est aliud quàm separatio animæ ab ipso. Neutrum tamen separatum est à Dei verbo, quantùm ad vnionem personæ. Ex vnione autem animæ & corporis, resultat humanitas. Vnde separata anima à corpore Christi per mortem, in triduo mortis homo dici nō potuit. Dictum est autem suprà, quòd propter vnionem in persona humanæ naturæ ad Dei verbum, quicquid dicitur de homine Christo, potest & cōuenienter de Dei filio prædicari. Vnde cùm in morte manserit vnio personalis filij Dei tam ad animā quàm ad corpus Christi, quicquid de vtróque eorum dicitur, poterat de Dei filio prædicari. Vnde & in Symbolo dicitur de filio Dei, quòd sepultus est propter. hoc, quòd corpus sibi vnitum, in sepulchro iacuit: & quòd descendit ad inferos anima descendente. Est etiam considerandum, quòd masculinum genus designat personam: neutrum verò naturam. Vnde in trinitate dicimus, quòd filius est alius à patre nō aliud. Secundum hoc ergo in triduo mortis Christus fuit totus in sepulchro: totus in inferno: totus in cœlo: propter personam quæ vnita erat & carni in sepulchro iacenti: & animæ infernum expolianti: & sustinebat in natura diuina in cœlo regnante. Sed non potest dici, quòd totum in sepulchro aut in inferno fuerit: quia non tota humana natura, sed pars in sepulchro aut in inferno fuit.

Quòd mors Christi fuit voluntaria.

CAP. CCXXX.

FVit igitur mors Christi nostræ morti conformis, quantùm ad id quod est de ratione mortis: quod est animam à corpore separari: sed quantùm ad aliquid, mors Christi à nostra morte differens fuit. Nos enim morimur, quasi morti subiecti ex necessitate: vel naturæ: vel alicuius violentiæ nobis illatæ. Christus autem mortuus est non necessitate sed potestate & propria voluntate. Vnde ipse dicebat Ioannis x. Potestatem habeo ponendi animam meam & iterum sumendi eam. Huius autem differentiæ ratio est: quia naturalia voluntati nostræ non subiacent. Coniunctio autem animæ ad corpus est naturalis. Vnde voluntati nostræ non subiacet, quòd ani-

Biblioteca
Facult. Philosophiae
Provinciae Loyolensis S.I.

Universidad de Deusto Biblioteca

ma corpori vnita remaneat, vel quòd à corpore separetur. Sed oportet hoc ex virtute alicuius agentis prouenire. Quicquid autem in Christo secundum humanam naturam erat naturale totum eius voluntati subiacebat propter diuinitatis virtutem cui subiacet tota natura. Erat igitur in potestate Christi: vt quamdiu vellet anima eius corpori vnita remaneret, & statim cùm vellet separaretur ab ipso. Huiusmodi autem diuinæ virtutis indicium centurio cruci Christi assistens sensit, dum eum vidit clamantem expirare, per quod manifestè ostendebatur, quòd non sicut cæteri homines ex defectu naturæ moriebatur. Nõ enim possunt homines cum clamore spiritum emittere cùm in illo mortis articulo vix etiam possint palpitando linguam mouere. Vnde quòd Christus clamans expirauit, in eo diuinam manifestauit virtutem. Et propter hoc centurio dixit. Verè filius Dei erat iste. Non tamen dicendum est, quòd Iudæi non occiderint Christum, vel quòd Christus ipse se occiderit. Ille enim dicitur aliquem occidere, qui ei causam mortis inducit, nõ tamen mors sequitur nisi causa mortis naturam vincat, quæ vitam conseruat. Erat autem in potestate Christi: vt natura causæ corrumpenti cederet vel resisteret, quantum ipse vellet. Ideò & ipse voluntariè Christus mortuus fuit & tamen Iudæi occiderunt eum.

De passione Christi quantum ad corpus.

CAP. CCXXXI.

NOn solùm autem Christus mortem pati voluit, sed & alia quæ ex peccato primi parentis in posteros proueniunt: vt dum pœnam peccati integraliter susciperet, nos perfectè à peccato satisfaciendo liberaret. Horum autem quædam præcedunt mortem, quædam mortem subsequuntur. Præcedunt quidẽ mortem corporis passiones tàm naturales: vt fames sitis lassitudo huiusmodi, &c. quam etiã violentæ: vt vulneratio flagellatio & similia. Quæ omnia Christus pati voluit tãquàm prouenientia ex peccato. Si enim homo non peccasset, nec famis aut sitis aut lassitudinis vel frigoris afflictionẽ sensisset, nec ab exterioribus pertulisset violentã passionem. Has tamen passiones alia ratione Christus pertulit, quàm alij homines patiantur. In alijs enim hominibus nõ est aliquid, quod ijs passionibus repugnare possit. In Christo autem erat vnde ijs passionibus resisteretur non solùm virtus diuina increata, sed etiam animę beatitudo, cuius tãta vis est vt Aug. dicit vt eius beatitudo suo modo redundet in corpus. Vnde post resurrectionem ex hoc ipso, ꝙ anima glorificata erit per visionem & apertam & plenam fruitionẽ corpus gloriosæ animæ vnitũ gloriosum reddetur impassibile & immortale. Cùm igitur anima Christi, perfecta visione Dei frueretur quantum est ex virtute huius visionis, consequẽs erat vt corpus impassibile & immortale redderetur per redundantiã gloriæ ab anima in corpus. Sed dispensatiuè factum est: vt anima Dei visione fruente simul corpus pateretur nulla redundantia gloriæ ab anima in corpus facta. Suberat enim vt dictũ est, quod erat naturale Christo, secundum humanam naturam eius voluntati. Vnde poterat naturalẽ redundantiam à superioribus partibus ad inferiores pro suo libito impedire: vt sineret vnãquamq; partem pati aut agere, quod sibi proprium esset absque alterius partis impedimẽto, quod in alijs hominibus esse nõ potest. Inde etiam est, ꝙ in passione Christus maximũ corporis dolorem sustinuit, quia corporalis dolor in nullo mitigabatur per superius gaudiũ rationis: sicut nec econuersò dolor corporis, rationis gaudium impediebat. Hinc etiã apparet, ꝙ solus Christus simul viator & cõprehensor fuit. Sic enim diuina visione fruebatur, quod ad comprehensorem pertinet: vt tamen corpus passionibus subiectum remaneret, quod pertinet ad viatorem. Et quia proprium est viatoris: vt per bona quę ex charitate agit, mereatur vel sibi vel alijs. inde est, quòd Christus quãuis comprehensor esset, meruit tamẽ per ea quæ facit, & passus est & sibi & nobis. Sibi quidem non gloriam animæ quam à principio suæ conceptionis habuerat, sed gloriam corporis ad quam patiendo peruenit. Nobis etiam suæ singulæ passiones & operationes fuerunt proficuæ ad salutem, non solùm per modum exempli, sed etiam per modum meriti, inquantùm propter abundantiam charitatis & gratiæ nobis potuit gratiam promereri: vt sic de plenitudine capitis membra acciperent. Erat siquidem quælibet passio eius quantuncúnque minima sufficiens ad redimendum humanum genus, si consideretur dignitas patientis. Quantò enim aliqua passio in personam digniorem infertur, tanto videtur maior iniuria. Puta si quis percutiat principem, quàm si percutiat quendam de populo. Cùm igitur Christus sit dignitatis infinitæ, quælibet passio eius habet infinitam existimationem: vt sic sufficeret ad infinitorum peccatorum abolitionem. Non tamen fuit per quamlibet consummata humani generis redemptio, sed per mortem, quam propter rationes suprà positas ad hoc pati voluit: vt genus humanum adimeret à peccatis. In emptione enim qualibet non solùm requiritur quantitas valoris, sed deputatio pretij ad emendum.

De passibilitate Christi animæ.

CAP. CCXXXII.

QVia verò anima est forma corporis, consequens est vt patiente corpore & anima quodammodò patiatur. Vnde pro statu illo quo Christus corpus passibile habuit etiam anima eius passibilis fuit. Est autem considerandum, quòd duplex est animæ passio. Vna quidẽ ex parte corporis, alia verò ex parte obiecti, quod in vna aliqua potentiarum considerari potest. Sic enim se habet anima ad corpus sicut pars animæ ad partem corporis. Potẽtia autem visiua patitur quidem ab obiecto, sicut cùm ab excellẽti fulgido visus obtũditur. Ex parte verò organi, sicut cũ læsa pupilla hebetatur visus. Si igitur consideretur passio animæ Christi ex parte corporis, sic tota anima patiebatur corpore patiente. Est enim anima forma corporis secundum suam essentiam. In essentia verò animæ omnes potentiæ radicantur. Vnde relinquitur, quòd corpore patiente quælibet potentia animæ quodammodò pateretur. Si verò consideretur animæ passio ex parte obiecti, non omnis potentia animæ patiebatur secundum quod passio propriè sumpta nocumentum importat. Non enim ex parte obiecti cuiuslibet potentiæ poterat aliquid esse nociuum. Iam enim suprà dictum est, quòd anima Christi perfecta Dei visione fruebatur. Superior igitur ratio animæ Christi quæ rebus æternis contẽplandis & consulendis inhæret, nihil habebat aduersum aut repugnans, ex quo aliqua nocumẽti passio in ea locum haberet. Potẽtiæ verò sensitiuæ quarum obiecta sunt res corporeæ, habere poterant aliquod nocumentum ex corporis passione. Vnde sensibilis dolor in Christo fuit corpore patiente. Et quia læsio corporis, sicut à sensu sentitur noxia, ita etiã interior imaginatio eam vt nociuam apprehendit, inde sequitur interior tristitia etiam cùm dolor in corpore non sentitur. Et hanc passionem tristitiæ dicimus in Christo fuisse. Non solùm autem imaginatio, sed etiam ratio inferior nociua corporis apprehendit. Et ideò etiam ex apprehẽsione inferioris rationis, quæ circa temporalia versatur, poterat passio tristitiæ habere locum in Christo, inquantùm scilicet mortẽ & aliam corporis læsionem inferior ratio apprehendebat: vt noxiam & appetitui naturali contrariam. Cõtingit autẽ ex amore qui facit duos homines quasi vnum: vt aliquis tristitiam patiatur, nõ solùm ex ijs quæ per imaginationem: vel per inferiorem rationem apprehendit vt sibi nociua, sed etiam ex ijs quæ apprehendit vt noxia alijs quos amat. Vnde ex hoc tristitiam Christus patiebatur, secundum quod alijs, quos ex charitate amabat, periculum imminere cognoscebat culpæ vel pœnę. Vnde non solùm sibi, sed etiam alijs doluit. Et quamuis dilectio proximi ad superiorem rationem quodammodò pertineat inquantùm proximus ex charitate diligitur propter Deum, superior tamẽ ratio in Christo, de proximorum defectibus tristitiam habere non potuit, sicut in nobis habere potest. Quia enim ratio superior Christi plena Dei visione fruebatur, hoc modo apprehendebat quicquid ad aliorum defectus pertinet secundùm quod in diuina sapientia continetur, secundum quam decenter ordinatum existit, & quòd aliquis peccare permittatur, & quòd pro peccato punietur. Et ideò nec anima Christi nec aliquis beatus Deum videns, ex defectibus proximorum tristitiam pati potest. Secus autem est in viatoribus, qui ad rationem sapientiæ videndam non attingunt. Hi enim etiam secundum rationem superiorem de defectibus aliorum tristantur, dum ad honorem Dei & exaltationem fidei pertinere existimant, quòd aliqui saluentur, qui tamen damnantur. Sic igitur de eisdem de quibus dolebat secundum sensum imaginationem & rationem inferiorem secundum superiorem gaudebat, inquantùm ea ad ordinem diuinæ sapientiæ referebat. Et quia referre aliquid ad alterum, est proprium opus rationis: ideò solet dici, quòd mortem ratio Christi refugiebat quidem si consideretur vt natura. quia scilicet naturaliter est mors odibilis: volebat tamen eam pati, si consideretur vt ratio. Sicut autem in Christo fuit tristitia, ita etiam & aliæ passiones quæ ex tristitia oriuntur: vt timor, ira & huiusmodi. Ex ijs enim quæ tristitiam præsentia ingerunt, timor in nobis causatur dum futura mala existimantur, & dum aliquo lædente contristati fuimus contra eum irascimur. Hæ tamen passiones aliter fuerunt in Christo, quàm in nobis. In nobis enim plerumquè iudicium rationis præueniunt & interdùm modum rationis excedunt. In Christo autem nunquàm præueniebant iudicium rationis, nec modum à ratione taxatum excedebant, sed tantùm mouebatur inferior appetitus qui est subiectus passioni, quantum ratio ordinabat eum debere moueri. Poterat igitur cõtingere, ꝙ secundũ inferiorẽ partẽ anima Christi refugiebat aliquid, quod secundũ superiorẽ optabat: non tamen erat cõtrarietas appetituũ in ipso, vel rebellio carnis ad spiritũ, quæ in nobis cõtingit ex hoc, ꝙ appetitus ĩferior iudiciũ & modũ rõnis transcendit. Sed in Christo mouebatur secundũ iudiciũ rõnis, inquantùm permittebat vnicuiq; inferiorũ viriũ moueri proprio motu secundum ꝙ ipsum decebat. Ijs igitur cõsideratis, manifestũ est, ꝙ superior ratio Christi, tota quidẽ fruebatur & gaudebat ꝑ cõparationem ad suum obiectum. Non enim ex hac parte aliquid ei occurrere poterat quod esset tristitiæ causa. Sed etiam tota patiebatur ex parte subiecti: vt suprà dictum est. Nec illa fruitio minuebat passionem: nec passio impediebat fruitionem: cùm non fieret redundantia ex vna potentia in aliam: sed quælibet potentiarum permitteretur agere quod sibi proprium erat: sicut iam suprà dictum est.

De oratione Christi.

CAP. CCXXXIII.

QVia verò oratio est desiderij expositiua: ex diuersitate appetituum, ratio sumi potest orationis quam Christus imminente passione proposuit dicens. Matthæi 26. Pater mi, si possibile est transeat à me calix iste. Veruntamen nõ sicut ego volo: sed sicut tu. In hoc enim quod dixit, transeat à me calix iste, motũ inferioris appetitus & naturalis desiderij designat, quò naturaliter quilibet mortem refugit & appetit vitam. In hoc autem quod dicit, veruntamen non sicut ego volo: sed sicut tu vis, exprimit motum superioris rationis omnia considerantis: prout sub ordinatione diuinæ sapientiæ continentur. Ad quod etiam pertinet quod dicit, si non potest: hoc solùm fieri posse demonstrans, quod secundum ordinem diuinæ voluntatis procedit. Et quamuis calix passionis nõ transiuit ab eo quin ipsum biberit, non tamen dici debet, quòd eius oratio exaudita non fuerit. Nam secundum Apostolum ad Hebreos ij. In omnibus exauditus est pro sua reuerentia. Cùm enim oratio vt dictum est, sit desiderij expositiua, illud simpliciter oramus quod simpliciter volumus. Vnde & desiderium iustorum orationis vim obtinet apud Deum: secundum illud Psalm. Desiderium pauperũ exaudiuit dominus. Illud autem simpliciter volumus, quod secundum rationem superiorem appetimus: ad quam solam pertinet consentire in opus. Illud autem simpliciter orauit Christus, vt patris voluntas fieret: quia hoc simpliciter voluit, non autem quòd calix ab eo transiret: quia nec hoc simpliciter voluit: sed secundum inferiorem rationem: vt dictum est.

De sepultura Christi.

CAP. CCXXXIIII.

COnsequuntur autem hominem ex peccato post mortem alij defectus: & ex parte corporis: & ex parte animæ. Ex parte corporis quidem, quòd corpus redditur terræ ex qua sumptũ est. Hic autem defectus ex parte corporis, in nobis quidem secundum duo attenditur, scilicet secundum positionem: & secundum resolutionem: secũdum positionem quidem, inquantùm corpus mortuum, sub terra ponitur sepultum. Secundum resolutionem verò, inquantùm corpus in elementa soluitur, ex quibus est compactũ. Horum autem defectuum, primum quidem Christus pati voluit, vt scilicet corpus eius sub terra poneretur. Alium autem defectum passus nõ fuit vt scilicet corpus eius in terrã resolueretur. Vnde de ipso Psal. dicit: Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. i. corporis putrefactionem. Huius autem ratio est, quia corpus Christi materiam sumpsit de natura humana: sed formatio eius non fuit virtute humana: sed virtute spiritussancti. Et ideò propter substantiam materiæ, subterraneum locum qui corporibus mortuis deputari consueuit, voluit pati. Locus enim corporibus debetur, secundum materiam prædominantis elementi. Sed dissolutionem corporis, per spiritumsanctum fabricati, pati non voluit. quia quantùm ad hoc, ab alijs hominibus differebat.

De descensu Christi ad inferos.

CAP. CCXXXV.

EX parte verò animæ sequitur in hominibus ex peccato post mortem, vt ad infernum descendant: non solùm quantùm ad locum sed etiam quantùm ad pœnam. Sicut autem corpus Christi fuit quidem sub terra secundum locum, non autem secundum communem resolutionis defectum: ita & anima Christi descendit quidem ad inferos secundum locum: non autem vt ibi pœnam subiret: sed magis vt alios à pœna absolueret: qui propter peccatum primi parentis illic detinebantur: pro quo plenè iam satisfecerat mortẽ patiendo. Vnde post mortem nihil patiendum restabat. Sed absque omni pœnæ passione, localiter ad infernum descendit: vt se viuorũ & mortuorum liberatorem ostenderet. Ex hoc etiam dicitur, quòd solus inter mortuos fuit liber: quia anima eius in inferno nõ subiacuit pœnæ, nec corpus eius corruptioni in sepulchro. Quamuis autem Christus descendens ad inferos eos liberauit qui pro peccato primi parẽtis ibi tenebantur, illos tamen reliquit qui pro peccatis proprijs ibidẽ pœnis erant addicti. Et ideò dicitur momordisse infernum non absorbuisse: quia scilicet partem liberauit, & partem dimisit. Hos igitur Christi defectus symbolum fidei tangit: cùm dicit. Passus sub pontio Pilato crucifixus mortuus: & sepultus descendit ad inferos.

De resurrectione & tempore irresurrectionis Christi.

CAP. CCXXXVI.

QVia ergo per Christum humanũ genus liberatum est à malis quæ ex peccato primi parẽtis deriuata erant, oportuit, ꝙ sicut ipse mala nostra sustinuit, vt ab eis nos liberaret, ita etiam reparationis humanæ per ipsum actæ in eo primitiæ apparerent: vt vtróque modo Christus proponeretur nobis in signũ salutis: dum ex eius passione cõsideramus quid pro peccato incurrimus: & quod nobis patiendum est vt à peccato liberemur: & per eius exaltationẽ consideramus quid nobis per ipsum sperãdum proponitur. Superata igitur morte, quæ ex peccato primi parentis prouenerat, primus ad immortalem vitã resurrexit: vt sicut Adam peccãte, primò mortalis vita apparuit, ita Christo pro peccato satisfaciente, primò immortalis vita in Christo appareret. Redierant quidem ad vitã alij ante Christũ: vel ab eo. vel à prophetis suscitatis: tamen iterũ morituri. Sed Christus resurgens ex mortuis, iam nõ moritur. Vnde quia primus necessitatẽ moriendi euasit, dicitur princeps mortuorũ: & primitiæ dormientium. s. quia primus à somno mortis surrexit iugo mortis excusso. Eius autem resurrectio non tardari debuit, nec statim post mortẽ esse. Si enim statim post mortẽ redisset ad vitã, mortis veritas cõprobata non fuisset. Si verò diu resurrectio tardaretur, signum superatæ mortis in eo nõ appareret: nec hominibus daretur spes, vt per ipsum liberarẽtur à morte. Vnde resurrectionẽ vsque ad tertium diem distulit: quia hoc tẽpus sufficiens videbatur ad mortis veritatem comprobandam: nec erat nimis prolixum ad spem liberationis tollendam. Nam si ampliùs dilata fuisset, iam fidelium spes dubitationem pateretur. Vnde & quasi deficiente iam spe, quidam dicebant tertia die, Lucæ vltimò. Nos sperabamus ꝙ ipse redempturus esset Israël. Nõ tamen per tres integros dies Christus mortuus remansit. Dicitur tamen tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ fuisse, illo modo locutionis quo pars pro toto poni solet. Cũ enim ex die & nocte, vnus dies naturalis cõstituatur, quacúnque parte diei vel noctis computata Christus fuit in morte, tota illa die dicitur in morte fuisse. Secũdum autẽ scripturæ cõsuetudinẽ nox cum sequenti die cõputatur: eò ꝙ Hebræi tempora secundum cursum lunæ obseruant: quæ de sero incipit apparere. Fuit autẽ Christus in sepulchro vltima parte sextæ feriæ: quę si cũ nocte præcedenti cõputetur, erit quasi dies vnus naturalis. Nocte verò sequente sextã feriam, cũ integra die sabbati fuit in sepulchro. Et sic sunt duo dies. Iacuit etiam mortuus in sequẽti nocte, quæ præcedit diem dominicũ in qua resurrexit: vel media nocte secundum Gregorium: vel diluculo secũdum alios. Vnde si cõputetur vel tota nox: vel pars eius cum sequenti die dominico erit tertius dies naturalis. Nec vacat à misterio, ꝙ tertia die resurgere voluit: vt pro hoc manifestetur ꝙ ex virtute totius trinitatis resurrexit. Vnde & quãdoque dicitur pater eum resuscitasse: quandoq; autẽ ꝙ ipse propria virtute resurrexit: quod nõ est contrarium cũ eadem sit diuina virtus patris & filij & spiritussancti. Et etiã vt ostenderetur ꝙ reparatio vitæ nõ fuit facta prima die sæculi. i. sub lege naturali: nec secunda die. i. sub lege Mosayca: sed tertia die. i. tẽpore gratiæ. Habet etiã rationẽ, ꝙ Christus vna die integra, & duabus noctib⁹ integris iacuit in sepulchro: quia Christus vna vetustate quã suscepit. s. pœnę, duas nostras vetustates cõsumpsit. s. culpę & pœnę ꝑ duas noctes significãt.

De qualitate Christi resurgentis.

CAP. CCXXXVII.

NOn solùm autem Christus recuperauit humano generi, quod Adam peccãdo amiserat: sed etiam hoc ad quod Adam merendo peruenire potuisset. Multò enim maior fuit Christi efficacia ad merendum, quàm hominis ante peccatũ. Incurrit siquidem Adam peccando necessitatẽ moriendi: amissa facultate qua mori non poterat si nõ peccaret. Christus autem nõ solùm necessitatẽ moriendi exclusit: sed etiam necessitatẽ non moriendi acquisiuit. Vnde corpus Christi post resurrectionem, factũ est impassibile & immortale: nõ quidem sicut primi hominis potens nõ mori: sed omninò nõ potens mori: quod in futurũ de nobisipsis expectamus. Et quia anima Christi ante mortẽ passibilis erat, secũdum passionẽ corporis. consequens est vt corpore impassibili facto, etiã anima impassibilis redderetur. Et quia impletũ erat humanæ redemptionis misterium, propter quod dispensatiuè cõtinebatur fruitionis gloria in superiori animæ parte ne fieret redundantia ad inferiores partes & ad ipsum corpus: sed permitteretur vnumquódq; aut agere aut pati quod sibi proprium erat: consequens fuit vt iam per redundantiam gloriæ à superiori animæ parte totaliter corpus glorificaretur: & inferiores vires. Et inde est, ꝙ cùm ante passionẽ Christus esset cõprehensor propter fruitionẽ animæ: & viator propter corporis passibilitatem: iam post resurrectionem, viator vltrà non fuit: sed solùm comprehensor.

Quomodo cõuenientibus argumẽtis Christi resurrectio demõstratur.

CAP. CCXXXVIII.

ET quia vt dictũ est, Christus resurrectionẽ anticipauit, vt eius resurrectio argumentũ nobis spei existeret. vt nos etiã resurgere speraremus, oportuit ad spem resurrectionis suadendã, vt eius resurrectio necnõ & resurgẽtis qualitas, cõgruentibus indicijs manifestaretur. Non autẽ omnibus indifferẽter suam resurrectionẽ manifestauit, sicut humanitatẽ & passionẽ: sed solùm testibus præordi-

Universidad de Deusto Biblioteca

natis à Deo. s. discipulis quos elegerat ad procurandum humanā salutem. Nam status resurrectiōis vt dictum est, pertinet ad gloriam cōprehēsoris, cuius cognitio nō debetur omnibus, sed ijs tātum qui se dignos efficiunt. Manifestauit autē eis Christus & veritatē resurrectionis & gloriā resurgentis, veritatē quidem resurrectionis ostēdendo, ꝙ idem ipse qui mortuus fuerat resurrexit, & quātùm ad naturam & quātùm ad suppositum. Quantùm ad naturam quidē quia se verum corpus humanū habere demonstrauit, dum ipsum palpādum & videndum discipulis præbuit, quibus dixit. Luc. vltimo. Palpate, & videte, quia spiritus carnē & ossa non habet, sicut me videtis habere. Manifestauit etiā exercendo actus qui naturæ humanæ conueniunt, cum discipulis suis māducās & bibens & cū eis multotiens loquens, & ambulans, qui sunt actus hominis viuentis, quāuis illa comestio necessitatis non fuerit. Non enim incorruptibilia resurgentium corpora vlterius cibo indigebunt, cum in in eis nulla fiet deperditio quā oporteat per cibum restaurari. Vnde & cibus à Christo assumptus, nō cessit in corporis eius nutrimētum, sed fuit resolutum in præiacentem materiam. Verūtamen ex hoc ipso, ꝙ comedit & bibit, se verum hominem demonstrauit. Quātùm verò ad suppositum ostendit se esse eundē qui mortuus fuerat, per hoc ꝙ indicia suæ mortis eis in suo corpore demonstrauit. s. vulnerum cicatrices. Vnde dicit Thomæ. Ioā. 20. Infer digitum tuum huc & vide manus meas, & affer manum tuam & mitte in latus meum. Et Luc. vltimo dixit. Videte manus meas & pedes meos: quia ego ipse sum, quāuis hoc etiā dispēsationis fuerit, ꝙ cicatrices in suo corpore reseruauit: vt per eas resurrectionis veritas probaretur. Corpori enim incorruptibili resurgenti, debetur omnis integritas, licèt etiam dici posśit, ꝙ in martyribus quædam indicia præcedentium vulnerum apparebunt, cum quodam decore in testimonium virtutis. Ostendit etiam se esse idem suppositum & ex modo loquēdi & ex alijs cōsuetis operibus, ex quibus homines recognoscūtur. Vnde & discipuli recognouerunt eum in fractione panis Luc. vltimo. Et ipse in Galilæa apertè se eis denunciauit, vbi cum eis erat solitus cōuersari, gloriā verò resurgentis manifestauit: dum ianuis clausis ad eos intrauit. Ioā. 20. & dum ab oculis eorum euanuit. Luc. vltimo. Hoc enim pertinet ad gloriam resurgentis: vt in potestate habeat apparere oculo non glorioso, quādo vult: vel non apparere quando noluerit. Quia tamē resurrectionis fides difficultatem habebat, propterea per plura indicia tā veritatem resurrectionis, quā gloriam resurgētis corporis demonstrauit. Nam si inusitatam conditionem glorificati corporis totaliter demōstrasset fidei resurrectionis præiudicium attulisset: quia immēsitas gloriæ opinionem exclusisset eiusdē naturæ. Hoc etiam non solùm visibilibus signis, sed etiam intelligibilibus documentis manifestauit, dum aperuit eorum sensum: vt scripturas intelligerēt, & per scripturas Prophetarum se resurrecturum ostendit.

De duplici vita reparata in homine per Christum.

CAP. CCXXXIX.

Sicut autem Christus sua morte mortem nostrā destruxit, ita sua resurrectione vitam nostram reparauit. Et autē hominis duplex mors & duplex vita. Vna quidē mors est corporis per separationem ab anima, alia per separationem à Deo. Christus autem in quo secūda mors locum non habuit, per primam mortem quam subijt, scilicet corporalē vtrāq; in nobis mortem destruxit scilicet corporalem & spiritualē. Similiter autem per oppositū intelligitur duplex vita. Vna quidem corporis ab anima, quæ dicitur vita naturæ: alia à Deo quæ dicitur vita iustitiæ vel vita gratiæ. Et hæc est per fidem per quam Deus inhabitat in nobis secundum illud Abacuh. 2. Iustus autem in fide sua viuet. Et secundum hoc duplex est resurrectio. Vna corporalis, qua anima iteratò coniungitur corpori, alia spiritualis, qua iterum coniungitur Deo. Et hæc quidem secunda resurrectio locum in Christo nó habuit: quia nūquàm eius anima fuit per peccatum separata à Deo. Per resurrectionem igitur suam corporalem vtriusque resurrectionis, scilicet corporalis & spiritualis nobis est causa. Considerandum tamen est, quòd vt dicit August. super Ioan. verbum Dei resuscitat animas, sed verbum caro factum resuscitat corpora. Animam enim viuificare solius Dei est. Quia tamen caro est diuinitatis eius instrumentum, instrumentum autem agit in virtute causæ principalis, vtraque resurrectio nostra & corporalis & spiritualis in corporalem Christi resurrectionem refertur: vt in causam. Omnia enim quæ in Christi carne facta sunt, nobis salutaria fuerunt, virtute diuinitatis vnitæ. Vnde & Apostolus resurrectionem Christi causam nostræ spiritualis resurrectionis ostendens. dicit ad Rom. 4. quòd traditus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram. Quod autem Christi resurrectio nostræ corporalis resurrectionis sit causa ostendit. 1. ad Corinth. 15. Si autem Christus prædicatur, quòd resurrexit, quomodò quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est. Pulchrè autem Apostolus peccatorum remissionem Christi attribuit morti, iustificationem verò nostram resurrectioni: vt designetur conformitas & similitudo effectus ad causam. Nam sicut peccatum deponitur, cùm remittitur, ita Christus moriendo deposuit passibilem vitam in qua erat similitudo peccati. Cùm autem aliquid iustificatur, nouam vitam adipiscitur, ita Christus resurgendo nouitatem gloriæ cōsequutus est. Sic igitur mors Christi est causa remissionis peccati nostri, & effectiua instrumentaliter, & exemplaris sacramentaliter & meritoria. Resurrectio autem Christi, fuit causa resurrectionis nostræ effectiua quidem instrumentaliter, & exemplaris sacramentaliter, non autem meritoria, tum quia Christus iam non erat viator vt sibi mereri cōpeteret, tum quia claritas resurrectionis fuit præmium passionis: vt per Aposto. patet Philip. 2. Sic igitur manifestum est, ꝙ Christus potest dici primogenitus resurgentium ex mortuis, non solùm ordine temporis: quia primus resurrexit secundum prædicta, sed etiam ordine causæ, quia resurrectio eius est causa resurrectionis aliorum, & in ordine dignitatis: quia præ cunctis gloriosior resurrexit. Hanc igitur fidem resurrectionis Christi Symbolum fidei continet. dicens. Tertia die resurrexit à mortuis.

De duplici præmio humiliationis Christi, scilicet resurrectione & ascensione.

CAP. CCXL.

Qvia verò secundum Apostolum exaltatio Christi præmiū fuit humiliationis ipsius, consequēs fuit vt duplici eius humiliationi duplex exaltatio responderet. Humiliauerat nāq; se primò secundum mortis passionem in carne passibili quàm assumpserat, secundò quātùm ad locum, corpore posito in sepulchro, & anima ad inferos descendente. Primæ igitur humiliationi respōdet exaltatio resurrectionis in qua à morte ad vitam redijt immortalem, secundę humiliationi respondet exaltatio ascensionis. Vnde Apostol. dicit Ephes. 4. Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cœlos. Sicut autē de filio Dei dicitur, ꝙ est natus passus & sepultus, & quia resurrexit, non tamen secundum naturam diuinam, sed secundum humanam, ita & de Dei filio dicitur, ꝙ ascendit in cœlum, non quidem secundum diuinā naturam, sed secundum humanam. Nam secundum diuinam naturam, nunquā à cœlo discessit semper vbique existens. Vnde ipse dicit. Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Per quod datur intelligi, quòd sic de cœlo descendisse dicitur, naturam assumendo terrenam, quòd tamen in cœlo semper permansit. Ex quo etiam considerandum est, quòd solus Christus propria virtute cœlos ascendit. Locus enim ille debebatur ei qui de cœlo descenderat ratione suæ originis. Alij verò per seipsos ascendere non possunt, sed per Christi virtutem eius membra effecti. Et sicut ascendere in cœlum conuenit filio Dei secundum humanam naturam, ita additur alterum, quod conuenit ei secundum naturam diuinam, scilicet quòd sedeat ad dexteram patris. Non enim ibi cogitanda est dextera vel cessio corporalis. Sed quia dextera est potior pars animalis, datur per hoc intelligi, quòd filius considet patri non in aliquo minoratus ab ipso secundum diuinam naturam, sed omninò in eius æquilitate existens. Potest tamen & hoc ipsum attribui filio Dei secundum humanam naturam: vt secundum diuinam naturam intelligamus filium in ipso patre esse secundum essentiæ vnitatem, cum quo habet vnam sedem regni idest potestatem eandem. Sed quia solent regibus aliqui assidere, quibus scilicet aliquid de regia potestate communicant, ille autem potissimus in regno esse videtur, quem Rex ad dexteram suam ponit, meritò filius Dei etiam secundum humanam naturam dicitur ad dexteram patris sedere, quasi super omnem creaturam in dignitate cœlestis regni exaltatus. Vtròque igitur modo, sedere ad dexteram est proprium Christi. Vnde Apostol. ad Hæb. 1. dicit. Ad quem autem angelorum dixit aliquando sede à dextris meis. Hanc igitur Christi ascensionem confitemur in Symbolo dicentes. Ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Dei patris.

Quòd Christus secundum naturam humanam iudicabit.

CAP. CCXLI.

Ex his quæ dicta sunt manifestè colligitur, quòd per Christi passionem & mortem resurrectionis atque ascensionis gloriam, à peccato & morte liberati sumus & iustitiam & immortalitatis gloriam, hanc in re, illam in spe adepti. Hæc autem quæ prædiximus, scilicet passio mors & resurrectio & etiam ascensio, sunt in Christo completa secundum humanam naturam. Consequenter igitur oportet dici, quòd secundum ea quæ in humana natura Christus vel passus est vel fecit, nos à malis tàm spiritualibus, quàm corporalibus liberando, ad spiritualia & æterna bona promouit. Est autem consequens: vt qui aliquibus aliqua bona acquirit, eadem ipsis dispenset. Dispēsatio autem bonorum in multos requirit iudicium: vt vnusquisq; secundū suū gradū accipiat. Cōuenienter igitur Christus secūdū humanā naturā secundū quā mysteria humanæ salutis impleuit, iudex constituitur à Deo super hoīes quos saluauit. Vnde dicitur Ioan. 5. Potestatē dedit eis iudicium facere. s. pater filio: quia filius hominis est. quāuis & hoc habeat aliam rationē. Est enim conueniens vt iudicē videant iudicandi. Deum autē apud quē iudicis auctoritas residet, in sua natura videre est præmiū quod per iudiciū redditur. Oportuit igitur, ꝙ Deus iudex nō in natura propria: sed in natura assumpta ab hominibus, videretur, qui iudicādi sunt tàm bonis quàm malis. Mali enim si Deū in natura diuinitatis viderent, iam premium reportarent quo se reddiderunt indignos. Est etiā conueniēs exaltationis premium, humiliationi Christi respondens: qui vsq; ad hoc humiliari voluit, vt sub homine iudice iudicaretur iniustè. Vnde ad hanc humiliationē exprimēdam. signanter in Symbolo eum sub pontio Pilato passum fatemur. Hoc igitur exaltationis præmium debebatur ei: vt ipse secundum humanā naturam iudex à Deo omnium hominū mortuorum & viuorū constitueretur: secundum illud Iob 36. Causa tua quasi impij iudicata est: causam iudiciúmq; recipies. Et quia potestas iudiciaria ad Christi exaltationē pertinet: sicut & resurrectionis gloria: Christus in iudicio apparebit nō in humilitate quæ pertinebat ad meritum, sed in forma gloriosa ad premium pertinēte. Vnde dicitur in euangelio, ꝙ videbūt filium hominis venientē in nube cum potestate magna & maiestate. Visio autē claritatis ipsius electis quidem qui eum dilexerūt erit ad gaudium quibus Isa. 33. promittitur. Regē in decôre videbunt. Impijs autē erit ad confusionē & luctum: quia iudicantis gloria & potestas, damnationē timentibus, tristitiam & metum inducit. Vnde dicitur Esa. 26. Videant & confundantur zelantes populi: & ignis hostes tuos deuoret. Et quamuis in forma gloriosa se ostendat, apparebunt tamen in eo indicia passionis: nō cum defectu: sed cū decôre & gloria: vt ex hijs visis & electi recipiant gaudiū qui per passionē Christi se liberatos recognoscent: & peccatores tristitiam qui tantū beneficium cōtempserūt. Vnde dicitur Apocalip. primo. Videbit eum omnis oculus & qui eum papagerunt. & plangent se super eum omnes tribus terræ.

Quòd ipse omne iudicium dedit filio suo, qui horam scit iudicij.

CAP. CCXLII

Et quia pater omne iudicium dedit filio, vt dicitur Ioan. 5. nunc autē humana vita iusto Dei iudicio dispēsatur: ipse enim est qui iudicat omnem terrā: vt Abrahā dixit Genes. 18. nō est dubitandum etiā hoc iudicium quo in mundo regūtur homines ad Christi potestatem iudiciariam pertinere. Vnde etiā ad ipsum introducūtur in Psalm. verba patris dicētis: Sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorū. Assidet enim dextris Dei secundū humanā naturam: inquantū ab eo recipit iudiciariam potestatem. Quā quidem etiam nunc exercet antequā manifestè appareat, ꝙ omnes inimici pedibus eius subiecti sint. Vnde & ipse statim post resurrectionē dixit Matth. vltimo. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Est autē & aliud Dei iudicium, quo vnicuíque in exitu mortis suæ retribuitur, quantū ad animā secūdum ꝙ meruit. Iusti enim dissoluti cū Christo manent: vt Paulus desiderat. Peccatores autē mortui in inferno sepeliuntur. Nō enim putandum est hanc discretionē absq; Dei iudicio fieri: aut hoc iudicium ad Christi potestatē iudiciariam nō pertinere: præsertim cū ipse discipulis suis dicat Ioan. 14. Si abiero & præparauero vobis locū, iterū venio & accipiā vos ad meipsum vt vbi ego sum & vos sitis. Quod quidē tolli nihil est aliud q dissolui vt cū Christo esse posimus qa quādiu sumus in hoc corpore, peregrinamur à dño vt dicit 2. Corint. 5. Sed quia retributio hominis nō solū cōsistit in bonis animę, sed etiā in bonis corporis, iteratò per resurrectionē ab anima resumendi: omnisq; retributio requirit iudicium, oportet & aliud iudiciū esse, quo retribuatur hominibus secūdum ea quæ gesserūt nō solùm in anima: verumetiā in corpore. Et hoc etiam iudiciū Christo debetur: vt sicut ipse pro nobis mortuus resurrexit in gloria & cœlos ascendit, ita etia ipse sua virtute faciat resurgere corpora humilitatis nostrę: configurata corpori claritatis suæ. vt ea in cœlū transferat, quo ipse præcessit ascēdens & pandens iter ante nos: vt fuerat per Michęam prædictū. Resurrectio autē omnium hominū, simul fiet in fine sæculi huius: vt suprà diximus iam. Vnde hoc iudiciū cōmune & finale iudiciū erit: ad quod faciendū Christus creditur secūdò venturus cū gloria. Sed quia in Psalm. dicitur, Iudicia dñi abyssus multa: & Apostolus dicit ad Rom. 11. ꝙ incōprehēsibilia sunt iudicia eius: in singulis premissorū iudiciorū est aliquid profundū & incōprehensibile humanæ cognitioni. In primo enim Dei iudicio quo præsens vita hominū dispēsatur, tēpus quidē iudicij manifestū est hominibus: sed retributionū ratio latet: prȩsertim quia bonis plerūq; mala in hoc mūdo eueniūt: & malis bona. In alijs autē duobus Dei iudicijs, retributionū quidē ratio in euidēti erit: sed tēpus manet occultū: quia & mortis suæ tēpus homo ignorat: secūdum illud Ecclesiastes 9. Nescit homo finē suum. Et finē huius sæculi, nemo scire potest. Nō enim præscimus futura, nisi quorum comprehendamus causas. Causa autē finis mūdi, est Dei voluntas quę est nobis ignota. Vnde nec finis mundi ab aliqua creatura præsciri potest: sed à solo Deo: secundum illud Matth. 24. de die autem illa & hora nemo scit: neq; angeli cœlorū: nisi pater solus. Sed quia in Marco legitur, neque filius, sumpserunt aliqui errādi materiam: dicētes filium patre minorem: quia ea ignorat quæ pater nouit. Posset autē hoc euitari vt diceretur, ꝙ filius hæc ignorat secūdum humanā naturā assumptam: non autē secundum diuinā: secundum quā vnam sapientiam habet cum patre: vel vt expresśiùs dicatur, est ipsa sapientia in corde concepta. Sed hoc inconueniens videretur, vt filius etiam secūdum naturam assumptā, diuinum ignoret iudicium: cū eius anima euangelista testante, plena sit Dei gratia & veritate. vt suprà dictū est. Nec etiam videtur habere rationē, vt cùm Christus potestatem iudicandi acceperit: quia filius hominis est, tēpus sui iudicij secundum humanam naturam ignoret. Non enim omne iudicium pater ei dedisset, si determinandi tēporis sui aduentus esset ei subtractū iudicium. Est ergo hoc intelligendum secūdum vsitatū modum loquendi in scripturis: prout dicitur tunc Deus aliquid scire, quando illius rei notitiam præbet: sicut dixit ad Abrahā Genes. 22. Nunc cognoui ꝙ timeas dominum: non ꝙ tunc inciperet noscere, qui omnia ab æterno cognoscit: sed quia eius deuotionē per illud factum ostenderat. Sic igitur & filius dicitur diem iudicij ignorare, quia notitiā discipulis non dedit, sed eius respondit. Act. 1. Non est vestrū nosse tempora vel momenta: quæ pater posuit in sua potestate. Pater autē isto modo non ignorat: quia saltem filio huius rei notitiam dedit per generationē æternam. quidam tamen breuiùs se expediunt, dicentes hoc esse intelligendum de filio adoptiuo. Ideo autem voluit dominus, tēpus futuri iudicij esse occultum: vt homines sollicite vigilarent: ne fortè tempore iudicij imparati inueniantur. Propter quod etiam voluit tempus mortis vniuscuiúsque esse ignotū. Talis enim in iudicio vnusquisque comparebit, qualis hic per mortē exierit. Vnde dominus dixit Matth. 24. Vigilate: quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit.

Vtrum omnes iudicabuntur, an non.

CAP. CCXLIII.

Sic igitur secundū prædicta patet, ꝙ Christus habet iudiciariam potestatē super viuos & mortuos. Exercet enim iudicium & in eos qui in præsenti sæculo viuunt: & in eos qui ex hoc sæculo transeunt moriendo. In finali autē iudicio iudicabit simul viuos & mortuos: siue per viuos intelligātur iusti, qui per gratiā viuunt: per mortuos autē peccatores, qui à gratia exciderūt: siue per viuos intelligātur qui in aduentu domini viui reperientur: per mortuos autē qui antea decesserunt. Hoc autem non est sic intelligendū, ꝙ aliqui sic viui iudicentur, ꝙ nunquā senserint corporis mortē, sicut aliqui posuerunt. Manifestè enim Apostolus dicit 1. Corinth. 15. Omnes quidem resurgemus. Et alia littera habet. Omnes quidem dormiemus. id est, moriemur: siue vt in aliquibus libris habetur. Nō omnes quidem dormiemus: vt Hieronim. dicit in epistola ad Mineriū de resurrectione carnis quod prædictæ sententiæ firmitatē non tollit: nam paulò antè permiserat Apostolus. Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & omnes in Christo viuificabūtur. Et sic illud quod dicitur, non omnes dormiemus, nō potest referri ad mortē corporis, quæ in omnes transiuit per peccatū primi parētis: vt dicitur Rom. 5. sed exponendum est de dormitione peccati: de qua dicitur Ephes. 5. Surge qui dormis & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Distinguuntur ergo qui in aduētu dñi reperiantur, ab hijs qui ante decesserunt: nō quia ipsi nunquā morientur: sed quia in ipso raptu quo rapientur in nubibus obuiam Christo in aëra, morientur: & statim resurgent: vt August. dicit. Considerādum tamen est, ꝙ ad iudicium tria cōcurrere videntur. Primò quidē ꝙ aliquis iudici præsentetur. Secundò, ꝙ eius merita discutiantur. Tertiò, ꝙ sententiam accipiat. Quantū igitur ad primū, omnes boni & mali à primo homine vsq; ad vltimū iudicio Christi subdentur: quia vt dicitur 2. ad Corin. 5. omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. quorum generalitate nō excludūtur etiā paruuli: qui vel sine baptismo vel cū baptismo decesserūt: vt Glosa dicit ibidē. Quantū verò ad secundum. s. ad discussionē meritorū, nō omnes iudicabūtur: nec boni: nec mali. Nō enim est necessaria iudicij discusśio, nisi bona malis permisceantur. Vbi verò est bonū absq; cōmixtione mali, vt malum absq; cōmixtione boni, ibi discusśio locū non habet. Bonorum igitur quidā sunt, qui totaliter bona tēporalia contēpserūt soli Deo vacātes, & his quæ sunt Dei. Quia ergo peccatū committitur per hoc ꝙ spreto incōmutabili bono, bonis cōmutabilibus adhæretur, nulla videtur esse in his cōmixtio boni & mali: nō ꝙ absq; peccato viuāt, cū ex eorū dicatur persona. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quoniā peccatū non habemus, ipsi nos seducimus: sed quia in eis sunt leuia quædā peccata, quæ per feruorē charitatis quodāmodò cōsumūtur: vt nihil esse videantur. Vnde hi in iudicio nō iudicabūtur per meritorū discusśionē. Qui verò terrenā vitā agētes, rebus sæcularib' intendentes, vtūtur eis, nō quidē contra Deū: sed eis plus debito inhęrentes: habent aliquid mali bonæ fidei & charitatis admixtum, secundum aliquā notabilem quātitatē: vt nō de facili apparere posśit

Universidad de Deusto Biblioteca

quid in eis ꝑualeat. Vñ tales iudicabuntur,etiā quātũ ad diſcuſsionē meritorũ.Similiter etiā ex ꝑte malorũ notādũ eſt,ꝙ principiũ accedēdi ad Deũ eſt fides,ſecundũ illud Heb.11. Credere oportet accedētem ad Deũ.Qui ergo fidē non habet,nihil boni inuenitur in eo,cuius ad mala ꝑmixtio faciat eius dubiā dānationē.Et iō cōdēnabitur abſq; meritorũ diſcuſsiōe.Qui verò fidē habet & charitatē nō habet nec bona opa,habet qdē aliqd,vñ Deo cōiungitur.Vñ neceſſaria eſt meritorũ diſcuſsio: vt euidēter appareat qd in Chriſto præpōderat: vtrũ bonũ vel malũ.Vñ talis cũ diſcuſsione meritorum dānabitur, ſicut Rex terrenus ciuē peccātē cũ audiētia dānat, hoſtē verò abſq; omni audientia punit.Quātùm verò ad tertiũ.ſ.ſententiæ ꝓlationē oēs iudicabuntur:quia oēs ex ipſius ſētētia, vel gloriā vel pœnam reportabunt.Vnde dicitur.2.Corint.5.Vt referat vnuſquiſq; propria corporis,prout geſsit ſiue bonum ſiue malum.

Quòd nō erit examinatio in iudicio,quia ignoret et de modo et loco.

CAP. CCXLIIII.

NOn eſt autē exiſtimādum,ꝙ diſcuſsio iudicij erit neceſſaria: vt iudex informetur,ſicut cōtingit ĩ humanis iudicijs, cũ oĩa ſint nuda & apta oculis eius vt dicitur.Hæbr.4.Sed ad hoc eſt neceſſaria prædicta diſcuſsio:vt vnicuiq; innoteſcat de ſe ipſo & de alijs, quomodò ſint digni pœna vel gloria:vt ſic boni in oĩbus de Dei iuſtitia gaudeāt,& mali cōtra ſeipſos iraſcantur.Nec eſt æſtimādum,ꝙ huiuſmodi diſcuſsio meritorũ verbotenùs fiat. Immēſum eñ tēpus requireretur ad enarrādum ſingulorũ excogitata, dicta & facta bona vel mala.Vñ Lactant.deceptus fuit:vt poneret diē iudicij mille annis duraturum,quāuis nec hoc tēpus ſufficere videatur, cũ ad vnius hominis iudiciũ mō prædicto cōplendum plures dies requirerētur. Fiat ergo virtute diuina: vt ſtatim vnicuiq; occurrāt bona vel mala oĩa q̄cunq; fecit,ꝑ quibus eſt ꝑmiādus vel puniēdus,& nō ſolũ vnicuiq; de ſeipſo,ſed etiā vnicuiq; de alijs. Vbi ergo in tantũ bona excedunt,ꝙ mala nullius videtur eſſe momēti, aut ecōuersò nulla eſſe cōcertatio videbitur bonorũ ad mala,ſcd̃m exiſtimationē humanā. Et ꝓpter hoc ſine diſcuſsiōe ꝑmiari vel puniri dicuntur.In illo autem iudicio,licèt oēs Chriſto aſsiſtāt,differēt tñ boni à malis,nō ſolùm quātùm ad cauſam meritoriā,ſed etiā loco ſegregabũtur ab eis. Nā mali q terrena diligētes à Chriſto receſſerunt, remanebunt in terra,boni verò q Chriſto adhæſerunt, obuiā Chriſto occurrent in aëra ſubleuati:vt Chriſto cōformētur,nō ſolùm configurati gloriæ claritatis eius,ſed in loco cōſociati ſcd̃m illud Matth.24. Vbicũque fuerit corpus illuc cōgregabũtur & aqlæ,ꝑ quas ſignificātur ſancti. Signāter autē loco corpis in Hebræo Ioathi dicitur ſecundũ Hieronymum,ꝙ cadauer ſignificat,ad cōmemorādũ Chriſti paſsionē, ꝑ qua Chriſtus & poteſtatē iudiciariā ꝓmeruerit & hoĩes cōformati paſsiōi eius ad ſocietatē gloriȩ ipſius aſſumuntur.ſcd̃m illud Apoſtoli.Si cōpatimur,& cōregnabimus.2.Thim.2. Et inde eſt,ꝙ circa locum dñicæ paſsiōis creditur Chriſtus ad iudicium deſcēſurus. ſecundum illud Ioël.3.Cōgregabo oēs gentes,& deducā eas in vallem Ioſaphat,& diſceptabo cum eis ibi,q̄ ſubiacet mōti Oliueti:vñ Chriſtus aſcēdit. Inde etiā eſt,ꝙ veniente dño ad iudicium ſignum crucis & alia paſsiōis indicia demōſtrabũtur,ſecundum illud Mat.24. Et tũc apparebit ſignum filij hominis in cœlo: vt impij videntes in quem cōfixerunt,doleant & cruciētur,& ijs qui redēpti ſunt, gaudeant de gloria redemptoris. Et ſicut Chriſtus à dextris Dei ſedere dicitur,ſecundum humanam naturam,inquātùm eſt ad bona potiſsima patris ſublimatus, ita iuſti in iudicio à dextris eius dicũtur inſiſtere,quaſi honorabiliſsimum apud eum locum habentes.

Quòd ſancti iudicabunt. CAP. CCXLV.

NOn ſolũ autem Chriſtus in illo iudicio iudicabit, ſed etiā alij. Quorũ qdam iudicabunt ſola cōparatiōe.ſ. boni minus bonos aut mali magis malos,ſecundũ illud Mat.12.viri Niniuitæ ſurgēt in iudicio cũ gnatione iſta,& cōdēnabunt eā. Quidā verò iudicabunt ꝑ ſentētiæ approbationē,& ſic oēs iuſti iudicabũt ſcd̃m illud Sap.3. Iudicabunt ſancti natiōes. Quidā verò iudicabunt,quaſi iudiciariā poteſtatē accipiētes à Chriſto,ſecundũ illud Pſalm.Gladij ancipites ĩ manibus eorũ.Hac autē vltimā iudiciariā poteſtatē dñs Apoſtolis repromiſit.Matth.19.dicens. Vos qui ſequuti eſtis me,in regeneratione cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuȩ ſedebitis & vos ſup ſedes duodecim iudicātes duodecim tribus Iſraël. Nō eſt autem æſtimādum,ꝙ ſoli Iudæi q ad duodecim trib⁹ Iſraël ꝑtinēt ꝑ Apoſtolos iudicētur,ſed ꝑ duodecim tribus Iſraël oēs fideles intelligun tur,qui in fidē Patriarcharum ſunt aſſumpti.Nā infideles nō iudicā tur,ſed iā iudicati ſunt. Similiter etiā non ſoli duodecim Apoſtoli, qui tunc erāt cũ Chriſto iudicabunt. Nā neq; Iudas iudicabit,neq; Paulus,qui plus alijs laborauit, carebit iudiciaria poteſtate, præſertim cũ ipſe dicat,neſcitis,ꝙ angelos iudicabimus. Sed ad illos propriè hęc dignitas pertinet qui relictis oĩbus Chriſtum ſunt ſequuti. Hoc enim prçmiſerat Petrus.Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te,quid ergo erit nobis.Vnde Iob 36. Iudicium pauperibus tribuit.Et hoc rationabiliter. Vt enim dictũ eſt,diſcuſsio erit de actibus hominum,qui terrenis rebus benè vel malè ſunt vſi.Requiritur autem ad rectitudinē iudicij: vt animus iudicis ſit liber ab ijs de quibus habet iudicare.Et ideò ꝑ hoc,ꝙ aliqui habent animũ ſuum à rebus terrenis totaliter abſtractum, dignitatē iudiciariam merentur. Facit etiam ad meritum huius dignitatis præceptorum diuinorum annunciatio.Vnde Matth.25.Chriſtus cũ angelis ad iudicādum dicitur eſſe vēturus,ꝑ quos prædicatores intelliguntur: vt Aug.in lib. de pœnitentia dicit.Decet eñ vt illi diſcutiāt actus hominum circa obſeruantiā diuinorũ præceptorum,qui præcepta vitæ annunciauerunt.Iudicabunt autē prædicti inquātum cooperabuntur,ad hoc ꝙ vnicuiq; appareat cauſa ſaluatiōis & dānationis,tā ſui quā aliorum, eo modo,quo ſuperiores angeli inferiores,vel etiā hoĩes illuminare dicuntur. Hāc igitur iudiciariā poteſtatē confitemur in Chriſto in Symb.Apoſt.dicentes.Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos.

Quomodò diſtinguuntur articuli de prædictis.

CAP. CCXLVI.

HIs igitur cōſideratis quæ ꝑtinēt ad fidei Chriſtianæ veritatem, ſciendum eſt, ꝙ oĩa præmiſſa, ad certos articulos reducuntur. Secundũ quoſdā quidē ad duodecim,ſecũdũ alios autē ad quatuordecim.Cũ eñ fides ſit de ijs quæ ſunt incōprehenſibilia rōni,vbi aliquid nouum occurrit rōni incōprehēſibile, ibi oportet eſſe nouum articulũ.Eſt igitur vn⁹ articulus ꝑtinēs ad diuinitatis vnitatē.Quāuis eñ Deũ eſſe vnũ rōne ꝓbetur,tñ eũ ſic pſſe ĩmediatē oĩb⁹ vel ſingulariter ſic colēdũ,ſubiacet fidei.De trib⁹ autē ꝑſonis ponũtur tres articuli.De tribus autē effectibus Dei.ſ. creatiōis q̄ ꝑtinēt ad naturā iuſtificatiōis,q̄ ꝑtinet ad gratia:remuneratiōis, q̄ ꝑtinēt ad gloriam ponunt tres alij.Et ſic de diuinitate ĩ vniuerſo ponũtur ſeptē articu. Circa humanitatē verò Chriſti ponũtur ſeptē alij:vt prim⁹ ſit de ĩcarnatiōe & cōceptiōe.Secũdus de natiuitate q̄ habet ſpālē difficultatē ꝓpter exitũ à clauſo virginis vtero. Terti⁹ de morte & paſsiōe & ſepultura.Quartus de deſcēſu ad ĩferos.Quintus de reſurrectiōe. Sextus de aſcēſiōe.Septimus de aduētu ad iudiciũ. Et ſic in vniuerſo ſunt quatuordecim articuli.Alij verò ſatis rōnabiliter fidē triũ perſonarũ ſub vno articulo cōprehēdũt,eo ꝙ nō pōt credi pr̃,qn credatur & filius & amor nectēs vtrũq; qui eſt ſpirituſſanctus. Sed diſtinguunt articulũ reſurrectiōis,ab articulo remunerationis. Et ſic duo articuli ſunt de Deo,vnus de vnitate,& alius de Trinitate. Quatuor de effectibus,vnus de creatiōe,alius de iuſtificatiōe.Tertius verò de communi reſurrectiōe. Quartus de remuneratione.Similiter circa fidem humanitatis Chriſti,cōceptionem & natiuitate ſub vno articulo comprehendunt,ſicut paſsionem & mortem.Sic igitur in vniuerſo,ſecundum iſtam computationem ſunt duodecim articuli, & hæc de fide ſufficiant.

INCIPIT SECVNDA pars huius operis, in qua oſtenditur, quòd ad perfectionem Chriſtianæ vitæ neceſſaria eſt virtus ſpei.

CAP. I.

QVIA ſecundũ principis Apoſtolorũ ſententiā admonemur vt nō ſolũ rōnē reddamus de fide, ſed etiā de ea quæ in nobis eſt ſpe,poſt præmiſſa in quibus fidei Chriſtianæ ſententiā breuiter ꝓſecuti ſumus,reſtat vt de ijs quæ ad ſpē pertinent cōpendioſam tibi expoſitionē faciamus. Eſt autē cōſiderādũ,ꝙ in aliqua cognitiōe deſiderium hoĩs requieſcere pōt, cũ hō naturaliter ſcire deſideret veritatem,qua cognita,eius deſideriũ quietatur,ſed in cognitione fidei deſideriũ hoĩs nō quieſcit.Fides eñ ĩpfecta eſt cognitio. Ea eñ creditur,q̄ nō vidētur.Vñ Apoſto.eā vocat argumētũ nō apparētiũ ad Hebr.11.Habita igitur fide,adhuc remanet aĩæ motus ad aliud.ſ. ad videdũ pfectè veritatē quā credit,& aſſeqnēdũ ea per q̄ ad veritatē hmōi poterit ĩtroduci.Sed qa ĩter cętera fidei documēta vnũ eſſe diximus vt credatur Deus,ꝓuidētiā de reb⁹ humanis habere,ĩſurgit ex hoc in aĩo credētis motus ſpei:vt.ſ. bona q̄ naturaliter deſiderat: vt edoctus ex fide per eius auxilium cōſequatur: vnde poſt fidē ad perfectionē Chriſtianæ vitæ ſpes neceſſaria eſt, ſicut ſuprà iā diximus.

Quòd hominibus conuenienter indicitur oratio, per quā obtineant quæ à Deo ſperant, & de diuerſitate orationis ad Deum & ad homines.

CAP. II.

QVia verò ſecũdũ diuinæ ꝓuidētiæ ordinē vnicuiq; attribuitur modus pueniēdi ad finē ſcd̃m cōueniētiā ſuę naturę,eſt etiā hoĩbus cōceſſus congruus modus obtinēdi quæ ſperāt à Deo,ſecundum humanæ cōditionis tenorē.Habet eñ hoc humana cōditio: vt aliquis interponat deprecationem ad obtinendum ab aliquo, præſertim ſuperiori:qd̄ ꝑ eũ ſe ſperat adipiſci.Et ideò indicta eſt hominibus orā

nĩbus oratio:ꝑ quā hoĩes à Deo obtineāt qd̄ ab ipſo cōſequi ſperāt. Aliter tamē neceſſaria eſt oratio ad obtinendũ aliquid ab homine: aliter à Deo.Interponitur enim ad hominem primũ quidē vt deſideriũ orantis & neceſsitatis exprimatur.Secũdò, vt deprecati animus ad concedendũ flectatur.Sed hæc in oratione quæ ad Deũ funditur locũ non habēt.Non enim orādo intendimus neceſsitates noſtras aut deſideria Deo manifeſtare: qui omniũ eſt cognitor.Vnde & Pſal.dicit ei.Dñe ante te omne deſideriũ meũ.Et in euāgelio dicitur Matt.6.Scit pater veſter quia his omnibus indigetis.Nec etiā diuina voluntas verbis humanis flectitur ad volendũ qd̄ prius noluerat.Quia vt dicitur Numeri.23.nō eſt Deus quaſi homo vt mentiatur:nec vt filius hominis,vt mutetur.Nec penitudine flectitur:vt dicitur.1.Reg.15.Sed oratio ad obtinēdũ à Deo eſt homini, neceſſaria propter ſeipſum qui orat:vt.ſ.ipſemet ſuos defectus cōſideret:& animũ ſuum flectat ad feruenter & piè deſiderandũ quod orādo ſperat obtinere.Per hoc enim ad recipiendum idoneus, redditur.Eſt autē & alia differentia conſideranda orationis quæ ad Deũ & ad hominē fit.Nā ad orationē quæ fit ad hominē præexigitur familiaritas per quā ſibi deprecandi aditus pateat.Sed ipſa oratio quæ ad Deum emittitur familiares nos Deo facit:dũm mens noſtra ſeleuatur ad ipſum:& quodā ſpirituali affectu Deo colloquitur:in ſpiritu & veritate ipſum adorās.Et ſic familiaris effectus orādo aditũ ſibi parat, vt iterũ fiducialius oret.Vnde dicitur in Pſal.Ego clamaui.ſ.fiducialiter orādo quoniā exaudiſti me Deus:quaſi per primā orationē in familiaritatē receptus ſecũdò fiducialius clamet.Et ꝓpter hoc ĩ oratione diuina aſsiduitas vel petitionũ frequentia nō eſt importuna, ſed reputat̃ Deo accepta.Oportet enim ſemper orare:& nō deficere,vt dicit Luc.18.Vñ & dñs ad petēdũ inuitat dicēs Mat.7.Petite,& dabitur vobis:pulſate & aperietur vobis.In oratione verò quæ ad hominem fit petitionum aſsiduitas redditur importuna.

Quòd conueniens fuit ad conſummationē ſpei,vt nobis forma orandi traderetur à Chriſto. CAP. III.

QVia igitur ad ſalutē noſtrā poſt fidē etiā ſpes requiritur,oportunũ fuit vt ſaluator noſter ſicut actor & conſumator nobis factus eſt fidei,reſeruando cœleſtia ſacramēta, ita etiā nos in ſpem viuā induceret,nobis formā orādi tradēs per quā maximè ſpes noſtra in Deũ erigitur:dũ ab ipſo Deo edocemur,quid ab ipſo petendũ ſit.Nō eñ ad petēdũ ĩduceret niſi proponeret exaudire:nullúſq; ab alio petit niſi de quo ſperat:& ea ipſe petit quȩ ſperat.Sic igit̃ dũ nos docet à Deo aliqua petere,in Deo nos ſperare admonet:& quid ab ipſo ſperare debeamus oſtēdit ꝑ ea q̄ petēda eſſe demonſtrat.Sic igit̃ ꝓſequētes ea quæ in oratione dñica cōtinentur demōſtrabim⁹ qcq̄d ad ſpē Chriſtianorũ ꝑtinere pōt.ſ.ĩ quo ſpē ponere,debeam⁹: & ꝓpter quā cām:& q̄ ab eo ſperare debeamus.Spes qdē nr̃a debet eſſe ĩ Deo quē etiā orare debem⁹:ſecũdũ illud.Pſal.Sperate in eo.ſ. Deo oĩs cōgregatio populi:effũdite corā illo.ſ.orādo corda veſtra.

Cauſa quare quæ ſperamus debemus ab ipſo Deo orando petere.

CAP. IIII.

CAuſa autē quare in eo ſperādũ eſt,hæc præcipua. eſt,quia pertinemus ad ipſum ſicut effectus ad cauſam.Nihil autē in vanum operatur,ſed ꝓpter aliquē finē certũ.Pertinet igitur ad vnũquodq; agens ſic effectũ ꝓducere,vt ei nō deſint ꝑ quæ poſsit ꝑuenire ad finē.Et inde eſt,ꝙ ĩ his quæ à naturalibus agētibus fiũt natura deficere ĩ neceſſarijs nō ĩuenit:ſed attribuit vnicuiq; generato quȩ ſunt ad cōſiſtētiā ſui eſſe:& ad ꝑficiēdũ operationē qua ꝑtingat ad finē: niſi fortè hoc ĩpediat̃ ꝑ defectũ agētis,q ſit inſufficiēs ad hæc exhibēda.Agēs autē ꝑ intellectũ nō ſolũ ĩ ipſo effectus ꝓductione ea cōfert ſuo effectui:q̄ ſunt neceſſaria ad finē intentũ:ſed etiā opere iam pfecto diſponit de vſu ipſi⁹ q eſt opis finis.Sicut faber nō ſolũ cultellũ fabricat:ſed etiā diſponit de inciſione ipſi⁹.Homo autē à Deo eſt ꝓduct⁹,vt artificiatũ ab artifice.Vñ dicit̃ Eſa.64.Et nũc dñe factor noſter es,tu nos verò lutũ.Et iō ſicut vas fictile ſi ſenſum haberet,ſperare de figulo poſſet,vt bñ diſponeret,ita etiā hō debet habere ſpem de Deo,vt rectè gubernet̃ ab eo,vñ dicit̃ Ier.19.Sicut lutũ ĩ manu figuli:ſic vos domus Iſraël ĩ manu mea.Hæc autē fiducia quā homo habet de Deo debet eſſe certiſsima.Dictũ eñ eſt,ꝙ agēs à recta ſui opis diſpoſitione nō recedit niſi ꝓpter aliquē ei⁹ defectũ.In Deo autē nullus defectus cadere pōt:neq; ignorātia:quia oĩa nuda & aperta ſunt oculis ei⁹:vt dicit Heb.4.neq; ĩpotētię:quia nō eſt abbreuiata manus eius vt ſaluare nō poſsit:vt dr̃ Eſa.59.neq; iterũ bonæ volũtatis:quia bon⁹ eſt dñs ſperātib⁹ ĩ eũ aĩæ q̄rēti illũ:vt dicit̃ Tren.3.Et ideò ſpes qua aliquis de Deo cōfidit ſperātē nō cōfundit:vt dicit̃ Ro.5.Eſt autē cōſiderādũ vlteri⁹,ꝙ & ſi reſpectu omniũ creaturarũ ꝓuidētia diſpoſitiōis ĩuigilet,ſpeciali tamē ratiōe curā habet de rationalibus creaturis q̄.ſ.dignitate imaginis ipſius ſunt inſignitæ:& ad eũ cognoſcēdũ & amādũ pñt pertingere & ſuorũ actuũ dñiũ habēt: boni & mali diſcretionē habētes.Vnde cōperit eis fiduciā habere de Deo:nō ſolũ vt cōſeruentur ineſſe ſecundũ cōditionē ſuæ naturæ quod competit cæteris creaturis:ſed etiā vt recedēdo à malo & operando bonũ aliquid ꝓmereātur ab ipſo.Vnde in Pſal. dicitur.Homines vt iumēta ſaluabis inquātũ.ſ.hominibus ſimul cũ irrationabilibus creaturis cōfert ea quæ ꝑtinēt ad ſubſidiũ vitę.Sed poſteà ſubddit̃.Filij autē hominũ integmine alarũ tuarũ ſperabũt: quaſi ſpeciali quadā cura protecti ab ipſo.Vlterius autē cōſiderare oportet,ꝙ perfectione quacũq; accedēte,ſuperaddit̃ facultas aliqd faciēdi vel adipiſcēdi:ſicut aër illuminatus à ſole facultatē habet vt poſsit eſſe mediũ viſionis:& aqua calefacta ab igne facultatem habet decoquendi,& hoc ſperare poſſet,ſi ſenſum haberet. Homini autem ſupra animæ naturam additur perfectio gratiæ per quam efficit̃ diuinȩ conſors naturȩ:vt dicit̃.2.Pe.1.Vnde & ſecũdũ hoc dr̃ cimur regenerari ĩ filios Dei:ſecũdũ illud Ioā.1.Dedit eis poteſtatē filios Dei fieri,Filij autē effecti cōueniēter pñt hæreditatē ſperare: ſecũdũ illud Ro.8.Si filij,& hæredes.Et iō ſecũdũ hāc ſpiritualē regenerationē cōpetit homini quādā altiorē ſpē de Deo habere:hæreditatis.ſ.æternȩ cōſequēdȩ:ſecundũ illud.1.Pet.1.Regenerauit nos ĩ ſpē viuā ꝑ reſurrectionē Chriſti ex mortuis ĩ hr̃ditatē ĩcorruptibilē & ĩcōtaminatā & ĩmarceſsibilē cōſeruatā ĩ cœlis. Et quia ꝑ ſpiritũ adoptionis quē accepim⁹ clamamus abba pr̃ vt dicit̃ Ro.8.ideò dñs vt ex hac ſpe nobis eſſe orādũ oſtēderet ſuā orationē à patris ĩuocatione inchoauit.dicēs.Pr̃.Similiter etiā ex hoc qd̄ dr̃ pr̃ ꝑparat hoĩs affectus ad purè orādũ.Et ad obtinēdũ qd̄ ſperāt debēt filij imitatores parentũ exiſtere.Vñ q̄ patrē Deũ cōfitet̃ debet conari vt Dei imitator exiſtat:vitādo.ſ.illa quæ Deo diſsimilē reddũt:& his inſiſtendo quæ nos Deo aſsimilant.Vnde dicitur Iere.3:Patrē vocabis me: & poſt me ingredi non ceſſabis.Si ergo vt Gregorius Nicenus dicit,ad res mundanas intuitũ dirigis:aut humanam gloriam ambis: aut ſordes paſsibilis appetitus:quomodò quœ corrupta viuis vita patrem vocas incorruptibilitatis genitorem.

Quòd Deus à quo orando ſperata petimus debet vocari ab orante pater noſter & non meus. CAP. V.

INter alia verò ꝑcipuè quo ſe Dei filiũ recognoſcit debet ĩ ciuitate dñm imitari ſecũdũ illud Eph.5.Eſtote imitatores Dei ſicut filij chariſsimi & ambulate in dilectiōe.Dei autē dilectio nō priuata eſt:ſed cōis ad oēs.Diligit eñ oĩa q̄ ſunt:vt dicit̃ Sap.11.& ſpecialiter hoĩes:ſecũdũ illud Deut.33.Dilexit populus.Et iō vt Cyprianus dicit publica eſt nobis & cōis oratio:& qñ oram⁹,nō ꝓ vno tñ:ſed ꝓ populo toto oram⁹:q̄a totus populus vnũ ſum⁹.Pro ſe igitur orare vt Chriſoſtomus dicit neceſsitas cogit:pro altero autē charitas fraternitatis hortat̃.Et iō nō dicim⁹ pr̃ meus:ſed pr̃ noſter.Simul etiā cōſiderādũ eſt,ꝙ & ſi ſpes noſtra principaliter diuino auxilio innitat̃,adĩuicē tñ iuuamur vt facili⁹ obtineamus q̄ petimus.Vñ dicit̃ 2.Cor.1.Eripiet nos adiuuātibus & vobis in oratione ꝓ nobis.Vñ & Iac.5.dicit̃.Orate ꝓ ĩuicē vt ſaluemini.Vt enim dicit Amb.multi minimi dũ cōgregantur & vnanimes fiũt:fiunt magni.Et multorũ preces impoſsibile eſt vt non impetrentur,ſecundum illud Matth.18.Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re quācũq; petierĩt,fiet illis à pr̃e meo q̄ ĩ cœlis eſt.Et iō nō ſingulariter orationē porrigimus:ſed quaſi ex vnanimi cōſenſu dicim⁹.Pr̃ noſter. Cōſiderādũ eſt etiā:ꝙ ſpes nr̃a eſt ad Deũ ꝑ Chriſtũ illud Ro.5.Iuſtificati ex fide pacē habeam⁹ ad Deũ ꝑ dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ,ꝑ quē habemus acceſſum ꝑ fidē ĩ gratiā iſtā in qua ſtamus & gloriamur ĩ ſpe glorię filiorũ Dei.Per ipſum eñ qui eſt vnigenitus Dei filius naturalis,efficimur filij adoptiui:quia vt dr̃ Gal.4.miſit De⁹ filiũ ſuũ,vt adoptionē filiorũ reciperem⁹. Tali igitur tenore Deũ patrē ꝓfiteri debemus:vt priuilegio vnigeniti nō deroget̃.Vnde Aug.dicit.Noli tibi aliquid ſpecialiter vendicare.Solius Chriſti ſpecialiter eſt pater:nobis omnibus in cōmuni pater eſt:quia illum ſolùm genuit:nos creauit.Et ideò dicitur pater noſter.

Vbi oſtenditur Dei patris noſtri quem oramus,poteſtas ad ſperata concedendum.per hoc quod dicitur qui es in cœlis. CAP. VI.

SOlet autē contingere ſpei defectus ꝓpter impotentiā ei⁹,à quo auxiliũ eſſet ſperandũ,Nō enim ſufficit ad ſpei fiduciā ꝙ ille cui ſpes innititur voluntatem habeat adiuuandi:niſi adſit poteſtas.Satis autem voluntatis diuinæ promptitudinem ad iuuandum exprimimus patrem eum profitendo:ſed ne de excellentia poteſtatis eius dubitetur:ſubditur.Qui es in cœlis.Non enim eſſe in cœlis dicitur ſicut à cœlis contentus,ſed ſicut cœlos ſua virtute cōprehendētur, ſecundũ illud Eccl.24.Girũ cœli circuiui ſola.Quinimo ſuper totā cœlorũ magnitudinē virtus eius eleuata eſt:ſecundũ illud Pſal.Eleuata eſt magnificētia tua ſuper cœlos Deus.Et ideò ad ſpei fiduciā confirmandā virtutē eius profitemur:quæ cœlos ſuſtinet & trāſcendit.Per hoc etiam impedimentũ quoddā orationis excluditur.Sunt enim aliqui qui res humanas fatali neceſsitati ſyderum ſubdunt: contra illud quod dicitur Iere.10.A ſignis cœli nolite metuere:quȩ gentes timent:ſecundum autem hunc errorē tollitur orationis fructus.Nam ſi neceſsitati ſyderũ vita noſtra ſubijcitur,non poteſt circa hoc aliquid ĩmutari.Fruſtrà igitur orādo peteremus,vel aliqua bona cōſequi vel liberari à malis.Vt igitur nec hoc orātiũ fiduciæ obſit,dicimus:qui es in cœlis.i.tanquā motor & moderator eorũ. Et ſic per virtutē cœleſtiũ corporũ auxiliũ qd̄ à Deo ſperamus impediri nō poteſt.Sed etiā ad hoc ꝙ oratio ſit efficax apud Deũ,oportet vt ea petat homo q̄ dignũ eſt expectare à Deo.Dicit̃ eñ q̄buſdā.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iac.4. Petitis & non accipitis eo q̃ malè petatis. Illa enim malè petuntur, quæ terrena sapientia suggeritur nõ cœlestis. Et ideò Crisostomus dicit. Cũ dicimus: qui es in cœlis, nõ Deũ ibi cõcludimus: sed à terra abducitur orãtis animus: & excelsis regionib⁹ afficitur. Est autem & aliud orationis, siue fiduciæ impedimentũ, qđ orãs habet de Deo. s. si putet aliquis humanã vitã à diuina prouidẽtia esse remotã: secũdum q̃ ex pſona impiorũ dicitur Iob 22. Nubes latibulũ eius: nec nostra cõsiderat: & circa cardines cœli perambulat. Et Ezech. 8. Nõ videt dñs nos: dereliquit dñs terrã. Cõtrariũ autẽ Apostolus Paulus Athenien⁹ sib⁹ prędicãs, ostẽdit dicẽs. Nõ longè est ab vnoquóq; nostrũ, in ipso enim viuimus, mouemur, & sumus: quia. s. per ipsum: nostrũ esse cõseruatur: vita gubernatur: motus dirigitur: secũdum illud Sapien. 14. Tua autẽ pater prouidẽtia, ab initio cũcta gubernat. Intantũ, q̃ nec eius prouidẽtiæ minima animalia subtrahũtur: secũdum illud Matth. 10. Nõne duo passeres asse veneunt: & vnus ex illis nõ cadet super terrã sine patre vestro: vestri autẽ & capilli capitis omnes numerati sunt. Intantùm tamen excellentiori modo sub cura diuina homines ponuntur, vt horũ comparatione dicat Apostolus. Nõ est cura Deo de bobus: nõ q̃ omninò eorũ curã nõ habeat: sed quia nec sic eorũ curã habet vt hominũ: quos punit aut remunerat pro bonis aut malis: & eos ad æternitatẽ prędordinar. Vnde & post præmissa verba dñs subdit. Vestri autẽ capilli capitis omnes numerati sunt: tanquã totũ quod est hominis sit in resurrectione reparandũ. Et ex hoc omnis diffidẽtia à nobis debet excludi. Vnde & ibidẽ subdit. Nolite ergo timere, Multis passeribus pluris estis vos. Et propter hoc vt suprà dictũ est, in Psalm. dicitur. Filij hominũ in in tegmine alarũ tuarũ sperabũt. Et quãuis propter specialẽ curam omnibus hominibus Deus dicatur propinquus esse: specialissimè tamen dicit esse propinquus bonis: qui ei fide & dilectione appropin quare nituntur: secũdum illud Iac. 4. Appropinquate Deo & appropinquabit vobis. Vnde & in Psalm. dicit. Propè est dñs omnib⁹ inuocãtibus eum: omnib⁹ inuocãtibus eũ in veritate. Nec solũ eis appropinquat: sed etiã eos p gratiã inhabitat: secũdum illud Iere. 14. Tu in nobis es dñe. Et ideò ad sanctorũ speciẽ augẽdã dicit: Qui es in cœlis. i. in sanctis, vt Aug. exponit. Tantũ enim vt ipse dicit spiritualiter interesse videtur inter iustos & peccatores: quantũ corporaliter inter cœlũ & terrã. Huius rei significadæ gratia, orãtes ad orientẽ conuertimur, vnde cœlũ surgit. Ex quo etiã spes sanctis augetur & orãdi fiducia, nõ solũ ex propinquitate diuina: sed etiã ex dignitate quã sunt cõsequuti à Deo, qui eos p Christũ cœlos fecit: secũdum illud Isa. 51. Vt plantes cœlos: & fundes terram. Qui enim eos cœlos fecit, bona eis cœlestia non negabit.

Qualia sunt quæ sunt à Deo sperանda & de ratione spei.

CAP. VII.

His præmissis ex quibus homines spem de Deo cõcipiũt, oportet cõsiderare quę sunt ea quę à Deo sperare debemus. Vbi primò considerãdum est, q̃ spes desiderium præsupponit. Vnde ad hoc q̃ aliquid sit sperandũ: primò requiritur quid sit desideratũ. Quæ enim nõ desiderãtur, sperari nõ dicũtur: sed timeri: vel etiã despici. Secundò oportet, q̃ id quod speratur, possibile esse æstimetur ad cõsequendum & hęc spes supra desiderium addit. Potest enim homo desiderare etiã ea quę nõ æstimat se posse adipisci: sed horũ spes esse nõ potest. Tertiò requiritur, q̃ id quod sperãdũ est, sit aliqd arduum. Nam ea quę parua sunt, magis despicimus quã speremus: vel si ea desideramus, quasi ĩ prõptu ea habẽtes, nõ videmur ea sperare quasi futura, sed habere quasi ĩsentia. Vlteriꝰ autẽ cõsiderãdũ est, q̃ arduorũ q̃ quis se sperat adepturũ, q̃dã aliqs se sperat adipisci p aliũ, q̃dã verò p seipsum. Inter q̃ hoc differre vr, q̃ ad ea obtinẽda q̃ p se hõ cõsequi speratur, conatum ꝓpriæ virtutis adhiber, ad ea verò obtinẽda q̃ se ab alio cõsequi speratur, interponit petitionẽ. Et si qdẽ ab hoĩe illud se adipisci sperat, vocatur simplex petitio. Si autẽ sperat illud obtinere à Deo, vocatur oro. Quæ vt Damasce. dicit, est petitio decẽtiũ à Deo. Non autẽ ad virtutẽ spei ptinet spes, quã habet aliqs de seipso, nec etiã quã habet de alio hoĩe, sed solũ spes quã habet de Deo. Vñ dicit Hiere. 17. Maledictꝰ hõ qui cõfidit ĩ hoĩe, & ponit carnẽ brachiũ suũ. Et post subditur. Bñdictus hõ qui confidit in dño, & erit dñs fiducia eius. Sic igitur ea quæ dñs in sua oratione petenda esse docuit, ostẽdũtur homini esse consideranda possibilia, & tamen arduа: vt ad ea non humana virtute, sed diuino auxilio perueniatur.

De prima petitione, in qua docemur desiderare, quòd cognitio Dei quæ est in nobis inchoata, perficiatur, & quòd hoc sit possibile.

CAP. VIII.

Oportet igitur cõsiderare desiderij ordinẽ ex charitate ꝓdcũtẽ: vt secũdũ hoc etiã sperãdorum & petẽdorũ à Deo ordo accipi possit. Habet autẽ hoc ordo charitatis: vt Deꝰ sup oĩa diligatur. Et iõ primũ desiderium nostrũ mouet charitas ad ea q̃ sunt Dei. Sed cum desiderij sit boni futuri, Deo autẽ secundũ q̃ in se cõsideratur, nihil in futurũ aduenìat, sed æternaliter eodẽ mõ se habeat, desiderium nostrum nõ põt ferri ad ea q̃ Dei sunt, prout in seipsis cõsideratur: vt. s. Deus aliqua bona obtineat q̃ nõ habet. Sic autẽ ad ipsa fertur nostra dilectio: vt ea tãquã existẽtia amem⁹. Põt tñ hoc desiderari de Deo: vt ĩ opiniõe & reuerẽtia eius magnificetur, q̃ in seipso sup magꝰ existit. Hoc autẽ nõ est tãquã impossibile reputãdum. Cũ cĩn ad hoc factus sit hõ: vt magnitudinẽ diuinã cognoscat, si ad eã pcipiẽdam puenire no possit, videretur ĩ vanũ cõstitutus esse, cõtra id quod in Psalm. dicitur. Nunqd cĩn vanè constituisti oĩs filios hominũ. Esset quoq; inane naturæ desiderium, quo oĩs naturaliter desiderant, aliquid cognoscere de diuinis. Vñ nullus est, q̃ Dei cognitiõe totaliter priuetur, secundũ illud Iob 36. Oĩs hoĩes vidẽt eũ. Est tñ hoc arduũ: vt omnẽ facultatẽ humanã excedat. secundũ illud Iob 36. Ecce Deus magnus vincẽs scientia nostrã. Vñ cognitio diuinæ magnitudinis & bonitatis hoĩbus ꝓuenire nõ põt, nisi p gratiã reuelatiõis diuinæ. secundũ illud Matt. 11. Nemo nouit filiũ, nisi pr̃ neq; patrẽ qs nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Vñ Aug. sup Ioã. dicit. Deus nullus cognoscit, si nõ se indicat ipse q̃ nouit, indicat se ꝙppè Deus aliqualiter hoĩbus naturali quadã cognitiõe cognoscendũ, p hoc q̃ hoĩbus lumẽ rõnis infundit, & creaturas visibiles condidit, in quibus bonitatis & sapiẽtiæ ipsius aliqualiter relucẽt vestigia. secũdũ illud Rom. 1. Quòd notũ est Dei. i. qđ cognoscibile est de Deo ꝓ naturali rõnẽ manifestũ est illis. s. gẽtilibus hoĩbus. Deus cĩn illis reuelauit ꝓ lumẽ rõnis, & p creaturas quas cõdidit. Vñ subdit, ĩuisibilia enim ipsius à creatura mũdi p ea q̃ facta sunt intellecta cõspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, ista tñ cognitio ĩperfecta est, qa nec ipsa creatura pfecta ab hoĩe cõspici põt, & etiã creatura deficit à pfecta Dei representatiõe, qa virtus huius causæ in infinitum excedit effectũ. Vñ dicitur Iob 11. Forsitã vestigia Dei cõprehendes, & vsq; ad pfectũ oĩpotentẽ reperies. Et Iob 36. postquã dixit, oĩes homines vidẽt eũ, subdit. Vnusquisq; intuetur ꝓcul. Ex huius autẽ cognitiõis imperfectiõe, cõsequutũ est vt hoĩes à veritate discedẽtes diuersimodè circa cognitionẽ Dei errarẽt: intãtũ q̃ sicut Apostolus dicit Ro. 1. q̃dã euanuerũt in cogitationibus suis: & obscuratũ est insipiẽs cor eorũ. Dicẽtes cĩn se esse sapiẽtes stulti facti sunt: & mutauerũt gloriã ĩcorruptibilis Dei ĩ similitudinẽ corruptibilis hoĩnis & volucrũ: & quadrupedũ & serpẽtiũ. Et iõ vt ab hoc errore hoĩes Deus reuocaret, expræsius notitiã suã hoĩb⁹ dedit in veteri lege: q̃ hoĩes ad cultũ vniꝰ Dei reuocãtur: secũdũ illud Deuteronomij. 6. Audi Israël dñs Deus tuus vnus est. Sed hic de Deo cognitio erat figurarũ obscuritatibus ĩplicita & ĩra vniꝰ Iudaicæ gẽtis terminos clausa: secũdũ illud Psal. Notus ĩ Iudea Deus in Israël nomẽ magnũ eius. Vt ergo toti humano generi vera Dei cognitio ꝓueniret, verbũ suæ veritatis vnigenitũ Deus pater misit ĩ mũdũ: vt p eũ tot⁹ mundus ad verã cognitionẽ diuini nois ꝓueniret. Et hoc qdẽ ipse dñs facere inchoauit ĩ suis discipulis: secũdũ illud Ioã. 17. Manifestaui nomẽ tuũ hoĩb⁹ quos dedisti mihi de mũdo. Nec ĩ hoc terminabat eorũ intẽtio, vt illi soli deitatis haberẽt notitiã: sed vt p eos diuulgaret in mũdũ vniuersũ. Vñ postea subdit. Vt mũd⁹ credat, qa tu me misisti. Quod qdẽ p Apostolos & successores eorũ cõtinuè agit: dũ ad Dei notitiã p eos hoĩes adducũtur: quousq; p totũ mũdũ nomẽ Dei ignotũ & celebre habeatur: sicut p̃dictũ est Malach. 1. Ab ortu solis vsq; ad occasum magnũ est nomẽ meũ ĩ gẽtib⁹: & ĩ omni loco sacrificẽt & offerẽt nomini meo oblatio mũdi. Vt igitur id qđ ĩchoatũ est, ad cõsumationẽ ꝓueniat, petim⁹ dicẽtes. Sanctificẽt nomẽ tuũ. Quod vt Augustinus dicit, nõ sic petit quasi nõ sit sanctũ Dei nomẽ: sed vt sanctũ habeat ab oĩbus. i. ita ĩnotescat Deus, vt nõ æstimẽt aliqd sanctius. Inter alia verò indicia quibus sanctitas Dei manifestatur hominibus, euidentissimũ signũ est sanctitas hominũ qui ex diuina habitatione sanctificãtur. Vt cĩn Gregorius Nicenus dicit, qs est tã bestialis q̃ videns in credẽtibus vitã purã nõ glorificet nomẽ ĩuocatũ in taliꝰ vitã: secũdũ illud q̃d Apostolus dicit. 1. Cor. 14. Si oẽs ꝓphetẽt intret autẽ quis infidelis vel vdiota cõuincit ab oĩbus. Et postea subdit. Et ita cadẽs ĩ facié adorabit Deũ: ꝓnuntiãs q̃ verè Deus ĩ vobis sit. Et ideo sicut Chrisostomus dicit: in hoc q̃ dicit sanctificetur nomẽ tuũ, rogare etiã iubet orãtẽ, p nostrã glorificari vitã: ac si diceret. Sic vita fac nos viuere, vt p nos te vniuersi glorificẽt. Sic autẽ p nos Deus sanctificatur in mẽribus aliorũ inquãtũ nos sanctificamur p ipsum. Vnde dicẽdo sanctificetur nomẽ tuũ, optam⁹ sicut dicit Cyprianus, vt nomẽ eius sanctificet nobis. Quia cĩn Christus dixit sancti estote: quia ego sanctus sum: id petimus, vt qui in baptismo sanctificati sumus in eo qđ esse cepimus perseueremus. Quotidiè enim deprecamur, vt sanctificetur, vt qui quotidiè delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua purgemus. Ideò autẽ hæc petitio primò ponit: quia sicut Chrisostomus dicit digna est Deũ deprecantis oratione: nihil aute patris gloriã petere: sed oĩa laudi eius postponere.

Secunda petitio: vt participes gloriæ nos faciat. CAP. IX.

Post desiderium autẽ & petitionẽ diuinæ gloriæ: consequens est vt homo appetat & requirat participẽ gloriæ diuinæ fieri. Et ideo secũda petitio ponit. Adueniat regnũ tuũ. Circa quã sicut & ĩ præmissa petitiõe oportet primò cõsiderare. q̃ regnũ Dei cõueniens sit desiderẽt. Secũdò verò. q̃ ad id adipiscẽdũ hõ possit puenire. Tertiò verò, q̃ ad illud ptingere nõ possit ꝓpria virtute: sed solo auxilio diuinæ grãæ. Et sic. 4. cõsiderãdũ est quão regnũ Dei aduenire potamus. Est igitur circa primũ cõsiderãdũ, quòd vnicuiq; rei naturaliter appe-

liter appetibile est propriũ bonũ. Vnde & bonum cõueniẽtur diffiniunt esse, quod omnia appetũt. Propriũ autẽ bonũ vniuscuiusq; rei est id quo res illa perficitur: Dicimus enim vnãquãq; rem bonã, ex eo q̃ ꝓpriã perfectionẽ attingit. Intrinsecũ verò à bonitate caret inquãtũ propria perfectione caret. Vnde cõsequẽs est, vt vnaquęq; res suã perfectionẽ appetat. Vnde & homo naturaliter appetit perfici. & cũ multi sint gradus perfectionis humanæ: illud præcipuè & principaliter in eius appetitu naturaliter cadit, qđ ad vltimã eius perfectionẽ spectat. Hoc autẽ bonũ hoc indicio cognoscitur: q̃ naturale desiderium hominis in eo quiescit. Cũ enim naturale desiderium hominis nõ tẽdat nisi in bonũ ꝓpriũ, q̃ ĩ aliqua perfectione cõsistit, consequens est, q̃ quãdiu aliquid desiderãdũ restat, nõdum peruenit homo ad vltimã perfectionẽ suã. Dupliciter autẽ adhuc restat aliquid desiderandũ. Vno modo quãdo id qđ desideratur, ꝓpter aliquid aliud quæritur. Vnde oportet, q̃ eo obtẽto adhuc desiderium nõ quiescat: sed feratur in aliud. Alio modo quãdo nõ sufficit ad obtinẽdũ id quod homo desiderat: sicut modicus cibus nõ sufficit ad sustentationẽ naturæ. Vnde naturalẽ appetitũ nõ sciat. Illud ergo bonũ quod homo primò & principaliter desiderat, tale debet esse vt non quæratur ꝓpter aliud: & q̃ sufficiat homini. Hoc autẽ bonũ cõmuniter fœlicitas nominatur: inquantũ est bonũ hominis principale. Per hoc enim aliquos fœlices esse dicimus, q̃ eis credim⁹ bene esse. Vocatur etiã beatitudo inquãtũ excellẽtiã quãdã designat. Potest & pax vocari inquãtũ appetitui quietat. Nã quies appetitus, pax interior esse videtur. Vndeĩ Psal. dicitur. Qui posuit fines tuos pacẽ. Sic igitur apparet, q̃ in corporalibus bonis, hominis fœlicitas vel beatitudo esse nõ põt. Primò quidẽ, quia nõ sunt ꝓpter se q̃sita: sed naturaliter ꝓpter aliud desiderãtur. Cõueniũt cũ homini ratiõe sui corporis. Corpꝰ autẽ hominis ordinatur ad animã sicut ad finẽ: tũ quia corpꝰ est instrumẽtũ aĩæ mouẽtis: omne autẽ instrumẽtũ est ꝓpter artẽ q̃ vtitur eo: tũ etiã quia corpus cõperatur ad animã sicut materia ad formã. Forma autẽ est finis materiæ: sicut & actus potẽtiæ. Ex quo cõsequẽs est, vt neq; in diuitijs, neq; ĩ honoribꝰ: neq; ĩ sanitate aut pulchritudine: neq; ĩa rebus aliquib⁹ hmõi, vltima hoĩs fœlicitas cõsistat. Secũdò qa impossibile est: vt corporalia bõa sufficiãt homini: qđ multipliciter apparet. Vno quidẽ modo, quia cũ ĩ homine sit duplex vis appetitiua. Intellectiua & sensitiua: & p cõsequẽs desideriũ duplex, desideriũ intellectui appetitus principaliter in bona intelligibilia tẽdit: ad q̃ bona corporalia nõ attingũt. Alio modo, qa bona corporalia tãquã infima in rerũ ordine nõ collecta sed disperſam recipiũt bonitatẽ: ita. s. vt hoc habeat hãc bonitatis rationẽ. puta delectationẽ: illud aliã puta corporis salubritatẽ: & sic de aliis. Vñ in nullo eorũ appetitus humanus qui naturaliter in bonũ vniuersale tẽdit, sufficiẽtia põt inuenire. Sed neq; in multis eorũ quãtũcũq; multiplicẽtur: quia deficiũt ab infinitate vniuersalis boni. Vnde dicitur Eccles. 5. q̃ auarus nõ implebitur pecunia. Tertiò, quia cũ homo apprehendat per intellectũ bonũ vniuersale, qđ neq; loco neq; tẽpore circũscribitur, cõsequẽs est, q̃ appetitus humanus bonũ desideret secũdũ cõueniẽtia ad apprehensionẽ intellectus qđ tẽpore non circũscribatur. Vnde naturale est homini, vt ꝓpetuã stabilitatẽ desideret. Quæ quidẽ nõ põt inueniri in corporalibus rebus quæ sunt corruptioni & multiplici subiecta variationi. Vnde cõueniẽs est, q̃ in corporalibus bonis appetitus humanus nõ inueniat sufficientiã quã requirit. Sic igitur in eis nõ põt esse vltima fœlicitas hominis. Sed quia vires sensitiuæ corporeas operationes habẽt, vt potè p organa corporea operãtes, quę circa corporalia operãtur, cõsequẽs est q̃ neq; in operationibus sensitiuæ partis vltima hominis fœlicitas cõsistat: puta in quibuscũq; delectationibus carnis. Habet etiã intellectus humanus aliquã circa corporalia operationẽ: dũ & corpora cognoscit homo per speculatiuũ intellectũ & res corporales dispẽsat p practicũ. Et sic cõsequẽs fit, q̃ nec in ꝓpria ipsa operatiõe intellectus speculatiui vel pratici, q̃ corporalibus rebus intẽdit vltima hominis fœlicitas & pfectio possit poni. Similiter etiã nec in operatione intellectus humani, qua in seipsam aĩa reflectitur duplici ratione. Primò quidẽ, quia aĩa secũdũ se cõsiderata nõ est beata. Alioquin nõ oporteret eã operari ꝓpter beatitudinẽ acquirẽdã. Nõ igitur beatitudinẽ acquirit ex hoc solo q̃ sibi intẽdit. Secũdò, quia fœlicitas est vltima pfectio hominis, vt suprà dictũ est. Cũ autẽ perfectio animæ in ꝓpria operatione eius cõsistat: cõsequẽs est vt vltima perfectio eius attẽdatur secũdũ optimã eius operationẽ quæ quidẽ est secũdũ optimũ obiectũ. Nã operationes secũdũ obiecta specificãtur. Nõ autẽ aĩa est optimũ in qđ sua operatio tẽdere põt. Intelligit enim aliquid esse melius se. Vñ impossibile est, q̃ vltima beatitudo hominis cõsistat in operatione qua sibi intẽdit vel quibuscũq; alijs superioribus substãtijs: dũmodò eis sit aliquid melius. in qđ humanæ animæ operatio tendere possit. Tendit autẽ operatio hominis in qđcũq; bonũ: quia vniuersale bonũ est qđ homo desiderat: cũ per intellectũ vniuersale bonũ apprehẽdat. Vnde ad quęcũq; gradũ se porrigit bonũ aliqualiter extenditur operatio intellectus humani: & per consequens volũtatis. Bonũ autem summè inuenitur in Deo: qui per essentiam suam bonus est: & omnis bonitatis principium. Vnde consequens est vt vltima hominis perfectio & finale bonum ipsius, sit in hoc q̃ Deo inhæret: secundũ illud Psalm. Mihi adhærere Deo bonum est. Hoc etiam manifestè apparet, si quis ad cæterarum rerum participationẽ inspiciat. Omnes enim singulares hominum huius prædicationis recipiunt veritatẽ: per hoc q̃ ipsam essentiam speciei participãt. Nullus autẽ eorum ex hoc dicitur homo, q̃ similitudinem participet alterius hominis: sed ex eo solo q̃ participat essentiam speciei: ad quã tamen participandã vnus inducit aliũ per viam generationis: pater. s. filium. Beatitudo autem siue fœlicitas nihil est aliud quã bonum perfectum. Oportet igitur per solam participationem diuinæ beatitudinis quæ est essentialis bonitas hominis, omnes beatitudinis participes esse beatos: quãuis vnum per aliũ ad tendendũ ad beatitudinẽ adiuuetur. Vnde Aug. dicit in libro De vera religione, quòd neq; nos vidẽdo angelos beati sumus: sed videndo veritatem qua ipsos diligimus: & his congratulamur. Contingit autẽ humanã mentem ferri in Deum dupliciter. Vno modo per se. Alio modo per aliud. Per se quidẽ puta cũ. s. in seipso videtur: & propter seipsum amatur. Per aliud autem cùm ex creaturis ipsius animus eleuatur in Deũ: secundũ illud. Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur. Nõ est autem possibile vt perfecta beatitudo cõsistat in hoc q̃ aliquis per aliud in Deum tendit. Primò quidem, quia cũ beatitudo sit quiescẽs omnium humanorum actuũ finẽ, nõ potest vera beatitudo & perfecta cõsistere in eo quod habet rationẽ nõ quidẽ termini sed magis mutationis in finẽ. Quod autẽ Deus per aliud agnoscatur & ametur, quòd humanæ mentis motu agitur: inquantùm per vnum in aliud deuenitur. Non est ergo in hoc vera & perfecta beatitudo. Secũdò, quia si in hoc q̃ mens humana Deo inhæreat eius beatitudo consistat, consequẽs est vt perfecta beatitudo perfectam inhæsionẽ ad Deũ requirat. Nõ autem est possibile, vt per aliquã creaturã mẽs humana Deo perfectè inhæreat: neq; per cognitionem neq; per amorem. Quælibet enim forma creata in infinitũ deficiẽs est à repræsentatione diuinæ essentiæ. Sicut ergo nõ est possibile, vt per formã inferioris ordinis cognoscantur ea quæ sunt superioris ordinis, puta per corpus spiritualis substãtia: vel per elemẽtũ corpus cœleste: ita multo minus possibile est, vt per aliquam formã creatã Dei essentia cognoscatur. Sed sicut per cõsiderationẽ inferiorum corporũ superiorũ naturas negatiuè percipimus: puta q̃ nõ sunt grauia neq; leuia & per corporũ cõsiderationem negatiuè de angelis cõcipimus, q̃ sunt immateriales vel incorporeiꝰ ita etiam per creaturas de Deo non cognoscimus quid est: sed potius quid non est. Similiter etiam quæcũq; creaturæ bonitas, quoddam minimũ est respectu bonitatis diuinæ: quæ est bonitas infinita. Vnde bonitates in rebus prouenientes à Deo, quæ sunt Dei beneficia, non subleuant mentem vsq; ad perfectum Dei amorẽ. Non est igitur possibile, quòd vera & perfecta beatitudo consistat in hoc quòd mens Deo per aliud inhæreat. Tertiò, quia secundum rectum ordinem, minus nota per ea quæ sunt magis nota cognoscuntur & similiter ea quæ sunt minus bona per ea quæ sunt magis bona amantur. Quia igitur Deus est prima veritas & summa bonitas secundum se summè cognoscibilis & amabilis est. Hoc igitur naturalis ordo habet, vt omnia cognoscantur & amentur per ipsum. Si igitur oportet alicuius mentem in Dei cognitionem & amorem & per creaturas perduci, hoc ex eius imperfectione contingit. Nondum ergo cõsequutus est perfectam beatitudinem: quæ omnem imperfectionẽ excludit. Relinquitur ergo, q̃ perfecta beatitudo sit in hoc q̃ mẽs Deo per se inhæreat: cognoscendo & amando. Et quia regis est subditos disponere & gubernare illud in homine regere dicitur, secundum quod cætera' disponitur. Vnde Apostolus monet Rom. 6. Nõ regnet peccatũ in vestro mortali corpore. Quia igitur ad perfectã beatitudinẽ requiritur, vt ipse Deus p se cognoscatur & ametur: vt p eũ animus feratur ad aliã verè & perfectè in bonis Deus regnat. Vnde dicitur Esa. 49 Miserator r

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quicquid autē de Deo dicitur, essentialiter conuenit ei. Non est autem possibile, q̄ vna creata species repræsentet Deū, quantū ad omnia quæ de Deo dicuntur. Nam in intellectu creato, alia est species per quā apprehēdit vitā & sapientiā. & iustitiā: & omnia alia huius modi quæ sunt Dei essentia. Non est igitur possibile, q̄ intellectus creatus informetur aliqua vna specie, sic representāte diuinā essentiam, q̄ Deus in ea per suā essentia possit videri. Si autē per multas deficiet vnitas, quę idē est qđ Dei essentia. Nō est igitur possibile, q̄ intellectus creatus eleuari possit ad videndū Deū in seipso per suam essentiā, aliqua vna specie creata: vel etiā pluribus. Relinquit̄ ergo, q̄ oportet ad hoc q̄ Deus p suā essentia videatur ab intellectu creato, q̄ ipsa diuina essentia per se ipsam nō p aliā speciē videatur: & hoc per quandā vnitionē intellectus creati ad Deū. Vnde Dyonisius dicit. 2. capitulo de diuinis nominibus, q̄ quādo beatissimū cōsequimur finē: Dei apparitione adimpleti erimus per quandā superintellectualē cognitionē ad Deū. Est autē hoc singulare diuinæ essentiæ vt ei possit intellectus vniri absq; omni similitudine mea: quia & ipsa diuina essentia est eius esse: quod nulli alij formæ cōpetit. Vnde oportet, q̄ omnis forma sit in intellectu. Et ideò si aliqua forma quæ p se existēs nō potest esse informatiua intellectus, puta substantia angeli cognosci debeat ab intellectu alterius, oportet q̄ hoc fiat per aliquā eius similitudinē intellectū informantē: qđ nō requirit̄ in diuina essentia quæ est suum esse. Sic igitur per ipsam Dei visionem, mens beata sit in intelligēdo vnū cū Deo. Oportet igitur intelligens & intellectū esse quodāmodo vnū. Et ideò Deo regnante in sanctis, & ipsi etiā cū Deo cōregnabūt. Et ideò ex eorū persona dicitur Apoc. 5. Fecisti nos Deo nostro regnū & sacerdotes: & regnabimus super terrā. Dicitur enim hoc regnū quo Deus regnat in sanctis & sanctī cū Deo, regnū cœlorum: secūdum illud Matth. 4. Pœnitentia agite, appropinquabit enim regnū cœlorū. eo modo loquēdi quo esse in cœlo, Deo attribuitur: nō quia corporalib⁹ cœlis cōtineatur: sed vt p hoc designetur Dei eminētia super omnē creaturā: sicut cœli eminēt super omnē aliā creaturā corpoream: secundū illud Psalmistę: Excelsus super omnes gentes dñs & super cœlos gloria eius. Sic igitur & beatitudo sanctorū regnū cœlorū dicitur: nō quia eorū remuneratio sit in corporalib⁹ cœlis: sed in cōtemplatione supercœlestis naturæ. Vnde & de angelis dicitur Matth. 18. Angeli eorū in cœlis semper vidēt faciē patris mei qui in cœlis est. Vnde & Augustī. dicit exponēs illud qđ dicit Matth. 5., Merces vestra copiosa est in cœlis, in libr. de sermone dñi in mōte. Nō hic cœlos dici puto superiores partes huius visibilis mūdi. Nō enim merces nostra in rebus volubilibus collocāda est: sed in cœlis dictū puto in spiritualibus firmamētis: vbi habitat sempiterna iustitia. Dicitur etiā & hoc finale bonū, quod in Deo cōsistit vita æterna: eo modo loquēdi, quo actio animæ viuificatis dicitur vita. Vnde tot modi vitæ distinguūtur, quot sunt genera animæ actionū: inter quas suprema est operatio intellectus: & secūdum Philosophū actio intellectus est vita. Et quia actus ex obiecto specie accipit, inde est q̄ visio diuinitatis vita æterna nominatur: secúdum illud Ioannis 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscāt te solū Deum verū. Hoc etiā finale bonū, comprehensio nominatur: secūdum illud Philippensiū 3. Sequor autem, si quo modo cōprehendā: quod quidē non dicitur eo modo loquēdi, quo cōprehensio inclusionē importat. Quod enim ab alio includitur, totū & totaliter ab eo cōtinetur. Nō est autē possibile, q̄ intellectus creatus, Dei essentiā totaliter videat. ita. s. q̄ attingat ad cōpletum & perfectū modū visionis diuinæ: vt. s. Deū videat quātum visibilis est. Est em De⁹ visibilis secundū suę veritatis claritatē quę infinita est. Vñ infinitę visibilis est, qđ cōuenire intellectui creato nō pōt cuius est finita virtus in intelligēdo. Solus igitur Deus, p infinitā virtutē sui intellectus se infinitè intelligēs totaliter se intelligendo cōprehēdit seipsum. Repromittit autē sanctis cōprehēsio quæ cōprehensionis nomē importat quādā tentionē. Cū em aliqs iusequit̄ aliquē, dicitur cōprehēdere eū, qñ potuerit eū manu tenere. Sic igitur quādiu sumus in corpore: vt dicitur. 2. ad Cor. 5. peregrinam⁹ a dño. Per fidē em ambulamus, & nō p speciē. Et ita in eū tēdimus: vt aliquid distās. Sed qñ p speciē videbim⁹ psentialiter eū in nobis metipsis tenebimus. Vñ Cantic. 3. spōsa querēs quē diligit aīa sua, tādem verò eū inueniēs. dicit. Tenui eū, nec dimittā. Habet autē prędictū finale bonū ppetuū & plenū gaudiū. Vñ dñs dicit. Ioā. 16. Petite & accipietis: vt gaudiū vestrū plenū sit. Non pot autē esse plenū gaudiū de aliqua creatura, sed de solo Deo, in quo est tota plenitudo bonitatis. Vñ & dñs dicit seruo fideli. Intra in gaudiū dñi tui: vt. s. de dño tuo gaudeas. secundū illud Iob. 22. sup oīpotentē delicijs affluēs, Et quia Deus præcipuè de se ipso gaudet, dicitur seruus fidelis intrare in gaudium dñi sui. in quātū intrat ad gaudiū quo dñs eius gaudet, secundum, q̄ alibi dñs discipulis Luc. 22. promittit dicens. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Non q̄ in illo finali bono corporalibus cibis sanctī vtantur incorruptibiles iā effecti, sed per mensam significatur refectio gaudij, quod habet Deus de se ipso & sancti de eo. Oportet ergo plenitudinem gaudij attendi, nō solū secundum rem de qua gaudetur, sed secūdum dispositionem gaudentis vel rem de qua gaudet, præsentem habeat, & totus affectus gaudentis p amorē teratur in gaudij causam, iā autē ostēsum est, q̄ p visionem diuinæ essentiæ mens creata prędestinaliter tenet Deū, ipsa etiā vita totaliter affectum accendit ad diuinū amorē. Si em vnūquodq; est amabile inquātum est pulchrū & bonum secundū Dyony. de diuinis nominibus. c. 4. impossibile est, q̄ Deus qui est ipsa essentia pulchritudinis & bonitatis, absq; amore videatur. Et iò ex prędicta eius visione, sequitur. p̄fect⁹ amor. Vñ & Greg. dicit sup Ezech. Amoris ignis qui hic ardere inchoat, cū ipsum quē amat viderit, tāmore ipsi⁹ amplius igniescit. Tātò autē maius est gaudiū de aliquo prędestinaliter habito, quātò magis amatur. Vñ sequitur, q̄ illud gaudiū sit plenum nō tm̄ ex parte rei de qua gaudetur, sed etiā ex parte gaudentis. Et hoc gaudiū est humanæ beatitudinis cōsummatiū. Vñ & Aug. dicit in cōfessionum, q̄ beatitudo est gaudiū de veritate. Est autē vltertus cōsiderādum, q̄ quia De⁹ est ipsa essentia bonitatis, p cōsequēs ipse bonū est oīs boni. Vñ eo viso, omne bonū vīsecundum q̄ dñs dicit Moysi Exod. 33. Ego ostēdā tibi omne bonū. Per cōsequēs igitur eo habito, omne bonū habetur. secundū illud Sap. 7. Venerūt mihi oīa bona pariter cū illa. Sic igitur i illo finali bono videndo Deū habebimus omniū bonorū plena sufficiētia. Vñ & fideli seruo repromittit dñs Matt. 24. q̄ sup oīa bona sua cōstituet eū. Quia verò malū bono opponitur, necesse est vt ad pœnitentiā oīs boni malū vniuersaliter excludatur. Nō est em participatio iustitię cū iniquitate, nec societas lucis ad tenebras: vt dicitur. 2. Cor. 6. Sic igitur i illo finali bono, nō solū aderit prędicta sufficiētia habētibus omne bonū, sed etiā aderit plena quies & securitas per immunitatē omnis mali secūdum illud Prouerb. 1. Qui me audiet absq; terrore requiescet & habundantia perfuetur: terrore malorum sublato. Ex hoc autē vltertus sequitur, quòd sit ibi futura omnimoda pax. Nō enim impeditur pax hominis nisi vel per interiorum desideriorū inquietudinem: dum deficerat habere quæ nondū habet: vel per aliquorū malorū, molestia, quæ vel patitur vel pati timet. Ibi autē nihil timetur. Cessabit enim inquietudo desiderij propter plenitudinē omnis boni. Cessabit etiā omnis molestia exterior per absentiā omnis mali. Vnde relinquitur q̄ ibi sit perfecta pacis tranquillitas. Hinc est quod dicitur Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: per qđ pacis petitio designatur. Et ad ostendendū causam pacis subditur. Et in tabernaculis fiduciæ: quæ scilicet erit subtracto timore malorum, in quie opulēta: quæ pertinet ad affluentiā omnis boni. Huius autē felicitatis boni perfectio in perpetuū durabit. Non enim poterit deficere per defectū bonorū quibus homo fruetur: quia sunt æterna & incorruptibilia. Vnde dicitur Esa. 33. Oculi tui videbūt Ierusalē ciuitatem opulentem: tabernaculum quod nequaquā trāsferri poterit. Et postmodum subditur causa: quia solūmodò ibi erit magnificus dominus Deus noster. Tota enim illius status perfectio erit in fruitione diuinæ æternitatis. Consimiliter etiā nō poterit ille status deficere per corruptionem ibidem existentium: quia vel sunt naturaliter incorruptibiles sicut angeli: vel in incorruptionem transferentur sicut homines. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionē: vt dicitur. 1. Cor. 15. Vnde & Apoc. 3. dicitur. Qui vicerit: faciam illum colūnam in templo Dei mei: & foras nō egredietur amplius. Nec etiā poterit ille status deficere per hoc, q̄ voluntas hominis fastidiēdo se auertat: quia quāto Deus qui est bonitatis essentia magis videtur, tāto necesse est vt magis ametur. Vnde & magis eius fruitio desiderabitur: secūdum illud Eccl. 24. Qui edunt me adhuc esurient & qui bibunt me adhuc sitient. Propter quod & de angelis Deum videntibus dicitur. 1. Petri. 1. In quem desiderant angeli prospicere. Similiter etiā non deficiet ille status per hostis alicuius impugnationem: quia cessabit ibi omnis mali molestia: secundū illud Esa. 35. Nō erit ibi leo, idest diabolus impugnās: & mala bestia idest, malus homo non ascēdet per eā nec inuenietur ibi. Vnde & dominus dicit Ioan. 10. de ouibus suis, quòd non peribunt in æternum: & quòd non rapiet eas quisquam de manu sua. Sed nec finiri poterit ille status per hoc, quòd a Deo aliqui inde excludantur. Non enim aliquis ab illo statu repelletur propter culpam: quæ omnino non erit vbi deerit omne malum. Vnde dicitur Esa. 60. Populus tuus omnes iusti. ueq; etiam propter promotionem ad melius bonum. sicut in hoc mundo Deus interdum etiam iustis spirituales cōsolationes subtraxit & alia sua beneficia vt auidius quærant & suum defectum recognoscant: quia status ille non est emendationis aut profectus sed perfectionis finalis. Et ideo dominus dicit Ioan. 6. Eum qui venit ad me non ejiciam foras. Habebit igitur status ille omnium prædictorum bonorum perpetuitatem: secundum illud. Psal. In æternum exultabunt & habitabis in eis. Est igitur prædictum regnum beatitudo perfecta: vpotè immutabilem omnis boni sufficientiam habens. Et quia beatitudo naturaliter desideratur ab hominibus. consequens est, quòd regnum Dei ab omnibus desideretur.

Quidre-

Quòd regnum obtineri est possibile.

CAP. X.

OPortet autē vlterius ostēdere, q̄ homo ad illud regnū peruenire possit. Alioquin frustra speraretur & peteretur. Primò autē apparet hoc esse possibile promissione diuina. Dicit enim dominus Luc. 12. Nolite timere pusillus grex: quia cōplacuit patri vestro dare nobis regnū. Est autē diuinū beneplacitum efficax ad implendum omne quod disponit: secundū illud Esa. 46. Consilium meū stabit: & omnis voluntas mea fiet. Voluntati enim eius quis 'resistit: vt dicitur ad Romanos. 9. Secundòostenditur hoc esse possibile ex euidenti exemplo.

Hucúsq; compilauit S. Thom. de Acquino brevem compilationē theologiæ: sed proh dolor morte præventus eam sic incompletam dimisit.

INCIPIT EIVSDEM Diui Thomæ expositio deuotissima Orationis Dominicæ scilicet, Pater noster.

PAter noster. Inter alias orationes oratio dominica principalior inuenitur. Habet em̄ quinq; excellētias quæ in oratione requirūtur: Debet enim esse oratio secura: recta: ordinata: deuota: & humilis. Secura quidē vt cū fiducia adeamus ad thronū gratiæ eius vt dicitur Heb. 4. In fide etiā nō deficientes. Dicitur enim Iac. 1. Postulet autē in fide nihil hæsitās. Rationabiliter autē hæc oratio est securissima. Est enim ab aduocato nostro formata: qui est sapientissimus petitor in quo sunt oēs thesauri sapientiæ vt dicitur ad Col. 2. De quo dicitur. 1. Ioā. 2. Aduocatū habemus apud patrē. Vnde dicit Cyprianus in libro De oratione dominica. Cū Christū habeamus aduocatū apud patrē pro peccatis nostris, quādo pro delictis nostris petimus aduocati nostri verba proponamus. Vlterius securior apparet ex hoc q̄ ipse qui orationē exaudit cū patre, docuit nos orare: secundū illud. Psal. Clamabit ad me & ego exaudiā eū. Vnde dicit Cyprianus. Amica familiaris & deuota est oratio: dominū de suo rogare. Vnde ab hac oratione nunquā sine fructu recedit. Nā per ea venialia dimittūtur vt dicit Augustinus. Debēt etiā esse oratio nostra rectavt petat orās à Deo quæ sibi cōueniūt. Nā Damasc enus dicit. Oratio est petitio decētiū à Deo. Multotiēs enim nō exauditur oratio: quia indecētia postulātur. Iac. 4. Petitis & nō accipitis: eo q̄ male petatis. Scire autē quid sit petendū difficillimū est: cū difficillimū sit scire quid sit desiderādū. Ea enim quæ licitè petūtur in oratione licitè desiderātur. Et ideo Apostolus dicit ad Ro. 8. Nā qd oremus sicut oportet nescimus. Ipse autē Christus Doctor est. Nā ipsius est docere quid nos orare oporteat. Nā discipuli dixerūt ei. Luc. 11. Dñe doce nos orare. Ea ergo quæ ipse orare docuit rectissimè postulantur. Vnde Augustinus. Quæcūq; autē verba dicamus nihil aliud dicimus, quā qđ in ista oratione dominica positū est si rectè & cōgruenter oramus. Debet etiā esse oratio ordinata sicut desideriū: cū oratio sit desiderij interpres. Est autē hic debitus ordo, vt spiritualia carnalibus: cœlestia terrenis, desiderādo & orādo præferamus: secundum illud. Mat. 6. Primū quærite regnum Dei, &c. Hoc dominus in hac oratione seruare docuit. In qua primò petūtur cœlestia & postmodū terrena. Debet etiā oratio esse deuota: quia pinguedo deuotionis facit sacrificiū orationis esse Deo acceptum: secundū illud. Psal. In nomine tuo leuabo manus meas sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Deuotio autē plerūq; propter prolixitatem orationis obtunditur. Vnde dominus superfluā orationis prolixitatem docuit vitare dicēs Mat. 6. Orātes autem nolite multū loqui. Et Augustinus dicit ad Probam. Absit ab oratione multa locutio: sed non desit multa precatio si feruēs perseueret intentio. Vnde dominus hāc orationē breuē instituit. Cōsurgit autem deuotio ex charitate, quæ est amor Dei & proximi: quorū vtrūq; in hac oratione ostēditur. Nā ad insinuādū diuinū amorē vocamus eū patrē. Ad insinuandū autē amorē proximi cōmuniter pro omnibus oramus dicentes. Pater noster, &c. Et dimitte nobis debita nostra, &c. ad quod proximorū dilectio nos inducit. Debet etiā oratio esse humilis secūdum illud. Psal. Respexit in orationē humiliū. Et Luc. 18. de pharisæo & publicano. Et Iudic. 9. Humiliū & mansuetorū semper tibi placuit deprecatio. Quæ quidē humilitas in hac oratione seruatur. Nā vera humilitas est quādo aliquis nihil ex suis viribus præsumit: sed totū ex diuina virtute impetrandū expectat. Nota insuper, q̄ tria bona facit oratio. Primò enim est efficax & vtile remediū cōtra mala. Libera enim à peccatis cōmissis. Psal. Tu remisisti impietatem peccati mei: pro hac orabit ad te omnis sanctus. Sic latro in cruce orauit: & remissionē obtinuit: quia hodie mecū eris in paradiso. Luc. 23. Si publicanus orauit: & iustificatus descēdit in domū suam. Luc. 18. liberat etiā à timore peccatorū superuenientiū à tribulationibus & tristicijs. Iac. vlti. Tristatur quis in vobis, oret æquo animo. Liberat etiā à persecutionibus & inimicis. Psal. Pro eo vt me diligerēt detrahēbāt mihi: ego autē orabā. Secūdò est efficax & vtilis ad omnia desideria obtinenda. Matth. 11. Omnia quæcūq; orātes petitis, credite quia accipietis. Et si nō exaudimur hoc est quia non instanter petimus. Oportet enim semp orare: & nunquā deficere Luc. 13. Vel quia nō petimus id quod magis expedit ad salutē. Aug. Bonus dominus qui sæpè nō tribuit, quod volumus: vt tribuat quod mallemus. Et hoc reperitur de Paulo qui ter petijt à se remoueri stimulum & nō est exauditus. Tertiò est vtilis: quia facit nos familiares Deo. Psalm. Dirigatur oratio mea sicut in cēnsum in conspectu tuo. Dicit ergo.

PAter. Nota hic duo quomodò. s. pater sit. & quid debemus ei: quia pater est. Dicitur autem pater ratione specialis creationis: quia creauit nos ad imaginē & similitudinem suā quā aliis creaturis inferioribus nō impressit. Deuter. 32. Ipse est pater tuus qui fecit & creauit te. Iteē ratione gubernationis. Quāquàm enim omnia gubernet, nos tamen gubernat vt dominos: alia vt seruos Sap. 14. Tua (pater) prouidentia cūcta gubernat. Et Sapi. 13. Ei cum magna reuerentia disponis nos. Item ratione adoptionis: quia alijs creaturis dedit quasi munuscula: nobis autē hæreditatē: & hoc, quia filij. Sed si filij & hæredes. Apostolus. Ro. 8. Non accepistis spiritū seruitutis in filij & hæredes. Apostolus. Ro. 8. Non accepistis spiritū seruitutis in timore: sed spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus. Abba pater. Debemus autem nos ei tria. Primò honorē. Mal. 1. Si ego pater vbi est honor meus? Qui cōsistit in tribus. In laudis datione quòd ad Deum. Psal. Sacrificium laudis honorificabit me. Quæ nō solùm debet esse in ore sed etiam in corde. Esa. 29. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me. In corporis puritate quòd ad seipsum. 1. Cor. 6. Glorificate & portate Deum in corpore vestro. In iudicij æquitate quòd ad proximum. Psal. Honor regis iudicij diligit. Secundò debemus ei imitationem: quia pater est. Hiere. 3. Patrē vocabis me: & post me ingredi non cessabis. Quæ perficitur in tribus. In dilectione. Ephe. 5. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi. In dilectione et hoc oportet esse in corde. In misericordia: & ambulate in dilectione. Et hoc oportet esse cum miseratione. Luc. 6. Estote misericordes. Et hoc debet esse in opere. In perfectione: quia dilectio & miseratio debet esse perfecta. Matth. 5. Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Tertiò debemus ei obedientiā. Hebr. 12. Multo magis obtemperabimus patri spirtuū. Et hoc propter tria. Primò propter dominiū. Ipse enim est dominus. Exo. 24. Omnia quæ locutus est dominus faciemus: & erimus obedientes. Secundò propter exemplū: quia verus filius factus est patri obediens vsq; ad mortē: vt dicitur Phi. 2. Tertiò propter cōmodum. 2. Re. 6. Ludam ante dominum qui elegit me. Quartò debemus ei patientiam in castigationibus. Prouerb. 3. Disciplinam domini fili mi ne abijcias: nec deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit dominus corripit: & quasi pater in filio complacet sibi.

NOster. Ex hoc autē ostenditur, quòd duo debemus proximis. Primò amorē. quia fratres nostri sunt. Nam oēs sunt filij Dei. 1. Ioan. quarto. Qui nō diligit fratrē suum quem videt, &c. Item reuerentiam: quia filij Dei sunt. Malach. 2. Nunquid pater vnus omnium nostrum? Nunquid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo decipit vnusquisquisq; vestrum fratrem suum? Ro. 12. Honore inuicem præuenientes. Et hoc propter fructum: quia ipse factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Heb. 5.

QVi es in cœlis. Inter cætera quæ oranti sunt necessaria, fiducia plurimum valet. Iac. 1. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Vnde dominus nos orare docens ea præmittit ex quibus in nobis fiducia generetur, scilicet ex benignitate patris. Vnde pater noster dicit, secundum illud Luc. 11. Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester cœlestis de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se. Et ex magnitudine potestatis. Vnde dicit, Qui es in cœlis. Vnde Psal. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Potest autem hoc ad tria pertinere. Primò quidem ad orātis præparationem: quia dicitur. Eccl. 18. Ante orationem præpara animam tuā: vt intelligatur in cœlis hoc est in cœlesti gloria: secundum illud Matth. 5. Merces vestra copiosa est in cœlis. Et hæc præparatio debet esse per cœlestium imitationē: quia filius debet imitari patrem. Vnde dicitur. 1. Cor. 15. Sicut portauimus imaginē terreni, portemus & imaginē cœlestis. Iteē per cœlestiū contēplationē: quia homines solēt frequētius cogitationē dirigere vbi habēt patrē & alia quæ diligūt: secūdū illud Mat. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuū. Vnde dicebat Apostolus. Phil. 3. Nostra cōuersatio in cœlis est. Et p cœlestiū imitationē: vt ab eo qui in cœis est nō nisi cœlestia quæram: secūdū illud Coll. 3. Quæ sursum sunt quite vbi Christus est. Secūdò potest pertinere qđ dicitur Qui es in cœlis ad audiētis facilitatē: q̄ p̄pinquus est nobis: vt intelligat qui est in cœlis. i. in sanctis, in quibus Deus habitat secūdū illud Ier. 14. Tu in nobis es

Universidad de Deusto Biblioteca

domine.Sancti enim,cœli dicuntur:secundum illud Psalmist.Cœli enarrant gloriam Dei.Habitat auté Deus in sanctis per fidé.Ephe. 3.Habitare Christũ per fidem in cordibus vestris. Per dilectionem primę Ioan.4.Qui manet in charitate,in Deo manet & Deus in eo. Per mandatorũ impletioné.Ioan.14.Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.Et pater meus diliget eum:& ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus,&c. Tertiò potest pertinere quod dicitur qui es in cœlis,ad efficaciam exaudientis:vt per cœlos, corporeos cœlos intelligamus:nõ ꝙ Deus corporalibus cœlis includatur:secundum illud Regum 8. Cœlum & cœli cœlorũ te capere nõ possunt:sed vt significetur quòd Deus est perspicax in consideratione:vtpotè qui de alto videt. Psalm. Prospexit de excelso sancto suo. Et ꝙ sublimis est in potestate': secundum illud Psalm. Dominus in cœlo parauit sedem suam.Et ꝙ stabilis est in æternitate: secundum illud Psalm.Tu autem in æternũ permanes:& anni tui nõ deficiét. Vnde & de Christo dicitur.Thronus eius sicut dies cœli. Et Philosophus dicit in primo de cœlo,ꝙ propter incorruptioné cœli, omnes posuerunt cœlum esse locũ spirituum. Per hoc ergo ꝙ dicitur, qui es in cœlis,datur nobis fiducia orandi,quantùm ad tria.Quantùm ad potestaté: & quantùm ad familiaritatem eius à quo petitur: & quantùm ad congruitatem petitionis. Potestas enim eius à quo petitur insinuatur,si per cœlos intelligantur cœli corporei.Et quãuis ipse locis corporalibus non cõprehẽdatur, cùm scriptũ sit Iere. 23.Cœlum & terrã ego impleo,tamen dicitur esse in cœlis corporeis ad insinuandum duo.s.potentiæ eius virtuté & sublimitaté naturæ.Primum quidem est cõtra illos qui dicunt omnia ex fato cœlestium corporũ ex necessitate accidere:secundum quã opinionem inutile esset aliquid à Deo orando petere.Sed hoc stultum est: cùm Deus in cœlis sic esse dicatur,vt cœlorũ dominus & stellarũ: secundum illud Psalm.Dominus in cœlo parauit sedem suam.Secundum verò contra illos est,qui in orando aliquas sibi corporeas fantasias de Deo proponunt & fingunt:ideò dicitur esse in cœlis,vt per id qđ in sensibilibus rebus est altissimũ,ostendatur diuina sublimitas excedens etiã hominum desiderium & intellectũ.Vnde quicquid cogitari vel desiderari potest,est minus quàm Deus. Propter quod dicitur in Iob 36.Ecce Deus magnus vincens scientiam nostrã. Psalm. Excelsus super omnes gentes dominus.Esa.40.Cui similem fecistis Deum?Familiaritas autem Dei ostenditur,si per cœlos sancti accipiantur.Quia enim propter eius altitudiné aliqui dixerunt, ꝙ humana nõ curat:oportet considerare,quia nobis est vicinus imò intimus:quia dicitur esse in cœlis,i.in sanctis, qui cœli dicuntur:secundum illud Psalm.Cœli enarrant gloriam Dei.Iere.14. Tu in nobis es domine.Hoc enim affert fiduciam orantibus quantũ ad duo. Primò,quantũ ad propinquitatem Dei:secũdum illud Psalm.Propè est dominus omnibus inuocãtibus eum.Vnde Matth.6. Tu auté cùm oraueris,intra in cubiculum.s.cordis.Secũdo, quia per patrocinium aliorum sanctorũ possumus impetrare quod petimus: secundum illud Iob 5:Ad aliquem sanctorũ conuertere.Iacob.5. Orate pro inuicem,vt saluemini.Idoneitaté etiam & congruitaté accipit oratio ex hoc ꝙ dicitur esse in cœlis:secundum ꝙ per cœlos,spiritualia bona & æterna intelligũtur in quibus est beatitudo:propter duo. Primò quia per hoc excitatur nostrum desiderium ad cœlestia. Tendere enim debet illuc desiderium nostrum vbi patrem habemus, quia illic est hæreditas nostra.Collos.3.Quæ sursum sunt quærite.1.Petr.1. In hæreditatem immarcessibilem,conseruatam in cœlis. Secundò quia per hoc informatur vt sit vita cœlestis.vt simus conformes patri cœlesti,secundum illud.1.Corint.15.Qualis cœlestis,tales & cœlestes,& hæc duo faciunt idoneum ad petẽdum,scilicet desiderium cœleste & vita cœlestis,ex quibus oratio congrua fit.

Prima petitio.

SAnctificetur nomé tuũ. Hæc est prima petitio,in qua petitur vt nomen eius in nobis manifestetur & declaretur.Est auté nomen Dei primò mirabile,quia in oĩbus creaturis mirabilia operatur.Vnde Dominus in Euãgelio Mar.vlt.In noĩe meo dęmonia eijciẽt,&c. Secũdò,est amabile.Act.4.Nõ est aliud nomé datũ sub cœlo in quo oporteat nos saluos fieri. Salus auté est ab oĩbus diligẽda.Exẽplũ de beato Ignatio,qui in tantũ nomé Christi dilexit,ꝙ cũ Traianus requireret ab eo vt nomé Christi negaret,rñdit ꝙ de ore ei⁹ remoueri nõ posset.Et cũ ille minaretur sibi caput abscindere & Christum de ei⁹ ore remouere dixit. Et si de ore abstuleris,nũquã tñ de corde eripere poteris.Hoc eñ nomé cordi meo inscriptũ habeo,& iõ ab eius inuocatiõe cessare nõ valeo.Quod audiés Traianus,& ꝓbari cupiés serui Dei absciso capite cor eius extrahi iussit, & inuentũ est habés nomé Christi in se scriptũ literis aureis.Posuerat eñ super cor suum hoc nomé quasi signaculum. Tertiò est venerabile.Apost.Philip.2. Vt in noĩe Iesu omne genu flectat' cœlestiũ terrestriũ & infernorũ. Cœlestiũ quãtũ ad angelos & beatos:terrestriũ quãtũ ad mũdanos, qui hoc faciũt ex amore adipiscẽdæ gloriæ vel timore fugiẽdæ pœnæ & infernorũ quò ad dãnatos,qui hoc faciunt ex timore.Quartò inexplicabile quia à narratiõe eius deficiunt oẽs linguæ.Et iõ explicatur aliqñ per creaturas.Vñ dicitur lapis rõne firmitatis. Matt.16. Super hãc petrã ædificabo ecclesiã meã.Itẽ ignis rõne purificationis quia sicut ignis metalla purificat:ita De⁹ purificat corda peccatorũ. Vñ Deut.4.Deus tuus ignis cõsumens est.Itẽ lux rõne illuminationis quia sicut lux illuminat tenebras ita nomé Dei illuminat tenebras mẽtis Psal.Deus meus illumina tenebras meas.Vñ istud nomé petimus manifestari:vt cognoscatur & teneatur sanctũ.Sanctũ auté tripliciter dicitur.Sanctũ eñ idẽ est,quod firmum.Vñ oẽs beati qui in cœlo sunt,sancti dicũtur,quia sunt æterna fœlicitate firmati.In mũdo nõ pñt esse sancti,q sunt cõtinuè mobiles.Augusti.Defluxi dñe à te & erraui nimis deuius factus sum à stabilitate tua. Secũdò sanctũ idẽ est,ꝙ non terrenũ.Vñ sancti q in cœlo sunt,nullũ habẽt affectũ terrenũ.Vñ Apostol.Phili.3.Oĩa arbitratus sum vt stercora,&c.Per terrã auté designãtur peccatores.Primò rõne germinis.Terra eñ si nõ colitur spinas & tribulos germinat. Sic aĩa peccatoris,nisi colat' ꝑ gratiã nõ germinat nisi tribulos & pũctiones peccatorũ.Genes.3. Spinas & tribulos germinabit tibi.Secũdò rõne caliginis.Terra eñ caliginosa est & opaca.Sic etiam peccator caliginosus & opacus est. Gen.1.Tenebræ erãt sup faciẽ abissi.Tertiò rõne cõditionis. Terra eñ est elemẽtũ siccũ, qđ spargit' nisi cõtineat' ab aquæ humiditate. Nã Deus posuit terrã sup aquas.iuxta illud Psal. Qui firmauit terrã sup aquas, qa ex humiditate aquę cõtinet' ariditas vel siccitas terræ. Sic peccator animã habet siccã & arida,iuxta illud Psal. Aĩa mea sicut terra sine aqua tibi.Itẽ tertiò dicit' sanctũ.i.sanguine tinctũ. Vñ sancti q sunt in cœlo sancti dicũtur,eo ꝙ sunt sanguine tincti iuxta illud Apoc.7.Isti sunt qui venerũt ex magna tribulatione,& lauerũt stolas suas in sanguine agni.Itẽ Apocal.1.Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Secunda petitio.

ADueniat regnum tuum.Sicut dictum est spiritus sanctus facit nos,rectè amare:desiderare & petere:& efficit in nobis primò timorem per quem quęrimus:quòd nomen Dei sanctificetur. Aliud donum,quod est,donum pietatis.Et est propriè pietas:dulcis & deuotus affectus ad patrem & omnem hominem in miseria constitutum.Cum ergo Deus sit pater noster,vt patet:non solùm debemus eum reuereri & timere sed etiam ad eum habere debemus dulcem & pium affectum.Hic autem affectus facit nos petere,ꝙ adueniat regnum Dei.Tit.2.Piè & iustè viuamus in hoc sæculo expectãtes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei.Posset autem quæri. Regnũ Dei semper fuit:quare ergo petemus,quòd veniat?Et ideo dicendum,quòd hoc potest tripliciter intelligi.Primò,quia aliquãdo rex habet ius regni solũ seu dominij: & tamen nondum dominium ipsius regni est declaratũ:quia nondum homines regni sunt ei subiecti.Tunc ergo apparebit primò eius regnũ seu dominium quando homines regni erunt sibi subiecti.Deus autem ex se & sua natura est dominus omniũ:& Christus secundũ quod Deus & etiã secundũ quod homo habet à Deo,quòd sit dominus omniũ Daniel. 7.Dedit ei potestaté & honorem & regnum.Oportet ergo quòd sibi sint omnia subiecta:hoc auté nondũ est sed erit in finé.1.Cor.15. Oportet illũ regnare,donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius Et ideo petimus & dicimus: Adueniat regnum tuum. Et hoc quantum ad tria,scilicet vt iusti cõuertantur:peccatores puniãtur: & mors destruatur.Nã homines dupliciter subijciũtur Christo:aut volũtarij aut inuiti.Cũ enim volũtas Dei sit ita efficax,ꝙ oporteat penitus illam cõpleri:& Deus velit,quòd omnia subijciantur Christo:alterum duorum erit necessariũ:vt scilicet aut homo faciat voluntaté Dei subijciendo se mãdatis eius:& hoc faciẽt iusti:aut Deus faciet de omnibus voluntaté suã puniẽdo eos:& hoc faciet peccatoribus & inimicis suis:& hoc erit in fine mundi.Psal.Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.Et ideo sanctis est datum quærere, quòd adueniat regnum Dei scilicet, quòd ipsi totaliter subijciantur ei sed peccatoribus est horribile: quia nihil aliud est quærere, quòd adueniat regnum Dei nisi quòd de voluntate Dei subijciantur pœnis.Amos.5. Ve desiderantibus diem domini. Sed & ex hoc destruitur mors.Cum enim Christus sit vita,non potest in regno eius esse mors quæ est vitæ contraria:ideo dicitur.1.Cor. 15.Nouissimè autem inimica destruetur mors. Et hoc erit in resurrectione.Philip.3.Reformabit corpus humilitatis nostræ. Secundò regnum cœlorum dicitur gloria paradisi. Nec mirum. Nam regnum nihil aliud dicitur nisi regimen. Ibi autem est optimum regimen,vbi nihil inuenitur cõtra volũtaté regẽtis.Volũtas autem Dei est salus hominũ:quia vult oẽs homines saluos fieri.Et hoc potissimè erit in paradiso:vbi nihil erit saluti hominũ repugnãs.Mat. 13.Auferet de regno eius oĩa scãdala.In mũdo auté isto sunt multa cõtra saluté hominũ.Cũ ergo petimus.Adueniat regnũ tuum,oramus vt simus participes regni cœlestis:& gloriæ paradisi. Quod quidé regnũ est valde desiderãdũ propter tria.primò ꝓpter summã iustitiam quæ est in eo.Esa.6.Populus tuus oẽs iusti.Hic enim,mali sunt mixti bonis:sed ibi nullus malus erit & nullus peccator.Item propter perfe-

porpter perfectissimã libertaté.Hic eñ nõ est libertas:quãquã oẽs naturaliter desiderent eã.Sed ibi erit omnimoda libertas cõtra omnem seruituté.Ro.8.Ipsa creatura liberabitur à corruptione.Et nõ solùm erunt ibi omnes liberi:sed erunt reges.Apoca.5.Fecisti nos Deo nostro regnum.Cuius ratio est:quia omnes erunt eiusdem voluntatis cum Deo:& Deus volet quicquid sancti volent: & sancti, quicquid Deus voluerit.Vnde cũ voluntate Dei fiet voluntas corũ: & ideò omnes regnabunt:quia omnium voluntas fiet:& dominus erit corona omnium.Esa.28.In die illa erit Dominus exercituũ corona gloriæ:& sertum exultationis residuo populi sui.Itẽ propter mirabilé affluentiã.Esa.64.Oculus nõ vidit Deus absq; te quæ præparasti expectantibus te.Psal.Qui replet in bonis desideriũ tuũ,&c. Et nota,ꝙ homo inueniet omnia in solo Deo excellentius & perfectius omni eo quod in mundo quæritur. Si delectationem quæris, summã inuenies in Deo.Si diuitias,ibi omnem sufficientiam inuenies:propter quam sunt diuitiæ:& sic de alijs.Augustinus in cõfessionibus.Anima cùm fornicatur abs te,quærit extra te:quæ pura & limpida nõ inuenit nisi cũ redit ad te.Tertio modo,quia aliquãdo in mundo isto regnat peccatũ.Et hoc est quãdo homo est ita dispositus,ꝙ statim sequitur & prosequitur appetitũ peccati.Apostolus. Rom.6.Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore:sed debet Deus regnare in corde tuo.Esa.52.Syon regnabit Deus tuus. Et hoc est quando paratus es obedire Deo & seruare omnia mãdata sua.Cùm ergo petimus quod veniat regnũ oramus,quòd non regnet in nobis peccatum sed ipse Deus.Per hanc autẽ petitioné peruenimus ad beatitudinem,qua dicitur Matth.5.Beati mites.Nã secundum primã expositioné ex quo homo desiderat,quòd Deus sit dominus omnium,non vindicat se de iniuria sibi illata sed reseruat eam Deo.Nam si vindicares te nõ quæreres,quòd adueniret regnũ eius.Secundum verò secundam expositioné,si tu expectas regnum eius id est gloriam paradisi,non debes curare si perdis res mundanas.Item secũdum tertiam expositionem si tu petis,quòd Deus regnet in te & Christus,cùm ipse fuerit mitissimus & tu debes esse mitis.Math.11.Discite à me quia mitis sum.Hebre.10.Rapinã bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis.

Tertia petitio.

FIat voluntas tua sicut in cœlo & in terra.Tertium donum quod efficit in nobis spiritussanctus dicitur donum sciẽtiæ.Ipse enim spiritussanctus nõ solùm efficit in bonis donũ timoris & donũ pietatis quæ est dulcis affectus ad Deum,vt dictum est:sed etiam facit hominem sapientem.Et hoc petebat Dauid in Psal.dicés Bonitaté & disciplinã & scientiam doce me.Ei hæc est scientia qua homo bene viuit:quã docuit nos spiritussanctus.Inter alia auté quæ faciunt ad scientiam & sapientiã hominis potissima sapientia est,ꝙ homo non innitatur sensui suo.Prouer.3.ne innitaris prudẽtiæ tuæ.Nam illi qui præsumunt de sensu suo ita,ꝙ non credunt alijs sed sibi tantùm,semper inueniuntur & iudicantur stulti.Prouer.26.Vidisti hominem sapientem sibi videri:magis illo speciẽ hãbebit insipiens. Quòd auté homo non credat sensui suo ꝓcedit ex humilitate:Vnde & locus humilitatis est sapientia:vt dicitur Prouer.11.Superbi autem sibijpsis nimis credũt.Docet ergo hoc spiritussanctus per donũ sciẽtiæ:vt.s.nõ faciamus voluntaté nostrã:sed voluntatem Dei. Et ideò propter hoc donum petimus à Deo:vt fiat volũtas sua sicut in cœlo & in terra.Et in hoc apparet donũ sciẽtię.Vnde hoc modo dicitur Deo fiat volũtas tua,sicut si esset vnus infirmus & vellet aliquid à medico nõ præcisè vult:sed de volũtate medici aliàs si tantũ de voluntate sua vellet esset stultus.Sic nos à Deo nihil petere debemus,nisi ꝙ fiat de nobis voluntas sua idest,vt voluntas sua compleatur in nobis.Tunc enim est rectum cor hominis,quando cõcordat cum voluntate diuina.Hoc Christus fecit.Ioan.6.Descẽdi de cœlo: non vt faciam voluntaté meã,sed eius qui misit me.Christus enim secundũ quod Deus eandem voluntaté habet cum patre,sed secundum ꝙ homo habet aliã voluntatem à patre:& secundũ hanc dicit se non facere volũtatem suam sed patris:& ideò docet nos orare & petere.Fiat voluntas tua.Sed quid est quod dicitur?Nõne in Psalm. dicitur omnia quæcunq; voluit fecit?Si omnia facit quæ vult in cœlo & in terra,quid est hoc quod dicit,fiat volũtas tua sicut in cœlo & in terra?Ad hoc sciendũ est,quòd Deus tria vult de nobis:& nos petimus,quòd hæc impleantur.Primũ quidem quod Deus vult de nobis est,quòd nos habeamus vitã æternã.Quicũq; enim facit aliquid propter aliquem finem vult de illa re illud pro quo facit eam. Deus autem fecit hominem sed nõ pro nihilo:quia sicut dicitur in Psalm.Nunquid vanè constituisti omnes filios hominum?Fecit ergo homines propter aliquid. Sed non propter voluptates:quia & bruta habẽt eas:sed vt habeat vitam æternam.Vult ergo dominus: vt homo habeat vitam æternam. Quando verò aliquid consequitur illud ad quod factum est,dicitur quòd saluatur. Quando verò non consequitur,dicitur quòd res illa perdatur. Deus autem fecit hominem propter vitam æternam. Cùm ergo consequitur vitam æternam saluatur:& hoc vult dominus.Ioan.6. Hæc est voluntas patris mei qui misit me:vt omnis qui videt filium & credit in eum habeat vitam æternam.Hæc autem voluntas iam completa est in angelis & in sanctis qui sunt in patria:quia vident Deum & cognoscunt & fruuntur eo:sed nos desideramus,quòd sicut voluntas Dei completa est in beatis qui sunt in cœlis,ita compleatur in nobis qui sumus in terra.Et hoc petimus cùm oramus:fiat voluntas tua in nobis qui sumus in terra,sicut in sanctis qui sunt in cœlo.Alia voluntas Dei de nobis est:vt seruemus mandata eius. Quando enim aliquis desiderat aliquid non solùm vult illud quod desiderat:sed omnia per quæ venitur ad illud.Sicut medicus vt consequatur sanitaté vult etiam dietam & medicinã & huiusmodi.Deus autem vult: vt habeamus vitam æternã.Matth.19.Si vis ad vitã ingredi serua mandata.Vult ergo:vt seruemus mandata.Ro.12.Rationabile obsequiũ vestrum:vt probetis quæ sit voluntas Dei bona:beneplacés & perfecta idest,bona:quia vtile:Esa.48.Ego dominus docens te vtilia.Beneplacens amãti:& si alijs non sit gratia,amanti tamen est delectabilis.Psalm.Lux orta est iusto & rectis corde lætitia.Perfecta quia honesta.Matth.5.Estote perfecti,sicut & pater vester cœlestis perfectus est.Sic ergo cũ dicimus fiat voluntas tua,oramus vt impleamus mandata Dei.Hæc auté voluntas Dei fit in iustis sed in peccatoribus nondum fit.Iusti auté designantur per cœlũ:peccatores autem per terram. Petimus ergo:vt fiat voluntas Dei ita in terra idest, in peccatoribus:sicut in cœlo idest,in iustis.Notandum autem,ꝙ ex modo loquendi datur nobis doctrina.Non enim dicit fac nec etiã faciamus:sed dicit fiat voluntas tua:quia ad vitam æternã duo sunt necessaria scilicet gratia Dei:& voluntas hominis.Et licet Deus fecerit hominé sine homine,non tamẽ iustificat eum sine eo. Augustinus super.Ioh. Qui creauit te sine te,non iustificabit te sine te: quia vult,quòd homo cooperetur.Zacha.1.Conuertimini ad me:& ego conuertar ad vos.Apostolus.1.Cor.15.Gratia Dei sum id quod sum,& gratia eius in me vacua non fuit.Non ergo præsumas de te sed confidas de gratia Dei.Nec negligas:sed adhibeas studium tuũ. Et ideo non dicit faciamus.ne videretur,quòd nihil faceret gratia Dei:nec dicit fac:ne videretur,quòd nihil faceret voluntas & conatus noster:sed dicit fiat per gratiam Dei adhibito studio & conatu nostro.Tertium quod vult Deus de nobis est,vt restituatur homo ad statum & dignitatem in qua creatus fuit primus homo:quæ tanta fuit,vt spiritus & anima nullam repugnantiam sentiret à carne & sensualitate.Quãdiu enim anima subiecta fuit Deo,caro ita subiecta fuit spiritui:vt nullam corruptionem mortis seu infirmitatis & aliarum passionũ sentiret.Sed ex quo spiritus & anima quæ erat media inter Deum & carnem rebellauit Deo per peccatum, tunc corpus rebellauit animæ:& tũc mortem & infirmitates sentire cœpit & continuã rebellionem sensualitatis ad spiritum.Ro.7.Video aliam legem in membris meis,repugnantem legi mentis meæ.Et Gal.5.Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem.Sic est continua pugna inter carnem & spiritum:& homo continuè deterioratur per peccatum.Est ergo voluntas Dei:vt homo restituatur ad statum primum:vt scilicet nihil sit in carne contrarium spiritui.1.Thessal.4.Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.Hæc autem voluntas Dei non potest impleri in vita ista:sed cõplebitur in resurrectione sanctorum:quando resurgẽt corpora glorificata:& erunt incorruptibilia & nobilissima.1.Cor.15. Seminatur in ignobilitate,surget in gloria.Est tamen voluntas Dei in iustis quantùm ad spiritum, per iustitiam & scientiam & vitam:Et ideo cùm dicimus, fiat voluntas tua, oramus vt etiam fiat in carne.Nam hoc modo per cœlum accepimus spiritum:per terrã carnem:vt sit sensus.Fiat volũtas tua ita in terra idest,in carne nostra, sicut fit in cœlo idest,in spiritu nostro per iustitiam. Per hanc autem petitionem peruenimus ad beatitudinem luctus,de qua Matth. 5.Beati qui lugent,&c.& hoc secũdum quamlibet trium expositionum.Nam secundum primam,desideramus vitam æternam. Vnde pro eius dilectione inducimur ad luctum.Psalm.Heu mihi: quia incolatus meus prolungatus est.Et hoc desiderium sanctorum est ita vehemens,quòd propter hoc desiderant mortem: quæ secundum se fugienda est.2.Corinth.5.Audemus & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore & præsentes esse ad Deum.Item secundum secundam expositionem illi qui seruant mandata sunt in luctu:quia licet sint dulcia animæ,tamen carni sunt amara quæ cõtinuè maceratur.Psal.Euntes ibant & flebãt quantũ ad carné:venietes auté veniẽt cum exultatione quantũ ad animã.Itẽ secũdum tertiam expositioné ex pugna quæ cõtinuè est inter carné & spiritũ prouenit luctus.Non enim potest fieri quin anima saucietur ad minus per venialia à carne:& ideò vt expietur est in luctu.Psal.Lauabo per singulas noctes idest,obscuritates peccati lectũ meũ idest, conscientiam meam.Et qui sic plorant perueniunt ad patriam: ad quam nos perducat,&c.

Quarta petitio.

PAnẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie.Multotiẽs accidit,ꝙ aliquis ex magna scientia & sapiẽtia efficitur timidus:& ideò est ei necessaria fortitudo cordis, ne deficiat in necessitatibus.Isaiæ 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui dat laſſo virtutem & his qui non ſunt fortitudinem & robur multiplicat. Hanc autem fortitudinem ſpirituſſanctus dat Ezech. 2. Ingreſſus eſt in me ſpiritus & ſtatuit me ſuper pedes meos. Eſt autem hæc fortitudo quam ſpirituſſanctus dat, vt cor hominis nō deficiat timore rerum neceſſariarum: ſed credat firmiter, quòd omnia quæ ſunt ei neceſſaria, miniſtrentur ſibi à Deo. Et ideò ſpirituſſanctus qui hanc fortitudinem dat, docet nos petere à Deo: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Vnde ſpiritus fortitudinis dicitur. Sciendum eſt autem, ꝙ in tribus præcedentibus petitionibus petuntur ſpiritualia, quæ hîc inchoantur in hoc mundo: ſed nō perficiuntur niſi in vita æterna. Cùm enim petimus, ꝙ ſanctificetur nomen Dei, petimus ꝙ cognoſcatur ſanctitas Dei. Cùm verò petimus quòd adueniat regnum Dei, petimus quòd ſimus participes vitæ æternæ. Cùm autem oramus, ꝙ fiat voluntas Dei, petimus ꝙ compleatur voluntas eius in nobis. Quæ omnia & ſi inchoentur in hoc mundo, non tamen poſſunt haberi perfectè niſi in vita æterna: & ideò neceſſariū fuit aliqua petere neceſſaria, quæ perfectè poſſent haberi in vita præſenti. Et inde eſt, ꝙ ſpirituſſanctus docuit petere neceſſaria in vita præſenti, quę perfectè hîc habētur. Similiter etiā, vt oſtendat quòd etiàm temporalia prouidentur nobis à Deo. Et hoc eſt quod dicit. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. In quibus quidem verbis docuit nos vitare quinque peccata, quæ conſueuerunt contingere ex deſiderio rerū temporalium. Primum peccatum eſt, ꝙ homo per immoderatum appetitum petit ea quæ ſtatum & conditionem eius excedunt, non contentus his quæ decent eum. Sicut ſi deſiderat veſtes, non vult eas vt miles ſi eſt miles: ſed ſicut comes: non vt clericus ſi eſt clericus: ſed ſicut Epiſcopus. Et hoc vitium retrahit homines à ſpiritualibus, inquantùm nimis inhæret eorum deſiderium temporalibus. Hoc autem vitium docuit nos vitare dominus, docens nos petere panem tantùm. i. neceſſaria ad præſentem vitam ſecundum conditionem vniuſcuiúſque: quæ omnia ſub nomine panis intelliguntur. Vnde non docuit delicata petere: non diuerſa: non exquiſita: ſed panem ſine quo vita hominis duci non poteſt: qui omnibus cōmunis eſt. Eccleſiaſti. xxviij. Initium vitæ hominis, panis & aqua. Apoſtolus. 1. Thimoth. 6. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus. Secundum vitium eſt quòd aliqui in acquiſitione rerum tēporalium alios moleſtant & defraudant: hoc vitium eſt adeò periculoſum, quo eſt difficile bona ablata reſtitui. Non enim dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum: ſecundum Auguſtinum. Quod quidem vitium docuit nos vitare, docens nos petere panem noſtrum, non alienum. Raptores enim non comedunt panem ſuum ſed alienum. Tertium eſt ſuperflua ſollicitudo. Aliqui enim ſunt, qui nunquàm ſunt contenti de eo quod habent, ſed ſemper plus volunt. Quod quidem immoderatum eſt: quia deſiderium debet moderari ſecundum neceſſitatem, Prouerb. xxx. Diuitias & paupertatem ne dederis mihi: ſed tantùm victui meo tribue neceſſaria, &c. Et hæc monuit nos vitare dicens. Panem noſtrum quotidianum. i. vnius diei, vel vnius temporis. Quartum vitium eſt immoderata voracitas. Sunt enim aliqui, qui tantùm volunt cōſumere vno die, quod ſufficeret pluribus diebus: & iſti petunt non panem quotidianum, ſed decem dierum: & ex hoc quòd nimis expendunt, contingit quòd omnia conſumunt. Prouerb. xxiij. Vacantes potibus & dantes ſymbola, conſumentur. Eccleſ. 19. Operarius ebrioſus non locupletabitur. Quintū vitium eſt ingratitudo. Nam cùm aliquis ex diuitijs ſuperbit: & non recognoſcit à Deo ea quæ habet hoc eſt valde malum: quia omnia quæ habemus ſiue ſpiritualia ſiue temporalia à Deo ſunt. 1. Parali. 28. Omnia tua ſunt, quæ de manu tua accepimus. Ideo ad remouendū hoc vicium dicit. Da nobis: & panem noſtrum: vt ſciamus, quòd omnia noſtra à Deo ſunt. Sed de hoc habemus vnum documentū: quia aliquando aliquis habet multas diuitias: & ex eis nullam vtilitatem conſequitur, ſed damnum ſpirituale & temporale. Nam aliqui propter diuitias perierunt. Eccleſ. 6. Eſt & aliud malum quod vidi ſub ſole & quidem frequens apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias & ſubſtantiam & honorem & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud. Item Eccleſ. 5. Diuitiæ congregatæ in malum domini ſui. Debemus ergo petere, vt diuitiæ noſtræ ſint nobis, ad vtilitatem: & hoc petimus cùm dicimus. Panē noſtrum da nobis id eſt, fac diuitias nobis vtiles. Iob. 20. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus. Diuitias quas deuorauit euomet: & de ventre illius extrahet eas Deus. Aliud vitium eſt in rebus mundi, ſcilicet ſuperflua ſolicitudo. Nam aliqui ſunt qui hodie ſolicitantur de rebus temporalibus, quæ erunt vſque ad vnum annum. Et qui hoc habent nunquàm quieſcunt. Matth. 6. Nolite ſoliciti eſſe dicentes quid manducabimus &c. Et ideo dominus docet nos petere, quòd hodie detur nobis panis noſter ideſt, ea quæ ſunt nobis neceſſaria ad præſens tempus. Inuenitur quidem alius duplex panis, ſcilicet ſacramentalis & panis verbi Dei. Petimus ergo panem noſtrum ſacramentalem qui quotidiè in eccleſia cōficitur: vt ſicut illud accipimus in ſacramento, ita detur nobis ad ſalutem. Ioan. 6. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcēdi. 1. Cor. 11. Qui manducat bibit & indignè, iudiciū ſibi mādicat & bibit. Itē alius panis eſt verbum Dei. Matth. 4. Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Petimus ergo, vt det nobis panem id eſt, verbum ſuum. Ex hoc autē prouenit homini beatitudo: quæ eſt fames iuſtitiæ. Nam poſtquàm ſpiritualia habentur, magis deſiderantur: & ex hoc deſiderio prouenit fames: & ex fame ſacietas vitæ æternæ.

Quinta petitio.

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Inueniuntur aliqui magnæ ſapientiæ & fortitudinis: & quia minus confidunt de virtute ſua non agunt ſapienter quę agunt: nec perducunt quod intendunt ad complementum. Prouer. 20. Cogitationes conſilijs roborantur. Sed notandum, quòd ſpiritus ſanctus qui dat fortitudinem dat etiam conſilium. Nam omne bonum conſilium de ſalute hominum eſt à ſpirituſancto. Tunc autem conſilium eſt homini neceſſarium quando eſt in tribulatione: ſicut conſilium medicorum cùm aliquis infirmatur. Vnde & homo cùm ſpiritualiter infirmetur per peccatum, debet quærere conſilium vt ſanetur. Conſilium autem peccatori neceſſarium oſtenditur Daniel. 4. cùm dicitur. Conſilium meum placeat tibi Rex. Peccata tua eleemoſinis redime. Optimum ergo conſilium contra peccata eſt eleemoſina & miſericordia. Et ideo ſpirituſſanctus docet peccatores petere & orare. Dimitte nobis debita noſtra. Debemus autem Deo illud quod auferimus de iure ſuo. Ius autem Dei eſt vt faciamus voluntatem ſuam præferendo eā voluntati noſtræ. Auferimus ergo Deo ius ſuū, cui præferimus voluntatē noſtram voluntati ſuæ, & hoc eſt peccatum, peccata ergo ſunt debita noſtra. Eſt ergo conſilium ſpirituſſancti: vt petamus à Deo veniam peccatorum. Et ideo dicimus, dimitte nobis debita noſtra. Poſſumus autem in his verbis tria conſiderare. Primum eſt, quare fit hæc petitio. Secundum quomodò impleatur. Tertium eſt quid requiritur ex parte noſtra vt impleatur. Circa primum ſciendum, quòd ex hac petitione poſſumus duo colligere, quæ neceſſaria ſunt hominibus in vita iſta. Vnum eſt, quòd homo ſemper ſit in timore & humilitate. Aliqui enim fuerunt ita præſumptuoſi, qui dicerent, quòd homo poterat viuere in mundo iſto, ita quòd ex ſe poterat vitare peccata. Sed hoc nulli datum eſt, niſi ſoli Chriſto, qui habuit ſpeciem non ad menſuram, & beatæ virgini, quæ fuit plena gratiæ, in qua nullum peccatum fuit. Sicut dicit Auguſti. De qua ſcilicet virgine, cùm de peccatis agitur, nullam volo fieri mentionē. Sed de alijs ſanctis nulli conceſſum eſt quin ad minus veniale peccatum incurreret. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt. Et hoc etiam probatur per petitionem iſtam. Conſtat enim quòd omnibus ſanctis & hominibus, conuenit dicere, Pater noſter in quo dicitur dimitte nobis debita noſtra, ergo omnes recognoſcunt & confitentur ſe peccatores vel debitores. Si ergo peccator es, debes timere & humiliari. Aliud eſt, quòd ſemper viuamus in ſpe, quia licet ſimus peccatores, non debemus deſperare ne deſperatio ducat nos ad maiora & diuerſa peccata, ſicut dicit Apoſtol. Eph. 4. Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, &c. ergo multum eſt vtile, quòd ſemper ſperemus, quia quantumcunquè homo ſit peccator debet ſperare, quòd Deus ſi perfectè conteratur & conuertatur, dimittet ei. Hæc autem ſpes firmatur in nobis cùm petimus, dimitte nobis debita noſtra. Sed hanc ſpem abſtulerunt Nouatiani, qui dixerunt, quòd qui ſemel peccabant poſt baptiſmum, nunquàm conſequebantur miſericordiam. Hoc autē non eſt verum ſi verum dixit Chriſtus dicendo, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. Matth. 18. In quacūque ergo die petes, poteris conſequi miſericordiam, ſi roges cum pœnitentia peccati. Sic igitur ex hac petitione conſurgit timor & ſpes, quia omnes peccatores contriti & confitentes, miſericordiam conſequuntur, & ideò neceſſaria fuit hæc petitio. Circa ſecundum ſciendum eſt, quòd in peccato ſunt duo, ſcilicet culpa qua offenditur Deus, & pœna quæ debetur pro culpa. Sed culpa remittitur in contritione, quæ eſt cum propoſito confitendi & ſatiſfaciendi. Pſalm. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Non eſt igitur deſperandum, ex quo ad remiſſionem culpæ ſufficit contritio cum propoſito confitēdi. Sed fortè quis dicet: Ex quo dimittitur peccatum in contritione, ad quid neceſſarius eſt ſacerdos. Ad hoc dicendum eſt, quòd Deus in contritione dimittit culpam, & pœna æterna commutatur in temporalem, ſed nihilominus manet adhuc obligatus ad pœnam temporalem. Vnde ſi decederet ſine confeſſione, non contēpta tamen ſed præuenta, iret ad purgatorium, cuius pœna ſicut dicit Auguſti. eſt maxima. Quando ergo confiteris, ſacerdos abſoluit te de hac pœna in clauium virtute cui te ſubieceris in cōfeſſione, & ideò dixit Chriſtus Apoſt. Ioā. 20. Accipite ſpiritumſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c. Vnde quando ſemel confitetur quis dimittitur ei aliquid de pœna huiuſmodi. Et ſimiliter quando iterum confitetur. Et poſſet totiens confiteri, ꝙ tota ſibi dimitteretur. Inuenerunt autem ſucceſſores Apoſtolorum alium modum remiſſionis huius pœnæ. ſ. beneficia indulgentiarū quæ exiſtenti in charitate tantùm valent, quantùm ſonant: & quantùm pronunciantur. Quod autē Papa hoc poſſit, ſatis patet. Nam multi ſancti multa bona fecerunt: & tamen iſti non peccauerant ad minus mortaliter: & hæc bona fecerunt in vtilitatem eccleſiæ. Similiter meritum Chriſti & beatæ virginis ſunt ſicut in theſauro. Vnde ſummus pontifex: & illi quibus ipſe cōmittit, poſſunt huiuſmodi merita vbi neceſſe eſt diſpenſare. Sic ergo dimittuntur peccata nō ſolùm quantùm ad culpam in contritione, ſed etiam quantùm ad pœnam in confeſſione & per indulgentias. Circa tertium ſciendum, ꝙ ex parte noſtra requiritur, vt nos dimittamus proximis noſtris offenſas factas nobis, vnde dicitur Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: aliter Deus non dimitteret nobis. Eccleſiaſt. 28. Homo homini ſeruat iram & à Deo quærit medelam? Luc. 6. Dimittite & dimittemini. Et ideò ſolummodò in iſta petitione ponitur conditio cùm dicitur: ſicut & nos dimittimus, &c. Si ergo nō dimittis, non dimittetur tibi. Sed poſſes dicere. Ego dicam præcedentia. ſ. dimitte nobis: ſed illud. ſ. ſicut & nos, &c. tacebo. Ergo Chriſtum decipere quęris? ſed certè nō decipis. Nam Chriſtus qui hanc orationem fecit, benè recordatur eius. Vnde non poteſt decipi. Ergo ſi dicis ore, adimpleas corde. Sed quæritur, vtrum ille qui non proponit dimittere proximo ſuo, debeat dicere ſicut & nos dimittimus, &c. Videtur ꝙ non quia mentitur. Dicendum ꝙ non mentitur: quia non orat in perſona ſua ſed eccleſiæ, quæ non decipitur: & ideò ponitur ipſa petitio in plurali. Sed ſciendum, ꝙ duobus modis dimittitur. Vnus eſt perfectorum: vt ſ. offenſus requirat offendentem. Pſalm. Inquire pacem. Alius eſt communiter omnium, ad quæ tenentur omnes: vt. ſ. petenti veniam tribuat. Eccleſi. 28. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Ex hoc ſequitur alia beatitudo. Beati miſericordes. Miſericordia enim facit nos miſereri proximo noſtro.

Sexta petitio.

Et ne nos inducas in tentationem. Sunt aliqui qui licèt peccauerint, tamen deſiderant veniam cōſequi de peccatis: vnde & confitentur & pœnitent: ſed tamen non adhibent totū ſtudium quod deberent, vt iteratò in peccata non ruant. Quod quidē non eſt conueniens: vt. ſ. ex vna parte ploret quis peccata, dum pœnitet: ex alia vnde ploret, accumulet dum peccat. Et propter hoc dicitur Iſa. 1. Lauamini, mūdi eſtote, &c. Et ideò ſicut ſuprà dictum eſt, Chriſtus in præcedenti docuit nos petere veniam peccatorum. In hac verò docet nos petere vt poſſimus vitare peccata: vt. ſ. nō inducamur in tentationem, per quam labamur in peccatis cùm dixit: & ne nos inducas, &c. Circa quod tria quæruntur. Primò, quod ſit tentatio. Secundò, qualiter homo tentatur & à quo. Tertiò verò, quomodò liberatur à tentatione. Circa primum ſciendum eſt, ꝙ tentare nihil aliud eſt, quàm experiri ſeu probare. Vnde tentare hominem, eſt probare virtutem eius. Experitur autē ſeu probatur virtus hominis, dupliciter: ſecundum ꝙ duo exigit hominis virtus. Vnum pertinet ad bene operandum. ſ. ꝙ bene operetur. Aliud eſt, ꝙ caueat à malo. Pſalm. Declina à malo & fac bonum, &c. Probatur ergo virtus hominis, quandóque quantū ad hoc ꝙ bene facit: quandóq; verò quantùm ad hoc ꝙ ceſſat à malo. Quantū ad primum probatur homo vtrū inueniatur promptus ad bonū: vt ad ieiunandum & huiuſmodi. Tunc enim eſt virtus tua magna, quando promptus inueniris ad bonum. Et hoc modo Deus probat aliquando hominem: non ꝙ lateat eum virtus hominis: ſed vt eam omnes cognoſcant & detur omnibus in exemplū. Sic tētauit Deus Habraham Geñ. 22. & Iob. Et ideò Deus ſæpè immittit tribulationes iuſtis: vt dum patienter ſuſtinent, appareant virtutes eorum: & in virtute proficiant. Deuteron. 13. Tentat vos dominus Deus veſter, vt palàm fiat vtrum diligatis eum an nō. Sic ergo Deus tentat, prouocando ad bonum. Quantùm ad ſecundum, probatur virtus hominis per inductionem ad malum. Et ſi bene reſiſtit, & non conſentit, tunc virtus hominis magna eſt. Si verò homo ſuccumbit tentationi, tunc virtus hominis nulla eſt. Hoc autem modo nullus tentatur à Deo: quia ſicut dicitur Iac. 1. Deus intētator malorum eſt, &c. Sed tentatur homo à propria carne: à diabolo & à mundo. A carne dupliciter. Primò, quia caro inſtigat ad malum. Caro enim ſemper quęrit delectationes ſuas. ſ. carnales: in quibus eſt ſæpè peccatum. Qui enim immoratur delectationibus carnalibus, negligit ſpiritualia. Iac. 1. Vnuſquíſque tentatur à concupiſcentia ſua. Secundò tentat caro, retrahendo à bono. Nam ſpiritus quantùm eſt de ſe, ſemper delectaretur in ſpiritualibus bonis: ſed caro aggrauans, impedit ſpiritū. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animā. Rom. 7. Cōdelector legi Dei, ſecundum interiorem hominem: Video autē aliam legē in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuante me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Sed hæc tentatio. ſ. carnis, eſt valde grauis: quia inimicus noſter. ſ. caro coniunctus eſt nobis. Et ſicut dicit Boëtius, nulla peſtis efficacior eſt ad nocendum, quàm familiaris inimicus: & ideò contra eam vigilandum eſt. Matth. 26. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Diabolus fortiſsimè tentat. Nam poſtquàm cōculcatur caro, inſurgit alius. ſ. Diabolus, contra quem eſt nobis magna colluctatio. Apoſtolus Epheſ. 6. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus principes & poteſtates, &c. Vnde & ſignanter dicitur tentator. 1. Theſſalo. 3. Ne fortè tentauerit vos is qui tentat, &c. In tentatione autem ſua callidiſsimè procedit. Ipſe enim ſicut bonus dux exercitus qui obſidet aliquod caſtrū, conſiderat infirma eius quæ impugnare vult: & ex illa parte, vnde magis eſt homo debilis tentat eum. Et ideò tentat de illis vitijs, ad quæ homines cōculcata carne magis proni ſunt: vt de ira, de ſuperbia, & de alijs ſpiritualibus vitijs. 1. Petr. 5. Aduerſarius veſter diabolus, tanquàm leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Facit autem duo diabolus dum tentat: quia non ſtatim proponit illi quem tentat malum aliquod apparens: ſed aliquid quod habeat ſpeciem boni: vt ſaltem in ipſo principio per illud remoueat cùm aliquantulum à propoſito ſuo principali: quia poſtmodùm faciliùs inducit ipſum ad peccandū, quando illum vel modicū auertit. Apoſtolus 2. Corint. 11. Ipſe Satanas transfigurat ſe in angelū lucis. Deinde poſtquàm induxit eum ad peccandum, ſic alligat eum, vt nō permittat eum à peccatis reſurgere. Iob 40. Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt. Sic ergo duo facit diabolus: quia decipit & deceptum detinet in peccato. Sed mūdus dupliciter tentat. Primò per nimium & immoderatum deſiderium rerum temporalium. Apoſtolus 1. Thimoth. 6. Radix omnium malorum eſt cupiditas. Secundò per perſecutores & tyrannos terrendo. Iob. xxxvij. Nos quoque inuoluimur tenebris. 2. Thimo. 3. Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. Matth. 10. Nolite timere eos qui occidūt corpus. Sic ergo patet quid eſt tentatio: & qualiter tentatur homo: & a quo. Sequitur videre qualiter homo liberatur. Circa quod ſciendum eſt, ꝙ Chriſtus docet nos rogare, non vt tentemur: ſed vt non inducamur in tentationem. Nam ſi homo vincit tentationem, meretur coronam. Et ideò dicitur Iacob. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres, cū in tentationes varias incideritis. Eccleſiaſtic. 2. Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, præpara animā tuam ad tentationem. Item Iac. 1. Beatus vir qui ſuffert tentationem: quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Et ideò docet petere, vt non inducamur in tentationem per conſenſum. 1. Corint. 10. Tentatio vos nō apprehendat niſi humana. Nam tentari humanum eſt: ſed cōſentire diabolicum eſt. Sed nunquid Deus inducit ad malum quia dicit, Et ne nos inducas in tentationem? Dico ꝙ Deus dicitur inducere ad malum, permittendo inquantùm. ſ. propter multa peccata, ſubtrahit homini gratiam ſuam qua ſublata, homo labitur in peccatum: & ideò cantamus in Pſal. Cū defecerit virtus mea, ne derelinquas me domine. Regit autem hominem ne inducatur in tentationem per feruorem charitatis: quia quælibet charitas quantuncúnque parua, poteſt reſiſtere cuilibet peccato. Canti. 8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatē. Item per lumen intellectus, quo inſtruit nos de agendis: quia ſicut dicit Philoſophus, omnis peccans eſt ignorans. Pſalm. Intellectum tibi dabo & inſtruam te. Hoc autem petebat Dauid, qui dicebat. Illumina oculos meos ne vnquā obdormiā in morte: ne quando dicat inimicus meus: præualui aduerſus eum. Hoc autem habemus per donum intellectus. Et quia cū non aſſentimus tentationi ſeruamus cor mundum: de quo Marc. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Ideò ex hoc peruenimus ad viſionem Dei: ad quam nos perducat.

Septima petitio.

Sed libera nos à malo. Suprà docuit nos dominus petere veniam peccatorum, & quomodò poſſumus vitare tentationes, hic verò docet petere præſeruationē à malis: & hæc petitio eſt generalis contra omnia mala ſ. peccata: infirmitates & afflictiones: ſicut dicit Auguſt. Sed quia de peccato & tentatione dictum eſt, dicendum eſt de alijs malis. ſ. aduerſitatibus & afflictionibus omnibus huius mundi: à quibus Deus liberat quadrupliciter. Primò ne ſuperueniat afflictio: ſed hoc raro contingit: quoniam ſancti in mundo iſto affliguntur: quia vt dicitur 2. Thim. 3. Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu perſecutionē patientur. Sed tamen alicui Deus cōcedit aliquādo, vt non affligatur à malo: quādo. ſ. cognoſcit eum impotentem & non poſſe reſiſtere: ſicut medicus infirmo debili non dat violentas medicinas. Apoc. 3. Ecce dedi corā te hoſtium apertū, quod nemo poteſt claudere: quia modicā habes virtutem. In patria autē erit generale hoc: quia nullus affligetur ibi Iob 5. In ſex tribulationibus ſ. præſentis vitæ, quæ per ſex ætates diſtinguitur liberabit te: in ſeptima, non tanget te malum. Apocali. 7. Non eſurient neque ſitient amplius. Secundò, liberat quando in afflictionibus conſolatur. nam niſi Deus conſolaretur, non poſſet homo ſubſiſtere. 2. Corinth. 1. Supra modum grauati ſumus, ſupra virtutem noſtram. 2. Corinth. 7. ſed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus. Pſalm. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolatio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes tuæ lætificauerunt animam meam. Tertiò quia afflictis tot bona facit, quòd tradunt mala obliuioni. Tob.3. Post tempestatē tranquillum facis. Sic ergo afflictiones & tribulationes huius mundi non sunt timendæ, quia facilè tollerantur, & propter consolationem admixtam & propter breuitatem. Apostol.2.Corin.4. Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, quia ex his peruenitur ad vitam æternam. Quartò quia tentatio & tribulatio conuertitur in bonum, & ideò non dicit: libera nos à tribulatione, sed à malo, quia tribulationes sunt sanctis ad coronam, & inde est, quòd gloriantur de tribulationibus. Apostol. Roman.5. non solū autem sed & gloriamur in tribulationibus scientes, q̄ tribulatio patientiā operatur. Tob.3. In tempore tribulationis peccata dimittis. Liberat ergo Deus hominē à malo & tribulationibus, eas in bonum conuertendo, quod est signum maximæ sapientiæ, quia sapientis est malum ordinare in bonum. Et hoc sit per patientiam, quæ habetur in tribulationibus. Certè verò virtutes bonis veniuntur, sed patientia malis, & ideò solùm in malis, idest, in aduersitatibus est necessaria. Prouerbio.19. Doctrina viri per patientiam noscitur. Et ideò spiritussanctus per donum sapiētiæ facit nos petere. Et per hoc peruenimus ad beatitudinem ad quā ordinat pax, quia per patientiam pacem habemus & in tēpore prospero & aduerso, & ideò pacifici dicuntur filij Dei, quia sunt similes Deo, quia sicut Deo nihil nocere potest, ita nec eis, quia nec prospera nec aduersa. Et ideo beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Amen est confirmatio vniuersalis omnium petitionum.

Compendiosa expositio totius orationis.

PAter noster. Vt in summa exponatur, sciendum est, q̄ in oratione Dominica cōtinentur omnia quæ desiderātur, & omnia quæ fugiuntur. Inter omnia autem desiderabilia illud plus desideratur, quod plus amatur & hoc est Deus, & ideo primò petit gloriam Dei cum dicis, Sanctificetur nomen tuum. A Deo autē desideranda sunt tria quæ pertinent ad te. Primū est, q̄ peruenias ad vitā æternam, & hoc petis cùm dicis. Adueniat regnum tuum. Secundū est, q̄ facias voluntatem Dei & iustitiam & hoc petis cū dicis. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Tertium est, vt habeas necessaria ad vitam, & hoc petis cū dicis. Panem nostrum quotidianum da nabis hodie. Et de his tribus dicit dominus. Matth.6. Primū quærite regnū Dei, quātum ad primum & iustitiam eius, quātùm ad secundum, & hæc omnia adijcientur vobis, quantū ad tertium. Illa autem quę vitanda sunt & fugienda, sunt illa quæ contrariantur bonō. Bonū autē, quod primò desiderabile est, est quadruplex: vt dictū est. Et primū est gloria Dei. Et huic nullum malum est contrarium. Iob 35. Si peccaueris quid ei nocebis. Si iustè egeris, quid donabis ei. Nam & de malo inquantum punit & de bono inquantùm remunerat, resultat gloria Dei. Secundum bonum est vita æterna. Et huic contrariatur peccatum, quia per peccatum perditur. Et ideò ad hoc remouendum dicimus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, &c. Tertium bonum est iustitia, & bona opera. Et huic contrariatur tētatio, quia tentationes impediunt nos à bono operando. Et ad hoc remouendum petimus. Et ne nos inducas in tentationē. Quartum bonum sunt bona necessaria. Et huic contrariantur aduersitates & tribulationes. Et ad hoc remouendum petimus. Sed libera nos à malo. Amen.

Explicit expositio orationis Dominicæ secundum Sanctum Thomam de Aquino, ordinis prædicatorum.

INCIPIT EIVSDEM deuotissima Expositio super salutatione Angelica, scilicet Aue Maria.

AVE Maria gratia plena, Dominus tecum. In salutatione ista continentur tria. Vnam partem fecit angelus, scilicet Aue gratia plena, Dominus tecū, benedicta tu in mulieribus. Aliam partem fecit Elisabet mater Ioannis Baptistæ, scilicet Benedictus fructus vētris tui. Tertiam partem addidit ecclesia, scilicet Maria. Nā angelus non dixit. Aue Maria, sed aue gratia plena. Et hoc nomen, scilicet Maria, secundum suam interpretationem conuenit dictis angeli, sicut patebit. Est ergo circa primum considerandum, quòd antiquitus erat valde magnum, quòd angeli apparerent hominibus, vel quòd homines facerent eis reuerentiam habebant pro maxima laude. Vnde & ad laudē Abrahæ scribitur, quòd recepit angelos hospitio, & quòd exhibuit eis reuerentiā. Quod autem angelus faceret homini reuerentiam, nūquàm fuit auditum, nisi postquā salutauit beatā virginem reuerenter dicens: Aue. Quod autē antiquitus nō reuerebatur hominem angelus, sed homo angelum, ratio est: quia angelus erat maior homine, & hoc quantū ad tria. Primò inquantum ad dignitatem ratio est. Nam angelus est naturæ spiritualis. Psalm. Qui facit angelos suos spiritus, &c. Homo verò est naturæ corruptibilis. Vnde dicebat Abraham. Loquar ad Dominum meum, cū sim puluis & cinis. Non ergo erat decens: vt spiritualis & incorruptibilis creatura reuerentiam exhiberet corruptibili, scilicet homini. Secundò quantùm ad familiaritatem ad Deum. Nam angelus est Deo familiaris: vtpotè assistens. Daniel.7. Milia milium ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei. Homo verò est quasi extraneus & elongatus à Deo per peccatum. Psal. Elongaui fugiēs. Ideò conueniens est: vt homo reuereatur angelum, vtpotè propinquum & familiarem Regis. Tertiò præminebat propter plenitudinem splendoris gratiæ diuinæ. Angeli enim participant ipsum lumen diuinum, in summa plenitudine. Iob 25. Nunquid est numerus militum eius. Et super quem non surget lumen eius. Et ideò semper apparet cū lumine. Sed homines & si aliquid participent de ipso lumine gratiæ, parum tamen & in obscuritate quadam. Non ergo decens erat: vt homini reuerentiam exhiberet quouisque aliquis inueniretur in humana natura, q̄ in his tribus excederet angelos. Et ista fuit beata virgo. Et ideò ad designandum, q̄ in his tribus excedebat eum, voluit ei angelus reuerentiam exhibere. Vnde dixit Aue. Vnde beata virgo excesit angelos in ijs tribus. Et primò in plenitudine gratiæ quę magis est in beata virgine, quā in aliquo angelo. Et ideò ad insinuandum hoc angelus ei reuerentiam exhibuit dicens. Gratia plena. Quasi diceret. Ideò exhibeo tibi reuerentiam, quia me excellis in plenitudine gratię. Dicitur autem beata virgo plena gratia quantùm ad tria. Primò quatùm ad animam in qua habuit omnem plenitudinem gratiæ. Nam gratia Dei datur ad duo, scilicet ab bonum operandum, & ad vitandum malum. Et quantùm ad illa duo perfectissimam gratiam habuit beata virgo. Nam ipsa omne peccatum vitauit, magis quàm aliquis sanctus post Christum. Peccatum enim aut est originale, & de isto fuit mundata in vtero, aut mortale, aut veniale, & de istis libera fuit. Vnde Canticorum quarto. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Augustinus in libro de natura & gratia. Excepta sancta virgine Maria, si omnes sancti & sanctæ cùm hic viuerent interrogati fuissent, verum sine peccato essent, omnes vna voce clamassent. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Excepta inquam hac sancta virgine, de qua propter honorem domini cùm de peccato agitur, nullam prorsus volo quæstionem habere. Scimus enim, quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad peccatum ex omni parte vincendum, quæ illum concipere & parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum. Sed Christus excellit beatam virginem, in hoc quòd sine originali conceptus & natus est, beata autem virgo in originali est concepta, sed non nata. Ipsa etiam omnium virtutum opera exercuit, alij autem sanctis specialia quædam, quia alius fuit humilis, alius castus, alius misericors. Et ideò ipsi dantur in exemplum specialium virtutum, sicut beatus Nicolaus in exemplum misericordiæ, &c. Sed beata virgo, in exemplum omnium virtutum: quia in ea reperta exemplum humilitatis. Luc.1. Ecce ancilla. Et post. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Castitatis, quoniam virum non cognouit, & omnium virtutum: vt satis patet. Sic ergo plena est gratia beata virgo, & quantùm ad boni operationem, & quantùm ad mali vitationem. Secundò plena fuit gratia, quantum ad redundantiam animæ ad carnem vel corpus. Nam magnum est in sanctis habere tantùm de gratia, quòd sanctificet animam. Sed anima beatæ virginis ita fuit plena, quòd ex ea refudit gratiam in carnem: vt de ipsa conciperet filium Dei. Et ideò dicit Hugo de S. Victore. Quia in corde eius amor spiritussancti singulariter ardebat, ideò in carne eius mirabilia faciebat intantùm, quòd de ea nasceretur Deus & homo. Lucæ primo. Quod enim nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Tertiò quantùm ad refusionem in homines omnes. Magnum enim est in quolibet sancto, quando habet tantum de gratia, quòd sufficit ad salutem multorum. Sed quando haberet tantum, quod sufficeret ad salutem omnium hominum de mundo, hoc esset maximum. Et hoc est in Christo & in beata virgine. Nam in omni periculo potest salutem obtinere ab ipsa virgine gloriosa. Vnde Canticorum quarto. Mille clipei, id est, remedia contra pericula pendent, &c.

Item in

Item in omni opere virtutis, potes eam habere in adiutorium. Et ideò dicit ipsa Ecclesiastici 24. In me omnis spes vitæ & virtutis. Sic ergo plena est gratia: & excedit angelos in plenitudine gratiæ. Et propter hoc conuenienter vocatur Maria, quæ interpretatur illuminata in se. Vnde Esa.58. Implebit splēdoribus animam tuam. Et illuminatrix in alios, quantū ad totum mundum. Et ideò assimilatur soli & lunæ. Secundò, excellit angelos in familiaritate diuina. Et ideò hoc designans angelus, dixit. Dominus tecum. Quasi diceat, Ideò exhibeo tibi reuerentiam, quia tu familior es Deo quàm ego. Nam dominus est tecum. Dominus inquit pater cum eo dem filio: q̄ nullus angelus nec aliqua creatura habuit. Luc.1. Quod eñ nascetur ex te sanctū vocabit filius Dei. Deus filius in vtero. Esa.12. Exulta & lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui sanctus Israël. Aliter est ergo dñs cū beata virgine, q̄ cū angelo, qa cū ea vt filius cū angelo vt dñs. Dominus spiritussanct⁹, sicut in tēplo. Vnde dicitur templū domini sacrarium spiritussancti: quia concepit ex spiritusancto. Luc.1. Spiritussanctus superueniet in te. sic ergo familiarior cū Deo est beata virgo, quàm angelus: quia cum ipsa dominus pater: dominus filius: dominus spiritussanctus. s. tota trinitas. Vnde cantatur de ea. Totius trinitatis nobile triclinium. Hoc autē verbum dominus tecum, est nobilius verbum quod sibi dici possit. Merito ergo angelus reueretur beatā virginem: quia mater domini. Et ideò domina est. Vnde conuenit ei hoc nomen Maria: quod Syra lingua, interpretatur domina. Tertiò excedit angelos quantū ad puritatem: quia beata virgo non solùm erat pura in sese, sed etiam procurauit puritatē alijs. Ipsa enim purissima fuit & quantū ad culpam: quia ipsa virgo, nec mortale nec veniale peccatum incurrit. Item quantùm ad pœnam. Tres enim maledictiones datæ sunt hominibus propter peccatū. Prima data est mulieri. s. q̄ cū corruptione cōciperet: cum grauamine portaret: & in dolore pareret. Sed ab hac immunis fuit beata virgo: quia sine corruptione concepit in sola portauit: & in gaudio peperit saluatorem. Esa. 35. Germinans germinabit exultabunda & laudans. Secunda data est homini. s. q̄ in sudore vultus vesceretur pane suo. Ab hac immunis fuit beata virgo: quia vt dicit Apostolus. 1. Corinth. 7. Virgines solutæ sunt à cura huius mundi & soli Deo vacant. Tertia fuit cōmunis viris & mulieribus. s. vt in pulueré reuerterentur. Et ab hac immunis fuit beata virgo: quia cū corpore assumpta est in cœlū. Credimus enim q̄ post mortē resuscitata fuerit: & portata in cœlum. Psalm. Surge domine in requiem tuam: tu & archa sanctificationis tuæ. Sic ergo immunis fuit ab omni maledictione. Et ideò benedicta in mulieribus: quia ipsa sola maledictionem sustulit: & benedictionem portauit: & innuam paradisi aperuit. Et ideò conuenit ei nomen Maria quæ interpretatur stella maris, quia sicut per stellam maris nauigantes dirigūtur ad portum, ita Christiani dirigunt it per Mariam ad gloriam. Benedictus fructus ventris tui. Peccator aliquando quærit in aliquo, quod non potest consequi: sed consequitur illud iustus. Prouerb.13. Custoditur iusto substantia peccatoris. Sic Eua quæsiuit fructum: & in illo non inuenit omnia quæ desiderauit. Beata autem virgo in fructu suo inuenit omnia quæ desiderauit Eua. Nam Eua in fructu suo tria desideravit. Primò id quod falsò promisit ei diabolus. s. q̄ essent sicut dij: scientes bonū & malum. Eritis (inquit ille mēdax) sicut dij: sicut dicitur G ñ.3. Et mentitus est: quia mendax est & pater eius. Nam Eua propter esum fructus non est facta similis Deo sed dissimilis: quia peccādo recessit à Deo salutari suo. Vnde & expulsa est de paradiso. Sed hoc inuenit beata virgo & omnes Christiani in fructu ventris sui: quia per Christū coniungimur & assimulamur Deo. 1. Ioan. 3. Cū apparuerit, similes ei erimus, &c. Secundò in fructu suo Eua desiderauit delectationem: quia bonus ad edendum. Sed nō inuenit: quia statim cognouit se nudam & habuit dolorem. Sed in fructu virginis suauitatem inuenimus & salutem Ioan.6. Qui manducat meam carnem habet vitam æternam. Tertiò fructus Euæ erat pulcher aspectu. Sed pulchrior fructus virginis in quem desiderāt angeli prospicere. Psalm. Speciosus forma præ filijs hominum. Et hoc est quia est splendor paternæ gloriæ. Non ergo potuit inuenire Eua in fructu suo, quod nec quilibet peccator in peccatis. Et ideò quæ desideramus quæramus in fructu virginis. Est autem hic fructus benedictus à Deo: quia sic repleuit eum omni gratia, q̄ peruenit ad nos exhibendo ei reuerentiam. Ephe.1. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in Christo. Ab angelis. Apocalipsis 7. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro. Ab hominibus. Apostolus Philippen. 2. Omnis lingua confiteatur, &c. Psalm. Benedictus qui venit in nomine domini. Sic ergo & virgo benedicta. Sed & magis benedictus fructus eius.

Explicit expositio Salutationis Angelicæ secundum Sanctum Thomam de Aquino ordinis prædicatorum.

Incipit eiusdem Sancti Doctoris Thomæ deuotissima expositio super Symbolo Apostolorum, scilicet Credo in Deum.

CREDO in vnum Deum, &c. Primum quod est necessarium Christiano est fides: sine qua nullus dicitur fidelis Christianus. Fides autē facit quatuor bona. Primū est, q̄ per fidem anima coniungitur Deo. Nam per fidem anima Christiana facit quasi quoddam matrimonium cum Deo Osee 2. Sponsabo te mihi in fide: Et inde est q̄ quando homo baptizatur, primò confiteatur fidem: cū dicitur ei. Credis in Deum? quia baptismus est primum sacramentū fidei. Et ideò dicit dominus Marc. vltimo. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Baptismus enim sine fide non prodest. Et ideò sciendum est, q̄ nullus est acceptus Deo sine fide. Hebr 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Et ideò dicit Augusti. super illud Rom. 14. Omne quod nō est ex fide, &c. Vbi non est æternæ & incōmutabilis veritatis agnitio, falsa est virtus etiā in optimis moribus. Secūdò, quia per fidē inchoatur in nobis vita æterna nihil aliud est, quā cognoscere Deum. Vnde dicit dñs Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscāt te solum verū Deum. Hæc autē cognitio Dei incipit hic per fidem. sed perficitur in vita futura, in qua cognoscemus eum sicuti est. Et ideò dicitur Hebræ. 11. Fides est substantia sperandarum rerum. Nullus ergo potest peruenire ad beatitudinem, quæ est vera cognitio Dei, nisi primò cognoscat per fidem. Ioan. 20. Beati qui nō viderunt & crediderunt. Tertiò, quia fides dirigit vita præsentem. Nam ad hoc q̄ homo beneviuat oportet, q̄ sciat necessaria ad beneviuendum. Et si deberet omnia necessaria ad bene viuēdum per studium addiscere, vel nō posset peruenire vel post lōgum tēpus. Fides autem docet omnia necessaria ad bene viuendū. Ipsa enim docet, q̄ est vnus Deus qui est remunerator bonorū & punitor malorū, & q̄ est alia vita: & huiusmodi quibus satis allicimur ad bonū & vitamus malum. Abac. 2. Iustus meus ex fide viuit. Ex hoc etiā patet: quia nullus philosophorū ante aduentum Christi cū toto conatu suo potuit tantū scire de Deo: & de necessarijs ad vitam, quantū post aduētum Christi scit vna vetula per fidem. Et ideò dicitur Esa. 11. Repleta est terra scientia domini. Quartò, quia fides est qua vincimus tentationes. Hebr. 11. Sancti per fidem vicerunt regna. Et hoc patet: quia omnis tentatio, vel est à diabolo, vel à mundo: vel à carne. Diabolus enim tentat vt nō obedias Deo: nec subijciaris ei. Et hoc per fidem remouetur. Nam per fidē cognoscimus, q̄ ipse est dominus omnū. Et ideò sibi est obediendum. 1. Petr. 5. Aduersarius vester diabolus circuit quærens quē deuoret cui resistite fortes in fide. Mundus autem tentat: vel alliciendo prosperis: vel terrendo aduersis. Sed hoc vincimus per fidem, quæ facit nos credere aliam vitā meliorē ista. Et ideò prospera mundi huius despicimus & non formidamus aduersa. 1. Ioan. 5. Hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra. Et etiam quia docet nos credere alia maiora malis, scilicet inferni. Caro verò tentat: inducēdo nos ad delectationes vitæ presentis momentaneas. Sed fides ostendit nobis, q̄ per has si eis indebitè adhæremus, æternas delectationes amittimus. Ephe. 6. In omnibus sumētes scutū fidei. Sic ergo patet, q̄ multū est vtile habere fidem. Sed dicit aliquis. Stultū est credere, quod non videtur: nec sunt credenda quæ nō videntur. Respondeo: dicendum q̄ hoc dubium primò tollit imperfectio intellectus nostri. Nam si homo posset perfectè per se cognoscere omnia visibilia & inuisibilia, stultū esset credere quæ nō videmus: sed cognitio nostra est adeò debilis, q̄ nullus Philosophus potuit vnquā perfectè inuestigare naturā vnius muscæ. Vnde legitur, q̄ vnus Philosophus fuit triginta annis in solitudine vt cognosceret naturam Apis. Si ergo intellectus noster est ita debilis, nō ne stultū est nolle credere de Deo, nisi illa tantū quæ homo potest cognoscere per se? Et ideò cōtra hoc dicitur. Iob. 36. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostrā. Secundò potest responderi, quia dato q̄ aliquis magister aliquid diceret in sua scientia: & aliquis rusticus diceret, nō esset ita sicut magister docuit, cò q̄ ipse nō intelligeret, multū reputaretur stultus ille rusticus. Constat autē q̄ intellectus angeli excedit magis intellectū optimi Philosophi, quā intellectus optimi Philosophi intellectum rustici. Et ideò stultus est Philosophus si nolit credere ea quæ angeli dicūt: & multò magis si nolit credere ea quæ Deus dicit. Et cōtra hoc dicitur. Eccles. iasti 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plurima supra sensum hominum ostensa sunt tibi. Tertia ratio est: quia si homo nollet credere nisi ea quæ cognosceret, certè nō posset viuere in hoc mundo. Quomodò enim aliquis viuere posset nisi crederet alicui. Quomodò etiā crederet, quòd talis esset pater suus. Et ideò est necesse, quòd homo credat alicui de ijs quæ perfectè nō potest scire per se. Sed nulli est credēdum, sicut Deo. Et ideò illi qui non credunt dictis fidei, nō sunt sapientes, sed stulti & superbi, sicut dicit Apost. 1. ad Thimo. 6. Superbus est nihil sciens. Propterea dicebat. 2. Thimo. 1. Scio cui credidi & certus sum. Ecclesiastic. 2. Qui timetis Deum, credite illi. Quartò potest etiam respōderi, quia Deus probat, ℘ ea quæ docet fides sunt vera. Si enim Rex mitteret literas cū sigillo suo sigillatas, nullus auderet dicere, ℘ illæ literæ non processissent de Regis voluntate. Constat autem, ℘ omnia quæ sancti crediderunt & tradiderūt nobis de fide Christi, signata sunt sigillo Dei, quod sigillum ostendunt illa opera quæ nulla pura creatura facere potest. Et hæc sunt miracula, quibus Christus cōfirmauit dicta Apostolorum & sanctorum. Si dicas, ℘ miracula nullus vidit fieri. Respondeo ad hoc. Constat enim, ℘ totus mundus colebat idola & fidem Christi persequebatur, sicut Pagānorum etiam historiæ tradunt. Sed modò omnes conuersi sunt ad Christum, & sapientes & nobiles & diuites & potentes & magni ad prædicationem simplicium & pauperum & paucorum prædicantium Christum. Aut ergo hoc est miraculose factum, aut non. Si miraculosè habes propositum. Si non dico, quòd nō potuit esse maius miraculum, quia quòd mundus totus sine miraculis conuerteretur. Non ergo quærimus aliud. Sic ergo nullus debet dubitare de fide, sed credere ea quæ fidei sunt magis, quàm ea quæ videt, quia visus hominis potest decipi, sed Dei scientia nunquàm fallitur.

CRedo in vnum Deum, &c. Inter omnia quę debent credere fideles, hoc est primum quod debent credere, scilicet quòd sit vnus Deus. Considerandum autem quid significet hoc nomen Deus. Quod quidem nihil est aliud, quàm gubernator, & prouisor rerum omnium. Ille igitur credit Deum esse, qui credit omnes res mundi huius gubernari & prouideri ab illo. Qui autē credit, quòd omnia prouenant à casu, hic nō credit Deum esse. Nullus autem inuenitur à Deo stultus, qui non credat, quòd res naturales gubernentur, prouideantur, & disponantur, cùm in quodam ordine & certis temporibus procedant. Videmus enim solem & lunā & stellas & res alias naturales omnes seruare determinatum cursum, quod non contingeret si à casu essent. Vnde si aliquis esset qui non crederet Deū esse, stultus esset. Psalm. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Sunt autem aliqui qui licèt credant Deum gubernare & disponere res naturales, non tamen credunt Deum esse humanorum actuum prouisorem, qui scilicet credunt actus humanos non disponi à Deo. Cuius ratio est: quia videt in mūdo isto bonos affligi & malos prosperari, quod videtur tollere prouidē:iam diuinam circa homines. Vnde in persona eorum dicitur Iob 22. Circa cardines cœli perambulat nec nostra considerat. Hoc autem est valdè stultum. Nam istis accidit, sicut si aliquis nesciens medicinam, videret medicum propinare vni infirmo aquam, alteri vinum, secundum scilicet quòd ars medicinæ dictat crederet, quòd hoc fiat à casu, cùm nesciat artem medicinæ, quæ ex iusta causa hoc facit, scilicet quòd isti dat vinum, illi verò aquā. Sic est de Deo. Deus enim ex iusta causa & sua prouidentia disponit ea, quę sunt hominibus necessaria, & sic quosdam bonos affligit, & quosdam malos in prosperitate dimittit. Vnde qui credit hoc prouenire à casu est & reputatur insipiēs, quia non contingit hoc nisi quia nescit artem & causam dispositionis diuinæ. Iob 12. Vtinam ostenderet tibi secreta sapientiæ. Et quòd multiplex esset lex eius. Et ideò firmiter credendum est, quòd Deus gubernat & disponit, non solùm res naturales, sed etiam actus humanos. Psalm. Et dixerunt non videbit dominus, nec intelliget Deus Iacob. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non considerat? Dominus scit cogitationes hominum. Omnia ergo videt & cogitationes & occulta voluntatis. Vnde & hominibus specialiter imponitur necessitas benè faciendi: quia omnia quæ cogitant & faciunt diuino conspectui sunt manifesta. Apostol. Hebr. 4. Omnia nuda sunt & aperta oculis eius. Est autem credendum, quòd hic Deus qui omnia disponit & regit sit vnus Deus tantum. Cuius ratio est: quia illa dispositio rerum humanarum est benè disposita, in qua multitudo inuenitur disponi & gubernari per vnum. Nam multitudo præsidentium inducit sæpè dissensionem in subditis. Vnde cùm diuinum regimen præemineat regimini humano, manifestum est, quòd regnum mundi non est per multos Deos, sed per vnum tantū. Sunt autem quatuor ex quibus homines inducti sunt ad ponendum plures Deos. Primum est imbecillitas intellectus humani. Nā homines imbecillis intellectus, non valētes corporalia transcendere, non crediderunt aliquid esse vltra naturam corporum sensibilium. Et ideò inter corpora illa posuerunt præeminere & disponere mundum, quæ pulchriora & digniora inter ea videbantur, & eis attribuebant & impendebant diuinum cultum. Et huiusmodi sunt corpora cœlestia, scilicet sol & luna & stellæ. Sed istis accidit, sicut alicui eunti ad curiam Regis, qui voleus videre Regem, credit quemcunque bene indutum, vel in officio constitutum, Regem esse. De quibus dicitur. Sapient. 13. Solem & lunam, rectores orbis terrarum Deos putauerunt. Secundò prouenit ex adulatione hominum. Nam & aliqui volentes adulari dominis & regibus honorem Deo debitum eis exhibent, obediendo eis, & subijciendo se eis. Vnde & aliquos post mortem fecerunt deos, alios etiam in vita dixerunt Deos. Iudic 5. Sciat omnis gens quoniam Nabuchodonosor Deus terræ est, & præter ipsum alius non est. Tertiò prouenit ex carnali affectu ad filios & consanguineos. Nam aliqui propter tantum amorem quem ad suos habebant faciebant statuas post eorum mortem, & sic ex hoc processum est, quòd illis statuis diuinum cultum impendebant. De quibus dicitur. Sapient. 14. Quoniam aut affectui, aut Regibus deseruientes homines, incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt. Quartò ex malitia diaboli. Ipse enim ab initio voluit æquiparari Deo. Vnde ipse ait Isai. 14. Ponam sedem meam ab aquilone, in cœlum conscendam & ero similis altissimo. Et hanc voluntatem nondum deposuit. Et ideò totus conatus suus in hoc existit: vt faciat se ab hominibus adorari & sacrificia sibi offerri, non quòd delectetur in vno cane & vel cato qui ei offertur, sed delectatur in hoc, quòd ei impendatur reuerentia. sicut Deo. Vnde & Christo dixit Matth. 4. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Inde est etiam, quòd intrantes idola dabant responsa: vt scilicet venerarentur vt dij. Psalm. Omnes dij gentium dæmonia. Apostol. 1. Corinthiorum 10. Sed quæ immolant gentes dæmonijs immolant, & non Deo. Licet autem hæc sint horribilia, sunt tamen aliqui & multi, qui frequenter incidunt in istas quatuor causas. Et licèt non ore aut corde, tamen factis ostendunt se credere plures Deos. Nam qui credunt quòd corpora cœlestia possunt in voluntatem hominis imprimere, & qui in factis suis certa accipiunt tempora, ij ponunt corpora cœlestia esse Deos & alijs dominari, facientes Astrolabia. Hiere. 10. A signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes: quia leges populorum vanæ sunt. Item omnes illi qui obediunt Regibus plusquàm Deo: vel in illis in quibus non debent constituunt Deos eos suos. Actorum 5. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Item illi qui diligunt filios aut consanguineos plusquàm Deum, ostendunt factis suis plures esse Deos. Vel etiam illi qui diligunt escam plusquam Deum. De quibus Apostolus. Philippens. 3. Quorum Deus venter est. Item omnes illi qui insistunt veneficijs & incantationibus, credunt dæmones esse Deos. Cuius ratio est, quia petunt à dæmonibus id quod solus Deus dare potest, scilicet reuelationem alicuius rei occultæ, & veritatem futurorum. Est ergo primò credendum, quòd Deus est vnus tantùm.

PAtrem omnipotentem creatorē cœli & terræ. Sicut dictum est. Primum quod credere debemus, est quòd sit vnus solus Deus. Secundum est, quòd iste Deus sit creator & factor cœli & terræ visibilium & inuisibilium. Et vt rationes subtiles dimittantur ad præsens quodam rudi exemplo manifestatur propositum, quòd scilicet omnia sunt à Deo creata & facta. Constat enim, quòd si aliquis intraret domum aliquam, & in ipsius domus introitu sentiret calorem, postmodùm vadens interius, sentiret maiorem calorem, & deinceps, crederet ignem esse interius, etiam si ipsum ignem non videret qui causaret dictos calores. Sic quóque contingit consideranti res huius mundi. Nam ipse inuenit res omnes secundum diuersos gradus pulchritudinis & nobilitatis esse dispositas, & quanto magis appropinquat Deo, tanto pulchriora & meliora inuenit. Vnde corpora cœlestia pulchriora & nobiliora sunt, quàm corpora inferiora, & inuisibilia visibilibus. Et ideò credendum est, quòd omnia hæc sunt ab vno Deo, qui dat suum esse singulis rebus & nobilitatem. Sapient. 13. Vani sunt autem omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes, agnouerunt quis esset artifex. Et infrà. A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. Sic ergo pro certo debet nobis constare, quòd omnia quæ sunt in mundo, à Deo sunt. Circa hoc autem debemus vitare tres errores. Primus est error Manichæorum, qui dicunt quòd omnia visibilia creata sunt à diabolo. Et ideò Deo solùm attribuunt creationem inuisibilium. Et causa huius erroris est, quia ipsi Deum asserunt summum bonum, sicut & verum est, & omnia quæ à bono sunt, bona esse. Vnde nescientes discernere quid sit malum, & quid bonū crediderunt, ℘ oīa illa quę sunt aliqualiter mala simpliciter essent mala: sicut ignis quia vrit, dicitur ab eis simpliciter malus: & aqua quia suffocat: & sic de alijs. Vnde quia nihil litterum sensibilium est simpliciter bonū, sed aliqualiter malum & deficiens dixerūt, ℘ visibilia omnia nō sunt facta à Deo bono: sed à malo. Contra hos ponit Augustinus tale exemplum. Si aliquis intraret domum fa-

bri & inueniret instrumenta ad quæ impingeret & læderent eum, & ex hoc reputaret illum fabrum malum: quia tenet talia instrumenta, stultus esset: cùm faber ea teneat ad opus suum. Ita stultū est dicere, ℘ per hoc creaturæ sint malæ, quia sunt in aliquo nociuæ. Nam quod vni est nociuum, alteri est vtile. Hic autē error est contra fidem ecclesiæ. Et ideo ad hunc remouendum, dicitur visibilium omnium & inuisibilium. Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Iob 1. Omnia per ipsum facta sunt. Secundus est error ponentium mundum ab æterno: secundum quem, modum loquitur Petrus dicens. 2. Petr. 3. Ex quo patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. Et isti ducti sunt ad hanc positionem: quia nescierunt considerare principium mūdi. Vnde sicut Rabbi Moyses dicit: istis contingit sicut puero: qui si statim cū nascitur poneretur in insula & nunquàm videret mulierem prægnantem: nec puerum: & diceretur isti puero quando magnus esset, qualiter homo concipitur, portatur in vtero, & nascitur, nulli crederet sibi dicenti: quia impossibile sibi videretur, ℘ homo posset esse in vtero matris. Sic isti considerantes statum mundi præsentem non credunt ℘ inceperit. Est etiam hoc contra fidem ecclesiæ. Et ideò ad hoc remouendum dicitur, Factorem cœli & terræ. Si enim fuerunt facta: constat, quòd nō semper fuerunt. Et ideò dicitur in Psal. Dixit & facta sunt. Tertius est error ponentium Deum fecisse mundum ex præiacenti materia. Et ad hoc ducti sunt, quia voluerunt metiri potentiam Dei secundum potentiam nostram. Et ideò quia homo nihil potest facere, nisi ex præiacenti materia, crediderunt, quòd eodem modo & Deus. Vnde dixerunt, quòd in productione rerum habuit materiam præiacentem. Sed hoc nō est verum. Nam homo ideò nihil potest facere sine præiacenti materia, quia est factor particularis. & non potest inducere, nisi hanc formam in determinata materia ab aliquo alio presuppositā. Cuius ratio est: quia virtus sua est determinata ad formam tantùm: & ideò non potest esse causa nisi huius formæ. Deus autem est vniuersalis causa omnium rerum: & non solùm creat formā, sed etiam materiam. Vnde & de nihilo omnia fecit. Et ideò ad remouēdum hunc errorem, dicitur: Creatorem cœli & terræ. In hoc enim dicitur creare & facere, quia creare est de nihilo aliquid facere: facere autem est de aliquo aliquid facere. Si ergo ex nihilo fecit, credendum est, quòd iterum posset omnia facere, si destruerentur. Vnde potest cæcum illuminare, mortuum suscitare & cætera opera miraculosa facere. Sapien. 12. Subest enim tibi, cùm volueris posse. Ex huiusmodi autem consideratione homo dirigitur ad quinque. Primò ad cognitionem diuinę maiestatis. Nam factor præeminet factis. Vnde quia Deus est factor omnium rerum, constat eum eminentiorē omnibus rebus. Sapien. 13. Quorum & si specie delectari deos putauerunt, sciant quātò his dominator eorum speciosior est. Aut si virtutem & opera eorū mirati sunt & intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis. Et idem est, quòd quicquid potest intelligi vel cogitari, minus est ipso Deo. Iob. 36. Ecce Deus magnus: vincens scientiam nostram. Secūdò ex hoc dirigitur ad gratiarum actionem. Quia enim Deus est creator omnium rerum, certum est ℘ quicquid sumus & quicquid habemus à Deo est. Apostolus 1. Corinth. 4. Quid habes quod nō accepisti? Psalm. Domini est terra & plenitudo eius, &c. Et ideò debemus ei reddere gratiarum actiones. Psalm. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Tertiò inducitur ad patientiam in aduersis. Nam licèt omnis creatura sit à Deo & ex hoc sit bona secundum suam naturam, tamen si in aliquo noceat & inferat nobis pœnam, debemus credere quòd illa pœna sit à Deo, nō tamen culpa: quia nullum malum est à Deo, nisi quod ordinatur ad bonum. Et ideò si omnis pœna quam homo suffert, est à Deo, debet patienter sustinere. Nam pœnæ purgant peccata: humiliant reos: prouocant bonos ad amorem Dei. Iob. 2. Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare nō sustineamus? Quartò, inducimur ad rectè vtendum rebus creatis. Nam creaturis debemus vti, ad hoc ad quod factæ sunt à Deo. Sunt autem factæ ad duo, scilicet ad gloriam Dei: quia vniuersa propter semetipsum, id est, ad gloriā suam operatus est dominus, vt dicitur Prouerbio. 16. Et ad vtilitatem nostram. Deuteron. 4. Quæ fecit dominus Deus tuus, in ministerium cunctis gentibus. Debemus ergo vti rebus ad gloriam Dei, vt scilicet in hoc placeamus Deo: & ad vtilitatem nostram: vt scilicet ipsis vtendo, nō committamus peccatum. 1. Paralip. 29. Tua sunt omnia & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Quicquid ergo habes. siue scientiam: siue sapientiam: siue pulchritudinem: totum debes referre & vti eo ad gloriam Dei. Quintò, ducimur ex hoc in cognitionem dignitatis humanæ. Deus enim omnia fecit propter hominem: sicut dicitur in Psalm. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Et homo magis est similis Deo inter creaturas post angelos. Vnde dicit Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hoc quidem nō dixit de cœlo: siue de stellis: sed de homine, non autem quantum ad corpus: sed quantùm ad animam: quæ est liberam voluntatem habens & incorruptibilis: in quo magis assimilatur Deo quàm cæteræ creaturę. Debemus ergo considerare hominem, post angelos digniorem esse cæteris creaturis, & nullo modo dignitatem nostram diminuere, propter peccata & propter inordinatum appetitum rerum corporalium, quæ viliores sunt nobis & ad seruitium nostrū factæ. Sed eo modo debemus nos habere: quo Deus fecit nos. Deus enim fecit hominem, vt præesset omnibus, quę sunt in terra: & vt subsit Deo. Debemus ergo dominari & præesse rebus: Deo autem subesse: obedire ac seruire: & ex hoc peruenimus ad fruitionem Dei. Quod nobis præstare, &c.

ET in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Non solùm est necesse Christianis, vnū Deum credere & hunc esse creatorem cœli & terræ & omnium: sed etiam necesse est, vt credant quòd Deus est pater, & quòd Christus sit verus filius Dei. Hoc autem sicut dicit beatus Petrus in canonica sua. 2. Petr. 1. Non est fabulosum: sed certum & probatum per verbum Dei in monte. Vnde dicit ibidem. Non enim indoctas fabulas secuti, notam fecimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem & præscientiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi complacui ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam, cùm essemus cum ipso in monte sancto. Ipse etiam Christus Iesus in pluribus locis vocat Deum patrem suum: & se dicit filium Dei. Et Apostoli & sancti patres posuerunt inter articulos fidei, quòd Christus est filius Dei dicēti. Et in Iesum Christum filium eius, scilicet Dei. supple credo. Sed aliqui hæretici fuerunt qui hoc peruersè crediderunt. Fotinus enim dicit, quòd Christus non est aliter filius Dei, quàm boni viri: qui bene viuendo merentur dici filij Dei per adoptionem faciendo Dei voluntatem: & ita Christus qui bene vixit & fecit Dei voluntatem, meruit dici filius Dei. Et voluit quòd Christus non fuerit ante beatam virginem: sed tunc incepit, quando ex ea conceptus est. Et sic in duobus errauit. Primò, in hoc quòd non dixit eum verum filium Dei secundum naturam. Secundò, quòd dixit eum secundum totum suum esse ex tempore incepisse: cùm fides nostra teneat, quòd filius sit Dei per naturam: & quòd ab æterno sit. Et de his habemus expressas auctoritates contra eum in sacra scriptura. Nam contra primum dicitur, quòd sit non filius solùm: sed etiam vnigenitus. Ioan. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris. Contra secundum Ioan. 8. Antequàm Abraham fieret, ego sum. Constat autem quòd Abraham ante beatam virginem fuit. Et ideò sancti patres addiderunt in alio Symbolo contra primum Filium Dei vnigenitum: contra secundum. Et ex patre natum ante omnia sęcula. Sabellius verò licèt diceret quòd Christus fuit ante beatam virginē, dixit tamen quòd non est alia persona patris: alia filij: sed ipse pater est incarnatus. Et ideò eadem est persona patris & filij. Sed hoc est erroneum: quia aufert trinitatem personarum. Et contra hoc est auctoritas. Ioan. 8. Solus non sum: sed ego & qui misit me pater. Constat autem nullam à se mitti. Sic ergo mentitur Sabellius. Et ideò in Symbolo patrum additur: Deum de Deo: lumen de lumine, id est, Deum filium de Deo patre. & filium qui est lumen de lumine patre esse credere debemus. Arrius autem licèt diceret, quòd Christus fuerit ante beatam virginem: & quòd alia fuerit persona patris, alia filij, tamen tria attribuit Christo. Primū est, quòd filius Dei fuit creatura. Secundum est, quòd non ab æterno: sed ex tempore factus à Deo nobilissima creaturarum. Tertium est, quòd non fuerit vnius naturę Deus filius cum Deo patre: & sic quòd nō fuerit verus Deus. Sed hoc similiter est erroneum: & cōtra auctoritates sacræ scripturæ. Dicitur enim Ioannis 10. Ego & pater vnum sumus: scilicet in natura. Et ideò sicut pater fuit semper, ita & filius: & sicut pater est verus Deus, ita & filius. Vbi ergo dicitur ab Arrio, Christum fuisse creaturam: econtrà dicitur in Symbolo à patribus Deum verum de Deo vero. Vbi autem dicitur eum non fuisse ab æterno, sed ex tempore, econtrà in Symbolo dicitur: Genitum non factum. Contra illud verò quod dicitur eum non esse eiusdem substantiæ cum patre, additur in Symbolo. Consubstantialem patris. Patet ergo quòd credere debemus, quòd Christus vnigenitus Dei est: & verè filius Dei: & quòd semper fuerit cum patre: & quòd alia est persona filij: alia patris: & quòd vnus est naturæ cum patre. Sed hoc credimus hic per fidem: cognoscemus autem in vita æterna, per perfectam visionem. Et ideò ad consolationem nostram, dicemus aliquid de his. Sciendum est igitur, quod diuersa diuersum modum generationis habent. Generatio autem Dei: alia est quàm generatio aliarum rerum. Vnde non possumus attingere ad generationem Dei, nisi per generationem eius quod in creaturis magis accedit ad similitudinem Dei. Nihil est autem Deo ita simile, sicut anima hominis: vt dictum est. Modus autem generationis in anima est: quia homo cogitat per animam suam aliquid, quod vocatur conceptio intellectus. Et huiusmodi conceptio oritur ex anima sicut ex parte, & vocatur verbum intellectus siue hominis. Anima igitur cogitando generat verbum suum. Sic & filius Dei nihil est aliud quàm ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bum Dei. Non sicut verbum exterius prolatum, quia illud transit, sed sicut verbum interius conceptum. Et ideò ipsum verbum Dei est vnius naturæ cum Deo & æquale Deo. Vnde & beatus Ioannes de verbo Dei loquens, tres hæreses destruxit. Primò hæresim Fotini quæ tacta est cùm dicit. In principio erat verbum. Secundò Sabellij, cùm dicit. Et verbum erat apud Deum. Tertiò Arrij, cùm dicit. Et Deus erat verbum. Verbum autem aliter est in nobis, & aliter in Deo. In nobis enim verbum nostrum est accidens, sed in Deo verbum Dei est idem, quod ipse Deus, cùm nihil sit in Deo, quod non sit essentia Dei. Nullus autem potest dicere, quòd Deus non habeat verbum, quia contingeret Deum esse insipientissimum. Et ideò sicut fuit semper Deus: ita & verbum eius. Sicut autem artifex facit omnia per formam quam præcogitauit in corde suo, quod est verbum eius: ita & Deus omnia facit verbo suo, sicut per artem suam. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Si ergo verbum Dei est filius Dei, & omnia Dei verba sunt similitudo quædam istius verbi, debemus primò libenter audire verba Dei. Hoc est enim signum, quòd diligamus Deum, si verba illius libenter audimus. Secundò debemus credere verbum Dei, quia ex hoc verbum Dei habitat in nobis, idest Christus qui est verbum Dei. Apostol. Ephes. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Ioan. 5. Verbum Dei non habetis in vobis manens. Tertiò oportet, quòd verbum Dei in nobis manens, continuè meditemur, quia nō solùm oportet credere, sed meditari, aliter non proficeret. Et huiusmodi meditatio valet multum contra peccatum. Psalm. In corde meo abscondi eloquia tua: vt nō peccem tibi. Et iterum de viro iusto dicitur. In lege eius meditabitur die ac nocte. Vnde de beata virgine dicitur, quòd conseruabat omnia verba, hæc conferens in corde suo. Quartò oportet, quòd homo verbum Dei communicet alijs commonendo prædicando & inflammando. Apostol. Ephes. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro nō procedat. Sed si quis bonus ad ædificationem. Item Colloss. 3. Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia docentes & commonentes vosmetipsos. Item 2. Thimot. 4. Prædica verbum, iusta oportune importune, &c. Vltimò verbum Dei debet executioni mandari. Iacob. 1. Estote factores verbi & non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos. Ista quinque seruauit per ordinem beata Maria in generatione verbi Dei ex se. Primò enim audiuit, Spiritus sanctus superueniet in te. Secundò consensit per fidem. Ecce ancilla Domini. Tertiò tenuit & portauit in vtero. Quartò protulit & peperit eum. Quintò nutriuit & lactauit eum. Vnde ecclesia cantat. Ipsum regem angelorum sola virgo lactabat vbere de cœlo plena.

QVi conceptus est de spiritusancto, natus ex Maria virgine. Nō solùm est necessarium credere Christiano filium Dei, vt ostensum est, sed etiam oportet credere incarnationem eius. Et ideò beatus Ioannes postquàm dixerat multa subtilia & ardua, consequenter insinuat nobis eius incarnationem cùm dicit. Et verbum caro factum est. Et vt de hoc aliquid capere possimus duo exempla ponam in medium. Constat quòd filio Dei nihil est ita simile sicut verbum in corde nostro conceptum non prolatum. Nullus autem cognoscit verbum, dum est in corde hominis, nisi ille qui concipit, sed tunc primò cognoscitur cùm profertur. Sic verbum Dei dū inerat corde patris, non cognoscebatur nisi à patre tantùm, sed carne indutum sicut verbum voce, tunc primò manifestum & cognitum est. Baruc 3. Post hoc in terris visus est & cum hominibus conuersatus est. Aliud exemplum est, quia licèt verbum prolatum cognoscatur per auditum, tamen non videtur nec tangitur, sed cùm scribitur in charta, tunc videtur & tangitur. Sic & verbum Dei & visibile & tangibile factum est, cùm in carne nostra fuit quasi scriptum. Et sicut charta in qua verbum Regis scriptum est, dicitur verbum Regis, ita homo cui coniunctum est verbum Dei in vna hypostasi, dicitur filius Dei. Isa. 8 Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis. Et ideò sancti Apostoli dixerunt. Qui conceptus est de spiritusancto, natus ex Maria virgine. In quo quidem multi errauerūt. Vnde & sancti patres in alio Symbolo in Synodo Nicena, & multa addiderunt per quæ nunc omnes errores destruuntur. Origenes enim dixit, quòd Christus est natus & etiam venit in mundum: vt etiam saluaret dæmones. Vnde dixit dæmones omnes esse saluandos in fine mundi. Sed hoc est contra sacram scripturam. Dicitur enim Matth. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et ideò ad hoc remouendum additur. Qui propter nos homines, non propter dæmones, & propter nostram salutem. In quo quidem magis apparet amor Dei ad nos. Fotinus verò voluit quòd Christus natus esset de beata virgine. Sed addidit, quòd esset purus homo qui bene viuendo & faciendo voluntatem Dei meruit filius Dei fieri, sicut & alij sancti. Contra quod dicitur. Ioan. 6. Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Constat autem, quòd non descendisset nisi ibi fuisset, & si fuisset purus homo, non fuisset in cœlo. Et ideò ad hoc remouendum additur. Descendit de cœlis. Manichæus verò dixit, quòd licèt filius Dei fuerit semper & deseruerit de cœlo, tamen non habuit veram carnem, sed apparentem. Sed hoc est falsum. Non enim decebat doctorem veritatis aliquam falsitatem habere. Et ideò sicut ostendit veram carnem, sic habuit. Vnde dixit. Luc. 24. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et ideò ad hoc remouendum addiderunt. Et incarnatus est. Hebion verò qui fuit genere Iudæus, dixit, quòd Christus natus est de beata virgine, sed ex commixtione viri, & ex virili semine. Sed hoc est falsum: quia angelus dixit. Matth. 1. Quod enim in ea natum est, de spiritusancto est. Et ideò sancti patres ad hoc remouendum addiderunt. De spiritusancto. Valentinus autem licèt cōfiteretur, quòd Christus conceptus fuerit de spiritusancto, voluit tamē quòd spiritusanctus portauerit vnum corpus cœleste & posuerit in beata virgine, & hoc fuit corpus Christi. Vnde nihil aliud operata est beata virgo, nisi quod fuit locus eius. Vnde dixit, quòd illud corpus transiuit per beatam virginem, sicut per aquæductum. Sed hoc est falsum. Nā angelus dixit ei. Luc. 1. Quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei. Et Apostol. Galat. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Et ideò addiderunt. Natus ex Maria virgine. Arrius verò & Apolinarius dixerunt, q licèt Christus fuerit verbum Dei, & natus ex Maria virgine, tamen nō habuit animam, sed loco animæ fuit ibi diuinitas. Sed hoc est contra scripturam, quia Christus dixit Ioā. 12. Nunc anima mea turbata est. Et iterum Matth. 26. Tristis est anima mea, vsque ad mortem. Et ideò sancti patres ad hoc remouendum addiderunt. Et homo factus est. Homo enim ex anima & corpore consistit. Vnde verissimè habuit omnia quæ homo habere potest præter peccatum. In hoc autem, quòd dicitur homo factus, destruuntur omnes errores superius positi, & omnes alij qui dici possent, & præcipuè error Euticetis, qui dixit commixtionem factam, scilicet ex diuina natura & humana. Istam vnam naturam Christi, quæ nec Deus pure est, nec purus homo. Sed hoc est falsum: quia tunc non esset homo, & est etiam contra hoc, quod dicitur, quòd homo factus est. Destruitur etiam error Nestorij, qui dixit filium Dei vnitum esse homini solùm per inhabitationem. Sed hoc est falsum, quia tunc non esset homo, sed in homine. Et quòd sit homo, patet per Apostol. Phil. 2. Et habitu inuentus vt homo. Ioan. 8 Quid quæritis me interficere hominem, &c. Possumus autem sumere ex his aliqua ad eruditionem. Primò enim confirmatur fides nostra. Si enim aliquis diceret aliqua de aliqua re remota, & ipse non fuisset ibi, non crederetur ei sicut si ibi fuisset. Antequàm ergo veniret Christus in mundum, Patriarchæ & Prophetæ & Ioannes Baptista dixerunt aliqua de Deo. Sed tamen non ita crediderunt eis homines, sicut Christo, qui fuit cum Deo, imò vnum cum ipso. Vnde multùm firma est fides nostra, ab ipso Christo nobis tradita. Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquàm, vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Et inde est, quòd multa dei secreta, sunt manifesta nobis post aduentum Christi, qui ante occulta erant. Secundò ex ijs eleuatur spes nostra. Constat enim, quòd Dei filius non pro paruo ad nos venit, sumens carnem nostram, sed pro magna vtilitate nostra. Vnde fecit quoddam commercium, scilicet quòd assumpsit corpus animatum & de virgine nasci dignatus est: vt nobis largiretur suam deitatem, & sic factus est homo: vt hominem faceret Deum. Roma. 5. Per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Tertiò ex hoc accenditur charitas. Nullum enim est tam euidens diuinæ charitatis indicium, quàm quòd Deus creator omnium factus est creatura, Dominus noster factus est frater noster, filius Dei factus est filius hominis. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum: vt filium suum vnigenitum daret. Et ideò ex huius considerationе amor reaccendi debet, & inflammari ad Deum. Quartò inducimur ad seruandum puram animam nostram. Intantùm enim natura nostra fuit nobilitata & exaltata ex coniunctione ad Deum, quòd fuit ad consortium diuinæ personæ susceptа. Vnde angelus post incarnationem noluit sustinere, quòd beatus Ioannes adoraret eum, quod antè sustinuerat etiam à maximis Patriarchis. Ideò homo huius exaltationem recolens & attendens, debet dedignari vilificare se & naturam suam per peccatum. Ideò dicit beatus Petrus primo. Per quem maxima & prætiosa nobis promissa donauit: vt per hoc efficiamur diuinæ consortes naturæ, contingientes eius quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem. Quintò, ex his inflammatur desiderium nostrum ad perueniendum ad Christum. Si enim aliquis Rex esset frater alicuius & esset remotus ab eo, desideraret ille cuius frater esset Rex ad eum venire & apud eum esse & manere. Vnde cùm Christus sit frater noster, debemus desiderare esse cum eo & coniungi ei. Matthæ. 24. Vbicunque fuerit corpus illuc congregabuntur & aquilæ. Et Apostolus desiderium habebat dissolui & esse cum Christo. Quod quidem desiderium crescit in nobis considerando incarnationem eius.

PAssus sub pontio Pilato, crucifixus mortuus & sepultus. Sicut necessarium est Christiano, quòd credat incarnationē filij Dei: ita necessarium est quòd credat passionem eius & mortem: quia sicut dicit Gregorius. Nihil nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset. Hoc autem scilicet, quod Christus pro nobis est mortuus ita est arduum, quòd vix potest intellectus noster capere: imò nullo modo cadit in intellectu nostro. Et hoc est quod dicit Apostolus Actuum 13. Opus operor ego in diebus vestris: opus quod nō credetis: si quis enarrauerit vobis. Et habacuch. 1. Opus factum est in diebus vestris: quod nemo credit cùm narrabitur. Tanta est enim gratia Dei & amor ad nos, quòd plus ipse fecit nobis quàm possumus intelligere. Non tamen debemus credere, quòd Christus ita sustinuerit mortem, quòd Deitas mortua sit, sed quòd humana natura in ipso mortua sit. Non enim mortuus est secundum quod Deus erat: sed secundum quod homo. Et hoc patet per tria exempla. Vnū est in nobis. Constat enim, quòd cū homo moritur, in separatione animæ à corpore, non moritur anima, sed ipsum corpus seu caro. Sic & in morte Christi nō est mortua diuinitas: sed natura humana. Sed si Iudæi non occiderunt diuinitatem, videtur quòd non magis peccauerunt quàm si occidissent vnum alium hominem. Ad hoc est dicendum, quòd dato, quòd Rex esset indutus vna veste si quis inquinaret vestem illam, tantùm reatum incurreret, ac si ipsum Regem inquinasset. Iudæi licèt non possent Deum interficere, tamen humanam naturam à Christo assumptam occidentes, sunt tantùm puniti ac si ipsam diuinitatem occidissent. Item sicut dictū est superiùs: filius Dei est verbum Dei, & verbum Dei incarnatum est sicut verbum Regis scriptum in charta. Si igitur aliquis dilaniaret chartam Regis, pro tanto haberetur, ac si dilaniaret verbū Regis. Et ideò pro tanto habetur peccatum Iudæorum, ac si occidissent verbum Dei. Sed quæ necessitas, vt verbū Dei pateretur pro nobis? Magna. Et potest colligi duplex necessitas. Vna est ad remedium contra peccata: alia est ad exemplum quantùm ad agenda. Ad remedium quidem, quia cōtra omnia mala quæ incurrimus per peccatum, inuenimus remedium per passionem Christi. Incurrimus autem quinque mala: primò, maculam. Homo enim cùm peccat, deturpat animā suam: quia sicut virtus animæ est pulchritudo eius: sita peccatū est macula eius. Baruc. 3. Quid est Israël quòd in terra inimicorum es: coinquinatus es cum mortuis? Sed hoc remouet passio Christi. Nam Christus sua passione fecit balneū in sanguine suo, quo peccatores lauaret. Apocalip. 1. lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Lauatur autem anima sanguine Christi in baptismo: quia ex Christi sanguine virtutem habet regeneratiuā. Et ideò cùm aliquis se inquinat per peccatum, facit Christo iniuriam: & magis peccat quàm ante. Hebræ. 10. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit & sanguinē testamenti pollutum duxerit? Secundò incurrimus offensam Dei. Nam sicut carnalis diligit carnalē pulchritudinē, ita Deus spiritualē, quæ est pulchritudo animæ. Quādo ergo anima per peccatū inquinatur, Deus offenditur: & odio habet peccatorē. Sapien. 14. Odio sunt Deo impius & impietas eius. Sed Christi passio hoc remouet, qui Deo patri satisfecit pro peccato: pro quo ipse homo satisfacere nō poterat: cuius charitas fuit maior & obedientia quā peccatū primi hominis & præuaricatio. Rom. 5. Cùm inimici essemus Deo, reconciliati sumus Deo p mortē filij eius. Tertiò, incurrimus infirmitatē. Nam homo semel peccando credit postmodùm à peccato posse continere, Sed totum cōtrarium accidit: quia per primum peccatum debilitatur & fit pronior ad peccandum: & peccatum magis dominatur homini: & homo quantùm de se est, ponit se in tali statu, vt non surgat: sicut qui in puteum se proijcit: nisi ex diuina virtute. Vnde postquā homo peccauit, natura nostra fuit debilitata & corrupta: & tunc homo fuit pronior ad peccandum. Sed Christus hanc infirmitatem & debilitatem diminuit. Licèt nō totam deleuerit: tamen ita est homo ex Christi passione cōfortatus & peccatum debilitatum, quòd non tantū dominatur ei: & potest homo conari adiutus gratia Dei, quæ confertur in sacramentis, quæ ex Christi passione efficaciam habent: ita quòd potest resilire à peccatis. Apostolus Romanorū 6. Vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati. Nam ante passionē Christi pauci inuenti sunt sine peccato mortali viuentes: sed pòst sine peccato mortali multi vixerūt & viuunt. Quartò, incurrimus reatum pœnę. Hoc enim exigit iustitia Dei, vt quicúnque peccat puniatur. Pœna autem pensatur ex culpa. Vnde cùm culpa peccati mortalis sit infinita: vtpotè contra bonum infinitum, scilicet Deum, cuius præcepta peccator cōtemnit, pœna debita peccato mortali, est infinita. Sed Christus per suam passionem abstulit nobis pœnam hanc & sustinuit ipse. 1. Petri 2. Peccata nostra, id est, pœnā peccati, pertulit in corpore suo. Nam passio Christi fuit tantæ virtutis, quòd sufficit ad expiandum omnia peccata totius mundi: etiam si essent centum milia. Et inde est, quòd baptizati ab omnibus peccatis lauātur. Inde est etiam quòd sacerdos peccata dimittit. Inde est etiam, quòd quicunque magis passioni Christi se conformat maiorem consequitur veniam & plus meretur de gratia. Quintò, incurrimus exilium regni. Nam qui offendunt Reges, exulare coguntur à regno. Sic & homo propter peccatum expellitur de paradiso. Inde est quòd Adam statim post peccatum est eiectus de paradiso & clausa est ianua paradisi. Sed Christus sua passione ianuam illam aperuit. & ad regnū exules reuocauit. Aperto enim latere Christi, aperta est ianua paradisi: & fuso sanguine eius deleta est macula: placatus est Deus: ablata est debilitas, expiata est pœna: exules reuocantur ad regnum. Et inde est, quòd statim latroni dicitur. Hodie mecum eris in paradiso: hoc non est dictum olim. Non enim dictum fuit alicui, non Adæ, non Abrahæ: non Dauid: sed hodie, scilicet quando aperta est ianua: latro veniam petit & inuenit. Hebræ. 10. Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Sic ergo patet vtilitas ex parte remedij. Sed nō minor est vtilitas, quantùm ad exemplum. Nam sicut dicit beatus Augustinus passio Christi sufficit ad informādum totaliter vitam nostram. Quicúnque enim vult perfectè viuere, nihil aliud facit nisi quòd contemnat quæ Christus in cruce contempsit: & appetat quæ Christus appetijt. Nullum enim exemplum virtutis abest à cruce. Si enim quæras exemplum charitatis. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Ioan. 15. Et hoc in cruce fecit Christus. Et ideò si pro nobis animam suam dedit, non debet nobis esse graue, quæcúnque mala sustinere pro ipso. Psalm. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Si quæris exemplum patientiæ: excellentissima in cruce inuenitur. Patientia enim ex duobus magna ostenditur: aut cùm quis magna patienter suffert: aut cùm ea suffert quæ vitare posset & non vitat, Christus autem magna in cruce pertulit. Trenorum 1. O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Et patienter: quia cùm pateretur non comminabatur. 1. Petr. 2. Et Esa. 53. Sicut ouis ad occisionem ducetur. & quasi agnus coram tondente se, obmutescet. Item vitare potuit & non vitauit. Matthæi 26. An putas quia non possum rogare patrē meum & exhibebit mihi modò plusquàm duodecim legiones angelorum? Magna est ergo Christi patientia in cruce. Hebræorum 12. Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in auctorem fidei & consumatorem Iesum: qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta. Si quæris exemplum humilitatis, respice crucifixum. Nam Deus iudicari voluit sub pontio Pilato & mori. Iob. 36. Causa tua quasi impij iudicata est. Verè impij: quia morte turpissima condemnemus eum. Sapientiæ 2. Dominus pro seruo: & vita angelorum pro homine mori voluit. Philippen. 2. Factus est obediens vsq; ad mortem. Si quæris exemplum obedientiæ, sequere eum qui factus est obediens patri vsq; ad mortem. Romanorum 5. Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per vnius obedientiam iusti constituentur multi. Si quæris exemplum contemnendi terrena, sequere eum qui est Rex Regum, & dominus dominantium, in quo sunt thesauri sapientiæ: in cruce tamen nudatum: illusum: conspurcatum: cæsum, spinis coronatum: & felle & aceto potatum: & mortuum. Igitur non afficiaris ad vestes & ad diuitias: quia diuiserunt sibi vestimenta mea. Nō ad honores: quia ego ludibria & verbera expertus sum. Non ad dignitates: quia plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti meo. Nōlad delicias: quia in sitī mea potauerunt me aceto. Augustinus supra illud Hebræorum 12. qui proposito sibi gaudio, &c. dicit. Omnia bona terrena cōtempsit homo Christus Iesus, vt contemnenda monstraret.

DEscendit ad inferos. Sicut dictum est mors Christi fuit in separatione animæ à corpore, sicut & aliorum hominum: sed diuinitas ita insolubiliter iuncta fuit homini Christo, quòd licèt anima ita insolubiliter iuncta fuit homini Christo, quòd licèt anima & corpus separentur ab inuicem, ipsa tamen deitas perfectissima & corpus separentur ab inuicem, ipsa tamen deitas perfectissimè semper & animæ & corpori affuit. & ideò in sepulchro cum corpore fuit filius Dei: & ad inferos cum anima descendit. Sunt autem quatuor rationes quare Christus cum anima ad infernum descendit. Prima vt sustineret totam pœnam peccati: vt sic totam culpam expiaret. Pœna autem peccati hominis non solùm erat mors corporis: sed etiam erat pœna in anima: quia etiam peccatū erat quantùm ad animam: quia etiam ipsa anima puniebatur quantùm ad carentiam visionis diuinæ, pro qua abolenda nondùm satisfactum erat. Et ideò post mortem descendebant omnes etiam sancti patres ante Christi aduentum ad infernum. Vt ergo Christus sustineret totam pœnam peccatoribus debitam, voluit non solùm mori: sed etiam secundum animam ad infernum descendere. Vnde Psalm. Eximatus sum cum descendentibus in lacum. Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Alij enim erant ibi vt serui: sed Christus vt liber. Secunda ratio est, vt perfectè subueniret suis amicis omnibus. Habebat enim amicos suos non solùm in rou-

Universidad de Deusto
Biblioteca

do sed etiam in inferno. In hoc enim sunt aliqui amici Christi, inquantum habent charitatem. In inferno autem multi erant qui cum charitate & fide venturi decesserant. Sicut Abraham Isaac: Iacob: Moyses: Dauid: & alij iusti & perfecti viri. Et quia Christus suos visitauerat in mundo, & eis subuenerat per mortem suam, voluit etiam visitare suos qui erant in inferno, & subuenire eis descendendo ad eos. Ecclesiast. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes & illuminabo omnes sperantes in Domino. Tertia verò ratio est vt perfectè de diabolo triumpharet. Tunc enim perfectè triumphat aliquis de aliquo, quando non solùm vincit eum in campo, sed etiam intrat eum vsque in domum propriam, & aufert ei sedem regni & domum suã. Christus autem triumphauerat contra diabolum, & in cruce vicerat eum. Vnde ait. Ioan. 12. nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi, scilicet diabolus eijcietur foras. Et ideò vt perfectè triumpharet, voluit auferre sedem regni sui, & ligare eum in domo sua, quæ est infernus. Et ideò descendit illuc & diripuit omnia sua & ligauit eum, & abstulit ei prædam suam. Colossens. 2. Expolians principatus & potestates traduxit confidenter palàm triumphans in illos in semetipsos. Similiter etiam, quia potestatem & possessionem acceperat Christus cœli & terræ, voluit etiam possessionem accipere inferni: sic secundum Apostolum ad Philipp. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium terrestrium & infernorum. Marc. vltimo. In nomine meo dæmonia eijcient, &c. Quarta ratio & vltima est, vt liberaret sanctos qui erant in inferno. Christus enim sicut voluit pati mortem vt liberaret viuentes à morte, ita etiam voluit descendere ad infernum vt liberaret eos qui erant ibi. Zach. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Ose. 13. Ero mors tua ô mors, ero morsus tuus inferne. Licèt enim mortem totaliter destruxerit Christus, infernum tamen non omninò destruxit sed momordit, quia scilicet non omnes liberauit de inferno, sed illos tantùm qui erant sine peccato mortali. Et similiter sine peccato originali, à quo quantùm ad personam liberati erant per circuncisionem. Vel ante circuncisionem, qui saluati erãt in fide parentum fidelium, quantùm ad eos qui non habebant vsum rationis vel per sacrificia, & in fide Christi venturi, quãtùm ad adultos. Sed erant ibi propter peccatum originale Adæ à quo quantùm ad naturam non potuerunt liberari nisi per Christum. Et ideò dimisit illos qui descenderunt cũ peccato mortali & in circuncisos paruulos. Et idò dicit. Ero morsus tuus inferne. Sic ergo patet, quòd Christus descendit ad inferos. & propter quid. Ex ijs ad institutionẽ nostram possumus accipere quatuor. Primò spem firmam de Deo. Nam quantuncúque homo sit in afflictione, semper tamen debet sperare de Dei adiutorio & in eo confidere. Nihil enim ita graue inuenitur. sicut esse in inferno. Si ergo Christus illos qui erant in inferno liberauit, multum debet quilibet fidelis confidere: vt liberetur ab eo à quacúnque angustia. Sapient. 10. Hæc scilicet sapientia vendituin iustum non derelinquit descendítque cum illo in foueam. & in vinculis non dereliquit eum. Et quia speciliter Deus iuuat seruos suos, multum debet esse securus ille qui seruit Deo. Ecclesiast. 34. Qui timet Deum, nihil trepidabit, & nõ pauebit, quoniam ipse est spes eius. Secundò debemus cõcipere timorem & propellere præsumptionem. Nam licèt Christus passus sit pro peccatoribus, & ad infernum descenderit, non tamen liberauit omnes; sed illos tantùm qui sine peccato mortali erant: vt dictum est. Illos verò qui in mortali decesserant dimisit. Et ideò nullus qui cum peccato mortali illuc descendit speret veniam. Sed tantùm in inferno erit, quantùm sancti patres in paradiso, scilicet in æternum. Matth. 25. Ibunt ij in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Tertiò debemus habere solicitudinem. Nam Christus descendit ad inferos pro salute nostra, & nos frequenter debemus soliciti esse illuc descendere considerando, scilicet pœnas illas, sicut faciebat ille sanctus Ezechias, dicens Isai. 38. Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Nam qui ibi frequenter per cogitationem descendit in vita, non descendit de facili in mortem, quia huiusmodi consideratio retrahit à peccato. Videmus enim, quòd homines huius mundi, cauent sibi à maleficijs propter temporalem pœnam, quanto ergo magis debent sibi cauere propter pœnam inferni quæ maior est & quantùm ad diuturnitatem, & quantùm ad acerbitatem, & quantùm ad multiplicitatem. Ecclesiast. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Quartò prouenit nobis ex hoc exemplum dilectionis. Christus enim descendit ad inferos: vt liberaret suos, & ideò debemus illuc descendere: vt subueniamus nostris. Ipsi enim nihil possunt, & ideò debemus eis subuenire qui sunt in purgatorio. Nimis esset durus qui non subueniret charo suo, qui esset in carcere terreno. Multò ergo magis est durus, qui non subuenit amico qui est in purgatorio, cum nulla sit comparatio pœnarum mũdi ad illas. Iob 19. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. 2. Machab. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare: vt à peccatis soluantur. Subuenitur autem eis præcipuè per tria sicut dicit Augustinus scilicet per missas orationes & eleemosinas. Gregorius addit quartam scilicet ieiunium. Nec est mirum, quia etiam in mundo isto potest amicus satisfacere pro amico, intelligendum est tamen hoc de illis qui sunt in purgatorio.

TErtia die resurrexit à mortuis. Duo sunt homini necessaria ad cognoscendum, scilicet gloria Dei & pœna inferni. Nam per gloriam allecti & per pœnas territi, cauent sibi homines & retrahuntur à peccatis. Sed hæc sunt valdè difficilia homini ad cognoscendum. Vnde de gloria dicitur Sapient. 9. Quæ in cœlis sunt quis inuestigauit. Et hoc quidem difficile est terrenis: quia vt dicitur Ioan. 3. qui de terra est de terra loquitur. Sed non est difficile spiritualibus: quia qui de cœlo venit super omnes est: vt dicitur ibidem. Et ideò Deus de cœlo descendit, & incarnatus est: vt doceret nos cœlestia. Erat etiam difficile cognoscere pœnas inferni. Sapientiæ 2. Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Et hoc dicitur in persona impiorum. Et hoc non potest modo dici, quia sicut descendit de cœlo vt doceret cœlestia, ita resurrexit ab inferis vt nos de inferis edoceret. Et ideò necesse est: vt credamus, quòd non solùm homo factus est & mortuus, sed quòd resurrexit à mortuis. Et ideò dicitur. Tertia die resurrexit à mortuis. Inuenimus autem, quòd multi surrexerunt à mortuis, sicut Lazarus & filius viduæ & filia Archisinagogi. Sed resurrectio Christi differt à resurrectione istorum, & aliorum, in quatuor. Primò quantùm ad causam resurrectionis, quia alij qui surrexerunt, non surrexerunt sua virtute sed vel Christi, vel ad preces alicuius sancti. Christus verò resurrexit propria virtute, quia non solùm erat homo, sed etiam Deus, & diuinitas verbi nunquàm separata fuit, nec ab anima nec à corpore, & ideò corpus animam, & anima corpus cum voluit resumpsit. Ioannis decimo. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Et licèt mortuus fuerit, hoc non fuit ex infirmitate, nec ex necessitate sed virtute, quia spontè. Et hoc patet, quia cùm emisit spiritum, clamauit voce magna, quod alij morientes nequeunt, quia ex infirmitate moriuntur. Vnde Centurio dixit Matthæi 27. Verè filius Dei erat iste, & ideò sicut sua virtute posuit animam suam, ita sua virtute recepit eam. Et ideò dicitur, quia resurrexit & non, quòd fuerit suscitatus quasi ab alio. Psalm. Ego dormiui & soporatus sum, & exsurrexi. Nec est hoc contrarium ei, quod dicitur Actuum secundo. Hunc Iesum resuscitauit Deus. Nam & pater resuscitauit eum & filius, quia eadem est virtus patris & filij. Secundò differt quantùm ad vitam ad quam resurrexit, quia Christus ad vitam gloriosam, & incorruptibilem. Apostolus Romanorum sexto. Christus resurrexit à mortuis, per gloriam patris. Alij verò ad eandem vitam quam prius habuerant, sicut patet de Lazaro & de alijs. Tertiò differt quantùm ad fructum & efficaciam, quia virtute resurrectionis Christi resurgunt omnes. Matthæi vigesimoseptimo. Multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Apostolus primæ Corinthiorum decimoquinto. Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. Sed vide quòd Christus per passionem peruenit ad gloriam. Lucæ vigesimoquarto. Nonne sic oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam: vt doceat nos qualiter ad gloriam peruenire possimus. Actuum decimoquarto. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Quartò differt quantùm ad tempus: quia resurrectio aliorum differtur vsque ad finem mundi, nisi aliquibus ex priuilegio antè conceditur: vt beatæ virgini: & vt piè creditur, beato Ioanni Euangelistæ. Sed Christus resurrexit tertia die. Cuius ratio est, quia resurrectio & mors & natiuitas Christi fuit propter nostram salutem, & ideò tunc voluit resurgere, quando salus nostra perficeretur. Vnde si statim resurrexisset, non fuisset creditum, quòd fuisset mortuus. Item si multum distulisset, discipuli non remansissent in fide, & sic nulla vtilitas fuisset in passione sua. Psalmus. Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem. Et ideò die tertia resurrexit: vt credderetur mortuus, & vt discipuli fidem non amitterent. Possumus autem ex ijs quatuor ad nostram eruditionem accipere. Primò vt studeamus resurgere spiritualiter à morte animæ, quam incurrimus per peccatum, ad vitam iustitiæ quæ habetur per pœnitentiam. Apostolus Ephesiorum quinto. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Et hæc est resurrectio prima. Apocalypsis vigesimo. Beatus qui habet partem in resurrectione prima. Secundò quòd non differamus resurgere vsque ad mortem, sed citò, quia Christus resurrexit tertia die. Eccle. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum & ne differas de die in dié, &c. quia non poteris cogitare quę pertinẽt ad saluté infirmitate grauatus. Et quia etiam perdis partem omnium bonorũ quę fiunt in ecclesia: & multa mala incurris ex perseuerantia in peccato. Diabolus etiam quanto diutius possidet tantò difficilius dimittit, vt dicit Beda. Tertiò, vt resurgamus ad vitã incorruptibilem vt scilicet, nõ iterũ moriamur idest, in tali proposite, quòd vltra nõ peccemus. Ro. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam nõ moritur, &c. Et infrà. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato: viuentes autem Deo in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore: vt obediatis cõcupiscentijs eius. Sed neq; exhibeatis mẽbra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo tanquã ex mortuis viuentes. Quartò, vt resurgamus ad vitam nouã & gloriosam: vt scilicet, vitemus omnia quæ prius fuerant occasiones & causa mortis & peccati. Ro. 6. Quomodò Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et hæc noua vita est vita iustitiæ quæ innouat animam & perducit ad vitam gloriæ. Amen.

AScendit ad cœlos: sedet ad dexteram Deipatris omnipotentis. Post Christi resurrectionem oportet credere eius ascensionem qua in cœlum ascendit die quadragesima. Et ideò dicit. Ascẽdit, &c. Circa quod debes notare tria. Primò scilicet, quòd fuit sublimis: rationalis, & vtilis. Sublimis quidem fuit: quia ascendit ad cœlos. Et hoc tripliciter exponitur. Primò super omnes cœlos corporeos. Apostol. Ephe. 4. Ascendit super omnes cœlos. Et hoc primò incepit in Christo. Nam anteà corpus terrenũ non erat nisi in terra: intantùm vt etiam Adam fuerit in paradiso terrestri. Secũdò ascendit super omnes cœlos spirituales, scilicet naturas spirituales. Ephe. 1. Constituens Iesum ad dexteram suam in cœlestibus: super omnem principatum & potestatẽ & virtutem & donationẽ: & omne quod nominatur non solùm in hoc sæculo sed etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius. Tertiò ascendit vsq; ad sedem patris. Danielis. 7. Ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat: & vsq; ad antiquum dierum peruenit. Et Mar. vlti. Et dominus quidé Iesus postquã loquutus est eis assumptus est in cœlum: & sedet à dextris Dei. Nõ autem accipitur in Deo dextera corporaliter: sed methaphoricè: quia inquantùm Deus dicitur sedere ad dexterã patris id est, ad æqualitatem patris. Inquantùm homo sedet ad dexteram patris, idest, in potioribus bonis. Hoc autem affectauit diabolus. Isa. 14. In cœlum conscendam: super astra Dei exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti: in lateribus aquilonis. Ascẽdam super altitudinem nubiũ: similis ero altissimo. Sed non peruenit nisi Christus. Ideò dicitur ascẽdit in cœlum, sedet ad dexterã patris. Psal. Dixit dominus domino meo sede à dextris meis. Secũdò Christi ascẽsio fuit rationalis quia ad cœlos. Et hoc propter tria. Primò, quia cœlum debebatur Christo ex sua natura. Naturale enim est, vt vnumquodq; reuertatur vnde trahit originem. Principium autem originis Christi est à Deo: qui est super omnia. Ioã. 15. Exiui à patre & veni in mundum: iterum relinquo mundũ & vado ad patrem. Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. Et licet sancti in cœlum ascendant: non tamẽ sicut Christus: quia Christus sua virtute: sancti verò attracti à Christo. Cant. 1. Trahe me post te. Vel potest dici, quia nemo ascendit in cœlum nisi Christus: quia sancti non ascendunt nisi inquantùm sunt membra Christi: qui est caput ecclesiæ. Mat. 24. Vbicúnq; fuerit corpus illuc cõgregabuntur & aquilæ. Secũdò debebatur Christo cœlum ex sua victoria. Nam Christus est in mundum missus ad pugnã dum contra diabolum & vicit eum: & ideò meruit exaltari super omnia. Apoc. 3. Ego vici: & sedi cum patre meo in throno eius. Tertiò ex sua humilitate. Nulla enim humilitas est ita magna sicut humilitas Christi: qui cũ esset Deus voluit fieri homo, & cùm esset dominus voluit formam serui accipere, factus obediens vsq; ad mortem: vt dicitur Phil. 2. & descendit vsq; ad infernum: & ideò meruit exaltari vsque ad cœlum ad sedem Dei. Nam humilitas via est ad exaltationem Luc. 14. Qui se humiliat exaltabitur. Eph. 4. Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cœlos. Tertiò Christi ascensio fuit vtilis. Et hoc quantùm ad tria. Primò quantùm ad ductum. Nam ad hoc ascendit, vt nos duceret. Nos enim nesciebamus viam: sed ipse ostendit. Mich. 2. Ascendit iter pandẽs ante eos. Et vt nos securos redderet de possessione regni cœlestis Ioan. 14. Vado parare vobis locum. Secundò quantùm ad securitatem. Ad hoc enim ascendit, vt interpellaret pro nobis. Hebre. 7. Accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis. 1. Ioan. 2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Tertiò vt ad se corda nostra traheret Mat. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum: vt contemnamus temporalia. Apostolus Colo. 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite non quæ sunt super terram.

INde venturus iudicare viuos & mortuos. Ad officium regis & domini spectat iudicare. Prouer. 20. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. Quia ergo Christus ascendit in cœlum: & sedet ad dexteram Dei, sicut dominus omnium: manifestum est, quòd spectat ad eum, iudicium. Et ideò in regula catholicę fidei confitemur, quòd venturus est iudicare viuos & mortuos. Hoc etiam dixerunt angeli. Actu. primo. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodùm vidistis eum euntem in cœlum. Sunt autem tria consideranda de hoc iudicio. Primum est forma iudicij. Secundum est, quòd iudicium hoc est timendum. Tertium est qualiter præparemur ad hoc iudicium. Quò ad formam iudicij tria concurrunt, scilicet quis sit iudex: qui iudicandi: & de quibus sit. Christus autem est iudex. Actu. 10. Ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum: siue accipiamus per mortuos peccatores, & per viuos rectè viuentes: siue per viuos (ad literam) illos qui tunc viuent: & per mortuos omnes qui mortui sunt. Est autem iudex non solùm inquantùm Deus est sed etiam inquantùm homo. Et hoc propter tria. Primò, quia necessarium est, vt iudicandi iudicem videant. Diuinitas autem est ita delectabilis, quòd nullus potest sine gaudio eam videre: & ideò nullus damnatus poterit eam videre: quia tunc gauderet. Et ideò necesse est, vt appareat in forma hominis, vt ab omnibus videatur. Ioannis quinto. Potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Secundò, quia ipse meruit hoc officium secundum quod homo. Ipse enim secundum quod homo fuit iniustè iudicatus: & ex hoc Deus fecit eum iudicem totius mundi. Iob trigesimo sexto. Causa tua quasi impij iudicata est: causam iudiciúmque recipies. Tertiò, vt cesset desperatio ab hominibus si ab homine iudicantur. Si enim solus Deus iudicaret homines territi desperarent. Lucæ vigesimoprimo. Videbunt filium hominis venientem in nube. Iudicandi verò sunt omnes homines qui sunt: fuerunt: & erunt. Apostolus secundæ Corinthiorum quinto. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit: siue bonum siue malum. Est autem sicut dicit Gregorius, quadruplex differentia inter iudicandos. Aut enim iudicandi sunt boni: aut mali. Malorum autem quidam condemnabuntur sed non iudicabuntur: sicut infideles: quorum facta non discutientur: quia qui non credit iam iudicatus est: vt dicitur. Ioannis tertiò. Quidam verò condemnabuntur & iudicabuntur: sicut fideles qui decesserunt cum peccato mortali. Apostolus Romanorum sexto. Stipendia peccati mors. Non enim excludentur à iudicio propter fidem quam habuerunt. Bonorum etiam quidam saluabuntur & non iudicabuntur: pauperes scilicet, spiritu propter Deum: quinimmò alios iudicabunt Matthæi decimooctauo. Vos qui secuti estis me in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedibitis & vos super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus Israël. Quod quidem non solùm intelligitur de discipulis, sed etiam de omnibus pauperibus: aliàs Paulus qui plus alijs laborauit non esset de numero illorum. Et ideò intelligendum est etiam de omnibus sequentibus Apostolos: & de Apostolicis viris. Ideo Apostolus primo Corinthior. sexto. An nescitis quoniam angelos iudicabimus. Isa. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui: & principibus eius. Quidam autem saluabuntur & iudicabuntur scilicet, morientes in iustitia. Licet enim in iustitia decesserint, occupatione tamen temporalium in aliquo lapsi sunt: & ideò iudicabuntur sed saluabuntur. Iudicabuntur autem de omnibus factis bonis & malis. Ecclesiastes vndecimo. Ambula in vijs cordis tui: & scitò quòd pro omnibus his, adducet te, Deus in iudicium. Ecclesiastes duodecimo. Cuncta quæ fiunt adducet Deus iudicium pro omni errato: siue bonum siue malum sit. De verbis etiam otiosis. Matth. duodecimo. Omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines reddent rationem de eo in die iudicij. De cogitationibus. Sapientiæ primo. In cogitationibus impij interrogatio erit. Et sic patet forma iudicij. Est autem iudicium illud timendum propter quatuor. Primò propter iudicis sapientiam. Scit enim omnia & cogitationes & locutiones & operationes: quoniam omnia nuda & aperta sunt oculis eius: vt dicitur. Hebræorũ quarto. Prouerbiorum decimosexto. Omnes viæ hominum parent oculis eius. Ipse etiam scit verba nostra. Sapientiæ primo. Auris cœli audit omnia. Item cogitationes nostras. Hieremiæ decimosexto. Prauum est cor hominis & inscrutabile. Quis cognoscet illud: Ego dominus scrutans corda: & probans renes: qui do vnicuiq; iuxta viam suam: & iuxta fructum adinuentionum suarum. Ibi erunt testes infallibiles: scilicet propriè hominum conscientiæ. Apostolus Rom. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum: & inter se inuicem cogitationum accusantium: aut etiam defendentium in die cùm iudicabit Deus occulta hominum. Secundò propter iudicis potentiam: quia omnipotẽs est in se. Esa. 40. Ecce dominus Deus in fortitudine veniet. Item omnipotens est in alijs: quia omnis creatura erit cũ eo. Sapien. 5. Pu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Et ideò dicebat Iob 10. Cùm sit nemo qui de manu tua possit eruere. Psalm. Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum ades. Tertiò, propter operis inflexibilem iustitiam. Nunc enim est tempus misericordiæ: sed tempus futurum erit solùm tempus iustitiæ. Et ideò nunc est tempus nostrum: sed tunc erit solum tempus Dei. Psalm. Cùm accepero tempus: ego iustitias iudicabo. Prouerb. 6. zelus & furor viri non parcet in die vindictæ: nec acquiescet cuiúsquam precibus: nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Quartò, propter iudicis iram. Aliter enim apparebit iustis: quia dulcis & delectabilis. Esa. 33. Regem in decore videbunt. Aliter malis: quia iratus & crudelis: intantùm vt dicant montibus: cadite super nos: & abscondite nos ab ira agni: vt dicitur Apocalip. 6. Hæc autem ira non dicit in Deo commotionem animi: sed effectum iræ: pœnam scilicet peccatoribus inflictam. Contra hunc autē timorem debemus quatuor habere remedia. Primum est bona operatio. Apostolus Roma. 13. Vis non timere potestatem? Bonū fac: & habebis laudem ex illa. Secundum est confessio & pœnitentia de cōmissis. In qua tria debent esse. Sdolor in cogitatione: pudor in confessione, & acerbitas in satisfactione: quæ quidem expiant pœnam æternam. Tertium, est eleemosina, quæ omnia mundat. Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Quartum est charitas. Samor Dei & proximi: quę quidem charitas operit multitudinem peccatorum: vt dicitur 1. Petr. 4. & Prouerb. 10.

CRedo in spiritumsanctum. Sicut dictum est, verbum Dei est filius Dei, sicut verbum hominis est conceptio intellectus. Sed quandóque homo habet verbum mortuum, scilicet quando homo cogitat quæ debet facere: sed tamen voluntas faciendi non adest ei: sicut quando homo credit & non operatur, fides eius dicitur mortua, vt dicitur Iaco. 2. Verbum autem Dei est viuum. Hebr. 4. Viuus est sermo Dei. Et ideò necesse est, q9 Deus habeat secum voluntatē & amorem. Vnde Augustinus in libro de Trinitate. Verbum quod insinuare intendimus cum amore notitia est. Sicut autem verbum Dei est filius Dei, ita amor Dei est spiritussanctus. Et inde est, quòd tunc homo habet spiritumsanctum, quando diligit Deum. Apostolus Roman. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis. Fuerunt autem aliqui qui malè sentientes de spiritusancto dixerunt, quòd erat creatura & quòd erat minor patre & filio: & quòd erat seruus & minister Dei. Et ideò sancti ad remouendum hos errores addiderunt quinque verba in alio Symbolo de spiritusancto. Primum est, quòd licèt sint alij spiritus. scilicet angeli, sunt tamen ministri Dei, secūdumillud Apostoli. Hebr. 1. Omnes sunt administratorij spiritus. Sed spiritussanctus dominus est. Ioan. 4. Spiritus est Deus. Et Apostolus 2. Corinth. 3. Dominus autem spiritus est. Et inde est, quòd vbi est spiritus domini, ibi est libertas. vt dicitur 2. Corinth 3: Cuius ratio est, quia facit diligere Deum: & aufert amorem mundi. Et ideò dicitur, in spiritumsanctum dominum. Secundum est: quia in hoc est vita animæ, quòd coniungit Deo, cùm ipse Deus sit vita animæ, sicut anima vita corporis. Deo autem coniungit spiritussanctus per amorem: quia ipse est amor Dei, & ideò viuificat. Ioan. 6. Spiritus est qui viuificat. Vnde dicitur & viuificātem. Tertium est, quòd spiritussanctus est eiusdem substantiæ cum patre & filio, quia sicut filius est verbum patris, ita spiritussanctus est amor patris & filij, & ideò procedit ab vtroque. Et sicut verbum Dei est eiusdem substantiæ cum patre, ita & amor cum patre & filio. Et ideò dicitur. Qui ex patre filióque procedit. Vnde & de hoc patet, quòd non est creatura. Quartum est quòd est æqualis patri & filio, quantùm ad cultum. Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Matt. vlti. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti. Et ideò dicitur. Qui cum patre & filio simul adoratur. Quintum, per quod manifestatur, quòd sit æqualis Deo est, quia sancti Prophetæ locuti sunt à Deo. Constat autem, quòd si spiritus non esset, Deus non diceretur, quòd Prophetæ fuerint locuti ab eo. Sed Pet. dicit 2. Pet. primo. Quod spiritusancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Isa. 48. Dominus Deus misit me, & spiritus eius. Vnde hic dicitur. Qui locutus est per Prophetas, Per hoc autem destruuntur duo errores, error scilicet Manichæorum, qui dixerunt, quòd vetus testamentum non erat à Deo. Quod falsum est: quia per Prophetas locutus est spiritussanctus. Item error Prisillæ & Montani, qui dixerunt, quòd Prophetæ non sunt locuti à spiritussancto, sed quasi amentes. Prouenit autem in nobis multiplex fructus à spiritussancto. Primò quia purgat à peccatis. Cuius ratio est, quia eiusdem est reficere, cuius est constituere. Anima autem creatur per spiritumsanctum: quia omnia per ipsum facit Deus. Deus enim diligendo suam bonitatem causat omnia. Sapien. 11. Diligis omnia quæ sunt, &c. Dionys. in quarto capitulo de diuinis nominibus. Diuinus amor non permittit eum sine germine esse. Oportet ergo, quòd cor da hominum per peccatum destructa reficiantur à spiritussancto. Psalm. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Nec mirum si spiritus purgat, quia omnia peccata dimittuntur per amorem. Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Prouerbiorum 10. Vniuersa delicta operit charitas. Item 1. Petr. 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Secundò illuminat intellectum, quia omnia quæ scimus à spiritussancto docemur. Ioan. 14. Paracletus autem spiritussanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunquè dixero vobis. Item 1. Ioan. 2. Vnctio docebit de omnibus. Tertiò iuuat & quodammodò cogit seruare mandata. Nullus enim posset seruare mādata Dei, nisi amaret Deum. Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Spiritus autem sanctus facit amare Deum, ideò iuuat. Ezech. 36. Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio vestri. Et faciam vt in præceptis meis ambuletis & iustitia mea custodiatis & operemini. Quartò confirmat spem vitæ æternæ, quia est sicut pignus hæreditatis illius. Apostol. Ephesior. 1. Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Est enim quasi arra vitæ æternæ. Cuius ratio est, quia ex hoc debetur vita æterna homini, inquantùm efficitur filius Dei, & hoc fit per hoc, quòd fit similis Christo. Assimilatur autē aliquis Christo per hoc, quòd habet spiritum Christi qui est Spiritussanctus. Apostolus. Roma. 8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Et Galat. 4. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda nostra: clamantem abba pater. Quintò consulit in dubijs. & docet nos quæ sit voluntas Dei. Apoca. 2. Qui habet aures audiendi audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Isai. 50. Audiam quasi magistrum.

SAnctam ecclesiam catholicam. Sicut videmus, quòd in vno homine est vna anima & vnum corpus. & tamen sunt diuersa membra ipsius, ita ecclesia catholica est vnum corpus & habet diuersa membra. Anima autem quæ hoc corpus viuificat est spiritussanctus. Et ideò post fidem de spiritussancto iubemur credere sanctam ecclesiam catholicam. Vnde additur in Symbolo. Sanctam ecclesiam catholicam. Circa quòd sciendum est, quòd ecclesia est tantùm quòd congregatio. Vnde ecclesia sancta idem est, quod congregatio fidelium & quilibet Christianus est sicut membrum ipsius sanctæ: de qua dicitur ecclesiastici vltimo. Appropiate ad me indoctum & congregate vos in domum disciplinæ. Hæc autem ecclesia sancta habet quatuor conditiones: quia est vna: quia est sancta: quia catholica & quia est vniuersalis: & quia est fortis & firma. Quantùm ad primum sciēdum est, quòd licet diuersi hæretici diuersas sectas inuenerint, non tamen pertinent ad ecclesiam: quia sunt diuisæ partes, sed ecclesia est vna. Cant. 6. Vna est columba mea: perfecta mea. Causatur autem vnitas ecclesiæ ex tribus. Primò ex vnitate dei. Omnes enim Christiani qui sunt de corpore ecclesiæ idem credunt. 1. Corint. 1. Idipsum dicatis omnes: & non sint in vobis scismata. Et Ephe. 4. Vnus Deus, vna fides: vnum baptisma. Secundò ex vnitate spei: quia omnes firmati sunt in vna spe peruenienēdi ad vnam æternam. Et ideò dicit Apostolus. Ephe. 4. Vnum corpus & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Tertiò ex vnitate charitatis: quia omnes connectuntur in amore Dei: & inuicem in amore mutuo. Ioan. 17. Claritatem quam dedisti mihi dedi eis vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Manifestatur autem huiusmodi amor si verus est, quando membra pro seinuicem sunt solicita: & quando inuicem compatiuntur. Ephe. 4. In charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus: ex quo totum corpus connexum & compactum per omnem iunctūram ministrationis: secundum operationem in mensuram vnius cuiusque membri, augmentū corporis facit: in ædificationem sui in charitate: quia quilibet de gratia sibi collata à Deo debet proximo seruire. Vnde nullus debet contemnere: nec pati ab ista ecclesia abijci & expelli: quia non est nisi vna ecclesia in qua homines saluentur. Sicut extra arcam Noë nullus saluari potuit. Circa secundum sciendum quòd est etiam alia congregatio, sed malignantium. Psalm. Odiui ecclesiam malignantium, &c. sed hæc est mala. Ecclesia vero Christi est sancta. Apostolus. 1. Corin. 3. Templum Dei sanctum est quod estis vos. Vnde dicitur sanctam ecclesiam. Sanctificantur autem fideles huius congregationis ex tribus. Primò enim: quia ecclesia cùm consecratur materialiter lauatur: ita & fideles lauantur sanguine Christi. Apoca. 1. Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Hebr. 13. Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum. Secundò ex inunctione: quia sicut ecclesia inungitur, sic & fideles spirituali inunctione vngūntur & sanctificentur: aliàs non essent Christiani. Christus enim idem

quod vnctus. Hæc autem vnctio est gratia spiritussancti. 2. Corin. 1. Qui vnxit nos Deus. Apostolus. 1. Corin. 6. Sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi. Tertiò, ex inhabitatione trinitatis. Nam vbicúnq; Deus inhabitat locus ille sanctus est. Vnde Gene. 28. Verè locus iste sanctus est. Et Psal. Domum tuam decet sanctitudo domine. Quartò propter inuocationem Dei. Iere. 4 Tu autem in nobis es domine & nomen tuum inuocatum est super nos. Cauendum est ergo ne post talem sanctificationem polluamus animam nostram, quæ templum Dei est, per peccatum. Apostolus. 1. Cor. 3. S: quis templum Dei violauerit disperdet illum Deus. Circa tertium sciendum est, quòd ecclesia est catholica, idest, vniuersalis primò quantùm ad locum: quia est per totum mundum contra Donatistas: Roma. 1. Fides vestra annunciatur in vniuerso mūdo. Marc. vlt. Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Vnde antiquitus Deus erat notus tantùm in Iudæa: nunc autem per totum mundum. Habet autem hæc ecclesia tres partes. Vna est in terra: alia est in cœlo: tertia est in purgatorio. Secūdo est vniuersalis quantùm ad conditionem hominum: quia nullus abijcitur: nec dominus: nec seruus: nec masculus: nec fœmina. Gal. 3. Non est masculus neque fœmina. Tertiò est vniuersalis quantùm ad tempus. Nam aliqui dixerunt, quòd ecclesia debet durare vsq; ad certū tempus. Sed hoc est falsum: quia hæc ecclesia incepit à tēpore Abel, & durabit vsq; ad finem sæculi. Matth. vlt. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consumationem sæculi: sed post consumationem sæculi remanebit in cœlo. Circa quartum sciendū est, quòd ecclesia Dei est firma. Domus autem dicitur firma, primò si habet bona fundamenta. Fundamentum autem ecclesiæ principale est Christus. Apostolus. 1. Corin. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est: quod est Christus Iesus. Secundarium verò fundamentum sunt Apostoli & eorum doctrina. & ideò firma est. Vnde in Apocal. dicitur, quòd ciuitas habebat. 12. fundamenta & erant ibi scripta nomina. 12. Apostolorum. Apoc. 21. Et inde est, quòd dicitur ecclesia Apostolica. Et inde etiam est, quòd ad significandum firmitatem huius ecclesiæ beatus Petrus dictus est vertex. Secundò apparet firmitas domus si conquassata non potest destrui. Ecclesia autem nunquàm potuit destrui. Nec à persecutoribus imò persecutionibus durantibus magis creuit: & qui eam persequebantur: & quos ipsa persequebatur deficiebant. Matth. 21. Qui ceciderit super lapidem istum confringetur. Super quem verò ceciderit, conteret eum. Nec ab erroribus: imò quantò magis errores superuenerunt: tantò magis veritas manifestata est. 2. Thim. 3. Homines mente corrupti reprobi circa fidem: sed vltrà non proficient, &c. Nec à tentationibus dæmonum. Ecclesia enim est sicut turris ad quā fugit quicúq; pugnat contra diabolum. Prouerb. 16. Turris fortissima nomē domini. Et ideo diabolus principaliter conatur ad destructionem eius, sed nō prævalet: quia dominus dixit. Matth. 16. Et portæ inferi non prævalebūt aduersus eam. Quasi dicat. Bellabunt aduersum te: sed non prævalebunt. Sit inde est, quòd sola ecclesia Petri in cuius partem venit tota Italia, dum discipuli mitterentur ad prædicandum semper fuit firma in fide. Et cùm in alijs partibus vel nulla fides sit, vel sit commixta multis erroribus, ecclesia tamen Petri & fide viget: & ab erroribus munda est. Nec mirum: quia dominus dixit Petro. Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.

SAnctorū cōmunionē. Sicut in corpore naturali operatio vnius membri cedit in bonum totius corporis: ita in corpore spirituali. Secclesia. Et quia omnes fideles sunt vnum corpus, bonum vnius alteri communicatur. Apostolus. Ro. 12. Singula autem alter alterius membra. Vnde & inter alia credenda quæ tradiderunt Apostoli est, q9 cōmunio bonorū sit in ecclesia. Et hoc est quod dicitur. Sanctorum communionē. Inter alia verò membra ecclesiæ principale membrum est Christus: quia est caput. Ephe. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Bonum ergo Christi cōmunicatur omnibus Christianis: sicut virtus capitis omnibus mēbris. Et hæc cōmunicatio fit per sacramenta ecclesiæ in quibus operatur virtus passionis Christi. quæ operatur ad conferendam gratiā in remissionem peccatorum. Huiusmodi autē sacramenta ecclesiæ sunt septem. Primum est baptismus qui est regeneratio quædam spiritualis. Sicut enim vita carnalis non potest haberi nisi homo carnaliter nascatur, ita vita spiritualis vel gratiæ nō potest haberi nisi homo renascatur spiritualiter. Hæc autem generatio fit per baptismum. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. Et est sciendum, quòd sicut homo non nascitur nisi semel, sic & semel tantùm baptizatur. Vnde & sancti addiderunt: Confiteor vnum baptisma. Virtus autem baptismi est, quòd purgat ab omnibus peccatis: & quantùm ad culpam & quātum ad pœnam: & inde est, quòd nulla pœnitentia imponitur baptizatis, quātunc̄unq; fuerint peccatores. Et si statim moriantur post baptismū, immediatè euolant in vitam æternam. Iade est etiā, quòd licet soli sacerdotes ex officio baptizent, ex necessitate tamen cuilibet licet baptizare: seruata tamen forma baptismi quæ est. Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritussancti. Sumit autē hoc sacramentum virtutem a passione Christi. Roma. 6. Quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et inde est, quòd sicut Christus fuit tribus diebus in sepulchro, palchro, ita sit trina immersio in aqua. Secūdum sacramentū est cōfirmatio. Sicut enim in illis qui corporaliter nascuntur necessariæ sunt vires ad operandum, ita spiritualiter renatis necessarium est robur spiritussancti. Vnde & Apostoli ad hoc, quòd essent fortes receperunt spiritumsanctum post ascensionem Christi. Luc. 24. Vos autē sedete in ciuitate: quousq; induamini virtute ex alto. Hoc autē robur confertur in sacramento confirmationis. Et ideò illi qui habent curam puerorum debent multū esse solliciti, quòd confirmentur: quia in confirmatione cōfertur magna gratia. Et si decedat: maiorem habet gloriam confirmatus, quā non confirmatus: quia hic habuit plus de gratia. Tertium sacramentum est eucharistia. Sicut enim in vita corporali postquā homo natus est & vires sumpsit, necessarius est ei cibus vt conseruetur & sustentetur, ita in vita spirituali post habitum robur necessarius est ei cibus spiritualis qui est corpus Christi. Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis. Et ideò secundum ordinationem ecclesiæ quilibet Christianus semel in anno debet recipere corpus Christi: dignè tamen & mundè. quia vt dicitur 1. Cor. 11. qui manducat & bibit indignè scilicet, cum conscientia peccati mortalis de quo non est confessus: vel nō proponit abstinere, iudicium sibi manducat & bibit. Quartum sacramentum est pœnitentia. Contingit enim in vita corporali, quòd quandóq, quis infirmatur & nisi habeat medicinam moritur, & ita in vita spirituali quis infirmatur per peccatum. Vnde necessaria est medicina ad recuperandam sanitatem. Et hæc est gratia quæ confertur in pœnitentiæ sacramento. Psalm. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. In pœnitentia autem tria debent esse. Contritio: quæ est dolor de peccato cum proposito abstinendi. Confessio peccatorum cum integritate. Et satisfactio quę est per bona opera. Quintū sacramentū est extrema vnctio. In hac enim vita sunt multa quæ impediunt, propter quæ homo non potest perfectè consequi purgationem à peccatis. Et quia nullus potest intrare vitam æternam nisi sit bene purgatus, necessarium fuit aliud sacramentum quo homo purgaretur à peccatis, & liberaretur ab infirmitate: & præpararetur ad introitum regni cœlestis. Et hoc est sacramentum extremæ vnctionis. Sed quòd non semper curet corporaliter hoc est: quia fortè viuere non expedit saluti animæ. Iac. 5. Infirmatur quis in vobis inducat præsbyteros ecclesiæ: & orent super eum: vngentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum: & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit remittentur ei. Sic ergo patet, quòd per quinque sacramenta quæ prædicta sunt. habetur perfectio vitæ. Sed quia necessarium est quòd huiusmodi sacramenta conferantur per determinatos ministros, ideò fuit necessarium sacramentum ordinis: cuius ministerio huiusmodi sacramenta dispensarentur. Nec est attendenda ad hoc eorum vita, si aliquando ad mala declinant, sed virtus Christi, per quam ipsa sacramenta efficaciam habent: quorum ipsi dispensatores sunt. Apostolus. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi: & dispensatores mysteriorum Dei: & hoc est sextum sacramentum scilicet, ordinis. Septimum sacramentum est matrimonium, in quo si mundè viuunt homines, saluantur: & possunt sine peccato mortali viuere. Et interdum declinant coniugati ad venialia: quando eorum concupiscentia non fertur extra bona matrimonij. Et si efferatur extrà, tunc declinant ad mortale. Per hæc autem septem sacramenta consequimur peccatorum remissionem. Et ideò hic statim subditur. Remisionem peccatorum. Per hoc etiam datum est Apostolis dimittere peccata. Et ideò credendum est, quòd ministri ecclesiæ ad quos deriuata est huiusmodi potestas ab Apostolis: & ad Apostolos à Christo, in ecclesia habeant potestatem ligandi atque soluendi: & quòd in ecclesia sit plena potestas dimittendi peccata sed gradatim scilicet, à Papa in alios prælatos. Sciendum est etiam, quòd non solùm virtus passionis Christi communicatur nobis: sed etiam meritum vitæ Christi: & quicquid boni fecerunt omnes sancti, communicatur in charitate existentibus: quia omnes vnum sunt. Psalm. Particeps ego sum omnium timentium te. Et inde est, quòd qui in charitate viuit particeps est omnis boni, quod fit in toto mundo. Sed tamen specialius illi pro quibus specialius fit aliquod bonum. Nam vnus potest satisfacere pro alio, sicut patet in beneficijs: ad quæ plures congregationes admittunt aliquos. Sic ergo per hanc communionem consequimur duo: vnum scilicet, quòd meritum Christi communicatur omnibus: aliud, quòd bonum vnius communicatur alteri: vnde excōmunicati per hoc, quòd sunt extra ecclesiam

Universidad de Deusto Biblioteca

Perdunt partem omnium bonorum quæ fiunt:quod eſt maius damnum,quàm damnum alicuius rei temporalis. Eſt etiam aliud periculum:quia conſtat,ꝙ per huiuſmodi ſuffragia impeditur diabolus, ne poſsit nos tentare. Vnde quando quis excluditur ab huiuſmodi ſuffragijs, diabolus faciliùs vincit eum. Et inde eſt, ꝙ in primitiua eccleſia, cùm aliquis excommunicabatur, ſtatim diabolus vexabat eum corporaliter.

CArnis reſurrectionem. Spirituſſanctus non ſolùm ſanctificat eccleſiam quantùm ad animam:ſed virtute eius reſurgent corpora noſtra.Rom.4.Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum dominum noſtrum à mortuis.Et 1.Corinth.15.Quoniam quidem per hominem mors:& per hominem reſurrectio mortuorum. Et ideò credimus ſecundum fidem noſtram, reſurrectionem mortuorum futuram. Circa quam quatuor conſideranda occurrunt. Primum eſt,vtilitas quæ ex fide reſurrectionis prouenit.Secūdum eſt qualitas reſurgentium:quantùm ad omnes in generali. Tertium,quātùm ad bonos. Quartum,quantùm ad malos in ſpeciali.Circa primum ſciendum, quòd ad quatuor eſt nobis vtilis fides & ſpes reſurrectionis.Primò, ad tollendum triſtitias quas ex mortuis cōcipimus. Impoſsibile eſt enim,quòd homo non doleat de morte chari ſui.Sed per hoc quòd ſperat eum reſurrecturum,multū temperatur dolor mortis.1.Theſſalonicen.4.Nolumusvos ignorare fratres de dormientibus,vt non contriſtemini ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Secundò aufert timorem mortis.Nam ſi homo poſt mortem non ſperaret aliam vitam meliorem,ſine dubio mors eſſet valde timenda: & potiùs deberet homo quæcunque mala facere,quàm incurrere mortē.Sed quia credimus eſſe aliam vitam meliorem, ad quam perueniemus poſt mortem,cōſtat quòd nullus debet mortem timere: nec timor mortis aliqua mala facere.Hebræ.2.Vt per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium,id eſt, diabolum : & liberaret eos,qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant ſeruituti.Tertiò reddit ſollicitos &ſtudioſos ad bene operandum.Si enim vita hominis eſſet tantùm iſta in qua viuimus, non ineſſet hominibus magnum ſtudium ad bene operandum: quia quicquid faceret, paruum eſſet: cùm eis deſiderium non ſit ſit ad bonum determinatum ſecundum certum tempus, ſed ad æternitatem. Sed quia credimus quod per hæc quæ hic facimus,recipiemus bona æterna in reſurrectiōe, ideò ſtudemus bona operari.1.Corinth.5. Si in hac vita tantùm in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Quartò, retrahit à malo. Sicut enim ſpes premij allicit ad bonum operandum,ita timor pœnæ quàm credimus malis reſeruari, retrahit à malo.Ioan.6.Et procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem iudicij.Circa ſecundum ſciendum eſt, quòd quantùm ad omnes quadruplex conditio attendi poteſt in reſurrectione. Prima eſt ad identitatem corporum reſurgentium : quia idem corpus quod nunc eſt:& quantùm ad carnem & quantùm ad oſſa reſurget : licèt aliqui dixerint,quòd hoc corpus quod nunc corrumpitur, non reſurget.Quod eſt contra Apoſtolum.Ait enim.1.Corinth.15. Oportet corruptibile hoc,induere incorruptionem:& quia ſacra ſcriptura dicit,ꝙ virtute Dei,idem corpus ad vitam reſurget.Iob. 19. Rurſum circundabor pelle mea & in carne mea videbo Deum. Secūda conditio erit quantùm ad qualitatē, quia corpora reſurgētia erunt alterius qualitatis quàm nunc ſint : quia & quantùm ad beatos & quantùm ad malos corpora erūt incorruptibilia:quia boni erunt ſemper in gloria:& mali ſemper in pœna eorum.1.Cor.15.Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem:& mortale hoc induere immortalitatē.Et quia corpus erit incorruptibile & īmortale,non erit vſus ciborū & venereorū Matt.22.In reſurrectione neq; nubēt, neq; nubentur:ſed erunt ſicut angeli Dei in cœlo.Et hoc eſt cōtra Iudæos & Sarracenos.Iob.7.Non reuertetur vltra in domum ſuam. Tertia conditio quantùm ad integritatem: quia omnes & boni & mali reſurgent cum omni integritate quæ ad perfectionem hominis pertinet.Non enim erit ibi cæcus vel claudus:nec aliquis defectus.Apoſtolus.1.Cor.15.Mortui reſurgent incorrupti,ideſt impaſſibiles quātùm ad corruptiones præſentes Quarta conditio eſt quātùm ad ætatē:quia omnes reſurgent in ætate perfecta ideſt,triginta trium duorum annorū.Cuius ratio eſt:quia qui nondum peruenerunt ad hoc non habēt ætatem perfectam:& ſenes hanc iam amiſerunt:& ideò in iuuenibus & pueris addetur quod deeſt:ſenibus verò reſtituetur.Eph.4.Donec occuramus omnes in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.Circa tertium ſciendum eſt,ꝙ quantùm ad bonos erit ſpecialis gloria:quia ſancti habebunt corpora glorificata:in quibus erit quadruplex conditio.Prima eſt claritas.Mat.14.fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum.Secunda eſt impaſſibilitas.1.Cor.15. Seminatur in ignobilitate,ſurget in gloria.Apoca.21.Abſterget Deus omnē lachrimā ab oculis eorū: & mors vltrà nō erit neq; luctus:neq; clamor:neq; erūt vltrà,quæ prima abierunt. Tertia eſt agilitas.Sap.3. Fulgebunt iuſti:& ſicut ſcintillæ in arundineto diſcurrent.Quarta eſt ſubtilitas.1 Corin.15. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Non quòd omnino ſit ſpiritus:ſed quia erit totaliter ſpiritui ſubiectum. Circa quartum ſciendum quia damnatorum conditio contraria erit conditioni beatorum:quia erit in eis pœna æterna in qua eſt quadruplex mala conditio.Nam corpora eorum erunt obſcura.Iſa.13. Facies combuſtæ:vultus eorum.Item paſsibilia licèt nunquā corrumpantur:quia ſemper in igne ardebunt:& nunquā conſummabuntur.Eſa.66.Vermis eorum non morietur:& ignis eorum non extinguetur.Item erunt grauia.Anima enim erit ibi quaſi cathenata. Pſal.Ad alligandos reges eorum in compedibus.Item erunt quodāmodò carnalia & anima & corpus.Ioel.1.Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.

VItam æternam amen.Conuenienter in fine omnium deſideriorum noſtrorum:ſcilicet in vita æterna finis datur credendis in Symbolo cùm dicitur.Vitam æternā amen.Cōtra quod dicunt illi, qui ponūt animam interire cū corpore.Si enim hoc eſſet verū,homo eſſet eiuſdē conditionis cū brutis.Et iſtis conuenit illud.Pſalm. Homo cū in honore eſſet nō intellexit cōparatus eſt iumentis inſipientibus:& ſimilis factus eſt illis.Anima enim humana aſsimilatur Deo in immortalitate:ex parte autem ſenſualitatis aſsimilatur beſtijs.Cū ergo credit quis,ꝙ anima moriatur cū corpore : recedit à Dei ſimilitudine & beſtijs comparatur.Cōtra quos dicitur Sap.2. Neq; mercedē ſperauerūt iuſtitiæ:nec iudicauerūt honorē animarū ſanctarū:quoniā De' creauit hominē inexterminabilē:& ad imaginē ſimilitudinis ſuæ fecit illū.Eſt autē primò cōſiderādū ī hoc articulo quæ vita ſit vita æterna.Circa quod ſciēdū: ꝙ in vita æterna primum eſt ꝙ homo coniungitur Deo.Nam ipſe Deus eſt præmium & finis omnium laborum noſtrorū.Gen̄.15. Ego protector tuus & merces tua magna nimis.Conſiſtit autem hæc coniunctio in perfecta viſione.1.Corinth.13.Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.Item conſiſtit in ſumma laude.Augu. in 22.de Ciuit.Dei.Videmus amabimus & laudabimus.Iſa.lib.Gaudium & lætitia inuenietur in ea,gratiarum actio & vox laudis.Item in,perfecta ſacietate deſiderij. Nā ibi habebit quilibet beatus vltra deſiderata & ſperata. Cuius ratio eſt,quia nullus poteſt in vita iſta implere deſiderium ſuum,nec vnquàm aliquod creatum ſatiat deſiderium hominis.Deus enim ſolus ſatiat & infinitū excedit. Et inde eſt,quòd non quieſcit niſi in Deo.Aug.in primo confeſsionum.Feciſti nos domine ad te,& inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te.Et quia ſancti in patria perfectè habebunt Deum,manifeſtum eſt, ꝙ ſatiabitur deſiderium eorum, & adhuc gloria excedet. Et ideò dicit Dominus. Matth.25. Intra in gaudium domini tui. Auguſti. Totum gaudium non intrabit in gaudentes,ſed toti gaudentes intrabunt in gaudium.Pſalm.Satiabor cùm apparuerit gloria tua.Et iterum Qui replet in bonis deſiderium tuum,&c. Quicquid enim delectabile eſt, totum eſt ibi ſuperabundanter. Si enim appetantur delectationes, ibi erit ſumma & perfectiſsima delectatio,quia de ſummo bono,ſcilicet Deo.Iob 22. Tunc ſuper omnipotentem delicijs afflues.Palm. Delectationes in dextera tua vſque in finem.Item ſi appetuntur honores ibi erit omnis honor. Homines præcipuè deſiderant eſſe Reges,quātùm ad laicos,& Epiſcopi quantùm ad clericos,& vtrūque erit ibi.Apoca.5.Feciſti nos Deo noſtro regnū & ſacerdotes.Sap.5.Ecce quomodò cōputati ſunt inter filios Dei Item ſi ſcientia appetitur ibi erit perfectiſsima: quia omnes naturas rerum & omnem veritatem , & quicquid volemus ſciemus & quicquid volemus habere habebimus ibi cum ipſa vita æterna. Sap.7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.Prouerbior.10. Deſiderium ſuū iuſtis dabitur. Tertiò cōſiſtit in perfecta ſecuritate. Nam in mundo iſto non eſt perfecta ſecuritas, quia quanto quis habet plura & magis eminet:tanto plura timet & pluribus indiget. Sed in vita æterna nulla eſt triſtitia,nullus labor,nullus timor. Prouerbio.1.Abundantia perfruetur malorum timore ſublato. Quartò conſiſtit in omnium beatorum iocunda ſocietate, quæ ſocietas erit maximè delectabilis,quia quilibet habebit omnia bona cū omnibus beatis.Nam quilibet diliget alium ſicut ſeipſum & ideò gaudebit de bono alterius,ſicut de ſuo. Quomodò fit vt tantùm augeatur lætitia & gaudium vnius quantùm eſt gaudium omnium.Pſal.Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. Hæc autem quæ dicta ſunt & multa ineffabilia habebunt ſancti qui erunt in patria.Mali verò qui erunt in morte æterna,non minus habebūt de dolore & pœna,quàm boni de gaudio & gloria. Exaggeratur autem pœna eorum,primò ex ſeparatiōe Dei & omnium bonorum,& hæc eſt pœna dāni,quæ reſpondet auerſioni,quæ pœna maior eſt,quā pœna ſenſus.Mat.25. Inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores. In vita enim illa mali habēt tenebras interiores.ſ.peccati,ſed tūc habebunt etiā exteriores.Secūdò ex remorſu cōſciētiæ.Pſal.Arguā te & ſtatuā contra faciē tuā.Sap.5 Præ anguſtia ſpiritus gemētes.Et tū hæc pœnitētia & gemit' erit īutilis,qa nō ꝓpter odiū mali,ſed ꝓpter dolorē pœnæ. Tertiò ex immēſitate pœnæ ſenſibilis,ſcilicet ignis inferni,qui animam & corpus cruciabit:quæ eſt accerbiſsima pœnarū:ſicut dicunt ſancti:& erunt ſicut ſemper morientes & nunquā mortui nec morituri.

Vnde dicitur mors æterna:quia ſicut moriens eſt in accerbitate pœnarum,ſic & illi qui ſunt in inferno.Pſal.Sicut oues in inferno poſiti ſunt:mors depaſcet eos. Quartò ex deſperatione ſalutis. Nā ſi eis daretur ſpes liberationis à pœnis eorum pœna mittigaretur.Sed cùm ſubtrahitur eis omnis ſpes,pœna efficitur grauiſsima. Eſa.66:Vermis eorū nō morietur:& ignis eorū nō extinguetur.Sic ergo patet differentia inter bene operari & malè:quia bona opera ducunt ad vitam:mala autem trahunt ad mortem & propter hæc homines deberent frequenter reducere hæc ad memoriam:quia ex hoc prouocarentur ad bonum:& retraherentur à malo. Vnde & ſignanter in fine omnium ponitur vitam æternam:vt ſemper magis memoriæ imprimatur. Ad quam vitam nos perducat dominus Ieſus Chriſtus:Deus benedictus in ſæcula. Amen.

Explicit expoſitio S.Thom.de Aquino ordinis prædicatorum ſuper Symbolo Apoſtolorum ſcilicet:Credo in Deum.

ANGELICI DOCTORIS beati Thomæ Aquinatis declaratio quorundam articulorum contra Græcos Armenos & Sarracenos ad cantorem Anthiocenum

CAP. I.

BEatus Petrus Apoſtolus,qui promiſsionē accepit à domino,vt ſuper eius cōfeſsione fundaret eccleſia:contra quā portæ inferiorū præualere nō poſſent vt cōtra huiuſmodi portas inferorū eccleſiæ ſibi cōmiſſæ fides inuiolata perſiſteret.fideles Chriſti alloquitur dicēs.1.Pe.3.Dn̄m Chriſtū ſanctificate in cordibus veſtris.ſ.per fidei firmitatē.Quo fundamēto in corde collocato cōtra omnes impugnationes:aut irriſiones infideliū tuti eſſe poterimus.Vnde etiā ſubdit.Parati ad ſatiſfactionem omni poſcenti vos rationem de ea quæ in vobis eſt ſpe.Fides autē Chriſtiana principaliter conſiſtit in cōfeſsiōe ſanctæ trinitatis,& ſpecialiter gloriatur in cruce dn̄i noſtri Ieſu Chriſti. Nā verbū crucis:vt Paulus dicit.1.Cor.1.Et ſi pereūtibus ſtulticia ſit,his tamē qui ſalui fiūt.i.nobis virt' Dei eſt.Spes etiā noſtra in duobus cōſiſtit.ſ.in eo qđ expectat poſt mortē:& in auxilio Dei quo in hac vita iuuamur ad futurā beatitudinē per opera liberi arbitrij ꝓmerendā.Hæc ergo ſunt,quæ vt tu aſſeris ab infidelibus impugnantur & irridentur.Irrident enim Sarraceni,vt tu dicis,ꝙ Chriſtū Dei filiū dicimus,cū Deus vxorē nō habeat:& reputant nos inſanos ꝙ tres perſonas cōfitemur in Deo etiā per hoc exiſtimantes nos tres Deos profiteri.Irrident etiā,ꝙ Chriſtū Dei filiū pro ſalute humani generis dicimus crucifixum:quia ſi Deus omnipotens potuit abſq; filij ſui paſsione genus humanū ſaluare, potuit ſic inſtituere hominē,vt peccare nō poſſet.Improperāt etiā Chriſtianis,ꝙ in altari comedūt Deū ſuū.& ꝙ corpus Chriſti ſi eſſet ita magnū ſicut mons,iam deberet eſſe cōſumptū.Circa ſtatū verò animarū poſt mortē,aſſeris errare Grȩcos Armenos dicentes,ꝙ animȩ poſt mortē vſq; ad diē iudicij,nec puniunt:nec præmiātur:ſed ſunt quaſi in ſequeſtro: quia nec pœnā nec prȩmiū debēt habere ſine corpore.Et in ſui erroris aſſertionem inducunt quod dominus in euāgelio dicit.In domo patris mei manſiones multæ ſunt.Circa meritum verò quòd ex libero arbitrio dependet,aſſeris tam Sarracenos: quàm nationes alias neceſsitatem actibus humanis imponere ex præſcientia vel ordinatione diuina:dicentes quòd homo nō poteſt mori:nec etiam peccare:niſi ſicut Deus ordinauit de homine:& ꝙ quælibet perſona ſuum euentum habet ſcriptū in fronte.Super quibus petis rationes morales & Philoſophicas: quas Sarraceni recipiunt.Fruſtra enim videtur auctoritates inducere cōtra eos qui auctoritates non recipiunt.Tuæ igitur petitioni quæ ex pio deſiderio videtur procedere,vt ſis iuxta Apoſtolicam doctrinā paratus ad ſatiſfactionem omni poſcenti te rationem,ſatiſfacere volens,aliqua facilia ſecundum quòd materia patietur ſuper præmiſsis tibi exponam:quæ tamen alibi diffuſius pertractaui.

Qualiter ſit diſputandum contra infideles.

CAP. II.

DE hoc tamen primò admonere te volo,ꝙ in diſputationibus contra infideles de articulis fidei non ad hoc conari debes,vt fidem rationibus neceſſarijs probes.Hoc enim ſublimitati fidei derogaret:cuius veritatis nō ſolùm humanas mentes,ſed etiam angelorum excedit.A nobis autem creduntur quaſi ab ipſo Deo reuelata:quia tamen quod à ſumma veritate procedit falſum eſſe non poteſt:nec neceſſaria ratione impugnari valet,quod falſum non eſt: fides noſtra neceſſarijs rationibus ſicut probari nō poteſt:quia humanam mētem excedit:ita improbari neceſſaria ratione nō poteſt propter ſui veritatem.Ad hoc igitur debet tendere Chriſtiani diſputatoris intentio in articulis fidei:non vt fidem probet:ſed vt fidē defendat.Vnde & beatus Petrus non dicit:parati ſemper ad probationem:ſed ad ſatiſfactionem:vt ſcilicet,rationabiliter oſtendatur non eſſe falſum quod fides catholica confitetur.

Qualiter in diuinis ſit accipienda generatio.

CAP. III.

PRimum igitur conſiderandum eſt deriſibilem eſſe irriſionē qua nos irrident,quòd ponimus Chriſtum filiū Dei viui,quaſi Deus vxorem habuerit.Cùm enim carnales ſint,non poſſunt niſi ea quæ ſunt carnis & ſanguinis cogitare.Quilibet autem ſapiens conſiderare poteſt,quòd non eſt idem generationis modus in omnibus rebus:ſed in vnaquaq; re inuenitur generatio ſecundum proprietatē ſuæ naturæ.In animalibus quidem,per maris & fœminæ cōmixtionem.In plantis verò per pullulationem ſeu generationem:atque in alijs aliter.Deus autem non eſt carnalis naturæ,vt fœminam requirat cui cōmiſceatur ad prolis generationem:ſed eſt ſpiritualis naturæ ſiue intellectualis: immo magis ſuper omnem intellectualem. Eſt ergo in eo accipienda generatio ſecundum quod conuenit intellectuali naturæ:& quamuis intellectus noſter ab intellectu diuino deficiat,non poſſumus tamen aliter loqui de intellectu diuino, niſi ſecundum ſimilitudinem eorum quæ in intellectu noſtro inuenimus.Eſt autem intellectus noſter:aliquādo quidē in potentia intelligens:aliquando in actu.Quandocunq; autem actu intelligit, quoddam intelligibile format:quod eſt quædā proles ipſius. Vnde & mentis conceptus nominatur.Et hoc quidem eſt,quod voce exteriori ſignificatur:vnde ſicut vox ſignificans verbum exterius dicitur:ita interior mentis conceptus verbo exteriori ſignificatum dicitur verbum intellectus ſeu mentis.Hic autem mentis noſtrȩ cōceptus non eſt ipſa mentis noſtrȩ eſſentia:ſed eſt quoddā accidens ei: quia nec ipſum intelligere noſtrum eſt ipſum eſſe intellectus.Alioquin nunquàm intellectus eſſet quin actu intelligeret.Verbum igitur noſtri intellectus ſecundum quandam ſimilitudinem dici poteſt vel conceptus:vel proles:& præcipuè cùm intellectus ſeipſum intelligit:inquantùm ſcilicet,eſt quædā ſimilitudo intellectus procedens ab intellectuali eius virtute:ſicut & filius habet ſimilitudinē patris,procedens ab eius generatiua virtute.Non tamē propriè verbum noſtri intellectus poteſt dici proles vel filius:quia non eſt eiuſdem naturæ cuius eſt intellectus noſter. Non autē omne quod procedit ab aliquo,etiam ſi ſit ei ſimile, dicitur filius:alioquin imago ſui quā aliquis pingit propriè filius diceretur.Sed ad hoc ꝙ ſit filius requiritur,ꝙ procedens ab altero ſimilitudinem habeat eius à quo procedit:& ſit eiuſdem naturæ cum eo.Quia verò in Deo non eſt aliud intelligere,quàm ſuum eſſe:conſequenter neq; verbum quod in intellectu eius concipitur eſt aliquod accidens:aut aliquid alienū ab eius natura:ſed ex hoc ipſo,quòd verbum eſt habet rationē procedentis ab altero:& vt ſimilitudo eius cuius eſt verbum Hoc enim in verbo noſtro reperitur.Sed iſtud verbū Dei habet vlteriùs,ꝙ non ſit aliquod accidēs neq; aliqua pars Dei:qui eſt ſimplex:neq; aliquid alienum à diuina natura:ſed quoddam completum ſubſiſtens in natura diuina habēs rationem ab altero procedentis.Sine hoc enim verbum intelligi non poteſt.Hoc autem ſecundum humanæ locutionis conſuetudinem nominatur filius,quod procedit ab alio in ſimilitudinem eius ſubſiſtens in eadem natura cum ipſo.ſecundum igitur ꝙ diuina verbis humanis nominari poſſunt,verbū intellectus diuini filiū Dei nominamus:Deū verò cuius eſt verbū nominamus patrē:proceſſum verbi dicimus eſſe generationē filij immaterialē:nō autē carnalē:ſicut carnales homines ſuſpicātur.Eſt autem aliud in quo excedit prædicta filij Dei generatio omnem generationē humanā,ſiue materialē,ſecundū quā homo ex homine naſcitur:ſiue intelligibilē ſecūdū quā verbū accipitur in mēte humana.In vtraq; enim illud ꝙ per generationē ꝓcedit inuenitur poſterius tēpore eo à quo procedit.Pater enim nō generat ſtatim à principio ſui eſſe:ſed oportet,ꝙ de imperfecto ad ſtatū perfectū veniat in quo generare poſsit.Nec iterum ſtatim vt generationi operā dat filius naſcitur:quia carnalis generatio in quadam mutatione conſiſtit:& ſucceſsione.ſecundū intellectū etiam non ſtatim à principio homo eſt aptus ad intelligibiles conceptus formādos:ſed poſtquā ad ſtatū perfectionis venit.Vnde nō ſemper actu intelligit:ſed potētia eſt intelligens tantū.& poſt fit intelligens actu:& iterum deſinit actu intelligere,& remanet intelligens in potentia,vel habitu tantùm.Sic ergo verbum hominis poſterius inuenitur tempore.& deſinit aliquando eſſe antequā homo.Impoſsibile eſt autē iſta duo Deo conuenire,in quo neq; imperfectio : neq; mutatio locū habet: neq; etiā exitus de potētia ad actū,cū ſit actus purus & primus.Verbum ergo Dei coæternum eſt ipſi.Deo Eſt autem & aliud in quo verbum noſtrū differt à diuino.Intellectus enim noſter non ſimul intelligit omnia:neq; vnico actu:ſed plurib' & diuerſis:& ideò verba intellectus noſtri ſunt multa:ſed Deus omnia ſimul intelligit &

Universidad de Deusto Biblioteca

vnico actu:quia eius intelligere non potest esse nisi vnum: cùm sit suum esse.Vnde sequitur,ꝙ in Deo sit vnum verbũ tantùm.Vlterius est cõsiderãda alia differentia,ꝙ.s. verbũ intellectus nostri nõ adæquat intellectus virtutẽ:quia cùm aliquid mente cõcipimus, adhuc possumus alia multa concipere. Vnde verbũ nostri intellectus imperfectum est:& in eo potest cõpositio accidere:dum ex multis imperfectis fit vnum verbũ perfectius:sicut cũ intellectus concipit aliquam enunciationẽ,seu diffinitionẽ alicuius rei.Sed verbum diuinum adequat virtutẽ Dei: quia per suam essentiam seipsum intelligit & omnia alia:vnde quãta est essentia,tantũ est verbum:quod cõcipit per essentiam suã:se & omnia alia intelligendo. Est ergo perfectũ simplex & æquale Deo:& hoc verbũ Dei filium nominamus, ratione iam dicta:quod eiusdem naturæ cum patre & patri coëternum vnigenitum & perfectum confitemur.

Qualiter in diuinis sit accipiẽda pcessio spiritussancti à patre & filio.

CAP. IIII.

EST autẽ considerandum vlterius,ꝙ omnem cognitionẽ sequitur aliqua appetitiua operatio.Inter omnes autẽ appetitiuas operationes inuenitur amor esse principium: quo sublato neque gaudiũ erit:si adipiscitur aliquis quod nõ amat:neq; tristitia,si impediatur ab eo quod amat: si videlicet amor tollatur: & per consequens tolluntur omnes appetitiuæ operationes: quæ quodammodò ad tristitiam & gaudiũ referuntur.Cũ igitur in Deo sit perfecta cognitio, oportet etiã in eo ponere perfectum amorẽ: in quo quidem processus secundum appetitiuam operationẽ exprimitur:sicut & in verbo per operationẽ intellectus.Est autẽ attendenda differentia quędam inter intellectualem operationẽ & appetitiuam: nam operatio intellectus,& omnis omninò cognitiua operatio,cõpletur per hoc ꝙ cognoscibilia in cognoscente quodammodò existũt.s. sensibilia in sensu:& intelligibilia in intellectu.Operatio autẽ appetitiua cõpletur secũdum quendam ordinẽ vel motum appetentis, ad res appetitui obiectas.Ea verò quæ habent occultũ principiũ sui motus,spiritus nomen accipiunt:sic enim venti spiritus dicũtur: quia eorum principium non apparet. Respiratio etiam arteriarũ qui est motus ab intrinseco principio procedẽs,spiritus nomen accepit. Vnde cõuenienter secundum ꝙ diuina humanis significari possunt,ipse diuinus amor procedens, spiritus nomen accepit. Sed in nobis amor ex duplici causa procedit:quãdoq; quidem ex corporea & materiali natura quæ est amor immundus:quia per eum puritas mentis turbatur.Quãdoq; autẽ ex ipsa proprietate naturæ spiritualis:sicut cũ amamus intelligibilia bona & quæ rationi conueniunt: & hic est amor purus.In Deo autẽ amor materialis locũ non habet. Conuenienter igitur amorẽ ipsius non solùm spiritũ: sed spiritumsanctũ vocamus:vt per hoc ꝙ dicitur sanctus:eius puritas exprimatur.Manifestum est autem,ꝙ nihil amare possumus intelligibile & sancto amore,nisi quod actu per intellectũ concipimus.Conceptio autem intellectus est verbũ:vnde oportet ꝙ amor à verbo oriatur: Verbũ autẽ Dei dicimus esse filium:ex quo patet spiritumsanctũ esse à filio.Sicut autẽ diuinũ intelligere est eius esse:ita etiã amare Dei est eius esse:& sicut Deus semper actu intelligit, & omnia intelligendo seipsum intelligit:ita etiam se amat & omnia amat suam bonitatẽ amando.Sicut ergo Dei filius qui est verbũ Dei,subsistens est in natura diuina & coëternus patri atq; perfectus & vnicus, ita etiã hæc oĩa de spiritusancto confiteri oportet.Ex hoc autẽ colligere possumus,ꝙ cũ omne,quod subsistit in natura intelligente,apud nos persona dicatur,apud Græcos autẽ hypostasis, necesse est dicere, quòd verbum Dei, (quod filium nominamus) sit quædam hypostasis seu persona,& idem de spiritusancto dici oportet. Nulli autem est dubium, quin Deus à quo verbum & amor procedit, sit res subsistens: vt etiam dici possit hypostasis vel persona. Et per hunc modũ conuenienter ponimus in diuinis tres personas, scilicet personam patris,personam filij,& personam spiritussancti. Has autem tres personas vel hypostases non dicimus esse per essentiam diuersas: quia vt dictum est,sicut intelligere & amare Dei est eius esse,ita verbum & amor eius sunt ipsa essentia Dei.Quicquid autem de Deo absolutè dicitur non est aliud,quàm Dei essentia. Non enim est Deus magnus vel potens vel bonus accidentaliter,sed per essentiam suam,& tres personas vel hypostases non dicimus in diuinis distinctas per aliquid absolutum, sed per solas relationes quæ ex processione verbi & amoris proueniunt. Et quia processionem verbi nominamus generationem,ex generatione autem proueniunt relationes paternitatis & filiationis: personam filij à persona patris distingui dicimus solummodò paternitate & filiatione, omnia communiter & indifferenter de vtroque prædicantes. Sicut enim dicimus patrem verum Deum omnipotentem æternum & quæcunque similiter dicuntur:sic & filium,& eadem ratio est de spiritusancto.Quia ergo pater & filius & spiritussanctus nõ distinguuntur in natura diuinitatis,sed in relationibus solùm conuenienter tres personas non dicimus treos deos,sed vnum verum Deum & perfectum profitemur. In hominibus autem ideò tres personæ tres homines dicuntur, & non vnus homo, quia natura humanitatis quæ communis est,differenter conuenit eis secundum materialem diuisionem, quæ omninò in Deo locum non habet, vnde in tribus sunt tres humanitates numero differentes, & sola ratio humanitatis in eis communis inuenitur. In tribus autem diuinis personis non tres diuinitates numero differẽtes,sed vnam simplicem deitatem necesse est esse, cum non sit alia essentia verbi & amoris in Deo,ab essentia Dei,& sic non tres deos, sed vnum Deum confitemur, propter vnam simplicem deitatem in tribus personis.

Quæ fuit causa incarnationis filij Dei.

CAP. V.

EX simili autem cęcitate irrident Christianam fidem:quia Christum confitemur Dei filium mortuum esse, tanti mysterij profunditatem non intelligentes. Et ne mors filij Dei peruersè intelligatur,prius aliquid de filij Dei incarnatione dicere oportet.Nõ enim dicimus filiũ Dei morti subiectũ fuisse, secundũ naturam diuinam in qua est æqualis patri quæ est fontalis omnium vita, sed secundum naturam nostram,quã assumpsit in vnitatẽ personæ. Ad incarnationis ergo diuinæ mysterium aliqualiter considerandum,oportet aduertere, quòd omne per intellectum agens per conceptionem sui intellectus quam dicimus verbum operatur: vt patet in ædificatore & quolibet artifice, qui secundum formam quam mente concepit exteriùs operatur: quia ergo Dei filius est ipsum Dei verbũ,cõsequens est vt Deus oĩa per filium fecerit.Vnaquéque autem res p eadẽ fit & reparatur.Si enim domus collapsa sit per formam artis reparatur,per quam à principio condita fuit. Inter creaturas autem à Deo conditas per verbum suum, primum gradum tenet creatura rationalis:intantum,ꝙ omnes aliæ creaturæ ei subseruiunt:& ad ipsam ordinari videntur:& hoc rationabiliter:quia rationalis creatura dominiũ habet sui actus per arbitrij libertatẽ. Cæteræ verò creaturæ non ex indicio libero agunt:sed quadam vi naturæ mouentur ad agendum.Vbiq; autẽ quod est liberum præeminet ei quod est seruum:& serui ad liberorũ famulatũ ordinãtur:& à liberis gubernantur.Lapsus ergo rationalis creaturæ secundum verã æstimationem magis æstimandus est, quàm cuiuscũq; irrationalis creaturæ defectus.Nec est dubiũ quin apud Dei iudicium res secundũ verã æstimationem iudicentur.Hoc ergo conueniens est diuinæ sapientiæ, vt præcipuè lapsum rationalis creaturæ repararet:magis etiam quàm si cœlũ collaberetur:vel quicquid aliud in rebus corporeis posset accidere.Est autẽ duplex creatura rationalis seu intellectualis:vna à corpore separata:quã angelũ dicimus:alia corpori iuncta,quæ est anima hominis.In vtraq; autem lapsus accidere potuit,propter arbitrij libertatẽ.Dico autem creaturæ rationalis lapsum non vt esse deficiat:sed secundum quòd deficit à rectitudine voluntatis.Lapsus enim seu defectus præcipuè attendit secundum id quo operatur:sicut artificem errare dicimus si in arte deficiat qua debet operari:& rem naturalem deficientem dicimus & collapsam si corrumpatur virtus eius naturalis per quã agit:puta si in planta vis generandi deficiat.aut in terra vis fructificandi.Id autem per quod operatur rationalis creatura est voluntas in qua consistit libertas arbitrij.Lapsus ergo rationalis creaturæ est,secũdũ qđ deficit à rectitudine voluntatis:quod fit per peccatum.Defectum ergo peccati nihil est aliud quàm peruersitas voluntatis,præcipuè Deo conuenit remouere:& hoc per verbum suum quo vniuersam condidit creaturam.Angelorum autem peccatum remediũ habere nõ potuit:quia secundum immutabilitatẽ suæ naturæ impœnitibiles sunt ab eo quod semel cõuertuntur.Homines autẽ secundũ cõditionẽ suæ naturę habẽt mutabilẽ volũtatẽ:vt nõ solũ diuersa possint eligere bona:vel mala:sed etiam postquã vnũ elegerũt possunt ab illo resipiscere:& ad aliud conuerti.& hæc volubilitas voluntatis in homine manet:quãdiu corpori vnitur varietati subiecto.Cũ autẽ anima à corpore fuerit separata eandem immutabilitatem voluntatis habebit quã naturaliter angelus habet.Vnde & post mortẽ anima impœnitibilis est:nec potest de bono ad malũ cõuerti:nec de malo ad bonũ:sic ergo ad Dei bonitatẽ pertinuit,vt per filiũ suũ naturã humanã collapsam repararet.Modus autem reparationis talis esse debuit:ꝙ & naturæ reparandæ cõueniret & morbo.Naturæ dico reparandæ:quia cũ homo sit rationalis naturæ libero arbitrio præditus nõ ex necessitate exterioris virtutis:sed secundũ propriã voluntatem ad statum rectitudinis reuocandus fuit.Morbo etiam:quia cũ morbus in peruersitate voluntatis cõsisteret,oportuit quòd voluntas ad rectitudinem reduceretur.Voluntatis autem humanæ rectitudo consistit in ordinatione amoris,qui est principalis affectio. Ordinatus autem amor est vt Deum super omnia diligamus,quasi summum bonum:& vt in ipsum referamus omnia quæ amamus tanquam in vltimũ finẽ:& vt in alijs amandis seruetur debitus ordo:vt scilicet corporalia spiritualibus postponamus.Ad prouocandũ autẽ nostrum amorem in Deum nihil magis valere potuit quã ꝙ verbũ Dei per quod omnia facta sunt:ad reparationẽ naturæ nostræ eã assumeret: vt idem esset & Deus & homo.Primò quidem:quia ex hoc maximè demon-

demonstratur,quantùm Deus diligat hominem:quòd pro eius salute homo fieri voluit:nec est aliquid quod ad amandum magis prouocet,quã quòd aliquis se cognoscat amari.Deinde,ꝙ homo habẽs intellectum,& affectum ad corporalia depressum,ad ea quæ supra se sunt de facili eleuari non poterat.Facile autem est homini cuilibet,vt alium hominem diligat & cognoscat:sed considerare diuinã altitudinem:& in eam ferri per debitum amoris affectum ,non est omnium hominum:sed eorum qui per Dei auxilium cũ magno studio & labore à corporalibus ad spiritualia subleuantur:Vt ergo omnibus pateret via ad Deum,voluit Deus homo fieri:vt etiã paruuli Deum cognoscere & amare possent:quasi similem sibi:& sic per id quod capere possunt paulatim proficerent ad perfectũ.Per hoc etiã quòd Deus factus est homo,spes datur homini:vt peruenire possit ad perfectè beatitudinis participationem:quã solus Deus naturaliter,habet,homo enim suam infirmitatẽ cognoscens,si ei promitteretur:ꝙ ad beatitudinem perueniret:cuius vix angeli sunt capaces: quæ scilicet,in visione Dei & fruitione cõsistit:vix hoc sperare posset:nisi ex alia parte sibi dignitas naturæ humanæ ostenderetur quã tanti æstimat Deus, vt pro eius salute fieri homo voluerit: & sic per hoc,quòd Deus factus est homo spem nobis dedit:vt etiam homo posset peruenire ad hoc quòd vniretur Deo per beatã fruitionem.Valet etiã homini suæ cognitio dignitatis ex hoc quòd Deus humanam naturam assumpsit ad hoc ꝙ affectum suum nulli creaturæ subijceret:neq; dæmones aut quascũq; creaturas colendo per idololatriam,neq; corporalibus creaturis se subdendo per inordinatum affectum.Indignum enim est,vt cum homo sit tantę dignitatis secundum æstimationem diuinam,& ita Deo propinquus sit, vt Deus homo fieri voluerit,quòd homo rebus inferioribus Deo inordinatè se subijciat.

Qualiter debet intelligi hoc quod dicitur Deus factus est homo.

CAP. VI.

CVm autem dicimus Deum hominem fieri,nemo existimet hoc sic accipiendum esse:vt Deus conuertatur in hominem: sicut aër sit ignis cùm in ignem conuertitur.Immutabilis est enim Dei natura:corporea autem sunt quæ inuicem conuertuntur.Spiritualis autem natura in naturam corpoream non cõuertitur:sed potest ei aliqualiter vniri propter efficaciam suæ virtutis:sicut anima vnitur corpori:& licèt humana natura ex anima constet & corpore:anima autem nõ corporeæ:sed spiritualis naturę sit,omnis tamen creatura spiritualis deficit à simplicitate diuina multo amplius quàm corporea creatura à simplicitate spiritualis naturæ.Sicut ergo spiritualis natura vnitur corpori per efficaciã suæ virtutis,ita & Deus potest vniri tam spirituali quàm corporali.& secundum hunc modum dicimus Deum naturæ humanæ fuisse vnitum.Est autẽ attendendum,quòd vnũquodq; maximè videtur esse illud,quod inuenitur in eo esse principium. Omnia autem alia videntur ei quod est principium adhærere:& ab eo quodammodò assumi inquantùm id quod est principium alijs vtitur secundum suam dispositionẽ:quod quidem patet,non solùm in ordinatione ciuili in qua principes ciuitatis quasi tota ciuitas esse videntur:& alijs vtuntur secundum suã dispositionẽ:vt sibi adhærentibus membris:sed etiam in adunatione naturali.Licet enim homo naturaliter constet ex anima & corpore,principalius tamẽ videtur homo esse anima quã corpus quod animæ adhæret:& quo anima vtitur ad operationes animæ conuenientes.Sic ergo & in vnione Dei ad creaturam non trahitur Deitas ad humanam naturam.sed humana natura à Deo assumitur nõ quidem:vt conuertatur in Deum:sed vt Deo adhæreat.& sunt quodãmodò anima & corpus sic assumpta anima & corpus ipsius Dei: sicut partes corporis assumptæ ab anima sunt quodammodò ipsius animæ membra.Est tamen in hoc aliqua differentia attendenda. Nam anima licèt sit perfectior corpore,non tamẽ totam perfectionem in se possidet humanæ naturæ. Vnde corpus sic ei aduenit,vt ex corpore & anima vna compleatur humana natura:cuius quædam partes sunt anima & corpus:sed Deus ita est in natura sua perfectus:vt plenitudini naturæ ipsius nihil aduci possit.Vnde cum natura diuina non potest sic vniri altera natura:vt ex vtráq; vna constituatur natura cõmunis,sic enim natura diuina pars esset illius naturæ cõmunis:quod repugnat perfectioni diuinæ naturæ.Nã omnis pars imperfecta est:Deus ergo Dei verbum,sic humanam naturam assumpsit quæ ex anima constat & corpore,vt tamen nec altera transiret in alteram: nec ex duabus vna natura conflaretur: sed post vnionem duæ naturæ distinctæ ramanerent quantum ad proprietates naturarum.Est autem rursus considerandum,ꝙ cùm spiritualis natura corporeæ vniatur per spiritualem virtutem: quantò fuerit maior virtus spiritualis naturæ,tanto perfectius & firmius sibi naturã inferiorẽ assumit.Est autẽ virtus Dei infinita:cui omnis creatura subijcitur:& vnaquáq; vtitur pro suo arbitrio.Non autem eis vteretur,nisi aliquo modo per efficaciam suæ virtutis vniretur eis.Tanto autem alicui naturæ perfectius vnitur,quanto in eo magis suam virtutem exercet.Inter omnes siquidẽ creaturas virtutem suam exercet quantùm ad hoc, quòd omnibus esse largitur & ad proprias operationes mouet:& secundum hoc quodam communi modo in omnibus rebus dicitur esse.Sed specialiori quodam modo virtutem suam exercet in mentibus sanctis:quas non solùm in esse conseruat:& ad operandum mouet sicut alias creaturas:sed etiam eas conuertit ad se cognoscendum & amandum.Vnde etiam sic in sanctis mentibus specialiter dicitur habitare:& mentes sanctæ Deo plenę esse dicuntur:quia ergo secundum quantitatem virtutis quã Deus exercet in creaturam magis & minus dicitur creaturæ vniri, patet quòd cum efficacia diuinæ virtutis humano intellectu comprehendi non possit,sublimiori modo Deus potest creaturæ vniri quàm intellectus humanus capere possit. Quodam ergo incomprehensibili & ineffabili modo dicimus Deum vnitum esse humanæ naturæ in Christo non solùm per inhabitationem:sicut in alijs sanctis:sed quodam modo singulari:ita quòd humana natura esset quædam filij Dei natura:vt filius Dei qui ab æterno habet naturam diuinam à patre,ex tempore per assumptionem mirabilem habeat humanam naturam ex genere nostro:& sic quælibet partes humanæ naturæ ipsius filij Dei dici possunt Deus & quicquid agit vel patitur quælibet pars naturæ humanæ in filio Dei,potest attribui vnigenito Dei verbo.Vnde non inconuenienter dicimus animam & corpus esse filij Dei:sed & oculos & manus: & quòd filius Dei corporaliter videat per oculi visionem:& audit per auris auditum & sic de alijs:quæ partibus animæ vel corporis conuenire possunt. Huius autem admirabilis vnionis nullum conuenientius exemplum inueniri potest,quàm vnio corporis & animæ rationalis.Est etiam non inconueniens exemplum de hoc quòd verbum nostrum in corde manet absconditum:& sensibile fit per assumptionem vocis & scripturæ.Sed tamen hæc exempla à prædicta vnionis repræsentatione deficiunt:sicut & cætera exempla humana à rebus diuinis.Nam neque deitas sic vnitur humanæ naturæ: vt sit pars alicuius naturæ:neque sic vnitur humanæ naturæ:vt solùm significetur per eam sicut verbum cordis significatur per vocem aut scripturam:sed sic,vt veraciter filius Dei habeat naturam humanam: & homo dicatur. Patet ergo quòd non dicimus Deum vnitum esse naturæ corporeæ:vt sit virtus in corpore ad modum materialium & corporalium virtutum: quia nec intellectus animæ corpori vnitæ sic est virtus in corpore.Multò minus ergo Dei verbum quod ineffabiliter & sublimiori modo sibi naturam humanam assumpsit.Patet etiam secundum præmissa, quòd filius Dei & diuinam naturam habet & humanam : vnam ab æterno, aliam ex tempore per assumptionem. Contigit autem ab eodem plura haberi secundum diuersos modos.in quibus tamen omnibus semper quod est principalius habere dicitur.quod autem minus principale haberi. Habet enim totum multas partes:vt homo manus & pedes. Non autem dicimus econuersò, quòd manus vel pedes habeant hominem. Habet etiam vnum subiectum multa accidentia sicut pomum colorem & odorem:non econuersò.Habet etiam homo aliqua exteriora,sicut possessiones & vestes non econuersò In solis autem illis quæ sunt partes alicuius vnius essentiales,aliquãdo aliquid dicitur habere & haberi:vt anima corpus & corpus animam. Et similiter inquantùm vir & vxor in matrimonio coniuguntur, dicitur vir habere vxorem & vxor virum. Et similiter in his quæ per relationem vniuntur sicut dicimus,quòd pater habet filium & filius patrem.Si ergo sic vniretur Deus humanæ naturæ sicut anima corpori:vt ex his constitueretur vna natura communis: posset dici,quòd Deus habet naturam humanam, & humana natura habet Deum:sicut anima habet corpus & ecõuersò Sed quia ex diuina & humana natura nõ potest cõstitui vna natura propter perfectionem diuinæ,vt dictum est.& tamen in prædicta vnione principalius est quod est ex parte Dei:manifestè consequitur quòd ex parte Dei accipi oportet id quod habet naturam humanam.Illud autem quod per aliquam naturam dicitur esse,dicitur esse suppositum vel hypostasis naturæ illius:sicut quod habet naturam equi, dicitur esse hypostasis vel suppositum naturæ equinæ.Et si sit natura intellectualis quæ habetur, talis hypostasis dicitur persona. Sicut dicimus Petrum esse personam,qui naturam humanam habet quæ est intellectualis natura.Cum ergo filius Dei vnigenitum Dei verbum per assumptionem habeat humanam naturam vt dictum est,sequitur quòd sit hypostasis vel suppositum vel persona humanæ naturæ.Et cùm ab æterno habeat diuinam naturam non per modum compositionis,sed simplicis identitatis,dicitur etiam hypostasis vel persona diuinæ naturę,secundum tamen quòd diuina verbis humanis exprimi possunt. Ipsum ergo vnigenitum Dei verbum est hypostasis vel persona duarum naturarum,diuinæ scilicet & humanæ in duabus naturis subsistens. Si quis autem obijciat, quòd humana natura etiam in Christo non sit accidẽs,sed substãtia quædã,non autem vniuersalis,sed particularis quę hypostasis dicitur,videtur consequi,quòd ipsa humana natura in Christo,hypostasis quædam sit præter hypostasim Dei verbi, & sic in Christo

Universidad de Deusto Biblioteca

erunt duæ hypostases. Considerare debet qui sic obijcit, quòd non omnis substantia particularis hypostasis dicitur, sed solùm illa, quæ ab aliquo principaliori nō habetur. Manus eñ hoīs substātia q̃dam ptīcularis, nō tñ pōt dici hypostasis nec ꝑsona, quia habeť à principaliori, quod est hō. Alioquin in quouis homine essent tot hypostases vel ꝑsonę, quot mēbra vel partes. Humana ergo natura in Christo non est accidens: sed substantia: non vniuersalis, sed particularis: nec tamen hypostasis dici potest: quia assumitur à principaliori, scilicet à Dei verbo. Sic ergo Christus est vnus propter personę vel hypostasis vnitatem: nec potest dici esse duo. Sed propriè dicitur, quòd habet duas naturas. Et licèt diuina natura prædicetur de hypostasi Christi: quæ est hypostasis verbi Dei: quod est eius essentia, tamen humana natura nō potest prædicari de eo in abstracto, sicut nec de aliquo habente humanam naturam. Sicut enim non possumus dicere, ꝙ Petrus est humana natura: sed ꝙ est homo, inquantùm habet humanam naturam: ita nec possumus dicere, ꝙ Dei verbum sit humana natura: sed quòd habet humanam naturam assumptam: & ex hoc dicitur homo, Vtraque ergo natura prædicať de verbo Dei: sed vna in concreto tantùm. s. humana. vt cùm dicimus filius Dei est homo: diuina verò natura, & in abstracto & in cōcreto dici potest, vt quòd verbū Dei est diuina essentia vel natura: & quòd est Deus. Cùm autem Deus sit habens diuinam naturam: & homo sit habens humanam naturam, per hęc duo nomina significantur duæ naturę habitæ: sed vnus habens vtramque. Et cùm habens naturam sit hypostasis: sicut in nomine Dei intelligitur hypostasis verbi Dei, ita in nomine hominis intelligitur verbum Dei: secundum quod attribuitur Christo. Et sic patet, quòd per hoc quòd dicimus Deū Christum & hominem, non dicimus eum esse duo: sed vnum in duabus naturis. Quia verò ea quæ conueniunt naturæ attribui possunt hypostasi illius naturæ: hypostasis autem tam humanæ naturę quàm diuinæ includitur tam in nomine significante diuinam naturam quàm in homine significante humanam: quod est eadem hypostasis habens vtramque naturam: consequēs est vt tam humana quàm diuina prædicentur de illa hypostasi: seu secundum quod includitur in nomine significante diuinam naturam: seu secundum quod includitur in nomine significante humanam. Possumus enim dicere, ꝙ Deus verbū Dei est conceptus & natus de virgine: passus, mortuus & sepultus: attribuentes hypostasi verbi humana propter humanam naturam, & econuersò possumus dicere, quòd homo ille est vnum cū patre: & quòd est ab æterno: & quòd creauit mundum propter diuinam naturam. In his ergo tam diuersis de Christo prędicandis, distinctio inuenitur si consideretur secundum quod ista de Christo dicuntur. Quædam enim dicuntur secundum humanā naturam: quædam secundum diuinam. Si autem cōsideretur de quo dicuntur, indistinctè proferuntur: quia eadem est hypostasis de qua & diuina & humana dicuntur: vt si dicam quòd idem est homo qui videt & audit: sed non secundum idem. Videt enim secundum oculos: & audit secundum aures. Idem etiam est pomum quod videtur & odoratur: sed hoc quidem colore: illud autē odore: ratione cuius dicere possumus ꝙ videns audit: & audiens videt: & visum odoratur: & odoratum videtur. Et similiter dicere possumus, quòd Deus nascitur de virgine propter humanam naturam; & homo ille est æternus propter diuinam.

Qualiter sit accipiendum, quod dicitur verbum Dei passum.

CAP. VII.

EX consideratione ergo pręmissorum satis apparere potest, iam nihil inconueniens sequi ex eo quod dictum est, quod vnigenitum Dei verbum passum & mortuum confitemur. Non enim hęc ei attribuimus secundum naturam diuinam: sed secundum humanam, quam pro nostra salute in vnitatē personæ assumpsit. Si quis autem obijciat, quòd Deus cùm sit omnipotens alio modo poterat humanum genus saluare, quàm per vnigeniti sui mortem, considerare debet qui hoc obijcit, quòd in factis Dei considerandū est quid conuenienter fieri potuit: etiam si alio modo illud Deus facere potuisset, alioquin omnia eius opera similis ratio irritabit. Si enim cōsideretur, quare Deus fecerit cœlum tantæ quantitatis, & quare cōdiderit in tali numero stellas, sapienter cogitanti occurret secundum quod sic conuenienter fieri potuit, licèt aliter facere potuerit. Dico autem hæc secundum quod credimus totam naturæ dispositionem & humanos actus diuinæ prouidentiæ esse subiectos. Hac enim credulitate sublata, omnis diuinitatis cultus excluditur. Suscepimus autem præsentem disputationem, ad eos qui se Dei cultores dicunt seu sint Sarraceni seu Christiani seu Iudæi. Ad eos autem qui omnia ex necessitate prouenire dicūt à Deo, operosius à nobis alibi disputatum est. Si aliquis ergo conuenientiam passionis & mortis Christi pia intentione consideret, tantam scientiæ profunditatem inueniet: vt semper aliqua cogitanti plura & maiora semper occurrant, ita quòd experiri possit verum esse, quod Apostol. dicit 1. Corinth. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidē scandalum: gentibus verò stultitiam, ipsis autem vocat Iudæis atq; Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapiētiam. Et iterum. Quod stultum est Dei sapientius est hominibus. Primò ergo considerandum occurrit, quòd Christus humanam naturā assumpsit ad lapsum hominis reparandum: vt diximus. Ea ergo oportuit Christum pati & agere secundum humanam naturam, per quæ remedium adhiberi posset cōtra peccatum. Peccatum autem hominis in hoc consistit, quòd homo corporalibus adhærendo, spiritualia bona prætermittat. Hoc ergo decuit Dei filium in assumpta hominis natura ostendere per ea quæ fecit & passus est: vt homines temporalia bona vel mala pro nihilo ducerēt, ne ab eorum inordinato affectu impediti, spiritualibus minus dediti essent. Vnde Christus pauperes parentes elegit, & tamen virtute perfectos, ne quis de sola carnis nobilitate & parentum diuitijs glorietur. Pauperem vitā gessit: vt diuitias doceret contēnere. Priuatus absq; dignitate vixit: vt homines ab inordinato horum appetitu reuocaret. Laborem sitim famem & corporis flagella sustinuit, ne homines voluptatibus & delicijs intenti, propter asperitates huius vitę retraherentur à bono virtutis. Ad extremum sustinuit mortem, ne propter mortis timorem, aliquis veritatem desereret. Et ne aliquis pro veritate vituperabilem mortem timeret: exprobratissimum genus mortis elegit, scilicet crucis. Sic quoque conueniens fuit filium Dei hominem factum, mortem pati: vt sui exemplo homines prouocaret ad virtutem: vt sic verum sit quod Petrus dicit. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Deindè quia hominibus ad salutem necessaria est non solùm conuersatio recta per quā vitantur peccata: sed etiam cognitio veritatis: per quam vitantur errores, ad reparationem humani generis necessarium fuit. vt vnigenitum Dei verbum naturam humanam assumens, in certa veritatis cognitione firmaret veritatem. Veritati autem qua docetur per hominem non omnino firma credulitas adhiberetur: quia homo decipi & decipere potest: sed à solo Deo absq; omni dubitatione veritatis cognitio cōfirmatur. Sic ergo oportuit Dei filium hominem factum doctrinam diuinæ veritatis hominibus proponere vt ostenderet hanc diuinitus non humanitus esse. Et hoc ostendit in miraculorum multitudine. Operanti enim ea quæ solus Deus facere potest: puta mortuos suscitando: cæcos illuminando, &c. credendum erat. vt per Deum loqueretur. Sed quia miracula eius præsentes qui aderāt videre potuerunt: ne à posteris crederētur cōficta, contra hoc diuina sapientia remedium exhibuit per Christi infirmitatem. Si enim vixisset diues potens & in magna dignitate constitutus: credi potuisset, quòd doctrina eius & miracula fauore hominū & potestate humana fuissent recepta. Et ideò vt palā fieret opus diuinæ veritatis omnia abiecta & infima in mundo elegit: pauperem matrem: & vitam inopem: discipulos & nuncios ydiotas: reprobari & condemnari vsq; ad mortem à magnatibus mundi: vt manifestè appareret, quòd susceptio miraculorum eiusq; doctrinæ non humanæ personæ sed diuinæ attribuenda sit. Vnde & in his quæ fecit vel passus est simul coniungebantur & humana infirmitas & diuina potestas. In natiuitate enim pannis inuolutus in præsepio ponitur: sed ab angelis collaudatur: & à Magis stella duce adoratur. Tentatur à diabolo: sed ei ministratur ab angelis. Viuit inops & mendicus: sed mortuos suscitat & cæcos illuminat. Moritur affixus patibulo: annumeratur latronibus: sed in eius morte sol obscuratur: terra tremit, franguntur lapides: aperiuntur monumenta: & mortuorum corpora suscitantur. Si quis ergo ex talibus initijs tantùm fructum videat consecutum, scilicet conuersionem ferè totius mundi ad Christum: & vlteriùs alia signa quærat ad credendum, durior lapide censeri potest, cùm in morte eius & petræ scissæ sint. Hinc est quòd Apostolus. 1. Corinth. 1. dicit. Verbum crucis pereuntibus stultitia est: his autem qui salui fiunt, idest nobis virtus Dei est. Est autem circa hoc aliud considerandum: quòd secundum eandem rationem prouidentiæ qua in seipso Dei filius homo factus infirma pati voluit: etiam suos discipulos quos humanæ salutis ministros instituit voluit in mundo esse abiectos. Vnde non elegit literatos & nobiles: sed illiteratos & ignobiles: pauperes scilicet, piscatores: eos ad salutē mittens hominū procurādū, iussit paupertatē seruare & persecutiones & opprobria pati: & mortē etiam pro veritate subire: ne eorum prædicatio ad aliquod terrenum commodum composita videretur: & ne salus mundi ascriberetur humanæ sapientiæ aut virtuti: sed solùm diuinæ. Vnde nec in eis defuit virtus diuina mirabilia operans: qui tamen secundum mundum videbantur abiecti. Hoc autem necessarium erat reparationi humanæ: vt homines discerent, ne de seipsis superbè confiderent: sed de Deo. Hoc enim ad perfectionem humanæ iustitiæ requiritur: vt homo totaliter se Deo subijciat: à quo etiam omnia bona consequi speret adipiscenda & adepta recognoscat. Ad bona igitur præsentia huius mundi contemnenda & aduersa quælibet tolleranda vsq; ad mortē nullo modo melius eius discipuli potuerunt institui, quàm per passionem & mortem Christi. Vnde & ipse eis dicebat Ioan. 15. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Deinde considerandum est, quòd hoc habet ordo iustitiæ: vt pro peccato pœna infligatur. Apparet enim in humanis iudicijs, quòd ea quæ iniustè facta sunt ad iustitiam reducuntur: dum iudex ab eo qui aliena capiens, plus habet quàm debeat: subtrahit quod plus habet: & dat ei qui minus habebat. Quicūquè autē peccat, plus suæ voluntati indulget quàm debeat. Vnde eñ voluntatē suam impleat, transgreditur ordinē rationis & legis diuinæ. Ad hoc igitur, quòd ad iustitiæ ordinē reducatur, oportet, ꝙ voluntati subtrahatur de eo, quod vult, quod fit dū punitur vel per subtractionem bonorum quæ, vellet habere, vel per illationem malorum quæ pati recusat. Hæc ergo reintegratio iustitiæ per pœnā, quandoq; fit per voluntatem eius qui punitur, dū ipsemet sibimet pœnā imponit: vt ad iustitiam redeat, quandoq; verò fit eo inuito, & tūc quidē ipse ad iustitiā nō reducitur, sed in eo impletur iustitia. Erat autē totū humanū genus peccato subiectū. Ad hoc ergo, ꝙ ad statū iustitiæ reduceret, oportebat inuenire pœnā, quā homo sibiipsi assumeret ad implendū diuinæ iustitiæ ordinē. Nullus autē homo purus tantus esse poterat qui posset satisfacere sufficiēter Deo, pœnā voluntariā aliquā assumēdo: etiā pro peccato proprio, nedū pro peccato vniuersorū. Cū enim homo peccat, legē Dei trāsgreditur. Et sic quantū est in se iniuriam Deo facit, qui est maiestatis infinitæ. Tantò autē est maior iniuria, quātò maior est is in quē cōmittitur, Patet enim ꝙ maior iniuria reputatur, si q̃s percutiat militem, quàm si rusticū: & adhuc maior si Regē vel principem. Habet ergo peccatū contra legē Dei commissum, quodammodò iniuriam infinitā. Sed rursus considerandum est, ꝙ secūdum dignitatē satisfacientis etiā satisfactio ponderatur. Vnum enim verbū deprecatorium à Rege prolatū pro satisfactione iniuriæ maior satisfactio reputatur, quàm si eo inferior vel genua flecteret: vel aliā quālibet humiliationē ostenderet, ad satisfaciendum passo iniuriā. Nullus autē homo purus erat infinitæ dignitatis cuius satisfactio posset esse condigna cōtra Dei iniuriā. Oportuit igitur vt esset aliquis homo infinitæ dignitatis qui pœnā subiret pro omnibus: & sic condigna satisfaceret pro totius mundi peccatis. Ad hoc ergo vnigenitum Dei verbū verus Deus & Dei filius naturā humanā assumpsit: & in ea mortē pati voluit, vt totū genus humanū pro peccato satisfaciendo purgaret. Vnde & Petrus dicit. 1. Petr. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis, &c. Nō ergo vt opinantur, conueniens fuit, ꝙ Deus sine satisfactione sua humana peccata purgaret: neq; etiam ꝙ hominē non permitteret cadere in peccatum. Primū enim repugnaret ordini iustitiæ. Secundum ordini naturæ humanæ: per quā homo factus est suæ voluntatis liber potens bonū vel malum eligere. Prouidentię autē est rerum naturam & ordinē nō destruere, sed saluare. In hoc ergo maximè Dei sapientia apparuit, ꝙ & ordinē rerum seruauit tam iustitiæ quàm naturę: & tamen misericorditer prouidit homini salutis remedium per filij sui incarnationem & mortem.

Qualiter sit accipiendum, quòd fideles accipiunt corpus Christi.

CAP. VIII.

QVia ergo per passionē & mortem Christi homines à peccato purgātur: vt huius tam immensi beneficij iugis in nobis maneret memoria, filius Dei passione appropinquante, suæ passionis & mortis memoria fidelibus suis reliquit iugiter recolendam: suum corpus & sanguinem tradens discipulis sub speciebus panis & vini: quod vsq; nunc in memoriam illius venerandæ passionis, vbique terrarū Christi frequentat ecclesia. Quàm vanè autē hoc sacramentum irrideant infideles, quilibet etiā parum in Christiana religione instructus, de facili potest attendere. Non enim dicimus, ꝙ corpus Christi dilaceretur in partes: & ꝙ sic diuisum à fidelibus sub sacramento sumatur: vt oporteat quādoque illud deficere: etiā si magnitudinē montis haberet: vt dicunt: sed dicimus per cōuersionem panis in corpus Christi, ipsum corpus Christi in sacramento ecclesiæ esse: & à fidelibus manducari. Ex quo ergo corpus Christi non diuiditur: sed in ipsum aliquid cōuertitur, nulla necessitas est vt per manducationē fidelium, quantitati eius aliquid subtrahatur. Si quis autē infidelis velit dicere, hanc conuersionē impossibilem esse. consideret Dei omnipotentiam. Confitetur quidem ꝙ per virtutē naturæ possit vna res conuerti in aliam: quantū ad formā: sicut ꝙ aër in ignem conuertitur: dum materia quæ priùs erat subiecta formæ aëris, posteà formæ ignis subijcitur. Multò magis ergo virtus omnipotentis Dei quæ totam rei substantiam in esse producit non solùm transmutando secūdum formā: vt facit natura, poterit hoc totum in illud totū conuertere: vt sic panis in corpus Christi conuertatur: & vinum in sanguinē. Si autem huic conuersioni aliquis velit repugnare per id quod sensui apparet, nam nihil secundum sensum immutatur, consideret sic nobis diuina proponi, vt ad nos sub tegumento visibilium rerū deueniant. Vt ergo Christi corpus & sanguis spiritualis & diuina refectio haberetur: & non quasi cibus & potus communis: sub specie panis & vini sumitur: vt non sit horribile carnem humanam comedere & sanguinē bibere. Non tamen hoc fieri dicimus quasi species illæ quæ sensibus apparent in sacramēto, sint solùm in fantasia videntium: sicut solet esse in præstigijs artis magicæ: quia veritatis sacramentum, nulla fictio decet: sed Deus qui est substantiæ & accidentis creator, potest accidentia sensibilia conseruare in esse: subiectis tamen in aliud mutatis. Potest enim effectus causarū secundarum per sui omnipotentiam absq; causis secundis & producere & in esse conseruare. Si quis verò Dei omnipotētiam non confitetur, contra talem in hoc opere disputationē non assumimus: sed contra Sarracenos & alios qui Dei omnipotentiam confitentur. Alia verò huius mysteria sacramenti non sunt hîc magis discutienda: quia infidelibus secreta fidei pandi non debent.

Qualiter est specialis locus vbi animæ purgātur antequā sint beatæ.

CAP. IX.

NVnc restat considerare de opinione quorundam dicentiū purgatorium non esse post mortē. Ad quam quidem vt homines aliqui deuenirent cōtigisse videtur quod in pluribus alijs cōtingit. Dum enim aliquos errores vitare voluerunt, inciderunt in errores contrarios. Sic Arrius dum vitare voluit errorem Sabellij confundentis sanctæ trinitatis personas, incidit in errorē contrarium: vt diuideret deitatis essentiam. Similiter Eutices dum vitare voluit errorem Nestorij diuidentis in Christo personā Dei & hominis, cōtrarium errorē instituit: vt confiteretur vnam esse Dei & hominis naturam. Sic etiam dum aliqui vitare volunt Origenis errorē ponentis omnes pœnas post mortē purgatorias esse, in contrarium prolabuntur errorē: vt dicant nullam pœnam post mortē purgatoriam esse. Sancta verò catholica & apostolica ecclesia inter errores contrarios media lento passu incedit. Sicut enim distinguit ꝑsonas in trinitate contra Sabellium: & tamen in errorē Arrij non declinat: sed vnam tantùm cōfitetur personarum essentiam: in incarnationis verò mysterio econuersò naturas distinguit contra Euticē: nec tamen cū Nestorio personā separat: sic & in statu animarū post mortem pœnas quasdam purgatorias confitetur: eorū duntaxat: qui de hoc sæculo absque peccato mortali cū charitatis gratia decedunt: nec cū Origene omnes pœnas purgatorias confitetur: sed qui cum peccato mortali decedunt cū diabolo: & angelis eius æterno confitetur supplicio cruciandos. Ad veritatis ergo assertionē primò considerādum est, ꝙ illi qui in peccato mortali decedunt, statim ad infernalia supplicia rapiuntur: quod apertè ex euāgelio probatur. Dicitur enim Luc. 16. ex ore domini: ꝙ mortuus est diues epulo & sepultus in inferno. Et de cruciatu eius ex ipsius confessione apparet, dum dicit: quia crucior in hac flamma. Iob quoque de impijs dicit. Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt. Item Iob. 22. Qui dicebāt Deo recede à nobis, &c. Non solùm autem impij pro peccatis proprijs: sed etiam iusti ante pasionem Christi pro peccato primi parētis in morte ad inferos descēdebāt. Vnde Iob dicebat Gen. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernū. vnde ipse Christus moriens ad inferna descēdit: vt in Symbolo continet sicut antē per prophetā prædictū fuerat: Non derelinques animā meam in inferno. quod Petrus in actibus de Christo exponit: licèt Christus alio modo ad inferna descendit nō quasi peccato obnoxius: sed solus inter mortuos liber: ad hoc descēdit vt expolians principatus & potestates captiuā duceret captiuitatē sicut per Zachar. fuerat prædict. Zacha. 9. Tu autē in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, &c. Sed quia miserationes Dei sunt super omnia opera eius, credendum est multò magis, ꝙ illi qui sine macula moriuntur, statim æternæ retributionis mercedem recipiant. Et hoc quidem euidentibus auctoritatibus maximè probatur. Dicit enim Apostolus 2. Corinth. 5. cùm mentionem de tribulationibus sanctorum fecisset. Scimus enim, inquit, quòd terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus domum nō manufactam: sed æternam in cœlis. Ex quibus verbis prima facie inspectis hoc videtur elici posse, ꝙ dissoluto mortali corpore, homo cœlesti gloria induatur. Sed vt hic sensus euidentior fiat sequentia pertractemus. Quia enim duo proposuerat. scilicet dissolutionē habitationis terrenæ & adoptionem domus cœlestis, ostendit quomodò desiderium hominis se habet ad vtrumque: cū quadam expositione vtriúsque. Vnde primò subiungit de desiderio cœlestis domus & dicit: quia ingemiscimus in hoc quòd à nostro desiderio retardati cupimus superindui habitationē cœlestem, per quod etiam videtur intelligere, quòd illa domus cœlestis quam suprà dixerat, non est aliquid ab homine separatum: sed aliquid homini inhærens. Non enim dicitur homo induere domū: sed vestimentum: sed dicitur aliquis inhabitare domum. Cùm ergo hæc duo coniungit dicens, superindui habitationem, ostendit quòd id quod est primò desideratum & est aliquid inhærens: quia induitur & est aliquid contiens & excedens, quia inhabitatur. Quid autem sit illud desideratum, patebit ex sequentibus. Sed quia non simpliciter dixerat indui: sed superindui rationē sui dicti exponit subdens. Si tamen vestiti & non nudi inueniamur, quasi dicat. Si anima sic indueretur habitatione cœlesti, quòd non exueretur habitatione terrena adoptio illius habitationis cœlestis esset superinduitio. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia oportet,quòd exuatur habitatione terrena,ad hoc,quòd induatur cœlesti,nõ potest dici superinduitio simpliciter. Posset ergo aliquis ab Apostolo quærere. Quare ergo dixisti superindui cupientes. Ad quod respondet dicens. Nam etiã qui sumus in tabernaculo isto idest,qui induimur terreno habitaculo,quasi transitorio non domo quasi permanente ingemiscimus grauati quasi aliquo accidẽte contra desiderium nostrum, eo quòd secundum naturale desideriũ nostrum nolumus expoliari quasi tabernaculo terreno,sed superuestiri cœlesti vt absorbeatur,quod mortale est à vita, idest vt ad vitam immortalem sine mortis gustu transeatur. Posset autem iterum aliquis quærere ab Apostolo, quia rationabiliter apparet, quòd nolumus expoliari terrena inhabitatione quæ est nobis naturalis, & sic nec quòd habitationem cœlestẽ indui cupiamus. Ad hoc respondit subdens. Qui autem in nobis efficit hoc ipsum vt desideremus cœlestia Deus est. Et quomodò in nobis hoc efficiat ostendit subdens. Qui dedit nobis pignus spiritus. Per spiritum enim sanctum quem accepimus à Deo, sumus de cœlesti habitatione adipiscenda certi & solliciti,sicut per pignus de debito recuperando. Ex hac ergo certitudine in desiderium cœlestis habitationis eleuamur. Sic ergo in nobis duo sunt desideria. Vnũ naturæ de terrena inhabitatione non deserenda,aliu ! gratiæ de cœlesti habitatione cõsequenda. Sed hæc duo desideria impleri non possunt,quia ad cœlestem habitationem peruenire nõ possumus,nisi terrenam deseramus. Vnde cũ quadam fiducia firma & audacia desiderium gratiæ præferimus desiderio naturæ vt velimus terrenam habitationem deserere,& ad cœlestẽ peruenire. Et hoc est,quod subdit. Audentes ergo super & scientes quoniam dum sumus in hoc corpore peregrinamur à Domino, per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore & præsentes esse ad Dominum. Aperitur ergo,quòd ipsum corpus corruptibile suprà nominauit terrestrem domum huius habitationis & tabernaculum, quod quidem corpus est animæ quasi quoddam indumentum. Aperitur etiam quid suprà dixerit, domum non manufactam sed æternam in cœlis, quia ipsum Deum quem homines induunt, vel etiam inhabitant, dum ei præsentes existunt per speciem, idest videndo eum sicut est. Peregrinantur autem ab eo, dum per fidem tenent quod nõdũ vident. Desiderant ergo sancti peregrinari à corpore vt eorum animæ per mortem à corporibus separentur,ad hoc quòd sic peregrinantes à corpore sint præsentes ad Dominum. Patet ergo, quòd sanctorũ animæ à corporibus absolutæ ad cœlestem habitationem perueniunt Deum videntes. Nõ ergo sanctarum animarum differtur gloria, quæ in Dei visione consistit vsque ad diem iudicij quo corpora resument. Hoc etiam apparet per dictum Apostoli ad Phil.1.vbi dicit. Cupio dissolui & esse cum Christo. Vanum enim hoc desiderium esset si corpore dissoluto, adhuc Paulus cum Christo non esset,quem tamen cõstat esse in cœlis. Manifestè etiam Dominus latroni in cruce confitenti dixit Luc.23. Hodie mecum eris in paradiso,per paradisum gloriæ fruitionem designans; vnde nõ est credendum, quòd suos fideles Christus remunerare differat, quantùm ad gloriam animarum, vsq; ad corporum resurrectionẽ. Quod ergo Dominus dicit, In domo patris mei mansiones multæ sunt,ad differẽtias refertur præmiorum quibus sancti in cœlesti beatitudine remunerantur à Deo, nõ extra domum, sed in ipsa domo. His autem visis cõsequens est purgatorium animarũ esse post mortem. Ex multis enim sacræ scripturæ autoritatibus manifestè habetur, q̃ ad illam cœlestem gloriam nullus peruenire põt cũ macula. Dicitur enim de diuinæ sapientiæ participatione. Sap.7. q̃ nihil inquinatum incurrit in eam. Cõsistit autẽ cœlestis fœlicitas in sapiẽtiæ participatione perfecta,qui per spem Deũ videbimus. Oportet igitur omninò sine macula esse eos qui ad illam perducuntur. Hoc etiam habetur ex positis. Isai.35. Via sancta vocabitur nõ trãsibit per eam pollutus. Et Apo.21. Non intrabit in ea aliquid coinquinatum. Cõtingit autem aliquos in hora mortis aliquibus peccatorum maculis coinquinari, propter quæ tamẽ æternam inferni dãnationem nõ merentur,sicut sunt venialia peccata: vt verbũ otiosum & huiusmodi. Nõ ergo ad cœlestem beatitudinem qui talibus inquinati decedunt,possunt peruenire statim post mortem, peruenirent autẽ vt probatum est,si tales maculæ in eis non essent. Ad minus ergo post mortem dilationem gloriæ patietur propter venialia. Nulla autem est ratio quare magis hanc pœnam, quàm aliam animas pati post mortem cõcedant, præsertim cùm carentia visionis diuinæ & separatio à Deo maior sit pœna etiam existentibus in inferno, quàm ignis supplicium, quod ibi patiuntur. ergo animæ decedẽtium cum venialibus purgatorium ignem post mortem sustinent. Si quis autem dicat hæc peccata venialia remanere purganda per ignem conflagrationis mundi,qui faciem præcedet iudicis, hoc cum præmissis stare non potest. Ostensum est enim,quòd sanctorum animæ in quibus nulla est macula,statim corpore dissoluto cœlestem habitationem adipiscuntur. Nec potest dici,quòd animæ cum peccatis venialibus perueniant ad gloriam: vt est ostensum. Differt ergo eorum gloria propter venialia,vsque ad diẽ iudicij,quod omninò probabile est: vt scilicet pro leuibus peccatis tantam pœnam patiatur aliquis in gloriæ dilatione. Amplius contingit aliquos ante mortem perficere nõ potuisse pœnitẽtiam debitam pro peccatis deprehensis pœnituerunt,nec est diuinæ iustitiæ cõueniens,quòd illam penam non exoluant. Sic enim melioris cõditionis essent qui citò mortem præoccuparentur, quàm qui diutinam pœnitentiam in hac vita proficiunt. Patiuntur ergo post mortem hanc pœnam Non autem in inferno in quo homines pro mortalibus patiũtur, cùm iam pœnitentiam sint mortalia dimissa. Nec etiam esset conueniens pro exolutione huius pœnæ, vsque ad diem iudicij eis gloria deferretur. Oportet ergo ponere aliquas pœnas temporales & purgatorias post hanc vitam ante diem iudicij,huic etiam cõcordat ecclesiæ ritus ab Apostolis introductus. Orat enim tota ecclesia pro delibus defunctis,patet autem, q̃ nõ orat pro his qui sunt in inferno,vbi nulla est redẽptio, neque pro his qui cœlestem gloriam adepti,qui iam peruenerunt ad finem. Relinquitur ergo,quòd aliquæ pœnæ tẽporales & purgatoriæ post hãc vitam,pro quarum remissione orat ecclesia. Hinc etiam Apostol. dicit 1.Corinthiorũ. Vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit,si cuius opus arserit, detrimentum patietur,ipse autem saluus erit, sic tamẽ quasi per ignem. Nõ autem potest hoc intelligi de igne inferni, quia qui illũ ignem patiuntur,nõ saluantur. Oportet ergo,quòd intelligatur de aliquo igne purgãte,& quia potest aliquis dicere hoc esse intelligẽdum de igne qui præcedet faciem iudicis,præcipuè quia præmittitur. 1. Thess.5. Dies Domini sicut fur in nocte,ita veniet,ideò attendendum est,quòd sicut dies iudicij,dicitur dies Domini,quia est dies euentus eius ad iudicium vniuersale totius mundi, ita dies cuiuscunque dicitur dies Domini,quia ad vnũquémque in morte venit. Dicitur Christus remuneraturus vel condemnaturus. Vnde quantùm ad remunerationem bonorum dicit ad discipulos. Ioã.decimoquarto. Si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad meipsum. Quantùm verò ad damnationem malorum dicitur Apo.2. Age pœnitentiam & prima opera fac. Si autem venio tibi & mouebo cãdelabrum tuum de loco suo. Dies ergo Domini ad vniuersale iudicium in igne reuelabitur,qui faciem iudicis precedet,quo reprobi ad iudicium trahentur,& iusti qui viui reperiuntur,purgabuntur,sed & dies Domini quo vnumquẽque in sua morte iudicat in igne reuelatur,qui purgat bonos, & impios condemnat. Sic ergo patet purgatorium esse post mortem.

Quòd diuina prædestinatio humanis actibus necessitatem non imponat.

CAP. X.

NVnc vltimò considerandum, est an propter ordinationem prædestinationem diuinam humanis actibus necessitas imponatur. In qua quæstione,sicut cautè procedendum est,vt veritas defendatur, & fallitas seu error vitetur. Erroneum enim est dicere quòd actus humani & euentus præscientiæ & ordinationi diuinæ non subsint. Nec minus est erroneum dicere, quòd præscientia vel ordinatione diuina humanis actibus necessitas inuiungatur. Tollitur enim libertas arbitrij,consiliandi oportunitas,legum vtilitas,sollicitudo bene operandi, & præmiorum & pœnarum iustitia. Est ergo considerandum, quòd Deus aliter habet scientiam de rebus,quàm homo. Homo enim subiectus est tempori,& ideò res temporaliter cognoscit quædam respiciens vt præsentia,quædã vt præterita recolens, & quædam præuidens vt futura. Sed Deus est superior temporis discursu,& esse suũ est æternum. Vnde & eius cognitio non est temporalis sed æterna. Comparatur autem æternitas ad tempus,sicut indiuisibile ad continuum. In tempore enim inuenitur diuersitas quædam partium secundum prius & posterius secundum fluentium,sicut in linea inueniuntur diuersæ partes secundum situm adinuicẽ ordinatæ. Sed æternitas prius & posterius non habet,quia res æternæ mutatione carent. Et sic æternitas est tota simul,sicut & punctum partibus caret secundum situm distinctis. Punctũ autem dupliciter ad lineam comparari potest. Vno quidem modo sicut extra lineam comprehensum seu sit in principio lineæ, seu in medio seu in fine. Alio modo vt extra lineam existens. Punctum ergo extra lineam existens,nõ potest omnibus partibus lineæ adesse, sed diuersis partibus lineæ oportet diuersa puncta signari. Punctum verò quod extra lineam est nihil prohibet æqualiter omnes lineæ partes respicere: vt patet in circulo cuius centrum cùm sit indiuisibile, æqualiter respicit oẽs circũferentiæ partes, & oẽs quodãmodo sunt præsentes, licet nõ vna earum alteri. Pũcto autem incluso in linea similatur instãs,quod est terminus tẽporis,quod quidẽ nõ adoẽbus partibus tẽporis,sed in diuersis ptibus tẽporis,diuersa signi-

tia significatur. Puncto verò quod est extra lineam. s. centro quodammodò similatur æternitas: quæ cùm sit simplex & indiuisibilis, totum decursum temporis comprehendit: & quælibet pars temporis est ei æqualiter præsens: licet partium tẽporis vna sequatur aliã. Sic igitur Deus qui de æternitatis excelso omnia respicit super totum tẽporis decursum: & omnia quæ geruntur in tempore præsentialiter intuetur. Sicut ergo cũ video Sortem sedere, infallibilis est & certa mea cognitio: nulla tamen ex hoc Sorti necessitas sedendi imponitur: ita Deus omnia quæ sunt nobis prẽterita vel futura: vel futura vel præsentia, quasi præsentia inspiciens: infallibiliter & certitudinaliter cognoscit, ita tamen q̃ contingentibus nulla necessitas imponitur existendi. Huius autẽ exemplum accipi potest si contemplemus decursum temporis ad transitũ viæ. Si quis enim sit in via per quã transeunt multi videt quidem eos qui sunt ante se qui verò post ipsum transeunt per certitudinẽ scire non potest. Sed si quis sit in aliquo excelso loco vnde totam viam aspicere possit, simul videt omnes qui transeunt per viam. Sic ergo homo qui est in tempore nõ potest totum cursum tẽporis simul videre: sed videt ea solùm quæ corã as istunt: præsentia. s. & de præteritis aliqua. Sed ea quæ ventura sunt, per certitudinẽ scire non potest. Deus autẽ de excelso suæ æternitatis per certitudinem videt quasi præsentia omnia quæ per totũ tẽporis decursum aguntur absque hoc q̃ rebus cõtingentibus necessitas imponatur. Sicut autẽ diuina scientia cõtingẽtibus necessitatẽ nõ imponit: sic nec eius ordinatio qua prouidẽ ordinat vniuersa. Sic enim ordinat res sicut agit res. Non enim eius ordinatio cassatur: sed quod per sapientiam ordinat, exequitur per virtutẽ. Inactione autẽ diuinæ virtutis, hoc considerare oportet, q̃ operatur in omnibus & mouet singula ad suos actus, secũdum modum vnius cuiusque: ita q̃ quidam ex motione diuina, ex necessitate suas actiones perficiunt: vt patet in motibus cœlestium corporũ: quædã verò contingẽter quæ interdum à propria actione deficiunt: vt patet in actionibus corruptibilium. Arbor enim quãdoque à fructificando impeditur, & animal à generãdo. Sic ergo diuina sapiẽtia de rebus ordinat, vt ordinata proueniãt secũdum modum propriarum causarum. Est autẽ hic modus naturalis hominis, vt liberè agat nõ coactus. quia rationales potestates ad opposita se habẽt. Sic igitur Deus ordinat de actibus humanis, vt actus humani necessitati non subdantur: sed proueniant ex arbitrij libertate. Hæc igitur quæ sunt ad præsens visa sunt de propositis quæstionibus conscribenda: quæ tamen alibi diligentiùs pertractata sunt.

Explicit opusculum sextum sancti Thomæ de Aquino, super quibusdam articulis fidei: contra Græcos, Armenos & Sarracenos.

INCIPIT OPVSCVLVM septimum eiusdem de duobus præceptis Charitatis: & decem Legis præceptis.

TRIA sunt homini necessaria ad salutẽ. s. scientia credendorum: scientia desiderandorum: & scientia operandorum. Primũ docetur in Symbolo vbi traditur scientia de articulis fidei. Secundum, in oratione dominica. Tertium autẽ in lege. Nunc autẽ de scientia operandorum intendimus. Ad quã tractandam quadruplex lex inuenitur. Prima dicitur lex naturę: & hęc nihil aliud est nisi lumen intellectus insitum nobis à Deo: per quod cognoscimus quid agendum & quid vitandum. Hoc lumen & hanc legem dedit Deus homini in creatione. Sed multi credunt ex cusari pet ignorantiam si hanc legem nõ obseruant. Sed contra eos dicit Propheta in Psalm. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona, quasi ignorent quid sit operandum. Sed ipse ibidem respondet. Signatũ est super nos lumen vultus tui domine. Lumen. s. intellectus per q̃d nota sunt nobis agenda. Nullus enim ignorat, q̃ illud quod nollet sibi fieri non faciat alteri, & cætera talia. Sed licèt Deus in creatione dederit homini hanc legẽ. s. naturæ, diabolus tamen in homine superseminauit aliam legẽ. s. concupiscentiæ. Quoũsque enim in primo homine anima fuit subdita Deo seruando diuina præcepta, etiã caro fuit subdita in omnibus animæ vel rationi. Sed postquã diabolus per suggestionẽ retraxit hominem ab obseruantia diuinorum præceptorũ, ita etiam caro fuit inobediens rationi ẽ, tamen ex concupiscentia ad contrarium inclinatur. Et hoc est quod Apostolus dicit Rom.7. Video autẽ aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ. Et inde est, q̃ frequenter lex concupiscentiæ legẽ naturæ & ordinẽ rationis corrumpit & ideo subdit Apostol. Captiuantem me in lege peccati, &c. quia ergo lex naturæ per legẽ concupiscentiæ destructa erat, oportebat q̃ homo reduceretur ad opera virtutis & retraheretur à vitijs, ad quæ necessaria erat lex scripturæ. Sed sciendum q̃ homo retrahitur à malo & inducitur ad bonũ ex duobus. Primò timore. primũ enim propter quod aliquis maximè incipit peccatũ vitare est consideratio pœnę inferni & extremi iudicij. Et idò dicitur Ecclesiast.1. Initium sapientiæ timor domini. & ibidem. timor domini expellit peccatũ. Licèt enim ille qui ex timore non peccat nõ sit iustus, inde tamen incipit iustificatio. Hoc ergo modo retrahitur homo à malo & inducitur ad bonum per legem Moysi, quam quidẽ irritantes morte puniebatur. Hebr.10. Irritã quis faciens legẽ Moysi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur. Sed quia modus iste est insufficiens & lex quæ data erat per Moysen hoc modo. s. per timorẽ retrahebat à malis, insufficiens fuit. Licèt enim coërcuerit manũ, nõ coërcebat animũ: ideò est alius modus retrahẽdi à malo & inducẽdi ad bonũ: modus scilicet amoris. Et hoc modo fuit data lex Christi. s. lex euangelica: quæ est lex amoris. Sed considerandum est, q̃ inter legẽ timoris & legem amoris, triplex differentia inuenitur: & primo, quia lex timoris facit subs obseruatores seruos: lex verò amoris facit liberos. Qui enim operatur solùm ex timore, operatur per modum serui. Qui verò ex amore, per modũ liberi vel filij. vnde Apostolus 2. Corinth.3. Vbi spiritus domini, ibi libertas: quia. s. tales ex amore, vt filij operantur. Secũda differentia est quia obseruatores primę legis ad bona tẽporalia introducebatur. Esa.1. Si volueritis & audieritis me, bona terrę comedetis: sed obseruatores secũdę legis, in bona cœlestia introducũtur. Matthæi 19. Si vis ad vitam ingredi: serua mandata, & Matth 3. Pœnitentiam agite, &c. Tertia differentia est: quia prima grauis. Act.15. Cur tentatis imponere iugum super ceruicem nostram: quod neque nos neq; patres nostri portare potuerunt. Secunda autem leuis Matth.11. Iugum enim meum suaue est: & onus meum leue. Apostolus Roma.8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum.

SIcut ergo iam prædictum est, quadruplex lex inuenitur: & prima quidem lex naturæ, quã Deus homini in creatione infundit. Secunda lex cõcupiscentiæ. Tertia lex scripturæ. Quarta est lex charitatis & gratiæ quæ est lex Christi. Sed manifestum est, q̃ nõ omnes possunt scientiæ insudare: & propterea à Christo data est lex breuis: vt ab omnibus posset sciri, & nullus propter ignorantiã possit ab eius obseruantia excusari. & hæc est lex diuini amoris. Apostolus Rom 9. Verbum breuiatũ faciet dominus super terrã Sed sciendum, q̃ hęc lex debet esse regula omnium actuum humanorũ. sicut enim videmus in artificialibus, q̃ vnumquódq; opus tunc bonum & rectum dicitur, quando regulæ cœquatur: sic etiã quodlibet humanum opus rectum est & virtuosum: quando regulæ diuinæ dilectionis concordat. quando verò discordat ab hac regula, non est bonum nec rectum: aut perfectum. Ad hoc autem quòd actus humani boni reddantur, oportet quòd regulæ diuinæ dilectionis concordent. Sed sciendum, quòd hæc lex, scilicet diuini amoris, quatuor efficit in homine valde desiderabilia. Primò causat in eo spiritualem vitam. Manifestum est enim, quòd naturaliter amatum est in amante: & ideò qui Deum diligit, ipsum in se habet. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo. Natura etiam amoris est, quòd amatem in amatum transformat. Vnde si vilia diligimus: & caduca, viles & instabiles efficimur. Osee 1. Facti sunt abominabiles sicut qui dilexerunt. Si autem Deũ diligimus diuini efficimur: quia vt dicitur. 1. Corinth. 6. Qui adhæret domino, vnus spiritus est: sed sicut Augustin. dicit: sicut anima est vita corporis: ita Deus est vita animæ: & hoc manifestum est. Tunc enim dicimus corpus per animam viuere, quando habet operationes proprias vitæ: & quando operatur & mouetur: anima verò recedente, corpus nec operatur nec mouetur. Sic etiam tunc anima operatur virtuosè & perfectè, quando per charitatẽ operatur: per quam habitat Deus in ea. Absq; charitate verò non operatur. 1. Ioannis 3. Qui non diligit manet in morte. Consideranduṁ est autem, quòd si quis habet omnia dona spiritussancti absque charitate non habet vitam: siue enim sit gratia linguarum: siue sit donum fidei, vel quicquid sit aliud, sine charitate vitam non tribuunt. Si enim corpus mortuum induatur auro: & lapidibus pretiosis, nihilominus mortuum manet. Hoc est ergo primum quod efficit charitas. Secundum quod facit charitas est diuinorum mandatorum obseruantia. Gregorius. Nunquàm est Dei amor otiosus. Operatur enim magna si est, si verò operari renuit amor non est. Vnde manifestum signum charitatis est promptitudo implendi diuina præcepta. Vidimus enim amantem propter amatum magna & difficilia operari. Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Sed considerandum quòd qui mandatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& legem diuinæ dilectionis seruat, totam legem implet. Est autem duplex modus diuinorum mandatorum. Quædam enim sunt affirmatiua. Et hæc quidem implet charitas, quia plenitudo legis quæ cõsistit in mandatis, est dilectio qua mandata seruantur. Quædam verò sunt prohibitoria, hæc etiam implet charitas, quia non agit perperàm: vt dicit Apostolus. primæ Corinthiorum decimotertio. Tertium quod facit charitas est, quia est præsidium contra aduersa. Habenti enim charitatem nulla aduersa nocent, sed in vtilia cõuertuntur. Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, imo etiam aduersa & difficilia suauia videntur amãti, sicut & apud nos manifestè videmus. Quartum verò est, quod ad facilitatem perducit. Solùm enim charitatem habentibus æterna beatitudo promittitur. Omnia enim absque charitate insufficientia sunt. 2. Thimo. 4. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi in illa die iustus iudex. Non solùm autẽ mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Et sciendum, quòd solùm secundum differentiam charitatis est differentia beatitudinis, & non secundum aliquam aliam virtutem. Multi enim magis abstinentes fuerunt, quàm Apostoli, sed ipsi in beatitudine omnes alios excellunt propter excellentiam charitatis. Ipsi enim fuerunt primitias spiritus habentes. sicut dicit Apostolus Roma. 8. Vnde differentia beatitudinis est ex differentia charitatis & sic patẽt quatuor quæ in nobis efficit charitas. Sed præter illa quædã alia efficit quæ prætermittenda nõ sunt. Primò enim efficit peccatorum remissionem. Et hoc manifestè videmus ex nobis. Si enim aliquis aliquem offendit, & ipsum postea intimè diligit propter dilectionem sibi offensam laxat. Sic & Deus diligentibus se peccata dimittit. primæ Petri quarto. Charitas operit multitudinẽ peccatorum, & bene dicit operit, quia scilicet à Deo nõ videntur vt puniat, sed licèt dicat, quòd operit multitudinem, tamen Salomon dicit. Prouerbiorum decimo, quòd vniuersa delicta operit charitas, & hoc maximè manifestat Magdalenæ exemplum. Lucæ septimo. Dimissa sunt ei peccata multa, & causa subditur, quoniam dilexit multum. Sed fortè dicet aliquis. Sufficit ergo charitas ad delẽda peccata, & non est necessaria pœnitentia. Sed considerandum, quòd nullus verè diligit, qui non verè pœnitet. Manifestum est enim, quòd quantò magis aliquem diligimus, tantò magis dolemus si ipsum offendimus, & hæc est vnus charitatis effectus. Item causat cordis illuminationem. Sicut enim dicit Iob 37. Omnes inuoluimur tenebris. Frequenter enim nescimus quid agendum, vel desiderandum. Sed charitas docet omnia necessaria ad salutem. Ideò dicitur 1. Ioan. 2. Vnctio eius docet vos de omnibus. Et hoc ideò est, quia vbi charitas, ibi spiritussanctus qui nouit omnia, qui deducit nos in viam rectam, sicut dicitur in Psalmo. Ideò dicitur Ecclesiastici secundo. Qui timetis Deum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra, scilicet ad sciendum necessaria ad salutem. Item perficit in homine perfectam lætitiam. Nullus enim verè gaudium habet, nisi existens in charitate. Quicunque enim aliquid desiderat, nõ gaudet nec lætatur nec quietatur, donec illud adipiscatur. Et accidit in rebus temporalibus, quòd non habitum appetatur & habitum despicitur, & tedium generat. Sed nõ sic est in spiritualibus, imò qui Deum diligit, habet ipsum. Et ideò animus diligentis & desiderantis quietatur in eo. Qui enim manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. vt dicitur primæ Ioannis quarto. Item efficit pacem perfectam. Accidit enim in rebus temporalibus, quòd frequenter desiderantur, sed ipsis habitis, adhuc animus desiderantis non quiescit, imò vno habito, aliud appetit. Isai. 57. Cor impij autem quasi mare feruẽs, quod quiescere non potest. Item ibidem. Non est pax impijs, dicit Dominus. Sed nõ sic accidit in charitate circa Deum. Qui enim diligit Deum, pacem perfectam habet. Psalm. Pax multa diligentibus legẽ tuam, & non est illis scandalum. Et hoc ideò est, quia solus Deus sufficit ad implẽdum desiderium nostrum. Deus enim maior est corde nostro, sicut dicit Apostolus. Et ideò dicit August. in primo confessionum. Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Psalmus. Qui replet in bonis desiderium tuum. Item facit charitas hominem magnæ dignitatis. Omnes enim creaturæ ipsi diuinæ maiestati seruiunt. Omnia enim ab ipso sunt facta, sicut artificialia subseruiunt artifici. Sed charitas de seruo facit liberum & amicum. vnde ait Dominus Apost. Ioan. decimoquinto. Iam non dicam vos seruos, sed amicos. Sed nunquid Paulus non seruus, sed & alij Apostoli qui se seruos scribunt. Sed sciẽdum, quòd duplex est seruitus. Prima est timoris, & hæc est pœnosa & non meritoria. Si enim aliquis à peccato abstinet solùm timore pœnæ non meretur ex hoc sed adhuc est seruus, secunda est amoris. Si enim quis operatur non timore iustitiæ, sed amore diuino, non sicut seruus operatur, sed sicut liber, quia voluntariè. Et ideò dicit. Iam non dicam vos seruos. Et quare. Ad hoc respondet Apostolus Roman. 8. Non enim accepistis spiritum seruituris iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Timor enim non est in charitate sicut dicitur primæ Ioannis quarto. Habet enim pœnam, sed charitas delectationem. Item charitas facit non solùm liberos, sed etiam filios: vt scilicet filij Dei nominemur & simus: vt dicitur. primæ Ioãnis tertio. Tunc enim extraneus efficitur alicuius filius adoptiuus, quando acquiritur sibi ius in hæreditate illius. Sic & charitas acquirit ius in hæreditate Dei, quæ est vita æterna. quia vt dicitur Roman. 8. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Si autem filij & hæredes. Hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi. Sapien. 5. Ecce quomodò computati sunt inter filios Dei.

EX iam dictis patent vtilitates charitatis. Postquàm igitur tam vtilis est, studiosè laborandum est ad acquirendam eam & retinendam. Sed sciendum, quòd nullus à se charitatem habere potest, imò solius Dei est donum. Vnde Ioannis dicit primæ Ioan. quarto. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, quia videlicet non propterea ipse nos diligit, quia nos prius dilexerimus eum, sed hoc ipsum, quòd diligimus eum, causatur in nobis ex dilectione ipsius. Considerandum etiam, quòd licèt omnia dona sint à patre luminum, istud tamen donum, scilicet charitatis, omnia alia dona superexcellit. Omnia enim alia sine charitate & spiritusancto habentur, cum charitate verò necessariò spiritussanctus habetur. Apostolus Romanorum quinto. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum, qui datus est nobis. Siue enim sit donum linguarum, siue scientiæ siue Prophetiæ absque gratia & spiritusancto habentur. Sed licèt charitas sit donum diuinum, ad ipsam tamen habendam, requiritur dispositio ex parte nostra. Et ideò sciendum, quòd duo specialiter ad acquirendam charitatem necessaria sunt, & duo ad augmentum charitatis iam acquisitæ. Ad acquirendam igitur charitatem, primum est diligens diuini verbi auditio. Et hoc manifestum est satis ex his quæ sunt apud nos. Audientes enim bona de aliquo, in eius dilectionem accendimur. Sic & Dei verba audientes, accendimur in amorem ipsius. Psalmus. Ignitum eloquium tuum vehementer & seruus tuus dilexit illud. Item eloquium Domini inflammauit eum. Et propterà illi duo discipuli diuino amore æstuantes. dicebant Lucæ vigesimoquarto. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via & aperiret nobis scripturas. Vnde & Actuum decimo legitur, quòd prædicante Petro spiritussanctus in auditores diuini verbi cecidit. Et hoc frequenter accidit in prædicationibus, quòd qui duro corde accedunt propter verbum prædicationis ad diuinum amorem accenduntur. Secundum est bonorum continua cogitatio. Psalmus. Concaluit cor meum intra me. Si ergo vis diuinum amorem conseq̃i, mediteris bona. Durus enim nimis esset qui diuina beneficia quæ consecutus est pericula etiam quæ euasit, & beatitudinem quæ sibi à Deo repromittitur cogitans, ad diuinum amorem non accenderetur. vnde Augustinus. Durus est animus hominis qui etsi dilectionem nolit impendere, saltem non velit reprehendere. Et vniuersaliter sicut cogitationes malæ destruunt charitatem, ita bonæ eam acquirunt nutriunt & conseruant. Vnde iubemur. Isaiæ primo. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Sapien. 1. Peruersæ cogitationes separant à Deo. Sunt autem & duo, quæ habitam charitatem augent. Primum est cordis separatio à terrenis. Cor enim perfectè in diuersa ferri non potest. Vnde nullus valet Deum & mundum diligere. Et ideò quantò magis ab amore terrenorum noster animus elongatur, tantò magis firmatur in dilectione diuina. Vnde Augustinus dicit in libro octogintatrium quæstionum. Charitatis venenum est spes adipiscendorum aut retinendorum temporalium. Nutrimentum eius est imminutio cupiditatis, perfectio nulla cupiditas, quia radix omnium malorum est cupiditas. Quisquis igitur charitatem nutrire vult instet minuendis cupiditatibus. Est autem cupiditas amor adipiscendi aut obtinendi temporalia. Huius imminuendæ initium est Deum timere, qui solus timeri sine amore non potest. Et propter hoc ordinatæ fuerunt religiones in quibus & per quas à mundanis & corruptibilibus animus trahitur & erigitur à diuina, quod signatur. secundæ Machabeorum primo. vbi dicitur. Refulsit sol qui prius erat in nubilo. Sol, id est, intellectus humanus est in nubilo, quando deditus est terrenis. Sed refulget quando à terrenorũ amore elõgatur & retrahitur. Tũc enim splendet, & tunc diuinus amor in eo crescit. Secundum est firma patientia in aduersis. Manifestum est enim, q̃ quando grauia pro eo quem diligimus sustinemus, amor ipse non destruitur: imò crescit. Cantic. 8. Aquę multæ, id est, tribulationes multæ, non potuerunt extinguere charitatẽ. Et ideò sancti viri qui aduersitates pro Deo sustinent magis in eius dilectione firmantur: sicut artifex illud artificium magis diligit, in quo plus laborauit. Et idne est, quòd fideles quantò plures afflictiones pro Deo sustinent, tantò magis eleuantur in amore ipsius. Genes. 7. Multiplicatæ sunt aquæ, id est, tribulationes & eleuauerunt arcam in sublime, id est, ecclesiam vel animam viri iusti.

De dilectione Dei.

INterrogatus Christus ante passionem à legisperitis, quod esset maximum & primum mandatum dixit. Matth. 22. Diliges dominum Deum

minum Deum tuum ex toto corde tuo: & in tota anima tua, & in tota mente tua, hoc est maximum & primum mandatum. Et verè istud est maius & nobilius & vtilius inter omnia mandata: sicut satis manifestum est. In hoc enim omnia mandata implentur. Sed ad hoc, quòd istud præceptũ dilectionis possit perfectè impleri: quatuor requiruntur. Primum est diuinorum beneficiorum rememoratio: quia omnia quæ habemus, siue animam, siue corpus, siue exteriora habemus à Deo. Et ideò oportet, quòd sibi de omnibus seruiamus: & eum diligamus corde perfecto. Nimis enim ingratus est, qui cogitans alicuius beneficia eum non diligit. Hęc recogitans Dauid dicebat. 1. Paralipomenon 29. Tua sunt omnia & quæ de manu tua accepimus: dedimus tibi, &c. Et ideò in eius laudẽ dicitur Ecclesia. 47. De omni corde suo laudauit dominum & dilexit Deum qui fecit illum. Secundum est diuinæ excellẽtiæ consideratio. Deus enim maior est corde nostro. 1. Ioan. 3. Vnde si toto corde & viribus ei seruiamus adhuc non sufficimus. Ecclesiasti. 43. Glorificantes dominũ quantumcũnque potueritis, superabit adhuc. Benedicentes dominum exaltate illum quantùm potestis. Maior est enim in omni laude. Tertium est mundanorum & terrenorum abdicatio. Magnã enim iniuriam Deo facit qui aliquid ei adæquat. Esa. 40. Cui similem fecistis Deum? Tunc autem alia Deo adæquamus, quando res temporales & corruptibiles simul cum Deo diligimus. Sed hoc est omninò impossibile. Propterea dicitur Isai. 28. Coangustatum est stratum: ita vt alter decidat & pallium breue vtrumque operire non potest. Vbi cor hominis assimilatur strato arto & pallio breui. Cor enim humanum artum est in respectu ad Deum. Vnde quando alia ab eo in corde tuo recipis ipsum expellis. Ipse enim nõ patitur consortem in anima: sicut nec vir in vxore. Et ideò dicit ipse. Exod. 20. Ego sum Deus tuus zelotes. Nihil enim vult q̃ diligamus quantùm eum aut præter eum. Quartum est omnimoda peccatorũ vitatio. Nullus enim potest diligere Deum in peccato existens. Matth. 6. Non potestis Deo seruire & mammonę: vnde si in peccato existis, Deum non diligis. Sed ille diligebat, qui dicebat. Esa. 38. Memento quomodò ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto. Prætereà dicebat Helias 3. Regũ 18. Quousque claudicatis in duas partes? Sicut claudicans nunc huc nunc illud inclinatur, sic & peccator nunc peccat & nunc Deum quærere nititur. Et ideò dominus dicit Ioẽlis 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Sed contra istud præceptum duo genera hominum peccant. Illi, scilicet homines qui vitando vnum peccatum: vt puta luxuriam, aliud committunt: vt vsuram. Sed nihilominùs damnantur: quia qui offendit in vno factus est omnium reus: vt dicitur Iacob. 2. Item sunt aliqui qui confitentur quædam: quædam non: vel quantùm ad diuersos confessionem diuidunt. Sed isti nõ merentur: imò peccant in hoc: quia Deum decipere intendunt: & quia diuisionem in sacramento committunt. Quantùm ad primum dicit quidam. Impium est à Deo dimidiam sperare veniam. Quantùm ad secundum, Psalm. Effunditе coram illo corda vestra: quia videlicet omnia sunt in confessione reuelanda.

IAm ostensum est, quòd homo se Deo dare tenetur: nunc considerandum est quid homo de se Deo dare debeat. Debet enim homo Deo dare quatuor, scilicet cor, animã, mẽtem, & fortitudinem. Et ideò dicitur Matthæi 12. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota mente tua: & ex tota virtute, id est, fortitudine tua. Sciendum est autem, quòd per cor intelligitur hic intentio. Est autem intentio tantæ virtutis, quòd omnia opera ad se trahit. Vnde quæcũque bona mala intentione facta, in mala conuertuntur. Lucæ 11. Si oculus tuus, id est, intentio nequam fuerit, totum corpus tenebrosum erit, id est, congeries bonorum operum tuorum tenebrosa erit. Et propterea in omni opere nostro intentio ponẽda est in Deo. Apostolus 1. Corinth. 10. Siue ergo manducatis, siue bibitis: vel aliud quid facitis omnia in gloriam Dei facite. Sed bona intentio non sufficit: imò oportet quòd adsit bona voluntas quę per animã significatur. Frequenter enim aliquis bona intẽtione operatur. sed inutiliter: cũ bona volũtas desit: vt si quis furetur vt pascat pauperem: est quidem recta intentio: sed deest rectitudo debitæ voluntatis: vnde nullum malum bona intentione factum excusatur. Romanorum 3. Qui dicunt faciamus mala vt veniant bona quorum damnatio iusta est. Tunc autem adest bona voluntas intentioni, quando ipsa voluntas voluntati diuinæ concordat: quod quotidiè postulamus dicentes. Fiat voluntas tua, &c. Et Psalm. Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui. Et propter hoc dicit in tota anima tua. Anima enim in scriptura frequenter pro voluntate accipitur. vt Hebræorum decimo. Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ, id est, voluntati meæ. Sed aliquando est bona intentio & bona voluntas: sed in intellectu quandoque aliquod peccatũ habetur. Et ideò totus intellectus dandus est Deo. Apostolus. 2. Corinth. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Multi enim in opere nõ peccant sed tamen volunt ipsa peccata cogitare frequenter. Contra quos dicitur Esaiæ primo. Auferte malum cogitationum vestrarum: sunt etiam multi qui in sua sapientia confidentes nolunt fidei assentire. Et tales non dant mentem Deo. Contra hos dicitur Prouerbiorum tertio. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Sed adhuc istud non sufficit: imò totam virtutem & fortitudinem Deo dare oportet. Psalm. Fortitudinem meam ad te custodiam. Aliqui enim sunt qui fortitudinem suam tribuunt ad peccandum: & in hoc suam potentiam manifestant. Contra quos dicitur Esaiæ quinto. Veh qui potentes estis ad bibendum vinum, &c. Aliqui ostendunt potentiam suam vel virtutem in nocendo proximis: cùm deberent eam ostendere in subueniendo ipsis. Prouerbiorum vigesimoquarto. Erue eos qui ducuntur ad mortẽ, &c. Igitur ad diligendum Deum danda sunt ista Deo, scilicet mentio: voluntas: mens: fortitudo.

De dilectione proximi.

INterrogatus Christus quod esset maximum mandatum, vni interrogationi duas responsiones dedit. Et prima, fuit: diliges dominum Deum tuum: de quo dictum est. Secunda verò fuit, & proximum tuum sicut teipsum. Vbi considerandum est, quòd qui hoc seruat, totam legem implet. Apostolus Romanorum decimotertio. Plenitudo legis est dilectio. Sed sciendum quòd ad dilectionẽ proximi quatuor nos inducunt. primò, diuinus amor: quia sicut dicitur primę Ioannis quartò. Si quis dixerit quoniam diligo Deum & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim dicit se diligere aliquem & filium eius vel eius membra odio habet, mentitur. Omnes autem fideles, filij & membra Christi sumus. Apostolus primæ Corinthiorum duodecimo. Vos estis corpus Christi: & membra de membro. Et ideò qui odit proximum non diligit Deum. Secundum est diuinum præceptũ. Christus enim in recessu suo inter omnia alia præcepta, hoc præceptum discipulis præcipuè commendauit: dicens. Ioannis decimoquinto. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, &c. Nullus enim præcepta diuina seruat, qui proximum odit. vnde istud est signum obseruantiæ diuinæ legis dilectio proximi. vnde dominus Ioannis decimotertio. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Non dicit in suscitatione mortuorum: non in aliquo euidenti signo: sed hoc est signum si dilectionem habueritis adinuicem. Et hoc beatus Ioannes rectè cõsiderabat. vnde dicebat primæ Ioannis tertio. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam. Et quare? quoniam diligimus fratres. Qui non diligit manet in morte. Tertium est naturæ communicatio. Sicut enim dicitur Ecclesiastes decimotertio. omne animal diligit simile sibi. Vnde cùm omnes homines sint similes in natura, inuicẽ se diligere debent. Et ideò odire proximum non solùm est contra diuinam legem: sed etiam contra legem naturæ. Quartum, vtilitatis consecutio. Omnia enim alterius alij sunt vtilia per charitatem: hæc enim est quæ vnit ecclesiam & omnia communia facit. Psalm. Particeps ego sum omnium timentium te, &c.

DIliges proximum tuum sicut teipsum. Istud est secundum præceptum legis, & est de dilectione proximi. Quantùm autẽ proximum diligere debeamus, iam dictum est. Et dicendum restat de modo dilectionis: qui quidem innuitur cùm dicitur sicut teipsum. Circa quod verbum quinque considerare possumus, quæ in dilectione proximi seruare debemus. Primum est, quia debemus eum diligere verè sicut nos, quod facimus, si propter seipsum ipsum diligimus, non propter nos. Ideò notãdum, quòd triplex est amor, quorum duo non sunt veri, tertius autem verus. Primus est qui est propter vtile. Eccles. sexto. Est amicus, socius mensę, & nõ permanebit in die necessitatis. Sed certè iste non est verus amor. Deficit enim deficiente vtilitate, & tunc nolumus bonũ proximo, sed potius bonum vtilitatis volumus nobis. Est & alius amor, qui est propter delectabile, & hic etiam nõ est verus, quia deficiente delectabili, deficit. Et ideò nolumus bonum propter hoc principaliter proximo, sed potius bonum suũ nobis volumus. Tertius est amor qui est propter virtutẽ, & iste solus est verus. Tunc enim non diligimus proximum propter bonum nostrum, sed propter suum. Secundum est, quòd debemus diligere ordinatè. vt, scilicet non diligamus eum supra Deum vel quantùm Deum: sed iuxta: sicut teipsum debet diligere. Cantico. secundo. Ordinauit in me charitatem. Hunc ordinẽ docuit dominus Matthæi decimo. dicens. Qui amat patrẽ aut matrem plus quàm me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Tertium est, quòd debemus eum diligere efficaciter. Non enim te solùm diligis: sed etiam procuras studiosè tibi bona & vitas mala. Sic quoque debes facere proximo. primæ Ioannis tertio. Non diligamus verbo neque lingua: sed opere & veritate. Est certè illi pessimi sunt, qui ore diligunt & corde nocent, de quibus Psalm. sequuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. Apostolus Romanorum duodecimo. Dilectio sine simulatione. Quartum quòd debemus eum diligere perseueranter: sicut & te perseueranter diligis. Prouerbiorum decimo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

primo. Omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur, scilicet tam tempore aduersitatis, quàm prosperitatis, imo tunc scilicet tempore aduersitatis maximè probatur amicus. vt dicitur ibidem. Sed sciendum, quòd duo sunt quæ iuuant ad amicitiam conseruandam. Primum est patientia. Vir enim iracundus suscitat rixas, vt dicitur Prouerbiorum vigesimoquinto. Secundum est humilitas quæ causat primum, scilicet patientiam. Prouerbiorum decimotertio. Inter superbos super iurgia sunt. Qui enim considerat magna de se, & despicit alium non potest defectus illius pati. Quintum est, quòd eum debemus diligere iustè & sanctè: vt scilicet eam non diligamus ad peccandum: quia nec te sic debes diligere, cùm Deum ex hoc amittas. vnde Ioan. 15. Manete in dilectione mea, de qua dilectione dicitur Ecclesiastic. 24. Ego mater pulchræ dilectionis.

DIliges proximum tuum sicut teipsum. Hoc præceptum Iudæi & Pharisæi malè intelligebant, credentes, quòd Deus præciperet diligendos amicos & odiendos inimicos. Et ideò per proximos intelligebant tantùm amicos. Hunc autem intellectum intendit Christus reprobare. dicens. Matthæi quinto. Diligite inimicos vestros, &c. Sciendum autem, quòd quicunque odit fratrem suum, non est in statu salutis. primæ Ioannis secundo. Qui odit fratrem suum, in tenebris est. Est autem attendendum, quòd etiam in hoc inuenitur quædam contrarietas. Nam sancti aliquos oderunt. Psalm. Perfecto odio oderant illos, &c. Et in Euangelio Lucæ decimoquarto. Si quis non odit patrem suum & matrem, &c. Et ideò sciendum quòd in omnibus factis nostris, factum Christi debet esse nobis exemplum. Deus enim diligit & odit, quia in quolibet homine duo sunt cõsideranda, scilicet natura & vitium. Natura quidem in omnibus hominibus diligi debet, vitiũ verò oderi. Vnde si quis vellet hominem esse in inferno, odiret naturã. Si quis verò vellet ipsum esse bonum, odiret peccatum, quod semper odiendum est. Psal. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, &c. Sapientiæ vndecimo. Diligis Domine omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Ecce ergo, quòd Deus diligit & odit, diligit naturam & odit vicium. Sciendum etiam quòd homo aliquando sine peccato potest malum facere. quando scilicet sic facit malum: vt velit bonum, quia & Deus sic facit. Sicut cùm homo infirmatur cõuertitur ad bonum qui in sanitate erat malus. Item in aduersitate aliquis conuertitur & est bonus, qui in prosperitate erat malus. iuxta illud. Isai. vigesimooctauo. Vexatio intellectum dabit auditui. Item si desideras malum tyranni destruentis ecclesiam, inquantùm desideras bonum ecclesiæ per destructionem tyranni. Vnde secundæ Machabeor. primo. Per omnia benedictus Deus qui tradidit impios. Et hoc omnes debent velle, non solùm voluntate, sed etiam opere. Non enim est peccatum suspendere iustè malos. Ministri enim Dei sunt tales. secundum Apostolum Roma. decimotertio, & seruant isti dilectionem, quia pœna fit aliquando propter castigationem, aliquando propter bonum melius & diuinius. Est enim maius bonum vnius ciuitatis, quàm vita vnius hominis. Sed sciendum, quòd non sufficit non velle malum, sed oportet velle bonum, scilicet emendationem suam & vitã æternam. Duobus enim modis quis vult bonum alterius. Vno modo generaliter inquantùm est creatura Dei, & participabilis vitæ æternę. Alio modo specialiter inquantùm est amicus vel socius. A generali autem dilectione nullus excluditur. Debet enim quilibet pro quolibet orare, & cuilibet in necessitate vltima subuenire. Sed non teneris cum quolibet habere familiaritatem, nisi peteret veniam, quia tunc esset amicus, & si refutares, haberes odio amicum. vnde Matthæi sexto. dicitur. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Et in oratione Dominica quæ ponitur Matthæi sexto, dicitur. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

DIliges proximum tuum sicut teipsum. Dicendum est, quòd tu peccas si non percis veniã postulanti, & quòd perfectionis est si tu eum ad te reuocas, licet non tenearis. Sed ad hoc vt eum trahas ad te, multæ rationes inducunt. Prima est propriæ dignitatis conseruatio. Diuersæ enim dignitates diuersa signa habent. Nullus autem propriæ dignitatis signa dimittere debet. Inter omnes autem dignitates maior est, quòd quis sit filius Dei. Huius autem dignitatis signum est, si diligis inimicum. Matthæi quinto. Diligite inimicos vestros: vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est. Si enim diligis amicum, non est hoc signum filiationis diuinæ. Nam Publicani & Ethnici hoc faciunt: vt dicitur Matthæi quinto. Secunda est victoriæ acquisitio. Omnes enim hoc naturaliter desiderant. oportet ergo, quòd vel trahas eum qui te offendit ad dilectionem bonitate tua & tunc vincis, vel quòd alius trahat te ad odium, & tunc perdis. Romanorum duodecimo. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Tertia est multiplicis vtilitatis consecutio. Acquirit enim ex hoc amicos. Romanorum duodecimo. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum' da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Augustinus. Nulla maior prouocatio ad amorem, quàm præuenire amando. Nullus enim est ita durus, qui etsi dilectionem nolit impendere, nolit tamen rependere: quia vt dicitur Ecclesiastici sexto. Amico fideli nulla comparatio. Prouerbiorum decimosexto. Cùm placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Quarta est, quia ex hoc preces tuæ faciliùs exaudiuntur. vnde super illud Hierem. decimoquinto. Si steterint Moyses & Samuël coram me. dicit Gregorius, quòd fecit potius de istis mentionem, quia rogauerunt pro inimicis. Similiter Christus ait Lucæ vigesimotertio. Pater dimitte illis. Item beatus Stephanus orando pro inimicis, magnam vtilitatem fecit ecclesiæ, quia Paulum cõuertit. Quinta est peccati euasio, quam maximè desiderare debemus. Aliquando enim peccamus nec Deum quærimus & Deus trahit nos ad se, vel infirmitate vel aliquo huiusmodi. Ose. Sæpiam viam tuam spinis. Sic fuit tractus beatus Paulus. Psalm. Erraui sicut ouis quæ perijt. quære seruum tuum Domine. Canticorum primo. Trahe me post te, &c. Hoc autem consequimur, si inimicum ad nos trahimus primò remittentes: quia vt dicitur. Lucæ sexto. Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Et ibidem. Dimittite & dimittemini. Et Matthæi quinto. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Nulla est enim maior misericordia, quàm offendenti dimittere.

De primo præcepto legis.

NOn habebis Deos alienos. Exodi vigesimo. Sicut iam dictum est, tota lex Christi dependet à charitate. Charitas autem pendet ex duobus præceptis, quorum vnum est de dilectione Dei, reliquum de dilectiõe proximi. Et de istis duobus iam dictum est. Nũc autem sciendum, quòd Deus dando legem Moysi, dedit decem præcepta in duabus tabulis lapideis scripta, quorum tria in prima tabula scripta pertinent ad amorem Dei, septem verò scripta in secunda tabula pertinent ad amorem proximi. Et ideò tota lex fundatur in duobus præceptis. Primum autem, quod pertinet ad amorem Dei est. Non habebis Deos alienos. Et ad huius intellectum sciendum est, quòd antiqui multipliciter hoc præceptum transgrediebantur. Quidam enim colebant dæmonia. Psalm. Omnes dij gentium dæmonia. Hoc autem est maximum omnium peccatorum & horribile. Nunc quoque multi transgrediuntur hoc præceptum, omnes, scilicet qui diuinationibus & sortilegijs intẽdunt. Hęc enim secundum Augustinum, fieri non possunt, quin aliquod pactũ cum diabolo contrahatur. primæ Corinthiorum decimo. Nolo vos fieri socios dæmoniorum, & iterum ibidem. Non potestis mensæ Domini participes esse & mensæ dæmoniorum. Alij colebant cœlestia corpora, credentes astra esse Deos. Sapientiæ decimotertio. Solem & lunam rectores orbis terrarum Deos putauerunt. & ideò Moyses prohibuit Iudæis, quòd non leuarent oculos, nec adorarent solem & lunam & stellas. Deuterono. quarto. Custodite sollicitè animas vestras, ne forte eleuatis oculis ad cœlum videas solem & lunã, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores eas & colas quæ creauit Dominus Deus tuus in misterium cunctis gentibus. Idem dicitur Deuterono. quinto. Contra hoc præceptum peccant Astrologi, qui dicunt hæc esse animarum rectores, cùm tamen propter hominem facta sint, cuius solus Deus rector est. Alij verò colebant inferiora elementa. Sapientiæ decimoquinto. Aut ignem, aut spiritum Deos putarent. In quorum errorem inciderunt homines qui inferioribus malè vtuntur, nimis ea diligentes. Apostolus Ephesiorum quinto. Aut auarus, quod est idolorum seruitus. Alij errantes colebant homines, vel aues, vel alios, vel seipsos, quod quidem contigit ex tribus. Primò ex carnalitate. Sapientiæ decimotertio. Acerbo luctu dolens pater rapti citò sibi filij fecit imaginem, & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia. Secundò ex adulatione, cũ enim quidã aliquos quos non potuerunt honorare in præsentia, curauerunt in absentia honorare, faciendo. s. eorum imagines. & colendo loco eorum. Sap. 14. Quem honorare volebãt fecerunt: vt illum qui aberat tanquàm præsentem colerent. Tales sunt quicunq; diligunt & venerãtur homines plusquã Deũ. Mat. 10. Qui diligit parrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus. Psalm. Nolite confidere in principibus: neque in filijs hominum in quibus non est salus. Tertiò, ex præsumptione. Quidam enim ex præsumptione fecerunt se vocari Deos, sicut patet Iudith tertio. de Nabuchodonosor. Ezechielis vigesimooctauo. Eleuatum est cor tuum & dixisti: Deus ego sum: & hoc faciunt, qui plus suo sensui quàm Dei præceptis credunt. Isti enim se pro Dijs colunt. Sequentes enim delectationes carnis, corpus suum pro Deo colunt. Apostolus Philipp. tertio. Quorum Deus venter est. Ab his ergo omnibus cauere oportet.

Non habe-

NOn habebis Deos alienos, &c. sicut dictum est. Primum præceptum legis est hoc, quo prohibemur non colere nisi vnum Deum. Et ad hoc etiam inducimur quinque rationibus. Prima sumitur ex Dei dignitate, quæ si auferatur, sit Deo iniuria: sicut potest videri ex consuetudine hominum. Cuilibet enim dignitati debetur reuerentia. Vnde proditor Regis est, qui aufert quod exhibere teneretur. & hoc quidam Deo faciunt. Romanorum primo. Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis: & hoc summè Deo displicet. Esaiæ quadragesimosecundo. Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptibilibus. Et considerandum quòd hæc Dei dignitas est, scilicet, quòd omnia sciat. Vnde Deus dicitur à videndo: hoc enim est vnum signũ deitatis. Esaiæ quadragesimoprimo. Annunciate quæ ventura sunt in futurum: & sciemus: quia Dij estis vos. Hebræorum quarto. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Hanc autem dignitatem auferunt diuinatores: contra quos dicit Esaiæ octauo. Nunquid non populus a Deo suo requirit visionẽ pro viuis ac mortuis.

Secunda ratio sumitur ex eius largitate. Omne enim bonum habemus à Deo: & hoc etiã ad dignitatem Dei pertinet: quòd factor & dator est omnium bonorum. Psalm. Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate: & hoc importatur in hoc nomine Deus: quod dicitur à distributione, id est, dator rerum: quia omnia replet sua bonitate. Nimis ergo ingratus es, si hoc ab illo tibi collatum non recognoscis: imò facis tibi alium Deum: sicut filij Israël educti de Aegypto fecerunt idolum. Osee secundo. Vadã post amatores meos. Hoc etiam fit quando quis in alio quàm in Deo spem ponit: hoc est quando adiutorium ab alio petit. Psalm. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius. Apostolus ad Galatas quarto. Cùm cognoueritis Deum, quomodò conuertimini iterum ad infirma? Dies obseruatis: & menses: & tempora: & annos. Tertia ratio sumitur ex promissi firmitate. Abrenũciamus enim diabolo: & sidem promisimus soli Deo. Vnde nõ debemus ipsam infringere. Hebræorum decimo. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit: & sanguinem testamenti pollutum duxerit: in quo sanctificatus est? & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Romanorum septimo. Viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: & talis debet comburi. Veh ergo peccatori ingredienti terram duabus vijs. & claudicantibus in duas partes. Quarta ratio est, ex dominij diabolici grauitate. Hiere. 16. Seruetis Dijs alienis die ac nocte: qui nõ dabũt vobis requiem. Non enim quiescit in vno peccato: sed potiùs nititur ad aliud ducere: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Ideò non de facili quis egreditur de peccato. Gregorius. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere in aliud trahit. Contrarium est de dominio diuino: quia præcepta eius grauia non sunt. Matthæi vndecimo. Iugũ enim meum suaue est: & onus meum leue. Satis enim reputatur quis facere: si tantùm facit pro Deo: quantùm fecit pro peccato. Romanorum sexto. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitate ad iniquitatẽ, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem: sed de seruis diaboli, dicitur Sapientiæ quinto. Lassati sumus in via iniquitatis: & perditionis: & ambulauimus vias difficiles. & Hieremiæ nono. Vt iniquè agerent, laborauerunt. Quinta est ex præmij, siue muneris immensitate. In nulla enim lege talia promittuntur præmia, sicut in lege Christi Sarracenis enim promittuntur fluuij lactis & mellis. Iudæis terra promissionis: sed Christianis angelorum gloria. Matthæi vigesimosecundo. Erunt sicut angeli Dei in cœlo. Hoc considerans. Petrus ait Ioannis sexto. Domine ad quem ibimus: Verba vitæ æternæ habes.

De secundo præcepto legis.

NOn assumes nomen domini Dei tui in vanum. Exod. 20. hoc est secundum præceptum legis: & sicut non est nisi vnus Deus quem debemus colere, ita nõ est nisi vnus quem debemus maximè venerari. & primò quantùm ad nomen: vnde nõ assumes, &c. Sciendum quòd vanum dicitur tripliciter. aliquãdo enim dicitur falsum. Psalm. Vana locuti sunt, &c. Assumis ergo nomen Dei in vanum: quando assumis illud ad confirmationem falsitatis. Zacharię octauo. Iuramentum mendax ne diligatis. Idem decimotertio. Non viues: quia locutus es mendacium in nomine domini. Talis autem facit iniuriam Deo: sibijpsi & omnibus hominibus. Deo quidem: qui cùm iurare per Deum nihil aliud sit, nisi inuocare ejus testimoniũ: cùm iuras falsum, aut credis Deum nescire verum: & sic ponis ignorantiam in Deo: cùm tamen omnia nuda & aperta sunt oculis eius: vt dicitur ad Hebræos quarto. Aut quòd diligat mendacium: cùm tamen odiat ipsum. Psalm. Perdes omnes qui loquuntur mendacium: aut derogas potentiæ: quasi non possit testimonium reddere: vel quasi non possit de eo punire. Item facit iniuriam sibijpsi: obligat enim se iudicio Dei. Nihil est autem aliud dicere, per Deum ita est, nisi quòd Dens puniat me si non est ita. Item iniuriatur alijs hominibus. Nulla enim inter aliquos societas durare potest, nisi credant sibi inuicem. Dubia autem iuramentis confirmantur. Hebræorum sexto. Omnis controuersiæ finis ad confirmationem, est iuramentum. Iniuriatur ergo Deo: crudelis est sibi: & noxius est hominibus. Aliquando dicitur vanum, inutile. Psalm. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt: & ideò confirmando vanitatẽ, assumitur nomen Dei in vanum. In veteri enim lege prohibitũ fuit vt non iuraretur falsum. Deuteron. quinto. Non vsurpabis nomen Dei tui frustrà, &c. sed Christus prohibuit nõ nisi necessitate iurare. Et ideò dicitur Matthæi quinto. Audistis quia dictum est antiquis: non iurabis. Ego autem dico vobis. Nolite iurare omninò. Et huius ratio est: quia in nulla parte ita fragiles sumus, sicut in lingua, quia eam nullus domare potuit: sicut dicitur Iacob. tertio. Et ideò de leui posset homo deierare. Matthæi quinto Sit sermo vester: est est, non non: & iterum. Ego autem dico vobis, nolite iurare omninò. Et nota quòd iuramentum est sicut medicina, quæ non semper accipitur: sed in necessitate: & ideò: vt dicitur Matth. quinto. Quod his amplius est, à malo est. Ecclesiasti. vigesimotertio. Iurationi nõ assuescat os tuum. multi enim casus in illa. Nominatio verò Dei nõ sit assidua in ore tuo: & nominibus sanctorum ne admiscearis, quoniam non eris immunis ab eis. Aliquando autem dicitur vanum, peccatum: vel iniustitia. Psalm. Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem? Qui ergo iurat pro peccato faciendo, assumit nomen Dei sui in vanum. Iustitiæ verò partes sunt, facere bonum: & dimittere malum. Si ergo iuras facere furtũ: vel aliud huiusmodi: hoc contra iustitiam est: & quamuis non sit seruandum hoc iuramentum: tamen sic iurans periurus est. Talis fuit Herodes contra Ioannem Mar. 6. Similiter contra iustitiam facit, qui iurat non facere bonum: sicut non intrare ecclesiam vel religionem: & hoc etiam iuramentum non est seruandum: & tamen periurus est iurans. Non est ergo iurandum de falsò: non de inutili: non etiam de iniustitia: & ideò dicitur Hieremiæ 4. Et iurabis, viuit dominus in veritate: & in iudicio: & in iustitia. Vanum dicitur aliquando, fatuum Sapien. 13. Varij sunt omnes homines. in quibus non est scientia Dei. Qui ergo accipiunt nomen Dei stultè, sicut blasphemi, assumunt nomen Dei in vanum. Leui 24. Qui blasphemauerit nomen domini, morte morietur.

NOn assumes nomen domini Dei tui in vanum. Sciẽdum quòd nomen Dei sumitur ad sex. Primò quidem ad dicti confirmationem: sicut in iuramento: & in hoc confitemur, quòd prima veritas non est nisi in Deo. In hoc autem sit reuerentia Deo. Vnde in lege præcipitur. Deuteron. sexto. quòd non iuretur: nisi per Deum. Contrarium faciunt qui aliter iurant. Exod. vigesimotertio. Non iurabis per nomina Deorum exterorum: & quamuis aliquando iuretur per creaturas, tamen sciendum quod in omnibus his non iuratur, nisi per Deum. Cùm enim iuras per animam tuam: vel caput tuum: idem est: quod eam obligare pœnæ inflingendæ à Deo. Apostolus secundæ Corinth. primo. Testem Deum inuoco in animam meam. Item cùm iuras per Euangelium, iuras per Deum qui dedit euan gelium, & ideò peccant qui iurant per Deum de facili: aut per euangelium. Secũdò sumitur ad sanctificationem. Baptismus enim sanctificat. Apostolus primæ Corinthiorum sexto. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi. Hoc autem non habet virtutem, nisi in inuocatione Trinitatis. Hierem. decimoquarto.: Tu autem in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos. Tertiò sumitur ad aduersarij expulsionem. Vnde ante baptismum abrenunciatur diabolo. Isaiæ quarto. Tantummodò inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. Et ideò si redis ad peccata, nomen Dei sumitur in vanum. Quartò sumitur ad einsdem nominis confessionem. Apostolus. Romanorum decimo. Quomodò inuocabũt, in quem non crediderunt. Et iterum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Confitemur autem primò ore ad manifestandum gloriam Dei. Esaiæ quadragesimotertio. Omnis qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum. Ergo si dicis aliquid contra gloriam Dei, assumis nomen Dei in vanum. Confitemur secũdò opere: cùm ea operamur quæ gloriam Dei manifestant. Matthæi quinto. Videant opera vestra bona. & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Contrarium faciunt quidam: de quibus dicit Apostolus. Romanorum secundo. Nomen Dei per vos blasphematur inter gentes. Quintò, assumitur ad defensionẽ. Prouerbiorum decimooctauo. Turris fortissima nomen domini: ad ipsam currit iustus & exaltabitur. Marci vl timo. In nomine meo dæmonia eijcient. Actuum quarto. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Sextò, sumitur ad operis completionem. Apostolus Collosen. tertio. Omne quodcũq; facitis in verbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi. Psalm. Adiutorium nostrum in nomine domini. Sed quia aliquando aliquis indiscretè incipit: sicut accidit in voto: quod non adimpletur, tunc etiam in vanum nomen domini assumitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vide Eccleſiaſtici quarto. Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. Pſalmus. Vouete,&c. Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio.

De tertio præcepto legis.

MEmento vt diem ſabbati ſanctifices. Exod.vigeſimo. Hoc eſt tertium mandatum legis & conuenienter. Primò enim debemus Deum venerari corde. Vnde præcipitur,quòd non colatur niſi vnus Deus.Vnde non habebis Deos alienos. Secundò ore,vnde non aſſumes.Tertiò opere,& hoc eſt.Memento,&c. Voluit enim vt eſſet certus dies in quo intenderent homines ad ſeruitium Dei. Habetur autem hoc præceptum quinque rationibus. Primò enim datum fuit ad deſtructionem erroris. Præuidit enim ſpiritusſanctus, quòd futuri erant aliqui, dicturi mundum ſemper fuiſſe. ſecundæ Petri tertio. Venient in nouiſsimis diebus in deceptione illuſores iuxta proprias concupiſcentias ambulantes,dicentes, vbi eſt promiſſio,aut aduẽtus eius.Ex quo enim patres dormierũt,omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ. Latet enim eos hoc volentes,quòd cœli erant prius & terra. Voluit ergo Deus vt cuſtodiretur vnus dies in memoriam,quòd Deus omnia creauerat in ſex diebus,& in ſeptimo quieuit à nouis creaturis condendis,& hanc rationem ponit Dominus in lege.dicens. Memento vt diem ſabbati ſanctifices,ſed Iudæi in memoriam primæ creationis colebant ſabbatum. Chriſtus autem veniens,fecit nouam creationem. Per primam enim homo terrenus, per ſecundam homo cœleſtis effectus eſt. Galatas ſexto. In Chriſto Ieſu,neque circunciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura, & hæc noua creatura eſt per gratiam quæ incepit in reſurrectione. Romanorum ſexto. Quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius ſimul & reſurrectionis erimus, & quia reſurrectio facta eſt in Dominica, ideò celebramus illum diem,ſicut Iudæi ſabbatum propter primam creationem. Secundò datum fuit ad inſtructionem fidei redemptoris. Caro enim Chriſti in ſepulchro corrupta non fuit. Vnde dicit Pſalm. Caro mea requieſcet in ſpe.Item ibi. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Vnde voluit ſabbatum obſeruari vt ſicut ſacrificia ſignificabant mortem Chriſti, ita quies ſabbati requiem carnis eius,ſed nos iſta ſacrificia non ſeruamus, quia adueniente re & veritate, debet ceſſare figura, ſicut adueniente ſole, ceſſat vmbra. Seruamus tamen in veneratione virginis gloriоſæ, in qua remanſit tota fides tali die in morte Chriſti. Tertiò datum fuit ad roborandum ſiue figurandum veritatem promiſsionis. Promittitur enim nobis quies. Iſaiæ decimoquarto. Et erit in die illa cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo & à conciſsione tua, & à ſeruitute dura qua antè ſeruiſti. Item Eccleſiaſtici trigeſimoſecundo. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Et nota, quòd expectamus requiem de tribus: de labore præſentis vitæ, de tentationum concuſsione, & de diaboli ſeruitute. Hanc Chriſtus repromiſit venientibus ad ſe dicens Matthæi vndecimo. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reſciam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Inuenimus autem, quòd Dominus operatus eſt ſex diebus, & in ſeptimo quieuit, quia primò oportet facere opera perfecta. Eccleſiaſt.quinquageſimoprimo. Modicum laboraui & inueni mihi multam requiem. Plus enim incomparabiliter excedit tempus æternitatis totum tempus præſens,quã mille anni diem vnum, quartò datum fuit hoc præceptum, ad inflammationem amoris. Sapientiæ ſexto. Corpus quòd corrumpitur, aggrauat animam, & ideò homo ſemper ad terrena inferius tendit, niſi conetur erigere ſe ab eis, & ideò oportet habere certum tempus ad hoc. Vnde aliqui toto tempore hoc faciunt. Pſalmus. Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Apocalipſis primo.Theſſaloniſſ.quinto. Sine intermiſsione orate, & hi continuè ſabbatum habent, aliqui hoc faciunt in aliqua parte temporis. Pſalmus. Septies in die laudem dixi tibi. Alij ne omninò alienarentur à Deo oportuit, quòd haberent aliquem determinatum, ne nimis tepeſcat in eis amor. Iſaiæ quinquageſimooctauo. Si vocaueris ſabbatum delicatum, tunc delectaberis ſuper Domino. Iob vigeſimoſecundo.Tunc ſuper omnipotentem delicijs afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam. Non enim ad ludendum ordinatur talis dies, ſed ad laudandum,& orandum Dominum Deum. Vnde Auguſtinus dicit, quòd minus malum eſt tali die arare, quàm ludere, quintò datum fuit ad opera pietatis reſpectu ſubiectorum. Aliqui enim crudeles ſibi & ſuis, non ceſſant continuè operari propter lucrum, & hoc habent Iudæi maximè: quia auariſsimi ſunt. Deuteronom.quinto. Obſerua diem ſabbati: vt requieſcat ſeruus tuus, & ancilla tua, ſicut & tu.& poſt.Non facies in eo quicquam operis,tu & filius,& filia, ſeruus & ancilla,bos & aſinus,& omne iumentum tuum,& requieſcat ſeruus & ancilla tua,ſicut & tu, propter prædicta ergo prædictum mandatum datum fuit.

MEmento vt diem ſabbati ſanctifices.Dictum eſt,quòd ſicut Iudei celebrant ſabbatum,ſic nos Chriſtiani Dominicam & alia principalia feſta. Videamus ergo quomodò iſta ſeruare debemus. Et ſciendum, quòd non dicit, cuſtodi ſabbatum,ſed memento,&c. Sanctum autem accipitur duobus modis, aliquando enim eſt ſanctum idem quòd purum. Apocalipſis primo. Corinthiorum ſexto. Sed abluti eſtis,ſed ſanctificati eſtis,&c. aliquando dicitur ſanctum res conſecrata ad cultum Dei:vt locus,tempus, veſtes, & vaſa ſacra. Iſtis ergo duobus modis debemus feſta celebrare, quia & purè, & mancipando ſe diuino ſeruitio. In iſto ergo præcepto duo conſiderantur. Primò quidem in feſto quid cauendum ſit, ſecundò quid faciendum,debemus autem cauere tria, primò corporalem operam. Hierem.decimoſeptimo. Sanctificabis ſabbatum, vt non facias in eo opus ſeruile. vnde & in lege dicitur. Leuitici vigeſimotertio. Omne opus ſeruile non facietis in eo.Opus autẽ ſeruile eſt opus corporale,nam opus liberũ eſt animæ, ſicut intelligere, & huiuſmodi, ad quod opus homo conſtringi non poteſt. Sed ſciendum,q; opera corporalia poſſunt fieri in ſabbato propter quatuor, primò propter neceſsitatẽ. vnde Dominus excuſauit diſcipulos euellentes ſpicas in ſabbato:vt dicitur Matthæi duodecimo. Secundò propter eccleſiæ vtilitatem. Vnde dicitur in euangelio Matthæi duodecimo, quòd ſacerdotes faciebant omnia quæ erant neceſſaria in templo in die ſabbati,tertiò propter proximi vtilitatem. Vnde Dominus curauit in die ſabbati habentem manum aridam, & confutauit Iudæos reprehendentes eum,ponens exemplum de oue. Matthæi duodecimo. Quartò propter ſuperioris auctoritatem. Vnde Dominus præcepit Iudeis:vt circũciderent in die ſabbati:vt dicit Ioan.decimoſeptimo. quintò debemus cauere culpam. Hierem.ſeptimo. Cuſtodite animas veſtras,& nolite portare pondera in die ſabbati. Onus autem animæ vel pondus malum eſt peccatum. Pſalm. Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Peccatum autem opus ſeruile eſt,quia vt dicitur Ioannis octauo. Qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati. Vnde cùm dicitur. Omne opus ſeruile non facietis in eo,poteſt intelligi de peccato,& ideò contra præceptum hoc facit quis,quando in ſabbato peccat, quia operando & peccando Deus offenditur.Iſaiæ primo.Sabbatum & feſtiuitates alias non feram, & quare.quia iniqui ſunt cœtus veſtri.Calendas veſtras & ſolennitates veſtras odiuit anima mea,facta ſunt mihi moleſta. Sextò debemus cauere negligentiam. Eccleſiaſt.trigeſimotertio. Multam malitiam docuit otioſitas. Hieronimus ad Ruſticum. Semper aliquid boni operis facito: vt te diabolus inueniat occupatum. Et ideò non eſt bonum cuſtodire niſi principalia feſta,ſi in alijs debeat homo eſſe otioſus.Pſalm. Honor regis iudicium diligit, ſcilicet diſcretionem. Vnde primæ Machabeorum ſecundo dicitur, quòd Iudæi quidam occultati erant, & inimici irruerunt ſuper eos. Qui credentes, quòd ſe non poſſent in ſabbato defendere, victi & occiſi ſunt. Ita accidit multis qui otioſi ſunt in feſtis. Trenorum primo. Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata eius, ſed tales debent facere, ſicut illi Iudæi fecerunt. Vnde primæ Machabeorum ſecundo dicitur. Quicunquè venerit ad nos in bello in die ſabbatorum, pugnemus aduerſus eum.

MEmento vt diem ſabbati ſanctifices, ſicut dictum eſt, homo diem feſtum debet ſanctificare, & dictum eſt, quòd ſanctum dicitur duobus modis, quia & quòd mundum eſt, & quòd Deo conſecratum eſt. Item dictum eſt à quibus tali die abſtinere debemus. Nunc dicendum eſt in quibus occupari debemus, & ſunt tria. Primò in faciendis ſacrificijs. Vnde Numeri vigeſimooctauo dicitur, quòd Deus præcepit, quòd quolibet die vnus agnus mane, & alius veſpere debeat offerri, ſed in ſabbato debent duplicari, & ſignificat, quòd in ſabbato debemus offerre Deo ſacrificium,& de omnibus quæ habemus.1.Paralipome.29. Tua ſunt, & quæ de manibus tuis accepimus, dedimus tibi.vnde primò debemus vltrà offerre animam noſtram,dolendo de peccatis.Pſal. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus,& orando pro beneficijs. Pſalm. Dirigatur Domine oratio mea,ſicut incenſum in conſpectu tuo.Factus eſt enim dies feſtus,ad habendam ſpiritualem lætitiam, quã facit oratio.vnde & tali die multiplicari debent preces. Secundò corpus noſtrum affligere,& hoc ieiunando.Romanorum duodecimo. Obſecro vos per miſericordiam Dei:vt exhibeatis mẽbra veſtra hoſtiam viuentem Deo,ſanctam eccleſiã laudando.Pſalm. Sacrificium laudis honorificat me. Vnde in in tali die cantus multiplicantur. Tertiò res tuas ſacrificare, & hoc dando eleemoſinas. Hebræorum decimotertio. Beneficentiæ autem & communionis ſolite obliuiſci. Talibus enim hoſtijs promeretur Deus, & hoc in duplo, magis quàm in alijs diebus, quia tunc eſt communis lætitia. Neæmiæ octauo. Mittite partes his qui non parauerunt ſibi, quia ſanctus dies Domini eſt. ſecundò in verborum Dei ſtu-

rum Dei ſtudijs:ſicut & Iudæi faciunt hodiè.Actuum 13. Voces Prophetarum quæ per omne ſabbatum leguntur:vnde & Chriſtiani quorum iuſtitia debet eſſe perfectior debent tali die conuenire ad prædicationes.& ad officium Eccleſ.Ioan.8.Qui eſt ex Deo,verba Dei audit,Item loqui vtilia. Apo.Epheſ.4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat:ſed ſi quis bonus ad ædificationem.Iſta enim duo vtilia ſunt animæ peccatoris:quia immutant cor eius in melius.Hiere.23.Verba mea ſunt quaſi ignis ardens dicit dominus: & quaſi malleus conterens petram.Contrarium autem accidit etiã imperfectis non loquentibus vtilia: vel audientibus. Apoſtolus 1. Corinthiorũ.15.Corrumpunt bonos mores colloquia mala.Euigilate iuſti:& nolite peccare.& Pſalm.In corde meo abſcondi eloquia tua.Eloquium enim & inſtruit ignorantem. Pſalm.Lucerna pedibus meis,&c.Et inflammat tepeſcentem.Pſalm.Eloquium domini inflammauit eum.tertiò in diuinorum exercitijs.Hoc autem perfectorum eſt.Pſalm.Vacate & videte quoniam ſuauis eſt dominus: & hoc propter quietem animæ.ſicut enim corpus fatigatum quietem deſiderat,ita & anima.Locus autem animæ Deus eſt. Pſalm. Eſto mihi in Deum protectorem & in locum refugij.Hebræor.4. Itaque relinquitur ſabbatiſimus populo Dei, &c.Sapient.octauo. intrans in domum meam quieſcam cum illa.Sed antequàm ad hanc quietem perueniat anima,oportet tres quietes præcedere. Prima ab inquietudine peccati.Iſa.57.Cor impij autem quaſi mare feruẽs: quod quieſcere non poteſt.ſecunda à paſſionibus carnis:quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum:ſpiritus autem aduerſus carnem: vt dicitur.Gal.5.Tertia ab occupationibus mundi.Lucæ decimo.Martha Martha ſollicita es:& turbaris ergo plurima:& tunc poſt hæc anima liberè quieſcit in Deo.Iſa.58. Si vocaueris ſabbatum delicatum,tunc delectaberis ſuper domino. Propterea ſancti omnia dimiſerunt.quia hæc eſt preciosa margarita:quam qui inuenit homo abſcondit:& præ gaudio illius vadit & vendit vniuerſa quæ habet & emit eam.vt dicitur Matthæi decimotertio.Hæc enim requies vita æterna:& delectatio æterna eſt. Pſalm. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo quando elegi eam. Ad quam nos perducat,&c:

De quarto præcepto legis.

HOnora patrem tuum,&c. Perfectio hominis conſiſtit in dilectione Dei & proximi, & ad dilectionem Dei pertinent tria præcepta.quæ ſcripta fuerunt in prima tabula.ad dilectionem verò proximi ſeptem,quæ ſunt in ſecunda tabula.ſed ſicut dicitur.primę Ioannis tertio.Non debemus diligere verbo:neque lingua:ſed opere & veritate.Homo enim ſic diligens debet duo facere,ſcilicet fugere malum:& facere bonum.Vnde quædam ſunt in præceptis inducentia ad bonum:alia autem ſunt prohibentia facere malum.Et ſciendum,quòd cauere à malo faciendo eſt in potentia noſtra:ſed facere cuilibet bonum non poſſumus.& ideò dicit beatus Auguſt. quòd omnes debemus diligere: ſed non omnibus tenemur benefacere:ſed inter omnes debemus benefacere coniunctis nobis: quia ſi quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet infidelis eſt.primæ ad Thimot.quinto.Inter omnes autem propinquos ſunt nobis propinquiores pater & mater. & ideò dicit Ambroſius.Primò debemus diligere Deum.ſecũdò patrem & matrem, Et hoc eſt,quòd dicit:honora patrem tuum & matrem tuam:& huiuſmodi rationem reddit Philoſophus.qui dicit,quòd ex magno beneficio recepto ab eis non poſſumus eis reſpondere ex æquali.& ideò bene poteſt pater offenſus expellere filium:ſed non ecõuersò. Dant autem parentes filio tria.Primò ſtabilimentum:quò ad eſſe. Eccleſiaſt.ſeptimo.Honora patrem tuum: & gemitus matris tuæ non obliuiſcaris.Memento quoniam niſi per illos natus non fuiſſes.ſecundò nutrimentum:ſiue fulcimentum:quò ad neceſſaria vitæ. Nudus enim intrat filius in hunc mundum:vt dicitur.Ioan.1. Sed à parentibus ſuſtentatur.tertiò documentum. Hebræor.duodecimo. Patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, &c. Eccleſ.7.Filij tibi ſunt,erudi illos:& debent parentes dare duo documenta filijs:& citò:quia vt dicitur Prouerbior.vigeſimoſecundo Adoleſcens iuxta viam ſuam etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.& Trebel.3.Bonum eſt viro cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua:& ſunt illa quæ docuit Thobias filium ſuum.Thobiæ.4.ſcilicet timorem domini:& abſtinere ab omni peccato:& hoc eſt contra illos qui delectantur in malicijs filiorum:ſed ſicut dicitur. Sapien.4.Ex iniquis omnes filij qui naſcuntur teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes.Vnde Deus punit peccatum parentum in filios:vt dicitur.Exodi.vigeſimo.Igitur filij à parentibus habent eſſe nutrimentum:& diſciplinam:& quia eſſe habemus ab eis,debemus magis reuereri quàm dominos à quibus ſolùm res:prætèrquàm Deum à quo habemus animam.Eccleſiaſt.tertio. Qui timet dominum honorat parentes:& quaſi dominis ſeruiet his, qui ſe genuerunt in opere & ſermone:& omni patientia. Honora patrem tuum & matrem tuam: vt ſuper ueniat tibi benedictio à Deo. Et in hoc etiam honoras teipſum,quia ſicut dicitur Eccleſiaſtici tertio. Gloria hominis ex honore patris ſui:& dedecus filij pater ſine honore. Item quia dant nobis nutrimentum in pueritia:& nos debemus eis dare in ſenectute.Eccieſiaſtici tertio. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui:& non contriſtes eum in vita illius:& ſi defecerit ſenſu:veniam da:& ne ſpernas eum in tua virtute. Quàm malæ famæ eſt qui derelinquit patrem:& eſt maledictus à Deo qui exaſperat matrem.Ad confuſionem illorum qui contrà faciunt ponit Caſsiodorus in Epiſtolis.libro ſecundo, quòd Ciconiæ cùm parentes earum pennas ſenio cogente laxauerunt:nec ad proprios cibos idonei poſſunt inueniri: plumis ſuis genitorum membra fouentes eſcis corpora laxa reficiunt:& pia viciſſitudine iuuenes reddunt, quod à parentibus paruuli ſuſceperunt. Item tertio: qui docuerunt nos debemus eis obedire.Coloſſenſes quinto.Filij obedite parentibus veſtris:niſi ſcilicet in his quæ ſunt contra Deum. Hieronymus ad Heliodorum.Solùm pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem.Lucæ decimoquarto. Si quis non odit patrem ſuum & matrem non poteſt meus eſſe diſcipulus.Deus enim verior pater eſt. Deuteron.trigeſimoſecundo.Nunquid non ipſe eſt pater tuus qui poſſedit:& fecit:& creauit te.

HOnora patrem tuum,&c. Inter omnia præcepta huic tantùm adiungitur:vt ſis longæuus ſuper terram.Et ratio huius eſt,ne credatur non deberi præmium honorantibus parentes:quia eſt naturale.Sed ſciendum,quòd honorantibus parentes quinque deſiderabilia promittuntur. Et primum eſt gratia in præſenti: gloria in futuro quæ maximè deſiderantur.Eccleſiaſtici.tertio.Honora patrem tuum:vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo,&c. Contrarium deberur maledicentibus: & etiam in lege maledicuntur à Deo:vt dicitur Deuteronom, vigeſimoſeptimo. & Lucæ decimoſexto. dicitur. Qui in modico iniquus eſt,& in maiori iniquus eſt. Sed vita naturalis quaſi nihil eſt in comparatione ad vitam gratiæ. Si ergo non recognoſcis beneficium vitæ naturalis quam habes à parentibus:indignus es vita gratiæ quæ maior eſt:& per conſequens vita gloriæ quæ maxima eſt.Secundum deſiderabile eſt vita. Vnde vt ſis longæuus ſuper terram dicitur Eccleſiaſtici tertio. Qui honorat patrem ſuum vita viuet longiore. Et nota,quòd vita longa eſt quando eſt plena:& quæ non menſuratur tempore:ſed actione ſecundum Philoſophum. Tunc autem plena eſt vita quando eſt virtuoſa.Et ideò virtuoſus & ſanctus diu viuit: quãmuis citò moriatur corporaliter.ideò dicitur Sapientiæ quarto. Conſummatus in breui expleuit tempora multa.Placita enim erat Deo anima illius. Optimè autem meretur ille qui tantùm facit vna die: quantùm alius in vno anno. Et nota,quòd aliquando accidit,quòd longior vita cauſa eſt mortis corporalis & ſpiritualis ſicut accidit Iudæ. Præmium ergo eſt vita corporalis:ſed contrarium, ſcilicet morte acquirunt illi qui iniuriant parẽtibus.Habemus enim ab eis vitam: ſicut milites à rege feudum. Et ideò ſicut dignum eſt, quòd illi amittant pro proditione feudum,ita iſti propter iniuriam illatam parentibus vitam.Prouerbiorum trigeſimo.Oculum qui ſubſannat patrem:& qui deſpicit partum matris ſuæ,ſuffodiant eum corui de torentibus:& comedant eum filij aquilæ.Per filios aquilæ intelliguntur reges & principes,per coruos officiales.& ſi aliquando non puniuntur corporaliter,mortem tamen ſpiritualem effugere non poſſunt.Propterea pater non debet poteſtatem multam dare filijs. Eccleſiaſtici.trigeſimotertio. Dum adhuc ſuperes & aſpiras non immutet te omnis caro.Item.6.ca.Filio & mulieri fratri & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua:& ne dederis illis poſſeſſionem in vita tua:ne forte pœniteat te.tertium eſt habere filios ſibi gratos & acceptos.Naturaliter enim pater theſaurizat filijs:ſed non econuersò.Eccleſiaſt.tertio.Qui honorat patrem ſuum iocundabitur in filijs.Matthæi ſeptimo.In qua menſura menſi fueritis remetietur vobis.quartum eſt habere famam laudabilem.Eccleſ. 3.Gloria hominis ex honore patris ſui.Et iterũ.Quam malè famæ eſt qui derelinquit patrem.quintum eſt habere diuitias.Eccle.5.Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta.

HOnora patrem, &c. Notandum quòd non ſolùm dicitur aliquis pater ratione carnalis generationis: ſed quibuſdam alijs rationibus aliqui dicuntur patres:& cuilibet eorum debetur aliqua reuerentia. Dicuntur enim patres Apoſtoli:& alij ſancti:per doctrinam & exemplum fidei. Apoſtolus primæ Corinthiorum quarto. Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto,ſed non multos patres.Nam in Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui.Et ideò dicitur. Eccleſiaſt.quadrageſimoquartò.Laudemus viros glorioſos & parentes noſtros in generatione ſua:laudemus autem non ore:ſed imitatione.Et hoc fit ſi non inuenitur in nobis contrarium eius quod laudamus.Heb.13.Memẽtote præpoſitorum veſtrorum: quorum intuentes exitum conuerſationis imitamini fidem.Dicuntur etiã prælati patres:& iſti veneradi ſunt:ſunt enim Dei miniſtri.Luc.10. Qui vos audit,me audit:&

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui vos spernit,me spernit.Et ideò debemus eos honorare obedien
do, Apostolus Hebræorum decimotertio. Obedite præpositis ve
stris:& subiacete eis : & decimas præbendo. Prouerbiorum tertio.
Honora dominum de tua substantia & de primitijs frugum tuarũ
da pauperibus.Item Reges & principes.4.Regum 5. Pater & si rem
grandem dixisset tibi propheta,certè facere debueras. Qui dicũtur
patres : quia debent intendere bonum populi. Et istos honoramus
per subiectionem.Romanorum decimotertio.Omnis anima pote
statibus sublimioribus subdita sit. Et hoc non solùm timore: sed a
more:nec solùm propter rationem:sed etiam propter conscientiã.
Et ratio huius est:quia secundum Apostolum ibidem: omnis pote
stas à Deo est: & ideò reddendum est debitum: quia cui tributum,
tributum,&c.Prouerbiorum vigesimoquarto. Time dominum fili
mi,& regem.Item benefactores. Ecclesiast. quarto. Esto pupillis
misericors vt pater. Est enim proprium patris benefacere filijs: &
ideò tenemur reddere vicem in benefaciendo.Ecclesiast vigesimo
nono.Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris.Ingratis enim accidit il
lud.Sapientiæ decimoquintò.Ingrati spes,tanquàm hybernalis gla
cies tabescet.Item ætate.Deuteron.trigesimosecundo.Interroga pa
trem tuum:& annunciabit tibi maiores tuos:& dicent tibi. Leuiti.
decimonono. Coram cano capite consurge, & honora personam
senis.Ecclesiastic. trigesimosecundo.In medio magnatorum loqui
non præsumas:& vbi sunt senes non multum loquaris.Ibidẽ. Audi
facens:& pro reuerentia acceder tibi bona gratia.Omnes igitur isti
venerandi sunt:quia omnes portant quodammodò similitudinem
patris qui in cœlis est:& de istis dicitur.Qui vos spernit,&c.

De quinto præcepto legis.

NOn occides. In lege diuina per quam ordinamur ad dilectionem Dei & proximi,præcipitur non solùm facere bonum:sed etiam declinare à malo. Inter alia autem maius malum quod possit fieri proximo,est occidere eum: & hoc prohibetur cùm dicitur: non occides.Circa quod præceptum tripliciter est erratum. Quidã enim dixerunt,quòd non licet occidere etiam bruta animalia. Sed hoc falsum est:quia non est peccatum vti illis,quæ sunt subdita hominis potestati.Est etiam naturalis ordo , quòd plantæ sint in nutrimentum animalium:& quędam animalia in nutrimentum aliorum,& omnia in nutrimentum hominum.Genes.nono.Quasi olera virentia, tradidi vobis omnia. Philosophus etiam dicit in politica,quòd venatio est,sicut iustum bellum. Apostolus primę Corinthiorum decimo. Omne quòd in macello venit , manducate, &c. ergo non occides homines Quidam dixerunt hoc prohibitum esse homicidium hominis omninò. Vnde homicidas dicunt esse iudices sæculares qui condemnant secundum leges aliquos: cõtra quos dicit Augustinus quòd Deus per hoc præceptum non abstulit sibi potestatem occidendi.Vnde Deuteron.trigesimosecundo. Ego occidam & viuere faciam.Est ergo licitum illis,qui mandato Dei occidunt:quia tunc Deus facit. Omnis enim lex mandatum Dei est. Prouerbiorum octauo.Per me Reges regnant : & legum conditores iusta decernunt. Et Apostolus Romanorum decimotertio. Si malum feceris time.Non enim sine causa gladiũ portat. Dei enim minister est.Moysi quoque dicitur. Exod.22. Maleficos non patieris viuere Id enim quod licitum est Deo,licitum est & ministris eius per mandatum ipsius.Constat autem,quòd Deus non peccat, cùm sit actor legum: infligendo mortem propter peccatum. Roma.6. Stipendia peccati mors:ergo nec minister eius.Est ergo sensus:non occides propria auctoritate.Alij verò dixerunt,quòd per hoc quod dicitur non occides:prohibetur non occidere alium.Vnde dicebãt quòd licitum erat occidere seipsum.Sic enim inuenitur de Sansone Iudicum.16. & de Catone : & de quibusdam virginibus quæ se in flammas iniecerunt.sicut recitat Aug.in primo.De ciui.Dei.Sed ad hoc respondet Aug,ibidem dicens.Qui se occidit,hominem vtique occidit.Si ergo hominem non licet occidere:nisi auctoritate Dei, ergo nec seipsum nisi vel authoritate Dei vel instinctu spiritus sancti:sicut dicitur de Sansone:ergo non occides.Sciendum est etiam, quòd hominem occidere cõtingit multipliciter.Primò manu.Isa.1. Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Quod quidem est non solùm contra charitatem qua præcipitur: vt diligas proximum sicut teipsum.1.Ioan.3. Omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem:verum etiam contra naturam:quia vt dicitur Eccles.13. Omne animal diligit sibi simile.Vnde Exod.21.Qui percusserit hominem volens occidere,morte moriatur. Et hic quidem crudelior est lupo:de quo dicitur in quarto animalium : quòd si lupo detur caro lupi non comedit.Item ore,& hoc fit dando consilium alicui contra aliquem prouocando:accusando & detrahendo. Psalm.Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ:& lingua eorum gladius acutus.Tertiò adiutorio.Prouerbiorum primo.Fili mi ne ambules cum eis.Pedes enim illorum ad malum currunt: & festinant vt effundent sanguinem. Consensu. Roma.1. digni sunt morte non solùm qui ea faciunt:sed etiam qui consentiunt facientibus.Consentis autem quodam modo quando potes impedire. Prouerbiorum vigesimoquarto.Erue eos qui ducuntur ad mortem:& iterum si vires supperunt:sed dimittis negligentia vel auaritia.Ambro.Pasce fame morientem:si non paueris,occidisti. Et sciendum , quòd aliqui occidunt solum corpus.de quo dictum est.Alij animam auferendo vitam gratiæ trahẽdo scilicet,ad peccatum mortale.Ioã.8. Ille homicida erat ab initio:inquantùm,scilicet traxit ad peccatum. Alij autem vtrunque:& hoc dupliciter.Primò in destructione prægnantium.Occidunturenim pueri in corpore & in anima.secundò interficiendo seipsum.

NOn occides,&c.Christus dat in euangelio Matthæi quinto, quandam doctrinam quæ est,quòd iustitia nostra debet esse maior iustitia legis.Vnde docet perfectius seruari mandata legis à Christianis quam Iudęi seruauerunt:& ratio huius est:quia maiori labore acquiritur maior merces.secundæ Corinthiorum nono. Qui parcè seminat, parcè & metet. In lege enim promittebantur temporalia & terrena.Isaiæ primo. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis:sed in lege nostra promittuntur cœlestia & æterna : ergo iustitia quæ est obseruantia mandatorum , debet abundare:cùm maior expectetur merces.Inter alia autem præcepta facit mentionem de isto dicens. Matthæi quinto. Audistis, quòd dictum est antiquis. Non occides. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo:reus erit iudicio,idest , pœna quam lex adiudicauit.Exod.vigesimoprimo.vbi dicitur.Si quis per insidias,ab altari meo auelles eum: vt moriatur. Debet autem quilibet quinque modis ab ira cauere. Primò ne cito prouocetur.Iacob.primo.Sit omnis homo velox ad audiendum,tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram,&c. Et ratio huius est,quia ira peccatũ est,& punitur à Deo. Sed nunquid omnis ira est cõtraria virtuti.Circa hoc duplex est opinio.Stoyci enim dixerunt, quòd nulla passio cadit in sapientẽ, imò volebant , quòd vera virtus esset in quiete mentis. Peripatetici autem dixerunt,quòd ira cadit in sapientem,sed moderata, & est opinio verior. Et patet primò auctoritate, quia in euangelijs inuenimus istas passiones Christo attributas, in quo fuit fontalis plenitudo sapientiæ , secundò patet ratione. Nam si omnes passiones virtuti contrarientur , essent aliquæ potentiæ animæ quæ essent frustrà , imò quæ essent homini in nocumentum , quia non haberent aliquos actus conuenientes. Et sic irascibilis & concupiscibilis frustrà datæ essent homini , & ideò dicendum est , quòd aliquando ira est virtus , aliquando non .accipitur enim ira tripliciter. Primò prout est in so'o iudicio rationis absq; commotione animi, & ista non dicitur propriè ira,sed iudicium.Sic enim Dominus puniens malos.iratus dicitur. Mich.septimo. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei.secundò accipitur prout est passio,& ista est in appetitu sensitiuo,& est duplex, quia aliquando ordinatur rationi, & continetur sub terminis rationis , quando scilicet quis iratscitur quando debet,& quantum debet, & pro quo debet , & huiusmodi. Et tunc est actus virtutis, & dicitur ira per cœlum. Vnde Philosophus dicit,quòd mansuetudo non est nullo modo irasci. Ista ergo ira non est peccatum. Est & tertia ira quæ refugit iudicium rationis, & ista semper est peccatum,sed aliquando veniale,aliquãdo est mortale,& hoc distinguitur ex eo,quod ad iram incitat,& aliquãdo est veniale,aliquãdo est mortale. Mortale duplex,vel ex genere,vel ex circunstãtijs. Homicidium autẽ videtur esse actus peccati mortalis ex suo genere, quia directè ordinatur contra præceptum diuinum. Et ideò cõsensus in homicidium est peccatum mortale ex genere, quia si actus est mortalis,& consensus in actum erit mortalis. Aliquando autem peccatũ mortale est ex genere,sed tamen motus non est peccatum mortale,quia est sine consensu, sicut si ascendit motus concupiscentiæ ad fornicandum,& non consentitur,non est peccatum mortale,similiter ira. Est enim motus ad iniuriam illatam vindicandam. Hæc enim est propriè ira.Si ergo iste motus est taliter, in passione, ita quòd ratio deducatur , tunc est peccatum mortale. Si autem vsque ad consensum non peruertitur ratio,tunc est peccatum veniale. Si autem motus non sit ex genere peccatum mortale, tunc & si consensus adhibeatur non est peccatum mortale. Quod ergo dicit , qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio, intelligendum est de motu tendente in nocumentum , qui motus est peccatum mortale , ità quòd sit ibi consensus. Ecclesiastici vltimo. Cuncta quæ fiunt , adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum , siue malum. Secunda ratio quare debemus non prouocari citò ad iram est , quia omnis homo diligit libertatem , & odit seruitutem. Non est autem iracundus Dominus suijpsius. Prouerbiorum vigesimoseptimo. Impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Ibidem. Graue saxum , & onerosa arena , sed ira stulti vtroque grauior. Secundò cauere debet ne diu in ira permaneat. Psalmus. Irascimini & nolite peccare. Ephesiorum quarto. Sol non occidat super iracundiam vestram. Et rationem huius assignat in Euangelio Dominus. dicens. Mat-

thæi quinto. Esto consentiens aduersario tuo citò dum es in via cum eo,ne fortè tradat te ministro. Et in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde: donec reddas nouissimum quadrantem. Tertiò cauere debet : ne ira procedat. Primò in corde:quod sit quando peruenit ad odium. Est enim differentia inter iram & odium : quia ira subita est: odium verò diuturnum. Et ideò est mortale peccatum primæ Ioannis tertio. Qui odit fratrem suum homicida est.Et ratio huius est:quia & se interficit spoliando se charitate: & alium. Augustinus in regula.Lites aut nullas habeatis:aut quàm celerrimè finiatis:ne ira crescat in odium & trabem faciat de festuca:& animam faciat homicidam.Prouerbiorum decimoquinto.Vir iracundus prouocat rixas.Genesis quadragesimonono.Maledictus furor eorum:quia pertinax.& indignatio eorum:quia dura.Quartò cauere debet ne procedat in verbo.Prouerbiorum duodecimo.Fatuus statim iudicat iram suam.Et potest indicare duobus modis:iniuriando, scilicet & superbè loquendo. Quantùm ad primum dicit dominus Matth.5. Qui dixerit fratri suo Fatue.reus erit gehennæ ignis.Quantùm ad secundum dicitur ibidem.Qui autem dixerit Racha,reus erit concilio.Prouerbiorum decimoquinto.Responsio mollis frangit iram.sermo duras suscitat furorem.Quintò cauere debet ne procedat in opere:In omni enim opere nostro duo debemus obseruare , scilicet facere iustitiam & misericordiam:& ira vtrumque impedit. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur.vt dicitur Iacob.1 Quamuis enim velit,tamen non potest. Vnde Philosophus quidam dixit cuidam qui eum offenderat.Punirem te nisi essem iratus. Prouerbiorum vigesimoseptimo.Ira non habet misericordiam nec erumpens furor.Gene.49.In furore suo occiderunt virum.Et propter hoc Christus non solùm docuit nos cauere ab homicidio,sed ab ira. Bonus enim medicus non tantùm tollit malum quod apparet:sed etiam radicem remouet infirmitatis : ne scilicet,recidiuet. Et ideò vult nos abstinere à principijs peccatorum: & ita ab ira quæ est principium homicidij.

De sexto præcepto legis.

NOn mœchaberis,&c.Post prohibitionem homicidij prohibetur adulterium.Et congruè:quia vir & vxor sunt quasi vnum corpus.Erunt inquit dominus.Genesis.duo in carne vna. Et ideò post iniuriam quæ infertur personæ nulla maior est,quàm illa quæ infertur coniunctæ.Prohibetur autem adulterium vxori & viro. Sed prius dicendum est de vxoris adulteriis quia maius peccatum videtur committere. Committit autem tria peccata grauia vxor mœchando quæ insinuantur Eccles.vigesimotertio.Mulier omnis relinquens virum suum primò in lege altissimi incredibilis fuit: & secundò virum suum dereliquit.tertiò adulterio fornicata est,&c. primò ergo peccat per incredulitatem : quia legi incredibilis fit. Dominus enim prohibuit adulterium.Item facit contra Dei ordinationem.Matthæi decimonono.quos Deus coniunxit,homo non separet. Item contra ecclesiæ statuta vel sacramentum. Fit enim matrimonium in facie ecclesiæ,& ideò adducitur Deus quasi in testem & fideiussorẽ de seruanda fide.Malac.2. Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ,quam tu despexisti.ergo peccatur contra legem contra statutum & contra sacramentum Dei. Secundò peccat per proditionem : quia dereliquit virum. Apostolus prima Corinthiorum septimo.Mulier sui corporis potestatem non habet.sed vir.Ideò etiam nec castitatem seruare potest sine consensu viri. Et ideò si mœchatur, proditionem committit,dum seipsam alteri tradit,sicut seruus dãs se alteri domino. Prouerbiorum secundo.Reliquit ducem pubertatis suæ:& pacti Dei sui oblita est. Tertiò per furti commissionem:quia ex alieno viro constituit sibi filios:& hoc maximum furtum est : quia totam hæreditatem dat alienis filijs.Et nota,quòd ista deberet studere,quòd filij intrarent religionem vel aliquid aliud facerent ita,quòd in bonis viri nõ succederẽt.Est ergo mulier mechaus:sacrilega proditrix furatrix.Viri verò peccant non minus quàm vxor : licet sibi quandóque blandiantur.quod patet ex tribus. Primò ex æqualitate quam habet. Nam vir sui corporis potestatem non habet sed mulier:vt dicitur. prima Corinthiorum septimo. Et ideò neuter potest aliquid facere sine alterius consensu quantùm ad matrimonium. Et ad hoc significandum Deus non de pede vel capite:sed de costa mulierem formauit.Et ideò matrimonium nunquàm statum perfectum habuit nisi in lege Christi:quia Iudæus vnus plures habebat vxores: sed vxor non plures viros.Et ideò non erat æqualitas. Secundò ex viri fortitudine:quia propria passio mulierum est concupiscentia. primæ Petri tertio. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem. Et ideo si petis ab vxore quod tu non potes seruare,frangis fidem. Tertiò ex eius auctoritate:quia vir est caput mulieris. Vnde mulieres non debent loqui in ecclesia:sed domi viros interrogare.Vt dicitur primæ Corinthiorum decimoquarto.Est ergo vir doctor mulieris. Et ideò Deus præceptum dedit viro.Magis autem peccat sacerdos quàm laicus:& Episcopus quàm sacerdos,si non seruant quæ debent:quia docere alios ad ipsos pertinet. A simili: si vir mœchatur frangit fidem non seruando ea quæ debet.Sed tamen vxores attendant ad id quod Christus dicit Matthæi vigesimotertio. Omnia quæcúnque dixerint vobis seruate & facite:secundum opera verò eorum nolite facere.

NOn mœchaberis.Sicut dictum est,Deus tam viris quàm mulieribus prohibuit adulterium. Sed sciendum,quòd licet aliqui credant adulterium esse peccatum,tamen non credunt simplicem fornicationem esse peccatum mortale. Contra quos Apostolus Hæbræor.decimotertio.Fornicatores & adulteros iudicabit Deus primæ Corinthiorum sexto. Nolite errare: neque fornicarij: neque adulteri: neque molles : neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. A regno autem Dei non excluditur aliquis nisi per peccatum mortale : ergo est peccatum mortale. Sed forte dices non est ratio quare sit peccatum mortale cùm non detur corpus vxoris sicut in adulterio.Dico quòd si non detur corpus vxoris,datur tamen corpus Christi quod sibi datum fuit & consecratum in baptismo. Si ergo nullus debet facere iniuriam vxori, multò magis nec Christo.primæ Corinthiorum sexto. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi.Tollens ergo membra Christi:faciam membra meretricis.Absit.Est ergo hæresis dicere fornicationem simplicem non esse peccatum mortale. Et ideò sciendum,quòd in isto præcepto (non mœchaberis) prohibetur non solùm adulterium.sed omnis carnalis corruptio, præter eam quæ est matrimonij. Vlteriùs autem sciendum,quod alij dicunt commixtionem viri & vxoris non esse sine peccato: quod est hæreticum.Apostolus.Hebræor.decimotertio.Sit honorabile connubium in omnibus:& thorus immaculatus. Talis autem coniunctio aliquando non solùm sine peccato est:sed etiam est ad meritum vitæ æternæ habentibus charitatem.Aliquando est cum peccato veniali,aliquando cum mortali.Quando enim est cum intentione procreandæ prolis tunc est opus virtutis:quando autem cum intentione reddendi debitum tunc est etiam opus iustitiæ. Quando autem est causa exercendæ libidinis,tunc est cum veniali.quando scilicet non excedit limites matrimonij.Quando autem excedit.vt scilicet, si posset extenderet se ad aliam, tunc est mortale. Sciendum autem,quòd adulterium & fornicatio prohibentur propter multa. Primò enim perimit animam. Prouerbiorum sexto. Qui adulter est propter cordis inopiam perdet animam suam. Et dicit propter cordis inopiam,quod est quando caro dominatur spiritui.Secundò priuat vita. Talis enim secundum legem debet mori.vt dicitur Leuitici vigesimo,& Deuteron.vigesimosecundo. Et quòd aliquando non puniatur corporaliter est in malum suum: quia pœna corporalis quæ cum patientia toleratur est in remissionem peccatorum:punietur tamen postea in vita futura. Tertiò consumit substantiam,suam:Vnde Lucæ decimoquinto de filio prodigo dicitur,quòd dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. Ecclesiast.nono.Ne des fornicarijs animam tuam in vllo ne perdas te & hæreditatem tuam. Quartò vilificat prolem. Sapientiæ tertio.Filij adulterorum in consumatione erunt:& ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si quibidem longæ vitæ erunt in nihilum computabuntur: & sine honore.primæ Corinthiorum septimo. Alioquin filij vestri immundi essent:nunc autem sancti sunt. Nunquàm etiam habent honorem in ecclesia si clerici sint:de decore haberi possunt.Quintò priuat honore:& specialiter mulieres. Ecclesiast.nono.Omni mulier quæ est fornicaria,quasi stercus in via conculcabitur.Et de viro dicitur.Prouerbiorum sexto. Turpitudinem & ignominiam congreget sibi:& opprobrium illius non delebitur.Gregor.etiam dicit,quòd peccata carnalia sunt maioris infamiæ & minoris culpæ quàm spiritualia.Et ratio huius est:quia est commune cum bestijs.Psalm.Homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis.

De septimo præcepto legis.

NOn furtum facies. Dominus prohibuit principaliter in lege sua,iniuriam proximi. & primò iniuriam in propriam personam:ibi non occides.Secundò in persona coniunctam:ibi.Non mœchaberis.Tertiò,in rebus:hic.Non furtum facies.Et sciendũ, quòd in hoc præcepto prohibetur omne malè ablatũ. Cõmittitur enim furtum multis modis.primò occultè accipiendo. Matthæi vigesimoquarto. Si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset. Et hoc vituperabile est : quia est proditio quædam. Ecclesiast.quinto. Super furem enim est confusio. Secundò violenter auferendo. Et hæc est maior iniuria.Iob vigesimoquarto.Vim fecerunt deprędantes pupillos.Inter istos sunt mali principes & Reges. Soph. tertio. Principes eius in medio eius,quasi leones rugientes,&c. Isti enim

Universidad de Deusto Biblioteca

faciunt contra intentionem domini volentis iuſtum regnum & dicentis.Prouerbiorum octauo.Per me Reges regnant:& legum conditores iuſta decernunt.Et aliquando talia faciunt per modū furti. Aliquando per violentiam.Eſaiæ primo. Principes tui infideles & cætera quæ ſequuntur.Aliquando condendo leges & ſtatuendo ad lucrandum tantùm. Eſaiæ decimo. Væ qui condunt leges iniquas. Et Auguſtinus dicit, quòd omnis mala donatio, furtum eſt. Vnde dicit.Quid regna niſi latrocinia?Tertiò mercedem non ſoluendo. Leuiti.decimonono.Nō morabitur opus mercennarij apud te,vſq; mane. Et hoc intelligitur ꝙ homo cuilibet dare debet quod ſuum eſt:ſiue principi: ſiue prælato: ſiue clerico, &c. Romanorum decimotertio.Reddite omnibus debita.Cui tributum,tributum:cui vectigal, vectigal. Tenemur enim regibus cuſtodientibus pacem noſtram dare me rcedem. Quartò fraudem in mercationibus committendo.vnde dicitur.Deutero.vigeſimoſecundo. Non habebis in ſacculo diuerſa pondera.& ex Leuiti.decimonono. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio in regula in pondere: in menſura. Statera iuſta,& æqua ſint pondera: iuſtus modius: æquúſque ſextarius.Prouerbiorum vigeſimo.Abominatio eſt apud Deum pondus & pondus:ſtatera doloſa non eſt bona. Hoc eſt etiam contra caupones qui miſcent aquam vino.In hoc etiam prohibetur vſura.Pſalm. quis habitabit in tabernaculo tuo,&c.Et pòſt.Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram,&c.Hoc eſt etiam contra campſores qui multas falſitates committunt:& contra venditores pannorum & aliarum rerum.Sed dices forſitan. Quare non poſſum dare pecuniam ſicut equum:vel domum?Dicendum quòd in illis eſt peccatum,quę bis venduntur.In domo autem ſunt duo,ſcilicet ſubſtantia, & vſus. Aliud autem eſt habere domum:& aliud vti domo.Vnde ſeparatim poſſum vſum vendere,ſine domus venditione:& ita in omnibus huiuſmodi. vnde ſi aliqua ſunt quæ conſiſtant in ipſo vſu tantùm: & vſus eorum eſt diſtractio,non poteſt fieri id quod de domo. Denarijs enim vtimur diſtrahendo & frumento conſumendo.Et ideò ſi vſum vendis,bis vendis.Quintò dignitates emendo: ſiue temporales:ſiue ſpirituales.De primo Iob vigeſimo.Diuitias quas deuorauit euomet:& de ventre illius extrahet eas Deus. Omnes enim tyranni qui vi tenēt regna vel prouinciam:vel feudum,fures ſunt:& omnes tenentur ad reſtitutionem. De Secundo Ioannis decimò. Amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium: ſed aſcendit aliundè, ille fur eſt & latro Et ideò ſymoniaci fures ſunt.

NOn furtum facies,&c.Hoc præceptum ſicut dictum eſt prohibet omne male ablatum.Et debent nos inducere multæ rationes ad hoc cauendum. Prima ſumitur ex grauitate. Aſsimilatur enim hoc peccatum homicidio.Eccleſiaſt.trigeſimoquarto. Panis egentium vita pauperis eſt:qui defraudat illum vir ſanguinis eſt. Et iterum ibidem. Qui effundit ſanguinem:& qui fraudem facit mercennario fratres ſunt.Secunda ex periculi qualitate. Nullum enim peccatum eſt ita periculoſum.nullum enim peccatum remittitur ſine ſatisfactione & pœnitentia. De omnibus citò pœnitet quis:ſicut patet de homicidio ceſſante irata & de fornicatione ceſſante paſsione concupiſcentiæ:& ſic de alijs.De hoc autem peccato licèt aliquando pœniteat quis:non tamen de facili ſatisfacit:& maximè cum non ſolùm teneatur id quod accepit:ſed etiam de damno quod fecit patrono ex hoc:& cum hoc etiam tenetur facere pœnitentiam de peccato.Ideò dicitur Abac.2.Ve ei qui multiplicat non ſua.Vſquequo & aggrauat contra ſe denſum lutum?Denſum lutum dicit,quod non de facili homo egreditur. Tertiò ex talium inutilitate.Non enim ſunt vtilia:neque ſpiritualiter.Prouerbiorum decimo.Nil proderunt theſauri impietatis.Diuitiæ enim ſpiritualiter proſunt ad eleemoſinas &:ſacrificia. Prouerbiorum decimotertio. Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ:ſed de non proprijs dicitur.Iſa. 61.Ego dominus diligens iudicium & odio habens rapinam in holocauſtum.Eccleſiaſt.trigeſimoquarto. Qui offert ſacrificium ex ſublata pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui.Nec temporaliter:quia parum durant.Abacuch.2.Ve qui congregat auaritiam in malum domui ſuæ:& liberari ſe putat de manu mali,&c.Prouerbiorum vigeſimooctauo. Qui coaceruat diuitias vſuris & fœnore liberali in pauperes congregat eas.Prouerbiorum decimotertio.Cuſtoditur iuſto ſubſtātia peccatoris.Quartò ex nocumenti ſingularitate.Faciunt enim perdere alia.Sunt enim ſicut ignis paleis alijs commixtus.Iob 15.Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. Scias inſuper, quòd talis non ſolùm ſuam amittit animam: ſed etiam filiorum:quia illi tenentur reddere.

De octauo præcepto legis.

NOn loquaris contra proximum tuum falſum teſtimonium. Prohibuit iam dominus,quòd nullus iniurietur proximo ſuo opere.nunc autem præcipit,quòd non iniurietur verbo. Et hoc eſt non loquaris,&c. Hoc autem poteſt eſſe dupliciter: vel in iudicio: vel in communi locutione.In iudicio autem tribus modis,ſecundum quod tres perſonæ poſſunt facere contra hoc præceptum. Prima perſona,ſcilicet accuſantis falsò.Leui.19.Non eris criminator: nec ſurſurro in populis. Et nota,quòd ſicut non debes dicere falſum ita non debes tacere verum. Matthæi decimooctauo.Si peccauerit in te frater tuus vade & corripe eum. Item perſonæ teſtificantis mentiendo.Prouerbiorum decimonono.Teſtis falſus non erit impunitus.Hoc enim præceptum includit omnia præcedentia: quia aliquando talis eſt homicida:aliquando fur,&c.Debent autem iſti puniri pœna de qua dicitur. Deut.19. Cum diligentiſsimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuum mendacium,reddent ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit.Non miſereberis eius:ſed animam,ideſt, vitam pro anima: oculum pro oculo: dentem pro dente:manum pro manu:pedem pro pede exiges. Et Prouerbiorum vigeſimoquinto.Iaculum:& gladius:& ſagitta acuta homo qui loquitur cōtra proximum ſuum falſum teſtimonium. Item perſona iudicis malè ſententiando.Leui.19.Non iniuſtè iudicabis.Non conſideres perſonam pauperis:nec honores vultum potentis.Iuſtè iudica proximo tuo.In communi locutione peccant aliquando contra hoc præceptum quinque genera hominū,ſcilicet detractores.Roman.1. Detractores Deo odibiles. Dicit enim Deo odibiles,quia nihil eſt ita carum homini,ſicut fama. Eccleſiaſtic.7. Meliùs eſt nomen bonum,quàm vnguenta pretioſa. Prouerbio.22. Meliùs eſt nomen bonum,quàm diuitiæ multæ.Detractores autem auferunt hoc.Eccleſiaſtic.10.Si mordeat ſerpens in ſilentio,nihil eo minus habet qui occultè detrahit. Vnde ſi famam non reſtituant, ſaluari non poſſunt.Item qui detractores libenter audit. Eccleſi.28. Sepi aures tuas ſpinis,& linguam nequam noli audire,& ori tuo facito oſtia & ſeras auribus tuis. Non debet autem homo tales libenter audire, quinimò debet detrahenti oſtendere vultum triſtem & toruum.Prouerb.25. Ventus aquilo diſsipat pluuias,& facies triſtis linguam detrahentem. Item ſuſurratores,qui ſcilicet recitant quicquid audiunt.Prouerbiorum ſexto. Sex ſunt quæ odit Dominus,& ſeptimum deteſtatur anima eius,ſcilicet eum qui ſeminat inter fratres diſcordias. Eccleſiaſtic.28. Suſurro & bilinguis maledictus. Multos enim turbauit pacem habentes, & multa quæ ſequuntur. Item blanditores,ideſt,adulatores.Pſalm.Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ,& iniquus benedicitur.Iſai.3.Popule meus qui beatum te dicunt,ipſi te decipiunt.Pſalm.Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me,oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.Item murmuratores.Et hoc maximè abundat in ſubditis.primæ Corint.10.Neque murmuraritis,&c.Sapientiæ primo. Cuſtodite vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt. Prouerbior.25. Patientia lenietur princeps, & lingua mollis conſtringet duritiem.

NOn loquaris,&c.In hac prohibitione prohibetur omne mendacium.Eccleſiaſt.ſeptimo. Noli velle mentiri omne mendacium. Aſsiduitas enim illius non eſt bona,& hoc propter quatuor. Primò propter diaboli aſsimilationem.Talis enim efficitur diaboli filius. Nam homo ex verbis ſuis cognoſcitur de qua regione & patria ſit. Nam & loquela tua manifeſtum te facit: vt dicitur Matthæi vigeſimoſexto. Item homines quidam ſunt de genere diaboli, & dicuntur diaboli filij, qui ſcilicet loquuntur mendacium: quia diabolus mendax eſt, & pater eius: vt dicitur Ioan.8. Ipſe enim mentitus eſt. primo Geneſis tertio. Nequaquàm moriemini,&c. Quidam verò filij Dei, quia ſcilicet veritatem loquuntur. quia Deus veritas eſt. Secundò propter ſocietatis diſſolutionem. Homines enim ſimul viuunt, quod eſſe non poſſet, ſi ſimul verum non dicerent. Apoſtolus Epheſiorum quarto. Deponentes mendacium loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus inuicem membra. Secundò propter famæ amiſsionem. Qui enim aſſueſcit mendacijs, non creditur ſibi, etiam ſi verum dicat.Eccleſiaſt.34.Ab immundo quid mundabitur, & à mēdace,quid verū dicetur.Quartò propter animæ perditionē. Occidit enim homo mendax animam ſuam.Sap.1.Os quod mentitur,occidit animam.Pſalm. Perdes omnes qui loquūtur mendaciū. vnde patet,quòd eſt peccatum mortale. Vnde aduertas, quia ipſorum mendaciorum quoddam eſt mortale,quoddā veniale.Mortale autem eſt mentiri in his quæ ſunt fidei, quod pertinet ad prælatos, magiſtros & prædicatores.Et hoc eſt grauius omnibus alijs ſpeciebus mendacij.ſecundæ Petri ſecundo. In vobis erunt magiſtri mendaces,qui introducent ſectas perditionis.Et aliqui aliquādo talia dicunt:vt videātur ſcire.Iſaiæ quinquageſimoſeptimo. Super quē luxiſtis,ſuper quē dilataſtis os,& eieciſtis linguam.Nunquid nō vos filij cœleſti ſemen mendax.Item aliquando mentiuntur aliqui in damnum proximi.Colo.3.Nolite mentiri. Et hæc duo mendacia mortalia ſunt.aliqui autem mentiuntur pro ſeipſis:& hoc multipliciter. Aliquando ex humilitate:& hoc in confeſsione quandoque:de quo ait Augu.Sicut cauendum eſt ne homo taceat, quod fecit,ita ne dicat,quod non fecit.Iob.13. Nunquid Deus indiget veſtro mendacio.Eccleſiaſt.19.Eſt qui nequiter ſe humiliat:& interiora eius plena ſunt dolò.Et eſt iuſtus qui ſe nimium ſubmittit à multa humilitate.Aliqui ex verecundiæ leuitate:cùm ſcilicet quis credit verum dicere & dicit falſum: & hoc aduertens verecundatur retractare. Eccleſ.4.Non contradicas verbo veritatis vllo modo:& de mendacio ineruditionis confundere.aliqui ex vtilitate quando volunt aliquid adipiſci vel ab aliquo euadere.Iſaiæ vigeſimooctauo. Poſuimus mendacium ſpem noſtram:& mendacio protecti ſumus.Prouerbiorum decimo.Qui nititur mendacijs hic paſcit ventos aliqui propter alterius commodum: quando ſcilicet, volunt aliquem à morte:vel periculo:vel damno aliquo liberare. Et hoc cauendum eſt:ſicut dicit Auguſti.Eccleſ.5. Non accipies faciem aduerſus faciem tuam:nec aduerſus animam tuam mendacium. Aliqui propter ludum. Et hoc cauendum ne propter conſuetudinem ducat ad mortale. Sapientiæ quarto. Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona.

De decimo præcepto legis.

NOn concupiſces rem proximi tui.Hæc eſt differentia inter legem diuinam & mundanam:quia lex mundana iudicat facta & dicta.diuina autem non hæc tantùm:ſed etiam cogitata.Et ratio huius eſt:quia illa eſt per homines: qui iudicant ea quæ apparent exterius.ſed diuina eſt à Deo, qui exterius interiúſque conſpicit. Pſalm.Deus cordis mei.1.Reg.16.Homo videt quæ foris ſunt:Deus autem intuetur cor.Dictum eſt autem de præceptis quæ pertinent ad dicta & facta.nunc ergo dicendum eſt de cogitatis.Nam apud Deum voluntas pro facto reputatur.vnde non concupiſces,ideſt, non ſolùm non auferas facto.ſed nec etiam rem proximi tui concupiſces.Et hoc propter multa.Primò propter concupiſcentiæ infinitatem. Concupiſcentia enim quid infinitum eſt. Quilibet autem ſapiens debet intendere finem aliquem:immo nullus debet ire per viam infinitam.Eccleſ.5.Auarus non implebitur pecunia.Iſai. 5.Ve qui coniungitis domum ad domum:& agrum agro copulatis. Et quòd concupiſcentia nunquàm ſatietur ratio eſt:quia cor hominis factum eſt ad recipiendum Deum.vnde Aug.in primo confeſ. Feciſti nos domine ad te:& inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te.Id ergo quod minus Deo eſt,ipſum implere non poteſt.Pſalm.Qui replet in bonis deſiderium tuum.Secundò,quia aufert quietem quæ multum eſt delectabilis.Semper enim cupidi ſolliciti ſunt acquirere non habita:& habita cuſtodire. Eccleſ.5.Saturitas diuitis non ſinit eum dormire.Matth.6.Vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt & cor tuum.& ideò Chriſtus Lucæ octauo. Diuitias ſpinis aſsimilauit:vt dicit Gregorius.Tertiò:quia cauſat in diuitijs inutilitatem.Facit enim diuitias eſſe non vtiles:nec ſibi:nec alijs. Non enim vtuntur eis niſi conſeruando.Eccleſiaſt.14.Viro cupido & tenaci ſine ratione eſt ſubſtantia. Quartò:quia tollit iuſtitiæ æquitatem.Exod.23.Ne accipias munera quæ etiam excæcant prudentes: & ſubuertunt verba iuſtorum.Eccleſiaſt.trigeſimoprimo. Qui aurum diligit non iuſtificabitur. Quintò,quia necat charitatem Dei & proximi.quia ſecundum Auguſtinum quanto magis habet quis de charitate,tanto minus de cupiditate & econuersò.Eccleſiaſt.7. Neque fratrem chariſsimum auro ſpreueris: & charitatem Dei: quia ſicut nemo poteſt duobus dominis ſeruire,ita neque Deo & mammonæ:vt dicitur.Matth.6.Sextò, quia producit omnem iniquitatem. Eſt enim radix omnium malorum ſecundum Apoſtolum:vt dicitur.1.Thimo.6.Et ideò ſi in corde radicata eſt,& homicidium:& furtum:& omnia mala operatur.& ideò dicit Apoſtolus. primo Thimo.ſexto.Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem & in laqueum diaboli:& deſideria multa inutilia & nociua: quę mergunt homines in interitū & perditionem.Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.Et nota,quòd cupiditas tunc eſt peccatum mortale quando ſine ratione concupiſcitur res proximi:ſed quando rationabiliter,veniale.

De decimo præcepto legis.

NOn deſiderabis vxorem proximi tui.Beatus Ioannes in prima Canonica ſua ſecundo capite dicit, quòd omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt: & concupiſcentia oculorum: & ſuperbia vitæ.Vnde omne deſiderabile in his tribus conſiſtit. Sed duo ex iſtis intelliguntur prohibita per hoc præceptum.Non concupiſces domum proximi tui.In domo enim intelligitur & altitudo per quam auaritia deſignatur.Pſalm.Gloria & diuitiæ in domo eius.Qui ergo deſiderat domum,deſiderat dignitates & diuitias.& ideò poſt hoc præceptum.non concupiſces,&c. ponitur aliud per quod prohibetur carnis concupiſcētia.Non inquit deſiderabis vxorem,&c.Et eſt ſciendum,quòd poſt peccatum propter corruptionem nullus euadit concupiſcentiam præter Chriſtum & virginem glorioſam.Et quandocúnque concupiſcētia adeſt,adeſt vel cum veniali:vel cum mortali: quando,ſcilicet dominatur.Apoſtolus.Romanorum ſexto.Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore: & non dixit:non ſit:quia ſicut ipſe dicit.Scio quòd non habitat in me,ideſt,in carne mea bonum.Regnat autem peccatum in carne quando primò in corde regnat concupiſcētia conſentiendo.& ideò ſubdit Apoſtolus.vt ſcilicet, obediatis concupiſcentijs carnis.Matthæi quinto.Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Voluntas enim apud Deum pro facto reputatur. Secundò quando dominatur in ore conceptum exprimendo.Matthæi duodecimo.Ex abundantia enim cordis os loquitur.Epheſ.4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat:& ideò non eſt ſine peccato componere cantiones vanas etiam ſecundum Philoſophos,quia & poëtæ fingentes carmina amatoria debebant expelli ex ciuitatibus.Tertiò quando egreditur in opere.membris concupiſcētiæ ſeruiendo.Romanorū ſexto.Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniquitati,&c. Iſti ergo ſunt gradus concupiſcentiæ.Et ſciendum, quòd in fugiendo iſtud peccatum oportet multum laborare.cùm ſit intrinſecum. Difficilius enim vincitur inimicus familiaris. Vincitur autem quatuor modis.Primò occaſiones exteriores fugiendo:vtputa malam ſocietatem: & omnia inducentia occaſionaliter ad hoc peccatum.Eccleſ. Virginem ne conſpicias ne fortè ſcandalizeris in decore illius. Noli circunſpicere in vicijs ciuitatis:ne oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuam à muliere compta,& ne circunſpicias ſpeciem alienam.Propter ſpeciem mulieris multi perierunt:& ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.Prouerbiorum ſexto.Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo:vt veſtimenta illius non ardeant?Et ideò præceptum fuit Loth,vt fugeret ab omni circa regione. Geneſis decimonono. Secundò cogitationibus aditum non præbendo:quia occaſio ſunt excitādæ concupiſcētię.& faciendum eſt per carnis afflictionem prima Corinthiorum nono.Caſtigo corpus meum,&c.Tertiò orationibus inſiſtendo.Quia niſi dominus cuſtodierit ciuitatem,&c.Sapientiæ octauo. Sciui quoniam aliter non poſſum eſſe continens,niſi Deus det.Matthæi decimo ſeptimo.Hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi per orationem & ieiunium. Si enim duo pugnarent & velles vnum iuuare alterum verò non:oportet primo auxilium dare.ſecundo verò ſubtrahere. Inter ſpiritum autem & carnem eſt prælium continuum. Vnde oportet,quòd ſi vis quòd ſpiritus vincat: quòd des ei auxilium:& hoc ſit per orationom:carni verò ſubtrahas: & hoc ſit per ieiunium. Nam caro per ieiunium debilitatur.Quartò licitis occupationibus inſiſtendo.Eccleſiaſt.trigeſimotertio. Multam maliciam docuit ocioſitas. Ezechiel.decimoſexto. Hæc fuit iniquitas Sodomæ:ſuperbia:ſaturitas panis:& abundantia:& ocium. Hiero. Semper aliquid boni facito: vt te diabolus inueniat occupatum. Inter omnes autem occupationes melior eſt ſtudium ſcripturarum. Hiero.ad Paulinum. Ama ſtudia ſcripturarum:& carnis vicia non amabis.

HAec ergo ſunt decem verba de quibus dicit dominus Matthæi vigeſimoprimo. Si vis ad vitam ingredi,ſerua mandata.Duæ enim ſunt radices principales omnium mandatorum,ſcilicet dilectio Dei & proximi.Diligenti autem Deum tria neceſſe eſt facere, ſcilicet,quòd non habeat alium Deum & quantùm ad hoc dicit. Non coles deos alienos.Secundò,quòd honoret eum:& quantùm ad hoc dicit.Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Tertiò: quòd libenter quieſcat in eo:& quantùm ad hoc dicit.Memento:vt diem ſabbati ſanctifices.Diligentem autem proximum oportet, quòd primò faciat ei honorem debitum vnde dicit. Honora patrem tuum.Secundò,quòd abſtineat à faciendo ei malum:& hoc vel facto.vnde dicit.Non occides quod eſt in perſona propria.Non adulterabis:quod eſt in perſona coniuncta. Non furtum facies:quod eſt in rebus exterioribus.Item dicto ibi. Non falſum teſtimonium dices:vel corde:& quantùm ad hoc dicit. Non concupiſces rem proximi tui: & non deſiderabis vxorem proximi tui.

Explicit opus Septimum Sancti Thomæ de Aquino:ordinis prædicatorum.de lege charitatis:& decem præceptis.

Universidad de Deusto Biblioteca

INCIPIT TRACTATUS eiusdem de Articulis Fidei: & Sacramentis Ecclesiæ.

OPVS OCTAVVM.

POSTVLAT à me vestra dilectio: vt de articulis fidei, & Ecclesiæ sacramentis aliqua vobis compendiosè pro memoriali transcriberē: cū dubitationibus quæ circa hæc moueri possent. Verùm cùm omne theologorū studium versetur circa dubietates contingentes articulos fidei & Ecclesiæ sacramenta, si ad plenum vestræ petitioni satisfacere vellem, oporteret totius theologiæ cōprehendere summatim difficultates: quod quantùm sit operosum, aduertit vestra prudentia. Vnde ad præsens vobis sufficiat si articulos fidei: & ecclesiæ sacraméta breuiter vobis distinguā: & qui errores sunt circa quemlibet eorū vitādi. In primis igitur vos scire oportet, ꝙ tota fides Christiana, circa diuinitatē & humanitatē Christi versatur. Vnde Christus voce Ioannis loquens ait. Ioan. 14. Creditis in Deū, & in me credite. Circa vtrūq; autē horū à quibusdā sex: à quibusdā septē articuli distinguuntur: & sic omnes articuli secundum quosdam 21. secundum quosdam 14. esse dicuntur. Primò igitur sex articulos sic distingunt circa fidem diuinitatis. Sunt enim circa diuinitatem tria consideranda. s. vnitas diuinæ essentiæ: trinitas personarum: & effectus diuinæ virtutis. Primus igitur articulus est, vt credamus essentiæ diuinæ vnitatem: secundum illud Deutero. Audi Israël dominus Deus tuus, Deus vnus est. Contra hunc autē articulum plures errores vitandi occurrunt. Primò quidem quorundam Gentilium siue Paganorum ponentium plures Deos: contra quos dicitur Exod. 20. Non habebis Deos alienos coram me. Secūdus est error Manichæorum: qui ponunt duo principia esse: vnum à quo sunt omnia bona: aliud à quo sunt omnia mala: cōtra quos dicitur. Esa. 45. Ego dominus: non est alter formans lucem & creans tenebras: faciens pacem: & creans malum: quia ipse secundum suam iustitiam infligit malum pœnæ: cùm esse conspicit in sua creatura malum culpæ. Tertius est error Atropomonsitarum, ponētium vnum Deum: sed dicentium eum corporeum: & ad modum humani corporis formatum: contra quos dicitur. Ioannis 4. Spiritus est Deus. & Esa. 40. Cui similem fecistis Deum: aut quam imaginem ponetis ei? Quartus est error Epicuręorum ponentium quòd Deus non habet prouidentiam & scientiam de rebus humanis: contra quos dicitur primæ Petri vlti. Omnem sollicitudinem proijcientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. Quintus error est quorundam Gentilium Philosophorum dicentium: Deum non esse omnipotētem: sed quòd solùm potest ea quæ naturaliter fiunt, contra quos dicitur in Psalm. Omnia quæcúnque voluit dominus: fecit. Omnes igitur hi derogant vnitati diuinæ essentiæ: vel perfectioni. Vnde contra omnes ponitur in Symbolo. Credo in vnū Deum patrē omnipotētem.

SEcundus articulus est, quòd sunt tres personæ diuinæ in vna essentia. secundum illud primæ Ioannis vltimo. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater verbum, & spiritussanctus, & hi tres vnum sunt. Contra hunc autem articulum sunt plures errores. Primus fuit Sabellij, qui posuit vnam essentiam, sed trinitatem personarum negauit, dicēs quòd vna persona quandoq; dicitur pater, quandoquè filius, quandoq; spiritussanctus. Secundus est error Arrij, qui posuit tres personas, sed negauit vnitatem essentiæ, dicens filium esse alterius substantię à patre, & esse creaturam & minorē patre, & sibi non coæqualem, nec coæternū, sed quòd incepit esse postquàm non fuerat, & contra hos duos errores, dicit Dominus Ioan. 10. Ego & pater vnum sumus: quia vt dicit August. quòd dicit vnum: liberat te ab Arrio, quòd dicit sumus pluraliter: liberat te à Sabellio. Tertius est error Eunomij, qui posuit filium dissimilem patri, contra quem dicitur Collossens. primo. Qui est imago Dei inuisibilis. Quartus est error Macedonij, qui posuit spiritumsanctum esse creaturam. contra quem dicitur secundæ Corinthiorum tertio. Dominus autem spiritus est. Quintus est error Græcorum, qui dicunt spiritumsanctum procedere à patre, sed non à filio. contra quos dicitur Ioannis decimoquarto. Paraclētus autem spiritussanctus, quem mittet pater in nomine meo. quia scilicet eum mittit pater tanquàm spiritum filij, & à filio procedentem. & Ioan. 16. dicitur. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Et contra omnes hos errores in Symbolo dicitur. Credo in Deum patrem, & in filium eius vnigenitum non factum, consubstantialem patri, & in spiritumsanctum Dominum & viuificantem, qui ex patre filióque procedit.

ALij verò quatuor articuli diuinitatis pertinent ad effectus diuinæ virtutis. Quorum primus qui est tertius pertinet ad creationem rerum in esse naturæ. secundum illud. Dixit & facta sunt. Contra hūc articulum, primò quidem errauit Democritus & Epicurus: ponentes, quòd nec materia mundi, nec ipsa mundi compositio est à Deo, sed quòd mundus est casu factus per concursum corporum indiuisibilium, quæ rerum principia æstimabant. Contra quos dicitur in Psal. Verbo Domini cœli firmati sunt, idest secundū rationē æternam, non autem casu. Secundus est error Platonis, & Anaxagoræ, qui posuerunt in mundum factum à Deo, sed ex materia præiacenti, contra quos dicitur in Psal. Mandauit & creata sunt, idest, ex nihilo facta. Tertius est error Aristotelis, qui posuit mūdum à Deo factum non esse, sed ab æterno fuisse, contra quod dicitur Genes. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Quartus est error Manichæorum, qui posuerunt Deum factorem inuisibilium, sed visibilia à diabolo facta, contra quos dicitur Hebræ. 2. Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Quintus est error Simonis Magi, & Męnadri eius discipuli, & multorum aliorum hæreticorum eos sequentium, qui creationem mundi non Deo, sed angelis attribuunt, cōtra quos dicit Paulus. Act. 17. Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt. Sextus est error eorum qui posuerunt Deum per seipsum non gubernare mundum, sed per quasdam partes sibi subiectas, contra quos dicitur Iob 34. Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est. Et contra hos errores dicitur in Symbolo. Factorem vel creatorem cœli & terræ visibilium omnium & inuisibilium.

QVartus articulus pertinet ad effectum gratiæ per quam viuificatur ecclesia à Deo. secundum illud Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, scilicet Dei. Et sub articulo isto comprehenduntur omnia sacramenta ecclesiæ: & quæcúnque pertinent ad ecclesiæ vnitatem: & dona spiritussancti & iustitia hominum. Et quia de sacramentis ecclesiæ posterius est tractandum, de his interim supersedeamus, & alios errores contra hunc articulum exponamus. Quorum primus est Cherinti & Ebionis: & etiam Nazareorum: qui dixerunt gratiam Christi non sufficienter ad salutem operari: nisi aliquis circuncisionem: & alia legis mandata custodiat, contra quos dicitur. Roma. 3. Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Secundus est error Donatistarum: qui posuerunt gratiam Christi solùm in Africa remansisse: quia scilicet, totus alius mundus communicabat Cæciliano Cartaginensi Episcopo: quem ipsi condemnauerunt. Et in hoc negabant vnitatem ecclesiæ contra quos dicitur ad Colo. 3. In Christo Iesu non est gentilis: & Iudæus & circuncisio: & præpuciū, barbarus & Schyta: seruus & liber: sed omnia in omnibus Christus. Tertius est error Pelagianorum: qui quidem primò negauerunt peccatum originale esse in paruulis: contra id, quod dicit Apostolus Romanorum quinto. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit: & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertransijt in quo omnes peccauerunt. Et in Psalmo dicitur. Ecce in iniquitatibus conceptus sum. Secundò dicunt, quòd principium boni operis inest homini à seipso: sed consummatio est à Deo: contra id quod dicit Apostolus. Philip. 2. Deus est qui operatur in vobis: & velle: & perficere pro bona voluntate. Tertiò dicunt gratiam dari homini secundum sua merita: contra id, quod dicitur. Romanorum vndecimo. Si autem gratia iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Quartus error est Origenis: qui posuit omnes animas creatas cum angelis simul: & pro diuersitate eorum: quæ ibi egerunt quosdam homines vocari à Deo per gratiam. quosdam verò in infidelitate relinqui: contra quod dicit Apostolus ad Romanos nono. Cum nondum nati essent: aut aliquid boni egissent aut mali: vt secundum electionem propositum Dei maneret: non ex operibus: sed ex veritate dictum est ei: quia maior seruiret minori. Quintus error est Cathafrigarum, idest, Montani. Priscæ. & Maxillæ: qui dicunt prophetas quasi arrepticios fuisse: & quòd non prophetauerunt per spiritum sanctum: contra quos dicitur secundæ Petri primo. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Sextus est error Cendonis: qui primò dixit Deum legis & prophetarum non esse patrem Christi: nec bonum Deum esse: sed iniustum: patrem verò Christi bonum esse: quem etiam Manichæi secuti sunt legem reprobantes: contra quos dicitur Romanorum septimo. Lex quidem sancta: & mandatum sanctum & iustum: & bonum. & Romanorum primo. dicitur. Quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Septimus error est eorum: qui quædam quæ ad perfectionem vitæ pertinent asserunt esse ad necessitatem salutis. Quorum quidam fuerunt qui se arrogantissimè Apostolos vocauerunt: qui nullam spem putant habere salutis eos qui coniugibus vtuntur & propria possident. Alij verò scilicet Sa-

scilicet Taciani non vescuntur carnibus: & eas omnino abominantur. secundum illud Apostoli. 1. ad Thimo. 4. In nouissimis temporibus discedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium: & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere: abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus: & his qui cognouerunt veritatem. Dicunt enim, quòd promissio de aduentu spiritussancti non fuit in Apostolis completa, sed in eis: contra istud quod dicitur Act. 2. Euthicitani etiam dicunt homines non posse saluari nisi continuè orēt: propter illud quod dominus dicit Lucæ decimooctauo. Oportet semper orare: & non deficere: quod sic accipitur secundum Augusti. vt nullum diem prætermittant circa orandi opera. Alij verò qui Passalonitæ dicuntur in tantum silentio student: vt naribus & labijs digitum apponant. Passallos enim Grecè dicitur Palus: & Ranchos nasus. Quidam etiam dicunt: quòd homines non possunt saluari nisi semper nudis pedibus ambulent: contra quos omnes dicit Apostolus. 1. Corinthior. 10. Omnia mihi licent: sed nō omnia expediunt. ex quibus datur intelligi, quòd licèt aliqua à sanctis viris assumantur tanquàm expedientia: non tamen propter hoc opposita redduntur illicita. Octauus error est eorum: qui dicunt econtrariò opera perfectionis non esse præferenda communi vitæ fidelium sicut Iouinianus posuit, quòd virginitas non præfertur coniugio: contra illud quod dicitur. 1. Corinth. 7. Qui matrimonio iungit virginem suam benefacit. Et qui non iungit melius facit. Et sicut Vigilantius qui æquauit statum diuitias possidentium statui paupertatis propter Christum assumptæ: contra quem dicit dominus Matth. 19. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus: & habebis thesaurum in cœlo: & veni sequere me. Nonus error est negantium liberum arbitrium: sicut quidam negauit dicens. Animas quæ sunt malæ creationis non posse peccare: contra quos dicitur. 1. Ioan. 2. Hæc scribo vobis vt non peccetis. Decimus error est Priscianistarum: & etiam Mathematicorum dicentium homines fatalibus stellis obligatos: ita scilicet, quòd eorum opera sunt necessitati stellarum subiecta: contra quos dicitur Hier. 10. A signis cœli nolite metuere quæ timent gentes. Vndecimus error est dicentium, quòd homines Dei gratiam & charitatem habentes peccare non possunt: ita quod asserunt eos qui aliquando peccauerunt nunquàm charitatem habuisse: contra quos dicitur Apoc. 6. Charitatem tuam primam reliquisti. memor esto itaque vnde excideris. Duodecimus error est eorum qui ea quæ ab ecclesia Dei vniuersaliter sunt statuta dicunt non esse obseruanda: sicut Arriani qui dicunt statuta ieiunia non esse solenniter, celebranda: sed cùm quis voluerit ieiunet ne videatur esse sub lege: & sicut Texerarecochitæ idest quartodecumani: qui dicunt quartadecima luna pascha esse celebrandum: quocùnque die septimanæ occurreret. Et eadem ratio est de quibuscùnque ab ecclesia statutis. Et contra omnes istos errores in Simbolo Apostolorum dicitur. Sanctam ecclesiam catholicam sanctorum communionem: remissionem peccatorum. Et in Symbolo patrum dicitur. Qui locutus est per prophetas: & vnam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum.

QVintus articulus est de resurrectione mortuorum: de quo dicitur primo. Corinthiorum decimoquinto. Omnes quidem resurgemus: contra quem etiam sunt plures errores. Quorum primus est error Valentini: qui carnis resurrectionem negauit: quem etiam plures hæretici sunt secuti: contra quem dicitur. primo Corinthiorum decimoquinto. Si Christus prædicatur, quòd resurrexit à mortuis: quomodò quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est. Secundusq; est error Imenei & Fileti: contra quos dicit Apostolus, quòd à veritate exciderunt dicentes, resurrectionem iam factam. vel quia non credebant nisi resurrectionem spiritualem. vel quia non credebant alios resurrecturos: nisi illos qui cum Christo resurrexerunt. Tertius est error quorundam hæreticorum modernorum, qui dicunt resurrectionem futuram: non tamen eorundem corporum: sed quòd animæ resument quædam corpora cœlestia: contra quos Apostolus dicit. primo. Corinthior. decimoquinto. Oportet corruptibile hoc induere in corruptionem & mortalem hoc induere immortalitatem. Quartus est error Euticij patriarchę Constantinopolitani: qui posuit corpora nostra in resurrectione aëri vel vento similari: quod Greg. narrat in. 14. moralium. Contra quem est, quòd dominus post resurrectionem suam corpus suum discipulis palpandum præbuit dicens. Luc. vlt. Palpate & videte: cùm tamen Apostolus dicat, Phil. 3. quòd reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Quintus error est dicentium, quòd corpora humana in resurrectione vertentur in spiritum: contra quos dicitur Luc. vlti. Spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere. Sextus error est Cherinthi: qui mille annos post resurrectionem in terreno regno fabulatur futuros in quibus homines carnales ventris ac libidinis voluptates habebunt: contra quem dicitur Matthæi vigesimo. In resurrectione neque nubent: neque nubentur. Quidam dixerunt etiam, quòd post resurrectionem mortuorum in eodem statu in quo nūc est mundus manebit: contra quos dicitur Apocalipsis vigesimoprimo. Vidi cœlum nouum & terram nouam Et Apostolus dicit Romanorum octauo, quòd ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertate gloriæ filiorum Dei. Et contra omnes hos errores dicitur. Carnis resurrectionem. & in alio Symbolo. Expecto resurrectionem mortuorum.

SExtus articulus pertinet ad vltimum effectum diuinitatis: qui est remuneratio bonorum & punitio malorum. secundum illud Psalm. Tu reddes vnicuique iuxta opera sua. Et circa hūc etiam fuerunt multi errores. Quorum primus est dicentium, quòd anima moritur cum corpore: sicut Arabs asserit: vel etiam post modicum interuallum: sicut Zeno dixit vt recitatur in lib. De ecclesiasticis dogmatibus. Contra quod est quòd Apostolus dicit Phil. 1. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Et Apoc. 6. Vidi subtus altare Dei animas interfectorum propter verbum Dei. Secundus error est Origenis, qui posuit homines & dæmones damnatos iterum posse purgari: & redire in gloriam: & angelos sanctos: & homines beatos iterum posse deduci ad mala: quod est contra auctoritatem domini. Matthæi vigesimoquinto. Ibunt hi in supplicium æternum. Iusti autem in vitam æternam. Tertius est error dicentium omnes pœnas & omnia præmia malorum & bonorum futura esse æquales. Contra quorum primum dicitur. 1. Corint. 15. Stella à stella differt in charitate: sic & resurrectio mortuorum. Contra secūdum quòd dicitur Matthæi vndecimo. Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij quàm vobis. Quartus error est dicentium animas malorum non statim post mortem descendere ad infernum: nec aliquas sanctorum animas paradisum intrare ante diem iudicij: cōtra quos dicitur Lucæ decimooctauo, quòd mortuus est diues: & sepultus in inferno. Et. 2. Corinth. 5. dicitur. Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam sed æternam in cœlis. Quintus est error dicentium non esse purgatorium animarū post mortem eorum scilicet, qui in charitate decesserunt sed aliquid purgabile habent: contra quos dicitur. 1. Cor. 3. Si quis ædificauerit supra fundamentum scilicet, si dei per dilectionem operantis lignū: fœnum: stipulam: detrimentum patietur: ipse tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Et contra hos errores dicitur in Symbolo. Vitam æternam Amen.

ALij verò qui septem articulos circa fidem diuinitatis asignant eos sic distinguunt, vt primus sit de essentiæ vnitate. Secundus de persona patris. Tertius de persona filij. Quartus de persona spiritussancti. Quintus de effectu creationis. Sextus de effectu iustificationis. Septimus de effectu remunerationis: sub quo comprehendūt resurrectionem & vitam æternam. Et sic dum prædictorum sex articulorum secundum diuidunt in tres. Quintum verò & sextum compingunt in vnum fiunt secundum eos septem articuli. Nec refert quantùm ad veritatem fidei vel errorum vitationem qualiter distinguantur.

NVnc restat considerare articulos qui pertinent ad humanitatem Christi. Circa quam etiā sex articulos distinguunt. Quorum primus est circa conceptionem & natiuitatem Christi. secundum quod dicitur. Isa. 7. & introducitur. Matth. 1. Ecce virgo concipiet & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel. Et circa hunc multi fuerunt errores. Quorum primus fuit dicentium Christum fuisse purum hominem: & quòd non semper fuit: sed à Maria sumpsit exordium. Et iste est error Camprocatis & Cherinthi: & Ebionis: & Pauli Samositani & Fotini. Contra quos dicitur Ro. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem. qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Secundus error est Manicheorum dicentium, quòd Christus non habuit verum corpus sed fantasticum: contra quod est, quòd dominus Luc. vlti. reprehendit errorem discipulorum suorum qui conturbati & perterriti æstimabant se spiritum videre. Et Matth. 14. Videntes eum supra mare ambulantem turbati sunt dicentes: quia fantasma est & præ timore clamauerunt. quorum opinionem dominus remouit dicens. Habete fiduciam: ego sum: nolite timere. Tertius error est Valentini, qui dicit Christum cœleste corpus attulisse: nihílque de virgine assumpsisse: sed per ipsam tanquàm per riuum aut fistulam sine vlla de illa assumpta carne transisse. Contra quod dicitur Gal. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere. Quartus est error Apolinaris: qui dixit aliquid verbi in carne fuisse conuersum: aut transmutatum: non autem carnem de Mariæ carne susceptam. Propter illud enim quod dicitur Ioan. 1. Verbum caro factum est: intelligit, quòd verbum sit in carne conuersum. Contra quod statim ibidem subditur. Et habitauit in nobis. Non autem in nostra natura integrè habitasset si fuisset in carne conuersum. vnde intelligēdum est. Verbum caro factū est, idest, verbum factum est homo. Sic enim frequenter caro sumi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur in scripturis: secundum illud Esa.40. Videbit omnis caro pariter,quòd os domini locutum est.Quintus error est Arrij:qui posuit Christum humanam animam non habuisse.sed verbum fuisse loco animæ:contra quod dicitur Ioan.10. Ego pono animam meam & iterum sumam eã. Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à meipso.Sextus error est Apolinaris: qui cum prædicto testimonio & alijs conuinceretur humanam animam Christum habuisse, posuit,q̃ Christus non habuit intellectum humanum sed verbum Dei fuit ei loco intellectus:cõtra quod est, q̃ dominus se hominem esse confitetur.Ioan.8.Quæritis me interficere hominem qui veritatem locutus sum vobis.Non autem fuisset homo,si anima rationali caruisset.Septimus est error Euticis:qui posuit in Christo vnam naturam compositam ex diuinitate & humanitate. Contra quod Apostolus dicit. Qui cùm in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit: formam serui accipiens in similitudinem hominum factus:& habitu inuentus vt homo.Philippen.2.manifestè distinguens in eo duas naturas: diuinam & humanam. Octauus error est Monotellitarum ponentium in Christo vnam scientiam.operationem:& voluntatẽ:contra quos dominus dicit. Non sicut ego volo: sed sicut tu. Vbi manifestè in Christo ponitur alia voluntas humana:alia diuina:quæ est communis patri &filio.Nonus error est Nestorij,qui posuit Christũ Deum perfectum:& hominem perfectum:& tamen aliam dixit esse personam Dei:aliam hominis : & quòd non est facta vnio Dei & hominis in vna persona Christi.sed solum secundum gratiæ inhabitationem:ita quòd negat beatam virginem esse matrẽ Dei:sed dicit eam esse matrem hominis Christi:contra quod dicitur Luc.1.Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei.Decimus error est Carpocratis:qui hominem Christum de vtróque natum putasse perhibetur:contra quod dicitur Matth.1.Antequàm conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritusancto.Vndecimus error est Eluidij dicentis,q̃ postquàm beata virgo peperit filium Christum,ex Ioseph plures filios genuit:contra quod dicitur Ezech.44.Porta hæc clausa erit:& non aperietur:& vir non transibit per eam, quoniam dominus Deus Israël ingressus est per eam:eritque clausa principi. Et contra omnes hos errores in Symbolo Apostolorum dicitur.Conceptus est de spiritusancto: natus ex maria virgine. Et in Symbolo patrum. Qui propter nos homines: & propter nostram salutẽ descendit de cœlis:& incarnatus est de spiritusancto, ex Maria virgine:& homo factus est.

SEcundus articulus est de passione & morte Christi, secundum quod ipse dominus prædixit Matth.20. Ecce ascendimus Hierosolymam:& filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis:& condemnabunt eum morte:& tradent eum gentibus ad illudendum:& flagellandum & crucifigendum. Et circa hunc articulum primus quidem est error Manichęorum:qui sicut corpus Christi esse fantasticum asserunt,ita passionem Christi non in veritate: sed in fantasia esse arbitrantur.contra quod dicit Esa.53. Verè langores nostros ipse tulit.& dolores nostros ipse portauit. Et iterum. Tanquàm ouis ad occisionem ductus est. Quod etiam inducitur Act.8.Secundus est error Galani:qui in Christo vnam naturam posuit.sed incorporalem & immortalem.Contra quod dicitur.1.Petr. 3.Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Et contra hos errores ponitur in Symbolo.Crucifixus mortuus & sepultus.

TErtius articulus est de resurrectione Christi, secundum quod ipse dicit Matth.20. Tertia die resurget. Et circa hunc articulum, primò quidem errauit Cherinthus,asserens Christum non surrexisse,sed resurrecturum esse. Contrà quod dicitur.1. Corinth.15. Resurrexit tertia die secundum scripturas. Secundus error est qui imponitur Origeni,quòd sit iterum pro salute hominum & dæmonum passurus.Contrà quod dicitur. Romanorum sexto. Christus resurgens ex mortuis,iam non moritur,mors illi vltrà nõ dominabitur. Quod enim mortuus est peccato,mortuus est semel,quod autem viuit,viuit Deo. Et contra hos errores dicitur in Symbolo. Tertia die resurrexit à mortuis.

QVartus articulus est de descẽsu ad inferos.Credimus enim animam Christi descendisse ad inferos, corpore iacente in sepulchro.Ephesior.4. Descendit primùm in inferiores partes terræ. Vnde in Symbolo dicitur. Descendit ad inferos, quod est contra quosdam,qui posuerunt ipsum Christum non descendisse per seipsum ad inferos,cùm tamen Petrus dicat Act.2.quòd non est derelictus in inferno.

QVintus articulus est de ascensione Christi in cœlũ, de quo ipse dicit Ioan.20. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrũ, Deum meum & Deum vestrum.Circa quæ errant Sabeliani,qui negant saluatorem in carne sedere ad dexteram Dei patris, sed quòd eam exuit & in sole posuit.Circa quod dicitur Marc.vlti.Dominus quidem Iesus postquàm locutus est eis,ascendit in cœlum & sedet à dextris Dei.Vnde in Symbolo dicitur. Ascendit in cœlum,sedet ad dexteram patris.

SExtus articulus est de aductu ad iudicium, de quo ipse Dominus dicit Matth.25.Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo,tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Et Petrus dicit Act.10.Hic est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum,siue eorum qui iam mortui sunt, & eorum qui in aduentu Christi viui inuenientur. Et circa hoc aliqui errant, de quibus dicitur.2.Petr.3.Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias dicentes.Vbi est promissio aut aduentus eius.Contra quos dicitur Iob 19. Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium. Vnde in Symbolo dicitur. Qui venturus est iudicare viuos & mortuos.Illi autem qui septem articulos humanitatis esse ponunt distinguunt primum articulum in duos ponentes, scilicet sub alio articulo conceptionem Christi,& sub alio eius natiuitatem.

DE ECCLESIAE sacramentis.

NVNC restat considerandum de ecclesiæ sacramentis, quæ tamen omnia comprehenduntur sub vno articulo,quæ ad effectum gratię pertinent, sed quia specialem de sacramentis fecistis quæstionem,de his seorsum agẽdum est. Et primò igitur sciẽdum,quòd sicut Aug. dicit in 10. libr.de Ciuita.Dei. Sacramentum est sacrum signum,vel sacræ rei signum.Fuerunt autẽ in veteri lege quædã sacramenta,idest,sacræ rei signa:sicut agnus paschalis:& alia sacramẽta legalia.Quæ quidem solùm significabant Christi gratiam: non tamen eam causabant.Vnde Apostolus Gal.4.Vocat ea egena & infirma elementa.Egena quidem:quia gratiam non continebant:& infirma:quia gratiam conferre non poterant.Sacramenta verò nouæ legis continent & conferunt gratiam.In eis enim virtus Christi sub tegmento rerum visibilium secretius operatur salutẽ.vt dicit Aug. Et ideò sacramentum nouæ legis est inuisibilis gratiæ visibilis forma.vt eius similitudinem gerat & causa existat.Sicut ablutio quæ fit in aqua baptismatis repræsentat interiorem mundationem quæ fit à peccatis per virtutem baptismi. Sunt autem sacramenta legis nouæ septem: scilicet baptismus:cõfirmatio:eucharistia:pœnitẽtia: extrema vnctio:ordo:& matrimonium. Quorum prima quinque ordinantur ad perfectionem vnius hominis in seipso.Sed alia duo scilicet,ordo & matrimonium ordinantur ad perfectionem:& multiplicationem totius ecclesiæ.Vita enim spiritualis conformatur vitæ corporali.In vita autem corporali perficitur homo primò per generationem:quia nascitur in hoc mundo. secundò per augmentum quo perducitur ad quantitatem & virtutem perfectam. tertiò per cibum quo sustentatur hominis vita & virtus.Et hæc quidem sufficerent si nunquàm eum infirmari contingeret:sed quia frequẽter homo infirmatur,quartò indiget sanatione.Sic est in vita spirituali.Primò enim indiget homo regeneratione quæ fit per baptismum,secundum illud Ioan.3.Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto non potest introire in regnum Dei.Secundò oportet,q̃ homo accipiat perfectam virtutem quasi quoddam spirituale augmentum scilicet,per sacramentum confirmationis ad similitudinem Apostolorum:quos spiritusanctus in eos veniens cõfirmauit.Vnde dominus dixit eis Luc.vlt.Vos sedete in ciuitate Hierusalem quoadusq; induamini virtute ex alto.Tertiò oportet,quòd homo spiritualiter nutriatur per eucharistiæ sacramentum, secundum illud Ioan.6.Nisi manducaueritis carnem filij hominis:& biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis.Quartò oportet,quòd homo sanetur spiritualiter per sacramentum pœnitentiæ secundum illud Psalm.Sana domine animam meam:quia peccaui tibi. Quintò spiritualiter simul & corporaliter per sacramentum extremæ vnctionis sanatur secundum illud Iac.vlt.Infirmatur aliquis in vobis inducat præsbyteros ecclesiæ:& orent super eum vngentes eum oleo in nomine domini:& oratio fidei saluabit infirmum,& alleuiabit eum dominus:& si in peccatis sit dimittentur ei.Quartum autẽ ad communem ecclesiæ vtilitatem ordinantur duo sacramenta scilicet,ordo & matrimonium.Nam per ordinem ecclesia gubernatur & multiplicatur spiritualiter:& per matrimonium multiplicatur corporaliter.Est autem considerandum quòd prædicta septem sacramenta quædam habent communia:& quædam propria.Commune quidem est omnibus sacramentis,quòd conferant gratiam, sicut dictum est.Cõmune etiam est omnibus:quòd sacramentũ consistit in verbis & rebus corporalibus:sicut in Christo qui est sacramentorum auctor est verbum caro factum. Et sicut caro Christi sanctificata est:& virtutem sanctificandi habet per verbũ sibi vnatum,ita & res sanctorum sanctificantur:& vim sanctificandi habẽt per verba quæ in his proferuntur.vnde Aug.dicit super Ioan.Accedit verbum ad elementum:& fit sacramentum. Vnde verba quibus sanctifi-

sanctificantur sacramenta,dicuntur sacramentorum formæ:ea autem sanctificatæ dicuntur sacramentorum materia: sicut aqua est materia baptismi & crisma confirmationis. Requiritur etiã in quolibet sacramento persona ministri conferentis sacramentum cum intentione cõferendi:& faciendi quod facit ecclesia. Quorũ trium si aliquid desit.id est,si non sit debita forma verborum:& si non sit debita materia:& si minister sacramenti nõ intendit sacramentum conficere,non perficitur sacramentũ. Impeditur etiam effectus sacramenti per culpã recipientis. Puta si fictus accedat: & non corde parato ad suscipiendum sacramentum. Talis enim licèt sacramentum suscipiat:effectum tamen sacramenti. i. gratiam spiritusanctus non recipit:quia vt dicitur Sapien.1.Spiritusanctus disciplinę effugiet fictum.Econtrario autẽ sunt alij qui nunquã recipiunt sacramentum qui tamen effectũ sacramenti suscipiunt propter deuotionem quã habent ad sacramentum:quod habent in voto siue desiderio.Sunt autẽ & quædam propria sacramentis quibuslibet.Nam quędam horum imprimunt characterem,id est, spirituale quoddam signum distinctiuum à cæteris: sicut in sacramento ordinis : vel sacramento baptismi:& in sacramento confirmationis.Et talia sacramenta nunquàm iterantur super eandem personã.Nunquàm enim ille qui est baptizatus, debet vlteriùs baptizari: neque confirmatus iterum confirmari : neque ordinatus iterum ordinari: quia character qui in huiusmodi sacramentis imprimitur indelebile est. In alijs verò sacramentis non imprimitur character suscipienti ea:& ideò possunt iterari ad personam suscipientem,non tamen quantùm ad materiam. Potest enim vnus homo frequẽter pœnitere:frequenter eucharistiam sumere:frequenter extremã vnctionem suscipere:frequenter matrimonium cõtrahere : non tamen eadem hostia debet frequenter consecrari : nec idem oleum infirmorũ debet frequenter benedici. Est etiã alia differentia: quia quædam sacramenta sunt de necessitate salutis:sicut baptismus & pœnitẽtia quibus nõ existentibus,non potest homo saluari. Alia verò sacramenta nõ sunt de necessitate salutis:quia sine eis potest esse salus,nisi propter contemptũ sacramenti. His visis in cõmuni circa ecclesiæ sacramenta oportet quædam in speciali de singulis dicere. Primò igitur circa baptismũ sciendum est, q̃ materia baptismi est aqua vera & naturalis:nec differt vtrũ sit frigida vel calefacta.In aquis autem artificialibus:sicut est aqua rosacea,& alijs huiusmodi, non potest baptizari.Forma autem baptismi est ista.Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritusancti.Minister huius sacramenti proprius est sacerdos:cui ex officio cõperit baptizare. In articulo tamen necessitatis,nõ solùm diaconus sed etiã laicus & mulier imò paganus, etiã hæreticus potest baptizare : dummodò seruet formã ecclesiæ: & intendat facere quod facit ecclesia.Si verò extra articulũ necessitatis aliquis à talibus baptizetur,recipit quidem sacramentũ : & nõ debet iterũ baptizari,nõ tamen recipit gratiam sacramenti:quia ficti deputantur:vtpotè contra statutũ ecclesiæ sacramentũ accipientes.Effectus autẽ baptismi est remissio culpæ originalis:& actualis: & etiã totius culpæ & pœnæ:ita q̃ baptizatis nõ est aliqua satisfactio iniungenda pro peccatis præteritis : sed statim morientes post baptismũ introducuntur ad gloriã Dei,Vnde effectus baptismi ponitur apertio ianuæ paradisi.Circa hoc sacramentũ fuerunt aliqui errores.Primus quidem fuit Solentianorũ qui baptismũ in aqua nõ recipiunt,sed solùm baptismũ spiritualem:contra quos dicit dominus.Ioan.3.Nisi qui renatus fuerit ex aqua, &c.Secundus error fuit Donastitarũ rebaptizantium eos qui sunt baptizati à catholicis:contra quos dicitur Ephe.4.Vna fides:vnum baptisma. Est autem alter error eorum.Nam dicunt q̃ homo in peccato existens : non potest baptizare:contra quos dicit Ioan.1. Super quẽ videris spiritum descendentẽ & manentẽ,hic est qui baptizat.s.Christus. Vnde nõ nocet homini malus minister:nec in hoc:nec in alijs sacramẽtis: quia Christus est bonus qui merito suæ passionis perficit sacramentum. Quartus error est Pelagianorũ qui dicunt pueros baptizari:vt regeneratione adoptati admittantur ad regnum Dei de bono in melius translati:nõ ista regeneratione ab aliquo malo obligationis veteris absoluti.Secundum sacramentũ est confirmationis. cuius materia est crisma confectũ ex oleo: quod significat nitorẽ conscientiæ : & balsamo:quod significat odorẽ bonæ famæ:per Episcopum benedictũ.Forma autẽ huius sacramenti est talis. Consigno te signo crucis:& confirmo te crismate salutis.In nomine patris & filij & spiritusancti.amen.Minister autem huius sacramenti est solùm Episcopus.Non enim licet sacerdoti confirmãdo crismate in fronte inungere.Effectꝰ autẽ huius sacramẽti est,q̃ in eo datur spiritusanctus ad robur:sicut datus est Apostolis in die Pentecostes: vt.s.Christianus audacter confiteatur nomen Christi. Et ideò confirmandus in fronte vngitur:in qua est sedes verecundiæ:vt.s.nomen Christi confiteri nõ erubescat:& præcipuè crucem eius,quæ est Iudæis scandalum,Gentibus autem stultitia.& propter hoc etiam signo crucis signantur.Circa hoc sacramentum est error quorundam Græcorũ dicentium,q̃ sacerdos simplex hoc sacramentum potest conferre: contra quos dicitur Actuum 8. quòd Apostoli miserunt Petrum & Ioannem Apostolos,qui imponebant manus super eos qui baptizati erant à Philippo diacono:& accipiebant spiritumsanctum. Episcopi autem sunt in ecclesia loco Apostolorum:& loco illius manus impositionis datur in ecclesia confirmatio. Tertium sacramentum est eucharistiæ:cuius materia est panis triticeus:& vinũ de vite modica aqua permixtum:ita q̃ aqua transeat in vinum. Nam aqua significat populum qui incorporatur Christo. De alio autem pane quàm tritici:& alio vino non potest hoc confici sacramentum.Forma autem huius sacramẽti sunt ipsa verba Christi dicentis. Hoc est corpus meum: & hic est calix sanguinis mei noui & æterni testamenti misterium fidei:qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum:quia sacerdos in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum.Minister autem sacramenti huius est sacerdos.neque aliquis alius potest corpus Christi conficere.Effectus autem huius duplex est : quorum primus consistit in ipsa consecratione sacramenti Nam virtute prædictorum verborum panis conuertitur in corpus Christi & vinum in sanguinem: ita tamen q̃ totus Christus continetur sub speciebus panis quę remanent sine substituto:& totus Christus continetur sub speciebus vini.Et sub qualibet parte hostiæ consecratæ:& vini consecrati effundetur in ea facta, est totus Christus.Alius verò effectus huius sacramẽti quem in anima dignè sumentis facit, est adunatio hominis ad Christum : sicut ipse dicit Ioan.6.Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo.Et quia per gratiã homo Christo incorporatur:& membris eius vnitur , dignum est q̃ hoc sacramentum sumentibus dignè gratia augeatur.Sic igitur in hoc sacramento est aliquid quod est sacramentum tantùm.s. ipsa species panis & vini,& aliquid quod est res & sacramentum.s. corpus Christi verum.& aliquid quod est res tantùm.s.vnitas corporis mistici, id est,ecclesiæ,quam hoc sacramentum & significat & causat. Fuerũt autem circa hoc sacramentum multi errores : quorũ primus est eorum qui dicunt q̃ in hoc sacramẽto non est verum corpus Christi: sed tantùm significatiuè. Auctor erroris eius dicitur fuisse Berengarius.Contra quem dicitur Ioan.6.Caro mea verè est cibus:& sanguis meus verè est potus. Secundus est error Arrodinicarum : qui offerunt in sacramento hoc panem & caseum,dicentes à primis hominibus oblationes de frugibus terræ & ouium celebratas fuisse. Contra quod est,quod dominus huius sacramẽti instituto panem & vinum discipulis suis dedit. Tertius est error Carthafrigarum & Præpuciatorum:qui de infantis sanguine quem de toto eius corpore minutis punctorum vulneribus extorquent : quasi eucharistiam suam conficere perhibentur : immiscentes eum farinæ: panẽmque inde facientes:quod magis est simile sacrificijs dæmonum,quàm sacrificijs Christi:secundum illud Psalm.Effuderunt sanguinem innocentem:quem sacrificauerunt sculptilibus Canaan. Quartus est error Aquariorum qui aquam solùm in sacrificijs offerunt:cùm tamen Prouerbio.9.dicatur. Ex ore sapientiæ qui est Christus. Bibite vinum quod miscui vobis.Quintus est error Ophicarũ: qui serpentem Christum esse æstimantes, habent vnum colubrum assuetum panes lingua lambere:atque ita eis velut eucharistiam sanctificare. Sextus est error Præpucianorum:qui tantùm dant mulieribus principatum,vt sacerdotio quoque apud eos honorentur. Septimus est error Pauperum de Lugduno:qui dicunt quemlibet iustum hominem posse conficere hoc sacramentum,contra quos errores est, q̃ dominus Apostolis suis potestatem tradidit hoc sacramentum celebrandi.Vnde solùm illi qui quadam successione ab Apostolis acceperunt hanc potestatem, possunt hoc sacramentum conficere. Octauus est error quorundam qui dicuntur Adamani,qui imitantes nuditatem Adæ: nudi mares fœminæq; cõueniunt:nudi lectionem audiunt:nudi orant.sacramenta nudi celebrant : contra quos dicitur.1.Corinth.14. Omnia honestè & secundum ordinem fiant in vobis.Quartum sacramentum est pœnitentia: cuius quasi materia sunt actus pœnitentis:qui dicuntur tres pœnitẽtię partes:quarũ prima est cordis cõtritio:ad quam pertinet q̃ homo doleat de peccato commisso:& proponat se de cætero non peccaturum. Secunda pars est oris confessio:ad quam pertinet vt peccator omnia peccata quorum memoriam habet suo sacerdoti confiteatur integraliter:nõ diuidens ea diuersis sacerdotibus. Tertia pars est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis : quæ quidem præcipuè fit per ieiunium:& orationem:& eleemosynam. Forma autem huius sacramenti sunt verba absolutionis : quæ sacerdos profert,cui dicit. Ego te absoluo. Minister huius sacramenti est sacerdos,habẽs auctoritatem absoluendi:vel ordinariam:vel ex commissione superioris. Effectus huius sacramenti est absolutio à peccato. Est autem contra hoc sacramentum error Nouatianorum : qui dicunt hominem post baptismum peccantem non posse per pœnitentiam veniam consequi.contra quos dicitur Apocalipsis secundo. Memor esto vnde excideris:& age pœnitentiam:& prima opera fac.Quintum sacramentum est extremæ vnctionis: cuius materia est oleum

Universidad de Deusto
Biblioteca

oliuæ per Episcopum benedictum. Hoc autem sacramentum non debet dari nisi infirmis quando timetur de periculo mortis, qui debent iniungi in locis quinque sensuum, videlicet in oculis propter visum,in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum vel locutionem, in manibus propter tactū, in pedibus propter gressum. Quidam autem inungunt in renibus, vbi viget libido. Forma autem huius sacramenti est ista. Per istam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi Dñs quicquid deliquisti per visum,& similiter a alijs.Minister huius sacramenti est sacerdos. Effectus autem huius sacramenti est sanatio mentis & corporis. Contra hoc sacramentum est error Eraconitarum, qui ferunt suos moriētes nouo modo quasi redimere per oleū & balsamum, & aquā, & inuocationibus quas Hæbraicis verbis dicunt super capita eorum,quod est contra formā à Iacobo traditam: vt suprà dictum est. Sextum est sacramentum ordinis.Sunt autē septem ordines, scilicet presbyteratus,dyaconatus,subdiaconatus,acolitatus,ordo exorcistæ,lectoris,& ostiarij, clericatus autem non est ordo,sed quædam professio vitæ dantium se diuino ministerio. Episcopatus autem magis est dignitas,quā ordo. Materia autē huius sacramenti est illud materiale, per cuius traditionem cōfertur ordo. Sicut presbyteratus traditur per collationē calicis,& quilibet ordo traditur per collationem illius rei quæ præcipuè pertinet ad ministerium illius ordinis.Forma autē huius sacramenti est talis. Accipe potestatem offerendi sacrificium in ecclesia pro viuis & mortuis, & idē est dicendum in cōsimilibus ordinibus. Minister huius sacramenti est Episcopus qui cōfert ordines. Effectus autem huius sacramenti est augmentum gratiæ ad hoc, quòd aliquis sit idoneus minister Christi. Contra hoc sacramentum fuit error Arrij,qui dicebat presbyterum ab Episcopo nō debere discerni.Septimū sacramētum est matrimonium,quod est signū coniunctionis Christi & ecclesiæ. Causa autem efficiens matrimonij est mutuus consensus per verba de præsenti expressus.Est autē triplex bonum matrimonij,quorum primum est proles suscipienda,& educanda ad cultum Dei. Secundum est fides quā vnus coniugum alteri debet seruare. Tertium est sacramentum, idest, indiuisibilitas matrimonij, propter hoc quod significat indiuisibilē coniunctionem Christi & ecclesiæ.Est autem circa hoc sacramentum multiplex error.Primò quidem est Taciānorum,qui nuptias dānant. Contra quos est,quod dicitur.1.Cor.7. Sit nupserit virgo,non peccauit. Secundus est error,Iouianiani,qui nuptias æquauit virginitati.de quo vt suprà dictū est. Tertius error est Nicolaitarum,qui indifferenter mutuis vxoribus vtuntur. Fuerunt etiam multi alij hæretici,turpia quædam docentes, & exercentes,contra id quod dicitur Hebr.vlti. Sit honorabile cōnubium in omnibus & thorus immaculatus. Horum autem virtute sacramentorum homo perducitur ad futurā gloriā quæ cōsistet in septē doti bus,tribus animæ & quatuor corporis. Prima dos animæ est visio Dei per essentiā.secundum illud.1.Ioan.3.Videbimus eum sicuti est. Secunda est cōprehensio, qua scilicet Deum cōprehendemus quasi meritorum mercedem.1.Corinth.9. Sic currite.vt comprehēdatis. Tertia est fruitio,qua in Deo delectabimur. secundum illud Iob 22. Tunc super omnipotentē delicijs affluues,& eleuabis ad Deū faciem tuam.Prima autem dos corporis est impassibilitas.secūdum illud.1. Cor.15.Oportet corruptibile hoc inducere incorruptionē. Secunda est claritas.secundum illud Matth.13.Fulgebunt iusti,sicut sol in regno patris eorum. Tertia est agilitas,per quā celeriter adesse poterunt vbi volent.Sapien.3.Tanquā scintillæ in arūdineto discurrent. Quarta est subtilitas, per quā poterunt quæcúnq; voluerint penetrare.secundum illud.1.Corinth.15.Seminatur corpus animale,surget corpus spirituale. Ad quam nos perducat qui viuit & regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Explicit Opuscul.octauum diui Tho.de articulis fidei, & ecclesiæ sacramentis ad Panormitanum Archiepiscopum.

Opus de articulis fidei & ecclesiæ sacramentis.

RESPONSIO EIVSDEM ad fratrem Ioannem Vercellensem generalem magistrum ordinis prædicatorū de articulis cētum & octo sumptis ex opere Petri de Tarātasio.

Opus IX. Quæstio I.

PRIMO considerādum est,quòd ratio cuiusli bet est,quam significat nomen eius, sicut ratio lapidis est,quam significat nomen eius. Nomina autem sunt signa intellectualium cōceptionum. Vnde ratio vniuscuiusquè rei significata per nomen est conceptio intellectus quā significat nomen. Hæc autem cōceptio intellectus est quidem in intellectu sicut in subiecto,in re autem intellecta, sicut in representato.Nam conceptiones intellectuum sunt similitudines quædam rerum intellectarum.Si autem conceptio intellectus non assimilaretur rei,falsa esset conceptio de re illa, sicut si intelligeret esse lapidem,quod non est lapis. Ratio igitur lapidis est quidem in intellectu,sicut in subiecto,in lapide autem sicut in eo,quod causat veritatem in conceptione intellectus intelligentis lapidem talem esse. Cùm igitur intellectus rem aliquam comprehendit vna conceptione, perfectè illam rem repræsentat,& sic diuersas conceptiones contingit esse diuersarum rerum. Intellectus autem noster Deum comprehendere non potest, nec ipsum in essentia sua videre in statu viæ,sed aliqualiter ex rebus creatis ipsum cognoscit, diuersæ autem perfectiones rerum creaturarum putà sapientia, voluntas & huiusmodi repræsentant quidem imperfectè diuinā perfectionē. Ex hoc enim, quòd aliqua creatura est sapiēs, aliqualiter accedit ad diuinam similitudinem,similiter ex hoc,quòd est potens,& ex hoc, quòd est volens,ita tamen,quòd quicquid perfectionis seu nobilitatis competit creaturæ,etiam Deo competit,qui est creaturarū causa effectiua æquiuoca, sed tamen hæc diuersa eminentius competunt Deo secundum simplicem essentiam suam. Et similiter intellectus noster ex rebus creatis scientiam accipiens per diuersas conceptiones assimilatur vni diuinæ essentiæ,licèt imperfectè.Sic igitur bonitas, sapientia, & potentia, & si quid aliud huiusmodi de Deo dicimus,differunt ratione propter diuersas conceptiones intellectus nostri,sed sunt idem re,quia essentia diuina est vna & eadem, quam intellectus noster diuersis conceptionibus repræsentat,sicut etiam diuersæ res repræsentant essentiam diuinam diuersis formis.Sic igitur sanè intelligi potest,quod primò ponitur.Quia omnis perfectio est in Deo verissimè,cùm alia sit sapientiæ, alia bonitatis verissima ratio,oportet quòd hæc in Deo differant ratione,quia verò modo simplici in ipso sunt,sunt idem re. Calumniosè autem contra hæc obijcitur,quòd ipsa differentia sapientiæ & bonitatis in Deo sit, & non solùm in intellectu creato. Non enim hæc intellexit scribens, sed quòd in Deo,idest,cum de Deo dicuntur,differunt ratione,idest,secundum diuersas conceptiones intellectus nostri, quæ vnam diuinam essentiam repræsentent,licèt imperfectè.Patet enim iam ex dictis, quòd ratio de qua mentio fit,est quidem in intellectu, sicut in subiecto,in essentia autem diuina,sicut in repræsentato. Item quod secundò obijcitur, quòd ratio bonitatis diuinæ includit in se sapientiam,quia bonitas diuina est sapientia,non valet, quia bonitas diuina est diuina sapientia,ex hoc,quòd est diuina:non ex hoc,quòd est bonitas,neque ex hoc,quòd est sapientia,est bonitas.Hoc autē pertinet ad rationem bonitatis & sapientiæ,scilicet quod competit bonitati inquantùm est bonitas, & sapientiæ, inquantùm sapientia. Vnde patet,quòd etiam tertium non valet. Non enim pertinet ad rationem bonitatis & sapientiæ, quòd huic vel illi conueniat, inquantùm est diuina, sed quod competit bonitati inquantùm est bonitas, & sapientiæ, inquantùm est sapientia : vt dictum est.

Quæstio II.

EX præmissis etiam patet, quòd sanum intellectum habere potest, quod secundò ponitur, scilicet ratio,qua differunt diuina attributa, partim fundatur super rem, partim super intellectum. Oportet tamen, quòd aliter & aliter fundentur super vtrumque. Nam rationes quibus attributa differunt, fundantur in intellectu nostro, quia sunt in eo,sicut in subiecto. Fundatur autem super rē, quia sunt similitudines quædam repræsentantes essentiam diuinam suo modo. Sic enim dicitur ratio lapidis fundari super rem,inquantùm cōceptio intellectus repræsentat lapidem. Quod autem in contrarium obijcitur,scilicet id quod omninò vnum est,non est diuersitatis fundamentum,patet esse falsum ex præmissis. Nam eadem diuina essentia à diuersis repræsentatur, & in intellectu & in natura. Sic autem intellexit scribens rationes diuersorum attributorum fundari super essentiam diuinam, sicut super repræsentatum per diuersas conceptiones intellectus nostri, quas nomina diuersa significant.

Quæstio III.

EX eisdem etiam patet hoc, quod tertiò ponitur sanum habere intellectum,scilicet diuersitas rationis potentiæ,sapiētiæ & bonitatis fundatur in intellectu,sicut in subiecto in Deo,sicut in obiecto,quod præstat causam & fulcimentum suæ veritati.Vt tamen intelligatur,quod præstat fulcimentum veritati,inquantùm repræsentatur per vnāquāq; conceptionem intellectus nostri intelligentis huiusmodi attributa,non autem quantùm ad hoc, quòd ipsa diuersitas attributorum repræsentet aliquam diuersitatē in Deo:vt in contrarium obijcitur.Hæc enim diuersitas conceptionum seu rationū non prouenit ex diuersitate Dei, sed ex defectu intellectus nostri, qui rem vnam perfectè non potest intelligere, nisi per multa, quæ intelligit attributa, secundum quod perfectio inuenitur in rebus creatis.

Quæ-

Quæstio IIII.

QVod verò quartò ponitur. In Deo non est infinitas extensiua: sed intensiua.Non sic est in scripto.Ibi enim sic scriptum est Quod obijcitur de infinita emanatione. Respondeo: Infinitas extensiua imperfectionis est,cùm recedat ab vnitate:infinitas autem intensiua perfectionis est cùm accedat ad vnitatē. Prima ergo Deo non conuenit:sed secūda.Patet enim q̄ loquitur de infinitate emanationis. Emanatio autem extensionem habere potest secundum numerum:saltem in creaturis: licèt Deus habere non possit extensionem secundum quantitatem dimensiuam. Intensiua autem dicitur infinitas emanationis:& si nō propriè:eo tamen modo loquendi quo dicitur:Deus intensus in bonitate : quia est summus bonus. Emanatio autem diuina non est extensiuè infinita: quia non est infinitus numerus personarum emanantium : licèt emanatio diuina sit æterna:vt obijciens proponit.

Quæstio V.

QVod verò quintò ponitur. In Deo producere personas non est de ratione perfectiōis : sed in creaturis esset. Simpliciter intellectum falsum est,nisi addatur q̄ non est de ratione perfectionis absolutè vel ad se dictæ : & hoc videtur ipse intelligere per ea quæ subdit: licèt non bene exprimat Subdit enim quia dicit quòd non est ad aliquid si producere personam in creaturam.

Quæstio VI

QVod verò sextò ponitur.Relatio in diuinis comparata ad essentiam, ratio sola est:comparata ad obiectum cuius est sic res quædam est. Sic intelligitur : quia relatio comparata ad essentiam, differt solùm ratione ab ea:ab opposita autem relatione differt realiter:vnde posteà subdit.Ipsa enim relatio.s.per comparationem ad essentiam,idem est q̄ ipsa re : sed differt ratione:non autem intelligitur quòd relatio sit solùm ratio cui non respondeat res aliqua vt obijciens. Quæstio VII.

QVòd verò septimò ponitur:lux est qualitas agentis vniuersalis, id est, cœli. Intelligitur vniuersalis in genere naturalium agentium & non simpliciter:vt obijciens intellexit.Lux etiam & si sit in aëre,est tamen in eo à corpore cœlesti : sicut calor in aqua ab igne:sicut igitur calor est propria qualitas ignis,licet sit in alijs corporibus ab igne,ita lux potest dici propria qualitas cœli:licèt sit in alijs corporibus causata à cœlo.

Quæstio VIII.

QVod verò octauò proponitur : quia in hoc nomine Deus, tam res,quàm modus significādi idem est cum persona: ideò potest hoc nomen Deus supponere pro persona:Non sic intelligitur, q̄ modus significandi sit idem cum persona:vt obijciens intellexit: sed q̄ modus significandi in hoc homine Deus, est idem cū modo significandi personæ quantùm ad hoc q̄ vtrunq; signat in cōcreto.

Quæstio IX.

QVod verò nonò dicitur, generatio diuina non terminatur ad relationem:sed ad hypostasin quæ est subiecta. verum est si intelligatur de substantia prout significat suppositum: nō autem si intelligatur de substātia quæ est essentia vel natura.Nec valet quod obijcitur in contrarium:relatio in diuinis est hypostasis:ergo si terminatur ad hypostasim,terminatur ad relationem.sicut valet:essentia diuina est hypostasis:ergo generatio diuina terminatur ad essentiam.Sicut enim essentia diuina non generatur:ita nec filiatio : sed filius. Quæstio X.

QVod verò decimò ponitur:quamuis hæc cōcedatur sub aliqua improprietate natura de naturali:lux de luce:substātia de substantia:Deus de Deo,non tamen communiter cōceditur hæc essentia de essentia.Malè dictum est,quantùm ad quod dicitur, q̄ Deus de Deo impropriè dicatur.Est enim hæc propria:Deus de Deo : sicut & hæc:Deus genuit Deum : vt obijciens dicit: & vt ipsemet in quarta distinctione determinat.Vnde arbitror ex errore scriptoris accidisse. Quæstio XI.

QVod verò vndecimò proponitur : & si eadem sit natura in patre & filio & spiritusancto : non tamen eodem modo se habens. Dubium sensum habet. Si enim intelligat modum essentialem:expresè falsum est.Puta si dicerer,quòd melius aut perfectius essentia sit in vno quàm in alio. si autem intelligat modum relationum secundum quod Hugo de sancto Victore in libro de Trinitate,cuilibet personæ attribuit quendam essendi modum : sic verum est quod dicitur.Quia licèt essentia non referatur vt sit generans vel genita:sicut obijciens dicit:est tamen essentia per generationē accepta vel communicata.Essentia igitur diuina est in patre vt nō accepta ab alio:in filio vt accepta per generationem; in spiritusancto vt accepta per processionem.

Quæstio XII.

QVod verò duodecimò ponitur,productio à natura & à voluntate potest intelligi tripliciter:à natura solùm: aut à voluntate solùm ;aut à natura & voluntate simul. Primo modo procedit filius.Secundo modo creatura. Tertio modo procedit spiritussanctus.Quantùm ad id quod obijciens contrà opponit, non magnam difficultatem habet.Sic enim potest dici filius à natura:& spiritussanctus à natura & voluntate procedere:sicut dicitur filius esse natura de natura:sapientia de sapientia: licèt pater & filius sint vna natura &vna sapiētia:sed magis videtur esse calumniosa ista distinctio,ex qua videt relinqui spiritussanctus quasi medio modo se habēs inter filiū & creaturā.Sicut igitur Deus pater filium nō voluntate:sed natura produxit,ita de spiritusancto sentiēdum est. Quod enim Deus producit voluntate creatura est:vt Hilarius probat in libro de Synodis:dicitur tamen q̄ spiritussanctus procedit per modum voluntatis:quia procedit vt amor : sicut & filius procedit per modum intellectus inquantū procedit vt verbum:sicut tamen verbum procedit naturaliter à Deo dicente,ita &amor similiter à Deo amante. Quæstio XIII.

QVod autem tertiodecimò ponitur: generare non est actus naturæ vt communis est : sed vt coniuncta cum proprietate suppositi generātis.Quantùm ad id quod obijciens tangit,nō multum videtur calumniabile:quia coniunctio potest referri ad intellectum vel locutionem nostrā:vtputa cùm dicimus,essentia & paternitas sunt in patre.Non autem ad compositionem rei:sed magis posset calumniari ex hoc quod dicitur:generatio est actus naturæ in patre,si intelligeretur esse actus naturę vt generātis.Debet enim intelligi esse actus naturæ,vt quo generans generat. Natura enim non generat:sed pater naturaliter generat filium.

Quæstio XIIII.

QVod verò quartodecimò ponitur.potētiæ enim ex parte operationum,scilicet creationis & generatōis quæ diuersa sunt: & secundum quod prius & posterius se habent : habent distinctionem:sanum habet intellectum.Quamuis enim potentia creandi & generandi sit diuina essentia,vt obijciens tangit : tamen importat respectū quē non importat essentia,& quantū ad hunc respectū distinguitur potēria:licèt non distinguatur essentia.Similiter etiā licèt creatio actio sit Deus & diuina essentia, tamen connotat effectum secūdum q̄ē distinguitur creatio à generatione non autē secundum ipsam essentiam actionis,prout est ipsa essentia diuina.

Quæstio XV.

QVod autem decimoquintò ponitur:sicut æternū prius est temporalibus aliquid æternum prius est secundum ordinem ad temporale.Vnde potentiæ ordinatio ad actum æternum generandi prior est ordine eius ad actum temporale creandi.Non habet calumniam. quia actus creandi dicitur temporalis quantùm ad effectum cōnotatum ratione cuius non conceditur,q̄ Deus ab æterno creet: licèt actio eius sit æterna, quæ est diuina essentia. Æternum etiam licèt non habeat ordinem ad aliquid temporale vt ad finem, habet tamen ordinem ad aliquid temporale,vt principium ad effectum. Deus enim qui est æternus, est principium & finis omnis creaturæ. Quæstio XVI.

QVod verò sextodecimò ponitur esse, potest dupliciter accipi, simpliciter & absolutè & sic non est Deo proprium:vel cum præcisione,id est,nullo addito,& sic est Deo proprium.Calumniatur obijciens,non intelligens quod dicitur. Non enim hic accipitur absolutè secundum quod absolutum dicitur, quod non dependet ab alio:sed absolutè,id est,vtiliter Similiter quod dicitur cum præcisione, id est,nullo addito,non bene intellexit.Intellexit enim scribens,quòd esse cui nihil additur:sed est esse purum subsistens est proprium Deo.non autem intellexit quòd esse prout sine additione proponitur,sit proprium Deo.

Quæstio XVII.

QVodverò decimoseptimò ponitur.veritates rerum operatę ad subiunctum diuersæ sunt: sed secūdum quod comparantur ad intellectum diuinum,vna est omnium veritas. Verissimum est tamen illa vna veritas: non est veritas creata : vt obijciens intellexit:sed veritas increata.

Quæstio XVIII.

QVod verò decimooctauò ponitur ratio creandi:vt est in creaturis est inuariabilis:& dicitur æterna à carentia variationis. Non rectè impugnat obijciens Licèt enim omnis creatura de non esse in esse producta sit:& pro tanto sit aliquo modo variabilis, tamen & diffinitiones : & propositiones aliquæ dicuntur inuariabiles propter necessarium ordinem vnius termini ad alium: sicut Sortes variabilis est:& similiter cursus eius & motus. & tamen hoc est inuariabile:si currit mouetur. hæc tamen inuariabilitas non facit propositionē æternam, nisi secundum quod est in intellectu æterno,scilicet diuino.

Quæstio XIX.

QVod autem decimononò ponitur. Decima compositio est ex corpore heterogeneo & anima vegetabili:vndecima ex corpore huiusmodi & anima vegetabili & sensibili vt animal. duode-

Universidad de Deusto Biblioteca

cima ex his & anima rationali.Impropriè dictũ eſt.vt obijciens tangit,quia dat intelligere per copulã, quòd anima rationalis ſit aliud à vegetabili & ſenſibili, ſed credo, quòd retulit copulã ad rationale tantùm,non ad ſubſtantiam animæ.Vnde melius ſtaret,ſi diceret ex his & rationali,ſicut dixit ſuprè ex anima vegetabili & ſenſibili.

Quæſtio XX.

QVod verò vigeſimò ponitur eſſentia diuina nõ eſt ab alio in ſe, ſed in perſona filij. Duplicem habet intellectum.Si enim intelligatur,quòd eſſentia diuina in filio exiſtens,ſit ab alio,falſum eſt ſicut obijciens impugnat.Si verò intelligatur,quòd eſſentia diuina eſt in filio ab alio,ideſt,à patre,verum eſt. A patre enim eſt, quòd eſſentia diuina ſit in filio.

Quæſtio XXI.

QVod autem vigeſimoprimò ponitur eſſentia eſt principium actuum notionaliũ prout eſt coniuncta cũ proprietatibus perſonalibus.Non habet calũniam ex hoc, ꝙ dicit eſſentiã eſſe coniunctam proprietatibus eo modo quo ſuprà expoſitum eſt. Habere autem calũniã magis videtur ex hoc, quod dicitur eſſentia eſt principium actuum notionaliũ. Eſt enim falſum ſi intelligatur eſſentia eſſe principium huiuſmodi actuũ:vt generans vel ſpirãs,ſed ſi intelligatur eſſe principium actuum notionalium:vt quo conſonat dictis magiſtri in ſeptima diſtinct.primi lib.vbi dicit,quòd potẽtia generandi eſt diuina eſſentia,potentia autem generandi eſt principium generationis:vt quo generans generat.

Quæſtio XXII.

QVod autem vigeſimoſecundò ponitur aliorum attributorum à natura & voluntate principalitas, nõ eſt ratione agentis, ſed exemplaris tantũ. Vnde reſpectu rei alterius eſſentię eſt,nõ reſpectu rei ſubſtantialis.Hoc accipere voluit ſcribens,ex hoc,quod Philoſophus diſtinguit in ſecundo Phyſicorum duo principia agentia dicens.Eorum quæ fiunt,alia fiunt à natura, alia à propoſito vel voluntate. Potentia autem & virtus,nõ diſtinguũtur ab his duobus eo quod cõmuniter ſe habent ad vtrũq;. Eſt enim potentia,& virtus & naturalis,& rationalis,ſiue volũtaria. Similiter etiã intellectus in agendo nõ diſtinguitur à voluntate, quia intellectus nõ mouet niſi mediante voluntate.Procedit tamen in diuinis aliquid per modum intellectus, ſcilicet verbum, ſicut & ſpiritusſanctus per modum voluntatis:vt amor.

Quæſtio XXIII.

QVod verò vigeſimotertiò ponitur filius procedit vt verbum & ars qua poteſt pater omnia ꝓducere, ſpiritusſanctus vt amor, quo amor vult ea producere.Multiplicem habet intellectũ. Poteſt enim intelligi,ꝙ pater filio poteſt, & ſpiritusſancto velit, & ſic falſum eſt vt obijciens impugnat.Poteſt etiam intelligi,ꝙ pater poſsit producere filio,& velit producere ſpiritusſancto,& ſic verum eſt. Nã pater omnia producit per filium,& ſpiritumſanctũ,& quod facit manifeſtum eſt,quòd poteſt & vult. Poteſt ergo & vult,omnia producere per filium.

Quæſtio XXIIII.

QVod autem vigeſimoquartò ponitur ſpiritusſanctus procedit vt rõ volendi,creatura vt volitũ,ſi intelligatur, ſpiritusſanctus eſſe ratio volenti ex parte volẽtis,falſum eſt:vt obijciens tãgit,quia nõ eſt patri ratio volendi,quod nõ eſt ei ratio eſſendi.Si autem intelligatur ex parte voliti,verũ eſt,quod ſcribitur. Finis enim eſt ratio volendi ea quæ ſunt ad finem.Nullus autem dubitat,ſpiritumſanctum eſſe cauſam productiõis creaturarum, ſicut patrem & filium.

Quæſtio XXV.

QVod verò vigeſimoquintò ponitur, ſpiritusſanctus procedit à patre & filio:vt ſunt plures agẽtes,ſed tamen vt vnũ in principio quo agũt.Rectè põt intelligi, nec eſt ſimile de proceſſu creaturæ,& ſpiritusſancti, quia ſpiritusſanctus requirit ſecundũ rationem ſuæ proceſsionis in his à quibus procedit diſtinctionẽ. Procedit enim vt nexus duorũ,quod de creatura dici nõ põt.Nec oportet,ꝙ effectus ſit ſimplicior cauſa,ſi ſpiritusſanctus procedit à pluribus,ſecundum ꝙ ſunt plures aliquo modo, quia ſimilitudo effectus ad cauſam agentẽ, vel diſsimilitudo attenditur ſecundũ formã qua agens agit,pater autẽ & filius ſpirãt potẽtia ſpiratiua,quæ eſt natura diuina,quæ eſt vna in vtroq;, non tñ hæc dicuntur pro tanto, ꝙ in diuinis ſit cauſa & cauſatum,vel agens & factum, ſed hoc modo hæc dicuntur ſecundum quod loquimur de diuinis modo humano. Nec etiam oportet,ꝙ ſi procedit à pluribus inquantũ ſunt plures,ꝙ nõ procedat totaliter ab vno,ſed ꝙ non procedat ab vno ſine reſpectu ad alterum.

Quæſtio XXVI.

QVod autem vigeſimoſextò ponitur,quamuis ſpiritus procedat ab eis:vt ſunt plures ſecundum numerum agentium, non tamen ſecundum formam eos plurificantem,eandem habet rationem ſicut præcedens.

Quæſtio XXVII.

QVod verò vigeſimoſeptimò ponitur non ſequitur, ꝙ ſit magis auctor ſed alio modo auctor, quia & mediatè & immediatè ſi abſolutũ modũ intelligit,falſum eſt. Si autẽ intelligat modum relatiuum, quantũ ad aliquid verum eſt, & quãtùm ad aliquid falſum,quia relatio qua filius eſt principiũ ſpiritusſancti eſt cõmunis patri & filio.Vnde quantũ ad hãc,idem eſt modus relatiuus,ſed relatio qua filius eſt à patre propria eſt ei, ſecundum hũc igitur modum poteſt dici,ꝙ filius alio modo eſt auctor ſpiritusſancti,quã pater,inquantùm filius hæc habet ab alio,non autẽ pater. Et ſimiliter poteſt dici de omnibus quę conueniunt patri & filio,quia omnia filius habet à patre,& pater à nullo.

Quæſtio XXVIII.

QVod verò vigeſimooctauò ponitur Deus generãs eſt nomẽ eſſentiale tractũ ad perſonale, ſicut potentia coniuncta actui notionali eſt notionalis,ſanũ intellectum habet,nec eſt ſimile de eſſentia & potentia:vt obijcitur, quia eſſentia non importat aliquam habitudinem principij, ſicut potentia ſecundũ rationẽ,cuius habitudinis dicitur potentia generandi, ideſt, quæ eſt generationis principium.

Quæſtio XXIX.

QVod vigeſimononò ponitur,ſpiritusſanctus procedit à duobus filius ab vno.Vnde videtur magis procedere. Omninò falſum eſt,niſi faciat vim in hoc,quòd dicitur,videtur vt intelligatur.videtur ſophiſticum,quod non eſt.

Quæſtio XXX.

QVod verò trigeſimò ponitur,alia ratio eſt,quia procedit: ſpiritusſanctus ab vno in alterũ, ideò videtur magis habere de ratione proceſsionis, ſimpliciter malè dicitur, niſi etiam fiat vis in hoc,quod dicitur videtur.

Quæſtio XXXI.

QVod aũt 31.dicitur vno mõ dicitur tpale, qđ ſubiacet variatiõi tpali,& hoc mõ illud ꝑ qđ eleuamur ſupra tps nõ eſt tpale,ſiue in tpe,ſic verò eſt grã.Hoc vř accipi,ex eo,qđ Aug.dicit,ꝙ inquantũ aliquid æternũ mẽte ſapimus,nõ in hoc mũdo ſumus.Qđ quidẽ verũ eſt ex pte obiecti,in qđ eleuamur,qđ eſt ſupra mũdũ, & ſupra tps,ſed ex pte noſtri q eleuamur,cũ ſimus tpales,& in mundo gratia temporalis eſt.

Quæſtio XXXII.

QVod verò 32.ponitur datio aliqñ ĩportat cõicationẽ ſolã,aliqñ etiã emanationẽ,aliqñ tranſlationẽ,primo mõ põt dici qlibet pſona dare ſeipſam, ſecũdo modo vna pſona aliã, tertio mõ quælibet perſona donũ creatũ ſanè dicitur, nõ ſanè autẽ diceretur, ſi diceret,quòd ſecũdo modo quælibet perſona dat quãcũq; aliam: vt obijciens intellexit.

Quæſtio XXXIII.

QVod autẽ 33.ponitur ſancti noui teſtamẽti magis ſunt diſpoſiti ad recipiẽdã gratiã,quã ſancti veteris teſtamẽti ꝓpter impedimentũ peccati Adæ remotũ.Sanè dicitur, quia & ſi circũciſio à peccato originali purgaret in veteri lege vt obijciens dicit, nõ tamen tanta copia gratiæ conferebatur, ſicut in baptiſmo,nec erat ſolutum precium pro redemptione totius humani generis.

Quæſtio XXXIIII.

QVd verò 34. ponitur nõ aliud eſt eſſe aĩæ, quã qđ dat corpori. Oportet verũ eſſe.Si aĩa eñi eſt forma corpis, forma aũt & materia ſunt vnũ ſecundũ eſſe,qđ non eſſet verum,ſi aliud eſſet eſſe formæ,& aliud eſſet eſſe,qđ dat materiæ.Nec ꝓpter hoc ſequitur,ꝙ aĩa habeat eſſe corruptibile, ſicut corpus, quia illud eſſe corpus põt amittere,non aũt aĩa, & ꝓpter hoc remanet aĩa habẽs eſſe à corpore ſeparata.

Quæſtio XXXV.

QVod verò 35.ponitur,non fiebat miſsio viſibilis in veteri teſtõ, qđ verũ eſt,ſed decipitur obijciẽs,ꝙ non diſtinguit ĩter apparitiones & miſsiões. Nõ eñ omnis apparitio eſt miſsio viſibilis, ſed ſolùm illa quæ fit ad declarandũ proceſſum copioſum gratiæ in aliquo.

Quæſtio XXXVI.

QVod verò 36.dicitur in fide eccleſiæ nõ erit tps ꝓpagatiõis ſpiritualis ad multiplicationẽ fideliũ.Hoc põt verũ eſſe,ſi intelligatur quãtũ ad tps Antichriſti,nõ quin in illo tpe aliqui ad eccleſiã cõuertãtur:vt Aug.dicit 20.De ciuit.Dei.ſed qa ꝓpter tribulationes nõ multi cõuertent.

Quæſtio XXXVII.

QVod verò 37.ponitur omne agere eſt à forma inhęrẽte agẽti,ſi intelligatur inhærente accidentaliter: vt obijciens intellexit, falſum eſt,ſi intelligatur inhærente,ideſt,exiſtente in agẽte quocũq; modo,verum eſt. Dicimus enim formam ſubſtantialẽ eſſe in igne,& deitatem in Deo.

Quæſtio XXXVIII.

QVod verò 38. dicitur hoc falſum eſt, ſcilicet, ꝙ Deus non agit in aĩa,niſi per nouum influxum.Nã nouus effectus,põt peruenire in aĩa ex noua diſpoſitione recipiẽtis,ſicut noua illuminatio in aërem ex noua diſpoſitione aëris. Manifeſtum eſt enim,ꝙ Deus in anima agit non ſolùm cauſando in ea aliquẽ habitum,puta gratiæ vel virtutis,ſed etiã inclinando liberum arbitrium ad hoc vel ad illud, quod non propriè dicitur influere, ſed magis mouere ad actum.

Quæſtio XXXIX.

QVod verò 39.ponitur in ſpiritualibus additio nõ recedit à ſimplicitate.Verũ eſt ſi intelligatur de additiõe quæ eſt per modũ intentionis,ſicut illud,quod eſt melius,dicitur addere in bonitate ſupra illud,quod eſt minus bonum.Nõ eſt autem verum,ſi intelligatur de additione rei ad rem,vel ſpeciei ad ſpeciem. Nam intellectus minus eſt ſimplex qui habet plures ſpecies intelligibiles.

Quæ-

Quæſtio XL.

QVod verò quadrageſimò ponitur:filio conuenit dari actu non aptitudine.Credo inconuenienter dici.

Quæſtio XLI.

QVod verò quadrageſimoprimò ponitur:verbum increatum nõ eſt ratio proferendi alia verba:ſimpliciter falſum eſt.

Quæſtio XLII.

QVod verò quadrageſimoſecundò ponitur:quamuis idem ſit finis vtriuſque,tamen alter eſt ordo vtriuſque ad illum finem: quia ſpiritusſanctus ordinat ad illum per modum efficientis.Inconuenienter dicitur, ſi per finem intelligatur illud propter quod eſt aliud.Nam ſpiritusſanctus non eſt propter aliquem effectum creatum.Si verò finis accipiatur pro termino:ſicut punctum dicitur finis lineæ,ſic poteſt dici aliquis effectus creatus finis,ad quem terminatur operatio perſonæ increatæ.

Quæſtio XLIII.

QVod verò quadrageſimotertiò ponitur:quod procedit ab aliquo in aliud : ſicut in obiectum, non dicitur reſpectu eius procedere:vt donum. Non habet aliquam neceſſariam rationem.

Quæſtio XLIIII.

QVod verò quadrageſimoquartò ponitur : æquale poteſt accipi dupliciter:vt dicat ſolam relationem : aut vt cum relatione importat actum ſeu motum ad illam. primò dicitur pater, æqualis filio.Secundo modo filius æqualis patri.Nõ eſt calumniabile quantùm ad id quod obijciens tangit. Aequalitas enim ſolam relationẽ ſignificat: præſupponit tamen vnitatem : quantùm ad hoc tamen, non videtur bene dictum, quòd æquale quandoque importat motum ad æqualitatem.Huiuſmodi enim motum nõ ſignificat æquale:ſiue æqualitas : ſed adæquatio.dato tamen quòd huiuſmodi motum ſignificaret,non ſequitur incõueniens: ex eo quòd dicit filium hoc modo eſſe æqualem patri. Nam licèt in filio non ſit motus ad æqualitatem,accipit tamen à patre vnde eſt ei æqualis. & ipſa acceptio quantùm ad hoc,idem facit in filio,quod motus ad æqualitatem in creatura.

Quæſtio XLV.

QVod verò quadrageſimoquintò dicitur:filius dicitur æquari patri ſecundum quod æquari quaſi motum dicit ad quantitatem eandem, quam conſequitur relatio:ſanum habet intellectum. Nam licèt in filio non ſit motus,tamen generatio habet aliquid ſimile motui quantùm ad hoc quòd accipere.ſicut dicit Baſilius , eſt commune filio & creaturæ.

Quæſtio XLVI.

QVod verò quadrageſimoſextò dicitur : vna perſona non habet eſſe in ſeipſa : falſum eſt ſecundum quod dicitur : Deus eſſe in ſeipſo:quod exponitur magis negatiuè quàm affirmatiuè ; quia ſcilicet non indiget alio in quo ſit:eo modo loquendi quo dicitur pater eſſe à ſeipſo,quia non ab alio.

Quæſtio XLVII.

QVod verò quadrageſimoſeptimò dicitur : actus exiſtendi triplex eſt.quidẽ omninò potẽtię impermixtus:vt eſſe diuinũ: alius ſemper potentiæ pexmixtus: & tale eſt eſſe rerum generabilium,tertius modo medio ſe habens.Eſt,enim impotentiæ permixtus.inquantùm eſt ab alio.partim verò non inquantùm eſt ſimplex & ſimul totus completus:& tale eſt eſſe angeli:ſanum poteſt habere intellectum.Non enim ſcribens intendit excludere ab eſſe angelico quaſlibet potentias:ſed potentiam quæ eſſet tranſmutabilis,quæ eſt in rebus corruptibilibus.

Quæſtio XLVIII.

QVod verò quadrageſimooctauò ponitur : poſſe & agere rerum æternarum, non eſt totum ſimul ſed ſucceſsiuè: non tamen continuè ſed interciſè.verum eſt de actionibus ſecundum ſuam naturam. Habent enim actiones ſucceſsiuas. vnde Auguſtinus dicit, quòd Deus mouet creaturam ſpiritualem per tempus : & per tempus moueri,eſt per affectiones moueri:ſed actiones angelorum ſecundum quas fruuntur verbo,ſunt ſine ſucceſsione : & ſecundũ eas ſunt in participatione æternitatis.Poſſe etiam angeli dicitur interciſum : non quantùm ad eſſentiam potentiæ : ſed ſecundum quod poſſe diuiditur contra agere:quia angelus quandóque poteſt agere aliquid:quandóque agit.

Quæſtio XLIX.

QVod verò quadrageſimononò ponitur. Materia à Deo diſtinguitur imperfecta diſtinctione:quamuis Deus ab ipſa diſtinguatur diſtinctione perfecta.Non ſatis propriè dicitur : licèt ſuſtineri poſsit.Propriè autẽ diceretur,ꝙ materia prima diſtinguatur à Deo per aliquod imperfectum.

Quæſtio L.

QVod verò quinquageſimò ponitur.ordo alicuius dicitur dupliciter:vel ſubuerti quod ordinatur: vel vt rationis ſecundum quam ordo attenditur. Primo modo non eſt in diuinis ordo naturæ.ſed ſecũdo modo Poteſt rectè & non rectè intelligi.Ordo enim non eſt niſi aliquorum diſtinctorũ conuenientium in aliquo.Quæ enim in nullo conueniunt,nullum habent ordinẽ adinuicem. Ratio igitur ordinis poteſt accipi in diuinis perſonis : vel ex parte diſtinctionis perſonarum:& ſic ratio ordinis nõ eſt natura,ſed relatio. vel ex parte cõuenientiæ:& ſic natura eſt ratio ordinis.Propter hoc enim dicitur ordo naturæ in diuinis perſonis : quia natura diuina communicatur filio à patre:& ab vtroque ſpirituiſancto.

Quæſtio LI.

QVod verò quinquageſimoprimò ponitur. Eſſentia in Deo vna eſt re:ſed habet multitudinem attributorũ differentium in Deo ſola ratione.in ſeipſis verò re, ſecundum naturas & rationes proprias.Falſum eſt:& impropriè dictũ , ſecundum ꝙ ſonãt verba. Contradicit enim ſibijpſi,ſi ſtrictè verba diſcutiantur. Primò enim dicit ꝙ attributa quæ habet eſſentia diuina in ſe in Deo , differunt ſola ratione:& quòd in ſeipſis differunt re.Idem eſt enim haberi in eſſentia diuina:& eſſe in Deo.Hæc autẽ falſitas contingit:nõ ex malo intellectu ſcribentis:ſed quia nimis truncatè ſcripſit. Poterat ſic bene dici.Eſſentiã diuina eſt vna re:cui multa attribuuntur:quæ in Deo differunt ſola ratione.In rebus autẽ creatis re ſecundum naturas & rationes proprias.

Quæſtio LII.

QVod verò quinquageſimoſecundò ponitur.ipſum ſuppoſitũ diuinũ à natura generali habet rationẽ per ſe ſubſiſtendi.à natura ſpeciali habet rationẽ intelligendi.à forma ſingulari rationem diſtinguẽdi.Malè exceptũ eſt. Addidit enim exceptor diuinũ de ſuo.In ſcripto autẽ ſic habetur.Ipſum autẽ ſuppoſitũ à natura generali,&c.Et loquitur de ſuppoſito creato.vnde parũ ſuprà dixerat. Animal ſignificat ſubſtantiam cum proprietate generali: homo cũ proprietate ſpeciali.Paulus cũ indiuiduali.Si verò intelligeretur de ſuppoſito diuino,eſſet ſimpliciter malè dictũ:quia in diuinis nõ eſt genus & ſpecies.

Quæſtio LIII.

QVod verò quinquageſimotertiò ponitur.hypoſtaſis in intellectu ſuo claudit & naturas cõmunes & proprietatẽ: nõ ita ꝙ vnum horũ inſit alteri:ſed ita ꝙ vtrũmq; ſibi.Benè dictũ eſt:ſed nimis calumnioſè ab obijciente reprehenditur. Dicuntur enim proprietates ineſſe perſonis:ſicut & eſſe in perſonis: & ſimiliter eſſentia diuina eſt in patre:& eſt pater. Per hunc autẽ modũ omnia quæ de Deo dicũtur reprobari poſſent:cùm nihil de Deo verbis noſtris propriè dici poſsit.

Quæſtio LIIII.

QVod verò quinquageſimoquartò ponitur. Deus pater in eadẽ ſpecie.ſ.ſeipſo ſiue eſſentia ſua : ſe & omnia intelligit : ideò eandem ſpeciem.i.filium ad ſe:& ad omnia proferẽda de ſe gignit. Impropriè dictũ eſt:ſicut & ſi diceretur.Deus pater de ſe gignit ſapientiam.Eſſet autẽ propriè dictũ,ſi diceret: filium de ſe gignit ſapientiã:quia eſt eadem ſpecies proferenti.Proferre autẽ accipit dicere.vnde conuenientiùs diceretur.Deus pater gignit de ſe filiũ ad ſe:& omnia dicenda.Pater enim ſe &omnia alia dicit verbo ſuo qđ eſt filius.Obijciens autem malè exponit proferre.i.producere.

Quæſtio LV.

QVod verò quinquageſimoquintò ponitur.filius magis conuenit cũ patre quã ſpiritus in exterioribus.In ſcripto additur, id eſt,in habitudine ſpiratiua.ſ.cõmuni ſpiratione.Hoc acceptũ videtur à Ricardo de ſancto Victore.j.lib.de Trinitate.ſed nõ videtur conuenienter dici:quia neque in diuinis dicitur aliquid interius & exterius propriè loquendo:neq; filius conuenit magis cũ patre quã ſpiritusſanctus:licèt in pluribus relationibus cum eo conueniat.

Quæſtio LVI.

QVod verò quinquageſimoſextò ponitur.pater & filius nõ ſunt idem principium ſpiritusſancti : licèt à multis hoc dicatur propter articulum quẽ habet propoſitum incluſum : ratione cuius videtur ad perſonã pertinere:tamen hoc videtur multũ nõ cogere, quin poſsit concedi,ꝙ pater & filius ſint idem principium:ſicut & vnum.vtimur enim pronominibus communiter & pro eſſentia: & pro perſona.

Quæſtio LVII.

QVod verò 57.ponitur. loquendo de ſpecie naturæ: & de ſpecie cognitionis dicitur filius ſpecies patris : ſecundũ quod nominatiuus conſtruitur cum genitiuo in ratione cauſæ efficientis:nõ in ratione cauſæ formalis.nõ habet calumniam ex hoc quod obijciens tangit. Non enim ſequitur ꝙ filius ſit cauſa efficiens patris,vel econuersò:ſed conſtructio eſt ſecũdum habitudinẽ talis cauſæ:ſecũdum modum loquẽdi,quo Grãmatici vtũtur. Vult autẽ hoc accipere,ꝙ filius ſit ſpecies patris: ex hoc ꝙ Hilarius dicit. Species eſt in imagine.Auguſt. autẽ ſpeciẽ interpretatur pulchritudinẽ : & licèt Hilarius nõ dicat,ꝙ filius ſit ſpecies patris, poteſt tamen hoc modo intelligi ſpecies vel pulchritudo patris : ſicut dicitur ſplendor patris.

Quæſtio LVIII.

QVod verò quinquageſimooctauò ponitur.aliquid poteſt ſignificari terminus actionis dupliciter ſecũdum rem:aliquid ſecundum rationẽ.Primo modo terminus ſpirandi amorẽ reſpectu patris eſt filius.Secũdo modo pater reſpectu ſuijpſius.Nimis obſcurè dictũ eſt.Hic tamen videtur eſſe ſenſus:qa enim terminus actionis principaliter diſtinguitur ab agente.vbi eſt realis diſtinctio.terminũ actiõis ab agẽte dixit eſſe terminũ ſecundũ rem:& ſic eſt realis diſtinctio inter patrẽ & filiũ. Vbi autẽ non eſt realis diſtinctio, dixit eſſe terminũ ſecundũ rationẽ:ſicut in patre cũ diligit ſeipſum, diſtinguitur amans & amatũ ratione tantũ.Non autẽ ex hoc ſequi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, quòd pater aliter diligatse, aliter filiũ: vt objiciens tangit, sed sequitur, quòd se diligat: vt eundem, & filium vt alium.

Quæstio LIX.

Qvod verò 59. ponitur. loquendo de amore essentiali, spirituſsanctusse diligit seipso, loquendo de amore notionali, nõ credo falsum esse, quia cũ amor notionalis nihil aliud sit, quã spirituſsanctus, sicut hæc vera: spirituſsanctus se diligit seipso, ita hæc est vera: spirituſsanctus, diligit se amore notiõali, nisi fortè dicatur, ꝙ diligere notionaliter sumptum est spirare amorẽ, & sic diligere, nullo modo conuenit spirituisancto.

Quæstio LX.

Vod verò 60. ponitur. licèt spirituſsanctus nõ diligat se vel alteram p̃sonam notionaliter seipso, tñ diligit creaturã & personaliter & essentialiter seipso, credo simpliciter esse falsum secundum prædicta. Quæstio LXI.

Vod verò 61. ponitur. cũ dicitur oſa in verbo dicit pater, nõ vocatur verbũ dicẽdi principiũ, sed terminus. Intelligendũ est ex parte dicẽtis. sic enim verbũ est principium patri, quod dicatur, sed dicitur à patre vt principium aliorum quæ dicuntur per hoc verbum, & sic cessat omnis obiectio.

Quæstio LXII.

Vod verò 62. ponitur. filius respectu alicuius actus paterni nõ põt esse principiũ sed terminus, eundẽ habet intellectum. Etsi em̃ sit principiũ spirandi & creandi, non tñ est principium quo pater spiret vel creet. Quæstio LXIII.

Vod verò 63. dicitur. nõ põt dici æternitas de æternitate, malè dictũ est, quãtũ ad duo, primò quia ea rõne põt dici æternitas de æternitate sicut sapiẽtia de sapiẽtia, vel natura de natura. Secũdò quia æternitas non repugnat rõni originis, quia & filius & spirituſsanctus sunt æterni. Quæstio LXIIII.

Vod verò 64. ponitur. p̃sona nõ distinguitur seipsa, sed sua proprietate, falsum est. Nam personæ seipsis & proprietatibus distinguuntur. Quæstio LXV.

Vod verò 65. ponitur. solus Christus habet perfectionẽ cognitionis in genere creaturæ. Verũ est secundũ aliquẽ modũ p̃fectionis. vñ nõ obst. ꝙ beatorũ cognitio est p̃fecta. Nã multiplex est modus perfectionis. Quæstio LXVI.

Vod verò 66. ponitur. Ideæ habent pluralitatem ex parte cõnotati, ꝓpter respectuũ pluralitatẽ, & ille respectus æternus est, verũ est, sed respectus ille est intellectus à Deo. Deus cm̃ ab æterno sicut intellexit multitudinẽ creaturarũ, ita intellexit multitudinẽ respectuum, qui sunt inter ipsum & creaturas, & hoc sufficit ad pluralitatẽ idearũ, quæ nihil aliud sunt, quã rationes rerũ, ꝓut sunt intellectæ à Deo, & sic neq; oportet essentia diuinã plurificari, neq; oportet esse aliquam relationem realem æternam propter proprietates personales: vt objicitur. Quæstio LXVII.

Vod verò 67. ponitur. pluralitas Idearũ est in Deo secundum rationẽ, non tñ intellectus humani vel angelici, sed diuini, patet ex præcedẽti, quomodò verũ est, non tñ sequitur, ꝙ aliqua realis distinctio ex ideis sit in Deo, sed quòd plura intelliguntur ab ipso. Quæstio LXVIII.

Vod verò 68. ponitur. vel secundũ aliud. In instãti codẽ secundum rẽ est angelus in vtroq; termino, tñ multiplicato secũdũ rationẽ, hoc simpliciter falsum est, sed hoc dicit nõ asserendo, sed opinionem recitando. Quæstio LXIX.

Vod verò 69. ponitur. scientia Deo quæ est per speciẽ alienam nõ est asimilatio cũ rebus scitis, sed scientia per speciẽ propriã obscurè dictũ est & malè ab objiciente intellectũ. Nõ enim loquitur de specie qua Deus sciens sit, sed de specie qua scitũ scitur. Quę enim habent formã sciuntur per proprias formas, sicut homo scitur ex hoc, ꝙ cognoscitur humanitas eius, quæ verò nõ habẽt formam sicut priuationes, cognoſcũtur ꝑ oppoſita. Cognoscere em̃ eę citatem, est cognoscere defectum visus. Quæstio LXX.

Vod verò 70. ponitur. malũ scitur à Deo ꝑ speciẽ alienã, non ꝑ propriã, vñ quasi per accidens, nõ per se, qualiter intelligendũ sit, patet ex immediatè præcedẽti, tñ quod dicit p accidens, nõ p se, nõ vſquequaq; benè dictum. Non enim cæcitas per accidens cognoscitur, cum cognoscitur esse priuatio visus.

Quæstio LXXI.

Vod verò 71. ponitur. est actio Dei inferior & exterior, exterior, cessat cessante obiecto. Si intelligat, ꝙ Deus agat aliqua actione exteriori quæ non sit sua essentia, oĩnò falsum est. Si verò actio Dei dicatur exterior, non ratione suijpsius, sed ratione obiecti sic sustineri potest. Quæstio LXXII.

Vod verò 72. ponitur. creare obiectum suum ponit in tẽpore & ideò actus est rẽporalis, & subiacẽs legibus temporalibus, & potest non esse antequam sit, non est benè dictum de actione, sed de obiecto tantum. Quæstio LXXIII.

Vod verò 73. ponitur. quædam dicuntur subiacere diuinæ prouidentiæ: vt facta, quædam vt fieda, mala vt iã facta, bona vt fieda, obscurè dictũ est, & hunc habet sensum, quia per diuinã prouidentiam ordinatur vt bona fiant, non autem vt mala fiant, sed iam facta ordinantur ad aliquod bonum secundum æternam Dei prouidentiam, vnde cessat obiectio objicientis.

Quæstio LXXIIII.

Vod verò 74. ponitur. prædestinatio est causa salutis prima, liberum arbitrium proxima, effectus verò magis sequitur conditionem causæ proximæ, quã primę: vt patet in generatione inferiorum ex motu necessario superiorum, quantũ ad aliquid verum est, scilicet quantũ ad contingentiã & necessitatẽ quia si causa prima est necessaria, & secunda cõtingens, sequitur effectus contingens, sed non debuit proponi cõmuniter, quod verò objiciens calũniatur, ꝙ Deus est magis causa proxima, quam liberum arbitrium, omninò friuolũ est. Est enim Deus causa proxima secundũ efficaciam actionis, & non secũdum ordinem enumerationis causarum.

Quæstio LXXV.

Vod verò 75. ponitur. Deus meã voluntate dat gratiã rationabiliter benè vſuro, & nõ dat malè vſuro, falsum est, si vniuersaliter intelligatur: vt sit sensus, ꝙ nunquã dat malè vſuro. Si verò particulariter intelligatur: vt. ſ. qñdoq; det malè vſuro, & qñq; non det, verum est. Quæstio LXXVI.

Vod verò 76. ponitur. diuina potẽtia ab actu exteriori nullam recipit multiplicitatẽ, sed ab actu interiori põt recipere multiplicitatem aliquã. Prout em̃ differũt actus notionales & essentiales interiores, sic differt potẽtia actui notionali & essentiali coniuncta, diminutè exceptũ est. Proponitur enim primò, ꝙ diuina potentia vna tantũ est, si in sua radice cõsideretur quæ est diuina essentia. Si autẽ cõsideretur diuina potẽtia prout cõiuncta actibus interioribus essentialibus & notionalibus, sic habet differentiã secundum modũ quo dicitur differre in Deo absolutũ & relatũ, vel essentiale, vel notionale, potẽtia enim generandi ratione actus est notionalis, potentia intelligendi, essentialis, sed potentia creandi & gubernandi, vel quicunque alius effectus adiungatur, est essentialis, & sic ex præcedentibus & sequentibus, patet intentionem scribentis absque calumnia esse. Quæstio LXXVII.

Vod verò 77. ponitur. quantitas virtutis nõ est idẽ, quod quantitas potẽtiæ, sed vniuersalior, quia quãtitas virtutis attẽditur, siue in essendo, siue in operãdo, siue in durãdo, quãtitas verò potẽtiæ, in operãdo tm̃, bñ diceretur si adderetur quãtitas potentiæ actiuæ, alias diminuta dictum est. Quæstio LXXVIII.

Vod verò 78. ponitur. infinitas potẽtiæ tota attenditur penes respectum ad potentialia, infinitas autem essentiæ non solùm attenditur penes esse hoc, & non illud, sed penes esse in hoc & in altero quolibet ente, & etiam in infinitis si essent infinita, vel malè, vel defectiuè dicitur, si enim diceret sic, infinitas potentiæ inquantum est potentia, tota attenditur penes respectum ad potentialia, posset sustineri, quia potentia inquantum potentia, importat respectum ad potentialia, quod autẽ dicitur de infinitate, essentię non benè explanatur. Nõ enim infinitas diuinæ essentię est, ex hoc, quod Deus potest esse in infinitis, sed per se infinita est.

Quæstio LXXIX.

Vod verò 79. ponitur. Deus verè est quicquid sibi est, intelligitur de his quæ sibi est simpliciter: vt bonus, sapiens, & non de his quæ sibi est secundum modum intelligendi vt finitus comprehensibilis. Addendum est secundum quendam modum intelligendi. Quod enim dicitur, Deus esse sibi finitus, vel comprehensibilis, non eodem modo dicitur sicut res aliæ dicuntur finitę & cõprehensibiles, sed quodam speciali modo: vt intelligatur magis negatiuè dictum, quàm affirmatiuè. Dicitur enim sibi comprehensibilis, quia suum intellectum non excedit, finitus verò, quia non est sibi ignotus, vel imperrantsibilis secundum intellectum, sed bonus & sapiens, dicitur affirmatiuè.

Quæstio LXXX.

Vod verò 80. ponitur. ille actus, scilicet generatio de Dei substantia, & ideò est ei essentiale esse infinitum, sed productio creaturarum non est ex nihilo, & ideò est illi essentiale esse finitum, obscurè dictum est, quod dicit productionem creaturarum esse ex nihilo, & non sic est, intelligendum, quasi ipsa actio productionis sit ex nihilo, sed productum, eo modo loquendi, quo diceretur, quòd operatio cultelli est ex ferro, similiter quod dicit productionem creaturarum, esse aliquod finitum, intelligit ex parte producti, & non ex parte actionis. Deus enim actione infinita producit effectum finitum.

Quæstio LXXXI.

Vod verò 81. ponitur. non est simile de omnipotentia, & de omni scientia, quia posse pertinet ad actionem. scire ad receptionem, in creatura verò non potest esse potentia actiua infinita, sed passiua quæ potest reduci in actum, secundum, quòd vnitur agenti infinito, obscurè & defectiuè dictum est. Nam posse, pertinet & ad actionem & ad receptionem, addendum igitur fuit,

igitur fuit, quòd posse potentiæ actiuæ ad actionẽ. Item non omne scire pertinet ad receptionem: sed scire intellectus possibilis humanis scire autẽ intellectus diuini nõ est per receptionẽ: quod verò dicitur ꝙ in creatura potest esse potentia passiua infinita, non habet calumniam: vt enim suprà iam dictũ est: potẽtia importat respectũ ad possibile. vnde potẽtia passiua creaturę dicitur infinita, secũdum ꝙ ad infinita se habet: sicut potentia materiæ primę se habet ad infinitas formas: & figuras: & cõtinuum est diuisibile in infinitũ: & similiter intellectus possibilis se habet ad infinitas species intelligibiles: nec propter hoc sequitur ꝙ aliquid creatũ sit infinitũ simpliciter: sed infinitũ in potentia tantũ. Hæc autẽ potentia passiua infinita in rebus naturalibus non reducitur in actũ tota simul: sed successiuè, sed potẽtia passiua animæ Christi ad intelligendũ reducitur tota in actũ: quia scit omnia scibilia ad quæ intellectus humanus est in potentia generali quę sunt infinita: & hoc habet ex vnione verbi quod est agens infinitũ. Quæstio LXXXII.

Vod verò 82. ponitur: ꝙ aliquis nõ possit quicquid aliquando potuit: potest esse dupliciter: aut quia nõ habet omnes potestates quas aliquãdo habuit, aut quia factũ est impossibile quod aliquando fuit possibile: hoc secũdo modo Deus non potest quicquid potuit: quia nõ est possibile Deo quicquid fuit possibile: quod enim actu præsens est: aut præteritũ, perdit rationẽ possibilis: hic omninò calumniam nõ habet. Nõ enim Deus potest facere id quod est præsens simul cũ est non esse: aut id quod præteritũ est non esse præteritum. Ex magna autẽ ignorantia calumniantis procedit, quod cõtra hoc objicit: quia Deus potest id quod in nihilum cedit idem numero resurgat, quãuis aliquid eius in nihilum cesserit: quia vt hoc ei sine quęstione cõcedatur nõ propter hoc sequitur ꝙ id quod est præteritũ nõ sit præteritũ. Quamuis enim Deus faceret id quod in nihilum cedit iterũ esse, nõ tamen faceret, ꝙ in nihilum nõ cessisset. Quæstio LXXXIII.

Vod 83. ponitur: quamuis primò malum non præcesserit meritum de condigno, præcesit tamen de congruo. ſ. nõ conueniti ad suum creatorẽ: non bene dictũ est. Nam primũ malum est prima culpa: prima autẽ culpa non est pœna. vnde nullum meritũ habet. Si autẽ intelligit de primo malo pœnæ, sic oportet ꝙ præcesserit ipsum meritũ de condigno. Quæstio LXXXIIII.

Vod verò 84. ponitur. mala esse futura in tẽpore, fuit verum ab æterno per accidens: nõ per se. ſ. per speciẽ sui oppositi: & ꝙ est bona fieri: nõ propriè dictũ est. Nã licèt malũ cognoscatur per aliud, hoc tamen nõ est ei per accidens: sed per se: vt suprà dictũ est. Et licèt bono æterno nõ opponatur malũ propriè loquẽdo, tamen bonum creatũ cui opponatur malum, fuit intellectũ ab æterno. & sic malũ fieri potuit per speciẽ sui oppositi ab æterno intellecti. nec sequitur plura esse ab æterno: vt objiciens dicit: sed sequitur plura esse intellecta ab æterno. Omnia enim temporalia sunt intellecta ab æterno. Quæstio LXXXV.

Vod verò 85. ponitur: licèt mala futura esse, sit verũ ab æterno veritate æterna: non tamen fuit veritas æterna: quia non est verũ per se. sed per accidens: malè dicitur. Omne enim verum & ab æterno inquantũ est verũ, est veritas æterna: licèt res cui cõpetit esse scitam vere ab æterno non sit æterna: vt diuina veritas.

Quæstio LXXXVI.

Vod verò 86. ponitur: innocentẽ interfici nõ est secundum se malum: hoc falsum est: si intelligatur interfici ab homine prout verba sonant: sed interfici à Deo: qui occidit & viuere facit omnes qui viuunt & moriuntur tam innocentes, quàm nocentes: iustum est: nisi forte dicatur, ꝙ innocentes non occiduntur à Deo: quia mors est pœna peccati originalis: sicut objiciens tangit: vnde nulla iustantia est de paruulis Sodomorum.

Quæstio LXXXVII.

Vod verò 87. ponitur: ad conformitatem voluntatis diuinæ in actu nõ tenetur quis nisi habita charitate, falsum est: quia quilibet tenetur habere rectũ cor: quod nõ potest esse, nisi Deo conforme. Quæstio LXXXVIII. LXXXIX.

Vod verò 88. ponitur qui actu cogitat articulos, tenetur credere: & quod 89. ponitur, qui actu cogitat diuinã bonitatẽ tenetur diligere: falsum est si vniuersaliter intelligatur. Nõ enim peccat quicũnq; cogitans articulos fidei nõ mouetur actu fidei: & quicũnq; cogitans Dei bonitatẽ non mouetur actu charitatis: quia aliquando speculatiuè tantũ potest aliquis considerare: vt in disputationibus accidit: & tamen nõ mouetur aliquo actu voluntatis ad id quod speculatur. Quæstio XC.

Vod 90. ponitur. voluntatẽ nostram conformare voluntati diuinæ non tenemur in eo quod ignotũ est vniuersaliter: verum est in his quæ ignorare possumus absq; peccato: vnde cessat calumnia objicientis. Quæstio XCI.

Vod verò 91. ponitur; modus productionis alicuius ex aliquo triplex est. de sua natura: aut de aliena: aut de nulla: improprię dicitur: quia productio alicuius de nulla natura non est productio alicuius de aliquo: nisi aliquid accipiatur valde communiter: secundum ꝙ etiam nihil dicitur aliquid: & non ens dicitur ens, vt Philosophus dicit. Quæstio XCII.

Qvo l verò 92. ponitur: mutatio accipitur strictè & propriè quæ habet duo extrema, à quorum vno tendit in alterũ manente eodem substituto: & sic accipitur mutatio naturaliter: benè dictum est: si per extrema intelligat terminos: & si per hoc quod dicitur naturaliter intelligatur. i. in scientia naturali. Hoc enim quod hic dicitur, cõmune est tam mutationi naturali quã violentę: nec est instantia quã ponit objiciens, ꝙ in generatione & corruptione non sunt duo extrema: sed termini generatiõis: & corruptionis sunt priuatio & forma: non autẽ duæ formæ. Quæstio XCIII.

Qvod verò 93. ponitur: in relationibus quæ sunt secundum intellectum non est inconueniens abire in infinitum: omninò verum est secundum potentiam: sed secundum actum non contingit esse relationes infinitas in intellectu nostro. Possum enim intelligere relationem ad subiectum: & relationem ipsius relationis: & sic in infinitum. Quæstio XCIIII.

Qvod verò 94. dicitur: fieri est passio cùm habeat materia suum substitutum: sed creatio relato tantùm est: & non passio. verum est si fieri & passio accipiantur sicut in scientia naturali. Passio enim est alicuius subiecti patientis: & fieri naturale est ex substituto: creatio autem alio modo dicitur fieri & passio.

Quæstio XCV.

Qvod verò 95. ponitur: creatio passio in creatura est: & est accidens eius, & posterius ea naturaliter secundum rem: verum est, ꝙ creatio secundum rem nihil ponit in creato: nisi relationem tantùm à quo habet esse quæ est quoddam accidens: & hæc quidem relatio quantũ ad aliud esse quod habet in substituto, accidẽs quoddam est & posterius substituto: sed inquantùm est terminus actionis diuinæ creantis habet quandam rationem proprietatis.

Quæstio XCVI.

Qvod verò 96. ponitur: per generationem non possent fieri quę habent tantũ se simile suæ speciei: non est verum in qualibet generatione: sed solùm in generatione vniuoca

Quæstio XCVII.

Qvod verò 97. ponitur: opinio Moysi fuit, ꝙ mundus non esset æternus: non satis reuerenter dictum est: nisi fortè dicatur per comparationem ad opiniones aliorum: vt si diceretur: opinio Aristotelis talis fuit: sed opinio Moysi talis, addeẽdum excellentiam huius super alios. Quæstio XCVIII.

Qvod verò 98. ponitur: sol qui est agens improportionatus effectum communem in inferioribus facit: non est verum si simpliciter accipiatur. sed solùm secundum nos: sicut dicitur quòd terra per comparationem ad primum cœlum obtinet locum puncti: & nõ habet proportionẽ ad ipsum. ſ. secundum aspectũ nostrũ.

Quæstio XCIX.

Qvod verò 99. ponitur: creatura conſequitur bonitatem creatoris: non in ſei ipſa: sed in participatiua similitudine: verũ est. Loquitur enim de creatura, quantùm ad esse: non quantũ ad operationẽ, qua creatura rationalis fruitur ipso Deo: & sic cessat obiectio.

Quæstio C.

Qvod verò 100. ponitur: res dicuntur creaturæ in principio temporis quod mensurat primi mobilis motum, non sicut in ensurante creationem, sed sicut in adiacente: verum est si intelligatur sicut in adiacente. i. simul existente: non autem si intelligatur sicut in adiacente, id est, inhærente accidentaliter.

Quæstio CI.

Qvod verò 101. ponitur: infinitum actu nihil præter Deum esse potest: sed infinitum actu pro aliqua conditione infinitatis potest esse. Illud autẽ infinitum actu est secundum quid, & non simpliciter: quia à parte pòſt: non à parte antè. hoc dictum est: quia si habet successionem, tunc non est totum in actu: si non habet successionem, tunc non est infinitum: sed quoddam simpliciter indefectibile.

Quæstio CII.

Qvod verò 102. ponitur: in æuo secundum ſse non est fuisse neq; futurum esse: verum est: sed æuum non mensurat operationes angeli quæ sunt successiuæ: sed solũ esse ipsius quod est vniforme: & sic cessat obiectio de Deo, qui non nouit fuisse: nec futurum esse: neque secundum esse: neque secundum operationem: & de cõfirmatione: vel culpa angeli quæ pertinent ad operationes.

Quæstio CIII.

Qvod verò 103. ponitur: nihil ens vnũ potest esse in diuersis: sed aliquid vnũ ens in potẽtia potest: sic intelligendũ est. Nihil ens actu creatũ potest esse in diuersis naturaliter: non enim hæc est falsa. Cæcus non potest videre: licèt Deus miraculosè posset ei dare visum: & sic cessant obiectiones. Materia autẽ prima vna existens in se considerata nõ per vnitatem formæ: sed per carentiam omnis formæ est in potentia ad hoc quòd sit in diuersis: licèt secundum quòd est in diuersis non sit vna: sed multiplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstio CIIII.

QVod verò 104. ponitur. materia secundum essentiã vna est multiplicata in singulis, impropriè dictum est. Propriè autem diceretur materia secundum essentiã, vna est multiplicata in singulis vel magis in singula. Quæstio CV.

QVod verò 105. ponitur. infinitum simplex potest agere multa, finitum simplex nõ nisi vnum, verum est si benè intelligatur: vt scilicet accipiatur vnum in genere vel specie, secundum quod exigit virtus simplex: vt si diceretur, quòd audirus non potest cognoscere, nisi vnum scilicet sonũ. Quæstio CVI.

QVod verò 106. ponitur. quãus in creatiõe animæ noua materia secundum esse creetur tamen per essentiam materiæ præexistenti vnitur & coniungitur, sicut punctus puncto, nec benè, nec intelligibiliter dicitur. Quæstio CVII.

QVod verò 107. ponitur. duplex est potentia, quædam determinata quæ agit per modum naturæ, quædã indeterminata, quæ agit per modum voluntatis, penes primum accipitur triplex potentia imaginis, penes secundum libertas arbitrij non benè dictũ est, quia quæ ad liberum arbitrium pertinent, etiam ad voluntatẽ pertinent, quæ est pars imaginis. Quæstio CVIII.

QVod verò 108. ponitur. animæ indiuiduãtur per indiuiduationẽ & materias corporum, quãuis ab eis separatis retineant indiuiduationẽ, sicut cera in impressione sigilli, potest & benè & malè intelligi. Si enim intelligatur, ꝙ animę indiuiduentur per corpora, quasi corpora sint causa totalis indiuiduationis animarum, falsum est. Si verò intelligantur esse aliqualiter corpora causa indiuiduationis animarũ, verũ est. Vnusquodq; enim secundũ ꝙ habet esse, habet vnitatẽ & indiuiduationẽ, sicut igitur corpus non est tota causa animę, sed anima secundũ suam rationem aliquem ordinem ad corpus habet, cùm de ratione animæ sit, ꝙ sit vnibilis corpori, ita corpus nõ est tota causa indiuiduationis huius animæ, sed de ratione huius animæ est, quòd sit vnibilis huic corpori, & hæc remanet in anima etiam corpore destructo.

Explicit opuscul. nonum videlicet Responsio diui Tho. Aquin. ad fratrem Ioannem Vercellensem: generalem magistrum totius ordinis prædicatorum, de articulis centum & octo, sumptis ex opere Petri de Tarantasio.

RESPONSIO EIVSDEM ad eundẽ magistrum Ioannem de Vercellis. de Articulis. xlij.

Opus X.

REVERENDO in Christo patri fratri Ioãni, magistro ordinis fratrum prædicatorũ, frater Thom. de Aquin. cum debita reuerentia seipsum ad obedientiam prõptum. Paternitatis vestræ literas, feria quarta ante Pascha recepi, dum missarum solennia agerẽtur, multos articulos intercluſa schdula cõtinentes, quibus singulis mihi respondendum mandabatis, responsionis forma taxata, an scilicet sancti sint illius sententiæ, vel opinionis, quã continet articulus. Et si sancti sint vel non illius sententiæ, vel opinionis, quam articulus continet, an ego illius opinionis, vel sententiæ. Et si non sim, an tolerabiliter dici possit. Quibus articulis statim sequenti die secundum formam à vobis traditam, prætermissis alijs occupationibus secundum quod mihi occurrit, respondere curaui. Fuisset tamen mihi facilius respondere, si vobis scribere placuisset rationes, quibus dicti articuli vel asseruntur vel impugnantur. Sic enim potuissem magis ad intentionem dubitantium respondere. Nihilominus tamen, quantùm percipere potui, in singulis ad id quod dubitationem facit respondere curaui, hoc tamen in principio protestans, quòd plures horum articulorum ad fidei doctrinam nõ pertinent, sed magis ad Philosophorum dogmata. Multum autem nocent talia quæ ad pietatis doctrinã non spectant, vel asserere vel negare, quasi pertinentia ad sacram doctrinam. Dicit enim Augustin. in quinta confessione. Cùm audio Christianum aliquem ista, scilicet quæ Philosophi de cœlo, aut stellis, & de solis & lunæ motibus dixerunt, nescientem & aliud pro alio sentientem, patienter intueor opinantem hominem, nec illi obesse video, cùm de te Domine creator omnium nostrum non credat indigna; si fortè sitas & habitus creaturæ corporalis ignoret. Obest autem, si hæc ad ipsam pietatis doctrinam pertinere arbitretur, & pertinacius affirmare audeat, quod ignorat. Quod autem obsit, manifestat Augustinus in primo super Geneſis ad literam. Turpe est (inquit) nimis & pernitiosum ac maximè cauendum: vt Christianum de his rebus quasi secundum Christianas literas loquẽtem, ita delirare qui liber infidelis audiat: vt quemadmodùm dicitur toto cœlo errare conspiciens, risum tenere vix possit. Et nõ tam molestum est, quòd errãs homo videatur, sed quòd auctores nostri ab eis qui foris sunt, talia sensisse credantur, & cum magno eorum exitio de quorum salute satagimus, tanquàm indocti reprehendantur atque respuãtur. Vnde mihi videtur rutius esse: vt hæc quæ Philosophi cõmunes senserunt, & nostræ fidei non repugnant, neque sic esse asserenda: vt dogmata fidei, licèt aliquando sub nomine Philosophorum introducantur, neque sic esse neganda, tanquàm fidei contraria, ne sapientibus huius mundi contemnendi doctrinam fidei occasio præbeatur.

Articulus I.

PRimus articulus hdula propositus est: an Deus moueat aliquod corpus immediatè. Ad quod respondẽdum videtur, quòd ordo communis diuinitus institutus hoc habeat: vt corporalis creatura ab ipso moueatur spiritu mediante. Dicit enim Augusti. in 3 de Trinitate. Quemadmodùm corpora grossiora & inferiora per subtiliora & superiora quodã ordine reguntur, ita omnia corpora per spiritum vitæ rationalem. Et 8. super Genes. ad literam dicit, quòd Deus spiritualẽ creaturã corporali præposuit. Neq; tamẽ diuina potentia est huic ordini alligata, quin possit quãdòq; præter ordinem causarum secundarũ aliquid agere, cũ sibi placuerit: vt patet in operibus miraculosis. dicit enim Aug. 26. contra Faustum. Appellamus naturam cognitum nobis cursum solitum naturæ, contra quem Deus cùm aliquid facit, magnalia vel mirabilia nominantur.

Articulus II.

SEcundus articulus est. an omnia quæ mouentur naturaliter, mouentur ministerio angelorum mouentium corpora cœlestia.

Articulus III.

TErtius articulus est. an angeli sint motores corporũ cœlestium. His duobus articulis simul respondendum videtur, quia secundus dependet ex tertio, & tertius ex primo. Si enim corpora regũntur à Deo, mediante spirituali creatura. ad ipsum autem opus regiminis diuini pertinet motio corporum vt Aug. dicit 8. super Gene. ad literam cõsequens est, ꝙ Deus per spiritualem creaturã moueat cœlestia corpora. Et ibi expresse dicit Aug. Sic per tempus & locũ mouet corpus, ipse tamen per rempus nõ est conditus spiritus, ita per tempus mouet conditum spiritum, ipse tamen nec per tempus, nec per locum motus conditor spiritus. Esse quidem animata corpora cœlestia Damas. negat in secundo libro, licèt hoc Aug. sub dubio relinquat in secundo, super Genes. ad literam. Sed cœlestia corpora à spirituali creatura moueri, à nemine sanctorum vel Philosophorum negatum legisse me memini. Hoc igitur suppposito, quòd angeli moueant cœlestia corpora, hoc in dubium nulli sapienti venitur, quia omnes motus naturales inferiorum corporum ex motu cœlestis corporis causentur, quod & ratione à Philosophis est probatum, & experimento patet, & auctoritatibus sanctorum confirmatur: quia vt dictum est. Aug. in tertio, de Trinitate. dicit, quòd corpora grossiora & inferiora per subtiliora & superiora quodam ordine reguntur. Et Dionis. dicit quarto cap. de diuinis nominibus, quòd solis radius ad generationem sensibilium corporum confert, & ad vitam ipsam mouet & nutrit & auget & persicit. Vnde consequens est, quòd omnia quæ naturaliter mouentur, moueantur ministerio angelorum mouentium corpora cœlestia.

Articulus IIII.

QVartus articulus est. an infallibiliter sit probatum, angelos esse motores corporum cœlestium apud aliquos.

Articulus V.

QVintus articulus est. an infallibiliter sit probatum, angelos esse motores cœlestium corporum, supposito Deum non esse immediatum motorem illorum corporum. His respondeo, quòd Philosophi tam Platonici, quàm Peripatetici hoc probare conati sunt rationibus, quas efficaces putauerunt. Et eorum rationes fundantur super prædicto rerum ordine, quòd scilicet Deus inferiora per superiora regit: vt etiam sancti Doctores tradunt. Quòd autem corpora cœlestia à sola natura sua moueantur, sicut grauia & leuia, est omninò impossibile. vnde nisi moueantur à Deo immediatè, consequens est, quòd vel sint animata cœlestia corpora, & moueantur à proprijs animalibus, vel quòd moueantur ab angelis. quod melius dicitur. Fuerunt tamen aliqui Philosophi, qui posuerunt corpus primum cœlestium corporum moueri à Deo, non mediante alia intelligentia, sed mediãte anima propria, alia verò cœlestia corpora moueri mediantibus intelligentijs & animabus.

Articulus VI.

SExtus articulus est. an omnia inferiora naturaliter in esse producta, per viam motus regantur per angelos mediantibus motibus corporum cœlestium.

Articu-

Articulus VII.

SEptimus articulus est: an omnia inferiora quę naturaliter in esse producuntur fiant per angelos mediantibus motibus corporum cœlestium secundum quod facere attribuitur causis naturalibus, ideſt, educantur de potentia in actum. Horum etiam responsio dependet ex præmissis. Si enim corpora cœlestia per suum motum sunt causa generationis & corruptionis & omnium motuum naturalium inferiorum corporum, consequens est, quòd si angeli sunt causa motus cœli, sint etiam causa generationis & corruptionis, & omnium motuum naturalium inferiorum corporum. vnde & Gregorius in quarto dialogorũ dicit, quòd in hoc mundo visibili nihil nisi per creaturam inuisibilem disponi potest. Et vt breuiter dicam omnes prædicti articuli vel parum vel nihil faciunt ad doctrinam fidei: sed sunt penitus physici.

Articulus VIII.

OCtauus articulus est: an ordine naturæ faber posset mouere manum ad aliquod operandum sine angelico ministerio mouente corpora cœlestia. Huic videtur per distinctionem respondendum. Quod enim aliquis non posset moueri manum potest esse dupliciter: vno modo ex defectu animæ mouẽtis. vt scilicet animæ deficiat potẽtia motiua corporis. Et sub hoc intellectu falsum est quod dicitur. Nam anima fabri mouet manũ per liberũ arbitrium: quod non subiacet neq; cœlestibus corporibus neq; angelis: sed soli Deo. Alio modo: potest intelligi ex defectu corporalis membri: sicut homo qui habet manũ ligatam vel aridã nõ potest eã mouere. Et hoc modo cessante motu cœli organũ corporis nõ posset ab anima moueri: quia nõ remaneret viuum: quia corpora cœlestia ad vitam mouent inferiora corpora: vt patet ex auctoritate Dionisij suprà inducta. Si tamen diuina virtute præter naturæ ordinem corpus hominis viuum remaneret cessante motu cœli: & conseruaretur in dispositione illa, qua est mobile ab anima, posset homo per liberum arbitrium quamliber partem mouere corporis.

Articulus IX.

NOnus articulus est: an omnia beneficia exteriora naturaliter de potẽtia ad actum reducta habeamus per angelos mouẽtes corpora cœlestia. Dico quòd huius etiam responsio dependet ex præmissis. Naturaliter enim de potẽtia ad actum deduci nihil est aliud quàm naturaliter moueri. Si ergo omnis motus naturalis inferiorũ corporum causatur à motu superiorum corporũ: cõsequẽs est, quòd huiusmodi beneficia proueniant ex ministerio angelorum mouentium cœlestia corpora. Articulus X.

DEcimus articulus est. an propter prædicta beneficia quæ habemus per angelos eos reuereri debeamus. Ad hoc plana est responsio: quia non debemus eos reuereri reuerentia latriæ: vt auctores dictorum beneficiorum: sed vt ministros reuerentia duliæ: quia propter hæc beneficia debemus eos diligere. Dicit enim August. in primo de doctrina Christiana. In præcepto quo debemus diligere proximum, & sancti angeli continentur: à quibus tanta nobis officia impendantur misericordiæ.

Articulus XI.

VNdecimus articulus est: an angeli mouentes corpora cœlestia mediantibus motibus corporum cœlestiũ sint factores omniũ corporum humanorum naturaliter in esse productorum secundum quod facere attribuitur causis naturalibus. ideſt sint de potentia in actum eductores.

Articulus XII.

DVodecimus articulus est: an angeli mouentes cœlestia corpora mediantibus motibus cœlestium corporum sint factores etiã omnium animalium irrationalium quæ mouentur vel viuunt tam in mari quàm in terra naturaliter in esse productorum.

Articulus XIII.

TErtiusdecimus: an etiam omnium terræ nascentium eodem modo. Articulus XIIII.

QVartusdecimus. an etiam omnium metallorum, &c. Ad omnes istos articulos est vna responsio. quia cùm corpora cœlestia sint causa generationis inferiorum corporum: vt patet per auctoritatem Dionisij suprà inductam, consequens est, quòd angeli mouentes cœlestia corpora sint etiam huius generationis causa. vnde Augustinus in libro. 83. quæstionum dicit, quòd vnaquæq; res visibilis in hoc mundo habet angelicam potestatem sibi præpositam.

Articulus XV.

QVintusdecimus articulus est: an angelus habeat virtutem infinitam inferius. Ad quod dicendum, quòd hoc potest capi dupliciter. Vno modo, quòd virtus angeli non sit comprehensibilis ab aliquo inferiorum. Et hoc modo inducitur in libro de causis, & à Philosophis Platonicis. & Dionisius. dicit. 6. c. cœlestis hierarchiæ. Quot quidem sunt. & quales supercœlestium substantiarum ornatus & qualiter secundum ipsas Hierarchiæ perficiuntur: solam manifestè scire dico deificam ipsarum hierarchiã: præterea & ipsos cognouisse proprias virtutes & illuminationes & ipsorum sanctam & super mundanam bonam ordinationem. Impossibile est enim nos scire supercœlestium mentium ministeria. Hoc enim dicitur esse vnicuiq; infinitum, quod est ei incomprehensibile. Alio modo potest sic intelligi, quòd habeat infinitam virtutem supra ea quę infra ipsum sunt: & hoc est falsum & erroneum. Posset etiam dici virtus angeli infinita inferius: quia non est infinita per aliquam materiam corporalem in qua recipiatur: sicut sunt infinitæ virtutes formarum materialium. Est tamẽ simpliciter infinita virtus angeli secundum mensuram suæ essentiæ quæ finita est.

Articulus XVI.

SExtusdecimus articulus est: an angelus possit mouere totam molem terræ & vsque ad globum lunæ: licet nunquàm mouerit vel moturus sit. videtur mihi dicendum, quòd naturali sua virtute hoc non potest: quia nulla virtus creaturæ potest immutare ordinem principalium partium vniuersi. ad quem pertinet, quòd terra sit in medio locata. videtur tamen mihi contrarium posse tolerari absque fidei periculo: si tamen referat intentionem suam ad ponderis quantitatem, non ad prædictum ordinem vniuersi. Certum est enim quòd naturali sua virtute angelus potest alicuius ponderis terram mouere. Sed vsque ad quanti ponderis quantitatem moueri possit, non potest à nobis determinari. Si autem quæritur de motu circulari, per quem dictus ordo non variatur, videtur, quòd naturaliter terra quiescat, vt vult Philosophus in li. de cœlo.

Articulus XVII.

DEcimusseptimus articulus est: an angeli mouẽtes orbes sint de numero virtutum. videtur mihi, quòd satis probabiliter hoc dici possit: nec video quid inconueniens inde sequatur: cùm & Origenes exponens illud Matth. 24. Virtutes cœlorum commouebuntur. dicat quòd conueniens est cœlorum rationabiles virtutes pati stuporem remotas à primis functionibus suis. Hoc tamẽ omnino asserendum non videtur.

Articulus XVIII.

DEcimusoctauus articulus est: an illud Ecclesiastes primo. In circuitu pergit spiritus. sic posset exponi: spiritus puta angelicus pergit in circuitu cœli: & pergendo cœlum mouere facit in circuitu. Non video quare hæc expositio sustineri non possit, præsertim cùm dicat Aug. in. i. super Gen. ad literam, quòd ideò multis exitibus verba scripturæ exponuntur: vt se ab irrisione cohibeant literis sæcularibus inflati.

Articulus XIX.

DEcimusnonus articulus est: an si motus cœli cessaret ordine naturæ omne ferrum in elementa in instanti resolueretur.

Articulus XX.

VIgesimus articulus est: an similiter esset de omni elemento corruptibili. Articulus XXI.

VIgesimus primus articulus est: an similiter totus mundus. quantùm ad corruptibile.

Articulus XXII.

VIgesimussecundus articulus est: an si non esset lux stellarum ordine naturæ omnes homines corruptibiles morerentur in instanti. Articulus XXIII.

VIgesimustertius articulus est: an similiter omnia animalia irrationalia. Ad omnia ista est eadem respõsio. vt enim dictum est superiora corpora per suum motum & lumen sunt causa generationis & corruptionis, & vitæ corporalis in inferioribus corporibus. Non est ergo dubium, quin remota tali causa remoueatur effectus: præsertim cùm valde consonum fidei videatur: secundum quã ponimus, quòd transeunte figura huius mundi & motu cœli cessante per voluntatem Dei, sola elementa innouata remanebunt: & homines immortales effecti erunt virtute diuina. Sed si fiat vis in hoc quòd dicitur in instãti, dicitur ꝙ licet talis resolutio nõ sit in instãti cùm sit motus, principium tamen eius in instanti esse potest.

Articulus XXIIII.

VIgesimusquartus articulus est: an post diem iudicij omnia corpora sanctorum erunt incorruptibilia per naturam siue naturaliter: quia cessabit motus cœli, qui est causa corruptionis.

Articulus XXV.

VIgesimusquintus articulus an similiter corpora damnatorum. Ad hoc videtur dicendum, quòd cùm dicitur aliquod incorruptibile esse per naturam, significatur naturam esse incorruptionis causam: cũ hæc prępositio per causam designet. Est autẽ duplex causa, scilicet per se, & per accidens: per se quidẽ alicuius est, quod directè est illius causa p suã virtutẽ: sicut aqua est causa infrigidãdi. per accidẽs autẽ est causa alicuius q̃ indirectè causat illud. puta removẽdo causam cõtrariã: sicut removẽs ignẽ de domo est causa infrigidationis eius. Cũ ergo dicit cessante motu cœli corpus hominis esse incorruptibile p naturã, si ly p. dicit causam p se, falsum est. Nõ cñ ad hoc se extẽdit virtꝰ naturæ creatæ: vt causare possit incorruptionẽ corporis ex cõtrarijs cõpositi: si autẽ dicit causam per accidẽs, sic aliquo modo verũ est qđ dicit: qa subtracta causa vniuersalis corrue

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptionis naturalis subtrahitur corruptio. In hoc etiam sensu melius diceretur negatiuè quàm priuatiuè: puta si sic diceretur. Cessante motu cœli corpus hominis si diuina virtute remaneat, nõ erit corruptibile per naturã. verum quia super id quod est per se, potius est eo quod est per accidens, potius videtur dicendum, q̃ erit corruptibile per naturam. sed incorruptibile per gratiam vel iustitiam. vel si contrarium dicatur, debet dici cum determinatione sanum sensum exprimente. Articulus XXVI.

VIgesimussextus articulus est. an damnati in suis corporibus in inferno sentiant pœnas ignis per apprehensionẽ & receptionem speciei ignis per modũ afflictiuum & læsiuum. Ad hoc dicendum est, q̃ cũ secundum fidem dicamus corpora damnatorũ in inferno afflictionẽ ex igne pati, nec tempus consumi: secũdum illud August. 21. de ciuitate Dei. Humana corpora nõ solùm nunquàm morte dissoluẽtur. sed in æternorũ quoq; ignium durabũt tormentis: necesse est in eis ponere id quod afflictionẽ facit. i. receptionem speciei sensibilis. Oportet etiã remouere id, quod consummare posset. s. transmutationẽ naturæ corporũ. Nec vt reo quid calumniæ habeat articulus. Articulus XXVII.

VIgesimusseptimus articulus est. an sententia Christi in iudicio erit corporalis vel spiritualis. dicitur q̃ licèt vtrũq; esse possit: probabilius tamen videtur, q̃ sit spiritualis: quia & alia quę tunc agentur spiritualiter diuina virtute agentur: vt enim dicit August. 20. de ciuitate Dei. Diuina virtute fiet, cuiq; opera sua vel bona vel mala cuncta in memoriam reuocẽtur & mentis intuitu mira celeritate cernãtur: vt accusẽt vel excusẽt scientia conscientiam: atque ita simul & omnes singuli iudicentur.

Articulus XXVIII.

VIgesimusoctauus articulus est. an Christ⁹ venit tollere nisi peccatũ originale principaliter se principaliùs inter omnia peccata quæ tollere venit. Ad quod dicẽdum, q̃: Christus quantũ est in se venit tollere omnia peccata. Donũ enim Christi vt Apostolus dicit Romanor. 5. excedit peccatũ Adæ. nam vnum tantũ ex vno in condemnationem. gratia autẽ ex multis delictis in iustificationẽ. Tantò autẽ principaliùs cõtra aliquod peccatũ venit, quantò est maius. peccatũ autem quod originaliter cõtrahitur, licèt sit minus grauitate & reatu pœnæ, est tamen maximũ communitate: secundũ illud Apostoli Rom. 5. In quo omnes peccauerunt. Et quantũ ad hoc potest dici q̃ Christ⁹ principaliter venit tollere originale. vnde super illud Ioan. 1. Ecce qui tollit peccatũ mundi. dicit glossa. Peccatum mundi dicitur originale: quod est commune toti mundo.

Articulus XXIX.

VIgesimusnonus articulus est. an nomina sanctorum digito Dei scripta sint in cœlis ad honorem eorum. Videtur mihi nõ esse verum: si tamen dicatur, q̃ sic, nullum est periculum.

Articulus XXX.

TRigesimus articulus est. an nomina impiorum in inferno existẽtium, digito Dei scripta sint in terra ad vituperium eorum. Non hoc verum puto, si corporaliter intelligatur. In nullo tamen fides obsistit vt mihi videtur.

Articulus XXXI.

TRigesimusprimus ar. est. an infernus sit in centro. vel circa centrum terræ. Ad hoc dicendum videtur, quòd locus inferni sit infra terram: vnde Aug. in libro. Retractationum dicit. De inferis magis vt videtur dicere debuissem, quòd sub terris sint quàm ratione reddere: cùm sub terris esse dicantur. Vbi tamen sit infernus an circa centrum terræ. vel circa superficiem, nihil arbitror ad doctrinam fidei pertinere & superfluum est de talibus sollicitari: asserendo vel improbando.

Articulus XXXII.

TRigesimussecundus arti. est. an liceat disputare an anima Christi sit ex traduce determinando quod verum est. Hic arbitrabus dubiè positus est. Si enim intelligatur, quòd liceat disputare & determinare hoc esse verum, quod anima Christi sit ex traduce erroneum est: quia nullius hominis anima est ex traduce. Multo ergo minus anima Christi: cuius etiam corpus est virtute spiritus sancti formatum. Sic autem intelligatur, quòd liceat disputare an anima Christi sit ex traduce. & circa hoc determinare illud quod veraciter fides catholica tenet scilicet, q̃ non, non video quare hoc nõ liceat: cũ quotidiè in scholis magistrorum disputetur & de Trinitate. & de alijs articulis fidei non propter dubitationem. sed propter veritatis intellectum & manifestationem & confirmationem. Posset tamen hoc per accidens in aliquo casu esse malum: putà si coram simplicibus & paratis ad errandum talia disputarentur.

Articulus XXXIII.

TRigesimustertius ar. est: an illud verbum Philosophi de animalibus lib. 16. ca. 6. scilicet, corpus spermatis cum quo exit spiritus qui est virtus principij animæ qui est separatus a corpore: & est res diuina: & talis dicitur intellectus: sic posse vel debeat exponi, idest ille spiritus seu virtus formatiua dicitur intellectus per similitudinem: quia sicut intellectus operatur sine organo, ita illa virtus. Dicitur, quòd illam auctoritatem Philosophi hoc modo exponit commentator eius Meteororum. 7. Nec dicitur res diuina: quia sit per essentiam Deus: sed per quandam similitudinis participationem: sicut quodlibet magnum & admirabile solet dici diuinum: Nec video quid pertineat ad doctrinam fidei, qualiter Philosophi verba exponantur.

Articulus XXXIIII.

TRigesimusquartus art. est. an aliquid de substantia cœli intret compositionem corporis naturaliter compositi ex quatuor elementis per effectum suæ virtutis.

Articulus. XXXV.

TRigesimusquintus art. est: an aliquid de substantia cœli intret compositionem corporis viui & animati. Dicitur quòd cùm aliquid dicitur de substantia cœli si hæc præpositio de, desinet causam materialem: sic credo esse falsum: non tamen periculosum nec contra fidem. Si autem designet habitudinem causæ efficientis: sic puto non solùm esse verum: sed necessarium, vt patet per auctoritatem Dionisij suprà inductam. Et hic sensus determinatur per hoc, quod dicitur per effectum suæ virtutis.

Articulus XXXVI.

TRigesimussextus articulus est. an corpora sanctorum glorificata lucebunt plus quàm sol & sol septuplum quàm nunc: & corpora sanctorum septuplum quàm tũc sol. Dicitur ad primũ. quòd Chrisostomus exponens illud Matth. 13. tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum dicit. Non quia ita solùm sicut sol: sed quia hoc sydere nihil lucidius scimus. Alia verò quæ sequuntur non occurrit quare tutè dici non possint præsertim cùm in innouatione mundi certum sit secundum catholicam doctrinam, quòd tota creatura corporalis meliorabitur, quę reuelationem filiorum Dei expectat: vt dicitur Rom. Hiero. 8. etiam dicit super illud Matt. 24. Sol obscurabitur & luna non dabit lumen suum. Non hoc diminutione luminis accidet, cùm solem legamus septuplum luminis habiturum, sed comparatione veræ lucis, omnia visui apparebunt tenebrosa. Articulus XXXVII.

TRigesimusseptimus ar. est. an angeli quos vidit Maria Magdalena circa sepulchrum Domini post eius resurrectionẽ lachrymabili voce cõsolati sint eam. Ad hoc mihi dicendũ videtur, quòd ea quæ in apparitione angelorum cõtingunt, ad quandam significationem sunt referenda, non ad proprietatem substantiæ ipsorũ: vt patet per Dion. vlti. c. cœlest. hierarchiæ. vnde sicut in scripturis sacris aliqua per similitudinem leguntur de Deo ad iram, vel tristitiam, vel aliquid humanum pertinentia, ita etiam nihil prohibet in apparitionibus angelorum aliquid tale propter aliquam significationem demonstrari. Et licet angelis resurrectionis nuncijs magis congruant signa gaudij propter rem nunciatam, nihil tamẽ prohibet quin aliqua doloris signa ostenderent, vt tales se mulieri flenti ostenderent, qualem seipsam interius exhibebat. sicut Greg. dicit, de Domino apparente duobus discipulis in effigie peregrini.

Articulus XXXVIII.

TRigesimusoctauus ar. est. an homo posset videre oculo mentis, omnia quæ aguntur in corde hominis habẽtia impressionem exterius in corpore, si haberet visum acutũ vt diabolus. De hoc ita dicit Augusti. in libr. de diuinatione dæmonũ. Hominum dispositiones non solùm voce prolatas, sed & cogitatione conceptas dæmones consignant, quæ dum ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt. Et in libro retractationum dicit. Peruenire ista ad notitiam dæmonum per nonnulla experimẽta cõpertum est. Verùm signa quædam dantur ex corpore cogitantium illis sensibilia, nos autem latentia. An autem alia in speciali cognoscant, aut difficilimè potest ab hominibus, aut omninò non potest inueniri. Et quibus patet, quòd dæmones cogitationes cordium cognoscere possunt, quæ per aliquos corporis motus manifestantur. Nec hoc est mirum, cùm etiam subtiles medici per pulsum deprehendant interiores animæ passiones. Et sic dicitur Ecclesiastic. 19. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus.

Articulus XXXIX.

TRigesimusnonus articul. est. an licet ascendendo immediatè Mars sit supra solem quantùm ad situm, tamen sit immediatè supra lunam, quantùm ad dominium in prima hora martis. Ad hoc dicendum videtur, quòd si dominium martis & lunæ referatur ad liberum arbitrium, est erroneum. Si autem referatur ad corporales & naturales res, nulla sequitur absurditas in fidei doctrina. Dicit enim Augustinus quinto de ciuitate Dei. Non vsquequòque dici potest ad solam corporum differentiam afflatus quosdam valere sydereos, imò etiam hoc verum est, secundum ordinem dierum. Nã cum septem planetis septem horæ secundũ Astrologos deputentur, cũ vigintiquatuor horę sint naturalis diei, cõsequẽs est vt prima feria in vigesimasecũda hora diei luna cuiũ habeat, sicut & in pri

& in prima eiusdem. Vnde reincipiendo à Saturno vigesimatertia hora ei deputabit, & vigesimaquarta Ioui, prima die sequẽtis Marti deputabitur. Sed hoc nihil ad doctrinam fidei pertinet nec asserere nec improbare. Articulus XL.

QVadragesimus articulus est. an in inferno erit fletus corporalis quãtum ad lachrymarum resolutionem. Puto, quòd nõ erit: quia cùm fletus ille sit infinitus & nihil corporibus damnatorum adijciatur per nutrimentum. sequeretur, quòd aliquando per fletũ corpora resoluerentur & consumerentur, quod est contra fidem.

Articulus XLI.

QVadragesimusprimus articulus est. an in inferno erit corporalis vermis. Hoc Aug. sub dubio relinquit. vigesimoprimo. de ci. Dei: licet in vigesimo. eiusdem dicat hoc probabilius videri, quòd ignis referatur ad corpus: vermis tropicè ad animam: quod etiam mihi probabilius videtur. Articulus XLII.

QVadragesimussecundus articulus est. an sciri possit distantia superficiei terræ ab eius centro. videtur, quòd sic: secundum tamen modum demonstrationis astrologicę non geometricæ. Hæc sunt (pater reuerende) quæ pro nunc occurrunt: licet plura sint extra Theologiæ limites requisita.

Explicit opus decimum videlicet beati Thomæ de Aquino ad magistrum Ioannem de Vercellis generalem magistrum ordinis prædicatorum de articulis. 42.

RESPONSIO EIVSDEM beati Thomæ, ad lectorem Venetum de articulis. XXXVI.

Opus XI.

LECTIS vestris literis in eis inueni articulorum multitudinem numerosam, si per quibus à me vobis responderi infra quatriduum vestra charitas postulabat: & licet essem in alijs plurimum occupatus, ne tamen deessem: vestræ dilectionis obsequio dilatis parũper alijs: quibus me intendere oportebat quæstionibus à vobis propositis proposui per singula respondere. Articulus I.

PRimus ergo ar. est. an angeli sint motores cœlorum. super quo dixi taliter respondendum, quòd hoc non solùm à philosophis est multipliciter ꝓbatũ: verũ etiã à sanctis doctoribus euidẽter asserit. Dicit enim Aug. in 5. de Tri. q̃ sicut corpora grossiora. & inferiora per subtiliora & superiora quodã ordine reguntur, ita ota corpora p spiritũ vitæ rationalẽ. In libro etiã 83. quæstionũ dicit, q̃ vnaqueq; res visibilis in hoc mũdo habet angelicã potestatẽ sibi præpositã. Græ. etiã dicit in 4. dialo. q̃ in hoc mundo visibili nihil nisi per creaturam inuisibilem dispositioni potest. Artic. II.

SEcundus art. est. an aliqui extimauerũt semper infallibiliter hoc esse probatum. Ad hoc respondeo, q̃ libri Philosophorũ huiusmodi ꝓbationibus abũdãt: quas ipsius demõstrationes putãt: mihi etiã videt, q̃ demõstratiuè ꝓbari possit, q̃ ab aliquo intellectũ corpora cœlestia mouẽtur vel à Deo immediatè: vel mediãtibus angelis: sed q̃ mediãtibus angelis ea moueat magis cõgruit rerũ ordini: quẽ Dionisius infallibiliter asserit. vt inferiora à Deo per media secundum cursum communem administretur. Artic. III.

TErtius ar. est. an angeli moueãt cœlos suo imperio: potestate eis à Deo tradita: super quo quid dubiũ esse possit plenè nõ video. Non enim extimo aliquẽ dubitare quin omne quod angeli faciunt operentur potestate eis à Deo tradita: si verò hoc vertat in dubium, quod dicitur eos mouere cœlestia corpora suo imperio: irrationabilis dubitatio videtur. Nõ enim possunt mouere aliquod corp⁹ p cõtactũ quãtitatis: cũ sint incorporei: sed p cõtactũ virtutis. Nihil autẽ in angelis altius. quã eorũ intellectus: cũ & ipsi à Dionisio intellectus vel mentes nominentur. Vnde eorũ motiones à virtute intellectus procedunt. Ipsa autem conceptio intellectus, secundũ q̃ habet efficaciã aliquid trãsmutandi imperiũ nominatur: vnde si mouent: nullo modo nisi per imperium mouere possunt. Art. IIII.

QVartus art. est. an angeli mouentes cœlos sint de ordine virtutum. Hoc quidem & mihi videtur præcipuè si ordo virtutũ dicatur medius ordo secũdæ Ierarchiæ: vt vult Dionisius. Hic enim ordo tenet primũ locũ inter exequentes exteriora ministeria: vnde Dionisius octauo. c. cœlestis. Hier. dicit, q̃ nomẽ virtutũ ostendit diuinam quandã & inconcussam fortitudinem ad omnes deiformes operationes: nihil autẽ in exterioribus ministerijs maius esse videt quã dispositio causarum vniuersalium: vnde maximè videtur administratio cœlestiũ corporũ ad ordinẽ virtutũ pertinere. vnde Origenes exponẽs illud Mat. 24. Virtutes cœlorũ cõmouebuntur. dicit, q̃ conueniens est cœlorũ rationabiles virtutes pati stuporem remotas, scilicet à primis functionibus suis. Hoc tamen omnino asserendum non videtur. Articulus V.

QVintus art. est. an angelus suo imperio potest mouere totã molem terræ vsq; ad globũ lunæ. Istud mihi asserendũ nõ videtur. Virtutes enim creaturarũ se extẽdunt ad naturales effectus. & ideò angeli corpora cœlestia mouere possunt secundũ motus cõueniẽtes naturalis eorũ: alijs autem motibus ea mouere nõ possent secundũ propriã virtutẽ: sed hoc diuinitus miraculosè fieri posset: posset autẽ fieri non solũ virtute angeli: sed etiã virtute hominis, q̃ aliqua pars terræ per violẽtiã sursum ferat: sed q̃ totũ vnũ elemẽtũ extra suum ordinẽ naturalẽ ponatur, nõ credo subiacere angelicæ potestatis & q̃ virt⁹ angeli sit infinita inferius nõ est sic intelligẽdũ, q̃ nõ determinetur ad determinatos effectus: sed quia in suis effectibus producendis non patitur lassitudinem aut defectum. Artic. VI.

SExtus ar. est. an id quod dicitur Ecclesiastes. 1. in circuitu pergit spiritus: possit sanè ita exponi: spiritus angelicus pergit in circuitu, scilicet per operationem: quia mouet cœlum secundũ circulum. Non video quare non possit sanè exponi, cùm hæc sententia vera sit secundũ prædicta. & iste modus exponendi à consuetudine sacræ scripturæ non discrepet: sicut Ro. 8. dicitur, quòd spiritus interpellat, idest, interpellare facit. Articulus VII.

SEptimus art. est. an angelus habeat virtutẽ infinitã inferius. Hoc potest & bene & malè intelligi. Si enim sic intelligatur, q̃ angelus habeat infinitã virtutẽ supra ea quæ infra ipsum sunt, est falsus & erroneus intellect⁹. Sic enim posset creare aliqd infra se. & quodliber in quodlibet cõuertere: quod patet esse falsum. Est ergo sic intelligendũ, q̃ virtus angeli cõsequitur naturã ipsius. Sic ergo finitũ & infinitũ inuenit in natura ei⁹ ita & in virtute. Habet autẽ angel⁹ finitã naturã secũdũ operationẽ ad suũ superius qđ est Deus qui est ens. & bonũ infinitũ: cui⁹ similitudo in angelo participat finitè. Cũ tñ angel⁹ nõ habeat formã in materia nõ limitat⁹ vel cõtrahitur per aliquã naturã: sicut formæ materiales. vnde & virt⁹ angeli finita est secũdũ q̃ extendit ad determinatos effectus prout participat finitè similitudinẽ primæ causæ. est tñ infinita quãtũ ad hoc q̃ nõ cõtrahit virtus ei⁹ ad agẽdũ secũdũ exigẽtiã materiæ vel organi corporalis sicut formę materiales & corporeæ. Est etiam infinita duratione ex parte post: quia in perpetuum durat natura eius, & eius duratio nullo modo temporis periodo mensuratur. Art. VIII.

OCtauus art. est. an angeli sunt causa omniũ quæ naturaliter generantur & corrumpũtur in hoc mũdo. Hoc ex necessitate sequitur si sunt causa motus cœli: qui est causa generationis & corruptiõis in istis inferioribus corporibus: vt Dionisius dicit. 4. c. de divino. Quod enim est causa causæ, est causa causati. Art. IX.

NOnus art. est. an angeli sunt factores omnium corporum naturaliter compositorum siue humanorum siue aliorum. quia causare est aliquid ex aliquo facere. Dicitur quòd hoc potest habere calumniam: eo quòd verbo faciendi vt plurimum vtimur in operibus artis: & non in operibus naturæ. Non enim consuetè dicitur, quòd pater facit filium: vnde & secundum hunc modum loquendi Philosophus in 6. Ethi. dicit, quòd ars est recta ratio factibilium. Et secundum hoc inconsuetè dicitur, quòd angeli vel corpora cœlestia faciant corpora humana vel alia corpora composita naturaliter generata. Illud enim videmus facere, quod in potestate natura est quale futurum sit: cuiusmodi sunt opera artis. Opera autem naturæ non subsunt arbitrio naturalium causarum: sed consequuntur necessitatem ordinis naturalis subiectam arbitrio Dei constituentis naturã: vnde facere effect⁹ naturales magis solet attribui Deo. Inuenitur tamen verbum faciendi attributum etiam causis naturalibus: secundũ quod consueuit dici, quòd omne agens facit sibi simile: prout ignis dicitur calefacere, quòd nihil est aliud quàm facere calidum. Et secundum hunc modum loquendi dici potest, quòd corpora cœlestia & etiam angeli faciunt corpora inferiora. Sed in talibus magis sequendus est vsus loquendi: quia secundum Philosophum nominibus vtendum est: vt plures: licet vanum videatur de nominibus contendere vbi constat de rebus. Articu. X.

DEcimus articulus est. an faber naturaliter possit mouere manum ad malleum vel ad aliud naturaliter operandum sine angelis mouentibus corpora cœlestia. Hoc non habet explicitam veritatem. Manifestum est enim, quòd omnia corpora mixta conseruantur in esse per motum cœlestium corporum. ex hoc quòd certo periodo cœlestis motus generantur & corrũpuntur. & similiter secundum elongationem vel appropinquationem aliquorum corporum cœlestium. Est ergo verum, quòd cessante motu cœli cessarent corpora fabrorum & martellorum. Si autem supernaturali virtute & fabri & martelli remanerent. oportet dicere, quòd fabrorum corpora eandem haberent habitudinem ad animas eorum quam nũc. Nec obstat si dicitur, quòd aër non esset diuisibilis: quia non esset corruptibilis per cessantem motum cœli. Licet enim hoc sit: suam tamen naturam non perderet: secundum quam est facilè diuisibilis ratione humiditatis & subtilitatis: ita etiam vt instrumentum vocalis laudis esse possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Articulus XI.

VNdecimus articulus est.an cessantibus motionibus cœlestium corporũ omne corpus elementatum corruptibile in elementa soluerẽtur in momento.hoc quidem aliquo modo intellectum, credo esse verum,& aliquo modo esse falsum. Necesse est enim q̃ motus cœli sicut & quilibet motus, cesset in momento: quia vltimum instans temporis respondet vltimo instanti motus. Si ergo intelligatur corruptionẽ istorum corporum vel resolutionẽ in elementa esse in instanti,quantũ ad suum principium,verũ est:si quantùm ad suum terminum falsum est. Corpora enim cœlestia causant & conseruant siue mouent:vnde & resolutio quæ ex corruptione talis causæ accidit:oportet q̃ sit per motũ:nullius autẽ motus terminus & principium potest esse in momento: sed omnis motus eget aliquo tẽpore.Secus autẽ est de subtractione cõseruationis Dei. Quia enim ipse est causa essendi rebus immobiliter operans:sicut in momento res in esse produxit creando,& non in tẽpore, ita eius operatione cessante,res in momento esse desinerent.& non per aliquẽ motum. Articulus XII.

DVodecimus articulus est.an post opera sex dierũ Deus aliquod corpus mouerit immediatè Videtur q̃ non quantũ ad motus qui per creaturam fieri possunt. Sed miracula,vt mortui suscitatio: cæci illuminatio:& similia,fiunt immediatè à Deo: licèt quantùm ad aliquos effectus coniunctos non desit ministerium angelorum.

Articulus XIII.

TErtiusdecimus articulus est.an Deus posit aut velit mouere corpus immediatè.Iste articulus implicitè proponit.Ex vna enim parte videtur,q̃ Deus sua virtute & altissima voluntate potest omne corpus mouere immediatè: quod nõ video quin repugnet ei quod dicitur,q̃ nõ potest corpus mouere:nisi fortè hoc quod dicitur nõ potest mouere immediatè,referat ad hoc quod subditur.Ita q̃ mouetur quod est diuisibile & mensuratũ tempore,sit actio diuina quę est eius essentia simplicissima. Hoc cũ Deus nec facere potest: nec vult.sed cũ dicitur q̃ Deus aliquod corpus mouet: per hoc verbum mouet,nõ importatur actio diuisibilis & tẽpore mẽsurata.sed actio simplex quæ est sua essentia.Nam non solus Deus: sed etiã quilibet intellectus mouet per imperium:vt suprà dictũ est. Imperium autẽ intellectus nihil est. aliud quã conceptio effectus ordinata ad implendum voluntatẽ.Velle autem & intelligere Dei,nõ est aliud quã eius essentia.Vnde sicut actio qua Deꝰ creauit res:& actio qua Deus immediatè potest mouere corpus, nihil est aliud quàm eius intelligere& eius velle. Articulus XIIII.

DEcimusquartus articulus est.an si nulla esset lumina stellarũ: & nullus esset motus cœlestium corporũ,omnia animalia corruptibilia in momento morerentur.De hoc quid mihi videtur,suprà dictum est.Mors enim est per separationem animæ à corpore. quod nõ fit nisi per aliquã mutationem corporis à sua naturali dispositiõe,quæ nõ potest esse in instanti tota. licèt eius causa & principium posit esse in instanti. Articulus. XV.

DEcimusquintus articulus est.an Deus miracula faciat ministerio angelorum.Hoc puto verum esse:ita tamen q̃ non in omnibus miraculis operatio angelorum se potest extendere ad principales effectus. Articulus XVI.

DEcimussextus art.est an Deus aliqua miracula faciat non tantùm ministerio angelorũ visibili vel inuisibili. Hoc puto etiã verum quantùm ad aliquod angelorum ministeriũ:ita tamẽ,quòd a angelorum ministerium non extendatur ad omnia quæ fiũt in miraculo.Hoc patet etiam in formatione corporis Christi ex virgine.

Articulus XVII.

DEcimusseptimus articulus est an diuinitas in Christo faceret miracula auctoritate.& humanitas ministerio.Dicendũ quòd sic:natura diuinitas operabatur per humanitatem,sicut per organũ: vt dicit Damascenus.Eadem autem in operando est ratio organi & ministri: quia vtrunque mouet per hoc,quòd est aliquid ab alio motum. Articulus XVIII.

DEcimusoctauus articulus est an omnia miracula quæ fiunt ab aliqua creatura ministerio fiant auctoritate Dei.idest,per virtutem eius sine qua nihil potest fieri.Dicitur quòd verum est si de veris miraculis intelligatur:& dico vera miracula quæ nulla natura ili virtute alicuius creaturæ fieri possunt. Sunt tamen aliqua non simpliciter miracula:sed quòd ad aliquos qui eorum causas ignorãt: sicut quædam arte humana facta miracula ignoratibus artem videntur & multo magis arte angelica:& talia possunt fieri virtute alicuius creaturæ:licet non exclusa virtute diuina.

Articulus XIX.

DEcimusnonus articulus.an post diem iudicij corpora sanctorũ erunt incorruptibilia tribus modis,scilicet per diuinam iustitiam:item per gloriam:ité per naturã siue naturaliter. Hoc quidẽ quantũ ad duo.prima calũniam habere nõ potest.quantũ ad tertiũ posset habere calumniã si intelligatur, q̃ ad incorruptionem humani corporis sola natura sufficiat quasi incorruptio humani corporis ex natura causetur:sicut ab agente.Non enim ad hoc se extẽdit virtus alicuius naturæ creatæ,vt rebus corruptibilibus incorruptionem possit conferre.Dictum est etiam suprà,quòd secundum ordinẽ naturæ corpora humana & omnia corpora mixta cessante motu cœli dissoluta corrumpentur.Immortalitas ergo humanorũ corporum post resurrectionem non erit ex virtute naturæ:sed ex virtute diuina:per quam corpora humana conseruabuntur in esse.sed verum est,quòd naturalis causa corruptionis quæ est motus cœli subtracta erit. Motus enim cœli sicut est causa generationis & conseruationis mixtorum corporum,ita etiam est causa corruptionis eorum.Supposita ergo conseruatione humanorum corporum per virtutem diuinam non erit aliqua causa agens ad corruptionẽ. Et secundum hoc aliquo modo posset sustineri, quòd illa incorruptio esset per naturã:quia scilicet causa naturalis corruptionis subtracta erit eo modo loquendi quo dici posset,quòd submersio nauis est per gubernatorem:quia per eius absentiã nauis periclitatur.

Articulus XX.

VIgesimus articulus.an post diem iudicij corpora damnatorum erunt incorruptibilia duobus modis,scilicet per diuinam iustitiam:item per naturam siue naturaliter.hoc habet eãdem rationem cum præcedenti. Articulus XXI.

VIgesimusprimus articulus est.an corpora damnatorum cũ erũt in inferno erũt passibilia & patientur ab igne inferni:quia recipient specié ignis inferni per modũ afflictiui vel læsiui.Hoc nõ video,quam calumniam habere possit.Si enim impassibilitas ponitur cõmuniter dos corporis glorioſi,consequens est,quòd corpora non gloriosa passibilia erunt.Quod autẽ speciem ignis per modum afflictiui in se recipiant, hoc negari non potest, nisi ab eo qui negat huiusmodi corpora igné inferni sentire. Necesse est enim speciem sensibilis fieri in sensu ad hoc,quòd sequatur afflictio.

Articulus XXII.

VIgesimussecundus ar.est.an possit disputari in scholis,an anima Christi & omnes aliæ animæ rationales,sint extraducę.Non video cur hoc non liceat nisi fortè in casu, si ex hoc apud aliquos scandalum oriretur,sicut aliquando contingit,quòd aliqui simplices audientes de his quæ sunt fidei disputari in scholis,credunt ea ratione de his disputari,quasi dubitetur de fidei veritate.Sed in tali casu posset disputans ad hanc opinionem amputandam protestari,quòd disputaret non propter disputationem de veritate, sed propter inquirendam veritatis rationem. Articulus XXIII.

VIgesimustertius arti. est an Christus principaliter venerit tollere,nisi originale peccatum.Ad quod dicendum est,quòd Christus venit principaliter ad introducendum homines in vitam æternam,sicut dicit ipse.Ioannis decimo.Ego veni vt vitam habeant,vnde omne impedimentum vitæ æternæ venit remouere, & ideò ex cõsequenti venit tollere omne peccatum.Sed sicut bonum cõmune est melius,quã bonum particulare vnius hominis,ita malũ cõmune multorum est peius. Vnde principalius venit tollere peccatum originale,quod totã naturã humanã infecerat,quã singulorũ particularia peccata.Vñ sup illud.Ioã.1.Ecce qui tollit peccata,dicit gloss. Peccatũ mundi dicitur originale peccatũ, quod est cõmune totius mundi.Et infrà.Quod originale peccatũ & singulorũ quoq; superaddita Christus relaxat. Melius ergo dicẽdum videtur affirmatiuè, q̃ Christus venit principalius tollere originale peccatum, quã alia negatiuè,sicut si ponitur,q̃ Christus principaliter nõ venit tollere,nisi originale peccatum. Nã etiam tollere actualia peccata pertinet ad principalem Christi intẽtionem,qua venit mundũ saluare, secundum illud Luc.5.Veni vocare iustos ad pœnitentiam.

Articulus XXIIII.

VIgesimusquartus art.est. an infernus sit in centro vel circa centrum terrę.Circa quod nihil mihi videtur temerè asserendum, præcipuè cum Augu.neminem arbitretur scire vbi sit. Non tamen æstimo, q̃ sit in centro terræ,quia ille est locus, quo naturaliter feruntur grauia. Nec videtur intentionem naturæ frustrari:vt communiter dicitur. Quod sequeretur,si ad centrũ corpora grauia non peruenirent. Si etiam naturaliter terra circa centrum esset cõcauata, nõ posset assignari naturalis causa, quæ trũ pondus sustineret.Si autẽ dicitur hoc esse miraculosè,nulla subesse videtur miraculi rõ.Præparatio eñ inferni ab initio mũdi fuit.secũdum illud Isa.30.Parata est ab heri tophet.secũdũ expositionẽ glo.In prima autẽ rerũ institutione nõ est cõsideradũ.qd Deus possit facere, sed quid natura rerum habeat vt sic fiat,sicut dicit Aug.secũdo sup Genes.ad literam. Non autem dicitur Christus descendisse ad infimas partes terræ, sed ad inferiores,ad cuius veritatem sufficit qualitercũque inferiores nobis dicantur. Articulus XXV.

VIgesimusquintus ar.est.an posit sciri distantia à superficiæ terræ,vsque ad infernum, supposito infernum esse in centro, vel circa centrum terræ. Puto sciri posse distantiam à superficie terræ vsque ad cẽtrum,non tamen vsque in infernum, quia non credo ab homine sciri posse vbi sit infernus.

Articu-

Articulus XXVI.

VIgesimussextus art.est an corpus spermatis cum quo exit spiritus qui est virtus principij animę est separatum à corpore & est res diuina:& talis dicitur intellectus:sic potest vel debet exponi.id est ille spiritus siue virtus formatiua dicitur intellectus per similitudinem.quia sicut intellectus operatur sine organo,ita & illa virtus.Hanc expositionem commentator ponit in septimo Methaphi sicæ super illud:ergo sicut suprà dictum est, quòd in substantijs est principium,&c.Et sunt hæc eius verba.ideò dicit Aristoteles in lib. de animalibus,quòd virtutes quæ sunt in seminibus sunt similes intellectui,scilicet:quia agunt actione intellectus:& quòd istæ virtutes assimilentur intellectui in hoc,quòd non agunt per instrumentum corporale. Articulus XXVII.

VIgesimusseptimus ar.est an opinari posit siue periculo,q̃ post communem resurrectionem luna magis lucebit quàm nunc sol:sol autem in septuplum quàm modo lucet:corpora verò beatorum septies magis sole.Nullum periculum hic video quin opinari possit,si assertio desit quæ posset ad præsumptionem imputari.

Articulus XXVIII.

VIgesimusoctauus ar.est an aliquid dicatur venire ad compositionem alterius duobus modis.Vno modo per essentiam suam per modum principij materialis & formalis:& sic nullo modo aliquid de natura corporis cœlestis venit in compositionem corporis humani vel aliorum corporum mixtorum.Secundo modo venit ad compositionem alterius aliquid per effectum suæ virtutis:& hoc modo natura corporis cœlestis venit ad compositionem corporis humani & omnium corporum mixtorum Hoc est ex necessitate veri:quia corpora cœlestia sunt causa generationis & corruptionis in istis inferioribus.vt Dionisius dicit.

Articulus XXIX. & XXX.

VIgesimusnonus & trigesimus articuli continent an angeli non doleant nec lachrymẽtur:sed ad modum dolentium vel lachrymantium se habeant.Hoc est ex necessitate verum.Et est sententia Augustini qui dicit in nono de ciuitate Dei.Sancti angeli puniunt sine ira quos accipiũt æterna Dei lege puniẽdos & miseris sine misericordiæ cõpassione subueniũt:& periclitãtibus quos diligũt sine timore opitulãtur:& tamẽ istarum nomina passionũ per consuetudine humanæ locutionis etiam in eos vsurpantur propter quandam operũ similitudinem:non propter affectuonum infirmitatem.

Articulus XXXI.

TRigesimusprimus ar.est an facta transubstantiatione substantiæ panis in substantiam corporis Christi miraculosè in sacramento altaris substantia corporis Christi naturaliter sine miraculo in hoc sacramento est sine dimensionibus hostiæ quæ remanserunt eo ,quòd substantia ex hoc q̃ est substãtia nõ prohibetur esse in magna & parua dimẽsione.Credo hoc esse falsum.Sicut enim nõ quidem naturaliter:sed miraculosè substãtia panis in substãtiã corporis Christi conuertitur:ita etiã miraculosè sub dimensionibus conseruatur & nõ naturaliter.Vt enim dicit Aug.8.super Gene ad literam.Deus eo modo conseruat res quo eas operatur. Non enim est sicut ædificator qui operatur tãtũ ad cõstructionẽ domus:& posteà eã dimittit:sed Deus circa rem continuè operatur conseruans eam in esse secundum illud.Ioã.5.Pater meus vsq; modò operatur.Quod autem inducitur pro ratione,q̃ substantia ex eo,quòd est substantia nõ prohibetur esse in magna & parua dimensione,non est sic intelligendum,quod de ratione cuiuslibet substantiæ sit,q̃ posit esse in magna vel parua dimensione:sed contrariũ non est de ratione substantiæ:vt sic:sicut non est de ratione animalis,q̃ sit rationale:non tamen est de ratione eius,q̃ sit sine ratione.Si ergo esset de ratione substantiæ,q̃ nõ prohiberetur esse in magna vel parua dimẽsione: sequeretur,quòd substãtia corporis Christi secundũ suã naturã haberet:vt esset æqualis sub magna vel parua dimẽsione.Sed quia hoc non est de ratione substantiæ,quòd possit esse in magna vel, parua dimensione nec tamen est contra rationem substantiæ:patet quòd ponere substantiam corporis Christi in magna vel parua dimẽsione non implicat contradictionem sicut implicat contradictionẽ si aliquid attribuatur alicui quod repugnat eius rationi.Ad hoc ergo inducitur illa ratio:vt excludatur contradictio non ad hoc vt ostendatur esse naturale. Articulus XXXII.

TRigesimussecundus articulus est, quòd propriè dimensiones corporis Christi & dimensiones panis quæ remanserunt non sunt æquales.Istud est manifestè verum & contrarium dicere est hæreticum.Sequeretur enim,quòd sub vna parua particula hostiæ non esset totum corpus Christi.

Articulus XXXIII.

TRigesimustertius articulus est.an corpus Christi in sacramẽto sit in loco.Dicitur,quòd est in loco altaris vel in ecclesia: sed hoc verum est,quòd corpus Christi non est in sacramento vt in loco.Non enim comparatur ad sacramentum vt locatum ad locum: quia non commensuratur ei secundum proprias dimensiones.

Articulus XXXIIII.

TRigesimusquartus articulus est:an corpus Christi in hoc sacramento moueatur ad motum hostiæ.Verum est,quòd non mouetur:sicut corpora mouentur per se vel per accidens in loco:quia nec eo modo est in illo loco in quo est sacramentum:sicut corpora sunt in loco per se vel per accidens:eum aliam habeat comparationem ad dimensiones sacramentales quàm corpus ad dimensiones proprias secundum quas mouetur per se:& ad vehiculum secũdum quod mouetur per accidens: sed eo modo quo conuenit corpori Christi esse in loco ratione dimensionum sacramentalium conuenit sibi moueri in loco.

Articulus XXXV.

TRigesimusquintus articulus est.An species sacramentalis sine subiecto remanentes possint naturaliter agere immutari & corrumpi:sicut prius.Quantùm ad aliquid,verum est: & quatùm ad aliquid non.Nihil enim potest agere vel pati nisi præsuppositio suo esse.Quod autem in esse conseruentur absque subiecto miraculosum est:& quantùm ad hoc actio consequens miraculosa est.& similiter passio secundum quod dimensio miraculosè suostinens miraculosè habet officium subiecti & materiæ cuius est pati.

Articulus XXXVI.

TRigesimussextus articulus est.An omnes cogitationes cordis quæ habent imagines in fantasia : vel quas comitantur aliquæ passiones in corpore dæmones scire possint.Hoc puto verum esse de illis cogitationibus : quas comitantur aliqui motus corporales quicũque.Et hoc etiam Augustinus dicit in libro de diuinatione dæmonum.Hominum inquit dispositiones dæmones nõ solùm voce prolatas:verum etiam cogitatione conceptas cognoscunt: quæ dum ex animo exprimuntur in corpore tota facilitate perdiscunt.Et de hoc verbo in libro Retractationum faciens mentionẽ sic dicit.Dixi hoc audaciore assertione quàm debui.Nã prænoscere ista ad noticiam dæmonum per nonnulla etiam experimenta compertum est.Sed verum signa quædam dentur ex corpore cogitantium illis sensibilia.nos autem latentia:aut alia vi spirituali cognoscant:aut difficillimè potest ab hominibus:aut omnino nõ cognosci:aut difficillimè potest ab hominibus:aut omnino nõ potest inueniri.Sed si spirituali vi cogitationes cognoscant,multo magis motus corporales.ex quibus etiã homines interdum interiores dispositiones cognoscunt.Vnde secundum non excludit primum: sed amplius dicit.Solas autem species in fantasia existentes non reputo sufficientes ad hoc,quòd dæmones humanas cogitationes cognoscere possint: quia homo virtute rationis & liberi arbitrij potest vna specie in vi imaginatiua conseruata multipliciter vti ad diuersas cogitationes:vel totaliter actu non vti. Hæc sunt (charissime) quæ ad articulos à vobis transmissos respondeo diffusius quàm petistis.Non enim absolutè responderi poterat ad ea quæ diuersum sensum continere poterãt:præsertim cũ nõ scripseris,quid cõtra huiusmodi articulos obijceretur. Sic enim potuissem & absolutius & certius respõderi.Valeat charitas vestra diu.& pro hoc labore mihi orationum suffragia rependatis.

Explicit opus vndecimum: videlicet responsio beati Thomæ Aquinatis ad lectorem Venetum de 36. articulis.

RESPONSIO EIVSDEM ad lectorem Bisuntinum: videlicet de sex articulis.

Opus XII.

CHARISSIMO sibi in Christo fratri Gerardo Bisuntino ordinis fratrum prædicatorũ frater Thomas de Aquino eiusdẽ ordinis eum fraterna dilectione salutem.Percepi literas vestras quosdam articulos continentes super quibus vobis per me responderi petebatis.Et licèt in pluribus essem occupatus,tamen ne vestræ charitatis petitioni deessem quàm cito facultas se obtulit vobis rescribere curaui. Quæstio. I. & II. & III.

PRima ergo quæstio fuit.An stella quæ magis apparuit haberet figuram hominis. Tertia an haberet figuram crucifixi.Secunda an haberet figuram crucifixi.His simul respõdeo:quòd Chrisostomus quædam similia narrat super Matth.non quasi asserendo : sed potius quasi ab alijs dictũ recitado.Et quia pro certo nõ habetur,non reputo hoc esse prædicandũ.præsertim quia nõ videtur ꝓbabile,q̃ sacri doctores:vt Augustin. Leo Papa:Gregorius & alij in suis sermonibus tacuissent si aliquod robur auctoritatis haberet.Nõ enim decet ꝓdicatorẽ veritatis ad fabulas ignotas diuertere.Si tamen ab ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo sit prædicatum,non arbitror esse necessarium,ꝙ reuocetur:nisi forte ex hoc populo scandalum sit exortum:& tunc non deberet vt erronem reprobari:sed vt incertum exponi.

Quæstio IIII.

QVarta quæstio est. An paruulæ manus pueri Iesu nati creauerint stellas.Ad quod respondeo,ꝙ locutio hæc non est propria.Nam paruulæ manus humanitatis:quarum non est creare.Sed quia vnus & idem Christus est in diuina & humana natura perfectus,potest huiusmodi locutio sanè exponi:vt dicatur. Manus paruulæ istius pueri creauerunt stellas , id est , iste puer habens manus paruulas creauit stellas. Tali enim modo loquendi ad quandã vnionis expressionem aliquando doctores vtuntur : sicut in quibusdam cantatur ecclesijs. Manus quæ non plasmauerunt clauis confixæ sunt.Non tamen hæc sunt extendenda:vel prædicanda populo.Sed tamen si prædicatum sit,non arbitror reuocandum : nisi super hoc error aut scandalum oriatur.In quo casu oporteret sanæ locutionis sensum exponi. Non sunt autem in talibus quantùm fieri potest, simplicium animi sollicitandi.

Quæstio V.

QVinta quæstio est An ex quo Simeon dixit beatę virgini:tuam ipsius animam pertransibit gladius : quolibet die naturali vsque ad resurrectionem Christi septies illud recoleret pia virgo cum dolore vehementi. Ad hoc etiam respondeo,ꝙ istud eadem facilitate contemnitur, qua dicitur : cùm nullius auctoritatis robore fulciatur.Nec æstimo huiusmodi friuola esse prædicanda:vbi tanta suppetit copia prædicandi ea quæ sunt certissimæ veritatis.Neque tamen oporteret,ꝙ reuocetur si prædicatum fuerit : nisi ex hoc scandalum fuisset exortum.

Quæstio VI.

SExta quæstio est.An circunstantias peccati trahẽtes in alterum genus, non notabiliter aggrauantes teneatur homo confiteri etiam innotescendo personam cum qua peccauerit. Ad hoc respondum videtur,ꝙ omninò debet has homo confiteri. Non enim homo confitetur peccatum suum,nisi speciem confiteatur peccati, quæ cognosci non potest:nisi per circunstantias trahentes in aliud genus,ex quibus peccatum specificatur.Circunstantias verò nõ aggrauantes quæ in aliud genus peccati non trahunt,non tenetur homo confiteri:sicut nec peccata venialia.Licèt sit laudabile ꝙ homo ea confiteatur.Eadem enim ratio videtur esse de huiusmodi circunstantijs:& de venialibus peccatis.Circunstantiæ autem dicuntur in aliud genus trahere , quæ specialem repugnantiam important ad aliquod præceptorum diuinæ legis.Sicut furtum simplex repugnat huic præcepto. Non furtum facies. Si autem furtum in loco sacro committatur,habet iam repugnantiam ad aliud præceptum: quod est de veneratione sacrorum. Et sic additur noua species peccati. Vnde consequens est, ꝙ addat aliam repugnantiam ad legem Dei. Ideò & nouam deformitatẽ peccati mortalis habebit : quod ex necessitate confiteri tenebitur.Sic igitur huiusmodi circunstãtias aggrauantes quæ non trahunt in aliud genus peccati , nõ credo quòd aliquis teneatur confiteri.De expressione autem personæ cum qua aliquis peccauit , videtur mihi quòd non sit in confessione facienda quando potest vitari.Primò quidem: quia prodere crimen alterius:& lædere famam est peccatum:quod maximè vitandum est in confessione,per quam quis quærit præterita peccata delere.Secundò,quia à Domino. Matthæi decimooctauo. Est forma denũtiandi peccatum proximi descripta,contra quam agere non licet. Tertiò quia in confessione est credendum peccatori confitenti , & pro se, & contra se,sed contra alium:nullo modo est ei credẽdũ. Alioquin daretur multis occasio fictæ confessionis , & fraudulentæ infamationis. Et ideò si potest speciem peccati confiteri nõ innotescendo personam cum qua peccauit,peccat eam exprimendo,nisi forte saltato correctionis ordine,quem Dominus statuit. Si verò speciem peccati exprimere non possit, nisi exprimendo personam cum qua peccauit,puta si cum sorore concubuit, necesse est : vt exprimendo peccati speciem,exprimat personam. Sed si fieri potest,debet quærere talem confessorem,qui personam sororis penitus non cognoscat.Quod autem dixi circunstantias aggrauantes,quæ non trahũt in aliud genus peccati,non esse de necessitate confitendas , non est referendum ad numerum , quem aliquis confiteri tenetur si potest, quia iam non est vnum peccatum,sed multa.Hæc sunt (frater charissime) quæ ad præsens mihi occurrunt quæstionibus à vobis propositis respondenda , pro quo mihi (si placet) orationum suffragia impendatis.

Explicit Opusculum duodecimum, videlicet responsa diui Thomæ Aquinatis,ad lectorem Byzuntium sex articulis.

TRACTATVS EIVSdem de differentia diuini verbi & humani.

Opus XIII.

AD intellectũ huius nominis,quod dicitur verbum,sciendum est secundũ Philosophum,ꝙ ea quæ sunt in voce,sunt signa earum quę sunt in anima passionum. Consuetũ autem est in scripturis,ꝙ res significatæ sortiuntur vocabula signorum,& econtrariò,sicut illud. Petra autem erat Christus. De necessitate ergo sequitur,ꝙ illud intrinsecũ animæ nostræ, quod significatur voce exteriori cum verbo nostro,verbũ vocetur.Vtrũ autẽ prius cõueniat nomen verbi rei exteriori voce ,platæ,vel ipsi cõceptui animæ interiori,nihil refert ad præsens.Planum tñ est,ꝙ illud,quod significatur interius in anima existẽs,prius est quã ipsum verbũ voce prolatũ:vtpotè causa eius existens.Si verò volumus scire quid est interius verbũ in anima nostra, videmus quid significet verbum,quod exteriori voce profertur.Intellectu autem tria sunt.Ipsa potentia intellectus,species rei intellectæ, quæ est forma eius se habens ad ipsum intellectũ , sicut species coloris ad pupillã, & intelligere, ꝙ est operatio intellectus. Nullũ verò istorũ significatur verbo exteriori voce prolato. Nam hoc nomẽ lapis nõ significat substantiã intellectus,quia hoc nõ intendit dicere nominans:nec significat speciem qua intellectus intelligit:cùm nec sit hæc intentio nominantis:nec etiã significat ipsum intelligere,cùm intelligere nõ sit actio progrediens ab intelligẽte: sed in ipso manens:verbum autem interius conceptum per modũ egredientis se habet:quod testatur verbum exterius vocale:quod est eius signum.Illud enim egreditur à dicente vocaliter ad extra.Illud ergo propriè dicitur verbum interius,quod intelligens intelligendo format.Intellectus autem duo format:secundum duas eius operationes.Nam secundum operationem suã quę dicitur inuisibilium intelligentia format diffinitionem. Secundum verò operationem qua componit & diuidit, format enunciationem : vel aliquid tale. Et ideò illud sic formatum & expressum per operationem intellectus:vel diffinientis:vel enunciantis exteriori verbo significat.Vnde dicit Philosophus,quarta. Metaphisices.ratio quam significat nomen est diffinitio.Istud ergo sic formatum & expressum in anima dicitur verbum interius.Et ideò comparatur ad intellectum : non sicut quo intellectus intelligit:sed sicut in quo intelligit:quia in isto sic expresso & formato videt naturam rei intellectæ. Ex his ergo duo possumus de verbo accipere,scilicet,quòd verbum est semper aliquid procedens ab intellectu:& in intellectu existẽs:& quòd verbum est ratio:& similitudo rei intellectæ.Et si quidem eadẽ res sit intelligens & intellecta,tunc verbum est ratio & similitudo intellectus à quo procedit.Si autem aliud sit intellectus & intellectum, tunc verbum non est ratio intelligentis:sed rei intellectæ.Sicut cõceptio quam habet aliquis de lapide est similitudo lapidis tantùm. Sed quando intellectus intelligit se,tunc tale verbum est ratio: & similitudo intellectus.Et ideò Augustinus ponit similitudinem trinitatis in anima,secundum quod mens intelligit seipsam:non autẽ secundum quod intelligit alia.Patet ergo,quòd in qualibet re intellectuali cui competit intelligere necesse est ponere verbum.De ratione enim intelligendi est,quòd intellectus intelligendo aliquid formet.Talis autem formatio dicitur verbum.Natura verò intellectualis est natura humana,angelica & diuina.Et ideò est verbũ humanum.vnde in Psalm.Dixit insipiens in corde suo : non est Deus, &c.Est & verbum angeli.Zacha.1.Dixit angelus,&c.Est & verbum diuinum.Gene.1.Dixit Deus,&c.De quo Ioannis primo.In principio erat verbum,&c.Constat,quòd non dicit hoc de verbo humano:nec angelico:quia vtrúnque istorum factum est, cùm verbum non præcedat dicentem. Hoc autem verbum de quo Ioannis loquitur non est factum:sed omnia per ipsum facta sunt.Oportet ergo hoc de verbo diuino intelligi. Et sciendum est, quòd verbum Dei de quo loquitur Ioannes tres habet differentias ad verbum nostrum. Prima est secundum Augustinum : quia verbum nostrum est prius formabile quàm formatum. Nam cum volo concipere rationem lapidis, oportet quòd ad ipsum verbum ratiocinando perueniam : & sic est in omnibus alijs quæ à nobis intelliguntur: nisi fortè in primis principijs : quæ cùm sint naturaliter nota, absque discursu rationis statim intelliguntur : seu cognoscuntur. Quandiu ergo intellectus ratiocinando discurrit huc illúcque iactatur : nec dum formatio perfecta est : nisi quando ipsam rationem rei perfectæ conceperit : & tunc primò habet rationem verbi. Et inde est , quòd in anima nostra est etiam cogitatio , per quam significatur ipse discursus inquisitionis:& verbũ quod est iam formatum per perfectam contemplationem veritatis.Ideò perfecta contemplatio veritatis dicitur verbum.Sic ergo verbum nostrum prius est in potentia quàm in actu.Sed verbum diuinum semper est in actu.Et ideò nomen cogitationis verbo Dei propriè non conuenit.Dicit enim Augustinus.3.de Trinitate.Ita dicitur illud verbum Dei: vt cogitando non dicatur:ne quid quasi volubile in Deo credatur. Et illud quod Anselmus dicit:quòd dicere summo patri nihil aliud est quàm cogitando intueri:impropriè dictum est. Secunda differentia est verbi nostri ad diuinum:quia nostrum est imperfectum: sed verbum Dei est perfectissimum:quia nos non possumus omnia quæ sunt in anima nostra vno verbo exprimere. Et ideò oportet, quòd sint plura verba imperfecta per quæ diuisim exprimamus omnia quæ in scientia nostra sunt. In Deo autem non est sic. Cùm enim ipse intelligat & seipsum:& quicquid intelligit per essentiam suam:vno actu vnicum verbum diuinum expræsiuum est totius quod in Deo est : non solùm patris:sed etiam creaturarum : aliter esset imperfectum.Vnde dicit Augustinus. Si aliquid minus esset in verbo quàm in scientia continetur dicentis,esset verbum imperfectum.Sed constat,quòd diuinum verbum est perfectissimum:ergo est tantùm vnum.vnde Iob.33.Semel loquitur Deus.Tertia differentia est,quòd verbum nostrum nõ est eiusdem naturæ nobiscũ: sed verbum diuinum est eiusdem naturæ cum Deo:& subsistens in natura diuina: Nam ratio intellectiua quam intellectus noster de aliqua re format habet esse in anima intelligibili tantùm,intelligere autem animæ non est idem cum esse naturali animæ: quia anima non est sua operatio.& ideò verbum quod format intellectus noster non est de essentia animæ:sed est accidens ei.In Deo autem idem est intelligere & esse:& ideò verbum quod format intellectus diuinus non est aliquod accidens:sed pertinens ad naturam eius. Vnde oportet,quòd sit subsistens : quia, quicquid est in natura Dei est Deus.Vnde dicit Damascenus,quòd Dei verbum subsistens est: & in hypostasi ens.Reliqua verò verba nostra,scilicet virtutes sunt animæ Ex præmissis ergo tenendum est, quòd propriè loquendo verbum semper dicitur personaliter in diuinis:cùm non importet: nisi quid expressum ab intelligente.Patet etiam, quòd verbum in diuinis est similitudo eius à quo procedit: & quòd est coæternum ei à quo procedit:cùm non fuerit prius formabile quàm formatum: sed semper in actu:& quod sit æquale patri:cùm sit perfectum : & totius esse patris expressiuum:& quòd sit coëssentiale:& consubstantiale patri:cùm sit subsistens in, natura eius.Patet etiam , quòd cùm in qualibet natura id quod procedit habens similitudinem,& naturam eius à quo procedit vocetur filius:& hoc sit in verbo:quòd in Deo dicatur filius,& productio eius dicitur generatio.

Explicit opus decimumtertium diui Thomæ Aquinatis.de differentia verbi diuini & humani.

TRACTATVS EIVSdem de natura verbi intellectus.

Opus XIIII.

QVONIAM circa naturã verbi intellectus, sine quo imago trinitatis non inuenitur in homine expressa multiplex difficultas & prolixitas nimia animum inuoluit , ideò summatim eius naturam tradere intendimus.insuper & difficultates ipsum tangentes simul manifestare. Sciendũ est igitur primò,quòd verbum cum re dicta per verbum conuenientiam habet maiorem in natura sua quàm eũ dicente:licet in dicente sit:vt in subiecto.Vnũquódq; enim ab illo naturam sortitur à quo speciem accipit:& nomen sortitur,cùm species sit tota natura rei.Verbũ autem speciem accipit à re dicta:& non à dicente:nisi fortè quando dicit se.Sicut verbum lapidis differt specie à verbo asini.verbum etiam dictum à diuersis de eadem re:idem specie est.Et huius ratio est:quia effectus quilibet magis conuenit cum principio quo agens agit:quàm cum agente: cui solùm assimilatur ratione ipsius principij. Hoc enim est quod communicatur effectui per actionem agentis. Similitudo autem rei dictæ est principium quo verbum Dei efficitur:quæ etiã in verbo reperitur à dicente sibi communicata. Et ideò ipsum verbum quandóque dicitur similitudo rei:quandóque verò verbum rei:vbicúnque illa rei similitudo exprimitur,siue in parte imaginatiua: sicut fantasma Carthaginis est verbum Carthaginis secundum Aug. siue in intellectu nostro,vbi perfecta ratio verbi inuenitur:quod ad imaginem pertinet.In verbis enim quæ in imaginatiua fiunt non est ratio verbi expressa.Aliud nanque est in ea vnde similitudo exprimitur:& aliud in quo terminatur.Exprimitur enim à sensu , & terminatur in ipsa fantasia:cùm fantasia sit motus factus à sensu secundum actum.secundum Philosophum in tertio de anima.Sed supra intellectum nihil est in quo ab ipso aliquid exprimatur.& ideò non est aliud quod exprimit ab eo in quo exprimitur.sicut nec in Deo aliud est pater exprimens:& aliud in quo recipitur expressum.Sed adhuc in intellectu nostro est defectus:quia aliud est quod exprimit aliud ipsum verbum expressum:quod in Deo non inuenitur.& ideò verbum Dei est Deus.intellectus autem noster verbum suum est:neque etiam est suum dicere:quod est proxima causa verbi.Nascitur enim verbum nostrum ex noticia alicuius habiti,apud memoriam nostram:quæ nihil aliud est in hoc loco,quàm ipsa receptibilitas animæ nostræ,in qua etiam tenet sed secundum Augu. etiam cùm se non discernit.sed alia quæ ab extrà acquirit. Primus ergo processus in cognitione verbi est,cùm intellectus accipit à memoria:quod ab ea sibi offertur: non eam spolians quasi in ea nihil relinquens:sed similitudinem habiti in se assumens.& hoc est simile illi quod in memoria habetur:& ideò vocatur aliquãdo illud quod ab intellectu accipitur verbum memoriæ:sed adhuc nõ habet perfectam rationem verbi.haberet tamen si intellectus solùm reciperet à memoria exprimente:sed cùm memoria non habeat actum aliquem:sed loco actus solùm tenet liberè quasi parata capiẽti à se. Intellectus verò in lumine suo capit ea:&, adhuc perfectam rationem verbi non habet.In diuinis verò pater cui respondet memoria in ratione ordinis completæ generat:quia pater id quod habet, non solùm tenet vt memoria apud nos:sed quia est suppositum cõpletum cuius est agere:ideò generat filium. Non enim in generatione ista præsupponitur aliquid quasi à patre accipiens: & aliud quasi acceptum:sicut apud nos intellectus accipit à memoria: & præsupponitur generationi.Ibi verò filius generatur à patre : sicut si totus iniellectus noster esset à nostra memoria:& non similitudo ista vel illa.Cùm ergo intellectus informatus specie natus sit agere. terminus autem cuiuslibet actionis est eius obiectum.obiectum autem suum est quiditas aliqua,cuius specie informatur: quæ non est principium operationis vel actionis:nisi ex propria ratione illius cuius est species.Obiectum autem non adest ipsi animæ:illa specie informatæ:cùm obiectum sit extrà in sua natura. Actio autem animæ non est ab extra:quia intelligere est motus ad animam.tum ex natura speciei quæ in talem quiditatem ducit.tum ex natura intellectus:cuius actio non est ad extrà.Prima autem actio eius per speciem est formatio sui obiecti:quo formato intelligit.Simul tamen tempore ipse format:& formatum est:& simul intelligit: quia ista non sunt motus de potentia ad actum:quia iam factus est intellectus in actu per speciem:sed processus perfectus de actu in actum: vbi non requiritur aliqua species motus.Et quia vt dictum est,huiusmodi obiectum in ipsa anima formatur:& non extrà:ideò erit in anima vt in subiecto.Est enim similitudo rei extrà.Quod autem est in anima,vt in subiecto:efficitur in ea:vt habitus. De perfecta autem ratione habitus est quando actui coniungitur.In hoc enim natura sua perficitur per lumen naturale intellectus:innoluens speciem intelligibilem in quo : & sub quo intelligatur. Idem enim lumen quod intellectus possibilis recipit cum specie ab agente,per actionem intellectus informati tali specie diffunditur cùm obiectum formatur:& manet cum obiecto formato.Et hoc habet plenam rationem verbi:cùm in eo quiditas rei intelligatur. Sicut in principio actionis intellectus & species non sunt duo : sed vnum est ipse intellectus & species illustrata:ita vnum in fine relinquitur similitudo,scilicet perfecta:genita:& expressa ab intellectu.Et hoc totum expressum est verbum : & est totum rei dictæ expressiuum:& totum in quo res exprimitur. Et hoc intellectum principale:quia res non intelligitur : nisi in eo. Est enim tanquam speculum in quo res cernitur : sed non excedens id quod in eo cernitur. Efficitur enim opere naturæ:vt in eo aliquid cernatur.natura autem non agit aliquid superfluè:& ideò non excedit speculum hoc ideſt id, quod in eo videtur. Verbum igitur cordis est vltimum quod potest intellectus in se operari. Ad ipsum enim in quo quiditas rei recipitur,immo quia ipsemet est quiditatis similitudo,terminatur intelligere.Sic enim habet rationem obiecti intellectus:vt verò est per intellectum expressum ei coniungitur dicere:& sic ipsum idem verbum est effectus actus intellectus qui est formatiuus obiecti:& ipsius dicere. Sed in hoc reperitur differentia quædam. Quod enim intelligitur potest esse in intellectu: & manere in intellectu non intellectum actu.quod autem dicitur potest esse dictum:sed non potest manere dictum:nisi cum actu dicitur.Vnde in intellectu potest manere species obiecti in habitu.Illud enim dico quod formatum est:sed manet id in quo formatum est sine lumine in quo actu aliquid intelligitur.Inde est, ꝙ verbum non est sine intelligere in actu:licèt ipsum intellectũ nudum in habitu manere possit.Habitus hic dicitur non ipsa potentia memorativa tantùm quæ præcedit intellectũ:imò ipso intellectus est natus

Universidad de Deusto
Biblioteca

retinere suum obiectum propter tamen naturam memoriæ quæ prior est. Vnumquódque enim prius saluatur in suo posteriori,& ideò ipsa perfectio obiecti habetur in ipso habitu intellectus:vt dictum est,& ibi posita est perfectio verbi superiùs. Ex his manifestũ est,qualiter apud nos deficit à repræsentatione filij in diuinis: quia scipsa intelligentia nostra nõ est educta de memoria nostra: à qua tamen principium & rationem agendi habet:quæ si esset de memoria totaliter educta,ipsa esset verbum memoriæ suæ. Vnde non diceret se nec exprimeret:nisi dictarum & expressum à memoria sua: quia aliter falsò diceret:& exprimeret se:sicut verbum in diuinis:nõ dicit se gignendo & exprimendo: sed dicit se genitũ & expressum. Rursum manifestum est quare verbum propriè dicitur personaliter tantùm. Verbum enim nostrũ semper est in continuo fieri: quia perfectum esse suum est in fieri, sed hoc nõ est imperfectum: quasi totum simul non existens:sicut est de alijs quæ sunt in fieri:quæ etiã semper sunt imperfecta: imò verbum in principio sui est perfectũ: quia conceptio perfectè formata est:& nihilominus esse eius perfectum seruatur eodem modo quo gignebatur. Nõ enim transit formatio verbi ipso formato:sed dum actu intelligitur, continuè formatur verbum:quia semper est vt in fieri:& vt in egrediendo ab aliquo.s.à dicente:& hoc cum personarum processionibus conuenit. Intelligere verò vt in quiete accipitur.& in essentiale est in diuinis. dicere verò, sicut & verbum personaliter dicitur. Nunc restat videre virum verbum gignatur per reflexionẽ actus intellectus: vel per actum rectum. Ad cuius euidentiam considerandum est,q̃ verbum quod est expressiuum rei quæ intelligitur,non est reflexũ:nec actio qua formatur verbum:quod est expressiuum quiditatis rei quæ cõcipitur:non est reflexa,alioquin omne intelligere esset reflexũ,quia semper cum actu intelligitur aliquid,verbum formatur. Vnde manifestum est,q̃ intellectus infra seipsum actionem rectam exercere potest:& hæc semper est actio sua propria quæ terminatur ad obiectum factum in se:& à se. Vnum enim constituitur ex intellectu & specie quæ est principium actionis suæ:& huius est agere. Vnde species hæc est prima qua agitur:non autem ad quam. Non enim intellectus noster inspiciens hanc speciem tanquàm exemplar sibi simile,aliquid facit quasi verbum eius. Sic enim non fieret vnum ex intellectu & specie:cùm intellectus nõ intelligat: nisi factus vnum aliquid cum specie: sed ipsa specie informatus agit tanquã aliquo sui ipsam tamen non excedens. Species autem sic accepta, semper ducit in obiectum primum. Vnde manifestum est, q̃ ipsum verbũ intellectus perficitur per actum rectum. Tamen quia nõ mittit ad aliquid aliud conceptiones suas:sicut facit sensus: hinc est q̃ potest super actus suos reflecti cùm vult:quod non potest sensus. Nõ enim vtitur medio corpore,cuius non est percipere quod in eo fit. Sed cũ sit vnum agens cum quo & species ipsa efficitur vnum spiritualiter in participando vitam eius,percipit actum suum cùm vult completè:quod non potest sensus. Non enim indiget anima ad hoc q̃ à se intelligatur specie illa:sed ad hoc vt intelligat. De se namque habet vt intelligatur:sed non quod intelligat. Intelligit enim se sicut alia secũdum Philosophum. Hoc autem est perspecient:quia alia sic intelliguntur. Sensus autem indiget organo ad hoc vt agat:organum autem non redit supra se:vnde non est reflexio in sensu. Considerandum tamen est, q̃ generatio verbi videtur propinquissima cognitione reflexiuè. Vnde multi putauerunt eam reflexam. Cùm enim anima informata specie formet verbum in se,non formet ipsum in aliquo sui non informata specie quasi aliquid sui extendat à se non informatum specie prima:vt in eo verbum primum formetur: & ipsum esset informatũ verbo in eo formato. Si enim videretur extẽdi quasi in rectum:& sic per actum rectum formaretur verbum:sed in se specie prima formata:eo quòd formata est actu,gignitur verbum:& non in aliquo sui nudo. Vnde videtur hæc gignitio similima reflexiuè. Sed sciendum est,quòd cum reflexio fiat redeũdo super idem,hic autẽ non fit reditio super speciem:nec super intellectum formatum specie:quia non percipiuntur quando verbum formatur.gignitio verbi non est reflexa. Nõ enim generatur verbũ ipsum per actum intellectus:nec eius similitudo:nec euam similitudo illius speciei:quia intellectus informatur:quasi verbum esset eius expressiuũ:sed similitudo rei. Illius enim similitudo generatur: quod in sua similitudine cognoscitur. Est tamen ipsum verbum similitudo illius speciei tanquàm eius quo factum est sibi similimum. Similitudo verò rei est vt ad quod formatur:& tanquàm ad eius exemplar. Nec propter hoc oportet ipsum formantem prius rem intueri:& post ad eam verbum seu imaginem ipsam in se formare:quia habere speciem rei apud se est sibi loco aspectus exemplaris. Artifices nãque intuentes sua exemplaria nihil aliud acquirunt, nisi ipsas species exemplarium. Hæc autem species quam habet intellectus, aduenit sibi a re quam ipse non est intuitus:sed sensus. Et quia est rei similitudo,est principium generationis huius. Vnde in intellectu potest esse generatio per rectum,cum nihil eius generetur. Directè igitur à specie ipsa itur in ipsum verbum:cùm non percipitur eius subiectum:sed res cuius est illa similitudo. Huic etiam similitudini tãto intimius est verbum,quanto perfectius genitum est. Ideò verbum intelligentis intimum est principio intellectorum quo & specie fit vnum:nec tamen informatur subiectum simul diuersis accidentibus eiusdem speciei:quia impossibile est eandem superficiẽ simul duabus albedinibus informari. Hoc enim est impossibile quando vtrũq; accidens est in ratione eius: quo aliquid fieri habet. Verbum autem est in quo aliquid intelligitur,sicut lux est in qua perficitur cognitio:sicut species coloris in visu exteriori:& forte similius si lux ex specie coloris generaretur, sicut ibi fit verbum ex specie. Exteriora enim deficiunt à repræsentatione interiorum: & propter hoc licet vtrúnque sit accidens: species,scilicet & verbũ ex specie genitum:quia vtrúnque est in anima:vt in subiecto:verbum tamen magis transit in similitudinem subiectæ quàm species ipsa. Quia enim intellectus nititur in quiditatem rei venire,ideò in specie prædicta est virtus quiditatis subiectæ spiritualiter: per quam quiditas spiritualiter recta formatur:sicut in calore est virtus formæ ignis per quam attingitur in generatione ad formam substantialem ignis:ad quod accidens per se non attingeret. Vnde verbum quod est vltimum quod potest fieri intra per speciem, magis accidit ad ipsam rem repræsentandam,quàm nuda species rei: Quia igitur res intelligibilis eo ipso intelligitur quo intellectus formatur sua specie actu,prius natura est informari quàm intelligere:sed non tempore.ideò videtur verbum quod sequitur speciem rei:similiter sequi intelligere eius. Hoc autem non esset si per speciem rei tenderet intellectus in ipsam rem:vt in se:sicut visus videt colorem extra se existentem:& tunc formaret verbum in se de re prius intellecta. Sed quia intellectus accipiens speciem à re per sensus,non ducitur per ipsam in rẽ:vt est in sui natura, sed vt in se est, quia ipse facit in se obiectum,quod est in eo intellectum. obiectum autem natualiter prius est actione potentiæ circa obiectum , ideò verbum, quod est intra ipsum intellectũ , prius est ipso intelligere ad ipsum terminato. Aliud enim est hoc à quo accipitur species, scilicet res ipsa,& aliud ad quod terminatur actio intellectus, scilicet similitudo rei formata ab intellectu. Ex dictis manifestum est,quomodo attenditur prioritas vnius eorum ad alterum. Prius enim natura est intellectus informatus specie quę est primum sufficiens intelligendi , quàm gignatur verbum. Et ideò intelligere in radice prius est verbo, & verbum est terminus actionis intellectus. Sed quia obiectum non habetur,nisi in verbo:vt dictum est, obiectum autẽ prius est quàm quælibet actio ad eum terminata , ideò verbum prius est, quàm intelligere,& hoc totum ideò contingit, quia non terminatur actio intellectus ad rem extra à qua acquirit speciem : vt in se est. Si enim species nata esset ducere intellectum ad rem:vt in se est: vt species coloris ducit in colorem, omnibus modis præcederet intelligere verbum. Vnde manifestum est,quòd verbum nõ est,quod sequitur intellectum immediatè post rationẽ intellectus. Si enim simpliciter precederet verbum actum intellectus,qui est intelligere,sed verbum sequitur immediatè intellectum in actu per speciem à qua procedit verbum,vt actus ex actu : & nõ vt actus ex potentia. Vnde verbum posterius est actu intelligendi à parte intellectus, & sic verbum sequitur ad intelligere,non in se,sed in sua radice:vt dictum est. Si verò intellectus à verbo acciperet speciem , prius quàm intelligeret ipsum verbum,& rem in verbo,impossibile foret per illud intelligere,vel verbum formare per eius principium , sicut impossibile est intellectum facere rem extra,à qua speciem trahit. Ex dictis facilè est scire , quare intellectus non dicit se, quando format verbum secũdum rẽ. Anima enim quasi trãsformata est in rem per speciem qua agit,quicquid agit. Vnde cum ea informatus est actu verbum producit,in quo rem illã dicit,cuius speciẽ habet,& non se. Cùm verò nititur se apprehendere,quia non est cognoscibilis, nisi sicut alia per speciem aliorum, quia nõ indiget specie vt intelligat, hoc enim potest de se, non habet in se:vt intelligens est speciẽ qua formetur verbum sui,sed accipit à se intelligibilem speciem,nõ sui, sed rei qua necessariò informatur : vt intelligatur : vt dictum est. Cũ igitur illa specie informatur , statim se intelligit, & hoc est per reflexionem,quia hæc species prius accepta à re,quàm à se informata,est intelligibilis,nec oportet prius formare verbum,quàm intelligere,sed cùm intellexerit, format verbum sui, & ideò intelligere non tempore,sed natura præcedere necesse est,cùm seipsum intelligit. Non enim cùm se intelligit,facit totum obiectum,sed aliquid circa ipsum. Induit enim se,& hoc est verbum sui,cum se intelligit. Non enim est aliud à quo accipitur species ab eo,ad quod terminatur,sed idem. Sed quia ista est species rei, & non genita de essentia nuda:formatum verbum de anima per speciem rei, non est purum verbum animæ,sed rei dictæ. Si verò nudatam ab omni re se apprehenderet,& similia sui in se gigneret,hoc eius verbum esset purum, nihil extraneum habens admixtum. Tale est verbũ Dei,quod idem est in natura cum patre dicente ipsum verbum. Verbum tamen animæ tali modo se dicentis foret accidens, & pro tanto diuersæ naturæ foret ab anima: cùm accidens sui foret:& à se & de se factum. Ipsa enim substantiam facere nõ potest,Deus autẽ nihil diuersitatis in sua natura habet.ideò verbum suum Deus virtus & substantia vera est. Deus autẽ quia omnia vnico intuitu videt , vno verbo omnia dicit:nos verò multa verba habemus propter impositionẽ intellectus nostri intelligendo. Et horũ quædam oriuntur ex alijs:sicut verbum conclusionis ex principijs: quædam verò nõ:sicut in rebus quæ nõ habent connexionẽ ad inuicem:vt patet de lapide & ligno: quædam statim offeruntur intelligenti,quædam enim cũ maiori: quædam cum minori discursu. Ideò verba nostra quędam plus quędam minus habẽt de cognitione:& quædam citiùs:& quædam tardiùs formantur:sicut scire quarundam conclusionum tardiùs & difficiliùs:quarundam verò faciliùs & citiùs acquiritur. Et hęc de verbo dicta sufficiant.

Explicit opusculum decimumquartum diui Thomæ, de natura & origine verbi intellectus.

TRACTATVS INSIGnis eiusdem de substantijs separatis seuvè angelorum natura: ad fratrem Reginaldum socium suum charissimum.

Opus XV.

OVIA sacris angelorum solennijs interesse nõ possumus,nõ debet nobis deuotionis tempus transire in vacuum:sed quod psallendi officio subtrahitur,scribendi studio compensetur. Intendentes igitur sanctorum angelorũ excellentiam vtcunque depromere,incipiendum videtur ab his quæ de angelis antiquitus humana cõiectura æstimauit : vt si quid inuenerimus fidei cõsonũ, accipiamus:quæ verò doctrinæ repugnant catholicæ,refutemus.

De opinionibus antiquorum Philosophorum.

CAP. I.

PRimi quidem igitur philosophantium de rerum naturis sola corpora esse æstimauerunt, ponẽtes prima principia aliqua corporea elementa : aut plura : aut vnum:& si vnum:aut aquam: vt Thales Milesius:aut aẽrem:vt Diogenes:aut ignẽ:vt Epasius: aut vaporẽ vt Heraclitus. Et si plura:aut finita. sicut Empedocles quatuor elementa : & cum his duo mouentia amicitiam & litem:aut infinita: sicut Democritus & Anaxagoras : quorum vtérque posuit infinitas partes minimas esse omnium rerum principia : nisi q̃ Democritus eas posuit genere similes.differre autẽ solùm figura & ordine:& positione. Anaxagoras autem diuersarum rerum quæ sunt similium partium infinitas partes minimas prima rerum principia extimauit:& quia omnibus inditum fuit animo:vt illud diuinum extimarent,quod esset primum rerũ principium prout quisquis alicui eorum corporum auctoritatẽ attribuebat primi principij,eidem etiã diuinitatis nomen & dignitatẽ attribuendam censebat. Quæ quidem ideò dicta sunt:quia his omnibus & eorum sequacibus nullas substantias incorporeas esse videbantur:quas angelos nominamus. Sed Epicuri ex Democriti doctrinis originem sumẽtes,Deos quosdam ponebãt corporeos quidem:vtpotè humana figura fuguratos: quos dicebãt esse penitus otiosos,nihil curantes.vt sic perpetuis voluptatibus fruentes,possent esse beati. Vnde hæc opinio intantùm inualuit:vt vsque ad Iudæos Dei cultores perueniret:quorum Saducæi dicebant non esse angelum:neque spiritum. Huic autẽ opinioni triplici via restiterunt antiqui Philosophi. Primò namque Anaxagoras:& si cum cæteris Philosophis naturalibus naturalia principia corporalia ponere t, posuit tamen primus inter Philosophos quoddam incorporale principium.i.intellectum. Cùm enim secundum suam positionem omnia corporalia in omnibus mixta essent, non videbatur q̃ abinuicem corpora distingui potuissent:nisi fuisset aliquod distinctionis principium:quod ipsum secundum se penitus esset immixtum: & nihil cum natura corporali habens commune:sed eius opinio & si in veritate alias præcesserit : quia solùm materialem naturam ponebant,inuenitur tamen à veritate deficere in duobus. Primò quidem:quia vt eius positione apparet, nõ posuit nisi vnum intellectum separatum qui hunc mundum effecerat commixta distinguendo. Cùm autem Deo attribuamus mundi institutionem : secundum hoc & de substantijs incorporalibus quas angelos dicimus quæ sunt infra Deum:& supra naturas corporeas, ex eius opinione nihil habere poterimus. Secundò , quia etiam circa intellectum quem vnum ponebat immixtum,in hoc videtur deficere,q̃ eius virtutem & dignitatẽ non sufficienter expressit. Cùm enim existimaret intellectũ quẽ posuit separatum nõ vt vtile essendi principium:sed solùm vt principium distinctiuum. Nõ enim ponebat quod corpora inuicem cõmixta esse haberẽt ab intellectu separato.sed solùm q̃ ab eo distinctionẽ sortirentur. Vnde Plato sufficientiori via processit ad opinionem primorum naturalium euacuandam. Cùm enim apud antiquos naturales poneretur ab omnibus certam rerum veritatem sciri nõ posse:tum propter rerum corporalium continuum fluxum:tum propter deceptionem sensuum, quibus corpora cognoscuntur : posuit naturas quasdam à materia fluxibilium rerum separatas:in quibus esset veritas fixa:& sic eis inhærendo anima nostra veritatẽ cognosceret. Vnde secundum hoc intellectus veritatem cognoscens aliquid seorsum apprehẽdit præter naturam sensibilium rerum:& sic extimauit esse aliqua à sensibilibus separata Intellectus autem noster duplici abstractione vtitur circa intelligentiam veritatis. Vna quidem secundum q̃ apprehendit numeros Mathematicos:& magnitudines & figuras Mathematicas sine materiæ sensibilis intellectu. Non enim intelligendo binarium:aut trinarium: aut lineam & superficiẽ: aut triangulum: & quadratũ simul in nostra apprehensione aliquid cadit quod pertineat ad calidum vel frigidum:aut aliquid huiusmodi : quod sensu percipi possit. Alia verò abstractione vtitur intellectus noster intelligendo aliquid vniuersale absque consideratione alicuius particularis:puta cùm intelligimus homines nihil intelligentes de Socrate vel Platone:aut alio quocúnque : & idem apparet in alijs. Vnde Plato duo genera rerũ à sensibilibus abstracta ponebat,scilicet Mathematica:& vniuersalia,quę species seu ideas nominabat. Inter quę tamen hæc differentia videbatur,q̃ in Mathematicis apprehendere possumus plura vnius speciei : puta duas lineas æquales vel duos triangulos æquilateros & æquales : quod in speciebus omninò esse non potest:sed homo in vniuersali acceptus:secundum speciem est vnius tantùm. Sic igitur Mathematica ponebat media inter species seu ideas & sensibilia. Quę quidem cum sensibilibus conueniunt in hoc,q̃ plura sub eadem specie continentur. Cum speciebus autem in hoc,q̃ sunt à materia sensibili separata. In ipsis etiam speciebus ordinem quendam ponebat:quia secundum q̃ aliquid erat simplicius in intellectu.secundum hoc prius erat in ordine rerum. Id autem quod primo est in intellectu , est vnum & bonum : nihil enim intelligit,qui non intelligit vnum & bonum. Vnum autem & bonum consequuntur se : vnde ipsam primam ideam vnius quod nominabat secundum se vnum:& secundum se bonum , primũ rerum principium esse ponebat:& hunc summum Deum esse dicebat. Sub hoc autem vno diuersos ordines participantium:& participatorum instituebat in substantijs à materia separatis. Quos quidem omnes ordines secundos Deos esse dicebat: quasi quasdam vnitates secundas post prima simplicem vnitatem. Rursus quia omnes aliæ species participant vno , ita etiam oportet q̃ intellectus ad hoc q̃ intelligat participet entium speciebus. Ideò sic sub summo Deo qui est vnitas prima simplex & participata, sunt aliæ rerũ species quasi vnitates secundæ & Dij secundi,ita sub ordine harum specierũ seu vnitatum ponebat ordinem intellectuum separatorum qui participant supradictas species:ad hoc q̃ sint intelligentes in actu. Inter quos tantò vnusquisque est superior,quãtò propinquior est primo intellectui, qui plenam habet participationem specierum : sicut & in Dijs seu vnitatibus,tantò vnusquisque est superior , quantò perfectius participat vnitatem primam. Separando autem intellectus à Dijs,non excludebat quin Dij essent intelligentes : sed volebat q̃ superintellectualiter intelligerent,non quidem quasi participantes aliquas species:sed per seipsos:ita tamen q̃ nullus eorũ esset bonus & vnum:nisi per participationem primi vnius & boni. Rursus quia animas quasdam intelligentes videmus,nõ autẽ hoc conuenit animæ ex eo q̃ est anima:alioquin sequeretur q̃ omnis anima esset intelligens:& q̃ anima secundum totum id quod est esset intellectus: ponebat vlteriùs,q̃ sub ordine intellectuum separatorũ esset ordo animarum:quarum quædam superiores videlicet participant intellectuali virtute:infimæ verò ab hac virtute deficiunt. Rursus quia corpora videntur non per se moueri : nisi sint animata : hoc ipsum quod est per se moueri ponebat corporibus accidere inquantùm participabat animam. Nam illa corpora quæ ab animæ participatione deficiunt:nõ mouentur ab alio. Vnde ponebat animabus proprium esse,quòd seipsas mouerent secundum seipsas. Sic igitur sub ordine animarum ponebat ordinem corporum: ita tamen quòd supremum corporum , scilicet primum cœlum : quod primo motu mouetur:participat motum à suprema anima.& sic deinceps vsque ad infimum cœlestium corporum. Sub his autem ponebant Platonici & alia immortalia corpora quæ perpetuò animas participant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet aërea, vel æthérea. Horum autem quædam ponebant à terre nis corporibus esse penitus absoluta, quæ dicebant esse corpora dæmonum. Quædam verò terrenis corporibus indita, quod pertinet ad animas hominum. Non enim ponebant hoc corpus terrenũ humanum, quod palpamus & videmus immediatè participare animã, sed esse aliud interius corpus animæ incorruptibile & perpetuum, sicut & ipsa incorruptibilis est, ita quòd anima cũ suo perpetuo inuisibili corpore est in hoc corpore grossiori, non sicut forma in materia, sed sicut nauta in naui, & sicut hominum quosdam dicebant esse bonos, quosdam autẽ malos, ita & dæmonum. Animas autẽ cœlestes & intellectus separatos, & Deos omnes dicebant esse bonos. Sic igitur patet, q̃ inter nos & summũ Deum quatuor ordines ponebat, scilicet Deorum secundorum: intellectuum separatorum, animarum cœlestium, & dæmonum bonorum seu malorum. Quæ si vera essent, omnes huiusmodi medij ordines apud nos angelorum animæ censerentur. Nam & dæmones in sacra scriptura angeli nominantur Matth. 20. Ipsę etiam animæ cœlestium corporum, si tamen sint animata, inter angelos sunt connumerandæ: vt Aug. diffinit in Enchyridion.

Opinio Arist. & Auic. de numero substantiarum separatarum.

CAP. II.

HVius autem positionis radix inuenitur efficaciã nõ habere. Nõ enim necesse est, vt ea quæ intellectus separatim intelligit, separatim esse habeãt in rerum natura. Vnde nec vniuersalia oportet separata ponere, & subsistentia præter singularia, neq; etiã Mathematica præter sensibilia, quia vniuersalia sunt essentię ipsorũ particularium, & Mathematica sunt terminationes quædã sensibiliũ corporum, & ideò Arist. manifestiori & certiori via procesit ad inuestigandum substantias à materia separatas, scilicet per viam motus. Primò quidẽ constituens & rõne & exẽplis, omne scilicet quod mouetur ab alio moueri, & si aliqd à seipso moueri dicatur, hoc non est secundũ idem, sed secundũ diuersas sui pres, ita q̃. s. vna pars eius sit mouens, & alia mota. Et cũ non sit ꝓcedere in infinitũ in mouẽtibus & motis, quia remoto primo mouẽte, esset consequens etiã alia remoueri, oportet deuenire ad aliquod primũ mouens immobile, & aliquod primũ mobile, quod mouetur à seipso modo quo dictũ est. semper enim quod per seipsum est, est prius & causa eius, q̃d per aliud. Rursus costituere intendit motus æternitatẽ, & q̃ nulla virtus mouere pot tempore infinito, nisi infinita fuerit. Itẽq;, q̃ nulla virtus in magnitudine sit virtus infinita. Ex quibus concludit, q̃ virtus primi motoris nõ est virtus corporis alicuius. Vñ oportet primũ motorẽ esse incorporeũ & absq; magnitudine. Itẽ cũ in genere mobiliũ inueniatur appetibile, sicut mouẽs nõ motũ, appetẽs autem sicut mouens motũ, concludit vlterius, q̃ primũ mouens immobile est, sicut bonũ quoddã appetibile, & q̃ primũ mouens seipsum, est primũ mobile, q̃d mouetur p appetitũ ipsius. Est autẽ considerãdũ viterius, q̃ in ordine appetituũ & apperibilium, primũ est, q̃d est secundũ intellectum. Nã appetitus intellectiuus appetit id, q̃d est secundũ se bonum, appetitus autem sensitiuus non põt attingere ad appetẽdum, q̃d est secundũ se bonũ, sed solũ ad appetendũ id, q̃d videtur bonũ. Bonum enim simpliciter & absolutè nõ cadit sub apprehẽsione sensus, sed solius intellectus. Vnde relinquitur, q̃ primũ mobile appetit primum mouens appetitu intellectuali, ex quo potest concludi, q̃ primum mobile sit appetens, & intelligẽs. Et cũ nihil moueatur nisi corpus, potest cõcludi, q̃ primum mobile sit corpus animatum anima intellectuali. Non autem solũ primũ mobile, quod est primum cœlum, mouetur motu æterno, sed etiã omnes inferiores orbes cœlestium corporum. Vnde & vnũquódq; cœlestium corporum animatum est propria anima, & vnũquódq; habet suum appetibile separatum, quod est proprius finis sui motus. Sic igitur sunt multæ substantiæ separatæ, nullis penitus vnitæ corporibus. Sunt autem & multæ intellectuales substantiæ cœlestibus corporibus vnitæ. Harum autem numerũ Arist. inuestigare conatur, secundũ numerum motuum cœlestium corporum. Quida autem de eius sectatoribus. s. Auicẽna, numerum earum assignat, nõ quidem secundũ numerum motuum, sed magis secundũ numerum planetarum, & aliorũ superiorum corporum. s. orbis stellari, & orbis, qui est sine stellis, multi enim motus ordinari videtur ad motũ vnius stellæ. Et sicut omnia alia corpora cœlestia sub vno primo cœlo continentur, cuius motu omnia alia reuoluũtur, ita etiam sub prima substantia separata, quæ est vnus Deus, omnes aliæ substantiæ separatæ ordinãtur. Et sic sub anima primi cœli, omnes cœlorum animæ. Sub corporibus autem cœlestibus secundũ Arist. ponuntur animata sola corpora animaliũ & plantarũ. Non enim posuit, q̃ aliquod simplex elemẽtale corpus posit esse animatum, quia corpus simplex nõ potest esse conueniẽs organum tactus, qui sensus est de necessitate cuiuslibet animalis. Et sic inter nos & corpora cœlestia nullum intermedium corpus animatum ponebat. Sic igitur secundum Aristotelem positionem inter nos & summum Deum non ponitur, nisi duplex ordo intellectualium substantiarum, scilicet substantiæ separatæ, quæ sunt fines motuum cœlestium corporum, & animæ orbium quæ sunt mouentes per appetitum & desiderium. Hæc autem Aristo. positio certior quidem videtur, eo quòd nõ multum recedit ab his quæ sunt manifestata secundum sensum, tamen minus sufficiens videtur, quã Platonis positio. Primò quidem, quia multa secundũ sensus apparent, quorum ratio reddi nõ potest secundũ ea quæ ab Aristo. traduntur. Apparent em̃ in hominibus, qui à dæmonibus opprimuntur, & in magorum operibus, aliqua fieri non posse, nisi per aliquã intellectualem substantiam. Tetauerunt igitur quidã sectatorum Aristo. vt patet in Epist. Porphyrij ad Cremephontẽ Aegyptiũ, horũ causas reducere in virtutem cœlestium corporũ, quasi sub quibusdã certis cõstellationibus magorum opera, effectus quosdã insolitos & mirabiles assequantur, quos ex stellarum impressionibus esse dicunt. Sicut q̃ Arreptitij interdum aliqua futura pronũciant, ad quorũ euẽtum fit quædã dispositio in natura per cœlestia corpora. Sed manifestè sunt in talibus quædam opera, quæ nullo modo possunt in causam corporalẽ reduci, sicut quòd Arrepticij interdũ de scientijs loquuntur, quas ignorãt literaliter loquuntur, cùm sint simplices i. feotæ, & qui vix villam vnde nati sunt exierunt, alienæ gentis vulgare politè loquuntur. Dicuntur etiam in magorum operibus quædam imagines fieri responsa dantes & se mouentes, quæ nullo modo per aliquam causam corporalem perfici possent. Huiusmodi autem effectuum causam planè quis poterit secundum Platonicos assignare, nisi dicantur hæc per dæmones procurari. Secundò quia inconuenienus videtur immateriales substantias ad numerũ corporalium substantiarum coartari. Nõ enim ea quæ sunt superiora in entibus, sunt propter ea quæ sunt inferiora, sed potius econtrario. Id enim propter quod aliquid est, nobilius est. Rationem autem finis nõ sufficienter aliquis accipere potest, ex his quæ sunt ad finem, sed potius ecõtrario. Vnde magnitudinem & virtutem superiorum rerũ non sufficienter aliquis accipere potest ex inferiorum rerum consideratione, quod manifestè apparet in rerum corporalium ordine. Non enim potest cœlestium corporum magnitudo & numerus accipi ex elementarium corporum dispositione, quæ quasi nihil sunt in comparatione ad illa. Plus autẽ excedunt immateriales substantiæ substantias corporales, quã corpora cœlestia excedant elementaria corpora. Vnde numerus, & virtus, & dispositio immaterialium substantiarum ex numero cœlestium motuum sufficienter apprehẽdi non potest. Et vt hoc specialius manifestetur, ipsum processum probationis Arist. ot assumamus. Assumunt enim, quòd nullus motus esse potest in cœlo, nisi ordinatus ad alicuius stellæ delationem, quod ratio probabilitatem habet. Omnes enim substantiæ orbium esse videntur propter astra, quæ sunt nobiliora inter cœlestia corpora & manifestatiorem effectum habentia. Vlterius autem assumit, quòd omnes substãtię superiores impassibiles & immateriales sunt fines, cùm sint secundum se optima. Et hoc quidẽ rationabiliter dicitur. Nam bonum habet rationẽ finis, vnde illa quæ sunt per se optima in entibus, sunt fines aliorum. Sed q̃ concludit hunc esse numerum immaterialium substantiarum qui est cœlestium motuum, nõ sequitur ex necessitate. Est em̃ finis proximus & remotus. Nõ est autem necessarium, q̃ proximus finis suprẽmi cœli sit suprema substantia immaterialis, quæ est summus Deus, sed magis probabile est: vt inter primam immaterialem substantiã & corpus cœleste sint multi ordines immaterialium substãtiarum, quorũ inferior ordinetur ad superiorem sicut ad finem, & ad infima earum ordinetur corpus cœleste sicut ad finem proximum. Oportet enim vnãquãque rem esse cõproportionatam quodã modo suo proximo fini. Vnde propter distantiam maximam primæ immaterialis substantiæ ad substantiam corpoream quãcũcunq; nõ est probabile, quòd corporalis substãtia ordinetur ad suprẽmam substantiam, sicut ad proximum finẽ. Vnde etiam Auicenna posuit causam primam non esse immediatũ finem alicuius cœlestium motuum, sed quãdam intelligentiam primam. Et idẽ etiam põt dici de inferioribus motibus cœlestiũ corporum. Et ideò nõ est necessarium, q̃ non sint plures immateriales substantiæ, quã sit numerus cœlestiũ motuum. Et hoc præsentiẽs Aristo. non induxit hoc quasi necessarium, sed quasi probabiliter dictum. Sic enim dicit, antequã prædictam rationẽ assignet enumeratis cœlestibus motibus, quare substantias & principia immobilia & sensibilia tot rationabile est susc ipere. Necessariũ enim dimittatur fortioribus dicere. Nõ enim reputabat se sufficientem ad hoc, quòd in talibus aliquid ex necessitate cõcluderet. Potest etiam alicui videri prædictum processum Aristotelis ad substantias immateriales ponendas inconueniẽtem esse, eo quòd procedit ur ex sempiternitate motus, quæ fidei veritati repugnat. Sed si quis diligenter attendat rationem eius processus, non tollitur etiã æternitate motus sublata. Nam sicut ex æternitate motus concluditur motoris infinita potentia: ita hoc idem concludi potest ex motus vniformitate. Motor enim qui semper mouere non potest, necesse est, quòd quandoquè citius, quandoquè tardius moueat, secundum quod paulatim virtus eius deficit in mouendo. In motibus autem cœlestibus inuenitur omnimoda vniformitas. Vnde concludi potest, q̃ motori primi motus insit virtus ad semper mouẽdum & sic idem sequitur.

In quo conueniat opinio Platonis & Aristotelis.

CAP. III.

HIs igitur visis, de facili accipere possumus in quo conueniant & in quo differant positiones Aristotelis & Platonis circa immateriales substantias. Primò quidem conueniunt in modo existendi ipsarum. Posuit enim Plato inferiores omnes substantias immateriales esse vnum & bonum per participationes primi, quòd est secundum se vnum & bonum. Omne autem participans aliquid accipit id quod participat ab eo à quo participat. Et quantũ ad hoc, id à quo participat est causa ipsius: sicut aër habet lumẽ participatũ à sole, qui est causa illuminationis ipsius. Sic igitur secũdum Platonem summus Deus causa est omnibus immaterialibus substantijs, quòd vnaquæque earum & vnum sit & bonum sit. Et hoc etiam Aristoteles posuit: quia vt dicit necesse est, vt id quod est maximè ens & maximè verum, sit causa essendi & veritatis omnibus alijs. Secundò autem conueniunt quantùm ad cõditionem naturæ ipsarum, quia vterque posuit omnes huiusmodi substantias penitus esse à materia immunes. non tamen esse eas immunes à compositione potentiæ & actus. Nam omne participans ens, oportet esse compositum ex potentia & actu. Id enim quod recipitur vt participatum oportet esse actum ipsius substantiæ participantis. Et sic cùm omnes substantiæ præter suprẽmam quę est per se vnum & per se bonum, sint participantes secundum Platonem, necesse est quòd omnes sint cõpositæ ex potentia & actu: quod etiam necesse est dicere secundum sententiam Aristotelis. Ponit enim quòd ratio veri & boni attribuitur actui. Vnde illud quod est primum verum & primum bonum, oportet esse actum purum. Quęcúnque verò ab hoc deficiunt oportet aliquem permixtionem potentiæ habere. Tertiò verò conueniunt in ratione prouidentiæ. Posuit enim Plato, quòd summus Deus qui hoc quod est ipsum vnum, est & ipsum bonũ, ex primęua ratione bonitatis proprium habet vt inferioribus omnibus prouideat: & vnumquódque inferiorum inquantum participat bonitatẽ primi boni, etiam prouidet his quę post se sunt non solùm eiusdem ordinis: sed etiam diuersorum. Et secundum hoc primus intellectus separatus prouidet toti ordini separatorum intellectuum: & quilibet superior suo inferiori: totúsque ordo separatorũ intellectuum, prouidet ordini animarum & inferioribus ordinibus. Rursúmque idem obseruari putat in ipsis animabus: vt suprema quidem cœlorum animæ prouideant omnibus inferioribus animabus: & totí generationi inferiorum corporum. Itémque supetiores animæ inferioribus, scilicet animæ dæmonum animabus hominum. Ponebãt enim Platonici dæmones esse mediatores inter nos & superiores substantias. Ab hac etiam prouidentiæ ratione Aristoteles non discordat. Ponit enim vnum bonum separatum omnibus prouidentem. Sicut vnum Imperatorem vel dominum sub quo sunt diuersi rerum ordines: ita, scilicet quòd superiores ordines rerum perfectę prouidentiæ ordinem consequuntur. Vnde nullus defectus in eis inuenitur. Inferiores enim entium qui minus perfectæ prouidentiæ ordinem recipere possunt multis defectibus subiacẽt. Sicut etiã in domo liberi qui perfectè participant regimen patrisfamiliàs in paucis vel nullis deficiunt. Seruorum autẽ actiones in pluribus inueniuntur deficere. Vnde in inferioribus corporibus defectus proueniunt naturalis ordinis qui in superioribus corporibus nunquã deficere inuenitur. Similiter etiam humanę animæ plerúnque deficiunt ab intelligentia veritatis. & à recto appetitu veri boni, quod in superioribus animabus vel intellectibus non inuenitur. Propter quod etiam Plato posuit, dæmonum esse quosdam bonos, quosdam malos: sicut & homines: Deos verò: & intellectus & cœlorum animas omninò absque malitia esse. Secundum igitur hæc tria circa substantias separatas inuenitur opinio Aristotelis cum Platonis opinione concordare.

In quo differunt Plato & Aristoteles.

CAP. IIII.

SVnt autem alia in quibus differunt. Primò quidem vt suprà dictum est, Plato supra cœlorum animas duplicẽ ordinem immaterialium substantiarum posuit, scilicet intellectus & Deos. Quos Deos dicebat esse species intelligibiles separatas: quarum participatione intellectus intelligunt. Aristoteles verò vniuersalia separata non ponens, vnum solum ordinem rerum posuit supra cœlorum animas. In quorum etiam ordine primum esse posuit summum Deum: sicut & Plato summum Deum primum esse posuit in ordine specierũ, quasi summus Deus sit prima idea vnius & boni. Hunc autem ordinem Aristoteles posuit vtrúque habere: vt scilicet esset intelligens & intellectum: ita, scilicet quòd summus Deus intelligeret nõ participatione alicuius superioris, quod esset eius perfectio: sed per essentiam suam. Et idem æstimauit esse dicendum in cæteris bonis separatis substantijs sub summo Deo ordinatis: nisi quòd inquantùm à simplicitate primi deficiunt & summa perfectione ipsius eorum intelligere perfici potest per superiorum substantiarum participationem. Sic igitur secundum Aristotelem huius substantiæ quæ sunt fines cœlestium motuum: sunt & intellectus intelligentes & intelligibiles species. Non autem ita quòd sint species vel naturæ sensibilium substantiarum: sicut Platonici posuerunt: sed omninò altiores. Secũdò verò, quia Plato nõ coartauit numerũ intellectuum separatorum numero cœlestium motuum. Nõ enim ex hac mouebatur ad ponẽdum intellectus separatos: sed ipsam naturam rerum secundum se cõsiderans. Aristoteles verò à sensibilibus recedere nolens, ex sola cõsideratione motuum, vt suprà dictum est, peruenit ad ponendum intellectuales substantias separatas. Et ideò earum numerum coartauit cœlestibus motibus. Tertiò autem quia Aristoteles non posuit aliquas animas medias inter cœlorum animas & animas hominum, sicut posuit Plato. Vnde de motibus nullam inuenitur nec ipse nec eius sequaces fecisse mentionem. Hæc igitur sunt quæ de opinionibus Platonis & Aristotelis circa substantias separatas ex diuersis scripturis collegimus.

De substantiarum separatarum essentia secundum Auicebron.

CAP. V.

EOrum verò qui pòst secuti sunt, aliqui ab eorum positionibus recedentes in deterius errauerunt. Primò namque Auicebron in libro fontis vitæ alterius conditionis substantias separatas posuit esse. Extimauit enim omnes substantias sub Deo constitutas ex materia & forma compositas esse: quod tam ab opinione Platonis quàm Aristotelis discordat. Qui quidem dupliciter deceptus fuisse videtur: Primò quidem: quia extimauit quòd secundum intelligibilem compositionẽ, quę in rerum generibus inuenitur: prout, scilicet ex genere & differentia constituitur species: esset in rebus ipsis compositio realis intelligenda. vt scilicet vniusc uiúsque rei in genere existentis genus sit materia: differẽtia verò forma. Secundò, quia extimauit quòd esse in potẽtia vel esse substitutum vel esse recipiens, secundum vnam rationem in omnibus diceretur. Quibus duabus positionibus innixus quadam resolutoria via procesit inuesti gando componens rerum vsque ad intellectuales substantias. Primò enim inspexit in artificialibus: quòd componuntur ex forma artificiali & materia quæ est aliqua res naturalis: putà ferrũ, aut lignum quæ se habet ad formam artificialem, vt potentia ad actum. Rursus cõsiderauit quòd huiusmodi naturalia corpora particularia composita erant ex elementis. Vnde posuit quòd quatuor elementa comparantur ad formas particulares naturales: putà lapidis aut ferri sicut materia ad formam. & potentia ad actum. Iterum cõsideraũit, quòd quatuor elementa conueniunt in hoc q̃ quodlibet eorum est corpus. Differunt autem secundum contrarias qualitates. Vnde tertiò posuit, quòd ipsum corpus est materia elementorum: quam vocauit materiam vniuersalem: & quòd formæ huius materiæ sunt qualitates elementorum. Secundò quia videbat, quòd corpus cœleste conuenit cum elemẽtis in corporeitate: differt verò ab eis in hoc quòd non est susceptiuum contrariarum qualitatum posuit. Quartò ordine materiam corporis cœlestis. s. quæ etiam comparatur ad formam cœlestis corporis, sicut potẽtia ad actum. Et sic posuit quatuor ordines materię corporalis. Rursus quia vidit quòd omne corpus significat substantiam quandam longam latam & spissam, extimauit, quòd corporis inquantùm est corpus, huiusmodi tres dimensiones sint sicut forma & substantia, quæ subijcitur quantitati & alijs generibus accidentium est materia corporis inquantùm est corpus. Sic igitur substantia quæ sustinet nouem prædicamenta, vt etiam dicit est prima spiritualis materia. Et sicut posuit in materia corporali vniuersali, quam dixit esse corpus quoddam superius quod non est susceptiuum contrariarum qualitatum, scilicet materiam cœlestis corporis. & aliquid inferius quod est susceptiuum contrariarum qualitatum: quam credidit esse numerum quatuor elementorum: ita etiam in ipsa substantia posuit quiddam superius, quod nõ est susceptiuum quantitatis, quod posuit esse substantiam separatã. & quoddam inferius quod est susceptiuum quantitatis: quam posuit esse materiam corpoream corporum. Rursus ipsas substantias separatas. vel spirituales compositas posuit ex materia & forma. & hoc probauit pluribus rationibus. Primò quidem quia extimauit, quòd nisi substantiæ spirituales, essent compositæ ex materia & forma, nulla posset inter eas esse diuersitas. Si enim non sunt compositæ ex materia & forma, aut sunt materia tantùm: aut sunt forma tantùm. Si sunt materia tantùm, non potest esse, q̃ sint multæ substantiæ spirituales: quia materia est vna & eadem de se & diuersificatur per formas. Similiter etiam si substãtia spiritualis sit forma tantùm, non poterit assignari. vnde substantiæ spirituales sint diuersæ secundum perfectionem & imperfectionem, sequeretur quòd substantia spiritualis sit subiectum perfectionis & imperfectionis. Sed esse substitutum pertinet ad rationem materiæ: non autem ad rationem formæ. vnde relinquitur quòd vel non

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt plures substãtiæ spirituales,vel sunt cõpositæ ex materia & forma. Secunda ratio eius est,quia intellectus spiritualitatis,est præter intellectum corporeitatis. Et ita substantia corporalis & spiritualis habent aliquid in quo differunt, & habẽt aliquid in quo cõueniunt, quia vtrũq; est suostãtia. Ergo sicut in substãtia corporali substãtia est tanquã materia sustẽtans corporeitatẽ, ita in substãtia spirituali substantia est quasi materia sustentans spiritualitatem. Et secundum q̃ materia plus vel minus participat de forma spiritualitatis, secundum hoc substantiæ spirituales sunt superiores vel inferiores, sicut & aër quanto est subtilior,tanto plus participat de claritate. Tertia ratio eius est,quia esse cõmuniter inuenitur in substantijs spiritualibus & corporalibus tã superioribus,quàm inferioribus. Illud ergo quod est cõsequens ad esse in substantijs corporalibus,erit cõsequẽs ad esse in substantijs spiritualibus. Sed in substantijs corporalibus inuenitur triplex ordo.s.corpus spissum,quod est corpus elementorum & corpus subtile,quod est corpus cœleste,& iterum materia & forma corporis, ergo etiam in substantia spirituali inuenitur substantia spiritualis inferior, puta quæ coniungitur corpori, & superior quæ nõ est cõiuncta corpori,& rerum materia & forma ex quibus substantia spiritualis cõponitur. Quarta ratio eius est,q̃ omnis substantia creata oportet,quòd distinguatur à creatore,sed creator est vnum tantum,oportet igitur,quòd omnis substantia creata non sit vnum tantum, sed composita ex duobus, quorum necesse est: vt vnum sit forma,& aliud materia,quia ex duabus materijs nõ potest aliquid fieri,nec ex duabus formis. Quinta ratio est,q̃ omnis substãtia spiritualis creata,est finita. Res autem nõ est finita, nisi per suam formam,quia res quæ non habet formam per quam fiat vnum, est infinita. Omnis igitur substantia spiritualis creata est composita ex materia & forma.

Reprobatio opinionis Auicebron,quantùm ad modum ponendum.

CAP. VI.

HAec autem quę dicta sunt,in plur ibus manifestam improbabiliratem continent. Primò namque quia ab inferioribus ad suprema entium resoluendo, ascendit in principia materialia, quod omninò rationi repugnat. Comparatur enim materia ad formam, sicut potentia ad actum. Manifestum est autem,q̃ potentia est minus ens,quã actus. Non enim dicitur potentia ens, nisi secundum ordinem ad actum. Vnde nõ simpliciter dicimus esse quæ sunt in potentia,sed solum quæ sunt in actu. Quantò igitur magis resoluẽdo descenditur ad principia materialia, tantò minus inuenitur de ratione entis. Suprema autem in entibus oportet esse maximè entia. Nam & in vnoquoque genere, suprema quæ sunt aliorum principia esse maximè dicuntur, sicut ignis est calidus maximè. Vnde & Plato inuestigando suprema entium, processit resoluendo in principia formalia,sicut suprà dictum est. Incõuenientissimè igitur hic per contrariam viam processit in principia materialia resoluendo. Secundò, quia quantùm ex suis dictis apparet, in antiquorum quodam modo naturalium opinioné redijt,qui posuerunt,quòd omnia essent vnum ens, dum ponebant substantiam rerum omnium non esse aliud,quàm materiam quam non ponebant esse aliquid in potentia tantum, sicut Plato & Aristoteles, sed esse aliquid ens actu, nisi quòd antiqui naturales nihil aliud præter corpora esse eximantes, hanc materiam communem & substantiam omnium aliquod corpus esse dicebant,putà aut ignem aut aërem,aut aliquid mediũ. Sed iste non solùm in corporibus materiam rerum existimans cõprehendi illud vnum, quod posuit esse primam materiam communem,& substantiam omnium dixit esse substantiam non corporeã. Et quòd simili modo posuerit hanc vniuersalem materiam, quam dicit esse substantiam omnium sicut naturales hoc ponebant de aliquo vno corporum,manifestum est ex hoc, quòd eorum quæ conueniunt in genere, ponit genus esse materiam. Differentias verò quibus species differunt,ponit esse formas. Dicit enim, quòd omnium materialium est materia communis ipsum corpus. Rursúmque omnium substantiarum tam corporalium, quàm spiritualium, est communis materia substantia ipsa. Vnde apparet, quòd similis est beatitudo generis ad differentias, sicut subiecti ad proprias passiones: vt scilicet substantia hoc modo diuidatur per spiritualem & corporalem, & corpus per cœleste & elementare, sicut numerus per par & impar, aut animal per sanum & ægrum,quorum numerus est subiectum paris & imparis, sicut propriarum passionum, & animal sani & ægri,& tam subiecto,quàm passionibus de speciebus omnibus prædicatis. Sic igitur si substantia quæ prædicatur de omnibus, comparetur ad spiritualem & corporalem sicut materia est & obiectum eorum, sequeretur, quòd hæc duo aduenient substantiæ per modum accidentalium passionum, & similiter in omnibus alijs consequentibus, quod ipse expresè concedit. Ponit enim omnes formas secundum se consideratas accidentia esse, dicit tamen substantiales esse per comparationem ad aliquas res, in quarum diffinitionibus cadunt, sicut albedo est de ratiõe hominis albi. Sed hæc positio tollit quidem veritatem materiæ primæ,quia si de ratione materiæ est,quòd sit in potentia, oportet quòd prima materia sit omninò in potentia, vnde nec de aliquo existentiũ actu prædicatur,sicut nec pars de toto. Tollit etiam logicè principia auferens veram rationem generis & speciei & substantialis differentiæ, dum omnia in modum accidentalis prædicationis conuertit. Tollit etiam naturalis Philosophiæ fundamenta auferens veram generationem & corruptionem à rebus,sicut & antiqui naturales ponentes vnum materiale principium. Neque enim simpliciter aliquid generari dicitur,nisi quia simpliciter de non ente fit ens. Nihil autem fit,quod prius erat. Si igitur aliquid fit,quod prius erat in actu,quod est simpliciter esse sequeretur, quòd non simpliciter fiat ens, hoc quod prius non erat,vnde secundum quid generabitur,& non simpliciter. Tollit demùm vt finaliter concludam prædictam positio etiam Philosophiæ primæ principia, auferens vnitatem à singulis rebus,& per consequens veram entitatem simul & rerum diuersitatem. Si enim alicui existenti in actu superueniat alius actus, nõ erit totum vnum per se, sed solùm per accidens, eo quòd duo actus vel formæ secundum se diuersæ sunt, conueniunt autem solùm in substituto, esse autem vnum per vnitatem substituti, est esse vnum per accidens,seu duæ formæ sint non inordinatæ adinuicem: vt album & musicum, quæ sunt vnum per accidens. Dicimus enim,quòd album & musicum sunt vnum per accidẽs,quia insunt vni substituto. Siue etiam formæ vel actus sint adinuicem ordinatæ, sicut color & superficies. Non enim est simpliciter vnum superficiatum & coloratum, & si quodam modo coloratum per se de superficiato prædicetur, non quia superficiatum significet essentiam coloratí, sicut genus significat essentiam speciei, sed à ratione qua substituum ponitur in diffinitione accidentis, alioquin non prædicaretur coloratum de superficiato per se, sed hoc de illo. Solo autem hoc modo species est vnum simpliciter, inquantùm verè id quod est homo, animal est, non quia animal subijciatur formæ hominis, sed quia ipsa forma significata per hunc terminum animal aliquando est forma hominis, non differens, nisi sicut determinatum ab indeterminato. Si enim aliud sit animal & aliud bipes, non erit per se vnum animal bipes, quod est homo. Vnde nec erit per se ens, & per consequens sequeretur, quòd quæcunquè in genere conueniunt, non differant nisi accidentali differentia, & omnia erunt vnum secundum substantiam quæ est genus & substitutum omnium substantiarum, sicut si superficiei vna pars sit alba & alia nigra, totum est vna superficies. Propter quod & antiqui ponentes vnam materiam quæ erat substantia omnium de omnibus prædicata, ponebant omnia esse vnum. Et hæc etiam inconuenientia sequuntur, ponentes ordinem diuersarum formarum substantialium in vno & eodem. Tertiò secundum prædictæ positionis processum, necesse est procedere in causis materialibus in infinitum, ita quòd nunquàm fit deuenire ad primam materiam. In omnibus enim quæ in aliquo conueniunt, & in aliquo differunt, id in quo conueniunt, accipitur vt materia. Id verò in quo differunt, accipitur vt forma: vt ex præmissis patet. Si ergo vna est materia communis omnium, ad hoc, quòd diuersas formas recipiat, oportet quòd nobiliorem formam in subtiliori & altiori materia recipiat, ignobiliorem verò in inferiori materia & grosiori, puta formam spiritualitatis in subtiliori materia, formam verò corporeitatis in inferiori: vt ipse dicit. Præexistit ergo in materia differentia subtilitatis & grosiciei ante formam spiritualitatis & corporeitatis. Oportet igitur, quòd iterum ante grositiem & subtilitatem præexistat in materia aliqua alia differentia, per quam vna materia sit exceptiua vnius, & alia alterius, & eadem quæstio redibit de illis alijs præexistentibus, & sic in infinitum. Quandocunquè enim deueniretur ad materiam totaliter vniformem secundum principia positionis prædictæ, oporteret, quòd non reciperet nisi vnam formam & æqualiter per totum. Et iterum materia illi formæ subtractæ, non reciperet consequenter nisi vnam formam, & vniformiter per totum, & ita descendendo vsque ad infima, nulla diuersitas in rebus inueniri posset. Quartò quia antiquis naturalibus ponentibus primam materiam communem substitutam omnium, possibile erat ex ea diuersas res instituere, attribuendo diuersis partibus eius formas diuersas. Poterat enim in illa communi materia, cùm corporalis esset, intelligi diuisio secundum quantitatem. Remota autem diuisione quæ est secundum quantitatem, non remanet nisi diuisio secundum formam, vel secundum materiam. Si igitur ponatur vniuersalis materia quæ est communis omnium substantia,nõ habens in sui ratione quantitatem, eius diuisio nõ potest intelligi, nisi vel secundum formã, vel secũdum materia ipsam. Cũ autẽ dicitur,q̃ materia incorporea cõis partim recipit formam hanc & partim recipit formam illam, diuisio materiæ præsupponitur diuersitati formarum in materia receptarum. Non igitur illa diuisio potest secundum has formas intelligi. Si ergo intelligatur secundum formas aliquas: oportet quòd intelligatur secundum formas priores: quas neutra materia per totum recipit. Vnde oportet iterum in materia præintelligere diuisionem: vel distinctionẽ quancunque. Erit igitur & hæc secundum alias formas in infinitum: vel oportet deuenire ad hoc quòd prima diuisio sit secũdum ipsam materiam. Non est autem diuisio secundum materiam, nisi quia materia secundum seipsam distinguitur: non propter diuersam dispositionem: vel formam: aut quantitatem: quia hoc esset distingui materiam secundum quantitatem: aut formam seu dispositionem. Oportet igitur, quòd finaliter deueniatur ad hoc quòd non sit vna omnium materia: sed sint multæ & distinctæ secundum seipsas. Materiæ autem proprium est in potentia esse. Hanc igitur materiæ distinctionem accipere oportet: non secundum quod est vestita diuersis formis: aut dispositionibus. Hoc enim est præter essentiam materiæ: sed secundum distinctionem potentiæ respectu diuersitatis formarum. Cùm enim potentia id quod est ad actum dicatur, necesse est vt potentia distinguatur secundum id quod potentia dicitur. Dico autem primò ad aliquid primò potentiam dici: sicut potentiam visiuam ad colorem: nõ autem ad album aut nigrum: quia eadem est susceptiua vtriúsque. Et similiter superficies est susceptiua albi & nigri secundum vnam potentiam quæ primò dicitur respectu coloris. Vnde patet falsum esse principium quod supponebat: dicens potentiam & receptionẽ in omnibus eodem modo inueniri.

Reprobatio opinionis Auicebron de materialitate substantiarum separatarum.

CAP. VII.

EX hac autem ratione vlteriùs concludi potest, quòd spiritualis & corporalis substantiæ non potest esse vna materia. Nam si est vna materia & communis vtrorúmque, oportet in ipsa distinctionem præintelligi ante differentiam formarum, scilicet spiritualitatis & corporeitatis: quæ quidem non potest esse secundum quantitatis diuisionem in substantijs spiritualibus: in quibus quantitatis dimensiones non inueniuntur. vnde relinquitur quòd ista distinctio sit, vel secundum formas seu dispositiones: vel secundum ipsam materiam: & cùm non possit esse secundum formas: & dispositiones in infinitum: oportet tandem redire ad hoc quòd sit distinctio in materia secundum seipsam. Erit igitur omninò alia materia spiritualium & corporalium substantiarum. Item cùm recipere sit propriũ materiæ inquantùm huius, si sit eadem materia spiritualium & corporalium substantiarum, oportet quòd in vtrísque sit idem receptionis modus. Materia autẽ corporalium rerum susceipit formam particulariter, id est, nõ secundum communem rationem formæ. Nec hoc habet materia corporalis inquantùm dimensionibus subijcitur: aut formę corporali: quia etiam ipsam formam corporalem indiuidualiter materia corporalis recipit. Vnde manifestum sit, quòd hoc conuenit tali materiæ ex ipsa natura materiæ: quæ quia est infima, debilissimo modo recipit formam. Fit enim receptio secũdum recipientis naturam. Et per hoc maximè deficit à completa ratione formæ: quæ est secundum totalitatem ipsius particularitatis ipsam recipientis. Manifestum est autem, quòd omnis substantia intellectualis recipit formam intellectam secundum suam totalitatem: alioquin eam in sua totalitate intelligere nõ valeret. Sic enim intellectus intelligit rem secundum quod forma eius in ipso existit. Relinquitur igitur, quòd materia si qua sit in spiritualibus substantijs non est eadem cum materia corporalium rerum: sed multò altior & sublimior vtpotè recipiens formam secundum eius totalitatem. Adhuc vltrà procedentibus manifestum sit, quòd tanò aliquid in entibus est altius, quantò magis habet de ratione essendi. Manifestum est autem, quòd cùm ens per potentiam & actum diuidatur: quia actus est potentia perfectior: & magis habet de ratione essendi. Non enim simpliciter esse dicimus, quod est in potẽtia: sed solum quod est in actu. Oportet igitur id quod semper est superiùs in entibus magis accedere ad actum: quod autem est in entibus infimum propinquius esse potentiæ. Quia igitur materia spiritualium substantiarum nõ potest esse eadem cum corporalium materia: sed longè distet ab ea putà altior: vt ostensum est, necesse est vt longè distet à corporalium materia: secundum differentiam potentiæ & actus. Corporalium autem materia est potentia pura secundum sententiam Aristotelis & Platonis. Relinquitur igitur quòd materia substantiarum spiritualium non sit potentia pura: sed sit aliquid ens actu. potẽtia existens. Non autem sic dico ens actu, quasi ex potentia & actu cõpositum: quia vel esset procedere in infinitum: vel oportet venire ad aliquid quod esset ens in potentia tantùm. Quod cũ sit vltimũ in entibus: & per cõsequens nõ potest recipere nisi debiliter & particulariter, nõ potest esse prima materia spiritualis & intellectualis substãtię. Relinquitur ergo, q̃ si spiritualis substantiæ materia sit ens actu, q̃ sit actus vel forma subsistẽs: sicut & materia corporalium rerum: ita dicitur ens in potentia: quia est ipsa potentia formis subiecta. Vbicúnque autẽ ponitur materia ens actu, nihil differt dicere materiam & substantiam rei. Sic enim antiqui naturales, qui ponebant primã materiam corporalium rerum esse aliquid ens actu, dicebant materiam esse omnium rerum substantiam per modũ quo artificialium substantia nihil est aliud quàm eorum materia. Sic igitur si materia spiritualium substantiarũ non potest esse aliquid ens in potentia tantùm: sed est aliquid ens actu, ipsa spiritualium rerum materia est corũ substantia. Et secũdum hoc nihil differt ponere materiam in substantijs spiritualibus, & ponere substantias spirituales simplices, non compositas ex materia & forma. Amplius cũ actus naturaliter sit prior potentia. & forma quàm materia: potentia quidem dependet in suo esse ab actu: & materia à forma. Forma autem in suo esse non dependet à materia secundũ propriam rationẽ actus. Non enim priora naturaliter à posterioribus dependent. Si igitur aliquæ sint formæ quæ sine materia esse non possunt, hoc non conuenit eis ex hoc, q̃ sunt formæ: sed ex hoc, q̃ sunt tales formæ. s. imperfectæ quæ per se sustentari nõ possunt: sed indigent materiæ fundamento. Sed dicunt in omni genere in quo inuenitur aliquid imperfectũ, inuenitur etiam aliquid perfectũ secundum naturã illius generis: putà si est ignis in materia aliena, à qua ignis secundum suam rationem non dependet, necesse est esse ignem non sustentatũ in materia aliena. Sunt igitur supra formas in materijs receptas, aliquæ formæ per se subsistentes: quæ sunt spirituales substantiæ ex materia & forma non cõpositæ. Hoc etiã apparet in infimis substantiarũ spiritualium. s. animabus. si quis eas ponit corporibus vniri vt formas. Impossibile est enim id quod ex materia & forma cõpositum est, esse alicuius corporis formã. Et similiter impossibile est id quod est materia alicuius esse actũ eiusdem. Nulla igitur pars eius quod est alicuius forma potest esse in materia quæ est potentia pura: non actus.

Solutio rationum Auicebron opinionis.

CAP. VIII.

HIs igitur visis, facilè est rationes dissoluere in contrarium adductas. Prima enim ratio concludere videbatur, quòd non posset esse diuersitas in spiritualibus substantijs si non essent ex materia & forma compositæ. Quæ quidem ratio in vtráque parte suæ deductionis deficiebat. Neque enim oportet quòd ea quæ sunt materiæ tantùm sint absque diuersitate, neque etiam hoc oportet de substantijs quæ sunt formæ tantùm. Dictum est enim, quòd quia materia secundum id quod est, est in potentia ens: necesse est vt secundum potentiæ diuersitatem sint diuersæ materiæ. Nec aliud dicimus materiæ substantiam quàm ipsam positionem quæ est in genere substantiæ. Nam genus substantiæ sicut & alia genera diuiditur per potentiam & actum: & secundum hoc nihil prohibet aliquas substantias quæ sunt in potentia tantùm esse diuersas secundum quod ad diuersa genera actuum ordinantur. Per quem modum cœlestium corporum materia: & materia elementorum distinguitur. Nam materia cœlestium corporum est in potẽtia ad actum perfectum, id est, ad formam quæ complet totam possibilitatẽ materiæ: vt iam non remaneat potentia ad alias formas. Materia autem elementorum est in potentia ad formam incompletam, quę totam terminare non potest materiæ potentiam. Sed supra has materias est spiritualis materia, id est, ipsa substantia spiritualis: quæ recipit formam secundum suam totalitatem inferioribus materijs formam particulariter recipientibus. Similiter etiam non tenet deductio ex parte formarum. Manifestum est enim, quòd si res compositæ ex materia & forma secundum formas differunt, q̃ ipsæ formæ secundum seipsas differũt & diuersæ sunt. Sed si dicatur quòd diuersarum rerum non sunt formæ diuersæ, nisi propter materiæ diuersitatem, sicut diuersi colores ex vna solis illustratione causantur in aëre secundum differentia spissitudinis & raritatis illius. vnde necesse est q̃ ante colorũ diuersitatem præintelligatur in aëre diuersitas puritatis & spissitudinis. Et sic etiam necesse erit, quòd in materia ante vnam formam intelligatur alia forma: sicut etiam in corporibus ante colorem intelligatur superficies. Inuenitur igitur in formis diuersitas secundum quendam ordinem perfectionis & imperfectionis. Nam quæ materiæ est propinquior imperfectior est: & quasi in potentia respectu superuenientis formæ. Sic igitur nihil prohibet in spiritualibus substantijs ponere multitudinem, quamuis sint formę tantùm ex hoc quòd vna earũ est alia perfectior: ita quòd imperfectior est in potentia respectu perfectioris vsque ad primam earum quæ est actus tantùm, quæ Deus est, vt sic omnes inferiores spirituales substantiæ & materiæ possint dici secundum hoc, quòd sunt in potentia: & formæ secundum hoc, quòd sunt actu. vnde patet friuolum esse, quòd contra hoc obijcit concludens, si spiritualis substantia secundum perfectionem & imperfectionem differt, quòd oportet

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſam eſſe perfectionis ſubſtitutum, & ſic cùm ſubſtitutum pertineat ad rationem materiæ, oportebit ſubſtantiam ſpiritualem habere materiam. In quo quidem dupliciter fallitur. Primò quidem quia extimat perfectionem & imperfectionem eſſe quaſdam formas ſuperuenientes, vel accidentia quæ ſubſtituto indigeant, quod quidem manifeſtè falſum eſt. Eſt enim quædam rei perfectio ſecundum ſuam ſpeciem & ſubſtitutam, quæ comparatur ad rem, ſicut accidens ad ſubſtitutum, vel ſicut forma ad materiam, ſed ipſa propriam ſpeciem rei deſignat. Sicut enim in numeris vnus eſt maior alio ſecundum propriam ſpeciem. Vnde inæquales numeri ſecundum ſpeciem differunt. Ita in formis tam materialibus, quàm à materia ſeparatis vna eſt perfectior alia ſecundum rationem propriæ naturæ, inquantùm ſcilicet propria ratio ſpeciei in tali gradu perfectionis conſiſtit. Secundò quia eſſe ſubiectum non conſequitur ſolam materiam quæ eſt pars ſubſtantiæ, ſed vniuerſaliter conſequitur omnem potentiam. Omne enim quod ſe habet ad alterum vt potentia ad actum, ei natum eſt ſubijci, & per hunc etiam modum ſpiritualis ſubſtantia, quamuis non habeat materiam partem ſui, ipſa tamen prout eſt ens ſecundum aliquid in potentia, poteſt ſubijci intelligibilibus ſpeciebus. Ex hoc etiam ſolutio ſecundæ rationis apparet. Cùm enim dicimus aliquam ſubſtantiam corporalem eſſe vel ſpiritualem, non comparamus ſpiritualitatem vel corporeitatem ad ſubſtantiam, ſicut formas ad materiam, vel accidentia ad ſubiectum, ſed ſicut differentias ad genus. Ita quòd ſola ſubſtantia ſpiritualis non per aliquod additum ſubſtantiæ ſuæ eſt ſpiritualis, ſed per ſuam ſubſtantiam. Sicut & ſubſtãtia corporalis non per aliquod additum ſubſtantiæ eſt corporalis, ſed ſecundum propriam ſubſtantiam. Non enim eſt alia forma, per quam ſpecies differentiæ prædicationem ſuſcipit, ab ea per quam ſuſcipit prædicationem generis: vt dictum eſt. Vnde non oportet, quòd ſpiritualitati ſpiritualis ſubſtantiæ ſubijciatur aliquid, ſicut materia vel ſubſtitutum. Tertia verò ratio efficaciam non habet. Cùm enim ens non vniuocè de omnibus prædicetur, non eſt requirendus idem modus eſſendi in omnibus quæ eſſe dicuntur. Sed quædam perfectius, quæ iam imperfectius eſſe participant. Accidentia enim entia dicuntur, non quia in ſeipſis eſſe habeant, ſed quia eſſe eorum eſt in hoc, quòd in ſunt ſubſtantiæ. Rursùmque in ſubſtãtijs omnibus non eſt idem modus eſſendi. Illę enim ſubſtantiæ quæ perfectiſsimè eſſe participant, non habent in ſeipſis aliquid, quod ſit ens in potentia ſolùm. Vnde immateriales ſubſtantiæ eſſe dicuntur. Sub his ſunt ſubſtantiæ quæ etiam in ſeipſis huiuſmodi materiam habent, quæ ſecundum ſui eſſentiam eſt ens in potentia tantùm, tota tamen earum potentialitas completur per formam: vt in eis non remaneat potentia ad aliam formam. Vnde & incorruptibiles ſunt, ſicut cœleſtia corpora quæ neceſſe eſt ex materia & forma compoſita eſſe. Manifeſtum eſt enim ea in actu exiſtere, alioquin motus ſubiecta eſſe non poſſent, aut ſenſui ſubiacere, aut alicuius actionis eſſe principium. Nullum autem eorum eſt forma tantùm, quia ſi eſſent formæ abſque materia, eſſent ſubſtantiæ intelligibiles actu ſimul, & intelligentes ſecundum ſeipſas, quod eſſe non poteſt, cùm intelligere actus corporis eſſe non poſſit: vt probatur in libro de Anima. Reliquitur ergo quàm ſunt quidem ex materia & forma compoſita, ſed ſicut illud corpus, ita eſt huic magnitudini & figuræ determinatæ ſubiectum, quod tamen non eſt in potentia ad aliam magnitudinem vel figuram, ita cœleſtium corporum materia eſt huic formæ ſubiecta, quod non eſt in potentia ad aliam formam. Sub his verò ſubſtantijs eſt tertius ſubſtantiarum gradus, ſcilicet corruptibilium corporum quæ in ſeipſis huius materiam habent, quæ eſt ens in potentia tantum. Nec tamen tota potentialitas huiuſmodi materiæ completur per formam vnam cui ſubijcitur quin remaneat adhuc in potentia ad alias formas. Et ſecundum hanc diuerſitatem materiæ inuenitur in corporibus ſubtiliùs & groſſiùs, prout cœleſtia corpora ſunt ſubtiliora, & magis formalia, quàm elementaria. Et quia forma proportionatur materiæ, conſequens eſt, quòd cœleſtia corpora habeant nobiliorem formam, & magis perfectam: vtpotè totam potentialitatem materiæ adimplentem. In ſubſtantijs igitur ſuperioribus, à quibus eſt omninò potentia materiæ aliena, inuenitur quidem differentia maioris & minoris ſubtilitatis ſecundum differentiam perfectionis formarum, non tamen in eis eſt compoſitio materiæ & formæ. Quarta verò ratio efficaciam non habet. Non enim oportet: vt ſi ſubſtantiæ ſpirituales materia careant, quòd ideò non diſtinguantur, ſublata enim potentialitate materiæ, remanet in eis potentia quædam inquantùm non ſunt ipſum eſſe, ſed eſſe participant. Nihil autem per ſe ſubſiſtens, quod ſit ipſum eſſe, poterit eſſe niſi vnum ſolùm, ſicut nec aliqua forma ſi ſeparata conſideretur, poteſt eſſe niſi vna. Inde eſt enim, quòd ea quæ ſunt diuerſa numero, ſunt vnum ſpecie, quia naturæ ſpeciei ſecundum ſe conſiderata, eſt vna. Sicut igitur eſt vna ſecundum conſiderationem dum per ſe conſideratur, ita eſſet vna ſecundum eſſe ſi per ſe ſubſiſteret vel exiſteret. Eadémque ratio eſt de genere per comparationem ad ſpecies quouſque perueniatur ad ipſum eſſe, quod eſt communiſſimum. Ipſum igitur eſſe per ſe ſubſiſtens, eſt vnum tantùm. Impoſſibile eſt igitur, quòd præter ipſum ſit aliquid ſubſiſtens, quod ſit eſſe tantùm. Omne autem quod eſt, eſſe habet. Eſt igitur in quocúnque præter primum & ipſum eſſe, tanquàm actus & ſubſtantia rei habens eſſe tanquàm rei potentia receptiua huius actus, quod eſt eſſe. Poteſt autem quis dicere, id quod participat eſſe ſecundum ſe carens eſt illo, ſicut ſuperficies quæ nata eſt participare colorem, ſecundum ſe conſiderata eſt non color, & non colorata. Similiter igitur id quod participat eſſe, oportet eſſe non ens, quod autem eſt in potentia ens, eſt participatiuum ipſius, non autem ſecundum ſe eſt ens. Sequitur ergo, quòd habeat materiam, quia ipſius eſſe receptiua eſt materia: vt ſuprà dictum eſt. Sic igitur omne quod eſt poſt primum ens, quod eſt ipſum eſſe cùm ſit participatiuè ens, habet materiam. Sed conſiderandum eſt, quòd ea quæ à primo ente eſſe participant, non participant eſſe ſecundum vniuerſalem modum eſſendi, ſecundum quod eſt in primo principio, ſed particulariter ſecundum quen iam determinatum eſſendi modum, qui conuenit huic generi vel huic ſpeciei, vnaquæque autem res adaptatur ad vnum determinatum modum eſſendi, ſecundum modum ſuæ ſubſtantiæ. Modus autem vniuſcuiuſque ſubſtantiæ compoſitæ ex materia & forma eſt ſecundum formam, per quam pertinet ad determinatam ſpeciem. Sic igitur res compoſita ex materia & forma, per ſuam formam ſit participatiua ipſius eſſe à Deo ſecundum quendam proprium modum. Inuenitur igitur in ſubſtantia compoſita ex materia & forma duplex ordo. Vnus quidem ipſius materiæ ad formam: alius autem ipſius rei iam compoſitæ ad eſſe participatum. Non enim eſt eſſe rei, neque forma eius, neque materia ipſius, ſed aliquid adueniens rei per formã. Sic igitur in rebus ex materia & forma compoſitis, materia quidem ſecundum ſe conſiderata, ſecundum modum ſuæ eſſentiæ habet eſſe in potentia, & hoc ipſum eſt ei ex aliqua participatione primi entis. Caret verò ſecundum ſe conſiderata forma, per quam participat eſſe in actu ſecundum proprium modum. Ipſa verò res compoſita in ſui eſſentia conſiderata, iam habet formam eſſe, ſed participat eſſe proprium ſibi per formam ſuam. Quia igitur materia recipit eſſe determinatum actualem per formam & non econuersò, nihil prohibet eſſe aliquam formã quæ recipiat eſſe in ſeipſa, non in aliquo ſubiecto. Non enim cauſa dependet ab effectu, ſed potius econuersò. Ipſa igitur forma ſic per ſe ſubſiſtens, eſſe participat in ſeipſa, ſicut forma materialis in ſubiecto. Si igitur per hoc, quod dico, non ens remoueatur ſolùm eſſe in actu ipſa forma ſecundum ſe conſiderata, eſt non ens, ſed eſſe participans. Si autem non ens remoueat non ſolùm ipſum eſſe in actu, ſed etiam actum ſeu formam per quam aliquid participat eſſe, ſic materia eſt non ens, forma verò ſubſiſtens non eſt non ens, ſed eſt actus qui eſt forma participatiua vltimi actus, qui eſt eſſe. Patet igitur in quo differt potentia quæ eſt in ſubſtantijs ſpiritualibus, à potentia quæ eſt in materia. Nam potentia ſubſtantiæ ſpiritualis attenditur ſolùm ſecundum ordinem ipſius ad eſſe. Potentia verò materiæ ſecundum ordinem, & ad formam, & ad eſſe. Si quis autem vtrúmque materiam eſſe dicat, manifeſtum eſt, quòd æquiuocè materiam nominabit. Quinetiam verò rationis ſolutio iam ex dictis apparet. Quia enim ſubſtantia ſpiritualis eſſe participat, non ſecundum ſuæ communitatis infinitatem, ſicut eſt in primo principio, ſed ſecundum proprium modum ſuæ eſſentiæ: manifeſtum eſt, quòd eſſe eius non eſt infinitum, ſed finitum. Quia tamen ipſa forma non eſt participata in materia, ex hac parte non finitur per modum quo finiuntur formæ in materia exiſtentes. Sic igitur apparet gradus quidam infinitatis in rebus. Nam materiales ſubſtantiæ finitæ quidem ſunt dupliciter, ſcilicet ex parte formæ quæ in materia recipitur, & ex parte ipſius eſſe, quod participat ſecundum proprium modum, quaſi ſuperius & inferius finita exiſtens. Subſtantia verò ſpiritualis eſt quidem finita ſuperius inquantùm à primo principio participat eſſe ſecundum proprium modum, eſt autem aliquo modo infinita inferius, inquantùm non participatur in ſubiecto. Primùm verò principium, quod Deus eſt, eſt omnibus modis infinitum.

Opiniones dicentium ſubſtantias immateriales cauſam ſui eſſe non habere, & earum reprobatio.

CAP. IX.

Sicut autem prædicta poſitio circa cõditionem ſpiritualium ſubſtantiarum à ſententia Platonis & Ariſtotelis deuiat, eis immãterialitatis ſimplicitatem auferẽs, ita & circa modum exiſtendi ipſarum aliqui à veritate deuiaſſe inueniuntur, auferentes earum originem à primo & ſummo auctore. In quo mueniuntur diuerſi homines tripliciter erraſſe. Quidam enim poſuerunt prædictas ſubſtantias omninò cauſam ſui eſſe nõ habere. Quidam poſuerunt eas quidem eſſendi cauſam habere: non tamen immediatè omnes eas procedere à ſummo & primo principio. ſed quadam ſerie ordinis inferiores earum à ſuperioribus eſſendi originem habere. Alij verò confitentur omnes quidem huiuſmodi ſubſtantias immediatè eſſendi habere originem à primo principio: ſed in cæteris quæ de eis dicuntur: puta quòd ſunt viuentes: intelligentes: & alia huiuſmodi: ſuperiores inferioribus cauſas exiſtere. Primum quidem igitur ſpirituales ſubſtantias omninò incauſatas eſſe exiſtimat, huius opinionem ſumentes ex his quę ſecundam materiam cauſantur, vtentes cõmuni ſuppoſitione naturali Philoſophorum pro principio. ex nihilo nihil fieri. Hoc autẽ vi ictur fieri quod habet cauſam ſui eſſe. Quicquid igitur ſui eſſe cauſam habet, oportet illud ex alio fieri. Hoc autem ex quo aliquid ſit, eſt materia. Si igitur ſpirituales ſubſtantiæ materiam non habent, conſequens videtur eas omninò cauſam ſui eſſe non habere. Rurſus fieri moueri quoddam eſt vel mutari. Mutationis autem omnis & motus ſubiectum aliquod eſſe oportet. Eſt enim motus actus exiſtentis in potentia. Oportet igitur omni ei quod fit ſubiectum aliquod præexiſtere. Spirituales igitur ſubſtantię ſi immateriales ſunt factæ, eſſe non poſſunt. Item in qualibet factione cùm peruenitur ad factum eſſe vltimum non remanet aliquid fieri. Sicut nec poſt vltimum motum eſſe remanet moueri. Videmus autem in his quæ generantur, quòd vnumquódque eorum tunc factum eſſe dicitur, quaſi terminata factione, quando accipit formam. Eſt enim forma generationis terminus. Adepta igitur forma non reſtat aliquid fiendum. Habens igitur formam non fit ens: ſed eſt ens ſecundum ſuam formam. Si igitur aliquid ſit ſecundum ſe forma, hoc non fit ens. Spirituales autẽ ſubſtantiæ ſunt quædam formæ ſubſiſtentes: vt ex præmiſſis manifeſtum eſt: non igitur ſpirituales ſubſtantiæ ſui eſſe cauſam habẽt: quaſi ab alio factæ. Poſſet aliquis ad hoc argumentari ex opinionibus Ariſtotelis & Platonis qui huiuſmodi ſubſtantias ponunt eſſe ſempiternas. Nullum autem ſempiternum videtur eſſe factum: quia ens fit ex non ente: ſicut album ex non albo. vnde videtur conſequens, vt quod ſit, prius nõ fuerit. Sic igitur conſequens eſt, ſi ſpirituales ſubſtantiæ ſunt ſempiternæ, quòd non ſint factæ: nec habeant ſui eſſe principium & cauſam. Sed ſi quis diligẽter conſideret, ab eadem radice inueniet hanc opinionem procedere & prædictam: quæ materiam ſpiritualibus ſubſtantijs adhibet. procelsit enim ſupradicta opinio ex hoc quidem quòd ſpirituales ſubſtantias eiuſdem rationis eſſe exiſtimauit cum materialibus ſubſtantijs: quæ ſenſu percipiuntur: quod eſt eorum qui imaginationem tranſcendere non valent. Sic & iſta opinio ex hoc videtur procedere, quòd elcuari non poteſt intellectus ad intuendum alium modum cauſandi, quàm iſtum qui conuenit materialibus rebus. Paulatim enim humana ingenia proceſsiſſe videntur ad inueſtigandam rerum originem. Primò namque in ſola exteriori mutatione rerum originem conſiſtere homines extimauerunt. Dico autem exteriorem origiuem quæ ſit ſecundum accidentales tranſmutationes. Primi enim Philoſophantes de naturis fieri rerum ſtatuerunt non eſſe aliud quàm alterari: ita quòd id quod eſt rerum ſubſtantia: quam materiam nominabant, ſit principium primum penitus non cauſatum. Non enim diſtinctionem ſubſtantiæ & accidentis intellectu tranſcendere poterant. Alij verò aliquantulum vlteriùs procedentes, etiam ipſarum ſubſtantiarum originem inueſtigauerunt, ponentes aliquas ſubſtantias cauſam ſui eſſe habere. Sed quia nihil præter corpora mente percipere poterant, reſoluebant quidem ſubſtantias in aliqua principia ſed corporalia: ponentes ex quibuſdam corporibus congregatis alia fieri: ac ſi rerum origo in ſola congregatione & ſegregatione conſiſteret. Poſteriores verò Philoſophi vlteriùs proceſſerunt, reſoluentes ſenſibiles ſubſtantias in partes eſſentiæ: quæ ſunt materia & forma. Et ſic fierirerum naturalium in quadam tranſmutatione poſuerunt, ſecundum quod materia alternatim diuerſis formis ſubijcitur. Sed vltra hunc modum fiendi neceſſe eſt ſecundum ſententiam Platonis & Ariſtotelis ponere alium altiorem. Cùm enim neceſſe ſit primum principium in ſimplicitſimum eſſe: neceſſe eſt, quòd nõ hoc modo eſſe ponatur quaſi eſſe participãs: ſed quaſi ipſum eſſe exiſtẽs. Quia verò eſſe ſubſiſtens non poteſt eſſe niſi vnum: ſicut ſuprà habitum eſt, neceſſe eſt omnia alia quæ ſub ipſo ſunt ſic eſſe quaſi eſſe participantia. Oportet igitur communem quandam reſolutionem in omnibus huiuſmodi fieri: ſecundum quod vnumquódque eorum intellectu reſoluitur in id quod eſt & in ſuum eſſe. Oportet igitur ſupra modum fiendi quo aliquid fit, formam materiæ aduenientę, præintelligere aliam rerum originem, ſecundum quod eſſe attribuitur toti vniuerſitati rerum à primo ente: quod eſt ſuum eſſe. Rurſus in omni cauſarũ ordine neceſſe eſt vniuerſalem cauſam particulari præexiſtere. Nam cauſę particulares nõ agunt: niſi in vniuerſalium cauſarum virtute. Manifeſtum eſt autẽ, quòd omnis cauſa per motum aliquid faciens particularis cauſa eſt. Habet enim particularem effectum. Eſt enim omnis motus ex hoc determinato in illud determinatum: omnisque mutatio motus cuiuſdam terminus eſt. Oportet igitur ſupra modum fiendi quo aliquid fit per mutationem vel motum eſſe aliquem modum fiendi: ſeu originem rerum abſque omni mutatione vel motu per influentiam eſſendi. Item neceſſe eſt, quod per accidens eſt, in id reduci quod per ſe eſt. In omni autem factione quę fit per motum vel mutationem fit quidem hoc vel illud ens per ſe. ens autem communiter ſumptum per accidens fit. Non enim fit ex non ente: ſed ex nõ ente hoc. Vt ſi canis ex equo fiat: vt Ariſtotelis exemplo vtamur fit quidem canis per ſe non autem fit animal per ſe: ſed per accidens: quia animal erat prius. Oportet igitur originem quandam in rebus conſiderari, ſecundum quam ipſum eſſe communiter ſumptum per ſe attribuitur rebus: quod omnem mutationem & motum tranſcendat. Adhuc ſi quis ordinem rerum conſideret, ſemper inueniet id quod eſt maximum cauſam eſſe eorum quæ ſunt poſt ipſum: ſicut ignis qui eſt calidiſsimus, cauſa eſt caliditatis in cæteris elementatis corporibus. Primum autem principium, quod Deum dicimus, eſt maximè ens. Non enim eſt ire in infinitum in rerum ordine: ſed ad aliquid ſummum deuenire: quod melius eſt eſſe vnum, quàm plura. Quod autem in vniuerſo melius eſt, neceſſe eſt eſſe: quia vniuerſum dependet ex eſſentia bonitatis eius. Neceſſe eſt igitur primum ens eſſe cauſam eſſendi omnibus. His autem viſis facile eſt ſoluere rationes inductas. Quod enim antiqui naturales quaſi principium ſuppoſuerunt, ex nihilo nihil fieri: ex hoc proceſsit: quia ſolùm ad particularem ſiendi modum peruenire potuerunt: qui eſt per mutationem vel motum. De quo etiam fiendi modo ſecunda ratio procedebat. In his enim quæ fiunt per mutationem: vel motum ſubiectum factioni præſupponitur. Sed in ſupremo modo fiendi qui eſt per eſſendi influxum, nullum ſubiectum factioni præſupponitur: quia hoc ipſum eſt ſubiectum fieri ſecundum hunc factionis modum: quod eſt ſubiectum eſſe participare per influentiam ſuperioris entis. Similiter etiam tertia ratio de hoc modo fiendi procedit, qui eſt per mutationem & motum. Cùm enim ad formam peruentum fuerit, nihil de motu reſtabit. Oportet enim intelligere, quòd per formam res generata eſſe participet ab vniuerſali eſſendi principio. Non enim cauſæ agentes ad determinatas formas ſunt cauſæ eſſendi, niſi inquantùm agunt in virtute primi & vniuerſalis principij eſſendi. Quarta etiam ratio eodem modo procedit de his quæ fiunt per motum vel mutationem, in quibus neceſſe eſt vt non eſſe præcedat eſſe eorum quæ fiunt: quia eorum eſſe eſt terminus mutationis vel motus. In his autem quæ fiunt abſque mutatione vel motu per ſimplicem emanationem ſeu influxũ, poteſt intelligi aliquid eſſe factum præter hoc quòd quandoque non non fuerit. Sublata enim mutatione vel motu non inuenitur in actione influentis principij, prioris & poſterioris ſucceſsio. Vnde neceſſe eſt vt ſic ſe habeat effectus per influxum cauſatus ad cauſam influentem, quandiu agit, ſicut in rebus quæ per motum fiunt ſe habet effectus ad cauſam agentem in termino actionis cum motu exiſtentis. Tunc autem effectus iam eſt. Neceſſe eſt igitur, vt in his quæ abſque motu fiunt, ſimul cum agentis influxu ſit ipſe effectus productus. Si autem actio influentis ſine motu extiterit, nõ accedit agenti diſpoſitio: vt poſtmodùm poſſit agere, cùm prius non potuerit: quia iam hæc mutatio quædam eſſet. Potuit igitur ſemper agere influendo. vnde & effectus productus intelligi poteſt ſemper fuiſſe. Et hoc quidem aliqualiter apparet in corporalibus rebus. Ad præſentiam enim corporis illuminantis producitur lumen in aëre abſque aliqua aëris tranſmutatione præcedente. vnde ſi ſemper corpus illuminans aëri præſens ſemper fuiſſet, ſemper ab ipſo aër lumẽ haberet. Sed expreſsius hoc videtur in intellectualibus rebus, quæ ſunt magis remotæ à motu. Eſt enim principiorum veritas cauſa veritatis in concluſionibus ſemper veris. Sunt enim quædam neceſſaria quæ cauſam ſuæ neceſſitatis habent: vt etiam Ariſtoteles dicit in ſecundo Metaphiſicæ. & in quarto Phyſicorum. Non ergo æſtimandum eſt, quòd Plato & Ariſtoteles propter hoc, quòd poſuerunt ſubſtantias materiales ſeu etiam cœleſtia corpora ſemper fuiſſe, eis ſubtraxerint cauſam eſſendi. Non enim in hoc à ſententia catholicæ fidei deuiant, quod huiuſmodi poſuerint cauſata: ſed quia poſuerunt ea ſemper fuiſſe: cuius contrarium fides catholica tenet. Non enim eſt neceſſarium: quòd quamuis origo ſit ab immobili principio abſque motu, quòd eorum eſſe ſit ſempiternum. A quolibet enim agente procedit effectus ſecundum modum ſui eſſe. Eſſe autem primi principij eſt eius intelligere & velle. Procedit igitur vniuerſitas rerum à primo principio: ſicut ab intelligente & volente. Intelligentis autem & volentis eſt producere aliquid: non quidem ex neceſſitate, ſicut ipſum eſt: ſed ſicut vult, & etiam intelligit. In intellectu autem primi intelligentis comprehenditur omnis modus eſſendi: & omnis menſura quantitatis & durationis. Sicut igitur non eundem

Universidad de Deusto
Biblioteca

modum essendi rebus indidit quo ipsum existit: corpus quoq; quantitatem sub determinata mensura concluſit, cum in eius potestate: sicut & in intellectu omnes mensuræ contineantur, ita etiam dedit rebus talem durationis mensuram, qualem voluit, non qualem ipsum habet. Sicut igitur corporum quantitas sub tali determinata mensura concluditur, non quia actio primi principij ad hanc mensuram quantitatis determinetur, sed quia talis mensura quantitatis sequitur in effectu qualem intellectus primæ causæ præscripsit, ita etiam ex actione primi agentis consequitur determinata durationis mensura ex intellectu diuino eam præscribente, non quasi ipse subiaceat successiuæ durationi: vt nunc velit, aut agat aliquid, quod prius noluerit, sed quia tota rerum duratio sub eius intellectu & virtute concluditur: vt determinet rebus ab æterno mensuram durationis, quam velit.

Opinio Auicennæ, de fluxu rerum à primo principio, cum sua reprobatione.

CAP. X.

HOc igitur & huiusmodi alij considerantes, asserunt quidem omnia essendi originem trahere à primo & summo rerum principio, quem dicimus Deum, non tamen immediatè, sed ordine quodam. Cùm enim primum rerum principium sit penitus vnum & simplex, non extimauerunt, quòd ab eo procederet nisi vnum. Quod quidem & si cæteris rebus inferioribus simplicius sit & magis vnum, deficit tamen à primi simplicitate, inquantùm ipsum non est suum esse, sed est substantia habens esse. Et hanc nominant intelligentiam primam, à qua quidem iam dicunt plura posse procedere. Nam secundum quod conuertitur ad intelligendum simplex & primum principium, dicunt quòd ab ea procedit intelligentia secunda, prout verò seipsum intelligit secundum id quod est intellectualitatis in ea producit animam primi orbis, prout verò intelligit seipsam quantùm ad id quod est in ea de potentia, procedit ab eo corpus primum, & sic per ordinem vsque ad vltima corporum, hunc processum à primo principio determinant. Et hæc est positio Auicennæ, quæ etiam videtur supponi in libro de causis. Hæc autem positio etiã primo aspectu reprobabilis videtur. Bonum enim vniuersi potius est, quàm bonum cuiusque particularis naturæ inuenitur. Destruit autem rationem boni in particularibus effectibus naturæ vel artis, si quis perfectionem effectus non attribuat intentioni agentis, cum eadem sit ratio boni & finis, & ideò Aristoteles reprobauit antiquorum naturalium opinionem, qui posuerunt formas rerum quæ naturaliter generantur, & alia naturalia bona, non esse intenta à natura, sed prouenire ex necessitate materiæ. Multò igitur magis inconueniens est: vt bonum vniuersi non proueniat ex intentione vniuersalis agentis, sed quadam necessitate ordinis rerum. Si autem bonum vniuersi, quod in distinctione & ordine consistit partium, ex intentione primi & vniuersalis agentis procedit, necesse est, quòd ipsa distinctio & ordo partium vniuersi, etiam in intellectu primi principij præexistat, & quia res procedunt ab eo, sicut ab intellectiuo principio, quod agit secundum formas conceptas, non oportet ponere, quòd à primo principio & si in essentia sua sit simplex procedat vnum tantum, & quòd ab illo secundum modum suæ compositionis, & virtutis procedant plura, & sic inde. Hoc enim esset distinctionem & ordinem talem in rebus esse, non ex intentione primi agentis, sed ex quadam rerum necessitate. Potest tamen dici, quòd rerum distinctio & ordo procedit quidem ex intentione primi principij, cuius intentio est non solùm ad producendum primum causatum, sed ad producendum totum vniuersum, tamen quodam ordine: vt ipse immediatè producat primum causatum, quo mediante alia per ordinem producãt in esse. Sed cùm sit duplex modus productionis rerum. Vnus quidem secundum mutationem & motum. Alius autem absque mutatione & motu: vt suprà iam diximus, in eo quidem productionis modo qui per motum est hoc manifestè videmus accidere, quòd à primo principio alia procedunt mediantibus causis secundis. Videmus enim & plantas & animalia produci in esse per motum, secundum virtutes superiorum causarum ordinatarum vsque ad primum principium, sed in eo modo producendi qui est absque motu, per simplicem influxum ipsius esse, hoc accidere impossibile est. Secundum enim hunc productionis modum, quod in esse producitur, non solùm fit per se hoc ens, sed etiam per se fit ens simpliciter: vt dictum est. Oportet autem effectus proportionaliter causis respondere: vt scilicet effectus particularis causæ particulari respondeat, effectus autem vniuersalis vniuersali causæ. Sic igitur cùm per motum aliquid fit per se hoc ens, effectus huiusmodi in particularem causam reducitur quæ ad determinatam formam mouet, ita etiam cùm simpliciter fit ens, & per se, & non per accidens, oportet hunc effectum reduci in vniuersalem essendi causam. Hoc autem est primum principium, quod Deus est. Præter igitur illum modum producendi qui est per mutationem vel motum, est alius modus quo res producuntur in esse à primo principio, non mediantibus causis secundis, sed eo productionis modo, qui fit absque motu, qui creatio nominatur, & qui in solum Deum refertur: vt in actorem. Solo autem hoc modo produci possunt in esse immateriales substantiæ, & cœlestia corpora, & corporum quoruncúnque materia, ante formam esse non potuit, sicut dictum est de materia cœlestium corporum, quæ non est in potentia ad aliam formam. Relinquitur igitur, quòd omnes immateriales substantiæ, & cœlestia corpora, quæ per motum produci non possunt in esse, solum Deum sui esse habent auctorem. Non ergo id quod est prius in eis, est posterioribus causa essendi. Adhuc quanto aliqua causa est superior, tanto est vniuersalior, & virtus eius ad plura se extendit. Sed id quod primum inuenitur in vnoquóque ente, maximè est commune omnibus. Quæcúnque enim superadduntur, contrahunt id quod prius inueniunt. Nam quod posterius in re intelligitur, comparatur ad prius: vt actus ad potentiam, per actum autem potentia determinatur. Sic igitur oportet: vt id quod primum substitit in vnoquóque sit effectus supremæ virtutis. Quanto autem aliquod ad posterius, tanto reducatur ad inferioris causæ virtutem. Oportet igitur, quòd id quod primum subsistit in vnoquóque, sicut in corporalibus materia, & in immaterialibus substantijs, quod potentiale est, sit proprius effectus primæ virtutis & vniuersalis effectus agentis. Impossibile est igitur, quòd ab aliquibus causis secundis aliqua producantur in esse, non præsupposito aliquo effectu superioris agentis. Et sic nullum agens post primum rem totam in esse producit, quod est producere ens simpliciter per se, & non per accidens, quod est creare: vt dictum est. Item alicuius naturæ vel formæ duplex causa inuenitur. Vna quidem quæ est per se & simpliciter causa talis naturæ vel formæ, alia verò quæ est causa huius naturæ vel formæ in hoc. Cuius quidem distinctionis necessitas apparet, si quis causas consideret eorum quæ generantur. Cùm enim equus generatur, equus generans est quidem causa, quòd natura equi in hoc esse incipiat, non tamen est per se causa naturæ equinæ. Quod enim est per se alicuius causa naturæ secundum speciem, oportet quòd sit causa eius in omnibus habentibus illam speciem. Cùm igitur equus generans habet eandem naturam secundum speciem, oporteret, quòd esset suipsius causa, quod esse non potest. Relinquitur igitur, quòd oportet super omnes participantes naturam equinam esse aliquam vniuersalem causam totius speciei, quam quidem causam Platonici posuerunt speciem separatam à materia ad modum quo omnium artificialium principium est forma artis, non in materia existens. Secundum Aristotelem autem hanc vniuersalem causam oportet ponere in aliquo cœlestium corporum. Vnde & ipse has duas causas distinguens, dixit, quòd homo generat hominem & sol. Cùm autem aliquid per motum causatur, natura communis alicui præexistenti aduenit per formam materiæ aduenientem vel subiecto. Potest igitur sic per motum esse alicuius causa, id quod particulariter naturam illam habet: vt homo hominis, aut equus equi. Cùm verò non per motum causatur, talis productio est ipsius naturæ secundum seipsam. Oportet igitur, quòd reducatur in id quod est per se causa illius naturæ, non autem in aliquid, quod particulariter naturam participet. Assimilatur enim talis productio processui vel causalitati, qui in intelligibilibus inuenitur, in quibus natura rei secundum seipsam non dependet nisi à primo, sicut natura senarij, & eius ratio, non dependet à ternario, vel binario, sed ab ipsa vnitate. Non enim sex secundum primam rationem speciei sunt bis tria, sed sex solùm, alioquin oporteret vnius rei multas substantias esse. Sic igitur cùm esse alicuius causatur absque motu, eius causalitas attribui non potest alicui particularium entium, quod participat esse, sed oportet, quòd reducatur in ipsam vniuersalem & primam causam essendi, scilicet Deum qui est ipsum esse. Amplius quanto aliqua potentia magis distat ab actu maiori virtute, indiget ad hoc, quòd in actum reducatur. Maiori enim virtute ignis opus est ad resoluendum lapidem, quàm ceram. Sed nullius potentiæ ad aliquam potentiam quantuncúnque indispositam & remotam, est comparatio, aut proportio. Non entis enim ad ens nulla est proportio. Virtus igitur quæ ex nulla potentia præexistente aliquem effectum producit, infinitum ex

infinitum excedit virtutem quæ producit effectum ex aliqua potentia quantumcúnque remota. Infinita autem virtus aliorum quidem potest esse secundum quid: sed simpliciter respectu totius esse infinita virtus non est nisi primi agentis: quod est suum esse: & per hoc est modis omnibus infinitum: vt suprà dictum est. Sola igitur virtus primi agentis potest effectum producere nulla potẽtia præsupposita. Talem autem oportet esse productionem omnium ingenerabilium: & incorruptibilium, quæ absque motu producuntur. Oportet igitur omnia huiusmodi à solo Deo esse producta. Sic igitur impossibile est, vt immateriales substantiæ à Deo procedant in esse secundum ordinem, quem dicta positio assignabat.

Opinio Platonicorum, de effluxu rerum à primo principio cum reprobatione.

CAP. XI.

HIs autem rationibus moti Platonici posuerunt quidem omnium immaterialium substantiarum: & vniuersaliter omnium existentium Deum esse immediatè causam essendi secundum prædictum productionis modum qui est absque mutatione: vel motu. Posuerunt tamen secundum alias participationes bonitatis diuinæ ordinem quendam causalitatis in prædictis substantijs: vt enim suprà dictum est, posuerunt abstracta principia secundum ordinem intelligibilium conceptionum: vt scilicet, sicut vnum & ens sunt communissima & primò cadunt in intellectu. sub hoc autem est vita: sub qua iterum est intellectus: & sic inde, ita etiam primum & supremum inter separata est id, quod est ipsum ens: & ipsum vnum, & hoc est primum principium: quod est Deus, de quo iam dictum est, quòd est suum esse. Sub hoc autem posuit aliud principium separatum quod est vita: & iterum aliud quod est intellectus. Si igitur sit aliqua immaterialis substantia quæ sit intelligens: viuens & ens, erit quidem ens per participationem primi principij quod est ipsum esse. Erit quidem viuens per participationem alterius principij separati: quod est vita & erit intelligens per participationem alterius separati principij quod est ipse intellectus: sicut si ponatur, quòd homo sit animal per participationem huius principij separati quod est animal. sit autem bipes per participationem secundi principij quod est bipes. Hæc autem positio, quantùm ad aliquid quidem veritatem habere potest: simpliciter autem vera esse non potest. Eorum enim quæ accidentaliter alicui adueniunt nihil prohibet ad id quidem quod est prius ab aliqua vniuersaliori causa procedere. quod verò est posterius ab aliquo posteriori principio: sicut animal & plantæ calidum quidem & frigidum ab elementis participant secundum determinatum compositionis modum ad speciem propriam pertinentem: quem, modum obtinent ex virtute seminali per quam generantur. Nec est inconueniens: quòd ab aliquo principio aliquid fit quantum: vel album seu calidum. Sed in his quæ substantialiter prædicantur hoc contingere penitus impossibile est. Nam omnia quæ substantialiter de aliquo prædicantur, sunt per se & simpliciter vnum. Vnus autem effectus non reducitur in plura prima principia secundum eandem rationem principij: quia effectus non potest esse causa simpliciter: vel simplicior prima causa. vnde & Aristoteles hac ratione vtitur contra Platonicos: quòd si esset aliud animal: & aliud bipes in principijs separatis non esset simpliciter vnum animal bipes. Si igitur in materialibus substantijs aliud esset id quod est esse: & aliud quod est viuere: & aliud quod est intellectiuum esse: ita quòd viuens adueniret enti: vel intelligens viuenti: sicut accidens subiecto: vel forma materiæ, haberet rationem quod dicitur. Videmus enim aliquid esse causam accidentis: quod non est causa subiecti: & aliquid esse causam substantialis formæ: quod non est causa materiæ, sed in immaterialibus substantijs ad ipsum esse eorum est ipsum viuere eorum. Nec est in eis aliud viuere quàm intellectiuum esse. vnde à nullo alio habent, quòd viuant: & intellectiua sint quàm à quo habent, quòd sint. Si igitur omnes immateriales substantiæ à Deo habent immediatè, quòd sint, ab eo immediatè habent, quòd viuant & intellectiuæ sint. Si quid autem aduenit eis supra eorum essentiam: putà, intelligibiles species vel aliquid huiusmodi quantùm ad talia potest Platonicorum opinio procedere: vt scilicet huiusmodi in inferioribus immaterialium substantiarum inueniantur ordine quodam à superioribus deriuata.

Opinio Origenis, & eius reprobatio.

CAP. XII.

SIcut autem prædictæ positiones immaterialium substantiarum ordinem considerantes: non immediatè: sed ordine quodam earum processum à primo principio tradiderunt. ita aliqui eorum volentes saluare immediatum earum processum à principio totaliter ab eis naturæ ordinem sustulerunt. Cuius positionis auctor innititur Origenes fuisse. Considerauit enim, quòd ab vno iusto auctore res diuersæ & inæquales non possent procedere: nisi aliqua diuersitate præcedente. Nulla autem diuersitas præcedere potuit primam productionem rerum à Deo, quæ nihil præsupponit. Vnde ponebat omnes res à Deo primo productas esse æquales. Vnde quia corpora in corporalibus substantijs æquari nó possunt, posuit in prima rerum productione corpora non fuisse: sed quòd postmodùm rebus à Deo productis diuersitas interuenit ex diuersitate motuum voluntatis immaterialium substantiarum quæ ex sua natura habent arbitrij libertatem. Quædam igitur earum in suum principium ordinato motu voluntatis conuersæ in melius proferunt, & hoc diuersimodè secũdum voluntarij motus diuersitatem. Vnde & inter eas quædam sunt alijs superiores effectæ: aliæ verò inordinato motu voluntatis à suo principio: sicut aduersæ: & hæc in deterius defecerunt: quædam plus: quædam minus: ita vt hæc fuerit corporum producendorum occasio: vt eis immateriales substantiæ ab ordine boni auersæ alligarentur quasi vsque ad inferiorem naturam prolapsæ. Vnde & totam diuersitatem corporum dicebat procedere ex diuersitate inordinationis voluntarij motus immaterialis substantiæ: & quæ minus à Deo auersæ fuerant nobilioribus corporibus alligarentur: quæ autem magis ignobilioribus. Huius autem positionis ratio vana est: & ipsa positio impossibilis. Cuius quidem impossibilitatis ratio accipi potest ex his quæ iam diximus. Dictum est enim suprà spirituales substantias immateriales esse. Si igitur in eis sit aliqua diuersitas, oportet quòd hoc sit secundum formalem differentiam. In his autem quæ formali differentia differunt æqualitas inueniri non potest. Oportet enim omnem formalem differentiam ad primam oppositionem reduci: quæ est priuationis ad formam. Vnde omnium formaliter differentium natura vnius imperfecta existens respectu alterius se habet ipsum secundum habitudinem priuationis ad formam. Hoc autem in diuersitate specierum nobis notarum apparet. Sic igitur specierum differentiam in animalibus & plantis: & metallis & elementis inuenitam secundum ordinem naturæ procedere: vt paulatim ab immus secundum ordinem naturæ procedere: vt paulatim ab immperfectiori ad perfectiorem & perfectissimum natura consurgat. Quod etiam apparet in speciebus colorum: & saporum: & aliorum sensibilium qualitatum. In his verò quæ materialiter differunt eandem formam habentibus, nihil prohibet æqualitatem inueniri. Possunt enim subiecta diuersa eandem formam participare: aut secundum æqualitatem: aut secundum excessum & defectum. Sic igitur possibile esset spirituales substantias omnes æquales esse: si secũm secundum materiam differreat: eandem formam secundum speciem habentes: & fortè tales eas esse Origines opinabatur: non multum discernens inter naturas spirituales & corporales: quia verò spirituales substantiæ immateriales sunt, necesse est in eis ordinem naturæ esse. Adhuc secundum hanc positionem necesse est spirituales substantias aut imperfectas esse: aut superfluas esse. Non enim inueniuntur multa æqualia in vno gradu naturæ: nisi propter imperfectionem cuiuslibet eorum: vel propter permanendi necessitatem: vt quæ numero permanere non possunt multiplicata permaneant: sicut inueniuntur in corruptibilibus rebus multa individua æqualia secundum naturam speciei: aut propter necessitatem alicuius operationis ad quam virtus vnius non sufficit. sed oportet aggregari virtutem multorum quasi ad vnam perfectam virtutem constituendam: vt patet in multitudine bellatorum & in multitudine trahentium nauim. Illa verò quorum est virtus perfecta: & quæ sunt permanentia in ordine suæ naturæ, non multiplicantur secundum numerum in æqualitate eiusdem speciei. Est enim vnus sol tantùm qui sufficit ad semper permanendum ad omnes effectus producendos: qui sibi conueniunt secundum gradum suæ naturæ: & idem apparet in cæteris cœlestibus corporibus. Substantiæ autem spirituales sunt multo perfectiores corporibus etiam cœlestibus. Non igitur in eis inueniuntur multæ in eodem gradu naturæ. Vna enim sufficiente aliæ superfluerent. Item prædicta positio vniuersitati rerum produ cendarum à Deo subtrahit boni perfectionem. vniuscuiusque enim effectus perfectio in hoc consistit, quòd suæ causæ assimiletur. Quod enim secundum naturam generatur, tunc perfectum est quando contingit ad similitudinem generantis: artificialia etiam per hoc perfecta reddũntur, quòd artis formam consequuntur. In primo autem principio non solùm consideratur, quòd ipsum est bonũ & ens: & vnũ: sed etiam, ex hoc eminẽtius præ cæteris habet: & alia ad sui bonitatem participandam adducit. Requiritur igitur assimilatio perfecta vniuersalitatis à Deo productæ non solùm quòd vnumquódque sit bonum & ens: sed & vnum superemineat alteri, & vnum moueat alterum ad suum finem. Vnde & bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

num vniuersi est bonum ordinis: sicut bonum exercitus. Hoc igitur bonum vniuersitati rerum subtraxit prædicta positio: omnimodam æqualitatem in rerum productione constituens. Amplius inconueniens est: id quod est optimum in vniuerso attribuere casui. Nam id quod est optimum maximè habet rationem finis intenti. Optimum autem in rerum vniuersitate est bonum ordinis. Hoc enim est bonum commune: cætera verò sunt singularia bona. Hunc autem ordinem qui in rebus nunc inuenitur, prædicta positio attribuit casui: secundum scilicet quod accidit vnam immaterialium substantiarum sic moueri secúdum voluntatem: & aliam aliter. Est igitur prædicta positio omninò abijcienda. Ratio etiam positionis manifestè continet vanitatem. Non enim est eadem ratio iustitiæ in constitutione alicuius totius ex pluribus partibus & diuersis: & in distributione alicuius communis per singularia. Quia enim aliquod totum perfectum fit: secúdum hoc diuersas partes & inæquales ad eius cõpositionem conducit. Si enim omnes essent æquales, iam non esset totum perfectum. Quod patet tam in toto naturali: quàm in toto ciuili. Non enim esset corpus hominis perfectũ, nisi membra diuersa & inæqualis dignitatis haberet: neque esset ciuitas perfecta, nisi inæquales conditiones: & officia diuersa in ciuitate existerent. In distributione verò attenditur bonum vniuscuiúsque. Et ideò diuersis diuersa assignantur secundum diuersitatem in eis præcedentem: secundum quam competunt eis diuersa. In prima igitur rerum productione Deus diuersa & inæqualia in esse produxit, attendens ad id quod requirit perfectio vniuersi: non ad aliquã diuersitatem in rebus præexistentem: sed hoc attendit in remuneratione finalis judicij, vnicuique retribuens secundum quod meruit.

Opinio auferentium rerum prouidentiam à Deo & substantijs separatis, & eius reprobatio.

CAP. XIII.

NOn solùm autem substantia & ordine spiritualium substantiarum aliqui errauerũt: ad modum inferiorum rerum de eis extimantes, sed hoc etiam quibusdam accidit circa signationẽ & prouidentiam earundem. Dum enim spiritualium substantiarum intelligentiam & operationẽ ad modum humanæ intelligentiæ & operationis dijudicare voluerunt, posuerunt Deum & alias substantias immateriales singularium cognitionem non habere: nec inferiorum: & præcipuè humanorum actuum prouidentiam gerere: quia enim in nobis singularium quidem sensus est: intellectus autẽ propter sui immaterialitatem non singularium sed vniuersalium est, consequens esse extimauerunt: vt intellectus substantiarum spiritualium qui sunt multò simpliciores nostro intellectu singularia cognoscere non possint. Non est autem in substantijs spiritualibus, cùm sint omninò incorporeæ aliquis sensus: cuius operatio sine corpore esse non potest. Vnde videtur eis impossibile, quòd spirituales substantiæ aliquam de singularibus notitiam habeant. Adhuc in maiorem insaniam inde procedentes extimant Deum nihil nisi seipsum intellectu cognoscere. Sicut enim videmus in nobis, quòd intellectus est intelligentis perfectio & actus. Per hoc enim intellectus fit actu intelligens, nihil autem aliud Deo est nobilius, quod possit esse eius perfectio. Vnde ex necessitate consequi arbitrantur, quòd nihil aliud sit à Deo intellectui, nisi eius esse. Amplius ea quæ ex alicuius prouidentia procedunt, causalia esse non possunt. Si igitur omnia quæ in hoc mundo accidunt ex diuina prouidentia proceduntnihil in rebus erit fortuitum & casuale. Item vtuntur ratione Aristotelis in sexto Meta. probantis, quòd si omnem effectum ponamus habere causam per se: & quòd quælibet causa posita necesse sit effectum poni: sequetur, quòd omnia futura ex necessitate contingerent. quia erit inducere quemlibet effectum futurum in aliquam præcedentem causam: & illam in aliam: & sic inde, quousque veniatur ad causam quæ iam est: vel quæ fuit. Hæc autem iam posita est, ex quo in præsenti: vel in præterito fuit. Si igitur posita causa necesse est effectum poni: ex necessitate consequuntur omnes futuri effectus. Sed si omnia quæ in mundo sunt prouidentiæ subduntur, omnium causa non solum est præsens vel præterita: sed ab æterno processit. Non est autem possibile quin ea posita effectus sequantur. Non enim cassatur diuina prouidentia neque per ignorantiam: neque per impotentiam prouidentis: in quem nullus cadit defectus: sequetur igitur omnia ex necessitate procedere. Adhuc si Deus est ipsum bonum, oportet quòd ordo prouidentiæ eius secundum rationem boni præcedat: aut igitur inefficax est diuina prouidentia: aut vniuersaliter malum à rebus excludit. Videmus autem in singularibus generabilium & corruptibilium multa mala contingere: & precipuè inter homines: in quibus præter naturalia mala, quæ sunt naturales defectus & corruptiones communes eis & alijs corruptibilibus rebus, superadduntur insuper mala vitiorum & inordinatorum euentuum: putà cùm iustis multotiens multa mala veniunt: iniustis autem bona. Propter hoc igitur aliqui extimauerunt diuinam prouidentiam se extendere vsque ad substantias immateriales: & incorruptibilia & cælestia corpora, in quibus nullum malum videbant. Inferiora autem prouidentiæ subdi dicebant diuinæ vel aliarum spiritualium substantiarum quantùm ad genera: non autem quantùm ad individua. Et quia ea quæ prædicta sunt communi opinioni hominum repugnant: non solùm plebis. sed etiam sapientum: certis rationibus ostendendum est prædicta veritatem non habere: & rationes præmissas non hoc concludere quod intendunt. Et primò quidem quantùm ad diuinam cognitionem. Secundò quantùm ad eius prouidentiam. Oportet autem ex necessitate hoc firmiter renere, quòd Deus omnium cognoscibilium quocúnque tempore: vel à quocúnque cognoscente certissimam cognitionem habeat: vt enim suprà habitum est, Dei substantia est ipsum eius esse. Non est autem in eo aliud esse atque aliud intelligere: sic enim non esset perfectè simplex: vnde nec simpliciter primum. Oportet igitur, quòd sicut eius substantia est suum esse, ita etiam eius substantia sit suum intelligere, seu intelligentia: vt etiam Philosophus concludit in 12. Metaphysicæ. Sicut igitur eius substãtia est ipsum esse separatũ, ita & eius substãtia est ipsum intelligere separatũ. Si autẽ sit aliqua forma separata, nihil quod ad rationem illius formæ pertinere possit, ei deesset, sicut si albedo separata esset, nihil quod sub ratione albedinis cotineretur, ei deficeret. Cuiuslibet autem cognoscibilis cognitio sub vniuersali ratione cognitionis continetur, oportet igitur Deo nullius cognoscibilis cognitionẽ deesse. Cognitio autem cuiuslibet cognoscentis est secundum modum substantiæ eius, sicut & quælibet operatio est secundum modum operãtis. Multò igitur magis diuina cognitio quæ est eius substantia est secũdum modum esse ipsius. Esse autem eius est vnum simplex fixum & æternum. Sequitur ergo, quòd Deus vno simplici intuitu æternam & fixam de omnibus notitiam habeat. Adhuc autẽ id quod abstractum est, non potest esse nisi vnum in vnaquaque natura. Si enim albedo posset esse abstracta, sola vna esset albedo, quæ abstracta esset, omnes autem aliæ albedines essent eam participantes. Sic igitur sicut sola Dei substantia est ipsum abstractum esse, ita sola eius substantia est ipsum intelligere omninò abstractum. Omnia igitur alia sicut habent esse participatum, ita participatiuè intelligunt, seu qualitercúnque cognoscunt. Omne autem quod conuenit alicui per participationem, perfectius inuenitur in eo, quod est tale per essentiam, à quo alia deriuantur. Oportet igitur Deum omnium à quibuscúnque cognoscuntur, cognitionem habere. Vnde & Philosophus proinconuenienti habet: vt aliquid à nobis cognitum, sit Deo ignotũ: vt patet in primo de Anima. & in tertio Metaphysicæ. Item si Deus seipsum cognoscit, oportet quòd perfectè cognoscat se, præsertim quia si eius intelligere est eius substantia, necesse est vt quicquid est in eius substantia, ipsius cognitione comprehendatur. Cuicúnque autem rei perfectè substantia cognoscitur, necesse etiam est virtutes perfectè cognoscatur. Cognoscit igitur perfectè suam virtutem. Oportet igitur, quòd cognoscat omnia ad quæ sua virtus extẽditur. Sua autem virtus extenditur ad omne, quod est quocúnque modo in rebus vel esse potest, siue sit proprium, siue commune, siue immediatè ab eo productum, siue mediantibus causis secundis, quia causæ primæ virtus magis imprimit in effectum, quàm virtus causæ secundæ. Oportet igitur Deum cognitionem habere de omnibus quæ sunt quocúnque modo in rebus. Amplius sicut causa est quodammodo in effectu per sui similitudinem participatã, ita omnis effectus est in sua causa excellentiori modo secundum virtutem ipsius. In causa igitur prima omnium quæ Deus est, oportet omnia eminentius existere ex natura, quàm etiam in seipsis. Quod autem est in aliquo, oportet quòd in eo sit secundum modum substantiæ eius. Substantia autem Dei est ipsum intelligere eius. Oportet igitur omnia quæ quocúnque modo sunt in rebus in Deo intelligibiliter existere secundum eminentiam substantiæ eius. Necesse est igitur Deum perfectissimè omnia cognoscere. Sed occasionem errandi sumpserunt ex demonstratione Aristotelis in 12. Metaphysicæ. Oportet autem ostendere, quòd Philosophi intentionem non assequuntur. Sciendum est igitur, quòd secundum Platonicos, ordo intelligibilium præexistebat ordini intellectuum, ita quòd intellectus participando intelligibile fieret intelligens actu: vt suprà iam diximus. Et per hunc modum etiam Aristoteles ostenderat prius in eodem libro, quòd suprà intellectum & appetitum intellectualem quo cœlum mouetur, est quoddam intelligibile participatum ab ipso intellectu cœlum mouente, sic dicens. Susceptiuum intelligibilis & substantiæ & intellectus agit vt agens, quasi dicat, actu intelligit secundum quod habet iam participatum suum intelligibile superius. Et ex hoc vlterius concludit, quòd illud intelligibile sit magis diuinum. Et interpositis quibusdam mouet quæstionem de intellectu huius diuinissimi, cuius participatione mouet cœli est intelligens actu. Quia si istud diuinum non

mum non intelligit, non erit insigne aliquid. sed se habebit: vt dormitus. Si autem intelligit, erit primò dubitatio quomodò intelligat: quia si intelligit participando aliquid aliud superius: sicut per participationem eius inferior intellectus intelligit, sequetur, quòd erit aliquid aliud principale respectu ipsius: quia ex quo per participationem alterius intelligit non est intelligens per suam essentia: ita quòd sua substantia sit suum intelligere: sed magis sua substantia erit in potentia respectu intelligentiæ. Sic enim se habet substantia cuiuslibet participantis ad id, quod per participationem obtinet: & ita vlterius sequetur, quod illud diuinissimum non erit optima substantia: quod est contra positum. Mouet etiam consequenter aliam dubitationem de eo quod intelligitur ab optima substantia: siue enim detur, quòd substãtia primi sit ipsum eius intelligere: siue substantia eius sit intellectus qui comparatur ad intelligere: vt potẽtia: dubium erit quid sit illud quod intelligit prima substãtia. Aut enim intelligit seipsum: aut aliquid diuersum à se: & si detur, quòd aliquid diuersum à se intelligat, erit vlterius dubitabile, vtrum semper idem intelligat: aut quandóque vnum, quandóque aliud. Et quia posset aliquis dicere, quòd nihil differt quid intelligat, mouet super hoc dubitationem, vtrum aliquid differat: vel nihil in quocúnque intelligente intelligere aliquid bonum vel intelligere quodcúnque contingens. Et respõdet satisfaciens huic dubitationi, quòd de quibusdam absurdum est intelligere: cuius potest esse sensus duplex: vel quia absurdum est intelligere de quibusdam: vtrum ea intelligere sit ita bonum: sicut quædam alia: cum quædam respectu aliorum sint vel multo peiora: vel multo meliora. Alius autem sensus est: quia videmus, quòd intelligere quædam in actu apud nos videtur esse absurdum: vnde & alia littera habet: aut inconueniẽs meditari de quibusdam. Habito igitur, quòd melius est intelligere aliquod bonum, quàm intelligere minus bonum: concludit, quòd id quod intelligit prima substantia est optimum, & quòd intelligendo non mutatur: vt nunc intelligat vnum, nunc aliud: & hoc probat dupliciter. Primò quidem: quia cùm intelligat id, quod est nobilissimum: vt dictum est, sequeretur si mutaretur ad aliud intelligibile, quòd mutatio esset in aliquid indignius. Secundò, quia talis vicissitudo intelligibilium iam est motus quidam. Primum autem principium oportet esse omnibus modis immobile: deinde redit ad determinãdã primã quæstionẽ: an scilicet Dei substãtia sit suũ intelligere: & an esse Dei sit suũ intelligere. quod sic dupliciter ꝓbatur. primò quidẽ probat, ꝙ si prima substãtia non est suũ intelligere: sed est sicut potẽtia, adhuc sit probabile, ꝙ cõtinuè intelligere esset ei laboriosum. Hoc autem dicit esse probabile ex eo, quòd in nobis sic accidit: sed quia in nobis potest accidere, non ex natura intellectus: sed ex viribus inferioribus quibus vtimur intelligendo, ideò non dixit esse hoc necessarium in omnibus. Si tamen hoc probabile accipiatur: vt verum: sequetur quòd continuè intelligere sit laboriosum: primæ substantiæ: & ita non poterit semper intelligere: quod est contra præmissa. Secundò probat per hoc: quia si substantia sua non esset suum intelligere, sequetur quòd aliquid aliud erit dignius quàm eius intellectus, scilicet res intellecta, per cuius participationem sit intelligens. Quandocúnque enim substantia intelligentis non est suum intelligere, oportet quòd substantia intellectus nobilitetur & perficiatur per hoc quòd actu intelligit aliquod intelligibile: etiam si illud sit indignissimum. Omne autem per quod aliquid fit actu nobilius est. Vnde sequetur, quòd aliquod indignissimum intelligibile sit dignius quàm intellectus qui non est intelligens per suam essentiam: quare negandum est hoc scilicet, quòd aliquid intellectum aliud ab ipso sit perfectio intellectus diuini: quia ad perfectionem ipsius intelligere pertinet nobilitas ipsius intellecti: quod patet ex hoc quòd in nobis: in quibus differt substãtia cognoscentis à cognitione actuali, dignius est quædam non videre quàm videre. Et ita si sic sit in Deo. quòd eius intellectus non sit sua intelligentia, & aliquid aliud intelligat, non erit sua intelligentia optima: quia nõ erit optimi intelligibilis. Relinquitur ergo, quòd seipsum intelligat cùm ipse sit nobilissimum entium. Patet igitur prædicta verba Philosophi diligenter cõsideranti, quòd non est intentio eius excludere à Deo simpliciter aliarum rerum cognitionem: sed quòd non intelligit alia à se quasi participando ea: vt per ea fiat intelligens: sicut fit in quocúnque intellectu: cuius substantia non est suum intelligere. Intelligit autem omnia alia à se intelligendo seipsum: inquantum ipsius esse est vniuersale & fontale principium omnis esse: & suum intelligere quædam vniuersalis radix intelligendi omnẽ intelligentiam comprehendens. Inferiores verò intellectus separati: quos angelos dicimus, intelligunt quidem seipsos singuli per suam essentiam: alia verò intelligunt secundum Platonicas positiones per participationem formarum intelligibilium separatarum: quas deos vocabat: vt suprà dictum est. secundum Aristo. verò partim per species. partim quidem per suam essentiam: partim verò per participationem formarũ intelligibilium separatarum ipsius primi intelligibilis: quod est Deus: à quo & esse & intelligere participant.

Quòd diuina prouidentia ad minima se extendit.

CAP. XIIII.

SIcut autem diuinam cognitionem necesse est secundum præmissa vsque ad minima rerum se extendere, ita necesse est sub diuinæ prouidentiæ curam vniuersa concludere: Inuenitur enim in rebus omnibus bonum esse in ordine quodam secundum quod res sibi inuicem subseruiunt: & ordinantur ad finem. Necesse est autem, sicut omne esse deriuatur à primo ente quod est ipsum esse, ita omne bonum deriuetur à primo bono: quod est ipsa bonitas. Oportet igitur singulorum ordinem à prima & pura veritate deriuari: à qua quidem aliquid deriuatur: secundum quod in eo est per intelligibilem, scilicet modum. In hoc autem ratio prouidentiæ consistit, quòd ab aliquo intelligente statuatur ordo in rebus quæ eius prouidentiæ subsunt. Necesse est igitur omnia diuinæ prouidentiæ subiacere. Adhuc primum mouens immobile quod Deus est, omnium motionum principium est: sicut & primum ens est omnis esse principium. In causis autem per se ordinatis tanto aliquid magis est causa quantò in ordine causarum prior est: eum ipsa alijs conferat, quòd causæ sint. Deus igitur secundum hoc omnium motionum vehementius causa est quàm etiam singulares causæ mouentes. Non est autem alicuius causa Deus, nisi sit intelligens: cùm sua substantia sit suum intelligere: vt per suprà posita Aristotelis verba patet. Vnumquódque autem agit per modum suæ substantiæ. Deus igitur per suum intellectum omnia mouet ad proprios fines: hoc autem prouidere est. Omnia igitur diuinæ prouidentiæ subsunt. Amplius. si sunt res in vniuerso dispositæ: sicut optimum est eas esse: eo quòd omnia ex summa bonitate dependent. Melius est autem aliqua esse ordinata per se, quàm per accidens ordinentur. Est igitur totius vniuersi ordo non per accidens: sed per se. Hoc autem requiritur ad hoc, quòd aliqua per se ordinentur, quòd primi intentio feratur vsque ad vltimum. Si enim primum moueret secundum, & eius intentio vlterius nonferatur: secundum verò tertium moueat, hoc erit præter intentionem primi mouentis. Erit igitur talis ordo per accidens. Oportet igitur, quòd primi mouentis & ordinantis intentio, scilicet Dei non solùm vsque ad quædam entium procedat: sed vsque ad vltima. Omnia igitur eius prouidentiæ subsunt. Item quod causæ & effectui conuenit, eminentius inuenitur in causa quàm in effectu: à causa enim in effectum deriuatur Quicquid igitur in inferioribus causis existens primæ omnium causæ attribuitur, excellentissimè conuenit ei. Oportet igitur aliquam prouidentiam attribuere Deo: alioquin vniuersum casu ageretur. Oportet ergo diuinam prouidentiam perfectissimam esse. Sunt autem in prouidentia duo consideranda, scilicet dispositio: & dispositorum executio, in quibus quodammodo diuersa ratio perfectionis inuenitur. Nam in dispositione tanto perfectior est prouidentia, quanto prouidens magis singula mente considerare & ordinare potest. Vnde & omnes operatiuæ artes tanto perfectius habentur: quanto quisque singula potest magis coniectari. Circa executionem verò tanto videtur esse prouidentia perfectior, quanto prouidens per plura media & diuersa agentia vniuersalius mouet. Diuina igitur prouidentia habet dispositionem intelligibilem omnium & singulorum. Exequitur verò disposita per plurimas & varias causas: inter quas spirituales substantiæ, quas angelos dicimus, primæ causæ propinquiores existentes vniuersalius diuinam prouidentiam exequuntur. Sunt igitur angeli vniuersales executores diuinæ prouidentiæ. Vnde & signanter angeli, idest, nuncij nominantur. Nunciorum enim est exequi ea quæ à domino disponuntur.

Solutio opinionum prædictarum pro prædicta opinione.

CAP. XV.

HIs igitur visis, facilè est iam ad obiectiones suprà positas respondere. Non est enim verum, quòd prima ratio prætendebat intellectum Dei & angelorum singularia non posse cognoscere, si intellectus humanus ea cognoscere non potest. Et vt eius differentiæ euidentius appareat ratio, considerandum est, quòd cognitionis ordo est secundum proportionem ordinis qui inuenitur in rebus secundum esse ipsarum. In hoc enim perfectio & veritas cognitionis existit: quòd rerum cognitarum similitudinem habeat. In rebus autem talis ordo inuenitur, quòd superiora in entibus vniuersalius esse & bonitatẽ habẽt: nõ quidẽ ita ꝙ obtineãt esse & bonitatẽ solùm secundum rationẽ cõmunẽ, prout vniuersale dicitur quod de plurbus prædicatur: sed quia quicquid in inferioribus inuenitur: in superioribus eminentius existit. Et hoc ex vir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tute operatiua quæ est in rebus apparet. Nã inferiora in entibus habent contractus: seu determinatas virtutes effectiuas ad determinatos effectus. Superiora verò habent virtutes vniuersaliter ad ad multos effectus se extendentes. Et tamen virtus superior etiam in particularibus effectibus plus operatur quàm inferior: & hoc maxime in corporibus apparet. Nam in inferioribus corporibus ignis quidem per suum calorem calefacit: & semen huius animalis vel plantæ ita determinatè producit individuum huius speciei, quòd non producit alterius speciei individuum. Ex quo patet, quòd virtus vniuersalis in superioribus entibus dicitur, nõ ex hoc quòd non se extendat ad particulares effectus: sed quia se extendit ad plures effectus, quàm virtus inferior: & superior in singulis eorum vehementius operatur. Per hunc igitur modum quantò virtus cognoscitiua est altior: tantò est vniuersalior. Non quidem sic, quòd cognoscat solam vniuersalem naturã. Sic enim quantò esset superior: tantò esset imperfectior. Cognoscere enim aliquid, solũ in vniuersali est cognoscere imperfectò & medio modo inter potentiam & actum. Sed ob hoc superior cognitio vniuersalior dicitur: quia ad plura se extendit: & singula magis cognoscit. In ordine autem cognoscitiuarum virtutum est virtus sensitiua inferior: & ideò non potest cognoscere singula: nisi per species proprias singulorum. Et quia individuationis principium est materia in rebus materialibus: inde est, quòd per species individuales in organis corporeis receptas vis sensitiua singularia cognoscit. Inter cognitiones autem intellectuales cognitio intellectus humani est infima. Vnde species intelligibiles in intellectu humano recipiuntur secũdum debilissimum modum intellectualis cognitionis: ita quòd earum virtute intellectus humanus cognoscere non potest res: nisi secũdum vniuersalem naturam generis: vel speciei: ad quam representandam in sola sui vniuersalitate sunt determinatæ: & quodam modo contractæ ex hoc ipso, q̃ à singularium fantasmatibus abstrahuntur. Et sic homo singularia quidem cognoscit per sensum. Vniuersalia verò per intellectum. Sed res intellectus sunt vniuersalioris virtutis in cognoscendo: vt scilicet per intelligibilem speciem vtrumque cognoscant & vniuersale & singulare. Secunda etiam ratio efficaciam non haberet. Cùm enim dicitur quòd intellectus est perfectio intelligentis: hoc quidem veritatem habet secũdum speciem intelligibilem: quæ est forma intellectus inquantùm est actu intelligens. Non enim natura lapidis quæ est materialis est perfectio intellectus humani: sed species intelligibilis abstracta à fantasmatibus per quam intellectus intelligit lapidis naturam. Oportet autem, quòd cùm omnis forma deriuata ab aliquo agente procedat: agens autem sit honorabilius patiente seu recipiente, quòd omne illud agens à quo intellectus intelligibilem habet formam, sit perfectius intellectu. Sicut in intellectu humano apparet, quòd intellectus agens est nobilior intellectu passibili, qui recipit species intelligibiles actu ab intellectu agente factas. Non autem ipsæ res naturales cognitæ sunt intellectu passibili nobiliores. Superiores autem intellectus angelorum species intelligibiles participant, vel ab Ideis secundum Platonicos: vel à prima substantia quæ Deus est secundum quod consequens est ad positiones Aristotelis: & sicut se rei veritas habet. Species autem intelligibilis intellectus diuini per quam omnia cognoscit non est aliud quàm eius substantia, quæ est sium intelligere: vt suprà probatum est per verba Philosophi. Vnde relinquitur, quòd intellectu diuino nihil aliud sit altius: per quod perficiatur: sed ab ipso intellectu diuino tanquàm ab altiori proueniunt species intelligibiles ad intellectus angelorum. ad intellectũ autem humanum à sensibilibus rebus, per actionem intellectus agentis. Tertiam verò rationem soluere facilè est. Nihil enim prohibet aliquid esse fortuitum & casuale, dum refertur ad inferioris agentis intentionem, quod tamen secundum superioris agentis intentionem est ordinatum. Sicut patet si aliquis insidiose aliquem mittat ad locum, vbi sciat esse latrones vel hostes, quorum occursus est casualis ei qui mittitur: vtpotè præter intentionem eius existens, non est autem casualis ei qui hoc præcogitauit. Sic igitur nihil prohibet aliqua fortuitò vel casualiter agi secundum ea quæ pertinent ad humanam cognitionem, quæ tamen sunt secundum diuinam prouidentiam ordinata. Quartæ verò rationis solutionem ex hoc accipere possumus, quòd necessarius consecutionis ordo effectus ad causam accipiendus est secundum rationem causæ. Non enim omnis causa eadem ratione producit effectum, sed causa naturalis per formam naturalem per quam est actu. Vnde oportet, quòd agens naturale, quale ipsum est, tale producat & alterum. Agens autem rationale producit effectum secundum rationem formæ intellectæ, quam intendit in esse deducere. Et ideò agens per intellectum tale aliquid producit, quale intelligit in esse producendum, nisi virtus actiua deficiat. Necesse est autem vt cuiuscũque virtuti subijcitur productio generis alicuius, ad illius etiam virtutem pertineat perducere illius generis differentias proprias, Sicut si ad aliquem pertinet constituere triangulum, ad eum etiam pertinet constituere triangulum æquilaterum vel ysochelem. Necessarium autem & possibile sunt propriæ differentiæ entis. Vnde ad Deum cuius virtus est propriè productiua entis, pertinet secundum suam præcognitionem attribuere rebus à se productis, vel necessitatem vel possibilitatem essendi. Concedendum est igitur diuina prouidentia ab æterno præexistens causa esse omnium effectuum qui secundum ipsam fiant & qui immutabili dispositione ab ipsa procedunt. Nec tamen sic omnes procedunt: vt necessarij sunt, sed sicut eius prouidentia disponit vt tales effectus fiant, ita etiam disponit vt effectus quidam sint necessarij, ad quos causas proprias ex necessitate agentes ordinauit, quidam verò contingentes, ad quos causas proprias contingentes ordinauit. Ex his autem apparet quintæ rationis solutio. Sicut enim à Deo cuius esse est per se & summè necessarium, procedunt contingentes effectus propter propriarum causarum conditionem, ita etiam ab eo qui est summum bonum, procedunt aliqui effectus, qui quidem in eo, quòd à Deo sunt, boni sunt, incidunt tamen in eis aliqui defectus, propter conditionem suarum causarum, propter quas mali dicuntur. Et secundum hoc ipsum bonum est, quòd à Deo tales defectus permittantur euenire in rebus, tum quia est conueniens rerum ordini in quo bonum vniuersi existit: vt effectus sequantur secundum conditionem causarum: tum etiam quia ex malo vnius prouenit bonum alterius, sicut in rebus naturalibus corruptio vnius est alterius generatio, & in moralibus, ex persecutione tyranni sequitur patientia iusti. Vnde per diuinam prouidentiam non decuit tollitur mala impediri.

Error Manichæorum circa prædicta, & eius reprobatio.

CAP. XVI.

OMnes autem prædictos errores Manichæorum error transcendit: qui in omnibus prædictis articulis grauiter errauerunt. Primò namque rerum originem non in vnum: sed in duo creationis principia reduxerunt: quorum vnum dicebant esse auctorem bonorum: alium verò auctorem malorum. Secundò errauerunt circa conditionem naturæ ipsorum. Posuerunt enim vtrumque principium corporale: auctorem quidem bonorum dicentes esse quandam lucem corpoream infinitam vim intelligendi habentem: actorem verò malorum dixerunt esse quasdam corporales tenebras infinitas. Tertiò verò errauerunt per consequens in rerum gubernatione: constituentes omnia non sub vno principatu: sed sub contrarijs. Hæc autem quæ prædicta sunt expressam continent falsitatem: vt potest videri per singula. Primò namque penitus irrationabile est, vt malorum ponatur esse aliquod primum principium quasi contrarium summo bono. Nihil enim potest esse actiuum nisi inquantùm est ens actu: quia vnumquodque tale alterum agit quale ipsum est. Rursùmque ex hoc aliquid agitur quod actu sit. Vnumquódque autem ex hoc bonum dicimus, quòd actum & perfectionem propriam consequitur. Malum autem ex hoc quòd debito actu & perfectione priuatur. Sicut vita est corporis bonum. Viuit enim corpus secundum animam quæ est perfectio & actus ipsius. Vnde & mors malum corporis dicitur, per quam corpus anima priuatur. Nihil igitur agit neque agitur nisi inquantùm bonum est. Inquantùm verò vnumquodque malum est, intantùm deficit in hoc quòd perfectè agatur vel agat. Sicut domum malam fieri dicimus si ad debitam perfectionem non perducatur: & ædificatorem malum dicimus si in arte ædificandi deficiat. Neque igitur malum inquantùm huiusmodi principium actiuum habet: neque principium actiuum esse potest: sed consequitur ex defectu alicuius agentis. Secundò verò impossibile est corpus aliquod intellectum esse aut vim intellectiuam habere. Intellectus enim neque corpus est: neque corporis actus. Alioquin non esset omnium cognoscitiuus: vt improbat Philosophus in tertio. De anima. Si igitur primum principium confitentur vim intellectiuam habere, quod sentiunt omnes qui de Deo loquũtur, impossibile est primum principium esse aliquid corporale. Tertiò verò manifestum est, quòd bonum habet finis rationem: hoc enim bonum dicimus in quod appetitus tendit. Omnis autem gubernatio est secundum ordinem in aliquem finem: secundum cuius rationẽ ea quæ sunt ad finẽ ordinantur in ipsum. Omnis igitur gubernatio est secundũ rationẽ boni. Non potest igitur esse nec gubernatio nec principatus aliquis seu regimen malum inquantùm est malum. Frustrà igitur posuerũt duo regna vel principia cuius vnius bonorum: aliud autem malorum est. Videtur autem hic error prouenisse: sicut & alij supradictiex eo, quòd ea quæ circa particulares causas considerauerunt, conati sunt in vniuersalem rerum causam transferre. Viderunt enim particulares effectus contrarios ex cõtrarijs particularibus causis procedere: sicut q̃ ignis calefacit aqua verò infrigidat. Vnde crediderũt, q̃ hic processus à cõtrarijs effectibus in contrarias causas non deficiat: vsque ad prima rerum principia. Et quia omnia contraria contineri videntur sub bono & malo inquantùm contrariorum semper vnum est deficiens. vt nigrum & amarum, aliud verò perfectum: vt dulce & album: ideò æstimauerunt, quòd prima omnium actiua principia sint bonum & malum. Sed manifestè defecerunt in considerando contrariorum naturam. Non enim contraria omninò diuersa sunt: sed secundum aliquid quidem conueniunt: secundum aliquid autem differunt. Conueniunt enim in genere: differunt autem secundum differentias specificas. Sicut igitur contrariorum sunt contrariæ causæ propriè secundum quòd specificis differentijs differunt, ita eorum oportet esse vnam causam communem, totius generis. in quo conueniunt. Causa autem communis prior & superior est proprijs causis particularibus. Quanto enim est aliqua causa superior, tanto virtus eius maior est & ad plura se extendens. Relinquitur igitur contraria non esse prima rerum actiua principia: sed omnium esse vnam primam causam actiuam.

Quia omnes substantiæ separatæ sint à Deo productæ.

CAP. XVII.

QVia igitur ostensum est quid de substantijs spiritualibus præcipui philosophi Plato & Aristoteles senserunt quantùm ad earum originem conditionem naturæ distinctionis & gubernationis ordinem: & in quo ab eis alij errantes dissenserunt, restat ostendere quid de singulis habeat Christianæ religionis assertio. Ad quod ostendendum vtemur præcipuè Dyonisij documentis: qui super alios ea quæ ad spirituales substantias pertinent excellentius tradidit. Primum quidem igitur circa spiritualium substantiarum originem firmissimè docet Christiana traditio omnes spirituales substantias: sicut & cæteras creaturas à Deo esse productas: & hoc quidẽ canonicæ scripturę auctoritate probatur. In Psal. enim dicitur. Laudate eũ omnes angeli eius. Laudate eũ oẽs virtutes eius. Et meratis alijs creaturis subditur. Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Sed & Dyonisius quarto capit. cœlestis hierarchiæ, hanc originem subtiliter explicat dicens: primum illud dicere verum est: quod bonitate vniuersali superessentialis diuinitas eorum quæ sunt essentias substituens adesse adiunxit. Et post pauca subdit, q̃ ipse cœlestes substãtiæ sunt primò: & multipliciter in participatione Dei factæ. Et in quarto capi. De diuinis nominibus dicit, quòd propter diuinæ bonitatis radios substituerunt intelligibiles & intellectuales omnes substantiæ: & virtutes & operationes. Propter istos sunt & viuunt & vitam habent indeficientem. Quod autem à Deo immediatè productæ sint omnes spirituales substantiæ & non solùm supremæ expressit in quinto capitulo De diuinis nominibus. Sanctissimæ inquit & prouidentissimæ virtutes existentes: & sicut in vestibulis supersubstantialis trinitatis collocatæ ab ipsa & in ipsa & esse & deiformiter esse habent, & post illas subiectæ: ideſt inferiores supremis subiectæ: ideſt inferiori modo esse habent à Deo & extremæ: ideſt infimæ. extremæ: ideſt infimo modo: sicut ad angelos: sicut ad nos autem supermundanæ. Per quod dat intelligere, quòd omnes spirituales substantiarum ordines ex diuina dispositione instituuntur: non ex hoc, quòd vna earũ causetur ab alia. Et hoc expressius in quarto cap. cœlestis hierarchiæ. sanè est inquit omnium causæ & super omnia bonitatis proprium ad communionem suam ea qua sunt vocare: sicut vnicuique eorum quæ sunt ex propria diffinitur analogia. Vnamquãque enim rem constituit in ordine qui competit suæ naturæ. Similiter etiam Christianæ religioni repugnat, quòd spirituales substantiæ ab alio & alio principio habeant bonitatem & esse & vitam & alia huiusmodi quæ pertinent ad earum perfectionem. Nam in canonica scriptura vni & eidem Deo attribuitur essentia bonitatis & quòd sit ipsum esse. Vnde dicitur Matthæi decimonono. Vnus est bonus Deus. quòd autem sit ipsum esse patet. Nam Exodi. 3. Quærenti Moysi quod esset nomen Dei respondit dominus. Ego sum qui sum. Et similiter, quòd sit ipsa viuentium vita. vnde dicitur Deuteronomior. trigesimo. Ipse est enim vita tua. Et hanc quidem veritatem expresse Dyonisius tradit quinto capitulo De diuinis nominibus. dicens: quòd sacra doctrina non aliud esse bonum dicit & aliud existens. & aliud vitam aut sapientiam neque multas causas & alionum alias productiuas deitates excedentes & subiectas. In quo removet opiuionem Platonicorum: qui ponebant, quòd ipsa essentia bonitatis erat summus Deus: sub quo erat alius Deus qui est ipsum esse: & sic de alijs: vt suprà dictum est. Subdit autem: sed vnius, scilicet deitatis dicit esse omnes bonos processus: quia scilicet, & esse & viuere: & omnia alia huiusmodi à summa deitate procedunt in res. Hoc etiam diffusius explicat in secundo capitulo De diuinis nominibus dicens. Non enim substantiam quandam diuinam aut angelicam dicimus per se esse, quòd est causa, quòd sint omnia. Solùm enim, quòd sint existentia omnia & ipsum esse supersubstantiale, scilicet summi Dei est & principium & substantia & causa. Principium quidem effectiuum: substantia autem quasi forma exemplaris: causa autem finalis: subdit autem. Neque vitæ generatiuam aliã deitatem dicimus præter superdiuinam vitam omnium quæcúnque viuunt & ipsius per se vitæ causam, quæ scilicet formaliter viuentibus inhæret: neque colligendo dicimus principales existentium & causatiuas substantias & personas, quas & deos existentium & creatores per se facientes dixerunt. Ad hanc etiam positionem excludendam signanter Dyonisius ab essentiali Dei bonitate: quam Platonici summum Deum exponebant: dicit in substantijs spiritualibus, procedere, quòd sunt, & viuunt. & intelligunt: & omnia alia huiusmodi ad earum perfectionem pertinentia ab ea fortiuntur. Et idem etiam replicat in singulis capitulis: ostendens, quòd ab esse diuino habent, quòd sint: & à vita diuina habent, quòd viuunt: & sic de cæteris. Est autem Christianæ doctrinæ contrarium, vt sic dicantur spirituales substantiæ à summa deitate originem trahere, quòd fuerint ab æterno. sicut Platonici & Peripatherici posuerunt: sed hoc habet assertio catholicæ fidei, quòd ceperunt esse post quàm prius non fuerant. Vnde dicitur Isaiæ quadragesimo. Leuate in excelsum oculos vestros: & videte quis creauit hæc, scilicet superiora omnia. Et ne intelligeretur de corporalibus solùm subdit. Qui educit in numero militiam cœli. Solet autem sacra scriptura nomi nare militiam cœli, spiritualium substantiarum cœlestem exercitum, propter earum ordinem & virtutem in exequendo voluntatem diuinam. Vnde dicitur Lucæ secundo, quòd facta est cum angelo multitudo cœlestis militiæ. Datur igitur intelligi non solùm corpora: sed etiam spirituales substantias per creationem de nomine esse fuisse eductas: secundum illud Roman. quarto. Vocat ea quæ non sunt tanquàm ea quæ sunt. Vnde & Dyonisius dicit, decimo capitulo De diuinis nominibus, quòd non omnino & absolutè ingenita & verè æterna vbique sacra scriptura nominat æternas: sed incorruptibilia & immortalia. & existentia eodem modo, scilicet nominat æternas: sicut quando dicit: cœlestium portæ æternales & similia: quod maxime videtur de spiritualibus substantijs dictum. Et posteà subdit. Oportet igitur non simpliciter coæterna Deo qui est ante æuum arbitrari æterna dicta. Sed sacra scriptura in Geneſi loquens de principio creationis rerum, de spiritualium substantiarum productione expressam mentionem non facit: ne populo rudi: quibus lex proponebatur ydolatriæ daretur occasio: si plures spirituales substantias super omnes corporeas creaturas introduceret sermo diuinus. Non potest etiam ex scripturis canonicis expresse haberi quando creati fuerint angeli. Quòd enim post corporalia creati non fuerint ratio manifestat: quia non fuit decens, vt perfectiora posterius crearentur. Et etiam ex auctoritate sacræ scripturæ, expresse colligitur. Dicitur enim Iob trigesimo octauo. Cùm me laudarent simul astra matutina & iubilarent omnes filij Dei. Per quos spirituales substantiæ intelliguntur. Arguit autem sic Augustinus secundo De ciuitate Dei. Iam ergo erant angeli quando facta sunt sydera, facta sunt autem quarto die. Nunquid nam ergo tertio die factos esse angelos dicimus? Absit. In promptu est enim quid illo die factum sit ab aquis vtique terra discreta. Nunquidnam secundo. ne hoc quidem. Tunc enim firmamentum factum est. Et posteà subijcit. Nimirùm ergo si ad ista opera Dei pertinent angeli. Ipsi enim sunt illa lux quæ diei nomen accepit. Sic igitur secundum sententiam Augustini simul cum corporalibus creata est spiritualis creatura quæ significatur nomine cœli, cùm in Geneſi dicitur. In principio fecit Deus cœlum & terram. Formatio autem eius & perfectio significatur in lucis productione: vt multipliciter prosequitur in libro super Geneſim ad literam. Sed vt Damas. dicit in tertio libro, quidam aiunt, quòd ante omnem creationem, scilicet corporalis creaturæ geniti sunt angelici: quia vt Gregorius Theologus dicit: primum excogitauit angelicas virtutes & cœlestes: & excogitatio eius opus fuit. Et huic sententiæ ipse Damascenus consentit. Sed & Hieronimus prædicti Grægorij Nazanzeni discipulus eadem sententiam sequitur. Dicit enim super epistolam ad Titum. Sex millia nec dum nostri temporis implentur annorum & quantas prius æternitates: quanta tempora quantas sæculorum origines fuisse arbitrandum est: in quibus angeli Throni & dominationes cæteríque ordines seruierunt Deo absque temporum vicibus atque mensuris. & Deo iubente substiterunt. Neutrum autem horum æstimo esse sanæ doctrinæ contrarium: quia nimis præsumptuosum videretur asserere tantos ecclesiæ doctores à sana doctrina pietatis deuiasse. Nam sententiam Augustini magis videtur competere sententiæ eorum qui ponunt in rerum productione non fuisse temporis ordinem secundum numerum dierum senarium, quos scriptura commemorat. Sed illos sex dies refert Augustinus, ad intelligentiam angelicam sex

Universidad de Deusto
Biblioteca

rerum generibus præsentarum. Sententia verò Gregorij Nazanzeni, Hyeronimi, & Damasceni conuenientior est secundum eorum positionem qui ponunt in rerum productione successionem temporis secundum sex dies prædictos. Si enim creaturæ non fuerunt omnes simul productæ, satis probabile est creaturas spirituales omnia corpora præcessisse. Si verò quæratur, vbi creati sunt angeli, manifestum est, quòd quæstio ista locum non habet si creata est spiritualis substantia ante omnem creaturam corpoream: cùm locus sit aliquid corporale. nisi forte pro loco accipiamus spiritualem claritatem, quia illustrantur à Deo. Vnde Basilius dicit in secundo Hexameron. Arbitramur quòd si fuit quippiam ante institutionem sensibilis huius & corruptibilis mundi, profectò in luce fuit. Neque enim dignitas angelorum: nec omnium cœlestium militiæ: vel si quid est nominatum aut etiam inappellabile aut aliquid rationalis virtus vel ministrator spiritus degere posset in tenebris: sed in luce & lætitia decentem sibi habitum possidebat, de qua re neminem puto contradicturum. Si verò simul cum corporali creatura creati fuerunt angeli, quæstio locum potest habere: eo tamen modo quo angelis competit esse in loco de quo infrà dicetur. Et secúdum hoc quidam dixerunt in quodam supremo cœlo splendidos angelos esse creatos, quod empyrium nominant, id est, igneum: non ab ardore: sed à splendore. Et de hoc cœlo Strabus & Beda exponunt quod dicitur in principio Genes. Creauit Deus cœlum & terram. Quamuis hæc expositio ab Augustino & alijs antiquioribus ecclesiæ doctoribus non tangatur.

De conditione substantiarum spiritualium.

CAP. XVIII.

DEindè considerare oportet, quid de conditione spiritualium substantiarum secundum catholicæ doctrinæ sententiam sit tenendum. Fuerunt igitur quidam qui angelos putauerunt corporeos esse: vel ex materia & forma esse compositos: quod quidem sensisse videtur Origenes in primo Peryarchon, vbi dicit. Solius Dei, id est, patris, & filij, & spiritussancti naturæ id proprium est, vt sine materiali substantia & absque vlla corporeæ adiectionis societate intelligatur existere. Et ad hoc quidem, quòd angelos corporeos ponerent monere, potuerunt eos verba scripturæ, quæ attribuũt quædam corporalia angelis: cùm eos etiam in loco corporali esse pronuntiet secundum illud Matthæi decimo octauo. Angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei: qui in cœlis est: & eos moueri asserat secundum illud Esaiæ sexto. Volauit ad me vnus de Seraphim: & quod est amplius figura corporali describat: sicut ibidem de Seraphin dicitur. sex alæ vni, & sex alæ alteri. Et de Gabriele dicitur Danielis decimo. Ecce vir vnus vestitus lineis & renes eius accincti auro obrizo: & corpus eius quasi chrisolitus & adhuc alia ad organum corporis pertinentia ibidem subduntur. Quidam autem de angelis dicunt, quòd & si non sint corporei, est tamen in eis compositio formæ & materiæ, quod ex quibus rationibus accipere velint suprà iam diximus. Sed quòd angeli incorporei sint canonicæ scripturæ auctoritate probatur, quæ eos spiritus nominat. Dicitur enim in Psalmo: Qui facit angelos suos spiritus. Et Apostolus dicit ad Hebræos primo. de angelis loquens. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatè capiũt salutis. Consueuit autem scriptura nomine spiritus aliquid incorporeum designare secundum illud Ioan. 4. Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare. Et Isai. 31. Aegyptus homo & non Deus & equi eorum caro. & non spiritus. Sic igitur consequens est secundũ sacræ scripturæ sententiã angelos incorporeos esse. Si quis autè diligẽter velit verba sacræ scripturæ inspicere, ex eisdem accipere poterit eos immateriales esse. Nominat enim eos sacra scriptura quasdam virtutes. Dicitur enim in Psalm. Benedicite domino omnes angeli eius. Et posteà subditur. Benedicite domino omnes virtutes eius. Et Lucæ vigesimoprimo dicitur. Virtutes cœlorum mouebuntur. Quod de sanctis angelis omnes doctores exponunt. Quod autem materiale est non est virtus: sed habet virtutem: sicut non est essentia: sed habens essentiam. Sequitur enim essentiam virtus. Non est autem homo sua humanitas, neque sua essentia, neque sua virtus. Similiter autem neque aliquid aliud ex materia & forma compositum. Relinquitur igitur secundum intentionem scripturæ angelos immateriales esse. Vtrũq; autem horum expressè Dyonisij verbis astruitur, qui in quarto cap. de Di.no, de angelis loquens dicit, quòd intellectuales substantiæ ab vniuersa corruptione morte & materia mundæ existunt: & sicut incorporales & immateriales intelliguntur. In primo etiam ca: cœlestis hierar. dicit quod diuina dispositio immateriales angelorum hierarchias materialibus figuris varijs tradidit. Et in secundo ca. eiusdem libri quærit, quare sacri doctores ad corporalem formationem incorporalium, scilicet angelorum venientes non figurauerunt ea pretiosissimis figuris: sed immaterialibus substantijs, & deiformibus simplicitatibus terrenas figuras imposuerunt. Ex quibus patet omnibus hanc fuisse Dyonisij sententiam, quòd angeli sunt immateriales & simplices substantiæ. Quod etiam ex hoc patet, quòd frequenter eos nominat cœlestes intellectus, seu diuinas mentes. Intellectus autem & mens aliquid incorporeum & immateriale est. vt Philosophus probat in tertio de anima. Aug. etiam in secundo super Gene. ad literam dicit, q̃ primo die quo lux facta est cõditio spiritualis & intellectualis creaturæ lucis appellatione intimatur, in qua natura intelligitur omnes sancti angeli atq; virtutes. Damas. etiã dicit, q̃ angelus est substantia intellectualis & incorporea. Sed dubium facit. q̃ posteà subdit. Incorporeus autem & immaterialis dicitur, quantũ ad nos. Omne enim comparatum ad Deum, grossum & materiale inuenitur, quod ad hoc inducitur: vt non æstimetur angelus propter suã incorporeitatẽ & immaterialitatem diuinam simplicitatẽ æquare. Corporales verò figuræ seu formæ quæ in scriptura sacra interdũ angelis attribuuntur, per quandã similitudinem sunt intelligenda, quia sicut dicit Dyonis. in primo cap. cœle. hierar. non est possibile nostræ menti ad immaterialem illã sursum excitari cœlestium hierarchiarum & imitationẽ & cõtẽplationem, nisi secundũ se materiali manuductione vtatur, sicut & de ipso dño multa corporalia in scripturis per quandã similitudinem dicuntur. vnde 15. cap. cœle. hierar. Dyoni. exponit, quid spirituale significetur in angelis per oẽs huiusmodi corporales figuras. Nec solũ huiusmodi formas corporeas per similitudinem de angelis asserit, sed dicit etiã ea quæ pertinent ad affectionẽ sensitiui appetitus: vt per hoc detur intelligi, q̃ non solũ angeli non sunt corpora, sed etiã non sunt spiritus corporibus vniti, qui sensificabilo percipiant: vt sic in eis ineuiantur operationes animæ sensitiuæ. Dicit enim in 2. capi. cœle. hierar. q̃ furor irrationabilis ex passibili motu gignitur, sed in angelis, altero modo oportet irascibile intelligere, declarans vt eximo, virilem ipsorum rationabilitatẽ. Alia litera habet sic, sed in angelis furibũdum demonstrat virilem ipsorũ rationabilitatem. Et similiter dicit, q̃ concupiscentia in eis significat amorem diuinum. Cui cõsonat id, quod Aug. dicit in nono. De ciui. Dei, q̃ sancti angeli sine ira puniunt, quos accipiunt æterna Dei lege punitẽdos & miseris sine miseriæ cõpassione subueniunt, periclitantibus & eis quos diligunt, absq; timore opitulãtur, & tamẽ istarum nomina passionum cõsuetudinem locutionis humanæ etiam in eos vsurpant, propter quãdam operum similitudinẽ, non propter affectionum infirmitatem. Quod autẽ angeli dicuntur esse in cœlis aut in aliquibus alijs corporalibus locis, nõ est intelligendum, q̃ sint in eis corporali modo. s. per cõtactum dimẽsiuæ quantitatis, sed modo spirituali per quẽdam cõtactum virtutis. Proprius autẽ locus angelorum est spiritualis. secundum quod Dyoni. dicit 5. capit. De diuinis nominibus, quòd supremæ spirituales substantiæ sunt in vestibulis Trinitatis collocatæ. Et Basilius dicit in secundo Hexameron, quòd sunt in luce & in lætitia spirituali habitant. Et Gregorius Nicenus, dicit in libro de homine, quòd intelligibilia existentia in intelligibilibus locis sunt, aut in seipsis, aut in superiacentibus intelligibilibus. Cùm igitur in corpore dicitur intellectuale aliquid localiter esse, non vt in loco corporeo dicitur esse, sed vt in habitudine, & in eo, quòd adest: vt dicimus Deum esse in nobis, & post pauca subditur. Cùm igitur in habitudine fuerit intelligibile aliquod vel loci alicuius: vel rei, vt in loco existentis, abusiuè dicimus illic id esse propter actum eius qui est illic, locum pro habitudine susципientes. Cùm enim deberemus dicere illic agit, dicimus illic est, & hoc sequens Damascenus dixit, quòd angelus vbi operatur, ibi est. Aug. etiam octauo super Genes. ad literam dicit, quòd spiritus creator mouet conditum spiritum per tempus sine loco. mouet autem corpus per tempus & locum. Ex quibus omnibus datur intelligi substantias spirituales non esse in loco corporaliter: sed quodam modo spirituali. Et quia eodem modo competit alicui moueri in loco: & esse in loco, per consequens neque corporali modo angeli mouentur in loco: sed motus eorum qui exprimitur in scripturis si referatur ad locum corporalem est accipiendus secundum successionem virtualis contactus ad loca diuersa, vel est accipiendus secundum mysticam intelligentiam: sicut Dyonisius quarto capit. de Di.no. dicit. quòd moueri dicuntur diuinæ mentes circulariter quidem vnitæ illuminationibus pulchri & boni: indirectum autem quando procedunt ad subiectorum prouidentiam: obliquæ verò quando prouidentes minus habentibus inegressibiliter manent circa Deum. Ex his igitur manifestum est quid circa conditionem spiritualium substantiarum, ideſt, angelorum sacri doctores tradiderint, asserentes eos incorporeos & immateriales esse.

De distinctione spirituum angelorum.

CAP. XIX.

OPortet autem consequenter considerare, quid secundum sacram doctrinam de distinctione spirituum sit tenendum. Vbi &

Vbi primum considerandum occurrit de differentia bonorum & malorum. Est enim apud multos receptum esse quosdam spiritus bonos: quosdam verò malos. Quod auctoritate sacræ scripturæ comprobatur. De bonis enim spiritibus dicitur ad Hebræos primo. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis: de malis autem spiritibus dicitur. Matthæi duodecimo. Cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem: & non inuenit. Et posteà subditur tunc vadit & assumit septem alios spiritus nequiores se. Et quamuis vt Augusti. narrat. in nono. de Ci. Dei: quidam posuerint & bonos & malos spiritus deos esse & similiter bonos & malos dæmones nominari: quidam tamen melius deos non nisi bonos asserunt: quos nos angelos dicimus: dæmones autem secundum communem vsum loquendi, non nisi in malo accipiuntur. quod vt dicit rationabiliter accidit. Dæmones enim in græco à scientia nominantur, quæ sine charitate secundum sententiam Apostoli per superbiam inflat. sed causa maliciæ dæmorum non eadem ab omnibus assignatur. Quidam enim eos asserunt naturaliter malos tanquàm à malo productos principio: & sic etiam. quòd ipsorum natura sit mala, quod ad Manichæorum errorem pertinet: vt patet ex dictis. Sed hunc errorem efficacissimè Dyonisius improbat. quarto ca. de Di.no dicens. Neque dæmones natura mali sunt: quod probat. Primò quidem: quia si naturaliter mali essent simul oporteret dicere, quòd neque essent producti ex bono principio. neque inter existentia computarentur: quia malum non est natura aliqua: nec si esset aliqua natura causaretur à bono principio. Secundò: quia si sunt naturaliter mali, aut sibijpsis: & sic seipsos corrumperent: quod est impossibile: malum enim importat corruptiui habet. Si verò sunt mali, alijs oporteret, quòd ea quibus sunt mali corrumperent, quod autem est naturaliter tale, est omnibus tale. & omnino tale. Sequetur ergo, quòd omnia & omnino corrumperent, quod est impossibile. unum quia quædam sunt incorruptibilia quæ corrumpi non possunt, tum quia ea quæ etiam corrumpuntur, non totaliter corrumpuntur. Non igitur ipsa natura dæmonum est mala. Tertiò, quia si essent naturaliter mali non essent à Deo facti: quia bonum bona producit & subsistere facit: & hoc est impossibile secundum illud quod suprà probatum est, scilicet, quòd oportet omnium Deum esse principium. Quarto quia si dæmones semper eodem modo se habent, non sunt mali: quod enim est semper idem boni est proprium, si autem non semper sunt mali, non sunt natura mali. Quintò, quia non sunt omnino expertes boni secundum quod sunt: & viuunt: & intelligunt: & aliquod bonum desiderant. Fuerunt autem alij ponentes dæmones naturaliter malos: non quia eorum natura sit mala. sed quia habent quandam inclinationem naturalem ad malum: sicut Augus. decimo de Ciuit. Dei. introducit Porphyrium dicentem in epistola ad Enebontem: quosdam opinari esse quoddam spirituum genus, cui exaudire sit proprium: natura fallax. omniforme multimodum: simulans deos: & dæmones & ipsas animas defunctorum. Quæ quidem opinio veritatem habere non potest, si ponamus dæmones incorporeos esse & intellectus quosdam separatos. Cùm enim omnia natura bona sint, impossibile est, quod natura aliqua habeat inclinationem ad malum: nisi sub ratione particularis boni. Nihil enim prohibet aliquid quod est particulariter bonum alicui naturæ, intantùm dici malum, inquantùm repugnat perfectioni nobilioris naturæ. sicut furiosum esse quoddam bonum est canis: quod tamen malum est homini rationem habenti. Possibile tamen est in homine secundum sensibilem & corporalem naturam, in qua cum brutis communicat esse, quandam inclinationem ad furorem: qui est homini malum. Sed hæc intellectuali natura dici non potest: quia intellectus ordinem habet ad bonum commune. vnde dici non potest in dæmonibus inueniri naturalem inclinationem ad malum: si sunt purè intellectuales non habentes admixtionem corporeæ naturæ. Sciendum est ergo, quòd Platonici posuerunt: vt etiam suprà dictum est, dæmones esse animalia quædam corporea: habentia intellectum. Et inquantùm habent corpoream & sensitiuam naturam, sunt varijs animæ passionibus substituti. sicut & homines, ex quibus inclinantur ad malum. Vnde Apuleius in libro de Deo Socratis diffiniens dæmones, dixit eos esse genere animalia: animo passiua: mente rationalia: corpore aërea: tempore æterna. Et sicut ipse dicit: subiecta est mens dæmonum passionibus libidinum: formidinum: irarum: atque huiusmodi cæteris. Sic ergo dæmones etiam loco discernuntur à dijs quos angelos dicimus: aërea loca dæmonibus attribuentes: ætherea verò angelis siue dijs. Hanc autem positionem quantùm ad aliquid, aliqui ecclesiæ doctores sequũtur. Augustinus enim tertio. super Gene. ad literam videtur dicere. vel sub dubio relinquere, quòd dæmones aërea sunt animalia: quoniam corporum aëreorum natura vigent. Et propterea morte non dissoluuntur: quia prædalet in eis elementum quod tam ad faciendum quàm ad patiendum est aptum, scilicet aër. Et hoc idem pluribus alijs locis dicit. Sed & Dyonisius videtur in dæmonibus ponere ea quæ ad sensibilem animam pertinent. Dicit enim quarto capit. De diui. no. quòd est in dæmonibus malis: furor irrationabilis demens concupiscentia. & fantasia proterua. Manifestum est autem fantasiam & concupiscẽtiam & iram siue furorem non ad intellectum, sed ad sensitiuæ partem animæ pertinere. Sed & quantùm ad locum quidam cum eis consenserunt, putantes dæmones non cœlestes vel supercœlestes angelos fuisse. vt Augustinus. narrat. in tertio super Genes. ad literam. sed & Damas. in suo li. dæmones ex his angelicis virtutibus fuisse: qui terrestri ordini præerant. Sed & Apostolus ad Ephesios sexto. nominat diabolum principem potestatis aëris huius. Sed occurit hic aliud considerationis dignum. Cùm enim vnicuique speciei sit attributa natura secundum conuenientiam suæ formæ, non videtur esse possibile, quòd in tota aliqua specie sit naturalis inclinatio: ad id, quod est malum illius speciei secundum rationem propriæ formæ. Sicut non omnibus hominibus inest naturalis inclinatio ad immoderantiam concupiscentiæ siue iræ. Sic igitur non est possibile omnes dæmones habere naturalem inclinationem ad fallaciam & ad alia mala, etiam si omnes essent vnius speciei: multo' ergo minus si singuli essent in singulis speciebus: quamuis si sint corporei, nihil impedire videatur plures sub vna specie contineri: poterit enim secundum diuersitatem materiæ diuersitas indiuiduorum vnius speciei causari. Oportebit igitur dicere, quòd non omnes natura nec semper fuerunt mali: sed aliqui eorum mali esse inceperint proprio arbitrio passionum inclinationem sequentes. Vnde Dyonisius dicit, quòd auersio, scilicet à Deo, est ipsis dæmonibus malum & quasi mentium excessus: quia per superbiam vltra se ipsos sunt elati. Et posteà subdit quædam ad pœnam pertinentia, sicut non consecutio finis vltimi: & imperfectio per carentiam debitæ perfectionis, & impotentia consequendi quod naturaliter desiderant. & infirmitas virtutis conseruantis naturalem in eis ordinem reuocantem à malo. Augustinus etiam dicit in tertia super Genes. ad literam, quòd transgressores angeli ante transgressionem suam fuerunt in superiori parte aëris propinqua cœlo cum principe suo nunc diabolo tunc archangelo, indistincte exprimens per transgressionem quandam eos esse malos factos. Sed & Damas. dicit in secundo libro, quòd diabolus non natura malus factus est, sed bonus existens & in bono genitus liberi sui arbitrij electione versutus. Hoc insuper & Origenes in primo Peryargon: & Augustinus in secunda de Ciuitate Dei, auctoritatibus sacræ scripturæ confirmant, inducentes id quod habetur Isai. decimoquarto. dictum diabolo sub similitudine regis Babylonis. Quomodò cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris. Et Ezechielis vigesimooctauo. ad eum dicitur in persona regis Tyri. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia perfectus decore in delicijs paradisi Dei fuisti. & posteà subditur. Perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Voluit Augustinus in his verbis dici id quod dicitur Ioannis octauo. Ille homicida erat ab initio & in veritate non stetit: & etiam id, quod in canonica Ioannis dicitur, quòd diabolus ab initio peccat: referens hoc ad initium quo incepit peccare: vel ad initium conditionis humanæ, quo deceptum hominem spiritualiter occidit. Huic autem sententiæ consonare videtur Platonicorum opinio, qui dæmonum quosdam bonos quosdam malos dicunt: quasi eos proprio arbitrio bonos vel malos factos. Vnde & Plotinus vlterius procedens dixit animas hominum dæmones esse: & ex hominibus fieri Lares si meriti boni sunt: Lemures autem si mali, seu Laruas. Manes autem deos dici si incertum est bonorum eos seu malorum esse meritorum, sicut Augustinus introducit nono de Ciuitate Dei. Qui quidem quantùm ad hoc præmissæ sanctorum assertioni concordat, quòd pro meritis bonis vel malis aliquos dæmones bonos vel malos esse asserunt: quamuis non sit nostræ consuetudinis, quòd bonos spiritus dæmones, sed angelorum nominemus. Quantùm verò ad hoc, quod dixit animas hominum mortuorum fieri dæmones, est erronea positio. Vnde Chrysostos mudicit exponens id quod habetur. Matthæi octauo, quòd duo habentes dæmonia, exeuntes de monumentis. Per hoc inquit quòd subditur de monumentis exeuntes, pernitiosum dogma imponere volebant, quòd animæ morientium dæmones fiant. Vnde & multi aruspicum occiduot pueros: vt animam eorum cooperantem habeant. Propter quod & dæmoniaci clamant, quoniam anima illius ego sum. Non est autem anima defuncti quæ clamat: sed dæmon hoc fingit: vt decipiat audientes. Si enim in alterius corpus animam mortui possibile esset intrare, multo magis in corpus suum. Sed neque habet rationem iniqua passam animam cooperari iniqua sibi facienti. Vel hominem posse virtutem inrocpoream in aliam transmutare substantiam, scilicet animam in substantiam dæmonis. Neque

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim incorporibus hoc machinari quis potest:vt in hominis corpus faciat asini corpus. Neque enim rationabile est animam à corpore separatam hic iam oberrare. Iustorum enim animæ in manu Dei sunt. Vnde & quæ prauorum: neque enim malæ sunt:sed & quę peccatorum sunt confestim hinc ab iucuntur. Et hoc manifestum est ex Lazaro & diuite. Nec tamen putandum est Plotinum in hoc à Platonicorum opinione deuiasse ponentium dæmones esse aërea corpora,ꝙ animas hominum post mortem fieri existimabant:quia etiam animæ hominum secūdum Platonicorum opinionem, præter ista corpora corruptibilia habent quædā ætherea corpora: quibus semper etiam post sensibilium corporū dissolutione quasi incorruptibilibus vniuntur. Vnde Proclus dixit in libro Diuinarum coelemētationum. Omnis anima participabilis corpore,vtitur primo perpetuo & habente hypostasim ingenerabilem & incorruptibilem. Et sic animæ à corporibus separatæ secundum eos aërea animalia esse non desinunt. Sed secundum aliorum sanctorum sententiam dæmones quos malos esse dicimus,non solùm fuerunt de inferiori angelorum ordine:sed etiam de superioribus ordinibus: quos incorporeos & immateriales esse ostendimus: ita ꝙ inter eos vnus est qui summus omnium fuit. Vnde Gregorius in quadā Homelia, exponens illud Ezechiel. 28. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.dicit ꝙ princeps malorum angelorum in aliorum angelorū comparatione cæteris clarior fuit. Et in hoc cōsentire videtur illis qui Deorum quosdam bonos quosdam malos esse asserebant,secundum quod Dij angeli nominantur. Vnde & Iob 4.dicitur. Ecce qui seruunt ei non sunt stabiles & in angelis suis reperit prauitatē. Sed hoc multas difficultates haber. In substitia enim incorporea & intellectuali nullus appetitus esse videtur nisi intellectiuus:qui quidē est simpliciter boni,vt per Philosophum patet in 12. Metaphysicæ. Nullus autem efficitur malus,ex hoc,ꝙ eius intellectus simpliciter tendit in hoc,quod est simpliciter bonum.sed ex hoc ꝙ tendit in aliquid quod est secundum quid bonum ac si esset simpliciter bonum. Non ergo videtur esse possibile,ꝙ proprio appetitu aliqua incorporea & intellectualis substantia mala efficiatur. Rursus appetitus esse non potest,nisi boni vel apparētis boni, bonum enim est,quod omnia appetunt. Ex hoc autem ꝙ aliquis verum bonum appetit, non efficitur malus. Oportet igitur in omni eo qui per proprium appetitus malus efficitur,ꝙ appetat apparens bonum tanquā verē bonum. Hoc autem nō potest esse nisi in suo iudicio fallatur:quod non videtur posse contingere in substantia incorporea intellectuali:quæ falsæ apprehensionis capax:vt videtur,esse non potest. Nam & in nobis quando intelligimus verè aliquid,falsitas esse nō potest. Vnde Augustinus dicit in libr. Octogintatrium quæstionum,quòd omnis qui fallitur id in quo fallitur non intelligit. Vnde & circa ea quæ propriè intellectu capimus,sicut circa prima principia nullus decipi potest. Impossibile igitur videtur,ꝙ aliqua incorporea & intellectualis substantia per proprium appetitum mala fiat. Adhuc in substantia quæ est intellectualis naturæ à corpore separata necesse est ꝙ sit operatio à tempore absoluta. Potentia enim vniuscuiusq; rei ex eius operatione deprehenditur, operatio verò recognoscitur ex obiecto. Intelligibile autem inquantum huiusmodi neq; est hic neque vnum numero:sed abstractum sicut à loci dimensionibus:ita & à temporum successione. Ipsa igitur intellectualis operatio si per se consideretur,oportet ꝙ sicut est abstracta ab omni corporali dimensione,ita etiam excedat omnem successionem temporalem. Et si alicui intellectuali operationi continuum vel tempus adiūgatur, hoc non est nisi per accidens,sicut in nobis accidit inquantùm intellectus noster à fantasmatibus abstrahit intelligibiles species:quas etiam in eis considerat. Quod in substantia incorporea & intellectuali locū habere non potest. Relinquitur igitur,quòd huiusmodi substātiæ operatio:& per cōsequēs substantia omnino sit extra omnē temporalem successionem. Vnde & Proclus dicit,quòd omnis intellectus in æternitate substantiā habet.& potentiā & operationem. Et in lib.de causis dicitur,quòd intelligentia participatur æternitati. Quicquid igitur substantijs illis incorporeis & intellectualibus cōuenit,semper & absq; successione conuenit illis. Aut igitur semper fuerunt male:quod est contra præmissa:aut nequaquam malæ fieri poterunt. Amplius cùm Deus sit ipsa essentia bonitatis.vt Dionisius dicit in primo ca.de Diuno.necesse est,ꝙ tāto aliqua sint perfectius in participatione bonitatis firmata:quanto sunt Deo propinquiora. Manifestum est at substantias intellectuales incorporeas supra omnia corpora esse. Sed aliqua corpora,scilicet cœlestia non sunt susceptiua alicuius inordinationis vel malitergo multo minus ille supercœlestes substantiæ inordinationis & mali capaces esse nō potuerunt. Vnde & Dio.dicit.4.ca.Cc.Ierar.quòd cœlestium substantiarum ornatus super solùm existentia & irrationabiliter viuentia: & ea quæ secundum nos sunt rationabilia in participatione diuinæ traditionis sunt facti & copiosiores ad Deum habent cōmuniones: attenti manentes:& semper ad superius sicut est phas in fortitudine diuini & indeclinabilis amoris extenti. Hoc igitur videtur ordo rerum habere:vt sicut inferiora corpora inordinationi & malo possunt esse subiecta:nō autem cœlestia corpora,ita etiam intellectus corporibus inferioribus vniti possunt subijci malo:non autem illæ supercœlestes substantiæ. Et hoc secuti esse videntur,qui posuerant dæmones quos malos esse dicimus,ex inferiori ordine & corporeos esse. Huc vsque scripsit sanctus doctor de angelis:sed morte præuentus non potuit perficere hunc tractatum, sicut nec plura alia quæ imperfecta reliquit.

Explicit opus decimumquintum, videlicet tractatus insignis diui Thomæ Aquinatis de angelorum natura ad fratrem Reginaldum socium suum.

DE VNITATE INTELlectus contra Aueroystas.

Opus XVI.

SICVT omnes homines naturaliter scire desiderant veritatem,ita naturale desiderium inest hominibus fugiendi errores.& eos cum facultas affuerit confutandi. Inter alios autem errores indecentior videtur esse error,quo circa intellectum erratur:per quem nati sumus deuitatis erroribus cognoscere veritatē. Inoleuit siquidem iāpudum circa intellectum error apud multos,ex dictis Aueroys sumens exordium,qui asserere nititur intellectum quē Aristoteles posibilem vocat,ipse autem inconuenienti nomine innaturalem esse quandam substantiam secundum esse à corpore separatam & aliquo modo vniri ei vt formam,& vlterius,quòd iste intellectus posibilis sit vnus omnium. Contra quem iāpridem multa conscripsimus. Sed quia errantiū impudentia non cessat veritati reniti,propositum nostræ intentionis est,iteratò contra eundem errorē conscribere alia,quibus manifestè prædictus error confutaretur. Nec id nunc agendum est:vt positionem prædictam ostēdamus erroneam, quia repugnet veritati fidei Christianæ. Hoc enim cuique satis in promptu apparere potest. Subtracta enim ab omnibus diuersitate intellectus,qui solus inter partes animę incorruptibilis & immortalis apparet,sequitur post mortem nihil de animabus hominum remanere,nisi vnitatē intellectus. Et sic tollitur retributio præmiorum & pœnarum,& diuersitas eorundem. Intendimus autem ostendere positionem prædictā nō minus contra Philosophiæ principia esse, quàm contra fidei documenta. Et quia quibusdā in hac materia verba Latinorum non sapiunt, sed Peripateticorum verba sectari se dicunt,quorū libros in hac materia nunquā viderunt, nisi Aristot. qui fuit sectæ Peripateticæ institutor, ostendemus positionem prædictam eius verbis & sententiæ repugnare omninò. Accipienda est ergo prima diffinitio animæ,quàm Aristot.in secundo de anima ponit dicens,quòd anima est actus primus corporis Physici organici. Et ne fortè aliquis diceret hanc diffinitionē non omni animæ competere. propter hoc,ꝙ suprà sub conditione dixerat,sed oportet aliquid commune in omni anima dicere, quod intelligūr sic dictum, quasi hoc esse non possit,accipienda sunt verba eius sequentia. Dicit enim. Vniuersaliter quidem dictum est,quid sit anima. Substantia enim est quæ secundum rationē, hoc autem est, quod quid erat huius corporis,idest,forma substantialis corporis Physici organici. Et ne fortè dicatur ab hac vniuersalitate partem intellectiuam excludi,hoc remouetur per id,quod posteà dicit. Quod quidem igitur non sit anima separabilis à corpore aut pars quædam ipsius partibilis apta nata est,non immanifestum est. Quarūdam enim partium actus est ipsa. At verò secundum quosdam nihil prohibet propter id,quod nullius corporis sunt actus. Quod non potest intelligi,nisi de his quæ ad partem intellectiuam pertinent, putà intellectus & voluntas. Ex quo manifestè ostenditur,illius animæ quā suprà vniuersaliter diffinierat,dicens eam esse corporis actum, quasdā autem animæ quæ sunt quarūdam partium corporis actus esse, quasdā autem nullius corporis actus esse. Aliud est enim animam esse actum corporis,& aliud partem eius esse corporis actum:vt infrà manifestabitur. Vnde & in hoc eodem capitulo manifestat animam esse actū corporis,per hoc,quòd aliquæ partes eius sunt corporis actus, cùm dicit. Considerare oportet in partibus,quod dictum est,scilicet in toto. Adhuc autem manifestius ex sequentibus apparet,quo modo sub hac generalitate diffinitionis intellectus includitur, per ea quæ sequūtur. Nam cum suprà satis probauerit animam esse actum corporis,quia separata anima non est viuens in actu,quia tamen aliquid potest dici actuale ad præsentiam alicuius,non solùm si sit forma,sed etiam si sit motor,sicut combustibile ad præsentiam comburentis actu comburitur,& quodlibet mobile ad præsentiam mouentis actu mouetur,posset alicui venire in dubium: vtrum corpus sic viuat actu ad præsentiam animæ,sicut mobile mouetur ad præsentiam motoris:an sicut materia est in actu ad presentiam formę: & precipuè quia Plato posuit animā non vniri corpori vt formam: sed magis vt motorem & rectorem: vt patet per Plotinum & Gregorium Nicenum. Quos ideò induco:quia non fuerunt Latini sed Græci. Hanc igitur dubitationem insinuat Philosophus cùm post præmissa subiungit. Amplius autem immanifestum si sit corporis actus anima sicut nauta nauis. Quia igitur post prēmissa adhuc hoc dubium remanebat,ideò subdit. Figuraliter quidem igitur sic determinetur & deferibatur de anima. Quia.s.nondum ad liquidum demonstrauerat veritatem. Ad hanc igitur dubitationem tollendam consequenter procedit ad manifestandum id quod est secundum se & secūdum rationem certiùs per ea quæ sunt minus certa secūdum se: sed magis certa quò ad nos,id est, per effectus animæ: qui sunt actus ipsius. Vnde statim distinguit opera animæ dicens,ꝙ animatum distinguitur ab inanimato in viuendo:& quòd multa sunt quę pertinent ad vitam.s.intellectus: sensus: motus: & status secundum locum:& motus secundum nutrimentū & augmentum. Ita ꝙ cuicúque inest aliquod horum dicitur viuere. Etiam ostenso quomodò ista se habeant adinuicem.i.qualiter vnum sine altero horū dicitur viuere:& qualiter vnum istorum sine altero posit esse, concludit in hoc, ꝙ anima sit omnium prędictorū principium: & ꝙ anima determinatur per suas partes vegetatiuo:sensitiuo: & intellectiuo:& motiuo:& ꝙ hæc omnia contingit in vno & eodem inueniri sicut in homine. Et quia Plato posuit diuersas esse animas in homine:secūdum quas diuersæ operationes vitæ ei conueniant,consequenter dubitationem mouet. Vtrum vnumquodque horū sit anima per se vel sit aliqua pars animæ. Et si sint partes vnius animæ: vtrū differant solùm secundum rationem:aut etiam differāt loco.i. organo. Et subiungit,ꝙ de quibusdam hoc difficile nō videtur: sed quædam sunt quæ dubitationem habent. Ostendit enim consequenter, ꝙ manifestum est de his quæ pertinent ad animā vegetabilem & de his quæ pertinent ad animam sensibilem,per hoc ꝙ plantæ & animalia quædam decisa viuunt,& in qualibet parte omnes operationes animæ quæ sunt in toto apparent. Sed de quibus dubitationem habeat ostendit:cùm dicit,ꝙ de intellectu & potentia prospectiua nihil adhuc manifestum est:Quod nō dicit volens ostendere, ꝙ intellectus non sit anima: vt commentator peruersè exponit & sectatores ipsius. Manifestè enim hoc non sequitur ad hoc quod suprà dixerat. Quædam enim dubitationem habent. Vnde intelligendum est. Nihil adhuc manifestū est:an intellectus sit anima vel pars animæ: & si pars animæ,vtrū separato loco vel ratione tantùm. Et quamuis dicat hoc adhuc non esse manifestū,tamen quid circa hoc prima fronte appareat manifestat subdens. Sed videtur genus alterum animæ esse. Quod non est intelligendum sicut commentator & sectatores eius peruersè exponūt ideò dictū esse: quia intellectus æquiuocè dicatur de anima:vel quòd prędicta diffinitio sibi nō possit adaptari. Sed qualiter sit hoc intelligendum, apparet ex eo quod subditur. Et hoc solùm contingere separari sicut perpetuum à corruptibili. In hoc ergo est alterum genus: quia intellectus noster in hoc videtur esse quoddam perpetuum: aliæ autē partes animæ corruptibiles. Et quia corruptibile & perpetuum non videntur in vnā substantiam conuenire posse,videtur,ꝙ hoc solùm de partibus animæ.s.intellectū contingat separari:non quidem à corpore:vt commentator peruersè exponit:sed ab alijs partibus animæ: nec in vnā substantiam animæ cōmunicat. Et ꝙ sic sit intelligendum,patet ex eo quod subditur. Reliquæ autē partes animæ manifestū est ex his, ꝙ non separabiles sunt.s.substantia animę ratione vel loco. De hoc enim suprà quæsitum est: & hoc ex supradictis probatum est. Et quòd nō intelligatur de separabilitate à corpore: sed de separabilitate potentiarū ab inuicem, patet per hoc quod subditur. Ratione autem,ꝙ alteræ sint adinuicem manifestū est. Sensitiuo enim alterum esse & opinatiuę manifestū est. Et sic manifestè ostendit,ꝙ hic determinatè respondet quæstioni suprà motæ. Suprà enim quęsitū est:vtrū vna pars animę ab alia separata sit ratione solùm:aut etiam loco. Hic dimissa quæstione ista quantùm ad intellectū: de quo hic nihil determinat:dicit de alijs partibus animæ manifestum esse, ꝙ non sunt separabiles.s.loco:sed sunt alteræ ratione. Hoc ergo habito,ꝙ anima determinatur vegetatiuo: sensitiuo: & intellectiuo.& motiuo.vult ostendere,ꝙ quantū ad omnes istas partes anima vnitur corpori:non sicut nauta nauī:sed sicut forma materiæ. Et sic certificatum erit quid sit anima in cōmuni:quod suprà figuraliter tantùm dictū est. Hoc autem probat per operationes animæ sic. Manifestum est enim,ꝙ illud quo primò operatur,aliquid est forma operantis. Sicut dicimur scire anima & scire scientia: per prius autem scientia quàm anima. Quia per animā non scimus nisi inquantùm habet scientiam. Et similiter etiam sanari dicimur corpore & sanitate:sed per prius sanitate. Et sic patet scientiam esse formam animæ,& sanitatem corporis. Et hoc procedit sic. Anima est primumquo viuimus: quod dicit propter vegetatiuum: quo sentimus propter sensitiuum: & mouemur propter motiuum: & intelligimus propter intellectum:& concludit. Quia ratio quædam vtique erit & species: sed non vt materia & vt subiectum. Manifestè ergo quod suprà dixerat animam esse actum corporis Physici: hic concludit nō solùm de vegetatiuo:sensitiuo:& motiuo:sed etiam intellectiuo. Fuit ergo sententia Aristotelis,ꝙ illud quo intelligimus, sit forma corporis physici. Sed ne aliquis dicat,ꝙ id quo intelligimus non dicit hic intellectum posibilem: sed aliquid aliud, manifestè hoc excluditur per illud quod Aristoteles in tertio de anima dicit de intellectu posibili loquens. Dico autem intellectū, quo opinatur & intelligit anima. Sed antequàm ad verba Aristotelis quæ sunt in tertio De anima.accedamus,adhuc amplius circa verba ipsius in secundo De anima immoremur: vt ex collatione verborum eius adinuicem apparcat quæ fuerit eius sententia de anima. Cùm enim animam in communi diffinisset,incepit distinguere potentias eius: & dicit ꝙ potētiæ animæ sunt vegetatiuum:sensitiuum:appetitiuum: motiuum secundum locum:& intellectiuum. Et ꝙ intellectiuum sit intellectus,patet per id quod posteà subdit diuisionem explanās. Alteris autem intellectiuū: & intellectus vt hominibus. Vnde ergo ꝙ intellectus est potentia animæ quæ est actus corporis. Et ꝙ huius animæ potentiam dixerit intellectum, & iterum, ꝙ suprà diffinitio animæ sit omnibus prædictis partibus communis,patet per id quod concludit. Manifestum igitur est quoniam eodem modo vna vtique erit ratio animæ & figuræ: neque enim ibi figura est præter triangulum & figuras & quæ consequenter sunt:neque hæc anima præter prædictas est. Non est ergo quærēda alia anima præter prędictas quibus communis est animæ diffinitio suprà posita. Neque plus de intellectu intentionem facit Aristoteles in hoc secūdo,nisi ꝙ postmodùm subdit,ꝙ vltimam ostendit & minimam esse ratiocinationem & intellectum:quia.s.in paucioribus est vt per sequentia apparet. Sed quia magna differentia est quātùm ad modum operandi inter intellectum & imaginationem:subdit,ꝙ de speculatiuo intellectu altera ratio est. Reseruat enim hoc inquirendum vsq; ad tertium. Et ne quis dicat sicut Aueroys peruersè exponit:ꝙ ideò dicit Aristoteles,ꝙ de intellectu speculatiuo est alia ratio:quia intellectus neq; est anima,neque pars animæ, statim hoc excluditur in principio tertij:vbi resumit de intellectu tractatum. Dicit enim:de parte autem animæ qua cognoscit anima & sapit. Nec debet aliquis dicere,ꝙ hoc dicatur solùm secūdum ꝙ intellectus posibilis dividitur contra agentem: sicut aliqui somniant. Hoc enim dictum est antequàm Aristoteles probet intellectum posibilem & agentem. Vnde intellectum dicit hīc partem in communi:secundum ꝙ continet, & agentem & posibilem: sicut suprà in secundo manifestè distinxit intellectum contra alias partes animæ: vt iam dictum est. Est autem consideranda mirabilis diligentia & ordo in processu Aristotelis. Ab his enim incipit in tertio tractare de intellectu,quę in secundo reliquerat indeterminata circa intellectum. Duo autem suprà reliquerat indeterminata circa intellectum. Primò quidem vtrum intellectus ab alijs partibus animæ separetur ratione solùm: aut etiam loco. Quod quidem indeterminatum dimisit cùm dixit. De intellectu autem & perspectiua potentia nihil adhuc manifestū est. Et hanc positionē primò resumit:cùm dicit. Siue separabili existente.s.ab alijs animæ partibus: siue non separabili secundum magnitudinem:sed secundum rationem. Pro eodem enim accipit hīc separabile secundum magnitudinem:pro quo suprà dixerat separabile loco. Secundò indeterminatum reliquerat de differentia intellectus ad alias animæ partes:cùm postmodùm dixit. De speculatiuo autē intellectu altera ratio est. Et hoc statim quærit:cùm dicit. Considerandum quam habet differentiam. Talem enim intendit assignare, quæ posit stare cum vtroque præmissorum:siue sit separabilis anima magnitudine:seu loco ab alijs partibus:siue nō. Quod ipse modus loquendi satis indicat. Considerādum enim dicit,ꝙ habet intellectus differentiā ad alias animæ partes:siue sit separabilis ab eis magnitudine:seu loco,id est,substituto:siue nō:sed rationem tantùm. Vnde manifestum est, quòd non intendit hanc differentiam ostendere, quòd sit substantia à corpore separata secundum esse. Hoc enim non posset saluari cum vtróque prædictorum. Sed intendit assignare differentiam quantùm ad modum operandi. Vnde subdit: & quomodò sit quidem intelligere ipsum. Sic igitur per ea quæ ex verbis Aristotelis accipere possumus vsque huc, manifestum est,quòd ipse voluit intellectum esse partem animæ quæ est actus corporis physici. Sed quia ex quibusdam verbis cōsequentibus Aueroys accipere voluit intentionem Aristotelis fuisse,quòd intellectus non sit anima quæ est actus corporis: aut pars talis animæ,ideò etiam diligentiùs eius verba sequentia considerāda sunt. Statim igitur post quæstionem motam de differentia intellectus & sensus,inquirit secundum quid intellectus sit similis sensui:& secundum quid ab eo differat. Duo enim suprà de sensu terminauerat,scilicet quòd sensus est in potentia ad sensibilia: & quòd sensus patitur & corrumpitur ab excellentijs sensibilium. Hoc ergo est quod quærit Aristoteles dicēs. Si igitur est intelligere, sicut sentire:

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut pati aliquid, vtique erit ab intelligibili : vt scilicet sic corrumpatur intellectus ab excellenti intelligibili, sicut sensus ab excellẽti sensibili, aut aliquid huiusmodi alterum, idest, an intelligere est aliquid huius simile, scilicet ei, quod est sentire, alterum tamen quantum ad hoc, scilicet quòd non sit passibile. Huic igitur quæstioni statim respondet & concludit, non ex præcedentibus, sed ex sequentibus, quæ tamen ex præcedentibus manifestantur, quòd hanc partem animæ oportet esse impassibilem: vt non corrumpatur, sicut sensus. Est tamen quædam alia passio eius, secundum quod intelligere communi modo pati dicitur. In hoc ergo differt à sensu. Sed consequenter ostendit, in quo cum sensu conueniat, quia scilicet oportet huiusmodi partem esse susceptiuam speciei intelligibilis, & quòd sit in potentia ad huiusmodi speciem, & quòd nõ sit hoc in actu secundum suam naturam, sicut & de sensu suprà dictum est, quòd est in potentia ad sensibilia, & non in actu. Et ex hoc concludit, quòd oportet se sic habere intellectum ad intelligibilia, sicut sensum ad sensibilia. Hoc autem induxit ad excludendum opinionem Empedoclis, & aliorum antiquorum, qui posuerunt, quòd cognoscẽs est de natura cogniti: vtpotè, quòd terram terra cognoscimus, aqua aquam. Aristoteles autem suprà ostendit hoc nõ esse verum in sensu, quia sensitiuum non est actu, sed potentia ea quæ sentit, & idem hoc dicit de intellectu. Est autem differentia inter sensum & intellectum, quia sensus nõ est cognoscitiuus omnium, sed visus coloris tantùm, auditus sonorum, & sic de alijs. Intellectus autem est simpliciter cognoscitiuus omnium. Dicebant autem antiqui Philosophi æstimantes, quòd cognoscens deberet habere naturam cogniti, quòd animam ad hoc, quòd cognoscat omnia, necesse est ex principijs omnium esse commixtam, quia verò Ari. iam probauit de intellectu per similitudinem sensus, quòd non est actu id quod cognoscit, sed in potentia tantùm, concludit econtrario, quòd necesse est intellectum, quia cognoscit omnia, esse immixtum, idest, non compositum ex omnibus, sicut Empedocles ponebat. Et ad hoc inducit testimonium Anaxagoræ, non tamen de hoc eodem intellectu loquentis, sed de intellectu qui mouet omnia. Sicut ergo Anaxagoras dixit illum intellectum esse immixtum : vt imperet mouendo & segregando, sic nos possumus dicere de intellectu humano, quòd oportet eum esse immixtũ, ad hoc vt cognoscat omnia, & hoc probat consequenter, & habetur sic sequens litera in Græco. Intus enim apparens, prohibet extraneum & obstruet. Quod potest intelligi ex simili in visu. Si enim esset aliquis color intrinsecus pupillæ, ille color interior prohiberet videri extraneum colorem, & quodammodò obstrueret oculum ne videret alia. Similiter si aliqua natura rerum quas intellectus cognoscit, puta terra vel aqua, aut calidum & frigidum, & aliquid huiusmodi, esset intrinseca intellectui, illa natura intrinseca intellectui impediret ipsum, & quodammodò obstrueret, ne alia cognoscceret, quia ergo omnia cognoscit, cõcludit, quòd non cõtingit ipsum habere aliquam naturam determinatam ex naturis sensibilibus, quas cognoscit, sed hanc solam naturam habet, quòd sit possibilis, idest, in potẽtia ad ea quæ intelliguntur quãtùm est de sua natura, sed fit actu illa dum ea intelligit in actu, sicut sensus in actu fit sensibile in actu: vt suprà in secundo dixerat. Concludit ergo, quòd intellectus antequàm intelligat in actu, nihil est actu eorum quæ sunt, quod est contrarium his quæ antiqui dicebãt, scilicet quòd est actu omnia. Et quia fecerat mentionem de dicto Anaxagoræ, loquentis de intellectu, qui imperat omnibus, ne crederetur de hoc intellectu hoc concluisse, vtitur tali modo loquendi, vocatus itaque animæ intellectus. Dico autem intellectum quo opinatur & intelligit anima, nihil esse actu eorum quæ sunt ante intelligere. Ex quo duo apparent. Primò quidem, quòd non loquitur hic de intellectu qui sit aliqua substantia separata, sed de intellectu quem suprà dixit potentiam, & partem animæ, quo anima intelligit, secundò quòd suprà probauit, scilicet quòd intellectus non habet naturam aliquam determinatam in actu. Nondum autem probauit, quòd non sit virtus in corpore: vt Aueroys dicit, sed hoc statim concludit ex præmissis. Nam sequitur. Vnde neque misceri est rationabile ipsum corpori. Et hoc secundum probat per primum, quod suprà probauit, scilicet quòd intellectus non habet aliquam in actu de naturis rerum sensibilium. Ex quo patet, quòd non misceatur corpori, quia si misceretur corpori, haberet aliquam de naturis corporeis, & hoc est, quod subdit. Qualis enim vtique fiet aliquis, aut calidus, aut frigidus, si organum aliquod erit sicut sensitiuo. Sensus enim proportionatur suo organo, & trahitur quodammodò ad suam naturam. Vnde etiam secundum immutationem organi immutatur operatio sensus. Sic ergo intelligitur istud non misceri corpori, quia non habet organum sicut sensus. Et quòd intellectus animæ non habeat organum, manifestat per dictum quorundam qui dixerunt, quòd anima est locus specierum, accipientes largè locum pro omni receptiuo, more Platonico, nisi quòd esse specierum locum non conuenit toti animæ, sed solùm intellectiuæ. Sensitiua enim pars non recipit in se species, sed in organo. Pars autem intellectiua non recipit eas in organo, sed tantùm in seipsa. Item non sic est locus specierum, quòd habeat eas in actu, sed in potentia tantùm. Quia igitur iam ostendit quid conueniat intellectui ex similitudine sensus, redit ad primum, quod dixerat, quòd oportet partem intellectiuam esse passibilem, & sic admirabili subtilitate ex ipsa similitudine sensus concludit dissimilitudinem. Ostendit ergo consequenter, quòd non similiter sit passibilis sensus & intellectus, per hoc, quòd sensus corrumpitur ab excellenti sensibili, non autem intellectus ab excellenti intelligibili. Et huius causam assignat ex suprà probatis, quia sensitiuum non est sine corpore, sed intellectus est separatus. Hoc autem vltimum verbum maximè assumunt ad sui erroris fulcimentum : volentes per hoc dicere, quòd intellectus neque sit anima, neque pars animæ, sed quædam substantia separata, sed citò obliuiscuntur eius, quod paulò suprà Aristoteles dixit. Sicut enim hæc dicitur, quòd sensitiuum non est sine corpore, & intellectus est separatus, sicut suprà dixit, quòd intellectus fieret qualis, aut calidus, aut frigidus, si aliquod organum erit ei, sicut sensitiuo. Ea igitur ratione hic dicit, quòd sensitiuum non est sine corpore, intellectus autem est separatus, quia sensus habet organum, non autem intellectus. Manifestè igitur apparet absque omni dubitatione ex verbis Ari. hanc fuisse eius sententiam de intellectu possibili, quòd intellectus sit aliquid animæ, quod est actus corporis, ita tamen, quòd intellectus animæ non habeat aliquod organum corporale, sicut habent cæteræ potentiæ animæ. Quomodò autem hoc esse possit, quòd anima sit forma corporis, & aliqua virtus animæ non sit corporis virtus, non difficilè est intelligere, si quis etiam in alijs rebus consideret. Videmus enim in multis, quòd aliqua forma est actus corporis ex elementis commixti, & tamen habet aliquam virtutem, quæ non est virtus alicuius elementi, sed competit tali formæ, ex alio principio, puta corpore cœlesti, sicut quòd Magnes habet virtutem attrahendi ferrum, & Iaspis restringendi sanguinem, & paulatim videmus, quòd formæ quæ sunt nobiliores habent aliquas virtutes magis ac magis supergredientes materiam. Vnde vltima formarum quæ est anima humana, habet virtutem totaliter supergredientem materiam corporalem, scilicet intellectum. Sic ergo intellectus separatus est, quia non est virtus in corpore, sed est virtus in anima. Anima autem est actus corporis, nec dicimus, quòd anima in qua est intellectus, sic excedat materiam corporalem, quòd non habeat esse in corpore, sed quòd intellectus quem Aristoteles dicit potentiam animæ, non est actus corporis. Neque enim anima est actus corporis mediantibus suis potentijs, sed anima per seipsam est actus corporis, dans esse corpori specificum, aliquæ autem potentiæ eius sunt actus partium quarundam corporis perficientes ipsas ad aliquas operationes, sicut ergo potentia quæ est intellectus, nullius partium corporis actus est, quia eius operatio non fit per organum corporale. Et ne alicui videatur, quòd hoc ex nostro sensu dicamus, præter Aristotelis intentionem inducenda sunt verba Aristotelis expresè hoc dicentis. Quærit enim in secundo Physicorum, vsque ad quantum oporteat cognoscere speciem, & quòd quid est. Non enim omnem formam considerare pertinet ad Physicum, & soluit subdens. Aut quemadmodùm medicus nerum, & faber æs vsquequo, idest, vsque ad aliquem terminum, & vsque ad quem terminum ostendit subdens. Cuius enim causa vnumquódque. Quasi dicat in tantum medicus considerat nerum, inquantùm pertinet ad sanitatem, propter quam nerum medicus considerat, & similiter faber æs, propter artificium, & quia Physicus considerat formam inquantum est in materia, sic enim est forma corporis mobilis. Similiter accipiendum est, quòd naturalis intantum considerat formam, inquantùm est in materia. Terminum ergo considerationis Physici de formis, est in formis quæ sunt in materia quodammodò, & alio modo non est in materia. Istæ enim formæ sunt in confinio formarum separatarum & immaterialium. vnde subdit. Et circa hoc, scilicet est consideratio naturalis de formis quæ sunt separatæ quidem : species autem in materia. Quæ autem sint istæ formæ ostendit subdens. Homo enim hominem generat, ex materia & sol. Forma ergo hominis est in materia, & est separata. In materia quidem secundum esse, quod dat corpori, sic enim est causa generationis, separata autem secundum virtutem quæ est propria homini, scilicet secundum intellectum. Non est ergo impossibile, quòd aliqua forma sit in materia, & virtus eius sit separata, sicut expositum est de intellectu. Adhuc autem alio modo procedunt ad ostendum, quòd sententia fuerit Arist. quòd intellectus nõ sit in anima vel pars animę, quę vnitur corpori: vt forma. Dicit enim Arist. in pluribus locis, intellectum esse perpetuum & incorruptibilem: sicut patet in secundo de Anima: vbi dixit: hoc solùm contingere separari: sicut perpetuum à corruptibili: & in primo vbi dixit, quòd intellectus videtur esse substantia quædam & non corrumpi: & in tertio vbi dixit. Separatus autẽ est solùm hoc quod verè est: & hoc solùm immortale & perpetuum est. Quamuis hoc vltimum quidam nõ exponant de intellectu possibili: sed de intellectu agente. Ex quibus omnibus apparet, quòd Aristoteles voluit intellectũ esse aliquid incorruptibile. Videtur autem, quòd nihil incorruptibile possit esse forma corporis corruptibilis. Non enim est accidentale formæ: sed per se ei cõuenit esse in materia: alioquin ex materia & forma fieret vnum per accidens. Nihil autẽ potest esse sine eo quod ineat ei per se. Ergo forma corporis nõ potest esse sine corpore. Si ergo corpus sit corruptibile, necesse sequeretur formã corporis corruptibilem esse. Præterea formæ separatę à materia: & formæ quæ sunt in materia non sunt eædem specie : vt probatur in 7. Methaphy. Multò ergo minus vna & eadem forma numero potest nunc esse sine corpore: & esse nunc in corpore. Destructo ergo corpore, vel destruitur forma corporis : vel transit ad aliud corpus. Si ergo intellectus est forma corporis, videtur ex necessitate sequi, quòd intellectus sit corruptibilis. Est autem sciendum, quòd ratio hæc plurimos mouit. Nam Gregorius Nicenus imponit Aristoteli econtrariò, quòd quia ponit animam esse formã corporis, quòd posuerit eam esse corruptibilem. Quidam verò posuerunt propter hoc animam transire de corpore in corpus. Quidam etiam posuerũt, quòd anima haberet corpus quoddam incorruptibile à quo nunquàm separaretur. Et ideò ostendendum est per verba Aristotelis, quòd sic posuit intellectiuam animam esse formam corporis, quòd tamen posuit eam incorruptibilem. In vndecimo enim Metaphysicæ postquàm ostenderat, quòd formæ non sunt ante materias : quia quando sanatur homo, tũc est sanitas: & figura æneæ sphęræ simul est cum figura æneа: cõsequenter inquirit, vtrum aliqua forma remaneat post materiam: & dicit sic secundum intellectum Boẽtij. Si verò aliquid posteriùs remaneat. s. præter materiam considerandũ est. In quibusdam enim nihil prohibet. Vt si anima huiusmodi est, non omnis : sed intellectus. Omnium enim impossibile est fortasse. Patet ergo, quòd animam quæ est forma quantùm ad intellectiuam partem dicit nihil prohibere remanere post corpus: & tamen ante corpus non fuisse. Cùm enim absolutè dixisset, quòd causæ mouentes sunt antè : non autem causæ formales: non quæsiuit: vtrum aliqua forma esset ante materiam: sed vtrum aliqua forma remaneret post materiam. Et dicit hoc nihil prohibere de forma quæ est anima quantùm ad intellectiuam partem. Cùm igitur secundum præmissa Aristotelis verba hæc forma quæ est anima post corpus remaneat : non tota, sed intellectus, considerandum restat quare magis anima secũdum partem intellectiuam post corpus remaneat quàm secundum alias partes : & quàm aliæ formæ post suas materias. Cuius quidem rationem ex ipsis Aristotelis verbis assumere oportet. Dicit enim in tertio De anima. Separatum autem est solùm hoc, quod verè est : & hoc solùm immortale & perpetuum est. Hanc igitur rationem assignare videtur : quia hoc solùm immortale & perpetuum esse videtur: hoc solùm est separatum. Sed de quo intellectu hic loquatur, dubium esse potest: quibusdam dicẽtibus, quòd loquitur de intellectu possibili: quibusdam, quòd de agente: quorum vtrúmque apparet esse falsum si diligenter verba Aristotelis considerentur. Nam de vtróque dixerat Aristoteles ipsum separatum. Restat igitur, quòd intelligatur de tota intellectiua parte. Quæ quidem separata dicitur: quia non est ei aliquod organum: sicut ex verbis Aristotelis patet. Dixerat autem Aristoteles in primo De anima, quòd si est aliquid animæ operum: aut passionum proprium ipsius, contingit vtique ipsam separari: si verò nullum est proprium ipsius, non vtiq; erit separabilis. Cuius quidem communis ratio talis est : quia enim vnumquódque operatur inquantùm est ens, eo modo vnicuíque cõpetit operari quo sibi conuenit esse. Formæ igitur quæ nullam operationem habent, sine coniunctione suæ materiæ ipsæ non operantur: sed compositum est quod operatur per formam. Vnde huiusmodi formæ ipsę quidem propriè loquendo non sunt : sed eis aliquid est. Sicut enim calor non calefacit: sed calidum: ita etiam calor non est per calidum propriè loquẽdo: sed calidum est per calorem: propter quod Aristoteles dicit in decimo Metaphysicæ, quòd de accidentibus non verè dicitur, quòd sunt entia : sed magis quòd sunt entis: & similis ratio est de formis subsantialibus, quæ nullam operationem habent absque communicatione materiæ: hoc excepto, quòd huius formæ est principium essendi subsantialiter. Forma igitur quæ habet operationem secundum aliquam sui potentiam: vel virtutem absque communicatione suæ materię ipsa est quæ habet esse: nec est per esse compositi tantùm: sicut aliæ formæ: sed magis compositum est per esse eius: Et ideò destructo cõposito destruitur illa forma, quæ est per esse compositi. Non autẽ oportet, quòd destruatur ad compositi destructionem illa forma, per cuius esse est compositum : & non ipsa per esse compositi. Si quis autem contra hoc objiciat, quòd Aristoteles dicit in primo De anima, quòd intellige-

re & amare & odire, nõ sunt illius passiones, id est, animæ: sed huius habentis illud: secundum quod illud habet : quare & hoc corrupto neque memoratur: neque amat. Non enim illius erant: sed communis: vt dictum est: patet responsio per dictum Themistij hoc exponentis: qui dicit. Nunc dubitanti magis quàm docenti assimilatur Aristoteles. Nondum enim destruxerat opinionem dicentium non differre intellectum & sensum. Vnde in toto illo capitulo loquitur de intellectu: sicut de sensu. Quod patet præcipuè vbi probat intellectum esse incorruptibilem per exemplum sensus qui nõ corrumpitur ex senectute. Vnde & per totum sub conditione & sub dubio loquitur: sicut inquirens: semper coniungens ea quę sunt intellectus his quæ sunt sensus. Quod præcipuè apparet, ex eo quod in principio solutionis dicit. Si enim & quàm maximè gaudere : aut dolere: aut intelligere motus sunt: & vnumquódque moueri aliquid. Si quis autem pertinaciter dicere vellet, quòd Aristoteles loquitur ibi determinando. Adhuc restat responsio : quia intelligere dicitur esse actus coniuncti: non per se: sed per accidens: inquantũ, scilicet eius obiectum: quod est fantasma, est in organo corporali: non quòd iste actus per organum corporalem exerceatur. Si quis autem quærat vlteriùs: si intellectus sine fantasmate nõ intelligit, quomodò ergo habebit operationem intellectualem: postquàm fuerit anima à corpore separata. Scire debet qui hæc objicit, quòd istam quæstionem soluere non pertinet ad naturalem. Vnde Aristoteles in secundo Physicorum, dicit, de anima loquens. Quomodò autem separabilis hęc se habeat: & quid sit Physicę primæ opus est determinare. Aestimandum est enim, quòd alterum modum intelligendi habebit anima separata, quàm habeat coniuncta: similem scilicet alijs substantijs separatis. Vnde non sine causa Aristoteles quærit in tertio. de anima, vtrũ intellectus non separatus à magnitudine intelligat aliquid separatũ. Per quod dat intelligere, quòd aliquid poterit intelligere separatus, quod nõ potest nõ separatus. In quibus etiã verbis valde notandũ est, quòd suprà vtrúnq; intellectũ. s. possibile & agentẽ dixit separatũ, hic tamẽ dicit eum nõ separatũ. Est enim separatus inquantùm non est actus organi: non separatus verò, inquantùm pars siue potentia animæ quæ est actus corporis: sicut suprà dictum est. Huiusmodi autem quæstiones certissimè colligi potest Aristoteles soluisse in his libris: quos patet eum scripsisse de substantijs separatis, ex his quę dicit in principio. duodecimo Metaphysicę, quos etiã libros vidimus numero decimoquartò. Licèt nondum translatos in lingua nostra. Secundum hoc igitur patet, quòd rationes in contrarium necessitatem non habent. Essentiale est enim animæ, quòd corpori vniatur: sed hoc impeditur per accidens non ex parte suа: sed ex parte corporis: quod corrumpitur: sicut per se competit leui esse sursum & hoc est leui esse : vt sit sursum : vt Aristoteles dicit in octauo Physicorũ. Cõtingit tamen propter aliquod impedimentũ, quòd nõ sit sursum. Ex hoc etiã patet solutio alterius ratiõis. Sicut enim quod habet naturã vt sit sursum : & quod nõ habet naturã vt sit sursum, specie differunt: & tamen idẽ numero & specie est, quod habet naturam vt sit sursum: licèt quandoq; sit sursum, & quandóque non sit sursum, propter aliquod impedimentum: ita differt specie duæ formæ: quarum vna habet naturã vt vniatur corpori: alia verò non. Sed tamen vnum & idem numero & specie esse potest habens naturam: vt vniatur corpori: licèt quandóque actu sit vnitum. quandóque non actu vnitum propter aliquod impedimentum. Adhuc autem ad sui erroris fulcimentum assumunt, quod Aristoteles dicit in libro de generatione animalium, scilicet intellectum solum de foris aduenire & diuinum esse solum. Nulla autẽ forma quę est actus materiæ aduenit materiæ de foris: sed educitur de potẽtia materię. Intellectus igitur non est forma corporis. Objciunt etiam, quòd omnis forma corporis mixti causatur ex elementis. Vnde si intellectus esset forma corporis humani, non esset ab extrinseco: sed esset ab elementis causatus. Objciunt vlteriùs contra hoc: quia sequeretur, quòd etiam vegetatiuum & sensitiuum esset ab extrinseco: quod est cõtra Aristotelem, præcipuè si esset vna substantia animæ: cuius potentiæ essent vegetatiuum: & sensitiuum: & intellectiuum: cùm intellectus sit ab extrinseco secundum Aristotelem. Horum autem solutio in promptu apparet secunda præmissa. Cùm enim dicitur, quòd omnis forma educitur de potentia materiæ educi de potentia materiæ est duobus modis. Primo modo formam dependere à materia secundum esse & operari. Alio modo præexistere formæ. Si enim hoc nihil aliud sit, quàm materiam præexistere, considerandum videtur quid sit formã de potentia materiæ educi. Si enim hoc nihil aliud sit, quàm materiam præexistere in potentia ad formam, nihil prohibet sic dicere materiam corporalem præexistere in potentia ad animam intellectiuam. Vnde Aristoteles in libro de generatione animalium dicit. Animam igitur vegetabilem in semínibus & conceptibus, scilicet nondum separatis haberi potentia, statuendum est : non actu, priusquàm eo modo conceptus qui iam separantur, cibum trahant: & officio eius animæ fungantur. Princi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pio enim hæc omnia vita stirpis viuere videntur. De anima quoque sensuali pari modo dicendum est, atque etiam de intellectuali. Omnes enim potentia prius haberi, quàm actu necesse est, sed quia potentia dicitur ad actum, necesse est vt nunquàm secundum eam rationem sit in potentia, secundum quam rationem conuenit sibi esse actu. Iam enim ostensum est, quòd alijs formis quæ non habent operationem aliquam absque communicatione materiæ conuenit sic esse actu: vt magis ipsæ sint, quibus composita sunt: & quodammodò compositis coëxistentes, quàm ipse suum esse habeant. Vnde sicut totum esse earum est in concretione ad materiam, ita totaliter educi dicuntur de potentia materiæ. Anima autem intellectiua cùm habeat operationem sine corpore, non est esse suum solùm in concretione ad materiam. Vnde non potest dici, quòd educatur de materia, sed magis quòd est à principio extrinseco. Et hoc ex verbis Aristotelis apparet. Relinquitur autem intellectum solùm de foris aduenire & diuinum esse solum, & causam assignat dicens. Nihil enim ipsius operationi communicat corporalis operatio. Miror autem vnde secunda obiectio processerit, scilicet quòd si intellectiua anima esset forma corporis mixti, causaretur ex commixtione elementorum, cùm nulla anima ex commixtione elementorum causetur. Dicit enim Aristotelis immediatè post verba præmissa. Sed enim omnis animæ siue virtus, siue potentia corpus aliud participare videtur, idque magis diuinum, quàm ea quæ elementa appellantur, verum prout nobilitate ignobilitatéue animæ inter se differunt, ita & natura eius corporis differt. Inest enim in semine omnium quod facit vt fœcunda sint semina: videlicet quod calor vocatur, idque non ignis, non talis facultas aliqua est, sed spiritus, qui in semine spumosóque corpore continetur, & natura quæ in eo spiritu est proportione respondens elemento stellarum, ergo ex mixtione elementorum, nedum intellectus, sed nec anima vegetatiua producitur. Quod verò tertiò obijcitur, quòd sequeretur sensitiuum & vegetatiuum esse ab extrinseco, nõ est ad propositum. Iam enim patet ex verbis Aristotelis, quòd ipse hoc indeterminatum reliquit, vtrum intellectus differat ab alijs partibus animæ substituto, & loco: vt Plato dixit, vel ratione tantùm. Si verò detur, quòd sint i iem subiecto, sicut verius est nec ad hoc inconueniens sequitur. Dicit enim Aristoteles in secundo de Anima, quòd similiter se habent ei, quod de figuris & quæ secundum animam fuer. Semper enim in eo, quod est consequenter: est potentia quod prius est in siguris, & in animatis: vt in tetragono quidem trigonum est, in sensitiuo autem vegetatiuum. Similiter autem idem subiecto est etiam intellectiuum, quod ipse sub dubio reliquit, similiter dicendum esset, quòd vegetatiuum & sensitiuum sint in intellectiuo: vt trigonum & tetragonum in pentagono. Est autem tetragonum quidem à trigono simpliciter alia figura secundum speciem, non autem à trigono, quod est potentia in ipso, sicut nec quaternarius à ternario quæ est pars ipsius, sed à ternario qui est seorsum existens. Et si contingeret diuersas siguras à diuersis agentibus produci, trigonum quidem à tetragono existens haberet aliam causam producentem, quàm tetragonum, sicut & habet aliam speciem, sed trigonum, quod inest tetragono, haberet eandem causam producentem. Sic igitur vegetatiuum quidem seorsum à sensitiuo existens, alia species animæ est, & aliam causam productiuam habet. Eadem tamen causa productiua est sensitiui & vegetatiui, quod inest sensitiuo. Si ergo sic dicatur, quòd vegetatiuum & sensitiuum, quod inest intellectiuo, est à causa extrinseca à qua est intellectiuum, nullum inconueniens sequitur. Non enim inconueniens est effectum superioris agentis habere virtutem quam habet effectus inferioris agentis, & adhuc amplius. Vnde etiam anima intellectiua, quamuis sit ab exteriori agente, habet tamen virtutes quas habent anima vegetatiua & sensitiua, quæ sunt ab inferioribus agentibus. Sic igitur diligenter consideratis ferè omnibus verbis Aristotelis quæ de intellectu humano dixit, apparet eum huius fuisse sententiæ, quòd anima humana sit actus corporis, & quòd eius pars siue potentiæ sit intellectas posibilis.

NVnc autem considerare oportet, quid alij Peripatetici, de hoc ipso senserunt, & accipiamus primò verba Themistij in Commento de anima, vbi sic dicit. Duas ergo differentias esse humani animi necesse est, intellectum potentiæ, & intellectum agentem, hic priorem illum quasi adortus amplexú'q; primũ quasi eduxit in lucem è tenebris, & in actu constituit. deinde habitum in eo quendam afformat, in quo vniuersales rerum notiones & scientiæ collocantur. Nam quemadmodùm neque rude saxum, neque impolitum æs, quorum alterum domus potentia est, alterum statua. Aut hoc accipere formam domus potest, aut illud statuæ, nisi ars materias illas quæ ad domum & statuam comparatæ sunt, fingat, & formam artificiosam imponat, atque ita domum constat domus & statua, ita intellectum potentiæ ab altero intellectu perfici oportet: qui quòd ipsi perfectus est, & in actu semper nulli potentiæ affinis consorsue præparationem illam intellectui ad intelligendum adiunctam, ad instar artis excitet excolátque habitum, & scientiam rerum absoluat. Atque hic intellectus separatus & impatibilis impermixtúsque est. Intellectus autem potestatis, quamuis eadem ferè qua intellectus agens dignitate auctoritatéque polleat, quia tamen aliquanto coniunctior additiórque humanæ animæ est, videtur societate hac nobilitate suæ nonnihil dispendij detrimentíque facere, quemadmodùm itaque lumen cùm oculos & colores accedit, non modo visui, sed coloribus etiam actum præbet, ita intellectus agens cùm intellectum potentiæ agitat, non solùm intellectui actum ministrat, sed & res quæ potentia intellectæ sunt, facit vt in eo intellectæ sint actu, atque hæ sunt formæ materiales & nationes communes de singularibus sensibus collectæ, & post pauca subdit. Qualis est ergo artis ad suam materiam comparatio, talis est intellectus agentis ad intellectum potentiæ probanda. Item hic omnia facit, ille fit omnia, ex quo sequitur: vt in nostra potestate sit intelligere, & speculari cùm volumus, quia intellectus agens, non quemadmodùm ars seorsum à sua materia est, sed totus intellectui potentiq intextus immersúsque habetur. Finge excussorem in aëre, aut in ferro esse, non extrinsecus, nonne penetrabit penetrabítque in materiam vniuersam. Eodem modo intellectus agens intellectui potestatis asistens, vnus cum illo redditur, propterea quòd vna res est, quæ ex materia & forma consistit, & tamen permixtio hæc rationes duas habet. Et quibusdam interpositis subdit. Nos igitur vtriusque intellectus copulatio sumus. Si ergo ita habent omnia quæ ex actu & potentia coeciliantur: vt in his aliud sit ipsa res, aliud essentia, sequitur vt aliud ego sim, aliud essentia mea, it i vt ego sim is, qui ex actu & potestate constituor, essentia mea sit solus actus tantum, quarã obrem eadem quæ considero, hæc etiam scribo, & literis mando. Scribit verò intellectus, qui ex potestate cõponitur scribit inquam non tamen quatenùs ex potestate constat, sed quatenùs intellectus agens est, quia illinc quasi omnis actio riuatur, & ducitur. Et post pauca adhuc manifestius subdit: vt ergo redeamus vnde diceramus, quemadmodùm aliud est animal aliud suum animali esse, & quemadmodùm suum animali esse ab ipsa dependet animalis anima, ita aliud ego sum, aliud mihi esse, & mea essentia. Hæc autem ab anima prouenit, non quidem sensuali, quippè quæ tanquàm materia intellectus potentiæ habeatur. Neque item ab ipso intellectu potentiæ: vt qui pro materia intellectus agentis sit. Restat igitur vt ab intellectu agente tantùm essentia mea proficisci ac pendere dicatur. Solus enim intellectus agens propriè & maximè censendus est forma, imò verò forma formarum. Inferiora autem cætera modò subiectorum loco, modò formarum habentur. Sanè ordo naturæ & processus hic est: vt respectu inferiorum superioribus vice formarum vtatur, respectu superiorum inferioribus loco materiæ. Summam verò & supremam formarum intellectum agentem constituit, quæ simul atque progressa est receptui canit, in eóque finem quasi extremam manum imponit: vtpotè quæ nullam formam superiorem, aut nobiliorem haberet, cui loco materiæ subiiceret intellectum agentem. Quamobrem nos propriè animus & intellectus sumus. Et posteà reprobans quorundam opinionem dicit. Quum enim statuisset Aristoteles in omni natura alterum pro materia haberi, alterum pro forma mouente perficientéq; necesse (inquit) est easdem differentias in anima reperiri, & talem aliquem intellectum adesse, qui pars animæ rationalis præstantissima sit. Et post pauca etiam subdit. Ex eisdem verbis illud subinde colligi confirmarique cupio Aristotelem opinatum fuisse intellectum agentem aut aliquid nostri esse, aut planè ipsos. Paret igitur ex præmissis verbis Themistij, quòd non solùm intellectum possibilem, sed etiam agentem partem animæ humanæ esse dicit, & Aristotelem hic sensisse. Et iterum, quòd homo est id, quod est non ex anima sensitiua: vt quidam mentiuntur, sed ex parte intellectiua & principaliori. Et Theophrasti quidem libros non vidi, sed eius verba introduxit Themestius in commento de Anima, quæ sunt talia, sic dicens. Planè facturum hoc loco me operæprecium arbitror, si verba Theophrasti de intellectu potestatis & agente prætexuero. De intellectu itáque potestatis hæc dicit. Quum intellectus inquit, homini extrinsecus accedat. Quúmque tanquàm appositus inuectúsque sit, quæritur quemadmodùm congenitus nobis dicatur, demùm quænam confirmario natura eius sit. Certè id quod dicitur nihil actu esse intellectum, sed potestate omnia, rectè hactenus dicitur, quatenus & in sensu, non tamen vsque eo auoum resecanda res est: neque tam nihil actu probandus: vt neque ipsemet sit: calumnia hæc esset & oratio contentioni cauillóque proxima. sed ita intelligendum, vt in animo talis quædã sui generis potentia sit

potentia sit pro subiecto formarum: ac gremio: qualis in rebus materialibus facultas illa est, quæ constitutioni earum & concretioni substernitur. Porrò quod dicitur mentem extrinsecus accedere, non ita statuendum est, vt qui verè appositus inuectúsque habeatur: sed vt qui statim abortu: quasi comprehendere nos complectíque soleat. Sic igitur Theophrastus cùm quæsisset duo. Primò quidem quomodò intellectus possibilis sit ab extrinseco: & tamen nobis connaturalis. & secundò, quæ sit natura intellectus possibilis. Respondit primò ad secundum: quòd est in potentia omnia: non quidem: sicut nihil existens: sed sicut sensus ad sensibilia. Et ex hoc concludit: responsionem primæ quæstionis: quòd non intelligitur sic esse ab extrinseco, quasi aliquid adiectum accidentaliter: vel tempore procedente: sed à prima generatione: sicut conueniens: comprehendens naturam humanam. Quod autem Alexander intellectum possibilem posuerit esse formam corporis, & etiam ipse Auerroys confitetur: quamuis vt arbitror peruersè verba Alexandri acceperit: sicut & verba Themistij præter eius intellectum assumit. Nam quòd dixit Alexandrum dixisse intellectum possibilem non esse aliud, quàm præparationem quæ est in natura humana ad intellectum agẽtem, & ad intelligibilia, hanc præparationem nihil aliud intellexit, quàm potentiam intellectiuam quæ est in anima ad intelligibilia. Et ideò dixit eam non esse virtutem in corpore: quia talis potentia non habet corporale organum: & non ex ea ratione: vt Auerroys impugnat, secundum quod nulla præparatio est virtus in corpore. Et vt à Græcis ad Arabes transeamus. Primò manifestum est, quòd Auicenna posuit intellectum virtutem animæ quæ est forma corporis. Dicit enim sic in suo libro De anima. Intellectus actiuus, id est, practicus eget corpore & virtutibus corporalibus ad omnes actiones suas. Cõtemplatiuus autem intellectus eget corpore: & virtutibus eius: sed nec semper: nec omninò. Sufficit cũ ipse sibi per seipsum. Nihil autẽ horũ est anima humana: sed anima est id quod habet has virtutes. Et sicut posteà declarabimus est substantia solitaria per se quæ habet aptitudinem ad actiones: quarum quædam sunt quæ non perficiuntur: nisi per instrumenta: & per vsum eorum vllo modo. quædam verò sunt, quibus non sunt necessarium instrumenta aliquo modo. Item in prima parte dicit, quòd anima humana est perfectio prima corporis naturalis instrumentalis: secundum quod attribuitur ei agere actionis electiuæ deliberationis & aduenire meditando: & secundum hoc quòd apprehendit vniuersalia. Sed verùm est quod posteà dicit & probat: & anima humana secundum id quod est sibi proprium, scilicet secundum vim intellectiuam: non sic se habet ad corpus vt forma: nec eget vt sibi præparetur organum. Deindè subiungenda sunt verba Algazelis, sic dicentis. Cùm commixtio elementorum fuerit pulchrioris & perfectioris æqualitatis: 'qua nihil possit inueniri subtilius & pulchrius: tunc fiet apta ad recipiendum à datore formarum formam 'pulchriorem alijs formis: quæ est anima hominis. Huius verò animæ humanæ duæ sunt virtutes. Vna operans & altera sciens, quam vocat intellectum: vt ex consequentibus patet. Et posteà multis argumentis probat, quòd operatio intellectus non sit per organum corporale: hoc autem præmisimus: non quasi volentes ex Philosophorum auctoritatibus reprobare suprà positum errorem: sed vt ostendamus, quòd non solùm Latini, quorum verba quibusdam non sapiunt: sed & Græci & Arabes hoc senserunt, quòd intellectus sit pars vel potentia: siue virtus animæ quæ est corporis forma. Vnde miror ex quibus Peripateticis hunc errorem se assumpsisse glorientur: nisi fortè quia minus volunt eum cæteris Peripatetici rectè sapere: quàm eũ Auerroy aberrare: qui non tam fuit Peripateticus, quàm Peripateticæ philosophiæ deprauator.

OStendo igitur ex verbis Aristotelis & aliorum sequentium ipsum, quòd intellectus est potentia animæ quæ est corporis forma: licèt ipsa potentia quæ est intellectus non sit alicuius organi actus: quia nihil ipsius operationi communicat corporalis operatio: vt Aristoteles dicit. Inquirendum est per rationes, quid circa hoc sentire sit necesse: & quia secundum doctrinã Aristotelis oportet ex actibus principia actuum considerare. ex ipso actu quidem Proprio intellectus qui est intelligere, primò hoc considerandum videtur. In quo nullam firmiorem rationem habere possumus ea, quam Aristoteles ponit: & sic argumentatur. Anima est principiũ quo viuimus: & intelligimus: ergo & ratio quædam: & species corporis cuiusdam. Et adeò huic rationi innititur, quòd eam dicit esse demonstrationem. Nam in principio capituli sic dicit. Non enim solùm quod quid est, oportet diffinitiuam rationem ostẽdere: sicut plures terminorum dicunt: sed & causam inesse & demonstrare: & Ponit exemplum, sicut demonstratur quid est tetragonismus, id est, quadratum per inuentionem mediæ lineæ proportionalis. Virtus autem huius demonstrationis & insolubilitas apparet: quia quicũque ab hac via diuertere voluerit, necesse habet inconueniens dicere. Manifestum est enim, quòd hic homo singularis intelligit. Nunquàm enim de intellectu quæreremus, nisi intelligeremus: nec cùm quærimus de intellectu de alio principio quærimus, quàm de eo quo nos intelligimus. vnde & Aristoteles dicit. Dico autem intellectum, quo intelligit anima. Concludit autem sic Aristoteles, quòd si aliquid est primum principium quo intelligimus, oportet illud esse formam corporis: quia ipse prius manifestauit, quòd illud quo primo aliquid operatur est forma: & patet hoc per operationem. Quia vnum quódque agit inquantùm est actu. Est autẽ vnumquódque actu per formam. vnde oportet illud quo primò aliquid agit esse formam. Si autem dicas, quòd principium huius actus qui est intelligere quod nominamus intellectum: non sit forma: oportet te inuenire modum, quo actio illius principij sit actio huius hominis. Quod diuersimodè quidam conati sunt dicere. Quorum vnus, scilicet Auerroys ponens huiusmodi principium intelligendi, quod dicitur intellectus possibilis non esse animam: nec partem animæ: nisi æquiuocè, sed potiùs, quòd sit substantia quædam separata, dixit, 'quòd illius intelligere substantiæ separatæ est intelligere mei: vel illius, inquantùm intellectus ille possibilis copulatur mihi: vel tibi per fantasmata quæ sunt in me vel in te. Quod sic fieri dicebat. Species enim intelligibilis quæ sit vnum cum intellectu possibili: cùm sit forma & actus eius habet duo subiecta. Vnum ipsa fantasmata, aliud intellectum possibilem. Sic ergo intellectus possibilis continuatur nobis per formam suam mediantibus fantasmatibus: & sic dum intellectus possibilis intelligit, hic homo intelligit. Quod autem hoc mihil sit patet tripliciter. Primò quidem, quòd sic continuario intellectus ad hominem non esset secundum primam eius generationem: vt Theophrastus dicit. & Aristoteles innuit in secundo Physicorum. vbi dicit, quòd terminus naturalis considerationis de formis est ad formam: secundum quam homo ab homine generatur & à sole. Manifestum est autem, quòd terminus considerationis naturalis est intellectus: secundum dictũ Auerroys, intellectus non continuatur homini secundum suam generationem: sed secundum operationem sensus: inquantùm est sentiens in actu. Fantasma enim est motus factus à sensu secundum actum: vt dicitur in tertio libro De anima. Secundò verò, quia ista coniunctio non esset secundum aliquid vnum: sed secundum diuersa. Manifestum est enim, quòd species intelligibilis secundum quod est in fantasmatibus est intellecta in potentia. in intellectu autem possibili est secundum quod est intellecta in actu abstracta à fantasmatibus. Si ergo species intelligibilis non est forma intellectus possibilis: nisi secũdum quod est abstracta à fantasmatibus, sequitur, quòd per speciem intelligibilem non continuatur intellectus fantasmatibus: sed magis ab eis est separatus: nisi fortè dicatur, quòd intellectus possibilis continuatur fantasmatibus: sicut speculatum continuatur homini: cuius species resultat in speculo. Talis autem continuatio manifestum est, quòd non sufficit ad continuationẽ actus. Manifestum est enim, quòd actio, speculi, quę est repræsentare, non propter hoc potest attribui homini. vnde nec actio intellectus possibilis propter prædictam copulationem posset attribui huic homini, qui est Sortes: vt hic homo intelligeret. Tertiò: quia dato, quòd vna & eadem species numero esset forma intellectus possibilis: & esset simul in fantasmatibus, nec adhuc talis copulatio sufficeret ad hoc, quòd hic homo intelligeret. Manifestum est enim, quòd per speciem intelligibilem aliquid intelligitur: sed per potentiam intellectiuam aliquid intelligit: sicut etiam per speciem sensibilem aliquid sentitur: per potentiam autem sensitiuam aliquis sentit. Vnde paries, in quo est color: cuius species sensibilis in actu est, in visu videtur: non videt. animal autem habens potẽtiam visiuam in qua est talis species, videt. Talis autẽ est prædicta copulatio intellectus possibilis ad hominem in quo sunt fantasmata: quorum species sunt in intellectu possibili: qualis est copulatio parietis in quo est color ad visum, in quo est species sui coloris. Sicut igitur paries nõ videt: sed videtur eius color: ita sequeretur, quòd homo non intelligeret: sed quòd eius fantasmata intelligerentur ab intellectu possibili. Impossibile est ergo saluari, quòd hic homo intelligat secundum positionem Auerroys. Quidam verò videntes, quòd secũdum viam Auerroys sustineri non potest, quòd hic homo intelligat: in aliam diuertunt viam: & dicunt, quòd intellectus vnitur corpori vt motor: & sic inquantùm ex corpore & intellectu fit vnum: sicut ex mouente & moto, intellectus est pars huius hominis: & ideò operatio intellectus attribuitur huic homini, sicut operatio oculi quę est videre attribuitur huic homini. Quærendum est autem ab eo qui hoc ponit. Primò, quid sit hoc singulare quod est Sortes. V trum Sortes sit solus intellectus qui est motor: aut sit motum ab ipso quod est corpus animatum: tamen anima vegetatiua & sensitiua: aut sit compositum ex vtróque. Et quantùm ex sua positione videtur, hoc tertium accipiet, scilicet quòd Sortes sit aliquid compositum ex vtróque. Procedamus ergo contra eos per rationem Aristotelis in octauo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Metaphy. dicentis. Cùm enim quæcúnque partes habent,& non vt
aceruus,quod totum, sed aliquid ineſt totum præter partes, eſt alia
cauſa, quoniam in corporibus ijs quidem tactus cauſa eſt vnum eſ-
ſendi,alijs verò viſcoſitas,aut aliqua paſsio altera. Talis diffinitio
verò ratio eſt vna, non coniunctione quemadmodùm Helias, ſed
vnius eſſe. Quid igitur eſt,quod facit hominem vnum, & propter
quid vnum,ſed non multa,putà animal & bipes aliterquè & ſi eſt vt
aiunt quidam,ipſum aliquid animal & ipſum bipes. Quare namque
non illa ipſa homo eſt & erunt ſecundum participationem homi-
nes,& hominis non vnius ſed duorum, ſcilicet animalis non bipe-
dis,& totaliter vtique non erit homo vnũ & plura animal & bipes.
Palàm itaque quia ſic quidem acceptantibus cõſueuerunt diffinire
& dicere,non contingit reddere & ſoluere dubitationem. Si autem
eſt,vt diximus,hoc quidẽ materia,illud verò forma, & hoc quidem
potentia,illud verò actu,non adhuc dubitatio videbitur eſſe. Sed ſi
tu dicas,quòd ſortes non eſt vnum quid ſimpliciter, ſed vnum quid
aggregatione motoris & moti, ſequuntur multa inconuenientia.
Primò quidem quia ſi vnumquódque eſt ſimiliter vnum & ens, ſe-
quetur,quòd ſortes non ſit aliquid, & quòd non ſit in ſpecie, nec in
genere,& vlterius,quòd non habeat aliquam actionem, quia actio
non eſt niſi entis. Vnde non dicimus,quòd intelligere nautæ,ſit in-
telligere huius totius, quod eſt nauta & nauis, ſed nautæ tantùm.
Et ſimiliter intelligere non erit actus ſortis, ſed intellectus tantùm
vtentis corpore ſortis. In ſolo enim toto, quod eſt aliquid vnum &
ens,actio partis eſt actio totius. Et ſi quis aliter loquitur,impropriè
loquitur. Et ſi tu dicas,quòd hoc modo cœlum intelligit per moto-
rem ſuum,eſt aſſumptio difficilioris materiæ. Per intellectum enim
humanum oportet nos deuenire ad cognoſcendum intellectus ſu-
periores,& non econuersò. Si verò dicatur,quòd hoc indiuiduum,
quod eſt ſortes eſt corpus animatũ anima vegetatiua & ſenſitiua: vt
videtur ſequi ſecundum eos qui ponunt, quòd hic homo non con-
ſtituitur in ſpecie per intellectum, ſed per animam ſenſitiuam no-
bilitatam ex aliqua illuſtratione intellectus poſsibilis,tunc intelle-
ctus non ſe habet ad ſortem,niſi ſicut mouens ad motum. Sed ſecun
dum hoc actio intellectus quæ eſt intelligere, nullo modo poterit
attribui ſorti. Quod multipliciter apparet. Primò quidem per hoc,
quòd dicit Philoſophus in ſecundo Metaphy. quòd quorum diuer-
ſum eſt aliquod opus præter actionem, actio eſt in eo, quod ſit vt
ædificationi in ædificato,& contextio in contexto. Similiter autem
& in alijs & totaliter motus in moto. Quorum verò non eſt aliud
aliquod opus præter actionem in eis exiſtit actio: vt viſio in viden-
te,& ſpeculatio in ſpeculante. Sic ergo & ſi intellectus ponatur vni
ri ſorti: vt mouens nihil proficit ad hoc, quòd intelligere ſit in ſor-
te,nec quòd ſortes intelligat: quia intelligere eſt actio quæ eſt in in-
tellectu tantùm. Ex quo etiam patet falſum eſſe,quod dicunt,quòd
intellectus non eſt actus corporis,ſed ipſum intelligere. Non enim
poteſt eſſe alicuius actus intelligere,cuius non ſit actus intellectus,
quia intelligere non niſi in intellectu eſt,ſicut nec viſio niſi in viſu.
Vnde nec viſio poteſt eſſe alicuius, niſi illius cuius actus eſt viſus.
Secundò quia actio mouentis propria non attribuitur inſtrumen-
to, aut moto, ſed magis econuersò actio inſtrumenti attribuitur
principali mouenti. Non enim poteſt dici, quòd ſerra diſponat de
artificio, poteſt tamen dici, quòd artifex ſecat,quod eſt opus ſerræ.
Propria autem operatio ipſius intellectus eſt intelligere. Vnde da-
to etiam,quòd intelligere eſſet actio tranſiens in alterum ſicut mo-
uere,non ſequeretur, quòd intelligere conueniret ſorti, ſi intelle-
ctus vniatur ei ſolùm vt motor. Tertiò quia in his quorum actiones
in alterum tranſeunt,oppoſito modò attribuũtur actiones mouen-
tibus & motis. Secundum ædificationem enim ædificator dicitur
ædificare: ædificium verò ædificari. Si ergo intelligere eſſet actio in
alterum tranſiens, ſicut mouere, adhuc non eſſet dicendum, quòd
ſortes intelligeret,ad hoc,quòd intellectus vniretur ei vt motor,ſed
magis,quòd intellectus intelligeret,& ſortes intelligeretur,aut for
tè,quòd intellectus intelligendo moueret ſortem, & ſortes moue-
retur. Contingit tamen quandoquè quòd actio mouentis traduci-
tur in rem motam,puta cùm ipſum motum mouet,ex eo,quòd mo
uetur: vt calefactum calefacit. Poſſet ergo aliquis ſic dicere, quòd
motum ab intellectu qui intelligendo mouet,ex hoc ipſo,quòd mo
uetur intelligit. Huic autem dicto Ariſtoteles reſiſtit in ſecundo
de anima,vnde principium huius rationis aſſumpſimus. Cùm enim
dixiſſet,quòd id quo primo ſcimus & ſanamur, eſt forma, ſcilicet
ſcientia & ſanitas,ſubiungit. Videntur enim in patiente & diſpoſito
actiuorum ineſſe actus. Quod exponẽs Themiſtius dicit. Nam & ſi
ab alijs aliquando ſcientia & ſanitas eſt, puta à docente & medico,
tamen in patiente & diſpoſito facientium inexiſtere actus oſtendi-
mus prius in quæ de natura. Eſt ergo intentio Ariſtotelis & cui-
denter eſt verum, quòd quando motum mouet, & habet actionem
mouentis,oportet quòd inſit ei actus aliquis à mouente qui huiuſ-
modi actionem habeat. Et hoc eſt principium quo agit, & eſt actus
& forma eius Sicut ſi aliquid eſt calefactum, calefacit per calorem
qui ineſt ei à calefaciente. Detur ergo,quòd intellectus moueat ani
mam ſortis,vel illuſtrando, vel quocunquè modo,hoc quod eſt reli-
ctum ab impreſsiõe intellectus in ſorte eſt primum quo ſortes intel-
ligit. Id autem quo ſortes primò intelligit,ſicut ſenſu ſentit. Ariſto-
teles probauit eſſe in potentia omnia, & per hoc non habere natu-
ram determinatam,niſi hanc,quòd ſit poſsibilis,& per conſequens,
quòd nõ miſceatur corpori,ſed ſit ſeparatus. Dato ergo,quòd ſit ali-
quis intellectus ſeparatus mouens ſortem, tamen adhuc oportet,
quòd ille intellectus poſsibilis de quo Ariſtoteles loquitur ſit in ani
ma ſortis, ſicut & ſenſus qui eſt in potentia ad omnia ſenſibilia quo
ſortes ſentit. Si autem dicatur,quòd hoc indiuiduum,quod eſt ſor-
tes, non eſt aliquid compoſitum ex intellectu & corpore animato,
neq; eſt corpus animatum tantùm,ſed eſt ſolũ intellectus, hæc iam
erit opinio Platonis qui vt Grego. Niceu. refert propter hanc diffi-
cultatem nõ vult hominem ex anima & corpore eſſe,ſed animã cor
pore vtentem,& velut indutam corpore,ſed & Plotinus: vt Macro-
bius refert,ipſam animam hominem eſſe teſtatur. ſic dicens. Qui vi
detur non ipſe verus homo eſt,ſed ille à quo regitur,quod videtur.
Sic cum morte animalis diſcedit animatio, cadit corpus à regente
viduatum,& hoc eſt,quod videtur in homine mortale. Anima verò
quæ eſt verus homo, eſt ab omni immortalitatis conditione aliena.
Qui quidem Plotinus vnus de magnis commentatoribus ponitur
inter commentatores Ariſtotelis: vt ſimplicius refert in commento
prædicamentorum. Hæc autem ſententia, nec à verbis Ariſtotelis
videtur diſcordare. Dicit enim in nono Ethicor. quòd boni homi-
nis eſt bonũ elaborare,etiam ſuij ipſius gratia. Intellectus enim gra-
tia vnuſquiſque eſſe videtur. Quod quidem non dicit propter hoc,
quòd homo ſit ſolus intellectus, ſed quia id quod eſt in homine,
principalius eſt intellectus. Vnde & in ſequẽtibus dicit, quòd quẽad
modùm ciuitas principaliſsimum maximè videtur, & omnis alia
conſtitutio, ſic & homo. Vnde ſubiungit, quòd vnuſquiſque homo
vel eſt hic, ſcilicet intellectus, vel maximè. Et per hunc modum ar-
bitror & Themiſtium in verbis ſupra poſitis,& Plotinum in verbis
nunc inductis dixiſſe, quòd homo eſt anima vel intellectus. Quod
enim homo non ſit intellectus tantùm vel anima tantùm, multipli
citer probatur. Primò quidem ab ipſo Gregorio Niceno, qui indu-
cta opinione Platonis, ſubdit. Habet autem hic ſermo difficilẽ, vel
indiſſolubile quid. Qualiter enim vnum eſſe poteſt indumento ani-
ma. Non enim vnum eſt tunica cum induto. Secundò quia Ariſtote
les in ſeptimo Meraphy. probat, quòd homo & equus & ſimilia, non
ſunt ſolùm formam, ſed totum quoddam ex forma & materia: vt
vniuerſale, ſingulare verò ex vltima materia & forma: vt Socrates.
Iã eſt & in alijs ſimiliter. Et hoc probauit per hoc, quòd nulla pars
corporis poteſt diffiniri ſine parte aliqua animæ, & recedente ani-
ma, nec oculus, nec caro dicitur, niſi æquiuocè, quod non eſſet, ſi ho
mo aut Socrates eſſet tantùm intellectus aut anima. Tertiò ſeque-
retur, quòd cum intellectus non moueat niſi per voluntatem: vt
probatur in tertio de anima, quòd hoc eſſet ſubiectum voluntari,
quòd retineret homo corpus cum vellet, & abijceret cum vellet.
Quod manifeſtè patet eſſe falſum. Sic igitur patet, quòd intellectus
non vnitur ſorti ſolùm vt motor, & quòd etiam ſi hoc eſſet, nihil
proficeret ad hoc, quòd ſortes intelligeret. Qui ergo hanc poſitio
nem defendere volunt, aut confiteantur ſe nihil intelligere, & indi-
gnos eſſe cum quibus aliqui diſputent, aut confiteantur, quod Ari-
ſtoteles concludit, ſcilicet quòd id quo primò intelligimus, eſt ſpe-
cies & forma. Poteſt etiam hoc concludi ex hoc, quòd hic homo in
aliqua ſpecie collocatur, ſpeciem aut nunquàm ſortitur aliquid,
niſi ex forma. Id igitur per quod hic homo ſpeciem ſortitur, eſt
eſt forma. Vnumquòdque autem ab eo ſpeciem ſortitur, quod eſt
principium propriæ operationis ſpeciei. Propria autem opera-
tio hominis inquantùm eſt homo, eſt intelligere. Per hoc enim
differt ab alijs animalibus, & ideò in hac operatione Ariſtoteles
fœlicitatem vltimam conſtituit. Principium autem quo intelligi-
mus, eſt intellectus: vt Ariſtoteles dicit. Oportet igitur ipſum
vniri corpori vt formam. Non quidem ita quòd ipſa intellectiua
potentia ſit alicuius organi actus, ſed quia eſt virtus animæ, quæ
eſt actus corporis Phyſici organici. Adhuc ſecundum iſtorum poſi
tionem deſtruuntur moralis Philoſophiæ principia. Subtrahitur
enim quicquid eſt in nobis. Non enim eſt aliquid in nobis, niſi
per voluntatem. Vnde & hoc ipſum voluntarium dicitur, quod
in nobis eſt. Voluntas autem in intellectu eſt: vt patet per dictum
Ariſtotelem, in tertio de anima, & per hoc quòd in ſubſtantijs ſe-
paratis eſt intellectus & voluntas, & per hoc etiam, quòd contin-
git per voluntatem aliquid in vniuerſali amare, vel odire, ſicut
odimus latronum genus: vt Ariſtoteles dicit in ſua rhetorica.
Si igitur intellectus non eſt aliquid huius hominis, vel non eſt
verè vnum cum eo, ſed vnitur ei ſolùm per fantaſmata, vel
ſicut motor, non erit in hoc homine voluntas, ſed in in-
tellectu ſe-

tellectu ſeparato. Et ita hic homo non erit dominus ſui actus: nec
aliquis eius actus erit laudabilis vel vituperabilis: quod eſt diuelle
re principia moralis philoſophiæ. Quod cùm ſit abſurdum & vitæ
humanæ contrarium. non enim eſſet neceſſe conſiliari: nec leges
ferre: ſequitur, quòd intellectus ſic vniatur nobis, vt verè ex eo &
nobis fiat vnum: quod verè non poteſt eſſe niſi eo modo quo di-
ctum eſt: vt ſit etiam potentia animæ quæ vnitur nobis vt forma.
Relinquitur igitur hic abſque omni dubitatione tenendum, pro-
pter reuelationem fidei: vt dicunt: ſed quia hoc ſubtrahere eſt niti
contra manifeſtè apparentia. Rationes verò quas in contrarium
adducunt non difficile eſt ſoluere. Dicunt enim, quòd ex hac poſi-
tione ſequitur, quòd intellectus ſit forma materialis: & non ſit de-
nudata ab omnibus naturis rerum ſenſibilium, & per conſequens
quicquid recipitur in intellectu, recipietur ſicut in materia indiui-
dualiter: & non vniuerſaliter. Et vlteriùs: quia ſi eſt forma materia-
lis, quòd non eſt intellecta in actu: & ita intellectus non poterit ſe
intelligere: quod eſt manifeſtè falſum. Nulla enim forma materia-
lis eſt intellecta in actu. Horum autem ſolutio apparet ex his quæ
præmiſſa ſunt. Non enim dicimus animam humanam eſſe formam
corporis ſecundum intellectiuam potentiam: quæ ſecundum do-
ctrinam Ariſtotelis nullius organi actus eſt. Vnde remanet, quòd
anima quantùm ad intellectiuam potentiam ſit immaterialis: & im
materialiter recipiens: & ſeipſam intelligens. Vnde & Ariſtoteles
ſignanter dicit de anima, quod eſt locus ſpecierum: non tota: ſed in-
tellectus. Si autem contra hoc obijciatur, quòd potentia animæ
non poteſt eſſe immaterialior: aut ſimplicior quàm eius eſſentia,
optimè procederet ſi eſſentia animæ humanæ ſic eſſet forma ma-
teriæ, quòd ſi per eſſe ſuum eſſet, ſed per eſſe compoſiti: ſicut etiam
de alijs formis: quæ ſecundum ſe nec eſſe nec operationem habent:
præter comunicationem materiæ, quæ propter hoc immerſæ ma
teriæ dicuntur. Anima autem humana, quia ſecũdum ſuum eſſe eſt
forma cui aliqualiter communicat materia non totaliter compre-
hendens ipſam: eo quod maior eſt dignitas huius formæ, quàm ca-
pacitas materiæ: nihil prohibet quin habeat aliquam operationem,
vel virtutem ad quam materia non attingit. Conſideret autem qui
hoc dicit, quòd ſi hoc intellectiuum principium quo nos intelligi-
mus eſſet ſecundum eſſe ſeparatum & diſtinctum ab anima, quæ eſt
corporis noſtri forma, eſſet ſecundam ſe intelligens: & intellectum:
nec quandóque intelligeret: quandóque non. Neque etiam indige-
ret, vt ſeipſum cognoſceret per intelligibilia & per actus: ſed per
eſſentiam ſuam: ſicut aliæ ſubſtantiæ ſeparatæ. Neque etiam eſſet
conueniens, quòd ad intelligendum indigeret fantaſmatibus no-
ſtris. Non enim inuenitur in rerum ordine, quòd ſuperiores ſubſtan
tiæ ad ſuas principales perfectiones indigeant inferioribus ſubſtan
tijs: ſicut nec corpora cœleſtia formantur aut perficiuntur ad ſuas
operationes ex corporibus inferioribus. Magnam igitur improbi-
tatem continet ſermo dicentis, quòd intellectus ſit quoddam prin-
cipium ſecundum ſubſtantiam ſeparatum: & tamen quòd per ſpe-
cies à fantaſmatibus acceptas perficiatur: & fiat actu intelligens.

HIs igitur conſideratis quantùm ad id quod ponunt intellectum
non eſſe animam, quæ eſt noſtri corporis forma, neque partem
ipſius: ſed aliquid ſecundum ſubſtantiam ſeparatum, cõſiderandum
reſtat de hoc, quod dicunt intellectum poſsibilem eſſe vnum in om
nibus. Forte enim de agente hoc dicere aliquam rationem habe-
ret: & multi Philoſophi hoc poſuerunt. Nihil enim videtur in-
conueniens ſequi, ſi ab vno agente multa perficiantur. Quemadmo
dùm ab vno ſole perficiuntur omnes potẽtiæ viſiuæ animalium ad
videndum: quamuis etiam hoc non ſit ſecũdum intentionem Ari-
ſtotelis: qui ponit intellectum agentem eſſe aliquid in anima. Vnde
comparat ipſum lumini. Plato autem ponens intellectum vnum ſe-
paratum, comparauit ipſum ſoli: vt Themiſtius dicit. Eſt enim vnus
ſol. ſed plura lumina diffuſa à ſole ad videndum. Sed quicquid ſit de
intellectu agente, dicere intellectũ poſsibilem eſſe vnum omnium
hominum, multipliciter impoſsibile apparet. Primò quidem qui
ſi intellectus poſsibilis eſt quo intelligimus, neceſſe eſt dicere, quòd
homo ſingularis intelligens: vel ſit ipſe intellectus: vel intellectus
formaliter ei inhæreat, non quidem ita quòd ſit forma corporis:
ſed quia eſt virtus animæ quæ eſt forma corporis. Si quis autem di-
cat, quòd hic homo ſingularis eſt ipſe intellectus: conſequens eſt,
quòd hic homo ſingularis non ſit alius ab illo homine ſingulari: &
quòd omnes homines ſint vnus homo: non quidem participatione
ſpeciei: ſed ſecundum vnum indiuiduum. Si verò intellectus ineſt
nobis formaliter, ſicut iam dictum eſt, ſequitur quòd diuerſorum
corporum ſint diuerſæ animæ. Sicut enim homo eſt ex corpore &
anima, ita hic homo, ſcilicet Calias aut Sortes, eſt ex hoc corpore:
& ex hac anima. Si autem animæ ſunt diuerſæ: & intellectus poſsi-
bilis eſt virtus animæ qua anima intelligit, oportet, quòd differat
numero: quia nec fingere poſsibile eſt, quod diuerſarum rerum ſit
vna numero virtus. Si quis autem dicat, quòd homo intelligit per
intellectum poſsibilem: ſicut per aliquid ſui: quod tamen eſt pars
eius: nõ vt forma: ſed ſicut motor. Iam oſtenſum eſt ſuprà, quòd hac
poſitione facta, nullo modo poteſt dici, quòd Sortes intelligat. Sed
dicimus, quòd Sortes intelligit per hoc, quòd intellectus intelligit:
licèt intellectus ſit ſolùm motor: ſicut homo videt per hoc, quòd
oculus videt. Et vt ſimilitudinẽ ſequamur ponatur, quòd omnium
hominum ſit vnus oculus numero, inquirendum reſtat vtrum om-
nes homines ſint vnus videns, vel multi videntes. Ad cuius verita
tis inquiſitionem conſiderare oportet, quòd aliter ſe habet de pri-
mo mouente: & aliter de inſtrumento. Si enim multi homines v-
tantur vno & eodem inſtrumento numero, dicentur multæ opera-
tiones: putà cùm multi vtuntur vna machina ad lapidum proiectio
nem: vel eleuationem. Si verò principale agens ſit vnum quod vta-
tur multis inſtrumentis, nihilominus operans eſt vnum: ſed fortè
operationes diuerſæ propter diuerſa inſtrumenta. Aliquando autẽ
eſt operatio vna: licèt ad eam multa inſtrumenta requirantur. Sic
igitur vnitas operantis attenditur: non ſecundum inſtrumenta: ſed
ſecundum principale agens, quod vtitur inſtrumentis. Prædicta igi-
tur poſitione facta, ſi oculus eſſet principale in homine qui vteretur omnibus potentijs animæ & partibus corporis quaſi inſtrumen
tis: multi habentes vnum oculum eſſent vnus videns. Si ergo ocu-
lus non ſit principale hominis: ſed aliquid ſit eò principalius, quod
vtitur oculo quod diuerſificatur in diuerſis, eſſent quidem multi vi-
dentes, ſed vno oculo. Manifeſtum eſt autem, quòd intellectus eſt id
quod eſt principale in homine: & quod vtitur omnibus potẽtijs ani
mæ & membris corporis tanquàm organis. propter hoc Ariſtote-
les ſubtiliter dixit, quòd homo eſt intellectus maximè. Si igitur ſit
vnus intellectus omnium, ex neceſsitate ſequitur, quòd ſit vnus in-
telligens: & per conſequens vnus volens: & vnus vtens pro ſuæ vo-
luntatis arbitrio omnibus illis ſecundum quæ homines diuerſifica-
ntur adinuicem. Et ex hoc vlteriùs ſequitur, quòd nulla differen-
tia ſit inter homines, quantùm ad liberam voluntatis electionem:
ſed eadem ſit omnium, ſi intellectus apud quem ſolùm reſidet prin-
cipalitas & dominium vtendi omnibus alijs eſt vnus & idem in di-
uerſis hominibus: quod eſt manifeſtè falſum & impoſsibile. Repu-
gnat enim his quæ apparent: & deſtruit totam ſcientiam moralem:
& omnia quę pertinent ad conuerſationem ciuilem: quæ eſt omni-
bus naturalis, vt Ariſtoteles dicit. Adhuc ſi omnes homines intelli-
gunt vno intellectu qualitercúnque eis vniatur: aut vt forma, ſiue vt
motor, de neceſsitate ſequitur, quòd omnium hominum ſit vnum
numero ipſum intelligere quod eſt ſimul & reſpectu vnius intel-
gibilis. Putà ſi ego intelligo lapidem & tu ſimiliter oportebit, quòd
vna & eadem ſit intellectualis operatio & mei & tui. Non enim po
teſt eſſe eiuſdem actini principij: ſiue ſit forma: ſiue ſit motor: reſpe-
ctu eiuſdem obiecti: niſi vna numero operatio eiuſdem ſpeciei in
eodem tempore. Quod manifeſtum eſt ex his quæ Philoſophus de-
terminat in quinto Phyſicorum. Vnde ſi eſſent multi homines ha-
bentes vnum oculum, omnium viſio nõ eſſet niſi vna reſpectu eiuſ-
dem obiecti in eodem tẽpore. Similiter ergo ſi intellectus ſit vnus
omnium, ſequitur quòd omnium hominum idem intelligentium
eodem tempore ſit vna actio intellectualis tantũ: & præcipuè cùm
nihil eorum ſecundum quę ponuntur homines differre ab inuicem
in operatione intellectuali diuerſificetur. Fantaſmata enim præam
bula ſunt actioni intellectus: ſicut colores actioni viſus. Vnde per
eorum diuerſitatem non diuerſificatur actio intellectus maximè
vnius intelligibilis. Secundum quæ tamen ponũt diuerſificari ſcien
tiam huius à ſcientia alterius: inquantùm hic intelligit ea quorum
fantaſmata habet: & ille ea quorum fantaſmata habet. Sed in duo-
bus qui idem ſciunt & intelligunt ipſa operatio intellectualis per
diuerſitatem fantaſmatum nullatenus diuerſificari poteſt. Adhuc
autem oſtendendum eſt, quòd hæc poſitio manifeſtè apparet repu-
gnans dictis Ariſtotelis. Cùm enim dixiſſet de intellectu poſsibili,
quòd eſt ſeparatus: & quòd eſt in potentia omnia, ſubiungit, quòd
cùm ſic ſingula ſciat, ſcilicet in actu vt ſciens dicitur qui ſecundum
actum, id eſt, hoc modo: ſicut ſcientia eſt actus: & ſicut ſciens dici-
tur eſſe in actu inquantùm habet habitum: vnde ſubdit: hoc autem
cõfeſtim accidit cùm poſsit operari per ſeipſum. Eſt quidem igitur
& tunc potentia quodammodo, nõ tamen ſimiliter: ſicut ante addi
ſcere aut inuenire. Et poſteà cùm quæſtuiſſet ſi intellectus ſimplex
eſt & impaſsibilis, & nulli nihil habet cõmune: ſicut dixit Anaxa
goras: quomodò intelliget, ſi intelligere pati aliquid eſt: Et ad hoc
ſoluendum reſpondet dicens. Quoniam potentia quodam modo
eſt intelligibilia intellectus: ſed actu nihil antequã intelligat. Opor
tet autem ſit: ſicut in tabula nihil eſt actu ſcriptum: quod quidem
accidit in intellectu. Eſt ergo ſententia Ariſtotelis, quòd intellectus
poſsibilis ante addiſcere aut inuenire eſt in potentia: ſicut tabula in
qua nihil eſt actu ſcriptum. Sed poſt addiſcere & inuenire ſecũdum
habitum ſcientiæ quo poteſt per ſeipſum operari: quamuis & tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitim potentia ad considerare in actu. Vbi tria notanda sunt. Primò quòd habitus scientiæ est actus primus ipsius intellectus posibilis, qui secundum hunc sit actu, & potest per seipsum operari. Non autem scientia est solùm secundum fantasmata illustrata: vt quidam dicunt, & quædam facultas quæ in nobis acquiritur, ex frequenti meditatione & exercitio: vt continuemur cum intellectu posibili per nostra fantasmata. Secundò notandum, quòd ante nostrum addiscere & inuenire, ipse intellectus posibilis est in potentia, sicut tabula in qua nihil est scriptum. Tertiò quòd per nostrum addiscere seu inuenire, ipse intellectus posibilis fit actu. Hæc autem nullo modo possunt stare, si sit vnus intellectus posibilis omnium qui sunt, & erunt, aut fuerunt. Manifestum est enim, quòd species conseruantur in intellectu. Est enim locus specierum: vt Philosophus suprà dixerat, & iterum scientia est habitus permanens. Si ergo per aliquem præcedentium hominum factus est in actu secundum aliquas species intelligibiles, & perfectus secundum habitum scientiæ, ille habitus & illæ species in eo remanent. Cùm autem omne recipiens sit denudatum ab eo, quod recipit, impossibile est, quòd per meum addiscere aut inuenire, illæ species acquirantur in intellectu posibili. Et si tamen aliquis dicat, quòd secundum nostrum inuenire, intellectus posibilis secundum aliquid fiat in actu de nouo, puta si aliquid intelligibilium inuenio, quod à nullo præcedentium est inuentum, tamen in addiscendo hoc contingere non potest. Non enim possum addiscere, nisi quod docens sciuit. Frustrà ergo dixit, quòd ante addiscere aut inuenire, intellectus erat in potentia. Sed & si quis addat homines semper fuisse secundum opinionem Aristotelis: sequeretur, quòd non fuerit primus homo intelligens, & sic per fantasmata nullius species intelligibiles sunt acquisitæ in intellectu posibili, sed sunt species intelligibiles intellectus posibilis æternæ. Frustrà ergo Aristoteles posuit intellectum agentem, qui faceret intelligibilia in potentia, intelligibilia actu. Frustrà etiam posuit, quòd fantasmata se habent ad intellectum posibilem, sicut colores ad visum, si intellectus posibilis nihil à fantasmatibus accipit. Quamuis & hoc ipsum irrationabile videatur, quòd substantia separata à fantasmatibus nostris accipiat, & quòd non possit se intelligere, nisi post nostrum addiscere, aut inuenire siue intelligere, quia Aristoteles post verba præmissa subiungit. Et ipse tunc se ipsum potest intelligere, scilicet post addiscere aut inuenire. Subsantia enim separata per seipsam est intelligibilis. Vnde per suam essentiam se intelligeret intellectus posibilis, si esset substantia separata, nec indigeret ad hoc speciebus intelligibilibus ei superuenientibus per nostrum intelligere, aut inuenire. Si autem hæc inconuenientia velint euidere dicendo, quòd omnia prædicta Aristoteles dicit de intellectu posibili, secundum quod continuatur nobis, & non secundum quod in se est. Primò quidem dicendum est, quòd verba Aristotelis hoc non sapiunt, imò de ipso intellectu posibili loquitur, secùdum id quod est proprium sibi, & secundum quod distinguitur ab agente. Si verò fiat vis de verbis Aristotelis, ponamus vt dicunt, quòd intellectus posibilis ab æterno habuerit species intelligibiles, per quas continuetur nobis secundum fantasmata quæ sunt in nobis. Oportet enim species intelligibiles quæ sunt in intellectu posibili, & fantasmata quæ sunt in nobis, aliquo horum trium modorum se habeant, quorum vnus est, quòd species intelligibiles quæ sunt in intellectu posibili, sint acceptæ à fantasmatibus quæ sunt in nobis: vt sonant verba Aristotelis, quod non potest esse secundum prædictam positionem: vt ostensum est. Secundus autem modus est: vt illæ species non sint acceptæ à fantasmatibus, sed sint irradiantes super fantasmata nostra, puta si species aliquæ essent in oculo, irradiantes super colores qui sunt in pariete. Tertius autem modus est: vt neque species intelligibiles quæ sunt in intellectu posibili, sint acceptę à fantasmatibus, neq; imprimant aliquid supra fantasmata. Si autem ponatur secundum, scilicet quòd species intelligibiles illustrent fantasmata, & secundum hoc intelligantur, primo quidem sequitur, quòd fantasmata fiunt intelligibilia actu nō per intellectum agentem, sed per intellectum posibilem secundum suas species. Secundò, quòd talis irradiatio fantasmatum non poterit facere, quòd fantasmata sint intelligibilia actu. Non enim fiunt fantasmata intelligibilia actu, nisi per abstractionem. Hæc autem magis erit receptio, quã abstractio. Et iterum cũ omnis receptio sit secundũ naturam recepti, irradiatio specierũ intelligibiliũ quæ sunt in intellectu posibili, non erit in fantasmatibus quæ sunt in nobis intelligibiliter, sed sensibiliter & materialiter, & sic non poterimus intelligere vniuersale per huiusmodi irradiationẽ. Si autẽ species intelligibiles intellectus posibilis, neq; acipiuntur à fantasmatibus, neq, irradiãt super ea, erunt omninò disparatæ, & nihil proportionale habentes, nec fantasmata aliquid facient ad intelligendum, quod manifestè veritati repugnat. Sic igitur omnibus modis impossibile est, quòd intellectus posibilis sit vnus tantùm omnium hominum.

Restat autem nunc soluere ea, quibus pluralitatem intellectus posibilis nituntur excludere. Quorum primum est, quòd omne, quod multiplicatur secundum diuisionem materiæ est forma materialis. Vnde substantiæ separatæ à materia non sunt plures in vna specie. Si ergo plures intellectus essent in pluribus hominibus qui diuiduntur adinuicem numero per diuisionem materiæ, sequeretur ex necessitate, quòd intellectus esset forma materialis, quod est contra verba Aristotelis & probationem illius quæ probat, quòd intellectus est separatus. Si ergo est separatus, & non est forma materialis, nullo modo multiplicatur secundum multiplicationem corporum. Huic autem rationi tantùm innituntur, quòd dicunt, quòd Deus non posset facere plures intellectus vnius speciei in diuersis hominibus. Dicunt enim, quòd hoc implicaret contradictionem, quia habere materiam, vt numeraliter multiplicetur, est aliud à natura formæ separatæ. Procedunt autem vlterius ex hoc concludere volentes, quòd nulla forma separata est vna numero, nec aliquid indiuiduum. Quod dicunt ex ipso vocabulo apparere, quia non est vnũm numero, nisi quod est vnum de numero, forma autem liberata à materia, non est vnum de numero, quia non habet in se causam numeri, eo quòd causa numeri est à materia. Sed vt à posterioribus incipiamus, videntur vocem propriam ignorare in hoc, quod vltimò dictum est. Dicit enim Aristoteles in quarto Metaphy. quòd cuiusque substantiæ vnum est esse, non secundum accidens, & quòd nihil est alind vnum præter ens. Substantia ergo separata si est ens secundum suam substantiam est vna, præcipuè cùm Aristoteles dicat in octauo Metaphy. quòd ea quæ non habent materiam non habent causam: vt fiat vnum & ens. Vnum autem in quinto Metaphy. dicitur quadrupliciter, scilicet numero, specie, genere, & proportione. Nec est dicendum, quòd aliqua substantia separata sit vnum tantum specie vel genere, quia hoc non est esse simpliciter vnum. Relinquitur ergo, quòd quælibet substantia separata sit vnum numero, nec dicitur aliquid vnum numero, quia sit vnum de numero. Non enim numerus est causa vnius, sed econuerso, quia in numeralo non diuiditur. Vnum enim est id, quod non diuiditur. Nec iterum hoc verum est, quòd omnis numerus causatur à materia. Frustrà enim Aristoteles quę fuisset numerum substantiarum separatarum. Ponit etiam Aristoteles in quinto Metaph. quòd multum diuiditur, non solùm numero, sed etiam specie & genere. Nec etiam hoc verum est, quòd substantia separata non sit singularis & indiuiduum aliquod. Alioquin non haberet aliquam operationem, cùm actus sint solùm singularium: vt Philosophus dicit. Vnde contra Platonem dicit in septimo Metaph. quòd si ideæ sunt separatæ, non prædicabitur de multis idea, nec poterit diffiniri, sicut nec alia indiuidua quæ sunt vnica in sua specie: vt sol & luna. Non enim materia est principium indiuiduationis in rebus materialibus, nisi inquantùm materia non est participabilis à pluribus, cùm sit primum subiectum non existens in alio. Vnde & de idea Aristoteles dicit, quòd si idea esset separata, esset quædã substantia indiuidua, quã impossibile esset prædicari de multis. Indiuiduæ ergo sunt substantiæ separatæ & singulares, non autem indiuiduatur ex materia, sed ex hoc ipso, ꝙ nõ sunt natæ in alio esse, & per cõsequens nec participari à multis. Ex quo sequitur, ꝙ si aliqua forma nata est participari ab aliquo, ita ꝙ sit actus alicuius materiæ, illa potest indiuidua ri & multiplicari per comparationem ad materia. Iam autẽ suprà ostensum est, ꝙ intellectus est virtus animæ, quæ est actus corporis. In multis igitur corporibus sunt multę animæ, & in multis animabus sunt multæ virtutes intellectuales, quæ vocantur intellectus. Nec propter hoc sequitur, quòd intellectus sit virtus materialis: vt suprà ostensum est. Si quis autem obiciat, quòd si multiplicantur secundum corpora, sequitur, quòd destructis corporibus, non remanent multæ animæ, patet solutio per ea quę dicta sunt. Vnumquodque enim sic est ens, sicut est vnum: vt dicitur in quarto Metaphy. Sicut igitur esse animæ est quidem in corpore, inquãtùm est forma corporis, nec est ante corpus, tamen destructo corpore adhuc remanet in suo esse, ita vnaquæque anima remanet in sua vnitate, & per consequens multæ animæ in sua multitudine. Valdè autem rudiler argumentantur ad ostendendum, quòd Deus facere non posset, quòd sint multi intellectus eiusdem speciei, credentes hoc inducere contradictionem. Dato enim, quòd non esset de natura intellectus, ꝙ multiplicaretur, non propter hoc oporteret, ꝙ intellectum multiplicari includeret contradictionem. Nihil enim prohibet aliquid nõ habere in sua natura causam alicuius, quod tamen habet illud ex alia causa. Sicut graue habet ex sua natura, quòd non sit sursum, tamen graue esse sursum nõ includit cõtradictionem. Sed graue esse sursum secundũ suam naturam, cõtradictionem includeret. Sic ergo intellectus si naturaliter esset vnus omniũ, quia nõ haberet naturalem causam multiplicationis, posset tamen sortiri multiplicationem ex supernaturali causa, nec esset implicatio contradictionis: quod

ctionis: quod nõ tantũ dicimus propter propositum: sed magis ne hæc argumentandi forma ad alia extendatur sic enim possent concludere, quòd Deus non potest facere, ꝙ mortui resurgant: & quòd cæci ad visum reparentur. Adhuc autem ad munimentum sui erroris aliam rationem inducunt. Quærunt enim vtrum intellectũ in me & in te est vnum penitus aut duo in numero. & vnum in specie. Si enim vnum intellectum, tunc vnus erit intellectus. Si duo in numero & vnum in specie, sequitur quòd intellecta habebunt rem intellectam. Quæcũque enim sunt duo in numero & vnum in specie sunt vnum intellectum: quia est vna quiditas per quam intelliguntur: & sic procedetur in infinitũ: quod est impossibile. Ergo impossibile est, quòd sint duo intellecta numero in me & in te. Est ergo vnum tantum, & vnus intellectus numero tantùm in omnibus hominibus. Quærendum est autem ab his qui tam subtiliter se argumentari putant, vtrum esse duo intellecta in numero & vnũ in specie sit contra rationem intellecti inquantùm est intellectũ: aut inquantùm est intellectum ab homine. Et manifestũ est secundũ rationem quã ponunt, quòd hoc est cõtra rationem intellecti, inquantùm est intellectum. De ratione enim intellecti inquantùm huiusmodi est, quòd nõ indigeat, quòd ab eo aliquid abstrahatur ad hoc quòd sit intellectũ. Ergo secundũ eorũ rationẽ simpliciter concludere possumus, quod sit vnũ intellectũ tantũ & non solũ vnũ intellectum ab omnibus. Et si est vnũ intellectum tantũ secundum eorũ rationem: sequitur, quòd sit vnus tantũ intellectus in toto mũdo. & non solùm in hominibus. Ergo intellectus noster nõ solùm est substantia separata: sed etiam est ipse Deus. & vniuersaliter tollitur pluralitas substantiarum separatarum. Si quis autem vellet respodere, quòd intellectum ab vna substantia separata & intellectum ab alia non est vnũ specie: quia intellectus differunt specie, seipsum decipere: quia id quod intelligitur comparatur ad intelligere & ad intellectum: sicut obiectum ad actum & potentiam: obiectum autem non recipit speciem ab actu neque à potentia: sed magis econuersò. Est ergo simpliciter concedendum, quòd intellectum vnius rei. putà lapidis, est vnum tantũ non solùm in omnibus hominibus: seu etiã in omnibus intellectibus. Sed inquirendum restat, quid sit ipsum intellectum Si enim dicant, quòd intellectũ est vna species immaterialis existens in intellectu posibili, latet ipsos, ꝙ quodã modo trãseũt in dogma Platonis: qui posuit, ꝙ de rebus sensibilibus nulla scientia potest haberi: sed omnis scientia habetur de forma vna separata. Nihil enim refert ad propositum: vtrum aliquis dicat, quòd scientia quæ habetur de lapide, habetur de vna forma lapidis separata: aut de vna forma lapidis quæ est in intellectu: vtrobiq; enim sequitur, quòd scientiæ nõ sunt de rebus quæ sunt hîc: sed de rebus separatis solùm. Sed quia Plato posuit huiusmodi formas immateriales per se subsitentes, poterat etiam cum hoc ponere plures intellectus participantes ab vna forma separata vnius veritatis cognitionem. Isti autem qui ponunt huiusmodi formas immateriales quas dicunt esse intellecta, necesse habent ponere, quòd sit vnus intellectus tantùm nõ solùm omniũ hominũ: sed etiã simpliciter. Est ergo dicendũ secundum sententiam Aristotelis, quòd intellectum quod est vnum, est ipsa natura vel quiditas rei. De rebus enim est scientia naturalis & aliæ scientiæ non de speciebus intellectis. Si enim intellectum esset non ipsa natura lapidis quæ est in rebus: sed species quæ est in intellectu sequeretur, quòd ego non intelligerem rem quæ est lapis: sed solùm intentionem quæ est abstracta à lapide. Sed verum est, quòd lapidis natura prout est in singularibus est intellecta in potẽtia: sed fit intellecta in actu per hoc, quòd species à rebus sensibilibus mediantibus sensibus vsque ad fantasiam perueniunt & per virtutẽ intellectus agentis species intelligibiles abstrahuntur quæ sunt in intellectu posibili. Hę autem species non se habent ad intellectũ possibilem: vt intellecta: sed sicut species quibus intellectus intelligit: sicut etiam species quæ sunt in visu, non sunt ipsa visa: sed ea quibus visus videt, nisi inquantũ intellectus reflectitur supra seipsum quod in sensu accidere nõ potest. Et autem intelligere esset actio trãiens in exteriorem materiam: sicut comburere & mouere, sequeretur ꝙ intelligere esset secundum modum quo natura realiter habet esse in singularibus: sicut conbustio ignis est secundum modũ cõbustibilis. Sed quia intelligere est actio in ipso intelligente manens: vt Aristoteles dicit. 9. Meta. sequitur, quòd intelligere sit secundum modũ intelligentis, id est, secundum exigentiã speciei qua intellectus intelligit. Hæc autem cùm sit abstracta à principijs indiuiduantibus nõ repræsentat rem secũdũ cõditiones indiuiduales: sed secũdũ naturam vniuersalẽ tantùm. Nihil enim prohibet si aliqua duo cõiunguntur in re, quin vnum eorum repræsentari possit etiam in sensu sine altero. Vnde color mellis vel pomi, videtur à visu sine eius sapore. Sic igitur intellectus intelligit naturam vniuersalem per abstractionem ab indiuidualibus principijs. Est ergo vnum quod intelligitur à me & à te. Sed alio intelligitur à me & alio à te, ideest, alia specie intelligibili: & aliud est intelligere meum, & aliud tuum: & alius est intellectus meus & alius tuus. Vnde & Aristoteles in prędicamentis dicit aliquam scientiam esse singularem, quantùm ad subiectum: vt quædam grãmatica in subiecto quidem est in anima de subiecto verò nullo dicitur. Vnde & inrellectus meus, quando intelligit se intelligere: intelligit quendam singularem actum: quando autem intelligit intelligere simpliciter, intelligit aliquid vniuersale. Non enim singularitas repugnat intelligibilitati: sed materialitas. Vnde cùm sint aliqua singularia immaterialia: sicut de subsțantijs separatis suprà dictum est, nihil prohibet huiusmodi singularia intelligi. Ex hoc autem apparet, quomodò sit eadem scientia in discipulo & doctore. Est enim eadem quantùm ad rem scitam: non tamen quantùm ad species intelligibiles quibus vterque intelligit. Quantùm enim ad hoc indiuiduatur scientia in me & in illo. Nec oportet, quòd scientia quæ est in discipulo causetur à scientia quæ est in magistro sicut calor aquę à calore ignis: sed sicut sanitas quæ est in materia, à sanitate quæ est in anima medici. Sicut enim in infirmo est principium naturale sanitatis, cui medicus auxilia subministrat ad sanitatem perficiendam, ita in discipulo est principium naturale scientiæ scilicet intellectus agens & prima principia per se nota. Doctor autem subministrat quædam adminicula deducendo conscquens ex principijs per se notis. Vnde & medicus nititur sanare eo modo quo natura sanaret, scilicet calefaciendo & frigidando. & magister eodem modo inducit ad scientiam quo inueniens per seipsum scientiam acquireret procedendo scilicet de notis ad ignota. Et sicut sanitas in infirmo fit non secundum potestatem medici: sed secundum facultatẽ naturæ, ita & scientia causatur in discipulo non secundũ virtutem magistri: sed secundũ facultatẽ addiscẽtis. Quod autem vlterius obijciũt, ꝙ si remanerent plures substantiæ intellectuales destructis corporibus, sequeretur, quòd essent ociosæ: sicut Aristote. in vndecimo. Meta. argumentatur: quòd si essent substantiæ separatæ nõ mouentes corpus, essent ociosæ: si bene literam Aristotelis considerassent, de facili possent dissoluere. Nam Aristo. antequàm hanc rationem inducat præmittit. Quare & substantias & principia immobilia tot esse, rationale est suscipere: necessarium enim dimittatur sortioribus dicere. Ex quo paret, quòd ipse probabilitatẽ quãdam sequitur: nõ necessitatẽ inducit. Deinde cũ ociosum sit quod non pertingit ad finẽ ad quem est, non potest dici etiam probabiliter, quòd substantiæ separatæ essent ociosæ, si non mouerent corpora: nisi fortè dicatur, quòd motus corporum sint fines substantiarum separatarum, quod est omnino impossibile cùm finis sit potior his quæ sunt ad finem. Vnde nec Aristoteles inducit, quòd essent ociosæ si non mouerent corpora: sed quòd omnem substantiam impasibilem secundum se optimum finem sortitã esse oportet æstimare. Est enim perfectissimũ vniuscuiusque rei: vt non solùm sit in se bonum: sed vt bonitatem in alijs causet. Non erat autem manifestum, qualiter substantiæ separatæ causarent bonitatem in inferioribus, nisi per motum aliquorũ corporum. Vnde ex hoc Aristoteles quandam probabilem rationẽ assumit ad ostendendum, quòd non sunt aliquæ substantiæ separatæ: nisi quæ per motus cœlestium corporum manifestantur. quauis hoc necessitatem non habeat, vt ipsemet dicit. Concedimus autem, quòd anima humana à corpore separata non habet vltimã perfectionem suæ naturæ cũ sit pars naturæ humanæ. Nulla enim pars habet omnimodã perfectionẽ, si à toto separetur. Non autẽ propter hoc est frustra: quia nõ est animæ humanæ finis mouere corpus: sed intelligere in quo est sua fœlicitas: vt Aristote. probat. in 10. Ethicorum. Obijciunt etiam ad sui erroris assertionẽ, ꝙ si intellectus essent plures plurium hominum, cũ intellectus sit incorruptibilis, sequeretur quòd actu essent infiniti intellectus secundũ positionẽ Aristotelis: qui posuit mundũ æternũ & homines semper fuisse. Ad hanc autẽ obiectionem sic respondet Algazel in sua Metaphysica. Dicit enim, quòd in quocũq; fuerit vnũ istorum sine alio, ideſt, quãtitas vel multitudo sine ordine, infinitas non remouebitur ab eo: sicut à motu cœli. Et postèà subdit. Similiter etiam animas humanas quæ sunt separabiles à corporibus per mortem, concedimus esse infinitas numero, quàmuis habeant esse simul: quoniam non est inter eas ordinatio naturalis, qua remota desinant esse animæ: eo quòd nullæ earũ sunt causæ alijs: sed simul fiunt sine prius & posterius natura & situ. Nõ enim intelligitur in eis prius & posterius secũdum naturã: nisi secundum tempus creationis suæ. In esseutijs autem earum secundum quod sunt essentiæ, non est ordinatio vllo modo: sed sunt æquales in esse econtrario spacijs & corporibus & causæ & causato. Quomodò autem hæc Aristoteles solueret à nobis sciri non potest: quia illam partem Metaphysicæ non habemus, quam fecit de substantijs separatis. Dicit enim Philosophus in secundo Physicorum, quòd de formis quæ sunt separatæ, in materia autem inquantùm sunt separabiles consilerare est opus Philosophiæ primæ. Quicquid autem circa hoc dicatur manifestum est, quòd ex hoc nullam angustiam catholici patiuntur, qui ponunt mũdum incepisse. Patet autem falsum esse, quòd dicunt hoc fuisse principium apud omnes Philosophãtes & Arabes & Peripateticos, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

intellectus nō multiplicaretur numeraliter: licèt apud Latinos nō. Algazel enim Latinus nō fuit: sed Arabs. Auicēna etiam qui Arabs fuit, in suo libro de anima sic dicit. Prudentia & stultitia & opinio & alia huius similia, non sunt nisi in essentia animæ: ergo anima non est vna: sed sunt multæ numero, & eius species vna est. Et vt Græcos non omittamus, ponenda sunt circa hoc verba Themistij, in cōmēto de anima. Cū enim quæsisset de intellectu agente: verū sit vnus aut plures, subiungit soluens. An primū quidē intellectū illuminante credi vnū oportet, illuminatos verò & subinde illuminantes multos? quemadmodū quanquā sol est vnus, tamen lux quę de sole prodit & mittitur, quasi abiūgitur ab eo & diuellitur: atq; ita in multos obtatus distrahitur distribuitúrque. Quamobrem Aristoteles intellectum nō solùm sed lumini comparauit. Plato autem soli. Ergo patet per verba Themistij, quòd nec intellectus agens, de quo Aristoteles loquitur, est vnus qui est illustrans: nec etiam possibilis qui est illustratus. Sed verū est, quòd principium illustrationis est vnum: scilicet aliqua substantia separata. vel Deus secundum catholicos: vel intelligentia virtima. secundum Auicennam. Vnitatem autem huius principij separati probat Themistius per hoc quòd docens & addiscens idem intelligit. Quod non esset, nisi esset idem principium illustrans. Sed verum est, quòd posteà dicit quosdam dubitasse de intellectu possibili vtrum sit vnus. Nec circa hoc plus loquitur: quia non erat intentio eius tangere diuersas opiniones Philosopho rum: sed exponere sententias Aristotelis, Platonis, & Theophrasti. Vnde in fine concludit. Quod dixi pręmūtiare quidem de eo quod dicit Philosophus singularis est studij & sollicitudinis. Quod autem maximè aliquis vtique aliquid ex verbis quæ collegimus accipiat de his sententiam Aristotelis & Theophrasti: magis autē ipsius Platonis hoc promptum est propalare. Cæterum quærere quid quisque de anima senserit & loci & curæ alterius est. At quænam fuerit opinio Aristotelis quæ Theophrasti: & quæ etiam Platonis, facilè arbitror colligi posse ex verbis his quæ suprà de libris eorum prompsimus prætexímúsq;. Ergo patet, quòd Aristoteles & Theophrastus, & Themistius, & ipse Plato nō habuerunt pro principio, quod intellectus possibilis sit vnus in omnibus. Patet etiam, quòd Auerroys peruersè refert sententiam Themistij & Theophrasti de intellectu possibili & agente. Vnde meritò suprà diximus eum philosophiæ peripateticæ peruersorem. Vnde mirū est, quomodò aliqui solùm commentum Auerroys videntes, pronuntiare pręsumit, quòd ipse dicit hoc sensisse omnes Philosophos Græcos & Arabes, præter Latinos. Est etiam maiori admiratione vel etiam indignatione dignum, quòd aliquis Christianum se profitens tam irreuerenter de Christiana fide loqui pręsumpserit. Sicut cùm dicit, quòd Latini pro principijs eorum hoc non recipiunt, scilicet quòd sit vnus intellectus tantùm: quia forte lex eorum est in contrarium. Vbi duo sunt mala. Primò, quia dubitat an hoc sit contra fidem. Secundò, quia alienum se iudicauit ab hac lege: & quod postmodùm dicit. Hæc est ratio per quam catholici videntur habere hanc positionem. Vbi sententiā fidei positionem nominat. Nec minoris pręsumptionis est, quod postmodùm asserere audet Deum facere non posse, quòd fiat multi intellectus: quia implicat contradictionem. Adhuc autem grauius est, quod postmodùm. Per rationem cōcludo de necessitate, quòd intellectus est vnus numero: firmiter tamen teneo oppositum per fidem. Ergo sentit, quod fides sit de aliquibus: quorum contraria dē necessitate concludi possunt. Cùm autem de necessitate concludi non possit, nisi verum necessarium cuius oppositum est falsum & impossibile: sequitur secundum eius dictum, quod fides sit de falso & impossibili. Quod etiam Deus facere non potest. Quod fidelium aures ferre non possunt. Non caret etiam magna temeritate, quòd de his quę ad Philosophiam non pertinēt: sed sunt puræ fidei disputare pręsumit: sicut quòd anima patiatur ab igne inferni, & dicere sententias doctorum de hoc esse reprobandas. Pari ergo ratione posset disputare de trinitate: de incarnatione & alijs huiusmodi: de quibus non nisi balbutiens loqueretur. Hæc igitur sunt quæ in destructionem prædicti erroris conscripsimus, non per documenta fidei: sed per ipsorum Philosophorum rationes & dicta. Si quis autem gloriabundus de falsi nominis scientia velit contra hæc quæ scripsimus aliquid dicere, non loquatur in angulis: nec coram pueris qui nesciunt de causis arguis iudicare: sed contra hoc scriptum scribat: si audet: & inueniet non solùm me: qui aliorum sum minimus: sed multos alios, qui veritatis sunt cultores: per quos eius errori resisteretur vel ignorantiæ consuleretur.

Explicit diuinum opus decimumsextum beati Thomæ Aquinatis, de vnitate intellectus: contra Auerroystas dicentes vnum esse intellectum omnium hominum.

* *
*

PRAECLARVM EIVSdem Doctoris opus contra pestiferam doctrinam retrahentium homines à religionis ingressu: in quo auctoris intentio manifestatur.

Opus XVII.

CAP. I.

CHRISTIANAE religionis propositum in hoc præcipuè videtur consistere, vt à terrenis homines abstrahat, & spiritualibus faciat esse intentos. Hinc est, quòd actor fidei & consummator Iesus in hunc mundum veniens sæcularium rerum cōtemptum & facto & verbo suis fidelibus demonstrauit. Facto siquidem. quia sicut dicit Aug. in li. de Catherizandis rudibus. Omnia bona terrena contempsit homo factus dominus Iesus: vt contemnenda monstraret: & omnia terrena mala sustinuit quæ sustinenda præcipiebat: vt neque in illis quæreretur fœlicitas, neque in istis infœlicitas timeretur. Natus enim de matre, quæ quamuis à viro intacta conceperit sempérq; intacta permanserit, tamen fabro desponsata erat, omnem typū carnalis nobilitatis extinxit. Natus in ciuitate Bethleem quæ inter omnes Iudeæ ciuitates erat exigua, noluit quámquam de terrenę ciuitatis sublimitate gloriari. Pauper factus est cuius sunt omnia, & per quem facta sunt omnia, ne quisquam cùm in eum crederet, de terrenis diuitijs auderet extolli. Noluit Rex ab hoc minibus fieri, quia humilitatis ostendebat viam. Esuriuit qui omnes pascit, sitiuit, per quem omnis potus creatur, ab itinere fatigatus est qui se ipsum nobis viam fecit in cœlum, crucifixus est qui cruciatus nostros fugauit, mortuus est, qui mortuos suscitauit, hoc idem in verbis ostendit. nam in suæ prædicationis exordio, non aliqua regna terrena, sicut in veteri testamento, sed regnum cœlorum pœnitentibus repromisit, discipulis primam beatitudinem in spiritus paupertate constituit, in qua etiam perfectionis iter esse mōstrauit, dicens quærenti iuueni. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quę habes & da pauperibus, & veni sequere me. Hāc viam eius discipuli sunt secuti, tanquàm temporaliter nihil habentes, sed spirituali virtute omnia possidentes. Habentes enim alimēta & quibus tegebantur, his erant contenti. Hoc autem tam pium tanquè salubre studium diabolus humanæ salutis æmulus, per homines carnales inimicos crucis Christi terrena sapientes, ab antiquis temporibus impedire non cessat. Dicit enim Augustinus in li. de agone Christiano. Masculi & fœminæ & omnis ætas & omnis sæculi dignitas, ad speciem vitæ æternæ commutata est. Alij neglectis tēporalibus bonis, conuolant ad diuina, alij cedunt eorum virtutibus, qui hæc faciūt, & laudant, quod mutare non audent. Pauci autem adhuc murmurant & inani luore torquētur, aut qui sua quærunt in ecclesia quàm catholici videantur, aut ex ipso Christi nomine gloriā quærentes hæretici. Ex horum siquidem numero insurrexerunt ab olim diuersis quidem locis, sed pari vesania Iouinianus Romæ. Vigilantius in Gallia, quæ anteà errorum monstris caruerant, quorum primus, virginitati matrimonium, secundus paupertati diuitum statum præsumpserunt æquare, manifesta perfidia euangelica & apostolica consilia quantùm in ipsis est reddentes inania. Si enim diuitiæ paupertati, virginitati matrimonium comparantur ex æquo, frustrà vel Dominus de paupertate seruanda, vel eius Apostolus de virginitate custodienda, dedit consilium. Vnde infigunt doctor Hieronymus vtrúnque eorum efficaciter confutauit. Sed sicut in Apocalypsi legitur, vnum de capitibus bestiæ, quod quasi occisum fuerat, à plaga suæ mortis curatur. Insurgunt enim iteratò in Gallia noui Vigilantij, à consiliorum obseruantia multipliciter & astutè homines retrahentes. Primò namque proponunt, nullos consiliorum obseruantia per religionis ingressum debere assumere, nisi prius in mandatorum obseruantia exercitatos, per quorum dictum & pueris & peccatoribus & nouiter conuersis ad fidem arripiendæ perfectionis via præcluditur. Addunt insuper, quòd consiliorum viam nullus debeat assumere, nisi prius multorum consilio requisito, per quod quantū impedimentū assumendæ perfectionis paretur hominibus, nullus sanæ mentis ignorat, dum carnalium hominum consilia, quorum maior est numerus, facilius à spiritualibus homines retrahunt, quàm inducant. Conantur insuper impedire obligationem hominum, ad religionis ingressum, per quam firmatur anxietas ad perfectionis viam assumendam. Demum paupertatis perfectioni derogare multipliciter non verentur. Horum autem conatum nepharium præfiguravit Pharao: qui vt legitur Exod. 5. obiurgans Moysen Aaron volentes populum Dei ex Aegipto educere, quare inquit Moyses & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis. Vbi dicit glo. Origenis. Hodie quoque si Moyses & Aaron. id est prophe ticus & sacerdotalis sermo animam sollicitet ad seruitium Dei: exire de sæculo: renunciare omnibus quæ possidet: attendere legi & verbo Dei: continuo audies vnanimes & amicos Pharaonis dicentes. Videte quomodò seducuntur homines & peruertuntur adolescentes. Et posteà subdit. Hæc erant tunc verba Pharaonis hoc nunc amici eius loquuntur. Hæc igitur sunt eorum consilia quibus impedire conantur tendentium ad perfectionem profectum. Sed secundum Salomonis sententiam non est consilium contra dominum, de cuius consilij auxilio spiritualibus armis quæ sunt potētia à Deo, prædicta consilia nitemur destruere & præsumptionis altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei. De singulis igitur præmissorum hoc ordine prosequemur: vt primò ponamus ea quibus suā intentionem fundare nituntur. post hæc ostendere conabimur secundum quid & quomodò singulum prædictorum repugnat veritati, quæ secundum pietatem est. Deinde ostēdemus ea quibus vtuntur ad suæ opinionis assertionem inania & friuola esse.

Rationes quibus astruere quidam nituntur non debere aliquos ad religionem admitti antequàm fuerint in præceptis exercitati.

CAP. II.

NItuntur autem ostendere multipliciter, quòd consiliorum viam non debent arripere nisi prius fuerint in obseruantia mandatorum exercitati. Saluator enim noster vbi consilium de paupertate sectanda dedit primò adolescenti proposuit, vt si vellet vitam ingredi seruaret mandata: & tunc proficienti se à iuuentute mandata seruasse consilium seruandæ paupertatis dedit. Videtur igitur, quòd obseruantia mandatorum viam consiliorum præcedere debeat. Item inducunt quod Mat. vlt. super illud. Docentes eos seruare omnia quæcúnque mandaui vobis. dicit. Glosa. Bede. Congruus ordo. Primo enim docendus est auditor: deinde fidei sacramentis imbuendus: tunc ad seruanda iustruendus. Ex quo volunt accipere, quòd obseruantia mandatorum præcedere debeat consiliorum assumptionem. Adhuc in Psalm. legitur. A mandatis tuis intellexi. Vbi dicit Glo. Non mandata ipsa dico me intellexisse: sed à mandatis: quia ea faciendo venit istè ad altitudinem sapientiæ. Ex quo etiam idem quod prius volunt concludere. Item inducunt, quod alibi in Psalmo super illud: sicut ablactatus super matre sua. dicit Glos. Sicut quinque tempora notantur in carnali procreatione & alitione, ita & in spirituali. Prius enim concipimur in vtero: deinde ibidem alimur: donec in lucem ædamur: deindè manibus matris gestamur & lacte nutrimur quousque ablactati ad mensam patris accedamus. Et posteà subdit. Hæc quinque tempora sancta seruat ecclesia. In quarta enim feria quartæ hebdomadæ quasi ecclesiæ infantia concipitur. Tunc enim per exorcismum & catheciſmum rudimentis Christianitatis imbuuntur. Deindè quasi in vtero ecclesiæ aluntur vsque ad sabbatum sanctum. in quo per baptismum ad lucem generantur. Deindè quasi manibus ecclesiæ gestantur & lacte nutriuntur vsque ad Penthecostem; quo tempore nulla difficilia inducuntur: non media nocte surgitur: non ieiunatur. Posteà spiritu Paraclito confirmati, quasi ablactati incipiunt ieiunare & alia difficilia seruare. Multi verò hunc ordinem peruertunt vt hæretici & scismatici se ante tempus, à lacte separantes. Vnde extinguuntur. Cum ergo obseruatio cōsiliorum sit difficilior quàm obseruatio mandatorum, videtur peruersus esse ordo: & ad hæresim: vel scisma pertinere, quòd aliquis accedat obseruandum consilia prius in præceptis obseruandis non exercitatus. Hoc etiam idem probare nituntur per ordinem miraculorum quibus saluator turbas pauit. Primò enim: vt legitur Matthæi decimoquarto. Satiauit quinque milia hominum ex quinque panibus & duobus piscibus. Posteà verò satiauit quatuor milia hominum de septem panibus & septem pisciculis: vt habetur Matthæi decimoquinto. Significantur autem per quinque milia hi qui in sæculari habitu exterioribus vti rectè nouerunt. Nam qui in mundo integre renunciant: quatuor milia sunt: & septem panibus, idest, euangelica perfectione sublimes & spirituali gratia reficiuntur. Ex quo volunt accipere, quòd prius debent aliqui nutriri in obseruantia mandatorum & postmodùm perduci ad perfectionem consiliorum. Item inducunt quod Hieronimus dicit super Matth. in principio. Quatuor inquit sunt qualitates de quibus sancta euangelia contexuntur: præcepta: mandata: testimonia: exempla: in præceptis iustitia: in mandatis charitas: in testimonijs fides: in exemplis perfectio. Volunt igitur concludere, quòd à iustitia præceptorum sit procedendum ad perfectionem exemplorum: quæ in consilijs videtur consistere. Inducunt etiam quòd Grego. dicit in sexto Moraliu m Post Liæ amplexus, ad Rachelem Iacob peruenit: quia perfectūs quisque ad fœcunditatem actiuæ vitæ antè iungitur: & post ad requiem contemplatiuæ copulatur. Status autem religionis qui consiliorum obseruantiam profitetur pertinet ad vitam contemplatiuam. Præcepta autem dirigunt nos ad vitam actiuam: quia Matthæi decimonono vbi enumerantur præcepta legis dicit Glos. Ecce vita actiua: vbi autem posteà subijcitur. Si vis perfectus esse. &c. dicit Glos. Ecce vita contemplatiua. Non videtur ergo esse transeundum ad religionis statum, nisi prius aliquis fuerit in vita actiua exercitatus per obseruantiam præceptorum. Assumunt etiam quod Greg. dicit super Ezechielem. Nemo repente fit summus: sed in bona conuersatione à minimis quis inchoat: vt ad magna perueniat. Minima autem videntur esse præcepta Decalogi: magna autem videntur esse consilia, quæ pertinent ad perfectionem vitæ. Dicit enim August. in lib. De sermone domini in monte. Illa quæ præcepta sunt in lege dicuntur minima: quæ autem Christus dicturus est, sunt maxima. Nullus ergo debet ad obseruantiam maiorum, idest, consiliorum accedere, nisi prius in minoribus hoc est in præceptis exercitatus. Item Grego. dicit & habetur in Decretis distinctione quadragesimaoctaua. ca. sicut Scimus quòd ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi à nouitatis suæ humore siccentur: ne si ante ponderā quàm solidentur accipiant, cunctam simul ad terram fabricam deponant. Ibidem etiam habetur ex dictis Greg. Casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum. Vnde concludunt periculosum esse, quòd aliquis summam perfectionem consiliorum attingere præsumat, nisi prius in minoribus hoc est in mandatis fuerit exercitatus. Adijciunt etiam, quòd naturæ ordine mandata præcedunt consilia: vtpotè magis communia: à quibus non conuertitur consequentia essendi. Possunt enim præcepta sine consilijs obseruari: consilia verò sine præceptis nequaquàm. Vnde inordinatum esse concludunt ad consilia tendere, non præmisso exercitio mandatorum. Addunt etiam, quòd si consilia præcepta præcederent, salus esse non posset his qui consilia non obseruant: quia secundum hoc nec præcepta obseruare valerent. Hæc igitur sunt quibus maximè vtuntur ad ostendendum, quòd statum perfectionis per religionis ingressum assumere non debent: nisi qui sunt in obseruantia mandatorum exercitati.

Quòd prædicta assertio locum non habet in pueris.

CAP. III.

ET quia præsens quæstio ad mores pertinet in quibus præcipuè considerandum est, vtrum quod dicitur operibus congruat: ostendamus primò hoc, quod asserere nituntur à rectis operibus discordare. Sunt autem tria genera hominum qui præceptorum exercitationem non habent. Primò quidem pueri, qui propter defectum temporis mandatorum extrcitium non potuerunt habere. Secundò sunt nuper ad fidem conuersi antequàm nullum in præceptorum obseruantia exercitium esse potest: quia omne quod non est ex fide, peccatum est. vt Apostolus dicit ad Roman. decimoquarto. Et sine fide impossibile est placere Deo: vt dicitur ad Hebr. xi. Tertiò peccatores, qui in peccatis vitam duxerunt. In singulis autem præmissorum generibus manifestè apparet falsum esse quod dicitur: Si enim ex necessitate præceptorum exercitium viam consiliorum præcederet: quam quis arripit per, religionis ingressum, inordinatum valde esset: nec ab ecclesia sustinendum, quòd parentes pueros in annis minoribus constitutos, offerant Deo in religione nutriendos sub consiliorum obseruantia antequam in præceptis exercitari potuerint: cuius contrarium & ecclesiæ consuetudo habet: quæ maximum habet auctoritatis pondus: & multipliciter scripturarum auctoritatibus comprobatur. Dicit enim Greg. & habetur vigesima quæstione prima capitu. addidistis. Si pater vel mater filium filiamuè intra septa monasterij in infantiæ annis sub regulari tradiderunt disciplina, vtrum liceat eis postquàm pubertatis annos impleuerint egredi & matrimonio copulari, hoc omnino deuitamus: nec refert quantùm ad propositum pertinet, vtrum sint obligati ad regularem obseruantiam perpetuò tenendam: quia si præceptorum exercitium ex necessitate obseruantiam consiliorum præcederet nullo modo liceret regulari consiliorum obseruantiæ aliquos applicare: qui nondum essent in præceptis exercitati. Hæc autem consuetudo pueros religioni tradendi non solùm ecclesiasticis statutis quàm pluribus: sed etiam sanctorum exemplis comprobatur. Narrat enim Gregorius in secundo Dialogorum libro, quòd cœperunt ad beatum Benedictum Romanæ vrbis nobiles & religiosi concurrere suósque ei filios omnipotenti Deo nutriendos dare. Tunc quoque bonæ spei suas soboles. Euticus Maurū: Tertullus verò Patricius Placidum tradidit. Ex quibus Maurus iunior cū bonis polleret moribus magistri adiutor cœpit exi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stere. Placidus verò puerilis adhuc indolis annos gerebat. Ipse etiã beatus Benedictus adhuc puer existens, despectis literarum studijs relicta domo rebúsque patris soli Deo placere desiderans sanctæ conuersationis habitum quæsiuit: vt Gregorius in eodem libro narrat. Hic etiã mos ab ipsis Apostolis sumpsisse inuenitur exordium. Dicit enim Dyonisius in fine Ecclesiæ Hierarchiæ. Sursum acti infantes ad habitum sanctum habebant consuetudinem ab omni remoti errore & immundæ vitæ expertes. Hoc diuinis nostris ducibus ad mentem venit: & visum est suscipere infantes. Et quamuis ibi loquatur Dyonisius de susceptione infantium ad Christianam religionem in baptismo assumendam, tamen ratio ibi inducta etiam proposito competit: quia vtrobique pueros expedit nutriri in his quæ postmodùm sunt obseruaturi, vt ad hoc eorum habitus informetur. Et vt vlterius procedatur, hoc etiam ipsius domini auctoritate firmatur. Legitur enim Matthæi decimonono, quòd oblati sunt Christo paruuli vt manus eis imponeret & oraret: discipuli autem increpabant eos: Iesus autem ait eis. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire. Talium est enim regnum cœlorum. vbi dicit Chrysostomus. Quis mereatur appropinquare Christo, si repellitur ab eo simplex infantia? Nam si sancti futuri sunt, quid negatis filios ad patrem venire? Si autem peccatores futuri sunt, vt quid sententiam condemnationis proferris antequàm culpam videatis? Manifestum est autem, quòd maximè appropinquat homo Christo per viam consiliorum: secundum illud Matthæi decimonono. Vende omnia quæ habes & da pauperibus & sequere me. Non sunt igitur pueri retrahendi, ne per obseruantiam consiliorum Christo appropinquent. Sed sicut Origenes ibidem dicit: quidam priùsquàm discant rationem iustitiæ de pueris reprehendunt eos qui per simplicem doctrinam pueros & infantes, id est, minus adhuc eruditos offerunt Christo. Dominus autẽ hortans discipulos suos viros iam constitutos condescendere vtilitatibus puerorum, vt fiant pueris quasi pueri: vt pueros lucrentur, dicit. Talium est regnum cœlorũ. Nam & ipse cũ in forma Dei esset factus est puer. Hoc ergo debemus attendere: ne æstimatione sapientiæ excellentioris contemnamus: quasi magni pusillos ecclesiæ prohibẽtes pueros venire ad Iesum. Et vsquhuc ad priora nos extendamus: de Ioanne Baptista legitur Lucæ primo. Puer crescebat & confortabatur spiritu: & erat in desertis vsque ad diem ostensionis suæ ad Israël. vbi dicit Beda. Prædicator pœnitentiæ futurus vt liberiùs auditores suos à mundi illecebris eruditos subtollat, primquam in desertis transegit vitã: ne vt Gregorius Nicenus dicit huiusmodi fallacijs quæ per sensus ingeruntur assuetus quandam confusionem ac errorem incurreret erga veri boni discretionem: & ideò ad tantum, diuinarum gratiarum eleuatus est apicem: vt plusquàm prophetis sibi gratia infunderetur: quia mundus expers cuiuslibet passionis desiderium suum à principio vsque ad finem diuinis aspectibus obtulit. Non solùm igitur licitum est. sed etiam valde expediens ad maiorem gratiam optimè promerendam: vt aliqui à pueritia sæculum deserentes, in deserto religionis viuant. Vnde Trenorum tertio dicitur. Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Et causa videtur assignari: cùm subditur. Sedebit solitarius & tacebit: quia leuauit se super se: per quod datur intelligi, qui ab adolescentia sua iugum religionis portando, se super se leuant ad obseruantias religionis, quæ in quiete consistit à mundanis curis & silentio, à turbarum tumultibus, magis redduntur idonei. secundum illud Prouerbiorum vigesimosecundo. Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit non recedet ab ea. Et inde est, quòd Anselmus in libro de similitudinibus, eos qui sunt à pueritia in monasterijs nutriti, angelis comparat, eos verò qui postmodùm in perfecta ætate conuertuntur, hominibus. Hoc etiam non solùm sacræ scripturæ auctoritatibus, sed etiam Philosophorum sententijs confirmatur. Dicit enim Philosophus in secũdo Ethicorum. Non parum differt, sic vel sic ex iuuene cõfestim assuefieri. Sed multò magis aut omne, id est, totum in hoc consistit, quòd aliqui à pueritia eruditur in hoc, quod per totam vitam debetur seruare, & in octauo Politicorum dicit idem Philosophus, quòd legislatori maximè negotiandum est circa iuuenum disciplinam, quos oportet erudire, secundum quod conuenit ad vnamquamque qualitatem. Hoc etiam ex communi hominum consuetudine manifestè apparet secundum quam homines à pueritia applicãtur illis officijs, vel artibus in quibus vitam sunt acturi. Sicut qui futuri sunt clerici, mox à pueritia in clericatu eruditur, qui futuri sunt milites, oportet quòd à pueritia in militaribus exercitijs nutriantur, sicut Vegetius dicit in libro de re militari, qui futuri sunt fabri, fabrilem artem à pueritia discũt. Cur igitur in hoc solo regulã fallet: vt qui futuri sunt religiosi, non à pueritia in religione exerceantur. Quinimò necesse est: vt quantò aliquid est difficilius tanto ad illud portandum magis homo à pueritia consuescat. Sic igitur manifestè apparet, quòd in pueris locum non habet, quòd dicunt oportere aliquem prius in mandatis exerceri, quàm ad consilia transeat religionem intrando.

Quòd prædicta assertio locum non habet in his qui de nouo conuertuntur ad fidem.

CAP. IIII.

NVnc videre oportet vtrum hoc locum habere possit in his qui nuper ad fidem sunt conuersi, quibus si quis religionis habitum interdicat, tanquàm in præceptis non exercitatis, primo aspectu absurdum apparet, cùm constet Christi discipulos statim in sua conuersione ad fidem esse assumptos ad Christi collegium, in quo primum exemplar consiliorum perfectionis apparuit, & absque dubio cuiuscũque religionis statum excesit. Ipse quoque Paulus inter Apostolos conuersione nouissimus, prædicatione primus statim ad fidem conuersus viã perfectionis euangelicę sumpsit. Dicit enim ad Galatas primo. Cùm autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ: vt vocaret per gratiam suam: vt reuelaret filiũ suum in me: vt euangelizarem illum in gentibus, continuò non acquieui carni & sanguini. Hoc etiam ex ipsius Christi exemplo nobis ostenditur. Legitur enim Matthæi quarto post baptismum Christi, quòd tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu: vbi dicit gl. Tunc, id est, post baptismum, docens baptizatos de mundo exire, & in quiete Deo vacare. Hoc etiam ex multorum laudabili consuetudine approbatur, qui ab infidelitate quacunquè ad fidem Christi conuersi, statim habitum religionis assumunt. Quis autem erit tam improbus disputator, qui audeat eis consulere: vt potius in sæculo remaneant, quàm in religione perceptam baptismi gratiam studeant conseruare. Quis sanæ mentis ab hoc proposito eum impediat, ne Christum quem per sacramentum baptismum iam induit, perfecta imitatione induere mereatur. Apparet igitur & in hoc secundo hominum genere derisibile omnino esse, quòd dicunt homines ab ingressu religionis arcendos ante exercitium præceptorum.

Quòd prædicta assertio locum non habet in peccatoribus per pœnitentiam conuersis.

CAP. V.

DEnique videamus, an in tertio genere hominum, scilicet de peccatis pœnitentium nondum in præceptis exercitatorum, conueniens esse possit quod dicunt. Vbi primò assumendum videtur, quod in euangelio legitur de conuersione Matthæi: quem dominus de telonei lucris ad sui sequelam vocauit: & quamuis non statim sit in Apostolatum assumptus, statim tamen consiliorum perfectionem assumpsit. Dicitur enim Luc. 5. quòd relictis omnibus, surgens secutus est eum: & sicut Ambro. ibidem dicit propria dereliquit, qui rapiebat aliena. Ex quo manifestè apparet, quòd statim pœnitentes post quãcunque immanitatem peccatorum viam consiliorum possunt arripere. Quinimò vt verius dicatur, eis maximè competit perfectiorem viam consiliorum assumere. Greg. enim in quadam Homelia exponens illud quod habetur Lucæ tertio. Facite dignos fructus pœnitentiæ, dicit. Quisquis illicita nulla commisit, huic iure conceditur: vt licitis vtatur. At si quis in culpam lapsus est, tanto à se licita debet abscindere, quanto se meminit illicita perpetrasse: & postmodùm subdit. Per hoc ergo cuiuslibet conscientia conuenitur: vt tanto maiora quærat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto grauiora sibi intulit damna per culpam: quia igitur in statu religionis homines etiam à licitis abstinent & perfectorum operum lucra quærunt, manifestum est, quòd à peccatis recedentes non in obseruantia præceptorum: sed potius in eorum transgressione exercitati, debent viam consiliorum assumere religionem intrando. quæ est perfectæ pœnitentiæ status: vnde vt habetur trigesimatertia quæstione secundo capit. admonere. Stephanus papa Astulphum quendam qui grauia peccata portauerat admonet dicens. Placeat tibi consilium nostrum, Ingredere monasterium, humiliare sub manu abbatis; & multorum fratrum precibus adiutus obserua cuncta simplici animo quæ tibi fuerint imperata: & postea subdit. Sin autem pœnitentiam publicam permaneus in domo tua: vel in hoc mundo vis agere: quod peius tibi & durius & grauius esse non dubites, ita vt agere debeas exhortamur. Et subiungit quædam grauissima, quibus tamen omnibus vtilius & melius esse dicit religionis ingressum. Sic igitur patet, quòd non exercitati in præceptis. sed potius in peccatis conuersi salubriter admonentur ad religionis ingressum: qui tamen per horum admirabilem sapientiã à consilijs assumẽdis arcẽtur: quorum in hoc sententia Apostoli sententia confutatur, qui dicit Roman. sexto. Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem: vbi dicit glos. Humanum dico, quia plus seruituris debetis iustitiæ, quàm peccato. Et Baruch quarto dicitur. Sicut fuit sensus vester, vt errantis à Deo decies tantum: intantùm conuertentes requireretis eũ: quia videlicet post peccata quibus homo à Deo recessit, eius præcepta transgredietis, ad maiora debet manu extendere: &

dere. & non esse mediocribus contentus. Huic etiam rei multa exempla sanctorum suffragantur. Plurimi enim vtriusque sexus post grauia facinora, & flagitia perpetrata, in quibus totam vitam suam consumpserant statim consiliorum viam assumentes nullo præmissa præceptorum exercitio religioni artissimæ se dederunt. Nec solùm hoc auctoritatibus sanctorum & exemplis: sed etiam Philosophicis documentis comprobatur. Dicit enim Philosophus. in 2. Ethi. Multum enim abducentes à peccato, in medium veniemus. quod tortuosa lignorum dirigentes faciunt. Oportet igitur eos qui per peccata sunt distorti, ad rectitudinem deuiora virtutis opera obseruando. Patet igitur ex præmissis, quòd in nullo genere hominum locum habere potest quod dicunt, non debere aliquos ad religionem transire: nisi prius fuerint in præceptis exercitati.

Destructio radicis erroris præmissi.

CAP. VI.

AD hunc autem errorem radicitus extirpandum, oportet eius radicem siue originem inuenire. Videtur autem ex hoc prædictus error procedere, quòd existimant in cõsilijs principaliter perfectionem existere: & præcepta ad consilia ordinari sicut imperfectum ordinatur ad perfectum: & sic necesse sit à præceptis ad consilia transire, sicut ab imperfecto ad perfectum peruenitur. Cùm autem hoc simpliciter de præceptis enuncient, falluntur. Manifestum est enim præcipua præcepta esse de dilectione Dei & proximi, secundum quòd dominus dicit Matthæi vigesimosecundo, quòd primum & maximum mandatum legis est. Diliges dominũ Deum tuum, ex toto corde tuo: secundum autem simile est huic: diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his autẽ duobus præceptis essentialiter consistit vitæ Christianæ perfectio. Vnde Apostolus dicit ad Colo. 3. Super omnia autem hæc charitatem habete quod est vinculum perfectionis. Vbi dicit glos. quòd cætera perfectum faciunt, inquantùm scilicet ad charitatem ordinantur: charitas autem omnia ligat. Et inde est, quòd cùm dominus Matthæi sexto præcepta de proximi dilectione dedisset subiunxit. Estote ergo vos perfecti: sicut & pater vester cœlestis perfectus est: & Matthæi decimonono super illud. Ecce nos relinquimus omnia. & secuti sumus te: dicit Hier. Quod non sufficit tantùm reliquere iungit quod perfectum est: & secuti sumus te. Sequebãtur autem Apostoli dominum: non tam pasibus corporis, quàm affectibus mentis: Vnde super illud. Luc. 5. & ait illis, sequere me. Dicit Ambro. Sequi iubet, non corporis gressu: sed mentis affectu. Patet igitur, quòd præcipuè in affectu charitatis ad Deum perfectio Christianæ vitæ consistit: & hoc rationabiliter. Cuiuslibet enim rei perfectio in assecutione sui finis consistit. Finis autem Christianæ vitæ est charitas ad quam sunt omnia ordinanda, secundum illud primæ ad Thim. Finis præcepti charitas est: vbi dicit glo. Charitas est finis, idest, perfectio præcepti idest, præceptorum omnium: quorum impletio est dilectio Dei & proximi. Oportet autem considerare, quòd aliter iudicandum est de fine: & de his quæ sunt ad finem. In his enim quæ sunt ad finem præfigenda est quædam mensura, secundum quod cõgruit fini. Sed circa ipsum finem nulla mensura adhibetur: sed vnusquisque ipsum assequitur, quantum potest: sicut medicus medicinam quidem moderatur, ne superexcedat. sanitatem autem inducit quãto perfectius potest. Sic igitur præceptum dilectionis Dei, quod est vltimus finis Christianæ vitæ, nullis terminis coartatur: vt possit dici, quòd tanta dilectio Dei cadat sub præcepto: maior autem dilectio limites præcepti excedens sub consilio cadat. Sed vnicuique præcipitur. vt Deũ diligat, quantùm potest: quòd ex ipsa forma præcepti apparet cùm dicitur. Diliges dominum Deum tuũ ex toto corde tuo. Vnusquisque autem hoc obseruat secundum suam mensuram: vnus quidem perfectius, alius autem minus perfectè. Ille autem totaliter ab obseruantia huius præcepti deficit, qui Deũ in suo amore non omnibus præfert. Qui verò ipsum præfert omnibus: vt vltimũ finem implet quidem præceptum: vel perfectius: vel minus perfectè: secundum quod magis vel minus detinetur aliarum rerum amore. Vnde Aug. dicit in libro octogintatrium quæstionum. Charitatis venenum est spes adipiscendorum: aut retinendorum temporalium: quod est intelligendum, si sperentur tanquàm vltimus finis. nutrimentum eius est immunitio cupiditatis. Perfectio nulla cupiditas. Est autem & alius modus perfectus obseruantiæ huius præcepti, qui non potest obseruari in via. Dicit enim Aug. in lib. de perfectione iustitiæ, quòd in illa plenitudine charitatis quæ erit in patria charitatis præceptum illud implebitur. diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. & postea subdit. Cur ergo non præciperetur homini ista perfectio, quãuis eam in hac vita non habeat. Non enim rectè curritur, si quo currendum est nesciatur. Quomodò autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur. Ad hæc igitur præcepta dilectionis Dei & proximi omnia alia præcepta & consilia ordinãtur: sicut ad finem. vnde Aug. dicit in Enchridion. Quæcũq; mandat Deus: ex quibus vnum est: non mœchaberis: & quæcunque nõ iubentur: sed spiritu sancti consilio mouentur: ex quibus vnum est bonum mulierem nõ tangere, tunc rectè fiunt cùm referuntur ad diligendum Deum: & proximum propter Deum. Aliter tamen ad præcepta charitatis ordinantur alia præcepta legis: aliter autem cõsilia. Ad finem enim aliquid ordinatur: vt sine quo finis haberi non potest: sicut cibus ad vitam cõseruandam: aliquid verò ordinatur in finem: sicut per quod & facilius: & securius: & perfectius finis obtinetur: sicut ad vitam corporis conseruãdam ordinatur cibus ex necessitate: medicina verò conseruatiua sanitatis: vt perfectius & securius sanitas habeatur. Primò ergo modo ad charitatem ordinantur alia legis præcepta. Nullo enim modo potest præcepta charitatis implere, qui vel alios deos colit: per quod disceditur à Dei dilectione: vel qui homicidiũ aut furtum committit: quæ dilectioni proximi aduersantur. Secundo autem modo ordinantur ad charitatem consilia: & de consilio quidem virginitatis expressa est Apostoli sententia ostendẽtis, quòd ad dilectionem Dei ordinatur. Dicit enim primę ad Cor. 7. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ sunt Dei: quomodò placeat Deo: qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi: quomodò placeat vxori. De consilio verò paupertatis ipse saluator dicit, quòd ad sui sequelam ordinatur: vt pater Matthæi decimonono. Quæ quidem sequela in affectu charitatis consistit: vt ostensum est. Charitas autem per cupiditatis minutionem perficitur: cupiditas verò & diuitiarum amor per abiectionem earum diminuitur: vel etiam totaliter aufertur. Dicit enim. Aug. in epistola ad Paulinum & Therasiã: quòd terrena diligunt ur artius adepta, quàm concupita constringunt. Aliud enim iam nolle incorporare quæ desunt: aliud iam incorporata diuellere. Vtrũque etiam consilium ad dilectionem proximi ordinatur. Cùm enim ea quæ dominus præcipit. Matth. 5. ad dilectionem proximi pertinentia, sint in præparatione animi obseruanda, manifestum est, quòd magis ad horum obseruãtiam præparatur animus qui circa propria non sollicitatur. Facilius enim tolenti tunicam & pallium dimittere est paratus, si necesse fuerit qui nihil habere in suo animo destinauit: quàm qui habet animum aliquid in hoc sæculo possidendi. Quia verò charitas non solùm finis est: sed etiam radix omnium virtutum: & præceptorum quæ de actibus virtutum dantur, consequens est, vt sicut per cõsilia homo perficit ad perfectius diligendum Deum & proximum, ita etiam proficiat ad perfectius obseruanda quæ de necessitate ad charitatem ordinantur. Qui enim continentiam aut paupertatem seruare proposuit propter Christum, longius ab adulterio & furto recessit. Addũtur etiam in religionis statu multæ obseruantiæ: putà vigiliarum: ieiuniorum & sequestrationis a sæcularium vita: per quæ homines magis à vicijs arcentur: & ad virtutis perfectionem facilius promouentur: & sic consiliorum obseruatio ad aliorum obseruantiam præceptorum ordinatur: non tamen ordinatur ad ea sicut ad finem. Nõ enim aliquis virginitatem seruat: vt adulterium vitet: vel paupertatem: vt à furto desistat: sed vt in Dei dilectionem proficiat. Maiora enim non ordinantur ad minora: sicut ad finem. Sic igitur patet, q̃ consilia ad vitæ perfectionem pertinent, non quia in eis principaliter consistat perfectio: sed quia sunt via quædam: vel instrumenta ad perfectionem charitatis habendam. Vnde Aug. dicit in li. De moribus ecclesiæ. de vita religiosorum loquens. Concupiscentiæ domandæ & dilectioni fratrum retinendæ inuigilat omnis intentio. Et ibidem dicit. Charitas præcipuè custoditur: charitati virtus: charitati sermo: charitati habitus: charitati vultus aptatur. Et in Collatione patrum dicit abbas Moyses: pro hac scilicet puritate cordis & charitate vniuersa agimus atque toleramus. pro hac parẽtes: patria: dignitates: diuitiæ: deliciæ mundi huius & voluptas vniuersa contẽnitur: pro hac ieiuniorum inediam: vigilias: labores: corporis nuditatem: lectiones cæteraſque virtutes suscipimus: vt per ista ab vniuersis cogitationibus noxijs illæsum præparare eor nostrum & conseruare possimus: & ad perfectionem charitatis istis gradibus innitendo conscendere. Sic igitur cùm duplex sit modus obseruandi præcepta: perfectus scilicet & imperfectus, est etiam duplex exercitium præceptorum: vnũ quidẽ quo aliquis exercitatur in perfecta obseruantia præceptorum. Et hoc idẽ exercitiũ fit per consilia: sicut ex præmissis patet. Aliud autem est exercitium in imperfecta obseruantia præceptorum: quod fit in vita sæculari absque consilijs. Cùm ergo dicitur, quòd oportet aliquem prius exercitari in præceptis, quàm ad consilia trãseat, idem est ac si diceatur: oportet prius hominem exercitari in imperfecta obseruantia præceptorum: quã exercitari in perfecta obseruantia eorundem. quod valde inepte dicitur. siue ad ipsa præcepta respiciamus siue ad ipsa exercitia. Quis enim tam insanæ mentis esse poterit qui aliquem volentem perfectè diligere Deum & proximum retrahat, cogens ipsum prius diligere imperfectè. Nonne hoc formæ dilectionis contradicit. quæ nobis traditur in præceptis charitatis diuinæ: cùm dicitur. diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Nunquid timendum est ne nimis cito homo incipiat Deum perfectè dilige-

Universidad de Deusto
Biblioteca

requasi possit in diligendo Deum modum præterire: dicitur Eccle siastic.43. Glorificantes dominum quantumcúnq; potueritis superexaltabit adhuc, &c. Vnde Apostolus 1. ad Corinth. 9. monet. Sic currite vt comprehendatis. Et ad Hebræ. 4. dicit. Festinemus ingredi in illam requiem: quia quantumcúnque homo tempestiuè viam perfectionis incipiat, semper sibi remanet quo possit perficere quousque vltimum perfectionem homo consequatur in patria. Si verò ad ipsa exercitia inspiciamus, maior apparebit absurditas. Quis enim dicat volenti cõtinentiam: vel virginitatem seruare: vt prius in matrimonio castè viuat? Quis dicat paupertatem pro Christo volenti subire, vt priùs in diuitijs iustè viuat: quasi per diuitias animus hominis ad paupertatem præparetur: & non magis propositum paupertatis impediant. Quod manifestè apparet, Matth. 19. De adolescẽte qui paupertatis consilium à domino non susceptit: sed abijt tristis propter diuitias quas habebat. Et hæc quidem dicta sunt si comparentur cõsilia ad præcepta charitatis. Si verò cõparemus ea ad alia legis præcepta, quis non videat quanta sequatur absurditas? Si enim per consilia & religionis obseruãtias tolluntur occasiones peccatorum, per quæ sunt præceptorum transgressiones: quis non videat aliquẽ tantò magis indigere: vt occasiones peccatorum euitet? Nunquid ergo dicendum erit inueni uiuas interim inter mulieres & lasciuorum consortia: vt sic in castitate exercitatus postmodùm in religione castitatem obseruet: tanquàm faciliùs sit in sæculo, quàm in religione castitatem seruare? Idem etiam de alijs virturibus & peccatis apparet. Similes sunt igitur huiusmodi doctrinam promulgantes bellorum ducibus: qui milites in suo tirocinij exordio acrioribus bellis exponerent. Fatemur autem, q; si qui sunt in vita sæculari exercitiũ præceprorum habentes meliùs possunt in religione proficere: sed sicut ex vna parte præceptorum exercitium in vita sæculari præparat hominem ad consilia meliùs obseruanda, ita ex alia parte sæcularis vitę consuetudo consilijs obseruandis impedimentum præstat. Vnde Gregorius dicit in principio Mora. Cùm adhuc me cogeret animus præsenti mũdo quasi specietenùs deseruire, cœperunt multa contra me ex eiusdem mundi cura succrescere: vt in eo iam non spe: sed quod est grauius mẽte retinerer. Quæ tandem cuncta sollicitè fugiens portum monasterij petij.

Solutio rationum aduersariorum.

CAP. VII.

His igitur visis facilè est ea quibus innituntur refellere: quod eñ primò inducunt de adolescente cui dominus consilium perfectiõis dedit, vt putà iam in mandatis exercitato: quia dixerat hęc omnia seruaui à iuuentute mea, manifestum est secundum Hieronymum efficaciam non habere. Dicit enim super Matth. mentitur adolescens. Si enim quod positum est in mandatis, Diliges proximũ tuum sicut teipsum opere complesset, quomodò postea audiens vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus tristis recessit? Et sicut Origenes super Matth. narrat, scriptum est in euangelio secundum Hebræos, q; cùm dominus dixisset ei vade & vẽde omnia quæ habes: cœpit dives scalpere caput suum: & dixit ad eum dominus. Quomodò dicis feci legem & Prophetas? Scriptum est in lege. Diliges proximum tuum sicut teipsum: & ecce multi fratres tui filij Abrahę amicti sunt stercore morientes præ fame: & domus tua plena est multis bonis: & non egreditur aliquid omninò ex ea ad eos. Itáque dominus redarguens eum dicit. Si vis perfectus esse, &c. Impossibile est enim implere mandatum, quod dicit diliges proximum tuum, sicut teipsum, & esse diuitem, & maximè tantas habere possessiones, sed hæc intelligenda sunt, quantùm ad perfectum modum obseruantiæ huius præcepti. Nihil autem prohibet, dicere eum prius imperfectè præcepta obseruasse, & quantùm ad hoc eum non fuisse mentitum, sicut Chrysosto. & alij expositores dicunt, nec tamen quia exercitato aliqualiter in obseruantia mandatorum, Dominus perfectionis consilium dedit, ideò necessaria forma præscribitur: vt solis talibus aditus ad consilia pateat: quia etiam Matth. non esse exercitatum in præceptis, sed potius in peccatis conuersatum, ad consilia sequenda vocauit: vt sic nec peccatoribus, nec etiam innocentibus perfectionis viam præcluderet. Quod verò secundò inductum est, quòd post sacramenta ad mandata seruanda auditor instruendus, hoc nihil ad propositum facit, quia institutio in mandatis omnibus necessaria est siue in sæculo remanentibus, siue etiam assumentibus perfectionis viam per religionis ingressum, sicut etiã doctrina fidei, & sacramenta de quibus præmittitur, sunt vtrisque cõmunia. Similiter quod tertiò est inductum, quòd faciendo mandata, homo venit ad latitudinem sapiẽtię: nihil aliud indicat, nisi per obseruantiam mandatorum homo meretur sapientiam occultorum. Vnde ibidem inducitur illud, quod habetur Ecclesiast. 1. secundum aliam literam. Concupiscę sapientiam, serua mandata, & Dominus præbebit illam tibi, quod manifestum est nihil ad propositum pertinere. Iam verò quòd quartò propositum est de gl. super illud Psalm. Sicut ablactatus super matre sua, diligentius discutiamus, quia quamuis sit friuolum, multum tamen hoc iactant, & inaniter innitũtur eidem. Patet autem ex ipso progressu glosæ inductæ, quòd agit de nutritione noniter ad fidem conuersorum. Sic enim præmittitur, quòd post baptismum bonis operibus informamur, & lacte simplicis doctrinæ nutrimur proficiendo à lacte donec iam grandiusculi à lacte matris accedamus ad mensam patris, idest, à simpliciori doctrina, vbi præstatur verbum caro factũ est, accedamus ad verbum patris in principio apud Deũ, quod manifestum est ad doctrinæ ordinem pertinere. Postmodùm verò ecclesiastica obseruatio in exemplum inducitur, quæ quinque tempora obseruat, in quorum primò per exorcismum & cathecismum nuper conuersi ad fidem rudimentis Christianitatis imbuuntur, secundum tempus est quando in vtero ecclesiæ aluntur, vsque ad sabbatum sanctum: & tunc est tertium tempus, in quo per baptismum ad lucem generãtur, quartum tempus est in quo manibus ecclesiæ gestantur & lacte nutriuntur vsq; ad Pentecosten, quo tempore nulla difficilia inducuntur, non ieiunatur, nõ media nocte surgitur, quintum est tempus in quo spiritu paraclẽto cõfirmati, quasi ablactati incipiunt ieiunare, & alia difficilia facere, & seruare, quod videtur ad horum propositum pertinere, quia manifestè agitur de ordine trãseundi à facilioribus operibus, ad difficiliora. Hic autem eorum processus tripliciter deficit, primò quidem, quia alia est ratio in his quæ sponte assumuntur, alia in his quæ ex necessitate inducuntur. Item est alia ratio de nuper cõuersis ad fidem qui sunt quasi pueri nutriendi, atque alia de pœnitẽtibus qui sunt quasi infirmi sanandi. Si igitur aliqui fuerint de nouo ad fidem conuersi, nõ sunt eis ex necessitate à principio difficilia imponenda: sed primùm in leuioribus exercitandi, postmodùm verò sunt eis artiora imponenda, sicut pueri prius nutriuntur lacte: & postmodùm vero durioribus cibis: & in hoc casu loquitur Glosa. Si tamen mox conuersi ad fidem sponte propria voluerint manum mittere ad altiora, quis eos audebit arcere? Et vt ab exemplo Glosæ non recedamus, sicut post solennem baptismum qui fit in vigilia paschæ, quædam requies à laboriosis operibus indulgetur propter infirmos, ita post solennem baptismum, qui in vigilia Penthecostes celebratur statim ecclesia indicit ieiunia, ad significandum eos qui ex feruore spiritus in baptismo susceperi, statim se artiori vitæ subijciunt. De pœnitentibus autem est alia ratio: quia eis à principio iniungitur pœnitentia arctior: postmodùm verò paulatim leuigatur: sicut etiam infirmis cùm sanari inceperint, arctior dieta imponitur: quæ postmodùm cùm in validitudine profecerint remittitur. Secundum hoc ergo ecclesia innocentibus à principio leuiora imponit onera præceptorum: quæ ex necessitate seruantur: consilia verò ex necessitate eis ecclesia non imponit: nec tamen prohibet si ea velint propria voluntate assumere. pœnitentibus autem secundum statuta Canonum in primis annis arctiores obseruantiæ iniunguntur. Secundus defectus est: quia in quolibet officio, vel statu à facilioribus ad difficiliora transitur. Nec tamen oportet, quòd quicúnque altiorem statum recipit, in leuiori prius exerceatur. Non enim necesse est: vt qui in aliquo artificio exerceri voluerit, prius in aliquo leuiori exerceatur: sed in eodem artificio à leuioribus ad maiora perducitur. Vnde non oportet vt qui in statu religionis per consiliorum obseruantiam exerceri voluerint, prius exerceantur in sæculo in obseruantia præceptorum: sed quòd de his quæ ad religionem pertinent, à principio minora eis imponantur: sicut nec oportet, quòd qui volunt clericale officium assumere, prius in vita laicali exerceantur: aut qui volunt continenter viuere, non prius oportet eos in continentia coniugali exerceri. Tertius defectus est: quia duplex est operis difficultas. Quædam ex sola magnitudine operum: & talis difficultas: quia requirit perfectionem virtutis, non imponitur imperfectis. Quædam verò est difficultas cohibitionis qua magis indigent qui sunt imperfectę virtutis. Vnde pueris arctior adhibetur custodia dum sub pedagogis educantur, quàm postmodùm cùm peruenerint ad ætatem perfectam. Status autem religionis est quædam disciplina cohibens à peccatis & facilius ad perfectionem inducens sicut ex prædictis apparet. Et ideò hi qui sunt imperfectæ virtutis: putà nondum in præceptis exercitati magis indiget tali custodia: quia facilius est eos peccatis abstinere tali disciplinæ subiectos, quàm si liberius in sæculo nutriantur. Quod verò in Glos. subditur multi hunc ordinem peruertunt · vt hæretici & schismatici. manifestè apparet per sequentia ad ordinem doctrinæ pertinere: sequitur enim. Hic verò seruasse dicit, obstringens se maledicto sic: quasi non modò in alijs suis humilis: sed etiam in scientia: quia ego humiliter sentiebam prius nutritus in lacte quod est verbum caro factum: vt succrescerem ad panem angelorum, scilicet ad verbum quod est in principio apud Deum: & sic redit ad id quod prius dixerat. Vnde quod in medio positũ est: de quinq; milibus hominũ quos Christus de quinq; panibus prius pauit. & postmodùm quatuor milia de septem panibus, tam friuolum est: vt responsione non egeat. Nec enim oportet secundum ordinem figurarum: & ordinẽ rerum esse quæ figurantur: quia quandóque per priora figurantur posteriora. & ecõuersò. Nec ab huiusmodi figuris efficax argumentatio trahitur: vt Aug. dicit in quadam epistola contra Donatistas: & Dyoni. dicit in epistola ad Titum: quòd symbolica Theologia non est argumentativa. Hoc tamen non obstate dicamus, quòd per istum ordinem miraculorum designatur ordo præceptorum ad cõsilia quantùm ad statum totius humani generis. Non enim consilia fuerunt data in veteri testamento sed in nouo: quia nihil ad perfectum adduxit lex: & hoc patet per Glo. quæ quinque panes dicit esse legalia præcepta: septem autem panes euangelicam perfectionem. Non autem propter hoc oportet, quòd ijdem homines prius exerceantur in præceptis legalibus in sæculari vita: & postmodũ in cõsilijs in vita religiosa. Non enim legitur, quòd ijdẽ homines fuerint inter quinque milia: & postmodùm inter quatuor milia. Similiter verò quod sextò proponitur de illis quatuor, ex quibus sancta euangelia cõtexuntur, non facit ad propositum: quia quod dicitur in exẽplis: perfectio, nõ refertur ad cõsilia. sed ad perfectũ modũ obseruãdi præcepta quæ sunt de actibus virtutũ: sicut Christus obseruauit. Vnde subdũtur in Glo. exẽpla vt hoc: Discite à me, quia mitis sum, &c. Et estote perfecti. sicut & pater vester, &c. Et alibi: Exemplum enim dedi vobis, &c. Iam verò quod septimò proponitur, de ordine vitæ actiuæ ad contemplatiuam, diligentius considerandũ est: quia hoc ab eis frequentius inculeatur. Verum quidẽ igitur est, q; actiua vita contemplatiuam præcedit: sed ignorare videntur quid sit vita actiua. Primò quidem, quia credunt vitam actiuam in sola dispensatione rerum temporalium existere: ita quòd asserunt religiosos qui nihil possident: nec proprium nec cõmune actiuæ vitæ participes esse non posse: quod manifestè falsum ostẽditur in hoc quod Greg. dicit in secunda Homelia secũdæ partis super Ezechielẽ. Actiua vita est panem esurienti tribuere: verbo sapientiæ nescientem docere: errantem corrigere: ad humilitatis viã superbum proximum reuocare: infirmantis curam gerere: quæ singulis quibusque expediunt dispensare & commissis nobis qualiter subsistere valeant prouidere. Ex quo patet, quòd ad actiuam pertinet nõ solùm in temporalibus: sed etiam in spiritualibus docẽdo: vel corrigẽdo alijs prouidere: ad quæ magis homines redduntur idonei nihil penitus in hoc sæculo habentes. Vnde & dominus Apostolos orbis doctores futuros omnibus huius mundi bonis spoliauit. vt habetur Matth. 10. Est autem quærendum vlterius: vtrum exercitiũ moralium virtutum hominis ad seipsum ad vitam actiuã pertineat: & si quidem doctrinã sequamur Philosophi, morales virtutes omnes pertinẽt ad vitã actiuã. vt patet in. 10. Eth. Intellectuales verò ad vitã contemplatiuã: cui etiã Aug. attestatur. 12. De Tri. Vbi rationem inferiorẽ quæ temporalia dispensat: siue ad seipsum siue ad alium pertinentia, deputat actioni: superiorem verò rationem, quæ rationibus æternis inhæret, deputat cõtemplationi. Hoc ergo habito, in promptu est ratio, quare vita actiua præcedat contemplatiuam: quia nisi homo per virtutes morales habeat animam à passionibus depuratam, quod pertinet ad vitam actiuam non est idoneus ad diuinam veritatem cõtemplandam, secundum illud Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deũ videbunt: & hîc imperfecta: & in futuro contemplatione perfecta. Sic igitur exercitium vitæ actiuæ est non solùm in sæcularibus: sed etiã in religiosis. Primò quidem inquantùm per virtutes morales in eis animæ passiones refrenantur. Secundò: quia ipsi etiam in alios possunt misericordiæ officia exhibere: vel docendo vel corrigendo: vel saltem infirmos visitando: mœstos consolãdo: vel in sæculo existentes: vel secum in monasterio viuentes. Vnde quantùm ad hæc duo dicitur Iacobi primo Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est: visitare pupillos: & viduas in tribulatione eorum. & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. tertiò quia in ipso religionis ingressu etiam temporalia dispensauerunt: quæ habebant pauperibus largientes. Non ergo propter hoc Glosa inducta præcepta dicit ad vitam actiuam pertinere: consilia verò ad contemplatiuã: quia præcepta ad solam vitam actiuam pertineant. Dicit enim ibidem Grego. Contemplatiua vita est, charitatem Dei & proximi tota mẽte retinere: quæ sunt magna præcepta in lege. vt dicitur Mat. 22. neque ita, quòd consilia pertineant ad solam contemplatiuam, sicut ostensum est: sed quia consilia principaliter disponunt ad vitam contemplatiuam: præcepta autem fine consilijs obseruata non sufficienter disponunt ad vitam contemplatiuam ad quam requiritur maior perfectio. Non ergo propter hoc oportet aliquem in sæculo remanere: vt ibi exerciteur in vita actiua: quia etiam in statu religionis potest homo habere exercitium tantum vitæ actiuæ, quantum necesse est ad hoc quòd homo promoueatur ad contemplationem. Quod verò octauo propositum est: nemo repentè fit summus: non multum ad propositum facit, quamuis etiam super hoc multũ iunitantur. Est enim summum & infimum accipere in eodem statu & in eodem homine: aut in diuersis statibus: & in diuersis hominibus. Si quidem igitur vtrúnque accipiatur in eodem statu: & in eodem homine: manifestum est, quòd nemo repentè fit summus: quia vnusquisque rectè viuens, toto tempore vitæ suæ proficit: vt ad summum perueniat. Si verò hoc referatur ad diuersos status, non oportet: vt quicúnque vult ad superiorem statum peruenire à minori statu incipiat: sicut non oportet: vt qui vult esse clericus prius in laicali vita exerceatur: sed statim à puerilibus annis aliqui clericali militiæ ascribuntur. Similiter etiam nec hoc oportet, quantùm ad diuersas personas. Vnus enim ab altioris sanctitatis gradu incipit, quàm fit summum alterius: ad quod per totam vitam suam alter peruenier. Vnde Grego. dicit in secundo Dyalogorum. Quatenus præsentes & futuri omnes cognoscerent benedictus puer conuersionis gratiam à quanta perfectione cepisset. Quod verò nonò proponitur de parietibus recentibus, quibus non sunt tigrorum onera imponenda. Et quod decimò proponitur, casum quærit qui postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum: non sunt ad propositum: quia auctoritates illæ loquuntur de honore prælationis qui requirit perfectam virtutem: & ideò non est imperfectis imponendum. Sed consilia sunt promotiones quædam ad perfectionem & cohibitiones à peccatis: quibus noui parietes indigent. vt exiccentur ab humore vitiorum: & quibus quasi per debitos gradus ad perfectionem perueniatur. Quod verò vndecimò proponitur, priora esse naturæ ordine præcepta consilijs patet ex prædictis qualiter habeat veritatem. Si enim loquamur de præceptis finalibus quæ sunt dilectio Dei & proximi, manifestum est, quòd consilia ordinantur ad ea sicut ad finem. Talis est ergo ordo consiliorum ad præcepta huiusmodi, qualis eorum quæ sunt ad finem respectu finis. Finis autem est prior in intentione. Posterior verò est in executione. Et sic si consilia ordinarentur ad prædicta præcepta, sicut quæ sine eis nullatenus possunt seruari: sequeretur, q; necesse esset prius obseruari consilia, quàm aliquis diligat Deum vel proximũ, quod est manifestè falsum. Sed quia hoc modo consilia ordinantur ad prædicta præcepta: vt per ea facilius & perfectius custodiantur, consequens est, quòd per huiusmodi consilia perueniatur ad perfectam dilectionem Dei & proximi: quæ intentione præcedit consilia. sequitur autem secundum operis executionem. Si autem compremus consilia ad alia præcepta quæ ordinantur ad dilectionem Dei & proximi, inter ea duplex comparatio potest attendi. Quod enim consilia sine præceptis obseruari non possunt: præcepta verò à multis obseruantur sine consilijs, poterunt comparari consilia ad præcepta communiter considerata. Et sic erit ordo consiliorum ad præcepta, sicut ordo proprij ad commune. quod est quodammodò naturæ ordine prius: non tamen oportet, quòd tempore. Et secundum hoc nõ oportebit, quòd aliquis prius exerciteur in præceptis, & sic ad consilia transeat. Alia verò comparatio potest attendi consiliorum ad præcepta huiusmodi, secundum quod sine consilijs obseruantur: & sic est comparatio cõsiliorum ad præcepta, sicut vnius speciei perfectæ ad aliam speciem imperfectam: sicut animal rationale comparatur ad animal ratione careus: & sic cõsilia naturæ ordine sunt priora præceptis: quia perfectum in quolibet genere naturaliter prius est. Natura enim: vt Boëtius dicit, à perfectis sumit initium. Nec tamen oportet, quòd præcepta sic considerata fiat tempore priora consilijs. Non enim oportet: vt aliquid sit primò in specie imperfecta ad hoc quòd transeat ad perfectam: sed necesse est, quòd infra limites eiusdem speciei aliquis de imperfecto transeat ad perfectum. Quod verò vltimò propositum est, quòd nõ esset falsus sine consilijs, si consilia præcederent: manifestum est ex præmissis, quòd procedit ex falso intellectu eorum quæ dicuntur. Non enim sic dicimus cõsilia ordinari ad præcepta: vt sine quibus præcepta seruari nõ possunt: sed sicut ea per quæ præcepta perfectius & melius seruantur.

Rationes inductæ ad astruendum, quòd ante religionis ingressum, debet quis diu & cum multis deliberare.

CAP. VIII.

His igitur pertractatis, inquirendum est: an oporteat volẽtes religionem intrare cum multis ante consilium habere. vt dicunt. Et hoc quidem nituntur astruere per hoc quòd de arduis ad totam vitam pertinentibus maximè sunt à pluribus requirenda consilia. Nihil autem videtur esse magis arduum & difficilè in rebus humanis, quàm semetipsum abnegare: & mundum deserere. religionem intrando: in qua necesse sit per totam vitam morari. In hoc igitur maximè sunt multorum consilia requirenda: & diutina deliberatione pensandum. Hoc etiam ostendere nituntur, ex voti diffinitione. Dicitur enim votum esse sponsio melioris boni: animi deliberatione firmata. Ex deliberatione igitur dependet firmitas voti. Sed votum religionis est firmissimum: vtpote quod nullo superueniente potest infringi. ergo præexigit maximam deliberationem. Item hoc nituntur ostendere, per hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

quod dicitur 1.Ioan.4.Nolite omni spiritui credere:sed probate spiritus si ex Deo sint:quod in religionis introitu locum habet: vt patet per hoc, ꝙ beatus Benedictus in regula: & Innocentius in Decretali,in hoc casu hanc auctoritatẽ inducunt. Sed huiusmodi probatio indiget diligenti examine:quod pleniùs fit per deliberationẽ cum multis. Oportet igitur volentem religionem intrare primò deliberare cum multis. Addunt etiam,ꝙ ibi est consilium requirendum,vbi deceptionis periculum imminet.Hoc autem contingit in religionis ingressu: quia vt dicitur 2. ad Corinth.11. Ipse Sathanas transfigurat se in angelum lucis.vnde sub specie boni decipit incautos.Oportet igitur cum multis deliberatiõe habita religionem intrare.Item ea quæ possunt habere malum exitum sunt diligenti cõsilio prius examinanda:religionis autem introitus in plerisque malum exitum habet: qui apostatæ & desperati fiunt. Oportet igitur maxima deliberatione præmissa religionem intrare. Denique ponendum est,quod maximè replicant.Dicitur enim Act.5.Si ex Deo consilium est hoc aut opus,nõ poteritis dissoluere illud. dissoluitur autem propositum religionis intrandæ in multis per apostasiam. Non igitur hoc propositum fuit à Deo.Oportet igitur magna deliberatione cum multis habita prius considerare an quis debeat religionem intrare.Hæc igitur sunt quibus necessitatem magnæ deliberationis: & cum multis habendæ nituntur imponere his qui sunt in religionem intraturi: vt multiplicatis consilijs ex aliqua parte impedimentum paretur.

Reprobatio prædictæ positionis. CAP. IX.

AD huius autem falsitatem assertionis ostendendam,primò quidem assumamus quod habetur Matth.4. ꝙ Petrus & Andreas continuò vocati à domino,relictis retibus secuti sunt eum. In quorum commendationem Chrysost.dicit. In medijs operibus existentes,audientes iubentem nõ distulerunt. Non dixerunt reuertentes domum loquamur amicis: sed omnia dimittentes secuti sunt eum. Sicut & Helisæus Heliæ fecit. Talem enim obedientiam Christus quærit à nobis,vt neque in instanti tempore remoremur. Deindè sequitur de Iacobo & Ioanne qui vocati à Deo statim relictis retibus & patre secuti sunt eum.Et sicut Hylarius dicit super Matthæ. Eis artem & patriam domum relinquentibus docemur Iesum secuturi & sæcularis vitæ sollicitudine & paternæ domus consuetudine non teneri.Posteà verò Matth.9.De Matthæo subditur, ꝙ ad vocationem domini surgens secutus est eum. vbi Chrysosto.dicit.Disce vocati obedientiam. Neque enim resistit: neque domum abire rogauit & suis hoc communicare. Humana etiam pericula quæ ei à principibus accidere poterant paruipendit,dum officij sui rationes imperfectas reliquit:vt Remigius dicit ibidem.Ex quo euidenter accipitur,ꝙ nihil humanum nos debet retardare à seruitio Dei. Rursus Matth.8. & Luc.9.legitur, ꝙ quidam discipulus Christi dixit ad eum. Domine permitte me primum ire & sepelire patrem meum.Cui dominus respondit.Sequere me & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Quod exponens Chrysostomus super Matth. dixit:Hoc dixit non iubens contemnere amorem qui est ad parentes:sed monstrans quoniam nihil cœlestibus negotijs nobis magis necessarium esse oportet:& quoniam cum toto studio his iungi debemus:& neque parum tardare etiam si valde ineuitabilia & incitantia fuerunt quæ attrahunt. Quid enim magis necessarium erat, quàm sepeliendum patrem.Quid etiam facilius?neque enim multum tempus consumendum erat.Sed diabolus instat ardentius volens aliquem aditum inuenire:& si modicam sumat negligentiam, magnam operatur pusillanimitatem.Propter quod sapiens admonet dicens. Ne differas de die in diem.Nihil igitur aliud inde docemur,nisi quòd nec minimum temporis frustrà ducere decet:etiã si mille cogentia sint: imò præferre spiritualia cunctis: & admodùm necessarijs.Et Aug.dicit in libro De verbis domini.Honorandus est pater,sed obediendum est Deo. Ego inquit ad euangelium te voco:ad illud opus mihi necessarius es.Maius est hoc,quàm quod vis facere:sunt alij qui sepeliant mortuos suos.Non licet anteriora posterioribus subdere.Amate parentes:& præponite Deum parentibus.Si ergo propter rem tam necessariam dominus modici temporis inducias petentem redarguit:qua fronte diutinam deliberationem quidam asserunt præmittendam esse Christi consilijs.Deinde Luc.9.sequitur.Et ait alter.Sequer te domine.Sed primum permitte mihi renunciare his qui domi sunt.Quod exponens Cyrillus insignis Græcorum doctor dicit.Imitanda promissio & omni laude plena.Sed quærere renunciare his qui domi sunt licentiando se ab eis ostendit,quod vtcúnque diuisus sit à domino.dum hoc perfectè adire proposuerit mente.Nam velle consulere proximos non consensuros huic proposito,indicat se vtcúnque labentẽ:propter quod dominus improbat.Sequitur enim Ait ad illum Iesus.Nemo mittens manum suam in aratrum & respiciens retrò aptus est regno Dei.Apposuit manum aratro qui affectuosus est ad sequendum:tamen respicit retrò qui dilationem petit occasione redeundi ad domum & cum propinquis conferendi. Non hoc inuenimus fecisse sacros Apostolos qui protinus omissa nauicula & parẽte secuti sunt Christum.Sed & Paulus statim non acquieuit carni & sanguini.Tales esse decet volentes sequi Christum.Et Aug.hoc exponens in lib. de verbis domini dicit.Vocat te oriens.& tu attendis occidentem. Oriens quidem Christus est secundum illud Zach.6.Ecce vir oriẽs nomen eius.Occidens autem est quilibet homo in mortem cadens & in tenebras peccati vel ignorantiæ cadere valens.Iniuriam ergo facit Christo in quo sunt omnes thesauri sapientiæ Dei absconditi, si eius audito consilio adhuc ad mortalis hominis consilium aliquis existimet recurrendum.Sed derisibili quadam tergiuersatione prædicta conantur euadere.Dicunt enim,quòd prædicta locum nõ habent nisi aliquis ipsius domini voce vocaretur.Tunc enim confitentur differendum non esse nec ad aliud consilium recurrẽdum. Sed quando homo interius vocatur ad religionis ingressum,tunc opus habet deliberatione magna & multorum consilio.vt discernere posit,si hoc sit ex instinctu diuino. Sed hæc responsio errore plena est.Sic enim verba Christi quæ in scripturis dicuntur debemus accipere,ac si ab ipsius domini ore audiremus.Dicit enim ipse Matthæi decimooctauo. Quod vobis dico omnibus dico: vigilate. Et Ro.15.dicitur.Quæcúnque scripta sunt ad nostram doctrinã scripta sunt.Et Chry.dicit.Si tantùm propter illos dicta fuissent,scripta non essent:nunc autem dicta quidem sunt propter illos:scripta verò sunt propter nos.Vnde & Apostolus inducens auctoritatẽ veteris testamenti,dicit Hebr.12. Obliti estis consolationis,quæ vobis tanquàm filijs loquitur dicens. Fili mi noli negligere disciplinam. Ex quo patet,quòd verba sacræ scripturæ non solis præsentibus sed futuris loquuntur. Specialiter autem videamus,an consilium,quod Dominus dedit adolescenti.Matth.19. Si vis perfectus esse,vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus,illi soli sit datũ vel etiam vniuersis.Quod considerare possumus ex his quæ sequuntur.Cùm enim Petrus dixisset ei,ecce nos relinquimus omnia & secuti sumus te,vniuersaliter præmium omnibus statuit dicens. Omnis qui reliquerit domum, vel fratres,&c. propter nomen meum, centuplum accipiet:& vitam æternam possidebit.Non minus ergo sequendum est hoc consilium ab vnoquóque,quàm si vnicuique singulariter ex ipsius ore Dominico proferretur.Vnde Hierony.dicit ad Paulinum presbyterũ. Tu audita sententia saluatoris,si vis perfectus esse,vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & veni sequere me, verba vertis in opera & nudam crucem nudus sequens, expeditior & leuior ascendens scalam Iacob. Quamuis etiam adolescenti loquens,singulariter ad ipsum verba protulerit,alibi tamen idem consilium vniuersaliter protulit dicens. Si quis vult post me venire,abneget semetipsum,& tollat crucem suam & sequatur me: vbi dicit Chrysosto.quòd commune hoc dogma orbi terrarum proponit dicens.Si quis vult,idest,si vir,si mulier,si Rex,si liber,si seruus.Abnegatio autem sui ipsius secundum Basilium,est totalis præteritorum obliuio & recessus à proprijs voluntatibus.Et sic patet,quòd in hac abnegatione sui ipsius intelligitur etiam depositio diuitiarũ, quæ per voluntatem propriam possidentur.Sic igitur consilium adolescenti à Domino datum sic est accipiendum, ac si omnibus ex ore Domini proponeretur. Sed in responsione præmissa adhuc aliud considerari oportet. Iam enim ostensum est,quòd locutio qua nobis Dominus loquitur in scripturis,idem habet auctoritatis pondus, ac si verba ab ipso saluatoris ore proferentur.Est autem & alius modus quo Deus interius homini loquitur. secundum illud Psalm. Audiam quid loquatur in me Domino Deus. Quæ quidem locutio cuilibet locutioni exteriori præponitur.Dicit enim Grego. in Homel.Pentecostes. Ipse conditor non ad eruditionem hominis loquitur, si eidem homini per vnctionem spiritus non loquatur. Certè Chaym priusquàm fratricidium opere perpetraret,audiuit.Peccasti quiesce. Sed quia culpis suis exigentibus sola voce est admonitus, nõ vnctione spiritus,audire verba Dei potuit, sed seruare contẽpsit. Si igitur voci conditoris exterius prolatę statim obediendum esset: vt dicunt,multò magis interiori locutioni qua spiritussanctus mentem immutat resistere nullus debet, sed absque dubitatiõe obedire. Vnde Isaiæ 50. dicitur ex ore Prophetæ, vel potius ipsius Christi. Dominus Deus aperuit mihi aurem,scilicet interius inspirãdo, ego autem non contradico,retrorsum non abij,quæstionem præteritorum oblitus,ad anteriora me extendens: vt dicitur ad Philippens.3. Dicit etiam Apostolus ad Roma.8. Quicúnque spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt:vbi dicit gloss.Aug. Non quia nihil agant,sed quia impetu gratiæ aguntur. Non autem agitur impetu spiritussancti, qui resistit vel tardat. Est ergo proprium filiorum Dei: vt impetu gratiæ agantur ad meliora,non expectato consilio. De quo etiam impetu dicitur Isai.59. Cùm venerit quasi fluuius violentus,quem spiritus Domini cogit.Hunc autem impetum sequendum esse Apostolus docet ad Galat.5. vbi dicit. Spiritu ambulate. Et iterum. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Et iterum. Si spiritu viuimus,spiritu & ambulemus. Pro magna autem culpa quibusdã improperatur à Stephano. Act.7. Vos semper spirituisancto restitistis.vnde &

Apostolus.1.ad Thessalo.5.dicit.Spiritum nolite extinguere.vbi dicit Gloss.Si cui spiritussanctus ad horã aliquid reuelet, nolite prohibere eum loqui quod sentit.Spiritus autẽ sanctus reuelat nõ solùm docendo quid homo debeat loqui:sed etiam suggerendo quid homo debeat facere:vt dicitur Io.14. Cũ igitur homo instinctu spiritussancti mouetur ad religionis ingressum,nõ est ei differendum vt humanũ requirat consilium:sed statim homo impetũ spiritussancti sequi debet. Vnde & Ezechiel.1.dicitur.Quocúnque ibat spiritus illuc eunte spiritu & rotæ pariter leuabantur sequentes eum.Nec solùm hoc scripturæ auctoritatibus:sed etiam sanctorum exemplis manifestatur.Narrat enim Augusti.in 8 Confes. de duobus militibus: quorum vnus lecta vita Antonij subitò repletus amore sancto, ait amico suo. Ego Deo seruire statui: & hoc ex hac hora: in hoc loco aggredior te,si piget imitari noli aduersari. Respondit ille adhęrere se socio tantæ mercedis tantæq; militię.Et ambo iam tui ædificabant turrim sumptu idoneo relinquendi omnia sua & sequẽdi te.In quo etiam libro Augusti.seipsum reprehendit de hoc,quòd retardabat suam conuersionẽ vbi dicit. Non erat omninò quid responderẽ veritate conuictus.nisi tantùm verba lenta & somnolenta:modò:ecce modò: sine paululum. Sed modò, & modò non habebat modum, & sine paululum in longum ibat. Et in eodem libro dicit. Erubescam nimis: quia illarum nugarum murmur. s. sæcularium & carnalium adhuc audiebam & cunctabundus pendebam.Non est ergo laudabile: sed magis vituperabile prius vocationẽ interiorem vel exteriorẽ, vel verbo, vel scripturis factam differre,& quasi in dubijs consilium quærere.Hoc etiam ad interioris inspirationis efficaciã pertinet, vt homines inspirati subitò ad maiora prouehantur:quod significatur per hoc, quòd congregatis in vnũ discipulis:vt legitur Act.2.Repente spiritussanctus super eos veniens eos fecit magnalia Dei loqui:vbi dicit Gloss. Nescit tarda molimina spiritussancti gratia.Et Ecclesia.11.dicitur.Facilè est in oculis Dei subitò honestare pauperẽ.Hanc etiam efficaciã Dei intrinsecus inspirantis Augusti.ostendit in libr.de prædestinatione sanctorũ.Inducens quod habetur Ioan.6. Omnis qui audiuit à patre & didicit venit ad me.valdè inquit remota est à sensibus carnis hæc schola,in qua pater audit:& docet vt veniatur ad filiũ. Nec agit hoc cũ carnis aure:sed cordis.Et posteà subdit.Itáq; gratia quę occultè humanis cordibus diuina largitate tribuitur,à nullo corde duro respuitur. Ideò quippè tribuitur vt cordis duritia penitus auferatur.Hanc etiam efficaciam inspirationis internæ.Gregorius,in Homelia Pentechostes cõmendat dicẽs. O qualis artifex est iste spiritus.Nulla ad docendũ mora agitur. in omne quod voluerit mox vt tetigerit mentẽ docet,solúmq; tetigisse docuisse est.Nam humanum animũ subitò vt illustrat immutat.Abnegat hoc repẽtè, quod erat & exhibet repentè quod nõ erat. Virtutẽ igitur spiritussancti vel ignorat,vel ei resistere nititur,quia à spiritusancto motũ diuturnitate consilij detinere contendit.Nec solùm sacrorũ doctorum auctoritatibus assertionis eorũ conuincitur falsitas: sed etiam Physicis documẽtis.Dicit enim Aristoteles in quodam cap. Et hic. quod intitulatur De bona fortuna. Quod autẽ quæritur quid est motus principium in anima:palàm quemadmodũ in toto Deus: rationis enim principium nõ ratio:sed aliquid melius.Quid igitur vtiq; erit meliùs scientia & intellectu nisi Deus. Et posteà subdit de his qui à Deo mouẽtur, ꝙ consiliari nõ expedit eis. Habent enim principiũ tale quod melius est intellectu & consilio. Erubescat igitur qui se dicit catholicũ diuinitus inspiratos ad humana transmittens consilia:quibus eos Philosophus Ethnicus asserit nõ egere.Videamus autem vlteriùs ad quid consilio indigeant,hi quibus est sacræ religionis propositũ inspiratum. Et primò quidem occurrit dubitare, an id quod Christus consuluit meliùs sit,aut sacrilegium est.Dubitare verò an propter contristationẽ amicorum vel quodcúnq; temporalium detrimentũ homo debeat religionis propositũ prætermittere,est animi adhuc carnali amore irretiti.Vnde Hieronym. dicit in epistola ad Heliodorũ. Licèt paruulus à collo pendeat nepos: licèt sparso crine & scissis vestibus vbera quibus te nutrierat mater ostendat:licèt in limine pater iaceat:percalcato perge patre,siccis oculis ad vexillũ crucis euola. Solùm pietatis genus est in hac re esse crudelem.Et posteà subdit.Gladium tenet hostis vt me perimat:& ego de matris lachrimis cogitabo.Propter patrẽ militiam deseram,cui sepulturã Christi causa non debeo. Et ad hoc plura alia sunt inducta.Fortè autẽ aliquis inducetur ad consilium requirendum,an possit implere quod in proposito gerit Sed etiã huic dubitatiõi occurrit Augusti.8.Confes.de seipso loquens qui consilium continentiæ assumere formidabat.Aperiebatur inquit ab ea parte qua intenderam faciem:& quo transire trepidabam casta dignitas cõtinentiæ serena & non dissolutè hilaris honestè blandiens,vt venirem:neque dubitarẽ & extendens ad me suscipiendam & amplectendum pias manus plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri & puellæ ibi iuuentus multa & omnis ætas:& graues viduæ & virgines anus. Et post pauca. Et irridebat me irrisione exhortaria: quasi diceret. Tu non poteris quod isti & istæ. An verò isti & istæ in semetipsis possunt & non in Deo suo. Dominus Deus eorũ me dedit eis.Quid in te stas & nõ stas?Proijce te in eum:noli metuere:non se subtrahet vt cadas. Proijce te securus: excipiet te & sanabit te.Restant autẽ duo de quibus consiliari relinquitur his qui religionis assumendæ propositũ gerunt.Quorũ vnum est de modo religionem intrandi. Aliud autẽ est: si aliquod speciale impedimentũ habeant per quod impediantur à religiõis ingressu:putà si sint serui vel matrimonio iuncti,vel aliquid huiusmodi.Sed ab hoc consilio,primò quidem amouẽdi sunt carnis propinqui.Dicitur enim Prouerb. 25. Causam tuam tracta cũ amico tuo & secretũ extraneo non reueles. Propinqui autẽ carnis in hoc proposito amici non sunt. sed potiùs inimici:secũdum illud quod habetur Micheæ 7. Inimici hominis domestici eius.Quod etiã dominus introducit Matth.10.In hoc igitur casu sunt præcipuè vitanda carnalium propinquorum consilia. Hinc etiam est,quòd Hierony.in epistola ad Heliodorum impedimenta religiosi propositi quæ à propinquis carnalibus ingerũtur enumerat dicẽs.Nunc tibi blandis vidua soror hæret lacertis: nunc illi cũ quibus adoleuisti vernaculi aiunt. Cui nos seruituros relinquis?Nunc & gerula quondam iam anus & nutritius:secundus post naturalem pietate pater clamitant.Morituros expecta paulisper & sepeli.Et Gregor.dicit 3.Moralium.Callidus aduersarius,cùm à bonorũ cordibus repelli se conspicit,eos qui ab illis valdè diliguntur exquirit:& per eorũ verba blãdiens loquitur:quia plus cæteris amãtur:vt dum vis amoris cor perforat,facilè persuasiõnis eius gladius ad intimæ rectitudinis munimina irrumpát.Hinc est ꝙ beatus Benedictus.vt Gregor.refert in 2.Dialogorũ nutricẽ suam ocultè fugiens deserti loci secessum petijt:sed Romano monacho propositũ suam aperuit,qui eius desiderium & secretũ tenuit & adiutorium impendit.Arcendi sunt etiã ab hoc cõsilio carnales homines,apud quos Dei sapientia stultitia reputatur.vnde Ecclesiastici 37. Irrisoriè dicitur.Cũ viro irreligioso tracta de sanctitate: cũ iniusto de iustitia.Et posteà subdit.Non attendas his in omni consilio: sed cum viro sancto assiduus esto:à quo est petendum cõsilium si de aliquibus in hoc casu consiliari oporteat.

Solutio rationũ contra veritatẽ suprà inductarũ. CAP. X.

EA verò quibus innituntur contrarium asserentes de facili refelluntur.Quod enim primò inductũ est, ꝙ in arduis & difficilibus sunt maximè consilia requirenda: verum est vbi non est veritas manifesta.Sed quando id quod est melius est altiori consilio diffinitum,iniuriosum est iterũ id in dubium reuocare iteratò cõsilia requirendo.Quod verò 2.propositũ est,ꝙ votum animi deliberatione firmatur:ad propositũ non facit.Hæc enim deliberatio in interiori consistit proposito,quo quis eligit maius bonũ cui se obligare intendit.Omne autẽ quod ex electione agitur ex deliberatione siue consilio agitur:quia electio est appetitus pręconciliati.vt dicitur in 3.Ethico.Et sicut à spiritusancto qui est spiritus fortitudinis & pietatis hoc propositũ homini inspiratur:ita etiam ab eodem qui est consilij & scientiæ spiritus deliberatio interiùs ministratur. Quod etiam 3.inducitur.probate spiritus si ex Deo sunt,ad propositũ non facit.Ibi enim necessaria est probatio,vbi nõ est certitudo.vnde super illud 1.ad Thi.vlti.Omnia probate.dicit Glossa.Certa nõ egent discussione.Incertũ autem potest esse his quibus alios ad religionẽ recipere incumbit.quo spiritu ad religionẽ veniant: vtrũ. s. desiderio spiritualis profectus:an etiã sicut quãdoq; accidit ad explorandum vel ad malefaciendum:vel etiã vtrum sint ad religionem apti qui veniunt.Et ideò indicitur eis tam per statutum ecclesiæ,quàm per regulare edictũ eorum qui sunt recipiendi probatio:sed his qui propositũ religionis assumendæ gerunt dubium esse nõ potest,qua intentione id faciant.Vnde eis deliberandi necessitas nõ incumbit. Præcipuè si de suis corporalibus viribus nõ diffidant: ad quas examinandas religionem intrantibus annus probationis conceditur. Quod verò quartò proponitur,ꝙ Sathanas transfigurat se in angelum lucis: & multotiens bona suggerit intentione fallendi verum est.Sed sicut gl. ibidem dicit,quãdo diabolus sensus corporis fallit, mentem verò nõ mouet à vera rectáq; sententia: qua quisq; vitam fidelem gerit:nullum est in religione periculum:vel cũ se bonũ fingens ea, vel facit.vel dicit quæ bonis angelis congruunt:etiã si credatur bonus: non est error periculosus aut morbidus. Cùm verò per hæc aliena bona ad sua ducere incipit:ne quis post eũ eat, opus est magna vigilantia.Detur ergo,ꝙ diabolus aliquẽ incitet ad religionem intrandum:hoc opus bonũ est:& bonis angelis cõgruum. vnde nõ est periculum si quis ei in hoc consentiat: sed vigilandum erit,vt ei resistatur:cũ ad superbiam vel alia vitia inceperit ducere. Frequenter enim cõtingit,ꝙ Deus vtitur malitia dæmonũ in bonum sanctorum,quibus præparat coronas inuictis.Et sic eis à sanctis illuditur.Sciendum tamen, ꝙ si cui à diabolo suggeratur: vel etiã ab homine religionis introitus,per quẽ aliquis accedit ad Christum sequendum,talis suggestio efficaciam non habet nisi interiùs attrahatur à Deo.Dicit enim Augusti. in libro de prædestinatione

sanctorum, ꝙ omnes sancti sunt docibiles Dei, nõ quia oẽs ad Christum veniant, sed quia nemo aliter venit, & sic religionis ꝓpositũ à quocúnq; suggeratur, à Deo est. Quod verò quinto ꝓponitur, ꝙ in his est requirendũ consiliũ, quæ malũ exitum possint sortiri, distinctione indiget, aut em̃ malus exitus potest cõtingere ex parte ipsius rei, quæ assumẽda imminet, aut ex pte hominis assumẽtis. Si ex pte rei quæ assumẽda est periculũ imminet, & hoc quidẽ frequẽter accidat, magna deliberatione opus est: vt periculis obuietur: vel res totaliter relinquatur. Si verò vt in paucioribus periculum accidat, non est magna deliberatiõe opus, sed vigilãtia & cautela, ne aliquo casu in periculũ incidatur. Alioquin daretur occasio oĩa humana studia prætermittẽdi. secundũ illud Eccle.2. Qui obseruat ventũ, nõ seminat, & qui considerat nubes, nunquàm metet. Et Prouer.26. dicitur. Dicit piger, leo est in via, leæna in itineribus. vbi dicit glo. Multi cũ verba exhortationis audiant, dicunt se velle viam iustitiæ incipere, sed à sathana retrahi ne perficiant. Quandoq; verò res ipsa in se secura est, habet tñ malũ exitũ, propter hoc, ꝙ homo mutat ꝓpositũ, & ex ista causa nõ debet homo retrahi vel differre sub specie maioris deliberationis religionis ingressum, quãuis aliqui mutato proposito à religione apostatãtes deteriores fiãt. Alioquin etiã similis ratio esset de accessu ad fidem & fidei sacramẽta. quia dicitur 2. Pet.2. Melius erat viã veritatis nõ cognoscere, quã post agnitam retroire. Et Apostolus ad Heb.10. Deteriora meretur supplicia qui sanguinẽ testamenti pollutum duxerit, & spiritui gratiæ cõtumeliam fecerit. Non esset etiã passim ad iustitiæ opera ꝓcedendũ, quia scriptũ est. Eccle.26. Qui transgreditur à iustitia ad peccatũ, Deus parauit eũ ad rũpheam. Iam verò, quod sextò propositũ est, si est ex Deo cõsilium hoc aut opus, nõ poteritis id dissoluere, diligẽtius considerandũ est, tũ quia hoc ab eis frequentius inculcatur, tũ quia latet ibi virus hæreticæ prauitatis. Ex hoc enim verbo prauè intellecto nostri tẽporis hæretici duo erronea cõcludere nituntur, quorũ primum est, ꝙ corpora quæ corrũpuntur à Deo non sunt. secundũ est, ꝙ si aliquis gratiã habet vel charitatẽ à Deo, amitti nõ potest. Assumamus etiã alia, si diabolus peccauit, opus Dei nõ fuit, si Iudas à choro Apostolorum decidit, eius electio à Deo non fuit, si Symon Magus post baptismũ in hæresim decidit, à Deo nõ fuit, ꝙ eũ Philippus baptizauit. Cũ quibus oĩbus adiamus, & horũ argumentũ mirabile cõsimilem virtutẽ habens cũ prædictis. Si ille qui religionẽ intrauit, ab ea egreditur, propositũ quo intrauit, à Deo nõ fuit, vel studiũ eorum à Deo nõ fuit, qui eũ ad religionẽ attraxerũt. Contra quos vtamur verbis Aug. in primo lib. cõtra Iulianũ, qui dicebat. Non potest mali radix in eo, ꝙ donũ est Dei locari, cõtra quẽ Augu. dicit. Erit profectò Manichæus victor, nisi & illi resistatur & tibi, &c. Veritas ergo fidei catholicæ ideò vincit Manichæũ, quia vincit teipsum: vt ergo ipsi pariter cũ Manichæis vincantur, dicamus, ꝙ consiliũ Dei nunquã dissoluitur. secundũ illud Isa.46. Consiliũ meũ stabit, & omnis volũtas mea fiet. Ex hoc tñ cõsilio ĩmutabili, sicut dat rebus corruptibilibus esse tẽporale, quibus sempiternitatem non tribuit, ita quibusdã dat iustitiam temporalem, quibus non largitur perseuerantiæ donum: vt Augusti. dicit in lib. de perseuerantia. Et sic vincũtur Manichæi, quia æterno Dei consilio corruptibilia instituũtur: vt temporaliter sint, vincuntur autem isti, quia ex immobili Dei cõsilio, quibusdam datur secundum æternum Dei consilium propositum religionem intrandi, quibus in ea perseuerandi donum non datur.

Rationes quibus astruere nituntur, quòd homines non debent se ad religionem obligare per votum. CAP. XI.

NVnc inquirendum est de hoc, quòd impedire nituntur obligationem qua aliqui voto se ad ingressum religionis astringunt. Et primò quidem aliqui sunt qui nituntur cuilibet voto derogare, dicentes melius esse, quòd absque voto aliquis virtutum opera exequatur, quàm quòd ad ea obseruanda voto se obliget, inducentes ad hoc, quòd Prosper dicit in secundo libro de vita contemplatiua. Sic abstinere vel ieiunare debemus: vt non nos necessitati ieiunandi subdamus, ne iam non deuoti, sed inuiti rem non voluntariè faciamus. Qui autem vouet se ieiunaturum, necessitati ieiunandi se subijcit, & eadem ratio est in alijs operibus virtuosis. Nõ igitur videtur esse laudabile, quòd aliquis voueat, vel ieiunare, vel religionem intrare, vel quodcúnque aliud opus virtutis explere. Addunt etiam ad hoc rationem, quia quanto aliquid est magis necessarium, tanto fit minus meritorium. Cùm autem aliquis iam vouit vel religionem intrare, vel quodcúnque aliud opus explere, necessitas ei incũbit: vt impleat, quod ꝓmisit. Laudabilius igitur erit & magis meritoriũ, si aliquis absque voto faciat aliqua opera virtuosa, quàm si ea expleat voto præmisso. Specialiter autem ostendere nituntur, quòd ad religionis ingressum non debent aliqui per obligationem voti, vel iuramenti induci: inducentes statutum concilij Toletani, quod habetur in decretis. distinct.45. c. de Iudæis. vbi dicitur. Non enim tales inuiti saluandi sunt, sed volentes, vt integra sit forma iustitiæ, sicut enim homo proprij arbitrij voluntate serpenti obediens perijt, sic vocante se gratia Dei, propriè mentis conuersione quisque credendo saluatur, ergo non vi, sed libera animi voluntate & facultate: vt conuertantur suadendi sunt. Quod multò magis obseruandum videtur circa religionis ingressum, qui est minus necessarius ad salutem. Illi autem qui obligantur iuramento vel voto ad religionis ingressum, non proprij arbitrij voluntate, sed necessitate cogẽte conuertuntur. Non igitur videtur obligatio talis esse conueniens. Inducunt etiã decretum Vrbani Papæ, quod habetur 19.q.2.c. duæ sunt. Vbi dicitur, quòd illi qui religionem ingrediuntur, ducuntur lege priuata, quæ est lex spiritussancti. Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas. secundum Apostolum. 2. ad Corint.3. Libertati autem opponitur necessitas, quam inducit obligatio iuramenti vel voti. Inconueniẽs igitur est aliquos ad religionis ingressum voto vel iuramento constringere. Idem etiam arguunt ex euentu, qui videtur in pluribus, qui post huiusmodi obligationem ad religionem attracti, in ea non perseuerant, sed redeuntes ad sæculum, desperantes seipsos, omni iniquitati peruersitatis se tradũt. Et sic impleri videtur, quod Dominus Scribis & Pharisæis dicit Matth.23. Circuitis mare & aridam: vt faciatis vnum proselitum, & cùm feceritis, facitis eũ filium gehennæ duplo, quàm vos. Dicũt etiam, quòd aliqui sic obligati aliquando votũ suũ non implẽt, & tñ postea facti sunt boni Episcopi, vel Archidiacõi, à quo ꝑ obligationẽ præmissam impediti fuissent. Addũt etiam, quòd nec beneficijs temporalibus, putà per exhibitionem munerum, sunt aliqui ad religionem inducendi. Et ad hoc inducunt decretum Bonifacij Papæ. quod habetur. 1.q.2.c. Quam pio. vbi dicitur. Núquàm legimus Domini discipulos, vel eorum ministerio conuersos, quẽpiam ad Dei cultũ aliquo muneris interuentu prouocasse. Adijciũt etiam hoc contra fidelitatem esse, dũ inexperti ad grauiora religionis onera: vel ad longas matutinas, graues vigilias, ieiunia, & disciplinas, & alias huiusmodi asperitates obligãtur, & ducũtur sicut bos ad victimam, & ita dũ non implent, quod vouerunt, paratur eis laqueus ad mortem æternam. Dicunt etiam huiusmodi obligationem esse illicitam: vtpotè factam contra statutũ Innocentij quarti. Qui mandauit annũ probationis concedi volentibus religionẽ intrare & prohibuit ante 14. annũ eos per votũ religioni astringi. Quod etiam cõsonat regulæ beati Benedicti in qua conceditur probationis annus nuper ad religionem conuersis. Vlterius autem procedũt, dicentes specialiter esse illicitum: vt pueri ante annos pubertatis prædicto modo ad religionis ingressum obligentur. Illicitũ enim videtur esse, ꝙ aliquis obligetur tali obligatione, quæ iustè posit ab alio irritari. Si autem aliqui impuberes se ad religionem obligauerint, possunt retrahi à parẽtibus, vel à tutoribus: vt ꝓbatur per id quod habetur. 20.q.2. vbi dicitur. Puella si ante 12. ætatis annos spõte sua sacrũ velamẽ sibi assumpserit, possunt statim parentes eius vel tutores id factũ irritũ facere, si voluerint. Illicitũ est ergo impuberes ad religionem obligare iuramento vel voto. Inducunt etiam vlterius, ꝙ aliquis infra annos pubertatis constitutus, etiam si sit doli capax, ad religionem obligari nõ potest. Et inducũt ad hoc illud, quod dicit Bernardus in appatatu de regularibus & transeuntibus ad religionẽ. super illam decre. Inno. III. quæ incipit. Postulasti, & sunt hæc verba apparatus. Si vis intelligere, ꝙ essent infra tertiũ & quartũdecimũ annũ, hæc potuit esse dubitatio, quia fortè erant doli capaces, & sic videbatur, quòd malitia suppleret ætatem, sicut in matrimonio carnali: vt habetur extrà de despon. impu. c. à nobis. & c. tuæ. qa sicut potuerũt se obligare diabolo, sic & Deo. Sed Papa respondet, ꝙ liberè possunt ministrare in ecclesijs posteà receptis, & sic non obligantur ante 14. annũ. Hugutio verò dicebat, quòd benè obligatur doli capax, & tenebat monachatus, quia poterat se obligare diabolo. Et Innoc. III. fuit in eadem opinione, qui in decretali ista respondet, quòd ingressus tenuit, si malitia supplebat ætatem, sicut in antiqua decretali patet, sed hodiè non prodest. Et ad hoc etiã inducunt, ꝙ Raymundus & Gof. in suis summis dicunt idem. Inducũt etiam, quòd pueri ante 14. annos nõ debent obligari iuramento: vt habetur. 22.q.5.c. pueri. & c. honestũ. Pari igitur ratione, nec voto sunt obligandi pueri ante 14. annum ad religionis ingressum. Dicunt etiam, quòd religio dicitur à religando, vel reeligendo: vt Aug. dicit. 10. de ciuit. Dei. Vnde concludunt, quòd pueri qui non sunt ligati, non debent religari, & qui non elegerunt, non debent reeligere per religionis ingressum. Ex quibus omnibus concludunt pueros esse miseros & insensatos, qui religionem ingrediuntur, vel ad religionis ingressum se obligant.

Improbatio erroris præmissi, & ostensio, quòd opus virtutis factum cum voto, magis est meritorium.

CAP. XII.

VT autem in singulis præmissorũ veritas posit manifestè videri, seriatim quę premissa sunt inuestigare oportet, à cõmunibus ad spiritualia descẽdẽdo. Et primò cõsideremus, an verũ sit, quod dicunt. s. magis esse meritoriũ opus virtutis absq; voti obligatione factũ, quã si ex voto id aliqs impleat. Et quãuis de hoc plura sint dicta in alio nostro libello, quẽ de pfectione cõscripsimus, hæc tñ aliqua iterare non pigeat. Primò igitur considerandum est, quòd cùm laus operis ex radice voluntatis dependeat, tantò exterius opus laudabilius redditur, quãtò ex meliori voluntate procedit. Inter alias autem conditiones bonæ voluntatis vna est, vt sit voluntas firma & stabilis. vnde in vituperium pigrorũ inducitur quod habetur Prouerbio.13. Vult & nõ vult piger. Tantò igitur opus exterius laudabilius redditur: & magis meritorium, quantò voluntas eius magis stabilitur in bono. Vnde & Apostolus monet. 1. ad Corinth.15. Stabiles estote & immobiles. Et secũdum Philosophum ad virtutẽ requiritur, vt aliquis firmiter & immobiliter operetur. Sed & iustitiã iurisperiti diffiniunt, ꝙ est constans & perpetua voluntas. Sicut & econtrariò patet, ꝙ tantò peccatũ est detestabilius, quantò volũtas hominis magis fuerit obstinata in malo. vnde & obstinatio ponitur peccatũ in spiritumsanctũ. Manifestum est autẽ, ꝙ voluntas firmatur ad aliquid faciendum per iuramentũ. vnde & Psalmist. dicebat. Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Confirmatur etiã similiter & voto: cũ votum sit promissio quædã. Qui autẽ promittit se aliquid facturũ, firmat propositũ suum ad illud implendũ. Laudabilius igitur est virtutis opus & magis meritorium si fiat voluntate firmata per votũ. Hoc etiam apparet ex consuetudine vitæ humanæ. Quia enim voluntas humana mutabilis est ad hoc vt verbis hominũ fides adhibeatur inolcuit consuetudo, vt hoc quod aliquis alteri vult facere promissione cõfirmet: & vlteriùs promissionẽ roboret legitimis munimẽtis. Plus autẽ debet vnusquisq; sibi quàm proximo: præcipuè in his quæ pertinent ad spiritualem salutem: secũdum illud Ecclesia.30. Miserere animæ tuæ placens Deo. Potest autẽ homo propter voluntatis mutabilitatẽ prætermittere id quod proposuit pro sua spirituali salute: sicut & quod proposuit pro cõmodo temporalis alterius. Si igitur aliquis vtiliter prouidet proximo vallando promissionẽ suam iuramẽto: fideiussione vel pignore: multò magis vtiliter & laudabiliter sibi prouidet si bonum propositũ quod cõcepit: vel voto: vel iuramento: vel quocúnq; alio modo firmare studuerit. Vnde Augusti. dicit in epistola ad Paulinã & Armentarium: Quia vouisti iam te astrinxisti: aliud tibi facere nõ licet. Et posteà subdit. Nec ideò tamen te vouisse pœniteat: imò gaude iam tibi nõ licere, quod cũ tuo detrimento licuisset. Ampliùs considerandũ est, ꝙ opus inferioris virtutis laudabilius redditur: & magis meritoriũ si ad superiorem virtutẽ ordinetur: sicut opus abstinentiæ si ordinetur ad charitatẽ: pari ergo ratione: & si ordinetur ad latriam quæ est abstinẽtia potior. Votũ autẽ est latriæ actus. Est enim promissio Deo facta de his quæ pertinent ad Dei obsequium. vnde Esa.19. dicitur. Cognoscent Aegyptij dominum in die illa: & colent eum in hostijs & muneribus: & vota vouebunt domino & soluent. Ieiunium igitur laudabilius erit & magis meritoriũ, si fiat ex voto. Hinc est, ꝙ in Psalm. vel consuluit vel mãdatur. Vouete & reddite domino Deo vestro. Quod frustrà mandaretur vel consuleretur nisi opus bonũ ex voto facere melius esset. Hoc autem habito dubitatur vlteriùs: vtrũ alicui liceat se obligare voto ad religionis ingressum: vel erroneum est. Si enim virtuosum est religionis statũ assumere, virtuosos autẽ actus ex voto facere laudabilius est, laudabiliter agunt illi qui statim religionẽ ingredi nõ valentes, se ad ingressum religionis voto astringũt. Nisi fortè quis secũdum Vigilantiũ dicat, ꝙ status sæcularis vitæ statui religionis æquatur: vel maiori vesania in tantũ erroris prorũpat, ꝙ præsumat asserere statum religionũ quas ecclesia approbauit non esse statũ salutis: in quo iam Vigilantij hæresim superabunt: nõ solùm inania reddentes Christi consilia: sed ea penitus euacuantes: necnõ & ordinationi ecclesiæ repugnantes: quod est scismaticũ esse. Si autẽ laudabiliter faciunt & à spiritu Dei mouentur qui se obligant voto ad religionis ingressum: cõsequens est eos laudabiliter facere qui alios suis exhortationibus ad hoc inducũt in hoc spiritusancto cooperantes: dum satagũt id ministerio exteriori suadere ad quod spiritussanctus instigat interiùs. vnde & Apostolus dicit. 1. ad Corinth.3. Dei enim adiutores sumus: forinsecus. s. ministrando. Sed quia quantũ ad eos qui pubertatis annos excedunt cõtrarium sapere nepharium est, restat considerãdum vtrũ pueri vel puellæ ante pubertatis annos cõpletos valeant se voto religionis astringere. Vbi oportet distinguere duplex esse votũ. vnum quidem simplex: aliud autem solenne. Simplex quidem votũ in sola promissione consistit. Solenne autem votum cũ promissione habet exteriorem exhibitionem: dum. s. homo actualiter se offert Deo: vel per ordinis sacri susceptionem: vel per professionẽ certæ religionis in manu prælati: quibus duobus modis votũ solennizatur: vel etiam per susceptionẽ habitus professorum quæ est quædam interpretatiua professio. Vtriúsq; autẽ voti circa matrimonium est diuersus effectus. Nam votũ solenne impedit matrimonium cõtrahendum & dirimit iam cõtractum. votum autẽ simplex & si cõtrahendum impediat, contractũ tamen nõ dirimit. Est autem & contrarius & diuersus effectus vtriúsq; voti circa religionẽ. Nam votum solenne quod fit per expressam aut præsumptam professionẽ iam monachũ facit: vel cuiuscúnque alterius ordinis fratrem. votum verò simplex nondum monachum facit: cùm adhuc dominus rerum suarum remaneat: & adhuc si cõtrahat possit esse maritus. Quia igitur simplex votum consistit in sola promissione Deo facta quæ ex interiore mentis deliberatione procedit: votum simplex ex iure diuino efficaciam habet, ꝙ nullo humano iure tolli potest. Huius autem voti efficacia dupliciter tolli potest. Vno quidem modo per defectum deliberationis quæ promissioni firmitatem præstat. Et ideò furiosorum & aliorum amentium vota vim obligationis nõ habent, vt habetur extra de regula. & transe. ad religio. Sicut tenor, & eadem ratio est de pueris qui non sunt doli capaces: nec habent debitũ rationis vsum: qui in quibusdam anticipatur in quibusdam tardatur: secũdum diuersam dispositionẽ naturæ. vnde ad hoc non potest certum tempus præfigi. Alio modo impeditur efficacia simplicis voti si aliquis Deo voueat, qui nõ est propriæ potestatis: putà si seruus voueret se religionem intrare: haberet quidem efficaciam quãtùm ad ipsum qui vsum rationis habet: si dominus eius permitteret. Si tamen dominus hoc votum ratum non habeat absque peccato poterit reuocare: vt habetur in decretis. distinctione quadragesimaquarta. Si seruus. Vbi dicit: ꝙ si domino ignorante seruus fuerit ordinatus: licèt ei infra spaciũ vnius anni & seruilem fortunã probare: & seruum suum recipere. Et quia puer vel puella infra pueriles annos etiã ex naturali iure in potestate patris statuitur, poterit pater votum ab eis emissum, si voluerit reuocare: vel si voluerit acceptare secundum ordinationẽ iuris diuini. Dicitur enim Nume.30. Mulier si quippiam vouerit: & se astrinxerit iuramento quæ est in domo patris sui: & in ætate adhuc puellari: si cognouerit pater votũ quod pollicita est: & iuramentũ quo obligauit animam suam: & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est & iurauit opere cõplebit. Sin autẽ statim vt audierit cõtradixerit pater: & vota: & iuramenta eius irrita erunt: nec obnoxia tenebitur sponsioni: eò ꝙ contradixerit pater. Ex quo patet, ꝙ puella vel puer de quo est eadem ratio infra pueritiæ annos quantũ in ipsis est voto se obligare possunt: nisi impediat rationis defectus: vt dictũ est. Sed quia potestati alterius subijciuntur, potest votũ reuocari à patre. Quod etiam patet per hoc quod subditur de muliere adulta: cuius votũ à viro reuocari potest. Et licèt ius positiuum determinare nõ possit tempus quo homo habere incipiat vsum rationis per quẽ Deo se valeat obligare, potest tamen determinare tempus obligationis vel subiectionis vnius personæ ad aliam. Determinatur autẽ hoc tempus in puella quidem vsq; ad 12. annos cõpletos. in mare autem vsq; ad 14. quia hoc cõmuniter consueuit esse tempus pubertatis: vt habetur 20.q.2. c. puella. & c. si in qualibet. Sic igitur quantùm ad votum simplex quo quis obligatur ad religionis ingressum potest aliquis obligari quantùm in ipso est ante completos pubertatis annos cùm sit doli capax habens debitum rationis vsum ad discernẽdum quod facit. Potest tamen hoc votum reuocari à patre: vel tutore qui est loco patris. Quia verò solenne votũ religionis quod fit per professionem tacitam: vel expressam habet quasdam exteriores solennitates quæ ordinationi subduntur ecclesiæ: sicut & solennitas ordinis sacri secundum ecclesiæ determinationẽ exigitur ad huiusmodi votum completum pubertatis tempus, id est, in puero quatuordecim annorum: & in puella duodecim: ita quòd professio ante hoc tempus facta quantumcúnque aliquis sit doli capax non facit profitẽtem esse monachum: vel cuiuscúnque ordinis fratrẽ. Hoc enim cõmuniter tenet ecclesia: licèt Innoc. tertius aliter sensisse dicatur.

Solutio rationum inductarum. CAP. XIII.

HIs igitur visis, facilè est ad omnia obiecta respondere. Quod enim primò inducit de verbis Prosperi. Sic ieiunare debemus, vt non nos necessitate ieiunandi subdamus: intelligitur de necessitate coactionis, quæ voluntario repugnat. vnde subdit: ne iam non deuoti sed inuiti rem nõ voluntariè faciamus: non autem loquitur de necessitate voti, per quam magis augetur deuotio quæ à deuouendo nominatur. Quod verò secundò propositum est, quòd necessarium est minus meritorium: intelligendum est de necessitate quæ ab aliquo imponitur contra voluntatem ipsius. Sed cùm aliquis sibijpsi necessitatem imponit benefaciendi ex hoc laudabilior redditur: quia per hoc se facit quodammodò seruum iustitiæ: vt Apostolus monet ad Roma.6. vnde & Augustin. dicit in epistola ad Paulinam & Armentarium. Fœlix necessitas quæ ad meliora compellit. Quod verò tertiò propositum est de Iudæis conuertendis libera voluntate, patet ad propositum non pertinere. Libertati enim voluntatis non opponitur confirmatio voluntatis in bono. Alioquin nec Deus: nec beati liberam voluntatem haberent. Opponitur autem ei necessitas coactionis ex violentia: vel metu procedens. Et ideò signanter dicit Canon de Iudæis: præcepit sancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. Per votũ autem aut iuramentum non infertur homini vis: sed ex eis voluntas hominis confirmatur in bonum. vnde per hoc non redditur homo inuitus: sed magis firmiter volens: & iam incipit homo quodammodò facere: inquantùm se obligat ad faciendum. Et per hunc etiam modum nullus sanæ mentis diceret esse illicitum inducere Iudæos, vt se pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

pria voluntate obligarent:vel iuramento:vel voto,ad accipiendum baptismum. Quòd autem quartò propositum est,quòd aliquando voto aut iuramento se ad religionem obligantes retrocedunt, & in desperatione incidētes tradūt se omni iniquitati,& sic fiunt filij gehennæ duplo,quàm illi qui eos inducūt, refellitur per verbū Apostoli.quod dicit Rom.3. Nunquid incredulitas illorū fidem Dei euacuauit.Ex quo accipere possumus,q̄ per hoc,q̄ quidam bonis abuntur,nullum fit præiudicium illis qui perseuerant in bono. Sicut etiam glossa.dicit ibidem,q̄ non ideò quia aliqui Iudæorum credere noluerunt,idcirco præiudicabitur cæteris Iudæis, ne digni dicātur accipere,quod Deus promisit fidelibus. Similiter etiā nec ideò,quia aliqui vouentes,vel iurantes religionem intrare,post votum pœnitent, & deteriores fiunt, idcirco aliquid præiudicatur illis, qui vouentes in voto perseuerant. Et ideò qui homines inducūt ad vouendum religionis ingressum, non facūt eos filios gehennæ quantūm in eis est,sed potius filios regni,præsertim cū plures ex talibus profi ciant vorum implentes,quàm deficiant à voto recedētes, nisi fortè, quod absit,prauis exemplis eos ad peccandum inducerent: vt patet per expositionem Hiero.& Chrysosto Videtur tamen huic rationi suffragari,quòd Apostolus dicit.1.ad Thi.5. Adolescentiores viduas deuita. Et rationem assignat,cùm subdit. Habentes damnationem, quòd primam fidem irritā fecerunt.qua scilicet Deo continentiam promiserunt.Sed sicut Hiero.dicit in Epist.de Monogamia ad Geruchiam. Propter has quæ fornicatæ sunt in iniuriā viri sui Christi fecerūt.vult Apostolus alterū matrimoniū præferēs bigamiam forni cationi,secundū indulgentiam dūtaxat, non secundū imperium, quia multo tolerabilius est bigamiā esse,quā scortū,secundū habere virū,quā plures habere adulteros. Nō ergo Apostolus prohibet simpliciter adolescētes viduas cōtinentiā vouere.cū.1. ad Cor.7.dicat,q̄ bonū est eis,si sic in viduitate permanserint,sed eas prohibet recipi ad stipendia ecclesiæ,quæ ih lasciuia viuunt.vnde dicit. Adolescentiores viduas deuita,quę cū luxuriatæ fuerint,in Christo nubere volunt.Quòd verò sextò proponūr,q̄ aliqui post votū de ingressū religionis emissum,in sæculo remanētes facti sunt boni Episcopi, manifestè veritati cōtrariatur:vt patet per decre.Innoc.quæ habetur de voto & voti redemptione,quæ sic dicit. Per tuas nobis literas intimasti, te in Grationopolitana ecclesia suscipiendi habitum regularem votum solenniter emisisse,& postea promisisse in manibus prelati eiusdem ecclesiæ , te infra duos menses postquā ab Apostolica sede redisses,votū,quod emiseras impleturum.Cūmq; termino ipso trāsacto nō curasses,quod voueras adimplere, tandem existens voti transgressor,vocatus fuisti ad regimē ecclesiæ Gebenēsis. Et infrà. Nos igitur tuæ descriptioni consulimus: vt si tuam sanare desideras conscientiam,regimē resignes ecclesiæ memoratæ ac reddas altissimo vota tua. Ex quo patet manifestè , quòd non possunt bona conscientia vel Episcopatum,vel Archidiaconatum retinere,qui vouerunt religionē intrare, & ita si retinent,non sunt boni Episcopi,vel Archidiaconi,cū sint voti transgressores. Quòd autem septimò propositū est,quòd non sint aliqui ad Dei cultū muneris interuētu pro uocandi.soluitur per idem in c.quod ad hoc inducūt.Sequitur enim post verba prænissa, nisi forte de pauperū alimento quis in cōmune proponat,quorum nulli cuiusēq; professionis esset,victualia negabantur. Ex quo patet,q̄ incōuenienter redarguunt eos,qui pauperibus scholaribus bursas procurant, & eos in studio nutriunt:vt postmodùm sint religioni aptiores. Sed & si qua alia beneficia terrena alicui cōferātur: vt ex hoc eius familiaritate captata prouocetur ad melius nō est illicitum,esset autē illicitū,si aliqua pactio vel cōuētio interueniret.vnde & in eodē.c.subditur. Dū tn omnis absit pactio, & omnis cesset cōuentio. Alioquin si nō liceret aliquē p tpalia bñficia ,puocare ad aliquod spirituale bonū,illicitū esset,q̄ in quibuslā ecclesijs quædā distribuuntur his,qui ad officiū diuinum accedunt. Quòd verò octauò ,ppositū est cōtra fidelitatē esse, q̄ iuuenes inducantur ad grauiora onera.s.ieiunia vigilias & huiusmodi,manifestā cōtinet falsitatē. His cm qui in religione recipiuntur vel ad eā obligantur in principio grauiora religionis onera manifestātur. Nec tn est cōtra fidelitatē,si ad ,puocādos aliquos ad religionē cuius asperitates sunt manifestæ spirituales eis animi cōsolatiōes repromittant exēplo Dñi.qui dicebat Matth.2. Tollite iugum meum super vos & discite à me,quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.In quib⁹ verbis & corporale onus signatur, p hoc q̄ iugū nolat,& spiritualis cōsolatio,in hoc, q̄ quierem promittit. Vnde Aug.dicit in lib.de verbis Dñi.Qui iugum Dñi intrepida cervice subierunt, tā difficilia pericula patiuntur: vt nō à laboribus ad quietem,sed à quietē ad laborē vocari videantur.Sed profectò adest spiritussanctus,qui in affluentia deliciarum Dei in spe futuræ beatitudinis omnia præsentia deliniret, aspa & omnia grauia releuaret. Satis ergo spiritualium deliciarum inexpertos se indicāt,eos decipi arbitrantes,qui ea quę sunt corpori grauia propter Christum suscipiunt.Quòd verò nonò propositum est de statuto Innocen.Papæ ad propositum nō facit, quia statutum illud est editum de voto solenni,quod per professionē emittitur, nō autem de voto simplici;quo aliqui ad religionē ex deuotiōe se obligant. Quòd verò to.ppositū est posse parētes huiusmodi vota impuberū retractare,efficaciā nō habet.Nō enim omne id,quod reuocari pōt illicitè cōmittitur.Alioquin oporteret dicere, q̄ minores 25.annis peccarent in oībus quæ cū suo dāno facerent.quia possunt in integrū restitui.Sic igitur impuberes nō peccant,si votum religiōis emittant,vel si etiam habitū religiōis assūmant absque parentum licentia, quāuis hoc possit per parentes reuocari. Alioquin si hoc esset peccatum,prohiberetur per Canones,per quos parentibus reuocandi facultas cōceditur. Ea verò quæ 11.de apparatu decretalium & summis iuristarum proponuntur,ad propositum nō faciunt,quia loquuntur de voto soléni, quod monachum facit , vel cuiuscūque religiōis professum,de quo fuerunt inter Doctores iuris Canonici opiniōes diuersæ.Quāuis incōsonum & derisibile videatur, quòd sacræ doctrinæ professores iurisprudentiæ glosulas in auctoritatem inducant , vel de eis disceptent. Illud etiam quod 12.de iuramento proponitur, ad propositum non facit,quia nō prohibent Canones pueros iurare, sed discernunt, q̄ iurare nō cogantur.Quòd verò 13. proponitur,falsitatem continet. Pueri enim ligati sunt professione fidei Christianæ quam etiam in baptismo sacramentaliter elegerunt. Vnde possunt iterato ligari & eligere perfectionis statum , quāuis & propter aliud hoc incōgruè dicatur, quia & in ipso sacramento baptismi pueri Christianam religionē suscipiunt,& religantur Deo,ipsum iterum eligentes,à quo per peccatum primi parētis fuerunt separati. Demum prophanam cōclusionem pueros stultitiæ arguēdo, piorū aures ferre nō valēs. Quis enim puerum benedictum stultitiæ argui patiatur,quòd relicta domo rebúsque patris,soli Deo placere desiderans,sanctę cōuersationis habitum & desertū quæsiuit. Quis nisi hæreticus blasphemet Ioannem Baptistā,de quo legitur Luc.1.quòd puer crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsque ad diem ostensionis suæ ad Israël. Manifestè tales insultatores animales se esse demōstrant, dum stultitiam reputant ea quæ sunt spiritus Dei , qui sicut Ambr. dicit super Lucam.Nō coërcetur ætatibus,nō obitu extinguitur, nō aluo matris excluditur.Et sicut Greg.dicit in homelia Pēthecostes. Qui implet cytharedum puerum & Psalmistam facit, implet pastorem armentarium siccomoros vellicantem & Prophetam facit,implet puerum abstinentem & iudicē senum facit, implet piscatorem & prædicatorem facit, implet persecutorem & doctorem gentium facit,implet publicanum & euangelistam facit.Vtar ergo ecclesiastici verbis Apostoli.dicentis.1.ad Cor.3. Si quis inter vos videtur sapiēs esse in hoc sæculo, stultus fiat vt sit sapiens. Stultus quidem secundum sapientiā mundi,quæ stultitia est apud Deum:nō autem secundum sapientiā Dei,quę sicut legitur.Prouerb.1.paruulos alloquitur dicens.Vsquequo paruuli diligitis infantiam.Et post. Cōuertimini ad correptionem meam,en proferam vobis spiritum meum.

Rationes contra perfectionem religiosorum,non habentium possessiones in communi. CAP. XIIII.

NVnc restat considerandum, quomodò homines à religione retrahere conantur,religionis perfectioni derogando, maximè eorum qui in communi possessiones nō habent. Inducunt enim illud,quod dicit Prosper in lib.de vita cōtēplativa. & habetur.12.q.1. Expedit facultates ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis amore cōtemni.Nō enim propriæ sunt, sed communes ecclesiæ facultates, & ideò quisquis omnibus quæ habuit dimisis aut vēditis fecit suæ cōemptor,cùm propositus factus fuerit ecclesiæ,omnium quæ habet ecclesia efficitur dispēsator. Denique sanctus Paulinus vt ipsi melius nostis ingentia prædia quæ fuerunt sua vendita pauperibus erogauit. Sed cùm factus esset Episcopus, nō cōtempsit ecclesiæ facultates , sed fidelissimè dispensauit , quo facto satis ostenditur , & propria debere propter perfectionem cōtemni, & sine impedimento perfectionis posse ecclesiæ facultates (quæ sunt profectò communia) possidere. Ex hoc quæ sunt profectò communia possidere. Ex hoc accipere volunt,nō pertinere ad perfectionem, non habere possessiones cōmunes. Inducunt etiam ad hoc aliorum sanctorum exempla. Nam beatus Greg.de facultatibus suis,intrà vrbis Romanæ mœnia,vnum monasterium,in Sicilia verò sex legitur construxisse. Beatus etiam Benedictus monachorum præceptor almificus, amplas possessiones pro suo monasterio recepit , quod tanti viri euangelicæ perfectionis æmulatores nullo modo fecissent , si possessiones communes in aliquo Apostolicæ & euangelicæ perfectioni derogarent.Et ex hoc concludere volunt,non pertinere ad maiorem perfectionem,quòd aliqui possessiōibus careant.Addunt etiam quòd Apostoli quibus Dominus mandauerat vt nihil possiderent, nec aliquid deferrent in via tempore necessitatis aliqua possidebāt. Vnde super illud Luc.22. Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram.dicit glossa.quòd instante mortis articulo,& tota illa gente pastorē simul & gregem persequente cōgruā rēpori regulam decernit,permittens vt tollant victui necessaria. Non autem persecutiōis tempore Apostoli minoris perfectiōis fuerunt, igitur possidere communia perfectionem non diminuit.Dicunt insuper,quòd Christus ordinem discipulorū instituit:quibus succedunt Episcopi & clerici possessiones habentes:ordines autē religiosorum absque possessionibus in paupertate viuentium postèà ab alijs sunt instituti. Quod autē Christus instituit perfectiūs est. Perfectiūs igitur esse videtur communes possessiones habere,quàm absq; possessionibus viuere. Arguunt insuper,q̄ non est credibile,q̄ perfectio quā Christus instituit obdormisset intermissa à tempore Apostolorum vsq; ad hæc tēpora:in quibus aliqui ordines inceperūt sine cōmunibus possessionibus viuere.Vnde cōcludere volunt, q̄ communibus possessionibus carere ad perfectionem euangelicā non pertineat.Dicunt etiā,q̄ si qui post Apostolorum tempora cōmunibus possessionibus caruerunt viuebant de opere manuali: sicut legitur de sanctis patribus in Aegypto.Vnde illi qui possessionibus communibus carent:& tamen de opere manuali non viuunt , videntur omninò ab euangelica perfectione deficere.Inducunt etiam, q̄ diuitiarum abrenunciatio introducta est ad tollendam sollicitudinē temporalium rerum.secundum illud Luc.12.Nolite soliciti esse animæ vestræ quid manducetis,&c.& 1.Corinth.7.Volo vos sine sollicitudine esse:sed maior sollicitudo imminet victus quærēdi his qui possessiones non habent,quàm his qui sufficientiam victus iam habent per possessiones cōmunes. ergo communibus possessionibus carere diminuit euāgelicam perfectionē. Circa hoc etiam addunt, q̄ tales religiosi necesse habent de negotijs multorū se intromittere,qui eis necessaria victus ministrant : & sic multiplicantur in eis temporalium sollicitudines euāgelicæ perfectioni aduersantes. Videntur igitur ex hoc ipso,q̄ possessionibus cōmunibus carent detrimentum perfectionis pati. Dicunt denique hoc esse impossibile, q̄ aliquis nihil in communi vel proprio possideat:quia necesse est, q̄ comedant & bibant & induantur:quod facere non possunt,si nihil haberent. Ex his igitur derogare inuntur perfectioni possessiones non habentium in communi.

Confutatio erroris præmissi. CAP. XV.

OPortet autem attendere , q̄ prædicti paupertatis impugnatores doctrinæ Christi,neenon & vitæ ipsius non modicū aduersantur:qui in omnibus paupertatem & seruandam verbo docuit & exemplo monstrauit.Dicit enim de ipso Apostolus. 2. ad Corint.8. q̄ propter nos egenus factus est cùm diues esset.Paupertatem enim assumpsit:vt Glossa ibidem dicit:& diuitias nō amisit : intus diues: foris pauper:latens Deus in diuitijs,apparens homo in paupertate. Ex quo his qui Christi paupertate sequuntur magna dignitas accrescit. Vnde post pauca ibidem concluditur. Nemo igitur se contemnat pauper in cella:diues in conscientia:& ab exordio introitus eius in mūdum incipiamus:pauperculam elegit matrē, pauperiorē patriam eligens sit pecunijs egens:& hæc tibi exponat præpe, vt legitur quodam synodali sermone Ephesini concilij: & post pauca subditur.Respice pauperrimū habitaculum eius qui ditat cœlum: vnde presepe sedenti super Cherubin:vide pannis obsitum eum qui pelagus arenæ iunxit. Vnde deorsum paupertatē diuitias eius sursum considerans.Si autē non propter sese,sed propter nos egenus factus est secundum Apostolum.Numquid nō poterat matrē multas possessiones habentē eligere: atque in domo propria nasci : si nihil ad perfectionē Christianę vitæ pertineret terrenas possessiones nō habere:quinimò propria domo carere? Confundantur igitur paupertatis detractores cuius gloria in ipsis Christi cunabulis pręclarè refulget. Et ne putetur paupertatē quā in infantia sustinuit in perfecta deseruisse ætate,videamus quid ipse de se dicat.Matt.8. Filius inquit hominis non habet vbi caput suum reclinet , quasi dicat , vt Hieron.exponit:quid me propter diuitias & sæculi lucra cupis sequi:cùm tantæ sim paupertatis,vt nec hospitiolum quidē habeam: & tecto vtar non meo.Et Chrysostom. idem exponēs dicit.Aspice qualiter paupertatē quam dominus docuerat per opera demonstrauit.Non erat ei mensa:non candelabrum:non domus: nec quicquā aliud talium.Hæc autē paupertas ad perfectionem pertinet : quam dominus & verbo docuit,& per opera demonstrauit. Pertinet igitur ad perfectionem Christianæ vitę terrenis possessionibus omninò carere.Rursus vlteriùs procedentes,inuenimus testimoniū paupertatis Christi ex hoc, q̄ cùm ab eo tributū requireretur,dixit Petro.Vade ad mare & mitte hamum:& cum piscem qui primò ascenderit tolles:& aperto ore eius inuenies stateré : illum sumens da eis pro me & te.In cuius expositione Hiero, dicit. hoc etiam simpliciter intellectū ædificat auditorem:dum audit dominum tantę fuisse paupertatis,vt vnde tributa pro se & Apostolo redderet nō habuerit.Quòd si quis obijcere voluerit quomodo Iudas in loculis portabat pecuniam:Respondebimus rem pauperū in vsus suos conuerte re nephas putauit:nobisq; idem tribuit exemplum.Manifestum est autē nec alicui Christiano debet venire in dubiū, q̄ Christus summam perfectionē in sua conuersatione seruauit. Vnde & paupertatis perfectionē docebat. Si vis perfectus esse , vade & vende omnia quę habes & da pauperibus & veni sequere me:in quo est perfectionis sententia:vt Hiero.dicit. Est igitur summa paupertatis perfectio vt ad exemplum Christi aliqui homines possessionibus careant: & si aliqua reseruent ad pauperū vsum:præsertim quorum eis cura incumbit : sic dominus præcipuè suos discipulos propter ipsum pauperes effectos & de his quæ sibi dabantur reseruās sustentabat.Inter cætera verò quæ Christus in mortali vita vel fecit:vel passus est:præcipuè Christianis imitandū proponitur venerādæ crucis exemplū. Vnde & ipse dominus dicebat Mat.16. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum & tollat crucē suam & sequatur me. Vnde & Apostolus quasi simul cū Christo crucifixus:& in sola Christi cruce gloriā habens dicebat. Ego stigmata domini in corpore meo portō exemplū crucis diligēter secutus. Inter alia verò crucis insignia apparet omnimoda paupertas: in qua exterioribus rebus priuatus est,vtq; ad corporis nuditatē:vnde ex persona eius in Psalm.dicitur Diuiserunt sibi vestimenta mea : & super vestem meam miserunt sortem.Hanc autē crucis nuditatē per voluntariam paupertatē homines sequuntur: & præcipuè qui possessionum reditibus carent. Vnde dicit Hiero.ad Paulinū presbyterū. Tu audita sententia saluatoris.Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus,& veni sequere me:verba vertis in opera & nudam crucem nudus sequens expeditior & leuior ascendis scalam Iacob: & post pauca subdit.Nihil enim est grāde tristi & liuida facie vel simulare vel ostentare ieiunia:possessionum reditibus abundare:& vile iactare palliolū. Sic igitur patet inimicos esse crucis Christi prædictos aduersarios paupertatis:qui terrena sapientes terrenas possessiones ad perfectionē Christianā pertinere arbitrātur:per quorū abiectionem fiat minor perfectio. His igitur circa viam Christi cōsideratis, tam in eius ortu:quā in eius progressu:quàm etiā in ipso crucis occasu ad Christi doctrinā accedamus, qui discipulos simul & turbas instruens à paupertate principiū sumpsit.Mat.5.vbi dicit.Beati pauperes spiritu:quod Hiero.exponens dicit. Qui.s.propter spiritumsanctū voluntate sunt pauperes:& sicut Ambro.dicit super Luc.Primam beatitudinē paupertatis vterq; euāgelista posuit:Ordine enim prima est:& parens quędā generatrixq; virtutū:quia qui cōtempserit sæcularia,ipse merebitur sempiterna:nec potest quisq; meritum regni cœlestis adipisci,qui mundi cupiditate possessus est. Qualis autē pauper spiritu præcipuè sit,beatus Basilius ostēdit dicens.Beatus pauper quasi Christi discipulus, qui pro nobis paupertatē sustinuit.Nam ipse dominus quodlibet opus impleuit,quod ad beatitudinē ducit:se præbens exemplar discentibus. Nusquā autem dominus legitur possessiones habuisse. Nō igitur beatitudinis detrimentum habet paupertas eorū,qui possessionibus carere volunt propter Christū:sed magis beatitudinis augmentū. Dein dē dominus electis duodecim Apostolis ad prædicādum eos mittens cōtestā eis miraculorū potestate inter cætera vitæ documēta,primò inducit pauper tatis doctrinā dicens Mat.10. Nolite possidere aurū: nec argentū in zonis vestris,non perā in via:quod exponens Eusebius Cesarien.dicit.Prohibebat eis auri & argenti & æris possessione,præcognitione futurorū. Contemplabatur enim,q̄ qui sanandi erant per eos & ab incurabilibus patsiōibus liberādi vellent eis cedere in omnibus bonis suis:& post aliqua subdit.Putabat oportere cōductos arra regni Dei terrena despicere: vt nec aurū: nec argentū : nec possessiones:nec quicquam eorū quæ mortales appretiantur condignū existimerent datis sibi cœlestibus opibus:nec nō cùm milites eos faceret regni Dei,monebat eos colere paupertatem. Nullus enim militans Deo implicat se huius vitæ negotijs,vt placeat Deo,& sic Hiero. dicit super Matthæ.Qui diuitias derruncauerat.sin verbis præmissis propè modū etiam vitæ necessaria amputat , vt Apostoli doctores veræ religionis:qui instituebant omnia Dei prouidentia gubernari:sicipsos ostēderet,nihil cogitare de crastino:& sicut Christo. dicit super Matth.Per hoc præceptū,primò quidē dominus discipulos facit nō esse subiectos:Secūdò ab omni eos liberat sollicitudine:vt vacationē omnem tribuant verbo Dei. Tertiò docet eos suam virtutē : qualis ergo esse debeat qui euangelizat regnū Dei præceptis euāgelicis designatur.hoc est vt subsidij sæcularis adminicula non requirat:fideiq; totus inhærens,putet quo minùs ista requirat,magis posse suppetere:vt Ambro.dicit super Luc.Manifestū est autem q̄ si Apostoli possessionē suscepissent non minùs:sed multò magis suspecti fuissent,q̄ propter quæstum prædicarent , quàm si aurum vel argentū possiderent:multò etiā maiori sollicitudine circa agrorum culturam occuparentur:multòque maius est sæculare adminiculum ex agris:vel vineis possessis , quàm si bona mobilia haberentur.Manifestum est igitur secundum exposita præmissa,Apostolis interdictum fuisse ne agros,vel vineas, vel alia huiusmodi bona immobilia possiderent.Quis autem dicat nisi hæreticus primā discipulorum institutionē à Christo perfectioni euangelicæ derogare?Mentiuntur ergo in doctrina fidei dicentes: minoris esse perfectionis eos qui communibus possessionibus carent.Est autem vlteriùs considerandum qualiter præcepta domini præmissa fuerunt ab Apostolis obseruata : quia vt Augustinus dicit in libro contra

Universidad de Deusto Biblioteca

mendacium diuinæ scripturæ nō solùm præcepta Dei retinent, sed etiam vitam morésque iustorū: vt si fortè occultū est quéadmodùm accipiendum sit, quod præcipitur in factis iustorum intelligatur. Quia autem nihil temporalium possiderent, aut etiam in via deferrent ante tempus passionis, apertè ostenditur ex hoc, quod legitur. Luc.22. vbi Dominus discipulis dixit. Quando misit vos sine sacculo, & pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis. At illi dixerunt nihil. Sed quia ibi subditur: dixit ergo eis, sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram, posset alicui videri, ꝙ Dominus totaliter priora præcepta relaxauerit, sed hanc relaxationem quantùm ad personas Apostolorū, ad solū tempus imminentis persecutionis esse referendam apparet ex verbis Bedæ qui dicit. Nō eadem viuendi regula persecutionis tempore qua pacis discipulos informat. Missis quidem discipulis ad prædicandum, ne quid tollerēt in via præcepit ordinans, scilicet vt qui euangelium nuntiant, de euangelio viuant. Mortis verò instante periculo & tota simul gēte pastorem pariter gregémque persequente, cōgruam tempori regulam decernit, permittens vt tollant victui necessaria donec sopita insania persecutorum tempus euangelizādi redeat, & subdit. Vbi nobis quòque dat exemplum, ex iusta nōnūquàm causa instante quædam de nostri propositi rigore posse sine culpa intermitti. Ex quo etiam apparet ad rigorem euangelicæ disciplinæ pertinere, quòd aliquis careat omni terrena possessione. Quid autem super hoc Apostoli post passionem seruauerunt & seruandum tradiderunt, apertè in Act. Apostolorum docetur. Legitur enim Act.4. quòd multitudinis credentium erat cor vnū & anima vna. Nec quisquàm eorū quę possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erāt illis omnia cōmunia. Et ne aliquis dicat eos habuisse possessiōes cōmunes, putà agros vel vineas, vel aliquid huiusmodi, hoc per sequētia excluditur. Sequitur enim. Quotquot possessores agrorū aut domorum erāt, vendentes afferebant pretia eorū quæ vendebant & ponebant ante pedes Apostolorum. Ex quo patet hanc esse euangelicæ vitæ obseruantiam: vt ea quæ ad necessitatem vitæ pertinent, possideantur cōmuniter possessionibus omninò à possessoribus abdicatis. Quòd autem hoc ad abundantiorem perfectionem pertineat. apparet per Aug. in lib. de doctrina Christiana, vbi dicit. Qui crediderunt ex Iudæis ex quibus facta est prima ecclesia Hierosolymis, satis ostenderunt quanta vtilitas fuerit sub pædagogo, idest, sub lege custodiri. Nāq; tam capaces extiterunt spiritussancti: vt omnia sua venderent eorúmq; pretium indigentibus distribuendum ante Apostolorum pedes ponerent. Et posteà subdit. Nō enim hoc vllas ecclesias gentiū fecisse scriptū est, quia nō tā propè inuenti erant qui simulachra manufacta Deos habebant. Videtur tñ huius rei aliā rationem assignare Melchiades Papa. qui vt habetur. 12.q.1. dicit. Futurā ecclesiam in gētibus Apostoli præuiderant, idcircò prædia in Iudæa minimè sunt adepti, sed præmia tantūmodò ad fouendos egentes. At verò cū inter turbines & aduersa mundi succresceret ecclesia, ad hoc vsque peruenit: vt nō solùm gentes, sed etiā Romani principes qui totius orbis monarchiā tenebant, ad fidē Christi & baptismi sacramenta cōcurrerēt. Ex quibus vir religiosissimus Cōstantinus primus licentiam dedit nō solū fieri Christianos, sed etiā fabricādi ecclesias & prædia cōstituit tribuenda, & in sequenti capitulo dicit Vrban. Papa. Videntes summi sacerdotes & alij atq; leuitæ & reliqui fideles plus vtilitatis posse cōferre, si hæreditates & agros quos vendebant ecclesijs quibus præsidebāt Epi traderent, eo quod ex sumptibus eorū tā præsentibus quā futuris tēporibus plura & electiora possent ministrare fidelibus cōmunē vitā ducētibus, quā ex ꝓtio eorū cœperūt ꝓdia & agros quos vēdere solebāt, matricibus ecclesijs tradere & ex sumptibus eorū viuere. Ex his ergo vr̄, ꝙ melius sit possessiōes in cōi habere, quā alia mobilia ad victū ꝑtinētia, & ꝙ in primitiua ecclesia prędia vendebantur, nō quia hoc esset melius, sed qa ꝓuidebant Apostoli, ꝙ apud Iudæos ecclesia duratura nō erat, partim ꝓpter infidelitatē, partim ꝓpter excidiū, quod eis īminebat. Sed si qs rectè cōsideret, hæc prę missis nō cōtrariātur. Ecclesia em̄ in sui primordio in oībus suis mēbris talis fuit, qualis postmodū fuisse apud ꝑfectos quoscúnq; inuenitur, sicut em̄ natura, sic & gratia debuit à ꝑfectis initiū assumere, & iō Apostoli secundū illū statū fideliū vitā ordinauerunt ꝑfectiōi cōuenientē. Vñ dicit Hiero. in lib. de illustribus viris. Apparet talem primā Christo credentiū fuisse ecclesiā, quales nūc monachi esse nituntur & cupiunt: vt nihil cuiusquā propriū sit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidātur, oratiōi vacetur, & Psalmis doctrinæ quoq; & cōtinentiæ. Hic autem modus viuēdi perfectiōi cōgruus fuit apud primos credētes, nō solū in Iudæa sub Apostolis, sed etiā apud Aegyptū sub Marco euangelista: vt ibidem Hiero. dicit & sicut in 2.li. Ecclesiasticæ hystoriæ narratur. Processu verò tēporis, multi in ecclesiā erant intraturi, qui ab hac perfectiōe deficerent, quod nō erat futurū ante Iudæorū excidium, sed ecclesia apud gentes multiplicata. Quod postquā cōtigit, vtile iudicauerunt ecclesiarum prælati: vt prædia & agri ecclesijs cōferrentur, nō propter perfectiores quosque, sed propter infirmiores qui ad primorum fidelium perfectionem attingere non valerent. Fuerunt tñ & aliqui postmodū primæ perfectiōis æmuli, qui in cōgregatiōibus viuētes, his caruerunt, sicut plurima monachorū collegia in Aegypto. Narrat etiā Greg. in 3. Dialo. de quodā sanctissimo viro, noīe Isaac, qui de Syriæ partibus in Italiam veniens, perfectionis formā quam in oriente didicerat, in occidente obseruauit. Cū enim crebrò ei discipuli humiliter innuerēt: vt pro vsu monasterij possessiōes quæ offerebantur acciperet, ille sollicitus suæ paupertatis custos, fortè sententiam tenebat dicens. Monachus qui in terra possessiones quærit, monachus nō est, quod nō potest intelligi de acquisitione possessionum per modum proprietatis habendarum. Nō em̄ premissum est, quòd ei possessiōes offerrentur, nisi pro monasterij vsu. Nec tamen eius sententia sic intelligenda est, quasi possessiōes cōmunes habentes, oīnò à monachorū perfectiōe deficiant, sed hoc dicebat propter periculū paupertatis amittendæ, quod imminet plerisq; monachorum, cōmunes possessiōes habentium. Dicit enim Hieron. in Epitaphio Nepotiani ad Heliodorū Episcopū. Sint ditiores monachi, quā fuerāt sæculares. Possideāt opes paupere Christo, quas sub locuplete diabolo non habuerant, & suspiret eos ecclesia diuites, quos tenuit mundus ante mendicos, & ideò signanter Grego. de S. Isaac subdit. Sic quippè metuebat paupertatis suæ securitatem perdere, sicut auari diuites solent perituras diuitias custodire: vnde ad eius sanctitatem ostendendam, Dominus eum clarificauit. Subdit enim Greg. de eo ibi, itaque pro Philosophię spiritu magnísque miraculis cunctis lōgè latéque habitantibus, vita eius inclaruit. Manifestum est igitur ad cumulū perfectiōis pertinere, ꝙ aliqui possessiōes non habeant, nec proprias nec cōmunes. Adhuc pōt hoc euidēter ostendi, si ratio cōsiliorum ad euangelicam perfectionem pertinentiū cōsideretur. Ad hoc enim introducuntur: vt homines à curis mundi expediti, liberius Deo vacēt. Vnde Apostolus proposito cōsilio de virginitate seruanda, dicit. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ sunt Dñi quō placeat Deo. Qui autem cū vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi quomodò placeat vxori, & diuisus est. Ex quo patet tāto aliqua magis ad cōsiliorū perfectionē ꝑtinere, quanto magis hominē à sollicitudine mūdi absoluunt. Manifestū est autē, ꝙ diuitiarū & possessionum cura impedit animū à rebus diuinis. Dicitur enim Matth.13. Qui seminatus est in spinis, hic est qui verbum audit & sollicitudo sæculi istius & fallacia diuitiarum suffocant verbum & sine fructu efficitur. Quòd exponens Hierony. dicit. Blandæ sunt diuitiæ aliud agentes, & aliud pollicentes. Lubrica est earum possessio, dū huc illúcque circūferuntur, & in stabili gradu, vel habentes deserunt, vel nō habentes reficiunt. Hoc etiam euidenter ostenditur. Luc.14. vbi vnus de his qui sunt vocati ad cœnam, se excusauit dicēs. Villā emi, & *necesse habeo ire & videre illam. Et sicut Gregor. dicit, quid per villam, nisi terrena substantia designatur. Exit ergo videre villam, qui sola exteriora cogitat. In fine autem parabolæ subditur. Pauperes & debiles introduc huc, quod exponens Ambrosius dicit, quòd rarius delinquit cui deest illecebra peccādi, & citius ad Deum conuertitur, qui non habet in mundo vnde delectetur. Sic igitur patet, quòd possessiones & quascúnque diuitias omninò non habere, magis ad euangelicam pertineat perfectionem. Item August. dicit in lib. de verbis Domini. Minimi Christi sunt illi qui omnia sua dimiserunt & secuti sunt eum, & quicquid habuerunt, pauperibus distribuerunt: vt Deo sine sæculari compede expediti seruirent, & ab oneribus mundi liberatos velut pennatos, sursum humeros tollerēt, hi sunt minimi: quia humiles, appende minimos istos, & graue pondus inuenies. Nullus autem sani capitis dicet, ad mundi onera non pertinere communiam possessionum curam. Pertinet igitur ad perfectionis pondus: vt etiam ab huiusmodi cōpedibus expediti homines seruiant Deo. Sic igitur patet vanam esse doctrinam, imò pestiferam & Christianæ doctrinæ contrariam, illorū qui dicunt, quòd possessionibus communibus carere propter Christum, ad perfectionem non pertineat. de quibus super illud Psalm. Conuertātur & erubescant valdè velociter. dicit glos. Hoc nō est hæc vbi potius iniqui rident eos qui omnia relinquunt & suis irrisionibus infirmos Christi nomine erubescere faciūt. Ad eos etiam pertinere videtur, quod alibi in Psalm. dicitur. Consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes eius est. Vbi dicit glos. Inopis cuiuslibet qui est mēbrum Christi, & hoc ideò fecistis, quoniam Dominus est spes eius. Vnde ergo magis reuerēdus erat, inde magis cōtēnitur. Quid enim aliud isti faciunt, nisi quòd contemnere nituntur eos qui Christianæ paupertatis consilium perfectè sectantur, & hoc ideò, quia non in terrenis possestionibus, sed in Deo spem habent.

Solutio rationum contra prædictam perfectionem inductarum.

CAP. XVI.

HIs igitur visis, facilè est respondere ad ea quæ in contrariū proponuntur. Quod enim primò inductū est, ꝙ expedit possessiones cōmunes possideri, iam patet, ꝙ expedit propter eos qui nō sunt summæ perfectionis capaces, qualis in primis credētibus fuit, qui tamen imperfectiores oīnò negligendi non erant. Vnde & apud illos qui illam sum-

qui illam summam perfectionem sectabātur possessiones nō erant: sicut etiā dominus, cui angeli ministrabāt loculos habuit propter necessitatē aliorum: quia. s. eius ecclesiā loculos erat habitura: sicut Aug. dicit super Ioan. Vnde si qua sit cōgregatio, in qua omnes ad maiorem perfectionē tendant, expedit eis cōmunes possessiones nō habere. Quod verò secūdò proponitur, ꝙ beatus Benedictus in vita sua amplas possessiones recepit, hoc sufficit ad ostendendū, ꝙ communes possessiones nō totaliter monasticā perfectionē excludunt. Non autē ex hoc haberi potest, ꝙ maioris perfectionis nō sit possessionibus cōmunibus carere, præsertim cū idem beatus Benedictus in sua regula dicat se aliquid remisisse de rigore monasticæ vitæ à prioribus institutæ: condescendendo infirmitatibus sui tēporis monachorū: & eadem ratio est de beato Gregor. qui monasteria construxit, secūdum regulam à beato Benedicto institutā. Quod verò tertiò propositū est, ꝙ Apostolis persecutionis tempore permisit dominus: vt perā & sacculum tollerent magis cōtra eos facit: sicut ex præmissis apparet. Si enim in persecutionis causa rigor prioris disciplinæ remittitur, consequens est, ꝙ ad rigorē disciplinæ pertinebat, vt perā & sacculum non haberent. Nec tamen legitur, ꝙ illo persecutionis tēpore, procurauerint sibi aliquas possessiones cōmunes: & sic patet quod inducitur ad propositū non pertinere. Quod verò quartò inducitur, ꝙ dominus nō instituit ordinē non habentium possessiones, sed ordinē prælatorū, qui possessiones habēt. In altero quidē est apertū mendacium. Cū enim dominus discipulos instituit, ꝙ nec argentū: nec aurū possideant: & ꝙ corda eorū non grauentur curis huius mundi: & dimittētibus agros & domos propter nomen suum, præmia repromittit: nō solùm in futuro: sed in hoc sæculo: vt. s. sint cū Apostolis nihil in hoc mūdo habētes & omnia possidentes: manifestū est, ꝙ omnes quicúnq; hanc regulam secuti fuerint institutionē Christi sequuntur. Nec enim illi qui sanctos sequuntur per quos sunt ordines instituti ad ipsos accedūt: sed ad Christū cuius documenta proponūt: quia nec illi seipsos prædicauerunt: sed cū Apostolo Iesum Christū eius documēta proponentes. In altero verò fallūtur: vel fallere volunt per fallaciam accidentis. Instituit enim Christus Episcoporū ordinem & aliorū clericorum: qui possessiones cōmunes habēt vel proprias: sed hoc Christus in eis nō instituit: sed magis instituit eorū ordinem in perfecta paupertate: sicut ex prædictis apparet. Postmodū verò dispēsatiuè sunt in ecclesia cōmunes possessiones acceptæ propter rationem prædictam Quod etiā 5. propositū est, ꝙ Christiana perfectio nō dormitauit à tēpore Apostolorū vsq; ad præsentia tempora certū est eam non dormitasse: sed in plurimis viguit & in Aegypto: & in alijs partibus mundi. Nunquid tamen aliquis Deo modū imponere potest: vt omnes in omni tēpore: & in omnibus locis, homines eodē modo ad se trahat: quinimò secūdum suæ sapientiæ ordinē quo suauiter vniuersa disponit singulis tēporibus congruentia adminicula prouidet humanæ saluti. Quid enim si quæratur. Nunquid dormitauit doctrina Christiana à tēporibus magistrorum doctorū Athanasij: Basilij: Ambrosij: Augustini: & aliorū qui circa illud tempus fuerūt vsq; ad hæc nostra tēpora: in quibus magis in doctrina Christiana homines exercentur? Nunquid secūdum mirabilem eorū rationem, quicquid boni tēpore aliquo intermissum fuit, illicitū erit resumi: Sic enim & martyrium illicitū erit subire & miracula facere: quia multò tēpore sunt huiusmodi intermissa. Quod verò sextò proponunt, ꝙ illi qui possessionibus cōmunibus carebant, viuebāt de operibus manuum: hoc nō minorem calumniā alijs, quàm religiosis ingerit: quia etiā Apostolus qui euangeliū prædicabat, viuebant de opere manuali. Nunquid ergo Episcopi: Archidiaconi: & quibuscúnq; ex officio cōpetit euangeliū prędicare: peccant si non viuant de opere manuali? Si autem ad hoc nō tenentur, quia Paulus hoc nō ex necessitate: sed supererogādo faciebat, quid imponūt religiosis quicquid sancti patres superogādo fecerūt? Nullus enim est qui omnes superogationes possit implere: cū vnus in vno: & alius superabundet in alio. Si verò nō supererogationis: sed necessitatis esse dicitur eos qui possessionibus cōmunibus carent de labore manuum viuere: fateor quidem quantū ad hoc necessitatis esse, vt non otiosè viuant. Sed otium nō solùm per laborē manuum tollitur: sed multò meliùs per sacræ scripturæ studium: quod otiū habet magnū negotiū: sicut Aug. dicit. Vnde super illud, Defecerūt oculi mei, &c. dicit Gloss. Nō est otiosus qui verbo Dei tantū studet: nec pluris est qui extra operatur, quā qui studiū cognoscendæ diuinitatis exercet. Ipsa etiā sapientia maximū opus est. Tollitur etiā otium per laborē doctrinæ quo cōtra hostes fidei dimicatur: secūdum illud Apostoli. Labora sicut bonus miles Christi Iesu 2. ad Thi.2. vbi dicit Gloss. in prædicādo euāgelium cōtra hostes fidei. Fateor etiā hoc necessitatis esse his qui aliundè nō habēt, de quo licitè viuant. Licitū est autē euangelistis etiam monachis: vt de euangelio viuant: & de altaris ministerio: sicut Augustinus dicit in librode opere monachorum. Alioquin nunquid illas solas possessiones communes monachis licet habere: quas possunt lucrari de opere manuali? Nónne autem derisibilis est si quis dicat licere religiosis in elemosynam amplas possessiones accipere: non autem eis licere accipere de fidelium elemosynis ea quę pertinent ad quotidianum & simplicem victum? Sic igitur nulla necessitas imminet his qui communes possessiones nō habēt manibus operari. De hoc tamen diffusius alibi à nobis dictum est. Iam verò quod 7. propositū est, magis derisione, quā respōsione dignū est. Quis enim nō videat in immēsum maioris sollicitudinis esse possessionibus procurādis curā impēdere: ad quod vix seculares sufficiūt, quā acquirere simplicē victū ex fideliū pietate collatū & clemētia diuina prouisum? Quod verò octauò propositū est de hoc, ꝙ religiosi necesse habēt circa eorū negotia sollicitari à quibus pascūtur, fateor habēt quidē: sed circa spiritualē eorū salutē: vel vt tribulatos cōsolentur, quæ quidē sollicitudo est charitatis vnde religioni nō repugnat: quinimò vt dicitur Iac.1. Religio munda & immaculata apud Deum & patrē hæc est visitare pupillos & viduas in tribulatione eorū. Quod autē vltimò propositū est, omninò est friuolū: quia ea quibus vtūtur religiosi ad sustētationē vitæ nō sunt eorū quantū ad proprietatē dominij: sed dispēsantur ad vsum necessitatis eorū ab his qui harū rerū dominiū habent quicúnq; sint illi. Hæc igitur sunt quę ad pręsens scribēda occurrūt cōtra erroneam & pestiferā doctrinā auertentiū homines à religionis ingressu. Si quis autē his cōtradicere voluerit, nō corā pueris garriat: sed scribat & scripturā proponat in publico: vt ab intelligētib⁹ dijudicari possit, qđ verū sit: & vt qđ erroneū est auctoritate veritatis cōfutetur.

Explicit opusculum decimumseptimum: diuinum. s. opus diui Thomæ Aquinatis, contra pestiferam doctrinam retrahentium homines à religionis ingressu.

Incipit eiusdem Doctoris opus decimumoctauum: de perfectione vitæ spiritualis: & primò ponitur auctoris intentio.

QVONIAM quidā perfectionis ignari, de perfectiōis statu vana quędā dicere pręsumpserūt: propositū nostrę intentionis est, de ꝑfectione tractare: quid sit esse perfectū: qualiter perfectio acquiritur: quis sit perfectionis status: & quæ cōpetant assumentibus perfectionis statum.

Quod perfectio spiritualis vitæ attenditur simpliciter secundum charitatem.

CAP. I.

PRimū igitur considerare oportet, ꝙ perfectū multipliciter dicitur. Est enim aliqd simpliciter ꝑfectū: aliqd verò dicitur perfectū secundū qđ. Simpliciter quidē ꝑfectū est ꝙ attingit ad finē eius quod ei cōpetit secūdū ꝓpriā rationē. Secundū qđ aūt perfectū dici pōt ꝙ attingit ad finē alicuius eorū quę cōmittant ꝓpriā rationē: sicut animal simpliciter dicit esse perfectū, quādo ad hūc finē ꝑducitur, vt nihil ei desit ex his quę integritatē vitę animalis constituunt: putà cū nihil ei desit ex numero & dispositione mēbrorū: & debita corporis quātitate: & virtutibus, qbus operatiōes vitæ animalis perficiuntur. Secundū qđ autē perfectū animal dici pōt, si sit ꝑfectū in aliquo concomitāte: putà si sit perfectum in albedine: aut in odore: aut in aliquo huiusmodi. Sic igitur & in spirituali vita: simpliciter quidē homo ꝑfectus dicitur, ratione eius in quo principaliter spiritualis vita cōsistit: sed secundū qđ ꝑfectus dici pōt ratione cuiuscūq; ꝙ spirituali vitę adiungitur. Consistit aūt principaliter spiritualis vita in charitate: quā q nō habet, nihil esse spiritualiter reputat. vnde Apostol.1.Cor.13. dicit. Si habuero prophetiā & nouerim mysteria oīa & omnē scientiā: & si habuero oēm fidē ita vt mōtes transferā: charitatē autē nō habuero, nihil sum. Beatus etiā Io. Apostolus totā vitā spiritualē in dilectione cōsistere asserit dicēs.1.Ioā.3. Nos scim⁹ qm̄ trāslati sum⁹ de morte ad vitā, qm̄ diligimus fratres. Qui nō diligit, manet in morte. Simpliciter ergo in spirituali vita ꝑfectus est: qui est in charitate ꝑfectus. Secundū qđ aūt ꝑfectus dici pōt, secūdū quodcūque ꝙ spirituali vitę adiungitur: ꝙ euidēter ex verbis sacræ scripturę ostēdi potest. Apostolus em̄ ad Collo.3. Perfectionē principaliter charitati attribuit. Enumeratis em̄ multis virtutib⁹. s. misericordia: benignitate: & humilitate, &c. iterū subdit. Sup omnia aūt hęc, charitatē habete q̄ est vinculū ꝑfectiōis. sed & scdm̄ intellectus cognitionē aliq dicūtur esse ꝑfecti. Dicit em̄ Apostol.1.ad Cor.14. Malitia ꝑuuli estote: sensib⁹ aūt perfecti: & alibi in eadē epistola. Sitis aūt perfecti in eodē sensu: & in eadē scientia: cū tñ sicut dictū est. Quātuncū q; aliquis habeat ꝑfectā sciām sine charitate, nihil esse iudicetur. Sic etiā & ꝑfectus aliquis dici pōt. secundum patientiā quę opus ꝑfectū habet: vt dicit Iacobus & secūdū quascúnq; alias virtutes. Nec debet hoc mirū videri: quia etiā in malis aliquis dicitur esse ꝑfectus: sicut dicit aliqs ꝑfectus fur aut latro: & hoc etiā modo lo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quendi interdum scriptura vtitur. Dicitur enim.Isa.32.Cor stulti faciet iniquitatem:vt perficiat simulationem.

Quod perfectio attenditur tam secundum dilectionem Dei, quam proximi.

CAP. II.

Perfectione autē circa charitatē principaliter cōsiderata, planē accipi pōt in quo pfectio spiritualis vitę cōsistat.Sūt em̄ duo pręcepta charitatis,quorū vnū ptinet ad dilectionē Dei,aliud autem ad dilectionē proximi.Quæ quidē duo præcepta ordinē quæda adinuicē habēt,secundū ordinē charitatis.Nā id,quod principaliter charitate diligendū est,est summū bonum,qđ nos beatos efficit.s.Deus. Secūdariò verò diligēdus ex charitate est ꝓximus,q nobis quodam socialis vitæ iure cōiūgitur in beatitudinis ꝑceptiōe,vel ꝑticipatiōe. Vñ hoc est,qđ in ꝓximo ex charitate debemus diligere:vt simul ad beatitudinē pueniamus. Hūc autē ordinē præceptorum charitatis Dñs in euāg.Matth.22. ostendit dicens.Diliges Dñm Deū tuū ex toto corde tuo & in tota aīa tua,& in tota mēte tua. Hoc est maximū & primū mādatū.Secundū autē simile est huic. Diliges ꝓximū tuū sicut teipsum.Primū igitur & principaliter consistit spiritualis vitæ pfectio in dilectiōe Dei.Vñ Dñs ad Abrahā loquens,dicit Gene.17. Ego Dñs omnipotens,ambula coram me & esto perfectus. Ambulatur autem coram Deo, nō passibus corporis,sed affectibus mentis. Secūdariò verò cōsistit spiritualis vitæ pfectio in ꝓximi dilectiōe. Vnde Dominus cùm dixisset Matth.5.Diligite inimicos vestros, & plura subiunxisset quæ ad dilectionem proximi pertinent, concludit in fine. Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.

De perfectione diuinæ dilectionis,quæ soli Deo conuenit.

CAP. III.

In vtraq; autē dilectione multiplex pfectionis gradus reperitur, & quantū ad dilectionē Dei ptinet, primus & summus pfectiōis gradus diuinæ dilectionis cōuenit soli Deo.Qui quidē modus cōsideratur ex parte dilecti,& ex parte diligētis.Dico autē ex pte dilecti:vt scilicet tm̄ diligatur,quātū diligibile est.Ex pte verò diligentis:vt aliqđ diligatur secundū totā facultatem diligētis.Cū aūt vnūquódq; sit diligibile,secundū ꝙ est bonū,bonitas Dei cū sit infinita, infinitè diligibilis est.Infinitè autē diligere nulla creatura pōt:quia nullius virtutis finitæ potest esse actus infinitus. Solus ergo Deus cuius est tanta virtus in diligendo, quanta est bonitas eius, seipsum perfectè diligere potest,secundum primum perfectionis modum.

De perfectione diuinæ dilectionis,quæ conuenit comprehensoribus.

CAP. IIII.

Creaturæ igitur rōnali hoc solus modus perfectè Deū diligēdi possibilis est,qui sumitur ex parte diligentis:vt s.secundū suam totam virtutē creatura rationalis diligat Deū. Vñ & in ipso diuinæ dilectionis præcepto,manifestè hoc exprimitur. Dicitur em̄ Deu.6. Diliges Dñm Deū tuum ex toto corde tuo & ex tota aīa tua,& ex tota fortitudine tua.sed Luc.10.additur,& ex omni mēte tua:vt cor referatur ad intentionē,mens autē ad cognitionē,aīa verò ad affectū, fortitudo ad executionē.Hæc em̄ oīa in Dei dilectiōe sunt expēdēda.Cōsiderandū est autem,ꝙ dupliciter impleri contingit.Cū enim totū & pfectū sit cui nihil deest,ex toto corde & aīa, & fortitudine, & mēte Deus diligetur,si nihil in his oībus nobis deest, quin totum actualiter cōuertatur in Deū, sed hic pfectè dilectiōis modus nō est viatorū,sed cōprehēsorū.Vñ Apost.ad Phil.3.dicit. Nō ꝙ iā acceperim aut iā pfectus sim.Sequor autē,si quo mō cōprehēdā, quasi tūc pfectionē expectās cū ad cōprehensionē puenerit,beatitudinis palmam accipiens.Cōprehensionē autē accipit, nō secundū ꝙ ipsa inclusionē, aut terminationē cōprehensi,sic em̄ Deus incōprehēsibilis est omni creaturæ,sed secundū ꝙ cōprehēsio ipsa cōsecutionem eius,quod in sequēdo aliqs quęsiuit.In illa autē cœlesti beatitudine semp actualiter intellectus & volūtas creaturæ rōnalis in Deū fertur,cū in diuina fruitiōe illa beatitudo cōsistat.Beatitudo autem nō est in habitu,sed in actu,& qa Deo creatura rōnalis īhęrebit tanquā vltimo fini q est veritas summa, in finē autē vltimū oīa per intentionem referuntur,& secundū vltimū finē oīa exequenda disponuntur,cōsequēs est,ꝙ in illa beatitudinis pfectiōe creatura rōnalis diliget Deū ex toto corde,dū tota eius intētio feretur in Deum, ex oībus quæ cogitat,amat,aut agit. Ex tota mente,dum semper actualiter mens eius feretur in Deum,ipsum semper videns & oīa in ipso & secundum eius veritatem de omnibus iudicans.Ex tota aīa,dum tota eius affectio ad Deū diligēdū feretur cōtinuē,& propter ipsum omnia diligentur. Ex tota fortitudine,vel ex omnibus viribus dum omnium exteriorum actuum ratio erit Dei dilectio. Hic est ergo secundus perfectæ dilectionis diuinæ modus,qui est beatorum.

De perfectione diuinæ dilectionis,quæ in statu huius vitæ est de necessitate salutis.

CAP. V.

Alio verò mō ex toto corde,mēte aīa,& fortitudine Deū diligimus,si nihil nobis desit ad diuinā dilectionē,qđ actu vel habitu in Deū non referamus. Et huius diuinæ dilectionis perfectio datur homini in præcepto, primò quidem; vt homo omnia in Deum referat,sicut in finem.sicut Apostolus.dicit 1.Cor.10. Siue manducatis,siue bibitis,vel aliqđ aliud facitis, oīa in gloriā Dei facite, quod quidem impletur, cū aliquis vitā suā ad Dei seruitiū ordinat, & per cōsequēs oīa quæ ꝑ seipsum agit,virtualiter ordinātur in Deū,nisi sint talia quæ à Deo abducāt,sicut sunt peccata,& sic Deū diligit hō ex toto corde. Secūdò:vt intellectū suū hō Deo subijciat, ea credēs quæ diuinitus traduntur.secundū illud Apostoli.2.Cor.10.In captiui tatē redigēres omnē intellectū,in obsequiū Christi, & sic Deo diligitur ex tota mente. Tertiò vt quæcūque homo amat,in Deo amet & vniuersaliter omnē suā affectionem ad Dei dilectionem referat. Vnde dicebat Apostolus in 2 ad Corint.5.Siue enim mente excedimus Deo,siue sobrij sumus vobis. Charitas enim Christi vrget nos, & sic Deus ex tota anima diligitur.Quartò:vt omnia exteriora nostra verba & opera ex diuina charitate firmentur. secundum illud Apostoli.1.ad Corint.vltim.Omnia enim vestra in charitate fiant. Et sic Deus ex tota fortitudine diligitur.Hic est ergo tertius perfectæ dilectionis diuinæ modus, ad quem omnes ex necessitate præcepti obligantur. Secundus verò modus nulli est possibilis in hac vita, nisi simul fuerit viator & comprehensor, sicut Dominus noster Iesus Christus.

De perfectione diuinæ dilectionis,quæ cadit sub consilio.

CAP. VI.

Et cùm Apostolus dixisset,non quòd iam comprehenderim aut perfectus sim,subdit tertiò. Sequor autem si quo modo cōprehendam,& postmodùm subdit quartò.Quicúnque ergo perfecti sumus.hoc sentiamus. Ex quibus verbis manifestè accipit,quòd & si comprehensorum perfectio nō sit nobis possibilis in hac vita,æmulari tamen debemus: vt in similitudinem perfectionis illius quantùm possibile est nos trahamus,& in hoc perfectio huius vitæ consistit,ad quam per consilia inuitamur.Manifestum namque est,quòd humanum cor tanto intensius in aliquid vnum fertur, quanto magis à multis reuocatur.Sic igitur tantò perfectius animus hominis ad Deum diligendum fertur, quantò magis ab affectu tēporalium reuocatur. Vnde Augustin. in libro octuaginta trium quæstionum dicit quòd venenum charitatis est spes adipiscendarum,aut retinendarū temporalium rerum.Augmentum verò eius est cupiditatis diminutio,perfectio verò nulla cupiditas.Omnia igitur consilia quibus ad perfectionem inuitamur,ad hoc pertinent: vt animus hominis ab affectu rerum temporalium auertatur : vt sic liberius mens tendat in Deum, contemplando, amando, & eius voluntatem implendo.

De secunda via perfectionis,quæ est per dimissionem temporalium.

CAP. VII.

Inter tēporalia verò bona,primò relinquenda occurrunt bona extrinseca quæ diuitiæ nuncupantur, & hoc Dominus consulit Matt.19.dicens.Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus & habebis thesaurū in cœlo, & veni sequere me, cuius consilij vtilitas cōsequenter ostenditur.Primò quidē per cuidentiam facti.Nam cū adolescens qui de via perfectionis quæsierat hoc audisset,abijt tristis.Causa autem tristitiæ vt Hiero. dicit super Matth.redditur.Erat enim habens multas possessiones,idest,spinas & tribulos,quæ sementem Dñicam suffocauerunt, & Chrysostomus exponēdo dicit, ꝙ non similiter detinētur q pauca habēt & q multis abūdant,qm̄ adiectio diuitiarū maiorē accēdit flāmam & violentior fit cupido.Aug.etiā dicit in Epist.ad Pauli.& Theraſiam,quòd cū superfluè terrena diliguntur,artius adepta,quā cōcupita cōstringunt.Nā vnde inuenis iste tristis discessit, nisi quia magnas habebat diuitias. Aliud est enim iā nolle incorporare quæ desunt,aliud iam incorporata diuellere.Illa enim velut extranea repudiantur,ista velut membra præciduntur. Secundò verò vtilitas prædicti consilij manifestatur ꝑ Dñi verba,quæ subdidit,quia dives difficile intrabit in regnū cœlorū,& ratio est:vt Hiero.dicit.Quia diuitiæ habitę difficile cōtenuntur,nō dixit ipossibile est diuitē intrare in regnū cœlorū,sed difficile,vbi difficile ponitur,nō ipossibilitas ptenditur sed raritas demōstratur.& sicut Chrys. dicit sup Matth. ꝓcedit vterius Dñs ad ostendendū,ꝙ est ipossibile dicēs.Facilius est camelū ꝑ foramen acus trāsire,quā diuitē intrare in regnū cœlorum.Ex quibus verbis vt Aug.dicit in lib.de quæstionibus euangelij,discipuli aduertunt oēs qui diuitias cupiūt,in diuitū haberi numero. Alioqn cū pauci sint diuites in cōparatiōe multitudinis pauperū nō quæsiuissent discipuli.Quis ergo poterit saluus esse. Ex quibus duabus Dñi sentētijs apertè ostenditur,ꝙ diuitias possidentes difficilè intrāt in regnum cœlorum, quia sicut ipse Dominus alibi dicit, sollicitudo sæculi istius & fallacia diuitiarum, suffocant verbum Dei, & sine fructu efficitur.Eos verò q diuitias inordinatè amāt, ipossibile est intrare in regnū cœlorū,multò magis, quā ad literā camelū ꝑ foramē ac⁹ trāsire.Hoc em̄ est ipossibile,qa repugnat naturę,illud verò qa repugnat diuinæ iustitiæ q̄ est virtuosior omni natura creata.Et his ergo manifestè apparet rō diuini cōsilij,cōsiliū em̄ dat de eo,qđ vtilius est.secundū illud Apost.2.ad Cor.8.Cōsilium in hoc do.Hoc enim vobis vtile est.Vtilius autē est ad vitā æternā cōsequendā diuitias abijcere,quā eas possidere:quia possidētes diuitias difficilè intrant in regnū cœlorū:eo ꝙ difficilè sit affectū diuitijs possessis nō alligari:quod iam facit impossibilitatē intrādi in regnū cœlorum. Salubriter ergo dominus cōsuluit tāquā vtilius:vt diuitiæ relinquerentur.Sed potest aliquis cōtra præmissa obijcere:quia Matthæus Bartholomęus & Zacheus,diuitias habuerunt:& tamē in regnū cœlorum intrauerūt:sed hoc Hiero.soluēs dicit.Cōsiderādū est autē,ꝙ eo tēpore quo intrauerūt diuites esse desierūt.Sed cū Abrahā nunquā diues esse desierit,quin potius in diuitijs fuerit mortuus:& eas in morte reliquerit filijs:vt in Genes.legitur:videt secundū prædicta nō fuisse perfectus:eū tamē ad eum dominus dixerit Genes.17.esto perfectus:quæ quidē quæstio solui nō posset,si perfectio vitæ Christianæ in ipsa dimissione diuitiarū cōsisteret.Sequeretur enim quòd qui diuitias possideret,nō posset esse perfectus:sed si verba domini diligēter cōsiderantur nō in ipsa diuitiarū dimissione perfectionē posuit:sed hoc ostendit esse quasi quādā perfectionis viā vt ipse modus loquendi ostēdit,cū dicit:si vis perfectus esse vade & vēde omnia quæ habes.& da pauperibus & sequere me:quasi in sequela Christi cōsistat perfectio:dimissio verò diuitiarū sit perfectionis via.Vñ Hiero.dicit super Mat.quia nō sufficit tantū relinquere: subiungit Petrus:quod perfectum est:& secuti sumus te.Origenes etiam in eodē loco dicit,ꝙ hoc quod dicitur si vis perfectus,&c.nō sic intelligitur:vt ipso tēpore quo tradiderit bona sua pauperibus fiat omnino perfectus:sed ex illo die incipiet speculatio Dei adducere eū ad omnes virtutes.Potest ergo cōtingere,ꝙ aliquis diuitias possidens perfectionem habeat:charitate perfecta Deo inhærens:& hoc modo Abraham diuitias possidens perfectus fuit:nō quidem habens animū diuitijs irretitū:sed totaliter Deo cōmunctū:& hoc figurant verba domini dicētis ad eū. Ambula corā me & esto perfectus:quasi in hoc eius perfectionē ostēdens esse,ꝙ cora Deo ambulauerit:eum perfectè amādo vsq; ad contemptū sui & suorū omniū.quod maximè ex immolatione filij demōstrauit.Vnde ei dictū est.Quia fecisti rem hāc &nō pepercisti filio tuo propter me,benedicā tibi Genes. 22.Si quis verò ex hoc arguere velit inutile esse cōsiliū domini de diuitijs dimittēdis:quia Abrahā diuitias possidēs fuit perfect⁹.ad hoc patet iam respōsio ex prædictis.Nō enim dominus ea ratione hoc dedit cōsiliū:quasi diuites perfecti esse nō possint aut intrare in regnum cœlorū:sed quia nō de facili possunt.Magna ergo fuit virtus Abrahæ:qa etiā diuitias possidēs,à diuitijs liberū animū habuit:sicut & magna virtus fuit Sansō qui absq; armis cū sola mandibula asinę multos hostes prostrauit.Nec tamē cōsiliū inutiliter datur minus fortis:vt ad bellū accedēs assumat arma ad hostes vincendos,nec ergo inutiliter datur consiliū perfectionē desiderantibus:vt dimittāt diuitias:quia in diuitijs Abrahā potuit esse perfectus.Facta em̄ mirabilia non sunt ad cōsequētia trahenda:quia infirmi ea magis mirari & laudare possunt,quā imitari:vnde & in Ecclesiastico dicit.31.ca. Beatus diues qui inuētus est sine macula:& qui post aurū non abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris.Magnæ virtutis diues esse ostenditur & perfecta charitate fixus in Deo:qui ex affectu diuitiarū macula peccati nō cōtrahit:qui post aurū cōcupiscēdo nō vadit:nec de diuitijs cōfidēdo per superbiā super alios se extollit.vnde Apostolus.1.ad Thi.vlti.ca.dicit.Diuitibus huius sæculi præcipe nō sublimē sapere nec sperare in incerto diuitiarū.Sed quāto diuitis taliter instituti maior est beatitudo & virtus,tāto taliū diuitū minor est numerus:vnde sequitur.Quis est hic & laudabimus eū:Fecit enim mirabilia in vita sua.Verè enim mirabilia facit,qui in diuitijs viuens diuitijs affluentibus cor nō apponit.Et si quis talis est,absq; dubio probatur perfectus:vnde sequitur.Quis probatus est in illo,idest,in hoc ꝙ absq; macula diuitias habeat & perfectus inuentus est:quasi dicat.Rarus.Et hoc erit illi in gloriam æternā.Quod consonat verbis domini dicētis,ꝙ difficilè diues intrabit in regnū cœlorū.Hæc est ergo prima via perueniendi ad perfectionem:vt aliquis studio sequendi Christum,dimittis diuitijs paupertatem sectetur.

De secunda perfectionis via,quæ est per abdicationem corporalium affectionum & matrimonij.

CAP. VIII.

Vt autem secundam perfectionis viā cōuenientius ostendamus, accipiendum est verbum Aug.qui dicit in.12.De trinitate. Tanto magis inhæretur Deo,quāto minus diligitur bonum proprium. Igitur secundum ordinem propriorum bonorū quæ homo propter Deū cōtēnit est attendēdus ordo eorū quibus ad perfectā Dei inhæsionē peruenitur.Prius enim relinquēda occurrūt,quæ minus nobis cōiuncta existūt.Vnde in primo loco occurrit ad perfectionē tendentibus exteriora bona relinquere,quæ à nostra natura sunt separata.Post hæc verò relinquēda occurrūt ea quæ nobis naturæ cōmunione & affinitatis cuiuscūq; necessitudine cōiungūtur.Vnde dominus dicit Luc.14.Si quis venit ad me & nō odit patrē suū & matrē & vxorem & filios & fratres & sorores nō potest esse meus discipulus.Sed percunctari libet,vt Greg.dicit quomodò parētes & carnales ꝓpinquos præcipimur odisse:qui iubemur & inimicos diligere. Sed si vim præcepti perpendimus vtrūq; agere per discretionē valemus.Quasi enim per odiū diligitur,qui carnaliter sapiens dū praunobis ingerit non auditur.Sic enim exhibere proximis nostris odia discretionem debemus:vt in eis & diligamus,ꝙ sunt:& habeamus odio quòd in Dei nobis itinere obsistunt.Quisquis enim iam æterna cōcupiscit,in eam quę aggreditur causam Dei:extra patrē:extra matrem.extra vxorē:extra filios:extra cognatos:extra semetipsum fieri debet:vt eo verius cognoscat Deum,quo in eius causa neminē cognoscit.Manifestum nāq; est,quòd carnales affectus intētionem mentis diuerberant,siuisque aciem obscurant.Inter cæteras autem proximorum necessitudines maximè affectu coniugali humanus animus irretitur intantùm,quòd sicut dicitur Gene.2.ex ere primi pareatis relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suę. Et ideò ad perfectionem tendentibus,maximè vinculum coniugale est vitandum:quia per hoc homo maximè curis sæcularibus implicatur.Et hanc causam Apostolus assignat sui consilij quod dederat de continentia seruanda dicens.1.ad Cor.7.Qui sine vxore est sollicitus est quæ domini sunt,quomodò placeat Deo:qui autē cū vxore est,sollicitus est quæ sunt mundi.Vt ergo homo liberius Deo vacet, eique perfectius inhæreat,secunda ad perfectionem via est perpetua castitatis obseruatio.Habet autem & hoc continentiæ bonum aliquā idoneitatem ad perfectionē adipiscendam.Impeditur enim animus hominis,ne liberè possit Deo vacare non solùm ex amore exteriorum rerū:sed multo magis ex interiorum passionū impulsu. Inter omnes autem interiores passiones maximè rationem absorbet concupiscentia carnis & venereorum vsus.Vnde Aug.dicit in primo lib.Soliloquiorum.Nihil esse sentio quod magis ex arce virtutis deijciat animum virilem,quàm blandimenta fœminæ corporúmq; illę contactus,sine quo vxor haberi non potest.Et ideò continentiæ via est maximè necessaria ad perfectionem consequendā. Quā quidem viam Apostolus consuluit.1.ad Cor.7.dicens.De virginibus præceptū domini nō habeo:cōsilium autē do tanquā misericordiā cōsecutus:vt sim fidelis. Huius autem viæ vtilitas ostenditur. Matth.19.vbi cùm discipuli Christo dicerēt si ista est causa hominicum vxore non expedit nubere:dominus respondit.Non omnes capiūt verbū istud:sed quibus datū est.In quo arduitatē huius viæ ostēdit:& quia ab eius cōsecutione deficit hominum virtus cōmunis:& quia non nisi dono Dei ad eam perueniitur.vnde dicitur Sapien.8. Sciui quoniam aliter nō possum esse cōtinēs nisi Deus det. Et hoc ipsum erat summa sapientia,scire cuius esset hoc donum.Cui consonat quod Apostolus dicit 1.Cor.7.Volo omnes homines esse sicut meipsum,scilicet qui continentiam seruo:sed vnusquisque propriū habet donū ex Deo:alius quidē sic:alius verò sic.vbi apertè cōtinentiæ bonū dono Dei ascribitur.Sed ne rursus ad hoc aliquis donum consequendum secundū suas vires conari negligat,dominus ad hoc hortatur cōmuniter.Et primò quidem exēplo,cū dicit.Sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt non membrorum abscisione.vt Chrys. dicit:sed malarum cogitationum interpretatione.Et deinde inuitat proponens præmiū cū subdit.Propter regnū cœlorū:vnde dicitur.Sapien.41.Casta generatio in perpetuum coronata triumphat & coinquinatorū certaminū præmiū vincens. Et vltimò hortatur verbo cū dicit.Qui potest capere,capiat.Quæ vt Hiero.dicit hortantis dominī vox est:& milites suos ad pudicitiæ præmium concitantis,quasi qui potest pugnare pugnet & superet ac triumphet.Si quis autem obiectionem moueat de Abraham qui perfectus fuit:& alijs iustis antiquis à matrimonio non abstinentibus,patet responsio per hoc quod Aug.dicit in lib.de bono coniugali.Continentia non corporis:sed animi virtus est.Virtutes autem animi aliquando in opere manifestātur,aliquando in habitu latent. Quocirca sicut nō est impar meritū patiētiæ in Petro qui passus est:& in Ioāne qui passus nō est:sic non impar meritū est cōtinētiæ in Ioanne qui nullas expertus est nuptias:& in Abrahā qui filios generauit.Et illius enim cœlibatus & istius connubiū per temporū distributionē Christo militauerūt.Dicat ergo fidelis cōtinēs.Ego quidē non sum melior quā Abrahā.Sed melior est castitas cœliborū,quā castitas nuptiarū:quarū Abrahā vnā habuit in vsu:alterā in habitu.Castè quippe coniugaliter vixit.Esse autem castus sine cōiugio potuit:sed tunc non oportuit.Ego verò facilius non vtor nuptijs:quibus vsus est non oportuit.Ego verò facilius non vtor nuptijs: quibus vsus est Abraham,quā si vterer nuptijs,quēadmodum vsus est Abrahā. Et ideò melior sum illis qui per animi continētiā nō possunt quod ego:nō illis qui ꝓpter tēporis differentiā non fecerunt quod ego. Quod enim nunc ago melius illi egissent,si tūc agendū esset:Quod autē illi egerūt sic ego nō agerē,etiā si nūc agēdū esset.Hæc autem Aug.solutio concordat cū eo quod suprà dictū est,de obseruantia paupertatis.Tantam enim perfectionis virtutem habebat in mēte: vt nec propter tēporaliū possessionē nec propter vsum cōiugij mēs eius deficeret à perfecta dilectione ad Deum.Si quis tamē eandem mentis virtutem non habens cū possessione diuitiarum & vsu coniugij ad perfectionem peruenire contenderet præsumptuosè conuinceretur errare consilia domini parumpendens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De his quibus homo iuuatur ad continentiam seruandam.

CAP. IX.

QVia igitur per contiuentiæ viam incedere tam arduum est: vt iuxta verbum domini non omnes hoc capiant: sed Dei dono habeatur: per hanc viam incedere volentibus, sic agere oportet, vt vitent ea quibus à prosecutione huius itineris impediri possint. Tria autem esse impedimenta continentię apparet. Primum quidem ex parte corporis. Secundum ex parte animæ. Tertium ex parte exteriorũ personarum. vel rerum. Ex parte quidẽ proprij corporis: qui sicut Apostolus dicit ad Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritũ. Cuius carnis opera ibidem esse dicuntur fornicatio: immundicia: impudicitia & cętera huiusmodi. Hęc autem cõcupiscẽtia carnis est lex, de qua dicit Apostolus ad Ro. 7. Video aliam legẽ in membris meis, repugnantem legi mentis mææ. Quantò autẽ caro magis fouetur per ciborũ affluentiam & diliciarũ mollicię: tanto huiusmodi concupiscentia magis crescit. Vnde Hiero. dicit. Venter mero æstuãs, cito despumat in libidinẽ. Et prouer. 20. Luxuriosa res, vinũ. Et Iob 40. dicitur de Behemoth, per quẽ diabolus significatur. Sub vmbra dormit in secreto chalami in locis humentibus. Quod exponẽs Greg. 33. Mora. dicit. Loca humentia sunt opera voluptuosa. Pes quippe in arida terra non labitur: fixus verò in lubrica vix tenetur. In locis ergo humentibus iter vitę presentis faciũt, qui in hac ad iustitiã recti stare nõ possunt. Oportet igitur cõtinentiæ viã assumentibus, carnem propriã abstractis deliciis vigilijs & ieiunijs & huiusmodi exercitijs castigare. Cuius rei exemplũ Apostolus nobis ostendit. 1. ad Cor. 9. dicens. Omnis qui in agone cõtendit, ab omnibus se abstinet. Et post modica subdit. Castigo corpus meũ & in seruitutem redigo: ne forte cum alijs prędicauerim, ipse reprobus efficiar. Et quod opere perfecit, verbo docuit. Dicit enim ad Roma. 13. Cũ permisisset nõ in cubilibus & impudicitijs: & carnis inquit curam ne feceritis in desiderijs. Rectè autem dicit in desiderijs id est, ad voluptatẽ: quia ad necessitatẽ naturę carni cura est impendenda. Vnde idem dicit ad Ephes. 5. Nemo carnem suam vnquàm odio habuit: sed nutrit & fouet eam. Ex parte autẽ animæ propositum cõtinętiæ impeditur, dum lasciuis cogitationibus immoratur. Vnde dominus per Prophetã dicit Esa. 1. Auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis. Malæ enim cogitationes plerúnq; ad malum faciendum inducunt. vnde dicit Miche. 2. Ve qui cogitatis inutile. Et statim subditur. Et operamini malũ in cubilibus vestris. Inter cæteras autẽ cogitationes malas, magis ad peccatum inclinãt cogitationes de delectationibus carnis. Cuius ratio etiam secũdum Philosophorum doctrinã dupliciter assignari potest. Vna quidem, quia cũ ipsa delectatio sit homini connaturalis: & à iuuentute connutrita facilè in ipsam appetitus fertur cùm eã cogitatio proponit. Vnde Philosophus dicit 2. Ethic. q̃ delectationẽ iudicare non possumus de facili, quin accipiamus eam. Secũda ratio est: quia vt idem dicit in 3. Ethic. Delectabilia in particulari sunt magis voluntaria quã in vniuersali. Manifestum est autẽ, q̃ per moram cogitationis ad particularia quęque descendimus. vnde per cogitationẽ diutinã maximè libido prouocatur. Et propter hoc Apostolus 1. ad Corinth. 6. dicit. Fugite fornicationẽ. Quia vt Glos. ibidẽ dicit. Cũ alijs vitijs potest expectari cõflictus: sed hanc fugite ne approximer: quia non aliter hoc malum potest vinci. Contra igitur huiusmodi incontinentiæ impedimẽtum, multiplex remedium inuenitur. Quorũ primum & præcipuum est: vt mens circa contẽplationem diuinorum & orationẽ occupetur. vnde dicit Apostolus ad Ephe. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed ịplemini spiritusancto loquẽtes vobismetipsis in psalmis hymnis & canticis spiritualibus. Quod̃ad contẽplationem pertinere videtur. Cantantes & psallentes in cordibus vestris Dño, quod ad orationẽ pertinere videtur. Hinc etiã Dñs per Prophetam dicit Isaiæ 48. Laude mea infrenabo te, ne intereas. Est enim quoddã frenũ animã ab interitu peccati retrahẽs laus diuina. Secundũ remediũ est studiũ scripturarũ, secundũ illud Hiero. ad rusticum monachum. Ama scripturarũ studia, & carnis vitia non amabis. Vnde Apostolus cùm dixisset. 1. ad Thi. 4. Exemplum esto fidelium in verbo in cõuersatione, in charitate, in fide, in castitate, statim subdit. Dum venio, attende lectioni. Tertium remedium est quibuscúnque bonis cogitationibus animũ occupare. vnde Chrys. super Matth. dicit, quòd abscisio membri non ita comprimit tentationes & tranquillitatem facit: vt cogitationis frenum. vnde Apostolus ad Phil. 4. dicit. De cætero fratres, quæcúnque sunt vera, quæcúnq; pudica, quæcúnq; iusta, quæcũq; sancta, quęcúnq; amabilia, quæcúnq; bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ. hæc cogitate. Quartum remedium est: vt homo ab otio desistens, etiã in corporalibus laboribus seipsum exerceat. Dicitur enim Eccle. 33. Multã malitiã docuit otiositas. Et specialiter otiũ est vitiorum carnalium incentiuum. vnde dicitur Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ: superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius. Et ideò Hiero. ad rusticum monachũ scribens, dicit. Facito aliquid operis: vt semper te diabolus inueniat occupatum. Quintum remedium adhibetur contra carnis concupiscentiã, etiã p aliquas animi perturbationes. vnde Hiero. refert in cadẽ Epist. q̃ in quodã cœnobio erat quidam adolescens, qui nulla abstinentia, nulla operis magnitudine, flammam poterat carnis extinguere. Vnde eũ periclitantem pater monasterij hac arte seruauit. Imperauit enim quidã viro graui. vt iurgijs atq; cõuitijs cum infestaretur. Et post irrogatã iniuriam, primus veniret ad cõquerẽdum. Vocati etiam testes pro eo loquebantur, qui contumeliã fecerat. Solus pater monasterij defensionem suam opponebat, ne abundãti tristitia frater absorberetur. Ita annus ductus est. Quo expleto interrogatus adolescens super cogitationibus pristinis respondit. Papæ viuere mihi non licet, & fornicari libet. Ex parte autem exteriorum rerum propositum continentiæ impeditur, per aspectum & frequẽtia colloquia mulierũ & earum consortia. vnde dicitur. Ecclesiast. 9. Propter speciem mulieris multi perierunt. Et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Et posteà subditur. Colloquiũ ipsius quasi ignis exardescit. Et deò contra hoc est adhibendum remedium, quod ibidem dicitur. Ne respicias mulierem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius, cùm saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius. Et Ecclesiastici quadragesimosecundo dicitur. Omni homini noli intendere in specie, & in medio mulierum noli commorari. De vestimẽtis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. vnde Hiero. contra Vigilantium scribens dicit, quòd monachus sciens imbecillitatem suam & vas fragile, quod portat, timet offendere ne impingat & corruat atque frangatur, vnde & mulierum maximè adolescentularum vitat aspectum, ne eum capiat oculus meretricis, ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Ex quo patet, quòd sicut abbas Moyses dicit in collationibus patrum pro puritate cordis seruanda, solitudo sectanda est, ac ieiuniorum inediam, vigilias: labores corporis, nuditatem, lectionem, cæteráſque virtutes debere nos suscipere nouimus: vt scilicet, per illas ab vniuersis passionibus noxijs illæsum parare cor nostrum & conseruare possimus: & ad perfectionem charitatis istis gradibus innitendo ascendere. Ob hoc igitur in religionibus sunt huiusmodi opera institutа: non quia in ipsis principaliter consistat perfectio: sed quia his quasi quibusdam instrumentis, ad perfectionẽ peruenitur. vnde post pauca subditur ibidem. Igitur ieiunia: vigiliæ: inedia: meditatio scripturarum: nuditas: ac priuatio omnium facultatum: non perfectio: sed instrumenta perfectionis sunt. Quia non in ipsis cõsistit disciplinæ finis: sed per illa peruenitur ad finẽ. Si quis autẽ obijciat q̃ absq; ieiunio, vigilijs, & alijs huiusmodi exercitijs potest homo perfectionem acquirere: præsertim cũ de domino legatur Mat. 11. Venit filius hominis manducãs & bibẽs, sui'quoq; discipuli non ieiunarent, quemadmodùm discipuli Ioannis & Pharisæi. ad hoc in Glos. respondetur, quòd Ioannes vinum & siceram nõ bibit: quia abstinẽtia meritum auget. cui nulla est potentia naturæ. Dominus autẽ qui peccatũ potest cõdonare curà peccatoribus mãducãtibus declinaret, quos abstinentibus poterat facere iustiores. Discipuli ergo Christi non habebãt opus ieiunio: quia præsentia sponsi illis fortitudinẽ dabat maiorem, quã discipuli Ioãnis per ieiuniũ habereat. vnde dominus ibidem dicit. Venient dies quando auferetur ab eis sponsus & tunc ieiunabunt. quod exponens Chrys. dicit. Ieiunium triste est, non naturaliter: sed illis qui imbecillius adhuc dispositi sunt. his enim qui sapientiam cõtemplari desiderãt delectabile est. Quòd ergo discipuli imbecilles erant, non erat tempus tristitiam introducendi quousque firmarentur. Per hoc monstrat, quòd non gulæ erat quod fiebat: sed dispensationis cuiusdam. Quia autem huiusmodi exercitia expediant ad vitanda peccata & perfectionem cõsequendam, Apostolus expresè ostendit. 2. ad Corin. 6. dicens. Nemini dantes vllam offensionem: vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia: in necessitatibus: in angustijs: in plagis: in carceribus: in seditionibus: in laboribus in vigilijs: in ieiunijs & castitate.

De tertia via perfectionis, quæ est per abiectionem propriæ voluntatis.

CAP. X.

NOn solùm autem necessarium est ad perfectionem charitatis consequendam, quòd homo exteriora abijciat: sed etiam quòd homo quodãmodò seipsum derelinquat. Dicit enim Dio. 4. c. de Diuinis nominibus, q̃ diuinus amor est extasim faciẽs. i. extra seipsum ponẽs: nõ sinẽs hominẽ suipsius esse: sed eius quod amatur. Cuius rei exemplum in seipso demonstrauit Apostolus dicẽs ad Galat. 2. Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Christus. Quasi suã vitam non suam extimans: sed Christi: quia quod proprium sibi erat contẽnens, totus Christo inhærebat. Et hoc etiã in quibusdam esse cõpletũ ostendit, cùm dicit ad Coll. 3. Mortui enim estis & vita vestra absc̃dita est cũ Christo in Deo. Exhortatur etiam alios, vt ad hoc perueniãt, cũ dicit. 2. ad Cor. 5. Pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuũt iam nõ sibi viuãt: sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Et ideò: vt habetur Luc. 14. postquàm dixerat. Si quis venit ad me: & nõ odit patrẽ suum: & matrem & vxorẽ: & filios: & fratres: & sorores tanquã aliquid maius addens subdit. adhuc autem & animã suam, non potest meus esse discipulus. Hoc etiã idẽ dominus docet Mat. 16. dicẽs. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucem suã: & sequatur me. Huius autẽ salubris abnegationis & charitatini odij obseruantia, partim quidẽ necessaria est ad salutẽ: & omnibus qui saluantur communis: partim autẽ ad perfectionis pertinet cõplemẽtũ. Vt enim ex suprapposita Dionysij auctoritate apparet, de ratione diuini amoris est, vt amãs nõ suipsius remaneat: sed amati. Secundũ igitur diuini amoris gradũ necesse est & odiũ & abnegationẽ prædictã distingui. Est autem necessariũ ad salutẽ, vt homo sic Deum diligat, vt in eo finẽ suæ intẽtionis ponat: nihilq; admittat, quod cõtrariũ diuinę dilectioni existimat. Et ideò cõsequẽter: & odiũ & abnegatio suipsius est de necessitate salutis. vnde Greg. dicit in Homel. Tunc nosmetipsos relinquimus & abnegamus, cũ vitamus quod per vetustatẽ fuimus: & ad hoc nitimur, quod per nouitatẽ vocamur. Et sicut in Homel. alia dicit: tunc bene animã nostrã odimus, cũ eius carnalib' desiderijs nõ acquiescimus: cũ eius appetitus frãgimus: & eius voluptatibus reluctamur. Ad perfectionẽ verò pertinet: vt homo propter intẽtionẽ amoris Deiccię ea abijciat quibus licitè vti posset: vt per hoc liberius Deo vacet. Secũdũ hũc ergo modũ cõsequẽs est: vt & odiũ & abnegatio suipsius ad perfectionẽ pertineãt. vnde ex ipso modo loquẽdi apparet hæc à domino proposita esse quasi ad perfectionẽ pertineant. Sicut enim dicit Mat. 19. Si vis perfectus esse, vade & vẽde omnia quæ habes: & da pauperibus: nõ necessitatẽ imponẽs: sed volũtati relinquẽs, ita dicit. Si quis vult venire post me abneget semetipsum: & tollat crucem suã & sequatur me. Quod Chrysostomus exponit dicẽs. Nõ coactiuũ facit ser monẽ. nõ enim dicit. Si vos volueritis & nolueritis, oportet hæc vos pati. Similiter cũ dixisset. Siquis venit ad me: & nõ odit patrẽ suum, &c. postmodũ subdit. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nonne prius sedẽs cõputat sumptus qui necessarij sunt si habeat, ad perficiẽdũ. Quod exponẽs Greg. in Homel. dicit: quia sublimia præcepta data sunt, protinus cõparatio ædificãdæ sublimitatis adiungitur. & post pauca dicit. Istos sumptus diues ille habere non potuit, qui cũ post seruata præcepta relinquẽda omnia audisset, tristis abscessit. Ex quibus patet hæc ad perfectionis cõsilia secũdũ aliquem modũ pertinere. Hoc autẽ cõsilia perfectissimè martyres impleuerũt: de quibus Aug. dicit in sermone de martyribus: q̃ nulli tantùm impendũt, quãtũ qui seipsos impẽdũt. Martyres autem Christi sunt qui vitã præsente propter Christũ quodãmodò habuerũt odio, abnegãtes seipsos: quia vt Crys. dicit sup Mat. Qui negat aliũ: vel fratrẽ vel famulũ, vel quẽcũq; & si flagellatũ viderit: & quccũq; patiẽtem nõ assistit: nõ adiuuat: ita vult corpori nostro nos non ignoscere, vt & si flagellauerint: vel quodcũq; aliud fecerint corpori nõ parcamus. Et ne extimes, q̃ vsq; ad verba tantũ & contumelias oportet abnegare seipsum: ostẽdit, quòd oportet abnegare seipsum vsq; ad mortẽ etiã turpissimã, scilicet crucis: quod significat in hoc, q̃ dicit. Et tollat crucẽ suã & sequatur me. Hoc autẽ ideò perfectissimũ dicimus: quia martyres illud propter Deũ cõtenũt, scilicet propriã vitã: ꝓpter quã omnia tẽporalia quærũtur: & eius cõseruatio etiã cũ omniũ aliorũ amissione alijs omnibus præferẽ. Magis enim homo vult & diuitias perdere & amicos, adhuc etiã corporis infirmitati succũbere: & in seruitutẽ redigi, quã vita priuari. vnde hoc beneficiũ victis & victoribus præstatur: vt vitæ parcẽtes cõseruẽt seruituti subiectos. vnde Sathan ad dominũ dixit: vt habeẽ Iob. 2. Pellem pro pelle & cũcta quæ habet homo, dabit pro anima sua, idest, pro corporali vita seruãda. Inter alia autẽ quãto aliquid magis naturaliter amat, tãto perfectius cõtenit propter Christum. Nihil enim est homini amabilius libertate ꝓpriæ volũtatis. Per hãc enim homo est etiam aliorũ dominus, per hãc alijs vti vel frui potest, per hãc etiã actibus suis dominatur. Vnde sicut homo dimittẽs diuitias, vel personas cõiunctas eas abnegat: ita deserẽs ꝓpriæ volũtatis arbitriũ: per quod ipse sui ipsius dominus est seipsum abnegare inuenit. Nihil est etiã quod homo naturali affectu magis refugiat, quã seruitutẽ. vnde & nihil posset homo pro alio amplius impendere post hoc q̃ seipsum in mortẽ pro eo traderet, quã q̃ se seruituti eius subiugaret. vnde vt dicitur Thobię. 9. Thobias iunior dixit ad angelũ. Si meipsum tradã tibi seruũ, nõ ero cõdignus prouidẽtiæ tuæ. Huius autẽ volũtatis libertatẽ aliqui sibi ꝓpter Deũ particulariter adimũt: dũ quodcũq; particulare votũ emittũt de quocũq; faciẽdo vel nõ faciẽdo. Per votũ enim necessitas quædã imponitur vouẽti: vt de cætero nõ liceat, quod prius licebat: sed quadam necessitate cõstringitur ad reddendũ quod vouit. vnde in Psalm. dicitur. Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Et Eccles. 4. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis: & stulta promissio. Aliqui verò libertati propriæ voluntatis totaliter abrenũciant se propter Deum alijs subijciẽtes per obedientiæ votum. Cuius quidem obedientiæ exemplum præcipuum habuimus in Christo de quo Apostolus dicit Ro. 5. Sicut per inobedientiam vnius hominis, peccatores cõstituti sunt multi, ita & per vnius obeditionem iusti cõstituẽtur multi. Qui quidem obedientiam Apostolus manifestat. ad Phi. 2. dicens Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem. Hæc autem obedientia in ab renũciatione proprię voluntatis cõfitit, vnde ipse dicebat Matth. 26. Pater mi, si possibile est transeat à me calix iste. Verũtamen non sicut ego volo: sed sicut tu. & Ioan. 6. dicit. Descendi de cœlo: non vt faciam voluntatem meam: sed voluntatem qui misit me. In quo nobis dedit exemplum: vt sicut ipse suam voluntatem humanam abnegabat supponendo eam diuinæ, ita & nos nostram voluntatem Deo totaliter supponamus & hominibus qui nobis præponuntur tanquàm Dei ministri. vnde Apostolus ait ad Heb. vlt. Obedite præpositis vestris & subiacete eis.

Quod tres viæ prædictæ perfectionis propriè ad statum religionis pertinent.

CAP. XI.

SEcundum autem triplicem viam perfectionis assignatam in religionibus, triplex cõmune votum inuenitur, scilicet votum paupertatis: continẽtiæ: & obedientiæ vsque ad mortem. Per votum paupertatis primam perfectionis viam religiosi assumunt omni proprietati abrenunciantes. Per votum autem continentiæ aggrediuntur viam secundam matrimonio perpetuo abrenunciantes. per votum autem obedientiæ maximè viam tertiam assumunt, volũtatem propriam abnegando. Hoc etiam triplex votum congruè religioni adaptatur. Nam sicut dicit Aug. 10. De ciui. Dei. Religio non quemlibet: sed Dei cultum significare videtur. Vnde & Tullius dicit in Rhetorica: quòd religio est virtus quæ cuidam superiori naturæ quam diuinam vocant, cultum cerimoniãq; affert. Cultus autẽ soli Deo debitus in sacrificij oblatione ostenditur. Offertur autẽ Deo sacrificium de exterioribus rebus, quando eas' aliquis propter Deum largitur. secundum illud Heb. vlti. Beneficentiæ & cõmunionis nolite obliuisci. talibus enim hostijs prometur Deus. Offertur etiam Deo sacrificium de proprio tẽpore: quando scilicet qui Christi sunt carnem suam crucifigunt cũ virijs & concupiscentijs: vt dicit Apostolus Gal. 5. Vnde & ipse dicit Ro. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam Deo placentem. Est etiam sacrificium tertium Deo acceptissimum: quando aliquis, spiritum suum offert Deo. secundũ illud. Psalm. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Sed sciendum, quòd sicut Greg. dicit super Ezech. Hoc inter sacrificium & holocaustum distat: quòd omne holocaustum est sacrificium: & non omne sacrificium holocaustum. In sacrificio enim pars pecudis: in holocausto verò totum pecus offerti consueuerat. Cùm ergo aliquis suum aliquid Deo vouet: & aliquid non vouet, sacrificium est. Cũ verò omne quod habet: omne quod viuit: omne quod sapit omnipotenti Deo vouerit holocaustum est. Quod quidem impletur per tria vota prædicta. Vnde manifestum est eos qui huiusmodi vota Deo emittunt, quasi propter holocausti excellẽtiã Antonomasicè religiosos vocari. Per sacrificij autem oblationem secundum legis mandatum pro peccatis satisfacere oportet: vt in Læuitico expresè iubetur. Vnde Psalm. cùm dixisset. quæ dicitis in cordibus vestris: & in cubilibus vestris compungimini. statim de sacrificatione scribens dixit. Sacrificate sacrificium iustitiæ, idest, opera facite iusta post pœnitentiæ lamenta: vt Glo. exponit. sicut ergo holocaustum sacrificium est perfectum, ita per vota præmissa perfectè homo Deo satisfacit: cùm & de exterioribus rebus: & de proprio corpore: & de proprio spiritu holocaustum offert. Ex quo patet, quòd religionis status non solùm perfectionem charitatis: sed etiam perfectionem pœnitentiæ continet. Intantũ quòd nulla sunt peccata tam grauia pro quibus posit homini imponi pro satisfactione religionis assumptio: quasi religionis statu omnem satisfactionem transcendente. vnde vt habetur. 33. q. 2. c. admonere. Astulpho qui vxorẽ occiderat consulitur: vt monasterium ingrediatur quasi melius & leuius. alioquin ei durissimam pœnitentiam iniungit. Inter hæc autem tria quæ ad religionis statum diximus pertinere, præcipuum est obedientiæ votum quod quidem multipliciter apparet. Primò quidẽ: quia per obedientiæ votũ homo Deo propriã volũtatẽ offert. per votũ autẽ cõtinẽtiæ offert ei sacrificiũ de ꝓprio corpore. per votũ verò paupertatis offert de exterioribus rebus. sicut ergo inter bona hominis corpus præfertur exterioribus rebus & anima corpori, ita votũ cõtinẽtiæ vouo paupertatis præferẽ. votũ autẽ obedientiæ vtriq;. Secũdò: quia ꝓpter propriã voluntatẽ homo & exterioribus rebus vtif & ꝓprio corpore. Sic igitur qui propriã volũtatẽ dat, totũ dedisse videtur. Vniuersalius igitur est obedientiæ votũ, quã continentiæ & paupertatis: & quodãmodò includit vtrũque. Hinc est, quòd Samuel obedientiã omnibus sacrificijs præfert dicens. 1. Reg. 15. Melior est obedientiam, quàm victimæ.

Contra errores illorum, qui præsumpserunt diminuere meritum obedientiæ vel voti.

CAP. XII.

HVmanæ igitur perfectioni diabolus inuidens, diuersos vaniloquos & seductionis magistros suscitauit, qui prædictas perfectionis vias impugnarẽt. Primam enim perfectionis viam Vigilantius impugnat: contra quẽ Hiero. loquens ait. Quod autẽ asserit eos

Universidad de Deusto
Biblioteca

melius facere qui vtantur rebus suis: & paulatim fructus possessionum pauperibus diuidunt, quã illos qui possessionibus renundatis, seu el omnia largiantur: nõ à me ei: sed à domino respõdebitur. Si vis esse perfectus vade & vende omnia quę habes: & da pauperibus: & veni sequere me. Ad eum loquitur, qui vult esse perfectus: qui cũ Apostolis patrẽ, nauiculã & rete dimittit. Iste quẽ tu laudas secũdus aut tertius gradus est, quẽ & nos recipimus, dum modò sciamus prima secũdis & tertijs præferẽda. & ideò ad excludendum hunc errorem dicitur in libr. de ecclesiasticis dogmatibus. Bonũ est facultates cũ dispensatione pauperibus erogare: melius est pro intentione sequi dominũ, insimul omnia donare: & absolutũ sollicitudine cũ Christo egere. Secũdam perfectionis viam impugnauit Iouinianus matrimonij virginit. æquans: cuius errore beatus Hieronymus euidentissimè confutat in libr. quẽ contra eum scripsit: de quo etiã errore Augustinus in lib. retractationũ sic dicit. Iouiniani hęresis sacratum virginũ meritum æquare pudicitiæ coniugali volunt. vnde in vrbe Romana nonnullas etiã sanctimoniales de quarũ impudicitia suspitio nulla præcesserat deiecisse in nuptias dicitur. Huic nostra sancta mater ecclesia per omnia fidelissimè, &c. fortissimè restitit. vnde in lib. de ec. les. dogmatibus dicitur. acrate Deo virginitati nuptias coëquare: aut pro amore castigãdi corporis abstinentibus à vino vel carnibus nihil credere meriti accrescere nõ est Christiani: sed Iouiniani. His autẽ antiquis insidijs diabolus nõ contentus reportatis nostris, quoldam dicitur iecisse votũ obediẽtiæ: ac alia vota cõmuniter impugnates: dicẽdo laudabiliu, esse bona opera virtutũ facere sine voto vel obedientia, qua si ad hoc faciẽda homo per votũ vel obedientiam cõstringatur. Quorũ aliqui dicuntur in tanta vesaniam prosilire, ꝙ asserant votũ quod aliquis emisit de religione intranda posse prętermitti absq; detrimẽto salutis. Hunc autẽ errorem quibusda vanis & friuolis rationibus confirmare dicũtur. Dicũt enim, ꝙ tantò aliq id est laudabilius & magis meritorium, quanto est magis voluntariũ: sed quantò aliquid est magis necessariũ, tantò videtur minus voluntariũ. Laudabilius ergo & magis meritorium videtur esse, ꝙ quis opera virtutũ exerceat proprio arbitrio & absque necessitate voti vel obedientiæ, quàm ꝙ ex voto vel obedientia hoc facere cõpellatur. Dicuntur etiam ad hoc inducere quod Prosper dicit in 2. lib. de vita contemplatiua. Dicit enim: Sic abstinere vel ieiunare debemus, vt non nos necessitati ieiunandi subiamus: ne iam non deuoti, sed inuiti rem non voluntariè faciamus. Pollent etiam ad hoc inducere quod dicit Apostolus: 2. Corinth. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo: non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarẽ enim datore diligit Deus. Oportet ergo manifestè ostendere & hoc falsum esse quod dicunt: & eorũ friuolas rationes elidere. Ad ostendendum autem huius erroris falsitatẽ, primò assumendum est quod in Psalmo dicitur. Vouete & reddite domino Deo vestro. vbi dicit Glos. Notandum, ꝙ alia sunt communia vota Dei, scilicet sine quibus non est salus, vt vouere fidem in baptismo & huiusmodi: quæ etiam si non promittimus, soluere debemus: & de his præcipitur omnibus: vouete & reddite. alia sunt vota propria singulorũ: vt castitas: virginitas & huiusmodi. Ad hęc ergo vouenda nos inuitat: non præcipit vt voueamus: sed vt vota reddamus. Vouere enim voluntati cõsulitur: sed post voti emissionem redditio exigitur necessariò. Votũ ergo quoddam est in præcepto, quoddam in cõsilio. Ex vtroque autem ex necessitate concluditur, quòd melius est aliquod bonum facere ex voto, quàm sine voto. Manifestum est enim, quòd ad ea quæ sunt de necessitate salutis, omnes tenentur ex Dei præcepto: nec est fas æstimare aliquod Dei præceptum in vacuum dari: huius autem cuiuslibet præcepti est charitas: vt dicit Apostolus: 1. Thi. 1. Frustra ergo daretur aliquod præceptum de aliquo faciendo, si non magis ad charitatem pertineret illud facere, quàm non facere. Datur autem præceptum non solùm de credendo: vel de non furando: sed etiam vt hæc voueamus. Credere igitur ex toto & abstinere à furto ex voto: & cætera huiusmodi: magis ad charitatem pertinent, quàm si sine voto fiãt. Quod autem magis ad charitatem pertinet, magis est laudabile: & magis meritorium. Magis ergo est laudabile & meritorij facere aliquod ex voto, quàm sine voto. Rursus consilium datur non solùm de virginitate vel castitate seruanda. sed etiam de vouendo: vt patet ex Glo. suprà inducta. Sed consilium non datur nisi de meliori bono: vt suprà dictum est. melius ergo est seruare virginitatem cum voto, quàm sine voto: & simile est in alijs. Item inter alia bona opera maximè obseruatio virginitatis commendari solet: ad quam dominus inuitat dicens Matth. 19. Qui potest capere capiat: sed ipsa virginitas ex voto commendabilis redditur Dicit enim. Augustinus in libro de virginitate. Neque virginitas quia virginitas est: sed quia Deo dicata est honoratur: quam vouet & seruat continentia pietatis. Et infrà. Nec nos in virginibus, quòd virgines sunt prædicamus: sed quod Deo dicatæ sunt pia continentia virginitatis. Multò igitur magis aliqua opera laudabiliora redduntur, ex hoc quòd per votum Deo dicantur. Iterum quodlibet bonum finitum cum enumeratione alterius boni melius est. nulli autem dubium esse potest, quin ipsa promissio boni sit aliquod bonum. vnde & qui homini aliquid promittit, bonum aliquod ei videtur iam impendere: vnde & quibus aliquid promittitur gratias agunt. votum autem est quædam promissio Deo facta. vt patet per illud quod dicitur. Ecclesiastes quarto. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. dilpicet enim ei infidelis & stulta promissio. Melius est igitur aliquid facere & vouere, quàm facere simpliciter absque voto. Adhuc quanto aliquis plus dat alicui, tanto maius aliquid ab eo meretur. Qui autem facit aliquid sine voto, dat ei solùm, quod facit propter eius amorem. qui autem non solùm facit: sed etiam vouet, non solùm dat ei quod facit: sed etiam potentiam qua facit. Facit enim se non posse quin faciat, quod prius non facere licitè poterat. Maius igitur aliquid meretur apud Deum qui ex voto aliquid facit, quàm qui illud facit sine voto. Amplius ad laudem boni operis pertinet, quòd voluntas firmetur in bono: sicut ad aggrauationem culpæ pertinet, quod voluntas sit obstinata in malo. Manifestum est autem, quòd qui aliquid vouet, voluntatem suam firmat ad id, quod vouet: & sic eum impler quod vouerat opus bonum, ex voluntate firmata procedit. Sicut igitur ad grauamen culpæ pertinet, quòd ex proposito firmato aliquis malum operetur. hoc enim est ex malicia peccare. ita ad augmentum meriti pertinet, quòd aliquis bonum opus operetur ex voto. Item quanto aliquis actus ab excellentiori virtute progreditur, tanto laudabilior est. cum tota laus operis ex virtute procedat. Contingit autem quandoque actum inferioris virtutis à superiori virtute imperari: puta cum aliquis actum iustitiæ ex charitate facit: multò igitur melius est opus virtutis inferioris facere ex imperio superioris virtutis, sicut melius est opus iustitiæ, si ex charitate fiat. Manifestum est autem, quòd particularia bona opera quæ facimus pertinent ad aliquas inferiores virtutes, puta ieiunare, ad abstinentiam, continere, ad castitatem, & sic de alijs, vouere autem est propriè latriæ actus, quam nulli dubium esse debet esse potiorem vel abstinentia, vel castitate, vel quæcũque alia huiusmodi virtute. Minus enim est colere Deum, quàm rectè se habere erga proximum aut seipsum. Opus igitur abstinentiæ, vel castitatis, vel cuiuscũque talium virtutum quæ sunt infra latriam, laudabilius est si ex voto fiant. Huic etiam suffragatur pium ecclesiæ studium, quę homines ad vouendum inuitans, & vouetibus ire in subsidium terræ sanctæ. vel aliàs in defensionem ecclesię indulgentias & priuilegia largitur, non autem inuitaret ad vouendum, si melius bona opera esset facere sine voto. Hoc enim esset contra exhortationem Apostoli primæ Corinthiorum duodecimo. Aemulamini charismata meliora. Vnde si melius esset bona opera facere absque voto, non inuitaret ad vouendum, sed etiam à vouendo retraheret, vel prohibendo, vel etiam dissuadendo. Similiter etiam cum ecclesiæ intentio sit homines fideles ad meliorem statum reducere, omnes à votis factis absoluere: vt sic eorum bona opera laudabiliora existerent. Patet igitur huiusmodi positionem repugnare ei, quod communiter ecclesia tenet & seritit. vnde & tanquam hæretica reprobanda est. Ad ea verò quæ pro se obijciunt, facilè est multipliciter respõdere. Primò enim, quod dicunt, quòd opus bonum ex voto factum est minus voluntarium, nõ est vniuersaliter & in oĩbus verũ. Multi enim sunt qui ea quæ vouerunt tam prõpta voluntate faciũt: vt etiam si nõ vouissent nõ solùm facerent, sed vouerent. Secũdò dicitur, quòd aliquod bonum opus, quod quis facit ex voto vel obediẽtia simpliciter cõsideratum sit inuoluntarium, sed tamen facit hoc ex necessitate voti vel obedientię, quam nõ vult præterire, adhuc dum hoc facit laudabilius operatur & magis meritoriè, quam si prõpta voluntate illud faceret sine voto. Et si enim nõ haberet voluntatem prõptam illud faciendi, puta ieiunandi, habet tamen voluntatẽ prõptam votum implendi vel obediendi, quod est multò laudabilius & magis meritorium, quam ieiunare. vnde plus meretur, quàm ille qui sua voluntate ieiunat, tantòque voluntas votum implendi, aut obediendi prõptior iudicatur: quanto id, quod aliquis facit prõpter obedientiam vel votum, magis in se cõsideratũ voluntati repugnat. vnde Hieronymus ad rusticum monachum dicit. Per hæc omnia ad illud tendit oratio vt doceam te, nõ tuo arbitrio dimittendum. Et post pauca dicit. Non facias, quod vis, comedas, quod iubĕris, habeas quantum acceperis, vestiaris, quod datur, operis tui pensum persolues, subijciaris cui non vis, lassus ad stratum venias, ambulãsque dormites, & nedum expleto somno surgere compellaris. Ex quo patet, quòd ad meritum boni operis pertinet: vt nè aliquis propter seipsa non vellet propter Deum facere aut patiatur, quia tanto inuenitur voluntas prompțior ad feruorem diuini amoris, quanto magis ea quæ propter ipsum facimus, aut patimur nostræ voluntati repugnant. Vnde & martyres maximè commendantur, quanto plura sustinuerunt propter Dei amorem contra voluntatem humanam. vnde secundùm Machabeorum sexto. Eleazarus dum torqueretur dixit. Diros corporis sustineo dolores, secundum animam verò propter timorem Dei, libenter hæc patior. Tertiò dicitur, quòd nec etiam aliquis ipsum voluntatem retineat votum seruandi aut obediendi manifestum est, quòd cùm Deus iudex sit cordium, apud Deum talis habetur quasi voti fractor: aut obedientiæ prævaricator. Si tamen impleat quod vouit: vel quod ei præcipitur: sòlo humano timore vel pudore, non est ei meritorium apud Deum: quia non facit voluntate Deo placendi: sed humana necessitate coactus. nec tamen inutiliter vouit, si ex charitate vouit. nam pius meruit in vouendo, quàm alius simpliciter ieiunando: quod meritum ei reseruatur, si de prævaricatione cordis pœniteat. Per hoc etiam patet responsio ad auctoritates inductas, quæ loquuntur de necessitate humana: cùm aliquis scilicet, ex pudore vel timore humano facit, quod iurauit vel vouit. non autem loquuntur de necessitate quæ est ex fine dilectionis diuinæ: puta cùm aliquis facit vel patitur ea quæ aliàs nolleret. vt impleat voluntatem diuinam. Et hoc patet ex verbis Apostoli qui dicit. 2. ad Cor. 9. Non ex tristitia aut necessitate. Tristitiam enim humanam necessitas inducit. necessitas autem dilectionis diuinæ tristitiam tollit vel minuit. Patet etiam hoc ex verbis Prosperi dicentis. Ne non deuoti: sed inuiti rem non voluntariè faciamus. Non enim necessitas quæ ex diuina dilectione procedit minuit dilectionem, sed auget. Et quòd talis necessitas sit laudanda & appetenda, patet per hoc quod Aug. dicit in epistola ad Armentarium & Paulinam. Quia iam vouisti, iam te obstrinxisti: aliud tibi facere nõ licet. Prius quàm esses voti reus liberum fuit, quod velles facere: sed tunc esses inferior quàuis non sit gratulanda libertas: qua fit vt non debeatur quod cum lucro redditur. Nunc verò: quia tenetur apud Deum sponsio tua: non te ad magnam iustitiam inuito, scilicet ad continentiam quam iam vouerasː vt per superiora apparet: sed à magna iniquitate deterreo. Non enim talis eris si non feceris, quod vouisti: qualis mansisses si nihil tale vouisses. Minor enim tũc esses: non peior. modo autem tanto, quod absit miserior, si fidem Deo fregeris: quãto beatior si persolueris. Nec ideò te vouisse pœniteat: imò gaude iam tibi non sic licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Aggredere itaque intrepidus & dicta imple factis: ipse adiuuabit qui vota tua expetit. Fœlix est necessitas, quæ ad meliora compellit. Patet etiam ex his verbis erroneũ esse, quod dicunt: quod aliquis non tenetur de implendo votum de religione intranda.

De perfectione dilectionis proximi, quæ est necessaria ad salutem.

CAP. XIII.

His autem consideratis de perfectione charitatis quantùm pertinet ad dilectionem Dei, considerandum relinquitur de charitatis perfectione, quantùm pertinet ad dilectionem proximi. Est autem considerandus multiplex gradus perfectionis circa dilectionem proximi: sicut & circa dilectionem Dei. Est enim quædam perfectio quæ requiritur ad salutem, quæ cadit sub necessitate præcepti. Est etiam quædam vlterior perfectio superabundas, quæ sub consilio cadit. Perfectio autem dilectionis proximi necessaria ad salutem considerãda est ex ipso modo diligendi, qui nobis præscribitur in præcepto de proximi dilectione: cùm dicitur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quòd verò Deus est vniuersale bonum supra nos existens: ad perfectionem dilectionis diuinæ requiritur: vt totum cor hominis secũdum aliquẽ modum cõuertatur in Deũ: sicut ex supradictis patet. Et ideò modus diuinæ dilectionis conuenienter exprimitur per hoc quod dicitur. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Proximus autẽ noster non est vniuersale bonũ supra nos existens: sed particulare infra nos cõstitutũ. Et ideònõ determinatur nobis modus: vt aliquis diligat proximũ ex toto corde: sed sicut seipsum. Ex hoc autem modo circa dilectionẽ proximi tria consequuntur. Primò quidem: vt sit vera dilectio. Cùm enim de ratione dilectionis siue amoris hoc esse videatur: vt aliquis bonum velit ei quem amat, manifestũ est, quòd motus amoris siue dilectionis in duo tendit, scilicet in eũ cui aliquis vult bonum: & in bonum quod optat eidem. Et quãuis vtrũq; amari dicatur, tamen illud verè amatur, cui aliquis bonũ optat. Bonũ verò quod quis optat alicui, quasi per accidẽs dicitur amor: prout ex cõsequẽti sub actu amoris cadit. Incõueniens enim est dicere, ꝙ illud verè & propriè ametur cuius destructionẽ aliquis optat: Multa autẽ sunt bona quæ dum in nostrũ vsum vertimus cõsumuntur: sicut vinũ dũ bibitur: & equus dum exponitur pugnæ. vnde manifestũ est, ꝙ dũ res aliquas in nostrũ vsum vertere cupimus, verè quidẽ & propriè nosipsos amamus. res autem illæ per accidẽs & quasi abusiuè à nobis amari dicuntur. Manifestũ est autem, quòd vnusquisq; naturaliter sic verè se amat. vt sibi ipsi bona optet: puta fœlicitatem, virtutem, scientiam: & quæ ad sustentationem vitæ requiruntur. Quæcũque verò aliquis in suum vsum assumit, non verè illa amat: sed vsum & magis seipsum. Sicut autem alias res assumimus in nostrum vsum: ita etiam & homines ipsos. Si igitur proximos eo tantũmodò diligamus inquantùm in nostrum vsum venire possunt, manifestum est, quòd eos non verè diligimus. nec sicut nos ipsos. Et hoc quidem apparet in amicitia vtilis & delectabilis. Qui enim amat aliquem: quia est ad suam vtilitatem vel delectationem, seipsum amare cõuincitur; cùm ex altero bonum delectabile vel vtile quærit: non illum ex quo quærit: nisi sicut dicitur amari vinum vel equus quæ non diligimus, sicut nos ipsos: vt eis bona optemus: sed magis vt ipsa bona existentia nobis cupiamus. Primò ergo ex hoc quod præcipitur, quòd homo proximum tanquàm se ipsum diligat, dilectionis veritas demõstratur, quã necesse est charitati adesse. Procedit enim charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta: vt Apostolus dicit. 1. Thi. 1. Ideò vt ipse dicit 1. Corinth. 13. Charitas non quærit quæ sua sunt: sed optat bona eis quos amat. Et huius rei seipsum exemplum dat cùm dicit. 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis: vt salui fiant. Secundò ex prædeterminato modo nobis indicitur: vt dilectio proximi sit iusta & recta. Est enim iusta & recta dilectio: cũ maius bonum minori bono præponitur. Manifestum est autem, quòd inter omnia humana bona, bonum animæ præcipuum locum tenet. post hoc autem ordinatur bonum corporis. vltimum autem bonum est, quod consistit in rebus exterioribus. Vnde & hunc ordinem diligendi seipsum, videmus homini naturaliter inditum. Nullus enim est qui non mallet se corporis oculo priuari, quàm vsu rationis quę est oculus mentis. Rursusque pro vita corporali tuẽda vel conseruanda, homo omnia sua bona exteriora largitur. secundum illud Iob. 2. Pellẽ pro pelle: & cũcta quæ habet homo dabit pro anima sua. Et hic quidem naturalis ordo dilectionis sui ipsius, in paucis vel nullis deficit, quantũ ad naturalia bona: de quibus exemplum posuimus. Sed inueniuntur nonnulli qui quantùm ad superaddita bona ordinem dilectionis peruertunt: sicut cũ propter salutem vel delectationem corporis bonum virtutis aut scientię multi abijciũt. Rursusque propter exteriora bona conquirenda, corpus suum periculis & laboribus immoderatis exponunt: quorum non est recta dilectio: imò, vt amplius dicam, nec verè isti seipsos diligere comprobantur. Hoc enim maximè videtur esse vnumquodque quod est in ipso præcipuum. Vnde & ciuitatem aliquid facere dicimus, quando id faciunt principes ciuitatis. Manifestum est enim, quòd præcipuũ in homine est anima: & inter animæ partes siue potestates ratio siue intellectus. Qui ergo bonũ rationalis animæ contẽnit inhærens bonis corporis vel animæ sensitiuæ. manifestũ est, ꝙ nõ verè seipsum diligit. vnde & in Psal. dicitur. Qui diligit iniquitatẽ, odit animam suã. Sic ergo rectitudo circa dilectionẽ proximi instituit, cũ præcipitur alicui, ꝙ proximũ diligat sicut seipsum: vt scilicet, eo ordine bona proximis optet, quo sibi optare debet: præcipuè quidẽ spiritualia bona, deinde bona corporis etiã quæ in exterioribus bonis cõsistũt. Si quis verò proximo bona exteriora optet cõtra salutem corporis, aut bona corporis cõtra salutẽ animę, nõ eum diligit sicut seipsum. tertiò verò ex prædicto modo præcipitur: vt sit sancta proximi dilectio. Dicitur enim aliquid sanctũ, ex eo quod ordinatur ad Deum. Vnde & altare sanctũ dicitur: quia Deo est dicatũ, & alia huiusmodi quæ diuino ministerio mancipãtur. Quòd autẽ aliquis aliũ diligat sicut seipsum, ex hoc cõtingit, ꝙ cõmunionẽ aliquã adinuicem habẽt. Inquãtũ enim aliqua duo simul cõueniũt, cõsiderãtur quasi vnũ: & sic vnũ eorũ se habet ad alterũ sicut ad seipsum. Contingit enim aliquos duos multipliciter cõuenire. Cõueniũt enim aliqui naturali cõueniẽtia secũdũ generationẽ carnalẽ. putà qui ex eisdẽ parẽtibus oriuntur: alij verò cõueniũt cõueniẽtia quadã ciuili: puta quia sunt eiusdem ciuitatis municipes & sub eodẽ principe & eisdem legibus gubernantur. Et secundùm vnumquódque officiũ vel negociationem aliqua cõueniẽtia vel cõmunicatio inuenitur, sicut qui sunt socij in negociãdo, vel militãdo vel fabrili officio seu artificio aut in quocũq; huiusmodi. Et huiusmodi quidẽ proximorũ dilectiones honestæ quidẽ & rectæ possunt esse: sed non ex hoc sanctæ dicuntur: sed solùm ex hoc ꝙ dilectio proximi ordinatur in Deum: sicut enim homines qui sunt vnius ciuitatis consortes in hoc cõueniũt, ꝙ vni subdũtur principi, cuius legibus gubernãturː ita & omnes homines inquãtũ naturaliter in beatitudinẽ tendũt, habẽt quãdã generalem cõuenientiã in ordine ad Deũ, sicut ad summũ omniũ principẽ & beatitudinis fontem & totius iusticiæ legislatorem. Considerandũ est autem, quòd bonũ cõmune secundũ rectã rationẽ est bono proprio præferendũ. Vnde vnaquæque pars naturali quodam instinctu ordinatur ad bonum totius. Cuius signum est, quòd aliquis percussioni manum exponit. vt cor vel caput conseruet: ex quibus totius hominis vita dependet. In prædicta autem cõmunitate qua omnes homines in beatitudinis fine cõueniunt vnusquisque homo: vt pars quædã cõsideratur: bonũ autẽ cõmune totius est ipse Deus, in quo omniũ beatitudo cõsistit. Sic igitur secũdũ rectã rationẽ & naturæ instinctũ, vnusquisq; seipsum in Deum ordinat. sicut pars ordinatur ad bonũ totius: quod quidẽ per charitatem perficitur, qua homo seipsum ꝓpter Deũ amat. Cũ igitur aliquis etiã proximũ ꝓpter Deũ amat, diligit eum sicut seipsum: & per hoc dilectio ipsa sancta efficitur. Vnde dicitur. 1. Ioan. 4. Hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. Quartò ex prædicto modo dilectionis instruimur: vt proximi dilectio sit efficax & operosa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Manifeſtum eſt enim, ꝙ vnuſquiſq; ſic ſeipſum diligit, vt non ſolùm velit ſibijpſi bonũ aduenire & malum abeſſe: ſed vnuſquiſque pro poſſe bona ſibi procurat & mala repellit. Tunc ergo homo proximum diligit ſicut ſeipſum, quando nõ ſolùm affectũ ad proximũ habet quo ei bona cupit aduenire & mala repelli: ſed etiam effectũ oſtendit opere adimplendo. vnde 1.Io.3. dicitur. Filioli mei non diligamus verbo: neque lingua: ſed opere & veritate.

De perfectione dilectionis proximi quæ cadit ſub conſilio.

CAP. XIIII.

COnſideratis igitur his quibus dilectio proximi perficitur perfectione neceſſaria ad ſalutem, conſiderandum eſt de perfectione dilectionis proximi quæ communem perfectionem excedit & ſub conſilio cadit. Hæc autem perfectio ſecundum tria attenditur. Primò quidem ſecundum extenſionem. Quantò enim ad plures dilectio extenditur: tantò videtur dilectio proximi eſſe magis perfecta. In hac autem dilectionis extenſione triplex gradus conſiderandus occurrit. Sunt enim quidam qui alios homines diligũt, vel propter beneficia ſibi impenſa, vel propter naturalis cognitionis vinculũ: aut ciuilis: & iſte dilectionis gradus terminis ciuilis amicitiæ coartatur. Vnde dicit dominus Matt.5. Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nónne & Publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantùm, quid amplius facitis? Nónne & Ethnici hoc faciunt? Sunt autem alij qui dilectionis affectum etiam ad extraneos extendunt, dum tamen in eis non inueniatur aliquid, quod eis aduerſetur. Et hic quidem dilectionis gradus quodammodò ſub naturæ limitibus coartatur. Quia enim omnes homines cõueniunt in natura ſpecieiiomnis homo eſt naturaliter omni homini amicus. Et hoc maximè oſtenditur in hoc, ꝙ homo alium errantem in via dirigit & à caſu ſubleuat, & alios huiuſmodi dilectionis effectus impendit: ſed quia homo naturaliter ſeipſum magis quàm alium diligit, ex eadem autem radice procedit, vt aliquid diligatur & eius contrarium odio habeatur: conſequens eſt vt infra naturalis dilectionis limites inimicorum dilectio non comprehendatur. Tertius autem dilectionis gradus eſt vt dilectio proximi etiam ad inimicos extendatur, quem quidem dilectionis gradum dominus docet Matth.5. dicens. Diligite inimicos veſtros: benefacite his qui oderunt vos. Et in hoc dilectionis perfectionem eſſe demonſtrat. Vnde concludit ſubdens. Eſtote igitur vos perfecti, ſicut & pater veſter perfectus eſt. Quod autem hoc ſit vltra perfectionem communem, patet per Auguſtin. in Euchar. qui dicit, ꝙ iſta ſunt perfectorum filiorum Dei: ad quę quidem ſe debet omnis fidelis extendere: & humanũ animum, ad hunc affectũ orando Deum, ſecũmque luctando perducere. Tamen hoc tam magnum bonũ tantæ multitudinis non eſt: quam tamen credimus exaudiri cùm in oratione dicimus. Dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Hic tamen conſiderandum videtur, ꝙ cùm nomine proximi omnis homo intelligatur: in hoc autem, quod dicitur. Diliges proximum tuum ſicut teipſum: nulla fiat exceptio, videtur ad neceſſitatem præcepti pertinere, ꝙ etiam inimici diligantur. Sed hoc de facili ſoluitur: ſi hoc, quod ſuprà dictum eſt de perfectione diuini amoris ad memoriam reuocetur. Dictum eſt enim ſuprà, ꝙ in hoc, quod dicitur. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo: poteſt intelligi, quod eſt de neceſſitate præcepti: & quod eſt de perfectione cõſilij & vlterius, quod eſt de perfectione cõpreheſoris. Si cũ ſic intelligatur. Diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo: vt ſemper cor hominis actu feratur in Deum, ſic pertinet ad perfectionem cõpreheſoris. Si autẽ ſic intelligatur: vt cor hominis nihil acceptet, quod ſit diuinę dilectioni contrariũ, ſic eſt de neceſſitate præcepti. Quòd verò homo etiã ea abijciat quibus poteſt licitè vti vt libertas Deo vacet, hoc eſt de perfectione cõcilij. Sic igitur & hic dicẽdum eſt, quòd de neceſſitate præcepti eſt vt à communitate dilectionis qua quis proximos tenetur diligere, inimicũ nõ excludat, nec aliquid contrarium huius dilectionis in corde ſuo recipiat. Sed quòd actu feratur mens hominis in dilectionem inimici, etiã cùm non adeſt neceſſitas, pertinet ad perfectionem cõſilij. In caſu enim alicuius neceſſitatis etiã in ſpeciali actu inimicos diligere & eis benefacere tenemur ex neceſſitate præcepti. puta ſi fame morerẽtur, vel in alio huiuſmodi articulo eſſent. Extra hos autem neceſſitatis articulos, inimicis ſpecialem affectũ & effectũ impendere ex neceſſitate præcepti nõ tenemur, cùm nec etiam teneamur ex neceſſitate præcepti hæc in ſpeciali omnibus exhibere. Huiuſmodi autẽ inimicorum dilectio directè ex ſola diuina dilectione deriuatur. In alijs autem dilectionibus mouet ad diligẽdũ aliquod aliud bonum, puta vel beneficium exhibitum, vel cõmunicatio ſanguinis, vel vnitas ciuitatis, aut aliquid huiuſmodi. Sed ad diligendum inimicos nihil mouere poteſt niſi ſolus Deus. Diliguntur enim inquantũ ſunt creaturæ Dei, quaſi ad eius imaginem facti & ipſius capaces. Et quia Deum omnibus alijs bonis charitas præfert, cõſiderat cuiuſcũq; aque boni detrimentum, quod ab hoſtibus patitur ad hoc, quòd eos odiat, ſed magis conãderat diuinũ bonum: vt eos diligat. Vnde quãto perfectius viget in homine charitas Dei, tanto facilius animus eius ſtabilitur: vt diligat inimicum. Conſideratur autem ſecundò perfectio dilectionis proximi ſecundum intentionem amoris. Manifeſtũ eſt enim, quòd quanto aliquis intenſius amatur, tanto facilius alia propter ipſum contẽnuntur. Ex his ergo quæ homo propter dilectionẽ proximi cõtẽnit, cõſiderari poteſt an ſit perfecta dilectio proximi. Huius autem perfectionis triplex gradus inuenitur. Sunt enim aliqui qui exteriora bona contẽnũt propter dilectionem proximorũ, dũ vel ea particulariter proximis adminiſtrant, vel totaliter omnia neceſſitatibus erogãt proximorum, quod videtur Apoſtolus tãgere cũ dicit. 1.Cor.13. Si diſtribuero in cibos pauperũ omnẽ ſubſtantiã. Et Cant.8. dicitur. Si dederit homo omnẽ ſubſtantiã domus ſuę pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Vnde & Dominus hoc cõprehendere videtur, dũ conſilium de perfectione ſectanda cuidam dare dicens. Matth.19. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus & habebis theſaurum in cœlo & veni ſequere me. vbi omnium bonorum exteriorum abdicationem ad duo videtur ordinare, ſcilicet ad dilectionẽ proximi cùm dicit, & dà pauperibus, & ad dilectionem Dei, cùm dicit, ſequere me. Ad idẽ etiam pertinet ſi quis damnum in exterioribus rebus pati non recuſet propter dilectionem Dei vel proximi. Vnde Apoſtolus cõmendat quoſdam dicens ad Hebr.10. Rapinam bonorum veſtrorum, cũ gaudio ſuſcepiſtis. & Prouerb.12. dicitur. Qui negligit dãnum propter amicum, iuſtus eſt. Ab hoc autem dilectionis gradu deficiunt, qui de bonis quæ habent proximis neceſſitatẽ habentibus ſubuenire non curant. Vnde dicitur. 1.Io.3. Qui habuerit ſubſtantiam mundi huius & viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodò charitas Dei manet in illo. Secundus autem gradus dilectionis eſt: vt aliquis corpus ſuum laboribus exponat propter proximorum amorem: cuius rei exemplum Apoſtolus in ſeipſo oſtendit: cùm dicit. 2.Theſ.3. In labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus: & ad idem refertur, ſi quis tribulationes & perſecutiones propter proximorum amorem pati non recuſet. Vnde & Apoſtolus dicit. 2.Cor.1. Siue tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute. &. 2.Thi.2. dicit. Laboro vſque ad vincula, quaſi male operans: ſed verbum Dei non eſt alligatum: ideò omnia ſuſtineo propter electos: vt & ipſi ſalutem conſequantur. Ab hoc autem gradu deficiunt, qui de delicijs nihil omitterent nec aliquid incommodi ſuſtinerent pro aliorum amore: contra quos dicitur Amos.6. Qui dormitis in lectis eburneis & laſciuitis in ſtratis veſtris. Qui comeditis agnum de grege: & vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem pſalteri: ſicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa canticibibentes vinum in phialis & optimo vnguento delibuti: & nihil pariebantur ſuper contritione Ioſeph. Et Ezech.13. dicitur. Non aſcendiſtis ex aduerſo neque compoſuiſtis vos murum pro domo Iſraël. vt ſtaretis in prælio in die domini. Tertius autem gradus dilectionis eſt: vt aliquis animam ſuam pro fratribus ponat. Vnde dicitur. 1.Ioan.3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniã ille pro nobis animam ſuam poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Vltra autem hunc gradum dilectio intendi nõ poteſt. Dicit enim dominus Ioan.15. Maiorem hac dilectionem nemo habet: vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vnde in hoc perfectio fraternæ dilectionis conſiſtit. Pertinent autem ad animam duo. Vnum quidem ſecũdum quod viuificatur à Deo & quantùm ad hoc pro fratribus animam ponere non debet. Tantùm enim quis diligit vitam animæ, quantùm diligit Deum. Plus enim debet vnuſquiſque Deum diligere, quàm proximum. Non debet ergo aliquis peccando vitam animæ ſuæ contemnere, vt proximum ſaluet. Aliud autem conſideratur in anima ſecundum quod viuificat corpus: & eſt principium vitæ humanæ: & ſecundum hoc pro fratribus animam ponere debemus. Plus enim debemus proximum diligere, quàm corpora noſtra. Vnde vitam corporalem pro ſalute ſpirituali proximorum ponere conuenit. Et hoc cadit ſub neceſſitate præcepti in neceſſitatis articulo: puta ſi aliquis videret aliquem ab infidelibus ſeduci, deberet ſe mortis periculo exponere: vt eum à ſeductione liberaret. Sed quòd aliquis extra hos neceſſitatis caſus pro ſalute eorum mortis periculis ſe exponat, pertinet ad perfectionem iuſtitiæ: vel ad perfectionem conſilij: cuius exemplum ab Apoſtolo accipere poſſumus qui dicit ſecunda. Corinthior. decimoſecundo. Ego autem libentiſſimè impendar: & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris: vbi dicit Gloſ. Perfecta charitas hoc eſt: vt quis paratus ſit etiam pro fratribus mori. Habet autem quandam mortis ſimilitudinem conditio ſeruitutis: vnde & mors ciuilis dicitur. Vita enim in hoc maximè manifeſtatur, quòd aliquis mouet ſeipſum. quod autem non poteſt moueri, niſi ab alio quaſi mortuus eſſe videtur. Manifeſtum eſt autem, quòd ſeruus non à ſeipſo mouetur: ſed per imperiũ domini. Vnde homo inquãtũ ſeruituti ſubijcitur, quandã mortis ſimilitudinẽ habet. Vnde ad eandẽ perfectionẽ dilectiõis pertinere videt, ꝙ aliquis ſeipſum ſeruituti ſubijciat propter amorẽ proximi: & ꝙ ſe periculo mortis exponat: licet hoc perfectius eſſe

ctius eſſe videatur: quia homines naturaliter magis mortẽ refugiũt quã ſeruitutẽ. Tertiò verò cõſideratur fraternæ dilectionis perfectio ex effectu. Quãto enim maiora bona proximis impẽdimus: tanto perfectior dilectio videtur. Sunt autẽ circa hoc tres gradus cõſiderãdi. Sunt enim quidã qui proximis obſequuntur in corporalibus bonis: putà qui veſtiunt nudos: paſcunt famelicos: & infirmis miniſtrãt: & alia huiuſmodi faciũt, quæ ſibi dominus reputat exhiberi: vt patet Matth.25. Sunt autẽ aliqui qui ſpiritualia bona largiuntur: quæ tamẽ nõ excedũt cõditionẽ humanam: ſicut qui docet ignorantem, cõſulit dubitanti, & reuocat errantẽ: de quo comẽdatur Iob.4. Ecce docuiſti multos & manus laſſas roboraſti. Vacillantes confirmauerũt ſermones tui: & genua trementia cõfortaſti. Sunt autẽ alij qui ſpiritualia bona & diuina ſupra naturã & rationẽ exiſtẽtia proximis largiuntur, ſcilicet doctrinã diuinorum: manuductionem ad Deũ & ſpiritualẽ ſacramẽtorũ cõmunicationẽ. Et de his donis Apoſtolus mentionẽ facit ad Gal.4. dicẽs. Qui tribuit vobis ſpiritum & operatur in vobis virtutes. Et.1.Theſ.2. Cùm accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, ecce accepiſtis illud non vt verbum hominum: ſed vt eſt verè verbum Dei. Et.2.Cor.11. Deſpondi vos vni viro. & poſtmodùm ſubdit. Nam ſi is qui venit alium Chriſtum prædicat: quem non prædicauimus: aut alium ſpiritum accipitis: quem non accepiſtis: aut aliud euangelium, quod non recepiſtis, rectè pateremini. Huiuſmodi autem bonorum collatio ſingularem quandam perfectionem pertinet fraternæ dilectionis: quia per hæc bona homo vltimo fini coniungitur in quo ſumma hominis perfectio conſiſtit. vnde ad hanc perfectionem oſtendendam, dicitur Iob.37. Nũquid noſti ſemitas nubiũ magnas & perfectas ſcientias: per nubes autem ſecundum Greg. ſancti prædicatores intelliguntur. Hunc autẽ iſtæ nubes, ſemitas ſubtiliſſimas, ſcilicet prædicationis ſanctæ vias & perfectas ſcientias: dũ de ſuis meritis ſe nihil eſſe ſciunt: quia ea quę proximis impendũt, ſupra ipſos exiſtũt. Additur autẽ ad hanc perfectionem: ſi huiuſmodi ſpiritualia bona nõ vni tantũ vel duobus: ſed toti multitudini exhibeantur: quia etiã ſecundũ Philoſophos, bonũ gẽtis perfectius eſt & diuinius, quã bonũ vnius. Vnde & Apoſtolus dicit Eph.4. Alios autẽ paſtores & doctores, ad cõſumationẽ ſanctorum in opus miniſterij: in ædificationẽ corporis Chriſti, ſcilicet totius eccleſiæ. Et 1.Cor.14. dicit. Quoniam æmulatores eſtis ſpirituũ ad ædificationem eccleſiæ quærite vt abundetis.

Quid requiratur ad ſtatum perfectionis.

CAP. XV.

ESt autem conſiderandum, quòd ſicut ſuprà præmiſimus, perfectionis eſt, non ſolùm aliquod opus perfectum facere: ſed etiam opus perfectum vouere. De vtroque enim conſilium datur: vt ſuprà dictum eſt Qui ergo aliquod opus perfectum ex voto facit, ad duplicem perfectionem attingit: ſicut qui continentiam ſeruat, vnam perfectionem habet: qui autem ex voto ſe obligat ad continẽtiã ſeruandam & eã ſeruat, habet & continẽtiæ perfectionẽ & voti. Perfectio autem quæ ex voto conditionem mutat & ſtatum: ſecundum quod libertas & ſeruitus diuerſæ conditionis vel ſtatus eſſe dicuntur. Sic enim accipitur ſtatus. 2.q.9. vbi Adrianus papa ait. Si quãdo in cauſa capitali vel cauſi ſtatus interpellatum fuerit, non per exploratores: ſed per ſeipſos eſt agendum: Nam cùm aliquis vouet continentiã ſeruare, adimit ſibi libertatẽ ducẽdi vxorẽ. Qui autẽ ſimpliciter continet abſque voto, prædicta libertate nõ priuatur. Non ergo in aliquo mutatur eius conditio: ſicut mutatur conditio eius qui vouet. Nã & apud homines ſi quis alicui obſequatur, nõ ex hoc cõditionem mutat: ſed ſi obligat ſe ad ſeruiendũ, iam alterius cõditionis efficitur. Sed conſiderandũ eſt, quod poteſt aliquis ſibi libertatẽ adimere vel ſimpliciter: vel ſecundũ quid. Si enim aliquis ſe Deo vel homini obliget ad aliquid faciẽdum ſpeciale & pro aliquo tẽpore, nõ ſimpliciter libertatẽ amittit: ſed ſolũ ſecũdũ illud ad quod ſe obligauit. Si autẽ ſe totaliter in poteſtate alicuius ponat: ita ꝙ nihil ſibi libertatis retineat ſimpliciter cõditionẽ mutauit factus ſimpliciter ſeruus. Sic ergo dũ aliquis Deo vouet aliquod particulare opus, putà peregrinationẽ aut ieiuniũ: aut aliquod huiuſmodi, nõ ſimpliciter cõditionẽ, vel ſtatũ mutauit: ſed ſecundũ aliquid tantũ. Si verò totam vitã ſuã voto Deo obligauit: vt in operibus perfectionis ei deſeruiat, iam ſimpliciter cõditionẽ, vel ſtatũ perfectionis aſſumpſit. Contingit autem aliquos opera perfectionis facere non vouentes: aliquos verò totam vitam ſuam voto obligãtes ad perfectionis opera quæ non implent. Vnde patet quoſdam perfectos quidem eſſe, qui tamen perfectionis ſtatum non habent: aliquos verò perfectionis ſtatum habere, ſed perfectos non eſſe.

Quòd eſſe in ſtatu perfectionis conuenit Epiſcopis & religioſis.

CAP. XVI.

EX his autem quæ dicta ſunt ſuprà manifeſtè apparet, quibus cõpetat in perfectionis ſtatu eſſe. Dictum eſt enim ſuprà, quòd ad perfectionem diuinæ dilectionis triplici via proceditur, ſcilicet abrenunciando exterioribus bonis: relinquendo vxorem: & alias cogitationes carnales: & abnegando ſeipſum: vel per mortem quam pro Chriſto patitur: vel quia abnegat propriam voluntatem. Qui ergo ad hæc opera perfectionis totam vitam ſuam voto obligant Deo, manifeſtũ eſt eos perfectionis ſtatum aſſumere: & quia in omni religione hæc tria vouentur. manifeſtũ eſt omnẽ religionẽ perfectionis ſtatum eſſe. Rurſus autem oſtenſum eſt, tria pertinere ad perfectionẽ fraternæ dilectionis: vt ſcilicet inimici diligantur, eiſq; ſeruiatur: & vt aliquis animã ſuã pro fratribus ponat. vel exponẽdo ſe periculis mortis: vel etiã vitã ſuam totaliter ordinando in vtilitatẽ proximorum: & quòd proximis ſpiritualia impendantur. Ad hæc autem tria manifeſtum eſt teneri Epiſcopos. Cũ enim eccleſiæ vniuerſam curã ſuſceperint: in qua plerũque inueniuntur aliqui eos odientes: perſequentes & blaſphemantes: neceſſe habent inimicis & perſequentibus dilectionis & beneficentiæ vicem rependere: cuius exemplum in Apoſtolis apparet: quorum ſunt Epiſcopi ſucceſſores. In medio enim perſecutorum cõmorantes, ſalutẽ eorũ procurabant. Vnde & dominus eis mãdat. Matt.10. Ecce ego mitto vos, ſicut oues in medio luporum. vt ſcilicet plurimos morſus ab eis accipientes, nõ ſolũ non cõſumantur: ſed & illos conuertant. & Aug. in li. De ſermone domini in monte, exponens illud quod habetur Matth.5. Si quis te percuſſerit in dexterã maxillã tuam, præbe illi & alteram: ſic dicit. Hæc ad miſericordiam pertinere hi maximè ſentiunt: qui eis quos multum diligunt ſeruiunt: vel pueris: vel frenetici: à quibus multa ſæpè patiuntur: & ſi eorum ſalus illud exigat, præbent ſe etiam: vt plura patiantur. Docet ergo medicus & dominus animarum. vt diſcipuli ſui eorum quorum ſaluti conſulere volunt imbecillitates æquo animo tolerarent. Omnis nãq; improbitas ex imbecillitate animi venit: quia nihil innocentius eſt eo qui eſt in virtute perfectus. Hinc eſt quod Apoſtolus. 1.Cor.4. dicit. Maledicimur. & benedicimus: perſecutionem patimur & ſuſtinemus: blaſphemamur & obſecramus. Tenentur etiam Epiſcopi, vt pro ſalute ſuorum ſubditorum animam ſuam ponant. Dicit enim dominus Ioan.10. Ego ſum paſtor bonus: bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis: quod exponens beatus Grego. dicit. Audiſtis fratres chariſſimi ex lectione euangelica eruditionem veſtram, audiſtis & periculum noſtrũ: & poſteà ſubdit. Oſtenſa nobis eſt igitur de contemptu mortis via quã ſequamur: appoſita eſt forma cui imprimamur. Primũ nobis eſt exteriora noſtra miſericorditer ouibus eius impendere. Poſtremum verò ſi neceſſe ſit etiam mortem noſtram pro eis debemus miniſtrare, & poſteà ſubdit. Lupus etenim ſuper oues venit, cùm quilibet iniuſtus & raptor fideles quoſq; atq; humiles opprimit: ſed is qui paſtor videbatur eſſe & non erat, relinquit oues & fugit. quia dum ſibi ab eo periculum metuit, reſiſtere eius iniuſtitiæ non præſumit. Ex quibus verbis patet, quòd de neceſſitate paſtoralis officij eſt, vt periculum mortis non refugiat propter gregis ſibi commiſſi ſalutem. Obligatur ergo ex ipſo officio ſibi commiſſo ad hanc perfectionem dilectionis: vt pro fratribus animam ponat. Similiter etiam ex officio põtifex obligatur ad hoc quòd bona ſpiritualia proximis adminiſtret, quaſi quidã mediator inter Deum & hominem conſtitutus: vicem eius agens, qui eſt mediator Dei & hominum Ieſus Chriſtus: vt dicitur. 1.Thi.2. Cuius figura Moyſes gerens dicebat Deu. quinto Ego ſequeſter & medius fui inter Deum & vos, in tempore illo: & ideò preces & obſecrationes Deo in perſona populi offert: quia vt dicitur Heb.5. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deũ: vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Sed rurſus perſonam Dei gerit in comparatione ad populum, dum populo quaſi virtute domini iudicia: documenta: exempla: & ſacramenta miniſtrat. Vnde Apoſtolus dicit. 2.Corint.2. Ego quod donaui: ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti. & in eadem Epiſtola dicit. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Et.1.Cor.Cor.9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus. Ad huiuſmodi autem perfectionẽ Epiſcopi in ſua ordinatione vel coronatione ſe obligant: ſicut & religioſi in ſua profeſſione. Vnde dicit Apoſtolus. 1.ad Thi.vlt. Certa bonum certamẽ, fidei, apprehende vitam æternam in qua vocatus es, & confeſſus bonam confeſionem coram multis teſtibus, ſcilicet in tua ordinatione. vt glo. ibidem exponit. Et ideò Epiſcopi ſtatum perfectionis habent, ſicut & religioſi. Sicut autem in humanis contractibus aliquæ ſolennitates ſecundum humana iura adhibentur: vt contractus firmior habeatur, ita cum quadam ſolennitate & benedictione ſtatus pontificalis aſſumitur. & etiam religionis profeſſio celebratur. Vnde Dionyſius dicit. 6.ca. Eccl. Hierar. de monachis loquens Propter quod & perfectam ipſis donauit gratiam ſancta legiſlatio. &. quadam ipſos dignata eſt ſanctificatiua inuocatione.

Quòd ſtatus pontificalis eſt perfectior quàm ſtatus religionis.

CAP. XVII.

POſſet autẽ alicui minus circunſpecto videri, ꝙ ſtatus perfectionis religionis eſſet ſublimior, quàm ſtatus pontificalis perfectionis: ſicut dilectio Dei, ad cuius perfectionem ordinatur religionis

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtatus præeminet dilectioni proximi: ad cuius perfectionem ordinatur pontificalis ſtatus. Et ſicut vita actiua cui pontifices inſeruiũt minor eſt quàm vita contemplatiua ad quã religionis ſtatus ordinari videtur. Dicit enim Dionyſius 6.c. Eccle. Hierar. ꝙ religioſos alij quidem famulos: alij autem ipſos monachos nominãtes: ex Dei puro ſeruitio & famulatu & indiuiſibili & ſingulari vita tanquàm vniente ipſos indiuiſibilium ſanctis conuolutionibus, id eſt, cõtemplationibus ad Deiformem vnitatem & amabilem Deo perfectionem. Poteſt etiam aliquibus videri, ꝙ ſtatus prælationis nõ ſit perfectus: quia diuitias eis poſsidere licet: cùm tamen dominus dicat Matthæi 19. Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. Sed hoc dictum veritati repugnat. Dionyſius enim dicit 5.c. Eccleſ. Hierar. ꝙ ordo Epiſcoporũ eſt perfectiuus. Et in 6. cap. dicit ordinem monachorum eſſe ordinem perfectorum. Manifeſtum eſt autem maiorem perfectionem requiri ad hoc, ꝙ aliquis perfectionem alijs tribuat, quàm ad hoc, ꝙ aliquis in ſeipſo perfectus ſit: ſicut maius eſt poſſe facere aliquem talem, quàm eſſe talem: & omnis cauſa potior eſt ſuo effectu. Relinquitur ergo epiſcopalem ſtatum maioris perfectionis eſſe, quàm ſit ſtatus cuiuſcúnque religionis. Idem autem apparet ſi quis conſideret ea ad quæ vtriq; obligantur. Obligãtur enim religioſi ad hoc quòd temporalia deſerãt: ꝙ caſtimoniam ſeruent: & ꝙ ſub obebientia viuant: quibus multò eſt amplius & difficiliùs pro ſalute aliorum vitam ponere, ad quod vt dictum eſt Epiſcopi obligantur. Vnde manifeſtum eſt grauiorẽ eſſe epiſcopalem obligationem obligatione religionis. Amplius in his ipſis ad quæ religioſi obligantur, Epiſcopi quodammodò obligari videntur. Tenentur enim Epiſcopi bona temporalia quæ habent in neceſsitate ſuis ſubditis exhibere: quos paſcere debẽt non ſolùm verbo & exemplo: ſed etiam temporali ſubſidio. Vnde Petro Ioan. vltimo, ter dictũ eſt à domino, vt eius gregem paſceret. Quod ipſe retinens alios ad hoc ipſum exhortatur dicens. 1. Petr. vlti. Paſcite qui in vobis eſt gregem domini: & Gregorius dicit in auctoritate ſuprà inducta ex perſona Epiſcoporum loquens. Exteriora noſtra miſericorditer ouibus eius debemus impendere: & poſteà ſubdit. Qui non dat pro ouibus ſubſtantiam ſuam, quando pro his daturus eſt animam ſuam? Ipſi etiam Epiſcopi ad caſtitatem obligantur. Nam cùm alios mundare debeant, ipſos præcipuè conuenit eſſe mundos. Vnde Dionyſius dicit 3.c. Cœleſtis Hierarchiæ, ꝙ purgatiuos ordines oportet ex abundantia purgationis alijs tradere de propria caſtitate. Et quidem religioſi per votum obedientiæ ſe vni prælato ſubijciunt: Epiſcopus verò ſeruum ſe conſtituit omnium, quorum curam aſſumit: dum tenetur non quod ſuum eſt quærere: ſed quod multis: vt ſalui fiant: vt dicit Apoſtolus. 1. Corint. 10. Vnde ipſe de ſeipſo dicit 9.c. eiuſdem Epiſtolæ. Cùm liber eſſem ex omnibus, omniũ me ſeruum feci. Et 2. Corinth. 4. Non noſmetipſos prædicamus: ſed Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. nos autẽ ſeruos veſtros per Ieſum. Vnde & cõſuetudo inoleuit, vt ſummus pontifex & ſcribat ſeruum ſeruorum Dei. Vnde patet epiſcopalem ſtatũ maioris perfectionis eſſe, quàm ſtatum religionis. Iterum Dionyſius dicit 6.c. eccleſia Hierarchię: monachorũ ordinẽ nõ eſſe adductiuum aliorum: ſed in ſeipſo ſtantem in ſingulari & ſancta ſtatione. Ad epiſcopos autẽ ex obligatione voti pertinet alios ad Deum adducere. Dicit enim Greg. ſuper Ezech. quòd nullum ſacrificium eſt magis Deo acceptum, quàm zelus animarum. Ordo igitur Epiſcoporum perfectiſsimus eſt. Hoc autem euidenter oſtenditur ex eccleſiæ conſuetudine: per quam religioſi à ſuorum prælatorum obedientis abſoluti ad Epiſcopatus ordinem aſſumuntur. Quod quidem licitum non eſſet, niſi Epiſcopalis ſtatus eſſet perfectior. Sequitur enim eccleſia Dei Pauli ſententiam: qui dicit. 1. ad Corint. 12. Aemulamini cariſmata meliora.

Solutio rationum, quibus impugnari videbatur perfectio pontificalis ſtatus. CAP. XVIII.

EA verò quæ in contrarium obijciuntur, non eſt difficile ſoluere. Perfectio enim dilectionis proximi: vt ſuprà dictum eſt, ex perfectione diuinæ dilectionis deriuatur: quæ quidem tantum in cordibus aliquorum præualet: vt non ſolùm Deo frui velint & ei ſeruire: ſed etiam proximis propter Deum. Vnde Apoſtolus dicit 2. Corin. 5. Siue enim mente excedimus, ſcilicet per contemplationem hoc eſt Deo, id eſt, ad honorem Dei: ſiue ſobrij ſumus, quaſi vobis condeſcendentes: hoc eſt vobis, id eſt, ad vtilitatem veſtram. Charitas enim Chriſti vrget nos. vt ſcilicet, pro vobis omnia faciamus: ſicut Glo. exponit. Manifeſtum eſt autem, quòd maioris dilectionis ſignum eſt, vt homo propter amicum etiam alij ſeruiat, quàm ſi ſoli amico ſeruire velit. Quod etiam dicitur de cõtemplatiuæ vitæ perfectione, non videtur ad propoſitum pertinere. Cùm enim Epiſcopus mediator inter Deum & homines conſtituatur, oportet ipſum & in actione præcellere inquantùm miniſter hominum conſtituatur: & in contemplatione præcipuum eſſe, vt ex Deo hauriat quod hominibus tradat. Vnde dicit Grego. in paſtorali. Sit præſul actione præcipuus: præ cunctis contemplatione ſuſpenſus: rector internorum curam in exteriorũ occupatione non minuens: exteriorum prouidentiam in interiorum ſollicitudine non relinquens. Sed & ſi detrimentum aliquod in dulcedine contemplationis patiũtur propter exteriorum occupationem: qua proximis ſeruiunt: hoc ipſum perfectionem diuinæ dilectionis atteſtatur. Magis enim aliquem amare conuincitur, qui propter eius amorem iocunditate præſentiæ eius ad tempus carere deſiderat in eius ſeruitijs occupatus, quàm ſi eius præſentia ſemper frui vellet. Vnde Apoſtolus ad Ro. 9. Poſtquàm dixerat: neque mors: neque vita ſeparabit me à charitate Dei, poſtmodùm ſubiungit. Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis: quod exponens Chryſo. dicit in lib. de compunctione cordis. Ita enim totam eius mentem deuinxit amor Chriſti, vt etiam hoc quod ei præ cæteris omnibus amabilius erat eſſe cum Chriſto rurſus id ipſum quia ita placeret Chriſto, contẽneret. Tertiò verò obiectioni dupliciter reſpondetur. Primò quidẽ quia Epiſcopi diuitias eccleſiæ quas habent, nõ quaſi ſuas poſsident: ſed quaſi communes diſpenſant, quod euangelicæ perfectioni non derogat. Vnde Proſper dicit, & habetur. 12. q. 1. Expedit facultates eccleſię poſſideri: & proprias amore perfectionis contemni. Et poſteà introducto ſancti Paulini exemplo ſubiungit: quo facto ſatis oſtenditur & propria debere propter perfectionem contemni: & ſine impedimẽto perfectionis eccleſiæ facultates quæ ſunt præfecto communes poſsideri. Circa quod tamen cõſiderandum eſt, quòd eccleſiæ facultates ſi ſic ab aliquo poſsideantur, quòd eorum fructus non lucrifaciat. ſed ſolùm diſpenſet, euangelicæ perfectioni non derogat: alioquin abbates & præpoſiti monaſteriorum à religionis perfectione deciderent, contra votum paupertatis agentes: quod eſt omninò abſurdum. Si verò aliquis ex cõmunibus eccleſiæ facultatibus, non ſolùm diſpenſator fructuum, ſed Dominus fiat eos lucrifaciens, manifeſtum eſt eum aliquid proprium poſsidere, & ita deficit à perfectione eorum qui omnibus abrenunciantes, ſine proprio viuunt. Sed quia Epiſcopi non ſolùm facultates eccleſiæ poſsidere poſſunt, ſed etiam patrimonialia bona, de quibus etiam eis teſtamẽtum condere licet, videtur, quòd ab euangelica perfectione deficiãt, ad quam inuitat Dominus Mat. 19. dixit, ſi vis perfectus eſſe, &c. Sed hęc quæſtio de facili ſoluitur ſi prædicta ad memoriam reuocẽtur. Dictum eſt enim ſuprà, quòd abdicatio propriarum diuitiarum non eſt perfectio, ſed quoddam perfectionis inſtrumẽtum. Poſsibile autem eſt aliquem perfectionem acquirere ſine propriarum diuitiarum abiectione actuali, hoc autem ſic poteſt manifeſtari. Cùm enim Dominus perfectionis documenta tradens dicat Matth. quinto. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Et ei qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tollere, dimitte ei & pallium, & quicúnque te angariauerit mille paſſus, vade cum illo & alia duo, non ſemper perfecti hoc actu complent. Alioquin Dominus ab hac perfectiõe defecit, quia in maxilla alapa ſuſcepta, non præbuit ei alteram, ſed dixit. Si malè locutus ſum, perhibe teſtimonium de malo, ſi autem benè, cur me cædis: vt dicitur Ioan. 18. Sed nec Paulus cùm percuteretur, maxillam præbuit, ſed ſicut dicitur. Act. 23. dixit. Percutiat te Deus, paries dealbate. Non eſt ergo de neceſsitate perfectionis: vt huiuſmodi opere compleantur, ſed hæc intelligenda ſunt ſecundum animi præparationem, vt Aug. dicit in libr. de ſermone Domini in monte. In hoc enim perfectio hominis conſiſtit: vt homo habeat animum paratum ad hæc facienda, quotienſcúnque fuerit opus. Similiter etiam vt Aug. dicit in libro quæſtionum euangelij. & habetur in Decretis. 41. diſtinct. quòd Dominus dicit in euangelio. Iuſtificata eſt ſapiẽtia ab omnibus filijs ſuis, oſtendit filios ſapientiæ intelligere, non in manducando, nec in abſtinendo eſſe iuſtitiam, ſed in æquanimitate tolerandi inopiam. Vnde & Apoſtolus dicit Phi. 4. Scio abundare & penuriam pati. Ad hanc autem æquanimitatem inopiam tolerãdi religioſi perueniũt per exercitium nihil habendi, ſed Epiſcopi ad eam perduci poſſunt per exercitium circa curam eccleſiæ & dilectionem fraternam, ex qua non ſolùm proprias diuitias pro ſalute proximorum exponere vel contẽnere debent eſſe parati, quando fuerit oportunũ, ſed etiam propria corpora: vt ſuprà dictum eſt. Vnde Chryſoſtom. dicit in dialogo ſuo. Magnum certè monachorum certamen, & poſteà ſubdit. Ibi ſcilicet in monaſtico ſtatu, ieiunium eſt durum, & vigilię, & reliqua quæ ad afflictionem corporis concurrunt, hęc verò ſcilicet in ſtatu pontificali, erga animam ars tota verſatur. Et poſteà ponit exemplum, ſicut hi qui arte mechanica quædam ſtupenda faciunt ad quæ vtuntur pluribus inſtrumentis. Philoſophus autem nihil de his requirens, omnem artem ſuam operibus ſolius mentis oſtendit. Poſſet autem alicui videri, quòd Epiſcopi teneantur: vt hanc perfectionem de abijciendis diuitijs habeant, non ſolùm in præparatione animi, ſed etiam in exercitio actus. Dominus enim Apoſtolis mãdauit: vt dicitur. Matth. 10. Nolite poſsidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, nõ peram in via, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam. Epiſcopi autem ſucceſſores Apoſtolorũ ſunt, tenentur ergo ad hæc mãdata Apoſtolis facta. Sed manifeſtum eſt id quod cõcluditur verũ nõ eſſe. Fuerunt enim plurimi in eccleſia Dei Epiſcopi: de quorum ſanctitate dubitari nõ poteſt, qui hoc nõ obſeruauerunt: ſicut Athanaſius: Hylarius: & alij plurimi ſucceſſores. Vnde Aug. dicit in lib. cõtra mendacium. Non oportet tantũ præcepta Dei retinere: ſed etiam vitã morésq; iuſtorum. Itáq; plura in verbis intelligere nõ valentes: in factis ſanctorũ colligimus, quemadmodũ oportet ea accipi. Et huius ratio eſt: quia idẽ ſpirituſſanctus qui loquitur in ſcripturis mouet ſanctos ad operandum: ſecũdum illud Rom. 8. Quicúq; ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt: & ideò nõ eſt credendũ id quod à ſanctis viris cõmuniter agitur, cõtra diuinũ præceptũ eſſe: vt ergo ibidẽ dicitur & etiã in lib. de conſenſu euangeliſtarũ. cur dominus dixerit Apoſtolis: vt nihil poſsiderent: nec aliquid ſecũ in via portarent: ſatis ipſe ſignificauit cũ addidit. Dignus eſt enim operarius mercede ſua: vnde ſatis oſtendit hoc eſſe permiſſum non iuſſum: vnde qui permiſsione vti non vult: vt ab alijs accipiat vnde viuat: ſed ſua defert ad viuendum: non cõtra domini præceptũ facit. Aliud eſt enim permiſsione non vti: quod & Paulus fecit: & aliud agere contra præceptũ. Poteſt etiã & aliter ſolui: vt intelligatur hoc dominũ præcepiſſe quantũ ad primam miſsionẽ, qua mittebantur Apoſtoli ad prædicandũ Iudæis apud quos conſuetũ erat: vt doctores viuerent de ſtipendijs eorum quos docebant. Voluit enim dominus ſicut dicit Chryſoſt. Primò quidem diſcipulos per hoc facere nõ ſuſceptos: quaſi cauſa quæſtus prædicarent. Secũdò, vt à ſollicitudine liberarẽtur. Tertiò, vt virtutis eius experimentum ſumerent: qui ſine huiuſmodi poterat eis in neceſſarijs prouidere. Sed poſtmodũ imminente paſsione quando iam ad gentes mittẽdi erant, aliud eis præcepit: vt habetur Luc. 22. Quæſiuit enim ab eis: quãdo miſi vos ſine ſacculo: & pera & calciamentis: nũquid aliquid defuit vobis? Qui cũ dixiſſent, nihil. Subiunxit. Sed nunc qui habet ſacculum tollat ſimiliter & perã. Vnde ob hoc nõ tenentur Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores: vt nihil poſsideant: nec aliquid ſecum in via deferant.

Quod ſtatus Epiſcopalis quamuis ſit perfectior quàm ſtatus religionis: non tamen eſt ambiendus. CAP. XIX.

SEd cũ Apoſtolus dicat 1. Corint. 12. Aemulamini cariſmata meliora: ſi pontificalis ſtatus eſt perfectior quàm ſtatus religionis, magis deberet ſibi aliquis ſtatum prælationis procurare, quã ꝙ ad ſtatũ religionis accederet. Sed ſi quis diligenter conſideret, euidens ratio inuenitur, quare religionis ſtatus meritoriè appetitur: ſtatus autẽ pontificalis nõ abſq; vitio ambitionis deſideratur. Qui enim ſtatũ religionis aſſumit, ſe & ſua abnegans alijs ſe ſubijcit propter Chriſtum: qui verò ad ſtatũ pontificalẽ promouetur, quendã ſublimitatis honorẽ in his quæ ſunt Chriſti conſequitur: quẽ appetere prę ſumptuoſum videtur: cũ maior honor & poteſtas nõ niſi melioribus debeatur. Vnde Aug. 19. De ciuitate Dei, dicit. Exponere voluit Apoſtolus, quid ſit epiſcopatus: quia nomen eſt operis non honoris. Græcũ eſt enim atq; idem ductũ vocabulũ, quod ille qui prępficitur ſuperintẽdit curã. ſ. eorũ gerens. Epiſcopi quippe ſuper, ſcopos verò intentio eſt. Ergo Epiſcopin Gręcè, Latinè ſuperintendere poſſumus dicere: vt intelligat nõ ſe Epiſcopũ qui præeſſe dilexerit nõ prodeſſe. Itáq; à ſtudio cognoſcẽdæ veritatis nemo prohibetur quod ad laudabile pertinet otium: locus verò ſuperior: ſine quo populus regi nõ poteſt: & ſi ita teneatur atq; adminiſtretur vt decet, tamen indecẽter appetitur. Quamobrẽ otium ſanctũ quærit charitas veritatis: negotiũ iuſtum ſuſcipit neceſsitas charitatis. Quã ſarcinã ſi nullus imponit, percipiendæ atq; intuendæ vacandũ eſt veritati. Si autẽ imponitur ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſsitatem. Chryſo. autẽ ſuper Matthæum exponẽs illud: principes gentiũ dominantur eorũ: ſic dicit. Opus quidẽ deſiderare bonũ, bonũ eſt: quia noſtræ voluntatis eſt: & noſtra eſt merces: primatũ autem honoris concupiſcere vanitas eſt. Neq; enim Apoſtolus laudẽ habebit apud Deum, quia Apoſtolus fuit: ſed quia opus apoſtolatus ſui bene impleuit. Conuerſatio ergo deſiderãda: nõ dignior gradus. Eſt etiam & aliud aduertendum, ꝙ religionis ſtatus perfectionẽ non præſupponit: ſed ad perfectionẽ inducit. Pontificalis autẽ dignitas perfectionem præſupponit. Qui enim pontificatus honorẽ ſuſcepit: ſpirituale magiſterium aſſumit. Vnde Apoſtolus dicebat 1. Thi. 2. Poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus: veritatẽ dico non mentior, doctor gentium in fide & veritate. Ridiculum autem eſt perfectionis magiſterium fieri, qui perfectionẽ per experimentum non nouit. Et ſicut dicit Gregor. in paſtorali: tantùm debet actionem populi actio tranſcendere prę ſulis, quantùm diſtare ſolet à grege vita paſtoralis. Quæ quidẽ differentia ex verbis domini manifeſtè colligitur. Cùm enim dominus paupertatis conſilium daret, his verbis eſt vſus. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. Vnde manifeſtè apparet, ꝙ paupertatis aſſumptio perfectionem non præexigit: ſed ad eam ducit. Cùm verò prælationis officium Petro committeret, quęſiuit. Symon Ioannis diligis me plus his? Qui cùm reſponderet: tu ſcis: quia amo te: ſubiecit. Paſce oues meas. Per quod manifeſtè datur intelligi, ꝙ perfectionẽ charitatis præexigit aſſumptio prælationis. Præſumptuoſum autem eſſe videtur, vt quis ſe extimet eſſe perfectum. Vnde Apoſtolus dicit Philip. 3. Non ꝙ iam acceperim aut iam perfectus ſim. Et poſteà ſubdit. Quicúnque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Quod autẽ aliquis perfectionem deſideret: & eam aſſequi velit: nõ prę ſumptionis: ſed ſanctę ęmulationis eſſe videtur. Ad quam Apoſtolus hortatur, primę Cor. 12. Aemulamini cariſmata meliora. Et ideò religionis ſtatum aſſumere, laudabile eſt: ad prę lationis autem faſtigium hanelare nimiæ prę ſumptionis eſt. Vnde Greg. dicit in paſtorali. Is qui recuſauit prę lationis officium plenè non reſtitit: & his qui mitti voluit: ante ſe per altaris calculum purgatum vidit. Per quod datur intelligi, quod vocatus ad prælationis officiũ nec omninò reſiſtat: nec ad ipſum hanelet. niſi ſe prius purgatũ videat: ne aut nõ purgatus adire quiſquã ſacra myſteria audeat, aut quem ſuperna gratia elegit ſub humilitatis ſpecie ſuperbè contradicat. Quia ergo valde difficile eſt purgatum ſe quemlibet poſſe cognoſcere. prę lationis officium tutiùs declinatur. Eſt autem & aliud conſiderandũ. ſ. ꝙ ſtatum religionis rerum temporalium abiectio comitatur. Econtrariò verò ſtatui prælationis multa bona temporalia adiunguntur. Qui ergo religionis ſtatum aſſumunt, manifeſtè demonſtrant ſe temporalia bona nõ quærere: ſed ꝙ per eorum abiectionẽ ad bona ſpiritualia tendunt. Qui verò pontificalem dignitatem aſſumunt, plerúnq; magis temporalia bona conſiderant quàm æterna. Vnde Gregor. dicit in paſtorali. Tunc fuit laudabile epiſcopatũ quærere, quando per hunc quémque dubium non erat ad ſupplicia grauiora peruenire. Et poſteà ſubdit. Sanctum quippe officium non diligit omninò: ſed neſcit qui ad culmen regiminis hanelans in occulta meditatione cogitationis cæterorũ ſubiectione paſcitur: laude propria lætatur: ad honorẽ cor eleuat: rerum affluentium abundantia exultat. Mundi ergo lucrum quæritur ſub eius honoris ſpecie, quo mundi deſtrui lucra debuerunt. Eſt & aliud aduertendum, ꝙ qui prælationis ſtatum aſſumit, multis periculis ſe exponit. Dicit enim Gregor. in paſtorali. Plerúnq; in occupatione regiminis, ipſe quoq; boni operis vſus perditur: qui in tranquillitate tenebatur: quia quieto mari rectè nauim etiam imperitus dirigit. Perturbato autẽ tempeſtatis fluctibus etiam peritus ſe nauta confundit. Quid namque eſt poteſtas culminis, niſi tempeſtas mentis in qua cogitationum ſemper procellis nauis cordis quatitur: & huc illúcq; inceſſanter impellitur: vt per repẽtinos exceſſus oris & operis, quaſi per obuiantia ſaxa frangatur. Cuius periculum exemplum in Dauid apparet: quia vt dicit Gregorius. Dauid actoris iudicio penè in cunctis actibus placens, vt principatus pondere claruit: in tumore vulneris erupit: factúſq; eſt in morte viri crudeliter rigidus: qui in appetitu fœminæ fuit eneruiter fluxus: priùs ferire comprehenſum perſecutorem noluit: & poſt cum damno exercitus deuotum militem ſub ſtudio fraudis extinxit. Qui autem ſtatum religionis aſſumit, pericula peccati vitat. Vnde Hieronymus ex perſona monachi loquens in epiſtola contra Vigilantium dicit. Ego cũ fugero. ſ. mundum: non vincor in eo ꝙ fugio: ſed ideò fugio ne vincar. Nulla ſecuritas cum vicino ſerpente dormire. Poteſt fieri vt me non mordeat: tamen poteſt fieri vt aliquando me mordeat. Quod ergo aliquis pericula peccati euitans religionis ſtatum aſſumat, prudentiæ eſt. Quod verò ſponte ad prælationis ſtatum aſpiret, vel minimæ præſumptionis eſt: ſi ſe tam fortem exiſtimet eſſe, vt inter pericula poſsit manere ſecurus: vel omninò ſuæ ſalutis curam nõ habens, ſi peccata vitari non curat. Ex his ergo apparet, ꝙ prælationis ſtatus: & ſi perfectus ſit, tamen abſque vitio concupiſcentiæ appeti non poteſt.

Rationes quorundam qui aſſtruere conantur, quòd presbyteri, curati, & archidiaconi ſunt in ſtatu perfectiori, quàm religioſi: & earum ſolutiones. CAP. XX.

SVnt autem quidam qui non ſolùm Epiſcoporum ſtatum præferre religioſorum ſtatui ſunt cõtenti: ſed & decanorũ: & plebanorum: & archidiaconorum: & quorumcúnque curam habentium animarum. Quod multipliciter aſſerere conãtur. Dicit enim Chryſoſtomus in 6. libro ſui dialogi. Si aliquem mihi talem adducas monachum: qualis vt ſecundum exaggenerationem dicam, fuit Helias: tamen quandiu ſolus eſt ſi non perturbatur: neq; grauiter peccat: quippè non habet quibus ſtimuletur: atque exaſperetur: non tamen illi comparandus eſt: qui traditus populis & multorum ferre peccata compulſus, immobilis perſeuerauit & fortis. Ex quo manifeſtè videtur, quòd monachus quantumcúnque perfectus adæquari non poſsit cuicúnque curam animarum habenti, ſi eam bene exerceat. Adhuc ibidem poſtmodùm ſubditur. Si quis mihi proponeret optionem vbi mallem placere: in officio ſacerdotali: an in ſolitudine monachorum, ſine comparatiõe eligerem illud quod priùs dixi. Incomparabiliter igitur præferendus eſt ſtatus curam animarum habentium, quàm viuere etiam in ſolitudine monachorum quod genus religionis perfectiſsimum reputatur. Item Auguſtinus dicit in epiſtola ad Valerium. Cogitet religioſa prudentia tua nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse in hac vita,& maximè hoc tempore facilius, & leuius,& hominibus acceptabilius Episcopi,aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctorie atque adulatorie res agatur. Sed nihil apud Deum miserabilius,& tristius,& damnabilius.Item nihil est in hac vita,maxime hoc tempore difficilius,& laboriosius,& periculosius Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, sed apud Deum nihil beatius si eo modo militetur quo noster Imperator iubet.Non ergo religionis status est perfectior statu presbyterorũ, aut diaconorum, qui curas animarum habent, ad quorum officiũ pertinet conuersari cum hominibus.Præterea Aug.dicit ad Aurelium. Nimis dolendum est si ad tam ruinosam superbiam monachos subigimus, & tam graui contumelia clericos dignos putamus, in quorum numero nos sumus,si scilicet vulgares de nobis iocabuntur dicentes,malus monachus,bonus clericus est,cum aliquando bonus etiam monachus,vix bonum clericum faciat.Maior ergo est perfectio boni clerici,quàm boni monachi.Item paulò ante dicit.Non est via danda seruis Dei, idest,monachis: vt se facilius putent eligi ad aliquod melius, idest, ad officium clericatus,si facti fuerint deteriores,monasterium scilicet deserendo. Meliùs est ergo officiũ clericatus,quàm status monasticus.Item Hiero.dicit ad Rusticum monachum.Sic viue in monasterio:vt clericus esse mereari.Maius est ergo clericatus officiũ, quã monachi conuersatio. Præterea non licet de maiori ad minus transire,sed de statu monastico licet transire ad officium presbyteri curam habentis.sicut dicit Gela.Papa.& habetur 16.q.1.Si quis monachus fuerit qui venerabilis vitæ merito,sacerdotio dignus prædeatur, & Abbas, sub cuius imperio regi Christo militat,illum fieri presbyterum petierit ab Episcopo,debet eligi,& in loco quo iudicauerit ordinari, ea omnia quæ ad sacerdotij officium pertinent, vel populi, vel Episcopi electione prouide ac iustè acturus & plura alia capitula ibidem ponuntur.& distinct.47. Ex his ergo omnibus videtur, quòd status quoruncúque clericorum & maximè curam animarum habentium religionis statui præferatur. Horum autem dictorum ratio de facili percipi potest, si ea quæ dicta sunt ad memoriam reuocentur. Iam enim supradictum est, aliud esse perfectionis actum,atque aliud perfectionis statum. Nam perfectionis statum non efficit, nisi perpetua obligatio ad ea quæ ad perfectionem spectant,sine qua obligatione plurimi perfectionis opera exequuntur, puta qui nullo voto continentiam seruant, aut in paupertate viuunt.Rursum considerandum est,quòd in presbyteris & diconibus curam animarum habentibus duo considerãda sunt, scilicet officium curæ,& dignitas ordinis.manifestum est autem, quòd officium curæ suscipientes perpetuam obligationem non habent, cùm multotiens curam dimittant susceptam,sicut patet de illis qui dimittunt parrochias vel archidiaconatus & religionem intrant,patet etiam ex supradictis, quòd status perfectionis non habetur, nisi cum perpetua obligatione.Manifestum est autẽ, quòd archidiaconi & parrochiales sacerdotes,& etiam electi ante consecrationem statum perfectionis nondum adepti sunt, sicut nec nouitij in religionibus ante professionem. Contingit autem vt supradictum est,aliquem non in perfectionis statu existentem opera perfectionis agere & perfectum esse secundum habitum charitatis.Si igitur contingit archidiaconos & parrochianos presbyteros,perfectos esse secundum habitum charitatis, & participare in aliquo perfectionis officio,statum tamen perfectionis non assequuntur. Huius autem euidens signum est, quia his qui perpetuò ad aliquid deputantur vel obligantur, aliqua ecclesiastica solennitas in tali obligatione adhibetur,puta qui in Episcopos cõsecrantur:vel qui in professione religionis benedicuntur, etiam secundum antiquum ritum ecclesiæ: vt patet per Dionys.in libr.de eccles.hierarch.c.6. Manifestũ est autẽ,q̃ nihil horũ fit in cõmissione archidiaconatus vel parrochię, sed simpliciter inuestiuntur: vel per annulum, vel per aliquid tale. Vnde manifestum est, quòd ex hoc, quòd aliquis archidiaconatum vel parrochiæ curam accipit,non fortitur perpetuæ obligationis statum.His autem visis facile est obiecta in contrarium soluere. quod enim Chrysostomus dicit, si talem aliquem adducas monachum, qualis fuit Helias, non tamen illi comparandus est qui multorum peccata ferre compellitur,manifestè apparet per ea quæ dicit,quòd intendit statum statui comparare,sed ostendere difficultatem benè persistendi maiorem esse in eo qui præest populis, quàm in eo qui solitariam vitam ducit, quod patet si integrè verba accipiantur. Non enim simpliciter dicit, quòd monachus non sit comparandus illi qui compellitur peccata populi ferre,sed quòd monachus si non perturbatur, nec grauiter peccat quamdiu solus est non comparatur illi qui perseuerat immobilis & fortis in multitudine populi, quia maioris virtutis est illæsum se conseruare, vbi plura pericula imminent.Vnde & ante hæc verba dicit.Cùm aliquis fuerit in medijs fluctibus,& de tempestate nauem liberare potuerit, tunc meritò testimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur. Sic etiam dici posset, quòd ille qui inter malos benè conuersatur, maioris virtutis esse ostenditur,quã qui benè conuersatur inter homines bonos.Vnde in laudem Loth dicitur.secundæ Petri secundo, quòd aspectu & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Nec tamen dici potest, quòd conuersari inter malos ad statum perfectionis pertineat,cùm hoc secundum sacræ scripturæ documenta prudẽtius declinetur.Ex his igitur verbis non ostenditur,quòd status curã animarum habentium sit perfectior,quã status religiosorum,sed quòd sit periculosior. Per hoc etiam patet responsio ad verba eiusdẽ quæ postmodùm subduntur. Si quis inquit mihi proponeret optionẽ, vbi mallẽ placere in officio sacerdotali, an in solitudine monachorum,sine comparatione eligerem illud,quod prius dixi,scilicet placere Deo in officio sacerdotali.Vbi considerandum est,q̃ non dicit, q̃ mallet esse in officio sacerdotali, quã in solitudine monachorũ, sed quòd mallet ibi quã hic placere Deo, quia in sacerdotali officio absque peccato manere difficilius est,quã manere absque peccato in solitudine monachorum,sicut iam suprà dixerat:vbi autẽ est maius periculum,ibi maior virtus ostenditur, si periculum euitetur, sicut iam dictum est.Et quãuis quilibet sapiens magis eligeret esse tantæ virtutis:vt etiam inter pericula quæcúnque illæsus posset persistere, nullus tamen nisi insipiens statum periculosiorem ex hoc ipso statui securiori præferret.Ex hoc etiam apparet solutio ad verba Aug, quibus asseritur nihil esse periculosius & laboriosius officio Episcopi & sacerdotis,& diaconi,si benè exerceatur,& nihil esse Deo acceptabilius.Ex hoc enim ipso,quòd est laboriosum & difficile,immunem se à peccato conseruare in huius officij executione maioris virturis esse ostenditur,& secundũ hoc Deo acceptabilius,non tñ ex hoc sequitur,q̃ status sacerdotum parrochialium aut archidiaconorum sit maioris perfectionis,quã status religionis. Ad omnia verò quæ subsequuntur & similia,est vna eadémque responsio.Nã in oĩbus illis auctoribus nõ cõparatur status religionis statui curatorũ, sed status monachorũ inquãtũ sunt monachi, statui clericorum. Nõ enim monachi in eo, quòd sunt monachi,sunt clerici, cũ multi sint monachi laici.Et antiquis temporibus ferè oẽs monachi laici erant:vt habetur.16.q.1. Manifestum est autẽ clericos in ecclesia Dei maiorem gradum obtinere,quã laicos. Vnde laici promouentur ad clericatum,tanquã ad aliquid maius,& sicut est maior gradus, ita & amplior virtus requiritur ad bonum clericum,quã ad bonum laicum, quãuis sit monachus.Sed in monacho clerico duo cõcurrunt, & clericatus & status religionis, similiter in clerico habente curã animarum,scilicet cura animarum & clericatus. Quòd ergo clerici præsumuntur monachis,nihil pertinet ad hoc,quòd curati inquantùm curati monachis præferuntur,sed verum est,quòd si benè officiũ suum exequantur & absque peccato maioris esse virtutis demonstrantur, quàm si monachus immunis à peccato permaneat: vt suprà dictum est.Quod autem monachus assumitur ad curam animarum in parrochialibus ecclesijs,non ostendit statum curati ex hoc, quòd est curatus, esse perfectiorem ,quia religiosus parrochiam adeptus statum pristinum non omittit. Dicitur enim decimasexta quæstione prima. De monachis qui diu morantes in monasterijs, si postea ad clericatus ordinem pertenerint, statuimus non debere eos à priori proposito discedere.Sic ergo non ostenditur,quòd status clerici habentis curam animarum,sit perfectior,quã status religionis,quamuis religiosi curã animarum accipere possint in priori statu & proposito permanentes. Ad Episcopatum autem promoti,statum altiorem assumunt.

Rationes quorundam destruere volentium immediatè determinatam veritatem.

CAP. XXI.

VErum quidam contentionis studio exagitati,neque quæ dicunt neque quæ audiunt debitè ponderantes, adhuc conantur prædictis contradicentes obuiare,quorum obuiationes postquàm præmissa conscripseram,ad me peruenerunt. Ad quorum confutationem necesse est aliqua ex suprà positis replicare.Primò igitur multipliciter nituntur ostendere archidiaconos & parrochiales presbyteros in statu perfectionis esse & maioris,quàm religiosi.Presbyter enim si delinquat,iubetur eijci de statu suo secundum canones, vt habetur 81.distinct.Si quis amodò Episcopus. & 14.q.4. si quis oblitus ergo erat in statu,alioquin à statu eijci non posset. Item inuenitur status tripliciter dici.Importat enim rectitudinem.Nam homo erectus dicitur stare. Vnde Gregorius dicit in septimo Moralium. Ab omni rectitudinis statu decidit,qui per noxia verba dilabitur. Importat etiam permanentiam & fixionem.secundum illud Greg. in octauo Moral.Conditoris protectio & custodia est,quòd in statu permanemus.Et in 9.Homel.secundæ partis.super Ezec.Lapis quadrus est & quasi ex omni latere statũ habet,q̃ casum in qualibet permutatione non habet. Importat etiã magnitudinẽ vel longitudinẽ. Dicitur enim à stãdo.Cũ autẽ archidiaconi & parrochiales presbyteri habeant magnitudinem spiritualem, cùm propter animarum zelum curam suscipiunt:habeant etiam permanentiam: quia inter pericula immobiles perseuerant & fortes habeant etiam rectitudinem intentionis & iustitiæ nõ est dicendũ huiusmodi in statu perfectionis nõ esse.Præterea religionis institutio præiudicare nõ potuit diaconibus & presbyteris curã animarum habentibus:sed ante instituras religiones prædicti curam animarũ habentes statum perfectionis tenebant.Dicitur enim 1.Thi.5.Qui bene præsunt presbyteri.s. vita & doctrina,digni habeantur à subditis duplici honore: vt.s. eis spiritualiter obediant & exteriora ministrent: ergo etiam post religiones institutas habent statũ perfectionis.Item dicunt,q̃ tempore Hiero.presbyter & Episcopus erant nomina synonima: vt patet per illud quod dicit Hiero.super epistolam ad Titũ. Olim idem presbyter qui & Episcopus: sed postea in toto orbe decretum est,vt vnus presbyteris præponeretur,vt scismatũ semina tollerentur.Si ergo Episcopi sunt in statu perfectiori quàm religiosi,etiam presbyteri in statu perfectiori erunt. Item qui ad maius & dignius & fructuosius officium ecclesiæ assumitur,in maiori statu esse videtur:sed archidiaconi & presbyteri curati assumuntur ad dignius officium quàm religiosi: quia licèt vita cõtemplatiua sit magis secura,tamen vita actiua est magis fructifera.vt habetur extra de renuntiatione.Nisi cũ pridem.Presbyteri igitur curati sunt in maiori statu perfectionis quàm religiosi.Item nulla maior charitas esse potest, quàm vt animã suam ponat quis pro amicis suis: vt dicitur Ioan.15.Boni autem curati animam suam ponunt pro suis subditis, quorũ etiam se seruos constituunt:secũdum illud.1.Cor.9. Cùm liber essem, ex omnibus omnium me seruum feci. Videntur etiam plus mereri,cũ plus laborent:secundum illud Apostoli. 1.Corinth. 15.Plus omnibus laboraui. & 1. Corinth.3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secũdum suum laborẽ. Videtur igitur,q̃ curati presbyteri sint in perfectiori statu quàm religiosi. Item videtur hoc idem de archidiaconis.Septem enim diacones quos elegerunt Apostoli,erant in excellenti statu perfectionis. Dicitur enim Act. 6. Considerate fratres viros ex vobis boni testimonij septẽ plenos spiritusſancto & sapientia,quos constituamus super hoc opus. Vbi dicit Glo.Bedæ.Hic discernebant Apostoli per Ecclesias constitui septem diacones,qui essent sublimioris gradus cæteris, & proximi circa aram quasi columnæ assisterent. Videtur autem eos in statu perfectionis fuisse,qui sublimioris gradus erant cæteris: & quasi columnæ ecclesiæ onera supportantes.Horum autẽ gradum repræsentant in ecclesia archidiaconi,qui ministrãt & præsunt ministrantibus:secundum Glossam ibidem. Videtur ergo,q̃ archidiaconi sint in maiori statu perfectionis, quàm presbyteri curati quibus præficiuntur:& ita per consequens etiã,quàm religiosi. Item insanũ videtur esse dicere beatos Stephanum.Laurẽtium & Vincentium archidiaconos in statu perfectionis nõ fuisse qui meruerunt ad palmam martyrij peruenire.Item presbyteri curati &archidiaconi similiores sunt Episcopis,quàm monachi & quicúnque religiosi qui tenent infimum subiectionis gradum,intantũ q̃ presbyteri Episcopi nominantur:secũdum illud Act.20.Attendite vobis & vniuerso gregi,in quo vos spiritusſanctus posuit Episcopos regere ecclesiam Dei.Quod exponit Glo.de presbyteris Ephesi. Multo igitur magis presbyteri curati sunt in statu perfectionis.Item administratio facultatum ecclesiæ statũ perfectionis non minuit: cùm sint bona cõmuniavt habetur 12.quæst.1.c.expedit.Non ergo presbyteri curati vel archidiaconi deficiunt à statu perfectionis propter administrationem rerum ecclesiæ. Item presbyteri curati & archidiaconi de bonis temporalibus tenentur facere hospitalitatem.vt 42.distin.habetur.c.1.Hoc autem monachus non potest facere: quia non habet proprium.Maioris ergo meriti est presbyter curatus,quam monachus.Item Gregor.dicit,q̃ nullum sacrificium est quod ita placeat Deo, sicut zelus animarum. Et Bernardus dicit in libro de amore Dei,q̃ ille maior est in amore Dei,qui plures ad amorẽ Dei trahit. Hoc autem conuenit archidiacono & presbytero curato: non autẽ monacho,cuius non est officium vt aliquem trahat ad Deum. Item sicut patriarcha præsidet in suo patriarchatu & Episcopus in suo episcopatu,ita & archidiaconus in suo archidiaconatu & presbyter curatus in sua parrochia.Quid enim facit Episcopus excepta ordinatione,quod presbyter curatus non facit?vt habetur dist.93.cap.legimus.Et quæcúnque dicuntur de Episcopo seu ordinando in Episcopum secundum quatuordecim capitula Apostolicæ regulæ,omnia debent intelligi de quolibet electo ad quamlibet prælationem: vt presbytero curato,& archidiacono:vt habetur 81.distinctio. c.1. Si ergo Episcopus est in perfectiori statu quàm monachus, pari ratione & presbyter curatus & archidiaconus.Item presbyter vel diaconus propter delictum iubetur eijci de statu:& recludi in monasterium ad agendum pœnitentiam:vt habetur 81.distinct.c.dictum est.& c.si quis clericus.Ex quo videtur,quòd status archidiaconatus siue curæ parrochiæ, verè status est: sed ingressus religionis nõ est status:sed potiùs casus vel descensus.Hæc igitur sunt quę ex eorum scriptis colligi possunt; quãuis non eodem ordine ponãtur ibidem.

ET quia suprà ostensum est archidiaconos & presbyteros curatos in statu perfectionis nõ esse:restat videre qualiter ipsi probationes conẽtur elidere.Dictum est enim suprà quod quilibet status perfectionis in ecclesia, cum aliqua solenni consecratione vel benedictione confertur:quod non fit in commissione parrochialis ecclesiæ vel archidiaconatus. Quam probationẽ quidam excludere conantur multipliciter. Primò,quia in consecratione tam Episcopi, quàm sacerdotis, verba sunt communia: vt consecrentur & sanctificentur domine manus istæ,&c.Item si dicatur,quòd vnctio capitis datur Episcopo & non sacerdoti,hoc non videtur ad propositum pertinere:quia etiam reges olim in capite vngebantur.qui tamen non possunt sibi statum perfectionis vendicare.Non ergo per hoc potest dici Episcopus esse in statu perfectiori suprà presbyterum curatum: quia in capite vngitur.Item quia meritũ non acquiritur per consecrationem: sed per bona opera mentis. Aliquando enim etiam malus in Episcopum cõsecratur: & in hoc maximè demeretur.Non enim qui maior fuerit in honore iustior est: sed qui fuerit iustior maior est:vt habetur 40.dist.c.multi. Et in eadẽ distinctione dicitur,q̃ nõ loca vel ordines creatori nostro nos proximos faciũt:sed nos aut merita bona ei iungũt,aut mala disiungunt,& nõ sanctorũ filij sunt,qui tenẽt loca sanctorũ,sed qui exercẽt opera eorum.Non ergo propter hoc Episcopi sunt in statu magis perfecto, quàm presbyteri curati:quia maiorẽ consecrationem habent. Item consecratio capitis magis pertinet ad signum & gradum sacerdotij.Episcopatus enim nõ est nouus ordo:sed gradus in ordine. Alioquia essent plures ordines quàm septem. Perfectio autem charitatis pertinet ad meritum sanctitatis,non ad gradum ordinis. Non ergo Episcopi qui per vnctionem capitis obtinent maiorẽ gradum sacerdotij sunt in perfectiori statu.Item Episcopus instituit archidiaconum,vel plebanum,vel curatum,per librũ vel per annulum, vt habetur extrà de sententia & re iudicata:velut cùm Papa mandat aliquem instituì in ecclesia aliqua,in canonicum & in fratrem, seu in plebanum vel curatum:mandat eum instituì cũ plenitudine honoris:vt haberur extrà de consesione ecclesiæ can. proposuit. Videtur ergo status curatorum & archidiaconorum esse status:ex quo statu quis eijci potest:

Rationes ad ostendendum quòd dimissio curæ non sufficit ad probandũ quòd presbyteri curati vel archidiaconi sunt in statu perfectionis.

CAP. XXII.

SImiliter etiam contra id quod dictum est, quòd archidiaconi vel presbyteri curati non sint in statu perfectionis:quia possunt sine peccato ab hoc recedere:multipliciter objciunt. Primò quidem: quia dicunt, quòd propter hoc curatus presbyter ad religionem transire potest:quamuis status curati sit perfectior & fructuosior:quia status religionis est securior.Et ad hoc probandum inducunt quod dicitur extra de renuntia.nisi cùm pridem.Item vir vxorem suam non potest dimittere ea inuita,&ad religionem transire. vt dicitur extra de conuersione coniugatorum. can. vxoratus. Sed hoc nõ est ideò:quia status coniugij maioris perfectionis sit,quàm status religionis:vel æquetur ei:sed quia se vxori suæ per matrimonium insolubiliter obligauit:ergo similiter presbyter curatus, licèt possit transire ad religionem,, no propter hoc sequitur,quòd status religionis sit perfectior vel æquè perfectus.Inducunt etiam ad hoc exemplum Dauid,qui vt habetur.1.Reg.17.Cùm nõ posset pugnare in armis Saulis quæ requirebant maiorem fortitudinem,contulit se ad arma maioris humilitatis:licèt minoris roboris vel fortitudinis,scilicet ad fundam & ad lapides,quibus gigantem Philistęum virum ab adolescentia sua bellatorem,puer deiecit & prostrauit.Potest ergo curatus exemplo Dauid ad arma maioris humilitatis, scilicet religionis se transferre:licèt esse in statu perfectiori. Item si inseparabilitas esset causa status,sequeretur quòd non liceret alicui se transferre de statu in statum.Hoc autẽ licet:ergo inseparabilitas non est de ratione status.Item secundum iura scripta prælatus posset curatum sibi subditum de religiõe ad ecclesiam suam reuocare, si sciret eum esse vtilem aut proficuum ecclesiæ suæ: imò curatus non debet ecclesiam suam dimittere sine consensu & auctoritate Episcopi.Quod si fecerit,potest Episcopus in eum exercere canonicam vltionem:vt habetur extra de renuntiatione.c.amouet.Et de priuilegijs & excessipriuilegiatorum. can. cùm & plantare. §. in ecclesijs.& 7. quæstio 1.cap.Episcopus. de loco. Sic ergo non videtur verum, quòd status religionis sit perfectior propter hoc quòd curati presbyteri possint religionem intrare.Item etiam econuersò, monachus pro necessitate ecclesiæ & cura animarum potest transire de religione ad ecclesiam sæcularem cum cura: vt habetur. 16. quæst.1.can.vos autem.& can.monachos. Nam vnius vtilitati præferenda est vtilitas plurimorum:vt habetur 7.quæstio. 1. can. scias. Item non sequitur,q̃ si aliquis cadere potest à perfectione charitatis,quòd nunquàm fuerit in perfectione charitatis:sed magis econuersò, quòd fuerit. Licèt ergo presbyter curatus discedat à suo re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gimine ex aliqua causa non sequitur,quòd non fuerit in statu perfectionis. Item quòd maiores prælati ecclesiæ,scilicet Episcopi,non possunt transire ad religionem sine licentia summi pontificis, hoc est de cõstitutione ecclesiæ promulgata tẽpore Innocentij,sicut patet per illam decretalem extrà de renũtiatione.c. nisi cum pridem. Ergo ante constitutionem licebat maioribus , sicut & minoribus, & tamen maiores sunt in perfectiori statu. Non ergo hoc impedit presbyteros curatos esse in perfectiori statu,quàm religiosos , licèt sine licentia summi Pontificis possint ad religionem transire. Item nullus debet in Episcopum eligi,nisi fuerit in sacris ordinibus constitutus:vt habetur 60.distinct.nullus in Episcopum. Sed in sacris ordinibus constitutus non potest vxorem ducere.Non est ergo verum,quòd electus possit ducere vxorem.

Solutio rationum præmissarum,in quibus probari videbatur , quòd curati vel archidiaconi sunt magis in statu perfectionis,quam religiosi.

CAP. XXIII.

HAec autem quæ posita sunt,quàm sint friuola,derisibilia , & in multis erronea,demonstrandum est singulorum efficaciã diligenter ponderando. Quod enim primò inducunt quosdã canones ad probandum presbyteros curatos , & archidiaconos in statu esse, nihil ad propositum facit.Nam in capitulis inductis nulla fit mentio de statu,sed de gradu.Sic enim habetur.31.distinct. Si quis amodò Episcopus,presbyter,aut diaconus,fœminam acceperit, vel acceptã retinuerit,a proprio gradu decidat.Itẽ 14.q.4.c. Si quis.dicitur. Si quis oblitus timorem Domini & sanctarum scripturarũ quæ dicunt.Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram,& post hanc cognitionem magni concilij fœnerauerit , vel centesimam exegerit, aut ex quolibet negotio inhonesto turpis lucri quæsierit,aut per diuersas species vini vel frugis,vel cuiuslibet rei emendo , vel vendendo, aliqua incrementa susceperit,de gratia suo deiectus , alienus habeatur à clero.Non ergo per hoc probari potest à cõtrario sensu,q̃ habeat statum sed gradum. Et hoc necesse est,quia vbicũq; est ordo vel superioritas aliqua,ibi est aliquis gradus.Quod verò secundò est propositum,quàm sit friuolũ, quilibet intelligens aduertere potest. Nulli enim dubium est statum multipliciter dici. Nam ille qui erigitur,stare dicitur,& magnitudo statum facit, secundum quod distinguitur status incipientium proficientium & perfectorum. Stare etiam firmit item importat.secundum illud Apostoli.1. Corinth.15. Stabiles estote & immobiles abundantes in omni opere Domini. Non autem sic loquitur de statu,sed secundum quod dicitur status libertatis,vel seruitutis.sicut accipitur.2.q.6. Si quando in causa capitali, vel causa status interpellatum fuerit , non per exploratores, sed per seipsos est agendum.Et sic accipiendo statum,illi statũ perfectionis accipiunt, qui se seruos constituunt ad opera perfectionis implendam:vt suprà dictum est. Hoc autem non contingit , nisi per votum obligationis perpetuæ , quia seruitus libertati opponitur. Quãdiu igitur in sua libertate aliquis habet recedere à perfectionis opere,statum perfectionis nõ habet, sicut & suprà ostensum. Quod verò tertiò propositum fuit,tam friuolum esse videtur:vt responsione nõ egeat.In hoc enim,quod dicitur. Qui benè præsunt presbyteri,&c.nec de perfectione,nec de statu fit mẽtio.Præesse enim non constituit statum, sed gradum , nec honor debetur soli perfectioni, sed vniuersaliter omnibus qui benè operantur , quod designatur in hoc,quod dicitur,benè præsunt.Dicitur enim Rom.2.Gloria & honor,& pax omni operanti bonum.In hoc verò,quod quartò propositum est manifestè falsitas continetur, vbi dicitur, quòd tẽpore Hiero.& Aug.nõ erat aliud presbyter & Episcopus.Huius enim contrarium expresse dicit Aug.in Epist.ad Hiero.dicens.Quãuis secundum bonorum vocabula quæ iam ecclesiæ vsus obtinuit Episcopatus presbyterio maior sit,tamen in multis rebus minor est. Sed ne aliquis calumnietur hoc citra tempus Hieronym. in vsum venisse: vt Episcopus presbytero maior sit,accipienda est auctoritas Dionysij,qui scripsit ordinẽ ecclesiasticæ Hierarchiæ secundum quod erat in ecclesia primitiua.Dicit enim in quinto capitu.ecclesiasticæ Hierarchiæ tres esse ordines ecclesiasticæ Hierarchiæ,scilicet Episcoporum,presbyterorum,& diaconorum.Vbi notandum est,quòd ordinem diaconorũ dicit esse purgatiuum, ordinem autem sacerdorum illuminatiuum,ordinem verò Episcoporum perfectiuum. Et sicut ipse dicit in sexto capitulo eiusdem libri , his tribus ordinibus tres ordines alij respondent. Nam ordini diaconorum subijcitur ordo immundorum qui purgatione indigent , ordini verò presbyterorum subijcitur ordo illuminandorum , scilicet sacer populus qui à presbyteris illuminatur per sacramentorum susceptionem,ordini verò Episcoporum subijcitur ordo perfectorum , scilicet monachorum, qui per eorum traditiones edocẽtur ad perfectissimam perfectionẽ sursum actus.Ex quo patet secundũ Dio.q̃ perfectio attribuitur solis Episcopis & monachis.Episcopis,tãquã perfectioribus,monachis autem tanquàm perfectis. Sed ne aliquis dicat,quòd Dionysius tradit ordinẽ ecclesiæ Hierarchiæ ab Apostolis institutũ, cũ tamen ex Domini institutione idẽ essent Episcopi & presbyteri,hoc manifestè falsum apparet, ex hoc quod dicitur Luc.decimo. Post hæc autem designauit Dominus,&c.vbi dicit gl.Sicut in Apostolis est forma Episcoporum , sic in septuaginta duobus forma est presbyterorum secundi ordinis. Et mirũ est cũ hoc ipsi introducãt, qualiter propriã vocem ignorẽt,statim postmodũ asserẽtes, solùm citra tẽpora Hiero.Episcopos à presbyteris esse distinctos.Et siquis ad anteriora tẽpora progredi voluerit,inuenict etiam in veteri lege distinctos Pontifices à minoribus sacerdotibus, inquantùm erat sacerdotium illud nostri sacerdotij figurale. Dicitur enim di.21.c.de quibus. Summi Põtifices & minores sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysen,qui ex præcepto Domini Aaron in summum Pontificẽ,filios verò eius vnxit in minores sacerdotes. Ex quo patet,quòd falsum intellectum concipiunt ex verbis Hieron.Non enim intendit Hiero.dicere,quòd in primitiua ecclesia esset idem ordo vel status Episcoporum, & presbyterorum,sed quòd vocabulorũ istorum erat promiscuus vsus,quia & presbyteri dicebantur Episcopi, quasi intendentes,& Episcopi presbyteri,propter dignitatem. Vnde Isidorus dicit.& habetur distinctio.21.c.cleros.quòd presbyteri minores licet sint sacerdotes,tamen Pontificatus apicẽ non habent,quia nec crismate frontem signant,nec spiritum paraclẽtum dant,quod solùm deberi Episcopis lectio Actuum Apostolorum demonstrat. Et concludit. Vnde & apud veteres idem Episcopi & presbyteri fuerunt,quia illud nomen est dignitatis,non ætatis.Vbi ostenditur differentia esse in re, sed cõuenientia in nomine propter dignitatem, quã importat nomen presbyteratus.Fuit autem postmodũ necessarium ad vitandum scismatis errorem,qui ex industria nominis oriebatur:vt etiã nomine distinguerẽtur:vt scilicet soli maiores presbyteri Episcopi dicerẽtur,minores verò solùm presbyteri dicerentur. Quod verò quintò propositum est nõ habet efficaciam.Vita enim contemplatiua nõ solùm præfertur actiuæ,quia est securior vt proponitur,sed quia est simpliciter melior, secundũ quod Dominus dicit Luc.10.Optimam partem elegit sibi Maria. Et quanto contẽplatio melior est actione , tanto plus pro Deo videtur facere,qui dilectæ contemplationi aliquod detrimentum patitur:vt saluti proximorum propter Deum intendat. Intendere igitur saluti proximorum cum aliquo detrimento contemplationis propter amorem Dei & proximi, ad maiorem perfectionem charitatis videtur pertinere,quã si aliquis in tantum dulcedini contemplationis inhæreret, quòd nullo modo eam deserere vellet , etiam propter salutem aliorum,propter quã Apostolus non solùm prolongationem præsentis vitæ , sed etiam à contemplatione cœlestis patriæ retardari ad tempus voluit propter proximorum salutem:vt patet per illud,quod dicitur Phil.1. Coarror è duobus desideriũ habens dissolui & esse cum Christo,multò enim melius est:permanere autem in carne necessarium propter vos.Sed si de perfectione charitatis agitur quæ in animi præparatione plurimum consistit:vt suprà ex verbis Augustini probatum est, multi contemplatiuam vitam agentes , etiam hanc perfectionem habent : vt cum animo sint parati secundum Dei beneplacitum etiam à dilectæ contemplationis otio sùspendi ad tempus:vt proximorum saluti vacent. Quæ tamen perfectio charitatis in plerisque proximorum vtilitati vacantibus non inuenitur, quos magis contemplatiuæ vitæ tædium ad exteriora deducit, quàm in desiderio habeatur : vt sic in eis ad perfectionem dilectionis pertineat , quòd eam tanquàm bonum dilectum ad tempus postponant. Sed quorũdam defectus statui vel officio præiudicium auferre non potest.Hoc enim ipsum,quod est aliorum proximorum curam gerere , perfectionis actus censeri debet , cùm ad perfectam dilectionem Dei & proximi pertineat. Sed hic considerandum est , quòd non quicũque actu habet , quod est perfectius in perfectiori statu constituitur. Nullus enim dubitat , quin virginitatem seruare ad perfectionem pertineat : quia de hoc Dominus dicit , qui potest capere capiat. Matthæi decimonono. Et Apostolus dicit primæ Corinthiorum septimo. De virginibus præceptum Domini non habeo , consilium autem do , sunt autem consilia de operibus perfectionis , & tamen virginitas conseruata absque voto perfectionis statum non habet. Dicit enim Augustinus in libro de virginibus. Neque enim ipsã,scilicet virginitas,quia virginitas est,sed quia Deo dicata est,honoratur, quæ licet in carne seruetur , ac per hoc etiam virginitas corporis spiritualis est,quã vouet & seruat cõtinentia pietatis. Et infrà.Honoratius in animi bonis illa cõtinentia numerãda est,qua integritas carnis ipsi creatori animæ & carnis vouetur,sacratur,seruatur. Manifestum est autem,quòd archidiaconi & curati presbyteri, & si curam animarum habeant , non tamen se voto astringunt ad huiusmodi curam habendam. Alioquin non possent absque auctoritate eius qui in voto perpetuo dispensare posset , archidiaconatus parrochiæue curam dimittere. Et si igitur archidiaconus , vel presbyter curatus aliquem perfectionis actum exerceat , vel officium accipiat , non tamen perfectionis statum habet. Et si quis rectè consideret huius perfectionis statum magis habent religiosi, qui ex voto sui ordinis obligantur ad

gantur ad hoc,q̃ Episcopis subministrent,in his quæ ad curam animarum pertinent prædicando & audiendo confessiones,quàm ipsi archidiaconi curati.Iam verò quod sextò proponitur:augmentũ vel perfectio charitatis,nõ potest esse in persona,quæ non sit in statu: patet secundum prædicta omninò esse falsum. Sunt enim aliqui in statu perfectionis imperfectam charitatẽ vel omninò nullã habentes:sicut multi Episcopi & religiosi in peccato mortali existentes. Quãuis igitur multi boni curati perfectã charitatẽ habeant:vt sint parati animã suam ponere pro alijs,nõ tamen propter hoc sunt in statu perfectionis:quia nõ desunt multi laici etiã coniugati, candẽ charitatis perfectionẽ habẽtes:vt pro salute proximorũ parati sint animas ponere:nec tamen in statu perfectionis esse dicũtur.Quod verò septimò proponitur septem diaconos ab Apostolis institutos perfectionis statum habuisse:hoc nec ex textu:nec ex Glo.ll. haberi potest.Quod enim eos dicitur fuisse plenos spiritusancto & sapientia,ostendit eos gratiæ perfectionẽ habuisse:quæ potest esse etiã in his qui statũ perfectionis nõ habent.Quod verò in Glo.Bedæ dicitur,q̃ erãt sublimioris gradus & proximi circa aram:designat eminentiam gradus vel officij.Aliud autẽ est esse in gradu:& aliud esse in statu:vt suprà iam dictũ est. Et tamen verũ est illos septẽ diaconos etiã in statu perfectionis fuisse:illius inquã perfectionis de qua dominus dicit.Si vis perfectus esse,vade & vende omnia quę habes & veni sequere me.Matth.19. Nam relictis omnibus secuti fuerant Christũ:nihil proprium possidentes:sed erãt illis omnia cõmunia: vt dicitur Act.4.A quorũ exemplo omnes religiones deriuatę sunt. Quod verò octauò proponitur,beatos Stephanum:Laurentium:& Vincentium archidiaconos in statu perfectionis fuisse: cõcedimus quidem:sed nõ propter archidiaconatũ:sed propter martyriũ:quod omni perfectioni religionis præfertur. Vnde dicit Augu. in lib.de virginibus.Perhibet huius rei præclarissimũ testimonium ecclesiastica auctoritas:in qua fidelibus norũ est,quo loco martyres:& quo defunctæ sanctimoniales ad altaris sacramenta recitentur.sic enim dico & Sebastianũ in statu perfectionis fuisse.& Georgium:nec tamen propter hoc dicemus milites statũ perfectionis habere.Quod autẽ nonò obijcitur:q̃ presbyteri curati:& archidiaconi sunt similiores Episcopis,quàm religiosis:verum est quantùm ad aliquid. s. quantũ ad curam subditorũ:sed quantùm ad perpetuam obligationem,quæ requiritur ad statũ perfectionis,similiores sunt Episcopo religiosi,quã archidiaconi presbyteri curati: vt ex prædictis patet. Quod verò decimò proponitur,q̃ administratio facultatũ ecclesię statum perfectionis nõ minuit,indubitanter cõcedimus. Alioquin in ipsis religionibus prælati & alij officiales tẽporalia dispensantes, à gradu perfectionis decederent.Sed hoc in eis perfectionis euiusdam statũ diminuit,q̃ proprijs nõ abrenũtiant sua omnia propter Christũ relinquẽtes.quinimò ecclesiarũ fructus tanquàm proprios lucrifaciũt.In eo verò quod vndecimò proponitur manifestè inueniũtur desipere.Vigilantij errorẽ sequentes:contra quẽ Hierony. scribens dicit. Quod autẽ asserit eos melius facere qui vtantur rebus suis:& paulatim fructus possessionũ pauperibus diuidãr, quàm illos qui possessionibus venũdatis semel omnia largiantur : non à me eis:sed à domino respõdebitur.Si vis perfectus esse,vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus:& veni sequere me.Ad eum loquitur qui vult perfectus esse : qui cũ Apostolis patrẽ nauiculam & rete dimittit:iste quem tu laudas, secũdus aut tertius gradus est. Non ergo propter hoc archidiaconi vel presbyteri curati sunt perfectiores:quia seruant hospitalitatẽ quàm monachi: qui proprium non habentes seruare non possũt.Quod verò duodecimò proponitur,q̃ nullum sacrificium est Deo magis acceptum , quàm zelus animarum:absq; dubitatione cõcedimus:sed animarũ hic ordo seruandus est : vt primò homo zelus animæ suæ habeat eam ab omni affectu terrenorũ absoluens:secundum illud sapientis Ecclesiastici 30.Miserere animæ tuæ placens Deo:vt patet per August.21.De ciuita.Dei.Sic ergo si aliquis post contemptum terrenorũ & suijpsius in hoc procedat vlterius, vt etiam aliarũ animarum zelum habeat, erit perfectius sacrificium.Sed tunc perfectissimum est,quando ad zelum animarũ habẽdum voto seu professione obligatur:sicut Episcopus vel etiam religiosi ad hoc per votũ obligati. Quod verò decimotertiò proponitur:q̃ sicut patriarcha præsidet in suo patriarchatu: & Episcopus in suo episcopatu : ita archidiaconus in suo archidiaconatu: & presbyter curatus in sua parrochia , est manifestè falsum.Nam Episcopi principaliter curã habent omnium suæ diocesis:presbyteri autem curati:vel etiam archidiaconi, habẽt aliquas administrationes sub Episcopis.Sic enim se habent ad Episcopum, sicut baliui: vel præpositi ad regem. vnde super illud 1.Corinth.12. Alij opitulationes:alij gubernatores:dicit Glo.Opitulationes.i.eos qui maioribus ferunt opes:vt Titus Apostolo:vel archidiaconi Episcopis:gubernationes.s.minorum personarum prælationes:vt sunt presbyteri qui documento sunt. Vnde & hoc ipsum ostenditur in ordinatione sacerdotũ de quibus Episcopus dicit.Quantò fragiliores sumus.s.Apostolis,tantò magis his auxilijs indigemus. vnde 16. q.1 c.cunctis dicitur.Omnibus presbyteris:diaconibus & reliquis, clericis attendendũ est:vt nihil absq; proprij Episcopi licẽtia agãt. Nõ vtiq; missas sine suo iussu quisquam presbyterorũ in sua parrochia agat:nõ baptizet:nec quicquã absq; eius permissu faciat. Et similiter 80.dist.c.Nõ debere.Presbyteri nihil sine præcepto & consilio Episcopi agant.Quod verò decimoquartò proponitur de clericis qui propter enormia delicta in monasterio retruduntur, satis eorũ animum & intentionẽ declarat.Nam sicut Greg.dicit 10.mora.Praui cũ recta prædicãt,valde difficile est , vt ad hoc quod taciti ambiunt non erumpant.Arbitrãtur enim clericos esse in statu perfectionis:nõ autem monachos,propter pœnitentiæ altitudinẽ,quã monachi voluntariè suscipiunt innocẽtes: ad quã coguntur clerici delinquentes.Qui quidem status tantò est apud Deum altior,quantò in mundo fuerit abiectior:secundum illud Luc.14.Qui se humiliat, exaltabitur.Et Iac.2.dicitur.Elegit Deus pauperes in hoc mundo,diuites in fide:& hæredes regni.Sed mundanã gloriam ambientes,illa stare reputant quæ ad gloriam pertinent.atq. illa esse deiecta quæ videntur humilia.

Solutio rationum quæ inducebantur ad probandum:quare defectus solennis benedictionis vel consecrationis non derogat statui perfectionis presbyteri curati:vel archidiaconi.

CAP. XXIIII.

OStenso igitur quàm friuolæ sunt rationes quas inducunt ad ostendendũ,q̃ archidiaconi & presbyteri curati sunt in statu perfectiori,quàm religiosi,ostendendum est quàm friuolũ sit quod obijciunt cõtra hoc quod dictũ est,q̃ in statu perfectionis quis ponitur per solennem benedictionẽ aut consecrationẽ. Vbi primò cõsiderãdum est,q̃ solennis cõsecratio aut benedictio nõ est causa, q̃ homo sit in statu perfectionis:sed inducitur quasi signũ.Non enim adhibetur,nisi illis qui in aliquo statu ponuntur:non quidẽ semper in statu perfectionis existentibus: sed statum quemcũq; adipiscentibus.Hi enim qui matrimonio iunguntur, in statu aliquo ponuntur:quia extunc vir nõ habet potestatẽ sui corporis.similiter neque mulier : vt dicitur 1.Corinth.7. Est enim in matrimonio perpetua obligatio vnius ad alterũ: ad quã significãdam ab ecclesia solennis benedictio nuptiarũ exhibetur:non tamen in statu perfectionis ponitur:sed in statu matrimonij. vnde & his qui in statu perfectionis ponũtur in signum perpetuæ obligationis,solennis benedictio aut consecratio exhibetur. Sicut etiam cũ ciuiliter aliquis statum mutat:sicut cũ seruus manumittitur , aliqua ciuilis solennitas exhibetur.Hoc autẽ non friuolè dicitur:sed auctoritate Dionysij cõfirmatur:qui dicit 6.c.eccle.Hierar.q̃ diuini duces nostri.s.Apostoli, nominationibus sanctis ipsos dignati sunt.s.qui sunt in statu perfecto rum:alij quidem famulos:alij autem ipsos monachos nominantes ex Dei puro seruitio : & famulatu : & indiuisibili : & singulari vita tanquàm vniente ipsos indiuisibilium sanctis conuolutionibus ad Deiformen vnitatem & amabilem Deo perfectionẽ.Propter quod & perfectam ipsis donauit gratiam sancta legislatio: & quadam ipsos dignata est sanctificatiua inuocatione. Vbi expresse habetur, q̃ quia monachi perfectionis statum assumunt, ideò eis solennis benedictio secundum traditiones Apostolorum datur. Quod ergo primò proponitur , quòd in consecratione tam Episcopi quàm sacerdotis,verba communia proferuntur : sicut hæc consecrentur & sanctificentur manus istæ,&c.non facit ad propositum.Non enim nunc agimus de sacerdote,in quãtùm sacerdos est. sic enim in statu ponitur per solennem consecrationem non quidem in statu perfectionis actiuo vel passiuo: sed in statu illuminatiuo , secundum Dionysium,scilicet in quantùm curam accipit : tunc enim ei nulla solennis benedictio adhibetur. vnde tunc nullum statum susceipit: sed fit ei quædam officij commissio.Episcopus autem ad ipsam curam pastoralem cõsecratur propter perpetuam obligationem, qua se ad pastoralem curam obligat,sicut ex suprædictis apparet. Quod verò secundò proponitur:dicendum , quòd vnctio capitis quæ regibus exhibebatur,signum erat status habentis principalem curam regni.alij autem qui sunt officiales in regno tanquàm non habentes perfectam regiminis rationem non vngebantur. Ita etiam in regno ecclesiæ Episcopus vngitur , tanquàm principaliter habens curam regiminis. Archidiaconi verò & presbyteri curati non vnguntur in,susceptione curæ : quia non suscipiunt principaliter curam : sed quandam subministrationem sub episcopali regimine,sicut baliui vel præpositi sub Rege.Nec propter hoc sequitur , quòd Rex habeat statum perfectionis:quia cura eius se extendit ad temporalia:non ad spiritualia:sicut cura episcopalis.Charitas autem in qua perfectio consistit per se respicit spirituale bonum.vnde & cura spiritualis ad perfectionem pertinet:nõ autem cura temporalis: licèt ex perfecta charitate possit exerceri.Quod verò tertiò propo. nitur,longè est à proposito.Non enim nunc agimus de perfectione meriti,quod potest esse interdum perfectius: non solùm in curato presbytero,quàm in Episcopo vel religioso:sed etiam in laico coniugato:sed loquimur de perfectionis statu. Vnde etiam in hoc

Universidad de Deusto Biblioteca

videtur obijciens suam vocem ignorare. Nam secundum quod obijcit, nec etiã ipsi Episcopi essent in maiori statu, quàm religiosi: cùm interdum sint minoris meriti. Quod verò quartò proponitur, quòd Episcopatus nõ est ordo, hoc manifestè cõtinet falsitatem, si absolutè intelligatur. Expresè enim dicit Dionys. esse tres ordines ecclesiasticæ Hierarchiæ, scilicet Episcoporum, presbyterorum, & diaconorum. Et 21. di. c. Cleros. habetur, quòd ordo Episcoporum quadripartitus est. Habet enim ordinẽ Episcopus per comparationem ad corpus Christi mysticum, quod est ecclesia, super quã principalem accipit curam, & quasi regalem. Sed quantũ ad corpus Christi verum, quod in sacramento cõtinetur, non habet ordinẽ supra presbyterũ. Quod autem habeat aliquem ordinem & nõ iurisdictionem solam, sicut archidiaconus vel curatus presbyter patet ex hoc, quòd Episcopus potest multa facere, quæ nõ potest committere, sicut confirmare, ordinare, & cõsecrare basilicas & huiusmodi. Quæ verò iurisdictionis sunt potest alijs committere. Idem etiam patet ex hoc, ꝙ si Episcopus depositus restituatur, nõ iterum cõsecratur tanquã potestate ordinis remanente, sicut & in alijs cõtingit ordinibus. Quod verò quintò proponitur, ꝙ solenniter instituitur archidiaconus, vel plebanus, quia inuestitur per annulum: vel aliquid huiusmodi omninò ridiculosum est. Ista enim solennitas est magis similis ciuilibus solennitatibus, secundum quas aliqui inuestiuntur de feudo per baculum vel per annulum, quàm solennitatibus ecclesiæ quæ in quadam consecratione vel benedictione consistunt.

Solutio rationum, quæ inducebantur ad probandum, quòd non derogat statui perfectionis presbyteri vel archidiaconi, quòd curam dimittere possunt. CAP. XXV.

NVnc ostendẽdum est tertiò quomodò sit friuolũ id quod obijcitur cõtra id quod dictum est, ꝙ presbyteri vel archidiaconi possunt dimittere curam, nõ autem Episcopus Episcopatum, vel religiosus religionem. Circa quod primò cõsiderãdum est, ꝙ quicũque à perfectiori statu transit ad statum qui nõ est perfectionis, censetur apostata. secũdum illud Apost. 1. Thi. 5. De viduis cũ luxuriatæ fuerint in Christo nubere volentibus habentes dãnationẽ, quia primam fidem illitã fecerunt. vbi dicit glo. ꝙ in hoc dãnatur propositi fraus dãnatur fracti voti fides, dãnantur tales qui cõtinentiæ primã fidem irritam fecêre, & omnes huiusmodi sunt similes vxori Loth, quæ retrò respexit, & hoc est apostatare. Vnde si archidiaconi, vel plebani in statu perfectionis essent dimittentes archidiaconatum, vel parrochiæ curam, damnarentur, cũm apostatæ essent. Quod verò primò proponitur, quòd archidiaconi vel plebani possunt transire ad religionem, non propter hoc, quòd status religionis sit perfectior, sed quia est securior, patet expresè falsum esse. Dicitur enim 19. q. 1. Clerici qui monachorum propositum appetunt: quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab Episcopis in monasterijs largiri oportet ingressus. Ex quo habetur, quòd ideò licet eis transire, quia melius est & nõ solùm quia securius. Et pręterea archidiaconi, & habentes curam parrochiæ, nõ solùm possunt cura archidiaconatus & parrochiæ dimissa religionem intrare, sed etiam in sæculo remanere, sicut patet de illis qui dimittunt parrochiam, & accipiunt præbẽdam in ecclesia cathedrali. Possunt etiam cõiugem accipere, si nõ fuerunt in sacris ordinibus cõstituti. Ex quibus omnibus patet quòd statũ perfectionis nõ habent. Quod verò secũdò proponitur, quòd religiosus nõ est propter hoc perfectioris status, quia non potest religionem dimittere, quia etiam ille qui est vxoratus, nõ potest vxorem dimittere, qui tñ nõ est in statu perfectionis. Ex prædictis patet oĩnò friuolum esse. Vtérque enim status, scilicet religionis & matrimonij, aliquid simile habet, scilicet perpetuã obligationem, & ideò vtérque status est quasi alicuius seruitutis. Sed obligatio matrimonij nõ est ad opus perfectionis, sed ad reddendum carnale debitum, & ideò est quidem status, sed nõ perfectionis. Status autem religionis habet obligationem ad opera perfectionis: quæ sunt paupertas, cõtinentia, & obediẽtia, & ideò est status perfectionis. Quod verò 3. proponitur, ꝙ propter humilitatẽ & infirmitatẽ virium potest aliquis à perfectiori statu discedere ad minorem, sicut Dauid dimissis armis Saulis, accepit fundam & lapidem, secundũ aliquid verum est, & secundũ aliquid falsum est. Potest enim aliquis ꝓpter infirmitatem ab altiori religione ad minorem trãsire, nõ tñ sine dispensatione, à religione verò ad statum sæcularem etiam presbyteri curati vel archidiaconi transire non possunt. Nullo enim modo in hoc dispensat ecclesia. Ex quo manifestè apparet, quòd multo plus excedit status religionis, cuiuscúnque statum archidiaconi vel plebani, si tamen status dicendus est, quàm status altissimæ religionis cuiuscúnque infimæ. Quod verò quartò proponitur, quòd si immutabilitas esset de ratione status, nunquàm liceret de statu ad statum transire, omninò friuolum est. Licet enim transire ad statum maiorem, non tamen ad minorem, sicut habetur extrà de regularibus. In maiori enim intelligitur esse etiam id quod est minus, sed non econuersò, & qui obligat se ad dandum aliquid minus, non reputatur reus si dederit maius. Quod verò quintò proponitur, quòd prælatus potest curatum sibi subditum de religione ad ecclesiam suam reuocare, est omninò falsum, & sacris canonibus cõtrarium. Dicitur enim extrà de renuntiatione. c. Admonet. Vniuersis presbyteris tui Episcopatus sub districtione prohibeas, ne ecclesias tuæ diœcesis ad ordinationem tuam pertinentes, absque tuo assensu intrare audeant, aut detinere, aut dimittere te incõsulto. Quod si quis cõtra prohibitionem tuam venire præsumpserit, in eum canonicam exerceas vltionem. Et de priuileg. Cũ & plantare. §. In ecclesijs. dicitur, ꝙ religiosi in ecclesijs suis, quę ad ipsos pleno iure nõ pertinent instituẽdos presbyteros Episcopis repræsentent vt eis de plebis cura respondeant, ipsi verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem institutos etiam incõsultis Episcopis nõ audeãt remouere. Ex quibus nõ plus habetur, nisi quòd presbyteri curati nõ possunt dimittere ecclesias Episcopo incõsulto, & si dimiserint puniri possunt. Sed hoc generale imprudenter applicant ad hoc speciale: vt nõ possint sine licentia Episcopi dimissa cura religionem intrare. Dicitur enim expresè. 19. q. 1. c. Duę. quòd etiam cõtradicente Episcopo possunt clerici sæculares ecclesijs suis dimissis religionem intrare. Quod verò habetur septima quæstione prima, Episcopus de loco, &c. manifestè dicitur de transitu ad aliam ecclesiam, nõ autem de transitu ad religionem. Quod verò sextò obijcitur, quòd monachi etiam possunt transire de religione ad ecclesiam sæcularem cum cura nõ est simile, quia nõ transeunt statu religionis dimisso. Dicitur enim 16. q. 1. de monachis qui diu morantes in monasterijs, si posteà ad clericatus ordines peruenerint, statuimus nõ debere eos à priori proposito discedere. Sed archidiaconus vel curatus dimissa cura potest religionem intrare, tanquàm transiens de statu imperfectiori ad perfectionem, spiritu Dei ductus: vt habetur. 19. q. 1. duæ. Quod verò septimo proponitur, quòd aliquis qui fuit in charitate, potest recedere à charitate, igitur nõ sequitur, quòd qui recedit à statu perfectionis, non fuerit in statu perfectionis, tam friuolum est: vt respõsione nõ indigeat. A charitate enim nullus discedit, nisi peccando. Et similiter à statu perfectionis aliquis peccando recedit, quia sicut ad charitatis dilectionem aliquis obligatur ex lege communi, ita ad statum perfectionis aliquis obligatur ex voto speciali. Quod verò octauò proponitur, quòd Episcopi nõ possint transire ad religionem sine licentia Papæ, hoc est ex constitutione ecclesiæ, patet esse falsum. Imò est ex ipsa obligatione, qua se Episcopi obligant ad perpetuam curam plebis habendam. vnde Apostolus dicit 1. Cor. 9. Necessitas mihi incũbit, veh enim mihi est si nõ euangelizauero. Et causam necessitatis subdit dicens. Cũ liber essem, ex omnibus omnium me seruum feci, scilicet per perpetuam obligationem. vnde & in decreta nõ inducitur quasi statutum, sed quasi ratione probatũ. Quod verò nonò proponitur, nullam efficaciam habet. Certũ est enim, quòd de iure communi nõ debet aliquis eligi ad Episcopatum, nec debet suscipere archidiaconatum: vel parrochiæ curam, nisi sit in sacris ordinibus constitutus, secũdum ecclesiastica statuta. Sed in his Papa potest dispensare, & aliquando dispensat, & tunc habẽtes curam archidiaconatus vel parrochiæ: vel etiam in Episcopos sic electi possunt relicta cura contrahere matrimonium, ita quòd non dirimitur iam cõtractum, quod de religiosis dici non potest.

Quæ opera ad religiosos pertinere possunt.
CAP. XXVI.

REstat igitur dicendum, quæ opera ad eos pertineant, qui in religionis statu sunt. Sed quia de his plenè alibi tractauimus, sufficit hæc propter calũniatores pauca quædã inserere. Inducunt enim verbum Hiero. quod habetur in decretis. distin. 95. olim. Antequàm diaboli instinctu studia in religione fierent: vbi miror si hoc introducant quasi religiosi studere nõ debeant, cùm studium & sacræ scripturæ præcipuè ad eos maximè pertineat, qui vitam cõtẽplatiuam elegerunt, præsertim cùm Aug. dicat 19. de ciuita. Dei, quòd à studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium. Si enim hoc intenderent per hæc verba Hieronymi probare, conuincerentur per id quod sequitur in eodẽ capi. Et diceretur in populis, ego sum Pauli, ego sum Apollo. Vnde manifestum est hunc esse intellectum verbi præmissi. Antequàm diaboli instinctu studia, idest, depresiones in religione, scilicet Christiana fierent. Item inducunt, quòd potestas ligandi atque soluendi quantùm ad executionem vel executionis rationem sacerdotibus religiosis non tribuitur. Miror autẽ ad quid tendant. Si enim sic intelligunt, quòd monachi si habent ex hoc ipso, quòd ordinantur in sacerdotes executionem clauium, verum est quidem. Sed hoc idem de sæcularibus dici potest. Nõ enim ex hoc ipso, quòd sæcularis ordinatur in sacerdotem, suscipit executionem clauium, sed ex hoc, quòd aliquam suscipit curam. Si verò intendunt, ꝙ ex hoc ipso, quòd est religiosus, nõ possit habere executionem clauium, manifestũ falsum est. & contra id quod dicitur. 16. quæstione 1. Sunt nonnulli nullo dogmate fulti, audacissimo quidem zelo magis amaritudinis, quàm dilectionis inflammati, asserentes monachos, quia mundo mortui sunt: &

sunt: & Deo viuunt, sacerdotalis officij potentia indignos: neque pœnitentiam: neque christianitatẽ largiri: nec absoluere posse per sacerdotalis officij diuinitus sibi iniunctam potestatẽ: sed omninò labuntur. Neq; enim beatus Benedictus monachorũ præceptor almificus huiuscemodi rei aliquo modo extitit interdictor. In quo etiam notandum est, id solùm religiosis esse illicitũ, quod eis est secundum statuta suæ regulæ interdictũ. Item inducunt quod habetur 16. q. 1. monachus non doctoris: sed plangentis habet officium. Quod si ideo inducũt vt probent, ꝙ non cõuenit monacho ex hoc, ꝙ est monachus, ꝙ sit doctor, verũ est: alioquin omnis monachus doctor esset. Si verò intelligant, ꝙ monachus habet aliquid repugnans doctoris officio, manifestè falsum est: quinimò conuenientissimũ est religiosis docere: præcipuè sacram scripturam. vnde super illud Ioan. 4. Reliquit ergo mulier hydriã, &c. Glo. dicit: & etiã Augu. Hinc discant euangelizaturi prius deponere curam & onus sæculi. Vnde & dominus illis vniuersalis doctrinæ cõmisit officiũ, qui cum fuerant omnibus relictis secuti: dicens Matth. vlti. discipulis suis. Euntes docete omnes gentes. & similis responsio est ad omnia similia. sicut ad illud. Alia est causa clerici: alia monachi. Clericus, scilicet habens curam, dicit. ego pasco: monachus, ego pascor. Et iterum. Monachus sedeat solitarius & taceat. Per hæc enim & similia declaratur quid monacho conueniat ex hoc quod est monachus. Non autem per hæc ei interdicitur alia maiora assumere, si ei fuerint commissa: sicut clericus non potest excommunicare, ex hoc quòd est clericus: potest tamen si hoc ei ab Episcopo committatur. Item quod inducunt non amplius quàm duos esse ordines à domino institutos, scilicet duodecim Apostolorum: quorum formam tenent Episcopi, & septuagintaduorum discipulorum: quorum formam tenent curati presbyteri. Si ad hoc inducitur, ꝙ religiosi non habent ordinariam curam, si non fuerint vel Episcopi vel curati, nullus potest negare. Si autem hoc intendant, quòd religiosi non possunt prædicare: vel confesiones audire ex superiorum prælatorum commisione, patet hoc esse falsum: quia quantò quis est celsior, tantò & illis erit potentior: vt habetur 16. quæstio. 1. sunt nonnulli. Vnde si sæculares sacerdotes non curati possunt huiusmodi facere ex cõmisione prælatorum, multò magis hoc possunt religiosi, si eis committatur. Hæc respondenda occurrunt his, qui perfectionem religionis denigrare nituntur, à contumelijs abstinendo: quia sicut scriptum est Prouerbiorum decimo. Qui profert contumeliam insipiens est. Et vigesimo. Omnes stulti miscentur contumelijs. Siquis igitur contra hæc rescribere voluerit, mihi acceptissimum erit. Nullo enim modo melius, quàm contradicentibus resistendo, aperitur veritas & falsitas confutatur: secundum illud Salomonis. Ferrum ferro acuitur: & homo exacuit faciem amici sui. Ipse autem Deus iudicet inter nos & eos: qui est benedictus in sæcula sæculorum, Amen.

Explicit opusculum decimumoctauum, videlicet opus diuinum beati Thomæ de perfectione vitæ spiritualis.

Rubricæ sequentis operis.

Argumentum in opus sequens.
Prooemium in quo auctoris intentio declaratur.
Quid sit religio: & in quo consistat religionis perfectio. CAP. I.
Secunda pars principalis totius operis.
An religioso liceat docere. CAP. II.
An religiosus licitè posit esse de collegio scholarium. CAP. III.
An religioso liceat prædicare & confessiones audire, si curam non habeat animarum. CAP. IIII.
An religiosus teneatur manibus laborare. CAP. V.
An religioso liceat omnia sua relinquere: & sibi nihil retinere in proprio: nec in communi. CAP. VI.
An religiosus posit viuere de eleemosinis. CAP. VII.
Tertia pars principalis totius operis. in qua ostenditur quomodò religiosorum famam corrumpere nituntur, in multis eos friuolè impugnãdo, & primò quòd habitum vilẽ & humilẽ deferũt. C. VIII.
Quomodò religiosos impugnant, quantũ ad opera charitatis. C. IX.
Quomodò religiosos impugnant, quantùm ad discursum propter salutem animarum. CAP. X.
Quomodò religiosos impugnant quantùm ad studium. CAP. XI.
Quomodò religiosos impugnant, quantùm ad ordinatam prædicationem. CAP. XII.
Quomodò iudicium peruertunt in rebus, religiosos infamando. primò quod se & suam religionem commendant & per epistolas commendari procurant. CAP. XIII.
Secũdo de hoc, quòd religiosi detractoribus suis resistunt. C. XIIII.
Tertiò de hoc, quòd religiosi in iudicio contendunt. CAP. XV.
Quartò, de hoc quòd religiosi persecutores suos puniri procurant. CAP. XVI.
Quintò de hoc, quòd religiosi hominibus placere volũt. C. XVII.
Sextò de hoc, quòd religiosi gaudent de his quæ per eos Deus magnificè operatur. CAP. XVIII.
Septimò de hoc, quòd religiosi curias principũ frequẽtant. C. XIX.
Quomodò peruertũt iudicium in infamiam personarum religiosarum: primò mala si qua in eis sunt extendendo. CAP. XX.
Secundò dubia asserendo: quòd. s. religiosi fauorem mundi quærunt & suam gloriam & non Christi. CAP. XXI.
Tertiò, falsa confingendo. s. quòd religiosi sint pseudoapostoli: pseudoprophetæ & pseudochristi. CAP. XXII.
Quartò, crimina imponẽdo quæ ecclesia toto temporis processu patitur, scilicet quòd religiosi sunt lupi: fures: latrones: & penetrantes domos. CAP. XXIII.
Quomodò mala quæ in finali ecclesia timentur, religiosis imponunt: probare volentes quòd è vicino instent tempora Antichristi. CAP. XXIIII.
Quomodò probare nituntur, quòd religiosi nuntij sint Antichristi. CAP. XXV.
Quomodò religiosos manifesta bona vt orationes ieiunia & huiusmodi peruertere nituntur & suspecta ostendere. CAP. XXVI.

EPILOGVS.

Argumentum in opus sequens.

TEMPORE sancti Ludouici Francorum Regis, Vilelmus de sancto amore, Sigeriúsque magistri Parisienses, multique sequaces in hunc inciderunt errorem, vt religiosorum mendicantium statum damnatum assererent: librúmque sacrilegum multis sacræ paginæ sanctorúmque auctoritatibus: licèt malè intellectis: & peruersè expositis refertum. Clemen. 4. summo Pontifici obtulerunt. Pontifex igitur reuerendo magistro Ioanni de Vercellis, magistro ordinis prædicatorum, dictum librum transmisit, præcipiens vt eidem per famosissimum tunc in toto orbe doctorem fratrem Thomam de Aquino, faceret responderi. Deuotissimus igitur pater & doctor Thomas, fratrum in capitulo generali Ananiæ congregatorum orationibus se faciens commendatum, præfatum librum studiosè perlegit, quem reperit erroribus plenum. Quo comperto, alium ipse librum qui incipit. Ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput, &c. tam citò, támque eleganter & copiosè composuit, vt non humano ingenio eum visus sit ædidisse: sed potiùs in spiritu accepisse, de dextera sedentis in throno. Quem librum in quo omnia nequissimorum tela penitus extinxerat, præfatus summus Pontifex tanquã verè catholicum approbans, librúmque contrarium tanquàm hæreticum & nepharium damnans, ipsius auctores cùm complicibus deposuit de cathedra magistratus: expulsósque de Parisiensi studio, omni dignitate priuauit. Prædictus verò doctor, post diuinitus obtentam victoriam, Parisius rediens, omnes dicti operis articulos publicè & solenniter repetens disputauit firmauítque.

Explicit Argumentum.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris Opus decimumnonum, contra impugnantes Dei cultum, & religionem: quod quidem religiosorum omnium: sed permaximè mendicantium propugnaculum est: turrísque validissima.

Procemium in quo auctoris intẽtio declaratur.

ECCE inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum malignauerunt consilium: cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerũt. Venite disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israël vltrà. Psalmo octuagesimosecundo. Omnipotens Deus amator hominum, suo amore nobis vtitur ad eius bonitatem & nostram vtilitatẽ: vt Augu. docet in primo lib. De doctrina Christiana. Ad suam quidem bonitatem, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines Deo dent gloriã. Isai.43. Omnis qui inuocat nomen meũ, in gloriam meam creaui eum. Sed ad nostram vtilitatem: vt ipse omnibus det salutem. 1. Thi. 2. Qui omnes homines vult saluos fieri. Et hanc cõcordiam inter homines & Deum, nascente Domino annuntiauit angelus. Luc. 2. Gloriam in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quamuis autem ipse cùm sit omnipotens, per semetipsum possit gloriam suam ab hominibus & salutem hominum procurare, disposuit tamen vt ordo seruaretur in rebus, ministros eligere, quorum ministerio perficeretur vtrúnque. Et rectè tales Dei adiutores dicuntur. 1. Corinth. 3. Sed diabolus inuidus diuinæ gloriæ & humanæ salutis, per ministros suos quos ad persecutionem prædictorum ministrorum Dei incitat, vtrúnque nituntur impedire. Vnde tales ministri diaboli & inimici Dei in hoc ostenduntur, cuius gloriam impediunt, & totius humani generis, cuius saluti aduersantur, & specialiter ministrorum Dei, quos persequuntur. 1. Thes. 2. Nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur. Et propter hoc Psalmista in verbis propositis tria facit. Primò ostendit eorum inimicitiam ad Deum ibi. Ecce inimici tui sonuerunt, ideſt, qui prius occultè contra te loquebantur, nunc in publico loqui non formidant: vt enim dicit Glosſ. nouissima tempora Antichristi designant, quando hi qui modò premuntur metu, in liberam vocem erumpent. Quæ vox quia irrationalis est: magis sonus, quàm vox dicitur. Nec solùm voce inimicitias suas exercent, sed etiam factis. vnde sequitur. Et qui oderunt te, extulerunt caput, scilicet Antichristum. secundum Glo. & membra eius quæ sub illo capite capita sunt: vt ab vno capite gubernati, efficacius sanctos Dei persequantur. Secundò ostendit quomodò toti humano generi aduersantur: subiungens. Super populum tuum malignauerunt consilium: vel astutè cogitauerunt, secundum aliam literam, ad eos decipiendum. secundum Glosſ. super illud Isaiæ 3. Populi meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Glosſ. Blandis verbis. Tertiò ostendit quomodò ministros Dei persequũtur, cùm subdit. Cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Glosſ. Non solùm contra mediocres, sed etiam contra cœlestes viros. Vnde Gregorius in decimotertio libro morum. exponens illud Iob decimosexto. Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes, &c. sic dicit. Illos præcipuè reprobi in sancta ecclesia persequuntur, quos multis conspiciũt esse profuturos. & infrà. Reprobi grande se aliquid feciſſe æstimãt, cùm vitam prædicatorum necant. Duo autem contra sanctos cogitant. Primò vt ipsos annihilent. Hester decimotertio. Volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuã delere. Secundò vt si hoc nõ possint, saltem eorum famam destruant apud homines: vt in eis fructificare nõ possint. Ia. 2. Nõne diuites per potentiam opprimũt vos. Nõne ipsi blasphemant bonum nomen, quod inuocatum est super vos, & ideò quantum ad primum horum. Psalm. subiungit. dixerunt. Venite. Glosſ. Quærentes sibi socios. Disperdamus eos de gente, vel de gentibus. Glosſ. scilicet ne sint inter gentes, ideſt, tollamus eos de mundo, ecce persecutio Antichristi. Quantum ad secundum subdit, & non memoretur nomen Israël vltrà: vt scilicet nomen eorum in fama non habeatur, eorum scilicet qui se dicunt verè esse Israël: vt Glosſ. dicit. Horum primum, scilicet sanctorum expulsionem de mundo tyranni antiquitus per violentiam procurare conati sunt. Vnde Apostolus ad Romanos octauo, suo tempore illud Psal. compleri dicit. Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed nunc hoc idem peruersi homines, astutis consilijs attentant quantum ad religiosos specialiter qui verbo & exemplo fructificare possunt perfectionem profitentes, volentes quædam astruere, per quæ eorum status totaliter destruitur & redditur nimium onerosus & vituperabilis, subtrahendo eis spiritualia solatia, & corporalia onera imponentes. Primò enim eis pro posse studium & doctrinam auferre conantur: vt sic aduersarijs veritatis resistere non possint, nec in scriptura consolationem spiritus inuenire. & hoc est astutia Philistinorum, primæ Regum decimotertio. Cauerant Philistijm, ne fortè facerent Hebræi gladium aut lanceam. quod Glosſ. exponit de prohibitione studij literarum, & hoc primitus Iulianus apostata inchoauit: vt ecclesiastica testatur. historia. Secundò à consortio studentium eos pro posse excludendo: vt per hoc sanctorum vita veniat in contemptum. Apocalypsis decimotertio. Ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ eorum, scilicet malitiæ consentiẽdo. Tertiò eorum prædicationem, & confessionum audientiam, quibus in populo fructificant, impedire nituntur. 1. Thessaloniss. 2. Prohibentes nos gentibus loqui: vt saluæ fiant. Quartò ad laborem manuum eos compellunt: vt sic grauati & sui status tædium habeant, & in prædictis impediantur secundum consilium Pharaonis dicentis. Exodi primo. Ecce populus filiorum Israël multus & fortior nobis est. Venite sapienter opprimamus eum, & infrà. Præposuit itaque eis magistros operum. Glosſ. Pharao significat Zabulum, qui luti & lateris imponit grauissimum iugum, seruitutem, scilicet lutuléti & terreni operis.

Quintò vituperant eorum perfectionem & blasphemant, scilicet paupertatem mendicantium. 2. Pe. 2. Multi sequentur eorũ luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, ideſt, bona opera. secundũ Gl. Sextò eis victũ & eleémosinas vnde viuebant subtrahũt vt possint. In tertia canonica. Ioan. Et quasi ista nõ sufficiant ei. Glo. q. hospita litatem dissuadet, neque ipse fratres suscipit. Glosſ. indigentes. & eos qui suscipiunt prohibet. Glosſ. ne impendant curam humanitatis. Septimò famam sanctorum prædicti ministri diaboli nituntur corrumpere, intantùm vt nõ solùm per se apud præsentes sanctos Dei infament verbo, sed etiam literas per vniuersum orbem dirigant. Hiere. 23. A Prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram. Glo. Hiero. Hoc vtimur testimonio aduersus eos qui epistolas plenas mendatio & fraudulentia, & periurio in orbem dirigũt, & aures audientium polluunt. Nõ enim sufficit eis iniquitatem propriam deuorare vel proximos lædere, sed quod semel oderunt, per totum orbem conantur infamare & vbique blasphemiæ seminare.

Prædictorum igitur malignantium nequitiam comprimere intendentes, hoc ordine procedamus.

Primò enim ostendemus, quid sit religio, & in quo perfectio religionis consistat, quia eorum tota intentio contra religiosos esse videtur.

Secundò ostendemus ea quibus religiosos opprimere nituntur, friuola & nulla esse.

Tertio monstrabimus, quòd ea quæ ad religiosorum infamiam proferũt nequiter proponunt.

Quid sit religio, & in quo consistat religionis perfectio.

CAP. I.

VT autem religionis naturam cognoscere valeamus, huius nominis originem inquiramus. Nomen igitur religionis: vt Aug. in libr. de vera religione innuere videtur à religando sumptum est. Illud autem propriè ligari dicitur, quod ita vni astringitur, quòd ei ad alia diuertendi libertas tollatur, sed religatio iteratam ligationem importans, ostendit ad illud aliquem ligari, cui primò cõiunctus fuerat, & ab eo distare incepit, & quia omnis creatura prius in Deo extitit, quàm in seipsa, & à Deo processit, quodammodò ab eo distare incipiens secundum essentiam per creationem, ideò rationalis creatura ad ipsum Deum debet religari, cui primò cõiuncta fuerat, etiam antequàm esset: vt sic ad locum vnde exeunt flumina reuertantur. Eccle. 1. & ideò Aug. dicit in libr. de vera religio. Religet nos religio vni omnipotenti Deo. & habetur in Glosſ. Roman. 11. super illud ex ipso & per seipsum, &c. Prima autẽ ligatio qua homo Deo ligatur est per fidẽ: vt dicitur Heb. 11. Accedentẽ ad Deũ oportet credere, quia est huius fidei protestatio, latria est, quæ cultũ Deo exhibet, quasi recognoscens Deum esse principiũ. Vnde religio primò & principaliter latriam signant, quæ Deo cultũ exhibet in veræ fidei protestationem. & hoc est, quod Aug. dicit. 10. de ciui. Dei, q. religio non quẽlibet, sed Dei cultum significare videtur, & hoc modo Tullius religionẽ diffinit in veteri rhetorica dicẽs. Religio est quæ superiori cuidam naturæ. quã diuinam vocant curã cærimoniámq; affert. Et sic primò & principaliter ad veram religionem pertinere noscuntur quæcúnque ad fidem integram pertinent, & debitam latriæ seruitutem. Sed secundò ad religionẽ pertinere noscuntur illa omnia, in quibus possumus seruitium Deo exhibere, quia vt Augu. dicit in Enchridi. Deus colitur nõ solùm fide, sed spe & charitate: vt sic omnia charitatis opera religionis esse dicantur. Vnde Ia. 1. Religio munda & immaculata apud Deum & patrẽ hæc est, visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, &c. Ex his ergo patet, q. duplex est religionis acceptio, vna secundum fui nominis primã institutionem, secundum q. aliquis Deo se ligat per fidem ad debitũ cultum, & sic quilibet Christianæ religionis sit particeps in baptismo, abrenuntians Sathanæ & omnibus pompis eius. Secunda prout aliquis ad aliqua charitatis opera se obligat, quibus specialiter Deo seruitur abrenuntians sæcularibus, & hoc modo religionis nomine ad præsens vtimur. Charitas autem Deo debitum obsequium reddit, secundum actus vitæ actiuæ & cõtemplatiuæ. In actibus quidem actiuæ vitæ diuersimodè secundum diuersa officia charitatis, quæ proximis impenduntur, & ideò sunt aliquæ religiones institutæ ad vacandum Deo per cõtemplationem, sicut religio monastica & heremitica, aliquæ autem ad seruiendum Deo in membris suis per actionem, sicut illorum qui ad hoc Deo se dedicãt: vt infirmos suscipiãt, captiuos redimant, & alia misericordiæ opera exequantur. Nec est aliquod opus misericordiæ ad cuius executionem religio instituti non possit, & si non sit hactenus instituta. Sicut autem in baptismo homo per fidei religionem Deo ligatur, peccato moritur, ita per votum religionis nõ solùm peccato, sed sæculo moritur: vt soli Deo viuat, in illo opere in quo se Deo ministraturum deuouit fidei, quia sicut per peccatum vita tollitur, ita per occupationes sæculi Christi ministerium impeditur. secundæ ad Thimotheum secundo. Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus, & ideò per religionis votum abrenuntiatur illis quibus humanus animus maximè occupari consueuit, & à diuinis obsequijs impediri. Quo-

pediri. Quorum primũ & principale est cõiugiũ. 1. ad Cor. 7. Volo autẽ vos sine sollicitudine esse: qui sine vxore est, sollicitus est quæ dñi sunt quomodò placeat Deo. Qui autẽ cũ vxore est, sollicitus est quæ sunt mũdi: quomodò placeat vxori. & diuisus est. Secũdum est possessio diuitiarũ terrenarũ. Mat. 13. Sollicitudo huius sæculi & fallacia diuitiarũ, suffocat verbũ: & sine fructu efficitur. Vnde dicit gl. Luc. 8. super illud. Quod autẽ in spinis cecidit, &c. Diuitiæ & si delectare videãtur, suis tamẽ possessoribus sunt spinæ: cũ aculeis curarũ mẽtes eorũ cõfodiũt, quæ auidè quærũtur & sollicitè seruãtur. Tertium est propria volũtas: quia qui suæ volũtatis est arbiter, sollicitudinẽ habet de suæ vitæ gubernatione. & ideo nobis cõsulitur, vt nostri status depositionẽ diuinæ, pui. tiæ cõmittamus. 1. Pet. 5. Omnẽ sollicitudinẽ vestrã proijcientes in eũ: quoniã ipsi cura est de vobis. Prouer. 3 Habe fiduciã in domino ex toto corde tuo: & ne innitaris prudẽtiæ tuæ: & inde est, q. perfecta religio triplici voto consecrat, scilicet voto castitatis: per quod abrenuntiatur coniugio: voto paupertatis: per quod abrenuntiatur diuitijs: voto obedientiæ per quod abrenũtiatur propriæ volũtati. Per hæc autẽ tria vota homo Deo sacrificiũ offert de omnibus bonis: per votũ quidẽ castitatis, in sacrificiũ Deo offerens corpus propriũ: de quo Ro. 12. dicit Apostolus. Exhibeatis corpora vestra hostiã viuẽtẽ: p votũ autẽ paupertatis. oblationem Deo faciẽs de exterioribus bonis: de quo Rom. 15. Obsequij mei oblatio accepta fiat in Hierosolymis sanctis. Per votum autem obedientiæ sacrificiũ Deo spiritus offerẽs. de quo in Psal. Sacrificium Deo, spiritus contribulatus, &c. Nec solũ sacrificiũ per hæc tria Deo offertur: sed holocaustũ quod erat in lege acceptissimũ. Vnde Greg. in 8. Homel. 2. partis super Eze. Cũ quis suum aliquid Deo vouet: & aliquid nõ vouet, sacrificiũ est. Cùm verò omne quod habet: omne quod sapit omnipotẽti Deo vouerit, holocaustũ est. & sic religio secundo modo accepta, in hoc quòd sacrificium Deo offert, primum modũ religionis imitatur. Sunt autẽ quidam modi viuendi, in quibus aliqua horũ prætermittũtur: sed in eis perfecta religionis ratio nõ inuenitur. Alia autẽ omnia quæ in religionibus reperiunt, sunt adminicula quædã ad cauendũ ea quibus per votũ religionis abrenuntiatur: vel ad obseruandũ id in quo homo per religionis votum Deo se seruiturũ, p. misit. Ex prædictis igitur patere potest, secundũ quid vna religio possit perfectior altera iudicari. Vltima enim rei perfectio in finis cõsecutione consistit. Vnde debet principaliter ex duobus religionis perfectio iudicari. Primò, ex hoc ad quod religio ordinatur: vt dicat illa religio esse eminẽtior, quę digniori actui dedicatur: vt sic secundũ cõparationẽ actiuę & cõtẽplatiuæ vitæ in vtilitate & dignitate accipiãt cõparatio religionũ, quæ actiuæ. & quæ contẽplatiuæ vitæ deputãtur. Secũdò ex cõparatione religionis, ad executionẽ illius ad quod est instituta. Nõ enim sufficit religionem aliquã ad aliquid institui, nisi sit taliter ordinata obseruationibus & modis viuẽdi, q. ad suũ finẽ sine impedimẽto pertingat. sicut si duæ religiones sunt institutæ ad cõtẽplandũ: illa p. quã homini liberior contẽplatio reddit, debet perfectior iudicari. Sed quia vt dicit Aug. Nemo potest nouã vitam inchoare, nisi veteris eum vitæ pœniteat: quælibet religio per quã homo nouam vitã inchoat, quædã pœnitentię status est. vt homo à veteri vita purgetur. Et hoc tertio modo possunt cõparari religiones: vt illa dicatur perfectior, quæ maiores austeritates habet sicut in ieiunio: vel paupertate. vel alijs huiusmodi: quia opera satisfactoria debẽt esse pœnalia: sed primæ cõparationes sunt magis religioni essentiales. & ideò secũdum eas est magis perfectio religionis iudicãda: & præcipuè cũ perfectio vitæ magis consistat in interiori iustitia, quã in exteriori abstinentia. Sic ergo patet quid sit religio: & in quo perfectio religionis consistat.

Secunda pars principalis totius operis.

HIs igitur visis procedendum est ad ea excludenda, quibus aduersarij religionis religionem opprimere conantur, hoc modo procedentes.

Primò enim inquiremus, vtrum alicui religioso docere liceat.

Secundo vtrum religiosus possit esse de collegio secularium magistrorum licitè.

Tertiò vtrum religioso liceat prædicare & confessiones audire, si curam non habeat animarum.

Quartò vtrum religiosus teneatur proprijs manibus laborare.

Quintò vtrum liceat religioso omnia sua relinquere ita quòd nihil sibi possidendum remaneat: nec in proprio nec in communi.

Sextò vtrum possit viuere de eleemosinis: & de mendicatis præcipuè.

An religioso liceat docere.

CAP. II.

DOCTRINAM autem religiosorum, ne scilicet, docere possint, multipliciter excludere nituntur. Primò, auctoritate domini dicentis Matt. 22. Vos autem nolite vocari rabi: quod consilium quidam dicunt à perfectis esse obseruandum. Vnde cũ omnes religiosi perfectionem profiteantur, à magisterio abstinere debent. Secũdò auctoritate Hiero. in epistol. ad Ripariũ & Desideriũ contra Vigilantium: & habetur. 16. q. 1. Monachus nõ doctoris habet sed plangentis officium. &. 7. q. 1. c. hoc nequaquã. dicitur. monachorũ vita subiectionis habet verbũ & disciplinatus: non docendi: vel præsidẽdi. vel pascẽdi alios: & ita cũ canonici regulares: & alij religiosi monachorum iure censeantur: vt dicitur extra. de postulando. ex parte. & de statu monachorum, quod Dei timor relinquitur, quòd nulli religioso docere liceat. Ad idem addunt, quòd docere est contra religionis votum: per votũ enim religionis mundo abrenuntiatur. Omne autẽ quod est in mundo, est concupiscentia carnis: cõcupiscẽtia oculorum, & superbia vitæ: per quæ tria intelligũt diuitias: delitias, & honores: magisteriũ autem honorem esse dicunt: quod probãt per glo. quæ dicit Matth. 4. super illud. statuit illũ supra pinaculum In Palestina, plana desuper erant tecta: & ibi erat sedes doctorum. vnde populo loquerentur: vbi multos decepit diabolus vana gloria, honore magisterij inflatos. vnde concludunt, quòd docere est contra religionis votum. Item religiosi tenentur ad perfectam humilitatẽ. sicut ad perfectam paupertatẽ: sed ita tenentur ad perfectam paupertatẽ, q. nõ licet eos aliquid propriũ possidere. ergo debent ita humilitatẽ seruare, q. nullo honore potiantur: magisterium autẽ est honor: vt probatũ est. ergo magisteriũ est illis illicitũ. Item Diony. 5. c. ec. Hierar. distinguit vtrãq; hierarchiã in tria, scilicet in sacras actiones, & in cõmunicantes eas: & in eos qui eas tantũ recipiũt. Actiones autẽ sacras diuidit in tria in eodẽ. c. scilicet ĩ purgantes, quod est diaconorũ: in illuminãtes, quod est sacerdotum: in perficientes, quod est Episcoporũ. Recipiẽtes etiã diuinas actiones diuidit in tria. in 5. cap. scilicet, in immundos qui purgãtur per diaconos: in sacrũ populũ qui illuminãt per sacerdotes: in monachos qui sunt altioris gradus qui perficiuntur per Episcopos. ergo patet, quòd monachorũ nõ est sacra alijs cõmunicare: sed ab alijs recipere. Sed quicũq; docet, sacra alijs cõmunicat. ergo monachus nõ debet docere. Itẽ magis est remotũ à vita monastica scholasticũ officiũ, quã ecclesiasticũ: sed vt dicitur. 16. q. 1. nemo potest & ecclesiastícis officijs deseruire: & in monastica regula ordinatè persistere. ergo multo minus potest monachus scholasticis officijs vacare docendo: vel audiendo. Addunt etiã, q. est contra doctrinã Apostolicã. 2. Cor. 10. Nos autẽ non in immensum gloriabimur: sed secundũ mensuram regulæ qua mensus est nobis Deus. Glo. Tanta potestate vtimur, quãta concessa est ab auctore: nec mensuram: vel modũ egredimur. Vnde dicunt, q. quicũq, religiosus vltra illum modũ egreditur: qui sibi ab auctore suæ regulæ est statutus, seipsum superextẽdit cõtra Apostolicã doctrinã veniens. Vnde nulla religio in sui principio habuit magistros. ergo nulli religioso licet ad magisteriũ promoueri. Vlterius autem & si non ex toto doctrinam religiosorum impedire possunt, eã saltẽ attenuare nituntur dicentes: quòd in vno religiosorum collegio doctores plures esse non debent, inducentes illud quod dicitur Iacobi. 3. Nolite plures magistri fieri, fratres mei. glo. Plures in ecclesia ne velitis esse magistri. Sed vnum religiosorũ collegium est vna ecclesia. ergo in vno religiosorum collegio non debent esse plures magistri. Item Hiero. ad Rusti. & habetur etiam. 7. q. 1. In apibus princeps est vnus: grues ordine literato vnam sequuntur: & infrà. Vnus gubernator in naui: in domo vnus dominus. ergo & in vno collegio religiosorum non debet esse nisi vnus magister. Item cùm sint multa religiosorum collegia, si vnum collegium haberet plures quàm vnum doctorẽ, sequeretur tanta multiplicatio religiosorum doctorum, quòd sæculares magistri excluderentur propter auditorum paucitatem; præcipuè cùm oporteat in vno studio esse determinatum numerum magistrorum, ne ex doctorum multitudine doctrina sacra veniat in contemptum. Huiusmodi autem errorum assertores, priorum errantium semitas imitantur. Est enim errantium consuetudo: vt quia in medio veritatis nõ possunt consistere, vnum errorem declinantes in contrariũ dilabantur. Sic euitans diuisionem essentiæ, quã Arrius introduxit in confusionem personarum, Sabellius declinauit, sicut dicit Augu. Sic etiam Euthices declinans diuisionem personarum in Christo: quam Nestorius asserebat: confusionem naturarum in Christo posuit: sicut dicit Boëtius Idem etiam patet de Pelagio & Manichæo: & de multis alijs hæreticis: propter quod dicitur. 2. Thy. 3. Homines corrupti mẽte, reprobi circa fidẽ. glo. & nunquã in fide: quia in circuitu impij ambulãt in medio nõ sistentes. Fuit ergo quondam quorundã religiosorũ præsumptuosorum error, qui ex hoc ip'o, q. monachi erãt, de sua vita præsumentes, auctoritate propria sibi docendi officiũ vsurpabant: & in hoc pax ecclesiastica turbabatur: vt habetur. 16. q. 1. Quidam monachi nihil habentes sibi iniunctum à proprio Episcopo, veniũt ad ciuitatem Constantinopolitanã: & in ea perturbationes trãquillitati ecclesiasticæ inferunt, quod etiã plenius in ecclesiastica narratur historia: quorum præsumptiones sancti patres conati sunt reprimere rationibus & decretis. Eorũ autẽ dictis quidam peruersi nostri tẽporis abutuntur: ea indocti atq; instabiles depranãtes: sicut & cæteras scripturas ad suã ipsorũ perditionẽ: vt dicitur. 2. Pet. vlti. intantũ, q. in contrariũ errorẽ labuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

asserentes, quòd nõ licet religioso doctoris officiũ exercere, vel su
scipere: & ꝙ nõ debet ei iniungi. Quod quidem falsum esse primò
ostendamus: postmodũ ad eorũ probationes respondentes. Primò
ergo inducatur Hiero. auctoritas ad Rusti. quæ habetur. 16. q. 1. Sic
viue in monasterio, vt clericꝰ esse merearis. multo tẽpore discẽ: quæ
postmodũ doceas. Itẽ ad eundẽ in cõsequenti Si clericatus te titillat
desiderio, discas quod possis docere. Ex quibus accipi potest, ꝙ mo-
nachi possint suscipere docẽdi officium. Hoc idẽ ostenditur exem-
plis sanctorũ, qui in religione viuentes docuerũt: sicut patet de Gre
gor. Nazianzeno, qui cũ monachus esset, Cõstantinopolim est ad-
ductus: vt sacrã scripturam ibi doceret: vt ecclesiastica narrat histo-
ria. Hoc etiam patet de Dama. qui cũ monachus esset, scholares do-
cuit nõ solùm in sacra scriptura: sed etiam in liberalibus artibus: vt
patet in libr. de miraculis beatæ virginis. Hiero. etiã in prologo Bi-
bliæ licèt monachus esset, doctrinã sacræ scripturæ promittit Pau-
lino monacho. s. ꝙ eum docebit. Quem etiã ad studium sacræ scri-
pturæ hortatur. De Augustẽ etiã legitur, ꝙ post quã monasteriũ insti
tuit, in quo cœpit viuere secũdum regulã sub sanctis Apostolis in-
stituta, scribebat libros & docebat indoctos. Hoc etiã patet de alijs
ecclesiæ doctoribus. s. Grego. Basilio: Chryso. & alijs multis, qui reli
gioſi fuerũt: & præcipui ecclesiæ doctores. Hoc etiã rationibus ostẽ
dere facilè est. Doctrina enim sacrę scripturę operibus cõprobatur.
Act. 1. Cœpit Iesus facere & docere. Glo. Quod cœpit facere & do-
cere bonum doctorẽ instruit: qui quod docet facit. Doctrina autem
euangelica nõ solùm præcepta: sed & consilia cõtinet. Conuenien-
tissimè ergo doctrinã euangelicã docet, qui nõ solùm præcepta: sed
etiã consilia seruat: cuiusmodi sunt religiosi. Item qui moritur ali-
cui vitæ, ab illis operibus decidit, quæ illi vitæ cõgruunt, & qui vi-
vere incipit aliqua vita, illa opera tunc sibi fiunt maximè cõuenien
tia: quæ illi vitæ cõpetunt. Vnde Dion. 2. c. eccle. Hierar. ostendit, ꝙ
antè baptismũ per quẽ homo diuinã vitam accipit, nõ potest exer-
cere diuinas operationes: quia sicut ipse dicit, oportet primũ existẽ-
re: & deindè operari. Sed religiosus per votũ religionis sæculo mo-
ritur, Deo viuens. ergo per hoc, ꝙ religiosus est, interdicuntur sibi
operationes sæculares. sicut mercationes; & alia negotia sæcularia.
Non autẽ actiones diuinæ quæ. s. hominẽ in Deo viuentẽ requirũt.
Talis autẽ est diuina cõfessio, quæ fit per doctrinã. Psalm. Nõ mor-
tui laudabũt te domine: sed nos qui viuimus, &c. Et ita religiosi per
votũ religionis à doctrinæ officio nõ excludũtur. Præterea illi ma-
ximè sunt idonei ad docendũ, qui maximè diuina per cõtemplatio
nem capere possunt. vnde Grego. in 6. mora. Quieti cõtemplantes
sorbeant: quod occupati erga proximos loquẽtes refundant: sed ad
vacandũ contemplationi præcipuè religiosi sunt deputati. ergo per
hoc, ꝙ sunt religiosi redduntur magis ad docẽdum idonei quã im-
pediantur. Itẽ ridiculum est dicere, ꝙ ex hoc aliquis à doctrina re-
pellatur; per quod magis quietus ad vacandum studio & doctrinæ
redditur: sicut ridiculũ esset, ꝙ à currẽdo impediretur, qui impedi-
tia cursum reliquit. Sed religiosi per triplex votũ reliquerunt illa
quibus animus maximè inquietatur: vt ex prædictis patet. ergo eis
maximè docere & studere cõpetit. Ecclesiasti. 38. Sapientiã. Glo. di-
minã. scribe in tabulis cordis. 1. discẽ in tẽpore vacuitatis: & qui mino
ratur actu, percipiet sapientia. Itẽ pauperibus Christi maximè com
petit notitiam scripturarũ habere: vt patet per Hiero. in prolo. He-
braicarum quæstionum super Genes. Vt nos humiles & pauperes,
nec habemus diuitias, nec oblatas dignamur accipere, ita & illi no-
uerint non posse notitiam scripturarum, id. est, Christi, cum mundi
habere diuitijs. Eis autem competit docere, qui notitiam habent
scripturarum, ergo religiosis qui paupertatem profitentur, maximè
competit docere. Item sicut suprà probatum est ad quodlibet opus
misericordiæ exequendum, potest aliqua religio institui, sed docce-
re est actus misericordiæ. Vnde inter eleemosinas spirituales com-
putatur, ergo potest aliqua religio institui specialiter ad docẽdum.
Præterea magis remota videtur à religionis proposito corpora-
lis militia quæ corporalibus armis exercetur, quàm militia spiri-
tualis quæ vtitur armis spiritualibus, scilicet sacris documentis ad
errorum impugnationem. de quibus dicitur secundo ad Corin-
thios decimo. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, &c.
Sed religiones aliquæ prouidè instituræ sunt ad exequendam mili-
tiam corporalem in tutelam ecclesiæ ab hostibus corporalibus,
quãuis non desint ecclesiæ principes sæculares, qui ex officio eccle-
siam defendere debent, ergo & salubriter instituræ sunt aliquæ reli
giones ad docendum: vt sic per eorum doctrinam ecclesia ab hosti
bus defendatur, quamuis etiam sint alij ad quos pertinet hoc modo
ecclesiam defensare. Item qui idoneus est ad hoc vt possit assumi
ad id quod maius est & in quo aliud includitur, idoneus debet repu
tari ad id quod minus est, & quod in maiori includitur. Sed religio-
sus etiam si religio eius non sit ad docendum instituta, potest assu-
mi ad prælationis officium: vt patet de monachis per multa capi-
tula. decimasexta quæstione prima. Cùm ergo prælationis offi-
cium sit maius, quàm officium doctoris, quod magistri legentes
in scholis exercent, & tamẽ p prælationis officiũ simul habeat etiam
doctrinam adiunctam, non debet inconueniens reputari, si mona-
chus auctoritate eius ad quem spectat ad prædictum doctrinæ of-
ficium assumatur. Item minora bona pro maioribus interdum pos-
sunt: vt dicit Glo. super illud Lucæ nono. Tu autem vade & annun-
tia regnum Dei. Sed bonum commune præfertur bono priuato.
Cùm ergo monachus in claustro ordinem suum seruans, priuato
bono insistat, scilicet tantùm suæ saluti, doctrinæ autem officium
quo plurimi eruduntur, in commune bonum totius ecclesiæ redun
det, non est inconueniens si monachus extra claustrum viuat, ad do
ctrinæ officium assumptus de licentia eius ad quẽ spectat. Nec va-
let, quod dicunt, quòd hoc posset fieri quãdo necessitas immineret,
quæ nunc nõ apparet, cùm magistrorum sæcularium iam copia ha-
beatur, quia vtilitas communis nõ solùm debet procurari: vt sit quo
cúnque modo, sed vt sit optimo modo quo fieri potest. Quanto au-
tem doctores magis multiplicantur, tanto vtilitas communis quæ
ex doctrina prouenit, magis crescit, quia vni manifestatur, quod al
teri nõdum notũ est. Propter quod dicitur Sapien. 6. Multitudo au-
tem sapientium, sanitas est orbis terrarum. Quo zelo Moyses duc-
tus. dixit Numeri vndecimo. Quis tribuat: vt omnis populus Pro-
phetizet. Gloss. Fidelis prædicator optat si fieri valeat: vt veritatem
quam solus loqui non sufficit, ora cunctorum sonent. & infrà.
Prophetare omnes voluit, qui bonum, quod habuit non inuidit.
Item eiusdem est verbo præsentes & scripto absentes docere: vt ha-
betur. 2. Corinth. 10. Quales sumus verbo per epistolas absentes, ta-
les & præsentes. Sed nullus dubitat quin religiosi possint docere
absentes scripto, cùm omnia armaria plena inueniantur operibus
siue libris. quos religiosi fecerunt ad ecclesiæ instructionem.
ergo & præsentes possunt verbo docere. Ea autem quæ in contrà-
rium opponuntur, facilè est soluere. Quod enim primò dicunt esse
domini consilium de vitando magisterio, patet multipliciter esse
falsum. Primò: quia supererogationes de quibus dantur consilia, ha-
bent præmium eminentius: vt patet ex hoc quod dicitur Luc. 10.
Et quocúnque supererogaueris, ego cùm rediero reddam tibi.
Quod glo. de supererogatione consiliorum exponit. Vnde absti-
nere ab illis actibus quibus excellens debetur præmium, sub consi-
lio cadere non potest. Doctoribus autem debetur præmium excel-
lens: sicut & virginibus, scilicet Aureola. vt patet Danielis decimo-
secundo. Qui ad iustitiam erudiunt multos. glo. f. verbo & exemplo.
quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sicut ergo inconueniens
esset dicere, quòd declinare virginitatem & martyrium sub consi-
lio caderet: ita inconueniens est dicere, quòd abstinere ab actu do-
cendi sub consilio cadat. Item consilium non potest esse de eo,
quod contrariatur consilio vel præcepto: sed docere cadit sub præ-
cepto: vel sub consilio: vt patet Matthæi vltimo. Euntes docete om-
nes gentes, &c. Gal. 6. Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite
in spiritu lenitatis. Non ergo de non docendo potest esse consi-
lium. Item consilia quæ dominus proposuit immediatè ab Apo-
stolis obseruari voluit: vt eorum exemplo alij ad obseruanda con-
silia prouocarentur. Vnde Paulus primæ Corinthiorum septimo.
Consilium de virginitate proponens, dixit. Volo omnes homines
esse sicut meipsum. Sed obseruatio huius quod dicunt consilium
scilicet, abstinere à docendo, ad Apostolos non pertinebat, cũ ipsi
ad docendum in vniuersum orbem mitterentur. Non ergo abstine-
re à docendo sub consilio cadit. Nec potest dici, quòd sub consilio
cadat abstinere ab his quæ ad solennitatem docendi pertinent: quia
ea quæ ad solennitatem docendi pertinent, non fiunt causa elatio-
nis: aliàs enim essent ab omnibus vitãda: quia quilibet tenetur ela-
tionẽ vitare: sed sunt ordinata ad auctoritatẽ officij ostendẽdam. &
ideò sicut perfectioni nihil deperit, si sacerdos supra diaconem se-
deat. & sericis ornetur vestibus, ita non obstat perfectioni, si quis
magistralibus insignijs vtatur. Et hoc est quod dicit quædam glo.
super illud Matth. 23. amant primos recubitus. Magistros inquit
primos sedere non vetat: sed eos arguit qui hæc habita vel non ha-
bita appetunt. Adhuc autem est magis ridiculum dicere, quòd & si
abstinere à docendo sub consilio non cadat, abstinere tamen a ma-
gisterij nomine sub consilio cadit. Non enim potest esse præce-
ptum vel consilium de eo, quod non est in nobis: sed in alio. In no-
bis quidem est docere vel non docere: de quo non esse consilũ pro-
batũ est: sed doctores atque magistros vocari nõ est in nobis: sed in
eis qui sic nos nominant. Non ergo potest sub consilio cadere: vt nõ
vocemur magistri. Item cùm nomina sint imposita ad significandã
res, ridiculum est dicere, quòd nomen sit prohibitum, cùm res non
sit interdicta. Item consiliorum obseruatio maximè ad Apostolos
pertinuit: quibus mediantibus ad alios peruenit. Magistri ergo no-
men nullo consilio est interdictum: cùm ipsi Apostoli seipsos ma-
gistros & doctores nominauerint. 1. Thimo. 2. Veritatem dico non
mentior: doctor gentium in fide & veritate. 2. Thimo. 1. In quo po-
situs sum ego prædicator & Apostolus & magister gentium. Restat
ergo dicendum, quòd dominus dixit: nolite vocari Rabi: non sit consi-

lium sed præceptum, ad quod omnes tenẽtur: nec prohibentur
actus docendi & magisterij nomen: sed ambitio magisterij. vnde cũ
subiungit: nec magistri. glosnec appetatis vocari: nec quemlibet ap-
peritum interdicit: sed inordinatum: vt ex Glo. prius inducta appa-
ret: & ex hoc etiam, quòd de inordinato appetitu Pharisæorum
præmisserat dicens. Amant primos recubitus, &c. Potest tamen ali-
ter intelligi, secundum glo. vt etiam ex circunstantia literæ patet.
Simul enim dominus prohibet ibidem patris nomen ac magistri:
quia vnus est pater noster qui est in cœlis: & quia magister noster
vnus est Christus. Deus enim vt glo. dicit ibidẽ: & pater & magister
natura dicitur. Homo autem dicitur indulgentia pater: & magister
ministerio. Prohibet ergo dominus, ne auctoritas vitæ naturalis seu
spiritualis: aut etiam sapientiæ alicui homini attribuatur. Vnde di-
cit glo. Vos autem nolite vocari magistri: ne quæ Deo debentur, vo
bis præsumatis: neq; alios rabi vocetis: ne diuinum honorem homi
nibus deferatis. Vnde in alia glo. dicitur, quòd pater vocandus est
aliquis: vt honor ætati deferatur: non vt auctor vitæ habeatur. Ma-
gister ex consortio veri magistri tanquàm eius nuntius: & pro reue
rentia eius à quo mittitur honoratur. Sic ergo patet, quòd dominus
non prohibuit simpliciter: nec præcepto: nec consilio nomen patris
aut magistri. Alias quomodò sancti patres sustinuissent: vt illi qui
præsunt monasterijs abbates, id est, patres vocarẽtur? Quomodò etiã
Christi vicarius qui debet esse perfectionis exemplũ papa, id est, pa-
ter diceretur. Augu. etiã & Hiero. Episcopos quibus scribũt papas,
id est, patres frequenter nominant. Stultissimũ est ergo dicere, quòd
hoc quod dicitur nolite vocari rabi, sit cõsilium. Dato etiã, ꝙ sit cõ-
silij, nõ sequitur, ꝙ omnes perfecti ad istud consiliũ teneantur. Nõ
enim qui statũ perfectionis profitẽtur, ad omnia tenẽtur cõsilia: sed
ad ea tãtũ, ad quæ ex voto se obligãt: alias Apostoli qui in statu per-
fectionis erãt, tenebãtur ad hãc supererogationẽ quã Paulus facie-
bat: vt nõ acciperent stipẽdia ab ecclesijs quibus prædicabãt: & pec-
cabãt, cũ hoc nõ obseruarẽt: vt patet. 1. Corin. 9. Sequeretur etiam ex
hoc religionum confusio, si omnes ad omnes supererogationes &
omnia consilia tenerentur. Quicquid enim vna supereregaret, om-
nes supererogare tenerentur: & sic inter eas nulla distinctio rema-
neret: quòd est inconueniens. Non ergo ad omnia cõsilia perfecti te-
nentur: sed solũ ad ea ad quæ se obligãt. Quod etiã secũdò obijcitur,
quòd monachus nõ docẽtis. sed plãgentis habet officiũ, pro eis non
facit. Ibi enim Hiero. ostendit, ꝙ monacho ex hoc quòd est mona-
chus, competat pœnitentiam agere non docere. sicut illi sibi usur-
pabãt: de quibus diximus, ꝙ ex hoc ipso ꝙ monachi erãt, docere vo-
lebãt: vel intendit ostẽdere, ꝙ monachus ex hoc ꝙ est monachus, nõ
obligatur ad docẽdum. Sic enim Hiero. inducit hoc in epistola con
tra Vigilantium. Nõ autẽ sequitur, si monachus nõ habeat officium
docendi, ꝙ accipere nõ possit. sicut nõ sequitur, si subdiaconus non
habeat officium legendi euangelium, ꝙ ad hoc officiũ assumi non
possit. & hoc est quod Gratianus dicit. 16. q. 1. superiori. Voluit ergo
Hiero. distinguere inter personam monachi & personã clerici, ostẽ
dens quid cuiq; ex proprio officio conueniat. Aliud enim cõuenit
cuique ex eo, ꝙ monachus est, aliud ex eo, quòd clericus est. Ex eo,
quòd monachus est, sita & aliorum peccata deflendi habet officium:
ex eo, quòd clericus est, docendi & pascendi populi. Ex quo etiã pa
tet intellectus alterius capituli suprà dicti: in quo Gratianus loqui-
tur, in illa quæstione de doctrina prædicationis quæ ad prælatos
pertinet: non autẽ de doctrina scholastica, cui prælati non multum
intendunt. Vnde hæc obiectio procedit in æquiuoco. Item dato, ꝙ
monacho docere non liceat, non sequitur quòd canonicis regulari-
bus non liceat docere: cũ canonici regulares inter clericos comput-
entur. de quibus Augu. in sermone de cõmuni vita clericorum: &
habetur. 12. q. 1. nemo. Qui habuerit proprium vel habere voluerit:
& de proprio viuere, pax est vt dicam non mecum manebit: sed ne
clericus erit. Ex quo patet, quòd illi qui sub beato Augu. sine ꝓprio
viuebant, inter clericos computabantur. Quãuis autem Aug. postea
reuocauerit hoc generale interdictum, quod fecerat: vt nullus cleri-
cus esset, nisi sine proprio viueret: nõ tamen reuocauit quin illi qui
sine proprio sub eo viuebant, clerici essent: vt patet per. c. certè ego
sum. quæstione eadem. Quòd autem obijciunt, quòd canonici regu
lares & monachi ad paria censentur: intelligendum est in illis quæ
sunt communia omni religioni. sicut viuere sine proprio, abstinere
à negociationibus. & ab officio aduocandi in causis, & huiusmodi.
Aliàs possent similiter concludere, quòd canonici regulares tene-
rentur abstinere à lineis indumentis: quia monachi ad hoc tenen-
tur. Multo etiam fortius licet illis religiosis docere, quorum religio
est ad hoc statuta, etiam si monachis non liceret: sicut templarijs li-
cet armis vti: quod nõ licet monachis. Quod autem tertiò obijciũt,
quòd assumere magisterij officium est contra votum religionis: pa
tet multipliciter esse falsum. Religiosi enim per votum religionis
non hoc modo abrenunciant mundo: vt rebus mundi vti non pos-
sint: sed mundanæ vitæ: vt scilicet, mundi actionibus non occupen-
tur. Vnde & sunt in mundo, inquantũ rebus mundi vtuntur: & non
sunt de mundo, inquãtùm à mundanis actionibus sunt liberi. Vnde
non est contra votum eorum. si vtantur diuitijs: vel etiã quandoque
delitijs: alias quandocúnq; deliciosè comederent, mortaliter pecca-
rent: quod non est dicendum. Vnde non est contra votum eorum, si
quandóque honoribus vtantur. Itẽ mundo secundũ ꝙ ibi accipitur,
nõ solũ religiosi: sed etiã omnes homines abrenũciare tenẽtur: quod
patet ex hoc ꝙ suprà præmittit Ioãnes. Si quis diligit mundũ, non
est charitas patris in eo: quoniã omne quod est in mundo, &c. glo.
Omnes dilectores mundi nihil habent, nisi hæc tria. quibus omnia
vitiorũ genera comprehenduntur. Vnde patet, quòd ad mundũ di-
cuntur ibi pertinere non diuitiæ & delitiæ simpliciter: sed inordi-
natus appetitus earũ: & sic nõ solùm religiosis: sed etiã omnibus in-
terdicitur, nõ quidem honor: sed ambitio honoris. glo. Ibi superbia
vitæ, id est, omnis ambitio sæculi. Itẽ dato, quòd honor simpliciter
ad mundum pertinere intelligatur, nõ tamẽ hoc potest dici de quo-
liber honore: sed de honore qui cõsistit in rebus mũdanis. Nõ enim
potest dici, ꝙ honor sacerdotij pertineat ad mundũ. & similiter nec
honor magisterij: cùm doctrina quã consequitur talis honor, sit de
spiritualibus bonis. sicut ergo religiosi non abrenũtiant per votum
sacerdotio, ita nec magisterio. Item hoc falsum est, quòd magiste-
rium sit honor. Est enim officium cui debetur honor. Dato etiam
quòd religiosi cuilibet honori abrenuntiassent, non tamen abre-
nuntiauerunt eis quibus debetur honoralias renuntiassent operi-
bus virtutũ. Honor enim secũdũ Philosophũ in. 1. Ethi. est præmiũ
virtutis. Nec propter hoc aliquis debet abstinere à magisterio: quia
diabolus aliquos inflatos honore magisterij decipit. sicut nec à bo-
nis operibus: quia Augustinus dicit. Superbia etiam bonis operibus in-
sidiatur: vt pereant. Ad illud autem quod quartò obijciunt, quòd
religiosi profitentur perfectã humilitatem: dicendum, quòd est fal-
sum. Non enim vouent humilitatem: sed obedientiam. Humilitas
enim sub voto non cadit. sicut nec aliæ virtutes: cùm actus virtu-
tum sint necessitatis: quia sunt in præcepto: votum autem est de eo,
quod est voluntarium. Similiter etiam nec perfectio humilitatis
sub voto cadere potest. sicut nec perfectio charitatis: cùm perfectio
virtutis non sit ex nostro arbitrio: sed ex Dei munere. Dato autem,
quod ad perfectam humilitatem tenerentur, non sequitur, quòd
non possent aliquibus honoribus potiri. sicut non possunt possi-
dere diuitias: propter hoc, quòd profitentur summam paupertatem:
quia possidere diuitias paupertati opponitur: non autem potiri ho-
noribus opponitur humilitati: sed in honoribus se inordinatè ex-
tollere. Vnde vt Ber. dicit in lib. de consideratione. Nulla splendi-
dior gemma humilitate, scilicet, in omni ornatu summi pontificis.
Quo enim celsior cæteris, eo humilitate apparet illustrior & seipso.
& Ecclesiastici. 3. dicitur. Quanto magnus es, humilia te in omni-
bus. Quis enim audeat dicere, quòd Greg. aliquid de perfectione hu
militatis deperierit: quia ad summum apicem ecclesiastici honoris
promotus est. Patet etiam ex dictis, quòd magisterium non est ho-
nor. & sic ratio illa penitus nihil valet. Ad id quod quintò obij-
ciunt, dicendum, quòd Dio. distinguit monachos contra diaconos
presbyteros, & Episcopos. Patet etiam, quòd loquitur de monachis,
qui clerici non erant tempore ecclesiæ primitiuæ: vt patet. 16. q. 1.
superiori. Monachos vsque ad tempus Eusebij. Zosimi. & Siricij cle-
ricos non fuisse ecclesiastica testatur hystoria: & sic non potest con
cludi per dictum Diony. aliquid de monachis qui sunt Episcopi vel
presbyteri vel diaconi. Procedit etiam eorum ratio ex malo intel-
lectu Dionysij. Vocat enim actiones sacras ecclesiastica sacramen-
ta, baptismum dicens esse purgationem & illuminationem: sed con
firmationem & eucharistiam perfectionem: vt patet in 4. c. Eccle.
Hierar. Et hic dispensare non licet: nisi prædictis ordinibus: sed do-
cere in scholis non est de istis sacris actionibus: de quibus Diony.
loquitur. aliàs nullus posset docere in scholis, nisi esset diaconus vel
sacerdos. Item monachi clerici possunt consecrare corpus Chri-
sti: quod non nisi sacerdotibus licet. ergo multo fortius docendi vti
possunt officio: ad quod sacer ordo non requiritur. Ad aliud quod
sextò obijciunt, quòd nullus potest ecclesiasticis officijs deseruire:
& in monastica regula ordinatè persistere: & ita multo minus
scholastice: intelligendum est non de his quæ ad substantiam reli-
gionis pertinent: vt etiam per apparatum ibi patet: quia hæc bene
seruare possunt ecclesiasticis vacantes officijs: sed intelligitur quan
tùm ad alias obseruantias, sicut silentium & vigilias & huiusmodi:
quod etiam patet ex hoc quod sequitur in prædicto capitulo. vt ipse
districtionem monasterij teneat, qui quotidie in ministerio eccle-
siastico cogitur deseruire. A quibus obseruantijs regularibus non
est inconueniens, si aliqui absteneant: vt vtilitati communi vacent
docendo: sicut patet in illis qui ad prælationis officium assumũtur:
cũ etiã in claustris manentes, in talibus quandóq; dispensationem
accipiãt ꝓpter aliquã causam. Et præterea aliqui religiosi sunt qui
in claustris suis manẽtes, districtionẽ sui ordinis seruãtes, scholasti-
co insistunt officio: quod ex institutione sui ordinis habent. Ad il-
lud quod. 7. obijciunt, dicendũ ꝙ ille se superextendit supra mensu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ram suam: vt patet per Glo. ibidem: qui se extēdit vltra quam ei cōcedatur. Illud autē intelligitur concessum, q̄ nulla lege prohibitū inuenitur. Vnde si religiosus aliquid faciat quod nō sit sibi per regulam suam prohibitū, non superextendit se supra mensurā, quamuis de illo faciendo in regula nulla mentio fiat: aliàs non liceret religiosis aliquibus, qui habent regulas latiores, assumere sibi perfectioris vitæ consuetudines & statuta: quod est cōtra Apostolum ad Philip. 3. qui ea quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ sunt priora se extendebat. Et p̄terea aliqui religiosi sunt qui doctrinam ex institutione sui ordinis habent: & patet, q̄ contra eos dicta obiectio nō procedit. Quod autem adiungunt, q̄ nō in vno religiosorum collegio duo doctores esse nō debeāt, manifestè patere potest iniquum esse. Cùm enim religiosi nō sint minùs humiles, quàm sæculares: vt suprà probatū est, non debet in docendo religiosi peior esse conditio quàm sæcularis. Esset autē secundum positionem prædictam: quia non maior via pateret toti vni multitudini religiosorum veniendi ad magisterium, quàm vni sæculari, qui singulariter per se studet: qui magister fieri potest: si in studio proficiat. Item secundum hanc positionem profectus studij in religiosis impeditur. Sicut enim pugnanti esset impedimentum ad pugnā, si præmium pugnæ ei subtraheretur: quia vt Philosophus in tertio Ethic. dicit. Fortissimi pugnatores esse videntur, apud quos sunt timidi in honorati: fortes honoratitia studenti esset impedimentum ad studium: si ei magisterium subtrahatur, quod est studentis præmium. Item hoc reputaretur in pœnam infligi alicui, si ei postquàm in studio profecit, magisterium denegaretur. Si ergo religiosus in magisterio consequendo plusquàm alij impediatur, ex hoc ipso, q̄ religiosus est punietur: & hoc est punire homines pro bono: quod iniquum est. Ad primum ergo quod inducunt, dicendum q̄ illa auctoritas non magis ad religiosos pertinet, quàm ad sæculares. Fratres enim in nouo testamento omnes Christiani appellantur: vt per se patet. Quorumlibet etiā Christianorū collegium ecclesia dicitur. Non tamen numerus magistrorum interdicitur per auctoritatem prædictam religiosis seu sæcularibus: quia vt Augu. dicit. Multi magistri dicuntur. quia contraria docent: & multi docentes vnus magister sunt: & sic contrarietas, non pluralitas doctorum prohibetur. Vel magis secundum litteram prohibetur, vt non quilibet indifferenter ad magisterium assumatur: sed discreti & in scripturis edocti: vt dicit Glo. & hoc paucorum est. Et alia Glo. dicit, quòd non eruditos in verbo fidei ab officio verbi remouet: vt non impediat veros prædicatores. Vel loquitur de magisterio quod competit prælatis ecclesiarum. Prohibetur enim ne vnus pluribus ecclesijs, aut plures vni ecclesiæ p̄sint. vnde Glos. In pluribus ecclesijs, aut plures in vna ecclesia ne velitis esse magistri, id est prælati: qui soli sunt ecclesiarum magistri. Nō enim qui de aliquo collegio docet, ecclesiæ magister est: quamuis collegium de quo est ecclesia dicatur. Ad secundum dicendum, q̄ plures magistri qui sunt de vno collegio non præsunt illi collegio, sicut rector in naui vel principes in apibus: sed sicut vnusquisque præest in sua schola. Vnde per auctoritatem prædictam non potest probari quod intendunt: sed solùm quòd in vna schola nō possunt esse plures magistri. Ad tertium dicendum, quòd per hoc, quòd in vno religiosorum collegio multiplicantur plures magistri, non excluduntur sæculares à doctrina: quamuis sint multa religiosorū collegia, quia non semper de quolibet religiosorum collegio inueniuntur plures ad docendum idonei, sicut nec aliquis à docendo impeditur, propter hoc, quòd de qualibet diœcesi possunt esse tot magistri, quot ad hoc inueniūtur digni ratione eadem. Et si etiam multi inuenirentur idonei, de vtrisque essent magis idonei prælegendi, siue religiosi, siue sæculares sine personarū acceptione. Nec tamen ex multitudine doctorum sacra scriptura venit in contemptum, dummodò sint sufficientes, sed magis ex insufficientia etiam si sint pauci. vnde non est conueniens determinatum numerum magistro rum esse, ne hac occasione idonei à magisterio repellantur.

An religiosus licitè possit esse de collegio secularium magistrorum.

CAP. III.

ADhuc autem sua malitia eos instigante conantur ostendere, quòd religiosi sæcularibus in his quæ ad studium pertinēt communicare non debent: vt si non ex toto doctrinæ amittāt officium, tamen in executione officij aliquo modo impediantur. Ad hoc autem ostendendum, inducunt primò illud, quod habetur. 16. q. 7. c. in noua actione: vbi dicitur. In vno eodémque officio non debet esse dispar professio. Quod etiam in lege diuina prohibetur dicente Moyse. Non arabis simul in boue & asino, idest, homines diuersæ professionis, in vno officio simul non sociabis. Et infrà. Nam cohærere & coniungi non possunt quibus & studia & vota sunt diuersa. Cùm ergo religiosis & sæcularibus sit professio dispar, in vno docendi officio sociari non possunt. Item cum quilibet morem gerere debeat illis quibus conuiuit secundum Augustinum, inconueniens videtur: vt vnus & idem sit de religioso & sæculari collegio, simul & semel. Non enim potest simul vtrorúmque actus imitari. Sic ergo religiosus qui est de collegio suæ religionis, nō potest esse de collegio sæcularium doctorum. Item secundum iuris ordinationem statutum est: vt vnus & idem non sit in diuersis collegijs sæcularibus, nisi fortè per dispensationem, multò igitur minus religiosus, qui est de collegio suæ religionis, poterit esse de collegio sæcularium magistrorum. Item quicúnque sunt de aliquo collegio obseruare tenentur ea, quæ ad illud collegium spectant. Religiosi autem obseruare nō possunt ea quæ competunt collegio doctorum & scholarium sæcularium. Nō enim possunt se obligare ad quæ alij se obligant, nec iurare quæ alij iurant, vel alia huiusmodi seruare quæ alij seruant, cùm non sint sui iuris, sed sub potestate alterius constituti, & ita videtur, quòd non possint esse de collegio eorum. Adhuc autem amplius in sua procedunt malitia: vt quos à societate vident se non posse efficaci ratione diuidere, saltem infamando seiungant. Dicunt enim per religiosos offendicula & scandala excitari, & ideò se debere eorum vitare consortium. secūdum præceptum Apostoli ad Rom. vltim. Rogo autem vos fratres: vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quā vos didicistis faciunt, & declinate ab illis. Dicunt etiam, quòd religiosi otiosè viuunt. vnde vitari debent secundum præceptum Apostoli. 2. ad Thessaloni. 3. Denunciamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi. Gl. Per Iesum præcipimus: vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. Gl. idest, non communicetis eis qui ambulant inordinatè, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis, & subiungit de labore manuum, dicens. Ipsi enim scitis, quèadmodum oporteat imitari nos, &c. Et infrà expressius. Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, scilicet de operando manibus, hunc notate: & ne commisceamini cum illo vt confundatur. Imponunt etiam religiosis, quòd ipsi sunt actores periculorum in nouissimis diebus futurorum. vnde sunt vitandi secundum præceptum Apostoli. 2. Thi. 3. Hoc autem scitote, quòd in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines seipsos amantes: cupidi, elati. Et infrà. Habentes quidem speciem pietatis. idest, religionis: secundum glo. virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita: sed sicut in eodem capitulo dicitur, mali homines & seductores proficient in peius errantes & in errorem mittentes. Vnde non contenti religiosorum infamia, etiam Apostoli eam auctoritatem euacuare conantur dicentes, quòd nec etiam Apostolica auctoritate cogi possunt: vt ad suam societatem religiosos admittant: quia secundum iuris ciuilis ordinem, nullus ad societatem compelli debet: cùm societas voluntate firmetur. Vnde nec ipsi compelli debent: cùm societas voluntate firmetur. Vnde nec ipsi compelli possunt aliqua auctoritate: vt religiosos in suā societatē admittāt. Item Apostolica auctoritas non se extendit, nisi ad ea quæ ad cathedrā pertinent. Vnde Apostolus dicebat. 2. Corin. 10. Nos autem non in immensum gloriabimur: sed secundum mensuram regulę qua mensus est nobis Deus. Ad cathedram autem vt dicant, non pertinet studentium societas: sed collatio beneficiorum: administratio sacramentorum, & alia huiusmodi. vnde auctoritate Apostolica cogi nō possunt: vt religiosos ad suam societatem admittant. Item potestas ministris ecclesiæ collata est, non in destructionem, sed in ædificationem: vt dicitur. 2. Corinth. vlti. Vnde cùm in destructionem ordinetur societas religiosorum & sæcularium: vt ex præmissis ostendere conantur, compelli non possunt Apostolica auctoritate: vt religiosos ad suam societatem admittant. Hæc autem eorum sententia inuenitur esse damnosa falsa & friuola. Damnosa quidem est: quia derogat ecclesiasticæ vnitati, quæ consistit secundum Apostolum ad Ro. 12. in hoc quòd multi vnum corpus sumus in Christo. singuli autem alter alterius membra. Glos. sumus alter alterius membra, dum sumus alijs seruientes: alijs indigentes. Ideò dicitur singuli secundum Glos. quia nullus excluditur maior vel minor. vnde patet, quòd ecclesiasticæ vnitati derogat, quicúnque impedit quòd vnusquisque alterius membrum non sit ei seruiendo secūdum officium sibi competens. Cùm ergo religiosis competat docendi officium, de quo post pauca Apostolus mentionem facit dicens: siue qui docet in doctrina. glos. qui habet gratiam docendi sit membrum alterius in exhibitione doctrinæ: manifestum est, quòd ecclesiasticæ vnitati derogat, quicúnque religiosos impedit: ne quenquam docere possint: vel à quocúnque addiscere. Derogant etiam prædicta charitati: quia secundum Philosophum in. 8. & 10. Ethi. in communicatione amicitia fundatur & saluatur. Cui congruit sententia Salomonis Prouerbiorum decimooctauo. Vir amabilis ad societatem magis amicus erit quàm frater. Vnde qui prohibet sæculares in studio religiosis communicare, vel econuerso, impedit charitatem: & ex hoc etiam dissensionis & rixę dissemināt incentiuum. Derogat etiam hæc sententia profectui studentium. In omnibus enim negotijs quæ à pluribus exerceri possunt, pluriū societas multum prodest. Vnde Prouerbior. 18. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Et Ecclesiastes. quarto. Melius est duos esse simul, quàm vnum. habent enim emolumentum societatis suæ.

Sed præ-

Sed præcipuè in acquisitione scientiæ plerúnque societas multorum studentium prodest: quia interdum alter ignorat, quòd alius inuenit aut quod ei reuelatur. vnde & Philosophus primo lib. cœli & mundi dicit, quòd antiqui Philosophi in conuentionibus diuersis veritatem de cœlestibus inuestigauerunt. Quicúnque ergo aliquod genus hominum à societate studentium segregat, manifestè commune studium impedit. Et hoc præcipuè verum est de religiosis. qui quanto sunt à curis sæcularibus absoluti, tanto ad studium inueniuntur magis idonei, secundum illud Ecclesiast. 38. Qui minoratur actu, sapientiam perciperet. Derogat autem prædicta sententia & fidei communitati: quæ quia vna debet esse catholica nominatur. Facilè enim cōtingit: vt qui secum in doctrina non cōmunicant simul cōueniendo, diuersa & interdū contraria doceant. vnde Apostolus de semetipso dicit ad Gal. 2. Deinde post annos. 14. iterū ascendi Hierosolymam cum Barnaba assumpto & Tito. ascēdi autem secundum reuelationem: & contuli cum illis euangelium quod prædico in gentibus. Seorsum autem cum his qui videbātur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. vnde & in Decretis distin. 15. c. Canones. dicitur, q̄ à tēporibus Constantini concilia inceperunt. In præcedentibus nāq; annis persecutione feruente, docendarum plebium minimè dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia nō erat Episcopis licentia conueniēdi in vnū. Patet ergo, q̄ in periculum fidei diutiūnè inducit, qui doctores fidei in vnam societatem congregari non permittit. Et sic patet multipliciter prædictam sententiam esse damnosam. Est etiam eadem sententia falsa, quod multipliciter patet: quia est contraria doctrinæ Apostolicæ: quæ falsa esse nō potest. Dicitur enim 1. Pet. 4. Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrū illā administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Glo. Gratiam dicit, idest, quodlibet donū spiritus sancti, ad subseruiendū alijs tam in sæcularibus quā in spiritualibus. Et exēplificat de dono scientiæ dicens. Si quis loquitur, quasi sermones Dei. Glo. Si quis habet scientiam loquendi non sibi: sed Deo imputet. Time autem ne præter voluntatē Dei, vel auctoritatem sanctarū scripturarum, vel præter vtilitatē fratrem doceat: nec etiā quod docendū est taceat. Qui igitur dicit, q̄ religiosi & sæculares in alterutrum donū scientiæ nō cōmunicent, manifestè auctoritati Apostolicæ contradicit. Item ex ore sapientis dicitur Ecclesiast. 33. Respicite quòd non mihi soli laborauī: sed omnibus exquirentibus disciplinam. Quod ad ecclesiasticum doctorem pertinet: vt Glo. ibidem dicit. qui non solùm sibi: sed alijs scribendo & docendo proficit. Qui omnes dicit, nullū excipit. ergo tam religiosi quàm sæculares doctores omnibus communiter & sæcularibus & religiosis proficere debent docendo. Item diuersa officia sunt in ecclesia, sicut diuersa membra in corpore: vt patet in prima ad Corin. 12. in textu & in glo. Sicut autē oculi sunt in corpore, ita doctores sunt in ecclesia. Matth. 5. & 18. per hoc, quòd dicitur, si oculus tuus scandalizat te: doctores & consiliarij intelliguntur: vt per glos. patet. In corpore autem humano est, ita q̄ òd oculus omnibus membris prouidet indifferenter. & similiter quodlibet aliud membrum alteri subseruit in suo officio. 1. Corinth. 12. Non potest autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. ergo & quicúnque sunauntur ad officium doctrinæ debent omnibus cuiuscúnque conditionis fuerint, docendo proficere. & religiosi sæcularibus, & sæculares religiosis. Item quibuscúnque competit aliquis actus competit admitti ad societatem illorum qui ordinantur ad actum illum: cùm societas nihil aliud esse videatur, quàm adunatio hominum ad vnum aliquid communiter agēdum. Vnde & omnes quibus pugnare licet possunt cōmunicare in eodem exercitu, qui est societas ordinata ad pugnandum. Non enim videmus, quòd milites religiosi repellant milites sæculares à suo exercitu nec econuerso: sed societas studij est ordinata ad actum docendi & discendi. Cùm ergo non solùm sæcularibus: sed etiam religiosis liceat docere & discere: vt ex prædictis patet, non est dubium quòd religiosi & sæculares in vna societate studij esse possunt. Est etiam prædicta sententia friuola: quia rationes quibus innititur, nullius momenti sunt: & ostendunt ignorantiam eorum qui eas inducunt, vel veram vel fictam. Est enim societas: vt dictum est, adunatio hominum ad aliquid vnū perficiendum. & ideò secundum diuersa ad quæ perficienda societas ordinatur, oportet societates distingui & de eis iudicari, cùm iudicium vniuscuiusque rei præcipuæ sumatur ex fine. Et inde est, q̄ Philosophus in 8. Ethi. diuersas communicationes distinguit, quæ nihil aliud sunt, quàm societates quædam secundum diuersa officia in quibus homines sibi inuicem communicant. & secundum has communicationes amicitias distinguit: sicut eorum qui simul nutriuntur vel qui simul negociantur aut aliquod aliud negocium exercent. Exinde etiam venit distinctio societatis, quæ distinguitur in publicam & priuatam. Publica autem societas dicitur secundum quam homines sibi inuicem communicant in vna republica constituenda sicut omnes homines vnius ciuitatis, vel vnius regni, in vna republica sociantur. Priuata autem societas est, quæ ad aliquod negotium priuatum exercendum coniungitur, sicut quòd duo vel tres societatem ineunt: vt simul negotientur. Vtráque autem dictarum societatum distinguitur in perpetuū & temporale. Illud enim ad quod aliqua multitudo vel etiam duo vel tres obligantur, quandoque est perpetuum. sicut illi qui efficiuntur alicuius ciuitatis ciues perpetuam societatem ineunt: quia mansio ciuitatis eligitur ad totum tempus vitæ hominis, & hæc est societas polytica. Similiter etiam societas priuata, quæ est inter virum & vxorem & dominum & seruum, perpetuò manet propter perpetuitatem vinculi quo colligantur: & hæc societas vocatur Iconomica. Quando verò negotium ad quod multitudo congregatur temporaliter exercendum eligitur, non est societas perpetua: sed temporalis: sicut quòd multi negotiatores ad nundinas conueniunt, non vt ibidem perpetuò moreantur: sed donec negotia expleant: & hæc est societas publica & temporalis. Similiter quòd duo socij qui idem hospitium conducunt, non ineunt perpetuam societatem, sed temporalem. Et hæc est societas priuata & temporalis. De his ergo societatibus diuersimodè iudicandum est: vnde qui indistinctè nomine societatis vtitur vel collegij, ignorantiam suam ostendit. Secundum hæc ergo patet de facili responsio ad rationes eorum. Ad illud enim quod primò obijcitur, quòd in vno & eodem officio non debet esse dispar professio. Et infrà. Homines diuersæ professionis simul non sociabis: respondetur, quòd intelligendum est quantùm ad illud in quo diuersificantur: sicut quòd laici & clerici socientur in his quæ pertinēt tantùm ad officium clerici. vnde ante prædicta verba præmittitur: Indecorum est laicum vicarium Episcopi esse & viros ecclesiasticos iudicare. Similiter etiam religiosus non potest sociari sæculari, in illo in quo sæcularis à religioso diuersificatur: vt in negotijs sæculi exercendis quæ sunt religioso prohibita. 2. Thi 2. Nemo militans Deo, implicat se negotijs sæcularibus. Officium autem docendi & discendi est commune religioso & sæculari. vt ex supradictis patet. vnde nihil prohibet religiosos sæcularibus in vno officio docendi & discendi sociari: sicut diuersæ etiam conditionis homines vnum corpus ecclesiæ constituunt, secundum quod in vnitate fidei conueniunt. Gal. 3. Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Ad id quod secundò obijciunt dicendum, quòd sicut quædam sunt communia religiosis & sæcularibus, quædam autem sunt in quibus differunt, ita est quoddam collegium quod est tantùm sæcularium, secundū quod quidem adunantur homines ad ea perficienda, quæ ad sæculares tantū spectāt. Aliquod autē collegiū est religiosorum tantū, in quo scilicet aliquid agitur ad religiosam vitam ducendam. Aliquod autem est quod est religiosis & sæcularibus cōmune: quia in illo adunātur homines ad hoc in quo religiosi à sæcularibus non distinguuntur sicut religiosi & sæculares communiter sunt de collegio vnius ecclesiæ Christi, inquantùm in vna fide conueniunt quæ vnitatem ecclesiæ perficit. Similiter quia docere & discere communiter religiosis & sæcularibus competit, collegium studij non debet censeri. q. collegium religiosorum, vel quasi collegiū sæcularium: sed quasi collegiū in se comprehendens vtrosq;. Ad id quod tertiò obijciūt scilicet, quòd nullus potest esse de duobus collegijs: dicendum, quòd illa ratio tripliciter deficit? Primò: quia pars non ponit in numerum contra totum. collegium autem priuatū pars est publici collegij: sicut domus est pars ciuitatis. Vnde per hoc quòd aliquis est de collegio alicuius familiæ. ex hoc ipso est de collegio ciuitatis quæ ex diuersis familijs constituitur. nec tamen est ex duobus collegijs. Cùm ergo collegium studij sit publicum collegium, per hoc quòd aliquis est de collegio priuato aliquorum studentium, sicut qui conueniunt ad conuiuendum in vna domo religiosa vel sæculari, hoc ipso est de collegio communi studij nec propter hoc est de duobus collegijs. Secundò prædicta ratio deficit ex hoc quòd nihil prohibet aliquem esse de vno collegio perpetuo publico vel priuato, & simul & semel esse de aliquo collegio publico vel priuato temporali, sicut ille qui est de collegio alicuius ciuitatis, quandóque est ad tempus de collegio commilitantium in vno exercitu. & qui est de collegio alicuius familiæ, potest ad tempus aliquibus sociari in aliquo hospitio. Collegium autem studij non est collegium perpetuum, sed temporale. Non enim ad hoc homines ad studium conueniunt: vt perpetuò ibi morentur: sed vadunt & veniunt pro suo libito. Vnde nihil prohibet eum qui est de religioso collegio perpetuo, simul esse de collegio scholastico. Tertiò prædicta ratio fallit: quia illud quod est speciale, ad omnia extendit. Hoc autem, quòd vnus non possit esse de duobus collegijs: intelligitur de collegijs ecclesiasticis: quia vnus non potest esse canonicus in duabus ecclesijs, absque dispensatione vel causa legitima. Vnde dicitur 21. quæstio. 1. Clericus ab instanti tempore non numeretur in duabus ecclesijs. In alijs autem collegijs locum non habet. vnde vnus & idem homo potest esse ciuis in duabus ciuitatibus. Vnde cùm collegium scholasticum non

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſit collegiũ eccleſiaſticũ, nihil prohibet eum qui eſt de collegio ali quo religioſo vel ſæculari eſſe ſimul de collegio ſcholaſtico. Ad id quod quartò obijciunt, dicendum quòd religioſi non poſſunt eſſe de collegio ſæculariũ, niſi quatenùs licet eis docere & diſcere: quod non poſſunt abſque moderamine & licentia ſuorum ſuperiorum: ex quorum etiam licentia & iuramenta & colligationes licitas expedientes facere poſſunt: vt ſic in collegio ſcholaſtico cõnumerentur. Sciendum tamen, q̃ cùm perfectio totius conſiſtat in partium adunatione, illud toti non expedit in quo partes conuenire nõ poſſunt: quia hoc perfectioni totius repugnat. vnde & ordinatiões quę in republica ſtatuuntur, tales debent eſſe, quę omnibus qui ad rempublicam pertinent coaptentur. magis verò eſſent removendæ ordinationes à republica quæ adunationem ciuium impedirent, quã aliqua ſciſſura reipublicæ tolerandum: quia ſtatuta ſunt propter vnitatem reipublicæ conſeruandam: & non econuerſò. Similiter etiam in collegio ſcholaſtico nõ debent eſſe aliqua ſtatuta quæ nõ poſſint congruere omnibus quę ad ſtudium licitè conueniunt. Verba autẽ Apoſtoli quæ ad ſuam ſententiam aſſerendam aſſumunt, pro eis nõ faciunt. Primò, quia religioſi non ſunt ſimiles illis de quibus loquitur Apoſtolus: quod patet per ſingula. Quod enim dicitur ad Romanos 12. Rogo autem fratres veſtros, &c. intelligitur de hæreticis qui homines in fide diſſentire faciebant: quod patet per hoc quod dicit præter doctrinã quã didiciſtis. Glo. A veris Apoſtolis: quia illi à quib⁹ declinare iuber, de lege agebãt: qa cogebãt gẽtes iudaicare. Similiter illud quod habetur 2. Theſ. 3. Annuntiamus autem, &c. ad religioſos non pertinet: ſed ad eos qui turpia negotia exercent, otium ſectantes: quod per hoc patet, quod dicit Apoſtolus. Audiumus enim inter vos quoſdam ambulare inquietè: nihil operantes ſed criminoſè agẽtes. Glo. Qui feda cura ſibi neceſſaria prouident. Feda autem cura ibi dicitur omne illicitum negotium. Similiter quod dicitur 2. Thim. 3. Hoc autem ſcito, quia in nouiſſimis diebus &c. non pertinet ad religioſos: ſed ad hæreticos: vt patet per id quod dicit blaſphemi. Glo. in Deum per hæreſes. & per hoc, quòd ſubdit, quemadmodùm autem Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi: ita & hi. Glo. ſ. hæretici reſiſtunt veritati, homines reprobi corrupti mente circa fidem. Nec obſtat, q̃ dicit habentes quidem ſpeciem pietatis, id eſt, religionis. Religio enim accipitur ibi pro latria quæ fidẽ proteſtatur. In hac enim ſignificatiõe religio eſt idem quod pietas, vt patet per Auguſtinum in 10. de ciuitate Dei. Dato autem q̃ religioſi vel omnes, vel aliqui tales eſſent, non tamen eorum eſſet à ſua cõmunione eos excludere, quod patet per Glo. quæ habet. 1. Corin. 5. ſuper illud: is qui frater nominatur, &c. Cum huiuſmodi nec cibũ ſumere. Glo. Dicendo nominatur oſtendit non temerè & quolibet modo ſi d per iudicium auferendos malos eſſe ab eccleſiæ communione. Et ſi per iudicium auferri non poſſunt, tollerentur potiùs. Non enim à communione quemquam prohibere poſſumus, niſi aut ſponte confeſſum: aut in aliquo iudicio eccleſiaſtico, vel ſeculari, nominatum atque conuictum. Hoc ergo dicendo nolunt hominem ab homine iudicari ex arbitrio ſuſpitionis: vel etiam extraordinario vſurpato iudicio: ſed potiùs ex lege Dei ſecũdum ordinem eccleſiæ ſiue vltrò confeſſum, ſiue accuſatum atque conuictum. Patet ergo, q̃ qui muis religioſi eſſent tales quales dicunt, non tamen poſſent eos à ſua ſocietate repellere: niſi prius eſſent in iudicio condemnati. In his autem quæ ſequuntur, in quibus Apoſtolicæ poteſtati derogant, non ſolùm falſitatis, ſed etiam hæreſis crimen incurrunt, quia vt dicitur in decretis. diſtinctione 22. capitulo omnes. Qui Romanæ eccleſiæ priuilegium ab ipſo ſummo omnium eccleſiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubiò in hæreſim labitur. Et infrà. Fidem quippè violat, qui aduerſus illam agit quæ eſt fidei mater. Hoc autem priuilegium Chriſtus Romanæ eccleſiæ contulit: vt omnes ei ſicut Chriſto obediant. vnde dicit Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus in libro ſecundo Theſaurorum. Vt membra maneamus in capite noſtro Apoſtolico throno Romanorum Pontifice à quo noſtrum eſt quærere, quid credere & quid tenere debeamus, ipſum venerãtes, ipſum rogantes pro omnibus, quoniam ipſius ſolùm eſt reprehendere, corrigere, & loco illius ligare qui ipſum ædificauit, & nulli alij, quod ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit, cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquàm ipſi Domino Ieſu Chriſto obediunt. vnde patet, quòd quicúnque dicit non eſſe obediendum his quæ per Papã ſtatuuntur, in hæreſim labitur. Quod etiam obijciunt, quòd nullus poteſt cogi ad ſocietatem inuitus: vt lex dicit. patet, quod intelligitur de priuata ſocietate quæ conſenſu duorum vel trium conſtituitur. Sed ad ſocietatem publicam quæ non poteſt conſtitui, niſi ex ſuperioris auctoritate, aliquis compelli poteſt, ſicut princeps qui præeſt reipublicæ poteſt compellere ciues: vt in ſua ſocietate aliquem recipiant, ſicut etiam collegium alicuius eccleſiæ cogitur: vt aliquem recipiat in canonicum vel in fratrem. Vnde cùm collegium ſtudij generalis ſit aliqua ſocietas, ad eam aliquis induci poteſt auctoritate ſuperioris cogente. Ad illud, quod poſteà obijciunt, quòd hoc eſt de illis quæ non pertinent ad cathedram. dicẽdum, quòd eſt falſum. Ad eum enim qui regit rempublicam, pertinet ordinare de nutritiõibus & adinuentionibus iuuenum in quibus exerceri debeãt: vt dicitur in decimo Ethi. Vnde & in polytica. vt in primo Ethi. dicitur. ordinat quas diſciplinas debitũ eſt eſſe in ciuitatibus, & quales vnuſquémque oportet diſcere, & vſquequo. Et ſic patet, q̃ ordinare de ſtudio pertinet ad eum qui præeſt reipublicæ, & præcipuè ad auctoritatem Apoſtolicæ ſedis, qua vniuerſalis eccleſia gubernatur, cui per generale ſtudium prouideturr. Quod autẽ obijcitur vltimò procedit ex falſis. Non enim eſt ad deſtructionem ſtudij, ſed ad eius profectum, ſi religioſi ſæcularibus in ſtudio ſociantur: vt ex prædictis patet. Vnde nulli dubium eſſe debet ſæculares compelli poſſe auctoritate Apoſtolica: vt ad ſocietatem ſtudij religioſos admittant.

An religioſo liceat prædicare, & confeſſiones audire, ſi curam non habeat animarum.

CAP. IIII.

NOn ſolùm autem impedire conantur ne religioſi fructum in eccleſia faciant per doctrinam veritatem ſacræ ſcripturæ aliis exponendo, ſed quod pernitioſius eſt eos à prædicationibus & confeſſionibus audiendis amouere conãtur: vt nec fructum in populo faciant, in exhortatione virtutum & extirpatione vitiorum. In quo etiam perſecutores eccleſiæ ſanctæ ſe eſſe oſtendunt. Vnde dicit Gregorius libro 22. Moralium. ſuper illud, quaſi caputio tunicæ, &c. Hoc conari perſecutores eccleſiæ ſpecialiter ſolent: vt ab ea ante omnia verbum prædicationis tollant. Inducunt autem primò id quod habetur. 16. q. 1. Alia eſt cauſa monachi, alia clerici. Clerici oues paſcunt, ego ſcilicet monachus paſcor. & 7. quæſtion. 1. capitul. Hoc nequaquàm. dicitur. Monachorum vita ſubiectionis habet verbum, non docendi vel præſidendi vel paſcendi alios: prædicare autem eſt paſcere verbo Dei. Ioan. vltimo. Paſce oues meas. gloſſ. Paſcere oues eſt credentes ne deficiant confortare. ergo monachi & alij religioſi qui omnes monachorum iure cenſentur, prædicare non poſſunt. Hoc expreſsius haberi videtur decimaſexta quæſtione primo capit. adijcimus. vbi dicitur. Statuimus vt præter domini ſacerdotes, nulli liceat prædicare ſiue laicus ſiue monachus ille ſit qui cuiuſcúnque ſcientiæ nomine glorietur. Item ca. Iuxta. Monachos à populorum prædicatione omnino ceſſare cenſuimus. Inducunt autem auctoritatem Ber. ſuper Cant. qui dicit, quòd prædicare monacho non conuenit, nouitio non expedit: non miſſo non licet. Item illi qui paſcũt populum verbo Dei, debent etiã paſcere neceſſaria ſubminiſtrando. vt patet ſuper illud Ioan. vltimo. Paſce oues meas. vbi dicit glo. Paſcere oues eſt credentes confortare ne deficiant: terrena ſubſidia ſi neceſſe eſt ſubditis prouidere. Sed religioſi non poſſunt neceſſaria prouidere cum paupertatem profiteantur. ergo non poſſunt paſcere, verbum Dei pœdicando. Item Ezechielis trigeſimoquarto dicitur. Nonne greges à paſtoribus paſcuntur. Per paſtores autem. vt dicit gloſſ. ibidem ſignificantur Epiſcopi presbyteri diaconi: quibus grex committitur. ergo religioſi qui non ſunt Epiſcopi: vel presbyteri: vel diaconi habentes gregem commiſſum prædicare non poſſunt. Item Roma. 10. dicitur. Quomodò prædicabunt niſi mittantur: ſed non legimus miſſos à domino niſi duodecim Apoſtolos. Luc. 9. &. 72. diſcipulos. Luc. 10. Vbi dicit Glo. quòd ſicut in Apoſtolis forma eſt Epiſcoporum, ſic in ſeptuagintaduo forma presbyterorum ſecundi ordinis: qui ſcilicet ſunt presbyteri parrochiales. Adiungit autem Apoſtolus. præmittens ad Corinth. decimo ſecundo. opitulationes, ideſt, eos qui maioribus ferunt opem. vt Titus Apoſtolo: vel archidiaconi Epiſcopi: vt gloſſ. ibidem dicit. ergo religioſi qui nec Epiſcopi ſunt: nec presbyteri parrochiales: nec archidiaconi prædicare debent. Item in decretis dicitur. dictin. 68. Coëpiſcopi tam ab hac ſacra ſede quã ab Epiſcopis totius orbis prohibiti ſunt. Nimis enim improba eorum inſtitutio eſt & praua. Et infrà. Nam non amplius quàm duos ordines inter diſcipulos domini eſſe cognouimus, ideſt, duodecim Apoſtolorum. & 72. diſcipulorum. Vnde iſte tertius procellerit ignoramus: & quod ratione caret extirpare neceſſe eſt: & ita ordo religioſorum qui prædicant: & non ſunt Epiſcopi qui ſunt ſucceſſores Apoſtolorum: vel presbyteri parrochiales qui ſunt ſucceſſores 72. diſcipulorum debet extirpari. Item Dionyſius in ſexto capitulo eccleſia. Hierar. dicit, quòd monaſticus ordo non debet eſſe alijs prælatus: vel ſecundum aliam tranſlationem non eſt aliorum adductiuus. Sed inducuntur homines in Deum, per doctrinam & prædicationem. ergo monachi vel alij religioſi non debent prædicare vel docere. Item eccleſiaſtica Hierarchia conſtituta eſt ad exemplar cœleſtis. ſecundum illud Exod. vigeſimoquinto. Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Sed in cœleſti Hierarchia angelus inferioris ordinis nunquàm exercet officium ſuperioris ordinis. Cùm ergo monaſticus ordo inter ordines inferiores computetur. vt dicitur. 6.

citur. 6. cap. Eccleſiaſt. Hierar. non debent monachi & alij religioſi exercere prædicationis officium, quod eſt ſuperioris Epiſcoporum & prælatorum aliorum. Item ſi religioſus prædicat, aut prædicat cum poteſtate: aut ſine poteſtate. Si ſine poteſtate, ergo eſt pſeudo Apoſtolus. Si cum poteſtate, ergo poteſt procurationes exigere. Dominus enim mittens Apoſtolos ad prædicandum, præcepit eis ne quid tollerent in via niſi virgam tantùm. vt dicitur Marci. 6. Per virgam autem. vt glo. ibidem dicit poteſtatem accipiendi neceſſaria à ſubditis intelligit. Hoc autem non videtur religioſis conuenire: vt procurationes exigere poſſint. ergo nec prædicare debent. Ité Epiſcopi maiorem habent authoritatem prædicãdi, quàm religioſi qui non habent curam animarum: ſed Epiſcopi extra dioceſim ſuã prædicare non poſſunt, niſi requiſiti ab alijs Epiſcopis vel presbyteris. vt dicit. 9. q. 3. Nullus primas nullus metropolitanus dioceſani Eccleſiam vel parrochiam aut aliquę de eius parrochia præſumat excommunicare vel iudicare. Et hoc idem habetur per multa alia capitula ibidem. ergo nec religioſi qui omnino dioceſim non habent nec parrochias prædicare poſſunt, niſi forte fuerint inuitati. Item prædicator non debet ædificare ſuper aliud fundamentũ: nec gloriari in plebibus alienis ad inſtar Apoſtoli dicentis Roma. 15. Sic autem prædicaui euangelium hoc non vbi nominatus eſt Chriſtus ne ſupra alienum fundamentum ædificarem. Et 2. ad Corin. 10. dicitur. Non in immenſum gloriantes in alienis laboribus. glo. Vbi alius fundamentum fidei poſuiſſet: quod eſſet vltra menſuram gloriari. Et infrà. ibi. non in alia regula. glo. exponit de his qui ſunt de alieno regimine. ergo illi qui non habent curam animarum, non debent prædicare plebibus alijs commiſsis: ſed fundamentum fidei in infidelibus iacere. Vlterius autem oſtendere nituntur, quòd confeſſiones audire non poſſunt. 16. q. 1. c. placuit. Firmiter & inſolubiliter omnes præcipimus: vt aliquis monachus pœnitentias nemini tribuat. Et alio. ca. placuit. dicitur, quòd nullus monachorum præſumat neque pœnitentiam dare neque filium de baptiſmo accipere neque infirmum viſitare & vnctiones facere. ergo nec mortuũ ſepelire: neque de qualibuſcũq; negocijs ſeſe implicare. Item cap. interdicimus dicitur. Interdicimus abbatibus & monachis publicas pœnitentias dare: infirmos viſitare & vnctiones facere. Ex quibus omnibus videtur, quòd monachis & religioſis qui eodem iure cenſentur, non liceat confeſsiones audire. Item rectoribus eccleſiarum præceptum eſt Prouerb. 27. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui. gloſ. Paſtori eccleſiæ dicitur diligenter adhibe curam eis quibus te præeſſe contigerit. Agnoſce eorum actus. & vitia quæ in eis inueneris citius castigare memento. Sed non poſſunt agnoſcere actus & vitia ſubditorum paſtores eccleſiæ, niſi per confeſsiones. ergo non debent alijs confiteri niſi ſuis rectoribus. Prætereà extra de pœnitentijs & remiſ. dicit. Inno. in concilio generali. Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquàm ad annos diſcretionis peruenerit omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno confiteatur proprio ſacerdoti: ſed ille qui abſolutus eſt à peccatis prædictis non tenetur vlterius peccata confiteri. ergo ſi aliquis alius quàm proprius ſacerdos poſſet confeſsiones audire & abſoluere aliquem, ille non teneretur ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti: quod eſt contra decretalem induct̃am. Cum ergo religioſi non ſint proprij ſacerdotes: quia non habent plebes ſibi commiſſas, videtur quòd non poſſunt confeſsiones audire & abſoluere. Item fideles debent à proprijs ſacerdotibus ſacramenta percipere: vt in decretali inducta præcipitur: ſed ſacramenta eccleſiæ non debet miniſtrare ſacerdos niſi digno. Non autem poteſt ſcire aliquem eſſe dignum niſi eius conſcientiam nouerit per confeſsionem. ergo ſacerdotes debent audire confeſsiones ſubditorum: & ita alij non poſſunt eos abſoluere. Item in eccleſia non ſolùm vitanda ſunt mala: ſed etiam occaſiones malorum. ſicut Apoſtolus de ſeipſo dicit. 2. Corint. 11. vt amputem occaſionem eorum, &c. Sed ſi aliquis poſſet alteri confiteri quàm proprio ſacerdoti, multi poſſent dicere ſe eſſe cõfeſſos. & ſic incõfeſsi ad ſacramẽta accedere & non poſſent artari per proprium ſacerdotem latentes ſub prætextu confeſsionis alijs factæ, ergo hoc nullo modo debet eſſe in eccleſia, quòd religioſi confeſsiones audiant, qui non ſunt proprij ſacerdotes. Item ad eum ſolum pertinet pœnitentes abſoluere: ad quem pertinet corrigere. Sed ſicut dicit Dionyſius in Epiſtola ad Demophilum monachum. correctio nõ pertinet ad monachos: ſed ad ſacerdotes. ergo religioſi non poſſunt confitentes abſoluere. Item cum non habeant aliquas certas prouincias, vel dioceſes vel parrochias ſibi commiſſas ſi poſſunt prædicare & confeſsiones audire vbique hoc poterunt. ergo ampliorem habent poteſtatem quàm Epiſcopi vel primates. vel patriarchæ qui non ſunt vniuerſalis eccleſiæ gubernatores. cum etiam Papa vniuerſalem pontificem ſe vocari prohibeat. vnde dicitur in decretis di. 99. Nullus patriarcharum vniuerſalitatis vocabulo vnquàm vtatur. Et hoc idem habetur in ſequenti capitulo. Vlterius autem nituntur oſtendere, quòd nec ex commiſsione Epiſcoporum prædicare poſſunt aut confeſsiones audire. Dicunt enim, quòd illud quod dat aliquis iam non habet. Si ergo Epiſcopi committunt curas plebium parrochialibus ſacerdotibus, ad eos iam non pertinet cura ipſarum: & ita ex auctoritate eorum non poſſunt aliqui prædicare plebibus, aut confeſsiones audire niſi vocati à ſacerdote parrochiali. Item quando Epiſcopus committit curam plebis ſacerdoti: ipſe ſeipſum exonerat & periculum remanet ſuper ſacerdotem: cui cura committitur: ſecundum illud. 3. Reg. 20. Cuſtodi virum iſtum. Qui ſi lapſus fuerit erit anima tua pro anima eius. Alias eſſent Epiſcopi in magno periculo, importabile onus totius multitudinis habentes. ergo Epiſcopi non habent ſe vlterius intromittere de plebibus quas ſacerdotibus commiſerunt. Item ſicut Epiſcopus ſubditur archiepiſcopo, ita ſacerdotes ſubduntur Epiſcopis. Sed archiepiſcopi non poſſunt ſe intromittere de illis qui ſubduntur Epiſcopis niſi fortè propter negligentiam Epiſcoporum. vnde dicitur. 9. q. 3. archiepiſcopus nihil de Epiſcoporum cauſis abſque illorum conſilio agat. ergo nec Epiſcopi poſſunt aliquid in plebibus ſubiectis ſacerdotibus parrochialibus abſque illorum conſenſu, niſi propter eorum negligentiam vel defectum. Item presbyteri parrochiales ſunt ſponſi eccleſiarum ſibi commiſſarum. Si ergo aliqui alij ex commiſsione Epiſcoporum in plebibus prædictis ſacerdotibus commiſsis prædicent. aut confeſsiones audiant, eccleſia habebit plures ſponſos: quod eſt contra id quod habetur. 7. q. 1. Sicut alterius vxor nec adulterari ab aliquo vel iudicari aut diſponi niſi à proprio viro eo viuente permittitur: ſicut nec vxor Epiſcopi, quæ eius eccleſia vel parrochia iudubitanter intelligitur, eo viuente abſque eius conſilio & voluntate alteri iudicari. vel diſponi aut ęius concubitu, ideſt, ordinatione frui non conceditur. Hoc autem non ſolùm de Epiſcopis: ſed de quibuſlibet eccleſiæ miniſtris intelligitur: vt Gratianus per ſequentia capitula probat. Vlterius autem nituntur oſtendere, quòd nec priuilegio Apoſtolicæ ſedis poſſunt prædicare aut confeſsiones audire. quia contra ſtatuta patrum aliquid condere vel mutare nec Romanæ ſedis auctoritas poteſt. vt dicitur. 25. q. 1. capi. contra ſtatuta 1. Si cõtra ſtatutum eſt antiquorum patrum, quòd nullus prædicet vel confeſsiones audiat, præter domini ſacerdotes. vt dicitur. 16. q. 1. c. adijcimus. non poterit hoc ex priuilegio Papæ alicui concedi. Item. 25. q. 1. c. ſunt quidam. dicitur. Si enim quod docuerunt Apoſtoli & prophetæ deſtruere: quod abſit: niteretur Romanus pontifex: non ſententiam dare ſed magis errare conuinceretur. Si ergo ordinatio eſt Apoſtoli. 2. Cor. 10. vt nullis glorietur in plebibus alienis: ſi papa dat alicui hoc priuilegium, errare conuincitur. Item ſcriptum eſt in iure, quòd ſi princeps concedit alicui, q̃ liceat ei ædificare in loco publico, debet intelligi ſine præiudicio alterius. vt ff. ne quid in loco publico ædificare. l. j. §. ſi quis à principe. & 25. q. 1. c. de eccleſiaſticis. dicit Greg. Sicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſque eccleſijs ſua iura ſeruamus: nec cuiquam gratia fauente vltra quam meretur impartior: nec vlli quod ſui iuris eſt, ambitu ſtimulante derogabo. Sed quòd aliquis prædicet in parrochia alicuius vel audiat confeſsiones eo irrequiſito, eſſet in præiudicium ſacerdotis parrochialis. ergo ſi concedatur alicui, quòd poſſit prædicare, vel confeſsiones audire, nihilominus hoc exequi non poterit ſine conſenſu ſacerdotis parrochialis. Item ſi princeps conceſsit alicui liberam teſtamenti factionem, nihil aliud conceſsiſſe videtur, niſi vt habeat conſuetam & legitimam teſtamenti factionem. Neque enim credendum eſt Romanum principem, qui iura tuetur totam teſtamentorum obſeruantiam multis vigilijs excogitatam atque inuentam vno verbo velle euertere. vt. C. de inoffic. teſtamento. l. ſi quando. Similiter ſi papa concedat aliquibus, quòd prædicent vel confeſsiones audiant: debet intelligi ſecundum communem formam, ſcilicet vt hoc exequatur requiſitis ſacerdotibus parrochialibus. Item monachus qui accipit ſacerdotale officium, non tamen habet executionem officij, vt ſcilicet ſacramenta miniſtret: niſi ſuper aliqua plebe fuerit canonicè inſtitutus. vt dicitur. 16. q 1. c. adijcimus. §. monachi autem. Et ſi aliquibus ex priuilegio Papæ officiũ prædicãdi cõmittat, hoc exequi non poterunt quãdiu plebes nõ fuerint eis cõmiſſæ. Ité nec papa nec aliquis mortalium poteſt eccleſiaſticã hierar. diuinitus ordinatam mutare aut euertere, cũ nulli prælatorum data ſit poteſtas in deſtructionẽ, ſed in ædificationem. vt dicitur. 2. Cor. 10. Sed iſte eſt ordo eccleſiaſticæ Hierar. quòd monachi & regulares ſint in ordine perficiendorum. vt patet in. 6. c. eccleſiaſticæ hierar. ergo nec poteſt hoc aliter immutare. vt ſcilicet religioſi perficiendi habeant officium. Item volunt oſtendere, quòd eriam in talibus non liceat petere licentiã à presbyteris parrochialibus aut ab Epiſcopis prædicandi aut confeſsiones audiendi: quia ambitionis eſt ingerere ſe ad officia eccleſiaſtica. vnde dicitur. 8. q. 1. cap. ſciendum. Cùm locus ſuperior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ ſibi virtutem euacuat: ſi ad hæc ex proprio deſiderio anhælat. Sed prædicare & confeſsiones audire pertinet ad officium eccleſiaſticum, quòd eſt poteſtatis & honoris. ergo ſine nota ambitionis non poſſunt petere licentiam prædicandi, aut confeſsiones audiendi: ſed hoc ſolũ face-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re possunt,cùm fuerint requisiti.vnde prædictus error sumpsit originem.Quia verò vt Boëtius dicit in libr. de duabus naturis:via fidei inter duas hæreses media est: sicut virtutes medium locum tenent.omnis enim virtus in medio rerum decore locata consistit.Si quid enim vel infrà vel vltrà quàm oportuerit fiat à virtute discedit.ur.Ideò videamus quid circa prædicta sit vltrà vel infrà, quã quod veritas habeat, vt hoc totum reputemus errorem,mediam autem viam fidei veritatem.Sciendum est ergo quosdam fuisse hæreticos: & adhuc esse,qui potestatem ecclesiastici ministerij in vitæ sanctitate ponebant: vt videlicet qui sanctitate caruerit ordinis quoque potestatem amittat:& qui sanctitate fulget,etiam ordinis potestate potiatur.Quam quidem sententiam esse erroneam:quia de ea nõ agitur,supponatur,ad præsens.Ex huius autem erroris radice processit quorundam præsumptio & precipuè monachorũ qui de sua sanctitate præsumentes ministrorum ecclesiæ officia proprio arbitrio vsurpabant:absoluendo s.peccatores:& prædicando absq; alicuius auctoritate Episcopi:quod eis nullatenùs licebat. vnde dicitur 16.quæstio.1.peruenit ad nos.vnde valde miramur,q̃ quidã monachi & abbates in parrochia vestra,contra sanctorum decreta episcopalia iura & officia sibi arroganter vendicant, videlicet pœnitentiam dare.& remissionem peccatorum.reconciliationem: decimas & ecclesias:cùm absque proprij Episcopi licentia vel auctoritate sedis apostolicæ hoc nullatenùs præsumere debeant.Sed quidam nimis incautè ab hoc errore recedentes in errorem contrariũ sunt prolapsi:asserentes monachos & religiosos ad prædicta nõ idoneos esse etiam si de auctoritate Episcoporum hoc agant.Vnde dicitur. 16.quæstio.1.Sunt nonnulli nullo dogmate fulti. audacissimè quidem zelo magis amaritudinis, quàm dilectionis inflammati, asserentes monachos qui mundo mortui sunt & Deo viuunt,sacerdotalis officij potentia indignos: neque pœnitentiam,neque Christiani tatem largiri: neque absoluere posse per sacerdotalis officij sibi diuinitus iniunctam potestatem.Sed omninò labuntur. Quidam autem nouellum sibi statuentes errorem in tantam prorumpunt audaciam,vt asserant nõ solùm propter religiosorum conditionem: sed etiam propter Episcoporum impotentiam, non posse per Episcopos religiosis prædicta committi,absq; parrochialis sacerdotis voluntate.Et quod etiam peritioribus est,non posse eis hoc ipsum asserunt per apostolicæ sedis priuilegium indulgeri.Et sic per viam cõtrariam ad eundem finem huiusmodi error elabitur cum prædicto, vt s.subtrahãt aliquid ecclesiasticæ potestatis:sicut & illi qui in vitæ merito, potestatem ecclesiæ consistere arbitrantur. Ad huius ergo erroris destructionem,hoc ordine procedendum est. Primò ostendemus,q̃ Episcopi & superiores prælati possunt prædicare & absoluere eos qui sacerdotibus subduntur sine licentia ipsorum sacerdotum.Secundò,q̃ hoc idem possunt alijs committere.Tertiò,q̃ hoc alijs cõmitti quam parrochialibus sacerdotibus expedit saluti animarum.Quartò,q̃ etiam religiosi ad officia huiusmodi exercenda ex commissione prælatorum sunt idonei.Quintò,q̃ religio aliqua salubriter instituta potest ad hæc exequenda de licentia prælatorum. Sextò respondebimus rationibus quæ ad partem contrariam inducuntur.Quod autem Episcopus in parrochia sacerdoti commissa plenam habeat potestatẽ,probatur per id quod dicitur.10. quæst.1. cap.sic quidam.vbi dicitur, q̃ omnia quæ sunt ecclesiæ secundum constitutionem antiquam ad Episcopi ordinationẽ & potestatem pertinent.Et hoc idem habetur in sequenti capitulo.Sed res temporales ecclesiæ ordinantur ad spiritualia,ergo multo fortius spiritualia singularum parrochiarum Episcopo sunt commissa.Item q.ead. Regenda est vnaquæq; parrochia sub prouisione ac tuitione Episcopi,per sacerdotem vel cæteros clericos quos ipse cum Dei timore prouiderit.Item in sequenti capitulo dicitur,quòd ecclesia debet gubernari & dispensari cum iudicio & potestate Episcopi:cui totius plebis animæ videntur esse commissæ.Item sacerdos cui parrochia committitur non potest aliquid in ecclesia facere,quod nõ sit de licẽtia Episcopi spirituali,vel saltem generali.vnde dicitur.16.q. 1.Cunctis fidelibus:& summoperè omnibus præsbyteris & diaconibus & reliquis clericis attendendum est: vt nihil absque proprij Episcopi licentia agant.Non vtique missas sine eius iussu quisquã presbyterorum in sua parrochia agat.non baptizet nec quicquã ab eius permissu faciat,ergo patet,quòd in parrochia presbytero commissa adhuc maiorem potestatẽ habet Episcopus quã sacerdos,qui sine permissione Episcopi nihil in ea agere potest.Item.1.Corin.1. super illud.in omni loco ipsorum & nostro.dicit Glos.1.mihi primitus cõmisso:& loquitur de suffraganeis,idest,de parrochijs subiectis ecclesiæ Corinthiorũ,vt patet per Glo.Si ergo Episcopi sunt successores Apostolorum ipsorum formã tenentes.vt dicitur Luc. 10.in Glo.patet,q̃ parrochia principalius est commissa Episcopo quã sacerdoti.Non enim potest intelligi,q̃ ipsa Apostolo fuerit cõmissa:& posteà ab ipso in alterum translata,qui nõ diceret in omni loco ipsorum & nostro:si ex quo ipsorũ ceperat esse,sua esse destitisset. Item Apollo erat presbyter Corinthiorũ:qui eis sacra ministrabat.vt patet.1.Corio.3.Apollo rigauit.glos.baptismo.& tamen Apostolus de Corinthijs se intromittebat.vt patet.1.Corin.11.Cætera autem cum venero disponã.& 2.Corin.secundo. Nam & ego quod donaui si quid donaui propter nos in persona Christi.Et 1. Corint.4.Quid vultis in virga veniam ad vos,&c.& 2.Cor.10.Secundum mensuram regulæ qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi vsque ad vos.& cap.vltimo.Ideo hoc absens scribo:vt non præsens durius agam secundum potestatem.Glo.ligandi atq; soluendi,quam dedit mihi dominus.Patet ergo,q̃ Episcopi in plebibus sacerdotibus commissis.plenam retinent potestatem. Item cùm sacerdotes succedant in locum.72.discipulorum:Episcopi verò in locum.12.Apostolorum.vt dicitur in Glo.Luc.10.absurdissimum videtur si dicere velint, quòd Apostoli soluere non possint & ligare, vel alia huiusmodi facere, sine licentia septuaginta aduorum discipulorũ, quod tamen eos dicere oportet, si hic de Episcopis & presbyteris dixerint. Item Dionysius dicit in quinto capit. Eccles.Hierar.quod quãuis pontificum ordo sit perfectius,& ordo sacerdotum illuminatius,& ministrantium ordo sit purgatius, tamen Hierarchicus ordo,scilicet pontificum,non tantum habet perficere,sed illuminare & purgare:& sacerdotum ordo non solùm illuminare sed & purgare. Et subiungit causam dicens. Ipse quidem minores virtutes in ea quæ in meliora sunt transmouere non possunt:eo quòd iniustum eis sit ad huiusmodi conari maiestatem. Ipse autem diuiniores virtutes cum proprijs habent & subiectas operationes:vt patet per expositionẽ maximi ibidẽ.Patet ergo q̃ sicut sacerdos potest quicquid diaconus potest,& adhuc amplius: ita & Episcopus potest quęcũq; potest sacerdos.& adhuc amplius: Si ergo sacerdos potest legere euangelium in ecclesia non requisito diacono,ita & Episcopus potest absoluere & alia ecclesiæ sacramenta ministrare quibus voluerit,non requisito sacerdote parrochiali. Item qui facit aliquid per alium, & per seipsum hoc facere potest. Sed dum presbyteri absoluunt sibi subditos, hoc per eos Episcopi facere dicũntur.Vnde Dio.dicit in 6.c.Eccl.hierar.Is qui secundum nos summus est sacerdos,per suos ministros aut sacerdotes purgans aut illuminans,ipse dicitur purgare aut illuminare alijs in ipsum reponentibus proprias sacras actiones, ergo & Episcopus cùm voluerit,poterit absoluere subditos sacerdotes, vel eis p̃dicare p seipsum. Item prælatis ecclesiarum à subditis ecclesiarum obedientia debetur inquantùm eorum curam habent.Vnde dicitur ad Hebr.vltim. Obedite præpositis vestris & subiacete eis.Ipsi enim peruigilant,idest pro vobis solliciti sunt prædicando, quasi rationem reddituri pro animabus vestris.Sed parrochianus quisque magis tenetur obedire Episcopo,quàm presbytero parrochiali:vt patet per gl.ad Rom.13. Vbi dicitur,quòd maiori potestati est magis obediendum, quã minori,sicut procõsuli,quã curatori,& Imperatori,quàm procõsuli, quod ad potestatis ordinem pertinet,qui multò magis in spiritualibus potestatibus,quã in temporalibus inuenitur,ergo Episcopi qui sunt in superiori potestate constituti,magis habẽt curã de subditis, quàm etiam ipsi sacerdotes parrochiales. Ad curam autem animarum pertinet,quod dicitur Prouerb.27.Diligenter agnosce vultum pecoris tui,quod fit maximè in confessionibus audiẽdis.Et ita Episcopi possunt audire confessiones parrochianorum, etiam conuenientius,quàm presbyteri parrochiales.Item sacerdotes dantur Episcopis:vt coadiutores,quia soli onus ferre non possunt, sicut septuaginta duo senes dati sunt in adiutorium Moysi: vt patet. Nmmer.11. Vnde Episcopus in ordinatione sacerdotum hoc exẽplo & quibusdam alijs præmissis subiungit,quanto fragiliores sumus,tanto magis his auxilijs indigemus. Sed ille cui datur aliquis adiutor,non ex hoc amittit potestatem operandi cùm sibi vacauerit, imò ipse est principalis operans,& adiutor est agens secundarius,ergo Episcopi possunt omnia agere quæ ad curam plebis pertinent,irrequisito sacerdote,etiam magis,quã ipsi sacerdotes. Item Episcopi in ecclesia tenent locum Domini nostri Iesu Christi.vnde Dionys.dicit in 5.c. ecclesiasticæ hierarchiæ. Pontificum ordo primus quidem est diuinarum ordinationum,sublimissimus autem & nouissimus, etenim in ipsum perficitur & impletur omnis nostrę hierarchię dispositio. Vt enim omnem hierarchiã videmus in Iesum consummatam, sic vnamquámq; in proprium diuinum sacerdotem summũ,idest,Episcopum.vnde & 1.Pe.2.dicitur de Christo.Cõuersi estis ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum. Hoc autem præcipuè verum est de Romano Pontifice , cui vt Cyrillus dicit , omnes iure nullo caput inclinant, & ei tanquã ipsi Domino Iesu Christo obediunt.Et Chrysost.dicit super illud Ioan.vlti.Pasce oues meas,idest loco mei præpositus & caput esto fratrum,ergo ridiculum est dicere & blasphemiæ vicinum, quòd Episcopus non possit vsum claues exercere in quemlibet suæ diœcesis,sicut & Christus posset, Item ad hoc,quod aliquis possit absoluere in foro pœnitentiali,sufficit,quòd habeat clauem & iurisdictionem in quẽlibet suæ diœcesis,per quã materia sibi determinatur,sicut & in alijs sacramẽtis qui habet potestatem ordinis,& materiam debitã potest operari,si formam & intentionem debitam adhibeat. Hoc enim semper in potestate eius est.Sed Episcopus habet clauem cùm sit sacerdos: habet etiam iurisdictionem in quemlibet suæ diœcesis. aliàs non posset eos citare & coram se conuenire.ergo potest quælibet suæ diœcesis siue alicuius sacerdoris requisitione in foro pœnitẽtiali absoluere. Item ideò sacerdotibus necessariũ videtur confessiones audire subditorum:quia eis sacramentum eucharistiæ ministrant:quod ab his quæ sunt in peccato mortali sumi non debet.sed similiter sacramenta confirmationis & ordinis sumi nõ debent ab his,qui sunt in peccato mortali:quia hæc sacramenta gratiam præsupponunt.Hæc autem sacramenta à solis Episcopis ministrãtur.ergo & pari ratione Episcopis competit confessiones audire quorumlibet suę diœcesis. Item nemo potest assumere sibi id quod nõ est in sua potestate: sed sicut communis consuetudo probat, Episcopi assumunt sibi casus quos volunt,de quibus ad eos pro absolutione recurratur.ergo etiã antequã eos sibi assumerent, hoc erat in eorum potestate. ergo & de alijs casibus possunt absoluere cùm voluerint.Item secundũ Dionysium potestas Episcopi in nostra Hierar.est vniuersalis, potestas autem sacerdotis & ministrorum est potestas particularis. vt patet in primo cap.& in 5.eccle.Hierar. Sed secundum quod probatum est à Philosophis.virtus vniuersalis efficacius agit in id quod subijcitur virtuti particulari : quàm etiam ipsa particularis virtus. ergo Episcopus magis habet vsum clauium in eos qui subduntur sacerdotibus,quàm ipsi sacerdotes.Item nullus potest dare quod nõ habet.sed Episcopi est dare sacerdotibus omnem auctoritatem quam sacerdotes habent : nullum autem spirituale amittitur cùm datur: quia spiritualia non dantur nisi per actionem dantis in recipientẽ. agens autem non amittit virtutem agendi ex hoc ipso,q̃ agit.ergo Episcopus habet communem potestatẽ quam habet sacerdos parrochialis.Deindè ostendendum est,quòd aliqui ex commissione Episcoporum possunt prædicare & confessiones audire in parrochijs sacerdotum.Nam extrà de officio iudi.ordi.c.inter cætera.dicitur, quòd Episcopus viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium sa lubriter exequendum assumat.Et infrà.Præcipimus tam in cathedralibus,quàm in conuentualibus ecclesijs,viros idoneos ordinari: quos Episcopi coadiutores & cooperatores habeant non solùm in prædicationis officio.verum etiam in confessionibus audiendis & pœnitentijs iniungendis & cæteris quæ pertinent ad salutem animarum.Ex quo patet,q̃ clerici conuentualium ecclesiarũ alicuius diœcesis,qui non sunt parrochiales sacerdotes,possunt prædicare, & confessiones audire auctoritate Episcopi.Iterum extrà de hæreticis.cap.excommunicauimus §.quia verò.dicitur.Omnes qui prohibiti vel non missi præter auctoritatem ab Apostolica sede,vel catholico Episcopo loci susceptam publicè vel priuatim prædicationis officium vsurpare præsumpserint,excommunicationis vinculo innodẽtur.Ex quo haberi potest,q̃ Papa vel Episcopus potest dare alicui auctoritatem prædicandi.Item constat,q̃ Apostoli:quorum Episcopi sunt successores,per ciuitates & castella presbyteros ordinabant:qui continuè cum populis sibi subiectis commorabantur: & tamen alios mittebãt ad prædicandum & ad alia exercenda,quę ad salutem pertinent animarum.1.Corinth.4.Misi ad vos Thimotheum : qui est filius meus charissimus & fidelis in domino:qui vos commonefaciat vias meas quæ sunt in Christo Iesu.& 2.ad Corinthios 12.Rogaui Titum & misi cum illo fratrem.Glo.1.Barnabam vel Lucã.Et ad Titum.1.Huius rei gratia reliqui te Cretę,&c. ergo & aliqui alij quàm presbyteri parrochiales, possunt prædicare & confessiones audire ex commissione Episcoporum. Item prædicare & confessiones audire sunt iurisdictionis & ordinis simul:sed ea quæ sunt huiusmodi,possunt committi his saltem qui ordinem habent.ergo cùm Episcopus possit prædicare & confessiones audire in parrochia non requisito sacerdote : vt suprà probatum est, hoc idem & alius poterit ex eius commissione. Item ad hoc facit consuetudo Romanę ecclesiæ ad quã accedentes à pœnitentiarijs Papę ad quoscũque sacerdotes literas impetrant,vt eis cõfiteantur.Item legati Papæ & eorum pœnitentiarij confessiones audiunt,non petita licẽtia à parrochialibus:& etiam auctoritate Papæ vbique prędicant.& ita patet, q̃ prædicare & confessiones audire potest alijs committi sine licentia sacerdotũ parrochialium.Nunc restat ostendere,q̃ religiosi sunt idonei ad hoc,q̃ talia eis committantur.Nam 16.q.1.c.1.peruenit.dicitur,q̃ monachi & abbates absq; proprij Episcopi licentia hoc nullatenùs præsumere debent.vt videlicet pœnitentiã dent. Ex quo relinquitur,q̃ ex auctoritate Papæ& Episcopi monachis &alijs religiosis liceat cõmissiones audire.Item quęstione eadem dicitur ex auctoritate huius decreti, q̃ Apostolico moderamine & pietatis officio à nobis est constitutũ:sacerdotibus monasterijs Apostolorũ figuram tenentibus liceat prædicare:baptizare:cõmunionẽ dare:pro peccatoribus orare:pœnitentias imponere:atq; peccata soluere.Item in sequenti cap.Sunt tamen nonnulli.dicit Bonifacius Papa.Credimus à sacerdotibus monachis ligãdi soluẽdiq; officium Deo operante dignè administrari,si eos dignè contigerit hoc ministerio sublimari.Decertantes igitur monasticæ professionis presbyteros,sacerdotalis potentiæ arcere officio,omninò præcipimus,vt ab huiusmodi ausibus reprimãtur in posterũ:quia quanto quisque celsior est,tantò & illis erit potẽtior. Itẽ Episcopi debẽt diuina iudicia imitari quantũ possunt.1.Corinth.3. Imitatores mei estote , sicut & ego Christi. sed diuino iudicio aliqui religiosi sunt reputati idonei: vt eis immediatè à Deo prædicationis cõmitteretur officium : sicut de Equitio monacho beatus Gregor. narrat in Dya.& etiã de beato Benedicto.ergo & in iudicio Episcoporũ aliqui religiosi possunt reputari idonei, vt eis prædicatio cõmittatur. Iterũ omnia quæ licent sæcularibus clericis , licent & religiosis exceptis eis quę in sua regula eis prohibẽtur.Argu.16.q.1.Sunt tamen nonnulli.vbi dicitur,q̃ monachis licet absoluere & alia huiusmodi facere.Neq; enim beatus Benedictus monachorũ præceptor almiscus huiusmodi rei fuit interdictor:sed sæcularibus licẽt ex cõmissione Episcoporũ prædicare & confessiones audire.ergo & religiosis,cũ in nulla regula hoc sit prohibitũ.Item maius est prædicationis officium ex propria auctoritate assequi,quã ex cõmissione alterius. sed religiosi possunt ad prælationis gradus sublimari: in quo eis cõpetit & prædicare:& alia propria auctoritate exequi : quæ ad saluté pertinent animarũ.ergo multò magis debent idonei reputari,vt prædicationis officiũ:& alia huiusmodi ex cõmissione Episcopi exequãtur.Itẽ ad illud quod maximè cõpetit perfectis nõ redditur aliquis minus idoneus ex hoc,q̃ in statu perfectionis se ponit: sed prædicationis officium cõpetit maximè perfectis,quem statum religiosi assumunt. Vnde 1.Esdrę.1.super illud. omnes reliqui,&c. dicit Glo.Omnes electi de potestate tenebrarũ eruti, ad libertatem pertinent gloriæ filiorũ Dei & gloriæ omnes societati sanctæ ciuitatis.i.ecclesiæ annũtiari lętantur:sed tantũ perfectorũ est in ædificatione eiusdem ecclesiæ etiã alijs prædicãdo laborare. Et q̃ intelligat de perfectione religionis,patet ex hoc quod sequitur.Eruditores multorũ cùm magis ad cœlestia diligẽdã auditores instituunt, minus pro terrenis curã gerunt:imò acquisita pro spe æternorum relinquunt.Hoc etiã patet per Interlinear. quæ dicit. Omnes reliqui.i.diuites qui prædicare nõ possunt. ergo religiosi non reddũntur minus idonei ad exequendũ prædicationis officiũ,quàm alij: & ita cũ alij possint ex cõmissione Episcoporũ prædicare & confessios audire:vt probatũ est,& religiosi possunt hoc idẽ.Item 1.Esdrę. 8.super illud:promouimus ergo à flumine,&c.dicit Glos. Fratrum quoq; cohortẽ religiosam nobis in auxiliũ vocamus:qua adiuti ani mas fidelium ad societatẽ electorum & arcẽ vitæ perfectioris quasi vasa sancta ad templũ domini efficacius trãsferamus. Ex quo patet idem quod prius. Itẽ & hoc apparet ex cõmuni consuetudine orientalis ecclesiæ.secũdum quã ferè omnes monachis consistentur. Item maioris potestatis est legationis officiũ exercere: Episcopos confirmare:& de eis ecclesijs prouideri,quàm prædicare vel confessiones audire:sed primũ inuenitur religiosis esse cõmissum.ergo & secundum eis cõmitti potest. Itẽ magis est remotũ à religiosorũ vita causas audire,quã confessiones vel prædicare:sed primũ eis committi potest.ergo multò fortius alia.Nunc restat ostendere, q̃ saluti animarum expediat etiã alijs quã sacerdotibus parrochialibus prędicationẽ committi:& alia quę ad saluté pertinent animarũ.Primò,per hoc qđ dicit dominus Mat.9.Messis quidã multa.Glo.Turba populorũ suscipiendo verbo & ferẽdo fructui apta. Operarij autẽ pauci. Glo.prędicatores ad cõgregandũ electorũ ecclesiã.Rogate ergo dominũ messis:vt mittat operarios in messem suam. Ex quo patet, q̃ salubre est ecclesiæ per multos Dei prædicari fidelibus: & maximè turba fideliũ crescente.Itẽ potest haberi per illud quod dicitur Sapien.6.Multitudo sapientiũ.Interlinearis.Cœtus prædicatorũ sanitas est orbis terrarũ.Item 2.ad Thim.2Quæ audisti à me per multos testes hæc cõmenda fidelibus hominibus.Glo.i.sanæ fidei. Qui idonei erunt.Glo.Vita & scientia & facũdia.Et alios docere. Glosſ. Illis enim debet committi prædicatio diuina,qui apti sunt illi officio.Iterũ primi Esdrę.3 super illud:& omnes qui venerãt de captiuitate in Hierusalem.Glo.sic dicit. Nõ solùm Episcopi & presbyteri plebẽ fidelium.i.Dei domũ debent ædificare:sed etiã populus de captiuitate Iudæorũ ad visionẽ veræ pacis vocatus: ministerium verbi ab his qui dicere nouerunt debet exigere.Itẽ Grego.in 19.mora. super illud Iob 29.Quãdo lauabã pedes meos butyro:sic dicit.Quid ad hæc nos?Episcopi dicimus,qui cõmissis nobis verba vitæ impendere non curamus:quando coniugatum virum prohibere non valuit ab officio prædicationis vel sæcularis habitus:vel magnæ occupatio facultatis. Ex quo patet,quòd alij etiam quàm prælati vel rectores ecclesiarũ laudabiliter possunt prædicationis officium exercere.Hoc idem potest ostendi per multa exempla veteris testamenti.Dauid enim laudatur de hoc,quòd cultum Dei ampliauit,vigintiquatuor sacerdotes cõstituendo:vt magis posset populis expediri. vt patet primi Paralipo.23.& 24.Similiter legitur de Ezech.2.Paralipome.30.Perrexerunt cursores cum epistolis ex Regis imperio & principium eius in vniuersum,Israël & Iudam : iuxta id quod Rex

Universidad de Deusto Biblioteca

fusserat prædicantes.Filij Israël reuertimini ad Dominũ Deum,&c. Assuerus etiã nũtios celeres misit per prouincias,qui nũtiarent liberationem populi Dei:vt legitur Hester 8.ergo multò magis saluberrimè hoc fieri potest: vt alijs,quã sacerdotibus parrochialibus prædicationis officiũ cõmittatur,& alia quæ pertinent ad salutẽ aĩarũ. Itẽ Greg.in 5.Homel.primæ partis.super Ezech.dicit. Hi qui aĩarũ custodes sunt & pascendi gregis onera susceperunt, mutare loca minimè permittuntur. Hi autẽ qui amore Dñi in prædicatiõe discurrunt Rotæ eius ignis ardẽs sunt, quia cũ ex eius desiderio per varia loca discurrunt:vñ ipsi ardent & alios incendũt.Ex quo patet,ꝙ cõueniens est: vt præter rectores ecclesiarũ qui residẽt in suis ecclesijs alijs prædicationis officiũ cõmittatur,q per diuersa loca discurrant. Itẽ ꝙ hoc vtile sit & salubre,satis manifestat occupatio rectorũ ecclesiæ,quos in alijs rebus pijs & ecclesiasticis oportet frequẽter occupari, cùm tamẽ oporteat prædicatorẽ verbi Dei ab omni alia occupatione liberũ esse. Vñ Apostoli dixerunt. Act.6.Non est æquum nos derelinquere verbum Dei,& ministrare mensis. Vnde patet,ꝙ satis necessarium est eos ab alijs iuuari.Hanc etiã necessitatem maximè ostendit imperitia multorum sacerdotũ,qui in aliquibus partibus adeò ignorantes inueniuntur:vt nec etiã loqui Latinũ sciant. Paucissimi etiam inueniuntur,qui sacrã scripturam didicerint,& tamen oportet prędicatorem verbi Dei in sacra scriptura instructum esse. Vnde satis apertum est multum saluti fideliũ detrahi, si solùm sacerdotibus parrochialibus verbum Dei relinquatur. In cõfessionibus autem audiendis nõ minor necessitas apparet propter ignorantiam multorũ sacerdotum, quæ periculosissima est in confessionibus audiendis.Vnde Aug.in lib.de pœnitentia.Qui vult cõfiteri peccata sua: vt inueniat gratiam,quærat sacerdotem scientem ligare & soluere, ne cùm negligens circa se extiterit, negligatur ab illo,qui eum misericorditer monet & petit,ne ambo in foueã cadant,quam stultus euitare noluit. Iterum eandem necessitatem ostendit multitudo plebis,quæ interdum vni sacerdoti gubernanda committitur, qui si toto tempore vitæ suæ nihil aliud ageret: vix omnium cõfessessiones diligenter audire posset. Iterum hanc necessitatem ostendit difficultas cõfitendi. Quidam enim vt experimento inuentum est,à confessione desisterent,nisi possent alijs, quàm suis sacerdotibus confiteri,quandóque propter verecundiam,quia erubescunt cõfiteri illis peccata,cum quibus quotidiè cõuersantur,quandóque verò quia suspicantur sacerdotes sibi esse inimicos, & propter multa alia. Vnde piè prælati eorum infirmitati cõdescendunt,ne omninò in desperatione labantur,de alijs cõfessoribus eis prouidendo. His visis,ostendendum est aliquam religionem ad hoc specialiter salubriter posse institui, ad cooperandum prælatis ecclesiarum in prædicatione & cõfessionibus audiendis ex commissione prælatorum. Primò per hoc omnis religio ad exemplar vitæ Apostolicæ formata est. Vnde dicitur. Act.4.super illud.Et erant illis omnia cõmunia. Gl.Communia Græcè cœna.vnde cœnobitę,idest, communiter viuentes,cœnobia,idest,habitacula eorum.Hæc autem fuit vita Apostolica: vt relictis omnibus per mundum discurrerent, euãgelizãdo & prædicando:vt patet Mat.10.& in regula quadã quę eis inscribitur,ergo ad prędicta potest aliqua religio cõuenientissimè institui. Item Ia.1.Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hęc est:visitare pupillos,& viduas in tribulatione eorum.Sed illa visitatio maximè est necessaria,quæ fit per eos qui saluti animarum intendunt,ergo cõueniẽtissimè potest religio institui ad visitandũ hoĩes, qui cõsolatione indigent:vt per patientiã & cõsolationẽ scripturarum spem habeant.Item Act.6. super illud.nõ est æquum nos derelinquere verbũ Dei & ministrare mẽsis,dicit interlinearis. Meliora sunt fercula mentis,quàm dapes corporis,sed aliquæ religiones piè & salubriter institutæ sunt ad subueniendum pauperibus in corporalibus dapibus & alijs necessitatibus corporis, ergo multo conuenientius potest aliqua religio institui ad subueniendum necessitatibus animarum.Itẽ Augu.Melius est pascere animas in æternũ cum Domino victuras,quàm corpora moritura,nimirum cùm salus corporum ex salute depẽdeat animarum.& nõ ecõuersò. Itẽ spiritualis militia magis competit religioso,quã sæculari,sed ad militiam sęcularem exercendã aliquæ religiones vtiliter institutæ sunt,ergo multo conuenientius institui possunt ad militiam spiritualẽ,quæ cõpetit prædicatoribus verbi.de qua dicitur.2.ad Thy.2. Labora sicut bonus miles Christi.Gl.In prædicando euangelium cõtra hostes fidei. Item eis qui procurant salutem animarum, necessarium est vt vita & scientia clareant,ex quibus non de facili possent tot inueniri, qui singulis parrochijs per vniuersum mundum pręficerentur,cũ etiam propter literatorum inopiam nec adhuc per sæculares potuerit obseruari statutum Lateranensis concilij: vt in singulis ecclesijs metropolitanis essent, aliqui qui Theologiam docerent, quod tamen per religiosos Dei gratia cernimus multo latius impletum, quàm etiam fuerit statutum, adeò vt impletum videatur illud Isaiæ secundo. Repleta est terra scientia Domini, ergo saluberrimè religio aliqua instituitur, in qua sint homines literati & studio vacantes, ad iuuandum sacerdotes qui ad hoc minus sufficiunt. Itẽ hoc euidentissimè ostenditur ex effectu sequẽte. Videmus enim talibus religionibus institutis in pluribus partibus hæreticam prauitatem eorum ministerio extirpatam,infideles etiam nõnullos ad fidem cõuersos, multos per vniuersum mundum in lege Dei instructos,quãplurimos ad statum pœnitentiæ cõuersos,ita ꝙ si quis inutilem tale religionẽ mentiatur, manifestè cõuinci possit, quasi gratiæ inuidus,quæ in eis operatur in spiritũsanctũ peccare. Itẽ 25.q.1. dicitur.Nulli fas sit sine status sui periculo: vel diuinas cõstitutiões: vel Apostolicæ sedis decreta temerare. Cùm ergo per Apostolicã sedem religiones aliquæ sint institutæ ad prædicta, quod etiã ex ipso nomine ostẽditur.nemo enim,vt dicit Aug.in li.de Christiana vita, nomẽ sine causa sortitur, manifestè se dãnabilem reddit quicũnque talem religionem dãnare conatur.

Nunc vltimò restat aduersariorum obiectionibus respõdere.Quod ergo primò obijcitur,ꝙ pascere ad monachos nõ pertinet,sed pasci, intelligendum est ex hoc, ꝙ sunt monachi cõtra illos qui ex sola virtute sanctitatis potestatẽ ecclesiastici ordinis alicui cõpetere dicebãt,sicut etiam potest dici, ꝙ sæculari clerico nõ cõpetit pascere si non habeat curam aĩarum, vel nisi sit sibi ab habentibus curã aĩarum cõmissum. Vnde ꝓpter hoc nõ cõcluditur,quin religiosis cõpetat pascere populum verbo Dei,si vel ad prælationem assumantur:vel à prælatis eis cõmittatur. Non enim minus sunt idonei religiosi ad prædicationis officiũ exequendum, quã sæculares,nisi fortè quatenus sint sub obediẽtia cõstituti: vt sic indigeant duplici licentia ad prædicandum, scilicet licẽtia eorum quibus plebis cura committitur, & licentia prælatorũ ordinis sui,sine qua eis nihil agere licet. Similiter est intelligendum, quod posteà obijcitur,præter Dñi sacerdotes nullus audeat prædicare,verum est quasi propria auctoritate.s.ordinaria.Similiter qđ sequitur. Monachos à populorũ prædicatiõe oĩnò cessare censemus, intelligendum est vt nõ propria auctoritate ex hoc ipso,ꝙ monachi sunt, officiũ sibi prædicatiõis assumãt.Similiter quod sequitur,ꝙ monacho nõ cõuenit prædicare,intelligendũ est quasi ex hoc ipso,ꝙ monachus sit, officiũ habeat prædicandi. Ad aliud,qđ posteà obijcitur, ꝙ illi qui pascũt populũ verbo Dei, debẽt pascere tẽporali subsidio, respõdetur,ꝙ intelligendũ est si vires suppetãt.secundũ illud.1.Io.3. Qui habuerit substantiã huius mundi,& viderit fratrem suũ necesse habere,&c.Aliter Apostoli p̄dicare nõ potuissent,q dixerunt. Act.3. Argentum & aurũ,&c. Nihilominus tñ & illi qui secundũ se pauperes sunt,possunt & alijs tẽporali subsidio ꝓuidere,dũ diuites ad eleemosinarum largitatẽ hortantur, sicut & Paulo ad prædicationis officium assumpto,in gẽtes cõmissum est: vt pauperũ memor esset:vt dicitur Gal.2. Ad illud,quod posteà obijcitur,ꝙ greges pascuntur à pastoribus, dicendum est, ꝙ pastores gregem Dñi pascere possunt, nõ solùm per se,sed per alios,quibus ipsi cõmittunt,quia ille intelligitur aliquid facere,cuius auctoritate fit.Ad id, quod posteà obijcitur,ꝙ nõ debent prædicare nisi missi, missi autem à Dño leguntur tantùm.12.Apost.& 72. Discipuli,dicẽdum,ꝙ etiã illi qui sunt missi à Dño,possunt alios mittere,sicut Paulus qui misit Thy.ad prædicandum.1.ad Cor.4.Ideò misi ad vos Thymo.&c. Et ita ex cõmissione Episcoporum & presbyterorum possunt etiã alij multi ad prędicta mitti,& tñ illi missi à Dño intelliguntur, qui per potestatẽ à Dño traditam mittuntur,& omnes illi sic missi à prælatis ecclesiarum.s. Episcopis vel presbyteris inter opilatores cõputãtur,quia ipsi maioribus opem ferunt,quãuis nõ sint archidiaconi.quod enim in Glo. dicitur.vt Titus Paulo vel archidiaconi Episcopis,per modũ exẽpli ponitur.Vnde nõ sequitur,ꝙ qui nõ sunt archidiaconi, non possint maioribus opitulari,& tñ cum aliquis ex cõmissione Episcopi prædicat,vel cõfessiones audit,Episcopus hoc facere intelligitur:vt patet ex auctoritate Dio.suprà inducta.Nihilominus tñ & si duo ordines tantũ essent instituti à Dño, qui possent p̄dicare ꝓpria auctoritate:posset tñ ecclesia tertium ordinẽ statuere prędicatorũ,qui propria auctoritate prædicarẽt,& præcipuè Papa, q habet plenitudinẽ potestatis in ecclesia,sicut etiã in primitiua ecclesia fuerũt soli duo ordines sacri.s. presbyteri & diaconi, & tñ posteà ecclesia minores sibi ordines instituit:vt magister in sentent.dicit.Ad id,quod posteà obijcitur,dicẽdum,ꝙ decretum illud loquitur de quibusdã qui coëpiscopi vocabantur,qui nõ in ciuitatibus,sed in vicis seu villis ordinabantur,qui aliqua poterant plusquã alij sacerdotes.s.minores ordines dare,& hi aliquo tempore in ecclesia fuerunt instituti, habentes ordinariam potestatem,sed posteà: vt in eadẽ di.dicitur,propter insolentiam suã qua Episcoporũ officia sibi vsurpabant, ab ecclesia prohibiti sunt,& ideò patet, ꝙ nõ est similis ratio de religiosis illis qui ex commissione prælatorum cõfessiones audiunt potestatẽ ordinariam nõ habentes.Horũ enĩ ordo in numerũ nõ ponit cõtra ordines à Dño institutos,cũ ille secundũ iura facere intelligatur,cuius auctoritate fit,quod etiã patet p auctoritatẽ Dio.suprà inductã. Ad aliud dicendũ,ꝙ ex illa auctoritate Dio. amplius haberi nõ potest, nisi quia monachi ex potestate ordinaria sui ordinis non habent, quòd sint prælati vel aliorum adductiui. Non autem excluditur

quin monachus possit accipere potestatẽ ordinariam, vel commissam ad alios adducendum,præcipuè cũ in litera dicatur, ꝙ monasticus ordo nõ est alijs prælatus vel aliorũ adductiuus:non autẽ, ꝙ esse nõ possit,vel nõ debeat.Ad aliud dicẽdum, ꝙ ecclesiastica Hierarchia imitatur cœlestẽ quantũ põtest:sed nõ in omnibus. In cœlesti enim Hierar.distinctio donorũ gratuitorum, secũdum quam ordines distinguuntur,sequitur distinctionẽ naturæ: nõ autẽ in hominibus:& ideò cũ angelorũ natura sit immutabilis, angelus inferioris ordinis ad superiorẽ ordinẽ transferri nõ potest.quod tamen in ecclesiastica fieri potest:sed tamẽ in cœlesti angelus inferioris ordinis in suo ordine manẽs,exequit̃ actũ superioris ordinis superioris virtute:sicut enĩ dicit Diony.13.Cœle. hier. angel⁹ qui purgauit labia Isaię,dict⁹ est Seraphin:qa Seraphin officiũ exercuit.& Greg. dicit in Homelia de centũ ouibus,ꝙ hi spiritus qui mittũtur, horũ vocabulũ percipiunt,quorũ officia gerũt.Vnde nõ est incõueniens si in ecclesiastica hierar.aliquis inferioris ordinis exerceat aliquod officium superioris ordinis eius cõmissione. Ad aliud quod posteà obijcitur,ꝙ aut prędicãt cũ potestate:aut sine potestate,dicendũ,ꝙ prædicãt cũ potestate prædicãdi:nõ ordinaria:sed eis ab alijs cõmissa.Nec tamen sequitur, ꝙ possint procurationes exigere: quia hoc nõ est eis datũ.possent tamen si eis daretur ab alijs in quibus residet prędicta potestas:& sic etiã nõ sequitur,ꝙ propter hoc esse debeant plures procuratiões.Ad aliud quod obijcitur posteà, ꝙ religiosi secundũ hoc haberẽt maiorẽ potestatẽ,quã Episcopi vel patriarchæ, dicẽdum,ꝙ nõ est verũ:quia patriarchæ vel Episcopi possunt alicubi prædicare ordinaria potestate:religiosi autẽ nõ habẽtes curã animarũ nusquã.possunt tamen vbilibet prædicare auctoritate eorum qui possunt:sicut & Episcopus potest episcopalia exercere in aliena diœcesi,auctoritate illius Episcopi in cuius diœcesi cõmoratur.Ad id quod posteà obijcitur,q: prædicator nõ debet ædificare sup fundamentũ alienũ.dicẽdum,ꝙ falsum est.& cõtra Apostolũ 1. Cor.3. Vt sapiens architectus fundamentũ posui.Glo.prædicationẽ. Alius autẽ superædificat.Vnusquisq: autẽ videat, quomodò superædificet:quod secũdum Ambro.in Glo.exponit̃ de superædificatiõe doctrinæ.Quod autẽ Apostolus dicit Ro.15.Sic autẽ p̄dicaui euãgeliũ nõ vbi nominatus est Christus:ne supra alienũ fundamentũ ædificarẽ:nõ est intelligendũ quasi nõ liceret:sed quia hoc tunc tẽporis magis necessariũ quã aliud reputabat.Vnde dicit Glo. ibidẽ,ne ædificarẽ supra alienũ fundamẽtũ.i.ne p̄dicarẽ iam per alios cõuersis, nõ ꝙ hoc facerẽ si cõtigisset: sed malebã iacere fundamentũ fidei, vbi nõ erat.Aliàs nõ licuisset Ioanni euãgelistę p̄dicare Ephesi, vbi Paulus fidẽ plãtauerat:aut Paulo p̄dicare Romæ,vbi Petrus eũ p̄uenerat.Quid autẽ dicẽt,si religiosi cõtra quos loquuntur,hoc modo distributi sint,vt quidã eorũ infidelibus annũcient verbũ Dei.quidã autẽ inter fideles sint in subsidiũ p̄latorum:nec tamen hoc facit ad propositũ:quia nõ est idẽ prędicare plebi alienæ,& ædificare super alienũ fundamentũ: vt in p̄dicta auctoritate accipit̃: cũ etiã sacerdos parrochialis in sua parrochia p̄dicãs,super alienũ ædificet fundamentũ:quia p̄dicat cõuersis per alios ad fidẽ.Similiter quod dicit̃ 2.ad Corinth.10.Nõ gloriãtes in immẽsum alienis laboribus.s.vbi alius fundamentũ fidei posuisset:quod esset vltra mẽsurã gloriari: nõ est intellectus.Glo.ꝙ si Apostolus laborasset,vbi alius fundamẽtum fidei posuerat,ꝙ hoc esset in immensum gloriari: sed ꝙ si ipse gloriatus esset,quasi fundamentũ iaciens fundamẽto prius ab alio posito,vltra mẽsurã laboris sui gloriatus est.Similiter etiã quod sequit̃ posteà.nõ habẽtes spem gloriari in aliena regula.i. in his quæ sunt in alieno regimine.Glo.illa malè inducitur. Nõ enim sic habetur in Glo.sed sic.Regulã nostrã.i.regimen nostrũ.i.secundum ꝙ à Deo nobis est iniunctũ.Euãgelizare dico in abũdantia.s.nõ in paucis locis:imò etiã in illa supple loca,quæ vltra vos sunt.Nec tamen sumus habẽtes spem.i.nõ speramus gloriari in aliqua aliena regula nec illi qui vltra vos sunt,de alieno regimine sunt.Si tamen ita esset in Glo.vt dicũt,nõ intelligitur quin Apostolus potuisset prædicare illis qui erãt de regimine alterius Apostoli.Ipse enim p̄dicauit Anthiochenis & Romanis,qui erãt de regimine Petri:sed quia nõ gloriabat̃ de eis quasi de subiectis suo regimini.hoc enim esset in aliena regula gloriari.Et p̄tereà illi qui ex cõmissione p̄latorũ prædicant,nõ p̄dicãt in plebibus alienis:sed in plebibus p̄latorũ, qui eos mittũt:quin etiã ipsis operãtibus cooperari dicuntur.Ad ea quibus postmodũ ostendere nitũtur, ꝙ religiosi cõfessiones audire nõ debent,de facili patet respõsio. Per illa enim decreta quæ inducũt nihil aliud ostendũt, nisi ꝙ religiosi nõ possunt propria auctoritate cõfessiones audire.Nõ autẽ excluditur, quin possint audire ex auctoritate Papæ vel Episcopi:vt manifestè habetur.16. q.1.peruenit. Nec etiã,ꝙ religiosi sint min⁹ idonei ad huiusmodi,quã sęculares, vt patet 16.q.1.sunt tamen nõnulli.Ad aliud qđ posteà obijcitur, ꝙ presbyteri parrochiales cũ sint rectores animarum, debẽt diligẽter agnoscere vultũ pecoris sibi cõmissi:qđ nõ possunt facere,nisi eorũ cõfessiones audiãt:dicẽdum,ꝙ de bonitate:vel malitia alicuius constare potest alicui,nõ solũ per propriã cõfessionẽ:sed etiã per sententiam superioris de eo latã. Vnde si Episcopus subditũ sacerdotis absoluat,vel per se:vel per aliũ cui ipse cõmisit: sacerdos parrochialis ita debet se reputare cognoscere eum,ac si sibi cõfessus esset:cùm iam sit per superioris sentẽtiam approbatus,de qua ei iudicare non licet.Et p̄tereà sacerdos vultũ eius satis potest agnoscere,si secũdum decretalẽ semel in anno cõfiteatur ei.Ad illud qđ posteà obijcitur, ꝙ quilibet tenetur in anno semel cõfiteri,dicẽdum ꝙ sacerdos proprius nõ solũ est parrochialis: sed etiã Episcopus vel Papa:ad quos etiã magis p̄tinet cura eius,quã ad sacerdotẽ:vt multipliciter ostensum est.Propriũ enim hic nõ accipitur secũdum ꝙ diuiditur cõtra cõmune:sed secũdum ꝙ diuiditur cõtra alienũ. Vnde qui cõfessus est Episcopo suo,vel alicui habẽti vicẽ eius, cõfessus est proprio sacerdoti.Et p̄tereà per hoc nõ excluditur,si semel in anno cõfitetur sacerdoti proprio.s.parrochiali,dato ꝙ de eo tantũ intelligat̃ quin possit alijs vicibus alijs etiã cõfiteri,qui potestatẽ habeant absoluẽdi.Ad aliud qđ posteà obijcitur,ꝙ nõ potest scire eũ dignũ esse, vt admittatur ad sacramentũ eucharistiæ, nisi audita eius cõfessione, dicẽdum ꝙ falsum est.Potest enim scire p sentẽtiam superioris qui eum in foro pœnitẽtiali absoluit:cuius sentẽtiæ stari debet,nõ minus q̃ suæ.Ad id qđ posteà obijcitur,ꝙ si aliqs potest cõfiteri alteri quã proprio sacerdoti,datur p hoc occasio multis latẽdi:dicẽdũ, ꝙ falsum est.Cũ enĩ in foro pœnitẽtiali cuilibet sit credendũ & ꝓ se & cõtra se,sacerdos debet credere eũ cõfessum esse,si se cõfessum fateatur:qa & si sibi cõfiteret̃,posset eum decipere, vt leuiùs cõfessus maiora taceat. Et p̄tereà dato, ꝙ ex hoc daret̃ aliqua occasio mali, tamen multũ præpõderat,ꝙ per hoc vitãtur multa alia maiora mala:sicut priùs ostẽsum est,ꝙ per hoc multis periculis obijciatur. Ad aliquid qđ posteà obijcitur,ꝙ ad monachũ nõ p̄tinet corrigere:& sic nec absoluere:dicẽdum ꝙ verũ est propria auctoritate.Sed ex cõmissione auctoritatẽ habẽtis,vtrũq; potest sibi cõpetere:si sacerdotali ordine fungatur. Demophilus tamen cui Diony. scribebat non erat sacerdos:nec etiã diaconus:vt ex his quæ in eadẽ epistola dicũtur apparet.Ad illud qđ posteà obijcitur,ꝙ si possent confessiones audire, eadem ratione vbique possent. & sic essent vniuersales ecclesię gubernatores:dicendum quòd nusquàm possunt audire propria authoritate:possunt tamen audire vbicũnque eis commissum fuerit:& si committeretur eis, quòd vbique audirent ab eo qui toti ecclesiæ præest,possent vbiq; audire. Nec tamen essent vniuersales ecclesiæ gubernatores:quia nõ absoluerent auctoritate ordinaria: sed cõmissa.Quod autẽ Papa vniuersalem pontificẽ se prohibet nominari,nõ ideò est quia ipse nõ habeat auctoritatẽ immediatam & plenã in qualibet ecclesia:sed quia nõ præficitur cuilibet particulari ecclesiæ,vt proprius & specialis illius ecclesiæ rector:quia sic cessarẽt omniũ aliorũ pontificũ potestates.& hoc capitulum inductũ inducit pro ratione.Ad ea autẽ quibus postmodũ nitũtur ostẽdere, ꝙ nec etiã auctoritare Episcoporũ possunt religiosi prædicare, vel confessiones audire,de facili patet responsio.Quod enĩ primò obijciunt,quod dat aliquis,iam non habet:patet esse falsum in spiritualibus,quę cõmunicantur nõ per translationẽ alicuius dominij:sicut accidit in rebus corporalibus: sed magis per modum emanationis cuiusdã effectus à sua causa,sicut qui cõmunicat alij scientiam,non propter hoc scientiam amittit:sed est etiam in cõmunicante potestas.Qui enim dat alicui potestatẽ non amittit eam:sicut Episcopus qui dat sacerdoti potestatẽ,ꝙ conficiat corpus domini, dando non amittit eam, vnde de cõmunicatiõe rerum spiritualium dicit Augusti.in primo de doctrina Christiana. Omnis res quæ dando non deficit dum habetur:& nõ datur nondum habetur quomodò habẽda est.Et similiter quãdo dat Episcopus potestatẽ sacerdoti absoluendi aliquos homines,nõ amittit illam potestatẽ: nisi fortè æstimetur potestas quã habet sacerdos in parrochia sua, quasi potestas quã habet miles in villa sua:quod est ridiculum:cũ non sint domini,sed ministri:secũdum illud 1.ad Corinth.4.Sic nos existimet homo,vt ministros Christi,&c.& Luc.22. Reges gentium dominãtur eorũ.vos autem nõ sic:sed qui maior est in vobis,fiat sicut minor:& qui præcessor est,sicut ministrator.Ad illud quod obijcitur posteà, ꝙ Episcopus quando cõmittit curã parrochiæ,ipse se exonerat.dicendum ꝙ falsum est:quia adhuc pertinet ad eum habere curã totius plebis sibi cõmissæ.vt habetur.10.q.1.c quæcũq;.Vnde & apostolus de se dicebat.2.ad Corinth.11.præter illa quę extrinsecus sunt instantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarũ. Non tamen fit onus ei importabile:qa habet alios inferioris ordinis adiutores.Dato autẽ,ꝙ sit immunis à periculo p hoc qđ sacerdoti curã cõmittit,nõ tamen sequitur ꝙ per hoc sit immunis à potestate quã in parrochia habet.Ministri enim Christi nõ solùm possunt operari ad salutẽ plebis ad vitãdum periculũ sibi imminens: sed etiã ad augendũ meritũ & magis fructificãdum in populo Dei:sicut etiam Paulus multa supererogabat propter salutẽ electorũ,quę sine periculo suæ salutis dimittere poterat. Ad aliud qđ obijcit̃.s.ꝙ sacerdos est sub Episcopo:sicut Episcopus sub archiepiscopo,dicendũ ꝙ nõ est omninò simile.Cõstat enĩ, ꝙ archiepiscopus nõ habeat imme-

Universidad de Deusto
Biblioteca

diatam iurisdictionē in illos qui sunt de diœcesi Episcopi: nisi causa ad eū deferretur. Sed Episcopus habet ſmediatā iurisdictionē in parrochianos sacerdotis, cū possit quēlibet corā se citare & excōicare, qđ archiepiscopus nō pōt in subditis eporū: vt dictū est. Cuius rō est, qa ptās sacerdotis naturaliter & ex iure diuino subditur ptāti Epi, cui sit ſperfecta respectu illius: vt Dio. ꝓbat, sed Eps subditur archiepiscopo solū ex ordinatione ecclesiæ, & iō in quibus ecclesia stat Epm archiepiscopo subtitutū, in illis tm subiectus est ei. Sacerdos autē q ex iure diuino Epo subditur, in oīb⁹ est ei subiectus, sicut etiā Papa habet ſmediatā iurisdictionē in oēs Christianos, qa Romana ecclesia nullis sinodicis constitutis, cæteris ecclesijs plata est, sed euāgelica voce dñi & saluatoris nostri primatū obtinuit: vt habetur in decretis. distin. 21. c. quāuis. Ad id, quod posteā obijcitur, ꝙ presbyteri parrochiarū sunt sponsi ecclesiarū sibi cōmissarū, dicendum, ꝙ spōsus ecclesiæ, ꝓprie loquēdo, Christus est. de quo dicitur Ioā. 3. Qui habet spōsam, sponsus est. Ipse eñ de ecclesia suo noīe filios generat. Alij autē qui spōsi dicūtur, sunt ministri spōsi, exterius cooperātes ad generationē ſpiritualiū filiorum, quos tñ nō sibi sed Christo generāt. Qui quidē ministri, intātū spōsi dicūtur, inquantū vicē veri spōsi obtinēt. Et iō Papa qui obtinet vicem in tota ecclesia vniuersalis ecclesiæ spōsus dicitur, Epi autē suæ diœcesis, presbyter autē suæ parrochiæ. Vnde & diœcesis spōsus Papa est, & Epi parrochiæ, nec tñ ꝓpter hoc sequitur, ꝙ sint plures sponsi vnius ecclesiæ; qa sacerdotes suo ministerio cooperātur Epo tanquā principali, & similiter Epi Papæ & ipse Papa Christo. Vñ Christus, Papa, Epi, & sacerdos, nō cōputātur nisi vnus spōsus ecclesiæ. Vñ patet, ꝙ ex hoc, ꝙ Papa vel Epi audit cōfessiones parrochianorū, vel alij audiendas cōmittit, non sequitur, ꝙ sint plures vnius ecclesiæ spōsi, sequeretur autē si duo præficerētur eidē ecclesiæ eodē gradu, sicut duo Epi in vna diœceli, & duo presbyteri curati in vna parrochia, qđ canones prohibent. Ad ea verò quibus probare nitūtur, ꝙ nec ex priuilegio Papæ religiosi prædicare, nec cōfessiones audire possunt, nunc resondendum est. Quod ergo primò obijcitur, ꝙ Romanæ sedis auctoritas nō potest aliquid cōdere, vel mutare cōtra statuta sanctorum patrum, dicendū, ꝙ verū est in illis quæ statuta sanctorū determinauerunt esse de iure diuino, sicut articuli fidei qui determinati sunt per cōcilia. Sed illa quæ sancti patres determinauerunt esse de iure positiuo, sunt relicta sub dispositiōe Papæ: vt possit ea mutare vel dispensare, secūdū opportunitates tēporū vel negotiorū. Sancti eñ patres in cōcilijs cōgregati, nihil statuere possunt, nisi auctoritate Romani pōtificis interueniēte, sine qua etiā nec cōcilij cōgregari potest. Nec tñ Papa qñ aliqd aliter facit, quā à sanctis patribus statutū fir, cōtra eorū statuta facit, quia seruatur intētio statuētiū, etsi ſ nō seruātur verba statutorū, q nō possunt in oīous casibus, & ī oībus tpib⁹ obseruari, seruata intētione statuentiū, quę est vtilitas ecclesiæ, sicut & in omni iure positiuo accidit. Derogatur eñ prioribus statutis ꝑ statuta sequētia. Nec tñ hoc, ꝙ aliqui religiosi qui non sunt Epi, vel presbyteri parrochiales ꝓdicāt, & cōfessiōes audrūt est cōtra decreta patrū, nisi ex sua auctoritate hoc facerent sine auctoritate Papæ vel Epi: vt ex ꝓdictis patet. Et ꝑ hoc patet solutio ad id, qđ posteā obijcitur, qa Papa ex hoc, ꝙ dat alicui licētiā vel priuilegiū audiendi confessiōes: vel ꝓdicādi, nō facit ꝑ hoc cōtra Apostolū, qa tales religiosi nō ꝓdicāt plebibus alienis: vt suprà dictū est. Nec tñ hoc est verū, ꝙ Papa nō possit aliqd facere cōtra Apostolū. Dispēsat eñ cū bigamo & ī pœna quā canones Apostolorū statuerūt presbytero fornicāti. Ex decreto autē inducto, nō pōt amplius haberi, nisi ꝙ Papa nō potest destruere canonicā scripturam Apostolorum & Prophetarum, quæ est ecclesiasticæ fidei fundamentum. Ad id, quod posteà obijcitur, ꝙ priuilegia principū sunt intelligēda sine præiudicio alterius, dicendum, ꝙ præiudiciū dicitur fieri alicui, qñ ſubtrahitur ei aliqd, qđ in fauorē eius introductū est: vel qđ ad vtilitatē eius ordinatur, sed ſubiectio alicui⁹ ſubditi ad rectorē ecclesiæ nō est ordinata principaliter ad vtilitatem præsidētium, sed ad vtilitatem subiectorum. Vnde Ezech. 34. dicitur. Veh pastorib⁹ Israēl q pascebāt semetipsos. Nōne greges pascuntur à pastoribus, & ideò nullū ꝓiudiciū fit rectori ecclesiæ quādo subditus eius à sua potestate eximitur sine præiudicio eius, sicut Papa eximit abbatē à ptāte Episcopi sine ei⁹ ꝓiudicio, & similiter Epm à ptāte archiepiscopi. Si autē ipsemet opetur in subditis quę ptinēt ad salutē: vel alijs hoc ipsum cōmittat, nō solū nō facit ei præiudiciū, sed ſpstar ei magnū beneficiū, quod maximè acceptatur à cunctis rectoribus, q nō quærunt quæ sua sunt, sed quę Iesu Christi. Vnde sup illud. Nu. 12. Quid æmularis pro me. dicit Gl. Gre. Pia mens pastoris quia nō propria gloriā, sed auctoris quærit, ab oībus vult iuuari in eo, quod facit. Fidelis enim prędicator optat si fieri valeat: vt veritatē quā solus loq nō sufficit, ora cūctorū sonēt. Ad id, quod posteà obijcitur, ꝙ princeps quādo alicui cōmittit libe ram testamenti factionem, intelligitur tantùm cōfessisse legitimam & cōsuetā, dicendum, ꝙ similiter Papa quando committit alicui, ꝙ prædicet, vel cōfessiones audiat, cōmittit ei vt legitimè hoc faciat. Vnde per hanc commissionē nō potest prędicare aliqua quæ nō decent, sed ex quo ab eo datur libera potestas prædicādi, nō requiritur ad hoc, ꝙ eius prædicatio legitima sit, ꝙ ab alio potestatē accipiat, quia sic inutilis esset eis potestas à Papa accepta, sicut & ille qui habet licentiam ab Imperatore, ꝙ testamentū cōdat, nō oportet, ꝙ ab alio vlterius licentia petat, sed ꝙ obseruet ea quæ pertinent ad debitum modū testādi. Similiter & prædicator cui datur licentia à Papa prædicādi, sed debito mō prædicare: vt. ſ. alia prædicet pauperibus, & alia diuitibus, ꝙ obseruet huiusmodi quæ Greg. ī pastorali docet. Ad illud, quod posteà obijcitur, ꝙ monachus cū ordinatur, nō accipit executionē officij, nisi cū cura plebis sibi cōmittitur, dicendum, ꝙ potestas ordinis sacerdotalis ad duo ordinatur. Et primò & principaliter ad corpus Christi verū cōsecrandū, & huius potestatis executionem ſtatim cū ordinatur accipit, nisi sit defectus in ordinatione vel in ordinato. Secūdariò ordinatur ad corpus Christi mysticū per claues ecclesiæ quæ sibi cōmittuntur, & huius potestatis executionē nō recipit, nisi cura ei cōmittatur: vel nisi auctoritate alterius habentis curā hoc agat. Nec tamen potestas sacerdotalis frustrà datur ei, qa habet executionē in hoc ad quod sacerdotij potestas principaliter ordinatur, sed officiū prędicationis nō ordinatur ad aliud, quā ad prædicandū. Vnde cū priuilegiū principis non debeat alicui esse inutile: vt iura dicunt, oportet ex hoc ipso, ꝙ Papa cōmittit alicui officium prædicandi, ille habeat executionē officij, quicúnque sit, & tamen quando Papa dat priuilegium alicui religioso, quòd possit prædicare, nō propter hoc committit ei officium, sed magis officij executionem, quia religiosi tales non prædicant, quasi vtentes sua potestate, sed aliena sibi commissa, sicut dictum est. Ad aliud dicendum, quòd sicut suprà dictum est in prima quæstione de doctrina. Dionys. ibi loquitur de monachis laicis, qui non sunt Episcopi presbyteri vel diaconi, si tamen de omnibus intelligeretur, non destruit ecclesiasticam hierarchiam Papa, mittens monachos ad prædicandum, quia sicut suprà dictum est, in ecclesiastica hierarchia ille qui est inferioris ordinis, potest superioris officium exercere, etiam in suo ordine manens, sicut etiam & in cœlesti, & vlterius potest ad superiorem ordinem promoueri, quod non est in cœlesti. Vnde & Innoc. III. ante concilium generale, quosdam Cistertienſis ordinis misit ad prædicandum in partibus Tholosanis. Ad aliud, quod vltimò obijcitur, quòd religiosi non possunt petere licentiam prædicandi, quia hoc est ambitionis, dicēdum, quòd falsum est, quia prædicationis officium & laudabiliter appeti potest ex charitate, exemplo. Isa. qui se ad hoc sponte obtulit. Isai. 6. Ecce ego, mitte me & laudabiliter potest vitari ex humilitate, exemplo Hiere. qui dixit. Ah Ah Ah Domine Deus, nescio loqui, quia puer ego sum. Hiere. 1. vt patet per Glos. Greg. ibidem. Et similis sententia habetur. 8. q. 1. c. in scripturis. Sciendum etiam, quòd ecclesiastica officia duo habent adiuncta. scopus, & dignitatē, vel honorē, & ratione honoris laudabiliter recusantur, sed ratione operis laudabiliter possunt queri. 1. Thi. 3. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desideratur. Vnde Aug. dicit in 19. de ciui. Dei. Exponere voluit qd sit Episcopatus, secundum. ſ. quod desiderari potest, quia nomen est operis, nō honoris: vt habetur. 8. q. 1. qui Episcopatum. Et hoc idem habetur in Glo. super eodem verbo, & ideò si opus separatur à dignitate, laudabiliter & sine ambitionis periculo potest desiderari, & ideò nō est ambitionis, si religiosus petat à sacerdote vel Episcopo licentiam prædicandi, sed est signum dilectionis Dei & proximi.

An religiosus teneatur manibus laborare. CAP. V.

QVia verò per sufficientes rationes religiosos à fructu animarū arcere nō possunt, eos indirectè impedire nituntur, impones eis necessitatem manibus operandi: vt vel sic saltem retrahātur à studio, quo ad prædicta redduntur idonei. In quo hostes ciuitatis sanctæ præfati malignantes ostēduntur. Vnde sup illud Nec. 6. Veni & percutiamus fœdus, &c. dicit Glos. Hostes ciuitatis sanctæ suadebant Neemiæ in campestria descendere, & fœdus pacis secum inire, sic & hæretici & falsi catholici cum veris catholicis pacis cōsortium habere volunt: non vt ipsi ad aream catholicæ fidei & operationis ascendant, sed vt potius eos, quos in culmine virtutum cōmorantes aspiciunt, ad infima operum vel pauperum dogmatum descendere cogat. Quod autem religiosi manibus operari teneantur: multipliciter nituntur ostendere. Primò per hoc, quod dicitur, primæ Thessalonicens. quarto. Operamini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, sed ad præcepta seruanda tenentur maximè religiosi. ergo debent manibus laborare. Item secundæ Thessalonic. tertio. Si quis non vult operari, nec manducet. Glo. Dicunt quidam de operibus ſpiritualibus hoc præcepisse Apostolum, non de operе corporali, in quo agricolæ vel opifices laborant, & infrà. Sed superfluo conantur sibi & cæteris caliginem inducere: vt quod vtiliter charitas monet, non solùm facere nolint, sed nec intelligere. Et infrà. Vult Apostolus seruos Dei corporaliter opari vnde viuat, licet ad seruitutem Dei religiosi specialiter deputantur, ergo debent operari secundum Apostoli præceptum. Item inducunt hoc, quod habetur ad Ephes. quarto. Laboret operando manibus suis, quod bonum est: vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. glo. Non tantū vnde viuat: ergo religiosi qui nō habent aliundè vnde tribuant necessitatē patienti, debēt manibus operari. Item Luc. 12. super illud. Vēdite quæ possidetis. dicit glo. Nō tantū cibos vestros cōmunicare pauperibus: sed etiā vendite possessiones vestras: vt omnibus vestris semel pro domino spretis, posteà labore manuum operemini, vnde viuatis: vel eleemosinā faciatis: ergo religiosi qui omnia sua relinquunt, debent de labore manuum suarū viuere & eleemosinas facere. Itē religiosi maximè tenētur Apostolorū vitā imitari: quia statū perfectionis profitētur: sed Apostoli proprijs manibus laborabāt. 1. ad Corinth. 4. Laboramus operātes manibus nostris. & Act. 20. Ad ea quæ mihi opus erant, ministrauerūt manus istæ: & in hoc se immutabiles ostendebāt alijs. 1. Thes. 3. Neq; graris panem manducauimus ab aliquo: sed in labore: & fatigatione, nocte & die operantes: vt nos metipsos formā daremus vobis, ad imitandū nos: ergo religiosi debent Apostolos in labore manuum imitari. Item religiosi magis tenentur ad opera humilia, quàm sæculares clerici: sed sęculares clerici tenentur manibus laborare. Vnde dicitur in decretis distinct. 91. Clericus victū & vestitū sibi artificio vel agricultura absq; sui officij duntaxat detrimento præparet. Itē in sequenti cap. Quiliber clericus verbo Dei eruditus artificio victū quærat. Itē omnes clerici qui ad operandū validi sunt, artificialia & literas discant: ergo multò fortiùs religiosi tenētur manibus laborare. Item Actuum 20. Ad ea quæ mihi opus erant & his qui mecū sunt, ministrauerūt manus istæ. glo. Interliniaris. Exemplū operādi etiā Episcopis est signū quo discernuntur à lapis. ergo multò magis illi qui Episcoporū officium exercent: prædicādo debent manibus laborare. Itē Hierony. dicit ad Rusticū monachum. Aegyptiorū monasteria hunc morē tenent, vt nullū absq; opere & labore suscipiant: nō tam propter victus necessaria, quàm propter animę salutē: ne vagetur pernitiosis cogitationibus: ergo requiritur ad saluté animarum in religiosis, ꝙ manibus operentur. Item religiosi semper debēt ad profectū spiritualem conari: secūdum illud 1. ad Corinth. 12. Aemulamini carismata meliora. Sed sicut dicit Aug. in libr. de opere monachorū. religiosi qui nō operantur manibus, illos qui operantur sibi anteponēdos esse non dubitent. Et Act. 20. super illud. Beatius est magis dare, quā accipere. dicit glo. Illos maximè glorificat, qui cunctis quæ possident in semet renuntiantes, nihilominùs operando vt habeant vnde tribuant necessitatē patienti: igitur omnes religiosi ad hoc debēt tendere, vt manibus operentur. Item Aug. in eodem lib. religiosos non operātes cōtumaces nominat, subdens præmissis verbis. Cæterū quis ferat homines cōtumaces salubertimis Apostoli monitis resistentes nō sicut infirmiores tolerari: sed sicut sanctiores etiā prædicari. Sed cōtumacia est peccatū mortale: aliàs pro cōtumacia nullus excōmunicaretur. ergo sine periculo peccati mortalis religiosi nō possunt dimittere, quin manibus operentur. Item si religiosi excusantur à labore manuum, maximè videntur excusari propter hoc, ꝙ vacant psalmis: orationibus: prædicationibus: & lectionibus: sed propter ista nō excusantur. ergo omninò laborare tenētur. Media probatur, per hoc quod dicit Aug. in libr. de opere mona. Quid agant qui operari corporaliter nolunt, cui rei vacent scire desidero. Orationibus inquiunt: & psalmis: & lectioni: & verbo Dei. Et singula istorū remouens, dicit primò de oratione. Citiùs exauditur vna obedientis oratio, quàm decem milia contemptoris: innuens illos esse contemptores & indignos exaudiri, qui manibus nō operantur. Secundò quantùm ad vacantes diuinis cantibus, subiungit. Cantica cantare diuina etiam manibus operātes facilè possunt: & infrà. Quid ergo impedit seruum Dei manibus operantem, in lege domini meditari: & psallere nomini domini altissimi? Tertiò subiungit de lectione. Qui autē dicunt se vacare lectioni, nōne illic inueniunt quod præcepit Apostolus? Quæ est ergo ista peruersitas: lectioni nolle obtēperare, dum vult ei vacare: & vt quod bonū est diutiùs legatur: ideò facere nolle bonum quod legitur? Quis enim nesciat tantò citius quémq; proficere cū bona legit, quantò citius facit quod legit? Quartò subiungit de prædicatione. Si autē alicui sermo erogandus est & ita occupet vt manibus operari non vacet, nunquid hoc omnes in monasterio possunt? Quando ergo nō omnes possunt, cur sub hoc obtētu omnes vacare volunt? Quanquàm si omnes possent, vicissitudine facere deberent: nō solùm ne cæteri à necessarijs operibus occuparentur: sed etiam quia sufficit, vt audientibus pluribus vnus loquatur. Sciendum verò, ꝙ in ista etiā quæstiōe viam veritatis relinquētes, dum ab vno errore recedunt, in cōtrarium dilabūtur. Fuit enim quorundā monachorum error antiquitus, qui dicebāt religiosos manibus operari siue suæ perfectionis detrimento non posse: quia qui manibus laborat, nō totam sollicitudinē in Deum iactat: & ita non implet illud euangelicum. Nolite solliciti esse animæ vestræ: quid mādūcetis: & corpori vestro quid induamini. Mat. 6. Vnde & cogebātur negare Apostolū manibus operasse: & dicere hoc quod Apostolus dicit 2. Thes. 3. Si quis nō vult operari, nec mādūcet, de opere spirituali intelligē-

dum fore: nō de opere corporali: ne præceptū Apostoli præcepto euangelij contrariū inueniatur. Horū ergo errorē vtpotè sacrę scripturæ manifestè cōtrarium Aug. reprobat in libr. de opere monaquia cōtra tales hunc librū scripsit. vt patet in lib. retractationū. Ex quo quidā peruersi sensus homines cōtrarij erroris occasionē assumunt: vt dicāt religiosos esse in statu damnationis, qui manibus nō laborant: in hoc Pharaoni amicos & vnanimes se ostendentes. vt patet per glo. Exod. 5. super illud. Quare Moyses & Aaron sollicitatis populum, &c. Glo. Hodie quoq; si Moyses & Aaron. 1. propheticus, & sacerdotalis sermo. animā sollicitet ad seruitium Dei: exire de sæculo: renuntiare omnibus quæ possidet: attēdere legi & verbo Dei, cōtinuò audies vnanimes & amicos Pharaonis dicētes: Videte quomodò seducūtur homines & peruertūtur adolescentes ne laborent, ne militent: ne agant aliquid quod prosit: relictis rebus necessarijs, ineptias sectātur & otium. Quid enim est seruire Deo? Laborare nolunt & otij occasiones quærunt. Hæc erant tunc verba Pharaonis. Hæc & nunc amici eius loquuntur. Vt ergo ab istorū infestatione seruos Dei defendamus, ostendamus omnes religiosos nisi fortè in casu ad manibus laborandū non tantū non teneri: sed etiā manibus nō laborantes in statu salutis esse. Primò per glo. quæ habetur Mat. 6. Respicite volatilia cœli. glo. Sancti meritò auibus cōparētur: quia cœlū petūt: & quidam ita remoti sunt à mundo, vt iam in terris nil agāt: nil laborēt, sed sola cōtemplatione iam in cœlo degūt. De quibus dicitur. Qui sunt hi qui vt nubes volāt. Itē Grego. super Ezech. in secūda Homelia secūdæ partis. Cōtemplatiua vita est, charitatē Dei & proximi tota mēte retinere: & ab exteriori actione quiescere: soli desiderio cōditoris inhærere: vt nil iam agere libeat: sed calcatis curis omnibus ad videndā faciē sui cōditoris animus inardescat: ergo perfecti cōtemplatiui ab omni actione exteriori se, retrahunt. Itē Luc. 10. Super illud. Domine nō est tibi curæ, ꝙ soror mea reliquit me solā ministrare? dicit glo. Ex illorū ꝑsona loquitur, qui adhuc diuinæ cōtemplationis ignari, solū quod didicere fraternæ dilectiōis opus Deo placitū dicūt: idcóq, cūctos qui Christo deuoti esse velint, huic mancipandos autumāt. Sed illi qui dicūt religiosos manibus debere laborare, hoc propter fraternæ dilectionis opus dicunt: vt. ſ. habeant vnde eleemosinas tribuant: secūdum illud Ephe. 4. Laboret manibus suis, vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti: ergo illi qui volūt, ꝙ omnes religiosi manibus laborent, vocē Marthæ vtūtur, quæ de quiete Mariæ murmurauit: vnde à domino Mariæ otiū est excusatū. Itē hoc exemplo probari potest. Beatus enim Benedictus vt Gregor. in 2. dialogorū narrat: tribus annis in spectu mansit, manibus nō laborans: vt ex hoc victum quæreret: quia longe à conuersatione hominum positus erat soli Romano monacho cognitus, qui ei victū ministrabat. Quis tamen audeat dicere eum tunc in statu salutis nō fuisse, cùm dominus eum seruum suum nominauerit cuidam sacerdoti dicens, seruus meus illo in loco fame moritur? Multa etiam alia exempla sanctorum patent in dialogo: & in vitis patrum, qui sine labore manuum istam vitam transigebant. Item laborare manibus, aut est præceptum, aut consilium. Si consilium est, nullus tenetur ad laborandum manibus, nisi qui ad hoc voto se astrinxit. ergo religiosi qui ex regula sua non habeat, quòd debeant manibus laborare, ad laborem manuum non tenentur. Si autem est in præcepto, cùm ad præcepta diuina & apostolica æqualiter teneantur religiosi & sæculares: non magis ad laborē manuum tenentur religiosi, quàm sæculares: ergo si licebat alicui sine labore manuum viuere quando in sæculo erat, idem licebit quando in religione aliqua erit. Item tempore illo quo dixit Apostolus: qui non vult laborare non manducet: non erant religiosi à sæcularibus distincti: vnde istud præceptum communiter omnibus Christianis propositum est: quod etiam patet ex hoc quod dicitur. 2. Thessalo. 3. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. Omnes enim Christiani tunc fratres appellabantur: vt patet 1. ad Corinth. 7. Si quis frater habet vxorem infidelem, &c. glo. 1. Si quis fidelis. Si ergo religiosi tenētur laborare manibus propter illa Apostoli verba, pari ratione tenentur omnes sæculares: & sic redit idem quod prius. Item Augusti. dicit in libr. de opere monachorum. Illi qui saltē habebant aliquid in sæculo quo facilè sine opificio sustentarent hanc vitam, quod conuerſi ad Deum indigentibus dispertiti sunt: & credenda est eorum infirmitas & ferenda. Solent enim tales operum corporalium laborem sustinere non posse. ergo illi qui in sæculo de labore manuum non vixerunt, nec in religione ad laborem manuum sunt cogendi. Item in eodem libr. Auguſt. loquens de aliquo diuite, qui bona sua alicui monasterio tribuit, dicit quòd bene facit manibus laborando, vt alijs exemplum det. Quod quidem si nolit, scilicet laborare manibus, quis eum audeat cogere? Nec differt: vt ibi ipse subiungit: siue monasterio dederit: siue vbicúnque diuiserit: cùm omnium Christianorum sit vna res publica, ergo idem quod priùs. Item id quod non præcipitur nisi sub conditione & in casu, non obligat nisi conditione illa existente & in casu illo: sed labor manuum nunquā inuenitur ab Apostolo imperaOpuscu. S. Tho. Aquin. m 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

rus, nisi in casu, quando scilicet per hoc vitantur aliqua peccata, volens prius homines manibus laborare, quã in illa peccata incidere, ergo qui possunt manibus nõ laborãdo talia vitare, nõ tenẽtur manibus laborare. Media patet p hoc, q Apostolus nõ nisi in tribus locis inuenitur laborẽ manuum imposuisse. 1. ad Ephe. 4. Qui furabatur, iã nõ furetur, magis autẽ laboret operãdo manibus suis, in quo apparet, q laborẽ manũ imponit ad furtum vitandũ eis. s. qui à manũ labore abstinẽtes, victũ in furto quærebant. Secundò hoc ipsum præcepit. 1. The. 4. vbi dicit. Operemini manibus vestris, sicut præcipimus vobis, & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. In quo laborem manuum indixit, ad vitandam concupiscentiam alienarum rerum, quod est furtum mentale. Tertiò de hoc loquitur. 2. The. 3. vbi sic dicit. Cùm essemus apud vos hoc denunciabamus vobis, quoniã si quis nõ vult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter vos quosdã ambulare in quiete, nihil operantes, sed curiosè agentes. Glos. Qui fœda cura necessaria sibi prouident. His autem qui eiusmodi sunt denuntiamus & obsecramus in Domino Iesu Christo: vt cũ silentio operantes, suum panem manducent. In quo patet, q laborem manuum imponit illis qui laborem manuum fugientes ex turpibus negotijs victum sibi acquirebãt. Sic ergo patet, q religiosi & seculares qui & sine furto & sine cõcupiscentia alienarum rerum, aut sine turpi cura victum habere possunt, vndecúnque ex præcepto Apostoli laborare nõ tenẽtur. Similiter nec ex præcepto Aug. in lib. de opere monachorum, cũ non inducat nisi ad obseruandum præcepta Apostolica, sicut patet inspicienti diligenter verba eius, ergo nõ tenentur religiosi manibus laborare nisi in casu. Item illi qui habent aliàs vnde viuant, quã de labore manuum, nõ tenentur manibus operari. Alioquin omnes diuites & omnes clerici & laici qui nõ laborant, essent in statu dãnationis, quod est absurdũ. Sed aliqui religiosi sunt qui habent vnde aliàs viuant, quã de labore manuum, quia habent possessiones quæ ad eorum vitam sustentandam à fidelibus collatæ sunt: vel habent ministerium prædicationis sibi commissum. de quo viuere possunt. 1. ad Cor. 9. Dominus ordinauit his qui euangelium annuntiãt, de euangelio viuere. Glo. Sic Dominus rationabiliter disponit de prædicatoribus: vt expeditiores sint ad prædicãdum verbum Dei, vnde non potest dici, q hoc intelligendum sit solũ de prælatis, quibus ex auctoritate ordinaria prædicare incũbit, quia tam ipsos, quã alios quoscúnque qui ex eorum cõmissione prædicant, oportet expeditos esse ad prædicandum verbum Dei, inter quos possunt esse religiosi, sicut suprà probatum est. Similiter aliqui religiosi sunt, qui ecclesiæ deseruiunt in diuino officio, & de hoc etiam licitè viuere possunt. vnde dicitur. 1. Cor. 9. Qui altari deseruiunt, cum altari participant. Et de his duobus dicit Augustin. in libr. monachor. de religiosis loquens. Si euangelistæ sunt fateor habent scilicet potestatem de sumptibus fidelium viuendi. Si ministri altaris, bene sibi istam nõ arrogant, sed planè vendicant potestatem. Similiter sunt aliqui religiosi, qui sacrę scripturæ vacant, & de hoc etiam licitè viuere possunt. Vnde dicit Hiero. in Epist. cõtra Vigilantium. Hæc in Iudæa vsque hodie perseuerat cõsuetudo, nõ solùm apud nos, sed etiam apud Hebræos: vt qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & partem nõ habent in terra nisi solum Deum, synagogarum & totius orbis foueantur ministerijs, ergo patet, quòd nõ omnes religiosi tenentur manibus laborare. Item vtilitas spiritualis præfertur vtilitati temporali, sed qui seruiunt vtilitati communi ad pacem temporalem cõseruãdam, licitè accipiunt vnde viuunt. vnde dicitur Roma. 13. Ideò & tributa præstatis. Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes. Glos. Dum pugnant pro patria, ergo multò fortius qui in spiritualibus communi vtilitati deseruiunt, vel prædicando, vel sacræ scripturæ insistendo, vel ecclesię deseruiendo, in qua sunt orationes pro salute totius ecclesiæ, possunt licitè accipere à fidelibus: vnde sustententur, non ergo tenentur manibus laborare. Item sicut dicit Augusti. in libro de opere monacharum. Apostolus ibi manibus operabatur vbi Iudæis solo die sabbati prædicare consueuerat, habens reliquum tempus liberum ad manibus laborandum, sicut faciebat cùm esset Corinthi. Sed quando erat Athenis, vbi poterat quotidiè prędicare, manibus non operabatur, sed viuebat de his quæ detulerant sibi fratres de Macedonia venientes. Ex quo patet, quòd officium prædicationis non est propter laborem manuum dimittendum, ergo illi qui possunt prædicationi quotidiè insistere, & alijs quæ ad salutem animarum spectant, siue auctoritate ordinaria hoc agant, siue ex commissione alterius, debent omninò à labore manuum abstinere. Item opera misericordiæ præferuntur corporalibus exercitijs, primæ Thimothæi quarto. Corporalis quidem exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia valet, sed opera pietatis sunt intermittenda: vt vacetur prædicationi. Actuum sexto. Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Lucæ nono. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade & annuntia regnum Dei. Glossa. Dominus docet bona minora pro vtilitate maiorum esse prætermittenda. Maius est enim animas mortuorum prædicando suscitare, quã corpus mortui terra absconderе, ergo & illi qui licitè prædicare possunt qualitercúnq; debent laborẽ manuũ propter prædicationẽ intermittere. Item nõ est posibile studio sacræ scripturæ cõtinuò insistere, & de labore manuum victum quærere. Sed sicut Grego. in Pastorali dicit exponens illud, quod dicitur Exod. 25. Vectes semper erunt in circulis. Nimirum necesse est, inquit: vt qui ad officium prædicationis excubant, à sacræ lectionis studio nõ recedant: vt scilicet semper sint parati ad prædicandum, & si nõ semper prædicent: vt patet per ea quæ ibi subdũtur, ergo illi qui ad prædicandũ deputati sunt, siue ex propria auctoritate sicut prælati, siue ex prælatorum commissione, debent à labore manuum cessare: vt studio vacent. Item quòd religiosi possint labore manuum dimisso studio sacræ scripturæ absque reprehensione vacare, patet per id, quod dicit. Hiero. in prologo super Iob. Si autem fiscellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem: vt in sudore vultus mei comederem panem, & ventris opus sollicita mente pertractarem, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta sententiam saluatoris, volo operari cibum qui nõ perit, & antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgultisque purgare, error mihi geminus iniũgitur. Et infrà. Quapropter ô fratres dilectissimi, pro flabello calatis sportellisque munusculis monachorum spiritalia hæc & mansura dona suscipite, ergo patet, quòd beatus Hiero. qui erat monachus, loco laboris manualis studium sacræ scripturæ assumpserit, de quo tamen ab inuidis reprehendebatur, ergo & alijs religiosis hoc ipsum licet, quantũcúnque murmurent detractores. Item August. in lib. de opere mona. Qui relicta vel distributa, siue ampla, siue qualitercúnque opulentia inter pauperes Christi pia & salubri humilitate numerari voluerint, si corpore ita valent & ab ecclesiasticis occupationibus vacant, si & ipsi manibus operentur: vt pigris auferant excusationem, multò misericordius agunt, quàm cum omnia sua indigentibus diuiserunt. Ex quo patet, quòd tam illos qui corpore nõ valent, quàm illos qui ecclesiasticis operibus implicantur, nõ vult manibus laborare. Sed inter ecclesiasticas occupatiões prædicatio est vtilior & dignior. 1. Thi. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina, ergo illi qui in prædicatione occupantur, non debent manibus laborare. His ergo visis, restat obiectis in cõtrariũ respõdere. Ad illud ergo, quod primò obijcitur, q laborare manibus est ab Apostolo præceptum, dicendum, quòd illud præceptum ab Apostolo propositum non est iuris positiui, sed legis naturalis. Quod patet per hoc, quod dicitur. 2. Thess. 3. vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. Glossi. Aliter quàm ordo naturæ exigit. Loquitur autem de illis qui ab opere manuali cessabant. Quod autem ad manibus operandum ipsa natura inclinet, indicat corporis dispositio, quia natura nõ dedit homini vestes, sicut pilos alijs animalibus, neque arma, sicut cornua bobus & vngues leonibus, nec aliquem cibum sibi natura præparauit, excepto lacte: vt Auicennas dicit. Verũtamen loco omnium dedit sibi rationem, qua hæc omnia sibi posset prouidere, & manus quibus prouisionem rationis exequi posset: vt dicit Philosophus in 14. de animalibus. Et quia præcepta legis naturæ cõmuniter omnes respiciunt, hoc præceptũ naturalis iuris de labore manuũ ad omnes hominũ differentias se extendit, nec magis ad religiosos, quã alios. Nec tñ dicendũ, q ad manibus operãdũ quilibet hõ teneatur, quod sic patet. Sũt enim quædã legis naturæ præcepta, per quorũ impletionem nõ prouideretur nisi impleti, sicut præceptum de manducando. Vnde ad hæc implẽda, quilibet homo singulariter tenetur. Sunt etiã quædã præcepta legis naturę quibus homo sibi nõ prouidet, sed naturæ cõi, sicut præceptum de actu generatiuæ virtutis, quo species humana multiplicatur & saluatur, vel etiam quibus homo nõ soli ipsi, sed alijs prouidere potest, & ad hæc obseruanda nõ quilibet obligatur, quia nec vnus ad omnia sufficeret, quibus vita hominũ indiget. Nõ enim posset vnus homo generationi intendere, & contemplationi, & ædificationi, & agriculturę, & omnibus alijs exercitijs quibus indiget vita humana. Vndę in his vnus ab alio iuuatur, sicut in corpore mẽbrum vnum ab alio. Et propter mutuũ obsequium, quod hoies sibi inuicẽ impẽdere debẽt. dicit Apostolus. Rom. 12. Singuli autẽ alter alterius mẽbra. Horum autẽ ministeriorũ distributio: vt. s. diuersi homines diuersis ministerijs occupentur, fit principaliter ex diuina prouidentia, sed secũdariò ex causis naturalibus, per quas magis hõ inclinatur ad vnum, quã ad aliud. Sic ergo patet, q in talibus nullus obligatur ex præcepto, nisi quando necessitas incũbit & per aliũ sibi nõ prouidetur, sicut si necessitas incũberet homini: vt domo vel aliquo huiusmodi vteretur, & nullus alius esset q ei præpararet, ipsemet sibi habitaculũ præparare teneretur, aliàs sibi manus inijceret. Et similiter dico, q ad manibus laborandum nullus tenetur, nisi quando necessitas sibi incumbit vtendi his, quæ labore manuum quæruntur, & ea ab alijs aliũdẽ habere nõ potest sine peccato. Illud ẽm dicimur posse, quod licitè possumus, & hoc patet per id, quod dicitur. 1. Cor. 4. Laboramus operãtes manibus nostris. Gl

pro no-

pro nobis necessarijs: quia nemo dat nobis. Vnde & Apostolus laborẽ manuum nunquã præcepit, nisi illis quia à labore manuum abstinẽtes, causa victus acquirẽdi, in peccata alia incidebãt: vt suprà probatũ est. Et sic ex verbis Apostoli nõ potest probari, nisi q quilibet homo, vel religiosus, vel sæcularis tenetur manibus laborare, potiùs quàm se mori dimittat, vel victũ aliquo modo illicito quærat. Et hoc cõcedimus. Ad illud quod secũdò obijcitur, dicẽdum, q ex prima parte illius glo. nõ potest plus haberi, nisi q illud verbum Apostoli. si quis nõ laboret, nec mãducet: intelligitur de opere corporali cõtra quosdam monachos, qui dicebãt illud verbũ intelligẽdum esse de opere spirituali tantũ: volentes, q seruis Dei nõ liceret operari. Et hunc intellectũ glo. aufert: & Aug. reprobat in libr. de opere mona. vnde glo. sumitur. Habito ergo, q textus sit intelligendus, qui nõ vult operari. s. corporaliter nõ mãducet: nõ sequitur, q quilibet qui mãducare vult, teneatur manibus laborare. Si enim de omnibus hoc diceretur, esset cõtrarium ei quod paulò antè prẽmisit. Nocte & die operantes, nõ quasi non habuerimus potestatẽ, &c. Habebat ergo Apostolus potestatem mandicandi sine labore manuum. Nõ igitur vniuersaliter intelligẽdum est, si quis nõ vult operari nec mãducet. Sed de quibus loquatur, patet manifestè per illud quod subditur. Audiuimus enim inter vos quosdã ambulantes inquietè, nihil operãtes: sed curiosè agẽtes. glo. Qui fœda cura necessaria sibi prouident. His autẽ qui eiusmodi sunt, denuntiamus vt cũ silentio operantes, suum panẽ manducent. Cùm enim nullo modo debeant fœda cura. id est illicito negotio victũ quęrere, in idem redit eos nõ operari & nõ manducare. Quod autẽ subiungitur in glo. vult seruos Dei corporaliter operari: nõ simpliciter proponitur: sed cũ conditione alterius mali vitandi. s. inuoluntarię & coactę mendicationis: quia sequitur: vt nec cõpellantur egestate necessaria petere. Esset enim potiùs manibus laborandum, quàm ad tantã miseriam deueniendũ, q contra suum propositũ & voluntatem aliquis mendicare cogeretur. Nec tamen sequitur, q paupertatẽ assumentes & ex humilitate mendicare volentes, laborare manibus teneantur. Ad id quod tertiò obijcitur, dicẽdum q Apostolus non præcepit laborẽ manuum absolutè: sed cũ quadam cõparatione: vt. s. quis potiùs manibus laborare debeat, quàm furari. Dicit enim. Qui furabatur, iam nõ furetur: magis autẽ laboret manibus suis, &c. Ideò nõ sequitur, q religiosi qui sine furto victũ habere possunt, laborare corporaliter teneantur. Ad illud quod quartò obijcitur, dicendũ q illi qui omnia sua vendunt, vt cõsilio Christi obediant, debẽt suis rebus venditis sequi Christũ. vnde Petrus dicit Mat. 19. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, &c. Sequi autem potest aliquis Christum, nõ solùm opera vitæ cõtemplatiuæ operando: sed etiam opera actiuæ faciendo: vnde qui relictis omnibus contemplationi vacat, cõsilium Christi implet. Similiter qui relictis omnibus eleemosinas corporales vel spirituales facit prędicãdo vel docẽdo. glo. ergo inducta ponit vnum illorũ quibus consiliũ Christi impletur: nec tamen per hoc alia excluduntur: aliàs glo. cõtraria esset euãgelio. dicitur enim Luc. 9. Quod dominus cuidam dixit. Sequere me. Qui cũ dilationẽ peteret causa sepeliendi patris, dominus respõdit. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autẽ vade & annuntia regnum Dei. Voluit ergo aliquos dimittis omnibus se sequi ad annũtiandum verbũ Dei. Vel potest dici, q cũ textus sit consiliũ, totum quod in glo. cõtinetur consilium est: & ideò ad hoc nullus tenetur, nisi ad hoc per votũ obligetur. Ad id quod 5. obijcitur, dicẽdum, q hoc q Apostoli manibus laborauerũt, quandóq; quidẽ fuit necessitatis: quãdóq; supererogationis. Necessitatis quidẽ fuit, quando ab alijs victũ inuenire nõ poterant: vt patet 1. Corint. 4. per glossi. priùs inductã. Quod etiã supererogationis fuerit, patet per id quod habetur 1. Corint. 9. Hac tamen supererogatione tribus de causis Apostolus vtebatur. Quãdóq; quidẽ, vt occasionẽ auferret pseudoapostolis prædicãdi, qui propter sola tẽporalia prædicabãt: vt patet 2. Corin. 11. Quod autẽ facio & faciam vt amputẽ occasionẽ eorũ, &c. Quãdóq; propter auaritiam eorũ quibus prædicabat, ne grauati si Apostolo seminãti spiritualia prouiderent tẽporalia à fide discederent. vt patet 2. Corint. 12. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs, nisi q ego ipse non grauaui vos. Tertiò ad dandũ exemplũ otiosis operandi. 2. Thes. 3. Nocte & die operãtes: ne quem vestrũ grauaremus. Et infrà. Vt nosmetipsos formã daremus vobis ad imitandũ nos. Nec tamen Apostolus laborabat in illis locis, in quibus quotidiè prędicãdi facultatẽ habebat: sicut Athenis: vt Aug. dicit in lib. de opera. mona. Et ideò non est de necessitate salutis, q religiosi in hoc Apostolũ imitentur: cùm non teneantur ad omnes supererogationes. Vnde nec alij Apostoli manibus laborabant, nisi fortè quãdo nõ inueniebant qui eis daret: in quo casu tenetur quilibet manibus laborare. Ad id quod 6. obijcitur, dicẽdum q decreta illa loquuntur de illis clericis, quibus facultates ecclesię & oblationes fideliũ nõ sufficiunt ad viuẽdum, qui debẽt victũ manib⁹ quęrere. Ad 7. dicẽdum q Apostolus dat Episcopis exemplũ laborãdi, in casibus in quibus ipse laborabat: quando. s. per laborẽ manuum ab occupationibus ecclesiasticis nõ impediuntur & accipere sumptus esset in grauamen & scandalũ subditorũ de nouo cõuersorum ad fidẽ. Ad id quod 8. obijcitur, dicendũ q labor manualis vt per auctoritatẽ Hiero. inductã patet: nõ solũ assimitur ad victũ quærendum: sed ad vanas cogitationes reprimẽdas: quæ nascũtur ex otio & carnis corruptione. Otium autẽ efficaciter remouetur, nõ solũ per opera manualia: sed etiã per exercitia spiritualia, quibus etiã cõcupiscentia carnis frenatur. vnde dicit Hiero. in eadem epistola. Amascientiã scripturarũ: & carnis vitia non amabis. Vnde quantũ pertinet ad corpus domandũ & otiũ tollendũ, labor manualis nõ est in præceptis: dummodò homo p alia spiritualia exercitia otiũ euitet, & corpus castiget alijs pœnitentiæ operibus: sicut iciunijs: vigilijs: & huiusmodi, inter quæ cõnumerat Apostolus laborẽ manuum dicens 2. Corint. 6. In laboribus: in vigilijs: in iciunijs. Glo. In laboribus operũ: quia manibus suis operabatur. Ad illud quod 9. obijcitur dicendũ, q laborare manibus quãdóq; est melius, quàm nõ laborare, & quãdóq; cõuersò. Quãdo enim aliquis per laborẽ manuum nõ retrahitur ab aliquo vtiliori opere, melius est manibus laborare: vt exinde possit sibi sufficere & alijs ministrare: & præcipuè quãdo esset in scãdalũ infirmorũ infideliũ, vel de nouo cõuersorũ ad fidẽ: si aliquis à labore manuum abstinẽs de sumptibus fidelium viuere vellet. In quo casu Apostolus manibus laborabat: vt patet per glo. 1. ad Corint. 9. Et sic loquitur etiam glo. inducta de Actibus. Quãdo autẽ per laborẽ manuum aliquis ab vtiliori opere impeditur, tunc melius est à labore manuum abstinere: vt patet per glo. Luc. 9. Super illud. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: quæ suprà fuit inducta: & sicut patet per exemplum Apostoli, qui ab opere cessabat: quãdo prædicãdi oportunitatẽ habebat. Facilius autẽ impedirẽtur moderni prædicatores à prædicatione per laborẽ manuum, quàm Apostoli, qui ex inspiratione scientiã prædicãdi habebãt: cũ operteat prædicatores moderni tẽporis ex cõtinuo studio ad prędicandum paratos esse: vt patet per auctoritatẽ Grego. suprà inductã. Ad illud quod 10. obijcitur, dicendum q Aug. illos ab opere desistẽtes contumaces dicit, qui ex præcepto Apostoli laborare tenẽtur: quos & Apostolus 2. ad Thes. 3. excõmunicandos dicit: hi autẽ sunt qui otiosè viuẽtes ex fœda cura sibi victũ acquirũt. Et q de talib⁹ Aug. loquatur, patet ex his quæ suprà, dixerat assignãs causam quare illi qui ex rusticana vita ad religionẽ conuertuntur laborare debeant. Dicit enim: nec enim apparet vtrũ ex proposito seruitutis Dei venerint: an vitã inopem & laboriosam fugientes, vacui pasci atq; vestiri voluerint: & insuper honorari ab eis à quibus cõtemni cõteriq; consueuerãt: quos vult manibus operari. Tales enim manifestè sunt de numero otiosorũ, quibus denũtiat Apostolus, vt cũ silentio operantes, suum panẽ manducent: & præcipuè cõtumaces Augu. nominat illos, qui dicebant nõ licere seruis Dei manibus suis operari: sensum Apostoli peruertentes. Ad illud quod 11. obijcitur, dicẽdum q spiritualibus operibus, quę obiectio tãgit, potest quis vacare dupliciter. s. quasi inseruiens vtilitati cõmuni & quasi insistẽs vtilitati priuatę, quod patet per singula. Potest enim aliquis orationibus & psalmis vacare, diuinum officium in ecclesia celebrãdo: quod est quoddam opus publicũ ad ecclesiæ ædificationem ordinatum: & potest etiam prædictis aliquis vacare per modum priuatæ orationis: quod interdum etiam laici faciunt. & sic de alijs loquitur Aug. Non autẽ primo modo: quod patet ex hoc quod dicit, q cantica diuina decantare manibus operãtes possunt: exemplo opificũ, qui fabulis corda & linguas donant: cũ tamen manibus ab opere nõ recedant: quod nõ fineretur in illis qui debent in ecclesia horas canonicas celebrare. Similiter lectioni aliquis vacat, quasi operi publico in scholis docendo: vel etiam addiscẽdo: vt magistri & scholares faciunt religiosi: vel sæculares: sed quasi operi priuato: qui sibijpsis ad consolationem suam scripturas perlegũt: sicut monachi in claustris faciunt: & sic loquitur Aug. Vnde non dicit, Qui dicunt se vacare doctrinæ, vel instructioni: sed dicit qui dicunt se vacare lectioni. Similiter verbo Dei aliquis insistit, quasi operi publico publicè populis prędicãdo: sed tanquàm priuato opere insistit verbo Dei, qui alicui in communi locutione verba ædificatoria loquitur: sicut monachi in deserto fratribus ad se venientibus, multa dicebant ad ædificationem ipsorũ. Et sic loquitur Aug. quod patet ex hoc quod dicit. Nunquid omnes in monasterio possunt veniẽtibus ad se fratribus diuinas exponere lectiones: & ideò etiam non dicit: si prædicatio est erogãda: sed si sermo erogandus est: quia vt dicit glo. 1. Corinth. 2. Sermo est qui priuatim fit: prædicatio autem, quę fit in communi. Illi ergo qui prędictis spiritualibus operibus quasi operibus publicis vacant, suo labore legitimè victum acquirunt à fidelibus accipiendo, vtilitati communi inseruientes. Qui autem prædictis operibus quasi priuatis vacant à labore manuum abstinentes, quandóque quidem sunt transgressores præcepti Apostolici: quando, scilicet sunt de illis quibus denuntiat Apostolus: vt cum silentio operantes, suum panem mãducent: vt dictum est. De his ergo loquitur Augustinus vt patet ex hoc quod dicit. Cur & non præceptis Apostolicis obser-

Universidad de Deusto Biblioteca

uandis aliquas partes tẽporum deputamus. Et etiam ex hoc,quod dicit. Citiùs exauditur vna obedientis oratio,quàm decẽ millia cõtemptoris,& ex hoc,quod dicit. Quæ est ista peruersitas,lectioni nolle obtẽperare. Ex quibus omnibus patet,ꝙ loquitur de vacantibus spiritualibus operibus,qui præceptũ Apostolicũ trãsgrediũtur. Nec transgrediuntur nisi qui ad obseruandum obligantur, de quibus prius dictum est. Quandoq; autem vacantes prædictis:vt etiam priuatis operibus, Apostoli præceptum nõ transgrediuntur manibus nõ operantes,quia nõ laboriosam vitam ex pigritia fugientes, vacui & otiosi volunt pasci,sed abundantia diuini amoris ab omni exteriori opere retrahuntur:vt contemplationi vacẽt:vt per auctoritates suprà inductas probatum est.

An religiosis liceat omnia sua relinquere & sibi nihil retinere in proprio, nec in communi. CAP. VI.

PRædictis autem non contenti aduersarij veritatis, religionum omnium fundamentum ab ipso Domino firmiter collatum nituntur euertere, videlicet paupertatem, dicentes illicitum fore omnibus dimissis pauperem religionem ingredi, qui possessiones, aut redditus non habeat,nisi fortè sub proposito manibus laborãdi, inducentes ad confirmationem sui erroris.quod dicitur Prouer.30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi,tribue tãtùm victui meo necessaria,ne fortè satiatus illiciar ad negandum,aut egestate compulsus furer,& periurem nomen Dei mei,sed ille qui dimissis omnibus pauperem religionẽ intrat,qui possessiones non habet,victum sibi necessarium aufert mendicitati se exponens,præcipuè si nõ habeat propositum labore manuum victum quærẽdi,ergo committit se periculo furti & periurij in quo reprehensibilis videtur. Item Ecclesia.7.dicitur. Vtilior est sapientia cum diuitijs.Gloss.quàm sola. ergo reprehensibiliter agit qui sapientiam sine diuitijs præelegit diuitias relinquens: vt sapientiæ vacet.Item Ecclesiastic.17. dicitur. Propter inopiam multi deliquerunt.Gloss. propter inopiam cordis & operis,sed illud,quod est causa periculi est fugiendum, ergo aliquis se inopem facere non debet omnia sua relinquendo.Item 2.ad Cor.8.Apostolus dat formam fidelibus eleẽmosinas faciendi,sic dicens.Sic voluntas prompta est secundum id,quod habet.Glo.vt necessaria retineat tãtum accepta est,nõ secũdum id,quod nõ habet.i. vltra vires. Nõ enim volo vt alijs remissio:vobis autem tribulatio. Glos.i.paupertas.sed ille qui omnia dat,non retinet necessaria sibi, sed vltra vires dans paupertatem patitur,ergo inordinatè dat & contra formã ab Apostolo traditã. Item 1.The.5.super illud.Rogamus autem vos fratres:vt noueritis eos.dicit Glo.Sicut diuitiæ negligentiam pariunt salutis,ita egestas dum saturari quærit,à iustitia declinat, sed illi qui relictis omnibus pauperem religionem intrant, se egestati subijciunt, ergo ponũt se in periculo declinandi à iustitia, quod videtur reprehensibile. Item 1.ad Thi.6.Super illud.habentes alimenta & quibus tegamur.dicit Glo.& si nil intulerimus vel ablaturi sumus,nõ tamen omninò abijcienda sunt hæc temporalia. Sed ille qui dimissis omnibus religionem intrat,qui tẽporalibus possessionibus caret, omninò temporalia abijcit, ergo inordinatè agit. Item super illud Luc.3. Qui habet duas tunicas,det nõ habenti.Gl. de duabus tunicis diuidendis datur præceptũ,quia si vna diuiditur, nemo vestitur.Misericordiæ enim ipsius pro passibilitate humanæ cõditionis seruatur mensura: vt nõ sibi vnusquisque totum eripiat, sed quod habet cum paupere partiatur, ergo qui omnia pauperibus dat nihil sibi reseruans:vltra mẽsurã & ĩmoderatè dat,& ita peccat. Item super illud.Luc.12.Nolite quærere,quod manducetis.Gl.Non præcepit vt nihil pecuniæ ad vsus necessarios reseruetur à sanctis, cũ & ipse Dominus loculos habuisse legatur. Sed nisi esset bonũ reseruare aliquid sibi,reseruatio prohibita esset, nec Dominus aliquid reseruasset,ergo bonum & expediens est aliquid sibi reseruare,& nõ omnia relinquere.Item dare danda & nõ danda est actus prodigalitatis,sed ille qui dat omnia,dat danda & nõ danda,cùm nihil nõ dãdum sibi reseruet,ergo talis peccat vitio prodigalitatis.Item Ro.12. Rationabile obsequium vestrum.Gloss.Ne quid nimis sit. Sed dare omnia est dare nimis, quia excedit medium, quod tenet liberalitas in dando,quæ dat aliqua & reseruat quædam,ergo qui omnia dans religionem intrat, non præstat rationabile obsequium Deo. Item Exod.20.dicitur,non occides.Glo. subtrahendo consilium vitæ cui debes dare,sed consilium vitæ conseruãdæ adhibetur per bona temporalia, ergo qui bona temporalia subtrahit sibi cui maximè debet consilium vitæ adhibere, venit contra illud præceptum Decalogi,non occides,sibi manus inijciendo.Item Treno.4. Meliùs fuit occisis gladio,quàm interfectis fame, ergo se exponere fami peius est,quàm se exponere gladio,sed hoc nõ licet dum homo habet,qđ faciat sine peccato:vt Aug.dicit.ergo multò minus licet se fami exponere,quod facere videntur qui sua relinquunt,nihil sibi reseruãtes.Item plus hõ sibi tenetur,quã alij. Sed peccaret aliquis qui alteri totum subtraheret:vnde vitam sustentare deberet,& quodammodò ipsum occideret. Ecclesia.34.Panis egentiũ:vita pauperis est,qui defraudat illũ,hõ sanguinis est,ergo peccat,seipsum quodãmodò occidens,qui oĩa relinqt vt religionẽ intret,in qua cõmunes possessiões nõ sunt vñ sustẽtentur.Itẽ totius pfectionis exẽplar vita Christi est. Sed Christus habuit vnde vitam sustentaret.Legitur enĩ Ioan.12. Loculos habuisse. Et Ioan.4. legitur,ꝙ discipuli eius iuerãt in ciuitatẽ: vt cibos sibi emerẽt,ergo non est perfectionis, ꝙ aliquis omnia det nihil sibi reseruans.Item omnis religionis obseruatio habet ortum à cõuersatiõe discipulorũ Christi.Vnde dicit Hiero.in lib.de illustribus viris,ꝙ tales in primitiua ecclesia erãt oẽs Christiani,quales mõ sunt religiosi etiã pfectissimi.Et hoc idẽ habetur in collatiõibus patrũ,& haberi põt ex Glo.q̃ habetur.Act.4.sup illud multitudinis credentium,&c.Sed de his dicitur.Act.4. ꝙ erãt illis oĩa cõia & nullus erat egẽs inter eos, ergo illi q̃ dimissis ꝓprijs nõ habẽt possessiões in cõi,quos oportet esse egẽtes, nõ religiosam sed supstitiosam vitã ducũt. Item Dominus mittẽs discipulos suos ad prædicandum, duo eis præcepta dedisse videtur : vnum.s. vt nihil in via secum ferrent: vt patet Matt.10.Mar.9.& Luc.6.Aliud: vt in viam gentium ne abirent:vt dicitur Matt.10. Primum autem videtur reuocasse pasione imminẽte.Luc.22.Sed nũc qui habet sacculũ,tollat similiter & perã. Secundũ præceptũ reuocasse videtur.Mat.vlt.Euntes docete omnes gẽtes.Et Mar.vlt.Euntes in mundum vniuersum,&c.Sed post reuocationem secundũ præceptũ nullatenus est obseruãdũ,sed magis est euãgeliũ gẽtibus pdicãdũ, ergo nec primũ pceptũ est deinceps obseruandum:vt aliquis.s. totaliter subsidia vitæ à se abijciat. Item 12. q.1.dicitur. Expedit facultates ecclesiæ posideri & proprias perfectionis amore cõtemni.Et infrà.Satis ostenditur & propria debere propter perfectionem cõtẽni,& sine impedimẽto perfectiõis posse ecclesiæ facultates q̃ sunt ꝓfectò cõmunes possidere, ergo & si aliq oĩa sua dimittãt ad religionẽ cõuolantes,talem tamen religionem debent eligere,quæ habeat facultates cõmunes. Item q.eadem.c.videntes.dicitur,ꝙ summi sacerdotes statuerunt possessiones ecclesię cõferri:vt inter eos q in cõmuni vitã degunt,nullus egẽs ĩueniatur. Si ergo aliqui cõmunibus possessionibus spretis in egestate viuant, cõtra statuta sanctorũ patrum faciunt, & ita peccant. Item Matt.4. super illud.Si filius Dei es mitte te deorsum.Glo.Nemo debet tentare Deum,quando habet ex humana ratione quid faciat.Et infrà. Postquã deficit humana ratio cõmẽdet se homo Deo,nõ tẽtãdo,sed deuotẽ cõfidẽdo. Sed ille qui habet diuitias quibus põt resistere his quæ corrũpunt corpus.s.calori naturali & alijs hmõi,cõtra q̃ munimur p victũ & vestitum,habet ex humana rõne quid faciat, ergo si his auxilijs sibi subtractis à Deo victum expectet:videtur quòd peccet tentando Deum, sicut si aliquis videns vrsum venientem, arma deponeret, quibus vitam suã poterat tueri: videretur tentare Deũ. Item illa quæ quotidiè à Deo petimus,nõ sunt abijcienda. Sed corporalia necessaria ad vitã quotidiè à Deo petimus dicentes. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, ergo temporalia non sunt omninò abijcienda : vt.s. aliquis voluntariè se subijciat paupertati. Item in decre.de consecrat.distin.1.c. Nemo dicitur,ꝙ ecclesia non debet ædificari,antequàm ille qui vult ædificare prouiderit quæ ad alimẽta & custodiã & stipẽdia custodum sufficiãt,ergo illi qui possessiones nõ habent cõtra decreta sanctorũ patrũ viuunt.Itẽ modus iste viuendi cũ communibus possessionibus in religionibus est approbatus per antiquos patres.Aug.Basil.Benedict. & multos alios, ergo temerarium videtur alium modum nouum inducere.Item in nouo testamẽto discipulis Christi imponitur:vt necessitatibus pauperum subueniãt, sed hoc non potest fieri ab illis qui nec proprias, nec communes possessiones habent, ergo talis modus viuendi non est approbandus.Sed quia rerum cognitiones interdũ ex sua pẽsantur origine,prædictę positiõis ortũ & processum inuestigemus.Sciẽdum ergo est hæreticũ quẽdã fuisse Romæ antiquis tpibus Iouinianum noĩe,qui in hũc errorẽ lapsus est: vt diceret omnium baptizatorum qui suum baptisma seruauerunt: vnã in regno cœlorum esse remunerationẽ:vt Hiero.narrat in lib.quẽ cõtra eum scribit,ex quo intantũ ꝓcessit,vt diceret virgines viduas & maritatas, quæ semel in Christo sunt lotæ,si nõ discrepẽt cæteris operibus,eiusdẽ meriti esse,& ꝙ inter abstinentiã ciborũ, & pceptionẽ eorũ cũ gratiarũ actiõe,nulla esset differẽtia,mrĩmoniũ p hoc virginitati adæquans. In quo cõsiliũ de virginitate seruãda eneruabat,qđ habetur à Dño. Matt.19. Non oẽs capiũt verbũ istud:vt.s.à nuptijs abstineatur,sed qui potest capere capiat.& ab Apostol.1.Cor.7.De virginibus autẽ præceptũ Dñi nõ habeo,cõsiliũ autẽ do. Vñ positio eius pro hæresi dãnata est:vt Aug.narrat.Hic autem Iouiniani error in Vigilantio surrexit:vt Hier.dicit in Epist.cõtra Vigilã.qui veritatẽ fidei impugnabat:vt ibidẽ dicitur pudicitiã odio habẽs,& in conuiuio sæculariũ cõtra ieiunia sanctorum declamans:vt Hier.in eadẽ Epist.dicit. Nec solũ contentus fuit Iouinianum imitari,consilium de virginitate euacuans,sed superaddere ausus est etiam:vt cõsiliũ de paupertate seruãda destrueret omninò.Vñ Hiero.de eo dicit.Quod autem asserit eos melius facere qui vtuntur rebus suis & paulatim fructus possessionum pauperibus diuidunt, quã illos qui possessionibus venundatis simul oĩa largiũtur,nõ à me ei,sed à Deo respõdebitur.Si vis perfe-

vis perfectus esse,vade & vẽde omnia quæ habes,&c.Matth.19.Hic autem error per successiones errãtiũ vsq; ad hodierna tẽpora peruenit.& in hæreticis quibusdã qui Cathari nominantur permansit:& adhuc permanet,sicut patet in quodã tractatu cuiusdã desiderij hæresiarchæ Lõbardi nostri tẽporis,quẽ edidit cõtra catholicã veritatẽ,in quo inter cætera cõdẽnat statũ eorũ,qui relictis omnibus egere volunt cũ Christo.Nuper autẽ qđ est horribilius,antiquus error renouatus est,ab his qui fidẽ defendere videbãtur.Qui more errantium in peius procedẽtes,nõ sunt cõtẽti diuitias paupertati ęquare. vt Iouinianus:vel diuitias paupertati præferre.vt Vigilantius : sed paupertatẽ totaliter cõdẽnare:dicẽtes non esse licitũ sua omnia pro Christo relinquere,nisi talẽ religionẽ intret,quæ possessiones habeat:vel nisi talis sit,qui de labore manuũ viuere intendat.Asserũt etiam paupertatẽ laudari in scriptura,nõ actualẽ qua aliquis se rebus tẽporalibus expoliat:sed habitualẽ qua aliquis rẽ tẽporalẽ cõtẽnit corde,& si re posideat. Ad destructionem igitur huius erroris, hoc modo procedimus.Primò enim ostẽdemus ad perfectionẽ euãgelicã pertinere,nõ solũ paupertatẽ habitualẽ:sed etiã actualẽ quæ fit per abiectionẽ rerũ tẽporaliũ.Secũdò ostẽdemus,ꝙ hæc perfectio manet,etiã si possessiones in cõmuni non habeantur.Tertiò ꝙ hæc perfectio etiam in his qui possessionibus carent,nõ semper requirit manuũ laborẽ.Quartò soluemus ea quæ pro se inducunt.Ad ostendendũ autẽ paupertatẽ actualẽ ad euãgelicã perfectionẽ pertinere,assumatur primò illud quod dicitur Mat.19.Si vis perfectus esse,vade & vende omnia,&c.Sed ille qui sua vendit & pauperibus tribuit,non solũ habitualẽ paupertatem eligit:sed etiã actualẽ:ergo actualis paupertas ad euãgelicã perfectionem pertinet.Item perfectio euãgelica cõsistit in imitatione Christi:sed Christus non solùm voluntate,sed etiã realiter fuit pauper.Vnde Mat.17.super illud Vade ad mare.glo.Dominus tantæ paupertatis fuit:vt vnde tributum solueret non haberet.Et Luc.9.super illud.Vulpes foueas habẽt,&c. Dicit glo.Ego sum tantæ paupertatis:vt nec hospitium quidem habeam:nec meo vtar tecto:& per multas alias auctoritates de facili hoc probari potest.ergo actualis paupertas ad perfectionem pertinet euangelicam.Item perfectio euangelica in Apostolis maximè claruit:sed ipsi actualem paupertatem habuerunt sua omnia relinquentes:vnde Petrus dixit.Mat.19.Ecce nos reliquimus omnia,&c. Et ideò Hiero.dicit ad Hedibiã.Vis esse perfecta,& in primo stare fastigio dignitatis.Fac quod fecerunt Apostoli, vende omnia quæ habes & da pauperibus & sequere saluatorẽ.& nudam solámq; crucem nuda sequaris & sola:ergo actualis paupertas ad euangelicam perfectionem pertinet.Item Mar.10.super illud.Quòd difficilè qui pecunias habent,&c.glo.Aliud est pecuniam habere,aliud amare. Multi habent & non amant:& multi non habent & amant. Item alij & habent & amant.alij verò non habere,nec amare se gaudent. Qui tutiores sunt,&quidẽ cũ Apostolo dicere possunt.Mihi mũdus crucifixus est:& ego mundo.ergo actualis paupertas & habitualis simul præferenda est habituali paupertati.Item idem potest haberi Matth.19.per glo.super illud.Diues difficile intrabit in regnum Dei.glo.De omnibus tutius est nec habere nec amare diuitias.Item Iac.2.Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo.glo.Inopes rerum temporalium.Hoc autem non est nisi per actualem paupertatem.ergo actualiter pauperes sunt electi à Deo.Item Luc.14.dicitur.Qui non renuntiat omnibus quæ posidet.glo.Hoc tamen distat inter renuntiare omnibus & relinquere omnia:quia renuntiare conuenit omnibus qui ita licitè vtuntur omnibus mundanis quę posident:vt tamen mente tendant ad æterna.Relinquere est tantũ modo perfectorum:qui omnia temporalia postponunt & solis æternis inhiant.ergo relinquere quod pertinet ad actualem paupertatem,est euangelicæ perfectionis.sed renuntiare quod pertinet ad habitualem secundum glo.prædictam,est de necessitate salutis.Itẽ Hiero.in epistola contra Vigilantium post verba inducta subiungit.Ad eum loquitur dominus:qui vult esse perfectus,qui cum Apostolis patrem,nauiculam:& rete dimittit.Iste quem tu laudas,secundus & tertius gradus est:qui scilicet fructum possessionum dat pauperibus:quem & nos recipimus,dummodò sciamus prima secũdis & tertijs præferenda:ergo patet,quòd præferendi sunt illi qui omnia sua dimittunt illis,qui de fructibus possessionum diuidunt pauperibus.Item in epistola ad Rusticum monachum Si habes substantiam,vende & da pauperibus:si non habes grandi onere liberatus es:nudum Christum nudus sequere.Durum,grande,difficile:sed magna sunt præmia.Et multa alia huiusmodi ex epistolis Hiero.accipi possunt,quæ de actuali paupertate necesse est vt intelligantur: quæ causa breuitatis dimittuntur.Item Aug.dicit in lib.de ecclesiasticis dogmatibus.Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare,melius est pro intentione sequendi dominum insimul donare,& absolutum à sollicitudinibus egere cum Christo.& sic idem quod prius.Item Ambro.in lib.de offic.Nullum adminiculum præstant diuitiæ ad vitam beatam:quod euidenter dominus in euangelio demonstrauit dicens.Beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei.Et infrà.Itaque paupertatem famen & dolorem quæ portantur mala,non solùm impedimento non esse ad vitam beatam:sed adiumento esse,euidentissimè pronuntiatum est. Sed hoc non potest intelligi de paupertate habituali,qua homo diuitias subijcit:quia hęc à nullo putantur impeditiua beatitudinis.ergo oportet,quòd intelligatur de paupertate actuali, quæ omnia abijcit.Item Grego.dicit in 8.Homel.secundæ partis super Ezech. Cùm quis suum aliquid Deo vouet & aliquid non vouet,sacrificiũ est:cùm verò omne quod habet:omne quod viuit:omne quod sapit omnipotenti Deo vouerit, holocaustum est:sed holocaustũ erat dignissimũ sacrificiorum:ergo perfectissimũ opus est,omnia sua propter Deum dimittere.Item Greg.in prologo mo.Cúmq; adhuc me cogeret animus præsenti mundo quasi specietenus deseruire,ceperunt multa contra me ex eiusdem mundi cura succrescere:vt in eo iam non specie:sed quod est grauius mente retinerer.Qui tandem cuncta sollicitè fugiens,portum monasterij petij:& relictis quæ mũdi sunt:vt frustra tunc credidi, ex huius mundi naufragio nundus euasi.Ex quo patet,quòd periculum est res mundi posidere: quia earum possessio periculosè mentem retinet:& ideò laudabilius est etiam possessiones rerum temporalium à se abijcere per actualem paupertatem:vt mens à cura diuitiarum liberetur.Item Chryso.dicit.quòd nemo lęditur nisi à seipso.Quid Apostolos penuria rerum corporalium læsit.Nónne in fame & siti & nuditate degebant.Et pro his clari magis & magnifici habebantur:atque ingentẽ per hoc fiduciam quæsierunt apud Deum.Ex quo patet,quòd actualis paupertas,quæ in penuria rerum consistit,ad Apostolicã perfectionem pertinet. Item Ber.dicit ad Senonensem archiepiscopum.Fœlix qui nihil sibi retentat ex omnibus quo habet.Non foueam:vt vulpes:nõ tanquàm volucres nidum:non loculos, quomodò Iudas:non domos,sicut nec Maria locum in diuersorio imitatus.profectò illum qui non habebat vbi caput suum reclinaret. Ex quo patet,ꝙ nihil omninò posidere in mundo,ad Christianam perfectionem pertinet.Item 1.q.2.c.Si quis.Profectò perfectior est ille qui se rebus mũdi expoliat:aut qui cùm nihil habuerit:nec habere desiderat,quàm ille qui ex multis quæ posidet aliquid ecclesiæ præstiterit.Ex quo patet,quòd nihil posidere ad perfectionem Christianam pertinet. Item eum qui vacat contemplationi diuinæ magis oportet esse à rebus mundanis liberum,quã eos qui contemplationi Philosophiæ vacabant:sed Philosophi vt liberè philosophiæ vacarent,laudabiliter mundi substantiam abiecerunt.vnde Hiero.dicit ad Paulinum presbyterũ,de institutione monachorũ.Socrates ille Thebanus,homo quondam ditissimus,cũ ad Philosophãdum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit:nec putauit se posse & virtutes simul & diuitias posidere.ergo multo magis ad vacandum contemplationi diuinæ laudabile est omnia sua relinquere.vnde super illud Matth.19.Si vis perfectus esse,&c.dicit Interlinearis.Ecce contemplatiua,quæ ad euãgeliũ pertinet.Item præmium excellens nõ debetur nisi merito excellenti.sed prẽmiũ excellẽs,idest,iudiciaria potestas,debetur actuali paupertati:sicut patet Mat.19.Super illud.Vos qui reliquistis,&c.Sedebitis,&c.vbi dicit gl.Qui reliquerũt omnia: & secuti sunt dominũ,hi iudices erunt. Qui licita habentes rectè vsi sunt,iudicabuntur.ergo in actuali paupertate meritum excellẽs consistit.Item.1.ad Cor.7.Apostolus consilium dans de virginitate seruanda,rationem assignat:vt scilicet sine sollicitudine sint:sed abiectio diuitiarum maximè facit hominem sine sollicitudine esse: quia diuitiæ suis possessoribus de necessitate multas sollicitudines ingerunt.vnde Luc.8.Diuitiæ per spinas significãtur,quæ verbum sua sollicitudine suffocant in cordibus auditorum.ergo sicut virginitas,ita actualis paupertas ad euangelicam perfectionem pertinet.Vlteriùs ostendemus,quòd ista perfectio qua aliquis reliquit propria,non requirit possessionẽ diuitiarũ in cõmuni Primordiũ enim perfectionis in Christo & in Apostolis fuit.sed ipsi nõ leguntur sua relinquentes aliquas possessiones habuisse in communi.Imò potius legitur,ꝙ nec etiã domos habebãt ad manẽdũ.vt suprà probatum est:ergo perfectio paupertatis nõ requirit aliquas possessiones cõmunes.Item Aug.in 3.de doc.Christiana dicit.ꝙ illi qui conuersi fuerunt ex Iudæis ad Christum in primitiua ecclesia:quia proximi spiritualibus fuerunt,tam capaces extiterunt spiritussancti:vt omnia sua venderent:eorúmque precium diligentibus distribuendum ante pedes Apostolorum ponerent.Et infrà.Non enim homo vllas ecclesias gentium fecisse scriptum est,quia non tam propè inuenti erant,qui simulacra manufacta deos habebant.Ex quo patet, quòd Aug.præfert perfectionem primitiuæ ecclesiæ Iudæorũ,primitiuæ ecclesiæ ex gentibus,in hoc quòd omnia sua vendiderunt pauperibus distribuenda.Sed ipsi ita vendiderunt propria, quòd nullas possessiones in communi reseruauerunt sibi.ergo maioris perfectionis est paupertas illa sine possessionibus in communi, quàm illa quæ in communi possessiones habet. Item Hiero.ad Helio.de morte Nepotiani irridendo loquens dicit. Sint ditiores monachi quàm fuerant sæculares : posideant opes sub paupere

Universidad de Deusto Biblioteca

Christo:quas sub locuplete diabolo nō habuerant:& suspiret eos ecclesia diuites,quos tenuit mūdus ante mēdicos.hoc autē frequenter contingere potest in religionibus,quę possunt possessiones habere: non autem in illis quæ possessionibus carēt. ergo magis est laudabile in religionibus possessionibus carere, quàm eas habere. Item Hiero.ad Lucinum Beticum.Quandiu versamur in rebus sæculi & anima nostra possessionum ac redditnum procuratione deuicta est, de Deo liberè cogitare nō possumus. ergo magis expedit religiosis redditibus & possessionibus carere,quàm eas habere.Item Gregor. dicit in 3.lib.dialogorum loquens de Isaac seruo Dei. Cúmq; ei crebrò discipuli innuerent,vt pro vsu monasterij possessiones quę offerebantur acciperet,ille sollicitus suæ paupertatis custos,fortē illam suam tenebat sentētiam dicens.Monachus qui in terra possessiones quærit,non est monachus.Sic quippe metuebat paupertatis suæ securitatem perdere,sicut auari diuites solent perituras diuitias custodire.Ex quo patet,ꝙ maioris perfectionis & securitatis est possessionibus cōmunibus carere quàm eas habere.Item inter monachos Aegypti:de quibus in vitis patrum legitur,illi perfectiores reputabantur, qui in eremo nullas possessiones habuisse leguntur. Non ergo possessiones communes ad paupertatem euangelicam requiruntur.Item cōmunes possessiones auferre in potestate tyrannorū consistit.Si ergo non sunt relinquenda omnia nisi intretur in religionem:quę possessiones habeat in potestate tyrannorum,erit impedire perfectionem euangelicæ paupertatis: quod est absurdum. Item ad hoc paupertas consulitur,vt sollicitudo de rebus mundi minuatur:Sed possessiones communes multas sollicitudines ingerunt de ipsis cōseruandis & custodiendis: & excolendis. ergo perfectius cōsilium paupertatis impletur ab illis qui communes possessiones non habent.Vlterius ostendemus,ꝙ paupertas prædicta laborē manuum non requirit in omnibus de necessitate. Sicut enim dicit Augusti.in libr.de opere monacho.Illi qui habebant in sæculo aliquid quo sine opificio sustentarent hanc vitā:quod cōuersi ad Deum indigentibus dispertiti sunt,non sunt cogendi manibus laborare.Sed tales laudabiliter voluntariam paupertatē pro Christo assumunt, etiam si cōmunes proprietates non habeant.Tales enim fuisse multos in primitiua ecclesia in Hierosolymis legimus: vt Aug. ibidem dicit.ergo illi qui paupertatē eligunt : & si communes possessiones non habeant,non tenentur manibus laborare. Item nullus tenetur manibus laborare quasi ex præcepto , nisi in illo casu quo aliundè licitè victū habere non potest. Sed illi qui possessiones nō habent non aliundè ad laborem manuum obligantur,quàm ex præcepto: nisi fortè ex voto:ergo nō simpliciter verum est, ꝙ ad laborem manuum teneantur:sed solùm in casu:quādo.s.aliàs licitè victū habere nō possent.In quo etiam casu quilibet homo teneretur manibus laborare:vel etiam nisi ad hoc ex statuto suæ regulę teneretur.Item consilium de paupertate à domino datū ad vitam cōtemplatiuam ordinatur:vt patet per glo.Mat.19.super illud.Si vis perfectus esse, &c.glo.Ecce contemplatiua vita,quæ ad euangelium pertinet. Sed eos quos oportet victum quærere manuum labore, necesse est plurimum à contemplationis opere retardari. Si ergo qui pauperem vitam eligunt propter Christum, necesse habēt manibus laborare, sequitur,ꝙ consiliū paupertatis magis impediat,quàm promoueat id ad quod ordinatur : & ita erit indiscretum consilium : quod dicere est absurdū.Itē si eos qui relinquūt oīa ꝓpter Christū,oportet intētionē habere vt manibus laborēt , aut ista intētio ordinatur ad laborē manuū ꝓpter seipsum,aut ꝓpter victū quærēdū,aut ꝓpter eleēmosinas faciēdas,ex his quę labore manuum acquirūtur.Sed ridiculū est dicere,ꝙ spiritualis ꝑfectio quæ in pauptate consistit,ad laborē manualē ꝓpter seipsum ordinetur , sic em̄ labor corporalis spirituali ꝑfectiōi ꝑferretur.Similiter nō pōt dici,ꝙ intētio eorum debeat ordinari ad laborē manuū ꝓpter victū quęrēdū,tū qa victū habere poterāt ex rebus quas dimiserāt,tū qa labor manuū pauperibus Christi,q orationibus & alijs spiritualibus bonis vacāt, ad victum nō sufficit de facili.Vñ etiā si manibus laborēt,indigēt à fidelibus sustētari:vt dicit Aug.in lib.de ope mo.Similiter nō pōt dici, ꝙ labori manuū debeāt intēdere ꝓpter eleēmosinas exinde faciendas, qa multo largiores eleēmosinas ex rebus possessis prius facere potuissent,& sic eos nō oportebat ꝓpter hoc sua relinquere:vt ex labore manuū eleēmosinas facerēt,ergo nō oportet, ꝙ illi q sua relinquētes possessiōes cōmunes nō habēt,laborare manibus intēdāt ad hoc,ꝙ faciāt illa q̄ suprà de labore manuū dicta sunt.Nūc restat respōdere his,q̄ ab aduersarijs in cōtrariū obijciuntur. Ad id ergo,qđ primò obijcitur,mēdicitatē & diuitias,&c. Dicēdū,ꝙ sicut diuitiæ nō sunt ī culpa,sed diuitiarū abusus,ita mēdicitas siue pauptas non est in culpa,sed pauptatis abusus.qñ.s.aliqs pauptatē inuitus & īpatiēter sustinet.Tūc em̄ desiderio diuitiarū ī multa peccata qñq; incidit.1.ad Thi.6.Qui volūt diuites fieri incidūt ī tētationē & in laqueū diaboli,&c.Et hoc est,qđ dicit Chrys.sup Matt.Audite qcūq; paupes estis,magis aūt q ditari cōcupiscitis.Non pauperē esse malū est,sed nō velle pauperē esse.Patet ergo,ꝙ coacta pauptas aliqñ pericula habet annexa,q̄ à volūtaria pauptate sunt ꝓcul.Qui em̄ sunt in volūtaria pauptate,diuites fieri nolūt.Qđ ergo dicit Salomō,mēdicitatē & diuitias,&c.ītelligitur de pauptate inuolūtaria, qđ patet ex hoc,qđ seqtur,ne egestate cōpulsus,&c.& etiā ex Gl.dicit,ꝙ vir cū quo est De⁹ petit ne copia vel īopia trāseuntiū rerū in obliuionē decidat æternorū.Ex quo patet,ꝙ abusum diuitiarū & pauptatis sapiēs fugiēdū docet,nō ipsas diuitias vel pauptatē. Ad illud,quod 2. obijcitur,ꝙ vtilior est sapiētia cū diuitijs,&c.dicēdū,ꝙ verbū illud Salomonis ꝓcedit secūdū regulā quā Philosophus docet in 1. libr. Ethi.ꝙ maximū bonū sicut fœlicitas cōnumeratū minimo bonorū est eligibilius.Vñ & si sapiētia q̄ inter maxima bona cōputatur,cōnumeretur cū diuitijs q̄ sunt de minimis bonis,est eligibilior.Sed secundū hāc regulā maximū bonū cōnumeratū alteri maximo bono est eligibilius,quā si cōnumeretur minimo bono:vel ꝑ seipsum accipiatur.vñ sapiētia cū ꝑfectiōe euāgelica q̄ in pauptate cōsistit,q̄ est de maximis bonis,est eligibilior,quā sapiētia ꝑ se accepta: vel sapiētia cū diuitijs. Ad illud,qđ 3.obijcitur,ꝓpter inopiā multi pierūt, dicēdū,ꝙ loqtur de inopia īuolūtaria,quæ habet de necessitate desideriū diuitiarū annexū.vñ ibi seqtur.Qui quærit locupletari.Glos. In mundo auertit oculum suum.Glo. Interiorem à timore Dei.Ad illud,qđ 4.obijcitur dicēdū,ꝙ Gl.illa detrūcatè ꝓponitur, & cōtra intētionē glosatoris,qđ patet, qa post īducta verba subiūgitur ī Gl. Nō hoc ideò dixit quin melius esset dare omnia,sed infirmis timet, quos sic dare monet:vt egestatem nō patiantur. Ad 5.dicendum,ꝙ hoc,qđ dicitur,ꝙ egestas amicitiā declinat,intelligendū est de egestate coacta,q̄ habet desideriū diuitiarū annexū, qđ patet per hoc, quod dicit.Dū saturari quærit.Saturitas em̄ copiam quandā importat,quā quærūt q̄ nō sunt modicis cōtēti,secundū illud.1.ad Thi.6. Habētes alimēta & quibus tegamur,his cōtenti simus. Vnde subiungit rationē.Nā qui volūt diuites fieri,&c.quia desideriū prædictæ copiæ à iustitia frequenter declinare facit.Ad.6.dicendum,ꝙ illud quod dicitur,ꝙ tēporalia nō sunt omninò abijciēda,intelligēdum est quin eis vtamur ad sustentationē vitæ in cibo & potu & vestitu: quod patet ex hoc qđ dicit:habētes alimēta & quibus tegamur,his cōtēti sum⁹:nō tñ intelligit quin homo possit omniū tēporaliū curā à se abijcere. Ad illud qđ.7.obijcit dicēdū,ꝙ in rebus tēporalib⁹ quædā sunt quæ sunt necessaria ad sustētationē vitę præsentialiter, sicut vestis qua induor:& cib⁹:& potus:quib⁹ vti debeo ad p̄sens.De huiusmodi autē si tātū suppetat mihi qđ & alij sufficiat,debeo indigēti ꝓuidere:& aliàs nō debeo mihi totū eripere:vt.s.nudus remaneā:vel absq; cibo & potu tēpore comestionis:& de his loquit glo. Quædā autē sunt tēporalia,quæ reseruant ad prouidēdū necessitati corporis in futurū:sicut pecunia,possessiōes & huiusmodi.& ista talia possunt à perfectis viris totaliter alijs dari:quia interim antequā necessitas īmineat,pōt per diuinā ꝓuidētiā multipliciter subueniri:de qua fiduciā habere monemur in scripturis. Ad illud qđ.8. obijcitur dicendū,ꝙ quāuis nō sit præceptū,quod nihil pecuniæ ad vsus necessarios reseruetur:est tamē cōsiliū.Nec dominus loculos habuit,quasi aliàs ei non potuisset prouideri:sed vt infirmorū gerens personā:vt sibi licitū crederent,quod à Christo obseruatū viderent. vnde Ioan.12.super illud.Et loculos habens:dicit glo.Cui ministrāt angeli,loculos habet in sumptus pauperū:cōdescendens infirmis.& super illud Psalm.Producēs fœnū iumētis.dicit glo.Dominus loculos habuit in vsus eorū qui cū eo erant:& suos:personā infirmorum magis suscipiens:vt ibi.Tristis est anima mea.Habuit & religiosas mulieres in comitatu,quæ ministrabant ei de substantia sua.Præuidit enim multos infirmos futuros:& ista quæsituros:& tamē loculos quos habebat ex possessionibus nō impleuerat:sed ex his quæ ei à deuotis & fidelibus administrabantur.Ad.9.dicendū,ꝙ sicut in 2. Eth.determinatur,mediū in virtutibus non accipitur secundū distātiam ab extremis:sed secundū debitā proportionē circunstantiarū, quā facit ratio recta.Vnde nō oportet,ꝙ mediū virtutis sit inter superfluum & diminutū in vnaquāq; circunstantia secundū se cōsiderata:sed in vna circūstātia per cōparationē ad alias.Cōtingit enim quādoq,,ꝙ vnius circūstātiæ mediū variare oportet secūdū variationē alterius circūstātiæ.verbi gratia.In sobritate modus huius circunstātiæ quis variat,secundū varietatē huius circunstantiæ quid.Cōstat enim,ꝙ aliquid in cibū sumere est alicui personæ moderatum. quod alteri personæ est superfluū:alteri verò diminutū.Vñ aliquando cōtingit,ꝙ vna circūstātia in suo maximo existēs,moderat secūdū proportionē ad aliā circūstantiā:sicut in magnanimitate cōtingit.Magnanimus enim secundū Philosophū in.4. Eth.maximè se dignificat.Vñ qui excedit hāc virtutē in superfluitate quē Caymū vocat,nō magnificat se maioribus quā magnanimus:sed in hoc excedit virtutis modum,ꝙ illa quæ erant magnanimo moderata,sibi sunt superflua.patet ergo quòd mediū virtutis non corrumpitur ex hoc,quòd vna circunstantia in sui summo accipiatur, dūmodò per alias circunstantias moderetur. Si ergo in liberalitate confideremus,quantū sit dandū:& accipiatur vltimū circūstātiæ huius,videlicet omnia dare aliquibus circūstātijs adiūctis,cadet in superfluitatem:&

tem:& erit prodigalitatis vicium.alijs autem circunstantijs adiunctis,erit perfectæ liberalitatis opus.verbi gratia.Si daret aliquis omnia sua:vt consulat patriæ cui periculum destructionis imminet,nō reputabitur à morali Philosopho prodigus:sed perfectè liberalis. Similiter qui oīa sua dat ꝓpter Christi cōsiliū implēdū,nō est ꝓdigus:sed perfectū actū virtutis agit.Si autē non debito fine:aut alijs circūstantijs indebitis omnia daret,ꝓdigus esset.Et similiter est dicendū de virginitate:& de alijs huiusmodi,in quibus videtur excessus cōtra cōmune mediū virtutis.sic ergo patet,ꝙ dare oīa propter Christū,nō est dare dāda:& nō dāda:sed est dare dāda tātū.Quāuis enim nō oīa sint dāda quocūq; modo,sunt tñ dāda ꝓpter Christū. Ad.10.dicēdū ꝙ gratia est perfectio naturæ:vnde nihil qđ ad gratiā attinet,naturā interimit.Sunt ergo quædā q̄ īmediatè ad naturā sustētādā ꝑtinēt:sicut potus:cibus:somnus:& huiusmodi:& in istis act⁹ gratuitate virtutis modū naturæ cōseruādæ nō excedit.Vñ si in istis aliqs sibi subtrahat vltra id qđ natura sustinere potest,sic rationis mediū excedit & viciosus est.& de his loquit Apostolus & gl.vñ dicit gl.Obsequiū vestrū in ꝑdictis.s.in maceratione carnis:de qua præmiserat:sit rationabile.i.cū discretione ne quid nimis sit:sed cū tēperātia corpora vestra castigetis:vt nō naturæ defectu cogant dissolui.Quædā autē sunt,sine quibus natura cōseruari pōt:sicut venereorū vsus:& ideò in istis quātūcūq; subtrahat ꝓpter Deū,non pōt esse superfluū:dūmodò ex aliqua alia circūstātia viciū nō incidat:& ꝓpter hoc virginitas laudabilis est:quę ab omni huiusmodi delectabili abstinet:& similiter est in proposito.Potest enim sine dominio possessionū terrenarū natura cōseruari cū spe diuini auxilij multis modis.Vñ quātūcūq; ei subtrahat,nō erit superfluū,si ꝓpter Deum fiat:& sic patet,ꝙ volūtaria paupertas ꝓpter Christū suscepta,à medio virtutis nō discedit.Ad 11.dicēdū,ꝙ licet ille qui dat oīa ꝓpter Christū subtrahat sibi aliquod auxiliū vitæ,nō tñ omne quia adhuc remanet ei auxiliū diuinæ ꝓuidētiæ:q̄ ei in necessarijs nō deerit:& fideliū deuotio.Vnde Aug.in li.de eleemosina,inuehitur cōtra talia obijciētes,sic dicens.Tu Christiano:tu Dei seruo:tu bonis operibus dedito:tu domino suo charo aliq̄d existimas defuturū:an putas qui Christū pascit à Christo ipse nō pascitur:an putas terrena deerunt, quibus cœlestia & diuina tribuuntur.Vnde hæc incredula cogitatio:vnde impia & sacrilegia ita meditatio.Quid facit[in] domo Dei perfidum pectus Quid qui Christo omnino nō credit appellatur & dicitur Christianus.Pharisæi sibi magis cōgruit nomē.Nā cùm in euangelio de eleemosinis dominus disputaret:& vt nobis amicos de terrenis lucris faceremus moneret,addidit scriptura dicens.Audiebant hæc omnia Pharisæi qui erant auari:& deridebāt eū:quales in ecclesia quosdā videmus,quorū præclusæ aures & corda cęcata,nullum de spiritualibus & salutaribus monitis lumē admittunt:de quibus non oportet mirari,ꝙ cōtēnant in talibus seruos,quando à talibus videmus ipsum dominū esse cōtēptū:& sic patet,ꝙ sacrilegium est dicere,ꝙ illi q omnia ꝓpter Christū dāt,se periculo homicidij cōmittūt.Ad.12.dicendum,ꝙ sicut ex iam dictis patet,ille qui dimittit omnia ꝓpter Christū nō se exponit fami,quæ ipsum interimat:quia nūquā à Deo ita deseritur,ꝙ fame moriat:qđ patet Heb. vlt.super illud.Nō te deseram neq; derelinquā.glo.Sed ne fortè diceret,q̄d facturi erimus,si suffragia nobis necessaria defecerint:ꝓtinus subdit consolationē,adhibēs testimoniū de libr.Iesu naue.nō te deseram quin dem necessaria:neq; derelinquā.Derelinqueretur ille qui fame periret:sed quia hoc non est,non sit homo cupidus.Et infrà.Hoc autē dicit omni speranti in se,sicut Iosue.Hoc enim nobis promittit,si in illo spem nostrā ponimus:non tenacibus:non cupidis sit ista promissio:sed sperantibus in Deo:& tamē hoc quod assumit est falsum:quia posset homo se exponere periculo gladij propter Christū laudabiliter:etiam si haberet aliud quod faceret,sicut legitur de multis martyribus tēpore persecutionis:qui vltrò se offerebant in mediū nomē Christi publicè confitentes:aliàs non liceret militibus ire vltra mare.& exponere se multis periculis ꝓpter Christi honorē.Ad.13.dicendū,ꝙ homo rerū suarū est dominus:nō autē rerū alterius:& ideò iniuriam faceret alteri,si possessiones ei auferret:non autē si possessiones sibi aufert,iniuriā sibi facit:propter qđ dicitur in 5.Eth.ꝙ non est iniustitia hominis ad seipsum,propriè loquendo de iniustitia. Et prætereà qui alteri sua aufert,inducit eū in paupertatem inuoluntariā,quæ est periculosa,qui autē sua dimittit,inducit se in paupertatē voluntariā,quæ est meritoria,si sit ꝓpter Christum suscepta- Ad.14.dicendū ꝙ sicut suprà dictū est:dominus pecuniam reseruari fecit ad necessarios vsus:vt infirmis cōdescenderet:& ideò non est reputandum pro superstitione,si aliqui perfecti viri pecuniam reseruare nolunt:sicut etiam:vt infirmis cōdescenderet,cum publicanis comedebat & vinum bibens & alijs cibarijs cōmuniter vtens.Nec tamen reputandi sunt superstitiosi sancti patres in æremo, qui à vino & alijs cibarijs delicatis abstinebant.Et tamen dominus quāuis pecuniam reseruari fecerit,non tamen eam de aliquibus proprijs possessionibus habebat:sed magis ei à fidelibus per modū eleemosinæ ministrabatur.vnde dicitur Luc.8. quòd mulieres quædam sequebantur dominum,ministrantes de facultatibus suis. Ad.15 ꝙ Apostoli reseruabant pecunias:& etiam colligebant:vt sanctis pauperibus qui prædia sua vēdiderant propter Christum necessaria ministrarent:nec tamen illas pecunias habebant de aliquibus possessionibus:sed ex eleēmosinis fidelium.Quod etiā dicitur,ꝙ nullus egenus erat inter eos,non est intelligendū quin Apostoli & primitiuæ ecclesiæ discipuli multas egestates & penurias sustinuerint propter Christū:cū dicatur.1.Cor.4.Vsq; in hanc horam esurimus & sitimus,&c.& 2.Cor.6.In multa patiētia:in tribulationibus:in necessitatibus.glo.Victus vel vestitus:sed quia de his quæ haberi poterāt,vnicuiq; secundum ꝙ opus erat tribuebāt:vt quātū eis facultas suppeteret,omnium indigentias releuarent. Ad.16.dicēdum,ꝙ quāuis illud præceptum:in viā gentium ne abieritis,fuerit post resurrectionem totaliter reuocatum:eo quòd primū oportebat Iudæis verbū Dei loqui:& sic transire ad gentes:vt dicitur Act.13. tamen hoc,ꝙ dominus dixerat Apostolis:ꝙ nō secū necessaria ferrent,non totaliter reuocauit in cœna:sed solùm tēpore persecutionis:quando à persecutoribus necessaria habere nō potuissent.vnde Luc.22.Quādo misi vos,&c.glo.Nō eadē viuēdi regula persecutionis tēpore,qua pacis discipulos informat. Missis siquidē discipulis ad prædicandū,ne quid tollerēt in via præcepit:ordinans.s.vt q euāgeliū nunciat,de euāgelio viuat.Instante verò mortis articulo:& tota illa gente pastorē simul & gregē persequente,cōgruā tēpori regulam decernit:permittens necessaria victui,donec sopita persecutorum insania,tempus euangelizādi redeat.& alia glo.dicit. In hoc nobis quorū datur exēplū,vt nōnunquā causa instante,quædam de nostri propositi rigore sine culpa intermittere possimus.verbi gratia.Si per inhospitales regiones iter agimus,plura viatici causa licet portare,quàm domi habeamus.Sed quia quidam hæretici,quorum est illa obiectio,glosas non recipiūt,ipso textu ostendemus, quòd multiplicatis fidelibus,discipuli Christi secum necessaria in via non portabant. Dicitur enim in vltim.Cano.Ioan. Charissime fideliter facis quicquid operaris in fratres:& hoc in peregrinos.Et infrà. Pro nomine enim eius profecti sunt,nihil accipientes à gētilibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi.Nō autē esset necessarium quāuis à gentilibus nihil acciperēt,ꝙ reciperētur à fidelibus,si secū necessaria ad victum deferrēt:quod etiā patet per glo.ibi quę dicit. Pro nomine eius profecti sunt,alieni à rebus proprijs. Ad 17.dicendum,ꝙ ecclesia multos infirmos sustinet,quos non facilè sustineret sine tēporalium possessionū solatio,expedit ergo facultates cōmunes in ecclesia possideri proprijs dimissis:& p̄cipuè propter pauperes sustentādos.Nō tamē sequit,ꝙ nō sit expediēs ꝑfectis viris, qui sua dimiserūt,vitā religiosam agere,sine cōmunib⁹ possessionibus, & quāuis perfectio apostolica nō annulletur in illis qui possessiōes cōmunes habēt,tñ expressiùs cōseruatur in illis qui proprijs dimissis,etiā cōmunib⁹ carēt. Ad 18.dicendū,ꝙ ꝑ illud decretū nō habet esse ꝓhibitū alicui,quin pauperē vitā eligat ꝓpter Christū : sed est pręceptū Episcopis & eis q ecclesiarū bona posidēt,q̄ pauperū sunt vt eis de fructib⁹ possessionū ecclesię ꝓuideāt:& q̄tū possunt eorū subleuēt egestatē:& hoc patet diligenter inspiciēti seriē capituli inducti.Ad 19.dicendū,ꝙ ille q dimissis omnib⁹ propter Christū,spē habet vt sustētetur à Deo:neq; p̄sumptuosus est:neq; Deū tētat.Qui em̄ fiduciā debitā de Deo habet,neq; p̄sumptuosus est : neq; Deum tentat.Talē autē fiduciā debent habere de Deo pauperes Christi: & pręcipuè prædicatores veritatis.Vnde glo.sup illud Luc.10. Nolite portare sacculū,&c.Tanta prędicatori debet esse fiducia in Deo,vt præsentis vitæ sumptus:& si nō ꝓuideat,tamen sibi nō defecturos certissimè sciat:ne dum mens occupatur ad tēporalia minus p̄dicet æterna:imò magis Deū tentarēt,nisi istā fiduciā haberēt.1.Corint. 10.Neq; tentemus Christū,sicut quidā eorū tentauerūt.Glo. Dicentes.Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto ? Distinguendum tamen est in quibus se homo totū cōmittit. Quādóq; em̄ hoc faciens tentat Deū,quādóq; verò nō.Sunt em̄ quędā in quib⁹ est impossibile hominē iuuari,nisi à Deo miraculosè operāte:& talib⁹ periculis homo se exponēs,Deū tētaret:sicut si aliquis de muro se p̄cipitaret,sub spe diuini auxilij:nisi fortè à Deo certificatus esset de futuro euētu,aliqua diuina inspiratione:sicut Petrus ad iussum domini se exposuit fluctui maris:sicut etiā beatus Martinus dixit.Ego signo crucis nō clipeo protectus aut galea,hostiū cuneos penetrabo securus.& sicut beatus Ioan.Euangelista venenū confidenter bibit, & sicut beata Agatha quæ dicit medicinā carnalē,&c.Quædā autem sunt in quibus possibile est remedium adhiberi,etiā per causas inferiores:&in istis nō est tētare Deū,si se aliquis diuino auxilio cōmittit:sicut miles nō tentat Deū, qui pugnā ingreditur de diuino auxilio cōfisus:quāuis de euasione securus nō sit.Ex hoc ergo patet ꝙ ille q omnia sua ꝓpter Deū reliqt,nō tētat Deū , tum qa plenus fiducia ex diuina auctoritate cōcepta hoc facere debet,tū q̄a remanēt fideles deuoti ꝑ quos satisfieri ei pōt & debet.sicut etiā nō tētaret Deū,q ob aliquā causam rationabilē vrso veniēte arma deponeret,alijs armatis præsentibus,qui eū defendere possent & deberent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad 20. dicendum, q; temporalia à Deo petere iubemur ad naturæ vsus necessarios. Vnde tēporalia nō debemus abijcere, quin eis vtamur ad necessitatē corporis in cibo & vestitu. Ad 21. dicendum, q; statutū illud inductū est in fauorē ministrorū ecclesię: & ideò si ali qui supererogare velint, vt sine possessionibus ecclesiæ seruiant, laudabiliores existūt: sicut Paulus prædicās euangeliū sine sumptu, qui prædicator erat à Deo ordinatus: vt patet 1. Corint. 9. Ad 22. dicendum, q; quāuis sancti patres illū modum approbauerint, nō tamen istū modum reprobauerūt: & ideò nō est presumptuosum hūc modū sequi: aliàs nihil de nouo posset institui: quod nō fuerit antiquitus obseruatū. Nihilominùs tamen iste modus antiquitus à multis sanctis fuit approbatus, etiā in ecclesia primitiua. Ad 23. dicendum, q; subuenire indigētibus indicitur illis qui diuitias possident: sicut patet ex hoc quod dicitur. 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrē suum necesse habere: & clauserit viscera sua ab eo, quomodò charitas Dei manet in eo: sed multò laudabilius est, q; aliq; omnib' suis datis, etiā semetipsum Deo det: qđ ad Apostolicā perfectionē pertinet. Vnde dicit Hiero. ad Lucinum Beticū. Seipsum offerre Deo, propriè Christianorū est & Apostolorum: qui totum censum quem habuerant domino tradiderunt.

An religiosus de eleémosinis viuere possit. CAP. VII.

NOn solùm autē prædicti aduersarij Christi paupertatē ratione impugnare nitūtur: sed eam totaliter eradicare conātur. quodammodò indirectè: dum victū pauperibus Christi crudeliter subtrahere nitūtur, dicētes eos de eleemosinis viuere nō posse. Ecclesia stici 34. Panis egentiū vita pauperis est. qui defraudat illum, homo sanguinis est. Ad quod probandū multipliciter nituntur. Primum enim illud inducunt quod dicitur. Deutero. 16. Nō accipies personam: nec munera: quia munera excæcāt oculos sapientū: & mutant verba iustorū: sed eleemosinæ munera quædā sunt: ergo cū religiosis maximè cōpetat oculos spirituales illuminatos habere, nō competit eis de eleemosinis viuere. Itē Prouerb. 22. Qui accipit mutuū, seruus est fœnerātis: multò magis ergo qui accipit datū, seruus dantis efficitur: sed religiosos maximè decet esse liberos à seruitute sæculi: quia in libertatem spiritus sunt vocati. vnde 2. Thessal. 3. super illud. Vt nosmetipsos formam daremus, &c. dicit glos. Religio nostra ad libertatem homines aduocat. ergo non debent de eleemosinis viuere. Item religiosi statum perfectionis profitentur: sed perfectionis est dare eleemosinas, quā accipere. Vnde dicitur Actuum 20. Beatiùs est magis dare, quàm accipere: ergo magis debent manibus laborare: vt habeant vnde tribuant necessitatē patienti, quàm eleemosinas accipere de quibus viuant. Item Apostolus 1. ad Thimo. 5. præcipit, vt viduæ quæ possunt aliundè sustentari, non viuant de eleemosinis ecclesiæ ne grauetur ecclesia: vt illis quæ sunt veræ viduæ sufficiat. ergo illi qui sunt validi & robusti, debent de laboribus manuum viuere: non de eleemosinis: quas accipiunt pauperibus qui aliundè quàm de eleemosinis viuere non possunt. Item 1. quæstio. 2. cap. clericos. dicit Hierony. Qui bonis parentum & operibus suis sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profectò committunt: & per abusionem talium iudicium sibi man ducāt & bibunt: ergo si aliquis habebat vnde sustentaretur: quo relicto velit de eleemosinis viuere, sacrilegus est reputandus. Item 1. Thessalo. vltim. super illud. Vt nosmetipsos formam daremus, &c. Gl. Qui frequenter ad alienam mensam conuenit, otio deditus aduletur necesse est pascenti se, sed qui de eleémosinis viuunt, frequenter aliorum mensæ cōueniunt, imò magis de mensa aliorum semper viuunt, ergo de necessitate sunt adulatores. Peccant ergo qui se in tali statu ponunt, quòd oporteat eos de eleémosinis viuere. Item accipere nō potest esse actus alicuius virtutis, nisi liberalitatis, quæ medium tenet in dando & accipiendo, sed liberalis solùm accipit: vt det: vt dicit Philosophus in 4. Ethic. ergo qui ducunt vitam semper in accipiendo illiberabiliter, & reprehensibiliter viuunt. Item Augu. in lib. de opere mo. reprehendit quosdam religiosos, qui sine labore manuum volebant de eleémosinis viuere, de quibus inter cætera dicit. Isti fratres temerè sibi arrogant quantùm existimo, quòd ciusmodi habeant potestatem, scilicet viuendi de euangelio sine labore manuum. Et tamen illi cōtra quos loquitur, sua propter Christum reliquerant, & spiritualibus operibus vacabant, scilicet orationibus, psalmis, & lectioni, & verbo Dei: vt in libr. illo dicitur, ergo illi qui sua dimittunt propter Christum, etiam si spiritualibus vacant, non debent de eleémosinis viuere. Item Matthæi 6. dicitur. Præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantùm. Glossi. Per virgam potestatem accipiendi necessaria à subditis intelligit, sed habere subditos, est tantùm prælatorum, ergo illi religiosi qui prælati non sunt, non possunt à fidelibus sumptus suos accipere. Item illud, quod est prouisum in solatium laboris, non laborantibus non debetur, sed viuere de sumptibus fidelium est à Domino prouisum ad solatium eorum qui in euangelio laborant: vt patet primę Corinthiorum nono, & secundæ ad Thimotheum secundo. Laborantem agricolam, &c. ergo saltem illi qui laborāt in euāgelio, nō possunt de eleémosinis viuere. Item Apostolus nolebat accipere sumptus à Corinthijs: vnde viueret: vt occasionē auferret pseudoapostolis: vt patet 2. ad Corint. 11. Sed nunc etiam multi sunt, qui turpiter de eleémosinis viuunt, ergo saltem ad auferendam eis occasionem religiosi viri debent ab eleémosinis abstinere: vnde Augustinus dicit in lib. de opere mo. Eadem vobis causa est quæ Apostolo fuit: vt amputetis occasionem his qui quærunt occasionem. Item Apostolus ideò stipendia à gentibus non accipiebat, ne scandalum in fide paterentur. Vnde Luc. 8. super illud: & aliæ multæ quæ ministrabant eis, &c. Glossa. Antiquus mos erat Iudęorum, nec ducebatur in culpam: vt mulieres sua substantia pascerent, & vestirent doctores, sed quia hoc scandalum in gētibus poterat facere, Paulus se memorat abstinuisse. & hoc idem habetur. 1. Cor. 9. Sed & nunc multi scandalizantur de hoc, quòd religiosi sine labore viuere volunt, ergo saltem propter scandalum debent ab eleémosinis abstinere. Vnde Augusti. in lib. de opere mo. In meditatione vestra exardescat ignis: vt istorum mala opera bonis operibus vestris persequamini: vt eis amputetis occasionem turpium nundinarum, quibus existimatio vestra lędi tur: vt infirmis offendiculum ponitur. Miserimini ergo & compatiamini, & ostendite hominibus non vos in otio facilem victum, sed per angustam viam & arctam huius propositi regnum Dei quærere. Item si religiosi qui sunt validi & fortes de eleémosinis viuere possunt sine labore manuum, eadem ratione & alij potuerunt, sed si omnes talem vitam agere vellent, tota vita humana periret. Non enim inuenirentur artifices qui necessaria vsibus hominum præpararent, ergo nullo modo est sustinendum, quòd religiosi validi & fortes de eleémosinis viuant. Vlterius nituntur ostendere, quòd & si possent aliquo modo de eleemosinis vltrò oblatis viuere, non tamen licet ipsis eleemosinas mendicando petere: quia Deu. 15. dicitur: Omninò indigens & mendicus non erit inter vos. ergo prohibitum est mendicare: qui aliundè viuere potest. Item in Psal. dicitur. Non vidi iustum derelictum: nec semen eius quærēs panem. ergo illi qui mendicando panem quærunt, non sunt semen iusti. ideſt Christi. Item illud quod alicui sacra scriptura imprecatur viris iustis, non competit: sed huiusmodi est mendicitas: vt dicitur in Psalm. Nutantes transferantur filij eius & mendicent. ergo mendicitas perfectis viris non competit. Item 1. The. 4. Operemini manibus vestris, sicut præcipimus vobis: & vt honestè ambuletis, ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis. gl. Quasi ideò opus agendum est, non ociandum: quia & honestum est: & quasi lux ad infideles: & non desiderabitis rem alterius, nedum rogetis, vel tollatis aliquid. ergo potius est manibus operandum, quàm rogando aliquid petere per mendicitatem. Item 2. ad Thes. 3. super illud. Si quis non vult operari, &c. glo. Aug. vult seruos Dei corporaliter operari vnde viuant: vt nec compellantur egestate necessaria petere. ergo magis debent manibus operari, quàm necessaria petere mendicando. Item Hiero. ad Nepotianum presbyterum. Nunquàm petentes, rarò accipiamus rogati. Beatius enim est magis dare, quàm accipere, ergo non licet seruis Dei petere aut accipere victus necessaria mendicando. Item certum est grauius esse delictum, quod seuerius vindicatum est: vt habetur. 24. q. j. Non afferamus stateras dolosas: sed grauissimè secundū ius ciuile punitur validus mendicus, si prohibet, quia si seruilis est conditionis, efficitur seruus prodentis, si liber est, efficitur eius colonus perpetuus. C. de mendicantibus validis. l. vnica. ergo grauiter peccant religiosi, qui sunt validi mendicando. Item contra religiosos mendicantes dicit Aug. in li. de opere mo. Tam multos hypocritas sub habitu monachorum vsquequaque dispersit callidissimus hostis, circūeuntes prouincias nusquā missos: nusquàm fixos: nusquàm stantes: nusquā sedentes, & infrà. Omnes petunt: & omnes exigunt: aut sumptus lucrosę egestatis: aut similatæ precium sanctitatis. ergo videtur, quòd vita religiosorum mendicantium sit reprobanda. Item illud quod naturaliter habet erubescentiam adiunctam in se, aliquid turpitudinis habere videtur: cùm verecundia non sit nisi de turpi: vt Dama. dicit. Sed petere vel mędicare naturaliter erubescit homo: tantóq; magis, quanto est melioris naturæ. vnde dicit Ambro. in lib. de offi. quòd verecundia petendi ingenuos prodit natales. & philosophus in 4. Eth. dicit de liberali, quòd nō est petitiuus. ergo mendicare in se turpe est, & ita nullo modo mendicare debet, qui aliter viuere potest. Item 2. Cor. 9. super illud. Hylarem datorem, &c. dicit glo. Qui dat: vt careat tædio interpellantis, non vt reficiat viscera indigentis, & rem & meritum perdit: sed frequenter sic datur mendicantibus: quia mendicantes tędium faciunt petendo: ergo & si aliqui posint de eleemosinis viuere, non tamen debent mendicare. Vlteriùs nituntur ostendere, quòd religiosi etiam prædicantes de eleemosinis viuere: vel etiam eleemosinas petere non debent. Dicit enim Apostolus. 1. ad The. 2. Neque aliquando fuimus in sermone adulationis: sicut scitis: sed prædicatores qui mendicant: & de eleémosinis viuunt, oportet adulari illis à quibus pascūtur: quod patet Mat. 21. sup illud: Et relictis illis, abijt foras: vbi dicit glo, Quia pauper nullique adulatus, nullum in tanta vrbe inuenit hospitem: sed apud Lazarum receptus est. Et tamen intantùm erat gratiosus cùm prædicaret, quòd sicut dicitur Luc. 21. Omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum. glo. j. mane ire accelerabat: & 1. ad Cor. 4. dicitur. Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus. glo. Liberè enim & sine aliqua adulatione veritatē prædicantes: & gesta prauæ vitæ arguentes, gratiam non habent apud homines: ergo prædicatores non debent eleemosinas quærere. Prætereà. 1. ad The. 2. Neq; fuimus in occasione auaritiæ Deus testis est. glo. Non dico in auaritia: sed nec feci: nec dixi etiam in quo esset occasio auaritiæ: sed illi qui petunt eleemosinas sibi dari, faciunt aliquid in quo est occasio auaritiæ: ergo prædicatores hoc non debent facere. Item. 2. Cor. 12. Non ero grauis vobis. non enim quæro quæ vestra sunt: sed vos: & ad Phil. vlti. Non quia quæro datum: sed requiro fructum. glo. datū est ipsa res quæ datur: vt nūmus: cibus potus: & huiusmodi. Fructus autem, bona opera & recta voluntas datoris: ergo veri prædicatores, non debent quærere ab his quibus prædicant, temporales res: & ita non debent de mendicitate viuere. Item. 2. ad Thy. 2. super illud. Laborantem agricolam, &c. dicit glo. Vult Apostolus vt intelligat euangelista, quòd necessaria sibi sumere licet ab eis in quibus Deo militat: & quos tanquàm vineam cultor exercet: vel tanquàm gregē pascit. Non est enim mendicitas: sed potestas. Ex quo patet, quòd viuere de euangelio, potestatis est non mendicitatis: sed potestas ista non competit nisi prælatis: ergo alij prædicatores, qui nō sunt prælati, non debent per mendicitatem de euangelio viuere. Item Apostolus. 1. ad Cor. 9. Volens ostendere, quòd ipse de sumptibus fideliū viuere poterat, priùs probat se Apostolum esse: ergo illi qui nō sunt Apostoli, non possunt de sumptibus fidelium viuere: sed religiosi prædicantes, non sunt Apostoli cùm non sint prælati. ergo, &c. Itē 1. ad The. 2. super illud eū possemus vobis oneri esse: vt Christi Apostoli. dicit glo. Id tantùm grauat causam pseudo: vt se abnuere dicat cum liceat illi subsidia requirere, ad comprimendum illos quibus nec facultas erat: nec pudor poscendi. Apostolicæ autem potestatis debitum vocat onus, propter pseudo Apostolos, qui illud indebitè vsurpantes, importunè à plebibus exigebant. Ex quo patet, quòd illi qui exigunt victum à plebibus, cùm non sint Apostoli, ideſt, prælati, sunt reputādi pseudo Apostoli. ergo prædicatori qui non est prælatus, non licet mendicare. Item prædicatores qui non sunt prælati, victum suū ab his quibus prædicāt mendicādo quærentes, aut querunt quod est eis debitum: aut quod nō est eis debitū. Si quod est eis debitum, ergo possunt illud potestatiuè exigere & per coartationē: quod manifestè est falsum. Si autem petūt quod non est eis debitū, ergo & indebitè & iniustè petūt: & sic pseudo reputādi sunt: vt patet per gl. priùs inductā. Item prælati recipientes à plebibus decimas & oblationes, tenētur in spiritualibus eis prouidere: ergo si alij ab Episcopis dirigantur ad spiritualia ministranda, iniuria fit plebi, si à plebe victum recipiant: cùm magis Episcopi teneantur eis prouidere. Item prælati mittentes aliquos ad prædicandum, tenētur eis in necessarijs prouidere: vt habetur extrà. de offi. ord. Inter cætera. si ergo prædicatores ab Episcopis missis ab alijs victum requirant, hoc in illorum grauamen cedit: & ita non debent ab alijs sumptus accipere. Item dominus Mat. 23. contra Phariſæos dicit. Vęh vobis scribę & Phariſæi hypocritæ qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: ergo & illi sumper videntur esse reprehensibiles: qui sub prætextu orationis, aut prædicationis, aut alicuius huiusmodi eleemosinas petunt. Item Mat. 10. Dominus discipulis ad prædicandum missis, dicit. In quācúque ciuitatem: aut castellum intrauerit, interrogate quis in ea dignus sit. gl. Testimonio vicinorū eligendus est hospes, ne eius infamia prædicatio legatur: & alia gl. Ille est dignus qui magis scit se accipere gratiam, quàm dare: ergo ad minus in talibus reprehensibile videtur, quòd quandóq, ad diuites peccatores declinant: & ad eos qui sibi hoc pro gratia non reputant. Item quicūq; pro re spirituali accipit, temporalem symoniæ crimen incurrit: siue petat: sicut Giezi. siue recipiat absque petitione oblatum: sicut Elyſæus à Naaman recipere noluit. 4. Rom. 5. & siue antè accipiat, siue post: vt per illud patet quod habetur. j. q. j. c. eos. Sed ille qui prædicat populo, spiritualia ministrat: ergo non licet ei accipere temporalia ab eis, ante vel postineque petendo: neque oblata recipiendo. Item. 1. ad Thes. vlti. Ab omni specie mala abstinete vos. gl. Si quid speciem mali prætendit & si non sit malum, nolite præcipitanter agere: sed quòd prædicator tēporalia quærat ab his quibus prædicat, speciē mali prætendit. Vnde. 2. ad Cor. 12. super illud: non quæro quæ vestra sunt: sed vos. dicit gl. Nō quærebat Apostolus datum: sed fructumne quasi venditor euangelij putaretur: ergo prædicatores non debent ab his quibus prædicant, victum quærere mendicando. Vlterius nituntur ostendere, quòd talibus etiam eleemosinæ non sunt dandæ: quia Luc. 14. dicitur. Cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos. glo. A quibus in præsenti nihil potes expectare. Sed à talibus mendicis qui sunt validi & fortes, potes in præsenti multa expectare, cùm sint familiares potentum: ergo talibus non sunt eleemosinæ dandæ. Item Augusti. ad Vincentium Donasticam. Vtiliùs esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligar, quàm eidem panis frangitur: vt iniustitiæ seductus acquiescat. Sed qui non vult operari corporaliter ad victum quærendum cum possit: vel qui potest aliundè victum habere sine peccato, si petat, iniustè agit: vt potest probari per multa quæ superiùs sunt inducta: ergo talibus debet panis subtrahi. Item Luc. 6. super illud. Omni petenti te tribue. glo. Rem vel correptionem. Et super illud Mat. 5. Qui petit à te, da ei. dicit glos. Ita scilicet, vt nec tibi noceat nec alij. Pensanda est enim iustitia. Ita enim omni petenti dabis, & si non id quod petit, sed meliùs: cùm iniustè petentem correxeris. Sed ille qui potest manibus laborare, si petat sibi eleemosinam dari, iniustè petit: vt probatum est: ergo magis deberet sibi dari correptio, quàm res petita: vt ita ab iniusta petitione auertatur. Item Aug. ad Vincentium Donasticam. Sepè mali persecuti sunt bonos, & boni malos: illi nocendo per iniustitiam: & isti consulendo per disciplinam: ergo boni possunt persequi malos, causa disciplinæ. Sed quædam persecutio est, vt panis alicui subtrahatur: ergo aliquibus qui sunt mali, debet panis subtrahi: vt corrigantur: & præcipuè si panem petendo peccent. Sed validi mendicantes peccant etiam si prædicent: vt probatum est: ergo talibus debet panis subtrahi. Item Ambro. in j. libr. de offic. Consideranda est etiam in largiendo ætas, atque debilitas, scilicet eius cui datur nonnunquam etiam verecundia quæ ingenuos prodit natales: vt senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queunt victum quærere. Similiter & debilitas corporis & hæc iuuanda promptiùs: cum si quis ex diuitijs cecidit in egestatem: & maximè si non vitio suo: sed aut latrocinijs: aut proscriptione: aut calumnijs, quæ habebat amisit. Ex quo patet, quòd in his quibus dantur eleemosinæ, considerandum est, si sunt debiles corpore, aut verecundi: aut si bona sua latrocinio, aut proscriptione amiserint. Sed pauperes validi, qui se ad mendicandum exponunt, non sunt huiusmodi: ergo eleemosinæ eis non sunt dandæ. Item eleemosinæ ordinantur ad indigentiam subleuandam: ergo magis indigenti dandum est. Sed magis indigent illi qui non possunt de labore proprio victum acquirere: vel aliunde habere, quàm tales qui aliundè habere possunt: ergo quamdiu magis indigentes inueniuntur, talibus non sunt dandæ. Item dare eleemosinam est actus misericordiæ. ergo illis solùm sunt eleemosinæ dandæ, qui sunt miserabiles. Sed illi qui voluntariè mendicitati se exponunt, non sunt huiusmodi: sed illi solùm qui in statum mendicitatis inuoluntariè incidunt: quia vt Philosophus dicit in. 3. Ethi. Inuoluntarium, misericordiam meretur: & ignoscentiam: ergo prædictis pauperibus, eleemosinæ non sunt dandæ. Item Aug. dicit in primo de doctrina Christiana. Cum omnibus prodesse non possis, his potissimè consulendum est, qui pro locorum & temporum: vel quarūlibet rerum opportunitatibus, constrictiùs tibi quasi quadam sorte iunguntur. Sed maximè constricti videntur consanguinei: & vicini: & alij familiares: ergo alijs extraneis eleemosinæ non sunt dandæ, quàdiu tales indigentes inueniuntur, quibus possint dari. His igitur visis, ne ista positio nouella videatur, errorem prædictum ostendemus tempore primitiuæ ecclesiæ incepisse. Dicitur enim in tertia cano. Ioan. His qui amat primatum gerere in eis Dyotrepes non recipit nos. Et infrà. Et quasi ei ista non sufficiant, neque ipse suscipit fratres. gl. Indigentes. Eos qui suscipiunt prohibet. glo. Ne impendant euram humanitatis. Et de ecclesia eijcit. glo. De loco vbi conueniunt: & alia glosa dicit ibidem Perseuerare debes in eleemosina: quia vtilitatem tantam in ea intelligo, quòd non solùm tibi: sed etiam toti ecclesiæ scripsissem. de commendatione eleemosinæ: sed hanc necessitate dimisi: quia Dyotrepes non curat nostram auctoritatem: Dyotrepes hæresiarcha, illius temporis noua docendo, primatum sibi vsurpat. Hæc autem eius erat hæretica doctrina, quòd prohibebat, ne impenderetur cura humanitatis, fratribus peregrinis, alienis à rebus propriis: vt per textum. & gl. ibi idem patet. Hic etiam error in Vigilantio surrexit: vt patet in epistola Hiero. ad Riparium, & Desiderium contra Vigilantium: vbi sic dicit ur. Prætereà eisdem ad me relatum est epistolis, quòd contra auctoritatem Apostoli Pauli: imò Petri: Ioannis, & Iacobi, qui dextras dederunt Paulo: & Barnabæ cōmunicationis & præceperunt eis: vt pauperum memores essent, tu prohibeas Hierosolymam in vsus sanctorum aliqua sumptuum solatia dirigi. Hunc igitur errorem excludere volentes, hoc ordine procedemus. Primò ostēdemus, quòd pauperes qui reliquerūt omnia propter Christum possunt de eleemosinis viuere. Secundò, q; prælicatores & si nō sint prælati, dūmodò à prælatis ecclesiæ mittantur, possunt ab eis quibus prædicant accipere vnde viuant. Tertiò, q; liceat prædictis, eleemosinas petere mendicando quamuis sint corpore validi. Quartò quòd eis præcipuè sunt eleemosinæ dandæ. Quintò soluemus ea quæ in contrarium sunt obiecta. Quòd autem pauperes qui reliquerūt oīa ꝓpter Christū possint de eleemosinis viuere, probatur primò exemplo beati Benedicti de quo narrat beatus Gregor.

Universidad de Deusto Biblioteca

in 2.libr.dialogorum.ꝙ tribus annis in specu manens,de his quæ à Romano monacho ministrabantur,refectus est postquã domũ parentésq; reliquerat:& tamẽ validus corpore existens,nõ legitur de labore manuum victũ quæsiuisse.Itẽ 1.q.2.c.sacerdos.dicitur,ꝙ ille qui omnia sua aut relinquit parentibꝰ:aut pauperibꝰ distribuit: aut ecclesiæ rebus adiunxit:& se in numero pauperũ paupertatis amore constituit:nõ solũ sine cupiditate: sed etiã cũ laude pietatis accipit à populo dispẽsanda:& fideliter dispẽsat accepta:vt vnde pauperibus subministrat,inde & ipse tanquàm pauper voluntarius viuat. Patet ergo,ꝙ pauper qui omnia sua propter Christum reliquit,potest viuere de eleemosinis,quæ à populo pauperibus ministrantur. Item potiùs debet homo bonũ prætermittere, quod sine peccato prætermitti potest,quàm aliquod peccatũ committere. Si ergo illi qui sunt validi corpore,peccant eleemosinas recipiendo,potiùs debent omnes alias occupationes dimittere, quantumcúnque bonas, quàm eleemosinas accipere.Hoc autem apertè est falsum, per hoc quod dicit Aug.in lib.de opere mo. ꝙ illi serui Dei qui etiã manibus operantur,ad ea discenda quæ memoriter recolant, debent habere seposita tẽpora:quibus.s.à labore manuum vacent.Ad hoc enĩ & illa bona opera fidelium subsidio supplendorũ necessariorum deesse nõ debent,vt horæ quibus ad erudiendũ animũ ita vacatur, vt illa corporalia opera geri nõ possint, nõ opprimant egestate.Ex quo etiã patet,ꝙ Augu.nõ intendit,ꝙ monachi laborent manibus ad totũ victum quærẽdum ex labore manuum : quia si hoc facerẽt, non relinqueretur aliquod tẽpus vacuum ad spiritualia opera.Item August. in eodem lib. loquens de aliquo diuite qui bona sua alicui monasterio tribuit,dicit,ꝙ benefacit operando:vt alijs exemplum det:quáuis ipsa res cõmunis monasterij iam facta debeat ei rependere vicem ad vitã eius sustentandam.Quod quidem si nolit.s.manibus operari,quis audeat cogere? Ex quo patet,ꝙ ille qui bona sua monasterio dat , potest sine labore manuum de rebus monasterij viuere:sed sicut idem Aug.statim subiungit , cũ omnium Christianorum sit vna respublica,non differt vbicúnque sua reliquerit : vel à quibuscúnque accipiat necessaria vitæ : ergo illi qui omnia quæ habebant,reliquerunt propter Christum , possunt à quibuscúnque accipere,vnde viuant.Item propositum desistendi quandóque ab aliquo quod est per se malum,non aufert illi operæ rationem peccati:quamuis fortè peccatum diminuat. Si ergo pauperẽ validum ad laborandum de eleemosinis viuere est per se peccatum : illi qui cùm sint validi ad tempus de eleemosinis viuere volunt , quamuis intendant quandóque alio modo viuere, non excusabuntur à peccato:ergo secundum hoc peregrini de eleemosinis viuentes , qui sunt corpore validi,peccant:& similiter qui eis tales peregrinationes iniungunt:quod est absurdum.Item vacare contemplationi diuinæ laudabilius est,quàm vacare studio Philosophiæ:sed aliqui sine pecato,vt studio Philosophiæ vacent,de eleemosinis viuunt ad tempus:ergo & aliqui:vt cõtemplationi vacent,ad tempus possunt prętermisso labore manuum de eleemosinis viuere.Sed contemplationi diuinæ vacare , in omni tempore est laudabilius quàm certũ tempus ad hoc præfigere:ergo aliqui possunt,vt contemplationi vacent,toto tempore vitę suę prętermisso labore de eleemosinis viuere.Item charitas Christi magis facit communia,quàm amicitia politica:sed si aliquis dat mihi rẽ aliquã,licitè possum vti illa vt libet: ergo multo fortius possum viuere de his quæ dantur mihi propter charitatem Christi.Item qui potest accipere, quod maius est:potest accipere,quod minus est,sed religiosi possũt accipere redditus mille marcharum,& de eis viuere sine labore manuum,aliàs multi religiosi habentes multas possessiões , essent in statu dãnationis.Et eadem ratione multi clerici sæculares non habentes curam animarũ, qui de possessiõibus ecclesiæ quę de eleẽmosinis proueniunt,viuũt. ergo ridiculum est dicere, quòd pauperes religiosi nõ possunt modicas eleẽmosinas recipere, & ex eis sine labore manuum sustẽtari. Item magis defraudantur pauperes inualidi ad laborandum si alijs detur id,quod est debitum & determinatum,quàm si alijs detur id, quod nõ est eis debitum,sed fructus possessionum ecclesiæ sunt deputati ad hoc:vt pauperibus dentur: vt patet duodecima quæstione prima , capitulo videntes. Vnde dicitur prima quæstione secunda capitulo clericus.& capitulo , si quis . quòd clerici qui de bonis parentum sustentari possunt , non possunt sine peccato viuere de bonis ecclesiæ , vnde pauperes sunt victuri , ergo magis videtur, quòd defraudentur pauperes , si aliqui non laborantes manibus cùm sint validi de possessionibus ecclesiæ viuant , quàm si viuant pauperes Christi de his quæ à fidelibus õfferuntur de bonis proprijs,quæ pauperibus nõ sunt deputata.Si ergo primi pauperes non defraudant,multo minus nec secundi. Ad hoc etiam faciunt multa quæ supradicta sunt in tractatu de operibus manualibus. Nunc secundò ostendendũ est,quòd etiam prædicatores,quáuis nõ sint prælati,possunt accipere ab illis quibus prædicant eleẽmosinas vnde viuant. Apostolus enim dicit.1.Corinthio.9.Quis militat suis stipendijs vnquàm?quis plãtat vineam,& de fructu eius non edit?quis pascit gregem,& de lacte gregis nõ mãducat?quæ omnia & plura alia exẽpla inducit:vt Gl.dicit ad ostẽdendũ, ꝙ Apostoli nõ sibi aliquid vltra debitum vsurpant, si sicut Dominus cõstituit ex euangelio viuentes,panem gratuitum manducabãt ab eis sumptum, quibus gratuitam gratiam prædicabant,sed cõstat,quòd militi cuilibet,& plãtatori vineæ,& pastori gregis debetur victus ex suo opere, propter hoc,ꝙ in opere laborant. Cùm ergo in euãgelio laborem habeant prædicando,nõ solùm prælati,sed etiam quicúnque alij licitè prædicant,vtriq; possunt ab his quibus prædicant,panẽ accipere: vnde sustẽtentur.Item Apostolus probat, ꝙ poterant Apostoli tẽporalia accipere ab eis,quibus prædicabant:quia eis spiritualia seminabant, quia q dat magna,nõ est mirũ si accipiat parua. Vñ dicit in eodẽ.c. Si nos vobis spiritualia seminauimus,magnũ est si nos carnalia vestra metamus,sed eadem spiritualia quæ prædicãt prælati,prædicãt alij ex eorũ auctoritate,ergo etiam ipsi possunt ab his quibus prædicant carnalia accipere:vnde viuant.Item eodem.c. dicit Apostolus. Dominus ordinauit his qui euangelium annuntiant,de euãgelio viuere.Gl. Hoc rationabiliter fecit:vt expeditiores sint ad prædicandum verbum Dei.Sed oẽs qui ad prædicandum deputãtur,oportet esse expeditos ad prædicandũ,siue sint prælati,siue auctoritate prælatorum prædicẽt,ergo ad eos etiã qui non sunt prælati,ordinatio Dñi se extendit:vt de euãgelio viuãt.Quod etiã patet ex ipsis verbis Apostol.Nõ enĩ dicit,q habẽt ordinariã auctoritatẽ,sed simpliciter qui annũtiant.Itẽ Luc.10.Dñs discipulis missis ad prædicãdũ dicit. In eadem domo manete,edentes & bibentes, quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Ex quo patet,quòd prædicatori quasi merces debetur victus, ab his quibus prædicat: vt patet ibidẽ per glo.quæ dicit.Nota,ꝙ vni operi prædicatorum duæ mercedes debentur.Vna in via,quæ nos in labore sustentat:alia in patria,quæ nos in resurrectione remunerat.Sed merces non debetur potestati,vel auctoritati,vel habitui:sed actui:quia solùm actibus meremur.Vnde & Philosophus in 1.Ethi.dicit.Quemadmodũ in Olimpiadibus non optimi & fortissimi coronantur sed agonizantes.Horum enim quidam vincunt:ita & eorum qui in vita bonorum & optimorum operãtes,rectè illustres fiunt.Et hoc est etiã quod Apostolus dicit.2.Ethi.2.Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit.Ergo illi qui prædicant,siue sint prælati,siue non,dúmodò licitè prædicent,possunt licitè de euãgelio viuere.Item magis laborant in euangelio illi qui prædicant missi à prælatis,quàm illi ex quorum collegio mittuntur:vel qui mittunt eos de voluntate prælatorum.Sed illi ex quorum collegio prædicatores mittuntur,quãuis non sint prælati,possunt viuere de eleemosinis acceptis ab his quibus euãgeliũ prædicant:quod patet ex hoc quod dicitur.Ro.15. Probauerunt Macedonia & Achaia collationẽ aliquã facere in pauperes sanctorum qui sunt in Hierusalem.Placuit enim eis,& debitores sunt eorũ.Nã si spiritualiũ eorũ participes facti sunt gẽtiles,glo. eorũ i.Iudæorũ qui miserũt eis prædicatores ab Hierosolymis,debent & in carnalibus ministrare eis.Isti autem pauperes nõ possunt tantũ intelligi Apostoli:quia non oportebat pro Apostolis solùm qui.12.erãt & paruo victu cõtenti facere collectas per omnes ecclesias:& præcipuè cũ ipsimet victũ acciperent ab his,quibus prædicabant:vt patet:1.Cor.9.Ergo multo fortius illi qui prædicãt,quãuis non sint prælati:sed à prælatis missi,possunt de euãgelio viuere.Itẽ magis cooperantur prælatis ad euangelium prædicandũ illi qui ex eorũ iniunctione euangeliũ prædicãt,quã illi qui in alijs ministerijs eis obsequuntur.Sed prælati prædicãtes euãgeliũ,possunt accipere sumptus nõ solũ pro se:sed etiã pro familia sua quæ eis ministrat.Ergo multo fortius illi qui euãgeliũ annunciant ex cõmissione prælatorũ,possunt de Euãgelio viuere.Item ille qui impẽdit aliquid gratis ad quod nõ tenetur,non minus potest recipere vicẽ,quã ille qui impẽdit hoc ad quod tenetur:sed prælati obligati sunt plebibus,ad hoc quòd eis spiritualia ministrent.Vnde dicit Apostolus 1.Cor.9.Nã & si euãgelizauero,nõ est mihi gloria.Necessitas enim mihi incũbit.Veh enim mihi est,si nõ euãgelizauero.Ergo illi qui non sunt prælati,nec in aliquo plebibus tenentur,non minus possunt licitè accipere temporalia ab eis quibus prædicant.Itẽ Aug.dicit in lib.de opere mo.Si euãgelistæ sunt,scilicet hi religiosi,fateor habent potestatem,scilicet viuẽdi de sumptibus fideliũ:sed non soli prælati sunt euangelistæ:sed omnes qui euãgelizare possunt,etiam diacones.vnde Eph.4.Apostolus dicit Dedit quosdã quidẽ Apostolos,quosdã autẽ prophetas:alios verò euangelistas:alios autẽ pastores & doctores , distinguens euangelistas à pastoribus & Apostolis per quos prælati intelliguntur:ergo quicúnque prædicant, siue sint prælati:siue nõ,possunt de euãgelio viuere.Item inter omnes occupationes ecclesiasticas dignior est occupatio eorum , qui verbum Dei annunciant.Vnde ad hoc Christus venisse se monstrat.Marc.1. Ad hoc missus sum.demonstratur etiam Esa.61.Ad euangelizandũ pauperibus misit me. Et ad hoc etiam Paulus missum se dicit.1. Cor.1.Non enim misit me Christus baptizare:sed euangelizare.Sed illi qui occupationibus ecclesiasticis implicantur,non debẽt manibus laborare:sed de rebus ecclesiæ viuere.vt dicit Aug.in li.de opere.mo.de seipso loquens:ergo multo fortius illi qui occupantur in prædicatione verbi Dei,possunt sine labore manuum de euangelio viuere.Item vtilius est prædicationis officium,quàm aduocationis.Sed aduocati qui licitè aduocationis officium exercent,possunt de suo labore & officio viuere:ergo multo fortius prædicatores possunt de euãgelio viuere:siue sint prælati siue non:dúmodò licitè prædicent.Item quáuis de vsura non possit eleemosina fieri,tamen prædicatoribus est concessum:vt ab vsurarijs eleemosinas accipiãt: si aliter nõ possint morari in terris vsurariorum hac ratione : quia gerunt negotia eorum quibus vsurę debentur:dũ per prædicationẽ vsurarios ad vsurarũ restitutionem inducunt:vt decretalis dicit extra.de sent.excõ.c.cũ volũtate.Sed ipsi similiter gerunt negotia omnium & diuitum & pauperum,dum diuites ad dandũ eleemosinas pauperibus inducunt.& dum ad alia salutaria opera alios exhortantur.Ergo possunt licitè accipere eleemosinas,ab illis quibus prædicant.Item in artibus mechanicis videmus,quòd non solùm illi qui manibus operantur licitè de artificio viuunt:sed & sapiens architectus qui manibus non laborat,alios dirigit.Sed ille qui de moribus docet,est quasi architectus respectu omnium officiorum humanorum:vt patet per Philosophũ in 1.Ethi.Ergo prædicatores possunt de officio prædicationis viuere:etiã si manibus nõ operentur.Item sanitas animæ præferenda est sanitati corporis.Sed medici dantes consilium de salute corporis,& si nihil manibus operentur,possunt licitè accipere vnde viuant.Ergo multo fortius illi qui consulunt saluti animarum,etiam si manibus non laborent.Nũc tertiò restat ostendere,ꝙ prædicti non solùm viuere possint de eleemosinis spõtè oblatis:sed etiã eas petere mendicãdo. Quod probatur exemplo Christi,in cuius persona in Psal.dicitur.Ego autem mendicus sum & pauper.Gloss.Hoc dicit Christus de se,ex forma serui. Et infrà. Mendicus est qui ab alio petit:& pauper qui sibi non sufficit.Itẽ in alio Psalm.Ego verò egenus & pauper sum.glos.Sum egenus,idest, petens.Et pauper sum,idest,insufficiens mihi:quia & mundanas copias nõ habet & intus vbi est diues,semper ambit:desiderat:accipit. Item in alio Psal.Persecutus est hominem inopem & mendicũ.glo. scilicet Christum.Et alia gl.Pauperes insequi sola sęuitia est:alij pro diuitijs vel honoribus interdũ huiusmodi patiuntur.Istę duæ vltimę glosæ ostendunt manifestè,ꝙ de mẽdicitate rerũ tẽporaliũ prædicta verba intelligere oportet.Itẽ.2.Cor.8.Scitis gratiã domini nostri Iesu Christi:quoniã propter vos egenus factus est.glo.in mũdo. Et quòd in hoc Christus sit imitandus,patet per glo.quæ ibidẽ dicit.Nemo se contẽnat.Pauper in cella,diues in conscientia:securior dormit in terra,quã cũ auro diues in purpura.Nõ ergo expauescas cum tua mendicitate ad illum accedere,qui indutus est nostra paupertate.Item ꝙ dominus victum petierit,expressè habetur Luc.19. Vbi dominus dixit ad Zachæum.Zachee,festinans descende:quia hodie in domo tua oportet me manere.glo.Non inuitat:quia & si nondum audierat vocem inuitantis,audierat tamen affectum.Item Mar.2.Circunspectis omnibus cùm iam vespera esset,&c.glo.Circunspectis omnibus,si quis eum hospitio susciperet. Tantæ enim paupertatis fuit:& ita nulli adulatus:vt in tanta vrbe nullum hospitium inueniret.Ex quo patet,quòd Christus ita pauper erat,ꝙ hospitium conducere nõ posset Sed ab alijs hospitium petebat & expectabat.Vnde blasphemũ est dicere,quòd non liceat mẽdicare.Item hoc probatur exemplo Apostolorum,qui iussi sunt à domino necessaria ad victum in via non ferre:vt patet Matt.10.Marc.6.& Luc. 9.& 10.Constat autem,ꝙ ipsi imperiosè non poterãt accipere.ergo satis euidens est,quòd necessaria victus humiliter petebãt,quod est mendicare.Item hoc etiam patet de disciplinis Apostolorum post resurrectionem Christi.Dicitur enim in tertio.ca.Ioh.Pro nomine eius profecti sunt.glo.Pro nomine Christi ampliãdo profecti sunt. glo.Alienati à rebus proprijs.ergo sine necessarijs viæ ibãt.Ex quo patet,quòd necesse habebant petere.Item homo magis debet sibi prouidere,quàm alijs:sed Apostolus petebat eleemosinas pro alijs, scilicet pro pauperibus sanctorum qui erant in Hierusalem:ergo etiam licet alicui eleemosinas petere pro fratribus suis,vel etiã pro seipso.Item quòd mendicare liceat,patet per exemplũ beati Alexij, qui omnibus suis dimissis propter Christum sine labore manuum viuebat de eleemosinis,quas mendicando quærebat:ita etiam,quòd à seruis patris sui qui eum quærebant eleemosinas peteret:& de hoc gratias Deo ageret:quòd à seruis suis eleemosinas accepisset.Cuius sanctitatis indicium fuit vox cœlitus delapsa.audientibus Papa & imperatoribus Honorio & Arcadio: & vniuerso populo Romano in ecclesia beati Petri existentibus,quæ testata est meritis eius Romam stare.Multis etiam miraculis post mortem claruit.vnde & canonizatus est:& festum eius à Romana ecclesia solenniter celebratur.Item Hiero.ad Oceanum in commendatione Fabiolę dicit, quòd optabat suis diuitijs pariter effusis pro Christo stipes accipere.In hoc autem non esset commendanda,si peccatum esset mendicare. Item illud , quod est illicitum in ecclesia , non iniungitur alicui in pœnitentiam:sed pro grauioribus peccatis alicui iniungitur,quòd extra terram suam sine expensis mendicando peregrinetur.ergo mendicare non est illicitum : sed potest esse pœnitentiæ opus:& ita assumere mendicationem propter Christum ad perfectionem vitæ pertinet:sicut & cætera pœnitentiæ opera,in quibus religiones fundantur.Item sicut ea quibus maceratur corpus:vt ieiunium,vigiliæ & huiusmodi valent contra concupiscentiam carnis: ita ea quæ ad humiliationem hominis pertinent,valent contra superbiam spiritus:quæ non minus est fugienda,quàm concupiscentia carnis,cùm etiã peccata spiritualia sint maioris culpæ: vt Greg. dicit.Sed nihil potest esse inter opera pœnitentiæ quod hominem magis humilem & abiectum reddat,quàm mendicatio:vnde naturaliter omnis homo mendicare erubescit.Ergo sicut ad statũ perfectionis pertinet,quòd homo ieiunium & vigilias assumat:vt carnis concupiscentiam domet,ita ad perfectionẽ vitæ pertinet,si aliquis mendicationem assumat propter Christum:vt spiritum humiliet. Item charitas Christi liberalior est quã amicitia sæculi.Sed licet ex amicitia sæculi aliquid petere ab amico suo,quo indigeat,& præcipuè si ei in aliquo recompensare potest:nec differt vtrum recõpensatio fiat de eodem,vel de alio:vt dicitur.in 5.Ethi.ergo multo fortius licet alicui quáuis sit validus,ꝙ petat illa quibus indiget ꝑpter charitatem Christi:& præcipuè cũ possit recompensare recipiens danti in orationibus & alijs spiritualibus bonis.Item licet petere ab aliquo illud ex cuius datione fit dantis cõditio melior:sed ex hoc scilicet,quòd aliquis dat eleemosinam,fit eius conditio melior:quia per hoc meretur vitam æternam:ergo non est illicitũ eleemosinas petere.Item indigentiæ pauperum non potest subueniri,nisi eorũ indigentia sciatur.sciri autem nõ potest omnino,nisi necessitatem suam petẽdo exponat:ergo si licitum est aliquibus,quòd sint in tali statu,quòd rebus alienis indigeant ad sustentationem,licitum est, quòd eas petant.Sed licitum est,ꝙ aliqui in statu egestatis se ponãt propter Christũ:vt suprà probatum est.In quo etiã si manibus operentur oportet,quòd indigeant multis:vt Aug.dicit in li.de opere mo.ergo licitũ est eleemosinas petere.Nunc quartò ostendemus,ꝙ prædictis mendicantibus eleemosinæ sunt dãdæ.Primò per hoc ꝙ habetur in 3.Cano.Ioan.Charissime fideliter facis,quicquid operaris in fratres:& hoc in peregrinos.Et de quibus loquitur subiungit. Pro nomine enim eius perfecti sunt.glo.Alienati à rebus proprijs. Et infrà.Nos ergo debemus suscipere huiusmodi.glo.Ioannes omnia dimiserat : & se diuitibus connumerat : vt alacriores reddat & promptiores ad cõmiserẽdũ pauperibus:ergo cõmẽdabile est dare eleemosinas illis qui pro nomine Christi sine rebus proprijs viuũt. Itẽ Mat.10.Qui recipit iustũ in nomine iusti.glo.pro eo,ꝙ nominatur iustus.Mercedẽ iusti accipiet.glo.Dicit ergo aliquis: ergo & pseudoProphetas & Iudã ꝓditorẽ suscipiemus.Hoc dominus procurãs,dixit personas nõ esse suscipiẽdas:sed nomina:& mercede nõ carere suscipiẽtem:licet indignus sit qui suscipitur.Ex quo patet,ꝙ eleemosinæ sunt dandæ his qui habẽt nomẽ sanctitatis,etiã si indigni sint.Itẽ ad Ro.15.cõmẽdat Apostolus Macedones & Achaios, de hoc ꝙ probauerũt collationẽ facere in pauperes sanctorũ:vbi dicit glo.Hi totos se dederunt diuinis obsequijs,nihil mundanũ curantes exẽplũ bonæ cõuersationis præbebãt credẽtibus.Istis mittendam fecerãt Achayci & Macedones collectã:per quã rem ad huiusmodi opera Romanos Apostolus inuitat.Ergo patet,ꝙ prædictis pauperibus eleemosinæ sunt dandæ.Itẽ 2.ad Cor.8.Vestra abundantia illorum inopiam suppleat.glo.Illorum qui omnia mundi deserunt:ergo idẽ vt prius.Item super illud.2.ad Thes.3.Vos autem fratres,nolite deficere benefaciẽtes.glo.pauperibus.& alia glo.Quia & si operentur,possunt tamen nonnullis indigere.Et ideò monet ne illi qui habebant:vnde seruis Dei necessaria præberent,hac occasione pigrescerent.Non enim in reprehensionem venit qui humanus est in largiendo:sed hic qui cùm possit laborem ferre,ociosè vult vitam agere:ergo patet,ꝙ seruis Dei est laudabile eleemosinas dare siue laborent,siue non:etiam quando non laborantes reprehensibiles sunt.Item Hiero.contra Vigilantiũ.Nec nos negamus cunctis pauperibus:& etiam Iudæis & Samaritanis:si tanta sit largitas stipes porrigendas.Sed Apostolus docet faciendam quidem ad omnes eleemosinam:sed maximè ad domesticos fidei:de quibus & saluator in euangelio loquebatur.Facitè vobis amicos de mãmona iniquitatis,qui vos recipiant in æterna tabernacula.Nunquid isti pauperes inter quorum pannos & illuuiem corporis flagrans libido dominatur,possunt habere æterna tabernacula:qui nec præsentia possident nec futura.Nõ enim simpliciter pauperes:sed pauperes spiritu beati appellãtur:de quibus scriptũ est.Beatus qui intelligit super egenum & pauperẽ.In vulgi pauperibus sustentandis nequaquã intellectu,sed eleemosina opus est,in sanctis pauperibus beatitudinis intelligentia:vt ei tribuat qui erubescit accipere:& cũ acceperit dolet:metens carnalia,& seminãs spiritualia.Ex quo patet,ꝙ meliꝰ est sanctis pauperibus dare eleemosinas, quàm quibuscúnque alijs. Item.2.Corin.9.super illud. Dispersit dedit pauperibus.dicit Gloss.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si huius qui pauperibus largitur merces magna est, quantò magis eius qui ministrat sanctis? Pauperes enim dici possunt, etiam qui mali sunt. Et sic idem quod prius. Item Hieronym. super epistolam ad Galat. exponens illud. communicet autem is qui cathechizatur. sic dicit. His qui adhuc imbecilliores & discipuli & carnales erant, imperat: vt quomodò ipsi à magistris spiritualia metunt, sic magistris carnalia præbeant: qui totos se diuinæ eruditioni & studio tradentes, vitæ huius necessarijs indigent: ergo etiam non laborantibus corporaliter: sed ex toto se studio scripturarum dantibus, eleemosinæ sunt dandæ. Item Hieronym. ad Paulinum. Quem senseris tibi aut semper aut crebrò de nummis loquentē, excepta eleemosina quæ indifferēter omnibus patet, in stitorē potius habeto quā monachum. Ex quo patet, ꝙ monachis & omnibus alijs eleemosinæ sunt dandæ: & ꝙ eis licet loqui de eleemosina petenda. Item dicitur in decre. distinct. 42. Si quis despicit eos qui fideliter agapes, id est, conuiuia pauperum exhibent: & propter honorem domini conuocant fratres: & voluerit communicare huiuscemodi vacationibus paruipendens quod geritur, anathema sit. ergo patet, ꝙ excommunicandus est, qui dicit eleemosinas indigentibus non esse largiendas. Item Prouerbio. 21. Qui obturat aurem suam ad clamorē pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur. Glo. Pauperis generaliter non egeni tantùm, vel corporaliter infirmi. Nam qui criminibus alienis affectus non vult condolere: sed iudicātis mauult tenere censuram, ostendit se nondum vitiorum fecibus eliquatum: neque auditu diuinæ misericordiæ dignum. Patet ergo, ꝙ omnibus pauperibus eleemosinæ sunt dandæ, etiam corpore validis. Item super illud Psalm. Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum. dicit Glo. Terra satiabatur producens fœnum, id est, temporalia iumentis, id est, prædicatoribus: vt de euangelio viuant, qui euangelium annuntiant. Nisi terra producat fœnum, id est, temporalia, nō est irrigata: sed sterilis: quod si facit ipse est fructus. Et infrà. Debentur prædicatoribus temporalia qui largiuntur spiritualia: de quibus dicitur. Beatus qui præoccupat vocem petituri. Non ita debes agere boui trituranti, vt médico transeunti. Illi, scilicet mendico das: quia legitur: omni petenti da, huic verò etiam non petenti dare debes. Et infrà. Omni petēti da, quicūque sit da: agnoscens in eo eum cui des: sed multò magis da seruo Dei: militi Christi, & non petenti. Ex quo patet, ꝙ omnibus pauperibus etiam nō petētibus, eleemosinæ sunt dandæ: præcipuè tamen prædicatoribus dari debent à suis auditoribus. Item Lucæ 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Glo. Non quoslibet pauperes: sed eos qui possunt vos recipere in æterna tabernacula. Sed maximè possunt in æterna tabernacula recipere pauperes propter Christum: qui etiam iudices cum Christo erunt: ergo eis præcipuè sunt eleemosinæ faciendæ. Nunc vltimò restat respondere his quæ in contrarium obijciuntur. Ad id ergo quod primò obijcitur, quòd multa exeçeant oculos sapientum, dicendū, ꝙ res tēporales dupliciter accipi possunt. Vno modo ad diuitias augendas & congregandas: & talis receptio munerū ex cupiditate procedit, quæ oculos cordis exçecat & à iustitia declinare facit. Alio modo ad necessitatem victus & vestitus: & ista munerum acceptio cupiditatem non habet annexam: vnde non exçecat oculos, nec verba iustitiæ facit mutare. Et hæc distinctio probatur per hoc quod habetur. 1. Thim. vlti. Habentes alimēta & quibus tegamur, his contenti simus, glo. Qui vltra tendit, malū inuenit: vnde subditur. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. Ad secundū dicendum, quòd duplex est seruitus. Est enim seruitus timoris & amoris. Qui ergo accipit munera ex cupiditate, seruus est timoris: quia quæ cū cupiditate acquiruntur, cū timore possidētur. Et ab hac seruitute liberi debēt esse serui Christi. Ro. 8. Nō accepistis spiritum seruitutis iterū in timore. Sed qui accipit munera ex charitate, seruus est amoris. Et ab hac seruitute nō sunt liberi serui Christi. vnde Apostolus dicit. 2. Cor. 4. Nō nosmetipsos prædicamus: sed Iesum Christum dominū nostrū: nos autē seruos vestros per Iesum. Patet ergo, ꝙ ille qui propter officiū charitatis implendū eleemosinas ad corporis sustentationē recipit, nō incurrit seruitutē quæ sit indigna seruis Christi, sed illā quæ cōpetit seruis Christi. Ad tertiū dicendū, ꝙ dare secundū se est laudabilius, quā accipere: vnde & Philosophus dicit in 4. Eth. ꝙ actus liberalitatis magis est in dādo quā in accipiēdo: quāuis liberalis det & recipiat. Nihil tamē prohibet receptionem esse melioré ratione alicuius adiūcti: & hoc est per accidēs. Dicēdū ergo, ꝙ si in paupere nihil cōsideretur nisi receptio eleemosinæ tantū, beatior est diues qui dat eleemosinas, quā pauper qui recipit. Sed talis potest esse causa recipiēdi eleemosinā, ꝙ magis merebitur recipiens, quā dans: vt potè si se in tali statu propter Christū constituerit, vt eleemosinas recipiat nō quasi coactus: sed voluntarius pauper. Vnde glo. ibidem dicit. Non illis qui relictis omnibus secuti sunt dominum, diuites eleemosinarios præponit: sed illos maximè glorificat, qui cunctis quæ possident in semet renuntiantes, nihilominus laborant manibus operando: vt habeant vnde tribuant necessitatem patienti. Et proculdubiò hoc est laudabilius in illis dūtaxat, qui ab alijs magis necessarijs occupationibus vacant. Et ita etiam tales si possent sine impedimento talium occupationum laborare & alijs dare, perfectius esset, vt etiam suprà dictum est, cùm de labore manuū agebatur. Nec tamen concedendum est, quòd religiosi teneātur ad omne id quòd perfectius est: sed ad illa tantū ad quæ ex voto se astringūt. Ad 4. dicendū, ꝙ ecclesia nō grauatur, si tales de eleemosinis viuūt: quia modicis sunt contenti magnū fructū in ecclesia faciētes. imò in hoc ecclesia maximè alleuiatur: quia quod alij: qui non sunt ita modicis contenti, cū magnis expensis faciunt: hoc idem per tales cum paruis sumptibus expletur. Nec in hoc pauperibus aliquid subtrahitur, quòd tales de eleemosinis viuunt: quia talium consilio & inductione, multo plura pauperibus dātur quā ipsi accipiāt. Et præterea ipsi etiā omnia quæ habuerunt, pauperibus sunt largiti: vnde multo plus in sumptibus pauperum posuerūt, quàm illud quod de eleemosinis accipiūt. Ad 5. dicendū, ꝙ illud decretū peruersè inducitur: quod patet ex hoc qā Gratianus dicit in c. sequēti. verū his auctoritatibus prohibētur ad ecclesia suscipi, nō illi qui quōdā fuerūt diuites & postea oīa reliquerūt: vt Petrus & Matthæus & Paul': aut pauperibus distribuerūt: vt Zachæus: aut ecclesię rebus adiūxerunt: sicut illi qui prædia sua vēdētes, ponebāt precia ante pedes Apostolorū: vt essent illis oīa cōmunia: sed illi q̄ domib' parētū residētes, vel sua relinquere nolētes ecclesiasticis facultatibus pasci desiderāt. Ad 6. dicendum, ꝙ Aug. loquitur de illis qui sunt ocio dediti, qui in nullo possunt esse vtiles illis à quibus pascūtur. Tales enim necesse est: vt adulentur ad hoc quòd pascantur. Tales enim pascere onerosum esset cuilibet, nisi fauorē pascentes saltem adulationibus caparent. Sed illi qui pascūtur propter Christū à quibus pascētes, scilicet sperāt spiritualia ꝓ tēporalibus quæ largiūtur, nō oportet adulari, quia talibus nō datur ꝓpter eos, sed ꝓpter illū cuius sunt serui qui in eis recipitur: vt dicitur Matt. 10. Qui recipit vos, me recipit. vbi Glos. Quia nō aliud recipit in Apostolis, quā qđ in Christo est. Et sic patet, ꝙ illi qui pauperes efficiūtur & mēdicāt & de eleēmosinis viuunt ꝓpter Christū, nō sibi necessitatē adulationis imponūt. Sed maior necessitas adulationis & seruituris inest diuitibus, quos oportet adulari principibus, vt diuitias amplient & cōseruent. vnde dicit Chryso. super Mat. Adulari necesse est principes & milites & subiectos & multis indigere & turpiter seruire & formidare & suspicari & timere eorū qui suspicantur oculos & calūniantium ora & auarorum cōcupiscentias, sed non est paupertas aliquid tale, sed cōtrarium vniuersum. Ad 7. dicendū, ꝙ quāuis accipere nō sit actus liberalitatis, nisi prout ordinatur ad dandum, tamen accipere necessaria ad victum actus est humilitatis, in his qui tantùm se humiliauerit propter Christum: vt se subijcerent egestati, quæ quidē virtus est eminentior, quàm liberalitas. Ad 8. dicendum, ꝙ Aug. in lib. illo reprehēdit monachos, q volebāt de eleēmosinis viuere ꝓpter duo. Primò ꝓpter errorem in quē inciderāt: vt scilicet dicerēt manibus operari esse cōtrarium præcepto euangelico. quod habetur Mat. 6. Nolite solliciti esse corpori vestro, &c. Secundò quia propter pigritiam à labore manuum desistebant, laboriosam vitā fugiente, ꝙ in sæculo laborauerūt. Vnde de his dicit, ꝙ nullo modo decet: vt in ea vita vbi senatores fiunt laborioſi, ibi fiant opifices otioſi, eos autem qui in sæculo possessiones habuerunt, vnde viuerēt sine labore manuum: vel qui occupationibus ecclesiasticis occupantur, nō prohibet de eleēmosinis viuere exemplo eorum, quos tales fuisse in primitiua ecclesia Hierosolymis dicit, & hoc manifestē patet verba libri diligenter intuenti. Et quāuis si nō prædicent, nō habeant potestatem viuendi de eleēmosinis quasi operarij de mercede laboris, nō tamen eis prohibetur quin sicut pauperes de eleēmosinis viuāt. Alio enim modo debetur eleēmosina pauperi, & alio modo prædicatori: vt dicit Glos. super illud. Psalm. producens fœnum iumentis. Ad 9. dicendum, ꝙ vt dictum est prælatis victus necessaria à subditis accipere licet, quia laborant in euangelio. Merces enim operi debetur nō potestati aut auctoritati. Cū ergo religiosi ex commissione prædicantes similiter laborent, dignum est vt & ipsi ab his quibus prędicant, necessaria victus accipiant. Sunt tamen & aliæ causę propter quas & religiosi etiam nō prædicantes necessaria victus à fidelibus accipere possunt, puta quia omnia sua ꝓpter Christū reliquerunt: vel quia ministrant altari, cuius sacrificium, vbicúnque agatur, commune est toti populo fidelium: vel quia vacant studio sacræ scripturæ, cōtemplatiōi, orationi, & alijs spiritualibus, ad cōmunē vtilitatem totius ecclesiæ. Ad 10. dicendum, ꝙ nō est inconueniens illud, quod alcui datur pro mercede, alteri dari gratis & misericorditer. Vnde victus qui ministratur prædicatoribus quasi debita merces laboris, potest omnibus pauperibus misericorditer & meritorie dari, non vt debita merces, sed quasi subsidium charitatis. Ad 11. dicendū, ꝙ maius dānum sequebatur ex prædicatione pseudoapostolorum, quibus prædicandi occasionem Apostolus auferebat de sumptibus fidelium nō viuendo, cùm cōtraria fidei prædicarent, quā de hoc, ꝙ Apostolus se labori manuum implicabat, de proprio labore viuens.

Nunc au-

Nunc autem est econuersò: quia maior profectus est ecclesiæ fidelibus de hoc, quòd aliqui exemplum humilitatis prębēt in paupertate & mendicitate viuendo voluntariè propter Christū: & dimisso labore manuū, occupando se in his quæ pertinent ad salutē animarum: quā sequatur damnū de hoc quòd aliqui turpiter de eleēmosinis viuere volunt: & ideò non debent desistere pauperes Christi ab hoc quòd de eleēmosinis viuāt: vt alijs occasionem auferant. Ad 12. dicendum, quòd apud Iudæos consuetudo erat, vt doctoribus ab alijs subsidia vitæ ministrarentur: ita etiam inter cunctos fideles in consuetudinem venit diuulgata euangelica doctrina, quæ hoc ordinauit. Vnde & si à principio conuersionis gentium, quando adhuc in Gentibus hoc non consuetum erat dimittebant sumptus accipere propter scandalum: nunc tamen hoc scandalum non est timendum: & præcipuè in illis qui modico victu & vestitu sunt contenti: de quo multo plures ædificantur, quā scādalizantur. Qui enim de hoc scandalizantur, Pharisæorū scandalum sibi inducunt: quod dominus paruipendere iubet. Matth. 15. Secus autem esset, si eleēmosinam acciperent: non solū ad necessitatē victus: sed ad lautè viuendum: vel ad diuitias congregandas. Ad 13. dicēdum quòd eadem ratione probari posset, quòd virginitas non sit bona: quia hoc Hiero. dicit contra Vigilantium, prædictā rationē facientem, si omnes virgines fuerint, nuptiæ non erunt: interibit humanum genus: & infrà. Rara est virtus, nec à pluribus appetitur: atque vtinam hoc omnes essent, quod pauci sunt, de quibus dicitur. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Ex quo patet solutio prædictæ obiectionis. Opera enim perfectionis tantę difficultatis sunt, quòd paucorum est se ad ea extendere. Nec dicēdum quòd timendum sit quòd dum omnes eis inhęrent, mundus pereat. Ad ea autem quibus ostendere nituntur, quòd non liceat mendicando eleēmosinas petere, hoc modo respondendum est. Ad primum ergo dicendū, quòd cùm dicitur omnino indigens & mēdicus non erit inter vos: non prohibetur quin aliquis statū mendicitatis: vel paupertatis assumat: sed quia non ita derelinquetur ab alijs: vt in talem statum incidat, in quo eum oporteat de necessitate mendicare. Et hoc patet per id quod præcedit. Ciuem & propinquum repetendi, non habebis potestatē: & glo. ibi dicit. Licet omnes proximi nostri sint: illis tamē maximè misericordia impendenda est, qui Christi nobiscū sunt mēbra. Ex quo patet quòd vbi percipitur misericordia, non prohibetur mendicitas. Ad 2. dicendum, quòd glo. exponit de pane spirituali: vnde dicit. Non vidi iustū derelictum à Deo: nec semen eius quærens panē spirituālem, id est indigere pane verbi Dei: quia verbum Dei semper cū eo est. Si tamen de pane misericordiali intelligatur, intelligendum est quòd iusti nō quærunt panem ex necessitate, quasi derelicti à Deo: cùm dicatur Hæbr. vlti. Non te deseram, neque derelinquā: non tamen excluditur quin illi qui sunt iusti, voluntariè se possint exponere paupertati propter Christū: quod tamē forte tęmporibus Psalmistæ factum non erat: quia perfectionis opera tempori gratiæ seruabantur. Ad 3. dicendum, quòd non est inconueniens quòd illud quod alicui in pœnam infligitur: ab alio voluntariè assumptum, in iustitiam vertatur, sicut aliqui propter scelera quæ committunt, rebus suis spoliantur: & tamen ad perfectionē iustitiæ pertinet, quòd aliquis rebus proprijs se spoliet propter Christum. Et similiter mēdicitas quamuis aliquibus malefactoribus indicatur à Deo in pœnam: nihil tamē prohibet quin voluntariè assumpta propter Christum, ad perfectionē iustitiæ pertineat. Ad quartum dicendū quòd per illam glo. prohibetur, quòd aliquis nō petat ex cupiditate: aliās glo. non cōcordaret textui. In textu enim dicitur: vt nullius aliquid desideretis. Ex cupiditate autem quærunt, nō qui necessaria victus & vestitus petunt: sed qui vltra hęc quærunt, vnde diuites fieri possint: vt patet per hoc quòd dicitur 1. Thi. 6. vt suprà dictum est. Adiquintū dicendū, quòd duplex est mendicitas: coacta, scilicet & voluntaria. Coacta mendicitas: quia contra voluntatem est: periculum impatientiæ habet annexum. Voluntaria autē mendicitas, quæ non ex cupiditate procedit: vt dictū est: humilitatis meritum habet adiunctum. Vnde Aug. per verba illa non prohibet mēdicitatē voluntariam: sed docet occasionem necessariæ mendicitatis vitandam esse à pauperibus Christi, dum manibus laborant: quod patet per hoc quod dicit: vt non compellatur egestate &c. Ad Sextum dicendum quòd Hiero. loquitur de petitione & acceptione eorum quæ sunt vltra necessariū victū, quod patet ex hoc quod loquitur Nepotiano presbytero: qui de rebus mundi sufficienter habebat ad vitā sustentandam. Vnde patet quòd non est ad propositum. Ad Septimum dicendum, quòd lex illa loquitur de validis mendicantibus, qui nullam vtilitatē reipublicæ afferebant: sed ociosè viuentes, vsurpabant illud quod alijs pauperibus debebatur: quod patet ex hoc quòd lex eos inertes nominat: sicut sunt guliardi: & alij similes: qui victū ab hominibus quęrunt, ociosè viuentes: quod non nisi peruersimè in religiosos retorqueri potest. Et tamē non oportet quòd peccatum sit grauius, quod grauiùs punitur: quia pœnæ peccatoribus infliguntur, non solùm propter vindictā culpæ: sed etiā propter correctionē: vel eius qui peccauit vel aliorum. Vnde pro minori peccato aliquādo aliquis grauiùs punitur, quando homines ad peccatū illud sunt proniores, vt terrore pœnæ magis caueant. Capitulū autē inductū loquitur de pœna quæ indicitur ad vindictam peccati tantū. Ad octauum dicendum, quòd illi de quibus Aug. loquitur, nō solùm petebant necessaria victus: sed aliquid vltra ad diuitias congregandas. Nec habebāt veram sanctitatem: sed simulatā. Quod patet ex hoc quod dicit, quòd exigebant sumptus lucrosæ egestatis: aut simulatæ precium sanctitatis. Et hoc proculdubiò reprehensibile erat. Ad nonum dicendū, quòd erubescentia semper est de turpi: turpe autem pulchro opponitur. Vnde secundum differentiam pulchri, oportet accipere differētiam turpitudinis & ruboris. Est enim duplex pulchritudo. Vna spiritualis, quæ cōsistit in debita ordinatione animæ & affluentia bonorum spiritualium, vnde omne quod procedit ex defectu spiritualis boni, vel quod interiorem inordinationem ostendit, turpitudinem habet. Alia est pulchritudo exterior, quæ consistit in debita ordinatione corporis, & affluentia exteriorum rerum, quæ ad corpus ordinantur. Et econuersò inordinatio corporis vel defectus temporalium rerum, exteriorem quādā turpitudinem habet. Et sicut vtráque pulchritudo delectat & desideratur: ita vtráque turpitudo erubescētiam parit. Verecūdatur enim aliquis de hoc quòd est pauper: vel de hoc quòd est de corpore viciatus: vel de hoc quòd est inscius: vel inordinata gessit. Quia igitur turpitudo interior semper est reprobanda: ideò omne quod habet erubescentiam prædictæ turpitudinis, reprobandum est. Nec est instantia de confessione peccatorum: quia confitens non erubescit de confessione: sed de peccato quod cōfessio manifestat. Defectus autem exteriorum, vel turpitudo à sanctis viris contēnitur: & quādóque perfectionis studio abeis assumitur propter Christū. Vnde illud quod habet erubescentiam illius turpitudinis, non semper est reprobandū: imo quādóque maximè laudatur: quando propter humilitatem assumitur. Mēdicare autē habet erubescentiam huic secundæ turpitudini respondentē: quia omnis mē dicans se pauperem ostendit: & quodammodò se subijcit ei à quo mendicat, quæ ad defectum exteriorem pertinent. Vnde mendicitas propter Christum assumpta, non solùm non est reprobanda, sed maximè laudanda. Ad decimum dicendū, quòd ille à quo eleēmosinā petitur, nō debet habere tędium, si ordinatè ab eo petatur. Et idcò quādo aliquis ordinatè eleēmosinā petit, scilicet ad necessitatem sustentandam: non est in culpa qui petit, sed ille qui ad tędiū remouendum dat. Si autem inordinatè petatur, petens etiam peccat. Ad ea verò quibus ostendere nituntur, quòd religiosi prædicātes nō possunt de eleēmosinis viuere, vel eleēmosinas petere: per ordinem deinceps respondendū est. Ad primum ergo dicendū, quòd quamuis prædicatores de eleēmosinis viuant, non tamen sequitur, quòd adulentur. Quamuis enim qui sine adulatione prædicant nō habeant gratiam apud malos qui dicuntur homines carnales, habent tamen gratiam apud bonos. Et ideò quandóque si sine adulatione prędicant, coguntur defectus multos pati: quando scilicet in illos incidunt, apud quos sine adulatione gratiam habere non possunt, quandóque autem sine egestate sunt, quando in illos incidūt, quorum sine adulatione gratiam habent. Vnde & Christus hospitium quandóque habere non poterat: quandóque etiam inuitabatur à multis, & mulieres quę eum sequebantur, de suis facultatibus ei ministrabant, vt dicitur Luc 8. Ita etiam Apostoli quādóque multas penurias sustinebant: quandóque autem abundabant in vtrisq; modestē se ostendentes. Philip. vlti. Scio & abundare & penuriam pati. Et has etiam vicissitudines pauperes prædicatores nostri temporis experiuntur frequenter. Ad secundum dicendum, quòd prædicatores eleēmosinas petentes, non faciunt aliquid in quo sit occasio auaritiæ. Auaritia enim est immoderatus amor habendi: velle autem victum & vestitum ad necessitatem, non est immoderatum. 1. Thi. vlti. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Vnde pauperes qui petunt necessaria victus & vestitus, & aliorum quę humana vita exigit, non sunt in aliqua occasione auaritię. Ad tertium dicendum, quòd prædicatores non debent quærere tēporalia, quasi ex principali intentione, vt in eis finem constituant: possunt tamen quærere secundariò, vt sustententur ad Euangeliū prædicandum, quod primò quærere debēt. Mat. 6. Primò quęrite regnum Dei & iustitiā eius. gloss. hīc apertè ostendit ista non esse petenda tanquàm bona nostra & sin necessaria. Regnum enim petēdum est: & in eo finis noster est ponendus, propter quem omnia faciamus: verbi gratia. Manducemus vt euangelizemus, non euangelizemus vt manducemus. Ad quartum dicendum, quòd sicut suprà probatum est, sumptus quem prædicatores accipiunt, debetur eis tanquàm merces. Merces autem alicui operāti debetur dupliciter. Vno modo ex debito legalis iustitiæ: sicut quando pactum interuenit inter operantem, & eum cui operatur, ita quòd operarius possit aliū compellere ad soluendum. Alio modo ex debito iustitiæ amicabilis: sicut quando aliquis amicabiliter alteri de suo labore seruit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

debitum est,vt alius ei suo modo vicem rependat:quamuis non possit eum per iudicium cōpellere.Hos enim duos iustitiæ modos philosophus distinguit in 8.Ethi.Dico ergo quòd quando aliquis prælatus alicui plebi præficitur.hoc modo adinuicē colligantur, quòd subditi possunt à prælato spiritualia petere: & prælati à subditis tē poralia, sed ab alijs qui non sunt prælati , non possunt subditi spiritualia exigere : nec econuersò ipsi possunt eos cogere ad soluendum temporalia, quamuis ex licentia prælatorum spiritualia seminent:nisi fortè quantum ad omnia, vicarij prælatorum constituantur. Pater igitur quòd diuersimodè accipiunt sumptus pauperes qui omnino nihil impendunt & religiosi qui non sunt prælati, sed prædicant de licentia prelatorum & prælati.Quia alij pauperes totaliter accipiunt gratis:vnde in eis est pura mendicitas. Sed prædicantes qui non sunt prælati,accipiunt sicut mercedem debitam.vn de habent potestatem accipiendi.quamuis non coactiuam:prælati autem etiam coactiuam habent potestatem. Si tamē ille qui potest aliquid ex potestate accipere, petat non quasi debitum , sed quasi omnino gratuitum,nulli facit iniuriam:sed in se humilitatem commendabilem reddit. Ad quintum dicendum,quòd Apostolus volebat ostendere,quòd ipse poterat sumere sumptus à fidelibus , eadē ratione qua alij Apostoli accipiebant. Et ideò vt ostenderet se eandem habere potestatem, primò ostendit se Apostolum esse,sicut & alij Apostoli erant . Ad sextum dicendum quòd pseudoapostoli vsurpabant sibi indebitè sumptus fidelium tripliciter.Primò,quia falsa prædicabant.& contra euangelicam doctrinam:vt patet Rom.vlt.super illud. Rogamus autem vos fratres.quod glos. de pseudo Apostolis exponit : qui credentes cogebant iudaizare . Secundò, quia prædicabant non missi à veris Apostolis.Vnde Apostolus vocat eos ad Gal.2.subintrantes.Tertiò quia auctoritatiuè exigebāt, ac si essent Apostoli.Et hæc tria deficiunt in proposito:vnde ratio non valet. Ad septimum dicendum quòd prædicti religiosi prædicantes , petunt quod est eis debitum per secūdum modum iustitiæ: quia debitum,iustitiam respicit:sed in hoc commēdabiliores sunt: quia hoc quod est debitum,vt gratuitum petunt. Ad octauum dicendum quòd prælati recipientes à populo decimas & oblationes & si ipsi soluant per se debito modo spiritualia seminando,possunt tamen ad maiorem plebis vtilitatem,etiam alios cooperatores habere.Vnde nulla iniuria fit plebi, si plus de temporalibus conferāt, quàm sit statutum:quando & plus de spiritualibus eis impenditur quàm prælati teneantur,& præcipuè ex quo non potestatiuè accipitur:sed charitatiuè & humiliter petitur. Ad nonum dicendum, quòd vnusquisque abrenunciare potest ei quod sibi debetur.Vnde & si prælati ex debito teneantur prouidere eis quos mittūt ad prædicandum,possunt tamen qui mittuntur,huic debito abrenunciare.Nec tamen in hoc aliquod grauamē ingeritur illis ad quos mittuntur:cùm ab eis vltra necessaria victus non petant:nec etiam ista exigant coactiuè, sed charitatiuè. prout vnusquisque destinauit in corde suo,in hoc exemplum Apostoli imitantes. 2. Cor.8.& 9.ca. Ad decimum dicendum quòd hypocritæ propter hoc à domino redarguūtur : quia per orationem & alia quę superstitiosè agebāt, solùm intendebant ad quæstum.vnde glos.ibi.Veh vobis Scribæ & Pharisæi,quia vestra superstitione nihil intenditis , nisi vt prædam de subiecta plebe faciatis . Hoc autem de aliquo iudicare est temerarium,cùm pertineat ad intentionem cordis. Ad vndecimum dicendum quòd ad infames personas prædicatores declinare nō debent:ita quod eorum infamia in prædicatores retorqueri possit. Sic enim prædicatio venit in contemptum:quia sicut dicit Grego. cuius vita despicitur,cōsequens est.vt eius prędicatio cōtemnatur: & sic loquitur. glos. inducta. Si autem ad prædicatores declinent: qui eorum consortio meliores reddantur, & ipsi exinde non infamentur,laudabile est.quia hoc dominus legitur fecisse.vnde Mat. 9.Videntes hoc Pharisæi,discipulis eius dicebāt: quare cum publicanis & peccatoribus,manducat magister vester: vbi & glos. dicit, quòd dominus suis in hoc misericordiæ exemplum dedit. Si tamē illi ad quos declinant hoc sibi pro gratia non imputant,eorum culpa est. non illorum qui ad eos declinant. Ad duodecimum dicendum,quòd illi qui euangelizant.& si accipiant ab eis quibus prædicant necessaria vitæ:non tamen euangelium vendunt:quia non habent finalē intentionē ad ea que accipiūt, vt suprà dictū est.vnde 1. Thi.5.super illud:qui bene præsunt presbiteri &c.dicit glo.Boni dispensatores & fideles non solùm honore sublimi prēueniri debent, sed & terreno,vt non contristentur.Et infrà. Necessitatis ergo est accipere vnde viuitur : charitatis est præbere. Non tamen venale est euangelium,vt pro his prædicetur:sed pro æternis. Si enim sic vendunt magnam rem,vili vendunt, accipiant ergo sustentationē necessitatis à populo . mercedem dispensationis à domino. Non enim à populo redditur quasi merces, propter quam scilicet finaliter seruiatur illis qui sibi in charitate seruiunt euangelij:sed tanquā stipendium datur,quæ vt possint laborare,pascantur. Ad decimūtertium dicēdum,quòd quamuis potuerit esse aliqua species mali, accipere victum à gentibus quibus fides prędicabatur,propter hoc quòd non erat eis consuetum,vt suprà dictum est: tamen nunc species nulla mali apparet diuulgata euangelij doctrina, quæ hæc deberi euangelizantibus ordinauit,& præcipuè illis qui non quærūt ad superfluitatem,sed ad necessitatem : & de quibus constat,quòd non propter hoc labori euangelij se exponunt , vt lucrentur: cùm hoc quod propter euangelium accipiunt, multo sit minus , eo quod ab eis in sæculo relictum fuit propter Christum . Ad ea verò quibus ostendere nituntur , quòd talibus eleémosinæ non sunt dandæ,iam per ordinem respondendum est. Ad primum ergo dicendum , quòd cùm dicitur voca pauperes à quibus in præsenti nil potes expectare,intelligendum est quòd excluditur intentio retributionis in præsenti: nō autem possibilitas euentus : cùm nullus sit pauper à quo aliquis non possit iuuari in præsenti, quādóq; aliquo casu emergēte.Et quòd ita debeat intelligi,patet per glos.quę ibi dicit.Si intendis inuitare vt inuiteris,ibi potes falli.Nec tamen intelligendū est,quòd semper retributione æterna careat,si aliquis diuites vel amicos ad conuiuium vocet:cùm hoc possit ex charitate procedere:& propter Deum fieri:vnde glo.ibi dicit,quòd qui pauperes vocat,in futuro præmium percipiet:qui amicos fratres & diuites vocat,recepit mercedem suam. Sed si hoc propter Deum facit in exemplo filiorum Iob: sicut cætera fraternæ dilectionis officia, ipse qui iussit remunerat. Nec tamen intelligendum, quòd si fratres & familiares propter solam familiaritatem vocentur,quòd sit peccatum.quamuis merito æterno careat.vnde glos. ibidem dicit. Fratres , amicos & diuites alterutrum conuiuia celebrare non quasi scelus interdicit:sed ostendit non valere ad præmia vitæ. Ad secundum dicendum quòd verbum Aug.intelligendum est,in illo casu in quo loquitur Sapiens Eccles. 12. Da misericordi & ne suscipias peccatorem.vbi dicit glos. Peccatoribus pro eo quòd peccatores sunt,noli communicare:sicut qui nutriunt histriones, cùm esuriant Christi pauperes. Qui aūt dat indigenti peccatori,non quia peccator est:sed quia homo est,non peccatorem:sed iustum nutrit: quia culpam non diligit , sed naturam. Vnde quando eleémosina datur alicui propter hoc quod peccator est:vel vt peccator sit,magis esset ei subtrahenda. Nec tamen sequitur,quòd pauperib. Christi qui manibus non laborant , eleémosynæ non sint dandæ. Non enim ex hoc iniustitiam incurrunt , cùm non laborando non peccant:vt suprà ostensum est. Et si etiam peccatores essent,non tamē eis daretur propter hoc quòd sunt peccatores:sed quia sunt indigētes. Ad tertium dicendum quòd ei qui inordinatè petit,non est dāda res petita:sed correptio: sed ei qui ordinatè petit,danda est res si facultas adsit.vnde Grego.21.Mora.super illud Iob.si negaui quod volebant,pauperibus dicit.Per hæc dicta, vir secus ostendit nō solùm ad inopiam pauperibus:sed etiam ad habendi desiderium deseruisse.Sed quid si ipsa vellent pauperes , quæ fortasse accipere nō expediret,an quia in scriptura sacra pauperes humiles dici solent, ea sola æstimanda sunt quæ pauperes accipere volunt:quę humiles petunt.Et proculdubiò oportet,vt incūctanter detur,quicquid cū vera humilitate requiritur,id est,quod non ex desiderio,sed ex necessitate postulatur.Nam valde iam superbire est,extra metas inopinatas aliquod desiderare.Patet ergo quòd petentibus ad necessitatem dandum est indubitanter res:sed petentibus ad superfluitatem,danda est correptio.Ad quartum dicendum,quòd tūc in pœnam subtrahenda est eleémosyna petentibus , quando ex acceptis occasionem iniustitiæ manifestè accipiunt. Nec tamen etiam ita sunt eis subtrahendæ, quin in vltima necessitate eis subueniatur. Religiosi autem pauperes non ex eleémosinis acceptis, ad iniustitiam abutuntur : sed magis per eas ad iustitiæ opera sustentātur: vnde ratio non est ad propositum. Ad quintum dicendum,quòd Ambrosius non dicit pensanda esse in his,quibus datur eleémosina, debilitatem corporis & verecundiam , quasi rationes dandi: quia ratio dandi est indigentia eius cui datur , sed quasi rationes quare his magis dari debeat.Vnde non sequitur, quòd non debilibus vel his qui non verecundantur accipere non sit dandum : sed quòd debilibus: & verecundis magis sit dandum cæteris paribus: quia prædictæ duæ conditiones , non sunt solæ quæ debeant mouere ad magis dandum , sed multæ aliæ : sicut bonitas personæ: propinquitas : indigentia & multa huiusmodi . Nec tamen verecundia accipiendi est tantùm in illis qui sua violenter amiserunt : sed etiam in illis qui voluntariè sua dimiserunt propter Christum : cùm quandóque æqualiter vtrique ingenuas natales habeant : quos verecundia prodit , quamuis fortè voluntarij pauperes magis verecundam rationi subijciant,sicut & cæteras passiones. Ad sextum dicendum quòd cùm multæ sint conditiones,quare alicui potius sit eleémosina danda quàm alteri,vt dictum est: nō potest ex vna sola conditione absolutè cōcludi,quòd tali sit eleémosina semper magis dāda:vt puta,quòd magis indigenti semper magis sit danda.Vnde si aliæ conditiones præponderent in alio minus indigente, est magis dandum ei. Inter omnes autem conditiones efficacior

efficacior est debitum,vt dicit Philosophus in 9.Ethi. Quia magis debemus reddere debitum,quàm gratiam impendere , nisi multæ conditiones ex alia parte præponderarent:vt ibidem dicitur, vnde cū prædicantibus debeantur necessaria victus quasi stipendia quædam:vt dictum est,his potissimè sunt elecmosinę dandæ: præcipuè si indigeant,nisi multum ex alia parte præponderarent aliæ condiciones.Ad septimum dicendum,quòd sicut duplex est fœlicitas.spiritualis scilicet & temporalis,ita duplex miseria,scilicet temporalis & spiritualis . Quamuis ergo voluntarij pauperes non sint miseri spirituali miseria,quæ simpliciter miseria est,cùm dominus beatos eos vocet Matt.5.& Luc 6. possunt tamen temporali miseriæ esse subiecti.vnde & de tēporalibus est eis misericordia exhibenda . Ad octauum dicendum,quòd propinquitas est vna de conditionibus, quæ facit quòd alicui sit magis dādum:non tamen est sola. Et ideò non oportet , quòd semper magis propinquis magis detur, vt ex dictis patet.

Tertia pars principalis totius operis,in qua ostenditur quomodò religiosorum famam corrumpere nituntur,in multis eos frustè impugnando:& primò,quod habitum vilem & humilem deserant.

CAP. VIII.

NVne accedendum est ad refellendum ea quæ à prædictis malignantibus in religiosorum infamiam proferūtur:quod ex eorum præsumptione procedit:quia vt Grego.dicit in quinta mora. Nequaquàm quis sanctorum neglecta corrigere præsumeret , nisi de se prius meliora sensisset.Vnde Hieronimus Sabinianum super hac materia sic alloquitur . Ne tibi solus videaris errasse , simulas nefanda de seruis Dei: nesciens quòd iniquitatem in alterū loquaris & ponas in cœlum os tuum.Nec mirum si à te qualescúnque seruis domini blasphementur:cùm patremfamiliās Beelzebub vocauerint patres tui. Et ne quid eis ad malitiam desit,dupliciter peruertunt iudicium,scilicet malè iudicando de rebus, & malè iudicando de personis.Et hæc duplex iudicij peruersitas distinguitur in glos. 1.Cor.4.super illud.Nolite ante tempus iudicare,vnde dicit. cauendum est,ne pernitiosa opinatione fallamur:vt quia non possumus hominum indagare conscientiam,de ipsis rebus habeamus veram certámque sententiam:hoc modo:vt si nescimus,an ille vel ille homo sit impudicus pudicúsue:vel iustus siue iniustus , oderimus tamen impudicitiam & iniustitiam:& iustitiam pudicitiámque diligamus:& hæc appetenda,illáque vitanda in Dei veritate conspiciamus,vt cùm de ipsis rebus quod appetendū est appetimus,& quod deuitandum est deuitamus,ignoscatur nobis,quòd de hominibus aliquando imo assiduè non vera sentimus . Quia verò peruersitas iudicij de rebus pernitiosior est:vt ibidem habetur per glossam,periculosiori morbo primitus occurrentes primò videamus,qualiter iudicium peruertunt in rebus,deinde qualiter in personis.In rebus siquidem peruertunt iudicium dupliciter, primò manifesta bona quæ à religiosis aguntur,praua esse iudicando:secundum illud.Ecclesiastici.11.Bona in mala conuertens insidiatur,& in electis imponet maculam .Secundò quæ bene & malè possunt fieri,illicita esse rendo.In hoc autem,quòd bona quę à religiosis aguntur,iudicant esse mala.seipsos condemnant:& eos contra quos loquuntur , maximè commendabiles ostendunt.Se quidem condenāt:quia sibi bona displicere ostendunt,vnde de talibus dicit Grego. in 6 . Mora. Nūc malus bonis derogat:& recta quæ agere negligit.hæc in alijs obtrectando lacerare non cessat.Commendabiles etiam ex hoc illos contra quos loquuntur ostendunt,in eis Danielis innocentiam ostendentes:de quo dixerunt principes Babylonis.Daniel.6. Non inuenietur Danieli huic aliquam occasionē,nisi fortè in lege Dei sui.glo. Fœlix conuersatio,in qua inimici culpam nō inueniunt,nisi in lege quam custodit.Ita & prædicti malignantes , in lege Dei quam religiosi custodiunt,occasionem detractionis inueniunt eos in contemptum inducentes.Primò,ex ipso habitu humilitatis,quē deferunt. Secundò , ex officio charitatis quod proximis impendunt , dum alijs seruiunt iuxta posse aliorum negotia charitatiuè pertractando. Tertiò ex hoc quòd non habentes hic manentem ciuitatem,de loco ad locum discurrunt ad fructificandum in populo Dei.Quartò de hoc quòd studio vacant. Quintò de hoc quòd verbum Dei ordinatè & gratiosè proponunt. Ad hoc etiam refertur,quòd in eis paupertatem & mendicitatem & doctrinam contemnunt & fructum animarum quem in populo faciunt ex licentia prælatorum,de quibus suprà tractatum est. Vilitatem verò vestium in religiosam vitam agentibus , contemptibilem multipliciter nituntur ostendere.Primò,ex hoc quòd dominus dicit.Matth. 7.Attendite à falsis prophetis , qui veniunt ad vos in vestimento ouium:eos qui vilibus vestibus induuntur , ex hoc intendentes suspectos reddere,quòd sint falsi prophetæ. Item Apocal.6. super illud . Ecce equus pallidus &c. Dicit glos.Videns diabolus nec per apertas tribulationes:nec per apertas hæreses posse se proficere: præmittit falsos fratres,qui sub habitu religionis obtinent naturam & rufi & nigri equi peruertendo fidem.Et ex hoc arguunt,vt suprà.Item dicunt antiquis temporibus à sede Apostolica Episcopis Galliæ esse mandatum,vt eos corrigant qui dissimilem habitum alijs volebant assumere,sub quadam specie sanctitatis , humilioribus induti:quod mandatum Papę in registro Romanæ ecclesiæ habetur,vt dicunt,quamuis in corpore decretorum non contineatur.Ex quo volunt habere,quòd homines ad minus in sæculo viuentes,humilioribus vestibus non vtantur , quàm alij sui status. Item Augustinus dicit in 3.libr.de doctri.Christiana. Quisquis rebus temporalibus restrictius vtitur quàm se habent mores eorum:cum quibus viuit,aut intemperans,aut superstitiosus est. Ex quo patet, quòd vituperabile est , quòd aliquis vtatur vilioribus vestibus, quàm illi cum quibus viuit. Item Hiero.dicit ad Nepotianum.Vestes pullas æquè vita,vt candidas.Ornatas & sordes pari modo fugiendæ:quia alterum deliras , alterum gloriā redolet. Et ita videtur,quòd vituperabile sit,viles vestes portare. Item Ro.14. dicitur. Non est regnum Dei esca & potus.glo.Non interest omnino quid alimentorum vel quantum quis capiat:dum id faciat pro congruentia hominum cum quibus viuit,& personæ suæ & pro valitudinis suæ necessitate,ergo pari ratiōe nec ad virtutem omnino interest, quibus vestibus vtatur homo:dummodò pro congruentia personæ suæ hoc faciat:& ita videtur esse religio in hoc,quòd aliquis in signum contemptus mundi habitum vilem exterius portet. Item hypocrisis videtur esse maximū peccatorū,vnde dominus in Euangelio contra hypocritas plus inuehitur,quàm contra alios peccatores Et Grego.in primo pastor. Nemo amplius in ecclesia nocet, quàm qui peruersè agens.nomē vel ordinem sanctitatis tenet. Sed sub vilitate vestium, latet hypocrisis : preciositas autem vestium ad delicias carnis pertinet,vel etiam aliquem motum superbiæ occasionaliter inducit:ergo vituperabilius est excedere in vilitate vestium,quàm in preciositate. Item in domino Iesu Christo omnis religionis & sanctitatis perfectio fuit:sed ipse portauit vestem preciosam,scilicet tunicam inconsutilem, quæ desuper erat contexta per totū,vt dicitur Io.19. In quo videtur quod erat facta tali opere, sicut panni consuuntur acu cum auro & serico . Et quod preciosa esset,patet ex hoc quòd milites eam diuidere noluerūt : sed sortem super eam miserunt. Ergo hoc ad religionem non pertinet , quòd aliquis vilibus vestibus induatur. Item dominus Papa preciosis & sericis vestibus vtitur:& Reges etiam antiquitus purpureis vestibus vtebantur.Nec laudabile eis esset,si viliores vestes assumerent. Ergo pari ratione,nec in alijs laudabile est,si viliores vestes assumant, quàm suus status requirat . Et sic per huiusmodi in contemptum inducunt habitus humilitatem . Hoc autem quantūm sit contrarium veritati,patet per illud quod dicitur.22.q.4. Omnis iactantia & ornatura corporalis à sacrato ordine aliena est.Eos ergo Episcopos vel clericos qui se fulgidis & claris vestibus ornant: emendari oportet.Quia si in hoc permāserint:epithimio cōtra dantur.Et infrà.Igitur si inuenti fuerint deridentes eos qui vilibus & religiosis vestibus amicti sunt:per epithimium corrigantur. Ptisceis enim tēporibus omnis sacratus vir cum mediocri , aut vili veste conuersabatur .Omne quippe quod non propter necessitatē suam , sed propter venustatem accipitur,elationis habet calumniam, quemadmodùm magnus ait Basilius.Patet ergo quòd vilitas vestium est amplectenda, & preciositas fugienda, & quòd grauiter puniendi sunt qui contra vilitatem vestium loquuntur.Item eorum falsitas appa ret exemplo Ioannis Baptistæ,de quo Matth.3.dicitur,quòd habebat vestimentum de pilis camelorum,vbi dicit glos.Qui pœnitentiam prædicat,habitum pœnitentiæ prætendit. In eo vilitas vestis & cibi laudatur:quorum vsus in diuite arguitur.Et alia glos. dicit ibidem,quòd seruus Dei non debet habere vestimentum ad decorem,vel ad delectationem,sed tantùm ad tegendam nuditatem.Et Marc. primo super illud, Erat Ioannes vestitus pilis.dicit glos. Conueniens vestis prædicatori. Ex quibus patet , quòd serui Dei & præcipuè qui pœnitentiam prædicant,debet vilibus vestibus induti.Item probatur exemplo antiquorum prophetarum, de quibus dicitur ad Hebr.11.Circuierunt in melotis:in pellibus caprinis.glo. vt Helias & alij.Melus est animal quod & Taxus dicitur: cuius pellis melota dicitur,& est valdè hispida: vel melota est vestis de pilis camelorū:vt patet ibi per gl.Ité probatur beati Hylarionis exēplo, & Arsenij & aliorū patrū in æremo,de quibus narratur in eorū gestis,qu vilissimis vestibus induebātur.Ité Apoc.11.Dabo duobus testibus meis,& propheta bunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.glo.1.prædicantes pœnitentiam & exemplo ostendentes. Ité alia glo.ibi Et ad exemplum eorum debetis prędicare.Ex quo iterum apertè habetur,quòd debent vilibus indui,præcipuè pœnitentiam prędicantes.Item,quòd vilitas vestium sit approbanda & preciositas reprobāda,apertè ostendit Grego.in Homelia.Homo quidam erat diues, sic dicens.Sunt nonnulli qui cultum subtilium preciosarúmque vestium non putant esse peccatum.Quod videlicèt si culpa non esset,nequaquàm sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quòd diues qui torquebatur apud inferos,bysso & purpura indu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus fuisset. Nemo quippe vestimenta præcipua, nisi ad inanem gloriã quærit, videlicet, vt honorabilior cæteris esse videatur. Nã quia pro sola inani gloria vestimentum preciosum quæritur, ipsa res testatur, quòd nemo vult ibi preciosis vestibus indui, vbi ab alijs non possit videri. Quam culpam possumus melius vilis indumẽti virtute ex diuerso colligere: quia si obiectio precioſi indumẽti virtus non esset, Euangelista de Ioan. tam vigilanter non diceret. Erat Ioannes indutus pilis camelorum. Item 1. Pet. 3. super illud. Quarum non sit extrinsecus &c. dicit glo. Sicut Cyprianus ait: serico & purpura indutæ Christum induere non possunt, Auro & margaritis & monilibus adornatæ: ornamenta cordis & corporis perdiderunt. Quod si Petrus mulieres quoque admonet coercendas, quæ excusare possunt cultus suos per maritos, quanto magis ad virginem obseruare fas est: cui nulla sui cultus competit venia. Ex quo patet, quòd etiam in clericis multo amplius repræhensibilis est habitus ornatus. Item illud per quod virtus mentis manifestatur, per se loquendo est laudabile: quamuis eo possit aliquis in superbiam vti: sed vtilitas vestium est huiusmodi. Vnde Hiero. dicit: ad Rusticum monachum. Sordes vestium candidæ mentis indicia sunt. Vilis tunica cõemptũ seculi probat: rita dum taxat, ne animus tumeat: ne habitus sermóque dissentiant. ergo vilitas vestiũ secundum se est sectãda dummodò superbia remoueatur. Itẽ illud quod diuinã misericordiã, promeretur non potest esse malum: sed per vilitatem vestium diuinam misericordiã promeruerunt etiam maximi peccatores. Vnde tertio. Respons. 21. dicitur de impijssimo Achab, quòd cùm audisset sermones Heliæ, scidit vestimenta sua, & operuit cilitio carnem suam: ieiunauit que & dormiuit in sacco. Vnde dominus de eo dixit ad Heliam. Nonne vidisti Achab humiliatum coram me. Quia igitur humiliatus est mei causã, non inducã malum in diebus eius. Et tamen non fuit vera humilitas cordis, vt ibidem. glo. dicit, & longe. 3. dicitur, quòd abiecit Rex vestimentum suum à se & indutus est sacco, & sedit in cinere: & hoc idem alijs præcepit. ergo vilitas vestium est Deo accepta. Itẽ philosophus probat in 10. Ethi. q̃ virtutes non solũm interioribus actibus: sed in exterioribus etiam consistũt: & loquitur de moralibus virtutibus. Humilitas autem quædam moralis virtus est. Non enim est intellectualis: neque theologica: ergo non solũm in interiori consistit: sed etiam in exterioribus. Cùm ergo ad humilitatẽ pertineat, quòd homo contemnat seipsum, hoc etiam ad humilitatem pertinebit, quòd contemptibilibus exterius vtatur. Item malum nunquã palliatur, nisi sub eo quod habet speciem boni: sed hypocritæ sua mala palliant sub vestium vilitate: ergo vilitas vestium quantùm est in se, habet speciem boni: ergo secundum se commẽdabilis est: & si ea aliqui abuti possint. Item, sicut ieiunium & eleemosyna sunt pœnitentiæ instrumentum, ita & vilitas vestium est laudabilis, sed ieiunium & eleẽmosina per se sunt laudabilia: ergo & vilitas vestium per se est laudabilis: quamuis eis aliqui abutantur. His igitur consentientes: dicimus vilitatem vestium per se loquendo commendabilem: vtpotè & potentiæ & humilitatis actum: quamuis etiam aliqui vilibus vtantur vestibus, qui preciosioribus secundum sui status conditionem licitè vti possent: sicut qui secundum status sui cõditionem licitè carnibus vti possent, & non ieiunare, commendabiliter à carnibus abstinent & ieiunant. Per accidens tamen potest esse malum vtrúnque: vt si ex prædictis perturbentur illi cum quibus non socialiter vitam agere oportet: vel etiam si aliquis, pœnitentiæ operibus ad inanem gloriam abutatur: sicut & de orationc: & de ieiunio: & de eleẽmosina dominus Mat. 6. docet. Ad primum ergo dicendum, quòd ex hoc quòd falsi prophetæ vestimentis ouiũ vtuntur ad deceptionem, vilitas vestium non est reprobanda: sed magis commendanda. Non enim vilitate vestiũ maliciam suã obtegeret, nisi vilitas vestiũ spem boni haberet: aliàs scriptura qua hæretici abutũtur: vt dicitur 2. Petri vltimo reprobanda esset: & similiter pietas cuius speciem hæretici habent: vt dicitur secundæ Thimo. 3. Vnde & glos. dicit Mat. 7. ibidem: quòd nõ à veste: sed ab operibus, prophetę falsi cognoscuntur. Et infrà dicit quòd oues non debent pelles suas deponere: & si aliquando lupi eis se contegant. Ad secũdum dicendum, quòd diabolus ministros suos sub religionis habitu non obtegeret ad decipiendum, nisi religiosus habitus quantũ in se est, speciem boni haberet. Nec tamen boni debent à tali habitu abstinere. nec ex tali habitu aliqui iudicandi sunt mali. vt patet ex glos. inducta quæ habetur Mat. 7. Vnde & Hiero. dicit in lib. contra Eluidium. Nunquid virginitatis est culpa, si simulator virginitatis in crimine est. Ad tertium dicendum, quòd illa prohibitio non fuit facta: quia vilitas vestium reprobanda esset, sed quia fortè aliqui ad deceptionem vilitate vestium vtebantur. Ad quartum dicendum quòd Aug. loquitur, quãdo ex restrictione vitę tollebatur societas inter eos, quos oportet socialiter viuere. Si enim simpliciter esset intelligendum, tunc qui ieiunaret vbi alij non ieiunant reprehẽsibilis esset. quod manifestè apparet falsum. Ad quintum dicendum, quòd Hiero. in verbis præmissis non vilitatem vestium cauendam esse docet: sed abusum: vt scilicet ex vilitate vestiũ aliquis in elationem non incidat: aliàs sibi contrarius esset, qui ad vilitatem vestium Rusticum mo. inducit: & eam in Pammachio viro nobilissimo commendat: vt patet in epistola ad Pammachium de morte Paulinæ. Ad sextum dicendum, quòd vsus exteriorum rerum dupliciter considerari potest: vno modo ex natura ipsarum rerum & sic est indifferens: alio modo ex fine ad quem ordinatur: & secundum hoc in vsu exteriorum rerum illud quod est ordinabile ad meliorem finem, est commendabilius: sicut abstinentia ciborũ quæ ordinabilis est ad concupiscentiam carnis domandam, & commendabilior quàm cõmunis victus, quo quis vtitur cibis cum gratiarum actione: cuius contrarium Iouinianus hæreticus asserebat: vt patet per Hiero. qui hunc & alios eius errores condemnat. Similiter etiam vilitas vestium ordinatur ad humiliandum animum. & etiam ad corpus domandum. vnde etiam pari ratione vilitas vestium secundum se magis commendabilis est, quàm habitus communis. & hoc modo sicut in ieiunio, consistit religio: ita etiam in vestium vilitate. Ad septimũ dicendum quòd ex hoc quòd hypocrisis quæ sub vilitate vestium latet, est magnum peccatũ, non potest haberi quòd vilitas vestium sit deterior, quàm preciositas. Non enim hoc modo comparatur vilitas vestiũ ad hypocrisim: sicut preciositas earũ ad delicias carnis: vel ad superbiam. Preciositas enim vestium per se & directè ad prædicta vitia ordinatur. Vnde excessus in preciositate vestium, per se loquendo vituperabilis est. Vilitas autem vestium non ordinatur per se & directè ad hypocrisim: sed hypocrisis est abusio quædam eius: sicut & cæterorum operum sanctitatis. Et quia quanto aliqua res est sanctior, tanto abusus eius est vituperabilior: ex hoc quòd hypocrisis est magnum peccatum: manifestè commendabilis redditur vilitas vestium & cætera exteriora pœnitentiæ opera: quibus hypocrisis abutitur. Nec tamen concedendum est, quòd hipochysis simpliciter loquendo sit maximum peccatorum: quia infidelitas qua quis mentitur de Deo, est grauior quàm simulatio, qua quis mentitur de seipso. Ad octauum dicendum quòd non est credibile q̃ dominus Iesus Christus preciosis vestibus indueretur, qui Ioan. cõmendabilem ostendit q̃ nõ erat mollibus indutus. alioquin Pharisei qui exteriorem sanctitatẽ ostentabant, sicut de eo dicebant, quòd erat vorax & potator vini & publicanorum amator: ita & de eo dixissent, quòd esset mollib⁹ indutus. Milites etiam qui ei illudebant, non eum veste purpurea induissent in signum regiæ dignitatis, si tunica inconsutilis auro & serico contexta fuisset. Sed quòd tunicam eius milites diuidere noluerunt, hoc non fuit propter preciositatem vestis: sed propter numerum: quia quatuor partibus superfuerat quas milites de vestibus Christi fecerunt: & si diuisa fuisset: omnino fuisset inutilis: in quo manifestè apparet, quòd non erat de preciosa materia. Nihilominus tamen secundum glos. ibi notatur sacramentum ecclesiasticæ vnitatis. Ad nonum dicendum quòd quidam sunt status hominum quibus est habitus determinatus: sicut quælibet religio suum determinatum habitum habet. Ita etiam antiquis temporibus reges & in dignitatibus constituti, determinatos habitus habebant, quasi suæ dignitatis insignia, & sic etiã nunc summus pontifex determinato habitu vtitur. Vnde sicut religioso vnius religionis non licet assumere viliorem habitũ qui suæ religionis metas excederet, quamuis intra metus, habitus suæ religionis si vilioribus vtatur, non sit repræhensibilis: sed laudetur: ita etiam non fuisset laudabile in antiquis principibus: nec modò esset in summo pontifice, si viliorem habitum assumeret extra metas habitus consueti. Secus autem est de principibus & alijs hominibus, qui non habent certum habitum & determinatum. In eis enim non est vituperabile, si vilioribus vtantur, quàm eis conuenire possit secundum suum status. Vnde secund. Regum sexto dicitur, quòd Michol deridens Dauid ait. Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel, disco operiens se ante ancillas seruorũ suorum: & nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris: & Dauid respondit: Ludam & vilior fiam plusquàm factus sum: & ero humilis in oculis meis: & Hester. 14. Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ & gloriæ meæ quod est super caput meum, in diebus ostentationis meæ: & non portem illud in diebus silentij mei. Ex quo patet quòd etiam regibus & principibus est laudabile, quòd humilibus sint contenti: quando sine scandalo fieri potest, & sine detrimento propriæ auctoritatis.

Quemodò religiosos impugnat, quantùm ad opera charitatis.

CAP. IX.

NVnc secundò videndum est, qualiter in sigillationem religiosorum proponunt quòd religiosi de aliorum negotijs se intromittunt: inducentes illud quod habetur 1. ad Thes. 4. Operam detis: vt quieti sitis: & vt vestrum negotium agatis. glos. Dimissis alienis, quod vobis vtile est in emendationem vitæ. Item 2. ad Thes. 3. Audiuimus inter vos quosdam ambulantes in quiete: nihil operantes: sed curiosè agentes. glos. De alienis hoc modo merentur pasci: quod factum abhorret disciplina dominica. Item 2. ad Thi. 2. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. glos. Quibusibèt: sed frequenter aliena negotia sunt sęcularia: & ita ex his volũt habere, quòd religiosi de aliorum negotijs se intromittere non debeant. Quod est expressè contra sententiam Iaco. Apostoli dicentis. Iacob. 1. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est: visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. glo. Succurrere eis qui carent præsidio in tempore necessitatis. Item Ro. vltimo: commendo vobis Phebem sororem n ſtram. glo. Ea pro aliquo negotio tunc temporis Romam profecta est. Vnde subdit apostolus. Et assistatis ei in quocúnque negotio vestri indiguerit. Item ad Gal. vlti. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Patet ergo quòd commendabile est, quòd aliquis ex charitate alterius negotia gerat: vt sua. Sed tamen hoc potest dupliciter malè fieri. Vno modo, quando aliquis est ita curiosus pertractator aliorũ negotiorũ, quòd omnino negligit sua: & hoc prohibet apostolus 1. ad The. 4. dicens. Operam detis: vt quieti sitis. glo. à curiositate. Et vt vestrum negotium agatis. glos. Dimissis alienis. Ad hoc enim dimittere aliena iubet, vt sua quisque pertractet. Alio modo quando aliquis cooperatur alijs in turpibus negotijs: vel etiam turpi intentione: & hoc etiam prohibet idem Apostolus. 2. ad Thess. vlti. vnde dicit glos. super illud. Curiosè agentes. Hoc modo meretur pasci, quod factum abhorret disciplina dominica. Eorum enim Deus venter, qui fœda cura necessaria sibi prouident. In hoc enim quòd ventrem pascere intendebant, ostenditur turpis intentio. In hoc verò, quòd turpi cura hoc agebant, tangitur turpe negotium. Et per hoc patet responsio ad duo prima. Ad tertium dicendum, quòd sęcularia negotia sunt illa, vt glo. ibidem dicit. Cùm animus occupatur colligendæ cura pecunię sine labore corporis: vt faciunt negotiatores & huiusmodi: & talibus negotijs religiosi se implicare non debent: vt scilicet pro alijs negotientur: vel aliqua huiusmodi exerceantur: sed præter hoc de aliorum negotijs nihilominùs se misericorditer intromittere possunt: sicut dando consilium, vel intercedendo: vel aliquo simili modo.

Quomodo religiosos impugnant, quantùm ad discursum pro salute animarum.

CAP. X.

NVnc tertiò videamus, quomodò religiosos incusant de discursu: inducentes illud quod apostolus dicit. 2. Thes. vlti. Audiuimus quosdam inter vos ambulare inquietè. Ex quo eos girouagos appellant. Item in eorum irrisionem inducunt, quòd August. in libro de opere monach quosdam monachos notans, ait. Nusquàm missos: nusquàm fixos: nusquàm stantes, nusquàm sedentes. Item Marci sexto. Quocúnque introieritis in domum, illic manete. glo. Alienum est à prędicatore per domos cursitare & hospitij iura mutare. Item Lucæ 10. In eadem autem domo manete. glos. Non est de domo in domum vaga facilitate demigrandum: vt in hospitali amore seruetur constantia. Item ad hoc facere videtur quod dicitur. Esa. 30. Idcò clamaui super hoc: superbia tantùm est: quiescere. glos. in terra tua. Item Hiere. decimoquarto. Populus hic dilexit mouere pedes suos, & non quiuit & domino non placuit. Hæc autem irrisio non est noua: sicut in Diony. narrat epistola ad Apollophanium ipse gentilis existens, Paulum irridebat, vocans mundi circuitorem quippe qui præceptum domini diligenter implebat de centis Marc. vlti. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. & Ioan. decimoquinto. Dominus discipulis dixit. Ego elegi vos, vt eatis & fructum afferatis. Hic etiam prædicatorũ discursus significatus fuit. Iob trigesimoseptimo. Nubes spargunt lumen suum, quæ illustrant cuncta per circuitum quocũque eas voluntas gubernantis duxerit ad omne quod præcepit illis super. faciem orbis terrarum. glos. Nubes spargere, est prædicatores sanctos exempla vitæ & agendo & loquendo dilatare. Quæ lustrant cuncta per circuitum: quia prædicationis luce mundi fines illuminant. Item Iob trigesimooctauo. Quis dedit vehementissimo imbri cursum: quod de cursu prædicationis glos. exponit: & Gregorius in Moral. Item Zacha. sexto. Qui autem erant robustissimi, exierunt: & quærebant ire & discurrere per omnem terram: quod glos. de apostolis & alijs prædicatoribus exponit. Item ad Roma. vlt. super illud. Salutate eos qui ex Narcissi domo glo. Narcissus iste dicitur fuisse presbyter, qui sicut in alijs eodicibus legitur, peregrinando confirmabat sanctos fratres. Item Esa. vigesimoseptimo. Qui ingredientur impetu à Iacob. glos. ad prędicandum. Implebunt faciem orbis semine. glos. Semine prædicationis. & in Psalmis. In omnem terram &c. Item prouer. decimosexto. Discurre: festina: suscita amicum tuum. glos. A somno peccati. Excitatur autem aliquis à somno peccati per prædicationem: ergo discursus prædicantium ad salutem animarum est commendandus. Item Eze. primo. hæc erat visio discurrens in medio animalium. Super quo dicit Gregorius in quinta Homel. primę partis super Eze. Hi qui animarum custodes sunt: & pascendi gregis onera susceperunt mutare loca minimè permittuntur. Hi autem qui amore domini in prædicatione discurrunt, rotæ eius ignis ardens sunt: quia cùm ex eius desiderio per varia loca discurrunt, vnde ipsi ardent: & alios incendunt. Ex hac autem authoritate duo habentur, scilicet quòd alij possunt prædicare, quàm prælati: & quòd illi prædicatores debent per diuersa loca discurrere, non in vno loco manere. Item super illud. Cùm ambularent, quasi sonus erat multitudinis: vt sonus castrorum. Homelia. octaua primæ partis, super Eze. dicit Gregorius. Alia sunt castra prædicantium qui huc illúcque pro colligẽdis animabus in sancti operis procinctu laborant. Ex omnibus igitur prædictis patet: quòd prædicantium discursus ad salutem animarum procurandam commendandus est. Sciendum est, quòd discursus tripliciter in sacra scriptura vituperatur. Vno modo quãdo ex incõstantia mentis procedit vel animi leuitate: & hoc præcipuè accidit in illis qui sine aliquo fructu discurrunt. Alio modo quando ex concupiscentia terrenorum ad lucra quærenda discurritur. Tertio modo quando per hoc incitatur malitia ad aliqua mala procuranda: & de his tribus habetur in Canon. Iudæ. Vę illis qui in via Caym abierunt: & errore Balaam mercede effusi sunt. In quo ostenditur intentio nocendi. Hi sunt in epulis suis malè conuiuantes, sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua: quæ à ventis circunferuntur. In quo tangitur concupiscentia impellẽs ad motum. Arbores autumnales infructuosę, in quo ostenditur quòd ex leuitate sine fructu discurrunt. Quia ergo apostolus arguit quosdam de inquietudine, discursum ex leuitate procedentem reprehendit: vel etiam ex concupiscentia: quod patet ex hoc quòd in glos. subiungitur. Qui fœda cura pastum sibi quærebant, per curiosam inquietudinem. Similiter quòd dicit August. quosdam monachos: nusquàm missos: nusquàm fixos: nusquàm stantes: nusquàm sedentes: arguit eorum discursum ex leuitate procedentem: vel potius ex cupiditate. Vnde subiungit, quòd propter lucrum quærendum discurrebãt: & in hoc reprehensibiles erant. Quia etiam dicitur. Marc. 6. & Lucæ 10. Manifestè prohibet discursum de domo in domum, idest de hospitio in hospitium, ad quod frequenter concupiscentia inducit: vt scilicet contingit in illis quibus ea quæ habent non sufficiũt, lautiora quærentes: vnde de domo in domum discurrũt. Quod autem dicitur Esa. 30. pertinet ad animi leuitatem, per quam homo qui in Deo fixus non est, ad diuersa discurrit, in quibus quietem inuenire possit. Vnde hoc ad literam dicitur contra Iudæos, qui diuino auxilio non contenti, in Aegyptum descendere volebant: vt Aegyptiorum patrocinio saluarentur. Similiter quod dicitur Hiere. decimoquarto, ad discursum ex leuitate procedẽtem referendum est, quod patet ex hoc quod dicit. Qui dilexit mouere pedes suos. Eis enim qui ex leuitate mouentur, hoc ipsum quòd circumeunt, appetibile videtur, vnde glos. exponit ibi motum pedum de motu affectuum.

Quemodò religiosos impugnant, quòd ad studium.

CAP. XI.

NVnc quartò videndum est, quomòdo in religiosorum suggillationem inducũt, quòd studio vacant. Dicitur enim. 2. ad Thi. 3. in derogationem quorumdam per quos pericula ecclesiæ imminebunt, quòd erunt semper discentes: & nunquàm ad scientiam veritatis peruenientes: & ita ex hoc ipso suspectos eos reddere volunt, quòd studio vacant. Item Gregorius in decimotertio lib. Moralium. super illud Iob decimisexti. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est, sicut incarnata veritas in prædicationem suam pauperes idiotas & simplices elegit: sic ecõtrario damnatus ille homo quem in fine mundi apostata Angelus assumit ad prædicandum falsitatem suam astutos ac duplices: atque huius mundi scientiam habentes electurus est. Vnde ex hoc ipso eos quasi prænũcios Antichristi insimulant: quia prædicationis officium scientia fulgentes exercent. Item Apocal. decimotertio. Vidi aliam bestiam ascendentem de terra: & habebat cornua duo similia agni. glos. Descripta tribulatione quæ erit per Antichristum & suos principes, subiungit aliam quæ fiet per Apostolos suos: quos ipse per totum mũdum sparget. Item glos. ascendentem, idest in prædicatione proficientem. Item super illud: habebat duo cornua. glos. Quia simulabunt se habere innocentiam & puram vitam, & veram doctrinam: & miracula quæ Christus habuit: & suis discipulis dedit: vel duo testamenta sibi vsurpabunt: & ita videtur quòd illi qui cum scientia duorum testamentorum in prædicatione proficiunt, sanctitatem simulantes sint Apostoli Antichristi. Item 1. Cor. 8. Scientia inflat: charitas verò edificat: sed religiosi præcipuè humilitatem sectari deberent: ergo deberent à studio scientiæ abstinere. Item de beato Benedicto qui fuit præcipuus in religione, dicit Gregorius in secũdo dial. quòd recessit à studio literarum, scienter nescius: & sapiẽter indoctus. Vnde ad eius exemplum deberent religiosi scientiæ studium deserere. Item Apostolus. secundæ ad Thessi. tertio. Arguit eos qua relicto opere manuali, curiositati vacabant & ocio. Sed curiositas in studio scientiæ consistit, ergo non deberent religiosi ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

opere manuali desistere,vt studio vacarẽt. Huius autem cogitationis ipsi authores non sunt.sed Iulianus apostata,qui vt ecclesiastica narrat hystoria,seruos Christi à studio literarum coërcuit:cuius imitatores se ostendunt,qui religiosis studium interdicunt, manifestè contra authoritatem scripturæ loquentes. Dicitur enim Esa. 5. Prætereà captiuus ductus est populus meus:quia non habet sciẽtiam.glossi.Quia noluit habere. Non autem voluntarius defectus scientię puniretur,nisi studium scientiæ laudabile esset. Item Oseę. 4. Nocte tacere feci matrem tuam,cõcicuit populus meus eo quòd non habuerit scientiam:quia tu scientiam repulisti. repellant te ne sacerdotio fungaris mihi. In hoc etiam manifestè ostenditur, quomodò defectus scientiæ grauiter punitur. Item in Psal. Bonitatẽ & disciplinam & scientiam doce me.glo. Bonitatem,idest charitatem inspira,disciplinam,idest patientiam da,scientiam,idest mentem illumina. Scientia enim vtilis est,qua sibi homo innotescit. Itẽ Hiero.ad Rusticum mona.'Nunquàm de manu & oculis tuis recedat liber. Et infrà. Ama scientiam scripturarũ: & carnis vitia nõ amabis. Idem in epistola ad Paulinum mo. Sancta rusticitas solùm sibi prodest: & quantum ædificat ex vitę merito ecclesiam Christi:tantum nocet si contradicentibus non resistat, in quo manifestè sanctorum scientia præsertur simplicium sanctitati. Item in eadem numeratis sacræ scripturæ libris subiungit. Oro te frater charissime, inter hæc viuere:ista meditari, nihil aliud nocte:nihilq; aliud quærere. Nonne videtur tibi iam hic in terris regni cœlestis habitaculũ. Ex quo patet, quòd cœlestis conuersatio est in studio sacræ scripturę commorari. Quod autem illis qui ad prædicationis officium deputantur:præcipuè studium scripturarum conueniat , patet per illud quod dicit apostolus.1.Thi.4. Dum venio,attende lectioni:exhortationi:& doctrinæ. Ex quo patet,quòd exhortari & docere volentibus,necessarium est studium lectionis. Item Hiero.ad Rusticũ monac. Multo tempore disce,quæ postmodùm doceas: & idem ad eũdem. Si clericatus te titillat desiderium,discas quod possis docere. Item Gregorius in Pastorali . Nimirum necesse est, vt qui ad prædicationis officium excubant,à sacræ lectionis studio non recedant. Item vita religiosorum præcipuè ad contemplationem ordinatur: sed pars contemplationis est lectio,vt Hugo de sancto Victore dicit : ergo religiosis studio vacare competit. Item illi præcipuè sunt ad scientiam capiendam idonei , qui à carnalibus curis magis sunt separati. Esa.28. Quem docebit scientiam,& quem intelligere faciet auditum ? Ablactatos à lacte paruulos ab vberibus. & Commen.'dicit in septimo. Phy. quòd castitas & aliæ virtutes quibus concupiscentiæ carnis reprimuntur,præcipuè valent ad acquirendas scientias speculatiuas. Cùm igitur religiosi concupiscentiæ carnis domandę magis inseruiant per continentiam & abstinentiam, eis præcipuè studium literarum competit. Item quòd non solũ studio literarum sacrarum:sed etiam studio literarum sęcularium laudabiliter vacare possint,expressè habetur per Hiero. in epistola ad Pammachium mo. Si adamaueris captiuam mulierem, scientiam scilicet sæcularem & eius pulchritudine captus fueris, decalua eam atque illecebras crinium atque ornamenta verborum, cum remotis vnguibus seca:laua eam prophetali vitro: & tunc requiescens cũ illa,dicito:sinistra eius sub capite meo.& dextra illius amplexabitur me: & multos tibi fœtus captiua dabit:ac de Moabitide efficietur. Israelitis. Ex quo patet quòd & monachis licet sæculares scientias addiscere:dummodò ea ibi quæ reprehensibilia inueniũtur,secundam regulam sacræ scripturæ resecentur. Item Aug. in 2.de doct. christiana dicit. Philosophi qui vocantur , si qua fortè vera & fidei nostræ accommoda dixerunt maximè Platonici:non solùm formidanda non sunt:sed ab eis tanquam ab iniustis possessoribꝰ. in vsum nostrum vendicanda. Item Daniel.1.super illud. Posuit autem Daniel in corde suo &c.dicit glos. Qui de mensa regis non vult comedere ne polluatur.si sapientiam & doctrinam Aegyptiorum sciret esse peccatũ,nunquàm didicisset. Didicit aũt non vt sequatur:sed vt iudicet atq; conuincat. Siquis enim imperitus huius artis aduersus mathematicos scribat : aut expers philosophiæ contra philosophos agat,quis etiam ridendus vel ridendo non rideat. Ex quibus omnibus patet quòd studiũ in religiosis est commendandũ: & præcipuè sanctarum scripturarum:& maximè in illis qui ad prædicandum deputantur. Quod ergo dicitur. 2.ad Thi. 3. Semper discentes: & nunquàm ad scientiam veritatis peruenientes:non in reprehensionem dicitur,quòd semper discant:sed quia ad scientiam veritatis non perueniunt: & hoc contingit illis quorum studium eos à fide veritate seu rectitudine errare facit. Vnde & ibidem sequitur. Homines corrupti mente:reprobi circa fidem. Ad id quod Greg. dicit quòd Antichristus habebit prædicatores mundi scientiam habentes,dicendum quòd intelligit de illis qui humana vtentes scientia,inducunt populum ad mundi desideria & peccata. Vnde Greg. statim subiungit auctoritatem. Esa.18. Veh terræ cymbalo alarum quę mittit in mari legatos suos: & in vasis papiri super aquas: quod exponens ibidem dicit. Ex papiro quippe charta est . Quid itaque per paprum , nisi scientia sæcularis designatur. Vasa igitur papiri sunt præcordia sæcularium doctorũ . In vasis igitur papiri legatos super aquas mittere,est prædicationem suam in sapientium carnalium sensibus ponere: & refluentes populos ad culpam vocare. Ad aliud dicendum : quòd illa glos. loquitur de prædicatoribus, quos Antichristus post suum aduentum per mundum sparget:sicut per multa quæ ibi dicunrur apparet. Nec tamen propter hoc est scientia duorum testamentorũ reprobanda in religiosis: quia illi ea abutanturnisi dicatur quòd innocentia & puritas vitæ sunt reprobanda:quia illi ea simulabunrt:quod est absurdum. Ad illud quod obijciunt,quòd scientia inflat.dicendũ quòd intelligendum est.quãdo scientia est sine charitate.vnde glos. ibidem dicit. Scientia inflat,si sola est.Et infrà. Addite ergo scientiæ charitatem & vtilis erit scientia.vnde in illis qui charitatis operibus insistunt, minus est periculosa scientia:si tamen propter hoc vitanda esset:quia inflat,quandóque pari ratione bona opera vitanda essent:quia Aug.dicit, quòd superbia bonis operibus insidiatur,vt pereant. Ad id quod 4.obijcitur de beato Benedicto , dicendum quòd ipse non discesit à studio quasi scientiam horrens:aut studiũ:sed sæcularem vitam & societatem formidans. Vnde Greg.de eodem præmittit.quòd Romę liberalibus studijs literarũ traditus fuerat. Sed cũ in his multos per abrupta vitiorũ pergere cerneret,eũ quem quasi in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem : ne si quid de scientia eius attingeret. ipse quoque post modùm quasi in immane præcipitium totus iret: & ideò etiam nunc laudabiliter faciũt, qui sæculari vita studentiũ relicta,ad religionem transeunt, in qua studio vacare possunt. Ad vltimum dicendum ,quòd curiositas superfluam curam importat & inordinatam. Vnde non solùm in studio literarũ:sed in omnibus studijs ad quæ animus occupatur,superflua cura:quæ curiositatem facit, reprehensibilis est. In prædicta tamen auctoritate Apostoli reprehenditur eorum curiositas,qui fœda cura alienis negocijs se ingerebant:vt ventrẽ pascerent:vt patet per glos.ibidem. Dicere autem eos ocio deditos,qui studio sacræ scripturæ vacant, est contra id quod habetur in glos. supra illud Psalm. Defecerunt oculi mei: quæ dicit. Sicut non est ociosus qui verbo Dei tantùm studet : nec pluris est qui extra operatur, quàm qui studium cognoscendæ diuinitatis exercet. Ipsa etiã sapientia maximum opus est. & antefertur Maria,quæ audiebat, Marthæ quæ ministrabat.

Quomodo religiosos impugnant, quo ad ordinatam prædicationem.

CAP. XII.

NVnc quintò videndũ est , quomodò in religiosis ordinatam & compositam prędicationem vituperant.inducẽtes illud quod habetur. 1. Cor.1. Non in sapientia verbi , vt non euacuetur crux Christi glo.1.Nõ in lepore & ornatu verborũ:quia prędicatio christiana no indiget põpa & cultu sermonis:ne videatur esse ex versutia & calliditate humanę sapientiæ,nõ ex veritate: sicut pseudoapostoli in sapientia humana Christũ prædicabant,eloquentiæ studentes.vnde volunt concludere, religiosos esse pseudoapostolos : quia eloquenter & ornatè verbum Dei proponũt. Item 1.ad Cor.2. Ego cùm venissem ad vos,veni non in sublimitate sermonis.glos. secundum logicam,scilicet vt logicis rationibus vterer:aut sapiẽtiæ glos. secundum physicam : vt physicis speculationibus illud firmarem. Et infrà. Et sermo meus: & prædicatio mea non in persuasibilibꝰ humanæ sapientiæ verbis.glos. Quia & si persuasibilia fuerunt verba mea,noc tamen per humanam sapientiam:vt verba pseudoapostolorum . Ex hoc autem idem concludunt quod superius. Item 2. ad Cor.11. Nam & si imperitus sermone,sed non scientia.glos. quia non orno verba. Et infrà quod ait. Imperitus sermone.non ad apostolos pertinet qui non erant eloquentes : sed ad pseudo qui componebant verba:quos præferebãt Corinthij ,causa accurati sermonis:cùm in religione vis sermonis necessaria sit:non sonus vocis: & ex hoc arguunt idem quod prius. Item Neemię vlt. Filij eorum ex media parte loquebantur Azoticè: & loquebantur iuxta linguam populi & populi. Et obiurgaui eos & maledixi. Per Azoticum aũt sermonem glos. interpretatur eloquium rhetoricum & Physicum. ergo excommunicandi sunt qui verbis sacræ scripturæ eloquentiã rhetoricam,vel sapientiam physicam immiscẽt. Item Esa.1. Vinum tuum mixtũ est aqua:vinũ aũt significat sacram doctrinã : vt patet per glos.ergo illi qui sacræ scripturæ admiscent aquam humanę sapientiæ,repræhensibiles sunt. Item Esa. 15. super illud. Nocte vastata est ar.glos. ar.idest aduersarius,scilicet sapiẽtia sęcularis,quę aduersaria est Deo:cuius murus dialectica arte constructus nocte vastatur & conticescit. Ex quo etiam patet reprehensibiles esse eos, qui in sacra doctrina sęculari sapientia vel eloquentia vtũtur. Item Prouerb. 7. super illud. Lectulum meum straui tapetibus pictis ex Aegypto. glo. In tapetibus pictis de Aegypto ornatus eloquentiæ: vel dialecticæ artis versutia:quæ ab ethnicis originem sumpsit,intelligitur:per quam hæretica mens sensum pestilentis doctrinæ quasi meretrix thorum facinoris, se texuisse gloriatur. Ex quo etiam videtur,quòd pernitiosum sit sapientia & eloquentia sęculari in sacra doctrina

era doctrina vti. Item 1.ad Thi.3. Oportet autem illum:scilicet Episcopum testimonium habere bonum ab his qui foris sunt : vt non in opprobrium incidat.glo.1.in contemptum apud fideles & infideles:sed per hoc quòd aliqui religiosi eloquenter & ordinatè prędicant, Episcopi venisse in contemptum apud populum, qui talter non prædicant:ergo talis prædicatio religiosorũ periculosa est ecclesiæ Dei. Ad horum autem responsionem accipienda sunt verba Hiero.ita scribentis ad magnum vrbis Romę oratorem. Quia quęris cur in nostris opusculis sęcularium literarum interdum ponamus exemplum:& candorem ecclesię ethnicorum sordibus polluamus:responsum breuiter habeto. Nunquam hoc quæreres, nisi te totum Tullius possideret : si scripturas sanctas legeres:si interpretes earum omisso Volcatio euolueres. Quis enim sciat in Moyse: & in prophetarum voluminibus quædam assumpta de Gentilium libris:& Salomonẽ physicis vti,& proposuisse nulla,& aliqua respõdisse. Et infrà prosequens in tota epistola tàm ostendit scriptores canonis,quàm expositores eorum,omnes à tempore Apostolorum vsque ad sua tempora sacræ scripturæ immiscuisse sapientiã & eloquentiam sęcularem. Vnde multis doctoribus enumeratis subiungit. Qui omnes in tantum Philosophorum doctrinis atque sententijs suos referserunt libros,vt nescias quid in illis primum admirari debeas:eruditionem fœculi,an scientiam scripturarum:& in fine epistolæ concludit. Quæsò vt suadeas ei,scilicet qui saper prædictis cum reprehendebat,ne vescentium dentibus edentulus inuideat,& oculos caprearum talpa contemnat. Ex quo patet,quòd commendabile est,quòd aliquis eloquentiã & sapientiam sęcularem ad obsequium diuinæ sapientiæ trahat,& quòd hoc reprehendẽtes sunt sicut cęci,inuidentes videntibus quæcúnque ignorant blasphemãtes,vt dicitur in Cano. Iudæ. Item August.in 4.lib.de doctr. Christiana. Porrò qui non solùm sapienter,verum etiam qui eloquẽter vult dicere,quoniam profectò plus proderit si vtrúmque potuerit, ad legendos vel audiendos & exercitatione imitandos eloquentes eum mitto. Patet ergo quòd in sacra scriptura curandum est, vt homo eloquenter & ornatè loquatur,vt magis sermo proficiat audiẽtibus. Item in eodem lib. Hic aliquis forsan quærit,vtrum authores nostri qui canonem nobis saluberrima authoritate fecerunt, sapiẽtes tantùm an eloquentes sint nuncupandi,& ostendit eos eloquẽtes fuisse & ornatu verborum per colores rethoricos vsos esse. Vnde concludit. Quapropter & eloquentes quidem non solùm sapiẽtes canonicos nostros authores fateamur,talique eloquentia vsos, qualis personis eiusmodi congruebat. Item in eodem lib. Oportet eloquentem ecclesiasticum,quando suader aliquod quod agendum est:non solùm docere vt instruat:& delectare vt teneat:sed etiã flectere vt vincat : & hæc tria quomodò à sacris doctoribus fieri habeant:per ornatissimas locutiones sanctorum patrum ostendit. Ex quibus omnibus patet eos qui prædicando vel legendo sacram scripturã docent,eloquentia vti debere & sapiẽtia sęculari. Hoc etiam patet per Gre.& Ambr.& alios qui ornatissimè sunt locuti . Augetiã & Dio.& Basil.multa in suis libris de sapien. sæculi interseurũt:sicut patet legentibus & intelligẽtibus eorũ scripta. Apostolus etiã Paulus authoritatibus,ethnicorũ in suã prædicationẽ vsus, vt patet Act.17.& ad Titũ.1. Item Grego.in 9.lib.Mora.exponens illud.Iob 9. Qui facis Arcturũ & Orionas.&c. sic dicit. Hæc quippe astrorum nomina à cultoribus sapientiæ carnalis inuenta sunt. Sic ergo in sacro eloquio sapientes Dei sermonem trahunt à sapientibus sæculi:sicut in eo pro vtilitate hominis vocẽ in se humanæ passionis ipse conditor hominum sumit Deus. Ex quo iterum patet, quòd doctoribus sacræ scripturæ conuenit eloquentia & sapientia sęculari vti. Sciendum est igitur,quòd vti sapientia & eloquẽtia sæculari in sacra scriptura quodammodò commendatur, & quodãmodò reprehenditur . Reprehenditur quidem,quando aliquis ad iactantiam eis vtitur:& quando eloquentiæ & sapientiæ sęculari principaliter studet. Tunc enim oportet,quòd illa vel taceat:vel neget quæ sæcularis scientia non approbat: sicut articulos fidei qui sunt supra humanam rationem. Et similiter qui eloquentiæ principaliter studet:homines nõ intendit inducere in admirationem eorum quæ dicit:sed dicentis. Et hoc modo humana sapientia & eloquentia pseudoapostoli vtebantur:contra quos Apostolus loquitur in epistola ad Cor.vnde 1.ad Cor.1.super illud. Non in humanæ sapientiæ verbis.dicit glo. Pseudoapost. Ii,ne stulti viderentur prudentibus mundi,in sapientia humana Christum prædicabant dupliciter,scilicet eloquentiæ studentes:& quæ mundus stulta iudicat euitãtes. Commendatur autem quando ad se non ostentãdum: sed ad vtilitatem audientium : qui sic quandóque faciliùs & efficaciùs instruuntur:vel conuincuntur aduersarij,vtitur aliquis sapientia & eloquentia sęculari. Et iterum quando aliquis non principaliter eis intendit,sed eis vtitur in obsequium sacræ scripturæ cui principaliter inhæret:vt sic omnia alia in obsequium eius assumat, secũdum id quod habetur.2. Cor.10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi : & ita etiam Apostoli eloquentia vrebantur. Vnde Augusti.in 4.de doctri. Christiana,dicit, quòd in verbis Apostoli erat dux sapientia & sequens comes eloquẽtia & sapientia precedens eloquentiam,sequentem non respuebat. Sed tamen posteriores doctores magis adhuc vsi sunt sapientia & eloquentia sęculari propter eandem rationem,qua non prius Philosophi rectores sunt electi ad prædicandum:sed plebei & piscatores,qui postmodùm Philosophos & Oratores conuerterunt : vt scilicet fides nostra non consistat in sapientia hominum:sed in virtute Dei:& non glorietur omnis caro coram illo:vt habetur.1.ad Corinth.1.in textu & glo.super illud. Videte vocationem vestram fratres &c. Et per hoc patet responsio ad duo prima quæ in contrariũ obijciebantur. Ad tertium dicendum,quòd secundum Augustinũ in 4.de doctrina Christiana. Videtur Apostolus,vbi ait. Et si imperitus sermone,sed non scientia,quasi concedendo obtrectatoribus sic locutus,non tanquàm id agnoscereet confitendo. In quo ostendit,quòd plus prodest doctori sapientia, quàm eloquentia . Vnde Augustinus subiungit. Scientiam planè non cunctatus est profiteri, sine qua esse doctor gẽtium non valeret. Si autem hoc assertiuè intelligatur,non est intelligendum,quin Apostolus eloquentia vteretur :;sed quia non principale studium apponebat ad ornatum verborum,vt rectores faciũt:vel quia ad literam impeditę linguæ erat. Vnde glossi.ibi dicit. Nam & si sim imperitus sermone.glossi. Quia non orno verba,vel quia impeditæ linguę sum. Sed Pseudoapostoli principale studium apponebant ad ornandum verba. Vnde ibidẽ subditur, quòd verba componebant , & quòd Corinthij causa accurati sermonis eos Apostolo præferebant. Ad quartum dicendũ, quòd quando aliquid totaliter transit in alterum,non dicitur esse mixtio:sed quando est mixtio vtrúmque miscibilium conuertitur in vnum tertium:& ideò quando aliquid adiungitur sacrę scripturę de sapientia sęculari:quod cedit in fidei veritatẽ,vnum sacrę scripturæ non est mixtum:sed purum remanet. Tunc autem mixtum fit quando aliquid adiungitur,quod corrumpit sacræ scripturæ veritatem. Vnde glo.ibidem dicit. Qui præcepta sacræ scripturæ quibus debet auditores corrigere,ad illorum voluntatem emollit,sensu suo admixto vinum corrumpit. Et per hoc patet respõsio ad quintum. Ad Sextum dicendum,quòd glossi.illa loquitur de sapiẽtia sęculari,quæ aduersa est Deo:quod contingit,quando sapientia sęcularis ponitur principalis. Tunc enim sequitur quòd aliquis velit regulare fidem secundum documẽta sapientiæ sęcularis,& exinde sequuntur hæreses contrariæ Christo. Et hoc modo etiam loquitur glossi.sequens inducta de proverb. Vnde patet responsio ad septimum. Ad octauum dicendum,quòd non sunt prohibendi boni ab his qui bene faciunt propter hoc,quòd ex comparatione eorum aliqui contemnuntur:sed magis illi qui se contemptibiles reddunt. Vnde sicut religiosi non sunt prohibendi ab operibus perfectionis, propter hoc quòd aliqui prælati ex eorum comparatione carnaliter viuentes contemptibiles reddantur:ita nec religiosorum diserta prædicatio reprehendenda est:quamuis aliquorum prælatorum minus diserta prædicatio contemnatur.

Quomodò iudicium peruertunt in rebus religiosos infamando, & primò quia se & religionem suam commendant: & per epistolas commendari procurant.

CAP. XIII.

NVnc restat videre quomodò iudicium de rebus peruertunt, ea quæ bene & malè fieri possunt præcisè reprehendẽdo. Reprehendunt enim religiosos primò de hoc,quòd se vel suam religionem commendant:vel commendari per epistolas aliorum procurant. Secundò,quòd detractorum suorum verba non sustinent:sed eis resistunt. Tertiò de hoc,quòd in iudicio contendunt. Quartò de hoc,quòd persecutores suos puniri procurant . Quintò de hoc, quòd hominibus placere volunt. Sextò de hoc,quòd gaudent de his quæ magnificè Deus per eos facit. Septimò de hoc,quòd curiæ regum & potentum frequentant. Quia autem seipsos commendare non debeant,probare nituntur primò per illud quod habetur. Roma.vlti.super illud. Per dulces sermones & benedictiones.glossi. Compositis verbis suam traditionem commendabant pseudoapostoli,quibus simplicium corda decipiebant. Vnde cùm religiosi suum ordinem commendent: & per hoc aliquos ad suum ordinem trahant,se pseudoapostolos ostendunt,& similes Pharisæis: de quibus dicitur Matt.vigesimotertio:Veh vobis Scribę & Pharisæi hypocritæ qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselitum Item 2. Corinth.3. Incipimus iterum nosmetipsos commendare glossi.Quasi est aliquis,qui hoc imponat nobis. Absit vt hoc faciamus : & sic idem quod prius. Item ibidem subditur;aut nunquid egemus commendaticijs epistolis ad vos : aut ex vobis sicut quidam.glossi.1.pseudoapostoli quos nulla virtus commendat . Vtiquè non egemus. In quo videtur,quòd illi qui commendaticias literas procurant,sint pseudoapostoli. Item 2. Corin. 4. in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos.glossi. Sine comparatione aduersariorum,ergo religiosi qui se commendantes & religio-

Universidad de Deusto Biblioteca

nem suam alijs religionib. præferunt, non sunt veri Apostoli. Item 2. Corint. 4. Non enim nosmetipsos prædicamus: sed Iesum Christum: sed illi qui seipsos commendant, seipsos prædicant. ergo tales non sunt verorum Apostolorum imitatores. Item 2. Cor. 10. Non enim audemus inserere: aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant. glos. i. pseudo. ergo illi qui seipsos commendant, videntur esse pseudoapostoli. Item 2. Cor. 10. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat. ergo illi qui seipsos commendant, non sunt à Deo approbati. Item Prouerb. 27. Laudet te os alienum. & non tuum: extraneus, & non labia tua. Item Prouerb. 18. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat. Ex quibus patet, quàm reprobabile sit, quòd aliquis seipsum commendet. Item Ioan. 8. si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. ergo multo fortiùs qui seipsos cõmendant, ostendunt gloriam suam nihil esse. Et sic ex omnibus prædictis ostendere nituntur, ꝙ non liceat alicui seipsum, aut suum statum commendare. Sed quòd aliquando sancti seipsos cõmendant, hoc manifestè probatur, tam ex veteri quàm ex nouo testamento. Dicitur enim Neem. 5. quòd ipse in sui cõmendationem dixit. Insuper & annonas ducatus mei non quæsiui. Valde enim erat attenuatus populus. Memento mei Deus meus in bonum, secundum omnia quæ feci. Item Iob. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis. vt nec cogitarem quidem de virgine. Et 29. Iusticiam indutus sum: & vestiui me sicut vestimento: & multa alia in vtroque capitulo dicit manifestè ad sui commendationẽ. Item Apostolus Ro. 15. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quę per me non efficit Christus. Et infrà. Ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illiricum repleui euangelium Christi. Item 1. Corint. 15. Abundantius illis omnibus laboraui. Et 2. Corinth. vndec. In quo quis audet, audeo & ego. Et multa alia quæ ibi in sui commendationem dicit. Item Gala. primo. Non acquieui carni & sanguini: & multa alia in eodem & sequenti cap. dicit, quæ ad suam cõmendationem pertinent. Quòd etiam statum suum commendauerit, expressè patet 2. Corinth. tertio. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non litera, sed spiritu. & ibi multa alia subiungit, ad commendationem Apostolicæ dignitatis, & ita patet quòd religioso licet suam religionem commendare. & per hoc alios ad suam religionem adducere. Item Apostolus 1. Corinth. 7. virginitatis perfectionem commendans: & alios ad virginitatis statum in quo erat ipse hortabatur: dicens. Volo omnes homines esse sicut meipsum. ergo & religiosi in statu perfectionis possunt suam religionem commendare. Quia ergo commendare seipsum aliquãdo quidẽ est laudabile: aliquãdò verò repræhẽditur, qualiter boni seipsos commendare possint Grego. ostendit in Homel. nona primæ partis super Eze. sic dicens. Iusti atque perfecti aliquando suas virtutes prædicant. bona que diuinitùs acceperunt narrant: non vt ipsi apud homines sua ostensione proficiant: sed vt eos quibus prædicant exemplo suo ad vitam trahant. Quòd in paradisum ductus sit Paulus, Corinthijs narrat: vt eorum sensum à falsis prædicatoribus auertat. Et infrà. Quid perfecti cùm faciũt, idest, cùm virtutes proprias loquũtur, in hoc quoque imitatores omnipotentis Dei sunt: qui laudes suas hominibus loquitur, vt ab hominibus cognoscatur: sed ne passim quisque se laudare præsumat, post pauca subiungit, in quibus causis se commendare debeant. vnde dicit. De quibus tamen scilicet, iustis sciendum est, quòd nunquàm bona sua detegunt nisi eos: vt dixi: aut proximorum vtilitas: aut certè nimia necessitas cogat. Vnde Paulus Apostolus cùm virtutes suas Corinthijs enumerasset, adiunxit. Factus sum insipiens: vos me coëgistis. Fit verò aliquando vt necessitate compulsi in bonis quæ de se referunt non aliorum vtilitatem: sed suam requirant, sicut beatus Iob facta sua enumerat: dicens. Oculus fui cęco &c. Sed quia in vulnere doloris positus ab amicis increpantibus impiè egisse & violentus proximis: atque oppressor pauperum fuisse dicebatur: vir sanctus inter flagella Dei & humanæ increpationis verbi depræhensus mentem suam grauiter concuti: atque ad desperationis foueam conspexit impelli: qui iã iamque cadere poterat: nisi ad memoriã bene acta sua reuocasset. Quòd ergo bona sua enumerat non innotescere alijs, quasi ex laude desiderat: sed ad spem animum reformat. Patet igitur ex prædictis, quòd multis ex causis possunt iusti commendare seipsos, non quasi gloriam hominibus quęrentes: sed propter animæ vtilitatem suam vel aliorum. Pręcipuè autem licet perfecto viro statum perfectionis commendare, vt alij ad perfectionem sequendam inflammentur: sicut Christiano licet Christianam religionem commendare apud infideles, vt ad fidem conuertantur: & quanto sunt magis sancti, tanto hunc zelum conuertendi alios ad statum perfectionis magis habent. Vnde Paulus dicebat Act. 26. Opto apud Deum & in modico & in magno: non tantùm te: sed etiam omnes qui audiũt hodie tales fieri qualis & ego sum. Quod ergo dicitur Ro. vlt. quòd pseudo traditiões suas commendabant: patet per glo. ibidem. quòd traditio eorum erat, quòd cogebant gentes iudaizare: & hanc traditionem composi tis verbis commendabant ad simplices peruertendos. Non ergo traditionem nominat aliquem religionis statum: sed falsam doctrinam & hereticam. Et Matt. 23. Non repræhenduntur pharisei de hoc, quod solliciti erant faciendi proselitos: sed de hoc quòd postquàm eos conuerterant, falsis doctrinis imbuebant: vel quia proseliti videntes eorum vitia rursum ad gentilitatem reuertebantur: & sic maiori pœna erant digni: vt patet per gloss. ibidem. Ad aliud verò quod dicitur, secundæ Corinthij tertio dicendum, quòd Apostoli non commendabant semetipsos, quasi gloriam suam quęrentes: sed ex causis quas Grego. dicit. Ad tertiam dicendum, quòd Apostolus non negat quando sit commendaticijs literis vtendum: sed ostendit se eis non indigere quantùm ad se: sicut indigebant pseudo Apostoli, quos nulla virtus commendabat: vt gloss. dicit. Indigent autem sancti quandòque commendaticijs literis: non propter se: sed propter alios qui eorũ virtutem vel authoritatem ignorant. & hoc modo Paulus Thimotheum in sua epistola commendauit. 1. Corinth. vlt. Si venerit Thimotheus, videte vt sine timore sit apud vos. Opus enim domini operatur &c. Et Phil. 2. Spero autem in domino Iesu Thimotheum me cito mittere &c. Et post. Neminem enim habeo tam vnanimem. Et Col. vltimo Marcus consobrinus Barnabę, de quo accepistis mandata &c. Et Rom. vlt. Commendo vobis Phœbem sororem nostram &c. Et exinde inoleuit consuetudo, vt illi qui mittuntur à mittentibus, literas testimoniales & commendaticias accipiant. Ad quartum dicendum, quòd sicut sancti non commendant seipsos, vt gloriam propriam habeant: sed propter vtilitatem aliorum: ita & quandòque se alijs præferunt. Sic enim quandòque sancti se præferunt malis: vt mali euitentur à populo qui sanctos imitantur: sicut Apostolus. 2. Corint. 11. Ministri Christi sunt: & ego: vt minus sapiens dico: plus ego. Quandòque etiam bonis præferunt se, vt in authoritate apud homines habeãtur: à quibus si contemnuntur proficere in eis non possunt: & sic Apostolus seipsum prętulit, etiam veris Apostolis quantùm ad aliquid. 1. Corinth. 15. Gratia eius in me vacua non fuit: sed abundantius illis omnibus laboraui. Sed adhuc magis sine repræhẽsione præferunt statum suum statui aliorum minus perfecto, inquantùm talus cõparatio minus sapit priuatã gloriam. & hoc modo Apostolis. 2. Cor. 3. Prætulit ministros noui testamenti ministris veteris. Hoc etiã modo. i. ad Thi. 5. Statum doctorũ de quorũ numero erat alijs statibus ecclesię prefert: dicẽs. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborãt verbo & doctrina. vel põt dici. quòd gl. illa in falso sensu inducitur. Apostolus. n. ibi loquitur nõ de cõmẽdatiõe per verba, sed per facta quibus se cõmendabiles in cõscientijs hoĩum reddebãt: vt patet ex ipso textu: & cõstat ꝙ ex operibus se meliores ostẽdebãt, quã pseudo Apostoli facerent. cũ meliora opera facerẽt. Vnde ꝙ dicit, sine cõparatiõe aduersariorũ exponẽdum est. i. incõparabiliter plusquã aduersarij. Vnde glo. est contra id ad quod inducitur. Ad. 5. patet rñsio per hoc quòd glo. ibidem dicit. Non. n. prædicamus nosmetipsos. idest, prædicatio nostra nõ tendit ad gloriam nostram: vel ad lucra nostra: sed ad gloriam Christi. Sancti enim & si aliquando se commẽdant: nõ tamẽ ex hoc quęrunt gloriã suam: sed Dei ꝑ profectũ aliorum. Ad. 6. etiã patet respõsio per gl. quę ibi dicit. Non inserimus nos quibusdam idest pseudo qui non missi à Deo, cõmendãt seipsos aliquibus actibus: non Deus eos. Vnde ex hoc non põt cõcludi, quin illi qui sunt à Deo per prelatos ecclesię missi, possunt cõmẽdare seipsos cũ Deus illos cõmẽdet largiendo munera gratiarũ. ex causis tñ suprà dictis. Et sic etiã patet respõsio ad septimũ. Ad. 8. & . 9. dicendũ, quòd authoritates illę loquũtur de laude qua aliquis seipsum cõmendat, gloriam propriã quærens. Ad decimũ etiã patet responsio per Interline. quæ dicit si ego tantũ glorifico meipsum. vnde & illorũ qui à Deo nõ glorificãtur, si seipsos glorificant, gloria nihil est. secus autẽ est de illis, quos Deus glorificat per munera gratiarum quæ eis largitur.

Secundò, de hoc quod religiosi detractoribus suis resistunt.

CAP. XIIII.

NVnc secundò videamus, quomodò nitũtur ostendere, quòd religiosi suis detractoribus resistere non debent. Nam 1. Cor. 12. super illud. Nemo potest dicere dominus Iesus, dicit glos. Humiliari debent Christiani. vt patiantur se argui. non quærant adulationibus deliniri. ergo religiosi qui non sustinent se argui, ostendunt se nõ esse veros Christianos. Item 2. Cor. 12. Signa apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, gl. Patientiam primã memorat, quæ ad mores pertinent: ergo illi qui Apostolorũ officium prędicando exercent, præcipuè debent esse patientes, secundum illud psal. Bene patientes erunt vt annuntient. ergo debent sustinere in patientia suos detractores: & non eis resistere. Item Gala. 4. Ego inimicus

inimicus vobis factus sum verum dicens vobis. glos. Nemo carnalis se vult argui errantem. ergo qui seipsos argui non patiuntur, ostendũt se carnales esse. primæ Phil. 3. super illud. Videte canes &c. dicit glo. i. Cognoscite illos esse canes non ratione, sed consuetudine contra insolitam veritatem latrantes. Et infrà. Sicut canes consuetudinem magis sequuntur quàm rationem, ita pseudoapostoli irrationabiliter contra veritatem latrãt & mordent: & ita illi qui mordent de nouo reprehendentes sua vitia, sunt pseudoapostoli. Item Greg. dicit in pastorali. Qui praua studet agere: & tamen ad hæc cæteros vult tacere, ipse sibimet testis est: quia plus veritate se appetit diligi, quã contra se non vult defendi. Veritas autẽ Deus est: vt dicitur Io. 14. Ergo illi qui non sustinẽt se argui, ostendũt se plusq; Deũ diligere: & ita in statu dãnationis esse. Itẽ adhuc potest melius obijci pro parte ista. Prouerb. 9. Noli arguere derisorem, ne oderit te: argue sapientem & diliget te. Item Ecclesiast. 21. Qui odit correctionem, vestigium est peccatoris. Item Roma. 12. Benedicite persequẽtibus vos: benedicite & nolite maledicere. Itẽ Luc. 6. Benedicite maledicentibus vobis: & orate pro calumniantibus vos. Itẽ 1. Cor. 4. Maledicimur & benedicimus: blasphemamur & obsecramus. Ex quibus omnibus videtur, quòd perfecti viri & pręcipuè qui officio prædicationis vacant, non debeant maledicentibus resistere. Quòd autẽ apostolici viri aliquando maledicentibus resistere possint, patet ꝑ illud qđ habetur. Ro. 3. Nõ sicut blasphemamur, & sicut aiũt quidã nos dicere. Faciamus mala, vt veniãt bona: quorũ dãnatio iusta est glo. Quidã peruersi homines nõ intelligẽtes & ad reprehendendũ procliues, ita imponũt nobis & horũ dãnatio iusta est: & ideò non est eis credendũ: in quo manifestè detractoribus suis resistit. Item in 3. cano. Io. Si venero, commonefaciam eius opera quæ facit verbis malignis garriens in nos. vbi glo. dicit. Sicut linguas detrahentium nostro vitio non debemus excitare ne pereant: ita per suam nequitiam excitatas, debemus æquanimiter tollerare, vt meritum nobis crescat. aliquando etiam compescere, ne dum de nobis mala disseminant, eorum qui bona audire poterant corrumpant. Item 2. Corin. 10. Epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes: præsentia autem corporis infirma: & sermo contemptibilis: hoc cogitet qui eiusmodi est: quia quales sumus in verbo per epistolas absentes, tales & pręsentes in facto: in quo etiam patet quòd Apostolus his, qui de se mala disseminabant, restitit. Item Grego. Homel. 9. primæ partis super Ezec. Hi quorum vita in exẽplum imitationis est posita, debent si possint detrahẽtium sibi verba compescere: ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant: & in prauis moribus remanentes, bene viuere cõtemnant. Perfecti autem viri sunt, quorum vita in imitatione est posita. ergo ipsi debent compescere linguas detrahentium cùm possunt. Item Augustinus in secund. de Trinita. Gratanter suscipit osculum columbinũ, pulcherrima & modestissima charitas. Dentem autem caninum, vel euitat castissima cautissimáque humilitas: vel retundit solidissima veritas. Ex quo patet, quòd canini dentes detractorum quandóque sunt euitandi. quandóque retundendi. Item hoc patet multorum exemplo sanctorum: vt Gregorij Nazanzeni, Hieronymi, Bernardi, & multorum aliorum qui apologeticos fecerunt & epistolas quibus se excusarent ab his, quæ eis imponebantur. Est ergo in reprehendentibus distinguendum: quia aut ordinatè repræhendunt & intentione correctionis. & sic sunt non solùm ferendi, sed diligendi: aut reprehendendo falsa imponunt apud alios detrahentes. Et tunc quandóque sunt patienter sustinendi, quando scilicet talis detractio non multum nocet alijs generando scandalum in cordibus auditorum. quandóque autem si fieri potest, sunt repellendi, non amore priuatæ gloriæ: sed communis vtilitatis. Si verò repelli non possunt: nihilominus patienter tolerandi sunt: vnde Gregor. in prædicta Homel. dicit. Iusti sicut sine arrogantia loquuntur aliquando bona quæ agunt ita sine zelo priuatæ glorię detrahentium sibi linguas redarguũt, quia noxia loquũtur. Cùm verò linguæ detrahentium corrigi nequeunt æquanimiter sunt per omnia substinendæ, nec obtrectationis sermo timendus est: ne dum vituperatio peruersorũ metuitur, recti operis via deseratur. Ad primum quidem dicendum, quòd veri Christiani patiuntur se argui ab his qui ad correctionem arguunt. resistunt autem his qui ad subuersionem arguunt: & præcipuè quando non solùm personæ: sed veritas blasphematur. Ad secundum dicendum, quòd Apostolici viri semper habere debent patientiam. Quòd autem aliquando resistunt detractoribus, non est ex impatientia: sed ex zelo veritatis, vt dictum est. Ad tertium dicendum, quòd illi qui iniquos reputant charitatiuè corrigentes, se carnales ostendunt: non autem illi qui resistunt detractoribus veritatis. Ad quartum dicendum, quòd glo. illa loquitur de illis qui sine ratione contra veritatem latrant, mordendo prædicatores veritatis. Illi verò qui falsitatem prædicantes sustinerent sub prætextu patientiæ essent mutis canibus comparandi: de quibus Esa. 56. Canes muti non valentes latrare. Ad quintum dicendum, quòd sicut probatur plus se diligere quàm veritatem qui non vult veritatem contra se defendi: ita ostenditur plus se diligere quàm veritatem, qui veritatis aduersarijs non resistit: vt sibi pacem quærat. Et ita ex amore veritatis sancti viri detractoribus resistunt. Ad omnia autem quæ sequuntur, patet responsio: quia in sequentibus authoritatibus precipitur, vt rectè corrigentes diligantur: & prohibetur ne peruersè detrahentes odio vel impatiẽtia prosequamur: sed eos magis diligamus: & pro eis oremus: quod etiam sancti viri complẽt in illis quorum detractionibus resistunt.

Tertiò, de hoc quòd religiosi in iudicio contendunt.

CAP. XV.

NVnc tertiò restat videre, quomodò nituntur ostendere, quòd religiosi in iudicio contendere non debeant: nec procurare ꝙ armis defendantur. Primò inducentes illud quod habet. 1. Corin. 6. Iam quidem omninò delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos: quare non magis iniuriam accipitis: quare non magis fraudem patimini? vbi dicit glos. Perfectis licet sua repetere simpliciter. i. sine causa, sine iudicio, sine lite: sed nõ conuenit eis inde mouere causam ante iudicẽ. Cùm ergo religiosi sint in statu perfectionis, non debent cum aliquo contendere. Item Matth. 5. dicitur. Et qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium: & sicut patet per glo. tria præcepta quæ ibi ponuntur perfectionẽ iustitiæ demonstrant: ergo cùm religiosi perfectionem vitæ profiteantur, non debent cum aliquo in iudicio cõtendere: sed potius sua dimittere. Item Luc. sexto. Ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Et infrà. Qui aufert quæ tua sunt ne repetas. vbi dicit glo. Quod de vestimẽto & tunica dicit etiã in alijs est faciendũ: ergo videtur qđ religiosi ad quos percipuè ista præcepta pertinent, nõ debeant auferentes prohibere: nec etiam ablata repetere. Item Mat. 10. Dñs Apostolis mandat. quicũque non recipit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. & hoc idem habetur Luc. 9. Ex quo videtur quòd Apostoli & apostolici & perfecti viri, non debeant litigare, si in aliqua ciuitate, vel castello, vel aliqua societate non recipiantur. Item 1. ad Corin. 11. Si quis videtur contentiosus esse: nos talem consuetudinẽ non habemus. ergo illi qui in iudicio cõtendũt à forma apostolicę perfectionis declinant. Item 1. Corin. 13. Charitas non quęrit quæ sua sunt. glo. Non repetit ablata. ergo qui in iudicio contendentes sua repetunt, charitatem non habent. Item Grego. in 13. li. mo. Cùm pro terrena re pax à corde cum proximo scinditur: apparet quòd plus res, quàm proximus amatur. sed hoc est contra charitatis ordinẽ: ergo qui propter hoc ꝙ repetit suam rem, turbationem sustinet proximorũ, contra charitatem agit. Item secundum regulam Hierony. Omne quod potest fieri vel non fieri, salua triplici veritate, omittendum est propter scãdalum: sed aliquis potest dimittere rem suam de qua in iudicio contendit, salua triplici veritate: ergo si in iudicio repetat cum turbatione & scãdalo proximorum, cõtra charitatẽ facit. Inter omnia temporalia maximè est necessaria corpori ad vitam sustentandã esca: sed esca dimittitur propter scandalum proximi. 1. Corin. 8. Si esca scandalizat fratrẽ meũ, non manducabo carnem in æternum. ergo multò fortiùs omnia alia tẽporalia sunt potius dimittenda: quàm aliquis scandalum vel turbationem sustineat proximorũ. Sed quòd sanctis viris liceat se per iudiciũ tueri, patet per quod habetur Actuũ 25. vbi Paulus ne Iudæis traderetur, Cæsarẽ appellauit. Appellatio autem ad iudiciũ pertinet. ergo viri perfecti possunt se per iudicium defendere. Item quòd possint procurare quòd armis defendantur: patet exemplo eiusdẽ Apostoli: de quo dicitur Act. 23. qui procurauit: vt deduceretur cum custodia militum armatorum, qui eum defenderent ab insidiatoribus. Item quòd liceat perfectis viris libertatem sui status defendere præcipuè in iudicio ecclesiastico: patet per hoc quod habetur Actu. 15. Paulus & Bernabas contra eos qui volebant credentes ex gentibus in seruitutem redigere legis: Hierosolymã ascẽderunt ad iudicium Apostolorum. de quo etiam dicit Gal. 2. Propter subintroductos falsos fratres: qui subintroierunt explorare libertatem nostrã, quam habemus in Christo Iesu: vt nos in seruitutẽ redigerent: quibus neq; ad horã cessimus subiectioni. Ergo cùm aliqui volunt in seruitutem redigere religiosos & perfectos viros, possunt se defendere iudicio ecclesiastico. Item quòd possint sua temporalia aliquando per iudicium defendere, expressè habetur per Gregor. in 31. libr. mora. super illud Iob. 29. Frustra laborauit. sic dicentem. Cùm curam rerum temporalium nobis itineris necessitas imponit: quidam dum eas rapiunt, solũmodò tolerandi sunt: quidam verò seruata charitate prohibendi: non tàm sola cura, ne nostra subtrahant: sed ne rapientes non sua semetipsos perdant. Plus quippè ipsis raptoribus debemus metuere, quàm rebus irrationabilibus defendendis inhiare. Item Greg. in eodem super illud Iob: In occursum pergit armatis. Plerũq; quieti atque incõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cusi relinquimur,si obuiare prauis pro iustitia nõ curamus. Sed si ad æternæ vitæ desiderium animus exarsit: si verum lumen intrinsecus respicit:si in se flammam sancti feruoris accendit,inquantùm locus admittit:inquantùm causa exigit debemus pro defensione iustitiæ nosmetipsos obijcere:& peruersis ad iniusta erumpentibus etiam cùm ab eis non quærimur obuiare. Nam cùm iustitiam quam nos amamus in alijs feriunt,nos nihilominus sua percussione confodiunt,etiam si venerari videãtur.Ex quo patet, quòd perfecti viri debent se vltrò ingerere ad aliorum iniurias repellendas etiam non prouocati. Item ad officium charitatis pertinet, quòd aliquis oppressos ab opprimentibus liberet, secundum illud Iob. vigesimonono. Conterebam molas iniqui: & de dentibus illius auferebam prædam.& Prouerbiorum vigesimoquarto. Erue eos qui ducuntur ad mortem. & in psalm. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate:sed aliquis tenetur ad impẽdenda charitatis officia magis illis qui sunt sibi magis coniuncti:sed magis cõiuncti sunt religioso alicui fratres suæ religionis. ergo debet secundum charitatem resistere illis qui fratres religionis suæ nituntur opprimere.sic ergo ex omnibus prædictis patet, quòd religiosi nõ solùm licitè:sed etiam laudabiliter interdum resistunt violentijs & fraudibus malignorum. Sciendum est ergo, quòd aliquando religiosorum aduersarij impugnant ipsam religionem, vel religiosorum statum,in his quæ ad spiritualia pertinent:aliquando verò in temporalibus:& siquidem in spiritualibus impugnentur, totis viribus resistere debent,& præcipuè in illis in quibus non solùm sibi:sed & alijs prosunt:quia cùm religionis statum non assumant, nisi vt spiritualibus vacent,per huiusmodi impugnationem perfectionis propositum impeditur. Vnde sicut perfectionis est, vt homo perfectionis propositum custodiat,ita etiam vt impedientibus resistat. Si autem pro temporalibus,tunc perfectionis est, vt quis damnum patienter sustineat:quod vergit in suum proprium detrimentum:nisi fortè inferenti violentiam cõsulere vellet, eius malitiæ resistendo:vt per authoritatem Greg. prædictam patet, sed in illis quæ ad detrimentum commune pertinent, etiam temporale, non est perfectionis:sed negligentiæ:vel pusillanimitatis talia incõmoda dum possit resistere sustinere,cùm aliquis ex charitate teneatur,dum potest proximorũ incommodis obuiare. secundum illud quod dicitur Prouerb.24. Erue eos qui ducuntur ad mortem &c. Ad aliud ergo quod primò obijcitur, dicendum:quòd in illo verbo Apostoli aliquid interdicitur omnibus,& aliquid perfectis tantùm. Omnibus quidem interdicitur,cum contentione vel fraudulenter.vel apud infideles iudices sua repetere mouendo causam: vt patet per glo.ibidem:sed perfectis interdicitur, cum lite & in iudicio pro rebus suis repetendis causam coram iudice mouere: sed vt Gratianus dicit.14.q.1.c. Episcopus. Hoc intelligendum est de rerum propriarum petitione:non autem de repetitione rerum communium:quæ licèt eis repetere,sicut habere. Et sic huiusmodi repetentes in iudicio,non sua repetunt: sed res ecclesiæ,quarum procurationes gerunt,nec coram iudice sibi,sed alijs stant, quorum negotia agunt. Sciẽdum tamen,quòd illa glo. non est authentica,sed magistralis:quod patet ex hoc quòd est quædam conclusio ex verbis Augustini ilata. Vnde paulo antè præmittitur. Vt autem prædicta verba Augustini &c.in quibus Augu.verbisquamuis dicatur habere iudicium infirmis concessum esse secundũ veniam, non tamen dicitur quòd non liceat perfectis: nec magister etiam subdit postèa quòd eis non liceat:sed quòd eis non cõueniat. Si enim his qui sunt in statu perfectionis in iudicium non liceret aliquem trahere:nec ipsis episcopis hoc licitum esset, quorum status est perfectior quàm religiosorũ. Aliàs religiosi ad prælationis apicem promoueri non possent. Non enim ex hoc q̃ aliquis perfectionis status assumit,aliquid ei illicitum redditur,quod prius non erat:nisi se ad illud specialiter voto astrinxerint. Vnde non plus est religiosis illicitum in iudicio causam mouere,quàm prius: nisi quatenus voto paupertatis contradicit: & hoc est quando aliquis religiosus vellet pro recuperanda vel arquirenda re propria litigare, quòd ei secundum vorũ suæ professionis possidere non licet: aut etiam interdùm propter scandalũ. Vel potest dici & fortè verius, quòd verbum illud glos. non potest intelligi de perfectis quo ad statum:sicut sunt religiosi:quia tales nõ habent aliquid proprium. Vnde nihil esset dictum,quod in eadem glos. dicitur quòd sua possunt repetere simpliciter. Quod ergo dicitur in glos. intelligendum est de perfectis secundum gradum charitatis,id est,qui perfectam charitatem habent,in quocũque statu sint: licet enim tales sua repetendo in iudicio non peccent, interdum tamen per hoc eorum perfectioni derogatur. Vnde glos. non dicit,quòd talibus non liceat: sed quòd eis non conueniat. In aliquibus tamen casibus non est ei inconueniens in iudicio sua repetere. Primus casus est,quãdo oritur contentio de re spirituali. vnde Act.15. Cùm esset orta cõtentio de observatione legalium,hoc Paulus detulit ad iudicium Apostolorum.& de eodem ad Gal.& propter quosdã falsos fratres,qui subintroierunt &c. Secundus est,quando oritur contentio de eo quod potest vergere in detrimentum rei spiritualis: quamuis sit temporale. vnde Act.25. Paulus appellauit Cæsarem,pro liberatione sua: quia per eius mortẽ vel incarcerationẽ impediebatur fructus prædicationis. Ipse tamen quantùm in se erat, cupiebat dissolui & esse cum Christo. vt dicitur Philip:primo. Tertius est,quando contentio est de aliquo quod vergit in temporale damnũ alterius: & maximè pauperũ. Reus enim est quodammodò rapinæ,qui sua negligentia alios damnum incurrere permittit: & præcipuè in his quæ sunt eius curæ commissa. Vnde de hoc non potest perfectionis sacrificium Deo exhiberi. Ecclesiastici 34. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in cõspectu patris sui. Quartus est,quãdo contentio est de eo quod vergit in spirituale damnum illius,qui iniustè detinet rem alterius temporalem. Vnde Græg. in 31 li. mo. super illud Iob 39. Frustrà laborauit. Quidã dum res temporales rapiunt,solummodò sunt tolerandi. Quidam verò seruata charitate prohibendi non sola cura, ne nostra subtrahant:sed ne rapientes nõ sua,semetipsos perdant. Quintus est,quã do vergit in corruptionem multorum per exemplum rapiendi. Ecclesiasticæ 8. Quia non profertur citò contra malos sententia,absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Ad 2. dicendum: quòd sicut glo. ibidem dicit in tribus præceptis ibidem positis,perfectio iusticiæ ostenditur:quorum proximum est. Si quis te percusserit in dexteram maxillam,præbe ei & alteram. Secundũ est. Qui vult tecum in iudicio contendere.& tunicam tuam tollere,dimitte ei & pallium. Tertium est. Quicũnque te angariauerit mille passus, vade cum eo & alia duo:quę tria ad patiẽtiam pertinere noscũtur. Hoc autem tertium:vt glo. exponit ibidem,intelligẽdum est, non tam vt cum eo pedibus vadas: quia hoc nec in Christo: nec alijs hystorialiter legimus esse completum: sed vt parato animo sis ire, cùm oporteret. Similiter & primum præceptum, vt Aug. dicit in libr. de mendacio. sic est intelligẽdum, vt homo cor paratum habeat,non solùm ad alias alapas accipiendas: sed etiam quelibet tormenta pro veritate patienda cum eorum dilectione, à quibus illa pateretur. Nec intelligitur quòd ad literam aliquis debeat maxillam præbere se percutienti: cùm nec dominus hoc etiã percussus impleuerit:nec Apostolus Paulus. Vnde patet q̃ mediũ præceptũ secundũ eadem formã est exponẽdum:vt. Quilibet habeat cor paratum ad quelibet dãna temporalia sustinẽda,potius quã charitatem,vel veritatẽ relinquat. Potest aũt sine præiudicio veritatis, vel charitatis cõingere,quòd aliquis in iudicio sua repetat:vt ex prædictis patet.& propter hoc non sequitur ratio. Et similiter dicendum est ad tertiũ. Ad 4. dicẽdum, q̃ dominus præcepit, vt Apostoli pedes excutiãt à puluere,in testimoniũ eorum qui eos non recipiunt. vnde Mar.6. dicitur. Excurite puluerem de pedibus vestris, in testimoniũ illis. vnde super illud Luc.10. Excurite puluerem. dicit gl. Ad cõtestationem terreni laboris, quem pro eis inaniter susceperunt. Et hoc testimoniũ ordinatur ad diuinum iudiciũ. vnde sequitur Mat.10. Amen dico vobis,tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorreorum in die iudicij,quàm illi ciuitati. Ab illis ergo dominus discipulis suis mãdat,vt nõ recepti recedamus, qui finali iudicio pro suis sceleribus reseruantur: sicut sunt infideles. de quibus dicitur.1.Cor.5. Eos qui foris sunt,iudicabit Deus. Sed de his qui intus sunt.f. fidelibus,iudicium ecclesiæ cõmittitur. Vnde si aliquis in societate fidelium recipi velit:& ipsi iniustè contradicãt, non debet homo hoc diuino iudicio reseruari: sed ad iudicium ecclesiæ corrigẽdum deduci. Ad 5. dicendum, quòd iudicium cum contẽtione omnibus infirmis est prohibitũ:vt patet per gl.1. Cor. 6. super illud. Iam quidẽ omninò delictũ est &c. Est enim cõtentio impugnatio veritatis per cõfidentiam clamoris:vt habetur in glo. Ro.1. super illud. homicidijs cõtentione &c. Vnde illi qui cum veritate in iudicio stant, non cõfidentes in clamore, non propter hoc sunt cõtentiosi. Ad 6. dicendum, quòd non est intelligendum, q̃ salua charitate nullo modo possit aliquis ablata repetere: sed quia charitas non inducit ad repetendum ablata ex cupiditate. vnde gl. Non quærit quæ sua sunt,id est,ablata non repetit: quia non est amatrix pecuniæ. Quandóque tamẽ aliquis ex charitate sua repetere potest,vt zelo fraternę correctionis: vt patet per auctoritatem Greg. inductã. Ad 7. dicẽdum, q̃ non semper quãdo aliquis rem suam repetit in iudicio,pacem,quã cum proximo debet habere,à corde suo repellit. Vnde quãuis pax cordis nullo modo sit perdenda pro terrena re recuperãda, non sequitur, q̃ aliquis nõ possit in iudicio terrenã rem repetere. In ipso enim tumultu iudicij plerũque est salua pax pectoris: cùm etiam à bonis viris in bellorum tumultibus nõ amittatur. Aliàs omnia bella essent illicita. Ad 8. dicẽdum, q̃ si aliquis iustè in iudicio sua repetit, ipse nõ scãdalizatur scandalum actiuè faciens: sed si aliquis scandalizatur, est scandalum passiuum tantùm. In quo distinguẽdum videtur quòd aut est scãdalum pharisæorum, cùm scilicet quis ex malitia scãdalizatur, & scandalum in alijs suscitat: & tale scandalum est cõtemnendum exemplo

exemplo domini qui audito pharisæorum scandalo,dixit Mat.15. Sinite eos,cęci sunt & duces cęcorum.aut est scãdalum infirmorũ: quod scilicet procedit ex infirmitate vel ignorantia. Et huic scandalo occurendum est iuxta posse, ita tamen vt pro hoc remouendo aliquod illicitum non committamus. Esset autem illicitum,si aliquis bona ecclesiæ sibi commissa perire permitteret à prædonibus direpta. Vnde & quamuis aliquis scandalo passiuo scandalizetur:nihilominus ille cui cura ecclesiæ committitur, debet custodire & defendere iura ecclesiæ sibi cõmissæ. Vnde beatus Tho. Cantuarien Episcopus,contempto scandalo regis Angliæ bona suæ ecclesiæ defensauit vsq; ad mortem. Sed si etiã posset sine peccato dimittere illius rei repetitionem:non oportet quòd propter scandalum passiuum dimittat repetere. Potest enim alio modo scandalo passiuo obuiare,si est scandalum infirmorum. s. pacificis verbis se iuste agere ostendendo Et magis proximo prodesset,si cum ab iniusta deceptione eriperet: vel consuetudinem similia præsumendi auferret,quã si ei rem suam dimitteret. Et præterea magis debet aliquis scandalo suo quàm proximi cauere. Et ideò si timeret se scãdalum perpeti,nisi sua repeteret,non deberet à rei suæ repetitione prohiberi. Ad nonum dicẽdum,quòd quamuis esca simpliciter sit maximè necessaria corpori:non tamen quælibet esca. Si enim aliquis ab vna esca abstineat,potest alia sustentari. vnde aliquo genere escæ magis esset abstinendum pro scandalo euitando, quàm res aliquas alias tẽporales dimittere:quę cum maiori nocumẽto amitterentur. Et quandóq; cum aliquo periculo peccati esset,si non repeterentur:vt ex dictis patet.

Quarto,de hoc quod religiosi persecutores suos puniri procurant.

CAP. XVI.

NVnc restat quartò ostendere,quomodò nituntur monstrare q̃ religiosi suis persecutoribus nullam pœnam aut persecutionẽ debeant procurare. Dicitur enim Mat.5. Benefacite his qui oderũt vos,& orate pro persequentibus & calũniantibus vos. Et hoc idem dicitur Luc.6. Ergo inimicis persecutionem inferre prohibemur. Qui enim alicui bona debet inferre,multò magis non debet ei nocere. Item Mat.10. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ. glo. Qui locum prædicationis suscipit,mala inferre non debet: sed tolerare. ergo si aliqui prædicatores pœnas inferri suis aduersarijs procurent,se falsos prædicatores ostendunt. Item Ro.12. nulli malum pro malo reddentes. Et infrà. Non vosmetipsos defendentes charissimi.i. non satis referentes aduersarios. ergo contra doctrinã Apostoli faciunt,qui suos aduersarios puniri procurãt. Item in Legenda sanctorũ Simonis & Iudę legitur,quòd cùm dux regis Persarum vellet punire sacerdotes idolorũ contrarios Apostolis, Apostoli proiecerũt se ad pedes ducis,rogantes vt eis parceret:ne essent alicui interemptionis occasio,qui ad cõmunem salutẽ venerãt procurandã. ergo illi procurant vt sui aduersarij à principibus puniantur,non sunt veri sed falsi Apostoli. Item glo. 4. Quomodò tũc is qui secundũ carnem natus est, persequebatur eum qui secundum spiritũ,ita & nunc glo. Aug. Qui sunt secundũ carnem nati? Dilectores mundi:amatores sæculi. Qui sunt secundũ spiritũ nati? Amatores regni cælorũ,dilectores Christi: ergo illos qui alijs persecutionem procurãt,apparet esse amatores mundi. Item Gal.vlt. Nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi. glo. Inanis gloria est, vincere velle vbi præmium nõ est. Sed illi qui aduersarijs suis persecutionẽ procurant,victoriam quærere videtur. ergo hoc ad inanẽ gloriã pertinet. ex his ergo cõcludere volunt,q̃ nullo modo sanctis viris licet aliquibus persecutionẽ concitare. Item Luc.9. dicitur q̃ Iacobus & Ioan. dixerũt. Dñe vis dicimus vt ignis descẽdat de cœlo & cõsumat illos. & cõuersus increpauit illos dñs dicens. Nescitis cuius spiritus estis. Ex quo videt q̃ illi qui sunt spiritu Dei repleti,punitionẽ aliorũ nõ debeãt procurare. Sed q̃ sancti viri pœnas aliquibus inferãt, vel inferri procurent,probatur primò exemplo ipsius Christi: de quo dicitur Io.2. q̃ videntes & ementes de tẽplo eiecit & numulariorũ effudit æs & mensas subuertit. Item exẽplo Petri, qui Ananiã & Saphiram verbo suo morti condemnauit:quia fraudauerãt de pretio agri. Act.5. Item act.13. dicitur: quòd Paulus repletus spiritu sancto, intuens Elimã magum dixit. O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli,inimice omnis iustitiæ,nõ desinis subuertere vias domini rectas. Et nũc ecce manus domini super te: & eris cęcus,non videns solẽ,vsq; ad tempus:in quo patet quòd verbis eũ exasperauit & pœnã cecitatis inflixit. Item 1.Cor.5. Iam iudicaui. vt præsens eum qui sic operatus est in nomine dñi nostri Iesu Christi cõgregatis vobis & meo spiritu cũ virtute dñi Iesu tradere huiusmodi hominẽ Sathanæ in interitũ carnis. glo. Vt Sathanas corporaliter eũ vexet. Quã quidẽ cõstat magnã pœnã esse. Et sic idem q̃ prius. Item Can.2. Capite nobis vulpes paruulas. gl. Debellate & cõprehendite scismaticos & hæreticos: quia vt in alia glo. ibidẽ dicitur. Non sufficit nobis vitam nostrã alijs in exemplũ proponere,& bonam prædicationẽ facere. nisi errantes corrigamus,& infirmos ab insidijs aliorum defendamus. Item Diony. in 4.c. de di. no. dicit,quòd angeli non sunt mali,quãuis interdũ malos puniãt. Sed ecclesiastica hierarchia exemplata est à cœlesti:ergo sine malitia potest esse hominis alicuius,quòd malis pœnã inferat vel inferri procuret. Item 23.q.3.c. qui potest. dicitur. Qui potest obuiare & perturbare peruersos:& non facit,nihil est aliud quã fauere impietati eorum:nec caret scrupulo societatis occultæ,qui manifesto facinori desinit obuiare. Ex quo patet qđ non solũ non licet malis resistere & eos perturbare: sed etiam hoc sine peccato dimitti nõ potest. Item Iob 39. dicitur de equo, per quem prædicator intelligitur. In occursum pergit armatus. glo. Quia prauè ac malè agẽtibus se pro defensione iustitię opponit. Et interlinearis. Etiã cùm ipse nõ queritur,ex quo patet q̃ sanctorum prædicatorũ est iniquos perturbare:etiã eos qui eis molestias nõ inferũt. Sed tamẽ hoc nõ faciũt sancti ex odio:sed ex amore. vnde 1. Cor.5. super illud. Tradere huiusmodi hominẽ Sathanę in interitũ carnis:vt spiritus saluus fiat. dicit glo. Ex his verbis manifestat Apostolus se nõ odio,sed amore illud fecisse. Et infrà. Sic & Helias, & alij viri boni non nulla peccata mortuo punierunt:quia sic & viuẽtibus vtilis metus incutiebatur: & illis qui morte puniebantur,non ipsa mors nocebat: sed peccatum quod augeri posset si viuerent minuebatur. Vnde nõ propriè persecutio potest dici,quam sancti malis inferunt:cũ non totaliter eos insequantur,vt in malo eorum finem constituant: sed in bono eorum vt corrigantur, vel à peccato desistant, vel saltem in bono aliorum & metu coerceantur:vel ab impijs liberentur. Aliquando tamen persecutionis nomen accipit prædicta punitio propter pœnę similitudinem. Vnde Aug. ad Bonifacium comitem:& habetur 23.q.4.c.ii ecclesia. Si verũ dicere,vel cognoscere volumus persecutio est iniusta:quã impij faciũt ecclesiæ Christi:iusta quã facit ecclesia Christi impijs. Itẽ in ptal. Persequar inimicos meos,donec deficiant. Et alibi. Detrahẽtem secreto proximo suo,hũc persequebar. Ad id ergo quod primò obijcitur,dicendũ quòd sicut iam probatum est,sancti non ex odio,sed ex amore malos puniunt vel puniri procurant. In hoc enim eis non nocent:sed prosunt: vt suprà dictum est. Ad secundum dicendum, quòd prædicatores non debẽt alijs mala inferre,vt eorum intentio in malis eorum quiescat,quasi pœnis delectentur. Debent tamẽ mala pœnæ inferre:vel per se, vel per alios,propter bonum vel eius qui punitur: vel aliorum: vt prius dictum est. Ad tertium dicendum quòd ille qui ex zelo charitatis alicuius punitionẽ procurat,non reddit malum pro malo:sed magis bonum pro malo,cũ ipsa pœna sit vtilis ei qui punitur. Sunt enim pœnę medicinæ quędam,vt 2. Eth. dicitur. Et Diony. dicit in 4.c. de di. no. Puniri non est malũ,sed fieri pœna dignũ. Similiter hoc quod prohibemur aduersarios referire, intelligendum est ne referamus ex odio vel liuore vindictæ. Ad quartum dicendum, q̃ sancti sicut dictum est,alios non puniunt vel puniri procurant: nisi propter correctionẽ eorum vel aliorum. Quandóq; autem aliqui ex impunitate insolentes redduntur, & ad peccandum proniores. Eccle. 8. Etenim quia non profertur citò contra malos sententia, absq; vllo timore filij hominum perpetrant mala. Et tunc sancti cõtra malos pœnis vtuntur. Quandóq; autem clementia magis proficit ad correctionem: & tunc sancti pœnas impediũt vel remittunt. vnde Luc.9. super illud. Nescitis cuius spiritus estis &c. glo. Non semper in eos qui peccant est vindicandum:quia nonnunquã magis prodest clementia tibi ad patientiã lapso ad correctionẽ. Et hac de causa Simon & Iudas aduersariorum pœnas impediuerũt. Ad quintum dicendum, quòd dilectores mundi iniustè persequuntur eos,qui sunt dilectores Dei. sed iustè ab eis persecutionẽ patiuntur: vt patet ex authoritate Aug. suprà inducta. Ad sextum dicendum, quòd vt iam patet ex dictis sancti non procurant aliorũ pœnã, nisi propter aliquam vtilitatem:& hanc vtilitatẽ pro præmio computant. vnde ex hoc non incurrunt norã inanis gloriæ. Ad septimum dicendũ, quòd sicut glo. ibidem dicit. Apostoli adhuc rudes & modum medicandi ignorantes, non ex amore correctionis aliorum, vel malitiæ finiendæ in illis:sed ex odio vindictã desiderabant. Hãc autem ignorantiã dominus reprehendit. Postquã verò eos de vera dilectione docuit,aliquando potestatẽ tribuit tales vindictas exercendi,sicut Petro in Ananiã,& vxorem eius:quorum mors viuentibus vtilem metum mortis incussit:& in illis qui puniebãtur peccatum quod augere poterant si viuerent finiuit. Et hoc idem habetur in glo.1.Cor.5. super illud. Tradere huiusmodi hominem Sathanæ &c. Vel dicendum,quòd ideò dominus increpauit discipulos pœnam Samaritanorum petentes:quia videbat eos clementia facilius posse conuerti. vnde glo. ibidem dicit. Deniq; Samaritani citius crediderunt,à quibus hoc loco ignis arcetur.

Quintò,de hoc quod religiosi placere hominibus volunt.

CAP. XVII.

NVnc quintò restat videre,quomodò ostendere nituntur, quòd religiosi non debent quærere,vt hominibus placeant, quia in Psalmis dicitur. Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placẽt confusi sunt:quoniam Deus spreuit eos. Item ad Gala.1, Si adhuc

Universidad de Deusto Biblioteca

hominibus placerem: Christi seruus non essem: ergo religiosi qui se seruos Christi profitentur, non debent quærere vt hominibus placeant. Item 1. Cor. 4. super illud, vsque in hanc horam esurimus & sitimus. &c. glo. Liberè & sine aliqua adulatione veritatem prædicantes: & gesta prauæ vitæ malorum arguentes: gratiam non habent apud homines. Si ergo religiosi debent sine adulatione liberè veritatem prædicare, non debent quęrere quòd hominibus placeant. Item Grego. in pastorali. Adulterinæ cogitationis reus est, si placere puer sponsæ oculis appetit: per quem sponsus dona transmisit. Sponsam autem tibi ecclesiam vocat. puerum autem Dei ministrum: ergo si religiosi, qui se Dei ministros profitentur, hominibus placere quærant, adulterinæ cogitationis rei sunt. Item desiderium hominibus placendi procedit ex amore sui. Sed sicut dicit Grego. in pastorali. Actori reddit aliquem extraneum amor suus. ergo per hoc quòd aliquis homini placere quærit, Deo extraneus redditur. Item illud quod in vitium sonat, præcipuè à religiosis caueri debet: sed esse placidum sonat in vitium: vt patet per philosophum in 4. Eth. ergo religiosi quærere non debent, vt hominibus placeant. Ex huiusmodi igitur probare volunt, quòd nullo modo aliquis debeat quærere hominibus placere. Sed hoc esse falsum, multipliciter ostenditur. Dicitur enim ad Roma. decimoquinto. Vnusquisque proximo placeat in bonum, ad ædificationem. Item primæ ad Corinth. 10. Sine offensione estote Iudæis & Gentibus & ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo. Item Roma. 12. Prouidentes bona, non solùm coram Deo: sed etiam coram omnibus hominibus. Hoc autem nõ esset necessarium, si non oporteret curare quomodò omnibus placeremus. ergo quilibet curare debet, vt hominibus placeat. Item Matt. quinto. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona: & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Sed nullus mouetur ad gloriandum ex bonis operibus, nisi per hoc quòd sibi placent. ergo quilibet studere debet, vt opera sua sint talia, quæ alijs placere debeant. Ad horum ergo euidentiam, sciendum est quòd tribus modis prohibetur, ne aliquis hominibus placere desideret, vel quęrat. Vno modò, ne propter seipsum placere quærat, quasi in humano fauore finem constituens. Sed hoc quòd hominibus placere curat, debet aliquis referre vlteriùs ad aliquod bonũ, scilicet ad Dei gloriam, vel proximorum salutem. Et hoc est quod Grego. dicit in pastorali. Sciendum est quòd oportet vt rectores boni, placere hominibus appetant, scilicet vt suæ æstimationis dulcedine, proximos in affectum veritatis trahant. non vt se amari desiderent: sed vt dilectionem suam quasi quandam viam faciant, per quam corda audientium ad amorem conditoris introducant. Difficile quippè est, vt quantumlibet recta denuntiet prædicator qui non diligitur libenter audiatur. Et infrà. Quod bene Paulus insinuat, cùm sui nobis studij occulta manifestat dicens. Sicut & ego per omnia omnibus placeo. Qui tamen rursus dicit. Si adhuc hominibus placerem Christi seruus non essem. Placet ergo Paulus & non placet: quia in hoc quòd placere appetit, non se: sed per se hominibus veritatem placere quærit. Alio modo, quando aliquis vt placeat hominibus facit aliquid per quod Deo displicet. Et hoc est quod Hiero. dicit super epistolam ad Gal. exponens illud. si hominibus placerem &c. Si inquit, fieri potest, vt pariter Deo & hominibus placeamus, placendum est & hominibus. Si autem aliter non placemus hominibus, nisi Deo displiceamus, Deo magis quàm hominibus placere debemus. Tertio modo quãdo aliquis quod in se est facit exterius: & tamen ab alijs temerariè iudicatur. Tunc ergo sibi debet sufficere, quòd Deo placeat in conscientia, non curans quòd hominibus non placeat qui peruersè iudicant. Et hoc est quod habetur in glo. ad Gala. 1. super illud: si adhuc hominibus placerem &c. Sunt homines temerarij iudices: detractatores susurrones murmuratores: quærentes suspicari quod non videntur. quærentes etiam iactare quæ non suspicantur. Contra tales, sufficit testimonium conscientiæ nostræ. E secundum hoc, de facili patet responsio ad omnia obiecta. Quod enim dicitur dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, intelligendum est de his qui ita hominibus placere volunt, ꝙ in hoc finem constituunt & qui vt hominibus placeant, Deum offendunt. Et similiter intelligendum est, quod dicitur ad Gala. primo si hominibus placerem &c. vt ex dictis patet. Ad tertium, dicẽdum quòd quamuis illi qui veritatem annunciant, malis displiceant qui corrigi nolunt, tamen ex hoc ipso bonis placent qui correptionem amant: vnde dicitur Prouerb. nono. Argue sapientem & diliget te. Ad quartum dicendum, quòd verbum Grægorij intelligendum est, quando aliquis ita hominibus placere quærit, vt in hoc finis constituatur: vt scilicet eo modo ametur, quo Deus amari debet: ne scilicet aliquid quocũnque modo contra Deũ fiat: quod patet ex hoc quod immediatè præmittit. Hostis inquit redemptoris est, qui per recta opera quæ facit eius vitæ ab ecclesia amari concupiscit. Ad quintum dicendum quòd verbum August. est intelligendum de inordinato sui amore, ex quo procedit vt aliquis propter se hominibus placere quærat. Ad sextum dicendum, quòd placidus secundum philosophum non dicitur, qui qualitercũnque hominibus placere quærit: sed qui in hoc excedit: dum scilicet placere quærit plusquàm oportet. vel in quibus non oportet. Eum enim qui secundũ quod oportet alijs placere studet, amicum ibidem vocat.

Sextò, de hoc quòd religiosi gaudent de his quæ per eos Deus magnificè operatur.

CAP. XVIII.

SExtò videamus quomodò nituntur ostendere, quòd religiosi gaudere non debent de his quæ Deus magnificè per eos operatur. Luc. enim decimo dicitur. In hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur. ergo eadem ratione nec de alijs magnificè per eos factis gaudere debent. Item Iob 31. dicitur. Si lętatus sum super diuitijs meis multis: & quia plurima reperit manus mea. Si vidi solem cùm fulgeret: & lunam incendentem clarè & lætatum est in abscondito cor meum. quasi dicat. Malè mihi accidat. Quod exponens Grego. in vigesimosecundo libro morali. dicit. Quia secundũ virum intelligentia scientiæ non corrupit, de multis diuitijs gaudere despexit. Quia verò eum magnitudo operis non inflauit, solem fulgentem non vidit. Quia autem illum nec fama laudis extulit, clarè incendentem lunam minimè attendit: ergo patet quòd non debent nec de sciẽtia, nec de fama, nec de operibus gaudere. Itẽ gaudio alicuius rei gloria circa illã rem adiungitur. Sed homo non debet gloriari de bonis proprijs. secundũ illud Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua: & nõ glorietur fortis in fortitudine sua: & non glorietur diues in diuitijs suis: ergo de bonis qui per eũ fiũt, aliquis gaudere debet. Et sic videtur ostendi, ꝙ nullo modo aliquis gaudere debeat, de bonis quę per eum Deus facit. Sed quòd hoc sit falsum manifestè ostenditur, per illud Act. vndecimo. vbi dicitur, quod multus numerus credentiũ conuersus est ad dominũ. scilicet ad prædicationem quorundam fidelium. Peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ super istis: & miserunt Barnabam vsque ad Antiochiam. Qui cùm peruenisset & vidisset gratiam Dei, gauisus est. Gaudebant ergo Apostoli de hoc, quòd per eorũ fratres & socios, fructus fiebat in ecclesia. Item Act. decimoquinto dicitur de Paulo & Barnaba, quòd deducti ab ecclesia pertransibant Phenicem & Samariam. narrantes conuersionem gentium: & faciebant gaudiũ magnum omnibus fratribus &c. Ex hoc etiam habere idem quod prius. Item Philip. quarto. Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea. ergo patet quòd Apostolus gaudebat de illis quos ad Christum conuertebat: ergo & religiosi & alij perfecti viri gaudere possunt in illis quæ Deus magnificè per eos facit: præcipuè in conuersione aliorum. Item nullus agit gratias de hoc in quo non credit sibi gratiam esse factam: sed nullus reputat sibi gratiam fieri de eo quo non gaudet. Si ergo non est gaudendum de his quæ Deus magnificè per eum operatur, non sunt de hoc genere agendæ: quod est omnino absurdum. Item secundum philosophũ in 1. Ethi. nullus est iustus qui non gaudet iustis operationibus. Et huic concordat quod dicitur in Psalmis. Seruite domino in læticia. Sed nihil magnificentius Deus per aliquẽ facit, quàm opus iustitiæ quo ei seruitur: ergo sancti viri gaudere debent, de his quæ Deus magnificè per eos operatur. Ad horum ergo euidentiam, sciendum est, quòd gaudium non est nisi de bono: vnde secundum ordinem bonorum est de eis gaudendum. Et ideò finis læticiæ in solo summo bono ponendus est, quo propriè dicimur frui. Alijs autem rebus hoc modo gaudere debemus, vt in tali gaudio finis non ponatur: sed referatur ad vltimũ finem. Qui ergo gaudet de bonis quæ Deus per eum operatur, hoc gaudium in Deum referens rectè gaudet: quod contingit dum aliquis propter hoc gaudet de his quæ Deus per eum facit, quia videt hoc in gloriam Dei cedere & suam & aliorum salutem. Si autem aliter gaudeat, suis operibus fruitur & peccat: vnde Græg. in 22. lib. moral. exponens præfata verba Iob. sic dicit. Nonnunquam etiam sancti viri de sua bona opinione gaudent: sed cùm per hanc ad meliora proficere audientes, pensant non iam de opinione sua: sed de proximorum vtilitate gaudent: quia aliud est fauores quærere: (aliud de profectibus exultare. Et per hoc de facili patet responsio, ad obiecta. Quod enim dicitur Luc. 10. in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur: est intelligendum quòd de hoc gaudere nõ debeant, quantum pertinet ad spirituum depressionem: sed quantum pertinet ad Dei & suam exaltationem: vnde dicit glos. ibidem. Prohibentur gaudere de humiliatione diaboli: qui propter superbiam cecidit. Sed gaudeãt de sublimatione. Vel dicendũ, ꝙ de hoc non debẽt gaudere, quasi de maximo bono: cũ hoc posit fieri sine merito eiꝰ qui talia operatur: vt glo. ibidẽ dicit: sed principale gaudiũ eorũ esse debet de his, quę eos ordinãt ad vitã ęternã. vnde & sequitur: gaudete aũt ꝙ nomina vestra scripta sunt in cœlis. Ad secundũ dicendũ, ꝙ verba Iob sunt intelligenda de gaudio elationis: & hoc etiã patet in verbis Greg. inductis. Superbũ aũt gaudiũ est, qñ aliquis de bonis quę Deus per eum facit, quasi propria gloria delectatur. Ad tertium dicendum quòd ille qui gaudium de quo agitur refert in Deum, non in seipso gloriatur. sed gloriatur in Deum in quem refert hoc de quo gloriari posset.

Septimò, de hoc quod religiosi curias principum frequentant.

CAP. XIX.

NVnc septimò restat ostendere, quomodò nituntur probare, ꝙ religiosi non debent in familijs principũ & magnatum cõuersari. Mat. enim 11. dicitur. Ecce qui mollibus vestiũtur, in domibus regum sunt. Sed mollibus vestiri religiosis non cõpetit, cùm statũ pœnitentiæ profiteantur: ergo in domibus regũ & principum religiosi esse non debent. Item glo. ibid. dicit. Rigida vita & prædicatio, debet declinare mollium palatia: quę frequentãt mollibus induti. videlicet adulantes. Et sic idẽ quod prius. Item Luc. 9. super illud loquebatur illis de regno Dei: dicit glo. Illis non ociosis non in ciuitate Synagogæ. i. sęcularis dignitatis residentibus: sed inter deserta Christũ quærentibus, cœlestis gratiæ alimonia impartitur. Si ergo religiosorũ vita ad hoc est ordinanata, vt aliquis alimoniã cœlestis gratiæ consequatur à Christo: non debent religiosi cũ his qui sunt in sæculari dignitate commorari. Item Hiero. ad Paulinũ præsbiterũ. multitudines hominũ & officia. & salutationes. & conuiuia, veluti quasdã cathenas fugias voluptatũ: sed in curijs principum conueniunt multitudines & cõuiuia frequentãtur. Ergo religiosi ibi morari non debent. Item Boetius dicit in lib. de consolatione, quòd illi qui in potentia gloriantur, quærunt vel regnare, vel regnãtibus adhęrere. Sed hoc est reprobabile in religiosis qui humilem vitã elegerunt, ꝙ in potentia gloriẽtur: ergo regnãtibus adhęrere non debẽt. Itẽ cũ honores ad superbiã vitę pertineãt quę est vnum de tribus quæ in mũdo reprobãtur, religiosi qui mundo abrenuntiauerũt, debent ab his quæ ad honorẽ pertinent abstinere. Sed hoc videtur ad honorem pertinere, quòd aliquis prædicet in curijs regum vel principũ, vel synodis. vbi multitudo hominum cõgregatur: ergo religiosi de talibus se intromittere non debent: & sic nituntur cõcludere, quòd religiosi nullatenus debent in curijs regum vel principum conuersari. Sed hoc manifestè falsum ostenditur, ex hoc quòd multi sancti viri cum regibus & principibus cõmorati sunt. Ioseph enim commoratus est in curia Pharaonis. de quo in psal. dicitur. Constituit eum dominum domus suæ & principem omnis possessionis suę. Moyses etiam in domo filiæ Pharaonis nutritus est & instructus omni sapientia Aegyptiorum perhibetur. Act. 7. Nathan etiam propheta inter familiares Dauid & Salomonis computatur. Daniel etiam in curia regis Babylonis constitutus est princeps super oẽs prouincias Babylonis, & postulauit à rege & constituit super opera prouincię Babylonis Sydrach, Misach, & Abdenago. Ipse aũt Daniel erat in foribus regis. Dani. 2. gl. A regis latere non recedens honoratus familiaris. Neemias etiam pincerna regis Persarum fuit, vt habetur Neemi. 1. Mardochæus etiam factus est princeps in curia Assueri. Hester. 8. In nouo etiam testamento in regum palatijs, aliqui sancti morati fuisse leguntur. Vnde Phil. vlti. dicitur. Salutant vos sancti: maximè qui de domo Cęsaris sunt. Sebastianus etiam in curia Dyocletiani, inter primos palatij fuisse legitur: similiter Ioannes & Paulus fuerunt de familia Constantini Augusti. & Greg. in prolo. moral. narrat quòd in terreno palatio excubabat, vbi multi ex monasterio fratres germana charitate coniuncti secuti sunt eum. Non est ergo illicitum viris perfectis & viris religiosis in curijs regum commorari. Vt ergo appareat quid in ista controuersia sit tenendum: sciendum quod sancti viri aliquid propter se quærunt: aliquid propter alios: propter se quidem quærunt Christo per contemplationem inhęrere, vel in hoc mundo quantùm præsentis vitæ infirmitas patitur: vel in futura vita vbi eum plenissimè contemplentur: sed propter alios interdum coguntur à desiderata contẽplatione discedere & se actionum tumultibus implicare. Sic ergo & in desiderio habent quietẽ contemplationis: & tamen propter salutem proximorum patienter sustinent laborem actionis. Vnde Pau. Phil. 1. Coartor è duobus desiderium habens dissolui & esse cum Christo: permanere autem in carne necessarium propter vos. Greg. etiam in homel. 42. partis super Eze. ait. Menti sponsum suum fortiter amanti, vna solet esse consolatio, si per hoc quòd ipsa à visione differtur aliorum animæ per eius verba proficiant, & ad cœlestem sponsum amoris facibus inardescant. & hac necessitate contingit quòd sancti quandòque multitudinibus se ingerant & magnatum gratiã & consortia quęrant: non fauore humano vel potentia delectati: sed vt plures ad viam salutis trahere possint: quia vt dicit August. 8. confes. Multis noti multis sunt authoritati ad salutem: & multis pręeunt secuturis: quia vt ipse infra dicit. Plus hostis vincitur in eo, quem plus tenet. & de quo plures tenet. Plus autem superbos tenet nomen nobilitatis: & de his plures nomine authoritatis. Ideò vrgente charitate nobilium & authoritatem habentium sancti consortia quęrunt, vt per eos pluribus possint proficere ad salutem: & nisi hoc facerent, essent meritò arguendi. Vnde dicit Greg. in pasto. Qua mente his qui proximis profuturus enitescetet vtilitati cæterorum secretum proponit suum: quando ipse summi patris vnigenitus: vt multis prodesset de sinu patris egressus est ad publicum nostrum. His igitur visis, facile est respondere ad obiecta, quod enim dicitur Matth. 11. Qui mollibus vestiuntur &c. satis apertè ostẽditur, quòd de his loquitur, qui in curijs regũ morãtur: vt ibi suas perficiãt voluptates: similiter qđ dicit gl. Luc. 9. Non ociosis &c. intelligitur de illis qui in ciuitate vel sæculari dignitate residẽt, ibi quietẽ habẽtes. Sed sancti quietẽ suã in Deo solũ habẽt & in ipso resident. Quòd autem eos oporteat in dignitatibus, vel cum multitudine commorari, magis laborẽ reputant quàm quietẽ. Quòd autẽ dicit Hier. multitudines hominum &c. patet quod loquitur de frequentantibus multitudines: & huiusmodi nõ ad fructificãdum: sed ad delectãdũ, quod patet ex hoc quod sequitur: quasi cathenas fugias voluptatum. Similiter quòd Boetius dicit illi qui in potentia &c. manifestè apparet verum esse. Non tamen sequitur, si illi qui in potentia gloriantur volunt potentibus adhęrere, quòd econuersò omnes qui potentibus adhęrent, vel adhęrere volunt, in potentia delectentur: cùm hoc posit fieri propter aliam causam: vt dictum est. Similiter etiam quanuis prædicare multitudini sit honorificum: non tamen sancti in hoc gloriam suam quęrunt, sed Dei imitantes eum qui dicit Io. 7. Ego gloriam meam non quæro, sed eius qui misit me.

Quomodò peruertunt iudicium in infamiam personarum religiosarum: primo mala si qua in eis sunt extendendo.

CAP. XX.

VIso igitur quomodò blasphemãtes peruersi homines iudicium de rebus peruertunt, nunc videndum est quomodò peruertũt iudicium de personis. Fortè autem posset alicui videri, quòd detractiones quæ personis irrigantur essent tollerandæ sine contradictione, tùm quia vt Grego. dicit. 9. homel. primę partis super Eze. Peruersorum derogatio vitæ nostræ approbatio est: quia iam ostẽditur nos aliquid iustitiæ habere, si illis displicere incipimus, qui non placent Deo: iuxta illud quod dicitur Io. 15. Si mundus vos odit &c. tùm etiam: quia humana iudicia sunt paruipendenda, secundum Apostolum. 1. Cor. 4. Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, & præcipuè cùm nostræ cõscientiæ Deũ testem habeamus, secundum illud Iob. 16. Ecce in cœlo testis meus. &c. Sed interius considerantibus, apparet huiusmodi detrahentium linguas esse efficaciter reprimẽdas, propter tria. Primò, quia eorum detractio non ad vnam personam, aut ad plures determinatas fertur: sed ad totum religiosorum collegiũ. Vnde eorum temeritati est viriliter resistẽdum: ne oues Christi passim luporum morsibus lacerentur. In destationem enim mercenarijs dicitur Ioan. 10 quòd mercenarius videt lupum venientem & dimittit oues & fugit Lupus autem vt gloss. ibidem dicit, est vel violentus qui corporaliter vastat, vel diabolus qui spiritualiter dissipat. Reprehenduntur etiam quidam Eze. 13. Non ascẽdistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel. Secundò, quia eorum vitam denigrare nituntur, quibus non solùm conscientia necessaria est propter seipsos: sed etiam fama vt in proximis per prędicationem proficere posint. De istis enim detractoribus, super illud ad Gala. 4. eijce ancillam &c. dicit glo. Omnes qui in ecclesia terrenam fœlicitatem quærunt adhuc ad Ismael pertinent. Ipsi sunt qui contendunt spiritualibus proficientibus & detrahunt illis & habent labia iniqua & linguas dolosas. Et ideò talibus detractoribus resistẽdum est. Vt enim dicit Grego. in Homel. prædicta. Hi quorum vita in exemplum imitationis est posita: debent si possunt detrahentium sibi verba compescere, ne eorum prædicationem non audiãt, qui audire poterant, & in prauis motibus remanentes, bene viuere contemnant: vnde & Ioannes detrahẽtis sibi verba compescuit in epistola ad Gayum cùm dixit. Si venero, commoneam eius opera, quæ facit verbis malignis, garriens in nos. Et Paulus 2. ad Corinth. 10. epistolæ inquiunt graues sunt &c. Tertiò, quia non in hoc sistunt, vt infament, sed ad hoc tendunt, vt totaliter extirpent. Quòd manifestè apparet ex hoc, quòd prælatos inducunt, vt eos faciant ab omnibus euitari: vt in necessarijs eis non prouideatur: & ad eorum consortiũ nullus admitti permittatur. Quod quidem consilium significatur Esa. 7. Eo quòd cõsilium inierit cõtra te Syria in malum Effraym & filius Romeliæ dicentes. Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eũ: & auellamus eum ad nos. Sed vt ibi dicitur, non stabit & non erit istud. Ista etiam sunt consilia de quibus dicitur Hieremi. 2. Cogitauerunt super me consilia dicentes. Eradamus cum de terra viuentium: & nomen eius non memoretur amplius. Sed in consilium eorum non veniat anima mea, dicit Iacob Genes. penulti. Vnde eorum crudelitas non debet amplius tolerari. Vt enim dicitur Hester. 7. Traditi sumus ego & populus meus, per eorum. s. peruersa cõsilia: vt cõteramur, & iugulemur, & pereamus. Atque vtinam in seruos & famulas venderemur; essẽtque tolerabile malum: & gemẽs tacerem. Dicitur enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eccleſiaſti.4.Ne accipias faciem aduerſus faciem tuam:nec aduerſus animam tuam mendacium: Vt ergo eorum detractionibus reſiſtatur,ſciendū eſt quòd ipſi in ſua detractione quadrupliciter procedunt. De viris enim ſpiritualibus mala ſi qua ſunt vera extẽdunt. dubia aſſerunt, falſa cõfingunt, bona peruertunt. Extẽdunt ſiquidẽ mala,quę in religioſis inueniri poſſunt,tripliciter. Primò quantũ ad ipſos,videlicet ex quæ ante cõuerſionẽ ab eis perpetrata ſunt in eorũ cõtumeliã,cõmemorãdo. Exponẽtes enim hoc quod dicitur 1.Thi.3.erunt homines ſeipſos amãtes &c.cõtra religioſos dicunt in eorum opprobrium hoc de eis intelligi: quia ex ſtatu in quo huiuſmodi peccatis detinebãtur, ad ſtatum religionis perueniunt quam ipſi detractores ſectam penetrantium domos appellant. Sed in hoc manifeſtè errare conuincuntur: quia vt dicit Grego. in 18.Mo.ſuper illud Iob.28.Ferrũ de terra tollitur. Tunc ferrum de terra tollitur,dum fortis propugnator eccleſiæ à terrena,quam prius tenuit actione,ſeparatur. Non ergo debet in eo deſpici,quod fuit:quia iam cepit eſſe quod non fuit. Et Apoſtolus.1.Cor.6. poſt multorũ enumerationẽ peccatorũ ſubiungit. Et hoc aliquãdo quidem fuiſtis:ſed abluti eſtis: ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis. &c. Expoſitio etiã eorum cõtra intentionẽ apoſtoli eſt. Non enim vult q̃ prius fuerint tales qualles prædixerat: & poſteà penetratores domorũ efficiãtur:ſed quia ſimiliter dũ domos penetrãt, ſunt de numero eorum peccatorũ quos prius enumerauerat. Secundò extendunt quòd ad perſonas:vt videlicet, ꝙd ab vno vel duobus geritur,toti religioni imponere præſumãt:ſicut cùm dicũt,q̃ non ſunt cibis ſibi appoſitis cõtenti,lautiora quærentes &multa huiuſmodi, quæ etiã ſi ab aliquibus aliquãdo fiant,nullatenus ſunt torali collegio imponenda.vnde dicit Aug.ad Vincentiũ Donaſtitam. & habetur.23.q.7.Quicũq; Quiſquis res pauperũ quas ſub nomine eccleſiæ tenebatis non per iuſtitiã:ſed per auaritiã tenet, diſplicet nobis.Sed nec facilè iſti monſtratis. Nonnullos tolleramus,quos corrigere vel punire non poſſumus: neq; propter paleã relinquimus aream dñi:neq; propter piſces malos rũpimus retia dñi &c. Non ergo propter hoc infamandũ eſt religioſorũ collegium,ſi aliqui ex eorum numero grauia etiã peccata cõmittunt. Aliàs ſimili modo & Apoſtolorũ collegium vituperabile fuit propter hoc quod dicitur Io.6.nonne 12. vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt : vnde etia Canti.2.dicitur. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.gl.Greg. Nec mali ſine bonis:nec boni ſine malis eſſe poſſunt: ſed tamen de his dici pót,qđ dicitur.1.Io.2. Ex nobis prodierunt: ſed ex nobis nõ erãt. Tertiò,extẽdunt religioſorũ mala ſecundum quantitatem.videlicet eorũ peccata leuia vltra modum aggrauando. Non enĩ pót homo in hoc mundo ſine peccato viuere,ſecundũ illud.1.Io.1.Si dixerimus q̃m peccatũ &c.Sed tamen peccata leuia quę etiã in quibuſcũnq; perfectis inueniuntur, quaſi grauia exaggerãt cõtra illud Prouer.34.Ne inſidieris & queras impietatem in domo iuſti.Et ad hoc pertinet q̃ religioſos pſeudoapoſtolos eſſe dicũt,his ſignis q̃ querunt opulẽtiora hoſpitia in quibus melius procurentur,quòd procurant aliena negotia:vt ſic mercantur hoſpitia quòd rapiũt bona tẽporalia illorum quibus prædicãt & alia huiuſmodi,quæ & ſi in vitium ſonent nõ tamen ſunt tã grauia,vt pro eis dici poſſint peccatores qui hæc committunt:nedum vt pro eis noſſint dici pſeudoapoſtoli:vnde ſuper illud Gal.2. Nos natura iudæi: & non ex gentibus peccatores.dicit gloſ. Hoc nomen non eſt vſitatum in ſcriptura de illis qui cùm iuſtè & laudabiliter viuant, non tamen ſunt ſine peccato. Et ſic eis conuenit quod dicitur Mat.7.q̃ ſcilicet vident feſtucam in oculo fratris ſui, & trabem in oculo ſuo nõ vident:vbi dicit gloſ.Multi prædicti maioribus leuiora in fratre malunt vituperare & damnare, quàm emendare: pleni odio, & inuidia & malitia. Implent etiam quod dicitur Mar. 23. Colantes culicem:camelum autem glutientes:minima religioſorum peccata mordaciter arguentes,ſua grauia non curantes.

Secundo,dubia aſſerendo,quòd ſcilicet religioſi fauorem mundi quærunt, ſuam gloriam,& non Chriſti.

CAP. XXI.

NVnc videndum eſt, quomodò dubia aſſerunt in religioſorum infamiam. Dubia autem maximè ſunt futura.& etiam occulta cordis: de quibus etiam iudicare præſumunt. de futuris quidem, cùm dicũt,quòd erunt finaliter in moribus reprobi & tandem in ſide erunt corrupti. De occultis verò cordium, cùm dicunt quòd quærunt fauorẽ mundi,quòd quęrunt ſuam gloriam & non Chriſti,& multa huiuſmodi in quibus manifeſtè temerarij iudices conuincũtur:vt patet per hoc quod habetur.Ro.14. Nõ ergo amplius inuicem iudicemus,vbi dicit glo.In his duobus temerarium iudicium,ſcilicet cùm incertum eſt, quo animo quid factum ſit: vel cũ incertum eſt qualis futurus ſit,qui nunc bonus vel malus manifeſtè apparet.Vel ſuperbia,vel inuidẽtia eſt de his iudicare.Quod maxime faciunt,qui magis amant clamare & vituperare,quàm corrigere & emendare.In hoc etiã ſibi quod ſolius Dei eſt,vſurpant,ſcilicet ſcire futura & ſecreta cordium.Vnde dicitur Eſa.41.Annũciate quæ ventura ſunt in futurũ:& ſciemus:quia dij eſtis vos. Et Hiere.17.Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile:quis cognoſcet illud? Ego dominus & c.vnde 1.Cor.4.Nolite ante tempus iudicare &c. gloſſ. Aliter enim iniuria iudici fit:ſi ante ſententiam eius à ſeruo procedat ſententia,quod intelligendum eſt in illis quorum ſibi dominus iudicium reſeruauit.

Tertiò,falſa cõfingẽdo:quod ſcilicet religioſi ſunt pſeudoapoſtoli: pſeudoprophetæ:& pſeudo Chriſti.

CAP. XXII.

IAm reſtat videre,quomodò in diffamationem religioſorum falſa confingunt. Et quia vt diximus:ad cõterendum eſt cor eorum. vt dicitur Eſa.10. Non ſunt contenti quælibet mala confingere:ſed grauiſſima quibus eos ſuſpectos reddant,& hominum ſocietate indignos & omnibus odioſos. Et vt eos ſua detractione pleniùs opprimant,eis imponunt mala illa quæ in eccleſia peſſima inueniri poſſunt:& ſecundum eius initium,vt in primitiua eccleſia: & ſecũdum eius progreſſum:ſicut ſecundum tempus quod nunc agitur & ſecũdum eius terminum:ſicut erit tẽporibus Antichriſti. Dicunt enim eos eſſe pſeudoapoſtolos:qui in primitiua eccleſia vituperantur. Dicunt eos eſſe fures & latrones, & penetratores domorum: quales per totum tempus eccleſiæ ſunt cauendi. Dicunt eos nuncios Antichriſti,nouiſſimorum temporum pericula procurantes, quales in finali eccleſia ſunt timendi.à quibus tribus eos per ordinem defendamus: & primò quantùm ad hoc quòd pſeudoapoſtoli dicuntur. Vt ergo appareat quàm fallaciter hoc nomen religioſis imponant: quid hoc nomine ſignificetur videamus. Inueniuntur enim in ſacra ſcriptura multa quæ ad idem pertinent, ſicut pſeudoprophetæ & pſeudoapoſtoli & pſeudo Chriſti : quæ omnia in falſitatem ſonant:& ad idem pertinent:vnde de eis ſimile eſt iudicium. Quod patet ex hoc quod habetur.2.Pe.2.Fuerunt & pſeudoprophetæ in populo:ſicut & in vobis erũt magiſtri mendaces. Prophetæ autem & Apoſtoli officium eſt,vt ſit mediator inter Deum & populum: verba Dei populo annunciando:ſicut habetur. 2. Cor.5.pro Chriſto legatione fungimur, tanquàm Deo exhortante per nos.Vnde ex duobus dicitur aliquis falſus prophęta & falſus Apoſtolus. Primò ex hoc quòd à Deo non eſt miſſus,prout dicitur Hiere.23.Nõ mittebam prophetas & ipſi currebant.non loquebar ad eos,& ipſi prophetabant. Secundò, ex hoc quòd verba domini non ponunt: ſed falſa de ſuo confingunt:vnde in eodem capitulo dicitur. Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis & decipiunt vos.Viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore domini. Et Ezec. 13.hæc duo tanguntur. Vident inquit vana,& diuinant mendaciũ, dicentes ait dominus. cùm dominus non miſerit eos. Et additur tertium,quòd ad pertinaciam falſitatis pertinet.cum ſubditur. Et perſeuerauerunt confirmare ſermonem:vnde cùm Hieremias qua ſi falſus propheta condemnaretur, hęc duo à ſe remouit Hiere.26. inquiens. In veritate miſit me dominus ad vos quantum ad primum : vt loquerer in auribus veſtris, omnia verba hęc,quantum ad ſecundum. Et hęc duo in nouo teſtamento pſeudoapoſtolos cũſtituunt.videlicet quòd non mittuntur à domino: & quòd falſam doctrinam diſſeminant. Intelliguntur autem à domino mitti, etiã quando à prælatis eccleſiæ mittuntur.vnde Auguſt. ad Oroſium. Apoſtolus interpretatur miſſus. Apoſtolorum quatuor ſunt genera. A Deo. A Deo & per hominem. Et per hominem tãtùm. Et ex ſe. A Deo ſicut Moyſes. A Deo & per hominem: ſicut Ieſus Naue. Per hominem tantùm: ſicut noſtris temporibus multi fauore vulgi in ſacerdotium ſubrogati ſunt. Ex ſe, ſunt ipſi pſeudoprophetæ: & poſteà ſubiungit. Illum cognoſce miſſum à Deo,quem non pauca hominum laudatio,vel potius adulatio eligit:ſed illum quẽ vita & mores optimi & apoſtolicorũ exactio commendat ſacerdotum. Quod etiam pſeudoapoſtoli dicantur illi qui doctrinã hæreticam diſſeminabant,patet ex hoc quod habetur in gloſ. ad Gala. 1. ſuper illud. Niſi quòd ſunt aliqui qui vos conturbant. gloſ. Hi erãt pſeudoapoſtoli qui dicebant aliud euangelium eſſe:& aliud legem Moyſi.& Mar.12.ſuper illud. Exurgent pſeudo Chriſti & pſeudoprophetæ &c.dicit gloſ. De hæreticis accipiendum eſt : qui contra eccleſiam venientes,ſe Chriſtos eſſe mentiuntur: quorum primus eſt Symon magus, extremus Antichriſtus. Ad hoc autem quòd aliquis non miſſus prædicet:vel falſam doctrinam prædicet.ex aliqua mala radice mouetur. vtpotè vel ex auaritia lucrum quærens: vel ex ſuperbia vel inani gloria. Cõtingit etiã huiuſmodi homines, gratia Dei deſertos, per multa vicia deſluere & magna & parua. Non tamen ex omnibus his radicibus,vel huiuſmodi vicijs, dicuntur pſeudoapoſtoli,vel pſeudoprophetæ: quia non omnis qui propter lucrum prædicat,vel propter fauorem mundi,pſeudoapoſtolus eſt. Aliàs non eſſet differentia inter mercenariũ & pſeudoapoſtolum. Qui enim aliud quàm fructum animarum & honorem Dei per prædicationẽ quærunt,mercenarij dicũtur, ſiue vera ſiue falſa annuncient,& ſiue miſſi & ſiue nõ miſſi. Sed pſeudoapoſtoli, ſeu pſeudoprophetæ dici non poſſunt, niſi q̃n non ſunt miſſi, vel falſa annuntiant.Similiter etiam non omnes peccatores,qui verbũ Dei annuntiant,vel ſacramenta miniſtrãt ſunt pſeudoapoſtoli,vel pſeudoprophetæ. Veri enim prælati ſunt veri apoſtoli : qui tamen peccatis exigentibus interdum peccatores inueniũtur. In hoc etiam detractorum contra quos agimus inſipientia ſiue malitia oſtenditur : qui religioſos, pſeudoapoſtolos, vel pſeudoprophetas nominare præſumunt ex quibuſdam ſignis : quorum quædam peccata leuia ſunt: quædam verò grauia:non tamen ad duo prædicta pertinentia:vtpote:quia quæruntur honorem propriũ:quia quęruntur de inimicis vindictam: & quædam alia huiuſmodi:quæ etiam ſi omnia congregata eſſent in aliquo homine prædicante, non tamen eum pſeudoapoſtolum conſtituerent vel oſtenderent: dũmodò vera prædicaret & miſſus. De falſitate autẽ prædicationis nihil proponere audẽt. Sed de hoc quod dicũt eos prędicare nõ miſſos, quod ad rem pertinet,quã inaniter dicant,patet ex his quæ ſuprà dicta ſunt,cùm de eorum prædicatione ageretur.vnde relinquitur in hoc eos eſſe mendaces, quòd eis tantùm crimen imponere præſumunt,religioſos,pſeudoapoſtolos nominãdo. Poſſent autem eadem aſtutia,vel ipſimet,vel quilibet alij de ſimili crimine infamari Cùm enim pſeudoapoſtoli multa egerint, quæ etiam alij peccatores agunt:& interdũ etiam iuſti,licet ex alia causa:in promptu eſſet argúere, pſeudoapoſtoli leguntur hoc vel illud feciſſe:vnde & illi qui hoc vel illud faciunt,ſunt pſeudoapoſtoli reputãdi. Sed in hoc argumento manifeſtè vanitas inueniretur,vt ex dictis patet.

Quarto,crimina imponendo,quæ eccleſia toto temporis proceſſu patitur.ſcilicet quòd religioſi ſunt lupi,fures,latrones,& penetrantes domos.

CAP. XXIII.

NVnc videdum eſt,quomodò religioſis crimina imponant,quę eccleſia toto temporis ſui proceſſu patitur,vtpotè quòd dicũt eos eſſe lupos,latrones,& penetrantes domos. Quòd enim ſint fures & latrones,per hoc volunt oſtendere : quia vt dicunt non intrant per oſtium in ouile ouium:dum confeſsiones audiunt & prædicant & docent aliundè quàm per oſtium. Ex quo manifeſtè inſipientiæ conuinci poſſunt : quia oſtium Chriſtus eſt, vt per gloſſ. ibidem patet. Nec prælatus oſtium dici poteſt. Vnde glo. ibidem dicit,quòd oſtium ſibi ſoli Chriſtus retinuit. Non ergo intelligitur intrare non per oſtium , qui non intrat per prælatum: ſed qui non intrat per Chriſtum,ſicut Iudæi, Gentiles philoſophi, phariſæi,& hæretici:vt ibidem glo.exponit. Iſti ergo fures dicũtur: quia quod alienum eſt,ſuum dicunt,id eſt, oues Dei ſuas faciunt , non cõuertendo ad doctrinam Chriſti : ſed ad ſuam. Latrones,quia quod furantur occidunt,retrahendo à fide,vt ex verbis gloſſarum ibi accipi poteſt. Et tamen dato quòd fures & latrones dici deberent qui Chriſtum annuntiant ſecundum veram doctrinam non per prælatos eccleſiæ:quàm hoc ſit à religioſis alienum, ex prædictis manifeſtè apparet:niſi illum errorem aliquis ſapiat, quòd Epiſcopus vel Papa non ſit immediatus prælatus cuiuſlibet,qui parrochiali ſubditur ſacerdoti. Lupos autem rapaces eos dicunt, per hoc quod accedunt ad miniſtrandum fidelibus Chriſti ſpiritualia alimenta, intrinſecus autem intendunt refici de bonis carnalibus eorum:ſicut lupi accedunt ad oues,vt de carnibus earum reficiantur.In quo & manifeſtè deſipere cõuincũtur. Manifeſtè enim Io. 10. Dominus diſtinguit inter mercenarium & lupum. Hoc autem quod lupo imponunt,glo.mercenario attribuit,quę ſic dicit. Mercenarius eſt,qui quærit quæ ſua ſunt,non quæ Chriſti , qui ſeruit Deo,non propter Deum:ſed pro aliqua mercede. Illi ergo qui in hoc tantùm offendunt,quòd intẽdunt temporalia accipere & pro eis prædicãt,mercenarij ſunt non lupi:niſi ipſi vel corporaliter manẽcent per potentiam:ſicut tyranni,vel ſpiritualiter diſſipent : ſicut dyabolus & eius miniſtri hæretici:vt per glo.ibidẽ patet. Hoc etiã apparet,per hoc quod dicitur Act.20.Scio quoniã intrabunt poſt diſceſsionẽ meam,lupi rapaces in vos.glo. Hæretici callidi in fraude:fortes in diſputatione,crudeles in occiſione. Et per hoc etiam quod habetur Mat.7.Intrinſecus autẽ ſunt lupi rapaces:quod gloſſ.ſpecialiter exponit de hæreticis,qui venenato animo & intentione nocẽdi,lupi rapaces ſunt,vel exterius ſi detur copia perſequendo: vel interius corrumpẽdo. Quomodò etiam hoc ſit temerarium iudicij,iudicare de aliquibus,ſi quòd carnalia principaliter intendãt, quamuis ſpiritualia ſeminantes carnalia accipiãt,ex dictis patet. Dicunt etiam eos eſſe penetrantes domos,per hoc quòd confeſsiones audiunt ſine licentia ſacerdotum. Sic enim penetrant domos conſcientiarum:quod probant per quandam expoſitionem gloſſ.quæ habetur.2.Thi.3.ſuper illud. Ex his ſunt qui penetrant domos &c. glo. Penetrant domos.i.rimantur proprietatem cuiuſque: & quos idoneos inueniunt,captiuos ducunt. Proprietatem autem cuiuſq; rimari non poſſunt,niſi confeſsiones audirent. Quia ergo huic autẽ thoritati multum inniterentur,videamus intellectum eius. Prędixit enim apoſtolus,quòd in nouiſsimis diebus inſtabunt tempora periculoſa:& erunt homines ſeipſos amantes &c. Nouiſsimi autem dies vt Aug.dicit in epiſtola ad Heſitiũ,quandóq; dicuntur etiã ipſa Apoſtolorum tẽpora.vnde illud quod dicitur Ioel.2. In nouiſsimis diebus effundam de ſpiritu meo &c. Petrus dicit eſſe completũ in die Penth. Act.2. Quãdóq; etiã nouiſsimus dies dicitur omnium vltimus. Io.6. Ego reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Hic autem oportet vt intelligantur nouiſsimi dies,qui ſunt illi nouiſsimo propinquiores,eo quòd Apoſtolus in futurum loquitur. Inſtabũt inquit tempora periculoſa & erũt &c.quod ad illud pertinere videtur,qđ habetur Mat.24.qđ refrigeſcet charitas multorum & abũdabit iniquitas:vnde glo.ibidem dicit:vnde Apoſtolus. Erunt homines ſeipſos amantes. Non ergo verba Apoſtoli ſunt intelligenda,quaſi vitia quæ cõnumerat vllo ſæculo vnq̃ defuerint : ſed quia abundãte malitia,in futuris temporibus creſcent. Quidam tamen in primitiua eccleſia erant,qui etiam illis vitijs abundabant. aliàs fruſtrà diceret. Et hos deuita. Et quaſi Thimotheo quærenti:quomodò poſſum vitare quæ nondum ſunt? Reſpondet Apoſtolus. Ex his iam ſunt illi qui penetrãt domos &c. Illa igitur vitia quæ ſuprà poſuerat,ad futurũ pertinere vult. Sed hoc quod dicit ex his ſunt qui penetrant domos,ad præſens. Vnde dicit penetrant, non penetrabunt captiuos ducunt,non ducent. Nec putandum eſt hoc loco pro temporis futuri verba præſentis temporis poſuiſſe vt Aug. in eadem epiſtola dicit. Erant ergo in primitiua eccleſia aliqui ex hoc actu noti:quia penetrabãt domos &c.quos vult intelligi illis vitijs eſſe irretitos,qui in nouiſsimis temporibus abundabunt. Qui autẽ ſunt iſti expreſsiùs exponit ad Titũ.1.vbi ſic dicit. Sunt multi inobedientes & vaniloqui & ſeductores,qui de circũciſione ſunt:quos oportet redargui,qui vniuerſas domos ſubuertunt:docẽtes quæ nõ oportet,turpis lucri gratia. Sic ergo quod dicit,ex his ſunt qui penetrant domos,de illis intelligit , qui latenter circũibant domos, falſam doctrinam diſſeminando:ſiue intelligatur de domo conſciẽtiæ,ſiue de domo materiali: & captiuabant vinculis erroris.vnde ſubiungit Apoſtolus. Homines corrupti mente, reprobi circa fidẽ. Nec eſt intelligendum vt ipſi volunt,quòd hoc quod dicunt reprobi circa fidem,accipiatur pro futuro. quaſi dicat. Qui nunc penetrant domos.erunt reprobi circa fidem : quod patet, tùm ex hoc quòd dicit præſentialiter,hi reſiſtunt veritati:tùm ex hoc quod ſequitur.Sed vltrà non proficient. Inſipientia enim eorum manifeſta erit.gloſſ.per bonos præſertim per Io. Apoſtolum,per quem in Aſia deſtruendos hæreticos prædicit. Ex quo etiam patet quòd de hæreticis apoſtolus loquitur. Vnde dato quòd religioſi cõfeſsiones audirent ſine licentia prælatorum,dummodò hæreticam doctrinã non ſeminarẽt,iſtis verbis Apoſtoli non notarẽtur. Et ſic etiã excluſum eſt totũ eorum figmentũ quo cõfingere nituntur occaſiõe horum verborum per religioſos qui cõfeſsiones audiunt, nouiſsimorũ temporũ pericula imminere. Quomodò autẽ religioſi licitè & vtiliter cõfeſsiones audiant,ſuprà dictũ eſt,cũ de hoc ageretur.

Quomodò mala quæ in finali eccleſia timentur,religioſis imponunt, probare volentes,quòd è vicino inſtent tempora Antichriſti.

CAP. XXIIII.

IAm videamus quomodò mala quæ in finali eccleſia timentur, religioſis imponãt,dicentes eos eſſe nũtios Antichriſti. Ad quod perſuadendũ,ad duo oſtendenda conãtur. Primò quòd nunc quaſi è vicino tẽpora Antichriſti immineãt. Secundò, quia nuntij Antichriſti ſunt ſpecialiter religioſi.qui prędicãt,& cõfeſsiones audiũt. De quibus per ordinẽ agemus. Quòd aũt nõ longè ſunt tẽpora nouiſsima,ex hoc probare volunt,qđ Apoſtolus dicit. 1. Cor.10. Nos ſumus in quos fines ſæculorũ deuenerunt.& 1.Io.2. Filioli nouiſsima hora eſt. Et Heb.10. Adhuc modicum aliquantulũq; qui venturus eſt veniet & non tardabit. Et Io.5. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. Ex quibus omnibus habere volũt,quòd cùm à tẽporibus Apoſtorum quando hęc dicebantur iam tantũ tẽpus ſit elapſum,quòd nunc propè immineat tẽpus Antichriſti. Quę quidẽ verba ſi ſic intelligant,vt tempus Antichriſti propinquũ eſſe denuntient,eo modo loquendi quo temporis quantũcũnq; ſpatium in ſacra ſcriptura breue ſolet accipi in cõparatione æternitatis. ſecundũ quẽ modum dicitur.1.Cor.7.Tempus breue eſt: in nullo reprehenſibiles inueniuntur. Sed tamen hæc eorum aſſertio ad ſuam ſententiam cõfirmandam efficaciã non habebit: qua videlicet volunt aſtruere, quòd nunc ſint cauenda illa pericula quæ propinquiſſimis tẽporibus Antichriſti prædicantur futura. Et quòd per religioſos qui nũc ſunt,euenient.de quibus inquiri volũt à prælatis. Si aũt ex his verbis aliquod diffinitũ tẽpus ſignari volũt,vtpotè quòd Antichriſtus veniet infra ſeptẽ annos,aut centũ,aut mille,inueniuntur præſumptuoſiſſimi,multis authoritatibus cõuicti. Dominus enim Act. 1.quærẽtibus diſcipulis de hoc ipſo,reſpondit. Non eſt veſtrum noſce &c. Ex quo argumentatur Aug. in epiſtola ad Heſitiũ, quòd ſi non eſt eorum noſce,multò minùs aliorum. Et Mat.24. De die autem illa:nemo ſcit neque angeli cœlorum. Et idem habetur Mat. 13. Et 2. Theſ. 2. Non moueamini à ſenſu noſtro, quaſi inſtet dies domini. Et Auguſtin.dicit in epiſtola ad Heſitium loquens. Dixiſti. Euangelium dicit. De die illa & hora nemo ſcit . Ego

Universidad de Deusto Biblioteca

autem, inquit, pro possibilitate intellectus mei dico: neq; mensem, neque annum aduentus ipsius sciri posse. Ita enim videtur sonare tanquã non possit sciri, quo anno venturus sit. licet posset sciri, qua hebdomade annorum vel qua decade. Et infrà. Quia si nec hoc cõprehendi potest, quæro vtrum sic saltem possit intelligi tempus aduentus eius, vt eum venturum dicamus infra istos: verbi gratia: vel quinquaginta: vel centum annos: vel quorumlibet seu maioris numeri, seu minoris annorum. Et infrà. Si autem nec hoc te comprehendisse presumis, hoc sentis quod ego. In primitiua ecclesia: vt Hiero. narrat in libro de illustribus viris: & Eusebius in ecclesiastica historia: quorundam doctrina reprobata est, propter hoc, quòd aduentum domini instare dicebant: sicut & isti nũc vidẽtur dicere. Non ergo potest quantumlibèt spacium determinari, aut paruum vel magnum tempus, quo finis mũdi in quo Christus & Antichristus expectantur, expectetur. Et propter hoc dicitur. 1. Thessal. 5. quòd dies Domini sicut fur veniet. Et Math. 24. Sicut autẽ in diebus Noë non cognouerunt donec venit diluuium & tulit omnes, ita erit & aduentus filij hominis: vnde & Augu. in epistola ad Hesitium proponit tres aduentum domini expectãtes. quorum vnus citius, alter tardius dominum putat esse venturũ: tertius suam de hoc ignorantiam confitetur: & hunc magis commendat: primum verò magis increpat. Ad astruendam etiam suam intensionem, tali ratione vtuntur. Ab aduentu Christi vltima ætas incepit. aliæ verò ætates non durauerunt vltra mille annos. Vnde cùm iam ab aduentu Christi multo plures quàm mille anni transierint, in breui huius ætatis est terminus expectandus. Cui rationi obuiat Augu. in libro 83. q. q. 60. Sic dicens. Senectus autem solet etiam tantum tenere temporis, quantum reliquæ omnes ætates. Senectuti aut cõparat istam vltimam ætatem. vnde concludit. ætas igitur vltima generis humani, quæ incipit à domini aduentu, vsque ad finem sęculi quibus generationibus computetur, incertum est. Et hoc vtiliter Deus voluit latere, sicut in euãgelio scriptum est, & apostolus attestatur dicens, diem domini in noctem tãquàm furem in nocte esse venturum. Inducunt etiam octo signa quibus propinquum Antichristi aduentum ostendere volunt. Quorum primum videtur sumi ex hoc quod dicitur Danielis 7. de Antichisto. Putabit quòd possit mutare tempora. glos. In tantam elatus superbiam, vt leges & cerimonias mutare conetur. Vnde cùm quidam iam Christi euangelium mutare conẽtur in quoddam aliud euangelium, quod dicunt æternũ, manifestè dicũt instare tẽpora Antichristi. Hoc aũt euangelium de quo loquũtur, est quoddã introductoriũ in libros Ioachim compositum. quod est ab ecclesia reprobatum. Vel etiam ipsa doctrina Ioachim. per quam vt dicunt, euangelium Christi mutatur. Quo supposito, istud signum nullum est: quia temporibus apostolorum, quidam euangelium Christi mutare voluerunt, vt patet Gal. 1. Miror quòd sic tam cito trãsferimini, ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium. Secundum signum assumunt, ex hoc habetur in Psalmis. Constitue domine legislatorem super eos. glos. Antichristum legis prauæ latorem. Vnde cum doctrina prædicta quam legem Antichristi dicunt. sit Parisius exposita, signum est Antichristi tempus instare. Sed doctrinam Ioachim vel illius introductorij, quamuis alia reprobanda contineat, esse doctrinam quam prædicabit Antichristus, falsum est. Ipse enim prædicabit se esse Deum, vt habetur secundo. Thessal. 2. Ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquàm sit Deus. Quia si doctrinam Antichristi intelligũt omnem falsam doctrinam: sicut & Antichristi dicuntur omnes hæretici, tunc istud signum nullum est. A primitiua enim ecclesia nullum tempus fuit in quo doctrinę hæreticæ non proponerentur 1. Ioan. 2. Nunc Antichristi multi facti sunt. Glo. Antichristi sunt omnes hæretici. Tertium signum assumunt ex hoc, quod habetur Daniel. 5. & Esa. 21. Visa est in Babylone reproba manus scribentis. Mãe. Tethel. Phares. Hanc etiam scripturã iam dicũt esse visam in Babylone dilecta scilicet ecclesia. Mãe enim interpretatur numerauit regnum tuum & compleuit: idest finiuit. Per scripturam autem supradictam numeratur regnũ Christi. Dicitur enim quòd durabit vsque ad mille ducentos & septuaginta annos. Thetel exponitur appensus es in statera & inuentus es minus habens: quia in scriptura prædicta Euangelio Christi præfertur aliud Euangelium æternum. Phares interpretatur. diuisum est regnum tuũ & datum est Medis & Persis. Et similiter dicunt, quòd regnum ecclesiæ finietur & ad alios transferetur, vnde sicut scriptura illa signat terminum Babylonis instare: ita etiã hęc scriptura signat terminum ecclesiæ. Sed hoc signum apparet esse friuolum, ex hoc quòd dicit August. 18. de ci. Dei. quòd quidam dixerunt, quòd cultus nominis Christi debebat durare per trecentos sexagintaquinque annos: deinde completo memorato annorum numero, sumeret finem. Iam ergo ante tempus August. aliqui fuerunt qui tempus Christi numerauerunt: & sic ista scriptura non est de nouo visa. Vnde per hoc non potest probari, quòd aduentus Antichristi iam de propinquo immineat. August. etiam ibidẽ narrat suo tempore quosdam fuisse, qui computabant annos ab ascensione Christi vsque ad vltimum eius aduentum, quidam quadringentos, quidam quingentos: & quidam mille: quos omnes confutat authoritate domini dicẽtis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta. Ibidem etiam hunc modum argumentandi quo isti vtũtur improbat in quibusdam, qui ex decẽ plagis Aegypti volebant sumere numerum persecutionum, quas ecclesia passura est: quas dicit esse coniecturas humanas, nulla veritatis firmitate roboratas. In hoc etiam signo euidenter scripturæ, quam reprobant assentiunt: cùm & ipsi dicant Babylonem dilectam citò esse destruendam, sicut & scriptura quam improbãt asserebat. Patet etiam nullam similitudinẽ esse: quia scriptura illa quæ visa est in Babylone diuinitus est ostensa: vnde erat indicium veritatis. Sed scriptura de qua loquuntur, est ex errore confecta, vnde ex ea nullum potest elici argumentum. Alia verò quinque signa sumunt ex Euangelio Matthæi. Vbi dominus videtur ponere signa aduentus sui. Quartum quidem signum, est ex hoc quod dicitur Mat. 24. Occident vos & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Dicunt enim quòd hoc nunc impletur: quia quidam qui in ecclesia vidẽtur esse sanctiores, corruptionem non sustinentes, suos correptores tradunt in tribulationem, & mortem, & in odium hominum. Hoc verò signum omninò nullum est, cùm huiusmodi tribulationes sanctorum maximè fuerint in ipsis Apostolis & in martyribus: de quibus dominus hęc prædicebat: nec adhuc aliquæ persecutiones similes illis apparerẽt: vnde non est magis signum propinquitatis aduentus Christi, quã tunc erat. Quintum signum sumunt ex hoc quod subditur ibi. Et tunc scãdalizabuntur multi &c. Quod dicunt nunc impleri quando religiosi diffamantur: & ex hoc homines scandalizantur. Sed ista expositio est cõtra gloss. quę ibi dicit. Scandalizabuntur. i. discedent à fide timore vel portentis, vel immanitate tormentorum. vnde patet hoc esse completum tẽporibus martyrum. Et iterum non est nouũ, ꝙ sancti viri ab impijs infamentur: cùm dicatur etiã ipsis apostolis. Matth. 5. Beati estis, cùm maledixerint vobis homines: & dixerint omne malum aduersus vos mentientes. In ecclesiastica etiã historia recitatur, quomodò tyrãni procurabant fideles Christi turpissimis vitijs infamari. Sextũm signum accipiũt ex hoc quod sequitur ibi. Et multi pseudoprophetæ surgent & seducent multos. Quod dicunt nunc apparere, quando religiosi quidã apparent: quos pseudoprophetas nominant propter hoc, ꝙ seipsos cõmendant: & propter alia quędã huiusmodi. Sed hìc eorum expositio patet esse peruersa, per gl. quę habetur Mar. 13. Vbi hìc eadem verba leguntur: quæ pseudoprophetas dicit esse intelligendos hæreticos, vel illos qui in populo Iudæorum fuerunt seductores, post Christi passionem ante euersionẽ terrenæ Ierusalẽ. Ad huius etiã destructionem sufficit quòd suprà dictum est de pseudoprophetis. Septimũm signum accipiunt ex hoc quod ibidem subditur. Et quoniã abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quod dicunt nunc impleri, quando quidam qui videntur in ecclesia maximè fidei zelatores, dimittunt euangelium Christi, & adhęrent euãgelio æterno: in quo ostenditur charitatẽ quã habere debẽt ad Christũ refriguisse. Sed in hoc planè mentiuntur: quia illi de quibus loqui videntur, euangelium Christi non dimittunt, nec alteri euãgelio adhęrent. Et prætereà dato quòd hoc esset, nũquid à multis retroactis tẽporibus aliqui qui in ecclesia videbantur perfecti, nouas hæreses confinxerunt, Christi euangelium dimittẽtes: vt Pelagius, Nestorius, Euthices, & multi alij huiusmodi. Nec tamen in hoc illorum charitas refrigescere ostẽditur, quod & si prædictã doctrinam non sequantur, tamen non persequuntur. Non enim persecutione indiget, in quo defensor non inuenitur: imò hoc esset errores extirpatos sub specie correctionis suscitare & auribus populi inculcare. Quod est maximè periculosum. vnde Greg. dicit in 14. mora. quòd mortuo Euthicio hæretico: quia fortè nõ erat qui eius doctrinam sequeretur, dissimulauit eius dicta persequi, ne in fauillas videatur verba iaculare. Octauũ signũ sumũt ex hoc qđ ibi subditur. Prædicabitur hoc euãgelium regni in vniuerso orbe. Quod impleri dicunt per seipsos, qui hìc signa & pericula annuntiãt quę ab omnibus annuntiari volunt: secundum illud. ij. Thi. 4. Prædica verbum. insta oportunè, importunè. In tantùm quòd eos qui huiusmodi signa non prædicãt, dicunt esse pseudoapostolos: quia nõ habent oculos antè & retrò. i. ad cognoscendum pręterita & futura: sicut animalia de quibus legitur Apoc. 4. Sed hoc etiam eorum signum omninò nullum est. Quidam enim eorum vanitati similes etiam à tempore primitiuæ ecclesiæ huiusmodi signa conficta annuntiabant: qui ab alijs catholicis & grauibus reprimebãtur: vt habetur in ecclesiastica historia. Et Mar. 13, in glo. super illud. Multi venient in nomine meo: quæ sic dicit, Imminente excidio multi venerunt qui se esse Christos dicerent: & iam tempus libertatis adesse mentirentur. Multi etiam in ecclesia temporibus apostolorũ inter cætera diem domini instare minati sunt. Sic ergo illi qui huiusmodi signa prænuntiant, non computantur in numero illorum qui Euan-

qui euangelium annuntiant: sed in numero eorũ qui seducent multos. Vnde quod dominus dicit: prædicabitur hoc euãgelium regni, &c. non refertur ad prædicationẽ horum vanorum signorũ: sed ad prædicationẽ fidei Christianæ, quæ in vniuerso orbe ante Christi aduentũ debet annuntiari. Vnde & Aug. in epistola ad Hesitiũ probat nõ instare adhuc diem dominicũ: cùm adhuc suo tẽpore essent gentes, in quibus certissimũ erat euangelium Christi nondum esse prædicatũ. Patet etiam, ꝙ in hoc signo incidunt etiam in foueam quam fecerũt, dum imponunt alijs, ꝙ quandam nouam doctrinam euangelium regni nominãt: & ipsi manifestè hæc signa quæ annuntiant euangelium regni dicunt. Hæc etiam quinque vltima signa vana & nulla esse patet per Aug. in epistola ad Hesitium. vbi sic dicit. Fortasse omnia quæ à tribus euangelistis dicta sunt, de Christi aduentu diligẽtiùs inter se collata atq; discussa inuenientur ad hoc pertinere, quod quotidiè euenit in corpore suo, quod est ecclesia, de quo aduentu suo dixit. Ammodò videbitis filium hominis venientem, vel sedentem, &c.

Quomodò probare nituntur, quòd religiosi nuntij sunt Antichristi.

CAP. XXV.

NVnc videamus quomodò nitũtur inuestigare, qui sunt illi per quos pericula nouissimorũ temporum imminebunt: quos appellant nuntios Antichristi. Et procedunt tali deductione. Certum est, inquiunt, ꝙ isti seductores non erunt de barbaris gentilibus & Iudæis. Hoc autẽ est contra id quod habetur Apoc. 20. Seducet gentes quę sunt super quatuor angulos terræ Gog. & Magog. Glo. Has duas gentes ad literã priùs seducet: & per has ad alias procedet. Vel secundum aliam expositionẽ, ibidem per Magog intelligũtur omnes persecutores diabolum intra se tegentes: & tandem ad apertam persecutionẽ procedentes. Non ergo Barbari à persecutione Antichristi excluduntur: vt dicunt. Procedunt autẽ vlteriùs ad ostendendum, ꝙ erunt Christiani per hoc quod dicitur 2. Thim. 3. Habentes speciem quidem pietatis. Glo. i. Christianæ religionis. Et loquitur de illis per quos pericula nouissimorũ temporum imminebunt: sed in hoc errare noscuntur. quia illa vitia quæ ibi numerãtur ab Apostolo, nõ sunt ita accipienda, quasi omnia eisdẽ oporteat inesse: sed quædam his, quædam alijs. Vnde nõ oportet, ꝙ omnes illi, per quos imminẽt illa pericula, habeãt species pietatis: sed eorũ aliqui. Sicut etiã in primitiua ecclesia patiebãtur Apostoli ꝑsecutionẽ & à fidelib⁹: & ab infidelib⁹: vt patet 1. Cor. 11. Periculis ex gẽtibus: periculis ex falsis fratribus. Vlteriùs procedunt, ꝙ isti nuntij Antichristi nõ reperientur inter apertè malos. Hoc est autem expresśe contra glo. super illud Psalm. Deus quis similis erit tibi: quæ totum illum psalmum exponit de persecutione Antichristi, & inter cæteros Antichristi ministros, per Philistijn dicit significari illos qui sunt ebrij luxuria sæcularium. Gregor. etiam in 20. mora. exponens illud Iob 30. Nunc autẽ derident me. &c. Dicit hęc esse verba ecclesiæ ab aduersarijs suis extremis tẽporibus passe. Et posteà subiũgit Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo: & vita ipsa putabantur indigni. Quæ posteà & multa sequẽtia de apertè malis & carnaliter viuentibus exponit. Dicũt etiã, ꝙ tales Antichristi ministri inter eos qui vidẽtur boni inuenientur. Quod probãt per illud quod dicitur Mat. 7. Attendite à falsis Prophetis. & per aliquas alias huiusmodi auctoritates. Sed quamuis tales aliqui sint futuri, per quos Antichristus seducet, nihilominùs & alij nõ excluduntur: sicut etiã in primitiua ecclesia fideles per vtrósque persecutiones patiebãtur. Quod etiam dicũt, ꝙ nullus potest seducere, nisi sit apparẽs bonus, patet esse falsum: cũ multò plures seducantur delitijs huius mundi & terroribus, quàm etiã specie honestatis. Procedunt vlterius, quòd nuntij Antichristi inueniuntur inter eos qui vacant studio literarum, quod probare nitũtur per hoc quod habetur 2. Thi. 3. Semper discentes, & nunquã ad scientiam veritatis peruenientes. Quę probatio quàm sit inepta apparet, cũ hoc referatur ad mulierculas seductas: vt ipse textus ostendit: magis quã ad homines seducentes. Dato etiam ꝙ ad seductores esset referendum, ad illos pertineret qui studio vacantes, deuiant à fidei veritate. cũ de hæreticis verba illa sint exponenda: vt suprà dictũ est. Hoc idem probare nituntur per hoc quod dicit Greg. in lib. 13. mora. super illud Iob 16. Hostis meus terribilibus oculis, &c. Sicut incarnata veritas in prædicatione sua pauperes idiotas & simplices elegit. Sic ecõtrariò Antichristus ad prædicandum falsitatẽ suam astutos ac duplices, atq; huius mũdi scientiam habentes, electurus est. Sed qui sint isti prædicatores literati, quos Antichristus mittet? Grego. infrà statim exponit vtens auctoritate Esaiæ 18. Qui mittit in mare legatos: & in vasis papyri super aquas: quod exponens dicit. Mittit in mare legatos: quia prędicatores suos in sæculo spargit. In vasis papyri super aquas. Vasa papyri sunt corda sæcularium doctorũ. In vasis ergo papyri super aquas legatos mittere, est prædicationẽ suam in carnaliũ sapientium sensibus ponere: & defluẽtes ad culpã populos vocare. Illi ergo literati sunt prædicatores Antichristi, qui sæculariter viuentes, populos ad lasciuias inducunt. Nec tamen si per literatos Antichristus pericula in ecclesiam inducet, sequitur ꝙ solùm per eos. Procedunt vlteriùs deducẽdo, ꝙ inter illos literatos inuenientur nuntij Antichristi, quorũ consilium reputatur pretiosum, maximum, & optimum, quasi siquis consuleret Deum, vt dicitur de Achitophel 2. Reg. 16. Et ꝙ seductores finalis ecclesiæ per Achitophel significentur, probant per hoc, ꝙ Achitophel priùs fuit cum Dauid, & posteà cum Absalon: sic isti priùs erunt cũ Christo, posteà cũ Antichristo: vnde dicitur 2. Thi. 3. Habentes speciem pietatis. Et posteà sequitur. Homines corrupti mente, reprobi circa fidẽ. Et per illud qđ dicitur 1. Ioan. 2. Ex nobis prodierunt. Glo. Nobiscum in sacramentis communicant. Sed ista probatio non est efficax: quia non est intentio Apostoli in verbis præmissis, ꝙ priùs habeant speciem pietatis: & posteà eam deponant ad infidelitatem conuersi: sed simul dum speciem habent pietatis superficietenùs virtutem eius abnegant, infideles existentes. Multi etiam hęretici, qui cum ecclesia in sacramentis conueniunt. Aliqui enim sacramenta ecclesiæ recipiunt, ad minus ad apparentiam. Dato etiam, ꝙ quantùm ad hoc per Achitophel significarentur, non tamen oportet quantùm ad hoc, ꝙ Achitophel in consilijs fuerit famosus. Hic etiam eorum processus ex coniectura humana procedere apparet: sicut in illis qui per plagas Aegypti futuras persecutiones ecclesiæ prædicere voluerunt: vt suprà dictũ est. Adhuc procedunt vlteriùs & ostendere volunt, ꝙ tales nuntij Antichristi inter eos inuenientur, qui sunt ad consilia obligati per hoc quod dicit Grego. super illud Iob. 30. Ad dexterã orientis, &c. ad dexteram inquit orientis calamitates insurgunt: quia hi quoque ad persecutionẽ ecclesiæ prosiliunt, qui electa membra redemptoris esse credebantur. Sed per hoc non potest probari, ꝙ inueniantur inter ligatos ad consilia: quia per electa membra quæ per dexteram significãtur, omnes bonos intelligit. vnde ibidem dicit. In hoc loco dexteræ vocabulo fidelis populus ecclesiæ sanctæ designatur. Sed si etiã per membra electa nõ significantur nisi perfecti, adhuc probatio non est efficax: quia etiã aliqui sunt perfecti propter gradum charitatis, etiam si sint matrimonio coniuncti. Prælati etiam sunt perfecti quantùm ad statum. vnde per electa membra non possunt soli religiosi intelligi: sed in processu huiusmodi planè apparet fallacia consequentis. Probare etiam nitũtur hoc idem per hoc quod dicitur Mat. 2. Futurum est vt Herodes quærat puerũ ad perdendum eum. Glo. Quamcitò Christus in mundo apparuit, incepit in eum persecutio, quæ præfigurat persecutionem sanctorum. Et ideò concludunt, ꝙ sicut in aduentu Christi se opposuerunt Christo, qui sapientiores & sanctiores videbantur. s. Scribæ & Pharisæi: ita etiam se opponent fidelibus Christi in fine, qui sapientes & sancti videntur. s. literati & religiosi. Sed hæc probatio non est efficax: quia etiam Christum non solùm persecuti sunt Scribæ & Pharisæi: sed principes sacerdotum, vt Anna & Caiphas: & principes sæculares, vt Herodes & Pilatus. Nec illi qui Christum persecuti sunt erãt simul omnes Scribæ & Pharisæi: sed quidã Pharisæi tantùm. Vnde ex hoc non potest haberi quod intendunt: quia hæc ratio non magis tangit religiosos literatos, quã illiteratos: nec eos magis quàm prælatos & principes & doctores sæculares. Ex his autem omnibus prædictis sic colligẽdo concludunt: patet ergo, ꝙ nuntij Antichristi erunt Christiani apparentes boni studijs literarum dediti, in consilijs dandis famosi: religiosi, ad consilia obligati. In qua conclusione quid intendant, ostendunt. Eos enim quos infamare nitũtur, ita notificant: ac si eos exprimerent nominatim. Nihil enim differt dicere Socratem & Soffronici filium, si solus sit Soffronici filius Socrates. In quo eorũ excusatio tollitur: & simul ostenditur, ꝙ ad personas descendunt. Sed in hoc eorũ processu multipliciter errare cõuincũtur. Primò ex hoc, ꝙ nuntios Antichristi diffiniũt tanquàm vnum genus hominum: cùm ex diuersis statibus hominum ministros Antichristi futuros. glo. ostẽdat. super illum Psalm. Deus quis similis erit tibi. Secundò quia & si diuersæ auctoritates de singulis quæ colligunt loquuntur, non tamen potest haberi, ꝙ omnes conditiones prædictæ congregentur: sed fortè multi erunt seductores nuntij Antichristi: quorum alij erunt religiosi: alij literati: alij famosi in consilijs, & sic de alijs. & fortè non erunt aliqui de numero eorum, in quibus omnia prædicta conueniunt. Tertiò, quia & si inter istos inuenirentur, non tamen inter eos solos: vt probatum est. Vnde hæc probatio non magis procedit contra eos, quàm contra alios. Quartò quia & si aliqui talium sint futuri nuntij Antichristi, non tamen omnes tales: sed aliqui fortè pauci: sicut & de singulis statibus fortè aliquos ad se colliget Antichristus. Quintò, quia istæ conditiones sunt bonæ, scilicet esse Christianum, literatum, famosum in consilijs: religiosum. Vnde ex his conditionibus non potest iudicari de aliquo, quòd sit nuntius Antichristi: sed magis ex aliquibus malis secundum doctrinam domini. Matthæi septimo & duodecimo. Vnaquęque arbor ex fructu suo noscitur, scilicet bona ex bonis: mala ex malis.

Quomodò religiosorum manifesta bona: vt orationes, ieiunia, & huiusmodi peruertere nituntur, & suspecta ostendere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XXVI.

NVnc vltimò videamus, quomodò bona religiosorum quæ negare non possunt, nec mala esse asserere: vtpotè orationes, ieiunia, miracula, & huiusmodi peruertere nituntur, & suspecta ostendere, occasione accepta ex hoc, quòd in aliquibus scripturæ locis aliqui permitiosi homines huiusmodi operibus suam malitiam palliare dicuntur. Dicitur enim Matth.7. de falsis Prophetis, quòd veniunt in vestimentis ouium. Vbi dicit Gloss. quòd in conspectu hominum similes sunt ministris iustitiæ dum iciunant, orant, eleémosinas dant. Sed non sunt eorũ fructus, quia pro vitio eis reputantur. Et infrà super illud: multi dicent mihi, &c. dicit Gl. Maximè cauendum est ab his qui propter nomen Christi miracula habent, quæ cũ propter infideles Dominus fecerit, monuit tamẽ ne à talibus decipiantur, putantes ibi esse visibilem sapiẽtiam: vbi est visibile miraculum. Ex quibus ostendere volunt, q̃ nec ex virtutũ operibus, nec ex miraculorum signis sint aliqui acceptandi. Sed hęc eorum sententia quàm manifestè sit diuinæ auctoritati cõtraria, facillimum est videre, cùm Dominus dicat Matth.5. Videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum, &c. Matt. etiam 12. dicitur, quòd arbor ex fructu cognoscitur: bona ex bono, mala ex malo. Dicitur etiam 1. Pet.2. Conuersationẽ vestram inter gentes habentes bonã: vt in eo, quòd detractant de vobis tanquàm de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes. Glo. Vestram dignitatem glorificẽt Deum in tempore visitationis. Ex quibus patet, quòd ex bonis operibus in aliquo visis est acceptãdus. Similiter & miracula per aliquem facta cum commendabilem reddunt & doctrinam ipsius. vnde Dominus dicit Ioan.5. Opera quæ dedit mihi pater vt perficiam, ea testimonium perhibent de me. Et Mar.vlti. dicitur, quòd Apostoli prædicauerunt vbique Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Signa verò testimoniũ perhibẽt & homini & doctrinæ. Hoc autem nõ pro tãto dicimus, quin ab aliquibus malis aliqua virtutum indicia & miraculorum signa ostẽdantur, sed quia nobis tantùm de manifestis iudicare conceditur. Vnde si in aliquo bona appareant, manifestè ex eis iudicandus est bonus, nisi alia manifesta mala ostendantur, ex quibus apparere possint illa bona indicia quæ in eis apparent nõ esse eorum fructus. vnde Mat.7. super illud. A fructibus eorum cognoscetis eos. dicit Gloss. Non à veste, sed ab operibus, quod de manifestis accipit. Et Roma.14. super illud. Is qui manducat, &c. Dicit Glo. manifesta sunt, quæ nõ possunt bono animo fieri: vt sunt blasphemiæ, furta, & huiusmodi, de quibus nobis permittitur iudicare. de quibus etiam dicitur. A fructibus eorũ cognoscetis eos. Sed ea quæ dubia sunt, quo animo fiant in meliorem partem interpretemur. Auctoritates ergo quas inducunt, sic intelligendæ sunt: vt quantũcúnque in aliquo bona signa appareant, illis decipi non debemus: vt ex illis signis vel ad malum, vel ad errorem aliquem perrahamus. Sed si aliquis qui nõ inuenitur ad errorẽ pertrahere, vel ad malum suggerere, credatur esse bonus per opera bona quæ ostendit, quamuis forte sit malus, non est in hoc periculosa deceptio, cũ non sit hominum de occultis cordis iudicare. vnde 2. Cor.11. super illud. Ipse Sathanas transfigurat se in angelum lucis. dicit Glo. Cũ se bonum fingens ea vel facit: vel dicit, quæ bonis angelis congruunt, etiam si credatur bonus nõ periculosus error aut morbidus. Cũ verò per hæc aliena ad sua incipit ducere, ne quis post eum eat magna vigilantia opus est. Addunt etiam huic suæ nequitiæ: vt opera bona quæ in religiosis respiciũt, hypocrisim nominẽt, quam grauissimum asserunt esse peccarum, etiam in hoc Pharisæis similes, qui Domino eijciente dæmonium dixerunt. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia: vt habetur Matthæi duodecimo, & Lucæ vndecimo. Quibus similes sunt, qui bona opera quæ in alijs vident statim ad hypochrisim referunt: vnde Dominus ad eos confutandos dicit. Si quidem ex fructibus arbor cognoscitur. In hoc etiam quàm sit periculosa eorum assertio facilè patet, quia sic homines à perfectionis operibus retraherentur: si istud iudicium procederet, & in cordibus hominum confirmaretur, quòd propter opera perfectionis exterius apparentia aliquis esset hypocrita iudicandus. Vel si etiam postquàm perfectionis statum assumpserit, ex quocúnque peccato commisso, hypocrita diceretur, hypocrisi existente tam graui peccato: vt dicunt. Sed hoc remouet Gregor.31. libr.mo. super illud Iob trigesimonono. Fruſtrà laborauit nullo rimore cogente. vbi sic dicit. Sciendum verò est, quòd sunt nonnulli quos charitatis gremio nutriens mater ecclesia tolerat, quousque ad spiritualis ætatis incrementa perducat, qui nonnunquàm & sanctitatis habitum tenent & perfectionis meritum exequi non valẽt. Et infrà. Hos nequaquàm credendum est in hypocritarum numerum currere, quia aliud est infirmitate, aliud malitia peccare. Illi ergo soli sunt hypocritæ dicendi ex sententia beati Gregor. qui ea intentione opera perfectionis assumunt: vt malitiam suam occultius exerceant & magis nocere possint, non autem illi quos contingit ex infirmitate peccare, etiam post habitum perfectionis assumptum.

Epilogus & totius operis conclusio.

SIc igitur diuina auxiliante gratia malignorum detractionibus repressis euidenter apparet, quòd nihil damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant, sed crucem Domini baiulantes, operibus spiritualibus insistũt, carnalia desideria contemnentes. Pateret siquidem locus multa replicandi contra prædictos detractores, sed eos diuino iudicio reseruamus, cùm eorum nequitia possit esse omnibus manifesta, ex his quæ ex corde suo nequissimè protulerunt, secundum sententiam Domini dicentis. Matt.12. Quomodò potestis bona loqui cùm sitis mali. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Si quis ergo emũdauerit se ab istis: vt habetur 2. Thi.2. Eorum scilicet iniquitati non consentiens, erit vas in honorem sanctificatum & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. Qui verò eis consentiunt cæci cæcos sequẽtes, simul cum eis in foueam cadent. A qua vt liberemur, hæc dicta sufficiant Domino adiuuante, cui sit honor & gratiarum actio in sæcula sæculorum, Amen.

Explicit opus decimumnonum, videlicet diuinum opus sanctis Thomæ de Aquino, contra impugnantes Dei cultum & religionem.

INCIPIT DIVI THOMæ Aquinatis opus vigesimum De regimine principum. Ad Regem Cypri.

INCIPIVNT RVBRICAE *capitulorum primi libri.*

Primò auctor suam intentionem præmittit, scribens ad Regem Cypri.
Quòd necesse est homini: vt ab aliquo gubernetur cùm oporreat ipsum in multitudine viuere: vbi distinguitur multiplex dominium, siue regimen. CAP. I.
Quòd multitudo melius regitur per vnum, quàm per plures multis rationibus probatur, & hic est Rex vel Imperator. CAP. II.
Quòd sicut dominium vnius optimum est quando est iustum: ita oppositum eius est pessimum, & multis probatur rationibus & argumentis. CAP. III.
Quòd variatum est istud dominium apud Romanos, & quòd interdum apud eos magis est aucta Respub. ex dominio pluriũ. CAP. IIII.
Quòd in dominio plurium magis sæpè contingit dominium tyrannicũ, quàm ex dominio vnius, & ideò regimẽ vnius melius est. CAP. V.
Conclusio, quòd regimen vnius simpliciter sit optimum, ostendit qualiter multitudo se debeat habere circa ipsum, quia auferenda est ei occasio, ne tyrannizet, & quòd etiam in hoc est tolerãdus, propter maius malum vitandum. CAP. VI.
Quærit quid præcipuè mouere debet Regem ad benè regendum, vtrum honor vel gloria, & ponit opiniones circa hoc, & quid sit tenendum. CAP. VII.
Qualis est verum filium Regis, qui mouere ipsum debet ad bene regendum. CAP. VIII.
Quòd præmium Regum & Principum tenet supremum gradum in beatitudine cœlesti, & multis rationibus hoc ostenditur & exemplis. CAP. IX.
Quòd Rex siue Princeps studere debet ad bonum regimen propter bonum suiipsius, & vtile, quod inde sequitur. Cuius contrarium sequitur regimen tyrannicum. CAP. X.
Quòd bona etiam mundialia: vt sunt diuitiæ, potestas, honor, & fama magis prouenium Regibus, quàm tyrannis, & de malis quæ incurrunt tyranni etiam in hac vita. CAP. XI.
Procedit ad ostendendum Regis officium: vbi secundum viam naturæ ostendit Regem esse in regno, sicut anima in corpore, & sicut Deus in mundo. CAP. XII.
Assumit ex hac similitudine modum regiminis: vt sicut Deus vnamquámque rem distinguit quodam ordine & propria operatione & loco: ita Rex subditos suos in regno, & eodem modo de anima. CAP. XIII.
Quis modus gubernandi competat Regi, quia secundum modum gubernationis diuinæ. Qui quidem modus gubernandi à gubernatione nauis sumpsit initium. Vbi & comparatio ponitur sacerdotalis dominij & regalis. CAP. XIIII.
Quòd sicut ad vltimum finem consequendum, requiritur vt Rex subditos suos ad viuendum secundum virtutem disponat, ita ad fines medios. Et ponuntur hîc quæ sunt illa, quæ ordinant ad bene viuẽdum, & quæ impediunt, & quod remedium Rex apponere debet circa impedimenta dicta. CAP. XV.

Argu-

Argumentum Operis.

COGITANTI mihi quid offerrem Regiæ celsitudini dignum, meæq; professioni cõgruum & officio, id occurrit potissimè offerẽdum, vt Regi librũ de regno conscriberẽ, in quo & regni originẽ, & ea quæ ad Regis officium pertinent secũdum scripturæ diuinæ auctoritatem. Philosophorũ dogma: & exempla laudatorum principum diligenter depromerẽ, iuxta ingenij proprij facultatem: principium progressum, & consummationem operis, ex illius expectans auxilio, qui est Rex Regum: & dominus dominantium: per quem Reges regnant. Deus magnus dominus & Rex magnus super omnes Deos.

Quod necesse est homines simul viuentes ab aliquo diligenter regi. CAP. I.

PRINCIPIVM autem intentionis nostræ hinc sumere oportet. vt qd nomine Regis intelligendum sit exponatur. In omnibus autem, quæ ad finem aliquem ordinantur: in quibus cõtingit sic & aliter procedere, opus est aliquo dirigente. per quod directè debitum perueniatur ad finem. Non enim nauis quam secũdum diuersorum ventorum impulsum in diuersa moueri contingit, ad destinatum finem perueniret, nisi per gubernatoris industriam dirigeretur ad portum. Hominis autem est aliquis finis, ad quẽ tota vita eius & actio ordinatur: cùm sit agens per intellectum: cuius est manifestè propter finem operari. Cõtingit autem diuersimodè homines ad finẽ intentum procedere. Quod ipsa diuersitas humanorum studiorum & actionum declarat. Indiget igitur homo aliquo dirigente ad finem. Est autem vnicuique hominum naturaliter insitum rationis lumen: quo in suis actibus dirigatur ad finẽ. Et siquidem homini cõueniret singulariter viuere sicut multis animalium, nullo alio dirigente indigeret ad finem: sed ipse sibi vnusquisque esset Rex sub Deo summo Rege: inquantùm per lumen rationis diuinitus datum sibi in suis actibus seipsum dirigeret. Naturale autẽ est homini, vt sit animal sociale & politicum in multitudine viuẽs: magis etiam quàm omnia alia animalia. Quod quidem naturalis necessitas declarat. Alijs enim animalibus natura præparauit cibũ, tegumenta pilorum: defensionem: vt dentes: cornua: vngues: vel saltem velocitatem ad fugam. Homo autem institutus est nullo horũ sibi à natura præparato: sed loco omnium data est ei ratio, per quã sibi hæc omnia officio manuum posset præparare: ad quæ omnia præparanda vnus homo non sufficit. Nam vnus homo per se sufficienter vitam transigere non posset. Est igitur homini naturale, q̃ in societate multorum viuat. Amplius alijs animalibus insita est naturalis industria, ad omnia ea quæ sunt eis vtilia vel nociua: sicut ouis naturaliter extimat lupum inimicum. Quædam etiam animalia ex naturali industria cognoscunt aliquas herbas medicinales: & alia eorum vitæ necessaria. Homo autem horum quæ sunt suæ vitæ necessaria, naturalem cognitionem habet solùm in cõmuni: quasi eo per rationem valente ex vniuersalibus principijs ad cognitionẽ singulorum, quæ necessaria sunt humanæ vitæ, peruenire. Non est autem possibile, q̃ vnus homo ad omnia huiusmodi per suam rationem pertingat. Est igitur necessarium homini, q̃ in multitudine viuat. vt vnus ab alio adiuuetur: & diuersi diuersis inuentiendis, per rationem occupentur: puta vnus in medicina: alius in hoc: alius in alio. Hoc etiam eui dentissimè declaratur per hoc, quod est proprium hominis locutione vti, per quam vnus homo alijs suum conceptum totaliter potest exprimere. Alia quidem animalia exprimũt mutuò passiones suas in communi: vt canis in latratu iram: & alia animalia passiones suas diuersis modis. Magis igitur homo est communicatiuus alteri, quàm quodcúnque aliud animal, quod gregale videtur: vt grus: formica: & apis: Hoc ergo considerans Salomon in Ecclesiaste ait. Meliùs est esse duos, quàm vnum. Habent enim emolumentum mutuæ societatis. Si ergo naturale est homini, quòd in societate multorum viuat, necesse est in hominibus esse, per quod multitudo regatur. Multis enim existentibus hominibus & vnoquóque id quod est sibi congruum prouidente, multitudo in diuersa dispergeretur, nisi etiam esset aliquis de eo quod ad bonum multitudinis pertinet, curam habens: sicut & corpus hominis & cuiuslibet animalis defflueret, nisi esset aliqua vis regitiua communis in corpore, quæ ad bonum commune omnium membrorum intenderet. Quod considerans, Salomon dicit: vbi non est gubernator, dissipabitur populus. Hoc autem rationabiliter accidit. Non enim idem est quod proprium, & quod commune. Secundum propria quidem differunt: secundum autem cõmune vniuntur. diuersorum autem diuersæ sunt causæ. Oportet igitur præter id quod mouet ad proprium bonum vnusquisque esse aliquid, quod mouet ad bonum commune multorum. Propter quod & in omnibus quæ in vnum ordinantur, aliquid inuenitur alterius regitiuum. In vniuerse sitate enim corporum per primum corpus, scilicet cœleste, alia corpora ordine quodam diuinæ prouidentiæ reguntur: omniaque corpora per creaturam rationalem. In vno etiam homine anima regit corpus: atque inter animæ partes irascibilis & concupiscibilis ratione reguntur. Itémque inter membra corporis vnum est principale, quod omnia mouet, aut cor: aut caput. Oportet igitur esse in omni multitudine aliquod regitiuum. Contingit autem in quibusdam quæ ordinantur ad finẽ, & rectè & nõ rectè procedere. Quare & in regimine multitudinis, & rectum & non rectum inuenitur. Rectè autem dirigitur vnumquódque, quãdo ad finem conuenientem deducitur: non rectè autem quando ad finem non conuenientem. Alius autẽ est finis conueniens multitudini liberorum & seruorum. Nam liber est, qui sui causa est: seruus autem est, qui id quod est alterius est. Si igitur liberorum multitudo à regente ad bonum commune multitudinis ordinetur, erit regimen rectum & iustum: quale conuenit liberis. Si verò non ad bonum commune multitudinis, sed ad bonum priuatum regentis regimen ordinetur, erit regimen iniustum atque peruersum. Vnde & dominus talibus rectoribus cõminatur per Ezechielem dicens. Veh pastoribus qui pascebant semetipsos, quasi sua propria commoda quærẽtes. Nonne greges à pastoribus pascuntur: Bonum siquidem gregis pastores quærere debent: & rectores quilibet bonum multitudinis sibi subiectæ. Si igitur regimen iniustum per vnum tantùm fiat, qui sua commoda ex regimine quærat, non autem bonum multitudinis sibi subiectæ, talis rector tyrannus vocatur, nomine à fortitudine deriuato. quia, scilicet per potentiam opprimit: non per iustitiam regit. Vnde & apud antiquos potentes quique tyranni vocabantur. Si verò iniustum regimen non per vnum fiat, sed per plures, siquidem per paucos Holigarchia vocatur, id est, principatus paucorum: quãdo, scilicet pauci propter diuitias opprimunt plebem, sola pluralitate à tyranno differentes: Si verò iniquum regimen exerceatur per multos Democratia nuncupatur, id est, potentatus populi: quando, scilicet populus plebeorum per potentiam multitudinis opprimit diuites. Sic enim & populus totus erit quasi vnus tyrannus. Similiter autem & iustum regimen distingui oportet. Si enim administretur per aliquam multitudinem communi nomine Politia vocatur. vtpotè cũ multitudo bellatorum in ciuitate vel prouincia dominatur. Si verò administretur per paucos, virtuosos autẽ: huiusmodi regimen Aristocratia vocatur, id est, potentatus optimus, vel optimorũ qui propterea optimates dicuntur. Si verò iustum regimen ad vnum tantùm pertineat, ille proprie Rex vocatur. Vnde dominus p. Ezechielem dicit. Seruus meus Danid Rex super omnes erit, & pastor vnus erit omnium eorum. Ex quo manifestè ostenditur, quòd de ratione Regis est, quòd sit vnus qui præsit: & quòd sit pastor cõmune multitudinis bonum, & non suum commodum quæreus. Cùm autẽ homini competat in multitudine viuere: quia sibi non sufficit ad necessaria vitæ si solitarius maneat, oportet, quòd tantò sit perfectior multitudinis societas, quantò magis per se sufficiens erit ad necessaria vitæ. Habetur siquidem aliqua vitæ sufficientia in vna familia domus vnius: quantũ, scilicet ad naturales actus nutritionis & prolis generandæ & aliorum huiusmodi in vno autem dico, quantùm ad ea quæ ad vnum artificium pertinent. in ciuitate verò quæ est perfecta communitas, quàtùm ad omnia necessaria vitæ: sed adhuc magis in prouincia vna: propter necessitatem compugnationis & mutui auxilij contra hostes. Vnde qui perfectam communitatem regit, id est, ciuitatem vel prouinciam, antonomasicè Rex vocatur. Qui autem domum regit, non Rex, sed paterfamilias dicitur. Habet tamen aliquam similitudinem Regis, propter quam aliquando Reges populorum patres vocantur. Ex dictis igitur patet, quod Rex est qui vnius multitudinem ciuitatis, vel prouinciæ & propter bonum commune regit. Vnde Salomon in Ecclesiaste dicit. Vniuersæ terræ Rex imperat seruienti.

Quod vtilius est multitudinem hominum simul viuentium regi per vnum, quàm per plures.

CAP. II.

HIs autem præmissis requirere oportet, quid prouinciæ vel ciuitati magis expedit, vtrum pluribus regi, vel vno. Hoc autem considerari poterit ex ipso fine regiminis. Ad hoc enim cuiuslibet regentis ferri debet intentio, vt eius quod regendum suscepit salutem procuret. Gubernatoris enim est nauem contrà maris pericula seruando illæsam perducere ad portum salutis. Bonum autem & salus consociatę multitudinis est, vt eius vnitas conseruetur, quæ dicitur pax. Qua remota socialis vitæ perit vtilitas: quinimò multitudo dissentiens sibijpsi fit onerosa. Hoc igitur est ad quod maximè rector multitudinis intendere debet, vt pacis vnitatem procuret. Nec rectè consiliatur, an pacem faciat in multitudine sibi subiecta: sicut nec medicus, an sanet infirmum sibi cõmissum. Nullus enim consiliari debet de fine quem intendere debet: sed de his quæ sunt ad finem. Propterea Apostolus commendata fidelis populi vnitate:

Universidad de Deusto Biblioteca

ſolliciti, inquit, ſitis ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Quãto igitur regimen efficacius fuerit ad vnitatem pacis ſeruandam, tanto erit vtilius. Hoc enim vtilius dicimus, quod magis perducit ad finem. Manifeſtum eſt autem, quòd vnitatem magis efficere poteſt, quod eſt per ſe vnũ, quàm plures. Sicut efficaciſsima cauſa eſt calefactionis, quod eſt per ſe calidũ. Vtilius igitur eſt regimen vnius, quàm plurium. Amplius manifeſtũ eſt, quòd plures multitudinem nullo modo conſeruant, ſi omninò diſſentirẽt. Requiritur enim in pluribus quædam vnio ad hoc, quòd quoquo modo regere poſsint, quia nec multi nauem in vnam partem traherent, niſi aliquo modo coniuncti. Vniri autem dicuntur plura per appropinquationem ad vnum. Melius igitur regit vnus quàm plures, ex eo, quòd appropinquant ad vnum. Adhuc ea quæ ſunt ad naturam optimè ſe habent. In ſingulis enim operatur natura, quod optimum eſt. Omne autem naturale regimen ab vno eſt. In membrorum enim multitudine vnum eſt, quod omnia mouet, ſcilicet cor: & in partibus animæ vna vis principaliter præſidet, ſcilicet ratio. Eſt etiam apibus vnus Rex, & in toto vniuerſo vnus Deus factor omnium, & rector. & hoc rationabiliter. Omnis enim multitudo deriuatur ab vno. Quare ſi ea quæ ſunt ſecundum artem, imitãtur ea quæ ſunt ſecundum naturã, & tanto magis opus artis eſt melius, quanto magis aſſequitur ſimilitudinem eius, quod eſt in natura, neceſſe eſt, quod in humana multitudine optimum ſit, quod per vnum regatur. Hoc etiã experimentis apparet. Nam prouinciæ vel ciuitates quæ nõ reguntur ab vno, diſſenſionibus laborant, & abſque pace fluctuantur: vt videatur adimpleri, quod Dominus per Prophetam conqueritur dicens. Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam. Econtrariò verò prouinciæ & ciuitates quæ ſub vno Rege reguntur, pace gaudent, iuſtitia florent, & affluentia rerum lætantur. Vnde Dominus pro magno munere per Prophetas populo ſuo promittit, quòd poneret ſibi caput vnum, & quòd princeps vnus erit in medio eorum.

Quòd ſicut dominium vnius optimum eſt, quando eſt iuſtum, ita oppoſitum eius eſt peſsimum, probatúrque multis rationibus & argumentis.

CAP. III.

SIcut autem regimen Regis eſt optimum, ita regimen tyranni eſt peſsimum. Opponitur autem politiæ quidem Democratia. Vtrúnque enim ſicut ex dictis apparet, eſt regimen, quod per plures exercetur. Ariſtocratiæ verò holigarchia. Vtrunq; enim exercetur per paucos. Regnum autem tyrannidi. Vtrunq; enim per vnum exercetur. Quòd autem regnum ſit optimum regimen oſtenſum eſt prius. Si igitur optimo opponitur peſsimum, neceſſe eſt, quòd tyrannis ſit peſsimum. Adhuc virtus vnita magis eſt efficax ad effectum inducendum, quàm diſperſa vel diuiſa. Multi enim cõgregati ſimul trahunt, quod diuiſum per partes ſingulariter à ſingulis trahi non poſſet. Sicut igitur vtilius eſt virtutem operantem ad bonum eſſe magis vnam: vt ſit virtuoſior ad operandum bonum, ita magis eſt nociuum, ſi virtus operans malũ ſit vna, quàm diuiſa. Virtus autem iniuſtè præſidentis operatur ad malum multitudinis, dum cõmune bonum multitudinis in ſuijpſius bonum tantùm retorquet. Sicut igitur in regimine iuſto, quanto regens eſt magis vnum, tanto eſt vtilius regimen: vt regnum melius eſt, quàm Ariſtocratia. Ariſtocratiá verò, quàm politia, ita econuersò erit & in iniuſto regimine: vt videlicet quanto regẽs eſt magis vnũ: tanto magis ſit nociuum. Magis igitur eſt nociua tyrãnis, quàm holigarchia. Holigarchia autem, quàm democratia. Amplius per hoc regimen ſit iniuſtum, quòd ſpreto bono communi multitudinis, quæritur bonum priuatum regẽtis. Quanto igitur magis receditur à bono communi, tanto eſt regimen magis iniuſtum. Plus autem receditur à bono communi in holigarchia in qua quęritur bonum paucorum, quàm in Democratia, in qua quæritur bonũ multorum. Et adhuc plus receditur à bono communi in tyrannide, in qua quæritur bonum tantùm vnius. Omni enim vniuerſitati propinquius eſt multũ, quàm paucum: & paucum, quàm vnum ſolum. Regimen igitur tyranni eſt iniuſtiſsimum. Similiter autem manifeſtum fit conſiderantibus diuinæ prouidentiæ ordinem, quæ optimè vniuerſa diſponit. Nam bonum prouenit in rebus ex vna cauſa perfecta, quaſi omnibus adunatis, quæ ad bonum iuuare poſſunt, malũ autem ſigillatim ex ſingularibus defectibus. Nõ enim eſt pulchritudo in corpore, niſi omnia membra fuerint decenter diſpoſita. Turpitudo autem contingit, quodcúnque membrũm indecenter ſe habeat. Et ſic turpitudo ex pluribus cauſis diuerſimodè prouenit, pulchritudo autem vno modo ex vna cauſa perfecta. Et ſic eſt in omnibus bonis & malis, tanquàm hoc Deo prouidente: vt bonum ex vna cauſa ſit fortius, malum autem ex pluribus cauſis ſit debilius. Expedit igitur: vt regimen iuſtum ſit vnius tantùm, ad hoc vt ſit fortius. Quod ſi in iniuſtitiam declinat regimen, expedit magis: vt ſit multorum: vt ſit debilius, & ſe inuicem impediant. Inter iniuſta igitur regimina tolerabilius eſt Democratia, peſsimum verò tyrannis. Idem etiam maximè apparet, ſi quis conſideret mala quæ ex tyrannis proueniunt: quia cùm tyrannus contempto communi bono quærit priuatum, conſequens eſt vt ſubditos diuerſimodè grauet, ſecundum quod diuerſis paſsionibus ſubiacet ad bona aliqua affectanda. Qui enim paſſione cupiditatis detinetur, bona ſubditorum rapit. Vnde Salomon. Rex iuſtus erigit terram: vir auarus deſtruet eam. Si verò iracundiæ paſsioni ſubiaceat, pro nihilo ſanguinem fundit. Vnde per Ezech. vigeſimoſecundo dicitur. Principes eius in medio eius quaſi lupi rapientes prædam ad effundendum ſanguinem. Hoc igitur regimen fugiendum eſſe ſapiens monet dicens. Longè eſto ab homine poteſtatem habente occidendi. quia non, ſcilicet pro iuſtitia, ſed per poteſtatem occidit, pro libidine voluntatis. Sic igitur nulla erit ſecuritas, ſed omnia ſunt incerta, cùm à iure diſceditur, nec firmari quicquid poteſt, quod poſitum eſt in alterius voluntate, ne dicam libidine. Nec ſolùm in corporalibus ſubditos grauat, ſed etiam ſpiritualia eorum bona impedit, quia qui plus præeſſe appetũt, quàm prodeſſe, omnem profectum ſubditorũ impediunt, ſuſpicantes omnem ſubditorum excellentiam ſuæ iniquæ dominationis præiudicium eſſe. Tyrannis enim magis boni, quàm mali ſuſpecti ſunt, ſemperque his aliena virtus formidoloſa eſt. Conantur igitur prædicti tyranni, ne ipſorũ ſubditi virtuoſi effecti magnanimitatis concipiant ſpiritum, & eorum iniquam dominationem non ferant, ne inter ſubditos amicitiæ fœdus firmetur, & pacis emolumento adinuicem gaudeant: vt ſic dum vnus de altero non confidit, contra eorum dominium aliquid moliri nõ poſsint. Propter quod inter ipſos diſcordias ſeminant, exortas nutriunt, & ea quæ ad fœderationem hominum pertinent: vt connubia, & conuiuia prohibent, & cætera huiuſmodi, per quæ inter homines ſolet familiaritas & fiducia generari. Conantur etiam ne potentes aut diuites fiant, quia de ſubditis ſecundum ſuæ malitiæ conſcientiam ſuſpicantes, ſicut ipſi potentia & diuitijs ad nocendum vtuntur, ita timent, ne potentia ſubditorum & diuitiæ eis nociuæ reddantur. Vnde & Iob 15. de tyranno dicitur. Sonitus terroris ſemper in auribus eius, & cũ pax ſit nullo, ſcilicet malum eis intentante, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Ex hoc autem contingit: vt dum præſidentes qui ſubditos ad virtutes inducere deberent virtuti ſubditorum nequiter inuident, & eam pro poſſe impediunt, ſub tyrannis pauci virtuoſi inueniantur. Nam iuxta ſententiam Philoſophi, apud illos inueniuntur fortes viri, apud quos fortiſsimi quique honorantur. Et vt Tullius dicit. Iacent ſemper & parum vigent, quæ apud quoſque improbantur. Naturale etiam eſt: vt homines ſub timore nutriti, in ſeruilem degenerent animum, & puſillanimes fiant, ad omne virile opus & ſtrenuum. Quod experto patet in prouincijs, quæ diu ſub tyrannis fuerunt. Vnde Apoſtolus ad Coloſſenſ. 3. dicit. Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, ne puſillo animo fiant. Hæc igitur nocumenta tyrannidis Rex Salomon conſiderans dicit. Regnantibus impijs ruinæ hominum, quia ſcilicet per nequitiam tyrannorum ſubiecti à virtutum perfectione deficiunt. Et iterum dicit. Cùm impij ſumpſerint principatum, gemet populus, quaſi ſub ſeruitute deductus. Et iterũ. Cùm ſurrexerint impij, abſcondentur homines: vt tyrannorum crudelitatem euadant. Nec eſt mirum, quia homo abſque ratione ſecundum animæ ſuæ libidinem præſidens, nihil differt à beſtia. Vnde Salomon. Leo rugiens & vrſus eſuriens princeps impius ſuper populum pauperem. Et ideò à tyrannis ſe abſcondunt homines, ſicut à crudelibus beſtijs. Idémque videtur tyranno ſubijci, & beſtiæ ſæuienti ſubſterni.

Quomodò variatum eſt dominium apud Romanos, & quòd interdum apud eos magis aucta eſt Reſpublica ex dominio plurium.

CAP. IIII.

QVia igitur optimum & peſsimum conſiſtunt in Monarchia, id eſt principatu vnius, multis quidem propter tyrannorum malitiam redditur regia dignitas odioſa. Quidam verò dum regimen Regis deſiderant, incidunt in ſæuitias tyrannorum, rectoréſq; quàm plures tyrannidem exercent ſub prætextu regiæ dignitatis. Horum quidem exemplum euidenter apparet in Romana Republica. Regibus enim à populo Romano expulſis, cùm regium vel potius tyrannicum faſtum ferre non poſſent, inſtituerunt ſibi conſules & alios magiſtratus, per quos cœperunt & dirigi, regnum in Ariſtocratiam commutare volentes. Et ſicut refert Saluſtius, incredibile eſt memoratu, quantum adepta libertate in breui Romana ciuitas creuerit. Pleruḿque namque contingit: vt homines ſub Rege viuentes, ſegnius ad bonum commune nitantur: vtpotè exiſtimantes id, quod ad commune bonum impendunt, non ſibiipſis conferre, ſed alteri, ſub cuius poteſtate vident eſſe bona communia. Cùm verò bonum commune non vident eſſe in poteſtate vnius, non attendunt ad bonum commune, quaſi ad id, quod eſt alterius, ſed quilibet attendit ad illud quaſi ſuum.

Vnde expe-

Vnde experimento videtur, quòd vna ciuitas per annuos rectores adminiſtrata, plus poteſt interdũ, quàm Rex aliquis, ſi haberet tres vel quatuor ciuitates. Paruáq; ſeruitia exacta à Regibus grauiùs ferunt, quàm magna onera, ſi à communitate ciuium imponantur. Quod in promotione Romanæ reipublicę ſeruatũ fuit. Nam plebs ad militiam ſcribebatur: & pro militantibus ſtipendia exoluebant: & cũ ſtipendijs exoluendis non ſufficeret, commune ærariũ in vſus publicos opes venere priuatæ: adeò vt præter ſingulos annulos aureos, ſingulásq; bullas, quæ erant dignitatis inſignia, nihil ſibi auri ipſe etiam ſenatus reliquerit. Sed cũ diſſenſionibus fatigabatur continuis, quæ vſq; ad bella ciuilia excreuerunt: quibus bellis ciuilibus eis libertas, ad quam multũ ſtuduerant, de manibus erepta eſt: & ſub poteſtate Imperatorũ eſſe cœperũt, qui ſe Reges à principio appellari noluerunt: quia Romanis fuerat nomen Regium odioſum. Horum autẽ quidam more Regio bonum commune fideliter procurauerunt, per quorum ſtudium Romana reſpublica & aucta & conſeruata eſt. Plurimi verò eorum in ſubditos quidem tyranni, ad hoſtes verò effecti deſides & imbecilles Romanã rempublicã adnihilum redegerunt. Similis etiam proceſſus fuit in populo Hebræorũ. Primò quidem dum ſub iudicibus regebantur, vndique diripiebantur ab hoſtibus. Nam vnuſquiſque, ꝙ bonum erat in oculis ſuis, hoc faciebat. Regibus verò eis diuinitùs datis, ad eorum inſtantiam, propter Regum malitiam, à cultu vnius Dei receſſerunt: & finaliter ducti ſunt in captiuitatẽ. Vtrinque igitur pericula imminẽt: ſiue dum timetur tyrannus, euitetur Regis optimũ dominium: ſiue dum hoc conſideratur, poteſtas Regia in malitiam tyrannicam conuertatur.

Quòd in dominio plurium magis ſæpè contingit dominium tyrannicum, quàm ex dominio vnius: & ideò regimen vnius melius eſt.

CAP. V.

CVm autem inter duo, ex quorũ vtróque periculum imminet, eligere oportet: illud potiſsimè eligendum eſt, ex quo ſequitur minus malum. Ex Monarchia autem ſi in tyrannidem cõuertatur minus malum ſequitur, quàm ex regimine plurium optimatũ quando corrumpitur. Diſſenſio enim quę plurimũ ſequitur ex regimine plurium, cõtrariatur bono pacis, quod eſt præcipuum in multitudine ſociali: quod quidem bonũ per tyrannidem nõ tollitur: ſed aliqua particularium hominum bona impediuntur, niſi fuerit exceſſus tyrannidis: quod in totam communitatẽ deſæuiat. Magis igitur præoptãdum eſt vnius regimen, quàm multorũ: quamuis ex vtróq; ſequãtur pericula. Adhuc illud magis fugiendũ videtur, ex quo pluries ſequi poſſunt magna pericula. Frequẽtiùs autem ſequuntur maxima pericula multitudinis ex multorum regimine, quàm ex regimine vnius. Plerúnq; enim contingit, vt ex pluribus aliquis ab intentione cõmunis boni deficiat, quàm ꝙ vnus tantùm. Quicũque autem ex pluribus præſidentibus diuertat ab intentione cõmunis boni, diſſenſionis periculum in ſubditorum multitudine imminet: quia diſſentientibus principibus, conſequens eſt vt in multitudine ſequatur diſſenſio. Si verò vnus præſit, plerúnq; quidem ad bonum commune reſpicit: aut ſi à bono communi intentionẽ auertat, non ſtatim ſequitur, vt ad ſubditorũ depreſsionem intẽdat: quod eſt exceſſus tyrannidis: & in malitia regiminis maximum gradum tenẽs: vt ſuprà oſtenſum eſt. Magis igitur ſunt fugiẽda pericula quæ proueniunt ex regimine plurium, quàm ea quæ proueniunt ex gubernatione vnius. Ampliùs nõ minus cõtingit in tyrannidem verti regimen multorum, quàm vnius: ſed fortè frequentiùs. Exorta nánq; diſſenſione per regimen plurium, cõtingit ſæpè vnum ſuper alios ſuperare, & ſibi ſoli multitudinis dominium vſurpare. Quod quidem ex his quæ pro tempore fuerũt, manifeſtè inſpici poteſt. Nam ferè omnium multorum regimen eſt in tyrannidem terminatum: vt in Romana republica manifeſtè apparet. Quæ dum diu per plures magiſtratus adminiſtrata fuiſſet, exortis ſimultatibus, diſſenſionibus, & bellis ciuilibus, in crudeliſsimos tyrannos incidat. & vniuerſaliter, ſiquis præterita facta & quæ nunc fiunt diligenter conſideret, plures inueniet exercuiſſe tyrannidem in terris, quæ per multos reguntur, quàm in illis quæ gubernãtur per vnum. Si igitur regimen quod eſt optimũ regimen, maximè vitãdum videatur propter tyrannidem: tyrannis autem nõ minùs ſed magis contingere ſolet in regimine plurium, quàm vnius, relinquitur ſimpliciter magis eſſe expediens ſub Rege vno viuere, quàm ſub regimine pluriũ.

Concluſio, quòd regimen vnius ſimpliciter ſit optimum: oſtẽdit qualiter multitudo ſe debet habere circa ipſum: quia auferenda eſt ei occaſio, ne tyranniʒet: & quòd etiã in hoc eſt tollerandus propter maius malum vitandum.

CAP. VI.

QVia ergo vnius regimen præeligẽdum eſt, quod eſt optimum: & contingit ipſum in tyrannidem conuerti, quod eſt peſsimum. vt ex dictis patet: Laborandum eſt diligẽti ſtudio: vt ſic multitudini prouideatur de Rege, vt nõ incidant in tyrannũ. Primum autẽ eſt neceſſarium, vt talis conditionis homo ab illis ad quos hoc ſpectat officium, promoueatur in Regem, ꝙ non ſit probabile in tyrannidem declinare. Vnde Samuël Dei prouidentiam erga inſtitutionem Regis commendans, ait. 1. Regum 13. Quæſiuit ſibi dominus virum ſecundum cor ſuum. Deindè ſic diſponenda eſt regni gubernatio, vt Regi iam inſtituto tyrannidis ſubtrahatur occaſio. Simul etiam ſic eius temperetur poteſtas, vt in tyrannidem de facili declinare non poſsit. Quæ quidem vt fiant, in ſequentibus conſiderandum erit. Demùm verò curandum eſt, ſi Rex in tyrannidem diuerteret, qualiter poſſet occurri. Et quidem ſi non fuerit exceſſus tyrannidis, vtiliùs eſt remiſſam tyrannidem tolerare ad tempus, quàm contra tyrannũ agendo multis implicari periculis, quę ſunt grauiora ipſa tyrannide. Poteſt enim contingere, vt qui contra tyrannum agunt, præualere non poſſunt: & ſic prouocatus tyrannus, magis deſæuiat. Quod ſi præualere quis poſsit aduerſus tyrannum, ex hoc proueniunt multoties grauiſsimæ diſſenſiones in populo: ſiue dum in tyrannum inſurgitur: ſiue poſt deiectionẽ tyranni erga ordinationem regiminis multitudo ſeparatur in partes. Contingit etiam, vt interdum dum alicuius auxilio multitudo expellit tyrannum, ille poteſtate accepta, tyrannidem arripiat: & timens pati ab alio quod ipſe in alium fecit, grauiori ſeruitute ſubditos opprimat. Sic enim in tyrannide ſolet contingere, vt poſterior grauior fiat, quàm præcedens: dum præcedentia grauamina non deſerit: & etiã ipſa ex ſui cordis malitia noua excogitat. Vnde Siracuſij quondam Dionyſij mortem omnibus deſiderantibus, anus quædã vt incolumis & ſibi ſuperſtes eſſet, continuè orabat. Quod vt tyrannus cognouit, cur hoc faceret interrogauit. Tum illa. puella, inquit, exiſtens, cùm grauem tyrannum haberemus. mortem eius cupiebam, quo interfecto, aliquantulum durior ſucceſsit. Eius quoque dominationem finiri, magnum exiſtimabã. Tertium te importuniorem habere cœpimus rectorem. Itáque ſi tu fueris abſumptus, deterior in locum tuum ſuccedet. Et ſi ſit intollerabilis exceſſus tyrannidis: quibuſdam viſum fuit, vt ad fortium virorum virtutem pertineat tyrannum interimere: ſéque pro liberatione multitudinis exponere periculis mortis. Cuius rei exemplum etiam in veteri teſtamento habetur. Nam Aioth quidam Eglon Regem Moab, qui graui ſeruitute populum Dei premebat, fica infixa in eius fœmore interemit: & factus eſt populi iudex. Sed hoc Apoſtolicæ doctrinæ non congruit. Docet enim nos Petrus non bonis tantùm & modeſtis: verum etiã diſcolis dominis reuerenter ſubditos eſſe. 2. Petr. 2. Hæc eſt enim gratia, ſi propter conſcientiam Dei ſuſtineat quis triſtitias patiens iniuſtè. Vnde cùm multi Romani Imperatores fidẽ Chriſti perſequerentur tyrannice: magnáq; multitudo tam nobiliũ, quàm populi eſſet ad fidem conuerſa: non reſiſtendo: ſed mortem patienter, & armati ſuſtinẽtes pro Chriſto laudãtur: vt in ſacra Thebeorũ legione manifeſtè apparet. Magíſque Aioth iudicandus eſt hoſtem interemiſſe, quàm populi rectorem. licèt tyrannum. Vnde & in veteri teſtamento legũtur occiſi fuiſſe, hi qui occiderũt Ioas Regem Iuda, quamuis à cultu Dei recedentem, eorúmq; filijs reſeruatis ſecundum legis præceptum. Eſſe autẽ hoc multitudini periculoſum & eius rectoribus, ſi priuata præſumptione aliqui attentarent præſidentium necem etiam tyrannorum. Plerúnque enim huiuſmodi periculis magis exponunt ſe mali, quàm boni. Malis autẽ ſolet eſſe graue dominium non minus Regum, quàm tyrannorum: quia ſecundum ſententiam Salomonis. Diſsipat impios Rex ſapiens. Magis igitur ex huius præſumptione immineret periculum multitudini de amiſsione Regis, quàm remedium de ſubtractiõe tyranni. Videtur autem magis contra tyrannorum ſæuitiam non priuata præſumptione aliquorum: ſed auctoritate publica procedendum. Primò quidem ſi ad ius multitudinis alicuius pertineat ſibi prouidere de Rege, non iniuſtè ab eadem Rex inſtitutus poteſt deſtrui: vel refrenari eius poteſtas, ſi poteſtate Regia tyrannicè abutatur. Nec putanda eſt talis multitudo infideliter agere tyrannum deſtituens, etiam ſi eidẽ in perpetuum ſe antè ſubiecerat. Quia hoc ipſe meruit in multitudinis regimine, ſe non fideliter gerens: vt exigit Regis officium, quòd ei pactum à ſubditis non reſeruetur. Sic Romani Tarquinium ſuperbum, quem in Regem ſuſceperant: propter eius & filiorum tyrannidem, à regno eiecerunt, ſubſtituta minori, ſcilicet conſularia poteſtate. Sic etiam Domitianus, qui modeſtiſsimis Imperatoribus Veſpaſiano patri, & Tito fratri eius ſucceſſerat: dum tyrannidẽ exercet, à ſenatu Romano interemptus eſt, omnibus quæ peruersè Romanis fecerat per ſenatuſconſultum iuſtè & ſalubriter in irritum reuocatis. Quo factum eſt, vt Beatus Ioannes euãgeliſta dilectus Dei diſcipulus, qui per ipſum Domitianum in Pathmos inſulam fuerat exilio relegatus, ad Epheſum per ſenatuſconſultum remitteretur. Si verò ad ius alicuius ſuperioris pertineat multitudini prouidere de Rege, expectandum eſt ab eo remedium contra tyranni nequitiam. Sic Archelay qui in Iudęa pro Herode patre ſuo regnare iam cœperat, paternam malitiam imitãtis, Iudæis contra eum querimoniam ad Cæſarem Auguſtum deferentibus: primò quidem poteſtas diminuitur, ablato ſibi Regio no-

Vide Roselli. [illegible] D. Th.

Universidad de Deusto Biblioteca

nime & medietate regni sui inter dues fratres suos diuisa. Deinde cum nec sic à tyrannide compesceretur, à Tyberio Cæsare relegatus est in exilium apud Lugdunum Galliæ ciuitatem. Quòd si omninò contra tyrannum auxiliũ humanum haberi non potest, recurrendum est ad Regem omnium Deũ, qui est adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Eius enim potentiæ subest: vt cor tyranni crudele cõuertat in mansuetudinem, secundum Salomonis sententiam. Prouer.21. Cor Regis in manu Dei, quocunq; voluerit inclinabit illud. Ipse enim Regis Assueri crudelitatem qui Iudæis mortem parabat, in mansuetudinem vertit. Ipse est qui ita Nabuchodonosor crudelem Regem conuertit, quòd factus est diuinæ potentiæ prędicator. Nunc igitur, inquit, ego Nabuchodonosor, laudo & magnifico, & glorifico Regẽ cœli, quia opera eius vera & viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare. Dan.4. Tyrãnos verò quos reputat cõuersione indignos, potest auferre de medio: vel ad infimum statũ reducere. secundũ illud Sapien. Ecclesia.10. Sedem ducũ superborum destruxit Deus & sedere fecit mites pro eis. Ipse est enim qui videns afflictionem populi sui in Aegypto, & audiens eorũ clamorem Pharaonem tyrannũ deiecit cum exercitu suo in mare. Ipse est qui memoratũ Nabuchodonosor prius superbientem, non solũ eiectum de regni solio, sed etiam de hominũ consortio in similitudinem bestiæ cõmutauit. Nec enim abbreuiata manus eius est: vt populum suum à tyrannis liberare non possit. Promittit enim populo suo per Esaiam requiem se daturũ à labore, & cõcussione, ac seruitute dura qua antè seruierat. Et per Ezech.34. dicit. Liberabo meũ gregẽ de ore eorũ. s. pastorũ qui pascunt seipsos. Sed vt hoc beneficium populus à Deo consequi mereatur, debet à peccatis cessare, quia in vltionem peccati diuina permissione impij accipiunt principatum. dicente Domino per Ose.13 Dabo tibi Regem in furore meo. Et in Iob 34. Dicitur, quòd regnare facit hominem hypocritam, propter peccata populi. Tollenda est igitur culpa: vt cesset à tyrannorum plaga.

Hic quærit sanctus doctor, quid præcipuè mouere debeat Regem ad regendum: vtrum honor vel gloria, & ponit opinione, circa hoc, quid sit tenendum.

CAP. VII.

QVoniam autem secundũ prędicta Regis est bonũ multitudinis quærere, nimis videtur onerosum Regis officiũ, nisi ei aliqd propriũ bonũ ex hoc proueniret. Oportet igitur considerare, quale sit boni Regis cõueniens præmiũ. Quibusdam igitur visum est non esse aliud, nisi honorem & gloriam. Vnde & Tullius, de repu. diffinit principem ciuitatis esse alendũ gloria. Cuius rationem Aristoteles in lib. Ethi. assignare videtur. Quia princeps cui non sufficit honor & gloria cõsequenter tyrannus efficitur. Inest enim animis omnium: vt proprium bonum quærant. Si ergo contentus non fuerit princeps gloria & honore, quæret voluptates & diuitias, & sic ad rapinas & subditorum iniurias conuertetur. Sed si hanc sententiam receperimus, plurima sequuntur inconueniẽtia. Primò námq; hoc Regibus dispendiosum esset si tot labores & sollicitudines paterentur pro mercede tam fragili. Nihil enim videtur in rebus humanis fragilius gloria & honore fauoris hominũ, cũ dependeat ex opinionibus hominum, quibus nihil mutabilius in vita hominum. Et inde est, quòd Esa. Prophe. 40. huiusmodi gloriam nominat florem fœni. Deinde humanæ gloriæ cupido animi magnitudinẽ aufert. Qui enim fauorem hominũ quærit necesse est vt in omni eo, quod dicit aut facit eorum voluntati deseruiat. Et sic dũ placere hominibus studet, fit seruus singulorum. Propter quod & idem Tullius in libro de officijs, cauendam dicit esse gloriæ cupidinem. Eripit enim animi libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. Nihil autem principem qui ad bona peragenda instituitur magis decet, quàm animi magnitudo. Est igitur incompetens Regis officio humanæ gloriæ præmium. Simul etiam est multitudini nociuum, si tale præmium statuatur principibus. Pertinet enim ad boni viri officium: vt contemnat gloriam, sicut alia temporalia bona. Virtuosi enim & fortis animi est pro iustitia contemnere gloriam, sicut & vitam. Vnde fit quoddam mirabile. Vt quia virtuosos actus sequitur gloria, ipsa gloria virtuosè contemnatur, & ex contemptu gloriæ homo gloriosus reddatur, secundum sententiam Fabij dicentis, gloriam qui spreuerit, veram habebit. Et de Catone dixit Salustius. Quo minus petebat gloriam, tanto magis assequebatur illam. Ipsique Christi discipuli, se sicut Dei ministros exhibebant, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam. Non est igitur boni viri conueniens præmium gloria, quam contemnunt boni. Si igitur hoc solum bonum statuatur præmium principibus, sequetur bonos viros non assumere principatum, aut si assumpserint, impræmiatos esse. Amplius ex cupidine gloriæ periculosa mala proueniunt, multi enim dum immoderatè gloriam in rebus bellicis quærunt, se ac suos perdiderunt exercitus libertate patriæ sub hostili potestate redacta. Vnde Torquatus Romanus princeps in exemplo huius vitã discriminis, filiũ qui contra imperiũ suũ prouocatus ab hoste iuuenili ardore pugnauit, licet vicisset, occidit, ne plus mali esset in præsumptionis exemplo, quàm vtilitatis in gloria hostis occisi. Habet etiam cupido gloriæ aliud sibi familiare vitium, simulationem videlicet. Quia enim difficilè est paucisque cõtingit, veras virtutes assequi, quibus solis honor debetur, multi gloriam cupientes, virtutum simulatores fiunt. Propter quod sicut dicit Salustius. Ambitio multos mortales falsos fieri coegit. Aliud clausum in pectore, aliud promptum habere in lingua, magisque vultũ, quã ingeniũ habere. Sed & saluator noster eos qui bona opera faciunt: vt ab hominibus videantur, hypocritas, idest, simulatores vocat. Sicut igitur periculosum est multitudini, si princeps voluptates & diuitias quærat pro præmio: vt raptor & cõtumeliosus fiat, ita periculosum est cũ detinetur gloriæ præmio, ne præsumptuosus & simulator existat. Sed quantũ ex dictorũ sapientum intentione apparet, nõ ea ratione honorem & gloriam pro præmio principi decreuerunt, tanquàm ad hoc principaliter ferri debeat boni Regis intentio, sed quia tolerabilius est si gloriam quærat, quã si pecuniam cupiat: vel voluptatem sequatur. Hoc enim vitiũ virtuti propinquius est cũ gloria quã homines cupiunt: vt ait Aug. nihil aliud sit, quã iudiciũ hominũ benè de hominibus opinantiũ. Cupido enim gloriæ aliquod habet virtutis vestigiũ, dũ saltem bonorũ approbationem quærit, & eis displicere recusat. Paucis igitur ad veram virtutem peruenientibus, tolerabilius videtur, si pręferatur ad regimen, qui vel iudiciũ hominum metuens, à malis manifestis retrahitur. Qui enim gloriam cupit, aut vera via per virtutis opera nititur: vt ab hominibus approbetur: vel saltem dolis ad hoc contendit atque fallacijs. At qui dominari desiderat, si cupiditate gloriæ carens non timeat benè iudicantibus displicere, per apertissima scelera quærit plerúnque obtinere, quod diligit. Vnde bestias superat, siue crudelitatis, siue luxuriæ vicijs. Sicut in Nerone Cæsare patet, cuius, vt Aug. dicit, tãta luxuria fuit: vt nihil putaretur ab eo virile metuendum, tãta crudelitas: vt nihil molle habere putaretur. Hoc autem satis exprimitur per id quod Aristoteles de magnanimo in Ethicis dicit, quòd non quærit honorem & gloriam quasi aliquid magnum, quod sit virtutis sufficiens præmium, sed nihil vltra hoc ab hominibus exigit. Hoc enim inter omnia terrena videtur esse præcipuuum: vt homini ab hominibus testimonium de virtute reddatur.

Hic declarat sanctus doctor, qualis est verus finis Regis, qui mouere ipsum debet ad bene regendum.

CAP. VIII.

QVoniam ergo mundanus honor & hominum gloria regiæ sollicitudinis nõ est sufficiens præmium. Inquirendum restat, quale sit eidem sufficiens. Est autem conueniens: vt Rex præmium expectet à Deo. Minister enim pro suo ministerio præmium expectat à Domino. Rex autem populum gubernãdo, minister Dei est, dicente Apostolo. Rom.13. quòd omnis potestas à Domino Deo est, & quòd est Dei minister: vindex in iram ei qui malè agit. Et in libr. Sapien. Reges Dei esse ministri describuntur. Debent igitur Reges pro suo regimine præmiũ expectare à Deo. Remunerat autẽ Deus pro suo ministerio Reges interdum temporalibus bonis. Sed talia præmia sunt bonis malisque communia. Vnde Dominus Ezech.29. dicit. Nabuchodonosor Rex Babylonis seruire fecit exercitũ suum seruitute magna aduersus Tyrũ, & merces nõ est reddita ei, nec exercitui eius de Tyro pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam, ea, scilicet seruitute, qua potestas secundũ Apostolũ Dei minister est vindex in iram ei qui malè agit. Et posteà de præmio subdidit. Proptereà hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego dabo Nabuchodonosor Regem Babylonis in terra Aegypti, & diripiet spolia eius, & erit merces exercitui eius. Si ergo Reges iniquos contra Dei hostes pugnantes, licet nõ intentione seruiendi Deo, sed sua odia & cupiditates exequẽdi, tanta mercede Dominus remunerat: vt de hostibus victoriam tribuat, regna subijciat, & spolia diripienda proponat, quid faciet bonis Regibus, qui pia intentione Dei populum regũt, & hostes impugnant. Non quidem terrenam, sed æternam mercedem eis promittit, nec in alio, quã in seipso, dicente Petro pastoribus populi Dei. 1.Pe.15. Pascite qui in vobis est gregem Domini: vt cũ venerit princeps pastorum, idest, Rex Regum Christus percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam. de qua dicit Esa.28 Erit Dominus sertum exultationis & diadema gloriæ populo suo. Hoc autem ratione manifestatur. Est enim mentibus omnium ratione vtentium inditum, virtutis præmium beatitudinem esse. Virtus enim vniuscuiúsque rei describitur, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Ad hoc autem quisque benè operando nititur peruenire, quod est maximè desiderio inditum. Hoc autem est esse fœlicem: quod nullus potest non velle. Hoc igitur præmium virtutis conuenienter expectatur, quod hominem beatum facit.

Si autẽ benè operari virtutis est opus, Regis autẽ opus est benè regere subditos, hoc etiam erit prẽmiũ Regis, quod eum faciat esse beatũ. Quid autem hoc sit, hinc considerãdum est. Beatitudinẽ quidem dicimus vltimum desideriorũ finem. Neq; enim desiderij motus vsq; in infinitum procedit: esset enim inane naturale desideriũ: cùm infinita pertransiri non possint. Cũ autem desiderium intellectualis naturæ sit vniuersalis boni, hoc solùm bonũ verè beatum facere poterit, quo adepto nullum bonũ restat quod ampliùs desiderari possit. Vnde & beatitudo dicitur bonũ perfectum, quasi omnia desiderabilia in se comprehendens. Tale autem nõ est aliquod bonum terrenũ. Nam qui diuitias habent, ampliùs habere desiderant. Et simile patet in cæteris. Et si ampliora non quærũt, desiderant tamen vt ea permaneant, vel alia in locũ eorũ succedant. Nihil enim permanens inuenitur in rebus terrenis. Nihil igitur terrenum est, quod quietare desiderium possit. Neq; igitur terrenũ aliquod beatum facere potest, vt possit esse Regis cõueniens præmium. Adhuc cuiuslibet rei finalis perfectio & bonũ completũ, ab aliquo superiore dependet: quia & ipsa corporalia meliora redduntur ex adiunctione meliorũ: peiora verò si deterioribus misceantur. Si enim argento misceat aurum, argentũ fit melius, quod ex plumbi admixtione impurũ efficitur. Constat autẽ terrena omnia esse infra mentem humanam: beatitudo autẽ est hominis finalis perfectio: & bonum completum: ad quod omnes peruenire desiderant. Nihil igitur terrenũ est, quod hominem possit beatũ facere. Nec igitur terrenum aliquod est præmium Regis sufficiens. Non enim vt Augustinus dicit Christianos Principes: quia diutiùs imperarũt, vel imperatores filios morte placida reliquerunt: vel hostes reipublicæ diminuerunt: vel ciues aduersum se insurgẽtes & cauere & opprimere potuerũt: sed fœlices eos dicimus, si iustè imperãt: si malunt cupiditatibus potiùs quàm gentibus quibuslibet imperare: si omnia faciũt non propter ardorem inanis gloriæ: sed propter charitatẽ fœlicitatis æternæ. Tales Imperatores Christianos fœlices dicimus interim spe: posteà re ipsa futuros: cùm id quod expectamus aduenerit. Sed nec aliqđ aliud creatũ est, quod beatũ hominẽ faciat: & possit regi decerni ꝓ præmio. Tẽdit enĩ vniuscuiúsq; rei desideriũ in suũ principium à quo esse suũ principiũ causatur. Causa verò mẽtis humanę nõ est aliud quã Deus, qui eã ad suã imaginẽ facit. Solus igitur Deus est qui hominis desideriũ quietare potest & facere hominem beatũ: & esse Regi conueniens præmium. Ampliùs mens humana vniuersalis boni cognoscitiua est per intellectũ, & desideratiua per voluntatem. Bonũ autem vniuersale nõ inuenitur, nisi in Deo. Nihil ergo est, quod possit hominẽ beatũ facere eius implẽdo desiderium, nisi Deus: de quo dicitur in Psalmo. Qui replet in bonis desiderium tuum. In hoc ergo Rex suum præmiũ statuere debet. Hoc igitur cõsiderans Dauid Rex, dicebat. Quid mihi est in cœlo: & à te quid volui super terram? Cui quæstioni posteà respondens, subiungit. Mihi autẽ adhęrere Deo bonum est: & ponere in domino Deo spem meam. Ipse enim est qui dat salutẽ Regibus, nõ solùm temporalem, qua communiter saluat homines: & iumenta: sed etiam eam de qua per Esaiam 51. dicit. Salus autem mea in sempiternum erit: qua homines saluat eos ad æqualitatem angelorũ perducens. Sic igitur verificari potest, ꝙ Regis præmiũ est honor & gloria. Quis enim mundanus & caducus honor huic honori similis esse potest, vt homo sit ciuis & domesticus Dei: & inter Dei filios computatus: & hæreditatem regni cœlestis assequatur cum Christo? Hic est honor quem concupiscens & admirans Rex Dauid, dicebat, Nimis honorati sunt amici tui Deus. Quæ insup humanæ laudis gloria huic comparari potest, quam non fallax blandientium lingua non decepta hominum opinio profert: sed ex interioris conscientiæ testimonio producit: & Dei testimonio confirmatur: qui suis confessoribus repromittit, ꝙ confiteatur eos in gloria patris coram angelis Dei? Qui autem hanc gloriam quærunt, eam inueniunt & quã non quęrunt gloriam hominũ, consequuntur: exemplo Salomonis, qui non solùm sapientiam quam quæsiuit, accepit à domino: sed factus est super Reges alios gloriosus.

Hic declarat sanctus doctor, quòd præmium Regum & principum tenet supremum gradum in beatitudine cœlesti: & hoc multis rationibus ostenditur & exemplis.

CAP. IX.

COnsiderandum autem restat vlteriùs, ꝙ & eminentem obtinebunt cœlestis beatitudinis gradum, qui officiũ regium dignè & laudabiliter exequuntur. Si enim beatitudo virtutis est præmiũ, consequens est vt maiori virtuti maior gradus beatitudinis debeatur. Est autẽ præcipua virtus qua homo aliquis nõ solùm seipsum: sed etiam alios dirigere potest: & tantò magis, quantò plurium est regitiua. Quia & secũdum virtutem corporalem, tantò aliquis virtuosior reputatur, quantò plures vincere potest: aut pondera plura leuare. Sic igitur maior virtus requiritur ad regẽdum domesticã familiam, quàm ad regendum seipsum: multóq; maior ad regimen ciuitatis & regni. Est igitur excellentis virtutis, bene Regiũ officium exercere. Debetur igitur ei excellens in beatitudine prẽmiũ. Adhuc in omnibus artibus & potẽtijs laudabiliores sunt, qui alios benè regunt, quàm qui secũdum alienã directionẽ bene se habent. In speculatiuis enim maius est veritatẽ alijs docẽdo tradere, quàm quod ab alijs docetur capere posse. In artificijs etiam maius extimatur, maiorìq; cõducitur pretio architector qui ædificiũ disponit, quàm artifex qui secũdum eius dispositionẽ manualiter operatur. Et in rebus bellicis maiorẽ gloriam de victoria sequitur prudẽtia Ducis, quàm militis fortitudo. Sic autẽ se habet rector multitudinis in his quæ à singulis secũdum virtutem sunt agenda, sicut doctor in disciplinis: & architector in ædificijs: & Dux in bellis. Est igitur Rex maiori pretio dignus, si bene subiectos gubernauerit, quàm aliquis subditorum, si sub Rege bene se habuerit. Ampliùs, si virtutis est, vt p eam opus hominis bonum reddatur, maioris virtutis esse videtur, ꝙ maius bonũ per eam aliquis operetur. Maius autẽ & diuinius est bonũ multitudinis, quàm bonũ vnius: vnde interdum malũ vnius sustinetur, si in bonũ multitudinis cedat: sicut occiditur latro, vt pax multitudini detur. Et ipse Deus mala esse in mundo nõ sineret, nisi ex eis bona eliceret ad vtilitatẽ & pulchritudinẽ vniuersi. Pertinet autem ad Regis officiũ, vt bonũ multitudinis studiosè procuret. Maius igitur prẽmiũ debetur Regi pro bono regimine, quàm subdito pro bona actione. Hoc autẽ manifestiùs fiet, si quis magis in speciali consideret. Laudatur enim ab hominibus quęuis priuata persona & ei à Deo cõputatur in præmium, si egenti subueniat: si discordes pacificet: si oppressum à potentiore eripiat. Deniq; si alicui qualitercúnq; opem vel cõsilium cõferat ad salutẽ. Quãtò igitur magis laudandus est ab hominibus, & præmiandus à Deo, qui totã prouinciam facit pace gaudere: violentias cohibet: iustitiã seruat: & disponit quid sit agendum ab hominibus suis legibus & præceptis. Hinc etiam magnitudo Regiæ virtutis apparet, ꝙ præcipuè Dei similitudinem gerit: dum agit in regno, ꝙ Deus in mũdo. Vnde & in Exodo 22. iudices multitudinis, Dij vocãtur. Imperatores etiã apud Romanos Dij vocabãtur. Tantò autẽ est aliquid Deo acceptiùs, quãtò magis ad eius imitationem accedit. Vnde & Apostolus monet ad Ephes.5. Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi. Sed si secũdum Sapientis sententiam, omne animal diligit simile sibi, secundum ꝙ causæ aliqualiter similitudinẽ habent causati. Consequens igitur est bonos Reges Deo esse acceptissimos: & ab eo maximè prẽmiandos. Simul etiam vt Gregorij verbis vtar. Quid est tempestas maris, nisi tempestas mentis? Quieto autẽ mari, rectè nauẽ etiã imperitus dirigit, turbato autẽ mari tempestatis fluctibus, etiã peritus nauta cõfunditur. Vnde etiã plerúnq; in occupatione regiminis, ipse quoq; boni operis vsus perditur, qui in trãquilitate tenebatur. Valde enim difficile est, si, vt Aug. dicit, inter linguas sublimantiũ & honorantium: & obsequia nimis humiliter salutantiũ, non extolluntur: sed se homines esse meminerint. Et in Ecclesiastic.31. beatus dicitur vir qui post aurũ non abijt: nec sperauit in pecuniæ thesauris. Qui potuit impunè transgredi, & nõ est transgressus: & facere mala & non fecit. Ex quo quasi in virtutis opere probatus inuenitur fidelis. Vnde secundũ Biantis prouerbium. Principatus virũ ostẽdit. Multi enim ad principatus culmen peruenientes, à virtute deficiunt: qui dum in statu essent infimo, virtuosi videbãtur. Ipsa igitur difficultas, quæ principibus imminet ad bene agendũ, eos facit maiori præmio dignos. Et si aliquãdo per infirmitatẽ peccauerint, apud homines excusabiliores redduntur: & faciliùs à Deo veniam promerentur: si tamen vt Augu. ait: pro suis peccatis humilitatis: & miserationis: & orationis sacrificiũ Deo suo vero immolari nõ negligant. In cuius rei exemplũ de Achab Rege Israël: qui multũ peccauerat: dominus ad Heliam dixit. Quia humiliatus est mei causa, nõ inducã hoc malum in diebus suis. Nõ solùm autem ratione ostenditur, ꝙ Regibus excellens præmium debeatur: sed etiã auctoritate diuina firmatur. Dicitur enim in Zachar.12. ꝙ in illa beatitudinis die qua erit dominus protector habitãtibus in Hierusalẽ. i. in visione pacis æternæ: aliorũ domus erunt: sicut domus Dauid: quia. s. omnes Reges: & regnabunt cũ Christo: sicut membra cũ capite: sed domus Dauid erit, sicut domus Dei: quia sicut regẽdo fideliter Dei officiũ gessit in populo, ita in præmio Deo propinquius erit & inhærebit. Hoc etiam fuit apud gentiles aliqualiter somniatũ: dum ciuitatũ rectores atq; seruatores in Deos transformari putabant.

Quod Rex & Princeps studere debẽt ad bonum regimen, propter bonum suijpsius, & vtile quod inde sequitur: cuius contrarium sequitur regimen tyrannicum.

CAP. X.

CVm Regibus tam grande in cœlesti beatitudine præmiũ proponatur, si bene in regendo se habuerint, diligẽti cura seipsos obseruare debẽt, ne in tyrannidẽ conuertãtur. Nihil enim eis acceptabiliùs esse debet, quàm ꝙ ex honore Regio quo sublimantur in terris, in cœlestis regni gloriã transferãtur. Errant verò tyrãni, qui propter quædã terrena cõmoda iustitiã deserũt: qui tantò priuãtur prẽmio, quod adipisci poterãt iustè regẽdo. Quã autẽ stultũ sit pro huiusmodi paruis & tẽporalibus bonis, maxima & sempiterna perdere bona, nullus nisi stultus aut infidelis ignorat. Addendum est

Universidad de Deusto Biblioteca

tiam, quòd hæc temporalia commoda propter quæ tyranni iustitiam deserunt, magis ad lucrum proueniunt Regibus, dũ iustitiam seruant. Primò namque inter mũdana omnia nihil etiam, quod amicitiæ dignè præferendum videatur. Ipsa namque est quæ virtuosos in vnum conciliat, virtutem conseruat atque promouet. Ipsa est qua omnes indigent, in quibuscúnque negotijs peragẽdis, quę nec prosperis importunè se ingerit, nec deserit in aduersis. Ipsa est quæ maximas delectationis affert, intantùm: vt quæcúnq; delectabilia in tędium sine amicis vertantur. Quælibet autem aspera, facilia, & propè nulla facit amor. Nec est alicuius tyranni tãta crudelitas: vt amicitia non delectetur. Dionysius enim quondam Syracusanorũ tyrãnus, cũ duorum amicorum qui Damon & Phitias dicebantur, alterum occidere vellet, is qui occidendus erat, inducias impetrauit: vt domum profectus, res suas ordinaret. Alter verò amicorum se se tyranno ob fidem pro eius reditu dedit. Appropinquante autem promisso die, nec illo redeunte, vnusquisque fideiussorem stultitiæ arguebat. At ille nihil se metuere de amici constantia prædicabat. Eadem autem hora qua fuerat occidendus, redijt. Admirans autem amborum animum tyrannus, supplicium propter fidem amicitiæ remisit, insuper rogans: vt eum tertium reciperent in amicitiæ gradu. Hoc autem amicitiæ bonum, quamuis desiderent tyranni, consequi tamen non possunt. Dum enim commune bonũ non quærunt, sed proprium, fit parua vel nulla communio eorum ad subditos. Omnis autem amicitia super aliqua cõmunione firmatur. Eos enim qui conueniunt: vel per naturæ originem, vel per morum similitudinem, vel per cuiuscúnq; societatis communionem, videmus amicitia coniungi. Parua igitur vel potius nulla est amicitia tyranni & subditi. Simúlque dum subditi per tyrannicam iniustitiam opprimuntur, & se amari non sentiunt, sed contemni, nequaquàm amant. Nec habent tyranni, vnde de subditis conquerantur, si ab eis diliguntur, quia nec ipsi tales seipsis exhibent: vt diligi ab eis debeant. Sed boni Reges dum communi profectui studiosè intendunt, & eorum studio subditi plura commoda se assequi sentiunt, diliguntur à plurimis, dum subditos se amare demonstrant. Quia & hoc est maioris malitiæ, quàm quòd in multitudine cadat: vt odio habeantur amici & benefactoribus rependatur malum pro bono, & ex hoc amore prouenit: vt bonorum regum regnum sit stabile, dum pro ipsis se subditis quibuscúnque periculis exponere non recusant. Cuius exemplum in Iulio Cæsare apparet, de quo Suetonius refert, quòd milites suos vsqueadeò diligebat: vt audita quorundam cæde, capillos & barbam antè non dempserit, quàm vindicasset. Quibus rebus deuotissimos sibi & strenuissimos milites reddidit, ita quòd plerique eorum capti, concessa sibi sub ea conditione vitam, si militare aduersus Cæsarem vellent, recusarent. Octauianus etiam Augustus, qui modestissimè imperio vsus est, intantùm diligebatur à subditis: vt plerique morientes: victimas quas deuouerant, immolari mandarent, quia eum superstitem reliquissent. Non est ergo facilè: vt principis perturbetur dominium, quem tanto consensu populus amat. Propter quod Salomon dicit. Prouerbiorum vigesimonono. Rex qui iudicat in iustitia pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Tyrannorum verò dominium diuturnum esse non potest, cùm sit multitudini odiosum. Non potest enim diu conseruari, quod votis multorum repugnat. Vix enim à quoquàm præsens vita transigitur, quin aliquas aduersitates patiatur. Aduersitatis autem tempore occasio deesse non potest contra tyrannum insurgendi. Et vbi adsit occasio, non deerit ex multis vel vnus qui occasione non vtatur. Insurgentem autem populus votiuè prosequitur. Nec de facili carebit effectu, quod cum fauore multitudinis attentatur. Vix ergo potest contingere, quòd tyranni dominium protendatur in longum. Hoc etiam manifestè patet, si quis consideret: vnde tyranni dominium conseruatur. Non enim conseruatur amore, cùm parua vel nulla sit amicitia subiectæ multitudinis ad tyrannum: vt ex præhabitis patet. De subditorum autem fide tyrannis confidendum non est. Non enim inuenitur tanta virtus in multis: vt fidelitatis virtute reprimantur, ne indebitæ seruitutis iugum, si possint, excutiant. Fortassis autem nec fidelitati contrarium reputabitur secundum opinionem multorum, si tyrannicæ nequitiæ qualitercúnque obuietur. Restat ergo: vt solo timore tyranni regimen sustentetur. Vnde & timeri se à subditis tota intentione procurant. Timor autem est debile fundamentum. Nam qui timore subduntur, si occurrat occasio qua possint impunitatem sperare, contra præsidentes insurgunt, eò ardentius, quò magis contra voluntatem ex solo timore cohibebantur. Sicut si aqua per violentiam includatur, cùm aditum inuenerit, impetuosius fluit: Sed nec ipse timor caret periculo, cùm ex nimio timore plerique in desperationem inciderint. Salutis autem desperatio audacter ad quælibet attentanda percipitat. Non potest igitur tyranni dominium esse diuturnum. Hoc etiam non minus exemplis, quàm rationibus apparet. Si quis enim antiquorum gesta & modernorum euentus consideret: vix inueni & dominiũ tyranni alicuius diuturnum fuisse. Vnde & Aristoteles in sua Politica multis tyrannis enumeratis, omnium demonstrat dominium breui tempore fuisse finitum. Quorum tamen aliqui diutius præfuerunt, quia non multũ in tyrannide excedebant, sed quantũ ad multa imitabantur regalem modestiam. Adhuc autem hoc magis fit manifestum ex consideratione diuini iudicij. Vt enim in Iob 34. dicitur. Regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Nullus autem verius hypocrita dici potest, quàm qui Regis assumit officiũ & exhibet se tyrannum. Nam hypocrita dicitur, qui alterius repræsentat personam, sicut in spectaculis fieri consueuit. Sic igitur Deus perfici permittit tyrannos, ad puniendũ subditorũ peccata. Talis autem punitio in scripturis ira Dei consueuit nominari. Vnde per Ose. 13. Dominus dicit. Dabo vobis Regem in furore meo. Infœlix est autem Rex qui populo in furore Dei conceditur. Non enim eius stabile potest esse dominium, quia non obliuiscetur misereri Deus, nec continebit in ira sua misericordias suas. quinimò per Ioẽ. 2. dicitur, quòd est patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Non igitur permittit Deus diu regnare tyrannos, sed post tempestatem per eos inductam populo, per eorũ deiectionem tranquilitatem inducet. Vnde Sap. dicit. Sedes ducũ superborũ destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Experimento etiam magis apparet, quod Reges per iustitiam magis adipiscuntur diuitias, quã per rapinam tyrãni. Quòd enim dominiũ tyrãnorũ subiectę multitudini displicet, ideò opus habent tyranni multos habere satellites, per quos cõtra subditos tuti reddantur, in quibus necesse est plura expendere, quã à subditis rapiunt. Regũ autẽ dominiũ, quod subditis placet, omnes subditos pro satellitibus ad custodiam habet, in quibus expendere opus non est, sed interdum in necessitatibus plura regibus spõtè donant, quã tyranni diripere possint. Et sic impletur, quod Salomon dicit Prouerb. 11. Alij scilicet Reges diuidunt propria beneficiendo subiectis, & ditiores fiunt. Alij scilicet tyranni rapiunt nõ sua, & semper in egestate sunt. Similiter autẽ iusto Dei cõtingit iudicio: vt qui diuitias iniustè cõgregant, inutiliter eas dispergãt, aut etiam iustè auferantur ab eis. Vt enim Salomon dicit. Eccle. 5. Auarus non implebitur pecunia, & qui amat pecunias, fructũ non capiet ex eis, quinimò vt Prouer. 15. dicit. Cõturbat domũ suam qui sectatur auaritiam. Regibus verò qui iustitiam quærunt, diuitiæ adduntur à Deo, sicut Salomõ, qui dũ sapientiam quęsiuit ad faciendũ iudiciũ, promissionem de abundantia diuitiarũ accepit. De fama verò superfluũ videtur dicere. Quis enim dubitet bonos Reges non solũ in vita, sed magis post mortem, quodammodò laudibus hominũ viuere, & in desiderio haberi, malorũ verò nomen aut statim deficere: vel si excellentes in malitia fuerint, cũ detestatione eorum rememorari. Vnde Salomon dicit Prouerbiorum decimo. Memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putrescet, quia vel deficit: vel remanet cum fœtore.

Quòd bona etiam mundialia: vt sunt diuitiæ, potestas, honor, & fama magis proueniunt Regibus, quàm tyrannis, & de malis quæ incurrunt tyranni, etiam in hac vita.

CAP. XI.

EX his ergo manifestum est, quòd stabilitas potestatis diuitiæ honor & fama magis Regibus, quàm tyrannis ad votum proueniunt, propter quæ tamen indebitè adipiscenda declinat in tyrannidẽ princeps. Nullus enim à iustitia declinat, nisi cupiditate alicuius commodi tractus. Priuatur insuper tyrannus excellentissima beatitudine, quæ Regibus debetur pro præmio. Et quod est grauius maximum tormentum sibi acquirit in pœnis. Si enim qui vnum hominem spoliat: vel in seruitutẽ redigit: vel occidit, maximam pœnam meretur, quantum quidem ad iudicium hominum, mortem: quantum verò ad iudicium Dei, damnationem æternam: quanto magis putandum est tyrannum deteriora mereri supplicia, qui vndique ab omnibus rapit, contra omnium libertatem laborat, pro libito voluntatis suæ quoscúnque interficit. Tales insuper rarò pœnitẽt: vento inflati superbiæ meritò peccatorum à Deo deserti, & adulationibus hominum delibuti, rarius dignè satisfacere possunt. Quando enim restituent omnia quæ præter iustitiæ debitum abstulerunt? Ad quæ tamen restituenda nullus dubitat eos teneri. Quando recompensabunt eis quos oppresserunt & iniustè qualitercúnque læserunt. Adijcitur autem ad eorum impœnitentiam, quod omnia sibi licita extimant, quæ impunè sine resistentia facere potuerunt. Vnde non solùm emendare non satagunt quæ malefecerunt, sed sua consuetudine pro auctoritate vtentes, peccandi audaciam transmittunt ad posteros. Et sic non solùm suorum facinorum apud Deum rei tenentur, sed etiam eorum quibus apud Deum peccandi occasionem reliquerunt. Aggrauatur etiam eorum peccatum ex dignitate suscepti officij. Sicut enim terrenus Rex grauius punit suos ministros, si inuenit eos sibi contrarios, ita Deus magis puniet eos quos sui regiminis executores & ministros facit, si nequiter agant Dei iudicium in amaritudinem conuertentes. Vnde & in libro Sapientiæ. 6. cap. ad reges iniquos dicitur. Quoniam cùm essetis ministri regni illius non rectè iudicastis: neque custodistis legem iustitiæ nostræ. nec secundũ voluntatem Dei ambulastis: horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Et Nabuchodonosor per Isai. 14. dicitur. Ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te viderint ad te inclinabuntur: téque prospiciẽt: quasi profundius in pœnis submersum. Si igitur regibus abundant temporalia bona: & proueniunt: & excellens beatitudinis gradus præparatur à Deo: tyranni autem à temporalibus bonis quæ cupiunt plerúnque frustrantur: multis insuper periculis subiacẽtes: & quod est amplius bonis æternis priuantur ad pœnas grauissimas reseruati: vehementer studendum est his qui regendi officium suscipiunt: vt reges se subditis præbeant non tyrannos. De rege autem quid sit: & quòd expediat multitudini regem habere. Adhuc autẽ, quòd præsidi expediat se regẽ multitudini exhibere subiectæ, non tyrannum, tanta à nobis dicta sint.

Procedit ad ostendendum regis officium: vbi secundum viam naturæ ostendit regem esse in regno, sicut anima est in corpore: & sicut Deus est in mundo.

CAP. XII.

COnsequens autem ex dictis est considerare, quod sit regis officium: & qualem oporteat esse regem. Quòd verò ea quæ sunt secundum artem imitantur ea quæ sunt secundum naturam: ex quibus accipimus: vt secundum rationem operari possimus, optimum videtur regis officium à forma regiminis naturalis assumere. Inuenitur autem in rerum natura, regimen. & vniuersale & particulare. Vniuersale quidem secundum quod omnia sub Dei regimine continentur: quia sua prouidentia vniuersa gubernat. Particulare autem regimen maximè quidem diuino regimini simile est, quod inuenitur in homine: qui ob hoc minor mundus appellatur: quia in eo inuenitur forma vniuersalis regiminis. Nã sicut vniuersa creatura corporea & omnes spirituales virtutes sub diuino regimine continentur, sic & corporis membra & cæteræ vires animæ à ratione regũtur. Et sic quodãmodò se habet ratio in homine, sicut Deus in mundo. Sed quia sicut suprà ostendimus, homo est animal naturaliter sociale, in multitudine viuens: similitudo diuini regiminis inuenitus in homine non solùm quantum ad hoc quòd per rationem regitur vnus homo: sed etiam quantum ad hoc, quòd per rationem vnius hominis regitur multitudo: quod maximè pertinet ad officium regis: dum & in quibusdam animalibus quæ socialiter viuunt quædam similitudo inuenitur huius regiminis: sicut in apibus: in quibus & reges esse dicuntur. Non quòd in eis per rationem sit regimen: sed per instinctum naturæ inditum à summo regente, qui est actor naturæ. Hoc igitur officium Rex se suscepisse cognoscat: vt sit in regno, sicut in corpore anima, & sicut Deus in mundo. Quæ si diligenter recogitet ex altero iustitiæ in eo zelus accenditur, dum considerat ad hoc se positum: vt loco Dei iudiciũ in regno exerceat: ex altero verò mansuetudinis & clementiæ lenitatem acquirit: dum reputat singulos qui suo sub sunt regimini, sicut propria membra.

Assumit ex hac similitudine modum regiminis: vt sicut Deus vnamquámque rem distinguit quodam ordine & propria operatione & loco, ita Rex subditos suos in regno: & eodem modo de anima.

CAP. XIII.

OPortet igitur considerare quid Deus in mũdo faciat. Sic enim manifestum erit, quid immineat regi faciendum. Sunt autem vniuersaliter consideranda duo opera Dei in mundo. Vnum quo mundum instituit. Alterum quo mundũ institutum gubernat. Hæc etiam duo opera anima habet in corpore. Nám primò quidem virtute animæ informatur corpus: deinde verò per animam corpus regitur & mouetur. Horum autem secundum quidem magis propriè pertinet ad regis officium. Vnde ad omnes reges pertinet gubernatio & à gubernationis regimine regis nomen accipitur. Primum autem opus non omnibus regibus conuenit. Non enim omnes regnum aut ciuitatem instituunt, in quo regnant: sed regno ac ciuitati iam institutis regiminis curam impendunt. Est autem considerandum, quòd nisi præcessisset qui institueret ciuitatem aut regnũ, locum non haberet gubernatio regni. Sub regis enim officio comprehenditur etiam institutio ciuitatis & regni. Nonnulli enim ciuitates instituerunt, in quibus regnarent: vt Ninus Niniuem: & Romulus Romam. Similiter etiam ad gubernationis officium pertinet: vt gubernata conseruet ac eis vtatur ad quod sunt constituta. Non igitur gubernationis officium plenè cognosci poterit, si institutionis ratio ignoretur. Ratio autem institutionis regni ab exemplo institutionis mundi sumenda est. In quo primò consideratur ipsarum rerum productio: deinde partium mundi ordinata distinctio. Vlterius autem singulis mundi partibus diuersæ rerum species distributæ videntur: vt stellę cœlo: volucres aëri: pisces aquę: animalia terræ. Deinde singulis ea quibus indigent abundanter diuinitùs prouisa videntur. Hanc autem institutionis rationem Moyses subtiliter & diligenter expressit. Primò enim rerum productionem proponit dicens. In principio creauit Deus cœlum & terram. Dede secundum ordinem conuenientem omnia diuinitùs distincta esse denunciat, videlicet diem à nocte: à superioribus inferiora: mare ab arida. Hinc cœlum luminaribus: auibus aërem: mare piscibus: animalibus terram ornatam refert. Vltimò assignatum hominibus terræ animaliúmque dominium. Vsum verò plantarum tam ipsis quàm animalibus cæteris ex prouidentia diuina denunciat. Institutor autem ciuitatis & regni de nouo producere homines & loca ad inhabitandum & cætera vitæ subsidia non potest: sed necesse habet his vti, quæ in natura præexistunt Sicut etiam cæteræ artes operationis suæ materiam à natura accipiunt: vt fabri ferrum: ædificator ligna & lapides in artis vsum assumunt. Necesse est igitur institutori ciuitatis & regni: primùm quidem congruum locum eligere qui salubritate habitatores conseruet, vbertate ad victum sufficiat: amenitate delectet: munitione ab hostibus tutos reddat. Quòd si aliquid de dicta opportunitate deficiat, tantò locus erit cõuenientior, quantò plura vel magis necessaria de prædictis habuerit. Deinde necesse est: vt locum electum institutor ciuitatis aut regni distinguat secundum exigentiam eorum quæ perfectio ciuitatis aut regni requirit. Puta si regnum instituendum sit, oportet prouidere quis locus aptus sit vrbibus constituendis: quis villis: quis castris, vbi constituenda sint studia literarum: vbi exercitia militum: vbi negotiatorum conuentus: & sic de alijs quæ perfectio regni requirit. Si autem institutioni ciuitatis opera detur prouidere oportet, quis locus sit sacris: quis iuri reddendo: quis artificibus singulis deputãdus. Vlterius autem oportet homines congregare, qui sunt cõgruis locis secundum sua officia deputandi. Demùm verò prouidendum est: vt singulis necessaria suppetant secundum vniuscuiusque constitutionem & statum. Aliter enim nequaquàm posset regnum vel ciuitas commanere. Hæc igitur sunt: vt summariè dicatur, quæ ad regis officium pertinent in institutione ciuitatis aut regni ex similitudine institutionis mundi assumpta.

Quis modus gubernandi competat regi: quia secundum modum gubernationis diuinæ: qui quidem modus gubernandi à gubernatione nauis sumpsit initium: vbi & ponitur comparatio sacerdotis & dominij & regalis.

CAP. XIIII.

SIcut autem institutio ciuitatis aut regni ex forma institutionis mundi conuenienter accipitur: sic & gubernationis ratio ex gubernatione sumenda est. Est tamen præconsiderandum, quòd gubernare est id, quod gubernatur conuenienter ad debitum finem perducere. Sicut etiam nauis gubernari dicitur, dum per nautæ industriam recto itinere ad portum illęsa perducitur. Si igitur aliquid ad finem extra se ordinetur: vt nauis ad portum, ad gubernatoris officium pertinebit: non solùm vt rem in se conseruet illæsam: sed quòd vlterius ad finem perducat. Si vero aliquid esset cuius finis non esset extra ipsum, ad hoc solùm intenderet gubernatoris intentio: vt rem illam in sua perfectione conseruaret illæsam. Et quamuis nihil tale inueniatur in rebus post ipsum Deum, qui est omnibus finis: erga id tamen quod ad finem extrinsecum ordinatur, multipliciter cura impeditur à diuersis. Nam fortè alius erit qui curam gerit vt res in suo esse conseruetur. Alius autem: vt ad vlteriorem perfectionem perueniat: vt in ipsa naui: vnde gubernationis ratio assumitur, manifestè apparet. Faber enim lignarius curam habet restaurandi, si quid collapsum fuerit in naui: sed nauta sollicitudinem gerit: vt nauem perducat ad portum. Sic etiam contingit in homine. Nam medicus curam gerit: vt vita hominis conseruetur in sanitate. Iconomus: vt suppetant necessaria vitæ: doctor autem curam gerit: vt veritatem cognoscat: institutor autem morum: vt secundum rationem viuat. Quòd si homo non ordinaretur ad aliud exterius bonum, sufficerent homini curæ prædictæ. Sed est quoddam bonum extraneum homini quandiu mortaliter viuit, scilicet vltima beatitudo quæ in fruitione Dei expectatur post mortem. Quia, vt Apostolus ait secundæ ad Corinthios quinto, quandiu sumus in corpore peregrinamur à domino. Vnde homo Christianus cui beatitudo illa est per Christi sanguinem acquisita. & qui pro ea assequenda spiritussancti arram accepit, indiget alia spirituali cura per quam dirigatur ad portum salutis æternæ. Hæc autem cura per ministros ecclesiæ Christi fidelibus exhibetur. Idem autem oportet esse iudicium de fine totius multitudinis & vnius. Si igitur finis hominis esset bonum quodcúnque in ipso existens: & regendæ multitudinis finis vltimus esset similiter: vt tale bonum multitudo acquireret &

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eo permaneret: & si quidem talis vltimus, siue vnius hominis, siue multitudinis finis esset corporalis: vita & sanitas corporis medici esset officium. Si autem vltimus finis esset diuitiarum affluentia, Iconomus Rex quidam multitudinis esset. Si verò bonū cognoscendæ veritatis tale quid esset, ad quod posset multitudo pertingere, Rex haberet doctoris officium. Videtur autem vltimus finis esse multitudinis congregatæ, viuere secundum virtutem. Ad hoc enim homines congregantur, vt simul bene viuant, quod consequi non posset vnusquisque singulariter viuens. Bona autem vita est secundum virtutem. Virtuosa igitur vita est congregationis humanæ finis. Huius autem signum est, quòd hi soli partes sunt multitudinis congregatæ, qui sibi inuicē communicant in bene viuēdo. Si enim propter solum viuere homines conuenirēt, animalia & serui essent pars aliqua congregationis ciuilis. Si verò propter acquirendas diuitias, omnes simul negotiantes ad vnam ciuitatem pertinerent. Sicut videmus eos solos sub vna multitudine computari, qui sub eisdē legibus: & eodem regimine diriguntur ad bene viuēdum. Sed quia homo viuēdo secundum virtutem ad vlteriorem finem ordinatur, qui consistit in fruitione diuina, vt suprà iam diximus, oportet eundem finem esse multitudinis humanæ, qui est hominis vnius. Non est ergo vltimus finis multitudinis congregatæ, viuere secundum virtutem; sed per virtuosam vitam peruenire ad fruitionem diuinam. Si quidem autem ad hunc finem peruenire posset virtute humanæ naturæ, necesse esset vt ad officium Regis pertineret dirigere homines in hunc finem. Hunc enim dici Regem supponimus, cui summa regiminis in rebus humanis cōmittitur. Tantò autem est regimen sublimius, quantò ad finem vlteriorem ordinatur. Semper enim inuenitur ille ad quem pertinet vltimus finis, imperare operantibus ea quæ ad finem vltimum ordinantur. Sicut gubernator ad quem pertinet nauigationem disponere, imperat ei qui nauem nauigationi aptam facere debeat. Ciuilis autem qui vtitur armis, imperat fabro qualia arma fabricet. Sed quia finem fruitionis diuinæ non consequitur homo per virtutem humanam: sed virtute diuina, iuxta illud Apostoli Romano. 6. Gratia Dei, vita æterna: perducere ad illum finem non humani erit, sed diuini regiminis. Ad illum igitur Regem huiusmodi regimen pertinet, qui non est solùm homo: sed etiam Deus, scilicet ad dominū nostrum Iesum Christum qui homines filios Dei faciens, in cœlestem gloriam introduxit. Hoc igitur est regimen ei traditum, quod nō corrumpetur: propter quod non solùm sacerdos. sed Rex in scripturis sacris nominatur. dicente Hieremia 23. Regnabit Rex & sapiens erit. Vnde ab eo regale sacerdotium deriuatur. Et quod est ampliùs, omnes Christi fideles inquantùm sunt membra eius, Reges & sacerdotes dicuntur. Huius ergo regni ministeriū, vt à terrenis essent spiritualia distincta, non terrenis Regibus: sed sacerdotibus est commissum. Et præcipuè summo sacerdoti successori Petri Christi vicario Romano pontifici: cui omnes Reges populi Christiani oportet esse subditos: sicut ipsi dño Iesu Christo. Sic enim ei ad quē finis vltimi cura pertinet subdi debēt illi, ad quos pertinet cura antecedentiū finiū. & eius imperio dirigi. Quia igitur sacerdotiū gentiliū & totus diuinorum cultus erat propter temporalia bona conquirēda: quæ omnia ordinatur ad multitudinis bonum commune, cuius regi cura incumbit, conuenienter sacerdotes gentilium Regibus subdebantur. ed & quia in veteri lege promittebantur bona terrena, non à dæmonibus sed à Deo vero religioso populo exhibenda: inde & in lege veteri sacerdotes regibus leguntur fuisse subiecti. Sed in noua lege est sacerdotium altius: per quod homines traducuntur ad bona cœlestia. Vnde in lege Christi reges debent sacerdotibus esse subiecti. Propter quod mirabiliter ex diuina prouidentia factum est: vt in Romana vrbe: quam Deus præuiderat Christiani populi principalem sedem futuram, hic mos paulatim inoleseret: vt ciuitatum rectores sacerdotibus subiacerent. Sicut enim Maximus Valerius refert: omnia post religionem ponenda semper nostra ciuitas duxit: etiam in quibus summæ maiestatis decur conspici voluit. Quapropter non dubitauerunt sacris imperia seruire. Ita se humanarum rerum habitura regimen extimantia si diuinæ potentiæ bene atq; cōstanter fuissent famulata. Quòd verò etiam futurum erat: vt in Gallia Christiani sacerdotij plurimū vigeret religio, diuinitus est permissum: vt etiam apud Gallos gentiles sacerdotes quos Druides nominabant. totius Galliæ ius diffinirent: vt refert Iulius Cæsar in libro quem de bello Gallico scripsit.

Quod sicut ad vltimum finem consequendum requiritur vt Rex subditos suos ad viuendum secundum virtutem disponat, ita ad fines medios. Et ponuntur hîc quæ sunt illa quæ ordinant ad bene viuendum: & quæ impediunt: & quod remedium Rex apponere debet circa dicta impedimenta. CAP. XV.

Sicut autem ad vitam quam in cœlo speramus beatam ordinatur, sicut ad finem vita qua hic homines bene viuunt, ita bonum multitudinis ordinatur: sicut ad finem quæcunque particularia bona per hominem procurantur: siue diuitiæ: siue lucra: siue sanitas: siue facundia vel eruditio. Si igitur vt dictum est, qui de vltimo fine curam habet, præesse debet his qui curam habent de ordinatis ad finem & eos dirigere suo imperio: manifestum ex dictis fit, quòd Rex sicut dominio & regimini quod administratur per sacerdotij officium subdi debet, ita præesse debet omnibus humanis officijs & ea imperio sui regiminis ordinare. Cuicúnque autem incumbit aliquid perficere, quod ordinatur in aliud: sicut in finem, hoc debet attendere: vt suum opus sit congruum fini. Sicut faber sic facit gladium: vt pugnæ conueniat. Et ædificator sic debet domum disponere: vt ad habitandum sit apta. Quia igitur vitæ qua in præsenti bene viuimus finis est beatitudo cœlestis: ad regis officium pertinet ea ratione vitam multitudinis bonam procurare secūdum quod cōgruit ad cœlestem beatitudinem consequendam: vt scilicet ea præcipiat, quæ ad cœlestem beatitudinē ducunt: & eorum contraria secūdum quod fuerit possibile interdicat. Quæ autem sit ad verā beatitudinē via: & quæ sint impedimenta eius, ex lege diuina cognoscitur: cuius doctrina pertinet ad sacerdotum officium secundum illud Malachiæ. 2. c. Labia sacerdotum custodiunt scientiam: & legem requirent de ore eius. Et ideò in Deute. 17. dominus præcipit. Postquā sederit Rex in solio regni sui describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine accipiens exemplar à sacerdote Leuiticæ tribus: & habebit secum legētq; illud omnibus diebus vitæ suæ: vt discat timere dominū Deum suum & custodire verba & cærimonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Per legem igitur diuinam edoctus: ad hoc præcipuū studiū debet intendere, qualiter multitudo sibi subdita bene viuat. Quod quidē studiū in tria diuiditur: vt primò quidem in subiecta multitudine bonā virā instituat: secūdò, vt institutā conseruet. tertiò. vt conseruatā ad meliōra promoueat. Ad bonam autem vnius hominis vitam duo requiruntur: vnū principale, quod est operatio secundum virtutem. Virtus enim est qua bene viuitur. Aliud verò secundariū & quasi instrumentale, scilicet corporalium bonorū sufficientia, quorum vsus est necessarius ad actum virtutis. Ipsa tamen hominis vnitas per naturam causatur. Multitudinis autem vnitas quæ pax dicitur, per industriam est procuranda. Sic igitur ad bonam vitam multudinis instituendam tria requiruntur. Primò quidem vt multitudo in vnitate pacis constituatur. Secundò vt multitudo vinculo pacis vnita dirigatur ad bene agendum. Sicut enim homo nihil bene agere potest nisi præsuppositā suarum partium vnitate, ita hominum multitudo pacis vnitate carēs, dum impugnat seipsam, impeditur à bene agendo. Tertiò verò requiritur: vt per regentis industriam necessariorum ad bene viuendum adsit sufficiens copia. Sic igitur bona vita per Regis officium in multitudine constituta, consequens est vt ad eius conseruationē instituatur. Sunt autem tria quibus bonum publicum permanere nouit. Quorum quidem vnum est à natura prouenions. Non enim bonum multitudinis ad vnum tantum tempus institui debet, sed vt sit quodammodò perpetuum. Homines autem cùm sint mortales, in perpetuum durare non possunt. Nec dum viuunt, semper sunt in eodem vigore, quia multis variationibus humana vita subijcitur, & sic non sunt homines ad eadem officia peragenda æqualiter per totam vitam idonei. Aliud autem impedimentum boni publici conseruandi ab interiori prouenions in peruersitate voluntatum consistit, dum vel sunt desides ad ea peragenda quæ requirit Respublica, vel insuper sunt paci multitudinis noxij, dum transgrediendo iustitiam aliorum pacem perturbant. Tertium autem impedimentum Reipublicæ conseruandæ ab exteriori causatur, dum per incursum hostium pax dissoluitur, & interdum regnum aut ciuitas funditus dissipatur. Igitur circa tria prædicta, triplex cura imminet regi. Primò quidem de successione hominum & substitutione illorū qui diuersis officijs præsunt: vt sicut per diuinū regimen in rebus corruptibilibus, quia semper eadem durare non possunt, prouisum est vt per generationem alia in locū aliorū succedant: vt vel sic conseruetur integritas voluersi, ita per Regis studium conseruetur subiectæ multitudinis bonū, dum sollicite curat, qualiter alij in deficientium locum succedant. Secundò autem vt suis legibus & præceptis, pœnis & præmijs homines sibi subiectos ab iniquitate coerceat, & ad opera virtuosa inducat, exemplum à Deo accipiens, qui hominibus legem dedit, obseruantibus quidem mercedem: transgredientibus pœnas retribuens. Tertiò imminet regi cura: vt multitudo sibi subiecta contra hostes tuta reddatur. Nihil enim prodesset interiora vitare pericula, si ab exterioribus defendi non posset. Sic igitur bonæ multitudinis institutioni tertium restat ad Regis officium pertinens: vt sit de promotione sollicitus. Quod fit dum in singulis quæ præmissa sunt, si quid inordinatum est corrigere, si quid deest, suppiere, si quid melius fieri potest, studet perficere. Vnde & Apostolus fideles monet: vt semper æmulētur charismata, meliora. Hæc igitur sunt quæ ad Regis officium pertinent, de quibus per singula diligentius tractare oportet.

Explicit Liber Primus, De regimine principum.

INCI-

INCIPIVNT RVBRIcæ capitulorum secundi libri.

Qualiter ad regem pertinet instituere ciuitatē vel castra ad gloriam consequēdam: & quod eligere debet ad hoc loca temperata: & posita subiungit, quæ commoda ex hoc regna consequuntur: & quæ incommoda de contrario. CAP. I.

Qualiter eligere debent reges & principes, regiones ad ciuitates vel castra instituenda: in quibus aër sit salubernimus: & ostendit in quo talis aër cognoscitur. & quibus signis. CAP. II.

Qualiter necesse est talem ciuitatem construendam à rege, habere copiam rerum victualium: quia sine eis ciuitas esse perfecta non potest: & distinguit duplicem modum istius copiæ, primum tamen magis commendat. CAP. III.

Qualiter regio quam Rex eligit ad ciuitates & castra instituēda, debet habere amenitates, in quibus ciues sunt arcendi: vt moderatè eis vtantur: quia sæpius sunt causa dissolutionis. Vnde regimē & quodcúnque dominium dispatur & annihilatur. CAP. IIII.

Qualiter necessarium est regi & cuicúnque domino abundare in diuitijs temporalibus, quæ naturales vocantur: & ponitur causa quare. CAP. V.

Qualiter expedit regi & cuicúnque principi habere alias diuitias naturales: vt sunt armenta & greges, sine quibus domini bene regere terram non possunt. CAP. VI.

Quòd oportet regem abundare in diuitijs artificialibus: vt est aurum & argentum & numisma ex eis conflatum. CAP. VII.

Qualiter ad regimen regni & cuiuscúnque dominij, necessarij sunt ministri sibi: incidenter distinguitur de duplici dominio Politico & Dispotico: ostendens multis rationibus, quòd Politicum oportet esse suaue. CAP. VIII.

De principatu Dispotico, quis est, & qualiter ad regale reducatur: vbi incidenter comparat Politicum ad Dispoticum secundum diuersas regiones & tempora. CAP. IX.

Habita distinctione dominij, hic distinguitur de ministris secundum differentiam dominorum, & quædam genera ministrorum omnibus dominis communia: postea probat seruitutem in quibusdam esse naturalem. CAP. X.

Quòd necessarium est regi & cuilibet domino in sua iurisdictione mansiones habere fortissimas: & rationes quare ibi multæ ponuntur. CAP. XI.

Quòd ad bonum regimen regni sine cuiuscúnque dominij spectat strata sive quascúnque vias in regione vel prouincia habere securas & liberas. CAP. XII.

Quòd in qualibet regno & quocúnque dominio necessarium est numisma proprium: & quot bona ex hoc sequuntur: & quæ incommoda si non habeatur. CAP. XIII.

Quod ad bonū regimen regni & cuiuscunq; Politiæ pondera & mensuræ sunt necessariæ exēplis & rationibus persuadetur. CA. XIIII.

Quòd oportet regem & quilibet dominum ad cōseruationem sui status adhibere sollicitudinem: vt de ærario publico prouideatur pauperibus: & hoc exemplis & rationibus probat. CAP. XV.

Quòd oportet regem & quemcúnque dominantem, ad cultum diuinum intendere: & quis fructus ex hoc sequatur. CAP. XVI.

Explicunt Rubrica capitulorum secundi libri.

Incipit Liber secundus.

Qualiter ad regem pertinet instituere ciuitatem vel castra ad gloriam consequendam: & quòd eligere debet ad hoc loca temperata: & qua commoda ex hoc regna consequantur, & quæ incommoda de contrario. CAP. I.

PRIMVM igitur præcipuè oportet exponere regis officium ab institutione ciuitatis aut regni. Nam sicut Vegetius dicit, potentissimæ nationes & principes nominati nullam maiorem potuerūt gloriā assequi, quā aut fundare nouas ciuitates: aut ab alijs conditas in nomen suū sub quadā amplificatione trāsferre. Quod quidē documētis Iacræ scripturæ concordat. Dicit enim sapiens in Eccles. 40. q̄ ædificatio ciuitatis confirmabit nomē. Hodie nāq; nomen Romuli nesciretur, nisi quia cōdidit Romā. In institutione autē ciuitatis aut regni si copia detur, primò quidē est regio per regē eligēda: quā tēperatā esse oportet. Ex regionis enim tēperie habitatores multa cōmoda cōsequūtur. Primò nāq; cōsequūtur homines ex tēperie regionis incolumitatē corporis & lōgitudinē vitæ. Cùm enim sanitas in quadā tēperie humorū cōsistat, in loco tēperato cōseruabitur sanitas. Simile nāq; suo simili cōseruatur. Si autem fuerit excessus caloris vel frigoris, necesse est, q̄ secundū qualitatem aēris corporis qualitas immutetur. Vnde quadam naturali industria animalia quædā tēpore frigido ad calida loca se trāsferūt: rursum tempore calido loca frigida repetētes: vt ex contraria dispositione loci temporis tēperiē cōsequantur. Rursus cū animal viuat per calidum & humidū: si fuerit calor intēsus cito naturale humidū exiccatur & deficit vita. Sicut lucerna citò extinguitur, si humor infusus citò per ignis magnitudinem consumatur. Vnde in quibusdam calidissimis Aethiopū regionibus homines vltra 30. annos nō viuere perhibentur. In regionibus verò frigidis in excessu naturale humidū de facili congelatur: & calor naturalis extinguitur. Deinde ad opportunitates bellorū quibus tuta redditur humana societas, regionis temperies plurimum valet. Nam sicut Vegetius refert, omnes nationes quæ vicinæ sunt soli, nimio calore siccatæ, amplius quidem sapere: sed minus de sanguine habere dicuntur. Ac propterea constantiam atque fiduciam de propriis quo pugnandi non habent: quia meruunt vulnera, qui modicum sanguinē se habere nouerūt. Econtrà Septentrionales populi remoti à solis ardoribus inconsultiores quidem: sed tamen largo sanguine redundantes sunt ad bella promptissimi. His qui temperatioribus habitant plagis: & copia sanguinis supperit ad vulnerum mortisque contemptum, nec prudentia deficit, quæ modestiam seruet in castris: & non parum prodest vti in dimicatione consilijs. Demum temperata regio ad Politicam vitā valet. Vt enim Aristoteles dicit in sua Politica. Quæ in frigidis locis habitant gentes, sunt quidem plenæ animositate: intellectu autem & arte magis deficientes. Propter quod liberè perseuerant magis. Non viuunt autem Politicè: & vicinis propter imprudentiam principari non possunt. Quæ autem in calidis sunt intellectiuæ quidem sunt & artificiosæ secundum animam: sine animositate autem, propter quod subiectæ quidem sunt & subiectæ perseuerant. Quæ autem in medijs locis habitant, vtroque participant. Propter quod & liberi perseuerant, & maximè Politicè viuere possunt & sciunt alijs principari. Est igitur eligenda regio temperata ad institutionem ciuitatis vel regni.

Qualiter eligere debent reges & principes regiones, ad ciuitates vel castra instituenda, in quibus aër sit salubris: & ostendit in quo talis aër cognoscatur, & quibus signis. CAP. II.

POst electionem autem regionis, oportet ciuitati constituendæ idoneam locum eligere: in quo primò videtur aēris salubritas requirenda. Conuersationi enim ciuili præiacet naturalis vita: quæ per salubritatem aēris seruatur illæsa. Locus autem saluberrimus erit: vt Vegetius tradit, excelsus: non nebulosus: non pruinosus: regioné; q̄ cœli spectans, neque æstuosus: neq; frigidus: demum paludibus non vicinus. Eminentia quidem loci solet ad aēris salubritatem conferre: quia locus eminens ventorum perflationibus patet, quibus redditur aēr purus: vapores etiam qui virtute radij solaris resoluuntur, à terra & ab aquis multiplicantur magis in conuallibus & in locis demissis, quā in altis. Vnde in locis altis aēr subtilior inuenitur. Huiusmodi autem subtilitas aēris quæ ad liberam & sinceram respirationem plurimum valet, impeditur per nebulas & pruinas, quæ solent in locis multum humidis abundare. Vnde loca huiusmodi inueniuntur salubritati esse contraria. Et quia loca paludosa nimia humiditate abundant: oportet locum cōstruendæ vrbi electum à paludibus esse remotū. Cùm enim auræ maturinæ sole oriēte ad locū ipsum peruenient, & eis oriæ à paludibus nebulæ adiungentur, status bestiarū paluestriū venenatorū cū nebulis mixtos spargent & locū facient pestilentē. Si tamen mœnia constructa fuerint in paludibus quæ fuerint prope mare, spectēntq; ad septentrionem vel circa: hæc quæ paludes excelsiores fuerint quàm litus marinum rationabiliter videbuntur esse constructa. Fossis enim ductis exitus aquæ patebit ad littus: & mare tempestatibus auctum in paludes redundando non permittet animalia paluestria nasci. Et si aliqua animalia de superioribus locis venerint inconsueta salsedine occidentur. Oportet & locum vrbi destinatum ad calorem & frigus temperatè disponi, secundum aspectum ad plagas cœli diuersas. Si enim mœnia maximè prope mare constituta spectabunt ad meridiem, non erunt salubria. Nam huiusmodi loca manè quidem erunt frigida: quia non respiciuntur à sole: meridie verò erunt feruentia propter solis respectum. Quæ autem ad occidentem spectant, orto sole tepescunt, vel etiam frigent. meridie calent: vespere feruent propter caloris continuitatem & solis aspectum. Si verò ad orientem spectabunt, mane quidem propter solis oppositionem directam temperatè calescent. Nec multum in meridie calor augebitur: sole non directè spectante ad locum: vespere verò totaliter radijs solis auersis loca frigescent. Eadémque vel similis temperies erit, si ad aquilonem locus respiciat vrbis: econuersò est, quod de meridie respiciente est dictum. Experimento autem cognoscere possumus, quòd in maiorem calorem minus salubriter aſiquis transmutatur. Quæ enim à frigidis locis corpora traducūtur, in calida non possunt durare: sed dissoluūtur: quia calor

Universidad de Deusto Biblioteca

sugendo vaporem, naturales virtutes dissoluit. Vnde etiam in salubribus locis corpora æstate infirma redduntur. Quia verò ad corporum sanitatem conuenientium ciborũ vsus requiritur, in hoc conferre oportet de loci salubritate qui constituendæ vrbi eligitur: vt ex cõditione ciborũ discernatur qui nascũtur in terra: quod quidẽ explorare solebãt antiqui ex animalibus ibidem nutritis. Cũ enim hominibus aliísq; animalibus commune sit vti ad nutrimentũ his quæ nascũtur in terra, consequens est, vt si occisorũ animalium viscera inueniuntur bene valentia, q̄ homines etiam in loco eodẽ salubriùs posint nutriri. Si verò animalium occisorũ appareant morbida membra, rationabiliùs accipi potest, q̄ nec hominibus illius loci habitatio sit salubris. Sicut autẽ aër tẽperatus, ita salubris aqua est requirenda. Ex his enim maximè dependet sanitas corporũ, quę sæpiùs in vsum hominum assumuntur. Et de aëre quidem manifestum est, q̄ quotidiè ipsum aspirando introrsum attrahimus vsque ad ipsa vitalia. Vnde principaliter eius salubritas ad incolumitatem corporum confert. Item quia inter ea quæ assumuntur per modum nutrimenti, aqua est qua sæpissimè vtimur tam in potibus, quàm in cibis. ideò nihil est præter aëris puritatem magis pertinens ad loci sanitatem, quàm aquarũ salubritas. Est & aliud signum, ex quo considerari potest loci salubritas. Si videlicet hominũ in loco commorantium facies bene coloratæ appareant: robusta corpora, & benè disposita membra. Si pueri multi & viuaces: si senes multi reperiantur ibidem. Econuersò, si facies hominum deformes appareant: debilia corpora: exinanita membra vel morbida: si pauci & morbidi pueri: & adhuc pauciores senes: dubitari nõ potest, locum esse mortiferum.

Qualiter necesse est talem ciuitatem construendam à Rege, habere copiam rerum victualium: quia sine eis ciuitas esse perfecta non potest: & distinguit duplicem modum istius copiæ: primum tamen magis commendat.

CAP. III.

OPortet autem vt locus construendæ vrbi electus non solùm talis sit qui salubritate habitatores conseruet: sed vbertate ad victum sufficiat. Non enim est posibile multitudinem hominũ habitare, vbi victualium non suppetit copia. Vnde, vt vult Philosophus, cùm Xenocrates architector peritissimus Alexãdro Macedoni demonstraret in quodam monte ciuitatem egregiæ formæ construi posse, interrogasse fertur Alexander, si essent agri, qui ciuitati possent frumentorum copiam ministrare. Quod cùm deficere inueniret, respondit vituperandum esse, si quis in tali loco ciuitatem construeret. Sicut enim natus infans non potest ali sine nutricis lacte: nec ad incremẽtum perduci, sic ciuitas sine ciborũ abundantia frequentiam populi habere non potest. Duo tamen sunt modi, quibus alicui ciuitati potest affluentia rerũ suppetere. Vnus qui dictus est propter regionis fertilitatem abundè omnia producentis: quæ humanæ vitæ requirit necessitas. Alius autem per mercationis vsum. Ex quo ibidem necessaria vitæ ex diuersis partibus adducantur. Primus autem modus conuenientior esse manifestè conuincitur. Tantò enim aliquid dignius est, quantò per se sufficientiùs inuenitur: quia quod alio indiget, deficiens esse monstratur. Sufficientiam autem pleniùs possidet ciuitas: cui circumiacens regio sufficiẽs est ad necessaria vitæ, quàm illa quæ indiget ab alijs per mercationẽ accipere. Dignior enim est ciuitas si abũdantiam rerum habeat ex territorio proprio, quàm si per mercatores abundet. Cùm hoc etiam videtur esse securius: quia propter bellorum euentus: & diuersa viarum discrimina, de facili potest impediri victualium deportatio: & sic ciuitas per defectum victualium opprimetur. Est etiam hoc vtilius ad conuersationem ciuilem. Nam ciuitas quæ ad sui sustentationem mercationum multitudine indiget, necesse est: vt continuũ extraneorum conuictum patiatur. Extraneorũ autẽ cõuersatio corrumpit plurimũ ciuiũ mores secundum Aristotelis doctrinã in sua Politica: quia necesse est euenire: vt homines extranei alijs legibus, & cõsuetudinibus enutriti, in multis aliter agãt, quã sint ciuiũ mores. Et sic dũ ciues eorũ exẽplo ad agenda similia prouocantur, ciuilis cõuersatio perturbatur. Rursus si ciues ipsi mercatoribus fuerint dediti, pandetur pluribus vitijs aditus. Nam cũ negociatorum studium maximè ad lucrum tendat, per negociationis vsum cupiditas in cordibus ciuium traducitur. Ex quo conuenit, vt in ciuitate omnia fiant venalia. & fide subtracta locus fraudibus aperitur: publicóq; bono contempto proprio cõmodo quisq; deseruiet: deficiétq; virtutis studium: dum honor virtutis præmium omnibus deferetur. Vnde necesse erit in tali ciuitate ciuilem conuersationem corrumpi. Est etiam negotiationis vsus contrarius quã plurimum exercitio militari. Negotiatores enim dum vmbram colunt, à laboribus vacãt: & dum fruuntur delitijs mollescunt animo: & corpora redduntur debilia & ad labores militares inepta. Vnde secundũ iura ciuilia negotiatio est militibus interdicta. Denique ciuitas illa solet esse magis pacifica, cuius populus rariùs congregatur: minúsque intra vrbis mœnia resident. Ex frequenti enim hominum cõcursu datur occasio litibus, & seditionibus materia ministratur. Vnde secundum Aristo. doctrinam vtilius est quidem, q̄ populus extra ciuitates exerceatur, quàm quòd intra ciuitatis mœnia iugiter cõmoretur. Si autẽ ciuitas sit mercationibus dedita, maximè necesse est: vt intra vrbem ciues resideant: ibíque mercationes exerceant. Melius igitur est, quòd ciuitati victualium copia suppetat ex proprijs agris, quàm quòd ciuitas sit totaliter negotiationi exposita. Nec tamen negotiatores omninò à ciuitate oportet excludi: quia nõ de facili potest inueniri locus, qui sic omnibus vitæ necessarijs abundet, quòd non indigeat aliquibus aliundè allatis: eorúmque quæ in eodem loco superabundant, eodem modo redderetur multis damnosa copia, si per mercatorum officium ad alia loca transferri non possent. Vnde oportet, quòd perfecta ciuitas moderatè mercatoribus vtatur.

Quòd regio quam Rex eligit ad ciuitates & castra instituenda, debet habere amenitates in quibus ciues sunt arcẽdi: vt moderatè eis vtantur: quia sæpius sunt causa dissolutionis, vnde regnum dissipatur.

CAP. IIII.

EST etiam constituendis vrbibus eligendus locus, qui amenitate habitatores delectet. Non enim facile deseritur locus amenus: nec de facili ad locum illum confluit habitantium multitudo, cui deest amenitas: eo quòd absq; amenitate vita hominis diu durare non posit. Ad hanc autẽ amenitatem pertinet, quòd sit locus camporum planicie distentus, arborum ferax: montium propinquitate conspicuus: nemoribus gratus: & aquis irriguus. Verum quia nimia amenitas superfluè ad delicias homines allicit: quod ciuitati plurimum nocet, ideò oportet ea moderatè vti. Primò nãq; homines vacantes delitijs, sensu hebetantur. Immergit enim earum suauitas sensibus animã, ita quòd in rebus delectantibus liberum iudicium habere nõ possunt. Vnde secundũ Aristo. sententiam prudentia iudicis per delectationem corrũpitur. Deindè delectationes superfluæ ab honestate virtutis deficere faciunt. Nihil enim magis perducit ad immoderatum augmẽtum, per quod mediũ virtutis corrũpitur, quã delectatio, tũ quia natura delectationis est auida, & sic modica delectatiõe sumpta, præcipitatur in turpiũ delectationũ illecebras, sicut ligna sicca ex modico igne accenduntur, tũ etiam quia delectatio appetitum non satiat, sed gustata sitim sui magis inducit. Vnde ad virtutis officium pertinet: vt homines à delectationibus superfluis abstineant. Sic enim superfluitate vitata facilius ad medium virtutis peruenietur. Consequenter etiam delitijs superfluè dediti mollescunt animo, & ad ardua quæque attentanda, necnon ad tolerandos labores & pericula abhorrenda pusillanimes fiunt. Vnde & ad bellicum vsum delitiæ plurimum nocent. Quia, vt Vegetius dicit in libro de re militari. Minus timet mortem, qui minus delitiarum se nouit habuisse in vita. Demùm delitijs resoluti plerũque pigrescunt, & intermissis necessarijs studijs & negotijs debitis, solis delitijs adhibent curam, in quas quæ prius ab alijs fuerant congregata profusi dispergunt. Vnde ad paupertatem deducti, dum consuetis delitijs carere non possunt, se furtis & rapinis exponunt: vt habeant vnde posint suas voluptates explere. Est igitur nociuum ciuitati: vel ex loci dispositione: vel ex quibuscúnque alijs rebus, delitijs superfluis abundare. Oportunum est igitur in conuersatione humana modicum delectationis, quasi pro condimento habere. vt animus hominum recreetur, quia vt Seneca dicit de tranquillitate animi ad Serenum. Danda est animis remisio. Meliores enim aptiorésque requieti resurgunt, quasi prosit animo temperatè delitijs vti: vt sal in ciborum cectura pro ipsorum suauitate, quod superfluè immissum illos corrũpit. Amplius autem si id, quod est ad finẽ, vt finis quæritur, tollitur & destruitur ordo naturæ. Sicut si faber quærit martellũ propter seipsum, aut carpẽtarius serrã, siue medicus medicinam, quæ ordinãtur ad suos debitos fines. Finis autem quem Rex in ciuitate sui regiminis debet intẽdere, est viuere secundum virtutem. Cæteris autem quilibet vti debet, sicut his quæ sunt ad finem, & quantum est necessarium in prosequendo finẽ. Hoc autem non contingit in his qui superfluè delectationibus innitũtur, quia tales delectationes non ordinantur ad finem iam dictum, imò quæri videntur vt finis. Quo quidem modo videbantur velle vti illi impij: qui in libro Sapientiæ dicunt non rectè cogitantes: vt dicta scriptura testatur. Venite fruamur bonis quæ sunt, quod ad finem pertinet: & vtamur creatura, tanquàm in iuuentute celeriter, &c. quæ ibidem sequuntur. In quibus immoderatus vsus delectabilium corporis: vt iuuenilis ætatis ostenditur, & dignè à scriptura reprehenditur. Hinc est, quòd Aristoteles in Ethicis vsum delectabilium corporis vsui ciborum assimilat, qui amplius minúsue sumpti sanitatem corrumpunt. Qui autem commensurati sunt, & saluant & augent. Ita de virtute contingit circa amenitates & delitias hominum.

Quòd necessarium est regi & cuicũnque domino abundare diuitijs temporalibus, quæ naturales vocantur, & ponitur causa.

CAP.

CAP. V.

HIs igitur sic deductis, quæ ad substãtiale esse ciuilitatis siue politiæ seu regalis regiminis requirũtur, ad quorũ institutionem & prouidentiam Rex principaliter debet intendere, agendũ est de quibusdã, quæ ad regẽ pertinet in relatione ad subditos: vnde & suũ regimen quietiùs gubernetur. Et quãuis suprà aliqualiter sit tactum in genere, nũc in specie est tractandũ, ad maiorẽ declarationẽ eorũ quæ sunt agenda per principẽ. Primũ quidẽ, vt in singulis partibus sui regiminis abũdet in diuitijs naturalibus, quas sic vocat Arist. in primo suæ Politicæ: vel quia naturalia sunt: seu quia homo ipsis naturaliter indiget. vt sunt vineta: nemora: siluæ. vinaria: diuersorũ animaliũ & auiũ genera. De quibus Paladius Palatinus comes Valentiniano Imperatori ad præfata exhortans, luculẽtissimo stilo ac diffusius documentũ tradidit. Hinc etiam Salomon Rex volẽs ostendere magnificentiã sui regiminis, edificaui, inquit, mihi domos: plãtaui vineas: feci hortos & pomeria: & cõseui ea cuncti generis arboribus: extruxi mihi piscinas ad irrigandũ siluã lignorũ germinãtiũ. Cuius quidem triplex ratio sumi potest. Vna sumitur ex parte vsus ipsius rei: qui quidem delectabilior esse videtur in re propria, quàm aliena: eo q̄ magis vnita. Vnio enim est amoris proprietas: vt tradit Dionysius. Ad amorẽ autẽ sequitur delectatio. Cũ enim adest quod diligitur, etiam delectationẽ secũ affert. Amplius autẽ & ipsa diligentia operis exercita circa prædicta, in qua quidem homo sibi congaudet, quãto est opus difficilius. Magis enim amamus cum nõ est facile, quod sumitur: vt Philosophus dicit. Ex qua ratione & filios diligimus: & quãlibet naturam facturã secundũ mensurã operis. Adhibẽdo igitur sollicitudinẽ circa proprias diuitias naturales iam dictas, gratiores iam fiũt quã alienæ. Et si gratiores, delectabiliores ipsas dicemus. Secunda ratio sumitur ex parte officialium regis. Si enim ipsos oporteat recurrere ad cõuicaneos pro necessarijs vitæ sui domini, interdũ scandala generantur in subditis, vel ex rerum cõmercio in quo vel lędit auaritia, quæ ementem vel vendentẽ cõcomitatur: vel fraus conturbat. Vnde in Prouer. 20. ca. dicitur. Malum est dicit omnis emptor: & cũ recesserit, tunc gloriabitur quasi fraude vendentẽ præuenerit. Et in Ecclesiastico monemur cauere à corruptione emptionis & negociatorũ: quasi hoc sit propriũ eorũ in mercando. Amplius autẽ ex cõmercio cõtrahitur familiaritas ad fœminas, per quod vel ex incauta locutione in alterutrum: aut aspectu: aut gestu, causatur zelotipia inter ciues: & inde contra regimen prouocantur. Sed etiã tertia ratio hoc idẽ confirmat, quã accipimus ex parte rerum venalium. Victualia enim quæ venduntur: vt in pluribus non carent sophismate: & ideò non sunt tantæ efficaciæ, sicut propria ad nutriendum. Vnde idem Salomon in Prouerbijs. 5. capi. Bibe, inquit, aquam de cisterna tua. In hoc comprehendẽs omne nutrimentum: sed præcipuè potũ: quia facilius potest sophisticari: & ipsum minus à sua natura & puritate remotũ, citius de ipsius malitia indicat. Rursus, propria victualia sunt maioris securitatis in sumendo: quia possunt facilius ab extraneo venerari, vel esse nociua, quã si in proprio horreo, vel cellario reponantur. Vnde & Propheta Isai. 2. ca. In exaltatione retributionis viri iusti, panis, inquit, datus est ei: & aquæ eius fideliores sunt: quasi propria cibaria & potabilia securiora sunt ad sumendum.

Quòd expedit regi habere alias diuitias naturales: vt sunt armenta & greges, sine quibus domini bene regere terram non possunt.

CAP. VI.

NOn solũ autem prædicta ad naturales diuitias pertinent: sed & diuersa genera animantium ex eadem ratione & causa, vt de præcedentibus est ostensum. In quibus primo patri tanquã prædominanti toti humanæ naturæ, datum est priuilegiũ regẽdi & dominandi: vt in Genes. scribitur. Crescite, inquit, dominus & multiplicamini & replete terrã: & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & cunctis animantibus quæ mouentur super terram. Vnde ad regiam maiestatẽ pertinet, his omnibus vti & abundare. Et quanto plus in his dominantur, tãto plus primi domini principatũ habẽt similiorem: cũ omnia sint ad vsum hominis deputata in creationis primordio. Propter quod Philosophus dicit in primo Pol. q̄ venatio animaliũ siluestrium naturaliter est iusta: quia per eã homo sibi vẽdicat quod suũ est. Et de piscatione & aucupatione similiter dici potest. Vnde & natura aues rapaces prouidit, & canes ad huiusmodi officiũ exercendũ: Quia verò in piscibus nõ est aptitudo loci ad talia ministeria, loco canũ & auiũ homo retia adinuenit. Ad supplementũ igitur & decorẽ regni, Rex indiget supradictis: quibusdã quidẽ ad vsum & esum: vt sunt pisces & aues: armenta bouum, & greges ouiũ, quibus Salomon abũdauit: vt scribitur in Ecclesiaste. & in tertio libro Regũ, ad sui magnificentiã ostentandã. Alijs autem animalibus Rex indiget ad ministerium: vt sunt equi & muli. asini & cameli ad diuersa ministeria deputati, secundum varias consuetudines regionum. Horum igitur omnium Rex copiam habere debet, quantũ eidẽ est posibile: siue de animantibus deputatis ad esum, siue ad ministerium: & propter causam iam dictã, de alijs diuitijs naturalibus: quia res propriæ delectabiliores sunt: vt superiùs est ostensum: & tanto plus, quãtò plus habent de ratione vitæ: vnde magis accedunt ad diuinam assimilationem, quæ est maior causa amoris. Adhuc aliæ sunt causæ in prædictis, propter quas expedit regi ipsis abundare, vt proprijs. Primò autem ad hoc mouet natura quæ delectatur ex suo opere: dũ considerat in eis nouum continuè modum procedendi in suis actibus: siue in viuendo: siue in generãdo: siue in parturiendo: ex quibus cõsurgit in dominis admiratio: & ex admiratione delectatio. Quòd autẽ nutritiua sit causa dilectionis, & per cõsequẽs delectationis, apparet in Exod. in filia Pharaonis, quæ Moysem nutriri fecit. Et postea ibidẽ subiũgitur, quod post nutritionẽ ipsum sibi adoptauit in filium. Qua ratione dicit dominus in Osee. Ego quasi nutritius Effraym. In hoc insinuãs suũ affectum ad populum. Amplius autẽ & ipsorũ venatura siue siluestrium animalium, siue aliorũ pro quibus se principes & reges gymnasijs exponunt, & filios suos submittũt, valet ad robur acquirendum corporis, & cõseruãdũ sanitatẽ, & cordis vigorandã virtutẽ: si tẽperatè vtãtur. vt Philosophus tradit in Ethicis: & hoc cũ in pace quiescunt ab hostibus: vt solent reges Franciæ & Angliæ talibus vti. Et vt de Germanis in gestis Francorum scribit Ammonius. Rursus equitatura ad hoc idẽ mouetur, qua reges esse debent ornati ad decorem regni, & eiusdẽ contra hostes defensionẽ: ad quod aptiores reddũtur & expeditiores, si propria habeãt equorum armenta, vt mos est regibus ac principibus orientis. Quẽadmodùm & de Salomone scribitur in tertio Regũ. 4. q̄ in sua florẽs ꝓsperitate habebat. 40. milia presepia equorũ curialiũ. & 11. milia equorum equestriũ, quos custodiebant supradicti regis præfecti. Prætereà, si de animãtibus agatur quæ ordinantur ad esum, adhuc magis cõpetit habere propria: siue quadrupedia siue reptilia. i. pisces: quia omnibus his homo delectabilius vtitur: ex hoc, quòd melius nutriuntur. & aptiora efficiuntur ad esum: tũ quia re cognita, in vtendo magis gaudemus: tum etiam quia securius & liberius nobis offeruntur ad esum: quod est actus magis nostræ proportionatus naturæ: ex quo & delectabilius agit. Amplius autem & causa cõmunis iam dicta superiùs ad hoc facit s. vitatio cõmercij cũ ciuibus: quod potest esse scandali adminiculum præcauendum officialibus regis. Rursus hoc exigit magnificentia regis, vt transeuntibus in cibis & potibus vberius administretur & largius. Hoc autem fit expeditius, si reges abũdẽt gregibus & armẽtis. Cõcluditur ergo ex prædictis, q̄ diuitiæ naturales necessariæ sunt regi: vt in singulis regionibus proprias habeat ad sui regiminis & regni munimen.

Quod oportet regem abundare diuitijs artificialibus, auro & argento, & numismate conflato ex his.

CAP. VII.

SEd & de artificialibus diuitijs: vt est aurum & argentum: & alia metalla: & ex ipsis conflata numismata, necessaria sunt regi ad munimẽ regiminis sui. Supposito enim, quòd collegium sit necessarium secundum naturam ad regimen constituendum siue politiã: & per consequens Rex & quicũq; dominus, qui multitudinẽ regat, oportet vlterius cõcludere de sibi cõnexo, videlicet thesauro: vt est aurũ & argentum & ex eis conflatum numisma: sine quo suum regimẽ Rex cõgruè & oportunè exercere nõ potest: quod quidẽ ostendi potest multiplici via. Prima quidẽ manifestatur ex parte regis. Homo enim in cõmutationibus faciẽdis, auro vel argento, siue numismate vtitur, vt instrumento. Vnde Philosophus dicit in 5. Eth. q̄ numisma est quasi fideiussor futuræ necessitatis: quia continet omnia opera, sicut ipsarum preciũ. Si ergo quilibet indiget, multo magis Rex: quia si simpliciter ad simpliciter: & magis ad magis. Rursus virtus proportionatur naturæ, & opus virtuti. Natura autem status regalis quandam habet vniuersalitatem: eo q̄ cõmunis est populo sibi substituto: ergo & virtus: & similiter opus Si ergo status dominorũ secũdũ suã naturã est cõmunicatiuus, ergo virtus & operatio. Hoc autẽ esse nõ potest sine numismate: sicut nec faber: nec carpentarius sine ꝓprijs instrumẽtis. Itẽ ad idẽ secũdũ Philosophũ in 4. Ethi. virtus magnificẽtiæ magnos sumptus respicit. Magni autẽ sumptus ad magistrũ pertinẽt: qđ est Rex: vt ipse Philosophus tangit ibidẽ. Vnde in Hester primo scribit de Assuero, qui in oriẽte dominabat. 127. ꝓuincijs, q̄ in cõuiuio, qđ fecit principib⁹ sui regni, ministrabatur in cibis & potib⁹, ꝓut exigebat magnificentia regis. Hoc autẽ sine instrumẽto vitæ fieri nõ potest, qđ est numisma siue aurũ vel argẽtũ. Quare idẽ qđ prius. Cõcludit ergo ex parte regis, eidẽ thesaurũ esse necessariũ, qui artificiales diuitias cõtinet. Secunda via sumit in cõparatione ad populũ: siue in genere, siue in specie: quia ad hoc debet Rex abũdare pecunijs: vt posit suæ domui ꝓuidere in necessarijs & suorũ subuenire necessitatibus subditorum. Vt enim tradit Philosophus. 8. Ethi. Sic se Rex habere debet ad populũ, sicut pastor ad onera, & sicut pater ad filios. Sic se habuit Pharao ad totã terrã Aegypti: vt in Gen. scribitur. De publico enim ærario frumentũ emit: quod ingruente fame distribuit secundum prudentiã Ioseph: ne populus fame deficeret. Salustius etiam narrat sententiam Catonis, in Cateli. Qualiter respubli. profecit Romanis

gene. 41

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia ærarium publicum viguit Romæ: quo deficiente, ad nihilum est redacta, vt temporibus eiusdem Catonis dicit accidisse. Amplius autem quodlibet regnum, siue ciuitas, siue castrum, siue quodcunque collegium assimilatur humano corpori, sicut ipse philosophus tradit. Et hoc idem in Policrato scribitur: vnde comparatur ibidem commune ærarium regis stomacho: vt sicut in stomacho recipiuntur cibi & diffunduntur ad membra, ita & ærarium regis repletur thesauro pecuniarum & communicatur atque diffunditur pro necessitatibus subditorū & regni. Rursus & in specie hoc idem contingit. Turpe est enim & multum regali reuerentiæ derogat à suis subditis mutuare pro sumptibus regis vel regni. Amplius autem ex hac subiectione mutui sustinetur à dominis, vt per subditos sue quosq; fiant super regnum exactiones indebitæ. Vnde status eneruatur regni. Item ad idem. In mutuis sæpe mutuans scandalum patitur: quia hæc est natura mutuantis, vt difficile sit ei mutuum reddere. Vnde sententia fertur esse Biantis vnius de septem sapientibus. Amico à te mutuante pecuniam, & ipsum & pecuniā perdis. Necessarium est igitur Regi artificiales diuitias congregare ex causis iam dictis, in cōparatione ad populum: siue in genere: siue in specie. Tertia autē via ad hoc idem probandum accipitur, in respectu ad rem, siue personā extra Regis dominium constitutas. Quarum quidem duo sunt genera: vnum videlicet inimicorum, contra quos oportet ærarium publicum Regis esse plenum. Et primò pro sumptibus suæ familiæ. Secundò pro stipendijs militum conductorum: cū cōtra hostes mouet exercitū. Tertiò ad præsidia resarcienda: vel constituenda, ne hostes inuadant terminos sui regni. Aliud autē genus in augmentū tendit sui regni: vnde & necessarius Regi est thesaurus. Contingit enim interdum regiones grauari, vel penuria, vel onere debitorum: aut etiam ab hostibus: & recurrunt tunc ad regni subsidium. Quibus subueniendo cum instrumento vitæ, quod est aurum, vel argentū, vel quodcunque numisma, subijciuntur eidem: & sic augmentatur regnum. Liquet ergo ex dictis, Regi necessarias esse artificiales diuitias, ad conseruationē sui regiminis ex tribus causis iam dictis. Vnde etiam in Iudith scribitur, q̄ Holofernes princeps Nabuchodonosor: quando inuasit regiones Syriæ, & Ciliciæ, cum exercitu magno tulit aurum & argentū multum nimis de domo Regis paratū. videlicet ad expeditionem contra suos hostes. Et hoc idem de Salomone scribitur in libro superius allegato inter actus regalis magnificētiæ. Coaceruaui, inquit, mihi aurū, & argentū: & substantiam Regū ac prouinciarum: substantiam vocans numismatū thesauros, propter tributa ab ipso exacta & patris sui Dauid: vt patet 2. & 3. libris Regū. Et hoc ideò: quia secundū Philosophū in Ethic. humanę vitę sunt instrumentū: vt dictū est suprà. nec istud cōtradicit diuino præcepto tradito à domino in Deuteronomio per Moysen, quantū ad Reges & principes populi. Ibi enim lex scribitur de Rege, quòd non habeat auri, vel argenti immensa pondera. Quod quidem intelligendū est ad ostentationē, siue fastū regalem: vt de Crœso Rege Idorum narrant historiæ: ex qua causa ruinam passus est: quia captus à Cyro Rege Persarū, nudus in alto monte patibulo est affixus. Sed ad subuentionem regni, omninò est necessarium, propter causas iam dictas.

Qualiter ad regimen regni & cuiuscunque dominij, necessarij sunt ministri. Vbi incidenter distinguitur de duplici dominio Politico & Despotico, ostendens multis rationibus, quòd Politicū oportet esse suaue.

CAP. VIII.

NOn solū autē diuitijs oportet Regē esse munitū, sed etiā ministris. Vñ & ille magnus Rex Salomon in præallegato lib. dicit de seipso. Possedi seruos & ancillas, & familiā multā nimis. Quod autē possidetur, in dominio videtur esse possidentis. Et ideò hoc distinguendum est circa dñium incidēter. Duplex enim principatus ab Arist. ponitur ī sua politica, quorū quilibet suos habet ministros, licet plures ponat ī 5. politicorū: vt suprà est distinctū, & infrà etiā declarabitur, politicus, videlicet & dispositicus. Politicus quidem, qñ regio, siue ꝓuincia, siue ciuitas, siue castrū, per vnū vel plures regitur, secundū ipsorū statuta: vt in regionibus cōtingit Italiæ & præcipuè Romæ: vt per senatores & consules pro maiori parte ab vrbe cōdita. Horū autē dñium cōuenit amplius quadā ciuilitate regere: eo, q̄ in ipsa sit continua de ciuibus, siue extraneis alternatio. Sicut de Romanis scribitur in 1. Machab. 8. vbi dicitur, q̄ per singulos annos cōmittunt vni homini magistratū suū dominari vniuersæ terræ suæ. Vnde duplex est in tali dñio ratio, quare subditi nō rigidè possint corrigi: vt in regali dominio. Vna sumitur ex parte regētis, quia tēporaneum est eius regimen. Ex hoc enim diminuitur eius sollicitudo in sibi subditis, dum cōsiderat suum tam breui tempore dominium terminari. Propter quod & iudices populi Israël qui politicè iudicabāt, moderatiores fuerunt in iudicando, quàm Reges sequentes. Vnde Samuël qui dictum populum certis iudicauit temporibus sic ait ad ipsos, volens ostendere suum regimen fuisse politicum, & non regale, quod elegerant. 1. Regum 17. Loquimini, inquit, de me coram Domino & Christo eius vtrum bouem cuiusquā tulerim, aut asinum. Si quēpiam calūniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu alicuius munus accepi. Quod quidem qui regale dominium habent, non faciunt: vt infrà patebit, & in primo lib. Regum dictus Propheta ostendit. Amplius autem modus regendi in dictis partibus vbi politicum est dominiū mercenarius est. Mercede enim Domini conducuntur. Vbi autem merces pro fine præfigitur, non tantum intēditur regiminī subditorum, & sic per consequens temperatur correctionis rigor. Vnde & Dominus in Ioā. 10. c. dicit de talibus. Mercenarius autem & qui non est pastor, cui nō est cura de ouibus quia. s. ad tempus præponitur, videt lupum & fugit. Mercenarius autē fugit, quia mercenarius est, quasi ipsa merces sit sibi finis regiminis, & subditos sibi postponat. Propter quod & antiqui Romani duces: vt scribit Maximus Valerius, curam gerebant Reipublicæ sumptibus proprijs: vt Marcus Curius & Fabritius & multi alij. Vnde reddebantur ad curam politiæ audaciores & magis solliciti, quasi tota in hoc esset eorum intentio & maior affectus. Et in talibus verificatur Catonis sententia, quam Salustius refert in Catelinario. Vnde Respublica ex parua effecta est magna, quia in illis domi fuit industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neque delicto, neque libidini obnoxius. Secunda autem ratio vnde dominium politicum oportet esse moderatum, ac cum moderatione exercitum sumitur ex parte subditorum, quia talis est eorum dispositio secundum naturā proportionata tali regimini. Probat enim Ptolomæus in quadripartito, regiones hominum esse distinctas secundum constellationes diuersas, quantum ad mores & regimen, circunscripto semper secundum ipsum super stellarum dominium imperio voluntatis. Vnde regiones Romanorum sub Marte ponuntur ab ipso: & ideò minus subijciles. Propter quod ex eadem causa præfata gens esse ponitur insueta pati, cum suis terminis & subdi nescia, nisi cum non possit resistere: & quia impatiens alieni arbitrij, & per consequens superioris inuida. Inter Romanos præsides: vt in primo Matth. 8. cap. scribitur: nemo portabat dyadema: nec induebatur purpura: & vlteriùs subditur effectus istius humilitatis: quia non est inuidia: nec zelus inter eos. Quadam igitur placabilitate animi: vt natura requirit subditorum illius regionis: & incessu humili Rempu. gubernabant: quia vt tradit Tullius in Philippicis. Nullum maius armatorum præsidium charitate, & beniuolentia ciuium: qua oportet principantem esse munitum non armis. Et hanc etiam sententiam refert Salustius de Catone, quantùm ad antiquos patres Romanos. Rursus, ad idem cōfidentia subditorum siue de exoneratione dominij regentium siue dominandi in suo tempore congruo reddit ipsos ad libertatem audaces, ne colla subinitant regentibus. vnde oportet politicum regimen esse suaue. Amplius autem est certus modus regendi: quia secundum formam. legum: siue communium: siue municipalium cui rector astringitur: propter quam causam & prudentia principis, quia non est libera, sed litur, & minus imitatur diuinam. Et quāuis leges à iure naturæ trahant originem: vt Tullius probat in tractatu de legibus: & ius naturæ à iure diuino, vt testatur Dauid Propheta. Signatum est, inquiens, lumen vultus tui super nos domine: deficiunt tamen in particularitatibus actibus, quibus omnibus legislator prouidere non potuit ex ignorantia subditorum futurorum. Et inde sequitur in regimine politico diminutio: quia legibus solùm rector politicus iudicat populum. Quod per regale dominium suppletur, dum non legibus obligatus per eam censeat, quæ est in pectore principis: propter quod diuinam magis sequitur prouidentiam, cui est cura de omnibus: vt lib. Sapient. dicitur. Patet igitur qualis est principatus politicus, & modus eius regendi. Nunc videndum est de principatu dispotico.

De principatu dispotico: quis est & qualiter ad regale reducitur. Vbi incidenter comparat politicum ad dispoticum secundum diuersas regiones & tempora.

CAP. IX.

ESt autem hīc aduertendum, quòd principatus dispoticus dicitur, qui est domini ad seruum: quod quidem nomen Græcum est. Vnde quidam domini illius prouinciæ adhuc hodie dispoti vocantur: quem principatum ad regalem possumus reducere: vt ex sacra liquet scriptura. Sed tunc est quæstio: quia Philosophus in primo Politicorum diuidit regale contra dispoticum. Hoc autem in sequenti libro declarabitur: quia ibidem occurrit diffiniendi materia: sed nunc sufficiat per diuinam scripturam probare, quod dicitur. Tradūtur enim leges regales per Samuelem propheram Israëlitio populo, quæ seruitutem important. Cū enim petiuissent regē à Samuele iam ætate defecto. & filijs suis non iustè dominantibus modo politico: vt iudices alij dicti populi fecerāt consulto domino respondit primi. Regū. 8. Audi, inquit, vocem populi in his, quæ loquuntur. Verūtamen contestare eos & prædic eis ius regis. Filios vestros tollet & ponet in curribus suis: faciētque sibi currus & equites & præcursores quadrigarum suarum: & cōstituet aratores agrorum suorum: & messores segetum: ac fabros armorum suorum: filias quoque vestras faciet sibi focarias: vnguentarias: ac panificas: & sic de alijs conditionibus ad seruitutem pertinentibus: quæ in primo lib. Regū traduntur: per hoc quasi volens ostendere, quòd regimē politicum quod erat iudicum & suū fuerat, fructuosius erat populo. Cuius tamen superiùs contrarium est ostensum. Ad cuius dubij declarationem sciendum est, quòd ex duplici parte regimen politicum regali præponitur. Primò quidē, si referamus dominiū ad statum integrum humanæ naturæ, qui status innocentiæ appellatur, in quo non fuisset regale regimē sed politicū eo ꝙ tunc non fuisset dominium, quòd seruitutem haberet, sed præeminentiam & subiectionem in disponendo & gubernādo multitudinē secundum merita cuiuscunque: vt sic vel in influendo: vel in recipiendo influētiam quilibet esset dispositus secundum congruentiam suæ naturę. Vnde apud sapiētes & homines virtuosos: vt fuerunt antiqui Romani, secundum imitationem talis naturæ regimen politicum melius fuit. Sed quia peruersi difficile corriguntur: & stultorum infinitus est numerus, vt dicitur in Ecclesiast. in natura corrupta regimē regale est fructuosius: quia oportet ipsam naturam humanā sic dispositam, quasi ad sui fluxum limitibus refrenare. Hoc autem facit regale fastigium. Vnde scriptum est in prouer. 20. cap. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Virga ergo disciplinæ quam quilibet timet, & rigor iustitiæ sunt necessaria in gubernatione mundi: quia per ea populus & indocta multitudo melius regitur. Vnde Apostolus ad Ro. 13. Dicit loquens de rectoribus mundi, quòd non sine causa gladium portat: vindex in iram Dei ei qui malè agit. Et Arist. dicit in Ethicis, quòd pœnæ in legibus institutæ sunt medicinæ quædam. Ergo quantū ad hoc excellit regale dominium. Amplius autem & situs terræ secundum stellarum aspectum regionem disponit: vt dictum est suprà. vnde videmus quasdā prouincias aptas ad seruitutem: quasdam autem ad libertatē. Propter quod Iulius Celsus & Amonius qui describunt gesta Francorum & Germanorum, eos mores & actus attribuunt eisdem, in quibus etiam nunc perseuerant. Romani autem ciues aliquo tempore vixerunt sub regibus à Romulo videlicet vsque ad Tarquinium superbum. Cuius cursus annorum. 264. fuit: vt historiæ tradunt. Sic & Athenienses post mortem Codri regis, sub magistratibus vixerunt: quia sub eodem climate constituti. Considerantes enim, quòd dicta regio magis apta foret ex causis iam dictis ad politicum regimen, sic ipsam rexerunt vsque ad tempora Iulij Cæsaris sub consulibus dictatoribus & tribunis, quod fuit quadringentorum quadraginta quatuor annorum. In quo quidem tempore, vt dictum est suprà, tali regimine multum profecit Respu. Patet igitur qua consideratione politiam regno, & regale dominium politiæ præponimus.

Habita distinctione dominij, hīc distinguitur de ministris secūdum differentiam dominorum: & quædam genera ministrorum ostendit omnibus dominis communia. Postea probat seruitutem in quibusdam esse naturalem.

CAP. X.

HIs igitur sic deductis, videndum est de ministris qui ad regiminis sunt complementum: quia sine eis, quodcunque dominium transire non potest, vt per eos secundum gradum personarum exercentur officia, distribuitur opera. & administrentur necessaria: siue in regno siue in quacunque Repu. & secundum merita cuiuscūq; in ea contenti. Vnde & primus dux in Israëlitico populo Moyses à Iethro cognato suo meritò redarguitur: vt patet in Exod. 18. cap. Quia ipse solus satisfaciebat populo suo sine ministris. Stulto, inquit Labore consumeris, tu & populus iste qui tecum est: & vltra vires tuas est, nec poteris sustinere. Prouide, inquit, viros potentes, & timentes Deum: in quibus sit veritas: & qui oderint auaritiam: & constitue ex eis Tribunos. & Centuriones. & quinquagenarios ac denarios, qui iudicent populum. Hoc idem & de Romanis inuenitur. Quia cum Regum regimen cessasset ab vrbe, Brutus factus consul, parum in consulatu solus vrbem rexit: sed mouentibus bellum Sabinis eidem per senatum adiunctus est dictator, qui dignitate consules præibat. Quorum primus Lamius vocatus est. Hoc etiam tempore adiunctus est magister equitum, qui dictaturæ obsequeretur. Quorum primus Spurius Cassius. Post hæc quasi circa idem tempus, instituti sunt tribuni, qui in fauorem populi essent. Quod pro tanto sit dictum, ad ostendendum quod regimen cuiuscunque collegij siue prouinciæ: siue ciuitatis vel castri, sine ministerio diuersorum officialium bene regi non potest. Sed circa hoc distinguēdum de eis videtur, secundum diuersitatem regiminis: quia oportet ministros dominis cuiuscunque regiminis esse conformes: sicut membra capiti. Vnde regimen politicum ministros requirit, secundum qualitatem politiæ. Propter quod hodie in Italia omnes sunt mercenarij, sicut & domini: & ideò agunt sicut mercede conducti, non ad vtilitatem subditorum: sed ad lucrum suum præstituentes in mercede finem. Quandò verò gratis ministrabant: vt antiqui Romani: nunc eorum sollicitudo figebatur ad Rempubli. sicut ad finem. Et inde proficiebant. Sicut maximus Valerius narrat de Camillo, qui precatus est, quòd si alicui deorum fœlicitas Romanorum nimia videretur: eius inuidia suo & non Reipub. incommodo satiaretur. Sed regalis regiminis alij sunt ministri perpetuis officijs deputati ad ministraudum regi pro suo suique populi fructu: vt sunt comites: barones, & milites simplices: feudatarij qui ex suo feudo & ipsi & sui successores ad regni gubernacula sunt obligati perpetuò: Vnde patet & ministros esse necessarios cuicunque dominio. & secundum ipsius dominantis conditionem ministros debere constitui. Propter quod & in ecclesia dicitur. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Distinguuntur autem & alia quatuor genera ministrorū, à Philosopho in politica, qui haberi possunt regimini magis coniuncti. Quidam enim sunt, quos habet ciuilitas siue regimen omninò necessarios, ad vilia officia exercenda dominorum, de quibus natura prouidit: vt sint gradus in hominibus, sicut & in alijs rebus. Videmus enim in elementis esse infimum & supremum. Videmus etiam in mixto semper esse aliquod prædestinans elementum. In plantis etiam quædam deputata sunt ad humanum cibum: quædam ad simum: & eodem modo in animalibus Sed & in homine inter membra corporis similiter erit. Hoc idem consideramus in relatione corporis ad animam. Et in ipsis etiam potentijs animæ in alterutrum comparatis, quia quædam ordinatæ sunt ad imperandum & mouendum: vt intellectus & voluntas: quædam ad seruiendum eisdem secundum gradum ipsarum. Ita inter homines erit. Et inde probatur esse aliquos omninò seruos secūdum naturam. Amplius autem contingit aliquos deficere à ratione propter defectum naturæ. Tales autem oportet ad opus inducere per modum seruilē: quia ratione vti non possunt. Et hoc iustum naturale vocatur. Hæc autem omnia Philosophus tangit in primo Politicorū. Sunt autem & alij ministri ad idem deputati officium alia ratione: vt in bello deuicti. Quod lex humana non sine ratione sic statuit ad acuēdum bellatores pro Repu. fortiter pugnandum. vt videlicet victi subijciantur victoribus iure quodam, quòd Philosophus in prædicto loco iustum legale appellat. Vnde isti quāmuis vigeant ratione, ad sta tum tamen rediguntur seruitum quadam militari lege, ad acuendum corda bellantium. Et hunc modum obseruauerunt Romani. Vnde tradunt historiæ. T. Liuium tantæ eloquentiæ virum à Romanis captum, in seruitutem redactum: sed propter suam probitatem à Liuio nobilissimo Ro. sub cuius ditione traditus erat manumissus, ab ipso cognomen accipiens Titus Liuius est vocatus: quem libertati tradidit pro suis filijs instituendis in liberalibus artibus, cui ante non licuisset: secundum principum instituta. Hoc etiam & lex diuina præcepit, vt in Deuteronomio patet. Sunt autem & alia duo genera ministrorum in familia assistentium: videlicet vel mercede conductorum: seu seruientium quadam beniuolentia & amore ad sui honoris cumulum: vel virtutis profectum. vt sunt ministrantes principi in domestica domo: siue de re militari: siue aucupij: siue venationis, siue in alijs rebus familiaribus domus, de quibus non est modò dicendum per singula & pro quibus quis captat vel amicitiam vel gratiam dominorum vel mercedem reportat, vel virtutis laudem acquirit. Vnde in Prouerbijs dicitur, quòd acceptus est regi minister intelligens. Et in Ecclesiastico. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi sicut anima tua. Concludendum est igitur, quòd ad complementum regni & fulcimentum regiminis, quæ dicta sunt suprà de diuitijs & ministris, princeps debet esse munitus. Propter quod Philosophus dicit in 3. Ethi. Quia non est Rex, qui per se non est sufficiens: & omnibus bonis superexcellens. Quibus omnibus sit perabundauit Rex Salomon: vt patet in 3. lib. Regum. Sed præcipuè in ornatu & ordine ministrorum, de quo admirata Regina Saba, maior est, inquit, sapientia tua, quàm rumor quem audiui. Beati viri tui: & serui tui, hi qui astant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.

Quòd necessarium est regi & cuilibet domino in sua iurisdictione munitiones habere fortissimas: & rationes quare ibi multæ ponuntur.

CAP. XI.

POst hæc autem ad robur dominij, siue regalis, siue politici, necessariæ sunt munitiones, ad quas se conferant, domestici regis, vel ipse Rex. Cuius rei documentum accipimus à Rege Dauid, qui postquàm cepit Hierusalē, accepit mōrem Syon pro suo munimine, ibique arcem ædificauit, vbi dogmatum fistulæ dicebātur, vsque ad mello: ipsāmque arcem suam vocauit ciuitatem. Hoc autem vbique reges obseruant, quòd in singulis ciuitatibus & castris speciale habent præsidium, siue arcem, vbi degit regis familia & officiales eiusdem. Cuius quidem rei multæ sunt causæ: vna sumitur ex parte principum: quia expedit eis esse in loco tutiori: vt in regendo, corrigendo, & gubernando sint magis securi & in exequendo iustitiam efficiantur audaces. Vnde & Romani consules & senatores tutiorem elegerunt locum, vi delicet Capitolium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de quo narrant historiæ, ꝙ tota occupata ab hostibus vrbe Roma, in ipso permanserunt illæsi. Amplius autem & Regis suæque familiæ maior honestas hoc exigit, ne vel earum commercio cum subditis vilificetur in conspectu populi ipsorum maiestas, vel ex incauto aspectu: vbi maxima requiritur pudicitia, sicut senex populi Troiani se habebant ad Helenam: vt Philosophus dicit in Ethic. Populus Regis indignationẽ incurrat, vel ipse & sui se dehonestandi in subditis occasionem assumant. In quem casum lapsus est Rex Dauid, circa vxorem Vriæ scutiferi Ioab, quam lauantem vidit de solario domus regiæ: vt scribitur in 2. libro Regum. Secunda ratio sumitur ex parte populi, qui magis sensibilibus mouetur, quã ratione ducatur. Cũ enim vident magnificos sumptus regum in munitionibus, facilius ex admiratione inclinantur ad obedientiam, & ad suis parendum mandatis: vt Philosophus dicit in sexto Politicorum. Ampliùs autem minorem causam habent rebellãdi seu subijciendi se hostibus, dum nimium infestantur. Cùm enim ministros Regis munitionibus habent præsentes, sollicitantur audaciùs ad defensionem sui. Sic & Iudas Machabæus fecit de arce Syon. Quã deuictam cinxit muris fortisimis & turribus altis pro defensione patriç contra hostes: vt scribitur in primo Machab. Et similiter in Bethsuram munitiones fortisimas extruxit contrà faciem Idumeæ. Rursus ad idem necessariæ sunt munitiones principibus pro conseruandis diuitijs, quibus abundare debent: vt dictum est suprà, & vt eisdem possint cum sua familia liberiùs vti: vnde & ministri fiant ad præparandum necessaria promptiores, quod est delectabilius ac honorificentius etiam in domestica domo. Hoc enim est proprium in humanis actibus, quòd ex ordine debito causant speciẽ, siue pulchritudinem tanquàm in re proportionata & commensurata in suis partibus. Vnde consequitur in nobis spiritualis lætitia, quæ ex se quasi extasim facit, quam passa videtur regina Sabba in aspectu ordinis ministrorum curiæ Salomonis: vt superiùs est ostensum.

Quòd ad bonum regimen regni, siue cuiuscúnque dominij pertinet stratas, siue quascúnque vias in regione vel prouincia habere securas & liberas.

CAP. XII.

Est & aliud necessarium regi ad bonum regimen regni, ad quod ordinãtur ipsç munitiones: vt videlicet stratas faciant securas & aptas ad transeundum, siue pro aduenis, siue pro indigenis vel regalibus suis. Viæ enim communes sunt omnibus quodam iure naturæ & legibus gentium. Propter quod prohibentur à nemine occupari, nec vlla præscriptione, nec quocúnque temporum cursu ius de eisdem posset alicui acquiri. Vnde in libro Numerorum: via publica: via regia nominatur ad significãdum eius ciuitatem. Vbi August. in Gloss. dictum verbum exponit, quia pro tãto sic appellatur, quia debet esse libera cuilibet transeunti innoxio, ratione humanæ societatis. Propter quod & ibidem scribitur, quòd Amorreis contrà dicentibus, ne filij Israël transirent per eos cum sola via regia gradi permitterent, hoc est sine læsione aliqua regionis, Dominus mandauit ipsos deleri. Vt autem stratæ in sua communitate sint liberæ, & transeuntibus forent securæ, iura principibus permittunt pedagia. Vnde & eis seruãtibus quæ viatoribus sunt prædicta, officiales principum ipsa meritò possunt exigere, & proficiscentes debitè obligantur persoluere. Ampliùs autem & viarum securitas in regimine regni principibus est fructuosa, quia illuc magis confluunt mercatores cum mercibus: vnde & regnũ in diuitijs crescit. Qua ratione in vrbe aucta fuit Respublica propter vias circa quas sollicitabantur expeditas habere, & stratæ vocabãtur Romanæ: vt homines magis redderentur securi ad deferendum merces, ac sub simulatione callida, sub nominibus librarij permutatis: vt latrones ignorarent tempus, sicut compotistæ scribunt, cùm in vrbe celebrarentur nundinæ, sic eos decipiebãt. Quædam etiam extra vrbem institutæ fuerunt per Romanos principes, eorúmque sunt intitulatæ nominibus: vt ex hoc maiorem obtinuerint firmitatem: & loca tutiora aduenientibus redderentur: vt forum Iulij: quod in confinibus multarum prouinciarum & diuersis regionibus adhuc nomen remansit. Amplius autem & per diuersos consules ac senatores Romanos stratæ sunt institutæ, extendentes se ad diuersas prouincias: quorum titulis autẽticari viderentur, ad liberiorem: ac securiorem accessum ad vrbem: vel ad ipsorum memoriam clariorem. vt via Aurelia ab Aurelio principe: via Appia, ab Appio senatore. Quarũ prima tendebat versus reatem: vbi historiæ prouinciam aureliam ponunt. secunda verò in Campaniam suum habebat progressum, ac sic de singulis alijs siue consulibus siue senatoribus: vt Flãminio vel Aemilio à quibus stratæ vel prouinciæ sunt nominatæ propter causam iam dictam. Rursus & diuinus cultus in hoc augetur, propterea quòd promptiores sunt homines ad reuerentiam diuinam, cùm liber est aditus viarum ad indulgentiam siue ad aditum sancti. Vnde & præcipuum motiuum Romanorum fuit stratas faciendi securas: diuinus videlicet idolorũ cultus pro quo multum zelabat Respubli. vt Maximus Valerius scribit in principio libri sui. Sacra etiã scriptura in Esdra refert, reuerentiam templi impeditam fuisse propter hostes in circuitu: propter quod & tardata fuit ædificatio templi. Iuxta quod domino dicitur in Ioan. Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc: & tu in triduo reædificabis illud.

Qualiter in quolibet regno & quocúnque dominio necessarium est numisma proprium: & quot bona ex hoc sequuntur: & quæ incommoda, si non habeatur.

CAP. XIII.

His igitur expletis, agendum est de numismate: in cuius vsu vita hominis regulatur. Et sic per consequens omne dominium, sed præcipuè regnum propter varios prouentus quos ex nũmismate percipit. Vnde & dominus quærens à Pharisæis simulatoriè tentantibus ipsum: cuius est, inquit, imago hæc & suprascriptio. Cũq; respondissent, Cæsaris: sententiam quæsiti super ipsos retorsit dicens. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt Dei Deo, quasi ipsum nũmisma sit causa vt in pluribus tributa soluendi. De materia autem nummismatis, & qualiter sit regi necessarium talibus abundare, suprà satis est pertractatum. Sed nunc ipsum accipiamus, prout est mensura quædam, per quam superabundantia & defectus reducũtur ad medium: vt Philosophus in 5. Eth. dicit. Ad hoc enim inuentum est nummisma: vt soluantur lites in commercijs: & sit mensura in commutationibus. Et licèt multa sint genera cõmutationum: vt ex Philosopho habemus primo Politicorum. Ita tamen expeditior est inter omnes. propter quod inuérum dicitur esse nũmisma. Vnde & politia Licurgi qui Parthis & Lydis primò leges tradidit: in quibus nummisma prohibebat: & solam commutationem ex alterutrum mercibus permittens per Philosophum reprobatur: vt ex iam dictis apparet. Vnde & ipse concludit eodem libro Eth. Nũmisma constitutum propter commutationis necessitatem: quia per ipsum expeditius fit commercium, ac tollitur in cõmutando materia litis. Quam quidem habemus ab Abraham patre nostro: qui per multa tempora fuit ante Licurgum & omnes Philosophos. Vnde de ipso scribitur in Genes. quòd agrum emit pro sepultura suorum, precio quadringentorum siclorum publicæ ac probatæ monetæ. Sed quámuis ex se nũmisma sit necessarium proprium, tamen in omni regimine: sed præcipuè regis. Cuius duæ sunt causæ. Vnam accipimus ex parte regis. Aliam verò ex parte populi subiecti. Quantum ad primum, nũmisma siue moneta propria, ornamentum est regis & regni: & cuiuslibet regiminis: quia in ea repræsentatur imago regis: vt Cæsaris sicut dictum est suprà. Vnde in nulla re tanta potest esse claritas memoriæ eius: eo quòd nihil sic per manus hominum frequẽtatur: quod ad regem vel quécúnque dominum pertineat, quantum nũmisma. Amplius autem inquantùm moneta regula est & mensura rerum venalium, intantùm monstratur sua excellẽtia: vt videlicet imago ipsi⁹ sit in nũmo regula hominum in ipsorum commercijs. Vnde moneta dicitur: quia monet mentem: ne fraus inter homines, cùm sit mẽsura debita, committatur: vt imago Cæsaris sit in homine, quasi imago diuina: sicut Aug. exponit pertractans dictam materiam. Nũmisma verò dicitur: quia nominibus principum effigiéque designatur: vt tradit Isidorus. Per quod manifestè apparet, quòd ex nũmismate maiestas dominorum relucet. Et ideò ciuitates: siue principes: siue prælati hoc pro sua gloria singulariter ab Imperatoribus impetrant: vt habeant speciale nũmisma. Rursus nũmisma proprium cedit in cõmodum principis: vt dictum est suprà. quia per ipsum mensurãtur tributa & quæcúnque exactiones quæ fiunt in populo: vt in lege mãdabaĩ diuina circa oblationes. videlicet & redẽptiones quascũq; sacrificij loco. Amplius autem ipsius factura propter auctoritatem principis causatur commodum regi, quia nulli alij licet sub eadem figura & superscriptione cudere, vt iura gentium mandant. In qua quidem & si liceat suum ius exigere in cudendo nũmisma, moderatus tamen debet esse princeps quicũq; vel rex, siue in mutando: siue in diminuendo pondus, vel metallum: quia hoc cedit in detrimentum populi: cùm sit rerum mensura, sicut suprà dictum est. Vnde tantùm est mutare monetam, siue nũmisma, quantum staterã siue quodcúnque põdus. Hoc autem quomodò Deo displiceat, in Prouerb. 20. c. scribitur. Pondus, inquit, & põdus, statera & statera, vtrũq; abominabile est apud Deũ. De quo & grauiter Rex Aragonum reprehenditur ab Inno. Papa: quia nũmisma mutauerat diminuendo in populi detrimentum. Propter quod & filium obligantem se per iuramentum dictam seruare monetam, à dicto absoluit iuramento: eidem mandans, vt ipsam ad pristinum statum reformaret. Iura etiam in nũmismatibus fauent mutuis & pactionibus quibuscúnque. Mandat enim solui mutua, & pacta seruari: iuxta illius temporis nũmisma in omni mensura qualitatis & quantitatis. Concluditur ergo qualiter vnicuique regi nũmisma proprium est necessarium. Sed etiã ex parte populi adhuc nũmisma regis propriũ est necessarium: vt etiam ex iam dictis apparet. Primò: quia expeditior est in cõmutationibus mensura. Rursus: quia certior inter populares est. Multi enim sunt qui alias monetas ignorãt: & sic de facili possunt simplices præueniri fraude: quod est contra formam regalis re-

galis regiminis. Circa quod Romani principes prouiderunt. Vnde tradunt hystoriæ, quòd tempore domini nostri Iesu Christi in signum subiectionis Romanorum vnum erat nummisma in toto orbe terrarum: in quo erat Cæsaris imago: quam statim cognouerunt Pharisæi sciscitati à domino Iesu Christo, ad discooperiendũ eorum fraudem. Et istud nummisma decem vsuales valebat denarios. Quod solebat quilibet telonearijs prædictorum principum siue eorum gerentibus vicem in prouincijs, vel ciuitatibus, seu castris. Rursus proprium nummisma fructuosiùs est. Cùm enim extraneæ monetæ communicantur in permutationibus, oportet recurrere ad artem campsoriam: cùm talia nummismata non tãtùm valeant in regionibus extraneis, quantùm in proprijs. Et hoc sine damno esse non potest. Et præcipuè accidit in partibus Theotoniç: & regionibus circunstantibus: propter quod coguntur cùm de loco ad locum transeunt, massam auri vel argenti secum deferre & quãtum in commutationibus rerum venaliũ indigent, tantum vẽdunt. Vnde Philosophus in lib. 4. Politicorum: species pecuniarum distinguens: siue artis pecuniariç: siue nummismaticam: siue cãpsoriam oboloftaticam & cathos, primam solam dicit esse naturalem: quia ad commutationem rerum naturalium ordinatur, quod facit proprium nummisma & nõ aliud: vt ex iam dictis apparet. Propter hoc ipsam solam commendat alijs supradictis spretis: & de quibus infrà dicetur. Concludendum est igitur in omni regimine pro cõseruatione dominij: & præcipuè regalis, necessarium esse nummisma proprium: siue ex parte populi: siue ex parte Regis: vel regiminis cuiuscúnque.

Qualiter ad bonum regimen regni & cuiuscúnque dominij, siue politiæ põdera & mẽsura sunt necessaria: exẽplis & rationibus persuadetur.

CAP. XIIII.

Post hæc autem agẽdum est de ponderibus & mensuris quç necessaria sunt ad dominij cuiuscúnque regimen conseruandum: sicut & nummisma: quia cum eis soluuntur tributa: seu etiam quia per ipsa lites diminuuntur: & in emptionibus & vẽditionibus fidelitas seruatur: vel quia sicut & nummismata vitæ sunt humanæ instrumenta: imo plus imitantur naturalem actionem quàm numisma: quia scriptum est in libr. Sapientiæ. 11. c. quòd omnia disposuit Deus in numero, pondere: & mensura. Si ergo omnes creaturæ his tribus limitibus terminantur, magis videtur, quòd pondus & mensura à natura trahant originem, quàm nũmisma: & ideò magis necessaria in Repub. siue in regno Amplius autem pondus & mensura inquantùm talia: semper ornantur ad mensurata & ponderata. Aliter per se nihil sunt: sed nummisma, quamuis sit mensura: & instrumentum in permutationibus: tamen per se aliquid esse potest: puta si confletur, erit aliquid: videlicet aurum vel argentum: ergo semper non ordinabitur ad permutationes. Et hoc etiam habet veritatem in alijs speciebus pecuniarum: imo amplius, vt in campsoria, quç non propriè ordinatur: vt sit mensura rerum venalium: sed magis ad permutationem nummismatis. Item in oboloftatica quæ consistit circa ponderis excessum in permutationibus: quibus inuẽtis, supra pondus in metalla resoluuntur: vt sunt ponderatores in trabuchetis & alijs ponderibus. Item nec cathos, id est ars furnaria: quæ magis ordinatur ad nummisma, sicut ad finem alijs permutationibus exclusis. De quibus speciebus in 4. Politicorum agit Philosophus, & infrà dicetur: & suprà est tactũ. Rursus illi actus sunt maximè necessarij in Repub. siue in regno, qui ex iure naturæ procedunt: quia leges institutæ per principes, idem habent initium, aliàs iustæ leges non essent. Sed talia sunt de iure naturæ: quia adçquant naturalem iustitiam. Sic ergo ad naturam regni siue politiæ mensuræ & pondera sunt necessaria. Hinc est, quòd primus dux Israelitici populi, videlicet Moyses, vt describit Isidorus tradendo leges diuinas quæ primæ fuerunt, simul cum illis pondera & mensuras constituit, siue pro cibis & potibus: vt Ephi. & Gomor. & modius & sextarius: siue in terris & pannis quæ cubitales habent mẽsuras: siue in auro & argento: & nummismatibus, quæ sunt statera & alia pondera. Vnde cùm dictus Moyses in Leuitico exhortaretur populum ad iustitiam faciendam, statim subiungit regulas naturalis iustitiæ: vt Origenes ibidem exponit. Non facietis, inquit, iniquum aliquid in pondere & mensura. Statera iusta & æqua sint pondera: iustus modius æquúsque sextarius. Refert iterum Isidorus, quòd Sidon Argus Grçcis mẽsuras dedit: vbi tunc florebat Argiuorum regnum circa tempora præfati Ducis Moysi. Narrant etiam hystoriæ Cererem mensuras agriculturæ & frumenti Grecis ficcione tradidisse. Vnde & dea frumentaria, & demetra est vocata. Ex his ergo apparet, quòd naturaliter oportet Regem vel quçcúnque dominum ad bonum ipsorum regimen, mensuras & pondera populo sibi subiecto tradere, propter causas iam dictas: & exemplo dictorũ principum: de quibus nunc est actum.

Hic sanctus doctor declarat, quòd oportet Regem & quẽlibet dominum ad conuersationem sui status adhibere sollicitudinem, vt de ærario publico prouideatur pauperibus: & hoc exemplis & rationibus probat.

CAP. XV.

Est autem & aliud quod est ad bonum regimen pertinens regni siue prouinciæ, vel ciuitatis: vel cuiuscũque principatus: vt videlicet de commnni ærario prouideatur per principem, qui prçsit indigentijs pauperum, pupillorum, & vidua rum: ac aduenis: & peregrinis assistat. Si enim natura quçcúnque non deficit in necessarijs, vt Philosophus dicit in 3. de cœlo & mũdo. Multò minùs & ars, quç imitatur naturam. Inter omnes autem artes ars viuendi & regendi superior & amplior est: vt tradit Tullius de Tusculanis quçstionibus. Ergo Reges & principes in necessarijs deficere non debent indigentibus: imo potius subuenire. Præterea Reges & principes vices Dei gerunt in terris, per quos Deus mundum gubernat: sicut per causas secundas. Vnde & Samuël propheta spretus in dominio, cùm querelam proponeret coram Deo, respõsum habuit, quòd nõ ipsum Israeliticus populus spreuerat: sed Deum, cuius: videlicet vices gerebat. Et in prouerb. dicitur. Per me Reges regnant, & legũ conditores iusta decernũt. Sed Deo specialiter est cura pauperum, ad naturæ ipsorum defectũ supplendum. Propter quod sic agit diuina prouidentia circa indigentem: sicut pater erga filios impotentes: de quibus amplior incumbit sollicitudo propter ampliorem necessitatem. Vnde & ipse dominus sibi reputat fieri spiritualiter, quod fit pauperi: ipso attestãte. qui dicit. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ergo ad istum defectum pauperum supplendum, sicut vices Dei gerentes in terris, principes & prælati sunt debitores: & sicut patres quos cogit officium esse auxiliatores subditorum: vt Philosophus dicit in 8. Ethi. ipsorum cum effectu beneficij spiritualem debent curam habere. Talem autem sollicitudinem habuit Philippus Rex Macedo circa Phisiam. Quem, vt scribit Vegetius libr. 3. de re militari: cùm prius haberet offensum audiens ipsum licèt nobilem habere tres filias: & cum ipsis inopia premi ab ammonentibus, de hoc quærens: vtrum melius foret partem ægrã corporis abscindere, quàm curare, familiariter accersiuit & accepta de facultatum domesticarum pecunia instruxit & fideliorem habuit. Amplius autem, quia Reges & principes communes habent actiones, & vniuersalem diligẽtiam subditorum, cùm non sufficiat homo solus ad proprias actiones: oportet, quòd in multis deficiant quia talis actio: siue actiones quæ sunt populum gubernare: iudicare: ac vnicuique suorum subditorum secundum merita prouidere, transcendit virtutem naturæ. Propter quod dicitur, quòd est ars actium regimen animarum. Et arduum est valdè, vt qui nescit tenere moderamina vitæ suæ, iudex fiat vitæ alienæ. Secundum quã causam Sauli assumpto, & inuncto in regem per Samuelem prophetam percipitur, quòd ascenderet ad cuneum prophetarum: vt ibidem per eleuationem mentis prophetando cum eis circa populum gubernandum ex diuina influentia haberet notitiam agendorum. Quod & factum fuit, vt patet in 1. Reg. Vnde imposibile est reges & principes non errare propter dictam causam: nisi ad illum qui omnia gubernat: & omnium est cõditor, se conuertant. Et propter hanc causam dicitur in Ecclesiastico de regibus Iraelitici populi, quòd præter Dauid, Ezechiam, & Iosiam, qui fuerunt viri spirituales, & à Deo illuminati, omnes peccauerunt domino. Isti autem defectui subuenitur per eleémosinæ beneficium: vnde pauperes sustententur. Sicut per Danielem prophetam dictum est illi principi Ethnico Regi Babylonis Nabuchodonosor: qui in toto Oriente generalis erat monarcha. Peccata tua eleémosinis redime: & iniquitates tuas in misericordijs pauperum conuerte. Sunt ergo ipsæ eleémosinæ quas faciunt principes indigentibus, quasi quidam fideiussor coram Deo pro ipsis, ad soluendum debita peccatorum, vt Philosophus dicit de nummismate respectu rerum venalium. Et sicut nummisma est mensura in permutationibus pro vita corporali: ita eleemosina in vita spirituali: propter quod in Ecclesiastico dicitur. Eleémosina viri, quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam oculi conseruabit. Ex his igitur satis est manifestũ, qualiter oportunum est regibus & cuicúnque domino in ipsorum dominio, de communi ærario Reipub. siue regali, pauperibus prouidere. Hinc est quòd in singulis prouincijs: ciuitatibus: & castris, ad talia ministeria exercenda sunt hospitalia instituta, siue per Reges: siue per principes: & ciues ad pauperum inopiam subleuãdum: & non solùm apud fideles: sed etiam infideles. Domos enim instituebant hospitalitatis ad pauperum subuentionem, quas Iouis hospitalia nominabant, vt patet in libr. 2. Mach. propter effectum beniuolentiæ & pietatis: qui eidem attribuitur planetæ secũdum astrologos. De Aristotele etiam tradunt hystoriæ, quòd Alexandro exhortatorias literas destinauit, quòd pauperũ inopiæ memor esset, ad prosperitatem sui regiminis augmentandum.

Hic sanctus doctor declarat, qualiter oportet Regem & quẽcúnque dominantem ad cultum diuinũ intendere: & quis fructus ex hoc sequatur.

CAP. XVI.

His habitis agendum est de cultu diuino, ad quem Reges & principes studere debent toto conatu & sollicitudine: sicut ad finẽ

Universidad de Deusto Biblioteca

debitum. Et ideò hic in hoc vltimo capitulo traditur: de quo rex ille magnificus Salomon in Ecclesiast. 12. capit. scribit. Finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time: & mandata eius obserua. hoc est enim omnis homo. Et quamuis iste finis omnibus sit necessarius: diuinus videlicet cultus & reuerentia per obseruantiam mandatorum: vt iam dictum est, regi tamen magis competit. Et huius rei est magis debitor, propter tria que sunt in ipso. Et quia videlicet homo: & quia dominus: & quia rex. Quia homo singulariter à Deo creatus. Cęteras enim creaturas Deus dicẽdo fecit. Cùm verò hominem creauit, dixit. Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram. Vnde Apostolus in Actibus Apostolorum. 17. capit. refert verba Arati poetę dicentis, quòd nos genus Dei sumus. Ex hac ergo parte debitores sumus omnes Deo in generali, ad diuinam reuerentiam: quod est primũ præceptum primę tabulę. Vnde dicitur populo Israelitico in Deut. per Moysem: & per consequens nobis. Audi Israel. dominus Deus tuus, Deus vnus est. Quasi ipse solus sit, cui' debetur reuerentia & honor, inquantùm ab ipso solo creati sumus: & singulari quędã prærogatiua producti. Et propter hoc, habita consideratione tanti beneficij, subdit Moyses in eodem statim loco, dicens. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo: & in tota anima tua: & in tota fortitudine tua. In hoc volens ostendere quod totum Deo debeamus quod sumus. Et in recognitione eius, præceptum de decimis fuit institutum: ad quod quilibet obligatur non in quantitate numeri: sed cuiuscúnque rei, ex dicta iam causa. Sed quamuis quilibet ad hoc sit obligatus, plus tamen princeps etiam sicut priuata persona: inquantùm plus participat de nobilitate humanæ nãę rationę sui generis. Vnde trahit originem: & inde nobilitatem. vt philosophus probat in sua rhetorica. Qua consideratione motus Cęsar Augustus, qui & Octauianus vt hystorię tradunt. Diuinos honores non sustinens, qui eidem exhibebantur à Rom. populo: propter corporis eius pulchritudinem: & animi probitatem, suum creatorem & factorem quæsiuit à Sybilla Tyburtia: quem & inuenit & adorauit: prohibuitque edicto publico, ne ipsum vlterius aliquis de dicto populo adoraret: vel Deum aut dominum vocaret. Amplius aũt inquantùm dominus: quia non est potestas nisi à Deo: vt Apostolus dicit ad Romanos. 13. capit. Vnde & vices Dei gerit in terris, vt dictum est suprà. Propter quod tota virtus dominij ex Deo dependet, sicut eius ministri. Vbi autem est dependentia à dominio, necessaria est superioris reuerentia: quia per se nihil est, vt in ministris regalium curiarum cõtingit. Propter quod in Apoca. Quotienscúnque agitur de celestium spirituum ministerio, qui per seniores tanquàm maturiores in actionibus: & animalia que potius aguntur quàm agant, ex vehementi irradiatione diuina: & in ministerio designantur: semper de eisdem subiungitur, quòd ceciderunt in facies suas & adorauerũt Deum. Qui quidem duo actus sunt latrię: seu diuini cultus. Vnde & ille Nabuchodonosor monarcha in oriente, vt scribitur in Daniele: quia suum dominium non recognoscebat à Deo, secundum suam imaginationem in bestiam est translatus: & dictum est ei. Septem tempora mutabuntur super te: donec scias quòd dominetur excelsus in regno hominum: & cuicúnque voluerit det illud. Circa quod etiam monitus Alexander: vt hystorię tradũt, cum proposito vadens in Iudęam destruendi regionem: cùm appropinquanti Hierusalem ei irato in albis summus pontifex occurrisset cum ministris templi, mansuefactus, & de equo descendens, ipse eum vice Dei reueritus est. Et ingressus templum, maximis honorauit donis: & gentẽ totam pro diuina reuerentia libertate donauit. Non solùm autem sicut homo & dominus ad diuinum obligatur cultum: sed etiam sicut & Rex: quia inunguntur oleo consecrato: vt patet de regibus Israelitici populi. qui oleo sancto inungebãtur manibus prophetarũ. Vnde & Christi domini vocabãtur, propter excellentiã virtutis & gratię in coniunctione ad Deum, quibus præditi esse debebant. Secundum quam vnctionẽ, quandam consequebantur reuerentiam & delationem honoris. Propter quod etiam Dauid, quia præcidit clamidem regis Saulis, percussit pectus suum in pœnitudinis signum: vt scribitur in. 1. lib. Regum. Rex etiam Dauid cũ lamentabiliter deplorat mortem Saulis & Ionathę, ita querelam proponit de Allophilorum irreuerentia, quòd sic occiderant regẽ Saul, quasi non esset vnctus oleo: vt in fine scribitur secundi libri Regum. Cuius sanctitatis etiam argumentum assumimus ex gestis Francorum: & beati Remigij super Clodoueum regem primum Christianum inter reges Francorum, & delatiõe olei desuper per columbam: quo Rex præfatus fuit inunctus: & inunguntur posteri signis & portentis ac varijs curis apparentibus in eis ex vnctione prædicta. Amplius autem & in dicta vnctione: vt Augustus ait de Ciui. Dei. figurabatur Rex verus & sacerdos: iuxta Daniel Prophetam. 9. capit. Cùm venerit inquit sanctorum, cessabit vnctio vestra. Inquantùm igitur figuram gerunt in hac vnctione illius qui est Rex regum: & dominus dominantium: vt dicitur in Apoca. 19. capit. Qui est Christus dominus noster: debitores sunt reges ad ipsum imitandum: vt sit debita proportio figurę ad figuratum: vmbræ ad corpus: in quo verus ac perfectus cultus diuinus includitur. Patet igitur quàm necessarium sit cuilibet domino, vt sit Deo deuotus & reuerens, sed præcipuè regi, ad conseruationẽ sui regiminis. Cuius exemplum trahimus quidem à primo vrbis rege. videlicet Romulo: vt hystorię tradunt. In primordio enim sui regimis in vrbe Romana fabricauit asylum, quod templum pacis nominabat multis amplians gratijs. Pro cuius numine & reuerentia, omnem sceleratum qui ad ipsum confugeret, cuiuscúnque status esset reddebat immunem. Qualem autem habuerint exitum posteri eius, qui in diuino cultu fuerunt negligentes: & qui fuerũt feruentes, scribit Maximus Valerius in principio libri sui. Quid verò dicam de deicolis regibus, siue veteris siue noui testamenti. Oẽs enim qui ad diuinam reuerentiam fuerunt solliciti, fœliciter suũ cõsummauerunt cursum. Qui verò econtrà, infœlicẽ consecuti sunt exitum. Tradunt etiam hystoriæ quòd in qualibet monarchia ab initio sęculi tria se inuicẽ per ordinem comitata sunt. Diuinus cultus: sapientia scholastica: & sęcularis potentia. Quæ quidem tria seinuicem per ordinem cõsequuntur: & in rege Salomone ex suis meritis conseruata sunt quia per diuinam reuerentiam cùm descendit in Ebron locum orationis, assumptus in regem consecutus est sapientiam: & ex vtroque vlterius in regali virtute super reges sui temporis excellentiam. Cùm verò à vero cultu Dei recessit, infœlicem exitum habuit: vt patet in. 3. lib. Regum. Hęc igitur de pertinentibus ad regimen cuiuscúnque dominij: sed præcipuè regalis in hoc lib. in tantum sint dicta.

Explicit liber secundus.

Incipiunt capitula tertij libri.

In primo capitulo consideratur & probatur omne dominium esse à Deo, considerata natura entis. CAP. I.
In secundo capitulo & probatur hoc idem ex consideratione motus cuiuslibet naturæ creatæ. CAP. II.
In tertio capitulo, ad hoc idem arguitur per considerationem finis. CAP. III.
Qualiter dominium Romanorum fuit à Deo prouisum, propter zelum patriæ. CAP. IIII.
Qualiter meruerunt dominium Romani, propter leges sanctissimas quas tradiderunt. CAP. V.
Qualiter concessum est eis dominium à Deo, propter ipsorum ciuilem beniuolentiam. CAP. VI.
Qualiter Deus permittit aliquod dominiũ ad punitionem malorum, & quòd tale dominium est quasi instrumentum diuinæ iusticiæ contra peccatores. CAP. VII.
Quòd tale dominium interdum cedit in malum dominantis: quia propter ipsorum ingratitudinem in superbiam elati grauiter deprimuntur. CAP. VIII.
Quod homo naturaliter dominatur animalibus siluestribus & alijs rebus irrationalibus, & quomodò: & probatur multis rationibus. CAP. IX.
De dominio hominis secundum gradũ & dignitatem: & primò de dominio papę qualiter præfertur omni dominio. CAP. X.
De dominio regali, in quo consistit: & in quo differt à politico: & quomodò distinguitur diuersimodè, secundũ diuersas rationes. CAP. XI.
De dominio imperiali, vnde istud nomẽ habuit originem: & quibusdam alijs nominibus: vbi incidenter distinguuntur monarchiæ: & quãtum durauerunt. CAP. XII.
De monarchia Christi, quomodò in tribus excellit: & de Octauiano Augusto quomodò gessit vices Christi. CAP. XIII.
Mouetur questio de monarchia Christi, quo tempore incepit: & quomodò latuit: & quare: & duplex assignatur causa suæ occultationis: & primò ponitur vna. CAP. XIIII.
Secunda ratio quare dominus assumpsit vitã abiectam & occultam: licet esset verus mundi dominus: & exponuntur verba Esaie prophetæ de ipso. CAP. XV.
Ostendit quod isto modo aucta fuit Respu. per exempla antiquorum Ro. & posteà subdit de Constantino. CAP. XVI.
Quòd imperatores Constantinopolitani sequentes à Constantino, fuerunt obedientes & reuerentes ecclesiæ Rom. ostendit per quattuor concilia, quibus dicti principes se subiecerunt. CAP. XVII.
De duobus sequentibus concilijs post alia quattuor celebratis tempore Iustiniani iunioris: & que fuit ratio, quare imperium translatũ fuit à Grecis ad Germanos. CAP. XVIII.
Qualiter diuersificatus est modus imperij, à Carolo magno, vsque ad Ottonem tertimm: & vnde plenitudo potestatis summo pontifici conuenit. CAP. XIX.

Comparatio regalis dominij, inter imperiale & politicum: & qualiter conuenit cum vtrisque. CAP. XX
De dominio principum, qui subsunt Imperatoribus & Regibus: & diuersis nominibus eorum quid importent, CAP. XXI.
De quibusdam nominibus dignitatum singularibus in quibusdã regionibus: & quale sit omnium istorum regimen. CAP. XXII.

Expliciunt capitula tertij libri.

In hoc primo capitulo consideratur & probatur omne dominium esse à Deo: considerata natura entis.

CAP. I.

ET QVIA cor Regis in manu Dei, quocúnque voluerit inclinabit illud. & in prouer. 21. c. scribitur. Quod & ille magnus monarcha in Oriẽte Cyrus: videlicet Rex Persarum per publicum cõfitetur ædictũ. Post victoriam enim de Babylonia cõsecutam, quam vsque ad solũ destruxit. Ac occiso Balthasar Rege ibidẽ, sicut hystorię tradunt, sic ait vt in principio libri Esdræ patet. Hæc dicit Cyrus Rex Persarum. Omnia regna mũdi dedit mihi dominus Deus cœli. Inde manifestè apparet à Deo omne prouenire dominium, sicut à primo dominante. Quod quidem ostendi potest triplici via: quam Philosophus tangit. Quia vel inquantùm ens: vel inquantùm motor: vel inquantùm finis. Ratione quidem entis: quia oportet omne ens ad ens primũ reducere: sicut ad principium omnis entis: & vt omne calidum ad calidum ignis: vt patet per Philosophum in 2. Metaph. Qua ergo ratiõe omne ens ex ente primo dependet, eadem & dominium: quia ipsum super ens fundatur: & tantò super nobilius ens, quantò & ad dominandum super homines in natura coęquales eisdem præponitur. Vnde & causam habet non superbiendi: sed humanè suum populum gubernandi: vt Seneca dicit in epistola ad Lucillum. Propter quod in Ecclesiastico dicitur 32. c. Rectorem te posuerunt noli extolli: sed esto in illis: quasi vnus ex illis. Sicut ergo omne ens ab ente primo dependet: quod est prima causa, ita & omne dominium creaturæ à Deo: sicut à primo dominante: & primo ente. Amplius autem omnis multitudo ab vno procedit & per vnum mensuratur, vt patet per Philosophum in decimo primæ philosophiæ: ergo eodem modo & multitudo dominantium ab vno dominante trahet originem: quod est Deus. Sicut videmus in regalibus curijs, quòd in diuersis officijs multi sunt dominantes: sed omnes ex vno dependent, videlicet Rege. Propter quod Philosophus in 12. primæ philosophiæ dicit, quòd sic se habet Deus siue prima causa ad totum vniuersum: sicut Dux ad exercitũ: à quo tota multitudo castrorum dependet. Vnde & ipse Moyses in Exodo. 15. c. Deum Ducem populi vocat. Dux inquit fuisti in misericordia tua populo quẽ redemisti. A Deo igitur omne dominium habet initium. Rursus ad idem. Virtus est proportionata enti: cuius est virtus & adæquatur ei: quia virtus fluit ab essentia rei: vt patet per Philosophum. in 1. & 2. libr. de cœlo. Sicut ergo se habet ens creatum ad increatum: quod est Deus: ita virtus cuiuslibet entis creati ad virtutem increatam: quæ etiam est Deus: quia quicquid est in Deo, Deus est. Sed omne ens creatum ab ente increato trahit originem: ergo virtus creata ab increata. Hoc autẽ in dominio presupponitur: quia non est dominium: vbi non est potentia: siue virtus: ergo omne dominium erit ab increata virtute, & hæc est Deus: vt suprà dictum est. Et sic idem quod prius. Vnde Apostolus dicit ad Hebr. quòd Deus portat omnia verbo virtutis suæ. In Ecclesiastico. 1. c. etiã scribitur, quòd vnus est altissimus creator omnium: omnipotens: Rex potens: metuendus nimis: sedens super Thronũ: dominans Deus. In quibus verbis satis apparet, à quo omnis creatura habet esse: virtutem & operationem: & per consequens dominium. Et multò amplius Rex: vt superiùs est ostensum.

Hoc idem probat ex consideratione motus cuiuslibet naturæ creatæ.

CAP. II.

NOn solùm autẽ ratione entis, sed ratione etiam motus probatur à Deo prouenire dominium, & primò quidem assumẽda est ratio Philosophi. in 8. Physicorum. Quia omne quod mouetur ab aliquo mouetur: & in mouentibus & motis non est abire in infinitum. ergo oportet venire ad aliquod primum mouens immobile, quod est Deus: siue causa prima. Inter omnes autẽ homines qui plus habẽt de ratione motus, sunt Reges & principes: & omnes qui præsunt: siue in gubernando: siue in iudicando: siue in defendẽdo, & sic de alijs actibus, qui ad curã regiminis pertinent. Vnde Seneca de consolatione fratris ad Polibium: sic loquitur de Cęsare exhortans eum ad contemptum mundi. Cùm voles omnium rerum obliuisci, cogita Cæsarem. Vide quantam huius vitæ indulgentiæ fidẽ: quantam industriam debeas: intelliges non magis tibi incuruari licere, quàm illi. Si quis modò est fabulis traditus: cuius humeris mũdus innititur. Cæsari quoque ipsi cui omnia licẽt: propter hoc ipsum multa non licent. Omnium domos illius vigilia defendit: omnium ocium illius labor, omnium delicias illius industria: omnium vacationem illius occupatio. Ex quo se Cæsar orbi terrarum dedicauit: sibi eripuit: & syderum modo: quæ irrequieta semper cursus suos explicant: nunquàm illi licet nec subsistere: nec quicquàm suum facere. Si ergo Reges & alij domini tantùm habent de ratione motus, ipsum non possunt perficere, nisi per influentiam & virtutem mouentis primi: quod est Deus: vt superiùs est probatum. Propter quod in lib. Sapientiæ. vbi connumerantur effectus diuinæ virtutis per suam sapientiã: volens auctor ostendere qualiter omnia influẽtiam diuini motus participant, subdit statim: omnibus mobilibus mobilior est sapientia. Attingit autem vbique propter suam mundiciam, vocans absolutam & supergredientem ac immixtam diuinam virtutem ad omnia mouẽdum, ad similitudinem corporis lucis: quæ ex hac parte naturam imitatur diuinam. Rursus ad idem. Omnis causa primaria plus est influens in suum causatum, quàm causa secundaria. Causa autem prima Deus est: ergo si in virtute primę causę omnia mouentur, & influentiam primi motus omnia recipiunt, & motus dominorum erit ex virtute Dei: & ex eo mouẽte. Amplius autem si est ordo in motibus corporalibus, multò magis & in spiritualibus erit. Sic autem videmus in corporibus, quòd inferiora per superiora mouentur: & omnia reducuntur ad motũ supremi, quod est nona sphera: secundum Ptolomęum in prima distinctione almegesti: sed secundum Aristo. in 2. de cœlo, est octaua. Si ergo omnes motus corporales regulantur per primum: & à primo habent influentiam, multò magis spirituales substantię propter maiorem assimulationem quam habẽt in alterutrum. Vnde aptiores sunt ad recipiendam influentiam primi & supremi mouentis, siue motoris, quod est Deus. Quem quidem motum nobis tradit beatus Dionisius in lib. de di. nominibus. & de cœlesti hierarchia, distinguens in eis motũ: sicut & in corporibus: videlicet circularem, rectum, & obliquum. Qui quidem motus sunt quędam illuminationes quas recipiunt à superioribus ad agendum: vt idem doctor exponit. Ad quas quidem illuminationes recipiendas necessaria est dispositio mentis, in qua fit ista influentia motus. Inter omnes autẽ homines qui paratiores esse debeant, sunt Reges & principes, & alij dominatores orbis. Tũ ex exercitio quod habent, tum ob vniuersales actiones regiminis, vnde & mens magis eleuatur ad diuina, tum etiam quia hoc eis incumbit, vt se disponant: vt cura eis imposita in gubernando Regem: & alia quæ sunt necessaria in actibus regiminis quæ supra ipsum sunt, & naturam particularem excedunt, per talem motum diuinę influentię sufficientius deducantur. Sic enim Dauid Rex se disposuit. Propter quam causam ex motu illuminatiõis præfatæ, supra omnes Reges & prophetas meruit in suis Psalmis spiritum propheticæ intelligentiæ: vt doctores tradunt scripturæ sacræ. Ex cuius contrario actu principes Ethnici. de quibus Daniel propheta mentionem facit: vt Nabuch. & Balthasar pater & filius meruerunt obumbrari, vnde & influentia diuinę illuminationis mouit eorum fantasiam in imaginatiuis visionibus: vt in Danie. est manifestum, vt scirent quid circa regale regimen eis esset agendum. Sed quia mens ipsorum non erat disposita: sed inuoluta tenebris peccatorum: ad ipsam notitiã non potuerunt venire. Propter quod insignito lumine prophetiæ Danieli dictum est. Tibi fuit datus spiritus intelligentiæ ad ista interpretãdum: vt verificetur quod per Salomonẽ dicitur in prouerb. Meũ est consiliũ & æquitas, mea est prudentia: & mea est fortitudo. Per me Reges regnãt, & legum conditores iusta decernunt: per me principes imperant: & potentes decernunt iustitiam. Et sic manifestum est, qualiter omne dominiũ est à Deo in consideratione motus.

Hic sanctus doctor hoc idem probat per considerationem finis.

CAP. III

SEd & respectu finis adhuc hoc idẽ apparet. Si enim est hominis agere propter finem ratione sui intellectus, qui finem in vnaquaque eius actione præstituit, vnaquæq; natura quanto est magis intellectiua, tantò magis propter finẽ agit. Cũ ergo Deus sit summa intelligentia: & purus actus intelligendi, sua actio magis finẽ includit. Ergo oportet dicere, quòd in vnoquóq; fine vniuscuiúsque rei creatæ præexigatur actio intellectus diuini: quam & nos diuinam prudentiã vocamus: per quam dominus cũcta disponit: & in debitũ finẽ deducit: vt Boëtius de cõsolatiõe philosophiæ ipsam nominat. Secundũ quã rationẽ dicitur in lib. Sapientiæ, ꝙ diuina sapiẽtia attingit à fine vsq; ad finem fortiter: & disponit omnia suauiter. Concluditur ergo ex hoc, ꝙ quælibet res quãto ordinatur ad excellentiorẽ finẽ, tantò plus participat de actione diuina. Huiusmodi autẽ est regnũ cuiuscúnq; cõmunitatis: seu collegij: siue politię: siue rega

Universidad de Deusto Biblioteca

lis:siue cuiuscúnque conditionis:quia cùm intendat nobilisimũ finem:vt philosophus tangit in Ethi.& in primo Politicorũ,in ipso diuina præintelligitur actio:& suę virtuti dominorum subijcitur regimen. Et hinc fortè trahit originem veritatis,quòd bonũ commune dicitur potentia à philosopho in Eth. Amplius in regimine legislator semper debet intendere,vt ciues dirigantur ad viuendũ secundũ virtutem:imò hic est finis legislatoris, vt philosophus dicit in.2.Eth. Propter quod & apostolus dicit ad Thimotheum, quòd finis præcepti est charitas.Sed ad istũ finem venire nõ possumus sine motione diuina.Sicut nec calor calefacere sine virtute caloris ignis:nec lucidũ lucere,sine virtute lucis. Et tanto altius & excellentius motio primi mouentis,quanto virtus diuina supergreditur & transcendit virtutẽ creatam & oẽs genus operis:sed & fortius influit in tantũ,vt dicat ille Esaias propheta.26.c.Omnia opera nostra operatus es in nobis domine.Et vox euangelica.Sine me nihil potestis facere.Rursus ad idem.Finis mouet efficientem: & tãto efficacius,quãto finis nobilior & melior reperitur:vt bonũ gentis respectu boni ciuitatis vel familię:sicut philosophus dicit in primo polit.Finis autẽ ad quẽ principaliter Rex intẽdere debet in seipso & in subditis,est ęterna beatitudo:quę in visione Dei consistit.Et quia ista visio est præfectissimum bonum , maximè debet mouere regem.& quẽcúnque dominum:vt hunc finẽ subditi consequantur:quia tunc optimè regit,si talis in ipso sit finis intentus. Tali autẽ modo suos regebat & gubernabat Rex ille: & sacerdos Christus Iesus:qui dicebat in Ioanne.10.c.Ego vitam ęternam do eis.Et iterum.Ego veni,vt vitam habeant,& abundantius habeant.Hoc autem maximè facit Rex quando super gregem suum sicut bonus pastor inuigilat: quia tunc super eum diuina lux irradiat ad bene regendum,vt pastoribus in ortu regis nostri & saluatoris.Et irradiationis iam dictę ad bonum regimen & in principe & in subditis motum circularem accipimus rectum & obliquum: de quibus distinctum est suprà : & beatus Dionysius loquitur in quarto cap de diuinis nominibus.Hic enim motus ideò rectus dicitur,quia fit per diuinam illuminationem super principe ad bene regendum:& super populum meritis principis.Sed obliquus vocatur,quando per diuinam illuminationem sic subditos regit, quòd virtuosè viuunt:& insurgit in eis diuina laus & gratiarum actio, vt sit quasi quædam arcualis figura , ex chorda recta & arcu obliquo.Sed circularis motus diuinorum radiorum dicitur, quando diuina illuminatio irradiat principem,vel subditum:ex qua quidẽ eleuantur ad Deum contemplandum & diligendum.Qui ideò circularis motus vocatur,quia est ab eodem ad idem,& à puncto ad punctum:quod circularis motus est proprium. Quem quidẽ motum philosophus etiam ponit in.12.Metaph.vbi dicitur,quòd motor primus siue causa prima quod est Deus , mouet alia sicut desideratum:hoc est ratione finis:qui est ipse:de quo & propheta Dauid loquitur in psalm. licet secundum sacros doctores adaptetur ad Christũ regem nostrum.Deus inquit iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis.Iudicare populum tuum in iustitia:& pauperes tuos in iudicio.Suscipiant montes pacẽ populo:& colles iusticiam. Quę quidẽ omnia deprecatiua sunt regis & cuiuslibet domini ad Deum pro bono regimine populi:ad quod principaliter conari debent:vt dictum est suprà.Et quia mentem sic dispositam habent ad diuinam influentiam recipiendum pro salute subditorum statim subditur.Descendet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicida stillentia super terram. Orietur in diebus eius iusticia & abundantia pacis.Per quę omnia satis manifestum est, quòd dominium est à Deo in relatione ad finẽ siue remotum:qui est ipse: siue propinquum qui est operari secundum veritatem.

Hic sanctus doctor declarat , qualiter dominium Romanum fuit à Deo prouisum,propter zœlum patriæ.

CAP. IIII.

ET quia inter omnes reges & principes mundi Romani ad prędicta magis fuerunt soliciti,Deus illis inspirauit ad bene regendum.Vnde & dignè meruerunt imperium:vt probat Aug.in li.de ci.Dei,diuersis causis & ratiõibus quas ad pñs perstrigẽdo, ad tres reducere possumus:alijs vt tradatur compendiosius resecatis:quarũ intuitu meruerunt dominiũ.Vna sumitur ex amore patrię.Alia verò ex zœlo iusticiæ Tertia ãt ex zœlo ciuilis beneuolẽtię. Prima iam dicta virtus satis erat digna dominio qua pticipabãt quãdam naturã diuinã:eo quòd ad cõitatẽ suus fert effcũs. Versatur enim ad vtiles actiões populi.Sicut Deus est vtilis cã rerũ.Vnde & philo. dicit in.1.Eth.quòd bonũ gẽtis est bonũ dĩnũ.Et quia regale regimen,& quodcúnque dñium communitatem importat communitatem diligens dominij communitatem meretur,vt sic ipsum concomitetur præmium secundum meriti qualitatem. Et hoc requirit cõditio dĩnę iusticię vnicuiq; mercedẽ repẽdere,iuxtra virtutis opus vt verbum scriptũ in Apoca.impleatur in eis.Opera eorũ sequũtur illos.Et iterum in Mat.25.c.scribitur,quòd dominus dedit vnicuiq; secundũ propriã virtutẽ. Amplius autẽ. Amor pñię in radice charitatis fundatur:quę cõmunia proprijs:non propria cõibus anteponit:vt btũs Aug.dicit exponens verbũ Apostoli de charitate.Virtus aũt charitatis in merito antecedit oẽm virtutẽ, quia meritũ cuiuscúnq; virtutis ex virtute charitatis depẽdet. Ergo amor patrię sup ceteras virtutes gradũ meretur honoris. Hoc aũt est dominiũ.Ergo ex amore patrię dignè cõsequitur quis principatũ.De hoc aũt amore patrię dicit Tullius ĩ li.de officijs:quòd omniũ societatũ nulla est gratior:nulla charior,quàm ea q̃ cũ Repu.perseuerat.Vnicuique enim nostrum chari sunt parentes chari sunt liberi : chari sunt propinqui:ac familiares:sed omnes omniũ propinquitates patria sua complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem appetere, si eidem sit profuturus. Quantus verò fuerit amor patrię in antiquis Romanis. Salustius refert in Catelinario ex sententia Catonis,quasdam de eis enumerando virtutes,in quibus dictus amor includitur. Nolite inquit existimare maiores nostros armis Rẽpub.ex parua magnam fecisse : quippe amplior nobis quàm ipsis armorũ est copia.Sed quia in eis fuit domi industria,foris iustũ imperium:in cõsulendo aĩus liber:neq; delicto neq; libidini obnoxius. p his nos habemus luxuriã atq; auariatiã:publicè egestatẽ:priuatim opulẽtiã.laudamus diuitias:sequimur inertiam:inter bonos & malos nullũ discrimen omnia virtutis prẽmia ambitio possidet.Rursus,amor patrię primũ & maximũ mandatũ cõtinere videtur:de quo euangeliũ Lucæ mentionẽ facit: quia in cælando rem cõem assimilat sibi nãm diuinã: inquã tũ vice Dei diligentem circa multitudinem adhibet curam.Item pximi dilectionem adimplet: dum totius populi sibi commissi ex affectu paterno sollicitudinẽ gerit.Et sic adimplet mandatũ pręfatũ,de quo dicitur in Deut.6.cap.Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo:& ex tota anima tua:& ex tota fortitudine tua:& pximum tuũ sicut teipsum.Et quia in isto præcepto diuino non cadit dispensatio,inde est quòd Tullius dicit de Repu.quòd nulla causa interuenire debet,vnde ppria patria denegetur.De isto aũt amore patrię exemplum accipimus:vt hystorię tradũt.Et beatus Aug. in.5.de ciui.Dei.de Marco Curtio nobili milite:qui armatũ equo sedentem in abruptum terræ hiatum se principitẽ dedit,vt pestilentia cessaret ab vrbe. Item de.M.regulo: qui salutem Reipub. suę præferens cõsultus à Romano populo:& inter prædictum populum:& Pœnorũ gentẽ mediator pacis existẽs,in Aphricam rediens,à Carthaginensibus est occisus.Quã mundas etiam habuerunt manus à muneribus principes eorũ pro cõseruanda Repub. patet de.M. Curio: de quo scribit Maximus Valerius libr.4.quomodò Samnitum diuitias contempsit. Cùm enim post victoriam de ipsis habitã,legati eorũ ad ipm aditũ habuissent:ipsúmq; repperissent in scãno sedẽtẽ & catino ligneo cœnãtẽ magnúmq; auri pondus offerrẽt:suis inuitatus verbis:vt eo vti vellet,vultũ ptinus risu soluẽs:superuacuè inquit.Narrate Sãnitibus.M.Curiũ mallè locupletibus imperare, quã locupletẽ fieri. Et memẽtote me non acie vinci:nec pecunia posse corrũpi:Simile etiam refert idem auctor lib.eodem de Fabricio:qui cum honore & authoritate omnibus in ætate sua maior : censu verò par esset vnicuiq; pauperrimo requisitus à Sannitatibus, quos in clientela detinebat: pecuniam & seruos sibi missos contẽpsit:ac frustratos remisit.Continentię suæ beneficio & zœlo patrię sine pecunia prædiues:& sine vsu familiæ abũdè cõmitatus:quia locupletẽ illum faciebat non multa possidere:sed pauca desiderare.De talibus autẽ cõcludit dictus doctor, quòd eisdem non datur dominandi potestas,nisi summi Dei prouidentia:quando res humanas iudicat talibus donis esse dignas. Multa similia ibidem dicit per quę diffinire videtur eorum dominium fuisse legitimũ: & eis à Deo collatum. Sed & Mathatias & filij quamuis fuerint de sacerdotali genere:propter zœlum legis & patrię in populo Israelitico meruerũt dominium: vt patet in.1. 2.Mach. Cùm enim morti esset vicinus , sic filios suos alloquitur Aemulatores inquit estote legis:& date animas vestras p testamẽto patrũ: quod pro Repub.accipimus in populo prædicto. Et postea subditur. Et accipietis gloriam magnam & nomen ęternum quod ad filiorũ refeirmus principatũ:quorum vnus alteri successit.Iudas.videlicet & Ionathas:& Symon:& quilibet eorum sacerdos & dux in eodem floruit populo.

Qualiter Romani meruerunt dominium propter leges sanctissimas quas tradiderunt.

CAP. V.

ESt autẽ & alia ratio, vnde dignè Romani dominium sunt adepti : zœlus,videlicet iustitię. Quo quidem modo acquisierunt principatum quodam iure naturæ,à quo habet exordium omne iustum dominium.Primò quidem quia vt idem doctor scribit.cõsulebant patrię consilio libero:auaritiam relegantes in dominio: siue turpis lucri gratiam : neque delicto : neque libidini obnoxij: pro quibus iam stans dominium dissipatur. Trahebantur enim homines ad ipsorum amorem,vt propter ipsorum iustissimas leges , se spontè eijsdem subicerent. Vnde & ipse Apostolus Paulus cum

lus cùm à Iudæis nimijs iniurijs vexaretur , coram Festo principe circa partes Cæsareæ Palestinæ:vt in actibus Apostolorum traditur, ad Cæsarem appellauit : ac se subiecit legibus Romanis.Quales aũt fuerint eorũ leges,& quã sanctæ,sic in eisdẽ actibus Apostolorũ scribitur de dicto Festo:quia cũ Ierosolymis esset adierunt ipsum principes sacerdotũ:& sacerdotes postulãtes aduersus Paulum dãnationem mortis.Quibus dictus Festus respõdit:prout dictis legibus Romanorũ subiectus:quod nõ est cõsuetudo Romanis damnare aliquẽ: siue donare, nisi præsentes habeãt accusatores: locũq; defendendi accipiat ad abluenda crimina.Propter quod dicit idem doctor Aug.in 18 lib.præfato,q Deo placuit orbẽ terrarũ per Romanos debellare:vt in vnã societatẽ Reipu. legúmq; perductũ lõgè latéque pacaret. Amplius autem ad hoc:quia de iure naturæ est: vt quis gerẽs curã alterius mercedẽ reportet:eo,q vt scribitur in prouerb.Vnicuíque mandauit Deus de proximo suo.Ex qua quidẽ ratione iura concedunt , quòd quis rem alienã contractare possit: & expensas deducere:ac præmium accipere iuxta meritũ actiõis, cùm dicta bona malè tractantur à prædonibus vel quibuscúnque raptoribus.Hoc ergo supposito,consonum videtur naturę.vt dominium sit cõcessum pro pace ac iustitia cõseruanda iurgijs ac discordijs resecandis.Item ad hoc videtur prouisum : vt mali puniãtur & boni promoueãtur.Et hoc est officiũ dominorũ,in hoc quasi officiũ gerẽtium proximorũ:vt inde suã reportent mercedẽ:quia ex hoc sua recipiunt vectigalia & tributa.Vnde cũ Apostolus ad Roma.ostendisset à Deo prouenire omne dominiũ:nõ est inquit, potestas nisi à Deo:& cætera quæ ibi ponuntur ad dominiũ pertinẽtia.Vltimò cõcludit.Ideò & tributa præstatis.Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes.Inquantùm igitur homines virtuosi ac sua probitate præpollentes pro gubernãda populi multitudine quæ regi indiget:& rectorẽ nõ habet:curã assumũt:& sub legibus populum dirigũt:nõ tantũ instinctu Dei moueri videntur:sed vicẽ Dei gerunt in terris:quia cõseruant hominũ multitudines in ciuili societate : qua necessariò homo indiget:cũ sit animal naturaliter sociale:vt Philosophus dicit in 1.Politi. Vnde & in isto casu dominium videtur esse legitimum.Quod quidẽ probat Augu.in 4.de ciui.Dei. dicit enim sic.Remota iustitia quid sunt ipsa regna:nisi quædã latrocinia? Ergo ipsa supposita regnum & quodlibet dominiũ esse videtur cõcessum.Introducit autem ad suum probandũ intentum exemplum de quodam pyrata qui vocabatur Dionides. Qui cũ fuisset captus ab Alexãdro,quęsiuit ab eo cur mare habere infestũ.Ipse libera contumacia respondit.Quid tibi vt orbem terrarũ.Sed quia ego exiguo nauigio id facio:latro vocor:tu verò:quia magna classe,diceris imperator.Ista ergo ratione Romanis à Deo collatũ fuit dominiũ.Vnde & idem doctor in 5.eiusdẽ libri dicit:quia propter leges ipsorũ sanctissimas nisi sunt tanquã recta via ad honores : imperium & gloriam:nec habent vnde cõqueri debeant de summi & veri Dei iustitia.Perceperunt enim mercedẽ suã:iustè:videlicet dominando:ac legitimè gubernando.Quantus autẽ fuerit zelus iustitiæ apud Romanos consules antiquos cõtra malos de multis est manifestũ.Vnde scribit August.in 5.sæpè iam dicti libri,quòd Brutus filios suos occidit:quia bella cõcitabant in populo.Ex quo vigore iustitię mortem merebãtur.Vicit enim in eo(vt ait Poëta) amor patrię laudũque immensa cupido.Narrat etiam de Torquato,quod idem fecit de filio:quia cõtra edictũ patris inuasit hostes:iuuenili quodã prouocatus ardore.Et licet victoriosus extiterit,quia tamen castra suę gentis discrimini exposuit ipsum morti adiudicauit iuxta militares leges.Vbi idem doctor causam suæ mortis insinuat:dicens.Ne plus mali esset in exemplo imperij contempti:quã boni in gloria hostis occisi.Maximus autẽ Valerius dicit de ipso , quòd maluit proprio nato carere,quã disciplinæ militaris transgresionibus indulgere. Sic ergo patet qualiter zelo legalis iustitię Romani dñiũ meruerũt.

Quomodo concessum est eis dominium à Deo propter ipsorum ciuilem beniuolentiam.

CAP. VI.

TErtia verò virtus per quã subiugauerunt Romani mundum & meruerunt dominium fuit singularis pietas ac ciuilis beneuolentia.Quia vt tradit Maximus Valerius libr.5.humanitatis dulcedo Barbarorum ingenia penetrat.Et hoc experimẽtum habet.Vnde & in prouerb.6.c.dicitur,quòd verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos. Item in eodem.Responsio mollis frangit iram : sermo durus suscitat furorem.Cuius quidem ratio sumitur ex generositate animi : vt dicit Seneca.Qui magis ducitur quã trahatur. Habet enim mens quoddam sublime & actum ac impatiens superioris:sed delectatione cuiusdam subijcitur reuerentiæ : seu lenitatis:per quã suspicatur ad paria posse conscendere : & à suo non resilire gradu. Propter quod & Philosophus dicit in 8. Ethi . quòd beneuolentia est principium amicitiæ.Quantũ autem antiqui Romani in hac excelluerint virtute:vnde exteras natiões ad suum traherent amorem:séque eisdem spontè subijcerent,exempla ipsorum deducantur in medium . Primò quidem de Scipione : qui vt refert Maximus Valerius libr.4.Cùm esset in Hispania Dux Roma.exercitus contra gentem Hannibalis:hac vigesimumquartum agẽs annum Carthaginem ibidem à Pœnis conditam in suam redegisset potestatem:in ipsa virginem cœpit eximię venustatis.Quam vt desponsatam agnouit nobilem ipsam inuiolatam parentibus reddidit & aurum quod in redemptione eius traditum fuerat, doti eius adiecit. Ex quo facto ad amorem Romanorum hostes adduxit:admirantes de tam casta moderatione continentiæ dicti principis.Quia cùm idem author ipsum referat solutioris vitæ in iuuenili ætate fuisse:seipsum in tanta libertate & potestate consistens ab omni delicto cõseruauit immunem.Vnde Titus Liuius de bello Punico narrat Scipionem sponsum dictæ virginis allocutum fuisse.In quo sermone suam ostendit pudicitiam dignè principibus imitabilem : & dominij meritoriam. Scribit & idem Titus de ipso quædam beneuolentia inductiua in prædicta victoria.Cùm enim misit obsides Romanis,primò quidem hortatus est vniuersos bonum habere animum:venisse enim eos in Romanorum potestatem qui beneficio quam metu obligare homines mallent:exterásque gentes fide:ac societate iunctas habere quàm tristi subiectas seruitio. De hoc etiam dicit Augusti.1.de ciui.Dei,quòd proprium ipsorum fuit parcere subiectis & debellare superbos,acceptáque iniuria ignoscere quàm persequi mallebant.Refert etiam idẽ doctor in eodem lib.de Marco Marcello:qui cum Syracusam vrbem cepisset ante illius ruinam suas illi effudit lachrymas:tantęque fuit pudicitiæ & continens animi benignęque mentis,quòd priusquàm oppidum iussisset inuadi publico edicto cõstituit,ne quis corpus liberum violaret. Quid pluribus exemplis insistimus?Cùm etiam Machabæi Iudas : videlicet Ionathas:& Symon de genere Iudęorum quorum est proprium aliarum nationum aspernari consortium. Tum quia Saturnini sunt, sicut Macrobius dicit super somnium Scipionis. Tum quia legibus prohibebatur eisdem:considerata beneuolentia Romanorum,cum ipsis statuerunt amicitiam:vt in 1. Machabæorum scribitur , vbi inter alia commendabilia de ipsis vnde populos gentésque diuersas ad suum trahebant amorem & subiectionem politicam seu dispoticam sub compendio interseritur,quòd inter præsides Romanos nemo portabat dyadema:nec induebatur purpura , vt magnificaretur in ea.Et quia curiam fecerunt & consulebant quotidie trecẽtos viginti consilium:agentes semper de multitudine:vt quæ digna sunt gerant.Et committunt vni homini magistratum suum per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ,& omnes obediunt vni: & non est inuidia neque zelus inter eos.Vbi attendendum quã ordinatum erat tunc temporis regimen politicum in vrbe:quod erat præcipuum motiuum cuiuscúnque nationis & prouinciæ ipsorum appetere dominium,& eisdem sua colla subijcere. Aliud etiam erat in eis prouocatiuum subiectionis:quia ex cupidine dominandi non se dominos vocabant:sed socios & amicos Vnde & de Iulio Cæsare in Suetonio scribitur,quòd milites suos non sibi subiectos,sed socios & commilitones vocabat.Sic & antiqui consules de Iudæis fecerunt.Qui quidem & si modicum haberent in Oriente dominiũ: cum Romanis tamen confœderati sunt fœdere amicitiæ . Et cùm amplam haberent Romani monarchiam in Oriente & Occidente:& alijs mundi plagis:vt ex prædicto libr.Machab. est manifestũ: non tamen dedignati sunt cum Iudæis societatem inire: & ad paria se publico in alterutrum attestantur edicto.Patet igitur ex iam dictis,quòd meritum virtutis in Romanis antiquis meretur dominium. Vnde etiam aliæ nationes allectæ sunt ad ipsorum dominiũ. Tum ex dilectione patriæ pro qua omnia contemnebant. Tum ex vigore iustitiæ propter quam contra omnem malefactorem & perturbatorem pacis se opponebant. Tum ex ciuili ipsorum beneuolẽtia,in qua cæteras nationes ad sui amorem trahebant . Pro quibus omnibus ad sui amorem trahebant.Pro quibus omnibus ex merito virtutum in ipsis diuina bonitas consentanea videtur ad ipsorum principatum ex causis & rationibus assignatis.Sic enim quis meretur dominium:vt Philosophus in 5.Ethi.tradit:vbi dicit, quòd non sinimus principari hominem in quo est natura humana tantũ : sed illum qui est perfectus secundum rationem:sicut dictum est suprà.

Hic sanctus doctor declarat qualiter Deus permittit aliquod dominiũ ad punitionem malorum, & quòd tale dominium est quasi instrumentum diuinæ iustitiæ contra peccatores.

CAP. VII.

FVit autem & alia causa , vnde dominium est à Deo permissum, quam à sacra accipimus scriptura,nec Philosophorum & sapiẽtũ huius sæculi sententijs contraria: videlicet propter merita populorum:quã beatus August.assignat in 19.de ciui.Dei.Probat enim ibi seruitutem introductã propter peccatũ.Vnde & sacra scriptura dicit in Iob 35. videlicet quod facit regnare hominem hypocritã, propter peccata populi.Quod quidem apparet:quia primò dominantes in mundo fuerunt homines iniqui:vt hystoriæ tradunt: sicut Caym:Nembroth:Bellus,& Ninus Semiramis vxor eius:qui & dominium habuerunt in prima & secunda ætate mundi. Causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem vnde habuerunt istud dominium assumi potest ex parte subditorum vel dominantium: quia tyranni sunt instrumentum diuinę iustitię, ad puniendum delicta hominum: sicut Rex Assyriorum super israeliticum populum: & Rex Gothorum flagellum Dei super Italiam: vt hystorię narrant. Item Dionysius in Sicilia sub quo captiuatus est populus: & tandem ab ipso libertate donatus: vt scribit Maximus Valerius.libe.4. De rege verò Assyriorum quomodò ad puniendum delicta sui populi est destinatus, sic ostenditur per Esaiam propheta. Assur virga furoris mei, vnde & baculus ipse est: in manu eius indignatio mea: ad gentem fallacem mittam eum: & contra populum furoris mei mandabo illi: vt auferat spolia & diuidat prædam: & ponat illud in conculcationem quasi lutum platearum. Quæ omnia verificata sunt, quando Hierusalem obsessa est à Caldęis per Nabuchodonosor regem Assyriorum capta & combusta: captis principibus eius cum rege Sedechia eius confossis oculis & occisis filijs, sicut in fine quarti lib.Reg. traditur, per quę verba satis ostenditur, qualiter Deus punit peccatorem per manum tyranni. Vnde concluditur ipsos esse instrumentum Dei sicut dęmones: quorum potestas iusta à sacris doctoribus ponitur: voluntas tamen semper iniqua. Quod etiam ostendit nobis tyrannicum regimen: quia non ordinatur nisi ad onus & molestiam subditorum. Tyranni enim proprietas est, propriam & solam sui vtilitatem & commodum quærere: vt dictum est suprà, & philosophus tradit in.8.Eth. Vbi ponit quòd sic se habet tyrannus ad subditos, sicut dominus ad seruos: & sicut artifex ad organum & instrumentum. Hoc autem pœnale est subditis & contra naturam dominij: sicut superius est probatum. Sed ex parte dominantium tale dominium videtur à Deo concessum. Primò in casu supposito, vel Deo disponente pro subditis quod est ad exitum meliorem: quando videlicet princeps ad Dei placitum studet quamuis peccator: vt de Cyro rege Persarũ scribitur in Esa. hæc inquit, dicit dominus Christo meo Cyrro cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes: & dorsa regum vertam. Aperiam ante faciem eius ianuas: & portę non claudentur. Quod quidem adimpletum fuit: vt hystorię tradunt, quando subitò deficcato alueo Euphratis & Tygris qui per mediam Babyloniam transibant, ciuitatem intrauit: occiditque Balthasar ipsorum regem cum gente sua: ipsamque ciuitatem destruxit: ad Medos trãsferens monarchiam: vbi tunc regnabat Darius Cyri propinquus: vt Iosephus scribit. Hoc autem Deus sic disposuit: quia dictus Cyrus humanitatem ostendit in suis fidelibus Iudęis: qui captiui tenebantur in Assyria: quos posteà remisit liberos in Iudęam cũ vasis templi: & ipsum templum reędificari mãdauit. Ex quibus bonis & operibus virtuosis quę exercuit circa diuinum cultum & Dei populum, totius Orientis obtinuit monarchiam: vt superiùs est ostensum: Prædictus verò Balthasar occisus fuit, vt ex sententia Danielis apparet: quia Deo ingratus: & quia vasis templi domini in vno conuiuio est abusus. Vnde dictum est ei per Danielem. Quia non humiliasti cor tuum: sed aduersus dominatorem cœli eleuatum est: & vasa domus eius allata sunt coram te: & tu & optimates tui & vxores vinum bibistis in eis. Porro Deum cœli qui habet flatum tuum in manibus suis: & omnes vias tuas, non glorificasti. Idcirco ab ipso missus est articulus manus contra te. Quod pro sententia diuina accipimus contra ipsum: vt rei posteà probauit euentus. Narrat enim hystoria Daniel. quòd dum Balthasar Rex Babyloniorum persisteret in Dei contumelia, vt ex dictis liquet: ex opposito mensę sui conuiuij videbat digitos manus in pariete scribentis: ex qua scriptura perterritus est, quasi ipsa esset nuncius suæ mortis. Refert enim scriptura Dan. quòd ex aspectu scribẽtis cuius imaginem non videbat misi digitorum manus, facies eius perterrita est: & cogitationes eius perturbabant eum, compages renum eius dissoluebantur: & genua eius ad se inuicem collidebantur. Quę omnia insinuatiua erant timoris immẽsi & futuri iudicij super eum. Sed hanc scripturam rex non discernẽs, vocatus Daniel interpretatusq; sub tribus nominibus, ipsum deuicturi moriturũ videlicet mane. techel, phares quod exposuit scriptura. mane. Numerauit Deus regnum tuũ: & cõpleuit illud: hoc est in termino posuit sicut res numerata, que tollitur & separatur ab aceruo pecuniæ. Techel. Appensus es in statera: & inuentus ex minus habens: vnde & dignus es morte. Phares. Diuisum est regnum tuum: & datum est Medis & Persis: vt superius est ostẽsum. Ex quibus omnibus satis est manifestum, quòd illę clausulæ nõ propriè sunt significatiuæ secũdũ ali quod idioma linguarũ sed secundũ dispositionẽ diuinã: sicut & factum quoddam, in quo propheta cõprehendit diuinam circa nos voluntatem. Sit ergo hoc conclusum, quòd in illa scriptura suam insinuauit sententiam cõtra principẽ Babyloniæ: quia propter peccata sua dignus erat morte, & priuatione regalis principatus, iuxta illud. Regnum de gente in gentem transfertur propter iniustitias & diuersos dolos.

Hic sanctus doctor declarat, quod interdum tale dominium cedit in malum dominantium: quia propter ipsorum ingratitudinem in superbiam elati grauiter deprimuntur.

CAP. VIII.

SEd adhuc insistendum est circa diuinam prouidentiam in dominio. Contingit enim interdum, quòd cùm quis assumit principatum erit homo virtuosus: & aliquo tempore perseuerauit in eo. Sed aliquo tempore procedendo ex fauore humano & prosperitate rerum regalium eleuatur quis in superbiã: & de beneficijs sibi à Deo collatis ingratus eidem efficitur. Vnde Philosophus dicit 5. Ethi. q̃ principatus virum ostendit: sicut accidit de Saule: de quo scribitur, 1. Regum, quòd in tota tribu Benyamin nõ erat vir melior illo. Sed post duos annos à suo regimine factus est Deo inobediẽs. Vnde dictum est propheræ Samuẽli de ipso. Vsquequò tu luges Saul: cùm ego proiecerim eum ne regnet super israẽl. Quasi ex diuina sentẽtia irrefragabili sit repulsus. Propter quod vltimò dictus princeps fuit occisus cum filijs: totáque eius progenies à dominio est auulsa. Vnde in Paralipomenon de ipso concluditur, quòd mortuus est Saul propter iniquitates suas. Hoc autẽ & de Salomone accidit: qui magnificatus est super omnes Reges qui fuerant ante eum: vt scribitur in Ecclesiaste. Et vniuersa terra desiderabat audire sapientiã Salomonis. Sed vt dicit August. 17 ciui. Dei. Secundæ res prædicto Regi fuerunt noxiæ: quia lapsus in luxuriam ruit in idolatriam. Ex quo factus est ab ominabilis populo: intantùm vt serui eius rebellarent ei diripientes spolia suæ regionis: & vastantes terram absque resistentia aliqua: cùm tamen prius omnes obedirent ad nutũ: sicut testatur regina Sabba: vt patet in 3 lib. Reg. Ad magna igitur promotus in principio sui regiminis propter diuinam reuerẽtiam: quã exhibuit, in fine sui regiminis decidit in vilia: propter delicta quæ commisit: quia miseros facit populos peccatum. Tradunt tamẽ Hebræi: vt Hiero. refert in commento super Ecclesiaste, quòd in fine vitæ suæ ex multis vexatus suum recognouit errorem: séque disposuit ad pœnitentiam in commusis, libtúmque præfatum composuit. In quo sicut expertus cuncta diffinit vanitati subiacere: subijciens se diuino timori ad suorum obseruantiam mandatorum. Vnde in fine prædicti libri concludit. Fine loquendi pariter audiamus. Deum time & mãdata eius obserua: hoc est enim omnis homo. Sed & præter Reges Deicolas quid de principibus ethnicis dicam? Qui quamdiu fuerunt Deo grati virtutúmque cultores floruerunt in dominio. Cùm verò ex elatione dominij ad contrarium se cõuerterunt: mala morte vitam finierunt. Sicut contingit de præfato Cyro Rege Persarum monarcha. Tradunt enim hystoriæ de ipso, q̃ cùm totam subiugasset Asiam, Parthiam: Schytiámq; ferro perdomuit. Tandem longum certamen Schytis inferens dominãte tunc Tamari regina dictę gentis quæ Massageria vocabatur: primò quidem cum filio dictæ reginæ adolescentulo dimicauit, ipsúmque vicit & occidit: nulliq̃ parcens ætati ingentem multitudinem peremit. Quia ergo crudelitatem exercuit: & in Babylonia: & in regno Lydię: quia in vtroque reges & principes mala morte trucidauit: & in regno Massagetarum similiter fecit, in hoc eodem iudicio similiter eum Deus puniuit. Narrant enim hystoriæ, quòd dicta regina congregauit exercitũ contra ipsum: Schytas: videlicet Massagetas: & Parthos: & in quibusdam montibus dicta regina insidijs compositis inuasit castra eiusdem. & sic impetu armatorum absorbuit, quòd ducẽta milia fuerunt occisa præfati principis: & ipse captus. Cui amputato capite regina ipsum in vtre sanguine pleno mãdauit includi: & sic inuectiuè acclamabat eidem. Sanguinem sitisti: sanguinem bibe: quasi ipsa mors ignominiosa quam passus est, fuerit argumẽtum suę atrocitatis. Omnes etiam monarchę ipsum sequentes: vt in Gręcia magnus Alexander: quandiù cũ reuerentia suos tractauit Macedones, vocans milites suos patres tanquàm antiquiores, optimè processit in monarchia. Sed eiusdem existẽs ingratus, à sorore venenatus est. Et præcipuè, quia post victoriam Darij accepta filia in cõiuge militaria, cepit postponere luxui vitæ intendens: & sui immemor factus, dolorosa morte vitam finiuit. Et sic de multis alijs principibus Ethnicis exemplũ potest adduci: vt de Iulio Cæsare & Hannibale, qui propter abusum dominij diro necati sunt exitu: vt eis conueniat quòd in Ecclesiaste scribitur. Interdum dominatur homo homini in malum suum. Necnó & illud Esa. propheræ, quod in omnibus tyrannis locum habet. Cùm enim ostendisset ipsos esse diuinæ iusticiæ exactores, contra peccatores, sicut carnifices dominorum: vt manifestum est suprà cùm dixit. Assur virga furoris mei &c. statim subdit. Ipse autem non sic arbitrabitur: & cor eius non sic extimabit, quasi sic agat, vt Dei instrumentum ad conterendum erit cor eius: & ad interfectionem gentium non paucarum, dixit enim: Nunquid nõ principes nostri simul reges sunt: attribuens videlicet suę virtuti & non Dei qui mouet ipsum ad puniendum transgressores diuinorum mandatorum. Hanc autem ingratitudinem ad præsumptionem tyrãnorum dominus statim ibidem redarguit: & grauissimè punit: vt in iam dictis principibus patet. Vnde subdit pro-

pheta in eodem loco. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? An exaltabitur serra contra eum qui se fecit? Quomodò si eleuetur virga cõtra eleuantem eam, & exaltetur baculus qui vtique lignum est. Vbi consideranda est similitudo: quia valdè cõgrua est. Sic enim se habet virtus dominantis ad Deum: sicut virtus baculi ad percutientem: & sicut virtus serręad artificem. Constat autem quod virtus serræ vel securis in artificio nulla, est nisi per artificem mouentem & dirigentem. Ita & de virtute dominantis contingit, quòd nulla est sine Deo mouente & gubernante. Ergo stultum & præsumptuosum est gloriari de sua virtute. Ista autẽ ratio satis aperta esse videtur, & haberi potest ex verbis Philosophi suprà inductis. Quia virtus cuiuslibet mobilis à virtute dependet primi mouentis & eius instrumentum erit. Et hinc est, quòd Deo talis gloria est displicibilis: quia tales derogant diuinæ potentię. Propter quod scribitur in Iudith, quòd de sua virtute gloriantes Deus humiliat. Et ideò subiũgit dictus propheta Esa. Propter hoc mittet dominator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem: & subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis. In quo significatur pœna sensibilis quę talibus infertur tyrãnis, & annihilatio principatus: vt in prædictis est manifestum. Relinquitur igitur à Deo omne esse dominium siue legitimum: siue tyrannicum: secundum varias rimas suæ inuestigabilis prouidentiæ.

Hic sanctus doctor declarat, quod homo naturaliter dominatur animalibus syluestribus & alijs rebus irrationalibus: & quomodo: quod probatur multis rationibus.

CAP. IX.

NVnc igitur accedendum est ad diuersas species dominandi: secundũ diuersos modos & gradus in hominibus dominij & principatus. Et primus quidem generalis est omnium qui competit homini secundum naturam: vt tradit Augusti. 19. de ciui. Dei. In quo casu & Philosophus concordat in primo Politicorum. Hoc autem & scriptura sacra confirmat: quando in sui creatione tanquàm naturæ inditæ dixit. Dominamini piscibus maris: & volatilibus cœli & vniuersis animantibus qui mouentur super terram. In quibus ostenditur: quòd naturæ institutæ humanæ talem indidit potestatem. Qui enim dixit germinet terra herbam virentem: & ex tali dicto data est potestas arboribus germinãdi: dixit & nobis similiter. Dominamini piscibus maris &c. Et sic ex iam dictis apparet, quòd dominium hominis super cæteras creaturas est naturale. Vnde & Philosophus probat secundũ eandem rationẽ, quòd venationes & aucupia sunt à natura. Et Aug. in prædicto lib. hoc probat per dominiũ quod antiqui patres soliti erãt habere: vt pastores essent pecorũ: quæ & diuitiæ naturales diffinitæ sunt suprà. Et quãuis tale dñium diminutũ sit propter peccata: quia etiã vilia animalia dominantur in nobis: & facta sunt nobis nociua: quod nõ cõtingit in homine, nisi propter dictã causam: tantò magis tamen participamus de dicto dominio, quantò magis ad statum attingimus innocentię. Quod etiam vox euangelica nobis promittit, si eius imitatores fuerimus in iustitia & sanctitate. Cùm enim dominus exhortaretur discipulos, ad animarum salutem verbum Dei prædicando: sic de cisdem virtutem denunciat dicens. In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquẽtur nouis: serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit. Quod experimento didicimus in virtuosis & perfectissimis viris, vt in gestis sanctorum patrum scribitur., Et de beato Paulo traditur in Actibus Apostolorum, quia vipera ipsum non lęsit: nec beatum Ioannem Euangelistam venenum. Et sic de multis alijs sanctissimis patribus: qui super cocodrillos atrocissimas bestias: siue venenosa reptilia Nilũ vadabãt: vt impleretur in eis quod dominus in Luca dixit discipulis. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici. Istius autem dominij in prima hominis institutione collati ex triplici via ratio conguentiæ assignari potest. Primò quidem ex ipso naturæ processu. Sicut enim in generatione rerum naturalium intelligitur quidam ordo quo de imperfecto ad perfectũ proceditur: nam materia est propter formam, & forma imperfectior est propter perfectionem: ita & in vsu rerum naturalium. Nã imperfectiora cedunt in vsum perfectorum. Plantæ enim vtuntur terra ad suum nutrimentum: animalia verò plantis: homo aũt plantis & animalibus. Vnde concluditur, quòd homo naturaliter dominatur animalibus. Propter quod sicut superiùs est tactum, Philosophus probat in primo politicorum, quòd venatio animalium syluestrium est iusta naturaliter: quia per eã homo sibi vendicat, quod naturaliter est suum. Secundò apparet & hoc ex ordine diuinę prouidentiæ quæ semper inferiora per superiora gubernat. Vnde cùm homo sit supra cætera animalia: vtpotè ad imaginem Dei factus: cõuenienter hominis gubernationi alia animalia subduntur. Tertiò apparet idem ex proprietate hominis & aliorum animalium. In alijs enim animalibus inuenitur secundum æstimationem naturalem quædam participatio prudentię ad aliquos particulares actus. In homine verò reperitur quædam vtilis prudentia quæ est ratio naturalium agibilium. Omne autem quod est per participationem subditur ei: quod est per essentiam vtiliter. Vnde patet quod est naturalis subiectio aliorum animalium ad hominem: sed vtrum dominium hominis super hominem sit naturale: vel à Deo permissum: vel prouisum ex iam dictis veritas haberi potest: quia si loquamur de dominio per modum seruilis subiectionis introductum est propter peccatũ: vt dictũ est suprà. Sed si loquamur de dominio prout importat officium consulendi & dirigendi ista modo quasi naturale potest dici: quia etiam in statu innocentię fuisset. Et hæc est sentẽtia August. 19. de ciui. Dei. Vnde istud dominium ei competebat inquantùm homo est sociale naturaliter: siue politicum: vt dictum est suprà. Talem autem societatem oportet adinuicem ordinari. In his autẽ quæ sunt ad inuicem ordinata, oportet semper aliquid esse principale & dirigens primum: vt tradit Philosophus in primo Politicorum. Hoc etiam ostendit ipsa ratio ordinis: siue natura: quia vt per Augustinũ scribitur in prædicto lib. ordo est parium dispariũq; rerum sua cuique tribuens dispositio. Vnde manifestũ est, quòd nomen ordinis inęqualitatem importat, & hoc est de ratiõe dominij. Et ideò secundum hanc considerationem dominium hominis super hominem est naturale: & est in angelis: & fuisset in primo statu: & est etiam modò de quo nunc per ordinem est dicendum: secũdum ipsius dignitatem & gradum.

Hic sanctus doctor declarat de dominio hominis secũdum gradum & dignitatẽ: & primò de dominio Papæ qualiter præfertur omni dominio.

CAP. X.

RECipit igitur diuisionem dominium quadrimẽbrem ex eadem causa & ratione. Quia quoddam est sacerdotale & regale simili ter: aliud autem est regale solũ: sub quo imperiale sumitur, & sic de alijs: vt infrà patebit. Tertium verò Politicum. Quartum autem œconomicum. Primum autem cæteris antefertur multiplici via: sed prę cipua sumitur ex institutione diuina: videlicet Christi. Cùm enim eidem secundum suam humanitatem omnis sit collata potestas: vt patet in Matth.16.c. dictam potestatem suo communicauit vicario cùm dixit. Ego dico tibi: quia tu es Petrus: & super hãc petrã ædificabo ecclesiam meam. Et tibi dabo claues regni cælorũ: & quodcúnque ligaueris super terram erit ligatam in cœlis: & quodcúnq; solueris super terram erit solutum & in cœlis. Vbi quatuor ponuntur clausulæ omnes significatiuę dominij Petri suorúmque successorum super omnes fideles: & propter quas meritò summus pontifex Romanus Christus dici potest Rex & Sacerdos. Si enim dominus noster Iesus Christus sic appellatur: vt August. probat 17. de ciui. Dei. Non videtur incongruum suum sic vocare successorem circunscriptis rationibus qui possent adduci: quia satis est clarum. Sed redeundum est ad clausulas iam dictas: quarum vna sumitur ex nominis impositi magnitudine, secunda verò ex dominij fortitudine: Tertia autem ex dominij amplitudine: Quarta ex dominij plenitudine. Primam igitur partem præfatam accipimus cùm dominus dicit. Ego dico tibi: quia tu es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. In hoc enim nomine: vt sacri exponunt, doctores: sicut Hilarius & August. Dominus potentiam Petri insinuat: quia à petra quæ est Christus: vt dicit Apostolus cuius confessionẽ Petrus permiserat: Petrus est appellatus: vt secundum etiam quãdam participationem nomen acquirat & potestatem, & audire mereatur. Et super hanc petram ædifi. eccle. meam: quasi totum dominiũ inter fideles ex Petro dependeat: & eius successores. Secunda verò clausula dominij importat fortitudinem. Quod significat verbum quod sequitur. Et portæ inferi non pręualebunt aduersus eam, quę sunt curiæ tyrannorũ & persecutorũ ecclesiæ: vt doctores sacri ibidem tradunt, sic dictę: quia sunt causa omniũ peccatorũ intra ecclesiam militantẽ. Ad tales enim principes omnes scelerati recurrunt: vt accidit in curia Frederici & Coradini & Manfredi. Sed tales non prævaluerunt aduersus ecclesiã Ro. Imo omnes mala morte extirpati sunt: quia vt dicitur in lib. Sapiẽ. 3. c. nationes iniquæ diræ sunt cõsumationis.. Dominij verò amplitudo ostenditur cùm subiungit dñs: & tibi dabo cla. regni cœl. In hoc enim insinuatur nobis potestas Petri & successorũ suorũ, quæ se extendit ad totam ecclesiã: scilicet militantem & triumphantẽ, quæ per regnũ cœlorum designãtur: & quę claudũtur clauibus Petri. Sed dominij plenitudo ostenditur cũ vltimò dicitur: & quodcũq; ligaueris super terrã erit ligatũ & in cœlis: & quodcúq; solueris super terrã erit solutũ & in cœlis. Cũ enim summus pontifex sit caput in corpore mystico omniũ fidelium Christi: & à capite sit omnis motus & sensus in corpore vero: sic erit in proposito. Propter quod oportet dicere in summo põtifice esse plenitudinẽ omniũ gratiarũ: quia ipse solus confert plenã indulgentiã omniũ peccatorũ: vt cõpetat sibi quod de primo principe dño dicimus, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus. Quod si dicatur ad solã referri spiritualẽ potestatẽ, hoc esse nõ potest: quia corporale & tẽporale ex spirituali & perpetuo dependet: sicut corporis operatio ex virtute animæ. Sicut ergo corpus per animã habet esse virtutẽ & operationẽ, vt ex verbis philosophi & Au-

Universidad de Deusto Biblioteca

gusti.de immortalitate animę patet:ita & téporalis iurisdictio principum per spiritualem Petri & successorum eius. Cuius quidem argumentum assumi potest per ea, quæ inuenimus in actis & gestis summorũ pontificũ & imperatorum:quia téporali iurisdictioni cesserunt. Primò quidem de Constantino apparet. qui Syluestro in imperio cessit. Item de Charolo magno quẽ Papa Adrianus, imperatorem constituit. Idẽ de Ottone primo, qui per Leonem creatus & imperator est constitutus:vt historiæ referunt. Sed ex dispositione principũ authoritate apostolica facta, satis apparet ipsorũ potestas. Primò enim inuenimus de Zacharia hanc potestatem exercuisse super regem Francorũ: quia ipsum à regno iniustè deposuit: & omnes Barones à iuramento fidelitatis absoluit. Item de Innocentio tertio, qui Ottoni.4.imperium abstulit. Sed & Frederico secundo hoc idem accidit per Honorium Innocẽtij immediatum successorem. Quãuis in omnibus istis summi pontifices non extenderũt manũ, nisi ratione delicti: quia ad hoc ordinatur eorum potestas: & cuiuslibet domini, vt prosint gregi. Vnde & meritò pastores vocãtur, quibus vigilantia incumbit ad subditorum vtilitatẽ. Aliàs non sunt legitimè domini:sed tyrãni, vt probat philosophus: & dictũ est suprà. Vnde dominus vtitur in Ioãne quadã importuna interrogatione:ter quærẽs à suo successore beato Petro, quòd si ipsum diligit, gregem pascat. Petre, inquit, amas me? pasce oues meas. Io.21. Quasi in hoc consistat tota pastoralis cura profectus. videlicet. gregis. Hoc ergo supposito, ꝙ pro vtilitate gregis agatur: sicut Christus intendit: omne supergreditur dominiũ: vt ex dictis apparet. Quod ex visione prima Nabuchodonosor, satis est manifestũ de statua. videlicet. quã vidit: cuius caput aureũ: pectus & brachia de argẽto: vẽter & femur de ęre: tibiæ verò ferreæ. Pedũ autẽ, quædam pars ferrea, quædã fictilis. Sed dictam statuã dum contemplatur, abscisus est lapis de mõte sine manibus, & omnia prædicta contriuit. Hic autẽ lapis factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terrã. Quã quidẽ visionẽ Daniel propheta, vt Hieronymus & Augustinus exponunt, ad quatuor monarchias adaptat: Assiriorũ. videlicet pro aureo capite. Medorũ & Persarum, pro argenteo in brachiis & pectore. Græcorũ verò monarchiã pro ęreo ventre & femore: sed Romanorũ vltimo pro tibiis ferreis & pedibus partim ferreis: partim verò fictilibus. Sed post hæc suscitabit, ait propheta, dominus Deus cœli, regnum quod in ęternũ non dissipabitur & regnum eius populo alteri nõ tradetur, cõminuetque vniuersa regna & ipsum stabit in æternũ. Quod totum ad Christũ referimus: sed vice eius ad Romanã ecclesiam, si ad pascendũ gregẽ eius intẽdat. Attendendũ etiã quòd diuina institutio destitui nõ potest: quia solũ dispensatores & ministros assumpsit suos vicarios Christus: sicut apostolus dixit primæ ad Cor. Sic nos, inquit, existimet homo, vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei. Solus enim Christus fundauit ecclesiam, cuius ministeriũ Petro & pastoribus commisit. Fundamentũ autẽ aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est: quod est Christus Iesus. Vnde sacri doctores quandã potestatẽ Christo attribuunt, quam Petrus nõ habuit, nec sui successores, & ipsam potestatẽ excellentẽ nũcupãt: & sic potestas Petri & successorũ eius nõ adæquatur potestati Christi. Imo omninò trãscendit. Potuit enim Christus sine baptismo saluare: propter quod & Hieronimus dicit super Matheũ, quòd nullũ sanauit in corpore, quẽ non sanauit in mente: & tamen sine baptismo. Quod tamẽ Petrus non potuit. Vnde & Corneliũ Centurionẽ, vt in actibus apostolorum legitur, cum tota sua familia baptizauit: etiã post aduẽtum spi. sancti. Potuit etiã mutare Christus formã sacramentorum & materiã. Quod Petrus nõ potuit, nec successores eius. Hæc ad pręsens dicta sufficiãt, subtiliora à sapiẽtibus relinquẽdo & altiora quæ dici possent. In hoc tñ sistat conclusio præsentis capituli: vicarios Christi pastores ecclesiæ cũctis debere præferri, ex iã dictis causis.

Hîc sanctus doctor declarat de dominio regali in quo consistit: & in quo differt à pollitico: & quomodo distinguitur diuersimodè secundum diuersas rationes. CAP. XI.

NVnc autem ad regale dominium est procedendum, vbi est distinguendum de ipso secundum diuersas regiones, & prout à diuersis variæ inuenitur traditũ. Et primò quidem. In sacra scriptura aliter leges regalis dominij tradũtur in Deuteronomio per Moysen: aliter in primo Regum per Samuelem prophetã. Vterq; tamen in persona Dei differenter ordinat regẽ ad vtilitatẽ subditorũ. Quod est propriũ regum: vt philosophus tradit in 8. Ethic. Cùm inquit constitutus fuerit rex, non multiplicabit sibi equos: nec reducet populũ in Aegyptũ, equitatus numero subleuatus. Nõ habebit vxores plurimas, quæ alliciant animã eius: neq; argẽti, aut auri immensa pondera. Quod quidẽ qualiter habet, intelligi supra traditur in hoc li. describetq; sibi Deuteronomiũ legis huius & habebit secũ, legẽtq; illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere dominũ Deum suũ & custodire verba eius & cerimonias. Et vt videlicet possit populũ dirigere secundũ legem diuinam. Vnde & rex Salomon in principio sui regiminis hanc sapientiã à Deo petiuit, ad directionẽ sui regiminis, pro vtilitate subditorũ: sicut scribitur in 3. li. Regũ. Subdit verò dictus Moyses in eodẽ li. Nec eleuetur cor eius in superfluũ super fratres suos, neq; declinet in partem dexterã vel sinistrã: vt lõgo tẽpore regat ipse & filius eius super Israel. Sed in primo Regũ, tradũtur leges regni, magis ad vtilitatẽ regis, vt suprà patuit in li.2. huius operis. vbi ponũtur verba omnino pertinẽtia ad cõditionem seruilẽ. Et tamen Samuel leges quas tradit cùm sint penitus dispoticæ, dicit esse regales. Philosophus autẽ in 8. ethi. magis cõcordat cũ primis legibus. Tria enim ponit de rege in eo li. videlicet, ꝙ ille legitimus est rex, qui principaliter bonũ subditorũ intẽdit. Itẽ qui per se sufficiẽs reperitur. Et qui omnibus bonis superexcellit: ne videlicet subditos grauet. Itẽ ille rex est, qui curã subditorũ habet: vt bene operẽtur, quẽadmodũ pastor ouiũ. Ex quibus omnibus manifestũ est, ꝙ iuxta istum modũ dispoticũ multũ differat à regali: vt idẽ philosophus videtur dicere in primo Politicorũ. Itẽ ꝙ regnũ non est propter regẽ: sed rex propter regnũ, quia ad hoc Deus prouidit de eis, vt regnũ regant & gubernẽt: & vnũquẽq; in suo iure conseruẽt. Et hic est finis regiminis. Quia si ad aliud faciũt in seipsos cõmodũ retorquẽdo, nõ sunt reges: sed tyrãni. Cõtra quos dicit dominus in Ezech. Veh pastoribus Israel, qui pascunt semetipsos. Nõne greges pascũtur à pastoribus? Lac comedebatis & lanis operiebamini: & quod crassum erat, occidebatis: gregẽ autẽ meũ nõ pascebatis. Quod infirmũ fuit, nõ cõsolidastis: & quod ęgrotũ, nõ sanastis: quod confractũ, nõ alligastis, quod abiectũ, nõ reduxistis: & quod perierat, nõ quæsistis: sed cũ austeritate imperabatis eis & cũ potentia. In quibus verbis nobis sufficienter forma regiminis traditur, redarguendo contrariũ. Amplius autẽ regnũ ex hominibus cõstituitur, sicut domus ex parietibus & corpus humanũ ex mẽbris: vt philosophus dicit in 3. Politicorũ. Finis ergo regis est, vt regimen prosperetur, ꝙ homines cõseruẽtur per regẽ. Et hinc habet cõmune bonum cuiuslibet principatus participationẽ diuinæ bonitatis. Vnde bonũ cõmune dicitur à philosopho in primo Eth. esse quod omnia appetunt: & esse bonum diuinum: vt sicut, Deus qui est Rex regum & dominus dominãtium: cuius virtute principes imperant, vt probatum est: supra nos regit & gubernat. nõ propter seipsum: sed propter nostram salutem: ita & reges faciant & alij dominatores, in orbe. Sed quia nemo militat stipẽdijs suis vnquã: & quodam iure naturæ de suo labore vnusquisque debet reportare mercedem: vt probat Apostolus in prima epistola ad Cor: Hinc habemus quòd licet principibus à suis tributa percipere. & annuos cẽsus: vnde cũ Apostolus ad Romanos: probasset omne diuinũ à Deo esse prouisum. vltimò persuadet eisdẽ retribuere pro labore. Ideò inquit: & tributa pręstatis. Ministri. enim Dei sunt, in hoc ipsi seruiẽtes. Aug. etiam eadem verba pertractãs de verbis domini, hoc idem probat. Concludendum est ergo legitimum regem secundum formã in Deuteromio traditã, sic debere regere & gubernare. Ad hoc etiã exemplis monemur: quia omnibus agentibus contrarium malè cessit. Primò quidẽ regibus Romanis: quia propter eorum superbiam & violentiã quam exercebãt, & eiecti sunt à regno: vt Tarquinius superbus cũ filio: sicut historiæ tradũt. Item Acab & Iezabel vxor eius mala morte interierũt pro violentia quam fecerunt Naboth de vinea sua, vt in quarto lib. Regũ scribitur. Traditur etiã ibi, ꝙ canes linguerũt sanguinẽ suorũ cadauerũ in prædicta vinea. in argumentum maleficij in Naboth cõmissi. Sed nõ sic rex Dauid. vt scribitur in. 3. lib. Regũ. Cùm enim vellet altare cõdere ad Deum placãdum pro numeratione populi faustosa, nimis offensum areã emit ab Hareuma Iebuseo. Ipsóque offerẽte gratis, recusauit rex. Et vt scribitur in primo Paralypomenõ, pro præfata area dedit Dauid sexcẽtos siclos auri iustissimi põderis. Per quod habemus, ꝙ principes suis debẽt esse cõtenti stipẽdijs. nec subditos suos grauare possunt in bonis eorũ & rebus, nisi in duobus casibus. videlicet rõne delicti: & pro bono cõmuni sui regiminis. Primò enĩ modò, propter ingratitudinẽ suos priuat feudo fideles. alios autẽ titulo iustitiæ, ꝓpter quã sunt cõcessa dñia: vt dictum est suprà. Et in prouerbijs dicitur. Quia iustitia firmatur thronus regis. Vñ & lex diuina trãsgressores diuinorũ pceptorũ mãdat lapidari. & diuersis cruciari pœnis. Quod qdẽ cõsonũ vr̃, si attẽdamus ad quãcunq; rẽ creatã: & pcipuè ad corpus humanũ: qa vt nobilior pars cõseruetur, abijcim⁹ viliorẽ. Amputamus enĩ manũ, vt cõseruetur cor & cerebrũ: in q̃bus principaliter hoĩs vita cõsistit: qđ & lex euãgelica approbat. Si inquit oculus tuus scãdalizat te: & siue manus siue pes: quod pro gradu hominum accipit Aug. eruere eum & proijce abs te. quia melius est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duos oculos & duas manus habẽtem mitti in gehẽnam. Item ꝙ pro bono Reipubl. possit exigere: sicut pro defensione regni. vel pro quacũq; alia causa pertinẽte rationabiliter ad bonũ cõe sui dominij, rõ est in ꝓmptu. Quia supposito, ꝙ humana societas sit naturalis: vt ꝓbatũ est suprà: oĩa necessaria ad cõem conseruationem dictæ

dictæ societatis erunt de iure naturæ. Hoc autem est in proposito. Sic igitur supposito legitimo dominio regali, potest rex exigere à subditis, quod ad bonum ipsorum requiritur. Prætereà ars imitatur naturam inquantũm potest: vt philosophus in secundo phisyc. tradit: sed natura deficit in necessarijs: ergo nec ars. Sed inter omnes artes ars viuendi est melior & amplior: vt tactum est suprà: & probat Tullius in Tusculanis quæstionibus: eo quòd cæteræ artes ordinantur ad ipsam. Sic & in necessitatibus regni: quod pertinet ad conseruationem socialis humanæ vitæ: rex qui est artifex architectus dictæ societatis, nõ debet deficere, sed omnem defectum supplere cum ipsa societate. Et ideò concludendum est: quòd isto casu possunt legitimè exactiones & talliæ: ac census, siue tributa imponi dummodò non transcendant necessitatis metas. Vnde Augusti. de verbis domini exponens illud Matthęi. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Igitur inquit, quod Cæsar præcipit, ferendum est, quod imperat tolerandum. Sed fit intolerabile, dum prędã exactores accumulant. & posteà exponens verbum Ioannis Baptistæ: quod militibus dixit. Neminẽ cõcutiatis, neq; calũniam faciatis: sed estote cõtenti stipendijs vestris. Hoc inquit, sumi potest de militibus, prætoribus cunctisque rectoribus. Quicũnq; enim sibi stipendia publicè decreta consequitur: amplius quærit, tanquàm calumniator & concussor sententia Ioannis condemnatur. Ex hac ergo duplici parte principatus dispoticus ad regale reducitur. Sed præcipuè ratione delicti propter quod seruitus est introducta: vt Augu. dicit 18. de ciui. Dei. Licet enim etiã in primo statu fuisset dominiũ non tamen nisi officio consulendi & dirigendi: non libidine dominandi vel intentione subijciendi seruiliter: vt dictum est suprà. Leges verò traditę de regali dominio, Israelitico populo per Samuelẽ prophetã, hac cõsideratiõe sunt datæ: quia dictus populus propter suam ingratitudinẽ: & quia duræ ceruicis erat: merebatur tales audire. Interdũ enim dum populus non cognoscit beneficiũ boni regiminis, expedit exercere tyrãnides: quia etiã hę sunt instrumentũ diuinæ iustitiæ. Vnde & quædam insulę & prouinciæ secundum ꝙ historiæ narrãt semper habent tyrannos propter malitiam populi: quia aliter nisi in virga ferrea regi non possunt. In talibus ergo regionibus sic discolis necessarius est regibus principatus dispoticus: non quidem iuxta naturam regalis dominij: sed secundum merita & pertinacias subditorum. Et ista est ratio Augu. in prædicto iam lib. Philosophus etiam in 3. Pol. vbi distinguit genera regni: ostendit apud quasdã Barbaras nationes regale domiũ esse omninò dispoticũ: quia aliter regi nõ possent, qđ quidẽ dominiũ pręcipuè viget in Grecia & apud Persas: saltẽ quantũ ad regimẽ populare. Hęc igitur de dominio in tantũ sint dicta: & qualiter principatus dispoticus ad ipsum reducitur: & vnde diuiditur cõtra Politicũ. Quod in capitulo de dominio politico adhuc clarius ostendetur.

Hîc sanctus doctor declarat de dominio imperiali: vnde istud nomen habuit originem: & de quibusdam alijs nominibus: vbi incidenter distinguũtur monarchiæ: & quantùm durauerũt. CAP XII.

DE imperiali verò post prædicta dominia, congruum videtur esse dicẽdum: quia mediũ tenet inter politicum & regale: quãuis vniuersalius. Et ideò quantùm ad hæc pręponi deberet regali. Sed alia causa est quare postponitur: quam nunc prætermittimus. Circa hoc quidem tria pro nunc sunt attendenda. Vnum de nomine: quia nomen istud à supremo dominio fastuosè & elatè trahit originem, quasi omnium dominus. Vnde & ille superbus Nichanor, cùm rogaretur à Iudæis vt deferret diei sanctificationis, hoc est sabbato: cum arrogantia ab eisdem quęrens si erat potens in cœlo qui imperauit agi diem talem: responsóque accepto quòd erat potens in cœlo dominus Deus: & ego inquit, cum fastu non modico sum potens super terram, qui imperio arma sumi. Propter quã causam ipse posteà diuinitus turpiter à Iuda Machabęo, vt scribitur in secundo Machab. captus in bello: amputatísque capite & manu dextera, quam contra templum erexerat, mala morte vitam finiuit. Quædam autem alia nomina istius domini, assumpta sunt à quibusdam excellentibus viris dicti principatus, propter aliquam prærogatiuam in eis repertam. Vt Cæsar à Iulio: vt historiæ tradunt: sic dictus: quia vt scribit Isidorus libro etymologiarum nono: quia cæso mortuæ matris vtero prolatus est: vel quia cum Cæsarie natus. A quo imperatores sequentes sic vocati sunt: quia comati essent. Sed Augustus ab augendo Rempublicam, primus vocatus est Octauianus: idem Isidorus scribit. Secũdum autem quod hic attendimus est de processu istius imperij: quia suprà est tactum de quadruplici monarchia. Sed nos quintam possumus addere: & de qua infrà dicemus. Prima fuit Assyriorum, cuius caput Ninus fuit tẽpore Abrahę patriarchæ, quæ durauit. M.ccxl. annos: vt scribit Augu. lib. 4. de ciui. Dei: vsque ad Sardinapalum: qui propter merita muliebria perdidit principatum. Sed Arbaces transtulit ad Medos & Persas. Quo tempore regnauit Procax dux Romanorum: vt idem doctor in 18. dicit. Secunda verò monarchia, videlicet Medorum & Persarum durauit vsq; ad tẽpora Alexandri 233. annos: quãdo videlicet deuincitur Darius à prædicto principe, vt scribit idẽ doctor in eod. lib. 12. Sed monarchia Græcorũ in Alexãdro incœpit: & in eodẽ finitur. De quo dicitur in 1. Macha. ꝙ regnauit Alexander annis 12. & mortuus est. Sed quãuis Græci non habuerint vniuersale dominũ, viguit tamen regnũ Macedonũ vsq; ad mortẽ Alexandri: de quo & prædictus liber mentionẽ facit annis. 485. vt Augu. scribit in eodem 12. lib. In quo prædictus princeps suum inchoauit dominiũ patri suo in eodẽ regno succedens: vt historiæ tradunt. Post hãc autem monarchiã Romanus principatus vigere incœpit. Tẽpore enim Iudę Machabei qui immediatè quasi post mortem floruit Alexandri, cum Ptolomęo Lagi concurrentes in lib. primo Machabęorum, multa de Romanis traduntur. In quibus ipsorum potẽtia ad omnes mundi plagas viddebatur diffusa sub consulibus tamen: quia superstitibus regibus cũ finitimis sollicitabantur regionibus, & modicę adhuc erant virtutis. Durauitq; consulatus, imò monarchia, vsque ad tempora Iulij Cæsaris: qui primus vsurpauit imperium. Sed parum in ipso superuixit: à senatoribus quidem occisus propter abusum dominij. Post hunc Octauianus filius sororis suæ successit: qui vindicta exercita contra occisores Iulij interfectóq; Antonio: qui monarchiã tenebat in oriente solus ipsam obtinuit. Et propter suam modestiam longo tempore in eo principatum habuit. ac in xlij. anno sui regiminis cõpleta septuagesimasexta hebdomada secũdum Danel. sui dominij cessante regno & sacerdotio in Judęa nascitur Christus: qui fuit verus rex & sacerdos & verus monarchus. Vnde post resurrectionẽ suã apparẽs discipulis suis dixit. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Quod quidẽ ad humanitatẽ oportet referre sc̃dm Aug. & Hiero. quia de diuinitate nulli est dubiũ, quin semper habuerit.

Hîc sanctus doctor declarat de monarchia Christi: quò in tribus excellit: & de Octauiano Augusto, quò gessit vices Xpi. CA. XIII.

ET hæc quinta monarchia quæ successit Romanis secundum veritatem omnibus præcellit ex triplici parte. Primò quidem ex annorum quantitate: quia plus durauit & adhuc durat. & durabit vsque ad mundi renouationem: vt patet in visione Danielis: vt dictum est suprà: & adhuc nunc magis declarabitur. Secundò apparet eius excellentia ex dominij vtilitate: quia in omnem terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum. Nullus enim angulus mũdi est: nulla plaga in qua nomẽ Christi non adoretur. Omnia enim subiecit sub pedibus eius; vt introducit Apostolus in fine primæ epistolæ ad Corin. in princ. etiam Malachiæ prophetæ ostenditur istud dominium. Ab ortu, inquit, solis vsq; ad occasum magnũ est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gẽtibus dicit dominus exercituum. In quo verbo satis apparet, quòd dominium Christi ordinatur ad salutem animæ: & ad spiritualia bona: vt iam videbitur: licet à temporalibus non excludatur: eo modo quo ad spiritualia ordinantur. & inde est, quòd quãuis Christus adoraretur à Magis, glorificaretur ab angelis in signum vniuersalis sui dominij, humili tamẽ loco iacuit, vilibus inuolutus pannis. Qua quidem via homines melius ad virtutem trahuntur, quàm armorum virtute. Et hoc quidem intẽdebat: licèt sæpiùs sua vteretur potentia, vt verus dominus. In humilitate ergo vixit: & demum in Augusto substituit: vt describeretur vniuersus orbis in ortu domini: vt Luc. Euãgelista testatur. Et in hac descriptione soluebatur census siue tributum, vt historiæ tradũt, in recognitionem debitæ seruitutis, nõ sine mysterio: quia ille natus erat qui verus erat mundi dominus, & monarcha, cuius vices gerebat Augustus: licet non intelligens: sed nutu Dei: sicut Caypha prophetauit. Vnde hoc instinctu dictus Cæsar mandauit tunc temporis: vt narrant historiæ, ne quis de Romano populo dominum ipsum vocaret. Quas quidem vices monarchiæ post Christi veri domini natiuitatem gessit Augustus, quatuordecim annos toto orbe terrarũ subacto, quia vt acta principum Romanorũ describunt, dictus Cæsar Augustus quinquaginta sex annos & menses sex tenuit principatum. Tyberius etiam qui eidem Augusto successit, vt narrant historię Christum tanquã verum dominum inter deos transferri voluit: licet impeditus fuerit à superbo & fastuoso senatu impatiente alicuius dominij. Tertiò autem autem apparet excellentia monarchiæ Christi super alias quatuor pręcedentes, & dominantis dignitate: quia Deus & homo. Secundum quam considerationem humana natura in Christo participat infinitam virtutem. Ex qua maioris fortitudinis est & virtutis supra humanam fortitudinem & virtutem. Quam quidem describit Esaias quantum ad virtutem temporalem Christi: vnde ipsum monarcham appellamus. Paruulus, inquit, natus est nobis: & filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius. Et vocabitur nomen eius Admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi: princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. In quibus verbis omnia tanguntur quæ requiruntur ad verum principem. Imò trãscendit metas omnium dominorũ: vt in

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequenti capitulo declarabitur,& aspicienti patet. Hic ergo principatus, siue dominium, omnes monarchias siue dominia transcendit: annihilat & confringit: quia omnia regna subijciuntur eidem. Quòd per eundem prophetam prænuntiatum est. Viuo ego, dicit dominus: quia mihi curuabitur omne genu. Et Apostolus Paulus ad Phil. In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestriũ, & infernorũ. De hac monarchia concludit Daniel, exposita Nabuchodonosor sui somnij visione. In diebus inquit illis, hoc est post illas quatuor monarchias Assyriorũ, Persarum, & Medorum, Græcorum, & Romanorũ, sucitabit dominus regnũ cœli quod in æternum non dissipabitur & regnum eius alteri non tradetur: & comminuet vniuersa regna hæc: & ipsum stabit in æternũ. Cuius quidẽ ratio æternitatis satis est in promptu: quia iste principatus æterno continguntur: cùm iste dominus Deus: & homo sit. Et sic completus est circulus à puncto ad punctum: quia probatum est suprà, à Deo omne dominium originem trahere. In isto verò principatu percurs hominum motibus, terminatur principatus sicut in re immobili, vltra quam non est motus. Et sic oportet ex dictis concludere, q̃ istud dominium non potest deficere.

Mouetur quæstio de monarchia Christi, quo tempore incœpit, & quo modo latuit & quare. V bi duplex assignatur causa suæ occultationis: & primò ponitur una.

CAP. XIIII.

SEd tunc oritur quæstio, de isto domini principatu, quando incœpit, quia constat multos posteà imperasse: ipse verò abiectam vitam elegit. Vnde in Matthæo dicitur. Vulpes foueas habent: & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Item in Ioan. scribitur, quòd cùm pauisset multitudinem abscondit se: quia volebant eum populi rapere, ac regẽ facere. Item in eodem ipse dicit. Regnum meũ non est de hoc mundo. Ad hanc autem quæstionem est responsio: quia principatus Christi incœpit statim in ipsa sui natiuitate temporali. Cuius argumẽta sunt in eodem die, angelorum ministratio & denuntiatio. Vnde in Luca scribitur, quod angelus ad pastores ait. Annuncio vobis gaudium magnum: quia natus est vobis saluator mundi. Item Magorum adoratio. Vnde in Matth. dicitur. Cùm natus esset Iesus in diebus Herodis regis, ecce Magi veniũt ab oriente Hierosolymã dicẽtes. Vbi est qui natus est rex Iudæorũ. Vidimus enim stellam eius in oriẽte & venimus adorare eum. In quibus actibus satis est notus principatus eius, ac temporis exordium: prophetatus quidem & pronuntiatus per Esaiam in verbis suprà præmissis. Et attendendum quòd in sua instantia plus apparuit virtutis & potentiæ prætendentis excellentiam sui dominij, quàm in adulta ætate: ad insinuandum suam infirmitatem esse voluntariã: non necessariam: quę assumpta est ab ipso: & non publicè vsus, nisi in casibus propter duplicem causam quæ ad præsens sufficiant. Vna est ad docendum in principibus humilitatem: per quam quis redditur in regimine gratiosus. Quia humilitas meretur gratiam: iuxta illud. Humilem spiritũ suscipiet gloria. Et iterum in mansuetudine opera tua perfice: & super hominũ gloriam diligeris. Et in Canonica beati Iacobi. Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Sed tanto amplius in principe est necessaria, quanto per eminentiam sui status: dentibus inuidię superiorem non patientis, laceratur. Quod considerans Dauid Rex fastuosę regis filię, videlicet Michol insultanti & dicenti quòd coram ancillis suis se discooperuisset ad Dei laudem & reuerentiã diuinę arcę: quę tunc pro numine habebatur, responsum dedit: vt patet in secundo Regum. Ludam inquit ante dominum: qui elegit me potius quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius & præcepit mihi, vt essem dux super populum domini in Israel. Et ludam & vilior fiam, plusquàm factus sum: & ero humilis in oculis meis. Quam regulam Christus seruare voluit in seipso secundum voluntatem Dei patris, per prophetam Zachariam prænunciatam: quam Euangelista Mat. in Christo adimpletam esse pronunciat. Ecce inquit Rex tuus venit tibi mansuetus: sedens super asinam & pullũ filium subiugalẽ. Quòd si principes mundi de humilitate commendantur & paupertate: per quę gratiosi facti sunt subditis: & ipsorum prosperatũ est dominiũ: quare non magis cõmendabimus perfectã humilitatẽ Christi. Scribit enim Maximus Valerius lib. 11. de Codro Athenienſi rege: & Au. de ci. Dei. Quòd cùm Peloponenses pugnarent contra Athenienses, ex cõsultatiõe Apollinis certioratus est q̃ ille exercitus pualeret, cuius dux mori dicaretur. Vnde rex Codrus pro salute suæ gẽtis, in effigie pauperis se hostibus interfeciendum obtulit. Ipsoque mortuo in fugam versi sunt hostes. Propter quod Athenienses ipsum inter deos asserebant fuisse translatum. Tradit etiam idem Augu. in præfato libro: & Maximus Valerius de quibusdam consulibus Romanis, vt de Lucio Valerio: quòd in tanta mortuus est indigentia, vt cogerentur amici collectã facere nũmerorũ pro eius sepultura. Fabritius etiã consul de hoc ipso summè cõmendatur. Vnde scribit idem Valerius Maximus, & Vegetius de re militari lib. 4. Et dictũ est suprà, quòd cũ esset par vnicuiq; pauperi & legati Epirotarũ magnum auri pondus eidẽ offerrent eo recusante, narrate, inquit, Epirotis me malle hęc habentibus imperare: quàm ipsa possidere. Quid plus insistimus? Omnes magni principes & monarchi cum humilitate subiugauerũt mundũ: sed cum fastu elationi asperdiderunt dominium, vt superiùs est tactũ. Propter quod in Ecclesiastico scribitur. Quanto magnus es humilia te in omnibus: & corã Deo inuenies gratiã. Amplius aũt si virtus humilitatis & beniuolentię in quocúnque principe cõmendatur, multo magis laudari debet in principe nostro Christo, tanquàm in supremo gradu virtutis constituto. Concluditur ergo, quòd Christi humilitas & paupertas fuit consona rationi: quamuis legitimus esset dominus propter causam iam dictam.

Secunda causa assignatur, quare dominus assumpsit vitam abiectam & occultam: licet verus esset dominus mundi: & exponuntur verba Esaiæ prophetæ de Christo.

CAP. XV.

EST & alia ratio quare dominus noster statum humilem assumpsit quamuis dominus mundi ad insinuandam, videlicet differentiam inter suum & aliorum principum dominium. Quamuis enim remporaliter esset dominus orbis, directè tamen ad spiritualem vitam suum ordinauit principatum. Iuxtra illud Ioannis. Ego veni, vt vitam habeant & abundantiùs habeant. Hinc etiam verificatur suum verbum superiùs allegatum. Regnum meum non est de hoc mundo. Propter hoc igitur humiliter vixit, vt suos fideles exemplo sui traheret ad operandum secundum virtutem: cuius via aptior est humilitas ac mundi contemptus: vt Stoici & Cynici posuerunt: vt de ipsis Aug. & Maximus Valerius referũt. Ipse etiã Seneca idem ostendit: qui perfectus Stoicus fuit: in libello de Dei prouidentia: & de breuitate vitæ ad Paulinum: per quam quis efficitur dignus ad regnum æternum. Ad quod consequendum, sui dominij fuit principalis intentio. Vnde ipse dominus in Luca discipulis suisq; sequacibus dictũ. Vos estis qui permansistis mecũ in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnũ, vt edatis & bibatis super mẽsam meam in regno meo. Voluit igitur dominus sequaces suos humiliter viuere exẽplo sui, ex causa iam dicta: iuxtra illud Mat. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Ac suum temporale dominium ad hoc ordinare. Vnde vita spiritualis fidelium regnum cœlorũ vocatur: quia differt in viuendo à regno mundano: & quia ad verum regnum ordinatur eternũ, nõ ad tẽporale dominiũ tantũ. Ad tollendã igitur suspitionẽ de cordibus hominũ quòd quasi principatũ assumpserit: vt in mundo dominaretur: & hoc esset finis eius, vt aliorũ dñorum virã abiectã elegit: & tamẽ verus erat dñs & monarchus: quia factus est principatus super humerũ eius: vt dictũ est suprà per prophetam. Quod optimè fuit in præmissis verbis Esaię prenũciatũ: quia primò proponitur humilis & abiectus. Paruulus, inquit, natus est nobis. Posteà subiũgitur cũ ista paruitate virtus & excellẽtia sui dñij, ppter cõiunctũ. Et filius, inquit, datus est nobis. Quia enim humanitas in Christo cõiucta diuinitati filij tanquàm instrumentũ eius omnipotẽtis erat virtutis. Et ideò propheta ibidẽ circũloquitur ineffabile eius dñium multis clausulis singularis potẽtiæ: quæ omnes distinctè habẽt intelligi: vt Hiero. exponit ibidem vt per ordinẽ clausularũ est manifestũ. Primò si quidẽ quãtũ ad dominij securitatẽ & soliditatẽ. Cuius inquit principatus super humeri eius. Ea enim quæ portantur in humeris firmiora sunt. Sic enim onera solidius vehũtur. secũdò quantũ ad dominij nouitatẽ vnde scribitur. Et vocabitur nomen eius Admirabilis. Admiratiõe enim dignũ est, quia humilis & paup: & tamẽ dominus mũdi. tertiò quãtũm ad sapiẽtię claritatẽ q̃ est præcipuè principibus necessariũ: quia vch terrę cuius rex puer ẽ: vt dicitur in Ecclesiast. Quod accidit quãdo princeps per se nihil põt: sed innixus aliorũ agit cõsilio sue agitur: vt melius dicaẽ. Vnde subiũgitur cõsiliarius. quarto quãtùm ad dñij dignitatẽ: quia deus. Cũ. n. in ipso sit vnũ suppositũ & vna psona, in qua sunt vnitę dĩna & humana natura principatus xpi in virtute agit dĩni suppositi. Et ideò sequit. Fortis. Recipit. n. influẽtiã xpi principatus ex dĩna virtute, quę in ipso personaliter erat: qua potẽtia vsus est Christus circa passionẽ, cùm Iudęi vellẽt eum occidere & ipsum quererẽt, quo dicente: ego sum, statim ceciderunt in terram: vt in Ioanne scribitur Quæ quidem finem sui successoribus excedit: quia cõstat, q̃ vicarius Christi nõ est Deus. Et in hoc trãscendit sua potestas potentiam sui successoris. Ex quo Christus multa potuit circa orationẽ suorũ fidelium & regimẽ: quæ beatus Petrus nõ potuit: nec sui successores: vt superiùs est ostensum. Et ex eadẽ parte, videlicet quòd iste paruulus erat: subditur sexta cõditio singularis sui principatus: quę est regẽdi benignitas. Quia pater futuri sæculi. Quod ad plenitudinem gratię referre possumus: qua quidẽ qui pleni sunt omne iugum legis leuiter portant. Qua ratione Apostolus dicit ad Galatas. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Vnde talibus ad regendum virga ferrea non est necessaria. Et hoc singulare est in principatu Christi. Septimum & vltimũ sumitur ex eadẽ causa. q̃d est regẽdi trãsquilitas, cùm subditur. Princeps pacis. Et si non corporis, tamẽ pectoris. Ec hãc quidẽ suis fidelibus Christus Rex noster & princeps, & viuendo offert. & moriendo relinquit. In mundo inquit pressuram habebitis: in me autem pacem. Et hoc etiam est singulare in suo principatu. In humilitate ergo & paupertate suum fundauit dominium: & in aduersitatibus & laboribus & ęrumnis. Quomodo aucta fuit Respublica Romanorum: non videlicet fastu vel pompis superbiæ: vt Salustius refert ex sententia Catonis, & Maximus Valerius hoc idem probat.

Hic sanctus doctor declarat, quòd isto modo aucta fuit Respub. per exẽpla antiquorum Romanorum: & posteà subdis de Constantino.

CAP. XVI.

ET tunc est, quòd Rex noster Christus princeps sæculi permisit dominari & eo viuente & eo moriente ad tempus, quousq; videlicet, suum regnum esset perfectum & ordinatum in suis fidelibus operatiõibus virtuosis: & eorum sanguine laureatum. Si enim regulus qui & Marcus appellatur pro zelo suæ patriæ à Carthaginensibus est occisus. si Marcus Curtius in abruptum terræ hiatum se proiecit ad liberationem patriæ: si Brutus & Torquatus filios occiderunt pro iustitia & disciplina militari cõseruandis: vt historiæ tradunt: quorũ zelo Respublic. ex parua facta est magna. Item si Silecucos apud Locros dominans: vt Maximus Valerius refert libro sexto. Filiũ vno orbauit oculo, alterũ scipsum, pro adulterio cõmisso, vt iustitia seruaretur, cõtra prædictũ delictum per filium perpetratum: sicque admirabili æquitatis temperamento se inter misericordem patrem & iustum legislatorem partitus est: quare nõ magis christiani reddi debẽt laudabiles, si se exponũt passionibus, & tormẽtis pro zelo fidei: & amore Dei, ac virtutibus variis conantur florere: vt regnum consequatur æternum, ac Christi principatus accrescat in eorum meritis. Hæc autem Augusti. de ciuita. Dei: quasi per totum subtiliter valdè ac diffusè pertractat. Propter quod & dictum librum fecit, quod & factum fuit intermedio tempore à passione domini, vsque ad tempora beati Siluestri & Constantini. Quo quidem sæculi spatio infinita populi multitudo, per mortem Christo domino suo dedicata est, & coniuncta: ac suum ducem & principem est secuta. Primò quidem primi duces Apostoli & alij Christi discipuli omnes Christi vicarij & Petri successores. Quod fuit tempus. 350. annorum: in quorum sanguine & corporibus ac ipsorum vitæ meritis fundata est ecclesia, tanquàm lapidibus viuis & pretiosis, ac ineffabili fundamento: contra quod nec venti, nec pluuiæ, nec quæcúnque procellæ diuersarum passionum, vel quarumcúnque perturbationum fœuiant, ipsum possunt obruere. Oportuno igitur tempore, vt manifestaretur mundo regnum Christi compositum, virtus principis nostri Iesu Christi principem mundi sollicitauit Cõstantinũ, videlicet percutiens eũ lepra ac ipsum curans supra humanam virtutem. Qua probata in dominio cessit vicario Christi: beato, videlicet Siluestro: cui de iure debebatur ex causis & rationibus superiùs assignatis. In qua quidem cessione spirituali Christi regno adiunctum est temporale, spirituali manente in suo vigore. Quia illud per se quæri debet à Christi fidelibus: istud verò secundariò tanquàm administratus primo. Aliter autem contra intentionem fit Christi. Tunc adimpletum est quod post illam clausulam scribitur in Esaia. Multiplicabitur eius imperium & pacis non erit finis. Apertæ sunt enim ecclesię ab eo tempore: & cœpit Christus prędicari publicè, quòd antè non poterat sine periculo mortis. Et eodem anno quo Constantinus curatus est à lepra. & conuersus est ad fidem, baptizati sunt circa partes Romanas, plusquàm centum millia hominum ex virtuti bus ostensis per dictum Christi vicarium. Sed attendendum quod dicit propheta. Et pacis non erit finis. Constat enim post mortem Constantini filium eius hæresi Arriana fuisse infectum, & ecclesiã pertubasse. Vnde sub eo passi sunt exilium solennes ecclesiæ doctores. Hilarius Pictauiensis. & Athanasius Alexãdrinus Episcopi: ac Eusebius Vercellensis. & multi alij ecclesiarum doctores & clerici, necnon & caput ecclesiæ summus pontifex Liberius in veritate fidei vacillauit ex multa persecutione Constantij: vt historię tradũt. post ipsum fuit Iulianus apostata, frater Galli & consobrinus Cõstantij. Hic secundam intulit persecutionem fidelibus: sub quo passi sunt Ioãnes, & Paulus Germani. Vnde ergo verificatur verbum domini per prophetam iam dictum. Oportet autem prædicta ad pacem pectoris reducere non corporis. Vnde ipse dominus quãdo pacẽ offert discipulis in Ioanne, de tali pace loquitur. Pacẽ meam do vobis: non quomodò mundus dat, ego do vobis. Manifestũ est enim illa verba discipulis imminente passione dicta. Tunc autem constat ipsos persecutionem passos. Vnde dictũ est eis in eodẽ tempore momento. Si me persecuti sunt, & vos persequẽtur. Hanc ergo pacem electi Christi fideles perdere non possunt nisi velint. Quòd si licuit stoicis dicere, bona hominis quæ virtutes appellant in homine semper manere, nec auferri posse virtuosis inuitis: vt refert A. Gellius in libr. noctium Atticarum de Dibon stoico. & August. de ciuita. Dei. libr. 5. Quare non magis dicemus de mentibus fidelium, quòd pacis eorum non erit finis: cùm inhæreant fini, qui sine fine viuit.

Qualiter imperatores Constantinopolitani sequentes à Constantino, fuerunt obedientes & reuerentes ecclesiæ Romanæ: & hoc ostendit per quatuor concilia, quibus dicti principes se subiecerunt.

CAP. XVII.

HIs autem peractis, Iuliano in bello Persarum interfecto, reddita est pax ecclesiæ per Iouinianum fratrem eius virum catholicum: licet parum regnauerit. Istud autem notabile ab inde vsque ad tẽpora Caroli magni: de imperatoribus reperitur omnes quasi obedientes & reuerentes fuisse Romanæ ecclesiæ tanquã ipsa principatum teneret, sine respectu spiritualis dominij: sicut sancta synodus Nicena diffinit. siue temporalis. Vnde Galasius Papa Anastasio imperatori scripsit, imperatorem iudicio Papæ dependere, vt historiæ tradunt: & non ecõtrariò. Valentinianus etiam qui immediatè Iouiniano successit, sic fertur dixisse, vt ecclesiastica historia refert: cùm Archiepiscopi Mediolanensis instaret electio. Talem inquit nobis in pontificali instituite sede, cui nos qui gubernamus imperium, fincerè nostra capita submittamus: & eius monita dum tanquàm homines deliquerimus, necessariò veluti curantis medicamina suscipiamus. Et quia ista materia est fructuosa ad ostendendã reuerentiã principũ circa vicariũ Christi: de imperatoribus vsq; ad tẽpora Caroli est hic agendum. Vlterius autem à Carolo vsq; ad Ottonem primũ, inter quæ tẽpora facta est diuersitas in tribus. Primò quantùm ad modum eligendi. Secundò quantũ ad modum succedendi. Tertiò quantum ad modum prouidendi. Et vt appareat, tradendum est hic aliud de processu imperatorum à tempore Constantini, qui subiecti fuerint ecclesiæ præter iam dictos tyrannos. Sicut enim narrant historię, postquã Constantinus cessit imperium vicario Christi: transtulit se cum satrapis & principibus suis in prouinciã Thraciæ. Vbi Asia maior incipit: & terminatur Europa: ibiq; vnam ciuitatem assumpsit, quæ vocabatur Bisantium. Quam quidem vt historiæ tradunt, quasi adequauit vrbi & suo nomine appellauit. In hac ergo fuit imperialis sedes, vsq; ad Carolum, in cuius persona Adrianus Papa congregato cõcilio in vrbe imperium à Græcis transtulit ad Germanos. In quo apparet imperatores Constantinopolis à Vicario Christi summo videlicet pontifice dependere. vt Gelasius Papa Anastasio scribit imperatori Vnde ipsorum imperium ad exequendũ regimen fidelium secundum mãdatum summi pontificis ordinatur: vt meritò dici possint ipsorum executores esse ac cooperatores Dei ad gubernandum populum christianũ. Quod quidẽ ostẽditur, primò de quatuor imperatoribus qui in isto medio tẽpore regnauerũt, necnon & præsentes fuerunt quatuor conciliis solẽnioribus & vniuersalioribus: approbãtes ipsorum statuta & eijsdem se humiliter subijcientes. Primum fuit Nicenum trecentorũ decem & octo Episcoporum tẽpore Constantini: vbi condemnatus est Arrius presbyter Alexandrinus: vt historiæ tradunt: qui filium Dei asserebat minorem patre. Vbi de dicto principe fertur: eidem concilio omnes sumptus fecit, quasi in hoc recognoscens sunum dominum vicariũ Christi. Cuius vices totum gerebat concilium: quia beatus Siluester absens fuerat ab eodem ex speciali causa. Secũdum autem cõcilium fuit Cõstantinopoli. sub Cirineo Papa celebratũ. Quidã tamen dicunt sub Damaso presente Theodosio seniore: vt historiæ tradunt. centũ quinquaginta Episcoporũ. In quo multę fuerunt hæreses cõdẽnatæ: sed præcipuè Macedonij Episcopi Cõstantinopolis, qui spiritum sanctum negabat esse Deũ. patri cõsubstantialẽ & filio. Hic autẽ Theodosius tantę reuerentiæ fugit ad ecclesiam, q̃ vt scribit Galesius Anastasio imperatori: beato Ambrosio prohibente eidem ingressum ecclesiæ non fuit ausus intrare: quin potius excõmunicauit eũ: quia consensit in necem multitudinis Thessalonicę. eo q̃ suum iussu dicẽ occidissent: vt narrat historia Tripartita. Quod totũ princeps catholicus patienter tulit: & tandem durissimè reprehẽsus ab ipso publicam prius egit pœnitentiam, quã publicum haberet ecclesiæ ingressum. Tertium autem concilium celebratum fuit sub Theodosio iuniore Arcadij filio apud Ephesum, ducentorũ Episcoporum tẽpore Cœlestini primi: licet præsens nõ fuerit, sed eius vices gessit Cyrillus Alexãdrinus Eps ex cõfidentia Theodosij. qui tãtæ fuit honestatis & maturi concilij & reuerentiæ ad diuinum cultum, q̃ etiam in tenella ætate permissus est imperare: vt historiæ tradunt. Sinodus autẽ prædicta contra Nestoriũ Constantinopolis Episcopum cõgregata fuit, qui duas personas ponebat in Christo & duo supposita, per quę tollebatur vera vnio vtriusq; naturę. Quartũ autem concilium fuit celebratũ in Calcedonia sexcentorũ triginta Epporũ sub Leone primo: presente principe Martino, de quo prouerẽtia Romanæ ecclesię, sic dixisse fertur in actione septima prefatę synodi. Nos, inquit, ad fidem cõfirmandã, nõ ad potẽtiã ostẽ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dendá,exẽplo religiosissimi viri Cõstantini,huic consilio interesse volumus:vt inuẽta veritate,nõ vltrà multitudo prauis doctrinis attracta discordet. Per quod habeo,quòd tota intentio principũ anti quitus erat ad fauendũ fidei & ecclesiæ Romanæ reuerentiæ & honori. In hoc autẽ consilio dãnatus est Eutices cũ Dioscoro Episcopo Alexãdrino. Qui sicut Nestorius ponebat naturas & personas distinctas,sic isti asserebant confusas & admixtas.

De duobus consiliis sequentibus,post alia quatuor celebratis tempore Iustiniani & Constantini iunioris. Et quæ fuit ratio quare imperiũ translatum fuit à Græcis ad Germanos.

CAP. XVIII.

MVlta etiam & alia fuerunt consilia,licet ista fuerint principaliora à tẽpore Constantini vsque ad Carolum,in quibus principes se subiectos ecclesiæ ac fidcles ostendũt. Sed præcipuè Iustinianus post cursum quartæ synodi cẽtumuiginti Episcoporũ presidẽte Iulio Papa. Hoc enim manifestũ est ex suis legibus:quas in fauorem condidit ecclesiastici status. Item ex epistola quã celebrato cõsilio in Constantinopoli per totum orbẽ terrarum direxit. In qua institutis ecclesiæ se subiecit:mandans populis eidem in omnibus obedire: replicans etiam super quatuor cõsiliorum mẽoratorum statu ta,& eadem confirmans sanctas sanctiones:siue leges subijciens ecclesiasticis institutis. Sed præcipuè in vsuris & matrimonio in quibus tota vita ciuilis versatur. Quæ quidẽ synodus celebrata fuit cõtra Theodorum & eius sectatores Constantinopoli. Qui aliud dicebant esse verbũ Dei:& aliud Christum:negantes etiam beatã Mariam. Sexta autem synodus celebrata fuit in vrbe regia præfata. Cõstantino iuniore procurante centumquinquaginta Episcoporum, rogatu Agatonis cõtra Macharij Antiochenum Episcopũ: & eius socios:qui vnam operationẽ & vnam voluntatem in Christo asserunt:iuxta perfidiam Euthicetis. In qua quidem synodo dictus Cõstantinus qui fuit post Iustinianum principem ad 150.annos fidei multum fauit:destruens Monothelitas hæreticos,quorum pater & auus fuerũt fautores:restaurauit ecclesias per ipsos destructas. Hæc pro tanto sint dicta ad ostendendũ,quòd Constantinopolis Imperatores fuerũt Romanæ ecclesiæ protectores ac propugnatores vsque ad tempora Caroli magni. Tunc igitur grauata ecclesia à Lõgobardis & Constantinopolis,Imperio auxilium non ferente:quia fortè non poterat eius positio diminuta,aduocauit Romanus pontifex ad sui defensionẽ contra prædictos Barbaros Regẽ Frãcorum. Primò quidem Pipinũ Stephanus Papa & successor Zachariæ cõtra Austulphum Regem Longobardorũ. Deinde Adrianus & Leo: Carolum magnum cõtra desiderium Austulphi filium. Quo extirpato & deuicto cũ sua gente : propter tantũ beneficium Adrianus consilio celebrato Romæ centumquinquaginta Episcoporũ: & venerabilium abbatum imperium in personam magnificici principis Caroli à Græcis transtulit in Germanos. In quo facto satis ostenditur qualiter potestas imperij ex iudicio Papæ dependet. Quandiu enim Constãtinopolis principes Romanam ecclesiam defenderũt: vt fecit Iustinianus per Bellisarium contra Gothos. & Mauritius contra Longobardos ecclesia dictos principes fouit. Postquã verò defecerunt:vt tempore Michaẽlis contemporanei Caroli : de alio principe ad sui protectionem prouidit.

Qualiter diuersificatæ est modus Imperij à Carolo magno vsque ad Ottonem tertium,& vnde plenitudo potestatis summo pontifici conuenit.

CAP. XIX.

ET tunc diuersificatus est modus imperij:quia vsque ad tempora Caroli in Constantinopoli, in eligendo seruabatur modus antiquus. Aliquado enim assumebantur de eodem genere:aliquando aliundè:& aliquando per principem fiebat electio : aliquando per exercitum. Sed instituto Carolo,cessauit electio: & per successionem assumebãtur de eodem genere:vt semper primogenitus esset imperator:& hic durauit vsque ad septimam generationẽ. Qua etiam deficiente , tempore Ludouici à Carolo separati : cùm ecclesia vexaretur ab iniquis Romanis: aduocatus est Otto primus dux Saxonum in ecclesiæ subsidium. Liberatáque ecclesia à vexatione Longobardorum & impiorum Romanorum,ac Berrengarij tyranni in imperatorẽ coronatur à Leone septimo genere Alamano,qui &imperium tenuit,vsque ad tertiã generationem:quorum,quilibet vocatus est Otto. Et tunc,vt historiæ tradunt, per Gregorium quintum: genere similiter Theotonicum prouisa est electio:vt videlicet per septem principes Alamaniæ fiat,quæ vsque ad ista tempora perseuerat, quod est spacium ducentorum septuaginta annorum vel circa. Et tantùm durabit , quantùm Romana ecclesia quæ iupremum gradum in principatu tenet Christi fidelibus expediens iudicauerit,in quo casu vt ex verbis domini suprà inductis est manifestum,videlicet pro bono statu vniuersalis ecclesiæ,videtur vicarius Christi habere plenitudinem potestatis : cui competit dicta prouisio,ex triplici genere. Primò quidem diuino. Quia sic videtur voluisse Christus ex verbis superius introductis : & infrà etiam ostendetur. Secundò verò ex iure naturali. Quia supposito ipsum primum locum tenere in principatu : oportet eum dici caput à quo est omnis motus & sensus in corpore mystico : per quod habemus , quòd omnis influentia regiminis ab ipso dependet. Amplius autem in communitate oportet attendere ad conuersationem ipsius: quia hoc natura requirit humana, quæ sine societate viuere non potest. Conseruari autem nequit,nisi per dirigentem primum in quolibet gradu hominum. Et hæc est in actibus hominum primus hierarchia, qui est Christus. Vnde est primum dirigens: & consulens . & mouens : cuius vices summus põtifex gerit. Rursus autem dictum est suprà in primo libro,quòd princeps est in regno, sicut Deus in mundo , & anima in corpore. Constat autem quòd omnis operatio naturæ ex Deo dependet, sicut gubernante,mouente, & conseruante:quia in ipso mouemur & sumus : vt dicitur in Actibus Apostolorum. Et propheta Esaias. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Similiter & de anima dici potest : quia omnis actio naturæ in corpore in triplici genere causæ dependet ex anima . Hoc autem videmus in Deo quòd gubernando & dirigendo mundum permittit corruptionẽ particularis entis pro conseruatione totius: sic & natura facit pro conseruatione humani corporis ex virtute animę . Simile contingit in principe totius regni:quia pro conseruatione regiminis super subditos ampliatur eius potestas imponendo talias:destruendo ciuitates & castra pro conseruatione totius regni. Multo igitur magis hoc conueniet summo & supremo principi.i. Papę ad bonum totius Christianitatis. Propter quod & prima synodus Nicena præsente Constantino eidem primatum attribuit in primis canonibus quos instituit. Iura etiam sequentia dictum concilium in his singulariter dictam principatum attollunt , dicentia quòd sic debet reputari eius sententia , tanquàm ab ore Dei prolata. Et hoc idem Carolus magnus confitetur ibidem. Item non licet appellare ab eius sententia . Item ipse est qui superiorem non habet. Item ipse est qui vices Dei gerit in terris. Et hæc est tertia via siue ratio per quàm ostenditur & concluditur summum pontificem in dicto causu plenitudinem potestatis habere. In duobus igitur casibus ampliatur eius potestas. vt patet suprà: vel ratione delicti : vel ad bonum totius fidei. Quod eleganter nobis ostendit propheta Ieremias: cui in persona vicarij Christi dicitur. Ecce inquit constitui te super gentes & regna : vt euellas : & destruas & dispersas : ac disipes. Quod ad rationem delicti referimus . Vbi in quatuor illis vocabulis diuersa genera pœnarum accipimus quę infligi possunt vnicuique fideli , siue subdito cùm dicit : super gentes:siue domino, cùm dicit:& super regna Secundum autem est, vnde accipimus ampliatam summi pontificis potestatem. Cùm posteà dicitur. Et ędifices & plantes. Quod ad prouidentiam vicarij Christi pertinet pro bono vniuersalis ecclesiæ.

Comparatio regalis dominij inter imperiale & politicum,qualiter conuenit cum vtrisque.

CAP. XX.

HIs habitis videnda est comparatio imperalis dominij ad regale & politicum:quia vt ex dictis apperet, conuenit cum vtroque. Et cum politico quidem quantùm ad tria. Primò enim considerata electione. Sicut enim consules Romani & dictatores, qui politicè regebant populum,assumebantur per viam electionis:siue à populo siue à senatoribus,ita & de imperatoribus contingebat,quòd assumebantur siue à Romano exercitu. vt Vespasianus in Palestina : vt hyttoriæ tradunt. Et similiter Focas ex militari sedítione in Oriente assumptus est contra Mauritium imperatorem, quem posteà interfecit. Aliquando autem eligebantur imperatores à Senatoribus: vt Traianus & Diocletianus : quamuis vnus de Hispania esset:alter vero de Dalmatia. Et similiter Helius pertinax à senatoribus est assumptus. Item non semper de genere nobili:sed de obscuro, vt in prænominatis liquet Cesaribus, Vespasiano & Diocletiano, sicut historię tradunt. Sic de consulibus & dictatoribus Roma. cõtigit:sicut suprà paruit de Lucio Valerio & Fabricio. Et Aug. refert in quinto de ciui. Dei de Quinto Cincinnato : qualiter cùm solùm quatuor haberet iugera ad colendum,factus est dictator maior. Item alia est comparatio siue similitudo. Quod ipsorum dominium non transibat in posteros, vnde statim ipso mortuo,dominium expirabat. Quantum autem id ista duo:exemplum habemus etiã modernis temporibus quòd electi sunt ĩperatores videlicet Rodolphus simplex comes de Ausburg. Quo mortuo,assumptus est in imperatorem comes Adolphus de Anaxone. Quo occiso ab Alberto Rodolphi filio, eodẽ modo assumptus est. Hoc ergo generale est, nisi fortè vel ipsorum probitate contingeret ipsos assummi , vel ex gratia patris ipsorum: vt de Arcadio & Honorio filijs antiquioris Theodosij contigit. Et similiter de Theodosio iuniore Honorio filij. Nam quia bene rexerunt Rempublicam & imperialem aulam , meruerunt in suo genere aliquo tẽpore perseuerare dominiũ. Similiter accidit de Romanis

de Romanis consulibus,quòd licet singulis annis eligerent consules saltem quantùm ad magistratum:vt patet in 1. Machab. sæpiùs tamen contingebat,quòd propter probitatem personę vel generis transibat in posteros:vt de Fabio Maximo contigit. De quo scribit Maximus Valerius,quòd cùm à se quinquies & à patre,auo & proauo, maioribúsq; suis:sæpè consulatũ gestum conspiceret, animaduersione quàm constanter potuit cũ populo id egit:vt aliquãdo vacationem Fabiæ genti darent : ne maximum imperiũ in vna tantũ continuaretur familia. Accidit quoq; quandóq; per quandã violentiã vsurpari imperium,non ex merito virtutum, sicut fertur de Gaio Gallicula sceleratissimo,qui fuit nepos Tyberij, sub quo Christus passus est. Et similis de Nerone verificatur sentẽtia. Hoc idem accidit de consulibus vrbis,quòd ex eorũ impietate,vt historiæ narrant,vsurpauerunt dominium sicut Sylla & Marius,cõmotores vrbis & orbis. Ex quibus omnibus patet conuenientia imperialis dominij,cum politico. Sed & cum regali ex triplici parte cõuenientia ostenditur. Primò quidem ex modo regendi:quia iurisdictionem habent,vt reges, & eisdem quodam iure naturæ sunt vt regibus tributa & vectigalia instituta. Quæ & transgredi non possunt sine peccato:nisi sicut in iure regali superiꝰ diffinito. Quod cõsules nequeunt:nec etiam quicúnq; alij ciuitatum rectores in Italia:qui politico regunt regimine:vt iam dicetur. Tributa enim & vectigalia ad ærarium publicum deducuntur. Et de hoc Salustius refert, qualiter reprehendit Cato in sua concione Romanos consules sui temporis. Cùm enim commendassẽt eos,quòd eis fuit domi industria: foris iustum imperium:animus in consulendo liber: neque libidini,neque delicto obnoxius:subiungit. Pro his nos habemus luxuriam atque auaritiam:publicè egestatem : priuatim opulentiam. Secunda conuenientia imperatorum cum regibus est corona:quia coronantur vt reges. Duplicem enim habent coronam,& recipiũt electi in Imperatorem. Vnam quidem prope Mediolanum,in villa quæ dicitur Modoetia: vbi sepulti sunt reges Lõbardorũ. Quæ quidem corona ferrea dicitur esse in signum quòd primus Imperator Germanus Carolus magnus colla regum Lõgobardorum suæque gentis perdemuit. Secundam coronam quæ aurea est,à summo percipit pontifice:& cum pede sibi porrigitur, in signum suæ subiectionis & fidelitatis ad Romanam ecclesiam. Huius autem fastigij dignitatem nec consules,nec dictatores habebant in vrbe. Quia vt scribitur in primo Machabeorum inter præfides Romanos nemo portabat dyadema : nec induebatur purpura:quorum vtrúmq; faciunt imperatores & reges. Tertia verò cõuenientia quã imperatores habent cum regibus:& differunt à consulibus siue rectoribus politicis, est institutio legum & arbitraria potestas, quã habent super subditos in dictis casibus. Propter quod & eorum dominium maiestas appellatur, imperialis videlicet, & regalis Quod consulibus & rectoribus politicis non conuenit:quia agere ipsis non licet, nisi secundum formam legum eis traditam: vel ex arbitrio populi:vltra quam iudicare non possunt. Patet igitur de qualitatibus imperialis regiminis secundũ diuersitatem tẽporum, & cõparationem ipsius ad regimen politicum & regale.

De dominio principum,qui subsunt imperatoribus & regibus, & de diuersis nominibus eorum quid importent.

CAP. XXI.

DEterminatis his quæ ad regimen regale & imperiale pertinẽt, nunc de dominijs eisdem annexis est dicendum:vt sunt principes,comites,duces,marchiones,barones,castellani: & quibusdam alijs nominibus ad dignitatem pertinentibus secundum diuersas consuetudines regionum. Sunt etiam alia nomina dignitatum sub regibus:de quibus scriptura sacra mentionem facit,vt satrapa. Vnde in Daniele scribitur. Congregati sunt satrapę regis Babylonię: magistratus & iudices Et ibidem etiam fit mentio de optimatibus regis. In primo etiam Macha. quatuor ponuntur nomina dignitatum. Vbi dicitur quòd contra Nichanorem Iudas constituit populo duces,tribunos, & cẽturiones,& pentarcõrachos, & decuriones. Gesta etiam Romanorum quibusdã singularibus nominibus suos rectores appellãt. post exactos reges. videlicet cõsules,dictatores,magistratus, tribunos,senatores, patricios & prefectos. Item Scipiones,censores & censorinos. De quibus omnibus sub duplici titulo est agẽdum. Primò quidem de nominibus proprijs imperatorum & regũ & annexis statui:vnde traxerunt originem: & quale fuit ipsorum regimen. Posteà verò de proprijs pertinentibus ad politicũ principatum. Propria autem nomina dignitatum deseruientiũ imperatoribus & regibus,sunt quidem principes, domini, videlicet prouinciarũ:quasi primum locũ tenentes sub regali vel imperiali dominio: Vnde & dominantur baronibus & comitibus interdum, vt in Theotonia & regno Siciliæ patet. Quamuis etiam scriptura istud nomen sæpiùs extendat ad omne genus dominij,& præcipuè nobilis. Ad cuius similitudinem quidam angelorum ordo vocatur principatus:quia dominãtur : toti prouinciæ. Vnde & in Daniel. scribitur. Princeps Persarum restitit viginti vno diebus. Item etiam Ioseph qui secundus erat à rege in Aegypto,se principem vocat:vt in Gene. scribitur. Secundum nomen est comitum, quod quidem nomen fuit assumptũ , primò à populo Romano post exactos reges. Eligebãt enim singulis annis : vt tradit Isidorus vndecimo etimologiarũ,duos consules:quorum vnus rem militarẽ, alter verò rem administrabat ciuilem. & isti duo consules primò vocati sunt comites,à cõeundo simul per veram cõcordiam. Vnde aucta fuit Respubl. vt Salustius tradit de libello Iugurthino. Processu verò tẽporum istud nomen abolitũ est à Romano regimine : & translatum est ad statũ aliquem dignitatis,sub regibus & imperatoribus deputatum. Vnde dicuntur comites,à comitando:quia ipsorum officiũ est præcipuè reges & imperatores sequi in rebus bellicis , vel quacúnq; re militari & in aliis quibuscúnq; gerendis pro totius regni vtilitate. Duces autem à ducatu populi dicti sunt : sed præcipuè in castris. Est enim ipsorum officiũ, excercitum dirigere: & ipsum in pugna præire. Vnde cũ filij Israel impugnarẽtur à Cananęis, quęsierunt à se inuicẽ:vt scribitur in lib. Iudicum. Quis ascendet antenos,contra Cananęum,& quis erit dux belli. Et hoc nomen tali rectore propriè conuenit,propter difficultatẽ regendi quando quis est in pugna. Vnde ab excellentia regiminis, congruissimè dux vocatur. Qua ratione Iosue siue Iesus Naue:quia pugnauit bella domini,sic vocatus est, sicut testificatur de ipso ille egregius princeps Mathathias in primo Machabeorum. Iesus dum implet verbum, factus est Dux in Israel. Sic etiam dixerũt zelatores legis Iudaicę Ionathe mortuo Iuda Machabeo. Eligimus te in principẽ & ducem ad bellandum bellum nostrum. Aliud autem nomen dignitatis deseruiẽs imperatoribus & regibus est Marchio, qui comitatui æquipoller. Sed hoc nomen fortitur à seueritate iustitiæ. Dicitur enim Marchio,à marcha,quod est singulare diuitũ pondus:per quã significatur recta & rigida iustitia. Hoc autem satis congruè apparet in dictis principibus:quia vt cõmuniter reperitur in regiõibus nobis notis,omnes tales principes qui isto nomine nuncupantur, sunt in prouincijs asperis. Propter quod & cõsinia regionum,quæ sunt loca montuosa & rigida:apud aliquos appellãtur marchiæ:vel in prouincijs lascuis:quorum vtrúmq; genus rigore iustitiæ cõseruatur. Est & aliud nomen,quod barro dicitur:à labore dictum, siue quia in laboribus fortes: vt Isidorus tradit in commemorato libro. Barra enim Græcè, Latinè grauis, siue fortis vocatur. Hoc autem proprium est principum, vt in cõmunis sint gymnasijs:sicut in partibus Galliæ & Germaniæ est solitũ,siue in venatiõibus vel aucupijs,siue in torneamẽtis:vt mos fuit ipsorũ antiquitus. vt Ammonius historiarũ scriptor egregius scribit. Cuius ratio ponitur à Vegetio de re militari Quia oportet ipsos esse primos ad bellandum pro subditis & assuetudine efficiuntur audaces. Vnde ipse subdit ibidem,quòd nullus attentare dubitat,quod se bene didicisse confidit. Et quia ad omnes principes laboris exercitium pertinet:ideò istud nomen omnibus est cõmune,siue ad principes: siue ad comites: & sic de alijs sub regali dominio existentibus.

De quibusdam nominibus dignitatum singularibus in quibusdam regionibus. Et quale sit omnium istorum regimen.

CAP. XXII.

SVnt autem & alia nomina consequentia regale vel imperiale dominium in quibusdã regionibus siue prouincijs:quæ aliquid important:vt nomen Satrapæ & optimatis apud Persas & Philistęos. Quorum primũ significat promptitudinẽ seruiẽdi. Vnde Satrapæ dicuntur quasi satis parati. Quod est officium principis propter fidelitatem quam iurat suo superiori:vel satis rapientes,, quod videtur importare ipsum nomen:cùm sit fastuosum:vt ex ipsa sacra scriptura est manifestum. Optimatum autem nomen significare videtur supremum gradum sub principe,ab optimo dictum. Magistratus à præeminentia cõsilij & doctrinæ dicti sunt in regimine. Quo modo & maiores curiæ regis Franciæ sic vocantur: quasi maiores statu. Steron Græcè, Latinè statio dicitur. Iudices verò quasi iusdantes populo: qui prope assessores dicuntur:: qui etiam prętores quasi præ alijs locum tenentes in curia. Sed præses nomen est sacręscripturę:sic dicti,vt tradit Isidorus:quia alicuius loci tutelam prædialiter tenet. Sunt & alia duo nomina ad dignitatem pertinentia in curia regis:de quibus fit mentio inter officiales curiæ Salomonis in tertio Regum: vt à commentarijs : & scriba qui in officijs distinguebantur : quia vnus præerat legionibus scribendis per principem institutis : quod idem videtur , quòd magistratus. Alius autem præpositus erat responsuis regum : quem & nos Cancellarium appellamus . Præter hæc autem sunt & alia duo nomina vsitata quidem in partibus Galliæ:forte ex proprio idiomate alicuius gentis : in quibus nos ab ipsis talem possumus etimologiam sortiri: vt est marisc̃allus & senesc̃allus , qui propriè rectores expositi sunt , ad vtilia negotia regionis Quod vtrúmque nomen importat : vt marisc̃allus, id est,dominus laborũ. Maris enim Siriacè domina:vel dominus Latinè, Callus autem labor,emi importat. Senesc̃allus autem à senes: propter maturitatem regiminis , &

Universidad de Deusto Biblioteca

Callus calli. In tali enim officio non debent exponi: nisi homines magnæ experientiæ & laboris assidui. Apud Hispanos autem omnes sub Rege principes: diuites homines appellantur: & præcipuè in Castella, cuius est ratio: quia Rex prouidet in pecunijs singulis baronibus secundum merita sua: vel secundum complacentiam hos deprimit: hos exaltat. Vt in pluribus enim munitiones & iurisdictiones non habent: nisi ex voluntate Regis. Et inde vocantur diuites homines: quia cui in maiori summa prouidetur per Regem, ille maior est princeps: quia pluribus potest militibus prouidere. Quē modum adhuc obseruant Romanæ militiæ: eo quòd sub stipendijs viuunt. Sunt ibi & alij qui vocantur infantes: & alij infansiones. Quorum primi sunt de genere regio: qui filij vel nepotes sic dicti, ab innocentia populi: quia nullum debent lędere: sed conseruare, ac in iustitia fouere: & regi, sicut infantes in omnibus obedire. Quod hodie malè obseruatur ibidem. Secundi verò sic sunt dicti: quia primos debent sequi sicut maiores. Sunt enim nobiles qui plus virtutis habent, quàm miles simplex: & aliquorum castrorum & villarū domini: qui & alicubi castellani dicuntur. Dicti autem sunt infansiones: quia minus possunt inter alios principes lædere propter impositionem suam: sicut pueri ab infantia recedentes. Si enim lędant subditos suos, rebellant maioribus principibus adhęrentes: & sic perdunt dominium. Item nec potentiam habent maiorum principum: sicut nec puer respectu viri. Hæc igitur de principibus substitutis: & subalternatis Regibus dicta sufficiant: & quid significēt, vel quid importent. De cæteris verò dignitatibus suprà præmissis: quia vt in pluribus pertinent ad politiam: licet aliqua sint communia, infrà in sequenti opere declarabitur. Nunc enim vidēdum est, quale est dictorum principum regimen. Circa quod est respondendum secundum sententiam sacræ scripturę. Dicitur enim in Ecclesiastico: secundum iudicem populi: sic & eius ministri sunt: & qualis est rector ciuitatis, tales habitantes in ea. Tales enim principes modum habent communiter rege, regaliter vel imperialiter: nisi fortè in aliquibus locis propter consuetudinem vsurpatam: vel ex tyrannide: vel propter malitiam gentis, quia aliter domari non possunt: vt dictum est suprà: nisi tyrannico regimine: vt accidit in insula Sardinię & Corsicę. Item in quibusdam insulis Gręciæ. Item in Cypro in quibus dominantur nobiles, principatu dispotico vel tyrannico. Vnde & de insula. Siciliæ tradunt hystoriæ, quòd semper fuit nutrix tyrannorum in partibus etiā Italiæ. Comites & alij principes: nisi fortè per violentiam tyrannizent, oportet subditos suos regere more politico & ciuili. Inueniuntur etiam apud eos quædā nomina dignitatum: ex iure imperij dependentium, & supra simplicem militiam trāscendentium: vt sunt Valuasalli & Cathani: qui & proceres appellantur iurisdictionem super subditos habentes, quamuis hodie per ciuitatum potentiam sit diminuta vel subtracta totaliter. Valuasalli autem vocantur à valuis: quia deputati erant ad custodiendum portas pallatii regalis: siue imperialis: quos nos hostiarios appellamus. Cathani ab vtilitate operum in curia principū & strenuitate super alios simplices milites sunt dicti: qui & proceres: quasi ante alios procedentes dicuntur. Catha enim vtile Græco nomine significamus. Multa etiam sunt alia nomina: secundum diuersas regiones & linguas ad beneplacitum principum instituta. Sed hoc ad præsens sufficiat, reliqua reseruando ad regimen politiæ. de quo specialis debet esse tractatus, propter diffusionem materię vbi de nominibus dignitatum agetur: prout patietur natura regiminis, secundum diuersos prounciarum mores: vt philosophi & historici tradunt scriptores.

Explicit liber tertius.

Incipiunt Rub. capitul. quarti libri.

Agitur de differentia inter principatū regalē, & principatum politicū quem diuidit. CAP. I.

Ostenditur necessitas constituendi ciuitatem in duos propter communitatem necessariam humanæ vitæ: circa qua præcipuè consistit principatus politicus. CAP. II.

Probatur hoc idem ex parte animæ siue ex parte intellectus, siue voluntatis: constitutionem, videlicet ciuitatis esse necessariā CAP. III.

De cōitate ciuitatis in quo cōsistit: vbi Aristoteles refert opinionē Socratis & Platonis quæ hîc declaratur. CAP. IIII.

De opinione Socratis & Platonis circa mulieres, quomodò sunt exponēdæ rebus bellicis. CAP. V.

Assumit alteram partem, quòd non est conueniens mulieres exponi debere bellicis rebus, & respondet ad argumenta superius in contrarium facta. CAP. VI.

Refert aliam opinionem dictorum philosophorum, quātùm ad principatum quem volebāt esse perpetuum: circa quem disputat ad vtrámque partem: quod est melius. CAP. VII.

Consentit author melius esse in politia non perpetuare: & respondet ad partem oppositam: vbi etiā dicit, nullum habetur in Lōbardia dominium, nisi per viam tyrannicā: duce Venetiarū excepto. CA. VIII.

Disputat auctor, de cōmunitate bonorū quantum ad possessiones: quam quidem philosophus nomine Pheleas, docet adæquari debere in omnibus: & quod est falsum quòd Ligurgus philosophus sensit. CAP. IX.

Agitur rursus de politia Platonis & Socratis quantum ad genera hominum quæ requiruntur in ea quæ sunt quinquè. Vbi multum disputatur de numero bellatorum. CAP. X.

Agitur vlterius de politia Podomi philosophi: qui reprehenditur quantum ad genera hominum: quia ponit solum tria: & quantum ad numerum populi. CAP. XI.

Refert etiam opinionem eiusdem, quantum ad possessiones, quas in tres partes diuidit & in quo saluatur sua positio. CAP. XII.

Ponit opinionem eiusdem circa iudices & assessores politiæ, vbi diuisionem facit multiplicem, & notabilem, circa ea que sunt agenda per iudices. CAP. XIII.

De politia Lacedemoniorum, quam reprehendit circa regimen seruorum & mulierum, & circa bellatores. CAP. XIIII.

Reprehendit etiam dictam politiam, quantum ad leges filiorum & iudicum: mouens quæstionem, vtrum pauperes sint eligendi ad regimen politicum. CAP. XV.

Redit adhuc super politiam Lacedemoniorum, quantum ad ipsorum regem: reprobans modum quem tenebant circa ipsum ostendens inconuenientia quæ sequebantur ex hoc. CAP. XVI.

Ex eadem causa ponit quædam in dicta politia Lacedemoniæ reprehensibilia, quæ erant materia dissensionis in populo. CA. XVII.

De politia Cretensi & differentia eius ad Lacedemoniensem: de auctoribus dictæ politiæ & legibus Ligurgi. CAP. XVIII.

De politia Calcedoniensi qualiter famosa fuit: & in quo cōueniebant Lacedemonij & Creten. cū ipsa: & in quo differebāt. CA. XIX.

Vlterius Aristote. in politia Calcedonensi tradit documentum de electione principis: vtrum diues: an pauper sit eligendus: & qualiter pauper virtuosus sustentari debeat: & vtrum vni principi competant plura dominia. CAP. XX.

De politia Pithagoræ, quam dedicit à prædictis philosophis Mineo & Ligurgo: quomodò totus suus conatus ad hoc fuit, assuefacere homines ad virtutem. CAP. XXI.

De documentis Pithagoriacis substantiæ figuris & ænigmatibus traditis: & de duobus Pithagoriacis fidelissimis amicis. CAP. XXII.

In quo consistit perfecta politia, ex qua accipitur fœlicitas politicæ: quando videlicet partes politiæ sunt bene disposita: & sibi adinuicē correspondent. CAP. XXIII.

Diuidit politiam tripliciter: & vnamquánque partem prosequitur. Et primò qualiter in partes distinguitur integrales, secundum opinionem Socratis & Platonis. CAP. XXIIII.

Ostendit sufficientiam partium integraliū politiæ, quas Hippodomus tradidit & Romulus. CAP. XXV.

Agit vlterius de alijs partibus politiæ respectu regiminis: vbi verba exponuntur diuersorum officialium. CAP. XXVI.

De partibus politiæ quantum ad bellatores: quas distinguit secundum triplicem considerationem diuersarum scripturarū. CA. XXVII.

De nominibus ducum: & numero cohortum: & quid significet vnumquodque. CAP. XXVIII.

Expliciunt Rubricæ capitulorum quarti libri.

Incipit liber Quartus.

De differentia inter principatum regni: & principatum politicum quem diuidit in duos.

CAP. I.

CONSTITVES eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. Licet dominium omne siue principatus à Deo sit institutus: vt suprà est declaratum in 3. lib. diuersus tamen in Christo traditur modus à philosopho: & per sacram scripturam. Quia ergo suprà in prefato iam libro actum est de monarchia vnius: puta de dominio summi pontificis regali & imperiali: ac ipsorū naturā concomitantibu, nunc hoc congruè agitur de dominio plurium, quod cōmuni nomine politicum appellamus, descriptū nobis in presumptis verbis dupliciter & quantū quidē ad modum assumēdi: & quantū ad modum viuendi. Modus autem assumendi in hoc gradu electiuus est in quocūq; hominis genere, non per naturæ originem, vt de regibus accidit: quod verbum institutionis importat. Constitues inquit, eos principes. Sed addit super omnem terram: in hoc ostēdens generalem regulam in principatu politico: vt generalis sit per viam electionis vt statuatur princeps. Sed quod sit virtuosus. Vnde subdit. Memores erunt nominis tui domine: in cōsideratione, scilicet diuinæ suorúmque

rúmque

rúmque pręceptorum, quæ sunt regentibus quædam recta ratio agendorum. Propter quod in prouerbijs dicitur, quòd mādatum domini lucerna est: & lex lux. Maximus etiam Valerius de Cæsare dicit, quòd cœlesti prouidentia virtutes per ipsum fouebantur, & vicia vindicabantur. De hoc autem principatu in præsenti libro est pertractandum: quem philosophus sic distinguit in 3. polli. & suprà ostensum est in principio libri. Quia si tale regimen gubernatur per paucos & virtuosos, vocatur Aristocratia: vt per duos consules: vel etiam dictatorem in vrbe Romana in principio expulsis regibus. Si autem per multos veluti per consules, dictatorem, & tribunos: sicut in processu temporis in eadem contingit vrbe, posteà verò senatores, vt historię narrant: tale regimē, politiam appellat, à polis, quod est pluralitas, siue ciuitas: quia hoc regimen propriè ad ciuitates pertinet: vt in partibus Italię maximè videmus: & olim viguit apud Athenas, post mortem Codri: vt Augu. refert de ciuitate Dei. Tunc enim à regali dominio destiterūt magistratus Rei public. assumentes sicut in vrbe. Sed quocúnque modo diuiditur contra regnum siue monarchiam: & ipsorum oppositum contra oppositum. Quia si propositum in proposito & oppositum in opposito. Et quoniam vtrúnque pluralitatem includit ista duo ad polliticum se extendunt, prout diuiditur contra regale seu dispoticum: vt philosophus tangit in 1. & 3. politic. de hoc ergo hîc est agendū. Et primò quidem in quo differt à regali, siue imperiali siue monarchico: quod ex supradictis in 1. & 3. lib. aliqualiter videri potest. Sed nunc etiam differētia est addenda: quia legibus astringuntur rectores pollitici: nec vltrà possunt procedere, in prosecutione iustitię: quod de regibus & alijs monarchis principibus non conuenit: quia in ipsorū pectore sunt leges reconditæ: prout casus occurrunt. Et pro lege habetur, quod principi placet, sicut iura gentium tradunt. Sed de rectoribus polliticis non sic reperitur: quia non audebant aliquam facere nouitatem, præter legem conscriptam. Vnde in primo Machabeorum scribitur, quòd Romani curiam fecerunt: & quòd quotidiè cōsulebant trecentosuiginti cōsilium agentes semper de multitudine: vt quæ digna sunt gerāt. Per quod habetur quòd in regimine Romano à regum expulsione dominium fuerit polliticum, vsque ad vsurpationem imperij: quod fuit quando Iulius Cæsar prostratis hostibus: videlicet Pompeio occiso & filijs: subiugatóque orbe, singulare sibi assumpsit dominium & monarchiam: conuertítque pollitiam, in dispoticum principatum siue tyrannicū. Nam sicut historiæ tradunt, post prædicta ad contemptum senatorum videbatur intendere. Ex quo prouocati maiores vrbis, ipsum in capitolio vigintiquatuor pugiōibus perforauerunt: authoribus Bruto & Cassio, plurimóque senatu. Aduertendum etiam hic, quòd quamuis vnus dominaretur singulis annis: vt in dicto libro Machabęorum scribitur: sicut in ciuitatibus Italiæ etiam domo contingit: regimen tamen dependebat ex pluribus: & ideò non regale, sed polliticum appellabatur, sicut & de iudicibus Israelitici populi accidit: cùm tamen non regaliter, sed pollitice populum regerent: sicut dictum est suprà. Considerandum etiam, quòd in omnibus regionibus, siue in Germania, siue in Scithia, siue in Gallia, ciuitates pollitice viuunt: sed circunscripta potentia regis: siue imperatoris: cui sub certis legibus sunt astricti. Est etiam alia differentia: quia rectores sępiùs exponuntur examini, si bene iudicauerunt: aut rexerunt secundum leges eisdem traditas: & ex contrario subijciuntur pœnis. Vnde ipse Samuel, sicut in primo Regum scribitur: quia populum Israeliticum iudicauerat prædicto modo: tali se sententiæ exponit, assumpto in regem Saule. Ecce, inquit præsto sum: loquimini de me coram domino, & Christo eius, scilicet Saule: vtrum bouem cuiuscúque tulerim: si quempiam calūniatus sum: si oppressi aliquem, si de manu alicuius munus accepi. Sic etiam de consulibus Romanis tradunt historiæ. Propter quam causam accusatus Scipio Affricanus ab impijs æmulis, quòd pecunia corruptus fuisset, vrbem reliquit. Et ex talibus falsis æmulationibus in processu tēporis exorta sunt bella ciuilia. Quod in regibus vel imperatoribus locum non habet, nisi quòd regiones interdum eis rebellant, si iura regni transcendant, sicut in partibus Hispaniæ, & Vngariæ frequentibus accidit, & inde etiam in oriente sæpius machinantur mortē dominis: vt apud Aegyptū de Soldano cōtingit, & in Persyde, & Assiria: de principibus Tartarorum. Ex qua causa quia principes sæpè efficiuntur tyranni: quædam regiones indignum iudicant, vt etiam philosophus narrat in sua pollitica: quòd reges in ipsorum prouincijs perpetuentur in filijs: hoc est quòd filij regum succedāt in regno, sed ipso mortuo eligit philosophus quem magis ornatum moribus cōprehendunt: sicut fiebat de Imperatoribus: vt suprà patuit in tertio lib. & in Aegypto adhuc obseruatur modernis temporibus. Quæruntur enim pueri elegātes in diuersis regionibus, & pręcipuè in partibus Aquilonis: quia sint staturę proceræ, & ad militarē disciplinā idonei. Hide ærario publico nutriūtur exercitātur in gymnasijs: & displinis scholasticis: in ciuilibus actibus, & rebus bellicis assistūt Soldano in ministerio sicut traditur: & post mortē eius q probati inueniūtur, ad principatū assumuntur. Interdum tamen impeditur ex violentia siue ex tyrannide, aut fastu ambitionis. Sunt & aliæ differentiæ circa regimen, quantū ad tempus regiminis & alias circunstantias: de quibus philosophus mentionem facit in 4. polliticorū: sed ista sufficiant: & quæ dicta sunt suprà in secundo & tertio libr.

Hîc ostendit necessitatem constituendi ciuitatem: propter cōmunitatem necessariam humanæ vitæ: circa quam præcipuè consistit principatus politicus. CAP. II.

ET quia regimen politicum maximè consistit in ciuitatibus: vt ex suprà dictis apparet, prouinciæ enim magis ad regale pertinere videntur: vt in pluribus reperitur: excepta Roma, quæ per cōsules & tribunos ac senatores gubernabat orbē: vt in dicto libr. Machab. est manifestum: & quibusdam alijs Italiæ ciuitatibus, quæ licet dominentur prouincijs, regūtur tamen politicè: ideò de ipsius constitutione nunc est gerendum. Et primò quidem ostendenda est eius constituendę necessitas, & quę eius communitas. Secundò verò quot sint partes eius, siue ex quibus hominum generibus cōponitur. Necessitudo autem, apparet primò quidem considerata humana indigentia. per quam cogitur homo in societate viuere: quia vt in Iob. 13. scribitur. Homo natus de muliere breui viuens tempore repletus multis miserijs. i. necessitatibus vitæ: in quibus miseria manifestatur. Vnde secundū naturā est animal sociale siue polliticum: vt philosophus probat in 1. poli. & inde concluditur cōmunitatem ciuitatis esse necessariam pro necessitatibus humanæ vitæ. Amplius autem natura prouidit cæteris animalibus ornamēta & munimenta in sui exordio. Vnde ex virtute naturæ extimatiua, vitat contraria: & conuenientia diligit, nullo dirigente præuio: vt opus naturæ sit in eis opus intelligentiæ: sicut philosophus tradit in 2. phy. sed in homine non sic: imò instructore indiget ad eligendum proportionata naturæ: propter quod nutricem habet ad ista docenda. Rursus ad idem vestes & tegmenta quibus ornantur animalia & plantę, statim sicut nascuntur: & homo caret: significatiua sunt indigentiæ pro quibus oportet recurrere ad hominū multitudinem: vnde ciuitas constituitur. Propter quod dominus ostendit in hoc lilia agri, & volucres cœli, & sic de similibus melioris esse conditionis, quàm homo, referendo indigentiam ad illum magnificum regem Salomonem: qui tàm excellenter abundauit. Respicite, inquit, volucres cœli: quia non serunt, neq; metunt, neque congregant in horrea. Considerate lilia agri: quoniam non laborant, neque nent. Posteà subdit. Dico vobis, quòd nec Salomon in omni gloria sua, coopertus est sicut vnum ex istis: quasi maioris fuerit indigentiæ quantùm ad victum & vestimenta ac tegmenta, quàm plantæ & animalia. Amplius autem ferocitas animalium quæ facta sunt homini nociua post lapsum Adæ, ad hoc ipsum inducit. Ad maiorem enim securitatem hominis cuiuscúnque rei timendæ, necessaria est communitas hominum, ex quibus ciuitas cōstituitur. vnde homo reddatur securus. Et inde motus fuit Caim ciuitatem construere: vt in Genesi scribitur. Vnde & in Ecclesiastico dicitur, quòd ædificatio ciuitatis confirmabit nomen. Rursus præter necessitatem in corpore sano, sunt & aliæ conditiones necessitatis pertinētes ad corpora ęgra: quibus homo frequēter subijcitur. Ad sui autē reparationē sibi homo solus non sufficit, quemadmodùm animalia cùm patiūtur, quibus natura prouidit, vt sine hominum medicina curentur: cognoscentia per extimatiuā eis inditam herbas sanatiuas eorundem: seu quęcúnq; alia ordinata ad ipsorum salutē. Homo autem horū ignarus, indiget medicis, medicina: & omnium ministerio: quæ omnia multitudinē requirunt hominum, quę ciuitatem facit: & sic idem quod prius. Amplius autē quia casus sunt multi, in quos homines incidunt per inopinatū euētum: quibus releuantur in societate. Vnde in Eccle. 4. c. scribitur. Veh soli: quia si ceciderit, non habet subleuantē se. Si autem fuerint duo, fouebuntur mutuo. Ex quibus omnibus concluditur, ciuitatem esse necessariā homini constituendā propter cōmunitatē multitudinis, sine qua homo viuere decēter non potest. Et tantò magis de ciuitate, quam de castro, vel quacúnq; villa: quātò in ea plures sunt artes & artifices ad sufficientiā humanæ vitæ: ex quibus ciuitas costituitur. Sic enim Augu. diffinit eam in 1. de ciu. Dei, ꝙ est multitudo hominū in vno societatis vinculo colligata. Aduertendum autē, quòd superiùs in principio primi libri probatum est, societatem humanam esse necessariam: & hîc similiter. Sed aliter & aliter vtrobiq;: quia ibi secundum quod ordinatur ad principem. hîc autem secundū quod partes multitudinis sibi inuicem sunt necessariæ: propter quā causam necessariò sunt institutæ ciuitates & castra: prout ordinantur ad politicum regimen.

Hic declarat hoc idem ex parte animæ: siue ex parte intellectus, siue voluntatis. s. constitutionem ciuitatis esse necessariam. CAP. II.

NOn autē ex parte corporis: hoc est quantū ad sensitiuā virtutē, habet psuasionē & veritatē cōtinet, ꝙ scd̄m naturā cōstructio

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuitatis est necessaria.sed etiam ex parte animæ rationalis'hoc est manifestum:& tanto amplius quanto homo,inquantùm homo est rationalis, quòd ex parte intellectus prouenit : societatem magis requirit. Circa partem autem rationalem duplex distinguitur potentia & actus,videlicet intellectus & voluntas. Quantùm autem ad partem intellectiuam,duplices sunt actus,iuxta quos versatur politicum regimen,videlicet speculatiuus & practicus. In practico quidem includuntur virtutes morales, quæ referuntur ad opus & non ad scire tantùm:sicut Philosophus dicit in 2. Ethi.vt sunt temperantia:fortitudo:prudentia:& iustitia. Quæ quidem omnes ad alterum ordinantur, & sic requirunt multitudinem hominum : ex quibus constituitur ciuitas:vt iam dictum est suprà. Et quamuis dictæ virtutes non omnes habeant pro subiecto intellectum.Fortitudo enim est in irascibili:temperantia in concupiscibili: quæ ad partem sensitiuam pertinent, participant tamen rationem inquantũ regulantur ab ipsa. Vnde prudentia est ipsarum directiua. Est enim prudẽtia recta ratio agibilium:vt Philosophus dicit in 6. Ethi. Amplius autem & ipsa sacra scriptura dictas virtutes morales ad hoc idem ordinat. Sic enim de istis virtutibus dicit in libr. Sapien. loquens de eo, quòd sobrietatem & sapientiam docet iustitiam & virtutem:quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Deinde subdit de meritis istarum virtutum. Habebo,inquit,per hanc,videlicet scientiam:siue experientiam harum virtutum claritatem ad turbas : & honorem apud seniores: & multa alia ibidem subduntur, quæ ad multitudinem hominum pertinent. Sed de speculatiuo intellectu adhuc est manifestum. Qui vt vult Arist.in 2. Ethi. Homo maximè ex doctrina argumentum accipit: & scientiæ generationem : & experimento indiget & tempore:quæ omnia respiciunt hominum multitudinem,ex quibus ciuitas constituitur. Rursus duo sunt disciplinabiles sensus:vt tradit Philosophus de sensu & sensato, Visus videlicet & auditus. Auditus autẽ multitudinem respicit : ergo idẽ quod prius. Primũ Philosophus dicit in 1. Metaphy. quòd sapientis est ordinare. Ordo autem multitudinem requirit. Est enim ordo,vt Augst dicit de ciui. Dei. parium dispariúmque sua cuique tribuens dispositio:quod sine multitudine esse non potest. Amplius autem & ipsa loquela quæ manifestatiua est cordis, ad partem intellectiuam pertinet:vt Philosophus dicit:& ad alterum ordinatur. Propter quod in ecclesiastico scribitur. Sapientia absc̃dita & thesaurus inuisus,quæ vtilitas vtrisque? Hoc idem & de scriptura dici potest:quia respicit multitudinem:sine qua nec fieri:nec explanari valeret. Sed ex parte voluntatis quæ potentia rationalis ponitur à Philosopho,hoc idem dici potest. Duę enim sunt virtutes in ipsa, quæ ad alteram ordinantur:ac multitudinem requirunt. Vna quidem est iustitia:quam respectu voluntatis ius gentium sic diffinit. Iustitia est constans & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens. Quæ quidem siue legalis,quæ dominatum iustum vocatur à Philosopho:siue distributiua:siue commutatiua:quæ partes iustitię omnes sunt politię in ciuitatibus sunt præcipuè necessariæ: imo sine eis exerceri non possunt:vt Philosophus tradit in 5. Ethi. Nec etiam ipsę ciuitates conseruari.Per quod concluditur ciuitatis constructionem esse necessariam,secũdum naturam respectu talis virtutis. Secunda verò quæ in voluntate ponitur & ad multitudinem refertur:est amicitia quæ principaliter communitatẽ requirit multudinis:& sine ea non est ista virtus:de qua Philosophus dicit in 8. Ethi.quod maximè est necessaria ad vitam humanam:eo quòd nullus eligeret viuere sine amicis.Vnde idem Aristo.cõnumerat vtilitates istius virtutis,ad ostendendam ipsius necessitatem.semper tamen respectu multitudinis.Primò quidẽ in infortunijs:quia in talibus recurritur ad amicos. Item in eufortunijs : quia per amicos conseruantur.Vnde præcipuè opus habent amicis,qui diuitias possident,& fuat in principatibus:vt philosophus idem ait.Amicis autem indigent iuuenes, vt religentur à concupiscentijs , & ad non peccandum.Senes verò ad famulatum:& sic de singulis generibus hominum.Per quæ colligitur communitatem multitudinis hominibus esse necessariam secundum naturam:& per consequens,constructio ciuitatis:in qua si amicitia vigeat & nutriatur concordia, ciuitas quãdam causat harmoniam & animæ suauitatem:vt Augu. de ciui.Dei dicit lib.2.ex summis,videlicet infimis & medijs ordinibus quibus moderatur. Propter quod propheta dicit. Ecce quã bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Idem etiam August.duas constituit ciuitates in dicto lib.secundum duos amores. Præter hæc verò est alia ratio ad ostendendam communitatẽ multitudinis hominum esse necessariam:appetitus videlicet humanus,ad communicandum opera sua multitudini : vt molestum sit eidem aliquid virtutis agere absq; hominum societate.Vnde Tullius dicit in lib.de amicitia,quòd natura nihil solitarium amat.Verum est enim quòd ab Archita Tarentino, vt opinor,dicere solitũ esse,à senibus nostris audiui.Si quis in cœlum ascendisset,naturãq; mundi,ac syderum aspexisset pulchritudinem, insuauẽ illi sine amico vel socio admirationẽ fore. Ipsę etiam diuitiæ nisi effusę in multitudine non clarescunt:vt Boetius dicit.Patet igitur hominem, siue ex parte corporis,siue partis sensitiuæ,siue cõsiderata sua rationali natura,necesse habere viuere in multitudine.Ex qua parte necessaria est secundũ naturã cõstructio ciuitatis. Vnde philosophus dicit in 1. politicorũ,q̃ natura quidã omnibus ineſt ad talẽ cõmunitatem,qualis est ciuitatis cõmunitas.Et quamuis primos institutores ciuitatum malos homines scriptura referat: vt Caim fratricidam.Nembroth oppressorem hominum:qui ædificauit Babyloné Assur qui ædificauit Ninyuem : vt in Genesi scribitur,à Nembroth fugatus.moti tamen fuerunt ad constituendũ ciuitates,propter hominum commoditates iam dictas : retorquendo tamen in suum dominium. pro quo conseruando , necessaria erat in vnum multitudinis congregatio.

De communitate ciuitatis,in quo consistat:vbi Aristoteles refert opinionem Socratis:& Platonis,quam hic auctor declarat.

CAP. IIII.

HAbita igitur necessitate constituendæ ciuitatis propter cõmunitatẽ hominum,nunc quærendum videtur in quo sistat ista cõmunitas.Circa quod diuersi philosophi & sapientes,diuersas cõstituerunt politias respectu communitatis : vt philosophus refert in sua poli . vbi primò narrat opinionem Socratis & Platonis, in 2. poll.quòd communitatem ponerent in sua pollitia,quantùm ad omnia,vt videlicet omnia essent communia,tàm diuitię quàm vxores & filij.moti quidem ex bono vnionis in communitate, per quã Respubl.commentatur & crescit. Amplius autem cùm bonum sit diffusiuum & sui communicatiuum , quanto res communior est: tantò plus de bonitate habere videtur: ergo omnia communicare plus habet de ratione virtutis & bonitatis. Præterea amor est virtus vnitiua: vt Dionysius tradit.Vbi est ergo vnionis maior ratio, ibi plus vigebit virtus amoris,qui ciuitatem constituit & conseruat:vt Aug.dicit:& dictum est suprà.ergo omnia habere communia, tam diuitias quàm vxores & filios , habet rationem maioris bonitatis. Hæ autem rationes sunt & mulę aliæ quas philosophus refert iuxta opinionem Socratis & Platonis:licet nõ per eadem verba:sed à sententia non discordat. Et si attẽdimus ad qualitatem dictorum philosophorum:quia fuerunt homines virtutibus dediti super omnes philosophos:eo quòd solas virtutes bonũ hominis ponebant. non videtur credibile talem communitatem eos posuisse eo modo quo Aristo. videtur eis imponere in prædicto li.quia hoc videtur magis bestiale,quàm humanum: fœminas scilicet esse communes,quantùm ad mixtionem carnis. Vnde & sacra scriptura matrẽ separat à filijs:& filiã à patre:& virũ vxori cõiungit : ac solum cum sola distinguit in coniugio in primo hominis præcepto. Propter quòd in Genesi dicitur. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori suę:& erunt duo in carne vna. Non autẽ dicit plures. Sed & de filijs est impossibile:quia in actu generationis duo semina non conueniunt: sed vnum solum parte viri. Propter quod ipsa etiam animalia suos natos cognoscunt,quanto tempore est necessarium ad nutrimentum filiorum:vt in pullis auium maximè contingit,antequàm aduolare possunt. Quòd ergo dicamus dictos philosophos minus compositos animalibus,videtur absurdum:qui ad componendos mores corrigendósque totam suam flexerunt philosophiam: vt Aug. tradit de Socrate.8.de ciui.Dei.cuius doctrinam Plato eius discipulus fertilissimè fortitus est : vt Maximus Valerius scribit.Qui cũ sapientissimus omnium esset sui temporis: & à iuuentibus studiosis certatim quęreretur Athenis in Aegiptum descendens à sacerdotibus illius gentis geometrię multiplices numeros cœlestiũ rationum obseruare percepit.Et in Italiam peragrans,ab Ararchita & Arione Pythagorę præceptis instructus est. Talibus ergo & tantis viris talem politiam attribuere : vnde ordo destrueretur nãę, non est sine admiratione. Sed & ipsi commentatores Arist. hoc idem attribuunt , quòd non plenè retulerit aliorum opiniones:& præcipuè Socratis & Platonis:sicut Eustrachius dicit super 1.Ethi.circa ideam bonitatis : & simplicius in fine primi de cœlo. de generatione mundi. Aug.autem in.9.de ciui.Dei hoc idem refert de opinione Stoicorum , circa passiones animi : quòd aliqui attribuebant Stoicis:quorum princeps Socrates fuit : quòd in sapientem non caderet : vt idem Aristo.in.2.Ethi.præfato imponit philosopho.Et tantum Aug.idem dicit esse falsum, ex sententia A. Gellij in li.noctium Atticarum. Sed hęc omnia referenda sunt ad effectũ amoris quia ergo dicti philosophi virtutibus erant prædicti.& ad hoc sollicitabatur eorum conatus.virtus autem amoris ad paria nobis cum proximo præcipitur:diliges,inquit saluator,proximum tuum sicut teipsum : cùm ipsi sub quibusdam metaphoris solti essent loqui,volentes persuadere ad conciues amorem , per quem ciuitas proficit,communitatem posuerũt in vxoribus & filijs in dilectione mutua. Sed in possessionibus in cõmunicatione necessaria.Quia si quis viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo , quomodò amor Dei manet in eo?

Quod fuit

Quòd fuit præcipuum Stoicorũ. Rerũm enim exteriorum siue diuitiarũ contemptiui erant:vt de Socrate refert Hiero.Per hoc autem patet responsio ad obiecta, quia vnio & amor habet gradũ in inferioribus entibus : quoniam perfectior est vnio in corpore animato,si in diuersis organis virtus animæ diffundatur ad diuersas operationes vnitas in vna substãtia animæ:sicut apparet tam in animatis perfectis,quàm in animatis, quæ habent solũ sensum tactus: vt sunt vermes:& quædam animalia quæ Aristo.vocat in secũdo de anima,animalia imperfecta.Propter quod & Apostolus comparat corpus mysticũ.i.ecclesiã vero corpori & naturaliin quo sunt membra diuersa sub diuersis potẽtijs & virtutibus,in vno principio animæ radicatis.Vnde & vnionẽ allegatam reprobat Apostolus in prima epistola ad Corinth.dicẽs.Si totũ corpus oculus,vbi auditus? Et si totũ auditus,vbi odoratus:Quasi necessariũ sit in qualibet cõgregatione:quæ præcipuè est ciuitas,esse distinctos gradus in ciuibus quantùm ad domos & familias:quantũ ad artes & officia.omnia tamen vnita in vinculo societatis:quod est amor suorũ ciuium: vt dictum est suprà.& de quo etiã Apostolus dicit ad Colosſ.Cùm enim connumerasset quędã opera virtuosa,ad quæ ciues adinuicẽ obligãtur,statim subdit.Super hęc autem omnia,charitatẽ habẽtes: quod est vinculum perfectiõis:& pax Christi exultet in cordibus vestris: in qua vocati estis , in vno corpore distincto.videlicet per membra iuxta ciuium statũ.Ex qua diuersitate artium & officiorũ, quãtò in eis multiplicatur amplius,tãtò ciuitas redditur magis famosa:quia sufficientia humanæ vitæ propter quã necessaria est constructio ciuitatis magis reperitur in ea. Quod si fortè allegatur de discipulis Christi,quibus omnia fuerũt communia, nõ importat legem communem:quoniam status eorũ omnem modũ viuendi transcendit. Ipsorũ enim politia nõ ordinabatur ad vxores & filios: sed ad ciuilitatem cœlestẽ:in qua neq; nubent,neq; nubẽtur:sed erunt sicut angeli Dei.Sed quantũ ad diuitias bona erant cõmunia. Quod solum Perfectorũ est:& dominus dicit in euãgelio.Si vis,inquit, perfectus esse,vade & vende omnia quæ habes:& da pauperib⁹:& veni sequere me.Hoc & Socratici fecerũt & Platonici:sicut cõtemptui rerum tẽporaliũ:vt de Plotino scribit Mercurius Trimegistus & Macrobius super somniũ Scipionis.In cęteris autẽ ciuibus cõmunis status expedit possessiones habere distinctas ad vitãda litigia.Sicut enim & de Abraham & Loth scribitur in Genesi. Cùm enim contentius oriretur inter ipsorũ pastores pro pastura gregum , ne quæso dixit Abrahã ad Loth,sit iurgiũ inter me & te: & pastores meos & tuos. Fratres enim sumus.ecce vniuersa terra corã te est. Si ad sinistrã ieris ego dexterã tenebo.si dexterã elegeris,ego ad sinistrã pergam:per quod habemus,quod inter ciues expedit ad societatẽ seruãdã,ipsorum diuitias esse distinctas.& sic patet responsio ad prædicta.

De opinione Socratis & Platonis circa mulieres: quomodò sint exponenda rebus bellicis.

CAP. V.

SEd ad eandem politiam redeundo prædictorũ Philosophorum, quædam alia Aristo.eisdem attribuit in prędicto libro:quia volebant mulieres iustruendas in rebus bellicis. Quorũ argumentũ inducit secũdum ipsos:quia videmus in auibus rapacibus ferociores esse fœminas:& efficaciùs pugnare:hoc idẽ & de bestijs liquet : sicut præcipuè in ferocibus animalibus est manifestũ. Amplius autẽ corporale exercitium cõfert fœminis , quantũ ad virtutẽ corporis & fortitudinem:sicut in ancillis familiarũ:& mulieribus rusticanis est manifestũ:quia fortiores sunt & faniores. Virtutis autẽ propriũ est,q̃ bonũ faciat habentem : & opus suum bonũ reddat.Si ergo in gymnasijs ac rebus bellicis magis cõfortatur fœminea virtus, congruè opera bellica videntur eisdem competere. Amplius autẽ proportio qualitatũ primarũ ad hoc idẽ inducit,vt calidi & humidi:frigidi & ficci:ex quibus ad mediũ deductis,fortificatur mixtũ in sua virtute.Sic enim videmus ligna viridia ex quo in eis humidũ est eõsumptũ:& ad medium deductũ,q̃ fortiùs ardent. Sic etiã videmus in auibus rapacibus,q̃ fœminæ ratione sui motus sunt fortioris naturæ & maioris corpulentiæ.Cũ igitur in mulieribus abundet humidũ,sicut in pueris:per motũ consumitur & venit ad tẽperamentum:& vires recipit.Huius autem argumentũ assumitur de regno Amazonũ:quod fortissimũ fuit in oriente:& quasi totã Asiam tertiam partẽ orbis subiugauerũt sibi:vt hystoriæ narrant: quæ de Scythis oriẽtalib⁹ traxerũt originẽ.Vnde & apud ipsos Scythas,de quibus descenderunt Tartari,mulieres in rebus bellicis exponũtur: & eũ suis militant viris. Ex quibus omnibus moti fortè fuerunt præfati Philosophi in constitutione politiæ:mulieres fore ad opera bellica exponendas.Sed cõtra hanc politiam rationes sunt fortes, quibus difficile est respondere.Vna quidem est Aristo.in 2.Politicorũ. Quia nõ est eadem ratio de animalibus & hominibus:eò q̃ anima ilia nõ subijciuntur dominio Iconomico.Solus autem homo gubernationi intendit familiæ. Quæ quidem fieri nõ potest , vbi mulieres exponerentur armis:quia sicut in politia officia sunt distincta, ita & in iconomia:vt paterfamiliãs ad exteriora negotia intendit mulieres autem ad intrinsecos actus familiæ. Cuius quidem argumentum assumere possumus ex parte Romanæ reipublicę,quæ vt tradunt historiæ,duos habebat consules. Vnus intendebat bellicis rebus:alter rempublicã gubernabat. Hoc idem & de Amazonibus scribitur.In quorum regno seu monarchia duæ erant Reginæ:siue monarchæ:quæ sic distinguebãtur in officijs:sicut de Romanis cõsulibus est dictum.Secũda ratio sumitur ex ipsa membrorum muliebrium ineptitudine ad pugnãdum.Sic enim Philosophus distinguit de gestis animalium inter masculum & fœminam:quia masculus habet superiora membra grossiora: brachia: manus : neruos: & venas:ex quibus vox grossior generatur : nates verò & ventrem & alia circunstantia subtiliora. mulieres autem econuersò. Et hoc vt in actu generationis sint aptiores. Amplius autem & mammillas ad nutriendam prolem: quæ omnia sunt impeditiua pugnæ. Vnde & de Amazonibus scribitur.q̃ puellis mamillas amputabant dextras:sinistras autem comprimebant, ne impedirentur à sagittando. Tertia ratio sumitur ex dispositione animæ. Tradit enim Philosophus de gestis animaliũ.q̃ mulier est masculus occasionatus. Vndè sicut deficit in complexione,ita & in ratione.Et indè est,q̃ propter defectũ caloris & cõplexionis sunt pauidæ & mortis timidæ.Quod in bellis maximè fugiendum est. Propter verò defectum rationis, carent astutijs bellicis,quibus pugnantes vt plurimũ sunt victores: sicut Vegetius tradit de re militari.Vnde tradunt historiæ, q̃ Alexander quibusdam astutijs & blanditijs deuicit Amazones , magis quàm bellandi fortitudine.Quarum regnum temporibus eius fortissimum & potentissimum erat in Asia. Quarta ratio sumitur ex periculoso cõmercio viri & mulieris:quia actus venerius corrumpit extimationem prudentię:vt Philosophus in septimo Ethi corum.& impossibile est in eo aliquid intelligere.Ex qua causa virilis animus eneruatur.vnde ferunt historiæ Iulium Cæsarem cùm bellum immineret iussisse suas omnes delitias separari à castris : & præcipuè mulieres.Cyrus etiam Rex Persarum , cùm Lydos superare non posset quia fortissimi erant:& ad labores assueti , tandem per ludos & vsum veneris ibidem constitutos , virtute & fortitudine eneruatos perdomuit. De ipsis insuper Romanis antiquis , sic scribit Vegetius in principio primi libr.Ideò ipsos perfectos ab bellum semper:quia nullis voluptatibus: nullisque delitijs frangebantur.Quid plura:quia etiam equi fortissimi:qui aliàs sunt audacissimi ad pugnandum:& procul odorant bellum : ex præsentia equæ distrahuntur à pugna.Propter hanc ergo causam, ipsæ Amazones, vt historiæ narrant,nullum virum in sua recipiebant acie.Patet igitur ex iam dictis mulieres à rebus bellicis excludi debere.

Assumit alteram partem,quòd non est conueniens mulieres exponi debere bellicis rebus:& respondet ad argumenta in contrarium facta:

CAP. VI.

SEd quia motiuum dictorum Philosophorum probabilitatem habuit,sicut in argumentis apparet.solutendæ sunt ipsorum rationes:& cũ reuerentia pertractandę.Quod enim ponitur exemplum de auibus rapacibus: & quibusdam bestijs , quòd audaciores & fortiores sunt fœminæ ad pugnandum & capiendum prædam. ergo similiter erit in mulieribus.Ad hoc est responsio:quia non est simile de auibus & bestijs & mulieribus : vt enim dictum est suprà, homo naturaliter est ciuilis & iconomicus : & in gubernatione suæ familiæ proprius est actus mulieris:siue in nutritione filiorum:siue in honestate seruanda in domo:siue in prouisione victualium.Quę omnia fieri non possent , si rebus bellicis intenderent. Et propter hæc natura ipsam sic disposuit , vt ab ipsa pugnandi occasio tolleretur.Quia vt Philosophus vult in libro de animalibus. Mulieres debiliora habent corpora quàm viri:& sunt minoris caloris: & sola illa membra grossiora in eis videmus,quæ ad actum ordinantur generationis & gestum,vt venter & nates:ac ad nutrimentum mammillæ.Omnia autem alia habent subtiliora & debiliora quàm viri. & minùs neruosa,in quibus fortitudo consistit:vt sunt pedes & crura:manus & lacerti:& sic de singulis membris , vbi fortitudo fundatur:vt dictum est suprà.Quòd verò dicitur,quòd fortitudo augetur in eis per exercitium,hoc est verum. ergo pugnare expedit eis. Ad hoc responderi potest,quòd sola fortitudo non sufficit ad vincendum in pugna : vt probat Vegetius de re militari in principio. sed astutia belladi,qua mulieres carent.Rudis enim & indocta multitudo exposita est semper ad necem.Sic autem breuitas corporum Romanorum aduersus Germanorum proceritatem præualuit : vt ibidem dicitur.Et propterea mulieres non debent actibus exponi, ex quibus à virtutibus excludantur.Quod contingit si rebus bellicis deputentur:propter incentiuum libidinis, quod in eis est & respectu sui:& ex consortio viri. Propter quod natura mulieri multa frena prouidit:vt est verecũdia: quę est præcipuum vinculum eius, vt Hieronymus scribit ad Cellantiam virginem. Talares vestes, annulus in digito , seruitus viri. Sic enim scriptura sacra testatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam sub viri potestate erit, bellicis autem rebus intendere, in Repub. libertatem meretur. Vnde & militibus iura gentiū speciales apices priuilegiorum concedunt. Quod autem tertiò obijcitur, superidem meatū de fortitudine ad bellādum locū haberet, si sola fortitudo esset causa victoriæ, & aptitudo membrorum esset in fœminis ad pugnādū, sicut in viris. Cuius contrarium est probatū. Et propterea natura mulieris est à viro pati & non agere, pugnare autem summa est actio, cū sit actus fortitudinis, q̄ solus si laudabiliter exercetur, meretur coronam. Dicendū est ergo simpliciter mulierē non debere exponi bellicis rebus, sed in domo quiescere, curam gerere rei familiaris: vt dictum est suprà. Vnde & in hoc Salomon in fine Prouerb. fortitudinem mulieris commendat. Speciale de ipsa componens Canticum, sub literis Hebraici alphabeti, ac totū circa eam ad domesticam referens actionem. Mulierem, inquit, fortem, quis inueniet: Procul & de vltimis finibus pretium eius, quasi multū sit reuerenda, si habeat quæ sequuntur. Vnde primò ponit artem filandi. Quæsiuit, inquit, lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. Per hoc volens ostendere, quòd istud sit propriū earum officium. Propter quod & in gestis Caroli Magni scribitur, quòd filiabus suis quas intimè dilexit, colo & fuso mandauit insistere & operosas esse. Vlteriùs Salomon subiungit alios actus mulieris, qui referuntur ad domesticam domum: vt est filiorum curam habere, familiam dispensare, suæ domui prouidere, amicos viri sui honorare, ac defectus eius supplere, quæ sunt propriæ operationes coniugis, & ad bona matrimonij pertinentes: vt de Abigail vxore Nabal Carmelli scribitur. sicut patet in 1. Regū. Sed quia talis sollicitudo multas habet perturbationes: vt de Martha dicit in Luca. Martha Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima, cùm talia sint obiectū virtutis & fortitudinis, ideò dictus sapiens talem mulierē forte vocat, non quidem fortitudine ad opera bellica, sed ad patiēter gubernandam familiam: vt superiùs est ostensum.

Refert aliam opinionem dictorum Philosophorum, quantùm ad principatum quem volebant esse perpetuum, circa quam disputat ad vtramque partem.

CAP. VII.

Est autem & alia conditio quam Philosophus in 2. Politicorum attribuit politiæ dictorum Philosophorum, videlicet magistratus ad regimen iuxta morem Atticæ regionis. Cuius caput fuit Athenæ, post mortem, videlicet Codri Regis. Quos quidem magistratus, Romana Respublica senatores vocabat. Hos præfati Philosophi voluerunt esse perpetuos & quoscúnque officiales in sua politia constitutos. Quorum motuum fuit imitatio naturæ: vt Aristot. eis imponit. Videmus enim in terra, quòd partes eius eodem modo semper se habent: vt in mineris contingit, quia minera auri in eadem parte terræ semper generat aurum, & minera argenti argentum. Vnde in Iob 28. c. dicitur. Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est, in quo conflatur. Ex hoc ergo principio sic concludunt, quòd si locus auri nunquàm mutatur, & argenti: vt fiat locus plumbi vel ferri, nec locus plumbi vel ferri: vt fiat locus auri vel argenti. Sic & in principatibus contingere debet, quia nec principes, nec sui officiales mutari debent: vt fiant aliquando subditi: vel quòd subditi fiant officiales: vel principes, quia ars imitatur naturam inquantùm potest. Amplius autem ad hoc idem probandum sic argumentū assumi potest, quia vt Philosophus dicit in principio suæ Metaph. Experientia facit artem, & inexperientia casum. Et Vegetius de arte militari. Scientia, inquit, rei militaris nutrie au daciam. Nemo enim facere metuit, quod se bene didicisse confidit. Ex his autem arguitur, quòd si fiat mutatio rectorum. vel principū, seu magistratus, interdum assumitur inexpertus, ex quo multi contingunt errores in politia. Rursus ad idem. Talis vicissitudo regimini derogat: vt dictum est suprà in 2. libr. quia datur occasio subditis non obediendi ex spe euadendi manum principis: vel veniendi ad dictum principatum. Et sic motuum dictorum Philosopherum Socratis, videlicet & Platonis, videtur consonum rationi. Sed econuersò fuit motuum sapientum vrbis, siue Romanæ Reipublicæ. Quod post expulsionem Regum statuerunt consules: vnde in 1. Machab. scribitur inter alia commendabilia de Romanis, quòd committunt vni homini magistratum suum per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ, & omnes obediunt vni. Causam autem assignant hystoriæ: vt nec insolens diu maneret, & moderatior cito succurreret. Quam quidem causam Philosophus etiam tangit in secundo Politicorum, quia mutare aliquando principatum, ac dignitatem, magistratus personis idoneis distribuere, causa est maioris pacis in ciuitate & in politia quacúnque. Alia autem causa assumitur ex vno principio Philosophi quinto Ethicorum, vbi dicitur, quòd principatus virum ostendit. Contingit enim interdum personam assumptam ad dignitatem esse hominem virtuosum in gradu suo, sed postquā statum principatus accepit, eleuatur in superbiam & tyrannus efficitur. Sicut accidit de Saule, de quo dicitur in primo Regum, quòd quando assumptus est in Regem, inter filios Israël nō erat melior vir illo, & solis duobus annis in sua permansit innocētia. Postquā autem factus tyrānus & Deo inobediēs, dictum est ei per Samuelem. Quia abiecisti sermonem Domini, & non obedisti voci eius, abiecit te Dominus ne sis Rex. Amplius autem gradus quidam est in natura hominis, quantùm ad virtutes & gratias. Quidam enim sunt ad subiectionem dispositi, sed ad regimen minus valent. Quidem autē ecōuersò. Ex tali ergo opinione, quia bonus est subditus assumptus & malè regens est: si perpetuetur cū principatu, est causa scissuræ in ciuitatem, cōueniens est mutare rectores. Rursus appetitus honoris inest homini: vnde Maximus Valerius dicit, quòd nulla est tanta humilitas, quæ hac dulcedine non tāgatur. Et hinc sequitur aliud, scilicet quòd est superioris imperiē. Dare ergo principatum vni soli, est causa seditionis in multitudine. Et ista est etiam ratio Aristot. in 2. pol vbi dicit, q̄ Socrates semper facit eosdem principes, quod seditionis est causa apud nullā dignitatem possidentes. Videntes enim se omninò statu carere, si contingat eos esse viriles & animosos, ad discordias nituntur ciuium. Propter quod Maximus Valerius refert de Fabio duce Romano. li. 10. & de quo dictum est suprà, quòd cū sæpius consulatum habuisset, & in sua progenie talis dignitas à longo tempore per successionē continuata esset, id egit cū populo: vt aliquando vacationem eius honoris Fabiæ genti darent. Laudabilis igitur politia est, in qua secūdum merita vnicúique ciui vicissim distribuuntur honores: vt antiqui fecerunt Ro. quàm etiam Philosophus magis commendat.

Hīc declarat melius esse in politia non perpetuare rectores, & respondet ad partem oppositam: vbi etiam dicit, nullum in Lombardia habere dominium, nisi per viam tyrannicam, duce Venetiarum excepto.

CAP. VIII.

Sed quod pro se inducunt de miseris præfati Philosophi, non habet similitudinem siue necessitatem in arguendo, eo quòd mineræ, siue auri siue argenti, siue cuiuscunque metalli recipiunt impressionem à corpore cœlesti, quæ est ad vnum determinata. Vnde sicut ficulnea semper ficus producit & non alium fructum propter eadem principia quæ sunt in ipsis, & mediante influentia cœlesti. Ita & eadem pars terræ sic dispositā vt sit minera auri, semper facit aurum. Sed nō sic est de voluntate humana, quæ sideribus non subijcitur: vt Ptolomæus probat in Centilogio, quia volubilis est. Vnde actus humani ponuntur à Philosopho in Ethicis de cōtingenti materia, & inde variantur de bono in malū & econuersō. Et ideo peruersatio est periculosa. Sed quod posteà dicitur de experientia, hoc supponi debet: vt eligatur expertus qui possit & sciat regere, & ciues dirigere ad virtutē. Alias si eligitur vnus insufficiens pr tio vel amore, ia politia est corrupta. Formam enim eligendi tradit ille Ietro Moysi cognato suo: vt in Exod. scribitur, loquens de principibus & assessoribus populi. Proui de, inquit, viros potētes de omni populo, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & cōstitue ex eis tribunos, & centuriones, quinquagenarios & decanos, qui iudicent populum. Philosophus etiam in 5. Ethi dicit, quòd non fit inuitus hominem principari, in quo est natura humana tantū, sed illū qui est perfectus secundū rationem, quia si aliter fiat assumptus ad principatum, dat sibi plus de bonis & tyrannus efficitur. Quòd autem inducitur vltimò de derogatiōe regiminis, si principatus imitetur, hīc attendendum est sicut tactum est suprà in 2. libr. quòd regiones diuersificantur quantū ad homines, & in complexione & in modo viuendi, sicut cætera viuentia secundū aspectum cœli: vt Ptolomæus tradit in quadripartito. Si enim plantæ transferantur ad aliam regionem, ad eius naturam cōuertuntur. Simile est de piscibus & animalibus. Sicut ergo de viuentibus, ita & de hominibus. Gallici enim qui se transferunt in Siciliam, ad naturam applicantur Siculorum. Quod quidem apparet, quia, vt narrant hystoriæ, iam ter est populata dicta insula de præfata gente. Primò enim tempore Caroli Magni, secundò ad trecentos annos tempore Roberti Guiscardi, & tēporibus nostris per Regem Carolum. Qui iam imbuerunt ipsorum naturam. Hoc ergo supposito dicendum est, quòd regimen & dominium ordinari debet secundum dispositionem gentis, sicut ipse Philosophus in politicis tradit. Quædam autem prouinciæ sunt seruilis naturæ, & tales gubernari debent principaru dispotico, includendo in dispotico etiam regale. Qui autem virilis animi & in audacia cordis & in confidentia suæ intelligentiæ sunt, tales regi non possunt, nisi principatu politico, communi nomine extendendo ipsum ad Aristocraticum. Tale autē dominium maximè in Italia viget. Vnde minus subijcibiles fuerunt semper propter dictam causam. Quò! si velis trahere ad dispoticum principatum, hoc esse non potest, nisi Domini tyranizent. Vnde partes insulares eiusdem quæ semper habuerūt Reges & principes: vt Sicilia, Sardinia, & Corsica, semper habuerunt tyrannos. In partibus autem Liguriæ, Aemiliæ & Flaminiæ, quæ hodie Lombardia vocatur, nullus principatum habere potest perpetuum, nisi per viam tyrannicā: duce Venetiarū excepto, qui tamen temperatū habet regimen. Vnde principatus ad tēpus meliùs sustinetur in regionibus supradictis. Quod enim dicitur derogare politiæ, nō est verū si eligantur idonei. Aliàs vt dictū est, corrumpitur politia. Idoneos autē Aristo. tradit in politicis libr. 4. mediocres ciuitatis hoc est nec nimis potentes: quia de facili tyranni ot: nec nimis inferioris conditionis: quia statim democratizant. Cùm enim se in alto cōsiderant sui immemores: & sicut ignari regiminis in erroris baratrum submerguntur: vel de improuida cura ad subditos, vel de præsumptuosa audacia ad aliorum grauamina. Vnde & politia corrumpitur & inquietatur. Assumendi igitur sunt rectores vicissim in politia, siue consules, siue magistratus vocentur, siue quocúnq; alio nomine: dummodò idonei reperiantur. Amplius autem nec periculū imminet: quia iudicant secundum leges eis traditas, quibus sunt per iuramentū astricti. Vnde non est materia scandali puniendo: quia tales leges ab ipsa multitudine sunt institutæ. Rursus nec dominio derogat, si leuiter puniat secundum naturam gentis subiectę: quia aliquādo in talibus regionibus meliùs politia seruatur, dissimulando culpam vel dimittēdo pœnam. In quo facto virtus Epicetis de qua Philosophus loquitur in 5. Ethic. videtur locū habere, qui iustum legale diminuit. In quo etiā regimine regulę illius summi pastoris sunt attendendę. videlicet beati Gregorij in registro & pastorali, in quibus modum correctionis tradit, secūdum personarum statum & qualitatem.

Hīc disputat de communitate bonorum, quantùm ad possessiones, quā quidam Philosophus nomine Pheleas, dicit debere adæquari in omnibus: & quod est falsum: quod Ligurgus Philosophus sensit.

CAP. IX.

Et quia opiniones dictorum Philosophorum versabantur circa communitatem possessionū, congruum videtur de alijs dicere, qui circa ipsas sxam constituerunt politiam. Duo enim fuerunt Philosophi, qui cōsiderantes litigia generari in ciuitatibus ex eo, quòd vnus abundat & alter caret, voluerunt in sua politia adæquare in ciuitatibus suis possessiones. Vnus fuit Pheleas Chalcedonius, de quo Philosophus loquitur in 2. Politicorum. Alter fuit Ligurgus Spartanorum Regis filius: qui Lacedemonijs iura constituit, vt tradit Iustinus, vt æquata possessio neminem potentiorem altero redderet. Modus autem quem teneri voluit Phelea in adæquando, narratur à Philosopho: vt fieret videlicet in ipsa constitutione ciuitatis: habita consideratione multitudinis ciuium & camporum, aliàs difficilè iudicabat. Et vt hoc perseueraret, ordinabat matrimonia contrahi inter maiores & minores. Et sic per hoc tollebātur iurgia: monebantur iniuriæ: auferebantur arrogantiæ vel superbiendi materia. Ad hoc etiam mouebat exemplum in alijs politijs. Quia vbi est bonorū temporalium inæqualitas, cōtingit sæpiùs perturbatio. Ibi enim est inuidendi occasio. Inde cupiditas oritur, quę iuxta Apostolum radix omnium malorū est. Ipse etiam Ligurgus propter hanc causam in legibus quas Lacedemonijs tradidit, pro ipsorum conseruanda politia, artificiales subtraxit diuitias, siue numismata in commutatiōibus rerum venalium: in solis naturalibus diuitijs tales permutationes relinquens. Sed hanc positionē Philosophus reprobat in 2. Politicorum: ostendens hanc adæquationē omninò impossibilem: & per consequens contra rationē. Et primò ex parte humanæ naturæ, quæ non semper in familijs multiplicatur æqualiter: quia contingit vnum patrem familiàs habere multos filios: alium autem nullum. Quod ergo ísti duo haberēt æquales possessiones, esset impossibile: quia vna familia deficeret in victualibus: altera superabundaret. Et hoc esset cōtra prouisionē naturæ. Quia quæ familia plus multiplicatur in prolem, ampliùs cedit ad firmamentū politiæ pro pter ipsius augmentum, quàm quæ in generatione prolis deficit. Et quodam iure naturæ magis meretur à republica siue politia prouideri. Amplius autē natura non deficit in necessarijs, vt dictū est suprà. Ergo nec ars quæ ciuilis est regiminis. Sed hoc contingit, si in familijs adæquantur possessiones: quia videlicet ciues moriuntur penuria: vnde politia corrumpitur. Non tantū autem ex parte naturæ humanę sequitur incōueniens adæquare possessiones: sed etiā ex gradu personæ. Est enim differētia inter ciues, quemadmodū inter membra corporea: cui politia est superiùs cōparata. In diuersis autē membris virtus diuersificatur & operatio. Constat enim, q̄ maiores expensas cogitur facere nobilis, quàm ignobilis. Vnde & virtus liberalitatis in principe magnificentia vocatur: propter magnos sumptus. Hoc autē fieri non posset, vbi possessiones essent æquales. Vnde & ipsa vox euāgelica testatur de illo patrefamiliàs siue Rege qui peregrè perfectus est: qualiter seruis suis bona distribuit: sed nō æqualiter: imò vni dedit quinque talēta: alteri duo: alij verò vnum: vnicuique secundum propriam virtutem. Ampliùs autem nec ipse ordo naturæ hoc patitur: in quo diuina prouidentia res creatas in quadam inæqualitate constituit: siue quantùm ad naturā: siue quantum ad meritū. Vnde ponere æqualitatem in bonis temporalibus: vt sunt possessiones, est ordinem in rebus destruere: quem Augustinus respectu inæqualitatis diffinit de ciuitate Dei. Est em ordo parium & disparium rerū sua cuiq; tribuens dispositio. Et ex hoc Origenes in Periarchon reprehenditur: quia omnia dixit æqualia ex sui natura: sed facta sunt inæqualia propter defectum sui, hoc est propter peccatum. Non ergo ex adæquatione possessionū vitantur litigia: quin potiùs augmentantur: dum in hoc destruitur siue tollitur ius naturæ: quādo subtrahitur indigenti qui plus meretur. Item quia contra rationem est esse omnia æqualia in politia: cùm omnia Deus instituerit in numero, pondere, & mensura: vt in libr. Sapient. dicitur. Quæ gradum inæqualitatis ponunt in entibus: & per consequens in ciuilibus siue politijs.

Agitur rursus de politia Platonis & Socratis, quantùm ad genera hominum qui requiruntur in ea: quæ sunt quinque. Vbi multum disputatur de numero bellatorum.

CAP. X.

Sed redeundum est ad politiā Socratis & Platonis: quia quædam alia constituerunt in ipsa: præter ea quæ dicta sunt suprà. Suam enim ciuilitatem distinxerunt in quinque genera hominū. videlicet in principes: consiliarios: bellatores: artifices & agricolas. Quæ quidem diuisio satis videtur sufficiēs ad perfectionē ciuitatis: quia omnia genera hominū comprehendit: quæ ad regimen politicum pertinent. Sed Aristoteles in hoc prædicto Philosophos videtur reprehendere: tum quia numerū ponebant bellatorum excedentem proportionē ciuitatis. ponebāt enim mille bellatores ad minùs, vel ad plus quinque millia. Secūdum, quod Philosophus reprehēdit, est quia fic distinguebāt bellatores ab alijs, q̄ nullo modo se exponerent bellicis rebus alij ciues à bellatoribus. Sed quantū ad primum nō videtur determinatus numerus posse poni: eò q̄ omnes ciuitates nō sunt æqualis potentiæ & virtutis. Vnde cōsideranda est multitudo populi in ciuitate, & secūdum numerū constituere bellatores. Item latitudo regionis: vt sit sufficientia pascuorum & victualium. Vnde Aristoteles dicit in 2. Politicorū: q̄ si tanta debeat esse multitudo bellatorū in ciuitate, oportet ipsam adæquari ciuitati Babyloniæ quæ videlicet excedit in gētis multitudine: & in latitudine cāporum. Sed si attēdimus ad ipsum numerū bellatorū, qui est mille, vt historiæ tradunt, secūdum vnam expositionē politia Platonis & Socratis cū ciuitate cōcordant Romuli, primi constructoris vrbis à quo & ístud nomen miles originem habuit: vnde & miles dicitur electus ad bellandū ex numero mille: quia mille erant tunc expediti bellatores ab ipso electi ad pugnādum cōtra aduersarios vrbis: vt cōtra Sabinos primò: vlteriùs verò cōtra Samnites. Et sic in hoc cō cordabat Romulus cū Socrate & Platone: licēt primus cōditor vrbis per longū tempus Philosophos anteceſſerit sæpè dictos. Alio modo dicitur miles quasi vnus ex mille. Iuxta quod scriptura volēs commendare sanctum Dauid de constantia & fortitudine, dilectus inquit, meus candidus & rubicundus: electus ex milibus. Vt sic importet quādam excellentiam in pugnādo. Quos scriptura sacra expeditos vernaculos appellat in Genesi. Sic enim scribitur de Abraham, q̄ contra quatuor Reges processit, cū trecentis decem & octo expeditis vernaculis: qui quinque Reges deuicerāt, capto Loth nepote eiusdem Abrahæ, cū tota familia. Vnde satis credibile videtur, q̄ maiorem habuit multitudinem ad pugnādum: sed ísti nominantur propter ipsorum probitatē ad inuadendum. Sic & Gedeon trecentos elegit de populo Israēlitico ad pugnandū contra castra Madianitarum, vt in libro Iudicū traditur, quos probauit diuino mandato esse aptiores ad pugnam: ex eo, q̄ transiens populus quasdam aquas, omnibus ex populo bibentibus ex aquis prædictis & genua flectentibus, illi soli lambuerunt vt canes, non poplite flexo. Tales igitur sic electos non videtur possibile mille in ciuitate reperiri: & multò minus quinque millia. Et sic vera est sentētia Aristotelis contra Socratem & Platonem, si sic intendant. Secūdum verò quod Aristoteles improbat, est de distinctione bellatorū: quasi alij ciues sint immunes à bello: vt consiliarij & artifices. Quod nō est verum vbi sit aggressus multitudinis hostium contra ciues. Quamuis autem bellatores sint aptiores ad pugnā: quia experientiam habent & pugnandi artem: vt ait Vegetius, nemo facere metuit, quod se bene didicisse cōfidit: imperatum tamen multitudinis sustinere nō possent, nisi cum multitudine. Sic enim Iudas Machabeus defecit: quia cum paucis pugnauit contra multitudinem Bacchidis principis Demetrij Regis: recedente ab ipso multitudine siuæ gentis: sicut patet in primo libro Machabeorum. Hinc est etiam, quòd quāuis Saūl elegerit tria millia virorum ad defensionem sui regni: duo enim millia erant cum ipso: vbi ipse curiam tenebat, vt in Magmas & in Bethel: mille verò cum Ionatha in domo propria: vt in Gabaa Beniamin: nihilominùs contra multitudinem hostium multitudine vsus est. Vnde cum Naas Ammonites Rex eiusdem regionis obsideret cum multitudine Iabes Galaad trecenta millia de filijs Israēl cōgregauit in castris, & triginta millia de tribu Iuda, ad expugnandum Ammonitas præfatos: vt scribitur in primo Regū. Sed aduertendum, q̄ militaris disciplina Vegetij in tertio lib. secundum sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceptiam Lacedemoniorum siue Athenienſium reſtringit numerum in exercitu armorum: videlicet ad decem millia peditũ, & duo millia equitum: vel ad plus viginti millia peditum, & quatuor millia equitum, oſtendens magnam multitudinem eſſe damnoſam, tum quia difficilius regitur, tum quia laborioſius in victualibus prouidetur. Ibidem etiam in exercitu computat non ſolũ tyrones, ſed etiam auxiliatores, quod ad alios ciues referimus, qui non erant militiæ de putati. Et præterea idem Vegetius in primo libro: vbi docet eligi tyronẽ, ad agricolas & artifices magis remittit, eo quòd aſſueti ſunt ad labores. Aſſumendi ſunt igitur ciues ad pugnam, non ſolùm bellatores diſtincti in quocũque genere ſint, ſiue conſiliarij, ſiue artifices, ſiue agricultores, dũmodò diſpoſitionem corporis habeãt: vnde non impediantur à pugna: vt ſunt homines corpulenti & pondoroſi ad ambulandum, ciues nimijs delitijs dediti, homines etiã prouectæ ætatis, quos emeritos habebant antiqui Romani, homines etiam quos diuina lex prohibet ad pugnã. Hos excludere à pugna dignum videtur: vt patet in Deutero. Quos lex prædicta prohibet, inſtante exercitu & acclamante prætore. Vbi quatuor genera hominum ponuntur, qui à pugna excipiuntur ibidem, videlicet qui ædificaſſet nouam domum, & non ea fuiſſet vſus: vel qui plantaſſet nouam vineam, qui in proximo vxorem duxiſſet. Quæ quidem tria intentionem diſtrahunt à pugnante, & ex hoc efficitur minus audax. Quartum genus eſt nimis timentium mortem, qui à ſacra ſcriptura formidoloſi vocantur. Vegetius etiam in principio primi libri inter artifices quinque genera hominum dicit excludenda à caſtris, videlicet piſcatores, aucupes, dulciarios, ideſt, qui delitijs intendunt lenciones, ideſt, qui molles ſunt & flexibiles. Item qui videntur intendere ad geneſia, ideſt, ad opera muliebria: vt ſunt opera textrina ſiue venerea. Cæterùm de ordine caſtrorum ſiue exercitus & ipſius rectoribus ſeu motoribus, non eſt præſentis negotij, quia noſtrum non videtur congruum docere pugnare: vel de ciuſdẽ pugnæ gymnaſijs agere, ſed ſolam veram tradere politiã, per quam ſi ad veram pertingamus, diſponimur ad viuendum ſecũdum virtutem, & quaſi participamus cœleſtẽ, quæ eſt ciuitas Dei, de qua gloriosa dicuntur.

Hic declarat de politia, Hypodomi Philoſophi, quos reprehenditur, quantùm ad genera hominum, quia ponit ſolùm tria, & quantùm ad numerum populi.

CAP. XI.

PRæter has autẽ, quãuis Philoſophus in 2. Poli. multas pertractet, politias inter alios, tamen à ſupradictis qui multũ de politia tractauerunt, fuit Hypodomus Philoſophus Euriſontis filius, ſed Mileſius patria: vnde Thales vnus ex ſeptem ſapientibus originẽ traxit. Hic enim ſuam politiam ex multis & ad plura ordinauit. Et primò quidẽ in ea numerũ multitudinis determinatũ tradidit ciuitatem circa decem millia virorũ. Quem numerum ſufficienter putabat in omni ciuitate, cuius fortè fuit motiuũ, quod ſuperiùs traditũ eſt de caſtris, quia melius gubernantur, & in victualibus poteſt per rectores congruentius prouideri. Dicta autem multitudinem ad tria genera hominum reducebat, ad bellatores: videlicet artifices & agricolas. In qua quidem diuiſiõe ſic ponebat eos eſſe diſtinctos, quòd nec bellator ad cultum terræ, nec ad negotiationes, nec agricola ad arma tranſiret. Horum autem generum hominum ſufficientiam dicebat eſſe, quia ordinantur ad conſeruationem humanæ vitæ. Agricolæ quidem quantũ ad victum. Artifices autem quantũ ad tegumentum, ſed bellatores ad bonorum ſuorum firmamentum, ſiue cuſtodiam. Sed ſi ad ea quæ dicta ſunt ſuprà, & infrà dicendum, faciliter errorem dicti Philoſophi percipere poſſumus ex iam dictis, quia in politia determinatum numerum dare non poſſumus, ſed multiplicatur in ea populus vel propter amenitatẽ loci: vel propter famam regionis: vel propter fœcunditatem gentis. Rurſus videmus ciuitates, quòd quanto magis abundant in gente, tanto maioris potentiæ & famoſiores iudicantur: nec propter hoc impeditur in regimine, ſi per officiales bene diſponatur & rectores, quia pœnæ in legibus inſtitutæ hominum arcent malitiam: vt ſunt in politia medicinæ quædã: vt tradit Philoſophus in 2. Ethi. Nec iterum diſtingui ſic debet, quin cũ oportunitas hoc requirit, illa tria genera ſint admixta, quia artifices & agricolæ aliquando ſunt bellatores, cũ de iſtis duobus generibus hominum præcipuè eligantur tyrones: vt dictum eſt ſuprà ex verbis Vegetij. Et econuerſò dicimus de bellatoribus ad artifices & agricolas, cũ de eis ſæpius aſſumantur, ſed & ſua diuiſio de ſolùm tribus generibus hominum non eſt ſufficiens, quia relinquit conſiliarios & ſapientes qui ſunt principalis pars politiæ, ſine quibus conuenienter politia ipſa non regitur. vt enim hyſtoriæ tradũt: Demoſthenes Athenienſis præfatos viros peritos vel quoſcũque ſenes expertos ſic ſe habere ad politiam diffinit: vt canes ad gregem, quorum cuſtodia arcentur lupi, ſic & ſe habent ſapientes & aduocati in ciuitatibus, quia canes ſunt populi: vnde Tullius ſcribit in libro de officijs, quòd Solon plus profuit Reipublicæ ciuitatis Athenienſis, quæ legibus & inſtitutis eius erudita fuit, quàm victoria Themiſtoclis. Quod bellum geſtum fuerat conſilio magiſtratus ſiue ſenatus inſtituti ab eodem ſapiente, qui fuit vnus de ſeptem. Vnde & in Eccle. 16. c. ſcribitur. Melior eſt ſapientia, quàm arma bellica. Vegetius etiam de arte militari, & Maximus Valer. de Ariſtotele referunt, quòd cùm eſſet vitæ ſupremæ, reliquias ſenilibus atque rugoſis membris in ſummo literarum otio vix cuſtodiẽs adeò valenter pro ſalute patriæ incubuit: vt eam hoſtilibus armis quaſi ſolo æquatam in lectulo, Athenis iacens eriperet. Et quantùm ad hoc ſimile in eod. lib. Eccleſiaſt. 9. c. ſcribitur de ſapiente. Ciuitas parua & pauci in ea viri: venit contra eam Rex Magnus, & vallauit eam, extruxítque munitiones per gentem, & perfecta eſt obſidio, ſicut accidit de Athenis per Philippum Regem Macedonum: vt hyſtoriæ tradunt. Inuentus eſt in ea vir pauper & ſapiens: vt dicti Philoſophi, quorum fuit proprium mundum ſpernere, & quaſi vitam religioſam eligere, ſicut Hierony. ſcribit. Et poſteà ſubditur in eod. lib. quòd liberauit vrbem per ſapientiam ſuam. Concluditur ergo ex præmiſſis, conſiliarios non debere excludi à politia. Eodem etiam modo, nec rectores, cùm ſint caput vniuerſitatis ciuilis, ex quo totum corpus dependet.

Refert etiam opinionem eiuſdem, quantum ad poſſeſſiones quas in tres partes diuidit, & in quo ſaluatur ſua poſitio.

CAP. XII.

SVnt autẽ & alia, quæ dictus Hypodomus poſuit in ſua politica, vt eſt de diſtinctione poſſeſſionum. Quia in tres partes diſtinguebat poſſeſſiones totius regionis ciuitatis. Quaſdam enim deputabat ad rem ſacram, quæ ſcilicet diuino cultui dedicabãtur: vt ſunt hodie bona eccleſiaſtica. quaſdam autem aſsignabat cõmunes, quæ bellatoribus diſpenſabantur. quaſdam verò proprias, quæ agricolis debebantur. Artificibus verò nihil aſsignabatur, eo quòd ex arte ſuf ficienter viuere poſſent. Sed hæc diuiſio, & ſi inſufficiens videbatur in multis, inquantũ tamen ad aliquid laudabilis erat, in eo videlicet quòd diuinæ reuerentiæ deferebat. Quã quidem & iure naturæ, & iure diuino debemus, ſic enim mos fuit apud antiquos Romanos: vbi viguit diſciplina. Vnde & in Exod. ſcribitur, q̃ tota terra Aegypti imminente fame tempore Ioſeph, in ſeruitutem redacta eſt Regis, præter terram ſacerdotum, quæ videlicet ſic erat dedicata Deo, quòd alienari non poterat, ſicut nec hodie poſſeſſiones eccleſiæ, niſi multũ legitimis caſibus. Philoſophus etiam refert in ſua Metaphyſica, quòd Aegyptij fuerunt de primis Philoſophiæ vacantibus, & præcipuè in Mathematicis artibus, cuius ratione aſsignat, quia gẽs illa ſacerdotalis plus vacare permiſſa eſt ex abundantia: videlicet eorum quã habebant ex poſſeſsionibus eis conceſsis, per quæ tollitur ſollicitudo in quærendo victum. Et quãuis lex Moſayca prohibeat ſacerdotibus inter fratres ſuos poſſeſsiones habere, plus tamen eiſdem conceſsit, dũ omnium ciuium poſſeſsiones in parte fructuum percipiũt: videlicet decimarum. Vnde in Malach. ſcribitur. Afferte, inquit, omnem decimationem: vt ſit cibus in domo mea. Et de hoc quaſi de opere perfectæ iuſtitiæ ſe ille Phariſeus extollit in Luca. Decimas inquit do: videlicet ſacerdotibus & leuitis, omniũ quæ poſſideo. Rationabile etiã erat, q̃ Hypodomus de bellatoribus ſeu militibus ordinaueret, vt ſtipendia perciperent de bonis cõmunitatis ſicut communitati deſeruiunt. Sic etiam Romana Reſpub. ſtatuit, vt de publico ærario viuerent. Quo quidem titulo dixit Ioannes Baptiſta militibus. vt in Luca ſcribitur. Eſtote inquit contenti ſtipendijs veſtris. Et Apoſtolus in prima epiſtol. ad Corinth. Quis inquit militat ſtipendijs ſuis vnquàm? Sed in hoc ſua deficiebat politia: in quantum ſolis agricolis proprias aſsignabat poſſeſsiones: niſi forte hoc dicatur ratione agriculturæ: quia hic eſt proprius corũ actus. Vnde agricolæ proprias dicuntur poſſeſsiones habere, quantum ad culturam. Cæteri verò ciues, quantum ad vſum. Aliàs eſſet imperfecta politia & defectiua. Conſtat enim poſſeſsiones vt dictum, eſſe ſupra in ſecundo libro inter naturales diuitias compuaari: quæ ſic vocantur: quia homo ipſis naturaliter indiget neceſſaria humanæ vitæ: & propter ipſarum amenitatem, ad refocillationem animæ. Vnde primus homo primò vſus eſt eis diuino mandato: quia collocatus eſt in paradiſo, quem dominus plantauerat diuerſis arborum generibus: vt operaretur & cuſtodiret illum operatione quidem delectabili ſine fatigatione: vt Auguſtinus exponit octauo libro ſuper Gene. ad literã. De primis etiã filijs adæ videlicet. Caym & Abel hyſtoria Geneſ. narrat, quòd prima ars quam didicerunt, fuit gubernare diuitias naturales, quia Caym factus eſt homo agricola. Abel autem cuſtos ouium. In hoc voluens oſtendere, ipſas eſſe inſtitutas ad indigentiam vitæ. Ergo non ſolis agricolis erant aſsignandæ poſſeſsiones: vt Hypodomus dicit. Ad perfectionem igitur politiæ requiritur: vt non ſolùm agricolæ proprias habeant poſſeſsiones, ſed etiam alij, niſi eo modo quo ſuprà eſt declaratum. Et tanto amplius abundent, quanto in altiori culmine ſunt conſtituti: vt ſuprà de Regibus eſt dictum: vt iam patuit, ne fortè ex nimia cura rerum temporalium diſtrahantur à rebus bellicis: vel ipſorum nimia amenitate molleſcant, quod cedit in politiæ non modicum detrimẽtum. Vnde & ipſe Hypodomus proprias eis auferebat poſſeſsiones, vt ſolis armis intenderent.

Ponit opinionem eiuſdem circa iudices & aſſeſſores politiæ: vbi diuiſionem facit multiplicem & notabilem, circa ea quæ ſunt agenda per iudices.

CAP. XIII.

ET quia Philoſophus de dicto Hypodomo longũ adhuc ſermonem fecit circa ſuam politiam: & de ipſa multũ eſt dictum, ſub compendio accipienda eſt ſua traditio quæ reſtat. Omnium enim referre politias: cùm quælibet ciuitas ſuam habeat & diuerſam, laborioſum eſſet ſcribere & faſtidioſum audire. Illud autem in quo multũ inſtitit dict⁹ Hypodomus, fuit de iudicijs, vt refert Ariſtote. in 2. Politic. Primò quidem de iudicijs reſpectu ſui: quia omnia iudicia ad tria reduxit, in quib⁹ homines litigãt. videlicet vel de damno rerum, vel de iniuria in perſonã. Et hoc dupliciter: vel de offenſa in verbo, vel de geſtu quod dehonorationem Ariſto. appellat: ſecundum dictum Philoſophum: vel eſt de læſione: ſiue percutiendo, ſiue vulnerando, quã Philoſophus mortem vocat: quia ad mortẽ ordinatur: de quibus lõgus eſt ſermo in iure ciuili: & hinc iniuſtificationem vocat ibidem: quia contra iuſtitiam exercentur. Diſtinguebat etiam de iudicijs ex parte iudicantiũ: quia ad duo genera referebat. videlicet, ad patronũ ordinarium. Secundum verò erat prouocatorium, quod ipſe principale vocat: in quò erat appellationis refugiũ. Et iſtud, vt Philoſophus narrat in 2. Politicorum, volebat conſtitui ex ſenioribus electis ciuitatis: qui malè iudicata reuocarent. quos Thuſci ancianos vel priores vocant: & ad hoc ſunt inuẽti. Interdũ autem eſt ſindicus conſtitutus ad idem, ſic nominatus quaſi curam gerens politiæ, ne lædatur per iniuſtitiam, vt faciunt collegiorum œconomi. Itẽ ſtatuit dictus Hypodomus in ſua politia: inutróq; prętorio: tam ordinario quàm principali, vt iudicia fierent ſine collectione ſapientum: ſed quilibet ſcriberet ſigillatim in pugillaribus de ſententia ferenda ſuum conſilium: quã ordinario vel iudici appellationis ſecretò porrigeret. cuius cauſam Ariſto. aſsignat, ne for tè timore ciuium deieraret & declinaret à vero. Quemadmodũ hodie politiæ Thuſcorum obſeruãt: ponẽdo fabam ſiue denarium in piſcidibus deputatis ad affirmatiuam vel negatiuam ſuper rebus agendis pro republica ſiue pro condemnando ſiue pro abſoluendo ciuem. Item ſtatuit idẽ Hypodomus in ſua politia quaſdẽ leges pietate plenas: & iuri naturæ conſentaneas circa quædam genera hominum. Primò quidem quantũ ad ſapientes: vt ſi ex eis aliquis ordinaret expediens ciuitati vel caſtro, honorem conſequeretur iuxta meritum operis: ſicut factum eſt Ioſeph per Pharaonem, vt in Geneſi ſcribitur: & ſic accidit Mardocheo per Aſſuerum. Et hic propter beneficia quæ vterque contulerat, vnus quidem regioni: alter verò principi. Hoc idem etiã de bellatoribus præcipit, vt ſi aliqui eorum morerentur in bello ob defenſionem patriæ & bono ciuitatis ipſorum nati acciperent cibum de ærario publico. In quo quidem Romana reſpublica maximè conatum adhibuit, victorioſos milites honorare, ſiue in morte, ſiue in vita: vt hiſtoriæ tradunt. Sed præcipuè in filijs: quia in eis cùm ſi ipſorum ſimilitudo, ſatis perpetuatur memoria: vt verũ ſit, quod in Eccleſiaſtico ſcribitur. Mortuus eſt enim & quaſi non eſt mortuus. Similem enim reliquit poſt ſe. videlicet, in beneficio adepto cauſa patris. Item ſtatuit quòd totus populus. videlicet, tam bellatores: quàm artifices: quàm etiam agricolæ, principem eligerent: nolebant enim principem per ſucceſsionem: quemadmodùm pro maiori parte obſeruant ciuitates Italiæ. Item ſtatuit, q̃ princeps de tribus haberet curam: præcipuè. videlicet, de rebus cõmunib⁹: de peregrinis: & orphanis. Orphanos vocant omnes impotẽtes, qui inõ poſſunt ſua iura conſequi. Quod & lex diuina ſpecialiter præcipit: eò quòd eoſdem alij de facili lædunt, propter impotentiam reſiſtendi. Iſta ſunt igitur quæ de politia tradit idem Philoſophus. Et quamuis idem Philoſophus in ſecundo Politicorum ipſam reprehendat in multis quæ diſputabilia ſunt in vtranque partem: ſicut actus humani cùm ſint de materia contingenti; multa tamen laudabilia ſcribit & quæ cum politia Romana concordant: ſicut infrà videbitur. Et hic de ipſo intantùm ad præſens ſint dicta.

De politia Lacedemoniorum, quam reprehendit circa regimen ſeruorum & mulierum & circa bellatores.

CAP. XIIII.

NVnc igitur ad alias politias procedendum, quas Philoſophus refert in prædicto libro ſecundo: vt Cretenſium & Lacedemoniorum: quæ clarę videbantur: & ex fama regionis & ipſarum antiquitate: & earum auctore. Et licèt in multis Ariſtoteles commendet politiam prædictam, multa tamen ibidem reprehendit. Primò quidem de remiſsione quantùm ad ſeruos: quia non vt ſubditos: ſed vt amicos eos habebant. Et inde laſciuiebant & efficiebantur elati: & concitabant rixas in confinibus Lacedemoniorum contra tyrannos: vt de eis illud competeret, quod in Prouerb. 29. c. dicitur. Qui delicatè à pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſteà illum ſentiet contumacem. Item ibidem dicitur. Seruus verbis non poteſt emendari: quia quod dicis intelligit: & reſpondere contemnit. Sed fortè hoc non ſine ratione contingit interdum, quando imminent pugnæ cum hoſtibus: quia tunc ſerui manumittuntur: eo quòd audaciores ſunt ad aggrediendum. Vnde in 3. libr. Regum ſcribitur, quòd rex Acab per pediſſequos ciuitatis, ex mandato Dei Syriam percuſſit & fugauit. Propter quod hiſtoriæ Romanæ tradunt, quòd poſt confli etum ipſorũ apud Cannas tanta fuit ipſorum ſtrages, quòd coacti ſunt relegatos & proſcriptos reuocare. ac ſeruos libertate donare: ex quibus aciem fecerũt. ad defenſionem vrbis. Quia ergo Lacedemonij infeſtos habebant confines, ideò ſeruos leuius tolerabant. Lacedemonij enim confines erant: vt ipſe Ariſtoteles dicit: duabus regionibus. Arcadiæ videlicet. & Meſenę. Itẽ Theſalonicę. Ab alia autem parte Achaiæ & Thebeis, qui antiquitus multum viriles fuerunt. Reprehenduntur ergo Lacedemonij, ſi populares, quos ſeruos vocant, ſuſtinent: non refrenando eorum ſtulticias ex iam dicta cauſa. Sed tolerari poſſunt, ſi confines ſunt nimis infeſti: vt dictum eſt ſuprà: quia prædictis ſeruis datur audacia ad inuadendum & refrenãdum malitiam hoſtium. Et ex eadem cauſa dabatur libertas mulieribus. Vnde efficiebantur laſciuæ. De hoc enim à Philoſopho reprehenduntur, quòd ſuas mulieres nõ reſtringebãt à diſcurſibus. Quod mulieri eſt laqueus libidinis: vt de Dina accidit filia Iacob: ſicut in Geneſi ſcribitur. Quæ oppreſſa fuit à Sichem, filio regis Emor: quia ſine cuſtodia diſcurrebat per regiones. Vnde in Eccleſiaſt. 26. ca. dicitur. In filia non auertente ſe, firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione, abutatur ſe. Ita & de Lacedemonijs contingebat, quòd viuebant voluptuoſe propter nimiam libertatem. Sed eos excuſat Ariſtoteles, propter ipſorum nimia bellorum exercitia, quę habebant Lacedemonij. Vnde vxores eorum cogebãtur diſcurrere ad gubernationem familiæ. Sed ſi aliàs ſuſtinuiſſent ipſorum viri, mala erat politia. Tertium autem quòd Ariſtoteles diſputat de Lacedemoniorum politia, eſt circa milites: vtrum deberent vxores habere. vel mulieribus coniungi: quia ſi hoc eſt, diſtrahuntur à pugna. Ex actu enim carnali delectationis molleſcit animus & minus virilis redditur: vt dictum eſt ſuprà. Et ſententia eſt Platonis, vt Theophraſtus refert, quòd militaribus rebus intentis non expedit nubere. Sed Ariſtoteles iſtud reprobat dicto ſecundo lib. quia bellatores naturaliter ſunt proni ad luxuriam. Cauſa autem aſſignatur in quodam libello, de problematibus, tranſlato de Græco in Latinum Frederico Imperatori. Sed Philoſophus ibidem introduxit Hæſiodi poetæ fabulam: quæ Martem cum Venere iunxit. Vnde ſi abſtineant à mulieribus, prolabuntur in maſculos. Et ideò Ariſtoteles in hoc reprobat Platonis ſententiam: quia minus malum eſt mulieribus carnaliter cõmiſceri, quàm in vilia declinare flagitia. Vnde Aug. dicit, quòd hoc facit meretrix in mundo: quod ſentina in mari. vel cloaca in pallatio. Tolle cloacam, & replebis fetore pallatium: & ſimiliter de ſentina. Tolle meretrices de mundo: & replebis ipſum Sodomia. Propter quam cauſam idem Aug. ait in. 13. de ci. Dei, quòd terrena ciuitas vſum ſcortorum licitam turpitudinem fecit. Hoc etiam vitium Sodomiticum ipſe Philoſophus in. 7. Ethico. dicit accidere propter vitioſam naturam & peruerſam conſuetudinem. Et horum etiã non eſt conuenientiam vel inconueniẽtiam aſſignare: cùm non ſint per ſe delectabilia humanæ naturæ. Vt de medium virtutis ibi eſſe non poteſt. Et hoc concordat cum apoſtolo ad Ro. qui tales actus ignominiæ paſſiones appellat. Quartum autem quòd Ariſtoteles reprehendit in Lacedemoniorum politia, eſt de inæquali diuiſione poſſeſsionũ: quia vnus ciuis quaſi totam occupabat regionẽ: ex re. videlicet pecuniaria: ſicut ſæpius accidit de fœneratoribus: alij verò ciues expoliati fugiunt: & ſic remanet politia nuda. Item circa vxores: quia in bonis defuncti, vxor ratione dotis duas occupabat partes, ſicut accidit in Francia de medietate bonorum. Reſiduum verò diſtinguebatur, ſeu diſtribuebatur heredibus, & pro ſuis legatis. Sed quamtuncúnque tolleretur apud Lacedemonios de alijs ciuibus diminutio poſſeſſionum, quantum tamen ad bellatores, ſuſtineri non debet: quia per eos ciuitas conſeruatur in ſua virtute. Hoc autem Ariſt. accidiſſe Spartiatis, hoc eſt, Lacedemonijs dicit: quia ad nihilũ ſunt redacti propter dictam cauſam. Cùm tamen ſoliti eſſent habere decem millia bellatores: quod non erat modicum apud veteres. Iſti autem ſunt illi Spartiatæ, de quibus agitur in ſecundo Machab. qui propter virilitatem animi, cum Iudæis & Romanis ſpecialem habebant amicitiam.

Reprehendit etiam dictam politiam, quantum ad leges filiorum & iudicum: mouens quæſtionem, vtrum pauperes ſunt eligendi ad regimen politicum.

CAP. XV.

EST & aliud q̃ reprehẽdit Ariſt. in dicta politia, de generatiõe, videlicet filiorũ. Statuerãt enim in ſua politia ad ꝓuocandũ ciues, q̃ zelarent multiplicationẽ ꝓlis: q̃ qui tres haberet filios, aſſumeretur ad dignitatẽ publicorũ negociorũ. Et q̃ quatuor, eſſet ſine vectigali.

Universidad de Deusto Biblioteca

Hoc autem erat causa depauperandi ciues. Vnde fiebant impotentes ad inuadendum hostes,& hoc fuit in eis causa dissensionis. Vnde regio diminuta est in virtute. Istud autem reprehensibile esse in ratione fundatur. Quia quòd quis generet plures, non est virtutis, ex qua quis meretur præeminentiam. Puta vt in bellando pro Repub. quod est virtutis fortitudinis: vel in cõsulendo ciuitati, quod pertinet ad prudẽtiam: vel in regendo ciues, quod pertinet ad iustitiam: vel in conseruando honestè cũ eis, quod pertinet ad temperantiã. Sed quòd in generando quis mereatur præmium in Repu. hoc non est virtutis, quia etiam vilis homo potest habere virtutem generatiuam meliorem. Vnde quòd in hoc honoretur, non est dignum, quia honor debetur nisi propter virtutẽ: vt Philosophus dicit in 1. Ethi. In omnibus igitur actibus politiæ inter ciues æqua debet esse ponderatio oneris & honoris, præter quam in prædictis: vt verum sit, quod dixit Dauid, sicut in primo Regum scribitur. Recuperatis spolijs, de Sicelech contra Amalechitas, æqua, inquit, erit portio euntis ad bellum, & remanentis ad sarcinas. Et quãuis lex Mosayca sterili maledictionem imprecetur: vt in Exod. & Deuter. est manifestum, & ad multiplicandam generationem plurium vxorum sit facta cõcessio, hoc non fuit sibi concessum, nisi ad virtutem referẽdo ad cultum diuinum. sicut Aug. dicit de ciui. Dei. Aliud autem, quod reprehendit Philosophus in Lacedemonijs: vnde ipsorũ corrupta fuit politia circa electionem, iudicum est, quia eligebantur pauperes, qui egestate compulsi, corrumpebantur pecunijs à maioribus, & inde opprimebatur iustitia & exercebantur tyrannides. Cõparatione ergo istius politiæ Democratiam Philosophus magis cõmendat, quia deficientibus in ciuitate hominibus virtuosis ad regimen, ex quibus cõstituitur principatus, qui Aristocratia vocatur, melius regitur per diuites malos, ex quibus constituitur pincipatus, qui appellatur Democratia. Non ergo expedit politiæ pauperes assumi & cupidos ad iudicandum. Vnde narrant historiæ, quòd duo viri per consules Romanos fuerant electi ad gubernandum Hispaniam, quorũ vnus nimis pauper, alter nimis erat auarus. Cúmque delatio facta fuisset in Capitolio de ipsis, quia de hoc litigabant, Scipio Africanus de neutro consuluit: vtrũq; corruptorem diffiniens politiæ siue cuiuscũq; regiminis, quia se habent ad ciuitatem: velut sanguisugæ ad corpus humanum. Vnde in Prouerb. dicitur. Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes: affer affer, quasi ad hoc sit principalis eorum intentio, extorquere pecunias. Sed quid dicemus de Fabricio consule, qui pauperrimus fuit: vt scribit Valerius Maximus. Itẽ de Lucio Valerio, de quo dictum est suprà qualiter in summa paupertate mortuus est. Ad hoc autem distingui oportet de duplici indigentia: volũtaria, scilicet & necessaria. Voluntariã habuit Christus & sui discipuli. Et hanc habuit Fabritius & alius consul Romanus, qui vt fideliter gubernaret Rẽpubl. diuitias contẽpserunt. Maluit enim Fabritius diuitibus imperare, quã locupletem fieri: vt dictum est suprà de ipso. Hæc ergo non repellitur à regimine, sed secũda necessaria, quia talis rarò: vel nunquã bene regit: vel cõsulit, nisi suo appetitui vacuo satis detur. Cuius ratio & differentia de vtraque paupertate haberi potest, ex diuersitate finis. Finis autẽ paupertatis voluntariæ est bonũ honestũ, siue bonũ virtutis. Finis verò necessariæ inopiæ est bonum vtile, ad quod appetitus eius est pronus. Hoc autem est, cuius gratia aliquid agitur: vt Philosophus dicit. Quicquid ergo agunt qui talẽ habent indigentiã, ad hunc finẽ deducunt: vt suũ impleãt ventrẽ & bursam. Sed qui voluntariam, sicut contẽptiui diuitiarũ, ordinãt omnia ad virtutem. Et ideò cũ gubernant vel regũt ciues, semper in eis bonũ virtutis intendunt, quod est bonũ humanũ: vt idem Aristot. dicit in 1. Ethi. Amplius autem natura nihil frustrà operatur: vt dicit Philosophus in 1. de cœlo. Appetitus verò eius qui nõ habet diuitias ex necessitate & non volũtate, semper tẽdit ad habendum diuitias. Si ergo nõ consequitur, erit frustrà. Et ideò natura appetitus ad hoc impellit, sicut refugiens vacuum, quod sustinere non potest. Ergo difficilè est vitare: vt nõ insequatur quocũque modo ab habendum diuitias. Periculosum est igitur politiæ siue Reipub. pauperem assumi ad consulatum siue ad iudicatũ: vt Philosophus dicit, nisi quãdo paupertas est placida, quia tunc est resecata cupiditas, quæ omniũ malorum est radix: vt scribit Apostolus. Talis enim indigens ad regimen politię est optimus. de quo in Ecclesiast. scribitur, quod inuentus est vir pauper & sapiens, qui liberauit vrbem per sapientiam suam, nulla videlicet cupiditate impeditam.

Redit adhuc super politiam Lacedemoniorum, quantum ad ipsorum Regem, reprobans modum quem tenebant circa ipsum, ostendens inconuenientia quæ sequebantur ex hoc.

CAP. XVI.

POst hoc autem & super Lacedemoniorum regimen est agendũ. Volũt enim hystorici: vt Iustinus Hispanus magnus gestorum scriptor, dictam ciuitatem habuisse Regem, & ipse Aristo. in 2. politicorum hoc affirmat, quòd Rex esset respectu regionis & prouinciæ, sicut in vrbe contingit. Hoc etiam videmus in multis partibus Europę occidentalis & Borrealis, quòd Regem habeant, & quęlibet ciuitas suas leges & politiam. Puta, Francia, Hispania, Gallia, & Germania, Lacedemonij igitur qui Spartiatæ siue Spartani, Regem habuerunt, in quo Catellus regnauit. Cuius Ligurgus: vt tradit idem Iustinus, in pupillari ætate curam suscepit: vt in Cretensi politia patebit. Circa quod quidem regimen Regis Spartiatarũ seu Lacedemoniorum procedit Philosophus in politi. reprehendens ipsum de multis. Primò de prouisione Regis, quia non sustinebant occasione inuenta, quòd regimen esset perpetuum. Sed nec etiam ad vitã modum rectorum politicorum seruare volentes, quod in præiudicium non modicum videbatur esse regiminis. Quia in hoc eneruabatur ipsorum potestas, & subditis dabatur occasio resiliendi à legibus obseruandis. Et sic non poterãt ipsorum Reges facere viros perfectos & virtuosos. Propter quam causam, licet dictus Philosophus non faciat mentionem, hystoriæ tamen tradunt Lacedemonios fuisse gentem indomabilem, nisi quòd dictum Ligurgum fuit morum maturitate, ac præclaris legibus regulata, de quibus infrà dicetur. Sequebatur etiam istud inconuenieus, quòd si quando ciuitas legatos mitteret: vt ipse Philosophus dicit, ad aliquam ciuitatem vel prouinciam siue regionem, cùm quidam ex eis pugnarent pro Rege, quidam autem hostes forent, cognoscebatur ipsorum dissensio. Vnde minus erant cari, & de sua legatione raro reportabant intentum. Et aduertendum: quòd quãuis consules in vrbe annuales essent: vt dictũ est suprà, & assignata causa est, sicut & magistratus Athenis, tamen non sic erat faciendũ de Rege, imò si nõ sit perpetuus: valde periculosum est ciuibus. Dictum est enim suprà, quòd hæc est differẽtia inter Regem & rectorem politicum, quòd alter videlicet politicus, solis legibus suæ ciuitatis populum iudicat. Regalis verò princeps: vltra leges quas inuenit vel antè statuit, oportunis tẽporibus legibus quas in pectore defert: vtitur pro meliori exitu sui regiminis ac suæ gentis salute. Si ergo tales principes ad tempora regnent, contingit ipsos ad iudicandum esse præcipites, siue cõtra ciues qui de ipso amouendo fuerunt soliciti, siue alicuius rei adipiscendæ cupidine: vel vt amicis præstent gratiam, quã si regnassent nõ fuissent facturi. Quãtùm autem ad primum, habemus exemplum illius qui dixit in Luca, exponendo vt litera sonat. Verum tamen inimicos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc & interficite ante me. Hoc eodem modo vt hystoriæ tradunt, Herodes occidit multos ex nobilibus Iudæorum qui conabantur sibi regnũ auferre. Quantũ autem ad secũdum exemplum assumi posset de Villico iniquitatis in eodem euangelio. Quod extendi potest ad omnem gradum regiminis, quia gerunt vicem dominorum in terra, quod & principes orbis faciunt in respectu Dei. Cùm enim timent amoueri ab officio, de ærario publico dominij sui iugiter sibi amicos copulant. Ex quibus omnibus manifestum est, quòd maximum est periculum alicui temporali rectori, conferre regendi arbitrium in faciendo iustitiam. Sed si dominium est perpetuum, rector curabit de subditis, sicut de re propria, ad quam quotidiè & continuò solicitatur, quasi ad suas diuitias naturales & ad indeficientem thesaurum. Propter quod sic ipsos gubernat, sicut pastor gregem, & sic hortulanus plantam, quorum qualiscũque læsio eis efficitur scandalosa.

Ex eadem causa ponit quædam in dicta politia Lacedemoniæ reprehensibilia, quæ erant materia dissensionis in populo.

CAP. XVII.

INerat etiam quædam consuetudo talibus dominis in politia Lacedemoniorum, ex eadem causa trahens fortè originem, quia tales principes de Repu. non curabant: vt in eorum solennitatibus & ostentationibus primum fierent exactiones in populum. Vnde grauati pauperes, seditionem concitabant, & sic eneruabatur politia. Propter quod vt de publico fieret ærario. Philosophus in 2. lib. poli. magis commendat. Quam quidem consuetudinem dicit in Creta fuisse, siue legem constitutam. Exactiones enim siue vectigalia multiplicata in populo, nisi pro vrgenti causa: vtputà pro cõseruatione ciuitatis vel regionis, ipsam conturbant, & sunt in ea causa dissensionis & litis. Ex hac etiam eadem ratione sequebatur aliud inconueniens, quòd naualis princeps distinguebatur ab ipsa. Ex qua sequebatur diuisio animorum, & per consequẽs dissensio politiæ, quòd non accidisset, si fuisset princeps perpetuus, quia quicúnque fuisset dux ciuitatis, fuisset ei subiectus. Facit autem mentionem de nauali bello, quia Lacedemonij, multum dominabantur mari. Concluditur etiam ex eodem fortè malam esse politiam prædictorum, quia viri militares non assumebantur qui essent fortes virtute, videlicet fortitudinis, quæ est vna de principalibus inter quatuor, qua ciues exponunt se morti pro Republica, sicut Regulus apud Pœnos. Sed habebant dicti milites siue principes artem virtutis, quam Philosophus increpat in sua politica. Distinguit enim Aristoteles in tertio Ethicorum duplicem fortitudinem, quarum alteram hîc tangit, quæ militaris dicitur, quæ solis viribus innititur corporis, & hanc Philosophus vocat partem virtutis, siue fortitudinis, quia requiritur interdum in vera fortitudine. Alia est quæ gratia Reipublicæ se exponit & non cedit, neq; fugit periculis excrescẽtibus, de qua Seneca dicit in lib. de Dei prouidentia. Fortissimos inquit, sibi pares fortuna quærit. Ignem experitur in Mutio, paupertatem in Fabritio: exilium in Rutilio: tormenta in Regulo: venenum in Socrate: mortem in Catone. Et de qua etiam dicitur in primo Machab. per Mathatiam de filio. Iudas, inquit, fortis viribus à iuuentute sua, sit vobis princeps: & ipse aget bella populi. Pro qua hostibus gratia reipublicæ non cedens: sed pro ea dissolutus corde in cęde oppressus occubuit. Prima autem fortitudo est imperfecta: secunda autem perfectissima virtus. Assumere igitur ad bellandum siue principem siue quemcũnque militem, qui non sit fortis secunda fortitudine, non est bonæ politiæ: quia sæpiùs tales conuertuntur in tyrannos vel periculis cedunt: vt dictũ est suprà. Item ex eadem causa: quia. videlicet princeps non perpetuus erat, nec ad vitã contingebat: non erant in politia Lacedemoniorum expensæ communes pro bellatoribus. Et indè sequebatur, ꝙ experti milites non gerebant bella populi, propter defectum stipendiorũ, quibus respublica prouidere non poterat: sed exponebantur idiotæ, id est, inexperti plebei videlicet, & amatores pecuniarum: & hoc Aristoteles reprobat in dicto libro, quia sæpiùs erant causa ruinę populi. Hæc igitur de politia Lacedemonica intantùm dicta sufficiant.

Hîc declarat de politia Cretensi: & differentia eius ad Lacedemonicam: de auctoribus dictæ politiæ, & de legibus Ligurgi.

CAP. XVIII.

PErtractat etiam dictus Aristoteles in dicto libro de politia Cretensium: quam dicit traditã à Ligurgo fratre Regis Lacedemoniorum, cui nomen Polibita patre Catilli: vt Iustinus refert. Item à Minoe Rege eiusdem insulæ: qui fuerunt primi Legum inuentores in Græcia: ad quas discendas profectus est Pythagoras, ipsásque Cretenses perdocuit: sicut idem tradit Iustinus. De quibus etiã duobus Philosophus in præfato libro mentionem facit: & licèt diuersæ historiæ de Ligurgo diuersimodè loquantur: nos tamen relationi eiusdem Iustini magis insistimus: quia præclarissimus fuit historiarum scriptor antiquus: & hinc fortè contigit, Lacedemonicos cum Cretensibus eandem habuisse politiam: vnde Philosophus dicit Lacedemonios in hoc imitari Cretenses: quasi ab ipsis leges habuerint. Licèt igitur in multis conueniant, differunt tamen quantùm ad conuiuia & festiuitates: quia fiebant de communi ærario apud Cretenses quod dabatur ab incolis de fructibus & pecoribus, quæ offerebantur in sacrificijs in his quæ ad deos pertinẽt, quo modo inuentæ sunt decimæ. Alia differentia erat de mulieribus: quia Lacedemonij celabant multiplicationem prolis. Cretẽ. non tantùm. Tertia differentia erat de agricultura: quia terras Lacedemoniorum colebant serui: terras verò Cretensium colebãt incolæ: per quos oblationes fiebant iam dictæ. Quarta differentia erat: quia apud Cretẽ. eligebantur consules siue sapientes, quos Bosmoyn, id est, ornatos senes vocabant non de omnibus: sed de maioribus. & erant plures numero. Sed Lacedemonij de omnibus quos Aphorym dicebãt, id est, procuratores Reipublicæ, sed pauciores. Et hoc quidem Aristoteles magis commendat, quòd minor erat occasio concitandi turbam. Ratio autem dissensionis apud Cretenses: quia olim habuerunt Regem, de quo dictum est suprà: sed tempore Aristotelis non habebant nisi ducem, quem dicti sapientes eligebant. Vnde quia populus nunquàm habebat electionem, fomentum erat inuidiæ & per consequens odij. Sed Lacedemonij & si haberent Regem secũdum beneplaciti tempus eligebatur: tamen à sapientibus assumptis de omnibus gradibus ciuium: & hoc videbatur consonũ rationi, vt consensu totius concilij assumpti ad regimen populi fieret Rex: vt hodiè communiter faciunt ciuitates Italiæ. Sic enim ciuitatis nomen importat: quæ est secundum Augustinum primo de ciuitate Dei. hominum multitudo, aliquo societatis vinculo colligata. Vnde ciuitas, quasi ciuiũ vnitas. Cùm ergo nomen ciuitatis omnes ciues includat, rationabile quidem videtur ad regimen eius de singulis generibus ciuium debere requiri: prout exigunt merita singulorum ac ciuilis regiminis status. Politia ergo Lacedemoniorum quàm Cretensium in hoc melior videbatur. In multis igitur conuenientes dictæ regiones vt Philosophus tradit: in aliquibus tamen differebant eo modo quo dictum est suprà: & hęc de politia Cretensium sufficiant, quantùm ad sententiam Aristotelis. Sed quia de Ligurgo mentionem facit, quod historia de suis legibus narrat, congruum videtur hîc interserere. Tradit enim idẽ Iustinus hunc Lacedemonijs & Cretensibus scripsisse, canones ad quos obseruandos sub iuramento Lacedemonios obligauit: vsque ad reditum suæ peregrinationis quam ad templum Apolinis simulabat, ibidem consulturus de ipsorum salute. Dictus ergo legislator in Cretã se transtulit, ibíque moriens suásque leges eisdem tradens, ossa sua in mari iactari præcepit: vt suis iuribus daret æternitatẽ, quibus ipse primum documentũ operis dedit. Leges igitur quas tradidit sub compendio idem Iustinus refert. Primò quidem auri argentíque materiam sustulit populo, legendi senatum vel creandi quos vellet magistratus potestatem permisit. Fundos omnium æqualiter inter eos diuisit: vt æquata patrimonia neminem potentiorem altero redderent. Conuiuari omnes publicè iussit: ne cuiusquàm diuitiæ vel luxuria in occulto essent. Iuuenibus verò non ampliùs vna veste toto anno vestiri permisit: nec aliquẽ cultiùs quàm alterum progredi: nec epulari opulentiùs: emi singula non pecunia: sed compensatione mercium iussit: pueros puberes non in forum: sed in agrum duci mandauit. vt primos annos non in luxuria: sed in opere agerent & labore: nihil eos causa somni sustinere: vitam sine pulmẽto degere: neque priùs in vrbem redire, quàm viri facti forent, iussit. Virgines sine dote nubere voluit: vt vxores non pecuniæ causa eligerentur: strictiúsque viri sua matrimonia coërcerent, cùm nullis frenis dotis tenerentur. Maximum honorem non diuitum & potentum: sed senum esse statuit. Nec vsquàm terrarum locũ honoratiorẽ, quàm senectuti statuit. Hæc igitur sunt leges politiæ Ligurgi, de quibus Philosophus mentionem non facit: & de quibus disputare quales sint longus esset sermo, & ideò omittitur ad præsens: non tamen contradicunt his, quæ à Philosopho dicta sunt de ipso.

Hîc declarat de politia Calcedoniorum, qualiter famosa fuerit: & in quo conueniebant Lacedemonij: & Cretenses cum ipsis, & in quo differebant.

CAP. XIX.

SEd & de politia Calcedoniensi, nunc est agendum, quam Aristoteles multum commendat: dicens istas tres politias Lacedemoniorum: Cretensium: & Calcedoniorum apud Græcos magis fuisse famosas: quia magis ordinatæ fuerunt secundum virtutem. Est autem Calcedonia ciuitas in Thracia sita: vbi celebratũ fuit cõcilium quartum sexcentorum triginta Episcoporũ sub Leone primo præsente Martiano principe: quod non fuit sine magna copia regionis facultatẽ habere ad prouisionẽ tãtæ multitudinis prelatorũ. Huius ergo politiam Aristoteles in secundo politicorum præfert cæteris: quamuis præcedentes duæ eidem plurimũ sunt propinquæ. Cuius quidem perfectionis & bonitatis Aristoteles tria signa subiungit: vnum quia officiales eiusdem viuebant ordinatè: & sua tranquillè exequebantur officia, cum quadam stabilitate morum. Secundum verò, quòd inter eos in ministerio Reipublicæ satis videbatur esse concordia: nec vnquàm est ibi concitata seditio talis, vnde dignum esset in scripturis vel quocúnque modo de ipsa facere mentionem. Tertium autem argumentum suæ bonitatis sumit Philosophus ex quieto dominio. Nunquàm enim inter eos surrexit siue dominus, siue nobilis siue cuiuscúnq; potentiæ, qui ibidẽ tyrannidem exerceret. Subiungit autem Aristoteles communitatem quam habebant Lacedemonij cum Calcedonijs. Sed Calcedonij excellentiori modo. Primò quidem in conuiuijs & festis, quæ fiebant in demonstrationibus honorabilium personarũ: quæ faciebant vtrique per contributionem. Sed Calcedonij honestiori modo: quia sine oppressione pauperum. Secundum autem in quo conueniebant, erat electio seniorum & Regis: sed in hoc differebant: quia Lacedemonij assumebant quoscúnque de populo, quos Aphorym vocabant: & erant pauci ad quos pertinebat electio Regis. sed Calcedonij plures eligebant & ex melioribus. quos & Aristoteles principes appellabat: & erant in Calcedonia centumquatuor. Quos ideò principes nominat propter virtutem sui regiminis, in quo nemo meliùs principatur. Istos eosdem Philosophus Genisios, id est honoratos nuncupat: quorũ officium erat & assistere Regi & ipsum eligere. Item in hoc differebant à Lacedemonijs: quia non eligebant de quocúnque genere: nec ex indifferentibus. sed ex eligibilioribus secundum virtutem: cuius rei causam assignat Aristoteles, quia de vili loco assumpti ad principatum, vt pluries lędunt politiam: & lęserunt aliquando Calcedoniam iuxta illud poëtæ Asperiùs nihil est humili cùm surgit in altum. Vnde & in Ecclesiaste scribitur 9. cap. Quasi hoc sit in magnum detrimẽtum regiminis: Est, inquit, malum quod vidi sub sole: & quasi per errorem egrediens à facie principis positum stultum in dignitate sublimi & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis: & principes ambulare quasi seruos super terram. Item non semper eligebant de eodem genere: quia natura deficit sæpiùs in successu suæ prolis. Sed assumebant Calcedonij vbicúnque reperirent meliorem: siue principem, siue Genisios, id est, honoratos senes: & in hoc imitabantur politiam Aristocraticam, quæ est principatus ex paucioribus & virtuosis. Quod quidem verum erat apud Calcedonios: quia Rex cum aliquibus hominibus honoratis & virtuosis tractabat quæ agenda erant in ciuitate, non requisito populi consensu: vt de Romanis scribitur in primo Machabeorum. quòd consilium agebant trecentum viginti de multitudine, vt quę digna sunt gerant. Quamuis autem istud Rex posset cum prædictis honoratis, interdum tamen requirebat populum de quibusdam agen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dis,& licitum erat populo consentire vel nõ,ita vt locum non haberet,nisi fuisset acceptatum, postquã fuisset propositum populo, & tunc reducebatur status politiæ ad principatum Democraticum, quia hęc fiebãt in fauorem gentis plebeę. Aliquando verò committebatur aliquid paucis, & tunc principatus oligargicus vocabatur. Eligebãtur enim quinq; ex diuitibus,quos Arist. Pentacontarchos appellat, ad quos pertinebat illos centum quatuor assumere honoratos,siue genesios,& fuit proprium politiæ Calcedoniorũ. Quem modum hodie obseruant ciuitates Italiæ & præcipuè Thusciæ. Hic etiam ritus seruatus fuit in vrbe toto tempore quo consulatus durauit. Primò enim creati sunt consules qui erant duo, postea dictator, & magister equitum: vt hystoriæ tradũt, ad quos pertinebat totum ciuile regimen, & sic principatu Aristocratico regebatur. Vlteriùs inuenti sunt tribuni in fauorem plebis & populi, sine quibus consules & alij prædicti regimen exercere non poterant, & sic adiunctus est Democraticus principatus. Processu verò temporis, senatores acceperunt regẽdi potestatem, licet senatores primò à Romulo sint inuenti. Diuisit enim totam ciuitatem in tres partes, in senatores, milites, & plebem, & tunc existentibus Regibus, in vrbe tenebant locum senum, qui erant in Lacedemonia, qui Aphoryz dicebantur, siue in Creta quos Bosmoym appellabant, siue in Calcedonia, quos nominabant Genisios: vt suprà dictum est, & quia senatores cum primis erant in multitudine, ideò tunc principatus Romanorum politicus dicebatur. Quando verò corrũpebatur politia per potentiam aliquorum, puta tempore quo exorta sunt bella ciuilia, tunc regebatur oligargico principatu. Hæc pro tanto sunt dicta, ad ostendendum regimen Græcorum multum concordare cum nostro etiam tempore Aristot.

Quomodò Aristot. tradit in politia Calcedoniorum documentum de electione principis: vtrum diues vel pauper sit eligendus, & qualiter pauper virtuosus sustentari debeat, & vtrum vni principi competant plura dominia.

CAP. XX.

TRadit etiam documentum idem Philosophus in dicta politia Calcedoniorum, quantum ad electionem: vt non arte: vel sortialiter eligant, sed virtuosos, quia contingit aliquando talẽ sortem super pauperẽ cadere, cuius principatus est periculosus, quia vt ipse dicit, & suprà est ostensum, impossibile est egẽte bene principari, ac legitimè negotijs publicis posse vacare. Propter necessitatem enim inhiat lucris, & resilit à virtute, nec sibijpsi vacare potest: vt quiescat animus. Seu vt dicit Salustius de antiquis Romanis, sit animus in cõsulendo liber. Tradit etiam documentum Philosophus, quod & Calcedoniæ dicit contigisse in sua politia: vt si quando reperiretur pauper qui foret virtuosus. Ad tollendam occasionem, ne se lucris immergat illicitis: vt res publica ei prouideat in necessarijs: vnde & in omni regimine sunt instituta stipendia, siue de ærario publico: vt Augustinus dicit de verbis Domini, ne fortè dum sumptus quęritur prædo crassetur, siue de bonis cuiuslibet sub regimine constituti: vt sunt tributa & vectigalia, quæ Dominis debentur quodam iure naturæ, sicut probat Apostolus ad Romanos. primo capitulo. Ideò, inquit, & tributa præstatis. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Item in prima Epistola ad Corinthios, quis, inquit, militat stipendijs suis vnquàm. Quis pascit gregem & de lacte eius nõ manducat. Sed tunc mouetur quæstio, quam Aristo. tangit in dicta politia. Vtrum ad principatum semper diues eligi debeat, quia in hoc data tur materia: vt homines sint amatiui pecuniarum quocúnque modo, eo quòd natura humana semper est appetitiua honoris: vt scribit Maximus Valerius. Ad quod ipse Philosophus multa dicit, comparans oligarchiam ad aristocratiam, quia secundum primum principatum eligitur dives, sed iuxta secundum semper assumitur virtuosus, siue ergo pauper, siue dives, dummodò viuat secundum virtutem, assumendus est in vera politia. Sed minus periculum est de diuite, quia instrumenta sibi adsunt humanæ vitæ, per quæ honestè suum potest officiũ exequi, salua tamẽ iustitia subditorũ. Multa alia scribit Philosophus de politia Calcedoniensi, comparans adinuicem principatus. Duo tamen concludit reprehensibilia de ipsis Calcedonijnsibus. Vnum, quòd sustinebant principem plures principatus habere, quod Aristot. reprobat, ostendens multò melius esse vel dignius plures esse: vel conuenire ad vnum principatum, quã quòd vnus habeat plures. Ratio autem huius ex verbis Philosophi haberi potest ibidem, quia in diuersis principatibus actus vnius per alium impeditur. Vnde dat istud principium, ex quo argumentum assumitur, quòd ab vno vnum opus optimè perficitur. Cuius rei gratia, duo ponit exempla. Vnum de fistolizantibus siue cytharizantibus & cotiarijs, quia in opere sibi contrariantur, & in instrumeutis. Fistula enim siue cythara requirit hominem intelligentem in melodijs, & manus agiles & subtiles. Sed coriarius nihil horum requirit, quia sufficit homo etiam rusticanus cum manibus crabrosis. Ita & de diuersis contingit dominijs, quòd contrariantur sibi inuicem, sicut fistulans coriario. Aliud exemplum introducit, de nautico bello & campali, quia non est conueniens: vt vtrobiq; sit vnus rector, cùm non habeant similes actiones. Alius est enim modus pugnandi in campo, & alius in aquis, & alia instrumenta requirit campale bellum, & alia naturale, & per consequens alias actiones. Vnde concludit inconueniens esse vnum Dominum habere plura dominia, & ea bene posse gubernare, propter cõtrarias actiones & instrumẽta. Amplius autem & virtus est debilis in agente, quia vix homo sufficit ad sui regimen. Durum est enim vt qui nescit tenere moderami na vitæ suæ iudex fiat alienæ: vt Greg. ait. Multò ergo difficilius est habere multa regimina, propter causas iam dictas.

De politia Pythagoræ, quam didicit à prædictis Philosophis Minoe & Ligurgo, & quomodò totus suus conatus ad hoc fuit assuefacere, scilicet homines ad virtutes.

CAP. XXI.

PRæter dictas autem politicas, quas Philosophus tãgit in sua politica, inuenitur vna Philosophica. de qua Arist. mentionem non facit: videlicet Pythagoræ, qui ipsum præcessit per duas hominum ætates, à quo nomen Philosophi exordium habuit: vt scribit Maximus Valerius. Non est enim ausus se nominare sapientem, neque se in numero septem sapientum computare, qui ipsum præcesserant, sed se Philosophum appellauit, idest, sapiẽtię amatorem. Hic vt tradit Iustinus Hispanus, cùm peragrasset Ægyptum ad perdiscendos syderum motus originémq; mundi, inde regressus Cretam, & Lacedemoniam profectus est ad cognoscendum leges Minois & Ligurgi, de quibus dictum est suprà, & in quibus suam fundauit politiã. Sed præter leges iam dictas, idem Iustinus hoc de ipso scribit, quòd Crotonam veniens, populum in luxuriam lapsum, sua auctoritate ad vsum fragilitatis reuocauit. Laudabat quotidiè virtutem, & vitia reprimebat casúmque ciuitatum hac peste perditarum enumerabat. Tantum quoque studium ad frugalitatem perdiscendã multitudini persuasit: vt aliquos ex eis luxuriatos fuisse, incredibile videretur. Tradit etiam Tullius de ipso, quòd quibusdam harmonijs vitia in hominibus extinguebat luxuriæ. Vnde dicit, quòd Tauromitanum iuuenem quendam libidine flagrantem, cùm audiuisset Pythagoras ad ostium amicæ meretricis insanire, iussit Psalterium spondæum canere, & sic eum ad sanam mentem reuocauit. Matronarum quoque separatarum à viris doctrinam & puerorum à parentibus frequenter fabuit: vt de ingressu religionis frequenter cõtingit, ex ignito sermone prædicationis: vel ex virtuosa operatione & excellenti vita doctoris. Docebat autem nũc hos pudicitiã, nunc illos modestiam literarúmque studium. Vt matronę aureatas vestes cæteráque dignitatis suæ ornamenta deponerent: velut quædam luxuriæ instrumenta, omniaque in Iunonis ædem deferrent eidémque consecrarent suadebat, asserens Matronarum vera ornamenta pudicitiam fore. Hic autem cum annos viginti esset Crotonę, Metapontum se transtulit, ibidémque decessit. Cuius tanta fuit admiratio: vt de eius domo templum facerent, ipsúmque pro Deo colerẽt. Scribit etiam Hieronymus de ipso contra Iouianum, quòd filiam habuit tantæ pudicitiæ: vt virginitatem seruans, choro simul virginum iam præesset, eáque castitatis instruxit doctrina. Per quod apparet, quòd in sua politia ad hoc tota sua ferebatur intentio suú que conatus: vt homines traheret ad viuendum secundum virtutem. Quod & Aristotel. in politica docẽt, quin etiam omnis vera politia corrumpitur, si ab hoc fine declinetur.

De documentis Pythagoricis, sub figuris & ænigmatibus traditis, & de duobus Pythagoricis fidelissimis amicis.

CAP. XXII.

TRadit etiam Hieronymus, vbi suprà quasdam leges Pythagoreas ad cõseruationem suæ politiæ, sub quibusdam paradigmis & parabolis more antiquorum traditas. Fugienda, inquit, sunt modis omnibus & abscindenda, langor quidem à corpore, imperitia ab animo, luxuria à ventre, & à ciuitate seditio, à domo discordia, & in commune à cunctis rebus intemperantia. Pythagoricorum etiam sunt ista, amicorum omnia esse communia, & amicum se alterum esse. In quo maximè fuit eorum conatus. Vnde narrat Maximus Valerius de duobus Pythagoricis seu Pythagoræ discipulis, Damone & Phitia, quòd tam fidelem inter se iunxerunt amicitiam, quòd cum alterum eorum Dionysius tyrannus morti adiudicasset, & is tempus ab eo impetrasset: vt prius, quàm periret profectus domum res domesticas ordinaret: alter vadem pro altero se tyranno dare non dubitauit. Appropinquante autem diffinita die, nec illo redeunte, cùm vnusquisque tam temerarium sponsorem stultitiæ damnasset, his nihil se amici constantiam metuere prædicabat. Eodem itaque momento eadémque hora per Dionysium constituta: qui eam acceperat superuenit. Admiratus tyrannus amborum animum supplicium remisit: eorúmq; fidei se coniungi desideransteos, vt ipsum in societatem suæ amicitiæ reciperent rogauit. Scribit etiam Hieronymus alia documenta seu leges: quas Pythagoras, in sua tradidit politia. duorum videlicet temporum maximè curam habere: mane videlicet & vespere, idest eorum quæ acturi sumus & eorum quæ gessimus. Post Deum veritatem colendam, quæ sola homines proximos Deo facit. Refert etiã Hieronymus super Ecclesiasten Pythagoricam fuisse doctrinam, vt homines scholastici vsque post quinquẽnium taceant. Posteà verò eruditi loquantur. Item alia documenta & leges de ipso reperiuntur sub enigmatibus tradita, quæ Hiero. narrat contra Iouinianum. Stateram inquit ne transilies, idest, ne præcergrediaris iustitiam. Ignem gladio ne foueas, idest, iratum & tumidum animum verbis maledicis ne lacessas. coronam minimè carpendam, idest, leges vrbium obseruandas. Cor non comedendum, idest, merorem de animo expellendum: per viam publicam ne ambules, idest, ne multorum sequaris errores. Hyrundinem in domo nõ habeas, idest, garulos & verbosos in tua societate nõ suscipias: & multa alia documenta vel his similia leges: quia in sua politia prædictus Philosophus tradidit magis ordinata ad regimen animæ, quàm corporis: qua regulata corporalia facilius disponuntur. Et hæc ad præsens de diuersorum politijs dicta sufficiant. Nunc verò de vera vita politica, siue per Philisophum tradita: siue per alios sapientes in sequentibus est agendum.

In quo constat perfecta politia, ex qua accipitur fœlicitas politica scilicet quando partes politiæ sunt bene dispositæ & sibi adinuicem correspondent.

CAP. XXIII.

QVia verò cùm de politia agitur ad ciuitatem refertur: modus agendi de ipsa ex qualitate ciuitatis dependet. Ciuitas autem vt Augusti. dicit in primo de ciuitate Dei, est hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata quæ vera virtute beata redditur. Hæc autem diffinitio à sententia Philosophi non discordat: qui in perfecto politiæ regimine fœlicitatem ponit politicam: vt ex primo. Etymologiarum patet. Virtus enim qua rector politicus ciuitatem gubernat, architecta est respectu cuiuslibet aliarum virtutum, quæ sunt in ciuibus: quia ceteræ virtutes ciuiles ordinantur ad istam: sicut ad militarem equestris & sagittaria. Et ideò in operatione eius cùm sit virtus suprema consistit fœlicitas politica: vt Philosophus videtur velle in commemorato iam libro. Sic enim de vera & perfecta politia contingit, quemadmodùm de corpore bene dispositio: in quo vires organicæ sunt in perfecto vigore. Et si virtus suprema quæ est ratio, cæteras dirigat inferiores potentias & ad suum moueantur imperium: tunc insurgit quædam suauitas & perfecta delectatio virium in alterutrum: quam harmoniam vocamus. Vnde Augusti. dicit in tertio de ciuitate Dei, quòd Respubli. siue ciuitas bene dispositæ melodiæ vocibus comparatur: in qua dissue ciuitas bene dispositæ melodiæ vocibus comparatur: in qua dissonis sonis proportionatis adinuicem sit cantus suauis & delectabilis auribus: quæ propriè fuit in statu innocentiæ regulata ex virtute originalis iustitiæ præter actum diuinæ cognitionis. Vnde causabatur contemplatiua fœlicitas & etiam modò secundum quandam participatam virtutem in viris perfectis: vt nihil velint nisi, quod regula mandat rationis: & quod Deo placet. Et ex hac quidem ratione motus fuit Philosophus assimilare Rempub. seu politiam naturali & organico corpori. In quo sunt motus dependentes ex vno mouente, siue ex duobus: vt sunt cor & cerebrum: & tamen in qualibet parte corporis est operatio propria primis motibus cor respondens & in alterutrum submiuistrans. Vnde hoc corpus: diuini muneris beneficio animari asserit: & quòd summæ æquitatis ordine agitur moderamine rationis. Quod & Apostolus confirmat in prima epistola ad Corinth. Ostendens totam ecclesiam esse vnum corpus distinctum in partibus: sed vnitum vinculo charitatis. Ad veram igitur ciuilitatem siue politiam requiritur: vt membra sint conformia capiti & adinuicem non discordent: & sint omnia sic disposita in ciuitate: vt iam est dictum. Amplius autem in causis & causatis & mouentibus & motis ita videmus, quòd est debita proportio ipsorum adinuicem quantùm ad influentiam: quia inferiora mouentur secundum superiorem motum, & superiora mouent quantùm ad inferiori conuenientes: cùm natura non desistat in necessarijs. Si igitur talis est ordo superiorum ad inferiora & econuerso in qualibet natura creata: multo magis esse debet in natura intellectuali quãto perfectior est inter entia. Si ergo talis dispositio suauitatem facit contemplando: multo magis operando. Et hinc Pythagorici moti fuerunt in cœlestibus corporibus ponere melodiam: vt Philosophus dicit in secundo de cœlo. propter ordinatos motus quos habent & indeficibiles. vnde insurgit summa suauitas: & quia ipsa fore dicebant animata: ex hac parte eisdem dabant fœlicitatem. ergo sic politicè viuere perfectam & fœlicem vitam facit. Præterea ordo est parium disparíúmq; rerum sua cuique tribuens dispositio. vt Augu. dicit. 18. de ciui. Dei. Per quam diffinitionem habemus diuersum gradum in politia: tam in executione officiorum, quàm in subiectione siue obedientia subditorum. Vnde tũc est perfecta socialis congregatio, quando quilibet in suo statu debitam habet dispositionem & operationem. Sicut enim ædificium est stabile, quando partes eius sunt bene sitæ, sic de politia contingit, quòd firmitatem habet & perpetuitatem quando quilibet in suo gradu: siue rector: siue officialis: siue subditus debitè operatur: vt suæ cõditionis requirit actio. Et quia ibi nulla est repugnantia, consequenter ibi erit summa suauitas & perpetua firmitas status: & hoc est proprium fœlicitatis politiæ: vt Philosophus tradit. Hos autem tales rectores ciuitatis siue politiæ pro conseruando in pace populo, describit nobis in Exodo Ietro cognatus Moysi. Prouide inquit de plebe viros potentes in quibus sit veritas: & qui oderint auaritiam: & constitue ex eis tribunos & centuriones & quinquagenarios: & decanos: qui iudicent populum omni tempore: & posteà subditur. Si hoc feceris implebis imperium domini: & præcepta eius poteris sustinere: & omnis hic populus reuertetur in pace ad loca sua. Quasi omnia subsistant in quadam suauitate mentis & pace temporis: ex quibus insurgit fœlicitas hominis, si tales sint gubernatores Reipu. quales hic ordinantur. Tales & Salustius dicit fuisse rectores Romanos. Vnde Respu. ex parua facta est magna: quia in eis fuit domi industria: foris iustum imperium: animus in consulendo liber: neq; libidini neq; delicto obnoxius. In quibus tales actus virtuosi regiminis nobis tradũtur. vnde perfecta & fœlix ostenditur politia.

Diuidit politiam tripliciter & vnumquámque partem prosequitur, & primò qualiter in partes distinguitur integrales secundum opinionem Socratis & Platonis.

CAP. XXIIII.

NVnc igitur de his in specie est agendũ, in quæ siue in quas partes ciuilitas siue politia diuiditur. Quas quidem oportet accipere: vel respectu totius ciuilitatis cui partes integrales respondent, vel respectu sui regiminis. aut vt ad negocia ordinatur bellica. Quia secundum hanc diuisionem diuersa sortiuntur vocabula à diuersis historiarum scriptoribus & auctoribus legum. Quantum autem ad primum modum tradendi diuisionem accipere possumus superiùs tactam, quæ est Socratis & Platonis: qui totam politiam in quinque colligebant partes. In rectores scilicet, consiliarios: bellatores: artifices: & agricolas. Aliam autem quæ est Romuli primi principis vrbis Romæ, qui vt hystoriæ referunt, diuisit multitudinem sui populi in tres partes: videlicet senatores: milites: & plebem. Politia verò Hypodomi per tria genera hominum dicebatur & ipsa cõstitui per bellatores, artifices: & agricolas: vt suprà est itraditũ. Harum autem quælibet sustineri potest: & ratione habet. Prima enim quæ quinq; hominum genera comprehendit satis videtur conueniens. Si enim vires animæ consideremus, quarum respectu nostra attenditur indigentia. vnde accipitur constituendi ciuitatem necessitas. manifestũ est dictam diuisionem esse sufficientem. Patitur enim homo indigentiam respectu partis intellectiuæ: vt possit viuere secundum virtutem: propter quod est sibi prouisa directio in agendis, ad quod ordinatur conciliatiua, quæ ponitur à Philosopho inter intellectuales vittures. Vnde in ecclesiast. 32. ca. scribitur. Fili inquit, sine consilio nihil facias: & post factum non pœnitebis. & ideò in Repub. siue in politia consiliarij sunt optima pars eius: propter quod à Plutarcho comparantur oculo, qui inter partes corporis est nobilior. Indiget etiam refrenatiua concupiscentiæ siue affectiuæ, quæ inordinata est: vt ipse Philosophus tradit. Vnde ipsas ægritudines in septimo Ethicorum appellat. Et inde necessarij sunt rectores ad corrigendum hominum malitiam: & propter quod Apostolus dicit, quòd non sine causa gladium portat vindex in ira ei qui malè facit. Ex qua ratione institutæ sunt lege per principes & rectores: vt per Philosophum patet, & ipse Apostolus in Epistola ad Galat. 3. cap. Lex inquit, propter transgressiones posita est: & iterum. Iusto non est lex posita: sunt etiam & aliæ indigentiæ humanæ vitæ, quæ respondent alijs potentijs animæ: vt est tegumentum: ornamentum, & nutrimentum. Duo quidem prima indigentiam supplent partis sensitiuæ hominis, quod artificium est officium siue in ædificijs: siue in vestimẽtis: siue calceamẽtis siue quibuscúnque alijs artificialibus rebus: quæ aspectum vel auditum vel odoratum siue tactum delectant, vel eisdem conferunt supplementum. Sed ad indigentiam supplendam humanæ vitæ quantum ad nutrimentum, quod respondet parti vegetatiuæ ordinantur agricolæ: siue in pane: siue in vino: siue in fructibus: siue in gregibus: siue in armentis siue in volatilibus: quæ omnia de iure ad ciuitatem per agricolas deferuntur & transportantur. Bellatores autẽ cõgrua sunt pars politiæ: ordinata quidẽ contra impulsores aliarũ partiũ & ad ipsarũ muni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

men. Ad hoc enim constituitur miles in ciuitate, vt se pro sua patria contra hostes opponat. Vnde ad hoc iuramento astringuntur, cùm ad gradum militarem ascendunt pro republica non recusantes mortem, vt in Policrato traditur: vbi de sacramento militis agitur. Est ergo bellator in republica necessarius & pars præcipua politiæ: quia eius officium est assistere principi pro exequenda iustitia: vt dicitur in commemorato libro: & fideliter & constanter contra hostes pugnare pro conseruanda patria: & sic non solùm parti politiæ: sed toti militaris gradus in republica singulariter est fructuosus. Ex quibus omnibus manifestè patet sufficientia politiæ Socratis & Platonis, quantùm ad partes eius.

Hîc ostendit sufficientiam partium integralium politiæ quas Hypodomus tradit & Romulus.

CAP. XXV.

SEd & de duobus alijs modis iam dictis, adhuc diuisio tolerari potest: quia comprehẽduntur cum prima: cuius sufficientia est iam ostensa. Et quidem in diuisione Romuli cũ de senatoribus agitur: rectores accipimus politicos & sapientes eis adiunctos: siue assessores: siue quoscúnque alios iurisperitos. Plus enim principes politici sunt consiliatiui, quàm regulares vel Imperiales. Sicut & de Romanis scribitur in primo Machabeorum, quòd consulebant quotidiè trecentos viginti de multitudine: vt quæ digna sunt gerant. Cuius ratio esse potest: quia regimen politicum solis roboratur legibus: vt dictum est suprà. Regale verò siue Imperiale, & si legibus gubernetur, in casibus tamen oportunis ac gerendis quibuscúnque negotijs regimen consistit in arbitrio principis: quia pro lege habetur, quod principi placuerit: vt iura diffiniunt. Concludendum est igitur in dominio politico consiliarios maximè fore necessarios: quos in nomine senatorũ includimus. Vnde Isidorus dicit in vndecimo Etymologiarum, quòd senator à cõsulendo & tractando est dictus, qui sic se habet, vt consulat & nulli noceat. Vnde & Augustinus de ciuitate Dei, senes inter senatores connumerat. Cõprehendimus etiam in nomine senatoris rectores: sicut idem Isidorus tradit in prænominato iam libro ex verbis Salustij dicentis, quòd Senatores patres vocati sunt propter diligentem curam regiminis. Nam sicut patres filios, ita illi rempublicam gubernabant. Patet igitur ꝙ in nomine senatorũ quos Romulus distinxit à militibus & plebeis, etiam rectores & consiliarios comprehendit: quos Socrates & Plato in sua politia posuerunt distinctos. Sed in nomine plebis, artifices & agricolas accipere possumus: quia vtrúmque genus de gente plebea accipitur. Et apparet, ꝙ diuisio multitudinis in ciuitate per præfatos Philosophos à diuisione quam fecit Romulus non discordat. De distinctione tamen Hypodomi iam prætacti videtur esse dubium: quia nulla fit ibidẽ mentio de consiliarijs & rectoribus: nec ad partes reduci valent per dictum Philosophum assignatas: cùm actus & naturæ ipsarum penitus sint diuersi. Sed si attendimus ad ea quę de ciuilitate eius sunt tradita, quæstio faciliùs soluitur. Pertractat enim de iudicibus & assessoribus: vbi circa ipsos suam ponit distinctionẽ: & nos ex ea possemus accipere consiliarios, & rectores, de quibus pro tanto mẽtionem nõ facit cũ de partibus agit politiæ: eò ꝙ illas partes solùm assumit, quę ad indigentiã referuntur corporalis vitę: vnde & sua positio quantùm ad substantiam à prima: videlicet Socratis & Platonis, non videtur differre. Hæc igitur de partibus politiæ ex quibus constituitur dicta sufficiant. Vnũ tamẽ de eis adhuc considerandum videtur de bellatoribus: videlicet quia omnes politiæ de ista parte faciunt mentionem. Cuius quidem rationẽ habere possumus à Vegetio de arte militari in fine 1. lib. quia omnes regiones & ciuitates per bellatores in suo sunt cõseruatæ vigore, & quòd Respu. diminuta est per dissuetudinẽ bellandi in vrbe, post primum bellum Punicum per annos viginti in pace vitã deducẽs. Vnde Romanos vbique victores sic eneruauit: vt in secundo bello Punico, Hannibal, pares esse non posset. Tot itáque consulibus, tot exercitibus amissis, tunc demum ad victoriam peruenerunt, cũ exercitium militare condiscere potuerunt, & posteà concludit. Semper ergo legendi exercitandique sunt iuniores. Vtiliùs enim constat suos erudire armis, quàm alienos mercede conducere. Necessarij igitur sunt bellatores omni tempore in Republica tum pro pace ciuium conseruanda, tum pro incursu hostium euitando. Quorum considerato fructu in Republica amplior eis inter ciues confertur honor, tanquàm magis necessarijs ad conseruationem politiæ, & propter periculum cui se pro ipsa debent exponere. Propter quod eisdem solis dabatur victoriosis corona. Hinc est, quòd in Policrato assimilantur manui, quæ secundum Aristotel. in secundo de anima est organum organorum. Iura etiam ipsos milites ampliori decorant priuilegio inter omnes ciuiles, siue in testamentis, siue in donationibus, seu in quibuscúnque negotijs, sed præcipuè dum sunt in castris, ac suum exercent officium.

Agit vlteriùs de alijs partibus politiæ respectu regiminis: vbi verba exponuntur diuersorum officialium.

CAP. XXVI.

DE partibus autem politiæ respectu regiminis, quia Romana Respu. magis ordinem præcipuum tenuit, & post Tarquinium expulsum à regno gradus officialium ponitur ab hystoriarum scriptoribus, de ipsis specialiter, tanquàm aliorum exẽplaribus est agendum. Narrant enim primò consules institutos. Brutũ: videlicet qui maximè egerat: vt expelleretur Tarquinius, & Tarquinum Colatinum maritum Lucretiæ, sic dicti vel à consulendo ciuibus: vel à regendo cuncta consilio. Quos mutandos ideò elegerunt per singulos annos: vt dictum est suprà: vt nec insolens diu maneret & moderatior citò succurreret. Propter hoc autem duo pares erant, quia vnus rem ciuilem, alter verò rei militaris curam gerebat. Processu autem temporis, idest, quinto ab exactis regibus anno, inuenta est dictatura, occasione habita alicuius nouitatis in vrbe. Dum enim gener Tarquinij ad vindicandum Regis iniuriam magnum congregasset exercitum contra ciuitatem, ad confortationem gentis noua instituta est dignitas, quam dictaturam appellarũt, maior potestate ac imperio consulatu. Item tẽpore excellentior, quia de quinto in quintũ annum ipsorũ expirabat officiũ, consulatus autẽ p annum. Hi dictatores magistri à populo vocabantur, quam dignitatem ferũt hystoriæ habuisse Iulium. Eodẽ etiam anno tradũt magistrũ equitũ institutũ, qui dictatori obsequebatur. Dictator autẽ primus: vt scribit Eutropius, fuit Lamius, sed magister equitum Spurius Cassius. Sextò autem anno, quia consules nimis grauabant plebem: à populo instituti fuerunt tribuni, sic dicti: vt tradit Isidorus libro nono Etymologiarum, eo quòd iura populo tribuant, quem locum in ciuitatibus Italiæ tenent Anziani, ordinati ad defensionem gentis plebeæ. Sed aduertendum hîc, quòd senatores semper fuerunt, ex quo sunt à Romulo instituti: vnde tradunt hystoriæ, quòd quia consules cum senatoribus populo erant infesti, inuenti fuerunt tribuni in fauorem plebis. Sunt autem & alia nomina officialium vrbis de quibus hystoriæ faciunt mentionem, sed præcipuè Isidorus libro nono Etymologiarum videlicet censores: Patritij: præfecti: prætores: patres conscripti: proconsules: exconsules: censorini: decuriones: magistratus: & tabelliones: de quibus omnibus sub compendio est dicendum. Censoria autem dignitas apud veteres Romanos erat: quæ apud modernos est dignitas iudiciaris: censere enim iudicis est. Dicuntur etiam censores patrimoniorum. vt tradit idem Isidorus à censu æris appellati: quod est officium spiritualis curæ in ciuitate: siue in tutoribus dandis: siue actoribus: siue curatoribus: vel quibuscúnque causis & negotijs pupillorum & viduarum: vel etiam rebus patrimonialibus diuidendis. Sed patricij ideò dicuntur, quia sicut patres filijs: sic illi ciues Romanæ Reipubl. curam gerant: qualis fuit domus Fabia. de qua dictum est suprà. Patriciatus igitur non erat officium in Republ. sed quædam paterna reuerentia populi ad aliquam progeniem ciuitatis pro zelo politiæ Ro. quem gerebant. Vnde & iura gentium patriciatum omni eminentiæ siue principatui præferunt: sicut pater omni curæ tutoriæ. Præfecti autem dicti sunt, eo quòd prætoria potestate præsint. vnde & prætores idem quod præfecti dicuntur. Importat enim talis officiũ omnimodam factionẽ quasi præcipuus sit operator & executor iustitiæ. Scriptura tamen sacra ad exteriores refert actiones: vt in principio Exodi scribitur, quòd præcepit Pharao præfectis operũ & exactoribus populi dicens. Nequaquã vltrà dabitis populo paleas ad conficiendos lateres. Hi autẽ & prætores vocabantur ex prosecutione iustitiæ. Patres autem conscripti appellabantur senatores ratione officij: vt enim refert Isidorus, cùm Romulus ipsos instituit in decem curias ipsos eosdem elegit: & nomina eorum præsenti populo in tabulas aureas contulit, atque inde nominati sunt patres conscripti: quos etiã in tres ordines distinxit: primi vocabantur illustres: secundi spectabiles: tertij autem clarissimi: quorum verba exponere longũ esset. Proconsules autem dicti sunt coadiutores consulum quasi proiecti siue adiecti consulibus: nec cõsulatu fungebantur simpliciter: sicut nec procurator curatoris siue actoris, vel proconsul dicebatur assessor, qui vice consulum iudicabat. Exconsul ve. dicebatur consul amotus ab officio peracto vicis suæ anno: vnde exconsul quasi extra consulatum existens. Habebat tamẽ aliqua fastigia sui cõsulatus siue alicuius emunitatis siue alicuiuscúnque signi eminentiæ: per quod cognoscebatur fuisse consul. Censorini autem minores iudices dicebantur: ad actus censoriæ curiæ vel regiminis deputati: de qua dictum est suprà quasi inferiores censores. Sed decuriones ad omnem actum curialis officij sic dicti: vt dicit Isido. quia sunt de ordine curiæ: & quia officium curiæ administrant sic vocatus est Ioseph ab Arimathia nobilis videlicet decurio: ac vir iustus & bonus qui pro domino nostro Iesu Christo mercatus fuit sindonem officiosissimam & reuerendissimam contulit sepulturam. De magistratu autem in fine superioris libri satis est declaratum. Nunc autem agendum est de altero officio: & infimo cuiuscúnque regiminis: quod est tabellio sic dictus: vt tradit Isidor. quoniam portitor sit tabellarum, & susceptor in quibus acta gerun-

gerunrur siue Reipu. siue personæ priuatæ. Idẽ etiã & scriba publicus vocatur: quia ea solus scribit gesta, quæ publica vocantur: quem & iura gentiũ seruũ publicum appellant. Restat autem de vno solo nomine dignitatis diffinire, quantũ ad regimen politiæ: quod Scipio appellatur. quod quidem secundũ proprietatẽ vocabuli baculus dicit: cui quasi ad sui ducatũ innititur & sustẽtatur. Quo pater Cornelij Scipionis indiguit. Hunc autẽ patrẽ tradũt hystoriæ fuisse cæcum, vnde cũ baculo siue scipione veniebat in forũ. Ad huius igitur similitudinẽ filius eius Publius Cornelius: quia sustẽtauit Rẽpub. cõtra Hanibalẽ & Carthaginẽ vocatus est Scipio. & quia totã Aphricã subiugauit Romanis dictus est Scipio Aphricanus ad differẽtiã alterius Scipionis nepotis eius qui Hispaniam deuicit: & vocatus est Lucius Cornelius Numantinus, à Numãtia quã subiecit ac prostrauit. Scribit etiam Augu. 1. de ciui. Dei tertium fuisse Scipionem qui & Nasica est vocatus frater maioris Scipionis: qui ne Cartago destrueretur prohibuit, asserens ipsam esse medicinam Romanis. Ex his igitur propter probitatem tantorum virorum considerato principio: vnde nomen Scipionis ortum habuit. Scipionem legislatores vocarunt virgam, quã princeps portat in manu cũ sceptro quasi semper victoriosus: vt ille magnus Scipio fuit. vnde narrat Iiido. in 17. Ethi. quòd triumphantes purpuram paliatam & togatam habebant vestem: & Scipionem cum sceptro gerebant in manu ad imitationem victoriæ Scipionis. Hæc igitur de nominibus dignitatum respectu regiminis intantum sint dicta.

Hîc declarat de partibus Politiæ quantùm ad bellatores, quos distinguit secundum triplicem considerationem.

CAP. XXVII.

SEd & de partibus ordinatis ab bellum, quæ sunt partes politiæ & eidem necessariæ: vt superius est probatum congruum videtur tradere. Quæ quidem bene dispositæ pulchritudinem & decorẽ causant: ac delectationem generant. Ex quo etiam ingens cordis augmentum: audacésq; reddunt animos ad arduorum aggressum. Vnde Salomon in Cantica. Exercitum dispositum ad bellãdum pulchritudini sponsæ assimilat & decori. Pulchra inquit es & decora filia Ierusalem terribilis vt castrorum acies ordinata. Sic enim pulchritudo allicit: vt extasim faciens nihil aggredi timeat vel formidet: quod in excessiuis amãtibus maximè est manifestum. Ita etiam de acie bene ordinata cõtingit: & ideò ipsam terribilem vocat. siue ad pulchritudinem sponsæ: siue ad aciem referens ex causa iam dicta. Propter quod non immeritò de dictis partibus est agendũ: quia ad ornatum faciunt politiæ: & quia homo in bello præcipuè regimine indiget propter difficilem & terribilem actum quem exercet: inde oportunum videtur in castris exercitum diuidere in numerum certum: cuilibet assignando ducatum per quem regatur & dirigatur ad pugnandum cum hostibus. Quem quidem accipere possumus à Vegetio in primo li. de re militari. vbi exercitus diuiditur in legiones: in quo dicit duas sufficere cuilibet duci vel consuli. Legionem diuidit in decem cohortes: sed cohors prima numero & merito antecedit. Nam genere quidem & literarum instructione viros electissimos quærit: vt idem tradit Vegetius. Quod pro tanto dicit: vt castra magis confidant, si tanti viri in prima exponantur acie: & quia maximè requiritur sapientia vbi periculum totius depẽdet exercitus. Hæc autem cohors aquilam suscipit signum præcipuum Romanorum castrorum: & totius legionis insigne. Quod & imperatoribus posterioribus est relictum. Cuius quidem ratio assignari potest: quia vt idem dicit Vegetius. Militaris Romana disciplina primas acies faciebat alares. Inter omnes autem auium alas aquilinæ sunt fortiores. Vel aliter dici potest, quòd ideò signum aquilæ traditur ex præeminentia, videlicet in mundo quantum ad dominium propter cœlestem & diuinum effectum: quem implorare debent continuè: vt faciebat ille princeps Iudas Machabeus: qui in pugnando auxilium de cœlo petebat. Quod præcipuè eis competit propter periculum cui se cõmittunt: vel quia merentur apud Deum vt sint victoriosi: eo quòd morti se exponunt pro populo. De qua aquila dicitur in Ezechiele loquẽte de Nabuchodonosor orientis monarcho. Aquila grandis: magnarum alarum: longo membrorum ductu, plena plumis & varietate: venit ad libanum & tulit medullam cedri. Post hoc subdit Vegetius numerum primæ cohortis: quam millenariam vocat: eo quòd mille centum pedites in ea sunt: equestres autem centum triginta sex. Cæteras autem vocat quinquagenarias: quia in qualibet ponit quingentos quinquaginta quinque pedites: equestres autem sexaginta sex: vt quilibet eques certum numerum peditum habeat. Disponit etiam in quinta cohorte milites fortiores: quia sicut prima dextrum tenet cornu, ita & quinta sinistrum. Multa alia dicit ibi Vegetius quæ enumerare nimis esset longum: & verba eius tanquàm inusitata modernis temporibus maiori indigerent expositione. Hæc autem tantum ad præsens sufficiant. Quòd si multitudo populi in politia sub certis limitibus in gradu & numero disponitur quantùm ad sui directionem, multo magis in castris in quibus maxima & periculosissima est difficultas regiminis. tum ex parte operis, quod eis incumbit: quia ad finem terribilium ordinatur, quasi ad mors tum ex parte hostium qui infestant. Vnde sicut in Exodo consulitur Moysi à cognato suo Ietro: vt onera diuideret per officia diuersa in iudicando populum. vbi ait. Prouide viros potentes: & qui oderint auaritiam: & constitue ex eis tribunos: & centuriones & quinquagenarios & decanos qui iudicent populum. Ita & Iudas Machabeus cùm infestaretur ab hostibus sua castra diuisit in eodem numero constituendo duces: per tribunos videlicet. Centuriones. Pentacontarcos. & decuriones: qui quidem numerus satis prõportionatus est in militibus ad distinctionem exercitus. Vnde vnus in altero continetur: vt facilior sit ad coniunctionem vnius cùm altero: cum bellandi necessitas hoc requirit. Distinctio verò quam facit Vegetius ex dispositione acierum, attenditur cum campale bellum ordinatur: licet etiam ipse cohortes ad centurias reducat: & decurias ex certis causis & rationibus.

Hîc declarat de nominibus ducum: & de numero cohortum: & quid significat vnumquodque.

CAP. XXVIII.

SEd quia de nominibus agitur ducum, videndũ est de ipsis prout scriptura sacra denominat: & Romana respu. ac moderni describunt. Et primò quidem de tribuno, quod quidem nomen dicit Vegetius ex tribu originem habere: quia præerat militibus quos Romulus elegerat, qui ex tribu originem traxerunt. Isidorus autem in nono Etymologiarum dicit, quòd tribuni dicti sunt, quòd plebeis iura præbent. Vnde in fauorem eorum sunt instituti proconsules. Alibi verò dicitur, quòd tribuni dicebantur qui mille militibus præerant, quos greci Cyliarchos appellant: sicut centuriones à centum militibus sunt nominati. De quinquagenarijs siue penthacontharchis: quod idem est, Vegetius mentionem non facit. Sed scriptura sacra in prætatis iam libris. & in quarto libro. Regum, quos ad imprecationem Helyę iuxta eorum meritum flamma combusit. Sed decanos siue decuriones sic dictos, quòd decem militum curam habent in castris. Vegetius sub vno contubernio & vno papilione disponit. Nomina verò generalia multitudinis armatorum ad pugnandum dispositæ hæc sunt: videlicet exercitus ab exercitio siue ab exercitando dictus. Vtrúnque enim in prædicta requiritur multitudine, vocantur & castra à castitate dicta: vt tradit Isidorus: eo quòd ibi debet castrari libido. Subtrahebantur enim deliciæ à castris cùm incumberet hostium pugna: vt Vegetius scribit. vnde castra filiorum Israẽl deuicta fuerunt à Madianitis: quia fornicati sunt cum filiabus eorum: vt scribitur in Numeris. Propter quod in Deuteronomio scribitur, quòd dominus ambulabar in medio castrorum Israẽlitici populi: vt sint castra corũ sancta: nihilque in eis appareat fœditatis. Vel castra dicebantur propter munitionem exercitus in aggeribus & vallibus: ac alijs clausuris fortissimis, quibus Romani principes vtebantur: cùm inuadebant hostes. Propter quod fossores: fabri ac laromi assumebantur ad militarem disciplinam: vt haberent in promptu artifices necessarios ad tuitionem exercitus. Est & aliud nomen per quod & multitudo pugnatorum exprimitur, videlicet legio ab electione dicta: vt tradit Isidorus: eo quòd milites in ea contenti eligebantur ab alijs tanquàm magis experti. Quædam autem alia nomina sunt partium legionum siue exercitus, quæ à Vegetio traduntur in 2. libr. & ab Isidoro lib. 9. vt manipulus, qui est numerus ducentorum militum: sic dictus, quòd manę hostes impeteret: siue quòd pro signo manipulos stipulæ siue alicuius herbæ ferret secum de quibus Lucanus. Conuocat armatos exemplo ad signa manipios. Alij vocantur velites, à volitando dicti propter suam agilitatem. Romana enim Respub. quosdam iuuenes agiles habebat in militia legionum qui cùm inuaderent hostes consedebant post equitum terga: tunc subito desilientes de equis turbabant hostes. Tales autem milites Hanibali: vt scribit Isidorus multum fuerunt infesti: per quos elephanti eius in maiori parte sunt interempti. Qualis fuit ille Eleazarus, de qua traditur in primo Machabeorum, quòd in medium legionis contra castra regis Anthiochi bestiam inuasit elephantinam loricatam loricis regis: ipsámque bestiam occidit. Est & aliud genus armatorum, quod acies nuncupatur ab acuitate dicta: vt Isidorus dicit, quod audaciam importat in aggrediendo hostes: de qua scriptura sacra sæpius mentionem facit. Vnde & de vna tribu Israẽlitici populi scribitur in Paralypomenon, quòd egrediebantur ad pugnam in acie prouocantes contra hostes. Aliud etiam nomen est, quod cuneus appellatur quasi coreus: quod est in vnum collecta multitudo ad pugnandum: & maximè necessarius in bellando. De quo in Deuteronom. dicitur, quòd vnusquisque suos cuncos præparabit ad bellum

Universidad de Deusto
Biblioteca

A quo fortè Conostabulus vocabulū trahit apud modernos vsitatū, quasi caput cunei stabilis. hoc est constantis & fortis. Est & aliud nomen nouū apud Thuscos de prima cohorte: & quasi eiusdē Romanę cohortis similitudinē gerens, qua eensu: genere: literis: forma: virtute pollentes milites innitebātur: vt dicit Vegetius. Cui tribunus prę erat armorū sciēria: virtute corporis: ac morū honestate præcipuus: quā trapellū dicūt: ad perforandū acies hostiū appellata. Hoc enim verbum trapellationis importat. Sed & de officialibus castrorū mul ta tradit Vegetius in. 2. lib. Sed hæc quæ dicta sunt sub cōpendio, ad præsens sufficiant, quantum pertinet ad politiæ tractatum in hoc. 4. lib. Restat vlterius de principatu Iconomo: hoc est de regimine domus quod est patrisfamiliās. Qui quidem materiam habet omnino distinctam ab alijs principatibus. Et ideò cōgruum videtur hoc per se opus componere: distinguēdo per libros siue tractatus & sua capitula: prout natura facti requirit. Qua in re Philosophus eundē modū tenet. Et vltimum de virtutibus quæ requirūtur ad partes regiminis in quocūque genere: siue sint subditi: siue rectores: siue principes: siue subiecti fideles. Quia sic requirit ordo doctrinæ in arte viuendi: & non simul ac mixtim tractare de ipsis, vt quidam fecerunt: quia hoc est impedire intellectum discentis: & est contra normam dicentis.

Explicit vigesimum opus. videlicet, de regimine principum, beati Thomæ Aquinatis, ordinis prædicatorum, ad Regem Cypri.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris opus vigesimumprimum, de regimine Iudæorum ad Ducissam Brabantiæ.

CAP. I.

EXCELLENTIAE vestræ recepi literas, ex quibus & piam sollicitudinem circa regimen subditorū vestrorum, & deotam dilectionē quam habetis ad fratres nostri ordinis, plenariè intellexi: Deo gratias agens, qui vestro cordi tantarū virtutum semina inspirauit. Quod tamen in eisdem à me requirebatis literis: vt vobis super quibusdā articulis respondere: vtiq; mihi difficile fuit, tamen propter occupationes meas, quas requirit operatio lectionis, tum quia mihi placeret, vt super his requireretis aliorum consiliū magis in talibus peritorū. Verūm quia indecens repu taui vt vestræ sollicitudini negligens coadiutor inueniar: aut dilectioni ingratus existam, super propositis articulis vobis ad præsens respondere curaui, absq; prędudicio sententiæ melioris. Primò ergo vestra requirebat excellentia, si liceat vobis aliquo tempore & quo exactionē facere in Iudæos. Ad quam quæstionem sic absolutè propositā respōderi potest: quia licet vt iura dicūt Iudæi merito culpæ suæ sint vel essent perpetuæ seruituti addicti: & sic eorum res terrarū domini possint accipere tanquā suas. Hoc tamen seruato moderamine, vt necessaria vitæ subsidia eis nullatenus subtrahātur. Quia tamen oportet nos honestè ambulare: etiam ad eos qui foris sunt: ne nomē domini blasphemetur: vt Apostolus fideles admonet suo exēplo: vt sine offensione simus Iudæis: ac Gentibus & ecclesiæ Dei. hoc seruādū videtur: vt sicut iura determinant, ab eis coacta seruitia non exigantur: quæ ipsi præterito tempore facere non consueuerunt: quia ea quæ sunt insolita magis solent animos hominum perturbare. Secundum igitur huius moderationis sententiam potestis secundum cōsuetudinē prædecessorum vestrorum exactionē in Iudæos facere: si tamen aliud nō obsistat. Videtur autē quantū conijcere potui circa hoc dubitationē vestrā augeri ex his quæ consequenter inquiritis, ꝙ Iudæi terræ vestræ nihil videtur habere nisi quod acquisierūt per vsurariā prauitatē. Vnde cōsequēter quęritis si liceat aliquid ab eis exigere: cū restituēda sint sic extorta. Super hoc ergo sic respondendū videtur, quòd cùm ea quæ Iudæi per vsuras ab alijs extorserūt nō possint licitè retinere. cōsequens est vt si etiā vos hæc acceperitis ab eis nō possetis licitè retinere: nisi forsan essent talia quæ à vobis vel antecessoribus vestris hactenus extorsissent. Si qua verò habent quæ extorserunt ab alijs, hæc ab eis exacta illis debetis restituere, quibus Iudæi restituere tenebantur. Vnde si inueniuntur certæ personæ à quibus extorserunt vsuras, debet eis restitui: aliquin debet in pios vsus secundum consilium diocesani Episcopi & aliorum proborum: vel etiam in cōmunem vtilitatē terræ si necessitas immineat: vel exposcat cōmunis vtilitas erogari, nec esset illicitum, si à Iudæis exigeretis talia de nouo: seruata consuetudine prædecessorum vestrorum: ac intentione: vt in prædictos vsus expenderentur. Secundò verò requirebatis, si peccauerit Iudæus, vtrū sit pœna pecuniaria puniendus, cùm nihil habeat præter vsuras. Respondendum videtur secundū prædicta, ꝙ expedit eū pecuniaria pœna puniri: ne ex sua iniquitate cōmodum reportet. Videtur etiā mihi, ꝙ esset maiori pœna puniēdus Iudæus, vel quicúnque alius vsurarius, quā aliquis alius: quāto pecunia quæ aufertur ei minus ad eum noscitur pertinere. Potest etiam pecuniariæ alia pœna superaddi: ne hoc solùm ad pœnam sufficere videatur: quòd pecuniam alijs debitam desinit possidere. Pecunia autē pœnæ nomine ab vsurarijs ablata retineri non potest: sed in vsus prædictos debet expendi, si nihil habeant aliud quā vsuras. Si verò dicatur, quòd ex hoc principes terrarum damnificantur, hoc damnum sibi imputent vtpotè ex negligentia eorum prouieniens. Melius enim esset vt Iudæos laborare cōpellerent ad proprium victum lucrandum: sicut in partibus Italiæ faciunt, quā ꝙ ociosi viuentes solis vsuris ditentur: & sic eorum domini suis redditibus defraudentur. Ita enim & per suam culpā principes defraudarentur redditibus proprijs, si permitterent suos subditos ex solo latrocinio vel furto lucrari. Tenerentur enim ad restitutionem eius quodcúnque ab eis exigerent. Tertiò quærebatur: si vltrò offerat pecuniam vel aliquod encenium, an recipere liceat. Ad quod respondendum videtur, quòd licet recipere: sed expedit, ꝙ sic acceptum reddatur his quibus debetur: vel aliter vt suprà dictū est expēdatur, si nihil aliud habeant, quàm vsuraras. Quartò quæritur si plus accipitur à Iudæo, quàm ab eo Christiani requirant, quid sit de residuo faciendum. Ad quod patet responsio ex iam dictis. Quod enim Christiani minus requirūt, potest esse propter duo: vel quia fortè Iudæus aliquid habebat præter vsurariū lucrū, & in tali casu licet vobis illud retinere, seruato moderamine suprādicto. Et idem videtur dicēdum, si illi extorserint vsuras eis qui postea bona voluntate donauerunt, cū tamen Iudæi prōptè se offerrent ad restituendum vsuras. Vel potest contingere, quòd illi à quibus acceperunt, sint sublati de medio: vel per mortē: vel in terris alijs morantes, & tunc ipsi debent restituere. Si tamen non apparent certæ personæ quibus restituere teneantur, procedendū est vt suprà. Quod autem de Iudæis dictum est, intelligēdum est & de cauorsinis vel quibuscúnque alijs insistentibus vsurariæ prauitati. Quintò quærebatis de baliuis & officialibus vestris, si liceat eis officia vendere: vel mutuo ab eis recipere aliquid certum, donec tantum recipiant ex officijs. Ad quod dicendum videtur, quòd quæstio ista duas difficultates habere videtur, quarum prima est de officiorum venditione. Circa quam considerandum videtur, quod Apostolus dicit, quòd multa licent quæ nō expediunt. Cū autem baliuis & officialibus vestris nihil committatis, nisi temporalis officium potestatis, non video quare huiusmodi officia non liceat vobis vendere, dūmodò talibus vendatis, de quibus possit præsumi, quòd sint vtiles ad talia officia exercenda, & non tanto pretio vendantur officia, quòd recuperari nō possint sine grauamine virorum subditorum. Sed tamen talis venditio expediens non videtur. Primò quidem quia contingit frequenter, quòd illi qui esset magis idonei ad huiusmodi officia exercenda, sunt pauperes: vt emere non possint. Et si etiam sunt diuites illi qui meliores sunt, talia officia non ambiunt, nec inhiant ad lucra ex officio acquirenda. Sequitur igitur, quòd vt plurimum illi officia in terra vestra suscipiant qui sunt peiores, ambitiosi, & pecuniæ amatores, quos etiam probabile est subditos vestros opprimere, & vestra etiam incommoda non sic fideliter procurare. Vnde magis videtur expediens: vt bonos homines & idoneos ad suscipiendum vestra officia eligatis, quos etiam inuitos, si necesse fuerit, compellatis, quia per eorum bonitatem & industriā maiora accrescent vobis & subditis vestris, quàm de prædicta officiorum venditione acquirere valeatis. Et hoc consilium dedit Moysi eius cognatus. Prouide, inquit, de omni plebe viros sapientes & timentes Deum, in quibus sit charitas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos qui iudicent populum omni tempore. Secunda verò dubitatio circa hunc articulum esse potest de mutuo. Circa quod dicendum videtur, quòd si pacto hoc mutuum dant: vt officium accipiant, absque dubio pactum est vsurarium, quia pro mutuo accipiunt officij potestatem. Vnde in hoc datis eis occasionem peccandi, & ipsi etiam tunc tenentur resignare officio taliter acquisito. Si tamen gratis officia dederitis, & pòt ab eis mutuum acceperitis, quod de suo officio possint recipere, hoc absque omni peccato fieri potest. Sextò quærebatis, si liceat vobis exactiones facere in vestros subditos Christianos, in quo considerare debetis, quòd principes terrarum sunt à Deo instituti, non quidem vt propria lucra quærant, sed vt communem populi vtilitatem procurent. In reprehensione enim quorundam principum dicitur in Ezechiele. Principes eius in medio eius, quasi lupi rapaces, ad effundendum sanguinem: & ad quærendas animas: & auaritiæ lucra sequenda. Et alibi dicitur per quendam Prophetam. Veh pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos. Nónne greges pascuntur à pastoribus? Lac comedebatis: & lanis cooperiebamini: quod crassum erat occidebatis: gregem autem meū nō pascebatis. Vnde constituti sunt redditus terrarum principibus: vt ex illis viuentes à spoliatione subditorum abstineant. Vnde in eodem Propheta domino mandate dicitur, quòd principi erit possessio in Israël: & non depopulabuntur vltrà principes populum meum. Contingit tamen aliquando, quòd principes non habent sufficientes redditus ad custodiam terræ: & ad alia quæ imminent rationabiliter principibus expetenda. Et in tali casu iustum est vt subditi exhibeant vnde possit communis eorū vtilitas procurari. Et inde est, quòd in aliquibus terris ex antiqua consuetudine domini suis subditis certas collectas imponunt: quæ si nō sunt immoderatæ, absq; peccato exigi possunt: quia secundum Apostolū nullus militat stipendijs suis. Vnde princeps qui militat vtilitati cōmuni, potest de cōmunibus viuere: & cōmunia negocia procurare: vel per redditus deputatos: vel si huiusmodi desint aut sufficientes non fuerint: per ea quæ à singulis colliguntur. Et similis ratio esse videtur si aliquis casus emergat de nouo: in quo patet plura expendere pro vtilitate communi: vel pro honesto statu principis conseruando: ad quæ non sufficiunt redditus proprij vel exactiones consuetæ: puta si hostes terram inuadant. vel aliquis similis casus emergat. Tunc enim & præter solitas exactiones possent licitè terrarum principes à suis subditis aliqua exigere pro vtilitate cōmuni. Si vero velint exigere vltra id, quod est institutum pro sola libidine habendi: aut propter inordinatas & immoderatas expensas, hoc eis omninò non licet. Vnde Ioannes Baptista militibus ad se venientibus dixit. Neminem concutiatis: nec calumniam faciatis. & contenti estote stipendijs vestris. Sunt enim quasi stipendia principum eorum redditus: quibus debent esse contenti: vt vltra non exigant: nisi secundum rationem prædictam. & si vtilitas est communis. Septimò quærebatis si officiales vestri absque iuris ordine aliquid à subditis extorserint, quo ad manus vestras deuenerit: vel non fortè quid circa hoc facere debeatis. Super quo plana est responsio: quia si ad manus vestras deuenerint, debetis restituere vel certis personis si posse testis: vel in pios vsus expendere, siue pro vtilitate communi si personas certas non potestis inuenire. Si autem ad manus vestras non deuenerint, debetis compellere officiales vestros ad consimilem restitutionem. etiam si non fuerint notæ vobis aliquæ certæ personæ, à quibus exegerint: ne à sua iniustitia commodum reportent. Quin imò sunt à vobis super hoc grauius puniendi: vt cæteri à similibus abstineant in futurum: quia sicut Salomon dicit Pestilente flagello stultus sapientior fit. Vltimò quæritis si bonum est: vt per prouinciam vestram Iudæi signum distinctiuum à Christianis deportare cogantur. Ad quod plana est responsio: & secundum statutum concilij generalis: Iudæi vtriusque sexus in omni Christianorum prouincia & in omni tempore aliquo habitu ab alijs populis debent distingui, hoc eis etiam in lege eorum mandatur: vt scilicet faciant fimbrias per quatuor angulos palliorum: per quos ab alijs discernantur. Hæc sunt illustris & religiosa domina, quæ vestris quæstionibus ad præsens respondenda occurrunt. in quibus vobis non sic meam sententiam ingero, quin magis suadeam peritiorum sententiam esse tenendam. Valeat dominatio vestra per tempora longiora.

Explicit opus vigesimumprimum diui Thomæ Aquinatis, de regimine Iudæorum ad Ducissam Brabantiæ.

INCIPIT EIVSDEM DOctoris opus Vigesimumsecundum De forma Absolutionis, ad Generalem Magistrum sui Ordinis.

CAP. I.

PERLECTO libello à vobis exhibito inueni assertionem cuiusdam valde temerariam: dicentis, quòd sacerdos absoluendo vt nō debet hac forma. Ego te absoluo. Quod quidem præsumptuosum iudico: quia repugnat euāgelicis dictis. Dicit enim dominus Petro Matth. 16. Quodcúnq; solueris super terram erit solutū & in cœlis: quod ad vsum clauium pertinere ostenditur. Nam præmiserat. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et pòst quasi vsum clauium exponens dicit. Et quodcúnque solueris. Patet ergo ex dictis saluatorris, quòd habens claues absoluit. Præsumptuosum est ergo ne dicam erroneum: vt sacerdos dicere non possit sego absoluo te: quem dominus absoluere confitetur. Magis autem ex verbis domini colligitur hanc esse formam debitā absoluendi. Ego te absoluo. Sicut enim dominus discipulis dixit. Euntes docete omnes gentes baptizātes eos. Matth. vlt. ita dicit. Quodcúnque solueris super terram. Vnde sicut conueniens est forma baptismi: vt minister dicat. Ego te baptizo: quia dominus ministris actum baptizandi attribuit: ita conueniens forma est: vt dicatur, ego te absoluo: quia dominus ministro actum absoluendi attribuit. Dionysius etiam expresse in 13. c. angelicæ Hierar. sic dicit. Nihil igitur inconueniens si purgare dicitur theologum Seraphin. Nam sicut Deus purgat omnes: eo, quòd omnis purgationis est causa. Magis autem propinquo vtar exemplo: quemadmodùm qui secundum nos est Hierarcha. id est, Episcopus per ipsius diaconos: aut sacerdotes purgās: aut illuminās: ipse dicitur purgare aut illuminare. Patet ergo per auctoritatē Dionysij, ꝙ licet Deus vt principalis auctor purget & illuminet: minister tamē dicitur purgare & illuminare. Ad hoc etiam est cōmunis consuetudo in talt forma vtentium: cui aliquem cōtrariari non paruæ præsumptionis est. Apostolus etiam 2. Cor. 2. dicit. Ego quod donaui si quid donaui propter vos in persona Christi. glo. Si ergo magister petitione discipulorum donauit cui voluerint peccatum, multo magis discipuli prece magistri idē facere debēt. Et vt ratum ei cui donauit ostenderet apud Deum, subdit. Et hoc feci in persona Christi, ideſt, ac si ipse Christus condonaret. Donare autem peccatū, est absoluere à peccato. ergo cōueniēter minister dicit. Ego te absoluo à peccato. Non est etiam parua auctoritas eius, quod in ecclesia cantatur. Iam bone pastor Petre clemens accipe voca precantiū: & peccati vincula resolue tibi potestate tradita. Potestas autem tradita Petro est potestas clauium. Potest ergo habens claues ex tradita sibi potestate dicere. Ego te absoluo. Non solùm autem hoc conuenienter dicere potest: sed & necessarium esse videtur. Sacramenta enim nouæ legis efficiunt, quod figurant. Figurant autem seu significant: & ex materia: & ex forma verborum: vt in sacramento baptismi apparet. Nam absolutio corporalis quæ fit per aquam significat interiorem absolutionem: & sacramētaliter efficit eam. similiter verba quæ dicuntur. Ego te baptizo: idem significant. & idem apparet in sacramento confirmationis, in quo forma est. Consigno te signo crucis: & confirmo te crismate salutis, &c. Quibus verbis manifestè effectus sacramenti figuratur. In sacramento etiam eucharistiæ sacerdos ex persona Christi loquens dicit. Hoc est corpus meum: hic est calix sanguinis mei: hoc significans, quod in sacramento efficitur. Similiter etiam in sacramento matrimonij requiruntur verba exprimentia consensum de præsenti, & copulam coniugalem. In sacramento verò ordinis, quia fit traductio potestatis, est forma imperatiui modi cùm pontifex dicit. Accipe potestatem faciēdi hoc vel illud. In solo autem sacramento extremæ vnctionis forma verborum est sub modo deprecatiuæ orationis: sicut eum dicitur. Per istā vnctionem & suam sanctam ac pijssimam misericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, &c. Seruatur antē hoc in hoc sacramento propter auctoritatem sacræ scripturæ. Dicitur enim Iac. 5. vbi de hoc sacramento sequitur. Oratio fidei saluabit infirmum: & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Vbi etiam ratio huius singularis obseruantiæ assignari videtur. In alijs enim sacramentis nihil corporaliter agitur: quod nō stārim ex operatione ministri sequatur. Sicut statim in baptismo fit absolutio corporalis, quæ spiritualem designat: & sacramentaliter causat. Sanatio autem corporalis non statim sequitur ex vnctione: sed petitur præstanda à Deo. Vnde & interior sanatio quæ per eam signatur sub deprecatione à Deo poscitur. In sacramēto autē pœnitētiæ verba scripturæ quæ maximè sunt sectāda nō faciūt mentionem de aliqua deprecatione: sed magis verbo indicatio vtitur. Nō enim dicit. Quæcúnq; petieris esse soluenda erunt soluta. sed quæcúnq; solueris erunt soluta. Si ergo illa tantū dicuntur esse soluta, quæ habens claues soluerit, qui autē petit aliquid esse soluēdū non soluit: miror qua temeritate aliquis asserat esse solutum quem habens claues non significat se soluere: sed solùm rogat esse soluendum. Non autem similis ratio est vtendi deprecatiua oratione in hoc sacramēto: sicut in sacramēto extremæ vnctionis: quia nihil hīc corporale expectatur futurum, quod non statim fiat: vt in extrema vnctione: quinimò certissimum est in hoc sacramēto per claues ecclesiæ remissionem peccatorum conferri: misi sit impedimentum ex parte confitentis. Sicut etiam accidit in baptismo. Dicit enim Aug. Non erit turpis: nec difficilis post patrata & purgata adulteria reconciliatio coniugij: vbi per claues regni cœlorum non dubitatur fieri remissio peccatorum. Non ergo sub incerto modo deprecatiuæ orationis significanda est in hoc sacramento remissio peccatorum: sed sub certitudine per indicatiuam orationem. Non ergo est forma in sacramento pœnitentiæ. absolutionem & remissionem tribuat tibi omnipotens Deus: sed ego te absoluo.

Universidad de Deusto Biblioteca

Obiectiones cum resolutionibus.

CAP. II.

SIcut autem temerarius est in asserendo, ita vaniloquus in probando: dum friuola quędam pro rationibus inducit. Primò enim inducit quandam postillam super summam Raimundi: quæ dicit, quod in talibus.s. absolutione ab excommunicatione: licèt verba exigantur, non tamen præscripta est forma verborum. sicut in sacramento baptismi & eucharistiæ. Vbi primò derisoriũ est in tanta re postillam summæ pro auctoritate adducere. Deindè vt postillatori nõ fiat iniuria, dicamus quòd alia ratio est de absolutione ab excommunicatione quæ non est sacramentalis: sed magis iudiciaria iurisdictionem consequẽs: & aliud de absolutione à peccatis in sacramento pœnitentiæ: quæ consequitur potestatem clauium & est sacramentalis. In illa enim verba habent efficaciam ab intentione dicentis. Vnde non refert quibuscúnque verbis vtatur ad exprimendam suam intentionem. In sacramentis autem verba habent efficaciam ex institutione diuina. Vnde tenẽda sunt verba determinata: consonantia diuinæ institutioni. Institutioni autem dicentis. Quodcúnque solueris, &c. ista verba conueniunt. ego te absoluo: sicut institutioni dicentis. Euntes docete omnes gentes baptizantes, &c. conueniunt ista verba. Ego te baptizo, &c. Sicut ergo ista tenenda sunt in baptismo. Ego te baptizo: ita in pœnitẽtia. Ego te absoluo. Secũdò autem ponit, quòd magister qui sententias compilauit, non posuit hanc formam: nec aliquem sanctorum legimus hac forma vsum fuisse. Contra quod dicendum est, quòd nec magister formam posuit: nec legitur de alia forma, qua aliquis sanctorũ sit vsus: nec etiã legitur, quod aliquis istam formam negauerit. Legitur autem quòd ipse institutor sacramenti dixit. Quodcúnque solueris: quod est maius omni auctoritate. Tertiò ad hoc inducit, quòd in quibusdã absolutionibus quas ecclesia facit in prima & in completorio: ante missam: & post prædicationem secundum morem Romanæ ecclesiæ: & in die cinerum: & cœnæ domini, non fit absolutio per orationẽ indicatiuam, sed deprecatiuam tantùm. In quo miror eum non aduertere, quòd huiusmodi absolutiones non sunt sacramentales: sed sunt quædam orationes quibus dicuntur venialia peccata dimitti: sicut per orationem dominicam qua dicitur. Dimitte nobis debita nostra. Quartò autem inducit sic sensisse quosdam antiquos & famosos magistros, scilicet magistrum Gulielmum de Antisiodoro, & magistrum Gulielmum quondam Episcopũ Parisiensem. & dominum Hugonem quondam Cardinalem: de quibus, quòd ita senserint, nõ constat. Sed & si ita senserunt, nunquid eorũ opinio præiudicare poterit verbis domini dicentis Petro. Quodcúnque solueris, &c. Nunquid etiã si nunc viuerent, præiudicare possent cõmunis sententiæ magistrorũ Parisius regentium: qui contrarium sentiunt decernẽtes absq; his verbis. Ego te absoluo. absolutionem nõ esse per solam deprecatiuam orationẽ. Quintò verò proponit de eo quod agitur in sacramento extremæ vnctionis: quod suprà solutum est. Sextò obijcit de hoc, quod Matt.9. Cũ dixisset dominus paralytico. Remittuntur tibi peccata tua: dixerũt. Hic blasphemat. Nam peccata dimittere solius est Dei: nõ ergo sacerdotis. Hoc etiam per verba Dionysij suprà solutũ est: quia Dei est auctoritate peccata dimittere. hominis autẽ est ministerium ad remissionem exhibere, dum in persona Christi peccata condonat: sicut dicit Apostolus. Septimò obijcit, quòd in suscitatione Lazari secundum Augusti. & Grego. significata est suscitationis peccatorum præoperatio: quia Lazarus est prius à domino viuificatus, quàm traderetur discipulis absoluendus. Ex quo arguit, quòd nihil valet absolutio sacerdotis antequàm homo sit à Deo viuificatus per gratiam: & suscitatus à morte culpæ. ergo sacerdos non potest super culpam. Quæ quidem ratio multiplices defectus habet. Primò quidem: quia arguitur ex metaphoricis locutionibus: ex quibus non est arguendum: vt Dio. & Aug. dicunt. Secũdò: quia ratio sua nõ est ad propositũ. Constat enim, quòd dominus Lazarũ suscitauit: & discipulis soluẽdũ mandauit. ergo discipuli absoluũt. Per hoc ergo non ostenditur, quod sacerdos nõ absoluat: aut non debeat dicere. Ego te absoluo: sed quòd eum non debet absoluere in quo signa contritionis non videt: per quam homo iustificatur interius à Deo culpa remissa. Quòd verò dicit, quod sacerdos nõ potest habere super culpã potestatẽ, & hoc habere potest calumniam. Sciendũ est, quod si intelligat, quod sacerdos sua auctoritate sup culpã potentiã nõ habet, dicit verum. Si autẽ intelligit quod sacramentũ quod sacerdos vt minister tradit non se extendat ad remissionem culpæ, falsum dicit. Sicut enim per baptismum dimittitur omnis culpa & originalis & actualis, ita per sacramentũ pœnitentiæ remittitur actualis culpa. Contingit autẽ quãdoq; in baptismo, quod aliquis antequã sacramẽtũ baptismi actu percipit dũ habet sacramenta in voto vel in proposito, cõsequit̃ iustificationẽ à solo Deo: & tamẽ si antè cõsecutus nõ fuerit ex vi sacramẽti: nisi obicẽ opponat, iustificationẽ cõsequitur sacramentũ suscipiendo: ita omninò est de pœnitentia. Nullus enim reputatur cõtritus, nisi habeat propositũ subijciendi se ecclesiæ clauibus: quod est habere sacramentũ in voto. Vnde quandoq; aliqui cõsequunt̃ iustificationẽ in ipsa absolutione, quã antè nõ fuerant assecuti. Octauò obijcit, quòd paris potestatis est baptismo abluere interius & à culpa mortali absoluere. Sed Deus non cõmunicauit potestatem interius baptizandi, ne spes poneretur in homine: ergo nec absoluendi ab actuali peccato. In quo suam vocẽ ignorare videtur contra seipsum objiciẽs. Sicut enim solus Deus interius baptizat: & tamen quia homo ministerium exterius exhibet, dicit. Ego te baptizo, ita Deus per seipsum à peccato absoluit: & tamen homo qui exterius ministerium exhibet dicere debet. Ego te absoluo. Nonò obijcit, quòd remissio peccatorum fit per gratiam quã homo dare nõ potest. Cui dicendũ est, quòd licet homo nõ possit dare gratiã, potest tamẽ dare gratiæ sacramẽtũ, per qđ fit remissio peccatorum. Decimò obij it, quod dominus dixit ad Moysem. Loquere Aaron & filijs eius. Sic benedicetis filijs Israël & dicetis eis. Benedicat tibi dominus & custodiat te. Numeri.6. Et subditur. Inuocabũtq; nomẽ meũ sup filios Israël: & ego benedicã eis. Quod videtur imitari prælati, cũ dicũt: Benedicat vos Deus vel diuina maiestas: nec dicunt. Ego te benedico. Hic apertè decipitur: quia benedictio ista non est sacramentalis: sed vbi sacramentalis benedictio occurrit sicut in sacramento eucharistiæ, tunc ipsi sacerdotes benedicere dicuntur. vnde Apostolus dicit.1.Corin.10. Calix benedictionis cui benedicimus. Glo. Cui nos sacerdotes quotidiè benedicimus. Nec est verũ qđ subdit, p hoc qđ dicit. Absolutionẽ & remissionẽ tribuat tibi, &c. sit forma aut pars formę. Nõ enim cõueniũt verbis scripturæ, q̃ dicit. Quodcũq; solueris, &c. Et quorũ remiseritis, &c. Nec hoc qđ dicit. Benedictio Dei oĩpotẽtis, &c. pars est formæ: cùm hoc ex scriptura trahi nõ possit: nec in vsu cõmuni habeat: licet aliq hoc dicant. Vndecimò obijcit, quòd cũ clauis sit potestas quæ est in ministro, si extenderet se ad culpæ absolutionem, hoc esset per modum efficiendi, quod soli Deo competit, cuius solutio iam ex dictis patet. Potestas enim clauium se extendit ad absolutionẽ culpæ, non sicut causa efficiens principalis. Hoc eñ Dei est, sed sicut instrumentum, sicut & aqua baptismi, de qua Aug. dicit, quòd corpus tangit & cor abluit. Duodecimò obijcit, quòd Dominus idem voluit ostendere dicens. Quodcúnque solueris, &c. & quorum remiseritis, &c. Nullus autẽ dicit. Ego tibi remitto peccata, ergo nec debet dicere. Ego te absoluo. Sed obliuiscitur eius, quod Apostolus dicit, se donasse peccatum non propria auctoritate, sed in persona Christi. Donare autem idem est, quod etiam remittere. Papa etiam se relaxare dicit aliquam partem de pœnitentia iniuncta. Ideò enim in absolutione sacramentali potius vtimur verbo absolutionis, quàm remissionis: vt forma absolutionis cõueniat verbis institutionis, quia Dominus exponens clauium potestatem, his verbis vsus est. Quodcúnque solueris, &c. Tertiodecimò obijcit ex authoritate Hieronymi repræhendentis quosdam de eo, quod putant se damnare innoxios: vel absoluere noxios. Non enim sacerdos à peccatis absoluens noxios, soluit, qui voluntate noxij remanent, sed qui pœnitendo recedunt à noxa culpæ. Quartodecimò obijcit de hoc, quòd Hieronymus dicit super Leuiticum, quòd læprosi iubentur ostendere sacerdotibus. quos illi non faciunt læprosos vel mundos, sed discernũt, ita & hic. Decipitur autem, quia similitudinẽ nimis extendit. Absit enim vt sacramenta nouæ legis solùm significent & nihil faciant, sicut veteris legis sacramenta. Si autem sacerdos solùm discernendo denuntiaret peccatoris absolutionem nihil faceret, sed tantùm significaret, ergo facit aliquid ministeriũ absolutionis impendendo, non tamen facit idoneos accedentes ad sacramentum. Hoc enim solus Deus facit, qui ad se hominum corda conuertit. Et respectu huius idoneitatis non habet sacerdos, nisi discretionem, sicut & sacerdos legalis circa læpram. Quintodecimò obijcit, quòd Ambr. dicit, quòd solus ille peccata dimittit, qui pro peccatis mortuus est. Augu. etiam dicit, quòd nemo tollit peccata mundi, nisi solus Christus. Hoc soluit Apost. dicẽs, quòd ipse donauit. donauit in persona Christi, scilicet tanquàm Christi minister, qui sua passione remissionem meruit peccatorum, à qua passione efficaciam habent claues ecclesiæ, sicut & cætera sacramenta. Sextodecimò obijcit de læprosis mundatis à Christo. Matth 8. & Luc.17. quibus dixit, quòd ostenderent se sacerdotibus, tamen antequã se ostenderent, mũdati sunt. Quod similiter soluendum est, sicut id, quod de Lazaro suprà posuit. Decimoseptimò resumit, quòd cùm Dominus dixisset paralytico. Dimittuntur tibi peccata, Iudæi dixerunt, hic blasphemat. Hoc suprà solutum est, nec oportet reiterare.

Quomodò aduersarius nititur quandam absolutionem fingere.

CAP. III.

HIs autem rationibus positis, nititur quãdam absolutionem fingere, quæ est: Si aliquis talis dicat, quòd ad ministerium sacerdotis pertinet oratio absolutionem Dei impetrans, posteà tamẽ debet dicere indicatiuè. Ego te absoluo, idest, absolutum te ostendo. Quam quidem absolutionem nec ego approbo, si simpliciter, vt verba sonant, intelligatur. Non enim oratione sacerdotis impetratur re-

petratur remissio peccatorum: sed passione Christi. Alioquin si sacerdos esset in peccato mortali absoluere non posset. Præmittitur autem oratio: vt impetretur confitenti idoneitas ad suscipiendum effectum sacramenti. Quæ quidem oratio licet plus valeat à iusto, quàm à peccatore oblata propter meritum personæ: quod additur, tamen etiam à sacerdote peccatore oblata non est cassa: quia proponitur ab eo in persona totius ecclesiæ. In formis autem sacramentorum non plus facit verbum à peccatore, quã à iusto prolatũ: quia nõ operatur ibi meritum hominis: sed passio Christi & virtus Dei. Similiter nõ sufficit illa expositio. Ego te absoluo, idest, absolutum te ostendo: quia secũdum hoc in sacramẽtis nouę legis nõ esset nisi ostẽsio vel significatio: quod idẽ est. Sed est sensus. Ego te absoluo.i. sacramentũ vel ministeriũ absolutionis tibi impendo. Nisi fortè sicut aliquis dicitur ostẽdere, nõ solũ significando: sed etiã faciendo. Si tamẽ dicta responsio sustineatur, non inutile erit considerare, quã friuolis eam rationibus impugnet. Obijcit enim primò, quod dominus dedit potestatem discipulis sanãdi omnes infirmitates corporales & spirituales: sed in sanatione corporaliũ infirmitatũ nõ dicebant: ego sano te: sed sanet te dominus Iesus. ergo nec in sanatione spirituali debet dicere sacerdos: ego te absoluo. Non aduertit autem qui hoc obijcit, quod potestas sanandi infirmitates erat gratia specialiter homini data: non ad sanandum: sed ad sanitatem impetrandam. Potestas autem clauium non computatur inter gratias gratis datas: sed virtus sacramentalis: quæ principaliter residet in Christo: instrumentaliter autẽ seu ministerialiter in sacerdotibus claues habẽtibus. Vnde verbum dicentis. Sanet te dominus, non sanabat: sed sanationem impetrabat. Verba autẽ sacramentalia efficiunt, quod figurant: vt suprà dictum est. Secundò obijcit, quòd temerarium videtur denuntiare aliquem esse ab omnibus peccatis absolutum. quia sic esset sicut angelus Dei. Sed multo magis est temerarium dicere, quòd per claues ecclesiæ non fiat certa remissio peccatorum: vt Augustinus dicit. Nunquid enim est abbreuiata manus domini: vt qui in baptismo ab omnibus peccatis mundat in sacramento pœnitentiæ hoc non faciat? Tertiò obijcit, quòd dicere ostendo te absolutum, non est eum ostendere absolutum: sicut dicere comedo non est comedere. In quo decipitur non considerans, quòd formæ sacramentorum non solũ sunt verba significatiua, sed factiua. Quartò obijcit, quòd cùm dicitur. ego te baptizo, non est baptizare nisi sequatur immersio vel tinctio. Sed hoc est valdè ridiculum: quia in sacramento baptismi elementum materiale requiritur cum forma sacramenti: sed in sacramento pœnitentiæ elementum exterius non adhibetur. Quintò obijcit, quòd temerariè sacerdos dicit. Ostendo te absolutum cùm ignoret an Deus absoluerit. Sed secundum hanc eandem rationem temerariũ esset dicere: ego te baptizo: cũ ignoret an Deus interius baptizet. Neutrum autem est temerarium: quia sacramenta habent certos effectus: licet impediri possint per fictionem recipiẽtis. Vnde sacerdos dicens ego te absoluo: vel ego te baptizo cum certitudine denunciat sacramenti effectum. Similiter dicitur ad id quod.6. & 7. obijcit de incertitudine dimissionis pœnæ. Octauò obijcit, quòd nõ potest dicere ostendo te absolutum: nisi fortè alicui sit reuelatum: sicut Ioanni euangelistæ: vel beatæ virgini. Ad quod etiam super id, quod dictum est addendum est, quòd si iudex absque temeritate testibus auditis potest pronuntiare aliquem innocentem: quàmuis fortè sit nocens secundum rei veritatem: non temerariè ostendit sacerdos aliquem absolutum in foro pœnitentiæ: in quo creditur pœnitenti pro se & contra se. Ex quo etiam patet, quòd non est periculosum sacerdoti dicere, ego te absoluo illis: in quibus signa contritionis vident: quæ sunt dolor de præteritis: & propositum de cætero non peccandi: aliàs absoluere non debet. Periculosè autem solam orationem dicit: quia hoc non est absoluere: sed sub dubio pœnitentiæ relinquere. Orare autem pro aliquo vt absoluatur potest siue sit contritus, siue non.

Impositio manus non est de necessitate huius sacramenti.

CAP. IIII.

VLterius autem nõ minus temerariè asserere præsumit: quod impositio manus sit de necessitate huius sacramenti. Primò quidem propter hoc quòd act.8. dicitur. Imponebant manus super illos & accipiebant spiritum sanctum. Illa enim impositio fuit loco sacramenti confirmationis: quòd datur per maiores ministros. Secũdò obijcit quod Mat. vlt. dicitur. Super ægros manus imponẽt, &c. Sed hoc est ridiculum: quia non loquitur de impositione sacramentali: sed de signis faciendis. Tertiò obijcit, quòd Aug. dicit, quòd sacramentum nouæ legis debet esse signum sacræ rei: & per naturalem similitudinem quod de suo addit: per hoc volens dicere, quòd sola verba non faciunt, nec perficiunt sacramentum. Sed patet in omni sacramento, quod verba ad materiam accedentia perficiunt sacramentũ. In sacramento enim eucharistiæ sola verba prolata super materiam consecrandam perficiunt sacramentum. In baptismo etiã verba prolata super aquã tantũ nõ faciũt sacramentũ, sed sup aquã adhibitã in baptismo: quia totũ est loco materiæ. Ipse autem peccator confitens est sicut materia in hoc sacramento. Vnde verba absolutionis super eum prolata efficiunt pœnitentiæ sacramentũ. Quartò obijcit, quod dicitur Matt.19. quòd oblati sunt paruuli: vt eis manus imponeret. Sed hoc non potest referri ad pœnitentiæ sacramentum, quod paruulis impendi non consueuit. Oblati sunt autem ei: vt manus imponeret benedicendo secundũ consuetudinẽ Iudæorũ: vt dicit Remigius. Quintò obijcit, quod dicitur act.8. Cùm vidisset Symon, quod per impositionẽ manuũ Apostolorũ, &c. Hoc autẽ pertinet ad impositionẽ manuũ, quæ fit in confirmatione: vt suprà dictum est. Sextò obijcit ad hoc auctoritatẽ magistri Gulielmi Auerni, qui an hoc dixerit nescio: sed scio eum non fuisse tantæ auctoritatis: vt eius dicto standum sit in tanta re: præsertim cùm dominus Petro potestatem clauium exponens non dixerit. Cuicúnque manus imposueris, sed quodcúnque solueris.

Obiectiones contra prædicta & earum solutiones.

CAP. V.

VLtimò redit ad primũ, resumẽs rationes prius adductas: quod non debet sacerdos dicere: ego te absoluo: tum quia hoc pertinet ad potestatẽ Dei. tum quia sacerdoti incertũ est an ille absoluatur. Quę iam suprà soluta sunt. Addit etiã obijciendo, quod vix.30. anni sunt, quod omnes hac sola forma vtebantur. Absolutionẽ & remissionem, &c. Sed quomodò de omnibus potest testimoniũ perhibere, qui omnes nõ vidit. Sed hoc certũ est, quod iam sunt mille ducẽti anni & amplius, quod dictũ est Petro. quodcúmq; solueris, &c. Quare autẽ non dicatur in forma, ego tibi remitto, sicut ego te absoluo, iam suprà dictũ est. Obijcit autem vlteriùs, quod si sacerdos potest absoluere à peccatis: vtilius esset absolui, quã accipere crucẽ trãsmarinã. Quod quã ridiculũ sit dictũ de facili potest aduerti. Non enim crux transmarina datur valitura nisi absoluto à peccatis: ad remissionẽ totius pœnæ pro peccatis debitæ. Obijcit autẽ vlterius, quod veh imminet viuificãti animas quæ nõ viuũt: vt dicitur Eze.13. Et sic sacerdos se committit discrimini, cùm nesciat quod viuant. Sed hoc iam solutum est. Quia & si nesciat, quòd viuant, scit tamen, quod sacramẽtum iustificare potest. Vlteriùs obijcit: quòd sicut dicit Amb. Dominus parẽ vim esse voluit ligãdi & soluẽdi: sed sacerdos nõ ligat vinculo peccati: sed propriorũ quisq; peccatorũ vinculis cõstringitur: vt dicitur Prouerb.5. ergo sacerdos non absoluit à vinculo culpæ. Cõtra quod dictum, quod hoc sacerdos facit ligando & soluendo per ministeriũ, quod Deus dedit per authoritatem. Deus enim absoluit à peccato directè, gratiam apponẽdo: & ligat: vel trahit in peccatũ gratiã nõ apponẽdo: vt dicitur Ro.1. Similiter sacerdos tanquã minister à peccato soluit sacramentum gratię apponẽdo & ligat non apponendo propter hoc quod ligat ad pœnam quã iniungit. Inducit autẽ vltimò auctoritatem Hilarij, quod soli Deo de se credendum est: & sic absolutionem à culpa quã solus Deus facit, sacerdos ostendere nõ potest. Itẽ, quod Dio. dicit, quod sacerdotibus non est vtendum virtutibus Hierarchicis, nisi quo deitas voluerit eos. sed hæc ex superioribus sunt soluta multotiens & iterare non oportet. Ad extremum inducit, quòd ante potestatem clauiũ Petro traditam sit mentio de reuelatione sibi facta: quasi oporteat semp reuelationẽ diuinã sacerdotẽ expectare antequã clauibus vtat̃. Nõ aduertit autẽ, quod reuelatio facta Petro nõ fuit de idoneitate absoluẽdorũ: sed de potestate Christi p quã sacramẽta gratiæ certissimos effect' habẽt. Hę sunt igitur rationes quas pro se inducit. Quæ nõ solũ demõstrationes nõ sunt: sed vix apparẽtes rationes iudicari possunt. Voluntas autem Dei fuit: vt pro defensione potestatis Petro traditæ in festo cathedræ Petri hoc opus de vestro mandato compilans laborarem.

Explicit opus vigesimumsecundum sancti Thomæ Aquinatis de forma absolutionis.

INCIPIT EIVSDEM DOctoris opus vigesimumtertium, videlicet expositio primæ decretalis ad Archidiaconum Cudestinum.

SALVATOR noster discipulos, ad prædicãdum mittens tria eis iniunxit. Primò quidẽ vt vt docerent fidem. Secundò, vt credẽtes imbuerent sacramentis. Tertiò, vt credentes sacramẽtis imbutos ad obseruandũ diuina mandata inducerent. Dicitur enim Mat. vlti. Euntes docete omnes gentes, quantùm ad primum. baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti. quantum

Universidad de Deusto Biblioteca

ad ſecũdum, docẽtes eos ſeruare omnia quæcũque mãdaui vobis. Quantùm ad tertium. Inter quæ tria decenter fidei doctrina præmittitur. Eſt enim fides omnium bonorum ſpiritualium fundamentũ. ſecundùm illud Apoſtoli Hebræo.11. Eſt autem fides ſubſtantia, id eſt, fundamentum ſperandarũ rerum. Eſt enim fides per quam anima viuificatur per gratiam. ſecũdum illud Apoſtoli Galat.2. Quod autẽ nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei. Et Abacuch Iuſtus ex fide ſua viuit. Ipſa eſt per quã anima à peccatis purgatur. Act.17. Fide purificans corda eorum. Ipſa eſt, per quam anima iuſtitia ornatur. Romanorum 3. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti. Ipſa eſt per quã anima Deo diſpõſatur. Oſeę.2. Sponſabo te mihi in fide. Ipſa eſt, per quam homines in Dei filios adoptantur. Ioan.1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Ipſa eſt per quam acceditur ad Deum. Hebręor.11. Accedẽtem ad Deum oportet credere. Ipſa denique eſt per quam homines æternæ vitæ brauium conſequuntur: ſecundum illud Ioan.6. Hæc eſt voluntas patris mei qui miſit me, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam. Conuenienter ergo Chriſti vicarius propoſiturus mandata quibus eccleſia per Apoſtolorum prædicationem fundata pacificè gubernatur, titulum de fide præmittit. Sed conſiderandum eſt, ꝙ cùm multi ſint articuli fidei, quorum quidam videntur pertinere ad diuinitatem. quidam verò ad humanam naturam, quam filius Dei in vnitatem perſonæ aſſumpſit. alij verò ad diuinitatis effectum. fundamentum tamen totius fidei eſt ipſa prima veritas diuinitatis: cùm omnia alia ea ratione cõtineantur ſub fide: inquantùm ad Deum aliqualiter reducuntur. Vnde dominus diſcipulis dicit. Ioannis 14. Creditis in Deum, & in me credite. Per quod datur intelligi, ꝙ in Chriſtum creditur, inquantùm eſt Deus: quaſi fide principaliter de Deo exiſtente. Inter ea verò quæ de Deo fide tenemus, hoc eſt ſingulare fidei Chriſtianæ, vt Trinitatem perſonarum in vnitate diuinæ eſſentiæ fateamur. Sub hac enim profeſſione Chriſto per baptiſmum ſumus cõſignati: vt patet per id quod ſuprà inductum eſt. Baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti. Alia verò quæ de Deo aſſerimus, nobis & alijs communia eſſe inueniuntur: putà, ꝙ Deus eſt vnus: omnipotẽs: & ſi qua alia de Deo fide tenentur, quæ etiam Iudęi & Saraceni non diffitentur. Vnde ad inſinuandum proprium & ſingulare dogma fidei Chriſtianæ, non prætitulauit fidei tractatum de Deo: ſed de Trinitate. Addit autem ſumma: quia diuina Trinitas arcem quandam tenet inter plurimas trinitates ab ea deriuatas. Deriuatur enim ab illa trinitate diuina quędam trinitas in anima noſtra: ſecundum quam ad imaginem Dei ſumus ſecundum memoriam: intelligentiam & voluntatem. Deriuantur & ab ipſa aliæ trinitates in ſingulis creaturis: prout modum quendam: & ſpeciem: & ordinationem habent, ſecundum quæ in eis diuinæ Trinitatis quaſi quoddam veſtigium inuenitur: vt Auguſti. dicit in libr. de Trinitate. Ad diſcretionem igitur harum omnium trinitatum quæ à diuina deſcendunt, dicitur de ſumma trinitate. Sed de hac trinitate diuina diuerſi hæretici diuerſa errantes, dixerunt. Quorum Sabellius abſtulit perſonarum diſtinctionem: dicens patris & filij & ſpiritusſancti eſſe vnam eſſentiam & perſonam: ſed eos ſolùm differre nominibus. Arrius verò poſuit trium perſonarum eſſe diuerſas ſubſtantias: in dignitate & duratione differentes. Quę omnia & conſimilia fides cõdemnat catholica. Quod igitur de ſumma trinitate & alijs ad fidem pertinentibus hîc tradere intendit, quod fides catholica tenet: ideò additur. Et fide catholica. Dicitur autem fides eccleſiæ catholica, ideſt, vniuerſalis: vt Boëtius dicit in lib. de trini. tum propter vniuerſalium præcepta regularum: tum propterea: quia eius cultus per omnes penè mundi terminos emanauit: hæreticorum verò errores ſub certis terrarum angelis includuntur.

Prima decretalis de reprobatione errorum tam hæreticorum quàm Philoſophorum.

QVia de fide ſanctæ trinitatis conſiderandum eſt, primò oportet ſcire, quòd duplex eſt actus fidei, ſcilicet corde credere: & ore profiteri ſecundum illud Ro.10. Corde creditur ad iuſtitia: ore confeſſio fit ad ſalutem Vterque autem actus aliquid requirit ad ſui perfectionem. Nam interior actus fidei exigit firmitatem abſq; omni dubitatione, quæ firmitas prouenit ex infallibilitate diuinæ veritatis cui fides innititur. Vnde dicitur Iaco.1. Poſtulet autem in fide nihil hæſitãs. Sed confeſsio fidei debet eſſe ſimplex, ideſt, abſq; ſimulatione ſecundum illud. 1. ad Thi. 1. Finis præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientia bona: & fide nõ ficta. Debet etiam eſſe ſimplex, ideſt, abſque erroris permixtione. ſecundum illud. 1. ad Theſſ.2. Exhortatio noſtra non fuit de errore. Debet etiam eſſe abſque variatione. 2. ad Corinth.1. Sermo noſter qui fuit apud vos non fuit in illo eſt & non. Quantum ergo ad primum actum fidei dicit. Firmiter credimus. Quantum ad ſecundum dicit. & ſimpliciter confitemur. Vltimò autem conſiderandum eſt, quòd fidei Chriſtianæ articuli à quibuſdam duodecim, à quibuſdam quatuordecim computantur. Secundùm illos qui cõputant quatuordecim, ſeptem articuli pertinent ad diuinitatem: ſeptem verò ad humanitatem. Illi autem qui ad diuinitatem pertinent ſic diſtinguuntur: vt vnus ſit articulus de diuinæ eſſentiæ vnitate: qui tangitur in ſymbolo: cùm dicitur. Credo in vnum Deum. Secundus eſt de perſona patris: qui tangitur cùm dicitur. Patrem omnipotentem. Tertius eſt de perſona filij: qui tangitur cùm dicitur. Et in Ieſum Chriſtum filium eius. Quartus de perſona ſpiritusſancti: qui tangitur cùm dicitur. Et in ſpiritũ ſanctum. Quintus eſt de effectu quo à Deo creamur in eſſe naturæ: qui tangitur cùm dicitur. Creatorem cœli & terræ. Sextus eſt de effectu Dei ſecundum quòd reuertimur in eſſe gratiæ, qui tangitur cùm dicitur. Sanctam eccleſiam, catholicam, ſanctorum communionem: & remiſsionem peccatorum. Quia enim per gratiam Dei in vnitate eccleſiæ congregamur, ſacramenta communicamus: & remiſsionem peccatorum conſequimur. Septimus articulus eſt de effectu Dei quo perficimur in eſſe gloriæ. & quantum ad corpus: & quantùm ad animam. Et hoc tangitur cùm dicitur. Carnis reſurrectionem & vitã æternã. Articuli verò ſeptem ad incarnationẽ pertinentes ſic diſtinguuntur: vt primus ſit de Chriſti conceptione: qui tangitur cùm dicitur. Qui conceptus eſt de ſpirituſancto. Secundus autẽ eſt de eius natiuitate: qui tangitur cũ dicitur. Natus ex Maria virgine. Tertius eſt de eius paſsione: qui tãgitur cùm dicitur. Paſſus mortuus & ſepultus. Quartus eſt de deſcenſu ad inferos. Deſcẽdit ad inferos. Quintus de reſurrectione. Tertia die reſurrexit à mortuis. Sextus de aſcẽſiõe. Aſcẽdit ad cœlos. Septimus de aduẽtu ad iudiciũ. Inde vẽturus eſt iudicare viuos & mortuos. Alij verò ponẽtes duodecim articulos, ponunt vnũ articulũ de tribus perſonis, & articulũ de effectu gloriæ diuidũt in duos: vt ſcilicet alius articulus ſit de reſurrectione carnis, & alius de vita æterna. Et ſic articuli ad diuinitatem pertinentes ſunt ſex. Itẽ conceptionem & natiuitatem Chriſti ſub vno articulo cõprehendunt, & ſic etiam articuli de humanitate fiũt ſex: vnde omnes ſunt duodecim. Primò ergo proſequitur articulũ primũ de eſſentiæ vnitate. Vnde primò ponit vnitatẽ diuinæ eſſentiæ. Vnus eſt ſolus & verus Deus. ſecundũ illud Ioan.17. Vt cognoſcant te ſolũ verum Deũ. Leuitic.6. Audi Iſraël Dominus Deus tuus Deus vnus eſt. Per quod excluditur error gentiliũ ponentiũ multos Deos. Deus autem verus qui eſt eſſentialiter & naturaliter Deus: vnus eſt. Dicũtur enim aliqui dij, nõ veri, ſed per adoptionem: vel per participationem diuinitatis, ſiue nuncupatione. ſecundũ illud. Pſal. Ego dixi, dij eſtis. Dicũtur etiam aliqui dij, ſecundũ opinionem errantiũ. ſecundũ illud Pſal. Omnes dij gentiũ dæmonia. Deindè oſtendit excellentiam diuinæ naturæ ſiue eſſentiæ. Et primò quantũ ad hoc, ꝙ non comprehenditur tempore, quod ſigantur cũ dicitur. Aeternus. Dicitur enim æternus, quia caret principio & fine, & quia eius eſſe nõ variatur per præteritum & futurũ. Nihil enim ei ſubtrahitur, nec aliquid ei de nouo venire poteſt. Vnde dicit ad Moyſem. Exo.3. Ego ſum qui ſum, quia ſcilicet eius eſſe nõ nouit præteritũ & futurũ, ſed ſemper pręſentialiter eſſe habet. Et Apoſto. dicit ad Rom. vlt. Nunc patefactũ eſt per ſcripturas Prophetarũ, ſecundũ præceptum æterni Dei. Secundò oſtenditur, ꝙ eius magnitudo excedit incõparabiliter omnium magnitudinem creaturarũ, cũ dicitur. Immenſus. Illud enim menſurari poteſt per aliquid aliud, quod ſi excedat in magnitudine, tamen exceſſus eſt ſecundũ aliquam proportionem. Sicut binarius menſurat ſenarium, inquantũ ter duo faciunt ſex. Senarius autem excedit binarium ſecundũ proportionem aliquam, ſecundũ quã binarius menſurat ſenariũ, quia eſt triplũ eius. Deus autem excedit magnitudine ſuæ dignitatis omnẽ creaturam in infinitũ, & ideò dicitur immenſus, quia nulla eſt commenſuratio vel proportio alicius creaturę ad ipſum. vnde dicitur in Pſal. Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. & Baruch 4. dicitur. Magnus eſt & nõ habens finem, excelſus. & immenſus. Tertiò oſtenditur, quòd excedit omnem mutabilitatem, cũ dicitur. Incommutabilis, quia ſcilicet nulla eſt apud ipſum variatio. ſecundũ illud Iaco.1. Apud quẽ non eſt tranſmutatio, nec viciſsitudinis obumbratio. Quartò oſtenditur, quòd ſua poteſtas tranſcendit omnia. cũ dicitur. Omnipotens quia ſimpliciter omnia poteſt. vnde ipſe dicit Geneſ.17. Ego Deus omnipotens. Et ſi quis obijciat id, quod Apoſto. dicit 2. ad Thim.2. Ille fidelis permanet, negare ſeipſum non poteſt, & ita nõ eſt omnipotens. Dicendũ, quòd negare ſeipſum, eſt deficere à ſe, nõ poſſe autem deficere, non eſt ex defectu potentiæ, ſed ex potentiæ perfectione, ſicut etiam apud homines ex magna fortitudine eſt, quòd aliquis vinci non poſsit. In hoc ergo verè Deus omnipotens oſtenditur, quòd omnia poteſt facere, & in nullo poteſt deficere. Quintò oſtenditur, quòd excedit omnium rationem & intellectum, cũ dicitur. Incomprehenſibilis. Illa enim comprehendere dicimur, quæ perfectè cognoſcimus, quantũ cognoſcibilia ſunt. Nulla autẽ creatura tantùm poteſt Deum cognoſcere, quantũ cognoſcibilis eſt, & propter hoc nulla creatura poteſt eum comprehendere. Vnde dicitur. Iob 11. Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque ad perfectum omnipotentem reperies, quaſi dicat non. Et Hiere.33. dicitur.

Domi

Dominus exercituum nomen tibi magnus conſilio: & incompræhenſibilis cogitatu. Sextò oſtẽditur: quòd excedit omnem locutionem: cùm dicitur ineffabilis: quia ſcilicet nullus poteſt ſufficienter effari laudem ipſius: vnde dicitur Eccleſia.43. Exaltate illum quantum poteſtis. Maior eſt omni laude. Deinde accedit ad articulũ trinitatis, ponens quidem primò nomina trium perſonarum: cùm dicit. Pater: & filius: & ſpiritus ſanctus. quæ quidem exprimũtur Mat. vlti. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Sed circa hæc tria nomina diuerſimodè aliqui errauerunt. Sabelius enim dixit, quòd pater & filius & ſpiritus ſanctus ſolis nominibus diſtinguũtur: dicens eundem in perſona eſſe qui quandóque dicitur pater: quandóque filius: quandóque ſpiritusſanctus: propter rationes diuerſas. Et ad hoc excludendum ſubditur. Tres quidem perſonæ. Alia eſt enim perſona patris: alia filij: alia ſpiritusſancti. Arrianus verò poſuit, quòd pater & filius & ſpiritusſanctus ſicut ſunt diuerſa nomina: ita ſunt diuerſæ ſubſtantiæ. Et ad excludẽdum hoc ſubdit.. Sed vna ſubſtãtia. Verum quia ſubſtantia ſecundum vſum vocabuli aliter ſumitur apud nos: & aliter apud Græcos, ne circa hoc poſſet fieri aliqua deceptio ſubdit. Seu natura: apud Græcos enim hypoſtaſis id ẽ: ſubſtãtia accipitur, ſicut apud nos perſona pro re aliqua ſubſiſtente quam dicimus ſuppoſitum vel rem naturæ. Sicut hic homo eſt ſuppoſitum vel res humanæ naturæ. Apud nos verò ſecundum communem vſum loquendi ſubſtantia dicitur eſſentia vel natura rei, ſecundum quod humanitas dicitur natura hominis. Sic igitur datur intelligi, quòd in diuinitate tres ſunt ſubſiſtentes: ſcilicet pater & filius & ſpiritus ſanctus: ſed vna numero ſimpliciter natura eſt in qua ſubſiſtunt: quod in rebus humanis contingere non poteſt. Petrus enim & Paulus: & Ioãnes: ſunt quidem tres ſubſiſtentes in natura humana. Sed natura humana & ſi ſit vna ſpecie in iſtis tribus: non tamen eſt eadem numero, & ideò tres homines ſunt: non vnus homo. Quia verò in patre & filio & ſpiritu ſancto eſt vna numero diuina natura: dicimus, ꝙ pater & filius & ſpiritusſanctus ſunt vnus Deus: & tres dij. Poſſet autem aliquis prauè intelligere vnam eſſentiam trium perſonarũ. Ita ſcilicet quòd vna pars illius naturę eſſet in patre: alia in filio: alia in ſpiritu ſancto: ſicut ſi diceremus vnam aquam eſſe in tribus riuis defluentibus ab vno fonte: ita ſcilicet quòd vna pars aquæ eſt in vno riuo: alia in alio: tertia in tertio. Si autem ſic eſſet vna natura trium perſonarum: ſequeretur quòd diuina natura eſſet compoſita ex pluribus partibus. Et ideò ad hoc excludendum ſubdit. Simplex omninò: ideſt nullam compoſitionem habens. Omne enim compoſitum poſterius eſt his ex quibus componitur. Sic igitur aliquid eſſet prius Deo: quod eſt impoſsibile. Sed poſſet aliquis quærere. Si triũ perſonarum eſt vna ſimplex natura: vnde ergo tres perſonæ diſtinguũtur: & ideò ad hoc reſpondens ſubdit. Pater à nullo: filius à patre ſolo: ac ſpiritus ſanctus pariter ab vtróque. Vbi conſiderandum eſt, quòd quicquid in diuinis abſolutè dicitur: commune eſt & vnũ in tribus perſonis: ſicut quod dicitur Deus bonus: ſapiens: & omnia huiuſmodi. Ibi enim ſolum inuenitur diſtinctio, vbi aliquid inuenitur pertinens ad relationem originis: quia ſcilicet pater à nullo eſt, & ſecundũ hoc innaſcibilis dicitur. Filius autem dicitur filius: quia à patre eſt per generationem ſecundum illud Pſalmiſtæ. Ego hodie genui te. & ſecundum hoc patri attribuitur paternitas: & filio filiatio. Spiritus autem ſanctus ab vtróque procedit: & ſecundum hoc ſpiritui ſancto attribuitur proceſsio: patri verò & filio communis ſpiratio: quia ſcilicet communiter ſpirãt ſpiritum ſanctum. Sic igitur quinque ſunt notiones: ſecundum quas diſtinctiones perſonarum deſignantur in diuinis: ſcilicet paternitas: quæ eſt conſtitutiua patris, per quam oſtenditur quòd genuit filium. Filiatio per quam oſtẽditur quòd filius eſt à patre: & proceſsio per quam oſtenditur, quòd ſpiritus ſanctus eſt à patre & filio. Innaſcibilitas per quã dignoſcitur quòd pater à nullo eſt. Communis ſpiratio per quã oſtẽditur, quòd pater & filius communiter ſpirant ſpiritum ſanctum. Sed rurſus poſſet alicui occurrere falſa cogitatio: vt quia in rebus humanis filius à quodam principio temporis à patre generari: & generatio eius non ſemper durat: ſed certo termino temporis finitur: ſic etiam ſit circa originem diuinarum perſonarum: vt ſcilicet filius ab aliquo tempore incœperit à patre generari: & aliquo tempore eius generatio fuerit finita: & ſimiliter de ſpiritu ſancto. Ideò ad hoc excludendum ſubdit: abſque initio ſemper ac ſine fine pater generans, filius naſcens: ſpiritus ſanctus ab vtroque procedens. Cuius exemplum aliqualiter in creaturis inueniri poteſt: licet imperfectum. Videmus enim quòd à ſole radius procedit: & ſtatim quando fuit ſol, radius proceſsit ab eo: nec vnquàm deſinet radius procedere quandiu ſol erit. Sic enim filius procedit à patre: vt radius à ſole: vnde dicit Apoſtolus ad Hebræos primo. Qui cùm ſit ſplendor gloriæ. Spiritus autem ſanctus ab vtroq; procedit: ſicut calor à ſole & radio. Vnde dicitur in Pſalmiſta. Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Sed hoc exemplum deficit quantum ad hoc, quòd ſol nõ ſemper fuit: & ideò nec radius eius ſemper ab eo proceſsit: quia verò Deus pater ſemper fuit, ſemper ab eo proceſsit filius: & ab vtroque ſpiritus ſanctus. Poteſt & aliud exemplum poni in anima humana, in qua verbum interius conceptum à memoria procedit: & ab vtroque procedit amor. Et ita etiam à patre procedit filius, ſicut verbum eius: & ſpiritus ſanctus ſicut amor communis vtriuſq;. Sed hoc exemplum deficit in duobus. Primò quidem, quia intellectus humanus non ſemper fuit. Secundò, quia non ſemper verbum in corde ſuo actualiter concipit, ſed intellectus diuinus ſemper fuit: & ſemper abſque intermiſsione intelligit. Vnde ſemper in eo oritur verbum quod eſt filius: & procedit amor qui eſt ſpiritus ſanctus. Quia verò hęretici Arriani filium patri poſtponebant & ſpiritum ſanctum vtrique: ideò hoc conſequenter excludit. Eſt autem conſiderandum. quòd Arriani poſtponebant filium patri. Primò quidẽ quantum ad eſſentiam: dicentes quòd eſſentia patris eſt dignior quàm eſſentia filij. Et ad hoc excludendum ſubdit. Conſubſtantiales: quia ſcilicet eſſentia patris & filij vna eſt: & in nullo differens. Secundò verò quantum ad magnitudinem: non quòd in Deo ſit magnitudo molis: ſed magnitudo virtutis: quæ eſt perfectio bonitatis ſuæ. Dicebant enim patrem eſſe filio maiorem: etiam ſecundum diuinitatem. Et ad hoc excludendum ſubdit: coæquales. Secundũ humanitatem verò dominus dicit Ioan.14. Pater maior me eſt. Tertiò quantum ad poteſtatem dicentes filium non eſſe omnipotentem. Et ad hoc excludendum ſubditur. Et coomnipotẽtes. Quartò quãtum ad durationem, quia dicebant filium non ſemper fuiſſe. Et ad hoc excludendum ſubdit. Coæterni. Quintò quantum ad operationem. Dicebat enim quòd pater operatur per filium: ſicut per inſtrumentum ſuum: vel ſicut per miniſtrum. Sed ad hoc excludendũ ſubdit. Vnum vniuerſorum principium. Non enim filius eſt aliud principium rerum quaſi inferius quàm pater: ſed ambo ſunt vnum principium: & quod dictum eſt de filio: intelligendum eſt etiam de ſpiritu ſancto. Deinde accedit ad alium articulũ, qui eſt de creatione rerum: vbi varias opiniones excludit Fuerunt enim aliqui hęretici ſicut Manichęi, qui poſuerũt duos creatores: vnum bonum qui creauit creaturas inuiſibiles & ſpirituales: alium malum quę dicunt creaſſe omnia hæc viſibilia & corporalia. Fides autem catholica cõfitetur omnia præter Deum tam viſibilia quàm inuiſibilia à Deo eſſe creata. Vnde Paulus dicit Act.17. Deus qui fecit mũdum & omnia quæ in eo ſunt: hic cœli & terræ cũ ſit dominus. &c. Et Hebreorum 11. Fide credimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei: vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Vnde ad hunc errorem excludendũ dicit. Creator omnium viſibilium & inuiſibilium ſpiritualium & corporaliũ. Alius error fuit ponentium Deum quidem eſſe primũ principium productionis rerum: ſed tamen non immediatè omnia creaſſe: ſed mediantibus angelis mundum hunc eſſe creatum. Et hic fuit error Menandrianorum. Et ad hunc errorem excludendum ſubdit. Qui ſua omnipotenti virtute: quia ſcilicet ſola Dei virtute omnes creaturæ ſunt productæ: ſecundũ illud Pſalmiſtæ. Videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum. Alius fuit error Origenis: ponentis quòd Deus à principio creauit ſolas ſpirituales creaturas: & poſteà quibuſdam earum peccantibus creauit corpora: quibus quaſi quibuſdam vinculis ſpirituales ſubſtantiæ alligarentur: ac ſi corporales creaturæ non fuerint ex principali Dei intentione productæ: quia bonum eſſet eas eſſe: ſed ſolùm ad puniendum peccatum ſpiritualium creaturarum: cùm tamen dicatur Gẽ. Vidit Deus cuncta quę fecerat & erant valdè bona. Vnde ad hoc excludendum dicit Simul ab initio temporis vtrámque de nihilo condidit creaturam ſpiritualem & corporalem: angelicam: videlicet & mũdanam. Alius error fuit Ariſto. ponentis quidem omnia à Deo producta eſſe: ſed ab æterno: & nullum fuiſſe principium temporis, cùm tamen ſcriptũ ſit. Gẽ.1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Et ad hoc excludendum addit. Ab initio temporis. Alius error fuit Anaxagorę, qui poſuit quidem mundum à Deo factum ex aliquo principio temporis: ſed tamen materiam mundi ab æterno pręextitiſſe, & non eſſe eam factam à Deo: cùm tamen Apoſtolus dicat Roman. 4. Qui viuificat mortuos: & vocat ea quæ non ſunt tanquàm ea quę ſunt. Et ad hoc excludendum addit. De nihilo. Fuit autem alius error Tertuliani ponentis animam hominis corpoream eſſe: cùm tamen Apoſtolus dicat. 1. ad Theſſ. quinto. Ipſe autẽ Deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer ſpiritus veſter & anima: & corpus ſine querela in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Vbi manifeſtè à corpore animam & ſpiritum diſtinguit. Et ad hoc excludẽdum ſubdit. Deinde ſcilicet condidit Deus humanam ſcilicet naturam quaſi communem, ſcilicet ex ſpiritu & corpore conſtructam. Componitur enim homo ex ſpirituali natura & corporali. Secundum autem prædictum Manichæorum errorem ponentium duo principia: vnum bonum: & vnum malum: non ſolùm attendebatur diſtinctio quantum ad creationem creaturarum viſibilium & inuiſibilium: vt ſcilicet inuiſibilia ſint à bono Deo: viſibilia à malo: ſed etiam quantum ad ipſa inuiſibilia. Ponebant enim primum principium eſſe inuiſibile: & ab eo quaſdã inuiſibiles creaturas eſſe pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ductas,quas dicebant esse naturaliter malas:& sic in ipsis angelis erant quidam naturaliter boni ad boni Dei creationem pertinentes,qui peccare non poterant:& quidam naturaliter mali.quos dæmones vocamus.qui non poterant non peccare:contra id quod dicitur Iob.4.Ecce qui seruiunt ei,nō sunt stabiles:& in angelis suis reperit prauitatem. Similiter & circa animas hominum errabāt, dicentes quasdam esse bonæ creationis.quæ naturaliter bonum faciunt.contra id quod dicitur Ecclesiastes 7. Deus fecit hominem rectum.& ipse immiscuit se infinitis quæstionibus. Et ideò ad hoc excludendum,dicit.Dyabolus autem scilicet principalis:& alij dæmones quidem à Deo natura creati sunt boni:sed ipsi per se mali facti sunt, scilicet per liberum voluntatis arbitrium: homo verò Diaboli suggestione peccauit,id est,non naturaliter: sed propria voluntate. Deinde accedit ad articulum incarnationis:& quia euāgelium Christi,sicut dicit Apostolus Ro.primo. Deus antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis:ideò premittit de prænuntiatione prophetarum.Circa quam errarunt multi. Nā Manichei & alij hæretici,vetus testamentū dixerunt non à bono Deo qui est pater Christi:sed à malo Deo esse traditum: & per consequens, doctrinam veteris testamenti semper fuisse mortiferam. Quod manifestū falsum ostenditur,per hoc quod dominus Ioan. 2. loquens de templo Iudæorum. Nolite facere domum patris mei,domum negotiationis.Vbi manifestè patrē suum dicit Deum veteris testamenti,qui in templo Iudeorum colebatur. Arriani verò dixerunt,in veteri testamento diuersis visionibus filium apparuisse:non autem patrem:quod manifestè falsum ostēditur,ex hoc quòd Abrahę in figurā trinitatis tres viri apparuerunt:vt legitur Gen.18.Cataphriges etiam posuerunt prophetas veteris testamēti quasi arrepticios esse locutos.non intelligentes quæ loquebantur:contra id quod dicitur Danielis 10.Intelligentia opus est in visione. Ad hos igitur errores excludendos, dicit quòd hæc est sancta trinitas,de qua dictum est:quæ scilicet est secundum communem,essentiam indiuidua: & secundùm proprietates personales, discreta per Moysem & sanctos prophetas:alioſque famulos suos. Vbi videtur distinguere vetus testamentum,scilicet in legem quæ per Moysem data est:& prophetas sicut fuit Isaias, Ieremias &c. & in eos qui agiographa conscripserunt:sicut fuit Salomon,Iob, & alij huiusmodi:quos famulos Dei hic nominat. Secundū quam distinctionem dominus dicit Lucę vlti. Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege & in prophetis & in psalmis de me. Iuxta ordinatissimam dispositionem temporum:quod ponitur ad excludendum errorem gētilium,qui irridebant fidem christianam. ex hoc quòd post multa tempora quasi subdito Deo in mētem venerit,legem euangelij hominibus dare. Non autem fuit subitum, sed conuenienti ordinatione dispositum, vt prius humano generi per legem & prophetas fieret pronūciatio de Christo, tanquā hominibus tunc paruulis & minus eruditis. secundum illud Gal.3. Iex pedagogus noster fuit in Christo,& hoc est quod dicit quòd iuxta ordinatissimam dispositionem temporum doctrinam humano generi tribuit saluarem,non mortiferam,vt Manichei dicebant. His igitur præmissis,accedit ad ipsum incarnationis mysterium explicādum:in quo etiam diuersos errores excludit.Vbi primò sciendum est,quòd Sabelliani confundentes diuinas personas concedebant patrem esse incarnatum:quia dicebant eundē in persona esse patrem & filium.Econtrario autem Arriani diuidentes substantiam diuinitatis,ex hoc quòd filius est incarnatus,& nō pater,volebant concludere aliam essentiam patris, & aliam filij, & aliam operationem vtriusque. Fides autem catholica media via inter vtrunque incedens, propter distinctionem personarum dicit filium solum esse incarnatum. Est enim facta incarnatio per vnionem in persona non in natura:vt infrà dicetur.propter vnitatem autem naturæ & operationis in tribus personis, dicit trinitatem totam operatam fuisse incarnationem: & hoc est quod dicit. & tandem vnigenitus Dei filius Iesus Christus à tota trinitate cō muniter incarnatus fuit.Fuit etiam error Eluidij, qui posuit Mariam quidem concepisse virginem, & peperisse:sed post partum non semper virginem permāsisse:sed ex Ioseph postmodùm alios filios genuisse.Et ad hoc excludendum dicit ex Maria semper virgine. Alij verò,scilicet Ebionitę.grauius errauerunt,dicētes Christum ex Ioseph semine esse conceptum. Et ad hoc excludendum subditur.Spiritu sancto cooperante est conceptus.Fuerunt autem alij,scilicet Manichei,qui dixerunt Christum non veram carnem accepisse:sed fantasticam, cōtra id quod dominus discipulis post resurrectionem estimantibus eum fantasma esse, dicit.Luc.vltim. Spiritus carnem & ossa non habet:sicut me videtis habere. Ad quod excludendum,dixit.Verus homo factus. Arriani verò dixerunt, quòd filius Dei assumpsit solam carnem sine anima:& quòd verbum fuit carni loco animæ. Sed postcà Apolinaristę dixerunt eum habere animam sensitiuam tantùm: contra id quod dicitur Matth.26. Tristis est anima mea, vsque ad mortem. Et Ioan.10. Potestatem habeo ponendi animam meam: & ideòad hoc excludendum dicit.Ex anima rationali. Alij verò scilicet sequaces Valentini posuerunt corpus Christi non esse assumptum de virgine, sed de cœlo allatum. contra id quod dicitur ad Gal. 4. Factum ex mulliere:ad Romanos primo. Qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem. Et ad hoc excludendum,dicit. Et humana carne compositus. Circa autem ipsam vnionem contrariè errauerunt Nestorius,& Eutices. Quorum Nestorius posuit vnionem esse factam solùm secundum inhabitationem gratiæ:sicut etiam in alijs sanctis Deus dicitur esse per inhabitantem gratiam: vt sic Dei & hominis sit alia & alia persona:contra id quod dicitur Ioan.1. Verbum caro factum est,id est,filius Dei factus est homo, quod non potest dici de alijs, quos per gratiam inhabitat. Eutices verò posuit,quod facta est vnio Dei & hominis in vnam naturam: ita scilicet quòd Christum asserebat esse ex duobus naturis:non autem in duabus:quia scilicet intendebat quòd ante incarnationem erāt duæ naturæ Dei & hominis:sed post incarnationem facta est vna natura:vnde ad vtrumque excludendum,dicit.Vna in duabus naturis persona viam vitæ manifestius demonstrauit. Fuerunt enim quidam Euticis sectatores,scilicet Theodosius & Galanus,qui ponentes vnam naturam in Christo quasi ex diuinitate & humanitate confectam,diuersimodè errauerunt. Nam Theod. posuit illā naturam esse corruptibilem & passibilem: Galanus autem corruptibilem & impassibilem:& ad hos errores excludendos,di. Quicùm secundum diuinitatem sit immortalis & impassibilis,secundum humanitatem factus est passibilis & mortalis. Deinde accedit ad articulum passionis,dicens. Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus. Post quem ponit articulum de descensu ad inferos.d. Descendit ad inferos. Posteà verò ponit articulum de resurrectione Christi, dicens. Et resurrexit à mortuis. Ac deinde ponit articulum de ascensione, dicens. Ascendit in cœlum. Sed notandum est, quòd horum articulorum veritatem prædictus Arrij & Apollinaris error saluare nō potest. Si enim Christus animam non habuit:sed verbum fuit carni loco animæ & in morte separatum fuit à carne: consequens est quòd illud quod carni conuenit,de filio Dei dici non posit:vnde nō potest dici,quòd filius Dei iacuit in sepulchro:vel quod à mortuis resurrexit.Similiter etiam dici non poterit,quòd ad inferos descendit:quia diuinitati secundum seipsam cùm sit omninò immobilis, ascendere vel descēdere cōuenire non pōt. Et ideò ad excludendū prædictum errorē prędictorum articulorū veritatē implicat subdēs.Sed descēdit in anima & resurrexit in carne:ascēditq; pariter in vtroque. In morte enim Christi,anima est separata à carne:sed diuinitas indiuisibiliter vtriq;,scilicet animæ & carni māsit vnita. Vnde cùm anima Christi descēderit ad inferos, dicitur filius Dei descendisse secundum animam sibi vnitam. Similiter etiam cùm caro Christi quæ in morte quodammodò ceciderat, resurrexit ad vitam,dicitur filius Dei qui secundum diuinam naturā mori non poterat secundum carnem resurrexisse per hoc quòd caro iteratò animam resumpsit:& sic secundum vtrumque,id est,secundū animam & corpus,ascendit in cœlum. Deinde ponit articulū de aduentu ad iudicium,dicens. Venturus in fine,iudicare viuos & mortuos. Dicit autem viuos eos,qui reperientur viui in aduentu iudicis:morruos autem eos, qui ante fuerunt præmortui. Quod non est sic intelligendum,quasi aliqui sint futuri qui non morianturi: sed quia in ipso aduentu iudicis morientur, & statim resurgent. Vel viuos & mortuos intelligere spiritualiter possumus,id est,iustos & peccatores.Et quia aliqui fuerunt ponentes,quòd in finali iudicio aliqui saluabuntur non propriis meritis:sed precibus aliquorum sanctorum donati:ideò ad hoc excludendum subdit: & redditurus singulis secundum opera sua tam reprobis quàm electis.Deinde ponit articulum resurrectionis generalis,quæ pertinet ad effectum gloriæ dicens.Qui omnes tam reprobi quàm electi cum suis propriis resurgent corporibus, quæ nunc gestant. Quod ponitur ad excludendum quorundam hæreticorum errorem:qui dicunt quòd resurgentes non habebunt eadem corpora, quæ nunc per mortem deponunt: sed quædam corpora de cœlis allata.Quod est contra illud apostoli primæ ad Cor.15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.Consequenter autem assignat causam resumptionis corporum, cùm dicit. Vt recipiant secundum opera sua,siue bona fuerint siue mala.Quia enim homo aut bene aut malè operatus est in anima simul & corpore, iustum est,vt in vtroque damnetur aut puniatur. Et quia Origenes posuit,quòd pœna damnatorum non erit perpetua, similiter nec gloria beatorum,ideò ad hoc excludendum dicit. Et illi cum Diabolo pœnam æternam:& isti cum Christo gloriam sempiternam.Sicut enim inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum:vt dicitur Sap.2.ita per gratiā Christi reparamur ad vitam: secundū illud Ioan.10.Ego veni vt vitā habeant,& abundātius habeāt.Deinde accedit ad articulū qui est de effectu gratię.Et primò tangit

tangit effectū gratiæ quantùm ad ecclesiæ vnitatē,cū dicit. Vna est fidelium vniuersalis ecclesia,extra quā nullus saluatur omninò. Vnitas autē ecclesiæ est præcipuè propter fidei vnitatē. Nā ecclesia nihil est aliud quā aggregatio fidelium:& quia sine fide impossibile est placere Deo:ideò extra ecclesiā nulli patet locus saluti. Salus autem fidelū cōsumatur per ecclesiæ sacramenta:in quibus virtus passionis Christi operatur. Et ideò consequenter exponit, quid fides catholica sentiat circa ecclesiæ sacramēta. Et primò circa eucharistiā: eū dicit. In qua scilicet ecclesia ipse idē Christus est sacerdos & sacrificiū:quia scilicet ipse obtulit seipsum in ara crucis oblationē & hostiā Deo in odorē suauitatis:vt dicitur ad Ephe.5. In cuius sacrificij cōmemoratione quotidiè in ecclesia offertur sacrificiū sub specie panis & vini. Circa quod sacrificiū tria determinat. Primò quidē veritatē rei sub sacramēto cōtentæ,cū dicit. Cuius corpus & sanguis in sacramēto altaris sub speciebus panis & vini veraciter cōtinētur. Dicit autē veraciter ad excludendū errorē quorumdā qui dixerūt,quòd in hoc sacramēto nō est corpus Christi secundū rei veritatē:sed solū secundū figurā.siue sicut in signo:dicit autē sub speciebus panis & vini,ad excludēdum errorē quorūdā qui dixerunt, quòd in sacramēto altaris simul cōtinentur substātia panis & substantia corporis Christi:quod est cōtra verbū dñi dicentis. Hoc est corpus meū. Esset enim secundū hoc dicendū magis. Hic est corpus meū. Vt ergo ostēdat,quòd in hoc sacramēto nō remanet substātia panis & vini:sed solū species,idest accidentia sine subiecto dicit:sub speciebus panis & vini. Secundò ostendit quomodò corpus Christi incipiat esse sub sacramēto:scilicet per hoc quòd substantia panis cōuertitur miraculosè in substātiā corporis Christi: & substā tia vini in substantiā sanguinis:& hoc est quod dicit. Trāsubstātiatis pane in corpus & vino in sanguinē potestate diuina:ad mysteriū perficiēdū vnitatis,idest ad celebrādum hoc sacramētum,quod est signū ecclesiasticæ vnitatis. Accipiamus igitur ipsi de suo,quod ipse accepit de nostro.In hoc enim sacramento accipimus de corpore & sanguine Christi: quæ filius Dei accepit de nostra natura. Tertiò determinat ministrum huius sacramenti:in quo etiam tangit ordinis sacramentum. Et hoc est quod dicit. Et hoc vtique sacramentum nemo potest cōficere:nisi ritè fuerit sacerdos ordinatus.Quod est contra hæresim pauperum Lugdunensium:qui dicunt quemlibet hominem istud sacramentum posse conficere. Addit autem. Secundum claues ecclesiæ quas ipse concesserit apostolis & eorum successoribus Iesus Christus.Quod dupliciter potest intelligi,vel quia sacerdos ritè ordinatus claues ecclesiæ suscepit:vel quia secundum potestatem clauium sacerdotalis ordo confertur. Sunt autem claues ecclesiæ auctoritas discernendi & potestas iudicandi. Deinde accedit ad sacramentum baptismi, circa quod primò tangit formam cùm dicit. Sacramentum verò baptismi quod ad inuocationem indiuidæ trinitatis: videlicet patris & filij: & spiritus sancti. Hæc est enim forma baptismi. Ego te baptizo. In nomine patris & filij & spiritus sancti: vt traditur Matthæi vltim.Secundò ponitur materia,cùm dicitur. Consecratum in aqua. Non enim in alio liquore potest hoc sacramentum perfici:nisi in vera aqua.Tertiò ostenditur quibus sit conferendum hoc sacramentum,cùm dicit.Tam paruulis quàm adultis. Quod ponitur ad excludendum errorem Pelagianorum,qui dicebant paruulos non habere peccatum originale propter quod oporteat eos ablui per baptismum. Quartò tangit ministrum huius sacramenti cùm dicit. In forma ecclesiæ à quocúnque ritè collatum proficit ad salutem. Quod est contra errorem Donatistarum qui baptizatos ab hæreticis dicebant non suscipere verum baptisma:sed esse rebaptizandos. Fides autem catholica recognoscit esse verum baptisma à quocúnque fuit collatum in forma ecclesiæ supradicta. Deinde accedit ad sacramentum pœnitentiæ dicens.Si post susceptionem baptismi quisquām prolapsus fuerit in peccatum:per veram pœnitentiam semper potest separari. Quod ponitur ad excludendum errorem Novatianorum qui dicebant,quòd peccantes post baptismum : non possunt reparari per pœnitentiam. Deinde accedit ad sacramentum matrimonij dicens. Non solùm autem virgines & continentes:verum etiam coniugati per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo : ad æternam merentur beatitudinem peruenire.Quod ponitur ad excludendum errorem Tacianorum & Manichæorum qui nuptias damnabant. De alijs autem sacramentis mentionem non facit:quia circa ea non fuit spiritualiter erratum.

Explicit opusculum vigesimumtertium:videlicet expositio primæ decretalis secundum beatum Thomam Aquinatem: ad Archidiaconum Cudesinum.

Incipit eiusdē doctoris opus Vigesimumquartum Expositio super secūdam Decretalē,Ad eundem.

DAMNAMVS ergo & reprobamus &c. exposita forma catholicæ fidei in præcedentibus:in hac decretali damnatur error Ioachim, reprobare volentis doctrinā magistri Petri Lōbardi circa vnitatē diuinæ essentiæ & trinitatē personarum. Et vt vtriusque intētio plenius videatur,accipiēdum est id quod in præcēdēti est dictum,quòd scilicet sancta trinitas secundum cōmunem essentiā est indiuidua:& secundum proprietates personales discreta:vt suprà expositum est:persona patris nō distinguitur à persona filij:nisi paternitate:& filius distinguitur à patre filiatione: inquātùm: scilicet pater genuit filium,& filius genitus est à patre & similiter spiritussanctus distinguitur à patre & filio:inquātùm procedit ab vtroq;. Persona igitur in diuinis distinguitur:inquātùm persona generat: vel generatur:vel procedit. Si ergo essentia diuina generat vel procedit:consequens est quòd distinguatur in tribus personis, & quòd sicut est alia persona patris:alia filij:alia spiritus sancti : ita etiam sit earum alia & alia substantia vel essentia. Quod in Arrio damnauit Nicena synodus asserens filium homo ſynon patri, idest coēssentialem & cōsubstantialem.Quod magister Petrus sequens docuit, quòd vna est essentia vel substātia cōmunis patris & filij & spir.sancti:quæ nec generat:nec generatur:nec procedit:vt sit penitus indistincta:vt patet in quinta distinctione primi sententiarum eius.Ioachim autem abbas Florensis monasterij nō bene capiens verba magistri prędicti:vtpotè in subtilibus fidei dogmatibus rudis prædictā magistri Petri doctrinam hæreticam reputauit:imponens ei quòd quaternitatem induceret in diuinis, ponens tres personas & cōmunem essentiā:quā credebat sic poni à magistro Petro:quasi aliquid distinctum à tribus personis,vt sic posit dici quasi quartum. Credebat enim,quòd ex hoc ipso quòd dicitur essentia diuina:nec est generans:nec genita:nec procedens:distinguatur à patre qui generat: & filio qui generatur:& à spiritusancto qui procedit. Et ideò ipse Ioachim protestatur,quòd in diuinis non est aliqua res vna quæ sit: pater & filius & spiritussanctus, siue illa res vna dicatur substantia siue essentia:siue natura:his enim tribus nominibus idem intelligimus.Sed ne videretur taliter à fide Nicena synodi recedere:cōcedebat,quòd pater & filius & spiritussanctus sunt vna essentia:vna substantia:vna natura:quasi vna essentia possit prædicari de tribus personis:vt dicamus tres personæ sunt vna essentia:non autē econuersò:vt dicatur vna essentia est tres personæ.Sed in hoc ipso quòd concedebat tres personas esse vnam essentiam:vel substantiā:vel naturā,non habebat sanum intellectum.Non enim ponebat vnitatem essentiæ trium personarum esse verā:realē:& simplicem:sed quasi similitudinariam & collectiuam:idest quasi ex pluribus congregatā:sicut multi homines dicuntur vnus populus:& multi fideles dicuntur vna ecclesia, secundum illud Act.4.Multitudinis credentiū erat cor vnum & anima vna,& secundum illud apostoli primæ ad Cor.6.Qui adheret Deo vnus spiritus est:scilicet cū ipso:& primæ ad Cor.3.Qui plantat & qui rigat vnum sunt.Prętereà 1.ad Cor.12, & ad Rom.12.Multi vnum corpus sumus in Christo.& 3.Regū.12. dixit Ioſaphat Rex Iuda ad regem Israēl. Populus meus& populus tuus vnum sunt.In quibus omnibus significatur vnitas collectiua: & nō vera & simplex.Quod autem secundum hunc modum dicere tur esse vna substantia:vel essentia:vel natura trium personarū,probare nitebatur quibusdā auctoritatibus.Dicitur enim Ioā.17.quòd dominus pro fidelibus suis patrem exorans inter cætera dicit. Volo pater vt sint,scilicet fideles mei vnum in nobis,idest in me& in te per fidem & charitatē:sicut & nos vnum sumus: & tandē in patria sint consumati in vnū. Ex quo sic arguebat.Fideles Christi non sic sunt vnū:vt sit aliqua vna res quæ communis sit omnibus:sed sunt quodammodò vnum collectione idest vna ecclesia propter vnitatem catholicæ fidei:& randem erunt in patria vnum regnum propter vnionem indissolubilis charitatis: quia charitas viæ dissolui potest per peccatum : charitas autem patriæ indissolubilis est. Inducebant enim ad suæ opinionis assertionem, quod dicitur primæ Ioannis vltimo . Tres sunt qui testimonium dant in cœlo: pater : verbum: & spirituſſanctus. Pater quidem cùm dixit. Hic est filius meus dilectus: & hoc in baptismo: vt dicitur Mathæi tertio,& in transfiguratione vt habetur Matthę.decimoseptimo. Filius verò dedit testimoniū fidei Christianæ per doctrinam & miracula.Vnde dicit Io.8.Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso:& testimoniū perhibet de me,qui misit me pater.Spiritussanctus testimoniū perhibuit in specie columbę super Christum apparens in baptismo:& per aduentū suū in discipulos Christi:& ad insinuandā vnitatē trium personarū,subditur. Et hi tres vnū sunt: quod quidem dicitur propter essentiæ vnitatem. Sed hic Ioachim peruersè trahere volēs ad vnitatē charitatis & consensus, inducebat consequentē authoritatē. Nam subditur ibidem : & tres sunt qui testimonium dant in terra,scilicet spiritus:aqua & sanguis. In quibusdā libris attēditur,& hi tres vnum sunt. Sed hoc in veris ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

empliatibus non habetur. Sed in quibusdam libris dicitur esse appositū ab hæreticis Arriani, ad peruertendum intellectū sanum authoritatis præmissæ de vnitate essentiali trium personarum. Similiter etiā Arriani vtebantur illa authoritate, vt sint vnum in nobis: sicut & nos vnū sumus, ad ostendendū quòd pater & filius nō sunt vnum, nisi secundū consensum amoris, sicut & nos: vt patet per Augustinū & Hylarium, qui dicunt hunc fuisse peruersum sensum Arrianorū. Vnde manifestum est q̄ Ioachim in errorem Arianorū incidit: licet nō pertinaciter: quia ipse scripta sua apostolicæ sedis iudicio subiecit vt infrà dicetur; & ideò consequenter ponitur determinatio cōcilij pro veritate. In qua quidē determinatione quinq; facit. Primò enim asserit veritatem, quā magister Petrus docebat, scilicet q̄ diuina essentia est quædā summa res incōprehensibilis cogitatu: & ineffabilis verbo: de qua verè prædicātur tres personæ & simul & sigillatim. Pōt enim verè dici, q̄ essentia diuina est pater & filius & spi. sanctus. Et iterū verè dicitur essentia diuina est filius: diuina essentia est spiritussanctus. Quod quidē in nobis nō accidit. Nō enim essentia Petri est Petrus: sed essentia Dei patris est ipse pater: quia Petrus est ex multis cōpositus: non autē persona patris, neq; persona filij, nec persona spiritussancti. Secundò vbi dicit: & ideò in Deo &c. soluit rationē quā pro se inducebat Ioachim. Est enim considerandū, q̄ nihil connumeratur aliis, nisi quòd ab eis distinguitur. Vnde cùm animal non distinguatur ab homine, equo, & boue: quorū quodlibet est animal: ideò nō possumus dicere, quòd homo & equus, & bos, & animal, sunt quatuor: sed sunt tria tantū: quia quodlibet illorū est animal. Ita quia quælibet trium personarū est illa res, scilicet diuina essentia vel natura, nō potest dici q̄ tres personæ & illa res sunt quatuor: quia illa res, nō est aliquid aliud à tribus personis. Quod quidē probat per hoc q̄ sola diuina essentia est principiū creās vniuersa. Ita q̄ nihil pōt inueniri, præter diuinā essentiā: quod scilicet nō sic idem cū essentia diuina: vel nō sit creatū ab ea: tres autē personæ nō sunt creatæ à, diuina essentia: quia increatus pater, increatus filius, increatus spiritussanctus: quinimò possumus dicere, q̄ pater est principiū vniuersorū & similiter filius & spiritussanctus. Vnde manifestum est, quòd diuina essentia nō est aliquid aliud à tribus personis. Vnde non est quaternitas in diuinis, sed trinitas. Sed quia Ioachim credebat, quòd ex dictis magistri sequeretur quòd esset essentia distincta in tribus personis: ideò tertiò cū dicit, & illas res non est generans &c. ostendit q̄ hoc nō sequitur. Verū est enim q̄ possumus dicere, quòd diuina essentia non est distincta in tribus personis. Ex hoc enim aliquid est distinctū in diuinis quòd est generās vel genitū, vel procedes: vt dictū est. Possumus tamē dicere quòd essentia diuina est ille qui distinguitur, id est, pater qui distinguitur à filio: & similiter possumus dicere, quòd essentia diuina est pater qui generat: & est filius qui gignitur, & est spiritussanctus qui procedit. Ita scilicet q̄ distinctiones importatæ per hæc tria adiectiua: generās, genitū: & procedēs determināt ipsas personas, de quibus prædicātur prædicta adiectiua: nō autē essentiā vel naturā quę nō distinguitur. Nō ergo sequitur, q̄d Ioachim putabat. Essentia nō est generās, pater est generās: ergo essentia nō est pater. Quia & si essentia nō generat, est tñ ille qui generat, id est, pater: & similiter essentia nō nascitur, sed est ille qui nascitur, id est, filius: neq; essentia procedit: sed est ille qui procedit, id est spiritussanctus. Quartò cū dicitur: licet igitur alius &c. concludit qualiter secundū fidē catholicā sit signāda distinctio personarū. Circa quod cōsiderandū est, quòd in diuinis masculinum genus refertur ad personam: neutrum autem genus refertur ad essentiā vel naturam. Sicut etiam in rebus humanis per masculinum genus quærimus de persona: sicut quis currit? Petrus: per neutrum genus quærimus de natura: sicut quid est homo? animal rationale. Quia igitur in diuinis essentia est distincta: personæ verò distinctæ: ideò nominibus distinctuis vtimur in diuinis in masculino genere, nō autem in neutro. Dicimus enim quòd licet sit alius pater, & alius filius, & alius spiritussanctus, non tamen sunt aliud & aliud: quia non est alietas in essentia: & si sit alietas in personis: sed id ipsum quod est pater & filius & spiritussanctus: quia est eadem essentia trium. Et propter hoc sunt omninò idem, si idem sit neutri generis: quia hoc pertinet ad identitatem essentiæ: non autem sunt idem masculinæ: quia hoc tolleret distinctionem personarum. Ideò autem oportet quòd sint idē naturaliter, vt credantur esse subsistantiales, secundum lidem orthodoxam, id est, rectè glorientem: ab ortos, quod est rectum, & doxa quod est gloria: & catholicam id est vniuersalem: sicut suprà expositum est. Hoc enim determinatum est in Nicena synodo, quòd filius sit homo Visyon, id est, consubstantialis patri. Quintò, cū dicit, pater enim ab æterno &c. probat quòd vna & eadem sit essentia trium personarum. Pater enim generādo filium, dedit ei substantiam suam: cùm generare nihil aliud sit quàm ex substātia sua aliud producere. Et sicut ab æterno pater genuit filium: nō quidē prius non existentem: ita etiam ab æterno pater dedit substantiam filio: non quidem quasi prius non habenti, sed quia ab æterno eam ab alio habuit, id est à patre. Et de ista donatione ipse filius Dei testatur. Ioan. 10: Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Id enim quod est maximum est diuina essentia. Sciendū tamen q̄ aliter se habet in generatione humana, & aliter in diuina. Quia enim natura humana diuisibilis est, potest homo generans partē substantiæ suæ transfundere in filium. Diuina autē natura, est simplex & indiuisibilis: & ideò subiungit quòd non potest dici, quòd pater partem substantiæ suæ filio dederit. Similiter etiam non potest dici, quòd pater dans substantiam suam filio, eam sibi non retinuerit: quia sic pater desiisset esse diuina substantia. In corporalibus enim quod datur non retinetur: sicut qui dant equum, non retinent ipsum. sed in spiritualibus similis datur aliquid & retinetur: sicut qui communicat alij scientiam, retinet ipsam. Patet igitur quòd filius sine vlla diminutione accepit nascendo substantiam patris, & pater eā retinet. Vnde sequitur quòd pater & filius habeant vnam substantiam. Et eadē ratio est de spiritussancto, qui ab vtroque procedit. Pater autem est substantia sua: quia non est in eo aliqua compositio, & similiter filius, & spiritussanctus. Cùm ergo sit vna essentia trium, sequitur quòd vna res quæ est diuina essentia, est pater & filius & spiritussanctus. Et ideò irrefragabiliter est probata sententia magistri Petri & Lombardi: & per consequens dictum Ioachim infirmatum vt falsum. Sextò, cùm dicit. Cum ergo veritas pro fidelibus &c. ponit authoritates quas malè intellectas pro se Ioachim inducebat. Quod enim dominus orans pro fidelibus dicit, volo vt ipsi vnum sint in nobis: sicut & nos vnum sumus: sic inducebat Ioachim, ac si eodem modo accipiendum esset hoc vt dicitur vnum, in nobis & in diuinis personis. Hoc autem est falsum: Quia in fidelibus sic accipitur, vt intelligatur vnitas charitatis per gratiam: in diuinis autem personis sic accipitur, vt intelligatur vnitas eiusdē naturæ. Et hoc probat per simile: quia dominus dicit Math. 5. Estote vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Non tamen est idem modus perfectionis humanæ & diuinæ: quia non potest esse tanta similitudo inter creatorem & creaturam, quin maior inueniatur ibi disimilitudo: propter hoc quòd creatura in infinitum distat à Deo.

Explicit opusculum vigesimum quartum, videlicet expositio secundæ Decretalis, secundum diuum Thomam Aquinatem.

Tractatus eiusdem, de Sortibus ad dominum Iacobum de Burgo, opus vigesimumquintum.

POSTVLAVIT à me vestra dilectio, vt quid de sortibus sentiendum sit, vobis conscriberem. Non est autem fas, vt preces quas fiducialiter charitas porrigit apud amicum repulsam patiantur. Vnde petitioni vestræ satisfacere cupiens, intermissis paulisper occupationum mearum studiis, solennium vacatio num temporibus: quid mihi de sortibus videatur, scribendum curaui. De quibus cōsiderare oportet, in quibus locum sors habeat. Quid sit sortium finis: quis modus, quæ earum virtus: & verū eis liceat vti secundum Christianæ religionis doctrinam.

In quibus rebus fiat inquisitio per sortes.

CAP. I.

PRimò igitur considerandum est, quòd rerum quædam sunt ex necessitate & semper, sicut Deum esse: duo & tria esse quinque: solem oriri & alia huiusmodi. quæ vel semper sunt, vel semper eodem modo eueniunt. In his autem sors locum non habet. Derisibilis enim videtur, si quis sortibus explorandum aliquid esse estimaret, circa esse diuinum: vel circa numeros, vel circa motus solis & stellarum. Alia verò sunt, quæ naturaliter quidem contingunt: & vt frequentius eodem modo veniunt, quandoque tamen, sed rarius aliter contingunt, sicut ęstatem esse siccam, hyemem verò pluuiosam. Contingit tamen interdum: sed rarius euenire contrarium: ex eo quòd solitus naturæ cursus ex aliquibus causis impeditur. In neutris autem prædictarum rerum secundum se considerandum est locum sors habet. Sed si res secundò dictæ considerantur secundum quod cursus earum attingit aliqualiter vsum humanę vitæ, sic ab aliquibus sorte inquiri potest: vt an fluuius inundet: & domum & agrum occupet: an pluuia ęstate abunder. Sed an pluuia vel fluuius inundet in locis desertis in quibus hæc ad vsum humanæ vitæ non pertinent, nullus sorte inquirere studet. Ex quo patet, quòd sors propriè in rebus humanis locum habet. Sed quia ad vnumquęnque hominum pertinet sollicitari de his quæ pertinent ad vsum propriæ vitæ, & eorum cū quibus quocúq; modo communionem habet, cōsequens est, quòd nec ad omnes res humanas inquisitio sortis extendatur. Nullus enim in Gallia existēs sorte aliquid inquirendum curat de his quæ ad Indos pertinēt: cū quibus nullatenus in vita cōmunicat. Sed de his cōsueuerunt homines sorte aliquid inquirere: quæ qualitercúnque ad eos pertinēt: vel ad sibi cōiunctos. Rursus autem nec in his omnibus sortes inquiri videtur. Nullus enim sorte inquirit ea quę per suam industriam vel cognoscere vel ad effectum producere potest. Derisibile nāque videtur si quis sorte inquirat an comedat: fruges ex agro colligat: vel si id quod videt est homo vel equus. Relinquitur igitur: quod hominēs sorte aliquid inquirunt in rebus humanis aliqualiter ad se pertinentibus, quæ per propriam prudentiam non possunt cognoscere: nec ad effectum perducere.

Ostenditur ad quem finem sortes ordinantur.

CAP. II.

QVia igitur in his aliquid sorte requiritur quæ pertinēt ad vsum vitæ humanæ: necesse est quòd ad hoc inquisitio sortis tendat: secundum quod res aliquo accomodātur vsui vitæ humanæ. Circa ea verò quæ veniunt in vsum humanum: primò quidem sollicitantur homines: vt ea qualitercúnque habeant. Secundò verò, vt habitis vtantur. Tertiò verò vt futurum euentum vsus cognoscant. Et quia res vitæ nostræ deseruientes in nostros vsus assumere nō possumus, nisi eas aliqualiter habeamus: res autem secundum sui naturā cōmunes sunt omnibus: necesse fuit ad hoc, quòd eis distinctē homines vti possent: vt per aliquem modum inter homines diuiderētur. Quandóque autem cōmunium rerum diuisio ex humana industria & voluntatum cōcordia potest ad effectum perduci: & tūc sortibus non indigetur. Sed quādo humanus sensus non sufficit ad concorditer diuidendum: tunc consueuerunt sorte diuidere: secundum illud. Prouerb. 18. Condictiones comprimit sors. Sicut autem est distinctio facultatum: ita etiam & honorū siue dignitatum. Vnde quandóque contingit, quòd aliqui non valentes concorditer eligere aliquem cui dignitas aliqua conferatur: sorte hoc requirendū existimat. Quod etiam in veteri lege obseruatum fuit: vt sorte quadam ad officium summi sacerdotis accederent. Vnde dicitur Luc. 1. quòd Zacharias sorte exijt: vt incensum poneret. Saul etiam sorte fuit electus in Regem: vt legitur primo Regum. 10. Sicut autē contingit dubitari circa distributionem honorum, ita & circa distributionem pœnarum. Et ideò si credatur aliquis punidus: ignoretur autem quem puniri oportet: sorte hoc aliquibus inquirendum videtur. Sic enim legimus Ionā fuisse in mare proiectum: sicut & Iosue Achan de anathemate surripiētem sorte puniuit, vt legitur Iosue. 7. Sic igitur vno modo sors ordinatur ad inquirendum quis sit habiturus vel possessionem: vel dignitatem vel pœnam: & hæc vocari potest sors diuisoria: quia per eam diuiditur id quod ignoratur qualiter sit distribuendum. Vnde & verbum sortiendi à sortibus sumptum esse videtur. Sicut autem dubitare contingit quis rem aliquam sit habiturus: ita dubitare contingit: vtrum re aliqua sit vtendum, & vniuersaliter vtrum expediat aliquid agere. Nam omnis actio vsus aliquis est vel sui ipsius: vel rei alterius. Cùm igitur talis occurrit dubitatio circa agenda: si quidem per humanam prudentiam huic dubitationi satisfieri possit: ad humanum cōsilium recurrendum opinamur. Sed quia vt dicitur Sapien. 9. cogitationes mortalium timidę: & incertæ prouidentiæ nostræ: vbi humano cōsilio dubitationi plenariè occurri non potest: ad sortium inquisitionem recurrunt. Huius exemplum legimus in Hester. vbi dicitur, quòd missa est sors in vrnam quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici. & quia huiusmodi sors succedit loco consilij: potest dici sors cōsultoria: quasi ad consultandum ordinata. Sollicitantur etiam plerúmque homines de futuris euentibus ex quorum cognitione homo in pluribus agendis vel vitandis potest dirigi: & tamen futurorum cognitio excedit humanam industriam. secundum illud Ecclesiastes. 8. Multa hominis afflictio qui ignorat præterita: & futura nullo scire potest nuncio. Vnde homines ad aliquid de futuris euentibus cognoscendum: interdum putant esse recurrendum ad sortes. Et huiusmodi sortem diuinatoriam vocare possumus. Diuini enim dicuntur, qui aliqua de futuris prænoscunt: quasi sibi attribuentes quod est proprium Dei: secundum illud Esa. 41. Annūciate quæ ventura sunt in futurum: & sciemus: quia dij estis vos.

Quis sit modus inquirendi per sortes.

CAP. III.

SCire autem oportet, quòd multipliciter aliqui cognitionem exquirunt eorum quæ humanam excedunt industriam. Quidam enim manifesta responsa deposcunt: vel à Deo vel à dæmonibus. quorum primum pertinet ad propheticos viros: qui quadam priui legiata familiaritate Deo cōiuncti ab eo merentur instrui de futuris euentibus: aut de quibuscúnque supernaturalibus rebus: secundum illud Amos 3. Nō faciet dominus Deus verbum: nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Reuelat autem interdum vigilantibus per manifestam visionem. Interdum autem per somnium: secundum illud. Numeri. 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei: vel per somnium loquar ad illū. Huius autem gratię particularis plerique homines perfecti admonentur in somnis: de his quę pertinent ad eorum salutem. Vnde dicitur Iob. 33. Per somnium visione nocturna quando irruit sopor super homines & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum: & erudiens eos instruit disciplinam: vt auertat hominem ab his quæ fecit & liberet eum de superbia. Secundum verò pertinet ad Nigromāticos, qui quibusdam incantationibus & sacrificijs à dęmonibus aliqua respōsa exquirunt: vel sermone prolata vel aliquibus signis demonstrata, & hoc vel in vigilia: vel somno. Quandóque vero aliquorum occultorum homines exquirunt noticiam, quasi signum eorum accipientes ex quibusdā quæ in alijs rebus considerant. Cuius quidem inquisitionis diuersę sunt species. Exquirunt enim quidam occultorum noticiam: siue circa futuros euentus: siue circa ea quæ expedit agere: per considerationem cœlestium motuum: inspiciendo: scilicet motus & situs eorum: ex quibus futura & occulta se posse cognoscere putāt, quod pertinet ad Mathematicos: siue astronomos, qui etiam Geneatici appellātur: propter natalium dierum considerationes. Quidam verò occultorum noticiam exquirēdam putant considerando motus & voces aliquorum animalium: & etiam hominum sternutationes: quod totum pertinet ad augutia: siue ad aruspicia: quæ exinde dicuntur: quia præcipuè aues inspiciunt, & earum garritus attendunt. Alij verò sunt qui occultorum noticiam quærunt ex aliquibus, quæ ab hominibus dicuntur: vel fiunt sub aliqua attestatione. Quod quidem inquisitionis genus propriè omē vocatur. Cuius exemplum ex Maximo Valerio accipere possumus: quia narrat quòd cùm Lucius Paulus Consul bellum cum Rege Persarum esset facturus à curia regressus filiam suā tristem inuenięs tristitiæ causam quæsiuit. Quæ respondit Persam perijsse. Decesserat enim Catulus quidam nomine Persa. Arripuit igitur omen Paulus: & spem clarissimi triumphi animo concepit. Quidam verò quærunt occulta: attendendo quasdam figuras in quibusdam corporibus apparentes: vt puta secundum lineas manus humanæ: quod dicitur chiromantia: vel etiam in osse spatulę cuiusdam animalis, quod dicitur spatulantia. Tertio verò modo aliqui noticiam occultorum requirunt ex his quæ per eos geruntur: eorum considerantes euentum. Quod etiam multipliciter fit. Ad hoc enim genus pertinet geomantiæ vsus, per quem quibusdam punctis describitis: eos diuersimodè secundum quasdam figuras disponendo: aliquorum occultorum putant per hoc se noticiam posse acquirere. Pertinet etiam ad hoc genus, quòd quibusdam cedulis recōditis in occulto: dum in quibusdam earum diuersa scribuntur, in alijs verò nihil discernitur quid accipientibus cedulas contingere debeat, vel de eis quid oporteat fieri. Cui etiam simile est, quòd quibusdā festucis inæqualibus absconditis: diuersa circa aliquos iudicātur ex eo, quòd majorem vel minorē accipiunt. Ad quod etiam aliqualiter pertinere videtur taxillorum proiectio: vel si quid aliud fiat per quod dijudicetur qualiter sit aliquid diuidendum: vel quid oporteat agere ad cognoscendum aliquod præteritum occultum: vel futurum. Vnde etiam duella videntur ad hoc pertinere, nisi inquantùm per artem vel virtutem plerúmque vnus alium superat. Videtur etiam ad hoc pertinere iudicia ferri cadentis, vel aquæ: vel alia huiusmodi: nisi quòd in his nō est euentus indifferens. Vnde in his requiritur expressius diuinæ virtutis iudiciū, quā in alijs suprādictis. Nomen autem sortis ad hoc tertium inquisitionis genus videtur pertinere: cùm scilicet aliquid sit, vt eius euentu consideratur: aliquod occultum innotescat. Vnde sortes dicuntur proijci: vel in sinum mitti: vel aliquid aliud additur in cōmemoratione sortium, quod pertinet ad actum humanum: secundū illud Prouerb. 16. Sortes mittuntur in sinum. Patet igitur ex supradictis, quòd sors est inquisitio occulti excedentis humanam industriam per aliquid à nobis factum: scilicet rebus humanis ad nos pertinentibus: vel habēdis: vel vrendis: vel cognoscendis. Scire autem oportet, quòd quandóq; hoc tertium inquisitionis genus, quod ad sortes dictum est pertinere: potest alicui prædictorum generum permisceri. Quandóq; quidem propheticæ consultationi: sicut patet in facto Gedeonis qui vellus expandens in aëra inquisiuit signum roris à domino: vt legitur Iudicū. 6. Quandóque verò permiscetur nigromanticæ inspectioni: sicut in aruspicio: secundum quod inspiciuntur viscera animalium dæmonibus immolatorum. Quandóque verò astronomicæ considerationi: aut etiam augurum obseruationi: puta si hoc aut illud fācienti: aspectus talis stellæ vel talis auis occurrat. Quandóque verò diuinationi quæ fit per obseruationem verborum propter aliud dictorum. Ad quod pertinere videtur, quòd aliqui in apertione librorum obseruant quid eis occurrat. Et similiter aliæ sortium diuersitates facilè colligi possunt: secundum commixtionem tertij generis ad alia duo. Hæc igitur de modo sortium dicta sint.

Vnde sit sortium virtus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. IIII.

Oportet aũt cõsiderare, an sit efficax prædicta inquisitio sortiũ. Ad cuius considerationem assumere oportet diuersas opiniones circa rerum humanarũ euentus. Quidã enim fuerunt qui res humanas nullo superiori regimine gubernari existimauerunt: sed solũm ratione humana. Ita quòd quæcúnque præter humanã prouidentiã fiunt in rebus humanis, crederent esse omninò fortuita. Secundũ igitur horum sententiã nulla põt esse præcognitio futurorũ. Ea enim quæ fortuitò fiunt, incognita sunt: vnde totaliter sors diuinatoria tollitur. Similiter etiam nec sors consultoria locũ haberet. Quid enim vtile sit consultãti, pensatur ex futuris euentibus. Vnde si futuri euentus ignorãtur, consultatio frustra fiet. Secundũ hos tamen sors diuisoria locum põt habere, non quod per eam decernatur quid in diuisione rerum magis expediat: sed vt ꝙ ratione diffiniri non põt, saltem relinquatur fortunæ. Sed hęc opinio diuinam prouidentiã quæ infinita est, certo fine concludit. Dũ enim subtrahit à diuina prouidentia res humanas: in quibus tamẽ plerunq; manifesta indicia diuinæ gubernationis apparent: ipsis etiã rebus humanis facit iniuriã, quas absq; regimine fluctuare affirmat. Subtrahit etiã cuiuscúq; religionis cultũ: & Dei timorẽ hominibus aufert: vnde penitus est repudiãda. Alii verò fuerunt qui dixerunt omnes actus humanos & euentus eorũ & omnes res humanas necessitati syderũ subdi. Vnde cũ sit certus ordo quo mouẽtur cœlestia corpora: ex eorum consideratione æstimabãt posse per certitudinẽ futuros hominũ euentus prænosci, nisi quatenus ad hoc hominibus experientia deficit. Et quia secundũ horum sententias omnes actus humani ex syderum necessitate proueniunt: consequẽs est vt etiã ipsi humani actus qui requirũtur ad sortes, secundũ syderũ dispositionem procedãt: vt hoc vel illud proueniat. Puta si geomanticus puncta describat in puluere manus eius, moueri asserunt secundũ cœli virtutẽ, ad hoc quòd talis numerus punctorũ proueniat: quia sit conueniens dispositioni cœlesti: idemque in cæteris similibus dicunt. Et sic secundũ ea quæ prouenient ex huiusmodi actibus dicunt futura posse prænosci, secundum quod procedunt ex virtute cœlestũ corporũ: ex quibus humanos euentus disponi existimant. Et sic, secundũ hanc opinionẽ sors diuinatoria locum haber, per quã considerantur futuri euẽtus: & per consequẽs consultoria, quæ dependet ex consideratione futurorũ euentuum. Diuisoria etiã sors locũ habet, non solùm quantũ ad hoc, vt rerũ diuisio sortis iudicio relinquatur: sed etiã quantũ ad hoc, vt sic posideantur res, sicut dispositio cœlestis requirit. Et quia non solùm actus humanos, sed etiã cæterorũ animaliũ motus, atque omnium naturaliũ corporũ syderibus dicunt esse subiectos: secundũ prædictam etiam rationẽ dicunt per auguria & alios prædictos inquisitionis modos, ad idẽ genus pertinẽtes, posse futura prænosci: inquantũ hos motus vel dispositiones ex virtute syderum dicũt procedere. Vnde huiusmodi nominant stellas secundas: quia in his imprẽsio quædã apparet cœlestiũ corporũ. Et quia homo dormiens non habet perfectũ rationis vsum: sed secundũ imaginem communem mouetur, ex prædicta etiã causa dicunt somnia vim diuinationis gratiæ: inquantũ scilicet motus fantasmatum quæ apparent in somnis, ex corporũ cœlestium dispositione procedunt. Sed & hæc opinio expressam continet falsitatẽ. Non enim est posibile, quòd cœlestia corpora in aliquid incorporeũ imprimãt: quia quodlibet incorporeũ est virtuosius & nobilius quolibet corpore. Intellectus autem humanus, neq; est corpus, neque virtus corporei organi: vt Arist. probat. Aliquin non posset omniũ corporũ naturas cognoscere: sicut oculus non posset videre omnes colores, si pupilla esset aliquo colore infecta. Impossibile est ergo ꝙ corpus cœleste imprimat in intellectũ humanum. Voluntas aũtẽ in intellectiua parte est & mouetur à bono per intellectũ apprehẽsor: vnde pari ratione corpora cœlestia in eam imprimere non possunt. Omnes autem actus humani principaliter ex intellectu & voluntate procedunt. Non possunt igitur per certitudinẽ futuri hominũ actus prænosci per inspectionẽ cœlestiũ corporum: & multò minus per inspectionẽ quorumcúq; aliorũ, quæ ab eis mouẽtur: puta per garritũ auium: per descriptionem punctorum, & alia suprædicta. Manifestum est aũtẽ quòd humanarũ rerum euentus plurimi ab actibus humanis dependent: vnde nec euentus humanarũ rerum per prædicta possunt prænosci. Inquantùm tamen humanarum rerũ euentus dependẽt ex aliquibus corporeis causis: sicut abundãtia frugũ ex siccitate aëris, vel pluuiarũ descensu, nihil prohibet eos ex inspectione stellarum posse prænosci: & per consequens ex consideratione aliorum corporũ, quæ dispositionem stellarũ sequuntur. Quia sicut Aug. dicit in 5. de ciui. Dei, non vsquequáque absurdè dici potest, ad solas corporum differentias afflatus quosdam valere sydereos, sicut solaribus accessibus & recessibus. Videmus etiam ipsius anni tẽpore variari: & lunaribus incrementis atque decremẽtis augeri aut minui quædam rerum genera. Vnde & nautæ ex consideratione stellarum & statu animalium prænoscunt ventos & tempestates futuras. Nec tamen erit de sortibus similis ratio: quia per sortes non solũ de actibus humanis inquiritur: sed etiã per humanos actus inquisitio ipsa procedit. Vnde non põt dici, ꝙ ipsa proiectio sortiũ corporum cœlestium dispositionẽ ex necessitate sequatur. Quia tamen ad actus humanos nõ solùm concurrũt voluntas & intellectus qui impressioni syderũ non subdũtur: sed etiã sensitiua pars animæ, quæ in eo quòd corporali vtitur organo, necesse est quòd corporibus cœlestibus subiiciatur: potest dici quòd ex dispositione cœlestiũ corporum aliqua inclinatio sit in nobis ad hæc vel illa faciẽda: inquantũ, scilicet ad hoc inducimur per imaginariã apprehensionẽ, & per appetitus sensitiui passiones, scilicet irã, timorẽ, & alia huiusmodi: ad quæ homo est magis vel minus dispositus, secundũ corporalẽ complexionẽ, quæ subditur dispositioni stellarũ. Quia tamen homo per intellectũ & voluntatẽ imaginationis fantasmata & sensibilis appetitus passiones reprimere põt, ex stellarũ dispositione nulla necessitas inducitur hominẽ ad agendum: sed quædã inclinatio sola, quã sapiẽtes moderãdo refrenant. Propter quod Ptolomęus dicit in centiloquio, quòd sapiẽs homo dominatur astris, id est inclinationi quæ ex astrorum dispositione relinquitur. Stulti verò omninò secundũ eam agũtur: quasi ratione non vtentes: in quo patẽ discordãt à bestiis: secundũ illud Psalmi. Homo cũm in honore esset, non intellexit comparatus est iumentis insipiẽtibus: & similis factus est illis. Et quia stultorũ, secundũ Salomonẽ, infinitus est numerus, in paucis aũtẽ perfectè ratio dominatur, in pluribus hominũ inclinationes cœlestium corporũ fortiũtur effectũ. Et propter hoc quandóq; astrologi ex inspectione stellarũ vera prænũciant, præcipuè circa communes euentus: quãuis in particularibus frequẽter deficiãt: propter rationem quæ corporibus cœlestibus non est subiecta. Vnde in protractione punctorũ geomãtię, actores hoc obseruandũ putant, vt & ille qui protrahit puncta, absq; præmeditatione rationis procedat: & ille qui consultat, quasi in interiori sollicitudine instigatus, interroget nó quasi ex deliberatione rationis. Quod etiã in omnibus talibus cõsultationibus dicunt esse seruandũ. Quãuis aũtẽ secundũ prædictũ inclinationis modũ, corpora cœlestia disponant ad aliquos actus humanos necessitatẽ non imponẽdo: non tamẽ ad omnes euentus humanos talis inclinatio se potest extendere. Corpora enim cœlestia naturaliter agunt: est aũtẽ hoc naturæ propriũ, vt ad vnum aliquid rendat. sicut etiã actio rei naturalis ab vno procedit principio, scilicet à propria forma rei, quæ est naturalis actionis principiũ. Intellectus verò agit per formas mente cõceptas, quæ in codẽ possunt multiplicari: & ideò potestates rationales nõ determinantur ad vnũ, sed se habent ad multa. Ea verò quæ in humanis euentibus casualiter accidũt, per accidens sunt: puta ꝙ homo fodiẽs sepulchrũ, inueniat thesaurũ. Quod verò per accidẽs est, nõ est vnũ. Vnũ nullũ agens naturale inclinare põt ad id, quod per accidens euenit. Posset igitur esse in homine aliqua inclinatio naturalis, vt sepulchrũ foderet: quia hic hoc aliquid vnũ est: & similiter ad hoc quòd thesaurum quæreret: sed hoc quòd fodienti sepulchrũ thesaurus occurrat, nõ potest causam naturalẽ habere. Nõ igitur per modũ inclinationis ad omnes euẽtus humanos secundũ prædictã opinionẽ sortium inquisitio efficax esse potest. Sed intellectus põt accipere, vt vnũ quòd euenit per accidens ex multis vnã compositionẽ formãdo. Et ideò nihil prohibet aliqua quæ per accidẽs euenire videntur, ab aliquo intellectu esse præordinata. Puta si aliquis lapidẽ in via ponat: ad quẽ qui ab eo mittitur, impingẽs cadat: casus quidẽ fortuitus est per accides non euemẽs secundũ eius propositũ: est aũt dispositũ per intellectũ alterius eũ mittentis. Et secundum hunc modũ alij dicunt, quòd ea quæ in humanis euentibus secundũ nos videntur esse fortuita, ab aliquo superiori intellectu ordinantur. Supremus aũt intellectus Deus est, qui sicut sua sapientia vniuersa in esse produxit, ita etiã eadem sapientia conseruat & mouet. omnia dirigens in debitũ finẽ: secundũ illud Sap. 7. Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Diuina aũt dispositione non solùm mouentur corpora, sed etiã hominum mentes ad proprias actiones. A Deo enim illuminatur intellectus humanus ad veritatem cognoscendã. Vnde Psalmista petebat. Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiã in morte. Eius etiam virtute mouẽtur hominũ voluntates, ad desiderandũ & agendũ: secundũ illud apostoli ad Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona volũtate. Et quia intellectus & voluntates sunt propria principia actuum humanorũ, consequens est quòd humani actus subdantur dispositioni diuinæ, secũdum illud Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es nobis. Quia igitur & humani actus & exteriorum rerum motus prouidentiæ diuinæ subdũntur: quid vnicuiq; accidere debeat, ex diuina dispositiõe procedit: per quam quidam sui propositi debitum finem assequitur. Vnde Psalmista petebat. Dirige me in veritate tua. Et interdum etiam homines in aliquod bonum dispositione diuina inducuntur, præter eorum propositum. Vnde & apostolus dicebat ad Ephes. 3. Deus

Deus potens est facere omnia superabundanter quã petimus aut intelligimus. Similiter etiam ex diuina dispositione procedit, quòd homines deficiunt à suo proposito: secundũ illud Iob. 5. Qui dissipat cogitationes malignorũ ne possunt implere manus eorũ quod cęperant. Interdum etiã ex diuina dispositiõe deijciuntur aliqui in aduersa: quæ nec cauere potuerunt: secundum illud Esa. 23. Ducent eam pedes sui longè ad peregrinandum: quis cogitauit hic super Tyrũ quõdam coronatã? Et posteà subditur. Dominus exercituũ cogitauit hoc. Et inde est quod dicitur Iere. 10. Scio domine quia non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Ex his igitur patet, quòd humanarum rerum euentus non subduntur totaliter dispositioni humanæ: sed dispositioni diuinæ: ex qua contingit, quòd aliquiad ampliora bona proueniunt quã excogitare potuissent: qui dicuntur bene fortunati: quidam verò ab his quæ prudenter disponunt deficiũt: & ad inopinata mala deueniunt: qui infortunati dicuntur. Hoc autem nõ solũ auctoritate diuina firmatur: sed ex sententijs Philosophorum patet. Aristoteles enim in libr. de bona fortuna: sic dicit. Hominis principium nõ ratio: sed aliquid melius. Quid igitur erit melius scięntia & intellectu: nisi Deus? Et propter hoc bene fortunati vocantur: qui si impetũ faciant diriguntur sine ratione existentes. Habent enim principiũ tale, quod est melius intellectu & consilio. Sic igitur secũdum prædeterminata: ex diuina dispositione inquisitio sortium efficacia potest habere: inquantũ & euentus exteriorum rerum diuinæ prouidentiæ subiiciuntur: & per ipsam humani actus diriguntur. Et sic potest contingere Deo faciente: vt humani actus talem sortiãtur effectum siue processum qui competat exteriorum rerum euentibus. Vnde dicitur Prouerb. 16. Sortes mittuntur in signum: sed à domino temperantur, & Dionysius dicit. 5. cap. Eccles. Hierar. de diuina sorte quæ super Matthiam diuinitus cecidit. Alij quidẽ aliter dixerunt non religiosè tractantes: sicut arbitror: meam autem & ipse intentionem dicam. Videtur mihi sacra eloquia sortem nominare thearchicum: id est diuinum quoddam donum demonstrãs illi Hierarchico choro: id est apostolico diuina electione susceptũ: per quod datur intelligi ad sortem pertinere cùm ex dono Dei per certum effectũ humanorum actuum declaratur hominibus, quod diuina dispositio habeat: vel in rebus diuidendis, quod pertinet ad diuisoriam sortem: vel in rebus agendis, quod pertinet ad consultoriam: vel in futuris prænoscendis, quod pertinet ad diuinatoriã sortem. Considerandũ tamen quòd diuina dispositio quorũdam spirituũ ministerio operatur: secundum illud Psal. Benedicite domino omnes angeli eius. & posteà subditur. Ministri eius qui facitis volũtatem eius. Vnde eorum operatio in omnibus diuinæ dispositioni concordat: & sic de his quæ per eos aguntur, idem est iudiciũ: & de his quę aguntur dispositione diuina. Sunt tamen quidam deceptores spiritus: quos dęmones nominamus: qui quamuis quantũ in ipsis est dispositioni diuinæ renitantur: vtitur tamen Deus eis ad suæ dispositionis impletionem: sicut & malis hominibus vtitur ad implendum suæ propositum voluntatis: vt patet in tyrannis quorum nequitia vsus est ad coronas martyribus fabricandas. Huiusmodi autem immundi & fallaces spiritus ambiunt honorem diuinitatis sibi ab hominibus deferendum: & ideò illis rebus se ingerunt quæ ad Deũ pertinere videtur: vt diuinitatis eis honor ab hominibus deceptis exhibeatur. Et inde est, quòd imaginibus quas à principio fecerat homines ex inordinato effectu ad mortuos: dæmones se inclusęrunt: in quibus responsa dabant: vt ex hoc diuinum honorem sibi conquirerent. Similiter autem cũ per sortes: vel quolibet alio modo homines præter debitum ordinem occulta exquirunt: ingerunt se dæmones: vt diuinationis prætextu homines in errorẽ inducant. Vnde Aug. dicit in 2. super Gen. ad literã de mathematicis loquẽs qui per astra futuros euentus prænunciant. Patendum est inquit quando ab istis vera dicuntur: instinctu quodam occultissimo dicquem nescientes humanæ mentes patiuntur, quod cùm ad decipẽtes homines fit spirituum immundorum & seductorum operatio est. Et in secundo de doctrina Christiana dicit omnia huiusmodi diuinationum genera ad pacta quędam cum dęmonibus inita pertinere. Et ab hoc non discordat sententia Maximi Valerij: qui dicit, quod hominum obseruatio aliquo contractu religionis innixa est: quoniam non fortuito motu: sed diuina prouidentia constare creditur. Patet ex præmissis, vnde sortes efficaciam habent.

Virum sortibus liceat vti.

CAP. V.

His igitur visis de facili patet, vtrum sortibus liceat vti. Et primò manifestum est, quòd nulli Christiano licet aliquod pactum societatis cum dæmonibus habere. Dicit enim Apostolus 1. ad Cor. 10. Nolo vos socios fieri dæmoniorum. Ad quam societatem pertinent non solùm manifestè dæmonum inuocationes quibus nigromantici vtuntur: sed etiam quæcúnque occulta pacta cum dæmonibus inita. Et ideò Augusti. in 2. de doctrina Christiana, præmissis diuersis superstitiosis hominum obseruationibus subdit. Omnes artifices huius vel nugatoriæ vel noxiæ superstitionis ex quadã pestifera societate hominum & dæmonum: quasi pacta infidelis & dolosæ amicitię constituta penitus sunt repudianda & fugienda Christiano. Vnde & Deut. 18. dicitur. Non inueniatur in te qui lustret filium suum aut filiam ducens per ignem, aut qui Ariolos scisciteturs, & obseruet somnia atque auguria: nec sit maleficus aut incantator: nec fitones consulat nec diuinos. & quærat à mortuis veritatẽ. Sed adhuc dubitatio restat, quæ sint dicẽdæ superstitiosę inquisitiones sortium: vel quarumcúnque dominationum: per quas pacta cum dæmonibus contrahuntur. Cuius quidem dubitationis solutio haberi potest ex præmissis Augusti. verbis si subtiliter discutiantur. Dixit enim per artes nugatorias vel noxiæ superstitionis pacta cum dæmonibus fieri. Noxia autem superstitio dicitur: quæ aliquid manifestè illicitum continet: sicut inuocatiões & sacrificia dæmonum, vel quodcúnque huiusmodi. Nugatorium autem dicitur, quando aliquis vtitur re aliqua ad quod virtus eius extẽdi non potuit. Hoc enim in vanum fieri videtur. Vana ergo nugatoria dicimus. Puta si æger medicinam assumat, contra morbum quem potest sanare: nõ est superstitiosa nugatio. Sed si quis collo alliget quædam quæ omninò ad sanitatem non pertinent: etiam secundum sententiam medicorum: hoc ad nugatoriam superstitionem pertinere videtur. Et simile est: cùm vestis à soricibus roditur plus timere suspitionẽ mali futuri, quàm præsens damnum dolere. Et multa huiusmodi exempla August. ponit ibidem. Ad quę virtus sortium se possit extendere, haberi potest ex præmissis. Ostensum est enim quòd cœlestium corporum virtus extendit se ad corporales effectus: non autem ad immutandum liberum arbitrium hominis. Vnde si quis astrologũ consulat vtrum sit æstas futura pluuiosa vel ficca: non est nugatoria consultatio: sicut si quis consuleret vtrum sibi fodiendi sepulchrum thesaurus occurrat: vel quid sibi interroganti alius sit responsurus. Vnde talis consultatio ad societatem dæmonum pertinet: qui in ordinatis hominum motibus se immiscent. Idem quoque est in augurio obseruandũ. Si quis enim cornicula frequenter crocitante mox futuram prænunciet pluuiã: non est nugatoriæ superstitionis. Moũetur enim animalia quodam naturali instinctu ex impressiõe corporum cœlestium, secundum dispositionem aëris ad temporis cognitionem: secundum quod est necessarium naturæ ipsorum: secũdum illud Hiere. 8. Miluus in cœlo cognouit tempus suum: turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Similiter etiam si quis ex subito volatu auium denũciet ibi latere insidias, vnde aues volando recesserunt non est superstitio: sed humana industria. Si verò per motum vel garritum auium de humanis actibus pronũtietur aliquid, superstitiosum est. Simile etiam est in sortibus & omnibus similibus obseruandum, quod quicquid aliquam certã causam potest habere vel naturalem: vel humanã: vel diuinã superstitiosum nõ est. Sed solũ id nugatorium dicitur & superstitiosum, quod certam habere non potest causam. Et hoc ad societatẽ dæmonum pertinet: qui talibus rebus efficaciam aliquando præstant: vt vanitatibus animos hominum implicent. Vnde in Psalmis dicitur. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: & non respexit in vanitates & insanias falsas. Has igitur sortes sacri canones damnant: quæ dum noxia vel nugatoria superstitione fiunt: ad societatem dæmonum pertinent. Si autem ea quæ naturalem vel humanam causam habent culpa carent, multò magis ea quæ diuino auxilio innituntur. Nam ad beatitudinem hominis pertinet secundum Psal. Vt nomen domini sit spes eius: & ideò si per sortium proiectionem aliqui diuinum requirant iudicium: non est secundum se peccatum. Dicit enim Augustinus super illud Psalmi. In manibus tuis sortes meæ. Sors non est aliquid mali: sed res in humana dubietate diuinam indicans voluntatem. Sciendum tamen quatuor modis in huiusmodi sortibus peccatum posse contingere. Vno modo si absque vlla necessitate putet aliquis ad sortes esse recurrendum. Hoc enim videtur esse tentare Deum: si quis habens quod faciat ex humana industria eo prętermisso putet esse requirendum diuinum iudicium. Dicitur enim secundi Paralipome. 20. Cùm ignoremus quid agere debeamus: hoc solum habemus residui: vt oculos nostros dirigamus ad te. Secundò si absque debita reuerentia & deuotione etiam in necessitate sortibus requirat diuinum iudicium. Vnde Beda dixit super Actus Apostolorum. Si qui necessitate aliqua compulsi Deum putant sortibus exẽplo Apostolorum esse consulendum: videant hoc ipsos Apostolos collecto fratrum cœtu & precibus ad Deum fusis egisse. Tertiò si diuina oracula ad humana & terrena negotia conuertantur. Vnde Augustinus dicit ad inquisitiones Ianuarij. Hi qui de paginis euangelicis sortes legunt, & si optandum sit: vt id potius faciant quàm ad dæmonia consulenda concurrant: tamen ista mihi displicet consuetudo: ad negotia sæcularia & ad vitæ huius vanitatem diuina oracula velle cõciendum: aliquis fortè velit committere sorti. Sicut ad ecclesiasticas dignitates sunt homines promouendi concordia electionis quã

Universidad de Deusto Biblioteca

spiritus sanctus facit. & ideò illicitū est, in huiusmodi electionibus sorte vti. Faceret enim iniuriam spiritui sancto, qui humanum sensum instruit ad rectè iudicandum: secundum illud primæ ad Cor. 2. spiritualis iudicat omnia. Qui autem sorte eligitur, humano iudicio non comprehenditur. vt dicit Amb. super Lucam. Vnde sicut Beda dicit super actus apostolorum: Mathias ante Pentecostem ordinatus, sorte quæritur: quasi nondum spiritus sancti plenitudine in ecclesia effusa: septem autem diaconi posteà non sorte, sed discipulorum electione: apostolorum verò oratione & manus impositione sunt ordinati. Prædicta autem necessitas in qua licitum est per sortes diuinum iudicium implorare, maximè videtur locum habere, quantùm ad consultoriam sortem: quia & apud antiquos iustos, frequenter inuenimus aliquos Deum in dubiis negociis cōsultasse: sicut legitur primo Reg. 30. quod consuluit Dauid dominum dicens. Persequar latrunculos hos & comprehendam eos an non? Potest etiam huiusmodi necessitas ad sortem pertinere diuisoriam: quando scilicet contradictiones hominū super rerum diuisione aliter sopiri non possunt, nisi per sortes diuino iudicio committatur: secundum illud Prouer. 18. Contradictiones cōprimit sors. & inter ponentes quoque diiudicat. Nec solùm in rerum diuisione, necessitas diuisoriæ sortis potest prouenire: sed in diuisione eorum quæ sunt à diuersis agenda. Vnde August. dicit in epistola ad Honoratum. Si inter Dei ministros sit disceptatio, qui eorū persecutionis tempore maneant: ne fuga omnium: & qui eorum fugiant ne morte omnium deseratur ecclesia: si hæc disceptatio aliter non poterit terminari: quantùm mihi videtur qui maneant & qui fugiant, sorte eligendi sunt. Similiter etiam sortis necessitas imminet, si aliquid dandum occurrat pluribus, quod non nisi vni eorum dari possit. Vnde August. dicit in primo de doctrina christiana. Si tibi abundaret aliquid quod oporteret dari ei qui nō haberet: nec duobus dari potuisset: si tibi duo occurrerent quorum neuter alium vel indigentia vel egestate aliqua vel necessitate superaret, nihil iustius faceres, quàm vt sorte legeres cui dādū esset, quod dari vtrique non posset. Et quia terrenæ dignitatis officium ad temporalia dispensanda ordinatur: potest etiam licitè ad huiusmodi sortes haberi recursus: si aliter electio concors esse non pōt: quamuis enim rector quærendus sit, non sorte sed industria prudens: tolerabilius tamen est sorte secularem rectorem quærere, quàm populum dissentionibus laborare. De rectore verò spirituali est alia ratio, vt suprà iam diximus. Sed in diuinatoria sorte prædicta necessitas non videtur occurrere. Vnde & dominus dicit discipulis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Si qua tamen futura necessariū est prænoscere siue ad cautelam ecclesiæ, siue alicuius singularis personæ, hæc per spiritum sanctum fidelibus innotescunt. De quo dominus dicit Ioan. 10. Quæ ventura sunt, annunciabit nobis. Vnde & de huiusmodi futuris, licet per modum consultoriæ sortis iudicium diuinum requirere, sicut legitur Iudicum 6. Quod Gedeon quæsiuit à domino, si per manus eius populus Israël esset saluandus petens signum in vellere. Sed quia diuisoria sors locum posset habere, etiam si res humanæ fortuitò agerentur: vt suprà dictum est, cōtingit aliquem diuisoria sorte vti: non quasi requirat diuinum iudicium: sed quasi committens fortunæ. Quod maximè videtur in taxillatorio ludo. Hoc autem vicio vanitatis non caret. In tantum igitur nunc de sortibus dicendum est.

Explicit opusculum 25. videlicet de sortibus secundum beatum Thomam Aquinatem ad dominum Iacobum de Burgo.

Incipit eiusdem Doctoris opus vigesimumsextum, de iudiciis astrorum ad fratrem Reginaldum ordinis prædicatorum, sociū suum charissimum.

QVIA petisti vt tibi scriberem, an liceret iudiciis astrorum vti, petitioni tuæ satisfacere volens, ea quæ à sacris doctoribus super hoc traduntur, scribere curaui. In primis ergo oportet te scire, quòd virtus cœlestium corporum ad immutanda corpora inferiora se extendit. Dicit enim Augu. 5. de ciui. Dei. Non vsquequáque absurdè dici potest, ad solas corporum differentias afflatus quosdam sydereos peruenire. Et ideò si aliquis iudiciis astrorum vtatur ad prænoscendum corporales effectus, puta tempestatem & serenitatem aëris: sanitatem vel infirmitatem corporis: vel vbertatem & sterilitatem frugum, & similia quæ ex corporalibus & naturalibus causis dependent, nullum videtur esse peccatum. Nā omnes homines circa tales effectus aliqua obseruatione vtūtur corporum cœlestium: sicut agricolæ seminant & metunt certo tēpore, quod obseruatur secundū motū solis. Nautę nauigationē vitant in plenilunio, vel etiam in lunæ defectu. Medici circa ægritudines criticos dies obseruant: qui determinantur secundum cursum solis & lunæ. Vnde non est inconueniens, secundum aliquas alias occultiores stellarum obseruationes circa corporales effectus vti astrorum iudicio. Hoc autem omninò tenere oportet, quòd voluntas hominis non est subiecta necessitati astrorum. Alioquin periret liberum arbitrium: quo sublato non deputarentur homini neque bona opera ad meritum, neque mala ad culpam. Et ideò certissimè tenendum est cuilibet Christiano, quòd ea quæ ex voluntate hominis dependent, qualia sunt omnia humana opera, nō ex necessitate astris subduntur. Et ideò dicitur Hiere. 10. A signis cœli nolite metuere quæ gentes timent. Sed Diabolus vt omnes pertrahat in errorem, immiscet se operationibus eorum qui iudiciis astrorum intendunt. Ideò August. dicit 2. super Gen. ad literam. Fatendum quando ab astrologis vera dicūtur, instinctu quodam occultissimo dici: quem nescientes humanæ mentes patiuntur, quod cùm ad decipiendos homines fit, spirituum immundorum & seductorum operatio est: quibus quædam vera de temporalibus rebus nosce permittitur. Et ideò August. dicit 2. de doctrina Christiana, quòd tales astrorum obseruationes referendæ sunt ad quædam pacta cum demonibus habita. Est autē omninò Christiano vitandum pactum vel societatem cum demonibus habere, secundum illud apostoli primæ ad Cor. 10. Nolo vos fieri socios demoniorum. Et ideò pro certo tenendum est graue peccatum esse, circa ea quæ à voluntate hominis dependent, iudiciis astrorum vti.

Explicit opusculum 26. videlicet de iudicijs astrorum, secundum sanctum Thomam Aquinatem: ad fratrem Reginaldum socium suum charissimum.

Incipit eiusdem Doctoris opus vigesimumseptimum, De æternitate mundi contra murmurantes.

SVPPOSITO secundum fidem catholicam, mundum ab æterno non fuisse: sicut quidam philosophi errantes posuerunt: sed quòd mundus durationis initium habuerit, sicut scriptura sacra quæ falli non potest testatur, dubitatio mota est, vtrum potuerit semper fuisse. Cuius dubitationis vt veritas explicetur, primo distinguendum est, quid est in quo cum dicentibus contrarium conuenimus: & quid est illud in quo ab eis differimus. Si enim intelligatur ꝙ aliquid præter Deū potuerit semper fuisse: quasi possit esse aliquid ęternū præter eū ab eo nō factū, error abominabilis est: non solū in fide, sed etiā apud philosophos: q cōfitētur & ꝓbāt, ꝙ omne qđ est quoquo modo esse nō possit, nisi causatū ab eo qui maximè & verissimè habet esse. Si aūt intelligat aliquid semper fuisse. & tñ causatū à Deo secūdū totū qđ in eo est: videndū est vtrū hoc possit stare. Si aūt dicatur hoc esse impossibile, vel hoc dicetur, quia Deus non potuit facere aliquid qđ semper fuerit: aut quia nō potuit fieri, etiā si Deus posset facere. In prima aūt parte oēs cōsentiūt, scilicet in hoc ꝙ Deus potuit facere aliqd qđ semper fuerit cōsiderādo potentiā ipsius infinitā. Restat igitur videre, vtrū possibile sit aliqđ fieri qđ semper fuerit. Si aūt dicatur, ꝙ hoc nō potest fieri, hoc non pōt intelligi, nisi duobus modis, vel duas causas veritatis habere, scilicet vel propter remotionē potentiæ passiuæ, vel propter repugnantiā intellectuū. Primo modo posset dici, ꝙ antequā angelus sit factus, nō poterat angelus fieri: quia non præcessit ad eius esse aliqua potētia passiua: cū non sit factus ex materia præiacēti: tamen Deus poterat facere angelū: & poterat facere vt angel' fieret: quia fecit & factus est. Sic ergo intelligēdo, simpliciter concedendū est secundū fidē, ꝙ nō pōt causatum à Deo semper esse: quia hoc ponere, esset ponere potentiā passiuam semper fuisse, quod hereticū est. Tamen ex hoc nō sequitur, quòd Deus nō possit facere, vt fiat semper aliquod ens. Secūdo modo dicitur per repugnantiā intellectuū aliquid non posse fieri: sicut nō potest fieri, vt affirmatio & negatio sint simul vera: quāuis Deus hoc possit facere, vt quidam dicunt. Quidam verò dicūt, quòd nec Deus potest huiusmodi facere: quia hoc nihil est. Tamen manifestū est ꝙ nō potest facere, vt hoc fiat: quia positio qua ponitur esse, destruit seipsam. Si tamen ponatur ꝙ Deus huiusmodi potest facere vt fiat, positio non est hæretica, quamuis vt credo sit falsa: sicut quòd

quòd præteritū non fuerit, includit in se cōdictionem. Vnde Aug. in lib. contra Faustum. Quisquis ita dicit si omnipotens est Deus, faciat vt quæ facta sunt facta non fuerint: nō videt hoc se dicere: si omnipotens est. faciat vt ea quæ vera sunt: eo ipso quòd vera sunt, falsa sint. Et tamen quidam magni piè dixerunt Deum posse facere de præteriuto, quòd non fuerit præteritum: nec fuit reputatum hæreticum. Videndum est ergo, vtrum in his duobus sit repugnantia intellectuum, quòd aliquid sit causatum à Deo: & tamen semper fuerit. Et quicquid de hoc verum sit non erit hæreticum dicere: quia hoc potest fieri à Deo, vt aliquid causatum à Deo semper fuerit. Tamen credo quòd si esset repugnantia intellectuum: esset falsum. Si autem non est repugnantia intellectuum: non solùm est falsum: sed etiā est impossibile aliter esse & erroneum si aliter dicatur. Cùm enim ad omnipotentiam Dei pertineat, vt omnem intellectum & virtutem excedat, expressè omnipotentiæ derogat: qui dicit aliquid posse intelligi in creaturis: quod à Deo fieri non possit. Non est instantia de peccatis: quæ inquantùm huiusmodi nihil sunt. In hoc ergo tota consistit quæstio, vtrum esse creatum à Deo secundum totam substantiā & non habere durationis principium repugnent ad inuicem vel non. Quòd autem non repugnent, sic ostenditur. Si enim repugnant, hoc non est nisi propter alterum duorum, vel propter vtrúmque. Aut quia oportet vt causa agens præcedat duratione: aut quia oportet quòd non esse præcedat esse duratione: propter hoc dicitur creatum à Deo ex nihilo fieri. Primò ergo ostendam quòd non est necesse: vt causa agens, scilicet Deus præcedat duratione suum causatum, si ipse voluisset. Primò sic. Nulla causa producens effectum suum subitò, necessariò præcedit effectū suum duratione: sed Deus est causa producēs effectum suum non per motum: sed subitò. ergo non est necessarium, quòd duratione præcedat effectum suum. Primum patet per inductionem in omnibus mutationibus subitis: sicut est illuminatio & huiusmodi. Nihilominus potest probari per rationem sic. In quocúnque instanti ponitur res esse potest poni principium actionis eius: vt patet in omnibus generabilibus: quia in illo instanti in quo incipit ignis esse ignis: incipit esse calefactio. Sed in operatione subita similiter imò idem est principium & finis eius, sicut in omnibus indiuisibilibus. Ergo in quocúnque instanti ponitur agens producens effectum suum subitò, potest poni terminus actionis suæ: sed terminus actionis est similiter cum ipso facto: ergo non repugnat intellectui, si ponatur causa producens effectum suū subitò non præcedere duratione causatum suum. Repugnaret autem in causis producētibus effectus suos per motum: quia oportet quòd principium motus præcedat finem eius. Et quia homines cōsueti sunt considerare huiusmodi factiones quæ sunt per motum: ideò non facile capiunt, quòd causa agens duratione effectū suum non precedat. Et inde est quòd multorum inexperti ad pauca respicientes enuntiāt facilè. Nec potest huic rationi obuiari: quia Deus est causa agens per voluntatem, quia voluntas non est necessarium ꝙ præcedat duratione effectum suum: nec agens per voluntatem, nisi per hoc quòd agit ex deliberatione: quod absit vt in Deo ponamus. Præterea causa producens totam rei substantiam non minus potest in producendo totam substātiam, quàm causa producēs formam in productione formæ: imò multò magis: quia non producit educēdo de potētia materiæ, sicut est in eo qui producit formam. Sed aliquod agens quod producit solùm formam potest in hoc vt forma ab eo producta sit quandocūq; ipsum est: vt patet in sole illuminante. ergo fortiùs Deus qui producit totam rei substantiam, potest facere vt causatum suum sit quandocúnque ipse est. Præterea si aliqua sit causa qua posita in aliquo instanti non possit poni effectus eius, ab ea procedens in eodem instanti: hoc non est, nisi quia illi causæ deest aliquid de complemento. Causa enim completa & causatum sunt simul. Sed Deo nunquàm defuit aliquid de cōplemento: ergo causatum eius semper potest poni eo posito. & ita non est necessarium, quòd duratione præcedat. Præterea voluntas volentis nihil minuit de virtute eius: & præcipuè in Deo. Sed oēs soluentes ad rationes Aristo. quibus probatur res semper fuisse à Deo, per hoc quod idē semper facit idē. Dicuntq; hoc sequeretur, si non esset agēs per voluntatē, ergo etsi ponatur agēs per voluntatē nihilominus sequitur ꝙ potest facere vt causatū ab eo nunquā non sit. Et ita patet ꝙ nō repugnat intellectui, quod dicitur causa agens non præcedere effectum suum duratione: quia in illis quæ repugnant intellectui Deus non potest facere vt illud sit. Nunc restat videre, an pugnet intellectui aliquod factum nunquàm non fuisse: propter hoc quòd necessarium sit non esse eius esse duratione præcedere: propter hoc quod dicitur ex nihilo factum esse. Sed quòd hoc in nullo repugnet ostenditur per dictum Anselmi in monologion, capitul. octauo. exponentis, quomodò creatura dicatur facta ex nihilo. Tertia inquit, interpretatio qua dicitur aliquid esse factum ex nihilo, est cùm intelligimus esse quidē factum: sed non esse aliquid vnde sit factum. Per similem significationem dici videtur, cùm homo tristatur sine causa, dicitur contristatus de nihilo. Secundum igitur hunc sensum, si intelligatur quod suprà conclusum est: quia pręter summam essentiam cuncta quę sunt ab eodem ex nihilo facta sunt. i. ex aliquo: nihil inconueniens sequetur. Vnde patet quòd secundum hanc expositionem non ponitur aliquis ordo eius quod factum est ad nihil, quasi oportuerit prius, quod factum est, nihil fuisse: & postmodùm aliquid esse. Præterea supponatur quòd ordo ad nihil in propositione importatus remaneat affirmatus: vt sit sensus, creatura facta est ex nihilo. i. facta est post nihil, hęc dictio post ordinem importat absolutè. Sed ordo multiplex est. s. durationis & naturæ. Si igitur ex cōi & vniuersali nō sequitur propriū & particulare, non erit necessariū vt propter hoc ꝙ creatura esse post nihil dicitur. prius duratiōe fuerit nihil: & posteà fuerit aliquid: sed sufficit si prius natura sit nihil, quā ens. Prius enī inest vnicuiq; naturaliter, quod cōuenit sibi in se, quā qđ solùm ex alio habet. Esse aūt nō habet creatura, nisi ab alio: sibi aūt relicta in se cōsiderata, nihil est. Vnde prius naturaliter inest sibi nihil quā esse. Nec oportet ꝙ propter hoc sit simul nihil & ens: quia duratiōe nō pręcessit. Nō enim ponitur si creatura semper fuit, vt in aliquo tempore nihil sit: sed ponitur ꝙ natura eius est talis, ꝙ esset nihil si sibi relinqueretur: vt si dicamus aerē semper fuisse illuminatū à sole, oportebit dicere ꝙ aer est factus lucidus à sole. Et quia omne quod fit, ex cōtingenti fit. i. ex eo quod non contingit simul esse cū eo quod dicitur fieri, oportebit dicere, ꝙ si factus lucidus ex non lucido vel tenebroso: non ita ꝙ nunquā fuerit non lucidus vel tenebrosus: sed quia esset talis, si sibi soli relinqueretur. Et hoc expressiùs patet in stellis & orbibus, qui semper illuminantur à sole. Sic ergo patet, quòd in hoc quod dicitur aliquid factum esse à Deo & nunquā non fuisse: non est intellectus aliqua repugnantia. Si enim esset aliqua repugnantia, mirū est quo modo Aug. eam non vidit: quia hæc efficacissima via esset ad improbandum æternitatē mundi, cùm tamen ipse multis rationibus impugnet æternitatem mundi in 11. & 12. de ciuitate Dei. Hanc autem vnde omninò pręteremittit. Quinimò inuenire videtur, quòd non sit ibi repugnantia intellectuū. Vnde dicit. 10. de ciui. Dei. 31. cap. de Platonicis loquens. Id quomodò intelligant viderint non esse hoc videlicet temporis, sed substitutionis initiū. Sicut enim inquiunt si pes semper ex æternitate fuisset in puluere: semper ei subesset vestigium, quod tamen vestigium ex calcante factum nemo dubitaret: nec alterū altero prius esset, quamuis alterum ab altero factum esset. Si inquiunt & mundus & dij in illo creati, semper fuerunt: semper existente eo qui fecit & tamen facti sunt. Nec vnquā dicit hoc non posse intelligi: sed alio modo procedit contra eos. Item dicit. 11. lib. 4. cap. Qui autem à Deo quidem factum mundum fatentur, nō tamen eum tēporis volunt habere: sed suę creationis initiū: vt modo quodā vix intelligibili semper sit factus: dicunt quidem aliquid: vnde sibi Deum videntur velut à fortuita temeritate defendere. Causa autem quare vix est intelligibilis: tacta est prima ratione. Mirum est etiā quomodò nobilissimi philosophorum hanc repugnantiam non viderunt. Dicit enim Aug. in eod. libr. cap. 5. contra illos loquens: de quibus in præcedenti authoritate facta est mentio. Cùm his enim agimus qui etiam Deum corporum & omnium naturarum quæ non sunt quod ipse creatorem nobiscum sentiunt. De quibus postea subdit. Isti philosophi cæteros nobilitate atq; authoritate vicerunt. Et hoc etiam patet diligenter consideranti dictum eorum, qui posuerunt mundum semper fuisse: quia nihilominus ponunt eum à Deo factum: nihil de hac repugnantia intellectum sentientes: ergo illi qui tàm subtiliter eam percipiunt, soli sunt homines: & cum eis oritur sapientia. Sed quia quædam authoritates videntur pro eis facere, ideò ostendendum est quòd præstant eis debile fundamentum. Dicit enim Damascenus in libr. 1. capitul. 8. Non aptum natum est quod ex non ente ad esse deducitur coæternum esse ei quod sine principio est & semper est. Item Hugo de sancto Victore in principio libri sui de sacramentis dicit. Ineffabilis omnipotentiæ virtus non potuit aliquod præter se habere coæternum, quo in faciendo iuuaretur. Sed harum authoritatum & similium intellectus per hoc patet quod Boetius dicit vltimo de cōsolatione. Non rectè quidam cùm audiunt visum Platoni mundum hunc nec habuisse initium temporis: nec habiturum esse defectum: hoc modo conditori conditum mundum fieri coæternum putant. Aliud enim est per interminabilem duci vitam, quod mundo Plato tribuit: aliud interminabilis vitæ totam pariter complexum esse præsentiam: quod diuinæ mentis proprium esse manifestum est. Vnde patet, quòd etiam non sequitur quod quidam obijciunt, scilicet quòd creatura æquaretur Deo in duratione. Et quod per hunc modū dicatur: quòd nullo modo potest esse aliquid coæternū Deo. Quia nihil scilicet potest esse immutabile: nisi solus Deus, quod patet per hoc quod dicit Aug. 12. de ciui. Dei. capit. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tempus quoniam mutabiliter transcurrit: æternitati immutabili non potest esse coæternum. Ac per hoc etiam si immortalitas angelorum non transit in tempore: nec præterita est quasi iam non sit nec futura quasi nõdum sit: tamẽ eorum motus quibus tẽpora peragũtur in futuro in præteritũ transeunt. Et ideò creatori in cuius motu dicendum non est vel fuisse quod iam non sit: vel futurũ esse quod nõdum sit cœterni esse nõ possunt. Similiter etiam dici. 8. su per Gen. Quia omnino immutabilis est illa natura trinitatis: ob hoc ita æterna est: vt ei aliquid coæternum esse nõ possit, & similia verba dicit in 11. lib. confessionum. Adducunt etiam pro se rationes quas etiã Philosophi tetigerunt & eas solucrant. Inter quas illa est difficilior: quæ est de infinitate animarum: quia si mundus semper fuit: necesse est modò infinitas animas esse: sed hæc ratio non est ad propositũ: quia Deus mundum facere potuit sine hominibus & animabus: vel tunc etiam potuit hominẽ facere: quando fecit, si etiam totum alium mundũ fecisset ab æterno: & sic non remanerent post corpora animæ infinitæ: & prætercà adhuc non est demonstratum, quòd Deus non posit facere, vt sint infinita actu. Aliæ etiam rationes sunt à quarum responsione supersedeo ad præsens: tum quia eis alibi responsum est: quia quædam earum sunt ita debiles, quòd sua debilitate contrariæ parti videntur probabilitatem afferre.

Explicit opusculũ vigesimũseptimum: videlicet tractatus de æternitate mundi clarissimi doctoris S. Thomæ de Aquino ordinis prædicatorum.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris opus vigesimũoctauum de fato.

An fatum aliquid sit.

ARTIC. I.

QVAERITVR de fato an sit & quid sit. Vtrum necessitatem importat rebus, an scibile sit: & in quo genere causæ incidat. Ad primum obijcitur sic. Nihil diffinitur: nisi qd habet esse fatum à Boëtio diffinitur in quinto de consolatione philosophię, ergo habet esse. Item in secũdo de generatiõe dicit Arist. quòd vnumquódque mensuratur periodo. Mensuratur enim per aliquid minimum: quod quantitatẽ mensurati certificat & numerat. Si ergo vita quæ est esse inferiorum mensura circuli quæ vocatur peryodus mensuratur est accipere mensurã circuli perfectionem aliquã quæ æquale sibi esse & vitam inferiorum numerando manifestet. Per gradus ergo circuli distinctos secundum domos. 12. certificatur esse & vita inferiorum. Non autẽ accipitur peryodus sine contentis in periodo planetis & stellis: & his quæ accidunt eis ex situ & radicatione. Ergo ex stellis circuli cœlestis & radiatione & situ earum: scitur & numeratur omne esse & vita inferiorum. Hoc autem fatum vocatur. ergo fatũ habet esse. Item Aris. in 4. phy. dicit, quòd esse in tẽpore, est à quadã parte tẽporis mensurari. Tẽpus aũt cũ sit vnum numero: & nõ multiplicetur per tẽporalium multitudinẽ, oportet qꝑ vnũ aliquid ad durationẽ omnium temporalium referatur. Hoc autẽ non est nisi motus circuli cœlestis. ergo per motum circuli cœlestis causatur & numeratur esse vita omnium inferiorum: & hoc fatum vocatur. ergo fatum est. Nam motus circuli: vt dicit Arist. est tanquã vita existentibus omnibus. Sed fortè dices, quòd ex motu circuli cœlestis inhæret dispositio quædam inferioribus: sed homo vincit quãliber dispositionem & vincitur à qualitatibus materiæ: & sic fatum excluditur. Cõtrà, inferiores causæ quę sunt in materia, ordinatæ sunt ad superiores, sicut materialia ad sua formalia: & sicut locata ad sua loca: & sicut mota ad sua mouentia: ergo superiora informant, continent, & mouent inferiora. Informãt autem continentia & mouẽtia semper vincunt. ergo omne esse & vita inferioris vincitur & trahitur ad dispositionem superioris. Sed dices qꝑ hoc. verũ est, quantùm ad corpora, sicut videtur Aug. dicere quinto de ciuitate Dei, qꝑ afflatus sydereos possumus dicere valere vsq; ad corporum transmutationes, non autẽ animæ. Cõtrà. vitæ animæ vegetabilis & sensibilis non operantur extra sui organis harmoniam. Si ergo harmonia regatur afflatibus cœlestibus syderis, per cõsequens & operationes animæ vegetabilis & sensibilis afflatibus sydereis regulabũtur. Vlterius etiam de anima rationali videtur: quia dicit philosophus, qꝑ intellectus noster est cũ continuo & tẽpore: temporalia autem & continua sensu & imaginatione percipiuntur. Habitũ autem est iam, quòd talia subiacent afflatibus sydereis. ergo & operationes intellectus, siue animę rationalis. Item dicit Philosophus, quòd anima est instrumentum intelligentiæ: & quod intelligentia imprimit in eam, & illuminat eam. ergo intelligentia mouendo causat formas illuminationis in anima intellectiua: sed inter mouens & motũ non est medium: vt dicit Philosophus 7. Phy. ergo intelligentia sic mouens erit immediata animæ. aut ergo per seipsam: aut per aliquod medium, deferens causalitatẽ suam ad animam. Non per seipsam: quia physicè loquẽdo, intelligentia est motor orbis. oportet ergo quòd sit mediũ deferens illuminationes eius ad animam. mediũ autem hic nõ potest accipi, nisi motus cœli influens per motũ inferioribus formas motoris: ergo intelligentia per motum cœli regulat & causat operationes intellectuales animæ: & hoc per similẽ videre possumus. Cor enim quod secundũ Arist. est principiũ vitæ & vegetationis & sensus, membris à se distantibus virtutes has non influit, nisi per vehiculum spiritus. Et sic est in omnibus mouentibus & motis, quæ distant abinuicẽ. Similiter est de intelligentia & anima: quoniã intelligentia distat & imprimit in animã rationalẽ secundũ locum distans ab ea. Non enim physicè dici potest, quòd intelligẽtia veniat inferius: quia secundũ philosophũ, intelligentia in orbe est: & numeratur ad numerũ orbium: & ad numerum motuum orbis: & ipse orbis motus secundũ Arist. cõponitur ex intelligẽtia mouente & circulo cœlesti. Itẽ somnia ex quibus pronosticãtur futura: vt dicit Macrobius: siue sint oracula, siue intelligentiæ, siue prophetiæ, siũt in nobis & causantur: vt dicit philosophus in primo de somno & vigilia per signũ: vel per causam, vel per accidens, quod inquã accidẽs est accidens per se & nõ communiter. Est autẽ somnũ passio sensus communis. ergo per aliquid dormitionis accidit somnũ dormienti. Accidens autẽ dormitionis quod est pronosticum futuri, nõ potest causari à calido, humido, frigido, & sicco, quæ sunt in materia: ergo oportet qꝑ causetur à forma aliqua quæ est forma ordinis & regula vitæ interioris: & hæc forma non potest esse nisi à circulo cœlesti. ergo per circulum cœlestẽ aliquid inhæret inferioribus, per quod regulatur tota vitę dispositio: & hoc fatum vocatur: ergo fatum est. Item Ptolomæus dicit, quòd coniector mensium pronosticatur per signa futurorum accepta à stellis secundis: stellas secundas vocans effectus stellarum, quæ apparent in inferioribus elementis, sicut in nubibus vel in aliquo huiusmodi, & ex hoc habetur, qꝑ effectus stellarum in inferioribus sunt ex quibus futura vitæ dispositio & causatur & noscitur. Hoc autẽ fatum vocant mathematici. ergo fatũ est. Item Boe. 5. de consolatione philosophię loquitur de casu & fortuna quę causantur ex duabus causis per se concurrentibus, sicut quando aliquis intendit fodere thesaurum: & alius in eodem loco intendens fodere sepulchrum, consequitur quasi à fortuna inuentionem thesauri: & sic causatur ex duabus causis per se concurrentibus: vt dicit Boetius. Has autem causas occurrere fecit ordo iste ineuitabili connexione causarũ: qui de fonte scientiæ Dei procedit. Connexio autẽ huiusmodi causarũ à Boe. fatũ vocatur. ergo fatũ est. Item Boe. ibid. Qui summa prouidit, puidẽtia simpliciter fatũ dirigit singula in motũ, locis, formis, temporibus distributa. ergo fatũ est. Si dicatur quod fatum est ordo prescientię diuinę: hoc non repugnat his quę dicta sunt. quoniã præscięntia diuina, ea quæ ordinauit exequetur, & administrat mini sterio causarũ naturaliũ: vt explicitus ordo esse & vitæ ab huiusmodi causis fatum vocetur. Contrà dicit Greg. in home. de epipha. domini. Absit à fidelium cordibus, vt fatum aliquid esse credatur. Et tradit rationẽ, quoniã stellę factę sunt propter hominẽ, non homo propter stellas: si ergo stellarum motus nõ esset in hominis ministerio stella quæ magis apparuit, non moueretur ad nutũ dñi qđ est incõueniens. Itẽ Aug. in lib. de doct. christiana fatum dicit nihil esse. & si mathematici aliquando vera de futuris prænuntiare videntur. dicit hoc fieri arte dæmonum ad deceptionẽ fidelium. Item si est fatum, aut est causa aut causatum. non causatum: quia hoc regulatur fato: vt dicũt mathematici. Si causa: aut inferior, aut superior: nõ inferior: quia illa sunt, calidum, frigidum, humidum, & siccum, quorũ nullum est fatum, non superior: quia causa superior est cœlestis circulus cum suo motu: quod mathematici non dicunt esse fatum: sed esse fati factiuum. fatum ergo nihil est. Item res non habent nisi duplex esse vt dicit Augusti. scilicet in causa prima, in quæ sunt vita & lux, quorum neutrum est fatum: & in seipsis. Sed esse rei in seipsa non est fatum: vt dicunt mathematici: sed potius regulatur à fato. ergo fatum nihil est. Item Augusti. dicit, quòd inferiorum causam sufficit dicere voluntatem Dei: quia omnia fiunt Dei voluntate: vel permittuntur. Voluntas autem Dei non est fatum. ergo fatum nihil est. Item si fatum habet esse, tenet ordinem: cùm ergo fatum non teneat ordinem: quia videmus indignos exaltari & dignos deijci quod inordinatum est: & fatum circa talia sit: fatum nihil esse videtur. Item si fatum est effectus circuli cœlestis: ea quæ sunt vnius circuli, videntur esse vnius fati. Sed Iacob & Esau ex vno concubitu Isaac concepti sunt: & sic videntur esse vnius circuli: & tamen non fuerunt vnius fati: sicut consequens probauit euentus, ergo fatum nihil videtur esse.

Quid sit

Quid sit fatum. Articul. II.

SEcundò quæritur quid sit fatum. Boe: enim 5. de conso. dicit, qꝑ fatum est dispositio inhærens mobilibus, per quam prouidẽtia suis quæcũque tribuit ordinibus. Hermes autem Trimegistus dicit quòd fatum quod Græci ymeramonem dicunt, est complexio causarum singulis temporaliter distribuens: quæ sacro deorum cœlestium sunt præordinata. Respondeo, quòd fatum multipliciter dicitur: vno modo dicitur fatum mors dispositione periodorũ inducta. Sic dicitur in Claudiano. Liuor post fata quiescit: & hoc modo decursum vitæ tribus deabus fatalibus Platonici tribuebant. inceptionem, scilicet Clotho, Lacheſi progressum, & conclusionem termini Atrope: sicut dicitur. Clotho colum portat, Lachesis trahit, Atropos occat. Et hoc modo non quæritur hic de fato. Secundo modo dicitur fatum dispositio prouidentiæ diuinæ de futuro processu esse & vitæ inferioris: quæ dispositio cùm sit æterna constat quòd nihil ponit in rebus: & cùm explicatur in effectu: tunc effectus iste per res completur temporibus: & locis oportunis: sicut præordinatio & prædestinatio alicuius in mente de agendis negotijs suis per nuntium nihil ponit in nuntio: sed tamen per nuntium expletur quando nuntium dirigit: & sibi iniungit negotiũ: & hoc modo loquitur Boe. de fato: & hoc modo iterum nõ quæritur hic de fato: sed natura tamen huius præordinationis & prædestinationis in mẽte diuina existens simplex est, & æterna, diuina, immaterialis, incommutabilis: & cùm per res temporales explicatur, temporalis fit & materialis, & multiplicata, mobilis & cõtingens. Tertio modo dicitur fatum forma ordinis esse: & vitę inferiorum causata in ipsis ex periodo cœlestis circuli, quod suis radiationibus ambit natiuitates eorum: & hoc modo Hermes loquitur de fato: vocans stellas & sacramenta deorũ, immobilẽ dispositionẽesse & vitæ inferioris. Est aũt hæc forma, nõ forma dans esse: sed potiùs forma cuiusdã vniuersalis ordinis esse & vitę simplex & æterna multiplex in virtute. Simplex est à simplicitate circulatiõis. Multiplicitatẽ autẽ virtutis habet, à multiplicatione eorum, quę continentur à circulo. Fiunt enim à multis stellis & sitibus, & spatijs, & imaginibus, & radiationibus, & multiplicibus angulis, qui scribuntur in intersecationibus radiorum cœlestium corporũ & radiorum productionẽ super rẽ. Per aspectũ enim solis, sicut dicit Proculus, oẽs virtutes eorũ qui sunt in cœlesti circulo cõgregantur. & adunãtur. Hæc autem talis forma medium est inter necessarium & possibile. Necessarium enim est quicquid est in motu cœlestis circuli. possibile autem & mutabile quicquid est in materia generabilium & corruptibiliũ. Forma aũt ista causata ex cœlesti circulo & inhærens generabili & corruptibili, media est inter vtrũq;. Omne eñ qđ ꝓcedit à causa nobili in causatum ignobile, in aliquo tenet propriętatem suæ causæ: tamen esse suũ non est, nisi quantũ permittit possibilitas eius in quo est. Quia omne quod recipitur in aliquo: vt dicit Boe. & Arist. 5. physico. est in eo in quo recipitur secundum potestatem recipientis: & non secundum potestatẽ causæ à qua est. Hoc possumus videre, in his quæ à Dionysio dicuntur. Processiones enim diuinæ sicut est vita: ratio, sapientia, & huiusmodi secundum quod procedunt longiùs à Deo secundum gradus entium, efficiuntur magis temporalia & mutabilia: & commixta: & potentię materiali & priuationi admixta: cùm tamen in Deo sint simplicia & æterna: & immutabilia, & immaterialia. Et similiter est de forma ordinis esse: & vitæ quæ in cœlesti circulo est necessaria & ineuitabilis & inalterabilis. In rebus autem generatis propter mutabilitatem ipsarum esse, est recepta mutabiliter & contingenter. Vnde Boetius in 5. de conso. Figurat multos circulos in quorum centro ordo & causa est fati & fatalium, & in circulo distante in quo continentur generabilia & corruptibilia eiusdem fati est contingentia & mutabilitas per esse generatorum & corruptorum. Et sic est dispositio esse vitę in mente motoris primi, quã explet circulus iuxta causatũ propinquior: & eodem ordine forma dispositionis: prout est in periodo cœlesti, explet dispositionem quæ est in mente primi motoris: & circulus à centro distans, designat eandem formam dispositionis: prout mutabiliter adhęret generatis & corruptis. Forma autem cùm sit imago periodi, potẽtialiter & virtualiter prehabet totum esse & cõpositionem & durationẽ generatorũ & corruptorum: & sic licèt sit necessaria, est tamen mutabilis & contingẽs. Huius autem causam optimè assignat Ptolomęus in quadripartito: dicens, quòd secundum virtutem stellarum: per aliud & per accidens fiũt inferioribus. Per aliud quidem: quia per sphęram actiuo rum & passiuorum, per quorum qualitates actiuas, & passiuas inhæret inferioribus. Per accidẽs autem: quia hæc forma & si affluat à causa necessaria & immutabili, accipit esse in rebus contingentibus & mutabilibus accidentaliter. Ex duobus autem habet mutabilitatem. s. ex qualitatibus elementorum per quę defertur ad generata, & ex esse generatorũ, in quibus est sicut in subiecto. hoc ergo est fatũ. Et sic prime rationi consentimus. Concedimus enim quòd hoc modo habet esse. Secundã etiam hoc modo concedimus quòd quæ sunt mensurantur periodo. Ad tertiã & quartam dicendũ, quòd inferiora quidẽ nata sunt obedire superioribus: sed inferius & superius dupliciter referuntur ad inuicem. Si enim relatio fiat per vnam simplicem formam quam dat superior motor, verũ est quòd superiori mouente de necessitate mouetur inferius: & talis fortè relatio est inter motores superiores orbium cœlestium. Si autem inferior motor sit forma vna quam non accipit à superiori sed refertur ad ipsum sicut directus ab ipso & instrumẽtũ eius, nihil prohibet quin per contrarium fiat suæ formę vel aliam dispositionem impediatur: ita quod à superiore motum non suscipiat: & sic est de calido & frigido relatis ad virtutes cœlestium. Calidum enim per propriam formam: non per cœlestẽm virtutẽ est congregatiuũ homogeneorũ: & disgregatiuum heterogeneorum, & frigidum econtrario, & ideò istę qualitates per cõtrarietatẽ inuentam in materia & diuersitatem dispositionũ materiæ, sæpè excludunt dispositionẽ & effectum motus cœlestis. Propterea Ptolomæus dicit, quòd sapiens homo dominatur astris. Vnde dicit Cõmentator quòd si effectus circuli cœlestis in curando humores corpus, disponat ad quartanam, sapiens medicus hoc præuidens per calida & humida corpora disponit ad sanitatem: & tunc excluso effectu cœlesti quartana non inducitur. Ad id quod vlteriùs obijcitur, dicendũ est quòd hoc modo ad cœlum referuntur virtutes operationum vegetabiliũ vt sint etiam impedibiles ab oppositis dispositionibus inuentis in anima sensibili. Hoc enim faciunt apprehensa in virtutibus animæ sensibilis, quod faciunt dispositiones actiuarum qualitatum in corporalibus. Vnde imaginatione mulieris concepta, corpus totum transmutatur ad venerea. Propter quod etiã Auic. dicit, quòd quidam ex imaginatione lepræ, leprosus factus est: & patientibus fluxum sanguinis prohibet Gal. aspectum rubicundorum. Si ergo huiusmodi apprehensa sint contraria motui cœlesti, excludunt effectum cœli: sicut per contrarias dispositiones & apprehensiones animales iuuatur cœlestis effectus: & hoc est quod dicit Mesalon, qꝑ cœlestis effectus qui vocatur alatre, iuuatur à sapiente astronomo: sicut in procedendis terræ nascentibus iuuatur per seminationẽ & artẽ. Ad hoc quod obijcitur de causa somniorũ, de plano videtur mihi esse concedendum, maximè de somnijs quæ fiunt per imaginarias visiones. Ad hoc quod obijcitur de illuminatiõe intellectus animę rationalis secundum philosophiã respondendum est duplicitèr. Vno modo secundum Stoicos, qui ponunt quòd cùm substantia nobilior per imperium habeat mouere inferiorem, & inferior obedit ei: sic in phantasmatibus anima vnius videndo alterum impedit & ligat operationes eius. Dicunt enim quòd virtute alicuius naturæ superioris, siue intelligẽtiæ: siue stellæ: ita vnius ponitur in gradu superiori & alterius in inferiori, & tenet: inferior nata est moueri ab apprehẽsione superioris. & sic fieri fascinationẽ. Et cùm dicit Aristo. qꝑ inter mouẽs & motũ non sit mediũ: nõ intelligit semper de immediatione loci siue spacij: sed de immediatione gradus superioris & inferioris, ponens exẽplũ quod post inductũ est. Quia organum imaginationis non est immediatum vasis seminarijs: & tamen ad imaginem mulieris extẽduntur vasa seminaria: & effluit semen propter immediationem superioritatis & inferioritatis: quę est inter præcipiens, & id cui præcipitur. Hoc autem secundum sententiã Peripateticorum non bene, cõgruit: quia sine dubio inter agens & actum, inter mouens & motũ, immediatio debet esse & cõiunctio secundum contactũ. Propterea dicimus, qꝑ sicut calor diffluus duplicis est virtutis: & vnam virtutem habet inquantũ est calor ignis secundũ se cõsideratus: quæ est alterare & separare ea quæ sunt diuersi generis, & decoquere alterã habet inquantũ est instrumentum animæ quæ est principiũ vitæ, secundum quã terminat digerendo ad formam vitæ: ita etiam cœlestis motus duplicis est virtutis. Vno modo prout est motus corporis orbicularis, & sic mouet corpora. Alio modo prout est instrumentũ intelligentię mouẽtis & hoc modo effectus eius efficitur in anima sensibili ꝓ formas corporum: & in anima intellectuali per formas illuminatiõis. Quia sicut prædiximus, formæ quæ fiunt in aliquo, fiunt secundum potestatẽ recipientis: & non secundũ potestatẽ agentis. Quęcũq; alia ad hanc partẽ obiecta sunt: plana sunt. Ad dictum Gregorij dicendum est, quòd ipse loquitur de fato secundũ quod à quibusdã physicis & hæreticis necessitatẽ rebus imponere dicebatur. secundũ qđ dicit poeta. Periodo te tua fata trahunt: ne incepta relinquere possis. Ad hoc quod quæritur, vtrum fatum sit causa vel causatum, dicendum, quod est similitudo causæ vniuersi ordinis esse & vitæ, & sic est aliquid causæ: licet non vera causa, & secundum quod adhæret rebus generatis est dispositio causati: licèt similitudinem causæ exprimat. est enim forma continens concursum esse & vitæ mobiliter & contingenter. Ad hoc quod obijcitur de gemellis dicendũ, quòd licèt possemus dicere quòd in vno conceptu semen per vices proijcitur: & per vices à matrice glutiatur: & sic non est vna hora conceptorum geminorum: tamen etiam si diceremus esse vnam horam conceptorum: centrum tamen cordis eorum à quo incipit cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceptas formatio non est vnum:& mutato centro necesse est mutari totum circulum: & sic horizõ eorum nõ est vnus:nec anguli,ideò nec eadem domorum dispositio: & sic tota periodus efficitur diuersa,& per consequens adhærens rebus natis dispositio fatalis necessariò variatur. Et per hoc patet solutio de his quæ quæsita sunt de hoc articulo.

Vtrum fatum necessitatem rebus imponat.

ARTIC. III.

TErtiò quæritur vtrum fatum rebus necessitatem imponat: & videtur,quòd sic. Cuius enim causa est necessaria ipsum est necessarium:causa fati est cœlestis circulus qui est necessarius: ergo fatum est necessarium:& necessitatem rebus imponit. Item fatum est regula & mensura totius vitæ & esse. Regulatum autem necessariò refertur ad regulam:sed regula est necessaria:ergo &c. Item fortiora sunt superiora quã inferiora:ergo superiora trahũt inferiora ad sui dispositionẽ necessariã:cùm autẽ fatum sit vinculum per quod inferiora trahuntur ad superiora:videtur fatum necessitatẽ rebus imponere. Itẽ Arist.dicit,quòd inter mouẽtia superiora & inferiora concors est harmonia:sicut in chordis cytharæ:sed harmonia necessaria est,quòd inferiora per omnia consequantur dispositionẽ superioris:ergo dispositio superioris adhærens inferioribus necessitatem imponit eis. Contrà. fatum est adhærens rebus mobilibus: sed motis mobilibus mouentur ea quæ sunt in ipsis. ergo fatum est dispositio diuersa mutabilis cõtingens:ergo contingenter se habet ad res:& non imponit necessitatem. Respondeò dicendum,quòd fatũ multipliciter dicitur esse causa:vt suprà diximus,ideò nullam necessitatem imponit rebus:sed inclinat ad effectus cœlestium: si non sit dispositio fortior in materia ad contrarium mouens;& ideò huiusmodi mouẽtia,aſsimulat Philosophus in lib.de somno & vigilia, duplicibus consiliarijs. Sapientes enim consiliarijs ex rationibus certis persuadent aliquid vtiliter esse faciendum:quod tamen inferiores propter aduersos casus obuiantes dissuadent. Tunc soluitur lex consilij sapienter,& est verbum suum tale, quòd superuenientibus consilijs alijs:consilia mutantur sapienter. Regula enim:vt dicit Aristo. Lesbiæ ædificationis mutatur ad ædificatum. Est enim Lesbia insula in qua lapides non ad rectam lineam sunt dolabiles: & ideò oportet,quòd regula:secundum quam dolantur aliquãtulum curuetur ad ipsas ædificationes,& ita est de dispositione esse & vitæ inferioris:in qua propter causas quæ sunt in materia sæpè mutatur dispositio sapiens circuli cœlestis:& dispositio adhærens mobilibus quæ fatum vocatur extra rectitudinem cœlestium declinans exorbitat propter multas oppositas inferiorum transmutationes. Ad primum ergo dicendum,quòd fati causa necessaria est: sed ex hoc non sequitur aliud,nisi quòd sit necessarium ipsum esse:sed non sequitur quòd necessitatem rebus imponat: quia non inhæret eis secundum potestatem cœlestium quæ necessaria sunt: sed secundum potestatem inferiorum,quæ omninò mutabilia & contingentia sunt. Ad secundum dicendum:quòd relatio quæ est inter regulãs & regulatum necessaria est:sicut relatio quæ est inter patrem & filiũ. sed quia mutatio causat relationem & causat relationis destructionem,ideò mutatio quæ est in rebus mobilibus causa est:quòd regulatum non sequitur regulam: & non sequitur ad ipsam, & quo ad hoc etiam non regulatur. Ad tertium dicendum,quòd licèt fortiora sint superiora quàm inferiora:tamen ex impotentia inferioris contingit, quòd non omninò possunt in superiorum effectus, & quo ad hoc ex parte ipsorum soluitur vinculum. Ad quartum dicẽdum, quòd solutio tẽperantiæ chordarũ dissonantiam inducit in cythara:& similiter mutatio & alteratio inferioris dissonantiã facit ad effectũ superioris. Vnde dicit Damascenus quòd superiora inferiorũ quædã sunt signa nostrorũ actuũ: & nullo modo causa.

An fatum sit scibile.

ARTIC. IIII.

QVartò quæritur,an fatum sit scibile:& videtur quòd nõ: quia cũ sit effectus celestis circuli: & similitudo quædã ipsius: sicut forma alicuius similis est ipsi causæ eiusdẽ ordinis:sed in celesti circulo quo ad nos,sunt infinita consideranda:sicut stellæ numero,& culo quo ad nos,sunt infinita consideranda:sicut stellæ numero,& specie,& virtutibus,& situs earũ in circulo decliui:& extra ipsum, & distantiæ,& cõiunctiones:&quantitas anguli sub quo incidit radius,& pars formę,&gradus lucidi,& vmbrosi in puteis,& in turribus existentes & huiusmodi infinita quo ad nos.ergo videtur q effectus eius à nullo sciri possit. Itẽ circulus cõtinet datorem formæ:& datorẽ sensus & intellectus.qui yles & alchato dicitur à mathematicis.aliter enim non esset mensura totius vitæ:quia principium vitæ nõ includeret. Hora autem principij omnium, est hora casus seminis in matrice:sed hanc quo ad nos non contingit scire. ergo ignorabitur forma dispositionis totius vitæ: & sic ignorata est dispositio rerum. Nec etiã videtur ex effectibus. Sũt enim quędam,quorũ videtur esse vna periodus:& tamẽ accidentia corũ per se,sicut est sexus masculinus & fœmininus nõ sunt eadẽ:& causam huius non cõtingit sciri ex cœlestis circuli effectu. Similiter etiam natus octauo mense moritur, vt frequentius:& in septimo viuit. Similiter in geminis,quorum vnus est masculus, alter fœmina,rarissimè contingit masculũ viuere: fœmina verò aliquãdo superuiuit,& causam impossibile aut difficile est aſsignare ex circulo cœlesti. Item luminaribus existentibus in capite algon,id est,gorgonis,si ea Mars respectu inimicitiæ radiauerit,natus vt dicit Ptolomeus truncabitur manibus & pedibus & truncus suspenditur in cruce. Item,dicit quòd luna existente in leone,vestimenta noua induere malum est. Manifestum est autem quòd hæc omnia si essent scibilia,esset deductio syllogistica ad ea:sed hoc non est. Non enim sequitur. Luna est in leone.ergo malum est induere vestes nouas: aut luminaria sunt in capite gorgonis.ergo respicit ea inimicitia: & radiatio Martis à quadrato vel ab opposito dyametro.ergo natus tunc suspendetur in cruce. Respondeo dicendum, quòd duæ partes sunt astronomiæ, sicut dicit Ptolomęus: Vna est de situbus & motibus superiorum, & quantitatibus eorum & passionibus propriis: & ad hanc per demonstrationem peruenitur. Alia est de effectibus astrorum in inferioribus quæ in rebus mutabiliter recipiuntur: & ideò ad hanc non peruenitur, nisi per coniecturam. &oportet astronomum in ista parte secũdum aliquem physicum habitum inferioris certitudinis esse: & ex signis physicis coniecturari. Coniecturatio autem cùm sit ex signis mobilibus generat habitum minoris certitudinis, quàm sit scientia vel opinio. Cùm enim hæc cõmunia signa sunt & mutabilia: non potest ex ipsis haberi via syllogistica,eo quòd vt videtur:vt in pluribus includunt signa tantùm: & fiunt indicia quædam multis de causis mutabilia:sicut patet per antè dicta:& ideò sæpè astronomus dicit verum:quia dictum suum est quò ad dispositionem cœlestium verisimum:si hæc dispositio sit à mutabilitate rerum excluſa. Ad primũ dicendum, quòd multa taliter quò ad nos, infinita consideranda essent:sed considerantur paucissima,ex quibus alia prænoscuntur, de quibus habetur coniecturatio:propter quod dicitur per Ptolomęum,quòd per cœlorũ motus non nisi cõmuniter iudicare debemus:& potestates rerum cõstantes,quas propriè rerum causæ frequenter excludunt. Ad secundũ dicendum,q̃ hora talis difficulter cognoscitur:& ideò inuentum est remedium,vt accipiatur gradus ascendens circuli:hoc est horæ coniunctionũ luminarium cui adęquatur circulus: quia ille habet influentiã ad cõmuné necessitatẽ, quæ proximò sequitur:vel accipiatur ascendens ad natiuitatem ex vtero. Ad aliud dicendum,quòd via syllogistica sciri non potest cõclusio coniecturalis.Sed tamen imperfectio scientię:vt dicit Ptolomæus:quin hoc sciatur nõ impedit:vnde sciri potest:sicut est in pronosticatione somniorum. Non enim habitudo syllogistica est inter somniũ & pronosticationẽ somnij: & sic est in omnibus æstimationibus cõiecturalibus. Ad aliud quod obijcitur de disparitate sexus in geminis,dicendum,quòd sexus fœmineus sit semper propter occasionẽ defectus alicuius principiorũ. Cùm semẽ enim masculinũ factum sit,& formatiuum & incorporatur per virtutem formatiuam quam habet in semine ipso semper inducit formam masculini de intẽtione propria:nisi qualitate materię impediatur,& ideò sexus fœmineus accidit ex defectu naturæ particularis, quæ nunquàm intendit facere fœminam:sed cùm melius fieri non possit ex natura vniuersali sit adiutorium generationis & non generatorũ propriè:& hæc est formina:& hoc est quod dominus intendit dicere.Non est bonum esse hominẽ solùm:faciamus ei adiutorium sibi simile.,vnde disparsexus in geminis prouenit ex defectu principiorum naturalium in altera parte seminis:& non ex periodo cœlesti. Quod autem in talibus mas frequentius moritur,prouenit ex hoc quòd cùm tales gemini ex vno semine diuiso generantur, sit materia malè terminabilis à virtute formatiua:quia si fuisset bene terminabilis vtrúmque formasset in marem. Materia autem masculi maiori & multiplici indiget terminatione,quàm materia fœminę: & ideò mas remanet ægrotus & debilis in terminatione materiæ, causam habens mortis. In fœmina autem parua sufficit terminatio: & propter molliciem corporis superuenit. Frequentissimè tamen ambo moriuntur. Ad id quod dicitur de octauo mense,dicendum non est quod quidam dixerunt, quòd vt frequentiùs octauo mense moritur:quia octauus mensis Saturno attribuitur,cuius frigiditas & siccitas natũ interficiunt. Hoc enim falsum probatur: quia multi in astronomia filij Saturni esse dicũtur,qui diu superuiunt.Causa ergo nõ est in circulo: sed in principijs materię. Luna eñ est mẽsis dñatiua:ad cuius cõuersionẽ cõmẽsurãtur cõceptus & impręgnatiões:vt dicit Arist.Luna eñ est alter sol,eo q̃ recipit lumẽ à sole,& q̃ sol facit in anno,luna facit in mẽse. A prima eñ intẽtione vsq; ad hoc q̃ est dimidia est calida & humida,sicut tps veris. A mediatione vsq; ad pleniluniũ est calida & sicca,sicut est æstas. A pleniluniõ vsq; ad secundã mediationẽ est frigida & sicca : sicut est autũnus. A secunda mediatione vsq; ad cõiunctionẽ est frigida & humida sicut hyems. Quòd autẽ nata sit mouere humorẽ,patet,put est in accessu & recessu maris,qui accessus & recessus maris in media lunatione quę est nouẽ dierum recedit ad circulum in ascẽdendo & descendendo. Si enim minimus sit fluxus maris ad idem punctum paruitatis reuerteretur.14.die. Licet enim luna in media lunatione nõ transeat nisi medietatẽ circuli sui,tñ motus augis ex opposito occurrens sibi complet aliam circulationem mediam. Luna enim in quolibet mẽse bis est in auge.scilicet in præuentione & cõiunctione. Luna enim cùm in coniunctione viuificum lumen à sole accipit:& cùm Venus nunquàm à sole distet longè:& Venus habeat mouere humorem seminalem:luna quando soli coniungitur acquirit Veneris virtutem:& sic ex virtute propria mouet humores,& ex virtute solis influit vitam humori moto, & ex virtute Veneris mouet seminis genituram ad formas genituræ cõuenientes. Et quia Mercurius habet cõmisibilem virtutem ex multis giratio nibus eius quas habet super omnes alias planetas: Luna hanc virtutem lucratur ex coniunctione ad ipsum:& ex illa semen viri & fœmine mouet ad commixtionem. Sic ergo luna conuersionibus suis commixtiones cõceptus,& impugnationes causat & regulat. Sunt autem in genitura septem mutationes necessariæ. quarum prima est seminis conuersio:& præcipuè ad formas cordis. Secunda est materiæ distinctio ad formam membrorum principalium,quæ & causatiuas habent virtutes:sicut hepar causat virtutes naturales:& vasa seminaria virtutes formatiuas conceptuum.& ideò in secunda mutatione seminis adhærent puncto cordis tres vesiculæ quas facit spiritus ad locum cerebri:epatis,& vasorũ seminalium. Tertia mutatio est distinctio materiæ,quandoque vesicula cerebri ascendit sursum:& vesicula hepatis aliquãdo ad dextrum & ad vltimum descendit ad vesiculam vasorum seminalium. & hunc ascensum & descensum facit spiritus exufflatione qui est in corde. Quarta mutatio est totius materiæ distinctio,vt distribuatur locis membrorum secundariorum,qui causatrices virtutes non habent & hanc distinctionem iterum facit spiritus exufflatione cordis: quæ exufflatio perforat,& distendit materiam:& perforando facit viam venarũ pulsatilium & quietarum:& neruorum, extendendo autem distribuit materiam vniuscuiusque membrorum in locum proprium: Quinta mutatio est trãsmutatio materię in figuram membrorum, quam figuram non reciperet,nisi humidum esset in ea,& hanc mutationem facit,cùm vis formatiua cordis in locum membrorũ per spiritum exufflatur. Membra autem figurata non sunt apta recipere virtutem operatiuam & motiuam, nisi per cõfœderationem & colligationem. Sexta mutatio est quæ completur per calorẽ cordis cum spiritu diffuso in membris: qui exsiccans superfluum humidum,consolidat & confortat iuncturas & connexiones. Septima mutatio est motus,scilicet per virtutes motiuas quæ omnibus membris à corde influit:& cùm omnis motus genituræ sit à luna sicut iam dictum est,oportet quòd septem conuersionibus lunæ in homine,quod est perfectissimum seminis compleatur: & licet istę mutationes seminis non sint successiuè secundum numerum mensium,tamen perfectio earum non completur,nisi completo numero conuersionum secũdum septem mẽses: & in animalibus alijs ab homine non hæc ita regulariter obseruantur propter ignobilitatem suarum cõplexionum:sed aliqua diutius, vt elephas, alia breuiori tempore impręgnantur. perfectis etiam cõuersionibus habet embrio ea quæ exiguntur ad necessitatem,& sicut dicit Gal. Virtus formatiua tripliciter se habet ad semen,seu ad materiam. Aliquando enim materia est diminuta,& virtus abundans. Aliquando virtus est deficiens,& materia superabundans. Aliquando sunt secundum qualitatem proportionata, & quando quidem virtus est abundans & materia diminuta, terminata est complexio septimo mense:& tunc virtus abũdans fortem facit motum ad exitum: & nascitur puer:& conualescit,& efficitur paruus corpore: & agilis valdè in operationibus,quando autẽ adęquata sunt virtus & materia:& quando est superabundans materia, tunc non est completa complexio septimo mense: sed quiescit per vnam lunę conuersionem in octauo mense & facit motum ad exitum, & nascitur nono mense:& conualescit:& hoc est vt in pluribus ferè omnium natiuitas. Sed quando virtus est deficiens & inobediens materiæ ex angustia facit motum in septimo mense, quando virtus motiua data est & ex dispositione nõ comprobat ipsum, nisi octauo mense: & tunc nascitur & moritur:vt in pluribus,& hoc non conuenit ex periodo:sed ex dispositione & corruptione principiorum naturaliũ. Hæc autem quæ dicta sunt,vt in pluribus sunt vera. Multum enim variationis faciunt complexiones fœminarum & cõplexiones climatum,propter quod ego vidi vnam quę peperit in vndecimo mẽse puerum maximè quantitatis. & Arist. dicit se vidisse vnam quæ peperit in xiij. mense similiter. Ad illud quod obijcitur de capite Gorgonis,dicendum quòd illæ stellæ funereæ sunt:& mõstruosam indicant vitæ terminationem: propter quod ipse etiam Perseus,cum put auerso vultu abscissum tenet:sed hoc sicut diximus,non imponit rebus necessitatem:sed facilem & mutabilem inclinationem habet. Ad illud quod obijcitur de noua veste induta luna existente in leone,eodem modo dicendum est. Sicut enim radiatio periodi dispositionẽ ordinis esse & durationis imprimit rebus naturalibus, itam etiam imprimit artificiatis:propter quod figuræ imaginum magicarum ad aspectum stellarũ imprimũtur & heri percipiũtur.

In quo genere causæ fatum incidat.

Articul. V.

QVintò quęritur in quo genere causæ incidat:& hoc solutum est per accidẽtia: quia in veritate causa nõ est:sed est aliquid causæ. Est enim forma ordinis,& vitæ imaginem habens,& virtutẽ cœlestis circuli,sicut dicimus aliquando, quòd aliqua non sunt verè entia:sed sunt aliquid entis:sicut ea quæ sunt in anima, & secũdum aliquos motus & tempus:vt dicit Aui. Quidã tamen nituntur probare,quòd sit causa: eo quòd Plato ponit cõpares stellas his quæ nascũtur:in quibus sunt formæ quæ sunt causæ rerũ generatarũ,& regula esse & vitæ earum. Inducit enim Deum deorum dicentem ad deos corporales quæ sunt stellæ. & dicit horum generatorum in inferioribus sementem ego faciam, vt vobis contradã, vestrum erit parere ea:& præcipit eis,quos similes sibi videt iustitiã & pietatem colere: & hi viuent post terreni dissolutionem intellectus. Hoc de hominibus dictum est,quorum immortalis est intellectus: & post mortem sydereas sedes accipient,sicut à semente sydcrũ in generationem descendit. Propterea dixit.quòd descendens per circulos planetarum vires animæ accipit, memoriam, intelligentiã, &voluntatem:sicut exponit Macrobius super somnium Scipionis. Hoc etiam videtur tangere Ouidius,loquens de lacteo circulo, & dicens, hac iter est superis ad magni tecta tonantis. Hoc etiam videtur per rationem. Quia quorum vnus est essentialis actus: illorum videtur esse vna natura. Intelligentiæ autem cœlestis & intelligentiæ hominis & conceptionę viri, videtur esse vnus essentialis actus:ergo vna natura. Inde vlterius quaruncũque formarum vna natura est,illarum vna relatio est ad corpus vnius naturæ, si in aliquo corpore esse dicuntur. Sed intelligentiæ cœlestis relatio est ad stellam:vel ad orbem secundum comparem stellam. ergo & intellectualis naturæ in homine erit relatio ad stellam comparem. Hoc etiam videtur per dictum Commentatoris super 11. Metap. vbi dicit q̃ finis prosperitatis intellectus hominis est, si post mortem continuetur motori cœlesti. Solutio, dicendum quòd falsum & hæreticum est dicere, quòd animæ intellectuales descendant à compare stella. Aegyptiorum enim philosophorum fuit opinio, q̃ intellectuales animæ stellis à Deo deorũ factis,terreno effectu quo aliquando efficiuntur,grauantur: quæ grauatæ deprimuntur ad corpora generabilia & corruptibilia:& ibidem deputatæ per cultum pietatis & iustitiæ recipiuntur ad compares stellas. Affectum autem terrenũ ad intellectuales animas peruenire dixerunt: eo modo quo afficitur anima secundum certam dulcedinem nutrimenti corporis. Posuerunt enim quòd subtilissimo vapore paludũ nectidarum inter duo solstitia positarum,super quas maximus planetarum est discursus,nutriuntur corpora planetarum:,ita quòd quando illum attrahunt,ex gruauitate deprimuntur & retrogradũtur:& quando eundem digerunt, eleuantur & cursu diriguntur. Hanc autem subtilitatem in sphera ignis & aeris nectar deorũ vocabant: & hoc modo affectum terrenorum ad animas in stellis positas peruenire dixerunt. Hæretici autem ab hac opinione occasionem erroris sumentes,dixerũt animas esse in cœlo cum angelis factas:& propter peccatum quod commiserũt,in corpora esse detrusas:vt hic purificatæ,ad cœlestes sedes recipiãtur, & hoc est q̃d dicit Dauid. Educ de carcere animam meam &c. His ergo refutatis,dicendum est cum philosopho.2. de causis proprietatum elementorum & planetarum:quòd cùm cadit semen viri in matricem mulieris,decoquitur in ea decoctione forti:& sit fructũ carnis:& creatur in ea anima iussu Dei. Ad primum ergo dicendum, quòd Plato cùm dicit sementes animarum esse in stellis: hoc dicit ratione similitudinis proportionis intellectus humani ad intellectum intelligẽtię cœlestis:nec stellæ hoc aſsequũtur: nisi per ministeriũ,sicut ipse Deus deorũ dicit,q̃ ipse horũ semẽtem facit. Sementis enim hoc non est in potentia,quę fit ante actũ:sed est ipsa factio naturę intellectualis. Dictum autẽ Ouidij in lib. Metamor. est non nisi per viã candidã candore innocẽtię & iustitię prouenitur ad magni tecta tonantis. Ad id quod obijcitur per rationẽ,dicendũ q̃ quorũ vnus est essentialis actus,illorum est vna natura. Intelligere autẽ & contẽplari intellecta,nõ ex æquo est intelligentię cœlestis & animę rationalis,sed per prius & posterius:quia intellectus intelligẽtię est sine continuo & tempore:& sine collatione, & in ista prima rerũ veritate:intellectus autem noster est cum continuo & tempore:habens se ad primas veritates rerum, sicut oculus vespertilionis ad lucem solis. Sic autem intelligere per prius & posterius conuenit superiori & inferiori quæ specificè differunt. Ad dictum commentatoris dicendum,quòd continuatio non est secundum vnam naturam communem: sed secundum vnũ commune obiectum speculationis ad beatitudinem post mortẽ pertinẽtis:sicut dicit Philosophus lib. cœli & mũdi,quòd extra cœlũ nõ est tẽpus nec locus:sed vita beat

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligẽs extra cœlum esse quod est super cursum syderum in loco quietæ contemplationis bonorum.

Explicit opusculum 28. beati Thomæ de Aquino de fato.

Incipit eiusdem Doctoris opus vigesimumnonum de principio indiuiduationis.

QVONIAM duæ sunt in homine potentiæ cognoscitiue: scilicet sensus & intellectus, manifestũ est illas diuersitatem supponere ex parte obiectorũ suorũ. Sciendũ est autem, quòd in cognitione humana fundamentũ & origo est sensus. Vnde propinquior est rei extraneæ, supra quã tota actio viriũ sensitiua fũdatur: secũdũ Philosophũ in lib. Periermenias. Vnde propter manifestã passionẽ sensuũ à sensibilibus tanquã à propinquo ortã passiones intellectuũ dixit esse similitudines rerũ. De passionibus verò sensuũ nullã mentionẽ fecit ibi: quod tamẽ principaliter factum est, quia passiones intellectiuæ sunt causæ vocũ immediatius quã passiones sensuũ: de quibus tunc agere intendebat. Certũ est aũt accidẽtia ipsa siue propria siue cõmunia: esse sensibilia siue obiecta sensuũ: vt habetur in lib. 2. de anima. Vnde cũ super propriũ obiectũ vnius potẽtiæ altera nó feratur, nisi per accidens: sicut oculus videt dulce, inquantũ est albũ vel nigrũ: impossibile est intellectũ ferri super illa accidẽtia: nisi per accidẽs: inquantũ: scilicet agit circa ipsa fantasmata quæ sunt à parte ipsorũ sensibiliũ accidẽtiũ. Et hoc est per modũ cuiusdã reflexiõis. Reflexio aũt est duplex. Vna ab origine potentiæ: altera ab origine obiecti. Primò nãq; quælibet potẽtia fertur super obiectũ suũ propriũ: & illud habet determinare actũ ipsius potẽtiæ. Vnde vltrà nõ trãsit actus potẽtiæ quã sub forma vlteriori ipsius principalioris obiecti: aliter nãq; nó esset id propriũ eius obiectũ. Propriũ enim obiectũ est, per cuius informationẽ potẽtia actũ suum exercet: sicut se habet color ad visum: & sonus ad auditũ. Quiditas autẽ rei sensibilis est obiectũ intellectus propriũ: vt dicitur in 3. de anima. Vnde quocũq; anima se vertit: hoc obiectũ est sibi ratio agẽdi. Potest igitur vel redire in se per actũ & potentiã suã: vel redire per obiectũ in ipsam originẽ obiecti: scilicet per fantasmata in species sensibilium. Ideò isti sunt duo modi reflexionis suæ: quarũ altera cognoscit se & quæ à parte sua sunt. Altera verò quæ sunt à parte obiecti sui. In vtroque verò modo sua cognitio ad aliquid singulare terminatur. Cũ enim in ipso suo obiecto figitur acies rõnẽ vniuersalis apprehẽdit, qd̃ solũ in istis inferioribus ab intellectu determinatur: vt propriũ obiectũ: cũ omnia singularia apud nos materialia sint. Materia enim impedit intellectũ, singulare verò nõ. Materia nãque non est scibilis nisi per anologiã ad formã: vt dicitur primo Physicorũ. Si aũt esset apud nos singulare insensibile & immateriale: quod tamẽ est impossibile ipsum per se sine aliqua abstractione cognosceretur: quia singularitas nõ impedit intellectum, sed materialitas. Cùm ergo intellectus tendit in originem sui obiecti in sensibilia, scilicet reflectitur super obiecta aliarũ virium cognoscitiuarum. Cùm verò ad se redit, non tendit in obiectum alicuius alterius virtutis: quia potentialitas animæ ratione cuius ipsa nõ potest esse completum obiectum intellectus proprij, nisi ducta ad actum per speciem principalis obiecti: vt docet philosophus in 3. de anima: quia anima intelligit se, sicut de alijs: sed intelligit alia per speciem. ergo non est materialitas quæ facit esse, vt obiectum alterius potentiæ. Facit tamen quendam modum singularitatis, non qui sit alicuius rei completæ in specie: sed quia esse animæ terminatur per receptibilitatẽ suæ naturæ cuius potentialitas maior est potentialitate angelorum: quia magis distat à Deo in gradu naturæ quã angelus. Deus enim actus purus est: & quãtò sibi aliquid minus appropinquat, tantò plus potentialitatis & minus actualitatis habet. Non solùm enim in materia: sed etiã quæcũq; potentialitas passiua de ratione obiecti intellectus minus habet: quia dicit philosophus 9. Meta. quòd vnũquodq; intelligitur secundũ quod est actu ens. Vnde anima ad obiecta duplicem cognitionis modum habet. Vnum in se, vt separata accipitur. Tunc enim cognoscibilis est secundũ modũ sui esse: quia est actus perficiens suam potentialitatem. Non enim in anima sunt duo actus, scilicet sua essentia quæ est sua potentialitas, & esse suum. Sed esse suum est sua actualitas: ratione cuius ipsa essentia animæ est actus corporis. Omnis enim forma participat actum qui est primus per essentiam: sed hoc analogicè sit: duos autem actus eiusdem ordinis impossibile est aliquod vnum participare similiter: sicut impossibile est eandem materiam duas formas substantiales similiter participare. Aliam autem modum cognitionis habet à se, inquantũ nata est per sensus cognoscere. Vnde non est cognoscibilis in statu in quo accipitur aliquid per sensum, nisi per species rei sensibilis: & ideò omnis cognitio sua de se ipsa, propriè est reflexa. Nunc ergo restat ostẽdere, vt separatur cognitio sensus & intellectus à se mutuo. Manifestum est enim intellectum incipere, vbi sensus desinit: sensus autem exteriores ipsa sensibilia accidentia: communia scilicet & propria habent pro suis per se obiectis. Quiditas autem rei particularis in particulari non spectat: vt per se obiectum ad illos sensus exteriores: cũ quiditas ista substãtia sit & nõ accidens: nec ad intellectum pertinet, vt per se obiectum eius propter suam materialitatem. Ideò quiditas rei materialis in ipsa sua particularitate est obiectum rationis particularis: cuius est conferre de intentionibus particularibus. Loco cuius in brutis extimatiua naturalis est. Quæ potentia per sui coniunctionem cum intellectu vbi est ratio ipsa quæ confert de vtilibus, participat vim collatiuam. Sed quia pars sensitiuę est, non abstrahit omninò à materia. Vnde obiectum suum proprium manet quiditas particularis materialis. Hoc autem non est quòd illa potentia apprehendat materiam in se: cùm ipsa non possit sciri nisi per analogiam ad formam: sed quia collatio de materia in ordine ad formam per ipsam materiã indiuiduatam spectat ad hanc potentiam: sicut conferre de materia in communi in ordine ad formam speciei spectat ad rationẽ superiorem. Ex his facilè est videre, quomodò materia est principium indiuiduationis. Hoc enim intendimus ostendere. Sciendũ est ergo quòd indiuiduum apud nos in duobus consistit. Est enim indiuiduum in sensibilibus ipsum vltimum in genere substãtię qđ de nullo alio prędicatur: imò ipsum prima substantia secundũ philosophum in prædicamentis, & primum fundamentum omnium aliorum. Natura enim formæ materialis cum ipsa non possit esse hoc aliquid cõpletum in specie cuius solùm esse est incõicabile, est multis cõicabilis quantùm est de ratione suа: sed est incõicabilis solùm ratione suppositi, quod est aliquid cõpletum in specie: quod cuilibet formę non cõuenit, vt dictum est: ideò quantũ est de ratione sua cõicabilis est: vt dictũ est. Cõicatio autẽ sua est, vt dictum est, per hoc quod recipitur in alijs: ideò quantũ est de natura sua cõicabilis est: & in multis recipi potest: & recipitur secundum vnam rationẽ: cùm vna sit ratio speciei in omnibus suis indiuiduis. Sed quia ipsa esse non habet vt dictum est: quia esse est solius suppositi, vt patet per philosophum 7. Meta. & suppositum incõicabile est vt dictũ est: ideò ipsa forma materialis diuersificatur sc̃dm multa esse incõicabilia, manens vna secundũ rationẽ multis cõicatã. Sua autem receptio est in materia: quia ipsa materialis est. Ex quo patet qđ de natura sua sibi relinquitur vnitas rationis in cõicatione sua, & qđ redditur incõicabilis per receptionẽ suam in materia. Ex quo enim recipitur in materia efficitur indiuiduũ, quod est incõicabile & primum fundamentũ in genere substantiæ: vt cõpletum aliorum de se prædicabilium subiectum. In via autẽ generationis semper incõpletum est prius cõpleto: licet in via perfectionis sit totũ ecõtrariò. Illud ergo quod est primũ subiectũ omnium in via generationis & incõplementũ qđ de nullo illius generis prædicatur: materia. s. necessariò erit primũ principiũ esse incõicabilis: qđ est propriũ indiuidui. Aliud est in quo saluatur ratio indiuidui apud nos: determinatio. s. eius ad certas particulas tẽporis & loci: quia propriũ est esse sibi hic & nunc. Et hęc determinatio debetur sibi ratione quantitatis determinatę. Et ideò materia sub quantitate determinata est principium indiuiduationis. Materia enim sola est principiũ indiuiduationis, quò ad illud in quo saluatur ratio primi in genere substãtiæ: quod tamen impossibile est reperiri sine corpore & quãtitate: & ideò quãtitas determinata dicitur, principium indiuiduationis: non quòd aliquo modo causet subiectũ suum quod est prima substantia: sed cõcomitatur eam inseparabiliter & determinat eam ad hic & nunc. Illud ergo quod cadit sub ratiõe particulari, est hoc aliquid per naturam materiæ: quod autẽ cadat sub sensu exteriori est per quantitatẽ. Sed huic obijci põt, qm materia de sui natura cõis est, sicut & forma: cũ possit vna sub pluribus formis esse. Vnde hæc cõitas sua põt impedire ipsam, ne sit principiũ primũ indiuiduationis. Sed sciendũ est qm impossibile est formã vniri materiæ, quin sit particularis: & quòd eam sequatur quantitas determinata: per quę modum non est vltrà cõicabilis materia alicui alteri formæ: quia hæc quantitas, cum alia forma reperiri non potest cum eadem determinatione. Et ideò materia non est cõicabilis secũdum eandẽ rationem, sicut forma est: vt dictum est. Ratio enim materiæ sub forma aliqua est alia à ratione sua, sub alia forma: quia certificatur ratio sua per determinationem quantitatis, quæ in diuersa proportione & dimensione requiritur ad diuersas formas. Essentia enim materiæ non diuersificatur sub diuersis formis: sicut ratio sua. Ratio enim materiæ non est vna & cõmuni: sicut sua essentia est. Ratio enim formæ in diuersis materijs est vna: licet secundum esse sit diuersa. Et ideò cõitas sc̃dm essentiam tantũ quæ est ipsius materiæ, & nõ sc̃dm eandẽ rationẽ, nó impedit materiã esse primũ principiũ indiuiduationis. Sed aduertendum est, qm accidentia nõ indicipiũ indiuiduationis. Sed aduertendum est, qm accidentia nõ individuãtur per materiam primam: sed per subiectũ propriũ quod est ens actu,

ens actu indiuiduantur: sicut & formę substantiales per materiam primam, quæ est earum subiectum. Et hęc de principio indiuiduationis ad præsens sufficiant.

Explicit opusculum vigesimumnonum diui Thomæ Aquinatis de principio indiuiduationis,

Incipit eiusdem doctoris opus Trigesimum de ente & essentia.

QVIA paruus error in principio, magnus est in fine, sc̃dm philosophũ in principio cœli & mundi: ens autem & essentia sunt quæ primo intellectu accipiuntur: vt dixit Aui. in princip. suę Meta. ideò ex eorum ignorantia errare cõtingat: ad eorum difficultatem aperiendam. dicendũ est quid nomine essentiæ & entis significetur: & quomodò in diuersis inueniãtur: & quomodò se habeãt ad intẽtiones logicas. s. genus, speciem, & differentiam. Quia verò ex cõpositis simplicium cognitionem accipere debemus: & ex posterioribus in priora deuenire: vt à facilioribus incipientes conuenientior fiat disciplina: ideò à significatione entis, ad significationẽ essentiæ procedendũ est. Sciendũ est igitur qm sicut in 5. Meta. philosphus dicit. Ens per se dicitur dupliciter. Vno mõ qđ diuiditur per decẽ genera, alio mõ qđ significat ,,positã veritatẽ. Horũ aũt differẽtia est: quia sc̃do modo põt dici ens, omne id de quo affirmatiua propositio põt formari, etiã si illud nihil ponat in re: p̃quẽ modũ etiã priuationes & negatiões entia dicũtur. Dicimus enim qm affirmatio est opposita negationi: & quòd cęcitas est in oculo. Sed primo modo non potest dici ens, nisi quod aliquid in re ponit. Vnde primo modo cęcitas & huiusmodi non sunt entia. Nomen igitur essentiæ non sumitur ab ente, secundo modo dicto. Aliqua enim hoc modo dicuntur entia, quæ essentiã non habent: vt patet in priuationibus. Sed sumitur essentia ab ente primo modo dicto. Vnde cõmentator: in eodem loco dicit, quòd ens: primo modo dictũ est quod significat essentiam rei. Et quia vt dictũ est, ens primo modo dictum, diuiditur in decẽ genera, oportet vt essentia significet aliquid cõmune omnibus naturis: per quas diuersa entia in diuersis generibus collocantur & speciebus: sicut humanitas est essentia hominis: & sic de alijs. Et quia illud per quod res constituitur in proprio genere vel specie est hoc quod significatur per diffinitionem indicantem quid est res: hinc est quòd nomen essentiæ in nomen quiditatis à philosophis mutatur: & hoc est etiã quod philosophus frequenter nominat, quod quid erat esse. i. hoc per quod aliquid habet esse quid. Dicitur etiam forma secũdum quod per formã significatur certitudo vniuscuiusq; rei: vt dicit Aui. in 2. Meta. sue. Hoc etiã alio nomine natura dicitur: accipiendo naturã secundum primũ modum illorũ quatuor quos Boetius ponit in lib. de duab. naturis. s. secundum qm natura dicitur esse omne illud quod intellectu quocũq; modo percipi & capi potest. Non est res intelligibilis, nisi per diffinitionẽ & essentiã suã. Et sic etiã dicit philosophus in 2. Meta. qm omnis substãtia est natura. Nomẽ tamen naturæ hoc modo sumptæ videtur significare essentiã rei, secundũ qm habet ordinem ad propriã operationẽ rei: cũ nulla res propria operatione destituatur. Quiditatis verò nomen sumitur ex hoc quod per diffinitionem significatur. Sed essentia dicitur secundũ quod per eam, & in ea res habet esse. Sed quia ens absolutè & per prius dicitur de substantijs: & per posterius quasi secundum quid de accidentibus, inde est quòd essentia verè & propriè est in substantijs: sed in accidentibus quodãmodò & secundũ quid. Substantiarũ verò quædã sunt simplices & quędã cõpositę: & in vtrisq; est essentia: sed in simplicibus veriori modo & nobiliori est: secundum quod etiã esse nobilius habent. Sunt enim eorum causa quę cõposita sunt: ad minus substãtia prima simplex quę Deus est. Sed quia illarũ substãtiarum essentiæ sunt nobis magis occultę: ideò ab essentijs substantiarũ cõpositarũ incipiendum est: vt à facilioribus incipientes: conuenientior fiat disciplina. In substãtijs ergo cõpositis materia & forma nota sunt, vt in homine, anima & corpus. Non aũt potest dici, quòd alterũ illorum tantũ essentia esse dicatur. Quòd enim materia sola non sit essentia rei: planũ est: quia res per suam essentiã cognoscibilis est: & in specie ordinatur vel in genere: sed materia neq; cognitionis principiũ est: nec secundum eam aliquid ad speciẽ vel ad genus determinatur: sed secundũ id quod aliquid actu est. Non etiã forma tantũ est essentia substantię cõpositæ: quãuis quidã hoc asserere conentur. Ex his igitur quæ dicta sunt, patet quod essentia rei est illud quod per diffinitionẽ rei significatur. Diffinitio aũt substãtiarum materialiũ, non tantũ cõtinet formã: sed etiã materiã. aliter enim diffinitiões naturales & mathematicę nó differrent. Nec potest dici, quòd materia in diffinitione substãtię materialis ponatur: sicut additum essentiæ eius: vel ens extra essentiã eius: quia modus hic diffinitionis, est proprius accidẽtibus, quę perfectã essentiã nõ habent. Vnde oportet quod in diffinitione sua subiectũ recipiãt quod est extra genus eorũ. Patet ergo quòd essentia cõprehendit materiã & formã. Non etiã potest dici, quòd essentia significet relationẽ quę est inter materiã & formã, quasi aliquid superadditũ ipsis: quia hoc de necessitate esset accidens & extraneum à re: nec per eam cognosceretur, quæ omnia essentię cõueniunt. Per formã eñ quę est actus materiæ: materia efficitur ens actu & hoc aliquid Vnde illud quod superaduenit non dat esse actu simpliciter materiæ, sed esse actu tale: sicut etiã accidẽtia faciũt: vt albedo facit actu albũ. Vnde qũò talis forma acquiritur: nõ dicitur generari simpliciter se sc̃dm quid. Relinquitur ergo qm nomẽ essentiæ in substãtijs cõpositis, significet illud qđ ex materia & forma cõpositũ est, & huic consonat verbũ Boetij. in cõmento prędicamentorũ, vbi dicit quòd vsia significat cõpositum. Vsia enim apud Græcos, idẽ est qđ essentia apud nos: vt ipsemet dicit in lib. de duabus naturis. Aui. etiã dicit, quòd quiditas substantiarũ cõpositarũ est ipsa cõpositio materiæ & formę. Cõmentator etiã dicit super 7. Meta. qm natura quam habet species in rebus generabilibus, etiam aliquod medium. i. compositũ ex materia & forma. Huic etiã ratio cõcordat: quia esse substantię cõpositę non est tantũ formę nec materiæ tantũ: sed ipsius cõpositi: essentia aũt est secundum quã res esse dicitur. Vnde oportet quòd essentiæ qua res denominatur ens: non tantũ sit forma: nec tantùm materia: sed vtrúmque, quamuis huiusmodi esse suo modo sola forma sit causa. Sic enim in alijs videmus quę ex pluribus principijs constituuntur, qm res non denominatur ab altero illorum principiorũ tantũ: sed ab eo quod vtrũq; cõplectitur: vt patet in saporibus: quia ex actione calidi humidũ dirigentis, causatur dulcedo: & quãuis hoc modo calor sit causa dulcedinis: non tamen denominatur corpus dulce à calore: sed à sapore: qui calidũ & humidum cõplectitur. Sed quia materia indiuiduationis principiũ est, ex hoc fortè videtur sequi quòd essentia quę in se cõplectitur materiam simul & formã sit tantũ particularis & non vniuersalis. Ex quo sequeretur qm vniuersalia non haberent diffinitionẽ. si essentia est id quod per diffinitionem significatur. Et idcò sciendũ est, qm materia non quoliber modo accepta est indiuiduationis principium, sed solùm materia signata. Dico enim materiam signatã, quę sub determinatis dimensionibus cõsideratur. Hoc modo materia in diffinitione hominis inquantùm homo est, nõ ponitur: sed poneretur in diffinitione sortis. si sortes haberet diffinitionem. In diffinitione autẽ hominis ponitur materia non signata. Nõ enim in diffinitione hominis ponitur hoc os, vel hęc caro: sed os & caro absolutè, quę sunt materia hominis nõ signata. Sic ergo patet, qm essentia hominis, & essentia Petri, nõ differunt nisi secundum signatũ & non signatum. Vnde cõmentator dicit 7. Meth. Sortes nihil aliud est quã animalitas & rationalitas quæ sunt quiditas eius. Sic etiam essentia generis & speciei differunt, secundũ signatũ & non signatũ, quãuis alius modus signationis sit vtrobiq;: quia designatio individui respectu speciei, est per materiam determinatã dimensionibus: designatio autem speciei respectu generis, est per differẽtiã cõstitutiuã quæ ex forma rei sumitur. Hæc enim determinatio vel designatio quæ est in specie respectu generis, non est per aliquid in essentia speciei existens, quod nullo modo in essentia generis sit: imò quicquid est in specie est in genere. vt indeterminatum. Si enim animal non esset totum quod est homo, sed pars eius: non prædiceretur de eo, cùm nulla pars integralis prædicetur de suo toto. Hoc autem quòd contingat, videri potest, si aspiciatur qualiter differt corpus secundum quod ponitur pars animalis: & secundum qm ponitur genus. Non enim potest esse genus eo modo, quo est pars integralis. Hoc enim nomen quod est corpus, multipliciter accipi potest. Corpus enim secundum quod ponitur in genere substantię dicitur in eo qm habet talẽ naturam: vt in eo possint designari tres dimẽsiones. Ipsę verò tres dimensiones designati sunt: corpus quidem est in genere quantitatis. Contingit autem in rebus, vt quòd habet vnam perfectionem, ad vlteriorem etiam perfectionm attingat: sicut patet in homine: qui & perfectionem sensitiuã habet: & vlterius intellectiuã. Similiter autem super hanc perfectionem quę est habere talem formã: vt in ea possint designari tres dimẽsiones, põt altera perfectio adiungi, vt vita vel aliquid huiusmodi. Põt ergo hoc nomẽ corpus significare rem quandã quæ habet talẽ formã, ex qua sequitur etiã in ipsa designabilitas triũ dimensionum cum precisione: vt s. ex ista forma nulla vterior perfectio sequatur, sed si quid aliud superaddatur, sit preter significationẽ corporis sic dicti. Et hoc modo corpus est integralis & materialis pars animalis: quia sic anima est preter illud qđ significatur noñe corporis: quia noñe corporis simpliciter accepti, nõ significatur aliud quã designabilitas triũ dimẽsionũ, & hoc modo dicit materia corporis: & sic aia erit supeniẽs ipsi corpori: ita qm ex ipsis duobus. s. aia & corpore constituatur aial, sicut ex partibus. Põt etiã hoc nomẽ corpus hoc mõ accipi, vt significet rẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quandam quæ habet talem formam: ex qua tres dimensiones possint designari in ea: quæcúq; forma sit illa: siue ex ea possit prouenire alia vlterior perfectio, siue non. Et hoc modo corpus est genus animalis: eo quòd in animali nihil est accipere, quod in corpore nõ contineatur implicitè. Non enim anima est alia forma ab illa, per quam in re illa poterant designari tres dimensiones. Et ideò cùm dicebatur quòd corpus est quod habet talem formam ex qua possint in eo designari tres dimensiones, intelligebatur quæcúnque forma esset illa, siue anima, siue lapideitas, siue quæcúnque alia: & sic forma animalis implicitè in forma corporis continetur. prout corpus eius est genus. Talis est etiam habitudo animalis ad hominem. Si enim animal nominaret tantùm rem quandam quę habet talem perfectionem, vt possit sentire & moueri per principium in ipso existens cũ precisione alterius perfectionis, tunc quęcúnque forma superueniret vlterior ad animal, haberet se ad animal per modum partis: & sic implicitè contenta in ratione animalis: & sic animal non esset genus: sed est genus secundum quòd signant quãdam rem ex cuius forma potest prouenire sensus & motus: quęcúnq; sit illa forma: siue sit anima sensibilis tantùm: siue sit sensibilis & rationabilis similiter. Sic ergo genus indeterminatiuè significat totũ illud qđ est in specie: nõ eñ significat tñ materiã. Similiter etiã & differẽtia significat totũ: & nõ tñ formã: & etiã diffinitio significat totũ: & etiã species: sed diuersimodè. Quia genus significat totũ, vt quædã determinatio determinans illud qđ est materiale in re sine determinatiõe propriæ formę. Vñ genus sumitur ex materia. quãuis nõ sit materia, vt patet, eo quòd corpus dicitur, ex hoc quòd habet talem perfectionem, vt possint designari in eo tres dimensiones: quæ quidem perfectio est materialiter se habens ad vlteriorem perfectionem. Differentia verò econtrario est: sicut quædam denominatio à forma determinante sumpta, propter q de principali intellectu eius sit materia determinata, vt patet cùm dicitur animatum, scilicet illud quod habet animam. Non enim de terminatur quid sit illud: vtrum corpus vel aliquid huiusmodi. Vnde dicit Auic. quòd genus non intelligitur in differentia: sicut pars essentiæ eius: sed solum: sicut ens extra essentiã eius: sicut etiam subiectum est de intellectu passionum. Et ideò genus non prædicatur de differentia per se loquendo: vt dicit philosophus in 3. Met. & in 4. Topicorum nisi fortè sicut subiectum prædicatur de propria passione. Sed diffinitio vel species comprehẽdit vtrúmque, scilicet determinatam materiam quam designat nomen generis: & determinatam formam quam designat nomen differentiæ. Et ex hoc patet ratio, quare genus, species, & differentia se habent proportionabiliter ad materiam & ad formam & compositum in natura. quamuis non sint idem quod illa: quia neque genus est materia: sed à materia sumptum: vt significans totũ: nec differentia est forma, sed à forma sumpta, vt significans totum, sed species est totum & significans vt totum. s. genus & differentiam vt sunt simul compositа. Vnde dicimus hominem esse animal rationale: & non ex animali ratiõali: sicut dicimus eum esse ex anima & corpore. Ex anima enim & corpore dicitur esse homo: sicut ex duabus rebus quædam tertia res quæ neutra illarum est. Homo enim neque est anima, neque est corpus. Sed si homo aliquo modo dicatur ex rationali & animali, non erit sicut res tertia ex duabus rebus: sed sicut intellectus tertius ex duobus intellectibus. Intellectus enim animalis est sine determinatione specialis formæ, exprimens naturã rei ab eo quod est materiale respectu vltimæ perfectionis. Intellectus autem huius differentiæ rationalis consistit in determinatione specialis formę: ex quibus duobus intellectibus constituitur intellectus speciei vel diffinitionis. Et ideò sicut res constituta ex aliquibus rebus non recipit prædicationem rerum ex quibus constituitur in natura: sic & intellectus non recipit prædicationem eorũ intellectuum, ex quibus constituitur. Non enim dicimus quòd diffinitio sit genus aut differentia. Quamuis autem genus significet totam essentiam speciei, non tamen oportet vt diuersatum specierum, quarum est idem genus, sit vna essentia. Quia vnitas generis ex ipsa indeterminatione vel indifferentia procedit: non autem ita quòd illud quod significatur per genus, vna natura numero sit in diuersis speciebus: cui superueniat res alia quæ sit differẽtia ipsum determinans: sicut forma determinat materiam, quæ est vna numero: sed quia genus significat aliquam formam, non tamen determinatè hanc vel illam: quam determinatè differentia exprimit, quæ non est alia quàm illa quæ indeterminatè significabatur per genus. Et ideò commentator dicit in nono Meth. quòd materia prima dicitur vna per rẽotionem omnium formarum: sed genus dicitur vnum per communitatem formæ significatæ. Vnde patet quòd per additionem differentiæ, remota illa indeterminatione quæ erat causa vnitatis generis remanẽt species diuersæ per essentiam. Et quia vt dictum est natura speciei est indeterminata respectu individui. sicut natura generis respectu speciei: inde est q sicut illud quod est genus, prout prædicabatur de specie, implicat in sua significatione. quãuis indistinctè totum illud quod determinatè est in specie, ita etiam illud quod est species secundum quod prædicatur de individuo, oportet quòd significet totũ illud quod essentialiter est in individuo: sed indistinctè. Et hoc modo essentia speciei significatur nomine hominis. Vnde homo de Sorte prædicatur. Si autem significetur natura speciei cum præcisione materiæ signatæ quæ est principium individuationis: sic se habebit per modũ partis: & hoc modo significatur nomine humanitatis. Humanitas enim significat illud: vnde homo est homo. Materia autẽ designata non est illud: vnde homo est homo. Et ita nullo modo inter illa continetur, ex quibus homo habet quòd sit homo. Cùm igitur humanitas in suo intellectu includat illa tantùm, ex quibus homo habet quòd sit homo, patet quòd à significatione eius excluditur & præciditur materia signata: & quia pars non prædicatur de toto: inde est quòd humanitas nec de homine. nec de Sorte prędicatur. vnde Auic. dicit quòd quiditas compositi non est ipsum compositum cuius est quiditas: quamuis illa quiditas sit compositum: sicut humanitas: licet sit cõposita non est homo. Immò oportet quòd sit recepta in aliquo quod est materia signata. Sed quia: vt dictum est, designatio speciei respectu generis est per formam: designatio autem individui respectu speciei est per materiã: ideò oportet vt nomen significans illud vnde natura generis sumitur cũ præcisione formæ determinatæ præscientis speciem significet partem materialem totius: sicut corpus est pars materialis hominis. Nomẽ autem significans id, vnde natura speciei sumitur cum præcisione materiæ designatæ: significat partem formalem: & ideò humanitas significatur vt forma quędam, & dicitur quòd est forma totius: nõ quidem quasi superaddita partibus essentialibus: scilicet materię & formę: sicut forma domus superadditur partibus integralibus eius: sed magis est forma quę est complectens totum: scilicet materiam & formam, tamen cum præcisione eorum per quæ nata est materia designari. Sic igitur patet, quòd essentia hominis significat hoc nomine homo. & hoc nomine humanitas: vt dictum est: sed diuersimodè: quia hoc nomen homo significat eam vt totum inquantũ scilicet non præcedit designationem naturæ: sed implicitè cõtinet eam & indistinctè: sicut dictum est, quòd genus continet differentiam: & ideò prædicatur hoc nomen homo de individuis. Sed hoc nomen humanitas significat eam vt partem: quia non continet in significatione sua: nisi illud quod est hominis inquantũ est homo: & præcidit omnem designationem materiæ: vnde de individuis hominibus non prædicatur: & propter hoc etiã nomen essentiæ: quãdòque inuenitur prædicatum de re. Dicitur enim Socratem esse essentiã quãdam: & quãdòque negatur: dicimus enim: quòd essentia Sor. non est Sortes.

CAP. II.

Visò igitur quid significetur nomine essentiæ in substantiis cõpositis, videndum est quomodò se habeat ad rationem generis & speciei, & differentiæ: quia verò illud cui conuenit ratio generis: vel speciei, vel differentiæ: prædicatur de hoc singulari signato: impossibile est quòd ratio vniuersalis, scilicet generis vel speciei conueniat essentiæ, secundũ quod per modum partis significatur: vt nomine humanitatis vel animalitatis: & ideò dicit Auic. quòd rationalitas non est differentia, sed differentiæ principium. Et eadem ratione humanitas nõ est species, nec animalitas genus. Similiter etiam non potest dici quòd ratio generis & speciei conueniat essentiæ, secundũ quod est quædam res existens extra singularia: prout ponebant Platonici: quia sic nec genus nec species prædicaretur de hoc individuo. Non enim posset dici quòd Sor. sit hoc quod ab eo separatum est. Nec iterum illud separatũ proficeret in cognitione illius singularis. Et ideò relinquitur, quòd ratio generis vel speciei cõueniat essentiæ secundũ quod significatur per modum totius: vt nomine hominis vel animalis: prout implicitè & indistinctè cõtinet totum hoc in individuo est. Natura autẽ vel essentia sic accepta potest dupliciter considerari. Vno modo secũdum rationem propriã: & hæc est absoluta consideratio ipsius: & hoc modo nihil est verum de ea, nisi conueniat sibi secundum q ipsum & secundum quod huiusmodi. Vnde quicquid aliorum attribuatur sibi, falsa erit attributio: verbi gratia: homini in eo quòd est homo, conuenit rationale: & animal: & alia quæ in diffinitione eius cadunt. Album autem & nigrũ vel quicquid huiusmodi quod non est de ratione humanitatis, non conuenit homini in eo quod est homo: vnde si quæratur vtrum natura sic cõsiderata possit dici vna vel plures, neutrum concedendum est: quia vtrunq; est extra intellectum humanitatis, & vtrunque potest sibi accidere. Si enim pluralitas esset de intellectu eius, nunquã posset esse vna: cũ tamen vna sit secundũ quod est in Sor. Similiter si vnitas esset de ratione eius, tunc esset vna & eadem humanitas Sortis & Platonis: nec posset in pluribus plurificari. Alio modo consideratur secundum esse, quod habet in hoc vel in illo: & sic de ipsa aliquid prædicatur per accidens, ratione eius in quo est: sicut dicitur quòd homo est albus: quia Sor. est albus: quamuis homini album non conueniat, secundum

secundum quod est homo. Hæc autem natura habet duplex esse. vnũ in singularibus: & aliud in anima: & secũdum vtrúmq; consequuntur dictã naturã accidentia: & in singularibus habet multiplex esse secundũ singulariũ diuersitatẽ: & tamen ipsi naturæ secundum suam propriam cõsiderationẽ absolutã, nullum illorũ esse debetur. Falsum enim esset dicere, q essentia hominis inquantũ huiusmodi, habeat esse in hoc singulari, q̃a si esse in hoc singulari conueniret homini inquantùm est homo nunquàm esset extra hoc singulare. similiter etiam si conueniret homini inquãtùm est homo nõ esse in hoc singulari, nunquàm esset in eo: sed verum est dicere, q homo non inquantùm est homo habet, q sit in hoc singulari vel in illo: vel in anima. Ergo patet, q natura hominis absolutè considerata abstrahitur à quolibet esse: ita tamen, q nõ fiat præcisio alicuius eorum. Et hæc natura sic considerata est quæ prædicatur de individuis hominibus. Non tamen potest dici, q ratio vniuersalis conueniat naturæ sic acceptæ: quia de ratione vniuersalis est vnitas & cõmunitas. Naturæ autem humanæ neutrum horum conuenit, secundum suam absolutam considerationem. Si enim communitas esset de intellectu hominis, tunc in quocúnque inueniretur humanitas, inueniretur communitas, & hoc falsum est. In Sor. enim non inuenitur aliqua communitas: sed quicquid est in eo, est individuatum. Similiter etiam non potest dici, q ratio generis vel speciei accidat naturæ humanæ, secundum esse quod habet in individuis: quia nõ inuenitur in individuis natura humana secundum vnitatem, vt sit vnum quid omnibus conueniens: quod ratio vniuersalis exigit. Relinquitur ergo q ratio speciei accidat naturæ humanæ, secundum illud esse quod habet in intellectu. Ipsa enim natura humana in intellectu habet esse abstractum ab omnibus individuantibus: & ideò habet rationem vniformẽ ad omnia individua quæ sunt extra animam: prout æqualiter est similitudo omnium, inducés in omnium cognitionem: inquantùm sunt homines & ex hoc q talem relationem habet ad omnia individua: intellectus adiunxit rationẽ speciei: & attribuit ei. Vnde dicit commentator in primo de anima, q intellectus est qui agit in rebus vniuersalitatem. Et hoc etiã Auice. dicit in sua Meth. Et quamuis hæc natura intellectualis habeat rationem vniuersalis secundum q comparatur ad res extra animam: quia est vna similitudo omnium: tamen secundum quod habet esse in hoc intellectu vel in illo est quædam species intellecta particularis. Et ideò patet defectus commentatoris in libr. 3. de anima, qui voluit ex vniuersalitate formæ intellectæ vnitatem intellectus in omnibus hominibus concludere: quia nõ est vniuersalitas illius formæ secundum hoc esse quod habet in intellectu: sed secundum q refertur ad res vt rerum similitudo. Sicut etiam si esset vna statua corporalis repræsentans multos homines, constat q illa imago vel statua haberet esse singulare & proprium, secundum q esset in hac materia: sed haberet rationem cõmunitatis, secundum q esset commune representatiuum plurium. Et quia naturæ humanæ secũdum suam absolutam considerationem conuenit, q̃ licet de Sor. & ratio speciei non conuenit sibi secundum considerationem absolutam: sed est de accidentibus quæ consequuntur eam secundum q esse habet in intellectu: ideò nomen speciei non prædicatur de Sor. vt dicatur Sor. est species. Quod de necessitate accideret, si ratio speciei conueniret homini, secundum esse quod habet in Sor. vel secũdum suam considerationem absolutam: scilicet inquantùm est homo. Quicquid enim conuenit homini inquantùm est homo, prædicatur de Sor. & tamen prædicari conuenit generi per se cùm in eius diffinitione ponatur. Prædicatio enim est quoddam quod complet̃ur per actionem intellectus componẽtis & diuidentis habens fundamentum in re ipsa: vnitatem eorum: quorum vnum de altero dicitur. Vnde ratio prędicationis potest claudi in ratione huius intentionis, quæ est genus: quæ similiter per actum intellectus completur. Nihilominùs tamen illud cui intellectus intentionem prædicationis attribuit componens id cum altero non est ipsa intentio generis: sed potiùs illud, cui intellectus attribuit intentionem generis: sicut quod significatur hoc nomine animal. Sic igitur patet qualiter essentia vel natura se habet ad rationem speciei: quia ratio speciei non est de his quæ conueniunt ei secundum suam absolutam considerationem: neque est de accidentibus quæ cõsequuntur eam: secundum esse quod habet extra animam: vt albedo & nigredo: sed est de accicentibus quæ consequuntur eam secundum esse quod habet in intellectu. Et per hunc modum conuenit etiam sibi ratio generis: vel speciei, vel differentiæ.

CAP. III.

Vnc restat videre quemadmodùm sit essentia in substantijs separatis, scilicet in anima: & causa prima: & intelligẽtijs. Quamuis autẽ simpliciratem causæ primæ omnes concedant: tamen quidam nituntur inducere compositionem formæ & materiæ in intelligentijs & in anima. Cuius positionis auctor videtur fuisse Auicebron in libr. fontis vitæ. Hoc autem dictis Philosophorum communiter repugnat: qui eas substantias à materia separatas nominãt, & absque omni materia esse probant. Cuius ratio potissima est ex virtute intelligendi quæ in eis est. Videmus enim formam nõ esse in actu intelligibilem, nisi secundum q separatur à materia & à cõditionibus eius: nec efficitur intelligibilis in actu, nisi per virtutem substantiæ intelligentis, scilicet secundum quod recipitur in ea: & secũdum q agitur per eam. Vnde oportet, q̃ in qualibet substantia intellectiua sit omninò immunitas à materia: ita q̃ neque habeat materiam partem sui: nec etiam sit sicut forma impressa in materia: vt est de formis materialibus. Non potest autem aliquis dicere, q̃ intelligibilitatem nõ impedit quælibet materia: sed materia corporalis tantùm. Si enim hoc esset ratione materię corporalis tantũ: cùm materia non dicatur corporalis nisi secundum q̃ est sub corporali forma, tunc oporteret q̃ hoc haberet materia, scilicet impedire intelligibilitatem à forma corporali. Et hoc non potest esse: quia etiam ipsa forma corporalis actu intelligibilis est: sicut & aliæ formæ: secundum q̃ à materia abstrahuntur. Vnde in anima vel intelligentia nullo modo est compositio ex materia & forma: si hoc modo accipiatur materia in eis: sicut in substãtijs corporalibus: sed est ibi compositio formæ & esse. Vnde in commento nonæ propositionis libri de causis dicitur, q̃ intelligentia est habens formam & esse. Accipitur enim ibi forma pro ipsa quiditate vel natura simplici. Et quomodò hoc sit, planum est videre. Quæcúnque enim sic se habent adinuicem, quòd vnum est causa alterius, illud quod habet rationem causæ potest habere esse sine alio: sed nõ conuertitur. Talis enim inuenitur habitudo formæ & materiæ, q̃ forma dat esse materiæ: & ideò impossibile est esse materiam sine aliqua forma: tamen non impossibile est esse aliquam formam sine materia. Forma enim in eo, q̃ forma non habet dependentiam ad materiam. Sed si inueniantur aliquæ formæ, quæ non possint esse nisi in materia, hoc accidit eis secundum q̃ sunt distantes à primo principio: quod est actus purus & primus. Vnde illæ formæ quæ sunt propinquissimæ primo principio, sunt formæ per se sine materia subsistẽtes. Nõ enim forma secundum totum suum genus materia indiget, secundum quod dictum est. Et huiusmodi formæ sunt intelligentiæ: & ideò non oportet, q̃ essentia vel quiditas harum formarũ siue substãtiarũ, sit aliud quàm ipsa forma. In hoc ergo differt essentia substantiæ compositæ & substantiæ simplicis: quia essentia substantiæ compositæ non est tantùm forma, nec tantùm materia: sed completur vtrúmque, scilicet materiam & formã. Essentia autem substantiæ simplicis est forma tantùm. Et ex hac causantur aliæ duæ differentiæ. Vna est, q̃ essentia substantiæ compositæ potest significari vt totum vel vt pars: quod accidit propter materiæ designationem: vt dictum est. Et ideò non quolibet modo prædicatur essentia rei compositæ de ipsa re composita. Nõ enim potest dici, q̃ homo sit quiditas sua. Sed essentia rei simplicis quæ est sua forma non potest significari nisi vt totum: cùm nihil sit ibi præter formam. quasi formam recipiens. Et ideò quocúnque modo sumatur vel significetur essentia substantiæ simplicis de ea prædicatur. Vnde dicit Auicenna, q̃ quiditas ipsius simplicis est ipsummet simplex: quia non est aliquid aliud recipiens ipsam. Secunda differentia est: quia essentiæ rerum compositarum: ex eo, q̃ recipiuntur in materia designata multiplicantur secundum diuisionem eius: vnde contingit q̃ aliqua sint idem specie: & diuersa numero. Sed cùm essentia rei simplicis non sit recepta in materia, nõ potest ibi esse talis multiplicatio, & ideò oportet vt non inuenian̄tur ia illis substantijs plura individua eiusdem speciei, sed quot sunt individua, tot sunt ibi species: vt Auicenna expresè dicit. Huiusmodi substantiæ quamuis sint formæ tantùm sine materia, non tamen in eis est omnimoda simplicitas: nec sunt actus purus: sed habẽt permixtionem potentiæ. Et hoc sic patet. Quicquid enim non est de intellectu quiditatis vel essentiæ, hoc est adueniens extra & faciens compositionem cum essentia: quia nulla essentia sine his quę sunt partes essentiæ intelligi potest. Omnis autem essentia vel quiditas potest intelligi sine hoc, q̃ intelligatur aliquid de esse suo. Possum eñ intelligere quid est homo vel phenix: & tamen ignorare an esse habeat in rerum natura: ergo patet, q̃ esse est aliud ab essentia vel quiditate: nisi fortè sit aliqua res cuius quiditas sit esse suum: & hæc res nõ potest esse nisi, vna & prima: quia impossibile est vt fiat alicuius multiplicatio, nisi per additionem alicuius differentiæ: sicut multiplicatur natura generis in species, vel per hoc, q̃ forma recipitur in diuersis materijs: sicut multiplicatur natura speciei in diuersis individuis: vel per hoc q̃ vnum est absolutum, & aliud in aliquo receptum: sicut si quidam color separatus esset alius à calore non separato ex ipsa sua separatione. Si autem ponatur aliqua res quę sit esse tantùm, ita vt ipsum esse sit natura subsistens, hoc esse non recipiet additionem differentiæ: quia iam non esset esse tantùm: sed esse: & præter hoc forma aliqua. Et multò minus recipiet additionem materiæ: quia iam esset esse non subsistens: sed materiale. Vnde relinquitur, q̃ talis res quæ est sic suum esse non potest esse nisi vna. Vnde oportet, q̃ in qualiber alia re præter eam, aliud sit esse suum, & aliud quiditas vel natura

ſeu forma ſua. Vnde oportet, quòd in intelligẽtijs ſit eſſe præter formam. Et ideò dictum eſt, quòd intelligentia eſt habens formam & eſſe. Omne autem, quod conuenit alicui: vel eſt cauſatum ex principijs naturæ ſuæ, ſicut riſibile in homine: vel aduenit ab aliquo principio extrinſeco, ſicut lumen in aëre ex influentia ſolis. Non autem poteſt eſſe, quòd ipſum eſſe ſit cauſatum ab ipſa forma vel quidditate rei, cauſatũ dico, ſicut à cauſa efficiente, quia ſic res eſſet ſui ipſius cauſa & aliqua res ſeipſam in eſſe produceret, quod eſt impoſsibile. Ergo oportet, quòd omnis talis res cuius eſſe eſt aliud, quàm natura ſua, habeat eſſe ab alio. Et quia omne, quod eſt p̄ aliud reducitur ad id, quod eſt per ſe, ſicut ad cauſam primam, ideò oportet, ꝙ aliqua res ſit cauſa omnibus eſſendi, eo quòd ipſa eſt eſſe tantũ, aliàs iretur in infinitũ in cauſis, cũ omnis res quæ non eſt eſſe, tantùm habeat cauſam ſui eſſe: vt dictum eſt. Patet ergo, ꝙ intelligentia eſt forma & eſſe, & ꝙ eſſe habet à primo ente, quod eſt eſſe tantũ, & hoc ens eſt cauſa prima, qui eſt Deus. Omne autem, quod recipit aliquid ab alio. eſt in potentia reſpectu illius, & hoc, quod eſt in eo receptum eſt actus eius. Ergo oportet, ꝙ ipſa quidditas vel forma quæ eſt intelligentia, ſit in potentia reſpectu eius eſſe, quod habet à Deo, & illud eſſe receptũ eſt per modum actus. Et ita inuenitur potentia & actus in intelligentijs, non tamen forma & materia niſi æquiuocè. Vnde etiam pati, recipere, ſub eſſe & omnia huiuſmodi quæ videntur rebus ratione materiæ conuenire, æquiuocè cõueniunt ſubſtãtijs corporalibus & ſubſtantijs intellectualibus: vt in 3. de anima commentator dicit. Et quia, vt dictum eſt, intelligentię quidditas eſt ipſamet intelligentia, ideò quidditas vel eſſentia eius eſt ipſummet, quod eſt ipſa: & eſſe ſuũ receptũ à Deo, eſt illud, quod ſubſiſtit in rerũ natura. Et propterea dicitur à quibuſdã huiuſmodi ſubſtãtias componi ex quo eſt & quod eſt: vel ex quo eſt & eſſe: vt Boëtius dicit. Et quia in intelligẽtijs ponitur potentia & actus, nõ eſt difficile inuenire multitudinem intelligentiarum, quod eſſet impoſsibile, ſi nulla potẽtia in eis eſſet. Vnde cõmentator dicit in 3. de anima, ꝙ ſi natura intellectus poſsibilis eſſet ignota, nõ poſſemus inuenire multitudinẽ in ſubſtantijs ſeparatis. Eſt ergo diſtinctio earum adinuicem ſecũdum gradus potẽtiæ & actus, ita ꝙ intelligentia ſuperior quæ magis propinqua eſt primæ, habet plus de actu & minus de potentia & ſic de alijs. Et hoc completur in anima humana, quæ tenet vltimum gradũ in ſubſtantijs in intellectualibus. Vnde intellectus poſsibilis eius ſe habet ad formas intelligibiles, ſicut prima materia quæ tenet vltimum gradum in eſſe ſenſibili ad formas ſenſibiles: vt commẽtator in 3. de anima dicit. Et ideò Philoſophus cõparat eam tabulæ, in qua nihil eſt depictũ. Et propter hoc, ꝙ inter alias ſubſtãtias intellectuales plus habet de potẽtia, ideò efficitur intantũ propinqua rebus materialibus: vt res materiales trahãtur ad participandum eſſe ſuũ, ita ſcilicet, ꝙ ex anima & corpore, reſultat eſſe vnum in vno cõpoſito, quãuis illud eſſe prout eſt animæ nõ ſit dependẽs à corpore, & ideò poſt iſtã formam quæ eſt anima, inueniuntur aliæ formę plus de potentia habẽtes & magis propĩ quæ materiæ, intantũ, ꝙ eſſe earum ſine materia nõ eſt, in quibus etiam inuenitur ordo & gradus vſque ad primas formas elementorũ, quæ ſunt propinquiſsimæ materiæ. Vnde nec aliam operationem habent, niſi ſecundũ exigentiam qualitatum actiuarum & paſsiuarum & aliarum quibus materia ad formam diſponitur: vt patet in igne & aqua & huiuſmodi.

CAP. IIII.

His viſis patet quomodò eſſentia in diuerſis inuenitur. Inuenitur enim triplex modus habendi eſſentiam in ſubſtantijs. Aliquid eſt enim ſicut Deus, cuius eſſentia eſt ipſummet ſuum eſſe. Et ideò inueniuntur aliqui Philoſophi dicentes, quòd Deus nõ habet quidditatem vel eſſentiam, quia eſſentia ſua non eſt aliud, quã eſſe eius. Ex hoc ſequitur, quòd etiam ipſe nõ ſit in genere, quia omne quod eſt in genere, oportet, quòd habeat quidditatem præter eſſe ſuum, cũ quidditas vel natura generis, aut natura ſpeciei non diſtinguatur ſecũdum diſtinctam rationem naturæ in illis quorum eſt genus vel ſpecies vna, ſed eſſe eſt diuerſum in diuerſis. Nec oportet ſi dicimus, quòd Deus eſt eſſe tantũ: vt in illorum errorem incidamus, qui dixerunt Deũ eſſe illud eſſe vniuerſale, quo quælibet res eſt formaliter. Hoc enim eſſe, quod Deus eſt, huius conditionis eſt: vt nulla ſibi additio fieri poſsit. Vnde per ipſam ſuam puritatẽ eſt eſſe diſtinctum ab omni eſſe, ſicut ſi eſſet quidam color ſeparatus, ex ipſa ſua ſeparatione eſſet alius à colore non ſeparato. Propter quod in commento nonæ propoſitionis libri de cauſis dicitur, quòd indiuiduatio primæ cauſæ quæ eſt eſſe tantũ, eſt propter puram bonitatem eius. Eſſe autem commune, ſicut in intellectu ſuo non includit aliam additionem, ita non includit in intellectu ſuo præciſionem additionis, quia ſi hoc eſſet, nihil poſſet intelligi eſſe, in quo ſuper eſſe aliquid adderetur. Similiter quãuis ſit eſſe tantùm, non oportet, quòd deficiant ei reliquæ perfectiones & nobilitates, imò habet omnes perfectiones & nobilitates quę ſunt in omnibus generibus. Propter quod perfectũ ſimplex dicitur, vt Philoſophus & cõmentator. in 5. Meth. dicit. Sed habet eas modo excellentiori omnibus rebus, quia quæ in eo ſunt vnum, in alijs diuerſitatem habent. Et hæc eſt ratio, quare omnes iſtæ perfectiones conueniunt ſibi ſecundum ſuum eſſe ſimplex, ſicut ſi per vnam qualitatem aliquid poſſet efficere operationes omnium qualitatum, in illa vna qualitate omnes qualitates haberet, ita Deus in ipſo ſuo eſſe omnes perfectiones habet. Secundo modo inuenitur eſſentia in ſubſtantijs creatis intellectualibus, in quibus eſt aliud eſſe, quã eſſentia earũ, quauis eſſentia ſit ſine materia. Vnde earum eſſe non eſt abſolutum, ſed receptum, & ideò limitatum & finitum, ad capacitatem naturæ recipientis. At natura vel quidditas earum, eſt abſoluta non recepta in aliqua materia. Et ideò in lib. de cauſis. dicitur quòd intelligentiæ ſunt infinitæ inferius, & finitæ ſuperius. Sunt enim finitæ quo ad eſſe ſuum, quod à Deo ſuperiori recipiunt, non tamen finiuntur inferius, quia earũ formæ non limitantur à capacitate alterius naturæ recipientis eas. Et ideò in talibus ſubſtantijs nõ inuenitur multitudo indiuiduorum in vna ſpecie: vt dictum eſt, niſi in anima humana propter corpus cui vnitur. Et licet indiuiduatio eius ex corpore accidẽtaliter dependeat, quãtùm ad ſui inchoationem, quia non acquiritur ſibi eſſe indiuiduatum, niſi in corpore cuius eſt actus, non tamen oportet vt deſtructo corpore, indiuiduatio pereat, quia cũ habeat eſſe abſolutum ex quo acquiſitum eſt ſibi eſſe indiuiduatum, ex hoc, quòd facta eſt forma huius corporis, illud eſſe ſemper remanet indiuiduatum, & ideò dicit Auic. quòd indiuiduatio animarum & multiplicatio dependet à corpore quantũ ad ſui principiũ, ſed nõ quantũ ad ſui finẽ. Et quia in ipſis ſubſtãtijs quidditas nõ eſt idẽ, quod eſſe. ideò ſunt ordinabiles in prædicamẽto. Et ꝓpter hoc inuenitur in eis genus, & ſpecies, & differentia, quãuis earum differẽtiæ propriæ nobis occultæ ſint. In rebus enĩ ſenſibilibus etiã ipſæ differẽtiæ eſſentiales ignotæ ſunt. Vnde ſignificãtur per differentias accidẽtales, quæ ab eſſentialibus oriuntur, ſicut cauſa ſignificatur per ſuũ effectũ, ſicut bipes ponitur differẽtia hoĩs. Accidẽtia autẽ ſubſtantiarũ immaterialiũ ꝓpria nobis ſunt ignota. Vnde differẽtię earũ, nec p̄ ſe, nec p̄ accidẽtales differẽtias à nobis ſignificari poſſunt. Hoc tñ ſciendũ eſt, ꝙ nõ eodẽ mõ ſumitur genus & differẽtia in illis ſubſtãtijs, & in ſubſtãtijs ſenſibilibus, quia in ſenſibilibus genus ſumitur ab eo, quod eſt materiale in re, differentia verò ab eo, quod eſt formale in ipſa. Vñ dicit Auic in principio libri ſui de anima, ꝙ forma in rebus cõpoſitis ex materia & forma eſt differẽtia ſimplex, eo ꝙ cõſtituitur ex illa. Nõ autẽ ita, ꝙ ipſa forma ſit differẽtia, ſed eſt principiũ differẽtię: vt idẽ dicit in ſua Meth. Et dicitur talis differẽtia eſſe differentia ſimplex, quia ſumitur ab eo, quod eſt pars quidditatis rei. ſ. à forma. Cũ autẽ ſubſtantiæ immateriales ſint ſimplices quidditates, nõ poterit in eis differẽtia ſumi ab eo, qđ eſt pars quidditatis, ſed à tota quidditate. Et ideò in principio de anima. dicit Auic. ꝙ differentiã ſimplicẽ non habẽt, niſi ſpecies, quarũ eſſentiæ naturæ ſunt cõpoſitæ ex materia & forma. Similiter in eis etiã ex tota eſſentia ſumitur genus, modo tñ differẽti. Vna enĩ ſubſtãtia ſeparata cõuenit cũ alia in immaterialitate, & differt ab ea in gradu perfectionis ſecundũ receſſum à potẽtialitate & acceſſu ad actũ purũ. Et iõ ab eo, ꝙ conſequitur illas inquantùm ſunt materiales, ſumitur in eis genus, ſicut intellectualitas vel aliquid huiuſmodi. Ab eo autẽ, quod cõſequitur in eis gradũ perfectiõis, ſumitur in eis differẽtia, nobis tñ ignota. Nec oportet has differẽtias eſſe accidẽtales, quia ſunt ſecundũ maiorẽ & minorẽ perfectionem, quæ nõ diuerſificãt ſpeciẽ. Gradus enim perfectionis in recipiendo eandem formã non diuerſificat ſpeciẽ, ſicut albus & minus album, in recipiendo eiuſdẽ rationis albedinem, ſed diuerſus gradus in ipſis formis vel naturis participatis diuerſificat ſpeciem, ſicut natura procedit per gradus de plantis ad animalia, per quędã quæ ſunt media inter aĩalia & plantas, ſecundũ Philoſophũ in 7. de aĩalibus. Nec iterum eſt neceſſarium: vt vel diſtinctio intellectualiũ ſubſtantiarum ſit ſemper per duas differentias, quia hoc eſt impoſsibile in omnibus rebus accidere: vt Philoſophus dicit in 12. de animalibus. Tertio modo inuenitur eſſentia in ſubſtantijs compoſitis ex materia & forma, in quibus etiam eſſe eſt receptũ & finitũ, propter hoc, quod ab alio eſſe habent. Et iterũ natura vel quidditas earũ eſt recepta in materia ſignata. Et ideò ſunt finita & ſuperius & inferius, & in eis iam propter diuiſionem materiæ ſignatæ, eſt poſsibilis multiplicatio indiuiduorum in vna ſpecie, & in his qualiter ſe habeat eſſentia ad intentiones logicas, dictum eſt ſuprà.

CAP. V.

Nvnc reſtat videre, quomodò ſint eſſentiæ in accidẽtibus, poſtquàm qualiter ſint in omnibus ſubſtãtijs dictum eſt. Et quia, vt dictum eſt, eſſentia eſt illud, quod per diffinitionẽ ſignificatur, oportet vt eo modo habeant eſſentiam, quo habent diffinitionem. Diffinitionem autem habent incõpletam, quia nõ poſſunt diffiniri, niſi ponatur ſubiectum in eorum diffinitione. Et hoc ideò eſt, quia non habent eſſe per ſe abſolutum à ſubiecto, ſed ſicut ex forma & materia relinquitur eſſe ſubſtãtiale quãdo cõponuntur, ita ex accidẽte & ſubiecto relinquitur eſſe accidẽtale, qñ accidẽs ſubiecto aduenit. Et iõ nec forma ſubſtãtialis cõpletã eſſentiã habet, nec materia, quia etiam in diffinitione formæ ſubſtantialis, oportet, ꝙ ponatur illud cuius eſt forma: & ita diffinitio eius eſt per additionem alicuius, quod eſt extra genus eius, ſicut & diffinitio formæ accidentalis. Vnde & in diffinitione animę ponitur corpus à naturali, qui cõſiderat eam inquantùm eſt forma phyſici corporis. Sed tamen inter formas ſubſtantiales & accidentales tantũ multũ intereſt: quia ſicut forma ſubſtantialis nõ habet per ſe eſſe abſolutũ ſine eo cui aduenit, ita nec illud cui aduenit. ſ. materia. Et ideò ex cõiunctione vtriúſq; relinquitur illud eſſe in quo res ſubſiſtit per ſe: & ex eis efficitur vnũ per ſe. Propter quod ex cõiunctione eorũ relinquitur eſſentia quædam. Vnde forma quãuis in ſe cõſiderata nõ habeat perfectã & completam rationẽ eſſentiæ: eſt tamen pars eſſentiæ cõpletæ. Sed illud cui aduenit accidens, eſt ens in ſe completũ ſubſiſtens in ſuo eſſe: quod quidem naturaliter præcedit accidens quod ſuperuenit. Et ideò accidens ſuperueniens ex cõiunctione ſui cũ eo cui aduenit, nõ cauſat illud eſſe in quo res ſubſiſtit: per quod res eſt ens per ſe. Sed cauſat quoddam eſſe ſecũdum, ſine quo res ſubſiſtens intelligi poteſt eſſe: ſicut primũ poteſt intelligi ſine ſecũdo. Vnde ex accidente & ſubiecto nõ efficitur vnum per ſe: ſed vnum per accidens. Et ideò ex eorum coniunctione nõ reſultat ſubſtantia vel eſſentia quædam: ſicut ex coniunctione formæ ad materiã. Propter quod accidens neq; rationem cõpletæ eſſentiæ habet, neq; pars cõpletæ eſſentiæ eſt: ſed ſicut eſt ens ſecundũ quid: ita & eſſentia ſecũdum quid habet. Sed quia illud quod dicitur maximè & veriſsimè in quolibet genere eſt cauſa eorũ quæ ſunt poſt in illo genere: ſicut ignis qui eſt in fine caloris, in rebus calidis cauſa eſt caliditatis vt in 2. Metaph. dicitur. ideò ſubſtantia quæ eſt primum in genere entis veriſsimè & maximè eſſentiam habens, oportet ꝙ ſit cauſa accidentium: quæ ſecundariò & quaſi ſecundum quid rationẽ entis participant: quod tamen diuerſimodè conuenit. Quia enim partes ſubſtantiæ ſunt materia & forma, ideò quędam accidentia principaliter conſequuntur formã: quædam materiam. Forma autẽ inuenitur aliqua, cuius tamen eſſe non dependet ad materiam, vt anima intellectiua. Materia verò nõ habet eſſe, niſi per formam. Vnde in accidentibus quæ ſequuntur formã, eſt aliquid quod nõ habet cõmunicationẽ cũ materia, ſicut intelligere: quod nõ eſt per organũ corporale, ſicut probat Philoſophus in 3. de anima. Aliqua verò ex conſequẽtibus formã ſunt quæ habent cõmunicationẽ cum materia: ſicut ſentire & huiuſmodi: ſed nullum accidens conſequitur materiã ſine cõmunicatione formæ. In his tamen accidentibus quæ conſequuntur materiam, inuenitur quædam diuerſitas. Quædã enim conſequuntur materiã, ſecũdum ordinẽ quem habent ad formã ſpecialem: ſicut maſculinũ & fœminum in animalibus: quorũ diuerſitas ad materiam reducitur: vt dicitur in 10. Meth. Vnde remota forma animalis dicta accidentia nõ remanent niſi æquiuocè. Quædã verò conſequuntur ſecundum ordinẽ quẽ habent ad formam generalẽ: & ideò remota forma ſpeciali, adhuc in eo remanent: ſicut nigredo cutis eſt in Aethiope, ex mixtione elementorũ: & nõ ex ratione animæ, & ideò poſt mortẽ remanẽt in ea. Et quia vnaquæq; res indiuiduatur ex materia: & collocatur in genere vel ſpecie per ſuam formã, ideò accidẽtia quæ cõſequuntur materiã, ſunt accidentia indiuidui: ſecũdum quę indiuidua etiã eiuſdẽ ſpeciei differũt adinuicẽ. Accidentia verò quę cõſequuntur formã, ſunt propriæ paſsiões vel generis vel ſpeciei. Vnde inueniũtur in omnib⁹ participãtibus naturã generis vel ſpeciei: ſicut riſibile cõſequitur in homine formã: quia riſus cõuenit ex aliqua apprehẽſione animæ hominis. Sciendũ etiã, ꝙ accidẽtia aliquãdo ex principijs eſſentialibus cauſantur ſecũdum actũ perfectũ: ſicut calor in igne qui ſemper eſt actu calidus. Aliquando verò ſecundum aptitudinẽ tantũ: ſed cõplementũ accidit ex agẽte exteriori: ſicut dyaphanitas in aëre, quæ cõpletur per corpus lucidũ exteriùs: & in talibus aptitudo eſt accidens inſeparabile: ſed cõplementum quod aduenit ex aliquo principio quod extra eſſentiã rei eſt vel qđ non intrat conſtitutionem rei, eſt accidens ſeparabile, ſicut moueri & huiuſmodi.

CAP. VI.

Sciendum eſt etiã, ꝙ in accidentibus alio modo ſumitur genus: differẽtia: & ſpecies, quàm in ſubſtantijs. Quia enĩ in ſubſtantijs ex forma ſubſtantiali & materia efficitur per ſe vnũ. vna quadã natura ex eorũ coniunctione reſultãte: quę propriè in prędicamento ſubſtãtiæ collocatur. Ideò in ſubſtãtijs nomina cõcreta cõpoſitũ ſignificãt: propriè in genere eſſe dicũtur: ſicut ſpecies vel genera: vt homo vel animal. Forma autẽ vel materia nõ eſt hoc modo in prędicamẽto niſi per reductionẽ: ſicut principia in genere eſſe dicuntur. Sed ex accidente & ſubiecto nõ fit vnũ per ſe. Vnde nõ reſultat ex eorũ coniunctione aliqua natura cui intẽtio generis vel ſpeciei poſsit attribui. Vnde nomina accidentalia concretiuè dicta non ponũtur in p̄dicamẽto ſicut ſpecies vel genera: vt albũ nigrũ: & muſicum: niſi per reductionẽ: ſed ſolũ ſecũdum ꝙ in abſtractione ſignificãtur: vt albedo vel muſica. Et quia accidentia nõ componũtur ex materia & forma, ideò nõ poteſt ſumi in eis genus à materia: & differẽtia à forma: ſicut in ſubſtãtijs cõpoſitis. Sed oportet vt gen⁹ primum ſumatur ex ipſo modo eſſendi: ſecundum ꝙ ens diuerſimodè ſecũdum prius & poſterius de decẽ generibus prædicamẽtorũ prædicatur. Sicut dicitur quãtitas ex eo ꝙ mẽſurat ſubſtantiã: & qualitas ſecũdum ꝙ eſt diſpoſitio ſubſtãtiæ: & ſic de alijs: ſecũdum Philoſophũ 10. Metap. Differẽtiæ verò in eis ſumũtur ex diuerſitate principiorũ ex quib⁹ cauſantur. Quia verò propriæ paſsiões ex proprijs principijs ſubiecti cauſantur. ideò ſubiectũ ponitur in diffinitione earũ loco differẽtiæ ſi in abſtracto ſumantur ſecũdum ꝙ ſunt propriæ in genere. ſicut dicitur, ꝙ ſimitas eſt curuitas naſi. Sed ecõtrariò eſſet ſi eorũ diffinitio ſumeretur ſecũdum ꝙ cõcretiuè dicũtur. Sic enim ſubiectũ in eorũ diffinitione poneret ſicut genus: quia tũc diffinirẽtur per modũ ſubſtantiarũ cõpoſitarũ, in quibus ratio generis ſumitur à materia: ſicut dicitur, ꝙ ſimũ eſt naſus curuus. Etiã eſt ſimiliter, ſi vnũ accidẽs alterius accidẽtis principiũ ſit: ſicut principiũ relationis eſt actio: & paſsio: & quãtitas: & ideò ſecũdum hoc diuidit relationẽ Philoſophus in 5. Meta. Sed q̃a propria principia accidentiũ nõ ſemp̄ ſunt manifeſta, ideò quãdóq; ſumimus differẽtias accidentiũ ex eorũ effectib⁹: ſicut cõgregatiuũ & diſgregatiuũ, dicũtur differẽtiæ coloris: quæ cauſantur ex abundãtia vel paucitate lucis: ex qua diuerſæ ſpecies coloris cauſant̃. Sic ergo patet, quomodò eſſentia eſt in ſubſtãtijs & accidẽtibus, & quomodò in ſubſtãtijs cõpoſitis & ſimplicibus: & qualiter in his omnibus intentiones vniuerſales logicæ inueniũtur: excepto primo quod eſt infinitæ ſimplicitatis, cui non conuenit ratio generis: aut ſpeciei: nec per conſequens diffinitio propter ſuam ſimplicitatem. In quo ſit finis & conſummatio huius ſermonis.

Explicit opus trigeſimum S. Thom. de Aquin. de ente & eſſentia.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris opus trigeſimumprimum, de principijs naturæ, ad fratrem Silueſtrum.

QVONIAM quoddã põt eſſe licèt non ſit, quoddam verò iam eſt: illud quod poteſt eſſe & nõ eſt, dicitur eſſe potẽtia: illud autẽ quod iam eſt, dicitur eſſe actu: ſed duplex eſt eſſe. ſ. eſſe eſſentiale: ſiue eſſe ſubſtantiale rei: vt hominẽ eſſe: & hoc eſt eſſe ſimpliciter. Eſt autẽ aliud eſſe accidentale: vt hominem eſſe albũ: & hoc eſt eſſe ſecundum quid. Ad vtrúmq; autẽ eſſe, eſt aliquid in potẽtia. Aliquid enim eſt in potentia, vt ſit homo, vt ſperma & ſanguis menſtruus. Aliquid in potentia vt ſit albũ, vt homo. Tam autẽ illud quod eſt in potentia ad eſſe accidentale poteſt dici materia, ſicut ſperma hominis & homo albedinis. Sed in hoc differũt: quia illud quod eſt in potẽtia ad eſſe ſubſtãtiale dicitur materia ex qua. Quod autẽ eſt in potẽtia ad eſſe accidẽtale, dicitur materia in qua. Item propriè loquẽdo illud quod eſt in potẽtia ad eſſe ſubſtãtiale dicitur materia prima. Quod autẽ eſt in potẽtia ad eſſe accidẽtale dicitur ſubiectũ. Subiectũ enim dat eſſe accidẽti. ſcilicet exiſtẽdi: quia accidẽs nõ habet eſſe, niſi per ſubiectũ. Vnde dicitur, ꝙ accidẽtia ſunt in ſubiecto, nõ autẽ dicitur, ꝙ forma ſubſtantialis ſit in ſubiecto: & ſecũdum hoc differt materia à ſubiecto: quia ſubiectum eſt quod nõ habet eſſe ex eo, ꝙ aliquid ei aduenit: ſed quod eſt per ſe, & habet eſſe cõpletũ: vt homo nõ habet eſſe per albedinẽ, ſed materia dicitur, quod habet eſſe, ex eo quod ſibi aduenit: quia de ſe eſſe incõpletũ: imò nullũ eſſe habet: vt dicit cõmentator in ſecundo de anima. Vnde ſimpliciter loquendo forma dat eſſe materiæ. Accidens autẽ non dat eſſe ſubiecto: ſed ſubiectũ accidẽti: licèt aliquãdo ponatur vnum pro alio. ſ. materia pro ſubiecto & ecõtrariò. Sicut autẽ omne quod eſt in potẽtia poteſt dici materia. ita omne à quo habet aliquid eſſe quodcũq; eſſe ſit illud, ſiue ſubſtãtiale: ſiue accidẽtale, poteſt dici forma: ſicut homo cũ ſit potẽtia albus, fit per albedinẽ actu albus: & ſperma cùm ſit potẽtia homo, fit actu homo per animã: & quia forma facit eſſe in actu: ideò dicitur, ꝙ forma eſt actus. Quod autẽ facit eſſe actu ſubſtãtiale, dicitur forma ſubſtãtialis: & quod facit actu eſſe accidẽtale, dicitur forma accidentalis. Et quia generatio eſt motus ad formã: duplici formæ reſpõdet duplex generatio. Formę ſubſtãtiali reſpõdet generatio ſimpliciter. Formę accidẽtali reſpõdet genero ſecũdum quid. Quãdo enĩ introducitur forma ſubſtãtialis, dicitur aliquid fieri ſimpliciter: ſicut dicimus homo fit, vel homo generatur: quãdo autẽ introducitur forma accidẽtalis, nõ dicit̃ aliquid fieri ſimpliciter: ſed fieri hoc: ſicut quãdo homo fit albus, nõ dicitur ſimpliciter hominem fieri vel generari: ſed fieri vel generari albũ: & huic duplici generatiõi opponitur duplex corruptio. ſ. ſimplex & ſecũdum quid. Generatio verò & corruptio ſimpliciter nõ ſunt niſi in genere ſubſtãtiæ. Generatio verò & cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruptio secundū quid,sunt in orbis alijs generibus, & qa generatio est quędā mutatio de nō esse vel de nō ente ad esse vel ad ens,econtrario autē corruptio debet esse de esse vel ente ad non esse vel non ens. Non autē ex quolibet nō esse,fit generatio, sed ex non ente,qđ est eius in potētia,sicut idolū ex cupro,qđ est idolū in potētia & nō actu. Ad hoc autē,ꝙ fit generatio,tria requntur.s.ens in potentia, qđ est materia,& no esse actu,qđ est priuatio,& id ꝑ qđ fit actu,qđ est forma. Sicut qñ ex cupro fit idolū,cuprū,qđ est in potētia ad formam idoli,est materia, hoc autē, qđ est insiguratū siue indispositū, est priuatio,figura à qua dicitur idolū est forma,nō autē forma substantialis,qa cuprū ante aduētum figuræ habet esse actu,& eius esse nō depēdet ab illa figura,sed est forma accidētalis. Oēs enim formę artificiales sunt accidētales. Ars enim nō operatur,nisi circa id,qđ iam cōstitutum est in esse perfecto à natura. Sunt igitur tria principia naturæ.s.materia,& forma,& priuatio,quorū.s.forma est id propter qđ fit generatio,alia duo sunt ex parte eius, ex quo est ģnatio. Vnde materia & priuatio,sunt idem subiecto, sed differunt ratione. Idē enim est æs & insiguratū ante aduētum formæ. Sed ex alia rōne dicitur æs, & ex alia insiguratum. Vnde priuatio dicitur principium nō per se,sed ꝑ accidēs. quia.s.coincidit cū materia,sicut dicimus, ꝙ est ꝑ accidēs,ꝙ medicus ædificat. Nō enim ex eo,ꝙ medicus,sed ex eo,ꝙ domificator est,quod coincidit in medico in eodem subiecto. Sed duplex est accidēs.s.necessariū.quod nō separatur à re,sicut risibile homini, & nō necessariū, qđ seꝑatur,sicut albū ab hoīe. Vnde licet priuatio sit principiū per accidēs,nō tñ sequitur,ꝙ nō sit necessarium ad generationē, quia materia à priuatiōe nūqa denudatur. Inquantū cñ est sub vna forma,habet priuationē alterius & ecōtrariò,sicut ī ignę est priuatio aēris, & in aēre est priuatio ignis. Et sciēdum,ꝙ cū generatio sit ex nō esse,nō dicimus,ꝙ negatio sit principium,sed priuatio,qa negatio nō determinat subiectum. Nō videre cñ pōt dici etiā de non entibus:vt chimera nō videt,& iterū de entibus quæ nō sunt nata habere visum,sicut de lapidibus. Sed priuatio nō dicitur nisi de determinato subiecto.in quo.s.natus est fieri habitus,sicut cæcitas nō dicitur,nisi de his quæ sunt nata videre, & quia generatio nō fit ex nō ente simpliciter,sed ex nō ente, qđ est in aliquo subiecto & nō in quolibet,sed in determinato, nō cñ ex quolibet nō igne,fit ignis,sed ex tali nō igne, circa quē nata sit fieri forma ignis,ideò dicitur,ꝙ priuatio est principiū & nō negatio, sed in hoc differt ab alijs, quia alia sunt principia & in esse & in fieri. Ad hoc enim,ꝙ fiat idolum,oportet,ꝙ sit es,& ꝙ vlteriùs sit figura idoli,& iterum qñ est iam idolum,oportet hęc duo esse,sed priuatio est principiū in fieri & nō in esse. Quia dū fit idolum,oportet,ꝙ nō sit idolum. Si cñ esset nō fieret,quia quicquid fit, nō est nisi in successiuis:vt in tępore & motu. Sed ex quo iā idolū est,non est ibi priuatio idoli,quia affirmatio & negatio nō sunt simul. Similiter nec priuatio & habitus. Itē priuatio est principiū per accidēs:vt suprà est expositum. Alia verò sunt principia ꝑ se. Ex dictis ergo patet,ꝙ materia per se differt à forma & priuatione secundū rōnem. Materia cñ est id in quo intelligitur forma & priuatio, sicut in cupro intelligitur forma & insiguratū. Qñq; tñ materia denominatur cū priuatione, qñq; sine priuatione,sicut æs cū sit materia idoli,nō importat priuationem,quia ex hoc,ꝙ dico æs, nō intelligitur indispositū siue insiguratum. Sed farina cū sit materia respectu panis,importat in se priuationem formæ panis,quia ex hoc,ꝙ dico farina significatur indispositio siue inordinatio opposita formæ panis. Et quia in generatione materia siue subiectum permanet,priuatio verò non,nec cōpositum ex materia & priuatione,iō materia quæ nō importat priuationem est permanes,quæ autē importat,est trāsiens. Et est sciendum,ꝙ quædā materia habet cōpositionē formæ,sicut æs cū sit materia respectu idoli,ipsum tñ æs est cōpositū ex materia & forma,& iō æs non dicitur materia prima,qa habet formā. Illa autē materia q̄ intelligitur sine qualibet forma & priuatiōe,sed est subiecta formæ & priuatiōi, dicitur materia prima ꝓpter hoc,ꝙ ante ipsam nō est materia alia,& hęc etiā dicitur yle,hoc est chaos vel cōfusio Grecè. Et quia oīs diffinitio & oīs cognitio est ꝑ formā, iō materia prima nō pōt ꝑ se diffiniri nec cognosci,sed ꝑ cōparationē ad formā:vt dicatur,ꝙ illud est materia prima, qđ hoc mō se habet ad oēs formas & deprauationes,sicut est ad idolū & insiguratū,& hæc dicitur simpliciter prima. Pōt etiā aliquid dici materia prima respectu alicuius generis,sicut aqua respectu liquabiliū,q̄tñ nō est prima simpliciter, qa est cōpositū ex materia & forma:vñ habet materiā priore. Et sciēdum est,ꝙ materia prima & etiā forma nō generatur neq; corrūpitur,qa oīs generatio ē ex aliquo ad aliqđ. Id autē ex quo est ģnatio, est materia. Id aūt ad qđ est ģnatio,est forma. Si ergo materia & forma ģnarentur materiæ esset materia,& formæ esset forma, & sic in infinitū. Vñ ģnatio nō est nisi cōpositi ꝓpriè loquēdo. Sciendū est etiā,ꝙ materia prima dicitur vna numero ī oībus, sed vnū numero dicitur duobus modis.s.qđ habet vnā formā determinatā in numero sicut Sortes,& hoc mō materia prima nō dicitur vna numero,cū in se nō habeat aliquā formā. Dicitur etiam aliquid vnum numero, quia est sine dispositionibus quæ faciunt differre secūdū numerū,& hoc mō dicitur materia prima vnū numero, qa intelligitur sine oībus dispositionibus,quę faciunt differre numero,vel à quibus est differentia in numero. Sciēdū etiam,ꝙ licet materia prima nō habeat in sua rōne aliquā formā vel priuationē, sicut in ratione æris nō est figuratum vel insiguratū,materia tñ nunqua denudatur à forma & priuatione. Quādóq; enim est sub vna forma,quādóq; sub alia,per se autē nunqua pōt esse,quia cū in rōne sua nō habeat aliquam formam,nō potest esse in actu,cū esse actu non sit nisi à forma,sed est solū in potētia,& iō quicquid est in actu,nō pōt dici materia prima. Et dictis ergo patet tria esse principia naturæ.s.materiā,formam,& priuationē. Sed non sunt hęc sufficientia ad generationē. Quod cñ est in potētia,non pōt se reducere ad actū,sicut cuprum,qđ est in potentia ad idolum,non facit se idolum,sed indiget operāte ad hoc,ꝙ forma idoli exeat de potentia in actum. Forma etiā nō potest se extrahere de potentia in actum. Et loquor de forma generati,quā dicimus esse terminū generationis. Forma cñ non est nisi in facto esse, quod autē operatur est in fieri.i.dū res fit. Oportet ergo præter materiā & formā aliquid principiū esse,quod agat. Et hoc dicitur causa efficiēs:vel mouēs:vel agens:vel vñ est principiū motus.& quia,vt dicit Aristo.in 2.Meta.omne quod agit, nō agit nisi intēdendo aliquid,oportet esse aliud quartū.id.s.qđ intēditur ab operante,& hoc dicitur finis. Et sciendū,ꝙ licet omne agens tā naturale,quā voluntarium intēdat finem,non tñ sequitur,ꝙ omne agens cognoscat finem:vel deliberet de fine. Cognoscere autē finē est necessarium in his quorum actiones nō sunt determinatæ, sed se habēt ad oppositа,sicut sunt agentia voluntaria,& ideò oportet,ꝙ cognoscant finē, per quem suas actiones determinent. Sed in agentibus naturalibus, sunt actiones determinatæ. Vnde non est necessariū eligere ea quæ sunt ad finem.& ponit exēplum Aui.de cytharædo,quem nō oportet de qualibet percussione chordarum deliberare, cū percussiones sint determinatæ apud ipsum. Alioquin esset inter percussiones mora,quod esset absonum. Magis autem videtur de operante voluntariè, ꝙ deliberet,quā de agente naturali. Et ita patet per locū à maiori,ꝙ si agens voluntariè de quo magis videtur,non deliberat aliqñ, ergo nec agens naturale, ergo posibile est agens naturale sine deliberatione intendere finem,& hoc intendere nihil aliud est,quā habere naturalem inclinationem ad aliquid. Ex dictis patet, ꝙ sunt quatuor causæ,scilicet materialis,efficiens,formalis,& finalis. Licēt autem principium & causa dicātur cōuertibiliter:vt dicitur 5.Meta. tamen Arist.in lib.Phy.ponit quatuor causas & tria principia. Causas enim accipit tam pro extrinsecis,quàm pro intrinsecis. Materia autem & forma dicuntur intrinsecę rei,eo quòd sunt partes constituentes rem. Efficiens autem & finalis dicūtur extrinsecæ,quia sunt extra rem. Sed per principia accipit solùm causas intrinsecas. Priuatio autem nō nominatur inter causas,quia est principium per accidens:vt dictum est,& cùm dicimus quatuor esse causas,intelligimus de causis per se ad quas tamen omnes causæ per accidēs reducūtur, quia omne, quod est per accidens reducitur ad id, quod est per se. Et licet Aristo.ponat principia pro causis intrinsecis. in 1.Physico. vnde vt dicitur 5.Meta.principium propriè dicitur de causis extrinsecis,elementum verò de causis quæ sunt partes rei,scilicet de causis intrinsecis,causa verò de vtrisque, tamen aliquando ponitur vnum pro alio. Omnis enim causa potest dici principium, & omne principium causa. Sed tamen causa videtur addere supra principiū communiter dictum, quia id,quod est principium siue ex eo consequātur esse posterioris,siue non,potest esse principium, sicut faber dicitur principium cultelli, quia ex eius operatione cultelli est esse. Sed quando aliquid mouetur de albedine in nigredinem, dicitur quòd albedo est principium illius motus, & vniuersaliter omne id à quo incipit motus dicitur principium, tamen albedo non est id, ex cuius esse consequitur esse posterioris, scilicet nigredinis. Sed causa solùm dicitur de illo principio, ex quo consequitur esse posterioris. Vnde dicitur, quòd causa est id,ex cuius esse consequitur aliud, & ideò illud principium à quo incipit motus, non potest dici per se causa, & si dicatur principium, & propter hoc priuatio ponitur inter principia, & non inter causas, quia priuatio est id à quo incipit generatio. Sed potest dici etiam causa per accidens, inquantùm coincidit cum materia, sicut suprà dictum est. Elementum autem non propriè dicitur nisi de causis, ex quibus est cōpositio rei, quæ propriè sunt materiales, & iterum non de qualibet causa materiali, sed de illa ex qua est prima compositio, sicut nō dicimus, quòd membra sint elementa hominis, quia mēbra etiam cōponuntur ex alijs. Sed dicimus, quòd terra & aqua sunt elementa, quia non componuntur ex alijs corporibus, sed ex ipsis est prima compositio corporum naturalium. Vnde Aristo. quinto Metaphy. dicit, quòd elementum est ex quo componitur res primò, & est in ea, & non diuiditur secundum formam. Expositio primæ particulæ, scilicet id ex quo componitur res primò, patet per antedicta. Secúda partiecula, scilicet & est in ea ponitur ad differentiā illius materiæ quæ

riæ quæ ex totō corrūpitur per generationē:sicut panis est materia sanguinis:sed nō generatur sanguis, nisi corrūpatur panis. Vnde panis nō remanet in sanguine. vnde nō potest dici panis elementū sanguinis. Sed elementa oportet aliquo modo manere:cū non omnino corrumpantur:vt dicitur in libr. de generatione. Tertia pars cultelli & nō diuiditur secundum formam.i.speciem, ponitur ad differentiam eorum quæ habent partes diuersas in forma.i. in specie: sicut manus,cuius partes sunt caro & ossa, quæ differunt secūdum speciem:sed elementū non diuiditur in partes diuersas, secundum speciem:sicut aqua:cuius quælibet pars est aqua. Non enim oportet ad esse elementi,vt nō diuidatur per quantitatē: sed sufficit si nō diuidatur secūdum formā. Et si etiam nullo modo diuidatur, dicitur elementū:sicut literæ sunt elementa dictionū. Patet ergo ex dictis, ꝙ principiū aliquo modo est plus quā causa, & causa in plus quàm elementum. Et hoc est quod dicit commentator in 5.Metaph.

Viso autem ꝙ sunt quatuor genera causarū,sciendum est,ꝙ non est posibile,ꝙ idem habeat plures causas:vt idolum cuius causa est cuprum:& artifex,vt efficiēs:cuprum autē vt materia. Nec est impossibile,vt idem sit causa contrariorū,sicut gubernator est causa salutis nauis & submersionis:sed huius per suam absentiam:illius per suam præsentiam:vt dicit Philosophus 2. physic. Sciendum est etiam,ꝙ non est impossibile vt aliquid idem sit causa & causatum. nō quidem respectu eiusdem:sed diuersimodè:vt ambulatio est aliquando causa sanitatis vt efficiens:sed sanitas est causa deambulationis:vt finis. Deambulatio enim est aliquando causa sanitatis:& propter sanitatem:& etiam corpus est materia animæ:anima verò forma corporis. Efficiens verò dicitur causa respectu finis:cū finis non sit in actu:nisi per operationē agētis:sed finis dicitur causa efficiens:cùm efficiens non operetur,nisi per intentionē finis. vnde efficiens est causa illius quod est finis: vtputà deambulatio : vt sit sanitas:nō tamen facit finē esse finem: & ideò non est causa casualitatis finis.i.non facit finē esse causam finalem : sicut medicus facit sanitatē esse in actu:nō tamen facit ꝙ sanitas sit finis. Finis etiā non est causa illius,quod est efficiens: sed est causa vt efficiens sit efficiens. Sanitas cñ facit medicū esse medicū:& dico de sanitate quę fit operante medico:sed facit ꝙ medicus sit efficiens. Vnde finis est causa casualitatis efficientis:quia facit efficientem esse efficiens. Et simili ter facit materiam esse materiam:& formā esse formam : cū materia non suscipiat formā nisi propter finem, & forma non perficit materiam nisi per finē. vnde dicitur ꝙ finis est causa causarum:quia est causa casualitatis in omnibus causis:materia etiam dicitur causa formæ:inquātùm forma non est nisi in materia: & similiter forma est causa materiæ:inquantū materia non habet esse in actu: nisi per formam. Materia enim & forma dicuntur relatiuæ adinuicē:vt dicitur 2.phy. Dicuntur etiam relatiuæ ad cōpositum sicut pars ad totum: & sicut simplex ad cōpositum & similiter compositū dicitur ad partes. Sed quia omnis causa inquantū est causa, est naturaliter prior suo causato:sciendum est ꝙ prius dicitur duobus modis:vt dicit Aristote. in 3.de animali. per quorū diuersitatem potest dici aliquid prius & posteriùs respectu eiusdem:& causa & causatū. Dicitur enim aliquid prius altero generatione & tempore. & iterū substantia & cōplemento. Cùm enim operatio naturæ procedat ab imperfecto ad perfectū, & ab incompleto ad completū, imperfectum est prius perfecto.s.generatione & tempore:sed perfectū est prius imperfecto substantia:sicut potest dici, ꝙ vir est ante puerū secūdum substantiam & complementū:sed puer est ante virum generatione & tempore:sed licèt in rebus generalibus imperfectū sit prius perfecto : & potentia actu : considerando ꝙ in vno & eodem prius est imperfectum quàm perfectum,& potentia quàm actus : simpliciter tamen loquendo oportet actum & perfectum prius esse : quia quod reducit potentiam ad actum,actu est:& quod perficit imperfectum perfectū est. Materia quidem est prior forma generatione & tempore. Prius est enim id cui aliquid aduenit quàm id quod aduenit. Sed forma est prior materia substantia & cōplemento : quia materia non habet esse completū nisi per formam. Similiter etiam efficiens est prius sine generatione & tempore: cū ab efficiente fiat motus ad finē. Sed finis est prior efficiente inquantùm est efficiens substantia & cōplemento: cū actio efficientis nō cōpleatur nisi per finem. Ergo istæ duæ causæ. s.materialis & efficiens sunt prius per viam generatiōis. Sed forma & finis sunt prius per viam perfectionis. Et notandū. ꝙ duplex est necessitas : absoluta & conditionalis. Necessitas quidem absoluta est, quæ procedit à causis prioribus in viam generatiōis, quæ sunt materia & efficiens:sicut necessitas mortis quæ prouenit ex materia & dispositione cōtrariorum compositorum. & hæc dicitur absoluta quę nō habet impedimentū. Dicitur etiam necessitas materiæ. Necessitas autē conditionalis procedit à causis posterioribus in generatione.s.forma & fine: sicut dicimus, ꝙ necessariū est esse cōceptionem si debeat generari homo. Et ista dicitur cōditionalis:quia hāc mulierē concipere nō est necessārium simpliciter:sed sub cōditiōe.s.si debeat generari homo:& hæc dicitur necessitas finis. Et notādum, ꝙ tres causæ possunt incidere in vnum.s.forma:finis:& efficiens:sicut patet in generatione ignis. Ignis enim generat ignē.ergo ignis est causa efficiens inquantū generat:& iterū ignis est causa formalis,inquantū facit esse actu quod prius erat in potētia:& iterū finis est,inquātū terminātur ad ipsum operationes agētis:& inquantū est intētus ab agēte : sed duplex est finis.s.generationis & rei generatæ:sicut patet in generatione cultelli. Forma enim cultelli est finis generationis. Sed incidere quod est operatio ipsius cultelli:est finis generati.s.cultelli. Finis autē generationis coincidit cū duabus dictis causis aliquādo.s.quādo fit generatio à simili in specie:sicut homo generat hominē : & oliua oliuā: quod nō potest intelligi de fine rei generatæ. Sciendū tamen, ꝙ finis incidit cū forma in idē numero : quia est idē numero, quod est forma generati & finis generationis. sed cū efficiente nō incidit in idē numero:sed in idē specie. Impossibile est enim vt faciens & factum sint idē numero:sed posint esse idē specie. Vnde quando homo generat hominē, homo generās & generatus sunt in numero diuersi:sed idē specie. Materia autē nō coincidit cū alijs:& quia materia ex eo,ꝙ est ens in potentia habet rationē imperfecti : sed aliæ causæ cùm sint actu,habēt rationem perfecti. Perfectum autem & imperfectum non coincidunt in idem.

Viso ergo,ꝙ quatuor sunt causæ.s.efficiens:formalis:materialis: & finalis. Sciendū est,ꝙ quælibet ipsarū causarū dicitur multis modis. Dicitur enim aliquid causa per prius:aliquid causa per posterius:sicut dicimus ꝙ ars & medicus sunt causa sanitatis : sed ars est causa per prius:& medicus per posteriùs.& similiter in causa forma li & in alijs causis. Et nota,ꝙ semper debemus ducere quæstionem ad causam primā:vt si quæratur quare iste,est sanus? Respōdendum est,ꝙ medicus sanauit eum:& iterū quare medicus sanauit eū: propter artē sanandi quā habet. Sciendū est etiā, ꝙ idem est dictū causa propinquior: quid causa posterior:& causa remota,qđ causa prior. Vnde istæ duæ diuisiones causarū:aliqua per prius:aliqua per posterius:& causarū aliqua propinqua:aliqua remota:idē significāt. Hoc autē obseruādum est,ꝙ semper illud quod vniuersalius est,causa remota dicit: quod autē specialius causa propinqua : sicut dicimus ꝙ forma hominis propinqua est sua diffinitio.s.animal rationale. sed animal est magis remotū,& iterū subtātia remotior. Omnia enim superiora sunt formæ inferiorū: & similiter materia idoli propinqua est cuprū. sed remota est metallū:& iterū remotior corpus. Item causarū alia est causa per se.alia per accidēs. Causa ꝑ se dicitur, quę est causa alicuius rei inquantū huiusmodi:sicut ædificator est causa domus:& lignū materia scamni. Causa per accidēs dicitur illa quæ accidit causæ per se:sicut dicimus,ꝙ grammaticus ædificat. Grammaticus enim dicitur causa ædificans per accidens.non inquantùm grammaticus:sed inquantùm accidit ædificatori, ꝙ sit grammaticus,& similiter est in alijs causis. Item causarum quædam est simplex:quædam composita. Simplex causa quando solùm causa dicitur illud quod per se est causa:vel solùm id quod per accidens est: vt si dicamus ædificatorem esse causam domus: & similiter si dicamus medicum esse causam domus. Composita autem causa est, quando vtráque dicitur causa.vt si dicamus ædificator medicus est causa domus. potest etiam dici causa simplex:secundum ꝙ exponit Auicen. illud quod sine adiunctione alterius est causa:sicut cuprum est causa idoli,sine adiunctione alterius materiæ. Ex cupro enim fit idolum:& sicut dicitur ꝙ medicus facit sanitatem,vel quod ignis cale facit. Cōposita autem causa est, quādo oportet plura adueníre ad hoc,ꝙ sit causa. sicut vnus homo nō est causa motus nauis:sed multi:& sicut vnus lapis non est materia domus. sed multi. Item causārum quædam est actu:quædam potentia. Causa in actu est quæ causat actu rem:vt ædificator dum ædificat : vel cuprum cùm ex eo fit idolum. Causa in potētia est, quę licèt nō causet rem in actu, potest tamen causare sicut ædificator nō ꝙ ædificet : sed quia potest ædificare:& cuprum dum non est idolum. Et sciendum ,quòd loquendo de causis in actu:necessarium est causam & causatum simul esse: ita quòd si vnum sit:& alterum. Si enim fit ædificator in actu, oportet quòd ædificet : & si sit ædificatio in actu, oportet quòd sit ædificator in actu. Sed hoc non est necessarium in causis, quæ solùm sunt in potentia. Sciendum est autem, ꝙ causa vniuersalis comparatur causato vniuersali: & causa singularis comparatur causato singulari:sicut dicimus,quòd ædificator est causa domus: & hic ædificator huius domus. Sciendum est etiam,quòd loquendo de principijs intrinsecis,scilicet materia & forma secundum conuenientiam & differentiam principiatorum,& conuenientiam & differentiam principiorum,quædam sunt idem numero vt Sor.& hic homo demonstrato Sorte:quædam sunt diuersa numero:& idem specie,sicut Sor. & Plato:qui licèt differant numero,cōueniunt tamen in specie humana. Quędam verò differunt in specie:sed sunt idem genere,sicut homo & asinus cōueniunt in genere animalis. Quædam vero non sunt diuersa in genere:sed sunt idem solùm secundum Analogiam: sicut substantia & quātitas,quæ non conueniunt in aliquo genere:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed conueniunt solùm secundum Analogiam. Conueniunt enim solùm in eo,quod est ens. Ens autem non est genus,quia non prædicatur vniuocè,sed Analogicè. Et ad huius intelligentiam sciendū est, quòd tripliciter aliquid prædicatur de pluribus, scilicet vniuocè, æquiuocè,& Analogicè. vniuocè quidem prædicatur aliquid secundum idem nomen & secundum rationem eandem,idest, diffinitionem,sicut animal prædicatur de homine & asino: vtrūq; enim dicitur animal,& vtérque est substantia animata sensibilis,quod est diffinitio animalis. Aequiuocè prædicatur,quod prædicatur de aliquibus secundum idem nomen,& secundum diuersam rationem, sicut canis dicitur de latrabili & de sydere cœlesti;qui conueniunt in nomine,& non in diffinitione neque significatione. Id enim,quod significatur per nomen est diffinitio,sicut dicitur.4.Meta. Analogicè dicitur prædicari,quod prædicatur de pluribus,quorum rationes & diffinitiones sunt diuersæ, sed attribuuntur vni alicui eidem, sicut sanum dicitur de corpore animalis,& de vrina & potione, sed non ex toto idem significat in omnibus tribus. Dicitur enim de vrina: vt de signo sanitatis:de corpore,vt de subiecto:de potione,vt de causa. Sed tamen omnes istæ rationes attribuuntur vni fini, scilicet sanitati. Aliquando enim ea quæ conueniunt secundum Analogiam & proportionem & comparationem,attribuuntur vni fini, sicut patuit in prædicto exemplo sanitatis. Aliquando vni agenti,sicut medicus dicitur de eo qui operatur per artem, & de eo qui operatur sine arte:vt vetula,& etiam de instrumentis, sed per attributionem ad vnum genus,quod est medicina. Aliquando autem per attributionem ad vnum subiectum:vt ens dicitur de substantia,quantitate, qualitate, & alijs prædicamentis. Non enim ex toto est eadem ratio qua substantia est ens,& qualitas,& omnia alia. Sed omnia dicuntur ens, ex eo, quòd attribuuntur substantiæ quæ est aliorum subiectū, & ideò ens dicitur per prius de substantia, & per posterius de alijs, & ideò ens non est genus substantiæ & aliorum prædicamentorum,quia nullum genus prædicatur secundum prius & posterius de suis speciebus, sed ens prædicatur Analogicè, & hoc est,quod dicimus,quòd substantia & quantitas differunt genere, sed sunt idem secundum Analogiam. Eorum ergo quæ sunt idem numero,etiam forma & materia sunt idem numero. Sicut Tullij & Ciceronis. Eorum autem quæ sunt idem specie diuersáque numero, materia & forma non sunt eadem numero,sed specie,sicut Sortis & Platonis, & similiter eorum quæ sunt idem genere principia,sunt idem genere:vt anima & corpus asini & equi, differunt specie, sed sunt idem genere,& similiter eorum quæ conueniunt secundum Analogiam, siue proportionem tantùm,principia quidem sunt eadem secūdum Analogiam tantùm,siue proportionem. Materia enim & forma,& priuatio,siue potentia & actus,sunt principia substantiæ & aliorum generum. Tamen materiæ substantiæ & quantitatis,& forma similiter & priuatio differunt genere, sed conueniunt secundum proportionem solùm in hoc,quòd sicut materia substantiæ se habet ad substantiam in ratione materiæ, ita se habet materia quantitatis ad quantitatem, sicut tamen substantia est cæterorum causa,ita principia substantiæ sunt principia omnium aliorum.

Explicit Opus Trigesimumprimum. De principijs naturæ. S. Thom. de Aquin.

INCIPIT EIVSDEM Docto. Opus Trigesimūsecundum, De natura materiæ,& dimensionibus interminatis.

Quòd materia prima non potest nisi per creationem in esse produci, & quod ipsa est primum subiectum in generatione Physica.

CAP. I.

POSTQVAM de principijs sermo habitus est,remansit plenius naturam materiæ considerare,sciendum est ergo,quòd ad materiam causalitas creaturæ non se extendit,quia actio creaturæ super aliud fundatur, materia autem non habet subiectum aliquod de quo per actionem educi possit,quia materiæ nō est materia: vnde materia nō est generabilis nec corruptibilis,quia omne quod generatur,ex materia generatur,& quod corrumpitur,in materiam corrumpitur, quia materia est principium primum, ex quo aliquid fit & vltimum, in quod abijt, quod corrumpitur secundum Philosophum primo Physicorum. Vnde ipsa non nisi ex nihilo producitur, & non nisi in nihilum desinere potest. Sicut autem ex nihilo creatura non potest aliud producere, ita ex subtractione virtutis creatæ corrumpitur aliquid in nihilum. Creatura ergo materiam causare non potest. Et quia omne agēs Physicum mediante instrumēto corporeo agit,actio autem quæ per corpus exercetur,motus est,ideò omnis actio agentis Physici in motu est, motus autem in mobili est:vt in subiecto,sicut dicitur.3.Phy. Materia autem mobilis non est,quia in omni eo,quod mouetur, necesse est materiam imaginari:vt dicitur.2.Meta. Omne enim mobile habet partem & partem,materia autem non habet partem,nisi sub quantitate. Subiectum ergo actionis Physicæ erit mobile,inquantū actu existens. Vnūquódque verò mobile mouetur motu proprio per qualitatem sibi inhærentem,quæ est sibi principium passiuum sui motus,cuiusmodi sunt grauitas & leuitas in motu locali. His enim qualitatibus inest virtus generantis ad motum localem in istis inferioribus. Inde est,quòd quandóque hæ qualitates dicuntur principia actiua motus,inquantū sunt instrumenta generantis, quod est mouens principale grauium & leuium,quādóque verò passiua,inquātum sunt effectus generantis. Effectus enim rationē passiui habet, quia per passionem subiecti efficitur,de quo educitur. Quædā enim agentia non solùm proprios effectus causant, sed etiam simul sua instrumenta:vt generans ignem,non solùm causat motum eius, sed ad motum eius facit leue in igne. Vnde leue quandóque actiuum, quandóque passiuum principium motus dicitur. Hæ autem qualitates mobilium nō possunt esse qualitates primæ,quia solùm ordinantur ad ea quæ sunt extranea rei ad motum,scilicet localem, per quem nō acquiritur rei aliqua forma substātialis, & ideò necesse est aliquas qualitates præcedere in re, quæ sunt instrumenta generātis in acquisitione formæ substātialis. Hāc enim necesse est præcedere omnem motum localem ipsius,quia motus localis requirit quantitatem in mobili, & partem & partem. Forma autem substantialis omnem quantitatem præcedit,actio autē generantis in productione formæ substātialis est alteratio,cuius terminus est spoliatio materiæ à forma prioris, & inductio nouæ formæ, & sic corruptio vnius est generatio alterius. Quoniam ergo alteratio est actio Physica,actio autem Physica per instrumentum corporeum perficitur: vt dictum est,& omnis talis actio per motum exercetur,ideò alteratio cuius terminus est generatio,requirit subiectum actu existens:vt mobile,graue:vel leue. Alteratio autem motus est:vt dicitur.5.Phy. Quia ergo in termino cuiuslibet motus quædam quies inuenitur secundum naturam ipsius motus: vt in motu locali est quies secūdum locum terminans ipsum motum,in motu autem dealbationis,quies est ipsa albedo terminans ipsam dealbationem, ideò in fine dealbationis quies est inductio formæ substantialis. Alteratio ergo p quā spoliatur materia priori forma, in se requirit subiectū actu existēs, quia ipsa motus est:vt dictum est. In suo autem termino non requirit subiectum actu existens,terminus autem eius est generatio. Vnde generatio nō requirit subiectum, nisi in potentia tantū. Hoc autem solū manet in generatione, quia subiectum necessariò manet, cū eo cuius est subiectum. Quoniam ergo generatio non est motus sed mutatio:vt dicitur.5.Phy. cū generatio sit terminus actionis Physicæ, scilicet alterationis quæ propter naturam motus requirit semper subiectum actu existens,materia quę est subiectum generatiōis, nunquā est sine forma,ideò agens in cuius actione nō oportet præcedere aliquem terminum actionis,potest ex materia aliquid educere sine alteratione aliqua,siue ex nihilo,siue aliquo motu præsuppositō. Actio nāq; sua cū non sit motus, neque terminus, motus entis in potentia tantū,transmutare potest subitò siue vlla alteratione præcedente, quia tempus non requiritur, quod mensuret actionem rei naturalis,nisi propter motum adiunctum. Vnde non foret necessarium materiam vniri formæ per actionem diuinam,cui subijceretur forma vnita,sed per actionem Physicam, quæ non attingit ens in potentia tantùm,sed in suo termino vbi cessat motus. Ex termino ergo actionis Physicæ sumi potest via ad naturam materiæ inquirendam.sicut facit Philosophus in 1.Phy.

Qualiter per mutationem formarum deuenitur in cognitionem materiæ, & secundum quam rationem materia est principium indiuiduationis.

CAP. II.

CONsiderandum est ergo,quòd terminus actiōis Physicæ est duplex, scilicet primus & secundus. Primus est generatio quæ est terminus alterationis Physicæ. Secundus verò est forma,quæ est finis generationis, licet nō semper vi generationis inducatur forma, quæ est finis generationis,sicut patet de anima humana quæ nō introducitur per agens Physicū:vnde primus terminus actionis Physicæ in generatione humana est dispositio sufficiens ad introductionem animæ,quæ à Philosopho dicitur generatio in 2.Phy. quia hō generat hominē & sol. Propè verò generatio est quā forma ex natura generātis generato adiūgitur,qđ fit,quā principiū actionis nō excedit modū agēdi in nulla sua virtute,sicut patet de oībus formis materię imersis. Tales em formę nō secūdū aliqd sui sunt principiū agēdi,quasi aliqd sui sit nō immersum materię,aliqd verò imersum,sed omninò sunt omninò sunt principium actionis rerum quarum sunt forma:ideò ex vi actionis fit aliquid simile in specie in genere talium rerū. Sed anima hominis excedit modū actiōis suæ & generationis:quia anima hominis non est forma materię penitùs immersa. Generatiua enim potētia hominis non est tota virtus animæ humanæ: sed vna pars eius quæ conditiones materiæ non excedit: & ideò in generatione hominis non attingit ad idē specie ex vi generationis sicut in alijs. Quātuncúnq; enim materia secundum naturā disponatur ad animā humanā,Deus tamen posset eam nō creare. Ex generatione ergo quæ est primus terminus actionis physicę accipi potest quę sit natura materiæ. Cū enim nō requiratur aliquod subiectū actu in actione physica: nisi propter motū: sicut de alteratione dictū est: & subiectū necesse sit manere in toto motu: sequię necessariò, ꝙ quādiu est aliquid de natura alteratiōis & motus, subiectū esset in actu. Cū verò mot⁹ alteratiōis deficit, deficit subiecti actualitas. hęc autē est in eius termino qui est generatio. vnde in generatione necessariò tota actualitas subiecti alterati peribit. Solū ergo ens in potentia manet in generatione. Ens autē in potētia est materia solùm, & ideò materia nuda est subiectū generationis. Cùm ergo materia impediat cognitionē: & vnumquódq; nō cognoscatur nisi secundum quod est actu: vt dicitur 9. Metaph. ideò materia nō est scibilis nisi in ordine ad formā: vt dicit Philosophus 1 physic. ideò formam per prius oportet cognoscere: & per eam requirere naturā materię. Forma enim est terminus actiōis physicę: vt dictū est. Sciendū est ergo ꝙ in termino cuiuslibet motus nihil est in ipso qđ per motū derelinquitur, sicut in termino motus localis nihil est de loco à quo incipit motus localis: & in termino dealbatiōis nihil est de nigro, à quo incipit dealbatio. Cū ergo alteratio ab actu formæ substātialis incipiat: & ipsum cōpositū alteretur alteratione materiæ ad denudandam ipsam ab omni actu quē prius habebat: vt dictū est, in termino eius necessariò denudabitur ab actu primo quem habebat. Primum enim in constitutione est vltimū in resolutione. Hoc autē est actus formę substātialis. Quod ergo manet derelictū à forma substātiali hoc est materia: quia per actionē creaturę nō deuenimus in nihil: vt dictum est. Sic ergo per formam cognoscibilis est materia.

Quòd tria sunt genera formarum. CAP. III.

SCiendum autē, ꝙ tria sunt genera formarū. Quædam enim est forma quæ est ipsum suum esse: & nō recipitur ab aliquo priori: nec cōmunicatur alicui posteriori: & talis forma est Deus: & ideò ipse solus est infinitus absolutè. Aliæ verò sunt formæ, quæ licèt nō sint receptæ in materia, tamen nō sunt ipsum suum esse: cū in eis sit dat cōpositio essentiæ & esse: & ideò ex vna parte sunt finitæ: & ex alia infinitæ. Finiuntur enim secūdum suum esse sursum terminatum ab alio: sed nō deorsum. cū non recipiantur in aliquo inferiori. Et hæc est doctrina Cōmentatoris in libr. de causis. Aliæ autem sunt formæ, quæ vndiq; sunt finitæ: quę & esse aliundè habēt, quod est commune omni creaturæ: & nihilominùs recipiuntur in aliqua materia. Inter quas tamen est magna differētia: quia quantò minus in materia immerguntur, tantò minus finiuntur. & ideò anima humana quodammodò est omnia, vt dicitur 3. de anima. Eo enim ꝙ non immergitur materiæ, sicut aliæ formæ: remanet in ea quædam infinitas. Vnde intellectus ad plura se extendit: sensus verò ad pauciora: nec propter hanc maiorem eius extensionē spargitur ad multa: sed magis vnitus remanet in acceptione plurium intelligibiliū, quàm sensus in paucis sensibilibus: & hoc est propter vnitatē maiorem medij per quod ipsa cognoscit quod est magis vnū quàm medium, quo perficitur sensus cognitio. Ex his ergo constat & manifestum est, ꝙ formæ in se acceptæ vnitæ sunt & nō dispersæ. Cùm verò in materia recipiuntur: & ei immerguntur patiuntur diuisionem in sui natura: & ideò cū species formā sequatur, in formis separatis à materia nō est differentia suppositorum vel multitudo in eadem specie: seu ratione formali: sed quodlibet suppositum vnitæ colligit in se totam suam speciem. In formis verò in materia receptis, vna species reperitur in multis suppositis: sed hoc nō est à natura materiæ qualitercúnque acceptæ: cū materia sit de natura specierum in rebus materialibus: sed hoc est per receptionē formę in materia, secundum quod est subiectum primum. Cùm enim subiectum in aliqua specie seu aliqua pars subiectiua sit prima substantia, quæ indiuiduum dicitur, illud quod tenet rationē primi subiecti est causa indiuiduationis & diuisiōis speciei in suppositis. primum autem subiectum est quod in alio recipi non potest: & ideò formæ separatæ, eo ipso ꝙ in alio recipi nō possunt, habent rationē primi subiecti: & ideò seipsis indiuiduantur. Et cùm in ipsis non sit nisi forma, est in eis forma secundum rationem formæ. & ideò cùm in eis sit idem suppositum: & forma ex quo seipsis indiuiduantur, inquantū habent rationē primi subiecti ad multiplicationem suppositorum, multiplicatur in eis forma secundum rationem formæ secundum se & non per aliud: quia non recipiuntur in alio. Omnis enim talis multiplicatio multiplicat speciem. & ideò in eis tot sunt species quot sunt indiuidua. In alijs verò formis vbi est multitudo formæ per receptionem in alio quod habet rationē primi subiecti: & non secundum rationem formæ manet eadem species in diuersis suppositis. Hoc autem recipiens est materia non qualitercúnque accepta: vt dictum est, cùm ipsa sit de intellectu physicę speciei. sed secūdum quod habet rationem primi subiecti: & signatio eius est esse sub certis dimēsionibus: quę faciunt esse hic & nunc ad sensum demōstrabile. Ad hanc igitur diuisionem formæ non requiritur in materia dimensio aliqua interminata. Materia enim est principium indiuiduationis. vt est primum subiectum: vt dictū est & solùm sic. Quandiu enim manet aliquid vlteriùs receptibile nō inuenitur vltimum quod in nullo natum est recipi. si autem sint diuersiones interminatæ necessariò erunt in materia. vt in subiecto. Materia autem cum tribus dimensionibus non est primum subiectum: sed secundum se & in natura sua, per quem modum nō pertinet ad naturam speciei, sed prout est in acceptione intellectus, cuius est determinationem seu intentionē speciei percipere. Cùm ergo forma recipitur in materia circunscriptis omnibus per intellectum dimensionibus, fit aliquid existens in genere substantiæ: & vltimum completam habens rationem indiuidui in substantia. sed non fit hic & nunc demonstrabile sine dimensionibus determinatis & certis, quas habere necesse est: eò ꝙ forma recipitur in materia: cùm impossibile sit eam recipi in materia, quin constituatur corpus substātiæ, sub cuius propria figura sunt dimensiones ipsæ. & ideò dicitur ꝙ materia sub certis dimensionibus est causa indiuiduationis: nō ꝙ dimensiones causent indiuiduum: cùm accidens non causet suum subiectum: sed quia per dimensiones certas demōstratur indiuiduum hic & nunc, sicut per signum proprium indiuidui & inseparabile.

In quo ponitur opinio Commentatoris, de dimensionibus indeterminatis, & reprobatur. CAP. IIII.

EX dictis ergo patet, ꝙ Auerroys errauit in libro de substantia orbis, ponēdo dimensiones interminatas præsse in materia: & hoc necessariò ad productionē formarum substantialium. Cuius ratio potissima est de diuisione: quia diuersæ formæ nō possunt recipi in eadem parte materiæ: nec materia habet partem & partē, nisi per quantitatem: nec potest quātitas terminata intelligi, nisi præcesserit forma substātialis. ideò dicit Philosophum posuisse dimensiones interminatas necessarias ad constitutionem rerum naturalium: & has præexistere in essentia materiæ quæ in aduentu formę substantialis terminātur. Essentiam verò materiæ dicit spoliari nō posse his dimensionibus: aliter non fieret de corpore corpus: & de dimensionibus dimēsiones: quod ipse pro cōuenienti habet. Si verò est aliqua forma quæ nō diuiditur per materiæ receptionem, sicut forma cœli, non est necesse ponere tales dimensiones: & ideò dicit Auicen. errasse: quia non posuit tales dimensiones: sed voluit primum quod inest materiæ esse formam substantialem. & ideò multa inconuenientia sequuntur ex dictis Auicen. secūdum Commen. quia sic nō diuideretur forma per materiam: nec reciperetur in materia, nisi forma vna tantùm: & illa duraret in ea perpetuò. Hæc est opinio Auer. de dimensionibus interminatis: contra quam rationes ponere necesse est. vt verus modus generationis rerum inueniatur. Posteriùs verò quomodò impossibile & inconueniens est ponere dimensiones interminatas ostendetur. sic enim credimus intentionem nostram posse impleri. Arguitur inàque sic. Prædictæ dimensiones quæ essentialiter quātitates sunt, & si nō actu ad genus quantitatis pertineant: aut sunt eductæ de potentia materiæ ei subiectitutæ aut non: si sunt eductæ de potentia materiæ, ergo prius ibi non erant in materia, nisi in potentia materiæ per modum aliquorum quæ de potentia materiæ educuntur. Spoliari ergo potest materia talibus dimensionibus: cuius contrarium ipse dicit. & iterum quod deducitur de potentia materiæ educitur per transmutationem materiæ. Non autē est transmutatio in materia nisi transeundo de potentia materiæ in actum formæ substantialis. oportet igitur tales dimensiones sequi inductionem alicuius formæ substātialis in materia: sed omnes dimensiones quæ sequuntur formam sunt terminatæ secundum eundem. igitur non erunt dimensiones interminatæ eductæ de potentia materiæ. Si verò non sunt eductæ de potentia materiæ, non erunt tantū duo principia in constitutione rerum naturalium: materia. s. & forma. sed etiā tertium. s. dimēsiones prędictæ. Omne enim quod manet & nō fit ex aliquo, necesse est esse principiū: vt dicitur 1. Phys. Et iterū accidentia habent aliqua alia principia à principijs substantiæ. s. dimēsiones prædictas, quod ipse Cōmētator habet pro se: dicēs dimēsiones terminatas fieri ex interminatis. Præterea illæ dimēsiōes interminatæ aut distinguūt partes materiæ ab inuicē: aut nō. Si distinguunt, cū omnis distinctio sit ab aliquo actu, materia haberet distinctas ptes actu: & nō ab aliqua forma substātiali: qđ est impossibile: cùm materia nō habeat esse nisi à forma substātiali. Si verò non distinguunt nisi in potentia ad nihil ponūtur in materia: ꝙa in materia nuda est potētia ad distinctionē partiū quā acquirit introducta forma: quod est totū compositū ex diuersis partibus. Præterea in substātijs prius est intelligere essen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tias rerũ, quã esse earũ: sicut recipiens prius est recepto naturaliter: sed cũ accidentia nõ habeant esse in suis essentijs, sed per eorũ receptionẽ in suis subiectis in quib' habẽt esse, naturaliter prius est esse, qđ habẽt in suis subiectis, quã essentia in cõsideratiõe sui generis, impossibile est ergo dimẽsionum essentias intelligere in materia sine esse. Esse autẽ est primũ omniũ actũ, ergo sine actu non est intelligere dimẽsiões in materia. Prætereà aut sit vnũ ex dimẽsionibus interminatis & ex materia, aut nõ. Si sit vnũ, aut p se, aut p accidẽs, nõ p se, q̃a tũc ex subiecto & accidẽte fieret vnũ p se, qđ est cõtra Philosophũ. Si p accidẽs, cũ omne p accidẽs ad p se habeat reduci, ergo oportet præexistere aliqua ex quibus fiat vnum p se, hoc autẽ nõ est nisi cõpositũ ex materia & forma substãtiali, necessariò ergo præexistit forma substãtialis, q̃buscũq; dimẽsionibus. Si nõ fiat vnũ ex materia & talibus dimẽsionibus, tũc esse accidẽtis connumerabitur illi in quo est, qđ est impossibile, nisi essent duo distincta abinuicẽ, nõ ergo erũt dimẽsiones interminatæ in materia ante formã substãtialẽ. Præterea omne, qđ pertinet ad genus aliquod, aut est cõtẽtũ in illo gñe: vt est species vel genus: vel indiuiduũ: vel est reducibile in illud genus: vt principiũ reducitur ad genus principiati, & priuatio ad genus sui habitus, & pars ad genus sui totius. Prædictæ autẽ dimensiones nõ sunt in genere quãtitatis: vt species vel indiuiduũ, cũ omnis species sit denominata seu determinata respectu sui generis, & indiuiduũ respectu speciei, nec sunt in genere quãtitatis: vt principium est in gñe sui principiati. Principiũ em dimẽsionũ nõ est dimẽsio. Prima em dimensio est linea, cuius principiũ est pũctus, q̃ omni dimẽsiõe caret, cũ partẽ & partẽ nõ habeat. Cũ ergo q̃dã indiuisibilia sint principia omniũ dimẽsionum terminatarum, impossibile est ponere dimensiões interminatas in materia: vt principia dimẽsionum terminatarum, nec sunt reducibiles in genere quãtitatis: vt priuationes, quia priuatiões nõ habẽt essentias. Illæ autem dimẽsiões essentiæ quædam dicuntur. Nõ reducuntur etiam sicut partes ad totum. Totum enim in quãtitate habet partes determinatas per certas dimẽsiones, quãtitates autẽ interminatæ, nõ sunt partes alicuius quãtitatis terminatæ. Prætereà, quod habet essentiã diffiniri potest, & si esse nõ habeat, quia diffinitio indicat essentiã rei, sed in accidẽtibus impossibile est diffinitionẽ assignare, nisi p subiectũ in quo esse habẽt q̃ esse eorũ, nõ segtur eorum essentias in ꝓprio gñe. Impossibile est ergo ponere essentias accidẽtium sine esse sui subiecti, materia autẽ nõ habet esse sine forma, impossibile est ergo ponere dimẽsiões ĩ materia sine forma substãtiali. Prætereà interminatum aufert certitudinẽ à quãtitate, sed ĩ qualibet re naturali est certitudo qãtitatis posita: vltra quã & citra quã nõ extẽditur cõsideratio Phy. scẽdm Philo. 2. de aĩa. vñ nec de materia loqtur Philosopus, cũ accipitur aliqd citra minimã carnẽ: vt patet. 1. Phys. sed est tñ metaphorica, siue ĩtelligibilis, q̃a cũ de ea loqtur Philosophus, accipit eam in ordine ad formã Phys. quæ est semp terminata. De dimẽsiõibus ergo ĩterminatis nihil ad naturalẽ spectat. Ipse tñ cõmẽtator dicit Philo. eas fuisse nõ cõsiderãs, q̃ Philoso. extẽdit cõsiderationẽ suã vsq; ad Mathematicam, tãquã ad terminum nõ sui generis. Vñ dimensio interminata excluditur à cõsideratiõe Phys. & nõ includitur in ea. Prætereà secũdum Philo. 1. Phy. si gñatur homo, de necessitate gñatur hõ animal, ex nõ hoc animali, & nõ ex nõ animali simpliciter. Sed si generaretur aĩal simpliciter, de necessitate gñaretur ex nõ aĩali simpliciter. Et hæc est sufficiẽs rõ ad ostẽdẽdum res à Deo esse ꝓductas ex nihilo, cũ sit causa entis absolutè, quod necessariò erit ex nõ ente simpliciter, hoc aũt est nihil. Cũ ergo dimẽsiões simpliciter sint dimẽsiõis terminatæ & pfectæ necessariò erũt ex nõ dimẽsiõibus simpliciter. Hoc autem est nihil ante dimẽsiões, & hoc ipse Commentator pro inconuenienti habet. Prætereà principium omnium dimẽsionũ est punctus: vnde in diffinitione lineæ, quæ est prima dimẽsio, punctus ponitur. Linea enim est cuius extrema sunt duo puncta: vt dicit Euclides. Impossibile est autem ponere rem aliquam, & nõ rei principium, impossibile est igitur lineam sine puncto poni. Pũctus autem sicut est principium lineæ, sic est eius terminus: vt patet per diffinitionem lineæ, impossibile est ergo dimensionem interminatam ponere, cũ nulla possit esse sine puncto. Punctus autẽ interminatus nõ est, cũ ipse sit terminus aliarum dimẽsionum, ergo interminatus nõ est, nec esse potest. Prætereà cũ dimensio interminata fiat terminata per introductionem formæ, ipsa autem dimensio interminata, aut est in materia sicut in subiecto, aut in cõposito. Sed in materia non potest poni, cũ nihil sit immediatius materiæ, quã forma substantialis, nec iterum foret hæc dimensio mensura ipsius cõpositi, sed materiæ tantum, quantitas enim solũ est mẽsura sui subiecti, & hoc est falsum, nec erit in ipso composito, quia cùm terminatum & interminatum non varient essentiam dimensionum, idem accidens per essentiam mutaretur de subiecto in subiectum, aliud enim est ipsum compositum, & aliud materia nuda. Ex dictis ergo manifestum est, quòd dimensiones interminatas in materia ponere & præcedere omnem formam substantialẽ est impossibile, nisi intellectu tantũ: sicut ponunt Mathematici. Sed de hoc posteriùs erit sermo.

Qualiter res naturales generantur generatione Physica ex materia, & de modo constitutionis rei.

CAP. V.

NVNC verò restat modum constitutionis rei considerare. Vbi primò attendendum est, quòd nihil est commune penitus formæ & priuationi, nisi materia nuda, quia terminus actionis Physicæ, scilicet generatio, attingit nudam essentiam materiæ, quia generatio nõ est motus: vt dictũ est. Alteratio enim non attingit nudam essentiam materiæ, cũ nullum accidens sit præter suum subiectum. Subiectum autem alterationis est ens actu, habens diuersas partes, quia alteratio motus est qui requirit diuersitatem partiũ. Nos enim loquimur de ea quæ semper est abijciens aliquid à re alterata, talis enim alterationis terminus est generatio. Materiam autẽ habere diuersas partes secundũ se, est impossibile, quia diuersitas partiũ propriè est ipsius cõpositi constituti ex partibus diuersis: vnde materia sicut est in potẽtia ad formã, cuius acquisitio est generatio cõpositi ex partibus cõstituti, ita est in potẽtia ad diuersitatem partiũ ipsius cõpositi ex ea generati. Ex materia enim nõ generatur forma p se secundũ Phylosophũ, quia illud ex quo generatur aliquid per se, est pars eius, materia autẽ non est pars formæ, sed ipsius cõpositi, ideò cõpositum per se generatur: vt dicitur. 7. Meta. Cõpositum autẽ dicitur, quod habet diuersas partes. Vnde diuersitas partium nõ est materiæ, nec formæ, sed cõpositi. Cõpositum autem est nihil aliud esse, quã materiam transmutari ad formam ad quam erat in potentia. Ex quo manifestũ est, quòd non aliundè materia est in potentia ad partes terminatas & distinctas, quã per id per quod est in potẽtia ad formam, cuius inductio est generatio compositi ex partibus: vt dictum est. Et ex hoc vlterius manifestum est, quòd nulla potentia ponenda est à parte materiæ, nisi illa quæ perficitur per formam substantialem, cũ ad idem genus spectent materia & sua forma, potẽtia autem in qua prædictæ dimensiones ponuntur, nõ informatur forma substãtiali, cũ ad idem genus substãtiæ non pertinẽt, impossibile est ergo ponere aliquam aliam potẽtiam ex parte materiæ seu formæ substantialis, & respectu diuersarum partium ipsius cõpositi generati per inductionem formæ in materiam. Et ideò manifestus est error Auer. qui posuit dimensiones interminatas in materia potentiam quandam ad dimesiones terminatas, aliam potentiã materiæ respectu formæ substãtialis, & de hoc satis dictũ est suprà. Quando ergo aliqua forma substãtialis perficit materiam, sicut potẽtia materiæ est reducta per formã ad actum, ita per illud idẽ esse permutatur ad distinctionem & terminationem partium totius compositi. In forma enim substãtiali nõ solùm est vis perfectiua materiæ, sed etiam distinctiua totius per partes, & huic necesse est respondere à parte materiæ potẽtiam, quæ respiciat ipsam perfectionem suã per formam, & etiã partium sequentium diuersitatem. Ad cuius euidentiam cõsiderandum est, quòd si tota materia actiuorum & passiuorum attenditur, inuenitur eius potentia in quadam latitudine esse, quæ nihil aliud est, quàm amplitudo proportiõis suæ ad omnes formas quæ in ea simul esse possunt. Si enim possibile esset ipsam totam spoliari & denudari ab omni forma quam modò habet: certum est, quòd nihil diuersitatis in ea reperiretur in aliqua partium distantia, cùm quantitas sine forma substantiali in materia esse nõ possit: vt dictum est. Sed non propter hoc aliquid de potentia receptabilitatis formarum quæ de ea educi possunt, si simul de ea omnes formæ quæ modò in speciali inueniuntur, per agens sufficiens educerentur. Si verò aliqua particularis materia, puta ignis vel aëris, à sua forma spoliaretur, manifestum est in ipsa non relinqui tam amplam potentiam ad formas de ea educibiles, sicut inuenitur in materia in sua vniuersalitate. Vnde nec tot formæ sensibiles, nec tanta quantitas de ea educerentur per quodcũque agens, sola sua potentia transmutata ad actum. Patet ergo, quòd diuersæ formę simul in materia recipi possunt: vt sunt quatuor formæ elementares, & diuersæ formæ mixtorum ex amplitudine proportionis materiæ ad suas formas, & non ex aliqua diuersitate præexistente in materia per aliquam quantitatẽ. Vnde ad susceptionem diuersarum formarum, si est necesse in materia præexistere aliquam diuersitatem partium, & subsequi necesse est, & hoc ideò, quia inductio diuersarum formarum est generatio diuersorum cõpositorum habentium partes & formas diuersas: vt dictum est. Præcedit tamen in materia necessariò proportio capacitatis, quam scire non possumus, nisi secundum, quod videmus in ea simul plures formas, sicut in tota materia: vel vnam tantum, sicut in materia alicuius particularis. Vnde ponere qualemcũque petitionem à parte materiæ, quasi necessariam ad inductionem diuersarum formarum simul & hanc præexistere, sequitur imaginationem quæ ponit formas dari ab extrà, quæ cùm in se diuersitatẽ habeãt per suã naturã, sequi videtur materiã diuersitatẽ partiũ habere per naturã quãtitatis ad susceipiendas diuersas formas, cũ in vna parte recipi non possint. Sed cùm formæ nõ educantur ab extrà, sed educantur de potentia materiæ, per eius transmutationem secundum ꝓPhilosophum: materia autem illud quod est in potẽtia ad formas substãtiales quę sunt actus eius: impossibile est quãcũq; partitionẽ ante formã substãtialẽ in ea ponere: cũ inductio formæ sit generatio cõpositi: cuius solũ est habere partes per se: materia autẽ & forma nõ habẽt partes per se: sed tantũ per accidẽs: vnde nõ diuidit nisi per accidẽs ad diuisionẽ scilicet totius. Ex quo manifestum est, q̃ priusquã cõpositũ constituerẽt, nulla partibilitas fuit ex parte materiæ: cùm hoc nõ cõpetat sibi nisi per accidens. Ex dictis ergo manifestum est, q̃ ratio Cõmentatoris nõ cogit ponere dimensiones interminatas necessariò præcedere vel præesse in materia ad inductionẽ formarũ substantialiũ diuersarũ: cùm aliud possit esse ratio sufficiẽs: vt dictum est. Deceptus autẽ fuit ex cõsideratione materiæ particularis ad cuius similitudinẽ locutus est de tota materia. Videmus enim, quòd in materia in re particulari habet reperiri duplex totũ: scilicet totum essentiæ & totũ quãtitatis. & istud totum no debetur materiæ nisi per accidẽs. & similiter est de forma rei particularis. Materia autẽ secundũ totalitatẽ suæ essentiæ est in qualibet parte reiꝰ autẽ secundũ totalitatẽ quãtitatis: & similiter est de forma rei particularis. Tota enim forma ignis secundũ totalitatẽ suæ essentiæ est in qualibet parte suæ materiæ: cũ tota diffinitio ignis cuilibet parti eius cõueniat: nõ autẽ respiciẽdo totum quantitatis suæ. Quantũ autẽ ad formas particulares sciendũ est, q̃ anima humana non est quãta secundũ se: nec secũdũ accidẽs. Per hũc ergo modum opinatus est Auer. ipsam materiã in sua vniuersalitate secũdum totum essentiæ suæ in qualibet re particulari esse, quæ est pars totius ex materia generati: & ideò posuit in ea quãtitate secundũ se totã: vt per quãtitatẽ diuersificetur per accidẽs: & nõ esse tota totalitate quãtitatis in qualibet re particulari: in qua tamẽ esset tota totalitate essentiæ. Sed cùm de materia non sit loquendum, nisi in ordine ad formã suam secundũ Philosophũ, manifestũ est nõ esse simile de materia vniuersali: & de materia particulari, sicut nõ est simile de forma in vniuersali & in particulari. Forma enim in vniuersali est, quicquid in materia vel de materiæ potẽtia potest educi. Manifesta est ergo differẽtia, quia forma particularis tota secũdũ suã essentiã est in qualibet parte materiæ: & materia similiter sub qualibet parte formæ: vt dictũ est. Tota autẽ forma in vniuersali etiam secundum totalitatẽ essentiæ nõ est in qualibet parte materiæ: alioquin in materia quæ est sub forma aëris esset essentia formæ ignis & omnium aliorum quæ de materia generantur. Vnde necessariò propter proportionem materiæ ad formã tota materia in cõmuni secundũ totum essentiæ suæ non erit sub forma vnius eorum quæ generantur de materia. Hæc ergo totalitas materiæ est ipsa proportio capacitatis suæ essentiæ ad formã: & nõ aliqua diuersitas introducta per vllã quantitatẽ. Sicut enim forma in quadã amplitudine essentiæ consistit, in qua comprehenditur quicquid de materia educi potest: ita secundum propriam rationẽ materiæ corruptibiliũ inuenitur amplitudo capacitatis eius correspondens: vt dictum est. Aliter enim ex materia in qualibet re particulari totum posset generari quod generatur ex tota materia: quod manifestè est falsum esse: cùm ex minimo, quod potest esse in igne, nulla alia forma educi possit.

Quid sunt dimensiones interminatæ secundum veritatem.

CAP. VI.

NVnc ergo restat ostendere quomodò possibile sit dimensiones ponere: & quomodò possunt dici interminatæ. Ad cuius euidẽtiam sciendum est, q̃ quidam alio modo & rationabilius eas posuerunt, quàm Auerroys. Dixerunt enim, q̃ forma secundi generis scilicet, corporis aduenientis materiæ, dat materię quoddam esse incompletum ordinabile ad esse actu completum: quod aduenit materiæ per vnam aliam formã perfectiorem. Per istam ergo formam incompletã dicũt in re esse tres dimensiones interminatas, quę postea terminantur ad aduentum alterius formæ perfectioris. Et pro tanto rationabilius dixerunt isti quàm Auer. quia non posuerunt materiam nudam subiectum aliquarum dimẽsionum. sed compositum ex materia & forma substãtiali. Sed isti iterum errauerunt: quia impossibile est ponere plures formas substantiales ordinabiles adinuicem in materia: quia materia est in potentia ad formas, quæ de ea educuntur. Si ergo essent plures formæ substantiales ordinabiles adinuicem in materia, forma completior aut educeretur de potẽtia nuda materiæ: aut de potẽtia totius compositi ex materia & tali forma incompleta. Sed non educitur de potentia totius compositi ex materia & tali forma: quia sicut dictum est, terminus actionis Physicæ scilicet generatio attingit nudam essentiam materiæ. Cùm ergo forma quæ est terminus actionis sit tantùm illius subiecti, quod attingitur per generationem simpliciter, impossibile est, quòd talis forma completa educatur de potentia talis compositi ex materia & forma incompleta. Vnde necesse est ponentes plures formas ordinatas adinuicem destruere generationem simpliciter. & consequenter necesse est ponere omnes formas præter vnam scilicet primam esse accidentia. Si autem forma posterior educitur de potentia nuda materiæ. omnis autem forma substantialis solũ illã potentiã informat, de qua educitur. ergo formam quã dicunt posteriorem nõ erit perfectio talis compositi: sed materiæ nudæ tantúmodò. & sic non erit ordo in formis substantialibus in eadem materia communentibus: & hoc idem dicitur. 7. Meta. Sciendum est ergo, quòd omnes dimensiones sunt accidentia quæ sequuntur materiam in ordine ad formam: quam primò materia nata est induere. hæc autem est forma corporis: quia totam materiam necesse est sub forma corporis cõtineri. Quod non est intelligendum, quòd sit vna creata vel increata forma corporis qua prima materia primò informetur: quia secundũ Cõmentatorẽm, materia prima primã habilitatẽ habet ad formas elementares: & posteà ad formas mixtorũ. Ex quo manifestũ est, quòd cadẽ est forma corporis simplicis cũ forma elementi & mixti corporis. sed oportet primò, q̃ per has formas constituatur genus corporis: deindè specierum perfectarum. Materia nãq; in quiditate sua indiuisibilis est penitus. ablata enim quãtitate substantia manet indiuisibilis: vt dicitur. 1. Physicorum. Sed ex corporeitate quã sequitur dimensiones quãtitatis in actu, sequitur diuisio materiæ, per quam materia ponitur sub diuersis sitibus. & secundum hoc acquiruntur in ea diuersæ formæ. Ordo enim in situ corporum ostendit nobilitatem eorum: sicut ignis est supra aërem. Hæc autem acquisitio formarum non ostendit ordinem temporis. sed naturæ. Patet ergo, q̃ dimensiones interminatæ non trahunt originem à quocũq; gradu quem facit forma ignis in igne: sed solùm à primo: nihilominus ignis secundum totum est subiectum dimensionum, & secundum totum etiam mensuratur: & idem necessariò inuenitur in formis corporum mixtorum. Sed considerandum est, quòd in mixtis corporibus quædam formæ trahunt de potentia materiæ: quædam nõ: vt hominum animæ quę diuisionem nullo modo patiuntur: cũ non sint dimensionatæ: nec per se: nec per accidens. Formæ enim quæ nullo modo sunt eductæ de potentia materiæ, nullo modo diuisionem recipiunt etiam in materia existentes. Vnde animæ humanæ aliter terminant ordinem materiæ ad dimensiones, quàm formæ quæ de materia educũtur. Cùm enim accidentia inseparabilia oriantur à principijs rei, in ipsa re constituta in actu erunt accidentia: vt in subiecto. Si autem forma rei sit educta de materia ipsa, quam sequuntur dimensiones ipsa forma erit: non tamen semper: sed vt in pluribus dimensionata & diuisibilis per accidens: sicut est in lapide & in ligno, in quibus dimensiones redeunt semper super formam ipsarum rerum. Si verò forma non sit educta de materia, non redeũt dimensiones super formam. & ideò anima hominis omninò indiuisibilis est. Patet ergo, quòd anima hominis non terminat ordinem materiæ ad formã in acquirendo dimensiones actu nisi altero modo tantùm, scilicet constituendo eas in actu. & hoc est in hoc homine, in quo sunt vt accidentia in subiecto. Ordo verò materiæ in acquirendo dimensiones non redeuntes super formam solùm terminatur per formam quæ de ea educitur. Nec propter hoc minus potest anima humana, quàm alia forma: quia hoc accidit illi formæ inquantùm educta est de materia, quod non est de ratione formæ: vt forma est: aliter omnis forma educeretur de materia: quod est falsum. Quicquid enim potest forma imperfectior vt forma est, potest anima humana & amplius. Quia ergo dimensionalitas formæ potentiam sonat & non actum, possibile est ponere ordinem materiæ ad talem formam terminari in potentia: & dimensiones in potentia sequi ordinem materiæ ad ipsam formam. Et quia dimensio dicit formam propinquam actui siue ipsi esse, quod per dimensionem acquiritur, ideò dimensiones sequuntur materiam in ordine ad formam quæ est in maxima propinquitate ad actum, qui est esse. Nec propter hoc erunt diuersæ essentiæ dimensionum in eadem re: quia vnum & idem potest simul esse in actu in vno ordine: & in potentia in alio ordine.

Quomodò dimensiones possunt dici interminatæ: & quomodò eædem manent in generato & corrupto. CAP. VII.

EX his ergo facile est scire, quomodò dimensiones possunt dici interminatæ. Sicut enim essentiæ rerum terminantur per sua esse, quæ sunt in rebus maximè formalia. Antequàm verò essentiæ dicãtur nõ cõsiderantur in actu: nec terminatæ sic dimẽsiones prædictæ sunt interminatæ antequã dicantur esse in actu. Et licet actu sint in homine: vt in subiecto in quo habent rationem mensurãdi: quod est eis proprium: cùm esse actu habent, tamen habẽt esse in potentia: & nõ sunt actu in illo ad quod dependent secundũ originẽ, vt in subiecto: & vt redeũtes sup formas vtroq; modo antequã ipsum actu fuerit: nec mensurant illud: & quia nihil habet propriã mensurã, quod nondũ habet propriũ esse. Cũ autẽ corrũpitur homo, succedit forma dans nouũ esse: & hæc erat forma in ordine ad quam dimensiones ipsę sequebantur: vt ad materiam vel formam redeuntes. Vnde eædem dimensiones sunt in viuo & in mortuo per essentiam: quia idem ordo manet in materia & ad eandem formam, sed secundum esse actu non manent nisi in quadam æqualitate. Et idem est de alijs accidẽtibus quæ sequuntur mixtionem elementorum: vt album & nigrũ: quæ non remanẽt in mortuo quo ad ipsam esse actu

Universidad de Deusto Biblioteca

niſi eorum ſimilitudo quædam. Eſſentiæ verò huiuſmodi accidentium non aliter auferuntur niſi deſtructa origine ipſa cui immobiliter inhærent:& contrahuntur ad eſſe actu cum materia quam ſequuntur in ordine prædicto ad formã, vnde homo eſt homo. & ideò hęc accidentia non migrant derelinquendo ſuum ſubiectum: quia quod à ſubiecto acceperũt in ſubiecti corruptiõe corrũpitur. Et ideò reſpectu eſſe actu poſterioris ſubiecti à quo etiam ordinem ſeu originẽ habent,indeterminatæ erant dimenſiones in viuo: terminãtur autẽ cùm acquirũt eſſe actu talis ſubiecti, ad quod pẽdent ſecundũ radicẽ.vnde ſunt propria eius menſura etiã homine mortuo. Ex dictis ergo manifeſtum eſt,neceſſe eſſe ponere eſſentiã alicuius formæ in homine ſine eſſe:per cuius naturã dictæ dimenſiones manent prædicto modo,de quo in ſequentibus agetur. Manifeſtum eſt etiam ſubiecto eodẽ manente dimenſiones eaſdẽ manere: & ipſo corrupto redigi in materiam eandem: de qua iterũ eædem numero educi nõ poſſunt per naturã. Vnde ſi per naturã eædẽ ſpecie eductæ eſſent,nõ forent aptæ trahi ad eſſe actu eiuſdẽ animæ:ſi tamen per miraculum educũtur eædẽ numero,natæ erunt ad eundem actum animæ recipi. Ex quo patet,ꝙ idem homo numero reſurget:& nõ alius: cùm omnia ſua principia redeant ad inuicẽ eadem numero. Anima enim humana ſimpliciter eadem numero manet poſt mortem cum plenitudine virtutum ſuarum ad perficiendum materiam in omni gradu eodẽ,quo prius eam perfecit. Etiam materia manet eadẽ numero,cùm ipſa ſit incorruptibilis. Eaſdem etiam dimenſiones neceſſe eſt manere in materia, licèt non niſi in potentia. Aliter agens Phyſicum eaſdem numero produceret:quod falſum eſt. Manent ergo in potentia materiæ eædem numero reſpectu agentis diuini:quia aliter non foret idem numero indiuiduum cùm dimenſiones agant ad indiuiduationem : vt ſuprà dictum eſt. Et ideò ex eadem materia & eiſdem dimenſionibus cum anima eadem reſurget idem homo numero & non alius.

Quomodo in homine ſunt plures formæ ſecundum eſſentiam:ſed vna tantùm ſecundum eſſe.

CAP. VIII.

NVnc reſtat oſtẽdere,quomodò poſſibile ſit eſſentiam alicuius formæ ponere in homine,ſic ꝙ ad eam non ſequatur eſſe ſubſtantiale. Hoc enim ſuppoſuimus ſuperiùs. Ad huius ergo euidentiam conſiderandum eſt, ꝙ proprium eſt ſubſtantiæ eſſe ſimpliciter. vnde generatio quæ terminatur ad formã ſiue eſſe ſubſtantiæ, eſt generatio ſimpliciter. proprium verò per accidens eſt eſſe ſecundum quid:ſicut generatio rei quæ terminatur ad eſſe rei ſub forma accidentali,eſt generatio ſecũdum quid. Eſſe autem ſimpliciter eſt eſſe abſolutum:nõ dependens ab eſſe alterius ſicut ei inhærẽs. Licèt omnia dependeant à Deo,ſicut à cauſa prima. Sic autẽ aliquid continet perfectam rationem eſſendi, ſecũdum ꝙ perfecta ratio eſſendi reperitur in eo,vt in ſubſtantia:vt dicitur 6.Meta. Ad iſtud ergo eſſe abſolutum participandũ accedunt partes ſubſtantiæ: per quod trahuntur ad genus ſui totius. Eſſe verò accidentis dependens eſt per modum inhærentis. Vnde accidentia non trahuntur in genus illius cui inhærẽt. Ex quo patet differentia inter eſſe partis alicuius totius,& eſſe accidentis. Eſſe autem alicuius totius abſolutum aliquando eſt proprius effectus Dei, ſcilicet quãdo tota res ſecundum omnia principia ſua deducitur ex nihilo ad eſſe perfectũ : ſicut fuit in prima productione rerum, in qua cauſalitas Dei extendebatur vſque ad ipſam materiam. Quandóque verò eſſe eſt effectus creaturæ,ſcilicet quando agens Phyſicum agit ex ſuppoſitione ſubiecti. non producẽs totũ illud quod pertinet ad eſſe rei:ſed formã tantũ, tranſmutando materiam ad talem vel talem formam. Ad materiam enim actio creaturæ non ſe extendit:vt ſuprà dictum eſt. In hoc enim conuenit agens diuinum cũ agente Phyſico :quia vtrũq; ad eſſe abſolutum terminat actionem ſuam:quod eſt vltimum trãſmutationis ſiue ſimplicis emanationis:licet in ſimplici emanatione non ſit prius & poſterius,niſi ſecundum intellectum tantùm. Cùm ergo tale eſſe abſolutum ſit terminus vtriúſque actionis:vt dictum eſt. Materia autem non eſt eſſe vt ſubiecti:quod eſt eſſe abſolutum:nec etiam formæ materialis cùm ipſa non ſit habens eſſe: licet ſit quo aliquid eſt:ſicut materia eſt:in quo aliquid eſt:& neutra actio terminatur ad materiam vel formam materialem,ſed ad eſſe compoſiti cuius eſt per ſe:& abſolutè ſubſiſtere. De intellectu enim eius eſt habere eſſe, quod non eſt de ratione & intellectu eſſentiæ. In tali enim compoſito neceſſariò eſt compoſitio duplex:ſuppoſiti ſcilicet & eſſentiæ:quæ in re materiali differunt neceſſariò:cùm indiuiduum in materialibus multa addat ſupra naturam ſpeciei:quæ eſſentiam tantùm complectitur.& ideò alia eſt compoſitio totius rei & ſui eſſe. In rebus verò immaterialibus creatis tamen altera compoſitio inuenitur:rei ſcilicet,& eſſe. In ipſis ergo non eſt eſſentia habens eſſe per aliquid quod realiter à ſe differat:cùm idem ſit eſſentia & res quæ ſignificatur:vt habens eſſe. Ideò eſſentia in eis eſt non tanquàm principium tantùm quo aliquid dicitur eſſe : ſed ſicut habens eſſe abſolutum non inhærens. In ſubſtantijs verò compoſitis & materialibus,in quibus eſſentia realiter differt à ſuppoſito, eſſentia non habet eſſe niſi per ſuppoſitum, cuius eſt eſſe ſimpliciter & abſolutum. vnde eſſentia in eis non eſt vt habens eſſe: ſed vt reductum ad eſſe per ſuppoſitum aliquod indiuiduum:cuius eſt habere eſſe abſolutum:ad quod terminatur actio producentis. Cùm ergo forma materialis ſit ad quam non ſequitur aliquod ſuppoſitum vel indiuiduum,cuius eſt habere eſſe abſolutum ad quod terminetur actio producentis:vt dictum eſt. poſſibile erit ponere formam aliquam ſubſtantialem ſine eſſe:ſicut poſſibile eſt ponere id, quod eſt principium ſine relatione principij & ſine principiato. In immaterialibus verò non eſt hoc inuenire : cùm in eis non ſit eſſentia quæ non ſit ſuppoſitum. vnde poſita eſſentia in eis neceſſariò ponitur eſſe, quod eſt ſuppoſitum. Ad conſtitutionem autem ſuppoſiti materialis ſiue indiuidui,quantitas terminata requiritur quæ vbicúnque fuerit tale indiuiduum neceſſariò erit: cùm ipſa ſit proprium & inſeparabile ſignum indiuidui:vt ſuprà dictum eſt. Omnes autem formæ elementares terminatas quantitates requirunt & diuerſas abinuicem. Vnde vbicúnque fuerit forma elementaris, neceſſariò erit ſuppoſitum, cuius eſt habere eſſe completum:& terminatam quantitatem. Vnde formæ elementares non poſſunt in eſſentijs ſuis ſimul eſſe in vna re : vt patet in libro de generatione & corruptione. In mixtis autem rebus in quibus forma non educitur de materia quantitatis, non ſequitur materiam in ordine ad talem formam : licet eſſe actu per eam in re habeat : vt dictum eſt : cùm quantitas ſemper reſpondeat illi principio : vel redeat in principium à quo originem ſumpſit. Anima autem hominis non eſt quanta : nec per ſe : nec per accidens : vt dictum eſt : vnde non repugnat in tali re ponere eſſentiam formæ à qua dependeat quantitas ſecundum originem, ſiue cum eſſe, quod ſe habeat ad illam formam : vt principium ad principiatum. Vnde tali eſſentiæ formæ ratio actus non conuenit, ſicut nec materiæ, cùm eſſe ſit actus communis & primus, non ſolùm materiarum, ſed etiam formarum. Vnde ſine eſſe forma non dicitur actus. Solùm enim natura ſubſtantialis eſſe in ſubſtantijs impedit duas formas ſubſtantiales ſimul eſſe in eadem materia,quia eſſe ſubſtantiæ, eſt eſſe ſimpliciter. Vnde quod aduenit tali eſſe, eſt accidens neceſſariò. Eſſe etiam ſubſtantiæ habet ſe ſicut vnitas rei, quia vnum & ens conuertuntur. Vnde vna res non poteſt habere duo eſſe ſubſtantialia, niſi amittat vnitatem ſuam. Vnde in re compoſita ex ſubſtantia & accidente non eſt vnitas, niſi ſecundum quid. Nihil ergo contradictionis ſuſtinebimus, ſi poſuerimus in re aliquas formas, ad quas tamen non ſequatur eſſe ſimpliciter. Solùm enim per naturam ipſius eſſe ſimpliciter, quod in ſubſtantia reperitur , ſimpliciter impeditur pluralitas formarum ſubſtantialium eiuſdem rei. Vnde certum eſt & à Philoſophis oſtenſum, quòd impoſſibile eſt plura eſſe ſubſtantialia in vna re ponere, ſed ſolùm forma ad quam eſſe ſequitur,in re ipſa ponitur. Aliæ verò ei non connumerantur. Quomodò autem hoc intelligi poſſit, diligenter conſiderandum eſt in rerum progreſſu. Sciendum eſt igitur, quòd materia eſt in potentia ad omnes formas,quæ de ea educi poſſunt. Vnde quantò ad plures earum ſimul accedit, tanto plus perficitur eius potentia, & ideò in elementis materia eſt minimè perfecta, quia ſolùm vnica forma vnius elementi perficitur ſimul, & ſi quandóque virtus formæ alterius elementi ſibi adſit, hoc non eſt per modum manentis, ſed per modum alterantis, ſicut patet quando calor ignis agit in aëre ad inductionem formæ ignis. In corporibus verò mixtis, magis perfecta eſt materia. Ibi enim cum vna forma mixti quæ dat eſſe ſunt omnes formæ elementorum : virtute tamen & non in eſſentia, quia quælibet illarum requirit debitam quantitatem & terminatam : vt dictum eſt. Vnde cùm vnum ſit ſuppoſitum mixti, & eſſe vnum vna eſt forma eius. Suppoſita autem mixta quædam ſunt animata, & præcipuè homo cuius forma non producitur ex materia diſpoſita per qualitatem mixti : vnde conueniens eſt : vt in animatis ſint eſſentiæ aliquarum formarum ſine eſſe. Hoc enim eſt propinquiſſimum in quo animata poſſunt tranſcendere ſimpliciter mixta, ſcilicet perficiendo ſuam materiam in acquiſitione plurium formarum ſimul, ſicut videmus, quòd alio modo fit ſimplex ex mixtis, & alio modo ex materia prima, in qua nihil eſt de actu formæ educendæ antequàm fiat, ſicut in ære non eſt aliquid de forma phialæ, antequàm phiala fiat, & in ligno ſimiliter nihil eſt de lecto, antequàm fiat. Sic enim ſe habet materia prima ad ea quæ ex ea fiunt, ſicut ſe habet argentum ad ſtatuam, & lignum ad lectum : vt dicitur primæ Phyſicorum. In mixto verò manent formæ miſcibilium ſecundum virtutem. ſecundum Philoſophum virtus autem ad actum pertinet, & ideò in mixto eſt vnde agatur ad generationem alterius miſcibilium, ſecundum quod virtus vnius miſcibilium vincit proportionem,in qua ſaluatur forma mixti: vnde corrupto mixto generatur corpus ſimplex. In hac námque tranſmutatione fit ſpoliatio omnium quæ

omnium quæ erant ipſius mixti : nec aliquid manet niſi materia prima tantùm. ſed in generatione ipſius mixti non fit ſpoliatio ſimplicium vſque ad materiam primã:aliter virtutes ſimplicium non manerent in mixto:nunc autem manẽt. vnde non eſt corruptio ſimpliciter per quam fit generatio compoſiti:cũ elemẽta nõ corrũpantur penitus : ſicut dicitur.1. Meteororum quia eorum eſt mixtio, quorũ eſt ſeparatio. nõ enim miſcentur niſi ea quæ apta ſunt per ſe exiſtere. Idem enim eſt de materia diſpoſita per aliquam alterationẽ factam circa ipſam & de mixto:tunc enim virtus formæ inducẽda eſt in ea potentia. Vnde potentia ſua non eſt iam adeò remota ab actu formæ,ſicut ante alterationem. Ante nãq; alterationẽ ipſa materia erit in potentia remota ab actu. Inchoata verò alteratione incipit potentia appropinquare actui:ſicut vincente altero miſcibilium appropinquatur ad actum ſimplicis elementi. Cùm verò alteratio magis ac magis intenditur,plus & plus ad actum acceditur. Vnde completa alteratione materia eſt in actu conſtituta. Alia igitur eſt potentia materiæ nudæ,& nondum alteratæ à potẽtia mixti, in qua eſt virtus alteratiua. Vnde hæc eſt propinquior actui quàm illa & perfectior:quia magis procedit ad ſuum actum. Si igitur foret in mixto forma elementi ſimplicis:quod eſt impoſſibile:ſicut ſuprà oſtenſum. ſtatim vnico virtutis ſuæ actu foret per ſe exiſtẽs. Eſſe enim eſt propinquiſſimum eſſentiæ formæ:licet abinuicem differant in materialibus. Ideò licet propinquior ſit potentia materiæ in qua ſunt miſcibilia in mixto actui ſuo quàm potentia materiæ nudæ,in qua nihil de actu eſt,alteratione tamen indiget ad hoc quòd hæc potentia actui ſuo coniungatur. Vnde miſcibilia in mixto tũc ſunt in potentia maximè appropinquata actui,quando mixtum eſt in optima ſui proportione. Sed tunc maximè elongata ſunt ab actu ſuo in tali genere:non tamen tantũ diſtant,ſicut potentia materiæ nudæ. Potentia autem in qua ſunt partes organicæ ad eſſe per ſe eſt in maiori propinquitate ad eſſe ſeorſum,quã ſit potẽtia ipſi⁹ mixti: quia ſicut dicitur.7.Meta. partes animatorum ſunt in potentia propinqua actui eorum proprio per ſeparationem à toto:quod verum eſt de toto etiam in imperfectiſſimo gradu ſuo manẽte: Vnde quãdóq; virtus alteratiua quæ in rebus inuenitur animatis inquantùm mixtæ ſunt ex quatuor primis corporibus minimè agit,ſcilicet quãdo elemẽta maximè ducta ſunt ad medium:vt eſt in homine in quo inter omnia mixta maxima eſt elongatio à cõtrarietate:adhuc tamen partes animatorũ ſunt in potẽtia maximè propinqua actui:alteratione tamẽ maximè diſtãte à ſuo termino. Ex quo concludiť,ꝙ hæc propinquitas nõ eſt per diſpoſitionẽ materiæ:per alterationẽ aliquã:cuius terminus ſit inductio nouæ formæ per eſſentiã. Eſſentia verò formæ nouiter induci nõ poteſt:niſi recedente alteratione: cuius terminus eſt productio formæ de noua. Cõſtat tamẽ,ꝙ in parte à toto ſeparata ſit forma ſubſtantialis. Vnde cùm impoſſibile ſit duo eſſe ſubſtãtialia in eadem reponere:vt ſuprà dictum eſt,nec per aliquam alterationem præcedentem pars eſt in potentia in ſuo toto maximè propinqua actui:nec forma de nouo inducitur niſi per alterationem. Vnde nec cœlum,quod eſt agens vniuerſale reſpectu iſtorum inferiorum:nec aliquod particularium agentium aget niſi alteret.& ideò cœlum eſt primum alterans ſecundũ Philoſophum. Neceſſario ergo ſequi videtur aliquã formã in parte rei ſine eſſe ponere.& ideò partem eſſe in potentia maximè propinqua actui. Eſſe enim eſt maximè propinquum formæ:vt dictum eſt : quia non requiritur ad hoc quòd eſſe ſubſtantiæ propriam ſequatur formã,niſi quòd res per ſe ponatur:quod vnica actione fieri poteſt.

Quomodo impoſſibile eſt duo eſſe ſubſtantialia ſimpliciter eſſe in eodem compoſito materiali.

CAP. IX.

EX dictis ergo manifeſtum eſt triplicem eſſe potentiæ differentiam in qua aliquid dicitur eſſe,ſcilicet potentia materiæ in qua nihil eſt de illo quod de potẽtia educitur. Secũda eſt potentia mixti vel materiæ quæ eſt in alteratione:in qua licet non ſit eſſentia formæ inducendæ,eſt tamen virtus. Tertia eſt potentia totius per quã partes ſunt in toto quæ eſt maximè actui proprio propinqua ſecundum Philoſophum. Vnde in eis nihil eſt ſicut agens ad proprium actum. Sicut eſt quando harmonia eſt perfecta neceſſariò erũt eſſentię formarum prope ſua eſſe. Hoc autem facilius ſcietur,ſi gradus & ordo rerum naturalium diligenter diſcutiatur. Sciendum igitur,ꝙ communiſſimus vnitatis modus reperitur in rebus materialibus, quæ eſt vnitas continuitatis. In omnibus enim rebus materialibus hæc vnitas reperitur. Primum namque accidens,quod ſequitur materiam eſt quantitas. Super hanc vnitatem reperitur in diuerſis rebus vnitas ſuæ propriæ formæ:in quibuſdam quidem magis:in quibuſdam verò minus perfectè:vt habetur.4.Meta. Vnitas continuitatis in re reperta,maximè potentialis inuenitur : quia omne continuum eſt vnum actu & multiplex in potentia:ſicut partes lineæ nõ ſunt aliqua duo actu:ſed vnum. ipſa verò linea eſt duo in potentia: & facta diuiſione fit duo actu. Sola enim diuiſio continui facit eſſe actu. Vnde in diuiſione lineæ non inducitur aliquid noui in ipſis diuiſis,ſed eadem eſſentia lineæ quæ prius erat actu vna : & multiplex in potentia per diuiſionem facta eſt multa in actu. Eſt tamen hîc ſimilitudo cuiuſdam corruptionis:quia actus prior qui erat totius ablatus eſt:& potentia ducta eſt ad actum poſteriorem per diuiſionem ſolam. Conſimile penitus reperitur in lapide : & in igne:& in omnibus corruptibilibus & generabilibus inanimatis. Forma enim totius in eis per quam habent quandam vnitatem ſuæ naturæ ſuper vnitatem quantitatis ſecundum totam rationem formæ eſt in qualibet parte talium rerum. Vnde facta diuiſione manet eſſentia eiuſdem formæ in partibus abinuicem diuerſis. Quælibet enim pars ignis eſt ignis:& quælibet pars lapidis eſt lapis. Eſt tamen in iſtis diuiſionibus quædam ſimilitudo corruptionis & generationis: non quòd nouæ formæ per diuiſionem talium inducãtur:ſed quia eſſe ſiue actus prior aufertur per diuiſionem ipſam & potentiam ducitur ad actum proprium. Super hæc autem ſunt animata imperfecta:vt plãtæ & quædam animalia imperfecta:vt ſunt animalia anuloſa.& in ipſis idem inuenitur:quia cùm auellitur ramus ab arbore, non aduenit noua eſſentia vegetabilis:ſed eadem eſſentia vegetabilis quæ vna erat in arbore tota: etiam actu vno. ſimul erat multiplex in potentia & per diuiſionem nouum eſſe perdit & actus alius & alius ſecutus eſt. Similiter eſt in animalibus anuloſis vna anima in actu & vnum eſſe.ſed multiplex in potẽtia accidẽtali. vnde facta diuiſione remoto actu priori & vnitate actus ſunt multa in actu. Et ſic facilè eſt videre quomodò eſſentia alicuius formæ eſt in potentia accidentali ad eſſe,quod tamen nondum habet. Et hoc totũ contingit propter imperfectionem talium formarũ:quia cùm ſint ſub vno actu ſimul ſunt ſub potentia multiplici reſpectu eſſe diuerſorũ, quæ acquiruntur eis ſine aliqua corruptione in ſuis eſſentijs:ſed ſola diuiſione. In animalibus verò perfectis præcipuè in homine forma quæ eſt vna in actu non eſt multiplex in potentia:vt per diuiſionem conſtituatur eadem eſſentia formæ ſub diuerſis eſſe:& ſub diuerſis actibus:cùm anima hominis non diuidatur:nec per ſe:nec per accidens:vt dictum eſt. Vnde cùm in homine ſit vnitas cuiuſdã continuitatis,quæ manifeſtior eſt in carne ſua & oſſibus quàm in alijs membris quæ ſibi coniunguntur per naturã ipſam cõtinuitatis:neceſſariò erit alia eſſentia formæ in eo quæ per ſolam diuiſionem à toto habeat eſſe actu.hoc enim in omnibus continuis inuenitur. Hæc enim eſt forma reſpectu cuius quãtitas ſequitur materiã ſuper ipſam formã rediens:vt ſuprà dictum eſt. Semper nãq; forma à qua quantitas ſecundum originẽ pendet eſt diuiſibilis per accidens. Et hoc ſatis manifeſtũ eſt:quia cũ partes hominis ſint in eadẽ propinquitate ad per ſe eſſe,ſicut partes aliarũ rerũ perfectarũ: ſicut dictũ eſt. ideò nulla noua eſſentia formæ introducitur per diuiſionem:ſed eſſe nouũ acquiritur:forma verò hominis diuidi non poteſt:vt in ea acquirãtur multa noua & diuerſa eſſe. ideò neceſſariò erit in eo alia eſſentia formæ ſuæ ab eſſentia formæ quæ per diuiſionem ſolã eſſe acquirit. Sed in hoc eſt differentia inter animalia perfecta & imperfecta:quia imperfectis nõ erat illa eſſentia ſine eſſe ſimpliciter. licet eſſet ſine eſſe acquiſito per diuiſionẽ. In perfectis verò erat ſine eſſe ſimpliciter ſibi debito:quia duo eſſe ſubſtantialia impoſſibile eſt ſimul ponere in vna re:vt dictũ eſt. Eſt etiam alia differentia à parte diuiſionis ipſius:quia cùm diuidi non poſſit,niſi quod eſt actu:quãtùm quantitas autem in homine non eſt actu per formam reſpectu cuius ſequatur materiã vt rediẽs ſuper formã:ſed per ſolam animã à qua eſt totus actus qui eſt in homine. In igne verò & lapide quãtitas eſt actu per formã quã ipſa quãtitas ſequiť in materia:inde eſt,ꝙ diuiſio in homine eſt in quantitate actu per animã. Sed quod efficit per diuiſionẽ in eſſe acquiſito, nõ eſt aliquid de eſſentia animæ ſecũdum aliquid eſſe:ſed eſt aliquid de eſſentia formæ originalis ipſius quantitatis cui datur eſſe actu per diuiſionem. In rebus verò imperfectis diuiſio eſt in quanto actu:& hoc per formã ad quam ſequitur ipſa quantitas cui per diuiſionem aufertur vnum eſſe actu prius habitũ:& acquiruntur duo vel plura,ſub quibus eſſentia ipſa diuiditur,quæ prius erat vna:ſecundum quam erat vnum eſſe in re ante diuiſionem. Licet autem eſſet vnum eſſe ante diuiſionem in rebus, nihilominus illa eadem eſſentia formæ erat in potentia actuali ad multa eſſe ſimul cum vno eſſe actu quod habebat:& eius ſubiectũ erat materia vna & eadem numero. Et tamen conſtat, quòd alium reſpectum habet materia ad eſſe actu primum:& alios reſpectus ad alia eſſe actu per diuiſionem acquiſita:quibus tamen reſpectibus materiæ reſpondebat eadem eſſentia formæ ante ipſa eſſe actu. Licet enim potentia materiæ non differat ab eius eſſentia,ſecundũ quod potentia dicit principiũ receptiuũ:differt tamen ſecundũ quod dicit relationem materiæ ad formã:& iſto modo poſſunt eſſe in materia multi reſpectus:eſſentia tamen eius manente vna. Sicut ergo materia per vnum reſpectum tantùm habet vnum eſſe:cum alijs tamen reſpectibus multa habet eſſentiæ etiam formæ ſine eſſe per diuiſionem acquiſito reſpõdente:ita ſub forma perfecta cuiuſmodi eſt anima humana reperiť in materia hominis vnũ eſſe tantũ. Licet in eadẽ materia ſint eſſentiæ aliarũ formarũ ſine eſſe:quod tamen eis ſola diuiſione acquiritur. Huius exemplum eſt reperire in linea

Universidad de Deusto
Biblioteca

& puncto. Protracta enim vna linea, pũctus qui eam terminat esse habet, secundum q̃ illam lineam terminat: in ipso autẽ puncto sunt multi & diuersi respectus, secũdum q̃ potest esse terminus multarum linearũ: sed per vnum respectũ impossibile est nisi vnã lineam recipi in puncto. Vnde per alias lineas quæ in eo recipiuntur simul cũ linea prima protracta nõ acquiritur puncto aliquod esse in earũ terminatione: nec illis nõ protractis minus haberet punctus esse in terminatione primæ lineæ: per quẽ modũ de materia & eius respectibus imaginari possumus: cũ ipsa in sui natura indiuisibilis & sine partibus sit omninò vt punctus: licèt in multis sint dissimilia. Secũdum ergo vnũ respectũ eius esse quasi per vnã lineam impossibile est sibi inesse nisi vnam formã quæ det sibi esse. vnde cũ prædicata substantiæ accipiantur quasi in vno respectu: veluti cũ ex vna parte linea accipitur in puncto: impossibile est vt prædicata cõtenta in linea prædicamẽtali substantiæ per diuersas formas prædicẽtur de sorte: sed per vnã & eandẽ. Secũdum alios verò respectus quos habet de propè ad esse per se: sine tamen esse poterit essentias formarum recipere. Mirabilis enim est potentia materiæ: nec sciri potest nisi cognoscendo ea, quæ in ea esse habent. s. conferendo de formis quæ in ea esse habent: vt patet primo Physicorum.

Explicit Opus Trigesimumsecundum S. Tho. Aqui. de natura materiæ, siue de dimensionibus interminatis.

Incipit eiusdem Doctor. Opus Trigesimumtertium, de mixtione elementorum, ad magistrum Philippum.

DVBIVM apud multos esse solet, quomodò elementa sint in mixto. Videtur autem quibusdam, q̃ qualitatibus actiuis & passiuis elementorũ ad medium aliqualiter deductis per alterationẽ formæ substantiales elemẽtorum maneant. Si enim nõ remaneant, videtur esse corruptio quædam elementorũ & nõ mixtio. Rursum si forma substantialis corporis mixti sit actus materiæ nõ præsuppositis formis simplicium corporũ, tunc simplicia corpora elementorũ amittent rationem. Est enim elementũ ex quo componitur aliquid primò: & est in eo: & est indiuisibile secundum speciẽ. Sublatis enim formis substantialibus nõ sic ex simplicibus corporibus corpus mixtum cõponetur, q̃ in eo remaneant. Est autẽ impossibile sic se habere. Impossibile est enim materiam secundum idem diuersas formas suscipere elementorum. Si igitur in corpore mixto formæ substantiales elemẽtorum saluentur, oportebit diuersis materiæ partibus eas inesse. Materiæ autẽ diuersas partes accipere est impossibile nisi præintellecta quantitate in materia. Sublata enim quantitate substantia remanet indiuisibilis: vt patet 1. Physicorum. Ex materia autẽ sub quantitate existente: & forma substãtiali adueniente corpus physicum cõstituitur. Diuersæ igitur partes materiæ formis elementorum subsistentes pluriũ corporum rationem suscipiunt. Multa autem corpora impossibile est simul esse. Non igitur in qualibet parte corporis mixti erunt quatuor elementa: & sic non erit vera mixtio: sed secundum sensum: sicut accidit in congregatione inuisibilium siue insensibilium corporum propter paruitatem. Amplius omnis forma substantialis propriam requirit dispositionem in materia siue qua esse non potest. Vnde alteratio est via ad generationem & corruptionem. Impossibile est autem in idem conuenire propriam dispositionem quæ requiritur ad formã ignis: & quæ requiritur ad formã aquæ: quia secundum tales dispositiones ignis & aqua sunt contraria: contraria autem impossibile est simul esse in eodem adæquata. Impossibile est igitur, quòd in eadem parte mixti sint formæ substantiales ignis & aquæ. Si igitur mixtũ fiat remanentibus formis substantialibus simplicium coporum sequitur, quòd non sit vera mixtio: sed ad sensum solùm quasi iuxta se positis partibus insensibilibus propter paruitatẽ. Quidam autem volentes vtrasque rationes euitare in maius inconuenicns inciderunt. Vt enim mixtiones elementorum ab eorum corruptione distinguerent, dixerunt formas quidem substantiales elementorum remanere in mixto aliqualiter: sed ne cogerẽtur dicere esse mixtionem ad sensum: & non secundum veritatem, posuerunt, quòd formæ elementorum non remanent in mixto secundum suum complementum: sed in quoddam medium reducantur. Dicunt enim, q̃ formæ elementorum suscipiunt magis & minus: & habent contrarietatem adinuicem. Sed quia hoc palàm repugnat opinioni & dictis Philosophi dicentis in prædicamentis, quòd substantiæ nihil est contrarium: & quòd non suscipit magis & minus. vlteriùs procedunt & dicunt, quòd formæ elementorum sunt imperfectissimæ: vt potè materiæ primæ propinquiores. Vnde sunt mediæ inter formas substantiales & accidentales. Et sic inquantùm accedunt ad naturam formarum accidentalium magis & minus suscipere possunt: licet habeant contrarietatem adinuicem. Hæc autem positio multipliciter est improbabilis. Primò quia esse aliquid medium inter substantiam & accidens est omninò impossibile. Esset enim medium inter affirmationem & negationem. Proprium enim accidentis est esse in subiecto: substantiæ verò in subiecto non esse. Formæ autem substantiales sunt quidem in materia: non autem in subiecto. Nam subiectum est hoc aliquid. forma autem substantialis est quæ facit subiectum hoc aliquid, non autem præsupponit illud. Item ridiculum est dicere medium esse inter ea quæ non sunt vnius generis: quia medium & extrema oportet eiusdem generis esse: vt probatur in 10. Meta. Nihil ergo potest esse medium inter substantiam & accidens. Deinde impossibile est formas substantiales elementorum suscipere magis & minus. Omnis enim forma suscipiens magis & minus est diuisibilis per accidens: inquantùm scilicet potest eam subiectum participare magis & minus. Secundum id autem quod est diuisibile per se vel per accidens contingit esse motum continuum: vt patet in sexto Physicorum. est enim loci mutatio: & augmentum & decrementum secundum locum & quantitatem quæ sunt per se diuisibilia: alteratio autem secundum qualitates quę suscipiunt magis & minus: vt calidum & album. Si igitur formæ elementorum suscipiunt magis & minus: tam generatio quàm corruptio elementorum erit motus continuus, quod est impossibile. Nam motus continuus non est nisi in tribus generibus, scilicet quantitate, qualitate, & vbi: vt probatur in 5. Physicor. Amplius omnis differentia secundum formam substantialem variat speciem, quod autem suscipit magis & minus differt id, quod est magis ab eo, quod est minus, & quodammodò est ei cõtrarium: vt magis album & minus album. Si igitur forma substãtialis ignis, suscipit magis & minus, magis facta vel minus facta speciem variabit, nec erit eadẽ forma, sed alia. Hinc est, quod dicit Philosophus in 8. Meta. q̃ sicut in numeris variatur species per additionẽ & subtractionem, ita in substãtijs. Oportet ergo alium modum inuenire, quo veritas saluetur mixtionis, & elemẽta nõ totaliter corrũpãtur, sed aliqualiter in mixto permaneant. Considerandum est igitur, q̃ qualitates actiuæ & passiuæ elementorum sunt adinuicẽ cõtrariæ, & suscipiunt magis & minus. Ex cõtrarijs autem qualitatibus susciepientibus magis & minus cõstitui põt media qualitas quæ vtriusq; sapiat extremi naturã, sicut pallidum inter albũ & nigrum, & tepidum inter calidum & frigidum. Sic igitur remissis excellentijs qualitatum elementarium, constituitur ex eis quædam qualitas media, quæ est propria qualitas corporis mixti, differẽs tamen in diuersis, secundũ diuersam mixtionis proportionẽ. Et hæc quidem qualitas est propria dispositio ad formã corporis mixti, sicut qualitas simplex ad formã corporis simplicis. Sicut igitur extrema inueniũtur in medio, quod participat vtriusq; naturã, sic qualitates simplicium corporũ inueniuntur in propria qualitate corporis mixti. Qualitas autẽ corporis simplicis est quidẽ aliud à forma substantiali ipsius, agit tamen in virtute formæ substãtialis, alioquin calor calefaceret tantũ, non autem per eius virtutẽ forma substantialis educeretur in actum, cũ nihil agat extra suam speciem. Sic igitur virtutes formarum substantialium simplicium corporum saluantur in corporibus mixtis. Sunt igitur formæ elementorum in mixtis, non actu, sed virtute. Et hoc est, quod dicit Philosophus in 1. de generatione. Non igitur manent elementa in mixto actu: vt corpus & album, nec corrumpuntur, nec alterantur ambo, nec alterum, saluatur enim virtus eorum.

Explicit Opus Trigesimumtertium, beati Tho. de Aqui. de mixtione elementorum.

INCIPIT EIVSDEM Doctor. Opus Trigesimũquartum, De occultis operibus naturæ, ad quendam militem.

QVONIAM in quibusdam naturalibus corporibus quædam naturales actiones apparent, quarum principia maximè apprehendi non possunt, requisiuit à me vestra dilectio: vt quid super his mihi videatur transcriberem. Videmus siquidem, quòd corpus elementorum in se dominantium motus sequitur, puta quòd lapis mouetur ad medium secundum proprietatem terræ dominantis in eo. Metalla etiam secundũ proprietatem aquæ habent infrigidandi virtutem. Quæcúnque igitur actiones &

actiones & motus elemẽtorũ corporũ sunt secũdũ proprietatẽ & virtutẽ elemẽtorũ, ex quibus talia corpora cõponuntur. Tales autẽ actiones & motus habẽt manifestã originem de qua nulla emergit dubitatio. Sunt autem quædam operationes talium corporum, quæ à virtutibus elemẽtorũ causari nõ possunt: puta q̃ magnes attrahit ferrum: & quòd quædam medicinæ quosdam determinatos humores purgant: & à determinatis corporis partibus. Oportet igitur tales actiones in altiora principia reducere. Est autem considerandũ, quòd aliquod agens inferius secundum superioris agentis virtutem dupliciter agit vel mouetur. Vno modo inquantũ actio procedit ab eo secundũ formã vel virtutem sibi impressam à superiori agente: sicut luna illuminata per lumen à sole receptum. Alio modo agit per solam virtutem superioris agentis nulla forma recepta ad agendum: sed per solum motum à superiori agente mouetur. sicut carpentator vtitur ferra ad secandum. Quæ quidem sectio est principaliter actio artificis, secundariò verò ferræ inquantùm ab artifice mouetur. non quòd talis actio sequatur aliquam formam vel virtutem quæ in ferra remaneat post motionem artificis. Si qua enim elemẽtaria corpora à superioribus agẽtibus aliquas actiones vel motus participant. oportet altero dictorum modorũ hoc esse scilicet, q̃ tales actiones consequantur aliquas formas: vel virtutes impressas corporibus elementatis à superioribus agentibus, vel quòd tales actiones consequantur solam motionem elementatorũ corporum à dictis agentibus. Superiora autem agentia, quæ naturam elemẽtatorũ & elementatorũ excedũt, sunt nõ solũ corpora cœlestia: sed etiã superiores substantiæ separatæ. Ex vtrisq; autẽ aliquę actiones vel motus in corporibus inferioribus inueniuntur, quæ non procedunt ab aliqua forma inferioribus corporibus impressa. sed solùm ex superiorum agentium motione. Aqua enim maris fluens & refluens talem motum sortitur præter proprietatem elementi ex virtute lunę: non per aliquam formã sibi impressam: sed ex lunę motione: qua scilicet, aqua mouetur à luna. Apparent etiam quarundam nigromanticarum imaginũ quidam effectus, qui procedunt non ab aliquibus formis quas susceperint dictæ imagines: sed à dæmonũ actione qui in dictis imaginibus operantur. Quod quidem quandóque contingere creditmus operatione diuina vel bonorum angelorum. Quòd enim ad vmbram Petri Apostoli sanarentur infirmi: vel ad tactum reliquiarum alicuius sancti aliqua ægritudo pellatur, nõ fit per aliquã formã his corporibus inditam sed solùm per operationem diuinã, quæ his corporibus vtitur ad tales effectus. Patet autẽ nõ omnes operationes corporũ elemẽtatorũ occultas operationes habentiũ esse tales. Primò quidẽ: quia dictæ operationes quæ nõ consequũtur aliquã formã impressam, nõ inueniũtur cõmuniter in omnibus quæ sunt eiusdẽ speciei. Nõ enim omne os, nec oẽs reliquiæ sanctorum tãgendo sanãt: sed aliquorũ & aliquãdo nec omnes imagines huiusmodi habẽt effectus: nec omnis aqua fluit & refluit secundum motũ lunę. Quędã verò operationes occultę in quibusdã inueniũt corporib⁹: quæ similiter inueniunt in omnibus quæ sunt eiusdẽ speciei: sicut omnis magnes attrahit ferrũ. Vnde relinquitur tales operationes cõsequi aliquod intrinsecũ principiũ cõmune habentibus hãc speciẽ. Deinde operationes de quibus suprà dictũ est, nõ semper ex huiusmodi habitibus procedunt. Cuius euidẽs signum est, q̃ nõ prouenient ex aliqua virtute indita & permanẽte: sed solo motu alicuius superioris agẽtis: sicut serra nõ semper secat lignũ sibi cõiunctum: sed solũ quãdo ad hũc effectũ ab artifice mouetur. Quædã verò operationes occultæ sunt corporum inferiorũ: quæ quãdocúnq; adhibẽtur suis passiuis similes effectus ꝓducũt. Sicut reubarbarum semper purgat determinatũ humorẽ. Vnde relinquit talẽ actionẽ prouenire ex aliqua virtute indita & permanente in tali corpore. Restat autem considerare quid sit istud principium intrinsecũ permanẽs à quo tales operationes procedunt. Patet autem hoc principium potentiã quandã esse. Potentiam enim dicimus principiũ intrinsecũ quo agẽs agit: vel patiẽs patitur: quæ quidẽ potẽtia secũdũ q̃ referẽ ad vltimum in quo aliquid potest, accipit nomẽ & rationẽ virtutis. Talis autẽ virt⁹ quæ est taliũ actionũ vel passionum principium, maximè ostẽditur ex forma rei specifica deriuari. Omne enim accidẽs, quod est alicuius speciei ꝓpriũ deriuatur ex principijs essentialibus illius speciei. Et inde est, q̃ ad demõstrãdũ proprias passiones de suis subiectis accipimus pro causa diffinitionẽ designantem essentialia principia rei. Est autẽ essentiæ & quiditatis principium forma in determinata materia existẽs: Oportet igitur tales virtutes procedere à formis taliũ rerum secundũ q̃ in proprijs materijs existunt. Deinde cùm natura rei dicatur forma vel materia illius, si qua virtus rei ab his nõ deriuetur, nõ erit tali rei naturalis virtus: & per cõsequẽs nec actio vel passio à tali virtute procedens erit naturalis. Tales autẽ actiones quæ sunt præter naturã nõ sunt diuturnæ. Sicut q̃ aqua calefacta calefacit. Actiones autẽ occultæ de quibus nũc loquimur eodẽ modo se habẽt semper vel vt frequenter. Relinquitur ergo virtutes quæ sunt harum actionũ principia essentiales esse: & à forma procedere, secundum q̃ in tali materia existit. Formarum autem substantialium Platonici quidem principium attribuebãt in substantijs separatis quas species vel idæas vocabant: quarum imagines dicebant esse formas naturales materiæ impressas. Sed hoc principium non potest sufficere. Primò quidẽ. quia oportet faciẽs simile esse facto. Id autem, quod fit in rebus naturalibus non est forma, sed cõpositum ex materia & forma. Ad hoc enim aliquid fit: vt sit. Propriè autem esse dicitur compositum subsistens. Forma autẽ dicitur esse: vt quo aliquid est. Non igitur forma propriè est id, quod fit: sed cõpositum. Id igitur, quod facit res naturales esse nõ est forma tantùm. sed compositum. Deinde formas abstq; materia existẽtes oportet immobiles esse: quia motus est actus existentis in potentia quod primæ materiæ cõuenit. Vnde oportet, quòd semper eodem modo se habeant. A causa autem eodem modo se habente procedunt formæ eodem modo se habẽtes. Quod quidem in formis inferiorum corporum non apparet propter generationem & corruptionem talium corporum. Relinquitur igitur, q̃ principia formarum talium corporum corruptibilium sunt corpora cœlestia quæ diuersimode se habentia secundum accessum & recessum, generationem & corruptionem causant in his inferioribus. Procedunt tamen tales formæ à substantijs separatis: vt à primis principijs: quæ mediante virtute & motu corporum cœlestium imprimunt formas apud se intellectas in materiam corporalem. Et quia actiones & virtutes corporum naturalium ex formis specificis causari ostendimus, consequens est, quòd vlterius reducantur: sicut in altiora principia in corpora cœlestia vel in virtute cœlestium corporum. & adhuc vlteriùs in substantias separatas intellectuales. Vtrorúmque autem horum principiorum vestigium quoddam apparet in ipsis naturalium rerum operationibus. Nam quòd talia naturæ opera fiant cum quadam transmutatione: & secundum certum cuiusdam temporis spacium, prouenit ex corpore cœlesti: per cuius motum temporis mensura diffinitur: sed à substantijs separatis intellectualibus inuenitur in naturæ operationibus, quòd determinatis vijs ad determinatos fines rerum ordine & congruentissimo modo procedunt: sicut & ea quæ fiunt ab arte: ita quòd totum opus naturæ videtur opus esse cuiusdam sapientis. Propter quod natura dicitur sagaciter operari. Opus autem sapientis oportet esse ordinatum. Hoc enim propriè ad sapientem dicimus pertinere: vt omnia cõgruo ordine disponat. Quia igitur formæ inferiorum corporum prouenium ex sapientia substantiæ separatæ mediante virtute & motu corporũ cœlestium, oportet in his formis inferiorum corporum, quędam ordinem inueniri: ita scilicet, quòd quædã sint imperfectiores & materiæ propinquiores: quædam autem perfectiores & proximiores superioribus agẽtibus. Imperfectissimæ verò formę & maximè materię propinquæ sunt formæ elementorum: ex quibus inferiora corpora cõponuntur materialiter: quæ quidem tantò sunt mobiliora: quanto à contrarietate elementorum magis recedentia ad quandam æqualitatem mixtionis accedunt: propter quam quodãmodò asimilantur corporibus cœlestibus: quæ sunt ab omni contrarietate aliena. Illud autem, quod est ex contrarijs compositum neutrũ est actu cõtrariorum: sed potentia tantùm. Et ideò quãtò talia corpora ad maiorem æqualitatem mixtionis accedunt: tanto nobiliorem formam sortiuntur à Deo: quale est corpus humanũ: quod est tẽperatissimæ mixtionis: vt probat bonitas tactus, in hominibus nobilissimã formã habet scilicet, animã rationalẽ. virtutes autẽ & actiones oportet formis proportionari à quibus procedũt: & inde est, q̃ formas elementorũ quæ sunt maximè materiales cõsequũtur qualitates actiuę & passiuæ. Puta calidũ: frigidũ: humidum: siccũ. & alia similia quæ pertinẽt ad materiæ dispositionẽ. Formæ verò mixtorũ: scilicet animatorũ corporũ, puta lapidũ metallorũ mineraliũ, propter virtutes & actiones quas ab elemẽtis participãt ex quibus cõponuntur quasdã alias virtutes & actiones nobiliores habent cõsequentes formas eorum specificas: puta, q̃ aurũ lætificat cor: saphyrus sanguinẽ constringit. & sic semper ascendendo quanto formæ specificæ sunt nobiliores, tanto virtutes & operationes ex eis procedentes excellẽtiores existũt intantum, q̃ nobilissima forma quæ est anima rationalis habet virtutẽ & operationẽ intellectiuã quæ non solũ transcẽdunt virtutẽ & actionem elemẽtorum: sed etiam omnem virtutem & actionẽ corporalẽ. Ex extremis autem formis oportet de medijs iudicium sentire: sicut enim virtus calefaciendi & infrigidandi est in igne & aqua cõsequens proprias eorum formas: & virtus & actio intellectualis in homine cõsequens animã rationalẽ: ita omnes virtutes & actiones mediorum corporum transcendentes virtutes elementorum consequuntur eorum proprias formas: & reducuntur: sicut in altiora principia in virtutes corporum cœlestium: & adhuc altius in substantias separatas. Ex talibus enim principijs formæ inferiorum corporum diriuãtur excepta sola rationali anima. quæ ita ab immateriali causa procedit, scilicet à Deo, q̃ nullo modo causatur ex virtute corporum cœlestium. Alioquin non posset habere virtutem & operationem intellectualem à corpore penitus absolutam. Quia igitur tales virtutes & operationes à forma spe-

Universidad de Deusto Biblioteca

cifica deriuatur, quæ est cōmunis omnibus indiuiduis eiusdem speciei, nō est possibile ꝙ aliquod indiuiduum alicuius speciei aliquā talem virtutē vel actionē obtineat, præter alia indiuidua eiusdē speciei: ex hoc. s. ꝙ est sub determinato situ corporū cœlestiū generatum. Possibile tamen est, ꝙ in vno indiuiduo eiusdē speciei, virtus & operatio cōsequens speciē remissius vel intētius inueniatur secūdum diuersam dispositionē materiæ: & diuersum sitū corporū cœlestium in generatione huius vel illius indiuidui. Ex hoc autē vlterius patet, ꝙ formæ artificiales sunt accidentia quædā, quæ nō consequuntur speciē. Nō enim potest esse, ꝙ aliquod artificiatū aliquā operationē & virtutē à corpore cœlesti in sua operatiōe participet vel sortiatur, ad producendū ex virtute indita aliquos effectus naturales transcendentes elementorū virtutes. Tales autē virtutes si quę essent in artificiatis, ex cœlestibus corporibus nullam formā consequerētur: cū forma artificis aliud nihil sit quàm ordo, cōpositio, & figura: ex quibus prodire nō possunt tales virtutes & actiones: vnde patet, ꝙ si quas tales virtutes artificiata perficiant, putà quòd ad aliquam sculpturam moriantur serpētes: aut immobilitētur animalia vel lædantur, nō procedit hoc ab aliqua virtute indita & permanenti: sed ex virtute agentis extrinseci, quod vtitur talibus sicut instrumentis ad suum effectū: nec potest dici, ꝙ tales actiones proueniāt ex virtute corporū cœlestium: quia naturaliter agunt in ista inferiora: & ex eo, ꝙ aliquod corpus sic vel sic figuretur, nullā idoneitatem maiorē vel minorē habet ad recipiendum impressionē naturalis agentis. Vnde nō est possibile, ꝙ imagines vel sculpturæ quæ fiunt ad aliquos effectus singulares producēdos efficaciā habeant ex corporibus cœlestibus: licèt sub certis cōstellationibus fieri videantur: sed solùm ab aliquibus superioribus agētibus, qui per imagines & sculpturas operātur. Sicut autē imagines ex materia naturali fiunt: sed formā sortiūtur ex arte, ita & verba humana materiā quidē habent naturalē. i. sonos ab hominis ore prolatos: sed significationem q. formam habent ab intellectu suas cōceptiones per tales sonos exprimente. Vnde pari ratione nec verba humana habent efficaciā ad aliquā immutationē corporis naturalis ex virtute alicuius causę naturalis: sed solū ex aliqua spirituali substātia. Hæ enim actiones quę per talia verba fiunt vel per quascūq; imagines, vel sculpturas: vel quæuis talia, nō sunt naturales: vtpotè nō procedentes à virtute intrinseca: sed tantū extrinseca: sed sunt ad superstitionē pertinentes. Actiōes verò quas suprà diximus cōsequi formas corporū sunt naturales: vtpotè ex principijs intrinsecis procedentes. Et hæc de operationibus & actionibus occultis ad præsens dicta sufficiant.

Explicit opus trigesimumquartum S. Thomæ Aquinatis, de occultis operationibus naturæ.

Incipit eiusdem Doctoris opus trigesimumquintum, de motu cordis, ad magistrum Philippum.

QVIA omne, quòd mouetur necesse est habere motorem, dubitabile videtur quid moueat cor, & qualis sit eius motus. Non enim videtur eius motus esse ab anima. Ab anima enim nutritiua non mouetur, quia animæ nutritiuæ operationes sunt generare, alimento vti, & augmentatio & diminutio, quorum nullum motus cordis esse videtur. Hæc etiam anima plantis inest. Motus autem cordis animaliū proprius est. Nō etiam animæ sensitiuæ motus esse videtur, nec intellectiuæ, quia intellectus & sensus non mouent nisi mediante appetitu. Motus autē cordis inuoluntarius est. Sed nec naturalis esse videtur, cùm sit ad contrarias partes. Componitur enim ex pulsu & tractu, motus autem naturalis ad vnam partem est: vt ignis mouetur tantùm sursum, & terra deorsum. Dicere autem motum cordis esse violentū, est omninò extra rationem. Manifestè enim hoc motu subtracto, subtrahitur siue moritur animal, cùm tamen nullum violentum conseruet naturam. Videtur autem hic motus maximè naturalis esse cum vita animalis, & hic motus se inseparabiliter consequantur. Dicunt autem quidā hunc motū naturalem esse nō ab aliqua particulari natura animali intrinseca, sed ab aliqua natura vniuersali vel ab intelligētia. Sed hoc ridiculum est. In omnibus enim rebus naturalibus ꝓpriæ passiōes alicui⁹ generis vel speciei aliquod principiū intrinsecū cōsequūtur. Naturalia enī sunt quorū principiū motus in ipsis est. Nihil autē propriū magis est aīalibus, quā motus cordis, quo cessante perit eorū vita, sequitur igitur inesse ipsis aīalib⁹ aliquod principiū talis motus. Adhuc, si aliq motus in corporibus inferioribus ex natura vniuersali causentur, nō semꝑ eis adsunt, sicut in fluxu & refluxu maris patet, qui sequūtur motū lunæ & secundum ipsam variātur. Motus autem cordis semper adest animali, non est ergo à causa separata tantùm, sed ab aliquo intrinseco principio. Dicūt autem alij principium huius motus in animali esse calorem, qui per spiritū generatus mouet cor, sed hoc irrationabile est. Illud enim, quòd est in aliqua re principalius, oportet esse causam. Principalius autem in animali videtur esse motus cordis & magis contemporaneum vitæ, quàm quæuis alteratio secundum calorem. Non ergo alteratio secundum calorē est causa motus cordis, sed potius econtrà motus cordis est causa talis alterationis. Vnde Philosophus in li. de motu animalium dicit, oportet quòd futurum est mouere non alteratione tale esse. Item animal perfectum, quod est mouens seipsum, maximè accedit ad similitudinem totius vniuersi. Vnde & homo qui est perfectissimus animalium, dicitur à quibusdam minor mundus. In vniuerso autem primus motus est motus localis, qui est causa alterationis & aliorum motuum: vnde & in animali magis videtur motus localis esse alterationis principium, quàm econtrà: vnde & Philosophus in octauo Physicorum hanc similitudinem sequens dicit, quòd motus est vt vita quædam natura existentibus omnibus. Adhuc, quod est per se, prius est eo, quod est per accidens. Primus autem motus animalis, est motus cordis, calor autem non mouet localiter, nisi per accidens. Per se enim caloris est alterare, per accidens autem mouere secundum locum. Ridiculum igitur est dicere, quòd calor sit principium motus cordis, sed oportet ei assignare causam quæ per se possit esse principium motus localis. Principium ergo huius considerationis hinc oportet accipere, quòd sicut Philosophus dicit in octauo Physicor. quorumcúnque principium motus in seipsis est, hoc natura dicimus moueri: vnde animal quidem totum natura seipsum mouet: corpus autem eius contingit & natura & extra naturam moueri. Differt enim secundum qualem motum quod mouetur eueniat & ex quali elemento constat. Cùm enim animal mouetur deorsum, est quidem motus naturalis & toti animali & corpori: eo quòd in corpore animalis elementum graue prædominatur, cuius natura est moueri deorsum. Cùm autem animal mouetur sursum est quidem motus naturalis animali: quia est à principio eius intrinseco, quod est anima: non tamen est naturalis corpori graui: vnde & magis fatigatur animal in hoc motu. Motus autem secundum locum in animalibus causatur appetitu & apprehensione sensitiua vel intellectiua: vt Philosophus docet in 3. de anima. In alijs igitur animalibus totius processus motus naturalis est. Non enim agunt à proposito: sed à natura. Naturaliter enim hirūdo facit nidum & aranea telam. Solius autem hominis est à proposito operari: & non à natura: sed tamen cuiuslibet operationis suæ principium naturale est: licet enim conclusiones scientiarum speculatiuarum & practicarum non naturaliter sciat: sed ratiocinando inueniat: prima tamen principia indemonstrabilia sunt ei naturaliter nota, ex quibus ad alia scienda procedat. Similiter ex parte appetitus appetere vltimum finem qui est fœlicitas hominis est homini naturale: & fugere miseriam: sed appetere alia non est ei naturale: sed ex appetitu vltimi finis procedit in appetitum aliorum. Sic enim est finis in appetibilibus, sicut principiū indemonstrabile in intellectualibus: vt dicitur. 2. Phy. Sic ergo cū motus omnium aliorum membrorum ex motu cordis causetur: vt probat Philosophus in li. de motu animalium: motus quidē alij possunt esse volūtarij: sed primus motus qui est cordis est naturalis. Oportet autē cōsiderare, ꝙ motus sursum est naturalis igni: eo ꝙ cōsequitur formā eius. Vnde & generās, quod dat formā, est per se mouens secūdum locū: sicut autē formā elemēti cōsequitur aliquis motus naturalis, sic nihil prohibet alias formas sequi alios motus naturales. Videmus enim, quòd ferrū naturaliter mouet ad magnetē: qui tamē motus nō est ei naturalis secūdū rationē grauis & leuis: sed secundū ꝙ habet talē formā. Sic igiť & animal inquātū habet talē formā quæ est anima, nihil prohibet habere aliquē motū naturalē & mouēs hūc motū est, quod dat formā. Dico autē motū naturalē animalis eum qui est cordis: quia vt Philosophus dicit in lib. de motu animalium. Existimādum est cōstare animal queādmodū ciuitatē bene ac legitimè rectam. In ciuitate enim quando semel stabilitus fuerit ordo, nihil est opus separato monarcho quem oporteat adesse ad singula eorum quæ fiunt: sed quilibet facit quæ ipsius sunt: vt ordinatum est: & fit hoc post hoc propter consuetudinem. In animalibus autem idem hoc per naturam fit: & quia natum est vnumquódque sic constantium facere proprium opus: vt nihil opus sit in vnoquóque esse animam, scilicet inquantùm est principium motus: sed in quodam principio cordis existente alia quidem viuere, eo quòd apta nata sunt facere proprium opus propter naturam. Sic igitur motus cordis est naturalis quasi consequens animam, inquantùm est forma talis corporis & principaliter cordis. Et fortè secundū hunc intellectū dixerunt quidam motum cordis esse ab intelligentia: inquantùm posuerunt animam ab intelligētia esse sicut Philosophus dicit in 8. Phy. sicut motum grauium & leuium esse à generante inquantùm dat formā quæ est motus principium. Omnis autem proprietas & motus consequitur aliquam formā secundū conditionem ipsius: sicut formā nobilissimi elemēti, puta ignis consequitur motus ad locum nobilissimum qui est sursum. Forma autem nobilissima in inferioribus est anima quæ maximè accedit ad similitudinē principij motus cœli. Vnde & motus ipsam consequens simillimus est motui cœli: sic enim est motus cordis in animali, sicut motus cœli in mundo: sed tamen oportet motum cordis à motu cœli deficere sicut principiatum deficit à principio. Est autem motus cœli circularis & continuus. & hoc ei competit inquantùm est principium omnium motuum mundi. Accessu enim & recessu corpus cœleste imponit rebus principium & finem essendi: & sua continuitate conseruat ordinem in motibus qui non sunt semper. Motus autē cordis principiū est omniū motuū qui sunt in animali. Vnde Philosophus in 3. de partibus animaliū dicit, ꝙ motus delectabiliū & tristium & totaliter omnes sensus hinc incipientes videtur, scilicet in corde: & ad hoc terminari. Vnde ad hoc ꝙ cor esset principiū & finis omniū motuū qui sunt in animali, habuit quendā motū non circularē: sed similē circulari: cōpositū scilicet ex tractu & pulsu. Vnde Philosophus dicit in 3. de anima, ꝙ mouēs organicè est, vbi est principiū & finis idē. Omnia autē pulsu & tactu mouentur: ꝓpter quod oportet sicut in circulo manere aliquid: & hinc incipere motū. Est etiā iste motus cōtinuus durante vita animalis: nisi inquātū necesse est intercidere morulā mediā inter pulsum & tractum, eo ꝙ deficiat à motu circulari. Per hoc ergo de facili soluuntur, quæ in contrariū obijci possunt: neque enim dicimus motū cordis esse cordi naturalē inquātū est graue vel leue: & inquātū est animatū tali anima: & duo motus qui videntur cōtrarij sunt quasi partes vnius motus compositi ex vtroq; inquātū deficit à simplicitate motus circularis quē tamē imitatur inquantū est ab eodē in idē: & sic nō est incōueniēs si quodam modo fit ad diuersas partes: quia & motus circularis aliqualiter sic est. Nec etiam oportet, ꝙ causetur ex apprehēsione & appetitu: licet sit ab anima sensitiua. Non enim causatur ab anima sensitiua per operationē suā: sed inquātùm est forma & natura talis corporis. Motus autē progressiuus animalis causatur per operationē sensus & appetitus, & propter hoc medici distinguūt operationes vitales ab operationibus animalibus: & dicūt, ꝙ cessantibus animalibus remanent vitales: vitales appellātes quæ motū cordis cōcomitantur: quib⁹ cessantibus cessat vita: & hoc rationabiliter. Viuere enim viuētibus est esse: vt dicitur 2. de anima. Esse autē cuiq; est à propria forma. Hoc autē differt inter principiū motus cœli & animā: quia illud principium nō mouetur per se, neq; per accidens: anima autem sensitiua, licet non moueatur per se, mouetur tamē per accidēs. Vnde proueniunt in ipsa diuersæ apprehensiones & affectiones. Vnde motus cœli semper est vniformis: motus autem cordis variatur secundum diuersas affectiones & apprehensiones animæ. Non enim affectiones animæ causantur ab alterationibus cordis: sed potius causant eas vnde in passionibus animæ puta in ira: formale est, quod est ex parte affectionis scilicet, quòd sit appetitus vindictæ: materiale autem quòd pertinet ad motum cordis, puta quòd sit accensio sanguinis circa cor. Non autem in rebus naturalibus forma est propter materiam: sed econtrà: vt patet. 3. Phy. sed in materia est dispositio ad formam. Non ergo propter hoc aliquis vindictam appetit: quia sanguis circa cor accendatur: sed ex hoc aliquis est ad iram dispositus. Irascitur autem ex appetitu vindictæ. Licèt autem aliqua variatio accidat in motu cordis ex apprehensione diuersa: & affectione, non tamen illa variatio motus est voluntaria: sed inuoluntaria: quia non fit per imperium voluntatis. Dicit enim Philosophus in lib. de causa motus animalium, quòd multotiens apparente aliquo, non tamen iubente intellectu, mouetur cor: & pudēda: & huius causam assignat: quia necesse est alterari alteratione naturali animalia: alteratis autem partibus, hoc quidem augeri: hoc autē decrementū pati: vt iam moueatur & permutetur natis haberi permutationibus inuicē. Causæ autē motuum animalis caliditas, & frigiditas quæ de foris & intus existentes naturales & præter rationem vtique facti motus dictarum partium, id est, cordis & pudendi alteratione incidente fiunt. Intellectus enim & phantasia passionem afferunt vt cōcupiscentiæ iræ & huiusmodi ex quibus cor calescit vel infrigidatur: & hæc de motu cordis dicta sufficiant.

Explicit opus trigesimumquintum beati Thomæ Aquinatis, de motu cordis.

INCIPIT EIVSDEM DOctoris opus Trigesimumsextum. De instantibus:

Quid sit tempus & qualiter tempus in istis inferioribus participatur, & quæ sit angelorum & eorum operationum mensura.

CAP. I.

QVONIAM omnem durationem concomitatur instans, ideò ad naturam durationis aperiendam, de natura instantis oportet aliquid dicere. Horum enim alterius notitia ad alterius cognitionem valet: & quia composita sunt nobis notiora simplicibus, & diuisibilia indiuisibilibus: ideò à temporis notitia incipiendum est. vt per ipsum ad instantis cognitionem: & inde ad diuersarum durationum notitiam facilius possit perueniri. Sciendum est ergo primò, quòd tempus dicitur. 4. Phy. numerus motus: licet enim nihil sentiamus per aliquem sensum exteriorem nisi aliquo motu facto circa corpus, tamen sola cogitationum successione potest anima prius & posterius percipere in ipsa successione & ita necessariò in successione apprehendit anima duo vel tria vel plura: & iste numerus apprehēsus in successione est tempus. Sed hoc dubitationem habet. Cùm enim tempus sequatur motum primi mobilis: vt eius propria mensura: actio autem animæ primo mobili non subiaceat: cùm non perficiatur organo corporali, sola enim corpora primo corpori: & eius motui subiacent: videtur secundum actionem animæ tempus non posse percipi, nisi aliqua transmutatio circa corpus contingat. Ad huius ergo euidentiam considerandum est, quòd est vnus primus motus qui est causa omnis motus secundi: & ideò quæcúnque transmutationes sunt circa ista corpora inferiora, fiunt ab illa prima transmutatione. In actionibus autem animæ, licet non sit transmutatio ex parte ipsius animæ, tamen transmutatio ex parte phantasmatum: per quorum naturam in cogitationibus animæ est continuum & tempus: sicut dicitur in 3. lib. de anima & ideò anima in suis cogitationibus percipit successionem continuam. & apprehendit prius & posterius in ea: & in hoc consistit ratio temporis. Tempus enim est numerus prioris & posterioris in motu: & ab vnitate primi motus habet tempus vnitatem. Comparatur enim tempus ad primum motum non solùm vt mensura ad mensuratum: sed etiam vt accidens ad subiectum. Impossibile est autem in vno subiecto esse plura accidentia eiusdem speciei: sicut in vna parte superficiei non possunt simul esse duæ albedines. Motus autem primus est vnus & vniformis: vnde tempus oportet esse vnum. Ad alias autem transmutationes comparatur tempus solùm: vt mensura: vnum enim potest esse mensura plurium vt vna virga plurium pannorum: & ideò tempus non multiplicatur ad multiplicationem inferiorum transmutationum: sed manet vnum ipsis multiplicatis. Ex quibus patet, quòd in substantijs separatis quæ non intelligunt cum cōtinuo & phantasmate nō est tempus, in cuius diffinitione cadit motus qui est subiectum temporis: à quo tempus habet, quòd sit continuū. In diffinitione enim temporis ponitur numerus vt formale & vt genus: & motus ponitur obliquè vt eius subiectum & loco differētiæ: semper enim cùm accidētia in abstracto diffiniūtur, ponitur subiectum loco differentiæ: sicut simitas dicitur nasi curuitas. Secūdo nāq; loco debet semper differentia in diffinitione poni. Et inde est, ꝙ tempus nō est absolutè numerus sicut duo vel tria: sed est numerus applicatus rebus: sicut duæ vlnæ panni & huiusmodi. In substantijs autem separatis non est subiectum temporis sic dicti. Vnde mensura actionis in eis non habet aliquam continuationem à materia: nec ab aliquo exteriori: sed quia non potest ab eis apprehendi simul nisi vnum: oportet, quòd in apprehensione plurium cadat successio prioris & posterioris: sed totum hoc est discretum & nō continuum: & tempus est in actionibus earum secundū similitudinē eius quod est formale in eo: nō autē secūdū eius materiale à quo habet esse cōtinuū: ideò tempus quo mēsurať successio in actionib⁹ angelorū est ex indiuisibilibus: sicut numerus cōponiť ex vnitatib⁹ quæ sunt indiuisibilia quædā. Illa autē indiuisibilia nō pertinet ad genus quantitatis: sicut vnitates pertinent: & hoc de facili cognoscitur si natura nostri temporis consideretur. Sciendū est ergo ꝙ cū ratio mensuræ primò inueniatur in quantitate discreta & per eius naturā in continua, nihil poterit habere rationem mēsuræ in quātitate cōtinua, nisi ex adiūctione quantitatis discretæ: & ideò tempus, quod est mensura motus à quo habet continuitatem sicut à subiecto formaliter est numerus: & per hoc est mensura: quāuis esse habeat per motum: sicut accidēs à suo subiecto. Si ergo tempus nostrum consideretur formaliter est numerus, siue etiā quātitas discreta: sed ratione sui subiecti est quantitas cōtinua: vnde tēpus nō est numerus absolutus: sed applicatus rebus. Quātitas autē discreta habet originem à quantitate cōtinua: vt dicitur 3. Phy. propter diuisionem enim continui est additio in numero. Nec forent duæ vnitates facientes numerum aliquarum rerum, nisi illæ res essent diuisæ abinuicem: in se tamen retinentes vnitatem. Diuisio autem rerum singularium eiusdem speciei, est per materiā nō ꝑ formā: cū species sequať formā. Species autē vna est. In angelis autē materia nō est: & ideò substātiæ separatæ à Philosophis vocātur: ex quo patet, ꝙ mēsura actionū in angelis cū insit eis, vt in subiecto nō ꝑtinet ad quantitatē discretā. Diuisio enim & nu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

merositas quæ est in eis,est solutio formalis,& nullo modo materialiter:cū tot sint in eis species,quot indiuidua:& ideò multitudo quæ est in eis,est de transcendentibus.Certum est enim,q̄ vnum & multa diuidunt ens:vt patet,q̄ illud vnum & multa non sunt in aliquo genere determinato:puta in quantitate : cùm vnitas talis & multitudo possit reperiri,vbi nulla est quantitas: vt in angelis. Tempus autem quod mensurat eorum actiones non est continuum,nec numerus qui est quantitas discreta:cùm ista oriatur à continua:sed est numerus qui est multitudo quæ est de transcendentibus: & ex talibus indiuisibilibus componi habet : & ideò non oportet inter duas eius actiones quæ perficiuntur in diuersis indiuisibilibus illius temporis aliquod medium cadere. Possunt enim duæ actiones immediatè sibi succedere:sicut & duæ vnitates.Solùm eñ inter duo indiuisibilia temporis nostri quod ex talibus componi non potest:cùm sit continuum,cadit medium.Sed si ex eis cōponeretur tempus nostrum,nil caderet mediū:quia partes rei immediatè coirent:& ideò instantia in tempore nostro non sunt partes:cùm sibi inuicem immediatè succedere non possint. Ex dictis ergo manifestum est non esse transitum,cùm angelus aliquid morosè intelligit:sicut quando intelligit duo successiuè.Apud nos autē successio quædā est,quādo intelligimus vnum continuè:sicut quando intelligimus plura successiuè.Et huius ratio dicta est,quia tempus quod mensurat actiones nostras non est in eis,sicut in subiecto : sed est mensura earum tantū.In motu verò primo est sicut in subiecto:& ab illo habet transitum per naturam, qua subiectum eius est cum essentia motus : sicut in quodam transitu.Et ideò quando intelligimus aliquod indiuisibile,putà à.oportet q̄ ipsum solùm simul intelligamus: cùm nō habeat quid prius & quid posterius intelligatur. Est enim indiuisibile si morosè intelligatur & quiescat intellectus illud intelligēdo & aliud non transeundo,mensura actionis nostræ nullum transitū habebit cum ipsa sit tota simul. Natura enim mensuræ intrinsecæ est nihil accipere à mensurato.Tempus autem est mensura extrinseca omnium præterquā ipsius tantùm in quo est:sicut in subiecto: & idem est motus primus. Erit ergo transitus,quando intelligimus aliquod indiuisibile nō à parte actionis nostræ causatus in ipso tempore cùm in eo nihil causetur,nisi à subiecto proprio:sed à parte ipsius tēporis applicati actionibus nostris tanquā mensura mensurato,& non tanquā accidens subiecto.Cùm autē angelus aliquod vnū intelligit morosè nullus trāsitus est:sed est vna particula ipsius temporis indiuisibilis,quo mensuratur actio eius quæcūque mora fuerit in illud intelligendo.Non enim aliquid continuum vnum vniforme est transitum habens;cuius tempus illud sit mensura & accidens,vt apud nos. Et ideò particulæ illius temporis nō habent transitum:nec à parte intelligibilium sibi succedentium:cùm vnum aliquid indiuisibile intelligatur : nec à parte alicuius subiecti cuius existentia est in continuo motu & transitu.Hoc autem imaginationem nostram transcendit:quia imaginatio nostra non transcendit continuum & tempus. Vna ergo particula indiuisibilis illius temporis manere potest cum multo tempore nostro: cuius tamen partes illi particulæ communere non possunt: nec tamen propter hoc est in illa particula successio vel continuatio aliqua : cùm tempus illud non sit accidens alicuius in successione & cōtinuitate existentis:vt dictum est. Manifestum est ergo,q̄ vniuersaliter omne tempus consistit essentialiter in quadā morosa successione. Accidit autem ei,quòd illa successio sit continua vel discreta ratione eorū,quibus applicatur.Discretio enim illa quæ est temporis in angelis,non est eius vt numerus quo numeratur,hoc enim est absolutum à tempore,sed habet eam ab actionibus,quæ sibi succedunt sine medio.

Qualiter in toto tempore est instans idem re,differens in ratione.

CAP. II.

NVnc verò de ipsis instantibus supereſt agere. Sciendum est ergo,quod sicut punctus se habet ad lineam,ita se habet nunc ad tempus.Geometræ autem imaginantur punctum per motum suum causare lineam. Quorum ratio est,quia linea non habet nisi vnam dimensionem : vnde indiuisibilis est secundum latum & profundū, & ideò non est in linea:vnde punctum excedat in latum. Cùm autem in longum linea excedat punctum , si imaginemur punctum quiescere,non poterimus imaginari ipsum esse causam lineæ.Si verò imaginemur ipsum moueri,licet in ipso nulla sit dimensio , nec aliqua diuisio per consequens, per naturam tamen motus sui relinquitur aliquid diuisibile,& quia punctus non habet causare lineam nisi secundum quod linea caret latitudine & profunditate, non autem secundum quod habet lōgitudinem, ideò ex natura motus sui, quod relinquitur,erit dimensionale vna dimensione, & tale necessariò erit linea.Ille tamen punctus nihil est de ipsius lineæ essentia, quia nihil vnum & idē realiter omnibus modis indiuisibile potest simul in diuersis partibus eiusdem continui permanentis esse.Necessariò tamen si esset de essentia lineæ constituta per suum motū, foret de essentia cuiuslibet partis suæ , quia qua ratione pertineret ad vnam partem eiusdem , eadem ratione pertineret ad omnes , cùm æqualiter ad omnes se habeat.Nec potest esse terminus eius vel continuatio aliqua,cùm ille punctus sit aliquid vnum realiter.Vnde non possunt esse plures puncti realiter. In linea tamen sunt plures puncti & realiter abinuicem diuisi : vt duo eius termini,& similiter in eius continuatione.Linea enim est quantitas positionem habens & manens,nec cum puncto moto transiens.Punctus ergo mathematicè imaginatus qui motu suo causat lineam necessariò nihil lineæ erit , sed erit vnum secundum rem & diuersum secundum rationē, & hæc diuersitas quæ consistit in motu suo , realiter est linea , non identitas sua secundum rem. In hac ergo linea constituta per diuersitatem puncti,erunt puncta quædam duo actu vt eius termini, qui cadunt in eius diffinitione , & infinita alia in potentia secundum,quòd ipsa est in infinitum diuisibilis potentialiter , per quem modum de instanti tēporis est agendum,nisi quòd instans est de substantia temporis.Sciendum est ergo,q̄ mobile est causa motus non efficiens sed materialis. Motus enim est in mobili : vt in subiecto, sicut dicitur in 3.Phy.mensura autem ipsius mobilis est instās, quia instans sequitur id,quod fertur vt dicitur,quarto Phy.& quidam referunt hoc ad instans æui,dicentes ipsum esse idem secundum rem cum instanti temporis, differens tamen ratione , dicentes , quòd primum mobile cuius mensura est instans,quia essentia sua est tota simul & non in aliqua successione,sicut & essentia instantis est tota simul,ideò non est vnum & idem realiter in toto motu suo, sed diuersum & diuersum ratione , & hic eius diuersitas est totus motus eius,cuius ipsum mobile secundum essentiam nihil est,sed est penitus extra genus eius.cùm ipsum sit substantia:motus verò accidens eodem modo verò instans,quod est mensura ipsius mobilis sequens ipsum est vnum secundum rem:cū nihil perdat de substantia ipsius mobilis cuius instans est mensura inseparabilis:sed diuersum & diuersum secundum rationem:& hæc eius diuersitas est tempus essentialiter cuius ipsum instans,quod est mensura primi mobilis nihil est secundum eos:& ideò aliud in essentia sua est instans, quod est vnum in toto tempore à quolibet instanti,quod est in toto tempore vel vt continuans vel vt terminus.Illud enim instans est mensura essentiæ primi mobilis secūdū q̄d est permanēs,nullū autē istorū instātiū est mēsura alicuius:quia ipsum tēpus in quo reperiunt prædicta instantia est mē sura omniū inferiorū nō solū secūdū suos motus:sed etiam secundum sua esse:quia inferiora sunt transmutabilia non solùm secundum locum:sed etiam secundum suum esse:cū sint corruptibilia:vnde dicūt, q̄ multos decipit æquiuocatio instantis quæ multipliciter latet in genere secundum Philosophū.Nō enim est aliquod instans quod mensuret aliquam rem inferius,quod idē sit in toto tempore ipsius motus:cùm nullum tempus sit accidens motus rei inferioris:sed primi mobilis tantùm: vnde cùm res inferior mouetur motus eius est accidens eius:sed tempus eius non est accidens huius motus:sed mensura tantùm.Mensura enim est accidens primi mensurati tantum in isto genere:aliorum autem mensura tantùm:non autem accidens:& ideò tempus non est in aliquo motu alicuius rei corruptibilis:vt in subiecto : sed in motu primi mobilis tantum.Potest tamen ratio de isto tempore cuilibet motui particulari aliquid attribuere & assignare in eo principium & finem per comparationem ad principium & ad terminum alicuius motus particularis:sicut facit in die cùm accipit ortum & occasum solis tanquàm principium & finem temporis.

Cuius sit mensura instans temporis & æuum.

CAP. III.

HIs autem est aduersum,quod dicit Philosophus.4.Phy.dicens ipsum instans sequi rem motā.sicut tempus sequitur motum: per hoc quòd nos deuenimus in notitiam prioris & posterioris in motu per ipsum mobile.quia cùm ipsum inuenimus in aliqua parte magnitudinis per quam mouetur statim dicimus motum per quem illuc aduenit præterisse & motum per quem inde ad aliam partem magnitudinis transibit futurum esse:& sic per mobile alteratum apprehendimus numerum motus.Similiter est in tempore: quia id quod distinguit partes temporis abinuicem est nunc quod est principium temporis vnius & finis alterius:ergo à commutata proportione,sicut se habet tempus ad motum,ita se habet nunc temporis ad mobile:vnde videtur Philosophus velle nūc tēporis sequi ipsum mobile:ita quòd idem nunc sit mēsura mobilis & continuās partes temporis adiuncti.Idem etiam nunc dicit primò mensurare tempus ipsum:quia vnumquódque mensuratur per id,quod est notius in suo genere:vnde illud de genere temporis est:de eodē etiam nunc subiungitur,quòd nihil temporis est nisi ipsum,scilicet nūc ex quibus patet,quòd instans quod sequitur mobile sit de substantia temporis:cuius oppositum dicebatur. Ad huius ergo difficultatis solutionem notandum est,quòd instans cui non est accidens primi mobilis:sed mensura tantùm:secundum illud eius quod est inalterabile scilicet secundum essentiā:accidēs verò est primi æuiterni: & sequitur illud sicut accidens subiectum suum:alia autem nō: vnde manifestum est,quòd non est idem nunc æui & nunc temporis, quod sequitur mobile.Hoc enim , est mensura mobilis secundum quod est idem in toto motu & accidēs eius:vnde Philosophus quærens naturam instantis in 4.Phy.docet quòd nihil temporis est,nisi instans:& ad hoc accepit rationem ex beatitudine motus ad mobile:dicens quòd sicut loci mutatio &ipsum mobile sunt similia:sic numerus mobilis simul est cū numero motus localis : sed tempus est numerus loci murationis : ergo numerus ipsius mobilis semper erit cum tempore:hoc autem nihil aliud est quàm nunc:ergo nunc & tempus sunt simul. Addit autem quòd ipsum comparatur ad id quod fertur:non sicut numerus:sed sicut vnitas,cùm nunc sit indiuisibile.Ex quibus manifestum est aliam esse naturā instantis,quod mensurat mobile,secūdum illud quod est & secundum id quod est idem in toto motu:aliud autem est quod continuat tempus : patet enim ex parte motus &mobilis mobile esse idem in toto motu realiter:sed alterum & alterum ratione:sed hæc eius alteritas consistit in quibusdam indiuisibilibus motus quæ dicuntur mutata esse:sine tamen interpolatione:& huiusmodi continuant motum : quando quies in aliquo illorum nō accidit. Mobile autē nihil est horū : cùm quodlibet horum accidat sibi:similia tamen sunt hæc mutata esse cùm mobili:quia eius sunt vt subiecti:sicut à parte mobilis: ita & à parte instantis:quod sequitur mobile est accipere diuersa & diuersa esse. Et hæc eius diuersitas consistit in ipsis indiuisibilibus tempo ris:quæ & dicuntur mensurata esse:& ista mensurata esse sine interpolatione sunt instantia quæ continuant tempus:& hæc nihil aliud sunt:nisi diuersa & diuersa ratio eiusdem instātis:quod ide est realiter in toto tēpore sequens mobile inquantū est idē re in toto motu. Huic autē adiūgitur instans æui:quod mēsurat mobile secundū se:sicut aliud nūc est mēsura eius inquātū essentia eius cōiuncta est motui,vnde sicut bene arguitur,q̄ nihil motus est: nisi mobile sit: &tamē mobile nō est aliquid de substātia seu de essentia motus,nisi forte sicut subiectum dicitur pertinere ad accidēs suū cū cadat in eius diffinitione:sed hoc est quia accidētia diffiniuntur per suppletionem subiectorum quæ penitus sunt extra essentias corū:ita bene arguitur,quòd nihil tēporis sit:nisi instās sit:nec tamen ideò sequitur,q̄ illud instans sit aliquid tēporis:& ideò Philosophus subtilissimè cū veller ostēdere nihil tēporis esse:nisi nunc nō hoc directè cōclusit,quod intēdere videbatur:sed directè conclusit nunc & tēpus esse similia:sicut mobile & motus sunt similia:&cōstat quòd motū esse ipsius mobilis est cōtinuatio ipsius motus:nō autē ipsum mobile:sed sicut mobile nō separatur à moto esse nec à motu:sed semper sunt similia:ita etiam de ipso nunc q̄ ipsa diuersa esse sunt essentiæ eius cōtūcta:nō dico diuersa esse eius:quia diuersitas nō attingit essentiā æui:licet ei cōiungatur:sed attingit nūc tēporis. Vnde hęc diuersa esse et adiuncta erunt aliquid tēporis & nō ipsum nūc præter quod tamē nihil tēporis est. Ipsum verò instās quod in se alteratur diuersa & diuersa ratione quo ad sua esse est aliquid tēporis: sed nō tēpus. Vnde philosophus ibidē cū prius vocasset ipsum nunc numerū mobilis:super hoc enim stabat argumentū eius: subiungit nunc nō cōparari ad mobile sicut numerū:sed sicut vnitatē numeri : quā cōstat nō esse numerū:sed eius replicatio quæ est sibi alterū & alterū esse est numerus. Ipsa autē replicatio vnitatis nō est ipsa vnitas: sed accidens eius:licet ipsa quoque sit accidēs. Instās ergo quod est quasi vnitas ipsius primi mobilis:secundū Philosophum nō est instans æui: quia instans æui est aliud per essentiā ab instātibus continuātibus tēpus. Ab illo tamē ista deriuātur & oriūtur:sed ipsum est idem in essentia sua:in qua nulla cadit alteratio: sicut in essentia primi mobilis. Nec alterabitur etiā cōsequenter ad alterationē primi mobilis:quod alteratur secundū vbi:hoc est instās quod nos vocamus æuum quod est principiū tēporis. Vnde Boētius 3.de cōso.Qui tēpus ab æuo ire iubes:quia ab isto instāti procedit tēpus,sicut motus à mobili:nō tanquā ab aliquo sui generis:sed exēplariter: sicut dicimus inferiora procedere à superioribus. Ideò subtiliter discernēdum est inter ista duo nūc:quia primū nunc est mēsura tantū:secūdū verò etiā est accidēs & ad genus tēporis pertinēs:ideò dicitur mēsurare tēpus. Vnde Philosophus 4.Phy.per cōparationē mobilis ad motū docet quomodò istud instās mēsurat tempus:quia scilicet vnūquòdq; mensuratur per id quod est notius sui generis. Inter ea autē quæ ad tēpus pertinent notius est instās:sicut & ipsum mobile notius est in motu:& per ipsum cognoscitur ipse motus. Vbi cōsiderādū est q̄ duobus modis aliquid potest esse mēsura alterius:vno modo quādo ipsa mensura semel vel pluries accepta æquiparatur mēsurato,sicut trinarius alium trinariū mēsurat vel nouenarium. Alio modo quādo vnum est ratio cognoscēdi aliud. Vnde de isto cognitio nō habetur,nisi secūdū quod aliud ducit intellectū in cognitionē ipsius. Et ideò illud nō erit absolutè mēsura alterius : sed mediāte scientia:& ideò Philosophus dicit 10. Meta. quòd scientia est mēsura scibilis:hoc autē erit per modū illius per quod intellectus ducitur in cognitionē talis rei.Isto modo mobile potest dici mēsura motus:quia per eius noticiā deuenitur in noticiā motus:vt ibidē dicitur:quia,mobile est permanēs:motus verò trāsiens. Ideò mobile notius est ipso motu,similiter istās tale notius est tēpore simpliciter,quia permanēs est & idem re,tempus verò trāsiens:licet q̄nque tempus sit nobis notius:quia est aliquo modo subiectū sensui : quia est sensibile cōmune cū sit numerus motus. Cū autē dicitur , quòd nihil est præsens de tēpore,nisi nunc:nō significatur aliquod instās quod est cōtinuās partes tēporis adinuicē:quod cum tēpore labitur nec permanet:vt iterum signari possit:sicut potest punctus in linea respectu diuersarū partiū lineæ:nihilominus idē nunc est principiū vnius partis & finis alterius in tēpore:sicut in linea punctus:sed hoc dicitur de nunc,quod sequitur id quod fertur,. Id enim manet idē secundū essentiā in toto tēpore:variatū tamē per rationē , & in ista diuersitate eius inueniūtur multa instātia:semper tamē habētia cū tēpore. Cōstat autē nullū talium instātium labentium esse causam tēporis:cū nullum ipsorum maneat in toto tēpore:sed trāseat cum qualibet parte tēporis. Ipsa enim sunt diuersæ ratiōes ipsius instantis:quod est idem in toto tempore: & ideò vocatur instātia:quod autem instās permanens patitur aliquā alterationē sibi adiungi: quia dictum est ipsum nunc habere diuersum & diuersum esse:hoc accidit quia vnum & idē natum est habere diuersas mensuras: sicut patet de corpore cœlesti:quod secundū suum esse quod est intrāsmutabile mensuratur æuo quod est instans permanens : sed quia idem corpus habet trāsmutationem adiunctam motui , mouetur eum secundum locum:tempus autem est mensura motus: vt dictum est. ideò hoc instans:licet sit inti āsmutabile est tamē mutationi adiunctum ratione sui subiecti,quod mouetur secundum locum: vt dictū est: & sic accidentaliter habet mutationem adiunctā siue alterationē:similiter in substātijs separatis reperitur quidā motus affectionum & intellectionum:non autem secundum suum esse. Vnde vbicúnque reperitur natura istius nunc semper est reperire motum aliquem adiunctum. Ex quo manifestum est quod æuum non est vt in subiecto in primo mobili:sed est mensura eius tantùm : vt in subiecto autem est in primo æuiterno:sicut enim tempus respectu primi mobilis est accidens & mensura:respectu autem motuum aliorum inferiorum mensura tantùm. Ita æuum respectu primi in genere eorum quæ æuo mensurātur est accidens & mensura. Respectu autem aliorum est mensura tantùm:& quia primum in quolibet genere est vnum tantùm. In vno autem subiecto impossibile est plura esse accidentia vnius naturæ,ab illius vnitate erit tātùm vnum æuum omnium quæ æuo mensurātur:sicut tempus est vnum omniū: quia motus primi mobilis est vnus.

Quid mensurat operationes angelorum.

CAP. IIII.

COnsiderandum est autem quòd nulla actio substantiæ separatæ mensuratur isto nunc,cùm nulla actio sua sit sua substantia: solius enim Dei actio est eius substantia:& ideò substantia & actio eius est æterna:cùm autem angelus agit aliquid extra:sicut quando aliquid agit circa ista corpora inferiora illa trasmutando sicut factum est in angelo Thobię:tunc actio sua mensuratur tempore nostro:si autem actio sua non fuerit ad extra cuiusmodi est intelligere:tunc si intelligit in vno actio sua mensuratur æternitate participatiuæ. Sic enim actio sua naturam suam transcendit:quia per naturam suam non videret res in verbo. Si verò intelligat per species suas : tunc actio sua cum sit successiua mensurabitur tempore quod non est cum nostro:nec etiam cum eo quod formale est in ipso : & huius temporis vna particula cum multo tempore nostro esse potest nullo medio intercidente,quamuis in tempore nostro multa media cadant propter eius continuitatem. Cùm verò intelligibilia sibi succedunt:erit ibi tempus perfectum ex multis particulis indiuisibilibus in seipsis,& hæ particulæ non sunt instantia: quia nulla istarum est eadem in toto tali tempore:sicut est instans temporis in tempore. Nec aliqua istarum est continuatio temporis:sed quælibet est pars sicut vnitas numeri. Ex his manifestum est, quòd tempus nostrum non causatur ab illo mtepore:sed ab æuo quod est idē in toto tempore. Æuo autem nulla est actio mēsuratur:sed esse ipsorū æuiternorum:& ipsa æuiterna. Æuum autem non se habet ad tempus sicut aliquid eiusdem speciei : sed tanquàm causa analoga. Per prius enim inuenitur ratio mensuræ in æuo quàm in tempore. Vnde à parte æui quod toti tempori nostro coëxistit , & cuilibet eius instanti inferri potest primum angelum toti tempori nostro coëxistere:sed non quòd mensuretur æuo. Tempus enim nostrum concomitanter se habet ad angelum ratione æui cui tempus nostrū est adiunctum. Vnde si aliquo modo diceretur angelus commetiri: seu mensurari tempori,quod est mensura motus, necessariò hoc foret per concomitantia : & hoc conuenienter posset dici si tempus non haberet finem:sicut est Philosophi opinio. Tunc enim tempus indeficienter sequeretur æuum. Sed quia tempus non semper durabit:cessabit namque motus,non est concordia seu concomitantia

Universidad de Deusto
Biblioteca

temporis & eui, nisi vt nunc. Tépus verò quod mensurat actiones angelorũ, cõcomitatur simpliciter ipsum æuum. Semper enim angeli intelligent per species rerum proprias quas apud se habent. Quia ergo hoc tépus absolutè æuum cõcomitatur tempori, tépori autẽ nostro in nullo proportionatur, nisi fortè accidentaliter. Pót enim vna particula indiuisibilis illius tẽporis toti tépori nostro cõ manere: & vltra hoc secundũ morã quã faceret angelus super idẽ intelligibile: ideò per naturã illius tẽporis nõ pót inferri, q intelligere angeli mẽsuretur tẽpore nostro: nec etiã q tẽpus nostrũ commetiatur vnicã eius intellectionẽ, vt ostensum est, nisi ex suppositióe. Vt si ponatur vna particula illius tẽporis in qua intelligit vnũ intelligibile coëxistere alicui particulari tépori apud nos. Tunc enim ex hypothesi sequeretur tẽpus nostrũ cõmetiri ipsi intellige re angeli: non tanquã propria mẽsura eius: sed tanquã quid eã cõcomitãs: & ad huc remotius quã æuum: quia tẽpus nostrũ non comparatur illi tempori siue illi intelligere, nisi per æuum à quo effluit vtrunque tempus.

Quid sit subiectum aui. CAP. V.

NVnc verò restat ostendere, cuius sit æuum, vt subiecti. Ad cuius euidentiã considerandũ est q sicut dicitur 10. Meta. Vnumquódq; mẽsuratur per simplicius sui generis. Est aũt accipere simpliciter simplicissimũ secundũ multitudinẽ, sed non secundũ magnitudinẽ. Et hoc vel simpliciter, sicut vnitas est mẽsura omnis numeri, vel in ipso genere habens rationẽ generis: sicut binarius est numerus simplicissimus, minimã habens cõpositionẽ. sed nõ mensura simpliciter, sed tantũ numerũ pariũ. Simplicissimũ autem in motibus secundũ multitudinẽ est primus motus quo mensurãtur alij motus. Secundũ verò magnitudinẽ non est accipere simplicissimũ: quia magnitudo est diuisibilis in infinitũ. Ex statuto tamen significatur minimũ secundũ magnitudinẽ ad quod omnia mensurãtur: vt pedale vel huiusmodi. Et in aliquo istorũ semper erit ista mẽsura vt in subiecto. Ad alia aũt cõparatur vt mẽsura tantũ: ideò tẽpus est in primo motu vt in subiecto. Quia verò in rebus ordinatis inter se supremũ infiniti attingit infimũ supremi: ideò tempus in supremo sui vbi est sicut in subiecto coniungitur æuo quasi infimo sui: quia æuũ nõ pertinet ad cœlũ, nisi sicut mẽsura tãtũ. Oportet ergo æuũ esse vt in subiecto in re tali cui coniũgitur æternitas in ratione mẽsuræ. Nulla aũt creatura secundũ esse suũ est æterna. Pót tamen secundũ actionẽ suam participare æternitatẽ: sicut angelus qui intuetur res in speculo æternitatis. Hæc enim est perfectio essentiæ naturæ angelicæ, scilicet visio gloriæ. Aeuum ergo vt in subiecto erit in illo, qui magis participat tali visione. Illius enim essentia est magis perfecta & natura sublimata. Et ideò supposito q Lucifer fuisset maximus angelorũ si stetisset, in eo foret æuum vt in subiecto. Sed quia eius natura nõ est perfecta perfectione gloriæ æternæ, nõ est in eo aliquid quod sit aliis mẽsura: sed in eo qui magis inter omnes est gloriæ particeps. Manifestũ est enim quòd in corpore perfectissimo quòd est maximè à corruptione remotũ: vt puta cœlesti, est vnde alia mensurãtur. Eius aũt perfectio sequitur naturã suam: quia nõ est aliquis nixus ad oppositum suæ perfectionis in eo. In angelis autẽ non est tota perfectio à natura: quia potest in eis esse motus ad oppositũ: sicut patet de illis qui peccauerunt in quibus aliqui perfectiorem naturã habebant multis qui steterũt: quorũ natura perfecta est per gloriã. Et ille qui perfectiorem naturam habet in gloria, habet in se vnde alij mẽsurentur. Et ideò secundũ cõmentatorẽ 10. Meta. dicitur. Deus qui est simplicissimus, est mẽsura omniũ simpliciter: non tãquã eiusdẽ generis: sed quia vnúquódq; tantũ habet de esse & bonitate, quantum ad illũ plus appropinquat, qui est ipsa bonitas & ipsum esse à quo omnia bona sunt qui est Deus benedictus in secula. Amen.

Explicit opusculũ 36. eiusdem beati Thomæ de Aquino, de instãtibus.

Incipit eiusdem Doctoris opus Trigesimumseptimum, de quatuor oppositis.

Quòd contradictio est maxima oppositio, & quod eam immediatè sequitur oppositio priuatiua. CAP. I.

QVONIAM quatuor sunt oppositiones, vt dicitur in prædicamentis. ideò de eis breuiter agere intendimus. Primò enim considerandum est, q oppositio contradictionis prima est & maior inter alias. Cuius rationem assignat philosophus in libro posteriorũ, dicens q contradictio est oppositio: cuius secundũ se non est mediũ. Mediũ enim ostendit distantiũ conuenientiã: & ideò minuit rationem oppositionis. Cũ igitur in omnibus aliis oppositionibus sit inuenire medium, ideò omnes diminuũt de ratione oppositiõis cõtradictoriæ. Aliæ enim oppositiones mediũ habent: quædã tamẽ plus, quædã minus: & secundũ hoc magis & minus participãt de rõne oppositionis cõtradictoriæ: & consequẽter magis & minus opponũtur. Primũ em in quolibet gñe est causa omniũ q̃ sunt in illo gñe: vt patet 10. Meta. Et ideò quãtò magis aliquẽ participãt rõne primi in genere oppositionũ, tãtò minus cõueniũt in medio. Cõuenire aũt in medio est dupliciter. Aliqua enim cõueniũt in medio eiusdẽ generis cum eis: & iterũ in medio materiæ. Sicut albũ & nigrũ cõueniũt in medio colore: & iterũ in subiecto. Aliqua verò cõueniũt in medio materiæ tantũ: sicut cõtraria immediata & habitus & priuatio. Contraria nãq; immediata subiectũ cõmune habẽt, & similiter habitus & priuatio. Sed in his differẽtia est: quia in quibusdã priuatiõe oppositis, seruatur ordo respectu subiecti: & ideò nõ fit redditus à priuatione ad habitũ. Similiter est de quibusdã cõtrariis immediatis. sicut est de quibusdã infirmitatibus, quæ sunt incurabiles. Et tã in his quã in priuationibus, nõ relinquitur aliqua virtus in subiecto ad habitũ. Alia aũt sunt cõtraria immediata: sicut est sanitas & ægritudo, quæ indifferẽter licet ordine quodã respiciunt suum subiectũ: & tamẽ per vnũ eorũ non aufertur potẽtia ad reliquum. In relatiuis verò neutro modo est cõueniẽtia. Nõ em cõueniũt in subiecto. Idẽ enim nõ est pater & filius, secundũ quod pater refertur ad filiũ. Nec cõueniũt in medio sui generis: cũ nõ sit in relatiuis magis & minus: habẽt tñ quẽdã specialẽ modũ cõueniendi: qa vnũ illorũ secũdũ illud quod est. depẽdet ad alterũ. Relatiua enim se mutuò includũt & ponunt & perimũt secũdũ philosophũ. In contradictoriis verò nihil horũ reperitur. Nõ enim habẽt medium sui generis, cũ alterum extremũ sit nõ ens simpliciter extra omne genus: nec in subiecto cõuenire possunt: cũ nõ ens subiectum habere nõ possit: nec etiã illud in quo saluatur perfecta ratio entis quod est substãtia. Nec cõueniũt secundũ dependentiã suorũ intellectuũ, sicut relatiua. Ens enim nõ ponit suũ oppositũ, scilicet nõ ens: licut pater ponit filiũ. Et ideò cõtradictio simpliciter est secũdũ se non habẽs mediũ. Vnde minimè cõueniũt cõtradictoriæ opposita: & maximè opponũtur. Post oppositionẽ aũt cõtradictionis sequũtur aliæ oppositiones ordine quodã: & ideò secundũ magis & minus reperitur in eis oppositio. Priuatiuè ergo opposita cũ non habeãt mediũ sui generis, sicut aliqua cõtraria habẽt: nec dependentiam adinuicẽ, sicut relatiua: cũ nõ habẽt subiectũ cõmune, primũ locũ tenẽt post contradictionẽ. In his autẽ alterũ extremũ, priuatio, scilicet nihil ponit. Vnde de se negatio est & non ens. Priuationes em secundũ philosophũ, sunt de genere entiũ. Sed quia nõ est negatio absoluta: sed talis habitus qui requirit subiectum: ideò priuatio est negatio in subiecto. Priuatio enim de se est tanquã alterũ extremũ cõtradictiõis: sed rõne habitus quẽ sequitur determinatur ad subiectũ & ad genus sui habitus. Et ideò priuatio est negatio in genere & etiã in subiecto, vt dictũ est. Sed considerãdũ est q non cõueniũt oĩno in subiecto: qa priuatio cũ ineſt, aufert à subiecto rõne cõtrarietatis prius habitæ: cũ habitus induci nõ possit. Hoc aũt nõ facit omnis cõtrarietas. Vnde manifestũ est, priuatiuè opposita maximè opponi & maximè attingere oppositionẽ cõtradictionis. Ex quo de facili ostẽditur, cũ priuatio nata est opponi, & quomodò. Priuatio nãq; id qđ oppositionis habet, accipit à contradictoriis. Vbi inuenitur negatio absoluta, nõ esse scilicet. Vnde cũ priuatio sit de genere nõ entiũ quantũ in se est: quia de natura sua attingit vilius extremũ cõtradictionis, & sic deficiat, quia omne quod est, pòst deficit à primo: vnde alterũ extremũ cõtradictionis terminatur ad subiectũ & ad genus priuatiuũ: illud cui opponitur priuatio per se erit aliquod esse in subiecto: sicut esse absolutũ est cui opponitur nõ esse primò, & per se in cõtradictione. Sicut ergo non esse quod est alterũ extremũ cõtradictionis opponitur ipsi esse absolutè primò & per se: ei aũt ad quod sequitur ipsum esse simpliciter sicut formæ substãtiali: vel etiã materiæ ex cõsequẽti solũ opponitur: quia materia est aliquid quod requiritur ad hoc q̃ totum ens habeatur: opponitur ex consequẽti: ita nõ esse in subiecto quod est priuatio: primò & per se alicui esse opponitur, q̃d est natũ reperiri in tali subiecto. ei aũt ad quod sequitur tale esse, id est, habitui opponitur ex cõsequẽti. In ordine enim principiorũ formaliũ primũ est esse: quia esse est primus actus: nec aliqd designatur in actu nisi per esse. Nõ enim aliquis habet sanitatẽ actu, nisi sanitas ponatur esse in eo. Ideò oẽs formæ sequũtur ipsum esse in ordine actuum siue principiorũ formaliũ, vt dictũ est. Sed inhærẽdo ecõtrario est. Forma em per prius inhæret, & per ipsam ipsum esse. Et ideò cõsiderando ipsam inhærentiã, esse sequitur formã. Et hoc facile est videre in re materiali: vt puta in lapide: vbi esse nõ est ipsius formæ primò, sed ipsius rei lapidis, scilicet materiæ. Materiæ autẽ & formæ ex consequẽti. Videmus enim q̃ esse in re tali per medium & quasi distãter se habet ad formã. Ipsum em esse in lapide, est actus rei immediatè & primò: & per rem ipsam ipsum esse actus formæ talis rei, nõ vt entis: sed vt eius quo aliquid est. Ex quibus patet, q̃ esse prius est in ordine actuũ, quã forma. Sed quia materia immediatè

diatè habet cõiungi formæ cui ipsa est proportionata: ex qua coniunctione resultat cõpositum cuius actus est ipsum esse: ideò forma est medium in acquirẽdo esse ipsi materiæ & ipsi cõposito: quia ipsum cõiunctum nõ esset nisi forma inhærens esset materiæ. Et ideò secundum inhærentiam prior est forma & esse posterius: vt dictum est. Priuatio ergo secundum id quod oppositionem cõtradictionis attingit nõ esse: scilicet quod est negare primum actum directè opponitur alicui esse: & ex cõsequenti opponitur illi ad quod esse sequitur: secundum verò quod deficit à cõtradictione: quia accipitur vt in subiecto & per modum inhærentis: primò repugnat habitui: quia habitus est prior inhærẽdo, vt dictum est. Sed manifestum est, quòd hoc debetur priuationi inquantùm deficit à perfecta ratiõe oppositiõis. Ex dictis ergo manifestum est quòd plus requiritur ad oppositionem priuatiuam: quã contradictoriã. Sed tamen id quod addit oppositio priuatiua supra cõtradictionẽ, nõ auget oppositionem: sed minuit. Sed dubium est quomodò oppositio cõtradictoria maior sit quã priuatiua. Cũ enim oppositio nõ sit nisi elongatio potentiæ ab actu: licut calor facit potẽtiã sui subiecti distare à frigido: priuatio aũt omninò remouet à suo subiecto potentiã ad habitum, cùm impossibile sit habitum induci post priuationem: vnde nõ magis potest natura de cęco facere videntem quã ex nõ ente ens: non minus videtur opponi visus & cęcitas, quã ens & nõ ens. Sciendum est etiã quòd dupliciter elõgat aliquid potentiã ab actu. Vno modo ipsam potentiã remouendo, ita quòd nihil eius relinquatur. Et isto modo in oppositione cõtradictoria elongatur potẽtia ab actu: quia in nõ ente simpliciter nihil potentiæ est ad esse. Alio modo interponendo obstaculũ, ne potentia ducatur ad actũ. Sed hoc cõtingit dupliciter: vno modo ad tempus & mobiliter sicut albedo facit subiectum suum distare à nigredine. Alio modo immobiliter: & sic priuatio remouet potentiã sui subiecti ad habitum: nõ quòd potentia omninò auferatur: sed quia obstaculũ indelebile ponit in ipso subiecto. Et ideò dicitur quòd priuatio aufert potentiã ad actum. Vnde magis miraculum est in quolibet die animas creare: licet hoc minus miretur quàm cæcum illuminare: quod tamen quia rarius est mirabilius putatur.

De oppositione cõtraria quod magis distat à cõtradictoria quàm priuatiua. CAP. II.

POst priuationem sequitur oppositio cõtraria in qua inuenitur magis cõuenientia quã in prædictis. Est tamen in ea quidẽ accessus ad prædictas oppositiões: & quicquid in ea oppositionis est: totũ efficitur per participationẽ oppositionis priuatiuæ & cõtradictoriæ. Quædã nãque cõtraria nõ habent mediũ suæ naturæ: sicut est sanũ & ægrum secundũ Philosophum: tamẽ cõueniunt in subiecto. Et in illis vbi nõ fit redditio vt ab ægritudine ad sanitatẽ magis acceditur ad naturã priuationis & habitus. In illis verò in quibus fit redditio minus acceditur ad naturã priuationis: semper tamen in contrarijs omnibus alterũ extremũ est: vt priuatio. & alterũ vt habitus. Priuatio enim & habitus faciũt contrarietatẽ: vt dicitur primo Physico. Et ideò omnes cõtrarietates reducũtur in habitũ & priuationẽ tãquã in primã oppositionẽ quę est in genere, sed in oppositionẽ contradictionis reducitur oĩs cõtrarietas: vt in primã oppositionẽ simpliciter. In ipsa enim oppositiõe cõtradictionis alterũ extremũ est nihil simpliciter: & simpliciter nihil sibi determinãs: tãquã subiectũ, quia nobilius eius extremũ: scilicet ens nullũ subiectũ requirit, quod manifestũ est ex eo in quo saluatur ratio eius perfecta quod est substãtia cuius est nõ esse in subiecto: secundũ Philosophũ. In oppositiõe verò priuatiua alterũ extremum vilius nihil est simpliciter, cũ sit de genere nõ entiũ: tamẽ aliquid sibi determinat pro subiecto: quod patet ex altero eius extremo, quod requiritur subiectũ & hoc est habitus ipse. Semper enim nobilius extremũ trahit ignobilius ad subiectũ, si ipsum habuerit subiectũ: & si ipsum nõ habuerit subiectũ nec aliud habebit. In oppositiõe autẽ cõtraria vtrũq; extremũ aliquid est realiter: licet imperfectius deficiat magis à ratiõe entis: per quẽ modũ dicit Philoso. in lib. de sensu & sensato, quòd nigredo est priuatio albedinis. Et similiter vtrũq; extremum requirit idẽ subiectũ. Vnde oportet quòd oppositio cõtraria magis distet ab oppositiõe contradictoria: quã priuatiua. Verũtamẽ quicquid oppositionis in ea est totũ est per naturã cõtradictionis: secũdũ videlicet quod alterũ extremũ pertinet ad ens: alterũ verò ad nõ ens. Albũ enim & nigrũ sunt albũ & nõ albũ: sicut & videre & cæcus sunt videre & nõ videre: & in cõtradictione ens & nõ ens: sed differenter: quia in cõtradictione absoluta ens & nõ ens accipiũtur vniuersaliter. In priuatiõe verò nõ videre nõ accipit vniuersaliter. Lapis em est nõ videre: nõ tamẽ illud nõ videre opponitur visiõi per modũ priuationis: sed nõ videre: quod tamẽ natũ est videre. Hoc autẽ est nõ videre in particulari acceptũ. Similiter nõ albũ opponitur albo: sicut nigrũ: nõ quidẽ nõ albũ æthiopis: sed nõ albũ: quod tñ natũ est esse albũ. Ex dictis ergo manifestũ est quòd cõtradictio secundũ quod cõtradictio est: nihil negat in gñe: sed simpliciter extra gen⁹. Quod autẽ cõtradictorię propositiões: vt cõmuniter accipiũtur in genere: vt puta homo albus: homo nõ albus: homo currit, homo nõ currit: hęc nõ est per naturã cõtradictionis simpliciter: sed per relationẽ propositionũ, cõtraria in contradictorias, ex quibus naturã oppositiõis accipiũt. Idẽ enim est homo niger & homo nõ albus: homo nõ currẽs: & homo stãs. Et ideò oẽs tales contradictiones habẽt extrema in genere. Inde est quòd sophystæ decepti sunt putãtes alterum extremũ cõtradictiõis nõ esse: scilicet in genere cõtineri: quia viderũt propositionẽ vnã nõ esse alteri cõtradictoriã: nisi de eodẽ subiecto idẽ re vere affirmaretur: & falsò negaretur: & hoc in eodẽ tẽpore: q̃ acceperũt in prædicatis cõtrarijs resolutis tamẽ in cõtradictoria. Quæ quidẽ prædicata cõtraria necesse est cõueniẽtia habere in subiecto & genere: vt patet de albo quod opponitur nigredini. Nã quod nõ est simpliciter: nõ est albũ. Adeò nãque vera est propositio in qua negatur esse albũ de eo quòd nõ est: sicut est illa in qua affirmatur esse de eo quod est. Et ideò eũ dicitur Sor. est albus. Sor. non est albus nõ est contradictio absolutè: sed cõtradictio participata in cõtrarij: in albo, scilicet & nigro. Et ideò in omnibus talibus propositionibus vtrũq; extremũ est in genere. In cõtradictorijs verò absolutè neutrum extremum est in genere. Huiusmodi enim sunt esse & non esse. Manifestum enim est quod ens non est in genere nec suum oppositum. Et ideò sicut omnes res quæ sunt in genere, est reducere ad ens quod non est in genere, ita omnes oppositiones rerum in genere existentium, est resoluere in oppositionem illam, cuius termini nõ sunt in genere. Et sicut res tanto perfectiores sunt quanto magis participant de ente: sicut substantia est perfectior accidente: quia in ea reperitur perfecta ratio entis: ita oppositiones rerum tanto perfectiores sunt in genere oppositionum, quanto magis accedunt ad participandam oppositionẽ cuius extremũ est ens. Et hoc reperitur in priuatione & habitu quæ sunt extrema primæ oppositionis pertinentia ad substantiam.

De oppositione relatiua. CAP. III.

OPpositio autẽ relatiua minimũ habet de cõtradictiõe: nõ quia habeat mediũ sui generis qđ in alijs minuit rõnẽ oppositionis: sed quia non requirit extrema realiter diuersa. Sunt enim quædã relationes quę sequuntur actionẽ intellectus: sicut est de relatione idẽtitatis: & de genere & de specie: & huiusmodi in quibus nulla est diuersitas: nisi quã facit intellectus. In alijs vero relatiuis quæ fundãtur super quantitatẽ vel actionẽ, est diuersitas realis: vt patet de duplo & dimidio, patre & filio: & huiusmodi. In omnibus autem alijs oppositionibus est reperire diuersa extrema: sicut patet de albo & nigro quæ sunt cõtraria: de viso & cæcitate quæ sunt priuatiuè opposita. In cõtradictorijs verò absolutè nõ sunt extrema realiter diuersa: quia nõ ens nõ est aliqua res. Sunt tamẽ extrema cõtradictionis semper realiter nõ eadẽ: quod tamẽ in relatiuis qñdóque deficit: vt dictũ est. In alijs aũt, scilicet relatiuis quorum esse est ad aliud. propter dependentiã co-ũad se mutuò adhuc minus de cõtradictione, est, quã in oppositionibus alijs quarũ extrema nõ includunt se inuicẽ nec ponũt: imò cũ vnũ ineſt: reliquũ impossibile est inesse. Et hoc vniuersaliter verũ est in omnibus oppositionibus quarũ extrema cõueniũt in aliquo subiecto: vt est de albo & nigro: viso & cęcitate. Et ideò trãsmutatur subiectũ secũdũ illa alterũ relinquẽs & alterum requirens & sic generatio vnius est corruptio alterius.

Quomodò diuersi modi transmutationum sequuntur oppositiones prædictas. CAP. IIII.

NVnc ergo restat videre de modis trãsmutationũ quę sequuntur oppositiones prædictas. Sciendũ est ergo, q̃ secundũ doctrinã Philosophorũ res productæ sunt à Deo ad esse suũ. Vnde nõ solũ est Deus causa motus cœli, sed etiã substãtiæ eius: vt dicit Philosophus. Sicut ergo cùm per naturã fit aliquid ex suo oppositо: sicut esse animal fit ex non esse animal: ita necesse est esse simpliciter: quod est proprium Dei effectus emanare ex nõ esse simpliciter: & hoc est alterũ extremũ cõtradictionis: nõ q̃ ipsum nõ esse necesse sit duratione præcedere ipsum esse: sed natura tantũ. Propria ergo causalitas Dei attingit extrema cõtradictionis quæ extrà genus sunt. Et ideò actio sua nihil supponit necessariò. Et hæc actio est creatio quæ nõ est de genere motuũ: cũ nõ habeat aliquod subiectũ tanquã principiũ motus sui. Motus autem semper est in mobili: vt in subiecto. Inde est q̃ hæc actio sua solũmodò est: & nulli creaturæ communicatur. Actio enim rei nõ excedit principia ipsius per quæ agit. Omnis autem res creata in genere est. Vnde impossibile est creaturã ad id quod nõ est in genere attingere, tanquã subiectũ suæ actionis. Huiusmodi autẽ sunt esse & nõ esse quæ sunt extrema cõtradictionis & creationis: & ideò nulla creatura creare pòt. Ad huius euidentiã cõsiderãdũ est q̃ esse diuersimodè se habet ad creationẽ vel ad generationẽ. Esse em est prima rerũ creatarũ, secũdũ auctorẽ libri de causis: nõ q̃ creatio sit vt in subiecto in ipso esse: cũ creatio passiua sit accidens cuius est habere subiectũ: sed vt in subiecto est in ipsa creatura. Sed creatio secundũ q̃ relatio est, terminat respectũ per se ad ipsum esse rei creatæ: & ad rẽ per ipsum esse: quod patet. Quia extremum relationis ipsius realiter est in creatura: quod nõ cõtingeret: nisi creatura ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bere esse realiter. Ipsum tamen esse nullius accidentis est susceptiuum:sed ipsum quod est. Et ideò in re habente esse secundum illud quod relatio habet cõmune cum aliis accidentibus, relatio pertinet ad rẽsed secundum propriã rationem eius quæ est referri ad alterum,pertinet ad ipsum esse rei per se per quod res refertur ad Deum. Esse nãq; diuinum proprie est ratio creandi. Quia per creationẽ omnes res communiter accedunt ad participandum esse,quantũ est eis possibile:non autem naturam diuinã. Ipsa eĩm non participatur à creatura:licet ibi idẽ sit esse & natura & sapientia, & potentia:siue quodcũq; huiusmodi. Huiusmodi enim in paucis reperitur. In generatione verò non ducitur generatum ipsum ad participandũ esse generantis:sed ad participadum naturã eius. Aliter cùm esse sit suppositi,in tali natura foret participatio in supposito: & sic Sortes generaret Sortẽ. Ideò in generatione Sort.nõ generat Sortẽ:cùm suppositum non habeat nisi vnum esse incommunicabile:sed homo generat hominẽ. Natura enim manet vna secundũ rationẽ naturæ:cùm diffinitio sit vna. Deus verò nõ creat Deum. Deus eĩm nomen naturæ est sicut homo. Ens tamen creat ens.ideò relatio creaturæ ad Deum fundatur super esse creaturæ. Relatio verò vnius rei ad aliã super ipsas res principaliter fundatur,vt dictũ est:ideò proprie actio creaturæ ad rẽ terminatur: vñ cõpositum est quod generatur secundum philosophum 7.Meta. Cõpositum enim habet naturã generãtis: ad ipsum autem esse ex consequẽti:cùm compositi sit esse. Actio verò Dei qua producit totam rem simul constitutã ex suis principiis,ad ipsum esse terminatur quod est intimũ & maximè formale in re:cùm in ipso esse rei saluetur alterum extremum relationis,vt dictũ est. Ex dictis ergo manifestum est,q; actio Dei quæ dicitur creatio,totã rem producit simul cum principiis suis.ex quibus res cõstituitur in esse suo: quod est obiectum creationis:vt dictum est. Et ideò illa non dicuntur creata,quorum non est tale esse:cuiusmodi est forma materialis & materia,vel ipsa etiã per se accidentia talis rei:sed omnia hęc potius dicenda sunt concreata. Anima verò humana, licet sit forma:quia tamen habet esse per se:licet in corpore hoc sibi acquisitũ sit vt non extra:quia etiã non producitur de materia,sicut aliæ formæ,magis propriè dicitur creata,quã aliæ formæ. Si enim considereturterminus à quo in creatione qui est nihil,siue non ens simpliciter:cùm anima sit non ex materia aliqua simpliciter creatur. Si verò consideremus terminum ad quẽ,qui est esse ad quod terminatur creatio:animæ autem humanæ in principio sui nõ acquiritur esse,sed homini,sicut docet Aui.ipsa propriè non dicitur creata. Sed hoc idẽ esse animæ est corpori communicatum, quod non reperitur in aliis formis. Et ideò creatio in generatione hominis intelligitur. In aliis autem operibus naturæ vel artis, creatio tantùm supponitur,in quibus omninò materia in essentia sua nõ efficitur: sed compositum per transmutationẽ materiæ. De prædictis autem dubitari potest,.Nam cùm esse sit terminus creationis,vt dictum est,nõ solùm autẽ compositum quod subsistit dicitur esse:sed etiã ipsa materia vel etiã ipsa accidentia,videtur q; creatio terminetur ad materiã & ad accidentia. Omnia enim quæ habent essentiã in rerũ natura, necessariò esse habebunt per naturam essentiæ suæ. Et si aliquidè illud eis acquiratur, nihil acquiritur. Vnde fit quasi implicatio cuiusdã cõtradictionis cùm dicitur materia est essentia quædam:sine esse tamen. Quod enim est essentia,aliquo modo est vt videtur:& q; est habet esse:quod autẽ est sine esse,nõ habet esse. Vnde videtur q; essentia quæ ponitur sine esse,simul habeat esse & non habeat esse. Ad huius ergo euidentiã considerandum est, q; licet illud quod est aliquid aliud extraneum à natura sua posit habere adiunctum secundum Boẽtium, ipsum tamen esse nihil põt secum cõpati,quod ad ipsum non pertineat. Et ideò esse separatũ: quod Deus est,simplicissimum est. Cùm autem in quibuscúnque rebus inueniatur aliquid præter naturam ipsius rei: quasi sibi adueniẽs,certum est illam rem non esse idem quod suum esse: & hoc est cõmune omni creaturæ. In omnibus enim creaturis sunt accidentia quædam præter illud quod spectat ad speciem rei: & in hoc differt omnis creatura à Deo. Vlterius in ipsis creaturis est differẽtia:quia in quibusdam idem est res naturæ,& natura ipsa secundũ id quod ad genus pertinet rei:licet res naturę subiectum accidentium fuerit:& sic differt res naturæ à natura:quia sic in re naturæ accipitur suppositum speciei,cum omnibus ipsum cõtingentibus. Et hæc sunt accidentia omnia quę sequuntur indiuiduum. Sed res naturæ & ipsa natura,vnum & idem sunt:quod simpliciter respõder conceptioni speciei & indiuidui in eis. In aliis verò vt in rebus materialibus,differt indiuiduum siue res naturæ ab ipsa natura: non solùm per accidentia,quæ cõtingunt ipsum indiuiduum:cuiusmodi est quantitas & huiusmodi:sed per aliquid quod sui generis est:& sicut in eis non ab vno simplici accipitur ratio generis & differentiæ:sed à materia accipitur genus: & à forma differentia: ita in eis aliũdè accipitur ratio speciei:à forma scilicet.aliundè verò ratio indiuidui quia à materia. Forma enim facit speciem: & ideò dicitur differẽtia constituere:& materia speciẽ indiuiduũ. Manifestũ ergo q; per aliquid sui generis differt indiuiduum in rebus materialibus à specie:& non solùm per accidentia. In rebus verò simplicibus,indiuiduum solùm per accidentia differt à specie: & non per aliquid sui generis:& ideò in eis tot.sunt species,quot sunt indiuidua. Sed quia dictũ est,genus sumi à materia: & differentiam à forma:& materiã causare indiuiduũ& formam speciem:ideò sciendum est quòd idẽ est differentiã sumi à forma,& formam constituere speciem. Differentia enim specifica sumpta, facta est species. & idem est genus sumi à materia:& materiam causare indiuiduũ. Nam genus sit per actũ intellectus abstrahentis vniuersale à materia particulari,quæ est principiũ indiuiduationis. Inde est q; sicut materia est prius in cõstitutione rei quã forma,ita genus prius est differentia. Ex dictis ergo manifestũ est q; in Deo solũ idem est esse & natura suppositum omnibus modis. In rebus verò immaterialibus,idem est natura & suppositum in omnibus quæ ad idẽ genus pertinent. In compositis verò omnia prædicta adinuicẽ differunt. In Deo ergo esse æqualiter respicit naturam ipsam & rem naturæ. Et ideò natura diuina non habet esse ab aliquo supposito diuinæ naturæ. Et ideò essentia diuina est habens esse & si non significatur vt habens esse:sed vt quo aliquid est. Quòd autem essentia diuina sit habens esse,manifestũ est:cũ nihil operetur nisi quod habet esse. Cùm ergo diuina essentia creet & gubernet omnia, habet ipsum necessariò esse. Inde est quòd non est necesse ponere in diuinis suppositum aliquod essentiæ,ad hoc quod essentia habeat esse:licet non habeat modum suppositi: cuius est habere esse, sed de perfectione ipsius essentiæ diuinæ est quòd ipsa est suum esse: & ideò non solùm est id quo aliquid est:sed in se est perfectè subsistens & perfectũ esse habẽs. In rebus verò simplicibus cũ idem sit suppositũ & essentia,vt dictũ est: & differãt secundum rationẽ:necessariò essentia erit habẽs esse:sicut & suppositũ absolutè. Sed qa ratione differunt,essentia eũ est vt quo aliquid est:suppositũ verò vt habens esse:ideò cùm essentia non sit suum esse, dicitur essentia in eis habere esse per suppositũ cum quo tamen realiter idem est, vt dictum est:in rebus verò materialibus in quibus differũt res naturæ.& ipsa natura & vtrunque ab ipso esse, vt dictum est.nã ipsa nõ habet esse nisi in re naturæ quæ est vt habens esse. Semper enim suppositum in qualibet natura est habens esse in illa natura. Suppositum autem & res naturæ in genere substantię est prima substãtia secundũ philosophum in prædicamentis:cuius est per se esse vt ibidem dicitur: & nõ in alio sicut accidens nec sicut pars: & non solũ hoc:sed nec habet dici de aliis in quo differt ab aliis secundis substantiis,quæ de aliis dicuntur:licet non sint in aliis. Cũ ergo propriũ sit suppositi in genere substantiæ per se esse: nam omnia alia vt accidentia & partes & ipsa vniuersalia quæ intellectus facit, nõ per se subsistunt.sed à prima substantia dependent, qua destructa, impossibile est aliquid aliorum remanere sub rationibus propriis: non enim manet homo vel animal, destructis indiuiduis omnibus vtriúsque:nec manebit aliquid habens rationem partis istorum: nec aliquid accidens eorũ ipsis destructis: essentia in rebus materialibus non habet esse:cùm differat à suo esse:sed ipsum suppositũ est habens esse à quo iterum ipsa essentia differt. Vnde in rebus materialibus esse nõ sequitur essentiã, nisi quãdo principia ipsius essentię:materia scilicet & forma cõstituũt suppositũ per se existens, quod est prima substãtia:quæ non põt esse dependẽs ab aliquo:sed per se subsistit in esse perfecto. Inde,manifestũ est quòd partes animatorum,vt manus & pedes & huiusmodi quæ sunt in potentia propinqua ad actũ seorsum qui eis acquiritur sola diuisione à toto sine alicuius nouę essentię productione,habens aliud esse de nouo quod ad prædictã essentiã non sequebatur:quia ipsa eius principia non constituebant aliquod oppositum habens esse actu, siue primam substantiã:cuius solùm est habere esse per se:quod per ipsam suæ essentiæ cõuenit & non aliundè:cũ essentia nõ habeat esse,nisi per suppositum ipsum cuius est habere esse,vt dictum est. Ex dictis ergo manifestũ est quòd non est dicendum omne id habere esse in rerũ natura,esse dico quod sequatur essentiam,de quo propositio formari põt. Ideò cũ dicitur,cęcitas est in oculo,nõ designatur ęcitatẽ habere esse sequens essentiam:cũ priuatio non habeat essentiam : sed significatur potius, quòd oculus careat quodã esse. Similiter cũ dicitur,materia prima est non ens per accidens:nõ significatur quòd aliquod esse sequatur essentiam materiæ ipsius:quia esse actus est qui in prima materia de se nõ reperitur cũ sit pura potẽtia:sed significatur quòd essentia materiæ est subiecta priuationi rõne cuius dicitur non ens nõ simpliciter,quod est nihil,sed in genere:sicut est ipsa priuatio quæ est participatio non entis simpliciter:quod est alterum extremũ cõtradictionis & propinquius quã alterum contrariorũ:quod ponit aliquid in natura rei ipsius: & propter hoc dicit beatus Aug.quòd materia est prope nihil,quod est propter priuationẽ adiunctã. Ex dictis facilè est soluere ea quæ superius obiecta sunt. Hoc eĩm solũ creari dicitur,quod habet esse. & hoc

& hoc est suppositũ siue prima substantia:cuius est esse per se. Materia verò nõ dicitur esse:nisi per tale suppositũ:nec etiã accidẽtia, & ideò cõcreata dicuntur potius quã creata:nec est etiam implicatio cõtradictionis cũ dicitur materia est quædã essentia,si esse nõ sequitur ipsam essentiã. Quia cũ dicitur q; materia est essentia quędã idẽ prędicatur de se:quia materia est sua essentia:quod in omnibus simplicibus inuenitur. Nõ autẽ per hoc denotatur aliquod esse sequi essentia:quia in omni re creata differt esse ab ipsa re. Nec oportet, quòd quandocúnque in propositione aliqua ponitur, est aliquod esse etiam respondere in re:vt dictum est.

Quomodo ex contrario fit contrarium.

CAP. V.

NVne restat ostẽdere quõ ex contrario fit cõtrariũ. Cũ enim per naturã nõ possit fieri trãsmutatio inter extrema cõtradictiõis: nec à priuatione ad habitũ vt dictũ est:huiusmodi nãq; motus non sunt.relinquitur per naturã solũ trãsmutationẽ esse inter cõtraria inter quæ attẽditur motus secundũ Philosophũ. Sciendũ est ergo, q; contrarietas propriè reperitur in qualitatibus actiuis & passiuis:quę sunt propriè passiones corporũ naturaliũ. Vnde spoliari nõ potest corpus ab his qualitatibus:nisi ipsum corrũpatur:sicut calor nõ potest auferri ab igne:nisi corrumpatur ignis. Calor enim ignis sequitur formã substantialẽ ipsius ignis inseparabiliter. Et ideò corrupto calore necesse est in ignem corrumpi. Secundũ has autẽ qualitates attenditur alteratio quæ consistit in actiõe & passione. Passiones verò propriè dicũtur per quas semper abijcitur aliquid à re. Et ideò cũ alteratio fuerit perfecta & in termino sui:necessariò abijcietur contraria qualitas:& corrumpetur suum subiectum: quod est ens actu:& nihil relinquetur:nisi materia prima tãtũ sub forma nouiter inductã:cũ corruptio vnius sit generatio alterius secũdum Philosophũ in libro de generatione & corruptione. Vnde impossibile est generationẽ fieri sine alteratione præcedente:& hoc est manifestũ cũ ex vno elemento fit aliud quę sibi cõtrariatur in qualitatibus:vt est ignis & aqua. Sed in his quæ in qualitatibus conueniũt sicut in habentibus symbolũ vt est ignis & aër:non videtur alteratio ita manifesta. Sed quia impossibile est eandem qualitatem in diuersis corporibus manere:cùm accidens non migret de subiecto in subiectum,necesse erit alterationem ponere in generatiõe ignis ex aëre. Ideò aduertendum est q; diuersimodè fit alteratio. Quælibet enim qualitas corporum naturalium duos terminos habet. Vnde vltra illos non inuenitur illa qualitas:nec citra. Secũdum hoc ergo habet considerari natura alterationis. Nam aliter se habet in his quæ generantur per intensionem:& aliter in illis quæ generantur per remissionem. Cùm enim ex aëre generatur ignis:generatio fit per intentionẽ caloris aëris: & ideò in tota alteratione nihil caloris auferetur:sed semper intenditur. Et quia terminum habet vltra quẽ intendi non potest,ideò cùm calor ignis vltra intenditur simul totus calor aëris aufertur & non pars post partem auferendo. Vnde priuatio facta in aëre magis & magis aliquid abijcit, non partem aut partem auferẽdo:vt in alijs:sed quia magis & magis facta plus & plus promouet ad totum similiter auferendo. Sed cùm ex igne fit aër, minuitur paulatim calor ignis. Hoc enim fit per remissionem. Sicut enim videmus,quòd ignis in materia aliena vt in ligno minus caloris habet quàm in propria : ita cùm materia sua disponitur ad aliam formam tanto plus remittitur eius calor. Et quanto plus disponitur:tanto calor eius minuitur. Et similiter cùm elementa non habentia symbolum:ex se generantur,alteratio semper fit per remissionem. Quando ergo dicit Philosophus , quòd in habentibus symbolum facilior est transmutatio:non ideò dictum est, quòd eadem qualitas maneat in vtróque:sed quia minor resistentia & minor elongatio potentiæ ab actu est in elementis conueniẽtibus in symbolo quàm in alijs. Quod patet ex eo, quòd tota simul caliditas aëris manet cum calore ignis vsque ad eius corruptionem. Sed adhuc notandum est,quòd elementis in habentibus symbolũ: vt sunt ignis,& aër facilius ex vno eorum fit alterum quã econtrariò. Facilius enim ex aëre fit ignis quã econtrario ex igne aër:quia qualitas ignis inter omnes qualitates elemẽtares est maximè actiua:& ideò nõ de facili patitur. In corporibus autẽ diuersimodè accipiuntur termini:infra quos natura rei saluatur. Vno modo à parte ipsius mixtionis. Alio verò modo à parte diuersarũ specierũ, ad quas requiruntur diuersæ proportiones miscibilium. A parte nanque ipsius mixtionis sunt termini quibus transitis fit continuò elementum simplex:cuius virtus dominabatur in mixto super alia elementa. A parte verò proportionis miscibiliũ quæ requiritur ad diuersas formas: & ad diuersa esse sunt termini similiter. Et ideò cùm vna proportio deficit:succedit forma dans nouum esse. Considerãdum est tamen,q; vna forma mixti:vtpura anima humana non saluatur in aliquo indiuisibili ipsius proportionis:sed in quadã latitudine:infra terminos tamen naturę certos:nec ea remota:necesse est statim formam simplicis elementi induci:sed aliud mixtum potest sequi. Vnde magis distãt à se termini mixtionis simpliciter:in quibus saluari potest natura mixti:quã termini infra quos saluatur homo:vel quodcũque animatũ. Cùm autem termini ipsius mixtionis simpliciter transiti sint:non fit nisi simplex. Vnde cũ simplex elemẽtũ sit vltimum in quod resoluitur mixtũ:necessariò simplex elemẽtum fuit primũ in eius cõstitutione:nõ tanquã potẽtia tantũ:sed sicut illud cuius virtus in ipso manet:secundũ Philosophũ. Et hęc virtus mutatur à proportione vna in aliam: generãdo & corrũpendo species mixtorũ:donec ad naturã propriã redeatur. Vnde cũ vnum mixtũ sit ex alio nõ est necesse elementa ex nouo cõuenire: imo virtutes elemẽtorũ causando diuersas proportiões mixtionis causant diuersa mixta. Vnde cùm ex viuo fit mortuum:vtrũq; infra terminos mixtionis saluatur:sed nõ infra terminos proportionis necessarios ad speciem determinatã. Cũ verò ex mixto fit simplex elemẽtum transitur nõ solũ terminus proportionis miscibiliũ:sed etiam terminus mixtionis:vtrũque tamen fit per virtutem formarũ elementorũ quæ manent in mixto:secundum Philosophũ. Ex quo patet,quòd virtus formæ elementaris dominãtis in mixto habet non solũ soluere mixtum, & inducere propriam formam talis elemẽti: sed trãsmutare mixtũ de vna proportiõe miscibiliũ in aliã quousq; in ipsam formã propriã deueniatur. Et ideò licet forma corporis mortui nõ fuerit virtute in viuo:quia corpus mortuũ nõ venit in cõstitutione corporis viui:quod tamẽ facit quicquid virtute continetur,in alio:sicut parer in elemẽtis quæ cõstituunt mixtũ:est, tamẽ in viuo virtus elementaris quæ nata est soluere proportionẽ miscibilẽ,in qua saluatur vita:ad hoc sequitur, q; succedat alia forma dans nouũ esse. Manifestũ est enim, q; nulla virtus erat in mixto agẽs per illã formã, quod tamẽ contingeret:si virtute esset in mixto:sed hæc forma fuit in mixto in virtute nõ propria:sed formæ elementaris: vt dictũ est. Ex dictis manifestũ est, q; licet extrema cõtradictionis absolutę & etiã oppositionis priuatiuæ nõ subsint potentiæ creatę: tamẽ cõtrarietatis extrema ei subiecta sunt. Vtrũque enim ponit aliquid in rerũ natura. Et ideò manifestũ est alterũ extremũ cõtrarietatis minus elongare potẽtiã materiæ ab actu alterius extremi,quã in contradictorijs vel priuatiuè oppositis:super quæ non potest:nisi potẽtia infinita,vt dictum est . Sed de hoc dubitari potest, quòd termini generationis physicæ sunt esse & nõ esse:quæ sunt cõtradictoria:& propter hoc generatio simpliciter terminatur ad substantiã. Substãtiæ autẽ nihil est cõtrariũ:secundũ Philosophũ . Vnde ex his duobus videtur, q; extrema contradictionis magis subsint potẽtiæ naturali:quã extrema cõtrarietatis . Ad huius ergo euidentiam considerandũ est, q; esse est terminus generationis:& ideò quantũcũque aliquid acquiratur ante ipsum esse,nõ dicitur res generari:& hoc est esse simpliciter:secundũ Philosophũ. Et quia vna res nõ potest habere similiter duo diuersa esse simul:aliud autem esse quàm simpliciter nõ inuenitur in substãtia:sed in accidentibus ,in quibus est magis & minus:& ideò semper cùm vnum esse acquiritur,aliud abijcitur & ecõuersò. Et sic generatio & corruptio sese cõsequuntur:secundũ Philosophũ. Hoc autẽ esse nõ est esse in cõmuni:sed esse hoc vel illud cõpositũ in specie determinata. Omne enim agẽs naturale est in specie aliqua: & ideò sua actio non extẽditur ad esse quod nõ sit in sua specie:cuiusmodi est esse in cõmuni acceptũ, quod est alterũ extremũ cõtradictionis absolutę,vt dictũ est. Similiter nõ esse,quod est terminus à quo in generatione simpliciter non est non esse absolutè:sed non esse hoc: esse tamẽ aliquid:vt non esse actu: est esse in potẽtia,secundũ Philosophũ. Esse autẽ in potentia ad vnum necessariò adiungitur esse actu aliud:quia nunquã est esse in potẽtia pura sine aliquo actu. Aliter materia esset sine forma . Et propter hoc ista extrema subsunt potẽtiæ naturali. Esse enim in potẽtia propter esse actu adiunctũ subest agenti naturali . Agẽs enim naturale semper requirit subiectum actu in quod agat. Et ideò finis actionis suæ est spoliatio actus prioris & inductio noui actus. Ex his manifestum est:q; illud non est esse simpliciter extra genus:sed est negatio existẽtis in genere,vt principiũ est in genere. Actus enim est alterũ eorum principium quæ sunt in genere:quia genus diuiditur per actum & potẽtiã. Ideò negatio huius vel illius actus ad idem genus pertinet:quia negat in illo genere:& non in alio:ideò nõ est q; est terminus in generatione simpliciter pertinet ad genus substantiæ. Est ergo inter ista extrema cõtradictio per resolutionẽ, vt dictũ est suprà de nõ albo,quod opponitur nigro. Nihil enim nõ albũ sic est non albũ,quod non sit nigrũ:vel medio modo coloratũ. Diuersimodè tamẽ fit hic & ibi resolutio oppositionis posterioris in contradictionẽ. Nam in qualitatibus istis vtrũque extremũ est aliquid actu in se,sicut nigredo & albedo:& ideò ex vtraq; parte potest sumi negatio. Põt enim dici nigrũ & nõ nigrũ:sicut dicitur albũ & nõ albũ. Sed in generatione simpliciter alterũ extremũ non est aliquid actu in se:vt patet de materia prima:licet habeat actũ adiunctũ. Et ideò non põt ex vtraque parte sumi negatio:sed ex altera tantùm. In generatione ergo simpliciter fit resolutio cõtrariorũ extremorũ in cõtradictoria:quia vnus terminꝰ esse:scilicet hoc vel illud qđ acquiritur per generationẽ ratiõe qualitatis suę opponit actui adiũcto ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

eſſe in potentia propter eius qualitatē: ſicut ignis contrariari ipſi aquæ propter naturā calidi & frigidi. Sicut ergo dicitur nō albū quod tamen eſt nigrū vel mediū opponi albo, & nullū aliud non albū, ita non eſſe actu hoc ſiue eſſe in potētia hoc: cui tamē adiunctū eſt eſſe actu aliud, opponitur eſſe actu hoc. Ex dictis ergo manifeſtū eſt, ꝙ ad alterum extremū contradictionis ſimpliciter ad eſſe, ſcilicet pertinent ambo extrema generationis: eſſe ſcilicet hoc & non eſſe hoc, quod eſt eſſe in potētia. Eſſe enim in potētia aliquo modo ad eſſe pertinet. Sed cōparando vnū eorum ad alterū, eſſe in potētia eſt quaſi nō eſſe: quia quod eſt in potētia nō eſt ſecundū philoſophum. Et ſimiliter eſſe albū & non eſſe album: quod eſt eſſe nigrū vel medio colore coloratū ad eſſe pertinent: licet non eſſe album vel eſſe nigrū comparatum ad eſſe album ſit quodammodò non ens: cū ad vilius extremū contradictionis ſpectet. Quòd autē iſta non ſint abſolutè contradictoria, manifeſtū eſt ex dictis. Nam non eſſe quod eſt alterū extremū generationis non eſt nō eſſe ſimpliciter ſecundū philoſophum: ſed illud nō eſſe idem eſt quod eſſe in potentia. Et ideò manifeſtū eſt quòd talis non eſſe & eſſe oppoſiti, eſt cōmune ſubiectū, materia ſcilicet. Et ſimiliter eſt de nigro vel non albo, quod eſt idem, & albo. Horū enim eſt cōmune ſubiectum quod eſt ens medium. Sed contradictoria medium non habent ſecundū philoſophū, vt ſuprà dictū eſt: Vnde iſta ſunt cōtradictoria pr reſolutionē aliarum oppoſitionū in cōtradictorias: quia oppoſitio contradictoria includitur in omni alia oppoſitione, vt ſuprà dictum eſt, ſicut prius includitur in ſuo poſteriori. His obiiciunt ſophiſtæ, dicentes vtrumque extremū contradictionis in genere eſſe. Quorum ratio eſt. Quia illud quod nihil eſt, nihil poteſt negare. Vñ non ens qđ eſt extra genus, nihil negat. Addūt etiā ꝙ cōtraria poſſunt ſimul eſſe falſa, cōtradictoria verò nō. Vnde nō videtur eis quòd oppoſitio cōtraria poſſit reſolui in cōtradictoriā. Dicēdū eſt ergo eis ꝙ ens vno modo dicitur, qđ ſignificat veritatē propoſitionis: vt dicitur 5. Meta. Ideò enim ita vera eſt negatio entis de eo quod nō eſt, ſicut eius affirmatio de eo quod eſt: ſi per oppoſitū, neceſſariò erit falſa affirmatio entis, de eo quod non eſt: & negatio entis, de eo quod eſt. Eo enim ꝙ res eſt vel non eſt, oratio dicitur vera vel falſa ſecundū philoſophum. Et ideò id quod nihil eſt, non negat aliquid quod eſt eſſe: ſed negat aliquid quod nō eſt eſſe. Et ideò duplex eſt ſermo quo dicitur, quod non eſt nihil negat: vno modo à parte prædicati: & hoc eſt illud quod negatur: & ſic verum eſt id, quod non eſt nihil negare: quia quod nō eſt, nihil, eſt aliquid: & eſſe aliquid, aliquid eſt: & hoc negatur per alterum contradictoriū. Alio modo à parte ſubiecti: & ſic de eo quod non eſt: verè poteſt eſſe remoueri. Vnde cùm negare pertineat ad compoſitionē quæ cōmunis eſt ſubiecto & prædicato, ipſa cùm à parte ipſius ſubiecti nihil habeat, rationem non entis habet: à parte verò prædicati aliquid habet ipſa cōpoſitio. Et ideò à parte ſubiecti remouet naturam rei & proprietatem ſubiecti: à parte verò prædicati naturam non remouet, ſed inhærentiā tantū. Quòd autem dicunt contraria ſimul falſa, cōtradictoria verò non, hoc eſt in propoſitionibus ratione ſignorū, quæ in contrariis ſunt vniuerſalia ex vtraq; parte: in contradictoriis verò nō, ſed ex vna tantū. Cùm enim prædicatū aliquod contingēter ineſt alicui ſubiecto, nō pōt vniuerſaliter de eo affirmari vel negari niſi falsò. Et ideò falſitas quæ eſt in talibus propoſitionibus accidit, quia accipitur vt ſubiectū contrariorū, quod nō eſt ſubiectū ſecūdū ſe, ſed ſecūdū aliquid ſui: non tamen quòd ſecundū ſe denominari pōt. Vnde falſitas attenditur à parte ſubiecti, & non à parte contrariorū: & ideò cauſatur ex additione ſignorū. Signa autem ſubiectis habent addi. Si verò attendatur natura ipſorū contrariorū tantū inter quæ eſt oppoſitio, non erit conueniētia in falſitate. Si enim accipiatur ſubiectum ſecundū qđ natū eſt ſubiici contrariis: vt corpus, impoſsibile eſt ſimul falsò affirmare & negare de eo alterū contrariorū: vt puta ſi accipiatur aliquis homo vt ſubiectū ſanitatis & ægritudinis, affirmatio vnius contrariorū de eo eſt negatio eiuſdem, quod eſt affirmatio alterius. Et ideò nec ſimul verè ſunt, nec ſimul falsè: ſicut nec duæ contrariæ abſolutè. Conſiderandū eſt ergo quando aliquid reperitur in contrariè oppoſitis, vtrū hoc ſit à parte ſubiecti, aut à parte extremorū. Si à parte extremorū attribui debet ipſi oppoſitioni ſecundū ſe. Si autem à parte ſubiecti, nō niſi per accidēs. Et ideò accidit ꝙ duæ propoſitiones contrariæ ſunt ſimul falſæ à parte ſubiecti propoſitionis, & nō ratione extremorū: vt dictū eſt. Et ideò quando negatur alterum extremorū de ſubiecto aliquo: vt album, patet quòd ipſa negatio ſupponit aliquid à quo remouet albedinem, ſcilicet ſubiectum: & ſimiliter quod remouetur. In contradictoriis autem abſolutè non præſupponitur aliquid tāquā ſubiectū, cū non habeant mediū: vt dictum eſt. In oppoſitis verò relatiuè non eſt tranſmutatio, ſed tamen ipſa relatio quandoq; ſequitur tranſmutationem: ſicut ſunt relatiua quæ ſequuntur actionem: vt paternitas & filiatio, quæ ſequuntur generationem naturaliter. In aliis verò generibus ſuper quæ generatio fundatur, vel eſt tranſmutatio inter ipſa extrema: ſicut generatio inter eſſe & non eſſe: & hoc pertinet ad genus ſubſtantiæ, vel ipſum genus conſiſtit in ipſa tranſmutatione, vt actio & paſsio. Tranſmutatio autem multas habet ſpecies: vt patet in lib. Phyſi. ſed motus qui eſt vna ſpecies, non eſt niſi in tribus generibus: vt ibidē patet. Et hæc de quatuor oppoſitis dicta ſufficiant.

Explicit opuſculum trigeſimumſeptimum beati Thomæ de Aquino, de quatuor oppoſitis.

Incipit eiuſdem Doctoris opus Trigeſimumoctauum, de demonſtratione.

AD HABENDVM cognitionem de demonſtratione, ſciendum quòd demonſtratio eſt ſyllogiſmus ex veris primis & immediatis prioribus notioribus cauſiſque concluſionis. Et hæc eſt demonſtratio potiſsima. Aut ex talibus quæ per aliqua vera, & prima principiū ſuæ cognitionis ſumpſerūt: & hęc eſt demōſtratio nō potiſsima. Vñ ſciendum eſt, quòd tria exiguntur ad demonſtrationem, ſcilicet ſubiectum, paſsio, & dignitas. Subiectum eſt quo prædicatur paſsio. Paſsio autem eſt accidens per ſe conuertibile cum ſubiecto, de quo prædicatur. Eſt ergo demonſtratio potiſsima, quando prædicatur paſsio de ſubiecto vniuerſali per medium, quod eſt diffinitio dicens quid & propter quid. Subiectum autem vniuerſale paſsionis alicuius eſt, quod eſt conuertibile cum ſua paſsione: & quod habet cauſam intra ſe ſuæ paſsionis. Vnde triangulus eſt ſubiectum vniuerſale huius paſsionis, quæ eſt habere tres angulos, quod eſt conuertibile cum ſua paſsione. quia quicquid eſt triangulus, habet tres angulos &c, & econuersò: & triangulus in eo quòd triangulus eſt, habet tres angulos. Subiectum particulare eſt, quod nō eſt conuertibile cū illa paſsione, & non habet cauſam intra ſe ſuę paſſionis, vt yſocheles: quia non quicquid habet angulos tres, eſt yſocheles: quia yſocheles in eo quòd yſocheles non habet tres angulos: ſed in eo quòd triangulus. Diffinitio verò dicens quid, eſt diffinitio data per eſſentialia. Et eſt diffinitio ſubiecti: vt triāgulus eſt figura plana tribus lineis contenta. Diffinitio verò propter quid, eſt diffinitio data per cauſam, & quæ eſt diffinitio paſsionis: quia diffinitio paſsionis dicit cauſam inhærentiæ paſsionis in ſubiecto, per quod ſubiectū paſsio habet eſſe, verbi gratia. Habere tres angulos æquales duobus rectis, eſt habere angulum extrinſecum æqualem duobus rectis intrinſecis ſibi oppoſitis: & propter hoc paſsio ineſt triangulo per ſuam diffinitionem. Si autem quæratur propter quid habet triangulus &c. Reſpondetur quòd habet angulum extrinſecum æqualem duobus rectis ſibi oppoſitis. Et dico ꝙ diffinitio dicens quid & propter quid: quæ ſcilicet eſt ex oppoſitis: ita ex diffinitione ſubiecti & paſsionis eſt medium in potiſsima demonſtratione: propter quam prædicatur paſsio propria de ſubiecto vniuerſali & adæquatè, verbi gratia. Omnis figura plana tribus lineis contenta, habens angulū extrinſecum æqualem duobus intrinſecis ſibi oppoſitis, habet tres angulos &c. In hac propoſitione maiori cadit ſecundus modus dicendi per ſe, qui eſt quando diffinitum prædicatur de diffinitione: ſed omnis figura plana tribus lineis contenta habet angulum extrinſecum ęqualem duobus intrinſecis ſibi oppoſitis. In hac minori cadit primus modus, qui eſt quando diffinitio vel pars diffinitionis prædicatur de ſubiecto, qui eſt cum reduplicatione cauſæ: vt Luna propter interpoſitionē terræ deficit: & interēptus propter interemptionē interiit. Aliud exemplum eſt de potiſsima demonſtratione. Omne corpus naturale illuminatum à ſole priuatum luce à terræ obiectu deficit: luna eſt huiuſmodi. ergo luna deficit. Et probatur paſsio per diffinitionem dicentem quid & propter quid. Demonſtratio verò non potiſsima fit multipliciter, ſcilicet quando prædicatur paſsio de ſubiecto particulari per medium, quod eſt ſubiectum illius paſsionis: quia ſcilicet ſubiectum eſt cauſa proxima paſsionis in ſubiecto particulari: vt ſi probatur habere tres de yſochele per triangulum, ſcilicet omnis triangulus habet tres: yſocheles eſt triangulus. ergo yſocheles habet tres. vnde iſte ſyllogiſmus poteſt eſſe ſophiſticus vel dialecticus, vel demonſtratio particularis. Syllogiſmus enim ſophiſticus eſt, ſi probetur de ſubiecto particulari tāquàm de ſubiecto vniuerſali & conuertibili propter identitatem quam habet yſocheles cum triangulo. Quando enim propter identitatem in parte ſubiecti cum prædicato mouetur ad credendum quicquid dicatur de vno & de altero, eſt fallacia accidentis. Syllogiſmus dialecticus eſt prout probatur paſsio de illo, vt de yſochele, vt de ſubiecto particulari per triangulum: inquantùm eſt commune prædicabile

cabile quoddam de pluribus. Manifeſtum eſt enim, quòd in ſyllogiſmo dialectico eſt commune prædicabile de pluribus. Item demonſtratio particularis eſt, quando paſsio de yſochele: vt de ſubiecto particulari per triangulum: ſecundum quod eſt cauſa proxima paſsionis in ſubiecto particulari. Triangulus enim eſt cauſa proxima: quare yſocheles habet angulos tres, non enim yſocheles in eo, quòd yſocheles habet tres: ſed in eo, quòd triangulus. Aut demonſtratio non potiſsima fit aliter: ſcilicet quādo probatur effectus per cauſam remotam: vel quando probatur cauſa per effectū: vt ſi probetur habere tres de yſochele non per triangulum qui, eſt cauſa proxima & immediata yſochelis: vt dictum eſt. Sed per figurā planam &c. quę eſt diffinitio trianguli & ſuæ paſsionis: dicens quid & propter quid: quid eſt cauſa proxima reſpectu ſubiecti vniuerſalis: & cauſa remota reſpectu ſubiecti particularis. Item aliter fit demōſtratio non potiſsima: quando probatur cauſa per effectum, vt ſi de planeta probetur propè eſſe per non ſintillare hoc modo. Omne corpus luminoſum non ſintillans eſt propè poſitum viſui: ſed planeta eſt huiuſmodi, quo propè ponitur nobis. Hic enim demōſtratur cauſa per effectum: quia propè poſitus eſt cauſa eius quod eſt non ſintillare & non ecōuerſò. Non enim quia planeta non ſintillat, eſt propè poſitus: ſed quia propè poſitus nō ſintillat. Si verò per corpus luminoſum demonſtretur non ſintillare: demonſtrabitur effectus per cauſam. Simile eſt ſi probetur de luna, quòd ſit circularis: quia augetur circulariter hoc modo. Omne corpus luminoſum vel aptum illuminari in quo lumen augetur circulariter eſt circulare: luna augetur circulariter: ideò eſt circularis: ſed quia circularis & ſpherica eſt luna: ideò lumen circulariter augetur. Et ſic patet, quod diximus.

Explicit opuſculum trigeſimumoctauum Sancti Tho. de Aquino, de demonſtratione.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris opus Trigeſimumnonum de fallacijs, ad quoſdam nobiles artiſtas.

Quod duplex eſt modus ratiocinandi, ſcilicet rectus, & non rectus.

QVIA Logica eſt rationalis ſcientia: & ad ratiocinandum inuenta. Ratiocinari autem contingit rectè & non rectè. Vtrumq; enim ad logici conſiderationem ſpectat: vt per rectam ratiocinationem ad rei veram cognitionem perueniat: & falſam ratiocinationē vitando errorem falſitatis euitet. Vterque ratiocinandi modus competit vni homini & ad ſeipſum & ad alium, nā & ſecum aliquis conſiderans poteſt rectè & non rectè ratiocinari: & cū alio cōferēs. Sed cū aliquis ſecum cōſiderans ratiocinatur non rectè, præter intentionē hoc accidit: quia nullus ſuijpſius deceptionē intēdit. cùm autē ad alium ratiocinatur, nō rectè cōtingit: quandóque ex intentione ratiocinantis: cū ſcilicet aliquis de altero intēdit: vel experimentum ſumere: vel victoriā habere ad ſui gloriam. Ratiocinatio autē quæ ad ſeipſum eſt: ſyllogiſmus dici poteſt: ſiue aliqua alia ſpecies argumentationis. Sed ratiocinatio quæ eſt ad alterū non ſolū eſt ſyllogiſmus vel argumētatio: ſed diſputatio. vertitur enim inter duos: ſcilicet inter opponentē & reſpōdentē. Et ideò de falſis ratiocinationibus tractaturi: primò de diſputatione incipiendum eſt.

De diſputatione.

CAP. I.

DIſputatio eſt actus ſyllogiſticus vnius ad alterum ad aliquod propoſitum oſtendendū. Per hoc quòd dicitur actus, tangitur diſputationis genus: & per hoc, quòd dicitur ſyllogiſticus, tangitur diſputationis inſtrumentum: ſcilicet ſyllogiſmus ſub quo cōprehēduntur omnes aliæ ſpecies argumentationis & diſputationis: ſicut imperfectū ſub perfecto. Et per hoc diſtinguitur diſputatio ab actibus corporalibus: vt currere: vel comedere: & ab actibus voluntarijs: vt amare & odire. Nam per hoc quòd dicit ſyllogiſticus: oſtenditur, quòd eſt actus rationis: per hoc quòd dicit vnius ad alterum, tanguntur duæ perſonæ opponentis & reſpondētis: inter quas vertitur diſputatio, etiam hoc additur ad differentiam ratiocinationis: quam habet qui ſecum ratiocinatur. Per hoc autem quod dicit ad propoſitum oſtendendum: tangitur diſputationis effectus: ſiue terminus aut finis proximus. Et per hoc diſtinguitur diſputatio à ſyllogiſmis exēplaribus, qui nō inducuntur ad oſtendendū propoſitū aliquod: ſed ad formam ſyllogiſticam exemplificandam.

De quatuor ſpeciebus diſputationis.

CAP. II.

DIſputationis autē quatuor ſunt ſpecies, ſcilicet doctrinalis, dialectica: tentatiua: & ſophyſtica: quæ etiam alio nomine dicitur litigioſa. Doctrinalis ſiue demonſtratiua eſt, quæ ad ſcientiā ordinatur procedēs ex primis & veris: & per ſe notis: & proprijs & principijs illius ſcientiæ: de qua fit diſputatio: & hoc vertitur inter docentem & addiſcentem. Dialectica verò diſputatio etiam eſt ex probabilibus procedens: & ad opinionem vel propoſitum tendēs. Probabilia autem dicuntur, quæ videntur omnibus: vel pluribus: vel ſapientibus: aut omnibus: vel præcipuis: & maximè notis. Tentatiua autem diſputatio eſt quæ ordinatur ad experimentum ſumendum de aliquo per ea quæ videntur reſpondenti. Sophiſtica autem eſt tendens ad gloriam, vt ſapiens eſſe videatur, vnde dicitur ſophyſtica, quaſi apparens ſapientia: procedit ex his quæ videntur eſſe vera ſiue probabilia: & non ſunt: vel ſimpliciter falſas propoſitiones aſſumendo: quæ videntur eſſe verè: vel in virtute falſarum propoſitionum argumentando. Locales enim argumētationes ſunt in virtute verarū propoſitionum: ex quibus tota virtus argumētationis pendet: ſicut iſta argumentatio. Sortes eſt homo: ergo Sort. eſt animal. procedit ex virtute huius propoſitionis. de quocūnque prædicatur ſpecies & genus: quæ eſt ſimpliciter vera: ſophiſticè ſic argumentatur. Sor. eſt animal: ergo eſt homo: quæ in virtute huius propoſitionis falſæ procedit, de quocūnq; prædicatur genus & ſpecies. Relictis aliis diſputationibus, ad præſens de his quæ ad ſophyſticā pertinent intendimus. Quia verò ſophyſtica vt dictum eſt, ad gloriam tendit, volēs ſapiens videri, hoc autem aſſequi ſtudet per hoc, quòd de aduerſario cum quo diſputat victoriam habeat apparentē, quod quidem fit cùm ipſum ad aliquod inconueniens ducat: ideò terminus diſputationis ſophyſticæ eſt aliquod inconueniens, ad quod ſophyſta ducere nititur reſpondentem. Et hoc dicitur Meta. i. finis vel terminus, vnde de duobus oportet tractare, primò de huiuſmodi metis. Secundò de modis argumentandi: quibus ſophyſtæ nituntur ad metas ducere reſpondentem. Sunt autem metæ quinque: ſcilicet redargutio: falſum: inopinabile: ſolœciſmus: & nugatio. Redargutio eſt prænegati conceſsio: vel pręconceſsi negatio in eadem diſputatione vi argumentationis factæ: vt ſi reſpondens negauerit ſe carnes crudas comediſſe, ſophyſticè contrà arguat ſic. Quicquid emiſti comediſti: carnes crudas emiſti, ergo carnes crudas comediſti: ſi vi huiuſmodi argumentationis reſpondens concedat quod prius negauerit, eſt redargutus, & talis modus argumentandi dicitur elēchus: ſi bonus ſit ſyllogiſmus: vel dicitur apparens elechus ſi videatur & non ſit aut ſyllogiſmus: aut contradictio. Eſt autem elēchus ſyllogiſmus contradictionis. Si autem non in eadem diſputatione: vel vi argumenti: ſed propria voluntate aliquis negat conceſſum vel concedat negatum, non eſt redargutio. Falſum autem ſecundum quod hoc ſumitur eſt aliquod manifeſtum falſum: vel cōceſsio alicuius manifeſtè falſi: quod reſpondens concedere cogitur vi ſophyſticę argumentationis: ſicut hic. Omnis canis eſt latrabilis: cœleſte ſydus eſt canis: ergo cœleſte ſydus eſt latrabile. Inopinabile eſt quod eſt contra communem opinionem omnium vel plurium: quod tamē non eſt falſum. Differt autem à falsò, quia omne falſum eſt inopinabile: ſed non conuertitur, quia aliquid eſt contra opinionem communem, quod tamen non eſt falſum: erit tamen inopinabile, ſicut ſtellam eſſe maiorem terra: & aliquem Regem diuitem & fœlicē eſſe miſerum & infœlicem & infortunatum, ſi ipſe ſit peccator. Ad quod poteſt ſophyſticè ſic aliquis duci, quēcūnque contingit ab aliquo vinci: eſt infœlix: quia ille qui vincitur eſt infœlix, ſed Regem contingit ab hoſte vinci: ergo eſt infœlix. Solœciſmus eſt vicium in contextu partium orationis contra regulas artis grāmaticæ factum: vt vir alba: & homines currit: & ad hoc poteſt aliquis ſic ſophyſticè duci: tu ſcis hoc. Hoc autē eſt lapis: ergo tu ſcis lapis: quod grāmaticè non dicitur. Nugatio autē eſt eiuſdem rei ex eadē parte inutilis repetitio, vt homo homo currit: dico autem ex eadē parte: quia ſi ponatur idem in ſubiecto & in prædicato non erit nugatio: vt hic homo eſt homo. Inutilis autē repetitio dicitur, quia ſi idem repetatur ad maiorem expreſsionem non erit nugatio: vt cū dicitur. Deus Deus meus reſpice in me. Ad hoc poteſt aliquis ſic duci ſophiſticè. Iſte naſus eſt ſimus: ſed ſimus idem eſt, quòd naſus ſimus, igitur iſte naſus eſt naſus naſus ſimus. Et eſt ſciendum, quòd iſta inconuenientia reſpiciunt diuerſas ſcientias. Nam redargutio eſt contra metaphyſicam, ad quā pertinet conſideratio huius primi principij: contradictoria non ſunt ſimul vera. Falſum verò eſt contra ſcientiam naturalē, quæ conſiderat res ſenſibiles in quibus veritas & falſitas eſt manifeſta: & ſimiliter contra mathematicam, in qua eſt maxima certitudo. Inopinabile verò eſt contra dialecticam, quæ procedit ex probabilibus quę ſunt ſecundum opinionem omnium vel plurium ſapientum. Solœciſmus eſt contra grāmaticam. Nugatio eſt contra rhetoricam: cuius eſt ornatè loqui. Et ſic dum in ſcientijs ſingulis ad inconueniēs ſophyſta ducit reſpon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentem,apparet circa omnia sciens esse.Nunc restat videre de modis argumentationum,quibus ad prædicta inconuenientia sophista nititur ducere respondentem. Est autem sciendum, quòd sicut argumentatio dialectica firmitatem habet ex loco vero, ita argumentatio sophystica apparentem firmitatem habet ex loco apparenti. Locus autem verus firmitatē dialecticæ argumētationi præstans,est habitudo inferentis ad illatum quæ dicitur maxima, vel differentiæ maximæ:vt genus,species,totum, & pars. ex quorum habitudine veritas maximæ proportionis oritur.super quam fundatur veritas dialectici argumenti: sicut ex habitudine speciei ad genus sumitur hæc maxima:de quocúnque prædicatur species & genus,ex qua hoc argumentum formatur.Sortes est homo.igitur Sor.est animal.& similiter locus sophysticus cōsistit in habitudine inferentis ad'illatum, ex qua sumitur aliqua falsa propositio: sed apparens vera secundum quam procedit sophysticum argumentū: sicut cùm dicitur,cognosco venientem, coriscus est veniens. ergo cognosco coriscum. Hic enim proceditur ab accidēte ad subiectū, scilicet à veniente ad coriscum,secundum virtutem huius maximę, quicquid est verum de accidente & de subiecto. Quæ quidem maxima falsa est propter diuersitatem accidentis & subiecti. videtur tamen vera propter conuenientiam vtriusque.vnde ad prædictum locum sophysticum duo currunt.vnum quod est causa apparētiæ: quod facit argumentum apparere bonum,& dicitur etiam principium motiuum:quia mouet hominem ad hoc,vt arguméto sophystico assentiat.Et hoc est in prædicto argumento vnio accidentis ad subiectum. Aliud est principium defectus:quia scilicet facit defectum necessitatis in argumento:& vocatur etiam causa non existentiæ quæ in prædicto argumento est diuersitas subiecti & accidentis.Ex his autem duobus contingit hominem falli:quia scilicet apparet aliquid & non est.Vnde locus sophysticus alio nomine falacia dicitur:quia scilicet est causa fallendi:quantùm est de se: licet aliquis non fallatur per ipsum in actu:nisi ignorantia adueniente. Sicut autem loci dialectici distinguuntur penes diuersas habitudines:ex quibus maximè causatur firmitas argumenti, & argumenta ipsa sumuntur:ita & loci sophystici,siue fallaciæ distinguuntur penes principia motiua.ex quibus apparet esse firmitas in sophysticis argumentis.Hoc autem contingit dupliciter. Vno quidem modo ex parte vocis:quando propter vnitatem vocis creditur esse vnitas rei per vocem significatæ:sicut illa quæ per nomen canis significātur vnum esse videntur:quia hoc nomen canis est vnū. Alio modo ex parte rei ex eo,scilicet quod aliquę res quæ aliquo modo conueniunt,simpliciter vnum esse videntur:sicut suprà dictū est de subiecto & accidente.

De fallacia in dictione.

CAP. II.

LOcorum igitur sophysticorum siue fallaciarum quædam sunt in dictione,quædam extra dictionem. In dictione quidē locus sophysticus:siue fallacia est,quando principium motiuū siue causa apparentiæ est ex parte vocis.Extra dictionem verò quando est ex parte rei.Ex parte autem vocis est principium motiuum siue causa apparentiæ:ex eo quòd vna vox multa significat, quod contingit per multiplicationē vocum. Est autem multiplex triplex, scilicet actuale, potentiale,& fantasticum. Actuale est quando vna vox in nullo variata multa significat.& hoc si sit in vna dictione dicitur equiuocatio:vt in hoc nomine canis, pro latrabili cœlesti sydere: & pro pisce marino,si in oratione dicitur amphibologiæ:vt liber Aristo.id est ab Aristo. factus vel possessus. Multiplex potentiale est, quando vna vox aliquo modo secundū prolationem variata multa significat:quod quidē est in dictione secundū accētum: vt pēdere.secundum quod graui vel acuto accentu profertur,multa significat. In oratione verò est secundū compositionem & diuisionem: vt duo & tria sunt quinque.hæc enim oratio diuersa significat cōposité vel diuisim prolata. Fantasticum verò id est apparens, multiplex est:quando vna dictio secundum rei veritatem vnum significat.& videtur etiam aliquid aliud significare:sicut hoc nomen homo, significat quale & quid,& videtur significare hoc aliquid: vt dicitur in prædicamentis. Et dicitur figura dictionis, quasi dictionis similitudo. Sunt igitur loci sophystici in dictione sex, scilicet æquiuocatio,amphibologia,accentus,compositio,diuisio, & figura dictionis.

De fallacia æquiuocationis.

CAP. III.

PRimò igitur est dicendum de æquiuocatione. Est autem æquiuocatio vnius & eiusdem nominis diuersa significatio Fallacia autem æquiuocationis est deceptio proueniens ex eo quòd vnum nomen plura significat. Principium autem motiuum huius fallacię siue causa apparentiæ in æquiuocatione est vnitas dictionis eiusdē simpliciter:quod dicitur ad differentiam accentus, in quo non est dictio vna simpliciter,sed solùm in potentia. Principium autē motiuum esse non existentiæ.siue defectus,est diuersitas rerum significatarum.Species autem siue modi æquiuocationis sunt tres. Prima species est,quando vna dictio principaliter plura significat: vt hoc nomen canis principaliter significat latrabile animal, & marinam beluam, & cœleste sydus. & formatur sic paralogismus. id est,apparens syllogismus. Omnis canis est latrabilis: cœleste sydus est canis.igitur cœleste sydus est latrabile. Sed non sequitur: quia hoc nomen canis aliud significat in prima, & aliud in secunda, secundum quod vtráque accipitur vera:& sic non est verus syllogismus,cùm non sit idem terminus medius. Si autem accipiatur vt idem significans in vtraque,sic altera præmissarum est falsa. Sicut autem oportet in syllogismo idem medium bis sumi in præmissis, ita oportet duas extremitates bis sumi in syllogismo. in præmissis scilicet semel:& semel in conclusione. Vnde eadem ratione potest fieri paralogismus, si sit æquiuocatio in altera extremitatum: vt grammatici discunt,& grammatici sunt scientes.igitur scientes discunt.discere enim æquiuocum est. Nam vno modo discere idem est quòd intelligere docentem: & sic scientes discunt. Alio modo idem est quod accipere scientiam ab aliquo:& sic scientes non discunt. Secunda species est,quando vnum nomen principaliter vnū significat,& aliud metaphoricè siue transumptiuè: sicut hoc verbum ridet,principaliter significat actum hominis proprium.metaphoricè autem siue transumptiuè significat prati floritionem. & formatur sic paralogismus. quicquid ridet, habet os: pratum ridet.ergo pratum habet os.vel sic.quicquid currit, habet pedes: tyber currit.igitur tyber habet pedes. Non sequitur:quia ridet & currit, primò sumuntur propriè: & posteà transumptiuè. & ad hanc speciem reducitur multiplicitas nominum analogorum,quę dicuntur secūdum prius & posterius: sicut sanum dicitur aliquādo de animali,vrina & dieta: & formatur paralogismus sic.omne sanum habet vitam, sed vrina est sana.ergo vrina habet vitam.Nó sequitur: quia sanum primò sumitur pro eo quòd principaliter significat,scilicet habere sanitatem.secundò pro eo quòd posterius significat,scilicet pro signante sanitatem. Ad hanc etiam speciem reducitur multiplicitas propositionum:quia propositio vnam habet habitudinem per prius,& aliam per posterius: & formatur sic paralogismus. In quocúnque est sanitas, illud est animal: sed sanitas est in humorum adæquatione. ergo humorum adæquatio est animal. Non sequitur,quia hæc propositio in primo designabat habitudinem accidentis ad subiectum,secundò habitudinem effectus ad causam. Tertia species est,quæ prouenit ex diuersa consignificatione: quæ quidem attenditur circa accidentia partiū orationis.sicut secundum tempus,numerum,genus,personam,& similia.& sic formatur paralogismus.quicúnque surgebat,stat: sedens surgebat. ergo sedens stat. Non sequitur:quia sedens in minori propositione sumebatur, vt est præteriti temporis imperfecti. in conclusione secundum quod est temporis præsentis. Similiter quicúnque sanabitur,sanus est,laborans sanabitur. igitur laborans sanus est. Minor & conclusio sunt duplices:quia hoc participium laborans,significat tempus præsens & præteritum imperfectū:vnde significat laborantem tunc & nunc laborantem. & ideò si tenetur pro laborante,tunc minor est falsa:quia simul esset sanus & laborans,quod falsum est. Si autem teneatur pro laborante, nunc vera est,quia potest esse nunc laborans:& tunc poterat esse sanus,& ecó uersò de conclusione.

De amphibologia.

CAP. IIII.

SEquitur videre de amphibologia. Sicut autem æquiuocatio prouenit ex eo quòd dictio penitus eadem plura significat:sic amphibologia ex eo quòd vna oratio penitus eadem plura significat. vnde dicitur amphibologia ab amphi,quod est dubium: & bole, quod est sententia:& logos,sermo.quasi dubia sententia sermonis. Fallacia autem amphibologiæ est deceptio proueniens ex eo quòd vna oratio penitus eadem plura significat:& dico penitus eadem, ad differētiam orationis quæ composita & diuisa plura significat. Causa apparentiæ siue principium motiuum amphibologiæ est vnitas orationis plura significantis. Causa verò non existentiæ siue principium defectus est diuersitas significationis. Species autem amphibologiæ sunt tres. Prima species prouenit ex eo quòd vna oratio principaliter plura significat manente eadem constructione propter diuersam habitudinem constructorum, sicut hæc oratio: liber Aristo. plura significat: sed semper istæ duæ dictiones construantur eodem modo: sed tamēn propter diuersam habitudinem diuersa significant: potest autem intelligi secundum habitudinem effectus ad causam,vel possessi ad possidentem: & formatur sic paralogismus, quicquid est Aristo. possidetur ab Aristotele. iste liber est Aristo. ergo possidetur,ab Aristo. Non sequitur: quia primò construebatur nominatiuus cum genitiuo in habitudine possessionis ad possidentem, secundò in habitudine effectus ad causam.Secunda species prouenit ex eo,quòd vna oratio plura significat, propter diuersam ordinationem partium ex eo quòd aliqua dictio potest construi cum alia transitiuè, vel intransitiuè, sicut hic. Quicquid videt aliquis, hoc videt: sed colūnam videt:ergo columna videt. Non sequitur:quia hæc dictio hoc construitur cum hoc verbo videt trāsitiuè,& est accusatiui casus:& sic est vera.& est sensus:qui videt rem aliquam,est videns eam. Alio modo potest construi intransitiuè.& tunc est nominatiui casus: & & tunc est falsa, & est sensus. qui videt rem vnam,illa res videt: & sic procedit conclusio:& similiter hic. Quoscúnque volo me accipere,volo quod ipsi recipiant me:sed pugnantes volo me recipere:ergo volo quòd ipsi accipiant me.Non sequitur,quia me,potest construi cum hoc verbo accipere transitiuè & intransitiuè, & in vno sensu est vera,& in alio falsa.Similiter hic. quicúnq; sunt Episcopi,sunt sacerdotes.isti asini sunt episcopi. ergo isti asini sunt sacerdotes.Non sequitur: quia minor est duplex,ex eo quòd Episcopi potest esse nominatiui casus & construi intransitiuè: & sic est falsa.vel potest construi transitiuè.& sic est genitiui casus,& est vera.Et est attendendum,quòd diuersitas casuum pertinet ad fallaciam amphibologiæ:quia casus accidunt dictioni secundum quod construitur cum alia dictione: diuersitas verò aliorum accidentiū pertinet ad æquiuocationem: quia alia accidentia accidunt dictioni secundū quod in se considerantur. Tertia species est quādo vna oratio principaliter significat vnum & aliud metaphoricè siue transumptiuè, sicut hæc oratio,littus aratur,principaliter significat litoris scissuram. transumptiuè verò operis amissionem, & formatur sic paralogismus,quandocúnque littus aratur, tunc terra scinditur:sed quando indocilis docetur littus,aratur:ergo quando indocilis docetur,terra scinditur. Non sequitur propter multiplicitatem prædictam.

De fallacia compositionis & diuisionis.

CAP. V.

SEquitur de fallacia compositionis & diuisionis, in quibus sicut suprà dictū est,deceptio prouenit ex potentiali multiplici vnius orationis. Dicitur autem vna oratio potentialiter multiplex, pro eo q̄ dictiones eædem diuersimodè componi possunt adinuicem, vel abinuicē distinguiri:sicut cùm dicitur. Quicquid viuit, semper est.hæc dictio semper potest componi cum hoc verbo viuit,vel diuidi ab eodem:& quia oratio per constitutionem partium constituitur:& ipsę partes habent ad orationem sicut materia: compositio verò sicut forma.vbi sunt ergo eędem partes: sed non eadem cum positio est oratio eadem multiplex potētialiter & materialiter, sed non formaliter & actualiter,& propter hoc est multiplex potētialiter:quia oratio quę est vna formaliter potentialiter,plura significat & in hoc differunt illæ fallaciæ ab amphibologia,quia in amphib. semper in eodem ponitur cum eodem:licet non vniformiter: vnde est eadē cōpositio,& per cōsequens eadē oratio formaliter & actualiter vna est secundū multiplex actuale: hic autem non est actualis vnitas & formalis:sed solùm potentialis: quia vnum componitur cum diuersis.differunt autem hæ duæ fallaciæ.s.cōpositionis & diuisionis:quando enim oratio in sensu composito est falsa, tunc est fallacia secundum cōpositionem:quando autem in sensu diuiso est falsa:tūc est fallacia secundum diuisionem. Et nota quòd tunc oratio est cōposita, quando partes magis debitè ordinātur:& tunc est diuisa,quando partes minus ordinantur. Causa autem apparentię siue principiū motiuum est vnitas potentialis orationis plura significantis. Causa verò non existentiæ,siue principiū defectus est diuersitas significationis,secundum quod intelligitur cōposita vel diuisa. Sunt autem tres modi siue tres species vtriusq; fallaciæ. Primus modus est quādo aliquod dictū potest supponere verbo vel ratione totius,vel ratione partis.si ratione totius supponat,erit oratio cōposita:si ratione partis,erit diuisa oratio,& tūc si sub cōposito sensu falsa oratio erit,fallacia est cōpositionis. Si aūt in sensu diuiso est falsa,erit fallacia diuisionis. Si aūt in vtroq; sit falsa vel vera:tunc nulla fallacia est:quod etiā in alijs multiplicibus intelligendum est.& formatur sic paralogismus. quēcúnq; possibile est esse albū,possibile est q̄ ipse sit albus,sed nigrū possibile est esse album. ergo possibile est q̄ niger sit albus:nonvalet:quia illud dictū nigrū esse albū,p̄t supponere ei quod dicitur possibile vel ratione subiecti,& tūc possibilitas attribuitur subiecto dicti:& est modalis de re: & tūc est diuisa & vera.Est enim sensus q̄ ille qui est niger, potentiā habet,q̄ sit albus,vel p̄t idē supponere ratione totius dicti:& sic est modalis de dicto,& est cōpositа & falsa:& est sensus q̄ hoc dictum album esse nigrū sit possibile:vnde est fallacia cōpositionis. Et p̄t etiā formari sic paralogismus. Quodcúq; esse nigrū est impossibile,ipsum non potest esse nigrū:sed album esse nigrū est impossibile.igitur albū non potest esse nigrū. Non valet: quia minor est duplex:sicut suprà dictū est:& in sensu cōposito est vera: & in diuiso est falsa.vnde est fallacia diuisionis.Secundus modus prouenit ex eo,q̄ aliquando prædicatū in quo plura adunantur per coniunctionē copulatiuam vel disiunctiuā,potest attribui subiecto cōiunctim vel diuisim.Si coniunctim,est oratio cōposita.Si diuisim,oratio est diuisa:& tunc si in sensu composito oratio est falsa, est fallacia compositionis:si in sensu diuiso est falsa,est fallacia diuisionis:vt patet in his paralogismis.quicúnq; numerus componitur ex duobus & tribus,est duo & tria, sed quinq; non sunt duo & tria: ergo quinque non componitur ex duobus & tribus.Non sequitur.media enim siue minor est duplex:ex eo quòd hoc prædicatū. duo & tria potest intelligi & remoueri à subiecto diuisim: & sic est vera. Est enim sensus quòd quinq; nec sunt duo, nec tria. vel pōt remoueri à subiecto cōiūctī:& sic est falsa. Est enim sensus, q̄ duo & tria simul iuncta nō sunt quinq;. vnde in hoc sensu procedit conclusio. Vnde est fallacia compositionis. Et potest sic formari paralogismus. Quecúnque sunt duo & tria,sunt duo, sed quinque sunt duo & tria. ergo quinque sunt duo. Hæc similiter minor est duplex:quia in sensu composito est vera:& in sensu diuiso est falsa.vnde est fallacia diuisionis.Simile est si in prædicato ponatur coniunctio disiunctiua,sicut hic.Omne animal est rationale vel irrationale,sed omne animal est rationale: ergo omne animal est irrationale.Non valet: quia prima est duplex: eo quòd prædicatum potest attribui coniunctim subiecto:& sic est composita & vera.Est enim sensus quod de quolibet animali est verum dicere, quòd est rationale vel irrationale,vel potest attribui diuisim: & sic est falsa. Est enim sensus quòd alterā istarum sit vera.omne animal est rationale,vel omne animal est irrationale:cùm tamen vtráque sit falsa,vnde est fallacia diuisionis. Potest etiā sic formari paralogismus.quicquid non est rationale vel irrationale:nec est rationale nec irrationale:sed quando indocilis docetur littus,aratur:ergo quando indocilis docetur,terra scinditur. Non sequitur propter multiplicitatem prædictam.

De fallacia compositionis & diuisionis.

CAP. V.

SEquitur de fallacia compositionis & diuisionis, in quibus sicut suprà dictū est,deceptio prouenit ex potentiali multiplici vnius orationis. Dicitur autem vna oratio potentialiter multiplex, pro eo q̄ dictiones eædem diuersimodè componi possunt adinuicem, vel abinuicē distinguiri:sicut cùm dicitur. Quicquid viuit, semper est.hæc dictio semper potest componi cum hoc verbo viuit,vel diuidi ab eodem:& quia oratio per constitutionem partium constituitur:& ipsę partes habent ad orationem sicut materia: compositio verò sicut forma.vbi sunt ergo eędem partes: sed non eadem cum positio est oratio eadem multiplex potētialiter & materialiter, sed non formaliter & actualiter,& propter hoc est multiplex potētialiter:quia oratio quę est vna formaliter potentialiter,plura significat & in hoc differunt illæ fallaciæ ab amphibologia,quia in amphib. semper in eodem ponitur cum eodem:licet non vniformiter: vnde est eadē cōpositio,& per cōsequens eadē oratio formaliter & actualiter vna est secundū multiplex actuale: hic autem non est actualis vnitas & formalis:sed solùm potentialis: quia vnum componitur cum diuersis.differunt autem hæ duæ fallaciæ.s.cōpositionis & diuisionis:quando enim oratio in sensu composito est falsa, tunc est fallacia secundum cōpositionem:quando autem in sensu diuiso est falsa:tūc est fallacia secundum diuisionem. Et nota quòd tunc oratio est cōposita, quando partes magis debitè ordinātur:& tunc est diuisa,quando partes minus ordinantur. Causa autem apparentię siue principiū motiuum est vnitas potentialis orationis plura significantis. Causa verò non existentiæ,siue principiū defectus est diuersitas significationis,secundum quod intelligitur cōposita vel diuisa. Sunt autem tres modi siue tres species vtriusq; fallaciæ. Primus modus est quādo aliquod dictū potest supponere verbo vel ratione totius,vel ratione partis.si ratione totius supponat,erit oratio cōposita:si ratione partis,erit diuisa oratio,& tūc si sub cōposito sensu falsa oratio erit,fallacia est cōpositionis. Si aūt in sensu diuiso est falsa,erit fallacia diuisionis. Si aūt in vtroq; sit falsa vel vera:tunc nulla fallacia est:quod etiā in alijs multiplicibus intelligendum est.& formatur sic paralogismus. quēcúnq; possibile est esse albū,possibile est q̄ ipse sit albus,sed nigrū possibile est esse album. ergo possibile est q̄ niger sit albus:nonvalet:quia illud dictū nigrū esse albū,p̄t supponere ei quod dicitur possibile vel ratione subiecti,& tūc possibilitas attribuitur subiecto dicti:& est modalis de re: & tūc est diuisa & vera.Est enim sensus q̄ ille qui est niger, potentiā habet,q̄ sit albus,vel p̄t idē supponere ratione totius dicti:& sic est modalis de dicto,& est cōpositа & falsa:& est sensus q̄ hoc dictum album esse nigrū sit possibile:vnde est fallacia cōpositionis. Et p̄t etiā formari sic paralogismus. Quodcúq; esse nigrū est impossibile,ipsum non potest esse nigrū:sed album esse nigrū est impossibile.igitur albū non potest esse nigrū. Non valet: quia minor est duplex:sicut suprà dictū est:& in sensu cōposito est vera: & in diuiso est falsa.vnde est fallacia diuisionis.Secundus modus prouenit ex eo,q̄ aliquando prædicatū in quo plura adunantur per coniunctionē copulatiuam vel disiunctiuā,potest attribui subiecto cōiunctim vel diuisim.Si coniunctim,est oratio cōposita.Si diuisim,oratio est diuisa:& tunc si in sensu composito oratio est falsa, est fallacia compositionis:si in sensu diuiso est falsa,est fallacia diuisionis:vt patet in his paralogismis.quicúnq; numerus componitur ex duobus & tribus,est duo & tria, sed quinq; non sunt duo & tria: ergo quinque non componitur ex duobus & tribus.Non sequitur.media enim siue minor est duplex:ex eo quòd hoc prædicatū. duo & tria potest intelligi & remoueri à subiecto diuisim: & sic est vera. Est enim sensus quòd quinq; nec sunt duo, nec tria. vel pōt remoueri à subiecto cōiūctī:& sic est falsa. Est enim sensus, q̄ duo & tria simul iuncta nō sunt quinq;. vnde in hoc sensu procedit conclusio. Vnde est fallacia compositionis. Et potest sic formari paralogismus. Quecúnque sunt duo & tria,sunt duo, sed quinque sunt duo & tria. ergo quinque sunt duo. Hæc similiter minor est duplex:quia in sensu composito est vera:& in sensu diuiso est falsa.vnde est fallacia diuisionis.Simile est si in prædicato ponatur coniunctio disiunctiua,sicut hic.Omne animal est rationale vel irrationale,sed omne animal est rationale: ergo omne animal est irrationale.Non valet: quia prima est duplex: eo quòd prædicatum potest attribui coniunctim subiecto:& sic est composita & vera.Est enim sensus quod de quolibet animali est verum dicere, quòd est rationale vel irrationale,vel potest attribui diuisim: & sic est falsa. Est enim sensus quòd alterā istarum sit vera.omne animal est rationale,vel omne animal est irrationale:cùm tamen vtráque sit falsa,vnde est fallacia diuisionis. Potest etiā sic formari paralogismus.quicquid non est rationale vel irrationale:nec est rationale nec irrationale:sed quando indocilis docetur littus,aratur:ergo quando indocilis docetur,terra scinditur. Non sequitur propter multiplicitatem prædictam.

De fallacia compositionis & diuisionis.

CAP. V.

SEquitur de fallacia compositionis & diuisionis, in quibus sicut suprà dictū est,deceptio prouenit ex potentiali multiplici vnius orationis. Dicitur autem vna oratio potentialiter multiplex, pro eo q̄ dictiones eædem diuersimodè componi possunt adinuicem, vel abinuicē distinguiri:sicut cùm dicitur. Quicquid viuit, semper est.hæc dictio semper potest componi cum hoc verbo viuit,vel diuidi ab eodem:& quia oratio per constitutionem partium constituitur:& ipsę partes habent ad orationem sicut materia: compositio verò sicut forma.vbi sunt ergo eędem partes: sed non eadem cum positio est oratio eadem multiplex potētialiter & materialiter, sed non formaliter & actualiter,& propter hoc est multiplex potētialiter:quia oratio quę est vna formaliter potentialiter,plura significat & in hoc differunt illæ fallaciæ ab amphibologia,quia in amphib. semper in eodem ponitur cum eodem:licet non vniformiter: vnde est eadē cōpositio,& per cōsequens eadē oratio formaliter & actualiter vna est secundū multiplex actuale: hic autem non est actualis vnitas & formalis:sed solùm potentialis: quia vnum componitur cum diuersis.differunt autem hæ duæ fallaciæ.s.cōpositionis & diuisionis:quando enim oratio in sensu composito est falsa, tunc est fallacia secundum cōpositionem:quando autem in sensu diuiso est falsa:tūc est fallacia secundum diuisionem. Et nota quòd tunc oratio est cōposita, quando partes magis debitè ordinātur:& tunc est diuisa,quando partes minus ordinantur. Causa autem apparentię siue principiū motiuum est vnitas potentialis orationis plura significantis. Causa verò non existentiæ,siue principiū defectus est diuersitas significationis,secundum quod intelligitur cōposita vel diuisa. Sunt autem tres modi siue tres species vtriusq; fallaciæ. Primus modus est quādo aliquod dictū potest supponere verbo vel ratione totius,vel ratione partis.si ratione totius supponat,erit oratio cōposita:si ratione partis,erit diuisa oratio,& tūc si sub cōposito sensu falsa oratio erit,fallacia est cōpositionis. Si aūt in sensu diuiso est falsa,erit fallacia diuisionis. Si aūt in vtroq; sit falsa vel vera:tunc nulla fallacia est:quod etiā in alijs multiplicibus intelligendum est.& formatur sic paralogismus. quēcúnq; possibile est esse albū,possibile est q̄ ipse sit albus,sed nigrū possibile est esse album. ergo possibile est q̄ niger sit albus:nonvalet:quia illud dictū nigrū esse albū,p̄t supponere ei quod dicitur possibile vel ratione subiecti,& tūc possibilitas attribuitur subiecto dicti:& est modalis de re: & tūc est diuisa & vera.Est enim sensus q̄ ille qui est niger, potentiā habet,q̄ sit albus,vel p̄t idē supponere ratione totius dicti:& sic est modalis de dicto,& est cōpositа & falsa:& est sensus q̄ hoc dictum album esse nigrū sit possibile:vnde est fallacia cōpositionis. Et p̄t etiā formari sic paralogismus. Quodcúq; esse nigrū est impossibile,ipsum non potest esse nigrū:sed album esse nigrū est impossibile.igitur albū non potest esse nigrū. Non valet: quia minor est duplex:sicut suprà dictū est:& in sensu cōposito est vera: & in diuiso est falsa.vnde est fallacia diuisionis.Secundus modus prouenit ex eo,q̄ aliquando prædicatū in quo plura adunantur per coniunctionē copulatiuam vel disiunctiuā,potest attribui subiecto cōiunctim vel diuisim.Si coniunctim,est oratio cōposita.Si diuisim,ora-

tio est diuisa:& tunc si in sensu composito oratio est falsa, est fallacia compositionis:si in sensu diuiso est falsa,est fallacia diuisionis:vt patet in his paralogismis.quicúnq; numerus componitur ex duobus & tribus,est duo & tria, sed quinq; non sunt duo & tria: ergo quinque non componitur ex duobus & tribus.Non sequitur.media enim siue minor est duplex:ex eo quòd hoc prædicatū. duo & tria potest intelligi & remoueri à subiecto diuisim: & sic est vera. Est enim sensus quòd quinq; nec sunt duo, nec tria. vel pōt remoueri à subiecto cōiūctī:& sic est falsa. Est enim sensus, q̄ duo & tria simul iuncta nō sunt quinq;. vnde in hoc sensu procedit conclusio. Vnde est fallacia compositionis. Et potest sic formari paralogismus. Quecúnque sunt duo & tria,sunt duo, sed quinque sunt duo & tria. ergo quinque sunt duo. Hæc similiter minor est duplex:quia in sensu composito est vera:& in sensu diuiso est falsa.vnde est fallacia diuisionis.Simile est si in prædicato ponatur coniunctio disiunctiua,sicut hic.Omne animal est rationale vel irrationale,sed omne animal est rationale: ergo omne animal est irrationale.Non valet: quia prima est duplex: eo quòd prædicatum potest attribui coniunctim subiecto:& sic est composita & vera.Est enim sensus quod de quolibet animali est verum dicere, quòd est rationale vel irrationale,vel potest attribui diuisim: & sic est falsa. Est enim sensus quòd alterā istarum sit vera.omne animal est rationale,vel omne animal est irrationale:cùm tamen vtráque sit falsa,vnde est fallacia diuisionis. Potest etiā sic formari paralogismus.quicquid non est rationale vel irrationale:nec est rationale nec irrationale:sed quando indocilis docetur littus,aratur:ergo quando indocilis docetur,terra scinditur. Non sequitur propter multiplicitatem prædictam.

De fallacia compositionis & diuisionis.

CAP. V.

SEquitur de fallacia compositionis & diuisionis, in quibus sicut suprà dictū est,deceptio prouenit ex potentiali multiplici vnius orationis. Dicitur autem vna oratio potentialiter multiplex, pro eo q̄ dictiones eædem diuersimodè componi possunt adinuicem, vel abinuicē distinguiri:sicut cùm dicitur. Quicquid viuit, semper est.hæc dictio semper potest componi cum hoc verbo viuit,vel diuidi ab eodem:& quia oratio per constitutionem partium constituitur:& ipsę partes habent ad orationem sicut materia: compositio verò sicut forma.vbi sunt ergo eędem partes: sed non eadem cum positio est oratio eadem multiplex potētialiter & materialiter, sed non formaliter & actualiter,& propter hoc est multiplex potētialiter:quia oratio quę est vna formaliter potentialiter,plura significat & in hoc differunt illæ fallaciæ ab amphibologia,quia in amphib. semper in eodem ponitur cum eodem:licet non vniformiter: vnde est eadē cōpositio,& per cōsequens eadē oratio formaliter & actualiter vna est secundū multiplex actuale: hic autem non est actualis vnitas & formalis:sed solùm potentialis: quia vnum componitur cum diuersis.differunt autem hæ duæ fallaciæ.s.cōpositionis & diuisionis:quando enim oratio in sensu composito est falsa, tunc est fallacia secundum cōpositionem:quando autem in sensu diuiso est falsa:tūc est fallacia secundum diuisionem. Et nota quòd tunc oratio est cōposita, quando partes magis debitè ordinātur:& tunc est diuisa,quando partes minus ordinantur. Causa autem apparentię siue principiū motiuum est vnitas potentialis orationis plura significantis. Causa verò non existentiæ,siue principiū defectus est diuersitas significationis,secundum quod intelligitur cōposita vel diuisa. Sunt autem tres modi siue tres species vtriusq; fallaciæ. Primus modus est quādo aliquod dictū potest supponere verbo vel ratione totius,vel ratione partis.si ratione totius supponat,erit oratio cōposita:si ratione partis,erit diuisa oratio,& tūc si sub cōposito sensu falsa oratio erit,fallacia est cōpositionis. Si aūt in sensu diuiso est falsa,erit fallacia diuisionis. Si aūt in vtroq; sit falsa vel vera:tunc nulla fallacia est:quod etiā in alijs multiplicibus intelligendum est.& formatur sic paralogismus. quēcúnq; possibile est esse albū,possibile est q̄ ipse sit albus,sed nigrū possibile est esse album. ergo possibile est q̄ niger sit albus:nonvalet:quia illud dictū nigrū esse albū,p̄t supponere ei quod dicitur possibile vel ratione subiecti,& tūc possibilitas attribuitur subiecto dicti:& est modalis de re: & tūc est diuisa & vera.Est enim sensus q̄ ille qui est niger, potentiā habet,q̄ sit albus,vel p̄t idē supponere ratione totius dicti:& sic est modalis de dicto,& est cōpositа & falsa:& est sensus q̄ hoc dictum album esse nigrū sit possibile:vnde est fallacia cōpositionis. Et p̄t etiā formari sic paralogismus. Quodcúq; esse nigrū est impossibile,ipsum non potest esse nigrū:sed album esse nigrū est impossibile.igitur albū non potest esse nigrū. Non valet: quia minor est duplex:sicut suprà dictū est:& in sensu cōposito est vera: & in diuiso est falsa.vnde est fallacia diuisionis.Secundus modus prouenit ex eo,q̄ aliquando prædicatū in quo plura adunantur per coniunctionē copulatiuam vel disiunctiuā,potest attribui subiecto cōiunctim vel diuisim.Si coniunctim,est oratio cōposita.Si diuisim,oratio

De fallacia accentus

CAP. VI.

SEquitur de fallacia accentus. Accentus autem secundum q̄ hīc sumitur est modus pronunciandi aliquam dictionem. Fallacia autem accentus est deceptio proueniens ex eo, quòd aliqua dictio diuersimodè pronunciata diuersa significat, sicut enim fallacia secundum compositionem & diuisionem est eadem oratio materia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter:diuersificata secundum formam:ita hoc est eadem dictio materialiter diuersificata secundum diuersum modum pronunciandi: & ideò sicut ibi est potētialis multiplicitas orationis:ita est hæc potentialis multiplicitas dictionis. Causa apparētiæ huius fallacię est materialis vnitas dictionis. Causa non existentiæ est diuersitas significationis:siue dictionis diuersimodè pronunciatæ. Sunt autem quatuor modi huius fallaciæ,secundum quod quatuor modis cōtingit diuersificari modos pronunciandi dictionem. Primò nanque variatur per diuersos sonos siue accentus qui sunt tres:scilicet accentus grauis:acutus & circunflexus. Accentus acutus siue sonus est qui acuit siue eleuat syllabam:sicut patet in media syllaba cùm dicitur Martinus media syllaba acuitur siue eleuatur. Grauis autē accentus est qui deprimit syllabam & deponit:sicut patet in media syllaba huius dictionis dominus:& vltima syllaba huius dictionis: Lucas. Circunflexus verò accentus est,qui acuit syllabam:& postea deprimit:vt Roma. primus ergo modus huius fallaciæ est qui prouenit ex eo,quòd aliqua dictio potest pronunciari graui accētu,vel acuto:vel circunflexo. Acuto vt patet in hoc paralogismo. Quoscūque iustum est pendere iustum est pati pœnam : sed bonos viros iustum est pendere:ergo bonos viros iustum est pati pœnam. Non sequitur:quia in prima pendere sumebatur prout fertur acuto accētu:in secunda:vt fertur graui:& sic idem est pendere, quòd donare pœnam. Secundo modo variatur modus pronunciandi accentus, secundum diuersa tempora:quæ sunt duo,scilicet productio in syllaba longa & correptio in syllaba breui. Secundus quidem prouenit ex eo,quòd aliqua syllaba alicuius dictionis potest corripi vel produci:vt patet in hoc paralogismo. Omnis populus est arbor:sed aliqua gens est populus:igitur aliqua gēs est arbor. Non valet:quia hæc dictio populus aliud significat : secundum quod prima syllaba eius producitur:quia sic significat arborem quandam : & aliud secundum quod corripitur:quia sic significat gentem. Tertio modo variatur modus pronunciandi dictionem: secundum diuersitatem spiritus, qui quidē diuersificatur secundum asperum vel lene: asper quidē spiritus designatur per hanc figuram.h. lenis verò spiritus est,quādo sine aspiratione syllaba profertur. Tertius modus huius fallaciæ prouenit ex eo,quòd syllaba potest leniter vel asperè proferri:vt patet in hoc paralogismo. Quicquid amatur hamo capitur:sed vinum amatur:igitur vinum capitur. Non valet: quia primò amatur profertur asperè,postea leniter. Similiterhoc omnis dara est in templo,stabulum porcorum est hara:igitur stabulū porcorū est in tēplo. Non sequitur:quia hoc nomen hara: primò profertur leniter, postea asperè. Quartus modus prouenit ex eo , quòd aliquid potest proferri vna dictio vel plures,vt hic:tu es qui es , sed quies idem est,quòd requies:ergo tu es requies. Nō sequitur: quia hæc dictio quies primò sumitur vt oratio:postea vt dictio vna. Similiter hic quicquid Deus fecit inuitè fecit inuitus:sed racemos fecit in vite:igitur racemos fecit inuitus. Nō sequitur:quia primò hęc dictio inuitè sumitur vt vna dictio:postea vt plures. Patet ergo ex prædictis,quòd accentus denominatus secundum quod ab eo denominatur,hæc fallacia communior est quàm accentu qui diuiditur per grauem & acutum & circunflexum : quia comprehendit sub se & hunc accentum & alios tres,vt dictum est.

De fallacia figuræ dictionis. CAP. VII.

SEquitur de fallacia figuræ dictionis. Figuræ dictionis prout hic sumitur,est similitudo vnius dictionis ad alteram : sicut aliquid dicitur ad figuram alterius factum,quod ei asimilatur. Vnde fallacia figuræ dictionis est deceptio prouenies ex eo, quòd aliqua dictio similis alteri dictioni.videtur habere eundē modū significādi:cū tamē nō habeat,vt hæc dictio homo, videtur significare hoc aliquid propter similitudinem quam habet cum nominibus significantibus substantias particulares:& sic in hac fallacia nō est multiplex vtrum,sed fantasticum:quia vna dictio non significat plura secundum veritatem rei:sed habet vnum modum significandi:& videtur habere alium. Causa apparentiæ est similitudo vnius dictionis cum alia dictione. Causa verò non existentiæ est diuersus modus significandi. Sunt autem tres modi huius fallaciæ. Primus modus prouenit:ex eo quòd dictio quæ significat masculinum,sumitur ac si significaret fœminínum,vel neutrum, aut econuersò: vt patet in hoc paralogismo. Quæcúnque substantia coloratur albedine,est alba:Papa coloratur albedine:igitur Papa est alba. Nō sequitur:quia cum Papa sit nomen viri,nō significat fœminā:licet videatur propter similitudinem quam habet cum nominibus fœmininis. Vnde non debet sumi sub distributo fœmínino. Vel sic omnis substantia colorata albedine, est alba:sed vir est substantia colorata albedine.igitur vir est alba. Non sequitur : quia masculinum mutatur in fœmininum. Secundus modus prouenit ex eo ꝙ aliqua dictio quæ significat per modum vnius prædicamenti , potest videri significari per modum alterius:sicut hic. Quicquid heri vidisti,hodie vides,album heri vidisti:ergo album hodie vides. Nō valet,quia mutatur quid in qual e:vel quantumcúnque emisti, comedisti,sed carnes crudas emisti : ergo carnes crudas comedisti. Nō sequitur:quia mutatur quantū in quale,vel sic. Quoteúnq; digitos olim habuisti,modo habes : sed olim habuisti paruos : ergo modo habes paruos. Non sequitur, quia mutatur quantū quantitatis discretæ,in quantum quantitatis continuæ. Et est notandū quòd non facit fallaciam figuræ dictionis mutatio prædicamentorum quantùm ad rem significatam:sed quantùm ad modum significandi. Albedo enim significat qualitatem : sed significat eam per modum substantiæ , quia non significat eam, vt inhærentem. Album autem significat eam per modum qualitatis : quia significat eam vt inhærentem. Et contingit hoc,quando quale quid mutatur in hoc aliquid:vnde hic nō est fallacia figuræ dictiōis. Quicquid heri vidisti,hodie vides.albedinem heri vidisti:igitur albedinem hodie vides. Erit autem fallacia figuræ dictionis, si procedatur sic.album heri vidisti:ergo album hodie vides. Tertius modus prouenit ex eo quòd aliqua dictio quæ significat quale quid,significare videtur hoc aliquid:& dicitur significare quale quid , quod significat naturam communem generis vel speciei , secundū quod pertinet ad tertium modum: hoc aliquid verò significat substantiam particularem. Si autem sumatur quale quid secundum quod pertinet ad genus qualitatis , sicut mutare quale quid in hoc aliquid,pertinet ad secundum modum:vt album currit. Sortes est albus:ergo Sortes currit,& formatur sic paralogismus. Sortes est alter ab homine,& ipse est homo:igitur est alter à seipso. Non sequitur:quia proceditur ab homine ad Sortem. & sic mutatur quale quid in hoc aliquid:& ad hunc modum reducitur omnis deceptio prouenięs ex mutata suppositione terminorum: vnde cùm dicitur homo est species.Sort.est homo igitur Sor.est species.hic proceditur à simplici suppositione ad discretam,quæ mutat quale quid, in hoc aliquid.

De fallacijs extra dictionem. CAP. VIII.

SEquitur de fallacijs extra dictionem quæ in hoc differunt à fallacijs in dictione: vt suprà dictū est. quia fallacijs in dictiōe:principiū motiuū siue causæ apparētię est ex parte vocis. In fallacijs aūt extra dictionē est ex parte rei:sicut eūm in fallacijs in dictione deceptio prouenit ex eo quòd vnū nomē plura significās accipitur ac si significaret vnum , ita in fallacijs extra dictionem deceptio prouenit ex eo , quòd aliquæ res aliquo modo conuenientes vel differentes accipiuntur:vt eędem simpliciter vel diuersæ. Sunt autem fallacię extra dictionē septem:quarum prima est secundum accidens: secunda secundum quid & simpliciter: tertia secundū ignorantiam elenchi:quarta secundum petitionem principij:quinta secundum consequens:sexta secundum non causam, vt causam:septima sc̄m plures interrogationes, vt vnā. Accipiuntur aūt hę fallaciæ secundum quasdam generales entium conditiones. Nam ens aliud est per se:& aliud per accidens:& secundum hoc accipitur fallacia accidentis. Item secundum perfectum & imperfectum accipitur fallacia,sc̄m quid & simpliciter. Secundū autem oppositū & non oppositum est fallacia secundum ignorantiam elenchi. Secundum verò idem & diuersum est fallacia petitionis principij. Secundum verò prius & posterius est fallacia consequentis. Secundū causam & causatum, fallacia secundum non causam vt causam. Secundum autem vnum & multa,est fallacia secundum plures interrogationes vt vnum.

De fallacia accidentis. CAP. IX.

DIcendum est ergo primò de fallacia accidentis. vbi sciēdum ꝙ accidens hic accipitur,prout dinstinguitur contra per se. Per se autem dicitur inesse aliquid alicui,quòd inest ei secundum rationē proprię diffinitionis : præter hoc autem quicquid inest alicui dicitur inesse per accidēs:vnde ad hoc quod est inesse per se aut per accidens,tripliciter aliquid potest se habere. Quædam enim sunt quę omni modo sunt eadem secundū substātię rationē:vt vestis & indumentum:& in his est solū per se & nullo modo per accidens. Quædam sunt,quorū vnū est omninò extraneū à ratione alterius:vt albus & homo:& in iſtis est solummodò per accidens: & nullo modo per se. Quędam verò sunt, quorum vnum ad alterius rationem aliquo modo pertinet:licet nō sint omninò eadē secundū diffinitionem,sicut se habet superius & inferius: nā superius ponitur in diffinitiōe inferioris:tamē nō est omninò eadē diffinitio inferioris & superioris : vt animalis & hominis , cùm diffinitio inferioris addat super diffinitionē superioris, & simile est de proprio & de specie.nā species ponitur in diffinitiōe proprij:nō tamē species & proprij, sunt omninò idē in diffinitiōe . & in his est quodāmodò per priū, sunt omninò idē in diffinitiōe. & in his est quodāmodò per se:& quodāmō per accidēs:in quantū partim sc̄m diffinitionē cōse:& quodāmō per accidēs:in quantū partim sc̄m diffinitionē cōueniūt:& partī differūt. In his ergo quę primo modo se habēt,neceſſe eſt ꝙ quicquid verū de vno sit, sit etiā verū de alio: eo ꝙ talia sunt penitus eadē sc̄m rē, & differūt sc̄m nomē solū:vñ in his nō cōtingit esse fallaciā accidentis:sed in oībus alijs nō est necessariū, quòd quicquid est verū de,vno,sit etiam verum de altero. Et ideò si ex ho

si ex ho quòd aliquid est de vno verū,concludatur esse verū de altero,est fallacia accidentis. Contingit autem quādóq; vt quod est verum de vno:concludatur esse verum de altero.s. quando aliquid attribuitur vni,secundū quod est idem alteri,tunc enim quod ineſt vni & alteri inerit. Si verò attribuitur vni secundū quod est ab altero diuersum,non inerit alteri :si autem vt non diuersum ab altero erit & alterius: sicut si album attribuatur animali inquantùm est idem homini,oportet quòd conueniat homini. Si autē animali,vt est diuersum ab homine,non oportet ꝙ conueniat homini: & sic cōcludatur inesse,erit fallacia accidentis : sicut si dicatur , animal est quadrupes,homo est animal,igitur homo est quadrupes. Quadrupes enim non prædicatur de animali:vt animal est homo:sed secundū quod est ab homine diuersum. Vnde patet quòd in prędicto argumento mediū diuersimodè accipitur. Nam primò accipiebatur secundum quod erat diuersum ab homine:sed in secundo secundū quod est idem homini:& ideò quando est fallacia accidentis , semper est diuersa acceptio medij. Dico autem diuersam acceptionem medij esse,quādo medium secundum quod cōuenit cum vna extremitatum est diuersum ab alia. Fallacia accidentis est deceptio prouenięs ex eo quòd aliquid significatur simile vtrique eorum quæ sunt aliqualiter per accidens vnum. Ex quo patet quòd in fallacia accidētis,semper inueniuntur tres termini: sicut in syllogismo quorum duo per accidens aliquo modo coniunguntur qui quidem se habent:sicut medium & minor extremitas:tertium verò quòd aliquantur vtrique inesse,est maior extremitas. Causa verò apparentiæ in hac fallacia est vnitas quædam: & identitas eorum quæ per accidens quodammodò coniunguntur. Causa verò non existentię est diuersitas eorūdē. Nam sicut dicit philosophus in 1. Elēchorū. fallacia accidentis sit ex eo quòd aliquis non potest iudicare idem & diuersum vnum & multa. Sunt autem tres modi huius fallaciæ. Primus modus prouenit ex eo quòd procedit ab accidente ad subiectum: vel econuersò:sicut hic. Cognosco coriscum , coriscus est veniens:igitur cognosco venientem. Non sequitur:quia veniens & coriscus,sunt vnum per accidens & non per se. Vnde non sequitur quòd quicquid est verum de vno,sit verum de alio. Hoc enim fallit quando aliquid est verum de vno secundum quod est diuersum ab altero:sicut hic.cognosco coriscum. Coriscus enim non subiacet cognitioni, secūdum quod est idem venienti. Vnde patet quòd est diuersificatio medij,& sic est fallacia accidentis. Similiter hic: iste canis est tuus:& est pater.igitur est tuus pater. Canis enim & pater,sunt vnum per accidens. Vnde non sequitur,quòd quicquid est verum de vno,sit verum de alio.secundum enim quod canis est pater,non conuenit ei esse tuum. Secundus modus est,quādo illud quod conuenit superiori,concluditur in inferiori , vel econuersò: sicut hic:homo & animal est animal . & animal est genus . igitur homo est genus. Non sequitur : superius enim & inferius , aliquo modo sunt vnum per accidens: licet alio modo sint vnum per se. Vnde ex dictis patet,quòd si idem verificatur de vno eorum secū dum quod idem est alteri,necesse est de altero verificari : & secundum hoc sumuntur argumenta dialectica à genere & specie, siue à superiori ad inferiora. Quod autem verificatur de vno eorum secundum quod differt ab altero, nō oportet de altero verificari:tūc autem est variatio medij & fallacia accidentis:,sicut est in proposito. Nam esse genus non prædicatur de animali, secūdum quod est idem homini,sed secundū quod ab eo differt: sicut superius ab inferiori. Similiter est hic:triangulus est figura:sed proprietas triangu li est habere tres angulos:igitur est proprietas figuræ. Non sequitur:quia triangulus & figura non sunt omnibus modis idem. Vnde non oportet quod verificatur de vno,de altero verificari. Similiter est hic:Sortes est alius ab homine:ipse autem est homo . igitur est alius à se. Tertius modus prouenit quando proceditur à specie ad proprium vel econuersò:sicut hic:homo est risibilis: sed risibile est proprium:igitur homo est proprium:vel homo est species. Nō sequitur:quia risibile & homo non sunt omninò idem secundum diffinitionem: & ideò aliquo modo vnum se habet ad alterum per accidens & extraneum: & propter hoc non est necesse quòd quicquid verificatur de vno,verificetur de altero. Et est sciendum quòd non est inconueniens,si in aliquibus prædictorum paralogismorū sint assignatę duæ fallaciæ.s.figuræ dictionis & accidentis: quia secundum quod prouenit deceptio ex similitudine dictionis,est fallacia figuræ dictionis. Secundum verò quod prouenit ex conuenientia rerum, fallacia accidentis est. Homo enim & Sortes, quantùm ad rem conueniunt,& quantùm ad nomen similitudinem habent. Sciendum est etiam, quòd sicut sit paralogismus accidentis ex propositionibus categoricis,ita ex hypotheticis: ex eo ꝙ mediū diuersimodè sumitur:prout scilicet comparatur ad vnam extremitatem,est diuersum ab alia:sicut hic. Si nullum tempus est, dies nō est per locum à toto in quantitate. Et si dies non est,nox est. per locum ab oppositis:ergo si nullum tēpus est,nox est:sed si nox est,aliquod tēpus est,igitur si nullum tempus est,aliquod tempus est. Patet ergo quòd illud medium quod est diem non esse, est diuersum ab eo quod est noctem esse secundum quod sequitur ad hoc quod est nullum tempus esse. Ex hoc enim est quòd diem non esse , non sequitur noctem esse:nisi supposito tempore:secūdum quod sequitur ad hoc,quòd est nullum tempus esse, supposito tempore, sicut ex hoc quod est videntem non esse, sequitur cæcum esse supposito animali,quod est natum videre.

De fallacia secundum quid & simpliciter. CAP. X.

SEquitur de fallacia secundum quid & simpliciter. Simpliciter autem hic dicitur,quod nullo modo addito dicitur:vt cùm dicitur Sortes est albus:vel Sortes currit. Secundū quid autē dicitur, quod cum aliquo addito dicitur:vt iste currit bene , vel Sor.est albus secundum dentē. Hoc autem quod additur ,dupliciter se habet ad id cui additur. Nam quandóq; non diminuit de ratione eius cui additur. Et tunc potest procedi ab eo quod est secundum quid : ad hoc quod est simpliciter:vt cùm dicitur,iste currit velociter:igitur currit. Velocitas enim nihil diminuit de ratione cursus. Et est in prędicto argumento locus à parte in modo. Quandóque verò id quod additur,diminuit aliquid de ratiōe eius cui additur:vt cùm dicitur Aethyops est albus secūdum dentem. Nam hęc determinatio dentē,diminuit aliquid de ratione eius quod dicitur albus. Non enim potest dici albus,nisi qui totus est albus: vel secundū plures & principaliores partes:& ideò si concludatur,ethyops est albus dentem: ergo est albus,est locus sophisticus,vel fallacia secundum quid & simpliciter est deceptio prouenięns ex eo quòd dictum secundum quid accipitur:ac si esset dictum simpliciter. Causa apparentiæ in hac fallacia est cōuenientia eius quod est secuudū quid,ad id quod est,simpliciter. Causa verò non existentiæ est diuersitas eorundem. Sunt autem quinque modi huius fallaciæ : Et primus modus est, quando determinatio addita habet oppositionem ad illud cui additur,vt in hoc argumento. Cæsar est homo mortuus.ergo est homo. nō sequitur. Nam esse hominem mortuum, habet oppositionem ad hominem: eo quòd viuum est de ratione hominis: cùm homo sit animal:& animal est substantia animata sensitiua. Et sic patet quòd hæc determinatio mortuus, tollit hominis rationem. Similiter iste est bonus latro,igitur est bonus:nam bonum per suppositum oppositionem habet ad latrocinium. Similiter hic. mendax dicit verum,dicendo se dicere falsum:ergo dicit verum.non sequitur. Nam dicere verum opponitur ei quod est dicere falsum:& econuersò. Secundus modus prouenit ex eo quòd aliqua determinatio addita pertinet ad animæ actum. Nam aliqui actus animæ possunt esse circa existentiam, & circa non existentiam , sicut hic. chymera est animal opinabile.igitur chymera est animal. Non sequitur.nam opinabile additum animali, diminuit de eius ratione: similiter hic. Cæsar est in memoria hominum.igitur Cæsar est. Similiter hic. tu habes fœlicitatem in tua voluntate. igitur habes fœlicitatem. Tertius modus est,quando determinatio addita significat aliquid in potentia esse:sicut hic.ouum potentialiter est animal:ergo est animal. Non sequitur. Nam esse in potentia diminuit de ratione eius quod est esse simpliciter. Quartus modus est, quando determinatio addita significat partem: sicut hic. Aethyops est albus dente:ergo est albus. Non sequitur: quia esse in parte diminuit de ratione eius quod est esse simpliciter. Sciendum tamen quòd si à parte sit natum denominari totum , non accidit fallacia: vt patet in hoc processu. Iste est crispus secundum capillos:ergo est crispus:bene sequitur:quia homo denominatur crispus secundum capillos,& hic modus se extendit ad alias partes,scilicet loci vel tēporis,vel aliorum totorum. Si verò aliquid additur toti in loco mediante parte in loco,à qua parte totum non est natum denominari,accidit fallacia in his processibus : vt hæc dięta est bona in locis ægrotatiuis:ergo est bona. Non sequitur:quia hoc quod dicit in locis ægrotatiuis,significat partem in loco . Similiter est de toto & parte in tempore:sicut hic.bibere vinum est malum ægrotanti:ergo est malum:& eadem ratio est in omnibus similibus. Quintus modus est, quando determinatio addita cogit terminum , cui additur stare materialiter:sicut hic.Sapiens vult amittere malum:ergo vult malum. non sequitur:nam amittere malum,non dicit malum simpliciter : sed secundum quid. Similiter hic: fur vult sumere bonum:igitur vult bonum:& est eadem ratio in alijs similibus. Sic ergo patet ex dictis,quòd hæc fallacia prouenit secundum rationem perfecti & imperfecti. Nam determinatio diminuit , eo quod significat aliquid esse imperfectè.

De fallacia secundum ignorantiam elenchi. CAP. XI.

SEquitur de fallacia secundū ignorantiā elēchi. Est autē elēchus syllogismus cōtradictionis,qui quadóq; est vnus,quādóque duo. Vnus quidē quādo cōcludit contradictoriā alterius propositionis prius datæ:sicut si detur aliquod animal esse incorruptibile:& procedatur sic. Omne cōpositū ex cōtrarijs est corruptibile,omne ani-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mal est huiusmodi,ergo omne animal est corruptibile. Hæc enim cõclusio est cõtradictoria propositionis dictæ.Duo enim syllogismi cõstituunt elenchũ,quãdo ex duobus syllogismis cõcluditur cõtradictorie: sicut supradicto syllogismo contraponatur alius talis syllogismus. Nullũ beatũ est corruptibile:&aliquod animal est beatũ: igitur aliquod animal non est corruptibile. Quia igitur de ratione elenchi est syllogismus & cõtradictio:ideò quicquid est contra diffinitionẽ syllogismi & cõtradictionis: est contra diffinitionẽ elenchi. Et ideò cũ in qualibet fallacia defectus accidat, propter hoc quod aliquid omittitur de diffinitione syllogismi &contradictionis,ideò omnis fallacia reducitur ad ignorãtiã elẽchi,sicut ad generale principiũ.Quia verò in diffinitiõe elenchi ponitur cõtradictio quasi differẽtia quæ cõstituit speciẽ.ideò specialiter omisso eorũ quę ad cõtradictionẽ requiruntur ignorãtiã elenchi cõstituit, secundũ quod est fallacia specialis.Sed quia fallacia esse non potest si apparentia desit:oportet ad hoc circa contradictionẽ sit fallacia: vt sit apparẽs cõtradictio:& cũ hoc aliquid ad veritatẽ contradictionis desit. Apparẽs autẽ contradictio esse non potest:nisi sit vnius & eiusdẽ,quia nisi sit ibi vnum & idẽ,non videbitur esse contradictio:vt dicendo homo currit,asinus non currit. Ex vera autẽ contradictione nõ potest deficere:nisi ex defectu vnius & eiusdem.Vnde hoc obseruato ex defectu aliquorũ quæ ad cõtradictionẽ requiruntur fit fallacia. Est autem contradictio oppositio vnius & eiusdem non rei tantũ: sed rei&nominis simul:secundũ idem ad idem similiter& in eodem tempore.Fallacia aũt secũdum ignorãtiã elenchi est deceptio proueniens ex eo q̃ nõ obseruãtur ea quę sunt necessaria ad diffinitionem elẽchi:& præcipuè ex parte cõtradictiõis,vñ dicitur ignorantia elenchi:quia accidit deceptio solùm per hoc q̃ diffinitio cõtradictionis ignoratur.Causa autem apparentiæ in hac fallacia est similitudo apparens cõtradictiõis deficientis ad cõtradictionem perfectã.Causa verò non existentiæ est diuersitas eorũdem. Modi huius fallaciæ sunt quatuor. Primus peccat cõtra hanc particulã ad idem: vt hic:duo sunt duplum ad vnum:& nõ sunt duplum ad tria:igitur sunt duplum & nõ duplum.Nõ sequitur,quia omisso hoc quod est esse ad idem nõ est cõtradictio.Secundus autem peccat cõtra hanc particulã:secundum idem:sicut hic.Hoc est duplum ad illud secundum lõgitudinem:& nõ est duplum secundum latitudinem: ergo idem est duplum & nõ duplum.Non sequitur:quia omittitur hæc particula:secundum idem quæ requiritur ad cõtradictionem. Tertius peccat cõtra hãc particulã similiter sicut hic: cœlum mouetur circulariter & nõ mouetur sursum&deorsum,ergo mouetur & nõ mouetur:non sequitur,quia omissio huius particulę similiter tollit cõtradictionem.Quartus est cõtra hãc particulã in eodem tempore:sicut hic: domus est clausa in nocte:non est clausa in die:ergo est clausa & non est clausa. Non sequitur:quia diuersitas temporis impedit contradictionẽ.Et est sciendum, q̃ hæc fallacia conuenit cũ fallacia secundum quid & simpliciter in hoc: quia in vtraq; proceditur ab eo quod dicitur cum determinatione ad id quod dicitur simpliciter.Sed hæc est differentia:quia in fallacia secundũ quid & simpliciter,determinatio diminuit de ratione eius: quod est simpliciter esse:quod nõ de necessitate accidit in hac fallacia. Sed hæ determinationes additæ diminnunt de ratione cõtradictionis. Bene enim sequitur. Hoc est duplũ ad illud secundũ latitudinem.igitur est duplũ ad illud.Non tamen sequitur,quòd sit cõtradictio, si ad diuersa referatur. Patet etiã ex dictis, quòd hæc fallacia prouenit secundum generalem entium contradictionem quæ est oppositio. Nam est omnis contradictionis principium.

De fallacia petitionis principij.

CAP. XII.

SEquitur de fallacia petitionis principij. Principium hic dicitur principale propositũ.Tunc igitur aliquis petit principium, q̃n aliquis petit sibi concedi principale propositũ,quod debet probare,quod quidẽ si sub eodẽ nomine petat,nulla sit fallacia:sed petẽs videbitur deridendus: sicut si velit probare, homo currit & petit eandẽ sibi concedi. Si verò petat id quod vult probare, sub alio vocabulo poterit esse fallacia & tunc propriè petit illud quod est in principio,id est,illud quod in se continet principale propositum. Fallacia ergo petitionis principij est deceptio prouenies ex eo q̃d idem assumitur ad probationẽ suipsius sub alio vocabulo. Causa ergo apparentiæ in hac fallacia est diuersitas apparẽs. Similitudo conclusionis est ex præmissis:causa verò non existentiæ, est idẽtitas earundẽ.sunt autem modi huius fallaciæ quinque.Primus modus est,quando diffinitum petitur ad diffinitionis probationem, vel econuersò.vt si debeat probari quòd homo currit, & petatur concedi quòd animal rationale mortale currat, quo concesso arguatur sic: Animal rationale mortale currit,igitur homo currit. Hæc nulla probatio est:quia similiter dubitatur de præmissa & conclusione.Secundus modus est,quãdo vniuersale petitur ad probationẽ particularis,vt si debeat probari quòd omniũ contrariorũ eadẽ est disciplina: & assumatur ista. omniũ oppositorũ eadem est disciplina.ergo omniũ contrariorũ eadem est disciplina. Hæc præmissa non est magis nota quàm conclusio. Tertius modus est quando petuntur omnia particularia ad probationem vniuersalis: vt si debeat probari q̃ omniũ oppositorũ est eadem disciplina & assumatur ista.omniũ contrariorũ est eadem disciplina.omniũ priuatiuè oppositorũ eadem est disciplina.& sic de aliis.igitur omniũ oppositorũ est eadem disciplina.hæc etiam conclusio in præmissis petitur.Quartus modus est,quando petitur diuisim , quòd debet probari coniunctim:vt si debeat probari quòd medicina sit scientia sani & ęgri.& sumatur ita:medicina est scientia sani:& medicina est scientia ęgri.ergo medicina est scientia sani & ęgri. hic etiã petitur id quod deberet probari.Quintus modus est, quando petitur vnũ correlatiuorũ ad probationẽ alterius,vt si debeat probari quòd Socrates sit pater Platonis,& sumatur ita : Plato est filius Socratis.igitur Socrates est pater Platonis , hic etiã petitur quod deberet probari ab aliis verbis. Et est sciendũ q̃ hæc fallacia non peccat contra vim illatiuã argumentãdi:quia bene sequitur cõclusio,datis præmissis cũ seruetur debita habitudo inferentis ad illatũ:sed peccat contra probationẽ argumenti.Nam probatio debet esse magis manifesta,quod hic non obseruatur. Vnde hic non accidit deceptio,ex eo quòd cõclusio non infertur ex præmissis.cùm illationes prædictæ sunt secundũ locos dialecticos : sed accidit deceptio,ex eo quòd petitur idem cõcedi,ac si esset diuersum. Vnde si in præmissis modis argumentandi accipiantur præmissæ ex eo quòd sint magis notæ:& non quasi petitæ,non erit argumentũ sophisticũ:sed dialecticũ. Patet autem ex prędictis,quòd hæc fallacia prouenit secundũ idẽ & diuersum,prout non discernitur inter ea.

De fallacia consequentis. CAP. XIII.

SEquitur de fallacia consequentis. Cõsequens autem vt hic sumitur est,quod sequitur ad antecedẽs in propositione cõditionali, vt cùm dicitur.si Sor.est homo,est animal. Sortem esse animal est cõsequens.Sor.verò esse hominem est antecedens. Est ergo fallacia cõsequentis deceptio prouenies ex eo quòd cõsequens ęstimatur esse idem cum antecedente omninò. Ex hoc enim contingit aliquẽ credere q̃ si cõsequens sequitur ad antecedens:ita & conuersò antecedens sequatur ad consequens. Vnde patet q̃ hæc fallacia consequentis in duabus cõsistit cõsequentijs:quarum vna est vera &altera fálsa:sicut si dicatur. Si aliquis currit,mouetur: sed Sortes mouetur:igitur Sortes currit. Hæc eñ cõsequẽtia,si Sortes currit mouetur.quę primò ponitur,est vera:sed ista ad quã proceditur est falsa.si mouetur igitur currit.Vbi verò tantũ ponitur vna cõsequẽtia, nõ est fallacia cõsequẽtis. Vnde si dicatur:Sortes est animal,igitur Sor.est homo,nõ est fallacia cõsequẽtis ex mõ argumẽtãdi,sed magis fallacia accidẽtis.Nã sicut fallacia cõsequẽtis prouenit ex eo q̃ cõsequens existimatur omninò esse idem antecedenti cùm non sit. Ita fallacia accidentis prouenit ex eo q̃ prędicatũ existimatur omninò idem esse subiecto.Vnde hæc fallacia denominatur à cõsequẽdo.illa autem ab accidendo,quod est inhærere.Et inde est q̃ quãdo proceditur argumentando solùm ab aliqua categorica per quã significatur aliquid inesse est fallacia accidentis:quãdo ab aliqua cõditionali est fallacia cõsequẽtis.Et ideò phylosophus dicit,q̃ fallacia accidentis est in vno & fallacia cõsequentis in pluribus.(consequentijs. Et ex hoc etiã patet quòd in cõsequẽtijs cõsequens est aliquo modo pars accidentis.Nam omne quod sequitur aliquo modo accidit:sed non omne quod accidit sequitur. Non enim sequitur,si est homo,est albũ,sit vera:quòd licet homo sit albus. Et ideò vbicũq; est fallacia cõsequentis aliter ordinatis terminis,potest fieri fallacia accidentis, sed non cõuertitur. Causa apparentiæ in hac fallacia est cõuenientia cõsequentis cũ antecedente.Causa verò nõ existentiæ est diuersitas eorundem. Sunt aũt modi huius fallaciæ duo.Primus modus procedit ex cõsecutione magis cõmunis ad minus cõe,siue magis cõe sit genus siue accidens: vt patet in his paralogismis.Si aliquid est asinus,est animal: sed tu es animal.igitur tu es asinus. Non sequitur.non enim cõsequentia prius posita cõuerti tur.Similiter hic.si aliquod est mel,est rubeum:sed fel est rubeum: igitur fel est mel. Similiter hic.si aliquis est fur, errat de nocte, sed tu erras de nocte. igitur tu es fur. In his enim omnibus putatur cõsequentia cõuerti quæ non cõuertitur.Vnde est fallacia cõsequentis. Si autem sumantur propositiones caegoricæ in eisdem terminis est fallacia accidẽtis:sicut.asinus est animal.tu es animal. igitur tu es asinus.& hic.Mel est rubeũ:& fel est rubeũ. igitur mel est fel. Secundus modus est,quãdo proceditur à cõsequentia oppositi, ad similẽ consequentiã in alio oppositorũ:vt si dicatur. si aliquid est generatũ,habet principiũ:sed anima nõ est generata.igitur anima nõ habet principiũ:sed semper fuit.non sequitur. Est enim in oppositis duplex cõsequentia:vna in ipso:altera in cõtrario. In ipso quidẽ est cõsequẽtia:quãdo sicut ad antecedẽs, sequitur cõsequẽs:ita ad oppositum antecedentis sequitur oppositum consequentis: vt si est iustum,est bonum.igitur si est iniustum,est malum. Consequentia econtrariò est, quando sicut ad antecedens sequitur consequens, ita ad oppo-

ita ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis: vt si est homo, est animal.igitur si non est animal, non est homo. In oppositis enim secundum affirmationem & negationem non est consequentia in ipso,sed in contrario: & ideò quando proceditur in huiusmodi oppositis,ac si esset consequentia in ipso,est fallacia consequentis:sicut in exemplo patet. In his autem terminis est fallacia accidẽtis cathegoricis propositionibus sumptis, vt si dicatur sic. Omne generatum habet principium: sed anima non est generata,igitur non habet principium . Et est sciendum quòd sicut primus modus peccat contra consequentiam procedendo à positione consequentis ad positionem antecedentis , ita secundus peccat procedendo à destructione antecedentis,ad destructionem consequentis. Est autem contrario modo procedendum , scilicet à destructione consequentis, ad positionem antecedentis. Patet enim quòd hæc fallacia prouenit secundum rationem prioris & posterioris. Et nota quòd quoddam consequens est in plus suo antecedente, & quoddam in minus. Consequens in plus est in terminis vniuersalibus:sicut cùm dico, homo est, ergo animal est. Consequẽs in minus est: sicut totum in quantitate, & eius pars,vt cùm dicitur omnium oppositorum eadem est disciplina:ergo omnium contrariorum.

De fallacia secundum non causam vt causam.

CAP. XIIII.

SEquitur de fallacia secundum non causam vt causam. Causa autem hic dicitur quod est causa inferendi secundum quod præmissæ dicuntur causa conclusionis esse. Est ergo fallacia secundum non causam, vt causam , quando inter præmissas ex quibus sequitur conclusio, ponitur propositio aliqua quæ nihil ad conclusionẽ operatur:& sic nõ est causa. Tamen ad hoc quòd fiat fallacia, oportet quòd videatur esse causa:quod quidem fit per hoc quòd conuenit cum alijs propositionibus, quæ sunt causæ conclusionis in terminis.Ex hoc autem quòd propositio quæ non est causa sumitur vt causa,non prouenit aliqua deceptio , nisi quando ex conclusione redit ad præmissas , & intermittitur aliqua præmissarum: quod quidem fit in syllogismis ad impossibile.in quibus per hoc q̃ conclusio est impossibilis,ostenditur aliquam præmissarum impossibilem fuisse. Et ideò hæc fallacia non habet fieri, nisi in huiusmodi syllogismis enim ostensiuis, in quibus aliud directè ostenditur, ad nullum inconueniens duci potest respondens, si sumatur in præmissis aliqua propositio quæ non est causa cõclusionis,ac esset causa. Est ergo causa apparentiæ in hac fallacia conuenientia propositionis, quæ non est causa cum illis quæ sunt causæ. Causa verò nõ existentiæ est defectus habitudinis debitæ inter propositionem inferentem & propositionem illatam. Formatur autem secundum hãc fallaciam hoc modo paralogismus. putas ne anima & vita sunt idem,quo dato proceditur sic. Anima & vita sunt idem, & mors & vita sunt contraria,& generatio & corruptio sunt contraria:sed mors est corruptio.ergo vita est generatio.igitur viuere est generari:quod est impossibile.Nam qui viuit,non generatur: sed iam generatus est.Ergo & primũ fuit impossibile.s. quòd anima & vita sint idem:Non sequitur:quia ista propositio.anima & vita sunt idem. quæ accipiebatur in præmissis,non fuit causa conclusionis impossibilis:quod ex hoc patet:quia ea remota , adhuc sequitur conclusio.vnde per hoc quòd conclusio est impossibilis,non potest ostendi q̃ prædicta propositio sit impossibilis:sed quòd magis ista sit impossibilis.ex qua sequitur quæ est ista: mors & vita sunt contraria. ex eius enim falsitate sequitur falsitas in conclusione. Mors enim & vita non sunt contraria,sed opponuntur vt priuatio & habitus. Patet ergo quòd hæc fallacia peccat contra rationẽ causę & causati.

De fallacia secundum plures interrogationes vt vnam.

CAP. XV.

SEquitur de fallacia secũdum plures interrogationes, vt vnã. Est autem idem secundum substantiã, enuntiatio,propositio,interrogatio,& conclusio. Sed dicitur enuntiatio,secundum quod significat simpliciter aliquid esse vel non esse. Interrogatio secundum q̃ sub dubitatione proponitur. Propositio, secundum q̃ sumitur ad alterius probationem. Conclusio verò, secundum q̃ ex alijs probatur. Et ideò sicut enunciatio est vna vel plures,ita interrogatio,propositio & cõclusio. Est autem enunciatio vna,in qua dicitur vnum de vno:vt homo est animal.vel est albus. Enunciatio verò plures, quando dicuntur plura de vno:vt Sor.est albus & musicus, vel vnũ de pluribus:vt Socrates & Plato sunt albi:vel plura de pluribus:vt Sortes & Plato sunt albi & musici. Sciendum est autem q̃ quando plura prædicantur de vno ex quibus fit vnum per se,est enunciatio vna cùm dicitur:homo est animal rationale mortale. Nam ex partibus diffinitionis fit vnum per se,quod est de natura speciei. Si autẽ plura prędicantur ex quibus fit vnum per accidens, tunc est enunciatio plures:vt cùm dicitur,Sortes est homo albus. Ex homine eñ & albo fit vnum per accidens. Prouenit ergo hęc fallacia,ex hoc q̃ ad interrogationem quæ est plures, datur vna responsio: eo quòd sub vno modo interrogãdi proponitur:vt si dicatur, putas ne Sortes & Plato currunt.ex eo enim q̃ simul interrogatur de duobus, videtur esse vna interrogatio cùm sint plures. Causę apparentiæ in hac fallacia est vnitas ex parte modi interrogandi. Causa verò non existentiæ est pluralitas interrogationis. Modi autem huius fallaciæ sunt duo. Primus modus est,quando interrogatio est plures,eo quòd vnum de pluribus in singulari prædicatur & econuerso. Sicut hic.putas ne homo & asinus sunt animal rationale mortale.si dicã sic,procedatur sic. Homo & asinus sunt animal rationale mortale.igitur asinus est animal rationale mortale&c. Si dicatur q̃ non,procedatur sic. Homo & asinus nõ sunt animal rationale mortale.igitur homo non est animal rationale.Deceptio enim hęc provenit,quia ad interrogationem prædictam cùm sit plures , non est danda vna respõsio,vt dicã simpliciter sicvel nõ:sed duę,vt dicatur sic.homo est animal rationale:& asinus est animal irrationale , vel non est animal rationale. Similiter hic.putas ne tu es homo & asinus:si dicatur non,igitur tu non es homo.si dicatur sic,cõcludatur ergo tu es asinus. Similiter hic.putas ne æthiops est homo albus: si dicatur quòd sic,cõcludatur:ergo est albus,si dicatur quòd non,cõcludatur:ergo non est homo. Secundus modus est,quando interrogatio est plures ex eo quòd plura subijciuntur vel prædicantur in plurali numero,sicut hic.putas ne mel & fel sunt dulcia, si dicatur non,concludatur.igitur mel non est dulce:si sic dicatur, concludatur.igitur fel est dulce. In omnibus enim his non est vna responsio: sed plures:vt sic mel est dulce,& fel non est dulce. Patet ergo quòd hæc fallacia prouenit secundum vnum & multa. Et hæc de fallacijs dicta sufficiant.

Explicit opusculum trigesimumnonum sancti Thomæ de Aquino, de fallacijs ad quosdam nobiles artistas.

Incipit eiusdem doctoris opus Quadragesimum, de propositionibus modalibus

QVIA propositio modalis à modo dicitur,ad sciendum quid sit propositio modalis,oportet prius scire quid sit modus. Est autem determinatio adiacẽs rei. Quę quidẽ fit per adiectionẽ nominis adiectiui , quod determinat substantiuum,vt cùm dicitur:homo est albus : vel per aduerbium quod determinat verbũ,vt homo currit bene. Sciẽdum etiam,quòd triplex est modus. Quidam determinat subiectũ propositionis:vt homo albus currit. Quidã determinat prędicatũ:vt Sor.est homo albus.vel Sor.currit velociter. Quidã determinat cõpositionẽ ipsam prædicari ad subiectũ: vt cũ dicitur,Sortem currere est possibile : & ab hoc solo modo dicitur propositio modalis. Aliæ verò propositiones quę modales nõ sunt dicuntur de inesse. Modi autẽ qui cõpositionẽ determinant, sunt sex.s.verũ,falsum,necessariũ,impossibile,possibile,cõtingens. Verum aũt & falsum nihil addunt supra significationes propositionum de inesse. Idem enim significatur,cùm dicitur:Sor. nõ currit, & Sor.currere est falsum. Et Sort.currit & Sor. currere est verum. Quod non cõtingit de alijs quatuor modis: quia non idem significatur,cũ dicitur Sor.currit:&Sor.currere est possibile.& ideò prętermisso de vero & falso,de alijs quatuor cõsideremus. Quia verò prędicatũ determinat subiectũ & non econuersò:ideò ad hoc q̃ propositio sit modalis:oportet quòd quatuor prædicti modi prædicentur,& verbũ importans cõpositionẽ ponatur pro subiecto. Quod quidẽ fit,si pro verbo indicatiuo propositionis sumatur infinitiuus & pro nominatiuo accusatiuus. Et dicitur dictũ propositionis, sicut huius propositionis: Sor.currere est possibile,dictũ est Sor.currere. Quando ergo dictũ ponitur pro subiecto & modus pro prædicato,tunc est propositio modalis , vt cũ dicitur Sor. currere est possibile. Si autem conuertatur,erit de inesse,vt possibile est Sor. currere. Propositionum autem modalium quędã est de dicto,quędam est de re. Modalis de dicto est , in qua totũ dictum subijcitur. & modus prædicatur: vt Sor. currere est possibile. Modalis dicto est,in qua modus interponitur dicto: vt Sort.possibile est currere. Sciendum est autem quòd omnes modales de dicto sunt singulares:eo quòd modus prædicatur de hoc vel de illo:sicut de quodam singulari. Modalis autẽ dijudicatur vniuersalis, particularis,indefinita,vel singularis,secundũ subiectũ dicti:sicut de propositionibus de inesse. Vnde hęc:omnẽ hominẽ possibile est currere.est vniuersalis:& sic de alijs. Itẽ sciẽdũ est,q̃ propositio modalis dicitur affirmatiua vel negatiua,ex dm affirmationẽ vel negationẽ modi, & non dicti. Vñ hęc: Sor.non currere est possibile,est affirmatiua : hęc verò Sor.currere nõ est possibile,est negatiua. Attẽdendũ est aũt,q̃ necessariũ habet similitudinẽ cũ signo vniuersali affirmatiuo:quia q̃ necesse est esse semper est impossibile cũ signo vniuersali negatiuo:q̃

Universidad de Deusto Biblioteca

quod eſt impoſsibile eſſe nũquàm eſt. Contingens verò & poſsibile ſimilitudinem habent cum ſigno particulari: quia quod eſt cõtingens & poſsibile quandóque eſt: quãdoque non eſt. Et ideò neceſſe eſt eſſe & impoſsibile eſt eſſe ſunt contrariæ: & poſsibile eſt eſſe & poſsibile eſt non eſſe: ſubcontrariæ. Neceſſe eſt eſſe & poſsibile eſt eſſe ſubalternantur, & ſimiliter impoſsibile eſt eſſe, & poſsibile eſt non eſſe. Sed neceſſe eſt eſſe & poſsibile eſt non eſſe cõtradictoriantur. Similiter impoſsibile eſt eſſe & poſsibile eſt eſſe: vt patet in ſequenti figura. Notandum, quòd omnes propoſitiones quæ ſunt in eodem ordine æquipollent. Lex autem & modus argumentandi in contrarijs: ſubalternis & cõtradictorijs eodem modo attenditur in his: ſicut in propoſitionibus de ineſſe. Sciendũ eſt autem circa modalium æquipollentias, quòd idem operatur negatio poſita ad modũ, ſicut in propoſitiõibus de ineſſe negatio in modalibus prępoſita mõ facit æqpollere ſuo cõtradictorio: vt nõ neceſſe ẽ eſſe: & ĩpoſsibile eſt non eſſe æquipollent, negatio verò appoſita dicto facit æquipollere cõtrario. Negatio verò appoſita vtriq; ſubalterno. Vnde ſciendũ, ꝙ poſsibile & cõtingens idem ſignificant. Vñ propoſitiões de poſsibili contingenti ſimiliter ordinatæ æquipollent. Omnes autem propoſitiones ſibi inuicem æquipollentes ſunt in vno ordine. Vnde patet quòd quatuor ſunt ordines. Primus ordo eſt poſsibile eſt eſſe cum ſuis æquipollentibus. Secundus poſsibile eſt nõ eſſe cũ ſuis æquipollentibus. Tertius impoſsibile eſt eſſe cũ ſuis æquipollẽtibus. Quartus neceſſe eſt eſſe cum ſuis æquipollentibus. Ex quo patet, quòd quartus ordo contrarius eſt tertio: ergo primus ſubcontrarius ſecundo. Tertius contradictorius primo. Quartus ſecundo contradictorius, primus quarto ſubalternus: & ſecundus tertio. Vnde verſus.

Tertius eſt quarto ſemper contrarius ordo.
Pugnat cum quarto contradicendo ſecundus.
Sit ſubcontrario linea tibi prima ſecundæ.
Tertius eſt primo contradictorius ordo.
Prima ſubeſt quartæ vicem particularis habens.
Sed habet ad ſeriem ſe lege ſecunda ſequentem.
Vel ordo ſubalternus ſit primus ſiue ſecundus.
Primus amabimus, edentulíque ſecundus.
Tertius illiace: purpurea reliquus.
Deſtruit v. totum ſed a. confirmat vtrumque.
Deſtruit e. dictum deſtruit i. quemodum.

Purpurea		Illiace
Non poſsibile eſt non eſſe.		Non poſsibile eſt eſſe
Non cõtingens eſt non eſſe	Contrariæ	Nõ cõtingens eſt eſſe
Impoſsibile eſt non eſſe		Impoſsibile eſt eſſe
Neceſſe eſt eſſe		Neceſſe eſt non eſſe
Subalternæ		*Subalternæ*
Poſsibile eſt eſſe		Poſsibile eſt non eſſe
Contingens eſt eſſe	Subcontrariæ	Contingens eſt non eſſe
Non poſsibile eſt eſſe		Impoſsibile eſt non eſſe
Non neceſſe eſt non eſſe		Non neceſſe eſt eſſe
Amabimus		Edentuli

Explicit opuſculum quadrageſimum S. Th. de Aquino, de modalibus.

Incipit eiuſdem Doctoris opus quadrageſimumprimum, de natura accidentis.

Duvium

QVONIAM omnis cognitio humana à ſenſu incipit, ſenſus autẽ propria obiecta ſunt accidẽtia: ideò & accidentia magnã partẽ conferunt ad cognoſcendũ quod quid eſt: vt dicitur primo de anima. De accidẽte igitur & eius origine aliquid breuiter dicemus: quo facilius intellectus in quiditatẽ rei ducatur. Sciendũ igitur eſt, ꝙ accidens dicitur dupliciter: naturaliter ſcilicet & logicè. Naturaliter, ſicut accidens diuiditur contra ſubſtantiã: & hoc cõtinet nouẽ genera accidentiũ. Logicè verò dicitur accidẽs vnũ de quinq; vniuerſalibus: de qbus loquit Porphirius. Ideò primo modo dictũ ſequitur naturã rei. Accidens verò ſecũdo modo dictũ ſequitur operationẽ intellectus, qui facit vniuerſalitatẽ in rebus: vt dicit cõmẽtator primo de anima. Cũ aũt natura rei præcedat actũ intellectus, ideò primò eſt de accidẽte primo modo dicto agendũ. Sciendum eſt igitur ꝙ ens non dicitur de accidente hoc modo dicto, niſi mediãte ſubſtãtia de qua per prius dicitur. Hæc enim eſt natura omnis analogi, ꝙ illud de quo primò dicitur, erit in rõne omniũ quæ ſunt pòſt: ſicut ſanũ quod prius dicitur de animali quã de vrina vel medicina. Et ideò ſanitas animalis cadit in diffinitione vtriuſq; ſanitatis. Vrina enim dicitur ſana, inquantũ eſt ſignũ ſanitatis in animali & ſimiliter medicina: quia eſt cauſa ſanitatis animalis. Per quẽ modũ cũ ens dicatur per prius de ſubſtãtia quã de accidente: ideò ratio entis in ſubſtantia neceſſariò cadit in diffinitione entis in accidente. Dicitur enim quantitas ens: qa eſt mẽſura per ſe entis, id eſt ſubſtantiæ: & qualitas quia eſt diſpoſitio per ſe entis, dicitur ens: & ſic vniuerſaliter de aliis. Et qa eſſe eſt actus entis. hoc aũt verbũ ineſſe eſt deſignãs inhærentiã accidentis: ideò ineſſe rei perfectæ eſt eſſe accidẽtis, quod extraneum à rei natura eſſe neceſſe eſt. Nõ eñ ſignificatur per hoc ineſſe, quòd accidẽtis eſſe ſit in ipſo eſſe ſubſtãtiæ: cũ eſſe ſit formaliſsimũ omni rei. Et ideò eſſe ſolũ per ſe exiſtẽtibus cõuenit: ſed natura accidentis eſt ineſſe ſiue inhærere ipſi rei. Et hoc quidẽ manifeſtũ eſt: quia quędã accidẽtia ſunt quibus tantũ hoc conuenit, ſcilicet ineſſe rei ſecundũ ſuũ eſſe qđ in hoc ſolũ conſiſtit: verũtamẽ eorum ſubiectũ proprium non eſt eſſe ſubſtantiale ipſius rei: ſed accidens aliquod: ſicut quãtitas eſt ſubiectũ qualitatis. Conſtat igitur ꝙ eſſe qualitatis eſt ineſſe quantitati: hoc etiã reperitur ſine ſubiecto ſubſtantiæ: vt in ſacramento altaris. Quãtitas aũt in rebus naturæ eſt primum & proximũ accidens ſubſtãtiæ naturalis: cũ tamen ſit extraneũ ab ipſa natura rei, cùm non ſit de conſtitutione ipſius ſubſtãtiæ: ſicut ſunt ſua naturalia principia: licet nõ ſit mẽſura extranea: ſicut ſunt locus & tẽpus: ſed intranea & tantũ vna eiuſdem rei, quod non eſt verũ de loco, cùm vna res multa loca mutet: nec erit vt in ſubiecto in ipſo eſſe rei quod eſt maximè intimũ rei: ſed in ipſa re cuius eſſe eſt actus. Hoc enim eſſe eſt ſubſtãtiale nõ accidẽtale cuiuſmodi eſt eſſe quo deſignatur ens eſſe ſecundo modo & non primo. vt dicitur 5. Meta. Et ideò hoc eſſe formalius ſe habet ad rem cõſtituendam in genere entis: quã ipſa forma rei quæ hoc ipſum eſſe dat: vel materia cui datur. Ex quibus cõpoſitum reſultat, cuius eſt hoc eſſe, vt entis. Intimius ergo ad rem ipſam quæ eſt ens inter omnia eſt ipſum eſſe eius: & poſt ipſum ipſa forma rei qua res habet ipſum eſſe. Et vltimò, ipſa materia quę licet ſit fundamentũ in re inter omnia, ab ipſo tamen eſſe rei magis diſtat: cui propinquiſsimũ eſt ipſa res, vt cuius eſt: cùm per rem inſit & formę & materię, niſi in homine vbi eſſe formę cõicatur toti: & illud eſſe eſt formæ vt à qua eſt: quia ipſa eſt principium ipſius eſſe: & vltimò eſt ipſius materiæ vt eius in quo recipitur. Materia igitur rei cuius eſt eſſe, plus à re diſtat quã ipſa forma à qua eſt eſſe: & ideò materia non eſt ens de ſua natura: ſed per ipſum cõpoſitum vel per ipſam formã. Cùm igitur eſſe accidentis & omne accidens à principijs rei extraneũ ſit & alterius naturæ: primũ inter omnia accidentia. ſ. quãtitas materiã quę à re maximè diſtat ſequetur: & reliqua ipſa mediãte: licèt quædã aliorum naturã formæ magis ſequi videantur: ſicut ſunt qualitates, inquantùm ſunt media ad aliquas actiones. Omnis enim actio rei formã ſequitur: cùm idem ſit principium eſſendi & operandi vel agendi. Quomodò igitur quantitas ſequatur materiã, cõſiderandum eſt à parte formarũ, quę natæ ſunt materiã informare, cùm materia nõ ſit ſcibilis, niſi per analogiã ad formas: vt dicitur. 1. phyſicor. Ad huius igitur euidentiã ſciendũ eſt, ꝙ in vna & eadem materia natæ ſunt ineſſe quædã formę generales, & quędam ſpeciales: quarũ natura eſt in materia facere quicquid formæ generales natæ ſunt facere: & adhuc ampliùs: vt dicit Boet. Forma autem nihil eſt nata facere: niſi id quod ad actum pertinet: & ideò ſi quid fuerit ſequẽs eſſe materiæ in ordine ad aliquã formã diſtinctã in eſſentia ſua ab alia forma: ſi hoc non pertineat ad eſſe actu ipſius materiæ per ipſam formam, non fit id niſi per aliã formã certam. Vt puta in materia eſt potentia ad formã aliquam generalem, ſicut ad formam corporeitatis quę dat eſſe corpus, cùm introducta fuerit materia ad illam trãſmutata: hoc idem facit forma perfectior & adhuc amplius: hoc enim ad actum pertinet. Quod autem ad materiã refertur, nõ fiet ab vtraque forma indifferenter: hoc enim eſſe actualitatis non eſt: nec ad eſſe pertinens: ſed ad ipſam ſuã eſſentiã. In materia nãq; eſt potentia ad formam corporis: vt dictum: & hoc facit in illa cũ ei infuerit. Hoc etiã facit forma pfectior, vt dictũ eſt. Sed forma perfectior licet faciat idem qđ facit forma generalis, nõ tñ eandẽ pficit potẽtiã, quã pficeret forma generalior ſi ineſſet. Et hoc manifeſtũ eſt. Nam materia ſub forma perfecta exiſtẽs, eſt impotẽtia ad talẽ formã: qđ nõ cõtingeret, ſi eius potẽtia ad illã formã eſſet perfecta per aliã formã. Id igitur qđ põt fieri in materia per diuerſas formas: indifferenter ſe habet ad plures: & ad vnã perfectã. hoc eñ ſpectat ad ipſum cõſtitutũ ex materia & forma, cuius eſt eſſe actu: in quo cũ nõ poſsint eſſe plura eſſe ſubſtãtialia ſub vna forma, quã ſub aliqua alia forma per vnã formã ſequũtur omnia quę in diuerſis per diuerſas formas contingunt. Proportiones verò quæ pertinent ad iſtam materiam ordinant eam ad diuerſas eſſentias formarum determinatè: ita quòd potentia ſua quæ eſt ad vnam formam, non perficitur per alia: licet aliã fuerit abundans in virtute & perfectione ad faciendum quicquid aliæ formæ facere conſuerunt. & ampliùs. Si qua igitur accidentia ſunt conſequentia materiam in ordine ad formam generalem: neceſſariò conſequuntur eam, vel ſecũdũ eſſe actu quod ab illa recipit, vel ſecundũ perfectionem potẽtiæ ſuæ per illã formã ſolùm, quæ non poteſt per aliã formã perfici. Quãdo igitur talis forma ſola perficit materiã & facit eſſe actu in ea, tũc accidẽs quod materiã cõſequitur in ordine ad illam formã quę perficit potentiam materię ſecundũ certum reſpectum in eſſentia aderit eſſentiæ materię perfectæ: non nudę, ſed ſecundum actum illius compoſiti. Et hæc eſt materia, in qua accidẽs habet eſſe. Eſt enim aliquod ſubſtantiuũ accidentis ſecũdum quod eſt actu ex quo facile eſt ſcire: quid ſit accidens ſequi materiã in ordine ad formã generalem, vel in ordine ad formã ſpecialem. Hoc enim non reſpicit eſſe actu accidentis, cùm hoc indifferenter ſit in materia ab vna forma & à multis: ſed reſpicit eſſentiam eius reſpectu potentiæ materię, quæ non poteſt perfici indifferenter: ſed per certam formam eſſentiæ illius materiæ proportionatam. Si enim referendum eſſet ad eſſe actu accidentis, nunquam diſtingueretur inter accidentia quæ ſequuntur materiam in ordine ad vnam formam vel ad aliam formam, cùm eſſe actu & quicquid ad ipſum pertinet, indifferenter ſit à quacunq; forma perfectiore: vt dictum eſt. Vnde cùm aliqua forma perfecta in materia recipiatur quæ facit quicquid aliæ formæ facere ſolent de his quæ ad actum pertinent omnia accidentia ſecundum eſſe quod habent ſequuntur eſſe actu illius cõpoſiti, quod habet ab illa forma perfecta. eſſe verò accidentis ipſius non ſequitur eſſe actu: ſed ſequitur materiam in ordine ad formam, cuius ſolùm eſt illam eſſentiam perficere ſecundum potentiam ad eam ordinatam, & tale accidens eſt quantitas, & ea quę ſunt ſecundum diuerſas proportiones in mixtis: vt albedo & nigredo. & ideò talia accidentia, forma perfecta ablata & deſtructa ſpecie manent in eſſentijs ſuis aliud & aliud eſſe actu habentia. Non enim re perfecta pereunte, perit ordo materiæ ad formam generalem: ſed potius per eam perficitur in eſſe actu: & ideò in viuo & mortuo quantitas dimenſiua manet: & ſimiliter albedo & nigredo & veſtigia vulnerum quæ quantitate recepta ſunt, nec eſt accidẽtium tranſitus propter hoc. Manet enim origo & radix accidentis eadẽ materia in ordine ad formam generalem, remanente licet ſit tranſitus in eſſe actu. Inde eſt, quòd diuerſimodè mutatur color in viuo & mortuo: quod non contingeret, niſi aliud & aliud eſſe actu haberet: quod eſt ratione diuerſorum actuum exiſtentium, quorum tamen alterum in eſſe non eſt mutatum: & illud ſequebantur prædicta accidentia. Accidentia autem quæ ſequuntur materiam in ordine ad formã ſpecialem, cuiuſmodi eſt figura: in qualibet enim ſpecie eſt certa figura: & ideò inter omnia alia accidẽtia certa ſola figura ſpeciem rei cuiuſlibet demonſtrat. Alia eſt enim figura hominis & alia equi deſtructa ſpecie rei, non poſſunt manere, niſi æquiuocè. Manet tamen eadẽ figura indiuidui hominis, ſicut eſt quantitas in qua eſt. Eſt enim figura qualitas in quantitate. Omnia enim accidẽtia indiuidui ſunt communia accidẽtia: ſed ſpeciei accidentia non. Et ideò ſequuntur materiam in ordine ad formam generalẽ: cùm materia ſit principium indiuiduationis ſub dimenſionibus certis: quæ ſunt quædam accedẽtia communia. Si qua autem accidentia ſunt quæ ſequuntur formam, ſicut qualitas, & quædam quæ ſunt principia actionum & paſsionũ, non manent forma deſtructa, niſi æquiuocè, cùm nõ poſsint in eaſdem actiones amplius: alia autem accidentia ſunt ſequentia formã quę nec etiã ſimilitudinem aliquã poſt ſe relinquũt: vt riſibile & alia huiuſmodi.

De accidente logicè. CAP. II.

NVnc reſtat de accidente ſecundo modo dicto agere. Sciendum eſt igitur quòd omnia accidentia vniuerſalia quædam ſunt ſequentia res ſecundum eſſe quod habent in anima: quia intellectus eſt qui facit vniuerſalitatẽ in rebus: vt dicit cõmẽtator 2. de anima. Et non ſolùm operatur circa ſubſtantias: ſed etiã circa accidentia ipſa in rerum natura. Vtriſq; enim intentionem tribuere poteſt. Et inde eſt quòd illa vniuerſalia quę fiunt per actionem animę circa ſubſtãtias: ſpecialia nomina habent: vt genus, ſpecies, & differentia: & hæc nomina ſunt deſignatiua ipſarum accidentalium intentionum. Sed hęc non ſic circa ſubſtantias fieri dicuntur, quaſi in accidentibus locum non habeant, cùm & in eis ſint genus, differentia, & ſpecies: ſed quia non ſubeſt res in natura, cui ratio generis cõueniat in accidentibus per modũ aptum generi & ſpeciei: ſic cũ nihil ſit in accidentibus per ſe ſubſiſtens, ſimiliter intellectus facit accidens vt per ſe ſubſiſtẽs, cùm eum nominat nomine abſtracto: & ſic ſibi rationem generis & ſpeciei tribuit. Cùm autem circa accidentia operatur ſpecialiter non eis tribuendo quod ſubſtãtijs tribuit: ſed alias intentiones quę ſubſtãtijs non cõueniũt, nomina ſpecialia non ponit: ſed per nomina rerum rationẽ vniuerſalis exprimit. Et ideò duo vniuerſalia propriũ. ſ. & accidens, quorũ vtrũmq; verum accidens eſt in rerũ natura: nomina propria propter intentionem vniuerſalis non mutant: ſicut homo eſt nomen rei naturę humanę & nomen ſpeciei: ſed æquiuocè: ita propriũ & accidens ſunt nomina generalia quorundam accidentium: & propter hoc ſunt vniuerſalium nomina. Et hoc certũ eſt æquiuocè contingere. Non enim ſi proprium eſt vniuerſale, & riſibile eſt proprium riſibile erit vniuerſale. Variatur enim medium ſecundum æquiuocationem. Sicut cùm arguitur. Sor. eſt ſpecies: quia eſt homo: & de homine ſpecies, prædicatur. Et hæc de natura accidentis ſufficiant.

Explicit opuſculum quadrageſimumprimum diui Thomæ Aquintis, de natura accidentis.

Incipit eiuſdem doctoris opus Quadrageſimumſecundum, de natura generis.

Duvium.

De ente. CAP. I.

QVONIAM omnis creatura generis limitibus cõtinetur, ne circa naturas rerũ aliquis error cauſet de genere & difficultatibus ipſum cõtingẽtibus aliquid quo facilius ſciẽtiarũ à ſe inuicem diuerſarũ, ortus proceſſúſq; diſcerni poſsit dicere intendimus: initium ſumentes ab illo ad quod intellectum omnem incipere & reſoluere neceſſe eſt. Hoc autẽ dicimus ens. Ens nãmq; eſt obiectum intellectus primũ: cùm nihil ſciri poſsit, niſi ſecundũ ꝙ eſt ens actu. vt dicitur in 9. Metaph. Vnde nec oppoſitũ eius intelligere poteſt intellectus: nõ ens. ſ. niſi fingẽdo ipſum ens aliquo modo. Quod cũ intellectus appręhendere nititur, efficitur ens rationis. De quo modo entis dicitur in 5. Metaph. ꝙ ens vno modo dicitur, de quo poſſunt propoſitiones formari: etiã ſi eſſentiam nõ habeat. Ens igitur eſt cuius actus eſt eſſe, ſicut viuentis viuere. Sic enim ſe habent hæc tria adinuicem: ens, eſſe, & eſſentia: ſicut viuens, vita, & viuere. Vita enim eſt principium quo viuens viuit: & eſſentia eſt principiũ, quo ens eſt: niſi quòd vita & viuere ſignificant actum: vita in abſtracto: viuere verò in concreto: ſicut curſus & currere. vnde nõ eſt vita ſine viuere: eſſentia tamen non ſemper cõſtituit eſſe. In ente autem ſic accepto, duplex analogia reperitur. Dicitur eñ ens de Deo & creatura: ſed per prius de Deo: & per poſterius de creatura. Licet verius ſit Deum eſſe ſuper omne ens, quàm eſſe ens: ſicut dicit Dionyſius & Damaſcenus. Propter hanc tamen analogiam non ſequitur ens eſſe prius vtróq; Deo. ſ. & creatura: ſicut prius eſt ens ſubſtantia & accidente, de quibus analogicè dicitur. Ad cuius euidentiã eſt ſciendum, quòd quãdo tota ratio analogi reperitur in altero de quibus prædicatur, ſicut tota ratio entis abſolutè in Deo reperitur: tunc non erit prædicatum prius vtróque, cùm prædicatum non excedat ſubiectum, cùm verò tota ratio prædicati in neutro ſubiectorũ eſt, neceſſe erit prædicatum prius eſſe & cõius vtróq; ſubiecto: ſicut tota ratio entis non ſaluatur in ſubſtantia quæ eſt genus primum: cũ ens diuinẽ non includat. Ens autem genus eſſe non poteſt: vt docetur in 2. Metaph. & in 3. Nulla enim differentia participat genus: quia genus ſumitur à materia, differentia verò à forma. Sicut rationale à natura intellectiua: animal verò à ſenſitiua. Forma autem non includitur in materia actu: ſed in potentia tantũ. Similiter differentia non pertinet ad naturam generis: ſed genus continet differentias poteſtate. & ideò differentia non participat genus: quia cũ dico rationale, ſignifico aliquid qđ habet rationẽ: nec eſt de intellectu rationalis ꝙ ſit animal. Illud autẽ qđ participatur, eſt de intellectu participãtis. Nulla aũt differẽtia põt accipi, de cuius intellectu non ſit ens. Vnde manifeſtũ eſt, ꝙ ens nõ põt habere differẽtias ſicut genus habet: & ideò ens genus nõ eſt: ſed eſt de omnibus cõiter prædicabile analogicè: ſimiliter dicendũ eſt de alijs trãſcẽdentibus.

De tranſcendentibus. CAP. II.

SVnt autem ſex tranſcendentia: videlicet ens, res, aliquid, vnũ, verum, bonum: quæ re idem ſunt: ſed ratione diſtinguũtur. Sicut enim in demõſtrationibus reſoluere oportet omnes propoſitiones vſq; ad principia ipſa, ad quę neceſſe eſt ſtare rationẽ, ita in apprehenſione prędictorũ oportet ſtare ad ens: qđ in quolibet cognito naturaliter cognoſcitur: ſicut & principiũ in omnibus ꝓpoſitiõibus quę ſunt poſt principia cõtinetur. Vñ oportet oĩa alia aliquid addere ſupra ens, qđ de intellectu entis non ſit. Nihil enim addere poſſunt, de cuius intellectu ens nõ ſit. Dupliciter igitur cõtingit addere aliquid ſuper aliquid. Aliquãdo nãq; illud cui fit additio nõ eſt de intellectu eius quod additur: ſicut indiuiduũ addit ſupra rationẽ ſpeciei materiã indiuidualẽ: de cuius intellectu non eſt ſpecies ipſa, & talis additio eſt realis. De intellectu tamen cõſtituti ex ſpecie & illo addito, eſt ſpecies ipſa: ſicut de intellectu Sor. eſt homo. Aliquãdo autem illud cui fit additio, eſt de intellectu eius quod additur: ſicut ens eſt de intellectu omnium. Aliqua tamen addere dicun

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur supra ens: quia aliquid important, quod de ratione entis non est. Et talis additio non potest esse nisi rationis tantùm, cùm nulla rem importent, quæ non sit ens: licet aliquid dicant quod ens non dicit. Quòd autem additum sit de intellectu eius cui fit additio, nõ contingit. Homo enim ponit super animal, & id quod ponit, non est de intellectu animalis. Animal verò nihil ponit super hominẽ: quia quicquid animal dicit, homo dicit & amplius. Supra ens igitur quod additur, vt dicit Auicenna dicit esse aliquam specialem rationem entis: sicut substantia dicit specialem modum existendi, qui est per se esse. Oppositũ autem necessariò oportebit addere alium modum entis: sicut esse per aliud. Vnde quòd sic addit supra ens, non potest esse in equo cum ente. Et isto modo prædicamenta addunt supra ens quæ adinuicem diuiduntur secundum speciale modum quem vnumquódque supra ens addit. Si autem per addimentum ipsum nõ dicatur aliquis specialis modus entis habens in se aliquam oppositionem: quòd se habet ex additione tali ad ens in equo erit cum ente. Hoc autem dupliciter contingit. Vno modo quando additio sic super ens absolutè alio modo quando tit additio ad ens comparatum ad aliquid quod habet conuenientiã cum omni ente, cuiusmodi est anima. Quando autem aliquid addit super ens absolutè: aut accipitur affirmatiuè, aut negatiuè. Si affirmatiuè: aut dicit ipsam rem habentem esse quod est actus entis: aut dicit vnde, hoc inest rei: & hoc est per prius re naturaliter. Non autem habet res aliundè, quòd sit nisi per indiuisionem. Diuisio enim facit rem non esse: & ideò eorum quæ sunt, quædam sunt indiuisibilia actu & potẽtia: vt incorporalia. Quædam verò sunt indiuisibilia actu & diuisibilia potẽtia, vt corporalia. Vniuersaliter tamẽ vnumquódq; inquantũ est, indiuisum est. Vnum aũt significat indiuisionem quæ æquiparatur enti: & ideò vnũ idem est ꝙ ens secundum rem: licet rationem quamdam addat super ens: per quam vnũquódque habet, quòd sit ens. Omne enim quod est ideò est quia vnum numero est secundum Boëtium. Sed cùm indiuisio dicat priuationem diuisionis: vnitas autẽ sit indiuisio: necessariò vnitas dicet priuationem diuisionis. Et ideò manifestũ est, quòd vnitas nò importat priuationem multitudinis: quia cùm priuatio sit posterior illo quod priuatur: si vnum priuaret multitudinem, sequeretur, quòd esset posterius mulitudine: & cùm habitus sit de diffinitione priuatiõis sequeretur, quòd vnitas diffiniretur per multitudinem: quod est falsum: quia tunc foret circulus in diffinitione. Nam multitudo diffinitur per vnitatem. Multitudo enim est aggregatio vnitatum. Et ideò vnum quod conuertitur cum ente non importat priuationem diuisionis entis quæ est per quantitatem: quia ista diuisio pertinet ad vnum genus particulare entis: & non posset cadere in diffinitione vnius cùm sit particularius quàm ipsum vnum quod diffinitur: sed dicit priuationem formalis diuisionis: quæ est per opposita: cuius radix prima est affirmatio & negatio. Illa enim sic diuidũtur, quòd vnum non est aliud. In intellectu igitur primò cadit ens: secundò diuisio: tertiò vnum, quod diuisionem priuat: & consequẽter multitudo in cuius diffinitione cadit vnitas: sicut & in ratione vnius cadit diuisio. & tamen diuisa prædicto modo rationem multitudinis habere non possunt: nisi vnicuique diuisorum ratio vnitatis applicetur. Hoc est igitur quod vnum addit super ens priuationem: scilicet diuisionis quæ omne ens cõcomitatur. Si autem dicat ipsum quod habet esse manifestando in supposito illo vnde est: sic res addit super ens: vt Auicẽ: dicit in Metaphysica sua. Vnaquæque enim res habet certitudinem qua est id quod est. Si autem accipiatur negatiuè: sic aliquid addit super ens. Aliquid namque idem est, quod aliud quid: quod idem est quod non hoc. Omne namque ens est aliquid, ita quòd non nisi illud solùm. Si autem illud quod additur super ens sequatur ens in comparatione ad animam quæ quodam modo est omnia. in anima enim est duplex potẽtia intellectus: scilicet & voluntas: quarum altera omnia cognoscere potest: altera autem amare sic accipiuntur verum & bonum. Verum enim addit supra ens rationem cognoscibilis. Vnde verum importat ordinem quẽdam entis ad intellectum qui non importatur in nomine entis absolutè dicti. Sed bonum addit rationem appetibilis. Eo enim est ens bonum quo est appetibile. Vnde bonum importat ordinem entis ad appetitum: sicut verum ad intellectum: sed diuersimodè: quia motus intellectus est ad seipsum: motus autem appetitus est ad rem extra. Et ideò secundum Philosophum bonum & malum sunt in rebus: sed verum & falsum in intellectu. Ens autem absolutè dictũ super quod omnia ista addunt rationes certas communissimum est in se: & ideò plurimas diuisiones habet: quarum aliquem trahunt ad naturam generis: de quibus principaliter intendimus agere. De hoc enim alias tractatum fecimus spiritualem cuius sententiã pro parte recitabimus suppletiones necessarias in certis locis inserẽdo.

De quadruplici diuisione entis.

CAP. III.

SCiendũ igitur est, quòd in quinto Metaphy. diuiditur ens quadrupliciter. Prima enim diuisio entis ibi posita est, quod ens vno modo dicitur secundum se, alio modo secundum accidens. Secunda verò diuisio entis est, quòd ens vno modo dicitur substãtia: alio modo accidens. Et hæc est diuisio entis per decem prædicamenta. Ex quo patet quòd hæc diuisio entis, nõ est eadem cum prima, vbi diuiditur ens in ens secundum se dictum & secundum accidens. Harum autem differentia est: quia ens dicitur substãtia vel accidẽs secundum absolutam entis considerationem, sicut albedo dicitur accidens, & homo substãtia. Sed in primo modo oportet accidens subiecto componi. Vnde secũdum se vel secundũ accidens dicitur, quando aliquid prædicatur de aliquo: secundum se vel secundum accidens. Ens verò diuiditur in substantiam & accidens: quia in natura sua est substãtia vel accidens. Ideò subdit philosophus, quòd ens secundum accidens dicitur dupliciter. Quando accidẽs prædicatur de subiecto, vel accidens de accidente: vel subiectũ de accidente. Diuisio autem entis in substantiam & accidens, est diuisio entis per se dicti. Illa enim per se sunt quæ continentur in figuris prædicationis. vt ibidem dicitur. Cùm autem ens contrahi non possit, sicut genus contrahitur per differẽtiam, vt dictum est, oportet quòd ens contrahatur ad prædicta per diuersum modum prædicandi. Eorum autem quæ prædicantur, quædam significant quid, quædam quantum, quædã quale, & sic de ceteris. Ideò oportet quòd vnicuique modo prædicandi esse idem significet: vt cùm dicitur, homo est animal, esse significat substantiam. Cùm verò dicitur, homo est albus, esse significat qualitatem: & sic de aliis prædicamentis: de quorum ortu infrà dicetur. Tertio modo dicitur ens, quod significat propositionem quam facit intellectus componens & diuidens: cuius compositionis veritas est veritas rei per causam. Eo enim quòd res est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. Veritas autem propositionis significatur per hoc verbum est quæ comparatur ad existẽtiam rei, sicut effectus ad suam causam. Ex hoc namque quòd aliquid in rerum natura est, sequitur veritas in propositione quæ illud significat quod ipsum verbũ est. Sed quia illud quod in se est non ens, intellectus accipit vt ens: sicut negatio & priuatio: ideò talia dicuntur esse quando formatur propositio de eis per ipsam copulam est. Licet non respondeat esse à parte rei, eo quòd talia essentias non habeant, quæ sunt principia existendi. Et hoc ideò est: quia accidit rei quòd de ea aliquid dicatur verè per intellectum: cùm res non referatur ad scientiam sicut econtrario. Quartus modus quo diuiditur ens, est per actum & potentiam. In omnibus enim prædicamentis aliquid reperitur in actu, & aliquid in potentia: & ideò hæc diuisio entis est in sua communitate, cùm reperiatur in omni genere entis, sine qua nihil est in genere. Et ideò Deus in genere non est: cùm non sit in eo potentia & actus. Id enim in genere est, quòd determinatum & limitatum est ad aliquem specialem modum entis: sed determinari est potentiæ per actum. Vnde omne id in genere est in quo est potentia & actus. Omne enim quod est in genere natum est habere aliquid prius se respectu cuius est in potentia necessariò: quia in diuersis actus necessariò est prior potentia: in eodem verò potentia precedit actum: & vbi reperitur potentia & actus, necessariò erit ibi genus. Cùm igitur in omnibus citra primum sit potentia & actus, omnia præter ipsum erunt in genere. Ideò licet ens quod est subiectum philosophię primę non sit genus, nec in genere, vt dictũ est, tamen nobiliores partes entis subiectę, scilicet separatæ, necessariò erunt in genere, & quia accidens est imperfecta pars entis: sed perfecta ratio entis in substantia reperitur, perfectior pars entis ad genus substantiæ spectabit: de quo primò agendum est.

Quòd logicus & metaphysicus circa omnia operantur differenter.

CAP. IIII.

SCiendum est ergo quòd sicut in quarto Metaphysic. dicitur logicus & metaphysicus circa omnia operãtur: differenter tamen. Sicut enim primi physici est loqui de ente in cõmuni, ita & logici. Aliter non esset circa omnia eius cõsideratio, nisi haberet pro subiecto ens in cõi. Cùm enim vnius scientiæ sit vnũ subiectũ, idẽ erit subiectũ vtriúsq;. Sed differunt: quia physicus procedit ex certis & demonstrabilibus: logicus autem ex probabilibus: & hoc ideò est quòd ens dupliciter dicitur, scilicet naturæ & rationis. Ens autem rationis propriè dicitur de illis intentionibus, quas ratio in rebus adinuenit: sicut est intentio generis & speciei, quæ non inueniũtur in rerũ natura: sed sequuntur actiones intellectus & rationis. Et huiusmodi ens est subiectum logicę: & illud ens æquiparatur enti naturæ: quia nihil est in rerum natura: de quo ratio non negotietur. Inde etiam est quòd circa idem dicuntur operari metaphysicus & & logicus. Substantiæ ergo separatę, sicut subsũt enti perfecto: subiectæ, scilicet naturæ, ita & enti rationis subiectæ, scilicet secundum logicam considerationem acceptæ. Substantia autem, vt dictum suprà, addit super ens specialem modum essendi: qui est per se esse: cui si addiderimus omne illud quod est in genere habere posse: cui si addiderimus omne illud quod est in genere habere posse tentiam & actum, potẽtia autem ad actum se non promouet, cùm nihil se in esse perducat: inuenimus illud ad genus substantiæ pertinere, quod

nere, quod per se subsistit: habens tamen esse ab alio. Sed de hac potentia sumpserunt aliqui rationem ad docendum substantias separatas compositas ex materia & forma: dicentes genus substantiæ ex materia & forma cõponi: & omnia quæ ad ipsum pertinent. Quod & Boëtium super prædicamenta sentire dicunt. vbi dicit Aristoteles relictis extremis: materia, scilicet & forma agere de medio compositum ex vtróque prædicamento, scilicet substantiæ. Sed cùm ratio substantiæ sit per se subsistere, ita ꝙ sit in eo compositio potentiæ & actus, non fuit intentio Boëtij dicere prædicamentum substantiæ esse compositum ex materia & forma: sed ostendere cum materia & forma non possint per se esse, ꝙ non sunt in prædicamento substantiæ: vt species vel indiuiduum. & ideò Philosophus omisis materia & forma, agit de cõposito, quod est in substantia: vt est species & indiuiduum: & ideò licèt in materialibus & in rebus inferioris ordinis: quod est in genere substantiæ sit compositum ex materia & forma, in substantijs tamen superioribus quæ sunt in vertice rerum, nihil est de natura materiæ: quod patet præcipuè ex earum operatiõe quæ est intelligere: & ratio huius satis manifesta est: quia materia non recipit formam, inquantùm forma simpliciter: sed inquantũ est hæc forma. Ideò si in aliquo cõposito ex materia & forma reciperetur forma aliqua, non reputaretur forma intelligibilis actu antequàm per abstractionem intellectus fieret: quod non ponitur in substãtijs separatis. Forma cũ materialis nõ efficitur intelligibilis in actu, nisi priùs reddatur intellectui proportionata, quod fit per abstractionẽ eius in materia. Ex quo manifestum est intellectum esse sine materia. Ex proportione enim obiecti ad potentiã sciri potest natura potentiæ. Non igitur propter materiam & formam erit potentia & actus in omni re quæ est in genere: licèt hoc inueniatur in rebus inferioribus: vt dictum est. Cùm autem omne quod est in genere vt completum existens componatur ex genere & differentia: genus autem sumatur ab eo quod est in potentia, differentia verò à forma siue ab actu: in substantijs verò separatis essentia est vt potentia: esse verò vt actus: sequi quibusdam videtur genus eius sumi ab essentia: differentiam verò ab esse: sed hoc nihil est: quia essentia est aliud ab esse angeli: sed illud vnde sumitur differentia non est aliud ab essentia rei constitutæ per differẽtiam: sicut intellectus vnde sumitur rationale nõ est extra essentiam hominis. Esse autem cuiuslibet rei citra primum accidens est: cùm quid sit de essentia rei cadat in eius diffinitione: esse autem nõ pertinet ad diffinitionem rei: cùm res diffiniri possit: & si esse non habeat. Ideò super 5. Metaph. dicit Commentator, ꝙ hæc propositio Sortes est, est de accidentali prædicamento: quod verum est secundum ꝙ esse importat entitatem rei: non autem secundum quod importat ipsam rem existentem. Sic enim ens & esse sunt substantialia. Vnde manifestum est, ꝙ differentia in angelis non potest sumi ab esse eorum. Cùm igitur in substantijs separatis non sit nisi essentia & esse, in eis ab essentia sumitur genus & differentia.

CAP. V.

AD cuius euidentiam considerandum est, quòd sicut Auicenna dicit: omne quod habet esse aliud à sua quiditate est in genere: quia omne tale habet naturam determinatam per se. Vnde comprehendi potest per actum rationis cuius est intentiones formare generum & specierum: quod non fieret, nisi sibi aliquid responderet in natura rei: quia eius esse non est aliud ab essentia. ideò in Deo hoc facere non potest intellectus. Ideò substantiæ separatæ sunt in genere substantiæ, quæ est primũ genus: cuius ratio est habere esse aliud à sua substantia seu quiditate: in se tamen & nõ in alio: & ideò ex ipsa potentia essentiæ cuiuslibet rei indifferenter, quę est in prædicamento substantiæ quæ potentia importatur: cũ dicitur habens esse aliud à sua essentia sumitur ratio generis: sed à perfectiõe illius quiditatis per quam appropinquat ad esse actus, accipitur ratio differentiæ. Sed alio modo est hoc in rebus materialibus, & alio modo in simplicibus. Potentialitas enim totius compositi in rebus materialibus est à forma: ideò ab ea sumitur genus: perfectio verò totius est à forma: ideò à forma sumitur differentia. Per formam enim ipsum attingit esse actu. ideò aliud & aliud in essentia est: vnde sumitur ratio generis & ratio differentiæ in cõpositis. Materia enim prout est materia respectu formæ, est pars: & forma similiter est pars comparata ad materiam: pars autem de toto non prædicatur: ideò genus & differentia non sumitur à materia & forma ad se inuicem comparata: cùm genus & differentia prædicentur de toto. Sed quia materia est materia totius: & non solùm formæ: & forma est forma totius & non solùm materiæ, ideò nomen designans totum sumptum à forma totius est differentia. & nomen designans totum sumptum à materia totius est genus. Et nomen designans totum sumptum ex vtróque est species. In separatis verò genus & differentia non sumitur à diuersis partibus quiditatis ipsius: cuius aliquid sit potentialitas quædam: & aliud perfectio, cùm non sit in eis nisi vna compositio tantùm: essentiæ, scilicet & esse. sed vtrúmque fundatur super vnum simplex & per essentiam indiuisibile: cuius potẽ-

tialitas attendi potest: quia non habet esse de se: & inde ratio generis accipitur. Sed hæc eadem potentialitas essentiæ in aliquibus minor est: quia magis propè actui primo & puro est natura sua constituta. Quanto enim aliquid actui primo propinquius est, tanto, minus potentialitatis habet. & ideò quot sunt gradus propinquitatis in eis, tot sunt differentiæ specificæ. Hos autẽ gradus solùm illi noscunt, qui suam propinquitatem ad Deum & elongationem à rebus compositis & corruptibilibus speculantur. Illa ergo essentia simplex supra naturam mobilium existens est res generis metaphysici. nullam compositionem materiæ & formæ suscipiens: cuius ratio nobis occulta manet: cùm nos lateat natura vnde sumitur ratio generis & differentiæ eius. Sicut enim physica diffinitio hominis est ex anima & carne & osse: ita cognoscẽti illam naturam simplicem, manifesta est ratio essentiæ suæ: quæ metaphysica diffinitio est dicenda sicut hominis physica. Illę ergo substantiæ simplices nullum genus subalternum habent: & ideò vnica differentia sufficit earum perfectioni: quia non colligitur earum perfectio ex multis diuersis diuisionibus generum, & coniunctionibus differentiarum: & tanto perfectior est earum natura, quanto plura vnitæ & in vno simplici habet. Sicut enim in physicis res quædam subsunt intentionibus generum & specierum, vt corpus & anima in homine à quibus accipitur ratio generis & differentiæ: & hoc nobis manifestum est, ita etiam res quædam nobis occulta subest intentionibus quas anima formar: & inde est, quòd non formamus intentiones logicas in angelis per aliquid conceptum à parte eorum: sed per id quod concipimus in rebus nobis notis propter communitatẽ quam habent cum angelis in hoc, quòd omnia sunt ab vno primo: & ideò formamus intentiones quæ vniformiter istis & illis conueniunt. Vniuersale enim dicitur dupliciter. vno modo ipsa natura cui intellectus propter aliquid in ea inuentum intentionem attribuit: & sic vniuersalia quæ rerum naturas significãt, prædicãtur in quid. Animal namque dicitur substantia illius de quo prædicatur: & similiter homo: & isto modo non est vnum in multis: imò natura prædicatorum semper multiplicatur multiplicatis subiectis. Quot enim sunt homines tot sunt animalia. Alio modo dicitur vniuersale natura illa sub intentione vniuersalitatis sibi attributa: & sic propter vniformitatem rationis inuentam in intentione quæ sit propter remotionem à materialibus conditionibus & omni diuersitate, est vnum in multis. Sic enim homines sunt vnus homo & vnum animal. In re igitur nihil est commune multis: quia quicquid est in re est singulare vni soli communicabile. Quod autem commune est agitur per intellectum. Intellectus enim facit vniuersalitatem in rebus, vt dicit commentator super librum de anima. Potest igitur intellectus actionem suam extendere ad omne ens: quia ens rationis in equo est cum ente naturæ: vt dictum est. Vnde cùm de intellectu substantiæ, quæ est genus primum non sit compositio materiæ & formæ: nec eius oppositum: vtrúmque potest sibi accidere: sicut patet de substantijs separatis & compositis. Remanet ergo de intellectu generis substantiæ per se esse: quod tamen differens est ab essentia ipsius generis: & hoc solùm commune est vtríque substantiæ mobili, scilicet & immobili seu immateriali: cùm in omni re mobili necessariò sit materia: vt dicitur in secundo Metaphysic. & ideò hæc ratio substantiæ logica est. Nihil enim commune potest esse substantiæ corruptibili & incorruptibili: nisi nominemus: quæ est logica consideratio: cùm nomina sint notæ intellectus. vt dicitur primo Periermenias.

Quòd substantia separatæ & materiales non conueniunt nisi in genere logico.

CAP. VI.

EX quibus manifestum est, quòd substantiæ separatæ & materiales non conueniunt nisi in genere logico solùm. Vnde substantiæ materiales nihil reale habent, per quod dici possint substantiæ: præter id quod sunt corpora. Impossibile est enim formam materiæ vniri, quin sit corpus generis substãtiæ. Ad hoc enim, quòd forma vniatur materiæ in qua est aptitudo ad multas formas & diuersas, oportet statim in materia partem & partem ponere: sed nõ est pars & pars nisi per quantitatem quæ est proprium accidens corporalis substantiæ. Impossibile est igitur aliquas formas materiæ vniri quin sit corpus. Ex dictis igitur patet genus metaphysicum substantiam esse realem non compositam ex materia & forma: sed simplicem naturam & nobis occultam: ad quam tamen consideratio logica attingit: ratione cuius aliquid commune est vtríque: materiali, scilicet & immateriali substantiæ: licèt enim metaphysici sit de omnibus agere sub ratione entis. Præcipuè tamen ad ipsum pertinet tractare de rebus separatis: tum quia perfectior ratio entis in eis aluatur, quam metaphysicus quærit: tum quia in particulari eorum natura occulta est. Vnde non potest de eis scientia particularis esse: sicut quæ est de rebus particularibus: quarum quiditates apprehendimus. Vnde de entibus particularibus scientiæ particulares sunt. Hoc autem non contingit in substantijs separatis: quia de eis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod est quid scire non possumus. Theologi tamẽ multa de eis per reuelationem nouerunt. Patet igitur natura primi generis substantiæ, scilicet quomodò eius cõmunitas tantũ logicè accipiẽda est, cũ nulla sit realis cõuenientia inter separata & materialia, sicut enim substãtiæ separatæ nõ descẽdũt ad genus corporis, sed sunt substãtię primò perfectæ genus subalternum nõ habẽtes: vt dictum est, ita res materiales non ascendunt vsque ad substãtiam separatam. Sũmum enim in eis est corpus: vltra quod rem aliquam nõ attingunt, quam non habeant per corpus. In ipsis námque est compositio materiæ & formæ, ad quæ tanquã ad sua principia prima resoluuntur, nec vltrà procedere habeant. Ex materia autem & forma semper cõstituitur corpus: vt dictum est. Primum ergo genus materialium erit corpus: vltra quod nihil reale habent, sicut nec vltra sua prima principia. Poterunt tamẽ aliquid intentionale vltra corpus habere, quod non est corpus, inquãtum corpus est. Alioquin solùm corpus hoc haberet, & hoc est per se esse, quod nõ solùm est corpus sed etiã substãtię, ipsis tamen hoc competit quia corpora sunt. Per se autem esse secundum quod tale est, non ineſt alicui per corpus. Alioquin omne per se esse esset corporis, quod est falsum. Attingũt ergo materialia per naturam corporis aliquid, quod ratione corpus excedit, & hoc est eis logicè conuenire cũ substantijs separatis. Si enim nulla substantia separata esset, primum prædicatum foret corpus. Alioquin falsò diuideretur substantia per corporeum & incorporeum, quæ tamen sunt differentiæ substãtiæ immutabiles, nihilominus tamen posset poni substantia, quę diuideretur contra accidens, licet substantia separata non esset.

CAP. VII.

AD horum euidentiam considerandum est, quòd cùm genus de toto prædicetur: vt animal de homine, ratio generis non sumitur à materia, prout est pars: vt dictum est suprà, & eodẽ modo de differentia dicẽdum est, cùm & ipsa de toto prædicetur. Vnde scien dum est, quòd aliquando est vnitas à parte naturæ subtractæ intentioni vniuersalis, præter istam quã facit intellectus. Aliquando autem non. Natura autem non. Natura enim quæ est subtracta intentioni vniuersalitatis sicut natura animalis, tripliciter cõsiderari potest. Vno modo absolutè & secundũ se, & sic nihil sibi conuenit, nisi quod est de intellectu eius: vtputa de intellectu animalis est corpus animatum sensibile. Nihil enim aliud sibi attribui potest secũdum hanc considerationem, nisi falsò: vt album: vel musicum: vel aliquid huiusmodi. Alio modo potest considerari hæc natura prout est recepta in aliquo singulari sui generis, & adhuc inerit sibi ratio quæ de intellectu eius est absolutè. Animal enim, quod est Sortes, est substantia animata sensibilis. Sed si recipiatur in pluribus indiuiduis, necessariò & natura ipsa & intellectus suus multiplicabitur. Sortes enim & Plato sunt duo animalia, & duæ substantiæ animatæ sensibiles. Vnde licet in natura animalis non sit vnitas vel pluralitas secundum quod est nata recipi in pluribus inferioribus, cùm possit in vno recipi & in pluribus, est tamen in ipsa natura absolutè accepta, secundum quod non est in inferioribus considerata quædã vnitas, cùm diffinitio eius sit vna & nomen suum: vt patet. Tertio modo potest considerari hæc natura prout est in anima, & quia omne quod est in anima est abstractum ab omni diuisione & diuersitate materiali, attribuitur isti naturæ ratiõe vniformitatis, quam habet ad omnia ratio vniuersalis, quod est vnum in multis. Vnde sic non multiplicatur hæc natura in suis inferioribus, imò plures homines sunt vnus homo & vnum animal, participando genus & speciẽ. Hoc enim mõ conuenit talibus naturis, secundũ rõnẽ generis & speciei. In istis igitur est duplex vnitas: vna scilicet in natura absoluta, quæ natura cõuenit singulis suppositis, sed hæc vnitas non descendit ab ipsa natura ad sua suppositа, sicut de natura animalis absoluta ẽ substantia animata sensibilis: vt dictum est, sed hoc nõ dicit totã naturã eius absolutam, sed aliquid eius. In natura enim sua absoluta est, q̃ possit substerni intentioni vniuersalitatis, quia solùm natura absoluta hoc põt, & etiã omnis natura absoluta. Cõprehẽdẽdo ergo totã naturã eius absolutè, dicẽdo naturã animalis absolutã esse substãtiã animatã sensibilẽ aptã natã substerni intẽtioni vniuersalitatis, non est de intellectu eius vnitas aliqua, nec etiã pluralitas, qa vtrũq; põt sibi accidere. Alia est autem vnitas naturæ, quã habet ab intellectu, in quã omnia suppositа conueniunt. Ideò vnitas quam facit intellectus, in tali natura fundatur super vnitatem in re inuentã, quæ vna est illa vnitate. In substantia autem quæ est genus primum, non est recipere aliquam vnitatem à parte ipsius rei: vnde non est aliqua diffinitio eius, per quã illa vnitas ostendatur. Si autem dicatur, quòd ratio substantiæ est esse per se, & non per aliud, & hoc in omnibus substantijs reperitur, hoc etiam non valet, quia hoc competit sibi secundum quod diuiditur contra accidens, & non secundum quod est genus. de quo posterius plenius agetur. Remanet igitur in substantia sola vnitas, quam facit intellectus & nulla alia, cuius actio fundatur non super aliquam rem quocũque modo vnam, sed super naturas penitus diuersas, quæ tamen participatione generis efunt vna substantia. Corporalia enim & incorporalia plus differunt, quã secundum aliquod genus reale. Et hoc ideò est, quia non habent aliquam rem vnam eis communem secũdum rationem tantùm. Si autem diceretur substantia quæ est genus primum cõponi ex materia & forma, & hoc esse commune eis sequeretur, quòd substantia nõ esset genus primum. Omne enim compositum ex materia & forma habet, vnde sumitur in eo ratio generis, scilicet materiam, & ratio differẽtiæ, scilicet formã: vnde esset aliquod genus prius substantia, & ideò implicatio contradictionis est dicere genus primum cõponi ex materia & forma. Inde est, quòd si non esset aliqua substantia separata, corpus foret genus primum: vt dictum est est, sed tũc ratio corporis logicè tantùm acciperetur, nec foret in corpore cõpositio materiæ & formæ secundũ q̃ esset genus. Si enim oĩa genera essent vnius rationis, ita scilicet, q̃ in quolibet esse cõpositio materiæ & formæ nõ foret status in genere. Ratio igitur generis conuenit substantiæ per actum intellectus tantũ, qui non fundatur super rem aliquam vnam cõmunem vtriq; naturę, sicut reperitur natura animalis vna quo dãmodò, cui additur vnitas vniuersalitatis quã facit intellectus. Vnde Philosophus in 7. Meta. docens, q̃ ideæ nõ sunt substãtiæ quædã vniuersales, sic arguit. Vniuersale semper habet dici de subiecto aliquo, sed substantia non dicitur de aliquo subiecto, igitur non est aliqua substãtia vniuersalis, quæ idea dici possit. In prædicamentis verò docet, vt videtur oppositũ, quia secundũ eum ibi nõ est contra rõnem substãtia de subiecto prædicari, licet sit cõtra rationẽ substãtiæ in subiecto esse. Sed aduertendũ est, q̃ secundũ logicã cõsiderationẽ agit in prædicamentis. Logicus enim considerat aliqua secundũ q̃ sumuntur in ratione, & ideò cõsiderat substãtiã secundũ q̃ per actionẽ intellectus subest rationi vniuersalitatis, & ideò quantum ad prædicationem quæ actum rationis dicit prædicatur de subiecto. i. de re extra animam. Sed Philoso. 1. considerat de rebus prout sunt verè entia, & ideò apud Philos. non est differentia inter dici de subiecto, & esse in subiecto. Ex quo patet, q̃ ex sola actione intellectus est, quòd substantia prædicetur, quod habet inquãtum est genus, & nõ ex aliqua communitate realis: vt dictum est.

CAP. VIII.

EX dictis igitur manifestum est nullam formam quæ realiter sit substantia, præcedere in re corpoream, per quam res est corpus. Cũ autem formatio generis & speciei, quæ est actio intellectus non sit fictitia, sicut est quãdo fingit nõ entia: vt mõtẽ aureũ, cui nihil respondet extra in re, sed ex cõceptione montis & auri formatur, scilicet montem aureũ, necessariò in re ipsa corporea aliquid erit, super qđ intellectus formet vtrũq; genus, substãtiam. s. & corpus quæ inter se solũ ordinẽ prioritatis & posterioritatis ab intellectu cõceptum habent, à quo habẽt rationẽ generum, non q̃ in natura rerũ aliqd sit ad aliud ordinabile, cùm in vna re nõ sit prius & posterius respectu sui ipsius, nisi forte in illis in quibus essentia est in successione, quod nõ potest substãtiæ conuenire. Vñ in ipsa non est ordo: vt dicitur. 7. Meta. licet ordo sit in differentijs quæ ponuntur in diffinitione substantiæ. Tota námque constituitur diffinitio ex vltima differentia. Quod ex hoc patet, quia si aliqua alia differentia replicetur, super illam erit nugatio: vt dicatur, homo est animal bipes, habens pedes, nugatio est. Sub bipede enim includitur habens pedes, sicut ternarius in senario. Si autem dicatur habens pedes, & addatur duos, non est nugatio. Hunc autem ordinem inter differẽtias sui ratio facit, q̃ ex processu Philosop. ibidem manifestum est. Dicit enim, q̃ vera diffinitio inuestigans substantiam rei, est ex genere primo & differentijs. quæ postea non habent diuidi per differentias per accidens. Ratio autem quare genus primum debet poni in diffinitione est, quia genera inter media nihil aliud sunt, nisi genus primum cũ differentijs additis: vt si in diffinitione hominis ponatur animal, quod est intermedium genus. manifestũ est, quòd nihil aliud est animal, quàm substantia quæ est genus primum cum his differentijs, quæ sunt animatum sensibile. Non solùm autem hoc genus diuiditur per differentias, sed differentiæ illæ iterum per alias differentias diuiduntur, sed hoc fieri necesse est per differentias per se, & non per accidens, puta animal diuiditur per habens pedes, & non habens pedes. Habens autem pedes non diuiditur per alatum & non alatum, quia accidit, quòd diuidatur sic, sed per se diuiditur per habens pedes duos vel non habens pedes duos, & sic necesse est differentias diuidi, quia illæ sunt remotiores à genere, quàm primæ. Alatũ autem & non alatum, non plus distant ab animali, quàm habens pedes, & non habens pedes. Quomodò autem vnum fiat ex genere, & his differentijs, docet per hoc, quòd genus non est præter suas species. Non enim est animal, quod non sit homo vel equus. Si enim inueniret aliquid præter speciem, quod dicatur genus, illud nõ erit genus sed materia, licet nãq; idem secundũ nomẽ conueniat generi & materiæ, non tamen erit idem secundum rationem. Materia enim cùm sit pars integralis rei, non prædicatur de re, genus verò cũ prædicetur de re, oportet quòd totum significet. Corpus námque quod est materia hominis habet de intellectu suo tres dimensiones cum aptitudine ad formã hominis superuenientẽ: sine eo, q̃ ipsam contineat implicitè vel explicitè. Corpus autẽ vt est genus est substantia cõpleta vltima forma: indeterminatè tamen: cuius species erunt substãtiæ perfectæ per easdem formas determinatas: vt per formam hominis aut bouis. Sicut enim quando priuatio est innominata aliquid dicitur fieri ex simplici materia: vt si figura fiat ex ligno, constat q̃ fit ex infigurato: ita cũ forma est sine nomine sim pliciter nominatur ex materia. ideò dicitur fieri ex materia & forma. & hoc ideò est, quia hoc non cõtingit vbi est aliqua forma determinata: sed vbi est forma communis. Compositum namque ex materia & forma commune est genus. vnde ex hoc est, q̃ animal quod est genus nõ est præter speciem aliquam: quia formæ specierum non sunt aliæ à formis generis realiter: sed tantùm differentia communis & propria sine determinati: & ideò differentia nõ additur generi: sicut diuersa essentia à genere: sed quasi aliquid in genere conuentũ implicitè. Genus ergo licèt esse non possit sine specie, intelligi tamen posset sine specie: & diuidi per differẽtias communiores & pluribus conuenientes, quàm vni speciei. inter quas certus ordo reperitur: aliter nõ referret quæ illarum antè, & quæ pòst ponerentur. & ideò ipsum sola ratio facit, cui vnum reale respondet: tamen multiplex ratione.

CAP. IX.

NVnc igitur superest ostendere, quomodò genus implicitè continet ea quæ sunt in eo. Sciendum est igitur, q̃ genus cõtinet differẽtias potestate. Potentia autem principium noscitinctiõis est, sicut per oppositum actus primò distinguit. Illud igitur pro generalissimo sumendum est, quod est primũ principium indistinctiõnis aliquorũ: vt homo & equus. licet indistincta sint in animalitate mal tamen nõ est primum principium indistinctionis eorum: nec etiam corpus. Statur autem ad substantiam. Nam & si in ente non distinguantur: ens tamen nõ est generalissimum: quia nõ prædicatur de aliquibus vniuocè: quod requiritur ad naturam generis. Ista autẽ indistinctio aliter est in substantia, & aliter in alijs generibus quæ sunt pòst. In alijs enim generibus reperitur vna natura aliqua quæ subest intentioni vniuersalitatis: vt dictum est. ratione cuius cũ vniformitate quæ est à ratiõe ipsius genus vniformiter se habet ad omnia quæ sibi subsunt: quod est implicitè illa cõtinere: sed in substantia non est vna res subiecta intentioni: sed intellectus ex diuersis rebus colligit intentionem quæ vtrũq; naturę ab intellectu applicatur. Vnde in substãtia solũ est cõueniẽtia in intẽtione in qua est vniformitas ad omnia quæ sunt in genere substantię: per quod substãtia dicitur implicitè omnia cõtinere. Ex dictis igit satis potest accipi ratio quare & quomodò genus de contentis sub eo prædicatur. Non enim est prædicatio generis de specie denominatiua, sicut est prædicatio materiæ de re materiali & accidentis de subiecto. Eadem namque res penitus est animal, quod prædicatur de homine & homo. Sed album quod prædicatur de homine non est penitus eadem res cum homine: cùm vnum sit accidens, aliud verò substantia. Cùm igitur genus de specie prædicetur & ratione vniformitatis communiter se habeat ad omnia contenta sub eo: necesse erit ipsum prædicari vniuocè: quod est prædicari secũdum nomen & secundum rationẽ vnam. Non enim est alia ratio animalis quando prædicatur de homine: & alia quando prædicatur de equo: imò vna & eadem est ratio per quã de vtrũq; prędicatur: sicut & nomen idem est: & hoc facilè est videre, si consideretur natura animalis vel alterius superioris quod prædicatur de inferioribus suis: q̃ natura absoluta prædicabilis est: vel recipit vnitatẽ: vel pluralitatem à subiecto vel in subiectis. Naturã igitur animalis prædicari est, q̃ dicat totum respectu illius de quo prędicatur & non partẽ: quia pars non prædicatur de toto. Non autẽ accipitur vt totũ integrale: quia tale nõ prædicatur nisi de omnibus partibus simul sumptis: sed vt totũ vniuersale quod prędicatur de qualibet parte. Sic igitur accepto animali nihil potest sibi attribui, nisi quod per se est de ratione eius: vt substantia animata sensibilis. Quicquid autẽ aliud sibi attribuitur, per accidẽs attribuitur: vt est vnũ vel plura. Si em vnũ esset de intellectu eius, tunc quibuscúnq; cõueniret ipsum genus, & ipsum similiter cõueniret: sicut de homine & asino prędicaretur: & ipsum vnũ similiter de eis diceretur: quod est falsum: nec multa sunt de eius intellectu: quia cũ animal prędicetur de Sor. tunc Sor. esset multa animalia. Vtrũq; tamen potest sibi accidere per aliud, per illud. s. de quo prædicatur. Si enim illud fuerit vnum & aliud erit vnum: sicut quando prædicatur de homine vno est vnũ: quãdo de pluribus plura: & hoc accidit sibi, quia accidit sibi prædicari de homine. Nõ em est de intellectu animalis prædicari de homine: quia tũc homo prędicaretur de asino: cũ animal prædicetur de asino. De quocúnq; em prædicatur aliquid, prædicatur etiã illud quod est de intellectu eius per regulam Phylosophi in lib. prædicamentorũ. quando alterũ de altero, &c. Similiter esse in equo cũ homine: vel esse in plus nõ conuenit animali prædicato de homine secũdum suum intellectũ: sed vtrũq; potest sibi accidere. Si enim cũ dicitur homo est animal: cõsideretur natura animalis absoluta, sic nõ erit in plus animal quàm homo: imò in equo cũ homine. Aliter absoluta ratio eius nõ multiplicaretur ad multiplicationẽ subiectorũ. Vnitas enim illa non descendit sub animali: vt dictum est: & sic nihil reale erit in prædicato: quod non sit in subiecto. Animal enim non dicit aliquid plusquàm homo: & sic accidit sibi non esse plus quàm homo, quia accidit sibi prædicari de homine: vt dictum est. Si autem consideretur hæc natura vt subtracta intentioni: vel propter vniformitatem quã accipit ab anima, sic erit in plus & cõmunius quàm subiectum de quo prædicatur: quia à parte prædicati seruatur vniformitas illa: nõ autem à parte subiecti: & sic nõ plurificatur prædicatum ad multiplicationẽ subiectorum: imò maner vnũ de multis prædicatũ: vt dictum est. & quia hoc logicũ est ideò secũdum eum nõ conuertitur consequẽtia subsistendi ab animali ad hominẽ. ab animali inquã quod de homine prædicatur. Similiter autẽ accipiendo animal sine intentione vniuersalitatis propriè nõ est prædicabile: quia sic est prima substantia quæ neq; in subiecto est: neq; de subiecto dicitur. Sed accipiendo animal & hominẽ sub intentione vniuersalitatis, quo modo indiuiduum accipi nõ potest propter repugnantiã vniuersalitatis ad indiuiduationis principia, animal & homo dicuntur secũdæ substantiæ: quarũ proprietas est de prima prædicari: vt habetur in prædicamentis. qué modum considerationis de substantia metaphysicus nõ habet, qui cõsiderat eam solùm secũdum q̃ est ens in se, & ideò secũdum eum substãtia nõ dicitur de subiecto: nec est in subiecto: vt dictũ est suprà. Quòd autẽ substantia prædicetur de subiecto habet inquantũ per actum rationis induit naturã accidentis. Quòd ratio enim nostra facit circa substantiã accidẽs est, & nõ substantia. & ideò Philosophus in lib. prædicamẽtorũ dicit substantias secundas per quanda nominis similitudinẽ hoc aliquid significare, quod est proprium substantiæ primæ: vt cũ dicitur homo vel animal. sed secũdum rei veritatẽ magis significant quale quid, inquantùm per actum transeunt in similitudinem accidentis: non amittendo substantiam propriam in rerũ natura: sed accipiendo rationem vniformitatis in anima. Et ideò dicit illa significare quale quid: quia qualitatẽ. i. vniformitatẽ per quam fiunt vniuersalia per actum rationis circa substantias quasdã res. f. particulares determinant quæ proprie sunt quid. Ex dictis patet, q̃ considerando entitatem rerũ in se, sicut facit Philosophus primus, in substãtia nulla foret prædicatio vnius de altero: quæ tamen in substantia reperitur secundum logicũ: secundum quę substantia quodam modo induit similitudinẽ inhærentiæ accidentalis: vbi est propriè dici de altero etiam secundum primũ Philosophum. Ex quo facilè deprehẽditur error volentiũ in natura rei multiplicare formas substantiales. vnde sumuntur prædicata substantialia: sicut & formæ accidentales multiplicãtur in re de qua multa prædicãtur accidentalia realiter: cùm tamen in substantia nõ sit prædicatio aliqua secũdum veră naturã rei: sed per actum intellectus: vt dictũ est. Vnde ponẽtes plures formas substantiales in re vna, ignorant naturam & originem propositionum: in quibus aliquid de aliquo prædicatur: & differentiam etiam inter substantiam & accidens.

CAP. X.

NVnc igitur superest ostendere differẽtiam inter substantiã secundum q̃ est genus primũ: & secũdum q̃ diuiditur cõtra accidens. Sic enim facilius scietur quomodò prędicatur: & vsq; ad quem terminũ descendat eius prædicatio ad contenta in suo genere. Ad cuius euidentiam sciendum est, q̃ eadem sunt differentiæ diuisiuæ generũ & constitutiuæ specierũ. Ens autem non potest habere aliquas differentias diuisiuas: vt suprà probatũ est. sed quoſdam modos distinctiuos habet. & ideò in substantia secũdum q̃ est primũ prędicamentum: vt in 7. Meta. dicitur: ratio entis perfecta reperitur & nõ constituitur per aliquã differentiam constitutiuã: & ideò sic est genus, q̃ nullo modo species esse potest. Ex quo ostẽdi potest nullam formã realem esse in substãtia: secundũ q̃ est genus primũ. Ex qualibet enim forma substantiali differentia aliqua trahi potest: & hoc suprà ostensum est. Per quendã igitur modũ specialem superadditũ enti oportet accipere naturã substantiæ. Hic autem modus specialis est nõ generalis: includens in se oppositionẽ quandam. vnde omni enti nõ conuenit iste modus specialis. est ergo & nõ generalis: vt dictum est suprà. Est enim per se esse & nõ in alio: per quẽ modũ substantia diuiditur cõtra accidens. Sed super hoc ratio generis addit ordinẽ ad cõtenta sub eo: qui quidẽ ordo importatur in vniformitate eius ad exteriora. Hanc autẽ vniformitatẽ habet per actũ intellectus: vt dictũ est. Potest igitur substantia quæ est primũ genus dici eus per se existens implicitè cõtinẽs in se sua inferiora: ita tamen q̃ per se existens nõ ostendat aliquod vniuersale esse separatũ: vt Plato posuit. sed secũdum q̃ per se opponitur ei qđ est esse in alio: quod est propriũ accidentis: sine quo esse nõ potest: vt dicitur in prædicamentis. Ex hac igitur diuersitate quæ est in substantia scire potest quomodò & de quibus substantia prædicari habet. secũdum tamen q̃ genus est implicite cõtineus sua inferiora: quia potestate cõtinet suas differẽtias per quarũ additionẽ efficiũtur & constituuntur sua

Universidad de Deusto
Biblioteca

inferiora,tãtùm descendit sua prædicatio,quantũ & differẽtiæ constituentes. Diuisio autẽ differẽtiarum stat ad species specialissimas, quia sub eis nihil est nisi indiuidua,quæ dicũt priuationẽ diuisionis per partes subiectiuas,ideò indiuiduum nõ habet partem subiectiuã sibi,de qua prædicetur,cũ à prima substantia nulla sit prædicatio:vt dicitur in prædicamẽtis.Vltimum enim de quo prędicatur substantia in linea prædicamentali, erit aliquis homo: vel aliquod suppositum:vt equus vel bos, respectu cuius ex genere primo & differentia aliquod genus cõstitutũ.s.animal de ipso prædicatur:vt putà Sortes est substãtia,& est animatus sensibilis,ex quibus cõstituitur animal, quod de Sorte prædicatur.Isto enim modo facilè est scire de quibus prædicatur aliquid:vt genus,& de quibus nõ prędicatur.Vnde manifestum est,q̃ de manu hominis vel pede nõ prædicatur substãtia, secundũ q̃ est genus. Sic eñ cũ manus sit animata sensibilis,si cum hoc esset substãtia manus,ita foret animal.Vnde manifestum est,q̃ animarum & sensibile iterũ non prædicãtur de manu, secundum q̃ sunt differentiæ generis alicuius, quia differẽtia non prædicatur de aliquo,de quo non prędicetur genus ipsum.Cũ ergo manus non sit animal,nõ erit animata secundũ q̃ animatum est differẽtia,nec substãtia secundũ q̃ est genus. Erit ergo manus substãtia,secundũ q̃ diuiditur substantia cõtra accidẽs,& tantùm sic. Ratio cñ eius sic accepta est per se esse,& nõ in alio,quod est proprium accidẽtis, quod nõ potest esse sine eo in quo est.Ipsa enim sic accepta:vna est & non plurificata in suis suppositis in quibus plurificatur secundũ q̃ est genus propter multitudinem differentiarum constituentium diuersa supposita diuersarum specierum:vt suprà dictum est.Substantia igitur secundũ q̃ habet naturas rerũ sub se diuersas,super quas fundatur,in se vnum quidem est,cuius vnitas nõ descẽdit super eo,sed statim in inferioribus multiplicatur,licet sit vnũ sub intentione vniuersalis,sicut de alijs dictum est. Et sic contra accidens diuiditur. Inde est, quòd licet substantia prædicetur de duabus manibus hominis, non tamen dicendum est,quòd duæ manus sint duę substantię,cùm potius sint partes vnius substãtiæ,quã duę substãtiæ. Vñ in partibus in toto manẽtibus nõ habet substãtiam multiplicari, cũ non prædicetur de eis vt natura in inferioribus,quæ sunt partes subiectiuę receptæ,& consequenter multiplicata, sed vt contra accidẽs diuiditur: vt dictum est.Manus enim vel pes est substantia ,secundum q̃ substantia cõtra accidens diuiditur,cuius esse est esse in alio & nõ per se, cùm accidens sit in alio:vt in subiecto, pars autem est in toto, non vt accidens in subiecto:vt dicitur in prædicamentis. Accidẽs autem est in subiecto,tanquã impossibile sit ipsum esse sine eo: vt paulò ante dixit Philosophus.Ex quibus concluditur per connexionem Philosophi,cùm accidens non possit esse sine eo in quo est,&, pars non est in toto vt accidens in subiecto,quòd pars sic est in toto,quòd tamen sine toto esse possit, non quidem sub ratione partis, cùm pars importet relationem ad totum:vnde pars vt pars sine toto esse non potest,cùm relatiua sint simul, sed secundum quod res quædam est. Cùm autem materia nõ possit esse per se,pars autem per se esse possit,cùm in hoc differat ab acridente, sed non secundum quod pars est,quod inest sibi à toto,necessariò in eo, quòd pars est , erit aliqua compositio materiæ & formæ , non secundum quod pars est , quia hoc habet à forma totius , à qua esse habet actu pars participatiuè tantùm,cùm impossibile sit duo esse substantialia in vna re ponere, nisi illa res sit duo entia,cùm esse sit actus entis. Compositum ergo ex illa materia & forma,non erit aliquod ens actu. Vnde nec istam formam aliquod esse sequitur,cùm esse non sequatur formam , nisi quando compositum est per se existens , cuius est esse actu , & ideò substantia secundum quod diuiditur contra accidens , de illo composito nõ prædicatur. Nõ enim est per se existens vt totum,neque in toto : vt pars quæ à toto participat esse , sed est in toto in potentia propinqua ad esse debitum sibi secundum essentiam formæ quæ in ea est sine esse : vnde ad genus non spectat per se vt suppositum : vel per eductionem vt pars,quamdiu in toto est isto modo in essentia, scilicet sine esse vel per se vel participatiuè , sed potius pertinet ad genus vt principium materiale compositi nondum per se existentis, sed futuri per resolutionem , cùm materia per illam formam nondum sit transmutata ad esse actu , qui est finis formæ eductæ de potentia materiæ , cùm pars esse actu tantùm habeat à forma totius , cum qua solùm in rebus diuersarum naturarum poterunt aliæ formæ in esse produci de potentia materiæ , cùm partes diuersæ in natura vnam rem constituant cum hoc , quod natæ sint per se esse,ideò vt dicit Aristoteles, necesse est per aliud & aliud hoc eis conuenire. Cùm autem per se existere incipiunt,tunc ad genus spectant,cùm habeant rationem substantiuæ partis adhuc in gradu perfectiori,quàm corpora simplicia.

CAP. XI.

EX dictis manifestum est, q̃ sicut substãtia sub rõne generis non prædicatur de parte integrali rei subiectę,sed secundũ q̃ diuiditur cõtra accidens,potius ostẽditur quid parti cõuenit,quã quid cõueniat toti : ita necesse est animatũ & sensibile de parte prædicari, nõ secundum q̃ sunt differentię,quia nõ potest differẽtia prædicari de re,de qua nõ prædicatur genus , sed secundũ q̃ diuiduntur cõtra inanimatum & insensibile,& ideò rationabile nõ prædicatur de aña separata,secundũ q̃ est differẽtia,cũ aña nõ sit animal,sed secundum q̃ designat potentiã añæ,denominat añam.Pater etiam ratio, quare nõ numeratur substantia in his de quibus prædicatur. Sic enim hoc cõuenit substantiæ,quasi quædam differentia communis. Non esse nãq; in alio cõmunissimum est de oĩbus quæ substantiæ debentur. Sub differẽtia autẽ communi nõ numeratur genus aliquod. ysosceles enim & ysopleuros,& scalenon non numerãt figurã quæ est genus sub differentia cõmuni,sed sub differentia trianguli. Diuiditur igitur figura per differentias suas,per triãgulare,scilicet & quadrãgulare, & vna istarum differentiarum sub triangulari,scilicet cõtinetur ysocheles & ysopleuros,& scalenõ , sed si triãgulus cõstitutus diuidatur per differentias triãguli:vt per tria latera æqualia: vel per duo:vel per oña inæqualia nõ erit vnus triãgulus, sed tres triangli. Quæ igitur sunt vna figura,quia cadunt sub vna differentia,figurę sunt tres triãguli.Sic igitur substãtia secundũ q̃ diuiditur cõtra accidens,quæ est communis differentia eius,licet nulla differentia substantiam constituat,cũ substantia genus nõ habeat:vt dictũ est,non multiplicabitur in partibꝰ de quibus prædicatur.Ideò corpora duorum animalium prout sunt partes duorum animaliũ, cũ de eis non prædicetur substãtia secundũ q̃ est genus, cũ non sint partes subiectiuę,sed partes integrales rei,quę pars subiectiua est,& nõ sunt duę substãtiæ,cũ genus sub differẽtia cõmuni nõ multiplicetur,sed vna substatia sunt,nec possunt aliquæ differentiæ superaddi substantiæ, per quas substantia numero eadem prędicetur de partibus in aliqua re existẽtibus, cũ non possint esse partes subiectiuæ alicuius speciei specialissimę,ad quã diuisio & multitudo differentiarum stat:vt dictum est.Solùm enim per differentias vltimas numeratur genus, quod manifestum est,si diuidatur genus per multas differentias per se,& non per accidens,quoúsq; deueniatur ad vltimam diuisionem, per quam species specialissimæ constituuntur,quæ adhuc vnitatem retinẽt de natura sua,sed cũ forma specifica recipitur in materia indiuiduali quæ est principium indiuidуationis & numerositatis. Ex diuisione enim quantitatiua quæ materialis est , causa ur numerus: vt dicitur in 3.Physi.& numeratur forma specifica,& omnia quæ in intellectu suo continẽtur,cuiusmodi sunt genera superiora.Compositum autẽ ex materia indiuiduali & forma specifica efficitur pars subiectiua,de qua solùm prędicantur sua superiora:vt genera subalterna:vt species,quorum nihil est pars integralis rei,ideò nõ numeratur illud,quod dicitur de partibus ad numerum partiũ.Quod autem dictum est de substantia,dici debet de corpore , quod est genus secũdum,& de alijs generibus,de quibus pòst dicetur. Corpus enim secundum quod est genus,nõ prædicatur de corpore hominis,dum est pars eius,quia si corpus hominis esset corpus, ideſt, si de eo prædicaretur corpus , quod est genus , cum corpus hominis sit animatum & sensibile , corpus hominis esset animal , quod patet esse falsum,cùm homo sit animal. Idem enim numero non prædicatur de toto & de parte in heterogeneis. Prædicatur ergo corpus de corpore hominis , secundum quod diuiditur contra incorporeum , & hoc est maximè commune corpori , ideò non numeratur quando prædicatur de diuersis corporibus, prout sunt partes. Quando autem mortuis hominibus per se sunt corpora , tunc cùm habeant rationem partium subiectiuarũ , prædicatur de eis corpus numerosè. Manifestum est autem,quòd non numeratur corpus hominis mortui corpori viuo:vt possint dici duo corpora, licet per aliã & aliam formam fuerit corpus in actu in viuente & in mortuo, & non per eandem.

CAP. XII.

AD huius igitur euidentiam considerandum est , quòd nomina primæ intentionis sunt quæ rebus sunt imposita absolutè, mediante cõceptione qua fertur intellectus super ipsam rem in se: vt homo vel lapis. Nomina autem secundæ intentionis sunt illa, quæ imponuntur rebus, non secundum quod in se sunt , sed secundum quod subsunt intentioni , quam intellectus facit de eis:vt cùm dicitur , homo est species , animal est genus. Quia igitur in rerum natura inuenitur , quòd essentia rei à supposito differt , non solùm secundum operationem intellectus , sed in natura sua: vt docetur in septimo Metaphysicorum , ideò res naturæ est nomen primæ intentionis impositum ipsi supposito. Sed quia per actum intellectus super ipsam naturam designatam per modum totius efficiuntur nomina intẽtionalia:vt species & genus,ideò super rem naturæ inueniuntur nomina intentionum : vt putà suppositum, quod est nomen secundæ intentionis ipsius rei , inquantùm per actum intellectus fit prædicatio speciei de re naturæ , & ideò res naturæ vocatur suppositum:cùm prędicatum sit superius naturaliter ipso subiecto.Inquantùm verò genus & species dicuntur vniuersalia,res naturæ dicuntur particulares.Nominum autem significantium ipsa particularia quædam sunt communia omni generi,sicut particulare:indiuiduum:& singulare.Quędam autẽ in genere substantiæ tantùm:vt res naturæ:& suppositũ: hypostasis & persona. Cùm ergo ratio substantiæ sit per se existere, nullum istorum nominum conueniet nisi naturæ rei completè existenti:& ideò nihil horum dicitur de parte rei.Ideò pars rei non est suppositum , vt de ea aliquid prædicetur habẽs etiam rationem superioris. Nec etiam aliquod aliorum quæ significant particulare in genere substantiæ. Talia enim habent relationem ipsam per se,& non per reductionem per aliud.& ideò ista non numerantur ad numerum partium. Duæ enim manus non sunt duo suppositа:nec duæ hypostases. Illa autẽ quæ significant particulare in omni genere:sicut indiuiduum & particulare:cùm in omni genere sit stare ad aliqua quæ non habent partes subiectiuas:quod importatur in indiuiduo, non requirit aliquid per se existens:de quo dicantur,cùm prædicẽtur de accidentibus:& ideò de partibus prædicãtur. Ista enim nomina magis oppositionẽ quandam important ad ipsas species rerum,quàm conuenientiam:quod non in alijs reperitur. Indiuiduum námque dicit priuationẽ diuisionis in partes subiectiuas:quod tamen speciei conuenit in generalibus & corruptibilibus:particulare etiam opponitur vniuersali.Ista igitur cùm prædicentur de partibus habent multiplicari sicut & partes:duæ enim manus sunt duæ res particulares. Similiter duo singularia & duo indiuidua. Sed istud conuenit magis particularibus accidentibus quæ tamen sunt partes subiectiuæ ad quas stat diuisio in partes subiectiuas,quàm partibus rei:licèt de partibus dici possit.Sed indiuiduum dicit negationem talis diuisionis potiùs quàm statũ eius,cùm in tota re stet talis diuisio.Inde est, q̃ cùm corpus non prædicetur secundum rationem generis subiectam intentioni vniuersalitatis de parte hominis nõ numeratur in talibus partibus.Non enim sunt duo suppositа corporis , sicut nec duo suppositа hominis.Si autem prædicetur de eis prout diuiditur contra incorporeum,cùm sic se habeat vt genus sub differentia cõmuni:vt vnum de eis prædicatur:cui si addatur aliquid eorum quæ prædicata de partibus multiplicãtur:vt particulare vel huiusmodi, cùm hoc sit quasi differentia vltima:cuius est multiplicari:& multiplicare superiora in inferioribus numerabitur corpus in eis. Duæ námque partes sunt duo corpora particularia: cùm tamen absolutè nõ sint duo corpora:vt corpus quod est genus in eis multiplicetur. Licet enim corpus acceptum secundum quod diuiditur contra incorporeum non sit genus:vt natura particularis esse possit differentia ipsum diuidens,tamen similitudinem habet cũ corpore sub ratione generis cum differentia communi:in qua omnia vt vnũ accipiuntur.Sicut námque omnes figuræ eò quòd figuræ sunt diuiduntur contra infiguratũ, ita omnia corpora eò q̃ corpora sunt diuiduntur cõtra incorporeum:& sic omnia corpora sub ratiõe vniuersali comprehenduntur & vnum sunt.Quæ quidem vnitas remouetur per additionem oppositam eius.scilicet particulare. Particulare enim dicitur per oppositum ad vniuersale. Et hæc est ratio quare cum additione particularitatis multiplicatur corpus de eis dictum. non autem absolutè:cùm de illis non prædicetur corpus genus: cũ non sint plura suppositа:sed corpus condiuisum accidenti:quod habet vnam rationem communem ad omnia corpora : vt dictum est. Corpus autem sic dictum non est aliud realiter à corpore quod est subiectum intentioni vniuersalitatis : quod dicitur corpus genus: imò idem secundum rem & diuersum secundum rationem:cũ corpus quod est subiectum intẽtioni tali sit res non incorporea. Vnde corpus sic dictum prædicatur de corpore quod est altera pars hominis dum est pars.Corpus verò quod est genus prædicatur de corpore mortuo amissa ratione partis:quia iam potest esse suppositum in genere substantiæ:cùm sit per se existens quod est proprium primæ substantiæ:vt dicitur in prædicamentis.vnde illa non sunt duo corpora diuersa numero:cùm corpus quod est pars non ponatur in numero corporum absolutè & sine additione particularis : vt dictum est. Veruntamen est sciendum : quòd corpus mortuum cùm sit per se existens susçipit prædicationem corporis secũdum rationem generis:quod tamen est vnum suppositum & res naturæ. Corpus tamen prout est pars non sic susçipit : quia non dicitur de eo corpus quod est genus:sicut nec dicitur de eo homo:vel animal:vt dictum est,cùm prædicatio generis de aliquo semper sit per speciem , quæ consequitur formam rei. Corpus autem pars non pertinet ad speciem vel genus:nisi participatiuè:& per reductionem,id est, per naturam totius : quod est in genere. Corpus verò mortuum absolutè in genere & in specie est.Impossibile est autẽ ab eadem forma substantiali alicui conferri esse absolutè & participatiuè : cùm esse participatum sit à toto parti communicatum : esse verò absolutum sit totius:cùm nihil sibijpsi sit totũ & pars.Necessariò igitur per aliam formã substãtialem erit corpus mortuum corpus actu,qui est actus absolutus:& corpus viuum corpus actu qui est participatum.

CAP. XIII.

EX dictis manifestum est, quòd non potest cõcludi quòd corpus viuum & mortuum sint duo corpora diuersa: & si necessarium sit corpus mortuum per aliam formam esse corpus in actu , quàm per illam per quam erat corpus viuum corpus actu. Si autem dicantur duo corpora particularia:ex hoc nõ sequitur,quòd sint duo corpora realiter diuersa:quia particularis nõ est differẽtia aliqua sumpta à forma specifica:quæ realiter aliquid constituat:sicut est rationale. Nec propter hoc erunt vnum simpliciter : sed secundum quid tantùm:ratione, scilicet communis. Cùm nihil de re priori sit iam nisi materia tantùm.Et licèt hoc corpus mortuum mixtum sit habens certam proportionem miscibilium:& certam formam consequentem:quæ est forma mixti:per quam efficitur sub corpore mixto:cùm tamen totũ hoc nos lateat : quia nec forma ipsa nobis nota est:nec proportio ipsa.per speciem autem vnumquódque certificari habet & demõstrari: nihil autẽ nobis sit certius de illo quã quod habet tres dimẽsiones & plenam naturam corporis. reliqua autem nobis incerta sunt:vt dictum est.ideò speciem eius ponimus corpus sub ratione corporis:quia hoc de eo nobis notius est:licèt in rerum natura super differentias corporis in eo reperiatur aliquid specialius.Illud enim pro specie accipiendum est,per quod certius & determinatius res innotescit:vt dicitur in prædicamentis.Si autem sit aliquod corpus mortuum,quod non habet rationem suppositi:cùm non subsistat per se:sicut de corpore Christi in triduo, non videtur, quòd de illo corpus sub ratione generis prædicari possit : cùm per se esse non habeat: sicut nec priùs prædicabatur de illo viuo quando erat pars hominis.Ad cuius euidentiam sciendum est , quòd res naturæ dicitur,quod habet naturam aliquam cui accidit ratio suppositi.inquantùm,scilicet per se subsistit,quod semper euenit quando principia illius naturæ constituunt suppositum ipsum.Si autem principia alicuius rei naturæ cõiuncta adinuicem alicui per se existenti adiungantur,rationem suppositi non habebunt : rem tamen naturæ ipsa constituent in supposito : sed non suppositum. ideò in Christo non sunt duæ res naturæ : sed vna res duarum naturarum: quæ tamen constituta est res illius naturæ humanæ,scilicet per hãc naturam humanam : sed non est constituta suppositum quod dicit aliquod absolutum per se subsistens per humanam naturam. Licèt igitur idem sit hoc suppositum & res naturæ humanæ : aliundè tamen est res humanæ naturæ:aliundè suppositum.Res enim naturę humanæ est per principia humanæ naturæ : sed suppositum non. Cùm igitur homo sit res naturæ humanæ per principia naturæ humanæ constituitur homo ille non per se existens. Homo enim non fuit sic assumptus:sed natura in suis principijs ex quibus adinuicem coniunctis suppositum illud per se existens factũ est homo : & ideò filius Dei naturam humanam assumpsit:& factus est homo. Et ideò ratio suppositi homini conuenit. ille enim homo fuit ab æterno. Per illum igitur hominem ratione suppositi per se existentis quod homo ille factus est homo ille per se existere dicitur:non quòd aliquid ex principijs naturæ humanæ tantùm constitutum sit per se seorsum à verbo:sed quia res naturæ humanæ quæ per naturam humanam constituta est ipsum suppositum diuinum quod per se existit.vnde & homo ille cùm sit ipsum suppositum per se existit in genere substantiæ.& ideò partes naturæ humanæ.corpus , scilicet & anima ad genus spectabunt per naturam illius totius , quod per se est in genere illo. Patet igitur, quòd diuersimodè sunt aliorum hominum partes in genere:& partes humanitatis Christi:quia in alijs ex principijs naturæ propriè erit aliquid per se existens,quod per se est in genere:& per ipsum alia erunt in genere per reductionem.In Christo autem per principia humanitatis non constituitur aliquid per se existens:sed ipsum suppositum diuinum per se existens completè & perfectè factum est res humanæ naturæ per principia naturæ humanæ.Vnde res naturæ humanę propter identitatem cum suppositо diuino erit per se existens. Res enim humanæ naturæ in Christo nõ est pars illius suppositi,vt prædicetur de suppositо ipso: sed est vt ipsum totum.& ideò per se esse dicitur. Erunt igitur partes naturæ humanæ in Christo pertinẽtes ad genus & speciem per ipsam rem naturę humanæ,quę constituta est per principia naturę humanæ:vt dictum est:quæ tamen res per se esse habet à supposito, cum quo identitatem habet:& non à principijs proprijs:vt dictum est.Ex quibus manifestũ est,quòd partes humanæ naturæ in Christo non reducuntur ad speciem:vel genus per suppositum ipsum: cùm illud per se non sit in genere:sed per rem naturæ:quæ est vt habens esse per se.Nec refert à quo habeat esse per se aut à suis principijs:aut à verbo cui adiungitur : cùm hoc vniuersaliter tenendum sit,quòd principia per illud ad genus reduci habent : quod per illa constituitur:& hoc semper est res illius naturæ,cuius sunt illa principia:cui quidem rei quandóque accidit ratio suppositi:quando,scilicet habet per se esse.Quandóque verò non:quando,scilicet alteri

Universidad de Deusto
Biblioteca

adiungitur:vt dictum est.Ex dictis igitur manifestum est,quòd corpus Christi mortuum,licet per se non sit sicut corpora aliorum, res tamen est alicuius naturæ habentis sua principia. Et ideò genus de eo prædicatur,cùm idem si verbũ,& res illius naturæ,ratione cuius identitatis per se esse dicitur. Ratio enim suppositi accidentaliter se habet ad principia naturæ sibi mutuo iuncta,res verò naturę essentialiter. Ideò semper vbi est res naturæ constituta, erit prædicatio generis illius naturæ,& specierum de re suæ naturæ.

CAP. XIIII.

DE Metaphysica autem & Logica & earum consideratione quę ad omnia se extendunt actum est, nunc verò de naturali & Mathematica restat agendum. Sciendum est igitur, quòd antiqui Philosophi scientiam naturalem primam Philosophiam putauerunt,sicut etiam putauerunt primum ens esse corpus. Sed Philosophus in sexto Metaphysicæ docet, quòd naturalis Philosophia est de quodam particulari ente,habẽte in se principium motus & quietis.Vnde & materiale ens est,quia materia est in omni, eo quod per se mouetur.Subiectum enim Philosophiæ naturalis est ens mobile, & ideò sua consideratio secundum Philosophum ibidem est circa ea quæ sunt in materia: vt in pluribus, quod dicit propter animam humanam quæ pertinet etiam ad Physicum, inquantum est forma corporis,licet per se esse posit,ideò scientia naturalis subalternatur Metaphysicæ.Ad cuius euidentiam considerandum est,quòd dupliciter conuenit vnam scientiam alteri subalternari.Vno modo quando subiectum vnius est species subiecti alterius,sicut homo est species animalis & animal est species corporis naturalis, ideò scientia de animalibus,subalternata est scientiæ naturali. Alio modo,quando subiectum inferioris scientiæ non est species subiecti superioris scientiæ,sed se habet ad illud vt materiale ad suũ formale,per quem modum perspectiua se habet ad Geometriã. Geometria enim agit de linea & alijs dimensionibus absolutè,& formaliter ad nullam materiam applicãdo,nõ enim agit de linea in ligno vel ære, sed perspectiua agit de linea secundum quod est in aliqua materia in qua videri possit. Vnde agit de linea visuali. Linea enim visualis non est species lineæ,sicut nec triangulus ligneus est species trianguli.Differentia enim non sumitur à materia,& hæc est ratio quare non est aliqua specialis scientia de linea rectavel circulari,sicut est de linea visuali,quia rectum & circulare sunt propriæ differentiæ lineæ: visuale autem non,sed est alterius & extraneæ naturę,& ideò scientia specialis est de linea visuli, & non de linea recta vel circulari. Isto modo naturalis scientia quæ applicat naturam entis ad naturã sensibilem,est sub Metaphysica,quæ cõsiderat de ente absolutè,quia ens mobile non est species entis.Cùm ens non sit genus: vt dictum est. Ens igitur mobile est subiectum naturalis Philosophiæ,quæ diuiditur secũdum diuisionem entis mobilis in suas species,scilicet in ens mobile motu locali tantùm,sicut est corpus cœleste, & in ens mobile motu generationis & corruptionis,& sic de alijs. Hæc tamen diuisio magis pertinet ad Logicum,quàm ad Physicum,cùm sit generis in suas species.Sicut enim suprà dictũ est,quòd substantia quæ est primum genus nõ habet aliquam vnam rem,supra quam fundatur,sed supra diuersas res,à quibus tamen ratio vnitatem quandam accipit,ratione cuius dicitur genus vnum, ita ens mobile, quod est subiectũ naturalis Philosophiæ,nec dico corpus mobile,quia omne corpus probatur esse mobile.in lib.Physic.Hoc enim secundum genus nõ habet aliquam vnam rem naturalem supra quam fundatur, sed fundatur supra diuersas res, quas tamen quia apprehendimus in pluribus,cõuenire scimus corpora superiora cùm inferioribus in eodem genere corporis esse,sicut substantias separatas cum materialibus.de quibus suprà dictum est. Quòd autem generabilia & corruptibilia & mobilia motu locali tantùm sunt duæ species entis mobilis.de quo in communi agitur.in lib.Physic.magis ostendit eorum conuenientiam secundum Logicum, quàm secundum naturalem. Substantiæ enim corruptibili & incorruptibili nihil est commune nisi Logicè tantùm,cùm plus differant, quàm genus aliquod reale: vt dictum est.Vnde in quinto Metaphy.dicit Philosoph. vbi docet quæ differunt in genere Physico, quòd illa differunt genere, quorum subiectum primum est diuersum,sicut primum subiectum coloris differt à subiecto primo saporis. Sicut superficies ab humore, & sic differunt,quia non reducuntur in vnum subiectum,quantuncúque fiat resolutio vtriúsque. Si enim posset fieri vnum de illis per aliquam resolutionem realem,non differrent simpliciter in subiecto primo,nec per consequens in genere:vt putà materia ignis differt à materia aëris. Sed si fiat resolutio ignis & aëris,non remanebunt diuersæ materiæ, & ideò ignis & aër non sunt duo diuersa genera Physicè loquendo.Corpus verò cœleste cum corporibus generabilibus differt,cũ non conueniant in materia.Si enim miraculosè corrumperetur cœlum,quia naturaliter incorruptibile est,adhuc essentia materiæ suæ diuersa esset à materia elementorum, nec foret resolutio ad vnum subiectum. Quod testatur potentia materiæ elementorum,quæ nunquã transmutari potest ad formam cœli. Alioquin esset in eo potentia frustrà,quam tamen constat in materia cœli esse,cùm in ea est forma cœli.Ex quo patet,quòd ens mobile motu locali, & ens mobile per generationem & corruptionem sunt duæ species entis mobilis Logicè tantùm,vt dictum est. Patet etiam,quòd vnitas generis Physici est ab vnitate primi subiecti. Primum autem subiectum est materia.Illa igitur conueniunt in genere Physico,quæ habent eandem materiam,sed differunt specie,propter diuersitatem formæ,sicut ignis & aër.Nec tamen erit aliqua distinctio in materia,cùm distinctio dicat actualitatem aliquam quæ non est in materia secundum se, sed hæc diuersitas est in potentia passiua tantùm,ad quam non sequitur aliquid in fundamento naturæ esse distinctum. Ex dictis igitur patet,quòd ens mobile,quod est corpus communiter acceptum,non habet à materia aliquã formam communem,per quam est corpus,super quam fundatur actio intellectus qui facit communitatem quandam inter corpora generabilia & corruptibilia, inquantùm facit esse ea diuersas species entis mobilis, cùm nulla res communis subsit, nec etiam materia ipsa quæ est incorruptibilis & ingenita. Si enim esset aliquod compositum tale est materia, scilicet & forma corporis præter formas ad quas sequuntur qualitates sensibiles, quæ sunt principia generationum & corruptionum,esset inordinabile ad formas tales & ad alias, ad quas generatio & corruptio non attingit,sicut ad corpus cœleste.Sic autem foret necesse si in re generabili & corruptibili præcederet aliqua forma,formam specificam rei per quam solùm est generatio & corruptio in rebus,cum solùm ad illam sequantur qualitates actiuæ & passiuæ, quæ sunt principia generationis & corruptionis,& non ad formam talem imperfectam. Vnde ipsa indifferenter se habet ad formam superuenientem, siue esset principium generationis & corruptionis,siue non esset. Tunc enim cœlum haberet aliquid reale commune cum generabilibus & corruptibilibus, quod est directè contra prædicta verba Philosophi. Et ideò impossibile est in rebus generabilibus & corruptibilibus aliquã formam præcedere formam specificam, sicut antiqui posuerunt materiam prima m esse formatam quadam forma non elementali,sed imperfecta, quæ sit quasi via ad alias : sicut forma embrionis imperfecta est,respectu formæ specificæ animalis. Vnde Commentator super nono Metaphy. dicit primam habilitatem materiæ esse semper respectu formæ elementorum. Vnde non reperiuntur mediæ formæ elementi ex elemento, sicut est in generatione animalis : vbi sunt multæ formæ mediæ sibi succedentes per generationes & corruptiones multas:vsque ad vltimam,quam solam in re manere necesse est,ne dicatur ipsa accidens esse.Ex dictis patet,quòd res secundi generis,non est vna super quam fundatur vnitas rationis, sicut nec res primi generis,de quo suprà dictum est. Sed antequàm de hoc plus agatur,prius de hac vnitate agendum est.

CAP. XV.

AD huius igitur difficultatis notitiam considerandum est,quòd cùm obiectum intellectus sit quoddam intra intellectũ & non extrà,quia intelligere nõ est motus ab anima:sed ad animam, actus intellectus potest ferri in intelligibile:vel prout est obiectum in natura obiecti,scilicet inquantùm terminat eius actionem, & sic nihil sibi tribuit, sed solùm considerat quid natura obiecti habeat : vnde posit aliquid formari, quod naturam illius obiecti insinuet:vtputà diffinitionem aliquam. Alio modo potest actio intellectus ferri in obiectum,nõ in natura sua,sed prout est abstractum per actum animæ à conditionibus materialibus,si sic accipitur vt in anima, & sic anima attribuit sibi aliquid non considerans quid sibi debetur in natura obiecti, sed quid sibi per actum animæ conuenire potest,& illud attribuitur est ratio vniuersalitatis:vtputà intelligendo animal inquantum naturam sensitiuam habet,format eius diffinitionẽ substantiam,scilicet animatam sensibilem, quam manifestum est vnitatem quandam in animali significare.Animal enim obiectum vnum natura sua est, sed hæc vnitas non descendit ab animali ad aliquas species animalis. Animal enim sic acceptum, non dicit aliquod ens in natura,cùm non sit aliquod animal in natura animal solùm, sed dicit essentiam quæ esse non habet,nisi per habentem essentiã,cuius esse est vt actus, ideò quot fuerint habentes essentiã,tot erunt essentiæ secundum esse. Habebit igitur essentiam & vnitatem ab habẽte eam si vnum fuerit,& pluralitatẽ si plura fuerint. Idem enim est de vnitate & esse,cũ vnum & ens cõuertantur,ideò vnitas in natura aliqua: vt in natura animalis, non descendit ad aliquam eius speciem, imò si in vno recipiatur, iam ab illo vnitatem habebit, sicut & esse. Sed alia vnitas quam facit intellectus, descendit ad omnia contenta sub vno communi. Prima igitur vnitate manifestum est,quòd nihil est vnum genere commune corporibus cœlestibus & generabilibus:super quod intellectus fundare posit rationem vniuersalitatis. Licèt enim corpus sit substantia corporea,non tamen propter hoc erit aliquid vnum reale cõueniens corporibus cœlestibus &

cœlestibus & inferioribus,super quod intellectus fundare posit intentionem vniuersalis : sed secundum intentionem tantùm. Quod manifestum est,si fiat resolutio ad primum subiectũ corporis:quod est materia quæ in se considerata erit diuersa in cœlo & elementis: vt dictum est. Quamuis autem non sit resoluere ad aliquod vnum subiectum cõmune vtrique,tamen illæ diuersæ res super quas fundatur actus intellectus formantis intentionem vniuersalem compositæ sunt ex materia & forma: & ideò ex vtráque parte sequitur corpus.Impossibile est enim materiam & formam componi, quin sit corpus:vt suprà dictũ est. Materiæ enim natura est esse primum ex quo fit aliquid per se:& vltimum in quod aliquid transit per corruptionem:vt dicitur in primo Physicorum. Et ideò ex nullo fieri potest,sicut nec in aliquod præcedens resolui.Simplex ergo materiæ essentia necessariò erit:cùm simplex per se in nihil resolui possit.Forma enim cùm sit simplex essentia,nõ resoluitur per se in aliquid:sed per accidens. Resoluto enim composito in materiam,forma resoluitur in eandem:quia nec forma per se fit:sed compositum: vt docetur in septimo Metaphysic. Ex duabus autem essentijs simplicibus coniunctis resultat semper essentia compositi quæ altera est ab vtróque:& hoc necesse est esse corpus si vna illarum de altera educatur sicut essentia formæ educitur de essentia materiæ. Essentia enim formæ est in essentia materiæ in potentia.de potentia autem in actum oportet transitum quendam esse,in quo importatur transmutatio quædam.In omni autem transmutatione includitur vel præsupponitur motus localis:sicut in alteratiõe à prior, est motus localis:in motu verò augmẽti à posteriori.Quod enim augmẽtatur mutat locum.non autem ante augmentum. Sed quod alteratur mutat locum antequàm sit alteratum. Generatũ verò medium importat inter alterationem & augmentum:cùm sit terminus alterationis & principiũ augmenti.Nihil enim augmẽtatur, nisi quod generatum est. Educi autem per motum localem non potest nisi corpus vel corpori adiunctum:vt omnia accidentia corporalia.Igitur de potentia materiæ nõ potest aliquid substantialiter educi,nisi constituatur corpus.Nec refert vtrum materia de qua educitur ipsa forma prius fuerit sub alia forma.vbi solùm alteratio præcedit propter subiectum actu existens,cuius materia præfuit formæ educendæ:siue non:sicut materia cœli nunquàm præfuit sub alia forma:& ideò alteratio vel motus localis non præcesit eius esse. Vnde cœlum non est genitum: sed per simplicem emanationem tantùm ad esse processit à Deo. Motus igitur localis accidentaliter tantùm se habet ad eductionem formæ de potentia materiæ:inquantùm, scilicet accidit materiæ præfuisse sub alia forma:per quã fiebat subiectum actu existens. quod oportuit corrumpi per actionem qualitatum alterantium ad hoc:quòd alia forma induceretur. Esse verò corpus in productione formæ de potentia materiæ non accidit propter ipsum motum localem : cùm corpus cœleste consecutum sit per eductionem suæ formæ de potentia materiæ suæ propriæ nullo motu locali vel alteratione præcedente. Essentialiter ergo natura corporis sequitur eductionem formæ de potẽtia materiæ. nec hoc adhuc est quia educitur:sed quia sit vnum ex materia & forma educta:quia posito per impossibile,quòd forma educeretur de potentia materiæ:& tamen non fieret vnum compositum ex illa cum forma,corpus non sequeretur eductionem formæ de potentia materiæ : cùm constet corpus semper compositum esse de materia & forma.In hoc igitur præcisa ratio corporis consistit,quòd ex materia & forma fiat vnum:quòd infallibiliter contingit quãdo forma educitur de potentia materię.Quandóque etiam hoc fit:& si forma non educatur de potentia materiæ:vt patet de anima humana quæ & si non sit educta de potentia materiæ:cùm à materia non traducatur:quia tamen ex ipsa & materia fit,vnum efficitur corpus.Hoc igitur corpus siue forma educatur de potentia materiæ siue motu: vt cœlum: siue cum motu : vt in generabilibus & corruptibilibus: siue non educatur de potentia materiæ : vt patet in homine : est res physica prima supra quam intellectus format intentionem generis:& illud est proprium subiectum philosophiæ naturalis : logicè tamen:quia si fiat resolutio omnium istorum,non erit deuenire ad aliquod commune cœlo & inferioribus : vt suprà dictum est : cùm nec in materia conueniant. Si verò fiat resolutio omnium generabilium & corruptibilium,erit deuenire ad vnum commune principium indifferens ad omnia hæc. & ideò corruptibilia omnia conueniunt in vno subiecto physico vnitate reali.Sed cœlum conuenit cum corruptibilibus in vno subiecto physico non vnitate reali aliqua:sed logica tantùm.Huic igitur naturæ intellectus attribuit rationem generis, cui in rebus corruptibilibus respondet quoddam habens quandam vnitatem quæ sub eo non descendit : vt suprà dictum est: sed multiplicatur in suppositis suis in quibus recipitur. Vnde cùm de illis prædicetur, oportet iam naturam constitui in qualibet re per formam quæ est totius : cùm illa natura per intentionem sibi additam de toto prædicetur,non potest illa prædicatio sumi à parte rei:& attribui toti rei:vtputà homo cõstituitur ex anima & corpore, tanquàm ex duabus partibus. prædicatum autem quod sumitur à corpore quod est altera pars conueniens homini, non est corpus,sed corporeum. Idem enim non prædicatur de aliquo denominatiuè & absolutè siue abstractè.Non erit igitur aliqua forma faciens corpus partem rei alia à forma totius rei: cùm corpus secundum intentionem prædicetur de tota re. Nec potest intellectus parti intentionem aliquam,per quam de toto absolutè prædicetur,tribuere:quia pars de toto non prædicatur nisi denominatiuè tantùm.Ex quo satis manifestũ est, lapidem vel ignem vel hominem non per aliam formam esse corpus quàm per illam per quã sunt illud quod sunt in sua specie:sicut nec per aliam materiam. Non enim est alia materia in homine, per quam homo est corpus, quàm illa per quam est homo.

CAP. XVI.

EX hoc est facilè cõsiderare in modo generationis naturæ:quia materia prima primam habitudinem habet ad formam elementi.Si enim debet generari ignis,non transmutatur materia ad formam corporis:& postmodùm deuenit ad formam ignis: sed statim in eodem instanti quo corrumpitur forma aëris: vel quo inducitur forma ignis. Qualitas enim actiua ignis nihil intendit, nisi iuductionem formæ ignis:cuius ipsa est passio : & in cuius virtute agit. Et certum est,q̃ non agit in virtute formæ corporis : cùm non sit eius accidens proprium.sed certè sic se non habet materia nuda ad formam mixti.vnde non habet habilitatem ali.quam immediatè ad eam:sed oportet eam primò indui formas elementorum:cùm mixtum non possit fieri nisi ex miscibilibus præsuppositis. Has tamen formas licèt materiam ordinent ad formam mixti: necesse est materiam deponere in adeptione formæ mixti: quia in mixto ipso est aliquid quod natum est agere ad dissolutionem ipsius mixti.Forma tamen mixti immediatè ineſt ipsi materiæ loco formarum simplicium faciens subiectum virtutibus formarum elementorum. vndè ex diuersis proportionibus miscibiliũ sunt diuersæ formæ substantiales in diuersis mixtis.Alia enim est forma mixtionis in auro:alia in lapide:alia in argento.In mixto námque propter naturam mixtionis nulla reperitur diuersitas partiũ: aliter in omni mixto esset diuersitas partiũ:quod falsum est : cùm mixta multa sint homogenea,sicut & simplicia: sicut patet de osse: carne: & lapide : quorum quælibet pars suscipit prædicationem secundum completam rationem ipsius naturæ in toto.Quælibet enim pars osis est os:quod ideò est: quia natura formæ secundum totum id quod est essentialiter est in qualibet parte. Cùm igitur pars & pars in aliquo sit per quantitatem quæ est accidens proprium corporis substantiæ cum mensura eius sit.alia autem forma non potest esse secundum totam naturam suam in aliqua re, quàm in illa quæ est altera pars compositi,impossibile est aliam formam esse in igne vel lapide: per quam aliquod istorum sit corpus, quàm illam per quam prædicatio rei verificatur de parte vniformiter cum toto:& hanc constat esse formam specificam. Sic igitur oportet materiam priùs formari formis simplicium corporum:quas oportet deponere in aduentu formæ mixti:licèt virtute in mixto maneant : non autem in essentia. Mixtum autem ex diuersis miscibilibus fit. Iráque cùm animatum aliquod habens magnam diuersitatem in partibus ex diuersa mixtione causatam constituitur,necessariò erit vna forma ipsius animati.Et hanc certum est esse formam mixtionis totius : quam tamen manifestum est non inesse cuilibet parti secundum totam naturam suam : cùm non contingat rem prædicari de parte & toto vniformiter.Prædictæ autẽ partes animati per se non,fuerunt cùm ex eis constitueretur totum sicut simplicia corpora habuerunt esse per se ante mixti constitutionem:sed simul agit natura ad eorum eductionem in toto : & totius constitutionem ex eis. sicut patet in animali,vbi vis actiua patris quæ est in semine agit ad constitutionem corporis diuersa membra formando. Inter alia tamen primò format cor:& deindè semper operando ad extrema. Quæ quia est virtus assimilans sibi passum,non corrumpitur formato corde : sed durat quousque menstruum fuerit transformatum in illa quæ sunt in eo in potentia:& omnibus membris formatis:& destructo menstruo & semine,virtus hæc necessariò destruitur : & non post formationem, scilicet vnius vel duorum membrorum : vt dicitur in sextodecimo de animalibus.Agens enim instrumẽtale non cessat, nisi effectus intentus à principali agente priùs inducatur : & posterius non est necesse eum applicari effectui. Semen autem continet vim generatiuam: quæ est delatiua potentiæ paternæ : sicut instrumentum defert vim principalis agentis : & ideò virtus quæ est in semine,peracto officio suo corrũpitur. Sciendum est autẽ,q̃ in menstruo est potentia ad diuersas partes in quibus est diuersa proportio miscibilium,ex qua consurgit materialiter multiplex diuersitas in partibus, in quarum tamẽ qualibet est reperire vniformita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem mixtionis. Sicut licet alia sit proportio miscibilium in osse, alia in carne, tamen in carne vniformitas est, quia quælibet pars carnis est caro, & ossis similiter. Natura enim mixtionis est habere vniformitatem in mixto. In qualibet igitur parte rei habentis diuersas partes, erit aliqua qualitas media quæ sit ex qualitatibus simplicibus alteratis adinuicem, & hæc qualitas erit propria dispositio ad formam mixti, sicut calor intensus disponit ad formam ignis. Nec refert vtrum dicatur esse vna qualitas re: vel plures. Quia si dicatur vna necessariò in diuersis partibus habebit difformitatem, ita quòd in vna parte sui præualeat humidum: vt in cerebro, in alia calidum, vt in corde. Si verò plures dicantur adhuc manifestum est sensui eas ad constitutionem vnius rei ordinari. Illi igitur qualitati siue sit vna, siue plures, necessariò respondebit vna forma mixti difformis in virtute, quæ licet per essentiam sit tota in qualibet parte rei, non tamen tota virtus eius erit in qualibet parte rei, sicut patet, quòd vis auditiua non est in oculo, nec visiua in aure. Et quia essentia formæ rei indiuisibilis est: tota enim est in qualibet parte rei, virtutes autem illæ ab ipsa forma separari non possunt, quia quælibet illarum virtutum sequitur totam essentiam, in alia tamen & alia parte in quibus simul tota essentia est: vt dictum est, ideò diuiso aliquo membro à toto, non manet essentia formæ indiuisibilis in parte diuisa, nec virtus, cùm virtus ab essentia formæ separari non possit, ideò necessariò in parte diuisa, cùm & in ipsa aliqua proportio miscibilium sit, erit alia forma in essentia à priori forma quæ totius rei erat, quæ qualiter eueniat sciri potest ex aliquo mixto vniformi: vtputà in ligno vel lapide in quibus est vna forma actu, quæ est multiplex in potentia, & ideò facta diuisione ex illa forma, prior quæ in toto erat secundum totam suam rationem vna in actu, sed multiplex in potentia, fiunt multæ actu nulla noua forma introducta. Non enim cùm ramus diuiditur ab arbore, noua forma inducitur, sed prior forma quæ erat in potentia fit actu, & ideò eadem accidentia manent in ramo abscisso, quæ prius fuerunt secundum essentiam, sed non secundum esse idem actu, quia primò habebant esse actu à toto, nunc autem non. Patet igitur, quòd hoc esse, quod actu ramus iam habet, est aliud ab esse actu, quod habuit in arbore, non tamen habet aliam formam in essentia à priori. Nam hoc esse actu respondet ei, quod dictum est continuum habere vnam formam multiplicem in potentia, non autem illi, quod dictum est illam esse actu vnam. Si igitur vna continuitas reperitur in aliqua parte membri viui, sicut in osse vel carne, cùm vna sit forma totius actu, anima, scilicet quæ in animalibus perfectis non est multiplex in potentia, ita quòd per diuisionem fiat actu, sicut est in imperfectis: vt patet in animalibus anulosis ratione continuitatis, oportet præexistere in carne vel osse formam sine esse actu quæ est in toto animato perfecto, cùm se habeat ad esse actu sicut in aliis continuis: vt in plantis & lapidibus se habet multiplicitas potentiæ eiusdem formæ. Potentia autem diuersa eiusdem formæ nullum esse faciebat in continuo, in quo non erat nisi vnum esse tantùm, quamuis essentia illius formæ respondeat potentiæ sicut & actui, quem in toto facit. Et ideò cùm talis forma ponatur in re præcipuè ratione continuitatis: vbi sola diuisio facit esse actu in partibus, facilè est videre quomodò essentia formæ posit esse ibi, & non dare esse ipsi parti. Sicut igitur non alia transmutatione ducitur materia rei continuæ ad formam secundum quod est vna in actu, & alia secundum quod est multiplex in potentia, sed eadem: ita eadem transmutatione qua inducitur forma totius multiplex in virtute inducitur, & forma illius siue esse, quia non est nisi quidam respectus, quia sicut dum manet res in vno actu, illa potentia quæ est in eadem forma quæ actu esse confert nihil acquirit illi rei, nisi respectum quendam vniformitatis in natura inter totam rem, & illud, quod in ea diuisum est, ita illa essentia formæ in re diuersæ naturæ nihil rei ipsi acquirit, nisi respectum quendam qui est cuiusdam similitudinis ipsius esse actu partis & seorsum, cùm tamen constet non esse idem esse actu viuum & mortuum.

CAP. XVII.

EX his facilè est videre, quomodò corpus mortuum actu prius viuebat. Certum est enim potentiam non diuidi ab actu ad quem ordinata est, nisi per aliquem actum incompossibilem illi ad quem illa potentia ordinatur. Sicut potentia quæ est in materia ignis ad formam aëris, remota est ab aëre, cùm forma ignis materiæ inest, non autem forma ignis perficit potentiam materiæ ad aërem, sed manet illa potentia in igne non perfecta, occupata tamen à forma ignis. Cùm enim forma ignis sit in materia, certum est nihil reale esse in materia, quod non sit occupatum ab igne. Aliter si aliquid esset liberum à forma ignis, statim aliam formam indui posset. Sicut igitur potentia ad aërem occupata est per formam ignis, sed non perfecta, ita accipit actum per formam ignis, qui tamen non erit perfectio potentiæ ad aërem, & ideò potentia ad aërem propter concomitantiam materiæ perfectæ per formam ignis, non per se esse actu habet, quia nihil reliquitur in materia non occupatum ab actu ignis: vt dictum est. Per quem modum forma alicuius partis organicæ quæ est potentia ad esse seorsum, non perficitur per actum formæ totius, cùm ad illum non ordinetur. Occupatur tamen essentia talis formæ mediante essentia materiæ quam concomitatur ab esse actu, quod est à forma totius. Hoc autem esse non est esse participatum, quod inest à toto ipsis partibus, quia esse partium participatum pertinet per se ad esse totius ex partibus constituti, sed est esse non conferens ad ipsum totum, nisi per accidens, inquantùm videlicet impedit esse actu debitum parti à forma propria, quam acquirit pars per dissolutionem à toto. Et sicut habet esse actu à toto per concomitantiam: vt dictum est: ita viuere. Vnum igitur esse penitùs est & ipsius totius absolutè, & partium participatiuè, & talis formæ per concomitantiam, & idem est viuere. Et ideò corpus mortuum verè viuum fuit, non quòd vitæ principium fuerit forma totius, compositi ex materia & forma, quam iam habet, sed materia eius tantùm per se, cui esse actu conferebat, quod & ipsa forma materiæ iuncta concomitanter accepit.

CAP. XVIII.

HIs visis sciendum est, quòd prima diuisio corporis, quod est genus est per simplex & mixtũ ex simplicibus. In simplicibus autem non præcedit in natura aliqua forma ipsam formam elementi simplicis: vt suprà ostensum est: & hoc facilè est demonstrare. Si enim accipiatur minimus ignis in quãtitate: quod possibile est: quia res naturæ habet terminum augmenti & diminutionis: si diuidatur non manet ignis: nec ex illo aliquod elementum generari potest. Forma autem ignis nõ destruitur sola: sed & corpus & substantia destruitur: aliter cùm corpus quantùm sequatur corpus substantiam: si corpus remaneret destructo igne: cùm corpus substãtia non dicat quid sensibile: mathematica forent separata à sensibilibus: quod est impossibile. Cùm enim aliquid tale contingit fit mutatio incontinens: quia non potest de potentia materiæ aliqua forma educi. Cùm igitur corpus mixtum ex simplicibus generetur, quæ sunt media inter primam materiam & ipsum mixtum: in mixto autem non manent formæ elementorum: vt dictum est, non erit inuenire in mixto aliquam formã mediam inter materiam primam & ipsam formam specificam: quæ est forma mixti: cùm nulla fuerit media inter materiam & formam elementi. Vnde grossi homines aliam viam generationis ponentes diuerterunt à Philosopho, dicentes materiam primo informari forma substantiæ: & postea corporis: & sic descendendo ad vltimam formam quæ est forma specifica: cùm tamen Philo. suprà dictum modum generationis posuerit, dicens formam elementi immediatè materiæ inesse: qua deposita, introducitur forma mixti. Si enim primò induceretur in materia forma substãtiæ: & posteà forma corporis: & posteà forma elementi: cùm ex quatuor elementis fiat mixtum: depositis formis elementalibus: quibus depositis si in materia mixti, quæ ex elemẽtis fit, necessariò fuerit consimilis ordo: cùm totum id materiale quod fuit sub quatuor elementis sit iam sub mixto: sequitur quòd sub vna forma mixti maneant quatuor formæ substantiales: quarum quælibet faciet corpus, & quatuor aliæ formæ, quarum quælibet faciet substantiam. Ex illis enim nõ potest fieri vnum corpus, cùm maneant illæ formæ in essentia suarum nec substantia sua similiter. Quodlibet ergo mixtum est quatuor corpora. Propter naturã enim illius corporis dicunt prædicari corpus de re ipsa. Et similiter erunt quatuor substantiæ eadem ratione. Et ideò impossibile est in mixto esse aliquam formam mixti. Corpus autem mixtũ multiplex est: quia multæ sunt proportiones miscibilium in mixto. Vnde necesse est diuersas species mixtorum constitui. Quædam enim sunt mixta vniformia: sicut lapides & metalla, in quibus est magna multitudo specierum: & talia sunt omnia inanimata. Alia sunt mixta difformia: vt plantæ & animalia: & hæc sunt animata: & quantò sunt perfectiora, tantò maiorem difformitatem requirunt. Quæ enim nata sunt plures & diuersas operationes exercere, necessariò in eis erit maior diuersitas organorum. Et ideò inter animata minima diuersitas est in plantis, cùm non sint principia multarum operationum in quibus tamen reperitur magna diuersitas specierum. Sed harum omnium genus proximum & subalternum est corpus animatum: nec oportet addere eius principium esse animam vegetabilem. Sic enim nihil esset realiter diuersum: cùm constet ipsam esse primum principium vitæ in omnibus quæ apud nos viuunt. Super corpus autem animatum simplex aliquid reale addit altera eius species animal, quod manifestum est ex operationibus vtriúsque: quia super operationes vegetabiles: quæ sunt generare: nutrire: & augmentare: in animali reperitur actio quædam realis superaddita, scilicet sentire. Cùm igitur in animali cum operationibus quæ apparent in plantis, inueniatur actio superaddita quæ est sentire, necessariò oportet dicere sensitiuũ animalis in vna essentia vtriúq; obtinere. ne si dixerimus in animali esse vegetabilẽ distinctam in essentia à sensibili cogamur in quolibet animali duas animas ponere: quia sequeret' tãdẽ in homine tres animas esse: cùm super alia animalia nobilissimam actionẽ habeat realiter ab alijs actionibus diuersam: intelligere scilicet, super quam non inuenitur aliquid, quod addat actionem nobiliorem. Et ideò propter additionem talis differentiæ super quam nihil inuenitur, animal est vltimum genus. Non solùm autẽ post sensibilẽ animam: vnde accipitur animalis ratio diuersitas realis reperitur in homine: sed alijs in quibus differentiæ à se realiter diuersæ secundum rationem formarum: & non solùm secundum rationem materiæ reperiuntur: vt patet de equo & asino & alijs huiusmodi. Cùm autem certum sit quãlibet istarum formarũ alicuius mixti esse & propter diuersitatem quæ est in natura formæ vnius ad alterã diuersitatem materialem esse in mixtione: quæ respondet diuersitati formarum, sic in eadem specie diuersitas formarum est propter diuersitatem mixtionis: quæ multiplex est. Solùm autem simplicia corpora ordinantur ad generationẽ mixti: vt dictũ est. Impossibile igitur erit in aliqua re siue animata siue inanimata, nisi vnam formam ponere: cùm formæ elementares manere non possint. Ex dictis facile est videre quomodò scientiæ diuersæ oriuntur & diuiduntur: sicut & res subiectæ. Ens enim mobile est subiectum Philosophiæ naturalis: vt dictum est: & hoc idem corpus substantia est: cuius prima passio est quantitas: quæ inquantùm est terminus corporis & propria eius mensura ad eandem scientiam pertinet. Sed inquantùm in eo potest proportio attendi: quia considerari potest sine consideratione alicuius qualitatis sensibilis: quæ consideratio posterior est: & ideò in proportione sua non est accipere finem: & hoc idem est subiectum Mathematicæ. cuius subiectum non est realiter accipere distinctum à subiecto Philosophiæ naturalis: sed consideratione tantùm. De ipso verò ente mobili in communi est liber Physicorum: cuius prima species est mobile secundum locum de quo est liber de cœlo. Corpus autem vel est simplex vel est mixtum. & in vtrisque est generatio & corruptio: ideò de generatione simplicium agit in libro de generatione. Mixta autem quædam sunt animata, & quædam inanimata. De generatione verò inanimatorum agit in libro Meteororum: vt de mineris: & etiam de generatione impressionum. Animata autem sunt tripliciter: quia de generatione animatorum anima vegetabili agitur in libro de plantis. De generatione verò animalium in libro de animalibus. De homine in libro de anima: & de his quæ sibi subijciuntur. In omnibus autem & circa prædicta laborat Metaphysicus & logicus. De processu autem Metaphysico dictum est sufficienter in Physicis operibus nostris.

CAP. XIX.

NVne superest de nouem generibus accidentium tractare. Sciendum est igitur, quòd in accidentibus in rerum natura non est aliquid correspondens operationi intellectus, eo modo quo possint rationem generis & differentiarum recipere: sicut est in substantia. Essentia enim accidentis designata in abstracto non videtur ens alicuius quod significare: cùm abstractum significet vt per se existens: accidens autem per se esse non potest. Vnde accidens in abstracto non videtur ens aliquod significare. Sed significatio quæ importatur in nominibus non pertinet ad naturas rerum, nisi mediante cõceptione intellectus: cùm voces sint notæ passionum quæ sunt in anima: vt dicitur in libro Periermenias. Intellectus autem, potest seorsum intelligere ea quæ sunt coniuncta. Illud autem quod seorsum accipitur videtur vt per se existens: & ideò designatur nomine abstracto, quod significat remotionem eius ab alio. Sed nomina abstracta non important res per se existentes in genere substantiæ: vt humanitas nomen abstractum est: non tamen per se existit. Sic ergo per actionem intellectus nomina abstracta accidentium significant entia, quæ quidem in hærent, licet non significent eas per modum inhærentium. Vnde per actionem intellectus efficiuntur nomina quasi res quædam: quibus idem intellectus postea attribuit intentiones generum & specierum. Nihil verò in natura rerum fuit super quod intellectus fundaret intentiones vniuersales. Cùm autem accidens non sit compositum ex materia & forma, non potest genus & differentia sumi in eo, sicut sumitur in substantia genus à materia: differentia à forma. Sed in vnoquóque accidentium genus debet sumi ab eo quod prius in eo reperitur: differentia verò ab eo quod pòst accidit. Primum autem, quod inuenitur in quolibet accidente est specialis modus entis includens diuersitatem quandam ad alios eius modos. Sicut in quantitate est specialis modus entis per aliud scilicet, quod sit mensura substantiæ: & in qualitate, quòd sit dispositio eius. Et sic de singulis. Quòd autem in genere diuersitas quædam accipi possit, manifestum est. Nam licet res vnius generis non differant ab inuicem propter suum genus: sed potius conueniant, res tamen diuersorum generum suis generibus diuersificantur. Sicut licet rationale differat ab irrationali: quæ tamen conueniunt in animali, homo tamen differt à non animali per animal: & ideò in generibus accidentium inuenitur diuersitas alia ab illa, quæ est per differentias generis inter res eiusdem generis. Differentia verò debet sumi in eis per aliquid quod in illo modo à quo genus accidentis acceptum est implicitè continetur. Hoc autem inuenitur in diuersitate principiorum ex quibus causantur. Sicut verbi gratia ratio mensuræ reperitur in quantitate, & hoc est cõmune omni speciei quantitatis: & ab hoc est acceptum nomen generis. Sed constat, quòd successiua sunt diuersa principia in natura sua à permanentibus: & ideò naturaliter diuersas habent mensuras. Et inde est, quòd cùm diffiniuntur accidentia in abstracto subiectum ponitur in eorum diffinitione obliquè & secundo loco: & hoc propriùm est differentiæ: vt cùm dicitur simitas est curuitas nasi: per quod differt simitas à curuitate quæ est in ligno. Accidentia autem in concreto dicta non sunt in genere nisi per reductionem: vt album vel musicũ & huiusmodi. Aliquando autem propria principia accidentis quæ sunt in loco differentiæ latent: & tunc loco illorum ponimus eorum effectus. Sicut lucis effectus est disgregare: cùm intensa fuerit quæ est principium diffinitionis: ideò aliquando ponimus disgregatiuum in eius diffinitione. Sicut dicimus, quòd albedo est color disgregatiuus visus. Disgregatiuum enim non est differentia absolura in eodem genere cum colore: sicut est rationale cum animali: sed est differentia sumpta à subiecto coloris exprimens excessum quendam in receptione lucis. Vnde accidentia diffinitionem non habẽt per res proprij generis: cũ nõ dicant quid simpliciter: sicut dicit substantia. Cùm enim quæritur quid est albedo: respondetur color. Est enim color quid albedinis: sicut animal hominis. Sed animal quod dicit quid hominis, dicit substantiam simpliciter: & ideò color qui dicit quid albedinis magis dicitur substantiale, quàm substãtia: quia substantiale dicitur, quod modum substantiæ induit: & si substantia non sit. Inter omnia autem accidẽtia quantitas est propinquior substantiæ. Et hoc manifestum est: quia sicut subiectum quantitatis est diuisibile per sein partes, scilicet essentiales, ita quòd quantitas habet propriam diuisionem per partes, scilicet quantitatis. Et ideò si quantitas esset separata à substantia, non oporteret, quòd esset vna tantùm: quia potest diuidi propria diuisione in multa. Albedo verò si esset separata, necessariò foret tantùm vna: cùm nõ haberet in natura sua vnde diuidatur: sed à natura quantitatis.

De quantitate igitur primò agendum est.

CAP. XX.

SCiendum est igitur, quòd quantitas secundum rationem eius cõmunem quæ ponitur in 5. Metaphysicæ est diuisibilis in ea quæ sunt in actu. Quod non est ideò dictum, quasi partes in quas quantùm est diuisibile sint actu in toto, in quo sunt diuisæ, sed hoc est dictum ad differentiam mixti quod non est diuisibile in miscibilia nisi per alterationem per quam altera forma inducitur. Sed hìc sine alteratione aliqua solà diuisione fit pars in actu. Vnde quando est in toto actu esse dicitur quia quod prope est ad esse, nihil ab esse differre videtur. & ideò statim subiungit, quòd quælibet pars nata est esse vnum aliquid & hoc aliquid demonstrabile: quod non conuenit partibus essentialibus: vt in materia & forma: quia post diuisionem neutrum manet per se existens: nisi fortè fuerit forma & hoc aliquid simul: sicut est animal humana. Quantitatis autem primæ differentiæ sunt continuum & discretum, ex quibus duæ species cõstituuntur. magnitudo, scilicet & multitudo. Magnitudo constituitur per continuum. Vnde magnitudo dicitur quantitas diuisibilis in partes continuas: sicut multitudo est quantitas diuisibilis in partes non continuas imò abinuicem discretas. Differentia autem secundæ continui sunt intraneum & extraneum: quia quædam sunt quæ mensurantur per intraneum: vt linea & huiusmodi: quædam per extraneum: vt tempus. Has autem differẽtias vocat Aristoteles permanens & trãsiens: quia tempus est mẽsura transiens: linea verò permanens. Tertiæ verò differentiæ continui permanentis siue intranei sunt secundum vnam dimensionem vel duas vel tres: quia quantitas intranea vel est diuisibilis in partes continuas secundum vnam dimensionem: & tunc est linea: vel secundũ duas: & tũc est superficies: vel secundum tres: & sic est corpus. Et hæ omnes sunt species quantitatis per se: vt dicitur in prædicamentis. Sed in quinto Metaphysic. tempus ponitur species quantitatis per accidens: sicut albedo dicitur tanta, quia superficies est tanta. Et huius ratio est: quia logicus considerat quantitatem secundum rationem mensuræ: sic enim potest formare intentiones logicas in quantitate. Et quia sunt diuersæ rationes mensuræ: quia quædam sunt extrà: & quædam intrà: quarũ nulla est ab alia: & ideò logicus ponit tempus & locum per se species quantitatis continuæ & vniuocæ cum alijs. Primus autem Philosophus considerat quantitatem secundum esse suum: & non sub ratione mensuræ: & ideò illa quæ sunt quan-

ta per se,ponit per se species quantitatis : vt lineam: superficiem: & corpus.Illa autem quæ sunt quanta per aliud, vt tempus est quantum per motum : motus verò per magnitudinem, ponit Philosophus esse quantitates per accidens.Et ideò in prædicamentis locus ponitur species quantitatis:non autem in Metaphysica : quia locus habet rationem mensuræ aliam à superficie : quia locus mensurat extrinsecè rem locatam, in qua locus non est vt in subiecto: superficies autem rem in qua est vt in subiecto : locus autem non habet aliud esse à superficie : imò est ipsa continentis superficies. siue vltimum. vt dicitur in quarto Physicorum. Aliam diuisionem ponit Philosophus in prædicamentis quæ eadem est cum prædicta. Quia habere partes habentes positionem adinuicem est habere partes discretas.Quod est numerum constituere. Licèt non omne continuum habeat partes habentes positionem adinuicem. Sicut tempus quod est continuum materialiter: licèt sit discretum formaliter. Est enim numerus motus : Vt dicitur in quarto Physicorum.Hæc enim positio differt à positione quæ est prædicamentum : quia positio quæ est prædicamẽtum dicit ordinem partium totius locati ad locum : sed positio hæc dicit ordinem partium in toto existentium adinuicem. Secunda differentia super discretum est commune & proprium. Commune autem facit numerum qui idem est hominum & equorum:imò omnium numerabilium. Licèt enim diuersitas sit in numero aptato diuersis rebus, in numero tamen formaliter nulla est diuersitas. Potest enim numerus qui in se discretus est formaliter à re numerata continuitatem habere : sicut tempus à motu:& vlna à panno. Proprium verò facit orationẽ quæ non potest pluribus aptari : sed solùm orationi prolatæ,cuius ipsa oratio est mensura cum qua est : vt dicitur in prædicamentis. Ipsa enim cum voce profertur : quia idem est causa & principium subiecti & per se passionis eius.

CAP. XXI.

NVnc restat de qualitate aliquid dicere. De qua cùm inter omnia accidentia quantitati sit propinquior substantiæ : cùm habeat per se diuisionem : sicut substantia vt dictum est secundum inesse de ea agẽdum est.Et ideò per naturam subiecti sui agendum est de qualitate:sicut de quolibet inhærente agendum est per naturam illius cui inhæret.Illud autem cui inest qualitas vel est corporeum vel incorporeum.Si incorporeum,aut est de facili transiens: aut de difficili.Si de facili:est dispositio.Si de difficili:est habitus:licèt ista duo communiter reperiantur in corporeis : sicut in incorporeis. Sanitas enim corporis habitus quidam est & dispositio ad ipsum ordinata.Nos enim de proprijs passionibus incorporeorum nihil nouimus:ideò in libro de anima dicitur, quòd omnes passiones sunt ipsius coniuncti:& ista pertinent ad primam speciem qualitatis. Si autem illud sit corporeum sic accipiuntur tres aliæ species qualitatis : secunda tamen species qualitatis quæ est naturalis potentia vel impotentia à primo Philosopho non numeratur inter species qualitatis:sed ponitur potentia quædam passioni resistens. In prædicamentis verò ponitur propter modum denominandi quem habet qui conuenit qualitati:& hoc ad logicum pertinet.De tertia verò specie qualitatis agit Philosophus in Philosophia prima:& etiam in prædicamentis:& de quarta similiter.de ad aliquid frequenter satis dictum est.De alijs autem generibus quæ magis principia naturalia sequuntur,Philosophus in prædicamentis suis parum loquitur:de quibus in Physicis latiùs pertractatur.

CAP. XXII.

HIs de natura generis perspectis considerandum est quomodò aliqua sunt in genere vno per se:sed ratione alterius adiuncti in aliud genus transumuntur.Sciendum est igitur,quòd per naturam prædicamenti sciri potest in quo genere quid sit ponendum. Cùm enim ens diuersimodè reperiatur in substantia & accidente: vt dictum est,per diuersum modum essendi importatum in prædicato cui semper esse est adiunctum,faciliter scietur ipsum prædicatum.Quòd autem esse prædicatum sequatur manifestum est per resolutionem cuiuscúq; verbi.Nam facta resolutione semper eodem subiecto manente nouum prædicatum adiungitur:vt puta si dicatur,homo laborat: & resoluatur ipsum verbum:erit homo subiectum:vt prius.Sed illud,quod prius erat prædicatum laborat,scilicet esse adiungetur prædicato.Esse enim laborantem contingit hominem:Eodem modo de homine albo,cùm album dicat esse quale: homo albus in prædicato sumptus ad genus qualitatis pertinet. Si autem ponatur in subiecto:vt puta si dicatur,homo albus est homo: cùm prædicetur esse hominem & non esse album ad substantiam spectabit.In alijs autem prædicatis idem reperitur:vt duplum.Puta si dicat subiectum siue ipsam rem subiectam ad quantitatem spectat natura dupli.Si autem prædicetur esse duplum cùm hoc includat respectum ad dimidium,duplum in genere relationis est.Omnia hæc prædicamenta sunt denominatiua: sed prædicatio solius substantiæ de suis inferioribus:& similiter aliorum generum de suis speciebus est vniuoca.Non enim est aliud per essentiam animal & homo,color,& albedo:sed idem.Animal enim est quid hominis:vt dictum est.& color albedinis:& ideò animal, inquit, prædicatur de homine:& homo de Sorte:in quo tota natura generis substantiæ reperitur vniuocè non per aliquam aggregationem:sicut est in aceruo lapidum:vel structura domorum:vel aliqua alia colligatione:in quibus nullum adiunctorum prædicatur de toto: sicut animal de homine & homo de Sorte:sed vniuocè,vt dictum est:cùm vnumquódque illorum de toto prædicetur sub quo non est descensus ad aliquod singulare:& ideò Plato quietem & terminum scientiæ ponit ad indiuidua quæ sunt obiecta propria sensus:quia sensus est singularium:quæ sola sunt per se existentia in rerum natura. Substantiæ enim separatæ singularia quædam sunt : solo tamen intellectu noscuntur earum notitiæ proportionato.Cùm igitur ea quæ sunt in prædicamento substantiæ solùm per se esse possint.in substantia autem conueniant substantiæ separatæ & materiales:quæ quidem supposita sunt habentia esse per se:esse autem est proprius effectus & terminus actionis diuinæ:ideò tam hęc quàm illę à Deo sunt,qui est super omnia benedictus,Amen.

Explicit Opus Quadragesimumsecundum, De natura generis secundum diuum Thomam Aquinatem.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris Opus Quadragesimumtertium, De potentijs animæ.

Quot sunt animæ,quot gradus viuentium, quot genera potẽtiarum animæ.Et primò determinat de vegetatiua.

CAP. I.

VT adiutorium homini collatum & progressum peccati plenius videamus, de anima & eius potentijs aliquid cõsideremus. In primis ergo oportet supponere cũ Philoso.in 2.de aĩa quod aĩa est primũ principiũ vitę in istis rebus inferioribus.Animata enim viua dicimus,inanimata verò non viua. Ista em̃ vita duplici operatione manifestatur,cognitione.s.& motu:vnde & Philos.vt patet 1.de anima.per ista duo animæ naturã inuestigauerunt.Pro tãto autem dico primũ principiũ vitæ,quia licet aliquod corpus possit esse principiũ vitalis operationis:vt oculus visionis,& cor vitalis operationis,nõ tamẽ est primũ,quia hoc nõ cõuenit eis inquãtũ sunt corpora,sed inquantùm sunt talia corpora.s.viua,quod habent per animam, quia quod est actu tale,hoc habet ab aliquo principio, quod est actus eius. Anima ergo quæ est primũ principium vitæ,non est corpus,sed actus corporis & aliquid corpore altius. Nũc autem sic est secundum Philoso. in 2.cœli & mundi,q̃ ea quæ sunt infima in entibus,nõ possunt cõsequi perfectam bonitatẽ,sed aliquã imperfectam cõsequuntur paucis motibus.His verò superiora cõsequuntur perfectionem bonitatẽ motibus multis. Superiora verò his perfectam adipiscuntur bonitatẽ motibus paucis.Summa verò perfectio inuenitur in eo qui absque vllo motu perfectẽ possidet bonitatem, quia ergo natura humana est inter corporalẽ & angelicã naturam cõstituta,ad maius bonũ est ordinata,quã natura corporalis,quæ ordinatur ad aliquod particulare bonum,quia ad æquale cũ angelis.s. ad beatitudinem,idcircò plures habet virtutes & operatiões, quàm corporalia quę ordinantur ad bonum particulare,& q̃ã angeli quidem in naturalibus excedunt. Sunt ergo in anima hũmana plures potentiæ ad hoc vt cõsequi possit beatitudinẽ ad quam finaliter ordinatur.Istæ autem potentiæ per actus & obiecta distinguuntur:vt dicitur.2.de anima.Potentia enim secundum id,quod est potẽtia,ordinatur ad actũ : vnde oportet rationem potentiæ accipere ex actu ad quẽ ordinatur:vnde vbi diuersificatur ratio actus, oportet, q̃ diuersificetur ratio potentiæ. Ratio autem actus secundum diuersam rationem obiecti diuersificatur:vt dicitur in eodem.Actus enim potentiæ actiuæ comparatur ad obiectum vt ad terminum & finem eius:vt actionis augmentatiuæ est finis & terminus est ipsum quantum. Actus autem potentiæ passiuæ comparatur ad obiectum vt ad principium actiuum : vt visus ad colorem. Ex principio autem & fine omnis actus recipit speciem. Patet ergo, quòd potentiæ animæ distinguuntur per actus & obiecta, quia ergo vegetare, sentire, & intelligere sunt diuersi actus respectu diuersorum obiectorum:quia vegetare est quanti vt obiecti:& sensus qualis:intellectus autem quiditatis rei patet,quòd anima habet tria Genera potentiarum in generali,scilicet vegetatiuum,sensitiuum:& intellectiuum.Nec ad præsens fiat vis vtrum sint in vna essentia animæ vel in diuersis:quia qualitercúnque dicatur,semper aliquo modo dicuntur potentiæ animæ humanæ:quia & si sint tres substantię, non tamen tres animæ.Sed contra hoc videtur esse Philosophus.2. de anima.vbi dicit:potentias autẽ animæ dicimus vegetatiuũ:sensitiuum appetitiuum:motiuũ secundũ locũ:& intellectiuũ.Sed istud non moueat nos:quia si volumus propriè loqui,tres sunt animæ & quatuor modi viuendi:& quinq; genera potẽtiarum animæ.Diuersitas enim animarum accipitur secundũ q̃ operatio animæ supergreditur operationem naturæ corporalis.Secundũ enim,q̃ operatio ipsius animæ magis aut minus dependet à corpore,secundũ hoc nobilior aut imperfectior anima iudicatur.Anima autẽ rationalis intantùm excedit naturã corporalẽ,q̃ propriam operationẽ suam exercet sine organo corporali.Anima autem sensibilis dependet à materia corporali plus:quia suam operationem exercere nõ potest sine organo corporali:sed tamen istam operationem non exercet mediante qualitate corporea.Vnde sensus suam operationem non exercet mediante calido:humido:frigido:& sicco:licet istæ qualitates requirantur ad compositionem seu dispositionem organi, per quod operationem suam exercet.Anima verò vegetabilis ita est immersa materiæ,quòd per organum corporale & per qualitatem corpoream suam operationem exercet. In hoc tamen excedit naturam corporalem:quia est principium intrinsecũ operationum viuorum:operationes verò corporum inanimatorum sunt à principio extrinseco.Quòd autem operatio animæ vegetatiuæ fiat per qualitatem corpoream,apertè habetur.2.de anima:vt dicitur.quòd digestio & omnia quæ digestionem consequuntur,fiunt virtute caloris ab anima regulati.Per hanc ergo considerationem animæ distinguuntur.Modi verò viuendi distinguuntur secundum gradus diuersos viuentium.Sunt enim quædam quæ solùm habẽt vegetatiuum: vt plantæ:quædam in quibus cum vegetatiuo inuenitur sensitiuum tantùm siue motus:vt animalia imperfecta immobilia:vt conchilia & huiusmodi.Alia sunt quæ cum istis habent motum localẽ:vt animalia perfecta:vt equus & huiusmodi.Alia sunt in quibus inuenitur intellectus:vt in hominibus:& per istam considerationem appetitiuum non constituit aliquem gradum viuentium:quia in quibuscúnque inuenitur sensitiuum,inuenitur appetitiuum.vt patet in.2. de anima.Si verò consideremus genera potentiarum,sic distinguũtur secundum diuersitatem obiectorum.Quanto enim potentia respicit minus vniuersale obiectum,tanto est inferior. Vnde vegetatiuum est respectu corporis vniti:quia non nutrit nisi corpus sibi vnitum.Sensitiuum autem non solùm corpus sibi vnitum:sed corpus sensibile respicit:siue vnitum:siue non.Intellectiuum autem respicit omne ens generaliter:eo quòd omne ens est intelligibile:ideò inferior est potentia vegetatiua: superior sensitiua:sed suprema intellectiua:& sic habemus tres potentias animæ acceptas secundum quod res coniungitur ipsi animæ.Secundum verò quod ecotrariò anima coniungitur ipsis rebus,habemus duas potentias:quia secundum quod anima inclinatur ad rem extrinsecam:vt ad finem:qui est principium in intentione,accipitur appetitiuum. Secundum verò quod inclinatur ad rem extra:vt in terminum siue operationis & motus accipitur motiuum secundum locum : de vegetatiua anima & potentia prius considerandum est.

De anima vegetatiua & eius potentijs.

CAP. II.

ADuertendum tamen prius,quod dicitur anima vegetabilis à vegetando siue viuificando.Viuere enim:vt secundo de anima habetur dupliciter accipitur.Vno modo viuere est actus primus ipsius viuentis:& secundum hoc viuere idem est,quod habere vitam vel viuum esse:& sic viuere viuentibus est esse:vt dicitur secundo de anima.Alio modo dicitur viuere,vti vita:vel exercere opera vitæ. Viuere primo modo dictum est ab anima vegetatiua prout est forma substantialis & actus corporis:sed secundo modo acceptum est à vegetatiuo prout est potentia.Loquendo ergo de vegetatiuo:vt est potentia dicit Philosophus secundo de anima,quòd eius operationes sunt generare:alimento vti:& augmentum. Sicut enim dictum est potentia vegetatiua habet pro obiecto corpus in quo est.Ad quod corpus tria sunt necessaria. Vnum est,quòd habeat esse . & ad hoc ordinatur generatiua.Aliud est,quòd habeat esse perfectum:& ad hoc ordinatur augmẽtatiua.Aliud est,q̃ in statu debito cõseruetur: & ad hoc ordinatur nutritiua.Inter istas autem potentias generatiua est nobilior:vt dicit secũdo de anima:quia nutritiua & augmentatiua deseruiunt generatiuæ:nutritiua verò augmentatiuæ. Item quia generatiua exercet suam operationem quodammodo in corpus exterius:quia non generat corpus in quo est:sed aliud magis accedit ad operationem animæ sensitiuæ quæ habet operationem suam in res exteriores.Nutritiua quæ est principium conseruationis viuentium per restaurationem deperditi habet quatuor vires, quæ naturales appellantur.scilicet attractiuam : quæ attrahit alimentũ nutritiuũ.corporis:retentiuã quæ illud retinet donec digeratur:digestiuã,quę illud digerit,quod attractiua attraxit : & retentiua retinuit: expulsiuam,quæ residuum ex nutrimento superfluum expellit.Hæ per quatuor qualitates primas operantur. Attractiua enim operatur per calidum & siccum. Retentiua per frigidum & siccum. Digestiua per calidum & humidum. Expulsiua per frigidum & humidum.Vis verò augmentatiua est principium crementi corporis & perfectionis debitæ quantitatis.Vis autem generatiua est principium producendi de se tale quale ipsum est:vt ex homine hominem,plantam ex plãta Hæc vis generatiua habet tres vires secundum Auicẽnam.Prima est seminatiua.quæ in masculis & fœminis semen generat.Secunda est immutatiua:quæ virtutes quæ sunt in seminibus permiscet contemperando secundum quod complexioni cuiuslibet membri corporis formandi conuenit. Tertia est formatiua quæ ex sic permixtis seminibus membra format & configurat.

De potentia sensitiua & quinque sensibus exterioribus.

CAP. III.

VIso de potentia vegetabili,videamus de sensibili potentia.Hæc autem potentia sensibilis diuiditur,quoniam quædam est apprehensiua:& quædam motiua. Apprehensiua autem sensibilis diuiditur in apprehensiuam deforis,& in apprehensiuam deintus. Apprehensiua deforis diuiditur in 5.sensus exteriores Horum autem distinctio secundum, Philosophum accipienda est secundum illud, quod per se ad sensum pertinet.Illud autem,quod per se ad sensum pertinet est obiectum exterius,scilicet sensibile à quo sensus natus est immutari.Vnde secundum diuersitatem immutationum sensus ab exteriori sensibili accipiuntur isti quinque sensus. Est autem duplex immutatio.Vna inquantùm forma immutationis vel similitudo formæ accipitur in mutato secundum esse naturale:vt calor in calefacto.Alia est spiritualis immutatio,scilicet quando similitudo immutantis recipitur in immutato secundũ esse spirituale:vt similitudo coloris in pupilla:quæ non fit per hæc colorata. Spiritualis autem immutatio essentialis est sensui: quia sine illa non est sensus.Propter quod naturalia corpora non sentiunt:licet immutẽtur naturaliter:quia nõ immutãtur spiritualiter.Est ergo aliquis sensus in quo inuenitur immutatio spiritualis solũ.vt in visu.In quibusdã autẽ cum immutatione spirituali inuenitur immutatio naturalis. Hoc autẽ potest esse:vel ex parte organi:vel ex parte obiecti.Ex parte obiecti potest esse immutatio naturalis dupliciter:vel secundum sonũ:vt patet in auditu,cuius obiectum est sonus. Qui causatur ex percussione & aëris cõmotione. Alio modo potest cõtingere immutatio ex parte obiecti secũdũ alterationem:vt patet in olfactu:cuius obiectum est odor.Qui causatur eo,q̃ calidũ alterat corpus ad hoc, quòd spiret odorem.Cuius signum est,quòd odor magis sentitur in æstate.Alio modo potest esse immutatio naturalis ex parte organi & hoc contingit in tactu & gustu.Manus enim tangens calidũ cale fit:& lingua humectatur per humiditatem saporis. Horum autem duorum sensuum distinctio ex hoc sumitur,q̃ licet sensus gustus comitetur sensum tactus in lingua,non tamen vbiq;.Vel possumus dicere,q̃ organũ tactus immutatur primò & per se à qualitate quæ obijcitur sibi propriè:sed organũ gustus ab illa quæ præambula est illi.Vnde lingua non fit dulcis vel amara:sed humectosa vel sicca. Visus sic diffinitur à Damasceno lib.secundo.ca.decimooctauo. Visus est primus sensus,cuius organa sunt qui ex cerebro progrediuntur nerui & oculi:& sentit secundum rationem primam coloris:dignoscit autem & cũ colore coloratum corpus.Dicitur autem primus sensus non in constituendo animal : quia sic tactus est primus sensus:vt dicitur secundo de anima:sed in apprehendendo:& etiam quia prior est dignitate.Vnde patet,quòd organum proximum & extrinsecum visus sunt oculi.Primum autem & intrinsecum sunt nerui visuales.Istius autem obiectum est color.Auditus est vis ordinata in neruis mollibus à cerebro procedentibus ad apprehendendum sonum causatum ex aëris commotione constricti inter percutiens & percussum. Obiectum autem auditus est sonus qui habet immutare auditum per hoc,quòd habet tangere aërem quietum collectum in concauitate nerui auditus.Olfactus est vis ordinata in anteriori parte cerebri. Cuius organi sunt nares & duæ mollicies similes capitibus mamillarum:per quas remittit ad cerebrũ odorẽ sibi oblatũ ab aëre:cui huiusmodi odor permiscetur. Gustus est vis ordinata in neruo expanso supra corpus linguæ:ad apprehendendum diuersos sapores resolutos ex corporibus cõtingentibus ipsam. Tactus est vis diffusa per ossa:carnẽ:& cutem:per quem apprehenditur calor:frigus:humiditas: siccitas:duricies:& mollicies : asperitas:& lenitas.De vnitate tactus dicit Philosophus secundo de anima,quòd est vnus in genere.Et diuiditur in multos secundum speciẽ.& ideò pluriũ cõtrarietatũ est. Tamẽ potest dici vnus:quia & si sit pluriũ cõtrarietatũ,omnes tamẽ cõtinentur sub vna cõtrarieta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

te nobis ignota & innominata. Sicut autem est in visu, ꝙ vnum habet organum publicũ extra.i. pupillam: & aliud intra: in quo fit iudicium: sicut vult Philosophus in lib. de sensu & sensato: ita est & in tactu, quia organũ in quo fit apprehensio est caro: & quẽlibet pars secundum æqualitatẽ mixta. Illud autẽ in quo vltimò fit iudicium est neruus interior & cerebrũ: quod licèt sit de se insensibile, est tamen principiũ sentiendi ipsi neruo. Est autẽ caro in tactu & organum & medium: sed ratione diuersorũ: quia ratione æqualitatis cõmixtionis quæ est in potentia respectu cuiuslibet excellentiæ qualitatum est organũ. Ratione verò æqualitatis commixtionis consimilis existentis in ea, est medium illud deferens.

De quatuor potentijs sensitiuis interioribus secundum earũ naturas.

CAP. IIII.

VIso de virtute sensitiua apprehensiua de foris. Videndum, est de apprehensiua de intrùs. Cùm enim natura non deficiat in necessarijs: vt dicitur 3. de anima. tot potẽtias & operationes oportet esse in animali: quot requiruntur ad vitam animalis perfecti. Requiritur autem ad vitã animalis perfecti, vt nõ solùm apprehendat rem cum actu est præsens: sed etiam cùm actu est absens: quia cùm non habeat omnia necessaria sibi coniuncta: oportet ꝙ moueatur ad distantiam. Cùm autẽ moueatur per apprehensionem non posset moueri ad rem distantem nisi & absentẽ, nisi rem absentem apprehẽderet. Cùm ergo per sensus exteriores apprehendat rem solùm quantũ ad sui præsentiam, necesse habuit habere virtutẽ sensitiuam: per quam rem absentem apprehenderet: & eius speciem retineret: sicut ergo sensus proprij & sensus communis ordinantur ad apprehensionem formarum sensibilium in rei præsentia, sic & aliæ vires in rei absentia. Istæ autem vires apprehensiuæ sunt quinque sensus secundum Auicen. sed quatuor secundum Aueroym: prima est sensus communis: secunda est phantasia: tertia imaginatiua; quarta æstimatiua: seu cogitatiua: quinta memoratiua: secundum autem Aueroym phantasia & imaginatiua sunt eadem potentia. Verius tamen dicitur, ꝙ sunt quatuor. sensus communis secũdum Auicen. est virtus cui reduntur omnia sensata. Est ergo sensus communis à quo omnes sensus proprij deriuantur; & ad quem omnis impressio eorum renunciatur; & in quo omnes coniunguntur. Eius enim organum est prima concauitas cerebri: à quo nerui sensuum particularium oriuntur; & hinc est, ꝙ quantùm ad distinctionem spiritus animalis sensus proprij deriuantur à communi: quantùm verò ad apprehensionem & renuntiationem sensus communis fit in actu per proprios: quia nihil apprehenderet, nisi per hoc, quòd sensus proprij redeunt ad ipsum cum suis lucris: vt dicit Auicen. Ista autem potẽtia est animali necessaria propter tria: quæ habet facere sensus communis. Primùm est, quòd habet apprehendere omnia sensata communia: quæ sensus proprius non apprehendit. Non enim sensus proprius primò & per se apprehendit figuram vel motum: sed quasi per accidens: sensus autem communis per se apprehendit sensibilia communia quæ sunt quinque secundum Philosophum. 2. de anima, scilicet motus: quies: magnitudo: figura: numerus. Est enim triplex sensibile: vt ibidem dicit Philosophus, vnum est proprium: quod. s. nõ contingit alio sensu sentiri: & circa quod nõ contingit sensum propriũ errare: vt visus circa colorem: auditus circa sonum. Aliud est commune. quod diuiditur in quinque. vt dictum est: quæ per se respondent sensui communi. Tertium dicitur sensibile per accidens: vt album quod est Darij filius: quia albũ sentitur per se: cui accidit Darij filium esse. Secũdus actus sensus cõmunis est apprehẽdere plura sensibilia ꝓpria: quod nõ potest aliquis sensus proprius. Non enim potest animal iudicare albũ esse dulce, vel nõ esse: vel ponere diuersitatem inter sensata propria, nisi sit aliquis sensus qui cognoscat omnia sensata propria: & hic est sensus cõmunis. Tertius verò actus est sentire actus propriorum sensuum: vt cũ sentio me videre. Nõ enim potest hoc sensus ꝓprius; vt probatur. 2. de anima: quia vnius sensus proprij vnum est obiectum. Vnde cùm actus & obiectum visus: scilicet color sint duo cognoscibilia, iudicium vtriusque non pertinet ad vnum sensum proprium. Secunda vis interior est fantasia quę est motus factus à sensu secundũ actũ. vt dicit. 3. de anima quia fantasia est potentia mota à specie sensibili per quã & sensus proprius & sensus cõmunis fit in actu. Nõ solũ autẽ mouetur ab illa specie. sed etiã ipsam in absentia rei retinet: quã sensus cõmunis recipit. Recipere autẽ & retinere in corporibus reducuntur ad diuersa principia. Nã humidũ bene recipit. & malè retinet. Siccũ verò eõtrariò bene retinet & malè recipit. Cùm ergo potẽtia sensitiua sit actus organi corporalis, oportet esse aliã potentiã, quæ recipit species sensibilium & quæ conseruat. Et huius organũ est post organum sensus cõmunis in parte cerebri quæ sic non abundat humido, sicut prima pars cerebri in qua situm est organum sensus cõmunis: & ideò melius potest retinere formas sensibiles re absente. Tertia vis sensitiua est æstimatiua: & huius necessitas sic patet. Animal enim non solùm mouetur propter delectabile & contristabile secundum sensum: quia sic non esset necesse ponere in eo nisi apprehensionem & retentionem formarum, in quibus sensus delectatur vel horret: sed aliquãdo fugit vel quærit aliqua propter diuersas alias cõmoditates vel vtilitates: & nocumenta: sicut ouis fugit lupum non propter indecentiã coloris vel figuræ: sed quasi inimicum suæ naturæ. Similiter auis colligit paleam non quia delectat sensum: sed quia vtilis est ad nidificandum. Oportet ergo ponere in animali aliquod principium perceptionis huiusmodi intentionũ aliud quã fantasiã: cuius immutatio est à forma sensibili: nõ autẽ perceptio huiusmodi intẽtionũ. Et huiusmodi virtus est æstimatiua: quæ est apprehensiua intentionũ quæ per sensum non accipiũtur. Vnde Algazel dicit. Extimatiua est virtus apprehendens de sensato quod non est sensatũ, sicut ouis inimicitias lupi. Hoc enim non facit per oculum: sed per aliam virtutem quæ est in brutis hoc quòd est intellectus in hominibus: sicut enim aliquis cognoscit per intellectum, quod non cognoscit per sensum: licet non cognoscat nisi accipiendo à sensu, ita æstimatiua: licet modo inferiori. Organum autem huius potentiæ ponitur in brutis in posteriori parte medię partis cerebri. In hominibus autem eius organum ponitur media cellula cerebri, quæ syllogistica appellatur. Vnde licet quantùm ad formas sensibiles non sit differentia inter hominem & alia animalia. eo quòd fiunt per infusionẽ à sensibilibus exterioribus, tamen quantùm ad intentiones est differentia aliqua: sicut aliqua animalia percipiunt huiusmodi intẽtiones, quæ sunt bonũ & cõueniẽs & nociuum solo instinctu naturali. Homo autem vltra hoc per quandã collationem: & ideò quę in alijs animalibus dicit æstimatiua naturalis, in hoíe dicit cogitatiua: quæ per quãdã collationẽ huiusmodi intentiones adinuenit: quæ etiã ratio particularis dicitur: quia scilicet est collatiua intentionũ indiuidualium, sicut ratio vniuersalis intentionũ vniuersalium. Auic. verò posuit vnã potentiã inter æstimatiuam & fantasiam, cuius sit cõponere & diuidere inter formas imaginatas, sicut cùm ex forma auri imaginati & montis cõponimus vnam formã montis aurei, quam nunquã vidimus. Sed quia hanc operationẽ non vidimus, nisi in hominibus, nõ debemus propter hoc ponere nouã potentiã sensitiuã. Ad hoc enim sufficit in homine virtus imaginatiua vel fantasia: vt dicit Aueroys in lib. suo de sensu & sensato. Quartò vis sensitiua interior est memoratiua vel memoria. Est autem memoria secũdum Algazelem: vis conseruatiua harum intentionum, quas apprehẽdit æstimatiua, & ideò est arca intentionum, sicut fantasia vel imaginatiua est conseruatrix formarum & arca illarum, & istæ intentiones non sunt sensatæ, sed à sensibus elicitæ. Organum autem huius potẽtiæ est in posteriori cõcauitate cerebri. Vnde Auic. 6. de naturalibus: vis memoralis est quæ est ordinata in posteriori cõcauitate cerebri, cõtinẽs quod apprehẽdit vis æstimationis de intẽtionibus nõ sensatis singularium & sensibilium. Differenter est autem in hominibus & in brutis, quia in brutis memoria sola propriè. Reminiscentia autem minus propriè, quia secundum Auicennã, & Algazelem in brutis instinctus naturæ est loco inquisitionis: vt per propriam intentionem veniat in propriam illius formam sensibilem, & ex forma sensibili & propria imaginatione in rem à qua est accepta in præterito, & sic bruta obseruant tempus vindictæ & memorantur iniuriarum, & beneficiorum, & ista recordatio subita est. In hominibus verò nõ solùm est memoria, sed etiã reminiscentia, quę fit per quandam collationem intentionum indiuidualium præuiarum ad formas syllogisticè discurrẽdo: vsque ad vltimò quæsitum. Istam autem excellentiam nõ habent in homine æstimatiua & memoratiua per id, quod est proprium parti sensitiuæ, sed per affinitatem & propinquitatem ad rationem vniuersalem per quãdam influentiam. Semper enim virtus inferior fortificatur ex cõiunctiõe sui cũ virtute superiori, eo quòd supremum naturę inferioris attingit infimum naturæ superioris: vt dicit Dionys. His visis patet quomodò est excellentia in potentijs animæ sensitiuæ. Sensus enim prius nõ potest apprehẽdere sensata communia primò & per se, sed quasi per accidens, sensus autem communis potest. Item sensus proprius nõ potest apprehendere nisi vnum sensatum. Sensus verò cõmunis plura. Item sensus proprius nõ potest actum propriũ cognoscere, quod facit sensus communis. Item sensus cõmunis non potest aliquid apprehendere, nisi ad præsentiam rei extrà. Fantasia autem formam rei retinet re absente. Item fantasia nõ potest apprehendere, nec retinere, nisi formas à sensibilibus acceptas. Aestimatiua autem potest intẽtiones circa huiusmodi formas apprehendere. Aestimatiua verò, licet possit huiusmodi intẽtiones apprehendere, nõ tamen retinere, quod habet memoratiua, & vltra hoc non potest virtus sensitiua formam rei apprehendere, & abstrahere à conditionibus materialibus, ideò semper forma apprehensa à sensu exteriori siue interiori est particularis.

De virtute animalis motiua sensitiua.

CAP. V.

VIso de virtute sensitiua apprehensiua, videndum est de virtute motiua. Motiua autem sensitiua diuiditur, quia quædam est naturalis, quædam animalis. Naturalis est quæ non manet per apprehensionẽ, nec est subiecta imperio rationis: & talis est virtus vitalis: & pulsatiua: quæ mouet arterias & cor secundum dilatationem & constrictionem. Et huiusmodi est in corde sicut in proprio organo. Vnde solũ habet esse in animalibus perfectis pulmonẽ & cor habẽtibus. Et hæc vis per spirationem & respirationẽ est principiũ cõtemperandi calorẽ cordis & corporis. Motiua animalis est quæ mouet per apprehensionẽ: & hæc diuiditur. quia quædã mouet per modũ dirigẽtis: quædã per modũ imperantis: quædã per modũ exequẽtis. Motiuę per modũ dirigentis sunt fantasia & æstimatiua: inquantũ appetitui ostendunt formã vel intentionem conuenientem vel disconuenientem. Fantasia enim mouet ostendẽdo formas sensibiles: æstimatiua ostendendo intẽtiones. Motiuæ autem imperantes & facientes motum sicut concupiscibilis & irascibilis, quæ sunt partes appetitus sensitiui. Concupiscibilis enim est vis imperans motum: vt appropinquetur ad ea quæ putantur necessaria vel vtilia: & hoc appetitu delectandi. Irascibilis est vis imperans motũ ad repellendum id, quod putatur nociuum vel corrũpens: & hoc appetitu vindicandi aut vincendi: vis exequens motum istum est vis exteriori: quæ diffusa est in musculis & lacertis & neruis membrorum. Aduertendum tamen est, quòd sensibilitas & sensualitas differunt: quia sensibilitas comprehendit omnes vires sensitiuas tam apprehensiuas quàm appetitiuas: sensualitas autem dicit propriè partem animæ sensibilis, per quam est motus ad prosequendum vel fugiendum, quod apparet consentaneum vel dissentaneum voluptati animalis: & hoc est secundum ordinem ad imperium rationis. Vnde sensualitas licet præexigat vires sensitiuas apprehensiuas, quasi præambulans, tamen ad essentiam eius non pertinent: sed appetitus sensitiuus. Aestimatiua etiam valde propinqua est sensualitati: quia sibi confinis est: quia sensualitas dicit ordinem quendam ad rationem. Ex quo patet, quòd in brutis non est sensualitas vocans ad peccatũ: sed in solis hominibus, in quibus propter ordinẽ eius ad rationem est porta corruptionis & ianua culpæ.

De potentia intellectiua.

CAP. VI.

VIso de potentia vegetatiua & sensitiua, dicendum est de intellectiua. Potentia autem hæc prima sui diuisione diuiditur in apprehensiuam & motiuam vel appetitiuã. Hæ duæ potentiæ solũ inueniuntur in substantijs spiritualibus & intellectualibus: vt dicit Commentator super. 2. Meta. Ratio huius diuisionis est, quia quamlibet formam sequitur aliqua varia inclinatio. Sicut ergo formam naturalem sequitur inclinatio vel appetitus naturalis: & formam sensibilem sequitur appetitus sensitiuus, ita formam vniuersalem vel intellectualem apprehensam sequitur appetitus intellectualis: & quia appetitus intellectualis sequitur apprehensionem, ideò prius dicendum est de apprehensiuis quàm de appetitiuis. Ad apprehensionem intellectualẽ duo principia sunt necessaria: scilicet intellectus quo est omnia facere. idest intellectus agens: & intellectus quo est omnia fieri, idest, intellectus possibilis: vt dicitur tertio de anima. Sicut enim in qualibet natura sunt principia sufficientia ad generationem propriam vel operationem, ita in anima. Per vnam autem & eandem potentiam non potest actus intelligendi exerceri: quia anima nihil intelligit nisi informetur specie ad quam est in potentia, sicut pupilla ad colores. Per illam potentiam autem per quam recipit non potest educi in actum: sed oportet, quod educatur in actum per aliud, quod est actu & respectu intellectus possibilis & respectu speciei intelligibilis. Cùm autem species non recipiatur in intellectu possibili nisi deputetur à sensibilibus materialibus: & hoc non possit fieri nisi per id, quod est actu immateriale, patet quòd oportet ponere vltra intellectum possibilem intellectum agẽtem in anima: ita quòd anima per aliam potentiam est in potentia: per aliam est in actu respectu specierũ intelligibilium: sicut videmus, ꝙ ignis quando agit in aquã, agit in eã per caliditatẽ quam habet actu: & patitur ab aqua per frigiditatem quã habet in potentia: & aqua habet eam actu. Rita anima quia actu est immaterialis, est in actu respectu speciei immaterialis, & in potentia respectu speciei materialis: & cũ vult potest eam actu facere: & hoc per intellectum agentem. Est autem in potentia respectu speciei, inquantùm nõ habet eã actu: & in tantũ potest ab ea pati. Ex quo patet quę sit operatio intellectus agẽtis: quia abstahere species à materia & à sensibilibus materialibus. Ista autem abstractio non est intelligenda secundum rem, sed secundum rationẽ. Sicut enim videmus in potentijs sensitiuis, quòd licet aliqua sint coniuncta secundũ rem, tamẽ illorũ sic cõiunctorũ visus vel alius sensus potest vnum apprehendere altero non apprehenso: vt visus apprehendit colorem ponit, qui tamen saporem colori conIunctum non apprehendit: sic multo fortius potest esse in potentia intellectiua. Quia licet principia speciei vel generis nunquàm sint nisi in indiuiduis, tamen potest apprehendi vnum non apprehenso altero. vnde potest apprehendi animal sine homine: asino & alijs speciebus: & potest apprehendi homo non apprehenso Sorte vel Platone: & caro & ossa: & anima non apprehensis his carnibus & ossibus: & sic semper intellectus formas abstractas, idest, superiora sine inferioribus intelligit. Nec tamen falsò intelligit intellectus: quia non iudicat hoc esse fine hoc: sed apprehẽdit & iudicat de vno non iudicando de altero. Obiectum autem, quod requiritur ad intelligendum est fantasma & similitudo rei particularis, quæ est in organo fantasiæ. Vnde sicut visio corporalis completur per tria: scilicet per colorem visui obiectum: per visum recipientem similitudinem coloris: per actum lucis super colorẽ irradiantis: & de potentia visibili actu visibile facientis, ita intelligere fit per intellectum possibilem: vt recipientem similitudinem fantasmatis: & per operationem intellectus agẽtis speciem immaterialem à fantasmate abstrahentis: & per ipsum fantasma suam similitudinẽ in intellectum possibilem imprimentis. Aduertendum tamen, quòd fantasma non intelligitur, sicut color videtur. Sed pro tanto dicitur obiectum intellectus, quia suam operationem non exercet sine fantasmate. Proprium autem obiectũ ipsius intellectus possibilis est, quod quid est, idest, quiditas ipsius rei: vt dicitur. 3. de anima. Sicut enim est gradus in potentijs, ita in obiectis: quia sicut sensus exterior non tantùm potest, quantùm sensus interior: nec interior, sicut intellectus: ita obiectum sensus exterioris quæ sunt qualitates de tertia specie qualitatis: scilicet passibiles qualitates, non est ita altum sicut proprium obiectum sensus interioris, scilicet sensus communis. Fantasiæ & imaginatiuæ quod est quantitas quæ immediatè adhæret substantiæ. Omnia autem ista excellit substantia rei: quia sicut qualitas non potest esse sine quantitate, ita nec vtrãq; sine substantia. Substantia ergo rei est id, quod intellectus intelligit. Similitudo autẽ illius rei quę est in anima, est illud quo formaliter intellectus rẽ extra intelligit. Fantasma autẽ est illud quo quasi effectiuè intelligit in acquirẽdo scièriam. Intellectus autẽ agens est qui omnia illa actu agit & facit. Intellectus verò possibilis est qui speciem recipit: & actum intelligendi elicit: & sic solus intellectus possibilis est, qui est subiectum scientiæ maximè acquisitæ. Intellectus autem agens est qui nihil recipit: sed est potentia animæ, quo omnia facit actu intelligibilia, quæ per naturam suam sunt potentia solùm intelligibilia: cùm habeant materiam quæ intellectum impedit: quia vnumquódque intelligitur inquantũ habet esse immateriale. Intellectus autẽ possibilis cuius solius est recipere speciẽ intelligibilẽ quadrupliciter potest cõsiderari. Vno modo secundũ ꝙ est omninò in potentia ad scièriã: & sic est ante intelligere, & hoc modo appellatur à Philosophis materialis, idest, potẽtialis quasi nullo modo actu. Secũdo modo potest cõsiderari, vt habet aliquã dispositionem ad scientiã: sed incõpletã: vt cũ habet principia per se nota alicuius scièrię & sic appellatur intellectus dispositus. Tertio modo potest cõsiderari: put habet habitũ scièriæ: nõ tamẽ vtiẽ habitu: & sic appellat intellectus perfectus in habitu. Quarto modo secundũ ꝙ actu cõsiderat secũdũ habitũ: & sic dicit intellectus adeptus in actu: & de isto intellectu volũt quidã intelligi illud verbũ Philosophi in 3. de anima, ꝙ intellect⁹ nõ quãdóq; intelligit: quãdóq; nõ: sed semp. Iste autẽ intellectus possibilis licet secũdũ diuersas eius perfectiones & operatiões diuersimodè nominetur, nõ tamẽ potest aliquo modo multiplicari secũdũ substãtiã potẽtiæ. cuius ratio est: quia vt dictũ est potẽtia nõ diuersificatur nisi secũdũ diuersam rationẽ obiecti. Nũc autẽ sic est, ꝙ quãdo potentia aliqua ordinatur ad aliquod obiectũ sub ratione vniuersali obiecti, nõ diuersificatur potẽtia illa secũdũ diuersitatẽ particulariũ differẽtiarum obiecti. Vnde visus quia respicit colorem sub vniuersali ratione coloris, non diuersificatur secundũ diuersitatem albi & nigri: quia nec album nec nigrum considerat, nisi inquantùm coloratum. Cùm autem intellectus possibilis sit, quo est omnia fieri. vt dicitur. 3. de anima. Respicit obiectum suum sub ratione communi entis: & ideò secundum nullam differentiam entis potest diuersificari potentia intellectiua apprehensiua. Respectu tamen istius obiecti diuersificatur intellectus agens & intellectus possibilis: quia respectu obiecti eiusdem oportet esse aliam potentiam actiuam, & aliam passiuam: vt dictum est. Ex hoc patet, quòd idem sit intellectus speculatiuus & practicus: cuius ratio est: quia illud quod accidẽtaliter habet se ad rationem obiecti: quã respicit aliqua potentia, non diuersificat potentiam: quia enim accidit colorato, quòd sit magnum aut paruum: homo vel asinus: ideò omnia ista per vnam potentiam visiuam apprehenduntur. Constat autem, quòd accidit apprehenso per intellectum, quòd ordinetur ad opus vel non ordinetur. vnde cũ secundũ hoc differant intellectus speculatiuus & practicus, quia finis speculatiui est sola veritas: practici verò opus: vt dicitur secũdo Metaph. manifestum est, quòd sunt vna potentia: quod apertè vult Philosophus. 3. de anima: vbi dicit, quòd intellectus speculatiuus extensione scilicet apprehensi ad opus sit practicus. Ex quo patet, quòd solo fine differunt. Ex hoc etiam apparet, quòd intellectus & intelligentia non sunt diuersæ potentiæ, sed differunt secundum quod intelligentia accipitur à Philosopho: non quidem sicut potentia à potentia: sed sicut actus à potentia. Intelligentia enim est actus ipsius intellectus, qui est intelligentia. iuxta illud Philosophi

Universidad de Deusto
Biblioteca

3.de anima. Indiuisibilium intelligentia est,in quibus non est falsum. Intelligentia tamen aliquando à Philosophis accipitur pro natura vel substantia separata: quæ intelligẽtia dicitur:quia semper intelligit.Intellectus autem à ratione differre non potest: quod patet,si eorum actus diligenter cõsideretur. Intelligere est veritatem simplici intuitu considerare.Ratiocinari autem est de vno intellecto ad aliud procedere ad veritatem intelligibilem cognoscẽdam: vnde ratio incipit semper ab intellectu & ad intellectum terminatur.Vnde patet,q̃ ratiocinari & intelligere differũt,sicut moueri & quiescere.Constat autem secundum Philosophum secundo cœli & mundi,quòd per eandem potentiam mouetur aliquid ad locum & quiescit in loco in corporalibus : ergo multò fortiùs in spiritualibus per vnam & eandem potentiam ratiocinamur: & intelligimus:veritatem inquirimus,& inuentam intelligimus.Ratio etiam superior,& inferior diuersæ potentiæ esse non possunt :quia ratio inferior ex hoc dicitur,q̃ rebus inferioribus intendit:ratio superior:quia superioribus. Superioribus autem intendere potest dupliciter.vno modo speculando ea in seipsis. Alio modo accipiendo ex ipsis regulas inferiorum agendorũ. Ista autẽ duo obiecta,scilicet poralia & æterna comparantur ad cognitionẽ nostram dupliciter. Vno modo secundum viam inuẽtionis:& sic res tẽporales sunt nobis via deueniendi in æterna:iuxta illud Rom.1.Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur. Alio modo per viam resolutionis & iudicij:& sic per rationes æternorum tẽporalia disponimus.Nunc autẽ sic est,q̃ licèt medium & illud ad quod per medium deuenitur possint ad diuersos habitus pertinere: nunquàm tamen ad diuersass potentias: sed ad eandem : vnde licet principia & conclusiones pertineant ad diuersos habitus : quia principia ad habitũ intellectus principiorum, conclusiones ad habitũ scientiæ cõclusionum,tamen vtraq; pertinet ad eandem potẽtiam Ergo consideratio æternorum,licèt ad alium habitũ pertineat quàm consideratio temporalium:quia illa ad sapientiam quæ est de æternis: ista ad scientiam quæ est de tẽporalibus:tamen oportet,q̃ ad eandẽ potentiam pertineat:vtrorúmq; cõsideratio. Dicitur tamen pars superior & inferior:quia pars à parti.one dicitur:ibi autem licèt non sit partitio potentiarum, tamen partitio habituum & officiorum est ibi:& ideò dicuntur ab Augustino duæ partes.

De voluntate & libero arbitrio.quòd sunt idem.

CAP. VII.

VIso de apprehensiua intellectiua,videamus de motiua vel appetitiua,quæ dicitur voluntas. Voluntas autẽ est duplex. Vna naturalis,alia deliberatiua.Potest enim voluntas moueri motu naturali sicut aliæ potẽtiæ:& hoc ad saluationẽ naturæ & sic dicitur voluntas naturalis.Alio modo potest moueri ad aliquid:secundum q̃ abundat ab alijs in libertate:sequendo suum motore.n:qui est intellectus vel phantasia:& sic est indeterminata respectu intelligibiliũ. Vnde sic est deliberatiua. Nec tamen sunt diuersæ voluntates : sed vna diuersimodè mota vel mouẽs seipsam. Ista autem voluntas per irascibilem & concupiscibilem non diuiditur,sicut appetitus sensitiuus:quia respicit bonũ sub particulari ratione boni:sicut & sensus particularem rationẽ boni apprehendit.Ideò secundum particulares rationes bonorum diuersificantur appetitus sensitiui.Concupiscibilis enim respicit propriam rationem boni,in quantùm est delectabile secundum sensum. & conueniens naturæ. Irascibilis autem respicit particularem rationem boni: secundũ quod est repulsiuum & pugnatiuum eius quod infert nocumentum.Voluntas autem respicit bonum sub vniuersali ratione boni:& ideò non diuersificantur in ea potentiæ secundum diuersas particularium bonorum rationes secundum concupiscibilem & irascibilem.Voluntas autẽ deliberatiua & liberum arbitrium idem sunt.Non enim potest esse habitus:vt quidam dixerunt:quia per habitus nos habemus determinatè ad passiones & actus bene vel malè:vt dicitur secundo Ethicorum:liberum autem arbitrium indifferenter se habet ad bene agendum vel malè.Vnde oportet dicere,quòd sit potentia eadem scilicet,cum voluntate.Non tamen nominat voluntatem absolutè: sed per comparationem ad rationem:inquantùm scilicet manet in ea virtus rationis deliberantis.Vnde sicut velle est voluntatis absolutè, ita eligere est liberi arbitrij inquantùm in ea manet virtus rationis. Licet autem sit potentia,tamen per actum suum aliquando nominatur.Vnde dicitur liberum arbitrium quasi liberum de ratione iudicium.Facultas etiam dicitur quia potentia est expedita ad operandum.Dicitur etiam habitus à Bernardo:non prout habitus diuiditur contra potentiam:sed prout dicit aliquam habitudinem,per quam aliquis eodem modo se habet ad actum.vnde breuiter eodem modo comparatur liberum arbitrium ad voluntatem,sicut ratio ad intellectum. Quia sicut ratio per discursum vnius ad alterum cognoscit:quod intellectus simpliciter & absolutè facit:sic liberum arbitrium est appetitus alicuius ad aliquid consequendum. Vnde est eorum quæ sunt ad finem. Voluntas autem est appetitus rei absolutè. Vnde dicitur esse ipsius finis, qui propter se appetitur.

In quibus potentijs animæ est peccatum, & in quibus non.

CAP. VIII.

VIso de potentijs animæ,videndum est in quibus potest esse peccatum:& in quibus non. Dicendum est ergo secundum Gregorium,quòd omnis creaturæ nomine homo intelligitur: quia cum omni creatura habet aliquid commune. Habet enim esse cum lapidibus:viuere cum arboribus:sentire cum bestijs:intelligere cum angelis. Ratione verò qua homo habet esse non conuenit ei aliquis motus:quia sic motus conueniret omnibus entibus. Ratione verò qua viuit:sentit : & intelligit, conuenit ei triplex motus scilicet, naturalis : animalis : & rationalis. Motus autem naturalis est secundum necessariam inclinationem præter alicuius delectabilis apprehensionem. Et quia vbi necessaria est inclinatio: ibi nulla subiectio vel obedientia ad rationem:ideò motus naturalis in homine sicut est motus nutritiuæ:augmentatiuæ, generatiuæ secundum quod sequuntur naturæ necessitatem & antecedunt apprehensionem , non possunt esse subiectum peccati : eo quòd peccatum aliquo modo est voluntarium & rationi subiectum. Vnde in actibus partis vegetatiuæ non potest esse peccatũ.Motus verò animalis sequitur delectabilis apprehensionem:& habet esse in appetitu sensitiuo qui est ratiõalis per participationẽ. Vnde dicit Philosophus primo Ethicorum in fine. Est itaq; aliquo modo obedibile rationi:& si nõ simpliciter propter corruptionem & infectionem. Vnde quia peccatum est actus moralis & ordinatus, potest esse in illa potentia quæ subiacet aliquo modo principio morali , idest, voluntati. Quia tamen actus isti vel motus animales non omninò subsunt imperio voluntatis, quia non eliciuntur nec imperantur à voluntate sicut motus deliberationem sumentes , sed solùm permittuntur à ratione & voluntate , ideò licet habeant rationem peccati , tamen incompleti , quod est peccatum veniale, non autem completi , quod est mortale. Quia ergo peccatum attribuitur vt subiecto potentiæ, quæ ipsum elicit: vel est principium eius, ideò in sensualitate quæ nominat apperitum sensitiuum in homine : vt dictum est in distinctione potentiarum animæ,potest esse peccatum veniale , tanquàm in subiecto , non autem peccatum mortale. Motus autem rationalis est qui est secundum rationem liberam , per quam debet actus ordinari in debitum finem. Vnde si deordinetur à debito fine, habet actus rationem peccati, cùm rationis sit actum suum ordinare. Ratio autem habet duplicem actum. Vnum secundum se, per comparationem ad obiectum suum , quod est cognoscere aliquod proprium verum, qui est tunc inordinatus , quando ratio non rectè se habet circa ea,ad quæ tenetur & debet, & sic inordinatio causatur ex ignorantia. Alium actum habet ratio, inquantùm est directiua humanorum actuum. Et iste actus est imperare : vel coërcere vires inferiores, & per istum actum peccat , quando imperat , quod non debet imperare : vel non coërcet , quod debet coërcere. Nec contra istud est , quòd peccatum dicitur esse in voluntate. Ratio enim quodam modo præcedit voluntatem , quodam modo voluntas rationem. Quia ratio dirigit voluntatem , & voluntas mouet rationem. Et ideò motus voluntatis dicitur rationalis , & motus rationis voluntarius. In ratione etiam superiori potest esse peccatum tam mortale, quàm veniale. Ratio enim superior habet ferri in obiectum proprium , & in obiecta virium inferiorum. In obiecta virium inferiorum non fertur , nisi in consulendo eis leges æternas , & ideò in ea fertur per modum deliberationis. Vnde si obiectum virium inferiorum est de genere suo mortale peccatum, actus etiam motus superioris rationis est mortale peccatum. si autem sit in genere peccati venialis, erit veniale: vt patet cùm quis consentit in verbum otiosum. Circa proprium autem obiectum habet ratio superior duplicem motum : vnum , scilicet simplicem intuitum sui obiecti, & iste motus potest esse subitus circa diuina & inordinatus. Et quia inordinatio subita sine deliberatione non est peccatum mortale, ideò talis actus est peccatum veniale : vt subitus motus infidelitatis, quamuis infidelitas sit peccatum mortale. Alius est actus superioris rationis circa obiectum proprium per deliberationem : vt cùm occurrit motus infidelitatis de resurrectione mortuorum , & statim occurrat resurrectionem mortuorum à lege Dei traditam , si post conscientiam legis habeat motum infidelitatis, tunc ille motus deliberatus est , & est peccatum infidelitatis completum & mortale. Et sic patet, quòd ratio inferior potest peccare venialiter & mortaliter, sed non sine consensu vel negligentia superioris. Ratio verò superior , quandóque venialiter , quandóque mortaliter , & in comparatione ad obiecta virium inferiorum , & in comparatione ad obiectum proprium. Ipsa autem voluntas maximè subiectum peccati habet esse:quia nullus actus est peccatum nisi aliquo modo sit voluntarius:sicut actus animæ ipsius voluntatis:cùm nullus actus sit ita propriè bonus vel malus bonitate vel malitia morali,sicut actus voluntatis. Et quia actus voluntatis non transit in exteriorem materiam:sed manet in agente cuius est perfectior,ideò talis actus est in voluntate sicut in subiecto. Vnde & in voluntate completissimè habet esse peccatum.& in alijs potentijs secundum quod voluntati subduntur:vt visum est.

Explicit Opus Quadragesimumtertium diui Thomæ Aquinatis,de potentijs animæ.

INCIPIT EIVSDEM DOctoris Opus Quadragesimumquartum, De tempore.

Quòd tempus habet esse extra materiam. Dubium

CAP. I.

SICVT vult Philosophus secundo Metaphysicæ:difficultas in cognoscendo veritatem causatur ex duobus:quia causatur quãdóq; ex parte nostra:quãdóq; ex parte rerũ cognoscibiliũ.Cũ em vnũquódq;cognoscat secũdũ q̃ est in actu: quę secundũ se sunt maximè actu,secũdũ se sunt maximè cognoscibilia. Vnde quòd intellectus noster ad eorum cognitionem non attingat,hoc nõ est ex parte eorum:sed ex parte nostra.Illa verò quæ minimam entitatem habent secundum se sunt minimè cognoscibilia.Vnde quòd ea ignoremus hoc non solùm est ex parte nostra:sed etiam ex parte eorum. Talia autem sunt materia prima,quæ secundũ se nõ est ens in actu & omnia successiua:quæ secundum se tota non extant:sed secundũ aliquid indiuisibile sui de numero quorũ est tẽpus.Ex quo sequit,q̃ difficile est cognoscere quid sit tẽpus.Ad cognoscendũ tamẽ quid sit,oportet cognoscere an sit:quia impossibile est cognoscere de aliquo quid sit ignorato an sit.Dubitatur ergo primò,an tẽpus sit & videtur,q̃ non:quia illud quod componitur ex partibus quæ non sunt,videtur non esse.Entitas enim totius videtur cõsurgere ex entitate partiũ: tempus autẽ componitur ex præterito & futuro quæ non sunt:præteritum enim fuit & non est:futurũ autẽ nõdum est:videt ergo tempus nõ esse.Nec potest dici,q̃ aliqua pars tẽporis sit scilicet,ipsum nũc:quia nunc pars temporis nõ est.Omnis enim pars aliquotiens accepta mensurat totũ aut saltẽ omnis pars cadit in compositione totius.Nunc autẽ multotiẽs acceptũ nõ mensurat totum tẽpus:nec iterum ex ipsis non cõponitur tẽpus:vt probatur.6.Physicorũ:eo q̃ ex indiuisibilibus non potest componi aliquod continuum. Vnde manifestum est,quòd nunc non est pars temporis. Nihil ergo,quòd sit pars temporis de tẽpore existit.Respõdeo dicendũ,q̃ necessariũ est tempus esse:quod patet:quia omnia generabilia & corruptibilia tempore mensurantur.Accipiũt enim principium & finem sui esse in tempore:vt vult Philosophus.4.Physicorũ. Si ergo tempus non esset,nihil esset generabile vel corruptibile,quod est inconueniens. Tempus ergo est.Fuerunt tamen quidam qui propter rationem superiùs inductam,dixerunt tempus nõ esse nisi in anima.Qui ad cõfirmandam suam positionem adducũt duas rationes.Prima est quia cùm tempus sit numerus motus:aut erit in materia numerabili aut in anima numerante:non primum:quia materia numerabilis tẽporis nõ est nisi prius & posterius in motu,in quibus nihil potest esse: cùm ipsa sint non entia. Sequitur ergo,quòd tempus solùm sit in anima numerante.Secunda est ratio,quia si tempus esset in re extra tanquàm numerus alicuius motus exterioris,tunc sequitur, quòd qui non apprehenderet motum exteriorem , non apprehenderet tempus:cuius oppositum vult Philosophus quarto Physicorum:qui dicit,quòd si sumus in tenebris & nihil patiamur per visum ab exterioribus visibilibus:nec sentiamus aliquem motum exteriorum corporum:dum tamen fiat aliquis motus in anima per successionẽ cogitationum vel imaginationum semper sentimus tempus. Ex quo sequitur,quòd tempus semper sequatur motum,qui est in anima & quòd solùm sit in anima. Huius opinionis fuit Galenus,cui etiam intantùm consensit Aueroys,quòd dixit tempus secundum quid esse extra animam:secundum verò complementum sui esse solùm in anima.Istud non potest habere veritatem:quia cùm tempus sit numerus motus : & sit numerus numeratus , sic:est necesse esse tempus,sicut & motus.Constat autem,quòd motus est in re extra: ergo & tempus est in re extra.Item quantitas continua est vera res extra animam:tempus autem est vera quantitas continua.ergo impossibile est,quòd sit in anima.Et ideò dicendum,quòd tempus sit in re extra,Ad cuius intellectum considerandum est,quòd cùm numerus sit in rebus numeratis:sicut dependet esse rerum numeratarum ab intellectu numerante,ita & numerus. Esse autem rerum numeratarum non dependet ab intellectu nostro,sed ab intellectu qui est causa rerum:sicut est intellectus diuinus:ergo nec numerus rerum dependet ab intellectu nostro.Tempus autem numerus motus est.Et ideò sicut motus non dependet ab intellectu nostro:ita nec tempus.Sunt tamen quidam qui dicunt etiam motus dependere ab anima:quia cùm motus sit aliquod successiuum, partes eius quæ sunt prius & posterius non habent esse in re extra,sed solùm in anima comparante priorem dispositionem mobilis ad posteriorem.Et ideò solùm habet esse in anima simpliciter,& quantùm ad esse suum perfectum.In re autem extra habet esse solùm secundum aliquod indiuisibile sui:& istud esse est imperfectum esse & secundum quid.Et idem dicunt ipsi de tempore. Istud non potest stare: quia illud in quo motus est secundum esse suum completum & perfectum necessariò mouetur.Si ergo motus secundum esse suũ completum esset in anima,anima necessariò moueretur:quod est inconueniens. Et ideò intelligendum est,quòd omne esse ab actu est. Actus autem est diuisibilis:vt vult Philosophus nono Metaphysicæ. Est enim actus quidã totus simul existens.sicut anima aut albedo. Et est alius actus successiuus:vt dies.& agon:infinitum & vacuum: de numero quorum sunt & motus & tempus.Cùm ergo esse sequatur actum,& modus essendi sequetur modũ actus.Esse igitur quod est ab actu primò est esse simul.Et tale est esse completum, quod debetur rei perfectæ per primum actum.Esse verò quod est ab actu secundo scilicet,ab actu successiuo, est esse successiuum. Et tale est esse perfectum,quod debetur tali actui vel rei perfectæ per talem actum. Et ideò esse perfectum ipsius motus & temporis quod debetur vtrique secundum rationem propriæ speciei,non est esse simul existens,sicut ipsi dicunt sedem esse in successione quod est secundum aliquid indiuisibile ipsorum.Ad rationes in oppositum patet solutio.Ad primum dicendum,quòd præteritum & futurum non sunt sic:vt simul sint:nec hoc requiritur ad esse temporis,cùm sit successiuum:vt declaratum est:habet tamen esse per aliquid indiuisibile sui quod continuat ea scilicet per ipsum nunc. Ad alias rationes probantes tempus esse in anima dicendum est. Cùm arguitur: tempus cùm sit numerus aut habet esse in materia numerabili quæ sunt prius & posterius,dicendum quòd tempus habet esse in priori & posteriori motus. Et cùm dicis,quòd hic non sunt,verum est sub esse permanenti:habent tamen esse successiuum vt dictum est. Ad aliud dicendum,quòd tempus sequitur motum exteriorem aliquem,scilicet primum motum:nec obstat hoc: quia apprehensio quocúnque motu comprehenditur motus primus saltem virtualiter,eo quòd ipse est causa omnis transmutationis.Quia verò dictum est,quòd tempus cùm sit successiuum habet esse solùm per aliquod indiuisibile sui quod est nunc,non irrationabiliter dubitatur:vtrum sit vnum & idem nunc in eodem tempore:an aliud & aliud. Videtur enim,quòd sit vnum & idem,quia sicut impossibile est duas partes temporis simul esse nisi vna contineat aliam:sicut annus mensem:mensis septimanam : septimana diem,ita impossibile est duo nunc in tempore simul esse:cùm vnum nõ contineat alterũ.Si ergo primum nunc non potest simul esse cum posteriori,necesse est primum esse corruptum. Omne autem quod est corruptum , corruptum est in aliquo nunc. Nunc ergo,quod est corruptum : aut est corruptum in se ipso:aut in aliquo posteriori.non in seipso:quia tũc est:nec in aliquo posteriori:quia aut hoc esset in nunc mediato:aut in nunc immediato.non in nunc immediato:quia vnum nunc non est continuum alij nunc:sicut nec punctus punctũ:vt probatur sexto Physicorum. Nec potest corrumpi in nunc mediato: quia interquælibet duo nunc est tempus medium:sicut inter quælibet duo puncta est linea media.In quolibet autem tempore sunt infinita nunc.Si ergo nunc prius corrumperetur in nunc posteriori mediato,sequitur quòd haberet esse cum infinitis nunc medijs : quod est impossibile. Impossibile est ergo duo nunc esse in tempore. Oppositum huius videtur dupliciter. Primò quia cuiuslibet continui finiti sunt duo termini ad minus:nunc autem terminus temporis est,& est accipere tempus finitum: ergo ad minus sunt duo nunc in tempore. Secundò:quia illa dicuntur simul esse,quæ sunt in eodem nunc temporis.Si ergo non essent plura nunc in tempore,sed vnum tantùm,sequitur quòd ea quæ sient post millesimum annum simul essent cum his quæ sunt hodie.Hoc autem est impossibile.Intelligendum,quòd sicut dictum est,esse successiuorum consistit in hoc,quòd existant secundum aliquid indiuisibile sui : quod manifestari potest:quia quælibet pars cuiuslibet successiui diuisibilis est in diuersas partes.Si ergo aliquod successiuum existeret,non solùm secundum aliquid indiuisibile sui:sed secundum aliquam sui partem,sequitur,q̃ multæ partes alicuius successiui simul essent; quod est contra rationem successiuorum. Specialius autem possumus hoc probare de tempore:quia quælibet pars temporis est tempus.Si ergo aliqua pars temporis existeret,sequitur quòd tempus

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum se existeret:quòd est falsum. Existit ergo tempus secundum aliquid sui indiuisibile:illud autem est nunc.Hoc supposito dicendum est,q̃ vnum & idem nunc est in toto tempore secundum substantiam: differens secundum esse & rationem. Cuius ratio est: quia ipsi nunc quod est in tempore,aut succedit aliud nunc:aut aliqua pars temporis non aliud nunc:quia vnum nunc non potest contingere alij nunc:non aliqua pars temporis:quia nulla pars temporis secũdum se existere potest,vt probatum est.ergo impossibile est q̃ vnum nunc succedat alij nunc in tempore. Præterea sicut se habet illud quod fertur ad motum,ita nunc ad tempus: quia sicut per illud quod fertur cognoscimus motum & prius & posterius in motu inquantùm videmus illud,quod mouetur aliter & aliter se habere: ita per nunc determinatur prius & posterius in tempore. Sed quod fertur vnum est & idem secũdum substantiam in toto motu: aliud & aliud secundum esse inquantùm est alibi & alibi:ergo & ipsum nunc vnum & idem est in toto tempore secundum substantiam:aliud & aliud secundum esse:inquantùm,scilicet consideratur in alio & alio successu tẽporis. Nec valent rationes priùs adductæ. Cùm enim dicitur, q̃ cuiuslibet finiti sunt duo termini ad minus, dicendum,q̃ cuiuslibet continui finiti permanentis sunt duo termini differentes secundum rem:continui verò finiti successiui non oportet q̃ sint duo termini secundum subiectum: sed solùm secundum rationem.Et præterea falsum supponit ratio in hoc, q̃ ponit quòd est dare tempus finitum.Non enim est accipere aliquod tempus actu finitum & terminatum per nunc,nisi secundum imaginationem nostram vel per relationem ad aliquem motum qui in tempore terminatur.Totum enim tempus secũdum se continuum est: nec est actualiter vna pars diuisa ab alia.Ad aliud dicendum, quòd nõ dicuntur esse simul secundum tempus quæcúnque sunt in nunc eodem secundum substantiam:sed quæ sunt in eodem nunc secundum esse & secundum rationem. Illa autem quæ fient post millesimum annum & quæ sunt hodie:licèt sint in eodem nunc secũdum substantiam:non tamen sunt in eodem secundum esse: & ideò non oportet,quòd dicatur esse simul.

Quòd tempus non est motus:sed aliquid eius.

CAP. II.

Viso ergo,q̃ tempus sit,inquirendum est quid sit.Est autem considerandum,q̃ tempus nõ est motus:sicut quidam opinati sunt tempus esse motum cœli:qui circulatio dicitur: quia quælibet pars temporis est tempus.Si ergo tempus esset circulatio sequeretur, q̃ quælibet pars circulationis esset circulatio: quod tamen falsum est. Item omnis motus est velox vel tardus: tempus autem nec tardum est nec velox:ergo tempus non est motus: minor patet : quia velox & tardum determinatur tempore: tempus autem non determinatur tempore, nec quantum ad quantitatem suam , nec quantùm ad qualitatem.Secundò considerandum,q̃ licèt tempus nõ sit motus, non tamen est sine motu.Cùm enim nos non transmutamur secundum cognitionem nostram per successionẽ cognoscibilium , tunc non apprehendimus tempus:quia nec apprehẽdimus motum:sicut accidit his quos fabulãtur dormisse in Sirdo apud Heroes.Ibi enim reddebantur aliqui insensibiles propter quasdam incantationes qui excitati dicebant se vidisse quædam mirabilia. Tales autem qui excitabãtur,nõ percipiebãt tempus,quod fluxerat,eo quòd copulabãt primum nũc in quo dormire cœperãt, posteriori nũc in quo excitati fuerãt ac si nõ fuisset tempus medium. Sicut ergo si nihil fuisset medium inter illa duo nũc,nõ fuisset tempus,ita quia nõ percipiebãt medium, nõ percipiebãt tempus, sic ergo nõ percipimus tempus,quia non percipimus motum.Cùm autem percipimus motum & determinamus prius & posterius in ipso,tũc percipimus tempus. Relinquitur ergo,q̃ licet tẽpus nõ sit motus,nõ tamẽ est sine motu. Quia ergo simul cognoscimus motum & tempus:manifestum est, quòd tempus est aliquid ipsius motus.Motus autem sequitur magnitudinem quãtum ad duo,scilicet quãtum ad cõtinuitatem & quantum ad prius & posterius,& similiter tempus motum.Prius autem & posterius motus, licet sint idem subiecto cum motu, differũt tamen ratione,eo quòd in diffinitiõe motus assignãtur.in 4.Physico. Et ideò restat inquirere , ratione cuius tempus sequitur motum. Verum scilicet ratiõe motus absolutè,aut ratiõe prioris & posterioris.Dicẽdum,quòd hoc est ratiõe prioris & posterioris,quia ex priori & posteriori in motu cognoscitur tempus,ergo tempus sequitur motũ ratiõe prioris & posterioris. Iuxta quod intelligẽdũ est,quod prius & postrius in motu possunt cõsiderari dupliciter. Vno modo prout sunt sub forma cõtinui absolutè , & sic cognoscendo prius & posterius,simul cognoscimus motum. Alio modo:vt sunt sub forma discreta,inquãtũ,scilicet anima dicit posterius esse aliud à priori & ipsa esse duo & nõ vnum , & sic tempus nõ est motus absolutè, nec prius ac posterius motus absolutè,sed est prius & posterius motus vt numerata sunt. Ex quo possumus concludere diffinitionem temporis , quòd tempus est numerus motus secũdum prius & posterius.Quòd autem tempus sit numerus,pãtet.Numero enim iudicamus aliquid plus vel minus , tempore autem iudicamus motum esse minorem & maiorem,ergo tempus est numerus. Numerus autem est duplex. Est enim numerus absolutè , quo numeramus : vt vnum duo tria,&c. Et numerus numeratus:vt numerus decem hominum.Tempus enim nõ est numerus,quo numeramus,sed numerus numeratus.Est enim prius & posterius:vt numerata sunt in motu. Et licet numerus quo numeramus,sit aliquid discretum,tamen tempus est aliquid cõtinuum,sicut decem vlnæ pãni sunt cõtinuę. Licèt numerus denarius sit aliquid discretum.Quia ergo tempus & est aliquid discretum & aliquid cõtinuum,relinquitur, quòd in tẽpore est dare aliquo modo numerum minimũ,& aliquo modo nõ. In numero enim simpliciter est dare minimum,sicut vnitatem: vel minimum,quod habet rationem numeri,sicut est binarius. In numero autem numerato , sicut in multitudine linearum est dare minimum secũdum multitudinem,sicut vnam lineam aut duas, secundum magnitudinem autem nõ est dare minimam lineam, eo quòd omnis linea diuisibilis est in alias lineas,sicut etiam in tempore est dare minimum tempus secundum multitudinem,puta vnam diem vel duos dies in genere dierum,minimum autem tempus secũdum magnitudinem nõ est dare , eo quòd omne tempus diuisibile est in infinitum , sicut & quodlibet continuum. Quia autem tempus & est numerus & est continuum , inde est, quod dicitur multum & paucum , breue & longum , non autem velox vel tardum. Multum enim & paucum sunt passiones numeri , & ideò tempus quia est numerus , dicitur multum & paucum. Longum autem & breue sunt passiones continui.Vnde linea dicitur longa vel breuis:& quia tempus est continuum,ideò dicitur longum vel breue. Velox autem aut tardum non dicitur:quia cùm tempus sit numerus motus,si diceretur velox aut tardum,aut hoc esset ratione numeri:aut motus:non ratione numeri:quia numerus neq; velox neq; tardus dicitur.Neque ratione motus; quia licet tempus sit aliquid motus,non est tamen dicere, quòd tempus sit motus. Et ideò non oportet passiones motus quæ sunt velox & tardum dici de tempore:quia velox & tardum determinatur tempore:vt dictum est:tempus autem non determinatur tempore:& ideò tempus non dicitur velox nec tardum.Continuitas autem in tempore est ex cõtinuitate motus non cuiuscúnque:sed primi:& ideò quia motus primus vnus est,tempus est vnum mensurans omnes motus simul factos. Prius autem & posterius temporis altera sunt sicut prius & posterius motus.Vnde sicut reiteratur eadem circulatio secundum speciem & nõ secundum numerum,ita tempus reiteratur idem secũdum speciem & non secundum numerum.Mensuramus autem motum tempore: & tempus motu:inquantùm determinamus quantitatem vnius per quantitatem alterius.Motum enim mensuramus tempore:quia tempus secundum id,quod est,est numerus motus:tempus etiam mensuramus:inquantùm scilicet,per quantitatem motus nobis notam determinamus quantitatem temporis.Dicimus enim,quod tempus est multum:quia motus qui factus est in tempore est multus:& hoc rationabiliter accidit.Motus enim sequitur magnitudinem quantùm ad continuitatem:& prius & posterius & tempus similiter motum.Per magnitudinem autem mensuramus motum & econuersõ. Dicimus enim,quòd motus est multus:quia magnitudo supra quã est motus est multa:& similiter dicimus,quòd magnitudo est multa:quia motus supra magnitudinem factus est multus. Quare & similiter determinamus quantitatem temporis per motum.& quantitatem motus per tempus.

Quæ sunt illa quæ mensurantur tempore, & quæ non.

CAP. III.

Determinato de tempore secundum se:considerandũ est de ipso secundum relationem ad ea quæ tempore mensurantur. Est autem considerandum,quòd aliter comparatur tempus ad motum & ad alias res.Cùm enim motus sit continuus & successiuus essentialiter,ideò non solùm mensurantur tempore quantùm ad suũ esse & suam successionẽ vel durationem:sed etiam quantũ ad id,quod est:quia eius essentia in successione consistit.Mobilia verò quantùm ad id,quod sunt,sicut homo aut lapis non mensurantur tempore: quia essentia eorum est in quolibet nunc temporis,nec habet prius nec posterius:siue successionem:vnde his respondet nunc temporis & non tempus.Mensurantur autem tempore,quantùm ad suũ esse & suam successionem vel durationem: quia duratio eorum non est tota simul:sicut ergo motum esse in tempore est ipsum mensurari tempore quantùm ad id,quod est,& quãtùm ad suam durationem: ita alias res esse in tempore,est ipsas mensurari tempore non quantùm ad id,quod sint.sed quãtùm ad suam durationem:& quòd hoc sit verum patet:esse enim in tempore aut est esse dum tempus est: aut est esse sicut in numero:esse autem in tempore non est esse quando tẽpus est.sicut nec esse in loco est esse quando locus est.Sic enim sequeretur,quòd omnia essent in eodem loco:cùm omnia sint quando vnus locus est sicut etiam sequeretur, quòd cœlum esset in grano mi-

pore est mensurari & cõtineri à tẽpore,sicut esse in loco est mensurari & contineri loco. Propter quod sequitur quod esse in tẽpore, est esse sicut in numero.In numero autẽ aliquid est dupliciter , aut enim est aliquid ipsius numeri:sicut vnitas:par vel impar:aut quia numerus est eius:sicut rei numeratæ.Sic ergo cũ tẽpus sit numerus aliqua dicuntur esse in tẽpore:quia sunt aliquid ipsius temporis: vt nũc prius & posterius. Aliqua autẽ sunt in tẽpore:nõ quia sunt aliquid eius:sed quia mensurãtur tẽpore & cõtinentur sub tẽpore: sicut ea quæ sunt in numero cõtinentur sub numero: quia ergo esse in tẽpore est sicut esse in numero:omni autẽ eo quod est in numero est dare maiorẽ numerũ:inde est quòd est dare tẽpus maius omni eo quod est in tẽpore. Hæc est ergo prima cõditio omniũ eorum quæ tẽpore mẽsurantur.Secunda cõditio eorũ est q̃ quicúnq; sunt in tẽpore patiũtur sub tẽpore:sicut cõsuetum dicere, q̃ tẽpus tabefacit & corrũpit ea quæ sunt in tẽpore : & q̃ obliuio fit propter tẽpus.Huius autẽ causa est duplex. Prima est: quia videmus aliqua corrũpi in tẽpore:dato q̃ nõ appareat nobis aliquod exterius corrumpens:sicut est in corruptiõe quæ fit ex senio,quã maximè attribuimus tẽpori.Nihil autẽ fit in tẽpore,nisi appareat aliquid exterius faciẽs,propter quod nõ dicimus quòd tẽpus sit causa generationis:sicut corruptionis:aut quod tẽpus sit causa disciplinæ : sicut est causa obliuionis:quia ex hoc solo q̃ aliquis diu viuit non efficitur sciens.Secũda causa est:q̃ tẽpus est numerus motus,motus aũt facit distare mobile à dispositiõe in qua prius erat:& est magis causa corruptionis & generationis:cuius ratio signatur triplex.Prima ratio est:quia motus facit id,quod mouetur distare à prima dispositione sua:vt dictũ est.Hæc autẽ distantia attẽditur respectu termini à quo:qui corrũpitur in motu:& ideò motus per se est causa corruptionis.Quòd autem per motum generetur aliquis terminus ad quẽ:hoc nõ est de ratione motus absolutè:sed conuenit ei vt finitus est.Rationẽ autẽ finiti habet ex determinata intentione mouentis, cuius est mouere ad aliquem determinatum terminũ. Vnde generatio termini ad quem magis est attribuenda formæ ipsius mouentis,ratione cuius mouens mouet quã ipsi motui.Secunda ratio est, quia illud quod mouetur dum mouetur neq; est omnino in termino à quo,neque in termino ad quem:sed deficit ab vtróque: & ideò motus de se est causa quare mobile sit sub priuatiõe termini à quo: & termini ad quem. Cũ autem mobile factum est sub termino adquẽ,tunc non est motus.Et ideò motus magis est causa corruptionis vtriusque termini dum est:quã generationis termini ad quem: quia cùm terminus ad quem generatus est,tunc motus nõ est. Tertia ratio est:quia vt patet ex tertio Physicorum,motus trahitur ad rationem actionis:secundum quod consideratur,vt ab hoc : ad rationem autem passionis trahitur:vt consideratur vt in hoc. Cõstat autem quòd omne accidens veriorem habet comparationẽ ad subiectum,quàm ad causam agentem:ideò verior est consideratio motus sub ratione passionis:quàm sub ratione actionis. Passio autem est causa corruptionis per se.De ratiõe enim eius est,quòd ipsa magis facta plus & plus abijciat à substantia.Factio autem magis attribuitur actioni. Et quia sicut dictum est veriùs consideratur motus sub ratione passionis,quàm sub ratione actionis:inde est quòd motus magis est causa corruptionis,quàm generationis. Tempus autem vt dictum est,est mensura motus, & ideò magis est causa corruptionis, quàm generationis: sicut & motus. Neutrius tamen est causa per se. Ex his duabus conditionibus quæ apparent in rebus quæ sunt in tẽpore possumus concludere,quòd ea quę sunt semper non sunt in tempore. Primò quia sicut dicit prima conditio omni eo quod est in tempore est accipere tempus maius.Sempiternis autem non est aliquid maius tempus accipere , cùm ipsa semper sint,ergo ea quæ semper sunt non sunt in tempore . Præterea sicut dicit secunda conditio,ea quæ sunt in tempore patiuntur in tempore:corrumpuntur in tempore:ea autem quæ semper sunt: non patiuntur à tempore:nec corrumpuntur,neq; senescunt: quare manifestum est quòd non sunt in tempore.Ex his autem quę dicta sunt posset aliquis credere quòd ea quæ quiescunt:cùm semper dum quiescunt similter se habeant:sicut sempiterna,quòd non mẽsurarentur tempore.Hoc autem est falsum. Et ideò dicendum est, q̃ sicut tempus est mensura motus per se:ita est mẽsura quietis per accidens.Non enim oportet quòd omne quod est in tempore actu moueatur:sicut omne quod est in motu necesse est actualiter moueri:quia tempus nõ est motus:licet sit numerus motus.In numero autem motus cõuenit esse non solũ illud quod mouetur:sed etiã illud quod quiescit.Quiescens enim nõ dicitur quodcúnq; quod nõ mouetur:sed quod nõ mouetur , aptũ tamẽ natũ moueri:& omne tale est mobile.Esse ergo rei quiescẽtis est esse rei mobilis,esse autẽ rei mobilis mẽsuratur tẽpore:ergo & esse rei quiescentis.Mensuratur autẽ id quod quiescit & id quod mouetur quantũ ad quantitatẽ quietis vel motus:motus tamẽ per se,quies autẽ per accidens. Dicimus enim q̃aliquid quieuit vno die:quia cessauit à motu vna die. Iuxta quod intelligendũ est, quòd mobile potest considerari dupliciter:vel quantũ ad suam substantiã seu essentiã:vel quãtũ ad suũ esse. Si cõsideratur.quantũ ad suã substãtiã:sic nõ mẽsuratur tẽpore:eo q̃ substãtia mobilis in quolibet nũc tẽporis est:nec habet successionẽ nec prius nec posterius.Si autẽ cõsideretur quantũ ad suũ esse:hoc potest esse dupliciter:quia aut cõsiderari potest quantũ ad suũ esse substãtiale:aut quãtũ ad suũ esse:quod habet in motu quod est suũ moueri.Si cõsideretur primo modo sic nõ mẽsuratur tẽpore.Secũdo autẽ modo mẽsuratur tẽpore . Moueri enim mobilis nõ est totũ simul:sed successiuũ.Viso ergo q̃ nõ omnia entia sunt in tẽpore:& q̃ nõ omnia nõ entia sunt in tẽpore:& hoc breuiter cõprehẽdamus:dicendũ est q̃ illa nõ entia quæ impossibile est esse nõ mẽsurãtur tẽpore.Et ratio huius est,quia sicut dictũ est omni eo quod est in tẽpore est accipere maius tempus.Cõstat autem q̃ nõ est accipere maius tempus entitate eorũ quę impossibile est esse. Et ideò nõ entia talia nõ sunt in tẽpore.Ea autẽ quæ possunt esse & nõ esse: sunt in tẽpore:quia est dare tẽpus magis entitate eorũ, & nõ entitate.

De differentia æternitatis ævi & temporis : & quid sit vnumquòdque eorum. CAP. IIII.

Viso ergo de tẽpore secundũ se & per resolutionem ad temporalia:considerandum est de eo per relationem ad alias mensuras, quę sunt æternitas & æuum. Primò ergo videdum an æternitas sit, & quid sit. Dubitant enim aliqui an æternitas sit . Et probant ipsi: quòd non:quia infiniti inquantũ infinitũ est non est mensura. Causa autem prima infinita est:cuius mensura ponitur æternitas : ergo videtur.quòd æternitas nõ possit esse in genere mẽsuræ:ergo æternitas nihil est.Item omnis mensura certificat aliquam quantitatem: causa autem prima nullam quantitatem habet;ergo æternitas non potest esse mensura causæ primæ , nec per consequens aliquid esse: cùm non ponatur esse nisi in genere mensuræ. Item nihil vno modo se habens potest mensurare:æternitas autẽ est vno modo se habens:ergo non potest habere rationem mensuræ : non ponitur autem esse æternitas:nisi vt mensura quædam:ergo æternitas non est. Intelligendum quòd æternitas tripliciter accipitur. Vno modo dicitur æternitas mensura durationis rei semper simiiter se habentis: nihil acquirentis in futuro:& nihil admittentis in præterito, & sic proprijssimè sumitur æternitas. Secundo modo dicitur æternitas mensura durationis rei habentis esse fixum & ftabile,recipientis tamen vices in operationibus suis:& æternitas sic accepta propriè dicitur æuum. Aeuum enim est mensura eorum quorum esse est ftabile:quæ tamen habent successionem in operibus suis: sicut intelligentiæ. Tertio modo dicitur æternitas mensura durationis successiuę habentis prius & posterius : carentis tamen principio & fine,vel carentis fine: & tamen habentis principium:& vtróque modo ponitur mundus æternus:sed secundum veritatem sit temporalis,& isto modo improprijssimè dicitur æternitas. Rationi enim æternitatis repugnat prius & posterius. Vtróque autem istorum modorum dicta æternitas verisimam entitatem habet. Nec valet illud quod arguitur,quòd infiniti inquantùm infinitum est nõ est mensura:quia licet causa prima infinita sit:eò quòd careat principio & fine: tamen finitissima est,eò quòd in se ipsa manens nihil sui habet extra se.Ad aliud cùm dicitur quòd omnis mẽsura certificat aliquam quantitatem.Dicendum q̃nõ est vniuersaliter verũ,nisi accipiatur quantitas valdè largè pro quantitate virtutis & magnitudinis.Licet autem prima causa non habeat quantitatem magnitudinis:habet tamen quantitatem virtutis : & hoc sufficit. Ad aliud cùm dicitur illud, quod vno modo se habet non mensurat. Dicendum quòd verum est quòd non mensurat vt numerus: sed vt vnitas , vnde æternitas magis dicenda est vnitas rei æternæ, quàm numerus. Nunc ergo considerandum est quid sit æternitas. Ad quod sciendum considerandum est,quòd æternitas dicit interminabilitatem quandam. Dicitur enim æternum quasi extra terminos existens.Sicut autem dicit Philosophus octauo physicorum. In omni motu est aliqua generatio & aliqua corruptio,inquantùm mobile definit esse in termino à quo: & incipit esse in termino ad quem. Ex hoc patet,quòd omnis mutabilitas repugnat æternitati. Includit ergo æternitas non solùm interminabilitatem essendi:sed etiam immobilitatem. Ex motu autem causatur prius & posterius in tempore. Et ideò cùm motus repugnet æternitati:ex consequenti repugnat ei habere prius & posterius.Propter quod Boëtius diffinit æternitatem dicens . Aeternitas est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio. Quæcúnque ergo cum indeficientia essendi habent immobilitatem & sunt absque successione temporali: ipsa dicuntur esse æternaliter,& mensurantur æternitate. Vnde à quibusdam diffinitur æternitas quòd est mora & non mora temporis:sed dicitur mora essendi,idest indeficientia. Spacium verò dicitur eò quòd ambit totum esse indeficiens. Continuum verò dicitur: non eò quòd habeat partes:sed quia nunquàm deest:nunquàm defuit:nunquàm deerit.non intersectum verò dicitur,quia non habet partes quæ exeant de potentia ad actum , sicut tempus cuius pars prior præterijt:& pars posterior futura est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propter quod dicit Boëtius, q̃ nunc stans & nõ fluens causat æternitatem. Occasione huius dubitant aliqui quomodò verba præteriti tẽporis & futuri, verificantur de Deo. Ad quod dicendũ est, q̃ æternitas est mẽsura rei indeficientis, sicut dictum est. Huic tamen accidit quòd cõparetur ad præteritũ vel futurum: & hanc comparationem vel concomitantiam ex indeficientia eius causatam, dicũt verba præteriti temporis. Vnde prima causa dicitur fuisse in præterito: quia in toto tempore præterito nunquàm defuit: & dicitur fore in futuro, quia nunquàm deerit. Ex his quæ dicta sunt, potest assignari differentia inter æternitatem: æuum & tempus: quia æternitas est mensura rei incommutabilis non recipientis vices in operatione: æuum autem est mensura rei cuius esse est incommutabile: quod tamen recipit vices in suis operationibus: tempus verò est mensura rei secundum omnem modum mutabilis & successiuę. Constat autẽ quòd æternum quod immutabiliter se habet, causa est quiterni, quod incommutabiliter se habet quantùm ad esse: recipit tamen vices in suis operationibus: & similiter æuiternum causa est temporalis. Et sicut est in his, sic & in instrumentis eorũ: quia æternitas causa est exemplaris ipsius æui. Æeuum enim imitatur æternitatem quantùm potest, deficit tamen ab æternitate. Aeuum autem est causa exemplaris ipsius temporis, cò quòd tempus imitatur æuum quantum potest, deficit tamen ab æuo. Vnde non est dubium, quòd sicut tempus est primò mensura vnius scilicet primi mobilis qui est velocissimus: & æternitas primò est mensura primi esse quod est essentiæ simplicissimum, ita æuum est primò mensura alicuius vnius, quod licet recipiat vices in operationibus suis, est tamen propinquissimum primo actui. Et ideò quicquid dicatur, sicut est vnum tempus & vna æternitas, ita & vnum æuum. Ex hoc confutatur error quorundã dicentium, quòd est idem nunc æternitatis & temporis: quod nituntur probare, quia stans & mouens se nõ videtur differre secundũ substantiã, sed solũ secundũ rationẽ: nunc aũt æternitatis est stans & nunc tẽporis fluens: quare non videtur differre, nisi ratione sola. Istud non põt habere veritatem, secundũ ea quæ determinata sunt. Visum est enim, q̃ æternitas & tẽpus essentialiter differunt: quia nunc æternitatis & nunc temporis essentialiter differunt. Item, quæcũq; se habent vt causa & causatũ, essentialiter differunt: nunc aũt æternitatis cũ non differat ab æternitate nisi sola ratione, causa est tẽporis: & nunc ipsius vt dictũ est. Quare nũc tẽporis & nunc æternitatis, essentialiter differunt. Præterea, nunc tẽporis & nunc æternitatis essentialiter differunt: quia nunc tẽporis est continuatium præteriti cũ futuro, vt patet quarto Physicorũ. Nunc aũt æternitatis non est continuũ præteriti cũ futuro: quia in æternitate non est prius nec posterius: nec præteritum nec futurũ: sed tota æternitas est tota simul. Neq; valet ratio in oppositũ, cùm dicitur q̃ stans & fluens non differunt per essentiã. Verũ est in omni eo quod cõtingit & stare & fluẽs esse: tamẽ stans quod nullo modo cõtingit fluere: & fluens quod nullo modo contingit stare differunt per essentiã: talia aũt sunt nunc æternitatis & nunc tẽporis. Et præterea si nunc temporis & nunc æternitatis essent mensura vnius, & eiusdem rei quã contingit stare & fluere, tamen adhuc differrent essentialiter: eò q̃ vnũ & idem secundũ aliam & aliã rationẽ mensurari potest alia & alia mẽsura: quia nos videmus in opposito, quòd diuersa mensurabilia quæ tamen participant vnam rationem, possunt mensurari eadem mensura: sicut loci mutatio & alteratio quæ mensurantur tempore, inquantũ cõueniunt in ratione successiui, habentes prius & posterius. Vnde manifestum est, quòd quorum mensurabilia differunt inquantũ mensurabilia sunt & ipsa differunt: fluens autẽ & stans, licet possint esse vnũ & idem secundũ subst antiã: quia non differunt nisi in eo quòd stans est aliud à fluente, & fluẽs in eo q̃ fluens est aliud à stãte, ideò mensurãtur alia & alia mẽsura, in eo quòd stans & fluens. Et ideò nũc æternitatis quod est mẽsura rei vt stãs, & nunc temporis quod est mensura rei vt fluens, de necessitate differunt abinuicem.

Explicit opusculum quadragesimumquartum beati Thomæ de Aquino, de natura temporis.

Verum.

Incipit eiusdem Doctoris opus Quadragesimumquintum, de pluralitate formarum.

QVONIAM sanctum est honorare veritatem præ cæteris amicis, vt dicit philosophus in primo Ethicorum: ideò virtuosi homines non dimittũt propter veritatem amicis displicere, ea quæ contraria reputant veritati reprobando. Sed plerũq; verũ à falso non rectè discernentes: eo quòd quædam falsa probabiliora sunt quibusdam veris, falsum quandóque iudicant verum propter apparentiam veritatis per hoc dum putant falsum prosequi, ipsum tanquàm amicum prosequuntur & repugnant veritati. Inter veritates siquidem de principijs naturæ veritas de vnitate formæ in vno indiuiduo ad plurimas se extendit veritates, quam agnoscunt aliqui: sed ipsam esse falsitatem putantes, tractauerunt irreuerenter & penitus repudiauerunt. Quòd verò ex eius cognitione multa dependent, consequentia expediens videtur ipsam manifestare amatoribus veritatis: vt ab eis agnita, non amplius impugneretur: sed potius tanquàm præcipua amica honoretur, ipsi autem per eius cognitionem ad videndum multas veritates illustrentur. Nec tamen oportet nouas adducere rationes ad sui manifestationem: sed sufficiat ad præsens quasdam rationes communes in scriptis adductas contra cauillationes fortificare: authoritatibus scilicet philosophi & sui commentatoris eas confirmare, & tandem rationes dissoluere, quæ mentes aliquorum ligant, ne dictam videant veritatem. Ostenditur autem propositum tribus viis ad præsens. Prima sumitur ex distinctione formarum à se inuicem. Secunda, ex ratione entitatis. Tertia, ex ratione vnitatis. Secundũ primam viam arguitur cõmuniter, quia formę rerũ sunt sicut numeri & figuræ quantũ ad hoc, quòd vna forma addit perfectionẽ super aliam. sicut vnus addit super alium: & sicut vna figura super aliam, & virtute continet ipsam: forma ergo perfectior virtute continet formam imperfectiorem: posita ergo forma perfectiori, superfluit ponere imperfectiorem: cùm ergo in natura nihil sit superfluum, non permittit natura, quòd in eodem composito sint duæ formæ, quarum vna sit perfectior alia. Ad huius rationis euidentiam considerandum est, quòd formæ substantiales non distinguuntur abinuicem, sicut distinguuntur calor & sapor, quæ sunt diuersorum generum physicè loquendo: sed omnes formæ materiales distinguuntur, sicut figuræ quæ sunt eiusdem generis physici. Formetur ergo principalis ratio sic. Impossibile est duas formas eiusdem generis physici simul perficere idem subiectum. sed omnes formæ substantiales sunt eiusdem generis physici: ergo impossibile est duas formas substantiales simul perficere eandem materiam. Huius rationis primò declaranda est secunda propositio: quia eius declaratio vtilis est ad ostensionem primæ. Probatur autem tripliciter. Primò quidem per transmutationem formarum abinuicem. Illæ enim formæ sunt eiusdem generis physici, inter quas est transmutatio per se: ita scilicet quòd vna sit terminus à quo per se: non autem per accidens, scilicet cum adiunctione sui cum termino à quo: & alia sit terminus ad quem per se non per accidens, ex hoc quòd adiungitur alicui alteri. Verbi gratia. Omne album mutatur in nigrum, si illud etiam mutetur in dulce, est transmutatio albi in dulce per accidens, sed albi in nigrum per se. & hoc ideò, quia album & nigrum sunt in eodem genere. Vnde dicit philosophus decimo Metaphysicæ, quòd ea quæ sunt diuersa genere, non habent viam id est transmutationem adinuicem: nunc autem inter formas substantiales per se est transmutatio. Et hoc manifestum est de formis, quas omnes concedunt esse specificas. In talibus enim manifestum est, quòd vna abiicitur in inductione alterius: & hoc non est per accidens ad inductionem & abiectionẽ aliarum quæ sunt termini transmutationis per se: sicut per se fit ignis ex aqua vel econuersò, vel pluuia ex vapore. Non enim generatio quæ est in substantia, est per se ex aliquo accidente vt ex albo: vel etiam quæ est per se terminatur ad aliquod accidens: puta ad nigrum. Relinquitur ergo quòd sit per se inter duas formas substantiales, quarum vna abiicitur, & alia inducitur. Omnes ergo formæ substantiales sunt eiusdem generis. Si verò ponantur aliquæ formæ quæ non sint specificæ, sicut aliqui ponunt in hominẽ formam corporis aliam ab anima, adhuc oportebit per illam rationem ponere talem esse eiusdem generis cum aliis quæ sunt specificæ, eò quòd inter illas formas & formas specificas est per se transmutatio. Corpus enim hominis quod post mortem putrescit, resoluitur in elementa. Fit enim corpus tale ex semine, & semen ex alimento, & alimentum ex elementis. Ex eisdem enim nutrimur & sumus. Forma ergo corporis est eiusdem generis cum formis elementorum. Formæ autem elementorum sunt eiusdem generis cum aliis formis specificis: ergo & forma corporis in animali est eiusdem generis vniuersaliter cum aliis formis specificis. Præterea quòd non sit instantia in aliqua forma materiali, quantùm ad hoc ostenditur per hoc quòd in substantiis semper generatio vnius est corruptio alterius, & econuersò: vt dicit philosophus in libro de generatione & corruptione. vbi determinat de generatione & corruptione in vniuersali. Vniuersaliter ergo inter formas substantiales est transmutatio. sic quòd in inductione vnius, est abiectio alterius, & ecõuersò: talis autẽ inductio & abiectio non potest esse per accidẽs ad inductionem & abiectionem aliorũ quæ sunt per se termini generationis & corruptiõis: quia in generatione substantiæ vel corruptione, nihil potest per se esse terminus

terminus, nisi forma substãtialis: est ergo transmutatio inter quascũque formas vniuersaliter. Oportet ergo dicere vniuersaliter, quòd omnes sunt eiusdem generis: & hæc est prima probatio propositionis. Secundò probatur per locum à dissimilitudine. Dicit enim Philosophus 5. Metap. quòd diuersa genere sunt quæ non habent idem susceptiuum. Omnes ergo actus qui habent idem susceptiuũ: sunt eiusdem generis. Hoc est manifestum tam de accidentibus trãseuntibus quæ sunt operationes: quàm de formis permanentibus. Visio enim albi & visio rubei sunt actus eiusdẽ generis: cũ habeant idem proximum susceptiuum: scilicet potentiam visiuam. Similiter albedo & rubedo sunt formæ eiusdem generis, cùm sint in eodem susceptiuo: scilicet in superficie corporis terminati. Et huius ratio est: quia potentiæ distinguuntur per actus: ita quòd actus diuersorum generum habent diuersas potentias. Proximum autem susceptiuum cuiuslibet actus est potentia nata perfici per illum actum: vnde oportet, quòd omnes actus qui habent idem susceptiuum proximum sint eiusdem generis: nunc autem omnes formæ substãtiales habent idem susceptiuum: quia sunt perfectiones eiusdem potentiæ. Materia enim est illud quod est potentia, quædam ordinata ad formas omnes materiales: tanquàm ad suos actus siue perfectiones: & est susceptiua omnium formarum materialium, sicut lignũ est susceptiuum omnium formarum artificialium: vt dicitur primo Physicorum. Omnes ergo formæ materiales sunt eiusdẽ generis. Sed huic probationi potest obuiari de anima quæ est actus corporis Physici organici. Non enim videtur esse actus primæ materiæ tanquàm potentiæ immediatè vel proximè: sed solùm tanquàm remotè: videtur autem esse actus corporis tanquàm immediatè. Vnde Philosophus dicit. 2. de anima, quòd ex corpore & anima fit vnũ tanquàm ex potentia & actu. & sic viderur, quòd eius susceptiuum immediatum sit alterum à susceptiuo aliarum formarum, licet idẽ habeant susceptiuum remotum. Et ex hoc videtur sequi prædictũ, quòd anima non sit eiusdem generis cum formis materialibus: cũ illa sint diuersa genere, quæ non habent idem susceptiuum proximum. Non enim oportet: quòd illa quæ habent idem susceptiuum remotum sint eiusdem generis. Sicut enim color & sapor essent eiusdem generis, cùm sint in eadem substantia. Potentia autem dicitur non quodcúnque principium actus: sed principium immediatum ipsius. Materia ergo si sit potentia siue susceptiuum aliarum formarum non sequitur, quòd sit animæ: sequitur ergo, vt videtur, quòd anima sit alterius generis ab aliis formis. Ad hoc dicendum, quòd necesse est idem susceptiuum esse animæ & aliarum formarum. Si enim accipiamus corpus in actu per aliam formam quàm sit anima. Quod quidem corpus maneat post mortem secundum aliquos: tale corpus non potest esse potentia respectu animæ: quia si sic posset post mortem suscipere animam: quia quãdiu manet potentia, tandiu potest per agens duci ad actum naturaliter: sicut quãdiu in oculo manet potentia visiua: potest duci ad actum videndi, nunc autem corpus mortuum per nullum agens naturale potest animam suscipere: sed tantùm per agens supernaturale: quod est Deus. Ex mortuo enim non fit viuum naturaliter: nisi per resolutionem ad primam materiam. Corpus autem mortuum nunquã fuit idem numero potentia respectu animæ. Eodem modo etiam potest argui de quocúnque accepto in corpore mortuo: quod sit compositum. Nihil enim tale potest accipi: quod possit fieri viuum sine corruptione. Fit enim resolutio corporis mortui vsque ad primam materiam: antequàm ex ipso generetur viuum: & ita relinquitur, quòd materia prima sit potentia immediata respectu animæ, si accipiamus animam secundum suam propriam rationem: sicut est potentia immediata respectu aliarum formarum. Tamen si cõsideremus corpus in actu per ipsam animam: tunc ipsum corpus sic cõsideratum est potentia respectu animæ: & secundum quod ipsa dat esse viuum & sensitiuum: & sic deinceps: & sic loquitur Philosophus in secundo de aãima. cùm dicit, quòd ex corpore & anima fit vnum: sicut ex potẽtia & actu, & similiter quando dicit ibi, quòd anima est actus corporis. Ideò autem sic loquitur: quia in diffinitione formæ debet poni materia prout appropriata est illi formæ, non autem secundum quod communis est sibi & alijs: & similis est modus loquendi cùm dicitur: anima est actus corporis: ac si diceretur: calor est actus calefacti: non autem id cuius calor est actus est qualificatum alia qualitate priori quàm sit calor, quia calor est de primis quatuor qualitatibus: sed intelligitur: quòd sit qualificatum primo calore qui est actus eius. Nec potest dici quòd dispositio susceptiui per quam aappropriatur potentia actui: det ipsi susceptiuo rationem potentiæ, ita scilicet quòd illa dispositione destructa non sit amplius potentia respectu talis formæ: sicut si diceretur, quòd propria harmonia facit quòd corpus est potentia respectu animæ, & ideò ipsa harmonia destructa vel soluta iam non est potentia, sci licet susceptiua respectu ipsius. Si enim hoc esset verum tot essent potentiæ quot actus: & non responderet vna potentia diuersis actibus eiusdem generis: quia diuersi actus requirunt diuersas dispositiones in potentia susceptiua. Videmus enim actus actiuorum esse in patiente & dispositio: vt dicitur secundo de anima. Vnde etiã formæ elementorum de quibus manifestum est, quòd habẽt idem susceptiuum proximum, requirunt in suo susceptiuo dispositiones cõtrarias: puta forma ignis calorem: forma aquæ frigiditatem. Nec valet si dicatur, quòd hoc fit propter defectum agentis naturalis: quia illa potentia passiua quæ est corpus mortuum non potest duci ad actum vitæ, quia cuilibet potentiæ passiuæ respondet aliqua potentia actiua quæ posit eam ducere ad actum. Alioquin illa potentia passiua esset ociosa. Vnde ex hoc, quòd non est aliqua potentia naturalis quæ possit disponere corpus mortuum ad actum vitę, sequitur quòd ipsum non est potentia respectu talis actus: & per cõsequens etiam non est idem corpus secundum formam: quod fuit viuum. Illud enim corpus viuum erat potentia respectu animæ: sed anima dat esse viuum & vlteriores perfectiones: licet materia sit eius potentia, secundum quod constituit esse substantiale & esse corporeum: sicut dictum est. Sic ergo oportet, quòd omnes formæ materiales sint eiusdem generis: eo quòd omnes habent idem susceptiuum proximum: scilicet materiam primam: & hoc est secundæ propositionis probatio. Ostenditur hoc idem ex habitudine formarũ ad se inuicem quantùm ad suas essentias. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd formæ diuersorum generum sic se habent, quòd vna nihil habet in sui natura de virtute alterius, sed sunt penitus diuersæ naturæ: quarum nulla continetur in alia: puta color & sapor: quorum neutrum est virtute in altero: & ex hoc sunt diuersa secundum genus: sed formæ eiusdem generis sic se habent: q̃ semper vna virtute continet aliam: illa, scilicet quæ est perfectior in se continet imperfectiorem cum alio addito: sicut videmus, quòd vna figura continet aliam & aliquid amplius. Tetragonum enim continet trigonum & addit vnum angulum: pentagonum continet tetragonum & addit vnum angulum: & ita de cæteris, & sicut est in genere recti linearum figurarum: ita est in alijs generibus. Cũ enim in omni genere sit vnum primum quod est mẽsura omnium, quæ sunt in illo genere: oportet, quòd diuersæ formæ eiusdem generis sint ab inuicem distinctę per recessum à primo sui generis, & quòd multiplicetur secundum quod multum recedunt ab illo primo, quedã minus: & quædam magis: vt scilicet tot sint formę quot modis fit recessus ab illo primo: puta in genere coloris tot sunt species quot modis fit recessus ab illo primo in genere coloris, & mensura totam perfectionem sui generis cõprehendente. Vnde & Philosophus 10. Meta. nigrum quod maximè distat ab albo, dicit esse priuationem albi: eo quòd minimè habet perfectionem coloris albi: & ita est in alijs contrarijs. Omnia enim contraria sunt in eodem genere: vnde vnum contrariorum semper est priuatio respectu alterius quod est habitus: eo quòd continet totam perfectionem sui generis. Ex his concludi potest, quæcúnque formæ sic se habent adinuicem: quòd semper perfectior continet in se imperfectiorem, & super eam addit aliquid sunt eiusdem generis. Sic se habent omnes formæ substantiales: tunc enim formæ sunt vt numeri: quorum species resultant, per hoc quòd maior addit vnitatẽ supra minorem: sicut dicitur 8. Meta. & 9. Omnes ergo formæ substantiales materiales sunt eiusdem generis. Sicut enim numeri diuersi resultant secundum progressionem naturalem ab vnitate: ita quòd primus numerus super vnitatem addit vnitatem: & sic deinceps: ita formæ materiales accipiuntur secundum quendam à materia recessum secundum perfectius & imperfectius. Formæ siquidem elementorum sunt propinquissimę materiæ primæ, & sic imperfectissimę secundum Cõmentatorẽ, & quasi parũ à materia recedentes. Vnde corpora elementalia dicuntur prima corpora tanquã à primis formis & materia prima constituta. Istas autẽ formas propter sui propinquitatẽ ad materiã non sequitur aliqua operatio excedẽs qualitates actiuas & passiuas. Cõsequenter autẽ magis recedunt ab imperfectiõe: & potentialitate materiæ primæ formæ mixtorũ: vtpotè habentes in se quicquid habent formæ elementorum & adhuc amplius: vnde & ipsas consequũtur operationes excedentes qualitates actiuas & passiuas elementorum, puta Adamas trahit ferrum. Ispis restringit sanguinem: & sic de alijs, & in istis etiam sunt multi gradus. Similis est etiam cõparatio plantarũ ad inanimata, quòd scilicet formæ plantarũ excedunt omnium inanimatorũ formã: ex quo quidẽ excessu habent in seipsis principium sui motus actiuum, puta nutritionis & augmentationis, quod nulli inanimato competit. Similiter etiam formæ animalium excedunt formas plantarum: & plus elongãtur à terrestritate materiæ: propter quod habent in se principium sui motus: sed & cognitiones aliarũ rerũ. Anima verò humana inter omnes formas receptas in materia perfectissima est. Vnde nõ solũ est principiũ cognitionis quæ est per organũ corporale: sed quia eleuata est super materiã naturaliter habet cognitionem & intelligẽtiam separatam à materia. Vnde opor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tet,quòd sit perpetua:sicut innuit Philosophus 12. Metaph. quòd inter omnes formas ipsa sola manet post corporis corruptionem. Sit ergo cùm sit perfectissima inter omnes formas materiales & contineat virtualiter vegetatiuam plantę:& sensitiuam bruti,oportet quòd contineat virtute omnes alias formas materiales: & ita quantùm ad hoc quòd est perfectio corporis, est eiusdem generis cùm aliis formis corporalibus vel materialibus:& sic cõsiderari potest quòd semper forma substantialis quæ est perfectior,cõtinet in se imperfectioré & amplius:& ita relinquitur,ꝙ omnes sunt eiusdē generis:& hæc est tertia & vltima probatio propositionis. Prima verò propositio eiusdem rationis probatur ex his quæ dicta sunt. Primò quidem per trāsmutationem formarum adinuicē. Si enim aliquæ duæ formæ perficiunt simul idem subiectū,illę sunt contingentes nullam repugnantiam habentes. Inter formas autem cõtingentes non cadit transmutatio per se. Contingens enim non fit ex contingenti,nisi per accidens:nec per consequens corrumpitur in contingens.nisi per accidens,sicut dicitur primo Phy. Si autem inter formas quæ simul sunt in subiecto,non cadit trāsmutatio per se,sequitur quòd nõ sint eiusdem generis:quia inter formas eiusdē generis cadit transmutatio per se:vt prius ostensum est. Impossibile est ergo duas formas eiusdem generis simul perficere idem subiectum. Secundò ostenditur idem per hoc quòd formæ eiusdem generis habent idem susceptiuum immediatum. Non est autem possibile,quòd duæ formæ habeant idem susceptiuum numero immediatum simul:quia oportet esse ordinem naturalem inter formas: nec etiam ponuntur duæ formæ tales in eodem subiecto, nisi inquantùm vna est ordinata in aliam. Neutra etiam perficietur per aliam,eo quòd perfectibile præsupponitur perfectioni. Si ergo dicatur quòd duarum formarum vna perficit susceptiuum mediante alia,sequitur quod non habent idem susceptiuum immediatū. & per consequens quòd non sint eiusdem generis. Impossibile est ergo duas formas aliquo modo perficere idem susceptiuum. Nec etiam valet si dicatur quòd vna forma est dispositio ad susceptiuū. & alia est actus eiusdem: quia diuersæ formæ eiusdem generis requirunt diuersas dispositiones, per quas receptiuum eis appropriętur:& licet in via generationis vna disponat ad inductionem alterius,tamen in via essendi dispositio propria vnius repugnat alteri. Si enim dispositio vnius staret cum dispositione alterius, iam esset communis dispositio & nullius propria. Forma autem non est in materia,nisi sit disposita & propria. Si autem essent duæ formæ in materia simul,neutra haberet propriam dispositionem:tota enim dispositio materiæ esset communis vtrique:ex quo vtraque forma stat cum illa dispositione. Non solùm ergo verum est quòd vna forma non pertinet ad dispositionem alterius propriam: sed nec etiā compatitur secum aliam in eodem subiecto. Et hæc potest esse tertia probatio sumpta ex incompossibilitate dispositionum. Quartò ostenditur idem sic. Semper forma perfectior continet imperfectiorem:sicut est in numeris & figuris quòd quinarius cõtinet quaternarium,& pentagonus tetragonum:vt prius ostensum est. Forma ergo perfectiore existente in materia,frustra esset in ea forma imperfectior:ex quo continetur in forma perfectiore:& sit cũ forma imperfectiore eiusdem generis in eodem subiecto. Quintò persuadetur sic per ea quæ apparent sensui. Videmus enim in formis sensibilibus quæ sunt eiusdem generis,quòd non compatiuntur se in eodem subiecto. Non enim idem corpus in eadem sui parte est album & rubeum,nec etiam calidum & frigidum: & sic etiam videmus non solùm in illis vbi est contrarietas,sed etiam in aliis. Nõ enim aliquod corpus potest esse simul triangulare & quadrangulare. Cùm ergo per sensibilia eleuemur ad cognitionem intelligibilium,impossibile est quòd formæ eiusdem generis quæ non sunt sensibiles:cuiusmodi sunt formæ substantiales, compatiantur se in eodem subiecto. Sextò probatur idem sic. In formis vbi inuenitur contrarietas:puta in coloribus & saporibus duo est considerare, scilicet quod intenduntur & remittuntur & quod sunt eiusdem generis. Manifestum est autem quòd in talibus duæ formæ sunt incõpossibiles adinuicem. Aut ergo sunt incompossibiles, quia intenduntur & remittuntur:aut quia sunt eiusdem generis.nec apparet aliqua alia causa incompossibilitatis,nisi alterum istorum. Sed nõ potest dici quòd sunt incompossibiles,quia intenduntur & remittuntur:quia per intensionem & remissionem formæ in subiecto fit quodammodò accessus ad aliam formam eiusdem generis vel perfectiorem vel imperfectiorem:& sic per hoc tollitur aliquid impossibilitatis vnius ad alteram. Relinquitur ergo quòd sint incompossibiles propter hoc,quia sunt eiusdē generis: Cùm ergo posita causa ponatur effectus,oportet vniuersaliter quòd omnes formę quæ sunt eiusdem generis,sint in hoc incompossibiles. Septimò arguitur sic. Forma imperfectior alicuius generis distinguitur à perfectiore non secundum aliquid positiuum , quod sit in ea & non in perfectiore:quia sicut dictum est,perfectior continet imperfectiorem totaliter & adhuc amplius: per hoc ergo distinguitur ab ea, quòd forma perfectior aliquid ponit in subiecto, cuius priuationem ponit imperfectior. Cùm ergo impossibile sit aliquod subiectum simul habere in se aliquod positiuum & priuationem eiusdē, impossibile est ergo quòd forma perfectior & imperfectior eiusdē generis simul sint in eodem subiecto. Octauò arguitur. Omnis actus quandiu suum potentium perficit,totaliter eam perficit & occupat & continet. De ratione enim actus est perficere, terminare, & complere suam potentiam:sed susceptiuum occupatum & completum nihil suscipit quousque euacuetur:ergo cùm formæ eiusdē generis habeant idem susceptiuum, impossibile est quòd recipiat vnam formam post aliam, nisi priore abiecta. Nonò & vltimò arguitur. Omnis transmutatio per se est de opposito in oppositum, de non albo enim fit album:& de non igne ignis:sed inter duas formas eiusdem generis est per se transmutatio, sicut dictum est.ergo vna forma denominat ipsum opposita denominatione à prima: qua denominat ipsum alia forma eiusdē generis:& hoc apparet in formis sensibilibus. Corpus enim quod est rubeum,est nõ album, & est non nigrum,& non viride. Eodem etiam modo album est non rubeum,& nõ viride,& sic de aliis. Si ergo duæ formæ eiusdē generis simul perficerent idem subiectum,opposita simul inessent eidem subiecto. Puta si in eodem subiecto esset albedo & rubedo, denominaretur idem subiectum per rubedinem nõ album, & per albedinem album:& ita esse album & non album. Hoc autem est oppositum primi principij:& ita sufficienter ostensum est, quòd diuersæ formæ eiusdem generis non possunt simul perficere idem subiectum: prius autem probatum est: omnes formas substantiales esse eiusdem generis.relinquitur ergo quòd non est possibile aliquod subiectum simul perfici diuersis modis substantialibus,sed vna sola. Sumpta est autem hæc via ex sententia philosophi in diuersis locis:& præcipuè ex 10. Meta. vbi dicit quòd sicut in coloribus est vnum primum,quod est mensura omnium colorum, scilicet color albus:& in vocibus est vnum primum illius generis, scilicet,diesis:& in figuris rectilineis est vnum primum , scilicet trigonum,ita est in aliis generibus:& si ita sit in passionibus & qualitatibus,& substantiis,necesse est similiter se habere. Similiter enim se habet in omnibus.ex istis verbis philosophi haberur expresse,quòd substantiæ omnes de quibus hîc loquitur,sunt vnius generis physici:loquitur autē de substātiis materialibus : quia nondū peruenit ad determinandum de substantiis immaterialibus. Dicit etiam in eodem quòd priuatio est principium contrarietatis , & quòd vnū contrariorum est priuatio respectu alterius. Vbi etiam dicit commentator , quòd omnia contraria opponuntur secundum priuationem & habitū:vni enim contrariorū accidit,vt sit priuatio perfectionis:quia alterum contrariorum est perfectus habitus,& alterum diminutus. Ratio autem istorum dictorum philosophi & sui commentatoris est,quia contraria sunt in eodem genere: & ideò distinguuntur secundum priuationem & habitum sui generis, vt suprà expositum est. Consequens ergo est, quòd eodem modo distinguantur formę eiusdem generis,vbi nõ est contrarietas:vtpotè in figuris & in substantiis:vt semper vna perficiat subiectum cum priuatione alterius:sed vnum cõtrariorum est vt priuatio propter sui maximam distantiam à suo contrario,quod est habitus perfectissimus eiusdem generis : ita & media inter duo contraria cùm sint ex ipsis contrariis,aliquid habent de priuatione & aliquid de habitu secundum magis & minus,propter quod quodlibet eorum est incompossibile alteri in eodem subiecto. Cùm ergo eadem causa in compositis reperiatur:& in aliis generibus , vbi non est contrarietas,non poterunt duę formæ eiusdem generis simul perficere idem subiectum. Dicit etiam philosophus in eodem libro,quòd non est permutatio ex vno genere in aliud genus , nisi per accidēs. & quantò aliquid est perfectius, tantò est simplicius & minus compositum:vt patet in formis accidentalibus eiusdem generis. Albedo enim quæ est color perfectissimus,est simplicior:& alij colores inquantùm ab eo distant vel ei appropinquant , sunt compositiores vel simpliciores. Et præterea formarum eiusdem generis vna continet aliā virtualiter, scilicet perfectior imperfectiorem:& imperfectior si coniungeretur cum perfectiore,nullam perfectionem daret,sed esset frustra. In natura autem nihil est frustra:non ergo sic poterit fieri additio in speciebus,vt forma præexistens maneat cum alia superueniente. Oportet ergo similitudinem prædictam sic intelligere,vt forma perfectiore adueniente corrumpatur præexistens:vt semper in composito maneat vna forma tantùm : continens tamen imperfectiorem & amplius : & per consequens : addens super ipsam : vt sicut numerus maior continet in se numerum minorem seorsum ab eo existentem, & addit super ipsum: vt quaternarius continet in se virtualiter quantitatiuè seorsum ab eo existentem ternarium, & addit vnitatem : ita quòd forma perfectior super formam imperfectiorem,quam virtualiter continet, addit

addit aliquam perfectionē. Licet ergo in numeris sit quòd minori numero puta ternario potest fieri additio vnitatis nouæ,quæ cum tribus vnitatibus constituat quaternarium qui est numerus maior: tamen ille modus in formis non est possibilis: vt forma adueniens cum forma præexistente in materia constituat perfectiorem formam. Et huius diuersitatis ratio est duplex : quia additio numeri super numerum est:secundum partes integrales siue quantitatiuas: inquantùm vnus numerus excedit alium:ad talem autem excessum habendum nihil refert vtrum accepto minore numero addamus aliquid faciendo ipsum minorem numerum partem maioris: vel quòd accipiamus maiorem numerum seorsum omninò ex omnibus vnitatibus. Vtróque enim modo vnus numerus excedit alium secundum quantitatem. Sed additio formæ super formam eiusdem generis est secundum perfectionem:tota autem perfectio quę est in forma imperfectior est in forma perfectiore per se:& ita nulla perfectio cresceret ei ex forma imperfectiore: si poneretur cum perfectiore:& ideò omnis forma est simplex:& nulla est compositа ex formis : & tanto forma est simplicior : quanto maior est & perfectior : licet in numeris sit econtrario : quia quanto numerus est maior:tanto est compositior : & ideò non potest fieri additio formæ existenti:sicut fit in numeris additio numero præexistenti. Alia ratio huius diuersitatis est:quia numerus non est quid vnum simpliciter:sed vnum aggregatione vnitatum. Et ideò sibi competit habere plures partes quarum quælibet est in actu : & ideò quocúnque modo fiat additio partis ad partem resultat numerus maior,sed substantia materialis est vnum quid simpliciter: & ideò nõ possunt in ea esse plures actualitates: vt infrà dicetur. Et ideò adueniente vna forma substantiali necesse est aliam cedere. Et secundum hoc cõuenientior est similitudo formarum ad figuras, quàm ad numeros:eo quòd figura sequitur formam continui : quam similitudinem ponit Philosophus in secundo de anima:sic inquiens. Similiter se habent ei quod de figuris est: & quæ secundum animam sunt. Semper enim in eo quod est consequenter est potentia, quod prius est in figuris & in animatis:vt in tetragono quidem trigonum:in sensitiuo autem vegetatiuum. Manifestum est autem in figuris,quòd ad habendum speciem maiorem trigono manentem:non est illi addenda aliqua linea vt habeatur tetragonus : quia qualitercúnque addatur illa linea non esset figura maior:quia non esset alia clausio quàm prius. Nec etiam trigono præexistenti potest addi nouum quaternarium ad constituendum cum ipso maiorem figuram:quia non compatiuntur se in eodem subiecto siue corpore secundum numerum duæ figuræ eiusdem generis , sed oportet ad hoc quòd corpus trigonum fiat tetragonum amouere per decisionem de corpore:vt destruatur figura triangularis:vel sit flexibilis vel ductibilis oportet in ipso aliam curuationem facere : vt habeantur quatuor anguli destructis primis angulis qui fuerunt in figura triangulari. Sic ergo necesse est additionem vel substractionem in substantijs rerum fieri:vt adueniente noua forma corrumpatur illa quæ præexistebat:sicut in figuris patet:& sicut in numeris quorum vnus accipitur post alium seorsum ex aliis vnitatibus omnibus:cùm vnus plures vnitates contineat quàm alter:& sic cadit super ipsum. Patet etiam,quòd tota illa via procedit secundum sententiam Philosophi,quia propositiones ex quibus ostensum est propositum ab eo sumptæ sunt,& secundum sensum quem intellexit. Sed vnum dubium restat videre:quia videtur esse probatum,quòd in homine non sint plures formæ substantiales: quia anima rationalis cùm sit incorruptibilis:non videtur esse eiusdem generis cum aliis materialibus quæ sunt corruptibiles:quia corruptibile & incorruptibile differunt secundum genus: vt dicitur. 10. Metap.& ita anima rationalis compatitur secum quasdam formas corporales in homine:vt sint duæ formæ in homine, scilicet anima rationalis:& forma corporis. Ad hoc dicendum est,quòd propter hoc anima constituta est in confinio substantiarum separatarum quæ sunt incorporales:& formarum materialium quæ sunt corporales. Est enim infima formarum incorruptibilium , & suprema formarum corruptibilium:& propter hoc est partim separata à materia:& partim in materia:secundum intellectū nánque & voluntem separata & incorruptibilis est:& quantùm ad hoc pertinet ad genus substantiarum separatarum:sed secundum alias potentias est actus materiæ:& secundum illas est corruptibilis: & sic pertinet ad genus formarum materialium quæ sunt corruptibiles. Quod patet ex hoc,quòd per potentias illas,scilicet sensitiuam & vegetatiuam cõtinet perfectionem quæ reperitur in formis brutorum: sed eminentius. Vnde impossibile est quòd compatiatur secum aliam in eodem subiecto,cùm sit eiusdem generis cum vnaquáque : sicut & omnes formæ aliæ sunt incompossibiles propter hoc quòd sunt eiu sdem generis:vt ostensum est.

SEquitur de secunda via ostendendi propositum quæ sumitur ex potestate essentiali formę substantialis:ex hoc scilicet quòd quælibet forma substantialis constituit ens simpliciter: & ne fiat discepatio de vocabulo: voco ens simpliciter illud:quod est hoc aliquid subsistens. Hoc aliquid enim subsistés à nullo dependet in essendo, quod autem dependet:est ens secundū quod:vnde Philosophus accidentia vocat entia secundum quod:substantias autem entia simpliciter:similiter generationem accidentium vocat genus secundū quid genus substantiarum ge. simpliciter. Quod autem quælibet forma substantialis constituat ens subsistés, posset probari ex prima via suppositа incompossibilitate formarū. Ex hoc enim statim sequitur,quòd omne subsistens materiale cùm sit vnum subiectum vnam tantùm habens materiam,quòd tantū sit vna forma cuiuslibet quæ faciat cum esse subsistens:sed tamen vt appareat,ꝙ ista via in se sit sufficiens:ideò ex propriis huius viæ est procedendum. Pro principio autē huius viæ sumendū est,quòd omnis forma naturalis est principium alicuius motus naturalis & quietis. Omnis ergo forma naturalis quæ primò aduenit materiæ constituit aliquod corpus aptum natum moueri aliquo motu naturali:tale autem est corpus dimensionatum graue vel leue: durum vel molle:ergo ad quācúnque formam primò aduenientem materię sequuntur aliqua accidentia quæ sunt necessaria ad motum:sed talia accidentia necessariò fundātur in aliqua substantia subsistente:ergo omnis forma naturalis substantialis quæ immediatè vnitur materiæ constituit ens subsistens. Pręterea omne quod per se mouetur,est per se ens & per se subsistens. Vnumquódque enim sicut est ita operatur:sed omnis forma primò aduenies materiæ constituit ens quod per se mouetur,scilicet corpus physicum:ergo est ens per se & subsistens:& hoc specialiter considerandum est de forma corporis humani quàm quidam ponunt esse aliam ab anima. Cùm enim secundum omnes forma illa corporis maneat in materia post mortem:apparet autē sensui,quòd tale corpus est quoddam subsistens:sequitur quòd ipsa cõstituat ens per se subsistens. Pręterea hoc ostenditur vniuersaliter de omni forma substantiali sic. Forma substantialis:sicut ex hoc quòd est forma vel actus aliquid in actu constituit:ita ex hoc quòd subsistialis est,substantiam debet constituere:ex hoc ergo quòd est forma substantialis debet constituere substantiā in actu:& per consequēs dare esse subsistens:sed esse substantiæ est subsistere:sicut esse accidētis alteri inesse:omnis ergo forma substantialis constituit substantiam subsistentem. Præterea hoc persuadetur per signum: videmus enim formas imperfectas cuiusmodi sunt formæ elementorum secundum Philosophos:similiter formam vaporis pluuię,grandinis, & huiusmodi imperfectorū cõstituere hoc aliquid subsistens: quãto autem forma est perfectior:tanto dat esse perfectius : perfectius autem est esse subsistens quàm esse quo aliquid nõ subsistit. Irrationale ergo est dicere,quòd formæ perfectiores cuiusmodi sunt formæ mixtorum:non debeant esse subsistentes. Sic ergo ostensum est quòd omnes formę substantiales faciunt rem subsistere. Vlterius cõsiderandū est,quòd omne quod aduenit rei subsistenti:oportet esse accidens:& hoc probatur per præmissa. Primò. Si enim omnis forma substantialis constituit ens subsistens,nulla forma substantialis poterit aduenire subsistenti præexistenti:sed necessariò constituit aliquod subsistens: & per consequens aliquod suppositum: & sic nõ aduenit suppositо præexistenti:omne ergo quod aduenit rei subsistenti:tanquā ipsam informans accidens est. Præterea omne quod aduenit rei subsistenti & consequitur esse substantiale, non potest esse de essentia rei:quia tota essentia rei intelligitur:vt principium susceptiuum ipsius esse:comparatur enim essentia ad esse:sicut potētia ad actū:tota ergo essentia rei siue substātia præintelligitur ipsi esse:non ergo quod aduenit rei subsistenti est de essentia rei:erit ergo per accidēs. Istas autē rationes putāt quidā infallibiliter infringere dicendo,quòd aliquid est subsistens cõpletū in esse specifico: & omne quod aduenit tali cũ habeat esse completum est extra eius substantiam, & est accidens ipsius. Aliquid autem est subsistens incõpletum non habens secundum se esse specificū: & ideò sibi aduenit forma substantialis complens eius existentiam & eius essentiā. Sed istud sufficienter exclusum est per prædicta. Omne enim subsistēs quantūcúnq; incompletum sit:separatur secundū esse ab alio subsistente. Cùm ergo duæ formæ substantiales constituant duo subsistentia,vt ostensum est:sequitur quòd neutra alteri aduenit in eodem individuo: sed constituunt duo individua separata secundum esse. Duo enim subsistentia quantumcúnque incompletа sint,sunt duo distincta individua. Et præterea genera non subsistunt : nisi in suis speciebus:esse ergo subsistens quantumcúnque incompletum sit,habet esse specificatum: & per consequens essentiam completam quantùm possibile est secundum gradum suum. Propter hoc quidam adinueniunt aliam cauillationē,dicendo quòd forma substantialis completa perfecta adueniens rei subsistenti dat ei nouum esse subsistentiæ,sed non manet esse quod præfuit:quia sic essent duæ subsistētiæ:& ideò dicūt ꝙ primū esse corrūpitur in aduētu formæ secūdę:& ideò est tantū vnū subsistēs. Sed illud est magis irrōale:quia esse per se cõsequit formā immediatius etiam quā prima passio suum subiectum propriū:esse enim est actualitas formę:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod autē per se cōsequitur aliquid,nō pōt auferri per naturā ipso manēte. Vnde nec propria passio pōt separari per naturā a suo subiecto,dum subiectū manet. Licet fortè per miraculū hoc possit fieri,quod non est ad propositū. Non ergo forma aliqua ad quam sequitur esse,potest illud esse amittere absq; sui fundamēti destructione. Præterea,nihil aliud est formā acquirere esse,quàm ipsam ad actū produci vel generari. Vñ generari nō solū est via ad esse,sed etiā ad formā. Forma eīm est terminus generationis:ergo cū corruptio opponat generationi,nihil aliud est formā acquirere esse,quā ipsam destrui vel corrūpi. Istis ergo sufficienter intellectis manifestū est,q; impossibile est in vno indiuiduo esse duas formas substātiales. Vlterius etiā possunt cōcludi manifesta incōuenientia ex istis. Statim enim sequitur q; forma quæ ponitur aduenire subsistēti,& esse substātialis ex hypothesi & nō substātialis, sed accidētalis,vt ostensum est:& ita de ipsa dicētur duo cōtradictoria. Et rit enim accidens & non accidens:substantia & non substātia:& præsertim de anima quæ ponitur ab omnibus esse substātia:sequitur quod sit accidens,cū ponatur aduenire corpori cōstituto in esse per aliā formam. Vlterius etiā si forma substātialis sit accidens, inductio autē formę substātialis sit generatio simpliciter,inductio verò accidentis sit alteratio,sequitur q; generatio simpliciter sit alteratio,extendendo nomē alterationis ad productionē cuiuslibet accidentis: pones quod pōt attēdi aliqua alteritas in re:sicut Sor.in foro dicitur alter à seipso in theatro:propriè tamen alteratio est secundū qualitatē. Sumpta est autē ista via probandi propositū à sententia philosophi & sui cōmētatoris in plerisq; locis & diuersis,quantū ad diuersa quæ assumpta sunt & probata. Quòd enim primò probatū est, q; omnis forma substātialis cōstituit hoc aliquid,hoc acceptum est à principio secūdi de anima:vbi diuidit philosophus substantiā in tria,scilicet materiā,formā & compositū. In materiā quidem quæ secundū se nō est hoc aliquid:& formā secundū quā iam est hoc aliquid:& tertiū quod est ex his,scilicet hoc aliquid. Vnde dicit commentator,q; omnia de quibus dicitur substātia,sunt tribus modis, quorū vnus est vt sit materia prima quæ per se nō est formata:nec aliquid per se in actu:Secundū autem est forma per quā habet esse hoc indiuiduū. Tertiū autē est quod fit ex istis ambobus. Vult ergo cōmētator,q; substātia nō dicitur de aliqua forma, nisi de illa per quā indiuiduū est hoc aliquid:quod quidē hoc aliquid dicitur fieri ex istis ambobus,scilicet forma & materia tali:& nō dicitur ipsum fieri ex istis ambobus & aliqua alia forma. Insufficiens enim esset hæc diuisio philosophi de substātia,maximè ad propositū suū concludendū de anima, si esset aliqua forma quæ constitueret hoc aliquid,& aliqua quæ non'constitueret hoc aliquid. Ni si hoc poneret in sua diuisione. Consequenter Cōmentator in eodē loco hoc ponit expressius. Volēs enim ostendere q; anima sit substantia quę est forma,accipit ad eius probationē quòd forma substantialis in hoc differt ab accidente,q; subiectū accidentis est compositū ex materia & forma:& est aliquid existens in actu,quod non indiget in suo esse accidente:subiectū autem formæ substantialis non habet esse actu nisi per illam formā,& indiget forma vt sit actu: & posteà in quibusdam interpositis dicit,quòd formæ naturales sunt substantiæ:quia cū fuerint ablatæ,auferrur nomen quod demonstrat ens secundum quod est indiuiduum substantiæ: & similiter diffinitio quæ sit secundū illud nomen:quia auferuntur genus & differētia: & nihil remanet quod sit aliquod indiuiduum:& hoc valdè manifestatur,vt dicit in formis rerum simpliciū.quoniā cùm forma fuerit ablata,nihil remanet. Circa ista verba cōmentatoris considerandum est,quòd quamuis non sit ita manifestum de anima,sicut de aliis formis,quòd subiectum eius non sit aliquid actu,nisi per animam,& quod ipsa ablata,nihil remaneat in materia:tamen omnia ista adducit ad habendum cognitionem de anima specialiter:vt patet ex processu suo. Accipit enim quòd anima est prima perfectio corporis,sicut ipse dicit in diffiniendo animam : & ex hoc sequitur quòd non sit aliqua forma prior per quam sit corpus. Si enim esset aliquis actus prior,subiectum animę esset compositū ex materia & forma:& ita anima esset accidens secundū differentiam quā prius assignauit inter substantiam & accidens : nec haberet corpus esse per animam:quod cùm sit impossibile,relinquitur quòd sit prima perfectio corporis,ita quod nulla sit prior in corpore:& quod subiectum eius nullum esse habeat nisi per ipsam : sed indigeat anima, vt sit in actu:& hoc magis expresè dicit idem commentator in 8. Meta.in fine,quòd corpus & anima non est duo diuersa, & corpus non existit sine anima. Vult ergo commentator quod vniuersaliter subiectū cuiuslibet formæ substantialis,nisi sit in actu nisi per illā formam:& specialiter hoc probat de substantia animę:& hoc bene considerandum est,quia hoc de subiecto animæ ab aliquibus præcipuè negatur. Quòd autem conclusum est superius, quòd omne quod rei aduenit post quancúnque formam substantialem sit accidens,hoc satis dicit commentator. Dicit enim primo Phy.quòd si materia haberet aliquam formam substantialem sibi propriā, nullam aliam reciperet ipsa præsente:sed statim corrumperetur.quàm cito alia generaretur.Et paulò pòst dicit,quòd si haberet aliquam formā,vel formæ essent accidētia,vel formæ esset forma. Ista autē non sequerentur,si esset aliqua forma quæ posset aliam formā immediatè super se recipere. Si enim esset aliqua talis propria materia,etiam si esset de substantia materiæ, non oporteret eam corrūpi in aduentu alterius formæ, sed potius perficeretur. Nec etiam oporteret formam superuenientem esse accidens. Ad hoc autem, vt dictum suum habeat veritatem , oportet quòd nulla forma sit quæ non constituat hoc aliquid, ita quòd omnis forma adueniens sit accidens. Et propter hoc antiqui ponentes principium materiale esse corpus aliquod:puta ignem aut aërem , dixerunt tanquàm necessariū suum consequens poni,quòd omnes formæ essent accidentia. Vnde commen.in 3.Phy.dixit quòd si formæ elemētorum remanerent in actu differentes ab aliis formis,necesse esset vt nullum ens generaretur ab eis diuersum in forma substantiali,sed tātùm in accidentibus. Quòd autem conclusum est superiùs de anima,quòd ipsa esset accidens si aduenireat alicui formæ, hoc satis habetur ex verbis commentatoris iam dictis 2. de anima. Quòd autē vlteriùs concludebatur,quòd generatio esset alteratio, satis diffusè diffamari potest ex verbis philosophi. Dicit enim primo de generatione,dans intentionem suam , quòd vniuersaliter determinandū est de generatione & corruptione & alteratione, & cæteris transmutationibus. Vbi notandū quòd hoc dicit vniuersaliter , ne quis dicat quòd quæ sequuntur non se extendant ad omnia generabilia,sed ad quædam:& citò pòst subiungit,quòd quicúnque putauerunt omnia ex vno aliquo principio materiali quod sit corpus, puta ignis,vel aër,necesse habebant ponere generationem alterationem esse,& quod prius generatur solùm alterari : cuius causam assignat posteà dicens. Semper enim manet secundum eos , vnum & idem subiectum in actu, tale autem alterari dicimus. Vnde ipsi ponentes consequenter suis principiis generationem nihil aliud esse dicebant,quàm alterationem,vt ibidem dicitur. Vult ergo philosophus quòd in quacúnq; transmutatione manet subiectum aliquod in actu,illa transmutatio est alteratio:& si ponatur quòd illa transmutatio est generatio,generatio dicetur alteratio. Istud patet etiā ex processu sequenti magis expresè,quia sequitur ibi, vniuersaliter ergo de generatione & corruptione simplicis. Assignat eīm causam, quare vniuersaliter sit dictum de generatione omni:dicēs quòd Plato insufficiēter determinauit de eis. Non enim scrutatus est de omni generatione & corruptione,sed de ea quæ est elementorū. Ex verbis ergo philosophi patet, q; ea,q; ibi determinauit de generatione, sunt vniuersaliter ad gnationē cuiuslibet substantiæ pertinētia. Ibi autē sc̄m sententiā propriā determinauit manifestè, q; id ex quo est generatio,& id ex quo est corruptio,est substantia in potentia tantū:nec est actu quid,nec quantū, nec quale,& sic de aliis. Tale autē non est aliquid,nisi materia intellectiua sine forma omni:& ideò oportet per intētionē philosophi, q; in illo ex quo generatio est,nulla forma remanet apud generationē, nec substātialis,nec accidentalis. illud enim quod manet, est illud ex quo est generatio. Vnde vult,q; illud ex quo est generatio,est nō ens:& quod illud nō est alterū cōtrariorū,sed materia:& ideò semper in substātiis vnius generatio est alterius corruptio,& ecōtrario. Vñ dicit q; nihil actu manet apud generationē:& q; patet ex cōsequētibus:quæ consequēter assignās differentiā inter generationē & alterationē, dicit q; alteratio est,quādo manēte substātia sensibili,fit transmutatio in passionibus:puta quādo corpus sanū fit languidū vnū & idē manēs:q; autē totū trāsmutatur nō manēte aliquo sensibili in eodē subiecto:sicut ex semine toto fit animal & ex aqua aër,tunc est ius generatio & alterius corruptio:& addit expresè posteà sic,quādo nihil manet cuius alterū sit passio,vel accidēs,vel generatio & corruptio est materia propriè & maximè subiectū generationis & corruptionis susceptibile. Ex isto processu habetur maximè secundum sententiā philosophi,q; nunquā in generatione aliqua vna forma aduenit alicui subiecto existēti in actu per priorē formā quæ remanet:sed oportet cū inductione vnius esse abiectionē alterius:& sola materiā esse subiectū:alioquin generatio esset alteratio. Istud autē potest ostendi esse de mēte philosophi, si cōsideremus qūo.5. Phy.ostendit generationē nō esse motū propter hoc,q; illud quod generatur nō est ens. Distinguit eīm primò nō ens , dicēs q; omnis mutatio est de subiecto in subiectū,vel de subiecto in non subiectū: vel de nō subiecto in subiectū:& quod nō subiectū siue non ens dicitur dupliciter:vno modo simpliciter , alio modo secūdum quid: vt apparet magis de quo ente dicat vel intendat:& inter alios modos accipit non ens,quod nihil est in actu . Vnde manifestum est, quòd nō pōt moueri:& ex hoc sic arguit. Illud quod nō est aliquid in actu:sed simpliciter non ens,nō mouetur:quod autē generatur, est non ens simpliciter:ergo quod generatur non mouetur: & per consequēs generatio non est motus. Ad hoc autē quòd illa ratio valeat,oportet q; illud quod generatur:sit non ens simpliciter sic vt non

sit mobile. Si autē esset ens per aliquā formam quantūcúnque imperfectā quæ cōstitueret corpus:iam esset aliquo modo ens: sic vt moueri posset,licet nō esset,in specie completa. Oportet ergo, q; ipsius quod generatur nulla sit forma in materia:vt sic sit simpliciter nō ens:& ita sola materia remanebit apud generationem , & nulla forma eius quod generatur. Et vt istud manifestius appareat, excludā cauillationē quæ istū processum impedire videtur secundū quosdā. Dicunt enim aliqui,q; ratio Philosophi nō accipit , q; illud quod remanet in generatione sit simpliciter nō ens:sed quòd illud quod generatur sic,sit simpliciter non ens actu. Licet autē præexistat generationi quādóque quoddā corpus quod manet:& per generationē perficitur:tamen illud corpus præexistens non est illud corpus quod generatur:nisi potētia tantū:generatum autē actu est ipsum cōpositū ex præexistente subiecto & forma per generationē. Sed ista verba vana sunt:quia si rectè cōsideremus nō differt quantū ad propositū:vtrū accipiatur in ratione Philosophi, quòd subiectū generationis sit nō ens simpliciter:vel tertio modo:vel quòd illud susceptiuū formæ quod manet apud generationem sit non ens simpliciter:quia quodcúnq; dicatur,oportet quòd ratio ad hoc q; valeat:procedat ex nō entitate eius quod manet. Non enim potest ratio procedere ex nō ente generato secundū illā formam solā quę inducitur per generationē:vt intelligatur nō ens solū propter carētiā illius:ita q; sit ens per aliā formā. Sic enim est in omni motu , q; id quod producitur nondū est per formā,quę est terminus motus. Puta cū fit homo sanus dū mouetur ad sanitatē non est sanus:quia deficit sanitas quæ est terminus motus : sed tamen illa non entitas nō sufficit ad ostendendū,quòd sanatio non est motus,eo quòd illud susceptiuum sanitatis quod manet in sanatiōe sit ens quod moueri possit,cū sit homo:talis ergo non entitas nō excludit transmutationē sibi contingentē non esse motum. Procedit ergo ratio Philosophi ex non entitate generati simpliciter:vt scilicet nihil eius sit in actu quod maneat in generatione:& hoc patet ex litera Philosophi ibidem. Dicit enim q; aliquid est nō ens:aut nō album:aut non sanum,quod tamen contingit moueri per accidens:est enim homo. Quod autem simpliciter est nō ens actu,vel non aliquid:hoc nullo modo contingit moueri. Hoc autē ideò dicit vt appareat,quòd ratio sua non procedit de non ente tali,quod vno modo est aliquid actu,licet alio modo sit nō ens: aliàs ratio sua nullius esset vigoris. Si enim maneret aliquod corpus apud generationē illud esset ens ad motū se habens passiuè. Quod autem accipitur in ratione: quòd id quod generatur ante generationē suā nō sit in specie cōpleta:sed etiā quod nullo modo actus eius sit quòd maneat apud generationē,verū est:& hoc est nihil in actu:sed per solā materiā subijci generationi oportet. Et hoc est quod Cōmentator dicit ibidem , quòd cū esse materiæ primæ non admisceatur actus,impossibile est quòd moueatur. Et paulò pòst addit,quòd generatio in substantia nō est motus:quonia quod generatur in ea est non ens simpliciter: & ens in potētia,quoniā transmutatur & exit de potētia in actū. Et nō est ita de generatione accidētis:transmutatū enim in ea est ens in actu: licet transmutetur secundū quod est in potentia. Ecce secundū cōmentatorē,quòd ratio Philosophi procedit per causam:& per consequens demonstratiuè generatio nō est motus:vt ibidē dicit . Qui ergo concedit quòd generatio nō est motus:& tamen apud generationem manet aliquid in actu:ipse cōcedit effectū:& negat causam ipsius. Aliā cauillationē alij ponunt dicentes propositionē Philosophi,scilicet quod generatur est nō ens:simpliciter verā esse in rebus animatis:nō autem in rebus inanimatis:quantū ad generationem: quæ est inductio vltimæ formæ. Sed istud est impossibile:tum quia scientia libri Physicorum est de vniuersalibus natura:& ita se extēdit tam ad animata,quā ad inanimata:tū etiam quòd litera sua hoc manifestè cōcludit. Postquàm enim ostendit quòd generatio & corruptio nō sunt motus:sed mutationes per cōtradictionē,concludit ex hoc quòd tantū necesse est illam mutationē esse motum : qui est ex subiecto in subiectum:talem autem dicit solū esse inter cōtraria: vel media:& ita cùm in substantijs nunquàm sit contrarietas:sequitur quòd vniuersaliter probatum sit de omnibus substantijs, quòd generatio earū non est motus. Et prætereà illa cauillatio prius expulsa est per literā Philosophi:primo de generatione: vbi dicit hoc idem. Patet ergo secundū Philosophum,quòd oportet dicere,quòd nulla forma maneat in generatione,vt vitemus hoc inconueniens, scilicet generationem esse alterationē. Commentator enim in multis locis ad intentionē Philosophi dicit primo Physicorum,q; si materia prima haberet aliquam formam sibi proportionatam,tūc generatio in substantia esset alteratio. Dicit enim in libro de substantia orbis,quòd generatio & alteratio differunt in hoc,quòd Aristoteles vocat transmutationem indiuiduorum in suis substantijs cogere suum subiectum non esse ens actu:& non habere formam quę subijciatur. Si enim haberet formam,nullam aliam reciperet:nisi illa destructa. Vnum enim subiectū habere,nisi vnā formam impossibile est. Ecce quòd Commentator assignat causam:quia materia dum habet vnam formam non potest recipere aliam:quia impossibile est quòd vnum subiectum habeat nisi vnam formam : & huius ratio suprà dicta est:quia scilicet vna includit priuationem alterius in materia. In libro autem suo de generatione multa dicit ad istam quæstionē:& similiter in libro Physicorum:sed quia eadem est sententia cū suprà dictis,ideò pertranseo,ne propter multitudinem auctoritatum:lectori tastidium generetur.

Explicit opusculum quadragesimum quintum S.Tho. de Aquino de pluralitate formarum.

Opusculum quadragesimumsextum S.Tho. de dimensionibus interminatis quod incipit. Postquàm de principijs Hic tractatus est idem cū opusculo trigesimosecūdo:superiùs posito,quis de natura materiæ:& dimensionibus interminatis intitulatur:require ibidem. Et quia magister Petrus de Bergamo:in tabula sua hoc opusculum diuidit in duos distinctos titulos:scilicet de natura materiæ seorsum,& de dimensionibus interminatis seorsum:ideò ad eius ordinem & numerum obseruandum hunc titulum hic interseruimus.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris Opus Quadragesimumseptimum, De natura syllogismorum.



QVONIAM scire est cām rei cognoscere:causæ autē cuiuslibet entis per se sunt quatuor:scilicet efficiens:materialis:formalis:& finalis.ad perfectē cognoscendū vnūquódq;,oportet has quatuor causas cognoscere. Est ergo causa efficiēs syllogismi anima rationalis formās ipsum. Vnde syllogismus est actus rōnis. Materia verò eius sunt tres termini:vt materia remota:& duę propositiones,vt propinqua. Et hæc similiter est in syllogismo: sicut in aliis rebus constantibus ex materia & forma, quòd scilicet est in eis reperire duplicem materiam:quæ dicta est. Finis autem eius est facere fidem seu noticiam ignotæ conclusionis . Forma verò eius est virtus seu potestas inferendi conclusionem ex præmissis. Et hæc tangitur per diffinitionem syllogismi. Hanc autem formam circūloquitur figura & modus. Figura enim est dispositio medij secundum subiectionem & prædicationem,quæ scilicet dispositio tripliciter variatur:quia aut medius terminus subjicitur & prædicatur semel in præmissis,& sic est prima figura. Dicitur autē hæc dispositio prima figura:quia medium habet perfectiorem rationem medij,quod participat naturam extremorum in subiiciendo minoris extremitatis & maioris in prædicando . Aut prædicatur bis:& sic est secunda figura: Quæ secunda dicitur : quia deficit à perfectione medij . In prima enim figura medium est medium secundum rationem & secundum positionem : in secunda autem est primum secundum positionem,cùm sit supra extremitates. Aut subijcitur bis & sic est tertia figura:quæ dicitur tertia:quia medium est tertiū secundum positionem,cùm sit infra extremitates. Sciendum autem quòd figura propriè reperitur in mathematicis:transumptiuè autē in syllogismo:& hoc ad similitudinem figuræ triangularis. Nam sicut triangulus est clausio trium linearum in tribus angulis:ita syllogismus est concursus trium propositionum,scilicet maioris,minoris,& conclusionę in tribus terminis. Modus autem est determinata qualitas & quantitas propositionum præmissarum ad hoc vt ex eis sequatur conclusio:quę quidem ex certis regulis traditis à Philosopho in primo Priorum colligitur: quarum quædam sunt communes tribus figuris:quædam speciales. Communes sunt duo. Primò quòd ex puris particularibus vel indefinitis: vel singularibus nihil sequitur in aliqua figura:sub particulari intelligendo tam indefinitam,quæ in materia contingenti æquipollet particulari:vt Philosopho dicit:quàm singularem. Oportet ergo vt dicit alterā esse vniuersalem. Ratio huius regulæ est:quia non sequitur,quòd si aliqua duo participāt aliquod mediū particulariter,q;propter hoc illa duo sint eadem. Verbi gratia. Album & grammaticum participant idē mediū quod est homo,cùm quidam homo sit albus & grāmaticus, sed ex hoc nō sequitur q; album& grammaticum sint eadem simpliciter. Vnde nō valet hæc argumentatio. Quidam homo est grāmaticus:quidam albus est homo:ergo quoddam album est grammaticum:imò est fallacia cōsequentis:vel secundum quid & simpliciter. Alia ratio potest esse quā Philosophus inducit:quia aut nō erit syllogismus:& hoc:quia petetur principium:aut non erit ad propositum. Vt sit hæc conclusio probanda . Musica est studiosa: & assumantur hæ præmissæ. Quædam voluptas est ftu dioſa:musica est voluptas : ergo &c. Maior cùm sit particularis:aut stabit pro illa voluptate particulari quæ est musica: & tunc petitur conclusio

Universidad de Deusto
Biblioteca

probanda, aut ſtabit pro aliqua alia: & tũc ſyllogiſmus erit quidẽ: ſed non ad concluſionem intentam. Sic ergo oportet quòd altera præmiſſarum capiatur vniuerſaliter, vt ſit ſyllogiſmus. Sed contra dictam regulam videtur eſſe philoſophus, qui docet ſyllogizare ex puris particularibus per ſyllogiſmum expoſitorium in tertia figura. Ad hoc videndum quòd cùm dicitur ex puris particularibus nõ fieri ſyllogiſmum, intelligitur verè & ſimpliciter ſyllogiſmum qui habet perfectam rationem ſyllogiſmi. Syllogiſmus enim expoſitorius non eſt verè ſyllogiſmus, ſed magis quædam ſenſibilis demonſtratio, ſeu quædam reſolutio facta ad ſenſum, ad hoc vt conſequentia quæ vera erat ſecundum intellectualem cognitionem declaretur in ſenſibili. Secũda regula eſt, quòd ex puris negatiuis nihil ſequitur, nec ſit ſyllogiſmus. Huius autẽ ratio poteſt eſſe, quia omnis ſyllogiſmus, aut affirmat aliquid de aliquo & eſt affirmatiuus: aut negat aliquid ab aliquo & eſt negatiuus. Si affirmat aliquid de aliquo in concluſione, oportet quòd hoc ſit per aliquid conueniẽs: qđ quidem erit medium: & ideò vtraque præmiſſarum neceſſariò erit affirmatiua. Si autem remoueat aliquid ab aliquo, oportet quòd hoc ſit per aliquod tertiũ cõueniens vni illorũ & repugnãs alteri: quod ſic quidem erit medium. Et ſic patet quòd in ſyllogiſmo negatiuo oportet alteram eſſe affirmatiuam. Sunt autem quædã quę rectificant primam figuram & ſunt duæ regulę: quædam ſecũdam & ſunt etiam duæ, quædã tertiam & eſt vna. In prima figura regula prima eſt, quòd maior debet eſſe vniuerſalis: aliàs nõ fieret ſyllogiſmus. Cuius ratio eſt, quia maiori exiſtente particulari contingeret medium eſſe communius extremis: de quo particulariter ſumpto poſſet prædicari maior extremitas affirmatiuè vel negatiuè. Si affirmatiuè, contingeret capere extrema cum medio repugnantia: & tunc non ſequeretur vera concluſio affirmatiua vt ſi fieret ſic. Quoddã animal eſt aſinus, omnis homo eſt animal, deberet ſequi hæc concluſio: ergo quidam homo eſt aſinus, quæ eſſet falſa præmiſſis exiſtentibus veris. Rurſus ſi capiantur negatiuè & particulariter, contingeret eſſe conuertibilia, vel vt ſuperius & inferius: & tunc falsò negaretur vnum de altero in concluſione: cùm tamen ex qualitate præmiſſarum deberet ſequi concluſio negatiua. Vt ſi fiat ſic. Quoddam animal non eſt homo, omne riſibile eſt animal. Ex his deberet ſequi hæc concluſio: ergo quoddam riſibile non eſt homo, quę quidem eſſet falſa: præmiſſæ tamen veræ. Patet ergo ex quo cum tali diſpoſitione aliquãdo cum præmiſſis veris ſtabit concluſio falſa: quod nõ eſt ſecundum formam ſyllogiſmi. Omnis quidem diſpoſitio facta ſecũdum regulas ſyllogiſmorum ſemper eandem concluſionem ſyllogizat in omni materia, ſi præmiſſæ ſint veræ. Secunda regula eſt, quòd in prima figura minor non debet eſſe negatiua. Cuius ratio eſt: quia ſi aliter fieret, accideret fallacia conſequentis: procedendo ſcilicet cum negatione medij de minori extremitate: quod quidem eſt inferius ad negationem maioris extremitatis quę eſt ſuperior ad medium. Vt ſi fiat ſic. Omnis homo eſt animal: nullus aſinus eſt homo. non ſequeretur: ergo nullus aſinus eſt animal. Poſſet autem vtriuſque regulæ alia communis ratio aſſignari: quia ſcilicet ſyllogiſmi primæ figuræ perficiuntur per dici de omni & dici de nullo: his autem præmiſſis, repugnat maiorem eſſe particularem, vel minorem negatiuam: vt patet intuenti rationes dictorum principiorum. In ſecunda figura prima regula eſt, quòd maior debet eſſe vniuerſalis. Cuius ratio eſt: quia eius ſyllogiſmi deſcendunt à ſyllogiſmis primæ figuræ per conuerſionem maioris in terminis: & ideo ſicut ibi oportet maiorem eſſe vniuerſalem, ita & hîc. Vel poteſt oſtendi neceſsitas huius regulæ per inſtantiam in terminis: vt dictum eſt ſuprà. Nam ſi maior capiatur particulariter, contingeret maiorem extremitatem eſſe ſupra mediũ & ſupra minorem extremitatem. Nihil enim prohibet inferius prædicari de ſuperiori particulariter ſumpto: & ita medium poſſet prædicari de maiori extremitate particulariter, & contingeret extrema eſſe conuertibilia, vel ſe habere vt ſuperius & inferius: & tunc non ſequetur concluſio negatiua vera. Affirmatiua autem nõ poteſt ſequi: quia in hac figura ſemper concluditur negatiuè. Vt ſi fiat ſic. Quoddam animal non eſt homo: omne rationale eſt homo: non ſequitur quòd nullum rationale ſit animal. Secunda regula eſt quod oportet alteram præmiſſarum eſſe negatiuam: quia ex vtriſq; affirmatiuis in ſecunda figura nihil ſequitur. Cuius ratio eſt: quia ſi vtraque ſit affirmatiua, tunc medium erit ſuperius ad extrema diſparata, quorum neutrum de altero prædicatur in concluſione. Non enim ſequitur, ſi aliquod vnum ineſt duobus, quòd propter hoc vnum inſit alteri. Poſſet etiam vnũ ſuperius affirmari de duobus inferioribus, quorum vnum eſſet ſub altero: & ita non poſſet vnum de altero negari: & ita non ſequitur concluſio affirmatiua nec negatiua: vbi vtraque præmiſſarum ſit affirmatiua. Sed tunc quæritur, ſi oportet alteram eſſe negatiuam, quare non determinatè maior vel minor, ſed indifferenter alteram. Dicitur, quòd huius ratio eſt: quia & non determinato altero medium æqualiter reſpicit extrema tanquàm ſub ſe poſita: & ideò quantum ad ſyllogiſmũ non refert de quo affirmetur vel negetur. Vtroque enim modo fit ſyllogiſmus, licet diuerſimodè. In tertia figura eſt vna regula, ſcilicet quòd minor ſemper eſt affirmatiua: cuius ratio eſt, quia non ſequitur quòd ſi aliquod inferius ſit repugnans alicui tertio, quòd propter hoc & ſuperius: quod oporteret fieri hîc ſi minor eſſet negatiua: quod ſic patet. Medium enim eſt ſub extremitatibus: maior autem eſt ſupra medium & minorem extremitatem: & ideò non oportet quòd eidem repugnet maior in concluſione. Vt ſi fiat ſic. Omnis homo eſt animal, nullus homo eſt aſinus, nõ ſequitur: ergo quidam aſinus non eſt animal: & ſic non ſequitur concluſio negatiua vera. Item nec affirmatiua: quia poteſt eſſe quòd extrema ſibi repugnent, vt patet ſi capiantur hi termini, animal, lapis, homo. Vel poteſt eſſe huius ratio, quia tertia figura deſcendit à prima per conuerſionem minoris. Et ideò ſicut oportebat ibi minorem eſſe affirmatiuam, ita & hîc. Non autem lateat nos, quòd aliquando contingit ſyllogiſmum contra prædictas regulas concludere verã concluſionem: ſed hoc non erit ex neceſsitate formæ ſyllogiſticæ, ſed ex neceſsitate materiæ: quia ſcilicet vel termini ſunt conuertibiles, vt quando concludetur concluſio affirmatiua: vel repugnantes, vt quando concludetur negatiua. Addantur autem dictis regulis quædam aliæ reſpicientes magis concluſionem quàm præmiſſas: quarum quædam ſunt communes, quædam propriæ. Communes ſunt duæ. Prima in omni figura. Si aliqua præmiſſa eſt particularis, oportet concluſionem eſſe particularem, cuius ratio eſſe poteſt: quia ſi altera præmiſſarum eſt particularis, medium conuenit alteri extremitati particulariter in illa præmiſſa. Et quia non eſt conuenientia inter extremitates, niſi per naturam medij, non plus conueniet extremitas cum extremitate particulari, quàm altera extremitas cum medio. Vnde in concluſione oportet extremitatẽ extremitati conuenire particulariter, ſicut in præmiſſa medium conueniebat particulariter alteri extremitatum. Idem eſt ſi ſit particularis negatiua: quia extremitas diſconuenit ab extremitate particulariter in concluſione: ſicut medium ab extremitate in præmiſſa. Secunda regula eſt. Si altera præmiſſarum eſt negatiua, oportet cõcluſionem eſſe negatiuam: cuius ratio eſt, quia quæ diſconueniunt in tertio, oportet quòd inter ſe diſconueniant. Cùm ergo extremitates diſconueniant in medio: quia quod vni conuenit alteri repugnat: neceſſariò inter ſe diſconueniunt. quare cùm concluſio ſit ex extremitatibus, oportet vnam ab alia remouere: & ſic cõcluſio erit negatiua, altera præmiſſarum exiſtente negatiua. Sed præmiſſarũ quædam ſpectant ad primam figuram, quædam ad ſecundam, & quædam ad tertiam. Pro prima ſunt duæ. Prima eſt quòd concluſio ſemper aſſimilatur maiori in qualitate, & minori in quantitate: cuius ratio eſt, quia concluſio eſt pars maioris quantùm ad prædicatum: habet enim idem prædicatum cum maiori, & minoris quãtùm ad ſubiectum: qualitas autem eſt diſpoſitio prædicati quaſi formæ, quantitas autem eſt diſpoſitio ſubiecti quaſi materiæ. Vnde cũ concluſio participet prædicatum à maiori & ſubiectum à minori, aſſimilatur maiori in diſpoſitione prædicati & minori in diſpoſitione ſubiecti. Secunda regula eſt, quòd omnia problemata concluduntur per primam figuram: hoc eſt tam vniuerſale quàm particulare, tam affirmatiuum quàm negatiuum. In ſecũda figura eſt vna regula, ſcilicet quòd in ea non cõcluditur niſi negatiuè. Cuius ratio eſt: quia oportet alteram præmiſſarum eſſe negatiuam: vt oſtenſum eſt: & quando ita eſt, neceſſe eſt concluſionem eſſe negatiuam. In tertia eſt vna ſimiliter, ſcilicet quòd omnis concluſio eſt particularis & nunquàm vniuerſalis. Cuius ratio eſt: quia licet duo conueniant in vno tertio etiam quod vniuerſaliter tertium illis cõueniat: non ideò oportet quòd illa duo inter ſe totaliter conueniãt vel ſint idem: quod ideò eſt, quia contingit maiorem extremitatem in minus eſſe quàm minorem. Vnde in concluſione maior, nõ prædicabitur de minori vniuerſaliter. Vt omnis homo eſt riſibilis, omnis homo eſt animal: non ſequitur, ergo omne animal eſt riſibile, ſed bene: ergo quoddam animal eſt riſibile.

HAbitis ergo regulis cum ſuis rationibus quæ rectificant ſyllogiſmos de ineſſe, reſtat breuiter tangere regulas rectificantes ſyllogiſmos de modo. Ad cuius euidentiã ſciendũ eſt, quòd triplex eſt ſyllogiſmus. Quidã conſtat ex propoſitionibus ſimplicis inhærentiæ, de quo dictum eſt. Quidam conſtat ex vtraq; præmiſſa de modo. Quidã ex altera de modo & altera de ineſſe, & dicitur ſyllogiſmus mixtus. Si ex vtraq; modali, aut erit ex vtraq; de neceſſario aut ex vtraq; de contingẽti. Sub neceſſario autẽ intelligitur & impoſsibile contrariè ſumptũ, id eſt, cum negatione appoſita verbo. Vnde idẽ eſt neceſſe eſt eſſe, & impoſsibile eſt non eſſe. Idẽ enim eſt iudiciũ vtriuſq;. Sciendũ etiam quòd hic tam in præmiſſis quàm in concluſione ſemper accipitur contingens non neceſſarium, quod dicitur in contingenti nato & indefinito ſeu ad vtrũlibet. Sic ergo fit ſyllogiſmus ex vtraque de neceſſario ſaluatis regulis præhabitis in omni figura poteſt fieri bonus ſyllogiſmus concludens de neceſſario, & per conſequens de ineſſe. Si verò fiat ex vtraque de contingenti, ſemper fit in prima, ſeu ambæ ſint affirmatiuæ ſeu negatiuæ: ſeu altera tantũ, hoc ſolo excepto, quòd ſi maior ſit vniuerſalis, cõcluſio erit de contingenti & non de ineſſe. Si autem fuerint ex vtraq; negatiua: conuerſa minori vel vtraq; in affirmatiuã erit ſyllogiſmus. Eſt autem ſciendum, q̃ omnes propoſitiones de contingenti non neceſſariò habent affirmatiuam figuram, & conuertuntur ad ſe inuicem affirmatiuę negatiuis & contrà: vt probat philoſophus primo Priorum. In ſecũda autem figura, ex vtriſq; de contingenti non ſit ſyllogiſmus: cuius ratio ex ſuperioribus patet: quia. ſ. ex puris affirmatiuis in ſecunda figura non eſt ſyllogiſmus. Propoſitiones autem de contingẽti, vt dictum eſt, affirmatiuę ſunt omnes in ſecunda figura. In tertia verò figura ex vtriſq; de contingenti non fit ſyllogiſmus, niſi vtraq; ſit particularis. Si verò fiat ſyllogiſmus mixtus, aut eſt ex vna de ineſſe & altera de neceſſario: aut ex vna de contingenti & altera de ineſſe: aut ex vna de neceſſario, & altera de contingenti. Pluribus enim modis non ſit mixtio. Sciẽdum ergo quòd in omni tali mixtione. ſ. de ineſſe & contingenti, ſemper de ineſſe debet accipi ſimpliciter, & non de ineſſe vt nunc. Dicitur autem propoſitio de ineſſe ſimpliciter in qua prædicatum per ſe ineſt in ſubiecto: ſeu ſit de quiditate eius quantùm ad primũ modum per ſe: ſeu non: ſed fluat ex principijs eius: vt cùm propria paſsio dicitur de ſubiecto quantùm ad ſecundum modum. Dicitur etiam de ineſſe ſimpliciter, quando prædicatur aliquod accidens commune: quod ſequitur totam ſpeciem ſecũdum omne tempus: ſicut nigredo ineſt coruo & Aethiopi. Quando autem nullo iſtorum modorum prædicatur aliquid de ſubiecto eſt de ineſſe vt nũc: vt hæc, omnis homo currit. Si ergo ſit mixtio de ineſſe & neceſſarij in prima figura eſt talis regula. Maiore exiſtente de neceſſario, & minori de ineſſe ſimpliciter & non vt nunc, ſequitur cõcluſio de neceſſario. Si autem econuersò fiat. ſ. maiore de ineſſe, & minore de neceſſario, ſequitur cõcluſio de ineſſe & non de neceſſario: quorum ratio eſt: quia cùm concluſio participet cum maiore in prædicato vt dictum eſt: modus autem neceſsitatis & contingentiæ ſit diſpoſitio prædicati in comparatione ad ſubiectũ, cõcluſio participabit eodẽ modo, quod non poteſt fieri quando minor eſt de neceſſario & maior de ineſſe: bene tamen tũc ſequitur concluſio de ineſſe. In plus enim eſt ineſſe ſimpliciter quã neceſſariò. Quæ enim neceſſario inſunt, inſunt ſimpliciter: & non ecõtrà. In ſecunda verò figura eſt talis regula. Vniuerſali negatiua de neceſſariò exiſtente & altera de ineſſe, ſequitur cõcluſio de neceſſario. Si verò aliter fiat nõ ſequitur de neceſſario: quia ſi affirmatiua fuerit de neceſſario & negatiua de ineſſe ſequitur concluſio de ineſſe: cuius ratio eſt: quia ſecunda figura quantũ ad omnes ſuos modos deſcendit à ſecũdo modo primæ figuræ in quo maior eſt vniuerſalis negatiua & in ipſum reducitur, vt ſuprà patet. Et ideò ſicut ibi oportebat vniuerſalẽ negatiuam quæ eſt maior eſſe de neceſſario, vt ſequeretur talis cõcluſio: ita in hac figura oportet q̃ talis negatiua poſt reductionẽ in prima ſit maior. Ex quo patet, quòd in quarto ſecũdæ figuræ non poteſt fieri vniuerſalis mixtio quantũ ad conclusionem de neceſſario, cùm non habeat aliquam vniuerſalem negatiuam. In tertia figura eſt talis regula in modum affirmationis & negationis. Vniuerſali affirmatiua vel negatiua exiſtente de neceſſario ſequitur concluſio talis: aliter non: cuius poteſt reddi eadem cauſa quæ & ſuprà: quia poſt reductionẽ ad primã figurã vniuerſalis fiet maior, quã oportet in prima eſſe de neceſſario. Per quod patet quòd circa primum & ſecundum tertiæ ſiunt quatuor ſyllogiſmi vniuerſaliter mixti. accipiendo vtrobiq; de neceſſario. Sequitur de ſecũda mixtione. ſ. de ineſſe & contingentis. Ad cuius euidentiã ſciendum, quòd vt dicit philoſophus primo Priorũ, cõtingẽs capitur vno modo vt etiã neceſſariũ dicitur contingens. i. non impoſsibile: alio modo, vt etiã non neceſſarium. De his autem duobus modis dicitur contingens æquiuocè: ſicut de duobus ſignis ſignificatis. alio modo capitur, vt ſtat in ſua cõitate non reſpiciens hoc vel aliud tantũ. ſed indifferenter vtrumq;, non tamen q̃ ſit tertium ſignificatum. Et hoc modo captum dicitur contingens poſsibile ſeu ſecundum rationem ſuæ cõitatis. Sicut clarius lequendo, animal poteſt capi tribus modis. Vno modo pro rationali: & iſti duo modi ſunt eius differentię. Tertio modo poteſt conſiderari, non pro hoc aut pro illo tantùm, ſed pro ſua forma vniuerſali, in quantũ. ſ. eſt animal ſolũ. Quòd autẽ neceſſarium ſit contingens, probat philoſophus in libro Perierme nias. Quomodò aũt hoc ſit, ſic põt oſtẽdi. De ratiõe cõtingẽtis qđ dicitur de neceſſario, & nõ neceſſario, eſt ſolùm q̃ habeat potentialitatẽ ad eſſe ſine poſitione alterius differẽtiæ: ſicut dicitur de genere. Verunq; autem dictorum habet hãc potentialitatẽ: licet æquiocè: quia neceſſarium habet poſsibilitatem ſemper actui coniunctã: aliud verò diſtantẽ ab actu: ideò vtrũq; dicitur contingens. Hoc autem neceſſarium, duas habet ſpecies. Vna eſt cõtingens natũ quod quidem habet cauſam quare poſsit eſſe. Sed quia talis cauſa aliquãdo impeditur, eſt nõ neceſſarium: ſicut caneſcere in ſenectute. Alia eſt cõtingẽs infinitũ. i. indeterminatũ, vel incertum, ſiue ad vtrumlibet. Dicitur autem ſic: quia nullam cauſam habet quare magis ſe habeat ad vnam partẽ, quàm ad aliam: ſicut habet contingens natum. Aequaliter enim poteſt eſſe & non eſſe. Et de iſto dicit Ariſtoteles in lib. Perierme. q̃ non ſequitur ad neceſſarium.

Explicit opus beati Thomæ Aquinatis, de natura ſyllogiſmorum.

Incipit eiuſdem Doctoris Opus Quadrageſimumoctauum, totius Logicę Ariſtotelis Summa.

OMNES homines natura ſcire deſiderãt. Scire autem eſt effectus demõſtrationis: eſt enim demõſtratio ſyllogiſmus apodicon. i. faciens ſcire. ad hoc autem quòd tale deſiderium naturale cõpleatur in homine: neceſſaria eſt demonſtratio. Non enim poteſt eſſe effectus inquantũ huius ſine cauſa. Et quia vt dictum eſt, demonſtratio eſt ſyllogiſmus ad cognoſcendum eam, neceſſe eſt præcognoſcere ſyllogiſmum. Syllogiſmus autem cũm ſit quoddam totum aggregatum ex partibus, cognoſci non poterit partibus ignoratis. Ad cognoſcendum ergo ſyllogiſmum oportet primò cognoſcere partes eius: partium autem ſyllogiſmi quædam ſunt propinquæ, vt oppoſitiones: & cõcluſio quæ omnes enuntiationes dicuntur. Quædam verò ſunt remotæ vt termini qui ſunt partes enuntiationis: ideò iſta oportet tractare. ſ. de enuntiatione & de terminis, antequàm de ſyllogiſmo tractetur. Quilibet autem terminus qui ſine complexione dicitur, ſignificat ſubſtantiam, aut quãtitatem, aut qualitatem, aut aliquid aliorum prædicamentorũ: & ideò antequàm de enuntiatione tractetur: oportet determinare de prædicamentis. Et quia prædicamentum vt hîc ſumitur, nihil aliud eſt quàm ordinatio prædicabilium in ordine prædicamentali. ideò ad cognoſcendum prædicamenta oportet præcognoſcere prædicabilia. Ad hoc ergo vt perueniamus ad ipſum ſcire ab omnibus naturaliter deſideratum, iſte debet eſſe ordo quem cum auxilio Dei tenebimus. vt primò tractetur de quinque prædicabilibus. Secundò, de decem prædicamentis. Terriò, de enuntiatione. Quartò, de ſyllogiſmo ſimpliciter. Quintò, de ſyllogiſmo applicato ad materiam demonſtrationem. De ſyllogiſmo verò applicato ad materiam probabilem qui pertinet ad partem Logicę quę Dialectica dicitur, de quo tractatur in lib. Topicorum & de ſyllogiſmo applicato ad materiam ſophiſticam, qui opponitur ſyllogiſmo dialectico: de quo tractatur in libr. Elenchorum, non intendo me ad præſens intromittere.

Quid ſit vniuerſale, & quomodo originetur.

CAP. I.

AD cognoſcendum quinque vniuerſalia ſeu prædicabilia, quæ Porphirius ponit, ſciẽdum eſt quòd quia intellectus noſter eſt ſeparatus à materia. Non enim eſt potentia affixa organo corporali ſeu materiali: & omne quod recipitur in aliquo recipitur per modum recipientis: ideò illud quod obiectiuè in actu retro intellectui repreſentatur: oportet eſſe denudatũ à materia & à conditionibus materiæ quæ ſunt hîc & nunc. Et dico hîc denudatum à materia, non ſimpliciter ab omni materia: ſed à materia ſignata. Res enim naturales intelliguntur cum materia, & propter hoc dictum eſt, quòd debet eſſe denudatum à conditionibus materiæ. verbi gratia. In noſtra fantaſia eſt fantaſia ſeu forma repreſentans hunc hominem, ſecũdum quod fuit in aliquo ſenſu exteriori: quæ forma virtute intellectus agentis agit intellectum poſsibilem: ſicut colores virtute luminis agunt in potentiam viſiuam, & cauſatur tunc in intellectu poſsibili quædam forma quæ dicitur ſpecies intelligibilis, vel ſecundum alios actus intelligendi: vel verbum quæ forma repræſentat hominem: non tamen vt eſt hîc & nũc: ſed abſtractum à talibus conditionibus, & hoc dicitur eſſe vniuerſale. Vnde in homine ſic intellecto, eſt duo cõſiderare: ſcilicet ipſam naturã humanã ſeu habẽs eã: & ipſam vniuerſalitatẽ ſeu abſtractionem à dictis cõditionibus materię. Quantũ ad primũ: homo dicit rẽ: quantũ verò ad ſecundũ dicit intentionẽ. Nõ enim in re inuenitur homo qui non ſit hic & nunc: & ipſa natura, vt ſic dicitur eſſe prima intentio. Sed quia intellectus reflectitur ſupra ſe ipſum: & ſupra ea quæ in eo ſunt ſiue ſubiectiuè ſiue obiectiuè: conſiderat iterum hominem ſic à ſe intellectum ſine conditionibus materiæ: & videt q̃ talis natura cũ tali vniuerſalitate ſeu abſtractione intellecta poteſt attribui huic & illi indiuiduo: & quòd realiter eſt in hoc & illo indiuiduo: ideò format ſecundum intentionem de tali natura: & hanc vocat vniuerſale ſeu prædicabile: vel huiuſmodi. Secũdũ ergo prædicta res vt eſt intellecta dicitur vniuerſalis: ſecundũ autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod intellectus talem vniuersalitatem considerat: secundū hoc attribuit sibi aliquid: scilicet esse in pluribus vel dici de pluribus: & sic dicitur secunda intentio. De quibus secundis intentionibus nūc dicemus: scilicet de quinq; vniuersalibus: seu prædicabilibus: quæ vniuersalia dicuntur pro vt intellectus attribuit eis esse in pluribus, prædicabilia verò dicūtur prout intellectus attribuit eis dici de pluribus. Sunt autem hęc, genus: species. differētia. propriū. & accidēs.

Quid sit genus: & vnde originem habeat.

CAP. II.

GEnus vt hic sumitur est quod prædicatur de pluribus differēti-
bus specie in eo quod quid. Ad videndū autē particulas huius descriptionis: sciendū est, q̄ genus dicitur prædicari de pluribus speciebus, seu diuiditur in plures species. Et cū nō sit vnum re: sed solū secundū rationē: ideò nō diuiditur secundū rē. Et quia genus non est vnū re, ideò partes subiectiuæ seu species in quas diuiditur, sunt realiter diuersæ & distinctæ inter se: ideò oportet quòd aliquod reale habeāt in se per quod reale vna sit diuersa ab alia. Vbi nota, quòd vna & eadē res per suā essentiā cū essentia alterius rei habet aliquā cōformitatē seu conuenientiā & aliquam differentiā realem: quæ conformitas vel differentia potest esse maior vel minor per comparationem ad diuersas res: verbi gratia. Sortes per essentiam suam quæ est ex hac anima & hoc corpore conformatur Platoni, & huic equo & huic plantæ. Sortes enim per suam essentiam est rationalis sensibilis & viuus. In omnibus his tribus est cōformis Platoni. Huic autem equo cōformis in duobus: scilicet in sensibili & in viuo, & in vno est differmis: quia in eo est realiter rationale: quod non est in hoc equo. Huic verò plantæ conformis est in vno: scilicet in viuo. Quia verò intellectus noster ea quæ in re sunt coniuncta potest distinguere: quādo vnū eorum nō cadit in rationē alterius: & cùm rationale in se consideratum nō sit de ratiōe sensibilis: nec sensibile de ratione viui: ideò ea in Sorte separatim accipit: vt dictum est per respectum ad diuersa. Quādo ergo intellectus cōsiderat in re illud in quo conuenit cū alijs rebus illi rei conceptæ attribuit intentionem vniuersalitatis. Et quia in qualibet re singulari est cōsiderare aliquid quod est propriū illius rei, inquantū est hæc res sicut in Sorte est cōsiderare aliquid quod est ita proprium Sortis inquantū est hic homo: quod nulli alij conuenit. Rei ergo sic conceptæ attribuit intellectus intentionē singularitatis: & vocat illud singulare vel indiuiduum, & hæ secundę intentiones sunt, scilicet vniuersalitas & singularitas. Vnde licēt suprà dictum fuerit, q̄ intentiones sunt ab intellectu, tamen oportet quòd aliquod fundamentū habeant in re extrà. Nam intentioni singularitatis respondet extra illud quod est proprium Sortis inquantū est hic homo. Intentioni verò vniuersalitatis respondet extrà, vt: fundamentum illud in quo Sortes est cōformis cum alijs rebus. Cùm igitur ea quæ in vno cōformantur & in alio sunt differmia: dummodò talis differmitas sit secūdum formam, & nō secundum materiam signatam, vel secundū illud quod est proprium huic indiuiduo inquantūm huiusmodi illi vni, in quo talia cōueniunt, attribuit intellectus intentionem generis & vocat genus. Vbi nota secundum Auicen. quòd duplex est forma. Quædam est quæ est pars compositi, sicut anima est forma hominis. Ex anima enim & corpore componitur homo. Quædam autem sequitur totum cōpositum: vt humanitas quę etiam est forma hominis, & ista modo sumpta forma dicitur quiditas: & est illud quod intellectus intelligit de re. Quando ergo intellectus intelligit prædictā formam seu quiditatem vt est determinata ad hanc materiam: puta humanitatem: vt est in hac materia signata. ſ. in his carnibus: & in his ossibus & huiusmodi: tunc faciendo concretū: puta hunc hominem, intelligit singulare: & huic attribuit intentionem singularitatis. Si verò dictam formam intelligit: non vt est determinata ad hanc materiam, quia omnis talis forma de se plurificabilis est ad hanc & ad illam materiam: habenti talem formam intellectus attribuit intentionem vniuersalitatis. Vnde homo est vniuersala. Et si ea quæ in hac forma cōueniunt: non habent inter se differmitatē pertinentē ad dictā formam: sed solum sunt differmia per materiā signatam istius vel illius: in qua dicta forma determinata est in isto vel in illo secundū modū qui dicetur in tractatu de specie. illa dicūtur solū differre numero & concretū substantiuum huiusmodi formæ acceptæ: vt plurificari potest: puta homo dicitur species specialissima. Si verò ea quæ conueniunt in aliqua forma plurificabili: vt dictū est, sunt inter se differmia non solùm quantū ad materiam signatā, vt dictum est: sed quantū ad differmitatem specificam: puta quòd talis forma est animalitas, in qua conueniunt Sortes & hic equus: qui inter se non solū sunt differmes quantum ad has carnes, & hæc ossa: sed in hoc quia hic homo habet formā humanitatis & ille equinitatis: talia dicūtur differre specie, & talis forma in qua conueniunt in cōcreto sumpta: puta animal est genus, & quia vt dictum est talis natura sumpta in concreto de pluribus formaliter differentibus, quæ sunt in diuersis speciebus dici potest: hinc est quòd tali naturæ intētio generis potest attribui. Ideò dicitur quòd genus prædicatur, id est prædicabile est de pluribus differentibus specie, seu dicitur diuidi in plures species. Et hoc quod dictum est in concreto sumptū, intelligitur solùm in prædicamēto substantię: in aliis verò prædicamentis & maximè in absolutis, sumitur genus & species in abstracto. Dicitur autē genus prædicari in eo q̄d quid est, id est substantiuè secundū grammaticos: vt animal quod de homine & de equo prædicatur, est substantiuū & non adiectiuū. Sensibile enim quod de animali prædicatur, quamuis sit de essentia animalis, non tamen dicitur prædicari in quid, sed in quale, & causa est quia est adiectiuū. Sciendum est autē quòd quia ea quæ in quid prædicātur sunt de essentia seu quiditate eorū de quibus prædicantur, ideò prædicari in quid non solùm potest dicere modum significandi, vt dictum est: sed etiam dicit, quiditatem ipsius de quo prędicatur: & patet quid sit genus.

Quid sit species, & vnde sumat originem.

CAP. III.

SPecies est quæ prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid: licet autem hęc prædicta descriptio speciei ex dictis possit intelligi, tamen ad maiorem declarationem aliquorum quæ supradicta sunt. Sciendum est quòd licet principium indiuiduationis propriū sit à materia signata: vt supradictū est, nō tamen est intelligendū quòd aliqualiter non sit à forma. Vbi nota quòd aliquid distingui ab aliquo per formā dupliciter potest esse. Vno modo quòd talis distinctio sit per formā ratione formæ, secūdum quod in formis diuersi gradus inueniūtur: & quæ sic distinguūtur necesse est vt differant specie: vt suprà dictū est. Alio modo potest aliquid distingui ab alio per formā, nō secundū absolutam rationē formæ: sed secundū q̄d est hæc forma: & sic differūt numero duæ quantitates separatæ, siue sint separatæ per intellectū, vt in mathematicis: siue sint separatæ à materia secundū rem virtute diuina: vt quantitas duarum hostiarum consecratarū. Quātitas enim quædā forma est. Et sic etiam differunt animæ separatæ numero. Non enim differunt per materiam quam non habēt, nec ei coniūgūtur nec per relationē ad materiam cui coniungibiles sunt, cùm relatio sit posterior ipsi relato. Vbi nota, quòd omnis forma sub se habens multa, id est quæ vniuersaliter sumitur, habet quādam latitudinē. Nam inuenitur in pluribus & dicitur de pluribus. Duplex autē pōt esse latitudo in formis, vna secundum gradus formales: quorum vnus secūdū se nobilior & perfectior est altero: & hæc, vt dictū est, latitudo generis est sub quo sunt diuersi gradus formales specificè differentes. Alia latitudo est secundum purificationem numeralem in eodem gradu: & quia ista latitudo non est secundum absolutam rationem formæ, oportet quòd forma in qua est talis latitudo importet in sua ratione aliquid per quod conueniat sibi talis latitudo, quod sit aliud ab absoluta ratione formæ. Et si loquamur de illa forma quæ est pars compositi: puta de anima rationali: illud propter quod sibi talis latitudo conuenit, est imperfectio quędam: secundum. ſ. quod nata est habere rationē partis alicuis totius: non solū q̄ sit pars secundum rationem: quia etiā formæ specificæ sunt partes secundum rationem: sed quòd sit pars secundum rem. Nam anima rationalis est pars realis hominis: & albedo est pars realis hominis albi. Vnde ad hoc quòd tales formæ multiplicentur sub specie, oportet quòd habeant illā potentialitatē quæ facit partes reales: & secundū hoc illa potētialitas per quā anima rationalis per essentiā suam nata est esse pars compositi, dat ei quandam latitudinem multiplicationis secundū eundē gradum: non obstante quòd sit separata, & actu non informet materiā. Et quia talis, potentialitas non cōpetit essentiæ angelorū: ideò angeli nō differūt inter se numero: sed quilibet angelus facit speciē per se. Non enim est apta nata natura seu essentia angeli esse pars cōpositi: ex qua cōpositione cōsequatur speciem, sicut anima humana. Potētialitas ergo formæ quā forma habet. ſ. vt iungatur materię: facit sub ea multiplicari indiuidua: & sic debet intelligi quod suprà dictū est: q̄. ſ. humanitas quæ est forma sequens totum cōpositum, si consideretur, vt est determinata ad hanc materiā signatam, facit singulare. Humanitas enim, vt dictum est, dicit animam & corpus. Vnde dicendo hoc, corpus & hanc animam dicit singulare. Et quia anima in eodem gradu existens non posset diuidi in plura: vt dictum est: nisi propter potentialitatem quam habet vt vniatur materiæ signatæ: ideò dicendum est quòd materia signata est principium indiuiduationis: forma autem non nisi per materiam ad quam habet naturalem potentiam, vt sibi vniatur, & sic patet quid est species. Sciendum tamen est quòd licet forma specifica: vt dictum est, de se plurificabilis sit propter potentialitatem quam habet, vt materiæ vniatur, tamen aliquando talis plurificatio accidentaliter impeditur: puta si omnes homines morerentur, vt vnus solus remaneret, tunc humanitas non esset in pluribus materijs. Vel potest impediri propter cōditionem materiæ: sicut modò est vnus tantùm sol, non quòd repugnet naturæ solari esse in pluribus secūdum considerationem formę: sed quia non est alia materia cō susceptiua talis

ua talis formæ. Vnde sol est species in vno indiuiduo.

De origine differentiæ, & quid ipsa sit secundū rem & intentionem.

CAP. IIII.

DIfferentia vt hîc sumitur, dupliciter describitur. Primò sic. Differentia est quæ prædicatur de pluribus differētibus specie, in eo quòd quale. Secundò sic. Differentia est qua species abundat à genere. Ad videndum autem primam descriptionem. Sciēdum est quòd vt suprà dictum est in aliquibus formis potest esse latitudo in eadem forma secundum gradus formales. Quorum vnus secundum se est nobilior & perfectior alio: & ab hac forma sumitur genus. Vbi nota quod in entibus sunt diuersi gradus essendi, siue sint gradus substantiales, siue accidentales: qui gradus licēt in aliquibus entibus sint dispersi: tamen aliquando inuenitur aliquod vnū plures gradus perfectionis substantiales vel accidentales comprehendens. Verbi gratia. Vegetabile, sensibile, rationale, sunt gradus entium substantiales. Planta enim substātialiter est vegetabilis. Canis verò substantialiter est sensibilis, & homo substantialiter est rationalis, & isti gradus dispersi in multis aliquando inueniuntur in vno solo: puta in homine. Homo námq; per suam formam substantialē quę est in vna, habet omnes istas tres perfectiones. Nam est vegetabilis. & est sensibilis, & est rationalis. Vnde Sortes per vnam suam essentiam conformatur plantæ & cani & Platoni: vt suprà dictum est. Hæc autem conformitas quæ est Sortis ad plantā, potest esse vna duorum. Sicut enim similitudo duorum nigrorum est vna amborum: quia vnius vt subiecti, & alterius vt termini: sic talis conformitas est Sortis vt subiecti, & illius plantæ, vt termini. Nec propter hoc dico quòd talis conformitas sit relatio secundum esse: sed est relatio secundum dici: vt fundamentum relationis secundum esse. Talis autem conformitas quæ realiter vna est: vt dictum est: mouet intellectum nostrum ad vnum conceptum: puta viuum à quo conceptu sumitur genus vel aliquando species: vt ex suprà dictis haberi potest. Vnde talis conformitas se habet ad genus: vt fundamentum remotum. Conceptus verò viui ad quem talis cōformitas mouet intellectum, se habet ad genus vt fundamentum propinquum: & sic licēt vnitas generis sit vnitas rationis, tamē aliquo modo habet fundari in vno secundum rem. Differmitas verò quæ est inter Sortem & plantam, est quia Sortes sentit. non autem planta, à qua differmitate sumitur differentia, quæ diuidit viuum quod commune est homini & plantæ. Vnde per hanc differentiam ostēditur, q̄ viuum inuenitur in habente aliquam aliam perfectionem, quæ nō est in planta. Et quia in tali perfectione puta sensibili, conuenit Sortes cum cane, similiter inter eos est vna conformitas mouens ad vnum conceptum, à quo si sumatur in concreto substantiuè, ita q̄ tale concretum de suo significato dicat explicitè & viuum & sensibile, sumitur aliud genus, scilicet animal. Si verò sumatur in concreto adiectiuè: ita quòd de suo significato dicat solam illam perfectionem explicitè. ſ. sensibile sumitur differentia: puta inquantùm dicatur sensibile: & sic de alijs vsq; ad vltimam differentiam specificam, infra quā non est perfectio formalis. Cùm ergo de tot posit dici sensibile, de quot dicitur animal: sed animal quod est genus, prædicatur de pluribus differentibus specie: similiter & sensibile quod est differētia, prædicatur de pluribus differētibus specie. Notandū q̄ forma substātialis habet duplex esse. Vnū est obiectiuè in intellectu, & secūdum hoc esse intellectus attribuit sibi nomē abstractū. Considerat enim eam intellectus, non considerando materiā in qua est, & propterea dat sibi nomen abstractū: vt humanitas. Aliud esse habet in materia, ad quā habet duplicem habitudinē. Vna est quia inhæret ei tanquā saluata in ipsa: & sic aliquo modo habet modum accidentis: & sic dat ei intellectus nomen concretum adiectiuum: quale est nomen accidentis: vt humanum. Secunda cōparatio quā habet ad materiā: vt cōplens & perficiēs ipsam: & sic nō habet modū accidētis, sed modū substātiæ, & sic dat ei intellectus nomē concretū substantiuū: vt homo. Notandū q̄ animal differt à sensibili: quia animal dicitur ab anima sensibili: sensibile autē dicitur à sensibilitate: & quia anima à sensibilitate se habet sicut potētia ad actum, ideò differentia magis est actualis, quàm id cuius est differentia: licet tantum ambiant ambo. Dicitur autem differentia prædicari in quale. i. adiectiuè. huius ratio est. Vt in enim dictum est, differentia diuisiua alicuius generis sumitur à perfectione quā non habēt omnia quę sunt sub genere, quæ perfectio cōparata ad illud. vnde sumitur genus se habet vt quoddam perfectum: & per consequens vt formale. & quia adiectiua cōmuniter à formis sumuntur, quæ formę habent adiacere: ideò ad designandum q̄ differentia sumitur à solo formali: & illud solū dicit explicitè, perfecta est differētia per modum adiectiuum in sui prædicatione. Ad videndum autem secundam diffinitionem differentiæ, sciendum q̄ impossibile est partē de toto prædicari: sed quicquid de alio verè prędicatur: oportet quòd dicat totum. Cùm autem de Sorte prædicetur homo: & animal, & rationale, oportet quòd homo dicat totū formale quod est in Petro: & dico formale, loquendo de forma quæ sequitur totum cōpositum. Similiter oportet quòd animal dicat totum formale: & similiter rationale dicat totum formale, sed diuersimodè. Nam rationale dicit totum illud quod dicit homo: non tamen explicitè sed implicitè. Rationale enim dicit habens rationem. Vnde de suo principali significato dicit solum rationē: sed quia dicit habens rationē, in hoc q̄ dicit habens intelligitur implicitè homo quicúnq; sit ille: & sic dicit totū, q̄d dicit homo: aliquid tñ explicitè & aliquid implicitè. Similiter etiā animal dicit totū quod dicit homo: nō tñ explicitè. Dicit enim animal habens vitam & sensum. Vnde de suo principali significato solū dicit vitam & sensum: sed in hoc quòd dicit habens implicitè, intelligitur homo: homo verò dicit explicitè totum formale quod est in Sorte. Nam dicit habens humanitatem quæ humanitas dicit explicitè motū & sensum, quod dicit animal, & rationem quam dicit rationale. Vnde homo de suo principali significato dicit animal rationale. Cōparando enim significata istorum explicitè: cùm genus & differentia, vt dictum est, non significent quodlibet eorum nisi partem. species verò explicitè significet illud quod significat. vtrumq; ergo significatum explicitum speciei excedit significatum explicitum generis in significato explicito differentiæ. Similiter etiam excedit significatum differentiæ in significato generis. Bene ergo dicitur in prędicta descriptione, quòd differentia est qua species abundat à genere: quia species abundat. i. excedit in suo significato etiam illud, quod explicitè significat differentia: & sic patet quid est differentia secundum sui rationem.

De genere generalissimo, & subalterno & quòd ens non potest esse genus.

CAP. V.

DIuiditur autem genus in genus generalissimum, & genus subalternum. Genus generalissimum est illud supra quod non est aliud superueniens genus. Quod sic debet intelligi: vt enim dictum est, genus sumitur à cōceptu conformitatis aliquorū quę in aliquibus alijs perfectionibus formalibus sunt differmia, à quibus perfectiōibus formalibus sumūtur differētiæ. Sicut animal est genus: qa dicit motū & sensum, in quibus homo & equus cōformātur, qui tamē sunt differmes in aliquibus alijs perfectiōibus: puta quia in homine est ratio quæ nō est in equo: à qua sumitur differētia. ſ. rationale. Cōformatur etiā homo cū planta in viuo, ex qua cōformitate sumitur aliud genus. ſ. animatū corpus: & hæc est minor cōformitas quā prima: & quia ad plura se extēdit animatū corpus quā animal: ideò hoc est superius genus. Cum lapide verò cōformatur in corporeitate, à qua sumitur aliud genus superius. ſ. corpus. Cùm angelo verò cōformat in substātia, quæ adhuc est remotior cōformitas, à qua sumitur aliud genus. ſ. substātia. Si verò etiā homo differmis alicui rei in substātia, nulla eis cōformitas remaneret: nisi entitas. Cùm autē ens non posit esse genus, vt dicetur, restat q̄ substātia sit genus generalissimū: reliqua verò genera quę sub substantia diximus. ſ. corpus, animatū corpus & animal, sunt genera subalterna: quę aliquādo ponūtur esse genera: & aliquādo species. Quodlibet enim eorum est species respectu superioris generis: & est genus respectu inferioris speciei. Ex his potest patere quomodò vna & eadem differentia est diuisiua & constitutiua. Si enim animatū quòd est differentia, addatur corpori: cùm illud quod significat corpus inueniatur in non habentibus hanc perfectionem quæ est animatum: hæc differentia diuidit corpus: quod modò est genus: & cōstituit vnā speciē. ſ. animatum corpus. Vnde hæc differentia animatū modò est diuisa generis & constitutiua speciei, & sic est accipere in alijs generibus, vsq; ad species specialissimas: quarū non sunt differentię diuisiuæ. Quæ autē sint species specialissimæ: ex dictis haberi potest. Quod autē ens non posit esse genus, sic patet. Vt enim dictū est, illud est genus, quod ita se habet ad suā differentiā diuisiuā, q̄ differentia significat aliquid explicitè, quod non significat ipsum genus: licēt implicitè ambo totum dicant, vnde genus est extra intellectum differentiarum, & datur exemplum in rebus compositis ex materia & forma. Ignis enim & aqua conueniunt in materia prima: differunt autem in forma: quia alia est forma substantialis ignis: & alia aquæ. Vnde ignis & aqua sic conueniunt in materia, quòd materia est pars essentialis eorum: forma verò ignis & aqua conueniunt in materia, sicut in quodam diuerso ab essentia eorum, determinabili tamen per ipsas. Sic suo modo species aliter conueniunt in genere quàm differentiæ. Nam species conueniunt in genere: sicut in eo, quod includitur in ratione ipsarū: & in earum principali significato, in ratiōe enim hominis & in eius principali significato includitur animal. Sed differentiæ conueniunt in genere, sicut in quodam determinabili secundum rationem per eas, quod est extra intellectum earum: sicut rationale & irrationale conueniunt in animali. Cùm ergo nihil posit inueniri extrà: cuius intellectum sit ens nihil poterit omne differentia entis: nec per cōsequens ens poterit esse genus. A signatur etiam alia ratio: quare ens non sit genus: quia non potest esse vniuocum ad substantiam & accidens. Notandum: quòd in prædicto exemplo aliter sumitur materia, quàm sumebatur primò, quando dictum est: quòd indiui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dua distinguuntur per materiam: & quòd materia est principium individuationis. Est enim materia prima & materia signata: seu hæc quæ videlicet quantitate signatur: & aliis accidentibus individuantibus. Dicitur autem materia prima illud quod est in potentia ad omnes formas substantiales, quæ consideratur solùm in sua nuda potentialitate: quæ dicitur vna per remotionem omnium formarum: inquantùm consideratur vna quidem natura potentialis perfectibilis per formas absque hoc, quòd actu perfecta sit: & de ista materia loquebamur in exemplo suprapositio. Materia verò signata seu hæc dicitur prout habet esse cum hac quantitate & hac qualitate: & in aliis accidentibus: & sic considerata non est vna omnium: sed per quælibet individua est diuisa: sicut diuisa sunt prædicta accidentia vniuscuiúsque individui. Et quia omnia individua: & quodlibet eorum habet partem primæ materiæ: considerando illam partem non vt est signata ex his vel his accidentibus dicitur ignis & aqua conuenire in vna materia: vt in dicto exemplo dictũ est. Patet ergo de tribus prædicabilibus essentialibus quæ concurrunt ad ordinandum præsentum, scilicet de genere: & specie, & differentia: quæ dicuntur essentialia: quia sunt de essentia eorum: de quibus prædicantur &c.

De origine proprij: & quomodo ineſt omni individuo ſpeciei & ſemper.

CAP. VI.

NVnc dicendum est de duobus prædicabilibus accidentalibus, scilicet de proprio & accidente. Dicuntur autem accidentalia: quia non sunt de substantia siue de essentia subiectorum. de quibus prædicatur. Notandum, quòd ens reale diuiditur in substantiam & accidens, vnde sic sumendo accidens prout diuiditur contra substantiam: proprium est accidens: & inter accidentia computatur: non enim est de substantia eius cuius est proprium: nec potest esse in prædicamento substantiæ. Alio modo sumitur accidens: non vt diuiditur contra substantiam: sed vt est vnum de quinque prædicabilibus: & sic proprium nõ est accidens: imo contra illud diuiditur. Describitur autem proprium sic. Proprium est quod inest vni soli: & semper & conuersim prædicatur de re. Ad videndum autem particulas huius diffinitionis: quia valdè est nobis necessariũ scire proprium, quod philosophus propriam passionem vocat: quia in demonstratione nihil aliud concluditur nisi propria passio de subiecto. Sciendum quòd aliquid de aliquo dici seu prædicari contingit dupliciter: per se & accidens. Prædicatio per accidens potest fieri tripliciter. Vno modo quando accidens prædicatur de subiecto: vt homo est albus. Alio modo quando subiectum prædicatur de accidente: vt album est homo. Tertio modo, quando accidens prædicatur de accidẽte, vt albũ est musicum. Prędicatio verò per se fit multipliciter, vt patebit in tractatu de demonstratione. Quorum secũdus modus dicendi per se est, quando proprium prædicatur de eo cuius est proprium, vt homo est risibilis. Cùm ergo proprium prædicatur de subiecto, quia non prædicatur per accidens: sicut dictũ est de accidentibus respectu suorum subiectorum: sed per se aliam habitudinem habet ad subiectum suum, quàm habeant accidẽtia communia. Illa námque nullam habitudinem habent ad sua subiecta, nisi vt ad causam materialem, sumendo hic materiam pro subiecto quod est in potentia ad accidẽtia: sicut ad quosdam actus sibi inhærentes. Vnde si proprium solam hãc habitudinem haberet ad subiectum: vt scilicet subiectum solummodò esset passiuum & receptiuum eius, tunc cùm illud quod est receptiuum tantùm alicuius, non imponat necessitaté essendi ei respectu cuius est tale, sequitur quòd proprium non de necessitate sequatur subiectũ: nec per consequens per se posset prædicari: & tamen vidimus oppositum. Nã in rebus naturalibus videmus quasdam operationes quæ cõueniunt semper omnibus quæ sunt eiusdem speciei: sicut attrahere ferrum semper cõuenit omni magneti. Vnde oportet q tales operationes sequantur aliquod principium intrinsecum permanens in illis corporibus: hoc tamen principium dicitur potentia siue virtus: quia virtus est potentia quæ fertur ad vltimum quod fieri potest. Tale ergo principium necessitatem essendi habet à forma specifica illius rei. Nec potest dici quòd tali virtuti subiectũ nõ imponat necessitatem essendi, sed generans: quia si subiectũ nullam habeat necessariã habitudinem ad tale propriũ: quantumcúnq; generans semper generet subiectũ cui tali passione, tamen talis propria passio per respectum ad subiectũ esset per accidens & non per se: & sic non posset demonstrari, cuius oppositũ infrà patebit. Restat ergo quòd subiectũ habeat ad suum propriũ habitudinẽ causæ efficientis. Quod sic potest patere. Nam propriæ qualitates agunt vt instrumenta formarum substantialiũ: agunt enim ad productionem formarum substantialiũ, sicut calor ignis agit in ligna ad generandũ ignem, quod nõ posset facere, nisi esset instrumentum formæ substantialis huius agentis: hoc ergo est, quia recipiunt virtutem à formis substantialibus agendi hoc: nec recipiunt tales qualitates à formis substantialibus aliquã virtutẽ differentem ab eis: nihil ergo aliud recipiunt, nisi seipsas: formæ ergo substantiales subiectorum sunt causa effectiua suorũ priorum. Verum circa hoc videtur magnum dubiũ. Nam sequitur quod idem subiectũ sit secundũ idem agens & patiens: & quod idem sit causa agendi & patiendi respectu eiusdẽ ad minus in substantiis separatis, quæ non habent partẽ extra partẽ. Vnde eadẽ substantia angeli secundũ idem: quia indiuisibilis est, esset causa effectiua proprię passionis, & receptiua qđ videtur inconueniẽs. Ad quod intelligendũ sciendũ est, quòd sicut se habet res in patiendo, sic suo modo se habet in agendo: in patiendo autem nõ solum dicitur passiuè se habere illud quod recipit aliud: sed etiam illud, quod illud disponit ad hoc recipiendum. verbi gratia. Cera quæ recipit figuram: dicitur passiuè se habere ad figurã: & non solum ipsa cera passiuè se habet respectu figuræ: sed etiã mollities disponens ceră ad talẽ receptionem passiuè se habet respectu figuræ: licèt enim mollicies nõ sit in quo recipiatur figura: sicut in eo quod est ratio recipiendi: est tamen aliquo modo dispositio ratio suscipiendi. Sicut etiam suo modo principiũ originans aliquid quodã ordine: & quadã necessaria cõnexione mediante aliquo alio aliquid producit: etiã illud quod producit respectu illius quod producitur se habet actiuè. sicut clauus infixus trabi: si semper motus daretur trabi mediãte clauo: quãuis totus motus effectiuè esset ab homine mouente vtrũq;. s. trabem & clauũ: tamen clauus ad motum se haberet actiuè respectu trabis. sic suo modo se habet de subiecto respectu suæ propriæ passionis. Nam subiectũ est sicut clauus: passio sicut trabs. generans, sicut mouens vtrũq;, & dans esse vtriq; s. subiecto & passioni: sicut motus in clauo & trabe causatur à mouente: & sic saluatur vtraq; opinio: & omne dubiũ remouetur. Ex dictis ergo possunt patere duæ particulę diffinitionis proprij. s. q proprium inest omni & semper. Si enim proprium necessariam & naturalem connexionem habet ad formam specificam: vt dictũ est, oportet q inueniatur in omnibus in quibus est forma specifica, sed forma specifica inuenitur in omnibus individuis eiusdem speciei. ergo proprium competit omni contento sub specie, & semper sibi conuenit: quandiu formam illam specificam participabit: & sic patent duæ particulæ diffinitionis proprij &c.

Quòd proprium ineſt ſolꝫ ſpeciei & conuerſim de ipſa prædicatur.

CAP. VII.

AD videndum autem aliam particulam diffinitionis proprij, scilicet quomodò conuenit vni soli speciei. Sciendum quòd vt supra dictum est, diuersi sunt gradus perfectionis in entibus, quos philosophus octauo Metaphysicę cõparat numeris. Vnde dicit q species rerũ sunt sicut numeri: & ideò sicut numeri respectu vnitatis diuersos habẽt gradus formales: sicut alius est gradus quaterna rij quã quinarij, & sic de alijs: ita diuersi sunt gradus formales specierũ rerum per respectum ad quodcúnq; primũ principium incõpositum. Nec est inuenire duas species in eodem gradu, sicut nec duos numeros specie differentes: in qualibet ergo specie est vna forma specifica nullo modo existẽs in gradu essendi vel operandi formæ specificę alterius speciei. Cùm aũt, vt dictum est, propriũ sequatur propria principia speciei: nec potest esse, nisi in vna specie, propter hoc in diffinitione dicitur q inest vni. Sciendum est aũt q licet propriũ stricto modo sumptũ, solum cõueniat vni speciei specialissimę, tamen largo modo nihil prohibet propriũ etiam cõuenire speciei subalternę: quę videlicet põt esse genus. Dicimus enim quòd propriũ trianguli est habere tres angulos æquales duobus rectis: & tamen triangulus multas continet sub se species. Ex dictis patet illud quod dicit Porphirius, q propriũ prius cõuenit speciei: & posterius individuis. Quòd oppositũ aut̃ est de accidente cõmuni. Si enim proprium respicit individua inquantũ participant formã specificã: per prius ergo verificatur de specie, quã primò respicit quã de individuis: & per cõsequens individuis conuenit: quia conuenit speciei. Accidens aut̃ cùm non respiciat subiectũ, nisi ratione inhęrentię: & per prius cõuenit subsłare individuis, quàm secundùs substantijs: vt infrà dicetur. accidens ergo conuenit speciei ratione individui. Deinde in diffinitiõe proprij ponitur ista particula, quòd scilicet conuersim prædicatur de re. Vbi nota quod vt infrà dicetur, differt aliquo modo prædicari per se, & prædicari primò. Ea enim per se prædicantur, quæ necessariam habent connexionem ad subiecta de quibus prædicantur. Sed ea prædicantur primò, quæ prædicantur dicto modo: & tantùm ambit prædicatum quantùm subiectum. Vnde licèt risibile per se prædicetur de Sorte, non tamen primò: quia proprium vt dictum est, per prius respicit speciem quàm individua: & cùm tanti ambitus sit proprium quanti sunt species, ideò dicitur prædicari primò, seu conuersim de specie. Notandum quòd licet proprium vni speciei conueniat: tamen nihil prohibet propriũ vnius speciei participatione multis alijs speciebus conuenire. Sicut proprium est igni, q sit calidus: & tamen multis alijs speciebus hoc conuenit, inquantùm hoc participant igne. Sciendum est etiam quod proprium alicuius speciei aliquando sumitur sub vno nomine & vno significato: vt risibile est proprium hominis. Aliquando verò sub duobus oppositis, cum disiunctione, vt proprium est numeri, quòd sit par vel impar: & sic patet de proprio &c.

De origine accidentis & dictione ipſius.

CAP. VIII.

ACcidentis verò est, quòd contingit eidem inesse, & non inesse præter subiecti corruptionẽ. Ad quod intelligẽdum sciendum est, quod vnum potest dependere ab alio dupliciter. Vno modo sicut ab eo quod est prius eo ad minus natura: & isto modo vna res dependet ab alia quatuor modis, secũdum quod quatuor sunt causæ. Dependet enim in homine corpus ab anima, sicut à forma: & anima à corpore sicut à materia: & homo à Deo, sicut à causa efficiente: & à beatitudinẽ, sicut à causa finali. Alio modo potest esse dependentia alicuius rei ab alia: sicut ab eo quod se habet ad ipsam consecutiuè. Sicut corpus dependet à figura, & linea à rectitudine vel curuitate. Non enim potest inueniri corpus, in quo non sit figura, vel linea in qua non sit rectitudo vel curuitas: & isto modo dependet omne subiectum à propria passione. Vnde quæcúnq; dependentia sit in rebus, siue causalis, siue consecutiua: & vna res ita dependet ab altera, quòd esse suum, nec actu, nec aptitudine sine tali re possit cõseruari: certum est quod illa sine illa à qua sic dependet, non potest intelligi esse. Non enim posset intelligi materia esse sine forma. Vbi nota quòd intelligere aliquã rem sine alia potest dupliciter contingere. Vno modo in prima operatione intellectus: in qua scilicet, intellectus intelligit solum significatum termini. Alio modo in secunda operatione intellectus, in qua intelligit componendo vel diuidendo per esse vel per non esse, sicut cùm intelligo Petrum esse, vel non esse album. In prima autem intellectione possum intelligere corpus sine figura, & omne subiectum sine propria passione. Non enim figura est de essentia corporis: cùm corpus sit in genere quantitatis. figura verò in genere qualitatis. & ideò intellectus potest intelligere corpus, non intellecta figura. Non tamẽ posset intelligere corpus isto modo non intellecto continuo: quia continuum est de essentia corporis. In secunda verò operatione intellectus non possum intelligere corpus esse sine figura: quia corpus nunquàm potest esse sine figura, nec subiectum sine propria passione: vt dictum est. Cùm autem subiectum non habeat talem dependentiam ab accidente communi: non enim necessariò sequitur subiectum: sicut figura se quitur principia essentialia corporis. Nam si corpus est, necessariò habet positionem partium in toto. vt infrà dicetur: quia positio est differentia quantitatis. ad hanc autem necessariò sequitur figura: quod non contingit de accidente communi respectu sui subiecti. ergo subiectum potest intelligi non intellecto accidente communi: & potest intelligi esse non intellecto accidente communi. Sine accidente verò proprio non potest intelligi esse, cùm sine accidente proprio esse non possit. Nam ablata figura non erit situatio partium: & per consequens non erit corpus. ergo non poterit intelligi esse sine eo. Potest ergo accidens inesse & non inesse præter subiecti corruptionem: cùm esse subiecti non dependeat aliquo modo ab esse suo: vt dictum est, & sic patet prædicta descriptio accidentis. Sciendum tamen est quòd aliquod accidens commune potest inueniri, quod respectu huius subiecti singularis ita se habet, quòd causatur ex principijs essentialibus eius: puta nigredo corui, quæ causatur ab hac siue ex hac materia signata corui necessariò: loquendo igitur de tali accidente dico, quòd non posset intelligi hoc subiectum esse sine eo: & hoc dicitur accidens inseparabile, quod ita se habet ad principium singulare, sicut accidens proprium ad principium speciei. Et quia materia signata est extra intellectum speciei: de intellectu enim hominis est habens humanitatem & non plus. vtrum autem tale habens sit hoc signatum, vel illud non est de intellectu explicito hominis: sicut differentiæ sunt extra intellectum generis: vt suprà dictum est: ideò potest intelligi coruus siue species corui esse sine nigredine, vel etiam cum albedine: & propter hoc accidens inseparabile collocatur cum accidente communi: & non cum proprio: licet aliquo modo conueniat cum vtroque:: vt dictum est. Sic ergo accidens quoddam est in separabile: & quoddam est separabile. Accidenti inseparabili conuenit prędicta diffinitio accidentis. scilicet quòd subiectum potest intelligi esse sine eo: si sumatur subiectum pro specie & non pro singulari. Sciendum est autem quòd licet subiectum possit separari ab alio accidente: vt dictum est, non tamen accidens potest separari à subiecto actu vel aptitudine: & dico aptitudine. Nam licèt Deus possit aliquod accidens separare à subiecto: vt communiter tenetur de accidentibus hostiæ consecratæ, tamen quòd illa accidentia non habeant aptitudinem ad subiectum, hoc est impossibile. Quod enim est de ratione propria alicuius, ab eo separari non potest: sed inesse actu vel aptitudine subiecto, est de ratione propria accidentis: quia accidentis esse: est inesse. ergo ab eo separari non potest. Hoc autẽ potest patere ex his, quæ suprà dicta sunt de specie. Cùm enim accidentia & omnes formæ substantiales non sint actus purus. qui de se plurificabilis non est: si ipsa plurificentur numero, hoc est propter potentialitatem quã habent essentialiter, vt scilicet sint pars realis alicuius compositi siue substãtialis siue accidentalis. Vnde sicut materia & forma sunt partes rei substantiales. ita accidentia sunt partes rei accidentales: sicut albedo quæ est pars huius cõpositi, quod est homo albus. Cùm autẽ omnia accidentia sint talia, ergo necessariò oportet q insint subiecto actu vel aptitudine: & sic patet de accidente: & de quinq; prædicabilibus. & cætera.

Explicit tractatus primus de quinque vniuerſalibus ſecundum rem: & ſecundum intentionem logicam.

Incipit eiusdem Doctoris Tractatus secundus, de prædicamentis.

De diuerſis modis prædicandi.

CAP. I.

NVNC DICENDVM est de prædicamentis: & quia prædicamentum dicit quædam prædicabilia ordinata in ordine præsentali, videndum est, quot modis sit prædicatio. Vbi nota quòd aliquid de aliquo dicitur prædicari tripliciter, id est, vniuocè, æquiuocè, & denominatiuè. Vniuocè dicuntur prædicari, quæ non solùm conueniunt his, de quibus prædicantur quantùm ad nomen, sed etiam quantùm ad rationem essentiarum: & dico hic rationem illud quod per diffinitionem dicitur seu significatur, vel per aliquid quod sumatur loco diffinitionis. Sicut animal prædicatur de homine & de boue. Vnde non solùm hoc nomen animal conuenit homini & boui: sed etiam diffinitio eius essentialis, quæ est corpus animatum sensibile. Non solùm enim verè dicimus quòd homo est animal: sed etiam quòd homo est corpus animatum sensibile: & similiter est de boue. Aequiuocè verò dicuntur prædicari, quæ de pluribus prædicantur secundum idem nomen: non tamen secundum eandem rationem: & isto modo prædicatur canis de latrabili & de marino. Licet enim secundum idem nomen canis de vtroque prædicetur: tamen alia ratione conuenit cani latrabili quàm marino. Ratio enim latrabilis est, quòd est animal grefsibile quadrupes, quæ non conuenit marino. Sciendum est autem quòd sub æquiuocis comprehenduntur analoga. Prædicantur enim analoga de pluribus, inquantùm dicuntur ad vnum vt sanum dicitur de animali primò & propriè. Et enim sanum adæquatum in humoribus, quod non potest esse nisi in animali. Dicitur tamen sanum de vrina & medicina. Nam dicimus: hæc vrina est sana: quia est signum sani quod est in animali: & hæc medicina est sana: quia est causa sani. quod est in animali. Vnde licet hoc nomen sanum, de animali & de vrina dicatur, tamen ratio sani non potest dici de vrina. Non enim vrina est adæquata in humoribus: sed est signum talis adæquationis: & sic prædicatio analoga aliquo modo convenit cum æquiuoca: vt dictum est: & aliquo modo cum vniuoca. Licet enim sanum quod de vrina dicitur, non dicat suam rationem, scilicet adæquationem humorum in vrina, non tamen dicit aliam rationem: sed eandem adæquationem humorum dicit: cuius vrina est signum. Denominatiuè verò dicuntur prædicari: quæ concreta sunt adiectiuè: & ab aliquibus accidentibus abstractis denominãtur: seu deriuantur: vt album de homine prædicatur & de equo denominatiuè: quia album deriuatur ab hoc abstracto quæ est albedo, quæ est in homine: quæ sic in abstracto sumpta de homine prædicari non posset. Nulla enim pars vt suprà dictum est, potest de toto prædicari. Albedo enim est quædam pars accidentalis hominis albi: & sic de eo prædicari non posset. Concernitur autem & dicitur albũ quod idem est quod habens albedinẽ: & tale potest de homine prædicari. Ad videndum prædicamenta, sciendum est quòd prædicamentum, seu genus generalissimum dupliciter potest accipi. Vno modo pro ipsa intentione prædicamentali, seu vniuersalitatis. Alio modo pro ipsa re in qua talis intentio fũdatur; vt dictũ est. Primo modo prædicamentũ est ens rationis. Secundo modo est ens reale. Ad maiorẽ aũt notificationem horũ sciendũ est, ens in sua maxima vniuersalitate diuiditur quinto Metaphysi. in ens per accidẽs, & in ens per se. Ens aũt per accidẽs tot modis diuiditur, quot modis aliquid prędicatur per accidẽs de quibus suprà dictũ est. Ens per se diuiditur: quia quoddã est in anima: & quoddã extra animã. Ad sciẽdũ aũt quid sit ens in anima: nota q tripliciter aliquid põt esse in in anima. Vno modo effectiuè: sicut dicimus, q

Universidad de Deusto
Biblioteca

rea est in mente artificis antequàm fiat. Alio modo subiectiuè. sicut dicimus, quòd scientia est in anima: vel actus intelligendi: vel verbum quæ sunt in anima, sicut accidens in subiecto. Tertio modo aliquid dicitur esse in anima obiectiuè, sicut lignum intellectum dicitur esse in anima obiectiuè. Duobus primis modis ens in anima est ens reale: & dico reale: non vt hoc nomen res dicitur à reor reris: sed vt dicitur à ratus rata ratum, idest firmum. Tertio modo sumpto esse: scilicet vt est obiectiuè in anima: in eo possumus duo considerare, scilicet id quod est obiectiuè in intellectu: puta lignum: & istud adhuc est res: vel illud quod conuenit ligno solum, vt est obiectiuè in intellectu & non conuenit sibi secundum esse reale, scilicet esse abstractum ab hoc ligno & ab illo. & hoc modo ens in anima non est res: sed intentio: cui ei nihil extra animam respondet: nisi pro fundamento remoto: & sic attribuitur esse non enti. Dicimus enim, q̃ cæcitas est in oculo. Cùm autem cæcitas sit non ens; quomodò ergo habet esse, quia dicimus cæcitas est. Certè solũ esse intentionis: quod nihil habet facere cum ente reali: sed ex opposito ab eo diuiditur. Et si quæratur de tali ente vbi sit subiectiuè, dicitur quòd est nunquàm. Si enim esset in aliquo subiectiuè: esset accidẽs: & per consequens ens reale: sed solum habet esse obiectiuè. Ens autem reale diuiditur in decem prædicamenta quæ sunt decem genera rerum. Et quia res est fundamentum intentionis remotum: tamen secundum istam duplicem diuisionem: possunt dupliciter accipi prædicamenta. Ad sciendum autem prædicamenta oportet diuidere ens reale. Vbi nota, quòd licet ens non posit esse genus: quia non inuenitur differentia contrahens illud: tamen contrahitur per modos essendi. Modus autem essendi alicuius rei potest accipi dupliciter. Vno modo vt est proprietas realis alicuius realiter differẽs ab eo: sicut dicimus de aliquo, iste habet bonum modum, quia est manſuetus vel concors. Constat autem quòd manſuetudo & concordia quas diximus modos: res sunt differentes ab eo cuius sunt. Secundo modo dicitur modus res concepta: vno modo respectu suiipsius: vt est concepta: alio modo, qui quidem diuersi modi considerandi non sumuntur ex diuersis in re existentibus: sed ex habitudine ad diuersa: sub qua habitudine res intelligitur. Verbi gratia, substantia secundum quod est subiectum accidentium significatur per modum substantiæ: quia substantia dicitur à substando: secundum autem quod à nullo priori depẽdet cui innitatur: significatur vt ens per se: & isti modi sunt idipsum: quod substantia differentes: sola ratione animæ concipientis ipsam secundum diuersas habitudines: quæ ratio nõ est ficta: sed accipitur à re, ita enim in re est. Nã & substantia subsstat accidentibus: & nulli innititur: tamen istę non sunt duæ res distinctę: sed distinctio inter ista solùm est ex ratione. Vnde tales modi sunt ens reale, scilicet substantia: quæ & subsstat accidentibus & nulli innititur: distinctio tamen eorum est à ratione. Contrahitur autem ens per modos: non quòd modus sit aliqua differentia contrahens ipsum: sed quia in ente reali communiter sumpto inueniuntur aliqua entia habentia inter se diuersos modos essendi: quibus non respondet vna & eadem res: nisi fortè ipsum ens in vniuersali. Primi autem modi quibus contrahitur ens: sunt esse per se: & esse in alio. Esse autem per se est modus prædicamẽti substãtiæ: esse verò in alio est modus aliorũ nouem prædicamẽtorũ. Alio modo adhuc contrahitur ens per duos modos, quorum vnus est esse ad esse: & iste modus comprehendit tria prædicamenta absoluta, scilicet substantiam, quantitatem & qualitatem. Secundus est esse ad aliud: & iste modus comprehendit septem prædicamenta respectiua, scilicet relationem, actionem, passionem, quãdo, vbi, situ, & habere. Quæ omnia qualiter inter se differant, dicetur infrà. Notandum est autem quòd diuisio entis in decem prædicamẽta non est diuisio vniuoci, sed analogi. Ens enim analogicè dicitur de eis, per prius enim dicitur de substantia in qua maximè saluatur sua realitas. de aliis verò, inquantùm sunt aliquid ipsius substãtiæ. Quantitas enim est materia extensa vel extẽsio substãtię. Qualitas verò est eius affectio, id est dispositio, & sic de aliis. Vnde de eis prædicatur ens sicut sanum prædicatur de animali vrina & medicina. Diuiditur ergo ens in decem prædicamenta quæ sunt substantia, quantitas, qualitas, relatio, actio, passio, quando, vbi, situs & habere seu habitus, de quibus sigillatim dicẽdum est & primò de substantia.

Quid sit substantia secundum intentionem logicam.

CAP. II.

EST autem substantia ens per se existens. Ad videndum particulam huius descriptionis, sciendũ quòd licet de ente plura dicta sint, tamen ens est quod primò occurrit nostro intellectui. Nos eñ sumus rationales. id est discursiui: quicquid enim intelleximus, ferè cum discursu intelleximus. Occurrũt autem intellectui nostro, primò magis confusa. De potẽtia enim reducimur ad actum per medium, scilicet per actum imperfectũ, quo intellectus non intelligit determinatam rem, & discurrendo determinat se ad perfectionẽ: sicut possibile est intelligi rem: vt ponit philosophus primo Physicorum exemplum in sensibilibus. Videndo enim in magna distantia aliquid primò percipio, quòd sit corpus. deinde accedendo video quòd sit animal; deinde cognosco quòd sit homo, deinde quòd sit Petrus. Sic intelligendo, discurrit intellectus noster. Primo eñ de re concipit quòd sit ens, deinde quòd sit substãtia, deinde quòd sit corpus: & sic vsque ad speciem specialissimam. Confusus autem quod intelligi potest, est ens. Ens ergo est illud quod primò occurrit intellectui nostro. Et sic patet qualiter in prædicta notificatione substantiæ sumitur ens. Sed quia dictũ est quòd substantia est ens per se notandũ, quòd per se diuiditur contra per accidens: sicut dicimus quòd homo est animal per se, est autem albus per accidẽs: & hoc modo nunc sumitur hic per se. Nam quantitas & qualitas non sunt entia per accidens, sed per se, vt dictum est. Quia ens per se diuiditur in decem prædicamenta. Alio modo esse per se diuiditur, contra esse in alio. Secundo modo solùm subsstãtię cõuenit esse per se: & iste est modus proprius eius. Vel potest dici quòd subsstãtia est ens per se existens, eo quòd sibi propriè conuenit existere. Aliis verò accidentibus conuenit existere per eam. Sicut ignis per se est calidus: quia omnia sunt calida per eũ: est enim eius proprietas esse calidum. Sciendum tamen est quòd substantia diuiditur in materiam formam & compositum. Materia enim nõ dicitur propriè esse per se, cùm non habeat esse nisi per formam. Similiter etiã forma non dicitur esse per se, cũ solùm habeat esse in materia. Cõpositum autem propriè dicitur esse per se: & dico compositum scilicet integratũ ex suis partibus: licet enim partes integrales sint cõpositæ, non tamen dicũtur propriè esse per se. Compositum enim directè esse in prædicamento: vt Boëtius in commentario prædicamentorum dicit: licet etiam posit dici quòd forma & materia & partes integrales sint per se, quia non sunt in alio, sicut accidens in subiecto. Notandum quòd licet hîc describatur substantia composita: tamen dupliciter potest esse substantia composita, scilicet natura: & suppositum. Dico autem hoc naturam, vt est humanitas: suppositum autem non sumo hic pro singulari in genere substantiæ: sed pro cõcreto naturę vt homo. Humanitas enim licet forma dicatur: est tamen composita ex materia & forma: vt suprà dictum est. Dicit enim humanitas animã & corpus. Ita tamen humanitas siue quæcũq; natura dicit formam substantialem & materiam quòd de suo principali significato præscindit omne aliud à prædicta forma: & materia. Non autem sic est de supposito, quod est homo. Homo enim de suo principali significato dicit habens humanitatem: seu habens talem formam & materiam, quam dicit humanitas: & quia habens humanitatem potest esse suppositum nõ humanũ: vt patet de humanitate Christi, quæ suppositatur supposito diuino. Vel potest habere aliqua alia: pura accidentia: quæ humanitas omninò præscindit. ideò in creaturis differunt suppositum & natura. & quia natura, puta humanitas, est quid habitũ existens in habente: licet sit composita, tamen sibi non propriè conuenit esse per se. Propriè ergo ens per se dicitur substantia composita quæ est suppositum. & hic est causa quare genera & species substãtiæ sumũtur in concreto & non in abstracto: non autem aliorum prædicamentorum. Forma autem substantialis quæ est pars compositi, de se non subsstat accidentibus: sed compositum: forma verò quæ est natura, seu essentia & humanitas, quamuis sit composita ex materia & forma: tamen in suo signato præscindit subsstare accidentibus. Alia verò accidentia ita se habent, quod eorum genera & species sunt formæ, cùm tamen ex eis cum subiecto non fiat vnum per se. Dicitur autem posteà quod existens. vbi nota quòd in creaturis esse essentiæ & esse actualis existẽtiæ differũt realiter: vt duæ diuersæ res. Quod sic patet: illud enim quod est extra essentiã alicui differt realiter ab ea: esse autem actualis existentiæ est extra essentiam rei. Nam diffinitio indicat totam essentiam rei. esse autem actualis existentiæ est extra diffinitionẽ: quia in diffinitione ponitur solum genus & differentia: & nulla fit mẽtio vtrum res diffinita existat vel non existat. Apparet etiam hoc manifestè. Nam impossibile est posse intellige re aliquam rem: non intelligendo ea quæ sunt de essentia eius. tamen constat quòd ego intelligo rosam non intelligendo vtrum actu sit: vel non: ergo actu esse: vel esse actualis existentiæ differt realiter ab essentia. vnde citra primum in quacũque subsstantia creata est compositio esse & essentiæ: quæ non est compositio materiæ & formæ: sed est compositio duorum principiorũ suppositi. Quorum essentia est potentia, & esse est actus. vnde esse respectu essentiæ dicitur accidens: quia est extra essentiam rei: & dicitur subsstantia: quia est in genere substantiæ sicut principium suppositi: & est actus simpliciter: quia in genere substantię, licet non sit forma, quę est actus materiæ: & est actus secundum quod: quia essentia cui aduenit, non est pura potentia: sicut est pura materia. Sciendum tamen est, quòd esse essentiæ per prius conuenit speciebus: quia vt suprà dictum est, sola species diffinitur, & diffinitio significat esse essentiæ

essentiæ: & per posterius dicitur de indiuiduo: seu conuenit ei. Esse autem existentiæ per prius conuenit indiuiduis. Ablato enim esse indiuiduorum impossibile est aliquid aliud, remanere: vt philosophus dicit libro prædicamẽtorum: posterius autem conuenit ipsis speciebus. Vnde existere sic de genere & specie dicitur: sicut accidẽtia cõmunia. Sic enim dicitur: homo existit: quia Petrus existit. sicut homo currit: quia Petrus currit.

De prima & secunda substantia, quid sint: & de ordine substantia.

CAP. III.

DIuiditur autem substantia in primam & secundam. Est autem prima substantia, quæ propriè principaliter & maximè dicitur subsstare. Quæ nec in subiecto est: nam de subiecto dicitur. Ad videndum autem prædictam descriptionem: sciendum est quòd subsstare dicitur dupliciter, scilicet pro subsstare accidẽtibus: sicut dicimus quòd substantia subsstat accidentibus: & pro subsstare vniuersalibus: sicut dicimus quòd minus vniuersale subsstat magis vniuersalibus. stat enim sub eo in ordine prędicamentali. Vnde maius vniuersale de minus vniuersali prædicatur. Si subsstare sumatur primo modo: sic prima substantia propriè subsstat. Sicut enim supradictum est: illud inest alicui propriè, quod inest per se ei: & nõ per aliud: sicut color propriè inest igni: sic codẽ modo ineſt primę subsstãtię subsstare accidẽtibus. Licet enim superficies subsstet colori: & linea curuitati, tale subsstare habent non per se: sed per aliud, scilicet per substantiam primam. Remota enim inhærentia superficiei & lineæ, quam habent ad primam subsstantiam: actu & aptitudine non erit superficies nec linea. Subsstant igitur accidentibus: quia subsstantia prima subsstat eis. Proprium ergo primæ subsstantiæ est subsstare accidentibus. Ex quo sequitur quòd subsstare accidentibus insit principaliter & primò subsstantiæ primę. Illud enim primò conuenit alicui, quod conuenit sibi & non per aliud. Petro enim non conuenit primò esse risibile: quia sibi per aliud, scilicet per hominem. Vnde homini conuenit primò esse risibile. Sic licet subsstare accidentibus conueniat subsstantiæ primæ & secundæ: tamen secundis subsstantijs scilicet generibus & speciebus conuenit secundariò: quia conuenit eis per indiuidua, quæ sunt primæ subsstantiæ. Non enim homo currit, nisi quia Petrus vel Sortes currit. & sic patet qualiter prima subsstantia subsstat propriè & principaliter. Sed dicitur quòd subsstat maximè, & sumitur subsstare secundo modo, scilicet pro esse sub alio: sicut minus vniuersale sub magis vniuersali. Cùm autem primæ subsstantiæ subijciantur omnibus speciebus & generibus, quæ sunt suprà se. species verò & genera non subsunt toti. ergo' primæ subsstantiæ respectu secundarum isto modo maximè dicuntur subsstare. Dicitur posteà quòd non dicuntur de subiecto: quia non sunt prædicabilia de alijs, sicut species & genera: & non sunt in subiecto: quia non sunt accidentia. Sola enim accidentia sunt in subiecto: vt hîc sumitur esse in subiecto. Et sic patet descriptio primæ subsstantiæ: seu indiuidui. Secundę verò subsstantię dicuntur species & genera, quæ sunt in prædicamento subsstantiæ. Differentiæ verò quæ cadunt ex latere, non propriè dicuntur subsstantiæ: quia non propriè dicuntur esse in prædicamento, nisi fortè reductiuè. Dicũtur autem secundæ subsstantię, quia secundò, vt dictum est, subsstant accidentibus. Inter secundas autem subsstantias dicũtur magis subsstantiæ species quàm genera: non quòd subsstantia suscipiat magis & minus: vt infrà dicetur: sed quia vtróque modo subsstandi magis subsstant species quàm genera: vt ex dictis haberi potest. Species verò specialissimę dicuntur æqualiter subsstantiæ: quia æqualiter omnibus subsstant. Et sic patet de primis & secundis subsstantijs. Qualiter autem prædicamentum subsstantiæ sit ordinatum, patet in arbore Porphyrij: quam gratia exempli ponimus: licet non in toto reperiam eam veram. Nam rationale animal non est genus: vt ipse ponit: nec dij sunt rationales: vt ipse dicit.



Quod ſubſtantia non ſuſcipit contrarietatem: nec magis & minus: licet ſit ſubiectum vtriuſque per ſui mutationem

CAP. IIII.

REſtat nunc dicere de communitatibus & proprietatibus ſubſtantiæ. Habet autem ſubſtantia duo communia cum aliquibus accidẽtibus, ſcilicet quòd non ſuſcipit contrarietatem, & quòd non ſuſcipit magis & minus. Ad quæ intelligenda ſciendum eſt, quòd quædam formæ habent in ſe latitudinem, quædam verò nõ, & quia quædam formæ habent prædictam latitudinem, ideò habent contrarietatem: licet non ſemper ſit verum in omnibus. Ad ſciendum autem prædictam latitudinem, nota quòd in rebus ſpiritualibus augmentũ transfertur à quãtitate corporali, dicitur aũt in quantitate corporali aliquid magnum, ſecundũ quod ad debitã perfectionem quantitatis perducitur. Vnde aliqua quantitas reputatur magna in homine, quæ non reputatur magna in elephante. Sic etiam in formis dicitur aliquid magnum ex hoc quòd eſt perfectũ: perfectio autem formæ dupliciter põt conſiderari, vel ſecundũ ipſam formã, vel ſecundũ participationẽ ſubiecti. Primo modo dicitur ipſa forma parua vel magna, vt parua albedo. Secũdo modo dicitur magis vel minus: vt magis vel minus album. Formæ ergo quæ de ſe indeterminatæ ſunt: vt magis vel minus, ſeu perfectius & imperfectius ſint in ſubiecto, illę formæ dicuntur prædictã habere latitudinem, & prædictos gradus intenſionis & remiſsionis. Ad ſciendum autem quæ ſint illæ formæ, nota quòd in forma tria poſſumus conſiderare. Primò, ſi agens poteſt ſe diuerſimodè habere ad eam. Secundò, ſi ſubiectum eam recipiens, aliquando ſit magis vel minus diſpoſitum ad ipſam. Tertiò, qualiter ipſa forma participatur à ſubiecto. Vnde in illis formis in quibus agens non ſe habet diuerſimodè: nec aliquando ſubiectum eſt magis: & aliquando minus diſpoſitum: illæ formæ non habebunt prædictam latitudinem: ſed in vltima perfectione ſuæ ſpeciei, ſemper recipiuntur in ſubiecto. verbi gratia. Si enim aër eſſet ſemper eodem modo diſpoſitus ad recipiendũ lucem: & illuminans aërem eodẽ modo ſemper ſe haberet, nunquã lumẽ in aere reciperetur magis, nec minus: nec aër eſſet magis vel minus illuminatus: ſed quia aliquod iſtorum variatur, ideò aliter ſe habet de lumine. Cùm autem in formis ſubſtãtialibus ſemper eodem modo ſe habeat agens: & ſubiectum quod eſt materia prima ſit ſemper æquè diſpoſitũ: forma ergo ſubſtãtialis non

lis non habebit latitudinẽ prædictam. Quod ipſa materia prima ſit ſemper æquè diſpoſita, non oportet probare: quia clarũ eſt. De agente verò ſeu producente formã ſubſtantialem patet. Licèt enim tale agens diuerſimodè ſe habeat, abijciendo diſpoſitiones contrarias ab ipſa materia: & hoc faciat virtute formarũ accidentalium: ſeu qualitatũ, tamen formam ſubſtantialem introducit virtute ſuæ formæ ſubſtãtialis: quæ vniformiter ſe habet in omnibus generalibus eiuſdem ſpeciei. Et idem & eodẽ modo poteſt cõcludi de proprijs paſſionibus quę ſimul cũ ſubiecto producũtur: & ſubiectũ reſpectu earum aliquo modo ſe habet actiuè: vt ſuprà dictũ eſt. Tales igitur formæ ſubſtãtiales quàm propriæ paſsiones: & quia agens ad eas producendas non ſe habet diuerſimodè: & quia ſubiectũ eas recipiens ſemper eodem modo eſt diſpoſitũ, ideò nõ ſuſcipiunt magis nec minus. Si verò ſubiectũ non eſſet eodem modo diſpoſitũ ad formã: vel agens adhuc diuerſimodè ſe haberet, oportet conſiderare tertium quod dictũ eſt. ſ. qualiter ipſa forma participatur à ſubiecto. Nam ſi participatur ſecũdum rationẽ indiuiſibilitatis, talis forma non ſuſcipiet magis nec minus: ſicut patet de ſpeciebus numeri: quæ conſiſtunt in indiuiſibili vnitate. Et de ſpeciebus quantitatis cõtinuæ: ſecundum numeros, vt bicubitũ: tercubitũ: & de aliquibus relationibus: vt duplum & dimidium, & de figuris, vt trigonũ: & tetragonũ: & quia omnes quãtitates & figuræ ſic recipiuntur in ſubiectis: ideò quãtitas & figura: & hæ relationes nõ ſuſcipiunt magis nec minus. Non ſolùm autẽ de quantitatibus ſic conſideratis: ſed ſimpliciter loquendo de quantitate: vt linea, ſuperficies, & corpus, verũ eſt q̃ non ſuſcipit magis nec minus. Cuius ratio eſt: quia perfectio & imperfectio quãtitatis eſt ſecũdum maiorẽ vel minorem extenſionẽ: ſecundum quã aliquid dicitur maius aut minus: non autẽ maior vel minor extẽſio eſt cauſa ſufficiens, q̃ aliquid dicatur magis vel minus: quia nõ dicitur eſſe ſecundum extenſionem: vt patet in alijs formis in quibus eſt extenſio: & non intenſio: ſicut in formis inanimatorũ & brutorũ. Quorum formæ ſunt extenſæ: & nõ dicuntur ſecũdum magis & minus. Patet ergo quæ formæ ſuſcipiunt magis & minus: & quæ non. Quia videlicet habentes prædictam latitudinem, ſuſcipiunt magis & minus. Ex his ſcitur ſtatim, quæ formæ recipiunt cõtrarietatẽ: & quæ non. Nulla enim forma quæ non recipit magis & minus, recipit contrarietatẽ. Vbi nota, q̃ formæ quæ habent latitudinẽ prædictã. Quædã habẽt eam ſolam ſeruãdo eandem ſpeciem. Quædam verò in genere & in ſpecie. Nam tales gradus latitudinis, ſunt vſq; ad vltimũ in quo ſaluatur ſpecies illa: quem gradum ſi tranſeat forma variabit ſpeciem & remanebit ſibi idem genus: & in iſta ſecunda ſpecie, habet etiã gradum quandiu perueniat ad vltimum, quem ſi tranſcenderet, non eſſet in eadem ſpecie. verbi gratia. Croceum habet gradus: & ſit magis croceum quandiu veniat & fiat rubeum: & licèt rubedo ſit alia ſpecies quã corceitas: ſunt tamen eiuſdem generis. Conueniunt enim in hoc q̃ eſt participare lucẽ incorporatã: & de rubeo venitur ad nigrũ vſq; ad vltimũ gradum nigri: qui in eodem genere tranſcendi nõ poteſt. Si etiam croceitas remittatur, fit palliditas & poſteà albedo: & iſtæ formæ iſtorũ duorũ graduum. ſ. albedo, & nigredo ſunt contrariæ. Nota, q̃ multi moderni tenent, q̃ duo gradus faciunt vnã contrarietatẽ: ſicut albedo & rubedo. Albus & magis albus, & apud ipſos duplex eſt cõtrarietas, ſcilicet cõpleta & incompleta. Prima eſt inter extrema maximè diſtantia. ſ. inter albedinẽ ſummam, & nigredinem ſummam. Secunda eſt inter gradus medios: quia duo gradus diſtincti numero, non cõpatiuntur ſe adinuicẽ, & denominatiuè in eadem parte ſubiecti, ſicut gradus, vt duo & gradus vt tria, & ſic de ſingulis. Vnde talis latitudo, ſcilicet perfectius & imperfectius participari à ſubiecto, ſequitur formas, aut ratione formę, aut ratione ſubiecti. Ratione formę, vt patet in coloribus. Nam lux incorporata magis vel minus participata, cauſat ſpecies cõtrarias. Nam ſpecies quę perfectius participat de tali luce: puta albedo eſt cõtraria ſpeciei, quæ imperfectius talem lucẽ participat: puta nigredo: & in talibus inuenitur cõtrarietas. Quando verò tali latitudine non participat ratione formæ: ſed ſolùm ratione ſubiecti: vt patet de magis vel minus illuminato, tũc talis forma: licèt recipiat magis vel minus, tamen nõ habet contrarium: lumini enim nihil eſt contrarium: & tamen conſtat, q̃ aër eſt aliquando magis illuminatus, & aliquando minus. Vbicúnq; enim eſt cõtrarietas, ibi eſt magis & minus: & latitudo prędicta in formis. Vbicúnq; verò talis latitudo nõ eſt, ibi non eſt vera contrarietas. Et dico vera contrarietas: quia quædam dicũtur contraria, quæ opponuntur ſecũdum habitũ & priuationẽ: ſicut rationale & irrationale, par & impar: ſicut dicimus: & in vnoquóque genere eſt vna prima contrarietas: quæ nõ eſt verè contrarietas: ſed magis eſt habitus & priuatio: & hoc idem dico de omnibus contrarijs immediatis, ſcilicet q̃ non opponuntur veræ contrariæ: licèt ſint habitus & priuatio. Sanitas enim & ægritudo ſic opponuntur. Nam ſi ſanitas eſt humorũ æqualitas, & ægritudo inæqualitas: & quia æquale & inæquale opponũtur priuatiuè, meliùs diceretur, q̃ ſanitas & ægritudo opponuntur per modum habitus & priuationis quàm contrariæ: & eſt cauſa quare non dicuntur habere medium. Sciendum eſt autem licèt vt dictũ eſt in aliquibus inueniatur latitudo & gradus, non tamen eſt intelligendum, q̃ cũ vna forma intenditur. q̃ augeatur per additionem gradus ad gradum: ita q̃ ſint ibi duo gradus diſtincti. Quorum vnus addatur alteri: & poſſet ab eo diſtinctè ſignari: ſed fit tale augmentũ inquantùm forma imperfecta fit perfecta: ita q̃ ipſa perfecta habet pluſquã prius: non ſecũdum partes ſignabiles diuerſas: ſed virtute: ita q̃ primus gradus cõtinetur in ſecundo virtute: ſicut imperfectum cõtinetur in gradu perfecto. Ex iſtis patet, q̃ quia ſubſtantia non ſuſcipit magis vel minus: vt dictũ eſt, q̃ ſubſtantiæ nihil eſt contrarium. Et ſic patent communitates ſubſtantiæ. Proprium autem ſubſtantiæ eſt, q̃ ſecundum ſui mutationem ſit ſuſceptibilis contrariorũ. Dicitur autem hoc eſſe proprium ſubſtantiæ: quia ſibi ſoli per ſe conuenit, & ſi aliqua dicũtur ſuſcipere cõtraria: ſicut linea dicitur recta vel curua, tamen linea nõ ſuſcipit iſta, niſi ratione ſubſtantiæ. Datur etiam inſtantia de oratione & opinione, quæ eadem manens, aliquando eſt vera: aliquãdo eſt falſa. Ad quam reſpondet Philoſophus, q̃ hoc nõ ſit ſecundum mutationẽ orationis vel opinionis. Nõ enim mutatur oratio vel opinio, dum Sortes ſedet eo ſurgente, ſed mutatur res. Non enim per ſui mutationem, oratio vel opinio dicitur eſſe ſuſceptibilis contrariorũ, ſed per mutationem rei ſignificatæ. Soli ergo ſubſtantię huiuſmodi cõuenit: & ſi alijs conuenit huiuſmodi eſt ratione ſubſtantię, in qua habent eſſe: vt patet de ſuperficie quæ eſt ſuſceptibilis albedinis, & nigredinis: de cuius cœna eſt actu vel aptitudine eſſe in ſubſtantia: vt ſuprà dictum eſt: & ſic patet de prædicamento ſubſtantiæ, &c.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris Tractatus tertius, De prædicamento quantitatis.

De numero, qui eſt quantitas diſcreta.

CAP. I.

QVANTITAS diuiditur in continuam & diſcretam. Dicitur autem diſcreta quãtitas, cuius partes inter ſe ita ſe habent, q̃ ſunt ſeparatæ: & ad vnũ communem terminũ non copulãtur. Partes enim huius numeri qui eſt decẽ, ad nullum communem terminum copulantur. Nõ enim in nullo numero qui eſt decẽ inuenitur aliqua particula: ad quã copulẽtur aliæ particulæ, cũ omnes particulę eius ſint ſeparatę vna ab alia. Cõtinua verò quãtitas dicitur, cuius partes ad vnum cõmunẽ terminũ copulantur: quia omnes ſunt cõiunctæ: & non ſunt actu ſeparatæ: ſed ſunt ſeparabiles: vt infrà dicetur. Diuiditur autem quantitas diſcreta in numerum & orationem. Eſt autem numerus, multitudo ex vnitatibus aggregata. Aliter autem diffinitur numerus ſic. Numerus eſt multitudo menſurata per vnum. Ad videndum autem prædictas diffinitiones, ſciendum eſt quòd vnum conuertitur cum ente: & vnum eſt principium numeri. Vnum autem primo modo ſumptum, nihil aliud eſt quàm ens indiuiſum. Addit autem vnum ſupra ens, negationem ſeu priuationem diuiſionis: & quia omne ens eſt vnũ iſto modo ſumptum, ideò vnum ſic ſumptum non ſolùm eſt in genere quantitatis: ſed in omnibus generibus: ſicut & ens: & ideò vnum eſt de tranſcendentibus: & multitudo cauſata per vnum iſto modo ſumptum, non eſt numerus: qui eſt ſpecies quantitatis: ſed eſt de tranſcendentibus. Dicimus enim eſſe quatuor angelos vel tres perſonas in diuinis: & tamen nec in angelis, nec in Deo eſt quantitas. Vnum autem quod eſt principium numeri, addit ſuper vnum quod conuertitur cum ente non rem aliquam: ſed concernit illud addendo ſibi duas rationes, ſcilicet quia dicit nõ omnẽ indiuiſionem, id eſt, nõ dicit omne ens inquantùm eſt indiuiſum: ſed dicit ens indiuiſum quantitatis continuæ: & dicit rationem menſuræ diſcretæ. Quia enim numerus qui eſt ſpecies quantitatis cauſatur ex dictione continui, ſupponatur quòd diuideremus vnam lineam in multas partes: cùm quęlibet pars lineæ quæ ſic diuiditur ſic indiuiſa: & linea ſit conſiderata eſt vnum. Vnde vnum nihil aliud eſt quàm cõtinuum indiuiſum. Vnum ergo quod conuertitur cum ente, dicit ens indiuiſum: quodcúnque ſit illud. Vnum autem quod eſt principium numeri dicit ens continuum indiuiſum: & numerus ex talibus vnitatibus aggregatur: vbi ſunt multa continua diuiſa abinuicem: & in ſe indiuiſa. Secunda ratio quam addit vnum quod eſt principium numeri ſuprà vnum quod conuertitur cum ente, eſt ratio menſuræ diſcretæ. Vbi nota, quòd menſurari diſcreto poteſt ſumi dupliciter. Vno modo vt idem ſit, quod certificari apud intellectum: quot ſunt aliquæ res inquantùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquis per vnum aliquoties replicatū certificatur de numero illorū, quæ numerat, & isto modo sumpta, mēsura est ꝓprietas accidētalis ipsius numeri, & cōuenit etiā vni, quod conuertitur cum ente. Alio modo sumitur mēsurare, pro eo, quod est facere tot res formaliter, sicut albedo formaliter facit album, & talis mensura est de ratione vnius vel numeri. Habemus ergo quid est vnum, ex cuius aggregatiōe, fit numerus, & qualiter sit mēsura essentialiter & accidēaliter. Ad videndum autem quid sit multitudo, sciendum, ꝙ vt supradictum est, primum, ꝙ intellectus noster intelligit est ens, secundò verò intelligit negationem entis, prout intelligitur aliud non esse hoc ens. Ex his duobus, statim intelligit diuisionem. Vnde diuisio est distinctio per ens & non ens, tertiò intelligit vnū, quod priuat diuisionē. Est enim vnum ens in quo nō est prædicta diuisio, & sic intellectus vnius, posterior est intellectu diuisionis, sicut intellectus priuatiōis, posterior est intellectu habitus quē priuat. Quartò intelligit multitudinem quæ dicit duas negotiationes, quarum vna est, ꝙ hoc nō sit illud, & altera est, ꝙ quodlibet eorum nō sit diuisum, & per cōsequēs sit vnum, & propterea multitudo diffinitur per vnum, quia nūquàm dicuntur multa, nisi quodlibet eorum sit vnum, seu ens indiuisum. Et sicut modo sumpsimus ens, & diuisionem & vnum & multitudinem in transcendentibus, sic sumatur in quātitate, ita, ꝙ sicut sumebatur ens, ita hic sumatur cōtinuum, licet aliqua differentia sit inter ea: vt supra dictum est. Sciendum, ꝙ hæc multitudo quę est in quantitate, est multa cōtinua, quorum vnum nō est aliud, & quodlibet eorum est indiuisum in se, siue vnum, quod idem est, & sic patet prima diffinitio numeri. s. numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata. Patet etiam secunda diffinitio. s. numerus est multitudo mensurata per vnum. Nam quia vnum multotiens replicatum, causat multitudinem, per hoc certificamur de multitudine quāta sit discretè, & sic vnum est mensura multitudinis, & patet de numero, &c.

De secunda specie quantitatis discreta, scilicet de oratione.

CAP. II.

ORatio est vox aggregata ex distinctis syllabis eam mensurantibus, & in partibus suis non habens permanentiā. Ad intelligēdum autem prædictam diffinitionem, sciendum, ꝙ vox nō ponitur hic pro qualitate. Est enim vox in tertia specie qualitatis. vt infra patebit, sed pro aliquo, quod fuit in voce, quia in tali voce sunt multæ dictiones & syllabæ, quæ licet indiuisibiles sint, tn sunt successiuæ. Na vna succedit alteri: vnde in talibus syllabis, est duo considerare, scilicet indiuisibilitatem earum, & successionem. Talis autem indiuisibilitas nō est indiuisibilitas vnitatis. Alioquin oratio esset numerus, sed est indiuisibilitas mensurans durationem, secundum quòd tales plures syllabæ indiuisibiles plus durant, quàm vna. Vnde si in oratione consideramus indiuisibilitatem syllabarum, per hoc conuenit eum numero. Si verò ibi consideratur mensura durabilitatis, quę tamen non est semper status, sed est successiua, in hoc cōuenit cum tēpore, quod est mensura successiua, & successiuorum: vt infra patebit. Nō tamen oratio est numerus simpliciter, sed est numerus pertinēs ad mensuram durationis. Nec est tēpus continuum, quod nihil aliud est, quā successio cōtinuata semper diuisibilis, sed etiam successio aliquorum indiuisibilium, puta syllabarum. Sciēdum est autem, ꝙ Philos. lib. prædicamen. dicit, ꝙ oratio mensuratur syllaba breui & lōga. Alius textus habet, quòd syllaba breuis & lōga, mēsuratur oratione. Mēsuratur autem oratio syllaba eo modo, sicut dictum est, ꝙ numerus mēsuratur vnitate quæ indiuisibilis est, inquantùm huiusmodi. Similiter etiā oratio mēsuratur syllaba, quæ vt dictum est indiuisibilis est. In hic autem, ꝙ dicitur talis syllaba breuis est vel lōga, nō est intelligendum, ꝙ talis breuitas vel lōgitudo pertineat ad tēpus continuum, ita videlicet, ꝙ oratio sit aggregata ex multis temporibus cōtinuis. Alioquin nō esset alia species à tempore. Partes enim tēporis non faciunt aliam speciem à tēpore, sed indiuisibili durationi syllabæ aliquado coēxistit tēpus cōtinuū, seu simul cū eo existit, quod tēpus aliqñ est breue, & aliquādo lōgum. Vnde tēpus continuum est mensura successiuorum quæ sunt in motu. Syllabæ verò existunt in quodā indiuisibili, & sine motu, licet fiant cū muratiōe & successiōe, sub aliqua tn mēsura vt dictum est. Vn mensura quę est tēpus & mēsura quæ est ipsius syllabæ, licet sint diuersæ mensuræ durationū seu durabilitū, tn possunt simul existere, & sic syllaba dicetur breuis vel lōga, nō ex lōgitudine vel breuitate continua, quę sit in ea, cū ipsa sit indiuisibilis, sed ex lōgitudine & breuitate tēporis continui, quod ei coēxistit. Aliqui tn dicunt, ꝙ licet syllabæ nō sint motus, tn fiunt p motū, cū autem omnis motus mēsuretur tempore cōtinuo, propter hoc syllabæ dicuntur lōgę vel breues, ex lōgitudine vel breuitate tēporis cōtinui mēsurantis motus, per quos syllabæ fiunt. Alij dicunt aliter de oratione. Secundum enim eos cum numerus causetur ex diuisione continui, & nihil addat supra continuum nisi diuisionem, in quæ quodlibet est indiuisum, & tn est alia species quantitatis, quàm continuu, ita accidit de oratione respectu temporis. Nam oratio est multa tempora diuisa, quorum quodlibet est indiuisum, & tamē est alia species à tempore, & sic patet de quantitate discreta, &c.

De quantitate continua in cōmuni secundum logicam intentionem.

CAP. III.

COntinua verò quantitas, est cuius ptes ad vnū cōmunē terminū copulātur. Notādū, ꝙ aliq sic intelligūt hic. s. ꝙ partes cōtinui copulētur ad vnū terminum cōmunē. Nā ptes lineæ terminātur ad vnum punctū, quæ actu eā terminat nō ad punctū in portēta, simili ter supficiei ptes copulātur ad lineā, quæ actu eā terminat, & partes corporis ad superficiē terminātē illud. Ad quod intelligēdum, scien dum est, ꝙ nos debemus imaginari punctum, quod est indiuisibile in linea moueri, & motu suo causare lineam, & lineam motam causare superficiem, & superficiē motam causare corpus, & nūc motum causare tempus. Quibus sic causatis & imaginatis, licet nō ita sit realiter, intelligemus prædictā diffinitionē. Si enim pūctus motus causat lineam, omnes partes lineæ per punctum copulantur, & quia in qualibet parte lineæ est imaginari secūdum istā viam punctum aliquem ad quem se continuè habet alia particula sine alia decisione, ideò dicitur linea esse continua. Eodem modo se habet de superficie respectu lineæ à qua mota: vt dictum est imaginamur eam causari. Nam partes eius, per lineam & ad lineam continuantur. Similiter etiam se habet de corpore respectu superficiei, & quia locus superficies quædam est, eodem modo habet terminum communem suarum particularum, sicut superficies. Sciendum tamen est, quòd Philoso. lib. prædicament. dicit, quòd partes loci copulantur ad eundem terminum, ad quem copulantur partes corporis. Quod non bene intelligitur, si locus est superficies corporis continētis. Cùm enim terminus cōmunis partium corporis sit superficies, sequitur, quòd terminus loci sit superficies, & sic superficies erit terminus superficiei. Vbi nota, quòd locus potest dupliciter considerari. Vno modo pro superficie corporis continentis, & tuno terminus partium eius dicitur linea vt dictū est, alio modo sumitur locus pro toto corpore locante, sicut aēr dicitur esse locus aquæ, & ignis locus aēris, & isto modo dicit Philo. quòd partes loci copulantur ad eundem terminū, ad quem copulantur partes corporis. Partes autem corporis copulantur ad nunc, & sic patet de diffinitione quantitatis continuæ.

De quantitate habente positionem, & de requisitis ad ipsam.

CAP. IIII.

HAbet autem quantitas continua positionem, licet non omnis. Notandum, quòd positio idem est, quòd ordo partium in loco, & hæc est vnum de decem prædicamētis, quæ etiam dicitur situs de quo infrà dicetur. Alio modo dicitur positio ordo partium in toto, & sic positio est differentia quantitatis, ad hoc autem, quòd quantitas habeat positionem, requiruntur tria. Primò, quòd habeat partes suas continuas signabiles & non signatas. Secundò, quòd secundum hāc signabilitatem habeat partes inter se ordinatas: vnam videlicet post aliam. Tertiò, quòd partes illæ habeant permanētiam. Ratione primi, numerus qui habet partes suas non signabiles, sed signatas, quantuncúnque habeat eas ordinatas, putà duo post vnum, & tria post duo, & sic de alijs non habet positionem. Ratione tertij, licet tempus habeat partes continuas signabiles & non signatas & ordinatas, quia tamen non habet eas permanentes, ideò non habēt inter se positionem. Oratio verò partes suas neque continuas habet, nec etiam permanentes: vt dictum est, ideò nō habet positionem in partibus suis. Species ergo quantitatis habentes positionem, sunt linea, superficies, corpus, locus, & licet punctus non sit quantitas, quia est quid indiuisibile, & principium quantitatis, quia est principium lineæ, quia tamen habet ordinem ad partes lineæ, dicitur habere positionem. Nam vt communiter dicitur. Punctus est indiuisibile habēs positionem, cum sit finis prioris partis & initium posterioris. Vnitas verò, est indiuisibile, non habens positionem, & sic patet quæ quantitas habet positionem, & quæ non.

De speciebus quantitatis continuæ, & primò de linea.

CAP. V.

NVnc dicendum est de prædictis speciebus quantitatis cōtinuæ, & primò de linea. Est autem linea, longitudo sine latitudine & profunditate, cuius extrema sunt duo puncta. Ad quod intelligendam, sciendum est, quòd cum quantitas sit mensura siue extensio substantiæ: vt suprà dictū est, substantia corporea inquantùm huius tripliciter mensurari seu extendi potest, secundum quòd tripliciter dyametri in angulis rectis possunt se intersecare, & non pluries. Si enim vnus dyameter debet intersecare alium in angulis rectis, oportet, quòd sit ad modum crucis sic.

Vbi sunt duo anguli recti ex parte superiori, & duo ex parte inferior. Dicitur autem angulus rectus, qui causatur ex ductu lineæ perpendiculariter cadētis super lineam rectam sic. Vnde si talis linea cadit in medio, causat duos angulos rectos: vt dictū est. Habemus ergo duas dyametros, se in angulis rectis in cruce suprapositas intersecantes. Si verò tertius dyameter debet prædictas duas dyametros intersecare in angulis rectis, oportet ꝙ transeat per punctum, vbi quatuor anguli recti iunguntur. Nec potest quartus diameter prędictas tres dia metros intersecare, quin causet angulum rectū: vnus ergo diameter dictarū triū, dicitur longitudo, secundus latitudo. Tertius verò profunditas, quæ dicūtur tres dimensiones. Vnde si consideretur longitudo sine alijs duabus dimensionibus, dicitur linea. Extrema verò lineæ: si habet extrema: quod dico propter lineam circularem, quæ non habet extrema, sunt duo puncta. Terminant enim lineam ad indiuisibile: secundum illam dimensionem. Si enim semper esset dare diuisibile secundū illam dimensionē: cùm huiusmodi dimensio sit linea: vt dictū est, tunc linea nunquàm terminaretur. Superficies verò continet duas dimensiones de prædictis. s. longitudinē & latitudinē: cuius extrema sunt duæ lineæ: vel vna. Quod dico propter superficiem circularē quę vna linea terminatur. Sicut enim dictū est: ad hoc ꝙ linea terminetur, oportet, ꝙ terminetur ad indiuisibile secūdum illā dimensionem. Sic oporter ꝙ superficies terminetur ad indiuisibile secundum latitudinē, & hęc est linea. Corpus autē continet omnes prædictas tres dimensiones: seu ipsum corpus est ipsa trina dimensio: sicut superficies est duplex dimensio: & linea vna. Terminatur autē corpus ad superficiem quæ indiuisibilis est secundum profunditatē: vel ad lineam quæ indiuisibilis est secūdum latitudinē. Notandū, ꝙ licēt corpus sit trina dimensio. s. lōgitudo, latitudo, & profunditas, tamē ratio corporis perficitur ex sola profunditate. Similiter etiā licēt superficies contineat duas dimensiones. s. longitudinē & latitudinem: tamen ratio eius specifica cōpletur ex sola latitudine: sicut ratio specifica hominis cōpletur ex rationali: quāuis homo sit sensibilis & viuus. Ratio verò bruti ex sensibili cōpletur: licēt etiam cū hoc sit viuum. Lineæ verò ratio specifica perficitur ex sola longitudine. Et quia quantitas continua hoc habet, ꝙ semper sit diuisibilis: si corpus inquantū corpus terminari debet ad indiuisibile terminabitur ad superficiem: quæ licēt sit diuisibilis, nō tamen secundum profunditatē in qua consistit ratio specifica corporis, vt dictū est. & similiter de superficie respectu lineæ. Et sic patet de tribus speciebus quantitatis continuæ.



De loco qui est species quantitatis continuæ.

CAP. VI.

SEquitur de loco. Est autem locus superficies corporis continētis immobilis. Licēt enim locus sit superficies, non tamen sequitur, ꝙ locus sit in genere superficiei: sed est aliud genus quantitatis propter aliam differentiam specificam superadditā: quæ non conuenit superficiei inquantùm superficies est: nec sibi disconuenit. s. immobilis. Sciendum, ꝙ cū non sit dare vacuum in natura, oportet omne corpus alio corpore circundari. Dimittamus modo de vltima spera. Vnde superficies corporis circundantis illam quæ contigua est corpori circundato, dicitur esse locus. Nec propter hoc talis superficies dicitur locus, quia circundat: alioquin nauis quæ vadit cū flumine: cū semper sit circundata superficie eiusdē aquæ: cò ꝙ ipsa sem per descēdit sicut aqua descendit, diceretur esse in eodē loco, quod tamen falsum est. Similiter etiam nauis ligata ad ripam fluminis: cùm propter fluxum aquæ semper mutet superficiem, tunc semper mutaret locū. Quod etiam falsum est. Non ergo ratio loci est ratio superficiei: nec eōuersò: sed ratio loci cōsistit in hoc ꝙ est immobilis. s. secūdum situ vniuersi. vnde dato ꝙ mūdus esset vacuus: & esset solùm cœlum continens vacuum: & vnus lapis esset in centro quantumcúnque non circundaretur superficie corporis continentis, tamen adhuc esset in loco: quia esset in parte quæ per respectū ad situm vniuersi seu cœli, esset immobilis: & sic patet de loco.

De tempore quomodo est quantitas successiua.

CAP. VII.

TEmpus autē est numerus motus primi mobilis secūdum prius & posterius. Ad intelligendū autē prædictā diffinitionē. Sciendum ꝙ duplex est numerus. s. quo numeramus: vt duo, tria, & huiusmodi, & ista est prima species quantitatis discretæ: de qua dictū est. Alius est numerus numeratus. s. istæ res quibus nos istū numerū applicamus: inquantū numerantur: vt duo canes: vel tres lineæ: & isto modo sumitur hic numerus. Sciendum ꝙ in omni motu est quantitas successiua faciens ipsum formaliter quantū, quantitate successiua nō est motus: sed accidens eius. Motus autē primi mobilis. s. vltimi cœli: quia est regularissimus & simplicissimus omnium motuum, ideò quāritas eius successiua est regularissima & simplicissima omnium aliarū quantitatū successiuarū: & ideò applicando illā ad omnes alios motus: qui vt dictū est: successiui sunt: certificamur de durationē ipsorū: & hoc est mensurari, vt suprà dictum est. Quia verò anima in illa successione motus primi mobilis, cōsiderat prius & posterius, illa, successio sic numerata vel mensurata ab anima per prius & posterius, dicitur esse tempus. Sicut diem vocamus successionē vnius partis motus primi mobilis: prout. s. partes eius mouentur ab oriente in occidentē. Vnde tale prius in successione prout. s. pars primi mobilis mouebatur in oriente, & tale posterius prout. s. pars mouebatur in occidente cōsiderata ab anima, faciunt dictum tempus: puta diem: & sic de alijs: & hoc tēpus: vt dictū est applicando ad omnia successiua, de eis certificamur quantū ad ipsorum durationem in tali successione. Patet ergo qualiter tempus est numerus motus secūdum prius & posterius. Notandū, ꝙ quia vt dictum est, tempus est subiectiuè in motu primi mobilis: sicut est passio in suo subiecto secundū ea quæ sunt in illo motu, dicimus aliqua esse in tempore. Vnde in motu est considerare mobile: & indiuisibile ipsius motus, quod dicitur mutatū esse: quod se habet ad motum, sicut punctus ad lineam: & sicut in qualibet parte lineæ est imaginari pūctum, sic in qualiber parte motus est cōsiderare mutatū esse: omnis enim motus si terminabilis est, terminatur ad mutatū esse: sicut ad terminū intraneum: sicut linea ad punctum. Vnde illi motui respōdet tēpus dupliciter: quia & sicut eius passio: quia est successio eius: vt dictum est: & sicut eius mensura. Non enim tempus solùm mensurat alios motus, sed etiam partes motus primi mobilis. Dicimus enim quòd vna circulatio facta est in vna die. Ipsi verò mutato esse quod est indiuisibile in motu, respondet in tempore nunc: quod est indiuisibile temporis: vel est idem re: licēt posset ratione differre: & in omni tempore est signare nunc sicut in linea punctū: & si tēpus terminaretur, vtique ad nunc terminaretur. Patet ergo de tempore.

Quòd quantitas non suscipit magis nec minus. Nec habet contrarietatem: sed secundum esse aliquid dicitur æquale vel inæquale alteri.

CAP. VIII.

COmmune est autē omni quantitati, non suscipere magis & minus: nec suscipere contrarietatē. Quod qualiter intelligatur, sūprà de prædicamento substantiæ dictū est. Sciendum autē ꝙ à Philosopho lib. Prædicamentorū, ponitur instātia de magno & paruo, quæ videntur esse in quantitate & videntur esse cōtraria. Et respondet primò, quòd magnum & paruum non sunt in genere quantitatis: licēt sint passiones ipsius quantitatis: sed sunt in genere relationis. Non enim magnum dicitur aliquid absolutè: alioquin non diceretur milium magnum, & mons paruus: nisi per respectū ad aliud milium: vel per respectum ad montem magnum. Secundò respondet, quòd dato, quòd magnum & paruum essent in genere quantitatis, non tamen essent contraria. Idem enim non potest esse contrarium sibijpsi: & tamen vna & eadem quātitas dicitur magna per respectum ad minorem: & parua per respectum ad maiorem. Proprium autem quantitatis est secundum eam æquale vel inæquale dici. Ad quod intelligendum, sciendum est quòd quantitas duplici ter potest sumi. Vno modo ꝓ magnitudine molis. Alio modo pro magnitudine perfectionis. Primo modo quantitas pertinet ad hoc prædicamentum: quia ista est prior & notior acceptio quantitatis. Secundo modo, quantitas est de transcendētibus: quia in multis generibus inuenitur: sicut & perfectū. Dicimus enim iste est magnus medicus, id est, perfectus: & ista est magna similitudo: & secundum quantitatem vtrōq, modo sumptam dicitur æquale & inæquale. Dicimus enim duas lineas esse æquales: & duas albedines similiter: & quia quantitas primo modo est notior: & magis propria: secundo autem modo dicitur transumptiuè ab illa, ideò æquale vel inæquale dicitur propriè secundum quantitatem primo modo sumptam. Notandum ꝙ vnum conuertitur cum ente: & sic quicquid est ens, est vnum: cùm autem substantia, quantitas, & qualitas sint entia, oporter quodlibet eorum esse vnum. & cùm in substantia, quantitate, & qualitate posint esse plura entia, ergo in eis possunt esse plura, quorum quodlibet est vnum: quæ sunt multa in quolibet: ergo istorum prædicamentorum est vnum & multa. In vno autem in substantia fundatur relatio: quæ dicitur identitas. In vno verò in in quantitate, fundatur relatio, quæ dicitur æqualitas. In vno in quantitate, fundatur relatio quæ dicitur similitudo: diuersimodè tamen. Nam vnum dicitur tripliciter, scilicet vnum numero: vt Sortes vel Plato. Quilibet enim per se est vnus numero. Aliud est vnū specie: vt Sortes & Plato sunt vnum in homine. Aliud est vnum genere: vt homo & equus sunt vnum in animali. Identitas autem quæ fundatur in vno in substantia, non fundatur in vno in genere: nec in vno in specie: sed in vno numero: ac si essent duæ substantiæ. Vnum verò numero est idem sibijpsi: prout nunc sumitur idem: licēt etiam in substantia posit dici idem specie: & idem genere, tamen non sic modo sumitur identitas. Vnde talis identitas non est relatio realis, sed rationis: vt infrà dicetur. Æquale verò & simile, non fundatur in vno secundum numerum, quia nihil est æquale vel simile sibijpsi sed fundatur in vno secundum speciem. Nam duas lineas dicimus æquales: & duas albedines similes. Notandum, quòd æquale & simile, sumuntur communiter, scilicet pro vtróque fun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

damento æqualitatis:& pro vtroque eius termino. Aequalitas enim est duorum: vnius fundamentaliter, & alterius vt termini & econuerso. Similitudo autem est multa terminis. Nam ad similitudinem sufficit participatio qualitatis secundum eandem speciē. Quæ enim sunt alba, sunt similia, & quæ participant diuersas qualitates quantum ad speciem, sunt dissimilia: vt album & nigrum, non est autem sic de æqualitate. Non enim sufficit ad æqualitatem, quòd sint duæ quantitates eiusdem speciei. Alioquin omnes lineæ quæ sunt eiusdem speciei, essent æquales. Quod tamen falsum est, sed requiritur, quòd sint duæ quantitates eiusdem speciei cum priuatione maioris & minoris: vt scilicet vna omninò non sit maior nec minor altera. Inæquale verò non sumitur secundum diuersas species quantitatis: vt dictum est de simili in qualitate, sed in eis quæ sunt eiusdem speciei sine priuatione maioris & minoris, & sic patet quid sit idem, quid æquale, quid simile. Sciendum, quòd licet fundamentum idēritatis sit substātia: vt dictū est, tamē potest dici de alijs prædicamētis, & in eis fundari. Dicimus enim, quòd hic albedo est eadem sibijpsi & hic linea est eadem sibijpsi, & ideò non est proprium substantiæ secundum eam dici idem vel diuersum, cū hic conueniant alijs præsentis, licēt conueniat substantiæ principaliter. Proprium autē quantitatis, est secundum eam dici æquale vel inæquale, quia nihil dicitur æquale vel inæquale, nisi secundum quantitatē. Proprium verò qualitatis, est secundum eā dici simile vel dissimile, & sic patet de prædicamento quantitatis.

Incipit eiusdem Doctor. Tracta. De prædicamento qualitatis.

Quid sit qualitas in genere.

CAP. I.

NVNC dicendum est de prædicamento qualitatis. Describitur autem qualitas sic. Qualitas, est secundum quām quales dicimur. Sciendum, quòd prædicamenta diffiniri non possunt. Cùm enim in diffinitione ponatur genus & differentia diffiniti, genera autem generalissima cuiusmodi sunt substantia, quātitas, qualitas & huiusmodi non habeant genus supra se: vt suprà dictum est, ergo diffiniri non possunt. Possunt autem per aliqua nobis magis nota, describi seu notificari. Notandum, quòd vt ex supradictis colligi potest. Intellectus noster non solùm abstrahit vniuersale à particularibus, sed etiā formam ab habente talem formam. Intelligit enim humanitatem præcisè non intelligendo eum ea habens humanitatem, scilicet hominem, in quo non solùm est humanitas, sed etiam multa alia entia, scilicet albedo, & huiusmodi. Eodē modo intelligit albedinē, abstrahendo ab habente ipsam, quod vocamus album. Vnde licēt albedo non inueniatur sine subiecto, tamen intellectus eam intelligit abstrahendo à subiecto eo: videlicet non intellecto, & secundum hoc magis pertinet ad intellectum accidens in abstracto, quā in cōcreto. Et quia cognitio nostra ortum habet à sensu minus sensibilia sunt nobis minus nota, abstracta autem vt dictum est sunt minus sensibilia, ergo cōuenienter notificatur per cōcreta, sicut per prius nota. Bene ergo dara fuit notificatio qualitatis, quæ est abstracta per quale, quod est concretum dicendo. Qualitas est secundum quam quales dicimur. Sciendum est, quod est differentia inter quantitatem & alia accidentia. Nam in ea prædicatur concretum de abstracto. Dicimus enim hæc linea est quanta, quod non contingit in alijs prædicamentis accidentiū. Non enim potest dici, quòd hic albedo est qualis, & inde est, quòd quantitas in abstracto non diffinitur seu describitur per concretum. Si enim vnum de alio prædicatur cōuersim, ita erit malè notum vnum, sicut reliquum, & sic patet de descriptione qualitatis.

De prima specie qualitatis, quæ est habitus & dispositio.

CAP. II.

SVnt autē quatuor species qualitatis, quæ sunt genera subalterna. Prima est habitus seu dispositio. Vbi sciendum est, quòd dispositio est genus ad habitum. Omnis enim habitus est dispositio, nō tamen omnis dispositio est habitus. Nam qualitas facilè mobilis est dispositio, non tamen est habitus. Vnde si sumatur dispositio pro qualitate quę est facilè mobilis, tunc est vna species qualitatis cōdiuisa habitui. Si verò sumatur dispositio, prout dicitur ram de qualitate facilè mobili, quàm de difficili mobili, tunc est genus ad habitum & dispositionem, quæ habitui cōdiuiditur. Diffinitur autē habitus. 5. Metaph. sic. habitus est dispositio qua aliquis disponitur bene vel malè, siue secundum se, siue ad aliud. Ad quam diffinitionē intelligēdam. Sciendum est, quòd dispositio est ordo rei habentis partes, non solùm partes quantitatiuas, sed etiam essentiales vel potentiales. Vnde ordo istarum partiū inter se vel ad aliquid aliud dicitur dispositio. Ad rationem quidem habitus requiruntur plura, siue sint partes, siue potentiæ vel actus quæ sunt adinuicem commensurabilia diuersis modis, ita quòd in eis possit inueniri aliquis modus medius eō mensurationis, & talis modus dicitur habitus. Verbi gratia, sanitas est debita commensuratio humorum diuersimodè adinuicem commensurabilium, quæ tamen reducuntur ad sanitatem, sicut ad determinatum modum commensurationis, & ideò sanitas est habitus. Nam quia qualitates elementales in ipsis elemētatis secundū vnum modum mensurantur, & non diuersimodè, ideò in eis non est habitus. Benè ergo dicitur, quòd habitus est dispositio seu ordo partium diuersimodè commensurabilium benè vel malè, id est, secundum modum medium determinatum. Sed quia dicitur siue secundum se, siue ad aliquid aliud. Sciedum, quòd duplex habitus inueniuntur vnus dispositio rei secundum modum & naturam rei intra, prout partes naturales ad inuicem secundum vnum modum medium commensurantur: vt dictum est de sanitate quæ est debita cōmensuratio quatuor humorum. Similiter pulchritudo quæ est debita commensuratio membrorum, & hoc, quod dicitur in diffinitiōe habitus, scilicet secundum se. Alius modus habitus est, qui est dispositio rei in ordine ad finem, & quia finis potentiarum sunt operationes, medius modus determinatur secundum, quòd ad suas operatiōes benè vel malè ordinātur, sicut sunt virtutes & vitia, & propter hoc in diffinitione habitus dicitur siue ad aliud, scilicet ad finem, & tales habitus sunt difficilè mobiles. Quia enim habitus virtuosus ex multis actibus iterāris generatur, ideò non est ita de facili mobilis, qui verò ex paucis actibus inciperet vel disponi vel habituari ad virtutem, ille diceretur habere dispositionem quæ facilè mobilis est, loquendo de dispositione, non prout est genus ad habitum, sed vt est species sibi condiuisa, & sic patet de prima specie qualitatis, &c.

De secunda specie qualitatis, quæ est naturalis potētia vel impotentia.

CAP. III.

SEcunda species qualitatis, est naturalis potentia vel impotentia aliquid facilè faciendi: vel patiendi. Ad intelligēdum autem hāc speciē qualitatis, sciēdum, quòd potentia potest sumi dupliciter vno modo vt est de trāscendentibus. Potentia enī & actus diuidūt omne ens: vt patet. 5. Metaphy. & in eo genere in quo est actus est etiam potentia. Nā si linea in actu est in genere quātitatis, & sic linea in potentia est in eodē genere. De tali autem potentia nō loquimur mō. Alio modo sumitur potentia, prout est principiū transmutādi aliud in quantùm aliud. Vel quod est principium transmutandi ab alio, in quantùm aliud. Notādum, quòd sicut agēs artificiale requirit instrumentum per quod agat, & propter limitationem suæ virtutis non potest habere simul illud, quod est in ipso & in instrumento necessarium ad agendum, ita & nulla substantia creata potest esse per se sufficiens principium ad agendum & essendum. Vnde requiritur aliud principium in ea, quod immediatè se habeat ad operatiōē, & hoc principium dicimus potentiam, quod quidem si actiuum est, sicut sunt potentiæ nutritiuæ in animato, dicitur potentia actiua, quę est principium transmutandi aliud, in quantùm est aliud, & dico inquantùm aliud, quia nihil simul potest esse actiuum & passiuum respectu eiusdem. Vnde si potentia actiua est principium transmutandi, non erit principium transmutandi se, sed aliud inquantū aliud. Si verò tale principium sit passiuum: vt sunt potentiæ sensitiuæ in animali, tunc est principium transmutandi ab alio inquantùm est aliud, & ad hanc speciem qualitatis, pertinet durum & molle, pugillator & cursor, & huiusmodi. Ita quòd non sumitur pugillator ab arte pugillandi, quia sic esset in prima specie qualitatis, sed pro potentia naturali, & sic patet de secunda specie qualitatis.

De tertia specie qualitatis, quæ est passio: vel passibilis qualitas.

CAP. IIII.

TErtia verò species qualitatis, dicitur passio vel passibilis qualitas. Notandum, quòd passio: vt est in motu, est vnum de decem prædicamentis, & sic non sumitur hic passio. Sed dicitur passio vel passibilis qualitas, quia infertur per aliquam passionem primo modo sumptam: vel quia infert aliquam passionem: verbi gratia. Calor & frigus dicuntur passibiles qualitates, eò, quòd inferunt sensui tactus aliquam passionem. Sed albedo & nigredo dicuntur passibiles qualitates, quia generantur ex aliquibus passionibus illaris. Propter enim magnum æstum agentem in corpora Aethiopum, Aethiopes sunt nigri, & Germani supr albi, propter frigus, licet etiam albedo & nigredo possint dici passibiles qualitates, eò, quòd inferunt passionem sensui visus: videre enim est quoddam pati. Vbi nota, quòd licēt quædam entia absoluta non habeant speciem ab aliquo extrinseco, quod non est de essentia eorum, & quòd distinguantur se ipsis: vt patet in simplicibus. Albedo enim se ipsa distinguitur realiter à nigredine: vel ab aliqua parte intrinseca sui: sicut homo distinguitur ab equo: & econtrario per formas eorum. Nihil enim extrinsecum quod nota est de essentia rei constituit vel distinguit aliud ab alio specificè, tamen nihil prohibet quin aliquādo aliqua distinguantur causis extrinsecis. s. finali & efficiente. Sicut dicimus, q̄ potentiæ distinguuntur per actus tanquàm per fines: & actus distinguuntur per obiecta, tanquàm per causas efficientes: & licēt hoc modo extrinseca distinguentia nō sint de essentia distinctorum, tamen per tales distinctiones cognoscitur ratio specifica eorum. Per actus enim diffinitur potentia: quia est principium transmutandi. vt dictum est: sicut per manifestationem suæ rationis specificæ: & per obiecta diffiniuntur actus: sicut dicimus q̄ videre est visum moueri à colore. Sic est in proposito: licēt enim passio & passibilis qualitas: vt formæ simplices: se ipsis sint in esse specifico: tamen quædam diffiniuntur per actus, sicut per fines: quia. 5. habent causare passionem in sensu. quandóque verò per causas efficientes: quia. 5. habent causari ex passionibus. Differunt autem passio & passibilis qualitas: quia passio citò trāsit: sicut rubedo quæ fit ex verecūdia: & palliditas quæ fit ex timore, dicuntur passiones: quia citò transeunt. Nec per talem rubedinem vel palliditatē in lingua Græca denominantur rubei vel pallidi: licēt fortè non sic in lingua nostra: sed pro nunc denominatur verecundans rubeus: & timens pallidus. Et quia ira: amor: & odium: & huiusmodi quæ omnia Philosophus 2. Ethicorum passiones vocat: fiunt cum aliqua passione: & transmutatione corporis: & parum durant, sub istis passionibus cōputantur. Passibilis verò qualitas dicitur, quæ non citò transit: sicut dictum est de frigore & calore. Si verò ira: amor: odium: & hęc quæ hic Philosophus passiones secundum animam vocat diu durarent, passibiles qualitates dicerentur.

De quarta specie qualitatis, quæ est forma: vel circa aliquod constans figura.

CAP. V.

QVarta verò species qualitatis est forma, vel circa aliquid constans figura. Sciēdum, q̄ forma potest sumi dupliciter. Vno modo vt est actus quidam. & sic est de transcendentibus: quia in pluribus prædicamētis inuenitur. ideò etiā forma est de transcēdentibus: quia inuenitur in prędicamēto substātiæ, quātitatis, & qualitatis & huius. Et isto modo non sumitur forma hic. Ad videndū quid importatur hic per formam. Primò videamus de figura quæ est nobis magis nota. Vnde sciendum, q̄ vt suprà dictū est propriū totius prædicamēti quātitatis est secūdum eam æquale vel inæquale dici. Vnde ipsa primò vel secundariò omnis res quāta est. Ratio est: quia illud dicitur esse propriū alicuius quod immediatè causatur à principijs suæ essentiæ. Sed positis duabus quātitatibus eiusdem speciei, statim sequitur quòd sunt æquales vel inęquales: hic statim sequitur tanquàm immediatè causatum ex principijs essentialibus. quantitatis ergo ęquale & inæquale quantumcúnque sint in genere relationis, tamen sunt proprium quātitatis. Sic ergo se habet figura respectu quantitatis continuæ habentis positionem: cuiusmodi sunt linea, superficies: & corpus & locus. Nam ad lineam sequitur rectū vel curuum. Ad superficiem sequitur triangulare & quadrangulare: & huiusmodi. Ad corpus sequitur pyramidale, cubicū, & huiusmodi. Ad locum materialiter sumptum sequitur variatio figuræ secundum variationem contenti. Omnia autē prædicta figuræ sunt: quæ sunt in quarta specie qualitatis. Non enim figura est quantitas: sed qualitas immediatè causata à prædictis speciebus quātitatis: & inde est, quòd figura magis ducit nos in cognitionem substantiæ tam individualis quàm specificæ, quàm aliquod aliud accidens. Quantitas autem licèt sit fundamentum aliorum accidentium: tamen sequitur materiam: & quia materia de se nō est causa cognitionis: sed sola forma, ideò quantitas nō bene ducit nos in cognitionem substantiæ in qua est. Sed quia figura est tanquàm quid formale: & forma absolutè se habet immediatè ad quantitatem, à qua non potest absolui quantitas: vt dictum est: quod non est sic de alijs speciebus quantitatis: ideò figura perfectius ducit in cognitionem substātiæ, vt clarè patet de figuris animalium vel hominum sculptis. Et sic patet de figura. Forma autem vt hīc sumitur, differt à figura: licēt ad idem genus reducantur. Figura enim, vt dictum est, sequitur quantitatem continuam habentē positionem. Forma verò sequitur animam habentem aliqua sacramēta. Character enim impressus est in essentia animæ ex receptione aliquorum sacramentorum, quod est signum distinctionum inter habentes illud sacramentum & nō habentes. Sic forma quæ est in quarta specie qualitatis non potest dici figura: quia ibi non est quantitas cōtinua. Licēt aliqui dicant, quòd omnis figura etiam forma dici possit: & q̄ sint sicut synonima.

De qualitate & conditionibus eiusdem ex tribus modis eius.

CAP. VI.

QVale autem sumitur à qualitate. Ad quod intelligendum scien dum est, quod omnium prædicamentū duplex est modus intelligendi: vel significandi. s. abstractus & concretus. Omne enim quod intelligimus vel cognoscimus vt quo est: est habitum, vel vt quod est: est habēs. Humanitas enim intelligitur: vt quo est aliquid, humanitate enim homo est homo: & similiter se habet de albedine. Albedine enim aliquid est album. Homo verò & album intelligitur vt quod est: & vt habens humanitatē: & vt habens albedinē. Describitur autem quale sic. Quale est, quod secundum qualitatem denominatur. Secundum enim logicum album denominatur ab albedine: & non econuersò. Nam verè denominatiua tria debent habere. Primò, q̄ conueniant in voce cum eo à quo denominantur. s. in principio. Secūdò, q̄ differāt in fine. Tertiò, q̄ idem significent: vnum tamen vt quo aliquid est: & alterum vt quod est: & vt habens sicut se habet de albedine: & albo. Conueniunt enim albedo & album in principio quantùm ad vocem: & differunt in fine vocis: & significant idem: licèt diuersis modis. Sciendum, q̄ quædam sunt qualia: quæ omnia ista tria perfectè habent: vt album: quædam verò sunt qualia, quæ differunt ab his à quibus denominantur in significatione: sicut cursor & pugillator: prout sunt in secunda specie qualitatis. Cursor enim & pugillator denominantur ab arte currendi & pugillandi: & non à potentia: quia non est nomen impositū tali potentiæ. Vel dicuntur denominatiuè à cursu & pugna: quæ non sunt in secunda specie qualitatis: & ideò non conueniunt in significatione cum his, à quibus denominantur. Aliqua verò qualia dicuntur denominatiua: quæ cum his à quibus denominantur nullo modo cōueniunt nec in voce: nec in principio: nec in fine: nec in significatione: vt à virtute dicitur studiosus. Et, sic prædicti duo vltimi modi qualis diminutè dicuntur: quia non dicuntur perfectè denominatiuæ. & sic patet de qualitate.

De communitatibus & proprietatibus qualitatis.

CAP. VII.

INest autem qualitati contrarietas: licèt non omni. Quod qualiter intelligatur, dictū est in prędicamento substantiæ, dicit autē Philosophus, q̄ dubitatur vtrum qualitas suscipiat magis & minus: non autē dubitatur de quali. Nam dubitatur vtrum iustitia sit magis vel minus. Non autem vtrum iustus: quia dicitur iustior seu magis iustus. Quod qualiter intelligatur, ibidem dictum est. Proprium verò qualitatis est secundum eam simile vel dissimile dici. quod in prædicamento quantitatis declaratum est: & sic patet.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris Tractatus quintus, de prædicamento ad aliquid.

Quid sit ad aliquid secundum intentionem logicam.

CAP. I.



DICTO de prædicamentis absolutis, dicendum est de respectiuis. Et primò de relatione. Notandum, q̄ quia relatio parum habet de entitate: ideò de ipsa non tractat Philosophus: sed solùm de relatiuis: quæ propter cōcretionem magis à nobis possunt cognosci. Vocat enim relatiua ad aliquid, & diffinit ea sic. Ad aliquid talia dicuntur, quæcúnq; hoc ipsum, q̄ sunt aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud. Ad intelligentiam huius diffinitionis sciendum, q̄ quædam sunt relatiua secundum dici. quædam verò secundum rationem. Relatiua secundum dici ea dicūtur quæ de suo principali significato dicunt rem alterius prædicamēti: secūdariò autē dicunt relationem: seu dicunt respectum. Sicut scientia de suo principali signato dicit habitum animæ: & sic est in prima specie qualitatis: secundariò autem dicit respectum ad scibile: & sensus ad sensibile: quæ est quædam potentia in secunda specie qualitatis. & talia sunt relatiua secundum dici. Relatiua verò secundū esse sunt quę de suo principali signato significāt respectū ad filium. Relatiua realia sunt quæ habēt referri realiter circunscripto omni actu intellectus. vt pater & filius: circunscripto enim omni actu intellectus, pater refertur ad filium: & filius ad patrem: quia realiter pater genuit filium: & filius à patre fuit genitus. Notandum quòd ad hoc vt relatio sit realis, quinque requiruntur: duo ex parte subiecti. duo ex parte termini: & vnum ex parte relatorum. Primū ex parte subiecti est, quòd relatio supponat aliquod fundamentum reale in eo, cuius est vt subiecti. Vnde non entis non potest esse relatio realis. Secundum ex parte subiecti est, quòd in eo sit ratio fundamentalis quare referatur: vt videlicet illud secundum quod dicitur: referri includat aliquod reale: sicut mouens in eo, q̄ mouet, includit potentiam actiuam secundum quam potest agere. Vnde propter defectum huius conditionis res intellecta non refer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur realiter ad intelligentē,quia res intellecta in eo, quòd huius denominatur ab actu intelligendi , qui nihil secundum rem ponit in re intellecta,sed solis in intelligente. Tertiū,quod requiritur,& est primum ex parte termini,est,q̄ terminus ad quem est relatio sit res quædam.Quartum est,q̄ terminus sit diuersus realiter ab alio correlatiuo,quia eiusdem ad se ipsum nō est relatio realis.Quintū auté, q̄ ratio ex parte correlatiuorum est,q̄ sint eiusdem ordinis,ita vide licet,q̄ ambo sint limitata ad genus & speciem: vel ambo sint extra genus,ita,q̄ ex æquo respondeat eis ratio generis aut speciei. Quacúnq; auté harum cōditionum nō existente in quocúnque relatiuo, non erit relatiuum reale,sed secundum rationem.Vnde Dei ad creaturam nō est relatio realis,quia quicquid est in Deo,nō est in genere relationis.Vnde licet Deus realiter sit Dñs creaturæ,& creatura realiter serua,tñ Dñs non est in Deo relatiuū reale. quia illud dominium nō est in genere relationis ex æquo vt opposita species seruituti creaturæ correspondens.De alijs quatuor conditionibus iam exemplificatum est. Notandum,q̄ dominium ex parte Dei est quid infinitum,cui nō adæquatur:vt posit correspōdere seruitus creaturæ quæ est finita,infinitum autem nō correspōdet finito, quia plus habet,dominium ergo Dei est relatio rationis,seruitus verò creaturę est relatio realis.Ex his patet descriptio relatiuorum suprà posita. Nam ipsa comprehendit omnia relatiua,tam secundum dici, quàm secūdum esse,tam relatiua realia,quā relatiua rationis.Omnia nāq; dicuntur ad alia,scilicet ad correlatiua vel in habitudine casus genitiui,propter quod dicit,aliorum dicuntur:vt pater filij pater.Siue quolibet aliter,idest, in habitudine cuiuscúnque casus siue dicti : vt similis,simili similis,siue accusatiui:vt mōs magnus ad paruū montē,siue ablatiui vt maius,maiore maius Et sic patet prima diffinitio.

De secunda diffinitione relatiuorū, quæ conuenit relatiuis secundum esse & realibus.

CAP. II.

Diffinitur secūdò ad aliquid sic,ad aliquid sunt quibus hoc ipsum est esse,ad aliud quodāmodò se habere. Hæc diffinitio cōuenit solùm relatiuis secundum esse,& realibus Eorum námq; esse est ad aliud se habere.Notandum,q̄ ad constitutionem relationis duo requiruntur.Vnum vt fundamētum,aliud vt terminus,sine quibus relatio non solùm non posset esse,sed etiam nō posset intelligi:verbi gratia,similitudo requirit duo alba realia,quorum vnum est fundamentum,alterum terminus. Similitudo enim Sortis albi ad Platonem album,in albedine Sortis est vt in fundamento,in albedine verò Platonis est vt in termino. Econuersò se habet de similitudine Platonis ad Sortem. Semper enim in duobus similibus sunt duæ similitudines.Vna vnius vt fundamentum,& alterius vt terminus.Et alia est econuersò.Cùm autem dico,quòd similitudo Sortis habet albedinem eius:vt fundamentum,non est intelligendum,quòd similitudo Sortis sit aliqua res in Sorte alia ab ipsa albedine,sed solùm est ipsa albedo:vt se habet ad albedinem Platōis vt ad terminū.Si enim similitudo adderet supra albedinem Sortis aliquam rē , nullo modo posset aliquis alicui fieri similis sine sui mutatione , fit autem homo similis alicui sine sui mutatione:vt patet.Nam si quis in India fieret modò albus, fieret similis mihi,& ego sibi, nulla in me facta mutatione. Similitudo enim in me nullam rem addit supra albedinem, quæ realiter sit in me:vt patet.

Quòd relatio differt à suo fundamento realitate extrinseca solùm.

CAP. III.

Sed hīc oritur dubium. Cùm enim 10.prædicamenta sint 10.gña rerum inter se realiter differētia, si relatio nullam rē addit supra fundamentum,ergo nō erit alia res à fundamento, & sic nō erit in alio genere similitudo,quā albedo,quod omninò falsum est.Dicendum,q̄ diuisio entis in 10.prædicamenta est diuisio in 10.diuersa secundum rem vel quantùm ad hoc, q̄ dicant diuersas res intrinsecè, & realiter,sicut substātia quātitas,& qualitas,quæ cōparata adinuicem,sunt diuersæ res. Vel inquantùm dicūt diuersas res extrinsecè, quia vnum importat aliquā rē diuersam,quā non importat reliquū, & sic relatio differt à suo fundamento,quia importat oppositū relatiui. Sicut enim dicimus,q̄ totū differt a sua parte,nō sicut res à re, sed sicut illud,quod importat plus,quā pars. Homo enim differt ab anima,quia importat materiam,quā non importat anima, sicut relatio differt à suo fundamento,quia relatio dicit rem fundamenti, & oppositum terminum quā non dicit fundamentum. Ex his patet secunda diffinitio relatiuorum. Si enim verum esse relatiuorum in hoc consistit,scilicet quòd importat aliquid vt fundamētum,& aliquid vltra,scilicet terminum , esse ergo corū est ad aliud se habere.

Quòd essentia relatiuorum sumuntur à fundamentis.

CAP. IIII.

Et quia entitas relatiuorum quasi tota est à fundamentis,ideò videndū est in quibus possit relatio fundari. Notandum,q̄ vt cōmuniter dicitur. Relatiua fundantur in tribus,scilicet in actione & passione,in mensura & mensurato,& in vno,nihil tamē obstat quin relatio non possit fundari immediatè in substantia, cū materia secundum suam essentiam , non per aliquid sibi additum referatur ad formam,& creatura similiter ad creatorē, sed cōmuniter relatio in tribus prædictis fundatur.Fūdamentū enim paternitatis est actio.s. generatio qua quis genuit filium,& fundamentū filiationis est passio.s.generatio passiua, qua quis genitus est,& similiter se habet de Dño & seruo.Duplum verò & dimidium,& triplum,& subtriplum & huiusmodi fundantur in mensura,& mensurato. Similiter & relatio quæ est inter sensum & sensibile,& scientiam & scibile,fundatur super mensura & mensurato.Scibile enim ad scientiam,& sensibile ad sensum,se habent vt mensura ad mensuratum.In vno verò in substātia,fundatur idētitas,in vno in quātitate,æqualitas,in vno in qualitate,similitudo:vt suprà dictum est.Vnde secundū illa diuersa fundamenta,possunt sumi diuersæ species relatiuorum.Possunt & assignari aliter eorum species,scilicet superpositionem vt pater & Dominus,suppositionem:vt filius & seruus,& æquiparantiam:vt æqualis & similis,&c.

De communitatibus, & proprietatibus relatiuorum.

CAP. V.

Quæ autem relatiua suscipiunt magis & minus & contrarietatē, & quæ non. Sciendum,q̄ cùm relatiua quorū fundamenta, & termini,suscipiunt magis & minus & contrarietatem, ipsa etiam suscipiunt magis & minus & contrarietatem. Quorum verò fundamenta & termini nō suscipiunt magis & minus , nec contrarietatē, nec & ipsa suscipiunt. Notandum,quòd quædam relatiua quæ fundantur in vno, quātūcúnque non suscipiant ipsorū fundamenta magis nec minus,ipsa tamē suscipiunt magis vel minus:vt inæqualior: vt dictum est,& ita fundantur in vno secundum speciem , & cū hoc addatur cum priuatiōe maioris vt minoris,& quia talis priuatio nō cōsistit in indiuisibili,sed potest intēdi & remitti,inde est,q̄ æquale suscipit magis & minus,& sic de alijs.Dicuntur autē oīa relatiua ad conuertentiā:vt pater filij pater,& filius patris filius, & hoc cōuenit oībus relatiuis.Nec oportet,q̄ conuertētia fiat seinper in oībus casibus similibus.Dicitur enim scientia,scibilis scientia,& scibile scientia scibile,& nō dicitur scientiæ. Ad hoc autem,q̄ talis conuertētia fiat,oportet q̄ fiat ad aliud,& secundum id nomen secūdum quod ad aliud dicitur. Non enim dicitur secundum cōuertentiā caput ad animal. Si enim dicitur caput animalis caput,nō tñ pōt dici animal capitis animal,quia nō refertur caput ad animal,secūdū hoc nomē, quod est animal,sed secundum aliud nomē.s.capitarum.Vñ hęc dicuntur ad cōuertentiam caput capitati caput, & capitatū capite capitatum,& ideò si aliquando tale nomen non inuenitur, licet illud fingere:vt remus nō dicitur nauis remus,sed fingamus nomen,& dicamus remus rei remitę remus , & sic oīa relatiua dicētur ad cōuertentiam.Sunt autem oīa vera relatiua simul natura.Si enim esse relatiui est ad aliud se habere:vt dictum est,posito vno relatiuo statim ponitur suum correlatiuum,& ideò posita se ponunt & perempta se perimunt. Proprium autem relatiuorum est:vt qui diffinitē nouit vnum,diffinitē nosćat & reliquū. Si enim diffinitio est oratio quid est esse rei significans,ad esse autem vnius relatiui requiritur necessariò correlatiuū,qui ergo cognoscit esse vnius relatiui,oportet,quòd cognoscat esse sui correlatiui , & sic patet de prædicamento ad aliquid,&c.

De sex principijs, & eorum prædicatione in communi.

CAP. I.

Nunc dicendum est de alijs sex prædicamentis,quæ sex principia dicuntur. Notandum,quòd quia prædicamenta sunt ordinationes prædicabilium:vt suprà dictum est , ideò per prædicari seu denominare cognoscuntur.Dupliciter autem potest aliquid de alio prædicari denominatiuè,seu illud denominare.Vno modo,q̄ talis prædicatio seu denominatio fiat ab aliquo , quod sit intrinsecū ei de quo fit talis prędicatio seu denominatio,quod videlicet ipsum perficiat, siue per idemtitatem,siue per inhærentiam.Et hoc adhuc contingit dupliciter. Vno modo,q̄ talis denominatio fiat absolutè, & in se,& sic denominant tria prædicamēta absoluta,scilicet substantia,quantitas,& qualitas. Vnde dicimus Sortes est substantia per idētitatem: vel est quantus & qualis per inhærentiam.Alio modo,q̄ talis denominatio sit ab intrinseco, importando tamen aliquid extrinsecum: vt terminum ad quem se habet illud,quod denominatur,& isto modo denominat relatio: vt cū dicimus , Sortes est æqualis vel similis Platoni. Secundo modo fit denominatio ab extrinseco , scilicet ab eo,quod non est in denominato formali,sed est aliquid absolutum extrinsecū,& à quo fit talis denominatio:vt cùm dicitur, Sortes est agens , talis denominatio est ab ipsa forma fluente quæ in passo acquiritur. Calor namque causatus in passo ad hoc, quòd denominet aliquid calidum,quæ denominatio est intrinseca, nihil aliud requirit vt sic denominetur per ipsum , nisi subiectum in quo est. Sed ad hoc vt denominetur tale aliquid,puta calefaciens de necessitate requirit aliā rem à subiecto , scilicet causim effectiuam caloris , quia requirit passum in quo est talis calefactio. Similiter est etiā de loco qui est superficies quædam. superficies enim ad hoc vt denominet illud cuius est superficies nō requirit nisi subiectū in quo est.s. corpus cōtinens:sed ad hoc vt denominet aliquid:sicut locus locatū requirit aliud à subiecto superficiei. Et isto modo denomināt illa sex prædicamenta. Et talia sic denominantia denominatione extrinseca important aliam realitatē quàm rem denominatā:quam nō important alia prædicamenta quæ intrinsecè denominant: licèt ipsæ res à quibus accipitur talis denominatio sint eædem,& talis diuersitas sufficit ad distinguendum prædicamēta: & isto modo ista sex prædicamēta à primis quatuor distinguuntur.s.per res extrinsecas: quas denominā:quod nō faciunt illa quatuor.Sciendū est autē, q̄ denominatio ab extrinseco requirit aliquē per se respectū inter extrinsecū denominans: & denominatū ab eo. Qui oportet, q̄ per se & ex conditione rerū talis modus denominādi cōsequatur res : & ideò oportet,q̄ illud à quo fit talis denominatio sit fundamentum per se alicuius habitudinis:& quia habitudo rerū non est per se fundamentū habitudinis,alioquin iretur in infinitū:ideò talis denominatio nō fit à respectu.Habere enim aliquid à se productū,q̄ pertinet ad actionē dicit quendam respectum:& habere locum:& sic de alijs.Ista tamen prædicamēta nō dicunt hos respectus : quia iste respectus pertinet ad genus relationis:sed prædicta prædicamēta solùm dicunt absolutū:vt denominans extrinsecè.Calefactio eñ quę est actio dicit caloré qui est forma absoluta: & denominat causam efficientē.s.calefacientē:& sic de alijs. Alij verò aliter dicunt.Secundum enim eos respectus est de transcendentibus:& nō omnis respectus est in genere relationis:sed dicitur respectus de septē prædicamentis.s.de relatione & de sex principijs. Hæc est auté differentia inter respectū qui est in relatiuis & in sex principijs. Nam in relatiuis omnis respectus coëxigit in termino ad quē alium respectum sibi correspondentē:& dico in veris relatiuis : sed in sex principijs respectus nō requirit in termino ad quē aliquē respectū sibi correspondentē. Actio enim prout est vnū de sex principijs dicit respectum in motu ad agens. Vnde illud quod sit inter agēs & patiens.s. motus respectu agētis dicitur actio:respectu verò patientis dicitur passio.Tamen nec in agente:nec in patiente est respectus ad motū prædictū:licèt sit respectus agentis ad patiens & econuersò qui respectus nō sunt actio & passio:sed duę relationes.s.actiui & passiui. Similiter etiam quando dicit respectum temporis ad rem temporalem & sic de alijs:vt patet.

Quid sit actio secundum rationem prædicamentalem:iuxta vtramque opinionem.

CAP. I.

Actio est forma secundum quā in id quod subijcitur agere dicimur. Ad quod intelligendū sciēdum, q̄ duplex est actio. Vna quæ vocatur actio immanens: vt calere. Alia quę dicitur trāsiens,vtcalefacere. Actio immanens nō est causa effectiua rei:vt sit in actu: sed est idem quod esse in actu.Calere enim idē est quod esse in actu caloris:& secūdum talem actionē dicitur agere aliquid quod est formaliter tale:sicut calor facit seu agit formaliter calidū illud in quo est.Calere enim cōparatur ad caloré,sicut actus secūdus ad primū. Notandum q̄ actus primus & secundus potest dici tripliciter.Vno modo sic,q̄ actus primus sit forma aliqua,& actus secūdus sit actio transiens,differēs realiter ab ea:sicut se habet calor ignis:& eius calefactio.Et isto modo calere nō est actus secūdus caloris. Secundo modo dicitur actus primus forma quæ subditur : & actus ei inhærens dicitur actus secūdus:vt sunt superficies & calor. Nec etiā isto modo calere est actus secundus caloris. Tertio modo dicitur actus primus & secūdus secūdum q̄ vnus & idē actus potest accipi vt cōsideratur in se:& prout cōsideratur vt alicuius habētis ipsum actualiter.Sicut cōsideratur calor vt est quædā forma in se : calere verò importat eandē formā in habitudine ad aliquod habēs: quia calere est habere caloré:vel esse in actu caloris.Similiter intelligere & sentire sunt actiones immanētes:quia dicūt actū intelligendi vel sentiendi esse actu in intelligēte vel sentiente. Hæc autē actio immanens nō est directè in prædicaméto actionis:ideò de ipsa satis dictū fit.Secūda verò actio quæ dicitur transiens facit prædicamentum. actionis.Notandū,q̄ vt habetur 3.Physicorū.actio.& passio.& motus sunt vna & eadem res.Vnde calefactio nihil aliud est quàm calor.vt est in fluxu:prout.s.est actus existentis in potentia : quod idē est quod motus.Verbi gratia.Dato q̄ aqua calefieret ab igne, certū est q̄ in ea esset aliquis calor causatus à calore ignis:qui calor quātūm ad esse suum cōsideratus,est forma quæ est qualitas in tertia specie qualitatis.Secūdum autē q̄ est in fluxu. s. qa magis & magis participatur in aquam dicitur motus. Secūdum autē q̄ denominat ignē calefacientē dicitur actio. Nam ignis secūdum eum dicitur calefaciens iuxta primā opinionem : & secūdum q̄ habet respectū ad ignē,vt ad causam efficientē est actio iuxta secūdam opinionem:& dicitur calefactio actio.Calefactio verò passio dicitur.vt denominat vel importat respectū ad aliquod recipiens in comparatione ad id,à quo recipit.Vnde ratio actionis prout est prædicamentū consistit in hoc , q̄ actio dicit formam in motu vel mutatione,vt est à causa efficiente. Vnde causa efficiens quā denominat vel ad quam habet respectum est de ratione actionis. Nec propter hoc sequitur q̄ actio quāuis sit eadem fundamentaliter cū calore,q̄ sit in eodem prædicamento cū calefactione:vt est passio. Sicut etiam suprādictū est in prædicamento relationis : licèt similitudo sit eadem res cum albedine : tamen quia similitudo importat aliquid aliud quod non importat albedo.s.terminū ad quē est in alio prædicamento quàm sit albedo.Sic in propósito:licèt calefactio vt est actio dicat caloré in motu,quia tamen dicitur actio vt denominat agens:iuxta primā opinionē:vel dicit respectum ad agens:iuxta secūdam opinionem: ad quod non habet respectū calor:nec calefactio vt est passio , ideò calefactio actio est in alio prędicamento,quàm calor vel calefactio passio.Ex his patet descriptio actionis suprapositа. s. actio est forma secūdum quā in id quod subtiliter agere dicimur.Est enim forma quæ est in motu seu in mutatiōe, secūdum quā dicimur seu denominamur agentes iuxta primam opinionē:vel quæ habet respectum ad nos qui agimus : sicut ad causam efficientē. s.quia agimus in rem quæ subijcitur.i.in rem quæ patitur iuxta secundam opinionem:& sic patet quid est actio.Sciendum q̄ auctor sex principiorū quædam dicit de actione corporea vel incorporea: quæ vel simpliciter reputo falsa : vel extorta indigent expositionc.Dicit enim q̄ actio corporea necessariò est cum motu agentis : quod non reputo verū in omnibus actionibus corporū. Magnes enim nō mota vllo genere motus attrahit ferrū:& de multis alijs agentibus posset hoc inueniri:ideò omnia talia quæ ille ibi ponit prætermitto.

Quæ actio suscipit magis & minus, & contrarietatem: & quæ non.

CAP. II.

Recipit autē actio magis & minus & contrarietatem:nō tamen omnis.Notandum,q̄ actio vel dicit formā quę est in motu:vt calefactio:quæ solùm dicit caloré in motu vt denominat agens:vel vt habet respectū ad aliud : vel dicit formā quæ est in mutatione & non in motu:vt generatio substantiæ & creatio. Et quia vt dictum est actio supra formā quam dicit nihil addit nisi quia denominat: iuxta primā opinionem:vel dicit respectū ad agens: iuxta secūdam opinionem : si forma quā dicit est in motu:dicetur actio suscipere magis vel minus:vel ipsum agens quod est concretū:sicut in prædicamento qualitatis dictū est,q̄ abstracta nō suscipiunt magis & minus:sed cōcreta:ita in isto dicitur aliquid.s.calefacere suscipere magis vel minus:quia est magis vel minus calefaciens. Si verò forma quā dicit actio non sit in motu:sed in sola mutatione:cùm talis forma nō sit apta suscipere magis vel minus: nec per consequens contrarietatē sumendo cōtrarietatem propriè,nec etiam talis actio suscipiet magis vel minus:nec per consequens contrarietatem:sumendo contrarietatem propriè. Vnde generans vel creans non dicitur magis vel minus generans vel creans:& sic patet,&c.

Quòd proprium actionis est ex se inferre passionem.

CAP. III.

Est autem proprium actionis ex se inferre passionem. Notandum,q̄ licèt actio & passio & forma qua aliquid mouetur sint vna res:tamen propter diuersam denominationē quam importāt, vel propter diuersum respectū importatum sunt diuersa prædicamenta.Habent autem se actio & passio in hoc ordine.Nam ad omnem actionem egredientem ad extra sequitur passio.Si enim agere nihil aliud est,quàm causare formam in passo cum motu:& pati nihil aliud est quàm talem formam recipere : necessariò sequitur,q̄ ad omnem actionē sequitur passio:& ad omne agere sequitur pati. Bene ergo dictum est , q̄ proprium est actionis causare passionem in passo:& sic patet de actione.

Quid sit passio formaliter,vt est prædicamentum.

CAP. I.

Passio est effectus,illatióque actionis.Notādum q̄ actio & passio sunt vna res & eadem.s.forma quæ est in fluxu vel fieri. Vnde non videtur quòd passio sit effectus actionis. Si enim considerantur inquantùm sunt vna forma, tunc cùm idem non possit esse causa & effectus suiipsius,passio non erit effectus actionis: si verò considerentur inquantùm sunt duo : quia actio denominat agens: & passio patiens,nec adhuc sequitur,quòd passio sit effectus ipsius agentis:nō ergo passio est effectus ipsius actionis. Sciendum quòd aliquid potest dici effectus alicuius dupliciter. Vno modo propriè: prout , scilicet causatur vel causatum est ab eo: & isto modo passio non est effectus actionis.Alio modo quia quando vtrúnque sit , ita siunt simul quòd vnum necessaria cōnexione intelligitur esse post aliud. Vnde primum dicitur esse quodam modo causa efficiens respectu secundi , quemadmodùm in tractatu de proprio dictum est de clauo & ligno : cui infigitur : qualiter se habeant ad motum : sic & suo modo se habet de passione respectu actionis.Nam actio & passio sunt ab ipso agente ordine quodā necessario.Priùs eñ intelligit agens agere,q̄ aliq̄d à se pati:& sic passio dicitur effectus actionis.

Quòd denominatio passionis est formaliter ab extrinseco.

CAP. II.

DVbium autē oritur cōtra ea quæ dicta sunt: videlicet, ꝙ ista sex principia denominant substantiā extrinsecè. Dictum est enim, ꝙ actio quæ subiectiuè est in patiente, denominat agens, hoc enī non videtur esse verum de passione. Nam ipsa denominat passum in quo est formaliter & subiectiuè. Dicendū, ꝙ forma in fluxu quæ est ipse motus secundum se accepta, est in prædicamento absoluto, puta calor qui causatur in aqua, ꝓut est in fluxu, est in prędicamēto qualitatis, quia motus est in prædicamēto termini ad quē est, ꝓut autē est in fluxu dicitur motus, prout verò habens talē calorē. i. aqua quæ calefit, transmutatur ab igne calefaciente, talis denominatio ptinet ad passionem, ꝓut est prædicamētum. Nō enim aqua dicitur calefieri, quia in ea est calor, sed quia talis calor est à calefaciente. Vñ si nō esset calefaciens, quātuncunq; calor esset in aqua nō propter hoc diceretur calefieri vel pati, sed dicitur calefieri & pati inquātum talis calor est à calefaciente. Talis ergo denominatio vel respectus passi est formaliter ab extrinseco, ex quo ſportat agens, quod est extrinsecū. Sic ergo passio extrinsecè denominat subiectū: vel dicit respectum ab extrinseco. Recipit autē passio magis vel minus, & cōtrarietatem eodem modo quo dictum est de actione. Proprium autem passionis est inferri ab actione. Quod intelligitur sicut suprà de actione expositum est, & sic patet de prædicamento passionis, &c.

De prædicamento quando quid sit, quia est tempus: vt denominat temporales, seu respectus temporis ad temporalia quæ mensurat.

CAP. I.

QVANDO est, quod ex adiacentia temporis relingtur. Vocatur autem hic adiacentia tēporis mēsura eius, ꝓut ipsum tēpus est mensura tēporaliū. Ad sciendum autem particulas prædictæ descriptionis, & quid est quādo, notandum, ꝙ de rōne mensuræ est, ꝙ applicata per intellectū ad mensurata certificet nos de ipsorum quātitate, & quia duplex est quantitas. s. extensionis & perfectionis, ideò vtrobique inuenitur mensura. Dicimus enim, ꝙ mensura omnium colorū est albedo. Quia cuim albedo plus continet de perfectione & participatione lucis, quā alij colores applicando ipsam ad alios colores per intellectum, certificamur de quātitate perfectionis ipsorum, non tamen de quantitate extensionis. Similiter per lineam bicubitalem applicatam ad pannum, certificamur de quātitate suæ extensionis. Cùm autem tempus nihil aliud sit, quā q̄ dam successiua ipsius motus, secundum hoc tempus potest accipi dupliciter. Vno modo largè, scilicet pro omni quātitate successiua motus etiam accipiendo tempus, quot sunt motus, tot sunt tempora, quia omnis motus habet quantitatem successiuam facientem ipsum formaliter quātum quātitate successiua, & talis quāritas nō est motus, sed accidens eius faciens ipsum esse quantum formaliter: vel est accidens ipsius mobilis inexistens ei mediāte motu, sicut qualitas aliqua, scilicet color inest substantiæ mediāte superficie: vt suprà dictum est, & propter hanc successionem Philo. 5. Metaphy. posuit motum in genere quātitatis: vnde motus non est in alijs generibus, nisi fortè ratione termini motus, prout dicimus, quòd augmentum & decrementum sunt in quantitate non ratione qua motus sunt, sed ratione termini ad quem sunt. Sed eius successio dicitur tempus, largè sumpto tempore, & tali tempore sicut mēsura intrinseca habet omnis motus mēsurari, quia tātus est motus, quantum eius successiones certificat de eius quācitate, & quia aliquando talis successio est nobis magis nota, ideò per eam mensuramus successionem primi mobilis: vt Philosoph. 4. Phy sic. dicit. Mensuramus enim tempus per nostras actiones: vt per tantam viam viuimus, ergo tot temporis horæ transierunt. Alio modo tempus strictè & magis propriè dicitur quātitas successiua primi motus, seu motus primi mobilis, quę successio est vniformissima, & simplicissima, & per cōsequens est apta nata nos certificare de alijs quātitatibus successiuis applicata ad eas, iuxta quòd dicimus, ꝙ durauit per horam vel per diem, & quia talis successio est vna numero, ideò est vnum numero tempus omnium temporalium, per quod mensurantur sicut mensura extrinseca, omnes alij motus: vt successiui sunt. Sciendum, quòd predicta successione primi motus mensurantur omnes alij motus: vt mensura extrinseca, & mensuratur partes motus primi mobilis: vt scilicet pars illius motus mēsuretur parte temporis mensura intrinseca, sicut dicimus hæc circulatio cœli fuit in ista die, & illa fuit in illa die, sicut est de alijs motibus qui mensurantur suis successionibus mensura intrinseca. Sciēdum, quòd mensura vniuscuiusque potest considerari dupliciter. Vno modo absolutè, scilicet prout applicabilis est. Alio modo prout applicatur ad ipsum mensurabile. Cùm autē tēpus sit quędā mensura, poterit his duobus modis cōsiderari. vno mō absolutè, & sic dicitur tēpus. Alio mō applicata ad motus successiuos, siue sint partes motus primi mobilis, siue sint alij motus: vel ad mobilia inquātū mobilia sunt, & quia talia vt sic mensurata à tēpore sic mēsuratæ denominātur, sicut dicimus ambulationem hodiernam, ideò à tali absoluto, scilicet tēpore sic denominante, sumitur prædicamētum quādo iuxta primam opinionem, iuxta verò secundā opinionē quando est respectus tēporis vt mēsurātis ad ipsum tēporale: ꝓptereà dicitur, ꝙ quādo est, quod relinquitur ex adiacētia, seu mensura tēporis, tēpus enim vt mēsurat tēporale, denominat illud denominatione extrinseca, & hoc relinquit, & hoc dicitur quādo iuxta primam opinionē. Iuxtà verò secundam quādo relinquitur ex adiacētia tēporis, quia ex mensuratione quæ est à tēpore, relinquitur respectus tēporis mensurantis ad mensuratum, quod dicitur quādo, & sicut sunt partes ipsius tēporis. s. præsens præteritum & futurum, sic etiā sunt partes ipsius tēporis. s. præsens præteritum & futurum, sic etiā sunt partes quādo, quia ab ōrbus talibus partibus denominantur temporalia. Dicimus enim hæc est operatio hodierna: vel crastina: vel hesterna. Et sic patet quid est quando, quia nihil aliud est, quàm forma absoluta, quæ est tempus prout denominat temporale: vel iuxta secundam opinionem, quando nihil aliud est, quàm respectus prædictæ formæ absolutè ad temporalia quæ mensurat.

Quòd quando non est respectus rei mensuratæ ad tēpus, sed econuerso.

CAP. II.

SCiendum, ꝙ aliqui dicunt, ꝙ qñ non est respectus tēporis mensurantis ad rem temporalem, sed ecōuersò est respectus rei mensuratę ad ipsum tēpus. Hoc non reputo verum, quia secundum istos qñ non esset denominatio extrinseca, sed intrinseca, & sic non esset vnum de sex principijs q̄ extrinsecè denomināt vt supradictum est. Et sequeretur iuxta secundā opinionem, ꝙ qñ esset relatio, qa esset respectus ab intrinseco, quod falsum est. Sciendum, ꝙ successio primi motus quæ tps dicitur, pōt esse mensura partium motus primi mobilis, & isto mō est mensura intrinseca, & ex tali mensura fit denominatio, quæ ptinet ad prædicamentum qñ, sicut dicimus, ꝙ hęc circulatio est hodierna: vel fuit hesterna. Et isto mō in quo est tps, in eo etiā qñ, quia in motu primi mobilis est tps subiectiuè, & iō talis denominatio est in ptibus eius q̄ denominātur à ptibus motus: vt dictum est: vel iuxta primā opinionem in primo motu est tps, qđ est fundamētum respectus q est qñ. Etiā in eo est terminus ipsius respectus. ptes. s. motus mensuratæ q̄ sunt terminus talis respectus, & hoc est, qđ dicit auctor sex principiorum, ꝙ in quo est tps, in eo est etiā qñ. Alio mō tps pōt esse mensura aliorum motuū extrinseca, ex quo tunc fit denominatio quæ ptinet ad prædicamēctum qñ, sic dicimus, hęc ambulatio fuit hesterna, & sic, quādo nō est in eo in quo est tempus, quia tēpus est subiectiuè in motu primi mobilis, & denominatio facta ab eo est in ambulatione. Vel iuxta secundam opinionem, quando est respectus fundatus in tempore, cuius tamē terminus est ambulatio, & sic aliquo modo non est in ea in quo est tempus, &c.

Quòd quando non suscipit magis nec minus, nec habet contrarium. Et quòd quando est in omni eo, quod incipit esse.

CAP. III.

NOn suscipit autē qñ magis vel minus, nec etiā ipsi qñ est aliqd cōtrarium. Nā hoc prędicamētū sumitur à forma absoluta denominātę: vel est respectus talis formæ. Et qa tps à quo sumitur qñ nō suscipit magis vel minus, nec habet cōtrarium. Igitur nec qñ ista susciepiet. Est autem proprium qñ esse in omni eo, quod incipit esse. Notādum, ꝙ res quadrupliciter incipit esse. Quędā enī incipit per motum solum: vt calor in aqua quæ calefit, incipit esse per motum calefactionis, imò motus ponitur in genere talium. Alteratio enim est in genere qualitatis, in qua alteratio inuenitur. Quędā verò incipit esse p mutationē sequentē motū necessāriò. Sicut forma substantialis inducitur in materiā per generationē sequentē alterationem, cuius ipsa est terminus saltem extrinsecus. Quædā autē incipit esse per mutationem sequentē motum, sed nō ex necessitate, sicut illuminatio nostri hemisphęrij de mane, quā illuminationē præcedit motus localis solis per quem nobis præsens fit, talem autē mutationem nō ex necessitate præcedit motus, quia in primo instāti qñ creatus est sol, nullo præcedēte motu solis fuit aēr illuminatus à sole. Quædam autē incipit esse per simplicē emanationem & nō per motum nec per mutationem, sicut illa quæ creātur. Sciēdum est autē, ꝙ ips siue sit cōtinuum, siue diseretum, & æuum, sunt quędā mēsuræ secūdum quas actº qdā nati sunt mēsurari. qa. s. habēt durare tm̄ vel tm̄, qdā autē actus est in quo vno numero existēte est successio, & eius durario cōsistit in accipiēdo partē post partē, sicut sunt ea de qbus dictum est, ꝙ incipiunt esse solùm p motū, & tales actus qñ fiūt siue qñ facti sunt. cū. s. sunt in quiete, mēsurātur tēpore cōtinuo. Eorum em̄ fieri est motus, & factū esse est quies. Motus autē & quies mensurantur tēpore cōtinuo. In omni autē tali actu est qñ, sicut in tpe: vt dictum est. Et hoc est ꝓprium qñ esse in omni tali actu, ꝙ sic incipit esse, tales enim actus quia propriè tempore mensurantur, propriè etiā sumitur denominatio à tempore: vt dicatur de ambulatiōe hodierna vel hesterna. Et hoc est qñ: vt dictum est: vel iuxta secundam opinionem tempus vt mēsurans propriè habet respectum ad actus tales, & hic respectus est quando. Proprium ergo quando est esse in omni tali actu qui sic incipit esse: vt in termino: vt dictū est. Aliquis verò actus est, cuius duratio nō cōsistit in accipiendo successiuè partem post partem: sed cōsistit in hoc, ꝙ idem indiuisibile manēs stat, & iste actus est duplex. Quidā enim est actº indiuisibilis: in quo nulla est successio: tamen natus est ei alius actus succedere. & ipse natus est succedere alteri: sicut formæ substantiales corruptibiles cogitationes: & volitiones successiuæ angelorū. Horum enim actuū vnusquisq; est indiuisibilis: & vnus succedit alteri. Vna nāq; forma succedit alteri in materia prima: & tamē esse talis formæ in indiuisibili est: & sic est de dictis cogitationibus & volitionibus angelorū. Vnde tales actus mēsurantur tēpore discreto. vnusquisq; enim taliū actuū mensęratur nūc tēporis discreti & successio quę est inter tales actus mēsuratur tēpore discreto: tēpus autē discretū est in illo genere quātitatis discretæ, in quo ponitur oratio. Nō enim oratio ibi ponitur pro sono, cūi sonus sit qualitas: nec pro numero syllabarum. quia sic nō esset alia species à numero: nec pro pluribus tēporibus cōtinuis syllabarū: quia sic nō esset alia species à tēpore cōtinuo. Plures enim partes tēporis nō faciūt aliā specię à tēpore: vt supradictum est. Sed ponitur pro mēsura prolationis illius soni. Ibi enim nō solū est dare plura, sed est dare plus durare secūdū ꝙ talia plura indiuisibilia plus durāt quā vnū, ideò oportet ibi ponere aliquē numerū pertinētem ad mensurā alicuius durationis: hoc autē est discretū in talibus: quæ sic incipiunt esse. Et quæ sic habēt esse nō est quādo: secundū ꝙ hic sumitur quādo: prout relinquitur ex adiacētia tēporis continui: & si in eis esset quādo ex adiacētia ipsius nūc tēporis discreti esset alterius rationis quā quādo de quo nūc agitur. Alius verò actus indiuisibilis est qui nō est aptus natus succedere alteri: nec alius sibi: sicut est actus essendi angelorū: & animę rationalis & corporū cœlestiū: & intellectio angeli: qua videlicet intelligit se quæ nō est successiua: & beata visio angelorū & animarum: Et tales actus mensurantur æuo, quod est totū simul. Vnde licet tales actº inceperit esse per similcē emanationē, tamē in eis nō est quādo. Nō enim habēt mēsurari tēpore. Possumus autē dicere, ꝙ in omnibus dictis actibus fit quādo per quādā coēxistētiā quā habet tēpus cōtinuū cū durationibus eorū. Dicimus enim quādo fuit angelus: & respōdetur heri vel hodie: nō tamen, ꝙ angelus quātū ad suū esse, mensuretur die hesterno vel hodierno. sed qna dies hesterna vel hodierna simul fuit cum dicta duratione angeli, scilicet cū suo æuo: vel æuū suū simul coēxistit tempori hesterno vel hodierno: Et sic de alijs: & patet de quando.

De prædicamento vbi quid sit formaliter, & in quo sit subiectiuè.

CAP. I.

VBI est circunscriptio corporis à loci circūscriptione proueniens. Ad intelligēdam prædictam descriptionem: & quid est vbi sciendum, ꝙ locus est superficies corporis cōtinentis immobilis. Dupliciter autem potest aliquid esse in loco, scilicet diffinitiuè & descriptiuè. Diffinitiuè sunt in loco ea quæ licet quāta non sint. nec per se nec per accidens, tamen nō sunt vbiq; sed ita sunt in vna parte mūdi, ꝙ non sunt in alia: sicut sunt angeli & animæ separatæ. Vnde dicuntur esse in loco diffinitiuè, idest, determinatiuè: quia ita determinatæ sunt in vna parte mundi, ꝙ tunc non sunt in alia. & de talibus non potest proprie dici esse in vbi. Nā ea quæ sunt in vbi cōtinētur in loco. Sed huiusmodi magis continent locū, quā continentur à loco: non ergo propriè sunt in vbi. Circūscriptiuè verò dicūtur esse in loco omnia quāta. Dimittamus modò de vltima sphera qualiter sit in loco. Vnde quantitas quæ formaliter facit subiectum materiā quantam efficienter facit eam esse in loco. Vnde corpus locatū per suam superficiem tangit superficiem corporis locantis. Et sicut. est signata superficies corporis locati, ita & superficies locantis. Superficies autem corporis locantis, potest dupliciter considerari. Vno modo: vt est in corpore locāte. & denominat illud: & sic est quantitas. Alio modo: vt denominat corpus locatum: & sic facit prædicamentum vbi: quod nihil aliud est secundum rem, quā locus: vt denominat locatum denominatione extrinseca: sicut dicitur ciuis à ciuitate: & prageusis à praga. Vel iuxta secundam opinionem, prædicamentum vbi est respectus loci circūscribentis locatum. Ex prædictis patet, quòd motus localis non est in loco inquantum huius: sed est in prædicamento vbi. motus autē subiectiuè est in eo, quod mouetur: seu in mobili. Dicitur autem motus esse in genere formæ quæ acquiritur per motū quæ est terminus motus: nō autē mouetur locus cū sit terminus cōtinentis immobilis: mouetur autē locatum: locus autē inquantùm huius, non est, forma quæ acquiratur in locato: sed est forma locantis. Nihil ergo acquiritur in re mobili nisi vbi: quod est respectus loci ad locatum: vt circunscribit illud. Vel est denominatio supponens prædictum respectum iuxta primam opinionem. Hic autem respectus terminatiuè est in ipso locato: &. secundum extēsionem loci: cuius est talis respectus: vt fundamentum acquiritur in re quæ mouetur ad aliud & aliud vbi. vsque ad terminum motus. Ex his patet, quòd in alijs speciebus motus in ipso mobili acquiritur forma intrinseca. Nā in alteratione quę fit de frigore ad calorem, acquiritur calor qui est forma intrinseca inhærēs ipsi calefacto. Et in augmento & decremento acquiritur certa quantitas quæ etiā est forma inhærens intrinsecè. Sed in motu locali acquiritur vbi, quod denominat extrinsecè. Vel iuxta secundam opinionem est respectus extrinsecus fundatus in locante: & terminatus in locato: vt dictum est. Patet ergo descriptio ipsius vbi scilicet, ꝙ est circūscriptio corporis, idest, denominatio corporis locati circūscripti prouieniens à circunscriptione loci, idest. ab ipso loco circunscribente. Vel iuxta secundam opinionem, est circūscriptio corporis locati, idest respectus terminatus in corpore circunscripto: prouenienś à circunscriptione loci. idest, fundatus in loco prout circunscribit locatum.

Quòd vbi non suscipit magis nec minus: nec habet cōtrarietatem. & quòd est in omni corpore terminato superficie.

CAP. II.

VBi verò nō suscipit magis nec minus, & non suscipit contrarietatem. Vt enim dictū est. vbi nihil aliud est quā locus: vt denominans rem locatam quā circūscribit. Vel iuxta secundam opinionem est respectus extrinsecus fundatus in loco circūscribente & terminatus in re locata. Qui respectus nihil reale addit supra fundamētum, nisi terminum ad quē. vt suprà de relatione dictum est. Vnde nullam rem dicit diuersam à loco. Sed locus non recipit magis vel minus nec loco aliquid est contrarium: vt supradictum est: ergo nec vbi suscipit magis vel minus nec contrarietatem. Proprium autem vbi est esse in omni corpore terminato vel denominatiuè: vel iuxta secundam opinionem terminatiuè. licet enim quædam alia accidentia sint in corpore: vt calor. dulcedo & huiusmodi. & quidam etiam respectus terminentur ad corpus: vt æqualitas & inæqualitas, tamē non ita propriè cōueniūt corpori: sicut vbi. Corpus enim est quod superficie vel superficiebus terminatur. & hoc est de ratione corporis inquantū est corpus. Sed quia natura non sustinet vacuū, oportet, ꝙ statim sibi coniungatur alia superficies: quæ vt immobilis est, locus dicitur & circūscribit illud. & hoc est vbi. Vnde propriè vbi est in corpore. quia immediatè sequitur ipsum corpus inquantū huius. Et dico, ꝙ propriū est vbi esse in omni corpore: supple. & nō in alio. quia indiuisibili inquātū huius nō debetur locus. Si enim locus est quātitas cōtinua, oportet ꝙ sit diuisibilis. Locatū autē & locus adæquātur. Vnde si alicuius indiuisibilis esset locus: sequeretur, ꝙ locus ille esset indiuisibilis. Notandū, ꝙ indiuisibile dupliciter potest sumi. Vno modo Mathematicè: & sic solus punctus est indiuisibilis: qui vt dictum est, nō debetur propriè locus. Alio modo sumitur indiuisibile naturaliter. est enim deuenire ad minimam carnem: quę si diuidatur, non erit amplius caro. Hoc tamen indiuisibile est quantū. & non punctus, & nullus prohibet tale indiuisibile esse in loco: igitur in eo est vbi. Dico etiam, ꝙ vbi est in corpore terminato. Si enim esset corpus in infinitum: vt ponebant primi Philosophi esse extra cœlum tale corpus non esset in vbi. & sic patet de vbi, &c.

De prædicamento situs: an aliquid sit secundum rationem formalem.

CAP. I.

POSITIO est ordo seu ordinatio partium in loco. Ad intelligendum autem prædictam descriptionem. Sciendum est, ꝙ pars multipliciter dicitur, sicut & totum. Est enim triplex totum, scilicet vniuersale, potentiale, & integrale: Et si aliud totum dicatur: vt totū in quantitate: totum in tempore: totū in loco. ad ista tria reducuntur. Dicitur autem totum vniuersale genus: cuius partes subiectiuæ sunt species. Totum verò potentiale dicitur aliquid in quo sunt potētię, quæ nec partes integrales dici possunt: nec partes subiectiuæ: sicut anima respectu suarum potentiarū est totū potentiale & quælibet eius potētia dicitur vis potētialis. Totū verò integrale est duplex. Vnū est, quod cōstituitur ex partibus integrātibus essentiā rei cōpositæ. Quarū partiū vna aquæq; per se accepta non est nata esse naturaliter sine alia. sicut sunt forma & materia. Aliud verò totum integrale est, cuius partes sunt natæ diuisæ à toto quælibet per se esse: sicut diuiso ligno toto in duo ligna vna aquæq; partium potest per se esse. & hæc est passio quāti, in eo ꝙ quātū est: vt dicitur quinto Metaphysicę. Et quia tales partes sicut sunt diuisibiles, ita per intellectū signari possunt: quāuis nō sint diuisæ. & quia in se cōsideratæ inter se habēt aliquē ordinē in toto: quia vna cōsideratur propriè esse centrū totius: & alia post aliā, & sic de alijs talis ordo dicit potētia quæ est differētia quātitatis: vt supradictū est. Nec tū est, credēdū, ꝙ talis ordo qui dicitur potētia, sit relatio: quia differētia quātitatis nō potest esse in alio prædicamento à quātitate. Sed potest esse relatio secundū dici sicut dicimus: ꝙ scientia est relatio vel relatū secūdū dici. Est enim scientia in prima specie qualitatis per prius: secūdariò autem dicit quendam respectum ad scibile. Alio modo possunt cōsiderari prædictæ partes integrales, vt cōparātur ad locū: prout. s. cuilibet parti sic ordinatæ in toto correspōndet pars loci: & talis ordo seu ordinatio partium in loco dicitur positio, quæ est prædicamētū situs. Notandum, quòd manente eodem toto locato & eodem toto loco, possiunt partes diuersæ locati diuersis partibus loci appli-

Universidad de Deusto Biblioteca

cari: & ideò est aliqua diuersitas inter comparationē totius locati ad totum locū:& inter comparationē partium ad partes: & sic potentia quæ dicit ordinem partium locati ad diuersas partes loci est aliud prædicamentū quàm prædicamentū vbi: quod dicit circunscriptionē locati à loco. Notandū ꝙ superficies corporis cōtinētis quæ locus dicitur:& superficies corporis cōtenti sunt simul:& secūdum ꝙ est figura corporis cōtenti,sic est figura loci: seu superficiei cōtinentis: & ideò secūdum situationē partium& eius diuersitatem in corpore locato, necesse est locū diuersām habitudinē habere ad locatū. Vnde à prædicto loco sic diuersimodè locante partes locati denominātur ipsum locatū ratione suarū partium. Dicitur prædicamentū situs seu positionis,sicut dicitur homo sedens:quia partes loci sic circunscribūt partes locati. Vel iuxta secundā opinionē respectus fundatus in loco ratiōe suarū partiū.& terminatus in locato ratione suarū ptiū est potētia seu sit⁹. Patet ergo ꝙd est sit⁹ seu positio.

Quòd positio est denominatio seu respectus sumptus à partibus loci ratione partium locati. CAP. II.

SCiendum est,ꝙ quidam dicūt ꝙ situs seu potentia non est denominatio siue respectus sumptus à partibus loci ratione partiū locati:sed potiùs est respectus sumptus à partibus locati ad partes loci. Et si obijciatur eis,ꝙ si hoc esset sequeretur ꝙ talis denominatio nō esset ab extrinseco:quia respectus fundatus in partib⁹ locati iuxta secūdam opinionē:ad quā sequitur talis denominatio iuxta primam opinionē quæ est:prædicamentū situs nō est extra totū locatum. Vnde sequitur ꝙ situs esset relatio. Ad hoc respōdent,ꝙ de situ accidit, sicut de passione supradictū est: quæ licèt sit subiectiuè in passo,tamen ab ea denominatur patiens denominatione extrinseca:quia nō denominat illud nisi ratione agētis quod est extra: & sic dicunt ꝙ partes locati sic ordinatæ nō denominant totū in prædicamento isto, nisi ratione partium loci ad quas habent respectum. Et quia,vt supradictū est,ista prædicamenta nō fecit Aristo.& ille qui fecit:nō fuit tantæ auctoritatis nec habuit aliquē expositorem alicuius auctoritatis:ideò de eis quilibet modernorū dicit sicut sibi videtur. Vtráq; tamen opinio posset saluari:sed prima magis stat ad saluandū,ꝙ hoc prædicamentū dicat formā extrinsecus aduenientem. Secūda verò videtur magis stare cū significato dictionū quæ important positionē. Nam sessio & cubatio magis videntur dicere dispositionē partium locati per respectū ad partes loci: quàm econuersò. Et similiter se habet de aspero & leni: Asperū enim est cuius partes nō porriguntur æqualiter. Lene verò cuius partes æqualiter porriguntur. Quæ autē istarum opinionum sit probabilior legentis iudicio relinquo,&c.

Quòd situs non suscipit magis nec minus:nec habet contrarietatem, & quòd proprium eius est proximè assistere substantiæ. CAP. III.

SItus autē seu potentia non recipit magis nec minus:siue sit respectus partium loci ad partes locati:siue ecōuersò: quia nec partes loci:nec partes corporis locati suscipiunt magis vel minus. ideò nec situs suscipit magis vel minus. Similiter nec recipit contrarietatē: vt ex supradictis potest patere. Est autem proprium situs proximè assistere substantiæ materiali. Ad quod intelligē dum:sciendum est, ꝙ assistere vt hîc sumitur est esse respectiuum. Notandum,ꝙ quantitas afficit rem materialem prius quàm aliquod accidēs. Vnde primam materiam prius natura informat forma substantialis quæ dat sibi esse. Ad quā informationem prius natura sequitur quātitas,quā aliquod aliud accidēs.vt autē supradictū est,propria passio quātitatis est,ꝙ sit diuisibilis in partes integrales. Et ideò quinto Metaphysicæ à Philosopho sic describitur. Quantū est,quòd est diuisibile in semper diuisibilia. Ad quas partes integrales terminat situs,qui est respectus quidam licet fundetur in loco vel secundum alios fundatur in partibus quātis & terminatur ad partes loci:ad quem respectum sequit denominatio quę facit prædicamētū situs:iuxta primā opinionem. Proximus ergo respectus substantiæ materialis siue terminatiuè siue fundamentaliter est situs siue potentia,&c.

De habitu secundum quod est prædicamentum quid sit formaliter. CAP. I.

HABITVS est corporum & eorum quę circa corpus sunt adiacentia. Ad intelligendum autem prædictam descriptionē sciendū,ꝙ habere aliquid dicit quendam respectum. Quædā enim dicuntur habere aliquas res, sed inter habentē & res habitas est solus respectus rationis:vt cū aliq̄d dicit habere substātiā:vel partes substātiæ:sicut pedē vel manū:vel habere quātitatē:vel qualitatē & tū iter habēs & res habitas nullus est respectus realis sed solū rationis. Vnde hoc habere pertinet ad prædicamenta absoluta. Quædā verò dicuntur habere aliquas res,ita ꝙ inter habentem & res habitas est respectus realis & conuersiuus:sicut pater dicitur habere filium:& filius patrem: & dominus seruum.vel possessionem & seruus vel possessio dominum. Patris autem ad filium & filij ad patrē est respectus realis. Et similiter est de domino & seruo. Et istud habere pertinet ad prædicamentum relationis. Quædā autē dicūtur habere aliquas res & inter habētia & res habitas est respectus realis:sed nō conuersiuus,sed est respectus habētis ad rē habitā. Et isto modo tēpus dicitur habere temporalia:& locus locatū:& partes loci partes locati:& cōtinēs contentū. Et istud habere pertinet ad prædicamēta quādo:& vbi & situs. Nā continens ita dicitur habere cōtentū,ꝙ reducitur ad prædicamentū vbi:sicut tēpus tēporale.quod reducitur ad prædicamentum quādo:& situs situatū quod pertinet ad prædicamētū situs. Nā vas est locus mobilis:& locus est vas īmobile:vt dicitur 4. Physicorum. Quædā autē dicūtur habere aliquas res:& inter habētia & res habitas est respectus realis nō conuersiuus:ita videlicet,ꝙ respectus talis est rei habitæ ad ipsum,quod habeat eam:sicut homo dicit habere tunicā & respectus est tunicę ad ipsum hominē habētē:& non ecōtrario. Et hoc habere pertinet ad istud prædicamentū.s.habitus. Notandū,ꝙ vt Philosophus dicit.15. de animalibus.natura prouidit alijs animalibus de vestimētis & de armis. Vnde quædam pro vestimento habent pilos,quædā verò corīū grossum vel corticē vel aliquid huius. Similiter etiā aliquibus pro armis dentes dedit:alijs cornua:alijs verò vngues:& huiusmodi:homini autē nihil horū dedit: sed dedit ei intellectū & manus:vt per eas posset sibi ꝓuidere.& de rebus exterioribus faceret sibi vestimenta & arma. Vnde in alijs animalibus tam vestimēta quàm etiā arma sunt partes substātiales eorum:& inter habentia & habita non est aliquis respectus realis:sed solū rationis:vt dictū est. Vnde denominatio quæ fit in eis,vel à vestimentis vel ab armis corū naturalibus non pertinet ad hoc prædicamentum. Sed inter vestimenta & arma nostra & nos est respectus realis: & ideò vestimēta & arma prout denomināt nos habētes ea,sunt ꝑdicamentū habitus. Vel iuxta secundā opinionē,respectus corū ad nos est prædicamentū habitus. Vñ hoc ꝑdicamentū solū cōuenit horībus. Verū est autē,ꝙ etiā quędā aſalia vestim⁹ & armamus vestimentis & armis exterioribus. Vestimus etiāsimias, & faleramus equos,& isto mō hoc ꝑdicamētū pōt ad ea ptinere. Et sic patet,&c.

Quòd habitus potest immediatè fundari in substantia. CAP. II.

VIdetur autē esse dubiū,siue hoc prædicamētum sit denominatio sequēs respectū, siue iuxta secundā opinionē sit ipse respectus, quō hoc prędicamētum ptinebit ad genera accidētium. Cōstat enim, ꝙ vestimēta,siue arma sunt in genere substātiæ. Denominatio autē sumpta à substātia,nō ponitur ī alio gñe à substātia,siue iuxta secūda opinionē quō fundabitur respectus īmediatè in substātia. Cū respectus nihil reale addat supra fundamētū:vt supradictum est,iō sequitur,ꝙ substātia vel erit accidēs:vel ꝙ habitus nō erit accidēs. Ad quod dicendū,ꝙ nō est incōueniēs,ꝙ respectus realis in substantia fundetur. Substātia em̄ creata inquātū hui⁹ realiter refertur ad creatorē,& talis respectus ſmediatè in ea fundatur,nec ꝓpter hoc substātia est respectus vel accidēs. Notādū,ꝙ differt accidētalitas quāti tatis & qualitatis q̄ sunt accidētia absoluta, ab accidētalitate aliorū septē prędicamētorū. Nā accidētalitas absolutorū cōsistit in hoc,ꝙ aduenīūt enti in actu ꝓ inhærentiā, & isto mō substātia nō pōt esse accidēs. Accidētalitas autē aliorum septē prædicamētorum cōsistit in hoc,ꝙ accidit formę seu subiecto formę habere terminū ad quē. Et qa forma substātialis seu substantia cōposita pōt habere talē terminum,isto mō nō est incōueniēs,ꝙ sit accidēs.i.vt accidēraliter alteri adueniat:vñ accidit vestimēto vt adiaceat corpori, & vt talē respectū habeat ad ipsum,& sic siue sumatur vestimētū vt denominās accidit sibi sic denominare,& sic est ꝑdicamētū habit⁹ iuxta primā opinionē,& est accidēs:vel iuxta secām opinionē accidit vestimēto habere corpus ꝓ termino,ad quē vt adiacens habet respectum. Vel pōt dici,ꝙ nō ex omni substātia indifferēter fiunt arma & vestimēta,sed arma fiunt ex substātia habente aliquā qualitatē, puta duritiē & hmōi. Similiter vestimēta fiunt nō ex qualibet substātia indifferēter,sed ex habēte talē qualitatē, putā molliciem & plicabilitatē: vel hmōi,& sup his qualitatibus fundatur respectus,qui est habitus:vel à dictis substātijs, inquātum habēt tales qualitates. Est ergo habitus adiacētia corporum,& eorum q̄ circa corpus sunt,qđ sic ītelligitur. Habitus est adiacētia.i.denominatio corporū, sicut eorum q̄ denominātur,& eorū quę sunt circa corpus.i.eorum à qbus fit talis denominatio. Sicut à vestimētis q̄ sunt circa corpus, dicitur & denominatur hō vestitus. Vel iuxta secundā opinionē, habitus est adiacentia.i. respectus corporum terminatiuè. Talis enim respectus.s.vestimēti, terminatur ad corp⁹ vestitum,& est eorū quæ sunt circa corpus fundamentaliter. Nā fundamēum talis respectus est ipsum vestimentum:vt dictū est,& sic patet descriptio habitus. Notādū,ꝙ licet talis denominatio sit totius habētis talē habitū, nā hō dicitur vestitus & calciatus,tñ conuenit sibi rōne habitus q̄ adiacet parti. Licet em̄ hō dicatur calciatus,tū dicitur rōne calciamēti, qđ adiacet pedi:qui est pars integralis hominis,cū totum corpus nō sit vestitum,sed ratione illius partis cui adiacet vestimentum. Patet ergo de habitu,&c.

Quòd habitus suscipit magis & minus,licet non omnis,& quod habitus non habet contrarietatem.

CAP.

CAP. III.

RECipit autem habitus magis & minus:licet non omnis. Qualiter autē habitus recipit magis & minus,videtur esse dubium. Si enim respectus intantū recipiūt magis & minus inquantū fundamēta recipiunt intensionē,& remissionē: & secundū istos respectus denominātur termini respectus magis vel minus. Sicut dicit magis vel minus calefaciēs à maiori vel minori calore quē efficit. Sed cū fundamentū habitus sit substātia:vt dictū est,quæ nō suscipit magis vel minus,ergo nec habitus suscipit magis vel minus. Ad quod intelligendū sciendū est,ꝙ vt dictū est,ista sex prædicamēta nihil aliud dicūt nisi absolutū:vt denominat aliquid extrinsecū:quæ denominatio sequit aliquē respectū realē qui est inter denominās & denominatū:qui tamē respectus est in genere relationis. Vel iuxta secūdam opinionē dicūt prædictū respectū: & talis respectus est cōmunis dictis sex principijs. Vnde tale denominatū dicitur magis vel minus ab intensione vel remissione illius absoluti denominātis:vt dictū est. Aliquādo verò denominatur magis vel minus,nō ab intensione vel remissione denominātis:sed si plura fuerūt denominatiua eiusdem rationis à quibus denominatū secundū vnūquódq; quod est eo denominatur.sicut dicimus,ꝙ ignis calefaciēs tria ligna magis calefacit,quā si caleſaceret duo eodē gradu caloris. Cōstat enim,ꝙ omnes istę tres calefactiōes sunt eiusdē rationis:quibus respōdet ignis secūdum vnā potētiā calefactiuā:& isto modo calefaciēs potest dici magis vel minus:licet in calefactionibus vel in quibuscūq; actionibus nō sit cōsuetū dicere isto modo magis vel minus:& ſimile est si sumatur hic iuxta secundā opinionē:quia si plures respectus vnius rationis:quibus vnus respōdet terminus denominātur terminū magis: pauciores verò minus. Habitus primo modo nō suscipit magis vel minus.ab vno enim vestimento vel calciamēto,scilicet vno numero nunquā aliquis dicetur magis vel minus vestitus vel calciatus:& sic intelligitur,ꝙ non omnis habitus suscipit magis vel minus:quia nec vestimentum nec calciamentum suscipit intensionem vel remissionem. Secundo verò modo habitus suscipit magis vel minus:quia vnus & idem homo à pluribus vestimentis potest denominari magis vestitus:& à paucioribus minus vestitus & sic de alijs. Hoc autē nō cōuenit ꝑdicamēto quāto.cū tēpus denominās sit vnū omniū tēporaliū. Nec etiā cōuenit ꝑdicamēto vbi:cū vni⁹ corporis vn⁹ tm̄ sit locus. Nec ꝑdicamēto situs:cū cuilibet vni parti locati,vna respōdeat pars loci. Potest autē cōuenire iste modus dicēdi magis vel min⁹ alicui relatiuo & alicui agēti vel patienti.& sic patet qualiter habitus suscipit magis vel minus:& qualiter nō. Vel dicendū,ꝙ respectus habitus non immediatè fundatur in substantia:vt suprà dictū est,nisi mediante aliqua qualitate:puta duritiē vel mollitie: & huiusmodi: quæ qualitates sunt fundamentum talis respectus:cùm autem dictæ qualitates suscipiant magis & minus: ergo & habitus. Non tamen recipit habitus contrarietatem. Vt enim supradictū est ex receptione magis & minus causatur cōtrarietas:quādo magis & minus est secundum gradū intensionis & remissionis in speciebus vnius generis:vt patet de albo & nigro:talis autē intensio non est in habitu:vt dictum est.ergo in habitu non est contrarietas.

Quòd proprium habitus est existere tam in corpore.quàm in his quæ circa corpus sunt secundum diuisionem partium. CAP. IIII.

EST autem sciendum,ꝙ propriū habitus est existere tam in corpore quā in his quæ circa corpus sunt in pluribus secundum diuisionem partium. Hoc autem qualiter intelligatur dictum est. Denominatur enim aliquid ab habitu secundum ꝙ habitus adiacet alicui parti integrali signatæ:sicut dicitur homo calciatus à pedibus, & galeatus à capite:& sic de alijs:hoc autē nulli aliorū prædicamentorum cōuenit. licet enim in prædicamēto situs fiat denominatio totius ratione partiū quibus adiacēt partes loci,nō tamē ratione alicuius partis signatæ:sed ratione omniū:quibus adiacēt partes loci: aliquādo vno modo:& aliquādo alio. Sed in prædicamēto habitus fit denominatio totius ab vna parte signata cui adiacet singularis habitus. Et quia sicut cōsideratur in hoc prædicamēto corpus habēs habitū quantū ad suas partes organicas signatas:sic habitus partium signatarū sunt diuersi & diuisi. Nā in habitu vnius hominis diuisa est pars vestimēti à calciamēto & sic de singulis:ideò dicit esse propriū habitus existere secundū diuisionē partiū corporis.s.habētis:& secūdū diuisionē eorū quæ sunt circa corpus secūdū diuisionē habitus:& sic patet de prædicamēto habitus:& de omnib⁹ prædicamētis hoc modo. Notādū,ꝙ prædicamēta pertinēt ad primā operationē intellectus:in qua nulla fit cōpositio per esse,nec diuisio per nō esse. Quæ autē pertinēt ad talē primā operationē possunt dupliciter cōsiderari. Vno modo quātū ad res intellectas.& sic de eis iā dictū est. Omnia enim quæ sic pertinēt ad talē primā operationē per. 10. ꝑdicamēta significant:vt ex dictis patet. Alio modo possunt cōsiderari quantū ad modū significādi inquantū.s.significatur per nomina & per verba.& per alias partes orationis.& de his dicēt ſmediatè, propterea logica non solum est sciētia rationalis:vt puta de syllogismo qui pertinēt ad discursum rationis:sed est etiā scientia sermocinalis. Tractat enim de syllogismo & partibus eius quātū ad modū significandi ponendo quid est nomē:& quid est verbū:& ponendo signa vniuersalia & particularia:quæ omnia ad modum significandi pertinent.de quibus omnibus infrà dicetur.

De decem prædicamentis,quæ genera rerum dicuntur Tractatus sic breuiter finit.

INCIPIT EIVSDEM DOctoris Tractatus, De interpretatione seu enunciatione.

De nomine quid sit secundum intentionem logicam. CAP. I.

DICTO de his quæ quātū ad rē significatā ptinent ad primā operationē intellectus,quæ est indiuisibiliū ſtelligētia:vt in 3.de anima dicit, qua videlicet res cognoscit quātū ad suā quidditatē. Nūc dicēdū est de his quæ pertinēt ad secūdā operationē intellectus:quæ ibi cōpositio vel diuisio nominat:qua.s.intellect⁹ noster vnā rē cū alia cōponit:vel ab alia eā diuidit:per esse.s.& nō esse. Et dicit tractatus iste de enūciatione seu propositione largè sumpta ꝓpositione. Si enim strictè sumeret,tūc enūciatio esset genus eius. Propositio enim solū dicit de ꝓmissis ipsius syllogismi:sed enunciatio dicit tā de præmissis quā de præcōclusione. Ad cognoscēdū autē dictam enūciationē dicēdū est primò cū Aristotele de partibus suis.s.de nomine & verbo & de eius genere:quod est oratio. Nomen est vox significatiua ad placitū sine tēpore:cuius nulla pars significat separata:finita:& recta. In ista nominis diffinitione ponitur vox pro genere. Notandum,ꝙ vt habetur secundo Metaphysicæ hæc est differentia inter diffinitionē suppositorū:& diffinitionē formarū siue substantialiū siue accidētaliū. Nā in diffinitione suppositorū nihil ponit,ꝙ sit extra essentiā diffiniti. sed oēs particulæ diffinitionis sunt de essentia diffiniti. Formæ verò:quia non possunt per se esse,sed in alio.s.in subiecto vel in materia in sui diffinitione requirūt subiectū vel materiā:quæ tamē nō sunt de essentia earū:& ideò ipsarū diffinitiones dicunt esse ꝑ additamēta. Vnde formæ accidētales in sui diffinitione requirūt subiectū. Hæc est autē differētia inter eas diffinitiones. Nā formæ abstractæ aliter requirūt subiectū in earū diffinitionibus quā formæ sumptæ in cōcreto:formæ abstractę requirūt subiectū loco differētię:vt cū dicim⁹ crispitudo est cōtractio capillorū: vbi capilli qui sunt subiectū crispitudinis, ponunt loco differēcię. In cōcreto verò requirūt subiectū loco generis:vt cū dicim⁹ crispū est capillus cōtractus. Hoc habito sciēdū est,ꝙ nomen verbū & oratio sunt quædā artificialia:& per cōsequēs accidētia:eorū autē subiectū est vox:quæ est quid naturale. Ars enim in voce vt in subiecto format nomina verba & orationes & ideò in eorū diffinitionibus debet poni vox:vt subiectū. Et quia cōcreta sunt,ideò in eorū diffinitionibus ponit vox pro genere. Dicit autē vox significatiua. ad differētiā vocū nō significatiuarū quæcūq; sunt ille q̄ videlicet ꝓ nihilo proferunt. Ad placitū autē dicit,ad differētiā vocū significatiuarū naturaliter:vt sunt latrat⁹ canū qui significāt irā:ꝓut natura dictauit eis:quoniā nō significat secūdū institutionē humanā. Sine tēpore vero dicit ad differētiā verbi & participij. Vbi nota,ꝙ vt suprà in alio tractatu dictum est,actio passio & motus sunt vna res: verbum autē significat ꝓ modū actionis vel passionis:& per cōsequēs ꝓ modū motus:seu mutationis:primū autē,qđ habet mēsurari tempore,est motus:verbū verò significat cū tēpore. Sciēdū,ꝙ actio & passio dupliciter possunt significari. Vel per modū abstractū:vt sunt quædā res:& tūc nō significāt cū tēpore:significāt enim per modū habitus & quietis.s.sine motu:& sic significātur à nomine. Alio modo significātur ꝓ modū actionis ꝓut sunt egreditēres à subiecto:& sic significātur vt motus vel mutationes:& per cōsequēs:vt mēsurātur tempore & sic significantur à verbis formaliter:& nō materialiter sumpte:& sic etiā à participijs:nō à nomine:nomē ergo significat sine tēpore. Deinde dicit,ꝙ nominis nulla pars significat separata,ad differentiā orationis:cuius partes significant separatæ. Vbi nota,quòd significatio se habet ad nomē:vt forma eius: litera verò & syllabæ quæ non habeat formā totius in toto,ideò nulla pars separata habebit per se significationem:nisi solùm illā quā habet totū. Vnde in nominibus cōpositis:vt sunt terra noua,castrū Ioannis,si significatum esset diuisum:puta quòd intelligeretur pro terra quæ esset noua,tunc non esset noua:& tunc non esset nomen:sed oratio:si verò significatum suum esset vna res:puta villa vel huiusmodi,tunc erūt nomina. Deinde dicitur finita,ad differentiam nominum infinitorum:sicut est non homo. Vbi nota,quòd omne nomen accipiendo etiā pronomē pro nomine:aut significat determinatā naturā:vt homo:aut determinatam personam:vt ego & tu:aut determinatā na-

Universidad de Deusto
Biblioteca

turam & persónam: vt Sortes Plato, cùm autem nomen infinitum nihil horum significet, non verè poterit dici nomen. Quòd autem nihil horum significet, patet. Nam nomen, quod imponitur à priuatione ad minus requirit subiectum existens, nõ enim cæcum dicitur nomine animalis, sed supponit, quòd illud, quod est cæcum, sit aptum natum habere oculos. Nomẽ autem infinitum cùm à negatione imponatur, nihil supponit, potest enim dici de ente, sicut de non ente. Dicimus enim, quòd chymera est non homo: vt cuius est non homo. Vnde talia significant solùm per modum nominis, quia ad minus est suppositum in comprehẽsione. Deinde dicitur recta, ad differentiam casuum obliquorum, qui cadunt à recto seu nominatiuo per quandam originem declinationis. Solùs enim nominatiuus dicitur nomen principaliter, quia per ipsum facta est impositio nominis ad aliud significandum. Non autem pertinent obliqui directè ad logicum, qui versatur circa verũ & falsum, quia tales casus, scilicet obliqui cum hoc verbo sum es est, in quod omnia verba resoluuntur, non dicunt verum vel falsum. Nihil tamẽ prohibet eos cum aliquibus verbis impersonalibus iũgi, & significare verum vel falsum: vt tædet me lectionis, & sic patet de nomine, &c.

De verbo, quid sit formaliter secundum descriptionem logicam.

CAP. II.

VErbum est vox significatiua ad placitum, cuius nulla pars significat separata finita, & recta, & semper est significatiuum eorum quæ de altero prædicãtur. In ista diffinitione vox significatiua ad placitum cuius nulla pars significat separata, intelliguntur eodem modo quo in nomine dicta sunt. Dicitur autem finita ad differentiam verborum infinitorum: vt sunt non currit, non amat, quæ non propriè sunt verba. Vbi nota, quòd proprium est verbi significare aliquid per modum actionis & passionis: vt suprà dictum est. Prædictæ autem dictiones hoc non faciunt, imò remouent actionem vel passionem potius, quàm aliquam determinatam actionem: vel passionem significent, non ergo propriè sunt verba. Sciendum, quòd licet hæc propriè non sint verba, tamen aliqua posita in diffinitione verbi eis conueniunt, primò quia significant cum tempore. Sicut enim agere & pati sunt in tempore, ita etiam priuatio eorũ: vnde & quies tempore mensuratur, dictiones autem prædictæ significant priuationem actionis & passionis: vt dictum est. Secundũ est, quia ponitur in diffinitione verbi, qđ semper ponitur ex parte prædicati, quia est, est significatiuum eorum quæ de altero prædicãtur. Quod sic intelligitur, quia enim subiectum enunciationis significatur: vt id cui aliquid inhæret: verbum autem significat actionem per modum actionis: vt dictum est, de cuius ratione est, quòd inhæreat, ideò semper ponitur ex parte prædicati, etiam quia in omni prędicatione oportet, quòd sit verbum, cùm verbum importet compositionem qua prædicatum componitur subiecto. Vnde sicut verba significando actionem vel passionem significant aliquid vt in alio existens, propter quod semper ponuntur ex parte prædicati, ita etiam prædicta verba infinita, quia significant remotionem actionis vel passionis, semper ponũtur ex parte prædicati. Negatio enim reducitur ad genus affirmationis. Sciendum, quòd verba infinitiui modi aliquando ponuntur ex parte subiecti: vt cùm dicimus currere est moueri, & hoc est quia habent vim nominis. Vnde Græci addunt eis articulos, sicut nominibus, hoc idem facimus nos in logica vulgari. Nam dicimus ei corere mio: vbi ly mio, est articulus. Intellectus enim noster processum actionis vel passionis, seu inhærentiã eius in subiecto apprehẽdit, & significat: vt est res quædam, & sic habet vim nominis. Si autem verba aliorum modorum aliquando ponuntur ex parte subiecti: vt cùm dicimus curro est verbum, tũc non sumitur verbum formaliter, sed materaliter, secũdum quod significat ipsam vocem, quæ accipitur vt res quædam: vnde verba & orationes & omnes partes orationis, quando sic ponũtur materialiter, sumuntur in vi nominis. Deinde ponitur in diffinitione recta, ad differentiam verborum obliquorum, scilicet præteriti & futuri temporis, quæ non sunt simpliciter verba. Cùm enim verba propriè dicta significent agere vel pati, hoc erit propriè verbum, quod significat agere vel pati in actu, quòd est agere vel pati simpliciter, hic autem significant verba præsentis temporis, agere autem vel pati præterito vel in futuro est secundum quid, & ideò verba præteriti & futuri temporis non sunt simpliciter verba, sed secundum quid. Dicuntur autem casus verbi præsentis temporis, quia aliquo modo significant tempus præsens. Præteritum enim & futurum tempus dicuntur per respectum ad præsens. Est enim præteritum tempus, quod fuit præsens: & futurum, quod erit præsens, & similiter verba aliorum modorum, quàm sit verbum indicatiui modi. casus verbi dicuntur, quia eorum variatio respicit ipsam actionem vel passionem, sicut & variatio temporum, & quia variatio verborum in numero & persona non respicit ipsam actionem vel passionem, sed solùm subiectum, cui actio vel passio inhæret, ideò non faciunt casus verbi, &c.

De oratione quid sit: & de speciebus eius.

CAP. III.

ORatio est vox significatiua ad placitum: cuius partes significant separatæ. Qualiter autem huius diffinitionis particulæ sint intelligendæ, dictum est in diffinitione nominis. Diuiditur autẽ oratio in imperfectam & perfectam. Oratio imperfecta dicitur, quæ imperfectum sensum generat in animo auditoris. vbi nota, quòd vt dicitur. 5. Metaphysicæ, perfectum est cui nihil deest in genere suo: sensui autem quem generat oratio imperfecta in animo auditoris aliquid deest: quia deest sibi compositio vel diuisio. Si enim dico homo albus: quæ est oratio imperfecta, nihil dico sibi inesse vel non inesse: & per consequens sensus huius orationis facit stare animum suspensum: quia sibi aliquid deest: ideò est imperfectus. Sciendum tamen, quòd non sine causa oratio perfecta & imperfecta diffinitur per generare sensum. Vbi nota, quòd licet oratio & quælibet eius pars sint quædam res artificiales & non naturales: nec etiam sint instrumenta naturalia virtutis interpretatiuè: vt Plato dicebat. Eius námque virtutis instrumẽta naturalia sunt pulmo: guttur, palatum: lingua: dentes. & labia: sunt tamen instrumẽta ipsius intellectus: qui non est virtus materialis: sed supra omnem naturam corpoream, instrumentum autem diffinitur ex fine: qui est vsus eius: vsus autem vocis significatiuæ est significare audienti conceptum intellectus dicentis: Bene ergo diffinitur oratio perfecta & imperfecta, per generare sensum seu significare. Vnde oratio perfecta dicitur, quę perfectum sensum generat in animo auditoris propter complexionem quam dicit. Orationum autem perfectarum quinq; sunt species, scilicet enunciatiua: vocatiua, interrogatiua, imperatiua: & deprecatiua. Sciendum, quòd ratio non solùm concipit ipsas res: sed etiam per suum conceptum alia dirigit & ordinat: concipiendo autem res in se format orationem indicatiuam seu enuntiatiuam. Ordinãdo autem alia, format alias orationes. Dirigitur autem & ordinatur aliquis ab aliquo ad tria. Primò ad mente attendendum: & ad hoc pertinet oratio vocatiur. Secundò ad vocem respondendum: & ad hoc pertinet oratio interrogatiua. Tertiò ad opus exequendum, & ad hoc pertinet quantùm ad inferiores oratio imperatiua: quantùm verò ad superiores oratio deprecatiua: ad quam reducitur oratio optatiua: quia respectu superioris homo nõ habet vim innatam nisi per expressionem sui desiderij. Suppositiua verò, ideſt, conditionalis: & dubitatiua reducuntur ad interrogatiuam: & quia istæ quatuor species orationis non significant verum vel falsum, sed quendam ordinem ad ista consequentem: ideò non pertinent ad præsens negotiũ, quod directè ordinatur in scientiam demonstratiuam in qua auris hominis per rationem adducitur ad considerandum verum ex his quæ sunt propria rei: sed magis pertinent ad rhetoricam vel poëticam, quæ inducunt ad assentiendum per dispositionem audientis. Sola autem enuntiatiua quæ significat verum vel falsum ad hoc negotium spectat. & si quæ aliæ orationes ad eam reduci possunt.

De enunciatione quid sit: & quid est verum & falsum.

CAP. IIII.

ENunciatio est oratio verum vel falsum significãs. Ad intelligendum autem hanc diffinitionem, primò videndum est quid sit verum vel falsum. secundò videndum est quare soli enuntiationi cõuenit significare verum vel falsum. Quantùm ad primum sciẽdum, quòd vt cõmuniter dicitur, veritas est adæquatio rei ad intellectum, secundum Isaac: verum dicitur adæquatum, falsum verò non adæquatum. Hæc autem adæquatio seu conformitas non potest esse relatio realis. Alioquin verũ non conuerteretur cũ ente. Quod enim est in vno prædicamento, tantũ non potest, esse de transcendẽtibus, est ergo relatio rationis, & sic verum est relatiuum secundum rationem, quod nihil prohibet ipsum esse in pluribus prędicamentis vel in omnibus. Quæ autem sit hæc conformitas, dico quod in intellectu quædam sunt subiectiuè: vt species intelligibiles, actus intelligendi & huiusmodi, quædam sunt obiectiuè: vt ea quæ intellectus intelligit. Quando ergo res quæ est in intellectu obiectiuè est conformis sibi ipsi: vt est in rerum natura, tunc talis cõformitas dicitur veritas. Vnde in hoc consistit veritas, quòd res sic apprehenditur ab intellectu, sicut est in rerum natura, & per oppositum falsitas est in difformitate rei, vt apprehensa est ab intellectu ad se ipsum: vt est in natura sua. & propter hoc Philosõ. 4. Meta. dicit, quòd verum est esse, quod est, & non esse, quod nõ est, falsum verò est esse, quod non est, & non esse, quod est. Vnde quando intellectus intelligit rem sic esse, sicut est in rerum natura, vel non esse sicut non est, talis conformitas dicitur veritas. Quando verò apprehendit rem esse vt nõ est: vel non esse vt est, tunc falsitas. Sciendum, quòd in tali cõformitate quæ veritas dicitur, est considerare quatuor, scilicet rem vt est intellecta, seu vt est in intellectu obiectiuè, & ipsum intellectum eam intelligentem & actum intelligendi, qui est subiectiuè in intellectu, & rem vt est in natura sua. In re autem vt est intellecta, seu vt est obiectiuè in intellectu est per prius veritas, quàm sit in intellectu: vel quàm sit in actu intelligendi: vel quàm sit in re, vt est in sua natura. Intellectus enim & actus intelligendi, non dicuntur veri, nisi quia sunt de verò obiecto. Intellectus enim dicitur verus: quia apprehendit verũ. & actus intelligendi dicitur verus: quia est apprehensio alicuius veri. & res in natura sua dicitur vera: quia nata est apud intellectum causare apprehensionem conformen entitati suę. Notandum quòd talis conformitas rei: vt intellecta est ad seipsam, vt est in natura sua potest esse vel in intellectu practico vel in intellectu speculatiuo. In intellectu quidem practico, quando scilicet, sic est res per suam formam, sicut apprehendit eam artifex per artem suam. Cum autem omnes res naturales per formam suam sint conformes, sibi ipsis: vt apprehensæ sunt ab arte diuina, ideò quælibet res secundum quòd habet propriam formam dicitur vera: & sic verum & ens conuertuntur. In intellectu verò speculatiuo est talis conformitas: quia intellectus intelligit rem sicut est. Nõ enim intellectus sic intelligit, sicut res in intellectu practico: sed quia sicut res est, ita eam intelligit intellectus: & ideò intellectus practicus comparatur ad artificialia: vt mensura ad mensuratum, econuersò autem intellectus speculatiuus comparatur ad ea quæ intelligit: vt mensuratum ad mensuram. Notãdum quod aliqui tenent, quòd veritas est conformitas rei ad intellectum informatum similitudine rei: falsitas verò est difformitas intellectus sic informati ad rem. Et hæc opinio probabiliter potest teneri. Sic ergo patet quid est veritas & falsitas, &c.

Quòd veritas & falsitas sunt tantum in enunciatione: & quare.

CAP. VI.

QVantùm ad secundum scilicet, quare veritas & falsitas sunt in enunciatione tantùm. Sciendum quòd veritas non est in voce significatiua: siue sit nomen: vel verbum vel oratio, nisi sicut in signo: sunt autem huiusmodi signa conceptionum intellectus: secundum ergo, quòd in conceptionibus intellectus erit verum vel falsum, sic dicetur esse in ipsis signis. Sciendum quòd vt dicitur tertio de anima, duplex est operatio intellectus, scilicet indiuisibilium intelligentia: quando scilicet intellectus intelligit quiditatem rei in se: & compositio & diuisio, scilicet quando vnam rem conceptam componit per esse: vel diuisio quando diuidit per non esse: & in vtraque operatione intellectus inuenitur veritas. Vbi nota, quòd sicut dictum est, veritas est relatio rationis: essentia autem rationis nusquam erit subiectiuè, nisi largo modo intelligatur secundum illud cui ratio attribuit talem respectum rationis: habet ergo veritas solùm esse obiectiuè: & similiter dico de falsitate. Vnde si consideramus illud quod primò verum est, scilicet rem vt est intellecta: & vocemus verum, dico quòd tale verum potest esse in prima operatione intellectus. Nam intellectus intelligit ipsam rem, vt est in se: & sic intelligit verum: falsum autem non intelligit intellectus in prima operatione sua: quia vel attingit naturam rei: & tunc intelligit verum: aut non attingit: & tunc ignorat. & non est ibi propriè difformitas rei intellectæ ad naturam eius quia nec talis res est intellecta: sed aliqua alia: & ideò non est ibi falsitas: quæ propriè importat deceptionem: & non ignorantiam solam: & inde est, quòd Philosophus tertio de anima dicit, quòd intellectus comprehendẽs, quod quid est, semper est verus. Hoc autem non est perfectè comprehendere veritatem: quæ est conformitas vtriusque, scilicet rei vt intellecta est: & rei in sua natura: sed est cognoscere vnum conforme seu verum. In secunda verò operatione intellectus est perfectè & completiuè veritas obiectiuè. Nam apprehendere veritatem, est apprehendere conformitatem rei intellectæ ad se ipsam secundum suam naturam: vt dictum est, hoc autem fit comparando vnum alteri: vel idem ad se ipsum secundum aliud & aliud esse: quod non potest fieri nisi per secundam operationem intellectus, ergo perfectè veritas non est nisi in intellectu componente vel diuidente, & similiter dico de falsitate. Tenendo verò secundam opinionem prædictam, erunt clariora. Nam si veritas est conformitas rei ad intellectum informatum similitudine rei in prima operatione intellectus erit verum: quia erit ibi talis conformitas: non tamen erit verum tunc in intellectu: vt in cognoscente verum. Non enim intellectus aliter cognoscit verum, nisi componendo vel diuidendo secundum suum iudicium: quod iudicium si consonet rebus, erit verum, puta cum intellectus iudicat se esse informatum similitudine rei: vt res est. Et oppositum est de falso, & hoc totum pertinet ad secundam operationem intellectus: & non ad primam. Ex dictis potest patere, quòd in sola enunciatione, sit veritas: vel falsitas: vt in signo. Si enim sola enunciatio est signum eorum quæ sunt obiectiuè in secunda operatione intellectus: & solùm in illam est verum & falsum in enunciatione erit verum vel falsum: & non in aliqua alia voce, siue sit dictio, siue oratio, & sic patet quid est enunciatio.

De enũciatione cathegorica & hypotetica, affirmatiua & negatiua.

CAP. VII.

DIuiditur autem ab Aristotele enunciatio tripliciter, & primò vt analogum in sua analogata, dicit enim quòd enunciationum quædam est vna simpliciter, quædam coniunctione vna. Enunciatio vna simpliciter, est enunciatio cathegorica seu prædicatiua. Est autem enunciatio cathegorica quæ habet subiectum & prædicatum principales partes sui: vt homo est animal: homo est subiectum, animal est prædicatum, hoc verbum est: quia prædicatur tertium adiacens, dicitur coniunctio seu copula verbalis. Coniunctione verò vna dicitur enunciatio ypothetica: seu suppositiua: vt si homo est, animal est. Hæc etiam diuisio enunciationis est analogi in sua analogata: de quibus per prius & posterius dicitur. Nam vnum simpliciter est prius vno coniunctione. Secũdò diuidit enunciationem: vt genus in suas species diuidit enim eã in affirmationẽ & negationem quæ sunt species enunciationis. Licèt enim affirmatio sit prior negatione, non tamen propter hoc enunciatio de eis analogicè prædicatur, sicut dictum est, quòd prædicatur de simpliciter vna: & coniunctione vna. Notandum quòd vnum diuidentium aliquod commune potest esse prius altero dupliciter. Vno modò secundum proprias rationes: aut naturas diuidentium. Alio modo secundum maiorem participationem rationis, illius communis, quod in ea diuiditur. Primum autem non tollit vniuocationem generis: vt manifestum est in numeris: in quibus binarius, secundum propriam rationem naturaliter est prior ternario: sed tamen æqualiter participant rationem communis, scilicet numeri. Nam ita ternarius sicut & binarius est multitudo mensurata per vnum. Secunda autem prioritas, impedit vniuocationem generis: & propter hoc ens non potest esse genus substantiæ & accidentis: quia in ratione entis, prius habet esse substantia: quæ est ens per se, quàm accidens: quod est ens in alio: vel in aliud. Sic in proposito. Licèt affirmatio primo modo, scilicet secundum suam naturam sit prior negatione, non tamen secundo modo: imò æqualiter participant rationem enunciationis. Vtráque enim est oratio verum vel falsum significans. Est autem secundum suam naturam affirmatio prior negatione. Nam affirmatio est enunciatio alicuius de aliquo: vt homo est animal, negatio verò est enunciatio alicuius ab aliquo: vt homo non est lapis. Cùm autem enunciatio: vt dictum est, sit vox significatiua, non immediatè significat rem, sed mediante conceptu intellectus. Vnde in omni enunciatione est tria considerare, scilicet ipsam vocem quæ est signum conceptus intellectus, & ipsum conceptum intellectus: qui est ipsa similitudo rei: & ipsam rem. Quantùm ad vocem, prior est affirmatio negatione: quia minus habet de compositione, quàm negatio, plures enim dictiones sunt: Sortes nõ currit, quàm Sortes currit: & per consequens est magis cõposita. Ex parte intellectus, prior est affirmatio, quæ significat compositionem, quàm negatio: quæ significat diuisionem. Posterior enim est diuisio compositione, sicut non est corruptio nisi generatorum, sic non est diuisio nisi compositorum. Ex parte etiam rei affirmatio quæ significat esse, prior est negatione quæ significat non esse: sicut habitus naturaliter prior est negatione. Tertia verò diuisio ipsius enunciationis, est in vniuersalem, particularem, indefinitam & singularem. Sufficientia autem dictarum diuisionum, potest sic sumi. In ipsa enim enunciatione, est considerare totam suã entitatem quæ est ex subiecto & prædicato, & ipsorum cõiunctionem: & quia omne, quod est, ideò est quia vnũ numero est. ideò consideratur vtrum sit vna simpliciter: vel vna cõiunctione: & ista diuisio dicitur pertinere ad substantiam enunciationis. Secundò est in ea considerare ipsum prædicatum: vt componitur subiecto sine negatione: vel cum negatione, & quia prædicatũ est pars formalis enunciationis, ideò hæc diuisio dicitur pertinere ad qualitatem enunciationis: qualitatem, scilicet essentialẽ: secundũ qp differentia significat quale quid: vt suprà dictum est. Tertiò est in ea considerare ipsum subiectũ, prout scilicet, est prædicabile de pluribus vel de vno: & sic fit tertia diuisio, & hæc dicitur pertinere ad quantitatem enunciationis. Nam quantitas sequitur materiã. Vnde versus. Quæ ca. vel ypo. qualis ne vel affv. quanta par. in fin. Hic autem versus sic intelligitur. In eo námque sunt tria nomina interrogatiua, scilicet Quæ quod quærit de substãtia. Qualis, quod quærit de qualitate. Et quanta, quod quærit de quantitate. Vnde quando fit interrogatio per quæ quærendo, scilicet de substãtia enunciationis, respondetur cathegorica vel ypothetica. Quando sit interrogatio per qualis, respondetur negatiua vel affirmatiua. Quando verò fit interrogatio per quanta, respondetur vniuersalis: particularis: indefinita vel singularis. De prima diuisione enũciationis, dicetur in tractatu de enunciationibus ypotheticis. De secunda verò eius diuisione, satis dictum est.

De quãtitate propositionum cathegoricarum de inesse: scilicet de vniuersali, particulari, indefinita & singulari.

CAP. VII.

REstat dicere de tertia diuisione, quæ est secundum quãtitatem. Vbi nota, quòd enunciationum cathegoricarum, quædã sunt de inesse, quædam verò modales. Dicitur autem enunciatio de inesse, quæ est de simplici inhærentia prædicati ad subiectum: vt homo est animal. Modalis verò in qua inhærentia prædicati ad subiectum modificat: vt sortẽ currere est possibile: vel homo est animal necessariò. Vnde primò dicẽdũ est de quãtitate æquipollẽtijs oppositioni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus,quæ quantitatẽ sequuntur in enunciatiõibus de ineſſe, secũdò de eis in enunciatiõibus modalibus. Ad videndum autẽ quãtitatem ipſarum enunciationũ de ineſſe,ſciendum ꝙ ea quę intellectus apprehendit,quædã ſunt vniuerſalia, videlicet quæ apta nata ſunt in pluribus inueniri,quædã ſunt ſingularia,videlicet quæ nõ ſunt apta inueniri niſi in vno. Vniuerſale autẽ poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo quaſi ſeparatũ à ſingularibus.ſ.ſecundũm eſſe quod habet in intellectu obiectiuè. Alio modo ſecũdum eſſe quod habet in ſingularibus.Primo modo cõſiderato vniuerſali, aliquid de eo poteſt dupliciter enunciari. Vno modo quãdo ei attribuitur aliquid, quod pertinet ad ſolã actionẽ intellectus. Vt cũ dicimus, homo eſt prędicabilis de multis,vel homo eſt vniuerſale,vel homo eſt ſpecies. Huiuſmodi enim intẽtiones format intellectus,& attribuit eas naturæ intellectæ:puta homini ſecũdum ꝙ cõparat ipſum ad res quæ ſunt extra animã. Alio modo enũciatur aliqd de vniuerſali ſic ſumpto,quãdo attribuitur ſibi aliqd prout ipſa natura intellecta apprehenditur ab intellectu vt vnũ:illud tamen qđ ei attribuitur,nõ pertinet ad actũ intellectus · ſed ad eſſe qđ habet ipſa natura intellecta in rebus quæ ſunt extra animã:puta ſi dicatur homo eſt digniſſima creaturarũ:hoc eñ cõuenit naturæ humanę:ſecundũ ꝙ eſt in ſingularib⁹.Nã quilibet homo ſingularis,eſt dignior alijs creaturis irrationalib⁹:ſed tamẽ oẽs homines ſingulares nõ ſunt vnus homo extra animã:vt dicitur in prædicta enũciatione:homo eſt digniſſima creaturarũ: vbi ly homo ſtet pro omnibus ſingularibus:ſed ſolũ in acceptione intellectus eſt vnus:& ꝙ cõmuniter nõ eſt apprehẽſum ꝙ vniuerſalia extra ſingularia ſubſiſtãt, ideò cõmunis vſus loquẽdi nõ habet aliquã dictionẽ:ſeu aliquod ſignũ, qđ addatur vniuerſali: ſecundũ dictos modos quibus aliquid de eo pdicatur.Sed Plato qui poſuit vniuerſalia ſubſiſtere extra ſingularia,inuenit quaſdã dictiones:quas addebat vniuerſalib⁹ in talib⁹ modis pdicãdi. Dicebat eñ ꝙ ſe homo eſt ſpecies:vel homo pdicabilis eſt ſpecies. Secũdo modo enũciãt aliqd de vniuerſali,ſecũdũ ꝙ eſt in ipſis ſingularib⁹:& hoc dupliciter. Vno modo cũ attribuitur ſibi aliqd ratione ipſius vniuerſalis:quod,videlicet ad eſſentiã ipſius pertinet:vel cõſequitur principia eſſentialia ipſius,vt cũ dicitur,homo eſt animal:vel homo eſt riſibilis. Alio modo,quãdo attribuitur ei aliqd ratione ſingularis in quo inuenitur,ſcilicet quando attribuitur ſibi aliquod accidens individuale:vt cùm dicitur homo ambulat. Et quia iſte modus enunciandi aliquid de vniuerſali, cadit in communi apprehenſione hominum:ideò inuentæ ſunt quædam dictiones ad deſignandum modum attribuendi aliquid vniuerſali ſic accepto. Vnde ſi attribuitur ſibi aliquid primo modo,ſcilicet ratione ipſius:vt vniuerſale eſt: qa hoc eſt vniuerſaliter de eo aliquid prædicari, ideò adinuentum eſt hoc ſignum omnis, quod deſignat, quòd prædicatum attribuitur ſubiecto vniuerſaliter, quantum ad totum illud quod ſub ſubiecto continetur. In negatiuis verò prædicationibus ad idem inuenta eſt hæc dictio nullus,per quam ſignificatur, quòd prædicatum removetur à ſubiecto vniuerſaliter, ſecundum totum quod continetur ſub eo. Si verò attribuitur ei aliquid ſecundo modo, ſcilicet ratione ſingularis ad hoc deſignandum in affirmatiuis inuentũ eſt ſignum particulare, ſcilicet hæc dictio quidam vel aliquis: per quam deſignatur,quòd prædicamentum attribuitur vniuerſali ſubiecto ratione ipſius particularis. Sed qúia indeterminatè formam alicuius ſingularis ſignificat,ideò deſignat vniuerſale ſub quadam indeterminatione. Vnde & dicitur indiuiduum vagum. In negatiuis verò nõ eſt inuenta aliqua dictio, ſeu aliquod aliud ſignum,ſed dicimus qui dam homo non currit,vel nõnullus homo currit. Sic ergo ſunt tria genera affirmationum in quibus de vniuerſali aliquid prædicatur. Vna in qua de vniuerſali aliquid prædicatur vniuerſaliter: vt omnis homo eſt animal. Secunda in qua de vniuerſali aliquid prædicatur particulariter:vt quidã homo eſt albus. Tertia in qua aliquid de vniuerſali prædicatur abſq; determinatione vniuerſali vel particulari, homo eſt animal. Prima enunciatio,dicitur vniuerſalis. Secũda particularis. Tertia indefinaita. Quibus ſi addatur ſingularis in qua aliquid de ſingulari prædicatur:vt Sortes currit, erunt quatuor modi enunciationum,quæ poſſunt eſſe negatiuæ,ſicut ſunt affirmatiuæ. Et ſic patet.

De oppoſitione propoſitionum cathegoricarum exiſtẽtium in figura, quantùm ad enunciationes de ineſſe.

CAP. VIII.

NVnc dicendum eſt qualiter prædictæ enunciationes vniuerſales,particulares,& indefinitæ opponãtur. Notandum,quòd aliquid alicui quatuor modis poteſt opponi. Vno modo relatiuè:vt pater & filius. Alio modo contradictoriè:vt Sortes currit. Sortes non currit. Tertio modo priuatiuè:vt viſus & cęcitas. Quarto modo cõtrariè vt albedo & nigredo. De oppoſitis relatiuè, dictum eſt in prædicamento relationis. Contradictio verò eſt oppoſitio cuius ſecundum ſe non eſt medium. Inter eſſe enim & non eſſe, non eſt mediũ. Ad hoc autem, quòd ſit contradictio inter aliqua, requiruntur ſeptem. Primò,quòd opponantur duæ propoſitiones,quarum vna ſit affirmatiua & altera negatiua. Secundò, quòd tales enunciationes ſint eiuſdem ſubiecti. Tertio, quòd ſint eiuſdem prædicamenti. Quartò, quòd non fiat prædicatio ſecundum diuerſas partes ſubiecti,ſicut cum dicitur. Sortes eſt albus dentes,& Sortes non eſt albus manum. Quintò,quòd non ſit diuerſus modus ex parte prædicati, ſicut cum dicitur,Sortes currit tardè,& Sortes non currit velociter. Sextò, quòd non ſit diuerſitas ex parte menſuræ loci, & temporis. Septimò, quòd non ſit diuerſitas ex habitudine ad aliquid extrinſecum,ſicut cum dicitur,decem homines ſunt multi in domo, & non ſunt multi in theatro. Priuatio verò,eſt negatio in ſubiecto apto nato. Licet enim cæcitas negetur viſum,non tamẽ ſimpliciter,ſed in ſubſtituto nato apto videre. Benè enim dicitur animal cæcum, ſed non lapis cæcus. Contrariæ autem opponuntur, quæ in eodem genere poſita maximè à ſe diſtant, & viciſſim eidem ſubiecto inſunt. Non enim albedini opponitur albedo,ſed nigredo, quæ à ſe maximè diſtant. Sciendum,quòd oppoſitio non prædicatur de dictis oppoſitionibus,ſicut genus de ſuis ſpeciebus, ſed vt analogum de ſuis analogatis. Vera námque oppoſitio,eſt oppoſitio ſimpliciter quæ dicitur contradictio. Aliæ verò dicuntur oppoſitiones ſecundum quid, & in tantum ſunt oppoſitiones,inquãtum aliquo modo dicunt contradictionem,ſcilicet eſſe & non eſſe. Sciendum etiam eſt, quòd in cõtradictione,ita opponitur negatio affirmatiõi, quod nihil ponit. In priuatione autẽ ita opponitur priuatio habitui,ꝙ ſupponit ſubiectum. In cõtrarietate verò ita eſt oppoſitio,ꝙ ſupponitur ſubiectum & aliqua forma,ita cñ albedo opponitur nigredini,ꝙ ſupponit aliquod ſubiectũ,propter qđ dicitur viciſſim inſunt, & albedo etiã ponit aliquam formam,quod non facit negatio nec priuatio. Sciendum,quòd vniuerſalis affirmatiua opponitur vniuerſali negatiuæ eiuſdem ſubiecti & prædicati contrariè. Vnde omnis homo eſt albus:& nullus homo eſt albus, ſunt contrariæ. Ratio eſt : quia vt dictum eſt,contrariæ opponuntur,quæ maximè à ſe diſtant. Non enim nigrum dicitur aliquid ex hoc ſolo,quòd non eſt album, ſed ſuper hoc,quòd eſt non eſſe album:quod ſignificat remotionem albi:addit nigrum extremam remotionem ab albo. Sic ergo id quod affirmatur : per hanc enunciationem : omnis homo currit, oportet,quòd removeatur per hanc negationem,non omnis homo currit:oportet enim,quòd negatio removeat modum quo prædicatum dicitur de ſubiecto,quem deſignat hoc ſignum omnis, ſed ſuper hanc remotionem,addit hæc enunciatio,nullus homo currit, totalem remotionem quæ eſt in extrema diſtantia. Meritò ergo dicuntur contrariæ,omnis homo currit,& nullus homo currit. Particularis autem affirmatiua & particularis negatiua,nullo modo opponuntur contrariè, id eſt, contraria oppoſitione. Contrariè námque differunt extrema diſtantia: particularis autem affirmatiua & particularis negatiua, ſe habent ſicut media inter contraria: media autem non ſunt contraria:nec etiam opponuntur contradictoriè. Vt enim dictum eſt, hoc ſignum quidam quod facit propoſitionem eſſe particularem,deſignat vniuerſale ſeu terminum communem indeterminatè:vnde non determinat illud ad hoc ſingulare: vel ad iſtud. Et propter hoc affirmatio & negatio:non erunt in eodem ſubiecto ſiugulari:quod requiritur in contradictione:vt ſupra dictum eſt:ideò nullo modo ſibi opponitur. Dicuntur tamen ſub contrariè,quia ſub contrarijs continentur. Vniuerſalis autem affirmatiua & particularis negatiua:vniuerſalis negatiua:& particularis affirmatiua,opponuntur contradictoriè. Cuius ratio eſt,quia contradictio conſiſtit in ſola remotione affirmationis per negationem:vniuerſalis autem affirmatiua,reuouetur per ſolam negationem particularem:nec aliquid aliud ex neceſſitate exigitur. Sicut per hanc,quidam homo non currit, remouetur hæc, omnis homo currit. Particularis autem affirmatiua,non poteſt remoueri per particularem negatiuam:quia ſibi non opponitur:vt dictum eſt: oportet ergo,quòd remouetur per vniuerſalem negatiuam:ſic ergo iſtæ, ſcilicet omnis homo currit : quidam homo non currit, & nullus homo currit : quidam homo currit,ſunt contradictoriæ. Quælibet autem particularis dicitur ſubalterna ſuæ vniuerſalis. Et ſic patet de oppoſitionibus propoſitionum,in quibus ſunt ſignа:& ſingularium. Indefinitæ autem ſequuntur regulam particularium.

De æquipollentijs enunciationum cathegoricarum de ineſſe.

CAP. IX.

REſtat nunc dicere de æquipollentijs dictarum enunciationum: vbi nota,quòd negatio præpoſita ante ſignum, & per conſequens ante totam enunciationem,æquipollet ſuæ contradictoriæ. Poſita verò poſt ſignum in compoſitione,ſcilicet enunciationis,facit eam æquipollere ſuæ contrariæ. Præpoſita verò & poſtpoſita facit eam æquipollere ſuæ ſubalternæ. Cauſa autẽ iſtarũ æquipollentiarum eſt. Nam in enunciationibus prædictis eſt conſiderare quantitatem,videlicet vniuerſalitatẽ particularitatẽ:& qualitatẽ,ſcilicet negationem & affirmationem:: hoc eſt à natura negationis : vt neget & tollat totum quod inuenit poſt ſe: ſic ergo iſta enunciatio: omnis homo currit:eſt vniuerſalis & affirmatiua:cui ſi præponatur negatio,ſcilicet non omnis homo currit,iſta negatio tollit vniuerſalitatem:& ſic remanet particularis vel indefinita,ſcilicet ſine ſigno:quæ æquipollet particulari & tollit affirmationem & per conſequens remanet negatiua. Æquipollet ergo huic,ſcilicet quidam homo non currit,quę erat ſua contradictoria. Similiter ſit hęc enũciatio,nullus homo currit:certum eſt,quòd hoc eſt,cui ſi vniuerſalis & negatiua præponatur ſibi negatio:& dicatur,non nullus homo currit,negatio tollit vniuerſalitatem:ergo erit particularis:tollit etiam negationem:& ſic erit affirmatiua:hæc ſcilicet,quidam homo currit:quæ erat ſua contradictoria. Et idem erit de particularibus. Nam hæc,non quidam homo currit,æquipollet huic,nullus homo currit:& propter hanc cauſam hæc,non quidam homo nõ currit,æquipollet huic,ſcilicet quilibet homo currit. Similiter etiam ſi ſumatur hæc enunciatio,omnis homo currit:& poſtponatur negatio ſigno vniuerſali:& ponatur ad compoſitionem ſic,omnis homo non currit:quia negatio non inuenit poſt ſe ſignum,non negat illud:& per conſequens remanet vniuerſalis enuntiatio:aufert autẽ negatio affirmationem:& ſic facta eſt enunciatio negatiua & vniuerſalis:æquipollet ergo ſuæ contrariæ,ſcilicet huic,nullus homo currit. Similiter hæc:nullus homo currit:eſt vniuerſalis & negatiua. Nam ſignũ negatiuum negat cõpoſitionem enũciationis,poſtpona tur ergo ei negatio:& dicatur,nullus homo non currit:quia negatio non habet ſignum poſt ſe:remanet enunciatio vniuerſalis: & quia erat negatiua quantùm ad compoſitionem,aufert negationem:& remanet affirmatiua hæc ſcilicet,omnis homo currit,quæ erat ſua contraria. Similiter etiam ſumatur iſta,omnis homo currit:quæ eſt vniuerſalis & affirmatiua:& præponatur ſibi & poſtponatur negatio ſic,non omnis homo non currit:certum eſt,quòd ſecunda negatio negat eius compoſitionem. Vnde dato,ꝙ illa eſſet negatiua:hæc ſcilicet,omnis homo nõ currit,præpoſita ergo,negatio inuenit poſt ſe vniuerſalitatẽ quã tollit:& ſic facit eã particularẽ,inuenit & negationem:quã tollit & facit eã affirmatiuã:& erit hæc,ſcilicet quidam homo currit:quæ erat ſua ſubalterna. Et ſic eſt de omnibus alijs ſi Præponatur & poſtponatur in eis negatio:quia æquipollẽt ſuo ſubalterno ſiue ſit vniuerſalis ſiue particularis. Notandũ ꝙ aliquãdo cõtingit,ꝙ in eadẽ enunciatione ſunt duo ſigna vniuerſalia negatiua: vnũ videlicet,in ſubiecto & alterũ in prædicato:ſicut in hac,nullus homo nullũ animal eſt:dico,ꝙ iſta æquipollet huic,oĩs homo aliqđ animal eſt. Ratio eſt:quia quodlibet dictorũ ſignorũ & eſt vniuerſale & habet in ſe negationem:& quia non præponitur negatio primo ſigno remanet enunciatio vniuerſalis:ergo negatio incluſa in primo ſigno:quod eſt ſignum vniuerſale & negatiuum præponitur negationi:ſeu ſecundo ſigno:quod eſt ſignum vniuerſale & ſignum negatiuum:& quia inuenit vniuerſalitatem,deſtruit ergo vniuerſalitatem & remanet particulare:deſtruit negationem:& ſic remanet enũciatio affirmatiua:hæc ſcilicet,omnis homo aliquod animal eſt. Vel dicatur:ſicut cõmuniter dicitur,quòd nullus non,æquipollet ei, quod eſt omnis:& dico non ſcilicet,negationem quæ continetur in ſecundo ſigno:non nullus verò æquipollet ei,quod eſt quoddam:& nullus non ſumo pro negatione quæ eſt in primo ſigno:& ſic remanet,omnis homo aliquod animal eſt. De hominibus his æquipollentijs,datur verſus. Præ contradic. poſt cõtra. præ põſtq; ſubalter. Qui ſic intelligitur præ.i. negatio præpoſita contradic.i. facit æquipollere ſuo contradictorio. poſt.i. negatio poſtpoſita, facit æquipollere ſuo contra.i. cõtrario. Præ poſtq;.i. negatio quæ præponitur & poſtponitur facit æquipollere ſuo ſubalterno. Et ſic patet de æquipollentijs cathegoricarum.

Quomodo enunciationes cathegoricæ de ineſſe ſitæ in figura ſe habent ad veritatem & falſitatem.

CAP. X.

MOdo dicendum eſt quomodò ſe habent prædictę enũciationes quantùm ad verum & falſum. Vbi nota,ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt de vniuerſali ſecundum ꝙ eſt in ipſis ſingularibus,dupliciter poteſt aliquid enũciari,ſcilicet affirmatiuè & remoueri negatiuè. Vno modo quando attribuitur ſibi aliquid ratione ipſius vniuerſalis, vel ꝙ Pertineat ad eius eſſentiam:vel quòd ſequatur principia eius eſſentialia:vt cum dicitur,homo eſt animal riſibilis:& hæc vocatur materia naturalis:ſeu neceſſaria. Quod autem iſto modo ab vniuerſali remouetur ratione ipſius naturæ,ſcilicet vniuerſalis,dicitur materia remota:ſeu impoſſibilis:vt homo eſt aſinus. Secundo modo,quãdo attribuitur ſibi aliquid ratione alicuius ſingularis in quo hæc natura vniuerſalis inuenitur:vt cum dicitur,homo currit,& hæc dicitur materia contingens. Sciendum quòd in materia naturali & in materia remota:ſi vna contrariarum eſt vera,reliqua eſt falſa: & econuersò. Et cauſa hoc eſt:quia ſi illa dicitur materia naturalis quę Prouenit ſecundum naturam vniuerſalis,ipſa ergo conuenit omni contento ſub eo:ſic quòd vniuerſalis affirmatiua erit vera:vniuerſalis autem negatiua,quæ remouet hanc materiam ab omni cõtento ſub eo,neceſſariò erit falſa:dicit enim non eſſe,quod eſt,quod eſt falſum,ſcilicet dicere non eſſe,quod eſt:vel eſſe,quod non eſt. Similiter etiam in materia remota,vniuerſalis negatiua eſt vera:quia remouet tale prædicatum ab omni contento ſub tali vniuerſali. Vniuerſalis ergo affirmatiua,tunc etiã dicetur falſa:quia dicit eſſe,quod non eſt. Et ſimili modo ſe habebit de ſuis particularibus ſibi ſubalternis. Materia enim naturalis,quia omnibus contentis ſub vniuerſali cõuenit,ideò in tali materia particularis affirmatiua erit vera:negatiua verò falſa:econtra ſe habebit in materia remota. In materia verò contingenti,ambæ contrariæ poſſunt eſſe falſæ:& cauſa poteſt haberi ex dictis. Si enim in tali materia non attribuitur vniuerſali aliquid niſi ratione particularis alicuius contenti ſub eo,affirmare illud de omnibus particularibus falſum eſt:quia dicitur,quod non eſt eſſe:ſimiliter etiam illud negare ab omnibus particularibus ſeu ſingularibus falſum eſt:quia dicitur,quod eſt nõ eſſe. Ambæ ergo ſunt falſæ. Particulares verò:quia quælibet poteſt ſaluari in vna ſingulari,ambæ ſunt veræ. Aliam rationem aſsignat. Ariſ. Nam vt dicit,cõtraria mutuo ſe expellunt:ambæ iſtæ contrariæ non poterũt ſimul eſſe:quod eſt verum:remotiones tamen earum, nihil prohibet ſimul eſſe:ſicut album & nigrum non poſſunt eſſe ſimul: remotiones tamen amborum nihil prohibet eſſe ſimul:falſum enim eſt remotio amborum. In omni materia ſiue naturali ſiue remota:ſeu cõtingenti,ſi vna contradictoriarum eſt vera,reliqua eſt falſa & econuersò. Contradictoriæ enim enunciationes,vel ſunt ſingulares:vt dictum eſt. vel vna eſt vniuerſalis & altera particulis:& hoc habẽt,quia vna remouet aliam. Vnde ſi vna eſt negatiua,altera eſt affirmatiua:& ſi affirmatiua erit vera,dicit eſſe,quod eſt:& hoc eſt verum:vt dicitur. 4. Metaphyſicæ:verum enim eſt eſſe,quod eſt:& non eſſe,quod non eſt. Falſum autem eſt non eſſe,quod eſt:& eſſe,quod non eſt. Negatiua verò ſibi contradictoria:quia dicit non eſſe,quod eſt:erit falſa. Similiter ſi negatiua eſt vera,dicit non eſſe,quod nõ eſt:& affirmatiua tunc dicit eſſe,quod non eſt:quod eſt falſum. Et ſicut inter eſſe & nõ eſſe non eſt mediũ. & vnũ remouet alterũ:quia impoſsibile eſt dici de eodem & verificari ſimul eſſe & non eſſe:ſic etiam contradictoriæ:quia vna ponit de eodem eſſe:& altera de eodem non eſſe: ideò vna ſemper remouet alteram. Et quia in tali eſſe vel non eſſe conſiſtit verum vel falſum:vt dictum eſt,ergo ſine medio ſi vna eſt vera,reliqua eſt falſa:& econuersò. Et ſic patet de veritate & falſitate dictarum propoſitionum de ineſſe,&c.

Quid ſit propoſitio modalis,& de eius quantitate.

CAP. XI.

NVnc reſtat ponere vel dicere de propoſitionibus modalibus. Modus autem:vt hic ſumitur,eſt adiacens rei determinatio, id eſt,determinatio facta per adiectiuum. Eſt autem adiectiuum duplex,ſcilicet nominis vt album & nigrum:& verbi cuiuſmodi ſunt aduerbia:quia enim aduerbium ſtat iuxta verbum & ſemper nititur verbo, ideo dicitur eſſe adiectiuum verbi. Et ſic modus erit duplex,ſcilicet nominalis:vt cum dicitur curſus velox:& aduerbialis: vt cum dicitur currit velociter. Notandum,quòd aduerbia multipliciter poſſunt determinare verba. Quædam determinant ipſum ratione actionis vel paſſionis:quam verbum ſignificat,vt curro velociter:vel ago fortiter:& hoc faciunt aduerbia qualitatiua. Quædam verò ratione temporis:vt,aduerbia temporalia. Alia verò ratione modi:vt aduerbia vocandi & optandi. Quædam verò determinant verbum ratione compoſitionis quam facit in oratione: & iſta ſunt ſex,ſcilicet neceſſariò impoſsibiliter: poſsibiliter contingenter:verò & falsò. Cum enim dicitur. Sortes currit velociter,ſignatur quòd curſus eius ſit velox : ſed cum dicitur, neceſſariò Sortes currit,non ſignificatur,quòd curſus eius ſit neceſſarius: ſed quòd iſta compoſitio,ſcilicet Sortes currit,ſit neceſſaria : & ſic de alijs quinque aduerbijs iam dictis. Sciendum quòd prædicta ſex aduerbia,faciunt veras enunciationes modales: quia poſſunt facere propoſitiones modales aduerbialiter ſumpta.vt cum dicitur. Sortes currit neceſſariò:& nominaliter:vt cum dicitur, ſortem currere eſt neceſſe:& ſic de alijs. Verum eſt autem, quòd duo iſtorum modorum,ſcilicet verò & falsò,non variant enunciationem quantùm ad oppoſitiones,æquipollentias & huiuſmodi : ſed eodem modo ſe habent,ſeu eodem modo ſumuntur in eis:ſicut in cathegoricis de ineſſe:ideò de eis prætermittamus. Sed quia alia quatuor aduerbia,ſcilicet poſsibiliter : impoſsibiliter neceſſariò contingenter, prædictas enunciationes variant, ideò de ipſis dicamus. De his autem ad præſens videbimus quatuor,ſcilicet quantitatem, qualitatem, oppoſitiones : & æquipollentias : quia de conuerſione ipſarum dicetur in tractatu de ſyllogiſmis,vbi etiam dicetur de conuerſione enunciationum de ineſſe. Ad ſciendum autem earum quantitatem. Notandum quòd quædam ſunt propoſitiones modales de dicto: vt Sortem currere eſt neceſſe: in quibus, ſcilicet dictum ſubtiliter : & modus prædicatur : & iſtæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt verè modales: quia modus hîc determinat verbum ratione cõpositionis: vt suprà dictum est. Quædam autem, sunt modales de re: in quibus, videlicet modus interponitur dicto: vt Sortem necesse est currere: non enim modo est sensus, q̃ hoc dictũ sit necessarium: scilicet Sortem currere: sed huius sensus est, quòd in Sorte sit necessitas ad currendum. Et clarius apparet de possibili. Cùm enim dicitur Sortem currere est possibile, sensus est, quòd hoc dictum, scilicet Sortem currere: est possibile. Sed cùm dicitur Sortem possibile est currere, sensus est quòd in Sorte sit possibilitas currẽdi. Sunt autem & aliæ enuntiationes, quæ videntur modales: & non sunt: quando videlicet modus subijcitur: & dictũ prædicatur: vt possibile est Sortẽ currere. Ratio huius est: quia denominatio debet sumi à forma, formale autem in enuntiatione est prædicatum: & ideò à prædicato debet denominari: cùm ergo in enũtiatione prædicatur modus, erit modalis. Cùm verò prædicatur dictum non erit modalis. Sciendum quòd omnes enuntiationes modales de dicto sunt singulares: quantumcúnq; sit in eis signum vniuersale. Vnde hæc omnem hominem currere est possibile, est singularis: & sic de omnibus alijs. Ratio huius est. Nam vt suprà dictum est, enuntiatio dicitur singularis: quia in ea subijcitur singulare: seu terminus singularis: vt Sortes currit. Sed in talibus enuntiationibus subijcitur hoc dictum signatum, scilicet omnem hominem currere: quod totum accipitur pro vno termino signato: omnes ergo tales enuntiationes, sunt singulares. In modalibus verò de re & in his quæ videntur modales: & non sunt, sumitur quantitas secundum quod in dicto sunt termini & signa. Vnde hęc possibile est omnem hominem currere, est vniuersalis, & hæc, possibile est aliquem hominem currere, est particularis: & sic se habet de modalibus de re. Patet ergo de earum quantitate.

De qualitate propositionum modalium, quò ad affirmationem, & negationem.

CAP. XII.

SEquitur de ipsarum qualitate. Vbi nota, q̃ in enunciationibus de inesse, est tria considerare, scilicet subiectũ, prædicatum, & compositionem vtriúsque: quæ ita se habent quodammodò, sicut in naturalibus. In homine enim est considerare corpus & animam, & humanitatem. Corpus est materia: anima est forma, quæ est pars composita: vnde forma est respectu corporis: humanitas verò est forma respectu vtriúsque, scilicet respectu corporis & animæ. Sic in proposito, in enuntiatione subiectum est sicut materia: prædicatũ verò sicut forma: quæ est pars compositi. Vnde est quasi forma respectu subiecti: compositio verò est forma vtriúsque. Vnde in eis affirmatio & negatio sumitur secundum compositionem vel diuisionem: vbi est negatio. Vnde quando in compositione non est negatio, erit enunciatio affirmatiua, si verò in ea est negatio, est enunciatio negatiua. In modalibus autem sicut se habet in illis de inesse prædicatũ, sic se habet modus: quia est vt forma respectu dicti: & ideò si modus componitur cũ dicto affirmatiuè: modalis erit affirmatiua: si verò negatiuè, propositio erit negatiua. Hæc enim Sortem non currere est possibile: est affirmatiua: quia compositio modi cum dicto affirmatur. Hæc autem Sortem currere non est possibile: est negatiua: quia talis compositio negatur. Et hoc clarè apparet in veritate & falsitate earũ. Affirmatio enim de eodem singulari opponitur contradictoriæ negationi: & per consequens si vna est vera, reliqua est falsa: sed ista. Sortem currere est possibile. Sortem non currere est possibile, ambæ sunt veræ: quia Sortes potest currere & potest non currere: & de vtróque dicto verificatur possibilitas: non ergo est vna affirmatiua: & alia negatiua. Sciendum, quòd licet enuntiatio modalis dicatur affirmatiua: & negatiua à modo, affirmato & negato, tamen quælibet potest quadrupliciter variari: quia vel habebit vtrúnque, scilicet dictum & modum affirmatum: vt Sortem currere est possibile. Vel vtrúnque negatum: vt Sortem non currere non est possibile. Vel dictum negatum & modum affirmatum: vt Sortem non currere est possibile. Vel dictum affirmatum: & modum negatum: vt Sortem currere non est possibile. Et sic patet de eius qualitate.

De oppositione & æquipollentia enuntiationum modalium.

CAP. XIII.

NVnc videndum est de earum oppositione. Vbi nota, quòd modales huiusmodi variantur secundum affirmationem & negationem: in dicto & in modo sicut immediatè dictum est: & sic faciunt inter se oppositiones. Sed quia diuersi modi sibi inuicem opponuntur, ideò primò dicendum est de oppositionibus modalium secundum diuersos modos: posteà reducemus vnum modum ad alium per æquipollentias: & sic patebũt omnium oppositiones. Notandum, quòd possibile dupliciter potest sumi vel in toto suo significato: & tunc comprehendit necessarium & contingens: & sic, quod necesse est esse, possibile est esse: & quod contingens est esse, possibile est esse. Alio modo sumitur solum pro contingenti: & sic sumitur in istis oppositionibus. Vnde licet quatuor sint enuntiationes modales, tres tamen earum faciunt diuersitatem in oppositionibus: & æquipollentijs: quia illa de contingenti: & illa de possibili pro eadem sumuntur. De istis ergo tribus modis dicamus: scilicet necesse impossibile possibile. Et licet vt dictum est, quando modus substantialiter & dictum prædicatur, enunciatio non sit modalis, tamen citò reducitur ad modalem: & sic modo enuntiationibus illis vtemur. Sciendum quòd sicut dictum est in enuntiationibus de inesse, hoc signum omnis designat, quòd prædicatum enuntiationis attribuitur subiecto quantùm ad totum illud, quod sub eo continetur: hoc verò signum nullus remouet à subiecto totum quod sub eo continetur. & propter hoc vniuersalis affirmatiua: & vniuersalis negatiua, sunt contrariæ. Sic in istis enuntiationibus modalibus, iste modus necesse, facit significare totam inhærentiam subiecti ad prædicatum: quia quod necessariò ineſt omni tali ineſſe. & ideò tenet eundem locum, scilicet modalis affirmatiua de necessario: & vniuersalis affirmatiua de ineſſe. Et sicut nullus totum remouet, ita etiam impossibile: quia quod impossibiliter ineſt, nulli tali ineſt: & ideò propositio de impossibili tenet locum vniuersalis negatiuæ. Et sicut quidam affirmando non totam inhærentiam ponit, similiter etiam negando non totum, quod sub subiecto continetur remouet: sic iste modus possibile, quia quod, possibiliter ineſt, non ineſt omni: & quòd possibiliter non ineſt, non ineſt nulli. & ideò possibile affirmando tenet locum particularis affirmatiuæ: & possibile negando tenet locum particularis negatiuæ. Secundum ergo prædicta, istæ enũtiationes, Necesse est esse, & impossibile est esse, sunt cõtrariæ. Necesse est esse: & possibile est non esse, sunt contradictoriæ. Impossibile est esse: & possibile est esse, sunt contradictoriæ. Possibile est esse: & possibile est non esse, sunt subcontrariæ. Necesse est esse: & possibile est esse, sunt subalternæ. Impossibile est esse: & possibile est non esse, sunt subalternæ. vt patet in figura sequenti.



His visis, statim patebit de æquipollentijs earum: & de oppositionibus ipsarum: quando variantur per negationes positas in dicto vel in modo. Æquipollentiæ námque modalium, eodem modo fiunt: sicut in enunciationibus de ineſſe, secundum videlicet versum illum. Præ contradic. post contra. præ post que subalter. Negatio enim præposita modo, facit æquipollere suo contradictorio, vnde hic non necesse est esse, æquipollet huic, possibile est non esse. Et hic, non impossibile est esse, æquipollet huic: possibile est esse. Negatio verò post posita, scilicet modo, facit æquipollere suo contrario: vnde hic, necesse est non esse, æquipollet huic: impossibile est esse. Et hæc, impossibile est non esse: æquipollet huic, necesse est esse. Præ post que subalter, idest, negatio præposita & post posita modo facit æquipollere suo subalterno: vnde hic: non necesse est non esse: æquipollet huic: possibile est esse: & similiter hic, non impossibile est non esse, æquipollet huic: possibile est non esse. Ex dictis, potest patere qualiter oppositiones propositionum eiusdem modi variantur per negationes: verbi gratia de enunciationibus de necessario, iste, necesse est esse: & hic: non necesse est esse, sunt contradictoriæ: & iste, scilicet non necesse est nõ esse: & necesse est esse: sunt subalternæ: & sic se habet de singulis alijs enuntiationibus modalium, per hunc versum. Amabimus edentuli: illiace: purpurea: vt satis patet.

De enunciatione hypotetica, & de tribus speciebus eius.

CAP. XIIII.

REstat nunc dicere de enunciationibus hypotheticis seu suppositiuis: quod idem est. Diffinitur autẽ enũtiatio hypotetica sic.

Enunciatio hypothetica est quæ habet duas cathegoricas principales partes sui: vt si homo currit: homo mouetur: patet quòd hic homo currit, est vna enunciatio cathegorica: & illa. homo mouetur est altera. Et dico principales partes, quia termini sunt principales partes propositionis cathegoricæ: non tamen sunt principales partes propositionis hypotheticæ: sed remotè: sicut lapides sunt partes domus remotæ, & in hoc differt enunciatio hypothetica ab enunciatione cathegorica. Nam principales partes cathegoricę sunt termini: principales autẽ partes hypotheticæ sunt duæ cathegoricæ. Alia etiã differẽtia est inter propositiões cathegoricas & hypotheticas. Nam in cathegorica subiectum suscipit nomen prędicati. Cũ enim dicitur homo est animal: homo recipit nomen animalis: cũ homo dicatur esse animal. Non aũt sic in hypotheticis: quia vnũ de altero non prædicatur: sed tantũ aliquid dicitur esse: si alterum fuerit: verbi gratia. Cũ dicitur si peperit: cũ viro concubuit: non est sensus, q̃ parere sit cũ viro cõcubere: sed est sensus, quòd partus esse non potuisset, nisi cũ viro cõcubuisset. Similiter etiam cũ dicimus, si homo est animal est: non est sensus quòd homo sit animal, sed est sensus: q̃ si aliqua res est homo, necesse est quòd aliqua res sit animal. Diuiditur autẽ propositio hypothetica in tres species: quia quædam est conditionalis: quædam disiunctiua: & quædam copulatiua. Cõditionalis est illa in qua cõiunguntur duæ propositiones cathegoricæ per hanc cõiunctionẽ si: vt si homo est animal est, hæc autem conditionalis potest fieri tã ex parte subiecti quã ex parte prædicati. Ex parte subiecti: vt si dicatur: si homo currit animal currit: ex parte verò prædicati: vt si dicatur: si homo currit, homo mouetur. Prima autẽ propositio seu enũciatio cathegorica quę est in his enũciationibus hypotheticis dicitur antecedens. Secunda verò dicitur cõsequens, & propter hoc dicitur cõsequentia. Ad cõditionalẽ autẽ reducuntur rationales, vt Sor. est homo: ergo Sor. est animal. Et omnis causalis: vt quia Sort. est homo: Sor. est animal: & temporalis: vt quãdo Sortes est homo: Sortes est animal: & omnes huiusmodi. Notãdũ, q̃ Harmonius ponit duplicẽ hypothesim: vna est quãdo supponitur aliquod impossibile: ad quod tamen necessariò sequitur aliud impossibile. Verbi gratia. Supposito q̃ quatuor sint tria: quaternarius numerus erit impar. Cõstat enim q̃ hypothesis supponit impossibile: & impossibile subinfert: tñ stante hypothesi necessariò infertur. Ex quo potest intelligi, q̃ conditionalis potest esse vera: & tamẽ ambæ eius partes sunt falsæ. Vnde ista est vera: si homo est asinus: homo est rudibilis: tamẽ vtráq; cathegoricarũ est falsa. Secũdaverò hypothesis est quòd quãdóq; aliquid dicitur esse vel nõ esse siquid fuerit: vel nõ fuerit: vt si homo est animal est: vel si homo est lapis nõ est. Ex dictis potest patere, quòd veritas enunciatiõis hypotheticæ est in cõsequẽtia terminorũ qui sunt in consequẽte: ad terminos qui sunt in antecedẽte: quia enim animal necessariò sequitur ad hominem: certũ est q̃ quicquid fuerit homo: erit animal: & si ad currere sequitur moueri: sequitur ergo quòd quicquid currit mouetur. Si ergo est homo: est animal: & si currit mouetur. Cuicúnque ergo verè vel falsè attribuetur currere: attribuetur & moueri. Vnde ista est vera: si immobile currit immobile mouetur. Et propter hoc dicitur quòd ad veritatem eius requiritur q̃ antecedẽs nõ possit esse verũ sine cõsequẽte: quia tãta est necessitas cõsequentis ad antecedens: quòd sicut se habet antecedẽs, ita se habet cõsequens. Si verò aliter se haberet: scilicet quòd antecedẽs esset verũ & cõsequens falsum: falsa esset cõsequẽtia: quia terminus in cõsequẽte positus nõ necessariã haberet cõnexionẽ cũ termino posito in antecedente: vt hic: si homo est albus: homo est musicus: certũ est quòd hæc falsa est, nõ enim necessariò ad album sequitur musicũ. Et inde est quòd omnis conditionalis vera est necessaria: & omnis falsa est impossibilis: quia vt dictũ est: terminus cõsequentis necessariò sequitur terminũ antecedentis. Qualiter autẽ cõditionalis varietur per affirmationẽ & negationẽ dicetur: cũ de syllogismis hypotheticis agetur. Disiũctiua verò est illa in qua cõiungũt duę enũciatiões cathegoricæ per cõiunctiones speciei disiunctiuè: vt hic: animal aut est sanũ aut est ægrũ. Veritas autẽ prædictæ enunciationis est: quòd si vnũ ponitur alterũ remouetur: & si vnũ remoueatur alterũ sumatur. Vnde videtur quòd tantũ valeat ista: aut est sanũ: aut est ægrũ: quantũ ista cõditionalis. Si nõ est sanũ est ægrũ. Et licet in prędicta materia verũ sit: tamẽ nõ semper in omni materia istę duę sibi æquipollẽt in veritate. Nã cõditionalis ex vna parte negata: & ex altera affirmata saluatur in cõtradictorijs: contrarijs: & disparatis: & erit semper vera. Vera enim est ista: si est albũ nõ est nigrũ: ista tamẽ est falsa: aut est album aut est nigrum: posset enim aliquid esse quod nec albũ esset: nec nigrum, & sic etiã est de disparatis. Differt enim disiunctiua à tali cõditionali. Vnde ad veritatem disiunctiuæ requiritur quòd de tali materia sit: in qua vnũ omnino ponatur: & alterũ remoueatur: vel eõuersò: & propter hoc ad eius veritatẽ requiritur quòd altera eius pars sit vera. Et si vtráq; pars eius erit vera: vel falsa, ipsa enunciatio disiunctiua erit falsa. Copulatiua verò enũciatio est illa in qua cõiunguntur duæ enunciatiões cathegoricæ per cõiunctionẽ copulatiuã: vt Sortes currit: & mouetur. in ista enũciatiõe nulla ponitur cõditio: sed solũ coniunctio enũciationis. Et quia copulatiua cõiunctio semper debet similia copulare: si antecedẽs erit verũ: etiã cõsequẽs necesse est quòd sit verũ, & econuerso. Et sic patet qualiter dictæ enunciationes hypotheticæ se habẽt ad veritatẽ. Nã cõditionalis põt esse vera: vtráq; eius parte existẽte falsa. Disiunctiua est vera vna eius parte existẽte falsa. Copulatiua verò ad hoc quòd sit vera: vtráq; eius pars necessariò debet esse vera: & sic patet de enũciatiõibus hypotheticis. Siquid autẽ hoc de ipsis omissum est, dicetur cũ de syllogismis hypotheticis agetur. &c.

De enuntiatione tractatus fœliciter finit.

INCIPIT EIVSDEM
Doctoris Tractatus de syllogismo simpliciter.

Quid sit syllogismus, & quæ ad ipsum requiruntur constituendum.

CAP. I.

MODO dicendum est de tertia parte, videlicet de his quę pertinẽt ad tertiã operationẽ intellectus. licet enim, vt dictũ est à Philosopho, ponãtur duę operatiões intellectus, scilicet simpliciũ intelligẽtia: & compositio vel diuisio, tamen additur tertia operatio quæ est discursus ab vno composito vel diuiso ad aliud: hoc autẽ sit per argumentationem. Est autem argumentatio: oratio significatiua discursus rationis ab vno cognito ad aliud incognitum: vel à magis incognito ad minus cognitum. Sunt autem argumentationis quatuor species, scilicet syllogismus: enthimema: inductio: & exemplum. Siue hæc diuisio sit generis in suas species: vel analogi in sua analogata nihil ad propositum. Et quia syllogismus perfectior est omnibus alijs: ad quem aliæ species argumentationis reducuntur: sicut imperfectum ad perfectum, ideò de ipso dicendum est. Diffinitur autem syllogimus sic. Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis & concessis necesse est aliud euenire per ea quæ posita sunt & concessa. Oratio hic est genus syllogismi: vt enim in tractatu de enunciatione dictum est: nihil prohibet orationem esse plures, & vnam cuiusmodi est in syllogismo. In hoc autem quòd dicit quibusdam positis tangit propositiones ipsius syllogismi. Per hoc quòd dicit necesse est aliud euenire: tangit conclusionem. Vnde oportet scire quid est propositio. Est autem propositio vt hic sumitur enunciatio, qua posita ad eam aliquid sequitur. Non enim omnis enunciatio est propositio: sed solùm illa quę ponitur in aliqua specie argumentationis, ad quam sequitur conclusio. Verbi gratia. Cùm dicitur omnis homo est animal: omne risibile est homo: ergo omne risibile est animal: ista omnis homo est animal: est propositio: & similiter illa omne risibile est homo, proponuntur enim vt ad eas sequatur illa: omne risibile est animal. Hæc autem omne risibile est animal: licet sit enunciatio: constat enim ex terminis, non tamen est propositio. Est autem terminus in quem resoluitur propositio: vt subiectum & prædicatum. Cùm enim dico homo est animal: homo est terminus qui dicitur subiectum: animal est terminus qui dicitur prędicatum. Sciendum quòd licet propositio ex terminis componatur & in eis resoluatur: non tamen in diffinitione termini ponitur compositio propositionis; sed resolutio huius causa est. Nam logica: vt Boëtius in sua Topica dicit: duas habet partes, scilicet inuentiuam & iudicatiuam. Est autem inuentio excogitatio rerum verarum aut verisimilium: quæ alteram partem contradictionis probabilem reddunt. Probabile autem est quod videtur omnibus aut pluribus aut sapientibus: & his scilicet sapientibus aut omnibus aut pluribus maximè notis. Huic autem parti logicæ deseruiunt duo libri: scilicet Topicorum: & Elenchorum. Iudicium autem vt hic sumitur est recta determinatio rationis: in his quorum est iudicium. Rectè autem determinat ratio quando principiata resoluit in principia. Et ideò scientia quæ est recta determinatio scibilium est per causas: scilicet cùm ratio resoluit causata in causas: & propterea hæc pars logicæ: scilicet iudicatiua dicitur analytica seu resolutoria: quia resoluit principiata in principia. Huic autem parti logicæ deseruiunt duo libri: scilicet priorum & posteriorum. Et quia de materia libri priorum hîc intendimus: ideò hic diffinitur terminus per resolutionem propositionis. Est autem subiectum de quo aliquid dicitur, Prædicatum verò quod de altero dicitur: seu sit dicere mentis vel rationis: seu sit oris vel vocis. Dicitur autem terminus eo quòd sic per ipsum terminatur propositio, quòd non vltrà progreditur. In hoc autem tractatu dicemus de syllogismo simpliciter. Est autem syllogismus simpliciter, in quo non consideratur materia in qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

talis vel talis syllogismus sit,id est nõ cõsideratur vtrum talis materia sit probabilis vel necessaria: sed solùm cõsideratur syllogismus ad suam ordinationem. in omni autem materia existentibus veris vel probabilibus præmissis semper sequitur cõclusio vera vel probabilis. Quòd autẽ talis ordinatio sit bona, probatur per duo principia per se nota. Dico autem principia hic, primas propositiones per se notas. Hæc autem principia sunt dici de omni, & dici de nullo. Est autem dici de omni, quãdo nihil est sumere sub subiecto, de quo non dicatur prædicatum. Dici verò de nullo est, quando nihil est sumere sub subiecto à quo non remoueatur prædicatum. De his autẽ inferius melius dicetur. Sciendũ quod quia syllogismi variantur per diuersas figuras, vt infrà dicetur: ideò aliqui syllogismi non possunt immediatè probari per dicta duo principia. & propterea tales syllogismi indigent vno alio principio, per quod possunt reduci ad dici de omni, vel ad dici de nullo. Hoc autem principium est, quando ex opposito consequentis refertur oppositũ antecedentis primæ conclusionis: tunc prima consequentia fuit bona. Vnde omnes illi syllogismi in quibus non potest rectè saluari dici de omni vel dici de nullo, cum dicto tertio principio reducuntur ad formam, in qua saluatur dici de omni. vel dici de nullo: & hæc reductio vocatur ab aliquibus per impossibile, à philosopho verò per syllogismum conuersiuum. Similiter etiam reducuntur prædicti tales syllogismi ad prædicta duo principia per conuersionẽ propositionum. Sed quia conuersiones non probantur esse bonę, nisi per tertium principium: ideò dicendum est, qui syllogismi reducũtur ad illa duo principia solùm in virtute tertij principij. Qualiter autem fiant conuersiones & per dictum tertium principium probentur, dicamus: & primò in propositionibus de ineſſe. Deinde in propositionibus modalibus.

De conuersione propositionum de ineſſe, & de ſpeciebus eius.

CAP. II.

COnuersio autem propositionũ vt hîc sumitur, est facere de subiecto prædicatũ, & de prædicato subiectũ, ita quod existẽte cõuersa vera, etiã ea in quã cõuertitur, sit vera. Verbi gratia. ista propositio. Omnis hõ est animal. Si cõuertitur in istã Omne animal est homo: bene fit de prædicato subiectũ & de subiecto prædicatum: tñ prima propositio est vera, secunda verò falsa: ideò talis conuersio non est bona. Est autem in propositionibus terminorum distinctorũ, de quibus hîc intendimus, duplex conuersio, scilicet simplex, & per accidens. Dicitur autem conuersio simplex, quando de prædicato fit subiectum & de subiecto prædicatum, manente secunda propositione in eadem qualitate & quãtitate cum prima. Per accidẽs verò dicitur, quando de subiecto fit prædicatum & econuerso: manente eadẽ qualitate propositionis, sed mutata quantitate. Primo modo conuertuntur propositiones, vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua. Secundo modo conuertuntur vniuersalis affirmatiua: & vt aliqui dicunt vniuersalis negatiua: tamen non est necessarium hoc ponere. Si enim ad hanc, nullus homo est lapis: sequitur, nullus lapis est homo: & ista est vera, necessariò sequitur hanc esse veram, quidam lapis non est homo. Vt enim supradictum est, existentibus vniuersalibus veris, semp particulares sunt verę: licet nõ ecõuersõ. Primò probemus conuersionem simpliciter: & primò vniuersaliũ. Et quia vt dictum est in talibus syllogismis, & eorũ propositionibus non curatur in qua materia sint, ideò vtemur terminis transcẽdentibus loco quorum possunt poni termini, quicúnque. Sit ergo propositio conuertenda ista. nullum b. est a. Et semper supponatur quòd pro b. & pro a. sumantur tales termini significatiui qui faciãt propositionem variam: sicut si pro b. sumatur homo, & pro a. lapis. dico ergo quòd prædicta propositio conuertitur in istam: nullũ a. est b. quod probo per dictũ tertium principium sic. quando ex opposito consequentis infertur oppositũ antecedentis, prima consequentia fuit bona, sed sic est in proposito: ergo &c. Cùm ergo dico nullum b. est a. ergo nullum a. est b. facio consequentiam: cuius antecedens est, nullũ b. est a. consequens verò est, nullũ a. est b. modò videamus si ex opposito consequentis infertur oppositũ antecedentis verè. Huic autem propositioni, scilicet nullũ a. est b. quæ est consequens, potest esse duplex oppositũ, scilicet contrariũ & contradictorium: sumamus ergo contradictoriũ eius, scilicet quoddã a. est b. particularis enim affirmatiua & vniuersalis negatiua, sunt contradictoriæ: ad istam autem, scilicet quoddam a. est b. sequitur ista, scilicet quoddam b. est a. vt probabo: sed hæc. quoddam b est a. & illa quæ fuit antecedens, scilicet nullũ b. est a. sunt oppositæ cõtradictoriæ: ergo ex opposito consequentis sequitur oppositũ antecedentis: prima ergo consequentia quã vocamus conuersionem, fuit bona. Nunc oportet probare quomodò ad illam, quoddam a. est b. sequitur illa. quoddam b. est a. hoc autem probatur per syllogismũ expositoriũ. Ponam ergo propositiones primas in terminis significatiuis: & sicut dicimus, quoddam a est b. dicamus, quidam homo est animal: & sicut dicimus, quoddam b. est a. dicamus, quoddã animal est homo. Accipiamus primam, scilicet quidam homo est animal: signetur iste homo, & hoc animal. si enim ista est vera, quidam homo est animal: oportet quòd ipsa sit vera in aliquo homine signato, puta Sorte vel Platone. & si in nullo homine signato erit vera, nullo modo erit vera: signetur ergo illa res in qua animalitas: & humanitas signatur, & vocetur Sortes: modò fiat syllogismus ex positorius sic. Sortes est hic homo: Sortes est hoc animal. ergo hoc animal est hic homo: & per cõsequens, quoddã animal est homo: ergo ad hanc, quidã homo est animal, quæ sumebatur loco huius: quoddam b. est a. sequitur, quoddam a. est b. ergo ad hanc quoddã a. est b. sequitur, quoddam b. est a. & hoc est quod volebamus dicere. Et sic patet de conuersione vniuersalis negatiuæ. Particularis affirmatiua cõuertitur simpliciter: sicut quoddã b. est a. ergo quoddam a est b. & probatur per idem principiũ. Ex opposito ergo consequentis infertur oppositum antecedentis: prima ergo consequentia seu conuersio fuit bona. Potest autẽ probari hæc conuersio per syllogismum expositorium, vt dictũ est. Vniuersalis autem affirmatiua conuertitur per accidens sic. Omne b. est a. quoddam a est b. Et probatur eodem modo. oppositũ enim huius, quoddam a. est b. est hoc. Nullum a. est b. quæ conuertitur in illam. nullum b. est a. hæc autem est contraria primæ quæ erat. Omne b. est a. ex opposito ergo consequentis infertur oppositũ antecedentis: prima ergo consequentia seu conuersio fuit bona. Particularis verò negatiua non conuertitur: quia, ex opposito consequentis, nõ infertur oppositum antecedentis. Verbi gratia. Sit propositio conuertenda ista: quoddam b. non est a. conuertatur ergo: quia vel cõuertetur in vniuersalem negatiuam, vel in particularem negatiuam. In vniuersalẽ negatiuam sic, quoddam b. non est a. ergo nullum a. est b. huius oppositum est. Vel omne a. est b. Vel quoddam a. est b. sed vtraq; istarum propositionũ, scilicet omne a. est b. vel quoddam a. est b. conuertuntur in istam, quoddam b. est a. quæ non est oppositum antecedentis, quod erat: quoddam b. non est a. quia subcontrarietas nõ est oppositio, vt suprà patuit: ergo non valet ista conuersio. Idem etiam sequitur si conuerteretur in particularem, scilicet in illam. quoddam a. non est b. cuius oppositum est: omne a est b. quæ conuertitur in hanc, quoddam b. est a. quæ propriè non est oppositum: vt dictum est. Quòd etiam talis conuersio non valeat, patet: quia non tenet in omni materia, & potest ostendi in terminis significatiuis. Licet enim istud sequatur, quidam lapis non est homo: ergo quidã hõ nõ est lapis: tñ istud nõ sequitur: quoddam animal nõ est homo: ergo quidã hõ non est animal, imò omnis hõ est animal. Fit aũt de prædictis cõuersionibus quidã versus sic. Feci simpliciter cõuertitur. Eua per acci. Per a. enim hic sumitur vniuersalis affirmatiua. per e. vniuersalis negatiua. per i. particularis affirmatiua. per o. particularis negatiua. Construitur autem versus sic. Fe. i. vniuersalis. ci. i. particularis affirmatiua conuertuntur simpliciter. E. i. vniuersalis. va. i. vniuersalis affirmatiua, conuertuntur per accidens. Et sic patet de conuersione propositionum de ineſſe.

De conuerſionibus propoſitionum modalium, & differẽti modo earũ.

CAP. III.

NVnc dicendum est de conuersionibus propositionũ modaliũ. Sciendũ quòd propositiones de necessario & impossibili eodẽ modo conuertuntur, sicut propositiones de ineſſe, & per idẽ principium probantur. Propositiones verò de possibili & contingenti non eodem modo conuertuntur. Sed quia oppositiones non eodẽ modo sumuntur in propositionibus modalibus, sicut in propositionibus de ineſſe: ideò oportet manifestare probationes prædictarum propositionum: & sicut ostẽdimus de propositionibus de necessario, sic erit de propositionibus de impossibili. Sic ergo proposito ista conuertenda: necesse est nullum b. esse a. quæ conuertitur in hanc: necesse est, nullum a. esse b. quia ex opposito secundæ propositionis sequitur oppositum prædecentis, oppositũ enim istius. Necesse est nullum a esse b. est istud: non necesse est, nullum a esse b. sed ista æquipollet huic, possibile est aliquod a. esse b. Nam non necesse non esse, æquipollet huic quod est possibile esse: quia non nullus æquipollet huic quod est aliquis. ergo ista, nõ necesse est nullum a. esse b. æquipollet huic. possibile est aliquod a. esse b. Ad hanc autem sequitur: possibile est aliquod b. esse a. quod potest probari per syllogismum expositoriũ: vt suprà dictum est de particulari affirmatiua: sed ista, possibile est aliquod b. esse a. est cõtradictoria antecedentis: quæ erat, necesse est nullum b. esse a. Ex opposito ergo consequentis infertur oppositũ antecedentis. Prima ergo consequentia seu conuersio fuit bona. Particularis affirmatiua conuertitur eodem modo & probatur per idem principiũ sic. necesse est quoddam b. esse a. ergo necesse est quoddam a. esse b. Cuius oppositum est. non necesse est aliquod a. esse b. quæ æquipollet huic. possibile est nullum a. esse b. quæ conuertitur in istam. possibile est nullum b. esse a. Non enim sumitur hic possibile prout idem est quod contingens: quia non conuertitur, sicut infrà patebit: sed sumitur pro possibile in suo toto significato, vt cõprehẽdit necessariũ & contingens, vt suprà in alio tractatu dictũ est. Hæc autem, possibile est nullum b. esse a. est contradictoria huic, necesse est quoddam b. esse a. quæ erat antecedens. Eodem etiã modo prior conuersio vniuersalis affirmatiuæ per accidens, scilicet per conuersionem per accidens factam. Notandum quòd hęc est differentia inter concreta accidentalia prædicata: & substantialia: seu ipsorum subiecta. Nam ex parte prædicati dicunt formam: ex parte verò subiecti dicunt illud quod habet illam formam. Cùm enim dico Sortes est albus, ly albus dicit solam formam albedinis, sed cùm dico quoddam album est Sortes, ly albũ dicit habens albedinem. In tali ergo materia deficit conuersio modalium affirmatiuarum. Nã hæc est vera, necesse est quoddam album esse corpus: & tamen hæc est falsa. necesse est quoddam corpus esse album: quia hæc est cõtingens. Et sic patet de conuersionibus propositionum de necessario. Eodem modo fiunt illę de impossibili in suo toto significato. Cõuersiones autem propositionum de contingenti & de possibili: vt est idem quod contingens: fiunt in terminis, scilicet vt contingit nullum. b. esse. a. conuertitur in hanc. contingit omne b. esse. a. Vnde istæ conuersiones alio modo & oppositо se habent ad cõuersiones propositionũ de ineſse & modalium dictarum. Nam in illis semper de subiecto fit prædicatum: & econuersõ: & semper in eis seruatur eadem qualitas: licet non semper eadem quantitas. In istis verò quòd fuit subiectum: vel prædicatum: eodem modo remanet: & mutatur qualitas. Ratio horũ est: quia vt dictum est illa, est bona cõuersio: in qua sicut est veritas in propositione conuersa: ita est in illa in quã conuertitur. Si autẽ propositio de contingenti conuerteretur: sic q̃ de subiecto fieret prædicatum & econuersõ: non inueniretur in omni materia vera: sed in aliqua materia esset antecedens verũ & consequens falsum: ergo mala esset conuersio. Verbi gratia, in terminis significatiuis cõtingit nullum hominem esse albũ: hæc est vera: quia cõtingere hoc posset: si conuertatur sic: cõtingit nullũ album esse hominẽ, hęc est falsa. Ponatur ergo modò q̃ Sortes esset albus: quia est albus: nunquàm potuit cõtingere Sortẽ nõ esse hominẽ. Fit autẽ ista conuersio in diuersa qualitate. Nã triplex est contingens. Vel ad vtrũlibet, vt cõtingit hominẽ esse albũ: vel vt in pluribus: vt cõtingit hominẽ habere duos oculos: vel vt in paucioribus: vt cõtingit hominem esse monoculũ. Cõtingens autẽ ad vtrũlibet dicitur: quia quot possunt inesse: tot possunt remoueri: ergo negatiua & affirmatiua sunt simul veræ. Cõtingens autẽ vt in pluribus nõ conuertitur in contingens vt in pluribus: sed in contingens: vt in paucioribus. Vnde illa: contingit nullũ hominẽ esse cæcũ, conuertitur in istã, cõtingit omnem hominẽ esse cæcũ. Prima enim est cõtingens: vt in pluribus, secunda verò vt in paucioribus: eodẽ modo conuertitur cõtingẽs: vt in paucioribus in cõtingens vt in pluribus: & eodẽ modo sumitur eorũ cõuersio: sicut dictũ est de cõtingentibus ad vtrũlibet. Nam si cõtingit in pluribus deficit in paucioribus: & si cõtingit in paucioribus deficit in pluribus: & sic patet de cõuersionibus modaliũ. Notandũ q̃ aliquæ propositiones ponũtur quæ earẽt cõuersione: cùm nihil faciãt ad propositũ: quia nulla earũ posset poni in aliquo syllogismorũ qui reducendi sunt: ita videlicet quòd illæ indigeant cõuersione: & sic de dictis tractare est superfluum.

De ſyllogiſmis oſtenſiuis de ineſſe quo ad modum & figuram.

CAP IIII.

HIs habitis: modò dicẽdũ est de syllogismis: & primò de syllogismis de ineſſe. Secundò de modalibus. Tertiò de hypotheticis. Syllogismorũ autẽ de ineſſe quidã sunt ostensiui, quidã verò ad impossibile: vnde primò dicendum est de syllogismis ostensiuis. Sciẽdũ quod omnis syllogismus ostensiuus cõstat ex tribus orationibus: quarũ duæ vocantur propositiones seu præmissæ: vltima verò dicitur cõclusio. Verbi gratia. Omne animal est substãtia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substãtia. Iste duę scilicet omne animal est substãtia: & omnis homo est animal: sunt duę propositones: quarũ prima scilicet omne animal est substãtia: dicitur maior: secunda verò dicitur minor seu assumpta: tertia verò oratio, scilicet omnis homo est substãtia: dicitur cõclusio. Et licet prædictæ tres orationes sint perfectæ cõstãtes ex subiecto & prædicato: nõ tamẽ habẽt niſi tres terminos quæ sunt: homo animal & substantia. Et causa est: quia omnes isti termini sumũtur bis: vnde terminus bis sumptus in præmissis dicitur mediũ. Terminus in maiori propositione sumptus cũ medio: dicitur maior extremitas. Terminus verò sumptus in minori propositiõe cũ medio: dicitur minor extremitas. In cõclusione verò iterũ sumitur maior extremitas cũ minori: ita scilicet quòd si cõclusio est directa: maior extremitas prædicatur de minori. Si verò indirecta fit econuersõ. Vnde mediũ nunquã ponitur in cõclusione. Ad sciendũ autẽ causas dictorũ nominum: sciendum q̃ homo est rationalis, dicitur autẽ rationalis & non intellectualis: quia intellectus apprehendit quicquid apprehẽdit sine discursu: ratio verò licet nõ sit alia potẽtia quã intellectus: tamẽ dicitur ratio: quia quicquid apprehẽdit: apprehẽdit cũ discursu: nõ ergo venit ad perfectã apprehensionẽ alicuius rei: niſi discurrat à magis noto ad minus notũ. Verbi gratia ad cognoscendũ perfectè quid sit homo, primò intelligimus q̃ sit ens: deinde q̃ sit substantia: deinde quòd sit corpus: deinde quòd sit animatũ corpus: deinde animal: deinde rationalis: & sic veniemus in cognitionẽ hominis discurrẽdo. Siue autẽ talis discursus fiat sine cõplexiõe: scilicet intelligẽdo ens substãtiã corpus: non ponẽdo ibi est: vt scilicet nõ dicamus hoc est homo: vel fiat cũ cõplexione nihil ad propositũ: sufficit, quòd discurrendo intelligimus: & talis discursus est à magis noto nobis ad minus notũ. Magis autẽ nota nobis sunt, magis vniuersalia: vt primo Physicorũ dicitur: quia sunt magis cõfusa, discursus ergo noster in nostra cognitione est à magis vniuersalibus ad minus vniuersalia. Vnde magis & prius cognoscimus ens quã substantiã: & substãtiã quã corpus, & corpus quã animatum corpus: & animatũ corpus quàm animal: & animal quã hominẽ. De tali autẽ discursu est syllogismus qui nihil aliud est est quã oratio seu cõgregatio orationum: vt Boëtius dicit in qua est talis discursus. Et licet in tali discursu multa possint esse media: & multæ præmissæ ad vnã cũclusionẽ. Verbi gratia: omnis substantia est ens: omnis homo est substãtia: quæ est corpus, quod est animal: ergo omnis homo est ens. tamen quia mediũ semper duarũ extremitatũ est mediũ, in tali discursu multos cõprehẽdimus syllogismos. Vnus ergo est syllogismus vnius mediį: & duarũ extremitatũ: Et quia in prędicto discursu terminorũ primus qui vniuersalior est: & per cõsequẽs magis notus: primo intellectui occurrit: dicitur maior extremitas: extremitas enim dicitur: quia primo occurrit intellectui: & maior: quia vniuersalior: & magis nota. Secundus autem terminus qui intellectui occurrit est qui nõ est ita vniuersalis: tamẽ secundũ locũ tenet post primũ in vniuersalitate: vt est corpus post substantiã: huic autẽ secũdo termino iam scimus inesse primũ terminũ: & hæc dicitur maior propositio: quia prior cognitiõe: sed quia nõdũ scimus secundũ inesse alicui minus vniuersali termino: discurrit adhuc ratio & cognoscit corpus inesse animali: vbi sistit, & hæc est minor propositio: & statim cognoscit substantiã inesse animali: & hæc est cõclusio. Certè in istis terminis me diũ fuit corpus, & ipsum fuit causa quòd nos sciremus substantiam inesse animali: vltimus autẽ terminus in prædicto discursu fuit animal: vbi stetit ratio: & propter hoc dicitur minor extremitas. Extremitas enim dicitur: quia ibi stetit discursus rationis: minor verò dicitur: quia minus vniuersalis: & per cõsequẽs minus nota nobis: habemus ergo causas dictorũ nominũ: & rationes terminorũ: & præmissarũ: & cõclusiõis. Ex dictis põt patere, quod dicit Philosophus primo posteriorũ, quòd maior propositio est prius nota cõclusiõe natura & tẽpore. Natura quia terminus eius sunt magis vniuersales: vt dictum est. Tẽpore verò: quia in discursu rationis prius sciui substãtiã inesse corpori: quã inesse animali. Minor verò propositio est prius nota natura: non tamẽ tẽpore. Natura quia causa prior est causato: propositiones autẽ sunt causa cõclusionis: & quia etiã iste fuit prior discursus rationis: de medio, scilicet ad minorẽ extremitatẽ. Nõ tamẽ est prius nota tẽpore, qui enim sciebãt substantiã inesse corpori: in eodem instãti in quo sciui corpus inesse animali sciui substantiã inesse animali: & sic patet de partibus syllogismi: & nominibus earũ. Habẽt autẽ syllogismi figuras & modos. Dicitur autẽ hîc figura ordo triũ terminorũ secundũ subiectionẽ & prædicationẽ. Sicut enim termini linearum in mathematicis aliter & aliter situati varjãt species figurarũ: nã tria puncta quæ faciũt triangulũ: si inter se æqualiter distabũt: erit species triãguli, quæ dicitur æqualaterus siue hysopleuros. Si verò duo æqualiter distabunt à tertio quorũ distãtia inter se est minor vel maior distãtia eorũ ad tertium est species triãguli: quæ dicitur hysocheles, Si verò omnes distantiæ punctorũ, sint inequales, est species trianguli quæ dicitur gradatus siue scalenõ. Sic secundũ diuersitatẽ istorũ triũ terminorũ in: subiungẽdo & prædicãdo fiunt tres figuræ syllogismorũ: licet alio modo quã in figuris superficialibus iã dictis. Si enim mediũ in vna, propositione subijcitur: & in altera prædicatur: dicitur esse prima figura. Et meritò: quia tũc mediũ verè est mediũ: quia sapit naturã vtriusq; extremi, scilicet subiecti & prædicati, prędicatur enim & subijcitur, vt dictũ est. Si verò mediũ in vtráq; propositiõe prædicatur dicitur esse secunda figura: quia licet mediũ nõ sit verè mediũ sapiẽs naturã subiectionis & prædicationis: tamen quia dignius est prædicari quã subijci: ideò hæc figura secundũ locũ tenet. Si verò medium in vtráq; propositiõe subijcitur, dicitur tertia figura & vltima: quia in ea mediũ nõ stat in medio: sicut in prima: & subijcitur semper quod est indignus. Plures figurę nõ possunt esse: quia tres termini in duabus propositiõibus nõ possunt pluries variari: vnde versus, Sub prę prima bis præ secunda tertia sub bis. Qui sic cõstruitur: prima .i. in prima figura medium sub .i. subijcitur: & præ. i. prædicatur. Secunda. i. in secunda figura medium prę i. prædicatur bis. i. in vtráque præmissarum. Tertia. i. in tertia figura medium sub i. subijcitur: bis, i. in vtráque præmissarum. Modus verò vt hîc sumitur est ordinatio duarum propositionum in certa qualitate: & quantitate: & dicitur modus: quia est quædam accidentalis determinatio ipsarum propositionum syllogismi. &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De syllogismis inutilibus in omni figura.
CAP. V.

REstat nunc dicere de ipsis syllogismis. Vbi nota quòd vt supradictũ est, in hoc opere tractatur de syllogismo simpliciter, scilicet de forma ipsius syllogismi, inquantũ syllogismus est non applicando ad aliquã materiam: & ideò illa erit vera forma syllogismi, quæ applicata cuicũque materiæ semper si præmissæ erunt veræ, sequetur ex eis conclusio vera. Si verò syllogismus in aliqua materia existentibus præmissis veris, sequitur conclusio falsa, licet in aliqua alia materia sequatur conclusio vera: talis nõ erit verus syllogismus, sed dicitur inutilis cõiugatio. Harũ autẽ inutilũ cõiugationũ quædã possunt fieri in omnibus figuris, quædã verò in duabus vel solũ in vna figura. Quæ sunt in omnibus figuris, sunt quatuor: prima cũ si ambæ præmissæ sint negatiuæ. Secũda, si ambæ præmissæ sunt particulares. Tertia, si ambæ sunt indefinitæ. Quarta, si ambę sunt singulares. Tales enim syllogismi siue cõiugatiões in quacũq; figura fiant, in aliqua materia possunt cõcludere verũ: & in alia falsum: & ꝓpter hoc dicũtur inutiles. verbi gratia. de ambabus negatiuis in prima figura aliquãdo concluditur verũ sic. Nullus homo est lapis, nullus asinus est hõ: ergo nullus asinus est lapis. Aliquãdo cõcluditur, falsum sic, nullus homo est lapis: nulla margarita est homo: ergo nulla margarita est lapis: falsa est conclusio: quia omnis margarita est lapis. Et sic potest fieri in secũda & tertia figura. De hac & de tribus dictis inutilibus cõiugationibus datur vna regula generalis. scilicet. In omnibus figuris ex puris negatiuis particularibus indefinitis & singularibus nihil sequitur. Inutiles verò conjugationes, quæ aliquãdo nõ sunt in omnibus figuris: sed in aliquibus sunt duæ. Vna est quæ conuenit primæ & tertiæ figuræ, scilicet quãdo minor propositio est negatiua. Secũda verò cõuenit primæ & secũdæ figuræ, scilicet quãdo maior propositio est particularis: & de eis dãtur regulæ generales scilicet. In prima & tertia figura minori existẽte negatiua, nihil sequitur. Notandũ ꝙ in prima figura hic debet intelligi de syllogismis directè concludẽtibus. Nã sunt in ea duo modi syllogismorũ in directè concludentibus, in quibus minor est negatiua: nec cũ sunt inutiles cõiugationes. Secũda regula. In prima & tecũda figura maiori existẽte particulari, nihil sequitur. Et similiter in prima intelligiẽ de cõcludẽtibus directè. Dãtur aũt aliæ duæ regulæ generales, quarũ prima est. Si altera præmissarũ est negatiua, etiã cõclusio est negatiua. Secũda est, si altera præmissarũ fuerit particularis, cõclusio erit particularis. Causa est: vt enim dictũ est, maior extremitas inest minori in cõclusione in virtute medij, inquantũ scilicet inest medio in maiori propositione: & medium inest minori extremitati in minori propositione: siue alio modo sumatur inhærentia dictorũ terminorũ sicut sit in alijs figuris, eo modo quo mediũ inerit alicui extremitati, vel ecõuerso, vna extremitas inerit alteri. Sed si aliqua præmissarũ fuerit particularis, debet mediũ inesse extremitati, vel extremitas in medio particulariter: ergo cõclusio quæ dicit extremitatẽ inesse extremitati, erit particularis. Et hoc in syllogismis affirmatiuis sufficit quãtũ ad secũdã regulã. In syllegismis autẽ negatiuis eodẽ mõ virtute medij cõcloditur. Si enim mediũ vni extremitati inest: & ecõuerso ab altera remouctur, necesse est extremitatẽ ab extremitate remoueri: & sic erit conclusio negatiua: & hoc quantũ ad primã regulã. In eisdẽ etiã syllogismis, si mediũ particulariter inerit vel ecõuerso: vel particulariter remoueatur ab aliqua extremitate vel ecõuerso, necessariò sequitur extremitatem ab extremitate particulariter remoueri: & sic conclusio erit particularis negatiua. Veræ itaque sunt regulę prædictæ &c.

De syllogismis primæ figuræ directè concludentibus & de syllogismis secundæ figuræ. CAP. VI.

NVnc dicendum est de syllogismis vtilibus. Et primò de his qui sunt in prima figura, hi autem sunt quatuor. Primus est quãdo maior & minor propositiones sunt vniuersales affirmatiuæ: & sequitur cõclusio vniuersalis affirmatiua: sic ponẽdo in terminis trãscendẽtibus. Omne b. est a. omne c. est b. ergo omne c. est a. probatur aũt syllogismus per hoc principiũ, quod est dici de omni: vt dictum est. Dici de omni est, quando nihil est sumere sub subiecto, de quo nõ dicatur prædicatũ. Sic eñ in proposito est: ergo &c. Ponamus ergo in terminis significatiuis. & sit b. animal a. verò substantia. c. aũt sit homo: fiat ergo syllogismus sic. Omne animal est substantia: omnis hõ est animal: ergo omnis homo est substãtia: certũ est quòd si ista est vera, omne animal est substãtia: nihil erit sumere sub animali de quo nõ dicatur substãtia: si ergo omnis homo est animal: tũc omnis homo est sub animali. debet ergo sumi, sicut substantia prædicatur de animali: ita prædicabitur de homine. Secundus modus est, quãdo ex maiori vniuersali negatiua & ex minori vniuersali affirmatiua, concluditur vniuersalis negatiua sic: nullum b. est a. omne c. est b. ergo nullũ c. est a. & probatur per alterũ principium, quod est dici de nullo. In terminis autẽ significatiuis ostẽditur sic. Sit b. animal a. verò lapis. c. autẽ sit homo. si eñ nullum animal est lapis: nihil erit sumere sub animali, à quo non remoueatur lapis. Sicut eñ omnis quod est signũ vniuersale affirmatiuũ, est distributiuũ & distributũ affirmatiuè pro singulis cõtẽtis sub eo cui iũgitur: ita ẽt nullus ꝓ singulis ralibus distributũ negatiuè. Tertius modus est, qñ ex maiori vniuersali affirmatiua & ex minori particulari affirmatiua cõcluditur particularis affirmatiua sic. oẽ b. est a. quoddã c. est b. ergo quoddã c. est a. & ꝓbatur ꝓ dici de omni. Quartus modus est, qñ ex maiori vniuersali negatiua, & minori particulari affirmatiua concludit particularis negatiua sic: nullũ b. est a. omne c. est b. ergo quoddã c. nõ est a. Et ꝓbatur per dici de nullo. Sciẽdũ ꝙ licet isti duo vltimi syllogismi probari possint per dici de omni, & per dici de nullo, vt dictũ est: tamen philosophus primo priorũ reducit eos ad duos modos primos in quibus verius saluatur dici de omni & dici de nullo, propter vniuersalitatẽ minoris propositionis eorũ, & hoc faciemus in fine omniũ. Secũda figura quatuor habet modos. Primus cõstat ex maiori vniuersali negatiua, & minori vniuersali affirmatiua. ex quibus sequitur cõclusio vniuersalis negatiua sic: nullũ b. est a. omne c. est a. ergo nullũ c. est b. In isto enim syllogismo non põt ostẽdi dici de nullo: quia sub b. cui iungitur signũ vniuersale. s. nullũ, nihil sumitur à quo possit remoueri subiectum. & ideò ad hoc ꝙ probetur per dici de nullo reducatur ad secundũ modũ primæ figuræ, hoc autẽ dupliciter põt fieri. Vel per conuersionẽ maioris simpliciter: vt dicatur sic. nullũ a. est b. omne c. est a. ergo nullũ c. est b. Et probatur etiã per tertiũ principiũ supradictũ quod erat, quãdo ex opposito cõsequẽtis infertur oppositũ antecedentis, prima cõsequentia est bona. Sciẽdũ ꝙ omnis syllogismus est quædã consequẽtia, in qua antecedens sunt ambæ præmissæ: consequẽs verò est cõclusio: vnde si ex opposito cõclusionis cũ altera præmissarũ infertur oppositũ alterius præmissæ in ordinatione in qua saluatur dici de omni vel dici de nullo, prima consequẽtia seu syllogismus erit bonus. Sic enim in proposito. Consequẽs enim siue cõclusio est, nullũ c. est b. quæ duo habet opposita, scilicet contrarium & cõtradictio: sumatur eius contrariũ. s. Omne c. est b. sumatur mõ maior prædicti syllogismi. s. Nullũ b. est a. & opposita cõtraria conclusionis fiat minor & dicatur sic. Nullũ b. est a. omne c. est b. ergo nullũ c. est a. iste syllogismus est in secũdo modo primæ figuræ: & ex opposito cõsequẽtis seu cõclusiõis infertur illa. nullũ c. est a. quæ est oppositia vnius præmissæ. s. minoris: quia est cõtraria minori primi syllogismi: quæ erat. omne c. est a. ergo ex opposito cõsequentis cũ vna præmissarũ infertur oppositũ alterius præmissæ: prima ergo cõsequẽtia seu syllogismus fuit bonus. Secundus modus constat ex maiori vniuersali affirmatiua & minori vniuersali negatiua. ex quibus sequitur cõclusio vniuersalis negatiua sic. Omne b. est a. nullũ c. est a. ergo nullũ c. est b. iste syllogismus reducitur ad secundũ modũ primæ figuræ: per cõuersionẽ minoris simpliciter & per trãspositionẽ præmissarũ, vt. s. ista quæ erat maior fiat minor sic: nullum a. est c. omne b. est a. ergo nullũ b. est c. maior istius syllogismi fuit illa in qua conuersa fuit minor primi syllogismi, quæ erat, nullũ c. est a. Per tertiũ verò principiũ seu per syllogismũ cõuersiuũ reducitur ad secundũ modũ primæ figuræ sic: sumatur propositio contraria cõclusioni q̃ est. omne c. est b. & fiat minor sic. Omne b. est a. omne c. est b. ergo omne c. est a. Hęc aũt q̃ concludit in isto secundo syllogismo. s. omne c. est a. est cõtraria huic nullũ c. est a. q̃ erat minor ex oppositio, ergo cõsequẽtis. Tertius modus est, qñ ex maiori vniuersali negatiua, & minori particulari affirmatiua cõcludit particularis negatiua. sic. nullũ b. est a. quoddã c. est a. ergo qdã c. non est b. Hic reducit aḋ quartũ modũ primæ figuræ ꝓ cõuersionẽ maioris simpliciter. nullũ a. est b. quoddã c. est a. ergo quoddã c. nõ est b. Reducitur aũt per syllogismũ cõuersiuũ ad secũdũ modũ primæ figuræ. Oppositũ cñ cõclusiõis qđ est, quoddã c. nõ est b. est istud omne c. est b. & fiat minor sic: nullũ b. est a. omne c. est b. ergo nullũ omne c. est a. q̃ est oppositia minoris syllogismi primi q̃ erat. quoddã c. est a. Quartus modus est, qñ ex maiori vniuersali affirmatiua, & ex minori particulari negatiua concluditur particularis negatiua sic. oẽ b. est a. quoddã c. nõ est a. ergo quoddã c. nõ est b. Iste syllogismus põt reduci per cõuersionẽ ꝓmissarũ: maior cñ q̃ est vniuersalis affirmatiua: & minor est particularis. Ex pluribus aũt particularibus, vt dictum est, nihil sequitur, reducitur ergo per syllogismũ ꝙ aliquãdo vocatur per impositibile, sicut reducti fuerunt cæteri tres syllogismi supradicti: & reducitur ad primũ modum primæ figuræ. Oppositũ cñ cõclusionis, quæ erat. quoddã c. nõ est b. est istud. omne c. est b. quod fiat minor sic. Omne b. est a. omne c. est b. ergo omne c. est a. hæc autẽ est opposita minoris quæ erat. quoddam c. nõ est a. Et sic patet de syllogismo primæ & secundæ figuræ.

De syllogismis tertiæ figuræ. Et de reductione omnium syllogismorũ ad duos primos modos primæ figuræ. CAP. VII.

TErtia verò figura sex habet modos. Primus constat ex maiori vniuersali affirmatiua, & ex minori vniuersali affirmatiua, ad quas sequitur conclusio particularis affirmatiua sic. Omne b. est a. omne

a. omne b. est c. ergo quoddam c. est a. Iste syllogismus per conuersionẽ minoris per accidẽs reducitur ad tertiũ modũ primę figuræ sic. Omne. b. est. a. quoddã c. est. b. ergo quoddã c. est a. Per syllogismũ verò cõuersiuũ reducitur ad secundũ modũ primæ figuræ. Sumatur enim oppositũ cõclusionis quod est. Nullũ c. est a. & fiat maior sic. Nullũ c. est a. omne b. est c. ergo nullũ b. est a. hæc autẽ est cõtraria maioris primi syllogismi quæ erat. omne. b. est a. Sciẽdũ ꝙ in reductione per syllogismũ cõuersiuum hæc differẽtia est inter syllogismos secundę & tertiæ figuræ. Nã in syllogismis secundę figurę ex opposito cõclusionis fit minor propositio: & infertur oppositũ minoris propositionis: in syllogismis verò tertiæ figuræ ex opposito cõclusionis fit maior propositio: & infertur oppositum maioris propositionis. Secundus modus cõstat est maiori vniuersali negatiua & ex minori vniuersali affirmatiua: ad quas sequitur conclusio particularis negatiua sic. Nullũ. b. est a. omne b. est c. ergo quoddã. c. nõ est a. hic per cõuersionẽ minoris per accidẽs reducitur ad quartũ modũ primæ figuræ sic. Nullũ b. est a. quoddã c. est. b. ergo qđã c. nõ est. a. Sed per syllogismũ cõuersiuũ reducitur ad primũ modũ primę figurę si accipiatur oppositũ cõclusionis & fiat maior sic. Omne. c. est. a. omne. b. est. c. ergo omne. b. est. a. hæc cõclusio est cõtraria maiori primi syllogismi. Tertius modus constat ex maiori particulari affirmatiua & minori vniuersali affirmatiua: ex quibus sequitur cõclusio particularis affirmatiua sic. Quoddã. b. est. a. omne. b. est. c. ergo quoddã. c. est. a. hæc per cõuersionẽ reducitur ad tertiũ modũ primæ figuræ cõuertẽdo maiorẽ simpliciter: & trãsponẽdo propositiones sic. Omne. b. est. c. quoddã. a. est. b. ergo quoddã. a. est. c. per syllogismũ verò cõuersiuũ reducitur ad secundũ modum primæ figuræ sic. Nullũ. c. est. a. omne b. est. c. ergo nullũ. b. est. a. hęc cõclusio est cõtradictoria maioris: quæ erat. quoddã. b. est a. Quartus modus cõstat ex maiori vniuersali affirmatiua: & minori particulari affirmatiua cõcludẽtibus particularẽ affirmatiuã sic. Omne. b. est. a. quoddã. b. est. c. ergo quoddã. c. est. a. Per syllogismũ verò cõuersiuũ reducitur ad quartũ primæ sic. Nullũ. c. est. a. quoddã b. est. c. ergo quoddã b. nõ est. a. hæc cõclusio est cõtradictoria maioris primi syllogismi: quæ erat. Omne. b. est. a. Quintus modus cõstat ex maiori particulari negatiua: & minori vniuersali affirmatiua cõcludẽtibus particularẽ negatiuã sic. Quoddã. b. nõ est. a. oẽ. b. est. c. ergo quoddã. c. nõ est. a. hæc nõ põt reduci per cõuersionẽ: quia maior eius nõ põt cõuerti cũ sit particularis negatiua: minor verò conuertitur in particularẽ. Ex puris autẽ particularibus nihil sequitur. Per syllogismũ verò cõuersiuũ reducitur ad primum primæ sic. Omne. c. est. a. omne. b. est. c. ergo oẽ. b. est. a. & hęc est contradictio maioris primi syllogismi quæ erat. quoddam. b. non est. a. Sextus modus cõstat ex maiori vniuersali negatiua & minori particulari affirmatiua cõcludẽtibus particularẽ negatiuã sic. Nullũ. b. est. a. quoddã. b. est. c. ergo quoddam. c. non est. a. hæc per cõuersionẽ minoris reducitur ad quartũ primæ sic. Nullũ. b. est. a. quoddã. c. est. b. ergo quoddã. c. nõ est. a. Per syllogismũ verò cõuersiuũ reducitur ad tertiũ primæ sic. Omne. c. est. a. quoddã. b. est. c. ergo quoddã. b. est. a. quæ est contradictoria maioris primi syllogismi quæ erat. Nullũ. b. est. a. Et sic patet de syllogismis directè cõcludẽtibus in omnibus figuris: & de eorũ probationibus. Philosophus autẽ reduxit omnes syllogismos ad duos vniuersales primæ figurę. Vnde tertiũ modũ primæ figurę reduxit per syllogismũ cõuersiuum ad secundũ modũ secũdæ figuræ: & quartũ modũ eiusdẽ primæ figurę reduxit per syllogismũ cõuersiuum ad primũ secundæ: illi autẽ reducuntur ad duos modos vniuersales primę figuræ: vt dictũ est. Omnes ergo reducũtur ad duos modos vniuersales primæ figuræ: in quibus saluatur perfectè dici de omni: & dici de nullo. Quod autẽ reducãtur prædicti duo modi primæ figuræ ad vniuersales secundæ: puta tertio primæ figurę: patet sic. Omne. b. est. a. quoddã. c. est. b. ergo quoddã. c. est. a. Oppositum conclusionis est. Nullum. c. est. a. quæ fiat minor, & fiat syllogismus in secundo secundæ figuræ sic. Omne. b. est. a. nullum. c. est. a. ergo nullum. c. est. b. quæ est oppositia minoris: quæ erat. quoddam. c. est. b. Quartus verò reducitur ad primum. Est enim quartus modus sic. Nullum. b. est. a. quoddam. c. est. b. ergo quoddam. c. non est. a. Oppositum conclusionis est. Omne. c. est. a. quę fiat minor, & fiat syllogismus in primo secundæ figuræ sic. Nullum. b. est. a. omne. c. est. a. ergo nullum. c. est. b. Patet ergo qualiter omnes syllogismi reducantur ad duos modos vniuersales primæ figuræ.

De syllogismis indirectè concludentibus: & de reductione ipsorum.
CAP. VIII.

REstat nunc dicere de syllogismis indirectè concludentibus. Est autem indirectè concludere minorem extremitatem prædicari de maiori in conclusione. Tales autem syllogismi sunt numero. 10. quinque enim sunt in prima figura: duo in secũda figura: & tres in tertia figura. Sciendum quòd omnis syllogismus concludens aliquã conclusionem quæ conuerti potest: etiã potest concludere illã in quã conuertitur. Cùm ergo omnes conclusiones dictorum syllogismorum possunt conuerti: exceptis particularibus negatiuis, omnes tales syllogismi poterunt concludere indirectè. Tales autem in prima figura sunt tres, scilicet primus modus: secundus: & tertius. In secunda sunt duo, scilicet primus & secundus. In tertia sunt tres, scilicet primus: & tertius: & quartus. Adducantur autẽ in prima figura duo modi. quæ sunt cõtra duo principia siue regulas datas in prima figura. Nã ambo habent minorẽ negatiuã: quod est cõtra illã regulã. In prima figura minori existente negatiua nihil sequitur. Et alter eorũ habet maiorẽ particularẽ cõtra alhã regulã. Doctores autẽ moderni: scilicet Boẽtius prætermisis quinq;, scilicet secundæ & tertiæ figuræ: de solis quinq; primæ figuræ fecerunt mentionẽ. Quorum primus cõstat ex maiori vniuersali affirmatiua, & minori vniuersali affirmatiua cõcludentibus indirectè particularẽ affirmatiuã. sic. Omne. b. est. a. omne. c. est. b. ergo quoddã. a. est. c. Reducitur autẽ ad primũ primæ, si cõclusio particularis cõuertatur in vniuersalẽ. Secũdus cõstat ex maiori vniuersali negatiua & minor vniuersali affirmatiua cõcludentibus indirectè vniuersalẽ negatiuã sic. Nullũ. b. est. a. omne. c. est. b. ergo nullum. a. est. c. Reducitur ad secundũ primæ cõuersa cõclusiõe simpliciter. Tertius modus constat ex maiori vniuersali affirmatiua: & minori particulari affirmatiua concludentibus indirectè particularẽ affirmatiua sic. Omne. b. est. a. quoddã. c. est. b. ergo quoddã. a. est. c. Reducitur ad tertium primæ cõuersa conclusione simpliciter. Quartus modus constat ex maiori vniuersali affirmatiua: & minori vniuersali negatiua: concludẽtibus indirectè particularem negatiuam sic. Omne. b. est. a. nullum. c. est. b. ergo quoddam. a. non est c. Et reducitur ad quartum primę conuersa maiori per accidens: & minori simpliciter: & transpositis propositiõibus: vt de minori fiat maior: & de maiori minor sic. Nullum. b. est. c. quoddam. a. est. b. ergo quoddã. a. nõ est. c. Quintus modus constat ex maiori particulari affirmatiua & minori vniuersali negatiua concludentibus indirectè particularẽ negatiuã sic. Quoddã. b. est. a. nullum. c. est. b. ergo quoddam. a. non est. c. Et reducitur ad quartum primæ per conuersionem simpliciter vtriusq; propositionis: & transpositis vtrisq; sic. Nullum. b. est. c. quoddam. a. est. b. ergo quoddam. a. non est. c. Et sic patet de syllogismis indirectè cõcludentibus. Sciendum autem quòd ad memoriter tenendum prędictos syllogismos inuenti sunt quidam versus, qui taliter designãtur. Barbara Celarẽt. Darij Ferio. Baralipto. Celantes. Dabitis. Fapesmo. Frisesomorũ. Cæsare. Camestres. Festino. Baroco. Darapti. Felaptõ. Disamis. Datisi. Brocardo. Ferison. Quorũ intellectus talis est. In his versibus sunt. xix. dictiones quæ secundum ordinẽ suũ deseruiunt. xix. modis syllogismorum, scilicet nouem modis primæ figuræ: quatuor concludentibus directè. & quinq; indirectè: & quatuor secundæ figuræ, & sex tertiæ figuræ. Omnes autem hæ dictiones sunt trisyllabæ: quarum prima syllaba deseruit maiori propositioni, secunda minori: tertia conclusioni. Et si in aliqua dictiõe inueniuntur plures syllabæ: non sunt necessariæ, sed ponuntur causa metri. In prædictis autem syllogismis sunt quatuor vocales, scilicet, a. e. i. o. quæ sic significant. a. significat vniuersalẽ affirmatiua. E. vniuersalẽ negatiuã. I. particularẽ affirmatiuã. O. particularem negatiuã. Vnde barbara qui deseruit primo modo primæ figuræ, in omnibus syllabis habet. a. quia omnes eius propositiones sunt vniuersales affirmatiuæ. Omnes prædictæ dictiões incipiũt ab his quatuor consonantibus: s. b. c. d. f. primæ autem quatuor dictiones quæ deseruiunt quatuor modis primæ figuræ, directè concludentibus à prædictis quatuor consonantibus incipiunt. Vnde si quæ aliæ dictiones incipiunt à quacũq; harum consonantium significat, ꝙ tales syllogismi sunt reducendi ad illum modum primæ figuræ: cui deseruit dictio incipiens ab illa consonante. Verbi gratia. Cælare quæ deseruit primo modo secundæ figurę incipit ab ista consonante. C. & significat ꝙ talis modus per conuersionem maioris reducitur ad secundum modum primæ figuræ: cui deseruit dictio incipiens. a. c. s. celarent, & sic de singulis. In prædictis etiam syllogismis aliquando inuenitur ista litera. s. post vocalem: & significat quòd illa propositio vel conclusio: cui deseruit syllaba debet cõuerti simpliciter. Aliquando verò inuenitur. P. & significat quòd illa propositio vel cõclusio cui deseruit syllaba debet conuerti per accidens. Aliquando verò inuenitur. m. & significat, quòd præmissæ illius syllogismi debent transponi: vt de maiori fiat minor, & ecõuerso. aliquãdo inuenitut. C. & significat quòd iste syllogismus non potest reduci per conuersionem, sed solùm per syllogismum conuersiuum: & hoc solùm accidit in duobus syllogismis: scilicet baroco & brocardo: vt dictum est. Sciendum, quòd prædictæ regulæ præterquàm regula de litera. C. intelliguntur solùm de reductione syllogismorum facta per conuersionem: & non de ea quæ facta est per syllogismũ conuersiuum. Et sic patet de syllogismis de inesse conuersiuis.

De inuentione medij terminі in syllogismis omnium figurarum tam affirmatiuũ: quàm negatiuũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. IX.

SCitis syllogismis,vt facilius posimus quancúq; conclusionem concludere & syllogizare,sciendum quòd omnis conclusio in se cõtinet ambas extremitates,vt dictum est.rorus autem syllogismus ex tribus terminis fit.Habita ergo quacúq; oratione concludenda ad cõplendum syllogismũ,egemus vno termino.s. medio. Quali ter autem talis medius terminus inueniatur,videamus. Vbi nota, quòd philosophus primo priorum tribus vtitur nominibus termi norũ,scilicet antecedente,consequẽte & repugnante. Dicitur autẽ terminus antecedens qui potest subiici,vt homo est antecedens ad animal.consequens aũt dicitur terminus,qui põt de alio prædicari. & sic animal est consequẽs ad hominẽ.Et quia termini conuertibi- les inter se & subiici & prædicari possunt:vt propriũ quod põt prædicari de specie,& species de ipso: & similiter se habet de diffinitiõe & diffinito,ideò vnus respectu alterius: & dicitur antecedens & dicitur consequẽs.Repugnans verò terminus dicitur, qui alteri subijci non potest,nec de eo prædicari:vt homo & asinus: quorũ neuter de altero potest prædicari nec sibi subiici.Sciendum quòd modi syllogismorũ directè concludentiũ:vt dictum est, sunt xiiij.scilicet quatuor in prima figura,quatuor in secunda,& sex in tertia: quia de indirectè concludẽtibus hic non me intromitto.In prima igitur figura sunt duo modi affirmatiui directè concludentes,scilicet primus & tertius.& duo negatiui,scilicet secundus & quartus. Ad inueniendũ mediũ in affirmatiuis,considerandus est vnus terminus qui sit antecedens ad prædicatum,& consequens ad subiectũ. Verbi gratia.Si debet syllogizari hæc,scilicet omnis homo est substan- tia:iam habetur minor & maior extremitas. Consequens autẽ ad subiectũ,& antecedens ad prædicatum,est animal.ergo est medius terminus per hunc syllogismum in primo primæ figuræ sic.Omne animal est substãtia,omnis homo est animal.ergo omnis homo est substantia.si verò debet concludi hæc:quidã homo est substãtia.in tertio modo eiusdẽ figuræ est medius terminus animal,& fiet syl- logismus sic. Omne animal est substantia,quidã homo est animal. ergo quidã homo est substãtia.In syllogismis verò negatiua eiusdẽ figuræ sumitur pro medio repugnãs prædicato, & consequens ad subiectũ.Verbi gratia.si debet concludi hæc.nullus homo est lapis. Vel'quidã homo non est lapis,sumatur pro medio animal. Repu- gnat enim animal lapidi,& potest prædicari de homine: fiat ergo syllogismus in secundo primæ sic. Nullũ animal est lapis, omnis homo est animal:ergo nullus homo est lapis.In quarto verò sic,nul lum animal est lapis,quidã homo est animal.ergo quidã homo nõ est lapis.Et sic patet de inuentione medij terminj in prima figura. In secunda autẽ figura sunt quatuor modi omnes negatiui, quorũ primus & tertius habent maiorem propositionẽ negatiuam, mino rem verò affirmatiuã.Secundus autem & quartus e cõuersò maio- rem habent affirmatiuam,minorem verò negatiuã.& ideò aliter vtrobiq; sumitur mediũ.Vnde in primo & tertio sumitur pro me- dio repugnans prædicato,& consequens ad subiectũ.Verbi gratia. si debet concludi ista. Nullus homo est lapis.vel illa,quidam homo non est lapis.pro medio sumatur alter,& syllogizetur in primo se- cũdæ sic. Nullus lapis est animal:omnis homo est animal.ergo nul lus homo est lapis.In tertio modo sic,nullus lapis est animal,quidã homo est animal:ergo quidã homo non est lapis. In secundo verò & quarto modo sumatur pro medio consequens ad prædicatum & repugnans subiecto.Verbi gratia.si debet concludi ista. Nullus homo est lapis:vel ista,quidã homo non est lapis, sumatur pro me- dio inanimatũ:quod põt prædicari de lapide & repugnat homini, & syllogizetur in secundo modo sic. Omnis lapis est inanimatus: nullus homo est inanimatus.ergo nullus homo est lapis,in quarto modo sic.Omnis lapis est inanimatus,quidã homo non est inani- matus:ergo quidã homo non est lapis. Et sic patet de inuentione medij termini in secunda figura.In tertia verò figura sunt sex mo- di omnes concludentes particulariter,quorũ tres sunt affirmatiuè & tres negatiuè.In tribus affirmatiuis,scilicet primo,tertio, quar- to,sumitur pro medio antecedens ad vtrũq;.Verbi gratia.si debet concludi hęc in primo modo.s.quoddã animal est substantia,suma tur pro medio homo,de quo animal:& substantia prædicari pos- sunt & syllogizetur sic.Omnis homo est substantia ,omnis homo est animal:ergo quoddã animal est substantia. In tertio modo sic, quidã homo est substãtia,omnis homo est animal : ergo quoddam animal est substãtia.in quarto verò sic. Omnis homo est substãtia, quidã homo est animal:ergo quoddã animal est substãtia.In tribus verò negatiuis sumitur pro medio repugnans prędicato:& antece dens ad subiectum.Verbi gratia.si debet concludi hæc, quoddã ani mal non est lapis.sumatur pro medio homo quod repugnat lapidi & de quo animal prædicatur,& syllogizetur etiam in secũdo mõ sic.Nullus homo est lapis,omnis homo est animal:ergo quoddam animal non est lapis.In quinto verò sic.quoddã homo nõ est lapis, omnis homo est animal:ergo quoddã animal nõ est lapis. In sexto autẽ sic.Nullus homo est lapis, quidã hõ est animal : ergo quoddã animal non est lapis.Et sic patet de inuẽtione medij in tertia figu ra. Notandũ q̃ ad inueniendũ citò antecedens & consequẽs termi ni cõuertibiles possunt esse antecedẽs & consequẽs indifferenter. quia diffinitio & descriptio & interpretatio sunt termini conuerti biles cũ diffinito,descripto & interpretato. Accipias terminũ cuius vis inuenire antecedens & consequẽs, & diffinias ipsum vel descri- bas,vel interpreteris,postmodũ vtere regulis supradictis.Verbi gra tia.si vis concludere in primo modo primę figuræ istam.omne cur rés mouet:vbi debes sumere antecedẽs ad p̃dicatũ, diffinias vel de- scribas,vel interpreteris moueri,q̃ describitur sic.moueri est mutare locũ in tp̃e,sumatur hoc pro medio & syllogizet sic. Omne q̃ mu tat locũ in tẽpore mouet.sed oẽ currẽs mutat locũ in tẽpore. ergo omne currẽs mouet. Et sic põt fieri de diffinitiõe & interpretatio ne. Et sic patet de inuẽtiõe medij in syllogismis de inesse ostẽsiuis.

De differentia syllogismi ad impossibile ab ostensiuo,

CAP. X.

DIcto de syllogismis ostensiuis, & de inuentione medij eorum, dicendũ est de syllogismis ad impossibile. Dicitur eñ syllogis- mus ad impossibile ab ostensiuo.Nã ostensiuus ex duabus præmis sis veris concludit conclusionẽ veram..Syllogismus verò ad impos- sibile non sic facit,sed ex altera præmissarũ falsa concludit falsum euidẽter.Deinde ex contradictione falsi concluſi iterum concludit contradictionẽ præmissæ falsæ.Verbi gratia.de vtroq;. Dato q̃ ad- uersarius diceret hanc propositionẽ falsam.s.omnis homo currit. contra eã per syllogismũ ostensiuũ arguo sic, quia sumo duas præ- missas veras.& concludo cõtradictionẽ propositionis prędictę sic. Nullũ quiescẽs currit,quidã homo quiescit.ergo quidã hõ nõ cur- rit.hęc cõclusio cõtradicit propositioni aduersarij quę erat.omnis hõ currit:& quia sua est falsa,mea est vera & ecõuersò.Si verò volo eã reprobare per syllogismũ ad impossibile,sumo eã cũ altera pro positione vera,& fácio eas p̃missas alicuius syllogismi : & concludo conclusionẽ,falsam euidẽter & assumo cõtradictoriũ istius conclu- sionis falsę,& ex ea concludo contradictoriam falsę p̃missę sic. Omne currẽs mouetur,omnis hõ currit:ergo omnis hõ mouetur. sed quidã homo non mouetur.ergo quidã homo nõ currit. Modò ex falsitate huius p̃missæ ostendo,veritatẽ huius meę propositio nis,& ex istius veritate ostendo falsitatem illius.Ratio eñ veritatis istius vltimę conclusionis syllogismi ad impossibile est:quia in syl- logismis ordinatis in modo,& in figura nunquã conclusio erit fal sa,nisi aliqua p̃missarũ fuerit falsa. Concluditur autẽ primò ostẽ siuè conclusio falsa.s.omnis homo mouetur,aliqua ergo p̃missa- rũ fuit falsa,non mea.s.omne currẽs mouetur.ergo propositio ad- uersarij,scilicet omnis homo currit,est falsa:ergo eius contradicto- ria,scilicet quidam homo non currit, quę est vltima conclusio syl- logismi ad impossibile ab ostensiuo est vera.

De syllogismis ad impossibile,in quibus modis & in quibus figuris fiat.

CAP. XI.

NVnc dicendum est in quibus figuris & in quibus modis syllo- gismi ad impossibile possunt fieri. Vbi primò sciendũ,sicut dic- tum est,q̃ cõclusio syllogismi ad impossibile,non est illa quæ per syllogismũ ostensiuum primò falsè cõcluditur:sed quæ vltimò con cluditur.s.contradictoria p̃missę aduersarij falsę. Debet aũt sem per esse cõtradictoria,& non contraria:quia vt suprà in alio tracta- tu dicendũ est,lex contradictoriarũ talis est,q̃ si vna est vera, reli qua est falsa,& non ecõuersò. Vñ si p̃missa assumpta aduersarij quę est falsa:sem per sequitur,si conclusio syllogismi ad impossibile est sibi contradictoria q̃ sit vera.Si verò esset sibi contraria quãtũ- cũq; illa foret falsa,non tamen necessariò sequeretur ista esse verã. Duę enim contrarię possunt simul esse falsę:vt suprà dictũ est.Secũ dũ ergo dicta cùm in prima figura nullus syllogismus sit qui habeat aliquã p̃missarum particularẽ negatiuã,conclusio in prima figu ra non poterit concludi per impossibile,sed vniuersalis. Quia verò in primo modo primę figurę ambę p̃missę sunt vniuersales affir- matiuę,quarũ oppositę sunt particulares negatiuę. ideò in ea non põt concludi nisi particularis negatiua,si sumatur primò maior fal- sa.s.Omnis hõ est lapis,omne risibile est hõ:ergo omne risibile est lapis,sed quoddã risibile nõ est lapis:ergo quidã homo nõ est lapis. Si sumatur minor falsa, idẽ sequitur sic. Omne risibile est homo, omnis lapis est risibilis:ergo omnis lapis est homo, sed quidã lapis non est homo:ergo quidã lapis non est risibilis. In secũdo verò mõ primę figurę potest concludi particularis affirmatiua , & particu- laris negatiua sic,nullus homo est animal,omne risibile est homo: ergo nullũ risibile est animal , sed quoddã risibile est animal : ergo quidã homo est animal,particularis negatiua sic.Nullus homo est lapis,omnis margarita est homo:ergo nulla margarita est lapis,sed quędã margarita est lapis:ergo quędã margarita nõ est homo. In tertio verò modo primę figurę concluditur per impossibile parti cularis negatiua.& vniuersalis negatiua. Particularis negatiua sic. Omnis homo est lapis, quoddam risibile est homo : ergo quod- dam risibile est lapis , sed nullum risibile est lapis : ergo quidam homo non est lapis . Vniuersalis negatiua sic:omnis homo est ani- mal,quidã lapis est homo.ergo quida lapis est animal:sed nullus la- pis est animal.ergo nullus lapis est homo.In quarto verò modo cõ- cluditur particularis affirmatiua sic. Nullus animal est substantia. quidã homo est animal:ergo quidã homo nõ est substãtia . sed om- nis homo est substãtia:ergo quoddã animal est substãtia. Vniuersa- lis verò negatiua sic. Nullũ animal est lapis,quædam margarita est animal:ergo quędã margarita nõ est lapis.sed omnis margarita est lapis:ergo nulla margarita est animal. Et sic patet de syllogismis ad impossibile:qui possunt fieri in prima figura. Et eodẽ modo pos- sunt fieri in alijs duabus figuris,vt scilicet ex opposito falsæ cõclu- sionis inferatur oppositũ falsæ præmissæ:oppositũ.s.falsæ præmis- sæ quod est cõtradictoriũ eius. Vñ quia in primo modo & secundo modo secũdæ figurę præmissæ sunt vniuersalis affirmatiua : & vni- uersalis negatiua:quarũ oppositæ sũt particularis negatiua & parti cularis affirmatiua:ergo in eis põt cõcludi per syllogismũ ad impos sibile particularis affirmatiua & particularis negatiua.Particularis affirmatiua:si sumatur maior falsa:negatiua verò si sumatur minor falsa. Et sic fiat in omnibus alijs modis tã secũdæ quã tertię figuræ. Sciendũ,q̃ vniuersalis affirmatiua per impossibile nõ põt cõcludi: nisi in quarto modo secũdæ figurę:& in quinto tertię:in his videli- cet modis de quibus supradictũ est,q̃ per cõuersiones propositio- nũ nõ poterãt reduci ad modos primæ figuræ. Et causa est,quia so- lũ isti duo modi habẽt præmissam particularẽ negatiuã : & nõ alij: & dico de syllogismis directè concludẽtibus. Ponamus exẽplum de vtroq; modo qualiter in eis,cõcludatur per impossibile vniuersalis affirmatiua. In quarto modo secundæ figuræ sic . Omnis homo est animal:quoddã risibile nõ est animal:ergo quoddã risibile non est homo:sed omne risibile est homo:ergo omne risibile est animal. In quinto modo tertię figurę sic:quidã homo nõ est animal:omnis ho mo est risibilis:ergo quoddã risibile nõ est animal.sed omne risibi le est animal:ergo omnis homo est animal. Notandum q̃ Philoso- phus secundo priorũ facit solũ vnã p̃missam falsam in quolibet modo omniũ figurarũ:& cõcludit per syllogismũ ad impossibile:in quolibet solũ vnã cõclusionẽ:& tñ nos in quolibet modo dicimus vtrãq; falsam:& cõcludemus per impossibile oppositã vtriusq;. No tandũ q̃ in prima & secunda figura magis cõgruè ponitur minor falsa:quia quod subijcitur in opposita conclusionis falsæ,subijcitur posteà in cõclusiõe syllogismi ad impossibile. Verbi gratia,in prima figura sic.Omnis homo est animal:omnis lapis est homo:ergo om- nis lapis est animal:sed quidã lapis non est animal:ergo quidã lapis nõ est homo:modò lapis est subiectũ in opposita cõclusionis falsæ: & in cõclusione vltima:si verò ponitur maior falsa: colorari potest: vt dictum est:& communiter sic vtimur. Patet ergo qui syllogismi ad impossibile:& in quibus modis & figuris fiant.

De syllogismis ad impossibile:qualiter reducuntur ad syllogismos ostensiuos.

CAP XII.

ET quia omnes syllogismi ad impossibile reducuntur ad syllogis mos ostẽsiuos:ideò videndũ est qualiter id fiat.Sciendũ,q̃ syllo gismi qui fiũt ad impossibile,in prima figura,sunt ostẽsiui in secũda & tertia figura.Si enim cõcluditur oppositа maioris propositionis falsæ:fit syllogismus ostensiuus in tertia figura sic.Verbi gratia , in primo modo primę figurę quando cõcluditur oppositum maioris sic.Omnis homo est lapis:omne risibile est homo:ergo omne risibi le est lapis:sed quoddã risibile nõ est lapis:ergo quidam homo non est lapis.Hãc cõclusionẽ.s.quidã homo non est lapis:quatuor enun- ciatiões præcesserũt:quarũ duæ fuerunt falsæ.s.maior & cõclusio il lius syllogismi ostensiui:duæ verò fuerũt veræ.s.minor illius syllogis mi:& opposita cõclusionis.Ex his duabus veris in tertia figura se- quitur prædicta cõclusio.s.quidã homo non est lapis.ita q̃ oppositа cõclusionis fiat maior:& minor syllogismi ostẽsiui remaneat mi- nor sic.Quoddam risibile nõ est lapis:omne risibile est homo:ergo quidã homo nõ est lapis:hic est quintus modus tertię figuræ.Quã- do verò per impossibile cõcluditur oppositum minoris,fit syllogis- mus ostẽsiuus in secũda figura . Verbi gratia:sit syllogismus ad im- possibile iste:omnis homo est animal : omnis lapis est homo : ergo omnis lapis est animal:sed quidam lapis nõ est animal : ergo quidã lapis nõ est homo. Auferantur duæ falsæ.s.minor & conclusio syl- logismi ostensiui:& fiat syllogismus in quarto modo secundæ figu- ræ sic.Omnis homo est animal;quidã lapis nõ est animal:ergo qui- dã lapis non est homo. Et sic fit in alijs modis primę figurę,vt vide- licet si in syllogismo ad impossibile cõcluditur oppositũ maioris re- ducitur ad tertiã figurã:oppositа conclusionis existente maiori, & cũ minori vera. Si verò concluditur oppositum minoris sit talis syl- logismus ostensiuus in secunda figura:ita q̃ oppositũ cõclusionis sit minor propositio & maior vera remaneat maior. Syllogismi verò ad impossibile quæ fiunt in secunda figura sunt ostensiui in prima figura:& in tertia.Si enim concluditur per impossibile oppositum maioris sit ostẽsiuus in tertia figura. Verbi gratia sit syllogismus ad impossibile iste.Nullus homo est animal:omne risibile est animal: ergo nullũ risibile est homo:sed q̃dã risibile est homo:ergo quod- dã homo est animal . Auferãtur falsæ:& fiat syllogismus in quarto modo tertiæ figurę sic.Omne risibile est animal:quoddã risibile est homo.Ergo quidã homo est animal.Sciendũ:q̃ qñ in prima figura syllogismus ad impossibile cõcludebat oppositũ maioris reducebatur & fiebat syllogismus ostensiuus in tertia figura:& oppositũ cõ- clusionis primi syllogismi ostensiui fiebat maior in secundo syllogis mo:& minor eiusdẽ syllogismi remanebat minor in secũdo syllogis mo. Sed hæc nõ fit ita:sed minor primi syllogismi fit maior in secũ- do syllogismo.Si verò cõcluditur per impossibile oppositũ minoris fit syllogismus ostẽsiuus in prima figura sic.Nullus homo est lapis omne risibile est lapis:ergo nullũ risibile est homo:sed quoddã risi- bile est homo:ergo quoddã risibile non est lapis. Auferãtur omnes falsæ:& fiat syllogismus in quarto modo primæ figuræ sic.Nullus homo est lapis:quoddã risibile est homo:ergo quoddã risibile non est lapis.Eodẽ modo syllogismi ostensiui aliorũ modorũ secũdę fi- gurę.Vnde si maior est falsa & minor vera:tũc minor fit maior: & oppositũ cõclusionis fit minor.Si verò maior sit vera:& minor fal- sa:tũc maior remanet maior,& oppositũ cõclusionis fit minor.Syl logismi verò ad impossibile qui sunt in tertia figura sunt ostensiui in prima figura & secunda.Vñ si per impossibile cõcluditur oppo- sita maioris:fit ostẽsiuus in prima figura.ita videlicet q̃ oppositum cõclusionis primi syllogismi fiat maior propositio in secũdo syllo- gismo:& minor quæ fuit vera remaneat minor sic . Omnis homo est lapis:omis homo est risibilis:ergo quoddã risibile est lapis , sed nullũ risibile est lapis:ergo quidã homo nõ est lapis:fiat autẽ osten- siuus in prima figura sic.Nullũ risibile est lapis:omnis homo est ri sibilis:ergo nullus homo est lapis. Ad vniuersalẽ verã bene sequitur sua particularis vera.Vnde si hęc est vera:nullus homo est lapis. quę est conclusio istius secundi syllogismi:erit etiam hęc vera.qui- dam homo non est lapis:quę fuit conclusio syllogismi ad impossibi le.Si verò per impossibile concluditur oppositа minoris,fiat syllo gismus in secunda figura ostẽsiuus:ita quod oppositа conclusionis primi syllogismi fiat maior in secundo syllogismo:& maior primi syllogismi fiat minor sic.Omnis homo est animal:omnis homo est lapis:ergo quidam lapis est animal:sed nullus lapis est animal.ergo quidam homo non est lapis:fiat ergo syllogismus ostensiuus sic. Nullus lapis est animal.omnis homo est animal.ergo nullus ho- mo est lapis . Ad quam sequitur.quidam homo non est lapis.Eodẽ modò fiat in alijs modis tertiæ figuræ. Et sic patet de syllogismis ad impossibile. Sciẽdum quòd philosophus in libro priorum mul- ta alia genera syllogismorũ ponit:scilicet irregulares conuersiuos: ex oppositis & multa alia.Sed quia solum ista duo genera syllogis- morum de inesse apud modernos sunt in vsu,de alijs non me intro misi.Patet ergo de syllogismis de inesse &c.

De syllogismis modalibus,quantùm ad propositiones de necessario.

CAP. XIII.

NVnc dicendum est de syllogismis modalibus. Vbi sciendum quòd quia eodem modo sumuntur propositiones de necessa- rio:& impossibili:& illæ de possibili & contingenti:vt suprà in trac- tatu de conuersionibus dictum est,ideò duobus modis fiunt syllo gismi modales inter se differentes. Primò dicemus de syllogismis de necessario:ad quos reduci possunt illi de impossibili.Secundò de syllogismis de contingenti.ad quos reducuntur illi de possibili con tingenter sumpto. Sciendum quòd syllogismi de necessario aliqui habent ambas propositiones necessarias:& tũc in quacúnque figu ra vel modo fiant,sẽper concluso est necessaria.Verbi gratia.Ne- cesse est omnẽ hominẽ esse animal,necesse est oẽ risibile esse homi- nẽ:ergo necesse est oẽ risibile esse animal:& sic de singulis &c.No- tãdũ,q̃ duplex est necessariũ.s.necessarium simpliciter,qñ aliquid inest alicui simpliciter:& nõ secundũ aliquod tẽpus vel locũ,vel hu iusmodi:sicut necessariũ est hominẽ esse animal. Aliud est necessa- riũ sc̃m quid,vel sc̃m tẽpus:sicut dicimus q̃ omne q̃d est qñ est ne- cesse est esse:vel sc̃m locũ,vel sc̃m aliquod huiusmodi. Et isto modo nõ sumit propositio necessaria.Sortes eñ qñ currit : necessariò cur rit:& tñ hęc propositio.Sortes currit nõ est necessaria,sed cõtingẽs. Si verò syllogismi de necessario alterã propositionẽ habẽt necessa- riã & alterã de inesse:licet semper concludat maiorẽ extremitatem inesse minori:nõ tamẽ semper cõcludũt ex necessitate:sed quãdóq; sic:& quãdóq; nõ.Vbi nota, q̃ in prima figura maiori propositiõe existẽte necessaria & minori de inesse:sequetur semper cõclusio ne- cessaria. Maiori verò existẽte de inesse:quãtũcúq; minor sit necessaria:nõ tamẽ cõclusio erit necessaria:quia inueniũtur termini vbi est sic,& vbi nõ est sic.Verbi gratia. Omnis homo est animal:omne risibile necessariò est homo:ergo oẽ risibile necessariò est animal. Isti autẽ sunt termini vbi sic. Termini verò vbi nõ:sunt isti.Omnis homo est albus:omne risibile necessariò est homo:ergo omne risi- bile necessariò est albũ. Hęc aũt cõclusio nõ est necessaria simpliciter. Et sic est de alijs modis primæ figuræ:tam affirmatiuis quã negati- uis.In secũda verò figura in tribus primis modis negatiuis propo-

sitione existēte necessaria: siue sit maior siue sit minor, cōclusio erit necessaria: ipsa existēte de inesse. Affirmatiua verò existēte necessaria & negatiua de inesse, non sequitur conclusio necessaria. Et hoc clarè pōt apparere reducēdo prædictos syllogismos ad modos primæ figuræ. Nam semp in syllogismis reductis, negatiua erit maior. In prima aūt figura. vt dictū est: si maior est necessaria & cōclusio: si verò nō, nec cōclusio. In quarto verò modo secūdæ figuræ quācunq; propositione necessaria: siue affirmatiua siue negatiua: dummodo altera sit de inesse: nō semp sequitur cōclusio necessaria. Nā si vniuersalis affirmatiua nō erit necessaria in eisdē terminis, fiet syllogismus in quibus fiet secūdus modus eiusdē figuræ vniuersali affirmatiua existēte necessaria. sed vt dictū est, si affirmatiua est necessaria, nō sequitur cōclusio necessaria: quod patet per reductionem eius ad secūdum modū primæ figuræ. ergo nec hic sequitur. Si verò particularis negatiua est necessaria, nō sequitur semp conclusio necessaria: vt patet in his terminis. scilicet. Omne album est homo. quidā asinus necessariò nō est homo. tamē non sequitur. ergo quidā asinus necessariò nō est albus. In tertia verò figura sunt syllogismi affirmatiui & sunt negatiui. Affirmatiuorū autē quidā habēt ambas propositiones vniuersales. quidā verò alterā. Qui habent ambas propositiones vniuersales: quacūq; earū existēte necessaria: siue maiori siue minori, sequitur cōclusio necessaria: quod patet per reductionē eius ad primā figurā. Qui verò habēt alterā vniuersalem: ea existēte necessaria siue maiori: siue minori, sequitur cōclusio necessaria. Si verò particularis sit necessaria, nō sequitur cōclusio necessaria: q̄a si reducitur ad primā figurā, maior est de inesse: vbi, vt dictū est: non sequitur cōclusio necessaria. Negatiuorū verò quidā habēt propositionē negatiuā vniuersalē. quidā aūt particularē. Vñ qui habent propositionē negatiuā vniuersalē: ea existēte necessaria non sequitur cōclusio necessaria. Qui verò habēt negatiuā particularē: & affirmatiuā vniuersalē quacūque earū existēte necessaria, nō sequitur cōclusio necessaria. verbi gratia sic. Quidā homo nō vigilat. omnis homo necessariò est animal. ergo quoddam animal necessariò nō vigilat. Et hoc est affirmatiua existēte necessaria. Negatiua autē existente necessaria sic. quoddā album necessariò nō est animal. omne album vigilat. non sequitur. ergo quoddam vigilans necessariò non est animal: cùm omne vigilans necessariò sit animal. Et sic patet de syllogismis modalibus de necessario.

De syllogismis contingentibus.

CAP. XIIII.

SEquitur de syllogismis cōtingētibus. Vbi nota q̄ duplex est contingēs. scilicet cōtingēs quod inest: & cōtingens q̄ potest inesse. Dicitur autē hic cōtingens quod inest, quādo prædicatū licet non sit de essentia subiecti: vel propriū eius, tamē est terminus qui potest prædicari & negari de subiecto: licet nūc actu de eo prædicetur. Et talis propositio licet sit de materia cōtingenti, tñ dicitur de cōtingenti quod inest. Cōtingēs autē quod potest inesse, dicitur cū prædicatum est de cōtingenti: sicut de albo respectu hominis. tamen in propositione nō dicitur actu inesse: sed possibiliter. vt cū dico: contingit hominē esse albū: nō est sensus q̄ homo sit albus: sed q̄ pōt esse albus. Sciēdū q̄ in prima figura vtraq; ppositione existēte de contingēti, etiā cōclusio erit de cōtingenti sic. Cōtingit omne albū esse musicū: cōtingit omnē hominem esse albū: ergo cōtingit omnē hominē esse musicū: & sic est de aliis modis: In secūda verò figura, si ambę propositiones sunt de cōtingenti siue sint affirmatiuæ siue altera earū sit negatiua: siue sint vniuersales: siue altera earū sit particularis, nūquām cōclusio erit de cōtingenti. verbi gratia. cōtingit nullum hominē esse albū: cōtingit omne risibile esse albū, ergo contingit nullū risibile esse hominē. nō sequitur: quia necesse est omne risibile esse hominem: & sic de omnibus alijs. In tertia verò figura, præmissis existētibus de cōtingenti: siue sint affirmatiuę: siue altera earū sit negatiua: siue vniuersales: siue particulares, semper sequitur cōclusio de cōtingenti. vt cōtingit omnem hominē esse musicū: ergo contingit musicū esse album, & sic est in alijs modis. Si verò altera præmissarū sit de contingēti: & altera de inesse, nō semper sequitur cōclusio de cōtingēti. Vnde in prima figura maiori existēte de cōtingenti siue sit affirmatiua: siue negatiua: minori verò de inesse simpliciter, semper sequitur cōclusio de cōtingenti. Vt cōtingit omnem hominē esse album: omne risibile est homo. ergo cōtingit omne risibile esse albū. Maiori verò existēte de inesse & minori de cōtingēti, nō semper sequitur cōclusio de cōtingēti: vt perfectus sit syllogismus sic. Omne sanū est animal: cōtingit omnē equū esse sanū: nō sequitur. ergo cōtingit omnē equū esse animal. quia necesse est omnē equū esse animal. Sciendū: quia in qualibet propositione de cōtingēti potest saluari dupliciter dici de omni secundū, duplicē eius sensum suprādictum. Vnde cū dico. contingit omnē hominem esse albū: comparo hominē ad dici: de quibus potest prædicari, vel secundū esse ipsius albi. vt sit sensus. omne quod est homo cōtingit actu esse albū. Vel secundū possibilē inhærentiā: vt sit sensus: omne quod est homo, cōtingit posse esse albū. Propositio de inesse habet solùm vnum dici de omni. scilicet secundū cōparationē subiecti ad sua inferiora secūdum actualē inhærentiā prædicati. Et ex his sequitur q̄ virtute dici de omni illa de inesse potest sumi sub illa de contingenti. Vnum enim dicti de omni sub duobus. quia ad minus in vno est cōsequentia. Sed illa de contingenti non potest sumi sub illa de inesse. Duo enim dici de omni non continentur sub vno Et ista est causa quare maiori existēte de contingēti, minori verò de inesse, nō sequitur conclusio de contingenti virtute syllogistica: licet sequatur gratia materiæ. Sciendū q̄ propositio de inesse est duplex. s. de inesse: vt nunc. s. quādo prædicatū vt nunc solū inest subiecto: vt Sortes currit: & de inesse simpliciter. Vnde ad hoc q̄ sequatur cōclusio de contingēti minori existēte de inesse, debet esse de inesse simpliciter: q̄a prædicatū semper sequitur subiectū. ideò sequitur q̄ quicquid contingit prædicato contingit subiecto. Sed quia in propositione de inesse vt nunc, prædicatū nō semper sequitur subiectū, nō erit semper verū quòd quicqd cōtingit prædicato, contingit subiecto. Nec est instātia quòd si minor esset de cōtingēti: quæ tantū valet quātū illa de inesse vt nunc: & maior esset de contingēti: sequitur conclusio. Nam si minor est de cōtingēti, semper prædicatū cōtingit subiecto. nā hæc, cōtingit hominē currere, semper est vera: quia semp contingit hominē currere: tamen ista: hō nō currit, non semper est vera. ideò aliter se habet de vtralibet. In secūda aūt figura in tribus primis modis negatiua existēte de cōtingenti: affirmatiua verò de inesse, nō fit syllogismus. Et causa est, quia omnes syllogismi in tm cōcludūt, inquātū reducūtur ad primā figurā, vbi est dici de omni, & dici de nullo. Tales aūt syllogismi nō possunt reduci ad primam figurā. Non em cōuertitur vniuersalis negatiua de cōtingēti: vt de subiecto fiat prædicatū, & de prædicato fiat subiectū, vt suprādictū est: sed cōuertitur in terminis. Vñ hęc: contingit nullū hominē esse albū, cōuertitur in hāc. contingit omnē hominē esse albū. Vnde secundū hoc vniuersali negatiua existēte de contingēti in tribus. videlicet modis, nō fit syllogismus: quia non pōt probari per dici de omni. Affirmatiua verò existēte de cōtingēti, & negatiua de inesse fit syllogismus: quia pōt reduci talis syllogismus ad primā figurā: propositionē negatiuā similiter conuersam: tñ non erit cōclusio de contingēti, vt suprādictū est. In quarto aūt modo, nullo mō fit syllogismus, siue maior siue minor sit de contingēti. Talis em syllogismus non pōt reduci ad primā figurā per conuersionē, sed per syllogismū conuersiuū: sed quacūq; existēte de contingenti & altera de inesse, non pōt fieri talis reductio. ergo ex eo nihil sequitur. Quod autem maiori existente de contingenti talis reductio fieri non possit, patet. sit talis syllogismus. Contingit omnē hominē esse albū. quidā lapis non est albus ergo quidā lapis non est homo: cuius oppositū est. omnis lapis est hō. fiat ergo syllogismus in prima figura sic. Cōtingit omnē hominē esse albū: oīs lapis est homo: ergo contingit omnē lapidē esse albū. Sed hęc non opponitur huic: quidam lapis non est albus, quæ erat minor. Nam vt dictū est, in propositione de contingēti saluatur dici de omni secūdū possibilē inhærentiā. in futuro em posset esse verū, quòd omnis lapis fieret albus: & q̄ modò quidā lapis non sit albus: & sic isto modo nō valet coniugatio. Apparet etiā quòd talis syllogismus non valeat. Nam propositionibus existētibus veris, aliquādo sequitur cōclusio falsa sic. Cōtingit omnē hominē esse albū: quoddā risibile nō est album. sequitur. ergo contingit quoddam risibile non esse hominem, quod est simpliciter falsum. Similiter si minor est de contingenti nihil sequitur: & sit syllogismus sic. Omnis hō est animal, contingit quoddā album non esse animal. ergo contingit quoddam albū non esse animal. ergo contingit quòd aliquādo hominem, vt puta ouum, quod est album: cōtingit quòd aliquādo erit animal, aliquādo non erit: si sequitur hæc de inesse. s. quoddam album non est hō: non tenet. Opposita enim eius est: omne album est homo: ergo omne album est animal: quæ non opponitur huic: contingit quoddam album non esse animal, vt suprādictum est. Si verò sumatur conclusio de contingenti. s. Contingit quoddam album non esse animal, cuius oppositū est. Necesse est omne album esse animal: idem sequitur & fiat syllogismus in prima figura sic. Omnis homo est animal: necesse est omne album esse hominem: sequitur ergo omne album est animal: vt suprà de mixtionibus necessariij & de inesse dictum est: quæ non opponitur illi minori, scilicet contingit quoddam album non esse animal: & sic est inutilis coniugatio. In tertia verò figura maiori existente de contingēti, minori verò de inesse, sequitur conclusio de contingenti. Nam cōuersa minori in quinque modis syllogismorum fit reductio ad primā figuram. verbi gratia fiat syllogismus sic. Contingit omnem hominem esse album, omnis homo est animal. ergo contingit quoddam animal esse album. conuersa minori per accidens, fit tertius modus primæ figuræ sic. Contingit omnem hominem esse album, omne animal est homo: ergo contingit quoddam animal esse album. & sic est de aliis quatuor modis. Quintus autē modus tertiæ figuræ reducitur ad primam per syllogismum conuersiuum sic. Contingit

git quendam hominem non esse album: omnis homo est animal: ergo contingit quoddam animal non esse album. Cuius oppositum est. necesse est omne animal esse album. deinde ponatur sub ea minor primi syllogismi. s. omnis homo est animal, & sequitur. ergo necesse est omnem hominem esse album. quę est contradictoria maioris primi syllogismi. Et sic patet de mixtione propositionum de cōtingenti, & de inesse in tribus figuris &c.

De mixtione cōtingentis & necessarij in tribus figuris syllogismorū.

CAP. XV.

SEquitur de mixtione contingentis & necessarij. Notandum quòd in prima figura quantùm ad modos affirmatiuos, maiori existente de contingenti, minori verò de necessario, syllogismus erit perfectus: & concludet conclusionem de contingenti. vt bi gratia. Contingit omne animal esse album: necesse est omnem hominem esse animal. ergo contigit omnem hominem esse album. Si verò sit econuersò. scilicet maiori existente de necessario & minori de contingenti, nullus fiet syllogismus. Causa est. quia propositio necessaria haberet vnum dici de omni secundum scilicet actualem inhærentiam prædicati ad subiectum & ad contenta sub eo: sed illa de contingenti habet duplex dici de omni: vt suprādictum est: non ergo potest illa sumi sub illa de necessario per virtutem principij quod est dici de omni. Sciendum quòd in prædicto syllogismo. licet concludatur per dici de omni, potest tamen concludi conclusio de contingenti de possibili: quod scilicet communiter se habet ad necessarium & cōtingens in virtute istius regulæ. Si aliquod subiectum sit essentialiter sub aliquo prædicato, quicquid contingit sub subiecto, contingit sub prædicato. In syllogismis autem negatiuis propositione affirmatiua existente necessaria, negatiua verò de contingenti, sequitur conclusio de contingenti sic. Contingit nullum hominē esse album: necesse esse omne risibile esse hominem: sequitur. ergo contingit nullum risibile esse album. Si verò propositio negatiua sit necessaria: affirmatiua verò contingens, sequuntur duę conclusiones. scilicet aliquando de contingenti, aliquando de inesse. Quod potest patere. Nam ex opposito vtriusque conclusionis, cum altera præmissarum infertur oppositum alterius præmissæ. Ratio autem quare vtraque cōclusio sequatur ad vnam negatiuam de necessario est, quia nō solùm prædicatum non dicitur inesse subiecto: sed nec etiam potest inesse. Vnde syllogismus significat quòd subiecto non insit prædicatum: nec posit inesse. Vnde cùm aliquid contingenter ponitur sub tali subiecto, significatur quòd tale prædicatum remoueatur actu ab eo quod contingenter ponitur sub subiecto: & sic erit conclusio de contingenti: quia quod actu contingenter remouetur, facit enunciationem contingentem: & significatur quòd nullo modo posit sibi inesse: & sic non solùm contingenter non inest: imò nullo modo inest ei si sit enunciatio de inesse. In secunda autem figura in in tribus primis modis negatiua existente de necessario, affirmatiua verò de contingenti, sequitur etiam duplex conclusio. scilicet de contingenti & de inesse: quia per conuersionem propositionis necessariæ reducuntur ad primam figuram. In quarto verò modo affirmatiua existente de cōtingenti. negatiua verò de necessario vel econuersò, inutilis erit coniugatio. In tertia verò figura quantùm ad syllogismos affirmatiuos vniuersales propositiones vel aliquam vniuersalem habentes maiori existente de contingenti: minori verò de necessario, sequitur conclusio de contingenti. Conuersa ergo minori fit syllogismus in prima figura. Si aūt maior sit de necessario: minor verò de cōtingenti posibili: quia propositiōes de cōtingēti posibili cōuertuntur, sicut illæ de necessario: minori cōuersa fit prima figura: sicut dictū est, q̄ maiori existēte de necessario, maiori verò de cōtingenti: sequitur cōclusio de contingēti possibili: licet non per dici de omni: sed per primā regulā. Quantū autem ad syllogismos negatiuos, dico q̄ quantùm ad duos modos habentes maiorē vniuersalem negatiuam. maiori existente de cōtingenti: minori verò de necessario, sequitur conclusio de cōtingenti, & reducūtur ad primā figuram per conuersionem minoris. Si autem maior erit de necessario: minor verò de cōtingēti: nō fit syllogismus. Non enim posset reduci ad primam figuram. Si verò minor esset de contingenti posibili: quia conuerti posset: sicut illa de necessario, fieret syllogismus in prima figura: vbi concluderetur duplex conclusio, scilicet de inesse & de contingenti: vt suprà dictum est. Syllogismus autem negatiuus: cuius maior est particularis negatiua ea existente de contingenti: & minori existente de necessario, sequitur conclusio de contingenti: & reducitur ad primam figuram per syllogismū conuersiuum. Maiori verò existente de necessario, non fit syllogismus. Et sic patet de syllogismis modalibus.

De syllogismis conditionalibus ex propositionibus simplicibus.

CAP. XVI.

DIcto de syllogismis cathegoricis, nunc dicendum est de hypotheticis. Vt aūt suprà dictum est: tres sunt species propositionū hypotheticarū. s. cōditionalis, copulatiua, & disiunctiua. Syllogismi autē qui sunt ex propositionibus copulatiuis, eodem modo se habent, sicut & syllogismi cathegorici: & ideò de eis prętermittamus. Sed quia ex propositionibus cōditionalibus & disiunctiuis aliter fiunt syllogismi quā in propositionibus cathegoricis: ideò de eis dicendum est: & primò de cōditionalibus. Notandum q̄ propositiones cōditionales, vel sunt simplices, vel compositæ. Dico autem simplices: quæ tantū ex duabus cathegoricis cōponuntur: vt hæc, si est homo est animal. Compositæ autē sunt, quæ ex pluribus cōponuntur: vt hęc: si est homo, cùm sit animal, est substātia. Hæ autē cōpositæ tribus modis fieri possunt: quia vel erit propositio cōposita ex duabus conditionalis & cathegorica: vt hic. si est homo: cùm sit animal: est substantia: vel econuersò: erit composita ex cathegorica & conditionali sic: si tu es animatum: tu es homo, aut est animal: vel erit cōposita ex duabus cōditionalibus: vt hic. si est homo est animatum, si est animal. Et quia syllogismi qui fiunt ex simplicibus, facilius sciuntur illis qui fiunt ex cōpositis: ideò primò ponemus syllogismos simplices: & posteà breuiter ostēdemus secundum eorum similitudinē, qualiter fiunt syllogismi ex cōpositis. Sciēdum quòd simplices propositiones conditionales sunt quatuor. Aut enim habēt ambas partes affirmatiuas. s. antecedens: & cōsequens: vt hęc. si est homo est animal. Vel antecedens affirmatū & cōsequens negatū: vt hęc, si est homo, nō est lapis. Aut consequēs affirmatum: & antecedens negatum: vt hęc. si animal non est sanū, est ægrum. Aut ambo negata: vt hęc, si nō est animal, nō est homo. Syllogismi autē qui ex his propositionibus fiunt, oportet q̄ sint cōsequentiæ quædam. Vt autem dicit philosophus 2. Topico. duplex est cōsequentia. s. in positione. s. quādo procedit pro positione antecedēs: & in cōtraria. s. quādo procedit à destructione cōsequētis, secundū ergo ista ex prædictis propositionibus quę fiunt figuręin quarum vna procedit à positione antecedēs: in altera verò à destructiōe cōsequētis: quarū quęlibet quatuor habet modos, secundū q̄ quatuor sunt propositiones: vt dictū est. Primus modus primę figuræ est: si est homo, est animal: sed est homo. ergo est animal. Secundus est: si est homo, nō est lapis: sed est homo, ergo nō est lapis. Tertius est: si animal non est sanū est ægrū: sed animal non est sanū. ergo est ægrū. Quartus est, si nō est animal, nō est homo: sed nō est animal. ergo non est homo. Sciendū q̄ isto modo fiunt syllogismi cum hoc relatiuo qui: vel cum hoc nomine quicúnq;: faciunt enim prædicta nomina cōnotātia oppositionē antecedētis sic: oīs qui currit mouetur: sed Petrus currit: ergo Petrus mouetur: vel quicúnq; &c. A destructione cōsequētis sic. Omnis qui currit vel quicúnq; currit, mouetur: sed Sortes non mouetur: ergo Sortes non currit. Et sic habet se in omnibus alijs modis dictarum figurarum. Patet ergo de syllogismis conditionalibus ex propositionibus simplicibus.

De syllogismis conditionalibus ex propositionibus hypotheticis compositis.

CAP. XVII.

SEquitur de conditionalibus cōpositis: quarum duæ vt dictū est, cōsistūt ex tribus cathegoricis. Tertia verò ex quatuor. Sed tres propositiōes cathegoricę secundū affirmationē & negationē octo modis possunt variari. Primò possunt oēs esse affirmatiuę. Secūdò omnes negatiuę. Tertiò duę primę affirmatiuę: & tertia negatiua. Quartò duæ primę possunt esse negatiuę: & tertia affirmatiua. Quintò prima affirmatiua & duę vltimę negatiuę. Sextò prima negatiua & duæ vltimę affirmatiuæ. Septimò prima & vltima affirmatiuę & media negatiua. Octauò prima & vltima negatiuę & media affirmatiua: ideò in qualibet dictarum potest fieri variatio: & sic sunt octo. Tertia verò conditionalis composita ex duabus conditionalibus: quæ quatuor habent cathegoricas, multipliciter habent variari. De quibus omnibus compositis propositionibus: & earum varietate & syllogismis qui ex eis fiunt, diffusè dixi in libro quē feci de hypotheticis syllogismis: ideò diffusè de eis nūc tractare prætermitto: sed videamus solùm modos syllogizādi in qualibet earum. Fiunt autē secundū quālibet dictarū propositionū duæ figuræ: in quarū vna proceditur à positione antecedētis: in altera à destructiōe cōsequētis. Prima em propositio, vt dictū est, cōponitur ex cōditionali, & cathegorica sic. Si est homo cū sit aīatū est aīal: sed est homo: ergo cū sit aīatū est aīal. Et consimiliter fiet talis syllogismus: si aliqua pars eius vel oēs sint negatiuę sic. Si est homo cū non sit inanimatum est sensibile: sed est homo, ergo cū non sit inanimatum est sensibile. A destructiōe verò consequentis sic. Si est homo cū sit animatus est sensibilis: sed cùm non sit animatum: non est sensibile: ergo non est homo. In negatiua sic. Si est homo cùm non sit inanimatus est sensibilis: sed cùm non sit inanimatum non est, sensibile: ergo non est homo. Secunda verò propositio: vt dictū est cōposita ex cathegorica: & cōditionali sic: si cùm est animatum est animal: est homo. Fiunt autem ex tribus propositionibus syllogismi à

Universidad de Deusto
Biblioteca

positione antecedentis; sic. Si cũ est animatum est homo est animal: sed cùm est animatum est homo: ergo est animal. Negãdo verò aliquam partem sic, si cùm est animatum est homo non est equus. A destructione verò consequentis sic: si cùm est animatum est homo est animal: sed non est animal: ergo cùm sit animatum non est homo. Cum parte verò negatiua sic, si cũ est animatum est homo nõ est equus, sed est equus: ergo cùm sit animatum non est homo. Et quia vt dictum est: quælibet illarum propositionum habet variari octo modis, ex qualibet possunt fieri. 16. syllogismi: scilicet octo à positione antecedentis: & octo à destructione consequentis. Tertia verò propositio vt dictum est: cõposita est ex duabus cõditionalibus sic, si est homo est animal: si est animal est substãtia. Põt aũt hęc propositio variari tripliciter secũdũ triplicẽ variationẽ terminorum. Nã in ea est vnus terminus bis sumptus: cùm autẽ sint duæ conditionales: talis terminus aliquãdo est antecedens in vtrãq; sic: si est homo est animal: si non est homo est insensibile. Aliquãdo est consequẽs in vtrãq; sic: si est homo est animal: si est lapis nõ est animal. Aliquãdo est cõsequens in vna: & antecedens in alia sic. si est homo est animal: si est animal est substãtia. Et secundum hoc tripliciter variatur syllogismi: qui fiunt ex huiusmodi propositionibus, & tamẽ quælibet istarum propositionum multiplicatur in octo secundum affirmationes & negationes partium eius: ex quibus fiunt. 16. modi syllogismorum. Quãdo verò idem terminus in vna est cõsequens: & in altera est antecedẽs: fiũt syllogismi sic, si est homo est animal, si est animal est substantia: sed est homo: ergo est substãtia: & huiusmodi fiunt à positione antecedentis. A destructione consequentis sic: si est homo est animal: si est animal est substãtia: sed non est substãtia: ergo nõ est homo. Et hæc dicitur à Boẽtio prima figura istarum propositionum. Secunda figura secundum eum fit: quãdo idẽ est antecedens in vtrãq;: ex quo fit syllogismus à positiõe antecedẽtis sic: si est homo est animal: si nõ est homo est insensibilis: sed est homo: ergo non est insensibilis: vel sic, si est homo est animal: si nõ est homo non est rationalis, sed est homo: ergo est rationalis. A destructione cõsequentis sic: si est homo est animal: si non est homo est insensibilis: sed non est animal: ergo est insensibilis. Vel sic: si est homo est animal: si non est rationalis non est homo: sed non est animal: ergo nõ est rationalis. Destructo enim animali destruitur homo: quo destructo destruitur rationale. Tertia figura secundum eum est, qñ non arguitur à destructione consequentis: sed solùm à positiõe antecedẽtis sic: si est homo est animal: si est lapis non est animal, sed est homo: ergo non est lapis. Et sic patet de syllogismis cõditionalibus.

De syllogismis disiunctiuis & de propositionibus reduplicatiuis: & de conuersione per comparationem. CAP. XVIII.

DE syllogismis disiunctiuis nunc dicendum est. Vbi nota quòd sicut vna propositio conditionalis secundum affirmationẽ: vel negationem suarum partium multiplicatur: & si sunt quatuor: ita etiam se habet de propositione disiunctiua sic: quia aut ambæ partes sunt affirmatiuę vt aut est sanũ, aut est ægrum. Vel ambę partes sunt negatiuę, vt aut non est sanũ, aut non est ægrũ: vel prima est affirmatiua & secunda negatiua: vt aut est sanum aut non est ægrum: vel prima negatiua & secunda affirmatiua: vt aut non est sanũ aut est ægrum. Ad faciendũ autẽ syllogismos de prædictis propositionibus, primò oportet videre quæ dictarũ propositionũ vni simplici conditionali æquipollet. Posteà secundũ quod fiebat syllogismus ex illa conditionali simplici: vt suprà dictum est, sic fiat de ista disiũctiua. Ad hoc enim videndũ oportet supponere, q̃ ad hoc vt propositio disiunctiua sit vera, semper oportet quòd altera pars sit falsa. ita. videlicet quòd prima pars sit falsa, & secunda vera. Et quia posita quacũq; propositiõe falsa si verificatur debet verificari per suã oppositã. Verbi gratia. si hæc est falsa, non est homo: verificatur per hanc. est homo, & econuersò. ideò videamus in propositione disiũctiua partẽ primã, vtrũ sit affirmatiua vel negatiua. Si prima pars est affirmatiua, æquipollet antecedenti cõditionalis negato. Nam sicut antecedẽs cõditionalis supponitur, quòd debet esse verum: ad hoc quòd tota cõditionalis sit vera, ita prima propositio cathegorica quã vocamus in disiunctiua antecedens, semper debet esse falsa. Ad hoc verò quòd ista duo antecedẽtia æquipolleãt, oportet q̃ si vnũ est affirmatum, quòd alterũ sit negatũ: quia in vtraq;. s. conditionali & disiunctiua consequẽs est verũ. ideò ad hoc quòd inter se æquipolleãt: oportet quòd si vnum 'est affirmatum, & reliquũ: & si vnum est negatũ, & reliquũ. Verbi gratia. sit disiunctiua ista: aut est sanũ aut est ægrũ, quæ habet antecedẽs & cõsequẽs affirmatiua: ad hoc quòd æquipolleat conditionali veræ debet conditionalis habere antecedẽs negatũ & consequens affirmatũ sic, si nõ est sanum est ægrum, & sic de aliis. His habitis, faciliter possunt sciri syllogismi disiunctiui, vt enim supradictũ est, quatuor syllogismi conditionales fiunt à positione antecedentis, & quatuor à destructione cõsequẽtis. Eodẽ modo in istis propositionibus. Prima enim propositio conditionalis, ex qua sumebatur primus modus, erat ista. si est homo, est animal: secundũ ergo dicta huic æquipollet ista. Aut non est homo, aut est animal. Fiat ergo syllogismus disiũctiuus sic. Aut non est homo aut est animal, sed est homo: ergo est animal. Secũda propositio secundi modi erat ista. si est homo nõ est animal: cui æquipollet ista: aut non est homo, aut non est lapis: & fiat syllogismus disiunctiuus sic. Aut non est homo, aut non est lapis, sed est homo: ergo non est lapis. Tertia propositio erat ista, si animal non est sanum, est ægrũ: cui æquipollet ista. Aut est sanum. aut est ægrum: & fiat syllogismus disiunctiuus sic. Aut est sanũ aut est ægrum. sed nõ est sanum. ergo est ægrum. Quarta propositio erat ista. si nõ est animal, nõ est homo: cui æquipollet ista. Aut est animal: aut est homo: & fiat syllogismus disiunctiuus sic: Aut est animal aut est homo. sed non est animal. ergo nõ est homo. In secunda verò figura proceditur à destructione cõsequentis: & fit primus syllogismus sic: aut nõ est homo: aut est animal: sed non est animal. ergo non est homo. Secundus sic. Aut nõ est homo: aut non est lapis. sed est lapis. ergo nõ est homo. Tertius sic. aut est sanum. aut est ægrũ: sed nõ est ægrum. ergo est sanum. Quartus sic. Aut est animal. aut non est homo. sed est homo. ergo est animal. Et sic patet de syllogismis disiunctiuis. Dictũ ergo sic de syllogismis homo modo. De aliis aute speciebus argumentationis nõ me intromitto. Notãdum ad hoc quòd propositio reduplicatiua sit vera, requiritur q̃ quatuor propositiones exponẽtes ipsam. s. tres cathegoricę, & vna hypothetica sint verę. & si aliqua ipsarũ esset falsa, ipsa esset falsa. Et quia tales propositiões aliquando fiunt gratia cõcomitantię: vt si dicatur homo inquantũ corporeus est coloratus. Aliquando gratia causę: vt ignis inquantũ calidus est calefactiuus. Et ideò reduplicatiua gratia causę ad veritatẽ suam non solùm requirit q̃ quatuor eius exponẽtes sint veræ: sed q̃ illud super quod cadit reduplicatio exprimat causam importati per prædicatũ: vel q̃ sit illud cui primò ineſt prædicatum principale. Verbi gratia, de vtrãq; dictarũ propositionũ. Ad hoc enim q̃ ista sit vera: homo inquantũ corporeus, est coloratus: requiritur q̃ hę sint verę. s. homo est coloratus: homo est corporeus: & omne corporeũ est coloratum, & si aliquid est corporeũ. i. coloratũ. Similiter ad veritatẽ istius. ignis inquantũ calidus, est calefactiuus. Verũ est q̃ ignis est calefactiuus: & q̃ ignis est calidus: & omne calidũ est calefactiuũ: & si aliquid est calidũ. i. calefactiuum: & calidus est causa calefactionis. Et conuertitur reduplicatiua sic. Ignis inquantùm calidus, est calefactiuus: aliquid quòd inquantũ calidum est calefactiuum est ignis: & non sic. Calefactiuũ inquantũ calidus est ignis. Notandum quòd propositio vniuersalis affirmatiua conuertitur simpliciter mutatis terminis finitis in terminos infinitos: consimiliter est etiã de particulari negatiua. Causa est: nam propositio vniuersalis affirmatiua in terminis finitis non cõuertitur simpliciter: quia inueniũtur termini in quibus sic: vt omnis homo est risibilis: & omne risibile est homo. Inueniuntur etiã termini in quibus nõ: vt omnis homo est animal: non sequitur. ergo omne animal est homo: quia in plus se habet animal quã homo. Sed quia terminus qui in plus se habet quã alius terminus. si infinitetur, se habet in minus quã ille, qui in minus, se habebãt. Nã de paucioribus prædicatur nõ animal, quã nõ homo: quia nõ animal prędicatur de omnibus entibus: præterquã de animalibus. Non homo verò prędicatur de omnibus entibus: & de animalibus: prẽterquã de homine: potest ergo fieri cõuersio. In particulari verò negatiua in terminis finitis non fit conuersio: quia inueniuntur termini in quibus non: quando, videlicet aliqua species prædicatur negatiuè de suo genere: vt quoddã animal non est homo: sed non econuersò: sed si verificantur termini. s. homo non est albus: in plus se habet nõ albus quã non homo. ergo potest fieri conuersio, scilicet quoddam non album non est non homo. Et sic patet de syllogismis &c.

De syllogismo simpliciter. Tractatus finit.

Incipit eiusdẽ Doctoris Tractatus, de syllogismo demonstratiuo.

De syllogismo demonstratiuo quid sit CAP. I.

RESTAT nunc dicere de demonstratione. Cùm enim scientia sit habitus cõclusionis demõstratæ acquisitus ex ipsius speculatione: ad sciendum quid sit scientia: & quomodò acquiratur, necesse est scire quid est demõstratio. Est autem demonstratio syllogismus procedens ex veris: necessarijs per se, primis proprijs per se notis: immediatis: & causis conclusionis. Sciendũ q̃ demonstrationum quædam est propter quid: & quædã est quia: vnde dicta diffinitio solum conuenit demõstrationi propter quid. In prædicta autem diffinitione quædam sunt quæ pertinent ad formam demonstrationis, in hoc quòd dicitur esse syllogismus, quædam sunt quæ pertinẽt ad materiã demonstrationis. s. q̃ sit procedens ex veris necessarijs &c. Vnde primò exponã particulas pertinentes ad materiam de

riam, de qua est demonstratio. Secundò ponã ea quæ pertinent ad eius formã. Sin qua figura vel modo talis syllogismus debeat fieri. Quòd enim demõstratio procedat ex veris necessarijs &c. Hoc potest patere per finẽ suum, qui est scire. Cùm enim scire nihil aliud sit quàm cognoscere causam alicuius rei: & non solũ causam vt causa est, sed vt est causa illius rei actu. Cognoscere enim causam alicuius rei, & non cognoscere effectum eius esse in actu est cognoscere effectum in virtute. hoc aũt nõ, est scire effectum simpliciter, sed est scire solùm secundum quid. Etiam quia scire est per certitudinem cognoscere: oportet prædictum effectum necessariò semper ad illã causam sequi. Conclusio ergo demonstrationis: cuius habitus est sciẽtia seu scire habitualiter, oportet quòd procedat ex talibus præmissis quæ sint veræ & necessariæ causæ conclusionis.

Quid sit dici de omni per se primò seu vniuersaliter.

CAP. II.

AD inuestigandum autem dictas particulas diffinitionis demonstrationis pertinẽtes ad materiam de qua est demõstratio præmittenda sunt quædam necessaria. Quia enim præmissæ demonstrationis sunt vniuersales. ideò oportet scire quid est dici de omni: & quia in eis prædicatum dicitur per se de subiecto, ideò oportet scire quid est per se & quid primò. Est autem dici de omni vt hîc sumitur, quãdo nihil est sumere sub subiecto de quo non dicatur prędicatum: nec est sumere aliquod tempus, in quo prędicatũ tali subiecto non cõueniat. Hæc est autem differentia inter hoc dici de omni, & illud quod in tractatu syllogismi dictum fuit. nam ibi sumebatur dici de omni quãdocũq; aliquid prędicatur vniuersaliter de aliquo subiecto, siue subiecto insit prædicatum necessariò & omni tẽpore siue contingenter: vt nunc. Vnde in illa propositione, omnis homo currit: saluatur hoc modo dici de omni. Sed nunc sumitur dici de omni de eo quod semper ineſt subiecto: vt omnis homo est animal: non enim est dare aliquod tempus in quo homo nõ sit animal: patet ergo de dici de omni. Per se aũt dicitur quadrupliciter. Primo modo qñ prędicatũ est diffinitio vel aliqua pars diffinitiõis ipsi⁹ subiecti: vt oĩs homo est aĩal ratiõale mortale: vel oĩs homo, est aĩal. Secũdo modo dicitur per se, qñ prædicatũ est propria passio ipsius subiecti: in cuius diffinitiõe ponitur subiectũ, vt oĩs homo est risibilis. In diffinitione enim risibilis ponitur homo: non vt pars eius essentialis: sed vt aliquid extra essentiam suam: sine quo cognosci non posset. Cùm enim esse accidentis dependeat à subiecto: oportet quòd diffinitio quæ significat esse ipsius contineat in se subiectum. Tertio modo dicitur aliquid esse per se, quod significat aliquid solitariũ. sicut singulare quod est in genere substantiæ, vt Sortes vel Plato. Album vel ambulans, isto modo non dicitur per se: cùm non intelligatur aliquid solitarium per se existens. Dicendo enim album. dico accidens & subiectum: sed cùm dico Sortes, dico aliquid solitarium. & sic dicitur per se. Sciendum est autem quòd iste modus non est modus prædicandi per se. sed est modus essendi. Quarto modo prædicatur aliquid per se: quando aliquid dicitur de aliquo: quod est immediata & necessaria causa ipsius: sicut dicimus quòd interfectus interijt interfectione. Interfectio enim est immediata & necessaria causa ipsius interitus: & sic patet de per se. Primò autem dicitur aliquid prædicari: quando prædicatum & subiectum ita sunt adæquata, vt prædicatum nõ posit inueniri extra subiectum: nec subiectum extra prędicatum: sicut cùm dicimus: homo est risibilis. Ita enim se habet risibile ad hominem, quòd de quocúnque dicitur risibile, de eodem dicitur & homo: & econuerso. Vnde dicendo Sortes est risibilis: licet modò risibile prædicetur de Sorte in secundo modo dicendi per se, non tamen prædicatur primò: quia risibile de pluribus prædicatur quàm de Sorte. Philosophus tamen hoc quod dictum est prædicari primò vocat vniuersale: non tale vniuersale de quo in primo tractatu dictũ est: sed quia prædicatum de subiecto: & subiectum de prædicato potest vniuersaliter prædicari. Ex his patet quomodò se habent ista tria, scilicet dici de omni per se: & vniuersale. Neq; omne quod primò seu vniuersaliter prædicatur: prædicatur per se: non tamen econuersò. Risibile enim primò per se prædicatur de homine. Licet autem risibile prædicetur per se de Sorte: non tamen prædicatur primò. Similiter etiã quod per se prædicatur, dicitur de omni: non tamen omne quod dicitur de omni, dicitur per se. Nam dicẽdo. omne animal est homo, est prædicatio de omni: non tamen per se.

Quòd demonstratio procedit ex veris & necessarijs.

CAP. III.

HIs visis videamus partes diffinitionis demonstrationis suprapositæ. Dicitur enim ibi quòd demonstratio procedit ex præmissis veris. Quod autem sit verum, dictũ est suprà. Ad hoc autẽ q̃ conclusio sit vera ex præmissis: sicut ex causis, oportet præmissas esse veras. Licet enim ex falsis posſit concludi verũ: tamen veritas cõclusionis est ex præmisis. Dicimus enim omnis homo est lapis: omnis margarita est homo: ergo omnis margarita est lapis: cõclusio modò est vera: licet præmissæ sint falsæ. Et quia omnis causa assimilat sibi effectum, falsitas dictarũ propositionũ non potest esse causa veritatis conclusionis: & ideò in 1. Priorum, dicit philosophus q̃ verũ concluditur ex falsis: non propter quid: sed quia. Patet ergo q̃ demonstratio procedit ex veris. Deinde dicitur q̃ demonstratio procedit ex præmissis necessarijs, quæ autem sit propositio necessaria dictum est in tractatu syllogismorũ. Notandum q̃ cõclusio demonstrata oportet q̃ sit necessaria. Si enim sciẽtia dicit certitudinẽ: quę non põt esse de cõtingentibus vt cõtingẽtia sunt: sed solũde necessarijs: oportet quòd cõclusio cuius habitus est scientia, sit necessaria. Hoc suppositio, sciendũ est quòd licet cõclusio necessaria posit concludi ex præmissis cõtingentibus vel ex altera ad minus: vt suprà dictũ: non tamen põt sciri ex præmisis cõtingentibus: sed ex necessarijs. Si enim scire, vt suprà dictũ est: est causam rei necessariã cognoscere, si medium cõtingenter se habebit ad extremitates, nõ erit ex necessariũ: & per cõsequens poterit remoueri conclusione necessaria stante: non ergo erit causa conclusionis. Ad hoc ergo quòd sit causa conclusionis, necessariò debet se habere ad ambas extremitates, & sic ambę præmissæ erũt necessariæ. Patet ergo quòd demonstratio procedit ex præmisis necessarijs.

Quòd demonstratio procedit ex præmissis, in quibus est per se & non per accidens. CAP. IIII.

DEinde dicitur quòd demonstratio procedit ex his quę sunt per se & non per accidens. Sciẽdum quòd in demonstratione affirmatiua potissima medium est diffinitio subiecti, simul sumpta cum diffinitione passionis. Vnde in maiori propositione passio prædicatur de diffinitione subiecti, in qua exprimũtur principia ipsius passionis. Vt enim in 1 tractatu dictũ est, subiectum cõparatur ad primam passionem, non solũ in ratione causæ materialis: sed etiã in ratione causę efficientis. Diffinitio ergo subiecti simul sumpta cũ diffinitione passionis exprimit causam efficientẽ ipsius passionis immediatã & necessariã: hic autem est quartus modus dicendi per se: vt suprà dictũ est, in minori autem propositione prædicatur diffinitio de subiecto: & hic est primus modus dicendi per se. In cõclusione verò prædicatur propria passio de suo subiecto: & hic est secundus modus dicendi per se. Verbi gratia. Si vellemus demonstrare q̃ omnis quaternarius numerus est par, sic fit. Omnis multitudo mensurata per vnum: cuius per se non est medium est par. Sed omnis quaternarius numerus est talis multitudo. ergo omnis quaternarius numerus est par. Hîc subiectum est quaternarius numerus. passio verò eius est par: seu paritas: medium verò quod fuit sumptũ dicit diffinitionem numeri: quę est multitudo mensurata per vnũ. & dicit diffinitionem paris: quia paris secundum se non est mediũ. In maiori propositione passio prædicatur de diffinitione subiecti: in qua exprimitur diffinitio sua: & sic est quartus modus dicendi per se. In minori propositione diffinitio subiecti prædicatur de suo subiecto: & sic est primus modus dicendi per se. In conclusione verò prædicatur propria passio de suo subiecto: & est secũdus modus dicendi per se. Patet ergo quòd demonstratio procedit ex his quæ sunt per se. Ratio communis huius sit sic. Syllogismus qui procedit ex necessarijs non procedit ex his quæ sunt per accidens: sed ex his quæ sunt per se: sed vt dictum est, demonstratio procedit ex necessarijs. ergo demonstratio procedit ex his quæ sunt per se.

Quòd demonstratio procedit ex primis & immediatis.

CAP. V.

DEinde dicitur q̃ demonstratio procedit ex primis. Vbi nota, quòd in demonstratione potissima prædicatur propria passio de subiecto in conclusione. In præmisis autem vel prædicatur diffinitio de subiecto, vel propria passio de diffinitione subiecti & suа. Hæc autem omnia cõuertibilia sunt: & hoc est prædicari primò: vt suprà dictũ est. Et propter hoc demonstratio superiùs posita non est potissima. cõcluditur enim par de numero quaternario, in plus enim se habet par quàm numerus quaternarius: quia dicitur de senario octonario & cæteris. Conuenit autem par adæquatè alicui communi numero: qui est innominatus, & de illo si haberet nomẽ prædicatur per se & primò: & de illo posset fieri demonstratio potissima. Sicut dicimus q̃ habere tres angulos æquales duobus rectis, cõuenit per se primo triãgulo: quia cõuertuntur. Omnis enim triangulus habet tres angulos. & omne habens tres angulos est triangulus. Non autem conuenit ysocheli primò: quia non omne habens tres angulos, est ysocheles. Tales propositiones demonstrationum sunt immediatæ. Mediata enim propositio est illa in qua prædicatum ineſt subiecto propter aliquid prædicatum quod subiecto per prius conuenit: sicut risibile Sorti: quia per prius cõuenit homini. Immediata autẽ propositio est illa in qua prędicatũ nõ propter aliud cõuenit subiecto: sicut risibile cõuenit diffinitioni hominis: & omnis propria passio diffinitioni sui subiecti & suę. Patet ergo q̃ demõstratio procedit ex primis principijs & immediatis. Sciendũ q̃ differt primum & immediatum. Nam nõ omne qđ primò ineſt, dicitur ímediatũ. Risibile esſ primò ineſt homini: sed nõ immediatèi quia per prius ineſt diffinitioni hominis: & suæ: aliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

diffinitio nõ esset medium ad cõcludendũ risibile de homine. Simi liter etiã nõ omne quod immediatè ineſt, primo ineſt: homo enim immediatè ineſt Sorti. nõ tamẽ primo: quia de pluribus dicitur homo. quã Sortes. Vnde præmiſſæ demonſtrationis oportet ꝙ vtrũq; habeãt. Sciẽdũ etiã ꝙ cũ prima principia in demõſtratione aliquãdo ſint mediata: quia per aliquod mediũ poſſunt demõſtrari: tamẽ demõſtrator accipit ea vt immediata & indemõſtrabilia. Nõ enim ſunt demõſtrabilia in illa ſcientia de qua eſt demõſtratio, ſed in ſciẽtia ſuperiori: & ideò licet habeãt mediũ: tñ accipiũt vt immediata.

Quod demonſtratio procedit ex proprijs: & non ex extraneis: nec ex communibus. CAP. VI.

DEinde dicitur ꝙ demonſtratio procedit ex proprijs. Vbi nota ꝙ proprium aliqñ dicitur eſſe aliquid: quia nõ eſt extraneũ, & aliqñ dicitur eſſe propriũ, quia non eſt cõmune. Vtróq; autẽ modo procedit demonſtratio ex proprijs: quia nõ ex extraneis: nec cõmunibus. Quod autẽ nõ procedat ex extraneis: ſciendum, ꝙ in demõſtratione ſunt tres termini: ſicut in quolibet ſyllogiſmo: ſcilicet maior extremitas: quæ eſt propria paſsio: minor extremitas quæ eſt ſubiectũ & mediũ quod eſt diffinitio ſubiecti cũ diffinitione paſsionis. Si autẽ medium eſſet extraneum à maiori vel minori extremitate, quòd ſ. non eſſet diffinitio vtrũq; cõprehendens, tunc maior extremitas non prædicatur de eo per ſe: nec ipſum de ſubiecto per ſe prædicaretur: ſed probatũ eſt, ꝙ in maiori propoſitione maior extremitas prædicatur per ſe de medio in quarto modo dicẽdi per ſe: & in minori propoſitione prædicatur mediũ de minori extremitate per ſe in primo modo dicẽdi per ſe: ergo nullo modo demonſtratio procedit ex extraneis: ſed ex proprijs. Sciẽdũ ꝙ licet in demõſtrationibus nõ ſit deſcenſus ex vno genere in aliud genus extraneũ: tamẽ nihil prohibet aliqñ ſubiectũ vnius demõſtrationis cõtineri ſub ſubiecto alterius demõſtrationis: & cõtrahere illud. Verbi gratia. dato ꝙ demonſtraretur hæc paſsio: ſcilicet ſenſitiuum per diffinitionẽ animalis de ipſo animali: ſi eadẽ paſsio demonſtraretur de homine per idẽ mediũ: vel per mediũ cõtractũ ad diffinitionẽ hominis, tunc vna demõſtratio fieret ſub alia demõſtratione: & eſſet ſubiectũ ſub ſubiecto. Sciẽdum etiã eſt ꝙ talis cõtractio aliqñ eſt in eodẽ genere ſimpliciter: ſicut dictũ eſt de animali & de homine: quia aliquãdo cõtrahitur ad hominẽ per aliquã differẽtiã extraneã. Aliquãdo verò talis cõtractio ſeu deſcẽſus ſit in eodẽ genere ſecundum quid: quia ſubiectum cõtrahitur per differẽtiã extraneã: ſicut viſuale eſt extraneum à genere lineæ: & ſonus eſt extraneus à genere numeri. Vnde linea quæ eſt ſimpliciter ſubiectũ Geometriæ: & linea viſualis quæ eſt ſubiectũ perſpectiuè nõ ſunt ſimpliciter vnius generis: ſed ſolùm ſecũdũ quid: & ſimiliter ſe habet de numero: qui eſt ſubiectũ Arithmetricę: & de numero ſonoro: qui eſt ſubiectũ Muſicę. Et ideò quãdo ea quę ſunt lineæ ſimpliciter applicãtur ad lineã viſualẽ: fit quodãmodò deſcẽſus in aliud genus. Vnde in demõſtratione quæ ſit in ſciẽtia perſpectiua: & in muſica proceditur quodãmodò ex principijs extraneis. Patet ergo qualiter demõſtratio procedit ex principijs ſeu præmiſsis proprijs: & nõ extraneis. Quod etiã procedat ex proprijs: & nõ ex cõmunibus: ſciẽdũ ꝙ in demõſtratiõe quędã principia cõcurrũt actualiter: quędã verò virtualiter. Quędã verò principia dicuntur dignitates: ſeu cõmunes animi cõceptiones: quia ita naturaliter intellectus noſter inclinatur per lumen ſuum ad ea cognoſcenda, ꝙ ſtatim cognitis terminis cognoſcit illa principia, vt omne totum eſt maius ſua parte. Nam ſtatim quòd ratio cognoſcit quid eſt totum: & quid eſt pars, cognoſcit hoc eſſe verum, ſcilicet omne totum eſt maius ſua parte. Iſta autẽ principia ſeu propoſitiones primæ ſunt maius & minus cõmunia. Vnde illud principiũ cõmune, de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, eſt cõmune in omne ente: ſed iſtud principium, omne totum eſt maius ſua parte, ſolùm conuenit enti corporeo, & non ſubſtantijs ſeparatis quę nec totum habent nec partem: & ſic ſe habet de multis alijs. Vnde dicta principia non intrant actu demonſtrationes quæ fiunt in ſcientijs: ſed virtute, quando enim dico quancũq; propoſitionem, primùm intrat in eam virtute. Cùm enim dico, Petrus currit, certum eſt vel quia homo eſt: vel non eſt. ergo hoc principium, ſcilicet de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe, virtute eſt in qualibet præmiſſarũ demonſtrationis: & ſic eſt de alijs principijs minus communibus, reſpectu demonſtrationum in quibus ſunt virtute. Vnde dicere quòd demõſtrationes nõ procedunt ex his principijs virtute falſum eſt. Sed dico quòd talia principia communia actu non intrant demõſtrationem. Vnde ille qui voluit demonſtrare quadraturam circuli per principia communia, ſic arguendo. Vbi inuenitur maius & minus ibi inuenitur æquale: ſed inuenitur quadratum maius circulo & minus circulo: ergo inuenitur æquale, malè demõſtrauit. Ratio eſt. Nam vt ſuprà probatum eſt, demõſtratio procedit ex primis & immediatis: ſed vtendo iſtis principijs, ambæ propoſitiones demõſtrationis non erunt immediatę & primę: quoniam eſſe maius vel vel minus circulo non ſolùm conuenit quadrato: ſed etiam triangulo & multis alijs figuris: non ergo in iſta propoſitione eſt primũ: ſeu quod primo ineſt. Nec eſt immediata: quia per multa media poſſet hoc probari: non ergo ex talibus procedit demonſtratio. Alia verò principia demonſtrationis ſunt quæ actu intrant demonſtrationem: quæ etiam dicuntur poſitiones, ſuppoſitiones, & diffinitiones. Ad ſciendum autem hæc nomina, nota quòd quicquid in demonſtratione ante concluſionem ponitur, dicitur poſitio, eo quòd poſita eſt ante concluſionem. Poſitionum autem quędam non aſſumunt eſſe, vel non eſſe: & talis eſt diffinitio: non enim dicitur diffinitio iſta, homo eſt animal rationale mortale: ſed diffinitio ſolùm eſt hoc. ſ. animal rationale mortale: ſine hoc quòd addatur ſibi eſſe vel non eſſe: & talis diffinitio eſt poſitio. Aliquando poſitio aſſumit eſſe vel non eſſe: vt cùm dicimus. homo eſt animal rationale mortale: & hæc dicitur ſuppoſitio. Sciendũ quòd tales ſuppoſitiones non ſine cauſa dicuntur ſuppoſitiones. Vbi nota ꝙ propoſitio per ſe nota dicitur, in qua prædicatũ eſt de ratione ſubiecti: tales autẽ debent eſſe præmiſſæ demõſtrationum: vt infrà dicetur. Sciendũ quòd aliquarũ propoſitionũ termini ſunt in cõi omnium noticia, vt ſunt ens, verum, bonum, vnum, aliquid, & res, & huiuſmodi quæ pertinent ad primas cõceptiones intellectus: quæ ſtatim vt audiuntur, cognoſcuntur. Vnde propoſitiones quæ ex eis fiunt, non ſolùm ſunt per ſe notę in ſe, ſed etiã quò ad nos: vt de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe. Vnde tales nõ dicũtur ſuppoſitiones. Aliæ verò propoſitiones ſunt, in quibus licet prædicatum ſit de diffinitione ſubiecti: tamen diffinitio ſubiecti non eſt omnibus nota: & per conſequẽs non eſt omnibus notum, ꝙ prædicatũ ſit de eius diffinitione, ſicut iſta. omnes anguli recti ſunt ęquales. Aequale enim eſt de diffinitione anguli recti. Eſt enim angulus rectus, qui cauſatur ex linea recta per pẽdiculariter cadente ſuper lineã rectã: ita ꝙ ex vtraq; parte anguli reddantur æquales. Quia ergo nõ omnes hoc ſciunt: ſcilicet ꝙ equale ſit de diffinitione anguli recti: ideò hoc ſupponitur: & propter hoc dicitur ſuppoſitio. Alio modo propoſitio demonſtrationis poteſt dici ſuppoſitio. Nam quædam propoſitiones ſunt, quæ probantur per principia ſuperioris ſciẽtię, vt infrà oſtendetur: & ideò inferior ſcientia, oportet quòd ſupponantur. Et quia ex talibus principijs ſeu præmiſsis proprijs procedit demonſtratio: quia actu intrant in eam, ideò procedit ex propriis, non ex cõibus. Patet ergo quomodò demõſtratio ꝓcedit ex propriis &c.

Quòd demonſtratio procedit ex per ſe notis. CAP. XVII.

DEinde dicitur quòd demõſtratio procedit ex per ſe notis. Per ſe notæ enim dicuntur propoſitiones, in quibus prædicatum eſt de diffinitione ſubiecti, vel immediatè cauſatur ex principijs eius. Sed ea ex quibus procedit demonſtratio, ſunt huiuſmodi. Nã in maiori propoſitione prædicatur propria paſsio de diffinitione ſubiecti & ſua: quæ eſt immediata cauſa ſui, ſeu exprimet immediata principia eius. In minori verò prdicatur diffinitio de ſubiecto. ergo demõſtratio procedit ex per ſe notis. Sciendũ quòd quædam propoſitiones ſunt per ſe notæ in ſe, & non quò ad nos: ſicut hęc. omnis febricitans habet pulſum excitatum. Licet enim hoc ſit notum in ſe: quia febris eſt cauſa excitationis pulſus: tamen nõ eſt per ſe notum quò ad nos: ſed econuersò cognoſcimus febrẽ per excitationẽ pulſus. Ex talibus autẽ per ſe notis non procedit demonſtratio. Si enim propter quod vnũquodq; & illud magis, propter præmiſſas autem innoteſcunt nobis concluſiones: ergo oportet ꝙ præmiſſæ ſint nobis magis notæ. Vnde concluſiones nullo modo poſſent nobis fieri notæ, niſi præmiſſæ eſſent magis nobis notæ. Demonſtrationes autẽ fiunt, vt cõcluſiones fiant nobis notæ: ergo demonſtrationes procedunt ex notioribus quò ad nos. Quædã aũt propoſitiones ſunt per ſe notæ & in ſe & quò ad nos: vt omnis numerus cuius per ſe non eſt mediũ, eſt par: quia omnis numerus qui non habet ſecundũ ſe mediũ, dicitur par, & ecõuersò: & ex talibus procedit demonſtratio. Patet ergo ꝙ demõſtratio procedit ex per ſe notis & notioribus nobis. Ex prædictis põt concludi, ꝙ demonſtratio & ſcientia quæ eſt habitus concluſionis demõſtratæ, ſemper ſit de incorruptibilibus & ſempiternis. Vbi enim ſaluatur dici de omni, oportet quòd illud ſit incorruptibile & ſempiternum. Sicut enim ſuprà dictum eſt: dici de omni dicitur quod non aliquando ineſt & aliquando non ineſt, ſed ſemper ineſt. corruptibilia autem non ſunt ſemper in eis: ergo non ſaluatur dici de omni: ſed ſotũ in ſempiternis. Sed in demõſtratiõe potiſsima quæ habet ambas propoſitiones vniuerſales ſaluatur in omnibus dici de omni: ergo demõſtratio eſt de incorruptibilibus & ſempiternis. Apparet etiã quòd diffinitio eſt ſempiternorum. Licet enim corruptibilia diffiniantur: non tamen diffiniuntur inquantũ corruptibilia ſunt. Soluitur enim particularia ſunt corruptibilia: particulare autẽ non diffinitur. Vnde diffinitio eſt corruptibilũ per accidẽs. ſempiternorũ aũt eſt per ſe. Sciendũ ꝙ quędã ſempiterna ſeu æterna: vt ad propoſitum demonſtrationis pertinet, non ſunt ſemper ſecundũ tempus. ſunt autẽ per cõpoſitionem ad cauſam. Quia nunquã deficit quin poſita tali cauſa ponatur effectus, ſicut defectus ſolis nunquã deficit quin

cit: quin interpoſita luna inter nos & ſolem ſit: tamen defectus ſolis non eſt ſemper: niſi tunc. Quædam verò non ſunt ſemper: nec per cõparationem ad tempus, nec per comparationem ad cauſam quę impediri poteſt. Non enim ſemper ex ſemine hominis generatur homo cum duobus oculis: ſed quãdoq; deficit propter impedimẽtũ cauſę agẽtis vel materiæ. In vtriſq; aũt ſic ordinãdæ ſunt demonſtrationes, ad hoc ꝙ ſint ex ſempiternis: vt ex vniuerſalibus propoſitionibus inferatur concluſio vniuerſalis: remouẽdo illa in quibus poteſt eſſe defectus, vel ex parte temporis, vel ex parte cauſæ. Patet ergo quòd demonſtratio eſt ex ſempiternis, tam in præmiſsis quã in concluſione. Scientia ergo quæ eſt habitus concluſionis demonſtrationis eſt ex ſempiternis.

Quòd demonſtratio procedit ex cauſis concluſionis. CAP. VIII.

DEinde dicitur quòd demõſtratio procedit ex cauſis cõcluſionis quod dupliciter poteſt intelligi. Vno modo ꝙ præmiſſæ ſint cauſa quòd maior extremitas inſit minori: & hoc non ſolùm eſt verum in demonſtratione: ſed etiã in omni ſyllogiſmo: in quo ex veris concluditur verum. Vnde in iſto ſyllogiſmo. ſ. omnis homo currit: Sortes eſt homo: ergo Sortes currit: dato ꝙ hoc ſit verum. ſ. omnis homo currit, & Sortes eſt homo: ſequitur neceſſariò vt effectus quòd Sortes currit. Alio modo intelligi poteſt quòd præmiſſæ ſint cauſa conclusionis: quia in eis continetur cauſa tam ſubiecti quàm etiã prædicati ipſius concluſionis. & ſic hoc ſolũ conuenit demonſtrationi. Sciendum ꝙ quia vt ſuprà dictũ eſt, ſcire propter quid: eſt cauſam rei cognoſcere: mediũ autem quod eſt demonſtratione quę eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, eſt diffinitio ſubiecti & paſsionis: omnis aũt bona diffinitio datur per aliquã cauſam: ergo mediũ quod ſtat in præmiſsis, eſt cauſa ſubiecti & paſsionis: aliter tamẽ ſubiecti: & aliter paſsionis. Vbi ſciendum eſt quòd cùm quatuor ſint cauſę. ſ. materialis, formalis, efficiens: & finalis, à qualibet harũ poteſt ſumi diffinitio: verbi gratia. dicendo domus eſt cooperimentũ cum lapidibus cemento & lignis, eſt diffinitio per cauſam materialẽ. Si verò dicatur. Domus eſt cooperimentũ quadratũ longum & altum, erit diffinitio per cauſam formalẽ: ſi verò dicatur. domus eſt cooperimentũ factum ab artifice cum martellis tegulis & plumbo, erit diffinitio per cauſam efficientẽ. Si verò dicatur domus eſt cooperimentũ prohibens nos à pluuijs: frigore & calore, erit diffinitio per cauſam finalẽ. Cùm ergo ſubiectũ per tot cauſas poſsit diffiniri: medium quod eſt eius diffinitio, vt dictũ eſt, ſe habebit ad illud in habitudine tot cauſarũ. Reſpectu verò paſsionis habet ſe mediũ in habitudine duarũ cauſarum. ſ. materialis & efficientis. Subiectũ enim vt dictũ eſt, cõparatur ad propriã paſsionẽ, & vt ſubiectũ & vt efficiens: & eodem modo ſe habet diffinitio ſubiecti reſpectu paſsionis. Sciendum ꝙ quia cauſæ habent ordinẽ adinuicẽ ex vna ſumitur ratio alterius. Ex forma enim ſumitur ratio materię: quia talẽ oportet eſſe materiã, qualem forma requirit. Efficiens autẽ eſt ratio formę: quia enim omne agens agit ſibi ſimile: oportet ꝙ ſecundũ modum agentis ſit modus formæ quæ ex actione ſequitur. Ex fine verò ſumitur ratio efficientis: quia omne agẽs agit propter finẽ: oportet ergo ꝙ diffinitio quæ ſumitur à fine ſit ratio & cauſa probaria aliarum diffinitionũ quæ ſumuntur ex alijs cauſis. Et quæ ſumitur ab agente aliarum duarum. Et quæ ſumitur à forma eius quæ ſumitur à materia: ideò diffinitio quę ſumitur à materia, poteſt demonſtrari per cauſam finalẽ: & ſic de alijs. Et propter hoc dicit philoſophus 1. Poſteriorum, ꝙ diffinitio vel eſt concluſio demonſtrationis. ſ. quando eſt per talem cauſam quę concludi poſsit ex diffinitione: quę fiat per aliam cauſam. Vel eſt principium demonſtrationis. ſ. quando eſt ecõuersò ex cauſa quę ſit ratio & cauſa probatiua alterius. Vel eſt demonſtratio ſola poſitione ſeu ordinatione differẽs. ſ. qñ tales duas cauſas cõprehendit. Et ſic patet de partibus diffinitionis demonſtrationis: quas continet eius materia.

Quòd demonſtratio potiſsima affirmatiua ſit ſolùm in prima figura & in primo modo eius. CAP. IX.

NVnc reſtat dicere de eius forma. Nam in eius diffinitiõe dictũ eſt ꝙ eſt ſyllogiſmus. Vbi nota, quòd demõſtratio aliquãdo eſt affirmatiua: aliquãdo negatiua. Demonſtrationũ autem tam affirmatiuarũ quàm negatiuarum quædã ſunt potiſsimę: quędam verò non potiſsimę. Potiſsimę dicuntur illæ: in quibus obſeruantur omnia illa quæ de demonſtratione dicta ſunt, nullo omiſſo: ſi verò aliquid omitteretur, non eſſet potiſsima. Vnde videndũ eſt in quibus figuris ſiant demonſtrationes potiſsmę & primò affirmatiuę. Sciendũ ꝙ demõſtratio potiſsma affirmatiua debet fieri ſolùm in prima figura, & in primo modo eius. Quod ſic poteſt patere. Nam in ea figura & in eo modo eius demõſtratio debet fieri propter ꝙd: vbi medium eſt cauſa paſsionis & ſubiecti: ita quòd præmiſſæ ſint per ſe in quibuscõuenienter poteſt mediũ aſsignari cauſa paſsionis & ſubiecti. Sed hoc nõ poteſt fieri niſi in prima figura. Nam in ſecunda figura nõ concluditur affirmatiua: in tertia verò figura etſi concludi poteſt affirmatiua: tamen quia medium in vtráq; propoſitione ſubijcitur in minori propoſitione, in qua ſubiectum prædicaretur de ſua diffinitione, non eſſet prædicatio in aliquo modo dicendi per ſe: quod non contingit in prima figura: in qua in minori propoſitione prædicatur diffinitio de ſubiecto: vt dictum eſt: ergo in ſola prima figura fit demonſtratio potiſsima affirmatiua. Etiam oportet ꝙ fiat in primo modo eius. vt enim ſuprà dictũ eſt in demõſtratione potiſsima tã in præmiſsis quã in cõcluſione ſaluatur dici de omni & primũ, qđ non poſſet fieri niſi oẽs eſſent vniuerſales, ſed hoc, ſolùm fit in primo modo primę figurę: ergo ſolùm in eo poteſt fieri demonſtratio potiſsima. Demõſtrationes verò non potiſsimę poſſunt fieri & in tertio modo primę figurę & in tertia figura in modis concludentibus affirmatiuam. Patet ergo in qua figura, & in quo modo poteſt fieri demonſtratio potiſsima affirmatiua.

Quod demonſtratio potiſsima negatiua debet fieri in ſecundo modo ſecundæ figuræ. CAP. X.

AD ſciendum autem qualiter debeat fieri demonſtratio potiſsima negatiua, videamus vtrum talis demonſtratio poſsit eſſe. Dico ꝙ licet in demonſtratione negatiua non poſsint eſſe: nec ſeruari omnia ſupradicta de demonſtratione: non enim põt in propoſitione negatiua aliquid per ſe prædicari: cùm dici per ſe ſit affirmatiuæ: tamen ſufficit in tali demonſtratione, quòd præmiſſę ſint neceſſariæ & immediatę. Qualiter autẽ tàm affirmatiuæ quã negatiuę ſint neceſſarię, dictum eſt in tractatu ſyllogiſmorũ: & qualiter affirmatiua ſit immediata dictũ eſt ſuprà. Reſtat ergo dicere qualiter negatiua ſit mediata vel immediata. Notandum ꝙ quando aliquid negatur de aliquo & econuersò: & de altero termino aliquid poteſt vniuerſaliter prędicari: de quo alter terminus poteſt negari, tũc propoſitio vniuerſalis negatiua formata ex primis duobus terminis poteſt demonſtrari mediante illo qui prędicatur vniuerſaliter affirmatiuè de altero illorum terminorum. Verbi gratia, homo poteſt negari de lapide & econuersò: vt nullus homo eſt lapis: & quia de homine poteſt prædicari aliquid vniuerſaliter. ſ. animal: dicimus enim omnis homo eſt animal: & de animali poteſt negari lapis: ergo illa propoſitio. ſ. nullus homo eſt lapis, eſt mediata. Poteſt enim probari per medium ſic: nullũ animal eſt lapis: omnis homo eſt animal: ergo nullus homo eſt lapis. Et idem ſequitur ſi aliquid põt prædicari vniuerſaliter de lapide, quòd poſsit negari de homine, vel de quo poſſet homo negari. erit ergo poſsitio negatiua immediata, quãdo duo termini negati ab inuicẽ ita ſe habebũt, quòd neuter eorum habebit aliquid, quod de ipſo vniuerſaliter prędicetur, quod ab altero termino negari poſsit, vel ille terminus ab eo: verbi gratia, nulla ſubſtantia eſt quantitas: iſta eſt immediata, nullus enim terminus poteſt vniuerſaliter prædicari de ſubſtantia, qui negetur de quantitate: de ſubſtantia enim prędicatur vniuerſaliter ens: quod tamen non negatur de quantitate. Similiter etiam duæ diffinitiones duarum ſpecierum ſub aliquo genere immediatè contentarum, faciũt propoſitionem negatiuam immediatã: vt eſt iſta, nullum animal rationale mortale eſt animal irrationale mortale, animal enim rationale mortale eſt diffinitio hominis, animal verò irrationale mortale eſt diffinitio bruti: brutum autem & homo immediatè ſunt ſub animali. Et idem erit de duabus differẽtijs ex oppoſito diuidentibus idem genus: vt nullum rationale eſt irrationale. Secus autem eſt de ſpeciebus per illas differentias conſtitutis: vt nullus homo eſt brutũ: quia ſupra hominem eſt aliquid quod poſſet negari de bruto, ſcilicet rationale, & ſupra brutũ eſt aliquid quòd poſſet de homine negari, ſcilicet irrationale: ideò ſunt mediatę: licet non propriè poſsit dici quòd rationale ſit ſupra hominem: nec irrationale ſupra brutũ: & ideò non propriè ſunt mediatę. His habitis ſtatim poteſt ſciri qualiter fiat demonſtratio negatiua, & in qua figura. In tertia enim figura: quia non concluditur vniuerſalis negatiua, in ea non poteſt fieri talis demonſtratio potiſsima. Vnde quia in prima & ſecunda figura poteſt concludi vniuerſalis negatiua, in vtráque poteſt fieri talis demonſtratio eam concludens: ſed potiſsima ſolùm poteſt fieri ſecundo modo ſecundæ figuræ. Ratio eſt: quia licet ſcientia ſit de vero: nõ tamen de omni vero, quantũcúnq; ſyllogizetur ex immediatis. Vnde dicẽdo ſic. omnis habitus eſt qualitas. oĩs virtus eſt habitus: ergo oĩs virtus eſt qualitas: licet talis cõcluſio ſit vera: & ex veris immediatis & neceſſarijs: & per ſe, nõ tamen per ſe ea cauſabitur ſciẽtia: ſed in demõſtrationibus affirmatiuis ſolũ cauſatur ſciẽtia ex cõcluſiõibus veris: quarũ premiſſæ ſunt verę & immediatę & huiuſmodi: vt dictũ eſt, in quarũ cõcluſionibus prędicat propria paſsio de ſubiecto proprio. Sic etiã in demõſtratione negatiua non cauſabitur ſcientia ex habitu eius cõcluſionis dato quòd concluſio ſit vera: & concludatur ex immediatis: niſi propria paſsio verè negetur de eo, quòd non eſt ſibi ſubiectum. Vel ab eo quòd nõ exprimit cauſam ſuam: ſicut exprimit diffinitio proprij ſubiecti: & talis verè erit demonſtratio potiſsima: hæc autem non poterit fieri ex propoſitionibus immediatis, niſi in ſecundo modo ſecũdæ figuræ ſic. Omne risibile eſt animal rationale ad apprehenſionem conuenientis emittens ſpiritum dilatando os: ſed

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullum irrationale est tale animal rationale ad apprehensionem: ergo nullum irrationale est risibile. Certum est quòd maior est immediata. Nam in ea prædicatur diffinitio passionis & subiecti de ipsa passione. Minor etiam est immediata: vt dictum est. In conclusione verò remouetur passio ab eo, quòd non est sibi subiectum. Hoc autem non posset fieri in prima figura: nec in primo modo secundæ figuræ. Si enim in prima figura diceretur sic, nullum irrationale est risibile: omne brutum est irrationale, ergo nullum brutum est risibile: tunc maior non esset immediata. Et si fieret syllogismus in primo modo secundæ figuræ: licet præmissæ possent esse immediatæ: non tamen concluderetur remouendo passionem à subiecto, sed econuerso sic. Nullum irrationale est animal rationale: sed omne risibile est animal rationale: ergo nullum risibile est irrationale. Potest etiam fieri demonstratio particularis negatiua in quarto modo secundæ figuræ. Et sic patet de forma demonstrationis in quibus figuris: & modis fieri debeat. Patet ergo de demonstratione propter quid.

Quòd demonstratio quia procedit ab effectu ad causam: vel à causis remotis ad effectum.

CAP. XI.

NVnc dicendum est de demonstratione quia. Vbi primò videndum est quid significetur per hoc quod dicitur: propter quid: & quid per hoc quòd dicitur quia. Notandum quòd de re quatuor scire possumus, scilicet quid est, an est: quia est, & propter quid est. Ad quæ intelligenda: sciendum est quòd cùm scientia non sit, nisi verorum: verum autem & ens conuertuntur de esse: ergo erit scientia. Vt autem dictum est in tractatu de prædicamentis duplex esse inuenitur in rebus, scilicet esse essentiæ: & esse actualis existentiæ: & quia esse essentiæ dicitur quiditas seu quid est res: ideò cùm scimus esse essentiæ alicuius rei: dicimur scire quid est de ipsa. Esse autem actualis existentiæ aliter se habet in substantia, & aliter in accidente. Quia enim accidentis esse est inesse: scire autem esse actualis existentiæ subiecti est solùm scire quòd actu sit: & hoc est scire de ipso an est. Sed scire de accidente esse actualis existentiæ est scire de ipso: quia est. Vnde scire quia est: nihil aliud est quàm scire hoc inesse huic. Et quia aliquando aliquid inest alicui propter aliquam causam: ideò scire illam causam est scire propter quid. Patet ergo, quòd scire quia est, de aliqua re est scire ipsam inesse alicui ignorando causam quare insit: scire autem propter quid, est scire aliquam rem inesse alicui & scire causam quare sibi insit. Demonstratio ergo propter quid: est illa in qua manifestatur causa quare prædicatum inest subiecto in conclusione. Demonstratio verò quia dicitur illa in qua concluditur aliquid inesse subiecto alicui, non tamen assignatur causa quare sibi inest. Vt autem dictum est suprà ad demõstrationem propter quid, requiritur quòd procedat ex causis, & ex immediatis. Non enim sufficit scire causam, sed quoniam est causa eius quod scitur, si erit causa immediata. Demonstratio ergo quia erit, vel quia non procedit ex causis, vel quia nõ procedit ex immediatis, sed ex causis remotis. Quantũ ad primum sciendũ quod dictum est, demonstratio dicitur causa innotescẽdi, scilicet vt per præmissas nobis innotescat conclusio. hoc autem fieri non posset, nisi præmissæ essent nobis magis notæ: & ideò hoc est necessariũ: vt scilicet demonstratio procedat ex notioribus quò ad nos. Contingit autem aliquando vt immediatus effectus sit nobis magis notus quàm causa: ideò in talibus oportet demõstrationem procedere ab effectu ad causam: verbi gratia, moueri & sentire est immediatus effectus habẽtis animam sensitiuam: & est magis notum nobis quòd aliquid moueatur & sentiat: quia hoc sentimus, quàm hoc quod habeat animã sensitiuam. Et ideò si procedatur sic. Omne quod mouetur & sentit, habet animam sensitiuam, sed omne animal mouetur & sentit: ergo omne animal habet animam sensitiuã. Modò concluditur de animali quòd habet animam sensitiuam: nõ tamen per causam, sed per effectũ, qui est moueri & sentire. Si verò fieret demonstratio & conclusio, esset demõstratio propter quid sic. Omne habens animam sensitiuam mouetur & sentit: sed omne animal habet animam sensitiuam: ergo omne animal mouetur & sentit. Sciẽdum quòd tales demonstrationes: quia aliquando sunt in talibus terminis quæ omnes sunt conuertibiles inter se, scilicet medium: maior extremitas, & minor extremitas, sicut est in terminis prædictis. Omne enim animal mouetur & sentit, & habet animam sensitiuam, & omne quod mouetur & sentit, & habet animam sensitiuam est animal: & omne quod habet animam sensitiuam, est animal: & mouetur & sentit: & in talibus terminis fiunt demõstrationes vniuersales. Aliquando autem accidit, quòd medium scilicet effectus: puta moueri & sentire, se habet in plus quàm minor extremitas: & adhuc fit syllogismus siue demonstratio conueniens sic. Omne quod mouetur & sentit, habet animã sensitiuam: sed omnis homo mouetur & sentit: ergo omnis homo habet animam sensitiuam: homo enim in minus se habet, quàm quod mouetur & sentit. Si verò medium in minus se habet quàm minor extremitas, nõ fit demonstratio sic. Omne quod mouetur & sentit, habet animam sensitiuam, omne corpus mouetur & sentit: hæc est falsa. Econtrariò autem si medium se habet in minus quàm maior extremitas, fit demonstratio sic. Omne quod mouetur & sentit, est corpus. omne animal mouetur & sentit: ergo omne animal est corpus. Si verò medium in plus se habet quàm maior extremitas, non fit demonstratio. Ex effectu enim qui est in pluribus causis, non potest cõcludi vna causa sic: ex moueri & sentire non posset concludi rationale. Patet ergo de demonstratione quia: quæ procedit ab effectu ad cõcludendum causam. Ex causis autem remotis procedit demonstratio quia: in eadem scientia & in diuersis. In eadem scientia: sicut demonstratio Anacharsidis quæ talis fuit. Vbicunq; non sunt vites, non sunt sibyllatores seu cantores, sed apud Schytas nõ sunt vites: ergo apud Schytas nõ sunt sibyllatores seu cantores. Certè licet vites sint causa cantus, tamen sunt causa multũ remota. Vites emi sunt causa vuarum: vuæ verò sunt causa vini: vinum enim est lęticiæ: & lęticia est causa cãtus: certum est q̃ talis demõstratio est quia. Nõ eñ sic demõstrando cognoscere possumus per causam immediatã quare Schytę nõ cantant: sed per multas alias demõstrationes intermedias factas: & sic per eam nescitur propter quid: sed quia &c.

Quòd in demonstratione aliqua sunt præcognita ante conclusionem & aliqua sunt cognita postquàm demonstrata est.

CAP. XII.

AD cognoscẽdum autem qualiter fiat demõstratio quia: in alijs scientijs, sciẽdum est q̃ in qualibet demõstratione in quacunq; scientia fiat, antequã cõclusio demõstretur aliq̃ præscimus, & aliq̃ de ea scimus postquã demonstrata est. Vt enim dictum est, in demõstratione sunt tres termini. s. subiectũ passio, & diffinitio vtriusq; quę est medium, & sunt in ea prima principia, seu dignitates in virtute. Vnde antequã demõstremus, præscimus de dignitatibus: quia verę sunt. Non enim possunt cõplexa diffiniri, cùm autem dignitates sint cõplexę: ergo non possunt diffiniri: de eis ergo non possumus scire quid sunt: nec per consequens ante demonstrationẽ præscire quid est de ipsis: sed præscimus de eis quia sunt: debent enim credi esse vera: ita enim sunt nota lumine naturalis rationis, q̃ cognitis terminis cognoscimus: quia vera sunt: vt suprà dictũ est, nec scimus de eis propter quid: cùm sint primę animi cõceptiones. De passione autẽ præscimus quid est: quia diffinitionẽ habet quã oportet pręcognoscere antequã fiat demonstratio. Nisi enim demonstrator pręsciat medium, nunquã syllogizabit: mediũ autem in demonstratione est diffinitio subiecti & passionis. De ipsa passione autẽ non possumus pręscire quia est. s. esse actualis existentię ipsius. Cùm enim accidẽtis esse, sit inesse, pręscire illã inesse est scire ipsius esse actualis existentię: & sic antequã demonstremus eã, sciemus demõstrationẽ ipsius. Nam demõstratio nihil aliud ostẽdit, nisi passionẽ inesse subiecto: vt dictũ est, hoc autem est falsum: non ergo de ea pręscimus quia est. De subiecto aũt pręscimus quid est: quia iam oportet præscire medium: vt dictũ est. eius autẽ diffinitio simul cũ diffinitione passionis est mediũ. Præscimus etiã de ipso quia est de ipso enim quod actu non est, nihil sciri potest, & dico esse actu: tàm in se quàm in suis causis. Licet enim rosa iam actu non sit: quia ramea est in causa sua, possumus de ipsa aliquã passionẽ demonstrare. Patet ergo quid in demõstratione præscimus. Quid autẽ de ipsa scimus: postquã facta est. Ad hoc videndũ, notaq; in demonstratione sunt præmissæ, & est conclusio. Præmissæ autem vel sunt primæ in scientia, vel sunt secũdariæ: verbi gratia. in scientia de animalibus primũ principiũ est, omne corpus animatum sensibile mouetur & sentit, supra istud principiũ nullum inuenitur prius & vniuersalius in eadem scientia: nisi dignitates: quę vt dictũ est, non actu intrant demõstrationẽ: vnde non cõtinentur in eadẽ scientia: sed in scientia cõi. Secũdaria verò principia sunt quę per prima demõstrantur: & sunt primò cõclusiones. posteà in eadem scientia sumuntur vt principia ad demonstrandũ alia. verbi gratia: facio primã demonstrationem sic. Omne corpus animatum sensibile mouetur & sentit, omne animal est tale corpus: ergo omne animal mouetur & sentit. Posteà accipio istã conclusionẽ: & facio eam præmissam sic. Omne animal mouetur & sentit: omnis homo est animal. ergo omnis homo mouetur & sentit. Istud dicitur principium secundariũ. De primis autem principijs in scientia scitur solùm, quia sunt. Si enim scireturpropter quid sunt, oporteret demonstrari, quòd non posset fieri nisi per aliqua priora: non ergo fuissent prima: sed suppositum est q̃ erant prima: ergo de eis nõ potest sciri propter quid sunt in ista scientia. Et propter hoc cõmuniter dicitur, q̃ nulla scientia probat sua principia: sed si probari debent, probantur per scientiam superiorem: sicut naturalis scientia probat principia scientię de animalibus. Est eñ naturalis de omni corpore mobili. Vel ad minus possunt probari per mathematicam, vel per Dialectică, quæ sunt scientiæ omnibus communes: probant principia omnium scientiarum: sed mathematica demonstratiuè: dialectica verò probabiliter seu opinatiuè. De secũdarijs verò principijs in sciẽtia scitur propter quid: illa enim alibi probãtur: vt dictum. Patet ergo quid in demõstratione

stratione scimus de principijs: de conclusione autem in demonstratione propter quid, scimus propter quid: in demonstratione verò quia nescimus propter quid: quia medium vel non est causa conclusionis: sed effectus vt dictum est: vel quia est causa remota, notandum quòd duę sciẽtiæ possunt esse de eodem subiecto: vna formaliter, alia naturaliter, sicut geometria est de linea formaliter: perspectiua verò est de linea non inquantùm linea, sed inquantùm est visualis. Vnde quicúnque per principia lineæ inquantùm est linea demonstraret aliquid de linea visuali: de conclusione illa sciret geometra propter quid: perspectiuus verò sciret solùm quia: verbi gratia. fiat talis demonstratio. Omnis longitudo sine latitudine in qua medium non discrepat ab extremis, est recta: sed linea trãsiens per tabellas quadratas est huiusmodi longitudo: ergo linea tabellarum quadrataru̇ est recta. De ista cõclusiõe scit geometra propter quid: quia scit causam rectitudinis linearum. Sed perspectiuus eam supponit: quia ignorat causam: & ideò de prædicta conclusione scit quia & non propter quid: & sic de alijs. Et tunc scientia inferior vocatur inferior subalterna: quia. s. est materialis: superior verò dicitur subalternans: quia est formalis. Sciẽdum q̃ aliquando cõtingit scientiã subalternatam: respectu alterius sciẽtię esse subalternantẽ: sicut perspectiua respectu geometriæ est subalternata, respectu verò scientiæ de Iride est subalternans: cùm enim scientia de Iride sit pars scientiæ naturalis assumit principia perspectiuę ad aliquã conclusionem probandam, & sic de illa cõclusione solùm scit quia, perspectiua verò propter quid. Sciendum quòd aliquæ scientiæ nõ habent subiectum materialiter sumptum sub formali: & tamen in aliqua conclusione accipiunt principia alterius scientiæ: & de illa conclusione sciunt quia, & non propter quid: verbi gratia: quòd vulnera circularia tardiùs sanẽtur, est conclusio in medicina: cuius subiectum non est sub subiecto geometriæ: & tamen hic conclusio probatur per principia geometriæ: quæ sunt quòd partes circuli: quia carent angulis: minus sibi appropinquant. Ex hoc sequitur q̃ talia vulnera tardiùs sanentur. Patet ergo demonsttationibus propter quid, & quia &c.

Quòd scientia quæ est per causam, & quæ dicit formam, est certior quàm illa quæ dicit effectum: & quæ dicit materiam.

CAP. XIII.

DIcto de demonstrationibus, dicenda sunt aliqua de scientijs, quæ sunt effectus earum. Circa hoc videnda sunt duo. Primò quid requiritur ad hoc quod scientia sit certa. Secundò quid requiritur ad hoc quòd scientia sit vna. Quantùm ad primum sciendum quòd illa scientia simpliciter dicitur certior, quæ procedit ex notioribus simpliciter, & ex notioribus quò ad nos. Dupliciter autem potest esse aliquid notius alio simpliciter. Vno modo causa est simpliciter notior effectu. Alio modo forma est simpliciter notior materia. Principium enim cognoscendi materiam est ex forma. ille ergo scientiæ quæ dicunt causam: & propter quid: sicut dictum est de scientijs subalternantibus, sunt certiores illis quæ dicunt materiam. Vnde certior est geometria quæ est de linea quantùm ad sua principia formalia, quàm perspectiua quæ est de linea visuali, vel sciẽtia de triãgulo quàm illa quæ est de triangulo æneo. Et quia vt 7. Metaphys. dicitur, duplex est materia, scilicet materia sensibilis, vel materia naturalis, & materia intelligibilis: vt continuitas. ideò scientia quæ ab vtráque materia abstrahit est certior illa quæ non abstrahit nisi ab vna. Geometria enim abstrahit à materia sensibili: & licet tractet de corpore: sicut & scientia naturalis, tamen certior est scientia naturali, quę non abstrahit à materia sensibili. Arithmetica autem quæ abstrahit à materia sensibili: & cõtinuitate: quæ vt dictum est, materia intelligibilis est: ideò certior est geometria. In triplici enim genere sunt scientiæ certiores. Primò illæ quæ dicunt causam & propter quid: sunt certiores eis, quæ dicunt effectum: & quia. Secundò illę quæ dicunt formam, sunt certiores illis quæ concernunt materiam sensibilem. Tertiò illę quæ ita dicunt formam quòd nec etiam concernunt materiam intelligibilem, sunt certiores eis quæ talem materiam concernunt. Patet ergo de certitudine scientiarum &c,

Quòd vnitas formalis scientiæ sumitur ab vnitate formali subiecti secundum rationem scibilis.

CAP. XIIII.

QVantùm ad secundum, scilicet quantùm ad vnitatem scientiæ, sciendũ est quòd in scientia est duo considerare, scilicet ipsum subiectum: de quo est passio: & ipsa principia ex quibus fit demonstratio ad concludendum passionem de subiecto. Ad hoc autem q̃ subiectũ sit scibile à nobis: oportet quòd habeat partes ptiores sc. Vbi nota quòd processus sciẽtię est quasi quidam motus rationis. In motu autem est duo considerare, scilicet principium & terminum, terminus autem ad quem scientia terminatur est subiectum: circa quod est scientia: quia in speculatiuis scientijs nihil aliud quæritur, nisi cognitio subiecti: sic in geometria nihil aliud quæritur, nisi cognitio magnitudinis. In practicis autem nihil aliud quæritur quã cõstructio ipsius subiecti: sicut in sciẽtia ædificatoria, intẽdi tur cõstructio domus. Subiectũ ergo est terminus talis motus, principiũ autẽ talis motus est à primis principijs subiecti quę sunt proprię partes eius. Sicut principiũ processus sciẽtiæ naturalis est à materia & à forma. Vñ si qua res est quę nõ habeat talia principia priora: ex quibus ratio procedere possit. eius nõ est scientia sc̃dm q̃ hic sumitur sciẽtia: vt est demõstrationis effectus. Vñ de substantijs separatis non potest esse essentia isto modo sumpta, quia per sciẽtias demõstratiuas non possumus scire ipsarum quiditates. Licet enim subiectæ separatæ sint per se ipsas intelligibiles ab intellectu ad hoc proportionato: non tamen congregatur earum notitia quæ cognoscitur q̃d quid: est ipsarũ per aliqua priora: sed bene potest per scientias speculatiuas sciri de eis: an sint: & quid non sint, ad similitudinem inuentam in rebus inferioribus: & tunc ad earum cognitionẽ vtimur posterioribus: & prioribus, quæ licet sint posteriora quò ad naturam, sunt tamen priora quo ad nos. Subiectum ergo scientiæ prout hic sumitur scientia, oportet quòd habeat partes priores, à quibus fiat processus ad eius cognitionem. Et hoc intelligendum est de partibus integralibus subiectĩ: sicut literæ & syllabæ sunt partes dictionis: quæ est subiectum grammaticæ. Sciendum quòd licet dictum sit quòd terminus ad quẽ terminatur processus scientiæ, sit subiectum: non est tamen intelligendum quod sit terminus vltimus: sed vltimus terminus ad quem terminatur consideratio scientiæ est, vt passio subiecti manifestetur. His habitis, sciendum est quòd illa scientia est vna, quæ, est vnius generis subiecti formaliter sumpti: cuius sunt partes & passiones: & eadem habet principia prima: non simpliciter: sed in scientia. Diuersæ verò sunt quæ habent diuersa principia. Quòd autem vnitas scientiæ debeat sumi ab vnitate subiecti: potest patere ex dictis. Vnitas enim motus sumitur à termino: subiectum autem est terminus motus rationis in processu scientiæ, vt iam dictũ est. Tale autem subiectum debet esse vnum formaliter: inquantùm huius: Vbi nota quòd quãtùm ad hoc sic se habet suo modo subiectum ad scientiam, sicut obiectum ad potentiam: materialis autem diuersitas obiecti non diuersificat potentiam: sed formalis. Sic materialis diuersitas scibilium non diuersificat scientiam: sed formalis. Sumitur autem ratio formalis scibilis, sicut ratio formalis visibilis. Formalis autem ratio visibilis sumitur à lumine: per quod omnia videntur: etiam formalis ratio scibilis sumitur secundum principia ex quibus aliquid scitur. Vnde quantumcúnq; sint diuersa scibilia secundum suam naturam, dummodò per eadem principia sciantur: ad vnam tamen pertinent scientiam: quia non sunt diuersa, inquantùm sunt scibilia, sunt enim scibilia per sua principia: sicut pater quòd voces humanæ multum differunt secundum suam materiam à sonis corporum inanimatorum: tamen quia secundum eadem principia attenditur consonantia in eis: ideò musica quæ est de vtrisque est eadem. Et per oppositum, si sunt eadem scibilia secundum naturam: & tamen per diuersa principia considerentur, pertinent ad diuersas scientias: sicut corpus mathematicum non separatur subiecto à corpore naturali: quia tamen corpus mathematicum cognoscitur per principia quantitatis: naturale verò per principia motus: propterea non est eadem scientia, scilicet mathematica & naturalis. Vnitas ergo & diuersitas scientiarum est ex vnitate & diuersitate formali subiecti: quę formalitas consistit secundum rationem scibilis, id est, secundum identitatem, & diuersitatẽ principiorum. Et propter hoc idem est dicere habere idem subiectum formale: & habere eadem principia: & differre secũdum principia quod habere diuersa subiecta formaliter. Sciendum est autem quòd principia de quibus loquimur, sunt principia quæ sunt prima in sciẽtia: & secundum communitatem dictorum principiorum, sciẽtiæ sunt magis vel minus cões. Cognoscuntur aũt prima principia in genere scibilis, secundũ diffinitionẽ subiecti: vt dictum est. Et sic patet de vnitate scientiarum. Gratias Deo bonorum omnium largitori.

De demonstratione tractatus vltimus, in quo completur logica sanctis Thomæ de Aquino, ordinis prædicatorum fœliciter explicit.

Incipit eiusdẽ Doctoris Opus Quadragesimumnonum: de sensu, respectu singularium, & intellectu, respectu vniuersalium.

CIRCA considerationem sensus quare sit singularium & intellectus vniuersaliũ: & quomodo vniuersalia sint in anima, sciendũ est circa primum, quòd sensus est virtus in organo corporali: intellectus autem est virtus penitus immaterialis: & non est actus alicuius organi corporalis. Vnũquódq; autem recipitur in aliquo secundum modum sui. Omnis autem cognitio fit per hoc quòd co

Universidad de Deusto Biblioteca

gnitum est aliquo modo in cognoscente.s. secūdum similitudinem. nam cognoscens in actu est ipsum cognitum in actu. Oportet ergo quòd sensus corporaliter recipiat similitudinem rei quæ sentitur. Intellectus autem recipit similitudinem eius quod intelligit immaterialiter & incorporaliter. Indiuiduatio autem naturæ communis in rebus materialibus & corporalibus est ex materia corporali sub determinatis dimensionibus contenta: vniuersale autem est per abstractionem ab huiusmodi materia & materialibus conditionibus indiuiduantibus. Patet ergo quòd similitudo rei quæ recipitur in sensu, repræsentat rem secundum quod est singularis: sed recepta in intellectu repræsentat rem secundum rationem naturæ vniuersalis. Et inde est quòd sensus cognoscit singularia: intellectus autem vniuersalia, quorum sunt scientiæ. Circa secūdum sciendum est, quòd vniuersale potest capi dupliciter. Vno modo pro ipsa natura communi, vt subiacet intentioni vniuersalitatis: alio modo pro ipsa intentione secundū se, sicut album pōt dici illud cui accidit esse album vel ipsum secundū ꝙ iam subest albedini. Ipsa autem natura cui accidit intentio vniuersalitatis puta natura hominis, habet duplex esse. Vnum quidē materiale, scd̄m ꝙ est in materia naturali: aliud autem immateriale, secundum quod est in intellectu. Primo quidem modo non potest ei aduenire intentio vniuersalitatis: quia per materiam indiuiduatur. Aduenit ergo vniuersalis intentio, secundum quod abstrahitur à materia indiuiduali. Non potest aūt abstrahi à materia indiuiduali realiter. sicut Platonici posuerunt. Non enim est homo: nisi in his carnibus & in his ossibus: sicut Philosophus probat. 7. Meta. Relinquitur ergo quòd natura humana non habet esse pręter principia indiuiduātia: nisi in solo intellectu. Nec tamen intellectus est falsus, dum apprehendit naturam communem præter principia indiuiduantia sine quibus esse non potest in rerum natura. Non enim apprehēdit intellectus quòd natura cōmunis sit sine principijs indiuiduantibus: sed apprehendit naturam communem non apprehendendo principia indiuiduantia: & hoc non est falsum. Sicut si ab homine albo separetur albedo hoc modo: quòd intellectus intelligat eū non esse album: esset apprehensio falsa. Si autem sic separetur albedo ab homine albo quòd apprehendatur homo non apprehensa albedine: non esset apprehensio falsa. Non enim exigitur ad veritatem apprehensionis, quòd apprehendit rem aliquam apprehendat omnia quæ rei insunt. Sic ergo intellectus absque falsitate abstrahit genus à speciebus: inquantùm intelligit naturam generis non intelligendo differentias. Et similiter abstrahit speciem ab indiuiduis inquātùm intelligit naturam speciei: non intelligendo principia indiuiduantia. Sic ergo patet, quòd naturæ communi non potest attribui intentio vniuersalitatis. nisi secundum esse quod habet in anima & intellectu. Sic ergo solū est vnum de multis prout intelligitur præter principia indiuiduantia, & vnum in multis, vt in indiuiduis vel inferioribus quę in superiori sunt vnū. Vnde relinquitur quòd vniuersalia secundum quod vniuersalia non sunt, nisi in anima. Ipsę autem naturæ quibus accidit intentio vniuersalitatis sunt in rebus. Et propter nomina communia significantia naturas ipsas prædicantur de indiuiduis: non autē nomina significantia intentiones. Sortes enim est homo, sed non est species.

Explicit opusculum quadragesimumnonum: diui Tho. Aquin. de sensu respectu singularium, & intellectu respectu vniuersalium.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris Opus quinquagesimum, de inuentione medij.

QVONIAM principium syllogizandi vnamquánque propositionē est medius terminus: ideò vt possumus habere modū syllogizādi ad vnāquámq; propositionem de inuētione medij termini nunc est determinandū. Cū igitur propositionū alia sit vniuersalis: alia particularis: & vniuersaliū alia affirmatiua: alia negatiua: de inuentiōe medij ad syllogizandum vniuersalē affirmatiuam prius est dicendū. Est ergo sciendum, quòd ad syllogizandum vniuersalem affirmatiuam sumēdum est pro medio id quod sequitur subiectum: & antecedit prædicatum. Cuius causa hæc est: quia vniuersalis affirmatiua non syllogizatur, nisi in primo modo primæ figuræ, sed in hoc oportet medium antecedere prædicatū propositiōis syllogizādo cū vniuersaliter subijciat: ei & sequi subiectū eiusdem: cùm vniuersaliter prædicetur de ipso, verbi gratia. Si hæc propositio est syllogizanda. Omnis homo est animal, conueniens medium ipsius est risibile: quia id semper sequitur secūdum consequētiā ipsum subiectum, & antecedit pędicatum: vt dicatur, omne risibile est animal, omnis homo est risibilis: ergo omnis homo est animal. Ad syllogizandum vniuersalem negatiuam, sumendum est pro medio id quod sequitur subiectum & repugnat prædicato: & hoc quo ad secundū modum primæ figuræ & primum secundę: vel quod repugnat subiecto & sequatur prædicatum, quo ad secūdum modum secundæ figuræ, cuius causa hæc est: quia vniuersalis negatiua non syllogizatur nisi in tribus modis prædictis, & in duobus primis modis medius terminus sequitur ad subiectum & repugnat prædicato. In tertio medius terminus repugnat subiecto, & sequitur ad prædicatum, verbi gratia: si hæc propositio est syllogizanda. Nullus homo est lapis, cōueniens medium ipsius in duobus primis modis est risibile: quia id sequitur ad subiectū, & repugnat prædicato. In tertio verò syllogismo conueniens medium est insensibile: quia id repugnat subiecto & sequitur ad prædicatum. Ad syllogizandum autem particularem affirmatiuam, sumēdum est pro medio consequens ad subiectum, & antecedens ad prædicatum, & antecedens ad subiectum & pędicatum. Cuius causa hæc est: quia particularis affirmatiua non concludit. nisi in prima & tertia figura, & vt concludatur in prima: oportet quòd medium antecedat prædicatum & subiiciatur ei: & quod sequatur subiectum cū prædicatur de eo. Si verò concludatur in tertia, oportet medium antecedere vtrunque, scilicet subiectum & pędicatū cū subiiciatur vtriq;: verbi gratia si hæc propositio est syllogizanda, quoddam animal est substantia, conueniens mediū eius in prima figura est sensibile: quia id sequitur subiectum & antecedit prædicatum. In tertia verò figura conueniens mediū est homo, quia antecedit vtrūq;, scilicet subiectum & pędicatum. Ad syllogizandum autem particularem negatiuam, sumendum est pro medio id quod sequitur subiectum & repugnat prædicato: vel id quod repugnat subiecto & sequitur prædicatū: cuius causa hæc est, quia particularis negatiua concluditur in omni figura: & si concludatur in prima, oportet medium sequi subiectū cū prædicetur de eo, & repugnare prædicato cū remoueatur ab eo. Si autem concludatur in secūda, oportet medium sequi subiectum & repugnare prædicato quo ad tertium modum: vel repugnare subiecto & sequi prædicatū quo ad quartū modum. Si verò concludatur in tertia, oportet mediū antecedere subiectum cū subiiciatur ei, & repugnare pędicato: cū prædicatū remoueatur ab ipso, verbi gratia: si hæc propositio est syllogizanda. quidam homo non est asinus, cōueniens mediū eius in prima figura, & etiā in tertio secundæ figuræ est risibile quod sequitur ad subiectū: & repugnat prædicato. In quarto autem secūdæ figuræ conueniens mediū est rudibile, quod repugnat subiecto: & sequitur prædicatū. Conueniens verò medium in tertia figura est risibile, quod antecedit subiectum & repugnat prædicato. Conuertibilia enim antecedunt & sequuntur ea, cum quibus sunt conuertibilia: ideò risibile antecedit & sequitur hominem.

Explicit opusculum quinquagesimum, scilicet Thomæ Aquinatis, de inuentione medij.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris Opus Quinquagesimumprimum, de natura luminis.

CONSIDERANDVM est de natura luminis: & de eius necessitate: ad videndum: & de natura dyaphani. Circa primum sciendum est quòd diuersi diuersimodè opinati sunt. Nam quidam dixerunt lumen esse corpus, ad quod falsò sunt moti ex quibusdā locutionibus quibus vtuntur loquentes de lumine. Consueuimus enim dicere, quòd radius transit per aërem: & quòd radij reuerberātur: & quòd radij intersecant: quæ omnia videntur esse corporum. Quæ quidē opinio stare non potest propter rationes quas philosophus ponit in lib. de anima: & plures alias facilè est adducere. Non enim facilè est assignare, quomodò huiusmodi corpus per totum hemispheriū nostrum subitò multiplicatur aut generetur aut corrumpatur quomodò etiam sola interpositio corporis opaci esset causa corruptionis huius corporis in alia parte dyaphani. Quod autem dictū est de motu luminis aut reuerberatione ipsius metaphysicè dictum est: sicut & possemus dicere quòd calor procedit dum aliqua de nouo calefiunt: vel reuerberatur dum habet obstaculum. Quidam verò alij dixerunt, quòd lux est quędam alia natura vel qualitas spiritualis, argumentum sumentes ex hoc quòd in rebus intellectualibus vtimur nomine luminis. Dicimus enim in substantijs

intellectualibus esse quoddam lumen intellectuale, seu intelligibile. Sed hoc est impossibile. Impossibile enī est, ꝙ aliqua spiritualis natura & intellectualis cadat in apprehēsione sensus. Cū enim sensus sit pars corporea, non potest esse cognitiuus nisi corporalium rerum. Si quis autē dicat, ꝙ aliud est lumen spirituale ab eo quod sensus percipit, cū eo est consentiendum: dummodò hoc habeatur, ꝙ lumen quod visus percipit nō est natura spiritualis. Nihil enī prohibet cōmune nomen imponi rebus quantūcūnq; diuersis. Quòd autē lumine & his quæ ad visum pertinent vtimur in rebus spiritualibus contingit ex nobilitate sensus visus qui est spiritualior inter omnes sensus: quod patet ex duobus: primò quidē ex obiecto suo. Nam aliqua cadunt sub visu secundum proprietates, in quibus communicant inferiora corpora cum cœlestibus. Tactus autem est perceptiuus proprietatū, quæ sunt proprię elementis. s. calidi & frigidi & his similium. Gustus verò & olfactus proprietatū quæ cōpetunt mixtis secundum diuersam rationē calidi & frigidi: sicci & humidi. Sonus autē causatur ex motu localis qui est communis etiam corporibus cœlestibus & inferioribus: sed species motus quæ causat sonum non competit corporibus cœlestibus secundum sententiam Aristotel. Vnde ex ipsa natura obiecti apparet, ꝙ visus est altior inter sensus: & auditus ei propinquior: & alij sensus magis remoti. Secundò apparet, ꝙ sensus visus est spiritualior ex modo immutationis. Nam in quolibet alio sensu nō est immutatio spiritualis sine naturali. Dico autē immutationem naturalem, prout qualitas recipitur in patiente secundum esse naturale: sicut cùm aliquid infrigidatur: aut calefit: aut mouetur secūdum locum. Immutatio verò spiritualis est, secundū ꝙ species recipitur in organo sensus per modum intentionis: & nō per modum formæ naturalis. Non enim sic recipitur species sensibilis in sensu, secūdum illud esse quod habet in re sensibili. Patet autē ꝙ in tactu & gustu qui est tactus quidam, fit alteratio naturalis. Calefit enim & infrigidatur aliquid per tactū calidi & frigidi: & nō fit immutatio spiritualis tantùm. Similiter immutatio odoris fit cū quadam fumali euaporatiōe. Immutatio soni fit cū motu locali: sed immutatio visus sola est immutatio spiritualis. Vnde patet, ꝙ visus inter omnes sensus est spiritualior: & post hunc auditus. Et propter hoc hi duo sensus sunt maximè spirituales, & soli sunt disciplinabiles. Et hæc de his quæ pertinēt ad visum. Alij verò dicunt, ꝙ lux nō est nisi euidentia coloris. Sed hoc apparet falsum in his quæ de nocte lucent: & tamen eorū color occultatur. Alij verò dicunt, quòd lux est forma substantialis solis: & lumen à luce descendens habet esse intentionale: sicut color in aëre. Vtrúmq; autem horum est falsum. Primum quidem: quia nulla forma substantialis est sensibilis per se: sed solo intellectu cōprehensibilis. Et si dicatur, ꝙ id quod videtur de sole nō est lux: sed splendor, bene cōcedendum est de nomine: dummodò hoc quod dicimus, ꝙ visu comprehenditur nō sit forma substantialis. Secundum similiter est falsum: quia quæ solùm habent esse intentionale nō faciunt transmutationē naturalem. Radij autē corporum cœlestium transmutant totam materiam inferiorū. Vnde dicimus, ꝙ sicut corpora elemētaria habēt qualitates actiuas per quas agūt: ita lux est qualitas actiua corporis cœlestis per quā agit & est in tertia specie qualitatis. Cùm autē sit qualitas primi corporis alterantis nō habet contrarium: & quia luci nihil est contrarium, ideò in suo susceptibili non potest habere contrariam dispositionem. Et propter hoc suum passum. s. dyaphanum semper est in vltima dispositione ad formā: & propter hoc statim illuminatur. Calefactibile autem: quia habet contrariam dispositionem, propter hoc nō est semper in vltima dispositiōe ad formā: & ideò nō statim calefactibile calefit. Ipsa ergo participatio lucis effecta in dyaphano, vocatꝰ lumen. Et fit secūdum lineam rectam ad corpus lucidum: & tunc vocatur radius. Si autē causatur ex reuerberatione radij ad corpus lucēs vocatur splendor. Lumen autē est cōmune ad omnem effectum lucis in dyaphano. His visis secūdum naturam lucis de facili apparet ratio, quare quædam corpora sunt lucida actu: quædam dyaphana & quædā opaca. Nam cùm lux sit qualitas primi alterantis quod est maximè perfectum & formale in corporalibus: illa corpora quę sunt maximè formalia & nobilia sunt actu lucida. Quæ autem sunt propinqua his sunt receptiua luminis: sicut dyaphana. Quę autē sunt maximè materialia, neq; habent lumen in sui natura, neque sunt luminis receptiua, sed sunt opaca. Ista patent in elemētis. Nam ignis habet lucē in sui natura: sed eius lux nō apparet nobiscum, nisi in materia aliena propter eius subtilitatem. Aër autē & aqua sunt minus formalia quàm in his, & ideò sunt tantū dyaphana. Terra autē quæ est maximè materialis, est opaca. Tamen est sciendum, ꝙ quidam dixerunt, ꝙ lux est necessaria ad videndum ex parte ipsius coloris. Dicunt autem ꝙ color nō habet virtutē vt moueat dyaphanū: nisi propè. Et huius signum dicunt, quia ille qui est in obscuro videt quæ sunt in lumine & nō econuersò. Rationem etiam adducūt ad hoc, ꝙ oportet cū visus sit vnus, ꝙ visibile nō sit nisi per vnam rationem: quod non esset, si color esset per se visibile. Sed hoc est manifestè contra Aristotelem secūdo de anima: qui dicit, ꝙ color habet in se causam essendi visibile. Vnde secundum sententiam Aristo. dicēdum est, ꝙ lumen ad videndum est necessarium nō ex parte coloris: eò ꝙ facit colores esse actu: vt quidam dicunt: est enim tantū in potentia cùm est in tenebris: sed est ex parte dyaphani, inquātū facit ipsum esse in actu: vt dicit Aristo. Ad cuius euidentiam considerādum est, ꝙ omnis forma inquantū huiusmodi est principium agendi sibi simile: vnde cùm color sit quædam forma ex se habet, ꝙ causet sui similitudinem in medio. Sed tamen sciendum est, ꝙ differentia est inter virtutē perfectam & imperfectā. Nam forma quæ est perfectæ virtutis in agendo, nō solùm potest inducere suam similitudinē in suo susceptibili: sed etiam disponere patiens: vt sit proprium eius susceptiuum, quod quidem nō potest facere forma imperfecta, cū sit imperfectæ virtutis. Dicendum est ergo, ꝙ virtus coloris in agēdo est in perfecta ratione luminis. Nam color nihil aliud est, quàm quædam lux quodammodò obscura ex admixtione corporis. Vnde non habet virtutē vt possit illuminare dyaphanum. quod tamen potest facere lux pura. Ex quo etiam patet, ꝙ cùm lux sit quodammodò substātia coloris ad eam reducitur omne visibile actu. Nec oportet, ꝙ color per lumen extrinsecū fiat actu visibilis. Quòd autē colores illuminati videntur ab eo qui est in obscuro, cōtingit ex hoc quod medium illuminatur: & hoc sufficit ad visus immutationem.

Explicit Opus Quinquagesimumprimum. S. Thomæ Aquinatis, de natura luminis.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris opus Quinquagesimumsecundum, De natura loci.

AD SCIENDVM naturam loci, considerare oportet, ꝙ nō quæreretur locus, nisi esset aliquis motus secūdum locū. Sic enim ex transmutatione diuersarū formarum circa materiam scimus materiam esse aliud ab omnibus formis: sic ex transmutatione diuersorum corporū circa eundem locū scimus locū aliquid esse tanquàm receptaculum corporum aliud ab omnibus corporibus. Locus autem naturalis nō nominat solùm aliquid cōtinens: sed cōtinens & conseruās & formās locata: propter quod vnumquódque corpus naturaliter mouetur ad locū suum, tanquàm ad conseruatiuum esse sui. Locus verò secūdum id quod est, nec materia est: nec forma locati: quia materia & forma nō separantur à re: locus autem separabilis est à locato: nec etiam spatium dimensionatū infra terminos corporis cōtinentis existens: quia nihil est infra terminos corporis cōtinentis circunscripta magnitudine corporis contenti. Cuius ratio est: quia si circunscripta magnitudine corporis cōtenti esset aliquod spatium infra terminos corporis cōtinentis: tale esset dimensionatū longitudine: latitudine: & profunditate: dimēsiones autē sunt accidentia cùm sint quantitates: ergo non possunt esse in subiecto, nisi in corpore. Si ergo esset aliquod spatium infra terminos corporis cōtinentis præter magnitudinē corporis contenti, sequitur ꝙ esset aliquod accidens sine subiecto, quod est impossibile. Locus ergo neq; est materia, neq; forma, neq; spatium infra terminos corporis cōtinentis contentū. Quòd nō sit spatium probatur aliter sic: quia si locus esset spatium infra terminos corporis continentis, sequitur ꝙ infinita loca essent simul: sicut deducit Philosophus: quia cū aër & aqua & quodlibet corpus & quęlibet partes corporis habeant proprias dimensiones & proprias distātias, idem faciunt omnes partes in toto quod tota aqua in vase. Quia secundum positionem eorū qui tenent sententiam de spatio ꝙ sit locus: cùm aqua est in vase præter dimensiones aquæ, sunt ibi aliæ dimensiones spatij penetrantes dimensiones aquæ. Constat autem ꝙ eodem modo pars cōtinetur in toto: sicut aqua in vase: nisi ꝙ locatū est diuisum à loco: pars autē non est actu diuisa à toto. Si ergo diuidatur pars à toto præter dimensiones partis essent ibi aliæ dimensiones totius penetrantes dimensiones partium. Manifestum est autem, ꝙ diuisio nō facit de nouo esse ibi dimensiones: sed præexistentes diuidit. Sicut autē post diuisionē sunt ibi aliæ dimensiones totius penetrantes dimensiones partium, sic erūt ante diuisionē. Quot ergo partes cōuenit accipere in aliquo toto: quarū vna cōtinet aliam, tot erunt dimensiones se inuicē penetrātes: sed in aliquo toto cōtinuo est accipere infinitas partes: quarū vna cōtinet aliā: eò ꝙ quodlibet totū continuum diuisibile est in infinitū: ergo in aliquo toto cōtinuo erunt infinitæ dimēsiones se inuicē penetrātes. Si ergo dimen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

siones sunt locus, sequitur, quòd infinita loca sunt simul, quod est impossibile. Ex quo ergo locus nō est materia nec forma nec spatium, sequitur, quòd sit quartum, scilicet terminus corporis continentis. Locus autem nō solùm est terminus corporis cōtinentis, sed etiam est immobilis, & hanc immobilitatem quidam intelligunt esse respectu locati. Locus eñ licet moueatur motu continentis, quia eius vltimum est, nō tamen mouetur motu locati. Istud est insufficienter dictum, nec est secundum mentem Philosop. qui vult, quòd sicut vas est locus mobilis, ita locus est vas immobile. Maiorem ergo immobilitatem oportet dare loco naturali, quā vasi. Cùm ergo vas sit immobile motu eius, qđ est in vase, & locus sit magis immobilis, quàm vas, sequitur, quòd locus nō sit immobilis motu cōtenti, sed etiā cōtinentis. Et cōfirmatur, quòd circa aliquod cōtentum manēs immobile, puta circa domū vel arborem cōtingit mutationem fieri continentis, puta aēris. Si ergo locus moueretur motu cōtinētis, sequitur, q idem manēs immobile fieret in diuersis locis, qđ est impossibile. Locus ergo nō solùm est immobilis motu locati, sed etiā motu continentis. Propter quod dicit Philosop. quòd si nauis sit in aqua fluuij quę mouetur, magis vtitur ea tanquā vase, quā sicut loco cōtinente. De natura enim loci est, q̄ sit immobilis. Vnde totus fluuius qui secūdum se totum est immobilis, magis debet dici locus nauis, quàm hęc aqua quæ fluit & mouetur. Totus enim fluuius nō est locus proprius nauis, sed communis, & ideò locum proprium nauis in fluuio oportet accipere per cōparationem ad totum fluuiū, qui est immobilis. Est ergo accipere locum proprium in fluuio nō secundum hāc aquam quæ fluit & mouetur, sed secundum ordinē & situm quē habet ad totum fluuium, qui quidem ordo & situs manet in aqua succedente, qui erat in aqua recedente respectu totius fluuij. Quamuis enim aqua materialiter fluat, tamen quia manet idem ordo & situs respectu totius fluuij, manet etiam idē locus. Et secundum hunc modum debemus intelligere, q̄ extremitates corporum naturaliū sunt locus. s. per comparationem & ordinem & situm, quē habent ad totum corpus ipsius cœli, quod est primum cōtinens & cōseruās & locans. Quāuis enim moueatur superficies aēris vel aquæ secundum q̄ est vltimum huius corporis vel illius, succedit tamen aliud corpus, quod eundē situm & ordinē secundum naturā habet ad primum ordinans siue locās, quod est cœlum, propter quod manet idē locus numero. Vnde cessat obiectio quā faciunt aliqui sic. Locus est vltimum cōtinentis, sed cōtinens mouetur, ergo locus mouetur. Hæc enim ratio benè procederet, si vltimum cōtinentis secundum q̄ hoc cōtinēs est, esset locus. Hoc autem nō est verum, quia nihil habet rationem loci vel locātis, nisi per comparationē ad primum locans. Quòd autē diuersitas superficierum nō impediat vnitatē loci, patet quia vni locato secundum numerum correspōdet vnus locus secundum numerum simul & semel. Sed baculus vnus dimidius existens in aqua & dimidius in aēre, est aliquod vnum locatū secundum numerum, ergo est in aliquo vno loco secundū numerū, sed est in diuersis supficiebus aēris & aquę, ergo diuersitas supficierum nō impedit vnitatē loci. Vnitas ergo loci accipiēda est secundū ordinē & situ ad primū locās. Et causa omniū istorū est, qa sicut dictum est prius, locus non solū est cōtinēs, sed est cōtinēs & cōseruās, nihil autē habet rōnē cōseruātis aliū, nisi p virtutē & influētiā corporis cœlestis, quā recipit sēcm q̄ est in determinato situ & in determinata distātia. Et hęc est causa quare aliquid habet rōnē loci. s. p cōparationē ad primū locās. Quia verò locus īmobilis est, ꝓpter hoc medium cœli, quod est cētrum, & vltima supficies corporis circularis, quę est cœlum, sic se habent, q̄ hoc dicitur sursum, illud verò deorsum, quæ sunt duæ loci differētiæ. Hæc enim maximè manēt īmobilia. Cētrum semp est immobile. Cœlum autē licet semp moueatur, tñ semp est in eadē distāta ad nos. Hoc autem, quod dictum est de loco, intelligimus de loco naturali: qui est cōseruatiuus corporum naturalium, & iste locus naturalis, primò debetur elementis elementatis per elementa. Locus enim naturalis ignis est supficies cōcaua orbis lunæ quæ manet semper in eadē distātia ad ignem, & iō dicitur esse immobilis. Locus autem aēris est supficies cōcaua ignis, & sic de alijs suo mō. Locus autem omnium elemētarorum est locus deorsum, qa in omni elemento dominatur terra sēcm quātitatē. Cōtra ea quę dicta sunt, potest obijci, q̄. s. locus terræ nō sit vltimum aquæ, nec locus aquæ sit vltimum aēris, quia vnūquódque corpus naturale mouetur ad locum suum, terra autem nō mouetur ad superficiem aquæ, sed mouetur ad cētrum, ergo supficies aquæ non est locus terrę sed potius centrum. Prætereà si terra moueatur à loco suo, aqua descenderet: vt vult Philosop. 4. cœli & mundi. Et similiter aër in locum aquæ si amoueretur aqua, ergo locus aquæ non est supficies concaua aēris, nec locus aēris est supficies cōcaua ignis, quod est cōtra prius determinata. Pro solutione horum intelligendum est, quòd in loco non est tantum continentia locati, sed est ibi virtus conseruans & formans locatum. Et propter hoc dicit Alpharabius, quòd causa quare ex hac parte materiæ generatur terra & ex alia aqua vel aër vel ignis, non est nisi locus cum virtute cœlesti. Quia enim frigiditas tanta quanta causatur ex distātia quæ est ex orbe vsq; ad centrum inuenit hāc partem materiæ in loco terræ, propter hoc inspissat eā inspissatiōe vehementi, ita quòd exprimit ex ea humidum & facit elemētum siccum & frigidum, quod est terra. Frigiditas verò inspissans materiā, sic tñ, q̄ nō est ex ea exprimens humidum, sed faciēs ad se fluere generat aquā, & hæc frigiditas est solùm in tanta distātia, quāta est locus aquæ ab orbe. Caliditas enim nō cōsumēs humidum, sed secum cōpatiens generat aērē, quæ qui dē caliditas causatur ab orbe in tāta distātia quæ est eius ad locum aēris. Ignis eñ cū sit summè calidus, generatur in loco immediato spheræ lunæ ex motu disgregāte & calefaciente materiam. Hoc supposito, intelligendum est, q̄ motus locati nō est ad ipsam superficiem locātis propter superficiem, sed propter virtutem cōseruatiuam & formatiuam locati. Et ideò cū virtus formatiua terræ sit frigiditas, quæ causatur ex tanta distātia ad primum calefaciens, quod est cœlum, & inchoatio huius virtutis est in cōcauo aquæ, perfectio autē eius est in cētro, ideò terra mouetur ad cētrum & nō ad supficiē aquę, & inde est, q̄ terra est simpliciter grauis. Virtus autē formatiua ignis est caliditas pfecta quæ est cōpleta in concauo orbis lunæ, propter qđ ignis est simpliciter leuis. Virtus autem formatiua aēris, incipit in cōcauo ignis & deficit in cōnexo aquæ, perfecta autē est in medio, & sic est de aqua suo mō, & iō motus aquæ est à terra & ab aēre ad medium eius, & motus aēris secundum naturam est ab aqua & igne ad medium locum, propter quod aqua & aēr nō sunt simpliciter leues neq; graues, sed in respectu. Sic igitur patet causa quare terra mouetur deorsum simpliciter & non ad concauū aquæ, licet sit locus eius, quia hoc facit virtus formatiua quæ est in loco ꝓpter quā vnūquódq; locatū mouetur ad locū suū. Ad aliā rōnem respōdet Alpharabius, q̄ motus aēris ad locū terræ, nō est motus naturalis aēris vel aquæ, sed est violētus, quod patet, qa est corruptiuus vtriúsq;. Nā cū aqua mouetur ad locū terræ, inspissatur à frigiditate ipsius loci maiori inspissatione, quā requiratur ad formā aquæ. vnde cōuertitur in terrā. Similiter cū aēr descendit ad locum aquę, infrigidatur à frigidatione loci illius & conuertitur in aquam. Qualiter autem hoc nō obstāte aqua dicatur frigida primò & terra non, quamuis causetur ex maiori frigiditate, patet ex secundo de generatione.

EX his quæ dicta sunt de loco, q̄ locus est vltimum continentis, cōcludere possumus, q̄ corpus cui inest aliquid extra ipsum cōtinens tale est in loco. Cui autem nō est corpus extra cōtinēs ipsum tale in loco nō est, tale autē est vnum solùm. s. vltima sphera, ꝓpter quod vltima sphera nō videtur esse ī loco. Sed hic est dubitatio, cùm nihil videatur moueri in loco nisi sit in loco, si vltima sphera nō est in loco, motus eius non erit localis, quod est inconueniens. Propter hanc rationem & quasdam alias, Ioānes Grammaticus dixit locum non esse terminum continētis, sed spatium, quod est infra terminos corporis cōtinentis. Vnde dixit cœlū per se esse in loco & per se moueri in loco, quia per se dixit ipsum esse in tali spatio. Istud non potest habere veritatem secundum ea quæ determinata sunt de loco, cùm ostensum sit, q̄ locus non est spatium, sed terminus cōtinentis. Est etiam contra intentionem Philoso. qui dicit cœlum non esse in loco per se, sed per accidens. Propter quod dixit Alex. cœlū non esse in loco, nec per se nec per accidens, nec moueri in loco, quia nō est de ratione corporis: vt sit in loco, cùm locus non ponatur in diffinitione corporis. Quia tamen oportet omnem motum contineri sub aliqua specie motus, ideò Auic. secutus eum, dixit motum cœli non esse in loco, sed in situ vel ad situm. Hæc est contra intētionem Philosop. 5. Physic. vbi dicit motum tantum esse in tribus generibus. s. quantitate, qualitate, & vbi. Sed quòd illud sit falsum patet, quia ad nullum genus est motus cuius specierū ratio cōsistit in indiuisibili. Propter quod dicimus, quòd ad substantiam non est motus, quia ratio substantiæ in indiuisibili consistit, non sic autem ratio albedinis, quia potest participari secundum magis & minus à subiecto, nunc autē ita est, q̄ ratio situs in indiuisibili cōsistit. Ergo ad situm nō est motus. Prætereà situs nominat ordinē partiū in loco, locus ergo ponitur in diffinitione situs. Motus ergo qui non potest esse ad locum, non potest esse ad situm. Sed motus cœli secundum eos non est ad locum, ergo non est ad situm. Ideò aliter dixit Auēpace. Dixit enim, quòd linea recta & corpus rectum vtrúnque indeterminata sunt de se, & ideò indigent aliquo finiente & terminante & continente. Linea autem circularis per se ipsam finitur, & similiter corpus circulare, & ideò non indigent aliquo finiente & continēte, propter quod dixit non esse de necessitate corporis circularis: vt sit in loco, ideò dixit, quòd cœlum non est in loco, nec habet motum localē. Huius enim opinionis fuit Alpharabius, quem adducit Auēpace pro testimonio sui dicti. Sed hoc dictum videtur incōueniens, quia sicut vult Philosophus octauo Physicorū, motus localis est primus motuum, sed sicut dicit ibidē, motus cœli est primus motus, ergo est localis. Prætereà Philosophus quarto Physicorum vult, quòd cœlum sit in loco saltem per accidens, propter hoc dixit aliter Themistius, quòd cœlum est in loco per partes. Ad cuius intellectum considerandum est, q̄ non esset locus, nisi esset aliquis motus secundum locum. Licèt enim de ratione corporis nō sit locus, est tamen de ratione corporis moti localiter. Vnde secundū q̄ diuersa corpora sue cedunt sibi in eodē loco, secūdum hoc debetur locus alicui moto localiter. Aliqua enim inueniuntur moueri motu recto: sicut sunt leuia & grauia. Et hic secūdum se tota mutāt locū: & ideò secūdum se tota sunt in loco. Quædā autē sunt quæ mouētur motu circulari: & hæc secūdum se tota nō mutant locū nisi secūdum rationē: sed secūdum partes mutāt locū: & fiunt in alio loco secūdum subiectū: propter quod illud quod mouetur circulariter: nō de necessitate est in loco secūdum se totū: sed solùm secundū partes. Et propter hoc vltima sphera cū moueatur circulariter, nō est in loco p se: sed per partes suas. Sed hoc videt esse falsum: qa toti cōuenit moueri: & esse in actu: & nō in partibus: ergo & toti cōuenit esse in loco & nō partibus: quia sicut cōuenit alicui motus: sic & locus. Propter hoc dicendum est, q̄ partib⁹ spheræ vltimæ, licèt nō cōpetat esse in loco actu, sunt tamen in loco in potentia: quia pars si diuidatur à toto erit in toto: sicut in loco. Sic igitur cōuenit cœlo vel spheræ, q̄ sit in loco per partes: quibus cōuenit solū in potētia esse in loco. Et ideò si volumus accipere illud veritatis, quod continet hæc opinio, possumus dicere, q̄ cœlū simpliciter in loco nō est nisi per accidēs: quia est circa locū. Ad cuius intellectū sciendū est, q̄ sicut vult Aueroys, omne naturaliter quiescēs de necessitate est in loco. nō tamen omne motum de necessitate est in loco. Cuius ratio est: qa omne quod quiescit propter cōnaturalitatē ad suum cōtinens quiescit: & ideò omne quod quiescit naturaliter est in cōtinēti sibi cōnaturali: propter quod de necessitate est in loco. Illud autē quod mouetur, nō de necessitate est in loco: quia eorū quæ mouētur quædā indigent motu ad suum esse & ad suā perfectionē: & talia sunt quæ sunt in cōtinēte nō cōnaturali: propter quod mouētur ad cōtinēs sibi cōnaturale: & omnia talia de necessitate sunt in loco. Alia sunt quæ nō indigēt motu ad suum esse: nec ad sui cōseruationē: sicut est corpus cœleste: & tale nō mouetur ad cōtinēs sibi cōnaturale. nec in cōtinente sibi cōnaturali: sed mouetur ab intelligētia propter explicationē causāliratis causæ primæ: & tale nō de necessitate est in loco. Esse eñ in loco nō est solū cōtineri à loco: sed cōtineri & cōseruari: & ideò qđ nō indiget cōseruāte: cuiusmodi est corpus cœleste: & quodcūq; incorruptibile, nō de necessitate est in loco. Sed secūdum prædeterminata oritur duplex dubitatio. Prima est quare orbes inferiores sunt in loco: cū non sit de necessitate corporis cœlestis esse in loco. Secūda est propter quid motus cœli dicatur localis: cū corpus cœleste saltē prima sphera nō sit in loco. Ad primū dicendū, q̄ accidit orbibus inferioribus, q̄ sint in loco: nec est de necessitate eorū cùm nō indigeant conseruāte: vt dixit Auempace: propter quod dicūtur æquiuocē orbes inferiores esse in loco & elemēta: quia orbes inferiores solū dicūtur esse in loco: quia sunt in aliquo exteriori cōtinēte. Elementa autē & elementata sunt in loco tanquā in cōtinēte & cōseruante. Ad secūdum patet solutio: quia motus nō dicitur localis eo solùm, q̄ sit in loco: sed etiā dicitur motus localis, eò q̄ est circa locū. Propter quod dicit Philosophus primo Cœli & mundi, q̄ motus localis est triplex. s. à medio, ad medium: & circa medium. Motus à medio est leuium. motus ad medium, est grauium: motus circa medium est corporis cœlestis: & hæc est intētio Cōmentatoris 4. Physicorū. Sed iuxta hæc quæ dicta sunt remanet vnū dubium. Cū superficies corporis cōtinētis dicatur locus, quomodò locus & superficies dicātur esse diuersæ species quātitatis? Respōdeo omissis omnibus alijs opinionibus quæ sunt circa hoc dicēdum est, q̄ propria ratio quātitatis quæ cōpetit quātitati vt quātitas est, ratio est mēsurę: propter quod dicit Aueroys, q̄ quātitates sunt differētiæ mensurarum. Alia est enim ratio mēsurādi aliquid extrinsecē & intrinsecē: & ideò vltimū continētis vt mensura est cōtinentis intrinseca dicitur superficies: vt autē mensura cōtenti & locati extrinseca est locus. Et ideò superficies & locus licet sit vnū materialiter quantùm ad id q̄ quodlibet est vltimū cōrinētur: tamen diuersæ sunt species cōstitutæ per diuersas formales ratiões. Et hæc de loco dicta sufficiant.

Explicit opusculum Quinquagesimum secundum, de natura loci.

Incipit eiusdem doctoris opus quinquagesimumtertium, de intellectu intelligibili. *Duricum*

SCIENDVM, quòd de ratiōe eius, quod est intelligere, est q̄ sit intelligēs: & intellectum. Id autē quod est per se intellectū nō est res illa cuius notitia per intellectū habetur: cū illa sit intellecta quādóq; in potētia tantū: & sit extra intelligentē: sicut cū homo intelligit res naturales & lapidem. vel animal. vel aliquid huiusmodi: cùm tamen oporteat, q̄ intellectum sit in intelligente: & vnum cū ipso: nec etiam intellectū per se est & similitudo rei intellectę per quā informatur intellectus ad intelligendum. Intellectus enim nō potest intelligere nisi secundum q̄ fit actu per hanc similitudinē: sicut nihil aliud potest operari, secundum q̄ est tantùm in potentia: sed secūdum q̄ fit actu per aliquā formam. Hæc igitur similitudo se habet in intelligendo: sicut intelligendi principium: vt calor est principium calefactionis: non sicut intelligendi terminus. Hoc est igitur primò & per se intellectū quod intellectus in se ipso cōcipit de re intellecta: siue illud sit diffinitio: siue aliqua enunciatio: secūdum q̄ ponuntur duæ operationes intellectus: vt dicitur in 3. de anima. Hoc autē sic ab intellectu conceptū, dicitur verbum interius. Hoc enim est quod significatur per vocē. Non enim vox exterior significatur ipsum intellectum: aut formā ipsius intelligibilem: aut ipsum intelligere: sed conceptū intellectus quo mediante refertur ad rem. Huiusmodi igitur conceptio siue verbum quando intellectus noster intelligit rem aliam à se ab alio exoritur: & aliud repręsentat. Oritur quidem ab intellectu per suum actum: est verò similitudo rei intellectæ ipsum repræsentans. Cùm verò intellectus seipsum intelligit, verbū prædictum siue conceptio eiusdem est propagatio & similitudo. s. intellectus seipsum intelligentis. & hoc ideò contingit: quia effectus similatur causæ per suam formā: forma autem intellectus est res intellecta: & ideò verbū quod exoritur ab intellectu est similitudo rei intellectæ: siue sit idē quod intellectus: siue sit in aliud. Huiusmodi autem verbum nostri intellectus est quasi extrinsecū ab esse ipsius intellectus. Non enim est de essentia eius: sed est quasi quædam passio ipsius: nō tamē est extrinseca ab ipso intelligere intellectus: cū ipsum intelligere cōpleri nō possit sine verbo prædicto. Sciendum autem q̄ intellectus semper habet apud se verbū secundum interiorē intelligentiam: & dicitur interior intelligentia quæ est ipsius animæ secūdum se: prout est quid subsistens: nō autē habet illud semper secundum exteriorē intelligentiā: & dicitur exterior intelligētia secundum exteriorē cognitionem: & ista propriè est hominis secundum quod cōuertit se cogitādo super ipsa fantasmata: quæ sunt potentia intelligibilia: & sic intellectus semper habet apud se verbum informe: nō autē verbū semper formatur. Dicitur autē verbū informe propter indistinctā & confusam cognitionē. Iterū etiā quia nō est productū ad exteriorē manifestationē per exteriorē cognitionem: sed homo nō percipit q̄ intellectus habeat semp apud se verbum illud informe. primò propter extraneitatē sui ad intellectum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundò propter sui ꝓfunditatē. tertiò ꝓpter sui subtilitatē, & hoc ex parte aīæ, similiter nō ex parte corporis, quia aīa est mole carnis oppressa, & iō nō percipit hoc iterum, quia est materialium caligine obscurata. Notandum etiā, ꝙ triplex est verbū: verbū cordis, siue intellectuale: verbum imaginatiōis, siue imaginabile: verbum oris, siue vocale, primū est manās, sc̄m disponēs, tertium operās. Notādum etiā, ꝙ in tribus partibus imaginis est ordo naturæ & ordo tēporis, ita ꝙ memoria præcedit intelligentiā interiorē, prout est gignitiua ipsius, offerēs vel obtēdens ei speciē quā habet, & hæc naturaliter præcedit intelligentiā & natura & tpe. Itē intelligētia interior præcedit naturaliter voluntatē interiorē, & rō est, quia oportet antequā aliquis velit intelligere, ꝙ præcōcipiat quid est intelligere, & sic intelligentia naturaliter præcedit voluntatem, memoria verò vtrāq; : voluntas autem interior præcedit intelligentiā exteriorem. Sciēdum, ꝙ potētia intellectiua primò simpliciter aliqd apprehendit, & hic actus dicitur intelligētia, secūdò verò id, qđ apprehendit ordinat ad aliquid aliud cognoscēdum vel operādum, & hæc vocatur intēctio. Dum verò persistit in inquisitione illius, quod intēditur vocatur excogitatio, dum verò id, quod est excogitatū examinat ob aliqua certa, dicitur scire vel sapere, qđ est phronesis, ideſt, sapientię, quia sapere est iudicare, vt dicitur in 1. Metaph. Ex quo autem habet aliquid pro certo examinatum, cogitat quomodò possit illud alijs manifestare, & hoc est dispositio interioris sermonis, ex qua procedit interior locutio. Sciēdum, ꝙ sicut secundum actionem quæ tendit in exteriorem materiam est aliqua processio ad extrā, ita secundum actionem quæ manet in agēte, est quædam processio ad intrā, & hoc maximè patet in intellectu, cuius actio. ſ. intelligere manet in agēte. Quicūq; enim intelligit, ex hoc ipso, ꝙ intelligit procedit ad aliquid intra ipsum, quod est cōceptio rei intellectæ ex eius notitia procedēs, quā quidem cōceptionem vox significat. & dicitur verbum cordis signatū verbo vocis. Sciendum, ꝙ intellectus secundum quod est in actu per speciem intelligibilem consideratur absolutè. Et similiter intelligere, quod ita se habet ad intellectum, sicut ens in potentia ad ens in actu. Nō enim intelligere actionem nominat ab intelligēte exeuntē, sed in intellectu siue intelligente manēte. Cùm ergo dicitur, quòd verbum est notitia, non accipitur notitia ꝓ actu intellectus cognoscentis: vel pro aliquo eius habitu, sed pro eo, quod intellectus concipit cognoscendo. Sciendum, ꝙ hæc est differentia inter intellectum & voluntatem, ꝙ intellectus fit in actu per hoc, ꝙ res intellecta est in intellectu secundum suam similitudinem, voluntas autem fit in actu nō per hoc, ꝙ aliqua similitudo voliti sit in volente, sed ex hoc, ꝙ voluntas habet quandam inclinationem ad rem volitam. Processio autem quæ attenditur secundum actionē voluntatis, nō consideratur secundum rationem similitudinis, sed magis secundum rationē impellentis & mouentis in aliquid. Vnde quāuis similitudo sit de ratione amoris, sicut de ratiōe verbi, tñ aliter pertinet ad verbum, & ad amorē. Nā ad verbum pertinet inquātū ipsum est quædā similitudo rei intellectæ, sicut genitum est similitudo generantis. Sed ad amorem pertinet, nō, ꝙ ipse amor sit similitudo, sed inquantùm similitudo est principium amandi. Item sicut esse cōsequitur formam, intelligere cōsequitur speciem intelligibilē. Sciendum, ꝙ cùm dicitur intellectum in actu existere duo importantia. ſ. res quæ intelligit, & hoc ipsum, quod est intelligi. Ipsa igitur natura cui accidit intelligi, nō est nisi in singularibus, sed hoc ipsum, quod est intelligi est in intellectu. Sciendum, ꝙ intellectus, & ratio in hoc differunt quantùm ad modum cognoscendi, quia scilicet intellectus cognoscit simplici intuitu, ratio verò discurrendo de vno ad aliud. Sed tamen ratio per discursum peruenit ad cognoscendum illud, quòd intellectus sine discursu cognoscit, scilicet vniuersalem. Sciendum, quòd Philoso dicit 1. Metaphy. quòd difficilia sunt hominibus ad cognoscendum quæ sunt maximè vniuersalia, quod est contra illud, quod dictum est in 1. Physic. quòd confusa sunt magis nota quò ad nos qualia sunt vniuersalia. Ad quod dicendum, quòd magis vniuersalia secundum simplicem apprehensionem sunt primò nota. Nam primò in intellectu cadit ens: vt dicit Auicen. & prius in intellectu cadit animal, quàm homo. Ita & in generatione scientiæ prius in intellectu concipitur animal, quàm homo, sed quantùm ad inuestigationem vniuersalium proprietatum & causarum, prius sunt nota minus communia, eò quòd per causas particulares quę sunt vnius generis vel speciei, peruenimus in causas vniuersales. Ea autem quæ sunt vniuersalia in causando, sunt posterius nota quò ad nos, licet sint prius nota secundum naturam, quāuis vniuersalia per prædicationem sint aliquo modo prius nota quò ad nos, quā minus vniuersalia, sed nō prius nota, quā singularia. Nam cognitio sensus quæ est singularium in nobis præcedit cognitionem intellectiuam quæ est vniuersalium. Facienda est autem vis in hoc, quod dicit maximè vniuersalia nō simpliciter esse difficillima, sed ferè. Per hoc enim, quod dicit maximè vniuersalia, intelliguntur quæ sunt vniuersalia per essentiam: vel sunt illa quæ sunt penitùs à materia separata secundum esse, sicut substātiæ immateriales. Istæ enim sunt magis difficiles ad cognoscendum nobis, quàm etiam vniuersalissima quæcúnque secundum prædicationem.

Explicit Opus Quinquagesimumtertium. De intellectu intelligibilis secundum S. Tho. Aquin.

Proœmium.

INCIPIT EIVSDEM Docto. Opus Quinquagesimūquartum, De quo est & quod est.

IN omnibus in quibus est compositio ex materia & forma, est cōpositio ex quo & quod est. Dicere autem, quod est in materia, quia quod dicitur suppositum habens esse, materia autem non habet esse, sed compositum ex materia & forma in talibus compositis. Quo est potest dici tripliciter, potest ēm quo est dici ipsa forma quæ dat esse materiæ, potest etiam dici ipse modus essendi quo est, ipsa natura quæ relinquitur ex coniunctione formę cū materia, vt humanitas præcipuè, sed ponentes, ꝙ forma quæ est totū est quiditas, non autem forma partis de quibus est. Auic. Cum autē ratiōe quantitatis essentiæ, cū sit composita vel compositionē sequens poterit inueniri, & intelligi quiditas aliqua simplex, non consequens compositionem formæ & materiæ. Si autem inuenimus aliquā quiditatem quæ nō sit cōposita ex materia & forma, illa quiditas aut est esse, aut nō esse. Si est esse, sic est essentia diuina quæ est suum esse est omnium simplex: si nō est esse, oportet ꝙ habeat suum esse acquisitum ab alio, & sic est omnis quiditas creata, & quia quiditas posita est non subsistere in materia, nō acquiritur ei esse in altero, sicut quiditatibus compositis, imò acquiritur ei esse in se, & ipsa quiditas erit hoc, quod est suum esse & quo est, & quia omne, quod habet aliquid non à se est possibile, respectu illius huiusmodi quiditatis, cū habeāt esse ab alio, erūt possibiles respectu illius esse, & respectu eius à quo habēt, in quo nulla eadē potētia, & ita in tali quiditate inuenitur potentia & actus, secundum quod ipsa quiditas est possibilis, & est esse eius cōpositio potēriæ, & actus de quo est & quod est: vnde Angelus vel anima, potest dici quiditas vel natura vel forma simplex, inquantùm eorum quiditas non cōponitur ex diuersis, cùm aduenit ei cōpositio horum duorum, scilicet quiditas & esse. Nota, quòd hoc opusculum est imperfectum & valdè corruptum: vt puto vitio impressorum qui illud in Alemania impresserunt, ne autem ordo totius libri destrueretur, ipsum etiam prout illud inuenimus reliquimus, quia nullibi inueniebatur alia copia, qua melius emendari potuisset.

Explicit Opus Quinquagesimumquartum.
De quo est & quod est.

Et sciendum Doctō. sanctum scripsisse de vniuersalibus. Vtrum tamen vnum aut plura de eis scripserit opuscula, sub dubio relinquimus. Nec mirum si diuersis studentibus ad eorum petitionem diuersa sub eadem materia conscripsit opuscula, cùm plura etiā super materia de verbo inueniuntur. S. Tho. opera.

INCIPIT EIVSDEM Doct. Opus Quinquagesimumquintum, De vniuersalibus

Proœmium Tractatus Primus.

CIRCA vniuersalia multiplex fuit & diuersorum Philoso. opinio. Quidā enim sicut Epicurei nō ponētes distinctionē esse, nisi secundum sensum, dicētes summū bonū esse voluptatē, profuerunt nihil esse, qđ sentitur & videtur. Vñ dicebāt, ꝙ nihil est vniuersale. Dicebāt etiā aīam esse quoddā corp⁹ subtile & perire cū corpore. Horum autē opinio, quia ꝓbabilis est manifestè, & cōtra sensum & intellectum omnē, nō est necessarium eam refellere, & ideò Philoso. tales qui sic posuerunt, appellauerūt porcos. Sed contra eos posset sic argui. Omnes homines natura scire desiderāt: vt vult Philoso. 1. Metaphy. sed tale desiderium nō est frustrà, cōtingit ergo habere scientiam, sed omnis sciētia est vniuersalium, ergo vniuersalia sunt. Minor sic ostēditur, quæ sunt infinita, nō possunt sciri, alioquin essent finita, sed singularia sunt infinita, ergo ipsorum nō est scientia, & per cōsequens vniuersalium. Alij autem ponentes vniuersalia, incidunt in multa inconuenientia, & isti sunt diuersi, quoniam quidam posuerunt ea esse & subsistere præter singularia & prædam posuerunt ea esse & subsistere præter singularia & præter intellectum, & isti fuerunt Platonici, quorum caput fuit Plato. Hic siquidem videns magnam & continuam transmutationem & corruptionem fieri in rebus ipsis, inductus fuit ponere vniuersalia stare per se & incorruptibilia esse, quæ vocabat Ideas: quas quidem dixerunt esse causas exemplares & effectiuas istorum singularium. Hanc autem opinionem in septimo Metaphy. & multis alijs locis destruit Philosophus. Vnde dicit contra Platonem deridendo eum in libro Posteriorum. Gaudeant genera & species. monstra enim sunt. Sumamus autem necessarium argumentum: quod formæ Auicenna eōrā eum sic. Vniuersale quod intendimus, prędicatur de omnibus inferioribus, quorum vnu mquódq; est ipsum: tale autem vniuersale quod Plato ponebat separatum non prędicatur de suis indiuiduis: nec aliquod ipsorum est ipsum: ergo aut non est ponere vniuersale: aut non est sic ponere separatum: sicut Plato ponebat: & ideò fuerunt aliqui qui posuerūt vniuersalia solùm esse in intellectu. totum oppositum positioni Platonis: & adhuc isti diuersificantur. Nam quidam posuerunt vniuersalia nobis innata & concreata: & non fieri vniuersalia per actionem intellectus depuratis & abstrahentis. & fulciunt positionem suam per dictum Philosophi in secundo de anima. vbi dicit, quòd intelligimus cùm volumus: quod nō esset dictum, nisi ipsa nobis vniuersalia innata essent: & semper actu præsentarent ipsi animæ. Contra quod est etiā Philosophus, per quem putant se defendere. Dicit enim ipse in fine secundi Posteriorum, quòd vniuersale venatur sensus. via memoriæ & experientiæ. & Commentator super proœmio de anima dicit contra eos, quòd intellectus agens facit vniuersalitatem in rebus ipsis. Dictum autem quod inducunt pro se sanè est intelligendum, ꝙ ideò hoc Philosophus dicit, quia in nobis est intellectus agens quo est omnia facere. & ideò quando vult potest se cōuertere supra fantasmata & illustrare ea. & facere actu intelligibilia. Alij verò posuerunt, ꝙ formæ intellectuales effluunt in mentem nostram ab intellecto agente. Ponebant autem intellectum agentem non esse in nobis: sed extra nos, & dicebant istum esse Deum vel aliquam intelligentiam. Cōtra istos est Philosophus in tertio de anima. quantùm ad vtrúnque. Dicit enim ibi quòd in anima nostra est intellectus iste, & dicit etiam quòd est lumen quod facit fantasmata potentia intelligibilia: intelligibilia actu: sicut lumen facit colores potentia visibiles: visibiles actu: & sic diuersimodè erratū est circa vniuersalia. Sententia tamen Aristotelis vera est, scilicet ꝙ vniuersale est in multis & vnum prēter multa. & tangitur in hoc duplex esse vniuersalis: vnde secundum quod est in rebus: aliud secundum quod est in anima. Et quantùm ad istud esse quod est rationis habet rationem prædicabilis. Quantùm verò ad aliud esse, est quædam natura & non est vniuersale actu, sed potentia: quia potentia habet vt talis natura fiat vniuersalis per actionem intellectus: & ideò dicit Boētius vniuersale dum intelligitur, singulare dum sentitur: quia vna & eadem natura quæ singularis erat & indiuiduatur per materiam in singularibus hominibus efficitur postea vniuersalis per actionem intellectus depurantis ipsam à conditionibus quę sunt hīc: & nunc vnde rationem vniuersalis & prædicabilis accipit ab ipso intellectu: vt dictum est: & quamuis ab ipsa anima recipiat rationem vniuersalis, tamen non est in ipsa secundum suam essentiam: sed secundum suam similitudinem & speciem. vnde & Philosophus ait. Lapis non est in anima: sed species lapidis. Hæc autem similitudo siue species existens in anima est vna numero & est singularis. Eius autem vniuersalitas nō est ex hoc quòd est in anima: sed ex hoc quòd comparatur ad multa singularia se habētia opinata. Eorum igitur iudicium quantùm ad ipsam est idem: nec hoc est inconueniens, quia sicut aliquid diuersis respectibus potest esse genus & species, ita aliquid diuersis speciebus potest esse vniuersale & particulare siue singulare. Est enim illa in solo intellectu singularis: & est vniuersalis inquantùm habet rationem vniformem ad omnia indiuidua: quæ sunt extra animam: prout æqualiter est similitudo omniū ducens in omnium cognitionem: sicut potest apparere in exemplo. Nam si esset vna forma corporalis repręsentans multos homines: constat quòd illa forma vel species vel figura statuę haberet esse singulare proprium, secundum quod haberet esse in hac materia: sed haberet rationem communitatis, secundum quod esset communis per repręsentationem plurium. Quamuis autem dictum sit quòd illa natura quæ est vniuersalis: inquantùm est in anima: sit vna numero, nō tamen oportet quòd diuersarum specierum: quarum est idem genus sit vna essentia: quia vnitas generis ex ipsa indeterminatione procedit: vel indifferentia: non autem ita quòd id quod significatur per genus sit vna essentia numero in omnibus speciebus vel diuersis, cui superueniens res aliqua quæ est differentia determinet ipsam: sicut forma determinat materiam: quæ est vna numero per priuationem omnium formarum: sed quia genus significat formas, non tamen hanc vel illam determinatè, quam determinatē differentia exprimit: quæ non est alia ab illa: quæ indeterminatè significabatur per genus. Vnde dicit Commentator super primo Metaphysic. quòd materia prima dicitur vna per priuationem omnium formarum: sed genus dicitur vnum per communitatem formarum significatarum. vnde per adiectionem differentiæ, remota illa indeterminatione quæ erat causa vnitatis generis, remanent species per essentiam diuersæ. & hoc est quod dicit Auicenna in sua Metaphysica. Impossibile est, scilicet quòd vna & eadem res numero sit prædicata de multis: ita quòd vnumquódque sit ipsa. Videtur tamen Boētius dicere contrarium in commento: vbi ait: quòd vniuersale ita est commune, vt eodem tempore totum sit in diuersis: quorum essentiam naturaliter constituat, & cùm in specie sit vniuersale: per aduenientes differentias: vel formas sit singulare: sine quibus naturaliter in se non subsistit: & absque eis actualiter nullatenùs permanet. Huic autem dicto adaptat exemplum de cera: sicut si ex cera modò statuam hominis: modò bouis facias, diuersas formas eidem essentiæ veræ penitùs manenti adaptando: hoc tamen refert quòd nō eodem tempore: sed inconueniens quod sequitur ex ista positione est istud, quod idem animal esset rationale & irrationale: si eadem essentia generis esset in diuersis speciebus. sic igitur patet quid dicendum sit de ipsis vniuersalibus: & quomodò habeant se: quia aliquo modo habent esse animæ extrinsecum: & aliquo modo non. Consequenter dico, quòd vniuersalia ex hoc ꝙ sunt vniuersalia, non habent esse per se in sensibilibus: quia vniuersalitas ipsa est in anima: & nullo modo in rebus. Cùm autem dicimus, quòd natura vniuersalis habet esse in his sensibilibus siue singularibus, non intelligimus ex hoc quòd in eis habeat modum vniuersalitatis. sed intelligimus quòd natura cui accidit vniuersalitas habet esse in istis signatis. Patet ergo quomodò vniuersale corporale: & quomodò sit incorporale: quoniam secundum quod dicit Boētius, quòd incorporale & insensibile in simplicitate suæ vniuersalitatis intelligitur. corporeum autem & sensibile per accidentia subsistunt. Sic igitur declaratę sunt quæstiones, quas enumerat Boētius de vniuersalibus. Vtrum autem possit esse destructis singularibus, dicendum secundum Auicennam, quòd sic: quia vniuersale est illud quod secundum intellectum impossibile est non prædicari de multis: & si nullum eorum habet esse in effectu. sicut intentio est præter singulare quæ vniuersalis est: eò quòd eius natura est prædicari de multis: sed non est necesse esse illa multa. imò nec aliquod illorum. Vtrum autem sit substantia vel accidens, dicendum quòd per comparationem quam habet ad animam est accidens. & est di spositio quædam in anima. & est vnum de indiuiduis scientiarum vel formationum. Aueroys tamē dicit super primo de anima, quòd vniuersale est qualitas existens in anima. & hoc dico substantialis: quæ quidem nō est substantia nec accidens: sed medium: quod non est inconueniens. Quamuis enim quò ad logicum, non tamen quò ad metaphysicum & naturalem est medium inter ea: vt vult Commentator in multis locis. Sic igitur considerādo vniuersale inquantùm vniuersale est, scilicet secundum quod aliqua natura habet intentionem vniuersalitatis, id est, secundum quod consideratur animal vel homo. vt vnum in multis, vniuersalia non sunt substantiæ: & hoc modo reprobat Philosophus circa finem septimo Metaphysic. quòd vniuersalia non sunt substantiæ, sicut Platonici posuerunt animal & hominem in sua quiditate esse substantias. Nam animal commune & homo cōmunis non sunt aliquæ substantiæ in rerum natura: sed hanc communitatem habet forma animalis vel hominis, secundum quod est in intellectu: qui vnam formam accipit in multis communem: inquantùm eam subtrahit ab omnibus indiuiduantibus. Alio modo potest considerari vniuersale, scilicet ipsa natura cui intellectus rationem vniuersalitatis attribuit: & sic vniuersalia: vt genus, & species, substantias rerum significant & prædicantur in quid. Animal enim significat substantiam eius de quo prædicatur, & similiter homo. & hoc est quod dicit Philosophus in Prædicamentis, quòd genus & species primarum substantiarum sunt substantiæ secundæ. De vniuersalibus autē accidentium accipienda est alia ratio: quoniam talia vniuersalia & quantū ad respectū quem habēt in anima: & quantū ad respectū quem habēt in suis inferioribus, substantiæ nō sunt: prout substantia diuiditur cōtra accidens: sed sunt substantia, prout substātia accipitur pro essentia in suis inferioribus. Vnde ꝙ vniuersalia accidentia sunt essentialia suis inferioribus, hoc modo possunt dici substātiæ. Vtrū autē vniuersale sit prius quàm singulare, dicēdum ꝙ vniuersale esse prius cōtingit dupliciter. ſ. vniuersale in essendo: & vniuersale in cognoscendo. si in essendo: tunc vniuersale accipitur pro specie quæ est in anima abstracta à cōditionibus materialibus: quæ sunt hīc & nunc forma & figura. Et sic isto modo patet, ꝙ prius est singulare, à quo abstrahitur talis forma: & sic est intelligendū ꝙ dicitur de anima vniuersale: aut nihil est: aut posterius est. Alio modo cōsideratur vniuersale: prout est forma realiter existēs in rebus: & hoc dupliciter. Aut enim refertur ad operationē naturæ: vel ad intentionē. si primo modo, aut loquimur de vniuersali specici specialissimę: aut de superiori ad ipsam. si de superiori, aut cōparatur ad suum proprium singulare: quod mediatè cōtinetur ab ipso. si ad propriū, prout animal cōparatur ad hoc animal, sic prius est in opatiōe naturę hoc animal quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

animal,quia prius terminatur opatio naturæ ad hoc animal, quàm ad animal,eo quòd omnis operatio est singulariũ, sed vlteriùs cùm habemus hoc animal intellectus cõsiderans antequàm deueniamus ad formam hominis, apprehendit formam vniuersalis in hoc indiuiduo,scilicet animal.Sed vlterius antequàm operetur natura ad formam hominis, præcesßit animal per considerationem intellectus, & hoc animal per operationẽ naturæ,& ideò si tunc formamus vniuersale superius ad singulare non proprium: vt animal ad hunc hominem, sic in operatione naturæ vniuersale præcedit singulare, & sic patet quid sit dicendum si loquamur de vniuersali superiori,si autem loquamur de vniuersali inferiori:vt de specie specialißima, sic quantùm ad operationem naturæ singulare præcedit vniuersale, sicut natura prius generat Sortem,quàm hominem.Si autem referamus vniuersale,quantùm ad intentionem naturæ, sic adhuc distinguendum est,quia loquimur de vniuersali superiori: vt de genere, aut de inferiori: vt de specie specialißima,si loquamur de vniuersali superiori: vt de animali quantùm ad intentionem naturæ vniuersalem,sic dico,quòd vniuersale,scilicet animal,& hoc animal singulare suum propriũ non intenduntur à natura, quia si sic ßtatim in ipso animali sua operatio ceßaret, & nunquàm peruenireturvsque ad Sortem,& sic nihil perfectè generaretur.Si autem de vniuersali inferiori:vt de specie specialißima loquimur, cùm illud sit primò intentum à natura particulari, dicendum, quòd intentione naturæ prius est vniuersale,quàm particulare,& hoc est, quòd Philosophus dicit in secundo de anima, nostra virtus ineßt omnibus quæ perfecta & vt imperfecta: vt animal generat animal, & planta plantam, quamuis ipsum esse diuinum participent secundum quod possunt. Omnia enim illud apperunt,& illius causa agunt quęcúnque agunt secundum naturam quæ intendit per se esse diuinum, idelt,sempiternum,sicut ipsemet exponit.Quantùm ad operationẽ naturæ sic singulare est prius,sicut natura prius generat Sortem, quàm hominẽ, & sic patet quid sit dicendum de vniuersali quantùm ad esse suum. Si autem loquamur de vniuersali quantùm ad cognitionem suam, hoc potest esse dupliciter,quia est aliquid notius quò ad nos, & est aliquid notius simpliciter siue quò ad naturam,quia idem est notius secundum naturam & simpliciter.Simpliciter autem nota sunt,quæ per se sunt nota. Sunt autem plus per se quæ plus habẽt de entitate, quia vnumquódque cognoscibile est,quàtùm est ens, magis autem entia sunt,quæ sunt magis in actu. Vnde ista sunt magis cognoscibilia à natura, non quòd natura magis cognoscat ea, sed quia sunt nota secundum se & secũdum naturam propriam. Sic igitur species ßpecialißimæ sunt notiores secundum naturam:vtpotè per se existẽtes & distinctam habentes cognitionem. Quòd autem completum est actu,est prius natura,& posterius tẽpore, genera verò nota sunt priora quò ad nos,& posteriora quò ad naturam: vtpotè habẽtia cognitionem confusam in potentia. Quod autẽ est potentia,est prius tempore,natura autem posterius,sicut sunt genera vniuersaliora & in potentia & magis confusa,quia vniuersalia cõtinent in se sua inferiora in potentia,& qui scit aliquid in vniuersali scit illud indistinctè,tunc autem distinguitur eius cognitio,quando vnũquódque eorum quæ continentur in vniuersali in potẽtia semiactu cognoscẽtur. Verbi gratia. Qui scit animal, non scit rationale nisi in potentia. Prius autem contingit scire animal, quàm hominem, & sic intelligendum est illud in 1.Physico.aliquid prius est in potentia,quàm in actu.Secundum hunc igitur modum quo procedimus de potẽtia ad actum,& de magis communi ad minus commune,prius est quò ad nos scire animal,quàm hominem,& sic intelligendum est,quod dicitur.1.Physic.quòd vniuersalia sunt nobis prius nota quò ad nos,& minus nota naturæ.Singularia autem econuersò,quia ibi non accipitur ßmpliciter,sed secundũ quid,sicut est ßpecies respectu generis. Si autem accipiatur ßngulare ßmpliciter, sicut accipitur in primo Posteriorum,sic dicẽdum, quòd quò ad nos singularia sunt notiora secundum quod cognitio ßnsitiua in nobis præcedit intellectiuã, quæ est vniuersalium, sed vniuersalia sunt notiora secundum naturam,& secundum se ßmpliciter,quia cognitio vniuersalis est perfectior.Vniuersalia autem sunt intelligibilia in actu,non autem singularia,cùm sint materialia. Notandum etiã,quòd aliud est dicere animal,inquantùm animal,& animal,inquantùm vniuersale. Et similiter homo,inquantùm homo:& homo,inquantùm ßpecies,quia animal inquantùm animal,est animal solùm,& significat essentiã ßmplicem,quæ de se non est vna,nec multa,nec existens in his ßnsibilibus,nec in anima,nec aliquod horum potẽtia vel actu.Vnde ßgnificat quandam essentiam,quæ nec est vniuersalis nec particularis, & ideò dicit Auicen.quòd rationalitas non est differentia, & ßmiliter animalitas non est genus,nec humanitas ßpecies,& hoc modo nihil est verum de ea dici, nißi quòd conuenit sibi secundum quod huiusmodi:vnde quicquid aliorum sibi attributum fuerit, falsa erit attributio:verbi gratia. Homini vt homini conuenit animal rationale, & alia quæ in diffinitione eius cadunt. Album verò aut nigrum,aut quicquid huiusmodi est, quod non est de ratione humanitatis, non conuenit homini,secundũ quod homo est.Vnde si quæratur:vtrum ista natura sic considerata possit dici vna vel plures, neutrum concedendum est,quia vtrúque eorum est extra intellectum hominis seu humanitatis,& vtrúque potest sibi accidere.Si enim pluralitas esset de intellectu eius,nũquàm posset dici vna,cùm tamen vna sit secundum quod est in Sorte.Similiter ßvnitas esset de intellectu eius,tũc esset vna & eadem Sortis & Platonis essentia,nec posset in pluribus verificari,& cùm ipßi naturæ secundum suam absolutam considerationem non cõueniat esse in anima,nec esse in singularibus, falsum est dicere, quòd natura hominis inquantùm huiusmodi habeat esse in hoc singulari, quia ßesse in hoc singulari cõueniret homini inquantùm homo,inquantùm homo esset extra hoc singulare.Similiter ßconueniret homini, inquantùm homo non esse in hoc ßngulari, inquantùm homo esset in eo,sed verum est dicere, quòd homo, inquantùm homo,non habet esse in hoc singulari:vel in illo, aut in anima,ergo patet,quòd natura hominis absolutè cõsiderata abstrahit à quolibet esse, ita tamen, quòd non fiat præcisio alicuius eorũ, & quia humanitati secundum suam absolutam cõsideratioñ non conuenit,quòd prædicetur de Sorte, ideò ratio speciei nõ conuenit sibi secundum suam absolutam cõsiderationem,quia de ratione vniuersalitatis est vnitas & communitas. Naturæ autem humanæ secundum suam absolutam cõsiderationem neutrum cõuenit.Si enim communitas esset de intellectu hominis,tunc in quocúnque inueniretur humanitas,inueniretur communitas,quod falsum est, quia in Sorte nulla inuenitur communitas,sed quicquid in eo est,est indiuiduatum, & ideò oportet,quòd fit de accidentibus quæ cõsequuntur eam secundum esse,quod habet in intellectu,& ideò nomen speciei non prædicatur de Sorte:vt dicatur Sortes est species , quod tamen de necessitate accideret, ßratio speciei cõueniret homini secũdum esse,quod habet in Sorte:vel secundum suam absolutam cõsideratioñ, scilicet inquantùm est homo.Quicquid enim cõuenit homini inquãtùm homo prædicatur de Sorte. Alio modo potest cõsiderari secũdum esse,quod habet in hoc vel in illo,& sic de ipso aliquid prędicatur per accidẽs ratione eius in quo est,sicut dicitur,quòd homo est albus,quia Sortes est albus, quãuis hoc nõ conueniat homini inquãtùm homo.Hoc autem modo duplex habet esse:vnum in singularibus,& aliud in anima,secũdum vtrũq; esse cõsequuntur hanc naturam accidẽtia , & in singularibus habet multiplex esse secundum singularium diuersitatem.Secundum autem hoc esse,quod habet in singularibus,nõ potest dici, quod ratio alicuius generis vel speciei accidat alicui naturæ, quia nõ inuenitur in indiuiduis secundum vnitatem:vt sit vnum quid omnibus cõueniẽs,quod ratio vniuersalis existit. Relinquitur ergo,quòd ratio generis vel speciei accidit alicui naturæ secundum esse,quod habet in intellectu:verbi gratia.Ipsa natura humana in intellectu habet esse abstractum ab omnibus indiuiduatibus, & ideò habet vniformem rationem ad omnia indiuidua quæ sunt extra animã,prout est essentialiter similitudo omnium ducens in omnium cognitionem,inquantùm sunt in eo,quia eius operatio ad omne indiuiduum,quod fuit & est & erit,est vna,& qualitercúnque primum positum fuerit in intellectu, hanc deputationem habebit,& aliud superueniens nõ augebit. Sic igitur patet,quòd aliud est dicere animal inquantùm animal & homo ßmiliter, & aliud est dicere animal inquãtùm vniuersale , nã animal & ßmiliter quodlibet aliud vniuersale est animal solùm, & est forma intelligibilis secundum formam quam dicimus, & est natura de qua potest dici , quòd esse eius est prius,quàm esse naturale,sicut ßmplex prius est composito,& ipsum eius esse indiuiduum propriè dicitur esse, quoniã tale esse ex quo est animal est de intentione. Ipsum verò esse cum accidentibus,& ipsum esse huius in liuidui, quãuis dererminata intẽtio, attribuitur tamen naturæ particulari. Animal ergo inquantùm est animal,nec est genus,nec species,nec indiuiduum,nec vnũ,nec multa quãtùm de se est , licet cõcomitetur illud esse aliquod illorum de necessitate.Possunt tamen animal & homo per se considerari,quãuis sit cum alio à se , sed animal inquantùm vniuersale non est animal solùm,sed est animal & aliud , non animal consideratum in se, est medium,quod cùm fuerat animal,& aliud,quod non est animal, tunc erit animal in hoc tanquàm pars eius,& homo ßmiliter,ergo vniuersale ex hoc, quòd vniuersale est quoddam cui accidit pluralitas,& est quoddam aliud. Ex prædictis iam manifestum est,qualiter ratio generis & speciei conueniant alicui naturæ,quoniam non cõueniunt ei secundum suam absolutam considerationem, nec est de accidentibus quæ sequuntur eam secundum esse , quod habet extra animam : vtpotè albedo vel nigredo , sed est de accidentibus quæ sequuntur eam secundum esse , quod habet in intellectu,& per hunc modum conuenit sibi ratio generis:vel speciei:vel differentię, & aliarum intentionum.

Explicit Opus Quinquagesimumquintum. Sancti Thomæ. De vniuersalibus.

Incipit eiusdem doctoris opus quinquagesimumsextum, Tractatus secundus de vniuersalibus. *Diuisum*

QVONIAM dicit Aristo.primo Posteriorum. scientia est sempiternorũ:& eorũ quæ nota sunt: & quæ impossibile est aliter se habere: hæc autẽ sunt vniuersalia. ideò vtile esse existimo aliquid narrare de eis secũdum quod vniuersale est.vt cognita natura eius secũdum quod est: faciliùs etiam alia vniuersalia secũdum quod sunt cognoscantur.Dico ergo,quòd vniuersale secũdum quod vniuersale cõprehendit primã rem quę de se nata est in pluribus esse secũdum intentionẽ secundã.Sed intentionẽ secũdam appellO illud quod intellectus secũdò intelligit de re: propter quod intelligendũ est,quòd cũ res sint materiales & particulares extra animam:& vnũquódque sit intelligibile secũdum quod est à materia separabile,manifestũ est,quòd res secũdum quod est in materia particulari intelligi nõ potest:nisi abstrahatur ab omnibus cõditiõibus indiuiduantibus.Lapis enim nõ potest intelligi,nisi per intellectũ abstrahatur ab hoc & nũc:& alijs huiusmodi:sed quia intellectus illud quòd intelligit abstrahit à sensu,oportet quòd lapis priùs cognoscatur à virtute imaginatiua:siue fantastica , quæ abstractior est reliquis virtutibus sensitiuis. Hoc autẽ esse nõ potest, nisi mediante aliquo fantasmate.ideò oportet ad hoc,quòd intellectus intelligat naturã lapidis quòd abstrahat suã speciẽ intelligibilem à suo fantasmate: ita quòd prima intẽtio quæ de lapide est in intellectu,est species lapidis quæ cõpetit lapidi secũdum quod lapis:& ab ista prima intẽtione hæc vox lapis imposita est ad ßgnificãdum naturã lapidis quæ est extra animã:& hoc accidit ex hoc,quòd species lapidis nõ est id quod intelligitur: sed quo intelligitur:cũ intellectus intelligit naturã lapidis:sicut species corporis in oculo est,qua visus videt: & species illa est qua vox aliquid ßgnificat & nõ ßgnificat,hoc alibi erit manifestũ. Tunc videndum est vlterius cũ intellectus intelligit naturã lapidis mediante specie intelligibili:quia sibi nõ repugnat esse in pluribus.secũdò intelligit eam:vt est participabilis à pluribus,& secũdũ diuersum participationis modũ sic diuersimodè intelligit.Nam inquantũ est participabilis à pluribus differẽtibus specie, intelligit eam sub intellectu generis:& ßsolũ participabilis est à pluribus differẽtibus numero,intelligit eam sub intellectu speciei. Hoc autẽ inferiùs plenius apparebit:& sic patet, quòd alius intellectus est intelligere lapidẽ secũdum quòd lapis. Et alius intellectus cũ intelligit lapidẽ secũdum quòd participatur vniuersaliter:vel particulariter:& ille intellectus est prius qã̃ est.quia potẽtia rei:& habilitas rei non sunt de essentia terminiː sicut potẽtia animę nõ est de essentia animę. vnde habilitas essendi in pluribꝰ nõ est de essentia hominis:quia tũc homo qui est in Sorte esset habilis ad participationẽ plurium:quod est impossibile: & qãvnũquódque potest abstrahi ab eo quod nõ est de essentia eius:ideò potest intelligi absq; hoc quòd intelligatur, quòd ßt participabilis à pluribus.Homo enim secundum quòd homo,nec est vniuersalis nec particularis:quia ßhomo secũdum quòd homo esset vniuersalis,iam nõ posset esse particularis:& ßesset particularis,nõ esset vniuersalis:secundum quòd homo:sicut Sortes qui est singularis secũdum quòd Sor.nõ potest esse vniuersalis.ergo accidit sibi,quòd ßt singularis vel vniuersalis. Sed debes scire,quòd homo nõ dicitur vniuersalis,nisi quia cõsideratur vniuersaliter.Hæc autẽ consideratio accidit esse hominis: nõ secundum quod est in materia extrã.nam secũdum quòd est in materia extrã est indiuidualiter:& homini secũdum quòd est indiuiduum,nõ accidit esse vniuersale:quia tunc oppositũ accideret opposito. sed solũ accidit homini secũdum esse quod habet in intellectu. vniuersale ergo est vnũ & plura:plura inquantũ in pluribus est. alioquin nõ posset prædicari de pluribus:vt homo in re est plura:quia de pluribus prędicatur. Est autẽ vnũ in cognitione:quia licet plura secũdum quòd plura nõ constituunt vnũ intellectũ: tamen plura secũdum quòd similia sunt:cõstituunt vnũ intellectũ.ita quòd intellectus nõ potest distingui inter similia inquantũ sunt similia.& ideò intellectus apprehendit hominẽ & asinũ inquantũ conueniunt in vna operatiõe.ßsenßtiua vnico intellectu apprehẽdit:& ßin re sint multa:talis tamen vnitas nõ apponitur illi multitudini:& quia res per idem est ens & vnũ:& econuersò,oportet quòd vniuersale sit vniuersale per prædictã vnitatem:ita quòd naturæ talis cognitio facit vniuersale esse in actu vniuersale:& est quoddã formale in vniuersali.Ex quo patet,quòd intellectus facit vniuersalitatẽ in rebus:sicut dicit Cõmẽtator.quia illa vniuersalitas est ab intellectu:sed quia talis vniuersalitas à re sumit principium,ideò dicit Aristo.quòd vniuersale aut nihil est : aut posterius est: quoniã talis vniuersalitas in re nihil est. Quærit autẽ vtrũ vniuersale sit substantia vel accidens:& per hoc soluitur ista quæstio:quoniam loquẽdo de vniuersali. secũdũ quòd vniuersale est solũ in anima, & est accidens,sed loquẽdo de re substantia dicitur , quòd quãdóq; est substantia:& quãdóq; accidens secũdum diuersitatẽ vniuersaliũ. & ßmiliter per hoc patet qualiter debet intelligi illud dictũ.vniuersale est quod potest prędicari de pluribus.nam secũda intentio quam vniuersale includit formaliter solũ est in anima.Illud autẽ quod est in anima nõ prædicatur de re extra animã:cũ oporteat prędicatum inesse subiecto:sed vniuersale prædicari potest secũdum naturã realem,quã includit materialiter:ita quòd quãdo dicitur.vniuersale prędicatur de pluribus,sensus est,quòd res subiecta vniuersalitati prędicatur de pluribus:vt homo vel asinus: quod patet. quia ßhomo vel asinus prædicaretur de pluribus:vt de Sor.vel Platone secũdum quòd vniuersale,tũc Sor.esset vniuersale.Relinquit ergo quòd sola illa natura subiecta vniuersaliter prædicętur.Nam dictũ est,licèt homo sit in re extra particularis,tamẽ hoc accidit sibi secũdum quòd homo potest cõsiderari absq; hoc quòd ßit particularis.& sic homo est in pluribꝰ:& prędicatur de pluribus:nõ tamen vnus homo in numero : sed vnus in specie:nam homo qui prædicatur de Sorte,idem est quod Sortes:.& qui prædicatur de Platone,idẽ est Plato:cũ prędicatũ insit subiecto: & impossibile sit vnã rem in numero esse in pluribus numero differentibus.licèt homo nõ prędicetur de Sorte secũdum quòd est particularis.Cuius ratio est:quia terminus idẽ prædicat quod significat.ergo qualiter significat taliter prędicat.Modò iste terminus homo significat naturã humanã absq; omni participatione & particulari ratione.ergo sic prædicabit eam:nõ tamẽ prędicat sic eam vniuersaliter: quia sicut dictũ est suprà:intellectus hominis secũdum quòd homo,aliùs est à sua vniuersalitate. Sed vnum est aduertendũ, quòd cũ dicitur res subiecta intẽtioni secũdæ prædicatur:nõ est intelligendũ,quòd res illa ita sit subiecta intẽtioni,quòd ßt in ea tanquã accidẽs in subiecto:sicut subiectũ scientię nõ dicitur hoc modo subiectũ:vt scientia sit in eo tanquã in subiecto:sed in eo est tanq̃ in obiecto. Scientia cm̃ nõ est in scibili:sed in sciẽte.vnde propriè loquẽdo nõ dicitur subiectum: sed obiectũ scientiæ. Et ßmiliter res subiecta illi intẽtioni nõ dicitur propriè subiecta:sed obiecta. Ex hoc patet quãdo vniuersale est vnũ & quãdo nõ est vnũ. Nõ em̃ est vnũ in substantia cũ aggreget in se accidẽs.f.intentionẽ secũdam & rem extra animã: quæ quãdóq; est accidẽs: vt albedo:quãdóq; substantia vt homo:nec est vnũ per accidens siue accidẽtaliter:cũ accidẽs sit in subiecto. Est igitur vniuersale vnũ vnitate cognitionis.ita quòd ratione vniuersalis nõ requiritur nißi illa vnitas rationalis.Et propter hoc dicit Aristo. quòd ßvnũ in multis.f.cognitũ. Qualiter vnũ cognitũ ßit in multis,dictum est. vnde nõ potest aliquis dicere,quòd vniuersale sit vnũ relatione,cũ secũdæ intẽtiones nõ referãtur ad res:sed potiùs ad se inuicẽ: vt species dicitur species respectu generis.& nõ respectu naturæ obiectę. Hoc autem inferiùs meliùs apparebit. Et ex hoc patet, quòd impossibile est vnã & eandẽ scientiã determinare de vniuersali per se quantùm ad illas duas naturas quas includit : sed potiùs de vno per se & de alio per accidẽs:ergo Logica cũ cõsideratvniuersale,nõ cõsideratipsum quantũ ad naturã subiectã per se.nõ enim cõsiderat hominẽ in eo, quòd homo:sed in eo quòd species:& sic de alijs animalibus.Et ideò Logica principaliter est de secũdis intẽtionibus.Sed quia secũdæ intẽtiones principaliter accipiũtur à proprietatibus rerũ mediãtibus primis,sicut visum est,ideò dicit Auicẽ.primo suæ Metaph. quòd Logica est de secũdis intẽtionibus adiunctis primis:& sic patet, quòd Logicus nõ cõsiderat rem subiectã per se. Aliæ autẽ scientię cõsiderãt vniuersale quantũ ad rem subiectã.nam Philosophus naturalis nõ cõsiderat corpus mobile inquantũ genus:sed inquantũ mobile corpus: & musica nõ cõsiderat sonũ inquantũ accidẽs:sed inquãtũ sic. Ex quo patet quòd huiusmodi scientię nõ cõsiderãt vniuersale sub prima ratione vniuersalis:cũ non cõsiderẽt illud quod facit formaliter vniuersale.sed dicũtur cõsiderare vniuersale,quia cõsiderãt res nõ vt particulares:sed vt ßngulares. Sed debes scire,sicut vna intẽtio est genus & species diuersis respectibus,ita vna intẽtio est vniuersalis & ßngularis respectu diuersorũ.Nam ex hoc aliqua intẽtio est vniuersalis, inquantũ relationẽ habet ad multa:vt intẽtio hominis quę est apud animã:quia cõparatur ad multa:ideò est vniuersalis:& licèt hoc ßt, tamen huiusmodi intẽtio est in anima: & est quid ßngulare:qđ̃est. quia vnũquódq; recipitur in alio secũdum modũ recipiẽtis: & non per modũ rei receptæ.Cũ ergo anima ßt ßngularis.vt alibi declarabitur , oportet quòd quicquid recipitur in anima ßngulariter recipiatur:& ßt respectu eius ßngularis:tamen propter hoc nõ sequitur, quòd huiusmodi intentio nõ ßt intelligibilis. nam ßngularitas ex hoc quòd est ßngularitas,nõ impedit actionẽ intellectus. Aliter intelligẽtiæ cũ ßint ßngulares nõ possent intelligi: quod falsum est : nec volo quòd ßngularitas ex hoc quòd ßt ßngularitas ßt intelligibilis: quia tũc Sortes esset intelligibilis. igit̃ accidit ei inquantũ huiusmodi quòd ßt ßc, vel ßc.ergo nõ opponit actioni intelligibilis nisi cũ ßt cũ materia: sed cũ denudat̃ à materia,erit intelligibilis. Nunc autẽ intẽtio quę est in anima immaterialis est: & oportet quòd ßt in ea per modũ eius: vt suprà dictum est. Et licèt anima intelligat res immateriales,im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

materialiter tamen intelligit eas esse materialiter, quia eas non intelligeret naturas earũ materiales,hoc alibi magis apparebit. Et per hoc patet quomodò debet intelligi illud verbũ Boëtij, quo dicitur. Omne quod est,ideò est quia vnum numero est,quod planum est in particularibus,sed in vniuersalibus aliqui negauerunt, & aliqui dixerunt, quòd vniuersale esset vnum numero numerositate essentiæ, hoc autem falsum est.Nam nõ requiritur ad vnitatẽ vniuersalis vnitas essentiæ,quoniam genus nõ dicit essentiam vnam, sed plures,sicut patebit cõsequenter, sed ideò dicitur vniuersale vnum numero, quia intentio illa quæ est in anima quæ facit vniuersale esse vniuersale,sicut dictum est respectu animæ,est vna in numero.Non est autem prætermittendum inuestigare: vtrum quælibet rem subiectam vniuersalitati oporteat esse extra animam vel non. Ad quæ intelligendum sciendum est,quòd Auic.5.Metaphy. suæ dicit,quòd tribus modis dicitur vniuersale: vno modo dicitur vniuersale secundum quod prædicatur de multis in actu,ita quòd in multis reperitur: vt homo.Alio modo dicitur vniuersale,quod possibile est prædicari de multis,non tamen prædicatur in actu, nec est in multis, nec aliquo modo extra animam:vt domus octangula, quæ solùm est in mente artificis.Tertio modo dicitur vniuersale,quæ non est in pluribus, sed in vno indiuiduo est,tamen sibi nõ repugnat esse in pluribus: vt sol & luna & similia.Ad quorum intelligentiam est sciendũ,quòd quædam res habent esse à natura,& quædã ab arte:vt artificialia. Sed de rebus naturalibus cognitionem habere non possumus nisi præexistant. Quod est quia nostra scientia causata est ab ipsis & posterior est ipsis, quia noster intellectus nõ intelligit eas,nisi per similitudines earum. Similitudo autẽ rei posterior est ipsa re,& ad hoc,quòd sit effectus,oportet quòd præexistat causa.Ex quo sequitur,quòd destructis rebus,destruitur scientia,& non valet dicere,quòd similitudines remanserunt apud animam.Nam de similitudinibus illis non est sciẽtia,sed de rebus,quarum illæ sunt similitudines.Et ad hoc dico,quòd si sciẽtia sit de similitudinibus rerum, sequitur etiam,quòd destructis rebus destruatur scientia. Cuius ratio est,quia scientia est verorum,nunc autem similitudo dicitur vera, quia verè repræsentat rem,cuius est similitudo, sicuti est modò similitudo rerum existentium,de quarum ratiõe est extra animam esse repræsentat eas:vt existentes,alioquin nõ esset similitudo vera,tunc componitur,quòd res extra animam destruatur, si eædem similitudines remanerent quæ prius repræsentabant res sicut prius,& hæc falsa representatio,quoniam repræsentat res existentes,quæ nõ existunt.Et si tu dicas,quòd non remanẽt eædem similitudines sicut prius:vel non eodem modo repræsentant sicut prius, tunc sequitur, quòd non remanet eadem scientia quæ prius,& sic sequitur,quòd destruatur scientia destructis rebus,scilicet scientia illarum rerum.Et hoc est,quod innuit Arist. in libro prædicabilium:vbi dicit,quòd destructis primis subſtantijs, impossibile est aliquod aliorum remanere, scilicet vniuersalium vel secũdarum subſtantiarum.Vniuersalia autem sunt subiecta scientiarum,& destructis subiectis scientiarũ destruuntur & ipsę,igitur.&c. Sed de rebus artificialibus non est ita,nam destructis ipsis,nõ oportet sciẽtiam earum destrui.Quod est,quia species rei artificialis quæ est apud animam, est principium rei artificialis extra animam, ita quòd scientia artificis est causa rerum artificialium, destructo autem causato, non oportet causam destrui, ideò poterat artifex habere cognitionem rei artificialis absq; hoc,quòd res artificialis sit in effectu, quia cognita causa cognoscitur effectus, poterit autẽ apud se habere similitudinem domus habentis tot angulos,quia potest reperiri in pluribus. Et si in nullo reperiatur, de qua artifex habebit scientiam.Ex quo patet solutio quæstionis propositæ,quòd nõ oportet omnes res quæ sunt subiectæ secundis intentionibus, esse extra animam.Nam licet in rebus naturalibus exigantur,in artificialibus tamen non oportet, & generaliter in omnibus rebus quæ sunt ab intellectu non possunt esse secundæ intentiones subiectæ alijs secundis intẽtionibus, sicut syllogismus est genus vel species est accidens, accidens est genus, hoc est secundum quòd diuersimodè comparatur,nam species licet sit species generis,tamen respectu animæ accidens est.Et similiter de alijs intentionibus secundis. Et tamẽ solùm habent esse in anima,sicut ex præcedentibus manifestum est. Et ex hoc patet qualiter incertitudinaliter Logica est scientia,quia ipsa inter omnes alias scientias incertior est,quod est,quia certitudo scientiæ dependet à certitudine subiecti. Dicitur enim Metaphysica certissima, eo quòd habet subiectum certissimum : vt ens inquantùm ens, & prima principia certissima etiam nota sunt,sed inter omnia subiecta scientiarum debilissimum & incertissimum est subiectum Logicæ, quia vnumquódque quantum habet de entitate, tantum habet de veritate & certitudine : vt dicit Aristoteles secundo Metaphysicæ. nunc autem secundæ intentiones solùm habent esse in anima;& ab anima. Ex quo sequitur, quòd habent debilissimum esse. Nam inter omnia genera entium, entia quæ sunt in anima minus participant de entitate : vt patet in multis locis ab Aristotele, & alibi declarabitur, ergo minus participant de veritate, & quia eorum certitudo est veritas,ad plenum sciri nõ potest, nisi per primas intentiones,nam núquàm cognita fuisset hominis intentio quæ est species:nisi cognito, quòd homo secundũ quod intellectus participabilis erat à pluribus differentibus solùm numero,à quo accipit anima hanc intentionem quæ est species, ideò impossibile est Logicam scire, nisi fuerit sciens & expertus in alijs scientijs, & specialiter in Metaphy. quæ in quolibet ente inquantùm huiusmodi facit demonstrationem,ad quã Logicus inquantũ huiusmodi demonstrationem nõ attingit. Verũtamen quia huiusmodi secũdæ intentiões cõmunes sunt in oĩbus entibus,ideò Logica est cõmunis omnibus scientijs,& potest arguere in qualibet sciẽtia,nã secũdę intentiones ducunt in cognitionem primarum, inquãtùm fundatæ sunt in eis,ita quòd per istam intentionem quæ est species,possum cognoscere hominem,nõ inquantùm homo,sed inquãtùm de pluribus differentibus numero prædicatur,& sic per alias intentiones alias species aliarum scientiarum. Sed quia huiusmodi secundæ intentiones applicantur rebus ab extrinseco, quia ab anima & accidunt rebus, ideò per eas solùm potest arguere probabiliter. Nã sicut patebit in Topicis, arguere probabiliter est notificare rem per accidentalia & per proprietates communes. Ex quo patet,quòd quia accidentia magnam partem cõferunt ad cognoscẽdum, quod quid est,& accidentia propria:vt propria notificat Logicus:vt patebit capitulo de proprio, ideò Logica esset ad alias scientias adducendas,& hoc manifestum est, quòd Logica notum faciat de omnibus entibus in communi probabiliter, nostra autem cognitio incipit à cõmunioribus deuenire ad minus communia:vt dicit Arist.1.Physicor. quòd deuenie mus in essentiam rei per cognitionẽ accidentium,quę incipit à sensu, cuius accidentia sunt obiectum. Ideò Logica debet addisci prius omnibus alijs scientijs : vt ex ipsa tanquàm ex præexistente cognitione in alijs scientijs procedatur.

Explicit Opus Quinquagesimumsextum: videlicet Tractatus Secundus, De vniuersalibus.

INCIPIT EIVSDEM Docto. Opus Quinquagesimũseptimum, Officium de festo corporis Christi ad mandatum Vrbani Papæ IIII. dictum festum instituentis.

Ex chronica quæ appellatur supplementum chronicarum.

VRbanus Papa IIII. Pontificatu susceptο instituit solẽnitatem corporis Christi, cum processionibus & octauis à cunctis fidelibus celebrari, pro quibus indulgentias maximas cõcessit. Eiúsque officium ex veteris testamenti figuris. per diuum Tho. Aqui. censuit esse fiendum. Hoc idem habetur in eiusdẽ beati Tho. legẽda, & in pluribus alijs chronicis: videlicet. Prolo. Lucensis,beati Antonini Archiepiscopi Florentini,& alibi. Hoc etiam probatum fuit in Apostolico cõsistorio. in præsentia Dom. Papæ Vrba. V. dum de trãslatione corporis eiusdem Doct. S. Tho. tractaretur. Quod fuit Anno Domi. 1379. Et tunc eius corpus sanctissimum ad conuentum Tholosanum ordinis prædicatorum translatum fuit. Nã ab eius obitu fœlici: vsque ad illud tempus, in monasterio fossæ nouæ sub depositο iacuerat. Et quia ad instantiam Romani Pontificis illud officium dictauit. Ideò secundum morem Romanæ curiæ ipsum composuit.

IN *festo corporis Christi. ad primas vesperas. Antipho. Sacerdos in æternum Christus Dominus secundum ordinem Melchisedech, panem & vinum obtulit. Psalm. Dixit Dominus. Antipho. Miserator & misericors Dominus, escam dedit timentibus se, in memoriam suorum mirabilium. Psalm. Confitebor. Antip. Calicem salutaris accipiam, & sacrificabo hostiam laudæ. Psalm. Credidi. Antiph. Sicut nouellæ oliuarum, ecclesia filij sint in circuitu mensæ Domini. Psalm. Beati omnes. Antipho. Qui pacem ponit fines ecclesiæ, frumenti adipe satiat nos Dominus. Psal. Lauda Hierusalem.*

Capitu-

Capitulum.

DOMINVS Iesus in qua nocte tradebatur accepit panẽ & gratias agens fregit & dixit:accipite & manducate:hoc est corpus meum,quod pro vobis tradet. Respons. Deo gratias. Resp. Homo quidam fecit cœnam magnam:& misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis:vt venirent. Quia parata sunt omnia. Vers. Venite comedite panem meum & bibite vinum meum,quod miscui vobis. Quia. Gloria. Quia. Hymnus. Pange lingua gloriosi corporis mysterium sanguinisq; pretiosi quem in mundi pretium:fructus ventris generosi Rex effudit gentium. Nobis datus, nobis natus ex intacta virgine:& in mundo conuersatus sparso verbi semine:sui moras incolatus miro clausit ordine. In suprema nocte cœnæ recũbens cum fratribus obseruata lege plenè cibis in legalibus cibum turbæ duodenæ,se dat suis manibus. Verbum caro panem verum, verbo carnem efficit:fitq; sanguis Christi merum:& si sensus deficit,ad firmã dum cor sincerũ sola fides sufficit. Tantùm ergo sacramentum veneremur cernui:& antiquum documentum,nouo cedat ritui : præstet fides supplementum sensuum defectui. Genitori genitoq; laus & iubilatio:salus honor virtus quoq; sit & benedictio : procedenti ab vtroq; compar sit laudatio. Amen. Panẽ de cœlo præstitisti eis. Respons. Omne delectamentum in se habentem. Ad Magnificat Antipho. O quàm suauis est domine spiritus tuus: qui vt dulcedinẽ tuam in filios demonstrares,pane suauissimo de cœlo præstito esurientes replens bonis:fastidiosos diuites dimittis inanes. Oratio.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriã reliquisti:tribue quæsumus:ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari:vt redemptionis tuæ fructũ in nobis iugiter sentiamus:qui viuis,&c. Ad completis. Antipho. Miserere. Psal. Cũ invocarem:cũ cæteris. Ad nunc dimittis. Antipho. Alle. Panis quem ego dedero Alle. caro mea est pro mundi vita. Alle. Alle. Ad matutinas. Inuitatorium. Christum regem adoremus dominantem gentibus. Qui se manducantibus dat spiritus pinguedinem. Psalm. Venite. Hymnus. Sacris solemnis iunctа sint gaudia & ex præcordijs sonent præconia:recedant vetera noua sint omnia:corda voces & opera. Noctis recolitur cœna nouissima qua Christus creditur agnum & azima dedisse fratribus iuxta legitima:priscis indulta patribus. Post agnum typicum expletis epulis : corpus dominicum datum discipulis,: sic totum omnibus, quòd totum singularis eius fatemur manibus. Dedit fragilibus corporis ferculum. dedit & tristibus sanguinis poculum:dicens accipite,quod trado vasculum. omnes ex eo bibite. Sic sacrificium instituit : cuius officium committi voluit solis præsbyteris,quibus sic congruit:vt sumant & dent cæteris. Panis angelicus fit panis hominum. dat panis cœlicus figuris terminũ. ô res mirabilis:manducat dominum pauper seruus & humilis. Te trina deitas vnáq; poscimus. sic nos tu visitas, sicut te colimus: per tuas semitas duc nos quò tendimus:ad lucem quã inhabitas, Amen. In primo nocturno Antipho. Fructum salutiferum gustandum dedit dominus mortis suæ tempore. Psalm. Beatus vir. Antipho. A fructu frumenti & vini multiplicati fideles,in pace Christi requiescũt. Psalm. Cùm iauocarem. Antipho. Communione calicis quo Deus ipse sumitur,non vitulorum sanguine congreguit nos dominus. Psalm. Conserua. Vers. Panem cœli dedit eis. Respons. Panem angelorum manducauit homo. Lectio I.

Immensa diuinæ largitatis beneficia exhibita populo Christiano,inextimabilem ei conferunt dignitatem. Neq; enim est aut fuit aliquando tam grandis natio,quæ habeat deos appropinquantes sibi,sicut adest nobis Deus noster. Vnigenitus siquidem Dei filius suæ diuinitatis volens nos esse participes naturam nostram assumpsit:vt homines deos faceret factus homo. Et hoc insuper, quod de nostro assumpsit,totum nobis contulit ad salutem. Corpus nãq; suum pro nostra reconciliatione in ara crucis hostiam obtulit Deo patri. Sanguinem suum fudit in pretium simul & lauacrum. vt redempti à miserabili seruitute,à peccatis omnibus mundaremur. Respons. Immolabit hœdum multitudo filiorum Israël ad vesperã paschę. Et edẽt carnes & azimos panes. Versus. Pascha nostrum immolatus est Christus:itaque epulemur in azimis sinceritatis & veritatis. Et edent.

Lectio II.

Vt autem tanti beneficij iugis in nobis maneret memoria,corpus suum in cibum. & sanguinem suum in potum sub specie panis & vini sumendum fidelibus dereliquit. O pretiosum & admirãdum conuiuium salutiferum & omni suauitate repletum. Quid enim hoc conuiuio pretiosius esse potest:in quo nó carnes vitulorũ & hyrcorum:vt olim in lege:sed nobis sumẽdus proponitur Christus verus Deus. Quid hoc sacramẽto mirabilius. In ipso nãq; panis & vinũ in Christi corp⁹ & sanguinẽ substãtialiter cõuertunt. Ideóq; Christus Deus & homo perfectus sub modici panis & vini specie continetur. Respons. Comedetis carnes & saturabimini panibus. Iste est panis quem dedit vobis dominus ad vescendum. Vers. Non Moyses dedit vobis panem de cœlo:sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Iste. Lectio III.

Manducatur itaq; à fidelibus:sed minimè laceratur:quinimò diuiso sacramẽto integer sub qualibet diuisionis particula perseuerat. Accidẽtia autẽ sine subiecto in eodẽ subsistunt:vt fides locũ habeat dũ visibile inuisibiliter sumitur aliena specie occultatũ: & sensus à deceptione reddatur immunes,qui de accidentibus iudicãt sibi notis. Nullum etiã sacramentũ est isto salubrius:quo purgantur peccata: virtutes augentur:& mens omnium spiritualium carismatum abundãtia impinguatur. Offertur in ecclesia pro viuis & mortuis:vt omnibus prosit,quod est pro salute omnium institutũ. Respons. Respexit Helyas ad caput suũ subcinericium panem:qui surgens comedit & bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius. Vsq; ad mortẽ Dei. Vers. Si quis manducauerit ex hoc pane,viuet in æternũ. Et ambu. Gloria. Vsq; In 2.noctur. Antipho. Memor sit dominus sacrificij nostri & holocaustum nostrũ pingue fiat. Psalm. Exaudiat. Antipho. Paratur nobis mensa domini aduersus omnes qui tribulãt nos. Psalm. Dominus regit. Antipho. In voce exultationis resonent epulãtes in mensa domini. Psal. Quẽadmodũ. Vers. Cibauit eos ex adipe frumẽti. Respons. Et de petra melle saturauit eos. Lectio IIII.

Suauitatem deniq; huius sacramẽti nullus exprimere sufficit:per quod spirisualis dulcedo in suo fonte gustatur:& recolitur memoria illius:quã in sua passione Christus monstrauit excellentissimæ charitatis. Vnde vt arctius huiusmodi charitatis immensitas fidelũ cordibus infigeretur,in vltima cœna quando pascha cum discipulis celebrato transiturus erat de hoc mundo ad patrem, hoc sacramentum instituit, tanquàm passionis suæ memoriale perhenne figurarũ veterum impletiuum:miraculorum ab ipso factorum maximum:& de sua contristatis absentia solatium singulare relinquit. Respons. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita:litigabant ergo Iudæi dicentes. Quomodò potest hic nobis dare carnem suam ad manducãdum. vers. Locutus est populus contra dominum: anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Quomodò.

Lectio V.

Conuenit itaq; deuotioni fidelium soleniter recolere institutionem tam salutiferi tamquè mirabilis sacramenti:vt ineffabilem modum diuinæ præsentiæ in sacramẽto visibili veneremur. & laudetur Dei potẽtia quæ in sacramẽto eodẽ tot mirabilia operat. nec non & de tam salubri tão; suaui beneficio exoluantur Deo gratiarũ debitæ actiones. Versũ & si in die cœnæ quãdo sacramentũ prædictũ nosci-tur institutũ, inter missarum solẽnia de institutione ipsius specialis mentio habeatur,totũ tamẽ resíduũ eiusdẽ diei officium ad Christi passionẽ pertinet:circa cuius veneratione ecclesia illo tẽpore occupatur. Vt autem integro celebritatis officio institutionem tanti sacramenti recoleret plebs fidelis, Remanus põtifex Vrbanus quartus huius sacramẽti deuotione affectus,pie statuit præfatæ institutionis memoriã prima quinta feria:post octauas Penthecostes à cũctis fidelibus celebrari:vt qui per totum anni circulum hoc sacramento vtimur ad salutem,eius institutionem illo tẽpore specialiter recolamus:quo spiritus sanctus corda discipulorum edoceat:ad plenè cognoscenda huius mysteria sacramenti. Nam & in eodem tempore cepit hoc sacramentũ à fidelibus frequentari. Respons. Cœnantibus illis,accepit Iesus panẽ & benedixit ac fregit:deditq; discipulis suis. & ait. Accipite & comedite,hoc est corpus meum. Vers. Dixerunt viri tabernaculi mei quis det de carnibus eius:vt saturemur? Accipite. Lectio VI.

Vt autẽ prædicta quinta feria:& per octauas sequentes eius salutaris institutionis honorificentiùs agatur memoria & solennitas de hoc celebrior habeatur,loco distributionum materialium : quæ in ecclesijs cathedralibus largiuntur existentibus canonicis horis nocturnis pariterq; diurnis,præfatus Romanus pontifex eis qui huiusmodi horis in hac solennitate personaliter in ecclesijs interfuerint,stipẽdia spiritualia Apostolica largitione cõcessit:quaten⁹ per hæc fideles ad tanti festi celebritatẽ auidius & copiosius conuenirẽt. Omnibus igitur verè pœnitẽtibus & cõfessis,qui matutinali officio huius festi præsentialiter in ecclesia vbi celebrabitur aderũt,cẽtum dies. qui verò missę totidẽ. Illis autẽ qui interfuerint in primis ipsius festi vesperis,similiter centũ. Qui verò in secundis totidẽ Eis quoq; qui primæ:tertiæ:sextæ:& nonæ ac completorij aderũt officijs,pro qualibet ipsarũ quadraginta. Illis verò qui per ipsius festi octauas in matutinalibus vespertinis missæ ac horarũ prædictarũ officijs præsentes extiterint,singulis diebus octauarum ipsarum centũ dies de iniunctis sibi pœnitentijs relaxando indulgentiam tribuit perpetuis tẽporibus duraturã. Respons. Accepit Iesus calicẽ postquã cœnauit dicẽs. Hic calix nouũ testamentũ est in meo sanguine. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Vers. Memoria memor ero & tabescet in me anima mea. Hic. Gloria. Hoc. In tertio. Noctur. Antipho. Introibo ad altare Dei : sumam Christum qui renouat iuuentutem meam. Psalm. Iudica me Deus. Antipho. Cibauit nos dominus ex adipe frumenti:& de petra melle saturauit nos. Psal. Exultate Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antipho. Ex altari tuo domine Christum sumimus: in quem cor & caro nostra exultãt. Psalm. Quòd dilecta. Versus. Educas panem de terra. Respons. Et vinũ lætificet cor hominis. Secun. Ioan.

Lectio VII.

In illo tempore: dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudæorum. Caro mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus. Et reliqua Homelia beati Augustini Episcopi.

Cùm enim cibo & potu id appetant homines, vt nõ esuriant neque sitiant: hoc veraciter non præstat nisi iste cibus & potus: qui eos à quibus sumitur immortales & incorruptibiles facit, id est, ipsa societas sanctorũ, vbi pax erit & vnitas plena atq; perfecta. Propterea quippè sicut ante nos intellexerunt homines Dei, dominus noster Iesus Christus corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur. Ex multis námq; granis vnus panis cõficitur: & ex multis racemis vinum confluit. Respons. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo. Ver. Non est alia natio tam grandis quę habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. In me.

Lectio VIII.

Deniquè iam exponit quomodò id fiat quod loquitur: & quid sit manducare corpus eius & sanguinem bibere. Qui mãducat meam carnem & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo. Hoc est ergo manducare illam escam. & illum bibere potum in Christo manere & illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo nõ manet Christus, proculdubiò nõ manducat spiritualiter eius carnẽ. licèt carnaliter & visibiliter premat dentibus sacramenta corporis & sanguinis Christi. Sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi mãducat & bibit, qui immundus præsumit ad Christi accedere sacramentum: quod alius non dignè sumit, nisi qui mundus est. de quibus dicitur. Beati mundo corde. quoniam ipsi Deum videbunt. Respons. Misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem. Et qui manducat me viuet propter me. Vers. Cibauit eum dominus pane vitæ & intellectus. Et qui.

Lectio IX.

Sicut me misit inquit viuens pater, & ego viuo propter patrem. & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Non enim filius participatione patris fit melior: qui est patri æqualis: sicut participatione filij per vnitatem corporis: & sanguinis: quam illa manducatio potatióq; significat nos efficit meliores. Viuimus ergo nos propter ipsum manducantes eum (id est per Christum) accipientes vitam æternam, quam non habemus ex nobis. Viuet autem ipse propter patrem missus ab eo: quia semetipsum exinaniuit. factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis: sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me: ac si diceret: & ego viuo propter patrem, id est, vt ad illum tanquàm ad maiorem referam vitam meam. Exinanitio mea fecit in qua me misit: vt autem quisque viuat propter me, participatio facit qua manducet me. Ego autem humiliatus viuo propter patrem: & ille erectus viuit propter me. Non de ea natura dixit, qua semper est æqualis patri: sed de ea in qua minor factus est patre. de qua etiam superiùs dixit. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Respons. Vnus panis & vnum corpus, multi sumus. Omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Vers. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus: qui habitare facis vnanimes in domo. Omnes. Gloria. Participamus. Vers. Comedi fauum cum melle meo. Respon. Bibi vinum meum cum lacte meo. In laudibus. Antipho. Sapientia ædificauit sibi domum, miscuit vinum & posuit mensam. Alle. Psalm. Dominus regnauit. Antipho. Angelorum esca nutriuisti populum tuum, & panem de cœlo præstitisti eis. Alle. Antipho. Pinguis est panis Christi, & præbebit delitias Regibus. Alle. Antipho. Sacerdotes Dei incensum & panes offerunt Dei. Alle. Antipho. Vincenti dabo manna absconditum, & nomen nouum. Alle. Capit. Dominus Iesus, & c. vt in primis vesperis. Hymn. Verbum supernum prodiens, nec patris linquens dexteram, ad opus suum exiens: venit ad vitæ vesperam. In morte à discipulo, suis tradendus æmulis, prius in vitæ ferculo, se tradidit di scipulis. Quibus sub bina specie carnem dedit & sanguinem: vt duplicis substantiæ totum cibaret hominem. Se nascens dedit socium conuescens in edulium, se moriens in pretium, se regnans dat in præmium. O salutaris hostia quæ cœli pandis ostium bella præmunt hostilia, da robur, fer auxilium. Vni trinóque Domino sit sempiterna gloria, qui vitam sine termino nobis donet in patriam, Amen. vers. Posuit fines tuos pacem. Respons. Et adipe frumenti satiat te. Ad benedictus. Antipho. Ego sum panis viuus qui de cœlo descẽdi, si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in æternum. Oratio. Vt in primis vesperis. Ad primam & ad omnes horas. Antipho. Laudum quarta excepta. Respons. Iesu Christe. Vers. Qui natus es de virgine Maria, & dicatur per totam octauam. Ad tertiam. Cap. Dominus Iesus. Respons. Panem cœli dedit eis. Alle. Alle. Vers. Panem angelorum manducauit homo. Allel. Allel. Gloria. Panem. Vers. Cibauit eos, &c. Ad sextam. Cap. Quotiensc̃unque manducabitis panẽ hunc & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat. Respon. Cibauit eos, &c. Alle. Alle. Vers. Et de petra, &c. Allel. Alle. Gloria. Cibauit. Vers. Educas panẽ. Ad nonam. Cap. Quicũq; manducauerit panem & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Respon. Educas panem, &c. Allel. Allel. Vers. Et vinum lætificet, &c. Alle. Alle. Gloria. Educas. Vers. Posuit fines tuos pacem. Respons. Et adipe frumenti satiat te. Ad vespersuper. Psalm. Antipho. Laudum. Psalm. Cap. Hym. Vers. Sicut in primis vesperis. Ad Magnific. Antipho. O sacrum conuiuium in quo Christus sumitur & recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Allel. Allel. Oratio. Vt in primis vesperis. Per octa. Inuitator. Christum panem angelorum & hominum. Venite adoremus. Ad benedictus. Antipho. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi, qui manducat ex hoc pane: viuet in æternum. Ad Magnific. Antipho. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. Cætera omnia fiant, sicut in die.

Ad Missam.

Cibauit eos ex adipe frumenti. Allel. & de petra melle saturauit eos. Alle. Allel. All. Vers. Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob. Gloria in excelsis.

Oratio.

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra misteria venerari: vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus, qui viuis.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli, ad Corinthios.

Fratres, ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panẽ & gratias agens fregit & dixit. Accipite & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquàm cœnauit dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiensc̃unque sumitis in meam commemorationem. Quotiensc̃unque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis mortem domini annuntiabitis: donec veniat. Itáque quicũque manducauerit panem vel biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit non dijudicans corpus domini. Respons. Oculi omnium in te sperant domine: & tu das escam illis in tempore oportuno. Versus. Aperis tu manum tuam & imples omne animal benedictione. Alleluia. Versus. Caro mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem: & bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo.

Sequentia.

Lauda Syon saluatorem: Lauda ducem & pastorem. In hymnis & canticis. Quantùm potes tantùm aude: quia maior omni laude, nec laudare sufficis. Laudis thema specialis: panis viuus & vitalis, hodie proponitur. Quem in sacræ mensa cœnæ turbæ fratrum duodenæ, datum non ambigitur. Sit laus plena sit sonora: sit iocunda sit decora mentis iubilatio. Dies enim solennis agitur, in qua mensæ prima recolitur huius institutio. In hac mensa noui regis nouum pascha nouæ legis. phase vetus terminat. Vetustatem nouitas: vmbram fugat veritas: noctem lux eliminat. Quod in cœna Christus gesit, faciendum hoc expresit: in sui memoriam. Docti sacris institutis: panem vinum in salutis consecramus hostiam. Dogma datur Christianis, quòd in carnem transit panis: & vinum in sanguinem.. Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides: præter rerum ordinem. Sub diuersis speciebus: signis tantùm & non rebus, latent res eximiæ. Caro cibus sanguis potus: manet tamen Christus totus: sub vtrãq; specie. Assumente non concisus: non confractus: non diuisus: integer assumitur. Sumit vnus sumunt mille: quantùm isti, tantùm ille: nec sumptus consumitur. Mors est malis: vita bonis: vide paris sumptionis, quàm sit dispar exitus. Fracto demum sacramento ne vacilles: sed memento: tantùm esse sub fragmento, quantùm toto tegitur. Nulla rei fit scissura: tantùm signi sit fractura: qua nec status nec statura signati minuitur. Ecce panis angelorum, factus cibus viatorum: verè panis filiorum: non mittendus canibus. In figuris præsignatur: cum Isaac immolatur: agnus Paschæ deputatur, datur mãna patribus. Bone pastor panis verè: Iesu nostri miserere: tu nos pasce nos tuere: tu nos bona fac videre: in terra viuentium. Tu qui cuncta scis & vales: qui nos pascis hìc mortales: tuos ibi commensales: cohæredes & sodales, fac sanctorum ciuium. Amen

Secundum Ioan.

In illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis & turbis Iudæorum. Caro mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & egò in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem. Et qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cœlo descendit: non sicut manducauerunt patres vestri mãna: & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Credo. Offertorium. Sacerdotes incensum domini & panes offerunt Deo: & ideò sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius. Alleluya. Secreta. Ecclesiæ tuæ quæsumus domine vnitatis & pacis propitius dona concede: quæ sub oblatis muneribus mystícè designantur. Præfatio. Quia per incarnati. Sanctum diuinum misterium semper declaratur: & mens infidelium tumens excæcatur: firma spes credentium fide roboratur. Sanctus. Fides est summopere credere in Deum: panem sanctum edere & tractare eum: iubens dicit: sumite. hoc est corpus meum. Sanctus. Panis prius cernitur: sed dum consecratur, caro tũc efficitur Christi, sic mutatur quo modo conuertitur Deus operatur. Dominus Deus Sabaoth. De vino similiter si sit benedictum: & tunc est veraciter sanguis Christi dictum credamus communiter verum & non fictum. Pleni sunt cœli & terra gloria tua osanna in excelsis. Nobis celebrantibus istud sacramentum & cunctis fidelibus fiat nutrimentum, Iudæis negantibus sit in detrimentum. Benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis. Communio. Quotiensc̃unque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat: itaque quicũq; manducauerit panem vel biberit calicem domini indignè, reus erit corporis & sanguinis domini Alleluia. Post communio. Fac nos quæsumus domine diuinitatis tuę sempiterna fruitione repleri: quam præcioſi corporis & sanguinis tui temporalis perceptio præfigurat. Qui viuis & regnas cum Deo patre in vnitate spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Explicit Opus Quinquagesimumseptimum S. Thom. de Aquin. videlicet officium de sacratissimo corpore domini nostri Iesu Christi.

INCIPIT EIVSDEM DOctoris Opus Quinquagesimumoctauum. De venerabili sacramento altaris.

De tribus causis institutionis sacramenti corporis Christi.

CAP. I.

VENITE comedite panem meum & bibite vinum quod miscui vobis. Prouerb. 9. His verbis dominus nos inuitat ad salutare cõuiuium: in quo præparauit pretiosum cibum, scilicet corpus & sanguinẽ suum iuxta illud Prouer. 6. Causam tuam tracta cum amico tuo & secretum ne reueles extraneo. Res secreta est altaris sacramentum, quasi sacrum secretum, cuius causa non infidelibus: sed fidelibus est reuelãda. Nota, quòd causa institutionis est triplex: scilicet memoria saluatoris: sacrificium altaris: cibus hominis. Hæc tria dispositit in hoc sacramento diuina sapiẽtia, contra tria vetera mala. s. cõtra obliuionem Dei: contra debitum rapinæ alienæ rei: cõtra corruptiões pomi mortiferi. Primi. n. parẽtes in hæc tria mala inciderunt serpentina fraude decepti: & per eos successores sunt deprauati. De primo. Ecclesiast. 10. Initiũ superbię hominis apostatare à Deo: quoniã ab eo qui fecit illũ recesit cor eius. s. per obliuionem in occupatione damnosæ negociationis cum serpente. Quod sæpè adhuc quibusdã stultis solet euenire. De secundo, Genesis tertio. Videns mulier lignum, quod esset bonũ ad vescendum & pulchrum oculis aspectúq; delectabile tulit de fructu & comedit: dedit q; viro suo, & sic ambo rapinam commiserunt. Huius rapinæ similitudinẽ faciunt, qui in vsu creaturarum & rerum per alium iusticiæ mensuram excedunt. De tertio. Genes. tertio. De ligno scientiæ boni & mali ne comedas. In quacũq; enim die comederis ex eo, morte morieris. & in bono immortalitatis corporis. Psalm. Corrupti sunt & abominabiles q; facti sunt. Sic qui peccati venenum in vsum sumunt, animas occidunt & corrumpunt. Igitur contra triplex vetus malũ instituturum est hoc sacramentum. Luc. 22. Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Hoc facite inquit in meam commemorationem. Ecce prima causa, scilicet memoria saluatoris contra obliuionem. Quod pro vobis tradetur, id est, vt agnus Dei offerretur. Ecce secunda causa, scilicet sacrificium altaris contra rapinam. Accipite & comedite. Ecce tertia, scilicet cibus medicinalis cõtra corruptionem. Memoria ergo saluatoris contra obliuionem est prima causa: vt hoc, scilicet admoniti totam mentem & omnes sensus nostros quos à Deo auertimus & cum prauis quandóque cogitationibus & delectationibus vagari permisimus à noxijs abstrahentes integraliter ad Deum referamus. Hinc dicit: hoc facite in meam commemorationem. Eusebius. Quia corpus assumptum dominus ablaturus erat ab oculis: & illaturus fyderibus, necessarium erat vt die cœnæ sacramentum nobis sui corporis & sanguinis conseraret: vt offerretur iugiter per misterium, quod offerebatur semel in pretiũ: & perennis victima viueret in memoria: & semper præsens esset in gratia. Nota ad habendam semper memoriam saluatoris cogũt nos tria argumenta suæ charitatis, scilicet remissio peccatorum: redemptio impignoratorum: cõtinuatio beneficiorum. De primo Isai. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me & peccatorum tuorum nõ recordabor, reduc me in memoriam. De secũdo. Ecclesiast. 29. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris: quin scilicet, eum pro ea diligas: & quin orationibus & bonis operibus debitũ ei reddas. Cantic. quinto. Aperi mihi soror mea amica mea: quia caput meũ plenum est rore: & cincinni mei guttis noctium. Aperi mihi, id est, suscipe me in mentem tuam in memoriam & dilectionem: quia caput meum, scilicet diuinitas, plenum est rore, id est, misericordia ad dimittendum peccata: & cincinni mei, id est, humanitas: guttis noctiũ, id est, effusione sudoris lachrymarum & sanguinis passionum: ad redimendum hæreditatem ruam pro satisfactione peccatorũ tuorum impignoratam. De tertio. Deute. 8. Obserua & caue ne quando obliuiscaris domini Dei tui & negligas mandata eius, ne postquã comederis & biberis & satiatus fueris: habueris q; cunctarum rerum copiam, eleuetur cor tuum: & non reminiscaris domini Dei tui. Glos. Ecclesiast. 17. Sicut nullum momentum est quo non vtitur homo Dei bonitate, ita semper debet esse in memoria præsens. Secũda causa institutionis est sacrificium altaris contra quandam quotidianã delictorum nostrorum rapinã. Vt sicut corpus domini semel oblatum est in cruce pro debito originali, sic offeratur iugiter pro nostris quotidianis delictis in altari: & habeat in hoc ecclesia munus ad placandum sibi Deum, super omnia legis sacrificia preciosum & acceptum. Mala. 3. placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem quasi regis & militiæ, id est, Christi ecclesiæ. Alexander Papa. Nihil in sacrificijs ecclesiæ maius esse potest, quã corpus & sanguis Christi. Nec vlla oblatio hac potior est: sed omnes præcellit. Quæ pura conscientia Deo offerenda est & pura mente sumenda. Et sicut potior est præ cæteris, ita potius venerari debet. Ad hoc sacrificiũ approbandum notatur triplex ratio mutandi vetus sacrificium. Prima auctoris nostri sacrificij potentia, scilicet Christi qui non solùm ex eo, quòd est dominus & Rex vniuersæ terræ: sed ex summi sacrificij ad eum trãslatione potuit & debuit suum in melius sacrificiũ cõmutare. Psalm. Iurauit dominus & nõ pœnitebit eũ, &c. Nõ dicit secundũ ordinẽ Aaron vel secundũ ritũ Læuitarũ, qui obtulerunt carnes hyrcorum & taurorũ: sed secundũ ordinẽ Melchisedech, qui obtulit panem & vinum Heb. 8. Quòd fuit necessarium secũdum ordinem Melchisedech aliũ exurgere sacerdotẽ: & nõ secundũ ordinẽ Aaron. Translato enim sacerdotio necesse est: vt legis translatio fiat. Manifestum est autẽ, quòd ex tribu Iuda ortus est dominus: de qua secundum legem non erant sacerdotes. Secũda est debitorum nostrorum exigẽtia. tã magnũ enim erat debitũ primorũ parentum ex rapinæ magnitudine: ex raptoris ingratitudine: ex læsi, scilicet creatoris maiestate, q; nõ solũ legis sacrificia: sed totus mundus cũ omni creatura non sufficit pro satisfactione. ad Hebr. 10. Christus ingrediẽs mũdum dicit: hostiam & oblationẽ noluisti, corpus autẽ aptasti mihi. Glo. ingrediens, id est, homo factus dicit hostiam de animalibus: & oblationem de alijs rebus noluisti, id est, non placuerũt tibi: corpus autem quod præ omnibus sacrificijs est: quia sine peccato aptasti mihi, id est, aptum & idoneũ dedisti mihi viuẽdo, quod pro omni redemptione valeat offerri. Psalm. Quæ nõ rapui tũc exoluebã: quando, scilicet pro debitis omniũ sufficiens sacrificiũ in cruce offerebã. Tertia ratio mutandi est ipsorum sacrificiorum legis insufficientia. Et hoc probatur à tribus: quia scilicet, Deo non peccauerũt: quia peccata nõ abstulerunt: quia gratiã nõ cõtulerũt. De primo. Hier. 6. Holocausta vestra non sunt accepta: victimæ vestræ non placuerunt mihi. Osæ. 6. Misericordiam volo & non sacrificium. De secundo. Psalm. Holocaustum & pro peccato nõ postulasti. Ad Ro. 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram Deo. Ad Hebr. 10. Impossibile est sanguine hyrcorum & taurorum auferri peccata. De tertio Ezechiel. 20. Dedi præcepta non bona: & iudicia in quibus non viuent: præcepta non bona, id est, minus bona: & sacrificia, scilicet cerimonialia: in quibus non viuent: quia vitã gratiæ nõ conferebãt. Ad Heb. 12. Reprobatio quoq; fit præcedentis mandati propter infirmitatẽ eius: & inutilitatẽ eius, quasi propter eius sterilitatẽ: quia nõ cõferebat gratiam. Tertia institutionis causa est cibus hominis. Cibus inquã medicinalis contra pomi mortiferi corruptionem. Quæ tam praua infusa est per primos parentes humano generi: vt esset incurabilis nisi subueniretur medicina optima: quã posset facere prudentia Dei. Ecclesiast. 38. Altissimus de terra, id est, carne virginis creauit medicinam: & vir prudens non abhorrebit eam. Ambr. Corpus Christi medicina spiritualis est: quæ cũ reuerẽtia de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gustata sibi deuotos purificat. Ad cognoscendum rationem necessitatis medicinæ corporis Christi, sciendum quòd serpens malignus infuidit homini per venenū cibi vetiti triplicē corruptionē in anima, ſtenebras ignorantiæ: in corpore morbū prauæ concupiſcētię: & mortē vtrobiq;. Contra hoc inſtitutū eſt corporis Chriſti medicamentū tenebras ignorātiæ illuſtrans: morbū concupiſcentiæ ſanans: & mortē noſtrā mortificans. Propter hæc tria poteſt cōparari triplici dulci cibo & medicinali. ſ. melli propter primū. ficui propter ſecūdum: fructui vuæ propter tertiū. De primo Prouer. 24. Comede fili mel: quoniam bonū eſt. Mel corpus Chriſti dulce ſignificat. Hoc bonū eſt. quia tenebras mētis illuminat. Primi Regū 14. Vidiſtis: quoniā illuminari ſunt oculi mei: eò q; guſtauerim paululum de melle. Eſaiæ 7. Butyrū & mel māducabit omnis qui relictus fuerit. Vt. ſ. ſciat reprobare malum & eligere bonū. Pſalm. Dominus illuminatio mea, &c. Accedite ad eum & illuminamini. De ſecundo Hiere. 24. Ficus ſicus bonas bonas valde: ficus bis dictæ, dulce corpus Chriſti Dei & hominis ſignificāt. Hæ bis bonæ ſunt valdè: quia mentem & carnē à morbo prauæ cōcupiſcentiæ ſanant. Quarti Regum 20. Eſaias iuſsit afferri maſſam ficorū: quam cùm poſuit ſuper vlcus Regis, curatus eſt. Vlcus Regis eſt cōcupiſcentia carnalis: maſſa ſicorum corpus Chriſti continens dulcedinem multorū bonorum: ad medicinam malorum deſideriorum. De tertio Lucę primo. Benedictus fructus ventris tui: corpus, ſcilicet Chriſti quod eſt fructus vitæ valens ad deſtructionem gehennæ & acquiſitionem vitæ æternæ. Prouerb. 3. Lignum v tæ eſt his qui apprehēderint eam, ſcilicet ſapientiam Dei incarnatam. Hinc dicitur Oſeę 13. Ero mors tua ó mors. Ioan. 6. Ego ſum panis vitæ, &c. Qui manducat meam carnē, &c. Item Qui manducat me viuet propter me. Hilarius Accepta carne domini & hauſto ſanguine, id efficitur, vt nos in ipſo & ipſe in nobis ſit. Hæc eſt ergo cauſa vitæ noſtræ, quòd in nobis carnalibus per carnem Chriſtum qui vera vita eſt manētem habemus: victuri per eum ea conditione qua viuit ipſe per patrē qui in eo eſt.

De prima cauſa inſtitutionis per ſe, ſcilicet memoria ſaluatoris & de præparatione eius ad iudicium.

CAP. II.

VEnite comedite panem, &c. Cauſam tuam, &c. Speciale. Item in memoria æterna. hoc facite in meam commemorationem. Lucæ vigeſimoſecundo. Thema. Item eſtote parati: quia qua hora. Lucę duodecimo. Prima cauſa inſtitutionis ſacramenti dominici corporis eſt memoria ſaluatoris: circa quam tria poſſunt quæri. Primò quid mali ſequitur, ſi memoria domini fuerit relicta. Et dicendum, quòd triplex, ſcilicet amiſsio gratiæ diuinæ: ſubiectio poteſtatis diabolicæ: magna deformitas culpæ. De primo. Deuteronomij. 32. Deū qui te genuit dereliquiſti, &c. Et ait, abſcondam faciem meam & cō ſiderabo. i. ſubtrahā gratiam. Vbi fons perit, riuus areſcit. Eſaię deci moſeptimo. Eris deſerta: quia oblita es Dei creatoris tui. Eccleſiaſti ci vigeſimo. Oratio fatuorum effundetur. De ſecundo, Iudicū quarto. Obliti ſunt Dei ſui: & tradidit eos in manus Syſare, id eſt, poteſtati diaboli. Thobiæ ſexto. Qui coniugia ita ſuſcipiunt vt Deum à ſe & à ſua mente excludant, in his habet poteſtate n Demon. De tertio ad Romanos primo. Sicut non probauerunt, id eſt, noluerunt Deum habere in notitiam: tradidit illos in reprobum ſenſum: vt faciant ea quæ non conueniunt. Et heu hoc ſepē fit vſq; ad mortem. Pſalm. Non eſt Deus in conſpectu eius, &c. Ioel. 1. Compurruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Iumenta impudica & inſipientia ſunt homines ſtulti carnales Deum præ oculis non habētes. Huiuſmodi in ſtercore ſuo putreſcerc, eſt in luxuria & alijs peccatis vitam finire. Secundò quæritur de quibus de noſtro ſaluatore memoria ſit habenda. Et dicendum de tribus, de præterito, de præſenti, de futuro. De præterito: vt noſtri redemptoris: quia propter nimiam charitatem à morte mala morte ſua liberauit nos. De præſenti: vt omnium inſpectoris qui per occultam præſentiam omnia noſtra ſemper cernit. De futuro: vt iuſti iudicis qui per omnipotentiam ſuam omne prauum incorrectum diſtrictè iudicabit. De primo Trenorum 3. Recordare paupertatis meæ & tranſgreſsionis, ideſt, maximę humiliationis. Abſinthij & fellis, ideſt, amaræ paſsionis. Ezechiel. 9. Signa Thau ſuper frontes virorum dolentium & gementium ſuper cunctis abominationibus quæ fiunt in ciuitate hac. Thau figuram crucis habet, ideſt, paſsionis Chriſti quæ ſemper eſt bonis in mente ferenda. De ſecundo. Pſalm. Scitote quoniam dominus ipſe eſt Deus: omnia, ſcilicet implens omnia videns vbiq; præſens. Hinc ait: prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper. Eccleſiaſt. 39. Opera omnis carnis coram domino: & non eſt quicquam abſconditum ab oculis eius. Canti. 2. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, ideſt, industus parietem carnis noſtræ proſpiciens per cancellos: quia licet intus degens occultus à nobis videri non poſsit, tamen omnia noſtra videt. De tertio Iſai. 30. Ecce nomen domini venit de longinquo ardens furor eius & grauis ad portandum. Ecce venit, ideſt, attendite: quia cito veniet ad diſtrictum iudicium. Matth. 24. Vigilate, &c. Hieronymus. Siue comedo ſiue bibo ſiue aliquid aliud facio, ſemper intonat in auribus meis quaſi tuba vehemens vox illa terribilis, ſurgite mortui, venite ad iudicium. De omnibus tribus ſimul. Pſalm. Memoriam fecit mirabilium ſuorum: quaſi diceret. dominus dedit nobis eſcam, ſcilicet ſeipſum ad memoriam ſuorum mirabiliū præteritorum, quòd nos redemit: præſentium, quòd omnia noſtra reſpicit: futurorum, quòd diſtrictè tandem iudicabit. Tertiò, quæritur quid valeat memoria noſtri ſaluatoris: dicendum ad tria. Primæ enim rei memoria, ſcilicet paſsionis Chriſti valet ad cor noſtrum eius amore inflammandum. Secundæ rei, ſcilicet eius continuæ inſpectionis, valet ad nos à peccato cuſtodiendum. Tertiæ rei, ſcilicet diſtrictæ iudicis valet ad excitandum nos vt præparemur contra futurum iudicium. Primum facit nos bonum diligere: ſecundum malum odire: tertium imminens periculū præcauere. De primo. Lucæ 12. Ignem veni mittere in terram & quid volo niſi vt ardeat. Ignem veni, ideſt, cauſam amoris miſi in mundum beneficio paſsionis quæ ſi piè recordata fuerit, amore magno cor accendit. Pſalm. Cōcaluit cor meū intra me, &c. Bernardus. Super omnia te mihi reddit amabilem Ieſu bone calix quem bibiſti opus redemptionis meæ. Idem Quanto pro me dominus factus eſt vilior, tanto mihi factus eſt carior. De ſecundo Prouerb. 8. Timor domini odit malum. Timor inquam quo mens ſemper Deum præſentem & omnia videntem attendit à peccato cuſtodit: hinc econuersò. Eccleſiaſti. 23. Omnis homo qui tranſgreditur lectum ſuum contemnens in animam ſuam dicens: quis me videt, tenebræ circundant me, non intelligit quoniam omnia videt oculus domini & expellit à ſe timorem Dei. Ezechiel. 8. Certè vidiſti fili hominis, quæ ſeniores faciunt in tenebris. Dicunt enim non videt Dominus. Gloſſ. Si Dominum præſentem & omnia videntem & iudicantem ſemper cogitaremus, aut vix aut nūquàm peccaremus. Boëtius. Magna nobis indicta eſt neceſsitas benè viuendi, cùm agamus omnia ante oculos iudicis cūcta cernentis. De tertio. Exo. 19. Sanctifica populum & ſint parati in diem tertium. Die enim tertio deſcendet Dominus coram omni plebe, quaſi diceret. Mementote, quia Dominus terribilis deſcender ad diſtrictum iudicium, & ideò eſtote parati in diem tertiū. Primus dies eſt dies noſtræ natiuitatis, ſecundus noſtræ conuerſationis, tertius dies mortis vel aduētus diſtricti iudicij. Luc. 12. Eſtote parati. In præparatione ad iudicium debent tria notari, ſcilicet modus, prouiden tia non præparatorum pœnam euadere, lucrum cum præparatis vitam æternam poſsidere. De primo. Eccleſiaſt. 18. Ante iudicium præpara iuſtitiam tibi, ſcilicet pœnitentiam agendo. Matth. 3. Pœnitentiam agite. Appropinquabit enim regnum cœlorum, ideſt, Regis cœleſtis iudicium iuſtum. Ioël. 2. Magnus dies Domini & terribilis valdè quis ſuſtinebit eum? Nunc ergo dicit Dominus, conuertimini ad me, &c. Quaſi diceret apparate vos ad diē Domini pœnitentiam agendo & peccata mundi non faciendo. De ſecundo Apocalip. 18. Exite de Babylone populę meus, & ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipietis. Exite de Babylone, ideſt, præparate vos ad iudicium pœnitentiam agendo, & peccata mūdi non faciendo. Et per talem prouidentiam euadetis eius pœnam. Luc. 12. Si ſciret paterfamilias, &c. Gloſſ. Neſciente patrefamilias, domum fur perfodit, quia dum à ſui cuſtodia ſpiritus dormit, improuiſa mors carnis habitaculum irrumpit, & animam ad ſupplicia trahit. Furi autem reſiſteret, ſi vigilaret, & aduentum iudicis occultè præuenientem præcauens, iudici pœnitendo occurreret, & ſic vtiq; dormientium, ideſt, non præparatorum pœnam euaderet. De tertio. Matth. 25. Cùm fatuæ virgines, ideſt, animæ non paratæ irēt emere ad forum diaboli, cum Eua vel cum dina, vbi pro modica re dant multa bona, venit ſponſus & quæ paratæ erant, &c. Ecce triplex lucrum præparationis ad iudicium, ſcilicet poſſeſsio cœleſtis regni, ſocietas amabilis ſponſi, delitiæ totius boni. Primum notatur ibi. Intrauerunt. Secundum ibi. Cum eo. Tertium ibi. Ad nuptias. De primo. Matth. 25. Venite benedicti patris mei. De ſecūdo prim; Theſaloni. 10. Semper cum Domino erimus, ſiue quo nulli bene, cū quo nulli malè eſſe poterint. Ioan 17. Pater quos deſiſti mihi, volo, &c. Vt videant claritatem quam deſiſti mihi. De tertio. Iſai. 66. Gaudete cum Hieruſalem, ideſt, cum beatorum omnium pacifica & iocunda ſocietate: vt repleamini ab vberibus conſolationis eius.

De ſecunda cauſa inſtitutionis ſacramenti Euchariſtiæ, ſcilicet ſacrificio altaris.

CAP. III.

VEnite comedite, &c. Item cauſam tuam, &c. Thema proprium. ſacrificiū Iuda, quaſi Regis & militiæ, ideſt. Chriſti & eccleſiæ. Malach. 3. Secunda cauſa inſtitutionis ſacramēti Dominici corporis eſt ſacrificium altaris. Circa quod ſacrificium notantur tria, ſcilicet forma offerendi, quæſtio de ſacrificio legali & excellentia noſtri ſacrificij. De duobus primis hîc poteſt dici, de tertio in ſequenti. Primò notatur forma, & hæc eſt triplex. Prima in oblatione tate, tertia in panis & vini ſpecie. Prima eſt ſynagogæ commendata ſub legem, ſecunda charitatis diuinæ oblata in cruce, tertia fidelis animæ conſecrata in menſa eccleſiæ. Prima data eſt in ſignū: ſecunda in pretium: tertia in ſolatium. De prima Leuitici quarto. Si omnis Iſrael per ignorantiam peccauerit offerat pro peccato ſuo vitulum, ideſt, Chriſtum. dicit Gloſſ. Hoc autem non erat in perſona: ſed in figura: Exodi decimoſecundo. Similiter agnus immaculatus quem occidebant in Paſcha: & eius carnes edebant, figura Chriſti erat: vt dicit Grego. De ſecunda forma Iſaiæ quinquageſimotertio. Sicut ouis ad occiſionem ductus, vulneratus eſt propter, &c. Oblatus eſt: quia ipſe voluit. Hoc verè ſecundum formam humanam in cruce. Hebræorum decimo. Sanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel, ſcilicet in cruce. De tertia. Pſalm. Tu es ſacerdos in æternū, &c. Qui vt dicitur. Geneſis decimoquarto. Obtulit panem & vinum: ſic Chriſtus dat corpus & ſanguinem ſuum in ſacrificio altaris ſub panis & vini ſpecie. Matthæi vigeſimoſexto. Accepit Ieſus panem. & benedixit: & ait. Hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem, ideſt, vaſculum cum vino gratias egit dicens: hic eſt ſanguis meus, &c. Secundò notatur breuis quæſtio de ſacrificio legali, in qua tria ſiunt. Primò contra inſufficientiam quæ imponitur ſacrificijs legalibus opponitur: ſecundò contrarietas ſoluitur: tertiò cauſa illius ſacrificij aſsignatur. Primò contra inſufficientiam, quòd Deo non placuerunt: & quòd peccata non abſtulerunt ſecundum illud Hieremiæ. Holocauſta veſtra non ſunt accepta, victimæ veſtræ non placuerunt mihi: & contrà his ſimilia opponitur. Leuitici quarto. Si peccauerit autem quis de populo terræ offeret capram immaculatam & adolebit eam ſacerdos ſuper altare in odorem ſuauitatis domino: & dimittetur ei. Ergo videtur, quòd vetus ſacrificium placuerit Deo. & propter hoc peccata dimiſit. Hebræorum vndecimo. Omnia pœnæ in ſanguine mundantur ſecundum legem: & per ſanguinem animalium ſacrificatorum remittuntur peccata delinquentium. Ergo illa ſacrificia Deo placuerunt & peccata dimiſerunt. Secundò horum contrarietas ſic poteſt ſolui: in ſacrificio ſemper tria fuerunt, ſcilicet ipſum ſacrificium perſonæ offerentium: peccatorum remiſsio. In ſingulis iſtorum duo attendebantur in ſacrificio caro & ſanguis animalis, quod offerebatur. Et prætereà multo melius, ſcilicet res ſpiritualis quæ ibi figurabatur: vt in agno vel vitulo Chriſtus: in capra pœnitentia: in boue, vita robuſta & actiua: in aue ſublimis & contemplatiua: & ſic de cæteris. Item perſonæ offerentium duæ ſunt ſpecies: aliæ dignę: aliæ indignæ. Indigni erant qui illa ſacrificia tantùm carnaliter attendebant. Digni autem qui ea ſpiritualiter attendebant: & in eis Chriſtum figuratum vel explicitè vel implicitè credebant: & ſecundum intellectum ſpiritualem vitam ſuam regebant. Item ibi erat remiſsio peccatorum: & hoc quantùm ad duo, ſcilicet quantùm ad pœnam, ideſt, quantùm ad legis irregularitatem vel quantùm ad culpam, ideſt, quantùm ad conſcientiæ maculam. His viſis, facilè ſoluuntur quæ de ſacrificijs in ſcripturis ſacris contraria dici videntur. Reuera enim illa ſacrificia ſecundum ſe, ſcilicet opera operata, ideſt, carnes & ſanguis hyrcorum, nec placuerunt Deo: nec propter ea remiſit culpam quantùm ad culpam, ideſt, conſcientiæ maculam: ſed tamen apud homines remiſſa reputabantur quantùm ad quandam legis pœnam. Vnde cùm Apoſtolus vno loco dicat. Impoſsibile eſt ſanguine hircorum auferri peccata: & in alio. Omnia pœnæ in ſanguine mundantur ſecundum legem. Primum intelligendum eſt quantùm ad animæ culpam. Secundum quantùm ad carnis pœnam. vnde ad Hebræorum nono. Sanguis hircorum & vitulorum & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis. Gloſſa ſanctificat, ideſt, à peccato mundat, ideſt, à pœna legis: ad emundationem valent non animæ: ſed carnis. Verumtamen iuſtorum ſacrificia non ſecundum ſe. vt dictum eſt: ſed Propter fidem ſaluatoris: quem in illis venturum: & pro redemptione mundi credebant, Deo placebant: & eis remiſsionem peccatorum quantùm ad pœnam ſuprадictam: & quantùm ad culpam animæ valebant: ad Galat 3. Ex operibus legis non iuſtificabitur homo: niſi per fidem Ieſu Chriſti. Hebræorum vndecimo. Fidem plurimam hoſtiam Abel quàm Caym obtulit domino: plurimam, ideſt, acceptabiliorem & plus ſibi valentem. Intellexit enim & credidit in agno, quem Deo obtulit: hoſtiam meliorem, ideſt, ſaluatorem: quod non Caym & cæteri indigni. Geneſis decimo. Reſpexit dominus ad Abel & ad munera eius. Tertiò cauſa inſtitutionis legalium ſacrificiorum eſt aſsignanda. Cùm enim à Deo inſtituta ſint: qui nihil ſine cauſa facit: & tamen mutanda erant, quæri poteſt cauſa inſtitutionis eorum. Ad hoc breuiter dicendum, quòd licet per ſe non valerent ad remiſsionem culpæ, tamen multùm vtilia fuerunt ad doctrinam ſapientiæ. Data ſunt quippe ſeruis ad tempus tanquàm ſigna rerum meliorum: & quaſi paruulis tanquàm characteres librorū. In quorum proprietatibus & modulis offerendi proficerent in diſciplina veræ fidei: vt adepta vera ſcientia, deſicerent elementa, & collata veritate ceſſarent vmbræ & ſigna. Deuteronom. vndecimo. Ponite verba mea in cordibus veſtris & ſuſpendite pro ſigno in manibus: & ſcribite ea in poſtibus & ianuis. Ponite in cordibus legalia, ſcilicet quantùm ad moralia: quæ ſemper ſunt ſeruanda: ſuſpendite ea pro ſigno in manibus quantùm ad manufacta tabernacula & huiuſmodi quæ pro tempore ſunt tollenda, ſcribite in poſtibus & ianuis ſacrificia, ſcilicet oues & boues quaſi literas paruulorum. In quibus multa bona ſunt diſcenda: & præcipuè, ſcilicet fides ſaluatoris: forma de moribus: ſpes de cœleſtibus. Primum poterant diſcere de ſacrificijs ouium. Secundum in ſacrificio taurorum. Tertium in ſacrificio animalium extra caſtra combuſtorum. De primo Iſaiæ quinquageſimotertio. Sicut ouis, &c. Cùm ergo ouis offerebatur, poterant tria de vera fide diſcere, ſcilicet ſaluatoris innocentiam, manſuetudinem humani generis: per mortem Chriſti redemptionem. De ſecundo. Daniel. 3. In ſpiritu humilitatis, &c. Sicut in holocauſtis arietum & taurorum. Cùm ergo cornuta animalia in holocauſtum, ideſt, per ardorem ignis in cinerem redigenda offerebantur, poterant de bonis moribus tria diſcere, ſcilicet vt dæmonibus & vicijs reſiſterent. Dei & proximi amore arderent: cordis & corporis humilitatem in omnibus conſeruarent. De tertio Leuitici quarto. Hebræorum decimoſecundo. Quorum animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra: ſanguis animalium ſignificat animas iuſtorum. Cùm hæc fiebant poterant tria diſcere de ſpe obtinendæ cœleſtis gloriæ, quæ ſunt pœnitentia viuentium: ſaluatoris officium: bonorum ſuffragium. Primum diſcimus in illo, quòd corpora extra caſtra cremabantur: quia ibi corpora cremare eſt fideles extra delicias & voluptates ſæculi pœnitentiam agere. Secundum in eo, quòd ſanguis inferebatur per pontificem in ſancta ſanctorum: quia hoc eſt animas iuſtorum poſt hanc vitam beneficio Chriſti in cœlum aſſumi. Tertium in eo, quòd ſanguis per pontificem in ſancta delatus valuit ad remiſsionem peccatorum hominum viuorum: quia hoc eſt animas bonorum iam per Chriſtum in cœlum ſubleuatas intercedere pro peccatis exulum adhuc in mundo relictorum. De primo ſecundę Thimo. 2. Fidelis ſermo. Nam ſi commortui ſumus, ſcilicet agendo pœnitentiam: & viuemus recipiendo vitam æternam: ſi ſuſtinebimus & conregnabimus. Ad Roma. 4. Non ſunt condignæ paſsiones, &c. Ecce quòd pœnitentiam agere: & mala in hoc mundo ſuſtinere valet ad ſpem obtinendæ cœleſtis gloriæ. De ſecundo. Ioannis decimoquarto. Iterum venio & accipiam vos ad me: ecce quod domini pietatis officium valet ad ſpem cœleſtium. Canti. 5. dicunt huiuſmodi. Quo abijt dilectus tuus ó pulcherrima mulierum: reſpondit beata virgo. Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatū: vt paſcat in hortis & lilia colligat, ideſt, animas beatas vel caſtas de mundo aſſumat: & ad cœleſtia perducat. De tertio Oſeæ 1. Ego exaudiam cœlum: & illi exaudiant terram, ideſt, ſanctorum precibus: qui ſunt in cœlis ſaluantur qui habitant in terris: ecce orationes ſanctorum valent ad ſpem cœleſtium. Apocalipſis octauo. Aſcendit fumus aromatum de orationibus, ſcilicet de manu angeli coram Deo: quia ſcilicet, ſancti offerunt orationes pro nobis Chriſto: & Chriſtus patri ſuo: vt peccatorum recipiamus remiſsionem: & ad eorum perueniamus ſocietatem.

De tertio circa ſacrificium notando, ſcilicet ſacrificij noſtri excellentia.

CAP. IIII.

VEnite comedite, &c. Tertiò notatur noſtri ſacrificij, ſcilicet corporis Chriſti excellentia, quæ præcellit omnia legis ſacrificia triplici ratione. ſ. honeſtatis quò ad ſæculi: dignitatis quò ad Deum: virtutis quò ad ſuæ bonitatis effectum. Primò excellit ratione honeſtatis: quod probatur à tribus: ab exteriori ſpecie: à virginali origine: à ſpirituali dulcedine. Primò probatur huiuſmodi honeſtas ab exteriori ſpecie: quia ſub nulla alia qualitate cibi poſſet tam mundè tam pulchrè tam honeſtè miniſtrari ſicut ſub ſpecie panis & vini. Non enim ſequuntur hoc inconuenientia multa quæ ſequebantur illa cruenta legis ſacrificia. Prouerbiorum decimoquarto. Melior eſt buccella ſicca cū gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. Buccella ſicca eſt ſacrificium noſtrum ſub munda ſpecie panis & honeſta. Zachar. 9. Quid bonum & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines. Secūdo probatur honeſtas eius, quòd à nulla corruptione: ſed à virginali flore ſumpſit exordium. Eccleſiaſtici vigeſimoquarto. Flores mei fructus honoris, &c. Quaſi diceret. Flores pudicitiæ & virginitatis verſi ſunt in fructum nobiliſsimæ honeſtiſsimæ prolis. Auguſti. Nobilitas matris eſt exheritate prolis: & nobilitas prolis ex virginitate matris. Canticorum tertio. Egredimini. Gloſa ab ignorantia infidelitatis, & videte regem, ideſt, Ieſum Chriſtum in dyademate, ideſt, carne: quo coronauit eum mater ſua, ideſt, honeſtauit in hoc, quòd eſt virgo. Tertiò probatur honeſtas huius ſacrificij à ſpirituali dulcedine pietatis: qua cūctos Chriſtianos ad ſe attra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hit:vt enim dicit Tull. Honestum est,quòd sua vi nos ad se trahit & allicit:vt scilicet res virtuosa, maximè verò talis qui abundat dulcedine pietatis, & talis res est sacramentum dominici corporis. Ecclesiastic.49. Memoria Iosiæ in compositione odoris facta opus pigmentarij:memoria Iosię est memoriale saluatoris vel sacrificium altaris:hoc factum est opere pigmentarij.(ex pretiosis operibus diuinitatis & humanitatis suæ: vt suauissimo honestatis & pietatis odore ad se trahat fideles ecclesiæ. Cantic.1. Oleum effusum nomen tuum. Hinc omnes qui verè credunt ob spem gratiæ & deuotionis ad hoc sacrificium videndum & adorandum ad ecclesiam frequenter:& feruenter accurrunt. Secúdò excellit ratione dignitatis,quod probatur à tribus rebus preciosissimis: ex quibus consistit.(.ex carne Christi mũdissima:anima iustissima:deitate altissima. Hæc tria in agno paschali figurata sunt:in nostro sacrificio verè pfecta sunt. Exod.12. Caput agni cum pedibus & intestinis vorabitis:caput agni significat deitatem:intestina animam: pedes carnem. ecce in Christo Deus:anima: & corpus: propter quod dicitur. Aue salus mundi deitas integra.verus homo:ex carne.(.& anima propter tãtæ dignitatis excellentiam habet sacrificiũ nostrum præ aliis triplicé prærogatiuam. Deo nãq; secũdum se acceptũ est:angelis reuerendũ:hominibus adorandum:primũ est propter animã iustã:secúdum propter carnẽ mundam.tertium propter diuinitatẽ summam. De primo Malachiæ 3. Placebit Deo sacrificiũ Iuda. i. Christi iusti Regis: sacrificiũ Iuda domino placet:quia corpus Christi oblatũ Deus pater approbat: in quo.(.se maximè humiliauit vsque ad mortẽ patri obediendo:de diabolo triumphando:& genus humanũ redimẽdo. Ecclesiastic.30. Sacrificiũ iusti acceptũ est:& odor suauitatis in conspectu altissimi. De secũdo. Matth.22. Vbicũq; fuerit corpus,ibi cõgregabuntur & aquilæ. Leo Papa. Circa corpus domini aquilę sunt quæ spiritualibus alis circunuolant. videlicet angeli sancti: spiritus mundi:munditiã amãtes:mundũ corpus domini venerãtes:& præsentes fideles protegẽtes. Gregor. Quis fidelium dubiũ habere possit in ipsa hora immolationis cœlos aperiri:& in illo Christi ministerio angelorũ adesse choros:summa & ima sociari. De tertio Psal. Adorate scabellum. Et Isa.66. dicitur. Terra autẽ scabellum pedum meorũ. Terra scabellum Dei significat carnẽ Christi quæ originaliter de terra est. Hæc est nobis adorãda:quia sancta: quia Deo vnita. Aug. Sciendũ: quia in Christo terra.i. caro sine impietate adoratur. Qui enim terrã adorat,non terram intuetur: sed illum potiùs cuius scabellum est:propter quã adorat. Aug. Dicunt hæretici:quid est q; carnem illius quam creaturam non negas cũ diuinitate adoras,& ei non minùs quàm diuinitati deseruis? Respondeo. Dominicam carnem perfectam humanitatem ideò adoro,quia à diuinitate susceptа:& diuinitati in vnitate personæ vnita. Si hominem separaueris à Deo, illi non credo: nec seruio. Velut si quis purpuram vel dyadema Regis per se iacens inueniat nunquàm eam adorabit. Cũ verò ea Rex fuerit indutus,periculum mortis incurrit, si eam cum Rege adorare contempserit. Sic etiam in Christo humanitatẽ non solam vel nudam,sed diuinitati vnitam,scilicet vnum filium Dei verum Deum & verum hominem:si quis adorare contempserit,æternaliter morietur. Alexander Papa. Nihil in sacrificijs maius esse potest, quàm corpus & sanguis Christi Tertiò excellit ratione virtutis,id est,propter effectum suæ bonitatis. Habet enim triplicem bonum actum in triplici statu fidelium. in mundo. in purgatorio: in cœlo. in primo statu peccata relaxat: in secundo pœnam grauem alleuiat:in tertio gaudium magnum generat. Hinc est,quòd triplices missę celebrari solent pro salute viuorum,pro requie defunctorum,& pro gloria beatorum. Vnde & hostia in tres partes frangitur: vt virtus sacrificij corporis Domini in prædicto triplici statu demonstretur. De primo. Leuitici quinto. Anima quæ peccauerit per ignorantiam, offeret arietem immaculatum, ideſt, Christum. Gloss. Vnde eanitur. Agnus Dei,&c. Gregor. Dominus dedit nobis sacramentum salutis:vt quia quotidiè peccamus,& ille iam pro nobis mori non potest,per hoc sacramentum remissionem consequamur. De secundo. Leuitici decimoseptimo. Dedi vobis sanguinem: vt super altare meum expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit,& ideò caro & sanguis Christi rectè pro animabus defunctorum offeruntur:vt à pœna purgatorij,qua pro residuo pœnitentiæ ligati sunt,absoluantur. Augustin. Orationibus & eleemosinis sanctæ ecclesiæ & sacrificio salutari non est dubium defunctorum animas releuari: vt cum eis misericordius agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt in hoc mundo. De tertio. Leuitici decimo. Pectusculum sacrificij,quod oblatum est,edetis in loco mundissimo tu & filij tui & filiæ tuæ tecum. Pectusculum, quod scilicet optimum est & dulcissimum animalis significat dulcedinem corporis Christi, inquantùm comeditur in loco mundissimo,ideſt,inquantùm delectat beatos in cœlo,in eo,quòd plurimum gaudent & congratulantur in hoc sacrificio de memoria redemptoris, de aspectu nostræ salutis, de admiratione diuinæ bonitatis. Vel certè pectusculum comeditur in loco mundissimo,quia dulcedine corporis Domini qua hîc pascimur in velamine & sacramento,ea fruuntur beati visione manifesta in cœlo. Apocalipsis secundo. Vincenti dabo manna absconditum. Glo. Meipsum qui sum panis vitæ,quod manna, & si nunc manet absconditum,tunc fiet manifestum habens omnis saporis suauitatem. Hinc dicit collecta. Perficiant in nobis domine sacramenta, quod continent: vt quæ specie gerimus,rerum veritate capiamus,ideſt,Christi corpore manifesta visione perfruamur,secundum illud. Qui diligit me,diligitur à patre meo qui est in cœlis, in illa Domini visione erit nobis omnis boni plena fruitio. Psalmus. Adimplebis me lętitia cum vultu tuo,satiabor cùm apparuerit gloria tua.

De tertia causa institutionis,qui est cibus hominis.

CAP. V.

CAro mea verè est cibus. Thema proprium, quòd corpus datur in cibum. Tertia causa institutionis est cibus hominis. Circa hoc, quòd Dominus corpus suum dat in cibum, triplex potest ratio sapientiæ Dei assignari, scilicet diuinæ liberalitatis magnitudo. Cùm enim summè sit bonus, summa eum decet liberalitas, sed nulla hac maior esse potest. Probatur autem eius liberalitas in hoc facto quantùm ad tria. Primò quantùm ad magnificentiam doni. secundò quantùm ad nobilitatem dantis. tertiò quantùm ad vtilitatem accipientis. Primò quantùm ad magnificentiam doni, quia largitor omnium bonorum in hoc sacramento dat seipsum, & hoc largissimè, quia dat proprium corpus in cibum, secundum quod dicit. Accipite & comedite. Hic est summus gradus diuinæ largitatis quantùm ad donum. Hîc gradus quidam proponi possunt diuinæ largitatis, quibus homini largitus est omnia bona sua: & sic patebit, quòd hic est summus. Primus gradus est, quòd largitus est homini cœlum & terram: & omnes irrationabiles creaturas ad seruiendum. Ecclesiastici decimoseptimo. Deus creauit de terra hominem & dedit ei potestatem eorum quæ sunt super terram. Genesis secundo. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Deuteronom. quarto. Solem & lunam & omnia astra cœli creauit Deus in ministerium cunctis gentibus. Matthæi quinto. Deus solem suum facit oriri super bonos & malos. Actuum decimotertio. Deus non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens: de cœlo dans pluuias & tempora fructifera:implens cibo & lætitia corda nostra: non sine testimonio se reliquit benefaciens, ideſt,per beneficia & creaturæ se Deum & liberatorem testatus est. Psalm. Quid est homo,quòd memor es eius. Secundus gradus est, quòd homini largitus est illas nobilissimas creaturas rationabiles & cœlestes,scilicet sanctos angelos ad ministrandum. Hebræorum primo. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Matthæi decimooctauo. Angeli eorum semper vident faciem patris. Angeli dicuntur: quia vnicuique à natiuitate datus est angelus ad ministrãdum. Hinc leguntur hominibus sępè obsequia impendisse:& faciunt quotidiè: peccatores conuertendo:multos à malis defendendo:iustos ad cœlos deducendo. Exodi. decimoquarto. Ecce ego mitto angelum meum,qui præcedet te,scilicet lumen virtutum ostendendo:& custodiat in via in igne purgatorij defendendo: & introducat te ad sydera cœlestis regni perducendo. Tertius gradus est,quòd largitus est seipsum. Lucæ primo. Benedictus dominus Deus Israël. Dedit autem se multis modis. Primò in socium nostræ peregrinationis. Baruch 3 Hic etiam Deus noster qui adinuenit omnem viam disciplinæ & tradidit illam Israël dilecto suo:& post hæc in terris visus est,&c. Quasi diceret:quia Deus fecit homini vias peregrinationis, dans mandata bonæ conuersationis ne deficiat:& ne via homini videretur grauis nimis,factus homo est Deus:& per hoc socius viæ & peregrinationis. Lucæ octauo. Iter faciebat Iesus per castella & ciuitates prædictas & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo:& mulieres quæ erant curatæ à spiritibus immundis:& Maria Magdalena:& Ioanna & Susanna & aliæ multæ:& turba multa venit ad eum:& verè bonus se dedit in bonum socium: quia socios viæ lassos optimis verbis confortauit:in periculis liberauit: infirmos curauit:mortuos suscitauit. Quartus gradus,quòd dedit se in seruum nostræ necessitatis. Ad Philippenses secundo. Exinaniuit semetipsum formam serui,&c. Hinc sitientes potauit, esurientes pauit:discipulorum pedes lauit. Matthæi vigesimo. Filius hominis non venit ministrari, &c. Lucæ vigesimosecundo. Ego in medio vestrum sum,sicut qui ministrat. Quintus gradus est,quòd dedit se in pretium redemptionis nostræ. Ad Philippenses secundo. Christus dilexit nos: & tradidit se pro nobis hostiam & oblationem Deo,in odorem suauitatis. Matthæi vigesimo Filius hominis venit dare animam suam in redemptionem pro multis. Sextus gradus est & summus, quòd dat homini corpus suum in cibum. Oseæ vndecimo. Ego quasi nutritus Effraym & declinaui ad eum vt vesceretur. Ioannis sexto. Panis quem ego dabo. Gregorius. Bonus pastor dominus animam pro ouibus posuit:vt in sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret:& oues quas redemerat carnis suæ alimento satiaret:& in hoc est expressio summæ largitatis & præcipui amoris. Magnum est enim dare se in ocium peregrinationis & in seruũ necessitatis:maius in precium redemptionis:tamẽ tale donum adhuc est in aliqua separatione ab eo cui datur:sed cùm datur in cibum datur nõ ad separationẽ aliquam: sed ad omnimodam vnionem. Vniuntur enim in vnitate corporis cibus & sumens. Ioan.6. Qui manducat meam carnem,in me manet,&c. Et sic apparet in tali dono summa largitas diuinæ bonitatis. Secundò probatur excellens liberalitas Dei in hoc facto quantùm ad nobilitatem dantis: quæ tam excellens est in hoc sacramento,vt corpus suum largiatur largè & diffusè:quia non solùm dat illud dignis & amicis:sed non subtrahit indignis malignis & inimicis. Psalm. Appropriant super me nocentes,vt edant,&c. Qui enim se permisit manibus malignorum semel crucifigi:permittit se sceleratorum manibus tractari:& inimicorum & immundorum dentibus in sacramento lacerari. Hinc hosti & traditori suo Iudę in cœna cum alijs dicitur corpus suum dedisse. Veritatem enim præsentiæ suę ad instar solis oriri facit super bonos & malos exhibens se in hoc sacramento dignis & indignis:licet non ab omnibus effectus suscipiatur æqualis. Nam dignus effectus bonitatis Dei suscipit:indignus seueritatis:exemplum de sole & oculo ægro & sano. Nota, quòd magnum est dare magna dona proximis & amicis:maius dare seruis & ancillis:maximum ignotis & peregrinis:sed nimis inimicis. Vnde arguuntur de magna ingratitudine. Iob.19. Quare me prosequimini sicut Deus & carnibus meis saturamini. Ad Romanos 2. An diuitias bonitatis Dei & patientiæ & longanimitatis contemnis:Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Copiosa bonitas & benignitas & liberalitas nobilitatis Dei:quæ inimicis & multis contra eum peccantibus tot bona facit: maximè cùm tales corpus eius sumere permittit:vt tanta eos liberalitate conuertat. Tertiò probatur quantùm ad vtilitatem suscipientis:quia in hoc sacramento dignè suscipiens efficitur Deiformis, ideſt,per gratiam bonitatis: siue per imaginationem imitationis Deo quodammodò similis. Ioan.1. Quotquot autem receperunt eum,&c. ideſt,per gratiam bonitatis Deo similes. Ambrosius. Quia dominus Iesus consors est diuinitatis & corporis:& tu qui accipis carnem eius,diuinæ eius substantiæ in illos participas alimento: diuina substantia bonitas est. In hoc ergo alimento diuinæ substantiæ participare,est assimilari per gratiam diuinæ bonitati. Prouerb. 12. Qui bonus est,hauriet sibi gratiam à domino. Gratia verò est influentia diuinæ bonitatis in animam per quam assimilata Deo sit ei gratia & vitæ æternæ digna. Non enim sufficit liberalitati diuinæ,quòd in sacramento vel in cibo intellectum illuminat:quòd effectum sanat: quòd memoriam delectat:quòd totum hominem in bono confortat:& corpori suo mystico associat,quin insuper Deo assimilet in præsenti per gratiam & in futuro per gloriam. Non enim potest vlterius promoueri.

De duabus alijs rationibus,quibus datur corpus Christi in cibum.

CAP. VI.

VEnite comedite,&c.& alia themata. vt suprà. Secunda ratio quare dominus corpus suum dat in cibum,est humanæ naturæ corruptio:quæ huiusmodi cibi exigebat medicamentum:& hoc quantum ad tria:primò quantum ad congruam curationis inchoationem:quia sicut initium corruptionis & mortis cepit à cibo vetito,scilicet à ligno scientiæ boni & mali,sic initium iustificationis & vitæ incipere debuit à cibo,scilicet ligno vitæ,ideſt, à corpore dominico. De primo. Genes 2. de ligno scientiæ, &c. De secundo. Ioan. Nisi manducaueritis carnem filij hominis,&c. Secundò exigebat talem cibum quantùm ad integram corruptionis curationem. Serpens enim malignus infudit homini per venenum pomi vetiti triplicem corruptionem in anima tenebras ignorantiæ: in carne morbum prauæ concupiscentiæ:& mortem in vtróque. Gen. 3. Serpens decepit me. De primo. Psalm. Homo cùm in honore esset, &c. Genes 1. Tenebræ,ideſt,ignorantiæ erant super faciem abissi, ideſt,humani cordis ex dyaboli deceptione. De secundo. Ad Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum. Ad Romanos septimo. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: Lex in membris est morbus concupiscentiæ mouens membra ad actum maliciæ. De tertio. Sapien. i. Inuidia dyaboli mors intrauit in orbem terrarum. De omnibus Augu. Si angelus de proprio ruens paradiso non esset auditus,non præcipitamur in mortem:sed venit de cœlo lassus serpens foris & emisit venenum de proprio locutus est de suo:gustate & eritis sicut dij: & illi appetentes, quòd non erant: amiserunt,quod acceperant,scilicet vim intellectiuam: vitæ iustitiam:non moriendi possibilitatem:quia ergo per cibum venenosum triplicem infudit corruptionem,necesse fuit.vt ad integram curationem medicus,ideſt,saluator noster cibum medicinalem contra hæc tria daret:& hoc est corpus suum.quod pię recipientium ignorantiæ tenebras illuminat: morbum prauæ concupiscentię sanat:& mortem destruendo triumphat. De primo. Psalm. Dominus illuminatio mea,&c. Accedite ad eum & illuminamini. Corpus enim Christi est verbum Dei,ideſt,vera lux in carne humana quasi in lucerna qua illuminatur fidelis anima. De secundo. Psalm. Pluit illis manna ad manducandum,&c. Exodi. 16. Mane rosiacuit in similitudine pruinæ super terram. Panis igitur cœlestis in similitudinem pruinæ rorisque apparebat,: quia corpus domini à feruore prauæ concupiscentiæ refrigerat. De tertio. Ioan. 6. Patres vestri manducauerunt manna in deserto:& mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens:vt si quis manducauerit ex ipso non moriatur:& sic iste cibus mortem destruit. De his tribus suprà primo sermone circa finem actum est. Tertiò exigebat talem cibum quantùm ad firmam sanitatis conseruationem. Quidam enim ad tempus de peccatis compunguntur.& quodammodò curantur:sed tempore tentationis per recidiuum iterum corrumpuntur. Psalm. Putruerunt & corruptæ sunt,&c. Ad conseruationem autem sanitatis animæ & incorruptionis bonæ vitæ,valet cibus iste. Can.1. Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi:sicut enim myrrha incorrupta seruat corpora,sic corpus domini pię sumptum corda. Tertia ratio sapientiæ Dei qua dominus dat homini corpus suum in cibum, est humanæ naturæ conditio quæ rationalis creata est & corpori coniuncta. Rationalis autem creatura potest tribus modis considerari:& secundum hoc indiget triplici cibo. Primo modo considerator secundum quod est incorporea & purè spiritualis:vt natura angelica. Secundo modo secundum quod est corpori coniuncta: sicut dissimilis dissimili:spiritus carni. Tertio modo secundum quod illę duæ naturæ,scilicet corpus & anima in singulis personis hominum sunt familiari societate miróque amore coniunctæ sed quocúnque istorum trium modorum consideratur rationalis creatura secundum conditionem suam conuenienti indiget alimonia:primo modo exigit alimentum per quod viuat & subsistat,scilicet verbum Dei æternum secundum se incorporeum, quod est æterna Dei sapientia. Thob.12. Ego cibo inuisibili & potu qui ab hominibus videri non potest,vtor. Prouer.3. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam,scilicet Dei sapientiam. Ecclesiast.1. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis reficiens,scilicet angelos in cœlis. Secundo modo considerata rationalis creatura:vt est corpori cõiuncta:sicut dissimilis dissimili:spiritus carni preciosum vili:secundum cõditionẽ vtriusque naturæ indiget pro vtróque cibo conuenienti sibi:sed dissimili:quia spiritus spirituali ad modum angeli:corpus corporali ad modum bruti. De primo. Psalm. Panem angelorum,&c. primæ ad Cor.10. Patres nostri omnes eandem escam spiritualem manducauerunt,&c. Sapientiæ.9. Si quis erit consumatus inter filios hominũ si ab illo effugerit sapientia tua in nihilum computabitur:quia qui spirituali cibo qui est Dei sapientia caruerit à vita spirituali deficiet. Ecclesiast.15. Cibauit eum dominus,&c. De secundo.2. Regum 12. Pauper quidam habebat ouiculam de pane suo comedens. Ecclesiastici.39. Initium necessariæ rei vitæ hominum lac & panis mel & vuæ & oleum:hæc omnia sanctis in bona & impijs in mala conuertentur. De vtróque. Deutro.8.& Matth.4. Non in solo pane,&c. Aug. Sicut anima vita est corporis:sed non viuificat sine cibo corporali,ita Deus vita est animæ:sed non viuificat illam sine cibo spirituali,ideſt,sine verbo Dei:& sic hæc & illa natura hominis sibi dissimiles dissimilem cibum habuerunt:& alio modo & longè ab inuicem comederunt:nec cibus corporis congruebat spiritui:nec cibus spiritus corpori. Tertio modo considerata rationalis creatura secundum quod illæ duæ naturæ,ideſt,corpus & anima sunt in singulis personis hominum familiari societate & miro amore coniunctæ,tunc exigitur ad æternam saluationem vtrorúmque vnus cibus toti hominis,ideſt,vtríque naturæ conueniens spiritualis similis & corporalis,scilicet Verbum caro factum quem simul sub quodam sacramento comedant.cuius virtute anima de præsenti miseria ad viram æternæ beatitudinis perueniat:& corpus ad modicum tempus seruatur in terra:vt tandem gloriosè resurgat. De hoc cibo Ioan.6. Caro mea,ideſt,caro Dei caro humana vnita Dei verbo,verè est cibus,scilicet totius hominis:valens animæ & corpori. Ecclesiastici.primo. Vnus est altissimus creator omnium ipse creauit sapientiam spiritu suo:& sapientiam suam præbet illam diligentibus se. Creauit sapientiam spiritu suo,ideſt,virtute sua,scilicet creaturam carnis de virgine sumpsit:& sapientiæ suæ vniuit:& secundum datum suum,ideſt,liberalitatem præbet illam in cibum diligentibus se,scilicet fidelibus:vt prosit,sicut dictum est,corpori & animæ. De hoc conuiuio corporis & animæ Isai.9. Vitulus & vrsus pascentur simul:vitulus significat corpus,quod in sacrificio Deo est mactandum.vrsus spiritum:qui sicut vrsus bestijs,sic terribilis esse debet bestialibus motibus & moribus. Hi pascentur simul,scilicet vero cibo,ideſt,carne Christi:vt prosit animæ & corpori:de primo Ioan.6. Qui manducat carnem meam,&c. De secundo sequitur. Et ego resuscitabo eum,&c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De forma donationis, videlicet qua ex causa detur velatum hoc sacramentum. CAP. VII.

VEnite comedite panem,&c. Thema speciale: quomodò potest nobis carnem suam dare,&c. Thema proprium. Sacramentum Regis abscondere bonum est. Thobiæ 12. secundum principaliter circa sacramentum dominicum notandum est forma donationis: & circa hanc tria sunt consideranda: primum, ꝙ dominus corpus suum dat velatum: secũdum, ꝙ dat velatũ sub specie panis: tertium, ꝙ dat velatum sub specie panis triticei. Circa primum sciendum, ꝙ datur velatũ non nudum secundum illud Apocalip. secundo. Dabo manna absc̃ditum quasi cibum cœlestem velatum: sed quia hic humanus sensus hęsitat & miratur cùm aliud videtur: huius velaminis quadruplex est ratio. Prima est indignitas malorum quæ exigit vt veletur: sicut æger oculus: vt sibi sol & quodlibet lumen tegatur: & in hoc benignissimè agit cum eis misericordia saluatoris: si prauinudum aspicerent: & hoc à fidelibus mãducari ex ipso aspectu scandalizentur: & tripliciter malè perirent, videlicet in corde per horrorem: in ore per detractionẽ: in anima per spiritualem mortem. De primo. Ioan. 6. Vbi dominus dicit caro mea verè est cibus,&c. sequitur. Ex hoc multi discipuli abierunt retrò. quasi abhorrentes verba de humana carne conciendenda. Ambros. Forte dices quomodò verus sanguis: quia similitudinem non vides carnis. Attende verba Christi audientes, quòd carnem suam daret manducare recedebãt: solus Petrus dixit verba vitæ æternæ habes ad quem ibimus? Ne ergo plures scandalizentur: & ne velut quidam esset horror humanę carnis: sed magis manet gloria redemptoris, ideò in similitudine accipis sacramentum: sed veræ naturæ gloriam virtutem consequeris: de secundo in eodẽ: vbi dominus dixit. Panis quem ego dabo caro mea est,&c. Litigabant ideò Iudæi,&c. Litigatio hæc murmur & detractio est: & ideò debuit velari. Psalm. 5. Si is qui oderat me,&c. De tertio Numeri 4. Aaron & filius eius intrabunt, ipsique disponẽt opera, id est, operient sacramẽta: alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario priusquàm inuoluantur: alioquin morientur: primo Regum 6. Percussit dominus multos, eò ꝙ vidissent arcam domini: quia scilicet non licebat eis videre eam detectam: arca significat corpus Christi: quod malignis est velandũ: ne spiritualiter moriantur si videant: quia causa suæ cæcitatis putarent esse phantasticum. Ecclesiastes 3. In pluribus operibus Dei non fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. Secũda ratio quare velatum datur est fides bonorum: & hęc ratio potest in tria distingui quę exigũt hoc velari, scilicet fidei esse verũ, infidelitatis prauæ remedium, fidei meritum. primò fidei esse verum exigit vt velatum detur corpus Christi. Ad Hebræos 10. Fides est rerum non apparentium: vt dicit Augustinus. Fides est credere, quod non vides, scilicet credere verbis de re occulta quæ verè est: & tamen eam oculis non vides. Nam de re quam videmus scientiam potiùs quàm fidem habemus: primæ Petri primo. Christus est in quem non videntes creditis. Secundò, infidelitatis remedium exigit, vt veletur corpus Christi: quatenus culpæ infidelitatis respondeat modus congruus satisfactionis: vnde sicut primorũ parentum incredulitas incœpit ex auditu verbi diaboli suadentis cibũ habentem mortem velatam: & in eo sunt sensus eorum vanè delectati, sic congruit vt fides saluandorum incipiat ex auditu verbi saluatoris suadentis cibum habentem veram vitam absc̃onditam: & in quo nostri sensus piè sunt decepti præter auditum: vt sit fides ex auditu tantùm & non ex visu vel alijs sensibus: auditus autem per verbũ Christi: hoc pulchrè figuratur. Genes 27. In benedictione Iacob, vbi sensus Isaac sunt decepti putãtis sentire Esau. dum sentit similitudinem eius qui velatus erat Iacob. Vnde sciendum, quòd in illa figura dominici corporis quatuor erant personæ, scilicet Isaac & Rebecca: quasi masculus & fœmina significant duas naturas in nobis, ideſt, corpus & animam, masculus qui magis solet esse manifestus & exterioribus plus intendit significat exteriorem hominem, ideſt, corpus cum suis sensibus: fœmina quæ domi residet & familiam regit, interiorem hominem, ideſt, animam quæ saluti suæ & aliorum gerit curã. Iacob bonus & formosus habitans in tabernaculis quem diligit Rebecca. i. fidelis anima significat verum corpus Christi. Esau quem amabat Isaac. i. corpus: cò quòd de cibis suis vescitur, significat substantiam panis cum suis accidentibus, scilicet colore: sapore & cæteris. Dum itaque Isaac quasi homo exterior, ideſt, sacerdos benedicere debet. Esau. i. substantia panis recedit: sed similitudo Esau scilicet vestes cum odore pelles pilloſæ: cibus cum sapore, ideſt, accidẽtia panis sue similitudo, scilicet calor: sapor: odor: duricies manent circa Iacob: & sensus nostri falluntur. Ibi fallitur visus Isaac caliginosus, ideſt, debilis corporis nostri: quia putat prę oculis habere Esau. i. panem: & tantùm vestes eius, scilicet speciem panis: & sub illa latet Iacob velatus, ideſt, corpus Christi. Ibi fallitur gustus: quia putat comedere cibum Esau. i. panem: & gustat tantùm similitudinem eius. Ibi fallitur olfactus: quia putat sentire odorẽ. Esau, ideſt, panis qui verè non est ibi: sed sentit odorem vestimentorum eius, ideſt, formam panis quibus vestitus est Iacob, ideſt, corpus Christi. Sapiens erit Isaac sed in iudicio cognoscendi. Esau fallebatur: sic homo noster exterior in iudicio panis altaris fallitur prætèrquàm auditu: vnde ait vox quidẽ vox,&c. Manus quas tango sunt Esau nihil falsius: sed vox quam audio dicentem ego sum, vox est Iacob nihil verius. Similiter sacramentum, quod tango subſtãtia panis est nihil falsius: vox Christi dicentis: hoc est corpus meum nihil verius. Primò igitur infidelitatis remedium exigit, quòd corpus Christi velatum detur: vt quia sensus primi hominis in cibo perditionis vanè delectabantur sensus nostri corporis in cibo benedictionis ad instar Isaac decipiantur: ita tamen, quòd Rebecca, ideſt, anima in fide sua nõ fallatur. Credit enim verè in benedictione sacra esse Iacob, ideſt corpus Christi velatum similitudine Esau, ideſt, specie panis. Tertiò fidei meritũ exigit: vt veletur corpus Christi: quia vt dicit Greg. fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum supple sufficiens: velatum dare voluit dominus corpus suum: quia in hoc potius credere verbis suis quàm sensibus nostris magnum habet meritũ. Ioan. vlt. Beati qui nõ viderũt. Huius meritũ fidei siue fructus triplex est. s. spiritualium bonorum plena copia: tẽporalium abundantia: æternorum superfluẽtia. Hinc ait Rebecca, ideſt, fidelis anima. in me sit ista maledictio fili mi. i. hæc triplex benedictio. det tibi Deus de rore cœli: quantùm ad primam: & de pinguedine terrę abundantiam: quantùm ad secundã: abundantiam frumẽti vini & olei: quantùm ad tertiam: de primo Ioan. 7. Qui credit in me flumina,&c. Ose. 14. Ero quasi ros,&c. de secundo ad Hebr. 11. Sancti per fidem adepti sunt repromissiones, scilicet temporalium. Isaiæ 1. Si volueritis & audieritis me bona terræ comedetis. Matthæi 6. Primum quærite regnum Dei rectè credẽdo, & iustitiam eius iustè viuendo,& hęc omnia,&c. de tertio. 1. Pet. 1. Credentes in Christum quem non videtis, exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata reportãtes finem fidei vestrę salutem animarum vestrarum. Prouer. 1. Qui audierit absque terrore requiescet & abundantia perfruetur, timore malorum sublato.

De duabus alijs rationibus, quibus datur corpus velatum. CAP. VIII.

VEnite comedite,&c. quomodò potest sacramentum Regis, tertia ratio quare corpus suum dat velatũ, est instructio morum. Iob 28. Trahitur sapientia de occultis. Tria verò in hoc sacramẽto occultantur, in quibus mores instruũtur, scilicet persona saluatoris, pulchritudo magnæ claritatis, mirum opus omni potentis. de primo. Isai. 45. Verè tu es Deus absconditus Deus Israẽl saluator. de secundo. Isai. 7. Expectabo Dominum qui absc̃ondit faciem suam. de tertio. Eccles. 43. Multa absc̃ondita sunt maiora his, pauca enim vidimus. In his discimus in nobis quandóq; tria virtuose absc̃ódi posse nostram personam, pulchritudinem corporalem, bonorum operum intentionem, primum à persecutorum furore, secundum à stultorum inspectione, tertium ab humano fauore, primò discit iustus absc̃ondere personam propter tria: vt scilicet persecutor quiescat: vt præceptum à Domino opus perficiat: vt gloriosiorem coronam acquirat. de primo. Isai. 26. Vade populemeus absc̃ondere modicum, donec pertranseat indignatio mea in persecutore. quod multi iustorum leguntur feciſſe. de secundo. 2. Cor. 11. Damasci præpositus,&c. similiter Thobias cùm eum Rex iuberet occidi, fugiens nudus latuit: vt scilicet opera misericordiæ quæ cœperat impleret. de tertio 1. Reg. 26. cùm fugeret Dauid à facie Saül, absc̃onditus est in colle Achile. i. in Domino. Achila interpretatur eum suscipiens: vnde Dominus susceptor meus. Absc̃ónditus est autem in Domino: vt per inclita opera gloriosa regni sibi restaret corona. Ioan. 8. Tulerunt lapides Iudæi: vt iacerentur,&c. secundò discit iustus absc̃ondere pulchritudinem corporalem ab omnium inspectiõe, quia exterior pulchritudo & ornatus multis fuit occasio casus. Decor ergo corporalis absc̃onditur tribus modis, per habitus vilitatem, per iciuniorum austeritatem, per boni operis assiduitatẽ. De primo. Iob 16. Saccum cõsui super cutem meam, & operui cinere carnem meã. Gen. 24. Rebecca conspecto Isaac tollens pallium operuit se. 1. ad Corint. 6. Mulier debet habere velamen super caput ꝓpter angelos. i. propter bonos. de secundo. Galat 6. Mihi mundus crucifixus est & ego mundo, quasi diceret. Vilis est mihi mundus propter pœnam suæ sollicitudinis, & ego vilis mundanis, propter corporis mei macerationẽ. Augustinus. Carnem vestram domate,&c. de tertio. Psalm. Tabescere fecisti sicut araneam,&c. sicut aranea ex suis visceribus trahens opus naturæ tabescit exinde, sic iustus frequẽtans opera laboriosa, ex vera charitate maceratur, & pallescit in corpore. Ecclesiast. 34. Iugum & lora curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assiduæ. Cant. 1. Nolite me considerare,&c. Sol effectus ardoris, ideſt, opus amoris, Christus formam serui accepit, in qua claritatem diuinitatis absc̃ondit. Vnde Isai. 53. Non est species ei neque decor,&c. & absc̃onditus vultus eius,& despectus. Tertiò discit absc̃ódere virtutum & bonorum operum intentionẽ ab humano fauore. Matt. 13. Simile est regnum cœlorum, gloria, ideſt, cõuertatio iustorum, thesauro, ideſt, bono operi absc̃ondito in agro. ideſt in corde. Grego. Sic sit opus in publico: quatenus intentio maneat in occulto, vt de bono opere proximis præbeamus exemplum,& tamẽ per intẽtionem qua soli Deo placere cupimus semper optemus secretum. Triplex verò bonũ præcipuè debemus absc̃ondere à fauore hominũ. s. eleémosinã: orationẽ & iciuniũ. De primo. Matt. 5. Cùm facis eleémosinam noli tuba canere ante te: tuba tumoris & iactantiæ: sicut hypocritæ faciunt: vt videantur ab hominibus. Amẽ dico vobis receperũt mercedẽ suã. Te autẽ faciente eleémosinam nesciat &c. sinistra, ideſt intẽrio praua: dextera, ideſt dilectio pura: vt sit eleémosina tua in absc̃ondito &c. De secũdo Matth. 5. Et cũ orueris intra cubiculũ &c. ideſt secretum mentis & clauso ostio ora patrẽ tuum in absc̃ódito intentionis & reddet tibi. De tertio ibidẽ, cũ ieiunas: vnge caput tuũ: ideſt refice Christum operibus misericordiæ, quod tibi subtrahis mẽbris eius, ideſt pauperibus largiendo: & faciẽ tuã laua peccata cordis & sensuum lachrymis pœnitentiæ purgando: ne videaris ad hominibus ieiunans: sed patri tuo. Quartò datur velatum ratione imbecillitatis nostræ. Hoc enim exigebat imbecillitas hominũ, quod probatur tribus modis: primo à figura legali. Exodi. 30. Videntes filij Israẽl ex cõsortio domini cornutam faciem Moysi timuerunt propè accedere: vnde posuit velamen super faciem suam: quando loquebatur ad eos. Facies enim Moysi tam magnam recepit radiositatẽ ex frequenti & familiari appropinquatione ad diuinum lumẽ, quòd videbatur humanis oculis quasi cornuta, vnde nõ poterant claritatem vultus eius sustinere nisi velatam: sic nimirum, imo multo magis corpus Christi in resurrectione eius glorificatũ & spiritale ac Deiforme factũ nullus potest mortalibus inspicere oculis: nisi alia specie velatũ. Secũdò probatur ex hoc quod accidit matri Dei Mariæ quæ nõ potuit sustinere claritatẽ præsentiæ filij & gloriã, nisi esset obũbrata. Carne autẽ virginis velata maiestas spiritus sancti operatiõe facta est possibilis à virgine: & etiã à nobis videri: vnde verbũ caro factũ est. Sed carne illa post passionẽ per resurrectionẽ glorificata: & ad similitudinẽ Dei clarificata. secundum illud Io. 17. Clarifica me pater facta est impassibilis ab oculis mortalium in propria forma nuda videri: nisi esset velata aliqua specie visibili. Ecclesiastici. xj. Mirabilia opera altissimi & gloriosa & absc̃onsa & immensa. Exodi. 32. Nõ videbit me homo & viuet: scilicet in specie propria. Primæ ad Corinth. 13. Videmus nunc per speculũ. s. rationis & in enigmate: ideſt figura panis. Tertiò probatur idẽ ratione naturali: quæ est nimia dissimilitudo luminis oculi nostri ad claritatẽ luminis corporis Christi. Oculus enim noster angustus æger & corruptibilis est. Illius verò claritas incorruptibilis & quodãmodò immensa: vt dictũ est de informis. Hæc est enim ratio visibilitatis omnis luminis similitudo aliqua videntis ad lumẽ. Et quãto maior similitudo ad lumẽ maximũ: tãto limpidior & dulcior est visio. Hinc est, ꝙ sanus oculus potest aliquatenus videre nudũ corpus solis: & nõ corpus Christi: quia cũ illo habet aliqualẽ similitudinẽ luminis & corruptibilitatis: quã nõ habet corpus Christi. Nisi enim oculus ex aliqua parte cœlesti lumini similis esset, nequaquã illud videre posset: sicut nec auris: aut digitus: aut etiã oculus cæcus. s. propter nimiã dissimilitudinem. Quia ergo ob nostrã imbecillitatẽ & corporis Christi nimiam claritatẽ magnificatã, & vsq; ad incorruptionẽ roboratã nõ possumus videre dulciter oculo ad oculum dominici corporis claritatẽ, saltẽ oculo mẽtali: ideſt pura cordis intẽtiõe ipsum debemus respicere: secundũ illud Lucę. xi. Si oculus tuus simplex fuerit. i. intẽtio cordis pura: totũ corpus tuũ lucidũ erit, ad videndã claritatẽ Christi. Primę. 1oã. 3. Scimus quoniã cũ apparuerit similes illi erimus: & videbimus eũ sicuti est. Dignũ quidẽ videtur per superiores oculorũ fenestras veritatẽ intrare debere ad animam. Sed hoc nobis: o anima seruatur in posterum, cũ videbimus eum facie ad faciem. Et hæc visio erit vita æterna.

De forma donationis qua datur sub specie panis. CAP. IX.

VEnite comedite. Thema propriũ. Cibauit eũ pane &c. Glo. interlinearis, ideſt corpore Christi. Secũdò dat dominus corpus suũ sub specie panis propter tria. Propter collatã sibi præ cęteris cibis habilitatẽ. Sub vna enim alia specie cibi: tã respectu ministrãtiũ: quã accipientiũ posset actus exhiberi. Et hoc triplici cõsideratione. Primò scilicet quantũ ad inuentionẽ habilior est species panis quã cibi alterius: quia omni loco omni tempore facilius inuenitur quã alius cibus. Itẽ quantùm ad conseruationem habilior est: quia si debeat leuari, portari: siue custodiri cõmodius fit sub specie panis quàm cibi alterius. Psal. Iurauit dominus & non pœnitebit eum tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedẽch, qui nec oues: nec boues: nec capras: sed panem & vinum obtulit. Item quantũ ad administrationẽ habilior est: quia mũdius & honestius tractari potest, in altari melius diuidi, cõuenientius à sanis & infirmis sumi potest, quàm alius cibus. Secundò dat sub specie panis: propter faciendam signationis suæ cognitionem & fidem. Augustinus. Signum est res præter speciem quam ingerit sensibus: aliquod aliud ex se faciẽs in agnitionem venire. Signorum autem tria sunt genera: naturale: artificiale: sacramentale. Signum naturale secundum naturam significat: sicut fumus significat ignem: rubor cœli vespertinus significat futuram serenitatem. Matth. 16. facto vespere dicitis serenum erit: rubicundum est enim cœlum. Signum artificiale secundum impositionem hominis significat: & hoc est duplex. Aliud enim non cõtinet quod significat: vt circulus vini. Aliud continet quod significat: vt pluuiarum continet pluuias & significat eas: pastillum significat carnes & continet. Signa sacramentalia secundum impositionem Dei significãt: & sunt similiter duplicia. Alia enim non continent quod significant: vt sacramenta legalia: sicut serpẽs æneus erectus in heremo significabat quidem saluatorem: sed non continebat eum: sicut circulus suspensus ante domum significat vinũ, quod tamen non est contentum. Numeri. 21. Fecit Moyses serpentem æneum: & posuit eum pro signo: quem si percussi aspiciebant sanabantur. Sapien. xvi. Habentes signum salutis non per hoc quod videbant sanabantur: sed per te omnium saluatorem. Similiter agnus Paschalis & circuncisio significabant rem figuratam: sed non continebant: quia secundum se non iustificabant. Ad Roma. 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram Deo. Item alia sunt signa sacramentalia, quę etiam secundum impositionem significãt: vt sacramenta. Euangelica: sicut baptismus: & eucharistia. Hugo. Sacramentum euangelicum est materiale elementum foris sensibiliter propositũ ex similitudine repręsentans. & ex institutione significans: & ex sanctificatione continens aliquam gratiam spiritualem. Baptismus significat animæ purificationem: & continet eam: quia efficit quod figurat: scilicet remissionem peccatorum. Actuum secũdo. Petrus ait baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum. Similiter sacramentum altaris significat verè corpus Christi: & verè continet illud: quia post conseratẽ panis sub specie eius, ideſt sub illo signo panis quod Deus posuit ad significãdum corpus domini totus est Christus: sicut sub signo positiuo hominis, scilicet in pastillo sunt occultatæ carnes. Matth. 26. Accepit Iesus panem & benedixit & ait. Hoc est corpus meum significatum sub specie panis. Ioannis. 5. Filius hominis dabit vobis panem qui permanet in vitam æternam. Hunc panem significauit Deus. Igitur si cũ video signum positiuum hominis credo ibi sub tenui pane esse carnes: multo magis cùm video signum positiuum Dei: vt sacramentum altaris credere debeo ibi sub specie panis esse verum corpus Christi: propter rerum ibi significatarum similitudinem. Tres enim ibi res significantur, quarum species illa panis est sacramentum, ideſt sacrum signum expressam habens in se illarum similitudinem. Prima res ibi significata est naturale corpus domini: quod ibi continetur. Secunda res corpus eius mysticũ: quod ibi significatur: & nõ continetur. Tertia res est effectus sacramenti in anima fideli. Primò species panis primæ rei ibi significatæ: ideſt veri corporis Christi habet similitudinem non ratione suiſed ratione subiecti: quod habuit ante consecrationem, ideſt panis qui prius fuit. Sicut enim ex pluribus & puris granis conficitur: sic corpus Christi ex pluribus membris puris & immaculatis consistit. Cãticum. 7. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis. Exodi. 25. Arcam de ligr: is sethim compingite. Glosa. Arca corpus Christi significat. Hæc fit de lignis sethim imputribilibus: quia corpus Christi consistit ex membris purissimis: & ab omni vicio mundis. Secundò species panis secundæ rei ibi significatæ tenet similitudinem, ideſt, mystici corporis Christi significati, scilicet ecclesię: quæ est vnitas fidelium. Sicut enim ex multis granis puris cõficitur vnus panis: sic ex multis fidelibus puris à culpa mortali mundis & vinculo charitatis vnitis ecclesiastica vnitas consistit. Primæ ad Corinth. nono. Hic est sciendum: quòd in pane triplex vnio attenditur: per quam triplex fraternitas: siue causa & vinculum amoris: quod inter fideles esse debet: significatur. Primò grana nobilia & similia colliguntur. Secundò farina conspargitur per aquam & pasta conficitur. Tertiò vt panis solidus fiat igne decoquitur. Primum grana similia significant fraternitatem & amorem naturalem: quia omnes de vno: & primo parente sumus nati. Secundum scilicet pasta: quæ est farina aqua perfusa sacramentalem: quia vno sacramento baptismali sumus regenerati. Tertium scilicet panis igne solidatus spiritualem: quia vno spiritu, scilicet ad vnam Christianam religionẽ sumus congregati. De primo. Gen. vigesimosecundo Descenderunt fratres Ioseph: vt emerent frumenta in Aegypto: quia humiliauerunt se fideles: vt amorem naturalem omnium hominum acquiréret, Ecclesiasti. 13. Omne animal diligit sibi simile: & omnis homo diligit proximum suum. De secundo primæ ad Corinth. 5, Sitis noua conspersio: sicut estis azimi, ideſt vnum quid per dilectionem sacramentalem. Primæ. Io. 4. Hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deum: diligat & fratrem suum. De tertio Exodi. xij. Coxerunt farinam conspersam & fecerũt panes. i. perfecerũt vsque ad dilectionẽ spiritualẽ. Io. 14. Hoc est præceptum &c. Augustinus. Non autẽ carnalis, sed spiritualis &c. Ter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rò species panis secundum quod erat panis: habet in se similitudinem tertiæ rei ibi signatæ, id est effectus sacramenti in anima fideli. Sicut enim panis tria facit, scilicet confortat, satiat, vitam conseruat, sic panis sacramenti animam fidelem confortat ad peccatum dimittendum, satiat ad fastidium mundi faciendum: in vita conseruat ad Deum semper laudandum. De primo Psalm. Panis cor hominis confirmet ad omne vicium demancendum. Vnde Psalm. Diligam te domine &c. qui scilicet præcinxisti me virtute ad bellum. De secundo Psalm. Pane cœli saturauit eos. Ad mundi fastidium faciendum. Prouerb. 27. Anima saturata calcabit fauum. De tertio Eccl. 33. Panis egentium, vita pauperum est. Ad Deum laudādum, scilicet semper. Psalm. Lauda anima mea dominum &c. Secundi Paralypo. in fine. Laudabo te domine semper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cœlorum.

De forma donationis qua datur sub specie panis triticei.

CAP. X.

VEnite comedite, thema proprium. Conuertentur & viuent tritico. Osee. 14. Vel aliud simile de frumento vel tritico. Tertiò circa formam donationis corporis considerandum est, quòd dominus dat illud sub specie panis triticei, & non alterius: & hoc propter tria. Primò propter huius grani præ cæteris naturalem nobilitatem. Quod probatur à tribus: quia hoc granum est purissimum: quia ad panem communissimum: quia ad panem maximè nutritiuum. Primò granum tritici est maximè purum: quia hæc species sola inter alias attingit complementum, id est summam puritatem. Nam vt dicunt Alchimici, id est aurifices. In speciebus quibusdam licet multæ species esse videantur, tamen vna est quæ attingit complementum, & aliæ sunt differentes ab ea quibusdam ægritudinibus, sicut patet de auro. Nam omne metallum purgatione materię in aurum dicunt transmutari. Sic etiam videmus de granis, quod bonitate terræ purgatur siligo & in triticū nobilitatur. Et ideò simpliciter & absolutè panis triticeus est panis: propter excellentiæ puritatem, siue nobilitatem. Secundò granum tritici est ad panē communissimum: quia competit sanis & infirmis, imò omni animali panem comedenti. Auibus, vt patet in columbis, bestiis, vt catulis magis competit panis triticeus: quia libentius eo vescuntur, & ideò panis triticeus verè est panis, propter communis conuenientiæ nobilitatem. Tertiò granum tritici est ad carnē maximè nutritiuum: quia puritate naturali, & competibilitate cōmuni, & viscositate sui maximè membris adhęret nutrimentum exinde sumptum: & quòd ad hæc tria, maximè nutrit & confortat: & sic panis triticeus est purus, & granū eius præcipuę nobilitatis propter cōmunis conuenientiæ nobilitatem. Et hac ratione congruū est, vt nobilissimū corpus quasi nobilissimus panis filiorum Dei detur filiis sub specie nobilissimi panis. Secundò dat corpus suum sub specie panis triticei, propter fidelium discretam in eo significationem: sicut enim triticum secundum triplicem statum habet considerari, sic fidelium vniuersitas in tres status solet distingui. Tertium autē consideratur secundum quod stat in agris: vel secundum quod grana separantur à paleis: vel secundum quod iam purgata locantur in granariis. Similiter inter fideles tres differentiæ sunt, incipientium, proficientium, perfectorum. Primi, significantur per triticum stans in agris. Secūdi per grana quæ purgātur à paleis. Tertij per grana purgata quæ locantur in granariis. Primi desiderāt doctrinā prædicatorū. secundi frequētem purgationem. tertij ęternam requiem beatorū. De primo. Ioan. 37. Frumentum desiderat nubes, & nubes spargūt lumen suum, quæ lustrant cuncta per circuitum Gregorio. electi sunt frumentum Dei cœlestibus horreis recondendi. frumentum nubes desiderat: quia electus quisque præsentiam sanctorum prædicatorum exoptat lumen spargunt: quia prædicatores sancti exępla vitæ & bene agendo & loquendo dilatant. Nubes autem cuncta per circuitum lustrant: quia prædicationis luce mundi fines illuminant. De secundo. Iudicum 6. cùm Gedeon excuteret & purgaret frumenta in torculari, vt fugerent Madiam, apparuit ei angelus domini. Gedeon electum quémque significat: qui cum vmbra sanctæ crucis rectitudine iudicij: confessionis virga, quasi cor suum à viciorum paleis sequestrat: cōsolatio eum diuina contra tentationes dęmonum confortat. Ecclesiastici 2. Qui timent dominum præparabunt corda sua: & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. De tertio. Iob. 5. Increpationem domini ne reprobes & ingredieris in abundantia. Sepulchrum, id est locum in regno Dei præparatū: sicut infertur aceruus tritici in tempore suo, id est certa multitudo beatorum. Luc. 3. Veniet fortior me post me: cuius ventilabrum in manu sua, & congregabit triticum in horreum suum. paleas autem, comburet igni inextinguibili. Tertiò dat corpus suum sub specie panis triticei, propter corporis sui expressam similitudinem. Triticum enim potest considerari tribus aliis modis, scilicet vt iacens in aceruo, vt cadens in agro, vt in panis complemento. Penes primum modum significat corpus Christi in virgine conceptum: penes secundum, vt in mundo pro nobis passum: penes tertium, vt in cœlo glorificatū. In primo mater Christi multum honorificatur: in secundo peccator liberatur: in tertio beatus delectatur. De primo Can. 7. Venter tuus sicut aceruus tritici, venter est corpus beatæ virginis. Luc. 11. Beatus venter qui te portauit. aceruus tritici, munda membra Christi: vt conseruata in vtero virginali, lilia, decor omnimodæ castitatis, quo ornantur membra & sensus beatæ virginis. De secundo. Ioan. 12. Nisi granum frumenti &c. vsque multum fructum affert. Christus enim per mortē suam genus humanum de æterna morte liberauit. Ad Romanos quinto. Cōmendat suam charitatem Deus in nobis: quoniam cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Ex hoc quòd dominus dicit se granum frumenti, habet ecclesia quòd sub nulla specie alia consecrat corpus Christi. De tertio. Zach. 9. Quid bonum eius, & quid pulchrum: nisi frumentum electorum: quia panis pulcherrimus dulcissimus & nobilissimus est corpus Christi in gloria beatorum. Hinc sciendum, quòd beati habebunt in eo triplex bonum: omnium deliciarum præparationem, omnium desideriorum impletionem, omnium bonorū securam & æternam fruitionem. De primo. Gen. 49. Aser pinguis panis præbebit delicias regibus. Psalm. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Sap. 15. Paratum panem de cœlo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Primę Corinth. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit &c. De secundo. Psalm. Lauda Hierusalem dominum &c. & adipe frumenti satiat te. Item benedic anima mea dominum. Iere. 31. Inebriabo animam sacerdotis pinguedine & populus meus bonis meis adimplebitur. Sap. 16. Sapientiā tuam & dulcedinem quam in filios habes ostendebas & deseruiēs vniuscuiúsque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. De tertio Luc. 14. Beatus qui manducat panem in regno Dei, scilicet propter omnium bonorum securam sine fine fruitionem. Isa. 62. Iurauit dominus in dextra sua. Si dedero triticum tuum vltra cibū inimicis tuis: & si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti: qui congregant illud comedent: & qui comportant illud bibent in atriis sanctis meis. Hic comedunt mali cum bonis: ibi erunt mali sub æterno interdicto & boni securo & æterno Christi conuiuio. Psalm. A dimplebis me lętitia.

De tribus mirabilibus quę fiunt in consecratione.

CAP. XI.

VEnite comedite &c. thema proprium. Mirabilia opera tua & anima mea cognoscet nimis. Vel aliquid simile de mirabilibus operibus Dei, vel de signis. Tertium principaliter notandum circa dominici corporis sacramentum, sunt mirabilia diuinæ operationis tanquàm signa siue mirabilia diuinæ virtutis. Hæc mirabilia signa diuinæ operationis consideranda sunt in tribus. In dominici corporis consecratione. secundò in eiusdem possessione, tertiò in perceptione. Primò enim corpus consecramus, secundò possidemus. tertiò percipimus. Primò in consecratione considerandа sunt & credenda tria mirabilia signa diuinæ operationis. Primum, quòd ibi sub specie panis est verum corpus Christi. secūdum, quòd tota substantia panis mutatur in corpus Christi. tertium, quòd mutatur in corpus Christi tota substantia panis, ita tamen quòd manent accidentia panis. Primum est mirabile, secundum mirabilius, tertium mirabilissimum. De duobus primis hic potest dici, de tertio in sequenti. Primum mirabile signum in consecratione sacramenti altaris est, quòd ibi sub specie panis est verum corpus Christi, quod de virgine sumpsit. Et hoc probatur tribus modis. Primò probatur testimonio fide dignorum. secūdò testimonio signorum positiuorum. tertiò demonstratione miraculorum. Primò probatur primum mirabile, testimonio fide dignorum, secundum quod lex dicit. Deutero. 19. In ore duorum aut trium &c. Audiūtur ergo testes veraces & idonei sufficientes. Augustinus. Accedit verbum ad elementum & fit sacramentum. Hoc est Dei verbum institutum à Christo profertur super panem: & mox fit sacrum secretum, scilicet corpus saluatoris sub specie panis. Item Augustinus. Hoc est quòd omnibus modis probare contendimus sacramentum ecclesię duobus constare, visibili elementorum specie, & inuisibili carne Christi & sanguine, sicut persona Christi constat ex Deo & homine. Ambro. Panem istum quem sumimus in mysterio, vtiq; intelligo qui manu sancti spiritus formatus est in vtero virginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorū factus est cibus hominum. Grego. Magnum atque pauēdum est mysterium: quia aliud videtur, aliud intelligitur. Figura panis & vini videtur & faciente domino corpus & sanguis Christi intelligitur. Eusebius. Verè vnica & perfecta ecclesiæ hostia, fide estimanda non specie, neque exteriori censenda visu, sed interiori intellectu. Vnde cœlestis confirmat authoritas. Accipite & comedite &c. Recedat ergo omne infidelitatis dubium: quia qui author muneris, ipse est testis veritatis. Secundò probatur idem ratione signorum positiuorum: ratio autem eorum est rem ita esse vt signum. Est autem signum duplex, scilicet hominis & Dei: hominis artificiale, Dei sacramentale.

tale. Signum positiuum hominis: secundum impositionem hominis significat: & est duplex. Nam aliud non continet, quod significat: vt circulus vini: aliud continet quod significat, vt pastillum quod significat carnes: & continet carnes intus absconditas. Similiter signum positiuum Dei quod est in sacramentis secundum impositionem Dei significat: & est etiam duplex. Nam aliud non continet quod significat: vt sacramenta legalia: quæ non efficiunt quod figurant: sicut agnus Paschalis & similia. Et aliud continet quod significat, vt sacramenta euangelica: sicut eucharistia. Significat enim secundum impositionem Dei rem sacram, scilicet corpus Christi: & continet illud. Vnde ait. Hoc est corpus meum: signum māsit foris, scilicet species panis & intus erat corpus saluatoris. Ecclesiasti. tertio. Inuoca signa & immuta mirabilia: quasi diceret. Quia vetera signa non continebant gratiam quam figurabant, fac noua: quæ continent quod figurant. Augusti. Ideò dicuntur sacramenta: quasi sacra rei signa: quia in eis aliud videtur: aliud intelligitur. Quod videtur speciem habet corporalem, quod intelligitur fructū habet spiritualem. In specie enim panis & vini quam videmus res inuisibiles carnem Christi & sanguinem honoramus. De hoc suprà sermone nono circa medium. Tertiò probatur idem demonstratione miraculorum. Exod. trigesimoquarto. Signa faciam quæ nunquàm sunt visa vsque opus domini terribile. Paschasius. Nemo qui sanctorum vitas & exempla legerit: ignorat, quòd sæpè corporis Christi & sanguinis sacramenta: aut propter dubios: aut certè propter ardentius amātes visibili specie in agni vel pueri forma: aut in carnis & sanguinis colorem monstrata sint, vt quòd latebat mysterio: patesceret in miraculo. Beato enim Basilio in die Paschę mysteria celebrāti. Hebræus quidam se sicut Christianus populo commiscuit officij, volens explorare mysterium. Qui vidit infantē parturi in manibus Basilij & communicantibus omnibus venit ipse: & data ei hostia verè caro est facta. Et seruans reliquias abiit in domum suam ostendens vxori suæ narrans quæ propriis oculis viderat. Credens ergo ait. Verè horribile & admirabile est Christianorum sacramentum. In crastino venit ad Basilium & baptizatus est cum omni domo sua. Item quidam presbyter erat Aegidius nomine religiosus valdè. Qui cùm sanctam duceret vitam cœpit pijs precibus pulsare Deum: vt sibi monstraret naturam corporis & sanguinis domini. Venit ergo dies vt idem more solito diuina celebraret. Et post agnus Dei procūbens genibus creator inquit & redemptor omnipotens Deus pande mihi exiguo in hoc mysterio naturam corporis Christi: vt mihi liceat eam prospicere in forma pueri quem olim sinus matris tulit vagientem. Et ecce angelus de cœlo veniens affatur. Surge propere ibi vis Christum videre. Adest præsens corporeo vestitus amictu quem sacra pura gessit. At presbyter pauidus surgens vidit super aram puerum sedentem. Cui angelus. Quia Christum videre placuit quem sub specie panis verbis sacrasti mysticis. nunc oculis inspice & tracta manibus. Tunc cœlesti lumine sacerdos fretus, quòd mirum dictum est in vlnis tremētibus puerum accepit & pectus proprium pectori Christi adiunxit: deinde perfusus in amplexus dat dulcia Deo oscula: & suis labijs præsit pia labia Christi. Quibus ita peractis restituit puerū in altari: & rursus humi prostratus deprecatur dominum, vt dignetur ipse verti in speciem pristinam. Et surgens inuenit corpus Christi remeasse in formam priorem: & sic sub specie debita communicauit eidem. Secundum miraculum in consecratione sacramenti altaris est, quòd substantia panis mutatur in corpus Christi, quod sumpsit de virgine: & hoc fit potestate verbi Dei. Quod probatur tribus modis fieri posse, à potestate simili: à minori. à maiori. Primò à potestate simili, quia verbum Dei substantiam vnam in aliam commutauit. Hinc legitur Ioan. secundo, quòd dominus ad nuptias aquam in vinum commutauit: sicut ergo potuit ibi: potest & hic. In similibus enim simile est iudicium: vbi similis præcipit virtus, similis obedit effectus. Secundò probatur à minori: eò quòd res quæ minus possunt: quàm verbum Dei vnam substantiam mutant in alteram. Vnde sciendum, quòd prouidentia Dei mutationes rerum tribus modis fieri voluit: præter quas verbo Dei facit, arte: natura: gratia. Ars enim hominis vnam substantiam mutat in aliam: vt patet in vitrifice, qui vilem cinerem mutat in præclarum & nobile vitrum. Ergo multo magis virtus verbi Dei potest panem in corpus eius & vinum in sanguinem commutare. Ecclesiastic. 8. Sermo Dei potestate plenus est: nec dicere ei quisquam potest, quare ita facis. Eusebius. Inuisibilis sacerdos: visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguis sui, verbo suo secreta potestate facit & commutat. Item natura vnam substantiam mutat in aliam: sicut in vite aqua mutatur in vinum: & opera pum succus florum per secreta naturæ mutatur in fauum. Similiter in nobis ipsis panem quem manducamus quotidiè per naturam mutatur in carnem: ergo multo magis virtus verbi Dei mutare potest panem in substantiam corporis sui. Item gratia hominis mutat vnam substantiam in alteram. Hinc Moyses per gratiam specialem mutauit virgam in serpentem: & aquam in sanguinem: ergo multo magis virtus verbi Dei potest mutare panem in corpus suum: & vinum in sanguinem. Ambro. Virgam tenuit Moyses: & proiecit in terram: & facta est serpens: & sic vides prophetica gratia mutatam esse naturam & maioris esse potentiæ gratiam: quàm naturam. Quia si tantùm valuit benedictio humana: vt naturam conuerteret: quid dicemus de ipsa consecratione diuina: vbi ipsa verba saluatoris operantur. Si ergo quæris: quomodò potest quod panis est fieri corpus Christi? Respondeò consecratione: quæ fit Christi sermone. Tertiò probatur idem à maiori: quia verbum Dei multo facit maiora: & facere potest quàm quòd panem in corpus Christi mutet. Vnde in principio erat verbum: vsque omnia per ipsum facta sunt. Ambro. De totius mundi operibus legitur, quòd ipse dixit: & facta sunt &c. Sermo ergo qui potest facere ex nihilo quod non erat: non potest ea quæ sunt mutare in id, quod non erat? Non enim minus est dare rebus nouas: quàm mutare naturas: & sic quod erat panis ante consecrationem iam corpus Christi factum est post consecrationem: quia sermo mutat creaturam. Cùm itaque irrationalis creatura & inanimata scilicet panis mutatur in melius, scilicet in corpus Christi virtute verbi Dei: mirum quòd peccator homo nec multis verbis: nec beneficijs: nec comminatione: nec promissione conuerti potest de mala vita in bonam.

De tertio mirabili quod fit in consecratione.

CAP. XXII.

VEnite comedite &c. Thema proprium. Mirabilia opera tua &c. Tertium mirabile: imo mirabilissimum signum in consecratione sacramenti altaris est, quòd mutatur in corpus Christi tota substantia panis: sic tamen quòd manent panis accidentia: id est color, sapor, & huiusmodi Christi corpus circunstantia & nostris sensibus obiecta. Quòd enim in consecratione mutatur panis in corpus Christi: iam probatum est: & quòd manent humanis sensibus accidentia patet. Talis mutatio est supernaturalis: & dicitur propriè conuersio siue transubstantiatio: quia similis ei per omnia non inuenitur in natura. Quia tamen ita fieri possit in hoc sacramento, triplici potest ostendi similitudine. Prima similitudo quòd substantia panis possit mutari: ita quòd accidentia maneant, tumitur de gratia prophetali. Hinc est quòd. 4. Regum secundo. Helisęus misit sal in aquas amaras: & conuersæ sunt in dulces. In qua conuersione quatuor considerāda sunt, scilicet continens & contentum: operans & operatum. Continens est illa species siue claritas exterior: contentum, amaritudo interior: quæ transit atque mutatur in quartum, scilicet operatum, idest in dulcedinem: & hoc per tertium, scilicet operans, idest per gratiam prophetalem. Sic est quodam modò in mutatione panis in corpus Christi. Primum, scilicet continens: idest species panis exterior manet. Secundum scilicet cōtentum, idest substantia panis mutatur in quartum, scilicet in corpus Christi: & hoc per tertium: scilicet operans, idest per verbū Dei. Secunda similitudo eiusdem sumitur à conuersione spirituali. De qua primo Regum decimo: dicit Samuēl ad Saul: qui significat peccatorem. Insilibit in te spiritus domini & mutaberis in virum alium: in qua conuersione, siue mutatione quatuor iam supradicta considerāda sunt, scilicet continens & contentum: operans & operatum. In statu enim peccati noster homo exterior pulcher & sanus, sed homo interior amaritudine & peccati veneno plenus est & ægrotus. Hic dum per spiritum Dei conuertitur specie corporis manente exterior amaritudo & langor peccati interior in dulcedinem & sanitatem gratiæ commutatur. Primum, scilicet species corporis exterior manet: secundum, scilicet amaritudo peccati interior transit in quartum, scilicet dulcedinem gratiæ: & hoc per tertium, scilicet per spiritum Dei: & sic fit vt dictum est in consecratione corporis Christi. Eugenius ad quendam conuersum. Quanta & quā celebranda beneficia vis diuinæ bonitatis operatur: & quòd non vbi nouum & impossibile esse debeat: quòd in Christi substātiam terrena conuertuntur: teipsum interroga: qui præterita vilitate depositā subitò nouam indutus es bonitatem: in exteriori nihil additum, totum est in interiori mutatum. Tertia similitudo eiusdem sumitur de mutatione naturali. Videmus enim quòd oua ponuntur sub aue: vt sub gallina: vel sub columba: & per naturam mutantur in carnem: imo in auiculam viuam. In hac mutatione similiter illa quatuor quæ iam dicta sunt possunt inueniri. Ibi enim est continens: scilicet testa: quasi species oui exterior: & contentum, scilicet vitellum quasi substantia oui interior: & operans, scilicet natura: & operatum: scilicet caro pulli. Primum scilicet testa species exterior manet, secundum vitellum siue substantia interior transit & mutatur in quartum: scilicet in corpus pulli viui: & hoc per tertiū, scilicet operantem naturam. Et mira similitudo, quia diebus aliquibus integra exterius videtur: quasi adhuc sit ouum, quòd non est ouum: sed viui pulli integrum corpus testa velatum; sicut ergo in hac re columba per naturam: sic in sacramento altaris spiritus, scilicet per suam omnipotentem virtutem. Si ergo sub aue po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis vnum vel duo vel plura oua: vertit ea per naturam interius in carne testa manente exterius: quanto magis vnam hostiam panis, vel plures in altari manente specie panis exterius, spiritussanctus eas repentè interius in corpus Christi sua virtute conuertit. Nota versus de corpore Christi: de hoc quòd dicit de substantia panis: non quòd sit materia corporis Christi: sed quòd panis conuertitur in corpus Christi. Corpus de pane: corpus de virgine natum. Primum conuersum: sed materiale secundum. Hic moraliter notandum est, cùm irrationalis creatura. scilicet panis per verbum Dei & spiritus eius in melius conuertitur quanta sit peccatoris duritia, qui muleis verbis & spiritussancti operationibus ad conuersionem non perducitur. Ieremias quinto. Indurauerunt facies suas supra petram: & noluerunt reuerti. Hæc induratio finalis impœnitentia est. Cuius triplex est causa. Prima, longa consuetudo peccandi. secunda, incredulitas de iustitia Dei. tertia, seductio inimici. De primo Sapientiæ decimoquarto. Inualescente iniqua consuetudine, error tanquàm lex custoditus est. Ieremias decimotertio. Si potest æthiops mutare pellem suam. aut pardus varietates suas, & vos potestis bene agere cùm didiceritis malum. Glo. Consuetudo peccandi quodammodò in naturam transit. Sed quòd hominibus impossibile est, Deo possibile est vt non æthiops vel pardus: longeui scilicet peccatores suam naturã per se mutare videantur: sed Deus qui in illis operatur. August. Vocabas me domine & suspirabam ligatus non ferro alieno: sed mea propria voluntate. Velle enim meum tenebat inimicus: & inde cathenam fecerat & constrinxerat me. Quippe ex voluntate peruersa facta est libido: & dum seruitur libidini, facta est consuetudo: & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. De secundo. Sopho. primo. Visitabo super viros desixos in fecibus suis, qui dicunt in cordibus suis, non faciet bene dominus: & non faciet malè. Gloss tollunt domini prouidentiam, putantes quòd nec bonis bona: nec malis mala possit reddere sed omnia casu regantur. Psal. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus iustus iudex qui iudicat peccata. Vnde sequitur. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. De tertio Oseæ quinto. Non dabunt cogitationes suas vt reuertantur ad dominum: quia spiritus fornicationis in medio eorum & dominum non cognouerunt. Quasi diceret: quia spiritus malignus obsedit eos & excæcat vt dominum non agnoscant & promissionibus falsis seducit, ideò conuerti non possunt. Ecclesiastici vigesimonono. Repromissio nequissima plurimos perdit. Gene. trigesimoquarto. Egressa Dina vt videret mulieres religionis illius. Et vidit eam Sichen princeps terræ, id est diabolus: adamauit: rapuit: dormiuit cũ ea: & conglutinata est anima eius cum ea: tristémque blandicijs delinuit: quia mundi prospera peccata leuia. longam vitam falsè promittit. Tertij Regum vigesimosecundo: Dicit Micheas. Egressus spiritus ait: ego decipiam Achab. Aggrediar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius qui dicebant regi. Ascende in Ramoth Galaad: & vade prosperè: & tradet dominus inimicos tuos in manus tuas: & in hoc est deceptus. Ingressus enim prælium: quidam percussit eum casu sagitta inter pulmonẽ & stomachum: & grauiter vulneratus mortuus est vesperi.

De tribus mirabilibus quæ considerantur in corporis possessione.

CAP. XIII.

VEnite comedite. Mirabilia opera tua &c. Hic est dicendum est de tribus mirabilibus quæ fiunt virtute & perfectione consecrationis: & attenduntur in eiusdem possessione & post consecrationem nobiscum habemus. primum mirabile signũ est, quòd in possessione dominici corporis: magna res. scilicet corpus domini contenetur sub tã parua specie panis. Cuius assignatur triplex ratio. Prima ratio est demonstratio magnitudinis sapientiæ artificis tantæ rei scilicet spiritussancti. Videmus enim quòd artifices quanto sunt in arte sculpendi peritiores: tanto sculpunt imagines subtiliores. Vnde si artificibus ostenditur gemmæ vel metalli materia valde parua. & rogetur in ea imago fieri subtilissima, minus subtilis artifex respondebit quòd eam facere non possit. Quia maximè subtilis in arte facilè facit. Sic ad demonstrandam sapientiam spiritussancti, sub minima specie sacramenti facilè esse facit totũ corpus Christi. Hinc Sapien. 7. Spiritussanctus dicitur esse subtilis. Non enim potest ei tam subtilem partem panis proponere in altari, quin sciat & possit eam in verum corpus Christi conuertere. Damasc. Quomodò fiet hoc: ait virgo: quoniam virum non cognosco. Respondit. Spiritussanctus superueniet in te &c. & tu quæris quomodò panis fiat corpus Christi. Et ego dico tibi spiritussanctus superueniet: & ipse faciet hæc: quæ super naturam sunt: & super intelligentiam. Secunda ratio ad idem est similitudo potentiæ Christi cum potentia Dei. Quicquid enim potest Dei filius per naturam: hoc potest filius hominis propter personæ vnitatem. Mathæi. vltimo. Data est mihi omnis potestas &c. Ambrosius super illud. Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur. Non ideò erit magnus, quòd ante partum virginis magnus non fuerit: sed quia potentiam quam Dei filius ante tempora naturaliter habuit, hic erit ex tempore accepturus: quia sicut in vnam personam. ita in vnam potentiam conueniunt Dei filius & hominis. Sed Dei filius verbum patris illam habuit potentiam, quòd minima parte corporis opere spiritussancti de virtute separata se vestiuit: & illi se inclusit secundum illud. Verbum caro factum est. Ergo similem potestatem dedit homini Christo. scilicet vt posit facere corpus suum esse sub mina panis specie. Psalm. Dominus in Syon magnus. Syon interpretatur speculum: vt dicit Papias: & August. Et dubium non est, quòd magna imago tã expressè tam integrè apparet in paruo speculo: sicut in magno. Magnus ergo dominus in Syon. id est, in speculo esse dicitur: quia verum corpus Christi tam integraliter esse sub parua specie panis: sicut sub magna rectè creditur. Tertia ratio ad idem, est sufficiens causa ad finem sacramenti. Finis sacramenti est animam fidelem spiritualiter cibare. & contra malum: & ad bonum confortare. Causa huius efficiens est corpus Christi: & id potest tam plenè esse sub specie panis parua: sicut sub magna: quia sub vtráque æqualiter vnitum est Deo: ex quo fluit omnis virtus in sacramento. Quantacúmque enim parua sit species illa panis, ibi est totum corpus Christi per conuersionem: sanguis per connexionem: anima per coniunctionem: & diuinitas integra per vnionem. Vnde certum est quòd habet plenam rationem cibandi spiritualiter: & confortandi animam. Exod. decimosexto. Qui minus collegerat, non repperit minus de manna quàm qui plus collegerat. Hyarius. Vbi pars corporis, id est minima pars sacramenti: ibi est & totum corpus. Eadem enim ratio est in corpore domini: quæ in mã: quod in eius figura præcesit. de quo dicitur. Qui plus collegit, non habet amplius: neque qui minus parauerat, habuit minus. Nó enim æstimanda est quantitas in hoc visibilis. sed virtus spiritualis: vnde qui multum vel magnum panem consecrat, non habet amplius quàm verum corpus Christi ad salutem suam. Secundum signum mirabile est, quòd vnum & idem corpus est in pluribus locis: in pluribus hostijs. in pluribus portionibus. Et hoc probatur tribus modis. primò per prophetam Malach. primo, ad Iudæos. Non est mihi voluntas in vobis ait dominus: & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum nomen meum in gentibus: & in omni loco sanctificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Ecce loca plurima exprimit: & vnam oblationem mundam, fidelium dicit. Exod. vigesimo. In omni loco in quo fuerit memoria nominis mei, veniam ad te & benedicam tibi. Memoria nominis domini sacrificium est altaris. scilicet corpus Christi: quod fieri iussit in commemorationem eius. hoc fit in multis locis: & in hoc venit vnus dominus ad benedicendum nobis. Secundò probatur hoc per manifestam rationem. quæ est quòd filius hominis participat potentiam filij Dei: propter personę vnitatem. Ambrosius. Sicut in vnam personam: ita in vnam potentiam conueniunt Dei & hominis filius. Vnde sicut Dei filius est essentialiter in omnibus rebus: ita dedit filio hominis vt corpus eius sacramentaliter esse posit in pluribus locis. August. Intelligendum est corpus Christi esse in vno loco, id est, in cœlo, vbi ascendit ad dextram patris, id est visibiliter in forma humana. Veritas tamen eius, id est diuinitas, vbique est. Veritas etiam eius, id est, verum corpus in omni altari sacramentaliter est vbi celebratur. Innocentius tertius. Disposuit cœlestis altitudo consilij: sicut tres personæ sunt in vnitate essentiæ. scilicet pater & filius & spiritussanctus: ita tres essent substantię in vnitate personæ, scilicet diuinitas Christi corpus, & anima. Cùm ergo Christus secundam naturam diuinam tribus modis existeret in rebus, scilicet in omnibus per essentiam: in solis iustis per gratiam. in homine assumpto per vnionẽ: voluit vt idem ipse. secundam humanam naturam etiam tribus modis existeret. In cœlo localiter: in verbo personaliter: in altari sacramentaliter. Vnde sicut secundum diuinitatem essentialiter est in omnibus rebus: ita secundum humanitatem sacramentaliter totus est in pluribus locis. Tertiò probatur idem per visibilem similitudinem: quæ cunctis in speculo declaratur. Nam si faciei tuę plura proponas specula, in omnibus equaliter & integraliter vna apparebit facies: & si vnum speculum in plura frusta etiam parua confringas, perfecta tua facies in singulis erit. Et licet speculum infringatur in plura, facies tua tũ manet in omnibus vna nec mutatur. Sic est reuera in sacramento Christi, qui speculũ dicitur & imago bonitatis illius. Si ergo speculum, id est, forma panis in partes plures diuidatur, in singulis erit vnita Deo. ideò est verum corpus Christi. Hyeronimus. Singuli fidelium accipiunt Christum totum. & in singulis portionibus totus est: nec per singulos minuitur: sed integrum se præbet in singulis. Tertium mirabile est, quòd corpus domini licet sit in pluribus locis vel hostijs aut portionibus, tamen per partes non est diuisum: sed manet in se integrum & coniunctũ, Primę Corin. 1. Diuisus est Christus: quasi diceret nõ est diuisus: quia licet sit in cœlo localiter: in corde iusti spũaliter: in multis locis sacramẽtaliter: tũ manet in se coniũctus. Et est huius mirabilis rei ratio ineffabilis vnio hominis & verbi. Vnde sicut verbũ Dei vbiq; est: & totũ replet cœlũ & mundũ manens indiuisum: sic dedit corpori: quod assumpsit de virgine & dedit Apostolis. Diuinitas enim quæ vbique est: replet illud & contĩgit & facit: vt sicut ipsa vna est, ita veritas corporis Christi vnũ corpus sit in veritate. Aug. Quãdo mãducamus Christũ partes de illo non facimus: sed in sacramento fit hoc vnusquisque quod accipit. Accipit vnusquisque partem suam in sacramẽto, & manet totus integer in seipso. Manet integer totus in cœlo: manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem quãdo venit in virginem: implevit illam: non recessit ab illo. Venit in carnem: vt eum homines manducarent, & manebat integer apud patrem: vt angelos pasceret. Rogãdus est ergo dominus: licet simus corporaliter ab inuicem diuisi, vt simus semper spiritualiter in charitate coniuncti, & dignè nos pascat suo in præsenti sacramento: & plena cum angelis sui visione in futuro. Amen.

De tribus mirabilibus in corporis Christi perceptione.

CAP. XXIIII.

VEnite comedite &c. Mirabilia opera tua &c. Hic est dicendum de tribus vltimis considerandis in corporis Christi perceptione. Primũ mirabile est quòd corpus domini dum manducatur non minuitur. Et hoc est contra hæreticos qui dicunt si corpus domini omni monte maius esset, iam diu clerici illud consumpsissent. Hucius tam mirę rei, scilicet incõsumptibilitatis corporis Christi in mãducatione triplex est ratio. Prima ratio est quotidiana potestas cõsecrandi: nam quia omnibus diebus & omnibus fidelium locis & sub tot hostijs quot sufficiant fidelibus: verum & vnicum corpus Christi ex præcepto eius conficere possumus. Idcircò dum illud manducamus consumere vel minuere non valemus. Sicut enim in nobis causa salutis æternæ semper manet effectus illud manducandi: sic & potestas & effectus conficrandi, & cùm iam consecratum manducamus, nequaquam illud minuimus: quia quòd semper in se veraciter integrum perseuerat, ne sacramentaliter in ecclesia possit deficere semper consecrando in forma panis: quasi sacramentum nutriendo & renouando conseruamus. Quod pulchrè figuratum est in panibus propositionis. Exod. 25. Pone super mensam meam panes propositionis in conspectu meo semper. Et quomodò, dicitur Leuit. vigesimoquarto. Accipiens panes duodecim: & statues eos super mensam meam, vt sint panes in monimentum oblationis domini per singula sabbata mutabuntur fœdere sempiterno. Similiter de igne dicitur. Leui. 6. Ignis in altari meo semper ardebit. Quę nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies. Ignis ille nunquàm deficiet in altari: sed mensa illa Iudæorum cum panibus & ignis cũ altari deficit. Quid ergo? mentitus est Deus? Absit: sed vmbra deficit in synagoga: veritas manet: nec deficit in ecclesia. Sacerdos enim noster semper sacramentũ altaris consecrando nutrit: & corpus Christi: quod in illo semper idem est nunquàm mandu- catione fidelium deficit. Secunda ratio est incorruptibilitas vera corporis huius: quod surrexerit glorificatũ immortale immutabile: & impassibile: nec potest corrumpi. Psal. Non dabis sanctum tuũ videre corruptionem. Vnde cũ illud manducamus: non sicut alius cibus corrumpitur, nec mutatur in corpus nostrum: sed influit no bis sine corruptione sui spirituale nutrimentum. Hoc figuratur tertio Regum. 17. Vbi pugillus farinæ non deficit in domo viduæ per multos dies cibans familiam totam: iuxta verbum Heliæ. Augusti. Qui manducat me dicit dominus viuet propter me. Quãdo enim manducatur hic panis vita manducatur: nec occiditur: quando mãducatur non occiditur: sed mortuos viuificat. Viuit manducatus: quia surrexit occisus. Hinc etiam lapidi precioso cõparatur: de quo virtus exit: vt santasmata fugandi vel inflationes sedandi: vel alia fine diminutione sui. Deute. trigesimosecundo. Constituit hominem vt surgeret mel de petra: oleúmque de saxo durissimo. Petra autem erat Christus. Primæ Corinth. decimo. Sicut ergo gemma virtutem suam effudendo non minuitur: sic corpus domini nos pascendo non minoratur. Tertia ratio ad idem infinita causa pascẽdi. Qui enim ad eũ accedere possunt passum sufficienter inueniunt. Hinc fons & lux vera dicitur. De, primo Gen. secundo. Fons ascendebat à terra, id est Christus. Dicit Glos. Irrigans vniuersam superficiem terræ: id est inspirans cordi vtilia & honesta. Iere. secũdo. Derelinquerunt me fontem aquę viuę. de secundo. Io. primo. Erat lux vera &c. Sicut ergo fons terram rigat: & sine sui diminutione herbas innumeras & arbores nutrit: sic Christus ecclesiam pascit. Item sicut sol non deficit toti mundo lumen suum communicando: sic nec Christus ecclesiam totam pascendo. Item exemplum de cãdela in qua millesies tãtus ignis sumi potest: quantus in ea est: nec propter hoc minuitur lumen eius. Igitur multo potius dominus noster ipse pascit: nec tamen deficit. Psal. Oculi omnium in te sperant dominẽ. Idem. Tu autem idem ipse es &c. Secundum mirabile signũ in perceptione corporis domini est, quòd si non manducatur quodam modo minuitur. Ad intelligẽtiam tam mirę rei sciendũ: quòd duo sunt corpora mystica in hoc mundo: scilicet corpus mysticum Christi: & corpus mysticum Diaboli: siue Antichristi. Ad quorum alterum pertinent omnes homines mundi. Corpus mysticũ Christi sancta est ecclesia tanquàm ipsius munda & fidelis sponsa: cuius ipse caput est & singulæ personæ fidelium sine culpa criminali sunt ipsius membra: sic omnes qui corpus eius dignè sumunt ipsius mẽbra fiunt. Primæ ad Corinth. decimosecũdo. Vos estis corpus Christi & membra de membro. Augusti. Commendauit Christus in hoc sacramento corpus & sanguinem suum: quod & fecit nosipsos: nam & nosipsi sumus facti corpus eius. Caro enim nostra carni eius vnita & incorporata vnum cum illo efficitur. Oseæ vlti. Cõuertentur sedentes in vmbra eius, viuent triticо: quasi diceret fideles viuent tritico, id est dominici corporis sacramento. Quod sacramentum dicitur vmbra Christi: quia dat se ibi non in sua luce: sed in velamine. Quod sic comedentes conuertentur: quia in corpus Christi mutabuntur. Et sic patet, dum multi fidelium comedunt corpus Christi: & in illud ipsi mutantur: & membra eius efficiuntur, quòd corpus Christi dum manducatur augmentatur. Secundò probatur idem similitudine humanæ scientiæ: nam quanto magis homo scientiam suam alijs distribuit: tanto plus crescit. Matth. vigesimoquinto. Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque &c. Boëtius. Scientia est nobilis animi possessio: quæ auarũ dedignatur possi- florem. Nisi enim publicetur elabitur: & distributa suscipit incrementum. Similiter diuina sapientia incarnata multis in cibum donata sapientes facit. & in se quodammodò conuertit: & sic dum comeditur non minuitur: sed augmentatur. Ecclesiastici primo. Creator omnium creauit sapientiam spiritu, scilicet incarnari fecit: & secundum datum suum præbet illam diligentibus se. Et in hoc sapientia Dei crescit: dum multos in sapiẽtia crescere facit. Ad Ephe. quarto. Crescamus in illo per omnia: qui est caput nostrum Christus: ex quo totum corpus compactum: scilicet per fidẽ & connexum per charitatem: in mensuram vniuscuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

De qualitate nostræ præparationis ad sacramentum.

CAP. XV.

VEnite comedite &c. Thema speciale. Probet autem seipsum homo &c. 1. Corint. xi. Probet. i. præparet se: examinet purget. Item aliud thema. Præparate corda vestra domino. Primi Regum. 7. Quartum principaliter circa sacramentum dominici corporis no tandum est qualitas nostræ præparationis. Nam valdè iustum est, vt ad tam dignum & venerandum cibum. scilicet ad ipsum dominũ omnium non incuratè & indeuotè: sed aliquo competenti modo præparati accedamus. Exod. 19. Sacerdotes qui accedunt ad dominum sanctificentur: ne percutiat eos, similiter & alij. Præparatio nostra considerari potest in tribus. In dignitate ipsius corporis sacri. Nam quia mundissimum & Deo viuo plenum & vnitum: necesse est illud suscipienti per tria præparari: scilicet per fidei plenitudinẽ.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ad Heb.10. Accedamus cum vero corde in fidei plenitudine. cum vero corde, id est, cum vero intellectu sine errore. In plenitudine fidei, id est, in plena fide credentes: quę non videmus, scilicet sub specie panis esse totum Christum, verum hominem & verum Deū. Propter huius fidei magnum meritum, dicitur.2.Petri primo. Credentes in Christum quem non videtis, exultabitis lætitia inenarrabili. Secundum præparatiuum est mundiciæ magnitudo: quia cognitum est vt vas suscepturum corpus mundissimum, sic mundum. Exod. 21. Sume vas vnum & mitte manum ibi. Vas vnum quasi singulariter & excellenter mundum. Hinc apostolus. Hebræ.9. Vas illud dicit esse vrnam auream. Decet enim cor quasi aurum esse purissimum per magnam mundiciam: quod capere debet cœlestem panem. Alexander papa. Nihil in sacrificijs maius esse potest, quā corpus: & sanguis Christi: nec vlla oblatio hac potior est: sed omnes præcellit. Quæ pura conscientia offerenda est: & pura mente sumenda. Hugo. Pura conscientia est, quando non habet de præterito iustam accusationem. de præsenti iniustam delectationem: sed de futuro iustam voluntatem. Math.28. Ioseph petijt à Pilato corpus Iesu. Et accepto corpore, inuoluit in syndone munda. Glosa. Syndone munda inuoluit Iesum, qui pura mente eū suscipit. Hinc etiam mos ecclesiæ habet, vt sacramentum altaris non serico: non panno tincto: sed puro linteo celebretur. In tribus verò quæ perducunt corporale lineum ad candorem, intelliguntur tria: quæ faciunt ad nostram mundificationem. Primò enim lauatur. secundò torquetur. tertiò exiccatur. Si quis ad suscipiendum dominum bene mundus vult fieri, primò debet per aquam lachrymarū mundari. Secundò per opera pœnitentiæ torqueri. Tertiò per feruoré amoris Dei à carnalium desideriorum humore siccari. De primo ad Heb.10. Accedamus aspersi corda à conscientia mala. & abluti corpus aqua munda, id est, mundati lachrymis à peccatis cordis & corporis. Exod.30. Lauabunt Aaron & filii eius manus & pedes, id est, opera & cogitationes aqua compunctionis & confessionis: quando accessuri sunt ad altare ne moriantur. 1.ere.4. Laua à malicia cor tuum Ierusalem: vt salua fias, vsquequò morabuntur in te cogitationes noxię. Psalmus. Lauabo per singulas noctes, id est, pro singulis peccatis lectum meum, id est cōscientiam &c. De secundo. Exod.26. Cortinas tabernaculi, id est ornatus animæ facies de byso retorta, id est de operibus pœnitentiæ: ieiunijs: orationibus, affli ctionibus: & huiusmodi. Primæ ad Corin. 9. Castigo corpus meū & c. Ecclesiastici 33. Seruo maliuolo, id est, corpori: tortura & compedes: mitte illum in operationem ne vacet. Psalmus. Multæ tribulationes iustorum. De 3. Psal. In sole posuit tabernaculum suum, scilicet ad siccandum per amorem diuinum, vt fiat valdè mundum & pulchrum. Canticorum 4. Tota pulchra es amica mea &c. quia scilicet bene lota torta & exiccata. Numeri 9. Sacrificamini cras comedetis carnes. Tertium præparatiuū est orationis deuotio. Psal. Petierunt & venit coturnix & panę cœli saturauit eos. Iob 3. Antequàm comedā suspiro. Hinc Maria Magdalena & aliæ deuotæ portabant aromata, dum quærebant corpus domini. Lucæ 23. Sic nobis accessuris ad corpus domini prælibanda est orationis deuotio: vt quòd fortè minus parati sumus per iciunium & cōfessiones, supleat spiritualium aromatum, id est orationum oblatio. Secundi Paral.30. Magna pars populi quæ sanctificata non fuerat. comederat Phase & orauit pro eis rex Ezechias dicens. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt eum, & non imputabit eis quòd minus sanctificati sunt. Augustinus. Quāuis quis peccato mordeatur veniali: peccandi tamen de cætero non habeat voluntatem. satisfaciat lachrymis & orationibus, & cōfidens de domini miseratione accedat ad eucharistiā intrepidus & securus. Secundus modus nostræ præparationis consideratur in hostia panis. Sicut enim grana frumenti arte humana gradatim proficiunt ad panis complementū, sic anima peccatrix gratia Dei proficit ad bonum statum in quo licenter suscipit corpus dominicum: grana ex quibus fit hostia, signant statum peccatoris propter tria. Sunt enim dura: & furfure operta & ab inuicem distincta: sic peccator durus est in corde, qui non vult conuerti ad dulcem Deum de sua iniquitate. Hiere.5. Induruerunt facies suas supra petram, & noluerunt conuerti. Item peccator opertus est quasi furfure peccati deformitate. Hiere.2. Quia vilis facta es nimis iterans vias tuas. Itē peccator diuisus est à proximo suo charitatis priuatione. Oseæ.10. Diuisum est cor eorū nunc interierunt: sed grana ad statum in quo sunt in hostia per hunc modum sunt deducta. primò contrita est eorum duricies per molam, & in minimas partes redacta. secundò à furfure sunt mundata. tertiò commixta est farina adinuicem per aquam & per ignem decocta: & in panem solidata: sic peccator qui dignus erit sumere corpus domini, debet se per tria quæ in his figuantur præparare. per cordis contritionem, per oris confessionē: per proximi dilectionem. de primo. Isa.47. Tolle molam mole farinam, quasi diceret fac in te molam spiritualem de duobus molaribus considerando misericordiā Dei & iusticiam ad emolliendam cordis tui duriciam. misericordiam quasi superiorem lapidem qui nunc operatur & circuit: sed post hanc vitam operari cessabit. Psalmus. Misericordia tua magna est super me &c. Item considerando iustitiam quasi inferiorem lapidem. qui nunc iacet & quiescit. sed post hanc vitam eleuatur operatur & circuit. Oseæ.8. Iudicabo te iuxta vias tuas. non parcet oculus meus & non miserabor. Mat. 21. Super quem ceciderit lapis iste, conteret eum. Roman. 11. Vide Dei bonitatem & seueritatem. Iob.5. Deus emollliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me. Deus cui proprium est misereri: omnipotens quem oportet iustè iudicare. Psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. De secundo. à mos nono. Ecce ego mundabo & cōcutiam domum Israël: sicut concutitur triticum in cribro: vbi scilicet furfures separantur à nucleo: impurum à puro: sic per confessionem mundatur anima à vili peccato. Psal. Confessio & pulchritudo &c. primi Mach.3. Dixit Iudas & fratres eius, id est, cōfitentes. Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus nunc mundare sacramenta nostra. Ecclesiastici.2. Qui timent dominum præparabunt corda sua, & in cōspectu eius sanctificabunt animas suas. Glosa. Fœlix anima quę quotidiè mundat cor suum, vt suscipiat habitatorem Deum cuius possessor nullius eget bono: quia omnium bonorum auctorem in se habet. de tertio Genc.27. Accelera tria sata similę commisce: & fac subcinericios panes: vt sic vitulum optimum cum illis comederet. Qui enim vitulum optimum, id est, corpus Christi sumere vult, prius debet tribus satis similę panem igne coquendo solidare, id est, ad tres hominum differentias. scilicet superiores, æquales, inferiores verā dilectionem seruare. primæ Corint.10. Vnus panis & vnum corpus, multi sumus. qui de vno pane & de vno calice participamus. August. Qui accipit mysterium vnitatis & non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se. sed contra se. Math. 20. Intrauit rex vt videret discumbentes. & vidit vnum non habentē vestem nuptialem, id est, charitatem: & ait ministris. Ligatis manibus & pedibus &c. Item eiusdem. 5. Si offeres munus tuum &c. Glos. Si fraterne læsisti, reconciliare ei: etiā si aduersarius fuerit esto beniuolus: vt fiat amicus: & tunc offerens munus tuum: vt sit Deo gratum. Propter predicta in pane notanda, dicitur Exod.12. Azima comedes, id est, panem sine fermento: & erit quasi signum in manu tua: & quasi monimētum ante oculos tuos: quod scilicet significatur in eo quod dictum est: cordis contritio, oris confessio: proximi dilectio: quibus debemus nos præparare: vt vt dignè possimus ad Christi corpus accedere.

De præparatione nostra in tertio. scilicet agno paschali.

CAP. XVI.

VEnite comedite. Item. Probet autem seipsum homo. Thema speciale. Sanctificamini cras comedetis carnes. Numeri nono. Thema proprium. Ecce agnus Dei. Io.1. Hic dicendum est qualiter ex figura agni paschalis consideretur nostræ preparationis modus: de qua Exod. 12. legimus. Hæc figura in tres partes est diuidenda, prima pars est ipse agnus edendus. secunda fercula cum quibus est edendus. tertia personarum edentium habitus. In prima discimus præparari per fidei integritatem. in secunda per animi virtuositatem. in tertia per vitę honestatē. prima pars istius est ipse agnus qui secundum legem manducatur: & in hoc tria considerantur. primò quando comedendus est: quia in nocte: cùm res plenè non videtur, in quo credendum significatur quòd corpus Christi in præsenti nobis dari debuit non manifestum: sed in sacramento velatū. Thobiæ.12. Sacramentum regis abscondere bonum est. tertij Regum.8. Dominus dixit vt habitaret in nebula. In secundo. scilicet quòd non comeditur ex eo crudum, significatur quòd non debemus credere Christum esse hominem purum. Item quòd non comeditur aqua coctum, significat quòd non debemus credere Christum secundum communem hominum consuetudinem conceptū aut natum. Item quòd comederunt eum tantùm assum igni, significat quòd Christi incarnatio: & eius corporis consecratio credenda est celebrari per potentiam spiritus sancti. in tertio scilicet quòd caput agni cum pedibus & intestinis vorari præcipitur, significatur esse credendum quòd in hoc sacramento totus Christus cum diuinitate & corpore & anima continetur & sumitur. Secunda pars huius figuræ sunt fercula tria: cum quibus solebant agnum manducare, scilicet lactucę agrestes, panes azimi. & sanguis agni. Exod.12. Edetis carnes agni & azimos panes cum lactucis agrestibus: & sument de sanguine agni & ponent super vtrumq; postem & in superliminaribus domorum. Primum ferculum. scilicet lactucę agrestes, significant dolorem de peccatis. secundum scilicet panes azimi, intentionem puram cum operibus bonis. tertium scilicet sanguis agni, memoriam & imitationem dominicæ passionis: quibus præparari debet anima fidelis. De primo. Grego. super illud. Exod. duodecimo. Lactucę agrestes valde amaræ sunt. carnes verò agni cum his comedendæ sunt: quia cùm corpus Christi accipimus, compungi pro peccatis debemus: vt amaritudo pœnitentię abstergat amorem peruersæ vitę. Isa.trigesimooctauo. Recogitabo tibi omnes

tibi omnes annos meos &c. De secundo.1. Corint.5. Epulemur nō in fermento veteri: id est in corruptione superbiæ quæ fit in Deū: neque in fermento malitiæ quæ fit in proximum: & nequitiæ quæ fit in seipsum: sed in azimis sinceritatis, id est in sinceritate à vicijs: & veritate bonorum operum: vt scilicet studeamus esse in nouitate vitæ sine omni fraude: de fermento veteri. Greg. Panes sine fermēto comedit qui recta opera sine corruptione inanis gloriæ facit de fermento malitiæ. Grego. Panes sine fermento malitiæ manducat: qui opera misericordiæ sine peccati admixtione exhibet ne peruerse rapiat, quod quasi rectè dispensat, vnde per Amos. 4. Increpādo dicitur: sacrificate de fermento laudem. De fermento enim laudē immolat qui domini sacrificium de rapina portat de fermento nequitiæ. Exod.12. Qui comederit fermentatū peribit anima eius de cœtu Israël. Fermētatum comedere est delectari peccati corruptione: quod committitur in se. Psal. Dixit iniustus vt delinquat &c. De tertio ferculo supradicto. Grego. Sanguis agni super vtrumq; postē ponitur: quando non solū ore corporis: sed etiam, ore mentis: & ad imitationem intenta mente cogitatur. Nā qui sic redemptoris sanguinē accipit: vt imitari passionem: nec dū velit: in vno tantū poste sanguinem ponit. Ité in superliminaribus ponendus est sanguis agni: quia non tantùm in memoria, sed in manifesto portari debet crux passionis Christi. Gal. vltimo. Mihi absit gloriari &c. vnde & stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Tertia pars huius figuræ est habitus siue tria insignia illorū qui manducaeuerunt agnū: scilicet cingulus renū: calciamenta pedū: baculus manuū. Exod.12. Sic manducabitis agnū: renes vestros accingetis: calciamenta habebitis in pedibus tenētes baculos in manibus: primū designat carnis & mentis continentiam, secundū exēplorum patrum custodiā, tertium viciorum nostrorum correctionem: & exiguntur ad cōmunicantium præparationē: primū præparatiuū est mentis & carnis cōtinentia in cingulo renū figurata. Grego. In renibus accipitur carnis delectatio, vnde Psal. Vre renes meos & cor meū. Qui ergo pascha comedit renes accingat: quia qui corpus domini accipit voluptaté domat. luxuriā refrenat: hæc præparatio continentiæ attendenda est quantū ad tria genera hominum, scilicet coniugatos: & de incontinentia pœnitentes, & spirituales. Primū ante sacrā communionem continentiā debent seruare aliquantū: secundi logiorē: tertij continuā. De primo dicitur ad Dauid. 1. Reg. 21. Si pueri mū di sunt maximè à mulieribus māducēt, scilicet panem sanctum, respondit Dauid. Si de mulieribus agitur continuimus nos ab heri & nudustertius. Dedit ergo eis sacerdos sanctificatū panē. Exod. 19. Descendit dominus corā omni plebe super montē Synay, scilicet in igne & nubis caligine. Estote ergo parati in diē tertium: ne appropinquatis vxoribus vestris: si talis continentia seruata est ad figurā: quantò magis seruanda est ad corporis Christi veritatē? De secundo Leui.13. Homo qui fuerit lęprosus aut patiens fluxū seminis, id est peccans per inocentiā carnis non vescetur de his quę sanctificata sunt mihi donec sanetur, scilicet per pœnitentiā: hinc statuti sunt ante Pascha. 40. dies pœnitentiæ: vt his peractis in ieiunijs & orationibus: & continentia & bonis operibus. tunc possint cōmunicare pœnitentes cū alijs bonis Christianis: hinc super illud. 1. Cor. xi. Si nosmetipsos dijudicaremus &c. Dicit August. Ab ipsa mente pœnitentis talis sentētia proferatur: vt se indignū iudicet participatione corporis & sanguinis domini: vt ad tēpus per ecclesiasticā disciplinam à sacramento cœlestis panis separetur. Indignè enim accipit si tunc accipit cū debet agere pœnitentiam, id est quādo incipit: ergo se prius iudicet, vt à se iudicatus nō iudicetur a domino. De tertio, scilicet de continentia continua & sempiterna: scilicet omnimodam & perpetuā castitatem conseruare. Leui.21. Sacerdotes sancti erunt domino suo & non polluent nomen eius. Incensum enim domini & panes Dei sui offerunt: & ideò sancti erunt. Beda. Si veteris testamenti sacerdotes secundum ordinem vicis suæ intraturi templū ad offerendas legales hostias à proprijs vxoribus oportuit abstinere, quantò magis nostri sacerdotes: quos ad consecrādum sacrosanctum corpus domini paratos semper esse oportet: & continuam & sempiternam semper debent castitatem conseruare? Secundum præparatiuum est exemplorum patrum custodia per calciamenta pedum figurata. Grego. Calciamenta in pedibus habere est mortuorum patrum vitam aspicere: & nostra vestigia à peccati vulnere custodire. Can.5. Quòd pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis: gressus sunt profectus operum in calciamentis, id est in cōsideratione vitæ patrum. Tertium præparatiuum est correctionis disciplina in baculis manuum figurata. Baculus enim significat rectitudinem iustitię, qua debemus nosmetipsos de nostris excessibus ante communionem iudicare. Psal. Virga dilectiōis virga regni tui &c. Apprehendite disciplinam &c.1. Corinth.11. Qui manducat & bibit indignè. quòd si nosmetipsos diiudicaremus &c. Augu. Ascēdas hic aduersus te tribunal mentis tuę: & constituto in corde iudicio adsit accusatrix cogitatio: & testis conscientia: & carnifex timor domini: inde quidā sanguis animę cōfitentis per lachymas perfluat, & sic cessat vindicta diuina, cùm confessio & correctio præcedit humana: & sic homo dignus erit ad sumendum corpus Christi: nūc in sacramento: & perfecta fruitione in futuro. De primo. Deut.8. Affligit te dominus penuria: & dedit tibi cibum manna quod ignorabas: afflixit te, id est fecit vt affligeres te & corrigeres: penuria: id est pœna inuoluntatis tuæ. & voluntatis carentia: & tunc dedit tibi cœlestem panem corporis sui. De secundo. ad Hebræ. decimosecundo. Omnis disciplina in præsenti non videtur gaudij: sed meroris: posteà autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Item præparatium ad corpus domini suscipiendum esse potest manducatio spiritualis secundum quod perfecti manducant ratione meditationis deuotę. De quo infrà sermone decimonono. ante medium: & in medio.

De triplici modo manducandi: & primo de sacramentali tantùm.

CAP. XVII.

VEnite comedite &c. Thema proprium: quicúnque māducauerit panem hunc & biberit calicem domini indignè reus erit corporis & sanguinis domini. Primæ Corin.xj. Quintum principale circa sacramentum dominici corporis notandum est modus manducationis: & hoc triplex, scilicet sacramentalis tantū, spiritualis tātū: sacramentalis & spiritualis simul. Ad hoc intelligendum sciendū, quòd in cibo altaris duo sunt, scilicet sacramentum & virtus sacramenti. Sacramentum vt dicit Augu. duobus consistit: visibili panis & vini specie: & inuisibili carne & sanguine Christi. Virtus verò sacramenti est sanatio à damnatione mortis æternæ. Hanc virtutem sacramenti crediderunt & gustauerunt spiritualiter omnes saluandi ab origine mundi: & quotidiè gustant omnes boni Christiani: secundo modo tam boni quàm mali hoc modo dissimili: quia mali manducant sacramentum tantū, idest sub visibili specie panis corpus Christi: sed non virtutem sacramenti manducant spiritualem, id est salutem ad vitam æternam: boni verò manducant vtrúmque simul: scilicet sacramentum & virtutem sacramenti. Ex his patet triplex modus manducandi: primus sacramentalis tantùm, secundus spiritualis tantùm: tertius sacramentalis & spiritualis simul: primò manducant mali Christiani: secundò omnes saluandi: tertiò soli boni Christiani, primi manducant & non manducant: secundi nō mā ducant & tamen manducant. Tertij manducant & manducantur. primus modus manducandi corpus domini est sacramentalis tantū, quomodò mali Christiani manducant: quia venerandum corpus in peccato mortali ore polluto sumentes cordis affectum ab influētia virtutis bonitatis eius peccatis suis immundis: & duris quasi luto & lapide claudunt. Eze.14. Posuerunt immunditias suas in cordibus suis: & ydola, scilicet scandalum iniquitatis suæ statuerunt cōtra faciem suam. Isti manducant & non manducant, manducant quidem: quia corpus domini sumunt sacramentaliter: sed tamē nō manducant, quia virtutem spiritualem: id est salutem animæ non percipiunt. Eccles.6. Est aliud malum quod vidi sub sole: & quidē frequens apud homines. Vir cui Deus dedit diuitias & substantiam & honorem: nec tribuit ei potestatem: vt comedat ex eo. Hebr.vlt. Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt: id est peccatis carnalibus Primæ. Cor. 10. Non potestis calicem domini bibere & calicem dæmoniorum. Grego. Est quidem in peccatoribus & indignè sumentibus vera Christi caro & verus sanguis: videlicet præsentiali essentia: non salubri efficientia. August. Qui discordat à Christo nec manducat carnem eius: nec bibit sanguinem: & si tantę rei sacramentum quotidiè sibi sumat ad iudicium: discordat à Christo qui cordis effectum ab eo auertens ad peccatum cōuertit, & talis verè miserabilis dici potest: ad quem tam magnum bonum frequenter venit: & nullum exinde spirituale lucrum accipit siue percipit. hoc modo: scilicet sacramētaliter manducantium tria sunt genera. primi maliuoli. Secundi, dolosi. Tertij præsumptuosi. Primi sunt qui corpus domini sumunt in peccandi voluntate. Secundi sunt hypocritæ: qui foris boni apparentes occultè sunt praui: & tanquàm iusti accedunt ad altare. Tertij sunt qui maximè mali sunt: & tamen præsumunt communicare: de duobus primis potest hic dici: & de tertio in sequēti. De primo genere malorum communicantium, scilicet de maliuolis. Isaiæ. 19. Appropinquat populus iste ore suo: cor autem eorum lōgè est à me. Appropinquat ore per sacramēti susceptionem, sed cor longè est per peccandi voluntatem: tales tria mala sequuntur: peccati sui aggrauatio: à gratia Christi separatio: ad æternam pœnam condemnatio. De primo. Matth. 15. Non est bonum sumere panē &c. canibus, id est maliuolis. Augusti. Habentes voluntatem peccādi grauari magis dico eucharistiæ perceptione quā purificari. De secundo. Sap.1. Peruersæ cogitationes separant à Deo &c. De tertio.1. Corinth.xi. Quicúnque manducauerit hunc panem &c. Ambro. Indignus est qui non deuota mente accedit ad eucharistiam:

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut in voluntate peccandi manens, reus est corporis & sanguinis domini: id est ac si Christum occideret punietur. De secundo genere malorum communicantium, scilicet de dolosis siue hypocritis. 2. Timo. 3. In nouissimis diebus instabunt tépora periculosa & erũt homines seipsos amantes. habentes quidem speciem pietatis. virtutem autem eius abnegãtes: speciem pietatis. Glos. id est, religionis, quia eadem sacramenta habent cum piis virtutẽ pietatis, id est charitatem abnegantes: mulra scilicet mala occultè perpetrãtes & manifesta fallaciter excusando. Tales similiter tria mala sequentur: scij Iudæ traditoris efficientur: coram toto mundo confundentur: extra bonorum consortiũ proijcientur: De primo. Io. 13. Qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum suum: Hoc dicitur de Iuda & de suis similibus. scilicet fictis domini amicis. Vnde Glosa. Qui manducat panem meum, non vt proficiat: sed vt latteat, ille me conculcabit, id est, tradet. Qui ergo vult latere in peccatis sub plena specie religionis & communicationis, similis efficitur: & socius Iudæ traditoris. De secundo Ecclesiastici primo. Ne sis incredibilis timore domini: & ne accesseris ad eum duplici corde: nec fueris hypocrita in conspectu hominum: ne fortè reuelet Deus abscõsa tua & in medio synagogæ elidat te: quoniam accessisti malignè ad dominum, & cor tuum est plenum dolo & fallacia. Naum tertio. Ecce ego ad te speciosa dicit dominus, id est, anima fortis pulchra hominibus speciosa intus immunda & reuelabo pudenda tua in facie tua & ostendam gentibus nuditatem tuam: & regnis ignominiam tuam & proijciam super te abominationes tuas. & contumelijs te afficiam. De tertio. Mathæi vigesimotertio. Ve vobis hypocritis, qui similes estis sepulchris dealbatis: quæ foris apparent hominibus speciosa: intus autem plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia: id est putredine: & verme: & fœtore: sic & vos à foris quidem apparetis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. hypocrisi, id est, amore vanæ laudis. iniquitate, id est, cupiditate temporalium & odio veritatis: & ideò præmittitur: vt vobis, id est extra bonorum consortium miserabilis proiectio. Leuitici septimo. Anima polluta hypocrisi. dicit Interlinearis: quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, id est, corporis Christi quæ oblata est domino: peribit de populis suis: id est, ejicitur de saluandis ad damnationem æternæ mortis. Sed ecce contra tria magna mala dat leue remedium diuina clementia: quia spiritualis conclusio. scilicet bonum fieri de malo. Psalmus. Declina à malo & fac bonum &c. & ex frequenti bene agere fit homo bonus. Et cùm bonus est, sequentur eum tria bona. scilicet pœnæ debitæ relaxatio: diuinæ gratiæ restitutio: æternæ gloriæ acquisitio. De primò tertio. Regum. primo. Si fuerit vir bonus, nec vnus quidem capillus eius in terra cadet, id est, ab omni peccato erit immunis. Exech. trigesimotertio. Si dixero impio morte morieris. & egerit pœnitentiam de peccato suo, vita viuet & non morietur. De secundo Psalmus. Bene fac domine bonis & rectis corde. Prouerb. duodecimo. Qui bonus est, hauriet sibi gratiam à domino. De tertio. Mathæi vigesimoquinto. Euge serue bone &c. Euge, id est, bene gaude: serue bone: quia in pauca, id est, in bonis quæ tibi commissa sunt, bene negociatus es supra multa te constituam. scilicet æterni gaudij bona. Intra in gaudium vt scilicet ex omni parte perfruaris gaudio. Isa. 51. Veniant in Syon. laudantes & lætitia sempiterna super capita eorum: quia causa æternę læticiæ erit in domini regis sui contẽplatione. Hiere. 31. Venient & laudabunt in mentem Syon. & confluent ad bona domini: tunc lætabitur virgo beata Maria præcentrix in choro cœlesti iuuenes. scilicet omnes beati senes. scilicet angeli: isti Deum laudabunt. & in omnibus bonis, id est sine fide gaudebunt.

De tertio genere indignè manducantium. scilicet de præsumptuosis.

CAP. XVIII.

VEnite comedite &c. Item quicumque manducauerit hunc panem &c. De tertio genere malorum indignè communicantiũ est hoc dicendum. scilicet de præsumptuosis qui non timent communicare vel celebrare in magnis criminibus & manifestis. De his primæ Corinth. 11. Qui manducat & bibit indignè. iudicium sibi manducat & bibit, id est, valde malum est illi. Vnde sciendum quòd duplex est effectꝰ corporis domini scilicet bonitatis. quoad bonos. scueritatis, quo ad malos: & tamen ipsum semper immutabile & bonum in se manet: sed iusto iudicio effectus eius mutatur in his qui malè eo vtuntur. Augu. Sancta malis possunt obesse: quia qui manducat corpus domini indignè, iudicium sibi manducat: non quòd res illa mala sit: sed quia malus quòd bonum est malè accipit. huius rei exemplum est in sole & in vino. Nam eandem solis lucem quam oculus sanus ad delectationem & confortationem, æger suscipit ad turbationem. Et vinũ quod sanus homo ad iocunditatem & confortationem: febricitans accipit ad maiorem infirmitatem. vel certè ad mortem. Hinc est quòd indignè communicantes tria mala sequuntur. scilicet magna culpa: Dei offensa: multiplex plaga. primum malum præsumptuosè manducantium est magna culpa. Hiere. Nunquid carnes sanctæ auferent à te malicias tuas: quibus gloriata es. Isidorus. Qui sceleratè viuunt in ecclesia Dei & cõmunicare non desinunt putantes se tali communione mundari: discãt nil ad emendationem proficere sibi: dicente propheta. Quid est quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa. nunquid carnes sanctæ auferent à te malicias tuas: quasi diceret. Non auferunt sed augmentant. Huius triplex est ratio: scilicet peruersa intentio. Actionis enim voluntariæ triplex est radix: siue principium. vel natura. vel virtus bona. vel libido: omnis actio cuius radix est natura vel virtus, bona est: cuius autem radix libido, mala est: sed eius qui in peccato mortali est scienter: & sumit corpus Christi: non potest esse radix natura. neque virtus aliquo modo dictaret quòd aliquis rem tam preciosam ac venerandam in loco vel vase immundo poneret. vnde peccatoris qui corpus domini sumens ponit in ore suo polluto & corpore, radix est libido, id est, peruersa intentio: vt lucri temporalis vel vanæ laudis vel alicuius deceptionis secunda ratio culpe istorum est diuini præcepti transgressio. sicut enim dominus in statu innocentiæ lignum vitæ ad edendum cõcesit: & in statu culpæ prohibuit, sic nobis in statu bono corpus Christi conceditur & in malo prohibetur. Math. 6. Nolite sanctum dare canibus id est immundis peccatoribus. Leuit. 21. Homo qui habuerit maculam scilicet peccati: non offerat panem domino. scilicet nec accedat ad ministerium eius. Tertia ratio culpæ istorũ est maxima ingratitudo. quæ enim potest esse maior quàm si quis habens dominum à quo accepisset quicquid boni haberet & ipsum insuper mortua sua de suspendio liberasset: eundem dominum in stabulum immundissimum inimici sui traditione duceret: & ibi conculcaret: rursus occideret. Tanta ingratitudine peccant, qui corpus domini sumũt in peccato mortali. Psal. Retribuebãt mihi mala pro bonis: & odiũ pro dilectione mea. Et iterum. Conculcauerunt me inimici mei &c. Hebræ. 10. Quanta putatis mereri supplicia qui filium Dei cõculcauerit. & sanguinem testamenti pollutum duxerit: in quo sanctificatus est scilicet in morte Christi. Ambro. Christum ille cõculcat, qui liberè peccat absque timore & pœnitẽtia: & qui eo indignè participat. Idem. Qui indignè Christum sumit idem est ac si interficiat. Augu. Quàm temerarium est quámq; nepharium est cruentis manibus intemeratę virginis tractare filium. Quis auditus sustineret aurium? quis oculus non confunderetur ad intuitum: cuius mens non raperetur in excessum: vbi mundi precium mittitur in sterquilinium? Non enim minus est detestabile in os pollutum, quàm in lutum mittere Dei filium. Secundum malum istorum est magna Dei offensa. Zachariæ primo. Ira magna ego irascor super gentes opulentas: quia ego iratus sum parum: ipsi verò adiuuerunt in malum. quasi diceret dominus. Parum irascor hominibus propter peccata quæ committuntur in proximũ: sed maximè eo quòd peccant in Deum: primo Regum. 2. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus. Si autem in Deum, quis orabit pro eo? Glosa. Quanto maior gloria, tanto maior offensa. Malachiæ primo. Ad vos ò sacerdotes qui despicitis nomen meum & offertis super altare meum pollutum panem. Glos. Corrupit sermo diuinos episcopos & ministros ecclesiæ neglegentes: & omnes qui Christi nomine censentur: cur nomen despiciant quibus aperit causas offensæ, quòd pollutum panem offerũt. Polluit enim panem, id est, corpus Christi, qui indignè accedit ad altare & mensam domini si non secerata voce, scelerato opere despicit: & dum sacramenta violantur, ipse cuius est sacramentũ violatur. Tertium malũ istorum est multiplex plaga: & grauis est iusta Dei vindicta: sicut enim ab antiquo filijs Israël maximũ erat peccatũ & pessimarũ causa maledictionũ, quòd per idololatriã Deum proiecerũt: & posteà Iudæis impijs & Christum nõ susceperũt: sic modò christianis maximũ est peccatũ: & causa plagarũ q: corpus saluatoris indignè suscipiũt. Greg. Creator omniũ per incarnationis mysteriũ Iudææ visitare dignatus est: sed quia non cognouit tempus visitationis suæ, ideò gentibus frequenter in prædã data nouissimæ Romanis tradita est: & venerũt super eã omnia genera maledictionũq; in libro legis scripta sunt. similiter his qui gratiã Dei in gratia accipiunt, certa est dãnatio. Si enim quis irritã legẽ Moysi fecerit, sine vlla miserarione moritur, quanto deteriora supplicia meretur qui filiũ Dei conculcauerit: & sanguinẽ testamenti pollutũ duxerit: hęc supplicia possunt dici tri plicẽs plagæ. prima multa dana spiritualiũ bonorum. secunda steri litas terræ siue caristia temporaliũ. tertia pestes corporũ & strages hominum. de prima Treno. 1. Manũ suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius qui vidit gentes ingressas sanctuarium tuum: de quibus præceperas ne intrarent ecclesiam tuam. Glosa. Hostis antiquus ad desiderabilia ecclesiæ manum mittit: & spiritualem ornatum aufert in membris suis: fidem contaminans: baptisma

rescindens, id est, gratiam in baptismo datam: do Ecrinam corrumpens: corpus & sanguinem Christi indignè tractans: & vasa pretiosa, id est, oues Christi quasi lupus deuastans: & causa tanti mali reditur: quia gentes, id est, carnem amantes: & Christi circuncisionẽ non habẽtes ministri altaris efficiũtur. de secunda plaga. Deut. 28. Si audire volueris vocem domini Dei tui: vt facias omnia mandata eius, veniẽt super te omnes maledictiones istæ. Maledictus fructus terre tuæ: armenta boum tuorum, & greges ouium. Mittet dominus super te famem, esuriem, & increpationem in omnia opera tua. Hæ plagæ venient si audire nolueris mandata Dei, scilicet præcipuè de corpore domini indignè tractando secundum illud. Leui. 22. Homo qui habuerit maculam peccati, non offerat panem Deo, scilicet nec accedat ad ministerium eius. Genes. 3. Quia comedisti de ligno ex quo præcepi ne comederes, maledicta terra i opere tuo spinas & tribulos germinabit tibi. De tertia plaga. primæ Corin. vndecimo. Probet seipsum homo &c. Qui enim manducat indignè iudicium sibi manducat &c. id est, ad iudicium mortis se obligat, & multi alij propter scelus vnius sæpè feruntur: vnde. sequitur. Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi, scilicet somno mortis vel Dei verbere, vel prẽliorum aduersitate. Numeri. 11. Adhuc carnes erant in dentibus eorum: & ecce furor domini excitatus in populum percussit eum plaga magna: sed ecce cõtra has plagas & omnia iam dicta mala, triplex remediũ. primum est emendatio vitæ per pœnitẽtiam voluntariam. secundum est cor rectio maliciæ per superiorum disciplinam. tertium mutatio incorrigibilis personæ per iustitię distrinctionem. de primo Iohel. primo. Depopulata est regio: luxit humus, id est, habitatores humi: quia perijt messis agri, id est, spiritualia & temporalia. Accingite vos & plangite sacerdotes: vlulate ministri altaris ingredimini & cubate in saccis. Accingite vos sacerdotes & ministri cingulo pœnitentiæ & plangite puro corde, vlulate in confessione & oratione: ingredimini ecclesiam per pœnitentiam vnde existis per culpam: cubate in sacco, id est, delitijs quibus offendistis: per vitæ austeritatem: recompensate: vt iram Dei positis mitigare. De secundo. Mala. tertio. Ecce veniet dominus quasi ignis conflans, scilicet per iustos prælatos. & purgabit filios Leui, id est, ministros altaris: & erunt domino offerentes sacrificia: & sic vtique plagatus mitigabitur ira eius. De tertio. Ezechi. vigesimoprimo. Iudicabo vos dicit dominus. & subijcia scepero meo: & eligã de vobis trangressores & impios scilicet ad subijciendum: qui in malo perseuerant, id est, incorrigibiles. dicit glo. vt scilicet loco eorum iusti restituantur. Isa. primo. Conuertam manum meam ad te: & excoquam ad purum scoriam tuã: & auferam omne stannum tuum: & restituant iudices tuos, sicut fuerunt prius: & conciliarios tuos, sicut antiquitus, scilicet tempore Moysi & Machabæorũ & Apostolorum. Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis primo Machabęorum quarto. Cognouit Iudas de altari holocaustorum: quod prophanatum fuerat: quid de eo faceret: & incidit ei consilium bonum, vt destrueret illud: ne forte esset illis in opprobrium: quia cõtinuauerunt illud gentes & demoliti sunt illud: & posuerunt lapides in monte domus in loco apto, quousque veniret propheta: & responderet de eis: & acceperunt lapides integros secundum legem, & ædificauerunt altare nouum secundum id quod fuit prius.

De secundo modo manducandi spirituali tantùm.

CAP. XIX.

VEnite comedite &c. Thema. propriũ. patres nostri omnes eandem spiritualem escam manducauerunt. 1. Corin. 10. id est, oẽs boni veteres in manna cibum inuisibilem. scilicet Christũ spiritualiter intellexerunt, crediderunt, gustauerunt: & ab æterna morte per eum sancti sunt. Secundus modus manducandi Christũ est spiritualis tantũ, & isto modo oẽs saluatiab initio mundi manducauerunt & saluandi manducant. Ambr. Non manducans manducat: & manducans non mãducat: quia s. non mãducans sacramẽtaliter mãducat spiritualiter: & cõuersò. Eccle. 6. Est vir cui dedit Deus substantiã, & honorem: nec tribuit ei potestatem, vt comedat ex eo sed homo extraneus vorabit illud, scilicet cum magno desiderio spiritualiter manducandi. Circa spiritualem mãducationem tria sunt consideranda. s. differentia personarum sic manducantiũ: ratio spiritualiter manducandi: effectus manducationis. Huius primum est differentia personarum sic manducantiũ, quę est triplex: incipientiũ, proficientiũ, perfectorũ. Matt. 15. Manducantiũ fuerunt quatuor millia virorũ. exceptis mulieribus & paruulis. In paruulis incipientes, in mulieribus proficientes: in viris perfecti significantur, secundum est ratio qua dicuntur iam dicti specialiter manducare. Vnde sciendum. primi. s. incipientes, manducant spiritualiter ratione fidei salutaris: secundi ratione bonæ cõuersationis. Tertij. ratione deuotę meditationis. De primis Abacu. 2. & ad Hebr. 10. Iustus ex fide viuit. tanquã ex cibo spirituali. Augu. Crede & manducasti. Credere enim in Christũ est credendo in eum ire, ipsi corde inhęre re in ipso delectari: & verã charitatẽ membris eius incorporari: secũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

eculeus intus perforat. Iob. vigesimoprimo. Ducunt in bonis dies suos &c. De secundo Psal. Hoc mare magnum & spaciosum, quia scilicet in hoc mundo magna & multa amaritudo. Iere. 9. Cibabo populum istum absinthio: & potum dabo eis aquâ fellis. Iob 13. Homo natus de muliere &c. De tertio. Matth. 9. Dixit dominus cuidam diuiti. Vade quæcúnque habes vende & da pauperibus & habebis thesaurum in cœlis & sequere me: qui contristatus in verbo abijt mœrens. Primi Regũ. 25. Dixerunt pueri Dauid ad Nabal, quod cùm inuenerit manus tua da pueris tuis: & seruo tuo Dauid: qui respondit. Tollã pannos meos & aquam & carnes: & dabo viris quos nescio vnde sint. Geñ. 4. Factum est post multos dies: vt offerret Cayn de fructibus terræ munera domino: & non respexit ad eum dominus: nec ad munera eius. Huius causa fuit: quia malè obtulit: scilicet de tristi corde & facie. Contra hæc valet dulcedo spiritualis: quia falsam dulcedinem múdi facit insipidam: grandẽ amaritudinem facit dulcẽ: tristem imaginem reddit iocundam. De primo Prouer. 27. Anima saturata calcabit fauos. Grego. Gustato spiritu desipit omnis caro. Philip. 3. quæ mihi fuerunt lucra arbitratus sum propter Christũ detrimenta: propter quem omnia arbitratus sum: vt stercora: de beato Augusti. dicitur. Displicebat ei quicquid agebat in sæculo &c. De secundo. Deut. 33. Inũdatione maris: quasi lactugent, ideſt boni repleti dulcedine spirituali vincunt amaritudinem mundi: quarti. Regum. 2. Heliseus misit sal in aquas amaras: & in dulces conuersæ sunt: sic Christus spirituali sapore sanat amaritudinem. Hinc Stephano lapides torrentis dulces fuerunt: & multi sancti ardentes prunæ: cadetes vestes vifæ sunt tanquàm rosæ suaues. & multi sancti gaudẽt in tribulatiõe. De tertio. Danielis. i. Post dies decẽ apparuerunt vultus eorum meliores præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. Vultus eorum quos panis satiauit qui de cœlo descendit, dicit Glos. Apparuerunt meliores decore & hylaritate ad benefaciendum. Prouer. 15. Cor gaudens exhilarat faciem. Secundæ ad Corint. 9. Hylarem datorem diligit Deus. Tertium circa spiritualem manducationem notandum est effectus huius manducationis: & hæc est triplex peccatorum remissio: ab æterna morte sanatio: vera corporis Christi ad salutem æternam participatio. De primo. Panem nostrum quotidianum &c. ideſt cibũ spiritualem &c. Ambro. Qui manducant spiritualiter virtutem carnis & sanguinis Christi dicũtur sumere & verè manducare: quia ipsam corporis Christi efficaciam quotidiè sumunt, ideſt peccatorum remissionem. De secundo Io. 6. Hic est panis de cœlo descendens: si quis ex ipso manducauerit non morietur: scilicet morte æterna. Augusti. super apostolũ. Patres nostri eandem escam spiritualem manducauerunt: quam & nos: corporalem verò alteram, ideſt manna: quod significabat Christum: & idem credentibus efficit. Alij verò qui non crediderunt manducauerunt: & mortui sunt æternaliter: quod non Moyses & alij boni: quare: quia cibum inuisibilem spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt: spiritualiter gustauerunt: vt spiritualiter sanarentur. scilicet ab æterna morte. similiter & nos spiritualiter manducando ab æterna morte liberamur. De tertio super illud. primæ Corin. 10. Vnus panis & vnum corpus sumus. qui de vno pane participamus. dicit Augusti. Nulli dubium est tunc quemque corporis sanguinisque dominici participem fieri, quando membrum Christi efficitur. Nec alienari ab illius panis cõsortio: etiam si antequàm panem edat. de hoc sæculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat: quia illius sacramenti beneficio non priuatur, quando ille hoc quod sacramentum significat inuenitur. Inuenitur autem hoc quod sacramentum significat, quando membrum Christi efficitur: quando credendo & amando spiritaliter manducat: quia sic in corpus Christi verè conuertitur, vt cum ipso æternaliter viuat.

De tertio modo manducandi, scilicet de sacramentali & spirituali simul.

CAP. XX.

VEnite comedite. Accipite & comedite. Luc. 22. Tertius modus manducandi corpus Christi est sacramentalis & spiritualis simul: quo boni christiani communicant. Vnde circa hunc modum possunt tria notari. Primum est multitudo non communicantium scilicet malorum. Cùm enim triplex sit modus manducandi. scilicet sacramentalis tantum: quo mali christiani manducant: & tamẽ non manducant. Spiritualis tantùm: quo boni non manducant. Sacramentalis & spiritualis simul: quo soli boni christiani manducãt & manducantur. Restat ad diuisionis huius sufficientiam multitudo quædam malorum, qui nec manducant: nec manducantur: quia scilicet corpus Christi non manducant: & ideò æterna morte peribunt. Istorum tres sunt species siue turmæ. Primi infideles. secundi negligentes. tertij contemnentes. Infideles sunt quorum corda per malitiam fallentem diabolo sic excæcata sunt, vt non possint credere & cognoscere diuina sacramenta pro salute mundi mirabili sapientia Dei instituta. Negligentes sunt qui temporalibus lucris & sæcularibus negotijs in tantum se occupant, vt sacramenta communionem debito tempore sumere negligant. Cõtemptores sunt qui sceleribus tanto amore inhærent, quòd corpus domini sumere parumpendant. de primis. Io. 6. Quomodò potest hic nobis carnẽ suam &c. Quasi diceret. Non credimus quòd possit dare. Sapien. 5. Errauerunt impij. excæcauit enim eos malitia eorum & nescierũt sacramenta Dei. Io. 3. Qui incredulus est filio, non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum: de secundis, Matthæi 22. Misit rex seruos suos vocare inuitatos ad nuptias dicẽs. Ecce prandium meũ &c. Illi autem negligẽtes abierunt: alij in villam suam: alij in negociationem suam. Glos. In villam ire est terreno labori immoderatè insistere: in negociationem verò terrenis lucris nimis inhiare. tales qui prandium diuini sacramenti negligunt: quamuis fidem & quædam opera charitatis habere videantur: tamen nisi pœniteant peribunt. Io. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. superillud. Ephe. 3. Oro vt possitis compræhendere, quæ sit sublimitas & profundum. Dicit Glos. Profunda charitatis sunt ecclesiastica sacramenta. quæ sunt profunda & inuestigabilia & sunt fundamentum charitatis: sine quibus non valet charitas, id est, exteriora signa charitatis non valent ad salutem æternam sine sacramentis ea negligentibus. Numeri 9. Si quis mundus est & in itinere non fuerit, id est, nõ habet impedimentũ iustæ necessitatis: & nõ fecerit phase, exterminetur anima illa de populis suis: quia sacrificium nõ obtulit domino tempore suo, peccatum suum ipse portabit. De tertijs secundi Paralipo. 30. Perrexerunt cursores cum epistolis ex regis Ezechiæ imperio & principio eius in vniuerso. Israël prædicantes reuertimini ad dominum Deum vestrum, & venite ad sacrificiũ eius, scilicet ad faciendum phase. i. ad suscipiẽdum corpus domini. Et quidam viri acquiescentes consilio, venerunt alijs irridentibus atq; subsannantibus eos. Io. 3. Hoc est iudicium: quia lux venit mundum, & dilexerũt homines magis tenebras quàm lucẽ. Erant enim eorum opera mala. Quasi dicat. Iusto iudicio excommunicãtur & & condemnantur, qui plus diligunt peccatis inhærere quàm se præparare & Christum suscipere. Canon. Qui pro sceleribus suis duobus vel tribus annis non cõmunicant excõmunicandi sunt donec pœnitentiam agant. Luc. 14. Nemo virorũ illorum qui vocati sunt gustabunt cœnã meam. Secundum circa hunc modum considerandum est magnitudo fœlicitatis bonorum corpus Christi digne sumentium. Et hoc probatur à tribus. Ab optimæ partis electione, à spiritus sancti participatione, ab ipsius Christi certa inhabitatione. Primò probatur fœlicitas digne cõmunicantium magna ex optimæ partis electione. Quia sicut beata virgo sibi tribus propositis, scilicet esse matrem & non virginem, vel esse virginem & non matrem: vel esse virginem & matrẽ: vltimam & optimam, scilicet esse matrem & virginẽ simul elegit. Sic inter tres modos corpus Christi manducandi elegerunt optimam partem. s. sacramentaliter & spiritualiter simul. Hãc vltimã partem, scilicet de primo modo comedere sacramentaliter: & de secundo modo comedere spiritualiter eligunt: & sic ex vtrãq; parte quod melius est comedũt: & ideò multum fœlices sunt. Eccle. 2. Laudaui igitur lætitiã: q̃ non esset homini bonum sub sole nisi quòd comederet, & biberet: atq; gauderet. Quasi dicat. Expertus sum plurima genera gaudiorũ & delectationũ carnis & mũdi: & hæc omnia vanitas & finis eorũ mœror & luctus. Vnde laudaui præ omnibus lætitiam. s. veram, id est, testimonium bonæ conscientiæ: & quòd non esset homini sub sole, id est, melius in hoc mundo: nisi quòd comederet panem, scilicet qui de cœlo descẽdit: & biberet vinum quod lętificat cor hominis. s. sanguinem domini. Secundò probatur fœlicitas istorum magna, à spiritu sancti vera participatione. Psal. De petra melle saturauit eos: quia scilicet fœlices de corpore Christi sugunt dulcedinẽ spiritus sancti. Sapien. 12. Quã suauis est domine spiritus tuus in nobis: qui scilicet fluit in nobis de tuo corpore. Augu. Participatione corporis & sanguinis Christi homo viuit non sumens tantũ sacramentũ: quod & mali faciunt: sed pertingens vsque ad spiritus participationem: vt in corpore domini ranquàm membrum maneat, & eius spiritu vegetetur. Tertiò probatur ab ipsius Christi certa inhabitatione. Ioan. 6. Qui manducat carnem meam &c. Hylarius. Accepta carne dñi & hausto sanguine, id efficitur, vt nos in ipso & Christus in nobis sit. Est enim in nobis Christus per carnẽ, dũ carnẽ eius accepimus, & in eo sumus, dum secũ hoc quod nos sumus in Deo est. Tertiũ circa hunc modũ considerãdum est ratio remanducationis dignè manducantium: de qua ratione dicitur quòd tales manducant & mãducantur. Et huius ratio est. Quia dum corpus dñi dignè à fidelibus mãducatur, nõ ipsum vt alius cibus in mãducanté cõuertit: sed ecõuersò illud verè mãducãs in illud spiritualiter mutatur. Nã manducantẽ se dñs sui corporis mẽbrũ facit, & sibi incorporans per charitatem vnit & imagini suæ bonitatis similem efficit. Primę Cor. x. Vnum corpus multi sumus, qui de vno pane participamus. Item xij. Vos estis corpus Christi & membra de membro. Quod verè mãducando corpus Christi non in nobis: sed nos in illo conuertimur, triplici similitudine probatur. Prima sumitur de virtute amoris nostri. Hæc est enim vis amoris transformari cor amantis in amatum, id est, amati fortunæ prosperæ & aduersæ assimilari. Hugo. Ea vis amoris est, vt talem te esse necesse sit, quale id est, quòd amas, & cui per affectum coniungeris in illius simili tudinem ipsa quodãmodò dilectionis societate trãsformaris. Can. 8. Pone me vt signaculum super cor tuum: super cor tanquã super ceram calidam puram & mollem aptam suscipere impressam imaginem. Super cor ergo calculũ amore Dei: purũ mundicia sui: molle pietate proximi corpus Christi vt sigillum ponitur: nõ vt ipsum quod immutabile est in nos mutetur: sed nos in imaginem bonitatis eius transmutemur. Secunda similitudo ad idem sumitur de virtute rei maioris. Nam si gutta aquæ in magnum vas vini fundatur virtute multitudinis vini, aqua ex toto in illud mutatur. Sed virtus dominici corporis ineffabilis est magnitudinis: & nos multum exigui respectu illius. Psalm. Magnus dominus &c. Idem Substantia mea tanquàm nihilum ante te. Isa. quadragesimo. Ecce gẽtes quasi stilla sutile. Magnitudo itáque virtutis & dulcedinis Christi infusa exiguo & humili cordi nostro, vincit illud: & à se deficere faciẽs in illam conuertit, vt iam nõ mundanis hominibus nõ nobisipsis: sed Christo involũtate, sermone, bona cõuersatione similes simus. Psal. Defecit in salutare tuũ anima mea. Tertia similitudo ad idẽ sumitur de virtute rami arboris. Hæc est enim proprietas surculi bonę arboris, si truncо inseratur etiam syluestri, quòd naturali virtute prævalens illius amaritudinem in suam dulcedinem & nobilitatem conuertit, & similem sibi bonum fructum proferre facit. Sic corpus Christi nobis insitum defectus nostros euacuat & in suam nos bonitatem trahit: vt quales ipse frondes, flores, & fructus iustitiæ facit, tales & nos per eum faciamus. Hic spiritus sanctus dicit Ezech. 17. Sumam de medulla cedri sublimis & de vertice ramorum eius, & plantabo in montem excelsum & rumpet in germen & faciet fructum. Cedrus sublimis est Deus pater. Rami eminentiores antiqui patres: vertex ramorum beata virgo. Medulla cedri æterna Dei sapientia: pars de ramorum vertice, caro sumpta de virgine. Spiritus ergo sanctus medullam cedri & partem de summo ramo sumpsit: quia Christi incarnationem fecit: & hunc quasi surculum nobilissimum plantat in montem excelsum: cùm fidelibus à terrenis desiderijs ad cœlestia eleuatis dominici corporis tribuit sacramentum. Hinc fructus erupit: quia cor fidele propria amaritudine relicta vitiorum virtute corporis domini similes Christo spirituales frondes, flores, fructus virtutum, & bonorum operum facit. Hinc dictum est Augustino. Cibus sum grandium. Cantic. 2. Trahe me post te, me scilicet mutãdo in te, violentia meæ dilectionis: magnitudine tuę dilectiõis, virtute firmæ insertionis: vt nõ maneat in me radix amaritudinis: sed pręualeat operãdo in me virtus & dulcedo tuæ bonitatis. Gala. 6. Viuo ego, iam non ego &c.

De duodecim effectibus siue fructibus corporis Christi contra nostros duodecim languores, & primo de quatuor primis.

CAP. XXI.

VEnite comedite &c. Thema speciale. Pater meus vsque modò operatur &c. Io. 5. Aliud. Altissimus de terra medicinã plasmauit, Eccle. 38. Thema propriũ. Benedictus fructus ventris tui. Luc. 1. Ascendam in palmam, id est, in crucem, & apprehendam fructus eius. Cant. 7. Sextum principaliter circa sacramentũ dominici corporis notandum, est effectus bonitatis suæ siue virtus spiritualis. Nam quia parentes primi per vetiti à Deo pomi gustum corrupti, multas infudêre miserias suo generi, necessarium fuit medicamen to salutaris miserijs subueniri. Circa quod sciẽdum, quòd nostræ miseriæ sunt tres generales, scilicet vincula culpæ. defectus gratiæ, mortis plagę. De primo. Psal. Funes peccatorũ circũplexi sunt me. Secũdi. Psal. in fine. Incuruatus sum multo vinculo ferri, id est, peccati. De secundo Psal. Imperfectum meum viderunt &c. Item anima mea sicut terra sine aqua tibi, id est, sterilis sine fluenta gratiarum & germine virtutũ. De tertio. Psa. Circundederunt me dolores mortis. Item amoue à me plagas tuas. Iob. 16. Inimicus meus iruit in me, quasi gigas concidit me vulnere super vulnus. In qualibet istarum trium miseriarum generalium intelliguntur quatuor mala spiritualia: quasi xij. languores spirituales, ad quos curandos ordinantur. xij. dominici corporis effectus, siue fructus. Apoca. 22. Ostendit mihi angelus lignum vitæ afferens fructus. xij. per singulos menses, id est, ad curandos nostros xij. defectus siue langores. Psal. Benedic anima mea dominum, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis &c. Prima quatuor mala nostra siue langores sunt quasi vincula culpæ, quibus stringuntur animæ, scilicet dæmonis tentatio, fomitis repugnatio, cordis macula, creatoris offensa. Contra hæc valet fructus virginis, scilicet corpus saluatoris. De primo languore. Ad Ephes. 6. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Eccles. 21. Multæ sunt insidiæ dolosi, scilicet de diuersis vitijs & multis modis tentat. Primæ Petr. 5. Vigilate, quia aduersarius vester &c. Glos. Circuit tanquàm hostis, clausos obsidens muros explorat an sit aliqua pars murorum minus stabilis: cuius aditu ad interiora penetret. Offert oculis formas illicitas, & faciles voluntates, vt vsu destruat castitatem: aures per canora tentat, vt Christianum molliat rigorem: linguam conuitio prouocat: manus iniurijs lacessentibus ad cædem instigat, honores terrenos promittit, vt cœlestes adimat. Psal. Persecutus est inimicus animam meam. De secundo. Gal. quinto. Caro concupiscit aduersus spiritum. Ad Roma. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Augusti. Video aliam legem, id est, fomitem peccati in membris meis: vt in oculo ad cõcupiscendum: in lingua ad maledicendum: in manu ad maleficiendũ, & sic de alijs repugnantem legi mentis meæ, id est, legi Dei. De tertio. Hiere. 2. Si laueris te intro, tamen maculata es in iniquitatibus tuis, coram me. Proue. 20. Quis potest dicere: mundũ est cor meũ, purus sum à peccato. Eccles. 7. Non est homo iustus in terra qui faciat bonum: & non peccet. De quarto. Deute. 9. Memento ne obliuiscaris quomodò ad iracundiam prouocaueris dominum Deum tuum. Et quanto maior culpa: tanto maior contra peccatorem ira diuina. Zacha. 1. Ego iratus sum parum: ipsi autem adiuuerunt in malum. Augusti. Iustitia Dei non sinit esse dedecus culpę sine decore vindictæ. Contra hęc quatuor mala ordinantur quatuor dominici corporis fructus primi. qui nos liberant à vinculis culpæ. dæmonem fugat. fomitem refrigerat, maculam cordis mundat. iram Dei placat. De primo fructu. Tob. 6. Si cordis particulam super carbones posueris, fumus eius extricat omne genus dæmonum. Flamen in quo pisces sunt significat mundum: omnes pisces eius diuersa genera hominũ. Piscis ille magnus, gentem Iudęorum. Cor piscis, quasi membrum nobilissimum: & ex quo vita procedit, beata virginem, particula cordis significat corpus de vigine sumptũ saluatoris. Hoc debet super Carbones poni, id est, fidelibus accensis igne amoris donari, tunc fumus eius, id est, virtus spiritualis, fugat tentationes dæmonum. Psalm. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius &c. De secundo fructu. Psalm. Selmon mons Dei, mõs pinguis. Mons Dei, est Christus. Selmon interpretatur vmbra. Christus igitur est vmbra nostri refrigerij: quia vt dicit glo. De corpore Christi manat vmbra gratiæ quæ nobis defensaculum est contra incentiua vitiorum, & carnalis cõcupiscentiæ. Vnde dictum est de virgine beata. Virtus altissimi obumbrabit tibi, id est, vmbram faciet tibi. Vmbra enim fit de corpore & lumine. Lumen est verbum Dei: corpus caro Christi. Accesit lumẽ corpori, id est, verbum carni. Verbum enim caro factum est. Dum ergo fidelis corpus Christi sumit, spirituale refrigerium percipit, quasi de vmbra gratiæ, quę de ipso fluit. Oseæ decimoquarto. Ego quasi ros, & Israël germinabit quasi lilium. De tertio fructu. Isa. 6. Volauit ad me vnus de Seraphin: & in manu eius calculus quem forcipe tulit de altari & dixit. Ecce tetigi labia tua & auferetur iniquitas, & peccatum tuum mũdabitur. Lapis iste præcisus sumptus de altari, significat corpus Christi: & dum eo os cordis tangit, peccatum veniale mundatur. Grego. Dominus dedit nobis sacramentum salutis: vt qui quotidiè peccamus: & ille iam mortis pro peccato nõ possit per hoc remissionem consequamur. De quarto fructu. Prouerbiorum 21. Munus absconditũ extingit iras. Leui. 2. Si de craticula fuerit oblatio similà consperſa oleo, tollet memoriale de ipso: & adolebit super altare in odorem suauitatis domino. Panis in craticula coctus & oblatus & aspersus oleo, Christus est in cruce pro nobis passus & totus vnctus spiritu sancto. Huius sacrificij memoriale est hostia, quæ offertur in memoriam passionis dominicæ. Hæc debet & super altari adoleri, id est, accendi: quia in corde fideli cũ feruore desiderij & deuotionis suscipi. Hic odor suauitatis est domino, id est, tam grata Deo, vt ob eius gratiã remittat iram suam: & nos sibi reconciliet: & ad æternam pacem perducat. Amen.

De quatuor fructibus secundis. CAP. XXII.

VEnite comedite &c. Secunda quatuor mala nostra siue languores, sunt quatuor defectus gratiæ: quibus multæ laborant animæ, scilicet defectus in cognitione sui. in dilectione proximi, in sapore spirituali, in cõsummatione boni. Contra hęc valet fructus vẽtris virginis corpus saluatoris. De primo languore. Genes. 1. Tenebræ erant super faciem abyssi. Quia ab antiquo cor hominis obuolutum fuit ignorantia sui. Iere. 14. Prauũ est cor hominis & inscrutabile. Quis cognoscet illud. Psal. Delicta quis intelligit? &c. vsque seruo tuo, quibus scilicet vel alios peccare feci, vel aliorum peccatis consensi. Matt. 7. Quid vides festucã in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo non vides? De secundo. Matth. 23. Quoniã superabundauit iniquitas, refrigescit charitas multorum. Eccles. 44. Frigidus vẽtus Aquilo flauit & gelauit cristallus ex aqua. Defectus amoris probatur ab exterioribus signis. 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiã huius mũdi, & viderit fratrẽ suum necessitatẽ patientẽ, & clauserit viscera sua, ab eo quomodò charitas manet in eo. Hier. 9. Vnusquisq; à proximo suo se custodiat: & in omni fratre suo nõ habeat fiduciã quia omnis frater supplantãs supplãtabit, & omnis amicus fraudulenter inceder, & vir fratrem deridebit: & veritatem non loquetur. Prouerbiorum decimo. Pondus & pondus mensura & mẽsura

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtrumque abominabile est apud Deum. Glosa. Diuersum pondus & diuersam mensuram habet in domo sua, vt aliter sibi, aliter proximo metiatur: qui in suis semper actibus quæ laudentur: in proximi quæ vituperentur quærit. sed qui in temporalibus sibi maiorem proximo minorem mensuram dare studet: quia defectum dilectionis habet Deo displicet. Similiter de eo qui malo verbo vel facto proximum contristatur: lædit: vel damnificat. De tertio. Hiere. 31. Omnis qui comederit vuam acerbam obstupescent dentes eius. Grego. Quid est vua acerba nisi peccatum? Vua quippè acerba est fructus ante tempus. Quisquis enim præsentis vitæ delectationibus satiari desiderat: quasi fructus ante tempus comedere festinat. Sed qui vuam acerbam comedit dentes eius obstupescunt: quia qui præsentis vitæ & mundi delectatiõibus pascitur interni sensus eius ligantur: vt iam spiritualia sapere nequeant. Hoc figuratum est. Numeri. xj. In populo Israël qui in Aegypto carnibus cum alio & cæpis satiatus fuerat: & pòst in deserto talia concupiscens: panem cœlestem, scilicet manna dulcissimum cum nausea respuebat. 1 Corin. secundo. Animalis homo non percipit ea quæ sunt Dei. Augusti. Animal dicitur carnalis homo qui fertur dissoluta lasciuia animæ suæ. De quarto. Gal. 3. Sic stulti facti estis: vt cum spiritu cœperitis nunc carne consummamini. Prouerb. 2. Relinquunt iter rectum & ambulant per vias tenebrosas. Luc. 9. Qui supra petram hi sunt qui cùm audiunt verbum, cum gaudio suscipiunt: sed radicem non habent, scilicet stabilitatem firmæ voluntatis: quia ad tempus credũt &c. Can. 7. Mane surgamus: & videamus si floruerit vinea: flores fructum pariunt. Glo. Non est intuendum si vinea floret: sed si flores ad partum fructuum conualescunt: quia scilicet non est mirum si quis bona incohat: sed valdè mirabile est si intentione bona in bono opere perseuerat. Contra hæc quatuor mala: ordinantur quatuor secundi fructus corporis domini: qui nos hic in gratia perficiunt. Intellectum enim ad se cognoscendum illuminat, voluntatem siue affectum in dilectiõe Dei inflammat: memoriam spirituali dulcedine delectat: totum hominem in bono confirmat. De primo fructu. Prouer. vigesimoquarto. Comede fili mel: quia bonum est. Mel est sapientia Dei increata in cibum dulcem nobis præparata. Hoc bonum est ad spiritualem medecinam: quia illuminat mentẽ. 1. Regũ. 14. Vidistis quia illuminati sunt oculi mei, eò quòd gustauerint paululum de melle. Isa. 7. Butirum & mel manducabit omnis qui relictus fuerit: & sciat reprobare malum & eligere bonum: Psal. Dominus illuminatio mea: accedite ad eum & illuminamini: scilicet ad cognitionem vestri. De secundo fructu dicitur Isa. 6. quòd angelus tulit calculum de altari & tetigit os Isaiæ. Calculus est carbunculus sit dictus: quia ignitus vt carbo: & significat corpus domini de altari sumptum & charitate inflãmatum: quia accendit amore corda fidelium. De tertio. Psal. Gustate & videte: quoniam suauis &c. Ecclesia. quadragesimonono. Memoria Iosiæ in compositiõe odoris facta opus pigmentarij in omni ore: quasi mel indulcabitur. Iosias qui interpretatur fortitudo domini: significat Christum dicit Glosa. Memoria Christi, idest sacramentum corporis eius: quod in memoriam sui iussit consecrari, opus est odoriferum veri pigmentarij, ideſt spiritussancti: qui illud composuit de preciosissimis spectebus. scilicet de carne virginali & sapientia Dei. Hic quasi mel in ore cordis indulcoratur, si virtus eius in salutẽ humani generis piè cogitatur. Can. 2. Sub vmbra illius quem desiderabam sedi. Primò fidelis anima Christum desiderat: æstuat spiritu & siti. Secundò vmbram desiderij in spe fructum obtinendi sentit. Tertiò sedet expectat orat: vt se totum ad ipsam reficiendam & viuificandam fructus infundat: quartò infusam eius dulcedinem suauiter gustat. Nota. Sed diceret aliquis. Ecce sæpius vt possum me preparo, corpus domini sumo: sed nihil sentio solatij spiritualis dulcedinis. Respondeo. Cibus iste siue fructus medicina est hominis. Vnde sicut medicus peritus quandóque quibusdam dat medicinam dulcem palato corporis: & quandóque non sic: sed dulcem palato mentis: quæ quãuis non gutturi, tamen bene sapit rationi: pro eo quòd sanam mentem delectat. Sic dominus dat suis fidelibus dulce semper corpus: sed dulcedinem suam alio modo istis: alio istis, prout cuilibet expedire nouit. Hinc est, quòd quidam dulcedinem istam sapiunt per affectum & ardentiori delectantur deuotione, & alij eandem dulcedinem sapiunt per pium intellectum: & sufficienti reficiuntur vtilitate: in eo quòd credunt & intelligunt per hunc cibum sanctum veram vitam obtinere. Igitur quanuis non sapis dulcedinem domini primo modo, id est, per affectum firmæ deuotionis, sapis tamen secundo modo, scilicet per intellectum multæ vtilitatis. De primo. Isa. quinquagesimoquinto. Audite audientes me & comedite bonum. Ambrosi. Panis candidissimè habens omne delectamentum: & omnis saporis suauitatem: qui nos semper reficit comedat cor meum & dulcedinem saporis &c. Panis dulcissimè sana pa. &c. vt sentiat suauitatem amoris tui. sana illud &c. De secundo est illud. Fructus eius dulcis gutturi meo, id est, piè & fideli mẽti, quæ credit & intelligit hunc cibum sanctum sibi esse vtilissimum. Glo. Dulcis fructus gutturi cordis: quia in eo intelligit causam vitæ: dum etiam corporaliter percipit. Hæc dulcedo valet contra tria mala: quæ sunt in mundo. Requirе suprà sermone. decimonono. Postmodùm de quarto fructu. Psalm. Panis cor hominis confirmet: quia scilicet corpus Christi fideles suos in bona vita cõfirmat & confortat: finaliter. tertio. Regum decimonono. Comedit Helias panem quem angelus ministrauit &c. Oreb interpretatur mensa. Mons ergo iste est mons mensę Dei: & significat satietatem cœlestis gloriæ: panis itaque corporis Christi confortat nos in vita bona & bono opere quadraginta diebus & noctibus, id est, toto tempore præsentis pœnitentiæ vsque ad montem & mensam Dei, id est, quousq; veniamus ad altitudinem securitatis & satietatem dulcedinis æternę gloriæ. De his quatuor fructibus simul per figuram dicitur. quarto Regum. 4. Heliæus incubuit super puerum, posuitque os suum super os eius, & oculos super oculos eius, & manus super manus eius: & calefacta est caro pueri. Per puerum fidelis anima, per Heliæum dominus significatur: qui sicut sigillum cerę ficut se coniungit animæ: oculos suos super oculos eius ponit: quia intellectum illuminat: carnem calefacit: quia affectum charitate inflãmat, os super os ponit: quia gustũ memoriæ dulcedine spirituali delectat: manus super manus ponit: quia in bono opere vsque in finem conseruat: & sic totum hominem perficit: vt ad vitam æternam perducat. Amen.

De quatuor fructibus tertijs. CAP. XXIII.

VEnite comedite. Vel similia de effectu. Tertia quatuor mala nostra siue languores, sunt quasi mortis plagæ: quibus multæ gruantur animæ, scilicet debitum mortis æternæ: defluxus bonæ vitæ: exilium mundanæ miseriæ. incineratio corporalis materiæ. Cõtra hæc valet fructus virginis corpus saluatoris. De primo languore. Ad Romanos sexto. Ego carnalis venundatus sum sub peccato. primi enim parentes vendiderunt se & suam progeniem ad perpetuam seruitutem diaboli: quod est ad æternam mortem pro modica delectatione peccati. Genesis secundo. De ligno scientiæ boni & mali, ne comedas. In quacúmque enim die comederis ex ea, morte morieris, id est re & posteritatem tuam ad æternam mortem obligabis. Ad Romanos sexto. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit: & per peccatum mors. Mors id est, certitudo mortis temporalis. & debitum æternæ mortis: nisi subueniret redemptio saluatoris. Ephes. secundo. Eramus natura filij iræ: sicut & cæteri debitores æternæ mortis. De secundo Psalmus. Dies mei sicut vmbra declinauerunt. Item Saluum me fac domine: quoniam defecit sanctus. Genes. quadragesimoquarto. Dies peregrinationis meæ. c. triginta annorum. sunt parui & mali & non peruenerunt ad dies patrum meorum. Item Genes. sexto. Sensus & cogitatio humani cordis ad malum prona sunt ab adolescentia sua. De tertio. Genes. tertio. Emisit dominus Adam de paradiso voluptatis: vt operaretur terram. Psalmus. Heu mihi: quia incolatus meus &c. Ad Hebræ. vndecimo. Iuxta fidem defuncti sunt omnes non acceptis repromissionibus: sed à longè eas aspicientes & saluantes: & confitentes: quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hoc dicunt, significant se patriam inquirere: & siquidem illius meminissent de qua exierant: habebant vtique tempus reuertendi. Nunc autem appetunt meliorem, id est cœlestem. Hinc flens canit ecclesia. Salue regina misericordiæ. Glosa super canonicam Iacobi. Ne mdignemini si mali in mundo florent. si vos patimini: quia non est christianæ dignitatis in temporalibus exaltari: sed deprimi potius. Mali enim nihil habent in cœlo: vos nihil in mundo. Vnde spe illius boni ad quod tenditis. quicquid in via contingat gaudere debetis. De quarto. Genes. tertio. In sudore vultus tui vescẽris pane tuo donec reuertaris in terram de qua assumptus es: quia pulvis es: & in pulverem reuerteris. Iob quarto. Memento quæso, quòd sicut lutum feceris me. Ecclesiastici decimoquarto. Omnis caro sicut fenum: & sicut folium in arbore viridi. Glosa. Sicut fœnum in terra: & folium in arbore crescit virescit marcescit arescit: & deijcitur, ita caro nostra. Contra hæc quatuor mala ordinantur quatuor circũstantiæ fructus dominici corporis, quę saluãt nos à plagis mortis. Ab æterna enim morte liberat: merita bonę vitę multiplicat, ad patriam vitę deducit, ad æternã vitã corpus resuscitat. De primo fructu Ioan. sexto. Ego sum panis vitæ, patres nostri manducauerunt manna, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit non moriatur: quia scilicèt non solùm ab æterna morte: quæ est in inferno: sed etiam ab illa quæ fuit in limbo virtute corporis Christi liberatur. Et insuper hæc breuis mors corporis in vitam æternam quæ est in cœlo eidem commutatur. Oseæ decimotertio. De manu mortis liberabo populum meum. De secundo fructu. Ioan. sexto. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: quia pro multiplicãdis meritis bonę vitæ. Sicut enim puer paruulus per cibum corporalem crescit magnitudine robore, & decore: sic fidelis per cibum spiritualem proficit meritis bonæ vitæ. Ioan. decimo. Ego sum pastor bonus: & infrà. Ego veni

Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Psalm. Multiplicabis in anima mea virtutem. Ioan. decimoquarto. Qui manet in me: & ego in eo &c. De tertio fructu. Ioan. sexto. Ego sum panis viuus &c. id est, deducam eum de exilio præsentis miseriæ ad cœlum. Ambrosius. Dominici corporis figura præcessit, quando dominus in deserto patribus manna pluit: quia sicut ille panis populum per desertum ad terram promissionis duxit. Hæc esca cœlestis fideles huius sęculi desertum transeuntes in cœlum subuehit. Vnde rectè viaticum appellatur. Quia in via reficiens, in patriã vsque perducit. Hieremię duodecimo. Reducam virum ad hæreditatem suam. Prouerbiorum tertio. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam. Glos. sicut in paradiso fuit lignum vitæ, ita per sapientiam Dei quæ est Christus viuificatur ecclesia, cuius nunc sacramento corporis & sanguinis vitæ æternæ accepit pignus. Si ergo corpus Christi sumptum pignus est vitæ æternæ: & pignus non dimittitur donec id pro quo impignoratur accipitur: profectò per hoc ad vitam æternam perducimur. De quarto fructu. Ioan. sexto. Qui manducat carnem meam & bibit meum &c. vsque in nouissimo die. Verum enim hominem resuscitabit. primæ Corinthio. decimoquinto. Sicut per vnum hominem mors, scilicet omnium: ita per vnum hominem, scilicet Christum resurrectio mortuorum. Sed hoc valdè dissimilis: vnde sequitur. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. Ad Romanos decimo quarto. Omnes stabimus ante tribunal Christi &c. Primæ Corin. decimoquinto. omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi vt referat vnusquisque propria corporis: prout gessit, siue bonum, siue malum: sed nõ omnes immutabimur: quia soli electi propter corporis Christi participationem, scilicet sacramentalem vel spiritualem, surgent sole pulchriores: reprobi verò resurgent infirmi & deformes. Daniel. duodecimo. Qui dormiunt in terræ pulvere, euigilabunt: alij in vitam æternam, qui fulgebunt quasi splendor firmamenti: & alij in opprobrium: vt viuant semper: quos, scilicet vt dicitur Esa. decimotertio. Tortiones & dolores, vt parturientes tenebunt, & facies combustæ vultus eorum. Quale semen est quod cadit in terra: talis fructus surgit de terra. Similiter qualis est vita tua dum morieris, talis erit tempore suo resurrectio tua, seminatur zizania & surgit ex ea deformis & odibilis herba: seminatur triticum: resurgit frumentũ pulchrum. Hæc figurata sunt. Genes. quadragesimoprimo. in somnio regis. Septem spicę pullulabant in culmo vno plenę atque pulcherrimæ: & septem aliæ de stipula orientur tenues & percussæ vredine, id est, vento vrente: qui scilicet eas infirmauit & denigrauit. Septem spicę deformes signant omnes reprobos cum magna deformitate in iudicio apparentes: seprępulcherrimę, omnes electos cum gloriosis corporibus resurgẽtes. De primo. Naũ. tertio. Ecce ego ad te maleficã, id est, vniuersitas damnatorũ dicit dominus: & reuelabo pudenda tua in facie tua: & ostẽdam genti nuditatem tuam & regibus ignominiam tuam. De secundo. Phil. tertio. Saluatorem expectamus &c. Primæ Corinth. decimoquinto. Seminatur corpus corruptibile, surget incorruptibile: seminatur in infirmitate, surget in gloria: seminatur corpus animale, surget spirituale: seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Amen.

De tribus effectibus principalibus.

CAP. XXIIII.

VEnite comedite &c. vel alia similia de effectu vel fructu. Sacrosanctum corpus domini tres habet effectus principales. Primus est peccatorum. Secundus bonorum spiritualium largitio, vel augmẽtatio. Tertius animarum cõfortatio, vel vitę æternæ collatio. De primo. Daniel. secundo. Videbam donec abscisus est de monte lapis sine manibus. & percussit statuam, id est, figmenta peccatorum & cominuit eam. Ioan. tertio. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. De secundo. Prouerbiorum duodecimo. Qui bonus est, hauriet sibi gratiam à domino: quia ipse fons totius gratiæ. Ecclesiast. vigesimoquarto. In me omnis gratia vitæ est. vsque ad me omnes. De tertio. Psalm. Panis cor hominis confirmet. Genes. decimooctauo. Ponam buecellam panis & confortate cor vestrum. Primus effectus principalis corporis Christi est destructio peccatorum: & hoc ad tria, ad dealbandum maculam cordis: ad mitigandum stimulum carnis: ad resistendum cogitationibus prauis. De primo. Psalm. Niue dealbabuntur in Selmon. Selmon mons Dei est & interpretatur vmbra: & sicut dicit glo. Corpus Christi significat: quia sicut vmbra sit de lumine & corpore: ita in corpore Christi est lumen diuinitatis: & caro humanitatis. In hoc monte vmbroso super niuem dealbabuntur fideles: quia virtute corporis Christi incomparabiliter à macula peccatorum emundantur. Isa. quadragesimotertio. Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me. De secundo. Exod. decimosexto. Mane rosiacuit in similitudinem pruinæ super terram. Glos. Panis cœlestis in similitudinẽ roris & pruinæ semper apparebat: quia corpus Christi à feruore peccatorum refrigerat. Psalm. Tu dominaris potestati maris: mare significat multas miserias hominis: motus fluctuũ stimulum carnis. De tertio. Can. 1 Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi. Myrrha seruat corpora à vermibus incorrupta: sic corpus Christi corda fidelium à prauis cogitationibus illęsa: quia cùm dilectum dominum susċipimus si fasciculum myrrhæ, id est, amaritudinem passionis eius pia mente cogitamus, vermes malarum cogitationum à nobis repellimus. Secundus effectus principalis est bonorum spiritualium augmentatio: & hoc ad tria, ad decorem castitatis: ad feruorem charitatis, ad saporem suauitatis. De primo. Daniel. 1. Apparuerunt vultus eorum meliores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio. Glo. Vultus eorum quos panis satiabat: qui de cœlo descendit, apparuerunt meliores decore, scilicet castitatis. Vnde & pueri illi casti fuerũt. Can. 7. Quàm pulchra es & decora charissima in delicijs. Sicut enim bonum nutrimentum facit ad decorem corporis, sic delicię cibi spiritualis ad pulchritudinem castitatis. Ezech. trigesimosexto. Similam & mel & oleum comedisti, & decora facta es vehementer. De secundo. Eccles. trigesimosecundo Gemmula carbunculi in ornamento auri. Glo. Ardentium gemmarum principatum tenet carbunculus sic dictus: quia ignitus vt carbo. Significat autem corpus Christi: quod cor accipientis & ornat castitate & inflammat charitate. Psalm. Ignis à facie eius exarsit. carbones & c. Hinc. 4. Regum quarto, Helyseus incũbens incuruauit se super puerum: & calefacta est caro pueri. De tertio. Genes. quadragesimonono. Asser pinguis panis præbens delitias regibus. Sapien. 16. Angelorum esca nutriuisti populum tuũ: & panem de cœlo præstitisti illis: omne delectamentum in se habentem: & omnis saporis suauitatem. Substantiam enim tuam & dulcedinem quam in filios habes ostẽdebas. Can. 5. Comedi fauum cum melle meo. i. dulcedinẽ carnis Christi cum dulcedine diuinitatis: bibi vinũ cũ lacte meo, id est, dulcedinem sanguinis Christi, cum dulcedine spiritualis consolationis. Tertius effectus principalis est animarum cõfortatio: & hoc ad tria: ad delibandum dæmonia: ad sustinendum aduersa: ad operandum bona. De primo. 1. Regum trigesimo. Inuenerunt viri Dauid virum Aegyptium in agro & adduxerunt eum ad Dauid. Dederúntque ei panem vt comederet. & refocillatus est: & adduxit Dauid ad latrunculos & percussit eos. Vir Aegyptius significat peccatorem, quem prædicatores adducunt ad Christum per conuerſionem: qui pane dominici corporis confortatus: fit dux exercitus Christi ad debellandos dæmones. Ephe. 6. Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Primo Regum. 7. Factum est autem cùm offerret Samuel agnum in holocaustum, exterruit dominus Philistum, & cæsi sunt à filijs Israël. De secundo. 3. Regũ vigesimosecundo. Mittevirum istum in carcerem, & sustenta eum pane tribulationis. In carcerem mittitur qui in hoc mundo aduersa patitur. Panis tribulationis quo sustentatur, est panis vitæ æternæ: quo ad sustinenda aduersa confortatur. Actuum vigesimoquarto. Dicit apostolus existentibus in periculo maris. Rogo vos accipere cibum pro salute vestra: & omnes sumpserunt cibum confortati: & animosiores facti sunt. Ad Philip. tertio. Omnia possum in eo qui me confortat. De tertio. Prouerbiorum vltimo. Mulier fortis de nocte surrexit, dedítque prędam domesticis suis & cibaria ancillis suis. Mulier fortis est ecclesia de gentibus. Hæc de nocte surrexit: quia per auditũ verbi de tenebris peccatorũ ad Christũ se cõuertit. Prędã domesticis & cibaria ancillis dedit: quia sacramẽta Iudæe missa: quæ susċipere noluit: hęc cum omni desiderio rapuit: & de eis familiam suam, id est, fideles pauit. Et hoc vt eos ad tria bona confortaret: ad opera misericordiarum, ad lucrum animarum, ad emptionem cœlestium diuitiarum. Vnde sequitur post prædictum cibum. consideravit agrum: & emit eum, de fructu manuum suarum plantavit vineam. Primum notatur per fructum manuum. Secundum per plantationem vineæ. Tertium per emptum agrum. Primò confortamur cibo domini ad opus bonum. Ecclesia. trigesimotertio. Cibaria & virga: & onus asino: panis & disciplina: & opus seruo. Sicut pabulum confortat asinum ad onera portanda: sic panis cœlestis seruum Dei ad opera bona perficienda. Secundę Thimo. primo. Gratias ago ei qui me confortat in Christo Iesu. Qui enim verè considerat in hoc sacramento immensam circa se Dei liberalitatem valdè confortat eum ad proximi pietatem. Secundò confortamur ad lucrum animarum ibidem. Vas electionis est mihi iste &c. nomen meum, scilicet Iesum Christum: quasi cœleste oleum ad sanitatem animarum. Can. 2. Oleum effusum nomen tuum de corde Christi pleno fluit oleum gratiæ ad salutem animę. Tertiò confortamur ad emptionem bonorum cœlestium. Hinc suprà dictum est, quòd mulier fortis post cibum consideravit agrum & emit eum: virtutibus, scilicet & bonis operibus. Iere. trigesimosecundo. Agri precio ementur & scribentur in libro, & imprimetur signum & testis adhibebitur. Agri cœlestis hæreditatis ementur pecunia virtutum & bonorum operum, & scibentur tam agri, quàm emptores in libro vitæ: & imprimentur in corde emptoris: signum

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet crucis Christi: & lumen imaginis Dei pro certo pignore: & adhibebitur testis: quia in die iudicij coram omnibus testis erit dominus, quòd verè emisti regnum cœlorum precio bonorum operum. Vel tertius effectus principalis dici potest vitæ æternæ collatio. Ioan. sexto. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Et hoc in tribus. In omnium deliciarum præparatione: in omnium desideriorum impletione: in omniũ bonorum secura & æterna fruitione. Require hoc in sermone decimo: in fine.

De effectibus corporis Christi sumptis ex tribus eius vocabulis.

CAP. XXV.

VEnite comedite &c. vel alia vt suprà: vel similia de effectu vel de nominibus corporis Christi. Effectus dominici corporis possunt sumi ex tribus nominibus: quæ solét eidem asscribi. Nominatur enim quãdóq; verus panis: quãdóq; sacramẽtũ altaris: quãdóque sacramentum charitatis. De primo Ioan. sexto. Pater meus dat vobis de cœlo panem verum. de secundo Malac. tertio. Placebit Deo sacrificium Iuda & Ierusalem. De tertio. i. Thi. tertio. Magnum est pietatis sacramentum: quod manifestum est in carne per partum virginis prædicatum est in gentibus à sanctis Apostolis creditum est mundo. ideſt conceſſum fidelibus in cibum salutis. Vnde rectè dicitur sacramentum charitatis: Primò corpus domini nominatur panis verus. Et secundum hoc habet tres effectus. Sicut enim panis tria bona præcipuè confert corpori, ideſt satiat: confortat: vitam cõseruat: sic panis iſte satiat spiritum ad fastidium mundi faciendum: confortat animum ad malum culpæ deuincendum: conseruat vitam ad Deum semper laudandum. De primo Psalm. Pauperes eius saturabo panibus. Complenda. Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris: & hoc ad fastidium mundi faciendum. Prouerb. vigesimosecundo. Anima saturata calcabit fauum. Gregorius. Gustato spiritu desipit omnis caro. De secundo. Psal. Panis cor hominis confirmet ad malum: scilicet culpæ deuincendum: quia qui carent corroboratione huius panis vincuntur à vicijs, quarto Regum. 25. Rex Babylonis & exercitus eius obsedit Ierusalem: & non erat panis populo terræ: & omnes viri bellatores nocte fugierunt ad hortũ Regis, ideſt ad delicias carnis: & ad campestria solitudinis, ideſt ad viam latam, quæ ducit ad mortem. De tertio. Eccl. 34. Panis egentiũ, vita pauperis est. Io. 6. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Ego viuo propter patrem & qui manducat me, viuet propter me. Et hæc est vita ad Deum semper laudandum. Psalm. Lauda anima mea dominum &c. De his suprà sermone 9. Secundò, corpus domini nominatur sacramentum altaris: & secũdum hoc habet triplicem effectum, scilicet in triplici statu fidelium, id est in hoc mundo, in cœlo, in purgatorio. In statu mundi peccata relaxat: in statu purgatorij pœnam alleuiat: in statu cœli gloriam augmentat. De primo scilicet statu mundi. Leui. 5. Anima quæ peccauerit per ignorãtiam offeret arietem immaculatum, scilicet Christum, sine quo non fit remissio. Nihil prodest capram, id est, austeritatem pœnitẽtiæ immolare: nisi studueritis in Christi immolatione plenam fiduciam habere. Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce &c. Paschasius. Licet omnia peccata in baptismo sint donata, infirmitas tamen peccati, id est fomes in carne remanet. Et quia ex hoc quotidie labimur: saltẽ in venialibus: ideò Christus pro nobis quotidie immolatur: vt qui semel moriendo mortem deuicit, quotidie recidiua delictorũ per hæc sacramenta relaxet. Ambro. Sicut quod vbique offertur vnum est corpus, ita & vnum est sacrificium Christus semel in cruce hostiam pro ouibus obtulit, ipsam offerimus & nunc: sed quod nos agimus, recordatio est sacrificij illius, nec causa suæ infirmitatis repetitur, sed nostræ: quia quotidie peccamus. De secundo. Leuit. 17. Dedi vobis sanguinem, vt super altari meo expietis pro animabus vestris. In hoc figuratum est, quòd sacrificium carnis & sanguinis Christi valet animabus in pœna purgatorij. Hic sciendũ quòd tres turmæ animarum sunt decedentium, prima peccantiũ, secunda pœnitentium. tertia innocentium. Primam sacrificium non adiuuat. secundam pœna alleuiat. tertiam sine pœna ad cœlum subleuat. De primo. i. Regum. 3. Iuraui Heli, quòd non expietur domus eius victimis & muneribus in æternum. Domus eius, id est omnium in peccatis persistentium. Iere. 7. Quia locutus sum ad vos & non audistis, & vocaui vos & non respondistis, proiiciam vos à facie mea, id est ab omni bono, quod est in cœlo & in terra. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas proteis laudem, id est, sacrificiũ laudis: & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. Prouerb. 7. Qui adulter est, id est amans & adhærens creaturæ vltra mensuram iusticiæ, perdet animam suam: quia zelus & furor viri non percet in die vindictæ: nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima, quasi preciosissimum Christi sacrificium. De secundo est illud supradictum. Dedi vobis sanguinem, vt super altari meo expietis pro animabus. Sanguinem, id est sacrificium corporis & sanguinis Christi. Sanguis pro corpore simul & sanguine pars pro toto: & quia sanguis in altari non est sine corpore, nec corpus sine sanguine: pro animabus scilicet quæ sunt in purgatorio. Augustin. Orationibus & elemosinis sanctæ ecclesiæ & sacrificio salutari, non est dubium defunctorum animas releuari: vt cum eis misericordiùs agatur à domino, quàm eorum peccata meruerunt in hoc mundo. Zacha. decimotertio. Partes duæ in terra dispergentur & deficient, id est fideles & mali Christiani damnabuntur, & tertia pars relinquetur in ea, id est, pœnitẽtes. Et ducam tertiam partem per ignem, id est animas pœnitentium per purgatorium & vram eos, sicut vritur argentum: & probabo eos, sicut probatur aurum: ipse inuocabit nomen meum, & exaudiam eum. Ipse scilicet philosophus christianus in terra relictus inuocabit me orationibus & elemosinis, & sacrificio altaris pro parte ducta per ignem, id est, pro animabus quæ sunt in purgatorio, & exaudiam eum: alleuiando, scilicet pœnam illorum & abbreuiando. De tertio. Prouerbiorum trigesimoprimo. Munus absconditum extinguit iras. Iras scilicet Dei, id est, pœnas purgatorij quantùm ad animas innocẽtes: & in præsenti tribulationibus & flagellis satis purgatas. Psalm. Domine ne in furore tuo &c. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi &c. Furor Dei ardet in inferno. ira in purgatorio. sagitta siue correptio amoris in hoc mundo. Quirigitur sagittas dominicę correptionis patienter portat, furorem inferni & iram ignis purgatorij duce domino illęsus euader. Isa. quadragesimotertio. Noli timere serue meus: cùm transieris per ignem, tecum ero: & flumina non operient te. Cùm ambulaueris in igne, non combureris: quia ego saluator tuus. Daniel. tertio. Angelus domini descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem: & fecit ignem fornacis quasi ventum roris flantem: & non tetigit eos omninò ignis: nec contristauit. Tunc laudabant Deum dicentes. Benedicite domino qui eruit nos de inferno: & eruit nos de medio ardentis flammæ. Isa. quinquagesimoquinto. In lętitia egredimini. & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem. De tertio supernominato, scilicet quòd sacrificium altaris gloriã beatorum quodam modo in cœlo augmentat. Leui. decimo. Pectusculum sacrificij quod oblatum est, edetis in loco mundissimo tu & filij tui & filiæ tecum. Pectusculum sacrificij quod optimum & dulcissimum est de animali, signat dulcedinem effectus corporis Christi: inquantum comeditur in loco mundissimo, id est, inquantùm delectat beatos in cœlo: quia plurimum gaudent & congratulantur in hoc sacrificio de memoria redemptionis, de aspectu nostræ salutis, de administratione diuinæ bonitatis. Grego. Eodem momento rapitur in cœlum ministerio angelorum sociandum corpori Christi & ante oculos sacerdoris in altari videtur. Rapitur scilicet corpori Christi consociandũ, id est, ad beatos lætificandum. Complenda. Sumpsimus domine diuina mysteria: quæ sicut sanctis tuis ad gloriam: ita nobis ad vitam prodesse perficias. Tertiò corpus domini nominatur sacramentum charitatis. Et secundum hoc tres habet effectus: quia tria maximè bona operatur in nobis, scilicet spiritussancti veram participationem: ipsius Christi certam inhabitationem, in similitudinem imaginis Dei transformationẽ. De primo Psal. Et de petra melle saturauit eos: quia fideles sugunt de corpore Christi dulcedinẽ spiritus sancti. Sapi. O quã bonus & suauis est dñe spiritus tuus in nobis: qui. s. de corpore tuo in nos fluit. Augu. Participatione corporis & sanguinis Christi homo viuit, nõ sumẽs tantũ sacramentũ: qd & mali faciũt: sed pertingẽs vsq; ad spiritus participationẽ: vt in corpore dñi tanquã mẽbrũ maneat: & eius spiritu vegetur. De secõ. Io. 6. Qui manducat carnẽ meã &c. Hylarius. Accepta carne domini & hausto calice id efficitur: vt nos in Christo & Christus in nobis sit. Est enim Christus in nobis per carnem, dum eius carnem accipimus, & sumus in eo: dum secum hoc quod nos sumus Deo est. Io. 1. Verbũ caro factũ est &c. Dum verbum carnem assumpsit in nostra carne habitauit, & dum nos verbum incarnatum in cibum accipimus, ipsum etiam habitat in nobis. De tertio Ioan. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, id est, Deiformes: & Deo secundum imaginem similes. nec potest creatura ad maius promoueri, quàm quòd assimiletur suo creatori. Assimilatur autem homo Deo, virtute corporis Christi in tribus. In interiori cordis bonitate. in exteriori operis fertilitate: in superiori cœlestis regni hæreditate. De primo. 2. Petr. 1. Christus propria gloria sua: & virtute maxima & pretiosa promissa nobis donauit: vt per hoc efficiamur consortes diuinæ naturæ. Maxima promissa, id est, seipsum. Vnde iusiurandum quod iurauit &c. daturum se nobis, vt efficiamur consortes diuinę naturæ, id est, diuinæ bonitatis: quia natura Dei bonitas est. Ambro. Quia dominus Iesus consors, scilicet est diuinitatis & corporis: & tu qui accipis carnem eius diuinæ substantiæ in illo participans alimento. i. verè bonus efficieris ab eo. De secundo. Ezechiel. xij. Sumam de medulla cedri sublimis: & de vertice ramorum eius. & plantabo in montem excelsum, & faciet fructum. Medulla cedri sublimis est æterna sapientia Dei. alti rami eius sunt patres sancti. vertex ramorum est beata virgo, pars de vertice caro Christi sumpta de virgine. Surculus igitur sumptus de medulla & de vertice, est corpus Christi plenum diuinitate. Iste plantatus in montem excelsum, id est, in cor iusti in cœlum eleuatum, facit similem Christo bonis operis fructum. De vtrẽque ad Gala. 2. Viuo ego iam non ego. viuit verò in me Christus in me, scilicet assimilãdo interiori bonitate & exteriori bono opere. Hinc dictum est Augustino. Cibus sum grandium &c. nec tu me mutabis &c. De tertio. Ioan. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: ergo & hæredes. Ad Roma. 8. Si filij, & hæredes: cohæredes autem Christi. primæ Petr. 2 Benedictus Deus qui regenerauit nos. i. de filijs diaboli filios Dei fecit: in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem conseruatam in cœlis. Amen.

De effectibus sumptis ex tribus aljs corporis Christi vocabulis.

CAP. XXVI.

VEnite comedite &c. Thema de effectu vel de nominibus corporis Christi. Effectus dominici corporis possunt sumi ex tribus illis nominibus eius iam suprà dictis. Dicitur enim quandóque medicina spiritualis. quandóque manna, id est, panis cœlestis. quandóque eucharistia, id est, bona gratia animæ fidelis. De primo Ecclesiasti. trigesimooctauo. Altissimus de terra creauit medicinam: & vir prudens non abhorrebit eam. Auguſt. Suscepit Christus de terra terram: & de carne Mariæ carnem accepit: & ipsam nobis ad salutem manducandam dedit. De secundo Apocal. 2. Vincenti dabo manna &c. Quasi dicat. Qui se præparat per victoriam vitiorum: illi dabo manna, id est, cœlestem panem, scilicet corpus meum in quo secretè reconditum est multiplex bonum. Ioan. sexto. Hic est panis qui de cœlo descendit. De tertio. Ecclesiasti. trigesimosecundo. Audi tacens: & pro reuerentia accedet tibi longa gratia. Quasi dicat. Præpara te per auditum verbi Dei & obedientiæ qua taceas, id est, cesses à malo: serues reuerentiam in beneficiendo: tunc dabitur tibi bona gratia: quæ Græcè dicitur eucharistia, id est, corpus Christi. Magister quarto Sentẽtiarum. Sacramentum altaris excellenter dicitur eucharistia, id est, bona gratia: quia in ea non solùm est augmentum virtutum & gratiæ: sed ille totus ibi sumitur, qui est fons totius gratiæ. Primò corpus domini dicitur medicina spiritualis. Et secundum hoc habet tres effectus. Serpens ille malignus infudit humano generi per venenũ pomi vetiti triplicẽ corruptionem in anima: tenebras ignorantiæ, in carne morbum prauæ concupiscentiæ, & mortem vtrobique. Ad hæc tria curanda valet corporis Christi medicina. Ignorantiæ enim tenebras illuminat: morbum prauæ concupiscentiæ sanat: & mortem destruendo triumphat. De primo. Psalm. Paraui lucernam Christo &c. Lucerna est lumen in dyaphano, id est, perlucido corpore: sic corpus Christi est verbum Dei: quod est lux vera in munda carne, quo scilicet pelluntur à nobis tenebræ ignorantiæ. Luc. 1. Viderunt oculi mei salutare tuum &c. Psalm. Dominus illuminatio mea &c. Accedite ad eum & illuminamini. de secundo Isa. trigesimooctauo. Item quarti Reg. 2. Iussit Isaias vt tollerent massam de ficis & cataplasmarẽt super vulnus Regis, & sanaretur. Vulnus siue vlcus Regis est concupiscentia carnis. Psalm. Miserere mei domine quoniam infirmus sum &c. de tertio Luc. 1. Benedictus fructus ventris tui, scilicet corpus Christi, quod est fructus vitæ valens ad curationem mortis æternæ. Prouerbiorum tertio. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam, scilicet sapientiam Dei incarnatam. Osee 14. Ero mors tua ô mors. De hac triplici corruptione & medicina, super sermone sexto post principium. Secundò corpus domini dicitur manna, id est, panis cœlestis: quod manna habet similitudinem saporis frumenti mellis & olei. De duobus primis. Exod. 16. Gustus eius sicut similę. De tertio. Numeri 16. Gustus eius quasi similę cum melle. De tertio. Numer. 25. Fecerunt ex eo tortulas saporis quasi panis. De tribus simul Ezechie. decimosexto, Gustus eius quia similam mel & oleum comedisti, & secundum hęc tria habet corpus domini triplicem effectum. operatur enim morum honestatem, cordis suauitatem, proximi pietatem. primum significatur in frumento, secũdum in melle, tertium in oleo. De primo Zacharię 9. Quid bonum eius, & quid pulchrũ, nisi frumentũ electorũ. panis de frumento bonus est & pulcher in se & etiã in effectu: quia facit pulchrũ: sic corpus Christi bonum & pulchrum facit honestatem morum. Daniel. 1. Apparuerunt vultus eorũ meliores & corpulentiores præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. glo. vultus eorum, quos panis satiabat qui de cœlo descendit. De secundo. Prouerbiorum. 33. Comede fili mel, quoniã bonum est & fauum dulcissimum gutturi tuo. Sapien. 16. Paratum panem de cœlo præstitisti illis, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. De tertio. Iob 29. Quis mihi tribuat, vt sim secundum dies: quoniam secreto Deus erat in tabernaculo meo: & petra fundebat mihi riuulos olei, id est, gratiam pietatis ad bonum proximi. Prouerbiorum 21. Thesaurus desiderabilis & oleum in tabernaculo iusti. quarti Regum. 4. Offerebant vasa, & mulier infundebat oleum. & ait Heliseus. Vende oleum & redde creditori tuo. tu autem & filij tui viuete de reliquo. ecce oleum, id est, opus pietatis proximum reficit. debita soluit: nosipsos pascit. primũ intelligitur in eo quod fundebat oleum in vasa proximorum. secundum in eo quòd reddidit per oleum debita creditori. tertium in eo quòd ipsi & filij de oleo vixerunt. Tertiò, corpus domini dicitur eucharistia, id est, bona gratia: sicut autem dicunt magistri. Gratia est influẽtia diuinæ bonitatis in animam, per quam assimilatа Deo fit ei grata & vitæ æternæ digna: & secundum hoc, corpus domini habet tres effectus. similem Deo animam efficit. gratam & charam Deo reddit. vitam æternam tribuit. De primo. 2. Petr. 1. Christus propria gloria & virtute maxima & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hoc efficiamur diuinæ naturæ consortes, id est, similes Deo per veram bonitatem. De secundo Cant. 7. Quàm pulchra es & decora in delitijs: quasi diceret, delicato cibo & potu corporis Christi & sanguinis es nutrita: facta es multũ decora, & idcirò grata Deo & chara. ¶ De tertio. Io. Ioan. 6. Qui manducat carnem meam &c. habet vitam æternam. Item corpus domini dicitur eucharistia, id est, bona gratia: & secũdum hoc habet valdè bonum effectum: scilicet cùm illud manducamus, nõ ipsum vt alius cibus mutatur in nobis: sed nos in illo mutamur. nam quia vt dictum est, gratia est influentia diuinæ bonitatis in animam: per quam similatur Deo: hæc bona gratia, scilicet corpus Christi, influit nobis bonitatem suam: per quam nõ ipsum nobis: sed nos illi assimulamur: & in eius bonitatem mutamur: hæc nostra in Christũ mutatio potest probari similitudine triplici: prima sumitur de virtute nostri amoris, secunda de virtute rei maioris. tertia de virtute surculi arboris. Hęc require suprà sermone. 20. ante finem.

De consideratione sanguinis Christi tribus modis: & primò de primo, vt in cruce fundatur. CAP. XXVII.

VEnite comedite panem meum: & bibite vinum quod miscui vobis. Prouerbiorũ 9. His verbis dominus nos inuitat ad salutare conuiuium, in quo præparauit pretiosum cibum & potum corpus & sanguinem suum. dicto itáque suprà de corpore Christi: dicendum est hic de sanguine. Hic est qui viuit per aquam & sanguinem Iesus Christus. primæ Ioan. 2. item aliud. Calicem quidem meum bibetis. Matthæ. 20. thema proprium. Dignus es domine &c. quoniam redemisti nos Deus in sanguine tuo. Apoca. ij. vel aliud simile. Septimum principaliter circa sacramentum dominici corporis notandum est consideratio sanguinis sacri. Vnde sciendum quòd sanguis domini tribus modis potest considerari. primò, vt in cruce pro omni salute funditur. secundò, in sacramento à fidelibus sumitur. tertiò: vt à saluandis spiritualiter bibitur. Primo modo cõsideratus ab inestimabili dignitate commendatur. circa hanc pretiositatem quatuor præcipuè possunt notari. Primùm est pretiositatis magnæ probatio: secundum tanti pretij dandi ratio. tertium virtutis, sanguinis magnitudo. quartum redemptorum sanguine multitudo. Primùm circa pretiositatem sanguinis, præcipuè notandum est, pretiositatis magnæ probatio. & hoc probatur à tribus, à virginali origine, à dignitate innocẽtiæ, à Dei vnione. De primo Eccle. 24. Ego quasi vitis fructificaui &c. fructus vitis, scilicet beatæ virginis vua & vinum, id est, corpus Christi & sanguis. Vinum igitur honoris ortum de flore vitis, est sanguis Christi pretiosus natus de virginitate. Multum itáque cõmendat sanguinis Christi nobilitatem & pretiositatẽ, q̃ à nulla, vt alius sanguis, corruptione, sed à virginali flore sumpsit exordium. De secũdo. Psal. Captabãt in animã iusti & sanguinem innocentẽ condemnabant. Quanto sanguis innocẽtior, tanto charior & pretiosior. primę Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis: sed pretioso sanguine quasi agni incõtaminati & immaculati Iesu Christi. De tertio. Hiere. 13. Agglutinaui mihi omnem domum: Israẽl, dicit dominus. i. inseparabiliter mihi vniui totam hominis naturam: scilicet animam corpus & sanguinem. Ad Hebr. 2. Quia pueri communicauerunt carni & sanguini: & ipse Christus similiter participauit eisdem. i. filius Dei pro salute hominis habentis carnem & sanguinem assumpsit carnem hominis & sanguinem: & ita vniuit ea sibi & honestauit: vt verè possint dici caro Dei & sanguis. Actuum 20. Posuit vos spiritussanctus regere ecclesiam Dei: quam acquisiuit sanguine suo: ergo sanguis Christi verè est sanguis Dei: ideò tam preciosus: quòd vna gutta plus valet quàm totus mundus. Secundum circa pretiositatem sanguinis Christi præcipuè notandum est tanti pretij pro homine dandi ratio: & hæc est triplex: prima magni debiti necessaria solutio. Secunda magni amoris demonstratio. Tertia magni boni perditi recuperatio. Prima ratio tanti precij dandi pro homine: scilicet pretiosi sanguinis Dei est magni debiti necessaria solutio. Maximo enim debito obligatus est primus homo: quia tenebatur Deo satisfacere pro se: & toto humano genere: quod rapuerat & occiderat pomum vetitum comedendo. Vnde iussus est cum omni progenie mitti in gehennę carcerem: donec redderet omne debitũ per sufficientem hostiam. Iustum est enim secundum peccati quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

titatem:& læsæ maiestatis dignitatem fieri satisfactionem:& hoc po teſt tribus gradibus distingui. Pro minore enim culpa minor: pro maiori maior:pro maximo satisfactio maxima est facienda. Hinc statutum erat in lege pro transgressione diuersorum mandatorum pecus aliquod offerri vel occidi:& sanguinem eius fundi:sed maiori peccato vel homicidio simplici ipsum homicidam occidi:& sanguinem eius fundi. Ex hoc sequitur,quòd pro tot homicidijs primi parentis:qui omnes homines occidit:quia per eum omnes moriuntur:& pro læsa per hoc maximi creatoris maiestate tam præciosa hostia debeat offerri Deo & occidi: & sanguis eius fundi: qui ad minus tantū valeat:quantū omnes homines qui sunt occisi: sed quia talis in omni creatura nō poterat inueniri:necesse fuit ad soluendum tantū debitum:& ad liberādum de inferni carcere genus humanum:filium Dei hominem fieri omni creatura meliorem: & ipsum pro debito hominis occidi:& sanguinem eius fundi. De primo. Leui. 4. Anima quæ peccauerit per ignorantiam in transgressione:scilicet quorūdam mādatorum Dei:offerat Deo vitulum vel agnum:vel aliquid huiusmodi:ad occidendum & sanguinem fundendum:ad Hebr. 9. Omnia pœnæ in sanguine mundantur secūdum legem:& sine sanguinis effusione non fit remissio. De secūdo. Gen. 9. Quicúnque fuderit sanguinem hominis fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippè Dei factus est homo. Numeri. 35. Non aliter expiari potest:nisi eius sanguine:qui alterius sanguinem fuderit. De tertio Oseæ. 13. De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos precio sanguinis:dicit interlinearis:de morte:idest de plaga & debito æternæ mortis. Bernar. Filius Dei iubetur occidi: vt vulneribus nostri pretiosi sanguinis sui balsamo mederetur. Agnosce anima quàm grauia sunt illa vulnera: pro quibus necesse est dominum Iesum Christum vulnerari:nisi enim essent ad mortem æternam:nunquàm pro eis filius Dei moreretur. Secunda ratio tanti precij dandi est magni amoris demonstratio. primæ. Io. 5. Tres sunt qui testimonium dant in terra:spiritus,aqua:& sanguis: spiritus quem misit de corpore: aqua quæ fluxit de latere: & sanguis quē effudit de corde,testes sunt dilectionis maximæ Psalmus. Apud dominū misericordia & c. vt scilicet probaretur ad nos amoris eius magnitudo. Ber. Verè copiosa Christi redēptio:quia vndā sanguinis per quinque partes corporis largiter effudit:cùm pro redemptione generis humani vna gutta pretiosi sanguinis eius sufficeret:sed data est copia,vt magnitudine muneris virtus innotesceret diligentis,vt enim ostenderet quantū te diligeret,non aliter voluit quàm moriendo te de morte liberare. Aug. O anima mea præciosa nō auro redempta vel opibus,sed agni immaculati sanguine. attende quid valeas,quid pro te datum sit cogita. Noli temetipsam tradere in perditionem,pro qua Christus suum pretiosum fudit sanguinem. Tertia ratio tanti precij dandi est magni boni perditi recuperatio:& hoc est triplex, scilicet libertas à seruitute Diaboli, introitus cœlestis regni:hæreditas filiorum Dei. De primo. Hiere: 30. Redemit Deus Iacob,& liberauit eum de manu potentioris,scilicet pretioso sanguine Christi. Ioan. 8. Si vos filius liberauerit verè liberi eritis. Psalm. Redemit eos de manu inimici. Luc. 1. Benedictus dominus Deus Israël &c. De secundo Heb. 9. Christus introiuit semel in sancta æterna redemptione inuēta:& infrà decimo. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Hiero. Sanguis Christi est clauis paradisi. In passione enim domini cœlum diu clausum,quasi soluto sanguinis eius precio est apertum. Io. 19. Vnus militum latus eius perforauit &c. Glo. Vigilanti verbo vsus est, non dixit vulnerauit, sed aperuit: vt illic vitæ quodammodò ostium panderetur,vnde sacramenta ecclesiæ emanauerunt:sine quibus ad vitam non intratur. Sanguis enim fusus est in remissionē peccatorū, aqua in lauacrū, humanū genus propter debita peccatorū & deformitatem à paradiso cœlesti exclusum:necesse habuit ad reditū. & pretio sanguinis Christi à debito absolui,& aqua baptysmi à sorde lauari. De tertio. Leui. 25. Si frater tuus vendiderit possessiūculam suā,si voluerit propinquus eius poterit redimere,quod ille vendiderat:hoc fecit Christus pretio sanguinis sui. Hinc legitur Numeri. 25. quòd homicidis expulsis de terra sua,non dabitur libertas redeundi,nisi:post mortem summi pontificis. Hie. 12. Reducam virum ad hæreditatem suam. Ecclesiastici 33. Seruus fidelis,sit tibi quasi anima tua,quasi fratrem fie eum tracta:quoniam in sanguine animæ comparasti eum tibi,scilicet quòd hæreditatem tuam quam redimere non poterat sanguine tuo redemisti tibi. vnde tracta cum quasi fratrem,diuidendo secum hæreditatē. hinc Luc. 32. Clamat de cruce latro. Domine memento mei. & dixit illi Iesus. Amen dico tibi,hodie mecū eris in paradiso.

De duobus aliis circa pretiositatem sanguinis Christi notandis.

CAP. XXVIII.

THema de sanguine Christi:vt suprà,vel similia. Tertium circa pretiositatem sanguinis Christi:vt consideratur in cruce fusus præcipuè notandū est virtutis magnitudo:& cōsistit hæc in tribus. In diaboli destructione. In mundi redemptione. In Dei reconciliatione. de primo Iob. 40. secundum aliam literam. Nunquid capies Leuiatham hamo. supple. sicut ergo Leuiatham est diabolus. hamus siue aculeus in esca est Dei filius in carne humana assumpta absconditus. Isto hamo captus est diabolus,& deceptus:quia dum carnem innocentis Christi in cruce mordere & effundere sanguinem iniustè præsumpsit latēs aculeus dignitatis, potestatem eius perforando destruxit. Amos 5. Ego exterminaui Amorreum,id est,amarum inimicum. cuius altitudo cædrorum altitudo est,& fortis ipse quasi quercus. Hoc figuratum est. Daniel. 14. Erat Draco magnus in Babylone & tulit Daniel picem: & adipem & pilos & coxit pariter: & fecit massam: & dedit in os draconis: & diruptus est. Pix & pili significant similitudinem carnis peccati:adeps sanguiné Christi:massa ex his sacra membra saluatoris data in potestate hostis:sed dum hęc iniustè mordere nititur,iustè potestas eius destruitur. de secundo primæ. Corin. 6. Empti estis pretio magno. Ad Ephe. 1. Habemus redemptionem per sanguinem Christi, in remissionem peccatorum. primæ Pe. 1. Non corruptibilibus:auro vel argento redempti estis &c. Hinc canit ecclesia. Te ergo qui tuis famulis subueneſti,quos pcioso sanguine redemisti. De vtroq; Heb. 1. Quia pueri communicauerūt carni & sanguini: & ipse Christus similiter communicauit eisdem:vt per mortem destrueret eū qui habebat mortis imperium: Diabolum scilicet & liberauit eos. Augusti. Quid fecit redemptor captiuatori nostro? tetēditei muscipulam crucem suam:posuit ibi escam corpus & sanguinem suum. Ille autem sanguinem fudit non debitoris:propter quod iussus est reddere debitores. Hinc canit ecclesia. O crux gloriosa per quā Diabolus est victus,& mundus Christi sanguine redemptus. de tertio. Ephe. 2. Vos qui aliquādo eratis longè,facti estis in sanguine Christi propè. Ipse est enim pax nostra,id est faciens nobis pacē cū Deo. Ad Colo. 1. Christus est caput corporis ecclesiæ pacificans per sanguinem crucis:siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Hinc post passionem & resurrectionem ostendit discipulis cruentas manus & latus dicens. Pax vobis. Hæc pax cum Deo siue reconciliatio fit per sanguinem Christi triplici ratione. Ratione pretij sufficientis: quod in eo pro nostris debitis soluit. Ratione formositatis qua nos Deo gratos fecit. Ratione gratissimæ charitatis:quam in hoc facto demonstrauit, de primo. Psalm. Persecuti sunt me inimici &c. vsq; ad mortem crucis,quę non rapui exoluebam,scilicet pretio sanguinis pro bono pacis. Matth. 26. Sanguis pro vobis fundetur in remissionem peccatorum. de secundo Ephes quinto. Christus dilexit nos. & tradidit semetipsum oblationem & hostiam Deo gratā ad effectum nostræ reconciliationis causa nimiæ dilectionis. Nam si Noē iustus,vt dicitur Eccles. 44. In tempore iracundiæ factus est reconciliatio propter iustitiam:multò magis Christus propter nimiam charitatem. qua obtulit pro nobis Deo proprium sanguinem. de tertio. Roma. 5. Iustificati in sanguine Christi,id est,de reis iusti,de fœdis pulchri facti, salui erimus ab ira per ipsum: & glorificamur in Deo per dominum nostrum, per quem reconciliationem accepimus. Item primo: dilectis Dei. vocatis sanctis. i. sanguine Christi tinctis:gratia vobis & pax. Ioan. 33. Misit aquam in peluim. glos. Sanguinem in terra fudit & cœpit lauare pedes discipulorum:quia scilicet sanguine mundo mūdans nos fecit pulchros & Deo gratos. Apoca. 1. Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo:& facit nos Deo nostro regnum & sacerdotes:ecce peccatores Deus sanguine suo lauit: formosos roseos & Deo gratos fecit & sic recōciliauit:vt in curia Dei principes faceret. Quartum circa pretiositatem sanguinis Christi præcipuè notandū est redemptorum multitudo. Tres enim exercitus magni sanguine eius sunt redempti,scilicet manifesti inimici: antiqui iusti: dubij amici: primi de vinculo peccatis:secundi de limbo inferni. tertij de dubietate fidei:propter hæc tria effudit sanguinem de tribus locis: de manibus,de pedibus:& de vulnere lateris. primò de manibus:vt peccatores virtute sanguinis à vinculis peccatorū absolueret:absolutos ad se reuocaret. de primo Eccl. 50. Porrexit sacerdos magnus manū suā in libationnē: & libauit in sanguine vuæ: vt. s. peccatorū vincula solueret. Psal. Dirupisti vincula &c. Aug. Christus ob hoc sanguinē suū fudit:vt peccata nostra deleret. Vndeēm diabolusnos tenebat deletū est sanguine redemptoris,non autē tenebat nos nisi vinculis peccatorum. de secūdo,scilicet vt absolutos reuocaret. Esa. 44. Conuertere ad me,quoniam redemi te. glo. Sanguine, quod si feceris cœlum & terram & omnia elementa in salute tua lętabuntur. Econtrà si non feceris, omnia contra te pugnabunt. Sapien. 5. Armabit creaturam &c. Porrexit itaque Christus manum in cruce & libauit sanguinem. soluens omnes à vinculis peccatorum, & adhuc quasi aufugientem manu cruenta reuocat peccatorem. Esa. 46. Ego sum vocans ab oriente autem quasi de longè scilicet de statu peccati reuocans instabilem & refugam animam. Secundò de pedibus fudit sanguinem,vt antiquos iustos de limbo inferni educendos demōstraret,& ad patriam cœlestē deduceret. De primo Tre. 1. Torcular calcauit dominus virgini Iuda. Arbor & tortura arboris significat passionem Christi in ligno crucis. qui verò in torculari calcat sanguiné vuæ pedibus fudit:vt multos ex eo lętos faciat. Christus ergo virgini Iuda torcular calcauit:qui in passione crucis sanguinem effudit: & iustos in fide corruptos de inferno liberans lętificauit. Zacha. 9. Tu quóque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non est aqua, scilicet cœlestis refrigerij. De secundo. vt scilicet eductos de inferno ad cœlestem patriam deduceret. Hebræo. 9. Christus assistens pontifex,&c. Vsque introiuit & non solus:sed cum magno exercitu iustorū:quos de inferno eruens secū duxit. Psal. Ascendens in altū,&c. Esa. 60. Dicunt angeli: Quis est iste qui venit de Edom,&c. & pòst. Gradiens in multitudine virtutis suæ,id est,ascēdens cum multis fidelibus quos de inferis potenter secum duxit. Tertiò fudit sanguinem de vulnere lateris & cordis,vt discipulos in fide dubios & alios multos in fide & bonæ vitæ stabilitate tentatos:& ideò frigidos & quasi mortuos calefaceret & reuiuificaret: & reuiuificatis suo sanguine iter cœleste significaret: vt post ipsum ruenter currerent. De primo. Ioan. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit:& continuò exiuit sanguis, qui scilicet est calidus:& in quo est vita hominis:vt eos frigidos in fide calefaceret & quasi mortuos in vita bona reuiuificaret. Psal. Similis factus sum pellicano solitudinis. Pellicanus auis est,quæ mox natos & contra eam se erigentes occidens & mortuos triduo deplorans,cum rostro latus proprium fodit & sanguinem in eos fundens reuiuificat: sic Christus frigidis in fide: & peccatis mortuis subuenit sanguine cordis. De secundo quasi viuificatis ad instar feræ vulneratæ iter cœleste suo sanguine significat. & se sequendum demonstrat. Cant. 3. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa:quia attende me vulnera tum propter te:vide sanguinem meum & sequere me. Ioan. 20. Venit Iesus & ostendit discipulis manus & latus, scilicet cruentum nō solùm vt eos in fide confortaret:sed vt per multas tribulatiões mon straret. primę Petr. 2. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum,&c. Hebræo. 13. Iesus vt sanctificaret per suum sanguiné populum extra portam passus est. Exeamus ergo ad eum extra castra,scilicet delitias carnis fugientes. & passionem eius imitantes: Cantic. In fine. Fuge dilecte mi & assimilare capreæ hinnulóq; ceruorum. quasi diceret. Curre coram nobis: vt fera corde vulnerata: & sanguine tuo cœlestem semitam nobis ostende:donec te compre hendamus: & in te delicias æternas capiamus. primæ Corinth. 9. Sic currite,vt comprehendatis. Amen.

De consideratione sanguinis Christi secundo modo, scilicet vt in sacramento sumitur.

CAP. XXIX.

BIbite ex hoc omnes: hic est sanguis meus. Matthæ. 26. Sanguis Christi tribus modis potest cōsiderari Primò vt in cruce ab infidelibus funditur. Secundò vt in sacramento à fidelibus sumitur. Tertiò vt præter sacramentum à saluandis spiritualiter bibitur. Primo modo consideratus commendatur ab inæstimabili prætiositate. Secundo modo à multiplici vtilitate. Tertio modo à spirituali suauitate. Quantùm ad primum modum semper est memorabilis. Quantùm ad secundum venerabilis. Quantùm ad tertium desidera bilis. De primo. Apo. 5. Dignus es domine quoniā occisus es: & redemisti nos in sanguine tuo. De secundo. Matth. 14. Hic est sanguis meus noui testamenti. De tertio, primæ Corinth. 10. Omnes patres nostri eundem potum spiritualem biberunt. De primo modo consideranda iam suprà dictum est in duobus sermonibus. secundo itaque modo consideratur sanguis Christi,vt in sacramento à fidelibus sumitur. Et circa hoc tria requiruntur. primò quare sacramentum datur sub specie duplici. secūdò quare populus non sumit sanguinem sicut sacerdos sub specie vini. tertiò quæ sit vtilitas sanguinis Christi, vt in sacramento à fidelibus sumitur. Primò quærit quare sacramētum sumitur sub specie duplici:cibi & potus siue panis & vini:huius triplex est ratio. Prima ad regalis conuiuij perfectionem. Secunda ad redemptionis corporum nostrorum & animarum simul saginationem. Tertia ad memoriam passionis dominicæ maiorem præsentationē. De primo. Hester. 1. Rex Assuerus tertio anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis principibus & pueris suis. Cibi inferebantur: vinum quóque vt magnificentia Regia dignum erat: Rex iste significat Christum: qui nō primo vel secundo anno,id est,ante legem vel sub lege, sed tertio,id est,tempore gratiæ facit conuiuium magnis & pueris fidelibus cibi & potus. Vt enim ornatum & perfectionem conuiuij sui & mensæ demonstraret,sub specie panis & vini simul sacramentum altaris administrat. Nam vbi alterum deesset, multum laudabile conuiuium non esset. De secundo. Psalm. Tu es sacerdos in æternum, secūdum ordinem Melchisedech:qui,scilicet obtulit in signum panem & vinum. In pane significans futuram nostrorum corporum redemptionem:in vino animarum. Magister 4. Sententiarum. Quare sub duplici specie sumitur sacramentū altaris:eū sub altera totus sit Christus? Ideò,scilicet vt ostendatur totam humanam naturā,id est,corpus & animā assumpsisse. & totam simul redemisse. Panis enim ad carnem refertur:quam,scilicet nutrit:vinum ad animā:quia vinum sanguinem operatur, in quo sedes est animæ secundum Physicos: vnde si sub alterius specie tantùm sumeretur ad alterius tantùm, id est corporis vel animæ,non ad vtriúsque pariter liberationem valere significaretur. De tertio primæ Corinth. 11. Hic est calix noui testamenti in meo sanguine: hoc facite quotiescúnque sumitis in meam cōmemorationem, id est, sanguinem meum bibetis in memoriam meæ passionis. Expressiùs enim Christi passio ad memoriam reducitur per cōsiderationem sanguinis quàm corporis. Exo. 12. Erit sanguis vobis in signū in ędibus in quibus eritis. In signum. Sicut enim agnus sine macula occisus est in liberationem Israël de Aegypto:sic sanguis Christi proprium & expressum memoriale est suæ passionis,quarti Regū 3. Viderunt Moabitæ aquas rubeas quasi sanguinem & dixerunt. sanguis est gladij. pugnauerunt Reges contra se & cæsi sunt mutuò:Reges,scilicet Christus & diabolus:ille humilium,hic superborū pugnātes in passione domini:vt quis eorum hominem ad suum seruitium obtineret,ambo sunt grauiter vulnerati. de primo. Iob. 16. Hostis meus irruit in me:quasi gigas, cōcidit me vulnere super vulnus. De secundo. Esaiæ 51. Nunquid non tu domine percussisti superbum. vulnerasti draconem? Vulnerauit itáq; vulnere graui,qui cùm Christi carnem innocentem mordere præsumpsit,latens aculeus diuinitatis potentiam malitiæ eius perforando eneruauit. Secundò quæritur,quare populus non accipit sanguinem sub specie vini sicut sacerdos:huius triplex est ratio. Prima est ad habendum vas congruum huius sanguinis contentium: sicut enim vinum vas specialius & diligentius præparatum in quo seruetur exigit quàm panis:sic sub specie vini sanguis Christi sumēdum solùm sacerdotibus conceditur, tanquàm vasis domini ad hoc specialiter consecratis:& sacra religione constrictis: & virtutum pulchritudine excellentiùs præornatis. hinc triplici vasi electo comparantur in scripturis,scilicet altari consecrato: cratere ligatæ: aureo cypho. De primo. Deuter. 12. Carnibus hostiarum ipse vescēris: sanguinem fundes in altari, id est, committes sacerdoti qui debet esse vas specialiter consecratum & sanctum. & altare dignum ad susciendum sanguinem domini. Glo. Exod. 30. Altare holocausti significat vitam iustorum:qui carnem suam quotidiè crucifigūt cum vitijs & concupiscentijs:atque in hostiam Deo viuentem offerūt. Ad Romanos 12. Altare holocaustorum est fides pura, doctrina recta, & conuersatio bona Christi ministrorum. Psalm. Altaria tua domine virtutum,&c. quasi dicat. O quàm sancta,quàm ornata, quàm dilecta debent esse sanguinis Christi vasa. De secundo. Exod. 24. Tulit Moyses dimidiam partem sanguinis victimarum: & misit in crateras. Cratera est vas vinarium multis circulis circunligatum: significans religiosorum sacerdotum vitam: virtutibus custoditam: ad Christi sanguinem suscipiendum aptā. Ecclesiastic. 6. Inijce pedem tuum in compedes sapientiæ:& collum tuum in torques illius. Decor enim vitæ est in illa & vincula illius alligatura salutaris. Itē infrà. Timor domini scientiæ religiositas. Religiositas custodit & iustificabit cor:iocunditatem atque gaudium dabit. De tertio. Ecclesiastici 50. Sacerdos quasi vas auri solidum ornatū omni lapide pretioso,id est,omni genere virtutum,dicit Glo. Tale itáque vas exigitur speciale & electum,ad suscipiendum sub specie vini sanguinem Christi. Secunda ratio est vitandi periculum effusionis propter multitudinem,quæ se circa altare comprimit. Hinc est ꝙ dominus in cœna Apostolis paucis,& vt suis sacerdotibus non solùm corpus in specie panis:sed & sanguinem in specie vini dedit. Multitudini hominum in deserto panē sine potu distribuit. Tertia ratio est ad præcauendum erroris periculum. si enim populus rudis acciperet sanguinem sub specie vini, vix crederet illum esse sub specie panis: cùm tamen veraciter sit sub vtráque specie. Nam sicut sub specie vini consecrati Christi est sanguis per transubstantiationem, ita ibi est corpus per annexionem:& sicut sub specie panis est corpus Christi per transubstantiationem, ita ibi est sanguis eius veraciter per annexionem. Hic enim duo corpus Christi & sanguis:imò hæc quatuor corpus:sanguis:anima:& deitas:iam vltrà nō possunt separari. vnde sicut sumit sacerdos sanguinem Christi sacramēaliter de calice, sic populus sumit eum intellectualiter sub specie panis de ipso corpore Christi:& est eis tam vtilis & tam dulcis, vt sacerdotibus qui sumunt eum sub specie vini de calice. Cantic. 1. Botrus cypri dilectus meus mihi. duo sumo in botro. vuam, scilicet corpus domini in cibum:& ex vua fugo dulcem sanguinem in potum. Deutero. 23. Constituit cum dominus vt sanguinem vuæ biberet meracissimum. per hunc potum rectificat dominus animam, donec perducat ad vitam æternam. Io. 6. Qui bibit meum sanguinē habet vitā æternam. De dulcedine huius sanguinis habetur infrà. sermone 32. circa medium.

De tertio quod circa sanguinem Christi quæritur: & de vtilitate sanguinis digne sumpti

CAP. XXX.

QVæ vtilitas in sanguine meo & similia:vt priùs. Qui bibit meū sanguinem habet vitam æternam. Tertiò quæritur de san-

Universidad de Deusto
Biblioteca

guine Christi: vt in sacramento sumitur à fidelibus, quæ sit vtilitas siue effectus. Ad hoc sciendum, quòd sic sumptum possumus considerare tribus modis, scilicet vt potum aquæ viuæ. vt vinum spirituale. vt sacrosanctum mysterium ecclesiæ. De primo. Psal. Percussit petrã & fluxerunt aquæ. Sicut petra significat Christi corpus, ita aquæ illæ sanguinem illius, qui verus & vitus est potus aquæ. De secundo. Prouer. 9. Venite bibite vinum, quod miscui vobis, idest, sanguinem Christi multa duleedine cõditum. De tertio. Heb. 13. Iesus extra portam passus est: vt per suum sanguinem sanctificaret populum, ergo sanguis Christi res sanctificãs est & sacrosancta. Complenda. Quæsumus Domine vt sacrosancta mysteria, præsens remediũ nobis esse facias & futurum. Iuxta cõsiderationem & similitudinem cuiuslibet istorũ trium habet sanguis Christi triplicẽ effectum. Primò potest cõsiderari potus sanguinis Christi: vt potꝰ aquæ viuæ, sed potꝰ aquę vt dicunt. Physi. est humectatiuus aridorũ, extinctiuus incensorum, delatiuus ad membra ciborum. Similiter potus sanguinis Christi: vt significatur per aquã, tres habet effectus in anima fideli. Arida eius humectat & coniungit, malè incensa refrigerat & extinguit, cibum verbi Dei ad mẽbra vehit: vt bene possint operari. De primo. Isa. 44. Effundam aquã super sitientẽ & fluenta super aridam: vt scilicet aĩa quasi puluis arida ad fontale deflua & ad malum prona potu sanguinis Christi perfusa cõiungatur cõglutinetur & roboretur ac bona. Psal. Nõ sic impij non sic, sed tanquã puluis quem proijcit ventus à facie terræ, quia tentatio diaboli spargit cogitationes, eorũq; desideria, locutiões & opera per diuersa vitia. Exo. 5. Dispersus est populus per vniuersam terram Aegypti ad cõgregãdas paleas, scilicet mũdi vanitates. Ecõtrà. Ioan. 11. Iesus moriturus erat supple & sanguinem suum daturus, nõ tantùm pro gẽte, sed vt filios Dei qui dispersi erãt cõgregaret in vnũ, scilicet per cordis vnionem, linguæ refrenationem, sensuum & morum disciplinam: vitę religionem, & fraternam dilectionem. 1. Cor. 5. Sitis noua cõspersio, sicut estis azimi, idest, per baptismum à vitijs sinceri facti, ita sitis aspersiõe sanguinis Christi, quasi pasta in noua vita & bona cõpacti. De secundo effectus. Psal. Percussit petram & fluxerunt aquæ ad refrigerandum, scilicet pruæ sitis ardorem. Ecclesiast. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, quia sanguis signatus per aquam destruit feruorem iræ, luxuriæ, & praui amoris & cõcupiscentiæ. Aug. Scribe Domine Iesu Christe in corde meo vulnera tua pretioso sanguine tuo: vt legam in eis tuum dolorem ad sustinẽdum pro te omnem dolorem, tuum amorẽ ad contẽnẽdum pro te omnem prauum amorem, quia sic apparet, qꝫ sanguis Christi ad instar aquę cõtra malè incensa in nobis valet. De tertio effectu. 3. Reg. 19. Helias comedit & bibit aquã & ambulauit, potus ci bum ad mẽbra vehit, & ad eũdum siue operandum mouet, sic potus sanguinis Christi cibum verbum Dei siue præcepti ad corda defert: vt vires animæ, & mẽbra corporis secundum illud viuant & regãtur & bene operẽtur. Prouer. 9. Comedite bibite, relinquite infantiam, & viuite & ambulate per vias prudentiæ, comedite cibum verbum Dei & præcepti, & bibite sanguinem Christi, qui scilicet præceptum ad cor ad sensus ad mẽbra deferat, & prava relinquere, & bona perficere moneat. Secundò potest considerari sanguis Christi: vt vinum spirituale, & secundum hoc habet tres effectus, quia lauat, calefacit, lætificat. Lauat sordes culpæ, calefacit corda charitate, lætificat spirituali dulcedine. De primo. Gen. 49. Expectatio gẽtium lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum, idest, fidelem animam. 1. Ioã. 1. Si in lumine ambulamus, societatem habemus adinuicem, & sanguis Iesu Christi filij Dei emundat nos ab omni peccato. Ad Hebr. 9. Si sanguis hircorum aut taurorum aspersus inquinatos sanctificat ad emũdationem carnis, quantò magis sanguis Christi emundabit conscientiam vestram ab operibus mortuis ad seruiẽdum Deo viuenti. Apocal. 22. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni: vt sit potestas eorum in ligno vitæ. De secundo. Deutero. 32. Constituit eum: vt comederet medullam tritici, idest, dulce corpus Christi & sanguinem vuæ bibere meracissimum, idest, purum & calidum, purum ad maculam iniquitatis, calidum in effectu. Hester 1. Assuerus, scilicet beatus post nimiã potationẽ incaluit mero, idest, accensus est charitate. Cantic. 2. Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Cella vinaria est ecclesia, vbi propinatur calidum vinum sanguinis Christi ad accendẽdum corda dilectione Dei & proximi. De tertio. Psalm. Vinum lætificat cor hominis. Ecclesiast. 31. Exultatio animæ & cordis vinum moderatè potatum, idest, sanguis Christi cum mensura fidei. Cantic. 1. Botrus cypri dilectus meus mihi, quia scilicet sumo cũ suo sanguine dulcedinem spiritualis lætitiæ ad obliuiscendum dolorem præsentis miseriæ. Prouerb. 31. Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo, bibant & obliuiscantur egestatis suæ. Tertiò potest consideraari sanguis Christi: vt sacrosanctum mysterium ecclesiæ, idest, vt res sacra & secreta, in qua magna virtus Dei abscondita, & secundum hoc habet tres effectus supernaturales. Dæmones enim triumphat, gratiam impetrat, in bona vita conseruat, donec ad vitã æternam perducat. De primo Exod. 12. Cùm viderit Dominus sanguinem agni in superliminario, idest, in mente fideli, non sinet percussorem ingredi domus vestras & lædere. Chrysostо. Hic sanguis abigit dæmones & longè facit esse. 1. Machab. 6. Ostenderunt elephantis sanguinem vuæ & mori ad acuendos eos in prælium. Multò magis ergo per sumptum sanguinem Christi vincuntur spirituales inimici. Apoc. 12. Factum est prælium, &c. Et pòst. Ipsi vicerunt eũ propter verbum testamenti, & propter sanguinem agni. De secundo. 1. Petr. 1. In aspersione sanguinis Iesu Christi gratia vobis. Ad Heb. 12. Accessistis ad montem Dei, & sanguinis aspersionẽ melius loquentem, quàm Abel, quia scilicet sanguis Abel clamat ad Deum, vindictam sanguinis Christi postulat & impetrat gratiam. Bernardus. O sanguinem Christi summè reuerendum in altari poculum, in cruce pretium, in cœlo pro nobis ad patrem aduocatũ. De tertio. Ioã. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & bibericis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobismetipsis, quòd si biberitis, bonam vitã habebitis. Leuit. 17. Anima omnis carnis in sanguine est, anima idest vita. Philos. Corruptio & senectus non nisi paucitas sanguinis est, & postquàm corpus caruerit, corrũpitur corpus. Hinc multi moriuntur propter vacuitatem sanguinis, sicut itaque in sanguine nostro vita est corporalis, sic in sanguine Christi conseruatio vitæ spiritualis, & perductio ad statum vitæ immortalis. Ioan. 6. Qui bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.

De consideratione sanguinis Christi tertio modo, vt à fidelibus spiritualiter sumitur.

CAP. XXXI.

PAtres nostri omnes eundem potum spirituale biberunt. Cor. 10. Aug. Biberunt potum eundem spiritualem quem & nos, corporalem verò alterum, quia aqua quæ fluxit de petra, fuit signum sanguinis Christi quem nos etiam spiritualiter bibimus. Tertio modo consideratur sanguis Christi: vt præter sacramentum à saluandis spiritualiter bibitur. Et circa hoc possunt tria inquiri. Primò locus vbi iste potus inuenitur. Secundò vsus ad quem quæritur. Tertiò suauitas gratiæ, quæ de vsu eius exoritur. Primò quæritur quis sit locus vbi potus spiritualis sanguis inuenitur. Ad hoc dicendum, quòd tot sunt loca quot Christi vulnera. Psalm. Percussit petram & fluxerunt aquæ, sicut ex foraminibus petræ aquam Iudæi, sic fideles ex vulneribus Christi hauriunt spiritualem eius sanguiẽ. Zacha. 3. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum. Respõsio: vt scilicet lugamus ex eis sanguinem spirituale. Isa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, idest, de vulneribus Iesu Christi sanguinem spiritualem ad sitim malorum extinguendam per piam passionis meditationem, sed ad quid est vulnus lateris. Isa. 40. Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Gloss. Quia perforato in cruce latere Christi, effluxit sanguis redemptionis. Filij ergo de longè venient, quia electi de peccatis pœnitentiam agent, & filiæ de latere surgẽt, quia deuotæ animæ de vulnere lateris Christi spiritualem deuotionis sanguinem bibent per piam passionem meditationem. Hinc in locis à dextris crucifixi depingitur puella hylari vultu & pulchra facie & coronata, lesignans ecclesiam quę sanguinem Christi reuerẽter in calice suscipit, & à sinistris synagoga oculis panno ligatis tristi facie inclinans caput, & corona decidente, quę ipsum sanguinem fundit, & adhuc contẽnit, in quo figuratur, quòd hæc & omnis moraliter peccans tria bona perdit, scilicet lumen gratiæ, gaudium cõscientiæ, coronam gloriæ. Hinc dicitur. Tre. 5. Væ nobis, quia peccauimus, ideò obtenebrati sunt oculi nostri, mœstum factum est cor nostrum, cecidit corona capitis nostri. puella in dextris sanguinem Christi in calicem suscipit, quia fidelis anima cor mundum vulneribus Christi applicans sanguinem eius spiritualiter cum omni deuotione sumit: vnde lumen in cordis gaudium & æternæ gloriæ coronam acquirit. Secundò quæritur quis sit vsus ad quem sanguis Christi quæritur. Et sciendum, quòd ad animam totam cum tribus potentijs suis, scilicet intellectu, voluntate, memoria perfundendã siue potandam. Exod. 12. Fasciculum ysopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrũque postem. Fasciculum ysopi significat perfectionem & integritatem fidei: limen dominus est Christus, per quem cõceditur ad cœlum introitus. Fasciculum autẽ ysopi tingere in sanguine, qui est in limine, est per fidem rectam sanguinem passionis Christi deuorare & cõfirmare, sed debemus eo vtrũque postem & superliminare aspergere, idest, intellectum, affectum & memoriam: ita sanguinem Christi perfundere & spiritualiter inebriare: vt intellectus huius sanguinis circa genus humanum virtutem recognoscat, affectus tam ingens erga se beneficium diligendo sapiat, & memoria tanti amoris & largitatis sacramentum nunquã obliuiscendo semper teneat. Tertiò quæritur, quæ sit spiritualis suauitas gratiæ, quæ de tali vsu siue de persuasione prædicta sanguinis huius exoritur, & potest dici, quòd facit animã quasi paradisum Dei de suauitate huius gratiæ. primo. Pet. primo. In aspersione sanguinis Iesu Christi, gratia vobis & pax multiplicetur, gratia virtutum, fertilitas, pax: dulcedo cordis: atq; serenitas huius, suauitas gratiæ per irrigationem sanguinis Christi comparatur paradiso Dei: de suauitate huius gratiæ. Eccle. 40. Gratia sicut paradisus in benedictiõibus, id est, sicut hortus Dei in varijs delitijs fructibus. Hiere. 31. Erit anima eorũ quasi hortus irriguus. Irrigata enim anima dulcedine sanguinis Christi profert triplicẽ suauitatem gratiæ, scilicet dulces flores virtutum: frondes verborum: fructus operum. Primò ex spirituali effusione sanguinis Christi oriũtur in anima quasi in paradiso Dei dulces & varij flores virtutum. Nam sicut sanguis hominis triplicem habet colorem: sanus rubeum: coctus colorem album habet multum vt lac in mamillis: & maximè coctus nigrum: sic spiritualis influentia sanguinis Christi operatur in anima quasi in paradiso Dei flores virtutum varij coloris, scilicet rosas charitatis: lilia castitatis: violas humilitatis. De primo. Ecclesiastici 50. Iustus quasi flos rosarum in diebus vernis: quia, scilicet rutilat roseo sanguine Christi virtute charitatis. Cantico. 7. Comę capitis tui sicut purpura Regis: quæ scilicet tingitur sanguine cuiusdam animalis. Comæ capitis eius, id est, Christi sunt fideles bonis eum moribus decorantes. Hi sunt vt purpura Regis: quia spirituali sanguine Christi perfusi rubent: vt rosa virtute charitatis. De secundo. Ecclesiastici 50. Iustus quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ: quę scilicet eandem castitate: & bene decocti in corde eius Christi sanguinis irrigatione. Apocalip. Lauerunt stolas suas & dealbauerunt eas in sanguine agni. Cantic. 5. Oculi eius, id est, fideles in futurum sibi prouidenter, sicut columbæ quæ lacte sunt lotæ, id est, sicut simplicium qui bene excocti in mamillis cordis eorum Christi sanguinis irrigatione dealbati sunt & casti facti. Oseæ 14. Ero quasi ros. & Israël germinabit quasi lilium. De tertio. Cantic. 2. Iam hyems transijt, imber abijt & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. flores primi post hyemem sunt violæ nigri coloris, pulchræ, boni odoris, & terę vicinæ. Hi flores significant animas humiles ex consideratione sanguinis Christi in passione multum torti, quasi denigratos, id est, sibi viles & coram superbis despectos. Ezechiel. 31. Nigrescere faciã stellas cœli, id est, ardentes spiritu charitatis & lucentes verbo veritatis nigrescere faciam sanguine Christi: vt nigras & pulchras violas virtute humilitatis. Cantico. primo. Nigra sum sed formosa. De his tribus generibus & coloribus florum paradisi Dei. Tren. 4. Candidiores nazarei eius, id est, floridi niue: nitidiores lacte: quia similantur lilio in castitate. rubicundiores ebore antiquo: quia similantur rosæ in charitate. saphiro pulchriores: quia similantur violæ in humilitate. Secundò ex spirituali perfusione siue potu sanguinis, oriuntur in anima quasi in paradiso Dei frondes verborum bonorum & dulcium eloquiorum. Iob 14. Lignũ habet spem si pretium fuerit si senuerit in terra radix eius, ad odorem aquæ germinabit & faciet comam quasi cùm primum plantatum est. Ecclesiastici trige simonono. Florete flores: & frondete in gratiam: quia, scilicet electi non solùm flores virtutum, sed etiam verborum bonorum proferunt ex potu sanguinis Christi, ad triplicem gratiam, scilicet ad peccatorum conuersionem: ad inimicorum reconciliationem: ad mœstorum consolationem. Hinc arbores irrigatæ triplicia proferre leguntur folia, scilicet medicinalia: pulcherrima & viridia. De primo. Apocalyp. 22. Ezechielis quadragesimoseptimo. Folia ligni paradisi Dei ad medicinam & sanitatem gentium, id est, peccatorum: quia aquæ eius de sanctuario egrediuntur. Aqua sanctuarij spiritualis potus sanguinis Christi efficit verba sanctæ prædicationis ad salutem peccatoris. Malachiæ secundo. Lex veritatis fuit in ore eius. & multos auertit ab iniquitate. De secũdo. Danielis quarto. Ecce arbor & folia pulcherrima & subter eam latitabant animalia & bestię: & in ramis volucres cœli: quasi diceret. Sub folio pulchro animalia sibi inimica: vt lupus & agnus, columba & vrsus pacificata erant. quia verba sapientium inimicos reconciliant. Ecclesiastici 40. Tibia & psalterium suauem faciunt melodiam, id est, concordiam vocum: & super vtrumque lingua suauis faciet concordiam inimicorum. Item 6. Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos: & lingua eucharis, id est, bonæ gratiæ in bono homine abundabit. De tertio. Hiere. 17. Benedictus vir qui confidit in domino: & erit tanquàm lignum quod transplantatur super aquas: & erit folium eius viride. Viridis color inspectus maximè in herbis & folijs oculos turbatos reparat & confortat. Vnde per huiusmodi folia bonorũ verba significantur, quæ tristes & miseros consolantur. Ecclesiastic. 40. Gratiam & speciem desiderat oculus tuus: & super hoc virides sationes. Prouerbiorum 27. Vnguento & varijs odoribus delectatur cor: & bonis amici consilijs anima dulcoratur. Ecclesiastici 48. Ezechias consolatus est lugẽtes in sempiternum. Iob. 29. Cùm sederem quasi Rex eram, tamen mœrẽtium consolator. Tertiò ex spirituali potu sanguinis Christi oriuntur in anima quasi in paradiso Dei bonorũ operum fructus. Ezechiel. 24. Rigabo hortum plantationũ & inebriabo partus mei fructũ. Rigabo sanguine Christi hortum animę: inebriabo fructu bonorum operum cœlesti dulcedine, id est, irrigati potu sanguinis Christi faciunt dulcem fructum bonorũ operum ad vtilitatem proximi, quem etiam ipsi comedunt in retributione cœlesti. Amos 9. Facient hortos & comedent fructus eorum. De triplici fructu in sequenti sermone circa finem.

De triplici potu sanguinis Christi. CAP. XXXII.

SAnguis meus verè est potus. Ioan. 6. Alia themata: vt supra de sanguine Christi. Potus sanguinis Christi triplex est. vt ex supradictis iam patet: sacramentalis: intellectualis: spiritualis. Sacramentalis: qui à solis sacerdotibus sumitur sub specie vini de calice. Intellectualis qui à populis Christianis sumitur sub specie panis de ipso Christi corpore. Spiritualis qui ab omnibus saluandis sumitur de passione Christi pia meditatione. Primo modo sumptus peccata quotidiana relaxat. Secundo modo fidelem mentem dulcedine sua delectat. Tertio modo totam animam irrigando fœcũdat. Primus potus sanguinis Christi est sacramentalis: quia solis sacerdotibus sumitur de calice altaris. Matthæ. 26. Accipiens Iesus calicem benedixit, &c. Bibite ex eo omnes, scilicet Apostoli quasi soli sacerdotes. Iste potus dignè sumptus peccata quotidiana relaxat: & hoc triplici ratione: quia tria mala sunt in peccato veniali, scilicet quædam macula conscientiæ: quædam pœna tristitiæ: & quędam aduersitas offensæ diuinæ. Contra hæc tria mala propriè valet potus sanguinis Christi, qui est purus lenis & pretiosus: ratione puritatis lauat: ratione lenitatis sanat: ratione pretiositatis placat. Lauat dico conscientiam animæ maculam remouendo. Sanat pœnam tristitiæ corda fidelium consolando. Placat offensam diuinæ iustitiæ pro nobis interpellando. De primo. Ad Hebræ. 9. Sanguis Christi emũdabit cõscientiam vestram. Gen. 49. Expectatio gentium lauabit in sanguine vuæ pallium suum, id est animas nostras. De secundo. Zachar. 10. Lætabitur cor eorum quasi à vino. Vinum est sanguis vuæ: & significat sanguinem Christi, quem sumimus in altari. Iste potus cor bonorum lætificat, quia conferendo solatium spiritualis lætitiæ sanat à tristitia culpæ. Psalm. Calix meus inebrians quàm præclarus est. De tertio. Ad Hebræ. 21. Accessistis ad sanguinis aspersionem melius loquẽtem quàm Abel: quia sanguis Abel clamat vindictam ad Deum: sanguis verò Christi postulat & impetrat indulgẽtiam. Bernardus. O sanguinẽ Christi summè reuerendum in altari poculum: in cruce pretium, in cœlo pro nobis ad Deum patrem aduocatum. Sciendum, quòd tria genera grauiter arguuntur in scripturis, quæ nimis peccant in sanguine saluatoris. primi sunt corpore immundi: secundi corde indurati: tertij procuratores praui. Primi sanguinem Christi in magnis peccatis indignè sumunt. Secundi ad virtutem sanguinis Christi conuerti nolunt. Tertij lucrum de sanguine Christi ad prauos vsus conuertunt. De primo. Non potestis bibere calicem domini, & calicem dæmoniorum. Calix diaboli est luxuria carnis & mundi. Deutero. 32. Fel draconum vinum eorum. Qui hoc potu turbido & immũdo inebriantur: & super eum sanguinẽ Christi pretium fundunt, quantùm in seipsum polluunt. & ideò graui pœna digni sunt. Genes. 4. Maledictus eris super terrã quæ aperuit os suum super terrã, id est, plus quàm caro tua. Ad Hebræ. 10. Irritã quis faciens legẽ Moysi, sine vlla miseratiõe duobus vel tribus testibus moritur. Quantò putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit: & sanguinem testamenti pollutum duxerit: in quo sanctificatus est: & spiritui sancto contumeliam fecerit? De secundo. Hiere. 5. Indurauerunt facies suas supra petram & noluerũt reuerti. Quasi diceret. Quidam pertinaces in sua malitia duriores sunt corde quàm petra, scilicet quàm durus adamas: qui quamuis nulla re posit frangi, sciditur tamen sanguine hirci: sed illi duriores sunt, qui nec virtute sanguinis Christi emolliri possunt, nec à sua prauitate cõuerti. Item duriores sunt quàm petra, scilicet quàm quælibet saxa dura: quia ad clamorem Christi in cruce & eius sanguinis effusione terra tremuit, & petræ scissæ sunt. Sed isti nec ad terribilem vocem prædicationis: nec ad virtutem sanguinis Christi possunt emolliri: & à sua prauitate conuerti. De tertio. Hieremiæ vigesimosecundo. Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, qui aperit sibi fenestras. & facit laquearia cedrina. pingit cinopide, scilicet rubro colore, id est, sanguine Christi. dicit Glo. Qui domum ædificat materialem de male acquisitis vel ornat superflue sanguinẽ Christi, id est, de rebus ecclesiæ acquisitis sanguine Christi, grauiter peccat. Sed multò grauiùs qui domum spiritualem, id est, familiam prauam. vt prauas mulieres filios filias quasi partes domus vt fenestras: per quas diabolus & fures intrant: & laquearia quasi laqueos diaboli iniustè ædificat & pingit, id est vestit vel ornat sanguine Christi. His dicitur væ, id est, grauis increpatio: & æternæ pœnę comminatio. Secũdus potus sanguinis Christi est intellectualis: qui à populo Christiano sumitur sub specie panis de ipso corpore saluatoris. Nam sicut sub specie panis cõsecrati corpus Christi est per transubstantiationem, & sanguis eius per annexionem: sic sub specie vini consecrati sanguis Christi est per transubstantiationem. & corpus eius per annexionem. Vnde sicut sacerdos sumit sanguinem Christi sacramentaliter de calice, ita fidelis populus, sumit ipsum intellectualiter. De ipso Christi corpore. Iob 39. Pulli aquilæ lam-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bunt sanguinem. Pulli aquilæ sunt subditi ecclesię, hi lambunt sanguinem Christi non de calice, sed de ipso corpore Christi. Hic potus fidelem mentem dulcedine sua delectat. Cant. 1. Botrus cypri dilectus meus mihi. In botro sunt duo: vua in cibū, & in vua dulcis sanguis in potum. Psalm. De petra melle saturauit eos. Sicut petra corpus Christi incorruptibile, sic mel de petra significat dulcem sanguinem Christi, quem sugunt fideles de corpore Christi. Hæc dulcedo tria bona facit, scilicet contemptum vitiorum, gratiam bonorum eloquiorum, desiderium æternorum. De primo. Prouerb. 27. Anima saturata calcabit fauos. Qui enim de petra corporis Christi melle sanguinis eius saturati sunt, omnis peccati suauitatem contemnunt. Iudic. 9. Dicit arbor ficus, idest, fidelis anima. Nunquid deserere possum dulcedinem meam: vt inter cætera ligna promouear, quasi dicat. Contemno gloriam & delectamenta mūdi pulchritudine Dei. De secundo. Cantico. 4. Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua, quasi dicat, quia sub lingua, idest, in corde plena es spirituali dulcedine, idcirco abundas vtili & dulci locutione. Matth. 12. Ex abundantia cordis os loquitur, sicut de vase, sic est de corde. Vas plenum felle, effundit amaritudinem: plenum melle, dulcedinem. Vnde Luc. 6. Bonus homo, de bono thesauro cordis sui profert bonum & econuerso. De tertio. Ecclesiasti. 24. Qui bibit me, adhuc sitiet. Gregor. In corporalibus appetitus placet, experientia displicet. Spiritualis verò dulcedo quanto magis bibitur, tanto magis sititur. Quia dum ex pleno fonte stillatim mundo cordi degustando illabitur, eius plenitudo potanda magis desideratur. Psalm. In stillicidijs eius lætabitur germinans. Idem. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Tertius potus sanguinis Christi est spiritualis, qui ab omnibus saluandis sumitur de passione Christi pia meditatione. 1. ad Corinth. 10. Patres nostri omnes eundem potum spiritualem biberunt. Sicut patres boni de foraminibus petræ aquam biberunt, & in illa sanguinem passionis Christi crediderunt figuratum, & per fidem spiritualem gustauerunt, ita boni Christiani de vulnerum Christi pia meditatione sanguinem eius solent bibere. Isai. 60. Filij tui de longe, &c. Hic potus totam animam quasi hortum Dei irrigando fructu bono fœcundat. Ecclesiast. 24. Rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum, idest, animæ fideles irrigatæ sanguine Christi faciunt fructum bonorum operum. Colossi. 1. In omni opere bono fructificantes. Fructus bonorum triplex est, scilicet. Honestæ conuersationis, sacræ deuotionis, & iocūdæ pictatis. De primo. Pascit homo seipsum. De secundo Deum. De tertio proximum. De primo. Ecclesiastic. 23. Ego quasi vitis fructificaui, &c. Et flores mei fructus honoris & honestatis, idest, honestæ conuersationis. Ad Ephes. 5. Fructus lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate. Quæ autem in occulto fiunt à filijs tenebrarum, turpe est dicere. Matth. 7. Omnis arbor bona fructus bonos facit, &c. Fructu bonæ vitæ pascit quisque seipsum. Prouerb. 17. Qui seruat ficum, comedet fructum eius. Isai. 3. Dicite iusto quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Prouerb. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium. Secura ex honestate vitæ. 2. ad Corint. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali conuersati sumus in hoc mundo. De secundo. Cantico. 4. Hortus conclusus soror mea, emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, &c. Emissiones istæ sunt fructus deuotionis. Vnde sequitur. Nardus, crocus, cinnamomum quæ sunt species aromaticæ, & propter odorem bonum & virtutem suam significant fidelium deuotionem Deo gratam, quæ consistit in sacris desiderijs in varijs virtutibus gemitibus & orationibus. His fructibus pascit fidelis anima Dominum. Vnde sequitur ibidem. Veniat dilectus meus, &c. Vt comedat fructus pomorum suorum. Exod. 30. Sume aromata boni odoris faciésque thimiama. Papias. thimiama, est confectio boni odoris ad incensum cultus Dei. Gregorius. Thimiama ex aromatibus facimus, cùm in altari cordis virtutum multiplicitate redolemus. Prouerbiorum octauo. Delitiæ sunt mihi esse cum filijs hominum, quia scilicet delectatur in amore & deuotione nostra quiescere. De tertio fructu, scilicet pietatis quo reficitur proximus. Psalm. Ego quasi oliua fructifera in domo Dei. Oliua portat oleum alijs ad lucendum, sanandum, & reficiendum, & significat opus pietatis, quod impeditur proximis. Prouerb. vigesimoprimo. Thesaurus desiderabilis & oleum in tabernaculo iusti ad refectionem. scilicet proximi. Luc. decimo. Samaritanus quidam videns spoliatum quasi pauperem, & vulneratum quasi subsidio indigentem, misericordia motus est, & appropinquans alligauit vulnera eius, idest, subuenit necessitatibus eius, infundens oleum & vinum quasi cibum & potum. & curam eius egit. 1. ad Thi. 4. Exerce te ipsum ad pietatem. Pietas enim ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nūc est, & futuræ. Ad quam nos perducat qui est benedictus in sæcula, Amen.

Explicit Opus Quinquagesimumoctauum. S. Tho. de Aquin. De sacramento altaris.

INCIPIT EIVSDEM Docto. Opus Quinquagesimumnonum, De sacramento eucharistiæ, ad modum decem prædicamentorum, ad petitionem quorundam Prælatorum & Ducum Baronum.

CAP. I.

MEMORIAM fecit mirabiliū suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. Esca ista de qua loquitur hic Psal. nō inconuenienter intelligitur esca sacramentalis: panis, scilicet viuus qui de cœlo descēdit, quem cum timore & reuerentia sumunt quotidiè in sancta ecclesia serui Dei. De quo pane & esca dicitur. Sap. 16. Angelorum esca nutriuisti populum tuum parasti tum, panē de cœlo prestitisti eis sine labore, omne delectamētum in se habentē, & omnē saporem suauitatis. Iste est panis de quo dicitur. Ioan. 6. Ego sum panis qui de cœlo descendi, si quis māducauerit ex hoc pane: viuet in æternum. In prēparatione & in dispositione & ordinatione istius benedicti panis, scilicet sacramēti eucharistiæ Deus tot & tāta mirabilia inclusit, q̄ in ipso videtur quasi omnium mirabilium, quæ ab initio mūdi fecit, memoriā renouasse. Et idcirco dicit Prophe. in prædicto versu. Memoriā fecit mirabilium suorū, &c. quādo scilicet escā pretiosam illud pretiosum sacramētum & gloriosum suis discipulis dedit. Ad intelligēdum autē excellentiā & celsitudinē dignitatis istius sacramēti mirifici, notandum est, q̄ quāuis oīa sacramēta ecclesiæ virtutē habeāt & effectum per fidē passiōis Christi, & ex fide, & per fidē prosint solū fidelibus ad salutē, hoc tamē specialiter & specialissimē dicitur sacramētum fidei. Vñ in canone vocatur mysterium fidei. i. secretū sacratissimū soli fidei manifestum, quia tot & tāta sunt ibi suprà & præter, & etiā cōtra rōnem naturalem, quæ nisi per fidē tenerētur & crederētur, nūquā intelligerētur. Et iō bene dicitur. Isa. 6. secundum aliā translationē. Nisi credideritis, nō intelligētis. Et Apostol. ad Hebr. 11. Credere oportet accedētē ad Deum, quod est, & quia inquirētibus eū remunerator sit. Credentes igitur intelligūt, quia sicut dicit Apostol. Fides asit, & nulla quæstio remanebit. Hoc autē nō est sic accipiēdum, q̄ credētes p fidē per rōnem intelligāt quicquid credunt. Quia si sic esset, euacuaretur meritum fidei secūdum dictū Grego. Fides nō habet meritum: vbi humana rō præbet experimētum. Intelligere autē dicūtur credētes, qa innitētes potētiæ & summæ veritati increatæ, sciunt & supponunt certissimē verū esse quicquid à dicta veritate procedit, & quāquam per naturalē rōnem modum ipsius veritatis nō cōprehēdant, non iō minus credūt, qđ suggerit fides vera esse verum, quia clarissimē hoc intelligunt attestari excellētiæ & maiestati & immēsitati ipsius primæ veritatis: vt nec in se nec in suis principalibus effectibus cōprehendi possit ab angustia & imbecillitate ipsius intellectus humani. de quo dicitur. 2 Metaphys. quia sicut se habet oculus noctuæ ad radios solis, sic intellectus noster ad manifestissima naturę. Vnde sicut nō est defectus ex parte lucis solaris, q̄ à noctua clarē videri nō potest, sed hoc accidit ex parte debilitatis oculi ipsius noctuæ, ita etiam cōtingit in nobis, q̄ intellectus noster nō est proportionatus immēsitati lucis diuinæ. Iō multa sunt, quæ nequimus cōprehēdere rōne, propterea clamat. Apostō. ad Roman. 11. O altitudo diuitiarum, &c. Quāuis autē cōprehēdere nequeamus, qđ nihilominus cōprehendere possum⁹ quoquo mō. i. ex parte cognoscimus nō in toto, quia per speculum nunc videmus in enigmate. Inde est, q̄ fidei mysteria per auctoritates sacræ scripturæ, cui fides catholica innititur, plenè probari possunt atq; perfectè, sed per rationes demonstratiuas omninò nequeunt omnia probari, quāuis fortè omnia possunt demōstrari. Quia si hoc esset: fides nostra iam non fides, sed scientia vocaretur. Et sicut supradictum est, meritum nostrum, quod principaliter in fide consistit, omninò tolleretur, nec iam vtique posset dici alicui Christiano, fides tua saluum te fecit. Verum est autem, quòd omnes errores infidelium non solùm per sacram scripturam, sed etiam per rationes possunt elidi, & multæ etiam suasiones bene per rationem naturalem inueniuntur, quibus intellectus fidelium iam credentium adiuuatur & confortatur ad veritatem clarius & obnixius amplectenda. Vt igitur ad propositum veniamus, intendimus ostendere aliqua mirabilia, & etiam miracula maxima pro sacrosancto eucharistiæ sacramento, & subiungere aliquas rationes, exempla mirabilia, & quodammodò illis similia in scriptura, & etiam in natura per ea quæ fidei rationabiliter non incredibilia esse videntur. Prædicta verò mirabilia & miracula secundum ordinem prædicamentorum intendimus distinguere. vt meliùs & apertiùs capiantur. Et primò de prædicamento substantiæ vt priore & fundamento omnium prædicamentorum.

CAP. II.

PRimò igitur est incipiendum respectu prædicamenti substantiæ. Vbi sciendum est, quòd fides ecclesiæ sanctæ credit circa sacramentum eucharistię substantiam panis conuerti in substantiam carnis: & substantiam vini in substantiam sanguinis Christi ex vi sacramenti: & per concomitantiam sub vtráque specie esse totum, id est, animam & corpus & diuinitaté ipsius. Et ista transubstantio, id est, conuersio panis in corpus Christi siue in carnē sic in instanti finitionis & complexionis illorum verborum Christi, scilicet hoc est enim corpus meum. dummodò iste qui profert sit sacerdos: & intēdat facere quod facit ecclesia, & prædicta verba cum tali intentione proferat super materiam debitam, scilicet panis de frumento. Et idem intelligendum est de conuersione vini in sanguinem. quod similiter fit in continenti completis his verbis. Hic est enim calix, &c. Et istud potest accipi penes prædicamentum substantiæ. Vnde ista conuersio propriè transubstantiatio appellatur. Quāuis autem istud sit summum miraculum & solius diuinæ virtutis, scilicet facere incontinenti talem: tantam: & tam ineffabilem cōuersionem & subst antiarum mutationem, nihilominùs hoc non apparebit impossibile, si cōsideremus aliqua similia in scriptura: & aliqua similia in natura. Vxor enim Loth, quia retrospexit contra mandatum Dei, subitò conuersa est in statuam salis, vt habetur Gen. 19. Virga etiam Moysi conuersa est colubrum: & posteà in virgam. Exod. quarto. Et diabolus dicebat Christo sciens diuinam potentiam. Dic vt lapides isti panes fiant. Matthæ. quarto. Non est enim multū difficile facere de lapide panem: & de pane carnem. In legenda beati Ioannis euangelistæ legitur, quomodò conuertit virgas ligneas in aureas: & lapides arenæ in lapides pretiosos: & econuersò. Et in euangelio suo legitur quomodò Christus conuertit aquam in vinum: & multa sunt talia in scriptura. In natura quoq; satis similia reperiuntur. Certum est enim quòd sunt quædam aquæ in quibus lignum conuertitur in lapidem vel petram: vnde optimæ cotes fiunt. Videmus quoque continuè quòd homo comedit panem & in corpore suo conuertitur in carnē, bibit vinum & conuertitur in sanguinem & istud est commune hominibus & iumentis, quòd eorum cibi & potus in carnem & sanguinem conuertuntur. Si ergo Deus dedit talem potestatem ventri & stomacho animalis, non est mirādum si talem potestaté etiam contulit suo vicario: vt mediante verbo Dei, virtute diuina: quæ omnia in omnibus operatur, conuersionem & mutationem efficiat supradictam. Et hanc similitudinē ponit Ioannes Damascenus libro quarto. capit. 5. dicens. Sicut panis & vinum transeunt per nutrimentum in carnem & sanguinem animalis, ita panis propositionis, id est, qui ponitur in altari. & vinum cum aqua transeunt in corpus Christi, quod priùs non erat. Et ista duo, scilicet panis & vinum non sunt duo: sed vnū corpus Christi. Et in hoc fecit Deus memoriam suorum mirabilium: quia fecit in principio creauit Deus cœlum & terram: & omnia quæ in eis sunt solo verbo suo: secundum illud Gene. primo. Fiat lux, &c. Et sicut fecit de omnibus & singulis creaturis ab initio creatis secundum quod Psalmista dicit. Verbo domini cœli firmati sunt: sic facit Deus in eucharistiæ sacramento. Quia secundum Augustinum: Accedit verbum ad elementum & fit sacramentum. Et hoc est quod dicit auctor. Si tanta virtus est in sermone domini, vt inciperent esse quæ non erant, quantò magis operatur vt sint quę erant & in aliud commutentur? De hoc etiam dicit Ambrosius. Si tantùm valuit sermo Heliæ: vt ignem de cœlo descendere faceret, non valebit tantum sermo Christi: vt substantias mutet? Et Ioan. Damascen. vbi suprà. Si sermo Deiviuus est & actiuus, qui dixit fiat lux, & facta est lux: verbo cuius cœli firmati sunt & omnis decor eorū qui ex purissimo sanguine beatæ virginis se hominem fecit, non potest panem & vinum corpus & sanguinem suum facere? Non debet ergo incongruum apparere, si verbum diuinum à sacerdote prolatum accipiat eandem virtutē & etiam maiorem à Deo, quàm accipiat natura, id est, vis insita rebus, per quam in animali cibus & potus in carnem & sanguinem cōuertuntur. Quod etiam in humanis videmus, quòd verbum humanum est maioris potentiæ & virtutis, quàm sit proferens ipsum verbum. Verbum enim Papæ per suum nuntium promulgatum, facit omnes prælatos ecclesiæ in vnum consilium conuenire: quos sine verbo ipse Papa non potest aliquo modo sua potentia congregare. Et etiam verbum Imperatoris vel Regis citissimè facit exercitum cōgregari. Et quilibet dominus plus efficit circa subditos suos solo verbo, quàm possit efficere virtute propria sine verbo. Et idcirco non debet quispiam inconueniens iudicare, si Deus verbo suo per suos nuntios sacros sacerdotes prolato contulit eandem efficaciam & virtutem etiam ampliorem quàm præstiterit naturæ corporali: per quā videmus tot & tanta illis similia prouenire. Ideò scriptum est in Psalm. Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia. Et hoc de ista ineffabili transubstantiatione sufficiunt quò ad prædicamentum substantiæ.

CAP. III.

SEcundo respectu prædicamenti quantitatis credit sancta mater ecclesia & fides catholica sub illa parua hostia contineri, & esse veraciter totum corpus Christi, ita magnum & ita perfectum: sicut fuit in cruce, & ita magnum, sicut in die paschæ resurrexit. Et hoc est summum mirabile. Cùm omne corpus sit in loco & commensuretur locatum loco & sub tam paruæ hostiæ quantitate, integrum corpus Christi continetur. Sed in hoc facit Deus memoriam suorū mirabilium: quæ prius fecit de seipso & in seipso. Primò in natiuitate sua quando exiuit per portam clausam, ea semper clausa manente secundum testimonium Ezechielis Prophetę. Fuit enim beata & gloriosa mater virgo ante partum. virgo in partu. virgo post partum: quia semper constitit incorrupta & penitùs illibata. Idem miraculum fecit in sua resurrectione: quia resurrexit & exiuit de monumento omninò existente clauso. Idem etiam miraculum fuit, quando ianuæ ad discipulos ianuis clausis introiuit. Quæ omnia hæc mirabilia si discutiantur sunt similia miraculo supradicto huius sacramenti venerabilis. Ad cuius intelligentiam debemus intendere, quòd corpus Christi non est sub hostia naturaliter: sed sacramentaliter. Et ideo non est ibi vt locatum in loco: nec sub dimensionibus proprijs: sed sub dimensionibus quæ prius fuerunt, scilicet panis & vini. Et ideò cum substantia de se inquantùm substantia locum non occupet: nec requirat nisi inquantùm est sub dimensionibus quantitatis, sequitur ex hoc quòd corpus Christi sub sacramento non requirat vel occupet plus locum, vel de loco quàm dimensiones panis, sub quibus velatur & tegitur occupant & requirunt. Et hoc in sequentibus plenius differetur. In hoc etiam possumus videre aliqua similia in natura. Anima enim nostra: sicut dicit Augustinus est tota in toto corpore & in qualibet parte corporis: & ita magna in solo digito: sicut in toto corpore: & ita magna in corpore infantis: sicut in corpore gigantis: quia propter corporis augmētum & diminutionem seu alicuius membri truncationem ipsa anima non minuitur vel augetur: & tamen est tota in toto & tota in qualibet eius parte. nec excediturnec excedit. Si homo non potest perfectè hoc intelligere de seipso & in seipso, quòd tamen tam Philosophi infideles quàm etiam doctores catholici, verum esse indubitanter affirmant, non est mirum si hoc perfectè non potest intelligi in hoc dignissimo sacramento. Item tam longa est longitudo turris, sicut ipsa turris: & tam lata quàm lata est latitudo, & grossicies: ita grossa: sed species & figura turris tota comprehenditur in oculo & recipitur: qui est paruus: quia si non esset illa species longitudinis in oculo, non posset homo per aspectum de ipsa longitudine iudicare. Quod tamen patet esse falsum: quia solo visu & aspectu potest fieri multoties vera comparatio & æstimatio de mensura. Et ita potest dici de vno monte. & de sole, & luna. & sphera cœli. & de omnibus talibus, quorum magnitudo cùm sit quasi immensa, nihilominùs capitur ab oculo: ita paruo. Si ergo hoc est mirabile & est certum: non est incredibile corpus Christi posse contineri sub hostia tam parua, quamuis hoc perfectè intelligere nequeamus. Et sicut dictum est de oculo, ita potest dici de speculo, in quo videt quilibet manifestè, quod in paruo speculo apparet maxima ciuitas, & imago maximi hominis & montis & cœli. Dic ergo mihi quomodò potest hoc esse: & ego dicam tibi quomodò in dominico sacramento est istud. Deus enim noluit in vtróque ita esse.

CAP. IIII.

TErtiò respectu prædicamenti qualitatis debemus credere, quòd quamuis hostiæ sint figuræ rotundæ & habeant albedinem & saporem panis, illa tamen accidentia non afficiunt corpus Christi: quia non est ita rotundum: nec ita album: nec insunt aut inhærent ei illa accidentia hostiæ quæ apparent species sub esse sacramentali est verum corpus Christi gloriosum. Et quamuis non appareat nobis sensibiliter tale, non tamen debemus propter hoc minus credere ita esse. In hoc igitur fecit nobis Deus memoriam mirabilium suorum similium præcedentium in scriptura: sicut enim nobis narrant Euangelistæ. Christus adhuc existens mortalis secundum corpus ostendit se in mōte in habitu glorioso Petro Iacobo & Ioanni, & tamen corpus suum nondum erat glorificatum: sed gloriosum. Item quando iam post resurrectionem suam corpus suum erat veraciter gloriosum, nunquam amplius habitum gloriæ dimisisset: nihilominùs peregrinis euntibus in Emaus se ostendit sub habitu peregrini. & Magdalenæ sub habitu hortulani. Sicut igitur rationabilibus causis talem tunc & taliter se ostendit, & nō sub habitu glorioso quem gestabat: sic etiam in eucharistia. Rationes verò & causas quia satis notæ sunt omitto causa breuitatis. In naturalibus etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

similia videmus. Multa enim apparẽt aliter, quàm sint. Sol enim apparet quasi cubitalis rotũditatis, quãuis vltra modum quantitatẽ seu rotũditatem illam excedit. Aliquãdo etiam apparet rubeus: vel sanguineus, aut pallidus, aut esse alterius qualitatis, quamuis in se nullo modo recipiat peregrinas impressiões. Item baculus apparet curuus seu fractus in aqua currente, quãuis in veritate sit integer & rectus. Item multis tã infirmis, quã sanis, & aliquæ parati, & linguæ passio, quãdóq; dulcia videntur amara & multis ecõtrario. Nõ est ergo inconueniens, si in sacramento supradicto sit aliud in veritate, & aliud videatur. Nec tamẽ in hoc falsitas est vlla, quia illa accidentia quę apparent ibi, quãquã vt prædictum est velent & tegant, non afficiunt corpus Christi. Illa enim accidentia quæ prius inerant substãtiæ panis, post consecrationem nõ insunt corpori Christi, sed sunt ibi sine subiecto alicuius substantiæ: vnde in hoc est miraculum & præter ordinem naturalem, quòd quãtitas quę prius erat in substãtia seu in materia panis, post sacramẽti consecrationem remanet absq; substãtia. Alia verò accidẽtia quæ ipsi pani inerant mediãte quãtitate, modò insunt quãtitati sicut prius. Vnde & dimensiones, & albedo, & sapor, & figura, & alia similia accidentia, sunt ibi sine primo subiecto, id est, sine substantia, sed nõ sunt sine subiecto proximo, quia modò ipsi quãtitati, sicut prius insunt. Et quãuis hoc miraculum sit & supra naturam, nõ tamen est cõtra intellectum. Quia dicit beatus Hilarius. Deus potest diuidere per effectum, quicquid possumus per intellectum. Itẽ si malefici possunt res aliter & aliud, quã sunt: vt puta de festuca trabem vel serpentẽ per suã mendosã præstigia facere apparere, nõ est mirandum seu discredendum, si Deus per suã vera miracula faciat talia & maiora, nõ ad delusionem vel deceptionem hominum, sed ad salutem. Status enim sub quo sumus, hoc requirit. Sub fide enim modò viuimus, & ambulamus per fidem. Fides autem secundum Augu. est credere, quod non vides. Et secundum Apostolum ad Heb. 11. Fides est sperandarum substantia rerum argumẽtum non apparentium. Sacramentorum etiam natura hoc requirit. vt videlicet, quia suã signa aliud intus cõtineant vel significent, & aliud exterius videantur, sicuti circulus quidem lignum est, significat tamen vinũ. & sicut dicit Hugo de S. Victor. Sacramentum est materiale elementum extrinsecus oculis suppositum, ex institutione significans, ex similitudine repræsentans, ex sanctificatione gratiam inuisibilẽ continens. Est ergo cõueniens fidei nostræ & dignitati ipsius sacramenti, quòd aliud sit, & aliud significare videatur.

CAP. V.

QVartò respectu prædicamenti relationis credit fides nostra & sancta ecclesia catholica, quòd verbo cõsecrationis virtuca voce potest cõsecrari vna hostia: vel plures in numero quantocúnque. Quãuis enim secundum virtutem naturę omnium, natura constantium sit ratio & terminus magnitudinis & augmẽti, secundũ quod ait Philosophus in libr. de anima. in hoc tamen sacramẽto, quia nõ natura, sed Dei potentia operatur, nõ est limitata ad aliquam certã materiæ quãtitatem, sed vnico solo verbo & actu potest consecrari totus panis triticeus de mundo, & totum vinum, dum modò sacerdos illa principaliter & visibiliter ante faciem suã haberet, ita quòd posset verè tanquã præsentia demonstrare. Verum est tamen, q̃ aliqui doctores summi & maximi scripserunt & docuerunt, q̃ si sacerdos intendens consecrare iret per omnes plateas vbi panis venditur, & per omnia cellaria vbi vina veniuntur, & proferret verba cõsecrationis super panem & super vinũ, etiam si in hoc nulla esset necessitas vel vtilitas, sed solũ hoc faceret in ludibrium & in opprobriũ Iesu Christi, nihilominùs totum verè esset cõsecratum, eo quòd ibi cõcurrunt quatuor necessaria in quolibet sacramento. s. debitus minister, debita materia, debita forma verborum, & intentio consecrãtis. Alij autem dicunt, q̃ in tali casu talis sacerdos minimè cõsecraret, quia non solùm in sacramẽtis requiritur vel est necessaria intẽtio ministrantis: vt scilicet intẽdat facere, quod ecclesia intẽdit: vel facit, sed etiam intentio sacramentum instituentis, id est, Christi, qui nõ intẽdit, q̃ ad talem vsum tãto talíq; ludibrio celebretur, aut cõficiatur tã nobile sacramentum. Quæcúnque autem de his opinio teneatur, in hoc tamen cõcordant quantũ ad potentiam & respectum Dei & sacerdotis, quia panis iste siue sit modicus, siue multus: vnico verbo cõuertitur in corpus Christi, & q̃ nequaquã in minori minus, & in maiori maius, sed par & pariter in vtróq;. Cuius memoriale miraculum & exẽplum habemus in sancta scriptura de manna, quod corpus Christi figurabat. de quo legitur. Exod. 16. Et collegerunt alij plus, alij minus & mensi sunt ad mensuram gomor, nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus, sed singuli iuxta illud, quod edere poterant congregauerunt.

CAP. VI.

QVintò respectu prædicamenti actionis, credit fides catholica, quòd corpus Christi est cibus mentis, nõ ventris: animæ non corporis: vnde in hoc cõcurrunt duo mirabilia cõtra vsum naturæ: videlicet, quòd accidentia sine corpore & sine subiecto nutriunt verè corpus, & corpus verum nutrit, & reficit spiritum. Constat enim quòd si homo multum poneret in sacrificio de pane, & multum de vino post cõuersionem panis & vini in corpus & sanguinẽ Christi, illa accidentia sumpta ab homine ipsum alterarent & nutrirẽt, ac si substantia panis & vini ibi veraciter esset, corpus autem Christi nutrit & reficit animam, quia ad hoc est istud sacramentum specialiter institutum. Deus autem instituit vnum, quod nos in esse gratiæ generaret: vt baptismum, & aliud per quod nos in gratia regenerationis roboraret: vt sacramẽtum confirmationis, & tertium per quod roborati nutriret in gratia, & augmẽtaret: vt sacramẽtũ eucharistię: sicut enim in corpore humano calor naturalis cõsumeret humidum radicale, nisi potus & cibus extrinsecus sumeretur, & per cibũ extrinsecus sumptum cõseruatur naturæ necessariũ, & deperditum restauratur, quia aliter vita in hoĩe nõ duraret, ita spiritualiter ad vitę gratiam cõseruandam & augmentandã cibus spiritualis necessarius exist nobis. Aestus enim vitiorum & cõcupiscentiæ carnalis, & distractionis & grauamina mundi, & infestationes spirituũ malignorum ita aguut quotidiè cõtra humorẽ nostrę deuotionis, & ita spugnant animã nostrã, q̃ ipsa debilitaretur & deficeret, nisi istud benedictũ viaticũ sumeret & cibum acciperet spirituale. Corpus autẽ Christi propter excellentiã sanctitatis & puritatis, & propter vnitatẽ diuinitatis ita est spirituale, q̃ in ipso perfectissimè concurruut & conueniunt ratio cibi propter corporalitatẽ, & ratio spiritus propter sanctitatem & puritatem & vnitam diuinitatẽ, & ideò placuit Deo per talem cibum corporalem reducere hominẽ ad spiritualem pristinã, & primariam puritatem, & finalem sanctitatem: vt morbo peccati tribueret medicinam congruentem. Homo enim cecidit à vita beata per cibum corporalem à Deo vetitum, & ab homine vsurpatum, diabolo suggerente, & ideò conueniens exist it: vt similia similibus, & cõtraria cõtrarijs curarentur, quòd scilicet homo reduceretur ad vitam à qua ceciderat per cibum similiter corporalem à Deo præstitum, & ab homine sumptum, ipso Dei filio ministrãte & imperãte. De effectu autem huius cibi, & de actione. dicit beatus Bernardus. Corpus Christi ægrotis est medicina, peregrinantibus dicta, debiles confortat: valentes delectat, langores sanat, sanitatem seruat, fit homo mansuetior, ad correptionem patientior, ad laborem feruẽtior, ardentior ad amorem, sagacior ad cautelam, promior ad obedientiã, deuotior ad gratiarum actionem. Huius autem exẽplum habemus memoriale in scriptura. 3. Reg. 19. Vbi dicitur, quòd angelus Domini misstrauerat Heliæ subcinericium panem. de quo comedit Helias, & ambulauit in fortitudine illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, &c. Si bene attendatur illa historia, Helias timore Iezabel, tunc fugiebat, & erat debilitatus, & confractus corde, ita quòd petiuit animæ suæ vt moreretur. Sed postquàm de illo pane bis comedit, scilicet sacramentaliter & realiter seu spiritualiter: vel bis comedit, quia sacramentum istud bis sumitur, dum sub duplici specie consecratur, effectus autem est foris, ita quòd in fortitudine illius ambulauit quadraginta diebus & quadraginta noctib⁹, id est, toto tempore huius sæculi, quod per quadragenarium numerum designatur, & peruenit in huiusmodi cibi fortitudine: vsque ad montem Dei Oreb. In natura quóque satis simile est, quòd cibus purè corporalis non solùm nutrit & confortat corpus, sed etiam animam ipsam alterat & delectat corpore mediante. Propter quod in Psalm. dicitur. Panis cor hominis confirmat & vinum, &c. Oleo autem, id est, sancti spiritus gratia quæ in isto cibo confertur, tota facies hominis exhilaratur. Item est aliud mirabile in isto sacramento respiciens prædicamentum actionis, quòd quamuis sit cibus salutis & vitæ cibus angelicus & diuinus, nihilominùs indignè sumẽtibus, cibus iudicij & mortis est. Quia secundũ Apostolum primæ ad Corinthios vndecimo. Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, &c. Et de hoc habemus exemplum memoriale in sacra scriptura. Ioannis decimotertio. Vbi dicitur de Iuda proditore, quòd post buccellam panis introiuit in eum Sathanas. Hoc etiam fuit figuratum tertio Regum: vbi dicitur, quòd Ozias Rex percussus est læpra, quia sacrificium obtulit, quod sibi non licebat, & Ozia fuit à Deo percussus & occisus, quòd indignè fuit ausus contingere arcam Dei: vt habetur secundo Regum octauo. Exemplum huius habemus quotidiè in natura: videlicet quòd homini febricitanti multotiens panis & vinum est causa mortis, qui sanis proficiunt ad salutem. Fructus autem arboris, quem Adã & Eua sumpserunt, omninò in se sanus & bonus erat, & tamẽ propter inobedientiam sumentibus fuit causa mortis. Ita de sacramento eucharistiæ dici potest. Sicut enim cibus seu medicina corporalis mortuis nullo modo prosunt, & omninò ille insanus reputaretur, qui homini mortuo daret cibum aut aliquam medicinam, ita ad ipsius gratiæ conseruationem similiter augendã prodesset quidem infirmis, id est, tentatis aut peccatis venialibus infirmatis, & his qui ex mortalibus resurgentes sunt adhuc debiles & infirmi, mortuis autem in peccato mortali actu vel proposito existentibus, nullo modo prodest, imò potius obest. Et talis sumptio verè non medicina, sed

medicina, sed insania iũdicanda est. Et taliter sumentibus accidunt multa mala: quæ Dauid Propheta enumerat in Psalm. dicens. Fiat mensa eorũ coram ipsis in laqueum. & in retributiones, & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua. Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorũ non sit qui inhabitet. Effunde super eos iram tuam: & furor iręs tuę comprehendat eos. Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & nõ intrent in iustitiam tuam. Deleantur de libro viuentium & cum iustis non scribantur, &c.

CAP. VII.

SExtò respectu prædicamenti passionis in sacramento mirabiliter prædicatur, quòd sancti patres ordinauerũt in tres partes hostiam frangi consecratam: ad significandum spiritualiter triplicem fracturam seu lacerationem & vulnerationem factam in corpore Christi in cruce, scilicet pedibus, manibus, & latere: vel propter tres status Christi, scilicet qui fuit aliquando mortalis, aliquando mortuus: aliquando immortalis. Vel propter tres naturas: vel substãtias in vna persona, scilicet diuinitatis animæ & corporis. Vel etiã propter fidem & testimonium beatissimæ trinitatis, id est, trium personarum in vnius essentiæ vnitate. Quamuis enim sic frangatur hostia illa in tres partes: si etiam plures esseut siue pauciores, nihilominùs tamen corpus Christi remanet integrum & illæsum: quia illa fractura non afficit: nec attingit ipsum corpus Christi: sed est tantùm in quantitate extensiua: sub qua ante conuersionem fuit panis: & quæ post consecrationem corpus Christi velabat. Et tamen in cõfessione Berengarij. & in quibusdam dictis sanctorum corpus Christi dicitur atteri & frangi dentibus. videlicet quia illa quãtitas verè frangitur, & verè dentibus atteritur: sub qua est in omni parte: & post fracturam veraciter & substantialiter corpus Christi. Exemplum autem huius memoriale seu figura habetur Gen. vigesimosecundo cap. Abraham enim volente immolare filium: ligato & posito super altare filio suo Isaac, non Isaac sed aries immolatur: quia Christus in ara crucis clauis perforatus, aries, id est, caro per sacrificium passionis immolatur: sed filius Abrahę, id est, Christus inquantùm dominus, illæsus & impassibilis perseuerat. Eo quoque modo in fractione hostiæ: nec frangitur ipsa substantia corporis: nec ipsum corpus: sed tantùm quantitas dimensiua: quæ ante consecrationem inerat ipsi pani. In natura quo que habemus exemplum in speculo: quod si frangitur, non ibi frangitur imago vel species quæ in speculo relucebat: sed in qualibet parte fracti speculi adhuc resultat imago: sicut de corpore Christi superiùs ostensum est. Simile quodammodò in est animalibus annulosis. in quibus integra est vna sola anima sensibilis: sed si diuidantur tot per diuisionem sunt animæ quot partes: sicut docet Philosophus secundo de anima. In homine etiam, quòd fracto vel inciso membro de corpore hominis, nõ propter hoc anima rationalis frangi vel incidi dicitur. sed integra & incorruptibilis perseuerat. Similiter & hostia fracta vel incisa corpus Christi, quod nunc est incorruptibile & impassibile, semper integrum permanet & illęsum: & tamen in qualibet parte sensibili dictæ fracturæ ipsum corpus Christi totum est perfectum: sicut in tota hostia prius erat. Quia sicut anima rationalis tota est in toto corpore: & tota in qualibet eius parte: vt dicit Augustinus: ita dicũt alij doctores, quòd corpus Christi in hostia integra est totum: & sub qualibet eius parte totum. Sicut enim sub qualibet parte sensibilis carnis saluatur tota essentia carnis: & sicut quælibet pars panis est panis: & quælibet pars vini est vinum: sicut & ipsum totum, ita dicunt quòd quælibet pars corporis Christi vel ipsius hostiæ est totum corpus Christi. & sub qualibet parte sensibili hostiæ seruatur perfectè tota essentia Christi: non tamen propter hæc debet dici infinities ibi esse. Quia licèt continuum sit diuisibile in infinitum secundum partes aliquotas, non tamen secũdum partes essentiales, in quibus conseruari poterit ratio speciei. Caro enim, secũdum Philosophum in libro de anima, bene potest diuidi in partes ita minutas, quòd in eis non remaneret ratio carnis. Et panis & vinum similiter: & sub talibus partibus corpus Christi non remaneret, nisi videlicet essent partes ita sensibiles, quòd in eis panis & vini ratio & essentia posset conseruari. Quia tamen circa ista vltima diuersę sunt opiniones, ideò ea subtilioribus quæstionibus relinquamus. Itẽ ipsum corpus Christi veraciter sumitur: & sumi potest ab impijs & peccatoribus: & ab eis sæpissimè tractatur indignè. Posset etiam ipsa hostia in lutum proijci vel bestijs tradi seu ab animalibus comedi & indignè multis alijs modis tractari. Quamuis autem talia facientes grauissimè peccent, tamen corpus Christi per talia nullo modo coinquinatur: nec vllam in se efficiunt lęsionem: sicut radius solis per lutum transiens exinde non inficitur vel gladijs vulneratur seu quomodolibet aliter. Et in hoc summæ dignationis diuinæ pietatis, & fidei nostræ certitudo & veritas demonstratur. Quia si non posset verè consecrari corpus Christi siue tangi nisi à iustis hominibus, nunquàm possemus in hoc mundo scire, quando esset veraciter corpus Christi: sicut de aliquo homine in hoc mundo non possemus scire certitudinaliter quis esset iustus vel iniustus. Sic ergo Christus corporaliter se portari permiserat à diabolo supra pinnaculum templi. Matthæi quarto. Et à peccatoribus crucifigi, ita & adhuc se permittit tangi, comedi & contractari à peccatoribus immundis.

CAP. VIII.

SEptimò respectu prædicamenti quod dicitur vbi, credit fides nostra, quòd corpus Christi verè est in cœlo & verè est in terra: in quolibet altari: & in quolibet loco. vbi est panis triticeus in forma debita per sacerdotem consecratus. In hoc ergo est summum miraculum, quòd vnũ & idem corpus numero est in diuersis locis. Quod non solùm videtur præter & supra rationem: sed etiam contra: quia intelligibile seu posibile non videtur. Vnde inter omnia mirabilia quæ sunt in isto sacramento, istud videtur mirabilius & difficilius in intellectu: & ad difficultatem facit. Quia dum videmus q̃ vnum & idem secundum diuersos respectus & secundum diuersa potest esse in diuersis locis, secundum quem modum loquitur dominus in euangelio: quando dicit: vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum: & Augusti. Quasi dicat. verius est anima vbi amat, quàm vbi animat. Et beatus Bernar. de quibusdam dicit, quòd corpore sunt in choro, & corde sunt in foro. Aliud est enim esse verè quo anima est in corpore: sicut eius perfectio & forma: & aliud est esse amoris & perfectionis quo anima dicitur esse vbi amat. Secundum quem modum loquebatur Apostol. dicẽs. Nostra cõuersatio in cœlis est. Hoc modo loquendi satis potest intelligi, si diceretur quòd corpus Christi secundum esse naturale est in cœlo: & secundum esse sacramentale est in terra. Sed quòd secundum vnum & idem esse idem corpus numero sit in diuersis, locis, hoc videtur impossibile omninò communi legi naturæ. Et tamen nos credimus & dicimus, q̃ corpus Christi secundum esse sacramentale est in pluribus & in diuersis locis: vbicúnque, scilicet est panis debitè consecratus. Et hoc videtur penitùs contra veri corporis rationem. Sed adhuc potest dici, q̃ ratio quare vnum corpus non potest esse in diuersis locis est: quia naturaliter corpus quod est in aliquo loco diffinitur & circunscribitur illo loco & ei commẽsuratur: ita quòd totum corpus superficialiter toti loco & partes corporis partibus loci commensuranter: ita quòd singulæ partes locati, singulis partibus loci assignantur. Et hoc modo corpus Christi est in pixide vel in hostia. non tamen est ibi localiter eo modo quo suprà dictum est, id est, secundum conditionẽ & commensurationem locati & loci. Quoniam corpus Christi quamuis sit in loco, non tamen est ibi sub proprijs dimensionibus: nec sub propria quantitate: sed sub quantitate & dimensionibus sub quibus fuit panis. Vnde in alijs corporibus quæ naturaliter & cõmuniter sunt in loco, ita est quòd eorum substantia est in loco mediante propria quantitate. Vnde propriè & principaliter esse in loco conuenit eorum quantitati, quæ loco commensuratur: sed substantiæ conuenit ex consequenti. Sed in corpore Christi sub sacramento est econuersõ: quia ipsum est in loco mediante quantitate quæ priùs inerat pani. Et quamuis ibi sit vera & propria quantitas corporis Christi, tamen hoc est ex substantia consequente & mediante, quæ sine propria quantitate subsistere non potest. Et hæc est ratio quare potest esse in diuersis locis: sicut suprà de anima ostensum est. Quia enim anima indiuisibilis est: nec habet in se quantitatem molis: nec quantitatem extensiuam: si esset in corpore sicut locatum in loco, oporteret quòd esset in aliqua parte corporis indiuisibiliter seu minima, & non in alijs partibus. Sed quia non est ibi sicut locatum in loco: sed sicut actus & perfectio seu forma: & ideò est tota in toto in qualibet parte eius. Similiter dico quòd Christus totus est nõ solùm in qualibet hostia: sed etiam in qualibet parte sensibili cuiuslibet hostiæ: quod esse nullo modo posset, si omninò esset ibi: sicut locatum in loco: & nihilominùs est ibi verissimè & substantialiter totũ corpus Christi immolatum in cruce: sicut verissimè anima est tota in toto corpore. & in qualibet eius parte. Non autem credo quòd in scriptura vel in natura huic aliquid bene valeat assimilari. Sed interdum cõsueuit poni exemplum de verbo vocali, quod ab ore loquentis vnum & solum procedens ad aures omnium audientium defertur vbicúnque fuerint audientes: & nihilominùs idem remanet in corde proferentis. Ita corpus Christi semper manet in cœlo: & tamen veraciter in altari & in ore omnis sumentis verè existit. Ad quod melùs declarandum faciunt aliqui adaptationem secundum diffinitionem de verbo: quam ponit Augustinus tertio de trinitate. Est enim sicut ibidem dicit, verbum cordis quod mente concipitur: & est verbum oris quod aure percipitur: & est verbum nutus quod oculo cognoscitur: & est verbum scriptum quod in charta legitur. Primum est verbum hominis ad seipsum. Secundum est vnius hominis ad alterum præsentem. Tertium est similiter ad alium præsentem. Quartum est vnius hominis ad alium absentẽ loco vel tempore vel vtróq;. Et subdit ibi Augu. q̃ cogitatio hominis in corde formata quę dicitur cõceptus mentis est verbũ cordis: quod neq; Græcum, neq; Latinum, neq; cuiuscúnq; alterius linguæ est. Et addit, q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbum,quod foris sit, id est,quod foris sonat,est signũ verbi, quod intus latet,cui magis cõpetit nomen verbi.Nã quod ore carnis profertur:vox est verbi. Et docet ibi dictus Augu.quòd verbum cordis assimilatur filio Dei in sinu patris:verbum autem oris vel vocis assimulatur filio incarnato.Vnde subdit Aug.Sicut ergo verbũ nostrum vox quodammodò fit assumendo eam in qua manifestatur sensibus hominum. Et sicut verbum nostrum vox quidem sit seu mutatur in vocem, ita verbum Dei factum est caro,sed absit, quòd mutetur in carnem. Secundum ergo prædicta distinguitur,quòd filius Dei genitus à patre,& à patre nũquam decedẽs est, sicut verbum cordis in mente semper existens,sed ipse idẽ Dei filius carne vestitus est,sicut verbum in pelle:vel carta scriptum. Ipse quóque idem est sub sacramẽto,sicut verbum in voce prolatum. Primo autem modo verbum siue Dei filius est vbique, sicut ipse pater cũ quo & in quo semper est tam ipse filius,quã ipse spiritussanctus. Secundo modo verbum Dei siue Dei filius proprie est in cœlo : vbi ad dexteram Dei patris & in vnico solo loco est,ibi modò secundum esse naturale, sicut verbum in charta scriptum nõ potest esse,nisi in vno loco,scilicet vbi est carta in qua scriptum est. Tertio modo dici potest,quòd est verbũ siue filius Dei sub sacramento:videlicet in pluribus locis: vbicúnque videlicet est iste panis consecratus,sicut vox est in aure omniũ audientium. Et sicut vnum & idem verbum habet istum triplicem actum tripliciter sic acceptum,ita per suprascriptã similitudinem dici potest de Domino nostro Iesu Christo. Ista tamen similitudo non est omninò propria,sed dissimilis est in multis. Adhuc tamen à Doctoribus solet vna quædam talis ratio assignari. Omne cõpositum sapit naturam suorum cõponentium,& habet quodãmodò naturam mediam cõponentium extremorũ.Sicut videmus in vino aquæ mixto, quia non est ita sicut aqua, nec est ita forte,sicut purum vinum, sed habet quendam vigorem medium vtriúsque. Sic est in proposito & quodammodò dici potest.Quamuis enim Christus nõ est dicendus cõpositus ex diuinitate & humanitate, tamen per assumptionẽ humanitatis & per vnionem ipsius filij Dei cum homine sunt duæ naturæ in vna persona diuina,sicut per cõpositionem animæ & corporis sunt duę naturę,scilicet corporalis & spiritualis in vero homine. Vnde in Symbolo Athanasij dicitur. Sicut anima rationalis & caro vnus est homo,ita Deus & homo vnus est Christus. Filius ergo Dei inquantùm purus est homo & verus Deus, est vbíque sine dubio,inquãtùm est caro est solùm in vno loco,sed inquãtùm est Deus & homo,tenet medium locum vtriúsque esse,scilicet in pluribus locis. Et huius ratio quãuis posita est à Doctoribus magnis,& licet verũ concludat,potius tamen quædam adaptatio , quã similitudo dici debet. Aliqui enim ponunt exemplum in luce solari,quæ cùm vnica sit in toto mundo,ab vno,scilicet sole procedens,in pluribus tamen locis & vbiq; quodãmodò incorrupta est.In vitro relucet,ex quo sequitur sæpè radios aliquos rubeos, aut viridesfieri , & ex illo colore vestiri quo depictum est vitrum,per quod transeunt radij illustrãtes,& tamen illi radij ab illa luce non sunt diuisi,nec à sole separantur. Anselm.enim ponit simile exemplum de fonte,riuo,& lacu, quia sicut filius à patre , & spiritussanctus ab vtróque:ita riuus manat à fonte, & lacus ab vtróque.Et sæpè accidit,quòd solus riuus est quodammodò incorporatus , quando scilicet per canales plũbeos aut lapideos, aut alterius materiæ descendit. Tunc enim quamuis sit eadem aqua in fonte,riuo, & lacu, solus tamen riuus seu solius riui aqua canalibus est vestita.Ita licet eadem sit essentia patris & filij & spiritussancti,tamẽ in solo filio ista essentia est vnita corpori. Et sicut vbi sunt canales,ibi est riuus velatus & absconditus sub corporeo tegumento , alibi tamen ista aqua est libera & patens. Ita vbi est panis triticeus debitè consecratus,ibi est filius Dei incarnatus. Alibi verò vbíque est in terra siue corpore, sicut est pater & spiritus cum quibus est vbíque eiusdem essentiæ seu naturæ. Et sicut riuus potest esse in pluribus locis conclusus canalibus, ita filius Dei potest esse in pluribus locis corpore vnitus sub velamine sacramenti.Hæc etiam similitudo satis grossa est & extranea,quamuis possit aliqualiter satisfacere deuotioni eorum,qui non rationibus vel argumentationibus, sed solùm fidei principaliter inniterunt. Concludendo igitur secundum Theologicam veritatem , dicimus corpus Christi verum esse simul & semel in pluribus locis & diuersis , quod in Deo quidẽ non est impossibile , nec contra intellectum. Quia licet ipsum corpus Christi , quantùm est de se , sit in vno loco tantùm secundum naturam corporalem,tamen quia panis qui conuertitur est in locis pluribus,ideò necessariò sequitur, quòd ipsum corpus sit in pluribus locis , & non per sui mutationem , sed per alterius conuersionem in ipsum. Et vbicúnque est iste panis sic consecratus,subsistificatur in ipsam & ab ipsa persona filij Dei,& quantùm ad hoc habet quãdam similitudinem speciei , quæ verè est in omnibus suis indiuiduis vbicúnque sit, ipsum autem corpus de sui natura restringitur ad vnum locum particularem. Per vnionem,quam habet cum deitate , dilatatur quodammodò & extenditur quasi ad quendam modum vniuersalem:vt sit vbicúnque suum indiuiduum reperitur.Ita enim ordinauit Dominus:vt panis debitè consecratus conuertatur & efficiatur corpus Christi. Non debet aliquis ex his rebus assumere materiam vel occasionem calumniæ vel erroris,cùm protestati fuerimus suprascripta nostro proposito ita adaptari, quòd in ipsorum similitudine & proprietatum comparatione multiplex dissimilitudo & improprietas inuenitur. Et si fortè videatur alicui istud, quod dicitur de corpore Christi non esse sibi perfectè intelligibile , quomodò,scilicet possit esse in diuersis locis: vel aliquid aliud de prædictis attendat illud.quod dicit Ioan.Damasce. Quomodò fiet istud dicit virgo,quia virum non cognosco,cui respondit angelus. Spiritussanctus superueniet in te,& virtus altissimi obumbrabit tibi. Et nunc tu interrogas qualiter panis sit corpus Christi & vinũ & aqua sanguis. Dico tibi & ego , spiritussanctus superueniet hic , & hæc facit quæ sunt supra naturam & supra intelligentiã. Sufficere debet tibi exemplum de beata virgine,quæ per fidem quam verbis angeli adhibuit, Dei filium concepit.

CAP. VIII.

OCtauò respectu prædicamenti, quòd dicitur quando, credit fides catholica,quòd ab initio primitiuæ ecclesiæ vsque in finem sæculi,fideles sumpserunt & sumunt quotidiè corpus Christi,& tamen non est diminutum propter hoc in aliquo, nec diminuetur in aliquo,etiam si totus mundus sumeret eo dem momento. Cuius ratio est,quia corpus Christi non augetur , nec diminuitur per vnius panis aut plurium consecrationem, & in corpus Christi conuersionem,quotcúnque enim panes seu hostiæ consecrentur, & in corpus Christi conuertantur , nunquàm tamen multiplicatur ipsum corpus Christi , sed tantum vnicum perseuerat, & vnum solummodò est & idem , quantuncúnque etiam à quibuscúnque hominibus cõmedatur,semper est vnum & in nullo diminuitur , sed semper perfectum & integrum perseuerat. Cuius memoriale habemus exemplum in sacra scriptura tertij Regum decimoseptimo, De lechito olei & hydria farinæ,de quibus cõmederunt Helias & vidua & eius filius,circa tres annos & plus,quæ secundum naturam per vnum annum eis minimè sufficeisset. Item memoriale exemplum habemus de quinque panibus & duobus piscibus, quos Dominus Iesus multiplicauit intantùm,quòd tot milia hominum satiabat,& multæ sportæ de reliquijs sunt repletæ.Non est ergo mirum,si Deus conseruat suum corpus : vt comestum non diminuatur, nec consumatur,quia dictos panes non solùm sic conseruare potuit,sed etiam augmẽtare. Exemplum etiam horum habemus in natura,quia iam sunt sex milia annorum & vltrà, quòd homines triticeum panem comederunt & semper per Dei gratiam comedent , & tamen triticum non est diminutum , sed hodie satis plus est de tritico, quàm fuit ab initio quando homines triticum comedere cœperunt.Si ergo seruat & multiplicat triticum & alia semina per agriculturam,nõne si vellet posset omnia multiplicare & conseruare, sicut fecit de panibus supradictis. Habemus simile exemplum de candela , quia ab vna candela accensa , infinitæ candelæ infinities possent accendi, nec primæ candelæ lumen diminueretur , & omnes aliæ tantundem haberent de lumine , sicut ipsa. Et per supradictã patet responsio ad blasphemiam, quã consueuerunt aliqui hæretici opponere,dicendo. Si corpus Christi esset ita magnum,sicut mons,à tot comestoribus esset longo tempore iam consumptum. Cæci & insani. Ille qui lumen vnius candelæ conseruat absque diminutione , quãuis aliæ innumerabiles candelæ accendantur ab ipsa , nõ potest eodem modo conseruare corpus suum sine aliqua diminutione, quãuis à multis quotidiè cõmedatur. Et ista est vna ratio quare fuit ordinatum,quòd missa sine candela non celebretur:vt videlicet ipsum filium Dei qui est lumen ad reuelationẽ gentium repræsentaret: vel vt intelligamus veraciter corpus eius esse ita communicabile omnibus,sicut ipsum lumen. Aliæ enim rationes sunt de hoc,quas non oportet ad præsens referre.

CAP. IX.

NOnò respectu prædicamenti, quod dicitur situs , dixerunt quidam corpus Christi fore sub hostia sub eodem situ,sicut est in cœlo ad dexteram patris.Cùm enim Deus pater sit vbíque secũdum illud.Isai.Cœlum & terram ego impleo,dicit Dominus:vbicúnque est corpus Christi, ad dexterã Dei sedet,id est,quiescit in potioribus bonis.Nec obstat vt dicunt, quòd hostia sæpè circũfertur vel circũgyratur & transuertitur multis modis.Quia sicut homo in naui existens:vel super equum sedens,quantuncúnque moueatur:vel currat nauis vel equus,nihilominùs tamẽ homo sedet & quiescit,licet anima moueatur, ita & in proposito dici potest. Ex quo enim corpus est in loco,necessario oportet ei locum aliquem designare.Et conuenientius esse videtur : vt attribuatur ei situs quem habet in cœlo, quã alius.Quia in Christo propter suam vnionẽ Dei & hoīs communicantur sibi idiomata , ita quòd sicut de Christo , ita & de corpore eius glorioso,verè dici potest illud Iacobi.Apud quem non est trãsmutatio:nec vicissitudinis obumbratio.Aliqui tamen magni doctores aliter subtilius & melius(vt videtur)docuerunt,dicentes certum situm corporis Christi sub sacramento non posse assignari:quia suprà dictum est,quòd illa conuersio tantùm est transubstãtialis substantiæ:& substantiæ non debetur situs nisi quantũ est sub naturali quantitate & dimensionibus extensiuis.In sacramento autem vi conuersionis non est nisi substantia corporis Christi:quãuis ex cõsequẽti & per cõmitantiã sit ibi propria quantitas & sint ibi propriæ dimensiones & alia propria accidẽtia corporis Christi:sicut est ibi anima rationalis & ipsa diuinitas.Prædicta autẽ tamẽ accidentia sunt ibi mediante subsistantia.In alijs autẽ corporibus & locatis & situatis accidit econtrariò:quia videlicet,quòd subsistãtia est in loco & in situ mediante quantitate. Et ideò in eis subsistantia & subiectum sequitur proprias dimensiones & propriã quantitatem,sed in hoc sacramẽto sit ecõtrariò.Ista enim cõuersio est tantũ substantialis:& ideò transubstantiatio vocatur. Et ideò quãcitas & dimẽsiones & alia accidẽtia corporis Christi comitantur & sequuntur ipsam subsistantiã:nec occupant plus de loco & situ quàm ipsa subsistantia:sicut suprà dictũ est:manet tamen sub quantitate & dimensionibus quæ ante conuersionem inerant ipsi panis:quia accidentia non mutantur : quia situs subsistantiæ non conuenit:vt prædictum est,ideò non deberet in isto sacramento,scilicet corporis Christi situs assignari.Istud autem & similia in quibus nõ est aliquod periculum fidei,subtilioribus disputatoribus reliquamus.

CAP. X.

DEcimò respectu prædicamẽti,quod dicitur habitus,credit simiter fides nostra & ecclesia catholica,corpus Christi gloriosum veraciter esse sub sacramento:& verè in habitu gloriæ ibi esse. Hunc tamen habitum corporalibus oculis non ostendit:eo quòd illam visionem nobis reseruat in patria:& ista ostensio gloriosa non congruit sacramento:nec fidei nostræ,cùm adhuc per speculum in enigmate ambulemus:& de hoc sufficiant quę in prædicamẽto qualitatis sunt ostensa.Verũ est tamẽ,quòd de hoc fortè secundum aliquos diceret melius:sicut dictum est in præcedenti capitulo de situ: sicut enim secundum eos non est ibi corpus Christi sub aliquo situ corporali:quia substantiæ:vt substantiæ non est necesse aliquem habitum talem assignari:sic fortè non est ibi sub aliquo habitu.Quid autem horum congruentius dicatur, similiter subtilioribus disputatoribus causa brevitatis nunc relinquamus:quia sufficienter & veraciter alibi determinatum est:dummodò teneamus:& firmiter credamus in hoc sacramento veraciter & essentialiter existere seu subsistere verum corpus Christi gloriosum:illud idem numero,quod de virgine natum est:& in cruce passum est:& quod tertia die resurrexit à mortuis & ascendens in cœlum,sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

Explicit Opus Quinquagesimumnonum beati Tho. Aquin. de sacramento eucharistiæ secundum decem prædicamenta.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris Opus Sexagesimum, De humanitate Iesu Christi Domini nostri.

Artic. 1.

CHRISTVS Iesus venit in hunc mundũ pec catores saluos facere.1.ad Thi.1.In verbis propositis Apostolus describit diuinæ incarnationis & humanæ redemptionis sacramentũ.Primum ibi.Christus Iesus.Dicit enim Dama. ℣ Iesus significat Deum humanatum.Christus verò econtrà hominẽ Deificatũ:quia duæ naturæ in vna persona filij se circũdederunt:quia diuinitas potentiã exercet in actibus humanis,dum læprosus tactu mundatur.mortuus tactu viuificatur,cœcus tactu illuminatur:& sic de alijs:& humana natura propria sua seruans in potentia diuinitatis se ostendit,dum solem obscurans moritur:dum petram scindẽs crucifigitur:dum potestate propria animã ponens:& iterum eam sumens sepelitur.Dicitur autem sacramentum iuxta Etimologiam,quasi sacrũ secretũ.Reuera hoc sacramentum,scilicet dominicæ incarnationis est & sacratissimum & secretissimum.sacratissimũ.Ioã.10.Quẽ pater sanctificauit & misit in mundum.Luc.1.Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei:vnde vocatur sanctus sanctorum.Secretissimum quidem. Matth.11.Nemo nouit filium,nisi pater. Vnde Apostolus dicit ad Ephe.3.Hoc sacramentum absconditum à sæculis in Deo,idest,in sola Dei notitia:vt dicit glo.Verũtamen sciẽdum est,℣ hoc sacramẽtum fuit à principio angelicis spiritibus manifestum.Dæmonibus verò occultatum:fidelibus etiam misericorditer reuelatum.De primo dicit Apostolus.2 Thi.3.9 apparuit angelis illud magnum sacramentum pietatis:vnde Aug.Sicut fuit illud mysterium absconditum à sæculis in Deo:vt tamen innotesceret principatibus & potestatibus in cœlestibus.Huius autem ratio est:quia omnes sunt administratorij spiritus.Ad Heb.1.Missi in ministerium propter eos qui hæreditatem capiunt salutis:quod quidem sit per incarnationis mysterium:vnde oportuit ipsis omnibus hoc mysterium manifestari à principio.Hæc autem manifestatio fuit in generali:non in speciali:vnde Dio.dicit.7.c.Cœlestis Hierarchiæ:quòd scriptura sacra inducit quasdam cœlestes essentias ad ipsum Iesum quæstionem facientes,perfectius scirè cupientes ab ipso huius mysterij rationes: vt patet Isa.53.Vbi quærentibus quis est iste rex gloriæ. Respondit Iesus.Ego qui loquor iustitiam:vnde Maximus.Vtrũ angeli cognouerunt futuram incarnationem ambigere non licet. Latuit autem eos inuestigabilis domini conceptio:atque modus qualiter totus in genitore totus manebat in omnibus:necnon in virginis cellula.Secundò fuit sacramentũ incarnationis dęmonibus occultatũ:vnde dicitur.1.Cor.1.Quẽ nemo principũ huius sæculi cognouit,idest,dæmonum:vt dicit glo.Vnde notandũ,quòd dæmones non cognouerunt Christum certitudinaliter propter infirmitatem carnis quã in ipso videbant:sed coniecturaliter propter opera quæ diuinitus faciebat:vnde super illud.Lucæ 4.Scio quòd sis sanctus Dei.dicit glo. 1.vehementer opinor.Si enim cognouissent,nunquàm dominum gloriæ crucifixissent,idest,crucifigi suggessissent:vt dicit glo.1.Cor. 2.Vnde Rabanus super illud.Matth.27.Multa passa sum per visum propter eum.Tunc diabolus demum intelligens per Christum se spolia sua amissurum:sicut primum per mulierem mortem intulerat,ita modò per mulierem vult Christum de manibus Iudæorum liberare:ne per eius mortem mortis amittat imperium.Tertiò fuit sacramentum incarnationis fidelibus misericorditer reuelatũ:vnde Luc.10.Beati oculi qui vident quæ vos videtis:vbi dicit.glo.Bedę. Non oculi scribarum & Pharisæorum beati sunt:qui tantum corpus domini viderunt:sed illi oculi beati,qui possunt eius cognoscere sacramenta:de quibus dicitur:& reuelasti ea paruulis. Ad Ephe.3. Mysterium Christi alijs generationibus filiorum hominum non est agnitum,sicut nunc sanctis Apostolis & Prophetis.glo.ita plenè sicut nunc.Notandum verò,quòd sacramentum dominicæ incarnationis primò fuit ab æterno præordinatum:in veteri lege præfiguratum: à prophetis præconizatum: à sanctis patribus desideratum:ab angelo nunciatum:in beatissima virgine Maria consummatum.De primo dicitur Prouerb.8.cap. Ab æterno præordinata sum. Ad Ro.5.Qui prædestinatus est filius Dei in virtute.glo. Prædestinatio est gratiæ præparatio,qua ab æterno Deus homini Christo & cunctis quos præsciuit conformes fieri imaginis filij sui bona sine meritis præparauit.Præclarissimum enim lumen prædestinationis & gratiæ est ipse mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Infrà in glo.Apparet itaq; nobis in nostro capite ipse fons gratiæ: à quo in cuncta eius membra gratia diffunditur Sciendum verò, quòd sacramentum istud congruentissimè ordinatum fuit ad salutem hominis:quia licet alius modus fuisset Deo possibilis,nullus tamen ita congruus:vt dicit Augusti.Congruebat enim ipsi reparatori & reparabili & reparationi:congruebat reparatori quem decebat suam sapientiam ostendere potentiam & bonitatem.Quid autem potius,quàm coniungere extrema summè distantia? Magna enim potentia fuit in coniunctione disparium elementorum : maior in coniunctione illorum ad spiritum creatum: maxima verò in vnione ad spiritum increatum.vbi maxima est disparitas.Quid verò sapientius,quàm quod ad completionem totius vniuersi fierer cõiunctio primi & vltimi:hoc est verbi Dei,quod est omnium principium:& humanæ naturæ : quæ in operibus sex dierum fuit vltima omnium creaturarum.Quid enim beniuolius,quàm quod creator rerum communicare se voluit rebus creatis:& hæc benignitas magna fuit in coniunctione sui,cum omnibus rebus per præsentia: maior quia cõmunicauit se bonis per gratiam:maxima quia se,communicauit Christo hominis:& per consequens generibus singulorũ in vnitate personæ.Fuit etiã iste modus congruentissimus ipsi reparabili:quia homo per peccatum corruit in infirmitatẽ: ignorantiã: & maliciam:per quæ ineptus factus est ad virtutẽ diuinam imitandam:ad veritatem cognoscendam:& ad bonitatem diligendã:ideò Deus homo factus est:per quod se tradidit homini imitabilẽ,cognoscibilem & amabilem. Fuit similiter iste modus congruentissimus nostræ reparationi,quo dominus in forma serui procurauit salutẽ serui. Sciendũ verò,℣ licet opera trinitatis sint indiuisa,tamẽ solus filius incarnatus est:exemplum de tribus domicellis induentibus tunicam:de quibus dicit potest:quicquid facit vna,facit & alia : vna tamen sola induit tunicamita,in proposito:quia incarnatio nõ solũ dicit operationẽ:sed etiã termiuũ operationis:sed licet operatio sit cõmunis,nõ tamen terminus.Fuit autẽ congruũ filiũ incarnari: quæ quidẽ cõgruitas attẽdit & secundũ ℣ propria filij:& secũdũ appropriata:secũdũ ℣ propria,quia filius est verbũ imago ,& filius:homo verò

Universidad de Deusto Biblioteca

per peccatum tria perdiderat,ſcilicet cognitionem ſapientiæ:ſimilitudinem gratiæ:& hæreditatem gloriæ: ideò miſſum eſt verbum imago & filius.Secundum appropriata etiam magis conuenit:quia in opere creationis relucet præcipuè potentia : in opere creationis ſapientia:& in opere retributionis bonitas. Secundò ſacramentum dominicæ incarnationis fuit in veteri lege præfiguratum.Vnde dicitur primæ Corinth.decimo.Omnia in figura contingebant illis: vnde Bernard. de diuerſis Chriſtum figurantibus dicit ſic. Manna de cœlis deſcendit, gaudeant eſurientes, de vinea cœli botrus erupit,gaudeant ſitientes:oleum effuſum eſt:gaudeant ægrotantes: inſpirauit Deus ſpiraculum vitæ:reuiuiſcant morientes:lapis de monte præſciſſus eſt,timeant ſuperbientes : fons ad ablutionem patet: redeant præuaricatores à domino,factum eſt iſtud & eſt mirabile in oculis noſtris.Idem quod Moyſi mõſtratum eſt in rubo & igne. Aaron in virga & flore.Gedeoni in vellere & rore:hoc apertè vidit Salomon in foro muliere & eius pretio:apertiùs præcinit.Hierem. de fœmina & viro apertiſsimè.Iſaias in virgine & Deo.Fuit autem cõueniens Chriſtũ prefigurari.Primò quia cõnaturale 'eſt homini: vt per ſenſibilia deueniat in cognitionem intelligibilium. Ad Romanos primo. Inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur,&c.Dyoniſius .1. capitu.cœleſt.Hierarchiæ.Neque poſsibile eſt aliter lucere diuinum radium , niſi varietate ſacrorum velaminum anagogicè circumuelatum, id eſt, incluſum diuerſis figuris ſacræ ſcripturæ ipſum repræſentantibus.Secundò vt mirabili myſterio fidem præberent mirabiliora facta.Lucæ ſecundo.Non erit impoſsibile apud Deum omne verbum.Auguſtinus.Dicat mihi Iudæus incredulus, quemadmodùm virga arida floruit, & fronduit,& nuces protulit:& ego dicam illi quemadmodùm virgo concepit & peperit.Tertiò vt infidelibus & indignis diuina myſteria occultarentur.Eſaię 45.Verè tu es Deus abſconditus. Matthæ.vndecimo. Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.Glo.1.humilibus:& ſequitur ibidẽ.Ita pater, quoniam ſic fuit placitũ ante te.,vbi dicit Græcus.His verbis exempla humilitatis accipimus,ne temerè diſcutere de aliorum vocatione aliorúmque repulſione præſumamus:quoniam iniuſtum eſſe nõ poteſt quod placuit iuſto. Tertiò ſacramentum dominicæ incarnationis fuit à Prophetis præcommunizatum:vnde dicitur.Lucæ primo. Benedictus dominus,&c. Et ſequitur ibi. Sicut locutus eſt per os ſanctorum. Fuit autem conueniens Chriſtum à Prophetis præcommunizari. Primò propter ipſius gloriæ dilationem. Iſaiæ 44. A finibus terrę laudes annuntiamus:Glo.1.prædicari gloriam iuſti, id eſt , gloriam Chriſti omnes iuſtificantis. Auguſtinus. Gloria eſt clara cum laude notitia:per Prophetas Chriſtus laudabiliter claruit in notitia hominum : ita vt omnes qui præteribant eius aduentum & ſequebantur clamabant oſanna in excelſis filio Dauid.benedictus qui venit in nomine domini.Secundò propter expectantium conſolationem.Prouerbiorum 13.Spes quæ differtur, affligit animam. glo.Tum propter dilationem bonorũ:tum propter illationem malorum.Sancti verò patres totam ſpem poſuerunt in aduentũ domini : ideò ex eius dilatione affligebantur : propter quod conueniens fuit eos Prophetas conſolari.Eſaiæ 35. Dicite puſillanimes confortamini.Glo.In ſpe & nolite timere. Tertiò propter cõdignam preparationem.Amos quarto.Preparare in occurſum domini tui.Glo. Vt venientẽ ad te per myſterium incarnationis auidè ſuſcipias liberatorem. Quartò ſacramentũ Dominicæ incarnatiõis fuit à ſanctis patribus deſideratum:vnde dicitur.Aggei.2. Venit deſideratus cunctis gẽtibus.Aug.Sciebãt antiqui ſancti patres Chriſtũ eſſe venturũ & oẽs qui piè viuebãt dicebant.O ſi hic me inueniat illa natiuitas,ô ſi,quod credo in ſcripturis ſanctis videã oculis meis. Sũt autem tres cauſę ꝓpter quas intantũ deſiderabãt.Primò ꝓpter inundantiã terrenæ miſeriæ quã ſuſtinuerunt:vnde in Pſalm. In tribulatione mea inuocaui Dñm,& exaudiuit de tẽplo ſancto vocẽ meã.Glo.1.de venturo Chriſti corpore in cuius incarnatione effectum exauditionis cõſecuti ſumus.Exo.4.Obſecro Dñe mitte quẽ miſſurus es.Vide afflictionem populi tui,ſicut locutus es veni & libera nos. Vbi notatur,ꝙ afflictio & liberatio populi Iſraelitici fuit figura afflictionis & liberationis totius humani generis.Secundò propter abũdãtiam pacis internæ & externæ , quæ in eius aduentu ſuperabundauerũt: vnde in Pſal.Orietur in diebus eius iuſtitia,& abũdãtia pacis.Glo.1. Pax erit donec morte deſtructa iam non ſit luna,id eſt,carnis mortalitas.Cant.1.Oſculetur me oſculo oris ſui.Oſculum enim eſt pacis ſignum.Petit ergo ſponſa incarnationẽ filij Dei,quæ eſt quaſi prælibatio coniunctionis noſtræ ad Deum:vt dicit Gloſſ. In qua quidem coniunctione pax cordis noſtri cõſiſtit.Tertiò propter affluentiam lætitię internæ,quã prægustauerunt.Baruch 4.Circũſpice Hieruſalem ad orientem & vide iocunditatem quæ veniet tibi à Deo tuo: Hanc iocunditatem ſancti patres videndo prægustauerunt. Ioan.8. Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum: vidit & gauiſus eſt.Gloſſ.Intellexit diem incarnationis meæ.Auguſtin.Quale autem gaudium fuit cordis videntis verbum manens , ſplendorem patris pijs mentibus refulgentem, apud patrem manentem Deum, & aliquando in carne venturum non de patris gremio receſſurum. Bernar. Cui námque noſtrum ingerat tantum gaudium huius gratiæ exhibitio,quantùm in veteribus accenderat ſola eius promiſsio. Quintò Dominicæ incarnationis ſacramentũ fuit ab angelo nuntiatum.Vnde dicitur.Lucæ primo.Miſſus eſt Gabriel angelus,circa hanc verò annuntiationem tria per ordinẽ ſunt notanda: videlicet actus miſsionis,modus apparitionis,& ordo executionis. Primum tangitur ibi. Miſſus eſt Gabriel: vbi tria notare debemus: videlicet tanti nuntij dignitatem,tanti myſterij profunditatem,& tanti myſterij congruitatem,primum ibi. Angelus eſt miſſus. Eſt enim angelus dignißima creaturarum , eo quòd inter creaturas creatori ſuo ſimilior inuenitur : vnde dicitur de primo angelo. Ezechielis vigeſimooctauo. Tu ſignaculum ſimilitudinis: vbi dicit Gloſſ. Quantò in eis natura eſt ſubtilior , tantò inuenitur imago Dei in eis magis expreſſa. Gabriel autem fuit numero archangelorum,ideò magnę dignitatis fuit.Gre.ad Mariam virginẽ.Non quilibet angelus,ſed Gabriel archangelus mittitur.Ad hoc quippè myſterium ſummum angelum venire dignum fuit,qui ſummum omnium nuntiauit.Secundum verò innuitur in verbo Gabrielis,quod interpretatur fortitudo Dei.Gregor. Ad Mariam Gabriel mittitur, qui fortitudo Dei nominatur.Illum quippè nuntiare veniebat, qui ad debellandum aëreas poteſtates , humilis apparere dignatus eſt. De quo per Pſalmiſtam dicitur. Tollite portas,&c.& infrà,quis eſt iſte rex gloriæ. Reuera profundum myſterium in quo:vt dicit Damaſce. monſtratur ſimul bonitas & iuſtitia à ſapientia & potentia. Bonitas quidem, quoniam non deſpexit proprij plaſmatis infirmitatem:ſed eius viſcera cõmota ſunt in ipſo cadente:& manum porrexit.Iuſtitia:quia homine victo nõ aliũ fecit vincere tyrannum:ſed quem quondam per peccatum in ſeruitutem redegit,hunc rurſus victorem fecit.Sapientia:quoniã inuenit difficillimi ſolutionẽ decentiſsimã.Potentia ſiue virtus infinita:quia nihil maius quã Deũ hominem fieri.Tertiũ ibi.A Deo:quæ enim à Deo ſunt,ordinata ſunt.Ad Ro.8.Attingit enim à fine vſq; ad finem fortiter.Sap.8.Et diſponit omnia ſuauiter.glo. Ab æterno vſq; in æternum,vbiq; perfectè operatur.finis enim perfectionem ſignificat.Reuera huius myſterij magna congruitas.Congruit enim diuinæ ordinationi:ſecundum quã diuina mediantibus angelis ad hominem perueniunt.Diony.ca.4. cœl.Hierar.dicit: quòd cœleſtes eſſentiæ primò in ſeipſas redeunt, ideſt,recipiunt illuminationem:& in nos per ſe deferunt:quæ ſuper nos manifeſtationes:& poſteà ſubdit:ꝙ diuinum Chriſti humanitatis myſterium primum angeli docuêre:deinde per ipſos in nos ſciẽtiæ gratia deſcendit.Sic ergo Gabriel Zachariam prophetam edocuit:ex quo Ioannem contra ſpem diuina gratia naſciturum prædixit.Mariam quoque quomodò futurum foret ineffabile diuinæ formationis myſterium:& alius angelorum Ioſeph erudiebat:alius paſtoribus euangelizauit:& cum eo multitudo cœleſtis exercitus illã valde laudabiliter credebãt his qui in terra ſunt doxologiam,ideſt, gloriam.doxa enim gloria dicitur. Congruit etiam humanæ reparationi.Vnde Beda.Aptum profectò humanæ reparationis principium fuit:vt angelus à Deo mitteretur ad virginem diuino partui conſecrandam:quia prima humanæ perditionis fuit cauſa:cùm ſerpens à diabolo mitteretur ad mulierem ſpiritu ſuperbiæ decipiendam.Congruit virginali perfectioni.Vnde Hieronimus.Bene angelus ad virginem mittitur:quia ſemper cognata eſt angelis virginitas:quia in carne præter carnem viuere,non eſt terrena vita:ſed cœleſtis.Modus angelicæ apparitionis eſt triplex ſecundum triplicem viſionem,ſcilicet intellectualem,imaginariam,& corporalem.Primò videtur in propria ſubſtantia:& iſte modus erit in patria.Secundo modo videtur ſub quibuſdam figuris & ſimilitudinibus rerũ corporalium:& ſic apparuit Ioſeph in ſomnis. Matth.2.Tertio modo apparet in aſſumpto corpore:& ſic apparuit beatæ virgini.Auguſtinus in perſona beatæ virginis.Venit ad me Gabriel archangelus:facie rutilans:veſte coruſcans:inceſſu mirabilis. Ambroſius ſuper illud.Lucæ primo.Turbata eſt in ſermone angeli:trepidare virginum eſt:& ad omnes viri ingreſſus pauere:& omnes viri affatus vereri. Ex his apparet Gabrielem archangelum apparuiſſe in viſu corporali. Fuit autem talis apparitio conueniens. Tum vt oſtenderetur incarnatio inuiſibilis Dei : vnde & omnes apparitiones veteris legis ad hanc ordinantur : qua filius Dei in carne apparuit. Tum etiam quia beata virgo non ſolùm in mente : ſed etiam in ventre Deum erat conceptura. Congruum etiam fuit: vt eius ſenſus corporei angelica viſione fouerentur. Tum etiam propter certitudinem eius,quod annuntiabatur:quia certius comprehendimus ea quæ ſunt oculis ſubiecta,quàm illa quæ imaginamur.Vnde Chryſo.dicit,quòd angelus non in ſomnis:ſed viſibiliter beatæ Mariæ virgini apparuit:vnde quia magnam valde ab angelo accepit reuelationem,exigebat tantæ rei euentus viſionem ſolennem.Quòd autem dicit Auguſti.quòd viſio intellectualis ſit nobilior,quàm corporalis,intelligendum eſt ſi fuerit ſola virgo beata: non ſo-

non ſolùm percepit viſionem corporalem:ſed etiam intellectualem illuminationem.Vnde talis apparitio nobilior fuit.Fuiſſet tamẽ nobiliſsima,ſi angelum in ſua ſubſtantia vidiſſet:ſed hoc non patiebatur ſtatus vitæ huius. Ordo executionis ſit congruus : nam primò aggreſſus eſt ipſam virginem ſalutando.ſecundò turbatam conſolando.tertiò conceptum & modum cõceptus inſinuando.In primo oſtenditur virginis excellentia.in ſecundo eius deſiderij vehementia,ſcilicet quam habuit pro ſalute humani generis.in tertio diuinę pietatis magnificentia.primum ibi. Aue gratia plena.Hiero. Verè plena:quia cæteris per partes præſtatur:Mariæ verò ſimul ſe totam infudit gratiæ plenitudo.Verè gratia plena:per quam velut largo ſpiritusſancti imbre ſuperfuſa eſt omnis creatura.Bernard. De plenitudine eius recipiunt vniuerſi:æger curationem:captiuus redemptionem:triſtis conſolationem : peccator veniam : iuſtus gratiam: angeli lætitiam:tota trinitas gloriam:filius hominis humanæ carnis ſubſtantiam.Idem.In ventre gratia diuinitatis : in corde gratia charitatis:in ore gratia affabilitatis:in manibus gratia miſericordiæ & largitatis.Sequitur.Dominus tecum.Hiero.Iam erat in virgine, qui ad virginem mittebat angelum : & præceſsit nuntium ſuum,dominus. Auguſti.Dominus tecum magis quàm mecum.Ipſe enim eſt in tuo corde:ſit in tuo vtero : adimpleat mentem : adimpleat ventrem.Bernar. Non tantùm dominus filius tecum : quem carne induis:ſed & dominus ſpiritusſanctus tecum:de quo concipis.Sequitur.Benedicta tu in mulieribus:vna præ cunctis mulieribus:vt dicit græcus.Hiero.Quicquid maledictionis infuſum eſt per Euam,totum abſtulit benedictio Mariæ. Notandum,quòd tripliciter maledicto ſubiectæ erant mulieres,ſcilicet maledicto opprobrij: quò ad non concipientes.vnde Rachel dicit.Geneſ.3. Abſtulit Deus opprobrium meum. Maledicto peccati:quò ad concipientes:vt in Pſalm.Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum. Maledicto pœnæ:quò ad parturientes.Geneſis ſecundo.In dolore paries filios.ſola autem benedicta eſt inter mulieres,cuius virginitati additur fœcunditas:fœcunditati in conceptu ſanctitas:& ſanctitati in partu iocunditas.Patet ergo in his virginis excellentia: Tum propter gratiarum abundantiam:Tum propter diuinam præſentiam:Tum etiam propter benedictionis excellentiam. Secundum ibi:Ne timeas Maria inueniſti gratiam,&c.Hæc enim ſunt verba angelicæ conſolationis. Fuerat autẽ beata virgo turbata in ſermone:ſed nõ in viſione angeli.Græcus.Cũ aſſueta his viſionibus foret angelicæ,nõ viſioni:ſed ſermoni attribuit turbationem. Petrus Rauennas. Venit Gabriel archangelus blandus in ſpecie:ſed terribilis in ſermone: & leuiter ſollicitauit viſus:nimium turbauit auditus : cui angelus. Ne timeas,&c.Bernard.Conſtat eam pro totius generis humani ſalute fuiſſe ſollicitam:cui dictum eſt,inueniſti gratiam apud dominum. Inuenit enim gratiam quam quærebat : ſed quam gratiam apud Deum.Bernard.Dei & hominum pacem mortis:deſtructionem:vitæ reparationem apud Deum inuenit. Ex his patet vehemens virginis deſiderium circa ſalutem hominis.Tum quia ſalutis humanæ gratiam quærebat : Tum quia quæſitam inueniebat : Tum etiam quia inuentam omnibus refundebat.Bernar. Vehementia deſiderij Mariæ fauore, dilectionis puritate orationis fontem attingit tam ſublimem:cuius plenitudinẽ tanquã aquæ ductum de corde patris excipiens,nobis edidit illum:nõ prout eſt: ſed prout capere poteramus.Notandum autem quòd Gabriel dixit ſimiliter Zachariæ.Ne timeas.Lucæ primo. Et alius angelus paſtoribus:nolite timere.Lucæ ſecundo. Quia hoc eſt proprium boni angeli:vt legitur in vita beati Anthonij. Non difficilis eſt bonorum : malorúmque ſpirituum diſcretio. Si enim poſt timorem ſucceſſerit gaudium,à Deo ſciamus veniſſe angelum:quia ſecuritas animæ præſentis maieſtatis eſt iudicium. Si autem incuſſa formido permanet,hoſtis eſt qui videtur.Tertium ibi:Ecce concipiet,&c.Ecce aduerbium demonſtrantis eſt:quia mira & inaudita beata virgini non ad ſenſum:ſed ad intellectum:& ſub lumine fidei demonſtrantur. Vnde Hiero. Quod natura non habuit.vſus neſciuit:ignorauit ratio : mens non capit humana:pauet cœlum:ſtupet terra:creatura omnis etiam cœleſtis miratur:hoc totum per Gabrielem Mariæ diuinitus nuntiatur:& per Chriſtum adimpletur. Reuera hoc magnæ pietatis & poteſtatis indicium eſſe creditur.vnde Lucæ ſecundo. Beata virgo dicit.Quia fecit mihi magna qui potens eſt.Bernard. Hoc ipſum, quòd me beatificant omnes generationes,non mihi attribuo,non meis meritis aſſcribo : ſed potius qui fecit mihi magna. Magnum eſt planè,quòd virgo ſum: magnum , quòd mater ſum : magnum, quòd vtrúmque ſimul & mater & virgo ſum. De ſeipſa fatetur dicens.Quia fecit mihi magna:re vera magna:quia mater & virgo & mater domini. Vnde nec primam ſimilem viſa eſt,nec habere ſequentem. Myſticè circa angelicam viſionem duo ſunt notanda. diuini,ſcilicet luminis emanatio : & humanæ mentis in Deum reductio. Primum ibi:miſſus eſt angelus Gabriel à Deo. Ad cuius euidentiam ſciendum,quòd per angelum ſignificatur diuinum lumen. Eſt enim angelus ſignaculum ſimilitudinis Dei.Ezechielis vigeſimooctauo. Sic & lumen diuinum ſignaculum eſt quo fideles ſignantur: & ab infidelibus diſtinguuntur. Vnde in Pſalm Signatum eſt ſuper nos lumen vultus,&c.vbi dicit Auguſti. Hoc lumen eſt totum & verum bonum hominis quo ſignatur . vt denarius regis imagine:quod autem angelus Gabriel nuncupatus eſt, quod interpretatur fortitudo Dei,hoc ſignat,quòd diuino lumine intellectus humanus diuinitus roboratur:& eleuatur ſupra facultatem naturæ ſuæ:vt ipſum fontem luminis in ſuo lumine contempletur. Vnde in Pſalm. In lumine tuo videbimus lumen. Augu. Sicut ſolem non videt oculus,niſi in lumine ſolis.ſic verum & diuinum lumen non poteſt videre intelligentia,niſi in ipſius lumine. Quòd autem miſſus à Deo legitur,hoc ſignat emanationem diuini luminis eſſe à Deo,qui eſt fontale principium totius luminis. Vnde Iacobi primo dicitur,pater luminum:quia ab ipſo procedunt quaſi radius à ſole:vt dicit Glo.Eccleſiaſtici vigeſimoquarto.Ego feci in cœlis,ideſt,in angelis & animabus,vt oriatur lumen indeficiens.Gloſa. Rationis & intelligentiæ. Iſaiæ quadrageſimoquinto.Ego dominus & nõ eſt alter.glo.ſcilicet Deus:formãs lucẽ, ſcilicet per præſentiam gratiæ.& creans tenebras.per eius abſentiam:ſecundum ibi. In ciuitatem Galileæ cui nomen Nazaret, vbi circa reductionem humanæ mentis in Deum tria deſcribuntur iuxta ſenſum myſticum:videlicet terminus:motus:& fructus. Terminus reductionis eſt principium emanationis & innuitur in nomine ciuitatis.Dicitur enim ciuitas quaſi ciuium vnitas:vnde ſignificat vnitatem fidelium in Deo, de qua dicitur. Actu.1. Erat illis cor vnum & anima vna in Deo:& hoc eſt terminus reductionis:vt ipſi Deo vniamur,à quo per creationem exiuimus. Apo.1. Ego ſum alpha & Ω.Dio.1.c.cœl. Hierarch. Omnis manifeſtationis luminis proceſsio in nos largè proueniens conuertit nos ad congregantis patris vnitatem:quia in ipſo congregamur:& ſecũdum intellectum & ſecundum affectum.Recedendo enim ab ipſo diſpergimur prima principia cognoſcendo:& varias in ſingulis rebus rationes diligendo.Redeundo verò in ipſum in vnum principium & rationem vnã diligendi reducimur. Modus reductionis notatur in nomine Galileæ,quod interpretatur tranſmigratio:quia tranſmigrando de bono in melius:& proficiendo de virtute in virtutem in Deum reducimur.Nemo enim repentè fit ſummus:vt ait Ber.Sicut enim diuinum lumen gradatim decreſcendo in nos deſcendit gradatim:quia lex diuinitatis eſt per prima media : & per media vltima reducere decreſcendo qui non recipitur æqualiter in natura inferiori: vt eſt in ſuperiori:& pro tanto dicuntur donatam naturalia,quàm ſpiritualia deſcendere. Iaco.1.Omne datum optimum,&c.ita quòd contrario modo per ipſum lumen in Deum reducimur gradatim & creſcendo:vnde Pſalm.Ibunt de virtute in virtutẽ,videbitur Deus deorum in Syon.glo.In plenitudine cõtemplationis.Prouerb.4. Iuſtorum ſemita ſicut lux ſplendens procedit.& creſcit vſq; ad perfectũ diem.Glo. Aeternam vitam quæ eſt perfecta dies.Fructus reductionis innuitur in nomine Nazaret,quod interpretatur flos vel germẽ. Sumitur autem metaphoricè in ſpiritualibus.Fructus enim florentis arboris eſt bonum vltimum,quod expectatur & percipitur cum ſuauitate.vnde ſignificat beatiſsimam fruitionem Dei.Prouerb.11. Fructus iuſti lignum vitæ.glo:Hunc fructum vitæ iuſti expectant: dum quaſi virens folium germinant.Bernard.Da mihi domine fructum dulcem:fructum vitæ:attolle deſiderium:altus eſt.benedictus ſanctifica obſequium:imputribilis:purifica effectum:ſuauis eſt:lætifica animum.Huius fructus dulcedinem deuotæ animæ quandóq; prægustant.Cant.2. Sub vmbra illius quem deſiderabam ſedi.glo. Ab æſtu deſideriorum carnalium quieui:& fructus eius dulcis gutturi meo.glo.Poſtquàm me protexit vmbra fructus illius,ideſt,cœleſti dulcedine ſaturata ſum. Notandum verò, quòd per reductionem creaturarum in Deum,nihil Deo accreſcit. Eccleſ.1. Omnia flumina intrant mare,ideſt,immenſitatem Dei:& mare non redundat:quia ſicut Deus non deficit emanando,ita per refluxum non ſuperabundat:quia dicit Auguſti.Non habet quo accreſcat illa perfectio.Poſſumus adhuc tria circa hunc angelum iuxta ſenſum myſticum notare,videlicet diuinæ gratiæ effluentiam:influentiam.& refluentiam.primum ibi:miſſus eſt angelus Gabriel à Deo. Ad cuius euidentiam eſt ſciendum,quòd angelus iſte qui nuntiando præuenit virginis conceptum,ſignificat gratiam quæ præuenit in nobis omnem conceptum bonæ voluntatis.Auguſti.Gratia Dei præuenit nos vt bonum velimus:& ſequitur ne fruſtra velimus.Hac gratia ſe dicit Apoſtolus præuentum.1.Corin.15.Gratia Dei ſum id,quod ſum.Quod autẽ angelus iſte miſſus à Deo legitur,hoc ſignificat effluẽtiam gratiæ eſſe à ſolo Deo.Iac.1.Omne datum,&c.Notandum autem,ꝙ procedit gratia à Deo,tanquàm imago ab artifice : ideò per ipſam reformamur.vnde dicit Glo.ſuper illud Pſalm.Signatum eſt ſuper nos,&c.ꝙ imago recreationis per quam reformatur imago creata,ſcilicet mẽs noſtra eſt Dei gratia,quæ menti reparãdę infunditur.Itẽ quaſi radius à ſole.vt dicit gl.Iac.1.Ideò per ipſam ad Deũ cognoſcendum & amandum eleuamur.Aug.Spiritus rationalis ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

dolo creationis habilis est ad cognoscẽdũ verum & amandũ bonũ. Tamen nisi radio interioris lucis fuerit perfusus & calore succensus, nunquàm consequetur sapientiæ, siue charitatis effectum. Item sicut riuulus à fonte:adeò per ipsum in bonis operibus fœcundamur:vnde in Psalm. Erit tanquàm lignũ,quod plantatum est secus decursus aquarum.glo.Id est gratiarum. Secundò notatur diuinæ gratiæ influentia ibi: Et ingressus angelus ad eam ait. Aue.per hunc ingressum gratiæ influentia designatur. Sapien.4 Gratia Dei & misericordia in sanctos eius. Notãdum autem quòd gratia est in essentia,animę virtutes in potentijs:sicut enim per potentiam intellectiuã homo participat cognitionẽ diuinã per virtutẽ fidei:& secũdum potentiã volũtatis amorẽ diuinũ per virtutẽ charitatis,ita etiã per naturã animæ participat secundum quandam similitudinẽ naturam diuinam per quandam recreationẽ:siue regenerationẽ. & sicut ab essentia animæ fluunt potentiæ eius:quę sunt operatiua principia,ita etiam ab ipsa gratia effluunt virtutes in potentias animæ: per quas potentiæ mouentur ad actus. Quod autẽ ingressus dixit: aue:q̃ sonat sine ve:hoc significat per fluxũ gratiæ liberatur anima ab omni ve. Est enim triplex ve, quod per peccatũ incurrit homo: videlicet ve culpæ,pœnæ,& miseriæ. Apoca.8. Vidi alterũ angelum volantẽ per medium cœli. voce magna clamantẽ & dicentẽ:ve:ve:ve habitantibus in terra.ve propter culpã quam cõmiserũt: ve propter pœnã quam meruerunt:ve propter miseriam quã incurrerunt. Ab hoc triplici ve,liberamur per gratiam:ad Ephes.2.Gratia Christi saluati estis & conresuscitauit: & consedere fecit nos. glos. Spe certa,quòd futurũ est nenemus. Tertium ibi: & recessit ab ea angelus.Beda. Accepto virginis consensu angelus rediit ad cœlestia: per quod mystice designatur gratiæ refluentia:quæ fit per deuotã gratiarum actionem. Ecclesiast.1. Ad mare vnde flumina exeunt reuertantur vt iterum fluant.Ber. Origo fontium & fluminum omnium mare est: virtutum & scientiarum dominus Christus est. siquidem fluminis aqua si stare cœperit computrescit:sic planè cessat gratiarum cursus,vbi non fuerit recursus.Refunde igitur in eum: qui supra te est: quicquid deuotionis in te:quicquid dilectionis: quicquid affectionis:vt si qua in te est gratia referatur ad ipsum:nec tuam quæres gloriam, sed ipsius.Idem. Ingratitudo est ventus vrens: siccans fontem pietatis:rorem misericordiæ.fluenta gratiæ. De sexto dicitur in Psalmo.Deus autem Rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ:vt dicit Bernar.1.virginis Mariæ vtero,quę mirabili proprietate medium terræ appellatur. Ad ipsum enim respiciunt & qui in cœlis habitant & in inferno:& qui nos præcesserunt & nos qui sumus qui sequentur & nati natorum, & qui nascẽtur ab illis:qui sunt in cœlo vt resarciantur: qui in inferno vt eripiantur: qui præcesserunt Prophetæ vt fideles inueniantur:qui sequũntur vt glorificentur. Idem meritò in te respiciunt oculi omnis creaturæ: quia in te & de te & per te benigna manus cõditoris quicquid creauerat recreauit. Sciendum verò quòd istud sacramentum tunc primum consummatum fuit,cùm virgo diceret. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum.vbi tria commendabilia de beata virgine tanguntur.Mysterium humilitatis: desiderium charitatis:& mysterium credulitatis.Primum ibi. Ecce ancilla domini:vbi dicit Beda. Non singularitate meriti se extollit: sed suæ conditionis & diuinæ dignationis per omnia memor illius ancillam se esse fatetur cuius mater eligitur.Vnde de seipsa dicit. Respexit humilitatem ancillæ suæ.Augustinus Quid est respexit nisi approbauit? Idẽ. Verè beata humilitas quæ cœlum innouauit: mundum purificauit: paradisum aperuit:& sanctorum animas de inferno liberauit:Verè beata humilitas,quæ porta cœli efficitur:paradisi scala constituitur: per quam Deus ad terram descendit secundum ibi. Fiat mihi.glos. Cum magna deuotione promissum angeli optat adimpleri.Quòd autẽ optãdo desiderabat secũdũ promissum angeli,volũtatẽ Dei in se adimpleri ex charitate processit:vnde Ber.Maria vehemẽtia desiderij:feruore dilectionis:puritate orationis fontem attingit sublimem:de hoc verbo dicit idem Bernard.Multifariè multisque modis olim Deus locutus est patribus & aliquibus in aure:alijs in ore: alijs in manu verbum domini fuisse memoratur.Mariæ autem factum est in aure per angelicam salutationem:in corde per fidem:in ore per confessionem:in manu per contractationem:in ventre per incarnationem:in gremio per sustentationem:in brachio per oblationem.ideò dicit fiat mihi.Tertium ibi.Secundum verbum tuum. Ber.Fiat mihi verbum non declamatoriè prædicatum vel figuraliter:aut imaginariè somniatum:sed spiritualiter inspiratum, personaliter incarnatum: corporaliter inuisceratum.Fiat quidem generaliter omni mundo:sed mihi specialiter secundum verbum tuum. Magna fuit ista credulitas:& ideò magna apud Deum promeruit. vnde dictum est ei.Luc.2.Beata quæ credidisti: quoniam perficientur in te.Augusti. Beatior fuit Maria concipiendo fidem Christi, quàm concipiendo carnem Christi. Materna propinquitas nihil in carne profuisset,nisi fœlicius corde Christum quàm carne gestasset.Notandum,quòd huic verbo alludit Bernardus in hunc modum. Audisti quia concipies & paries filium:audisti,quòd non per hominem:sed per spiritum sanctum.Expectat angelus responsum tuum.Tempus enim est vt reuertatur ad eum qui misit illum. Expectamus & nos ô domina verbum miserationis,quos miserabiliter præmit sententia damnationis. Hoc supplicat à te ô pia virgo Maria flebilis Adam cum misera sobole sua:hoc Abraham:hoc Dauid: hoc cæteri sancti flagitant:hoc totus mundus expectat. Nec immeritò:quia ex tuo ore dependet consolatio miserorum: redemptio captiuorum: liberatio damnatorum: salus denique totius generis tui.Da virgo responsum festinanter:O domina. Responde verbum, quod expectat terra:inferi & superi. Ipse quoque omnium Rex & dominus quantùm concupiuit decorem tuum,tantum desiderat responsum tuum.Responde verbum & suscipe verbum:profer tuum & suscipe diuinum.Emitte transitorium.& amplectere sempiternum.Quid tardas.Quid trepidas.Crede confitere & suscipe.Aperi beata virgo cor fidei:labia confessioni:viscera creatori.Ecce desideratus cunctis gentibus foris stat,& pulsat ad ostium,surge,curre,aperi.Surge per fidem:curre per deuotionem.aperi per confessionem. Ecce inquit ancilla domini:fiat mihi,&c.

Artic. II.

SVnt autem quatuor vtilitates dominicæ incarnationis. prima humanæ naturæ exaltatio.Cantic.9. Quis mihi det vt inueniam te foris.glos.Intus erat dilectus:quando in principio erat verbum: foris fuit quando verbum caro factum est:vt deosculer te.Glo.1.facie ad faciem videam te:& ore ad os loquar ad te:& iam nemo me despicier.glo.Postquàm Christus venit suis infundens spiritum libertatis,etiam ecclesiis ab angelis honoratur.vnde Ioanni volenti se adorare,dixit angelus. Vide ne feceris, conseruus tuus sum.Leo Papa. Agnoscẽ ô Christiane dignitatem tuam: & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire.Secunda est adoptio filiorum.ad Galat.4. Misit Deus filium suum.Et infrà.Vt adoptionem filiorum reciperemus. Augustinus. Ideò filius Dei factus est filius hominis: vt homines faceret filios Dei. Idem multos filios Dei fecit vnicus filius. Emit enim sibi fratres sanguine suo,probauit reprobatus, redemit vẽditus, honorauit iniuriatus: viuificauit occisus, dubietas nulla: dabit tibi bona sua, qui non dedignatus est recipere mala tua.Notandum verò,quòd filiatio adoptionis est quædam similitudo filiationis naturalis. Filius autem Dei naturaliter procedit à patre: vt verbum intellectuale vnum cum ipso existẽs. Huic autem verbo potest aliquis tripliciter assimilari:vno modo secundum rationem formæ,non autem secundum intellectualitatem ipsius,sicut forma domus exterius constituta assimilatur verbo mentali artificis secundum speciem formæ, non autem secundum intellectualitatem,quia forma domus in materia non est intellectualis, sicut erat in mente artificis, & hoc modo verbo æterno assimilatur quælibet creatura,cũ sit facta per verbum.Secundò assimilatur creatura verbo,non solùm quantùm ad rationem formæ,sed etiam quantùm ad intellectualitatem ipsius, sicut scientia quæ fit in mente discipuli assimilatur verbo, quod est in mente magistri,& hoc modo creatura rationalis etiam secundum suam naturam assimilatur verbo Dei. Tertiò assimilatur creatura verbo æterno secundum vnitatem, quam habet ad patrem, quæ sit per gratiam & charitatem. Vnde Dominus orat.Ioã.17.Oro vt sint vnum in nobis,sicut & nos vnum sumus,& talis assimilatio perficit rationẽ adoptionis,quia sic assimilatis debetur hæreditas. ad Rom.8. Si filij,& hæredes. Tertia vtilitas est interna mẽtis refectio. Matt.11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Augusti. Vt panem angelorum manducaret homo,creator angelorum factus est homo. Ber. Manna de cœlo descendit,gaudeant esurientes,&c.vt suprà. Super illud. Luc.2. Positum in præsepio. dicit glos. Vt nos carnis suæ frumento saciaret. Quarta vtilitas est beatitudinis augmentatio. Ioan.10. Per me si quis introierit saluabitur,& ingredietur,& egredietur,& pascua inueniet. Aug. Propterea Deus factus est homo: vt hominem totũ in se beatificaret, tota hominis conuersio ad ipsum esset, & tota dilectio esset in ipso, cum à sensu carnis vi deretur per carnem, & à sensu mentis per diuinitatis contemplationem,& hoc totum bonum hominis erat:vt siue ingrederetur siue egrederetur. pascua in factore suo inueniret foris in carne saluatoris,intus in diuinitate creatoris.

Artic. III.

SEcundum membrum principale: videlicet sacramentum humanæ redemptionis tangitur ibi. Venit in hunc mundum peccatores saluos facere.glo. Augustinus. Nulla causa veniendi fuit Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. tolle vulnera,tolle morbos, & nulla causa est medicinæ.Infrà. Venit per quod homo erat, nam per quod Deus erat, semper hoc erat. Possumus distinguere triplicem aduentum Christi, scilicet in carnem, in mentem, & ad iudicium: vnde Ber. Triplicem aduentum Christi nouimus ad homines, in homines, contra homines. In primo venit in carne & in infirmitate. In secundo in spiritu & virtute.In tertio in gloria & maiestate.In primo fuit Christus redemptio nostra.In secundo est requies & consolatio nostra.In vltimo apparebit vita nostra.de hoc triplici aduentu videamus.Circa primum aduentum de quo dicitur in verbis propositis.Quòd Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere,&c.Notandum quòd omnia quæ Christus fecit mysterio humanitatis assumptæ, nobis fuerunt salutaria,& ideò de omnibus videamus.Primò ergo videamus de eius conceptione:de qua dicitur Lucæ primo. Ecce concipies & paries filium Dei. Circa quam tria notare debemus:videlicet matris sanctificationem: spiritussancti operationem.& conceptæ prolis perfectionem.De primo,scilicet matris sanctificatione potest dici illud. Psalm. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Vnde Ber.Quòd alijs sanctis legimus concessum esse,fas non est dicere tantæ virgini esse negatum:sed sanctificationis beneficium legimus esse concessum Hieremiæ:vt patet Hier.1. Antequàm exires de ventre,sanctificaui te:& de Ioanne.Lucæ primo.Spiritussancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.ergo nõ est fas dicere hoc negatum fuisse tantę virgini,quæ peperit nobis Christum plenum gratia & veritate.Ioan.1.Et quia creditur præ alijs priuilegium gratiæ accepisse secundum quod dictum est ei ab angelo.Lucæ primo. Aue gratia plena,&c.& infrà. Inuenisti gratiam apud dominum. Sciendum quòd triplex est effectus huius sanctificationis. Primus est culpę originalis expiatio:quia sanctificatio est motus ad sanctitatem.Sanctitas autem:vt dicit Dio.7.ca.de di.no.est ab omni immundicia libera & perfecta & omninò immaculata mundicia. Hæc autem sanctificatio non potest intelligi ante animationem. Tum quia sanctificatio est emundatio à culpa:culpa autem non expellitur,nisi per gratiam gratum facientem:cuius obiectum non est nisi creatura rationalis. Tum quia etiam cum sola creatura rationalis sit susceptiua culpæ ante infusionem animæ proles concepta non est culpæ obnoxia: & si concepta beata virgo quocúnque modo ante animationem sanctificata fuisset, non incurrisset maculam culpæ originalis.& sic non indiguisset redemptione & salute quæ per Christum facta est: de qua dicitur Matthæi primo. Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc est autem inconueniens,quòd Christus non sit saluator omnium:vt dicitur.1. Thimo.4.Relinquitur ergo,quòd sanctificatio Mariæ fuerit post eius animationem in cuius figura dicitur.Exod.vlti.Postquàm cuncta perfecta sunt operit nubes tabernaculum testimonij: & gloria domini implebat illud.vnde licet sit consuetudo aliquarum ecclesiarum celebrare festum conceptionis eius,per hoc non datur intelligi,quòd eius conceptio fuerit sancta:sed quia quo tempore fuerit sanctificata ignoratur,celebratur festum sanctificationis eius potius in die conceptionis ipsius.Secundus effectus est à peccato præseruatio.vnde Ber. Ego puto,quod copiosior sanctificationis benedictio in eam quàm in alios sanctos ab vtero sanctificatos descenderit,quæ non solùm ipsius ortum sanctificauit:verum etiam deinceps vitam eius ab omni peccato immunem conseruauit. Augusti. Si omnes sancti & sanctæ dum adhuc viuerent interrogati fuissent, vtrum sine peccato essent,omnes respondissent vna voce: si dixerimus,quòd peccatum non habemus,nosipsos seducimus,& veritas in nobis non est excepta hac sacra virgine. De qua propter honorem Christi nullam prorsus volo fieri mentionem,cùm de peccatis agitur. Vnde scimus, quòd plus gratiæ ei collatum fuerit ad vincendum ex omni parte peccatum,quæ illum concipere & parere meruit,quem constat nullum habuisse peccatum. Non enim fuisset idonea mater Christi si aliquando peccasset. Tum quia honor parentum redundat in prolem secundum illud. Prouerb.18 Gloria filiorum parentes eorum.Vnde & per oppositum ignominia matris ad filium redundasset.Tum etiam quia singularem affinitatem habuit ad Christum:qui ab ea carnem accepit.Dicitur autẽ 1.ad Cor.5. Quæ conuentio Christi ad Belial. Tum etiam quia Christus qui est sapientia patris singulari modo habitauit non solùm in eius anima: sed etiam in eius vtero.Dicitur autem Sapien.1. In malivolam animam non introibit sapientia:nec habitabit in corpore subdito peccatis.Et ideò simpliciter fatendum est, quòd beata virgo nullum peccatum actuale commisit:nec mortale:nec veniale:vt sic impleatur,quod dicitur Canti.4. Tota pulchra es amica mea,&c.Sciẽdum tamen,quòd per sanctificationem in vtero non fuit virgini sublatus fomes secundum essentiam:sed remansit ligatus: non quidem per actum rationis suæ,sicut io viris sanctis:quia non habuit statim vsum liberi arbitrij.adhuc in ventre matris existens. Hoc priuilegium speciale Christi fuit:sed per gratiam abundantem quã in sanctificatione recepit:& etiam perfectius per diuinam prouidentiam sensualitatem eius ab omni motu carnis inordinato prohibentem. Postmodùm verò in ipsa conceptione filij credendum est, quòd ex prole redundauerit in matrem totaliter fomite subtracto.Et hoc significatur Ezechiel.43.vbi dicitur. Ecce gloria Dei Israël ingrediebatur per viã orientalẽ,ideſt,per beatã virginem.& terra,ideſt, caro ipsius splendebat à maiestate eius,scilicet Christi.Tertius effectus est gratiæ plenitudo siue perfectio.vnde dicitur Luc.1.Aue gratia plena:vbi dicit Hieron.Bene gratia plena.quia cæteris per partes tribuitur.Mariæ verò se totam infudit plenitudo gratiæ.Quia quanto magis aliquid est propinquius primo principio in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principij.Vnde Dio. ca.4.Cœlest.Hierar.dicit,quòd angeli qui sunt Deo propinquiores magis participant de bonitatibus diuinis,quàm homines.Christus verò est primum gratiæ secundum diuinitatem quidem auctoritatiue:secundum humanitatem verò instrumentaliter.vnde Ioan.1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Beata autem Maria propinquissima fuit Christo:quia ex ea carnem assumpsit.vnde debuit præ cæteris gratiæ plenitudinem obtinere.Sciẽdum verò,quòd gratia à malo liberat & in bono perficit.vnde & beata virgo in sui sanctificatione fuit ab originali peccato purgata.In filij sui conceptione totaliter à fomite mundata.In sui verò assumptione ab omni miseria liberata.In sui etiam sanctificatione adepta est gratiam inclinantem eam ad bonum. In filij autem conceptione confirmata est eius gratia confirmans eam in bono.In sui verò assumptione consummata est eius gratia perficiens eam in fruitione omnis boni.De secundo,scilicet spiritussancti operatione: dicitur Lucæ primo.Spiritussanctus superueniet in te,&c.vbi dicit Beda.Superueniens in virgine spiritussanctus duobus modis in ea diuinæ potentiæ suæ efficaciam ostendit:quia & mentem eius adeò quantùm humana fragilitas patitur ab omni vitiorum sorde castificauit:vt cœlesti esset digna partui:& vtero illius sanctum & venerabile redemptoris nostri corpus sua sola operatione creauit. Notandum verò, quod conceptionem Christi tota trinitas operata est:quia indiuisa est operatio trinitatis:vt dicit Augusti.Et tamen spiritui sancto attribuitur:& hoc propter quinque rationes.Prima est,quia spiritussanctus est amor patris & filij.vnde Augusti.Spiritussanctus est quo genitus à gignente diligitur genitorémque suum diligit. Hoc autem ex maximo amore prouenit,quòd Deus filium suum incarnari instituit.vnde Ioannis tertio.Sic Deus dilexit mundum,&c.vnde etiam Bernard.Scias amoris fuisse,quòd plenitudo effusa est,quòd altitudo adequata est,quòd singularitas associata est.Conuenienter ergo attribuitur spiritui sancto.Secunda est:quia spiritui sancto attribuitur bonitas.vnde Augu.Sicut potentia patris:sapientia filio:ita & bonitas appropriatur spiritui sancto.vnde opera in quibus relucet potentia,attribuuntur patri.in quibus relucet sapientia filio:in quibus verò bonitas spiritui sancto.In hoc verò opere maximè relucet bonitas.vnde ad Titum.3. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei. Bernardus. Apparuit potentia Dei in creatione sapientia in gubernatione:sed benignitas misericordiæ maximè apparuit in eius humanitate. Conuenienter ergo spiritui sancto attribuitur. Tertia est:quia spiritussanctus est spiritus sanctificationis: vt dicitur Hiere.1.cap.Et dicit ibi.glo.quòd per ipsum omnia sanctificatur.Quicquid autem in Maria gestum est,totum est sanctum & diuinum.vnde dictum est ei ab angelo.Quod nascẽtur ex te sanctum vocabitur filius Dei.Conuenienter ergo attribuitur spiritui sancto.Vnde dicit Glo.super illud ad Roma.1. Secundum spiritum sanctificationis,quòd spiritussanctus formauit & sanctificauit ipsum hominem in vtero virginis sine virili semine.Quarta ratio est quia spiritussanctus est omnium gratiarum actor.vnde 1 ad Corinth.12. Diuisiones gratiarum sunt:idem autem spiritus. Glos.Daror omnium:quia ipse est primum donum in quo omnia donantur. Hoc autem fuit superabundantis gratiæ,quòd humana natura in vnitatem diuinæ personæ assumeretur:quia nulla meritis præcesserunt. vnde Titum.3.Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos,&c. Augusti. Iste modus quo Christus conceptus est de spiritu sancto,insinuat nobis gratiam Dei:qua homo ille nullis præcedentibus meritis ex ipso primo exordio naturæ suæ quando cepit esse verbo Dei copularetur in tanta vnitate personæ: vt esset filius Dei. Quinta est:quia verbum humanum in corde existens,gerit similitudinem verbi æterni secundum quod existit in patre.vnde Augu. Quisquis potest intelligere verbum non solùm antequàm sonet:verum etiam antequàm sonorum eius imagines cogitatione inuoluantur, iam potest videre aliquam illius verbi similitudinem, de quo dictum est. In principio erat verbum.Sicut autem verbum humanum vocem assumit:vt sensibiliter hominibus innotescat,ita etiã verbum Dei carnem assumpsit:vt visibiliter hominibus appareret.Vox autem humana per spiritum hominis formatur.vnde & caro Dei debuit per spiritum formari.Notandum verò,quòd formatio corporis Christi fuit in instãti propter infinitã spiritussancti virtutẽ corpus illud formantis.vnde Grego.Angelo annuntiante & spiritusancto adueniente,mox intra vterũ verbũ caro factum est.Simul ergo fuit corporis formatio & animæ creatio & vtriusq; adinuicem coniunctio & eorum ad diuinitatem vnio.Notandum etiam,quòd beata virgo fuit vera mater Christi:quia materiam ministrauit.vnde dicit Grego.super illud Lucæ primo.Virtus altissimi obumbrabit

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibi:vmbra formatur lumine & corpore. Deus autem per diuinitatem lumen est. Quia ergo lumen incorporeum erat in eius vtero corporādum,rectè ei dicitur.virtus altissimi obumbrabit tibi.i.corpus in te humanitatis accipiet incorporeum lumē diuinitatis. Fuit autem materia corporis Christi purissimus sanguis virginis. vnde Damascenus. Filius Dei cōstruxit sibijpsi ex castis & purissimis sanguinibus virginis carnem animatam anima rationali. Possumus autem notare mysticè, quòd conceptio virginis significat conceptionem fidelis animæ. Ambrosius. Si secundum carnem vna est mater Christi, secūdum fidem tamen omnium fructus est Iesus Christus. Omnis enim anima cōcipit verbū Dei. si tamen immaculata & immunis à vitijs intemerato castimonia pectore custodiat. Huic conceptioni congruit mysticè locus cōceptionis virginis. s. Nacareth: quod interpretatur floridus. vnde Bern. Amat florigeram patriam flos de radice Iesse. Florē te repræsenta & ad te diuertet: sicut ad Nazareth. Sit tibi honestas conuersationis tanquàm floris species: vel odor bonæ opinionis tanquàm flagrantia: vel intentio æternæ retributionis tanquàm is cui fructus nō desit. Notandum verò quòd beata virgo post conceptionem tria legitur fecisse. Per quæ tria designatur mysticè quælibet anima sancta post conceptum spiritualem verbi Dei debet insistere, videlicet, quòd montana conscendit: quòd Elisabeth salutauit, & quòd dominum magnificauit. Per primum significatur virtutum perfectio. Per secundum fraterna dilectio. Per tertium laus & exultatio. Primum tangitur Luc. 2. Exurgens Maria abijt in montana cum festinatione: vbi dicit Glo. Accepto virginis consensu cœlestia petit angelus: quem virgo sequitur: quæ in montana progreditur. Sic anima quæ verbum Dei cōcepit, virtutum cacumina aggressu amoris cōscendit vt ciuitatem Iudeæ. id est, confessionis & laudis arcem penetret & vsque ad perfectionem fidei, spei, & charitatis: quasi tribus mensibus in ea commoretur. In hoc autem ascensu sunt tria, videlicet vallis timoris & humilitatis: ascensus laboris & difficultatis: cacumen amoris siue charitatis. Vnde Bernard. Virtus vult cum humilitate doceri: cum labore acquiri: cum amore possideri. Et cum his omnibus digna sit, nō aliter doceri, acquiri, vel possideri potest. Secūdum tangitur ibi. Et intrauit domum Zachariæ & salutauit Elisabeth. Salutatio enim est salutis adoptatio. Salutem autem optare proximo pertinet ad fraternam dilectionē: quia hæc est vera forma diligendi proximum: quæ exprimitur Matth. vigesimosecundo. Diliges proximum tuum sicut teipsum. glo. Ad id quòd teipsum. August. Quisquis rectè proximum diligit, hoc cū eo agere debet, vt etiam ipse toto corde tota anima, tota mente Deum diligat. Hanc etiam formam diligendi Christus tradidit discipulis suis. Ioan. 15. Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem sicut, &c. vbi dicit Augustinus. Ad quid dilexit nos Christus, nisi vt possimus regnare cum Christo? Ad hoc ergo & nos inuicem diligamus. Huic ergo dilectioni anima sancta postquàm spiritualiter verbum Dei concepit, debet insistere, quia dicitur 1. Ioan. 4. Si diligimus inuicem Deus in nobis manet & charitas eius in nobis perfecta est. August. Beatus est qui amat te & amicum in te: & inimicum propter te. Idem. Vbi vera dilectio est, quid est quod possit deesse? vbi verò non est: quid est, quod possit prodesse? Tertium sequitur ibi Luc. secundo. Magnificat anima mea dominum. Canticum illud est canticum laudis & exultatiōis, quod quælibet sancta anima cōcepto verbo Dei potest decantare. Vnde dicit Amb. Sicut in singulis animis Mariæ Deum magnificat, sic in singulis spiritus Mariæ in Deo exultat. Quid autem sit Deum magnificare. dicit Ambr. Magnificatur Dominus, non quòd ei aliquid humana laus adiūgat, sed quia magnificatur in nobis, dum anima nostra quæ ad imaginationem Dei est creata, per iustitiam se Christo conformat, qui est imago patris. Et sic dum ipsum Christum imitando magnificat, quadam participatiōe magnitudinis eius sublimior fit, vt ipsam imaginem splendido bonorum factorum colore & quadam æmulatione virtutis videatur in se exprimere. Origenes. Quādo magnificauero animam meā opere, cogitatione, sermone, tunc imago Dei grādis efficitur, & ipse Dominus cuius imago est in anima mea magnificatur. Beda. Eius anima Deum magnificat, qui omnes sui interioris hominis affectus diuinis laudibus ac seruitijs mancipat. Eius spiritus in Deo salutari suo exultat, quem nihil interrenis liber, nulla caducarum rerum affluentia emollit, nulla aduersitas frangit, sed sola illius à quo speratur salus æterna sui conditoris memoria delectat. De tertio, scilicet prolis conceptæ perfectione. dicitur Luc. 1. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Triplicem verò perfectionem habuit proles ista in instanti conceptionis suæ: videlicet naturæ, gratiæ, & gloriæ. De perfectione naturæ. dicitur Hierem. 31. Creabit Deus nouum super terram, mulier circūdabit virum. Glos. Perfectus vir in ventre fœmineo continebatur. Hoc autem non dicitur propter quātitatem virilis corporis, sed propter veritatem humanę naturæ & integritatem tam corpori, quàm animæ, quam proles ista in instanti conceptionis habuit: vnde Damascē. Omnia quæ in nostra natura plātauit Deus, Dei verbum assumpsit, scilicet corpus & animam intellectualem, & eorum idiomata. Totum enim assumpsit me: vt toti mihi gratificet saluté, ideſt, gratis faciat. Idem. Simul verbi Dei caro simul animata rationali & intellectuali anima. Verūtamē sciendum, licet ista tempore simul fuerunt, cadit tamen inter ea ordo naturæ: vt dicit Augustin. Qui inuisibilis & incommutabilis veritas per spiritum animam & per animam corpus accepit. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd ordo naturæ inter aliqua dupliciter potest attendi. Vno modo per gradum dignitatis, & sic anima media inuenitur inter Deum & carnem. Et secūdum hoc potest dici, quòd filius Dei vniuit sibi carnem mediante anima. Alio modo secundum rationem causalitatis, & sic ipsa anima est aliqualiter causa carnis vniendæ filio Dei. Non enim esset assumptibilis, nisi per ordinem quem habet ad animam rationalem, secundum quam habet, quòd sit caro humana quæ præ cæteris est assumptibilis, similiter per spiritum animam assumpsit. Tum propter congruitatem assumptionis, non enim anima est assumptibilis secundum congruitatem, nisi per hoc, quòd capax est Dei ad imaginem eius existens, quod est secundum mentem quæ spiritus dicitur. secundum illud ad Ephes. quarto. Renouamini spiritu mentis vestræ. Tum etiam propter ordinem dignitatis, quia intellectus inter cæteras partes animæ est superior & dignior, & Deo similior. Et ideò vt dicit Damascen. Vnitum est carni per medium intellectum verbum Dei. Verumtamen sciendum, quòd Christus humanā naturam assumpsit cum quibusdā defectibus. Cuius ratio triplex est. Prima vt p nobis satisfaceret Isa. quinquagesimotertio. Verè langores nostros ipse tulit, & dolores ipse portauit. Secunda: vt veritatem humanæ naturæ ostenderet. ad Phil. 2. In similitudine hominum factus & habitu inuentus: vt homo. Tertia vt exemplo virtutum nos conformaret. ad Hebr. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit aduersus semetipsum contradictionem: vt non fatigemini animis vestris deficientes. Ex his etiam patet, quòd non debuit defectum peccati assumere. Tum quia peccatum impedit virtutem satisfaciendi. Ecclesiast. 34. Dona iniquorum non probat altissimus. Tum quia ex peccato non monstratur veritas humanæ naturæ: cuius Deus causa est: cùm sit contra naturam seminatione diaboli introductum: vt dicit Damasc: Tum etiam quia peccando non præberet exempla virtutum, cùm peccatum sit virtuti contrarium. Patet ergo, quòd nullum defectum peccati assumpsit: nec originalis: nec actualis. vnde dicitur 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Sciendum verò, quòd triplices sunt defectus. Quidam sunt qui contrariantur perfectioni scientiæ & gratiæ: sicut ignorantia: pronitas ad malum. difficultas ad bonum quos non decuit Christum assumere. qui plenus fuit gratia & veritate: vt dicitur Ioan. 1. Quidam verò sunt qui proueniunt in hominibus ex quibusdam particularibus causis, sicut lepra & caduceus morbus: & alia huiusmodi, qui quidem defectus causantur quandóq; ex hominis culpa ex inordinatione victus: quandóque ex defectu virtutis formatiuæ, quorum neutrum Christo conuenit: quia caro eius ex spiritu sancto concepta fuit: qui est infinitæ virtutis & sapientiæ: errare & deficere non valens. Ipse enim nihil inordinatè in regimine vitæ suæ exercuit. Tertij sunt defectus qui communiter in hominibus inueniuntur ex peccato primi parentis: sicut mors fames sitis & huiusmodi. Hos Christus suscepit defectus: quos Damasc. vocat naturales defectus & indetractabiles passiones. Naturales: quia communiter: quia naturaliter consequuntur totam naturam. indetractabiles: quia defectum gratiæ & scientiæ non important. Notandum insuper, quòd passiones appetitus sensitiui fuerunt in Christo. sed aliter quàm in nobis quantum ad tria. Primò quantum ad obiectum: quia in nobis feruntur sæpè ad illicita: quod in Christo non fuit. Secundò quantùm ad primum: quia in nobis sæpè iudicium rationis præueniunt, in Christo verò non oriebantur nisi secundum dispositionem rationis. vnde dicit Augu. quòd Christus hoc cùm voluerit motus humana anima suscepit: sicut cùm voluit factus est homo. Tertiò quantùm ad effectum: quia in nobis quandóque huiusmodi motus non sistunt in appetitu sensitiuo: sed trahunt rationem. Quod in Christo non fuit. quia omnes motus naturaliter humanæ carni conuenientes sic in appetitu sensitiuo remanebant, quòd ratio non impediebatur facere, quòd conueniebat. Vnde Hiero. dicit, quòd Christus vt veritatem probaret assumpti hominis, verè contristatus est. Sed ne passio illius dominaretur animo per propassionem dicitur, quòd cepit tristari: vt passio perfecta intelligatur: quando animo & rationi dominatur: propassio verò quæ est inchoata in appetitu sensitiuo: sed vlterius se non extendit. De perfectione gratiæ dicitur. Ioannis primo. Verbum caro factum est, &c. Vbi triplex gratia secundum ordinem exprimitur: videlicet: gratia vnionis, gratia habitualis, & gratia capitis. Prima gratia, scilicet vnionis tangitur ibi. Verbum caro factum est. vnde Augustin. In rebus per tempus ortis illa summa gratia est, quòd homo Deo iunctus est in vnitate personæ. Notandum verò, quòd sancti patres non mœruerunt incarnationem Christi ex condigno. Tum quia opera meritoria hominis propria ordinantur ad beatitudinem: quæ est virtutis, & consistit in Dei plena fruitione. Vnio autē incarnationis cùm sit in esse personali, transcendit vnionem mentis beatæ ad Deum, quæ est per actum fruentis. Et ita non potest cadere sub merito: quæ est principium gratiæ secundum illud Ioan. 1. Gratia & veritas. per Iesum Christum facta est. Tū etiā: quia incarnatio Christi, est reformatio totius humanæ naturæ. & ideò non cadit sub merito alicuius hominis singularis: quia bonum alicuius hominis puri non potest esse causa totius boni naturæ. Tamen ex congruo meruerunt patres sancti incarnationem petendo & desiderādo: congruū enim erat vt Deus exaudiret eos qui sibi obediebant. Secunda gratia habitualis tangitur ibi. Plenū gratia & veritate. Glo. Quia diuinitas in eo fuerat replens eum plenitudine redūdante in alios. Huius autem plenitudinis ratio potest accipi ex propinquitate ipsius ad Deum. Quanto enim receptiuum aliquod propinquius est causæ influenti, tanto abundantius participat influentiam ipsius. influxus autem gratiæ est à Deo iuxta illud. Psalm. Gratiam & gloriam dabit dominus. vnde cū anima Christi propinquissimè attingebat ad Deū, ex eius influentia plenitudinem gratiæ in ipso instanti conceptionis accepit. Notandū verò, q̄ plenitudo gratiæ potest accipi dupliciter. Vno modo ex parte ipsius gratiæ: quando scilicet aliquis attingit ad summū bonum gratiæ: & quantum ad essentiam: & quantùm ad virtutem: quia scilicet, habet gratiā in maxima excellentia: qua potest haberi: & in maxima extensione ad omnes gratiæ effectus. Et talis gratiæ plenitudo propria est homini Christo. Alio modo potest attendi ex parte habentis gratiam: quando scilicet, aliquis habet gratiam secundum suam conditionem: siue secundum intensionē, prout est in eo intensa gratia vsq; ad terminū ei præfixum à Deo, secundum illud ad Ephes. 4. vnicuiq; nostrū data est gratia, secūdū mensurā donationis Christi, ideſt, secūdū q̄ dator Christus mensurat. Est autē mēsura diuisio donorū. Aliud enim habet iste, aliud ille: & q̄ habet iste nō habet ille. Siue etiā secundū virtutē: inquantū, scilicet habet facultatē gratiæ ad omnia quę pertinēt ad suū statū siue officiū: sicut dicebat Apostolus Ephes. 4. Michi autē omniū, scilicet sanctorū minimo data est gratia hæc illuminare eos, &c. Talis plenitudo gratiæ nō est propria Christo: sed cōmunicatur alijs per Christū. Sic beata virgo dicitur gratia plena. Luc. 2. Quæ habuit gratiam sufficientem ad statū suū, ad quē erat electa à Deo: vt scilicet, esset mater Dei. Sic & beatus Stephanus dicitur gratia plenus. Act. 7. Quia habuit gratiam sufficientem: vt esset idoneus minister & testis Christi. Harum autem plenitudinum vna ple nior est quā alia, secundum q̄ aliquis diuinitùs est præordinatus ad altiorem vel inferiorem statum. Sic etiam sancti cōmuniter dicuntur pleni gratia secūdum illud Ephes. 4. Vt impleamini in omni plenitudine Dei: quia habet gratiam sufficientem ad merendum vitam æternam: quæ consistit in plena fruitione Dei. Notandum etiam, q̄ gratia Christi habitualis dupliciter consideratur. Vno modo secundum q̄ est eius quoddam: & sic est finita: eo quòd est in anima Christi: sicut in subiecto finitam habente capacitatem. Alio modo potest considerari secūdum rationem gratiæ: & sic potest dici infinita: eo quòd nō limitatur: quia scilicet, habet quicquid potest pertinere ad rationē gratiæ: quia collata est animæ Christi, sicut cuidā principio satisfactionis seu gratificationis in humana natura. secundum illud Ephes. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo. Sicut si dicamus lucem solis esse infinitam: non quidem secundum suum esse: sed secundum rationem lucis: quia habet quicquid potest ad rationem lucis pertinere. Verbum autem illud Ioan. 4. Non enim ad mensurā dat Deus spiritum homini Christo, potest tripliciter exponi. Vno modo de dono, quod Deus pater ab æterno dedit filio, scilicet diuinam naturam, quæ est donum infinitum. Vnde quædam glo. dicit ibidem. Vt tantus sit filius, quantus sit pater. Alio modo potest referri ad donū quod est datum humanæ: vt vniatur diuinæ personæ: quod est donum infinitum: vt dicit glo. ibidem. sicut pater plenum & perfectū genuit filium, sic plenū & perfectum est naturæ vnitū humanæ. Tertio modo potest referri ad gratiam habitualē, inquātū se extēdit ad statū gratiæ. vnde Augusti. hoc exponens dicit. Mensura quædā donorum diuisio. Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ: sed Christus qui dat, non mensurā accepit. Sciendum verò, q̄ gratia vnionis præcedit in Christo gratiam habitualem: nō ordine tēporis. sed naturę & intellectus. Vnde dicitur Isa. 42. Ecce seruus meus suscipiam eum. Quod quidem pertinet ad gratiam vnionis. Et posteà sequitur: & quiam super eum spiritum meum. Quod quidem pertinet ad donum gratiæ habitualis. Huius autem antecessionis ratio potest accipi ex habitudine gratiæ ad suam causam. Gratia enim causatur in homine ex præsentia diuinitatis: sicut lumē in aēre ex præsentia solis. vnde Ezech. 43. dicitur. Quòd gloria Dei Israēl ingrediebatur per viam orientalem: & terra resplenduit à maiestate eius. Præsentia autem Dei in Christo est secundum vnionem humanæ naturæ ad diuinam personam. vnde gratia habitualis Christi intelligitur: vt consequēs hāc vnionem, sicut splēdor solē. Sicut autem gratia respicit essentiam animæ, sic virtus respicit eius potentiam. vnde oportet, quòd sicut animæ potētiæ deriuantur ab eius essentia, ita virtutes sunt quædā deriuationes gratiæ: quanto enim aliquod principium est perfectius, tantò magis imprimit suos effectus. vnde cū gratia Christi sit perfectissima, consequens est, q̄ ex ipsa procedere tur virtutes ad perficiendas singulas potentias animæ. & ita Christus habuit omnes virtutes: fidem tamē & spem non habuit propter ipsarum imperfectionē: sed habuit quæ correspondet eis in prima: scilicet visionē & comprehensionē: quia fuit verus cōprehēsor. Tertia gratia, scilicet capitis tangitur ibi. Ioā. 1. De plenitudine eius oēs accipimus. Hæc autē gratia cadē est secundū essentiā cū gratia habituali, differens tamē secundū rationē. Notandū verò, q̄ Christus dicitur caput ecclesiæ secundum similitudinē capitis humani. In quo possumus tria considerare, scilicet ordinē, perfectionem, virtutem. Ordinem. quia caput est prima pars hominis, incipiendo à superioribus. Et inde est, quòd omne principiū, caput cōsueuit nominari. vnde in Psalm. In capite libri scriptum est, &c. ideſt, in principio libri. Perfectionem: quia in capite vigent omnes sensus tam interiores quàm exteriores, cū in cæteris membris sit solus tactus. Et inde est, q̄ dicitur Isa. 11. Senex & honorabilis ipse est caput. Virtutē, quia virtus & motus cæterorum membrorū & gubernatio eorum in suis actibus est à capite propter vim sensitiuam & motiuam ibidē dominantem. vnde & rector populi dicitur caput ipsius secundum illud. 1. Reg. 15. Cū esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israēl factus es. Hæc autem tria cōpetūt Christo spiritualiter. Primò enim secundū propinquitatē ad Deū gratia eius altior & prior est: & si nō tēpore: quia omnes alij receperunt gratiam per respectū ad gratiam ipsius: secundū illud. Ioan. 1. Plenū gratia & veritate. Tertiò virtutē habet: virtutem, scilicet influēdi gratiā omnibus in omnia membra ecclesiæ secundū illud. Ioā. 1. De plenitudine eius omnes accepimus: & sic patet, q̄ cōuenienter dicitur caput ecclesiæ. Notandū verò, q̄ nō solū influit quātū ad corpus. sed etiā quantū ad animā. sed principaliter quantū ad animā. secūdariò verò quātū ad corpus. vno modo inquantū membra corporis exhibentur arma iustitiæ in anima existente per Christum: vt dicit Apostolus. Ad Ro. 6. Alio modo inquantū vita gloriæ ab anima deriuatur ad corpus secundū illud Ro. 8. Qui suscitauit Iesum à mortuis viuificabit mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritū eius in vobis. Notādū verò, quòd Christus est caput hominum secundū diuersos gradus. primò enim est principaliter caput eorū qui actu vniuntur sibi per gloriā. secundò qui actu vniuntur sibi per charitatē. tertiò qui vniuntur sibi actu per fidē. quartò eorū qui vnūtur sibi potētia nōdū ad actū redacta: quæ tamē ad actū est reducenda secundū diuinā prædestinationem. quintò eorū qui in potentia sunt sibi vniti, quæ nunquā reducetur ad actum: sicut homines in hoc mundo viuentes, qui non sunt prædestinati: qui tamē ex hoc mundo recedentes totaliter desinunt esse mēbra Christi: quia iam non sunt in potentia: vt Christo vniantur: nec solū hominū: sed etiā angelorū Christus caput est, secūdū illud ad Colo. 2. Qui est caput omnis principatus & potestatis: quia propinquius se habet ad Deū, & perfectiùs dona Dei participat. Vñ ipse angelis influit sensum cognitiōis ipsum illuminādo purgādo & pficiēdo: quia tamē nō cōmunicat cū angelis in natura speciei, non ita proprie dicitur caput angelorū, sicut hominū. Sciendū verò, q̄ dupliciter caput influit in alia mēbra. primò quidā intrinseco influxu: prout virtus motiua & sensitiua à capite deriuatur ad cætera mēbra. Alio modo secundū exteriorē quādā gubernationē. put scilicet secundū visum & alios sensus: qui in capite radicatur dirigitur homo in exterioribus actibus. vtroq; modo Christus dicit caput: sed secūdo modo alij etiā possunt dici capita secūdū illud Amos 6. Optimates capita eorū diabolus etiā inquantū gubernat malos ad suū finē, qui est auersio à Deo, dicitur caput omnium malorum. Iob. 41. Ipse est Rex super omnes filios superbiæ. Grego. Iniquorum omnium est caput diabolus. De perfectione tertia prolis, scilicet gloriæ dicitur in Psalm. Beatus quem elegisti & assumpsisti habitabit in atrijs tuis. Quod exponit Glo. de Christo. Consistit autem beatitudo in visione diuinæ essentiæ, quam anima in instanti creationis suæ perfectissimè contemplabatur & tanto clarius: quanto propinquius verbo coniungebatur. Sunt autem in hac visione gradus secundum quod aliqui acutiùs Deum vident, qui est omnium rerum causa. Quanto enim causa aliqua plenius cognoscitur, tanto in ipsa plures effectus cognosci possunt. Non enim magis cognoscitur causa, nisi virtus eius plurimum cognoscatur: cuius virtutis cognitio fine cognitione effectuum esse non potest. Nam quantitas virtutis secūdum effectus mensurari solet: & inde est, quòd eorum essentiam Dei vident, aliqui plures effectus vel rationes diuinorū operū in ipso Deo conspiciūt, quā alij qui minus clarè vidēt. & secūdū hoc inferiores angeli à superioribus illuminantur secūdum Dionysiū. Aliā ergo Christi

Universidad de Deusto
Biblioteca

summam perfectionem visionis diuinæ obtinẽs inter cæteras creaturas omnia opera diuina:& rationes ipsorũ quęcúnque sunt erunt vel fuerunt,in ipso Deo plenè intuetur:vt non solùm homines: sed etiam supremos angelos illuminet. & ideò dicit Apostolus ad Colossen.2.q; in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Et Hebræorum 4. Omnia autẽ nuda & aperta sunt oculis eius. nulli enim intellectui glorificato deest, quin cognoscat in verbo omnia quæ ad ipsum spectant. Ad Christum autẽ & ad eius dignitatem spectant quodammodò omnia,inquantùm subiecta sunt ei omnia secundum illud Psalm. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Ipse est enim iudex omnium constituꝰ à Deo:quia filius hominis est:vt dicitur Ioan.5. Et ideò anima ipsius in verbo cognoscit omnia existentia secundum quodcúnque tempus: & etiam hominum cogitatus:quorum ipse iudex est:ita q; de eo dicitur. Ioan.3. Ipse enim sciebat quid esset in homine:quod potest intelligi non solùm quantùm ad scientiam diuinam:sed etiam quantùm ad scientiam animę: quam habet in verbo:in quo etiam cognoscit nõ solùm omnia quæ actu sunt erunt vel fuerunt:sed etiam quæcúnq; sunt.erunt.vel fuerunt in potentia solùm creatiuæ: quia in verbo cognoscit omnis creaturæ essentiam potentiam & virtutem: non autem omnia cognoscit quæ sunt in diuina potentia:quia hoc esset comprehendere omnia quæ Deus facere potest:quod esset comprehendere diuinam virtutem:& per consequens diuinam essentiam. quod est impossibile omni intellectui creato. Possumus autem distinguere triplicé scientiam,quam habuit anima Christi. Vna est beata per quam cognoscit verbum & res in verbo:vt suprà dictum est. de hac scientia dicitur Ioan.8. Scio eum & sermonem eius seruo. Alia est diuinitus influxa. Nam sicut in angelis prẽter cognitionem intuitam qua cognoscunt verbum & res in verbo,est alia cognitio qua cognoscunt res in proprijs naturis per species intelligibiles diuinitus influxas: ita & in anima Christi prẽter scientiam beatam est alia scientia indita siue infusa, qua cognoscit res in propria natura per species intelligibiles influxas humanæ menti proportionatas: vnde dicitur Colossen.2. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ absconditi.secundum hanc scientiã scit anima Christi omnia illa quę possunt sciri per actionem intellectus agentis. Et licèt non fuerit omnia expertus, tamen sicut homo ex virtute intellectus agentis potest procedere ad intelligendum effectus per causas:& econuersò. & similia per similia: & contraria per contraria:ita ex his quæ expertus est, in omnium deuenit notitiam. Sciendum verò,q; scientia experimentalis ponitur in Christo secundum lumen intellectus agentis:quod est humanæ naturæ connaturale. Scientia verò infusa per lumen desuper infusum qui modus cognoscendi est proportionatus angelicæ naturæ. Scientia verò beata per quam ipsa essentia Dei videtur: est propria & connaturalis soli Deo.

De natiuitate Christi. Artic. IIII.

SEcundò videamus de natiuitate Christi. Circa quam tria possumus considerare: videlicet parentis virginitatem: nascentis benignitatem,& natiuitatis vtilitatem. De primò dicitur. Isai.7. Ecce virgo concipiet & pariet filium.vnde August. Speculum non rũpit radius solis,integritatem virginis ingressus aut egressus nunquid poterat vitiare diuinitatis? Notandum verò,quòd fuit conueniens Christum cõcipi & nasci de virgine. Tum quia verbum est patris, cuius similitudinem gerit verbũ cordis, quod sine corruptione concipitur & sine corruptione de corde procedit. Vnde etiam conueniens fuit verbum Dei patris sine corruptione concipi & nasci. Vnde in quodam sermone dicitur. Neque verbum nostrum cùm paritur,corrũpit mentem, neque verbum Dei specialem eligens partum,peremit virginitatem.. Tum etiam quia Christus venerat peccati corruptionẽ tollere.secundũ illud. Ioan.1. Ecce Agnus Dei,&c. Ideò dicit Augu. Fas non erat:vt per eius aduentum violaretur integritas,qui venerat sanare corrupta. Tum etiam in signum spiritualis regenerationis quæ non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri,sed ex Deo,vt dicitur. Ioan.10. Vnde Augusti. Oportebat caput nostrum infigni miraculo secundũ corpus nasci de virgine:vt significaret sua membra de virgine ecclesia secundũ spiritũ nascitura. Tum etiã vt imaginé futuræ resurrectionis & glorię præferret:vbi neq; nubent,neq; nubẽtur,sed sunt sicut angeli Dei in cœlo. Matt. 25. Fuit autem cõueniens: vt de virgine desponsata viro nasceretur. sicut dicitur Matt.1. Cùm esset desponsata Mater Iesu,&c. Ideò secundum. Gloss. vt significaret ecclesiam quæ est virgo & sponsa,& vt per Ioseph origo Mariæ ostẽderetur: vel vt Ioseph esset testis castitatis: vel ne tanquàm adultera lapidaretur, & virgo viri solatio sustentaretur,& partus virginis diabolo celaretur,& ne virginibus esset excusatio infamiæ,quòd Mater Christi infamata fuerat. De secundo, scilicet benignitate Christi dicitur. Thi.3. Apparuit benignitas & humanitas,&c. Vbi notandum,quòd Christus exhibuit nobis benignitatem in diuinitatis suæ communicatione,sed misericordiam in humanitatis nostræ susceptione,primum ibi. Apparuit benignitas. Vbi dicit Ber. Apparuit Dei potentia in rerum creatione,sapientia in earum gubernatione,sed benignitas maximè apparuit in humanitate. Magnum enim iudicium benignitatis declarauit,qui humanitati Dei nomen addere curauit. Secũdum tangitur ibi. Nõ ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suã misericordiã,&c. Vnde Ber. Quid tãtoperè declarauit eius misericordiã,quàm quòd ipsam susceperit miseriam, quid tam pietate plenum,quàm quòd Dei verbum propter nos factum est. Vnde cantat ecclesia. Christe redẽptor omnium,ex patre patris vnice,&c. Notãdum verò,quòd ratio misericordię & benignitatis differũt in quatuor. Primò in hoc,quia misericordia respicit remotionem defectus,sed benignitas communicationẽ perfectionis. Secundò in hoc,quòd misericordia propriè loquendo pertinet ad prouidentiam diuinam,qua bona sua cõmunicat creaturis ratiõabilibus tantùm. Respicit enim miseriam,quæ cùm sit cõtraria fœlicitati,nõ potest esse nisi rationabilium creaturarum,quarum est esse fœlices. Sed benignitas respicit prouidẽtiam diuinam respectu quarumlibet rerum. Tertiò in hoc,quòd miseria importat assimilationem quandam prouidentis ad eum cui prouitur, inquantùm prouidens alterius miseriam reputat quasi suam. Vnde non potest esse nisi in natura intellectuali quæ habet æstimationem alienæ miseriæ. Sed benignitas habet ordinem ad communicationem simpliciter. Vnde cuilibet creaturæ quæ habet perfectionem communicabilem potest conuenire benignitas. Quartò:quia miseria remouet debitum ab eo cui prouideꝰ:nõ enim dicitur dari misericorditer alteri,quod ei debetur:sed benigni tas non remouet debiti rationem ab eo cui aliquid datur. Vnde benignitas se habet communiter ad largitionem iustitiæ & misericordiæ. De tertio,scilicet vtilitate Christi dicitur Isa.9. Paruulus natus est nobis,idest,ad vtilitatem nostram. Sunt autem quatuor vtilitates natiuitatis Christi:quas possumus considerare ex quatuor conditionibus paruulorum quæ sunt puritas:humilitas:amabilitas:& placabilitas:quæ in hoc paruulo excellentissimè inueniuntur. Primò inuenimus in eo summam puritatem quia est candor lucis æternæ & speculum sine macula:vt dicitur Sapien.8. Hanc autem puritatem demonstrat conceptus & partus virgineus. Nõ enim corruptionem parere potuit incorruptio.vnde dicit Alcuinus. Factor hominũ:vt homo fieret nascituꝰ de homine talem debuit sibi matrem eligere,qualem & decere sciebat & sibi placituram nouerat. Voluit ergo esse virginẽ de qua immaculata immaculatus procederet omnium maculam purgaturus. Secũdò in hoc paruulo inuenimus summam humilitatem. Ad Phil.2. Exinaniuit semetipsum,&c. Hanc humilitatem ostendit:vt dicit Ber. Locus diuersorij:pannorum inuolutio: & in præsepe reclinatio. Tertiò inuenimus in hoc paruulo summã amabilitatem:quia speciosus forma præ filijs hominum: imò præ millibus angelorum:vt dicit Ber. Hanc amabilitatem facit vnio diuinitatis cum humanitate. Vnde Bernar. Plenum prorsus omni suauitatis dulcedine videre hominem hominis conditorem. Quartò inuenimus in hoc paruulo summam placabilitatem:quia benignus est & patiens & multum misericors & præstabilis super malitia. Ioel.2. Vnde Ber. Christus paruulus est & leuiter placari potest,quis enim nesciat:quia puer facilè donatꝰ?ece si nõ fuerit nobis magnũ pro minimo possumus reconciliari. Pro minimo inquam non sine pœnitentia. Et sicut benignitas apparuit super omnem spem vltra omnem æstimationem,similem expectare possumus iudicij districtionem. Primò ergo puer iste natus est nobis:vt per eius humilitatem imitemur:vt circa eius amabilitatem afficiamur:vt ex eius placabilitate fiduciã habeamus. Primò ergo natus est nobis paruulus iste in sacramentum puritatis. Vnde ipse dicit Matth.2. Ipse saluum faciet populum suum,&c. Ber. Et ipse Christus qui purgationem facit delictorum,ecce sentinam nostram purgaturus aduenit. Hinc etiam Aug. in sermone de natiuitate dicit. O beata infantia per quã nostri generis reparata est vita. O gratissimi & delectabiles vagitus:per quos stridores dentium ploratúsq; æternos euasimuus. O fœlices pannis quibus peccatorum nostrorum extersæ sunt sordes. Secundò natus est nobis in exemplum humilitatis. Ioan.13. Exemplum dedi vobis,&c. Vnde Ber. Studeamus effici sicut paruulus iste,discamus abeo: quia mitis est & humilis corde:nec magnus: videlicet Deus sine causa factus est homo paruulus. Vnde intolerabilis impudentiæ est:vt vbi se exinaniuit maiestas,insurgat vermiculus & tumescat. Tertiò natus est nobis in augmentum charitatis. Luc.12. Ignem veni mittere in terram,&c. Ber. Magnus dominus & laudabilis nimis factus est paruulus & amabilis. Paruulus inquit natus, &c. Ipse enim nobis est omne amabile:ipse est pater,frater,dominus,minister,præmium,& exemplum. Idem. Quanto minorem se fecit in humanitate,tanto maiorem se exhibuit in bonitate. Quantò autem maiorem bonitatem exhibuit, tanto magis affectum nostrum accendit. Quartò natus est nobis in solatium spei & securitatis. ad Hebræ.5. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Glo. primo. Christum in quo regnat gratia vt per ipsum consequamur misericordiam,id est,remissionẽ peccatorum præcedentium & inueniamus gratiam & auxilium opportunũ. Glo. Recedamus de hac vita. Augustin. Dies dulcissima natiuitatis Christi in qua compunctio etiã infidelibus venit. Misericordia tangitur impius,veniã sperat compunctus,reditũ non desperat captiuus,remedium desiderat vulneratus:in qua nascitur agnus qui tollit peccata mundi. In cuius natiuitate qui conscientiam habet securã,dulcius gaudet: qui miseram attentius timet: qui bonus est affectuosius orat: qui peccator deuotissimè supplicat:duleis dies & verè dulcis cunctis pœnitentibus,& veniam portans. Promitto vobis filioli & certus sum,quia in hac die si quis ex corde pœnituerit & ad vomitum peccati reuersus nõ fuerit,quodcúnq; petierit dabitur ei. Possumus autẽ mysticè notare,q; partus beatæ Mariæ significat partũ pœnitentis animæ: de quo dicitur Esa.26. A timore tuo domine cõcepimus, & parturiuimus spiritum salutis. Huic partui cõuenit mysticè locus natiuitatis Christi,scilicet Bethleem. Vnde Bern. Tu quoq; si fueris Bethleem per cordis contritionẽ:vt sint tibi lachrymę tuę panes die ac nocte: & in earũ refectione ingiter delecteris. Interpretatur Bethleem domus panis. Et si fueris Iuda per confessionẽ: ciuitas Dauid per operis satisfactionẽ:nascetur in te Christus:& dabit cordi tuo gaudium per gratiã in præsenti &per gloriam in futuro. Notandum verò,q; post partũ pœnitentiæ debet anima pœnitẽtis inuolui pannis charitatis cõtra turpitudinẽ peccandi,quæ cõsistit in interiori mentis deordinatiõe:reclinari per affectũ humilitatis cõtra superbiam,quæ consistit in auersione:& poni in præsepio asperitatis:per cõdignam pœnitentiã contra peccati delectationẽ,quæ est in conuersione. De primo dicitur Prouer.4. Vniuersa delicta operit charitas. Debemus autẽ in pãno hoc ex omni parte inuolui. Primò vt Deum qui suprà nos est diligamus. Secũdò hoc:q; nos sumus. Tertiò q; iuxta nos est scilicet proximũ nostrum. Quartò,quod infra nos est,scilicet corpus nostrum. Hæc quatuor ex charitate sunt diligenda:vt dicit August. De secũdo dicitur in Psalm. Cor cõtritũ & humiliatũ,&c. vnde Bernard. Porrò humilitas nos Deo cõmendat. Deo facit nos subditos:Deo placet in nobis:sicut ait beata virgo. Respexit humilitatem ancillæ suæ. De tertio dicitur Lucæ 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. vnde dicit Bernard. Fuge voluptatẽ: quia in ea mors posita est secus introitũ delectationis. Age pœnitentiã:quia per hãc approprinquat regnum Dei. Hoc tibi prędicat stabulum. illud præsepe clamat:hoc membra illa infantilia loquuntur, hoc lachrymę & vagitus euangelicant.

De Christi circumcisione. Artic. V.

TErtiò videamus de eius circumcisione. de qua dicitur. Lucæ 2. Postquàm cõsummati sunt dies octo. Vbi notandũ est,q; Christus sicut nobis natus est,ita etiã pro nobis circũcisus est. Vbi nota q; circumcisio Christi fuit nobis medicamẽtum sanitatis. Exemplũ humilitatis. documẽtũ sanctitatis:vt.s.spiritualiter circũcideremur in signũ & figura salutiferę circũcisionis,quæ erit in generali resurrectione.quãdo ab omni corruptione circũcidemur. De primo dicitur ad Galat.4. Misit Deus filium suum factũ sub lege,&c. Bernar. Quid mirũ si caput accepit pro membris curationẽ: quã tamen in seipso nõ habuit necessariã?Nonne & in membris nostris sæpè pro vnius infirmitate alteri adhibet curatio? Dolet caput. & in brachio sit coctura:dolent renes,& fit in tibia. Ita hodie pro totius corporis putredine cauteriũ quoddã fixũ est in capite. Deniq; quid mirum si pro nobis dignatus est mori? Totus mihi siquidem datus est:& totus in meos vsus expensus est. De secũdo dicitur in Psalm. Minorasti eũ paulominùs ab angelis. Cui verbo alludens. Bernar. dicit Ideò minoratus est multò minus ab angelis qui nõ solùm formã hominis:sed & formã habet peccatoris:& insignitur velut quodam cauterio salutis. Idem. Habes manifestæ humilitatis exemplũ. Ad quid enim tibi circũcisio necessaria,qui peccatũ non fecisti nec cõtristaris? Quod nec feceris,ipsa manifesta ætas:q; non contraxeris,multò certius probat patris diuinitas & matris integritas. Summus sacerdos es:quę nec super patre:nec super matre cõtaminandũ prophetatum in lege potius est quàm mandatũ. Est tibi pater ab æterno: sed Deus est in quẽ peccatũ non cadit: est &mater ex partu: sed virgo: nec parere poterat incorruptio corruptelam. Idé. Qui sine peccato est nõ est dedignatus peccatoré se reputari: nos & esse volumus & nolumus æstimari. De tertio dicitur Hiere.4. Circũcidimini & auferte præputia cordium vestrorũ viri Iuda, & habitatores Hierusalem. Notãdum verò q; spiritualis circũcisio duplex est. s.interior & exterior. Vnde dicit Beda. Quis spiritualis circũcisio est omnium. s. interiorum exteriorúmq; hominis nostri sensuum custodia. cõsistit autem exterior circumcisio in tribus.s. in habitu:ne sit notabilis. in actione ne sit reprehensibilis. in sermone ne sit cõtemptibilis:vt dicit Bernard. Interior cõsistit in tribus.s.in cogitatione.vt sit sancta. in affectiõe. vt sit pura. in intẽtione,vt sit recta: vt dicit idẽ Ber. De quarto dicitur. 1. Corinth. 15. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelã:& mortale hoc induere immortalitatẽ. Vnde Beda. Tunc vera,tunc plenáq; erit nostra circũcisio,cũ in die iudicij iunctis simul corporis & animæ corruptionibus exuti mox peracto iudicio ad videndã perpetuæ creatoris nostræ faciẽ aulã cœlestis regni ingrediemur. Quod desideratissimũ Christus regni introitus illa octaua dies qua circuncisio agitur indicat. Sex enim sunt sæculi ætates,in quibus pro adipiscẽda requie sempiterna,ad rempus operari necesse est. Septima ætas nõ est in hac: fed in alia vita quiescentium,vsq; ad tẽpus resurrectionis corporũ. Octaua autẽ dies est dies resurrectionis sine vllo temporum fine beata. Et sicut nunc à Christo Christiani,ita tunc à Iesu saluati vocabimur.

De impositione nominis Christi. Artic. VI.

QVartò videamus de nominis impositione, de qua dicitur Luc. 2. Et vocatũ est nomen eius Iesus. Notandũ, q; nomina singulariũ hominũ semper imponũtur ab aliqua proprietate eius cui imponitur,vel à tẽpore:sicut nomina sanctorũ,quãdóq; imponuntur his qui in eorum festis nascũtur:vel à cognitione, vel ab aliqua alia proprietate. Nomina verò quæ diuinitùs imponũtur, data sem per significãt donum aliquid gratuitũ diuinitùs datũ eis quibus imponuntur. Sicut Gen. 27. Dictũ est Abrahæ appellaberis Abraham: quia patrẽ multarũ gentium cõstitui te. Et Matth.16. Dictum est Petro,tu es Petrus,& super hanc Petrã ædificabo ecclesiã meam. Quia ergo homini Christo huc munus gratię collatũ erat: vt per ipsum omnes saluarẽtur,conuenienter est vocatũ nomen eius Iesus.i.salutor. Sciendũ verò,q; hoc nomen Iesus,est magnæ & multæ virtutis. Est enim pœnitẽtibus in refugiũ:ægrotantibus in remediũ:pugnãtibus in subsidium:orãtibus in suffragiũ:quia cõfert veniã à peccatis:gratiam sanitatis:victoriã tentatis:virtutẽ & fiduciam impetrandæ salutis. De primo dicitur.1. Ioan.2. Scribo vobis filioli: quoniam remittuntur vobis peccata propter eius nomen. Act.10. Huic omnes Prophetę testimoniũ perhibẽt. Aug. Quid est Iesus nisi saluator ergo propter temetipsum esto mihi Iesus. Noli domine noli sic attendere malũ meum,vt obliuiscaris bonũ tuum. Sed attendendũ q; hoc nomen circuncisione imponitur:per quod significatur,q; spiritualiter circuncisi saluantur. Vnde Bernard. Nos fratres necesse est circũcidi:& sic nomen salutis accipere,circũcidi planè nõ litera:sed spiritu & veritate. De secũdo dicitur Cãtic.1. Oleum effusum nomẽ tuum. Oleum enim leuamen est doloris:sic & hoc nomẽ Iesus. Ber. Habes anima mea recõditum electuariũ in vasculo vocabuli, quod est Iesus,q; nulli vnquã perfecti inuenitur inefficax. Petrus Rauenẽsis. Hoc est nomen quod dedit cæcis visum:surdis auditũ:claudis egressum:sermonẽ mutis:vitã mortuis. De tertio dicitur Prouerb.18. Turris fortissima nomen domini. Et Marc.vlt. In nomine meo dæmonia eijcient. Luc.10. Reuersi sunt discipuli cũ gaudio dicẽtes. Domine etiã in nomine tuo dæmonia subijciuntur nobis. Petrus Rauenẽsis. Totã diaboli potestatẽ de obsessis corporibꝰ virtus huius nominis. s. Iesus fugauit. De quarto dicitur. Ioan.14. Si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis. Aug. In nomine meo:quod est Christus Iesus. Christus Regẽ. Iesus saluatorẽ significat:& per hoc quodcúnq; petimus,in nomine saluatoris petimus: & tamẽ ipse saluator est:non solùm quando facit quod petimus:verũ etiam quando non facit. Quoniam quod vidit peti cõtrarium saluti nõ faciendo exhibet se saluatorẽ. Nouit enim medicus quid pro sua:quid cõtra salutẽ suam posca ægrotus. Ideò cõtrariam poscentis nõ facit voluntatẽ, vt faciat sanitatẽ. Nota verbũ Bernardi de Christi circuncisione & eius nominis impositione. Magnũ & mirabile sacramentũ:circuncidituꝰ puer & vocatur Iesus. Quid sibi vult ista cõnexio? Sed agnosce mediatorẽ Dei & hominum. qui ab ipso suæ natiuitatis exordio diuinis sociat humanaxima summis: nascitur ex muliere:sed cui fœcunditatis fructus sic accedit vt nõ decidat flos virginitatis. pannis inuoluitur:sed isti panni angelicis laudibus honorantur: absconditur in præsepio:sed proditur stella radiante de cœlo. Sic & circuncisio probat veritatem assumptæ humanitatis,& nomen quod est super omne nomen gloriam indicat maiestatis.

De apparitione Christi. Artic. VII.

QVintò videamus de Christi apparitione:de qua dicitur Matth. 2. Cùm natus esset Iesus in Bethleem Iudæ,&c. Vbi tria commendabilia tanguntur de magis,quibus Christus per stellam apparuit. videlicet q; Christum per stellam sapienter cognouerunt: cognitum diligenter quæsiuerunt. inuentũ reuerenter adorauerunt. Primum ibi. Vidimus stellam eius,&c. Bene dicitur eius: quia dicit Fulgẽtius,q; hæc stella nunquàm antè apperuit: sed tunc eam puer iste creauit & magis ad se venientibus præuiam deputauit. Idẽ. Differebat autẽ hęc stella ab alijs in tribus. In situ, quia nõ erat localiter in firmamẽto:sed pendebat in meditullio aẽris proxima terrę. In splendore: quia splendorem eius non poterat splendor solis obscurare: imò in meridie lucidissima apparuit. In motu:quia præcedebat magos more viatoris. Non enim mouebatur motu circulari:sed quasi motu animali & processiuo. Notãdum verò est,quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca
92. Fr.

sicut dicit Leo Papa, quòd præter illam stellæ speciem quæ corporeum incitauit obtutum, fulgẽtior veritatis radius eorũ corda perdocuit. Et hoc quidem ad illuminationem fidei pertinebat, habebat enim fidẽ de Christi humanitate. Vnde dixerũt. Vbi est qui natus est Rex Iudæorum. Et de eius diuinitate. Vnde subiunxerunt. Venimus adorare eum. Matt.2. De 2. dicitur. Matt.2. Vbi est qui natus est Rex Iudæorum. Vbi nota dum, q̃ diligẽtia inquisitionis in tribus ostẽditur: vnde Aug. O aña mea si diligẽter peteres tribus hoc signis ostenderes. Primò enim lumen peteres, ne tenebris impedireris. Secundo scientes interrogares ne quærẽs oberrares. Tertiò in nullo loco quæreres, donec dilectũ inuenires. De primo dicitur. in Psalm. Deus misereatur nostri & bñdicat nobis illuminet, &c. vt cognoscamus in terra viã tuã. Glo. Quę ducit ad cœlũ. Prouer. 4. Iusti orũ semitã quasi lux splẽdes ꝓcedit, & crescit vsq; ad pfectum diem. Glosſ. Iustorum opera luce sciẽtiæ peragũtur & æternã ducũt ad vitã, quæ est pfecta dies. Vñ magi in lumine stellæ Dñm quæsierũt, sicut de ipsis cantat ecclesia. Ibãt magi quã viderãt, &c. Notandum verò, q̃ hoc lumen. s. gratię per peccatum amittitur. Vñ dicit. Remigius de lumine stellę, q̃ stellæ gratiã Dei, Herodes diabolũ signiſicat. Qui autẽ p peccatũ diabolo subditur, mox gratiã perdit. A quo si per pœnitentiã recesserit, mox gratiã inuenit, quæ nõ dimittit donec pducat ad domum pueri. i. ecclesiã. De secundo dicitur. Hiere. 6. State sup vias vestras & videte & interrogate de semitis antiquis, quæ sit bona via, & ambulate in ea, & inuenietis requiem aïabus vestris. Vñ etiam magi venerunt Hierusalem quærentes & dicentes vbi est qui natus est Rex Iudæorum. Aug. Annuntiant & interrogãt, credunt & quærũt significantes eos qui ambulãt per fidẽ & desiderant speciem. Sed sciẽdum, q̃ heu multi Doctores sunt similes Iudæis, qui magis demonstrato fonte vitæ mortui sunt siccitate: vt dicit Aug. Quos etiam fabris archæ Noë similes esse dicit, qui alijs vt emanerent prælliterant, & ipsi diluuio perierunt. Similes lapidibus miliarijs, qui viam alijs ostenderunt, nec ipsi ambulare potuerunt. De tertio dicitur. Canticor. 4. In lectulo meo quæsiui per noctem, &c. Vbi dicit Grego. Dilectum in secto quærimus, quando in præsentis vitæ requie aliquantula, in redẽptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem quærimus, quia & si iam mens in ipso vigilat, tamen adhuc oculus caligat. Sed qui dilectum suum non inuenit, restat vt surgat, circueat ciuitatẽ, idest, sanctam ecclesiam electorum, mẽte & inquisitione pereurrat, per vicum eũ & plateas quærat, id est, per angusta & lata gradientes aspiciat: vt si qua in eius vestigia inuenire valeat exquirat. Quia sunt nõ nulli etiam vitæ sæcularis, qui imitandum habent aliquid de actiõe virtutis. Vnde etiã magi nõ quieuerunt donec dilectum, id est, Christum inuenerunt, cuius signum fuit, q̃ tã longum spatium in tã modico tẽpore trãsierunt. Notandum verò, q̃ feruẽs desiderium diuini amoris nõ sinit animã quiescere, donec dilectum inueniat. Quia verò desiderium si compleatur delectat animam: vt dicitur. Prouer. g. Ideò quato desiderium fuerit feruentius, tãto delectabilius dilectus inuenitur. Vñ magi qui feruẽtissimo desiderio, Christum quærebãt, ipsum delectabilissimè inueniebãt. Vnde Mat. 2. Videntes magi stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Vbi dicit. Glosſ. Ber. q̃ gaudio gaudet qui propter Deum, qui est verum gaudium. Addit & magno quo nihil est maius & valde gauisi, quia de magno potest alius plus, alius minus gaudere. De quarta. Mat. 2. Et procidentes adorauerunt eum. Vnde Aug. O infantia cui & astra subduntur, cuius est iste magnitudinis & supernæ gloriæ ad cuius pãnos & angeli excubant, & Reges trepidãt, & sectatores sapientiæ ingeniculant. Quis est hic talis & tantus, stupeo cũ video pannos & intueor cœlum, æstuo cũ inspicio in præsepẽ mẽdicum & supra astra prẽclarum, subueniat nobis fides, quia ratio naturæ deficit. Sequitur. Et apertis thesauris suis, prætiosa munera obtulerũt aurum, &c. Vbi notãdum, q̃ per aurum intelligitur cœlestis sapiẽtia. Tren. 4. Filij Syon inclyti & amicti auro primo. Glo. Ornati cœlesti sapiẽtia. Quomodò. Glo. Quòd miserabilis mutatio, reputati sunt in vasa testea. Glosſ. relictis cœlestibus terrenã curantes. Ber. Inuenisti planè sapientiam si prioris vitæ peccata defleas, si huius sæculi desiderabilia paruipẽdas, si æternã vitam toto desiderio concupiscas. Inuenisti sapientiam, si tibi horum singula sapiunt prout sunt, & hæc quidem amara & omninò fugiẽda. Ista quóque velut caduca & trãsitoria contẽnenda, illa verò vt perfecta bona totis desiderijs appetenda, intimo quodam animi sapore dijudices & discernas. Per th^r significatur deuota oratio. Vñ in Psal. Dirigatur oratio mea, sicut incensum, &c. Glosſ. Igne charitatis succensum. Ber. Oratio quantò efficacior est, calidius ab aduersario impediri solet. Periculum est si fuerit timida, tepida: vel temeraria. Timida liquidem oratio cœlum nõ penetrat, quia restringit animum timor immoderatus: vt nec procedere queat. Tepida verò in ascensu languescit, eo quòd nõ habeat vigorem. Temeraria verò ascendit, sed resilit. Resistitur enim ei. Nec tamen non obtinet gratiam, sed & meretur offensam. Quæ verò fidelis & humilis & feruens oratio fuerit, cœlum sine dubio penetrabit. Vnde certum est, quòd vacua redire non potest. Per mirrã, signiſicatur carnis castigatio. Cãtic. 3. Manus tuæ distillauerunt mirrã, & digiti tui pleni mirra probatissima. Greg. Per manus operatiões virtuosæ, per digitos discretio significatur. Manus ergo distillant mirram, quando caro virtuosis operibus castigatur, sed digiti dicũtur pleni mirra probatissima, quia castigatio bene probata est, quæ fit cum discretione. De his tribus dicit Grego. Nota Regi aurum offerimus, si in conspectu illius claritate diuinæ sapiẽtiæ resplendeamus. Thus offerimus, si cogitationes carnis per sanctã orationis studia in ara cordis accendimus: vt suaue aliquid Deo per cœlestæ desiderium redoleamus. Mirram offerimus, ũ carnis vitia per abstinentiam mortificamus. Per mirram námque agitur, ne caro mortua putrefiat. secundum Glosſ. Aurum ad tributum, thus ad sacrificium, mirra ad sepulturam pertinet mortuorum, & per hæc tria in Christo intiantur regia potestas, diuina maiestas, humana mortalitas.

De oblatione Christi. Artic. VIII.

SExtò videamus de Christi oblatione in templo de qua dicitur. Luc. 2. Postquàm impleti sunt dies purgationis Mariæ, &c. Ad cuius euidentiam, sciendum, quòd Christus sub lege voluit fieri: vt eos qui sub lege erant redimeret. Ad Galat. 4. Augusſ. de prole nata duplex præceptum in lege traditur: vnum quidem generale quantùm ad omnes: vt scilicet completis diebus purgationis matris offerretur sacrificium pro filio, siue pro filia: vt habetur. Leuitic. 12. Et hoc sacrificium quidem erat ad expirationem peccati, in quo proles concepta erat & nata, & etiam ad consecrationem quandam ipsius, quia tunc præsentabatur in tẽplo, & ideò aliquid offerebatur in holocaustum, & aliquid pro peccato. Aliud erat speciale præceptum in lege de primogenitis, tã in hominibus, quã iumentis. Sibi enim deputauerat Dñs omne primogenitum, Israël, pro eo, q̃ per liberationem, Israël percusserat primogenita Aegypti ab homine vsq; ad pecus, primogenitis Israël reseruatis, & hoc mandatũ ponitur. Exo. 13. Quia ergo Christus ex mulière natus erat primogenitus, & voluit fieri sub lege. Hæc Euangelista Lucas circa eũ obseruata fuisse ostẽdit. Primò quidẽ id, quod pertinet ad primogenitos cum dicit. Tulerunt eum in Hierusalẽ: vt sisterent eũ Domino. Secundò id, quod pertinet ad omnes cũ dicit, & vt darent hostiam pro eo secundum, quod dictum est in lege Dñi, par turturũ, aut duos pullos colũbarũ. Notandum verò, q̃ vt dicit Anastas. sicut Christus nõ gratia sui factus est homo & circũcisus in carne, sed vt faceret nos per gratiam Deos, & vt specialiter circũcidamur, sic & propter nos sistitur Deo: vt discamus præsentare nos ipsos. Ad hoc quatuor sunt necessaria, quæ circa oblationem Christi mystícè delignantur, scilicet mentis puritas, cordis humilitas, animi tranquillitas, bonorum operum fœcunditas. Primum designatur per oblationis tempus, quod cõpletis diebus purgationis, per quod mysticè innuitur, q̃ Deo offerri non possumus, nisi purgati prius ab omni immunditia mentis & corporis. Ecclesiast. 23. Oculi Domini multò magis lucent super solem, & ad iniquitatem respicere nõ possunt. Matth. 18. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, &c. vbi dicit Beda. Nisi talem habuerit innocentiam & animi puritatem, sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Apoc. 21. Nihil coinquinatum intrabit in eã, duo autem sunt in nobis purganda: vt dicit Ber. Intellectus: vt noverit, affectus: vt velit. Secundum designatur propter hoc, quòd secundum legem voluit offerri, qui huic legi subiectus erat, quia nõ ex virili semine, sed mystico spiramine verbum Dei factum est caro. Vnde in signum humilitatis voluit sic offerri: vt doceret per humilitatis meritum, nos dignos fieri diuino conspectui. Iob 18. Omne pretiosum vidit oculus meus. Glosſ. 1. animam de se abiectam sapientiæ suæ & gratiæ illustratione respexit, quia tantò quis ante oculos Dei pretiosior, quãtò ante oculos sui fuit despectior. 1. Reg. 15. Nõne cum paruulus eſſes in oculis tuis, &c. Tertiò designatur per hoc, quòd in Hierusalem oblatus fuit, quæ interpretatur pacifica, siue visio pacis. ad Heb. 12. Pacem sequimini in omnibus, & sanctimoniam, sine qua Deum nemo videbit. Aug. Est autem serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis, nec poterit ad hæreditatem Domini peruenire, qui testimonium pacis noluerit obseruare, nec potest concordiam habere cum Christo, qui dilcors voluerit esse cum Christiano. Isai. vlti. Erit sabbatum ex sabbato. Glo. Quia ille quiescet in futuro, qui hic quieseit ab opere. Quartum designatur, per hoc, hoc est oblatus cum muneribus. Exod. 23. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Glosſ. bonis operibus. Gregor. Non erit vacua manus à munere, si archa cordis repleta fuerit bona voluntate. Notandum verò, quòd præceptum fuit filijs Israël, tribus vicibus per singulos annos festa celebrare, scilicet Pascha, Pentecosten, & Scenophegiam, & ter in anno apparere coram Domino, quod mysterio non vacat. Vnde Glosſ. Tribus vicibus per singulos annos hoc est omni tempore præsentis vitæ, in sanctæ Trinitatis confessione per fidem, spem, & charitatem bonorum operum, obsequia Deo creatori vestro exhibebitis. Pascha enim celebranius mense nouorum, cùm per sanguinem agni immaculati ab Aegyptia seruitute liberati, per spirituales aquas de

ler aquas de veteri homine in nouum transimus, non in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus quo in terram promissionis per gratiã Christi peruenimus. Solennitatẽ verò mensis primitiuorum celebramus, cũ operum nostrorũ voluntatem: & sermonũ primitias domino consecramus. Solennitatẽ verò in exitu anni celebramus, quã do congregatis frugibus, id est, virtutũ fructibus ad finem vitæ & introitũ regni cœlestis peruenire cõtendimus in tabernaculis septẽ diebus cõmorantes: quia per omne tempus vitæ præsentis peregrinos nos esse cognoscimus. nec hic sed in futuro requisimus sedulè curantes ne in conspectu domini vacui appareamus.

De Baptismo Christi. Artic. IX.

SEptimò videndum est de Christi baptismo de qua dicitur Mat. 3. Venit Iesus à Galilęa in Iordanẽ ad Ioannẽ vbi baptizaretur ab eo. vbi tria per ordinẽ describuntur. videlicet persona, loca, & officium. vnde dicit Remig. personæ ponũtur cùm dicitur. venit Iesus ad Ioannẽ, dominus ad seruum, Rex ad militẽ, lux ad lucernã: loca designãtur, cùm dicitur à Galilęa ad Iordanẽ. Galilæa enim interpretatur trans migratio. Quicũq; ergo vult baptizari transmigret à vitijs ad virtutes & veniens ad baptismũ se humiliet Iordanis interpretatur descensus. Aug. Multa mirabilia in hoc flumine esse fata scriptura sacra cõmemorat. Vnde Psalm. dicit. Iordanis conuersus est retrorsum. ante quidẽ retrorsum aquæ conuersæ fuerãt: modò peccata retrorsum cõuersa sunt: sicut enim Helias in Iordane fecit diuisionẽ aquarũ: ita Christus in eodem Iordane fecit separationem: & operatus est peccatorũ remissionẽ. Remi. officium designatur eũ dicitur vt baptizaretur ab eo: vt dicit Chryso. Nõ vt ipse reciperet peccatorũ remissionẽ per baptismum: sed vt sanctificatas relinqueret aquas postmodũ baptizandis. Secũdò vt idem dicit. nam quãuis ipse nõ erat peccator, naturã tamen accepit peccatricẽ: propterea & si per se baptismate nõ ægebat, tamen in alijs carnalis natura opus habebat. Tertiò: vt dicit Aug. quia voluit facere, quod omnibus facere imperabat: vt bonus magister doctrinam suam non tam verbis insinuaret, quam actibus exerceret: & hoc est quod dicit Matth. 4. Sic nos decet adimplere omnem iustitiam. Vnde dicebat Ambros. Hæc est iustitia: vt quod iubes alterũ facere, ipse prius inciplas: vt tuo alios horteris exemplo. Sunt autẽ tria cõsideranda circa baptismũ Christi diuinitus ostensa. videlicet cœlorũ apertio: spiritussancti apparitio: paternæ vocis insinuatio. Primũ ibi. Ecce aperti sunt cœli. Hiero. Nõ reseratione elemẽtorũ, sed spiritualibus oculis: sicut & Eze. in principio sui voluminis. Cœlos apertos cõmemorat: & hoc probat Chrysost. super Matth. dicẽs, q̃ si ipsa creatura. s. cœlorũ rupta fuisset, nõ dixisset: aperti sunt ei cœli: quia quod corporaliter aperitur. omnibus apertũ est. Secundum ibi. Et vidit spiritum Dei, &c. Vbi dicit Aug. Sicut nõ oportebat vt filius Dei hominem falleret, sic etiã nõ oportebat vt falleret spiritussanctus: sed omnipotenti Deo, qui vniuersam creaturã fabricauit ex nihilo, nõ erat difficile verũ corpus colũbæ sine aliarũ columbarum mysterio figurare: sicut nõ fuit ei difficile verũ corpus in vtero virginis Marię sine virili semine fabricare. Ex his patet hanc columbã verum animal fuisse: quæ tamen nõ in vnitate personæ spiritussancti assumpta fuit: & quæ postmodũ esse desijt: sicut flamma quæ aperuit in rubo: vt dicit Aug. Ideo autẽ spiritussanctus speciem columbæ accepit: vt dicit Chrysost. Quoniam prę alijs animalibus cultrix est charitas. omnes autẽ species iustitiæ quas habent serui. Dei in veritate: possunt habere filij diaboli in simulatione: solam autẽ charitatẽ spiritussancti, nõ potest immundus spiritus imitari: ideò habet priuatam speciem columbæ sibi seruauit spiritussanctus: quia per nullius testimonium sic cognoscitur, vbi est spiritussanctus, sicut per gratiam charitatis. Tertium ibi. Hic est filius meus dilectus, &c. Augu. Non autẽ vt ante per Moysen & Prophetas: nec typos aut figuras venturum in carne pater filium docuit: sed palam venisse monstrauit dicens. Hic est filius meus dilectus, &c. Notandum, verò q̃ pater nõ demõstratur in voce, nisi sicut actor vocis: vel loquens per vocẽ: & quia patri proprium est producere verbũ quod est dicere velloqui, ideò conuenientissimè pater per vocẽ manifestatus est quæ significat verbũ. vnde & ipsa vox à patre emissa, filiationẽ verbi protestatur: & sicut species columbæ in qua demonstratus est spiritussanctus, nõ est natura spiritussancti: nec species hominis: in qua demonstratus est filius, est natura Dei: ita etiam & ipsa vox nõ pertinet ad naturã verbi vel patris loquentis. Vnde Iob. 5. Dominus dicit neque vocẽ eius vnquam audistis: neq; speciem eius vidistis. Mysticè per hæc tria significatur, q̃ omnibus per baptismũ renatis cœlum aperitur: gratia spiritussancti infunditur: & in filios Dei adoptat. De primo dicit Remig. ideò dicitur aperti sunt ei cœli: quia omnibus renatis aperitur ianua regni cœlestis. Notandum autẽ, q̃ per passionem Christi cœlum aperitur, sicut per causam cõmunem apertionis cœlorum: oportet tamen hãc causam singulis applicari, ad hoc vt cœlum introeant: quod quidem fit per baptismũ: & ideò potiùs fit mentio de apertione cœlorũ in baptismo, quàm in passione. De secundo idem dicit Remig. sicut omnibus per baptismũ renatis, ianua regni cœlestis aperitur, ita omnes in baptismate donum spiritussancti accipiunt. De tertio dicit Hilar. Ex his quæ consumabantur in Christo cognoscimus post aquæ lauacrũ de cœlestibus portis spiritumsanctũ in nos aduolare: & cœlestis nos gratiæ vnctione perfundi, & paternæ vocis adoptione filios Dei fieri.

De Ieiunio Christi. Artic. X.

OCtauò videamus de ieiunio Christi. de quo dicitur Matth. 4. Et cũ ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Notandũ verò, q̃ Christi ieiunium fuit salutare & exemplare: salutare quidẽ, quia pro nobis ieiunauit: vt nos epulis æternis satiaremur. Vnde notãdum, q̃ ieiunium assumitur principaliter ad tria. Primò quidẽ ad carnis cõcupiscentias cõprimendas. Vnde Hiero. Sine Cerere & Bacho, Venus frigescit. i. per abstinẽtiam cibi & potus luxuria tepescit: secũdò vt mens hominis eleuetur ad superna. vnde dicitur Dan. 10. q̃ post ieiunũ trium hebdomadarũ reuelationem accepit à Deo. Tertiò ad satisfaciendũ pro peccatis. Vnde Iohelis 2. Cõuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio, &c. Ber. Bonum & salutare ieiuniũ, quo redimũtur æterna supplicia: dimittunt peccata. Nõ solũ autẽ obtinet veniã: sed & meretur gratiã. Non solũ delet peccata ꝑterita quę cõmisim^s: sed & repellit futura quę cõmittere poteramus. Christ^s verò primo modo nõ ieiunauit: qa cõtradictiões in semetipso nõ tolerabat: vt dicit Greg. Nec etiã secũdo modo, quia nõ indiguit per ieiuniũ eleuari: quia fuit verus cõprehensor: sed tertiomodo ieiunauit: vt pro peccato satisfaceret nõ quidem pro suo: qa peccatũ nõ fecit. vt dicitur. 1. Petr. 2. sed pro nostro. vnde & esuries post ieiuniũ significat desideriũ nostræ salutis: vt dicit gl. super Mat. Fuit etiã ieiunium Christi exemplare. vnde Chryso. Vt autẽ discas quàm bonũ, quàm magnum est ieiunium: & qualiter est scutũ aduersus diabolũ: & quo nam modo post baptismũ non lasciuiet: sed ieiunio intẽdere oportet, ipse ieiunauit nõ eo indigens: sed nos instruens. Ber. Deniq; tantò deuotius imitandũ est nobis Christi ieiunãtis exemplũ, quãtò certius est eum propter nos ieiunasse: nõ propter seipsum. Debemus autẽ hoc exemplũ imitari secundum possibilitatẽ nostrã. Vnde Grego. Nazianzenus dicit. Quadraginta diebus Christus ieiunauit nihil manducãs. Erat enim Deus: nos autem ieiuniũ possibilitati nostræ proportionemus. Sciendũ verò est, q̃ per ieiuniũ sic viria carnis sunt refrenãda. q̃ tamen naturæ necessitas nõ subtrahatur. Ad cuius euidentiã est sciendũ, q̃ necessitas nõ quidem subtrahatur. Ad cuius euidentiã est sciendũ, q̃ necessitas accipitur dupliciter. Primo modo ad cõseruationẽ vitæ. & tale necessarium per ieiunium subtrahere nõ licet: sicut nec interimere seipsum: sed hoc necessariũ est valde modicũ: quia modico natura cõtenta est. Alio modo dicitur necessariũ ad conseruãdam valitudinem corporis. quæ quidẽ accipitur in duplici statu. primò scũdum sufficientiã habito respectu ad ea quæ incumbũt ex officio ex societate eorũ cũ quibus viuit: ad quę cõuincitur necessariò agẽda. & tale necessariũ etiam subtrahi nõ debet. Hoc emẽ esset de rapina hostiã offerre ieiunij, si aliquis impediretur propter ieiuniũ ab aliquibus operibus: ad quæ obligatur. Vnde Hiero. dicit. Qui de rapina holocaustũ offert: vel qui ciborũ ægestate vel mãducandi: vel somni penuria immoderatè corpus affligit: si etiã sit tanta abstinẽtia, q̃ homo ab operibus vtilioribus impediatur. quãuis ad ea nõ ex necessitate teneatur, indirectũ est ieiuniũ: & si nõ sit illicitũ. Idem rationalis homo dignitatẽ amittit, qui ieiuniũ charitati: vel vigilias sensus integritati præfert. Secũdo modo accipitur valitudo corporis: secũdum optimã corporis dispositionẽ. & quia caro in suo robore consistens difficiliùs spiritui subditur: ideò ad necessariam valitudinem sic acceptam etiam si licitè accipi potest, tamen laudabiliter subtrahi potest: & talis subtractio non multum mortem accelerat: cũ corpus humanum inueniatur frequẽtius ex superfluitate, quàm ex defectu mortales incurrere ægritudines. Vnde Galenus dicit, quòd summa medicina est abstinentia. Notandũ tamen super illud Matthæi 9. Non possunt filij sponsi quandiu cùm eis est sponsus ieiunare, quòd ieiunium duplex est: vt dicit Augustinus, scilicet Ieiunium luctus: quod cum amaritudine peccatorum & præsentis vitæ miseria geritur. Aliud est ieiunium exultationis, quod cum spirituali iocunditate à carnalibus vitijs & desiderijs se abstrahit: quia gustato spiritu, desipit omnis caro. In istis ergo semper habitu sponsus præsens est: sed non semper actu: imò quandóque eis præsens est: vt iudex cùm sua peccata recogitant: vel quæ fecerunt: vel in quę cadere possunt: nisi carnem cohibeant. & tunc cõpetit eis ieiunium mœroris. Aliquãdo est eis præsens actu: vt sponsus quando eius dulcedine perfunduntur: & tunc cõpetit eis ieiunium exultationis nõ mœroris.

De Christi tentatione. Artic. XI.

NOnò videmus de Christi tentatione: & quare tentari voluit: de qua dicitur Matthæi quarto. Ductus est in desertum à spiritu Iesus vt tentaretur à diabolo: vt dicit Gregorius. Tribus modis agitur tentatio, suggestione: delectatione: consensu: & nos cùm tentamur plerúmque in delectationem: aut etiam in consensum labimur: quia de carnis peccato propagati in nobis metipsis ge-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimus: vnde certamina toleramus. Deus verò qui in vtero virginis incarnatus venit in hunc mũdum sine peccato, nihil cõtradictionis in semetipso tolerabat, tentari ergo potuit per suggestionẽ, sed mẽtem eius peccati delectatio nõ momordit, atq; ideò omnis diabolica tẽtatio foris nõ intus fuit. Notandum verò, quòd Christus tẽtari voluit, primò quidem: vt nobis contra tentationes exempla ferret. Grego. Nõ est indiguum redẽptori, quòd voluit tentari, qui venerat occidi: vt tẽtationes nostras suis tẽtatiõibus vinceret, sicut mortem nostram sua morte venerat superare. Omnia enim quæ Christus in mysterio assumptæ humanitatis: vel fecit vel sustinuit, nobis salutaria fuerunt, per eius enim tentationem & alia quæ sustinuit roboramur. ad Hebr. 12. Recogitate Dominum Iesum qualem sustinuit aduersus semetipsum contradictionem: vt non fatigemini animis vestris deficientes. Maxi. Si nolumus à diabolo superari, in hæreamus ei qui contra diabolum triumphauit. Magna ergo consolatio membris ex capite. Ber. In creatione in redemptione cęterisque omnibus beneficijs est & Deus omnium, sed in tentationibus suis tanquã proprium aliquid habent eum singuli electorum, sic enim paratus est cadentem susc̃ipere, & eripere fugientem: vt videri possit relictis ceteris ei soli operam dare. Propterea expedit omni animæ Deum semper intendere tanquàm proprium, non tãtum adiutorem, sed etiam inspectorem. Vnde legitur de beato Antonio, quòd cùm semel à dęmonibus in varias formas mutatis laceratus fuisset, subitò quidam radius lucis dæmones effugauit, statímque sanatus, & Christum præsentem intelligẽs, dixit. Vbi eras bone Iesu, & vox ad eum. Antoni, hic eram, sed expectabam certamen tuum. Secundò tentari voluit propter nostram cautelam: vt nullus quantuncúnque sanctus, à diaboli tentatione securus sit. Ioan. 13. Non est seruus maior suo Dño. Leo Papa. Nemo de cordis sui puritate cõfidat, cùm ille peruigil hostis acrioribus pulset insidijs, quos maximè viderit abstinere à peccatis. A quo cũ dolos suos timeat abstrahere, qui ipsum Dominum maiestatis ausus est tentare. Vnde post baptismum Christum tentauit, quia vt dicit Hilar. super Matth. In sanctificatis maximè tentamenta diaboli grassantur, quia vt victoria magis est ei exoptanda à sanctis. Eccleſiastic. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore. Tertiò propter exẽplum: vt dicit Aug. quòd Christus se diabolo tentandum præbuit: vt ad superandas tentationes eius mediator esset, non solùm per adiutorium: verũ etiam per exemplum. Dedit autem nobis exemplum non solùm pugnæ, sed etiam coronæ. vnde super illud. Matth. 4. Accesserunt angeli & ministrabant ei. dicit Glosſ. Sicut in hoc agone militia nostra piè instruitur, ita in obsequio angelorum gloriosa remuneratio edocetur. Vnde etiam Ber. Ipse Dominus hortatur vt pugnemus, adiuuat: vt vincamus, certantes expectat, deficientes subleuat: vincentes coronat. Sequitur de modo & ordine tentandi, & accedens tentator, dicit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant: vbi dicit Gregor. Antiquus hostis primum hominem gulæ vitio tentauit, cum ligni cibum vetitum ostẽdit, atque ad comedendum suasit. Vana gloria, cùm diceret, eritis sicut dij, auaritia, cùm diceret, scientes bonum & malum. Auaritia enim non solùm pecunię est, sed etiam altitudinis, cùm supra modum sublimitas ambitur, eisdem modis secundum hominem tentauit, primò per gula. vnde dixit. Si filius Dei es, &c. Hilar. Eam conditionem in tentãdo proposuit, per quam in Deo ex mutatione lapidis in panes virtutem potestatis agnoscat, & in homine oblectando cibi patiẽtiam esurientis illudat. Huic autem tentationi sic resistit dices. Scriptum est, non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei: vbi dicit. Glosſ. Inferior pars hominis pane sustentatur, altera verò verbo Dei reficitur, quia verò agis de inferiori parte, patet, quòd tentator sis. Secundò tentauit eum per vanam gloriam: vt dicitur. Matth. 4. vnde sequitur. Tunc assumpsit eum diabolus, &c. Et posteà sequitur. Si filius Dei es, mitte te deorsum, &c. Hæc tentatio fuit vanæ gloriæ secundum Glosſ. cui sic resistit, nõ tentabis Dominum Deum tuum. vbi dicit. Glosſ. Non debet tentare Deum, quãdo habet ex humana ratione quid faciat, sed postquàm deficit humana ratio, commendet se Deo, non tentando, sed deuotè confitendo. Nota etiam, quòd hic dicit. Gl. omnia hęc corporalibus sensibus esse completa, quia enim verba inuicem conferuntur in specie hominis diabolum superasse verisimile est. Tertiò tentauit eum de auaritia. vnde sequitur. Assumpsit eum in montem excelsum & ostendit ei omnia regna mundi. Glo. i. omnia concupiscibilia in mundo in quo homines regnant: vel simpliciter totus mundus eo suggerente ab eo visus est, & dixit, hæc omnia tibi dabo, si prodidens adoraueris me, quia auaritia idolorum seruitus. sicut dicitur ad Ephesios quinto. Huic autem tẽtationi sic resistit. Vade Sathanas. Cur indignãter sic respõdit: quia dicit Chryso. q̃ in proprijs iniurijs quępiã esse patientem laudabile est: Dei autẽ iniurias simulare, nimis impium est. Notandum verò quid mysticè Christi tẽtatio significet. Vnde Chryso. sic dicit. Ieiunium est abstinentia rei malæ, esuries est desiderium, cius vsus est panis. Qui ergo sibi peccatum cnouertit in vsum, lapidem cõuertit in panẽ, respõdeat ergo diabolo q̃suadẽti, qa nõ in solo pane.i. vsu illius rei viuit hõ, sed in obseruantia mãdatorum Dei. Cũ ergo quis inflatus fuerit quasi sanctus, ductus est quasi supra tẽplum, & quando æstimauerit consistere in sanctimonij summitate, positus est super pinnam templi, & hæc tentatio sequitur primam, quoniam victoria tentationis gloriam operatur, & sic causa iactantiæ, sed Christus vterò ieiunium suscepit, super templum autem eum diabolus duxit: vt tu ad abstinentiam laudabilem sponte proceedas, extolli autem fastidium sanctitatis non acquiescas. Fuge exaltationem cordis, & non patieris ruinam. Ascensio autem montis est processio ad altitudinem diuitiarum, & gloriam huius mundi quæ de superbis cordibus descendit. Cùm ergo volueris diues fieri, quod ostendens incipis cogitare de diuitijs & honoribus acquirendis, & tunc princeps mundi gloriam ostendit regni sui. Tertio loco præuidet tibi causas: vt si volueris illa consequi, seruias ei & negligas iustitiam.

De triplici tentatione, scilicet Dei hominis, & diaboli.
Artic. XII.

GLoſſ. super Psal. secũdum dicit, q̃ tentat Dominus, tẽtat homo, tẽtat diabolus, sed aliter Dñs, aliter homo, aliter diabolus. tẽtat Dominus vt eruditat, homo vt discat, qđ nescit, diabolus vt seducat. De tẽtatione Dei, dicitur ibidem in Psal. Proba me Dñe, & tẽta me. Glosſ. Iudica me probatum nõ tibi, quia omnia probasti, sed mihi & hominibus ne quid delicti maneat, tẽtatio ergo Dei probatio est, sicut tẽtauit Deus Abraam Genes. 23. Quod autẽ dicitur. Matth. 6. Ne nos inducas in tentationẽ, intelligendum est ne nos permittas vinci à tentatione. Gl. In tẽtatione ducitur, qui in tẽtatione frãgitur, non ergo precatur: vt nõ tẽtetur, quia tẽtatio necessaria est ad coronam, tanquã si cuíq; necesse est igne probari, nõ precatur vt nõ cõtingatur, sed vt nõ exuratur: vt dicit. Glosſ. Aug. De tẽtationibus hominis, sciendum est, q̃ tentare est experimentum sumere de eo qui tẽtatur, sicut Sanson proposuit problema Philisteis ad tentandũ eos. Iudic. 4. Siquis autem hominum explorat voluntatem, prudentiam, & potestatem Dei, hoc est tentare Deum. quod prohibitum est. Deutero. 6. Non tentabis Dominum Deum tuum. vbi dicit. Gl. Deum tẽtat, qui habet quid faciat ac sine ratione se cõmittit periculo, experiri volẽs vtrum posit liberari à Deo. Quando verò propter necessitatem: vel vtilitatem committit se aliquis diuino auxilio & suis petitionibus & factis, hoc non est tentare Deum. Dicitur enim. 2. Paralipomen. 2. Cùm ignoramus quid agere debeamus, hoc solùm habemus residui: vt oculos nostros ad te dirigamus. Ad euidẽtiam autem illius, quod dicitur in Psalm. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus, & illius, quod dicitur. Roma. 12. Vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. Sciẽdum, q̃ duplex est cognitio diuinæ voluntatis, seu bonitatis. Vna quidem est speculatiua, & quantũ ad hãc non licet dubitare, nec probare vtrum voluntas bona sit: vel vtrum Deus sit suauis. Alia autem est diuinæ bonitatis seu volũtatis cognitio affectiua, seu experimentalis, dum quis experitur in seipsum gustum diuinæ dulcedinis & complacentiam diuinæ voluntatis, sicut de Ierotheo dicit Dio. a. c. de di. no. quòd dicit diuina ex compassione ad ipsa, & hoc mouet: vt probemus Dei volũtatem, & gustus eius suauitatem. Notandum etiam, quòd dupliciter petit aliquis signum à Deo. Vno modo ad explorandum diuinam potestatem, aut veritatem dicti eius, & hoc de se pertinet ad Dei tentationem. Alio modo vt instruatur quid sit circa aliquid faciendum, aut quod factum beneplacitum est Deo, & hoc nullo modo pertinet ad Dei tentationẽ. De tẽtatione autem diaboli supradictum est, huiusmodi autem diabolicæ tentationis rationes: videlicet quare permittit Deus hominem tentari, tangit Chrysosto. dicens. Quisquis post baptisma maiores sustines tentationes, non turberis, etenim propterea hoc accepisti arma, non vt vaces, sed vt prælieris, ideò autem à te tentationes non prohibet Deus. Primò quidem vt discas, quomodò fortior factus es. Secundò vt ex magnitudine donorum non extollaris. Tertiò vt diabolus cognoscat, quòd perfectè ab eo absecesisti. Quartò vt per hoc fortior reddaris. Quintò vt crediti tibi thesauri signum accipias, neque enim diabolus superueniret tibi ad tentandum, nisi te in maiore effectu videret.

De Christi conuersatione. Artic. XIII.

DEcimò videamus de Christi conuersatione. de qua dicitur. Baruch 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus. Notandum, quòd Christi conuersatio fuit perfectissimum exemplar nostræ conuersationis. vnde in persona eius dicitur. Ioannis decimoquarto. Ego sum via, veritas, & vita, reuera ipse est illa regia via. de qua dicitur. Numer. vigesimoprimo. Via regia gradiemur, & bene dicit quædam. Glosſ. super. Qui habitat, quòd via regia est via Christi Regis nostri, qui sic viam mundi cucurrit: vt nec prosperis alliceretur, nec aduersis frangeretur, quam etiam nos imitari debemus. Beda. Sequamur iter humanæ cõuersationis eius, si diuinitatis gloriam volumus intueri, & habitare in domo eius æterna omnibus diebus vitæ nostrę, Notandum verò, quòd Christus cẽuersatus fuit

uersatus fuit secundum legem. Primò quidem vt veterem approbaret. Secũdò vt eam in seipso obseruando consummaret. Tertiò vt iudæis occasionẽ calumniandi subtraheret. Quartò vt homines à seruiture legis liberaret, secũdum illud Galat. 4. Misit Deus filiũ suum natũ ex muliere factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. A transgressione autẽ legis tripliciter se excusat. primò quidem modo: quia per præceptũ quidem de sanctificatione sabbati nõ interdicitur opus diuinũ: sed humanum, quamuis Deus in die septima cessauerit à nouis creaturis cõdendis: semper tamen operatur in rerum gubernatione & conseruatione. Quòd autẽ Christus miracula faciebat erat operis diuini. vt ipse dicit Io. 5. Pater meus vsq; modò operatur. & ego operor. Secũdò excusat per hoc, q̃ illo præcepto nõ prohibentur opera de necessitate salutis corporalis. Vnde ipse dicit Luc. 7. Nonne vnusquisq; vestrũ soluit bouẽ: aut asinum & ducit ad aquare? Et infrà. c. 14. Cuius vestrũ bos aut asinus in puteum cadit & nõ continuò extrahit illum die sabbati? Manifestũ est autẽ, q̃ opera miraculorum quę Christus faciebat, ad saluté corporis & animæ pertinebant. Tertiò, quia illo præcepto nõ prohibentur pertinentia ad Dei cultũ. Vnde dicitur Mat. 12. An nõ legistis in lege, q̃ sabbatũ sancti violant & sine crimine sunt? & Ioan. 7. dicitur. Si circumcisionem homo accipit in sabbato: vt nõ soluatur lex Moysi, cur mihi indignamini: quia totum hominẽ saluum feci in sabbato? Quòd autẽ mãdauit paralytico in sabbato lectũ suum portare ad cultum Dei pertinebat. i. ad laudẽ diuinæ virtutis. Notandum q̃ Christus habuit refugia: vt dicit Remi. nauim: montẽ: & desertum, ad quorũ alterũ quotiescúnq; à turbis premebatur, descendebat: & hoc legitur ipsum fecisse propter tria: quandóq; propter corporalem quietem. Vnde Mat. 6. dicitur q̃ dominus discipulis dixit. Venite seorsum in desertũ locum, & quiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibãt multi: & nec spatium mãducandi habebant. Quandóq; verò causa oratiõis. Vnde Luc. 6 Factũ est in illis diebus, exijt orare in montẽ: & erat pernoctans in oratione vbi dicit Ambro. q̃ ad præcepta virtutũ suo nos informat exemplo. Quãdóq; vt doceat fauorẽ vitare. vnde super illud Mat. 5. Videns Iesus turbas, ascendit in mõtẽ. dicit Chryso. q̃ per hoc q̃ nõ in ciuitate à foro: sed in mõte & solitudine sedit, eruditi nos nihil ad ostẽtationẽ facere à tumultib⁹ absc̃ondere: & maximè cũ de necessarijs disputare oporteat.

De doctrina Christi. Artic. XIIII.

VNdecimò videamus de doctrina Christi. de qua dicitur. Matth. 22. Magister scimus quia verax es, & viã Dei in veritate doces. Sciendum verò q̃ Christus veritatẽ doctrinæ cõfirmauit. Tum vitę sanctitate. Tum miraculorum sublimitate Vitę sanctitate: quia cœpit facere & docere. vt dicitur Act. 1. Miraculorum sublimitate. Io. 4. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Notandũ insuper, q̃ Christus multa docuit in parabolis. vt dicitur Mat. 13. Quod quidẽ conueniens fuit. Tum quia cõnaturale est homini, vt per sensibilia deueniat in cognitionẽ intelligibiliũ. vt dicit Diony. 1. c. cœle. hierar. Nam impossibile est nobis aliter lucere diuinũ radium, nisi varietate sacrorũ velaminum anagogicè circũuelatũ, id est, inclusum diuersis figuris scripturæ ipsum repræsentãtibus. Tum etiã propter simplicitatẽ quorundam audientium: vt qui cœlestia capere nõ poterant: per similitudinẽ terrenã audita percipere potuissent. vt dicit Glo. Mat. 4. Et subauditur ibi in Glo. q̃ parabola græcè, similitudo dicitur latinè: quãdo quid intelligi volumus per quas cõparationes indicamus: vt ferreum dicitur ad aliquod durũ: & rem velocẽ ventis cõparamus. Est enim parabola: vt dicit Hiero. rerum natura discrepantium sub aliqua similitudine facta cõparatio. Tum etiam vt indignis diuina mysteria occultarentur. vnde Luc. 3. Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei. Glo. Secreta scripturarum. Et infrà. Cæteris autẽ parabolis, vt videntes non videant. Matthæ. 7. Nolite sanctum dare canibus: neq; mittite margaritas vestras ante porcos. Glo. Eadem res dicitur sanctum & margarita, id est, euangelium & ecclesiastica sacramenta: sanctum, quia inuiolabile: nec debet ab aliquo corrumpi. Margarita, quia in abscondito latet. de figuris quasi de aperris conchis eruitur: gemma est pretiosa quæ nõ potest corrumpi. Canes verò sunt quia oblatrant: & quod integrum est dilacerant: porci qui vilipendunt & conculcant. Notandum verò q̃ sicut Dionysius secundo cap. cœlest. hierar. magis conueniens est, q̃ diuina in scripturis tradantur sub metaphora rerum corporalium vilium, quàm nobilium: & hoc propter tria. primò quia perhoc liberatur magis humanus sensus ab errore. Manifestum autem est quòd hæc non secundum proprietatem dicuntur de diuinis: quod posset esse dubium, si sub figuris nobilissimorum corporalium describerentur. diuina. maximè apud illos qui nihil aliud corporibus nobilibus excogitare nouerunt. Secundo, quia hic modus est conuenientior cognitiõi quã de Deo habemus in hac vita. Magis enim manifestat nobis de ipso quid nõ est, quã quid est: & ideò similitudines corũ quæ magis elongantur à Deo, veriorẽ nobis faciũt æstimationem de Deo quid sit supra illud quod de eo dicimus vel cogitamus. Tertiò, quia per huiusmodi diuina magis indignis occultantur.

De Christi miraculis. Artic. XV.

DVodecimò videamus de Christi miraculis. de quibus dicitur Ioan. 11. Hic homo multa signa facit. Vnde notandum, q̃ miraculi nomen ab admiratione sumitur. Admiratio autẽ surgit cũ effectus sunt manifesti: & causa occulta: sicut aliqs miratur dum videt eclipsim solis. & ignorat causam, vt dicit. 1. Meta. Potest tamen causa alicuius apparẽtis effectus esse alicui nota: quæ tamen alijs est incognita. vnde aliq̃d est mirũ vni, qđ nõ est mirũ alijs: sicut eclipsim solis miratur rusticus: non autẽ astrologus. Miraculum autẽ dicitur quasi admiratione plenum, quod simpliciter est omnibus causam occultat: hæc autem est Deus. vnde illa quæ à Deo fiunt, præter causas nobis notas, miracula dicuntur. Describitur autem miraculum sic. Miraculum dicitur aliquid arduum & insolitum supra facultatem naturæ, & spe admirantis proueniens. ad cuius euidentiam sciendum est q̃ arduum dicitur miraculum, nõ propter dignitatem rei in qua fit: sed quia excedit facultatẽ naturæ. Similiter insolitum dicitur: nõ quia frequenter euenit: sed quia est præter naturalem consuetudinẽ. Supra autem facultatem naturæ est aliquid tripliciter. Vno modo quantũ ad substantiam facti, sicut q̃ duo corpora sint simul: & q̃ sol retrocedit: vel q̃ corpus humanũ glorificetur: quod nullo modo natura facere potest: ista & similia tenent summũ gradum in miraculis. Secundo modo est aliquid supra facultatẽ naturæ: nõ quantùm ad id quod fit: sed quantùm ad id in quo fit: sicut resurrectio mortuorum, illuminatio cæcorũ: & similia potest natura causare vitam: sed nõ in mortuo: & potest præstare visum: sed nõ cæco: & hæc secũdum locum tenent in miraculis. Tertiò est aliquid supra facultatẽ naturæ quantùm ad modum & ordinẽ faciendi: sicut cùm aliquis subitò diuina virtute curatur à febre absq; solito & consueto cursu naturæ in talibus: & cũ aër condensatur in pluuias diuina virtute absq; naturalibus causis: sicut factum est ad preces Heliæ & Samuẽlis. & huiusmodi tenent infimũ locum in miraculis. Quodlibet autẽ istorum habet diuersos gradus: secundum q̃ diuersimodè excedunt facultatẽ naturæ. Supra spem etiã naturæ miraculum esse dicitur, nõ supra spem gratiæ quæ ex fide est. Dicũtur autem miracula virtutes, inquantũ excedunt facultatem naturę. Signa verò inquantùm manifestant aliquid supernaturale: dicuntur autem portenta vel prodigia propter excellentiam, quasi procul alicuid ostendentia. Attribuitur autẽ operatio miraculorũ fidei: secundum illud. 1. Corinth. 14. Si habuero fidem vt montes transferam: & hoc propter duo. Primò, quia ordinatur ad fidei cõfirmationẽ. Secundò: quia procedit ex Dei potẽtia: cui fides innititur: & sicut præter gratiã fidei necessaria est & gratia sermonis ad fidei instructionem: ita etiam opera miraculorũ ad fidei confirmationem. Notandum verò q̃ diuinitus conceditur homini miracula facere. Primò quidem & principaliter ad confirmandum fidem & veritatẽ quam docet. quia enim ea quę sunt fidei humanã rationem excedunt: ideò non possunt per humanam rationẽ probari: sed oportet q̃ probentur per argumentum diuinæ virtutis. Secũdò, ad ostendendam præsentiam Dei in homine per gratiam spiritussanctã. ad Galat. 3. Qui tribuit nobis spiritum & operatur virtutes in nobis. Vtrúnq; autem circa Christum erat hominibus manifestandũ, scilicet q̃ Deus esset in eo per gratiam non adoptionis, sed vnionis: & q̃ eius supernaturalis doctrina esset à Deo. ideò conuenientissimum fuit: vt miracula faceret. vnde ipse dicit Io. 5. Si mihi nõ vultis credere operib⁹ credite: & ibi est. Opera quæ dedit mihi pater vt faciã, ipsa quę fiunt testimonium perhibent de me. Facit autem Christus miracula diuina virtute. vnde ipse dicit Ioannis decimo. Pater in me manens ipse facit opera. Vnde Leo Papa dicit, quòd in Christo sunt duæ naturę, vna earum est diuina, quę fulget miraculis: & alia humana quę succumbit iniurijs: & tamen vna earum agit cõmunicatione alterius: inquantùm, scilicet natura humana est instrumẽtum diuinæ actionis: & actio humana accipit virtutẽ à natura diuina. Blasphemiam verò Iudæorum dicentium in virtute dæmonum eum dæmonia eijcere Lucæ vndecimo reprobauit. Primò quidem per hoc quòd Sathanas contra ipsum non diuiditur. Secundò, exemplo aliorum qui dæmonia eijciebant per spiritum Dei. Tertiò, quia dæmonium expellere non posset, nisi ipsum vicisset diuina virtute. Quartò, quia nulla conuenientia in operibus: nec in effectu erat sibi & Sathanæ, cùm Sathanas dispergere cuperet quos Christus colligebat. Notandum verò quòd miraculorum quædam non sunt vera: sed fantastica facta, quibus ludificatur homo: vt videatur ei aliquid quod non est: quædam sunt vera facta: sed nõ habent verè rationem miraculi: quia fiunt virtute aliquarũ naturalium causarũ. & hæc duo possunt fieri per dæmones: sed vera miracula nõ possunt fieri nisi virtute diuina. Operatur enim ea Deus ad vtilitatẽ hominũ: & hoc dupliciter: vno quidẽ modo ad veritatis prædicatæ cõfirmationẽ: & secũdum hunc modũ possunt etiã mali miracula facere. vnde super Matt. 12. Nonnè in nomine tuo, &c. dicit Hiero. Prophetare & virtutes facere, & dæmonia eijcere interdũ nõ eius est meriti qui operatur: sed inuocatio nominis Iesu Christi hæc agit, vt homines Deum hono-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rent,ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Alio modo ad demonstrandam sanctitatem alicuius:vt sic fiunt tantum à sanctis:vel in vita eorum:vel etiam post mortem,siue per eos, siue per alios.legi igitur enim. Act.12. quòd Dominus faciebat virtutes per manus Pauli,& etiam dum super languidos ferebantur eius sudaria,recedebant ab eis langores,& sic nihil prohiberet per aliquem peccatorem miracula fieri, per aliquam inuocationem alicuius sancti, quæ tamen miracula ille non dicitur facere,sed ille ad cuius sanctitatem demonstrandam hæc fierent.

De Christi transfiguratione. Artic. XVI.

TErtiodecimò videamus de Christi transfiguratione.de qua dicitur.Matth.17. Et post sex dies assumpsit Iesus Petrum Iacobum & Ioannem:vbi tria per ordinem possumus notare,scilicet lumino sam claritatem Christi transfigurati, gloriosam apparitionem Heliæ & Moysi,gaudiosum delectationem discipulorum Christi. Primum tangitur ibi,& refulsit facies eius sicut sol: vbi dicit Hiero. Qualis futurus est tempore iudicij,talis Apostolis apparuit. Ad cuius euidentiam sciendū est, quòd claritas illa fuit claritas gloriæ quantùm ad essentiam,nō tamen quantùm ad modum essendi. Claritas enim corporis glorioſi deriuatur ab animæ claritate.sicut dicit Augustin. Et similiter claritas corporis Christi deriuata est in trāsfiguratione à diuinitate eius:vt dicit Damasc. Et à gloria animæ ipsius, aliter tamen,quàm in corpore glorificato.Nam ad corpus glorificatum redundat claritas ab anima, sicut quædam qualitas permanens, sed ad corpus Christi in transfiguratione deriuata est claritas per modum cuiusdam passionis transeuntis,sicut cùm aër illuminatur à sole,& est similc,quantùm ad animam, de visione, quam vidit Paulus. Vnde ille fulgur tunc in corpore Christi apparens,miraculosus fuit,sicut & illud,quòd super vndas maris ambulauit.Vñ non est dicendum sicut Hugo de S Vict. dicit,quòd assumpsit dotes claritatis in transfiguratione agilitatis, ambulando super mare, subtilitatis,egrediendo clauso virginis vtero, quia dos nominat qualitatem immanentem corpori glorioso, sed miraculosè habuit ea quæ pertinent ad dotes.Notandum,q tria describuntur circa hanc trāsfigurationem,scilicet temporis oportunitas,discipulorum numerositas,& loci cōgruitas.i.quādo facta est,quibus, & vbi,quod mysterio nō vacat.Primum ibi.Et post sex dies.vbi dicit Origc. Mystice cùm aliquis ascenderit,sex dies.i.omnes mundi res sex diebus factas potest gloriam verbum Dei aspicere, & Iesum trāsfiguratum ante oculos cordis sui videre.Diuersas enim habet verbum Dei formas apparentes vnicuique secundum q̄ videnti expedire cognouerit, & nemini super quod capit seipsum ostēdit.Secūdum ibi. Assumpsit Petrum Iacobū & Ioannem,per quod datur intelligi, quod dicit Rabanus,q̄ qui nunc fidem sanctæ Trinitatis incorruptam seruant,tunc æterna eius visione lætātur.Tertium ibi. Et duxit illos in montē excelsum seorsum.in quo docet:vt dicit Remi.q̄ necesse est omnibus q Deum contēplari desiderant:vt non in infimis voluptatibus iaceāt,sed amore supernorum semper ad cœlestia se erigant, & vt ostendat discipulis quatenus gloriam diuinæ claritatis nō in huius sæculi profundo quærant,sed in cœlestis beatitudinis regno. Ducimur autē seorsum, quia sancti viri toto animo & fidei intētione separati sunt à malis, funditus autē separabūtur in futuro.Secundū principale mēbrū tangitur ibi.Et apparuerunt illis Moyses & Helias, loquentes cum eo: vbi dicit Hiero. Considerandum est, q̄ Scribis & Pharisæis signum de cœlo petētibus dare noluit. His verò vt Apostolorum augeat fidem,dat signum de cœlo. Helia inde descendente quo cōdescenderat,& Moyse ab inferis resurgente,quod non est sic intelligendum, quòd anima corpus suum assumpsit, sed quòd anima eius apparuit per aliquod corpus assumptum,sicut angeli apparent. Helias autem apparuit in corpore proprio, nō quidem de cœlo empyreo allatus, sed de aliquo eminenti loco in quo fuerat curru igneo raptus. Sunt autem plures rationes,quare Moyses & Helias ad medium adducuntur:vt dicit Chysost.prima est, quia dicebant turbæ eum esse Helia vel Hiere. aut vnum ex Prophetis, capita Prophetarum secū ducit: vt saltem hinc appareat differentia seruorū & Domini.Secunda est, quia Moyses legē dedit.Helias æmulator Domini fuit. Vnde p hoc, quòd simul cum Christo apparuerunt,excluditur calūnia Iudæorū, accusantium Christum tanquàm trāsgressorem legis, & blasphemum,sibi gloriam Dei vsurpantem. Tertia vt ostēdat se potestatem mortis & vitæ habere,& esse iudicē viuorum & mortuorum, Moysen iam mortuum,& Heliam adhuc viuētem secum ducit. Quarta, quia voluit vt discipuli eius imitarentur Moysi mansuetudinem & zelum Heliæ. Tertium ibi.Domine,bonum est nos hīc esse.Glosſ. Si Petr.videns glorificatam humanitatem, nunquàm voluit ab eius visione separari, quid putandum est de his qui diuinitatem eius videre meruerunt.Dicitur autem.Matth.9. quòd non sciebat quid diceret,stupore fragilitatis humanæ. Vnde Beda. Sed in hoc sciebat, quòd solùm bonum hominis est intrare in gaudium Domini sui:vt dicit Glosſ.Remigij.Errauit Petrus,qui voluit vt regnum electorum construeretur in terris,quod Dominus promisit dare in cœlis,erauit etiam,quia oblitus est se & suos socios esse mortales & absque gustu mortis voluit subire æternam fœlicitatem, & in eo, quòd in cœlesti conuersatione tabernacula facienda putauit,in qua domus necessaria non erat,cùm scriptum sit,templum non vidi in ea.

De cœna Christi. Artic. XVII.

QVartodecimò videamus de cœna Christi,& institutione Dominici corporis & sanguinis Christi.de quibus dicitur.Mat.26. Cœnantibus illis,accepit Iesus panem,&c.Notandum,quòd conuenienter hoc sacramentum institutum fuit in cœna.Primò quidē ratione continentiæ huius sacramenti, continetur enim ipse Christus in eucharistia,sicut in sacramento, & ideò quando Christus in propria specie à discipulis discessur⁹ erat, in sacramētali specie seipsum eis reliquit, sicut in absentia Imperatoris exhibetur eius veneranda imago.Vnde Eusebius dicit, quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis corporalibus,& illaturus sideribus, necesse erat: vt die cœnę sacramentum corporis & sanguinis Christi consecraret nobis:vt coleretur iugiter per mysteriū, quod semel offerebatur in pretium. Secundò quia sine fide passionis nunquàm potuit potuit esse salus, secūdum illud.Rom.3.Quem posuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine eius,& ideò oportuit omni tempore apud homines esse aliquod repræsentatiuum Dominicæ passionis, cuius in veteri lege præcipuum erat agnus Paschalis. vnde dicit Apostol.1. Corintin.5. Pascha nostrum immolatus est Christus.Successit autem ei in nouo testamento eucharistiæ sacramentum,quod est rememoratiuū præteritæ Dominicæ passionis,sicut & illud fuit futuræ prefiguratiuū, & ideò conueniens fuit imminente passione celebrato priori sacramento,nouū instituere.Tertiò quia ea quæ vltimò dicuntur ab amicis recedētibus,magis memoriæ cōmendantur, præsertim quia rūc magis inflammatur affectus ad amicos.Ea verò quæ magis afficiuntur,profundius animo imprimūtur. Quia igitur vt beatus Alex.Papa dicit, nihil in sacrificijs potest esse maius, quàm Corpus Christi & sanguis Christi,nec oblatio hac potior,ideò vt in maiore veneratione haberetur, Dominus in vltimo discessu suo à discipulis hoc sacramentum instituit.Et hoc est,quod Aug. dicit in libr.sermonum.ad Ianuarium. Saluator quo vehementius commendaret illius mysterij altitudinem: vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum,à quibus per passionem erat discessurus. Notandum verò,quòd hoc sacramentū triplicem habet significationē.Vnā quidem respectu præteriti,inquantùm,scilicet est cōmemorationum Dominicæ passionis,quæ fuit verum sacrificium, & secundum hoc nominatur sacrificium. Aliam autem significationem habet respectu rei præsentis:scilicet ecclesiasticæ vnitatis,& vt homines per hoc sacramentum cōgregantur.& secundum hoc nominatur communio. Damasc.dicit.4.lib. q̄ dicitur cōmunio,quia cōmunicamus p ipsum Christo,& qa participamus eius carne & diuinitate,& qa cōcamur & vnimur adinuicē per ipsum. Tertiam autē habet respectu futuri, inquantùm præfiguratiuum fruitionis Dei,quæ erit in patria, & secundum hoc dicitur viaticum,quia præbet nobis viā illuc pueniēdi. Et sēm hoc etiā dicitur eucharistia.i.bona gratia,qa gratia Dei vita æterna est.vt dicitur.Rom.6. Vel quia realiter cōtinet Christum, qui est plenus gratia.dicitur etiā in Græco metalipsis,id est,assumptio. quia vt dicit Damascen. per hoc filij Dei diuinitatem assumimus.Notandum etiam,q̄ ipse Christus sumpsit hoc sacramentum in cœna,quod alijs sumēdum tradidit.vt dicit Hiero. & habetur de consecratio.distinct.4. Dominus Iesus ipse cōiuna & conuiuiū dedit comedens & comeditur.vnde etiam super illud Ruth 3.Cùmq; comedisset & bibisset.dicit glo.q̄ Christus comedit etiam & bibit in cœna corporis & sanguinis sui sacramentum: cùm illud discipulis suis tradidit.Vnde quia ipsi communicauerunt, ipse participauit eis dem.vnde quidam meretrice dixit. Rex sedet in cœna cinctus turba duodena. Se tenet in manibus,se cibat ipse cibus. Possumus autem distinguere triplicem cœnam Christi.videlicet sacramēt alem, spiritualem,& æternam. De prima dicitur Apocalyp.19. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni sunt vocati. Verè beati & in præsenti per gratiam,& in futuro per gloriam. vnde super illud. Sapient.7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.dicit Glo. Qui Christum corde suscipit.vel percipit notitiam omnium hic pariter virtutum habet & gratiam:& in futuro vitam æternam. Hæc est cœna in qua lauit Christus pedes discipulorum suorū, id est, affectus nostræ mētis à peccatis venialibus:quia in hoc sacramēto fit transformatio hominis ad Christum per amorē:& qria feruori amoris peccata venialia cōtrariatur, qui quidē feruor in hoc sacramēto excitatur:ideò ex cōsequēti peccata venialia dimittūtur.vnde Ber.In sacramēto altaris anima cœlesti dulcedine inebriat:peccatū veniale deletur:homo in gratia roborat.De secūda dicitur Apoca.3. Ego sto ad ostiū & pulso Glo.Cordi clauso.Si quis audierit vocē meam & aperuerit ianuam mihi,ad eum intrabo & cœnabo cum illo.Glo.Fide & opere eius delectabor.Hæc cœna mysticè designata est. Ioannis decimotertio. vbi dicitur,quòd ante sex dies Paschæ venit Iesus in Bethaniam, fecerunt autem ei cœnam, & Martha ministrauit,&c.

Vnde Alchi-

Vnde Alchinus.Mysticè cœna domini est fides ecclesiæ:quę per dilectionē operatur.Martha ministrat cū fide: cùm anima opera suæ deuotionis impendit.Lazarus vnus erat ex discumbētibus:cū hi qui post peccatorum mortem resuscitati sunt ad iustitiam vna cum eis qui in sua iustitia permanserunt de præsentia veritatis exultant & cœlestis gratiæ muneribus aluntur.Et bene in Betania quæ domus obedientiæ interpretatur.De tertio.Luc.14.dicitur. Homo quidam fecit cœnā magnam.glo.quia satietatem nobis internæ dulcedinis præparauit.hæc est cœna in qua Ioannes. i. quilibet electus: in quo est gratia:recūbit à strepitu vitæ præsentis.quia vt dicit Bern.Ibi est requies à laboribus.pax ab hostibus.amenitas de nouitate.securitas de æternitate.suauitas atq; dulcedo de Dei visione.

De Christi passione. Artic. XVIII.

QVintodecimò videamus de Christi passione,de qua dicit Matthæi 20. Ecce ascendimus Hierosolimam: & filius hominis tradetur principibus sacerdotum,&c.Possumus autē sex notare circa passionē Christi.s.Christi patientus voluntatē,patiendi congruitatem:passionis acerbitatē:ignominiosiorem:& vtilitatem:vltimò persequentium cæcitatem:& peccati grauitatem.De primo dicitur Isa.53.Oblatus est quia ipse voluit.Ad cuius euidētiam est sciendū, q̄ mors Christi fuit nostræ morti conformis quantùm ad id quod est de ratione mortis:quod est animā de corpore separari:sed quantùm ad aliud mors Christi à morte nostra fuit differens. Nos enim morimur quasi morti subiecti ex necessitate naturæ vel alicuius vitiositatis nobis illatæ.Christus autem mortuus est non ex necessitate: sed ex potestate & ex propria voluntate.vnde ipse dicit Ioan.10.Potestatem habeo ponendi animam meam. Huius differentiæ ratio est:quia naturalia voluntati nostræ non subiacent. coniunctio autem animæ ad corpus est naturalis.vnde voluntati nostræ nō subiacet q̄ anima maneat corpori vnita vel separetur. Quicquid autem in Christo naturale erat, totum voluntati eius subiacebat propter diuinitatis virtutē,cui subiacebat tota natura.Erat igitur in potestate Christi,vt quandiu vellet anima eius vnita corpori maneret: & statim cū vellet separaretur ab eo. Huius autem diuinæ virtutis indicium Centurio cruci Christi assistens sensit.cùm vidit eum expirare:per quod maximè ostenditur,q̄ non sicut homines ex defectu naturæ moriebatur. Non enim possunt cæteri cum clamore emittere spiritum cùm in illo mortis articulo vix etiam possunt linguā palpitando mouere.vnde q̄ Christus clamando expirauit, in eo diuinam virtutē manifestauit.Et propter hoc dixit Centurio.Verè filius Dei erat iste.Luc.23.vnde Bern.in sermone de passione. vigilate. Quis tam facilè cùm vult obdormiat ? Magna infirmitas mortis: sed planè sic mori virtus immensa.solus habuit potestatem ponendi animam, & solus facultatem liberam eam resumendi:imperium habens vitæ & mortis.Non tamen dicendum,q̄ Iudæi nō occiderunt Christum.Ille enim dicitur aliquem occidere,qui causam mortis inducit.nō enim mors sequitur nisi causa mortis naturā vincat: quæ vitam cōseruat.erat autē in potestate Christi, vt natura eidem corruptioni cederet:vel resisteret quantū ipse vellet. ideò ipse Christus voluntariè mortuus fuit:& tamen Iudei occiderūt eum.Notandum,q̄ voluntas patientis excludit necessitatē coactionis. quia dicit Aristo.in libr.de animalibus,q̄ voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid admittendum vel adipiscendum. vnde non fuit necessarium Christū pati necessitate coactus. Dicitur autē aliquid necessarium ex suppositione finis:quando,scilicet finis nullo modo aut nō ita conuenienter potest esse,nisi tali sine præsuppositō:& sic necessarium fuit Christū pati necessitate finis.qui quidem finis potest intelligi tripliciter. Primò quidē ex parte nostra:quia per eius passionem liberati sumus.secundum illud Ioan.12.Oportet exaltari filium hominis. Secundò ex parte ipsius Christi:qui per humilitatē passionis meruit gloriam exaltationis.Luc.vlti.Oportebat Christū pati,&c.Tertiò ex parte Dei:cuius diffinitio est circa passionē Christi prænuntiata in scripturis,& præfigurata in obseruantia veteris testamenti.& hoc est quod dicitur.Luc.22. Filius hominis vadit secundum quod diffinitū est de illo.& Luc.vltim.Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & Psalmis de me.Sciendum verò,q̄ pater dicitur filium tradidisse:secūdum illud Roma.8.Qui proprio filio suo nō pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit illum.vbi duo tanguntur, scilicet.Dei seueritas & bonitas. Seueritas quidem est, quòd peccata sine pœna dimittere noluit: quod signauit Apostolus dicens, qui proprio filio suo non pepercit.Bonitas verò in eo q̄ cùm homo sufficienter satisfacere non posset per aliquā pœnam quā pateretur satisfactoré filium dedit ei quē Apostolus signauit dicēs pro nobis omnibus tradidit illū.Vnde notandum,q̄ secūdum tria tradidit dominus pater Christum passioni. vno quidem modo secūdum q̄ sua æterna voluntate præordinauit passionē Christi ad humani generis liberationē.secūdum illud Isa. 53.Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrū.Secundò inquantū inspirauit ei voluntatē patiēdi pro nobis infundēdo ei charitatem.vnde ibidē sequitur.Oblatus est quia ipse voluit. Tertiò nō protegēdo eum à passione:sed exponēdo eum persequentibus.vnde ipse Christ⁹ dixit.Deus Deus meus,vt quid dereliquisti me.Mat.28. Gl.Dicitur autē Deus eum dereliquisse in morte: quia peccato persequentiū eum exposuit.subtraxit enim protectionē: sed non soluit vnionē.De secūdo dicitur.Sapien.8.Attingit à fine vsq; ad finē fortiter.i.à summo cœlo vsq; ad imū inferni:fortiter ejiciēdo.sde cœlo superbū.fortiter in inferno spoliādo animas:fortiter in medio.s. in mūdo superādo ibidē malignū:& disponit omnia suauiter. Suauiter in cœlo stantes angelos cōfirmādo.in inferno captiuos à diabolo liberādo.in mūdo venundatos sub peccato redimendo.Potest autē congruitas triplicīter attēdi.i.ex tēpore:ex loco:ex genere passionis.De tēpore dicitur Io.13. Ante diem festū Paschæ sciens Iesus. quia venit hora vt transeat ex hoc mūdo ad patrē, &c. vnde in libr. noui & veteris testamēti dicitur:omnia proprijs locis & tēporibus gessit saluator.Fuit autē congruum,q̄ Christus in iuuenili ætate pateretur.Tum vt suam dilectionē magis cōmendaret:q̄ vitā suā pro nobis dedit:quādo erat in perfectissimo statu. Tum etiā quia non conueniebat,vt in eo appareret naturę diminutio : sicut nec moribus,vt suprà patuit.Tum etiā in iuuenili ætate morieus & resurgēs futurā resurgentiū in seipso qualitatē præmonstraret. vnde dicitur ad Ephes.4. Donec occurramus omnes in vnitatē fidei,& agnitionem filij Dei in virū perfectū,in mensurā ætatis plenitudinis Christi.De loco passionis Christi.dicitur Luc.13.Nō capit prophetā perire extra Hierusalē.Fuit autē conueniens Christū pati in Hierusalem.Primò,quia Hierusalē fuit locus à Deo electus ad sacrificia offerenda: quæ quidē figuralia sacrificia figurabāt passionem Christi: quod est verū sacrificiū: secūdum illud Ephes. 5. Tradidit semetipsum hostiā & oblationē in odorē suauitatis.Vnde Beda dicit in quadam Homelia,q̄ propinquante hora passionis dominus appropinquare voluerit loco passionis.s. Hierusalē quo peruenit ante quinque dies Paschæ sicut agnus Paschalis ante quinq; dies Paschæ.i. luna decima secūdum præceptū legis ad locū immolationis ducebatur. Secūdò,quia virtus passionis eius ad totū mundū diffundenda erat.vnde dicitur Rex nester ante sæcula operatus est saluté in medio terræ.i. Hierusalē pati voluit:quæ dicitur vmbilicus terræ. Tertiò,quia hoc maximè cōueniebat humilitati eius : vt sicut turpissimum genus mortis elegit:ita etiā ad eius humilitatem pertinuit,q̄ in loco tam celebri confusionem pati nō recusaret.Vnde Leo Papa in quodam sermone Epiphaniæ dicit. Qui formam serui acceperat Bethleem elegit natiuitati:Hierusalē passioni.Quartò vt ostenderet à principibus populi exortā iniquitatē occidentiū ipsum in arbore:sed quicquid Adā perdidit Christus in cruce inuenit.Tertiò quantùm ad salutis sacramentū vt ad similitudinē mortis eius moreremur vita carnali:vt spiritus noster in superna eleuaretur. vnde Ioan. 12.Ego si exaltatus fuero à terra,omnia traham ad meipsum. Aug. Spiritū,animā.& corpus. De hoc etiā sacramēto crucis dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Glo. super illud. ad Ephes. 3. Vt possitis cõprehendere quæ sit latitudo, longitudo, altitudo, & profundum, &c. Non frustrà tale genus mortis elegit, in quo latitudinis, longitudinis, altitudinis, & profunditatis magister existeret. Námq; latitudo est transuersum lignum, quod ad bona opera pertinet, quia ibi extẽduntur manus. Lõgitudo ab ipso trãsuerso ad terrã tendit: vbi corpus crucifigitur, & quodammodò stat, & ipsa statio perseuerantiam significat. Altitudo est, quod ab ipso trãsuerso ligno sursum versum eminet, per quod significatur supernorum expectatio. Profundum verò est in illa parte, quæ fixa terræ occultatur. Vnde totum illud surgit, quod profunditatem significat gratuitæ gratiæ. Quartò quia hoc genus mortis pluribus figuris respondet. vñ Aug. in sermone de passione. De diluuio aquarum humanum genus arca lignea liberauit, de Aegypto Dei populo recedẽte, Moyses mare virga diuisit & Pharaonem prostrauit, & populum redemit. Item Moyses lignum in aquam misit & amaram aquam in dulcedinem cõmutauit, ex lignea virga de spirituali petra salutaris vnda profertur, & vt Amalech vinceretur, cõtra eũ virgam Moyses expãsis manibus extendit: vt his omnibus quasi per quosdã gradus ad crucem perueniatur. Tertiò videlicet de acerbitate passionis. dicitur Threno. 1. O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor, &c. Notandum verò, quòd acerbitas passionis, causabat in Christo timotem tristitiam & dolorem. De timore. dicitur. Mar. 12. Cœpit Iesus pauere & tædere. vnde Damasc. Omnia quę à non esse ad esse deducta sunt, à conditore existendi naturaliter desiderium habent, & non existere naturaliter fugiunt. Et Deus igitur verbum homo factus habuit hoc desiderium, quod demonstrauit per esçam & potum & somnum, quibus scilicet conseruatur vita: viuere desiderans & naturaliter est experientia horum factus, & econuersò desiderãs corruptionis amotionem: vnde & tẽpore passionis, quam voluntariè sustinuit, habuit mortis timorem naturalẽ & tristitiam. Etenim timor naturalis nolẽs diuidi animã à corpore propter eam quæ ex principio à conditore imposita est naturalẽ familiaritatem: vnde causatur timor in homine. Ad cuius euidentiam sciendũ est, q timor causatur ex apprehensione futuri mali, quæ quidẽ apprehensio si omnimodã certitudinem habeat, nõ indicat timorem. vñ Philosoph. 2. Retho. dicit, q timor nõ est vbi aliqua spes nõ est euadẽdi malum. Nam quando nulla spes est euadẽdi, apprehẽditur malum vt præsens, & sic magis causat tristitiam, quã timorem: sic igitur timor potest cõsiderari, quantũ ad duo. Vno modo, quãtũ ad hoc, quod appetitus sensitiuus naturaliter refugit corporis læsionẽ per tristitiã si sit præsens, & per timorẽ si sit futura. Alio modo potest cõsiderari secundum incertitudinem euentus, sicut quidã nocte timemus ex aliquo sonitu, quasi ignorantes quid hoc sit, & quantùm ad hoc, timor non fuit in Christo. vt dicit Damasc. in 3. lib. Quod verò dicitur. Prouerb. 18. Iustus quasi leo confidens absq; timore erit, intelligendum est secundum q timor importat perfectam passionem auertentem hominem à bono rationis, & sic non fuit in Christo, sed solũ secundum passionẽ. vt Hiero. dicit. Item illud secundum Aug. in lib. 83. q. signum perfectionis est absq; timore esse, intelligẽdum est de timore seruili, & nõ naturali. De tristitia autem dicitur. Matth. 26. Tristis est anima mea. vsque ad mortẽ. vnde Amb. 3. de Trinit. Consideranter tristitiam nomino, qui crucẽ prædico. Ad cuius euidẽtiam sciẽdum est, q sicut dolor sensibilis est in appetitu sensitiuo, ita & tristitia, sed differẽtia est secundum motiuũ vel obiectum. Nã obiectũ siue motiuum doloris est læsio sensũ tactus percepta. Obiectũ siue motiuum tristitiæ est nociuum siue malũ & interius apprehẽsum, siue per rationem, siue per imaginationẽ. Potuit autẽ anima Christi aliquid apprehendere vt nociuum quantùm ad se, sicut passio & mors eius, & quantũ ad alios, sicut casus discipulorũ, & peccatum Iudæorũ ipsum occidentium. Vnde potuit perpendi in eo esse naturalis tristitia, sed secundum propagationẽ. vt dicit Glo. Hiero. magnitudo autẽ huius tristitiæ perpẽdi potest ex tribus. primò quidem ex causalitate ipsius quæ fuit propter tria. Primò quidẽ peccata omnia generis humani pro quibus satisfaciebat. Vnde in Psal. Lõgè à salute mea verba delictorum meorum. Gl. Delicta sunt causa quare lõgè es à salute mea. Secundò principaliter casus Iudæorũ & aliorũ in morte eius delinquentium, & præcipuè scãdalum discipulorũ. de quo dicitur. Mat. 26. Omnes vos scãdalum patiemini in me in ista nocte. Tertiò amissio vitæ, quã maximè dilexit, propter eius dignitatẽ. Dicit enim Philos. 4. Ethi. quòd virtuosus tanto plus vitã suam diligit, quãto scit eam esse meliorem. vnde & in persona Christi dicitur. Hierem. 12. Dedi dilectam animã meã in manus inimicorũ. Secundò perpẽditur magnitudo huius tristitiæ ex animę perceptibilitate. Ipsa enim anima efficacissimè apprehendit omnes causas tristitiæ. Tertiò perpenditur huius tristitiæ magnitudo ex eius puritate, nã in aijs mitigatur tristitia interior, & etiã dolor exterior ex aliqua considerationẽ rationis per quandam diriuationem seu redundantiam à viribus superioribus ad inferiores, quod in Christo patiente non fuit, quia vnicuiq; permisit agere, quod sibi proprium erat. vnde dicit Damascen. virtus moralis mitigat tristitiam. Sciendum verò, quòd virtus moralis aliter mitigat tristitiam interiorem, & aliter dolorem exteriorem sensibilem. Tristitiam enim interiorem diminuit directè in ea medium cõstituẽdo, sicut in propria materia, mediũ autẽ in passionibus virtus moralis cõstituit, non secundũ quãtitatẽ rei, sed secundum quãtitatem proportionis. vt scilicet passio nõ excedat regulã rationis. Et quia Stoici reputabãt, q nulla tristitia esset vtilis ad aliqd, ideò credebant, q totaliter à ratione diiscordabat, & p cõsequẽs esset totaliter sapiẽti vitãda, sed secundũ rei veritatẽ aliqua tristitia laudabilis est. vt Augu. probat. 14. de ciuit. Dei, quando, scilicet procedit ex sancto amore: vtputà cũ quis tristatur de peccatis ꝓprijs vel alienis. Assumitur enim vt vtilis ad finem satisfactionis pro peccato, iuxta illud. 2. Cor. 7. Quæ secundũ Deum est tristitia, pœnitentiã in salutẽ stabilẽ operatur. Et iõ Christus vt satisfaceret ꝓ peccatis omniũ hominum, assumpsit tristitiã maximã quãtitate absoluta, nõ tñ excedẽte regulã rationis. Doloré verò exteriorẽ sensus tactus virtus moralis directè nõ minuit, quia talis dolor nõ obedit rationi, sed sequitur corporis naturam. Diminuit tamen ipsum indirectè per redundantiam à viribus superioribus in inferiores, q in Christo nõ fuit: vt dictum est. Notãdum verò, q superior ratio in Christo tristitiam de proximorum defectibus habere non potuit. Quia enim superior rõ Christi plena Dei visione fruebatur, hoc mõ apprehẽdebatur, qđ ad aliorũ defectus pertinet, secundũ q in diuina sapiẽtia cõtinetur, secundũ quã decẽter ordinatũ consistit, & q aliquis peccare pmittitur, & q pro peccatis punitur. Et iõ nec aĩa Christi, nec aliquis beatus videns Deum de defectibus proximorum tristitiã habere potest. Secus autẽ est in aĩa viatoris quæ ad rationẽ sapientiæ videndã non attingit. Sic igitur de eisdẽ de quibus Christus dolebat secundũ sensum & imaginationẽ & rõnẽ inferiorẽ secundũ rationẽ superiorem gaudebat, inquantùm ea ad ordinẽ diuinæ sapiẽtiæ referebat. De dolore dicitur. Isai. 35. Verè languores nostros ipse portauit, & dolores nostros ipse tulit. Bernar. Volue & reuolue corpus Dñicum, & nõ inuenies in eo nisi dolorẽ & cruorem. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd ad veritatẽ doloris sensibilis requiritur læsio corporalis. Corpus autẽ Christi lædi poterat, quia erat passibile & mortale, nec defuit ei sensus læsionis, quin anima Christi haberet potentias omnes naturales. Vnde nulli dubium debet esse, quin in Christo fuerit verus dolor. Magnitudo verò huius doloris potest perpendi ex tribus. Primò ex eius causalitate, quæ fuit læsio corporalis, quæ habuit magnam acerbitatem. Tum propter generalitatẽ passionis, quia à planta pedis vsque ad verticem non fuit in eo sanitas. vt dicitur. Isaiæ 1. Tum etiam ex genere passionis, quia mors crucis fuit acerbissima, quia configuntur in locis neruosis, & maximè sensibilibus, scilicet in manibus & pedibus, & ipsum corporis pendentis pondus continuè auget dolorem, adhuc etiam tẽporis diuturnitas, quia nõ statim moriuntur, sicut illi qui gladio feriũtur vel interficiũtur. Secundò potest perpendi magnitudo doloris ex perceptibilitate patientis. Nam & secundum corpus erat optimè cõplexionatus, cùm corpus eius fuerit formatum miraculosè operatione spiritus sancti, sicut & alia quæ per miracula facta sunt alijs potiora fuerunt: vt dicit Chrysosto. de vino, quod de aqua in nuptijs fecit. Et ideò in eo viguit maximè sensitiuus tactus, ex cuius perceptione sequitur dolor. Tertiò perpenditur magnitudo doloris ex eius puritate, sicut est dictum suprà de tristitia. Notandũ verò, quòd innocentia patientis minuit dolorem passionis, quò ad numerum, quia nocens non solùm dolet de pœna, sed etiam de culpa. Innocens autem solùm de pœna, qui tamen dolor in eo augetur ex innocentia, inquantùm apprehendit nocumentum illatum vt magis indebitum: vnde etiam alij sunt magis reprehensibiles, si eis non compatiantur. vnde Isai. 42. Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo. Vtrum verò passus fuit Christus secundum totam animam. Notandum, q totum dicitur respectu partium. Partes verò animæ dicuntur potentiæ eius, similiter cõsiderandum, quòd duplex est passio animæ: vna quidem ex parte corporis siue subiecti. Alia verò ex parte obiecti, quod in ali qua potentiarum eius considerari potest, nam potentia visiua patitur quidem ab obiecto, sicut ab excellenti fulgido visus obtunditur. Ex parte verò organi, sicut cùm læsa pupilla visus excæcatur. Si igitur consideretur passio animæ Christi ex parte corporis, sic tota patiebatur, & secundum essentiam, & secundum potentias. nam tota animæ essentia coniungitur corpori, ita quòd tota est in toto, & tota in qualibet parte eius, & ideò corpore patiente, tota anima secundum essentiam patiebatur. In essentia verò animæ omnes potentiæ radicantur: vnde relinquitur, quòd corpore patiente quælibet potentia quodammodò patiebatur. Si verò consideretur passio animæ Christi ex parte obiecti, sic non omnis potentia animæ patiebatur, sed tantùm vires inferiores, quæ circa temporalia operabantur. In quibus inueniebatur aliquid, quod erat causa doloris, & secundum hoc superior ratio non patiebatur ex parte sui obiecti, scilicet Dei, qui non erat ei causa doloris, sed delectationis & gaudij. Similiter verò intelligendum est de fruitione, quòd anima potest intelligi, & secundũ essentiã, & secundũ eius potentias. Si autẽ intelligatur secũdum essentiã, sic tota fruebatur inquantũ est subiectum superioris partis animæ: cuius est fruitio diuinitatis: vt sicut passio ratione essentiæ attribuitur superiori parti animæ: ita etiã ecõuersò fruitio ratione superioris partis animę attribuitur essentiæ. Si verò accipiamus totã animã ratione omniũ potẽtiarũ eius, sic non tota fruebatur nec directè quidẽ: quia fruitio potest esse actus cuiuslibet partis animæ: nec per redũdantiã: quia dũ Christus erat viator non fiebat redũdantia glorię à superiore parte in inferiorem partẽ: nec ab anima in corpus: sed quia nec econuersò superior pars animæ nõ impediebatur circa id, quod est sibi propriũ per inferiorẽ, consequens est, q superior pars animæ perfectè fruebatur Christo patiente. Notandũ verò, q tristitia quæ erat in anima Christi, nõ erat contraria gaudio fruitionis. Tum quia non erat idẽ secundum idẽ: sed vel in diuersis potentijs: vel in eadẽ secundũ diuersam operationem. Tum etiam quia non erat de eodem. Tum etiã quia erat materia alterius: sicut accidit de pœnitente qui dolet ac de dolore gaudet. De quarto videlicet, passiõis ignominiositate, dicitur Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. glo. 1. crucis quæ vsque ad passionem Christi pœna reorum fuit. Nunc trophæus est victoriæ: ecclesiæ gloria. Aug. Crux Christi quæ erat supplicium latronum, nunc transit ad frontes imperatorum: si Deus tantũ honorẽ cõtulit supplicio, quid conferet seruo suo. Notãdum verò, quòd passio Christi fuit ignominiosa. Tum propter ignominiosum locum. Ioan. 19. Baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluarię locus. Hier. Extra portam enim & extra vrbem loca sunt in quibus capita damnatorum truncantur, idest, decollatorum: & Caluariæ supresse nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Iesus: vt vbi prius erat area damnatorum: ibi erigerentur vexilla martyrum. Tùm etiam propter ignominiosum supplicium. Deu. 21. Maledictus omnis qui pendet in ligno. glo. super Apostolum ad Gal. 3. dicit, quòd hæc pœna cæteris abiectior & ignominiosior fuit: & ideò in Deu. dictũ est, q suspensus in vespera deponeretur. Est autem duplex maledictio: vt dicitur ibi in glo. scilicet culpæ & pœnæ. Vnde & maledictum duobus modis dicitur, scilicet actiuè & passiuè, id est, secundum culpam & pœnam. Suscepit autem Christus sine reatu supplicium nostrum: vt inde solueret reatum nostrum & finiret etiam suppliciũ nostrũ. Tum etiam propter ignominiosum consortium Isa. 53. Et cũ impijs & sceleratis reputatus est. Hiero. Sicut enim pro nobis maledictum crucis factus est Christus, sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifixus est. Hoc etiam à mysterio non vacat. Vnde Augu. super Ioan. ipsa crux si attendas, tribunal fuit: in medio enim iudice constituto vnus latro qui credidit liberatus est: alter qui insultauit damnatus est, iam significabat quid facturus esset de viuis & mortuis: alios posiurus ad dexteram: & alios ad sinistram. Beda super Matth. Latrones qui cum domino crucifixi sunt significant eos qui sub fide & confessione Christi vel agone martyrij: vel quælibet artioris disciplinæ instituta subeunt: sed qui hæc pro æterna gloria gerunt, dexteri latronis fide designantur: qui verò humanæ laudis intuitu sinistri latronis mentem imitantur & actus. De quinto, scilicet passionis vtilitate, dicitur in Psal. Deus autem Rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terrę, idest, in Hierusalem: quę dicitur vmbilicus terræ secundum Glo. Est igitur vtilitas passionis Christi salus Christianorum. Notandum, quòd passio Christi causabat nostram salutem multis modis. Vno modo per modum meriti. Phil. 2. Propter quod Deus illum exaltauit, &c. Vnde Aug. Humilitas passionis Christi claritatis est meritum: claritas passionis humilitatis est præmium. Christus verò clarificatus est non solùm in seipso: sed etiam in suis fidelibus: vt ipse dicit Ioan. 17. Ergo videtur, quòd ipse meruit salutem suorum fidelium. Sciendum insuper, quòd ad meritum quatuor requiruntur: & sufficiunt. vnum est agẽs: quod sit in statu merendi: alterum est forma per quã habet opus præmio dignum, scilicet charitas. Tertium est: vt ipsa actio sit voluntaria: & ex potestate agentis: & de genere bonorum. Quartum est finis debitè intentus per actionem. Hæc quatuor fuerunt in Christo. vnde ipse potuit mereri. Alio modo causabat Christi passio salutem per modum satisfactionis. vnde ex persona ipsius dicitur in Psalmista. Quæ non rapui, tunc exoluebam: quasi dicat. non peccaui: & pœnas dedi: vt dicit Glo. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd ille proprie satisfacit pro offensa, qui exhibet offenso id, quod æquè vel magis diligit, quàm oderat offensam: Christus autem ex charitate & obedientia patientiæ magis aliquid Deo exhibuit, quàm exigeret recompensatio totius offensæ generis humani. Primò quidem propter magnitudinem charitatis ex qua patiebatur. Secundò propter dignitatem vitæ suæ quam pro satisfactione ponebat: quæ erat vita hominis & Dei. Tertiò propter generalitatem & magnitudinem doloris assumpti: ideò passio Christi non solùm sufficiens: sed etiam abundans fuit satisfactio pro redemptione generis humani: secundum illud primæ Ioan. 2. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non autem pro nostris tantùm: sed etiam pro totius mundi. Alio modo passio Christi causabat salutem nostram per modum sacrificij. vnde ad Ephes. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorem suauitatis: quia verò humanitas Christi operabatur in virtute diuinitatis: sacrificiũ illud efficacissimum erat, propter quod dicit Augusti. 4. de Trini. Quòd conuenienter in omni sacrificio quatuor sunt. scilicet cui offeratur: à quo offeratur: quod offeratur, pro quo offeratur. Ideò ipse vnus vtriusque mediator per sacrificium pacis reconcilians Deo vnum cum illo manens cui offerebat, vt vnum in se faceret pro quibus offerebat: vnus ipse esset qui offerebat: & quod offerebatur. Idem in eodem. Quid tam conuenienter ab hominibus sumeretur, quòd pro eis offerretur, quàm humana caro: & quid tam aptum fuit huic immolationi, quàm caro mortalis? & quid tam mundum pro mundandis vitijs mortalium, quàm fide cogitatione carnalis concupiscentiæ caro nata in vtero: & ex vtero virginali? & quid tam gratè offerri posiit & suscipi, quã corpus caro sacrificij nostri: corpus effectum sacerdotis nostri. Notandum verò, quòd homo indiget sacrificio propter tria. Vno modo quidem ad remissionẽ peccati. vnde Apostolus dicit ad Heb. 5. ꝙ ad sacerdotẽ pertinet offerre sacrificia pro peccatis. Secundò vt homo in statu gratiæ cõseruetur semper Deo inhærens in quo eius pax & salus consistit. vnde & in veteri lege immolabatur hostia pacifica pro offerentium salute: vt habetur Leuit. 3. Tertiò ad hoc: vt spiritus hominis perfectè Deo vniatur: quod maximè erit in gloria. vnde in veteri testamento offerebatur holocaustũ, quasi totum incensum: vt dicitur Leuiti. 1. Hæc autem per humanitatẽ Christi nobis cõferuntur. Primò quidẽ per eũ peccata nostra sunt remissa, secundũ illud Ro. 3. Traditus est propter delicta nostra. Secundò gratiam nos saluantẽ per ipsum accepimus, secũdũ illud Heb. 5. Factus est sibi obtẽperantibus causa salutis æternæ. Tertiò per ipsum adepti sumus perfectionem gloriæ: secundum illud Heb. 4. Fiduciã habemus per sanguinẽ eius introire in sancta sanctorũ, scilicet gloriã cœlestẽ. Et ideò ipse Christus inquantũ homo nõ solùm fuit sacerdos: sed hostia perfecta simul existens hostia pro peccato: & hostia pacifica & holocaustum. Item alio modo per modum redemptionis. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argẽto redempti estis, de vana vestra conuersatione paternæ traditionis. sed pretioso sanguine agni immaculati & incontaminati Iesu Christi. Glo. Quantò maius pretium est quo redempti estis à corruptione vitæ carnalis, tanto amplius timere debetis, ne reuertendo ad corruptionem vitiorum, animum vestri redemptoris offendatis. Bernar. Totus siquidem iste mundus ad vnius animæ pretium æstimari nõ potest. Non enim per toto mundo Deus animam daret, quã pro humana anima dedit. Idem. Sublimius igitur animæ pretium est: quæ non nisi sanguine Christi redimi potest. Idem. Cognosce ô homo, quã nobilis est anima tua: & quã grauia fuerũt vulnera tua: pro quibus est necesse Christum dominũ vulnerari: si nõ essent hæc ad mortem & mortem sempiternam, nunquã pro eorũ remedio filius Dei moreretur. Ad cuius euidentiã sciendũ, q per peccatũ homo dupliciter obligat⁹ erat. Primò quidẽ seruitute peccati: quia qui facit peccatum, seruus est peccati: vt dicitur Ioã. 8. & 2. Pet. 2. A quo quis superatus est, eius seruus addictus est: quia igitur dicitur: diabolus hominem superauerat, inducendo eum ad peccatum, ideò homo seruituti peccati addictus erat. Secundò quantũ ad reatum pœnæ quo homo obligatus erat secundum Dei iustitiam. & hæc erat seruitus quædã. Ad seruitutem enim pertinet, q aliquis patiatur, quod nõ vult: cũ liberi hominis sit vti seipso: vt vult: quia ergo passio Christi, fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccato & reatu generis humani, ideò eius passio fuit quasi quoddam pretium: per quod liberati sumus ab vtráque obligatione. Nam ipsa satisfactio qua quis satisfacit siue pro se: siue pro alio quoddam pretium dicitur, quo se redemit à peccato & à pœna: secundum illud Danie. 10. peccata tua eleẽmosinis redime. Christus quidem satisfecit non pecuniam dando, aut aliquid huiusmodi: sed illud dando, quod fuit maximum, scilicet seipsum pro nobis, & ideò passio Christi dicitur esse nostra redemptio. Si verò alicui videatur, quòd nullus emit vel redemit, quod suum esse non desinit: sed homo nunquàm desijt esse Dei, &c. Dicendum ꝙ homo dicitur esse Dei dupliciter. Vno modo inquantùm subijcitur eius potestati: & hoc modo homo nunquã desijt esse Dei: secundum illud Dan. 4. Dominator excelsus in regno hominum: & cuicũq; voluerit dabit illud. Alio modo per vnionem charitatis ad illum: secundum quod dicitur ad Roma. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Primo modo homo nunquàm desijt esse Dei: sed secundo modo desijt esse Dei per peccatum: & ideò inquantùm homo fuit liberatus à Christo à peccato: & Christo passo satisfaciente, dicitur per passionem Christi esse redemptus. Notandum insuper, quòd per passionem Christi consecuti sumus culpæ remissionem, pœnæ diminisionem, à potestate diaboli liberationem, Dei reconciliationem, ianuæ cœlestis apertionem. De culpæ remissione facta per Christi passionem, dicitur Apoca. 1. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Vnde Bernar. Triplex peccatum virtus crucis expurgat. Primum originale aliter mitigat tristitiam interiorem, & aliter dolorem exteriorem sensibilem. Tristitiam enim interiorem diminuit directè in ea medium cõstituẽdo, sicut in propria materia, mediũ autẽ in passionibus virtus moralis cõstituit, non secundũ quãtitatẽ rei, sed secundum quãtitatem proportionis. vt scilicet passio nõ excedat regulã rationis. Et quia Stoici reputabãt, q nulla tristitia esset vtilis ad aliqd, ideò credebant, q totaliter à ratione discordabat, & p cõsequẽs esset totaliter sapiẽti vitãda, sed secundũ rei veritatẽ aliqua tristitia laudabilis est. vt Augu. probat. 14. de ciuit. Dei, quando, scilicet procedit ex sancto amore: vtputà cũ quis tristatur de peccatis ꝓprijs vel alienis. Assumitur enim vt vtilis ad finem satisfactionis pro peccato, iuxta illud. 2. Cor. 7. Quæ secundũ Deum est tristitia, pœnitentiã in salutẽ stabilẽ operatur. Et iõ Christus vt satisfaceret ꝓ peccatis omniũ hominum, assumpsit tristitiã maximã quãtitate absoluta, nõ tñ excedẽte regulã rationis. Doloré verò exteriorẽ sensus tactus virtus moralis directè nõ minuit, quia talis dolor nõ obedit rationi, sed sequitur corporis naturam. Diminuit tamen ipsum indirectè per redundantiam à viribus superioribus in inferiores, q in Christo nõ fuit: vt dictum est. Notãdum verò, q superior ratio in Christo tristitiam de proximorum defectibus habere non potuit. Quia enim superior rõ Christi plena Dei visione fruebatur, hoc mõ apprehẽdebatur, qđ ad aliorũ defectus pertinet, secundũ q in diuina sapiẽtia cõtinetur, secundũ quã decẽter ordinatũ consistit, & q aliquis peccare pmittitur, & q pro peccatis punitur. Et iõ nec aĩa Christi, nec aliquis beatus videns Deum de defectibus proximorum tristitiã habere potest. Secus autẽ est in aĩa viatoris quæ ad rationẽ sapientiæ videndã non attingit. Sic igitur de eisdẽ de quibus Christus dolebat secundũ sensum & imaginationẽ & rõnẽ inferiorẽ secundũ rationẽ superiorem gaudebat, inquantùm ea ad ordinẽ diuinæ sapiẽtiæ referebat. De dolore dicitur. Isai. 35. Verè languores nostros ipse portauit, & dolores nostros ipse tulit. Bernar. Volue & reuolue corpus Dñicum, & nõ inuenies in eo nisi dolorẽ & cruorem. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd ad veritatẽ doloris sensibilis requiritur læsio corporalis. Corpus autẽ Christi lædi poterat, quia erat passibile & mortale, nec defuit ei sensus læsionis, quin anima Christi haberet potentias omnes naturales. Vnde nulli dubium debet esse, quin in Christo fuerit verus dolor. Magnitudo verò huius doloris potest perpendi ex tribus. Primò ex eius causalitate, quæ fuit læsio corporalis, quæ habuit magnam acerbitatem. Tum propter generalitatẽ passionis, quia à planta pedis vsque ad verticem non fuit in eo sanitas. vt dicitur. Isaiæ 1. Tum etiam ex genere passionis, quia mors crucis fuit acerbissima, quia configuntur in locis neruosis, & maximè sensibilibus, scilicet in manibus & pedibus, & ipsum corporis pendentis pondus continuè auget dolorem, adhuc etiam tẽporis diuturnitas, quia nõ statim moriuntur, sicut illi qui gladio feriũtur vel interficiũtur. Secundò potest perpendi magnitudo doloris ex perceptibilitate patientis. Nam & secundum corpus erat optimè cõplexionatus, cùm corpus eius fuerit formatum miraculosè operatione spiritus sancti, sicut & alia quæ per miracula facta sunt alijs potiora fuerunt: vt dicit Chrysosto. de vino, quod de aqua in nuptijs fecit. Et ideò in eo viguit maximè sensitiuus tactus, ex cuius perceptione sequitur dolor. Tertiò perpenditur magnitudo doloris ex eius puritate, sicut est dictum suprà de tristitia. Notandũ verò, quòd innocentia patientis minuit dolorem passionis, quò ad numerum, quia nocens non solùm dolet de pœna, sed etiam de culpa. Innocens autem solùm de pœna, qui tamen dolor in eo augetur ex innocentia, inquantùm apprehendit nocumentum illatum vt magis indebitum: vnde etiam alij sunt magis reprehensibiles, si eis non compatiantur. vnde Isai. 42. Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo. Vtrum verò passus fuit Christus secundum totam animam. Notandum, q totum dicitur respectu partium. Partes verò animæ dicuntur potentiæ eius, similiter cõsiderandum, quòd duplex est passio animæ: vna quidem ex parte corporis siue subiecti. Alia verò ex parte obiecti, quod in ali qua potentiarum eius considerari potest, nam potentia visiua patitur quidem ab obiecto, sicut ab excellenti fulgido visus obtunditur. Ex parte verò organi, sicut cùm læsa pupilla visus excæcatur. Si igitur consideretur passio animæ Christi ex parte corporis, sic tota patiebatur, & secundum essentiam, & secundum potentias. nam tota animæ essentia coniungitur corpori, ita quòd tota est in toto, & tota in qualibet parte eius, & ideò corpore patiente, tota anima secundum essentiam patiebatur. In essentia verò animæ omnes potentiæ radicantur: vnde relinquitur, quòd corpore patiente quælibet potentia quodammodò patiebatur. Si verò consideretur passio animæ Christi ex parte obiecti, sic non omnis potentia animæ patiebatur, sed tantùm vires inferiores, quæ circa temporalia operabantur. In quibus inueniebatur aliquid, quod erat causa doloris, & secundum hoc superior ratio non patiebatur ex parte sui obiecti, scilicet Dei, qui non erat ei causa doloris, sed delectationis & gaudij. Similiter verò intelligendum est de fruitione, quòd anima potest intelligi, & secundũ essentiã, & secundũ eius potentias. Si autẽ intelligatur secũdum essentiã, sic tota fruebatur inquantũ est subiectum superioris partis animæ: cuius est fruitio diuinitatis: vt sicut passio ratione essentiæ attribuitur superiori parti animæ: ita etiã ecõuersò fruitio ratione superioris partis animę attribuitur essentiæ. Si verò accipiamus totã animã ratione omniũ potẽtiarũ eius, sic non tota fruebatur nec directè quidẽ: quia fruitio potest esse actus cuiuslibet partis animæ: nec per redũdantiã: quia dũ Christus erat viator non fiebat redũdantia glorię à superiore parte in inferiorem partẽ: nec ab anima in corpus: sed quia nec econuersò superior pars animæ nõ impediebatur circa id, quod est sibi propriũ per inferiorẽ, consequens est, q superior pars animæ perfectè fruebatur Christo patiente. Notandũ verò, q tristitia quæ erat in anima Christi, nõ erat contraria gaudio fruitionis. Tum quia non erat idẽ secundum idẽ: sed vel in diuersis potentijs: vel in eadẽ secundũ diuersam operationem. Tum etiam quia non erat de eodem. Tum etiã quia erat materia alterius: sicut accidit de pœnitente qui dolet ac de dolore gaudet. De quarto videlicet, passiõis ignominiositate, dicitur Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. glo. 1. crucis quæ vsque ad passionem Christi pœna reorum fuit. Nunc trophæus est victoriæ: ecclesiæ gloria. Aug. Crux Christi quæ erat supplicium latronum, nunc transit ad frontes imperatorum: si Deus tantũ honorẽ cõtulit supplicio, quid conferet seruo suo. Notãdum verò, quòd passio Christi fuit ignominiosa. Tum propter ignominiosum locum. Ioan. 19. Baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluarię locus. Hier. Extra portam enim & extra vrbem loca sunt in quibus capita damnatorum truncantur, idest, decollatorum: & Caluariæ supresse nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Iesus: vt vbi prius erat area damnatorum: ibi erigerentur vexilla martyrum. Tùm etiam propter ignominiosum supplicium. Deu. 21. Maledictus omnis qui pendet in ligno. glo. super Apostolum ad Gal. 3. dicit, quòd hæc pœna cæteris abiectior & ignominiosior fuit: & ideò in Deu. dictũ est, q suspensus in vespera deponeretur. Est autem duplex maledictio: vt dicitur ibi in glo. scilicet culpæ & pœnæ. Vnde & maledictum duobus modis dicitur, scilicet actiuè & passiuè, id est, secundum culpam & pœnam. Suscepit autem Christus sine reatu supplicium nostrum: vt inde solueret reatum nostrum & finiret etiam supplicium nostrũ. Tum etiam propter ignominiosum consortium Isa. 53. Et cũ impijs & sceleratis reputatus est. Hiero. Sicut enim pro nobis maledictum crucis factus est Christus, sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifixus est. Hoc etiam à mysterio non vacat. Vnde Augu. super Ioan. ipsa crux si attendas, tribunal fuit: in medio enim iudice constituto vnus latro qui credidit liberatus est: alter qui insultauit damnatus est, iam significabat quid facturus esset de viuis & mortuis: alios posiurus ad dexteram: & alios ad sinistram. Beda super Matth. Latrones qui cum domino crucifixi sunt significant eos qui sub fide & confessione Christi vel agone martyrij: vel quælibet artioris disciplinæ instituta subeunt: sed qui hæc pro æterna gloria gerunt, dexteri latronis fide designantur: qui verò humanæ laudis intuitu sinistri latronis mentem imitantur & actus. De quinto, scilicet passionis vtilitate, dicitur in Psal. Deus autem Rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terrę, idest, in Hierusalem: quę dicitur vmbilicus terræ secundum Glo. Est igitur vtilitas passionis Christi salus Christianorum. Notandum, quòd passio Christi causabat nostram salutem multis modis. Vno modo per modum meriti. Phil. 2. Propter quod Deus illum exaltauit, &c. Vnde Aug. Humilitas passionis Christi claritatis est meritum: claritas passionis humilitatis est præmium. Christus verò clarificatus est non solùm in seipso: sed etiam in suis fidelibus: vt ipse dicit Ioan. 17. Ergo videtur, quòd ipse meruit salutem suorum fidelium. Sciendum insuper, quòd ad meritum quatuor requiruntur: & sufficiunt. vnum est agẽs: quod sit in statu merendi: alterum est forma per quã habet opus præmio dignum, scilicet charitas. Tertium est: vt ipsa actio sit voluntaria: & ex potestate agentis: & de genere bonorum. Quartum est finis debitè intentus per actionem. Hæc quatuor fuerunt in Christo. vnde ipse potuit mereri. Alio modo causabat Christi passio salutem per modum satisfactionis. vnde ex persona ipsius dicitur in Psalmista. Quæ non rapui, tunc exoluebam: quasi dicat. non peccaui: & pœnas dedi: vt dicit Glo. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd ille proprie satisfacit pro offensa, qui exhibet offenso id, quod æquè vel magis diligit, quàm oderat offensam: Christus autem ex charitate & obedientia patientiæ magis aliquid Deo exhibuit, quàm exigeret recompensatio totius offensæ generis humani. Primò quidem propter magnitudinem charitatis ex qua patiebatur. Secundò propter dignitatem vitæ suæ quam pro satisfactione ponebat: quæ erat vita hominis & Dei. Tertiò propter generalitatem & magnitudinem doloris assumpti: ideò passio Christi non solùm sufficiens: sed etiam abundans fuit satisfactio pro redemptione generis humani: secundum illud primæ Ioan. 2. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non autem pro nostris tantùm: sed etiam pro totius mundi. Alio modo passio Christi causabat salutem nostram per modum sacrificij. vnde ad Ephes. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorem suauitatis: quia verò humanitas Christi operabatur in virtute diuinitatis: sacrificiũ illud efficacissimum erat, propter quod dicit Augusti. 4. de Trini. Quòd conuenienter in omni sacrificio quatuor sunt. scilicet cui offeratur: à quo offeratur: quod offeratur, pro quo offeratur. Ideò ipse vnus vtriusque mediator per sacrificium pacis reconcilians Deo vnum cum illo manens cui offerebat, vt vnum in se faceret pro quibus offerebat: vnus ipse esset qui offerebat: & quod offerebatur. Idem in eodem. Quid tam conuenienter ab hominibus sumeretur, quòd pro eis offerretur, quàm humana caro: & quid tam aptum fuit huic immolationi, quàm caro mortalis? & quid tam mundum pro mundandis vitijs mortalium, quàm fide cogitatione carnalis concupiscentiæ caro nata in vtero: & ex vtero virginali? & quid tam gratè offerri posiit & suscipi, quã corpus caro sacrificij nostri: corpus effectum sacerdotis nostri. Notandum verò, quòd homo indiget sacrificio propter tria. Vno modo quidem ad remissionẽ peccati. vnde Apostolus dicit ad Heb. 5. ꝙ ad sacerdotẽ pertinet offerre sacrificia pro peccatis. Secundò vt homo in statu gratiæ cõseruetur semper Deo inhærens in quo eius pax & salus consistit. vnde & in veteri lege immolabatur hostia pacifica pro offerentium salute: vt habetur Leuit. 3. Tertiò ad hoc: vt spiritus hominis perfectè Deo vniatur: quod maximè erit in gloria. vnde in veteri testamento offerebatur holocaustũ, quasi totum incensum: vt dicitur Leuiti. 1. Hæc autem per humanitatẽ Christi nobis cõferuntur. Primò quidẽ per eũ peccata nostra sunt remissa, secundũ illud Ro. 3. Traditus est propter delicta nostra. Secundò gratiam nos saluantẽ per ipsum accepimus, secũdũ illud Heb. 5. Factus est sibi obtẽperantibus causa salutis æternæ. Tertiò per ipsum adepti sumus perfectionem gloriæ: secundum illud Heb. 4. Fi

Universidad de Deusto
Biblioteca

le, quod non solùm personã inficit: sed etiam naturã. Secundũ personale grauius quidẽ cũ iam laxatis habenis exhibemus vndiq; membra nostra arma iniquitatis. Tertiũ verò singulare est grauissimum quidẽ quod cõmissum est in dominũ maiestatis, cũ viri impij virũ iustũ iniustè occiderũt. Hoc peccatũ Christus in se pertulit: qui seipsum fecit peccatũ: vt de peccato damnaret peccatum. Per hoc enim omne peccatũ tam originale quàm personale deletũ est: & ipsum quoq; singulare eliminatũ est per seipsum. Idé de eodem. In ipsa electione manuum tuarũ, cùm iam sacrificium matutinũ in holocaustum transiret vespertinũ, in ipsa inquam virtute incensi: quod cœlos ascendebat: & terrã aperiebat: inferos respergebat: exauditus es pro tua reuerentia clamans. pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciant. Ad huius verò euidentiã sciendũ, q̃ passio Christi est remissionis peccatorũ causa tripliciter. Primò quidem per modũ prouocantis ad charitatẽ: quia vt dicit Apostolus ad Rom. 5. Cõmendat Deus charitatẽ suam in nobis, quoniam cùm inimici essemus Christi pro nobis mortuus est. Per charitatẽ autem consequimur veniã peccatorum: secũdum illud Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa: quoniã dilexit multũ. Secundò passio Christi causat remissionẽ peccatorum per modũ redemptionis: quia ipse est caput nostrũ. per suam passionem enim quã ex charitate & obedientia sustinuit liberauit nos tanquàm membra sua à peccatis quasi per pretium suę passionis: sicut si homo per aliquod opus meritoriũ quod manu exerceret, redimeret se à peccato: quod pedibus commisisset: sicut enim naturale corpus est vnũ ex membrorũ diuersitate consistẽs, ita tota ecclesia quæ est mysticũ corpus Christi cõputatur quasi vna persona cũ suo capite: quod est Christus. Tertiò per modũ efficientiæ, inquantùm caro Christi secũdum quã Christus passionẽ sustinuit: est instrumentũ diuinitatis ex quo eius actiones & passiones operãtur virtute diuina ad expellendũ peccatũ. De pœnæ dimisione facta per Christi passionẽ dicitur. Isa. 53. Verè langores nostros ipse tulit. i. peccata: & dolores nostros ipse portauit. Vnde Ber. Duo nobis in hæreditate reliquerat ille vetustus Adam. s. laborẽ & dolorẽ. Laborẽ in actione. dolorẽ in passione. Christus enim nõ solùm laborẽ & dolorẽ consideratione sed etiã intrauit. vide inquit ad patrẽ humilitatẽ meam & laborẽ meum: quia pauper ego sum. & in laboribus à iuuentute mea, manus meæ in laboribus seruierũt. De dolore vide quid dixit. O vos omnes qui transitis per viam, &c. & in vita passiuã habuit actionẽ, & in morte passionem actiuam sustinuit, dum saluté operabatur in medio terræ. Ad cuius euidentiã sciendum, q̃ per passionẽ Christi liberati sumus à reatu pœnæ dupliciter. Vno modo directè inquantùm. s. passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccatis totius generis humani. exhibita autẽ satisfactione satisfacienti tollitur reatus pœnæ. Alio modo indirectè, inquantũ, scilicet passio Christi est causa remissionis peccati, in quo fundatur reatus pœnę. Sed notandũ q̃ satisfactio Christi effectũ habet in nobis inquantùm incorporamur ei vt membra capiti. Membra autem oportet capiti esse conformia. & ideò sicut Christus primò quidẽ in anima cum possibilitate corporis habuit gratiam & per passionem ad gloriam immortalitatis peruenit: ita & nos qui sumus membra eius per passionem ipsius: liberamur quidem à reatu cuiusl̃bet pœnæ: ita tamen quòd primò in anima recipimus spiritum adoptionis filiorum quo ascribimur ad hæreditatem gloriæ immortalitatis adhuc corpus passibile habentes: postmodùm verò configurati passionibus & morti Christi in gloria & in immortalitate perducimur ad vitam secundum illud Ro. 8. Si filij, & hæredes. Hæredes quidẽ Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur: vt simul glorificemur. De liberatione à diabolo facta per passionem Christi, dicitur Colos. 1. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum: & transtulit nos in regnum filij dilectionis suæ. Glo. Dilecti filij sui per quem redemit nos. Et infrà dicitur in Glo. quòd redemptio est destructio diabolicæ potestatis facultas libertatis quæ nobis data est fuso illius sanguine. vnde & ipse dominus imminente passione, dixit Ioan. 12. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Glo. Diabolus qui dominatur in malis mundo deditis. Ad cuius euidentiam sciendum, quod circa potestatem diaboli quam in homines exercebat ante Christi passionem tria sunt consideranda. Primum quidem est ex parte hominis qui suo peccato meruit: vt in potestatem diaboli traderetur, per cuius tentationem fuerat superatus. Aliud autem est ex parte Dei, qué homo peccando offenderat: qui per suam iustitiam reliquerat hominem potestati diaboli. Tertium ex parte diaboli, qui sua nequissima voluntate hominẽ ab assecutione salutis impediebat. Quantùm ergo ad primum, homo est à potestate diaboli liberatus per passionem Christi inquantũ passio Christi est causa remissionis peccatorum. Quantũ ad secundũ dicendum est, q̃ passio Christi liberauit nos à potestate diaboli inquantũ nos Deo reconciliauit. Quantùm ad tertium passio Christi nos liberauit à diabolo, inquantùm in passione Christi excessit modũ potestatis sibi traditæ à Deo, machinando in mortẽ Christi: qui non habebat meritũ mortis, cũ esset absq; peccato. vnde Augu. 13. de trini. Iustitia Christi diabolus victus est, qui cùm in eo nihil dignum morte inueniret, occidit eum. Inde etiam vtique iustum est: vt debitores quos tenebat, liberi dimittantur: videlicet credentes in eum quem sine vllo debito occidit. Notandum insuper, quòd potestas diaboli in duobus consistit secundum duas manus eius, vnam qua impellit ad peccatum: alteram qua trahit ad supplicium. Secundum primam primos parentes & in eis totum genus humanum vicerat. secũdum alteram, omnes ad infernum trahebat & detinebat. Primam debilitauit Christus, dum hostem vicit & hominibus multa auxilia præparauit. Secundam destruxit in omnibus quò ad sufficientiam. in membris verò suis quò ad efficientiam: De reconciliatione facta per passionem Christi, dicitur. Ro. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd passio Christi est causa nostræ reconciliationis ad Deum, dupliciter. Vno modo inquantùm remouet peccatũ, per quod homines constituuntur inimici Dei: secundũ illud Sap. 4. simul odio sunt Deo impius & impietas eius. Et in Psalm. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Alio modo inquantũ est Deo sacrificiũ acceptissimum. Est enim hic proprius effectus huius sacrificij: vt per ipsum placetur Deus, sicut cùm homo offensam in eo cõmissam remittit propter aliquid obsequiũ acceptũ, quod ei exhibetur. Vnde dicitur. 1. Reg. 16. Si dominus inciat te aduersum me odoretur sacrificium. Et similiter toti bonum fuit, q̃ Christus voluntariè passus est, quòd placatus est super omni offensa generis humani, quantũ ad eos qui passo Christo coniunguntur. Hinc est, q̃ Christus dicitur mediator Dei & hominũ. vnde dicit Glo. super illud. 1. Thi. 2. Vnus est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus qui mediator dictus est: quia inter Deũ immortalem & hominem mortalẽ est Deus hõ, reconcilians hominẽ Deo. Diony. 4. c. de di. no. dicit angelos esse medios, quia secundum naturam, sunt infra Deum, & supra homines constituti, & mediatoris officium exercent, nõ quidẽ principaliter & perfectè, sicut Christus, sed ministerialiter & dispositiuè. vnde & Matth. 4. dicitur, quòd angeli accesserunt, & ministrabant ei, scilicet Christo. Notandum insuper, quòd Christus dicitur mediator secundum naturã humanam. vnde dicit Glos. super illud. 1. Thi. 2. Vnus est mediator, &c. intantùm est mediator, inquantùm homo est, inquantùm autem verbum non est mediator, sed vnus cum patre Deus. Ad cuius euidentiã est sciendũ, quòd medium dicit ordinẽ inter primũ & vltimũ. Ordo autem iste importat tria. Oportet enim, q̃ sit post primum & ante vltimum. Item, q̃ coniungat vltimum primo. Item, q̃ participet vtriúsq; proprietates aliquo modo, ita q̃ in ipso communicent. Has tres inuenimus in Christo secũdum q̃ homo. Sic enim erat infra Deum gradu naturæ, & supra cæteros homines propter gratiã vnionis. Iteé coniungit homines Deo officio: vt causa proxima, perficiẽdo opera quibus coniunctionis impedimentum remouetur. Item participat cum vtróque extremorum, scilicet in cõditionibus infirmitatis cum homine, & in cõditionibus nobilitatis cũ Deo, prædictas verò cõditiones in Christo secundum q̃ Deus, non inuenimus. De apertione ianuę cœlestis facta per Christi passionem. dicitur. Heb. 10. Habemus fiduciam in introitum sanctorum in sanguine Christi. Glo. Certi sumus, q̃ introibimus in sancta sanctorum cœlestia per sanguinẽ Christi. vnde cantat ecclesia. O admirabile pretium, cuius pondere capti uitas redẽpta est mundi, tartarea cõfracta sunt eriã claustra inferni, aperta est nobis ianua regni. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd aperta est nobis ianua regni. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd claustio ianuæ est obstaculum quoddam prohibens homines ab ingressu regni cœlestis propter peccata. sicut dicitur. Isai. 25. Via illa sancta vocatur, & non trãsibit per illam pollutus. Est autem duplex peccatum impediens ab ingressu regni cœlestis, scilicet originale & actuale. Per passionem autem Christi liberati sumus ab vtróque peccato, quia communicamus eius passioni per fidem, & charitatẽ, & fidei sacramenta, & ideò per passionem Christi aperta est nobis ianua regni cœlestis. Et hoc est, quod dicit Aposto. Heb. 9. Christus assistens põtifex futurorum bonorũ, &c. per proprium sanguinem introiuit semel in sancta. Glos. l. in cœleste habitaculum, scilicet in sancta sanctorum. In figura huius dicitur. Num. 35. quòd homicida manebat in ciuitate refugij, donec sacerdos magnus, qui oleo unctus est, moriatur. Glos. l. in cruce. Notandum verò, quòd tria sunt consideranda in passione Christi: vt dicit Ber. videlicet opus, modus, & causa. Nam in opere quidem patientia, in modo humilitas, in causa charitas commendatur. Patientia autem singularis, quòd videlicet supra dorsum eius fabricauerunt peccatores, & aduersus patrem non murmurauit, à quo missus fuerat: non aduersus genus humanum, pro quo quæ non rapuit exoluit, non denique contra populum peculiarem sibi à quo potestatis beneficijs tanta mala recepit. Plectuntur aliqui pro peccatis suis & humiliter sustinent, & hoc eis ad patientiam reputatur, flagellantur alij non tam purgandi, quàm probandi coronandique, & maior in his patientia commendatur. Quomodò non maxima in Christo censeatur patientia, qui sicut nullum peccatum omnino habuit, nec actu proprio, nec contractu, sed nec in quo

crescere posset habens. humilitas autem admirabilis. nempe in humilitate iudicium eius sublatum est. O nouissimum & altissimum: ô humilem & sublimẽ: ô opprobrium hominum & gloria angelorũ: nemo illo sublimior: & nemo illo humilior. Charitas verò ineſtimabilis maiorem inquit charitatem nemo, &c. Tu maiorem dominẽ habuisti ponẽs etiam eam pro inimicis. Vix pro iusto quis moritur. Tu verò pro iniustis passus es moriens propter delicta nostra: qui venisti gratis iustificare peccatores: seruos facere fratres: captiuos hæredes: reules reges. De sexto patet, videlicet de persequẽtium cæcitate, & grauitate peccati eorum. De quibus dicitur. 1. Cor. 2. Si cognouissent, nunquàm dominum glorię crucifixissent. Et Matth. 23. Et vos implete mẽsuram patrum vestrorum: vbi dicit Chryso. quòd quantùm ad veritatem, excesserunt mensuram patrum suorum. Illi enim homines occiderunt: isti Deũ crucifixerunt. Ad horum autem euidentiam est sciendũ, q̃ apud Iudæos quidã erant maiores qui eorum principes diebãtur: qui cognouerũt: vt dicitur in lib. veteris & noui testamenti: sicut & dæmones cognouerunt eum esse Ghristum in lege promissum. Omnia enim signa videbant quæ direrunt futura Prophetæ. mysteriũ autẽ diuinitatis eius ignorabãt. Et ideo Apostolus dixit, si cognouissent, &c. Sciendũ tamen, q̃ eorũ ignorantia erat quodã modo affectata. Videbant enim signa ipsius diuinitatis: sed ex odio & inuidia Christi ea peruertebant. & verbis eius quibus se filium Dei fatebatur: credere noluerunt: vnde ipse de eis dicit. Ioã. 12. Si non venissem & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Nunc autẽ excusationem non habent de peccato suo. Et posteà subdit. si opera non fecissem in eis quę nemo alius fecit, peccatũ non haberent: vnde peccatum eorum fuit grauissimum. Tum ex genere peccati. Tum ex malitia voluntatis. Quidam verò apud Iudæos erãt minores, idest, populares: qui non plenè cognouerunt ipsum esse Christum: nec Dei filium: licet etiam aliqui eorum in eum crederẽt, propter signorum multitudinem & efficaciã doctrinæ, tamẽ posteà decepti fuerunt à suis principibus: vt eum non crederent: nec Christum: nec filium Dei esse. vnde & Petrus dixit eis. Act. Scio quòd per ignorantiam fecistis: sicut & principes vestri qui scilicet principes seducti erant. Vnde licet grauissimè peccarent quantùm ad genus peccati, in aliquo tamen diminuebatur peccatum eorum propter ignorantiã eorũ. vnde super illud Luc. 23. nesciunt quid faciũt. dicit Beda. Pro illis rogat qui nescierunt quid fecerunt, zelum Dei habentes: sed non secundum scientiam. Multo magis fuit excusabile peccatum gentilium, per quorum manus crucifixus ex Christus qui legis scientiam non habuerunt. Nota quòd Iudas tradidit Christum non Pylato: sed principibus sacerdotum, qui tradiderunt eum Pylato secundum illud Ioan. 18. Gens tua & pontifices tui tradiderũt te mihi. Horum tamen omnium peccatum fuit maius, quàm Pylati qui timore Cæsaris Christum occidit & etiam, quàm peccatum militum qui mandato præsidis Christum crucifixerunt non ex cupiditate sicut Iudas, nec ex inuidia & odio: sicut principes sacerdotũ. Notandũ tamen, quòd eadem actio diuersimodè iudicatur in bono & in malo, secundum quod ex diuersa radice procedit. pater enim tradidit Christum & ipse seipsum ex charitate. & ideò laudãtur. Iudas autem Christum ex cupiditate, Pylatus verò ex timore mũdano quo timebat Cæsarem, & ideò ipsi vituperantur.

De morte Christi. Artic. XIX.

SExtodecimò videamus de morte, qua dicitur Ioan. 11. Expedit vobis vt vnus moriatur homo, pro populo. Vnde notandũ, quòd expediẽs fuit Christum mori. Primò propter nostræ redemptionis complementum: quia licet quælibet passio Christi habuit infinitam virtutem propter diuinitatis vnionem, nõ tamẽ per quãlibet passionem conseruata fuisset humani generis redemptio: sed per mortem vnde spiritussanctus notabiliter per os Cayphæ dixit. Expedit vobis: vt vnus moriatur, &c. Psalm. In manus tuas domine cõmẽdo spiritum meũ. glo. Populus fidelis passione Christi redẽptus, dicit gratias agẽs. Tu domine Deus veritatis redemisti me in capite Christo clamante. In manus tuas domine cõmendo, &c. vnde Augu. Admiremur, gratulemur, iocũdemur, amemus, laudemus, adoremus: quoniam per redemptoris nostri mortem de tenebris ad lucem, de morte ad vitam: de exilio ad patriam: de luctu ad gaudiũ vocati sumus. Notandum verò, q̃ propriè alicuius causæ effectus cõsiderantur secundũ similitudinẽ causæ. vnde quia mors est quædam priuatio vitæ proprius effectus mortis attenditur circa remotionem eorũ quæ cõtrariantur nostræ saluti, quæ quidẽ sunt mors animæ & mors corporis. Et ideò per mortẽ Christi dicitur destructa etiã in nobis animæ mors, quæ est peccatũ. secũdũ illud Ro. 4. Traditus est. s. in mortem propter delicta nostra. & mors corporis quæ cõsistit in separatione animæ à corpore secundũ illud. 1 Cor. 15. Absorpta est mors in victoria. Secũdò fuit expediẽs mori Christũ propter fidei spei & charitatis augmẽtũ. De augmẽto fidei dicitur in Psal. Singulariter sum ego donec transeam. glo. de mundo ad patrẽ, cũ autẽ transiero ad patrẽ, tũc multiplicabor. Ioan. 12. Nisi granũ frumenti ca. &c. Aug. Se dicebat granum mortificandũ in infidelitate Iudæorũ multiplicandum fide omnium populorum. De augmento spei dicitur Ro. 8. Qui proprio filio suo nõ pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illũ, quomodò non cũ illo omnia nobis donauit. glo. in præsenti Dei iustitiam, & in futuro æternam vitam, quod minus est: quia non potest hoc negare: quia minus est omnia donare, quã nostri causa illũ mori tradere: quasi diceret non potest hoc negare. Ber. Quis non rapiatur ad spem impetrandi fiduciã qui attendit crucifixi corporis positionem videlicet, caput inclinatum ad osculandum: brachia extensa ad amplexandũ: manus perforatas ad largiendum: latus apertum ad diligendum: pedes affixos ad nobiscũ manendum. Canti. 2. Veni columba mea in foraminibus petræ. glo. 1. in vulneribus Christi ecclesia sedet & nidificat, cùm in passione domini spem salutis suæ ponit: & per hoc ab insidijs accipitris, idest, diaboli se tutandam confidit. De augmento charitatis dicitur. Ecclesiast. 23. In meridiano exuri tibi, idest, in passionis feruore accendit terrenos ad amorẽ. Ber. Super omnia te reddit amabilem mihi bone Iesu calix quem bibisti opus nostræ redemptionis, hoc omninò amorem nostrum facilè sibi vendicat totum, hoc est, quòd nostram deuotionem & blandius allicit, & iustius erigit, & artius stringit & afficit vehemẽtius. Tertiò fuit expediens Christum mori propter sacramentum salutis nostræ: vt ad similitudinem mortis eius huic mũdo moreremur. Colo. 3. Mortui enim estis & vita vestra, &c. glo. Vanis & caducis. Iob 7. Suspendium elegit anima mea, & mortẽ ossa mea Greg. Anima est intentio mentis, ossa fortitudo carnis, quod suspenditur ab imo eleuatur. Anima ergo suspenditur ad æterna vt moriãtur ossa: quia amore æternæ vitæ omnem fortitudinem exterioris vitæ in se necat. Huius autem mortis signum est, si à mundo quis despicitur: vnde dicit Gregor. Quis mare viua corpora in se retinet & mortua mox ex se pellit. Quartò fuit expediens Christum mori, propter perfectæ virtutis exemplum. vnde 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum. glo. Tribulationes contumeliarum, flagellorum, crucis, mortis: vt sequamur vestigia eius. 2. Thi. 2. si sustinemus. glo. pro Christo tribulationes & passiones & conregnabimus. Glo. cum illo in æterna beatitudine. Bernard. Quoniam pauci domine post te ire volunt: cùm tamen peruenire ad te nemo sit qui nolit, hoc scientibus cunctis, quòd delectationes in dextera tua vsque in finem. propterea omnes volunt te frui: ac te non ita imitari: conregnare cupiunt: sed compati non: curant quærere: quem tamen desiderant inuenire: cupientes consequi: sed non sequi. Verum etiam hoc exemplo docemur non solùm pro Christo pati: sed etiam pro proximis animas ponere. vnde. 1. Ioan. 3. Quemadmodùm Christus animam suam pro nobis posuit, ita & nos debemus pro fratribus animas ponere Notandũ verò: vt dicit Dama. 2. lib. Et si mortuus est: vt homo & sancta anima eius à corpore separata est, diuinitas inseparabilis ab vtróque permansit. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd id quod per gratiam Dei alicui conceditur, nũquã absque culpa reuocatur. vnde dicitur Ro. 11. quòd sine pœnitentia sunt dona Dei & vocatio Dei. Glo. Dona Dei, idest, promissio & vocatio Dei, id est, electio ab æterno sunt sine pœnitentia & mutatione consilij. Multo autem maior est gratia vnionis per quã diuinitas est humanæ naturæ in persona Christi cõiuncta, q̃ gratia adoptionis qua alij sanctificantur: & etiam magis permanens ex sui ratione: quia hîc gratia ordinatur ad vnitatẽ personalẽ. Gratia verò adoptionis ad quandã vnionẽ affectualẽ: & tamen videmus, q̃ gratia adoptionis nunquã perditur sine culpa. Cũ ergo in Christo nullũ fuerit peccatũ, impossibile fuit: vt solueretur vnio diuinitatis ipsius à carne siue ab anima. Vnde de filio Dei dicitur. quòd sepultus est: quia corpus eius sepultum fuit: & quòd descendit ad inferos: quia anima eius separata à corpore descendit ad inferos.

De sepultura Christi. Artic. XX.

DEcimoseptimò videamus de sepultura Christi: de qua dicitur Isa. 20. Et erit sepulchrum eius gloriosum, idest, ab omnibus honorabitur. de modo autem sepeliendi legitur Ioan. 19. Fuit autem conueniens Christum sepeliri. Tum propter fidem mortis eius: quia sepeliri mortuorum est. Vnde legitur Matth. 25. quòd Pilatus nõ cõcessit Ioseph corpus Christi ad sepeliendum, nisi cognito prius à Centurione de morte eius. Tum propter spem resurrectionis, quæ datur membris ex capite. Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, &c. Tum propter mysterium sepulturæ spiritualis, qua dicitur Ro. 6: Consepulti enim sumus per baptismum cum illo in mortem: & in illo consepulti in baptismo (supple) ei estis, id est, ad similitudinẽ sepulturæ eius baptizati sunt: vt non videantur quid fuerunt, scilicet veteres peccatores: sed noui iusti. sicut Christus in sepulchro positus non videbatur. Nota etiam, q̃ per sepulchrum cœlestis contemplatio significatur. Vnde super illud Iob. 7. Gaudeant vehementer cùm inuenerint sepulchrum. dicit Grego. Sicut in sepulchro corpus, ita in diuina contemplatione anima absconditur mundo mortua, vbi ab omni strepitu sæculi quasi trina immersio per triduum sepulturæ est quieta. Psalm. Abscondes eos in absconditio faciei tuæ à conturbatione hominum tribulati & opprobrijs hominum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vexati mente intrantes ad vultum Dei non turbantur. Sunt autem tria necessaria ad hanc sepulturā spiritualem Dei, videlicet vt meus virtutibus exerceatur: vt tota munda & candida efficiatur: vt huic mundo funditus moriatur, quę circa Christi sepultura mystice sunt demonstrata. primum signatū est. Marc. 14. vbi legitur, ꝙ beata Maria Magdalena præuenit vngere corpus Iesu in sepulturā: quia vnguentum nardi pisćati propter sui pretiositatem virtutes designat, quibus in hac vita nihil est pretiosius: secundum illud Ecclesiastici 26. Non est ponderatio digna continentis animæ. ideò sancta anima debet prius per exercitiū virtutis inungi, quæ vult in diuina cōtemplatiōe sepeliri. vnde Iob 5. Ingredieris in abūdantia sepulchrū. Glo. Diuinæ cōtemplationis: sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Glo. quia tempus actionis præmium est æternæ cōtemplationis, & necesse est vt perfectus priùs mentem virtutibus exerceat, & eam pnst in horreum quietis condat. Secundum signatū est. Ioā. 19. vbi legitur, ꝙ Ioseph mercatus est sindonē, &c. quia sindon est pannus lineus: vt dicit Remigius: & cū magno labore ad candorē perducitur. Vnde significat internum mentis candorē, ad cuius perfectionem cū magno labore peruenitur. Apoca. 22. Qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Romano. 6. In nouitate vitæ ambulemus. Glo. De bono in melius proficiendo per iustitiam fidei & spem gloriæ. Igitur homines internæ cādore munditię debent in sepulchro diuinæ contemplationis recōdi. Vnde super illud Matth. 5. Beati mundo corde, quoniā ipsi Deum videbunt. dicit Hiero. mundus dominus à mundo corde cōspicitur. Tertiò signatū est. Ioan. 19. vbi subiūgit. Venit Nicodemus ferens mixturā myrrhæ: & aloēs, quasi libras centum: & per libras centū myrrhę & aloes: quibus caro mortua incorrupta conseruatur perfecta mortificatio sensuum exteriorum designatur: qua mens mundo mortua conseruatur, ne à vitijs corrumpatur: secundum illud 1. Corinth. 4. Licèt is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Glosſ. id est assiduè purior efficitur à vitijs per ignem tribulationis. Igitur mens hominis prius debet cum Christo huic mundo mortificari, & posteà in secreto diuinæ contemplationis cum ipso tumulari. Vnde Colossen. 3. Mortui estis cum Christo. Glo. Vani- & caducis: & posteà subiungitur: & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Possumus tamen adhuc circa sepulturam Christi quatuor notare, quibus indigemus ad hoc, ꝙ corpus Christi in sepulchro cordis recondatur deuoti. Primum est mentis purificatio, quæ per sindonem Ioseph significatur. Vnde dicit Glo. super Ioannem, ꝙ in sindone munda Iesum inuoluit, qui eum pura mente suscipit. Secūdum est corporis castigatio quæ per myrrham & aloen quibus caro mortua cōseruatur à corruptione significatur. Vnde Theodo. Decet autem non solùm pura anima suscipere corpus Christi: sed etiam puro corpore. de consecra. distin. 2. Omnis homo ante communionē à propria vxore abstinere debet tribus: aut quatuor: aut sex diebus. Ratio autē huius: quia ad sumptionem corporis Christi requiritur eleuatio mentis in Deum per charitatē & feruorē dilectionis quæ eleuatio maximè impeditur per delectationem venereā, quæ deprimit ad sensibilia: vt dicit Aug. in libr. Soliloquiorum. Tertium est totius vitæ innouatio figurata per sepulchri nouitatē. Vnde 1. Corinth. 5. dicitur. Itaq; epulemur non in fermento veteri, &c. Et infrà. Sed in azimis sinceritatis. secūdum Glo. 1. nouæ vitæ & veritatis. Vt sine omni fraude simus, ita vt sinceritas nouam vitam faciat, & veritas omnem fraudem excludat. quartum est deuota Christi meditatio, quæ significatur per sepulchrum excisum in petra. Vnde Theodor. Imitemur & nos Ioseph, & conemur Christi corpus suscipere per vnitatem, & ponere in monumento excisō in petra, id est, in anima memorante, & nō obliuiscente Deū. Vnde Luc. 23. Hoc facite in meam commemorationem. Rabanus. Discę quo pacto decet edere corpus Christi in memoriam, scilicet obedientiæ eius vsque ad mortem, & qui viuunt, non amplius in se viuant, sed in eo qui pro eis mortuus est & resurrexit. Notādum insuper, quòd ex peccato consequitur homo post mortem quendam defectum ex parte corporis: videlicet, quòd corpus redditur terræ ex qua assumptū est. Hic autē defectus in nobis attēditur secundum duo, scilicet secūdum positionem, & secūdum resolutionē, quorum primū Christus pati voluit. nō autē secundum. iuxta illud. Psal. Nec dabis sanctum tuū videre corruptionē. quod exponit Damasc. 4. lib. de corruptiōe, quę est per resolutionē in elementa. Huius autē ratio est, quia corp⁹ Christi eius materiā assumpsit de humana natura, sed formatio eius nō fuit nisi ex virtute spiritus sancti, & iō, propter substantiā materiæ subterraneū locū q corporibus mortuis deputari solet, pati voluit. Locus em debetur corporibus sēm materiā prędestinātis elemēti, sed dissolutionē corporis p spiritū sanctū formati pati noluit. Vñ quātū ad hoc Christus ab alijs hoībus differebat, sic ergo in assumptæ humanitatis signū conueniēs fuit corpus Christi sub terra poni, sed ad ostēsionē diuinæ virtutis cōgruens fuit: vt nō dissolueretur. Vnde Chryso. dicit, ꝙ viuētibus alijs hoībus his qui egerunt strēnuè arridet propria gesta, his autem pereūtibus pereunt, sed in Christo totū est contrarium. Nā ante crucē sunt omnia mœsta & infirma: vt autē crucifixus est, ośa clariora facta sunt: vt noscas nō purum hominē crucifixum. Notandū insuper, ꝙ Christus tribus diebus, & tribus noctibus dicitur fuisse in corde terræ. Matt. 12. Illo locutionis modo, quo pars pro toto solet poni, cùm ex die & nocte vnus dies naturalis cōstituitur, quacúnq; parte & diei & noctis cōputata, qua Christus fuit in monte, tota illa die dicitur fuisse in morte, secundum autē sacræ scripturæ consuetudinē nox cū sequenti die cōputatur, eò, quòd Hebręi tēpora secundū cursum lunæ obseruant, quę de sero incipit apparere. Fuit autem Christus in sepulchro vltima parte sextæ feriæ, quæ si cum præcedēte nocte computetur, erit dies artificialis, & nox quasi vnus dies naturalis, nocte verò sequēti sextam feriam computata, cū integra die sabbati fuit in sepulchro, & sic sunt duo dies. Iacuit etiam in sepulchro sequenti nocte quæ præcedit diem Dominicum, in qua surrexit media nocte: vel diluculo secundum aliquos. vnde si computetur nox tota vel pars eius cum sequenti die Dominica, erit dies tertius naturalis, sicut enim primi dies propter futuri hominis lapsum à luce in nocte, ita iste propter hominis raparationem à tenebris in lucem computantur. Notandum etiam, quòd masculinum genus designat personam, neutrum verò genus naturam. Vnde de Trinitate dicimus, quòd filius est alius à patre, non aliud, secundum hoc: Christus in triduo mortuis fuit totus in sepulchro, totus in inferno, & totus in cœlo, propter personam quæ vnita erat, & carni quæ iacebat in sepulchro, & animæ infernum spolianti, & subsistebat in natura diuina in cœlo regnante. Similiter est dicendum cùm vnio animæ cum corpore faciat hominem, quòd Christus in illo triduo non fuit homo, licèt caro & anima vnita essent cum verbo.

De descensu Christi ad inferos. Artic. XXI.

DEcimooctauò videamus de descensu Christi ad inferos, de quo dicitur Ephe. 4. Quòd autem ascendit, quid est nisi qui descendit primū in inferiores partes terrę. Glo. 1. ad inferos. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd infernus quandòque nominat locum: aliquando nominat supplicium. Vnde dicit Glo. Iaco. 2. quòd dæmones semper circūferunt suum infernum: sicut febricitantes ardorem suum: Christi verò anima non descendit ad inferni supplicia secundum locum. Fuit autem conueniens Christum ad infernum descendere: primò ad suæ dignationis manifestationem. Vnde Matth. 11. Tu es qui venturus es: an alium expectamus, ac si apertè dicat: sicut pro hominibus nasci dignatus es, an etiam pro hominibus mori & ad inferos descendere digneris insinua: vt exponit Gregorius in Homel. Secūdò ad patrum liberationem. Vnde Zacha. 4. Tu autem in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Vnde in persona patrum in inferno existentium cantat ecclesia. Aduenisti desiderabilis quem expectamus, &c. Tertiò ad dæmonum confutationem. Vnde in Psalm. Attollite portas principes vestras. Glo. angeli præeuntes Christum ad infernum, dicunt. O vos principes inferni, tollite portas vestras, idest, auferte potestatem qua vsque nunc homines detinebatis in inferno. Notandum verò, quòd quadruplex est infernus. Primus est damnatorum, in quo est carentia lucis diuinæ & visionis æternæ, & pœna sensus. Secundus infernus super istum dicitur limbus puerorum, in quo sunt duo prima sine tertio. Tertius super istum est infernus, qui dicitur purgatorium, in quo sunt duo vltima sine primo. Quartus supra istum est sinus Abrahæ, in quo nō sunt duo extrema: sed mediū, scilicet carentia diuinæ visionis: à primo nunquàm transierunt animæ ad secundum: nec econuersò. A secundo similiter nunquàm transierunt ad tertium: nec econuersò. A tertio verò transierunt ad quartum: sed non econuersò. In hunc verò quartum Christus descēdit: & quos ibi inuenit liberauit. Vnde dicitur infernum momordisse: secundū illud Oseæ 13. Morsus tuus ero inferne: quia partem inde abstulit. Fuit autem anima Christi in hoc inferno per triduum mortis suæ cum sanctis patribus: vt simul educeretur & corpus de sepulchro, & anima de inferno: quod autem dictum est latroni. Hodiè mecum eris in paradiso. Lucæ vigesimotertio. Intelligendum est de paradiso spirituali. Est enim triplex paradisus. Primus est terrestris: in quo Adam positus fuit. Geneſis secundo. Secundus cœlestis, de quo dicitur Ezechielis vigesimooctauo. In delitijs paradisi Dei fuisti. Tertius spiritualis in quo sunt qui diuina gloria perfruuntur: & de isto dictum est latroni. hodiè mecum eris in paradiso: quia latro & alij sancti patres in inferno cum Christo existentes, diuina eius gloria perfruebantur.

De Christi resurrectione. Artic. XXII.

DEcimonono videamus de Christi resurrectione, de qua dicitur Matthæi vltimo. Iesum Nazarenum quæritis crucifixum non est hic: sed surrexit. Possumus autem quatuor notare circa Christi resurrectionem: videlicet resurgendi necessitatem: resurgentis qualitatem: resurrectionis veritatem: vltimò resurrectionis causalitatem. De primo, videlicet resurgendi necessitate dicitur Luc. vlti. Oportet pati Christum & resurgere mortuum. Ad cuius euidentiam, sciendum, quòd necessarium fuit Christum resurgere. Primò ad diuinæ virtutis ostensionem. Vnde dicitur Ioan. 10. Nemo tollet à me animam meam. & sequitur. Potestatem habeo ponendi animam meam: & iterum sumendi eam. vnde Iudæis signum petentibus dixit. Soluite templum hoc & post triduum reædificabo illud. Glo. virtute trinitatis. 2. Cor. vlt. Etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei. Est enim solius diuinæ virtutis mortuos resuscitare. Vnde Damasc. Crede resurrectionem futuram diuina voluntate virtute & nutu. Vbi tria tangit circa resurrectionem, videlicet voluntatem Dei quæ imperat: virtutem quæ exequitur: & facilitatem executionis in hoc, quòd nutum adiunxit ad similitudinem nostram. Illud enim nobis facilè est facere, quòd ad nutum nostrum fit. Secundò ad diuinæ iustitiæ commendationem ad quam pertinet exaltando remunerāre eos qui ex charitate Dei: & obedientia humiliantur: vnde in persona Christi dicitur in Psalm. Tu cognouisti sessionem meam, idest, humilitatem in passione: & resurrectionem. Glo. Glorificationem in resurrectione. Est enim Dei iustitia prima causa resurrectionis omnium: vt scilicet, corpora præmientur: vel puniantur simul cum animabus: sicut communicauerunt in merito vel peccato: vt dicit Dio. cap. 6. cœ. hie. & Dama. li. 3. ad fidei instructionem. Vnde 1. Cor. 15. Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio. inanis est fides nostra. Glo. 1. inutilis: cùm nulla sit remuneratio futura. Vnde in Psalm. Quæ vtilitas in sanguine meo. Glosſ. in effusione sanguinis mei: dum descendo: quasi per quosdam gradus malorum in corruptionem: quasi diceret nulla. Si enim statim non resurrexero corruptúmque fuerit corpus meum, nemini annuntiabo: neminem lucrabor. Quartò ad spei eleuationem. Datur enim ex capite membris spes resurgendi. Vnde 1. Corinth. 15. Si Christus prædicatur: quia resurrexit à mortuis: quomodò quidam dicunt in vobis, quòd resurrectio non est. Iob. 19. Scio quòd redemptor meus viuit: & in nouissimo die de terra surrecturus sum: vbi dicit Grego. Nihil nos certius habere credimus, quàm quòd in sua tenemus. In sinu ergo spem repositam tenuit, quia vera certitudine de spe resurrectionis præsumpsit. Notandum ergo quòd Christus superata morte prius ad immortalitatem resurrexit: vt sicut in Adam peccante primò vita mortalis apparuit: ita & in Christo satisfaciente. primo immortalitas vitæ apparet. Redierunt autem alij ad vitam ante Christum: vel ab eo: vel à Prophetis suscitati, tamen iterum mortituri: sed Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: vt dicitur Roma. 6. Vnde quia Christus prius necessitatem moriendi effudit, dicitur primogenitus mortuorum. Apoc. 1. quia prius à somno mortis resurrexit, iugo mortis excusso: & primitiæ dormientium. 1. Corinth. 15. quia prius alijs tempore & dignitate surrexit: vt dicit Glo. scilicet ad vitam immortalem. Igitur quia Christi resurrectio nostram præcedit. Tum ordine temporis: vt dictum est: quia prius ad immortalitatem resurrexit. Tum ordine causæ: quia resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis: vt infrà patebit. Tum etiam ordine dignitatis: quia præ cunctis glorioſior resurrexit Christus dicitur primogenitus mortuorum. De his autem qui cum Christo resurrexerunt, dicit Hiero. Et tamen cùm monumenta aperta sunt non ante surrexerunt, quàm resurgeret dominus: vt esset primogenitus resurrectionis ex mortuis. vnde dicitur Matth. 27. quòd exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem. Verum verò iterum mortui fuerūt, opiniones sunt. dicit enim. Hieronymus. Quomodò Lazarus à mortuis resurrexit, sic & multa corpora sanctorum resurrexerunt: vt dominum ostenderent resurrexisse. Remigius verò dicit, quòd incunctanter debemus credere, quòd qui resurgente domino à mortuis resurrexerunt ascendente eo ad cœlos, ipsi pariter asceaderunt: quoniam maius illis tormentum esset qui resurrexerunt, si iterum morituri essent, quàm si non resurgerent. Notandum insuper, quòd Christi resurrectio non debuit vsque ad finem mundi differri: nec etiam nimis accelerari: vt virtus diuinitatis ostenderetur. & veritas mortis infra triduum approbaretur. Tertia verò die resurrexit: vt in veritate trinitatis se ostenderet resurrexisse. vnde etiam quandóque dicitur eum pater resuscitasse: quandóque ipse filius propria virtute surrexisse: quod non est contrariū: cum eadē sit virtus omnimò patris, & filij, & spiritus sancti. Item in signum spiritualis resurrectionis, de qua potest dici illud Oseæ. 6. Viuificabit nos post duos dies: in tertia suscitabit nos. primus dies est contritio. secundus est confessio. tertius satisfactio. Item, vt in nouitate vitæ ambulemus ad Roma. 6. Glo. De bono in melius proficiendo, scilicet per fidem spem & charitatem. Item sicut diem resurrectionis præcesſit dies mortis in paraſceue: & dies quietis in sabbato, ita resurrectionem nostrā gloriolam præcedat mortificatio vitiorum: & quies contemplationis æternorum. Sciendū etiā: vt dicit Aug. in li. de Tri. ꝙ Christus in diluculo resurrexit, in quo aliquid lucis apparet: & aliquid noctis tenebrarū: vnde de mulieribus dicitur Ioan. 20. ꝙ cū adhuc tenebræ essent, venerūt ad monumentū. ratione ergo harum tenebrarū Gre. dicit Christum medīa nocte surrexisse non quidē nocte diuisa in duas partes æqua-

les: sed infra illam noctem illud verò diluculum & pars noctis & pars diei dici potest, propter cōuenientiā, quā habet cū vtróq;. Quòd autem Christus illucescēte die resurrexit, mystice designatur, quòd nos per suam resurrectionem ad lucē gloriæ inducebat: sicut iā mortuus est die aduesperascente & tendēte in tenebras: ad ostendēdum, quòd per suam mortem destrueret tenebras pœnæ & culpæ. De secundo, scilicet resurgentis qualitate, dicitur Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Glo. quam habuit in resurrectione. Hoc idem videlicet, quòd Christus in resurrectione sua habuit corpus glorioſum, patet triplici ratione. Prima quidem: quia resurrectio Christi exemplar & causa nostrę resurrectionis: vt habetur. 1. Corin. 15. Sancti autem habebunt in resurrectione corpora glorioſa: sicut dicit ibidem. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Vnde cū causa nobilior sit causato: & exēplar exemplato, multo magis corpus Christi resurgentis fuit gloriosum. Secunda quia per humilitatem passionis meruit gloriam resurrectionis: vnde & ipse dicebat Ioan. 12. Nunc anima mea turbata est: quod pertinet ad passionem: & posteà subdit. Pater clarifica nomen tuum: in quo petit gloriam resurrectionis. Vnde dicit Augusti. Vt Christus in resurrectione clarificetur, humiliatus est in passione: humilitas claritatis est meritum: claritas humilitatis est præmium. Tertia quia anima Christi à principio suæ conceptionis fuit glorioſa per fruitionem diuinitatis. Est autem dispensatiuè factum: vt ab anima gloria non redundaret in corpus, ad hoc vt mysterium redemptionis nostræ sua passione impleret. & ideò peracto hoc mysterio passionis & mortis, anima Christi statim in corpus in resurrectione assumptum suam gloriam deriuauit: & ita factum est illud corpus glorioſum. Sunt autem quatuor dotes corporis glorificati, videlicet claritas: impaſsibilitas: subtilitas: & agilitas. Ad quarum euidentiam sciendum, quòd claritas causatur ex redundantia gloriæ animæ in corpus: & secundum quod anima est maioris meriti, ita etiam differentia claritatis erit in corpore: vt patet primæ Corinthiorum decimoquinto. Impaſsibilitas verò resultat ex virtute animæ corpus suum continentis potenter: vt à nullo exteriori agente valeat immutari. Subtilitas verò est in corporibus glorificatis propter completiſsimam corporis perfectionem, quæ quidem completio est ex dominio animæ glorificatæ, quæ est forma, scilicet corporis: ratione cuius corpus glorioſum spirituale dicitur quasi omnino spiritui subiectum. Prima autem subjectio quo corpus animæ subjicitur, est ad participandum esse specificum: prout subjicitur ei: vt materia formæ: deinde subjicitur ei ad alia animæ opera prout anima est motor, & ideò prima ratio spiritualitatis in corpore est ex subtilitate: & deinde ex agilitate: & alijs proprietatibus corporis glorioſi. Has verò dotes tangit Apoſtolus. 1. Corinth. 15. dicens. Seminatur in corruptione. Glo. 1. sepelitur: vel mortificatur: vt corrumpatur. Surget in incorruptione. glo. 1. immortale & impaſsibile. Seminatur in ignobilitate. glo. 1. sine omni honore. Surget in gloria, idest, glorioſum: seminatur in infirmitate. glo. quia non valet se mouere: vel regere. Surget in virtute. Glo. 1. verè viuum: & vegetatiuum. Seminatur corpus animale. Glo. 1. tale, quòd cibis sustentatur: vt viuat. Surget spirituale. Glo. quia tunc plenè spiritui subditur. Corpus enim iam non repugnabit: sed quasi simile spiritui suo erit: quia nec aliquam corruptionem patietur: nec alimentis indigebit. Notandum, quòd licet Christus haberet corpus glorioſum, tamen cicatrices in corpore suo reseruauit: quod quidem conueniens fuit: primò in signum victoriæ. Dicit enim. Beda super Lucam, quòd nō ex impotentia curandi cicatrices seruauit: sed vt in perpetuum victoriæ suæ circunferat triumphū. Vnde Aug. 22. de ciui. Dei dicit, quòd fortaſsis in illo regno in corporibus martyrum videbimus vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt. Non enim: difformitas in eis: sed dignitas erit: & quædam quamuis in corpore non corporis: sed virtutis pulchritudo apparebit seu fulgebit. Secundò vt discipulos in fide resurrectionis solidaret: vnde dominus Ioan. 20. ad Thomam. Infer digitum tuum huc. Theo. Qui prius infidelis erat, post lateris tactum optimum se theologum ostendit. Nam duplicem naturam vnitámque hypoſtaſim Christi differnit. dicendo enim dominus meus: humanam naturam dicendo Deus meus, diuinam confessus est: & vnū & eundē dicendū Deū & dominū. Tertiò vt pro nobis apud patrē ostēſis vulnerū cicatricibus aduocaret. vnde Ro. 8. Iesus Christus qui mortuus est: imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei qui etiam interpellat pro nobis. Glo. Non voce: sed miseratione & repræsentatione humanitatis dum quotidiè hominem quem aſsumpſit & graue genus mortis: quod pro nobis sustinuit vultui paterno offert: vt nostri miseretur: cuius postulatio cùm tantus sit, non potest contēni. Sed notandum: vt dicit Greg. quòd iustus aduocatus iniustas causas non suscipit: neque dare verba pro iniustitia sentit. Vnde oportet nos iustè viuere, si volumus eum patronum habere. Quartò vt sua morte redemptis, quàm misericorditer sint adiuti propoſitis eiusdem mortis iusinuet signis. Postre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niò vt in iudicio quàm iustè damnẽtur annuntient. Vnde Apoca. 1. Videbit eum omnis oculus: & qui eum pupugerũt. Vnde in libr. de symbolo dicit, q̃ Christus inimicis sit demonstraturus vulnera: vt conuincens eos veritas dicat. Ecce hominẽ quem crucifixistis: videte vulnera quæ infixistis: agnoscite latus quod pupugistis: quoniam & per vos: & propter vos apertum est: & intrare noluistis. De tertio, scilicet resurrectionis veritate dicitur Lucæ vlti. Surrexit dominus verè. Sciendum verò, q̃ Christus resurrectionis veritatem probauit testimonio angelico & argumẽto veridico. De primo dicitur Matthæi 28. Voce angeli: Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hîc. Fuit autem conueniens, vt Christi resurrectio angelico denuntiaretur testimonio: quia dicit Apostolus Roman. 13. quę à Deo sunt, ordinata sunt. Est hic ordo diuinę institutus, vt ea quæ supra homines sunt hominibus, reuelétur per angelos: vt patet per Diony. 4. cap. cœlest. hierar. Christus autẽ resurgens nõ rediit ad vitam cõmuniter omnibus notam: sed ad vitã quandam immortalem & Deo conformẽ secundum illud Rom. 6. Quod enim viuit, viuit Deo. Et ideò cõueniens fuit, vt angelico testimonio hominibus manifestaretur. Vnde dicit Hylarius super Mattheum. Minimè Dei patris in signe est resurgẽti filio ab inferis virtutũ cœlestium ministeria mittere: atq; ideò ipse prior resurrectionis est iudex, vt quodam famulatu paternæ voluntatis resurrectio nuntiaretur. De secũdo dicitur Act. 1. quòd dominus apparuit discipulis suis per quadraginta dies in multis argumentis. Dicitur autẽ argumentũ hoc loco signũ aliquod sensibile: quod inducit ad alicuius manifestationem: & sic Christus argumentis probauit resurrectionis veritatẽ & gloriam: veritatem autem resurrectionis probauit dupliciter. Vno modo ex parte corporis circa, quod tria ostendit. Primò, quòd esset verũ corpus: & solidum non fantasticum vel rarum: sicut est aër: hoc ostenditur per hoc quando corpus suum palpabile ostendit. Vnde Lucæ vlti. Palpate & videte, quia spiritus carnẽ & ossa non habet. Secũdò ostendit q̃ corpus esset humanum, ostendendo eis effigiem veram: vt oculis corporalibus intuerentur quam discipuli eius cognoscentes gaudebãt. Vnde Ioan. 20. Gauisi sunt discipuli viso domino. Tertiò ostendit q̃ esset idem corpus numero quod priùs habuit per vulnerum cicatrices. Vnde Lucæ vltimo. Videte manus meas & pedes meos quia ego ipse sum. Alio modo ostendit resurrectionis veritatem ex parte animæ iterato corpori vnitæ: & hoc per opera virtutũ triplicis vitæ. Primò quidem per opera nutritiuę vitæ: hoc est quòd cum discipulis suis manducauit & bibit: vt legitur Lucæ vltim. Vbi tamen notandum, quòd Christus vt dicit Beda super Lucam mandu cauit potestate non ægestate: & ponit exemplum tale, quòd aliter absorbet aquam terra sitiens: aliter radius solaris calens. illa indigẽtia: iste poteotia. vnde cibus ille non cessit in nutrimentum corporis Christi: sed in præiacentẽ materiam resolutus fuit. Secundo modo per opera vitæ sensitiuæ in hoc, quòd discipulis ad interrogata respondit: & præsentes salutauit: in quo ostendebat se videre & audire. Lucæ vltim. & Ioan. 20. Tertiò per opera vitæ intellectiuæ in hoc, quòd scripturas discipulis suis exposuit. Lucæ vltimo. Gloriam verò suæ resurrectionis ostendit cùm ad discipulos suos ianuis clausis intrauit. Vnde Gregorius in Homelia Palpandam carnem dominus præbuit, quam clausis hostijs introduxit: vt ostenderet post resurrectionem corpus suum eiusdem naturæ, & alterius gloriæ. Similiter ad proprietatem gloriæ pertinebat, quòd subito ab oculis discipulorum euanuit: vt dicitur Luc. vlti. quia per hoc ostendit, quòd in eius potestate erat videri & non videri, claritatem suam ostendere & occultare, quod pertinet ad potestatem corporis gloriosi. Virtutem etiam diuinitatis ostendit per miraculum, quod fecit in piscibus capiendis. Ioannis duodecimo. Et vlterius, quòd eis videntibus ascendit in cœlum. quia vt dicitur. Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. Notãdum etiam, quòd Christus quinquies apparuit ipsa die resurrectionis. Primò Mariæ Magdalenæ. Vnde Matth. vlti. Surgens Iesus mane prima sabbati, &c. Fuit autẽ conueniens: vt primo Magdalenæ appareret. Tum propter eius vehementiam dilectionis. de qua dicitur. Ioan. 20. Maria stabat ad monumentum foris ploras: vbi dicit Gregor. Pensandum est huius mulieris mentem, quanta vis dilectionis accenderat, quæ à monumento Domini eo etiam discipulis recedentibus non recedebat. Orige. Amor faciebat eam stare, dolor cogebat eam plorare, stabat & circũspiciebat, si fortè videret quem diligebat, plorabat, quia ablatum æstimabat quem quærebat. Tum propter diligentiam inquisitionis. de qua dicitur. Ioan. 20. Et dum fleret, inclinauit se: vbi dicit Gregorius. Certè iam monumentum vacuum viderat, iam sublatum Dominum nuntiauerat, quid est, quòd iterum se inclinat, iterum eundem videre desiderat, nisi quòd amanti semel aspexisse non sufficit, quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. Tum propter perseuerantiam expectationis. Vnde Gregor. Quæsiuit prius & minimè inuenit perseuerauerit vt quæreret: vnde cõtigit: vt inueniret, quia nimirum virtus boni operis, est perseuerãtia: vnde voce veritatis dicitur. Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, saluus erit. Tum etiã propter fiduciam peccatorum. Vñ dicit Beda super Matth. Rectè hæc mulier quæ lætitiam resurrectionis primo nuntiauit, à septẽ dæmonibus curata esse memoratur, ne quisquã dignè pœnitens de admissorũ venia desperet, & vbi abundauit delictum, superabũdasse & gratiã demõstraretur. Tum etiam vt mulier quæ primo fuit nuntia mortis ad hominem, primò etiam hominibus vitam Christi resurgentis in gloria nuntiaret. Vnde Cirill. Fœmina quæ quodãmodò fuit ministra mortis: venerandæ resurrectionis mysterium prima percepit & nuntiauit. Adeptum est ergo fœmineum genus ignominiæ absolutionem & maledictionis repudium. Similiter etiam per hoc ostẽditur, q̃ quãtùm ad statũ gloriæ pertinet, nullũ detrimẽtum patitur sexus, sed qui maiore charitate ferbuerunt, etiã maiori gloria ex visione Dei potiuntur, eò quòd mulieres quæ ab eius sepulchro discipulis recedentibus non recederent, primò viderent Dominum in gloria resurgentem. Secundò verò apparuit mulieribus de monumento venientibus. Matth. vigesimotertio. Et exierunt citò de monumento, cùm timore & gaudio magno. Vnde dicit Hieronymus, quòd primò mulieres merentur audire. Auete: vt maledictum Euæ mulieris in mulieribus soluatur. Mysticè autem per exitum mulierum de monumento, peccatorum conuersio significatur. Vnde Ezechielis 37. Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus, quod exponit Glosſ. de his qui ad instar Lazari peccatorum suorum fasciis colligati, ad vocem Domini sitiscitantur. de qua voce dicitur. Ioannis quinto. Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem eius. Glosſ. in peccatis audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent, id est, obedierint. Quòd autem exierunt de monumento mulieres cùm timore & gaudio, per hoc datur intelligi, q̃ virtus pœnitẽtiæ per quã à monumẽto peccatorũ eximus timore pœnæ cõcipitur secundũ illud Isai. 26. A timore tuo domine cõcipimus, & perturiuimus spiritum salutis. Expulso verò timore per charitatẽ, dolor contritionis in gaudium mutatur: secundũ illud Prouer. 14. Cor quod cognouit amaritudinẽ animæ suæ in gaudio eius nõ miscebitur. Per cursum verò mulierũ designatur iustitiæ operatio. vnde in Psal. Viã mandatorũ tuorũ cucurrimus, &c. vbi dicit Aug. q̃ cordis dilatatio, est iustitiæ operatio: vt nõ timore: sed dilectione Dei agatur: quod est donum Dei. Per occursum Christi salutantis designatur diuinæ virtutis subuẽtio. vnde dicit Rabanus, q̃ per hoc ostendit se omnibus iter virtutũ inchoantibus: vt ad salutem perpetuam peruenire queant adiuuando occurrere. Iob. 24. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Per pedũ detentionem, docetur à futuris peccatis præseruatio. Sunt autem pedes dei secundum sensum mysticũ, misericordia & iudiciũ: quorum vnũ sine altero tenere nõ est securũ. Vnde Ber. Fallitur qui sic osculatur pedẽ misericordiæ: vt pedem iudicij non attendat. Tertiò apparuit Petro. Luc. vlti. Surrexit dominus vere & apparuit Symoni. Vnde dicit Chrysost. Quòd ideò videtur primò à Petro: vt qui prius cõfessus est Christum, primò eius resurrectionem videret: & etiam qui prius eum negauerat, prius sibi voluit apparere: consolans eũ ne desperaret. Vnde etiam Grego. super illud Matth. vlti. Dicite discipulis eius: & Petro. dicit, quòd vocatur ex nomine, ne desperet, ex negatione. Ber. Magna gratia & magna pietatis dignatio, quod ei & quasi præ cæteris dignatus est apparere, quem præ cæteris de negatione eius rea conscientia confundebat. Quartò apparebat discipulis eius duobus euntibus Emaus. Luc. vlti. Apparuit autem eis in alia effigie: vt dicitur Matth. vlti. Fuit autem conueniens ipsum sic apparere. Primò ad designandam prioris status commutationem. Vnde dicit Seuerus. Nemo putet Christum sua resurrectione sui vultus effigiem commutasse: sed mutatur effigies, dum efficitur ex mortali immortalis: vt hic sic acquisisse vultus gloriam non vultus substantiam perdidisse. Secundò propter discipulorum dubitationem. Sapien. 1. Apparet autem eis qui fidem habent in illum: prædicti autem eius discipuli, de eius resurrectione dubitabant. Vnde Grego. in Omel. dicit. Dominus discipulis de se loquentibus, præsentia exhibuit: sed de se dubitantibus speciem suæ cognitionis abscondit. Tertiò propter nostram instructionem 2. Corinth. 2. Quòd diu fumus in corpore, peregrinamur à domino: vbi dicit Hiero. Quòd dominus ambulantibus ac laborantibus ostensus est in aliena effigie, mysticè designat, quòd fides hic laborat per viam actiuã agẽs: illic per contemplationem secura visione regnat: hic per speculum contuemur imaginem: illic facie ad faciem videbimus veritatem. Sciendum quòd dominus finxit se longius ire non mendacium. sed figura veritatis fuit. Vnde August. lib. 3. de veritate Euangelij. Non omne, quod fingimus mendacium est: sed cum illud fingimus, quod nihil est, tunc mendacium est. Cum enim fixio nostra refertur ad aliquã signationem, non est mendacium: sed aliqua figura veritatis alioquin omnia quæ à sanctis & sapientibus viris & etiam ab ipso Deo figuratiuè dicta sunt, mendacium reputabuntur: quia secundum vsitatum intellectum, non consistit veritas in talibus dictis: sicut autem dicta sic & facta fiue mendacio finguntur ad aliquam rem

aliquam rem significandũ: & sic dominus finxit se longius ire quia à fide discipulorum adhuc peregrinus erat: vt dicit Grego. etiam vt Augu. dicit, quia longè recessurus erat ascendendo in cœlum, qui per hospitalitatem quodãmodò detinebatur in terra. Quintò apparuit discipulis tanuis clausis, quando Thomas non erat cum eis. Ioã. 20. Cũ sero factum esset die illa, &c. vbi dicit Aug. q̃ moli corporis vbi diuinitas erat hostia clausa non obstiterunt: cùm ille quippe eis non apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Mysticè autem circa hanc apparitionem quatuor sunt notanda, videlicet qualitas temporis diei solennitas, clausuræ firmitas: discipulorum societas. Primum ibi. Cum sero factum esset. Vbi notandum est, q̃ tempus serotinum quando dies deficit: & ad occasum tendit, significat virtutem deuotæ mentis: cui præ desiderio æternitatis deficit: & occidit dies mũdanæ, prosperitatis seu vanitatis. vnde in Psalm. Iter facite ei qui ascendit super occasum. Ber. Bonus est occasus, cùm stat virtus & cadit vitium. super occasum hunc ascendit dominus: quia non excipit eum noua vita: nisi vetus cecidерit: vt dicit Augu. Secundum est ibi. Vna sabbatorum. Vbi notandum, quòd sabbatum idem est, quod requies. Est autem triplex sabbatum siue requies, videlicet corporis tantùm, de quo dici potest illud Isa. 1. Sabbatum & alias festiuitates vestras, non feram. Glo. 1. non sustinebo amplius. Item, quoddam sabbatum est mentis de quo dici potest illud Exo. 21. Requies sabbati sanctificata est domino. Et infrà. Maneat vnusquisq; apud semetipsum. Glo. 1. quiescat & non egrediatur ad opus. Item est etiam quoddam sabbatũ mentis & corporis simul: de quo dicitur Isa. vlti. Erit sabbatum ex sabbato. Glo. ille quiescet in futuro, qui hic quiescit ab opere malo, primum sabbatum consistit in corporis otio siue voluptate, secundum in mentis tranquillitate, tertium in æterna fœlicitate. Vna ergo sabbatorum venit Iesus quia in mentis tranquillitate Christus per gratiam ad nos declinat: quia in pace factus est locus eius, secundum Psalm. Sed heu maligni spiritus, mentis sabbatum nituntur sæpè violare. Vnde dicitur Tre. 1. Viderunt eam hostes & deriserunt sabbata eius. Glo. Maligni spiritus, vacationis nostræ ocia ad vacationes & ad cogitationes illicitas pertrahunt. Tertium ibi. Et fores essent clausæ. Vbi notandum, quòd per fores corporis sensus designantur: per quos anima solet egredi & delectari in his omnibus exterioribus: vt dicit Bernard. Per quos etiam exteriora ingrediuntur ad animam: vt dicitur Ioël. 2. domos conscendent. Glo. Quas bonis operibus ædificamus, per fenestras intrabunt quasi fur. Fores, iste claudendæ sunt iuxta illud Isaiæ vigesimosexto. Vade populus meus intra in cubiculum tuum, claude super te hostia tua. Quòd autem fores clausæ fuerunt, propter metum Iudæorum mysticè designat, quòd per timorem Dei fores sensuum claduntur. Vnde Ecclesiastici vigesimo. Si non in timore Dei instanter te tenueris, cito subuertetur domus tua. Quartum ibi, vbi erant discipuli congregati in vnum. Matthæi decimooctauo. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, &c. Psalm. Ecce quàm bonum. Glo. 1. vtile: & quàm iocundum. Glosſ. 1. delectabile: habitare fratres in vnum. Et sequitur, sicut vnguentum in capite. Glo. Aaron sacerdos Christum significat, qui fuit victima & sacerdos, in capite eius est vnguentum: quia in eo habitauit plenitudo, diuinitatis corporaliter: sed à capite Christo descendit in barbam, ideſt, fortes & strenuos quos barba significat: quæ est indicium virilitatis: & ab illis descendit in oram vestimenti eius: vestis Christi est ecclesia, quæ est sine macula & ruga. Ora vestis finis est in perfectis. Hi perfecti qui in vnum habitant & est sensus: ita est illud bonum & iocũdum sicut vnguentum, ideſt, vnctio spiritus sancti, quæ prius fuit in capite Christo. Et sequitur. Sicut ros Hermon. Nota montes illi magno interuallo sunt diuisi. Vnde spiritualiter intelligendum est: quia hæc non lumen exaltatum dicitur: & Christus prius in cruce postea in cœlo exaltatus est: à quo ros gratiæ descendit in Syon, ideſt, ecclesiam. Non enim est in vno ecclesia, nisi eius dono & gratia. De quarto, scilicet resurrectionis causalitate. Sciendum, quòd Christi resurrectio est causa nostræ resurrectionis in futuro. vnde 1. Corinth. 15. Christus resurgens ex mortuis primitiæ dormientium: quoniam, quidem est per hominem mors: & per hominem resurrectio mortuorum: & hoc rationabiliter. Nam principium humanæ iustificationis est verbum Dei, de quo dicitur in Psalm. Apud te est fons vitæ, vnde etiam ipse dicit Ioan. 5. Sicut pater suscitat mor. & viui. &c. Habet autem hoc naturalis ordo rerum diuinitus institutus: vt quælibet causa operetur id quod sibi est proportionatius: & per id operetur in alia magis remota. sicut ignis primo calefacit aërem propinquum: per quem calefacit corpora magis remota: & sic ipse dominus illuminat primò substantias sibi propinquas: per quas illuminat magis remotas: vt dicit Diony. 14. c. de. te. Et ideò verbum Dei primò attribuit vitam corpori sibi naturaliter vnito. & per ipsum operatur resurrectionem in omnibus alijs. Notandum verò, quòd Christi resurrectio est causa efficiẽs & exemplaris nostræ resurrectionis: sed non est meritoria. Efficiens quidẽ inquantum humanitas Christi, secundum quàm resurrexit, est quodammodò instrumentum diuinitatis ipsius & operatur in virtute ipsius. Exẽplaris verò, quia sicut resurrectio Christi est ex eo, quòd corpus illud personaliter est verbo vnitum est prima tempore, ita etiam est prima dignitate & perfectione: vt dicit Glo. 1. Corinth. 15. Semper autem, quod est perfectissimum, est exemplar, quod imitantur minus perfecti secundum suum modum, & ideò resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis: secundum illud Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Licèt autem sufficientia resurrectionis Christi se extendat ad resurrectionem tam bonorum quàm malorum, exemplaritas tamen eius propriè se extendit ad bonos qui sunt facti conformes filiationis ipsius: vt dicitur Roma. 8. Non autem Christi resurrectio fuit causa meritoria nostræ resurrectionis. Tum quia Christus iam non erat viator: nec sibi mereri competeret. Tum quia claritas resurrectionis fuit præmium passionis: vt patet Phil. 2. Similiter est dicendum, quòd Christi resurrectio est causa resurrectionis animarum: secundum illud Roma. 8. Resurrexit propter iustificationem nostram quæ nihil aliud est quàm resurrectio animarum: & super Psalm. Ad vesperam demorabitur fletus: dicit Glo. Quòd resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis: & animæ in præsentia & corporis in futuro. Est autem resurrectio animarum causa efficiens & exemplaris. Efficiens quidem, inquantùm Christi resurrectio agit in virtute diuinitatis: quæ quidem non solùm extendit se ad resurrectionem corporum: sed etiam ad resurrectionem animarum. A Deo enim est, quòd viuit anima per gratiam: & corpus per animam. Sicut enim resurrectio Christi habet exemplaritatem animarum: eo quòd Christo resurgenti secundum animam conformari debemus: secũdum Apostolum. Ro. 7. Quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Glo. de bono in melius proficiendo per iustitiam fidei & spem gloriæ: & quomodò Christus resurrexit non moriturus, ita & vos æstimate vos mortuos quidem esse à peccato: viuentes autem in Christo Iesu domino nostro. Glo. Sicut Christus mortuus est semel, ita peccatum moriatur in nobis semel: vt non oporteat iterari & sicut Christus semper viuit, ita & vos semper viuatis in virtutibus: & hoc in Christo Iesu domino nostro, ideſt, opere Christi: quia alibi nulla spes. Notandum verò, quòd in iustificatione animarum duo concurrunt, scilicet remissio culpæ & nouitas vitæ per gratiam. Quantùm ergo ad efficientiam quæ est per virtutem diuinam, passio Christi, quàm resurrectio est causa iustificationis quò ad vtrũque: sed quantùm ad exemplaritatem propriè passio & mors Christi est causa remissionis culpæ per quam morimur peccato. Resurrectio autem est causa nouitatis vitæ, quæ est per gratiam: siue iustitiam, & ideò dicit Apostolus Roma. 4. quòd traditus sit in mortem propter delicta nostra, scilicet tollenda: & resurrexit propter iustificationem nostram. Sed passio Christi etiam est meritoria. vt dictum est: non autem ipsius resurrectio. Notandum etiam, quod sicut Christus resurrectionem suam probauit tripliciter, videlicet aspectu. Lucæ vltimo. Videte manus meas & pedes meos. Tactu. Vnde sequitur. Palpate & videte: quia spiritus car. &c. Gustũ vt ibidem infert. Adhuc illis dubitantibus & mirantibus præ gaudio, dixit, habetis hic aliquid, quod manducetur, sic etiam resurrectio spiritualis demonstratur. Primò quidem aspectu sanctitatis. Matthæi quinto. Sic luceat lux vestra coram hominibus. Augusti. Non ibi finem constituat homo: sed referat ad laudem Dei. Vnde sequitur: vt glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Quòd autem dominus ostendit manus & pedes designat, quòd resurrectio spiritualis per affectum diuinæ dilectionis & effectum bonæ operationis declaratur. Apocalipsis tertio. Nomen habes, quòd viuas & mortuus es, scilicet propter defectum diuinæ dilectionis, & defectum bonæ operationis. Secundò tactu aduersitatis. Ecclesiast. trigesimotertio. Aurum probat fornax, ideſt, homo temptatur tribulatione. Genesis vigesimoseptimo. Accede ad me fili mi. vt tangam te. Iob. 6. Quæ prius nolebat tangere anima mea. Glo. Mesta sæculi nunc præ angustia cibi mei sunt. Glo. Iam dulces cibi sunt præ amore & desiderio cœli. Quòd autem Deus dixit. Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet. Mysticè designant, quòd spiritualis homo carnalibus consolationibus non innititur: sed spe cœlestis patriæ etiam aspera pati non formidat. Iob. 6. Et hæc sit mihi consolatio: vt affligens me doloribus non parcat. Tertiò gustu internæ & æternæ suauitatis. Colo. 3. Quæ sursum sunt sapite. Vnde Bernar. Quicũque post lamenta pœnitentiæ non ad carnales redit consolationes: sed in fiducia quadam diuinæ miserationis excedit & ingreditur: deuotionem quandam nouam & gaudium in spiritu sancto. Nec tam compungitur præteritorũ recorda tione peccatorum, quàm delectatur memoria & inflammatur æternorũ desiderio præmiorũ. Is plane est qui cũ Christo resurget: quia præoccupatũ sæcularibus desiderijs animũ, delectatio sancta declinat. Nec misceri possunt vera vanis: æterna caducis: spiritualia carnalibus: ima summis: vt pariter sapias quæ sursum sunt, & quæ su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

per terram. Quod autē dominus comedit partē piscis assi & fauum mellis: mystice designat, q̄ spiritualiter resuscitati debēt dulcedinē diuinitatis & humanitatis ipsius prægustare: quæ quidē per piscem assum, & fauum mellis designātur. Gregor. Quid signare credimus piscē assum, nisi mediatorē Dei & hominū passum? Ipse enim latere dignatus est in aquis generis humanis capi voluit laqueo mortis nostræ: & quasi tribulatione assatus est rēpore passionis suæ: sed qui piscis in passione fieri dignatus est, fauus mellis in resurrectione nobis extitit: & qui in pisce asso figurari voluit, tribulatione passionis suæ in fauo mellis vtrāmq; naturā exprimere voluit psonæ suæ. Fauus quippe mel in cera est. Mel in cera est diuinitas in humanitate.

De *Ascensione Christi*. Artic. XXIII.

VIgesimō videamus de ascēsione Christi, de qua dicitur Ioan. 20. Ascendo ad patrē meum, &c. Augu. Meum per naturā: vestrū per gratiam. Possumus autē quatuor notare circa Christi ascensionem, videlicet ascensionis conuenientiam, ascendentis virtutē siue potentiam: loci in quē ascendit eminentiam. & gloriæ ipsius excellentiam. De primo dicitur. Ephes. 4. Qui descendit ipse est & qui ascendit. Fuit autē conueniens Christum ascendere. Primò propter fidei augmentum, quæ est de non visis. vnde dominus dicit Ioan. 16. Spiritus adueniens arguet mundum de peccato, & de iustitia. Vnde dicit Aug. De peccato quia non credit in Christum. de iustitia verò eorum qui credunt. Ipsa quippē fidelium cōparatio infidelium est vituperatio. vnde subdit quia ad patrē vado: & iam nō videbitis me. beati qui vident & credunt. Erit itáque nostra iustitia de qua mundus arguitur: quoniam nonnē quem non videtis creditis? Secundò, ad spei subleuationē. vnde dominus dicit Ioan. 13. Si abiero & præparauero vobis locum, iterum veniam & assūmam vos ad meipsum. vt vbi ego sum & vos sitis. Per hoc enim q̄ Christus humanam naturam assumptā in cœlo collocauit, dedit nobis spem illuc perueniendi: quia vbi fuerit corpus ibi congregabuntur & Aquilæ. Matthæi 24. Gregor. Ac si dicat: quia cœlesti sedi incarnatus præsidio electorum animas de carne solutas illuc subleuabo. Micheę 2. Ascēdit inter pandens ante eos. Tertiò, fuit conueniens ad erigendum charitatis affectum ad cœlestia. vnde dicit Apostolus. Colossens. 3. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Matthæi 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. In signū huius Christo ascendente stabant Apostoli suspensis vultibus in cœlum. Act. 1. Hinc etiam voce sponsæ dicitur. Cantic. 1. Trahe me post te. quasi volentem & non valentem: vt dicit Gregor. Huic quidem verbo alludens dicit, trahe me post te, in te, ad te, per dilectionem, post te, vt te imitari valeam. in te, vt tibi conformis in immortalitate & impassibilitate fiam. Quartò, etiam conueniens fuit vt fidelibus dona mitteret spiritussancti. vnde dicitur Ephes. 4. Qui ascendit super omnes cœlos vt adimpleret omnia. Glo. Donis suis. vnde etiam ipse dominus dicit. Ioan. 16. Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Si autē abiero mittam eum ad vos. glo. Nō q̄ in terra positus dare non posset: sed quia non sunt idonei recipere nisi eum secundum carnem desistant noscere. Postquàm autem ab eis subtractus fuerat, traxit post se corda eorum ad cœlestia & æterna: quibus sic eleuatis cœlestes & spirituales facti sunt: & ideò spiritussancti capaciores. Vnde ibidem dicit Glos. Mentibus nostris sic rapris ad cœlestia aderit simul pater & filius. Spirituales enim ex carnalibus facti capacius fuerāt Deum habituri. De secūdo. Ascendētis virtute siue potentia. dicitur. Isai. 63. Iste formosus in stola sua, gradiēs in multitudine virtutis suæ. Vnde & Greg in Homel. ascensionis. Notādum est, q̄ Helias legitur in curru igneo ascēdisse: vt videlicet apertè mōstraretur, q̄ homo purus alieno indigebat auxilio. Redēptor autē noster nō in curru, nō ab angelis subleuatus legitur, quia qui fecerat omnia, super omnia sua virtute ferebatur. Ad cuius euidentiam est sciendum, q̄ in Christo duplex est natura. s. diuina & humana. Vñ scēm vtrāq; naturā pōt accipi ꝓpria virtus eius, sed scēm humanā naturā pōt accipi duplex virtus. Vna quidē naturalis quæ ꝓcedit ex principijs naturę. Et tali virtute verū est. q̄ Christus nō ascēdit. Alia virtus in natura humana est virtus gloriæ scēm quā Christus ascēdit, quæ q̄dē ꝓcedit ex pte aīæ glorificatę, ex cuius redūdantia glorificabitur corpus: vt dicit Aug. ad Dioscorum. Erit tāta obediētia corporis gloriosi ad aīmā beatam. vt dicit 21. de ciuit. Dei. Vt vbi vult spiritus, ibi ꝓtinus erit corpus, nec vult aliquid, qđ nec spiritum possit decere nec corpus. Decet autē corp⁹ gloriosum & immortale esse in loco cœlesti, & iō ex virtute aīæ volentis corpus Christi ascēdit in cœlum. Sicut autē corpus efficitur gloriosum ex redūdantia aīmæ glorificatę. ita vt Augustinus dicit super Ioan. per participationem Dei anima fit beata: vnde prima origo ascensionis in cœlum fuit virtus diuina. Sic ergo Christus ascendit in cœlū propria virtute. Primò quidē virtute diuina. Secūdò virtute aīmę glorificatæ mouentis corpus prout vult. De tertio, scilicet loci eminētia. dicitur. Ephes. 4. quòd ascendit super omnes cœlos. Gl. loco & dignitate. ad Ephes. 1. dicitur. quòd constituit eum super omnē principatum & potestatē, & super omne nomen, qđ nōatur, siue in hoc sæculo, siue in futuro. Quia tantò debetur alicui rei locus altior, quātò est nobilior. Corpus autem Christi, licet cōsiderando cōditionē naturæ corporeæ sit infra spirituales substātias, cōsiderādo tamē vnionis dignitatē qua personaliter est Deo vnitum, excellit dignitatem omnium substātiarum spiritualium, & ideò ratione prædictæ congruentiæ debetur sibi locus altior, nō solùm super omnē creaturam corporalem: verum etiam spiritualem: vnde Grego. dicit in Homel. Ascensiōis. Quia qui fecerat omnia, super omnia sua virtute ferebatur. De quarto. s. gloriæ Christi ascēdentis excellētia dicitur. Mat. vl. Dominus Iesus postquā locutus est eis, ascendit in cœlum, & sedet à dextris Dei. Vbi notādum, q̄ nomine dextræ tria possunt intelligi. Vno modo gloria diuinitatis: vnde Damas. Dextram patris dicimus gloriā & honorē diuinitatis, in quo filius Dei extitit ante sæcula: vt Deus, & patri cōsubstātialis. Alio mō patris beatitudo. Vñ Augu. Sedere habitare intelligitur, quò dicimus de quocūq; hoīe illa patria sedit p tres annos, sic ergo Christum credite habitare in dextra Dei patris. Beatus em̄ est qui habitat in beatitudine q̄ dextra pris iudicatur. Tertio mō noīe dextræ intelligitur iudiciaria ptās. Vnde Aug. Ipsam dextrā intelligite ipsam ptātem quā accepit ille hō à Deo susceptus: vt veniat iudicaturus, q̄ prius venerat iudicari. Igitur Christus secundū q̄ Deus, sedet ad dextrā pris. i. æqualis est pri in diuinitate, scēm primā acceptionē dextrę. Christus verò scēm humanitatem, sedet ad dextrā pris. i. in potioribus bonis pris in æterna beatitudine habēs iudiciariā ptātem scēm sedam & tertiā acceptionem ipsius dextræ. Notādū verò est, q̄ sup illud Rom. 6. Cōsepulti sum⁹ cū illo p baptismū in mortē. dicit Glo. Quicquid gestū est in cruce Christi, in sepultura, resurrectiōe, & ascēsiōe, & sessióe ad dextram patris, ita gestū est: vt his rebus mystice nō tātū dictis: sed etiā gestis cōsignaretur vita Christiana. Et infrà. Dicit, q̄ in cruce est dolor cōfessorū. in sepultura requies absolutorū, in resurrectione vita iustorū. i. ascēsiōe ꝓfect⁹ pfectorū, in cōsessu ad dexterā gloria beatorū. De primo. s. cruce pœnitētiū, dicit Gal. 2. Qui Christi sunt carnem suā crucifixerūt cū vitijs & cōcupiscētijs. s. desideriorū. Cōgruit em̄ deuotioni nostræ: vt qui dñi nostri crucifixi colim⁹ passionē, reprimēdarū carnalū voluptatū crucē nobis faciam⁹. In hac quidē cruce semp in hac vita debet pendere Christianus: vt sit affixus clauis. i. præceptis iustitiæ: vt Christus in cruce clauis affixus fuit. Glo. super Luc. 22. Tollit crux, cū spiritu facta carnis mortificantur: per vnū à dextris significatur mortificatio carnis pro cōsequi gloria: per aliū à sinistris significatur mortificatio carnis pro aliqua mundi cauſa. Notandū verò, q̄ ista crux debet habere latitudinē, longitudinē, altitudinē, & profunditatē: vnde Glo. sup illud Ephes. 4. Vt possitis cōprehēdere cū omnibus sanctis, quæ sit latitudo, altitudo, &c. Intelligentes mysteriū crucis mundo crucifigamur: extendētes manus in latitudinē bonorū operū & longitudinē vsq; in finē perseuerātiam habentes, atq; habētes cor sursum vbi Christus est totū, quod nō nobis: sed illius misericordiæ tribuētes cuius profunda omnē scrutatorē fatigāt. De secundo. s. in sepulchro quiescentiū, dicit Iob. 3. Quasi effodientes thesaurū gaudēt vehementer cū inuenerint sepulchrū: quia antiquitus mortui cum diuitijs recondebantur: vt dicit Greg. Sic iuxta sensum mysticum anima sancta gaudet cū inuenerit sepulchrum internæ quietis: quia nisi à tumultu vitiorū perfectè quieuerit, thesaurum gratiarum & virtutum minimè reperire poterit. Notandum verò, q̄ sepeliri mortuorum est. vnde nisi anima funditus mundo huic moriatur, in sepulchro internæ quietis non poterit abscondi. Col. 3. Mortui estis. glos. Mundanis & caducis, & vita vestra abscondita est. glo. Omnibus hic peregrinantibus: sed maximè carnalibus & terrenis cū Christo qui est vita vestra, quę vita est in Deo patre qui cū Christo idē est. Videat ergo sancta anima si huic mūdo mortua sit: & tunc poterit ad sepulchrum interoæ quietis anhelare. Huius autem mortis signū est, si à mūdo despiciatur: quia mare viua corpora in se retinet: mortua verò mox extra se pellit: vt dicit Greg. De tertio dicitur Ro. 6. Quomodò Christus surrexit à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Vbi notādum, q̄ vetus vita est vita terrestris vetustate peccatorum consumpta iuxta illud Tre. 2. Vetustā fecit pellē & carnē meā. glo. Inde gemit anima, dū exterius quasi pellis inueteratur, & cōscientia interius decora quasi caro corrupta tabe peccati cōsumitur. Sed noua vita est vita cœlestis per gratiā de die in diem renouanda. secundū illud Eph. 4. Renouamini spiritu mētis vestræ, &c. Igitur quomodò Christ⁹ surrexit à mortuis p gloriā patris, ita & ī nouitate vitę ambulem⁹. Quomodò autē Christ⁹ surrexit, subiūgit. Christ⁹ resurgēs ex mortuis, iā nō moritur. Et infrà. Ita & vos æstimate vos mortuos esse peccato. viuētes autē in Christo Iesu domino nostro. Nota sicut Christus mortu⁹ est semel, ita peccatū ī nobis moriat semel: & non oporteat iterari: & sicut Christus semp viuit ita & vos semp viuatis virtutib⁹. & hoc ī Christo Iesu dño nostro, alibi nulla spes est. Sciēdū verò, q̄ vita per motū manifestatur. vnde vita vetus p motū terrenæ operationis ostendit, de qua dicit in Psal. Oculos suos statuerunt declinare in terrā. vita verò noua per motū cœlestis operationis declaratur, de qua dicitur. Col. 3. Si consurrexistis cū Christo quę sursum sunt quærite. Glo. 1. cogitate, inuenta autē cū tocūditate tenere. Et hoc est q̄ subdit. quæ sursum sunt sapite. De quarto dicitur in Psal. Beatus vir cuius est auxiliū abs te ascensiōes in corde suo disposuit. vnde Ber. Ascendamus duobus pedibus: scilicet meditatiōe & oratione. Meditatio quidē quid desit docet, oratio ne desit obtinet. Illa viā ostēdit: ista deducit. Idē. Quatuor esse dicimus gradus ascensionis. Primus est ad cor. Secundus in corde. Tertius de corde. Quartus supra cor. In primo timetur dominus. In secundo auditur comitarius. In tertio desideratur sponsus. In quarto videtur Deus. De quo Ephe. 2. resuscitauit & cōsedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, nūc quidē in spe: vt dicit Glo. Postea verò in re, secundū illud. Coll. 3. Cū apparuerit Christus vita vestra: tunc & vos &c. Ioā. 12. Volo pater, vt vbi ego sum. &c. Augustinus. Quę honorē maiorē poterit recipere adoptatus, quàm quòd ibi sit vbi est vnicus.

Sequitur de secundo aduentu. ARTIC. XXIIII.

QVia verò suprà secundum Ber. triplicem aduentū Christi esse distinximus, scilicet in carnem in mentē & ad iudiciū. Viso de primo: nūc de secundo videamus. Ad cuius euidētiā sciēdū est quòd aduentus Christi in mentē est per gratiā gratū facientē: quia cùm Deus cōmuniter est in omnibus rebus sicut causa in effectibus bonitatē ipsius participātibus: & hoc per essentiā potentiā & præsentiā. Per essentiā quidē in quibus adest omnibus, vt causa essendi: sicut anima in corpore & in qualibet parte corporis tota est: per potentiā inquantū omnia poreſtati eius subdūtur, sicut Rex in regno. Per præsentiā inquantū omnia nuda & aperta sunt oculis eius: sicut paterfamilias in domo. No sic intelligendus est aduētus Dei, vt veniat vbi prius nō erat: sed vt nouo modo existat vbi prius erat. Nouus autē modus secundū quē Deus est in creatura rationali est sicut cognitū in cognoscēte: & amatum in amāte. Cognoscere autē Deū & amare Deū inquantū est obiectū beatitudinis est per gratiā grātū facientē. Vnde aduentus Christi in mentē: secundū gratiā gratū facientē intelligendus est. Hunc ergo aduentū desiderabat sapiens cū dixit. Sapiē. 9. Mitte illā de cœlis sanctis tuis & à sede magnitudinis tuæ: vt mecū sit & mecū laboret. &c. Glo. Quicquid de sapiētia Dei dicimus ad ipsum referimus qui est pax nostra: qui fecit vtraq; vnū, virtus & sapientia Dei & imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ, quasi, dicat Christū mitte Dei virtutē & Dei sapiētia: vt mecū sit per virtutē gratiæ gratificantis: & mecū laboret per dilectionē gratiæ subleuantis: vt sciam quid acceptū sit apud te per splendorē gratię illustratis. Petit igitur aduentū Christi in mētem: vt gratificetur quo ad modū essendi: vt cōsoletur quo ad statū viuēdi: vt illuſtretur quo ad actū intelligendi. Primū ibi. Vt mecum sit, idest me sibi gratificando, vnde Ephe. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo. Hic est primus effectus gratiæ quem solus Deus in nobis sine nobis operatur: vnde dicitur. 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Glo Rectè gratiā nominat. Primū enim sola gratia dat Deus: cū nō præcedāt: nisi mala: sed post gratia incipiūt bona nostra. Sciēdū verò q̄ aduētus iste per gratia est occultus: & humano sensui inuestigabilis: vnde Ro. 11. O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei quā incomprehensibilia iudicia eius: & inuestigabiles viæ eius. Ad cuius euidentiā sciendum, q̄ tripliciter aliquid scitur. Vno modo per demonstrationē quæ fit per propriæ rei principiū. Sic enim certitudo habetur de cōclusiōibus demōstratiuis per principia per se nota & vniuersalia. Nullus enim potest scire se habere scientiam conclusionis: si principium illius cōclusionis ignoraret. Principium autē gratię & obiectū eius est ipse Deus qui propter suā excellentiā nobis est ignotus: secundū illud Iob. 36. Ecce deminus magnus vincens nostrā scientia. Et ideò præsentia vel absentia gratię per certitudinē demōstrationis sciri nō potest: secundū illud Iob. 9. Si venerit ad me nō videbo eū si abierit nō intelligā. Sciendū autem, quòd expedit quādóq; præsentiā Dei in nobis per gratiā ignorare. Primò quidē vt timor futuri iudicij nos humiliet: secundū illud. Prouerb. 25. Beatus vir qui semper est pauidus. Glosa. pro futura pœna. Qui autē est duræ mentis: scilicet quē nō afficit timor futuræ pœnę, corruet in malū. Timor iste hominē humiliat: propter quod expedit gratiā quādóq; ignorare in nobis. Gre. Ideò Deus bona nostra nobis voluit esse incerta: vt vnā certā gratiā teneamus: scilicet humilitatē. Secūda ne præsumpta securitas præcipitet. Vnde. 1. Thes. 5. Cū dixerint pax & securitas: tunc repētinus eis superueniet interitus. Hiero. Timor custos virtutū est: securitas ad lapsum facilis. Tertiò vt vigilanter & desideranter gratiā Dei expectemus. Prouer. 8. Beatus qui audit me & qui vigilat ad fores &c. Ber. Semper debemus vultus suspēsos & sinus expansos habere ad largam Dei benedictionē. Secūdo modo scitur aliquid per cōiecturā. Et hoc modo secūdū quandā fiduciā spei possumus scire Deum nobis cū esse per gratiā. vnde Iudith. 13. Aperite portas: quia nobiscū Deus est: qui fecit victoriā in Israël. Sūt autē tria signa huius cōiecturationis: scilicet gratiæ Dei. Primū est testimoniū cōscientiæ. 2. ad Cor. 1. Gloria nostra hęc est testimoniū cōscientiæ nostræ. Vnde Ber. Nihil hac luce clarius nihil hoc testimonio gloriosius: cū veritas in mēte fulget: & mēs in veritate se videt: sed qualē? Pudicā: verecūdā. pauidā, circūspectā: nihilq; admittentē: quod euacuet gloriā cōscientiæ attestātis: in nullo cōscientiā sibi quo erubescat in præsentia veritatis. Hoc planè est quod super omnia bona animæ diuinos delectat aspectus. Secundū est verbi Dei auditus nō solū ad audiendū: sed etiā ad faciendū. vnde Io. 8. Qui ex Deo est verba Dei audit: vnde dicit Greg. Cœlestē patriā veritas desiderare iubet: mūdi gloriā declinare: aliena nō appetere, propria largiri. Pensēt apud se vnusquisq; si hæc vox domini in auribus suis inuoluit: & quòd iam ex Deo sit cognoscit. Tertiū signū est internus gustus diuinę sapientię, quæ est quasi quædā prælibatio futuræ beatitudinis: vnde in Psal. Gustate & videte quoniā suauis est dominus: scilicet per gratiā suā in nobis. Augu. Quoniam quādiu sumus in corpore peregrinamur à domino, gustemus saltē: quoniā suauis est dominus, qui dedit nobis pignus spiritus: in quo pulsemus eius dulcedinē: & desideremus videre ipsum fontē: vbi sobria ebrietate mundemur: & irrigemur sicut lignū quod plantatū est secus decursus aquarū multarū. Idē. Fac precor domine me gustare per amorē, quod gusto per agnitionē. Sentiā per affectū quod sentio per intellectum. Plus tibi deberē quā meipsum totū: sed nec plus habeo, nec hoc ipsum per me ipsum totū, possum reddere. trahe me domine in amorē tuū hoc ipsum quod sum. Tertiò aliquid scitur per reuelationē. Et sic Deus ex priuilegio gratiæ quibusdam reuelauit præsentiā suā gratiosam, sicut discipulis dicens. Matt. vlti. Ecce ego vobiscū sum vsq; ad cōsummationē sæculi. Glo. cū finitis laboribus mecū regnabitis. Vnde Ro. 8. Ipse spiritus sanctus testimoniū perhibet spiritui nostro: idest recognoscere facit: vt dicit. Glos. q̄ sumus filij Dei. Sciēdū q̄ reuelatio huiusmodi sit quibusdā propter tria. Primò vt omnē timorē humanū tā in agendis qua patiēdis abijciat: vt dicitur Iere. 1. Ne timeas à facie eorū: quia ego tecū sum. Et Psal. Nō timebo mala quoniā tu mecū es. Glosa. In corde per fidem vt post vmbram mortis tecum sim per speciem. Secundò vt gaudium securitatis habeant in hac vita. Prouerb. 12. Secura mēs quasi iuge conuiuium. Eccles. 9. Vade comede in lętitia panē tuū: & bibe cū lętitia vinum tuum: quia Deo placent opera tua. Tertiò vt vitam in patientiam habentes mortem cū desiderio expectent. Qui enim nescit vtrum amore an odio dignus sit formidat. vt dicitur Ecclesiasti. 9. Qui verò securus mortem cū desiderio habet. Talis fuit Apostolus desideriū habens dissolui & esse cū Christo. Philip. 1. vnde Ber. O vita secura vbi absque formidine mors expectatur imo exoptatur cū dulcedine excipitur cū deuotiōe. Secūdum membrum principale tangitur ibi. Et mecum laboret &c. scilicet in statu vitæ præsentis diuinis me consolationibus subleuando, quod quidem expertus fuit qui dixit. O qua bonus & suauis domine spiritus tuus in nobis. Augu. in libr. cōfes. Quis dabit mihi vt venias in cor meū: & inebries illud & obliuiscar mala & vnum bonū meum amplectar te. Ipse est aduentus solatij. Sunt autem tria quæ disponunt ad hunc aduentum. Primum contemptus terrenæ voluntatis. vnde Col. 4. Quæ sursum sunt sapite: quasi diceret. Non potestis cœlestia simul & terrestria sapere. Ber. Errat omnino si quis illam cœlestem dulcedinem huic cineri diuinum illud balsamū: huic veneno carismata illa spiritus sancti misceri posse. huiusmodi illecebris arbitratur. Putas te illum mercatissimum spiritum posse suscipere: nisi carneis istis cōsolationibus renunciaueris? Reuertua cùm inceperis tristitia implebit cor tuum: sed si perseueraueris tristitia tua vertetur in gaudium. Tunc enim purgabitur affectus & renouabitur voluntas: vt omnia quæ prius difficilia: imo impossibilia videbantur cum multa percurrantur dulcedine & auiditate. Secundum deuota meditatio diuinæ voluntatis. Psal. Memor fui Dei & delectatus sum. Ber. Non deerit electis cōsolatio de memoria Dei, quibus nondum plena refectio indulgetur. Sed præcipuè bonitas Dei exhibita in homine Christo recogitātem delectat, vnde super illud Psal. Memor ero ab initio mirabilium tuorum. dicit. Glo. Idest quæ indulsit Deus humano generi ab initio, scilicet quòd Adam ad imaginem suam fecit: quòd Abel hostiam accepit: similiter de Noē fecit. In cuius arca diuersa animalia in mysterium ecclesiæ seruauit, quod de Abraham fecit cuius oblatione Christi filij sui incarnationem & passionem designauit: tandem quòd ipse dominus venit, hæc sunt quæ virū secundum delectāt. Tertiū est feruens desiderium charitatis. vnde Ber. tractans illud. Psal. Ignis ante ipsum præcedet & inflammauit, dicit. Oportet nanq; vt sancti desiderij ardor præueniat faciē eius ad omnē animā ad quā ipse venturus est qui omnē cōsumat rubiginē viciorū: & sic prepararet locum dño: & tūc scit anima: quia iuxta est dñs, cùm senserit se illo igne suę cęnsam. Idē spiritus Deus est & cōcupiscit decorē illius animæ, quā fortiter aduertit in spiritu ambulātē & curā carnis nō perficiētem in desiderio præsertim si sui amore flagrātem cōsperxerit. Tali animæ frequenter suspiranti: imo sine intermissione oranti & se afflictanti præ desiderio interdum desideratus ille miseratus occurrit. ergo quisquis ita est vir desiderij: vt cupiat dissolui & esse cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christo: cupiat vehementer: sitiat ardenter: assiduè meditetur. Is profectò suscipiet Deum. Si quidem secundum desiderium cordis eius tribuetur ei, & adhuc peregrinanti in corpore: ex parte tamẽ, id est, ad tempus & ad modicum tempus. Nam cum vigiliis & obsecrationibus & multo labore & imbre lacrymarum quæsitus fuerit subito dum teneri putatur, illabitur & non videbitur nisi iterũ requiratur toto desiderio. Ita ergo in hoc corpore potest esse de præsentia sponsi frequens lætitia: sed non copia: quia & si lætificet visitatio, molestat tamen vicissitudo. Nec tamen vel in transitu præsto erit sic omni animæ: sed illi duntaxat quàm ingens desiderium & deuotio vehemens. & præ dulcis affectus probat sponsam, & dignam ad quam gratia visitandi accessurum verbum decorem induat. formam sponsi accipiens. De signis verò aduentus verbi & recessus eiusdem dicit Ber. Fateor mihi aduentasse verbum in inspiciatia dico & pluries. Cúmque sæpius intrauit meo sensi aliquoties cum intrauit adesse. Affuisse recordor interdum: & præsentem potui cognoscere introitum eius nunquam potui sentire: sed nec exitum. Tria ergo in verbis Berna. Notanda sunt scilicet quòd aliquotiens aduẽtum potuit præsentire, quòd sensit adesse. & recordatus fuit affuisse. De primo dicit sic. Cum per seipsum dignatur Deus animam querentem se: quæ tamen ad quærendum se toto desiderio & amore deuouit: & hoc signum istius modi aduentus eius sicut ab eo qui expertus est edocemur: ignis ante ipsum præcedet &c. vt supra. De secundo dicit sic. Quæris ergo à me, cùm ita sint inuestigabiles omnino viæ eius: vnde adesse nouerim. Viuum & efficax est verbum: mox vt intus venit, expergefecit dormitantem animam meam: mouit & emoluit: & vulnerauit cor meum: quoniam durum lapideúmque erat. & male sanum cœpit euellere & destruere: ædificare & plantare: arida rigare: tenebrosa illuminare. clausa reserare: frigida inflammare: nec non & mittere prava indirecta: & aspera in vias planas: ita vt benedicat et anima mea dominо: & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Igitur ita intrans ad me aliquotiens verbum sponsus tantum ex motu cordis: sicut præfatus sum, intellexi præsentiam eius: & ex fuga viciorum carnaliúmque affectuum, aduerti potentiam virtutis eius. & ex dissussione siue redargutione occultorũ meorũ, admiratus sum profunditatem sapientiæ eius: & ex quantulacũque emendatione morum meorũ, expertus sum bonitatem mansuetudinis eius & ex reformatione vel renouatione spiritus mentis meæ, id est, interioris hominis mei, percepi virũque speciem decoris eius & ex comitatu omnium eorum simul expani multitudinẽ magnitudinis eius. De tertio dicit sic. Verũ quia hæc omnia vbi abscesserit verbũ quodam illiquo languore torpentia proinde & frigida iacere incipiũt: ac si cacabo bulienti subtraxeris ignem: & hoc mihi signũ abscessionis eius: & quotiens elabitur, totiens reperitur à me: nec cessabo clamitare quasi post tergum abeuntis ardenti desiderio cordis: vt redeat & reddat mihi lætitiam salutaris sui: reddat mihi seipsum. Fateor si li nihil interim aliud libet dum non præsto est, quod solum liber. Tertium membrum principale agitur ibi. Et scient scilicet præsentia ipsius illustratus quid acceptum sit apud te: quia candor est lucis æternæ. & speculum sine macula. Sapien. 7. Sunt aũt tria quę disponunt ad æternam mentis illustrationẽ. Primum est in abstractione transitoriæ dulcedinis. Vnde Isa. 28. Quem docebit scientiã & quem intelligere faciet auditum. Ablactatum à lacte. & auulsum ab vberibus. scilicet terrenę consolationis: vel delectationis. vnde super illud Io. 1. Mundus eum non cognouit. dicit Chrisost. Mundũ vocat homines qui soli mundo affixi sunt: & quæ mundi sunt sapiũt. Nihil autem ita turbat mentem & liquefieri facit amore præsentium. Secundũ est in approximatione ad ipsum fontẽ luminis. vnde in Psal. Accedite ad eum & illuminamini Aug. Anima in Deũ & creaturas media posita conuersione ad Deum illuminatur. melioratur. & perficitur. conuersione autem ad creaturas obtenebratur. deterioratur: occiditur. Tertium consistit in interiori mentis dilatatione quæ fit per conatum hominis ipsius. vnde in Psal. Dilatabo os tuum. Glo. cordis: & ego implebo illud. glo. pane vitæ & intellectus: vnde Aug. dicit quòd sicut Deus ingeniti libertate replet omnes creaturas pro capitu earum, sic per Christum Dei virtutem: & Dei sapientiam, veniunt nobis omnia bona. dum in eius aduentum gratificamur quo ad modũ consolamur quo ad statũ viuendi: illustramur quo ad actum intelligendi. Sciendum verò q̃ non solũ filius: sed & pater & spiritus sanctus veniunt per gratiã. & mentem humanam inhabitant: secundum illud. Io. 14. Ad eum veniemus. & mansionem &c. Isa. 40. Qui dat lasso virtutem glos. fidei & operis. & his qui non sunt fortitudinem. & robur multiplicat. Hac fortitudine confortatus apostolus dixit. omnia possum in eo qui me confortat. Filius enim venit per sapientiam nos illuminando: quia est lux vera & illuminans omnem hominem &c. Io. 1. glo. Nullus sine illo illuminatur. vnde sapiens eius aduentum desiderans ait. Mitte illam à sede magnitudinis tuę &c. Et sciam quid acceptum sit apud te. Sapien. 9. Spiritus sanctus venit per bonitatem nos ad amorem suum inflammando. Tertio. De excelso misit ignem in ossibus meis glo. id est, spiritum sanctum vt timeam. Vnde cantat ecclesia. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium. & tui amoris in eis ignem accende &c. Sic igitur per aduentũ beatissimæ trinitatis, reformatur in nobis quod per peccatum fuerat deformatũ. dum nostrum posse per peccatum infirmatum confirmatur per patris potentiam, nostrũ velle per peccatũ obscuratum, illuminatur per filij sapientiam nostrum velle per peccatũ infrigidatum, inflãmatur per spiritum sancti benignissimam clementiã. Hæc enim sunt opera gratuita beatissimæ Trinitatis in nobis mirabiliter operãtis. vnde in Psal. Mirabilia opera tua. & anima mea cognoscet nimis reuera mirabilia opera Dei in nobis. Nam potentia patris cõfortando debilitat: & debilitando confortat. vnde Isa. 40. Qui sperant in domino, mutabunt formationem. glosa. sic vt fortes Deo fiant debiles mundo. & post mortem carnis, fiant immortales. & sequitur ibi. Assument pennas vt aquilę. glos. quibus volent ad Deũ: current & non laborabunt. glo. Quia omnia facilia amanti ambulabunt. scilicet p̃ficiendo: & non deficiẽt. 2. Cor. 12. Cum enim infirmor. glo. exterius, tunc potens sum. Glo. Victor efficior. Similiter filij sapiẽtia, non videntes illuminat: & videntes excæcat. Vnde Ioan. 9. Ego in iudicium veni in mundum, vt non videntes videant. Glos. humiles cæci qui se videre non putant: & qui vident cæci fiant. Glo. Superbi sapientes qui se videre putant. Gre. super illud Iob. 36. Ecce Deus magnus vincens nostrã scientiam. Quicquid de claritate magnitudinis Dei scimus, infra ipsum est: & tanto ab eius scientia longẽ repellimur, quanto eius potentiam nos comprehendisse suspicamur: cuius tunc aliquid quasi ex parte cognoscimus, quando eum nos dignè cognoscere non posse sentimus. Sic etiam bonitas spiritussancti, mirabiliter operatur in nobis. Vnde Sapiens admirando dicit. Sapien. 12. O quàm bonus & suauis est domine spiritus tuus in nobis. Vbi notãdum q̃ valde bonus in nobis est spiritus sanctus, cùm nos ad amorem suum accendit: quia amor Dei fons est totius boni: vt dicit glo. vnde tunc se nobis summè communicat: sed valde suauis in nobis est, dum nos interno gustu suę dulcedinis lætificat. Vnde super illud Psal. Suauis dominus vniuersis. dicit glos. Sed maximè se gustantibus. Bernar. Solus cõsolator est qui & inhabitator charitas Deus qui & iustis nunquàm desit ad meritum: plerúmq; tamen ad solatium abest. illud iocundius: istud vtilius. Habetur igt. & sicut populus Israheliticus cum primo sibi dominus mãna pluret admiratus dicit Mãhu. id est, quid est hoc. sic deuota anima gustans in intimis diuinę bonitatis suauitatem admiratur. Tum quia talem in rebus creatis experta non est. vnde Ansel. Cogita quale sit illud bonum quod continet omnium bonorum iocunditatem. & non qualem sumus experti in rebus creatis: sed tantũ differre, quãtum creator à creatura. Adhuc etiam quia verbis non exprimitur tantæ bonitatis suauitas: nec lingua docetur: sed gratia. Apo. 2. Vincenti dabo manna absconditum: quia nullis sermonibus aperitur. vnde Ber. O quis curiosus scire quid sit verbo frui. Para illi non aurem, sed mentẽ. non docet lingua: docet gratia. Amplius etiã: quia excedit omne ingenium & omne desiderium quod plus est: quia multa scimus, quæ non exprimimus. Diuinæ verò bonitatis tanta est suauitas, q̃ non solum verbis ipsam nõ exprimimus: verum etiã inquirendo deficimus. vnde in Psal. Memor fui Dei. dicit glosa. In quo est suauitas. & sequitur. & exercitatus sum. & defecit spiritus meus. vnde Ber. dicit, q̃ non capit hoc intelligentia, nisi quantũ attingit experientia. Sic igitur patet verbum propheræ dicentis. Mirabilia opera tua & anima mea cognoscet nimis. id est valdè. & patris & potentiam. & filij sapientiam. & spiritussancti suauitatem. ex quo se videt deficere in cognoscen do potentis magnitudinẽ sapientiæ altitudinem. & dulci fluæ suauitatis abundantiam.

De vltimo aduentu Christi. Artic. XXV.

SEquitur de vltimo aduentu Christi ad iudicium. de quo dicitur Luc. 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna & maiestate. Vbi circa aduentum Christi ad iudicium, tria describuntur. videlicet. q̃ veniet patenter. dominanter. & solemniter & potenter. Primum notatur ibi. Tunc videbunt filium hominis glo. In hac vita omnis homo Christum videre non potuit, sed in die iudicij in sede maiestatis, & electi & reprobi pariter videbunt. vt iusti remunerentur. & mali in æternum gemant. Notabiliter autem dicitur quòd videbunt filium hominis: quia in forma humanitatis omnibus apparebit, in qua iudicabitur secundum illud. Ioannis quinto. Dedit ei potestatem facere iudicium: quia filius hominis est. Nam secundum quòd Dei filius est, semper habuit: vt Augusti. dicit. Conueniens eñ est vt in forma humanitatis veniat iudicaturus: in qua venerat iudicandus. secundũ illud Iob. 36. Cũ tua causa quasi impij iudicata est causam iudiciũq; recipies. vnde Augu. de verbis domini. Ad iudiciũ forma hominis vẽtura est: forma illa iudicabit quę iudicata est sedebit iudex qui stetit sub iudice: dãnabit veros reos qui factus est falsè reus. Idẽ in eodẽ.

Rectum enim erat: vt iudicandi iudicem viderent. Iudicandi enim erant & boni & mali: restabat vt in iudicio forma serui & bonis & malis ostenderetur forma Dei solùm bonis seruaretur. Beati enim mũdo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Et quia potestas iudiciaria ad Christi exaltationẽ pertinet: sicut & resurrectionis gloria, Christus in iudicio nõ apparebit in humilitate quæ pertinebat ad meritũ: sed in forma gloriosa pertinẽte ad primũ. vnde dicitur. Luc. 21. q̃ veniet cũ potestate magna & maiestate &c. Quod pertinet ad ipsius gloriã. Vñ Orige. dicit, q̃ in cõsummatiõe mũdi totius apparebit in multa gloria, vt videant eum omnes in gloria. Sciendũ verò q̃ visio claritatis Christi electis qui cũ toto corde dilexerũt erit ad gaudiũ: quod eis promittitur. Isa. 33. Regem in decore suo videbũt, impijs autẽ ad cõfusionẽ & lucrũ: quia iudicantis gloria & potestas dãnationẽ timentibus tristitiã & metũ inducit. vnde dicitur Isa. 26. Videant & confundantur zelantes populi. Glo. Inuidentes mihi & meis: & ignis hostes tuos deuoret. Glosa. Ignis inuidię vel gehennę. Vnde Gregorius dicit, quòd omnipotens Deus ad iudicium veniens: & blandus iustis, & horribilis iniustis apparebit: quamuis in forma gloriosa se ostendat: apparebunt tamen indicia passionis nõ cum defectu: sed cum decore & gloria. Apparebit etiã signum crucis in cœlo: vt dicitur Matt. 24. Vt ex his visis & electi accipiant gaudium: qui per passionem Christi liberatos se esse recognoscant, & reprobi tristitiam: quia tantum beneficium contempserunt. vnde Apocal. 1. Videbunt in quem transfixerunt & plangent se super eũ omnes tribus terræ. Vnde Chriso. dicit, quòd crux apparebit lucidior existens, & non erit tunc necessitas accusationis cum viderint crucem & ipsum Christum in corpore suo habentem testimonia passionis. Sciendum verò quòd signum crucis non accipitur hic pro ipso ligno dominicæ crucis: sed pro aliqua repræsentatione ipsius. Sic igitur videbunt filium hominis in forma carnis gloriosæ habentẽ indicia passionis virtuosæ cum signo crucis victoriosæ: vt ex his habeant & boni lætitiam & mali tristitiam. Tum etiam vt ex indicijs passionis & crucis appareat gloriosior: salus electorum, & iustior damnatio reproborum. Secundum notatur ibi. Venientem in nube. vbi Chriso. dicit, quòd filius hominis in nubibus veniet, vt Deus & dominus non latenter: sed in gloria digna Deo. Vbi notãdum quòd in primo aduentu venit tanquàm seruus: in secundo verò veniet tanquàm dominus & iudex: & ideò primo veniens tanquàm seruus conueniens fuit vt ad terras descenderet. In secundo aduentu tanquàm iudex & dominus: & ideò conuenienter in nubibus veniet: vt liquidè omnibus appareat, quòd ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorũ, vt dicitur. Act. 1. Sciẽdum verò quò nubes iste non causabuntur ex aliqua euaporatione terræ: quia cessante motu cœli nulla erit alterratio: sed fiet virtute diuina propter conformitatem in aduentũ domini ad iudicium & ascensionem, vnde super illud Act. 1. Sic veniet dicit. Glo. Creatura vbique obsequitur creatori. Astra indicant nascentem, patienti cõpatiuntur ascendentem nubes suscepit, redeuntem ad iudicium comitabitur. Notandum autem quòd probabiliter creditur Christus venturus ad iudicium circa locum montis Oliueti & vallis Iosaphat: qui subiacet monti Oliueti: secundum illud Ioan. 3. Congregabo omnes gentes & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cũ eis. Tum vt idem ostendatur esse qui descendit & qui ascendit. Tum quia cõueniens est vt ibi veniat cũ gloria iudicaturus, vbi fuerat cũ ignominia iudicatus. Possumus etiam ratione huius conueniẽtiæ sumere ex nominibus locorũ. Mõs enim Oliueti: designat misericordiã. Iosaphat quod interpretatur iudicium: designat iustitiã, quia verò in extremo iudicio tractãdum est opus misericordiæ & iustitiæ: cõuenienter dicitur Christus venturus ad locum prædictum ad iudicandum. Nõ autem descendet ad teram: sed in spacio huius aëris sedebit circa locum mõtis Oliueti ex quo ascendit: vt dicit Glos. Ioel. 3. Tunc fiet separatio bonorum & malorum. Nã boni qui Christo fideliter adheserunt: secundum Apostolũ. 1. Thes. 4. rapientur in nubibus obuiam Christo in aëra, vt cõformentur Christo nõ solùm cõfigurati glorię claritatis eius: sed loco cõsociati ei: secundum illud. Mat. 24. Vbicunq; fuerit corpus illuc cõgregabuntur & aquilæ: per quas sancti significantur. Signanter in Hebręo Iohãtam dicit, quòd cadauer sonat ab eo quòd per mortem cadat: secundum Iero. ad cõmemorandã Christi passionem per quã & Christus ibi potestatẽ iudiciariã promeruit: & homines passioni eius cõformati ad societatẽ gloriæ ipsius assumẽtur: secundum illud Apostoli. 2. ad Thi. 2. Si compatimur & conregnabimus &c. Imperij verò qui Christo non adheserunt remanebunt in terra quam dilexerũt, secundum illud Iere. 17. Domine omnes qui te derelinquunt cõfundentur. Glo. Perpetuò. Recedentes à te in terra scribentur &c. Glo. Deleti de libro vitæ, cum his qui terrena sapiunt. Grego. O quàm angustę erũt tunc reprobis viæ. Superius iudex iratus inferius horrendum cahos à dextris peccata accusantia, à sinistris infinita dæmonia ad supplicium pertrahentia. Intus cõscientia vrens foris mundus ardens miser peccator sic de pechensus quo fugiet? Latere erit impossibile apparere intollerabile. Sic igitur patet venientis iudicis eminentia: quia in nubibus veniet. Loci iudicij conueniẽtia: quia circa locum montis Oliueti. Differens bonorum & malorum assistẽtia: quia bonis in aëra subleuatis impij in terra remanebunt sententiam finalem æternæ damnationis pro suis meritis recepturi. Tertium notatur ibi. Cùm potestate magna & maiestate &c. Glosa in potestate magna & maiestate visuri sunt quem in humilitate positum audire noluerunt: vt virtutem eius tanto districtius tunc sentiat quantò nunc cernicem cordis ad potentiam non inclinant. Reuera cum potestate magna veniet. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Matth. vigesimoquarto. & Luc. vigesimoprimo. Gregorius. Quid enim virtutes cœlorum: nisi Angelos dominationes potestates & principatus appellat quæ in aduentu districti iudicis: tunc visibiliter oculis apparebunt: vt districtè: tunc à nobis exigatur hoc quòd nos modo inuisibilis conditor æquanimiter portat? Chriso. Si Rex terrenus processurus ad bellum contra aliquem expeditionem mandat in populo: dignitates mouẽtur: exercitus exercitantur: ciuitas tota feruet: quantò magis Rege cœlesti exurgente iudicare viuos & mortuos angelicæ virtutes commouẽtur terribiles ministri terribiliorem dominum præcedentes? Sciendum verò quòd potestas Christi iudicantis erit insuperabilis in explicabilis interminabilis. De primo dicit Chrisosto. nec resistendi virtus: nec fugiendi facultas, nec pœnitentię locus: nec satisfactionis tempus tunc erit. Ex angustia omnium rerum nihil remanet nisi luctus. De secundo. Augustinus tractans illud Ioã. decimooctauo. Vt autem dixit: ego sum abierunt retrosum & ceciderũt in terram, sic dicit. Vna vox turbam odij ferocem armis terribilem sine vllo telo percussit repulit & statuit virtute latentis diuinitatis. Quid faciet iudicaturus qui hoc fecit iudicandus? Quid regnaturus poterit qui moriturus hoc potuit? quasi dicat, explicari non potest tanti iudicis potestas. De tertio dicitur Dañ. septimo. Aspiciebam in visione, & ecce filius hominis? Et infrà potestas eius potestas æterna. Glosa. quæ nullo fine claudetur. Multum igitur timenda est tanti iudicis potestas. Luc. decimosecundo. Timete eum qui postquã occidit habet potestatem mittere in gehennam. Sicut autem potestas Christi iudicantis erit insuperabilis: ita sapientia ineffabilis: iustitia inflexibilis. Vnde Bernar. Veniet dies iudicij, vbi plus valebunt pura corda quàm astuta verba: & bona conscientia quàm marsupia plena. Quoniam iudex ille nec falletur verbis: nec flectetur donis. Hæc autem ad faciendũ iudicium requiruntur: scilicet zelus iustitiæ quo ad iudicium procedatur: lumen sapientiæ: secundum quam sententia proferatur: virtus potentiæ quàm sententią lata exequatur: quæ excellentissimè in Christo iudice reperiãtur: vt potè cuius iustitia inflexibilis: sapiẽtia ineffabilis: potentia insuperabilis: scripturæ & sanctorum testimonio comprobatur. Sed notãdum summoperè, quòd tempus aduentus istiusmodi omnibus est ignotum: secundum illud Matth. decimoquarto. De die autem illa & hora nemo scit: neque angeli in cœlo: neque filius: nisi pater. Vbi sciendum quòd tũc Deus dicitur aliquid scire, quandò alicuius rei notitiam confert: sicut dixit ad Abraham Gen. vigesimosecundo. Nunc cognoui, quòd timeas Deum, ideò cognoscere te feci. Sicut etiam filius dicitur ignorare diem aduentus sui: quia nobis notitiam huius diei non dedit, vnde discipulis de hoc die quærentibus. Act. primo. respondit. Non est vestrum nosse tempora: vel momenta &c. Ideò autem notitiam huius diei non donauit: quia non expedit: vt semper incerti de aduentu iudicis sic quotidiè viuamus quasi alia die iudicandi: vt dicit Glosa. Matth. decimooctauo. Videte: vigilate & orate: nescitis enim quando tempus sit. in quibus verbis dominus notabiliter tria verba inculcat, scilicet videte: vigilate: & orate. Ad cuius euidentiã est sciendum, quòd primo debemus seruenter videre diem aduentus iusti iudicis pensando: semper enim ante oculos nostros ponenda est dies illa dies iræ. vnde Deuter. trigesimosecundo. Vtinam saperent & intelligerent ac nouissima prouiderent. Hiero. Siue comedam: siue bibam. siue scribam: siue aliud operis quicquam faciã semper sonat in auribus meis vox illa. surgite mortui venite ad iudicium. Secundò debemus vigilare instanter operando, vt bonis operibus parati inueniamur. Gregorius. vigilat qui ad aspectum veri luminis oculos apertos habet. Vigilat qui seruat operando quod credit. Vigilat qui à se corporis & negligentiæ tenebras repellit. Sic igitur vigilandum est: quia nescimus qua hora dominus noster venturus sit siue ad iudicium singulare quod erit in obitu cuiuslibet: siue ad iudicium vniuersale & finale. Vnde Augustinus super illud Matthæi tertio. Quod vni dico omnibus dico, vigilate &c. Tunc vnicuique veniet dies ille cum venerit eius dies: vt talis hinc exeat qualis est iudicandus illo. Ac per hoc vigilare debet omnis Christianus ne imparatum eum inueniat domini aduentus. Imparatum autem inueniet dies ille quem imparatum inuenerit suæ vitæ vltimus dies. Tertio debemus orare feruenter impetrando Christi misericordiam: vt digni esse possumus omnia quę futura sunt mala fugere & stare ante filium hominis: vt dicitur Lu. vigesimoprimo. Vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

duo tanguntur,pro quibus est orandum.ſ.pro futuris malis vitandis.& pro futuris bonis adipiſcẽdis.Primũ ibi.Vt digni habeamini fugere iſta omnia.vnde etiã Mat.24. dicitur. Orate ne fuga veſtra fiat in ſabbato.i.ne tũc velitis fugere quando nõ licet: nec poſsitis. Spiritualiter aũt orare præcipitur,vt non frigeſcat fides in Deũ & charitas: neq; otioſi in opere Dei torpeamus virtutũ ſabbato.vt dicit gloſ.Secundũ tangitur ibi.Et ſtare ante filium hominis,hæc eſt ſumma beatitudinis in preſentia iudicis ſui ſecurum eſſe.Teo.Hęc enim eſt angelica gloria ſtare ante filium hominis, Deum noſtrum & faciem eius iugiter cernere. Notandum verò quòd vltimum ad uentum Chriſti quædam ſunt antecedentia.quædam verò concomitantia.antecedẽtia præcipuè ſunt tria. Primum eſt, antichriſtus cum veritatis contradictione.Vnde apoſtolus 2. Theſ.2. Ne terrea mini quaſi inſtet dies domini: quoniam niſi primò diſceſsio venerit.& reuelatus fuerit homo peccati.filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſuper omne quod dicitur Deus aut quod colitur: ita vt in templo Dei ſedeat.oſtendens ſe tanquàm Deus. dicit glo. Non veniet ad iudicium dominus, niſi prius ſiat deceſsio à Romano imperio.ſiue eccleſiarum à ſpirituali obedientia Romanæ eccleſiæ vel hominum à fide. Et vbi manifeſtatus fuerit homo peccati, id eſt,totius peccati ſeruus & fons,id eſt antichriſtus filius perditionis,id eſt diaboli qui aduerſatur Chriſto in membris ſuis. vnde antichriſtus extollitur ſuper omne quod dicitur Deus aut quod colitur.ſcilicet falſa opinione: vt dij gentium:ita vt in templo Dei ſedeat à Romanis deſtructo.quod Iudæi reędificabunt. Naſcetur autem antichriſtus in Babylone de tribu Dan: iuxta quod Iacob ait. Fiat Dan coluber in via cetaſtes in ſemita. & cùm venerit Hieroſolymam,ciruncidet ſe dicens Iudæis: ego ſum Chriſtus vobis promiſſus. Tunc confluent ad eum omnes Iudæi.& reędificabunt tẽplum à Romanis deſtructum. Et ibi ſedebit oſtendens ſe tanquàm ſit Deus. Nam ſicut in Chriſto omnis plenitudo diuinitatis habitauit,ita in antichriſto plenitudo malitiæ: & omnis iniquitas habitabit:quia in ipſo erit caput omnium malorũ. ſcilicet diabolus qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Sciendum verò quòd antichriſtus tribus modis ſibi populum ſubiugabit.Primò per falſam miraculorum operationem. vnde Math.24. Surgent pſeudo Chriſti & pſeudo ꝓphetę,id eſt antichriſtus & miniſtri eius:vt exponit Chryſo.& dabunt ſigna magna & prodigia: ita vt in errorem ducant ſi fieri poteſt,etiam electos.glo.ſuper illud Apo.13.Et fecit ſigna magna:vt etiam ignem faceret de cœlo deſcendere: vt apoſtolis datus eſt ſpiritus ſanctus in ſpecie ignis. Gloſ.ſuper illud.2. ad Theſſal.2. Cuius eſt aduentus ſecundum operationem Sathanæ. in omni virtute ſignis.& prodigijs:quia per magicam artem non veram faciet illa:& per fantaſiam deludet homines: ſicut Simon magus deluſit illum qui putãs eum occidere,arietem decollauit pro eo. Secundò per munerum largitionem.vt dicit gloſ.ſuper illud Daſi.11. Dabit illis poteſtatem in multis & terram diuidet gratuitò Anuchriſtus deceptis multa donabit.& terrã ſuo exercitui diuidet. Quos enim ſuo terrore ſubiugare non poterit, auaritia ſubiugabit. Tertiò per tormentorum illationem.vnde Mat.24.Erit enim tunc tribulatio magna.glo. Tempore antichriſti qualis nunquã fuit ab initio mũdi vſque modò neque fiet. & niſi abreuiati fuerint dies illi, non fieret ſalua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi. Gloſ. Erunt enim hęc mala tribus annis & dimidio tantum: vnde Dan. 12. dicitur, quòd iurauit angelus per viuentem in æternum: quia in tempore. Gloſa vnius anni: & tempora glo. Duorum annorum. & dimidium temporis. Gloſa. Vnius anni hoc ſpacio dicitur futura deſolatio ſub antichriſto:vt ibidem in Glo.ſubinfertur. Sciẽdum verò quòd tempore antichriſti. veniet Helyas & Enoch. verbo & exemplo pœnitentiam prædicantes. & fidem ſaluatoris confirmantes:vnde dicit Iohelis vlti. Ecce ego mittam vobis Helyam prophetam, antequàm veniat dies domini magnus & horribilis. Apocha.11.Dabo duobus teſtibus meis. Gloſa. Helyę & Enoch. & prophetabunt diebus. M.cc.lx. Gloſ. tribus annis: ſicut ipſe Chriſtus prædicauit amicti ſaccis. Gloſ. Prædicantes pœnitentiam. & exemplo oſtendentes. Tandem,anticriſtus occideret eos. Antichriſtum verò dominus Ieſus Chriſtus interficiet ſpiritu oris ſui:vt dicit.2. Theſ.2.Gloſ.id eſt,in virtute ſpiritus ſui:quia à ſe procedit potentia viſionis ſuæ. & ſubiungitur in Gloſ. Quia ſecundum doctores occidetur in monte oliueti in papilione & ſolio ſuo. in illo loco contra quẽ dominus aſcendit ad cœlos. Illo aũt interfecto,nõ ſtatim veniet Chriſtus: ſed vt in lib.Dan.intelligitur conceduntur electisdies.xlv.ad pœnitentiam. Quantum verò dominus pòſt venturus ſit,pœnitus tgnoratur. Secundum quod præcedet vltimum Chriſti aduentũ,ſunt ſigna cum horribili coruſcatione:vnde Luę 21. Erũt ſignum in ſole & luna & ſtellis. De quibus expreſsius dicitur.Mat.24.Quia ſol obſcurabitur.& luna non dabit lumen ſuũ: & ſtellæ cadent de cœlo.id eſt lumine carebunt.vt dicit gloſ.Raba. Nihil prohibet veraciter intelligi ſolem & lunã cum cæteris ſyderibus ad tempus ſuo lumine priuariſicut de ſole factum conſtat tẽpore paſsionis. vnde Iohel. 2. dicitur. Sol conuertetur in tenebras & luna in ſanguinem.antequã veniat dies domini magnus & horribilis.quod quidem fieri poteſt virtute diuina. Tum vt vicinum in dicent domini aduentum.ſecundum gloſ. Tum etiam ad terrorem hominum. vt ad reuerentiam iudicis venturi & ſubiectionem homines præparentur. Peracto verò die iudicij,mundo innouato,ma ius lumen recipient:vt dicit gloſ.ſuper Mat. Tertium quod præcedet vltimum aduentum Chriſti,eſt ignis cum vehementi flagratione.Vnde in Pſal.Ignis ante ipſum præcedet. & inflammabit in circuitu inimicos eius. Vbi notandum quòd ignis iſte quatuor habet effectus. Primus eſt quòd mundum purgabit.vnde glo.ſuper illud primę Corin.7. Præterit figura huius mundi, id eſt, pulchritudo. nam ſubſtantia huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit. Et ſuper illud.2. The.1. In flamma ignis dantis vindictã dicit glo. quòd ignis erit in mundo qui præcedet totũ tantum ſpacium aëris occupãs quantũm occupauit aqua diluuij qui ardebit terram & craſsitudinem eius. Purgabit autem mundum à culpę infectione & inpuritatis cõmixtione, quæ ſunt contrariæ diſpoſitionibus ad quandam gloriæ perfectionem: quam Chriſtus in aduentu ſuo modo conferet.vt ſenſus carnis glorificatus delectabilius in ipſo mundo Deum contempletur. Secundus effectus eius eſt,quòd bonos purificabit:vt dicit gloſ.ſuper illud.2.Theſ.1.In flamma ignis. quòd ille ignis purificabit electos domini Ieſu. Vnde boni in quibus nihil purgandum inuenitur,nullum dolorem ex igne ſentient:ſicut nec pueri ſenſerunt in camino.Dan.3.quãuis eorum corpora nec ſeruentur integra. ſicut puerorum ſeruata fuerũt. & hoc diuina virtute fieri poterit: vnde ſine doloris cruciatu reſolutionẽ corporum patiantur. Aug. Hoc erit incendium mũdi ſanctis,quòd fuit caminum tribus pueris. in quibus fuerit aliquid purgandum per illum ignem.alijs verò nullam moleſtiam ingeret. Sunt autem tres cauſæ quare ſubito illi qui viui reperientur,purgari poterunt. Vna eſt.quia pauca in eis purganda reperientur,cum terroribus & perſecutionibus præcedentibus fuerint prærpurgati. Secunda eſt, quia viui voluntariè ſuſtinebunt. Pœna autem voluntaria in hac vita ſuſcepta,multò plus purgat quàm pœna poſt mortem inflicta:ſicut patet in martyribus,quòd ſi quid in eis purgandum fuerit,paſſionis flamma tollitur. vt dicit Aug. cum tamen pœna martyrum fuerit breuis in comparatione ad pœnam quæ in purgatorio ſuſtinetur.vnde Aug. Hoc erit incendium mundi vt ſuprà. & tamen iſte ignis recuperabit in incenſione, quantùm amittit in temporis abbreuiatione. Tertius effectus eſt quòd malos cruciabit.vnde in Pſalmis. Ignis ante ipſum præcedet.vnde dicit glo.ſuper illud Pſalm. Ignis in conſpectu eius exardeſcet. Ignis iſte materialis erit quo cõburetur facies huius mundi & mali punientur. boni verò purgabũtur.pœna verò terreat, quos præmia non inuitant. Quartus effectus huius ignis ſecũdum doctores eſt, quòd tàm bonorum quàm malorum corpora incinerabit & quantum ad omnes prędictos effectus præcedet iudicium. quantùm verò ad inuolutionem malorum:& cruciatum etiam iudiciũ ſequetur. Vnde etiam propter diuerſa officia huius ignis præcedentis & ſubſequentis iudicium, dicuntur eſſe duo ignes.ſicut tangitur in glo.ſuper illud.1.ad Cor.3. Vniuſcuiuſque opus quale fuerit,ignis probabit.glo. modo prædicto à doctoribus exponitur.Similiter concomitantia aduentum iudicis tria ſunt. Primum eſt mortuorum reſurrectio vnde 1. Theſ. 4. Quoniam ipſe dominus in iuſſu.& in voce archangeli &c.vſque primi. Vbi circa reſurrectionem tria notantur. videlicet dominiũ diuinæ virtutis imperantis. miſterium archangeli cooperantis. ſigna iudicis venientis & ſuſcitantis. Primum ibi. Quoniam ipſe dominus in iuſſu.vnde Daſi. Crede reſurrectionem futuram diuina voluntate virtute & nutu. Vbi circa reſurrectionem tria tangit.ſcilicet voluntatem diuinam,quæ imperat.virtutem quæ exequitur. & facilitatem exequendi.in hoc quòd nutum adiunxit ad ſimilitudinem eorum quæ in nobis ſunt. Illud enim valdè facile nobis eſt facere, quod ſtatim ad nutum noſtrum fit. Nutus autem diuinus ex quo reſurrectio fiet, nihil aliud eſt quàm ſignum ab eo datum, cui tota natura obediet ad reſurrectionem mortuorum. de quo patebit infrà. Secundũ ibi. In voce archangeli. Vnde Aug. in tertio de trinitate dicit,quòd corpora craſsiora & inferiora per ſubtiliora & potentiora quodã ordine regũtur à Deo per ſpiritũ rationalẽ virtę. & hoc etiã Gre.in 4.dialogorũ tãgit. Vnde in omnibus quę corporaliter à Deo fiũt,vtitur Deus miniſterio angelorũ. In reſurrectiõe aliquid ad tranſmutationem corporum pertinens,ſcilicet collectio cinerum:& eorum præparatio ad reparationem humani corporis. Vnde quantũ ad hoc in refurrectione vtetur Deus miniſterio angelorum,ſed anima ſicut immediatè à Deo creata eſt: ita immediatè à Deo corpori iterato vnitur ſine aliqua operatione:ſimiliter etiã gloriã corporis ipſe faciet abſq; miniſterio angelorum:ſicut & animam immediatè glorificat. Et iſtud angelorum miniſteriũ vox dicitur:ſecundum vnam expoſitionem quam tangit magiſter ſententiarum.in 4.diſ.43. Iſtud autem miniſteriũ erit principaliter vnius archangeli

archangeli,ſcilicet Michaëlis qui eſt princeps eccleſiæ,ſicut fuit ſynagogę,vt dicitur Daſi.5.qui tamen agit ex influentia virtutum: & aliorum ſuperiorum ordinũ. Vnde quod ipſe faciet,ſuperiores quodammodò faciunt. Similiter inferiores angeli cooperabuntur ei circa reſurrectionem ſingulorum,quorum cuſtodiæ deputati fuerunt:& ſic vox illa poteſt vnius vel plurium angelorum dici. Math. vigeſimoquarto.dicitur. Mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna. Gloſa tam aperta & intenſa voce, quòd vbique à mortuis audiatur & congregabit electos à quatuor ventis,ideſt à quatuor climatibus mundi,ſcilicet Oriente: Occidente: Aquilone: Auſtro. vt dicit Remigius. Tertium ibi. In tuba Dei deſcendet de cœlo. Vbi notandum,quòd Chriſtus dicitur deſcendere in tuba. Tum propter ſui aduentus euidentiam,quia manifeſtè veniet.vt dicit. Gloſ. Vnde dicit Gregorius,quòd tubam ſonare nihil aliud eſt quã mũdo vt iudicem filium demonſtrare. Tum propter ſuæ vocis efficaciam. Vnde in Pſalmis. Dabit voci ſuæ vocem virtutis, ideſt efficaciam reſuſcitandi mortuos:qui prius vt agnus ſine voce coram tondente ſe obmutuit:vt dicit Gloſa. & ſecundum hoc ſonus tubæ eſt vox Chriſti imperantis: vt quidam exponunt. Tum etiam propter quandam conuenientiam ad vſus tubæ in veteri teſtamento. Tuba enim congregabantur ad conſilium:commouebãtur ad prælium:& vocabantur ad feſtum. Reſurgentes autem congregabuntur ad conſilium iudicij:ad prælium quo orbis terrarum pugnabit contra inſenſatos:& ad feſtum æternæ ſolemnitatis. Cùm igitur Chriſtus ſic deſcenderit in iuſſu:& voce archangeli:& in tuba Dei: tunc mortui reſurgent. Quod autem Apoſtolus ſubiungit:deinde nos qui viuimus:non ſic intelligendum eſt, quòd viui reperti non moriantur,ſed vt Gloſ.ibidem dicit in ipſo raptu mors eorum erit & reſurrectio:vt quaſi anima per ſoporem egreſſa de corpore eidẽ in momento reddatur:tunc ventilabitur area miniſterio angelorũ & triticum ſeparabitur à palea:quia boni ſecundum Apoſtolum rapientur in nubibus obuiam Chriſto in area impijs in terra remanentibus. Notandum verò quòd licet determinata hora temporis futuræ reſurrectionis pro certo non poteſt ſciri:tamen ſatis probabiliter à quibuſdam dicitur,quòd reſurrectio erit quaſi in diluculo ſole exiſtente in oriente: luna in Occidente, quia tali diſpoſitione creduntur ſol & luna creata:vt ſic eorum circulatio compleatur penitus ad reditum ad idem punctum. Vnde de Chriſto dicitur,quòd tali hora reſurrexerit. Secundũ quod comitatur iudicis aduentum eſt meritorum retributio:vnde in Pſal.Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.2. Corinth:quinto. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti:vt referat vnuſquiſque. Gloſa. A ſimilitudine meſſorum propria corporis prout geſsit ſiue bonum ſiue malum. Glo. Hoc enim omne meritum comparatur quo poſt hanc vitam poſsit quiſpiam reuelari:vel grauari:quia verò meritorum retributio per iudicium fiet:ideò de ipſo iudicio videamus. Vnde ſciendum, quòd poſt iudicium ſingulare quod erit in obitu cuiuſlibet: reſtat aliud iudicium vniuerſale:quod erit in nouiſsimo die:quia licet per mortem vita hominis temporaliter terminetur ſecundum ſe: remanet tamen ex futuris:ſecundum quid dependens. Vno modo ſecũdum quod adhuc viuit in memorijs hominum in quibus quandóq; contra veritatem bonæ famæ remanet vel malę. Alio modo in filijs qui ſunt quaſi aliqui patris:ſecundum illud. Eccleſiaſti.30. Mortuus eſt pater illius:& quaſi non eſt mortuus,ſimilẽ enim reliquit ſibi poſt ſe:& tamen multorum bonorum ſunt mali filij & econtrario. Tertium; quantũ ad effectum operum ſuorum:ſicut ex deceptione Arrij & aliorum ſeductorum pullulat error infidelitatis:vſque ad ſinẽ mundi.& vſque tunc proficit fides ex prædicatione Apoſtolorum. Quarto modo quantũ ad corpus quod quandóque traditur honorificæ ſepulturæ:quandóque verò remanet inſepultum: & tandem intumulatum reſolutur omnino. Quinto modo quantũm ad ea in quibus homo ſuum affectum defixit:puta in quibuſdam temporalibus rebus:quorum quædam citius finiuntur:quædam diutius durant. Omnia autem hæc ſubduntur exiſtimationi diuini iudicij: & ideò de his omnibus perfectum & manifeſtum iudicium haberi nõ poteſt,quandiu huius temporis curſus durat, & propter hoc oportet eſſe finale iudicium in nouiſsimo die,in quo perfectè id quod ad vnumquémque hominem pertinet quocunque modo perfectè & manifeſtè dijudicetur.Sed circa hoc iudicium tria poſſumus conſiderare,ſcilicet iudicis æquitatem,iudicantium cum Chriſto dignitatem, & iudicandorum veritatem,de primo dicitur in Pſalm.Iudicabit populos in æquitate. Gloſ.In futuro iudicio:& Matthæi vigeſimoquinto. Cùm venerit filius hominis in ma.&c.Ibi iudicis æquitas deſignatur. Primò quo ad bonorum & malorum ſeparationem ibi. Et ſeparabit eos quaſi paſtor ſegregat oues ab hœdis ideſt bonos à malis,vt dicit. Glo. Secũdò quo ad meritorum diſcuſsionem, cùm dicet bonis. Eſuriui & dediſtis mihi manducare &c. Tertiò quo ad ſententiæ illationem,cùm dicet bonis venite benedicti. Malis verò:ite maledicti. Sciendum verò quòd totum iudicium & quò ad diſcuſsionem: & quò ad accuſsationem malorum & commendationem bonorum: & quò ad ſententiam de vtriſque mentaliter perficietur. Si enim vocaliter ſingulorum facta narrarentur inæſtimabilis longitudo temporis ad hoc exigeretur:ſicut etiam dicit Auguſtinus vigeſimo.de ciuitate Dei,quòd ſi liber ex cuius ſcriptura omnes iudicabuntur:vt dicitur Apocalip.20.carnaliter cogitetur:quis eius magnitudinem & longitudinem valeat æſtimare? At quantò tempore legi poterit in quo ſcriptæ ſunt viæ vniuerſorum:nõ enim minus tempus requiritur ad narrandum oretenus ſingulorum facta quàm ad legendum,ſi eſſent in libro materiali ſcripta:vnde probabile eſt,quòd illa quæ dicuntur Matthæi vigeſimoquinto.nõ vocaliter:ſed mentaliter intelligenda ſunt & perficienda:fiet ergo virtute diuina:vt ſtatim vnicuique occurrant bona: vel mala pro quibus eſt præmiãdus:vel puniendus: & non ſolùm vnicuiq; de ſeipſo, ſed etiam de alio. Vnde dicitur.1.Corinth.primo. Veniet dominus & illuminabit abſcondita tenebrarum. Gloſ. prima peccatorum & manifeſtabit conſilia cordium. Gloſa. quæ geſta & cogitata bona: vel mala:tunc erunt aperta & nota omnia omnibus. Apocal.20. Vidi mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu throni: & libri ſunt aperti. Gloſa. prima conſcientiæ ſingulorum quæ apertę erũt omnibus. De ſecundo,ſcilicet iudicantium cum Chriſto dignitate dicitur Matthæi decimonono. Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicãtes.12.tribus Iſraël:vbi dicit. Glo. quòd per duodecim ſedes vniuerſitas mandatorum intelligitur. Notandum verò quòd quidam iudicabunt ſola comparatione,ſcilicet boni minus bonos,mali magis malos: ſecundum illud Matthæi duodecimo. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio & condemnabunt generationem iſtam non poteſtate:ſed comparationis exemplo. Quidam verò iudicabunt per ſolam approbationem, & ſic omnes iuſti iudicabunt:ſecũdum illud. Sapien.3. Iudicabunt ſancti nationes. Quidam verò iudicabunt quaſi iudiciariam poteſtatem accipientes à Chriſto: ſecundum illud. Matthæi decimonono. Sedebitis ſuper ſedes &c. Ad cuius euidentiam ſciendum quòd cùm iudicare importet actionem in alium procedentem:ideò propriè loquẽdo iudicare dicitur qui ſententiam loquendo in alium confert: ſed hoc dupliciter contingit. Vno modo ex propria auctoritate: & hoc eſt illius propriè qui habet in alios dominium & poteſtatem,cuius regimini ſubduntur omnes qui iudicantur: & ſic iudicare eſt ſolius Dei. Alio modo eſt ſententiam alterius auctoritate latam in aliorum noticiã ducere: quod eſt ſententiam latam pronuntiare; & hoc modo perfecti viri iudicabunt:quia ducunt in cognitionem diuinę iuſtitię aut quod iuſtè eis pro meritis debeatur:vt ipſa reuelatio iuſtitię iudicium dicatur. Vnde Ricar.de ſancto Vic. Iudices coram iudicandis decretorum ſuorum libros aperire eſt ad eorum cordium inſpectionem inferiorum quorumlibet viſum admittere:ſenſúmque ſuum in his quæ ad iudicium pertinent reuelare. Sciendum verò quòd hæc dignitas ad illos pertinet qui relictis omnibus Chriſtum ſunt ſecuti. Vnde Mat. decimonono. Petro quærenti ecce nos relinquimus omnia & ſecuti ſumus te,quid ergo erit nobis? dixit Ieſus. Amen dico vobis &c. Vnde Gregorius. Quiſquis ſtimulo diuini amoris excitatus hęc poſſeſſa reliquerit illuc proculdubiò culmen iudiciariæ poteſtatis obtinebit:vt ſimul tunc iudex cũ iudice veniat:qui nunc conſideratione iudicij ſpontanea ſe pauperitate caſtigat:quia enim pauperes voluntarij ſoli Deo adhęrentes non impediuntur rerum ſolicitudinibus à perceptione ſapientię:nec retrahuntur rerum cupiditatibus à zelo iuſtitiæ:& quia etiam depreſſione paupertatis mœrentur culmẽ honoris & excellentiæ:ideò idonei & digni iudicantur poteſtatem iudiciariam poſsidere. De tertio,ſcilicet iudicandorum varietate dicit Gregorius:quòd in iudicio erunt quatuor ordines. Alij enim iudicantur & pereunt:alij non iudicantur & pereunt,alij iudicantur & regnant,alij non iudicantur & regnant. Ad cuius euidentiã ſciendum,quòd ad iudicium tria videntur concurrere. Primò quidem quòd iudici præſententur iudicandus. Secundò quòd eius merita diſcutiantur. Tertiò quòd ſententiam accipiat. Quarum igitur ad primum omnes boni & mali à primo homine vſque ad vltimũ Chriſti iudicio ſubdentur:vt dicitur.2. Corinth.quinto. Oportet omnes nos aſsiſtere ante tribunal Chriſti. A quorum generalitate non excluduntur etiam paruuli qui vel ſine bapteſmo: vel cum bapteſmo diſceſſerunt:vt dicit Gloſa.ibidem. Quartum verò ad ſecũdum ſcilicet ad meritorum diſcuſsionem non omnes iudicabuntur nec boni:nec mali. Ibi enim neceſſaria eſt diſcuſsio iudicij vbi bona malis permiſcentur. Vbi verò eſt bonum abſque permixtione mali:vel malum abſque permixtione boni:ibi diſcuſsio locum non habet. Bonorum igitur quidam ſunt qui totaliter bona temporalia contemnunt ſoli Deo vacantes:& his quæ Dei ſunt:quia ergo peccatum committitur per hoc,quòd ſpreto incommutabili bono bonis commutabilibus adhęretur,nulla videtur in his notabilis commixtio boni & mali:non quòd abſque peccato viuant,cùm ex eorum perſona dicatur. Ioan.primo. Si dixerimus quia peccãtum nõ habemus ipſi nos ſeducimus:ſed quia in eis leuia quędam inueniũtur quæ feruore charitatis quodammodò conſumuntur: vt nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse videantur. Vnde hi in iudicio non iudicabuntur per meritorū discussionem. Qui verò terrenam vitam agētes rebus sæcularibus intendentes, vtuntur quidem non contra Deum: sed eis plus debito inhærentes habent aliquid malibono fidei & charitatis admixtū secundum aliquam notabilem quantitatem, vt non de facili apparere possit quid in eis præualeat. Vnde tales iudicabūtur etiā quantum ad discussionem meritorum. Similiter etiam est ex parte malorum. Notandū quòd principium accedendi ad Deum, est fides. secundum illud ad Heb. Accedentem ad Deum, oportet credere: qui ergo fidem nō habent, nihil boni in eis inuenitur, cuius aliqua mala permixtio faciat eorum dubiam damnationem: & ideo damnabuntur absque meritorum discussione. Qui verò fidem habet: charitatem autem non habet opera bona: nec aliquid vnde Deo coniungatur: huius necessaria est meritorum discussio: vt euidenter appareat quid in eo præpōderet bonū vel malum. Vnde talis cum discussione meritorum damnabitur. sicut rex terrenus qui peccantem cum audientia damnat. Hostē verò sine omni audientia. Quātum verò ad tertium scilicet sententiæ prolationem, omnes iudicabuntur: quia omnes ex ipsa sententia, vel gloria: vel pœnam reportabunt. Vnde dicitur. 2. Cor. 5. Vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit. siue bonum: siue malū. Tertium verò quod comitatur aduentum iudicis, est mundi innouatio: de qua dicitur Isa. 65. Ego creabo cœlos nouos & terram nouā: & non erunt priora in memoria. Apoc 21. Vidi cœlum nouū & terram nouam. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd omnia corpora esse facta propter hominem creduntur. vnde & omnia dicuntur ei subiecta. Seruiunt autem ei dupliciter. vno modo ad suam sustentationem corporalis vitæ. Alio modo ad perfectum cognitionis diuinæ: inquantùm homo per ea quæ facta sunt, inuisibilia Dei cōspicit: vt dicitur ad Ro. 1. Primo ergo ministerio creaturarū homo glorificat⁹ nullo modo indigebit. cùm eius corpus omnino incorruptibile sit futurū virtute diuina id faciēte per animā quā imediatē glorificat. Secūdo etiā ministerio nō indigebit homo quantū ad cognitionē intellectiuā: quia tali cognitiōe Deū sancti videbūt imediatē per essentiā: sed ad hāc visionē essentiæ diuinæ oculꝰ carnis attingere nō potest: & idcòvt eius solatium etiā sibi cōgruens de visiōe deitatis præbeatur inspiciet deitatem in suis effectibus corporalibus in quibus manifestaiudicia diuinę maiestatis apparebunt: & præcipuè in carne Christi. & post hæc in corporibus beatorū: & deinceps in omnibus alijs corporibus: & ideo oportebit: vt etiam alia corpora maiorem influentiam à diuina bonitate suscipiant: non tamen specié variantē: sed addentem cuiusdam gloriæ perfectionem: & hæc erit mūdi innouatio. vnde similis mūdus innouabitur: & homo glorificabitur.

Explicit opusculum. 60. beati Thomæ de Aquino, de humanitate Christi.

Dubium

INCIPIT EIVSDEM doctoris Opusc. Sexagesimum primum, De dilectione Dei & proximi.

CAP. I.

MAGISTER quod est mandatum maximū in lege. ait Iesus. Diliges dominū Deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota mente tua. hoc est magnum & primum mādatum. hoc inquam est maximū. Magnū: quia mandat hoc lex naturalis in mentibus omnis creaturæ rationalis diuinitus indelibiliter impressa. Maius, quia remandat: & repetens iterum remandat lex Mosayca à Deo data: & per angelos ordinata. Deut. 6. Audi Israël. Dominus Deus tuus, vnus est. Diliges dominū Deum tuum, &c. vsq; ab ostijs domus tuæ. Maximum quia illud confirmat lex euangelica per ipsum Dei filium tradita. Mat. 22. Diliges dominū Deum tuum. Marci. 12. & Luc. 10. & hoc est primum mandatū. Primum tripliciter. primum in intentione iubentis. Finis enim in quolibet ea quæ ad finem sunt in intentione præcedit. 1. Thi. 1. Finis præcepti est charitas. Finis non terminans vel consumens, sed consummans: ad quem omne præceptum ordinatur. Ro. 13. Plenitudo legis est dilectio. Psal. Omnis cōsummationis vidi finem. Item primum in necessitate obseruationis. Sunt enim vt volunt magistri, præcepta quædam primæ: quædam secundæ: quædam tertiæ: quędam quartæ necessitatis. Primæ necessitatis sunt, sine quibus Dei similitudo non saluatur quæ à principio naturaliter obligāt: & in generali & in spirituali: tale est diligere Deum. Secundæ necessitatis sunt, quæ à principio: & naturaliter obligant in generali: & non in spirituali: vt est satisfacere pro peccatis. Tertiæ necessitatis sunt, quæ ex actu humano obligant: sicut votum: vel quæ obligant quosdam: sed non omnes: aut etiam omnes in casu: sicut consilia. Quartæ necessitatis sunt: quæ prælati ecclesiarum instituunt. scilicet quę instituit Papa: aut archiepiscopus in prouincia sua: aut episcopus in dyocesi sua: aut abbas in abbatia sua. Primæ necessitatis est, contra quod omnino dispensari nō potest: nec ab homine: nec à Deo. Item primū est in ordine dignitatis. Hic enim actus dignissimus est, cuius dignitas cognoscitur ex tribus. ex subiecto vel potētia à qua egreditur actus hæc est voluntas summa & dignissima potentia animæ. Item ex habitu vel dono potentiam informante: & super se eleuante. hoc est charitas quæ est sumnū donum. quod patet: quia ab ipso summus ordo denominatur. scilicet Seraphin. 1. ardēs. Item ex obiecto: quia in summum bonum dirigitur. scilicet in Deum.

CAP. II.

DIliges dominum Deum tuum &c. Duplex est dilectio: vna concupiscentiæ. qua diligimus illud quod nobis volumus & desideramus: vt diuitias vel honores: alia amicitię: qua diligimus illud cui bonum volumus: vt amicos: vtráque dilectione diliges dominum Deum tuum. Nota autem tria circa actum dilectionis. scilicet antecedentia: concomitantia: consequentia. Antecedentia considerari oportet: vt ea quæ ad hunc finem sunt. Nam vt ait Arist. ponentes finem aliquem, quomodò & per quæ intendunt: & si plura videntur fieri: per quid facilius & melius intendunt. Si autem per vnum perficitur: quomodò per hoc erit: & illud per quod vsquequò perueniatur ad primam causam quæ vltimum erit de intentione. Antecedit igitur naturaliter cognitio & necessariò dilectionem. & cōcupiscentiā apprehētio. Ratio est. quia vires ordinatę sunt cognitiua ante affectiuā: & in motib. & motorib. ordinatis destructo priori destruitur q̄ posterius est. Augu. Inuisa possum⁹ diligere incognitam cuiquā? Vis ergo Deum amare & cōcupiscere: prius oportet cognoscere. Igitur secundū philosophū: delectabile appræhensum mouet appræhensum: vt delectabile. Summum igitur delectabile oportet præapprehendere cogitando vt possumus diligere appetēdo. Apprehendimus autem sensibile auditu, visu: & nonnunquam gustu. verbi gratia. Vinum quod est sensibile exterius alio modo apprehendendo audiens narrari de ipso vinum illud est bonū. magis autem cùm video: quia visus secundū. Arist. plures rei differentias appræhendit: & ideò tertius iudicat de re. magis autē cùm prægustato. tunc enim est maxima coniunctio sensibilis ad sensum. Similiter intellectus de summo bono intelligit aliquid: aut per alium: & sic quasi per auditum: aut per se: & sic quasi per visum: sed plenius appræhendit, cùm affectus aliqualiter contingens: vel modicè experitur. Audire autem est incipientium: videre proficientium: gustare profectorum. Incipiens vis audire: vt cōcupiscas: videre vt moueris: quære vt audias: quęrit enim famulus pro potu frigido: quę reigitur & tu. interroga à Deo & ab hominibus. à Deo in oratione. Boē. Quid nam agendum censes: vt illius boni summi sedem inuenire mereamur. Inuocandum inquit omnium rerum patrem: sine quo nullum ritè fundatur principium. Ab hominibus in sermone: hinc sequitur motus. Isa. 55. Audite audiētes me. & comedite bonum: proficiens vis audire, vt possis appetere: vaca vt videas. Psal. Vacate & videte: vt vaces negotia postpone. Quoniam igitur secundum Arist. vltimum de intentione, primum est in executione: primum pro loco & tempore negocia intermitte: vt vaces: Ansel. Eya nunc homuncio: fuge paululum occupationes tuas: & absconde remodicum à tumultuosis cogitationibus tuis. abijce nunc onerosas curas. postpone laboriosas distentiones tuas. vaca aliquantulū mente Deo: & requiesce aliquantulum in eo: fuge occupationes operationum in homine exteriori. absconde te à tumultu fantasiæ. abijce curas rationis: postpone distentiones voluntatis: & vaca aliquantulum mente. sed vide quomodò vaces: ne derideant hostes sabbata tua. Vaga ergo vt videas: vide intellectu vt concupiscas affectu. cæterum vos perfecti, gustate & videte quoniam suauis est dominus: gustate vel modicè ad probandum: & videbitis quia bona est negociatio eius. & fastidietis alia bona præappetitu istius. Ricar. Non potest vt arbitror ad perfectum exteriorum bonorum fastigium pertingere, qui internorum dulcedinem bonorum nondum meruit gustando sentire. Est igitur ordo inter hos appræhensionis modos. Nam auditus ordinatur ad visum: vt patet in regina Saba, quæ audita fama Salomonis appetebat videre quod audierat. Homo igitur post inceptionem proficiens ab auditu ad visum transiens, dicit cum prophęta. Sicut audiuimus sic vidimus. Visus autē ordinatur ad gustū. Quo contra cuidam dicitur in li. Regus. Videbis me: & inde non comedes. Factū tamen interim quod licet tene mediū & expecta perfectum: vide & cogita Deū: non vt domineum: vel vt iudiciū: sed vt quandā rem summè bonam & delectabilem. Anselmus. Excita nūc anima mea totū intellectū tuum & cogita quantū potes quale & quantū sit illud bonū. Cognosce & cogita q̄ ipse præcellit omne concupiscibile: delectat præ omni delectabili quod-

ctabili: quod patet inducendo. Cōcupiscit superbia honores: auaritia diuitias & res: accidia cōmodum & quietem: gula & luxuria voluptatē: ex his sequitur ira cōtra lędentē nos in his: quia ira est vindex læsæ cōcupiscentiæ: vt diffinit Philosophus: & sequitur inuidia cōtra habētem: hæc Grego. Si quæ desideramus illi inuidemus qui accipit ea penitus vel partem accipiēdo quantitatem nobis restringit. In concupiscentia igitur horum est peccatum: nō quia ipsa sint mala: sed quia pro his deseruntur meliora. Augu. Peccatū nō est appetitus rerū malarum: sed desertio meliorum: Deus est igitur effectiuè honor incōmutabilis præ omni re honorante excellenter honorās. 1. Regū. 2. Qui me honorificauerit honorificabo eum: me honorificat qui me honori temporali eligendi præponit: sed secundū Aristo. si simplex ad simplex & magis ad magis: & maximè ad maximum: vt si voluptas bonum maior voluptas magis bonum: & sic maxima voluptas maximum bonum. Igitur si honor bonus sicut vtiq; bonus est: & ideò appetibilis est: summus honor est summè bonus: & ideò summè appetendus. Item Deus est res incommutabilis: & substantia omnem habentē se excellenter ditans. Augu. Res quibus fruendum est pater & filius & spiritus sanctus eadem trinitas: quædam summa res est cōmunis omnibus fruentibus ea: hic si cōsiderans hanc substantiam boni incommutabilis præ omni substātia boni cōmutabilis cōcupiscentis. Itē si rerum substantia bona: & ideò appetēda & summa substantia & summè bona: & ideò est summè appetenda. Item Deus quies incōmutabilis & commodū excellenter quietans. Augu. Fecisti nos domine ad te & inquietū est cor nostrū, donec requiescat in te: non talis quies accidiæ: de qua etiam inquietando ortū habet. Augu. Stando lassatus eras: sedendo reficieris: & rursus sedēdo lassaris: & quicquid est vbi fatigato succurritur alia fatigatio exoritur. Item si commodum bonum & quies: & summa quies est summè bona: ergo summè appetenda. Itē Deus est voluptas incommutabilis excellenter delectans. Psalm. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Igitur si voluptas est bonū & appetibile: & summa voluptas est summè bona: ergo est summè appetibilis, hac inductione instantiam non habente infertur illud vniuersale. Prouerb. 3. Omnia quæ desiderantur huic non valent comparari. Contingit autem comparari tripliciter: secundum maius & minus & æquale. Comparatur maius ad minus & excedit: vt tricubitum ad bicubitum: talis est illa comparatio. Sapient. 7. Luci comparata inuenitur prior. Item minus ad maius & exceditur: vt monocubitum ad bicubitum: talis illa. Deutero. primo. Filios Enachim vidimus ibi quibus comparati quasi locustæ videbamur. Item æquale: æquali: vel simile simili quod neque excedit: neque exceditur: talis illa. Comparatus est iumentis insipientibus. Omnino ergo quę desiderantur huic summæ desiderabili comparari nō possunt, quia nec minora: nec maiora: nec æqualia sunt: quia respectum eius omninò nihil sunt. Hieronimus. Deus solus verè est cuius essentiæ comparatum nostrum esse non est. Comparatur igitur vnitas millenario: sicut pars toti non in infinitum minor, sed nec punctum lineæ, nec centrū punctuale toti sphęrę circunferentię: quorum vtrúmque finitum in se: sed respectu puncti infinitum: & ideò incomparabile. Minus autem comparabilis est creatori creatura: vtpotè bono simpliciter infinito quæ est bonum simplex & finitum. Confer ergo nunc homo & vide quid concupiscas. Concupisces enim bonū. Nā vt ait Augustinus. Bonum est aurum bonæ diuitiæ. Si igitur vnam marcam argenti concupiscis: quia bonum: marcam auri tanto magis concupisces: quantò magis bonum. Quicquid igitur milies melius esset, milies plus concupiscī ratio persuaderet: & tamen vnitas pars est aliquota millenarij: & ideò comparabilis ipsi, sed Deus cui omnia quæ desiderātur comparari non possunt: illa marca infinities melior: & ideò infinities concupiscibilior. Similiter de quolibet concupiscibili simile fit iudicium. Omnia ergo huic non valent cōparari: quomodò igitur singularia valent? Cuncta igitur bona simul appellantur valdè bona: vt dicitur in Genē. Singularia non valdè: sed tantū simpliciter bona: minus enim singula bona sunt: quàm omnia collecta: sed vt dicit Philosophus, Ostēsa præeminentia vnaduorum vel plurium: hoc duorum est præligendum vel præoptādum: quod est præeminens: quomodò ergo præoptandum aliquid nihilo: ens non enti: infinitum bonum finito? Anselmus. Cur ergo per multa vagaris homuncio, quærendo bona animæ tuæ & corporis? Ama vnum bonum: quod omne est bonum & satis est: desidera simplex bonum quod est summum bonum & sufficit. Item riuuli bonorū concupiscibiliū diuersi: fons vnus omniū Deus. Melior ergo & concupiscibilior fons quàm riuulus causa quàm effectus: imo incomparabiliter melior: cuius bonitate secundum Boētium: paulisper disputationis gratia intellecta dicimus: iam nihil erit bonum: & ideò nihil concupiscibile. Igitur quod per se tale magis tale quàm quod per accidens, & ideò magis concupiscibile: quapropter cōcupiscit & deficit anima mea in atria domini: sed nota; quòd duplex est concupiscentia: vna rei absentis hoc mouet ad habendum: altera rei præsentis causans fruitionem per presentiam concupiscibilis; & ideò delectatur & fruitur concupito. Hæc igitur mouet ad delectādum: vt patet in vino: quod concupiscens diligo cùm abest: & ideò moueor ad operandum pro precio quo emam ad præparandum vas quo recipiam: & cùm abest non cessо concupiscere: secundum hoc est charitas viæ: diligens & concupiscens Deum: vt absentem: & ideò eliciens motus & mouens ad opera meritoria: sed charitas patriæ diligens & concupiscens: vt præsentē: & ideò delectans: & fruitionem causans. Ecclesiastī. Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient: sed deliderium perit cum anima sitim suam qua bonum naturaliter appetit: per aquam præsentis insipidæ delectationis boni commutabilis extinguit. Bene autem sitis accenditur cùm dulcedo summi boni: vel modicæ prægustatur: quę tamen prægustatio mirabiliter & sitim crescere facit: & tamen ipsi aliqualiter satisfacit. Augustinus. Angeli illo fruentes iam beati sunt: quo & nos frui desideramus: & quantùm in hac vita fruimur: tanto peregrinationem nostram & tolerabilius sustinemus: & ardentius finire cupimus.

CAP. III.

HIs in apprehensione antecedentibus irritatur affectus: & si potentia voluntatis per habitum amoris dispositа sit: in actū exit: & mouens delectabile apprehensum diligens concupiscit. Quem di lectionis motum tria concomitantur, scilicet qualitas, quantitas, & relatio: qualitas, scilicet nobilitas & excellēs bonitas: qua dissimilis est omnibus motibus alijs & nobilior genere: vtpotè prodiens nobilissima potentia: scilicet voluntate: qua Deo naturali ordine proxima: & ideò liberrima ab omni coactiōe creatæ iurisdictionis exēpta. Item à nobilissimo habitu, scilicet amore: qui summum Dei donum: etiam personæ diuinæ meruit æquiuocum esse. Duplex est autem habitus amoris. Vnus naturalis, qui vnus & summus est: tamē trinitatem in anima perficiens. vt dicit Augustinus. Quæ sunt mēs, notitia & amor. Boëtius. Inserta est nobis naturaliter summi boni cupiditas & dilectio. Alius gratuitus & infusus: qui omniū gratuitorū summus dignitate propriè dicitur charitas. Ro. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus est nobis: secundum autem Dyoni. Optimi optima est adducere, à subiecto igitur qualificetur & denominetur actio. Aristote. Non enim quia bonum facimus boni sumus: sed quia boni sumus bonum facimus. Optima igitur & nobilissima actio dilectio: sed quia motus denominatur à termino in genere suo: summæ bonus est motus, cui summum bonum inquantùm tale est obiectum & terminus. In productione igitur actus istius anima nobilissima est: quia cognoscendo coniungitur, amando vnitur illi bono, quod in termino nobilitatis & bonitatis nobile est. Cognoscibile enim cū sit perfectio cognoscentis in esse suo: quo nobilius cognoscibile est: eo nobilior perfectio: cùm dilectio & amor transforment amantem in amatum, cùm forma Dei sit nobilissima: anima amans Deū fit nobilissima. Item concomitatur & quantitas mensurans motum dilectionis: qui tripliciter mensuratur: scilicet secundum intentionem: durationem: & numerum: vel multitudinem. Contingit enim concupiscere summum bonum intensione vehementer: vehementius: vehementissimè: duratiōe diu, diutius, diutissimè: multitudine sępè vel frequenter: sæpiùs, sæpissimè: & secundum hoc dilectio actu maior est vel minor dilectione. Igitur si non potest concupiscere vehemēter saltem durat parumper: quod si nō diu continuare potes, quoniam secundum Augustinum in viatore sunt cogitationes voluibiles & consequenter necessariæ affectiones, saltem sicut repetendo frequentes. Nam quo frequentius, eo consequenter vehementius concupisces, & quo vehementius eo diutius: sed vide quid impedit: sicut se habet diligere ad cognoscere: sic diligere perfectè quod est in patria ad cognoscere perfectè: sic diligere actu ad cognoscere actu. Scimus autem plura: sed intelligimus vnum solum: vt dicit Aristo. Verum est actu: & ideò diligere possumus actu vnum solum. Termini autem oppositi disparatè sunt creator & creatura, inter quos sita est anima. Augustinus. Anima media inter Deum & creaturas posita conuersione ad Deum illuminatur melioratur & perficitur. Conuersione ad creaturas obtenebratur, deterioratur corrumpitur: & Philosophi posuerunt animam creari in horizonte æternitatis & temporis: quæ cùm creaturam actu cognoscit: & per consequens actu diligit creatorem: tunc actu cognoscere: & per cōsequens actu diligere non potest. Item vnitas motus causatur ab vnitate mobilis temporis & termini. Cùm igitur anima mobilis sit simplex inter terminos oppositos simul & semel motibus diuersis eiusdem generis moueri non potest, vnde motu affectionis mouetur ad creaturam: tunc motu affectionis moueri nō potest ad creatorem. Diliges autem dominum Deum tuum vnum, scilicet præ multis. Augustinus. Vnum est necessarium, præponitur enim vnū multis. &c. Anselmus. Cur ergo per multa vagaris homuncio. Hugo. Cor hominis quod prius amori diuino fixum stabile perstitit, & vnum amādo vnum permansit, postquàm per desideria terrena defluere cœpit quasi in tot diuisum est quot ea sunt quæ cōcupiscit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Concomitatur & relatio motum concupiscentiæ: secũdum quam refertur in finẽ. scis quid desideras. restat propter quid. Deus summum bonum est obiectum in quod delectando moueris: sed quis finis: vel propter quid ipsum appetis. Vtique propter seipsum: nam hoc est proprium amoris Dei: quia idem ei obiectum & finis: non sic in virtutibus alijs. Nam fides quæ etiam theologica est, ipsum primum verum habet pro obiecto. bonum summum pro fine. Vnde credit primæ veritati: vt credendo mereatur accipere & participare bonitatem: sed amor amat bonum propter bonũ. Sed restat scire quod bonum propter bonum appetitur: aut propter se: aut propter aliud maius. Nõ n. maius propter minus: sed potius econuersò appetitur. Nota igitur trinam relationem. est enim secũdum Arist. desiderium desiderari duplex. Nam huius vt finis huius viæ ad finem verbi gratia. Desidero vinum. desidero precium quo emam vinũ: sed aliter vinum. aliter precũ: & magis vinum quàm precium: quia & precium propter vinum. Ari. Propter quod vnũ quódque. & ipsum magis. Similiter amans appeto Deum: appeto virtutem: sed Deum vt finem: virtutem vt ad finem. Aug. Virtutes si propter se appetantur: nec ad aliud referantur, instatæ sunt: & id eo non iam virtutes: sed vicia appellanda sunt. Sic & à quibusdam propter Deum aliqua temporalia appetuntur: sed quia facilè ibi in curuatur ordinis rectitudo. quam deflectit cõcupiscentia, corrigit & ad finem dirigit castigans, disciplina. Psal. Disciplina tua correxit me in finem: sic & apostolus desiderium habet dissolui: & esse cum Christo: primum desiderans propter secundum. Item alia relatio desiderij ad desideratum. Est enim desiderium huius per se, huius per accidens. secundum Arist. vt in vino appetitus dulcis. Nam in vino dulce per se appetitur: vnde non desiderabitur si acescit. Tertia relatio est qua dulce appetitur vt delectet. Vide ergo ordinem & relationem dicentem. primò precium desidero propter vinũ. scilicet ad habendum vinum. secundò vinum desidero: quia dulce propter dulce. Tertiò dulce vt delector quo quia delector: hæc delectatio quia est passio mulcebris & qualitas derelicta in mea dulcedine vini est finis simpliciter secundum talem viam: quia hæc delectat formaliter vel vt forma. vinum autem dulce materialiter: sed vinũ vt obiectum commune: & ideò per accidens: dulce autem vt materia vel obiectum proprium & immediatum: & ideò per se in parte similiter in parte: secus est vt in proposito: prima relatio totaliter similis: tertia omnino contraria. secunda medio modo. Primò igitur sicut appeto vinum & precium propter vinum: sic appeto Deũ vt finem. virtutes & omnia meritoria & vtilia, vt ad finem: & inter hęc quod fini propinquius est melius est secundum. Aristo. & ideò appetibilius. Secundò vinũ appeto: quia dulce: etiam refertur motus iste ad alium finem: & est vinum vt obiectum: dulce vt finis: & causa huius est: quia dulcedo vini in re & ratione differt à vino: licet fundetur in ipso, vt accidens in subiecto: quia si dulcedo vino essentialis esset: idem esset secundum rem diligere vinum: quia dulce & diligere vinum: quia vinum: propter hoc in proposito partem sic: partem aliter. Omnia enim quæ in Deo sunt, idem sunt secundum rem. & essentialia sunt non accidentalia: sed ratione differunt: non ratione diffinitionis: sed ratione speculationis. Nam vt dicit Arist. causa prior & superior est narratione: quia superior est cognitione: sed per effectus vtcúnque cognoscitur. Ro. 1. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque virtus: sic secundum effectus aliqualiter balbutitur. effectus autem diuersi sunt: dicitur ergo Deus ens absolutè: comparatiuè verò bonus: quia se communicat & diffundit. iustus: quia pro meritis retribuit: sæuerus, quia punit: misericors, quia parcit. Omnia hæc in re vnum & idem sunt. & diuina sunt essentia: sed ratione differunt: sed quia Deum non secundum quod est: sed secũdum effectus speculamur: & cognoscimus secundum alium & aliũ effectum; aliter & aliter nominamus & differentem speculationem differens sequitur effectus. Deum ergo vt Deum veneror: & reueror: vt iustum vel sæuerum tremo & vereor: vt bonum vel dulcem amo & cõcupisco. Quod si idem esset ratione, sicut idem est remisse ricordem vel bonum esse & iustum: vel sæuerum esse, idem titatem speculationis sequeretur idemtitas affectionis: & sic diligerem Deũ quia sæuerus, sicut diligo & appeto: quia dulcis & bonus. Nunc autem illud contremisco. istud concupisco: appeto ergo Deum, quia bonus & suauis: & refertur iste modus ad idem re: & aliud ratione. Tertiò dulce vinum appeto: vt delectet. In proposito verò opposita est relatio. nam Dei bonitatem non referimus ad nostram delectationem. scilicet creatam beatitudinem vel qualitatẽ: sed potius econtrà. causa autem huius dissimilitudinis patet sic. Omnem receptum est in recipiente per modum recipientis: & non per modum recepti. Igitur si receptum est minus nobile recipiente, nobilitatur in ipso. non sic autem si nobilius ipso: sicut ergo species rei visibilis recepta in oculo & perficiens ipsam in esse nobilior est: & melior in oculo quàm in materia propria, sic dulcedo rei gustabilis recepta in gustu melior & nobilior est quàm in sua materia. & ideò dulcedo vini melior est in eo quem delectat, quàm in vino. Bonum autem referri habet ad melius: & non econtrà. ideò appeto dulcedinem vini propter delectari. Econtrariò summum bonum & infinitum, quod beatificare & delectare habet affectum ab affectu, recipitur per modum effectus. scilicet finitè & excedit infinitè. Sic ergo minus bonum ad maius bonum: sic beatitudo ad creata in anima per influentiam beatitudinis increatæ: & summi boni ad ipsum summum bonum quod influit est referenda. In infinitum ergo maior debet esse motus quo appeto Deum & summum bonum, quàm ille quo appeto vitam æternam creatam & fruitionem meam. Nam & istud appeto, propter illud: istud vt finem quo quiesco: illud vt finem in quo quiesco. Nota ergo quod sex sensus habet hęc propositio: iste diligit Deum propter Deum. Primò diligit Deum propter Deum, supple habendum: vt habere Deum vel frui Deo sit finis in quo quiescitur. vt iste vadit ad tabernam propter vinum. scilicet: bibendũ: bibitio & delectatio plus placet illi quàm vinum: & sic diligere est malum, & peccatum: quia refertur creator ad creaturam. Secundò diligit Deum propter Deum. scilicet habendum: vt habitus Dei vel fruitio creata sit finis, non in quo quiescit: sed quo quiescitur. Beatitudo enim creata potest appeti, vt finis quo quiescamus. quia ipsa habita, nihil creatum amplius appetimus. sed non debet poni finis in quo non in ipsa quiescamus: sed per ipsam in Deo. Tertiò diligo Deum propter Deum: vt propter notet causam efficientem siue motiuam. & vt sit sensus, Deus siue dilecdo Dei est causa mouens istum ad diligendum Deum: sic ille diligit illum propter beneficia sua quæ contulit ei: iste motus est magis amicitiæ quàm concupiscentiæ: de hoc Io. Diligamus Deum: quia ipse prior dilexit nos: & ita meruit redamari. Ber. Dignus planè Deus qui redamatur: præsertim si aduertamus quis qualis quantumcúmque amauerit. Quartò vt per propter notetur causa finalis: & est sensus: diligo Deum propter Deum: sicut visu mel propter dulce. Quintò diligo Deum propter Deum: illud est propter præceptum Dei & honorem ipsius. Sextò diligo Deum propter Deum, id est, non propter aliud: vt notetur exclusio finis vlterius: & omnis commodi mei. ergo est gratissimè amare primum ergo malũ: tria sequentia bona: duo vltima optima. Ber. Non sine præmio diligitur Deus: & si absq; præmij intuitu sit diligendus. Psal. Quid enim mihi est in cœlo. & à te &c.

CAP. IIII.

DIlectionem concupiscentiæ secundariò quidem plura. principaliter verò quinque consequuntur. scilicet motus dolor: timor: consolatio: & delectatio: sicut enim corpora quędam mouentur in loco: vt sphera: quædam extra locum: vt in motu recto: vt homo sedens mouetur in loco cùm surgit, extra locum cùm procedit: sic ipsa dilectio concupiscentiæ motus est essentialis: sed quasi motus surgentis. Delectabile enim appræhensum mouet: sed hunc motum se quitur alius motus quasi procedentis. & ipse duplex. primus quo moueor ad habendum. alius secundus quo moueor ad merendum: qui secundum est intentione: sed prior in esse: vel in executione: sicut vinum diligens primò mouetur motu desiderij ad habendum vel bibendum: sed quia non habet: mouetur secundò ad illud per quod habeat: & iste motus multiplicatur si plura sint ad habendum necessaria: vnde mouet homo linguã, ad petendum vel interrogandum: manum ad operandum pro precio, pedes eundo ad tabernã: & sic de alijs: qui motus omnes fiunt propter primũ perducendũ ad terminum. vnde & terminus primi appetibilior est & prior in intentione terminis omnium posteriorũ: sicut motus motibus. secũdum illud. propter quod vnũquódq; tale &c. sic apprehensa suauitate & dulcedine Dei, moueor concupiscens. hoc est diligere: sed cũ motus cõtinuus habeat primũ. mediũ. & finẽ. hunc motũ sequitur motus quasi processiuus: nõ sicut alius aliũ: sed sicut pars partẽ medium principium: hoc est motus ad habendũ: vel fruendũ: sed quia non possum habere vel frui sine meritis, secũdò moueor me ad merendum. qui motus multiplicatur secundũ quod multis modis meremur. Ex hac parte accidit motus implerionis præceptorũ affirmatiuorum. tanquàm eorum quæ sunt ad habendum necessaria: consiliorum, tanquã corũ quę sunt vtilia: prohibitionũ, tanquã motus ab his quę impediẽtia: hinc est motus ad amandũ proximũ, quia præceptũ secundũ hoc Gre. dicit. Charitas Dei generat amorem, proximi: qui motus est principiũ & causa omniũ motuũ: qui ordinãt ad proximũ: etiã extenso noie motus admoneri à malo & moueri ad bonũ: secundũ hoc dicitur ad Ro. Plenitudo legis, est dilectio. Nã nõ adulterabis &c. Et si q̃ est aliud mãdatũ, in hoc verbo instaurer. Diliges proximũ tuũ tanquã teipsum. Motus igitur primꝰ f. dilectionis Dei in voluntate vt ens in subiecto, causat aliũ motũ. s. dilectionis proximi in eodẽ subiecto. Cùm voluntas habet imperiũ super potentias inferiores & in perfluentiã mota mouet inferiores potẽtias: etiã organicas in cõparatione ad Deũ propter se primò & principaliter: in cõparatione ad proximũ, propter Deũ secũdariò: & cõsequenter secũdũ hoc mouet linguã ad Deũ laudandũ orandũ. & si milia aures ad audiendũ de ipso: oculos ad intuendũ vestigia eius. f. creaturas: & sic de alijs mẽbris & actibus: sed inter hos motus est ordo. verbi gratia. Cùm lingua mouetur ad orandum, veniam peccati ante omnia petit: & hunc motum motus confessionis naturaliter præcedit quo se peccatorem recognoscit & arguit: & sic de alijs. In comparatione ad proximum, voluntas mota mouet organa multipliciter, vt patet, pedes ad eundum ad visitandum proximum: manus ad dandum, vel ad iuuandum: oculos & aures ad similia &c. linguam ad consolandum, corripiendum, instruendum, excusandum, & similia. Hinc patet quòd omnes virtutes motrices sunt & quasi motores moti: ad alia, & secundò mouent. Charitas autem est quasi motor primus. secundò dilectionem sequitur dolor. nã quo magis moueor ad habendũ, eo magis affligor de dilatione, secũdum illud. Spes quæ differtur affligit animam, quo magis appeto coniunctionem, eo magis doleo & affligor de distantia. Tre. i. Idcirco plorabo: & o. m. de du. la. quia longè factus est à me conso. conuer. à me &c. Tertiò sequitur timor. nam quo magis concupisco habere, eo magis timeo perdere: quo magis coniungi eo magis separari. Poëta. Res est solliciti plena timoris amor. hic timor nobilissimus inter omnes timores viæ: & vtilissimus in patria: tamen secundum hunc actum euacuandus: sõlo ibi reuerentiæ actu contentus. quartò sequitur consolatio ex appropinquatione: sicut exhilarescit esuriens viso vel odorato cibo: vtpotè adhuc distante: sed tamen vicino: hinc intenditur motus: sicut velocius mouetur lapis, quo vicinior est centro. Ber. Qui amat ardentius, currit velocius. Quintò sequitur delectatio de adeptione. Prouerb. 13. Desideriũ si cõpleatur delectat animã. Est enim delectatio secũdum Arist. coniunctio conuenientis cum conuenienti. Deus igitur sicut præcellit omne concupiscibile: sic delectat præ omni delectabili, & hoc tripliciter: quia generalius: intimius, durabilius. Alia enim delectãt particulariter: vt sapida solùm gustum: nõ autẽ auditũ, sonora auditũ, nõ aũt visum: sic de singulis. Deus aũt generaliter, quia generale bonũ ipse est: & omnis boni particularis causa. Ansel. Si non singula zia bona delectabilia sunt, cognita intẽtè, quàm delectabile sit illud bonum: quod continet in se iucunditatem omniũ bonorum: & nõ qualem in rebus creatis sumus experti: sed tantũ differentẽ, quantùm differt creator à creatura. Item alia delectant superficialiter: & quasi exterius. Deus aũt intimè: & ideò profundè, solus enim Deus substantiã animæ substantialiter penetrat: & ideò medullius delectat. Augu. Cùm inhæsero tibi ex omni mente mea, nusquá erit labor & dolor, sed tuta erit vita mea tota plena in te. idem. O domine Deus quid est quod amo cùm te amo: non speciem corporis: nec decus temporis: nec candorem lucis istis amicum oculis non dulces melodias cantilenarum omnimodarum, non florum & aromatũ suaue olentium suauitatem: non manna & mella: non membra acceptabilia carnis amplexibus. non hoc amo cùm Deum meũ amo: & tamen amo quandã lucem, quandam vocem, & quendam odorem, & quendam cibum, & quendam amplexũ. Non amo Deum meum lucem, vocem, odorem, cibum amplexum exterioris hominis: sed interioris hominis mei, vbi fulget animæ meæ quod non capit locus: & vbi sonat quod non rapit tempus: vbi olet quod non spargit flatus: vbi sapit quod non minuit edacitas: vbi hæret quod non diuellit satietas: hoc est quod amo cùm Deum meũ amo. Augu. Qui intrat in te, intrat in gaudium domini sui: & non timebit: sed habebit se optimè in optimo. Item alia delectant tranſitoriè & terminabiliter. Deus autem ęternaliter. August. Miser est omnis animus vinctus amicitia rerum inferiorum: & dilaniatur cùm eas amittit. te verò nemo amittit, nisi qui dimittit: & ratio est: quia omnis creatura de se mutabilis est: sed quoniam anima satiata calcabit fauum, anima quę creaturas diligens concupiscit. quoniam cõcupiscibile præsens est: & ideo in motu ipsum faciliter consequitur consequens & adipiscens fruitur & delectatur. quo plenior bono creato, tanto minus esurit increatum: & ideo ieiunandum ab his: vt illud concupiscatur. Psalm. Renuit consolari anima mea. Augu. Cętera creatura vlescat, vt creator in corde dulcescat: sed quoniam indelectabilius melius est facere quàm feciſſe vel facturũ esse: ideò anima concupiscit concupiscentiã respectu boni incõmutabilis: vnde Psalm. Concupiuit anima mea desiderare &c. ecóuersò dicitur respectu boni cõmutabilis malè. Psal. Concupierunt concupiscentiam in deserto.

CAP. V.

DIliges dominum Deum tuum etiam dilectione amicitiæ. Hæc est dilectio qua diligimus illud, cui bonum volumus. Hac ergo dominum diliges præ omnibus, & etiam pro teipso: & hoc dupliciter. Quãtùm ad obiectũ maius, vt ei velis maius bonum, quod tibi ipsi, vel cuiquam. Item quantùm ad modum volendi: vt magis vel eo bonum quàm tibi vel cuiquam. Quod dignum est. Nam potẽtia volẽdi ab ipso est: & ideò sua est: & à te nõ est: sed tibi cõcessa. potius ergo vult & magis vult bonũ ei à quo est, quã ei, à quo nõ est. Sed nota q̃ dñs relatiuè ad seruum dicitur: quia dominium & homagium relationem faciunt. nam & illum dominum appello: cuius homo sum, & si seruus non sum. Item nonnunquàm aliquis homo fit alterius hominis. non quia illi sibi quicquam de bonis suis porrigat: sed ille bona propria illi assignat & recipit in feudum: vt homo hat, vtique in tali casu potius homo meus esset, quàm econuersò. nam plus à me habet quàm ego ab ipso: ipse à me rei meæ: non suæ proprietatẽ habet & dominiũ: ego ab ipso: ipse à me rei meæ non suæ proprietatem habet & dominium: & ego ab ipso rei meæ solũmodò possessionem & vsum, & tamen dominum hũc appello. Verũ multo potius homo Dei sum à quo sum oĩnò quod sum, habeo totũ q̃d habeo, expecto totũ bonũ quod habiturus sum. Dominus ergo & Deus meus est, gloriosiorque non immeritò liberũ me esse & nobilem, vtpotè immediatè imperatori summo subiectum: cùm etiam angelus non sit mihi dominus: sed conseruus. Cæterùm alia religio est qua refertur homo vel seruus ad dñm: alia qua amicus ad amicum, & nobilior secunda quã prima. Aug. Obstupescę igitur anima mea dignationẽ Dei tui erga te, nobilitauit te ô homo Deus inferius constituens dominũ irrationabilium. Psalm. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Qui dominaris brutis nõ mirum esset si angelorum saltem Seraphim dominio subdereris. Sed nunc non sic: sed nobilis es in relatione ad superius: solus Deus verus est dominus tuus. Sed dilatare vsque ad mortem præ admiratione, cui debueras seruus esse, iubet vt sis amicus. Diliges inquit dominum Deum tuum &c. Ioan. 15. Iam non dicam vos seruos, sed amicos. Stude igitur amicus esse ei à quo amaris: seruus esse ei cui obligaris.

CAP. VI.

NOta igitur quòd animam rationalem est̃ considerare tripliciter, scilicet in quantùm natura est: inquantùm deliberativa: & inquãtùm gratificata. Secundum hoc tripliciter in anima Dei amicitia generatur. Est enim secũdũ Ansel. triplex exitus rerũ in esse. f. naturalis, volũtarius, & mirabilis. Animal igitur, vt natura efficitur amãs in numeris & affluentibus beneficijs. hoc patet. Nam & cattus beneficiũ sibi amplexatur: & ouis sola æstimatiua nõ discretiõe vtẽs lupum fugiens, pastorem vt beneficium sequitur. Io. 10. Cùm proprias oues emiserit &c. & oues illum sequuntur: sic in anima per beneficia Dei amicitia quasi quodam exitu naturali generatur. Anima vt deliberatiua amans Deum efficitur infinitis & euidentibus præeminentijs. Nam in deliberatione recta præminens præeligitur & præamatur. secundum Aristo. Nullus dubitat vtrum beatitudo vel diuitię præminentes sint magis eligẽdæ propter nimã præeminentiam beatitudinis ad diuitias. Sic nemo deliberans dubitat an creator amãdus sit præ creaturis. hic exitus amicitiæ quodam modo est voluntarius. Anima vt gratificata amans efficitur per gratię influentiã. nã Deo influẽte gratificatur & informatur animæ substantia per gratiã vna vni. f. Deo per vnã: & sicut Deus dans animæ primũ esse creauit substantiã, & cõcreauit ei potentiã: sic dans secũdum esse influit gratiam substantię animę & charitatẽ virtutẽ summæ potentiæ. Item sicut voluntas procedit à substantia animæ, sic charitas ex gratia, sed & aliæ virtutes in potẽtijs ex gratia sunt: sed oẽs prẽter charitatẽ informes sunt & sine gratia esse nõ possunt. Influxa ergo à Deo essentia & forma & gratia in substãtia aĩę influitur & habitus charitatis in potentiã voluntatis, & hic est amicitiæ exitus mirabilis. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris &c. Item hic, quoniã super naturam est, postulatione & oratione opus est magis quàm deliberatione.

CAP. VII.

PRimus ergo exitus amicitiæ est quasi naturalis, secũdum quẽ in anima proportionabiliter quodammodò generatur hæc nobilissima forma accidentalis: sicut in materia naturaliter generatur forma substantialis: quod patet sic. Generatio naturalis fit per coactionẽ: & hoc per cõtactũ. contrariũ enim contingens contrarium agit in ipsum & alterat: & sic in agẽdo prędalet sibi assimilat: vt patet cũ ignis agit in terrã & caliditate frigiditatẽ expellens, frigidã facit calidã: & cùm actus cõtinuatur, tandẽ necessitas dispositionẽ sequitur: & in summo calens terra ignis efficitur: & ex altera fit altera. cũ generatio alterationem comitetur. Sic Deus amãs hominẽ nõ amantẽ: imò amicus inimici. Ro. 5. cũ inimici essemus &c. Ardẽter amãs vt ignis est. Deu. 4. Deus noster ignis consumẽs est. Homo ãt frigidus & nõ amãs vt terra. vnde Gen. Terra es & in terrã ibis. &c. Qui ignis terræ appropinquãs beneficijs ipsam tãgit: & sic tãgẽdo disponit ad formã suã. f. amicitiã: & primò calefaciẽs alterat: secũdũ: illud tãge mõtes & fumigabũt tãdẽ frequẽter & cõtinuè agẽs: quia nõ cessat vel ad momẽtũ à beneficijs. tãdẽ terrã igneã reddit & inimicitiã expellẽs, formã amicitię in corde hoĩs introducit. Zacha. In igne zeli mei deuorabo terram. Luc. 12. Ignem veni mittere in terram. & quid volo nisi vt accendatur. Breuiter igitur quoniam natura est vis insita rebus ex similibus similia procreans. naturaliter quodammodò amicitia Dei in nobis amicitiam generat: cùm amicum etiam si nolis tandem amare cogaris. 1. Ioan. 4. Diligamus Deum. quoniam ipse prior dilexit nos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. VIII.

SEcũdus exitus est quasi volũtarius:cũ homo Deum diligere incipit & in amicũ suscipit quasi per volũtariam electionem. Deute. 26. Dominum elegisti hodie:vt sit tibi Deus:sed electionem deliberatio antecedit.ad habendũ igitur amicum volũtas deliberat & tãdem eligit.Seneca. Tu cum amico tuo omnia delibera: sed de ipso primum, prius vide an tibi in amicitia aliquis recipiendus sit: cùm & cum placuerit fieri toto illum pectore admitte. Deliberare est diuersa liberare:eligere est duobus præiacentibus præoptare alterum alteri. Ecce modo duo libranda: Deus & homo:creator & creatura, quem horum in amicum eligamus in libra hominis ponderãt multum quædam generalia & præcipuę tria, scilicet naturæ conformitas. Ecclesiasti.decimotertio. Omne animal diligit sibi simile. Nec est per se vera: & ideò magis simile sibi magis. Ecclesiasti.vigesimoseptimo. Volatilia ad similia sibi conueniunt &c. Item præsentialitas. Vnde arguit.1. Ioan. quarto. Qui non diligit fratrem suum quem videt Deum quem non videt quomodò poterit diligere? Hæc præponderat quandóque consanguinitati. Prouerb.vigesimoseptimo. Melior est vicinus iuxta quàm frater procul. Item vtilitas secundum illud Poëtæ. Vulgus amicitias vtilitate probat. Quædam specialia multum præponderãt in libra hominis, & præcipuè tria:vt consanguinitas:secundum quam præponderat pater extraneo & similia. Item vxor parentibus. Gen.2. Relinquet homo patrem suum & matrem suam & adhærebit vxori suæ. Item fidelitas, item amicabilitas. Item gratiositas. Math.6. Aptus es vt sis amicus Regis. Prouerb.decimooctauo. Vir amicabilis ad societatẽ magis amicus est quàm frater:ex opposito in libra ex parte Dei præponderant multa, quę si præponderant faciũt deliberationem. Deliberationem sequitur electio qua Deus homini præoptatur & in amicum eligitur. Canti. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex milibus. Vide nunc & pone in libra Dei etiam ea quæ in hominis libra præponderant:& primò specialiter & propriè ea quę homo non habet:sed solus Deus.

Propter quæ sit merito diligendus.

CAP. IX.

ES ergo amicus hominis propter naturæ cõformitatem:quia homo est:ne in hoc præponderaret: & ideò præligeretur homo Deo: Deus factus est homo. Vnde filium hominis Christus creberrimè se appellat. Hic ergo magis amandus est quàm aliquis homo propter tria:scilicet causam statum & durationem. Primò propter causam:amicus igitur es hominis:qui tecum sit:vel factus est homo potius eius qui propter te factus est homo: vtique propter te, scilicet redimendum morte humanitatis:propter te nutriendum sacramento corporis & sanguinis. Augusti. Vt panem angelorum manducaret homo creator angelorum factus est homo. Item propter te erudiendum exemplis:& beatificandum dupliciter duabus naturis:vt ingredereris & egredereris. & pascua inuenires. secũdum illud Io. Ingredietur & egredietur & pascua inueniet. Secũdò propter statum. amicus es hominis qui simplex est homo. ergo debes esse amicus potius eius qui summus est homo: cùm etiam inter homines magis appetas esse amicus magnatorum. Item propter durationem amicus es hominis: qui quotidiè corrumpitur & tendit ad hoc vt desinat esse homo:quia mortuus homo, nõ est homo:sed potius eius amicus sis, qui resurgens ex mortuis iam non moritur & ideo incorruptibilis & nunquàm desinens esse homo. Sed dices: sic diligo Christũ hominem. sed non sic Deum. vide quòd & Deũ sic. Si amari possit imago depicta, nonne magis amaret imaginem in mente artificis & pictoris secundum quam facta est, quàm imaginem aliam pictam sibi necessariò magis dissimilem cum qua est. Sic si propter conformitatem hominis amicus esse volo, cõformitatem inquam in genere logico & prædicabili, meritò ideam meã secundum quam in mente Dei sum & vita sum magis amo. Ioan.1. Quod factum est in ipso vita erat.

CAP. X.

AMicus es hominis quia præsens. in hoc autem Deus præponderat tripliciter:quia præsens est intimè. semper & vbique. homo verò præsens est quasi per sensus:quia iuxta te:sed Deus præsentior:quia intra te. Aug.4.confes. Intimus cordi est:& cor aberrauit ab eo. Sed dicis quomodò non sentio si præsens est. Respondeo. nec in homine hoc habes, cuius corpus tantummodò vides: quia si sine anima præsens esset, malles abesse. Patet ergo præsentiam animæ amici tui te magis amare quàm cùm nõ videas ex motibus corporis præsentem intelligis & verbis qualitatem eius erga te tibi signantibus non demonstrantibus credis. Sic licet prohibente statu viæ Deum qui est in te præsens per essentiam videre non valeas in se. per effectus tamen causam interim potes cognoscere & videre: donec intellectu confortato & mundato facie ad faciem intueri licear:& cognoscere posteriora per priora: effectũ per causam: creaturam per creatorem. Item homo præsens: & quandóque absens est necessariò:sed nunquã Deus absens est tibi: licet tu quandóque elongans te absentes. Augu.10.confes. Intus eris & ego foras: & ibi te quærebam & in ista formosa quæ fecisti deformis irruebã mecum eras. & tecum nõ eram. Ea me tenebant longè à te: quę nisi in te non essent. Item homo cuius amicus es, alicubi tibi est præsens: alicubi absens. Deus vbique tibi est præsens. Aug. Veritas vbique præsidens omnibus consulentibus te &c. vnde cùm moriens præsentiam amicorum qua tunc maximè indigeres habere non possis, huius amici præsentia consolabiliter potieris. Psal. Si ambulem in medio vmbræ mortis &c.

CAP. XI.

AMicus es hominis quia vtilis. In hoc autem tripliciter præponderat Deus. Vide enim circa hominem vtilem tibi quàm magna vtilitas:quàm multa:quàm diuturna:excedit Deus quantitate continua & discreta: & duratione: quia ab ipso tibi vtilitas maior multiplicior & diuturnior. Quod vt saltem in genere pateat, nota quòd trina est generalis vtilitas:quam ab amico habere volens, ipsum amans. scilicet adeptio boni sui: intentio boni tui. diminutio vel annihilatio mali tui. Amicus ergo es qui tibi communicat bona sua. Ecclesia. Multi colunt personam potentis. & amici sunt bona tribuentis. Præponderat euidenter Deus qui tibi communicans & dat sua & se. Donat inquam dona digniora in substantia maiora in quantitate cõtinua:plura in discreta quantitate: permanentiora in duratione:& tempore:meliora in relatione ad finem. oportuniora secundum quando & vbi:quia secundum Arist:vnumquódque in quo tempore & loco plus valet, magis est eligendum. Ro.8. Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum:quomodò non omnia cum illo nobis donauit Ia.1. Omne datum optimum:& omne donum perfectum &c. Quis amico rum filium suum, vel spiritum suum tibi donaturus est vt Deus fecit. Cæterùm de donis datis, magna & multa donauit in præterito, donat & donare non cessat in præsenti: sed maxima & plurima donabit in futuro. Cæterùm quod homo amicus tibi dat potius est mutuum quàm donum: quia redditionem expectat. Luc.11. Quis vestrum habet amicum, & ibit ad illum media nocte:& dicet amice accommoda mihi tres panes. Sed secundum Aristo. Donum est datio irreddibilis. Hoc in illo amico solùm modò locum habet qui bonorum nostrorum non eget. Amplius autem idipsum bonum quod amicus tibi dat non ab ipso est, sed à summo bono, à quo velut à fonte boni per illum fluit ad te. Quem nunc potius amas, an fontem effluentem, an canalem tibi deferentem, quem nimirum etiam ipse Deus:vt auctor ad te dirigit potius quã ad alium inclinando voluntatem habentis: vt tibi dare velit qui dedit facultatem quatibi dare possit. Prouerb.vigesimoprimo. Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Dei, quocúnque voluerit inclinabit illud: amicus est hominis secundò qui tecum sciens bona tua:& communicans ipsa tibi reddit iocundiora. Seneca. Nullius boni sine socio iocunda est possessio, vnde secundum Aristot. Magis est eligendum quod contingit amicos participare, quàm quod non. Cæterùm hoc amicos non prodit, quoniam in hoc secũdum superficiem non differt fictus amicus à vero. Ecclesiasti. 12. Non agnoscitur in bonis amicus. Non agnoscitur inquam: vtrum amicus personæ vel rerum:tuus vel ruorum. Nam prius inuenies inter homines qui diligat propter tua te, quàm qui tua propter te quoniam est amicus socius mensæ, & non permanent in tempore necessitatis. Poëta.

Cùm fueris fœlix multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Verus autem amicus esset si bono tuo propter te congauderet:etiã si participaturus non esset. Aristo. Amicos iustos esse volumus etiã si media sint: Sed in hoc nullus ad amicitiam tibi Deo aptior qui sciens bona tua vtpotè dona sua: & de his tibi congaudet, & dans communicare à te vel participare non eget. Ioan. Gaudeo propter vos: vt credatis. Amicus est hominis tertiò qui tecum participans mala tua vel annihilet vel ad minus diminuat, & talẽ quære. Quærendus enim est: quia difficilius inuenitur quàm primus vel secundus, quamuis vtróque magis iste sit necessarius. Sed in hoc teritio signo multi deficiunt: qui prima duo fecerunt. Psalm. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt, amici communicantes mihi bona sua, proximi participantes bona mea. Verùm digitus Dei in hoc tertio signo euidens est, qui cùm in natura propria famæ bona mala tecum communicare non posset naturam tuam assumpsit:in qua tibi compatiens & pœnæ tuæ socius fiens, misero tibi consolationem faceret: & per naturam suam bonam tandem malum tuum prorsus annihilaret. Sunt autem secundum Aristo. quinque mala & terribilia, scilicet opinio mala inopia, ægritudo, inimicitia: mors, in quorum vltimo euidens est fortitudo. Vide in his malis tuis Christum tecum participantem. De primo Matt. vigesimoseptimo. Seductor ille dicit. Io.7. Quidam dicebant: quia bonus est: alij autem nõ, sed seducit turbam. Luc.19. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat: & vocatur homo vorax. & potator vini publicanorum & peccatorum amicus. De secundo Luc.9. Vulpes foueas habent & volucres cœli nidos. filius &c. Corinth.2. Videte fratres gratiam Dei: quoniam cùm diues esset, propter nos egenus factus est. vt illius inopia nos diuites essemus. De tertio Esa.53. Verè languores nostros ipse tulit. & dolores nostros ipse portauit. Item vidimus eum nouissimum virorum. virum dolorum. & scientem infirmitates. De quarto. Ioan.15. Nunc autem viderunt & oderunt & me & patrem meum. De quinto. Cant.8. Fortis est vt mors dilectio: quoniam maiorem dilectionem hac nemo habet, vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Ecce mors & talis mors. Quid vltrà facere debuit tibi & non fecit. quid vltrà debuit pati tecum & non sustinuit. Præ omnibus igitur vtilis, & ideo propter vtilitatem præ omnibus etiã amabilis. amplius autem quia tua mala recum sentiens, ea tibi alleuiat in præsenti: & eadem annihilat bona sua tibi plenè impartiens in futuro.

CAP. XII.

INter spiritualia ponderantia etiam cõsanguinitati præponderat amicabilitas: quia vir amabilis ad societatem magis amicus erit quàm frater: & hoc in tribus est: quę sunt hæc, gratiositas in vultu, Hester.2. Indicibili pulchritudine omnium oculis gratiosa videbatur: & ideò amabilis. Eccl.40. Gratiam & speciem desiderat oculus. Item affabilitas in conuictu vel verbo. Prouer. 22. Propter gratiã labiorum habebit amicum regem. Item mansuetudo in gustu vel actu. Eccle. In mansuetudine tua opera perfice, & super hominum gloriam diligeris. Econtrà. Eccles. Noli esse amicus homini iracundo. Præponderat in his Deus ordinem. Nimirum enim fallax gratia & vana pulchritudo, quã confert sanitas: complexionis bonitas: & iuuenilis ætas. Apparet enim quoniã aufere ipsam vel ægritudo fugãs sanitatẽ, vel senectus excludẽs iuuẽtutẽ: vel mors dissoluens cõplexionẽ. Cæterùm amabilis ille qui gratiosior in facie cuius facies plena est gratiarũ, in quem desiderant angeli prospicere, cuius pulchritudo non languescit: sed intuentes saluos reddit. Genes. 32. Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Non senescit: sed iuuenescere facit. Psal. Qui replet in bonis desiderium tuum reno. vt aquilæ iuuentus tua. Non moritur: sed viuificat in æternũ. Io.17. Hęc est autem vita æterna, vt cognoscãt te solũ verum Deum, & quem misisti Iesum Christũ. Tibi ergo tibi domine dixit cor meũ exquisiuit te facies mea. Aug. Videbimus & amabimus & laudabimus. Item amabilis ille qui affabilior in sermone. Exo.19. Loquebatur dominus Moysi, sicut loquitur homo ad amicum suũ. Affabilis ergo non solùm iustus: quinimò & iniustus: vtpotè cui ponitur quòd sit publicanorum & peccatorum amicus. Planè valdè affabilis, cuius verbum non est rethoricum vel transitorũ sed æternum, quod vt caperetur, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Item mansuetus in actione Esa.11. Ego quasi agnus mansuetus.

CAP. XIII.

CONsanguinitas præponderat multum. hoc tripliciter secundũ tres lineas consanguinitatis, scilicet ascẽdentem in qua, vt proximos diligis parentes, scilicet patrem & matrem, & plusquã auũ vel auiam. Descendetem in aqua proximi. scilicet filius filia. Transuersalem in qua frater & soror, in linea ascendenti pondera Deũ erga patrẽ sic. Ex duabus partibus cõsto, anima & corpore, quarũ vna corruptibilis alia incorruptibilis Sapi.9. Corpus quod corrũpitur, aggrauat animã &c. Arist. Hoc solũ est separabile. sicut incorruptibile à corruptibili, vna imperãs. alia obsequẽs naturaliter. vna assimilans brutis: alia associans angelis. Sal. Omnis nostra vis in animo & corpore suo nobis cum dijs. corpus cum bestijs cõmune, animi imperio corporis seruitio magis vtimur. Tripliciter igitur nobilior est anima quam habeo à Deo creante, quàm corpus quod à patre generante. Quod enim horum à quo habeatur imago vtriúsque testatur: cùm corpus patris anima Dei præferat imaginem, quam nimirum Deus immediatè sibi similem: & bonam fecit: quæ corpus ad vitam animando perfecit: quàm versa vice corpus infecit, & ream ac peccatricem efficit. Veruntamen & ipsum corpus quod à patre generante natura dedit, Deus naturæ principaliter cooperans, vtróque parente nesciente: & ad hoc in sufficiente organizauit. Matth. 7. Nescio enim qualiter in vtero meo &c. Amo ergo patrem à quo solùm modò habeo materiam corporis causam libidinis: originem reatus: potius amabo patrẽ qui corpus formauit animam inspirauit. Deuter. trigesimosecundo. Nunquid non ipse est pater tuus qui possedit, & fecit, & creauit te, fecit corpus: creauit animam, possedit vtrúmque. Item in linea transuersali fratres amantur vt proximi, & spiritualius diligunt se gemelli, sed filius Dei amabilior frater tibi, amas fratrem qui tecum diuidit & diuidendo diminuit tibi paternum affectum. Nam secta bipartita cùm mens discurrit amore: alterius vires subtrahit alter amor. Genes. trigesimoseptimo. Videntes Ioseph fratres sui, quòd à patre &c. Diuidet etiam & diminuet diuidẽdo paternum censum. Luc. duodecimo. Magister dic fratri meo vt diuidat mecum possessionẽ amas spiritualiter tecum genitum: qui statim natus tibi quasi inuirians diminuit lac maternum: & adhærens vberi occupauit locum tuum. Hunc fratrem ama, potius per quem erga te creuit quantùm ad effectum amor paternus: per quem hęres efficieris: & ad paternum censum admitteris: quamuis patri rebellãs exhęredari mereris: per quem nullum bonum tibi debitum diminuitur, sed multiplex bonum indebitum tribuitur. Prostremò tradit frater fratrem in mortem: sed hic pro fratribus semetipsum tradidit in mortem. Genes. quadragesimoquinto. Ego sum frater vester Ioseph, nolite timere &c. Hebr.2. Non confunditur eos fratres vocare. In linea descendenti vt proximus amat filius. ergo volens Deus etiam sic ab homine amari vt proximus factus est filius hominis, quod etiam de se sępissimè repetit, ne tanta consanguinitatis propinquitas dari obliuioni possit: sed dicit filius quidem est hominis: nec tamen meus: sed virginis: audi. Quicúnque fecerit voluntatem patris mei &c. Voluntatem viri faciens aliqua virgo fit mulier, ac deinde mater, tu voluntatem Dei facito Christi mater eris & virgo: amat ergo mater filium & quidem tenerius quàm pater.2. Reg. Sicut mater vnicum amat filium, ita te diligebam: amat filium quem cõcipit cum sorde. prægnat cum pallore, non sine timore parit, cum periculo vitæ educat, cum solicitudine & labore: qui ingratus post omnia vix præceptis cogitur: promissis allicitur honorem rependere parentibus. Honora inquit patrem & matrem: vt sis longęuus super terram. Tu ama potius filium, quem spiritu sancto superueniente in vtero mentis concipis mundius, gestas iucundius, paris securius, educas facilius, qui sit senectutis tuæ baculus, cęcucientis oculus: qui filiali fide in morte tua meminerit tui: cùm etiam in morte sua matris oblitus non fuerit. Verum inter sponsum & sponsam non est accipere graduum distantiã, cùm duo faciant iam carnem vnam, & duo animi in vnam fœderentur amicitiam: propter quod dicitur: viri diligite vxores vestras. Et propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ & erunt &c. Sed quantùm res significata præcellit signum, tantùm amor & vnitas Dei ad animam amorem sponsi ad sponsam animæ ad Deum. sponsæ ad sponsum. Sacramentum enim magnum est. Ego autem dico inter Christum & ecclesiam, inter Deum & animam. Vide hoc euidenter, tria sunt bona matrimonij, fides contra adulterium: inseparabilitas quæ dicit sacramentum contra diuortium, proles cõtra sterilitatis opprobrium: sed in hoc coniugio fides inuiolabilior: inseparabilitas maior, proles vtilior, fides inuiolabilior Dei ad animam. Oseæ secundo. Spõsabo te mihi in fide. Cantic. secundo. Dilectus meus mihi & ego illi. Quinimò fidelior est sponso omni qui fidelis est etiam animæ fidem non seruanti. Esai. quinquagesimoseptimo. Iuxta me discooperuisti & concepisti adulterium. Hieremi.3. Tu fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me. Quare hoc, certè vt per virum fidelem sanctificetur mulier infidelis. Adultera per misericordem maritum: peccatrix anima per Christum. Sed obijcies: non sola solius vnica vnici cum scriptum sit, qui amas animas quasi non vnam, sed plures. Sed scriptum est, multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Nunquid propterea sponsus non vnam sponsam amat si in ipsa caput & manus & pedes & cætera membra diligat. An indignabitur caput sponsæ fidem debitam sibi violari, si deprehendat etiam sibi pedes vnitos amari. Ampliùs non diminuitur in indiuiduo species: licet ipsam participent plures, nec plenius indiuiduo species inesset, si sola inesset. Sic miro modo Deus te ô anima mea diligit, totus totam vt non minus diligat te diligens tecum & aliam, aliam inquam à te in substantia: vnam autem tecum in charitate & amicitia, nec plus te amaret, si solam amaret: quinimò si tibi socias non dedisset, minus forsitan quàm nunc amare posset. Non sic Iacob cui permissum est plures sponsas habere, nec tamen datum est vtvnamquánque ipsarum posset, vt solam totus amare. Cęterùm hoc video in Deo esse omnipotentiæ & omnipotentis bonitatis. Augustin. in confes. O tu bone omnipotens, qui sic vnumquémque nostrum curas, tanquàm solum cures, & sic omnes tanquàm singulos. Item inseparabilitas maior. Illi enim duo vnum carnaliter effecti inseparabiles dicuntur: quia dum viuunt, nequeũt separari, sed & necessariò separantur: quia necessariò moriuntur. Rom.7. Si dormierit vir eius, soluta est à lege viri. Verum inter te ô anima mea & Deum, matrimoniũ quod in baptismo initiatum, in bona vita ratum, in patria fuerit consummatum, post illius vnius primum consortium impossibile est esse diuortium. verumtamen & modò dic cũ apostolo, quis nos separabit à charitate Christi. Tribulatio, an angustia? Cæterũ quod subiungitur, rapto & vnito cõgruit. certus secundũ qp neq; mors, neq; vita, neq; instantia &c. poterũt nos separare à charitate quæ in Christo Iesu. Item proles vtilior & multiplicior, bonorũ scilicet operum. Fœcundat enim sponsus sponsam, Deus animã per gratiam: progreditúrq; proles ambobus vnitis: nõ altero tantũ: sed à matre: vt à principio materiali: à patre: vt formali & ideò principali sic: & proles operũ nõ à gratia solã: nec à libero arbitrio solo: sed à libero arbitrio: vel voluntate: vt à

Universidad de Deusto Biblioteca

principio materiali:& incõpleto à gratia:vel à Deo vtà cõpleto vel formali:& ideò principali.Io.Sine me nihil poteſtis facere. 1. Cor. 15 Abũdantius omnibus laboraui : nõ autẽ ego : ſed gratia Dei mecum:hæc vtilis proles quæ matrẽ nõ perimit:ſed ei vitã æternã acquirit:ſicut ecõtrariò cõcupiſcentia cũ cõceperit parit peccatũ : peccatũ autem cũ fuerit cõſummatum generat mortem. Pſal. Concepit dolorem & peperit iniquitatem:hic non Bennoni filius doloris: ſed ſi prius forte filius laboris, poſtmodũ filius gaudij & honoris: quoniam & ſi mulier cùm ſic parit triſtitiã habet: cũ autem peperit iam non meminit preſſuræ propter gaudium.

Amandus eſt Deus propter fidelitatem. CAP. XIIII.

QVoniam amico fideli nulla eſt comparatio amari ſolet: & meritò amatur qui fidelis in amicitia comprobatur. Fidelis eſt autem qui ſtabilis & immutabilis eſt. Sunt autem tria amici fidelitatis experimenta:ſcilicet nouitas, proſperitas, aduerſitas.Fidelem amicum mihi hunc æſtimo quem in his erga me immutabilem inuenio à cuius animo me nouus amicus ſuperueniens non excludit: imo nec à gradu vel loco quem in animo mihi dedit:imo qui propter ſuperuenientẽ nouum non reputet me antiquum, quod enim antiquatur & ſeneſcit prope interitum eſt:niſi fortè ad modum vini me quanto antiquiorem,tanto reputet amicum puriorem. Eccleſiaſti.9.Ne dimittas amicum antiquum:nouus enim non erit ei ſimilis:vinum nouum amicus nouus veteraſcet:&cum ſuauitate bibes illud.Matth.Nemo bibens vetus ſtatim vult nouum:dicit enim vetus melius eſt. Item quem proſperitas ſua inſperata non reddit mihi extraneum:nec diuerſitas mea inopinata me ſibi ingratũ,ſed implet illud:fidẽ poſſide cum amico tuo in paupertate ipſius : & vt in bonis illius cohęres ſis.Cęterum homines multi miſericordes vocantur.Prouerb.9.Virum autem fidelem quis inueniet? Lucæ.Cũ venerit filius hominis putas inueniet fidem ſuper terrã?Ecce enim omnis homo mendax & mutabilis: mutatur nouitate. Gaudent enim nouitate moderni:&nouis ſuperuenientibus vetera proijciũt, & ſi fortè aliquantulũ fidelis eſſe volẽs nõ proijciat me propter nouum ex animo:quodãmodò tamẽ ſubordinat gradu: vel poſtordinat loco.dicens mihi da locum huic nouo:ſed ille euangelicus inuitator eum quem locum dare iubet amicum non nominat,ſed abſolutè dicit:da huic locum,illum verò amicum dicit quem aſcendere facit,amice inquit aſcende ſuperius amari me ſcirem ſi in affectu cuiuſquàm aſcenderem.Si verò nouo iubeor locum habitũ dare,quid ex hoc poſſum conuincere:ſaltem medium teneat in gradu:nõ me dimittat:non ægrè feram ſi nouum vtpotè dignum amplius ſupponat.Cæterũ non eſt Deus vt homo vt mutetur nouitate:ſed vt amicus ſtabilis & fidelis elegit ſine initio:quos diliget ſine fine,nullum excludens pro alio:omnes volens ſuperius aſcendere.nullum alteri locum dare.de hoc eccleſia.Omni tempore diligit, qui amicus eſt:. imo iſte amicus ante omne tempus & poſt omne tempus. Ioann. 13.Cùm dilexiſſet ſuos qui erant in mundo,in finem dilexit eos:nõ in finem terminantem : ſed in finem conſummantem.Pſal.Omnis conſummationis vidi finem latum mandatũ tuum nimis.Item mutantur & proſperitate:quoniam honores mutant mores : & ſuccedentibus proſperis, pincerna ſui obliuiſcitur interpretis. Item mutantur aduerſitate.nam quos fœlices diligunt.miſeros nec cognoſcunt.Iob.2. Audientes tres amici &c. vſque eleuantes autem oculos ſuos procul,non cognouerunt eum. Verum apud patrem luminum non eſt tranſmutatio:nec viciſſitudinis obumbratio : quoniã nec ſua ſublimitas eum tibi extraneum:nec tua humilitas te ſibi efficit alienum Pſal.Quoniam excelſus dominus & humilia reſpicit: vbi amor,ibi oculus.vide de hoc exemplum groſſum : & ideo ſenſui aptius in Chriſto:quem proſperitas ſua non mutauit in amicitia.Nam quos in fratres & amicos mortalis & paſſibilis elegit,glorificatus & immortalis factus fratres nihilominus recognouit. Io. 20.Vade dic fratribus meis. Aſcẽdo ad patrẽ meũ & patrẽ veſtrũ. Deũ meũ Deũ veſtrũ.Cõfundere nũc anima mea:cõfundere de infideli amicitia:quæ ſi impaſſibilis eſſes. & de vita corporis diutina nõ dicã perpetua certa eſſes,fortaſſe ipſum quẽ nũc te diligere æſtimas,vix cognoſcere velles.item nec mutauit Chriſtũ nec diminuit amicitiæ affectũ mutatio ſtatus in amico: qui aduerſitate repẽtina factus eſt alter ex altero miſerior ex miſero. Io. 11. Diligebat Ieſus Mariam Martham & Lazarum: amabat ſanum:ſed quid ægrum: audiſti domine:ecce quem amas infirmatur: quem amas in præſenti:nam quem vt in præterito amaſti : amauit igitur & infirmum:ſecuta eſt mors,creuit miſeria:non decreuit amicitia.Lazarus inquit amicus noſter dormit:amicus noſter:non quia amet cùm ſit mortuus:ſed quia ametur.Cedit tempus:corrumpitur corpus:ad tumulum venit Chriſtus:tollite inquit lapidem : aiunt. Domine iam fœtet . Ecce iam tempus eſt vt erga tam miſerũ amicitia ceſſaret & ſi mutabilis eſſet,flet Ieſus & turbatur.hoc ſcio: ſi nares obſtruxerit, neſcio.ecce inquiunt quomodò amabat eum.O Iudæi non amatis qui nec de amicitia loqui propriè ſcitis: quinimò : ecce quomodò amabat eum, vt ſit in amando præſens perfectum : cuius fletus eſt ſignum non præteritum imperfectũ. O ſi ad talem miſeriam Chriſtus deueniret. quàm paucos amicos retineret captus quidem : ſed non mortuus fuerat cùm ille ſuus amiciſsimus ſe eum non tantùm non amaſſe : ſed nec noſſe iurabat. Eya nunc homo ſtultiſsime ſi fidelem quæris amicum : cur non amas hunc : qui mutatus in honore non mutatur ab amore : qui te mutato per miſeriam. non mutat amicitiam. His omnibus hincinde collatis & in libra poſitis . deliberat anima , poſt deliberationem eligit : & ſic tandem confirmatur amicitia.Cæterum hic analogycè quidem & communia Deo & homini quæ Deus homini contulit volens etiam hominem amari:ſed in his eiſdem ineffabiliter hominem excellit volens homini præamari . Sed quis ponderabit ea quæ de Deo ſunt propria:omnipotentiam:omniſcientiam,ſummam bonitatem & ſimilia.Nimirum hęc dignè librari non poſſunt:vtpotè quę incompręhenſibilia & immenſa,librã nõ tantùm anguſti cordis humani:ſed etiam angelici intellectus excedunt.In ſumma tamen aduerte quis in amicum eligi dignior debeat creator an creatura. dominus an ſeruus:princeps an vaſallus.omnipotẽs an infirmus: immenſus aut modicus:omniſciens an ſtolidus : diues an egenus: & poſtremò: vt multa tranſeam:

Summè bonus & beatus:an miſer & malus.

CAP. XV.

TErtius exitus eſt tertius modus quaſi mirabilis cùm Deus animam quam per ſe ſolus ſubito mirabiliter creando facit per ſe ſolus ſubito mirabilius gratificando reficit: & in ipſa charitate efficit ad quod nec naturæ potentia, nec voluntatis induſtria ſufficit. Vno ergo modo efficitur Deus amicus noſter quaſi poſtulatus: quã pro amicitia ſua infundenda orare debemus.Secundo modo vt electus in quem vel omnes vel ad minus plures voces deſideriorum & virium concordant.Nam ſi ſenſualitas ſola diſcordet & amicos eligat alios nõ obſtat: quia ius eligẽdi non habet quod perdidit malè eligendo.Veruntamen ſi & ipſa aſſentiat & omnes voces habeãtur,vt ibi.cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum: tunc indubitanter electus confirmabitur. Quamdiu autem vires inferiores excipiunt contra electionem ſuperiorum: quamuis non ſit rationabilis exceptio, tamen differtur confirmatio : donec poſt litem diutinam ſenſualitas ſuccumbat:vt victa cedat , vel tranſiens per arbitrium forſitan electioni conſentiat. Sed ſi ratio in lite religioſæ præualet vt eius electus & electio exceptionem tranſcendant in expenſis, meritò ſenſualitas condemnatur,vt opera pœnitentiæ & ſatisfactione portet:pro eo quòd rationem lite indebita fatigauit.Hæc autem validiſsima cõtra electionẽ rationis obſtat exceptio ſi nimis vltra tempus debitum dilata ſit electio. Secundũ hoc non peccantibus primò,quia ratio recta tempus negligit & differt eligere perſonam eligibilẽ & idoneam in amicũ : ſenſualitas præueniens non eligendũ eligit:& rationẽ ad conſenſum allicit & trahit, In pœnitentibus contra eligentẽ & electum & electionẽ excipitur & lis mouetur:& cùm in cõtritione caſſatur electio,ratio partẽ ſenſibilem ad confitendũ mouet,quę in ſatisfactione refundit expenſas.In incipientibus ratio vult eligere:ſed reclamat ſenſualitas Gal. 5.Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ,in perfectis, imò perfectiſsimis caro aſſentit:in morientibus lis deciditur, & ſenſualitati ſilentiũ imponitur:& electus rationis in amicũ ſibi perpetuũ cõfirmatur.Primo aũt modo habetur vt intruſus,ſicut in generatione violẽta per actionẽ prędominantis vna forma deſtruitur, & alia generatur & inducitur.

De exitu charitatis. CA. XVI.

QVoniam vt dicit Hiero. Omnis res per quaſcũq; cauſas generatur,per eaſdẽ diſſoluitur:verſas ſ.in contrariũ.& ſecundum philoſophum,idem eſt cauſa contrariorum , huius per pœnitentiã illius per abſentiã.Quot modis & quibus amicitia generatur,eiſdẽ & tot corrumpitur.Exit ergo charitas in eſſe modo quaſi ſupernaturali,ſcilicet cùm dat vel infunditur poſtulanti,econtrariò deſinit eſſe cùm peccans deeſt influenti.Quo contrà apoſtolus.Videte ne quis deſit gratiæ Dei,ſicut ergo ſol lucens in aere, cauſa eſt efficiẽs & conſeruans luminis:& ideò ceſſante cauſa. ſ.influẽtia ſolis ceſſat eius effectus.ſ.luminoſitas aeris:ſic Deus cõtinuè influens,cauſa eſt in animo charitatis.Sed ſi ſole ſtante & effluente lumine aer mortuus recederet, ipſe ſibi tenebræ cauſa eſſet : & quod influxum erat non ſubtrahitur : ſed corrumpitur quando non continuatur: ſic verus ſol fons caloris & lucis cognitionis & dilectionis ſtat:quia immobilis effluit:quia diues & liberalis. Sed ſi animus mouens gratiæ ſe abſentat:vel nubem peccati interponat , quod influxum erat corrumpitur: quia non continuatur. Secundo modo charitas exit in eſſe modo quaſi voluntario, cùm per deliberationem Deus homini præponitur,& in amicum eligitur,ecõuerſò corrũpitur & deſinit eſſe:cùm anima nomen Dei in vanum accipit : & quaſi ſine re in libram ponit cui hominem vel aliam creaturã cum circunſtãtijs generalibus vel ſpecialibus aggrauãtibus proponit:& declinãs adhuc hominem vel creaturã aliquam Deo eligendo proponit:generalia

reor:magis offẽdere vereor. Cupiditas alia mortalis,cui opponitur di ci frumentum vinũ & oleum &c. Quòd ſi ſcire & aduertere voluiſſet Deus præpõderaſſet.Specialia põderãt illi.de quibus Matt. 10.Qui amat patrem aut matrem ſuper me, non eſt me dignus.tertio modo charitas exit in eſſe quaſi naturaliter cum ſimile à ſimili generatur:& anima beneficia Dei cõtinuè gratanter accipiens amãtem redamare cogitur:econuerſò deſinit eſſe & corrumpitur cum animo ingrata beneficio paulatim torpens ad frigiditatem primã reuertitur. Hiere.3.Quomodò ſi cõtempſit mulier amatorem ſuũ ſic contempſit me dominus Iſraël. Matth.24.Quoniam ſuperabũdauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Incipit iniquitas in cogitatione:creſcit in delectatione,abundat in conſenſu, ſuperabũdat in actu vel in vſu.Non igitur cor hominis vel animus quantũ ad ſtatũ viæ habet ſe ad charitatem,ſicut materia ad formam elementarem: per quam appetitus eius non terminatur totaliter : & ideò poſsibilis eſt generatio & corruptio circa ipſam. Quantũ autẽ ad ſtatũ patrię eſt ſicut materia quintę eſſentię,quę contenta eſt forma ſua:vtpotè terminante appetitum eius:& non mouet ad aliã & ideò nõ incidit corruptio circa ipſam. Sic corruptibilis eſt in via charitas circa cor. Incorruptibilis in patria ex ſimili cauſa.Quoniã igitur ſcd̃m philoſophum oẽs transferẽtes ſecundũ aliquam ſimilitudinem transferunt,licita ſit tranſlatio:vbi aliqua: & ſi non omnimoda ſimilitudo.Sunt autem quatuor elementa vnã cõmunem materiam habentia:cuius pars vni formæ pars ſubijcitur alteri,inter quas eſt pugna & actio & paſsio mutua.Ignis calidus,Deus benedictus & diligens:aer humidus,carnales amici noſtri,quibus humore ſanguineo cõmunicamus,aqua fluida bona tẽporalia. terra deformis & quaſi fex elementorũ vitia & peccata.Cor igitur amãdo vitia & peccata,ſit quaſi terra. Pſal. Qui diligit iniquitatẽ,odit animam ſuam.Dilexiſti malitiam ſuper benignitatẽ. Amando temporalia immoderatè tamen circa Deum fit quaſi aqua.Pſal.Filij hominum vſque quo graui corde.Amando amicos carnales,purè naturaliter fit aer.Greg.Sunt qui diligunt proximos: ſed per affectũ cognationis & carnis. Amando Deum fit ignis. Can.8. Fortis eſt vt mors dilectio &c. Lampades eius,lampades ignis:primus amor mortalis.ſecundus venialis.tertius debitus : ſed tamen indifferens: quia naturalis,quartus meritorius,cùm ſit gratuitus. Ignis aerem vt ſymbolum ſecũ habentẽ amplectitur:& facilis eſt ibi tranſitus. Aquam vt magis diſtantem tolerat,quã impugnans diminuit:ſed ab ipſa non extinguitur propter diſtantiam. Canti.8. Aquę multæ non poterunt extinguere charitatẽ.Sapien.19. Aqua extinguentis naturæ non obliuiſcitur: ſed cauendum ne aqua creſcẽs horizonta ignis attingat:quia tunc ignẽ ardentẽ extinguit aqua,cũ amor tẽporalium venialis excreſcẽdo fit mortalis. Terræ verò ſic ignis cõtrariatur,vt ipſam vel corrũpat vel corrumpatur. Tria igitur ſunt ſimul in vno animo:vt in vna communi materia: ſed in parte alia & alia:quæ tandem in ignem omnia conuertuntur. Sic feruet ignis agens in aquam,tandem etiã propter Deum tantũ diligis tẽporalia,factúſq; es ignis de aqua.Calefacit ignis aerẽ tandem: & cognatos tantũ propter Deum diligis:& ſic ignis fit ex aere. Terra autẽ incenſa quæ igni:& ſi non naturali oppoſitione , tamen locali poſitione & diſtantia maximè eſt remota:in hac metaphora ſecum cõpatitur in eodem animo aquam & aerem,ſed fugat penitus vel fugit ignem qui ſecundũ ſuas qualitates. ſ. ſiccitatem , frigiditatem, & grauitatem & alias in aquam & aerem agit : eáq; tandem in ſuã naturã conuertit. Quaſi enim terra ex aqua generatur,cùm amor temporalium rerum primũ venialis ens poſtmodùm ingroſſatur & mortalis efficitur:ſed & aer in terram degenerat cùm amor naturalis nimietate in culpam declinat,ſecundum illud.Qui amat patrem aut matrem pluſquàm me,nõ eſt me dignus.

De augmento charitatis. CAP. XVII.

IN charitate notanda ſunt quatuor eſſentia:habitus ſecũdum ſe, radicatio vel inhęrentia in ſubiecto:motus vel actus & feruor in motum: vltima tria augeri poſſunt & minui. Vnde per veniale diminuuntur,ex quibuſdam etiã cauſis augentur & inenduntur: primùm autem corrumpi poteſt & augeri, non autem minui. Quod patet:quia minimam habens charitatẽ, venialiter peccare poteſt: quod veniale ſi habitum charitatis minueret,iam aliquid minimo minus eſſet. Ariſt.Nihil minus minimo eſt: augeri tamẽ poteſt,cuius augmẽti cauſam nota & effectum.Circa cauſam nota. regulariter omnis res per quaſcúnque & ex quibuſcúnque cauſis generatur.ex eiſdem ſi eſt nutribiliter nutritur,ſi augmentabiliter augetur.Habetur autem charitas & generatur:quia Deus dat & homo recipit.Duplex igitur cauſa,vna propriè & propter quã.ſ.influentia dantis.Alia impropriè & ſine qua non.ſ.diſpoſitio recipientis quę diſpoſitio conuerſio eſt animę ad Deum per potentias ſecundum quas eſt imago Dei.Nota igitur:Deus eſt diues:cuius diuitiæ communicatæ non minuntur.ideo dare poteſt. Ari.Primum principiũ eſt diues per ſe & diues in alijs eſt & bonus. Bonum autem eſt diffuſiuum ſui.& ideò liberalis:& ideò dare vult.& quia vult dat.Sed

panes mihi & aquas & oleum meũ &c.& hęc neſciuit:quia ego de
neralia librat illa in Oſeæ.2.Vadam poſt amatores meos, qui dant
quia actio actiuorum eſt in patiente diſpoſito,actio dico quę eſt ad aliud,ſicut ſol lucet ſemper,non ſemper illuminat ignis calet ſemper:ſed nõ ſemper calefacit niſi diſpoſitum.ſic Deus effluit ſemper ſed non influit niſi recipienti & diſpoſito. Influere eſt dare : ſed cuius eſt dare eius eſt & augere vel magis dare.Vnde dicitur adauge nobis fidem. Verum quia receptum eſt in recipiente per modum recipientis : non recepti : quod Deus ſine menſura effluit:tu cum menſura recipis.Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum:& tamen vnicuique noſtrum data eſt gratia,ſecundum menſuram donatiõis Chriſti. Accipe ergo magis:& ſic augetur quod acceperas: quoniam augmentum eſt pręexiſtens additio quantitatis : vt dicit Ariſto.Sed nota eſt gratia magna:& eſt maior gratia.gratia datur ſine merito:ſed non ſine diſpoſitione:quę quandóque largè meritũ cõgrui appellatur. Sicut igitur formam naturalem introducendã antecedit poſitio nuda.diſpoſitio & neceſsitas:quorũ primum & vltimum intelligitur ſimplex & quaſi punctuale. medium autem habens latitudinem. quam contingit diſpoſitioni plus & plus:vt ſic hęc extenſio durationis quaſi lineę à pũcto ad punctũ: ſic& hæc eſt potentiam animæ liberum arbitrium accipere. vt nudũ vt diſpoſitum:que diſpoſitio eſt per cõuerſionem ad Deum in vſu vel actu. ſecundum quod patet ex naturalibus & gratis datis. Quando autem facit totum quod poteſt: & quod in ſe eſt , tunc eſt neceſsitas ad habendam gratiam:non neceſsitas coactionis Deo debitũ imponens : ſed neceſsitas immutabilitatis qua neceſſe eſt Deum eſſe Deum.& ideò bonum:& ideò effluentem:& ideo accipiẽti dantẽ. imò nec hanc vltimam diſpoſitionem & neceſſariam liberaliſsimus dator expectat:ſed aliquo modo conuertenti ſe & diſponenti: & ſi non ſecundum totum quod ,in ſe eſt multoties dat. Iaco.1. Qui dat omnibus affluenter. Aug. Anima inſtrumenta cognoſcẽdi & diligendi Deum habet à natura.cognitionem tamen veritatis & ordinem dilectionis à gratia. Vaſa namque quę creatrix gratia creauit,vt ſint adiutrix gratia replet,ne vacua ſint. Hęc ſimilitudo cauſat leuitatem. Augu. Tu quos imples ſubleuas eos : & quia tui plenus non ſum oneri mihi ſum.Sicut veſica plena corpore leui ſurſum mouetur:econtrariò vas plenum corpore graui grauatur : ſic & creatura. Pſa.Filij hominũ vſque quo graui corde. Maior aũt gratia dupliciter dicitur. Primò in cõparatioe ad minorẽ ab altero habitã-hęc ſine meritis habetur:ſed nõ ſine diſpoſitione maiori:vt patet in paruulis differẽtibus in ſubſtantia naturaliũ,ſed in differentibus in vſu vel actu ipſorum,& ideò æquè diſpoſitis: & æquè indiſpoſitis ęqualis in baptiſmo datur gratia.adultis attritis diſsimiliter diſpoſitis nõ in ſubſtãtia naturaliũ. ſed in cõuerſione ipſorũ ad Deum per actum & vſum ſine meritis infunditur gratia diſsimilis ſ.maior vel minor,quòd oſtendit diſsimilitudo contritionis. Anſel.Gratia datur ſecundum præpurgationem:vel in comparatione ad minorem præhabitam.hæc eſt meritis:quoniam conuerſio qualis anima ad Deum conuertitur & diſponitur, gratuita eſt : non tantùm naturalis:vel gratiæ gratę:& ideò meritoria. Vnde optimè dicit Auguſti.Reſtat vt intelligamus ſpiritumſanctum habere qui diligit & habendo mereri.vt plus habeat & plus habendo plus diligat.Item Auguſt. Gratia meretur augeri non gratiæ ſubſtantia: quoniam hęc non eſt meritoria,ſed vſus. quoniam igitur natura omnium cõſtantium cauſa Deus eſt , & ratio magnitudinis & augmẽti ſimiliter & conſtantium per alias cauſas. Conſtituit enim terminos eius, qui pręteriri non poterunt. Vnde dicit Aug. Charitas vt perficiatur naſcitur : cùm fuerit nata, nutritur:cùm fuerit nutrita,roboratur:cùm fuerit roborata,perficitur cùm fuerit perfecta, dicit.cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Signa autem vel effectus augmenti charitatis tria ſunt. Primum maior perfectio ſubiecti ſcilicèt potẽtiæ.hęc eſt cauſa propria neceſſaria & immediata & in genere cauſę formalis:vt patet. Virtus enim eſt quę habentẽ perficit:& hęc eſt per ſe.Et ideò ſi ſimplex ad ſimplex & magis ad magis.Sicut ergo qui habet gratiã eſt Deo gratus.& qui maiorẽ magis,ſic habẽs charitatẽ Deo charus eſt & qui maiorẽ magis.Prouer.8.Ego diligẽtes me diligo.magis&magis.Secũdũ eſt maior impermixtio cõtrarij. Sunt autem contraria charitatis duo.ſ.timor & cupiditas:timor autem,alius ſeruilis cui opponitur amor charitatis vt calidum frigido:& ideò non cõpatiuntur ſe ſimiliter. Alius initialis : cui opponitur vt extremum medio. vt calidum tepido: & ideò ex his quaſi fit mixtio excellentijs religatis non habitis: ſed haberi poſsibilibus,vt in elementis contrarijs in mixto conuenientibus. Ceterùm ſi calor augeatur in mixto,fortius pugnabit contra frigidum:& citius prędominabitur:& ideo mixtio diſſoluetur.& ſimiliter ex parte frigidi ſimiliter oĩno in propoſito.1. Io.10.Perfecta charitas , foras mittit timorẽ & ęconuerſò Timor initialis excreſcens inquantũ timor & degenerans in ſeruilem foras mittit charitatis amorem. Verum timor caſtus creſcente charitate creſcit vt eius effectus. Nam quem magis amo magis reue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

charitas:vt album nigro. Alia venialis vel etiam innata cui opponitur:vt album pallido:album & nigrum mutuo se expellunt:sed albū pallido quodammodo permiscetur. Albius est ergo nigro impermixtius & albissimum quoq; nigro impermixtissimū est:sic nimirū in proposito. Augu. Cōcupiscentia cū qua nati sumus minui potest nō finiri dum viuimus. Quod si prævaluerit cōcupiscentiæ cupiditas expellitur charitas. Matth.24. Quoniā superabundantia iniquitatis refrigit charitas multorū. Tertium est maior extensio actus proprij,scilicet dilectionis:quod signum tenet alijs paribus. Aliter enim falleret. Hunc enim actū habet forma cū subiecto: charitas cū potētia. Et ideò sicut virtus visiua cōiūcta organo expeditur & impeditur secundū ipsum. Vnde æqua bona potētia visiua in iuuene & sene:nō tamē æquè vident organo impediēte:sic potētia subiectum charitatis pōt ex toto ligare & prorsus nō erit hic actus:vt patet in paruulo furioso & dormiente:& alijs potest occupari vel expediri: & secundum hoc accidit maior vel minor actus. Vnde maiorem alicuius viatoris charitas charitate alicuius comprehensoris: non tamen plus diligit actu:sed alijs partibus tenet. Qui maiorem habet charitatis habitum maioris elicit actum dilectionis: & qui magis diligit Deum siue amando cum:siue cōcupiscendo ipsum magis vult: & qui magis vult magis operatur si potest. Vnde sicut voluntas motrix est vitiorum inferiorum:sic charitas omnium virtutum: vnde charitas patiēs est benigna est &c. Augetur autem radicatio durationе:secundum illud. Charitas aut proficit aut deficit. Ephe.4. In charitate radicati &c. Radicatur potentia in charitate & charitas in potentia:sicut est digitus in anulo:& anulus in digito. Cū igitur charitas in potentia continuat possessionem quodāmodo tendit ad faciendā præscriptionem:vt quo diutius influit difficiliùs expelli possit. Item motus crescit ex frequentatione. Arist. Actus desiderij suū simile & tale additū tali sit magis tale. Itē feruor duplex est. Alius enim sensualis:vel sensibilis qui generatur & augetur:quādóque ex dispositiōe cōplexionis:vnde alijs paribus feruentius amat sanguineus quā melancholicus. Quādóq; ex recentia vel nouitate actionis: vnde feruentius amat nouitius,quā ipse idem prouectus. Alius intellectualis:hęc generatur & augetur ex cò quòd potentia affectiua expedita & libera aliquid per cognitiuam apprehendit circa amatum:ex quo irritatur & fortificatur ad amandum. Vnde feruentior contemplatiuus actio maioris charitatis comprehensor minor viatore maiore.

Quomodo diligendus sit Deus. CAP. XVIII.

DIliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Diligere cùm sit actio egreditur à substātia mediante vi:vel potētia:quia hęc tria secundū Dio.ordinatè se habent substantia virtus & operatio. Percipitur igitur hæc actio dilectionis:secundū quod cōuenit homini nō Angelo propriè:qui nec cor habet nec animā. Homo autem subst antia cōposita essentialiter ex duobus.s.corpore inter cuius mēbra cor principale est,& spiritu:qui simplex in substantia respectu sit duplex. Habet enim respectum ad corpus quod perficit, & viuificat:sic dicitur anima habet respectum ad Deum: cuius imago est naturaliter:sic dicitur spiritus vel mens vel intellectus,& secundum hoc potest esse separata vt angelus. Tota igitur substantia hominis quodammodò obligatur cum præcipitur. Diliges dominum Deū tuum ex toto corde tuo:& ex tota anima tua:vt siue in corpore sit siue extra:siue coniuncta anima sit,siue separata: ad diligendum sit obligata. Sed quia inter substantiam & operationem intercedit potentia secundum illud.9. Meta. Omne agens, habet potentiam in qua potest. Additur tamen hic ex omnibus viribus tuis. Luc.10. vel ex tota fortitudine tua. Mat.22. Et ex tota virtute tua.

Quid sit ex toto corde Deum diligere. CAP. XIX.

DIliges dominū Deum tuum ex toto corde tuo. Corde.ore.opere cōtingit mereri & demereri:sed inter hæc primū est cor qđ influit super alia in malo & bono. Mat.15. De corde exeunt cogitationes malæ. Mat.12. bonus homo de bono thesauro suo ꝓfert bona. Ex corde ergo iubemur diligere,vt ordo influētiæ ostendatur. Sine opere etenim sermo non diligit. Io.3. Charissimi, non diligamus verbo neque lingua:sed opere & veritate. Psal. Dilexerunt eū in ore suo. & lingua sua mentiti sunt ei. Sine amore autem cordis, cassa sunt verba & opera.1. Cor.13. Si linguis hominum loquar &c. Et si distribuero &c. Natura aūt humani cordis cognata est actioni dilectionis:vt patet sex proprietatibus eius. Est enim cor in complexione calidum & siccum:hic est ignea natura:sicut naturale igni calere est,ita naturale est cordi amando ardere. Hugo. Vita cordis amor est:& ideo impossibile est vt sine amore sit cor. quod viuere quærit. Psal. Concaluit cor meum intra me &c. Calidum consequitur lcue. & sursum mobile: sed heu filij hominum vsquequo graui corde:graues nimirum:quia frigidi. Mat.24. Quoniam superabundauit iniquitas. Item secundo est cor in substantia solidum.ne facilè à voluptate dissoluatur:quo contra Iudith Cor Holofernis concussum est. Item tertio quo ad formam inferius acutū superius latum: inferius acutum vt ad temporalia hic & inferiora modicè attingat. superius latum vt ad cœlestia dilatet affectum. Isa.60. Mirabitur & dilatabitur cor tuum. Item quartò interius concauum: in signum quòd per creaturas sufficienter impleri nō valeat. Ber. Capacem quippe Dei rationalem animam quicquid Deo minus est, non implebit. Item duplici motu mouetur continuè scilicet constrictionis quo expelluntur fumositates superfluæ & dilatationis, quo attrahatur aër ad mitigationem nimij caloris innati. Ex corde ergo amat,qui prudenter discernens expellit superflua & impedientia: & attrahit necessaria ad amandum adiuuantia. Aug. Prudentia est amor:ea quibus adiuuatur ab his quibus impeditur,prudenter secernens. Cor ergo quod est secundum philosophū originale domicilū vitæ:naturali excitatur præcepto,vt suo modo cooperetur ad eliciendum actum vitæ gratuitæ. 1. Ioan.3. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam. quasi diceret qui nō diligit,manet in morte. Est etiam secundum Aristo.primum organum sentiendi:& ideo congruè primi mandati actio ab ipso & per ipsum debet sensibile fieri. Sed nota diliges dominum Deum tuum ex toto corde.non dimidio. Diuisio cordis,causat mortem. Oleæ. Diuisum est cor eorum:nunc interibunt.

Quid sit ex tota anima diligere Deum. CAP. XX.

DIliges dominum Deum tuū ex tota anima: oportet ergo nosse quid sit anima. Arist. Anima est actus primus corporis organici,id est, forma completiua & perfectio dans corpori esse & vitam. Est autem duplex esse:naturale & moris:& cum viuere viuentibus sit esse secundum Arist.similiter duplex erit vita, scilicet naturalis & moralis. Primum esse & primam vitam habet corpus ab anima tanquā à sua forma substantiali & completiua. Secūdum esse & secundam vitam habet anima à Deo summa & prima forma & sui effectiuè completiua. Est ergo quodammodo Deus anima animę: si loqui liceat impropriè. Cōsidera ergo te ô anima.s.inquantùm habes corpus animare & cogeris ex hoc animā tuam,id est, Deū amare. Vide tres status tui corporis:animandi animati exanimis. s.status in fieri in esse post esse. In animando tria sunt, potentia susceptiua animæ:naturalis appetitus ad habendū,virtus dispositiua organizans embrionem,& disponens tandem ad susciepiendum. Cōplet a verò dispositione,animatur corpus: & sequitur esse primo fieri: & est status secundus in quo anima aduenies corpori vt forma materię & vt perfectio perfectibili dat ei tria: viuere,sentire,& moueri, moueri non tantū secundū locum & situm:sed etiā secundū operationem & nutrimentum & augmentū. Cæterū si ex aliqua causa vel corrumpantur organa necessaria vel soluatur harmonia in medio vniōis,soluitur vnio & separatur anima,exanimatur corpus:& est status tertius in quo corpus deterioris cōditionis efficitur:quoniam esset nondū animatum amittēs irrecuperabiliter in via naturę tria prædicta.s.motum sensum & vitam. Et quod in primo statu tendebat naturaliter ad esse cōpletiuum: continua dispositione relabitur nūc ad non esse cōtinua corruptione. O anima mea qualis es ad corpus,talis quodāmodò ad te Deus tuus ab ipso habes in primo statu tria:primò potentiā susceptiuam: quia sui capax es & ab ipso solo perfectibilis es:habes & naturalem appetitum: quoniam omne incōpletum appetit suum cōpletum: & omne imperfectū perfectibile appetit suam perfectionem, omnis materia suam formā habes & virtutē dispositiuā.s.potētias naturales:fac ergo animā tuæ vitę habendę qđ facit corpus suæ. Sicut per virtutē dispositiuā continuè sine interpellatione se disponit vt suscipiat te suam vitam sic tu per naturales potentias ad vitam tuā te dispone. Quod si feceris cū sufficiēter te disposueris, animaberis, perficieris,cōpleberis. Aug. Anima media est inter Deum & creaturas posita conuersione ad Deum illuminatur,melioratur,& perficitur:conuersione ad creaturas,obtenebratur:deterioratur:corrumpitur. Eris ergo anima in statu secundo habens à Deo tuo tria, quę das corpori tuo vitā,sensum,& motū moralem. Et quandocūq; corpus te vult abijce re,tūc liceat & tibi vitam tuā.s.Deum abijcere. Quòd si hoc est impossibile fac vitæ animę tuæ.s.Deo quod corpus suæ. Appete cōiunare cōiunctionē:horrere prę omnibus separationē.1. Io.4. Deus charitas est &c. Cæterū si solutū fuerit: quod absit mediū vnionis spiritualis armonię temperantia.s.charitas & gratia non abijcit te, sed abijcitur à te anima tua:& tunc sequitur status tertius miserabilis prorsus & longè deterior quā primus in quo vita & sensu & motu debito careas & de die in diē corruptione crescēte vilior fias. Soluitur hic mediū vniens extrema & contēperans charitas & gratia:cū prędominatur morbida & distēperans cōcupiscētia,quę cū ex cōuersione ad sensibilia nata sit in anima,ex eisdē nutritur & augmētatur:donec tandē charitati prædestinetur:& sic per ipsam animā corrūpitur. Aug. Anima media inter Deum & creaturas posita &c. Miraculū est si redeat aīa ad corpus quod ipsa deseruit, mirabilius qđ mirabilius ꝙ ad animā quæ ipsum deseruit redit Deus: mirabilius qđ si esset rarius,sed nūc propter frequētiam,mirabile desijt esse Quę nimirum

nimirū frequētia probat,ꝙ parātior est Deus vniri animę quę penitus non indiget,quā anima corpori quo multipliciter eget. Taliter igitur ex anima Deus diligitur. Ber. Valdè mihi amandus es domine per quem sum,viuo & lapio:quasi dicerer anima: valdè à corpore amor,quod habet ista à me,valdè ergo mihi amandus es domine,cùm habeam ista potiora à te.

Quid sit diligere ex tota mente. CAP. XXI.

DIliges dominū Deum tuum ex tota mente vel intellectu, substantia illa quæ in quantū alligatur corpori quod amat, anima dicitur secundum se ratione absolutionis:quia separabilis est & separata manet:vt angelus spiritus vocat:qui spiritus à theologicis,mēs à philosophis,intellectus vocatur. Arist. enim vocat spiritū angelicū intelligentiam in li.de causis:vt ibi. Omnis intelligentia est plena formis:spiritū humanum intellectū in lib.de animalibus:vt ibi:Solus intellectus est ab extrinseco,quandóq; etiā intellectus nominat potentiā eiusdem substantiæ:similiter mens:quandóq; est nomen potentię:quādóq; autē substātię,vt ibi. Renouamini spiritu mentis vestræ.glo. Spiritu qui est mens:ita nūc sumimus. Ex hac ergo substantia iubemur diligere Deū: quoniam inquantū spiritus est: primò propriè diligere Deum potest. Hic enim diuinę imago substantiæ substantia est:aut substātiæ diuinę imago simplex inuisibilis & incorruptibilis:& ideò valdè nobilis omne sensibile:& omne corruptibile nobilitate:& naturali bonitate trāscendens, & ipsam solūmodò summū bonum & simplex inuisibile & immutabile,cōplere & perficere pōt. Hoc igitur ei solūmodò propter se absolutè amandum & desiderandū est. Arist. Nam vniuscuiúq; desiderare quod melius est. Noli ergo ô homo, noli fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus:& ideò inuoluuntur sensibilibus. Arist. Nō habenti intellectū omninò insatiabilis est appetitus delectabilis:sed attende nobilitatē intellectualis substantię,& cōtemne sensibilia & intellectuali bono intēde clamans cū prophęta. Benedicā dominū qui tribuit mihi intellectum.

Quid sit diligere Deum ex totis viribus. CAP. XXII.

DIliges dominum Deum tuum, & ex omnibus viribus tuis:hoc quò ad potētiam,quæ intercedit ad actum immediatè. Sunt autem tres virium differentiæ in homine.s.rationales,sensibiles,& vegetabiles. Rationales sunt propriè hominis:hę diuidūtur in intellectū & affectum:vel aliter in voluntatē, & memoriam, & intelligentiā,voluntas vel affectus summū est in anima & Deo similimū, & proximū & immediatū. In hac enim libertas,quę cogit non potest & imperium super alias vires oēs habet. Hæc subiectum charitatis est,& ideò huius est diligere primò & per se. Voluntate ergo Deum diligis dilectione cōcupiscētiæ,cùm ipsum vis. Esa.26. Anima mea desiderauit te in nocte:hęc est bona voluntas:imò optima quæ vult summum bonum. Luc.2. In terra pax hominibus bonę voluntatis. Pax eis,quia nemo diminuit quod volunt. Item dilectione amicitię cùm voluntatem tuam suę conformas:quia amicorum est idem velle & nolle,hæc est recta voluntas. Mar.3. Quicúnq; fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est,ipse meus frater,soror,& mater est. Voluntas & affectus idem sunt in re. Motus autem affectus affectio est:hęc quadruplex est,scilicet spes,vel concupiscentia,gaudium,timor,& dolor. Istorum autem omnium radix est amor. Igitur si diligis dominum ex affectu dilectione concupiscentię,primò concupiscis & speras: vt habeas. Psalm. Concupiscit & deficit anima mea in atria domini:sed quantùm concupiscis,tantùm secundo gaudes cùm habueris. Ioan.3. Amicus autem sponsi qui stat & audit eum:gaudio gaudet &c. Gal.5. Fructus spiritus, gaudium, pax. Augusti. quis bene gaudet, qui bonum non diligit vnde gaudet: quantùm gaudes tantùm tertio times amittere & quarto doles si amiseris. Greg. Nihil sine dolo re amittitur, nisi quod sine amore possidetur. Tre.1. Idcirco ego plorans & oculus meus &c. De his August. super Ioan. Affectiones nostræ motus animarum sunt:cupiditas,animi progressio:lætitia,animi diffusio,tristitia,animi contractio,timor animi fuga est. Item dilectione amicitiæ, si diligis Deum affectu concupiscis & vis,& appetis ei bonum, scilicet gloriam & honorem & similia:& magis quàm tibi, cùm diligas eum plus quàm te. Psalm. Non nobis domine non nobis &c. Secundò quantùm appetis, tantùm gaudes. Ad Corin. Siue per veritatem Christus,siue per occasionem annuntietur, in hoc gaudeo: sed & gaudebo. Tertiò quantùm gaudes,tātùm times. Quartò doles tātùm si vadit in contrarium:hīc est zelus. Ezec.9. Signa Tau. super frontes virorum gementium & dolentium. Vis intellectiua diuiditur in memoriam,& intelligentiam,quę vis affectui & volūtati immediatè deseruit & supponitur. Vnde & actus eius præcedit voluntatis actum:vt Ioan. Christum,præcursor dominum. In hac ergo & in omnibus inferioribus viribus est dilectio & charitas, vt in signo:non vt in subiecto & motus earū sunt charitatis imperatiuè, non electiuè. Igitur penes intellectum est vis inquirens incognita, scilicet ingenium,intelligens inquisita: hæc propriè intelligentia: sed vis qua conseruamus intellecta hæc est memoria. Sic igitur charitas sit in volūtate: & Deum diligis ex affectu diligis, & intellectu dilectione concupiscentiæ:vt inquiras voluntatis & affectui ingenio tuo illud summum bonum:quid sit,quomodò: & per quæ haberi possit: & si plura,per quę facilius. Facilius enim orando quàm legendo. Boe. Quid nunc agendum censes:vt illius summi boni sedem inuenire mereamur. Inuocandum inqnit omnium rerum patrem, sine quo nullum ritè fundatur principium. Item si amitti potest,quomodò conseruari oportet. Psalm. Inquirentes dominum, non minuentur omni bono. Anselmus. Excita nunc anima mea totum intellectum tuum, & cogita quantùm potes, quale & quantùm sit illud bonum. Secūdò vt inquisitum bonum intelligas. Tertiò intellectū in memoria conserues, vt voluntas inueniat cui affici velit. Psalm. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Item dilectione amicitiæ dilige ex intellectu: vt amicum inquiras ingenio si absens est. Cantic. tertio In lectulo meo per noctem quęsiui. Augustin. Quærite quod petitis: sed ibi non est vbi quæritis, beatam vitam quæritis in regione mortis, non est illhic. Item vt inquisitum intelligas Ioan. tertio. Amicus sponsi stat & audit &c. Quo contra Esai. primo. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Psalm. Considerabam ad dexteram & videbam &c. Item intellectum in memoria reponas. Eccles. trigesimoseptimo. Ne obliuiscaris amici tui in animo tuo: nec immemor &c. Vis sensibilis diuiditur in apprehensiuam, & motiuam,apprehensiua duplex: exterior quæ in quinque sensibus,interior,scilicet imaginatio & sensus communis. Diliges ergo ex sensibili in actibus sensuum exteriorum dupliciter, scilicet cohibendo visum, ne videat non videndа:iubendo vt videat videndа: ex auditu similiter dupliciter: & ex odoratu,gustu,& tactu. Item in actu sensus interioris dupliciter cohibendo imaginationem, ne imaginetur non imaginanda,& præcipiendo,vt imaginetur imaginanda. Si vis scire quæ sint sentienda,quæ non, nota regulam: sensus est propter intellectum,intellectus propter affectū qui est charitatis subiectū: immediatè se habens ad summum bonum & finem vltimum. Sicut igitur ordinatur potentia ad potentiam,sic actus ad actum, obiectum ad obiectum. Nihil ergo debet sensus recipere, quod per intellectum receptum affectum ab obiecto suo, scilicet summo bono possit auertere. Gregor. Non licet intueri,quod non licet concupisci. Iob trigesimoprimo. Pepigi fœdus cum oculis meis. Aristo. 11. Meta. Quædam non videre melius est quàm videre:ea verò sensibus apprehendenda sunt,quæ licitè & vtiliter imaginari possunt & quæ imaginatio intellectui offeratur actus, intellectus effectui, ad actum amoris fortius eliciendum,& obiectum suum citius adipiscendum. In hac via amor & charitatis præceptum implet alia & affirmatiua & negatiua ad sensus pertinentia: vt est illud. si oculus tuus nequam scandalizat te, & similia. Motiua similiter duplex, interior, & ista imperans,& exterior exequens motum. Diliges igitur ex motiua exteriori:vt ex amore moueas pedes per vim gressibilem ad ambulandum debitè: & ex eodem amore cohibeas ne moueantur indebitè. Item manus similiter amor mouеat & contineat:linguam etiam & vniuersaliter membra corporis sic implet charitas præcepta pleráque decalogi, & affirmatiua, & negatiua. honora patrem & matrem non occidas:non furtum facias:non falsum testimonium dices &c. Dilige etiā motiua interiori irascibili & concupiscibili:vt irascibilem amor mansuetudine temperet: vt dissimulet dissimulanda, ne irrationabiliter irascatur: quoniam charitas non irritatur. Humilitate præmat,& timeat timenda, ne præsumptuosè efferatur: quia charitas non inflatur zelo inflammans animæ: & confidentia coroboret: vt audiat audienda: ne terrore frangatur: quoniam charitas omnia sustinet & audacem facit amor. Augustin. Fortitudo est amor facile tolerās omnia propter id quod amatur. Diliges & ex concupiscibili dupliciter, scilicet cohibenda ne concupiscat quæ impendiunt iubendo: vt concupiscat quæ nutriunt charitatem. primo Corin. duodecimo. Non simus concupiscentes malorum. Psalm. Concupiuit anima mea desidera re iustificationes tuas,in omni tempore. Diliges & ex vi vegetabili: vt ex amore ordines nutritiuam per abstinentiam & generatiuam per continentiam,nutritiuam quidem temperabis ministrans necessitatem,ne corpus deficiat amantis animæ organum,amputans voluptatem,ne proteruiat in domini sui,scilicet spiritus detrimentum. Eccle.33. Cibaria & virgа & onus asino: panis & disciplina & onus seruo,id est,corpori proprio. Ad Cor. Carnis curam ne feceris. Generatiua quæ nunquam bona fide manserit cognata libidinis,semper suscepta est habēda charitati:quā ferè facilius est violenter refringere, quam imperanter domare, cui amor charitatis adhibet continentiam castitatis:quæ coniugium permittit infirmis,vt minus bonum post coniugium viduitatem consulit,vt magnum bonum: firmis autem virginitatem consulit, vt maius bonum.1. Corin.7. Beatior autem erit,si sic permāserit secundum cōsilium meum:de virginibus præceptum domini non habeo,consilium autem do,tanquam misericordiam consecutus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diligendus est Deus ex tota virtute CAP. XXIII.

Diliges dominum Deum tuum ex tota virtute tua. Mat. 22. Et ibidem: & ex tota fortitudine tua. Nota differût vis & virtus: vis enim enim idem est quod potentia: sed secundum Philosophum virtus est vltimum potentiæ: vnde equus habet vim eundi: virtutem currendi: verum ipsa potentia vis grefsibilis dicitur: quasi à gradiêdo non à currendo. Quælibet igitur potentia habet vltimum, & ideò virtutem & fortitudinem quæ licet secundum rem idem sint: tamen distingui secundum rationem possunt: vt sit virtus vltimum potentiæ ad agendum: & fortitudo vltimum potentiæ ad sustinendum. Diliges ergo dominum non tantû ex vi: sed etiam ex virtute cû diligendo & laborando experiris summum potentiæ: quòd si in hoc summo & vltimo termino actum dilectionis semper continueres: tunc nõ tantû ex virtute: sed etiam ex tota virtute diligeres. Verum hoc viæ non est nec esse potest. Igitur vt vides potentia secundum aliquid quod potest etiam minimum potentia est: vel vis: secûdum autem summum vel maximum quod potest virtus est. Inter vim & virtutem quantû proficias videris: quia & si nec modum diligendi ex virtute in via contingat attingere: contingit tamen magis & magis propinquare secundû quod in maioribus & pluribus actibus vires studueris exercere: vt proponas cû propheta de futuro dicens. Omnia ossa mea dicent domine quis similis tibi: & morituras glorieris cû Iacob de prêterito diceas. Nosti quòd totis viribus meis seruierim tibi. Pone ergo te in terminis extensionem potentiæ: vt re. mi. fa. sol. la. Totum hoc extensum potentia vel vis est solùm la virtus est. In hac spirituali musica potentiarum tuarum actiones dijudica & erubesce semper in grauibus & infimis Deo sol. fa. re. cû videris multos in seruitio Diaboli etiam quasi voces mutare: qui nõ tantû. la. tenent vt faciant totum quod possunt: sed mutando ascêdunt: & cû Diaboli adiutorio faciunt quodammodò plusquã possunt. Hiere. Plus fecit quã potuit: propterea perijt. Esa. 48. Superbia eius & arrogantia eius plusquàm fortitudo eius: cò quòd non sit iuxta eam virtus eius: ò Symon dormis: & Iudas non dormit, sed festinat.

Diligere ex tota fortitudine quid sit. CAP. XXIIII.

Diliges dominum ex tota fortitudine tua. Aristo. Nullus magis sustinet terribilia quàm fortis. Augustinus. Fortitudo est amor facilè tolerans omnia propter id quod amatur: qui omnia dixit nihil excepit. Quinque autem distinguit Aristo. terribilia: scilicet malam opinionem, inopiam, ægritudinem: inimicitiam: mortem vltimum & maximum: & in hoc sustinendo propriè patet fortitudo. Diliges ergo dominû Deum tuû fortiter: primò vt pro ipso sustineas inopiã rerum si oportuerit. Can. 8. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro charitate: quasi nihil despiciet eam. Matth. 5. Inuenta sapiens negociator vna preciosa margarita vendidit omnia quæ habuit: & emit eam: sic fortis ille omnia arbitrabatur: vt stercora: vt Christum lucrifaceret. Nondum fortiter: sed heu nimis debiliter diligit Deum qui mauult peccando perdere Christum summum bonum, quã modicum corruptibilis substantiæ necessariò perituræ. Item diliges Deum fortiter studendo si oportebit malam opinionem & infamiam patiêter sustinere cû illo qui dixit. Mihi autê pro minimo est: vt à vobis iudicer: aut ab humano die per infamiam & bonam famã: nisi sic fortis fueris detractorem falsò te fama priuãtem & de infamia maculantem, amare vix poteris quem tamen nisi diligas, manes in morte. Item diliges Deum fortiter sustinendo pro ipso: si oportet inimicitiam & damnum fauoris omnis in Deo habeas amicos generaliter quosdam & spiritualiter: sed inter hęc Deum diliges fortiter. vt pro nullius amicitia generali vel spirituali acquirenda, ipsum offendas: non sic fortiter dilexit Adam qui offendit Deum propter Euam. Augustinus. Amicabili quadam beneuolentiam plerúmque fit vt offendatur Deus, ne offendatur amicus: sed qui amat patrem: aut matrem: filium aut filiam super me, non est me dignus. Item diliges dominum fortiter sustinendo pro ipso ægritudinem: hic iam agitur in personam. Vocatur autê ægritudo omne incommodû corporis citra mortem: fortiter vrsus mel diligit: à quo nec verberibus si immineant: nec spinis si interpositę sibi obuient, auelli poterit: sic Deum fortiter dilexerût & diligunt, qui cum apostolo dixerunt & dicunt. Quis nos separabit à charitate Dei. Tribulatio: an angustia: an fames: an persecutio: an gladius &c. Item vltimò Deum fortiter diligens, mortem pro ipso si oportuerit: imo si locus fuerit sustinendo: hoc est propriè ex fortitudine diligere. Cant. 8. Fortis est vt mors dilectio. Io. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Certus sum inquit ille quòd neque mors: neque vita, poterût nos separare à charitate Dei: de hoc Ber. Discе christiane à Christo quomodò diligas Christû: disce amare dulciter: prudenter: & fortiter: dulciter ne illectus: prudenter ne deceptus: fortiter ne oppreſsus ab amore Christi auertaris. Possumus ergo & debemus nunc in via diligere dominum Deum nostrum ex corde & anima ex mẽte & intellectu quæ compræhendunt totam compositam diligentis substantiam & ex viribus & ex virtute: & ex fortitudine. quæ cõ præhendunt substantiæ potentiam. Possumus quidem diligere: sed ex parte quæ imperfectio essentialis est statui viæ: sed totum & omnem quæ secundum Aristo. idem sunt quod perfectum est: possibilia & debita sunt patriæ. Nam cùm venerit quod perfectû est: euacuabitur quod ex parte est. Propterea Aug. dicit. Hoc præceptum non impleri via: sed in patria. Datum tamen est viatoribus: vt suo modo impleant. & sciant quò tendere debeant: quia non rectè curritur: si quò currendum est nesciatur.

Quare in via nec Deum videre: nec plenè in ipso possumus delectari. CAP. XXV.

Intellectus in viatore non potest Deum quamuis sit potens videre in essentia propter suam debilitatem quæ causatur ex tribus scilicet conditione naturæ. Nam ordo est inter esse primum, scilicet naturæ: & esse vltimum quod est esse gloriæ. vbi & interdicit esse gratię. Quia igitur creaturam rationalem creauit Deus, talem quę beatitudinem haberet ex meritis: non ex natura. cùm in visione essentiæ beatitudo consistat & fruitio, non potest ad hoc natura intellectus de se: & ideò per gratiam eleuatur in via plus & plus: vt per gloriam consummatus plenè videat in patria: in hoc communicat nobiscum intellectus angelicus in statu naturæ. licet maior sit sua naturalis cognitio quàm nostra. Item ex vnione ad corpus. Licet enim non sit alligatus organo per quod agat, tamen propter vnionem permixtus est quodammodò fantasiæ. Aristo. Dispositio intellectus qui est in anima ad illud quod est in natura valde manifestû, similis est dispositioni oculorum vespertilionis ad lucem solis. In hoc communicat nobiscum primus homo, pro primo statu: tamen secundum quod nobilius erat corpus cui erat vnitus eo minus impediebatur intellectus. Sapiẽ. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animã. & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitãte. Item & tenebra culpę, quę quantulũcunq; minima impedit: quia intellectum illi luci improportionabilẽ reddit. Aug. Summum bonum non nisi purgatissimis membris cernitur. Igitur anima separata à corpore vel reunita eidem incorruptibili: & non impedienti mundana ab omni tenebra: etiã veniali eleuata per gratiam potest dominum videre per essentiam.

De dilectione affectus circa Deum. CAP. XXVI.

Sicut Deus prima veritas est obiectum intellectus & finis: & ideò quies eius, sic Deus summum bonum est obiectũ & finis affectus & quies. Quod bonum cùm sit præsens affectui: quia vbiq;, tamen affectus modò non delectatur vsq; ad quietẽ: sed parum. Causa huius triplex. Imperfectio ex conditione naturę ex qua est improportionalis per naturã, nisi eleuetur super se & perficiatur per gratiã creatã. s. charitatẽ: vt intellectus per fidẽ. Et hoc est: quia creatus est quasi circa finẽ per meritũ ascẽsurus in finẽ. Itẽ alligatio ad corpus animale: in quo anima mouens secundum indigentiã eius: & consequens in termino motus! delectationem sensibilem & naturalem retrahitur & impeditur, ne tota virtute moueat potentias superiores ad sua obiecta, & ideò minus consequitur delectationẽ spiritualem. Grego. Tanto quisque à superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur. Augu. Cætera creatura vilescat, vt creator in corde dulcescat. Item infectio culpæ quæ relinquit in affectu quasi contrariam qualitatem, quod patet sic: corpus, quia animale, concupiscit præter spiritum: sed quia infectum & vitiatum cõcupiscit aduersus spiritũ: ex primo est delectatio naturalis, quæ clausa terminis suis, non est mala: nec illicita: sed necessaria & debita: ex secundo est delectatio innaturalis ex adeptione superflui & voluptatis, non tantû necessitatis: nec quandóque venialis, quandóq; mortalis. Hinc palatus affectus inficitur, ne Deo delectabiliter pascatur. Augustin. Palato non sano pœna est panis: qui sano est suauis: primum commune nobis & angelis in primo statu: secundum nobis: & adde in primo statu: tertium proprium huic statui, scilicet naturæ lapsæ. primum impedimentum tollitur à charitate: secundum à morte: quia licet anima in resurrectione vniatur denuò corpori: non tamen animali: tertium habet duo, scilicet substantiam culpæ: & vestigia vel reliquiras: reliquię expurgantur per pœnam, substantia per charitatem vel gratiam. Sed substantiam delectationis mortalis tollit etiam charitas minima, venialis autem perfecta: & magis secundum quod magis perfecta. Est autem secundum philosophum delectatio coniunctio conuenientis cum conuenienti: & ideò maior delectatio tripliciter: vel quia magis coniungitur cum magis cõuenienti, vel propter vtrúmque. Est autem delectatio in Deo alia naturalis: alia gratuita. Naturalis sequitur cognitionem naturalem, gratuita gratuitam. Intuenti patet ex his quare delectatione naturali vnus angelus alio. angelus homine, vnus homo alio actualiter in Deo magis delectetur: & quare in Deo delectari possit creatura rationalis & non irrationalis: cùm tamen sum mum bonum essentialiter sit in vtraque indifsimiliter quò ad scilicet dissimiliter participetur. Boë. Omne receptum est in recipiente per modum recipientis, non per modum recepti Arist. Primum vno modo se habet ad omnia: sed non omnia similiter se ad ipsum: ex his similiter conferenti, quare delectatione gratuita magis delectetur in Deo, actualiter minimus comprehensor, quàm maximus viator, inquantùm talis: magis actualiter imperfectus liber & sine venialibus, quàm perfectus occupatus & contrà habens venialia.

De diuersitate videntium Deum. CAP. XXVII.

Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ: sicut ergo lux corporalis per seipsam visibilis indifsimiliter lucet vbique: quã tamen quædã vident: quędam nõ vident: diuersitatis causã in ipsis existente nõ in luce: similiter Deum nõ videntium quinq; sunt differẽtiæ. Non videt lapis: & omne insensibile: cui tamen lux præsens est. Item catulus ante diem nonum. Itẽ dormiens vel aliter oculos clausos habẽs. Itẽ cæcus. Quintò talpa. In lapide nõ vidente nec aptitudo: nec potẽtia: nec pœna de nõ videndo. In catulo & talpa aptitudo: sed nõ potẽtia exquisita, expedita. s. nec pœna: sed differẽter absq; potentia: quia catulo ad tẽpus: talpæ semper: in dormiente aptitudo & potẽtia: sed nõ pœna: in cæco aptitudo & pœna: sed nõ potẽtia. s. expedita. Thobiæ 5. Quale mihi gaudium est qui in tenebris sedeo: & lumen cœli nõ video? Lux enim oculorũ lætificat animã: sic Deũ verũ solem, primã lucem vbiq; fulgentẽ indifsimiliter quantũ in se est, nõ videt creatura irrationalis: vt lapis: anima vel intellectus paruli nascẽtis: vt catulus: sine baptismo morientis vt talpa: adulti peccatoris viatoris. vt dormiens expergiscibilis: damnati vt cæcus. Videntium verò lucẽ alia videt ipsum in fonte. s. solem in sua sphera: vt aquila: alia tantũ in subiecta natura. s. aëre vel corpore resplendente: similiter cõtingit videre Deum: primũ proprium est cõprehensorum, qui vident Deum facie ad faciẽ in sua essentia: secũdum viatorum, qui vident per speculum & similitudinẽ. Videre autẽ corpora le egreditur nõ à potentia visiua tantùm: nec ab organo corporali tantũ: sed à coniunctore: ab organo materialiter, à potẽtia formaliter. Melius igitur videre est tripliciter: vel propter melius organum: vt linx quàm homo: iuuenis quàm senex: vel propter melioré potentiam similiter: sic melius homo quàm brutũ. etiam linx: vel propter vtrúnque similiter est de intelligere Deum. Nota igitur regulas, ex æqualibus causis æquales effectus: ex inæqualibus inæquales. regula in cõparatione ad cognoscendũ Deum. præeminentia in gratia est præeminẽtia simpliciter. in natura secũdum quid. Videre igitur Deum nõ est gratiæ tantùm: sed nec naturæ tantùm: sed naturæ vel intellectus gratificati. In quibus duobus. s. natura & gratia æquale maius & minus faciunt multas differẽrias videntium. Verbi gratia. Petrus cõparatus ad aliũ: aut æqualis est in vtróque: aut inæqualis in vtróque: aut partim æqualis partim inæqualis: secũdum membrum habet quatuor differẽtias: nam cui Petrus est inæqualis in vtróque: aut est in vtróq; maior, aut in vtróq; minor: aut maior in naturalibus & minor in gratuitis: aut ecõuersò. maior in gratuitis & minor in naturalibus. tertiũ si militer quatuor. Nam cui Petrus est partim æqualis: partim inæqualis: aut est æqualis in naturalibus & maior in gratuitis: aut æqualis in naturalib⁹ & minor in gratuitis: aut æqualis in gratuitis: & maior in naturalibus: aut æqualis in gratuitis: & minor in naturalibus, & secũdum hoc differût visiones & viatorum & cõprehensorum: hoc patere potest aliqualiter in proportiõe suppositа. Sed nota. nobilitas intellectus alia essentialis à creatore indita absolutè secũdum q⁹ vnus angelus excellit alium: & vna anima aliam naturaliter. alia accidẽtalis. hæc duplex: vna ex vnione ad corpus nobilius. Vnde Aristoteles. Anima coniuncta corpori complexiones corporis imitatur. Acutius enim quidam in vere: quidam in æstate: quidam in hyeme speculantur, scilicet instrumenti cõplexionem. Aristote. Fortes carne, duri mente: molles autem carne, benè apti mente. alia ex vsu vel actu quo acquisita est ars vel habitus perficiens potentiam intellectus: vtráque accidentalis nobilitas vię est: & sicut opinamur euacuabitur in patria, cùm corpus glorificabitur: & acquisita scientia destruetur, & remanebit sola nobilitas prima per gratiam perfectã & habitus gloriæ de nouo infusos in patria consummata. Nota charitas aufert omne peccatum. Salomon. Vniuersa delicta operit charitas. Iacob. Charitas operit multitudinem peccatorum. Vel confert omne meritum. Si linguis hominum loquar & angelorum. Hieronym. Quilibet motus eius valet regnum cœlorum, qui dederit calicem aquæ frigidæ, &c. Facit participare omne bonum per compassionem & gratitudinem, vel est finis omnium præceptorum. Finis præcepti est charitas de corde puro. Vel est summum donorum. &c. Augustinus. Nullum donum huius est charitate: hoc solùm est quod diuidit inter filios regni: & filios perditionis. Dantur & alia per spiritum sanctum munera, sed sine charitate nihil prosunt. vel est effectus sacramenti sacramentorum Corpus enim suum dedit nobis in augmentũ charitatis, vel denominatur à summo choro angelorum: vel est actiua in summum bonum.

De decem gradibus amoris, secundum Bernardum.

Vt dicit Bernard. Magna res est amor: sed sunt in eo gradus. Loquendo ergo aliquantulum magis moraliter, quàm realiter decẽ amoris gradus distinguere possumus. per quos cõtingit à statu viæ ad statum patriæ scandere ordinatè: quos gradus cognosces per actus. Primus, in quo facit languere vtiliter. Secundus, in quo quęrere incessanter. Tertius, in quo operari indefesinenter. Quartus, in quo sustinere infatigabiliter. Quintus, in quo appetere impatiẽter. Sextus, in quo currere velociter. Septimus, in quo audere vehementer. Octauus, in quo stringere inamisibiliter. Nonus, in quo ardere suauiter. Decimus, in quo assimilari totaliter. Est igitur primus gradus in quo charitas facit languere vtiliter. Cantic. 5. Nuntiate dilecto, quia amore langueo: super hunc gradũ anima pedẽ affectus ponit, cũ primò amare Deum incipiens à peccato languescit: verũ infirmitas hęc nõ est ad mortẽ: nisi fortè ad mortem mortis. s. peccati mortalis. O infirmitas. Glo. nõ periculosa. Libẽter ergo cũ Apostolo gloriabor in infirmitatibus meis. Nimirùm vtilis infirmitas hęc multipliciter. Primò, quia animæ aufert gressum ad illicita. Secundò mutat situ, vt iaceat prona per humilitatẽ: quæ stabat erecta per elationẽ. Tertiò, mutat gustũ vt amarescat animæ peccatum, quod antè libuit sapiat aliquãtulũ summum bonũ: quod antè non sapuit. Item mutat pulsum in brachio operis, cuius causa est spiritualis mutatio cordis. Cantic. 8. Pone me vt signaculũ super brachium tuum. Igitur per brachiũ de corde datur iudicũ. Item mutat vultũ. Poëta, Palleat omnis amans, color hic est aptus amãti. Hæc vtiq; mutatio dexterę excelsi omnis naturę creatę virtutẽ excellens: & ad illũ solũ pertinẽs, qui pluuiã voluntariam gratiæ segregabit hæreditatis suę vt infirmetur, & ipse perficiet eam: quoniam virtus in infirmitate perficitur.

Secundus Gradus.

Secundus gradus est in quo facit quærere incessanter. Grego. Vis amoris intentionẽ multiplicat inquisitionis. super hunc gradum pedẽ anima ponit, cũ per infirmitatẽ priùs mutata Deum quẽ quęsiuit aliqualiter in lecto ægritudinis cõualescens ad bonũ frequẽti, & diligẽti discursus rationis inquirit dicens. In lectulo meo per noctes quæsiui quẽ diligit anima mea: quæsiui infirma infirmiter: surgam & circumibo ciuitatẽ totã creaturæ vniuersitatẽ: per vicos & plateas quæram quẽ diligit anima mea. Psalm. Quærite facié eius semper: semper quærite: sed nõ inuenietis vbiq;. Aug. Quęrite quod quæritis: sed ibi nõ inuenietis vbi quæritis. beatã vitam quæritis in regione mortis. nõ est illic: quomodò eã beata, vbi nec vita? O anima mea si sapiẽter & cũ hoc diligẽter quęreres hoc trib⁹ signis ostenderes: primò qa lumẽ peteres, ne tenebris impedireris. Psal. Deus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet vultũ suum super nos & misereatur nostri: vt cognoscamus in terrã viam tuam: secundò, scientes interrogares, vt ad inueniendũ expedireris. Matthæ. 2. Vbi est qui natus est Rex Iudæorũ? Cantic. 3. Inuenerût me vigiles. num quem diligit anima mea vidistis? Tertiò in nullo quod à requisito aliud est sistere: sed sine mora transiens ad aliud oculos proijceres: donec tandẽ quæsitũ inuenires: vt illa quę inclinauit se & videns in monumento dilecti sui etiã angelos: nec alloquitur ipsos: nec diu intuetur: sed respõdens interrogantibus breuiter ab ipsis se auertit: & sequitur. Et conuersa Maria vidit Iesum stantem. Cantic. 3. Paululum cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea.

Tertius gradus.

Tertius gradus est in quo amor facit operari indefesinẽter. Greg. Nunquàm est amor Dei otiosus. operatur enim magna si est: si autem operari renuit, amor nõ est: nimirũ probatio dilectionis exhibitio est operis. Beatus vir, inquit Propheta, qui timet Deũ in mãdatis eius cupit nimis: si vult nimis qui timet, quantũ volet in mandatis qui amat? Dilectio enim primogenita est filia gratiæ: & ideò prior & potior timore. Ego inquit mater pulchræ dilectionis & deindè timoris. Timor ergo amorẽ sequitur: vt posterior dignitate priorẽ. & tamen qui timet cupit nimis in mandatis opere implendis. Amor ergo ampliùs valet & ampliùs faciet. Nec primus quidem gradus sine opere est penitùs: sed valde dissimilis huic. Super hunc enim gradum anima propriè pedem ponit tripliciter: cùm operatur magna & reputat parua: operatur multa: & reputat pauca: operatur diu & reputat breue: & videntur ei pauci dies, præ amoris magnitudine. Bernard. Labor meus vix est vnius horæ: & si plus est, nõ sentio præ amore. Nec mirũ si amor multa opera pauca reputet, cũ in mandatis & si multa faciat, plura tamen cupiat: quoniam in mãdatis eius cupit nimis. Si punctus ad omnia haberet cõcupiscentiam ad quæ habet potentiam, non reputaret multas de se fluentes centũ vel mille lineas, cũ habeat potentiam ad infinitas. cæterùm amor violentior est quàm potentior. Nec mirũ si nõ reputet amor opus magnũ: non amanti enim aliquid magnum est: amanti

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil.Seneca. Cogitare præter animum principaliter nihil est mirabile,cui magno nihil est magnum,magnus autē est qui magnū amorē habet.Ber. Qui magnā habet charitatē magnus est, qui modicā, modicus est,qui nullā,nullus est.Aug. Nihil maius est animo habēte charitatē, præter eum qui dedit charitatem. Nec mirum si nō reputet se amor diu seruisse,etiam multo elapso tēpore,cùm hoc appetat semper & sine fine facere.Nā in cōparatione cui,omne tēpus est, sicut ad lineā punctus:vbi nunc sunt qui in hoc tertio gradu pedē ponunt, qui nō in hoc tertio gradu deficiāt, pauca tamen est charitas, quæ opera sua numerat:vt multa parua quæ ponderat: vt magna vel difficilia,breuis amor qui mensurat:vt lōga,sed vos qui tertium gradum calcaris cùm omnia bene feceritis, dicite,serui inutiles sumus. Desidiā quippē: vt dicit Greg.facit in opere bono minor amor Dei, fraudem minus amor sui,sed & si non sit desidia in operando, cauea tur superbia in reputando.

Quartus gradus.

QVartus gradus est in quo amor facit sustinere infatigabiliter. Augu.Oīa grauia & īmania facilia & ppē nulla facit amor. Glo.super illud.Ioan.21.Ducet te quò tu nō vis,quantacúnq; sit molestia mortis:vincit eam vis amoris. Mors secundum Ari.vltimū est & maximum inter terribilia & sustinēda.Igitur si vincit amor morte,& infatigabiliter sustinet,quātò magis ea quæ circa mortē:verum hic gradus eleuatus valdē & prædictis satis altior,& ideò ascēsor rarior.Nā & ille præcipuus amator qui oīa reliquerat bene respōdēs, clauiger deputatus fuerat,in montē ascenderat,in hoc gradu stare se credidit,paratus sum inquit tecum in carcerem & in mortē ire, sed eadem nocte patuit,ꝙ nondū in eo pedē posuerit,probatio quidem dilectionis exhibitio est operis,sed validior probatio,sustinentia tribulationis. In hoc gradu existentis Dñs specialiter semper meminit.Hiere.2. Recordatus sum tui,miserans adolescentiā tuam & charitatem disponsationis tuæ,quādo secuta es me in deserto,meminit inquam & visitat hic amicum.Psalm.Cùm ipso sum in tribulatione: vtique gradus ille vtilis est & necessarius,quia secundum Arist. difficile facili magis eligēdum. Magis enim amamus,cū habemus,quod non est facilē sumere.

Quintus gradus.

QVintus gradus amoris est in quo facit appetere impatienter. Hiere.Hoc habet impatiens amor: vt quā desiderat semper inuenire se credat.Amor impatiens nō accipit ex difficultate remedium,neque ex impossibilitate solatium. Amor impatiens,qđ amat non potest non videre.Nimirum enim vbi amor,ibi oculus,sicut in naturalibus appetitus vehementiam causat inanitio & prægustatio. Stomachus enim sentiēs se exinanitum appetit, ꝙ si esca: vel videri: vel odorari contingat,appetitus crescit.Arist. Videbit quis aliquos, quando famescunt,lætari odore ciborum , quòd si cibus appetibilis fuerit aliqualiter prægustatus, irritatur appetitus amplius, sic anima exinanita à bono sensibili & mutabili,& prægustans aliqualiter bonum immutabile pedem cū impetu eleuās de quarto gradu quintum cogitur etiam impatienter appetere.secundum illud. Qui edūt me,adhuc esurient,imò hic non tantū esurit, sed & bolismum patitur summi boni hyat & inhyat,concupiscit & deficit.Psalm.Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Accipe Rachelem impatientis desiderij exēplar.Da mihi inquit liberos,alioquin morior, præ impatientia flentes vidi,morientes vidisse me nō memini, quid vita carnis,quid molestius morte. Nōne ergo impatiēter desiderat, qui minatur etiam vitam ābijcere,si desiderium nō obtineat, malēs non esse,quàm sine eo,quod appetit esse,& se, quàm illo carere,sed vide anima mea,mori vult illa,nisi detur, quod quādo datum fuerit morietur,mortua est enim in partu Beniamin.Cum quāta ergo impatientia & vehementia tibi est appetendum, quo dato non morieris,sed viues in æternum. Dicat ergo laudabiliter in hoc gradu impatiens anima,summum bonum melius es tu mihi, quā decem filij. Da ergo te mihi,alioquin moriar.

Sextus gradus.

IN sexto gradu facit currere velociter.Bernard. Qui amat ardentius,currit velocius,& apprehendit citius.Nā qui in quinto gradu famem patiuntur:vt canes,restat vt sextum ascendant & circūeāt ciuitatem totum, scilicet vniuersi,nec tantum circūeant, sed circumcurrant:vt in creaturis moram non faciant, sed post creatorem discurrant,ad hunc gradum pertinet illud.Psalm. Quemadmodùm desiderat ceruus ad fon.a.ita d.a.m.ad te de.s.a.m.a.d.f.v. Velox est ceruus,piger asinus,desiderat ergo vt asinus ille. de quo in Prou.22. Desideria occidūt pigrum,desiderat vt ceruus ille qui dicit,cucurri in siti,sed quomodò cucurristi,respondit , sine iniquitate cucurri & direxi.Directus autem est cursus à summo deorsum:vel ab imo sursum.Exultauit enim quidam ad currendam viam, à sum.cœ.eg.e.& occ.e. Igitur si desideraueris vt ceruus ad fontes aquarum,si in hoc desiderio quasi in siti cucurreris & direxeris à summo vsq; deorsum, quinque in genere inuenies differentias substantiarum , quasi quinque fontes aquarum,scilicet corpus quintum,quod quinta essentia à Philosophis dicitur,sub qua elementum ignis, sub quo aēr, sub quo aqua,sub qua terra,primus fons limpidissimꝰ: vltimus turbidissimꝰ. Hos si transcurreris velociter , & cursum currens direxeris ab imo sursum,inuenies alia quinque genera substantiarum: velut quinque fontes aquarum . primò mixtum , secundò vegetabile,tertiò sensibile,quartò rationale,quintò substantiam separatam,scilicet intelligentiam vel angelum , primus turbidissimus : vltimus limpidissimus,si in hoc gradu fueris,nusquàm cum mora bibes,sed subitò gustu quodammodò probaus & experiens,quia summum bonum non sunt,& ideò siti tuæ non sufficiunt,transibis & dices. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum

Primus fons.

PRIMVS fons à summo bono deorsum directè currenti occurrens est corpus quintum in quatuor cœlos distinctū, scilicet empirīū, cristallinum, sydereū, & cœlum planetarum. Igitur vt dicit Arist. Substātia materia cum forma causa est omnium actuum & passionum.Fons igitur dicitur.Metaphy.Omnis substantia,cū de ipsa fluunt accidentia:vt de causa effectus,de fonte riuus. Ad primi igitur fontis superficiem Philosophi venerunt,fundum nō inuenerūt, quia cristallinum & empireum ignorauerunt. De ipso tamen,quod inuenerunt biberunt de riuulis accidentiū ex substantia fonte fluentium diuersas scientias intellectui porabiles hauserunt , & de vnico riuulo motus huius substantiæ & partium eius bibit Ptolomæus Astronomiam hauriens Mathematicæ. Arist.scientiam libri de cœlo & mundo hauriens Physicæ. Verum quia omnia disposita sunt in numero pondere & mēsura. Euclydes in substātia & ista & alia cōsiderans quantitatem continuam mensuræ abstraxit Mathematicæ, & hausit scientiā Geometricæ. Alius autē ad riuulum discretæ quantitatis intellectum posuit, & de rerum numero , Arithmeticā bibit. Alius Gerosius, scilicet proportionē leuitatis & grauitatis & harmoniam proportionalis substātię distrahere didicit abstrahere,& musicam bibit de pōdere.Biberunt omnes hi de multis aliqua & cōspici sunt,satiati nō sunt.Impossibile cīm est humano intellectui per scientiam creaturæ satisfieri.Verūtamen & parum est,quod biberunt respectu eius,quod dimiserunt,quia nec Geometer dimensus est cœli altitudinem,nec Arithmeticus dinumerauit stellarum multitudinē. Cæterùm de cristallino non gustauerunt,cùm & ipsum sydereo contiguum in substantia sit, & ideò sine virtute & operatione non sit & alijs accidentibus scibilibus,& ideò intellectui potabilibus. Prorsus autem indigni fuerunt attingere fontis fundum limpidissimum,scilicet empireum à fece materiæ inter omnia corpora depuratissimū, quod sit tamen positione vltimum , & ideò locans non locatum. Nam primum nobilitate summum sine emanationibus non est, sed effluit virtute sua , etiam vsque ad intimum terræ centri punctum. Arist.Omnis causa primaria plus est influens super causatum,quàm causa secundaria vniuersalis. Cæterùm totum hoc finitum est,quia creatum est , & ideò intellectui sufficere non potest , quia solo Deo infinito ente perfici natus est , ex quo concludo , quòd si totus fons iste cum omnibus suis riuulis totaliter in fauces animæ Deum sitiētis flueret, sitim eius nec ad modum guttæ extingueret. Stare ergo ibi non potest , sed vlterius currit in siti , sed ex quo hic remedium sitis non inuenit,currit deorsum,& dirigit,& ad alium fontē venit.

Secundus fons.

SEcundus fons huic contiguus & ab ipso influētiam virtutis recipiens , nec tantùm proprios , sed & primi fontis riuulos super inferiores fontes influens,est substantia ignis , cum accidentibus ab ipsa deriuatis:valdè quidem nobilis,sed valdè inferior,primò vt positione sic & substantiali nobilitate , quantitate & virtute & breuiter omnibus accidentium riuulis valdè dissimilis. Nihilominùs tamen etiam de hoc fonte naturales Philosophi gustauerunt , qui naturalia ignis accidentia ex substantia manantia aliqua aliqualiter perceperunt , & sitim inquisitionis quodammodò etiam calore ignis refrigerauerunt , & quod biberant digerentes, aliqua de igne scripserunt , quòd calidus , splendidus , & læuis & sursum mobilis inter elementa subtilissimus : vt actuosissimus, quia virtuosissimus loco & nobilitate supremus , aliqui sitibundi non contenti venis accidentium inuestigantes caput & principium venarum ex partibus essentialibus , scilicet materia & forma , ipsum componi intellectu viderunt , alij in partes quantitatiuas ipsam fontis substantiam diuidentes , hoc cœlum in ipso igneum & olympium distinxerunt , sed & quidam non tantùm biberunt , quinimò & in fonte isto submersi sunt , qui ignem pro Deo coluerunt , sicut & in primo fonte quidam qui solem & lunam : vel girum stellarum rectores terrarum Deos putauerunt. Venit ergo etiam ad hunc fontem in directo cursu suo anima , sitiens respicit , sed respuit , non sitit talia , & ideò non moratur , sed cogente siti ad alia currit , sed directè currit,& ideò ad tertium fontem venit.

Tertius fons se

TErtius fons secundo contiguus : sed inferior ipso:& in se & in riuis est elementum aëris cum suorū accidentium riuulis : qui quantò nobis viciniior, tantò ad hauriendum facilior : cæterū fons iste non tam nobilis quàm necessarius & vtilis. Nimirū est substantia sine qua viuere non possunt animalia.Hæc est enim quæ introcedit ad habendum vitalem flatum , cedit ad incessum : introcedit ad sensum. circuncedit ad locum: & cùm fons de eodem foramine aquas contrarias nō soleat emanare, mirabiliter in hoc fonte secundum diuersam necessitatem bibentium diuersificantur riuuli accidentium. Nam cùm sit semper naturaliter calidus , fit quandóque actualiter nunc calidus:nunc frigidus: vt æstatem & hyemem habeamus:& eodem tempore simul:sed in diuersis partibus suis hic calidus,hic frigidus:fit quandóque tenebrosus:quādóque luminosus: vt diem & noctem habeamus: & vtróque tempore nunc subtilior: & ideò clarior & effectiuē lætior:nūc grosior & obscurior:& ideò tristior.Fit quandóque quietus & tranquillus:quandóque concitus & tempestuosus:vt impressiones in ipso generabiles:niues, scilicet & imbres:quandóque habeamus :quandóque careamus. Dudum ad hunc fontem Aristo.os aperiebat : vt potaret antequàm secundum & tertium librum Meteororum ebiberet : sed illi in fonte hoc de quantitatis riuulo gustauerunt,qui cœlum aëreum & cœlum æthereum distinxerunt:sunt multa valde alia in hoc fonte , quæ intellectus bibit post inquisitionem inueniendo , & corpus realiter vtens imbibit naturaliter delectando : sed & quandóque inebriatur cùm in his libidinosè delectatur.Ad hunc ergo fontem in cursu suo veniens anima sitiens corpori quidem suo velut equo indulget potū necessarium:sed dedignatur vt Iacob cum equo bibere:& ideò festinat transcurrere cùm sitiat fontem viuum.

QVartus fons à quo & omnes alij Metaphoricè mutuant nomen fontis est substantia aquæ quæ contiguatur aëri superiùs & terræ inferius:cuius naturam & nobilitatem in accidentibus manifestat locus eius:& ita ex his duabus ripis cognoscitur fontis fluxus: de cuius riuulis naturalibus bibit realiter animale corpus vtendo: sed de accidentibus à substantia manantibus bibit figuraliter intellectus:post sitim inuestigationis in cognitione delectando.De quo aliquantulum Aristote.biberat:cui sicut patet in secundo Metaph. maris & fluminum fluxus influxerat. Sitiuit etiam huius fontis riuulos,qui inuestigauerat quomodò sit aqua diaphana per naturam in proprio loco,spherica per figuram fluxibilis:& ideò omnium liquabilium primordiale principium malè terminabilis proprio termino bene alieno:habilis ad recipiēdum impressiones magis quàm ad retinendum secundum qualitates primas frigida & humida : & ideò proprium appetibile sitis.Est enim sitis:vt ipse diffinit,appetitus frigidi & humidi.Item ꝙ ignis extinctiua: sordium purgatiua: vegetabilium irrigatiua:natatilium propriè cōtentiua.Qui nimirū fons plus aljs fontibus ripas suas transiens,venas terræ penetrat vt subtilior & virtuosior:non vt grauior:& per virtutē corporis quinti tractus sursum aliam ripā violenter transit:aërem intrans vt fortior,nō vt leuior ibidē vel in naturā fontis illius mutatus aër efficitur,vel peregrinationis suæ signa referens in forma niuis vel grandinis vel alterius impressionis ad propria reuertitur. Bibāt hæc qui nō sitiunt alia:sed transcurrat hæc & similia Deum fontem viuum sitiens anima.

SEquitur hunc fontem quintus & loco & natura vltimus omniū fontium turbulentissimus. hoc est elementū terræ quod secundum Aristo.minimum habet de specie & plurimum de materia. & ideò fex elemētorum omnium reputatur.Sine riuis tamen hic fons non est:quia substantia creata sine accidentibus nulla est. De quibus riuulis Aristoteles aliquid gustare curauit : cùm in libro Metaphy. terræ motum inuestigauit. Verùm multi quasi substantiam fontis quantumcúnque fœculentam glutire conantur : qui terream non tantùm intellectu gustantes : sed & toto affectu haurientes bibunt: nec satiantur:sed ad vltimum suffocantur.Absit,absit ab anima has feces non dico gustare:sed vel respicere: quæ fontem viuum cœpit: Deum scilicet tanto cursu inquirere.

HIs decursis:quia fontem viuum anima non inuenit os patulum desiderij fauces affectus nusquàm apponit. Nimirum ergo dilatione potus & ex vehementia cursus sitis crescit: sed & ex siti cursus intenditur:natura,quò amplius sitit,vehementius currere incipit.Non stat ergo anima : sed continuat cursum , & ab imo dirigit sursum qui ascendenti primum occurrit fons primus nobilis valdè, scilicet,substantia mixti : in quo confluunt omnes fontes prædicti: elementa quatuor secundum substantiam:quinta essentia secūdum virtutem:quoniam elementa cùm sint contraria in mixto, non fœderarentur nisi per naturam lucis conciliarentur. Hic fons quamuis vnus genere,multis tamen constat ex partibus : quæ partes sunt aurum,argentum,& omnia mineralia,& generaliter singula mixta:quis autem inuestigabit omnia? Quod si propter infinitatem nō contingit etiam dudum haurientes exhaurire species mixtorum: quantò minus riuulos accidentium,cùm multa valde & penè innumera sint accidentia singulorūm?Nihilominùs tamen ad hunc fontem potandum : sed non epotandum tres celebres potatores accedunt:physicus:mechanicus:& auarus.Bibit ergo de purissimo physicus naturalis: qui intellectu speculando considerans hausit mixti præcedentem causam & subsequentem naturam: sic Aristoteles qui propinauit quod biberat in quarto Met. Determinans naturam corporum mineralium,propinauerunt & alij scribentes de virtutibus gemmarū,quomodò lapis alius ferrum trahit,alius sanguinem stringit.Verum infiniti riuuli transierunt: de quibus nunquàm gustauerunt.Bibit post hunc de puro quidem: sed non tam puro, artifex manualis,qui intellectu practico hauriens & manum adhibens de materia,naturali formam extrahit artificialem, nunc deponēdo, vt in figura incisionis & celaturis:nunc apponendo: vt in picturis: nunc componēdo:vt aurum cum gemmā, vt cōpleatur annuli forma:nunc alterando accidentia remanente substantia:vt cùm variat figuram & facit ciphum de massa argenti:nunc etiam quod plus est ipsam resoluendo & mutando substantiam:vt faciat ex alia aliam: non aliam naturalem:quod est impossibile:quamuis præsumperit hoc ars alchimię:sed aliam artificialem.vt vitrum ex cinere:panem ex aqua & farina. Bernardus. Verùm mechanici potatores bibunt in ordine alius prius: alius pòst:priùs enim ars molendinaria granum conterens farinam facit. pòst ars pistoria panem de farina: vnus bibens antè lapidem de minera extrahit. & solutum calore artificialiter in æs vertit:alius haurit pòst,& arte sua æs in varia vasa conuertit:alius arte miranda de cinere vitrū efficit:alius fenestram quam ampliùs mireris de vitro conficit. Et cùm propter necessitatem hominis ars tota mechanica sit inuenta,posterior artifex semper fini propinquior,& ideò melior. Multi autē horum præter indigentiam necessitatis:etiam curiositatis sitim patientes.bibunt & rebibunt quotidiè : nouas formas artificiales ex naturalibus materijs hauriunt:sed semper latitant infinitæ.Et quoniam,vt dicit Aristeteles.Impossibile est infinita pertransire,necesse est antè potatores quàm potum deficere : qui cùm sitiant noua semper inquirere testantur. se inuentione bibitis satiatos non esse. Bibit post hæc de grossissimo:& ideò turpidissimo possessor tēporalis, qui non intellectu:sed corrupto affectu per auaritiam sitiuit mixtorum substantiam:aurum,scilicet & argentum & alia:& ideò inquirens hausit vt biberet:sed hydropicus factus ex nimio potu aquæ bibens amplius sitit:quia quo plus habet , plus concupiscit. ,Vnde crescit amor nummi,&c.Sitit miser iste mixtorum corpora:secundum quod sunt naturaliter & aurum,& aurea,& argentum,& argentea: vtpotè cuius sitis maior:& ideò insatiabilior: quoniam cùm non possit adipisci solus & ebibere omnia multis æquè sitientibus & secum bibentibus crepabit miser antè,& morietur quàm satietur. Quapropter sapiēs est anima quæ hunc fontem in cursu sitis suæ respicit quidem : sed despicit:quoniam alium incomparabilem concupiscit : omnia inquiens detrimentum feci & arbitror vt stercora,vt Christum lucrifaciam & fontem viuum tandem bibam.

Fons tertius.

SEquitur fons in ascensu secundus primocontiguus, scilicet substantia vegetabilis:fons nimirum mirabilis : qui primum includat in se:sicut ternarius binarium,quadrangulus triangulum.Primi igitur fontis naturam secundus sorbet: nomen absorbet. & gloriatur nomine proprio:quod sibi non dat incorporea substantia : quæ in ipso mirabiliter vnita commixto per naturam lucis melius temperato sibi dat essentiam propriam & vegetabilē vitam,ex qua primò & per se duo celebres potētiarum riuuli deriuantur, scilicet nutritiua qua se conseruet,generatiua,qua simile generet. Genesis primo.Germinet terra herbam virentem cuius semen,&c. Sed & hic fons etiam præter riuos accidentium & naturalium proprietatum à substantia manantium latè diffunditur per venas differentiarum in capite innumerabilium specierum : quoniam substantia vegetabilis vna genere generali in multa diuiditur genera subalterna.Vlterius subdiuiditur in species specialissimas plures,& penè innumeras.ampliùs verò,in indiuidua:indiuidua sine numero. Aristotel. in Elench.Sunt autem nomina finita:rerum verò multitudo infinita: & quoniam impossibile est infinita pertransire : impossibile est & hunc fontem ebibere.Igitur anima non discurrens post hæc infinita deorsum: sed ad caput fontis cursum dirigens sursum , vt subitò transire possit:miratur tamen prædictos tres præcedentis fontis potatores etiam huius fontis venas & riuos cum maligno appetitu bibentes.Bibit enim primò Philosophus naturalis de limpidissimo, causas huius substantiæ,differentias aliquas essentiæ,& naturas,hic phisicus pura speculatione contentus.Sic Aristoteles bibit & vt naturalis librum de plantis alijs propinauit. Bibit ex eadem vena in parte aliter medicus qui speculationem intendit ad opus,sic Macer inter vires herbarum,de quibus aliquid biberat etiam alijs scribenda propinat. Sed & Galenus & Hippocrates multas propinauerunt vegetabilium naturas his,qui non habuerūt per se in quo haurirent

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ipso puteo naturæ. Qui nimirũ pincernæ, quandóq; de potu non sufficienter iudicãtes, falsum pro vero æstimauerunt, & sicut ipsi biberant, sic in vasis librorum suorum alijs miserunt. Bibunt post hos artifices mechanici prorsus ex eodem foramine eodem modo & ordine quo de fonte primo. De eodem foramine, quia non de lympidissimo vt Philosophi, nec de grossissimo vt cupidi, sed de medio bibere sunt cõsueti. Eodem etiam modo, quia deponendo, apponẽdo, componendo facit de lignis lignea, sicut potator mechanicus primi fontis de lapidibus lapidea. Eodem etiam modo, quia nunc substantiam mutando vt in materia transeunte, nunc tantùm accidentia alterando: vt in materia permanente. Eodem etiam ordine, quia vnus bibit antè qui de lino fila facit, alius pòst qui de filis pannum texit, tertius adhuc posterius, qui de pãnis vestem cõponit. Bibit tertio cupidus ex eodem foramine eodem modo, cum eadem sitis aridităte, eadem insatiabilitate, eadem ebibendi impossibilitate qua prius. Nimirùm autem ad augmentum sitis multum facit etiam ipsa delectabilitas, fontis amenitas, substãtiæ vegetabilitas, mirabilis diuersitas, & diuersa vtilitas: virtutum naturaliũ diuersitas, & delectabilis speciositas, colorum mirabilis diuersitas, & allectiua suauitas odorum, in radicibus, in floribus, in fructibus. Ideóque vidit mulier lignum, quòd esset pulchrum visu & ad vescendum suaue & vidit & concupiuit, & dedit viro, & ipse comedit. Heu si sic ad fontem istum se iam natura curauit non infecta & recta, quid faciet curua & infecta. Nimirùm vt æstimo, bibens bibit. Mirabile igitur in his, quod natura dedit, mirabile & quod ars addidit, ars inquãm nõ tantùm per industriam deseruiens necessitati, sed per curiositatem superfluam blandiens voluptati, sed & idola fingens miserrimæ cæcitati. Quid ergo mirum si illiciunt hic & retinent animam viui fontis ignaram. Præsertim sistit & impedit & ad bibendum inclinat carnalitas, nisi erigatur, & ad transcurrendum expediat illuminata charitas.

Fons tertius.

SEquitur continuè fons tertius includens præcedentem: vt figura figuram, numerúsque posterior priorem, substantia sensibilis à qua præter nutritiuam & generatiuam sibi cum vegetabili communes, sed in ipsa nobiliores gemini riui proprij deriuantur, scilicet potentia apprehensiua & motiua. Igitur fons ille vnus in ortu, multiplex in fluxu, & cùm substantia sit causa siue subiectum siue fons accidentium, fundus abundantia accidentium sit fons iste profundus generum & specierum & indiuiduorum latitudine, ripas numeri transiens, & continuæ generationis latitudine vsque ad mundi terminum se extendens. Diuiditur tamen in quatuor principalia capita fons iste sensibilis substantiæ, scilicet in reptilia, gressibilia, natatilia, volatilia. Fons iste quanto nobilior, tanto potatoribus desidera bilior. Accedunt ergo sitibundi tres potatores prædicti, etiam hunc experiri quasi ab alijs, nec dum saciati. Excipiuntur à fonte excipiũt sub trina foraminum distinctione, de quorum summo haurit Philosophus, quorum vnus Arist. scilicet fontis huius gustans dulcedinẽ, diutius immoratur, quàm in alijs fontibus, sed plus hausit & amplius propinauit, scribens librum magnum de animalibus, alium de sensu & sensato, alium de somno & vigilia, alium de morte & vita. Cùm autem secundum Ambr. Omnis mora longa sit desiderio, morosum esset animæ fontem viuum desideranti de omnibus his non dico inebriari bibendo, sed vel hic experiri gustando, bibant ea qui nesciunt dulciora. Ex eodem quidẽ foramine, sed inferius bibit cum Physico medicus, considerans sensibilia secundum conuenientiam & disconuenientiam ipsorum ad esum rationalium, bibit in theorica, propinauit in practica. Bibunt ex secundo foramine artifices mechanici, modum & ordinem & gradum habentes. Modum in componendo, apponendo, deponendo, mutando, & alternãdo, ordinem secundum prius & posterius, secũdum naturam graduum, secundum sub & supra, quantùm ad dignitatem. Nam alij biberunt artem sensibilia pascendi, alij capiendi, alij occidendi, alij ad esum præparãdi. Quibus alij in ordine succedunt, & partim animalis, partes singuli singulas rapiunt, & quod biberunt in theorica, propinãt in practica. Operantúrq; alij de pilis, alij de pellibus, alij de cornibus, alij de ossibus, alij de alijs partibus. Quorum omnium Reipublicę quidam propinant necessaria, quidam verò vtilia, & si non vsquequam necessaria, quidam pro parte vtilia, sed pro maiori parte superflua, quidam verò penitus supstitiosa faciẽtes & vana: vt talos, & cõsimilia. Ad foramen vltimum vltimus ille cupidus potator accedit qui nulli propinaturus substantias sensibiles animo sitit, sensibus haurit, & quasdam ambit ex spirituali auaritia ad habendum quasdam & ex carnali concupiscentia ad sumendum. Quanta autem sit sitis auaritiæ, furta probant & rapinæ, & populus ille qui carnaliter flagrauit desiderio carnium, fletu prodidit appetitum. Detinẽtur & morantur potatores primi & medij, & merguntur vltimi, nam qui volunt diuites fieri, &c. Quæ mergunt hominem in interitum. Sed animæ currenti ad fontem viuum, facilius est per hunc fontem trãsitus, quoniam omnia subiecta sunt sub pedibus eius, oues & boues vniuersi, insuper & pecora campi.

Fons quartus.

SEquitur fons quartus immediatè substantia sensibilis rationalis, quæ animal rationale dicitur, à quo per ordinem primus fons totaliter absorbetur. Nimirùm fons iste mirabilis & præ omnibus prædictis sitibilis: vtpotè cunctis nobilitate dissimilis, quem natura inchoat ponens fundum corporis, creator solus consúmat creans & infundens substantiam animæ rationalis. Quæ præter communes sibi & præmissis fontibus intellectum & affectum quasi proprios ebullit riuos mirabiles. Fons iste & si angustus videatur, eò quòd in modo aliorum non dilatetur per species, nihilominùs tamen latus est valdè per indiuidua plurima & omnem speciem specialissimam excellit, ac latitudine excedit, excedit & omnes prædictos accidentium profunditate inscrutabili, excedit & durationis longitudine interminali, præcedit non tantùm per generationis continuæ lineam vsque ad terminum mundi fluens, sed per regenerationem vltima tantum temporis æui interminabilitate excedens. Hic est igitur homo. Qui cùm sit species specialissima, & non habeat riuos species, quinque tamen scaturit mirabiles fluuios statuum, scilicet statum naturæ, statum culpæ, statum pœnæ, statum gratiæ, & statum gloriæ. Quorum primus fluit cum omnibus, secundus autem & tertius fluunt ex opposito contra quartum & quintum, nam illi fluunt deorsum, isti saliunt sursum. De his fluuijs omnibus multi multa quæ sitierant inuestigando, biberant inueniendo, in vasis verborum propinauerunt docendo. Tres tamen inuenies generales huius fontis potatores, cum tribus diuersis hauritoribus substantiam sensibilem rationalem, scilicet hominem haurientes. Quorum primus patiens sitim concupiscentiæ haurit cum affectu corrupto, secundus sitibundus scientiæ, haurit cum intellectu studioso, tertius summus propter æstum charitatis & sitim amicitiæ, haurit cum affectu gratuito & virtuoso. Venit ergo primus, cuius affectus infectus est per superbiam spiritualem, aut per concupiscentiam carnalem, sed si tumet vas per superbiam currit ad fontem: venit ad hominem, tentat modis omnibus haurire de fundo cordis placentiam, & fauorem, de ore famam & laudem, de operis superficie reuerentiam & honorem. Sed stultum nimis est hic sitire, quoniam continuè & de facili fons ille turbatur, ex quo oportet vt amarum pro dulci sumatur. Nam homo nunquàm in eodem statu permanet, sed mutatus subitò reprobat, quod approbauit, vituperat, quod laudauit. Infectus autem per concupiscentiam carnalem alia via & ex alia causa venit ad fontem, scilicet vt hauriat ab homine voluptatem. Quæ inchoatur in visu, progreditur in auditu, consumatur in tactu: vilia hæc & feculenta valdè, & ideò brutis relinquenda, rationalibus contemnenda. Accedit ad fontem superius potator secundus, venit cum vase suo intellectu, studiosa sitit, haurit & sibi & alijs. Sed alius haurit de substantia animæ & potentijs, secundum quod sunt absolutè, & propinat nobis in tertio de anima. & in scientia Metaph. Alius haurit de corpore, & propinat scientiam medicinæ propter humanum corpus determinans ægrum & sanum. Alius haurit de humanis moribus, & propinat vtilem doctrinam Ethicæ distinguentis bonum & malum eligendum & spernendum, alius haurit de sermonibus, & propinat scientiam triuiam, docens, quod didicit distinguere per Grammaticam, congruum ab incongruo, per Logicam: verum à falso, per Rethoricam, ornatum ab inornato. Horum igitur aliqua etiam currenti animæ vtile est gustare, sed sitis viui fontis non permittit ebibere, quia non paritur diu stare. Accedit tertio & summo loco potator ille cum affectu virtuoso, considerándsque in summo fontem, intuens hominis mentem, cognoscit viui fontis imaginem. Nimirùm delectatur & bibit & ex potu sitis crescit, omniáque inferiora præ isto fonte paruipendit, nec tamen hìc sistit, sed imaginem propter rem diligens, rem imaginis vehementius concupiscit. Augustin. Si placent corpora, Deum ex illis lauda, & in artificem eorum retorque amorem, ne in his quæ tibi placent, tu displiceas. Si placent animæ, in Deo amentur, quia & ipsæ mutabiles sunt, & ex illo fixo stabiliuntur. Alioquin irent & perirent, in illo ergo amentur.

Fons quintus.

SEquitur fons quintus in ascensu summus, quartum non includens, sed lympiditate & nobilitate excedens, ad fontem viuum signaculo imaginis magis accedens. Qui ab ipso simpliciss imo simplex, à purissimo purus immediatè, sed inordinatè profluxit, statímque subitò bipartitus est, & pars vna mirabiliter defluxit in mare mortuum, & pars alia mirabiliter refluxit in suum principium fontem viuum. Cæterùm fons ille altus est, nec omnes in quo hauriant habent. Hausit tamen & alijs propinauit de hoc fonte Aristoteles considerans, & describens intelligentias, quantùm ad esse primum in libro de causis, hausit & propinauit Dionysius in Hyerachia sua, describens esse secundum. Sed & moderni multi multa propinauerũt, quę magis gustauerunt opinando, quàm biberent sciendo. Verùm & hunc fontem transcurrit anima sitibunda dicens. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ, creaturæ propriè sunt riui quàm fontes aquarum, quorũ veritas, bonitas, & vita aliundè est deriuata: vt vena ab illa fontali veritate, bonitate, & vita. Aduertens ergo anima, q; per causam effectus plenè & certè cognoscitur: & hausto fonte de venis omnibus cognitio habeatur: venarum haustu non contenta clamar. Da fontem lustrare boni da luce reperta. In te conspicuos animi configere vultus.

Septimus gradus.

SEptimus gradus est in quo amor facit audere vehemẽter. De hoc nota tres potentiæ partes rationales animæ, scilicet rationalis, irascibilis, & concupiscibilis, sunt quasi tres sorores vnius substantiæ, quasi eiusdem matris filiæ. Quarum prior rationalis apprehensiua & cognitiua est, & ideò præcedere habet, aliæ duę non tantùm sorores, sed & gemellæ sunt: quia ambę motiuæ: & ideò diligentiùs se adiuuant, quàm Maria & Martha: quarum vna motiua & actiua: altera quiescens & contemplatiua: potior tamen & dignior concupiscibilis. Hæ tres sorores tres habitus perfectiuos ducunt, quasi tres maritos. nam rationalis scientiæ, concupiscibilis amori, irascibilis ausui nubit. Igitur concupiscibilis mora, sororem mouet: & audacia ex amicitia exultat. vtrique autem rationalis apprehensiua cũ sua cognatione deseruit. Facta ergo apprehensione, irascibilis aut disconfortatur aut confortatur. Si apprehensum sit disconfortatiuum irascibilis statim in principio timens fugit. Aug. Timor animi fuga est. In medio si continuatur & augetur disconfortatio, timor crescit & pusillanimitas fit. Quæ si intendatur tandem in terminо desperatio sequitur. Si autem apprehensum sit cõfortatiuum, irascibilis in principio sperat in progressu audet in termino summè cõfortata certa & secura fit. Igitur anima Deum apprehendens, si apprehendat sub conditionibus disconfortatiuis, timet. Sunt autem sex species timoris secundum Damascen. Segnicies. hoc est timor futuræ operationis. erubescentia est timor in expectatione cõuitij. verecundia est timor in turpi actu. stupor est timor ex inconsueta, admiratio est timor ex magna imaginatione. agonia est timor per casum, scilicet per infortunium. Timentes enim infortunatè accidens agonizamus. Deus ergo influens mediante rationali apprehensiua super irascibilem motiuã apprehenditur, aut in comparatione aut absolutè. Si in comparatione si vt iubens, sequitur segnities. Si vt cognoscens transgressionem, sequitur verecundia. si vt redarguens sequitur erubescentia. si vt puniens sequitur agonia: siue respectu pœnæ damni, siue respectu pœnæ sensus. Si absolutè, aut apprehenditur aliquod magnum, vt maiestas Dei & similia, & sequitur admiratio. aut aliquod rarum. vt trinitas in vnitate. & similia, & sequitur stupor. omnia hæc timor. Timor animi fuga. Animę igitur irascibilis disconfortatę: & ideò non audientis, exemplum habes in Exodo. Moyses perrexit ad videndum rubum, &c. respondit dominus: ne appropies huc. Sic dominus animæ loquitur ne appropiet, cùm influit in apprehensiuam: secundum conditionem irascibilis disconfortatiuam maiestatem, scilicet vel aliam, & ideò anima sistit quasi procedere non audens. Et ait dominus. solue calceamentum de pedibus tuis. quasi diceret animæ. Affectus tuus nisi nudetur ab habitu brutali pelle pecuali, discõuenit huic itineri. Et addit. ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, quasi diceret ego sum cuius vna essentia Deus, & Deus, & Deus. cuius tres personæ quod innuit copula, quæ diuersitatem exigit. Aliter enim sufficisset dicere. ego sum Deus Abraham, & Isaac, & Iacob. Hæc igitur loquitur Deus cogitationi apprehendenti ipsum esse vnum & trinum: & sequitur stupor timoris irascibilis motiuæ. Vnde abscondit Moyses faciem, nec audebat respicere contra dominum: hoc per se patet expertis. Quandóque etiam timor vel stupor intenditur: vt in anima contemplante ex pusillanimitate amentia sequitur. vt figuratur in Hester. Viso enim Rege in throno maiestatis, Regina corruit & penè exanimata est, & tertio Regum. Regina Saba videns & stupens sapientiam & gloriam Salomonis, nõ habebat vltrà spiritum. Verùm quando amor claudit oculum rationalis apprehendentem Deum vt disconfortantem: & Deus imprimit in apprehensiua secundum conditiones confortantes pòst apprehensionem irascibilis confortata mouetur progressione: & primò erigens se sperat. primæ Corinthiorũ decimotertio. Charitas omnia sperat, crescit confortatio, & fit audens. Poëta. Audacem faciebat amor. Vide de hoc in amore libidinoso honoris rerum, vel voluptatis. secundo Esdræ. Accipit homo gladium & facit furta, &c. & leonem vider, &c. & amabili suæ aufert. Tandem quando summè confortatur securatur. primæ Ioannis quarto. Perfecta charitas foras mittit timorem. Romanorum septimo. Certus sum quòd neque mors, neque vita, &c. poterit nos seperare à charitate quæ est in Christo. In hac vita sperare multorum, audere paucorum, securitas paucissimorũ: imò nullorum nisi excellentissimè priuilegiatorum. Augustinus. In hac vita quæ tota plena periculis est, nemo debet esse securus: ne qui fieri potuit ex deteriori melior, fiat ex meliori deterior. vide exemplum huius euidens in Genes. 45. Non se vltrà poterat cohibere, &c. vsque illuc pòst quæ ausi sunt loqui ad illum. Historiam oculus legat, affectus exponat. Sic enim omninò Deus facit animæ in hoc septimo gradu positæ stupet anima Christo imprimente in cognita se filium Dei esse. Ego sum Ioseph filius accrescens, filius naturalis: & ideò patri æqualis, nõ potens crescere. Sed in tua apprehensione crescens & accrescens, sed excrescens, inde stupor qui est species timoris, sistens animam & ligans. Vnde nec poterant respondere fratres Ioseph, &c. timore perterriti. Variatur impressio inuariato imprimente. mutatur apprehensio immutato apprehendente. apprehenditur Ioseph secũdum conditiones confortatiuas, verba, amplexus, oscula, & fletus, verba triplicia: quia primò aduocat, ad quos ille clementer, accedite, inquit, hoc dissimile illi, ne appropies huc. secundò consanguinitatem memorat. Ego sum frater vester. hoc dissimile illi, ego sum Deus patris tui. Tertiò culpã excusat. non vestro consilio, sed Dei voluntate, &c. Nec durum vobis videatur, quòd vendidistis, &c. hoc dissimile illi. Solue calciamentum de pedibus tuis. ibi quasi inculpatur affectus interior pecualis. hic excusatur etiã actus exterior bestialis. Non contentus est amor mouere linguam ad benignè loquendum: mouet & brachia ad amplexandum: & oculos ad flendum: vel potiùs cerebrum liquefacit, & resoluit ad lachrimandum. Vnde. Cúmque amplexatus recidisset in collum Beniamin, recidisset inquit quasi nõ accessisset ad collum, sed cecidisset, nec tantùm cecidisset, sed iterum atque iterum cadens, recidisset, mouet & labia ad osculandum. vnde osculatus est Ioseph omnes fratres suos: & plorauit super singulos. Et sequitur, pòst quæ ausi sunt loqui ad eum. Cùm illic dicatur, quòd nõ audebat Moyses vel respicere cõtra Deum. Omnia tempus habent, tempus timendi & tempus audendi. Pòst quæ inquit ausi sunt loqui ad eum: pòst quæ non ante quæ. Cùm ergo has impressiones à Christo interiùs senseris, aude & loquere quod vis. Senseris inquam tripliciter vt illi, scilicet auditu, visu, & tactu, cùm audieris primò. accedite ad me, scilicet dissimulantem. quod est lux inaccessibilis sistens Moysen, ne appropies huc ad rubũ, scilicet vbi lux est flammæ sine combustione, sed clementer se tibi capabilem præbentem: & te ab se mulcebritate sua clementer allicientem. Cùm audieris secundò. ego sum frater vester: quasi tacentem relationem superpositionis secundum quam est Deus patris tui, sicut dicit Moysi & insonantem auribus cordis tui relationem quasi æquiparantiæ secundum quam est similis tibi homo hominis filius & ideò frater tuus. Cùm audieris tertiò, nec durũ vobis videatur, quod vendidistis me: quasi nõ solùm non redarguentem affectum superficialiter brutalem sicut in Moyse: solue calciamẽtum de pedibus tuis: sed conscientiæ tuæ remittentem & annihilantem actum quemliber totaliter bestialem: sicut audiuit Magdalena pòst lachrimas: mulier remittuntur tibi peccata tua: beati certè quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Item cùm videris visu spirituali qui non fallitur in obiecto non præsumptuosè: & fantasticè imaginando: sed humiliter & certissimè intelligendo oculos Iesu ergi te distillare. Non adhuc quidem curiosè considerantes quid reliqueris: de quo in Iob. Videns iniquitatem nónne considerас: nec furiosè flammantes in testimonium indignationis: vt ibi, oculi eius velut flamma ignis: & in Hester. Ardentibus oculis forrorem animi indicauit; sed effluentia cuiusdam miri humoris prodentis vehementiam intimi amoris, & ostendentis euidentissimè summum arcanum diuini capitis erga te liquefactum esse. Cùm videris secundò brachia Iesu Lazari ad amplexandum: quasi oblita percussionis quam meueris peccatis grauioribus: oblitáque & castigationis quæ debetur minoribus gladio carentia: sed nec baculum: nec virgã habentia: viréque suas in te non blactendo, non distringendo: sed astringendo exerentia. Postremò cùm senseris tactu qui cognoscit de proximo & in conjunctione maxima. labia illa Iesu labia distillantia myrrhã primam vel non myrrham, sed meliùs stillam primam, polluta olim animæ tuæ labia non abominari: sed mirabiliter ipsis imprimi ineffabiliter osculari: quasi oblita inuectiuis, exploratores estis, oblita comminationis, per salutem Pharaonis non exibitis. Deindè & quasi oblita iussionis, non iudicem vel dominum, vel magnum prætendere metuendum: sed sponsum amantem tenerrimè: & teneriter reamandum. Pòst quæ, inquit, ausi sunt loqui ad eum: sic audet illa quæ loquitur. osculetur me osculo oris sui. Bernardus. O sancta anima reuerẽtiam habe: quia ipse est dominus Deus tuus fortasse non osculandus: sed odorandus. fateor: quia honor Regis iudicium diligit: sed præceps amor nec iudicium præstolatur, nec consilio temperatur: nec pudore frenatur: nec rationi subijcitur. Scito tamen q; ad præcipitium disponeris, si hunc septimum præsumpseris antequàm sex priores transieris.

Universidad de Deusto Biblioteca

Octauus gradus.

OCtauus gradus eſt ĩ quo facit ſtringere indiſſolubiliter, omnia quidem præcedentia fieri poſſunt in diſtantia : verum hic primum eſt coniunctio amantis cum amato. Qui enim ſtringit tenet, qui tenet tangit, qui tangit non diſtat, languens diſtat ſimiliter & quærens, nec enim langueret & quæreret niſi diſtaret, ſed & currens diſtat, & ideò currit ne diſtet, & ſic de alijs. Stringẽs autẽ non adhuc diſtat, ſed aſtat vel magis inſtat. In præcedentibus ergo gradibus anima amat & amatur, quærit & quæritur: vocat & vocatur. In hoc autem gradu quodam miro & indiſsimili modo rapit & rapitur, tenet & tenetur, ſtringit & ſtringitur, & vna vni per amoris copulam ſociatur. Dionyſ. Amor eſt copula amantis cum amato, trina quidem copula tribus profeſſoribus traditur, ſcilicet cõiunctionalis à Grãmatico: verbalis à Dialectico, carnalis à iuriſta vel Ethico, qui iudicare habet de matrimonio, prima copulat dictionem dictioni, quandóque congruè, quandóque incongruè, ſecunda prædicatum ſubiecto, quandóque verè quandóq; falsè. Tertia ſexum ſexui, fœminam viro, quandóq; benè quandóq; malè, nec talis copula hic, ſed omnẽ artem & facultatẽ trãſcendens, copulat animam Deo, creaturã creatori, finitũ infinito ſemp cõgruè, ſemper verè, ſemper benè, hoc igitur eſt aſtringere, ſed nota aliud eſt pedẽ ponere in gradu, aliud ſtatuere. Ponens enim nonnũquàm retrahit & deponit, ſtatués autem figit. propter quod. Dan. 9. Daniel vir deſideriorũ, &c. Et ſta in gradu tuo. q. d. Non tantum calca ſuper gradum, ſed ſta & firmare ſuper ipſum. In hoc gradu quidam ſunt hoſpites & tranſitorij, quidã verò incolæ & mãſionarij: vt hoſpites, ad hunc gradum eunt & redeunt, qui ſtringunt & poſteà dimittunt. Manſionarij autem ſunt, qui indiſſolubiliter ſtringũt: vt illa. Inueni quem diligit anima mea, tenui illum, nec dimittam, donec introducã illum in domum matris meę, non offendat te donec, &c. Nõ enim ponit pòſt, ſed negat antè, nam non ideò vult introducere non dimiſſum: vt dimittat introductum, quinimò quãdo hac cautela foris inuẽtum introduxerit, plenius tenebit, fortius ſtringet & minus dimittet, primi autem, ſcilicet hoſpites ſunt in triplici differẽtia, quia tribus modis dimittitur Chriſtus. Primò enim dimittitur nõ volens à volente, cũ brachia quæ ſtrinxerat charitas, diſtinguit carnalitas: vel remiſſa tepiditas, ſic dimittere eſt amittere. Aug. Teneo amittit niſi qui dimittit, &c. Sic autem dimiſſus & quaſi coactus recedere cogitur, nimirùm dimiſſorem dimittere. Pſal. Audi populus meus & cõteſtabor, Iſraël ſi audieris me, non, &c. Ego enim ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti in præterito. Dilata os tuum & implebo quicquid appetitis in futuro, & nõ audiuit populus meus: vocem meam, & dimiſi eos ſecundum deſideria. cor. eo. Secundò dimittitur volens à nõ volente, cùm brachia ſtringentis affectus corporis corruptibilis infirmitas laxat, neceſsitas laxat. Geneſ. 32. Dixit angelus ad Iacob. Dimitte me, iam enim aſcendit aurora, reſpondit. Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Hoc dimittere eſt contemplationem ex carnis neceſsitate remittere, ſic tamen dimiſſus dimittenti benedictionem præſtat, & nomen mutat, quod totum tibi plenius exponet, & planius modica experientia, quàm longa verborum ſententia. Tertiò dimittitur volens à volẽte, cùm præuidetur vtilitas, & ſequitur quaſi tracta voluntas, hoc tale dimittere eſt contemplationem ex vtili cauſa intermittere: vt vel oppoſita iuxta ſe poſita & maiora & minora clarius videãtur: vt feruentius appetat, iocundius recipiatur, firmius ſtringatur, cuius carentia qualis ſit agnoſcitur. vide hoc euidẽter in Thob. Heu me fili mi: vt quid te miſimus peregrinari baculum ſenectutis noſtræ, qui ſuſtentat impotentiam noſtram. Lumen oculorum noſtrorum, quod illuminat ignorantiam, ſolatium vitæ noſtræ, quod ſolatur triſtitiam, & hoc in præſenti. Spem poſteritatis noſtræ, ſpem in futuro, & breuiter omnia in te vno habentes, non te debuimus dimittere à nobis, ſic dimiſſus, ſic cum fletu deſideratus, cum deſiderio expectatus rediens refert antidotum cæcitatis, remedium paupertatis, qui legit intelligat. Omnia autem in vno habemus. de quo Roma. 8. Proprio filio ſuo non pepercit, quomodò autem non cum illo omnia nobis donauit. Hunc igitur dimittere non debuimus, quòd ſi dimittimus, ſic dimittamus, ſic rediturum expectemus, & tunc ſic recipiemus.

Nonus gradus charitatis.

NOnus gradus eſt in quo facit ardere ſuauiter, non omnis qui calet ardet, nec omnis qui ardet benè ardet, & benè ardet qui ſuauiter ardet. Non ergo originem ardoris, & differentiam in eſſe naturali, & ſecundum hoc procede in eſſe morali. Origo ardoris eſt calor, nam omne ardens eſt calidum, ſed non econuerſò. Calor autem eſt qualitas corporis inter primas elementares qualitates nobiliſsima, naturaliter ſurſum mouens homogenea, congregans heterogenea, diſgregans quæ ſecundum ſe directè, ſed non immediatè frigiditati opponitur, quæ deorſum mouet homogenea diſgregat, heterogenea congregat. Eſt enim calor in corpore quandóque naturalis & innatus, quandóque accidentalis vel aduẽtitius, & illa quandóque conueniens, quandóque diſconueniens, ſecundum hæc autem calor ſpiritus eſt amor, & hic duplex. Alius innatus, alius additus, & iſte duplex. Alius conueniens, & hic eſt charitas, alius diſconueniẽs, & ideò ſpiritum diſtẽperans, & iſte cupiditas. Planè ergo hæc qualitas ſpiritus, ſcilicet amor inter primas ſpiritus qualitates prima & nobiliſsima. 1. Corinth. 13. Maior horum eſt charitas, primo ſurſum mouet vt calor. Auguſt. Vnaquęque res ſuo pondere ad locum ſuum tendit. Pondus ignis & olei & vniuerſaliter calidorum ſecundum ſe ſurſum, lapidis & grauium omnium deorſum, quod autem eſt pondus in corporibus, hoc eſt amor in ſpiritibus. Et in hoc motu, quod amor naturalis inchoat, charitas conſumat, quæ non permittit ſpiritum quieſcere extra Deum, ſicut calor ignem citra horizonta extra naturalem & locum proprium. Auguſt. Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te. Item heterogenea iſte calor diſgregat. Heterogenea valdè ſpiritus & corporalia corruptibile & incorruptibilia perpetuum & temporalia diſſociat. ergo hoc calidum charitatis. Sed homogenea cõgregat coniungẽs ſpiritum à corporalibus ſeggregatum cũ ſpiritu incorporeo. 1. Corint. 6. Qui adhæret Deo: vnus ſpiritus eſt coniungens incorruptibile incorruptibili à corruptibilibus ſegregatum, ſcilicet animam intellectiuam incorruptibili primo bono. Itémque perpetuum à tẽporalibus ſegregatum perpetuo & æterno. Auguſtin. Iunge te æterno, & æternus eris. Non ergo ſicut in naturalibus, ita & in moralibus tria ſunt, ſcilicet frigus, tepor, & calor, & tepidum eſt medium inter extranea, quæ opponuntur vt contraria. Per tepidum eſt tranſitus à frigido ad calidum, & ſic tepidum laudabile aliquantulum & bonum, quia via eſt & diſpoſitio ad generationẽ caloris, iſed non ſufficiens, quia frigus in ipſo nõ moritur. ſed remittitur. Auguſti. Non moritur frigus, niſi in calore. Frigus igitur eſt ſtatus culpæ prorſus amoris expers. Tepor ſtatus gratiæ gratis datæ. Calor gratiæ gratũ facientis: vbi primò frigus expulſum à contrario perimitur & moritur. Eſt & per tepidum reditus à calido ad frigidum, & ſic vituperabile. Apoca. 3. Quia tepidus es, incipiã te emouere de ore meo. Item in calido tres ſunt diuerſitates, ſcilicet calens, feruens, & ardens. Calor initium, feruor incrementum, ardor complementum. Differunt ergo vt maius & minus. Nam feruor eſt calor valdè intenſus. Ardor eſt feruor ſummè intenſus. Calor ergo in poſitiuo: feruor in comparatiuo, ardor in ſuperlatiuo. calent incipientes. Pſalmus. Concaluit cor meum intra me. feruent proficientes. Romanorum duodecimo. Spiritu feruentes, Domino ſeruientes. Ardent perfecti. Pſalm. In meditatione mea exardeſcit ignis. In ardore iam & tunc primo ignis forma & forma & natura eſt. Vnde in primo Metaph. Ignis eſt in fine caliditatis. Sunt autem tres ſpecies ignis. ſecundum Ariſtot. ſcilicet carbo in materia terrea, flamma in materia aërea, lux in materia propria. Tres ergo ſunt ardoris differentiæ ſecundum tres ſtatus, ſcilicet pœnitentium, actiuorum, & contemplatiuorum. Status pœnitentium habet ardorem carbonis: vbi eſt ignis in materia terrea. Iſai. Si ablucrit Dominus ſordes filiæ Syon, & ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris. Verùm in hoc ſtatu, ſcilicet pœnitentiæ inueniuntur nonnulli tepentes. Pauci verò calentes, pauciores feruentes, paucisſimi ardentes. Accipe tamen exemplum ardoris à Magdalena. de qua Gregor. Incendit plenè Maria peccati rubiginem, quæ ardet validè per amoris ignem. Gregor. Diſce quo dolore ardet, quæ flere inter epulas non erubeſcit. Item ſtatus progredientium in itinere bonæ actionis habet ardorem flammæ, quę magis ſurſum tendit, & de carbone quidem naſcens patre ſuo nobilior eſt in materia, clarior in forma. Verùm & in hoc ſtatu inuenies non omnes ardentes, ſed quoſdam tepidos, alios calidos, paucos feruidos, rariſsimos ardentes. de quibus. Lucæ vigeſimoquarto. Nónne cor noſtrum ardens erat in nobis de Ieſu dum nobis loqueretur in via, & aperiret ſcripturas. Vide ibi & diſce quales itinerantes & ex quibus cauſis ardent. Vide in his duo, ſcilicet motum & actum. In motu conſidera quatuor concurrentia, quod ibant duo ſimul, quales ex diſcipulis, quando ipſa die, quo in Emaus, in numero concors ſocietas. Propheta. Nunquid ambulabunt duo pariter niſi conueniat eis: vtile melius eſt duos ſimul eſſe, quàm vnum. Vnus enim quomodò calefiet, & ſi non calefiet qui vnus & ſingularis eſt, quomodò ardebit, in profeſsione humilis docilitas, ex diſcipulis, inquit, nõ ex magiſtris, in tempore lumen diſcretionis. Ibant enim in die non in nocte. Qui enim ambulat in tenebris, neſcit quò vadat. In termino deſiderium perfectionis. Ibant in Emaus, quod interpretatur deſiderium conſilij. Illic eunt, qui non contenti implere mandata, deſiderio mouentur etiam ad implenda conſilia. Item actus eorum triplex deſcribitur, ſcilicet quid cogitarent corde, quid dicerent ore, quid facerent opere. Cogitabant autem paſsionem Chriſti, & ideò triſtes non ſæculariter gaudentes. Vnde ambulantes, & eſtis triſtes, conferebant in verbo, non de vanis aliquibus, ſed de his omnibus quæ acciderant, ſcilicet de paſsione Chriſti. Quo contrà. Ioannis nono. Ipſi de mundo ſunt, & ideò de mundo lo-

mũdo loquuntur. Exhibebant in facto hoſpitium peregrino, vt pateret ipſorum triſtitiam non fuiſſe accidiam quæ tędium boni inducit. Nimirùm talibus viatoribus Ieſus propinquat, ſimul vadit, increpat nonnunquàm, ſcripturas aperit, & ſic ardorem cauſat, nec tamẽ agnoſcitur, donec panis frangatur. Tertius eſt ſtatus quieſcentium in pace contemplationis, hic habet ardorem lucis: ſed tamen & inter contemplatiuos inuenies calentes feruentes. Perpaucos autem ardentes. Tales illi in Hieruſalem ſedentes: & ignem diuinum experientes. De quibus Gregorius. Dum Deum in ignis viſione ſuſcipiunt per amorem ſuauiter arſerunt. Primi ergo ardent multùm vtiliter: ſed & multùm pœnaliter. Secundi magis vtiliter. & minùs pœnaliter. Tertij maximè vtiliter, & minimè pœnaliter: & ideò ſuauiter. Hi, ſcilicet ſuauiter ardentes in hoc nono gradu ſunt Seraphin, in proximo cognationis gradu attinentes. De quibus dicit Dionyſius. Seraphin eſt calidum feruidum & ſuperferuidum, hæc eſt viſio magna ardor ſine pœna, ſuauis non grauis, ita vt Moyſes miraretur, quòd rubus arderet & non combureretur.

Decimus gradus.

IN decimo gradu facit ſimilari totaliter. Sed nota tres ſunt ſimilitudinis differentiæ. Prima fundatur ſuper proportionem: ſic nigrum in comparatione ad congregare proportionabiliter, ſimile eſt albo comparato ad diſgregare. proportionalem ergo ſimilitudinem diſparata etiam oppoſita habere poſſunt. Secunda fundatur ſuper communem qualitatem, ſic album albo ſimulatur. Ariſtoteles. Similitudo eſt eadem rerum differentium qualitas. Tertiò fundatur ſuper receptionem, ſic cera ſimilatur ſigillo. Speculum rei oppoſitæ cuius ſpeciem recipit, aqua rei obiectæ oculus rei viſæ. Secunda ſimilitudo expreſsior quàm prima, tertia quàm ſecunda. Similitudine proportionis ſimilatur anima Deo per naturam: & hoc multipliciter quod patet ſic. Diuina enim eſſentia poteſt cõſiderari dupliciter, vt comparata ad perſonas, & vt comparata ad creaturas, comparata ad perſonas quarum eſt & in quibus eſt. Repręſentat anima in ſuprema ſui portione tripliciter, ſcilicet trinitatem perſonarum in vnitate eſſentiæ. Trinitatem potentiarum in vna mente. Item originem & ordinem. Origine & ordine, quia ſicut pater origo filij, & ambo ſimul ſpiritusſancti. Similiter memoria origo intelligẽtiæ vtráque voluntatis. Item æqualitatem æqualitate & circunincesſione. vt totum probat Auguſtin. Item ad creaturas comparatur dupliciter. vt cauſans & conſeruans. Vt cauſans, tripliciter. Efficienter, & ſic ab vno Deo omnia: & quodammodò ſimiliter ſecundum tenuem proportionem ab vno homine omnis homo. Formaliter ſic idea omnium in Deo ſpiritualiter & corporalium: ſimiliter intellectus aptus eſt omnibus ſimilari ideas recipiendo: quas habet Deus non receptas. Ariſtoteles. Intellectus quodam modo eſt omnia finaliter. Eccleſiaſtici. Vniuerſa propter ſemetipſum creauit altiſsimus. Ariſtoteles. Sumus quodammodò nos finis omnium. Item vt conſeruans: Sic Deus in vniuerſo totus: & in qualibet eius parte totus ſimiliter anima in corpore. Sed nota hic: ſimilitudo recipit maius & minus. Eſt enim duorum ſimilitudo parua conuenientia proportionalis in aliquibus paucis vel modicis. Magna in multis, maior in pluribus, maxima in plurimis. Item ſimilitudine qualitatis, ſimilatur anima Deo partim per naturam, partim per gratiam. Sed prænotandum illud Auguſtini. Credamus Deum ſine qualitate bonum, ſine quantitate magnum, &c. Eſt ergo bonitate bonus, cuius bonitas non eſt qualitas accidentalis: ſed veritas ſubſtantialis. Anima autem eſt bona bonitate, qualitate & accidente, tamen propter actum conſimilem bonitatis huius. & illius impropriè & analogicè, & exiliter valde bono Deo bona anima ſimilis dicitur. Fecit enim Deus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem in gratuitis. Diuinam igitur eſſentiam quam vt comparatam repręſentat anima ſimilitudine proportionis vt abſolutam imaginatur aliqualiter ſimilitudine qualitatis. Eſt enim Deus bonus, ſimplex, inſenſibilis, immortalis. Fecítque hominẽ ad ſuam imaginem: ſecũdum animam hominem ſimplicem inſenſibilem: quæ, ſcilicet in ſubſtantia ſua ſentiri non poſsit immortalem. Auguſtinus. Anima non eſſet imago, ſi mortis termino clauderetur. naturalia hæc & ideò inamiſsibilia. Accedunt gratuita naturalibus, accreſcit imagini ſimilitudo. Deo ſapiẽti iuſto & benigno, ſimul fit anima ſapiens iuſta & benigna: & ſic de alijs. Dionyſius. Oportet eum qui cum benigno Deo loquitur, configurare ſe maximè ſimilimum. vt eſt poſſibile ſibíque conſcium eſſe benignæ operationis. Secundum hoc dicit dominus. Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter perfectus eſt. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Et in lege. Sancti eritis quia ego ſanctus ſum. Hæc ſimilitudo habet exordium in natura, incrementũ in gratia. cõplementum in gloria. Quãdo beati eritis & ex hoc bene ſimiles. Sed ex hoc ſecũda ſimilitudinis ſpecies in qualitatibus & naturæ & gratiæ & gloriæ recipit magis & minus. Nam ſicut albo ſummè parum album, & parum ſimile: & minus minus: & minimè minimè: & multum albũ ſimile: & plus plus: & maximè maximè. Sic cùm Deus omnia in termino habeat & in ſummo: imò & vltra terminum ſummè ſimplici anima per naturam ſimplex ſimilis, & minus minus: & magis magis, &c. Et ſic de alijs naturalibus. Item ſummè benigno anima per gratiã benigna ſimul & minus minus: & magis magis: & ſic de alijs gratuitis. Item ſummè beato anima per gloriam beatam ſimilis: & minus minus: & magis magis. Excedit autem ſimilitudo ſimilitudinem tripliciter, ſcilicet quantitate continua tantùm, vel diſcreta tantũ, vel vtráque. Propriè loquendo, primum dicitur magis ſimile. Secundũ plus ſimile: tertium magis & plus fortaſſe. Secũdum hæc angelus & anima in Dei ſimilitudine habent ſe, vt excedentia & exceſſa. In tertia ſimilitudine quæ pleniſsima eſt: anima Deo ſimilatur. non iam imitatione: ſed receptione. hoc inchoat cognitio, conſummat dilectio. Sed vtrúmque recipit magis & minus. hoc incipit in via: completur in patria. vtrobique magis & minus. De cognitione. Cor. Nos reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in eandem imaginem tranſformamur. 1. Corint. 3. Cùm apparuerit ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Sicut eſt non ſicut facit: vt modò videmus cùm Deum non ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum effectum cognoſcimus: & ei ſimiles modò non ſumus, ſed tunc erimus, cùm in ſpeculum animæ quaſi propriam ſpeciẽ proijciet: & in intellectum ſecundum eſſentiam cadet. De amore Hugo. Scio anima mea, quia quicquid diligis vi amoris in eius ſimilitudinem transformaris. Fit autem huiuſmodi aſsimilatio quandóque ex ſola oppoſitione, vt patet in ſpeculo & ſpecie: quandóque ex impreſsione, vt patet in cera, & ſigillo. Prima aſsimilatio fieri poteſt inter diſtantia. Secunda ſolùm inter coniuncta. Primam gignit intellectus cognoſcentis. Secundam affectus amantis. Auguſtinus. Anima eo imago Dei eſt: quo eius capax & particeps eſſe poteſt. Capax cognoſcendo, particeps amando. Quoniam igitur intellectus præcedit affectum: cognitio amorem neceſſariò, neceſſe eſt vt priùs ſpeciem Dei capiat intellectus: Deo vt ſpeculum aſsimilandus, quã participat affectus à Deo præſente: vt cera ſigillandus. In primo diuerſificatur ſimilitudo. vt ſit completior vel incompletior ex duplici cauſa, ſcilicet qualitate recipientis, & diſtantia recepti. Trina ad minus qualitas in recipiente exigitur, ad hoc vt aptum ſit ad plenam & euidentem recepti ſimilitudinem. Prima vt ſit terminatum quod deficit in aëre: & ideò licèt prius in ipſo recipiatur ſpecies quæ ipſo mediante defertur ad ſpeculum: vel ad oculum, nõ tamen euidens eſt in ſeipſo. Quòd autem ſit in ipſo, patet ſic. Sit a, b, c, d, aër medius contiguus rei in a, ſpeculo in d, non poteſt eſſe ſpecies in ſpeculo, niſi prius fuerit & ſit in medio. Secunda vt ſtabile & quietum, nõ mobile vel fluidum: quod deficit in aqua: quæ licèt euidenti ſimilitudine receptam ſpeciem repræſentet propter motum tamen integram repræſentat vt fractam: quietam vt motam. Tertia vt ſit terſum: quod deficit in terra & quolibet opaco corpore. vnde hæc recipit vmbram nõ ſpeciem. Omnia hæc in ſpeculo. In vita præſenti anima cognitiua diuinæ ſpeciei naturaliter receptiua eſt, quaſi aërea per vacuum interminatum vanitatis. Pſalm. Dominus ſcit cogitationes hominũ, quoniam vanæ ſunt. Romano. 8. Vanitati ſubiecta eſt omnis creatura. Pſalm. Vniuerſa vanitas, omnis homo viuens. & quaſi aqua per motum & fluxum inſtabilitatis. Auguſtinus. Cogitationes viatorum ſunt volubiles. Et quaſi terra opaca & indeterſa per groſsiciẽ cuiuſdam materialitatis: ſed in futuro erit vt ſpeculum, quãdo vanitatem excludet complens & terminans veritas: fluiditatẽ ſiſtet quieta ſtabilitas. Non enim erunt tunc cogitationes volubiles, vt vult Auguſtinus. Opacitatem aſperget, & ſuperficiem terſam reddet mũdiſsima limpiditas. De qua. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Diſtantia autem rei ſpeciem proijcientis & ſpeculi recipientis cauſat etiam diuerſitatem ſimilitudinis. Nam quo minor diſtantia, maior ſimilitudo. Vera enim facies reſultat & tota ſecũdum veritatem in ſpeculo etiam diſtante, ſed in minus diſtante plenius ſecundum quantitatem. Cuius ratio patet in naturalibus. quia nulla res materialis proijciens ſpeciem, proijcit eam ſub parallellis. Vnde oculus videt rem ſub triangulo, cuius angulus eſt in oculo baſis in re viſa. Eodem modo & ſpeculum recipit obiecta. Cauſa huius eſt: quia res habet quantitatem ratione materiæ. Speciem autem ratione formæ: quæ ſimplex eſt & indiſtenſa ſecundum ſe. Elongatio autem à materia, & in ſpecie cauſat contractionem quantitatis. Quantò autem magis diſtat ſpeculum, magis concurrunt lineæ terminales, ſub quibus proijcitur ſpecies: ex quo non ſunt æquè diſtantes, & tantò minor recipitur ſpecies. vnde patet eſſe poſsibile, quod duorum ſpeculorum ſpeciem aliquam recipientium vnum recipiet & repræſentet totam: aliud non totam. & tamen ſecundum magis recipere quàm primum. Igitur in propoſito & ſi in Deo nõ ſit quantitas materialis, eſt tamen quantitas virtualis, vel potiùs immenſitas, quàm ſpeculum glorificati intellectus: cùm dimenſum ſit & finitum non poteſt recipere infinitè? Totam ergo ſecundum veritatem recipit Dei faciem: cùm ſimplex ſit non habens partem & partem: ſed recipit tamen non ſecundum infinitam quantitatem recepti, ſed ſecundum aliquantam capacitatem recipientis. Et licèt in

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus speculis resultet Dei facies plenitudinem veritatis, tamen secundum minorem vel maiorem distantiam recipientis & recepti est maior vel minor contractio quantitatis. Quod ergo minimè distat, plenissimè repræsentat. Et intellige distantiam non spacij localis, sed apritudinis. Dionys. Quilibet ornatus circa Deum diuinior est magis alio distante, & lucidiora simul & magis illuminatiua quæ propinquiora sunt vero lumini. Et non accipies hoc localiter, sed secundum diuinam similitudinem & propinquitatem. Verùm quia regulariter in comprehensoribus, quantùm quisque cognoscit, tantùm diligit, quantùm ergo recipit Dei faciem superficies tersi & specularis intellectus, tantum figillatur ex impressione faciei eiusdem profunditas mollis & cerei affectus, & sic similitudo consummatur, cum anima secundum intellectum & affectum in Deum transformatur. Gradus ergo decimus in quo amor facit assimilari totaliter vltra Seraphin, est qui tam simulatur excellenter: vtpotè quibus in summo conuenit angeli diffinitio, quam ponit Dyoni. Angelus est imago Dei. Manifestatio occulti luminis, speculum clarum, clarissimum, immaculatum, incoinquinatum, incontaminatum. Totam si conueniens est dicere suscipiens in se pulchritudinem omniformis deiformitatis mundæ, resplendere faciens in se bonitatem silentij. Fecit ergo summus artifex in ostentationem pleniorem artis suæ speculum vnum clarissimo clarius Seraphin tersius & purius & tantæ puritatis: vt purius intelligi non posset nisi Deus esset, personam, scilicet gloriosissimæ virginis. De quo Anselmus. Decebat vt illius conceptio hominis de matre purissima fieret ea puritate qua maior sub Deo nequit intelligi. De huius speculi formatione. Bernardus. Hanc Domine fecisti imaginem bonitatis tuæ, in ea valdè artifex ostendens magisterium pietatis tuæ, sed rursum ex isto mirabiliter produxit aliud nobilius, quod ineffabiliter in vnitatem diuinæ personæ assumptum vt coniuncta summæ & immediatissimæ faciei diuinæ ipsam plenissima & totali similitudine repræsentat. Nec iam dicatur homo diuinus vt à Deo sigillatus, sed homo Deus vna persona gemina natura. Sit ergo .a. intellectus animæ Christi. b. anima beatæ virginis. c. summus angelus de Seraphin. d. summus de Cherubin. e. summus de thronis. f. summus de dominationibus, ergo summus de principatibus. h. summus de potestatibus. i. summus de virtutibus. k. summus de archangelis. l. summus de angelis. Diuina igitur essentia per nudam cognitionem & intimam dilectionem recipitur, & aliquali similitudine repræsentatur ab omnibus his: vt facies à speculis, non secundum indifferentem essentiæ veritatem, sed differentem quantitatem, secundum capacitatis & aptitudinis diuersitatem. Quamuis ergo in Deo vnum sint essentialia omnia, & ideò idem virtus & essentia simplex, tamen essentia & virtus est infinita. Ex quo accidit vt etiam cognoscibilis sit, & apprehensibilis non sit, & ideò infinitum à finito totum cognoscitur & amatur, quia simplex, sed non totaliter, quia non infinitè, hoc enim solùm eius cuius tanta sapientia quanta virtus, qui tantùm se nouit quantus est, & tantùm se diligit, quantùm cognoscit. Isido. Trinitas sibi soli nota est, & homini assumpto. Sed sicut nota, ita & amata sibi infinitè & humanitati assumptæ, & iam infinitè sed sibi infinitè simpliciter & absolutè, humanitati verò infinitè solùm respectiuè, scilicet in comparatione ad omnem creaturam. Omnis enim creaturæ esse & fines humanitas illa in essendo, cognoscendo, & diligendo quodammodò infinitè excesit, quæ ad ipsum verè infinitum in vnitatem personæ accesit. Intellige igitur specula nouè sub nouem diuersis gradibus faciem aliquam recipientia & repræsentatia. Vltimum repræsentabit verè faciem secundū quod est, sed nō verè quàta est, quia & essentiā nasi, & essentiam & numerum & figuram oculorum genas faciei latitudinem mentum & frontem longitudinem terminates. Omnia hæc in secundo nō plura, sed maiora, nec in summo plura sed maxima, sic omninò in proposito. In. I. recipit diuina essentia potentia bonitas & omnia essentialia trinitas personarum, & omnia ad beatitudinem facientia. Sed & ipsum. c. eadem recipit, & nō plura sed maiora, quia maius est, sed tamē nō infinitè infinita recipit, quia & ipsum finitum est. In. g. autem vniuersi communis est finis & in cognitione & dilectione eius cōmunis est terminus diuinæ similitudinis. Verùm ipsum à vniuerso melius, quia finem hunc infiniti vnione transcendit, ibi per copulam adnitittur: vbi omnis creatura excluditur, cùm trinitas sibi soli & homini assumpto nota. & p cōsequens amata esse dicitur. Pro solo igitur. a. amore decimum gradum fecit, quia infinita cognitione & dilectione amato nō quidem æquauit, sed quodam modo totaliter similauit, cui ipsum personaliter vniuit. Sed & mirabiliter inter. a. & c. b. medium intercessit, persona, scilicet gloriosissimæ virginis, quæ in cognoscendo & diligendo omnium quidem creaturarum personarum communitatem inæstimabiliter excesit.
Sed ad personæ increatæ vnitatem, rationabiliter non accesit.

De dilectione proximi.

CAP. I.

VIuit Dominus cuius ignis est in Syon. & ecclesia militante, per fidem speculante, & caminus in Hierusalem in ecclesia triumphante, iam pacem videntes. Hic ignis ibi locus ignis, non tamen vacuus locus, nec caminus extinctus. Dicit autem Aug. Vnaquæque res suo pondere ad locum suum tendit, pondus autem ignis sursum. Ignis ergo amoris hic est quasi violēter, illic quasi naturaliter. Illinc verò mittitur, huc. Hinc verò mouetur illuc. Treno. 1. De excelso misit ignem in ossibus meis. Et in Ezech. 8. Ignis de medio Cherubin accipitur, & datur manus viri lineis induti. Ignis verò inferius & ignis superius, quia Deum & in via amamus, & in patria amabimus. Sed sursum solummodò proprius ignis locus, & ideò præcipitur. Diliges Dominum Deum tuum, &c. Quod mandatum secundum Augu. hic implere non possumus, cùm non sit ignis locus. Sed ideò accipimus vt ad caminū tendere sciamus: vbi totaliter ardendo mādatum, quod hic accipimus & seruare incepimus, sine desertione impleamus. Nota ergo quinque conditiones illius ignis. Est in materia nobilis. In forma cognoscibilis. In quantitate magnus. In virtute inextinguibilis. In pōdere stabilis. Primum quidem amor in patria, ignis in camino est, & in materia nobilis, cùm eius materia sit ipse Deus, quem tunc sic amabimus. vt nihil amemus, nisi quòd ipse sit vel ab ipso, in ipso, secundum ipsum, & ad ipsum sit, hìc verò diuersorum ignium sunt diuersæ materiæ. Alij enim aliud amant, & hoc, quod est causa amoris, hoc materia ardoris. Vide ergo quomodò alij pro materia ignis simū boum in larem cordis componunt. Alij torūones. Alij straminā. Alij ligna viridia. Alij carbones. Voluptuosi simum boum incendunt, quia vitia & peccata & ea quę brutalia sunt, ardenter diligunt. Verūm hic ignis fœtidus & tantū inficiens, quātùm calefaciens. Item in affectionibus auarorum cōgesti sunt in pabulum ignis cespites terrestrium, id est, tēporalium bonorum. Item alij de straminibus & calamis qui vacui sunt ignem faciunt, qui vanos honores diligūt. Ignis straminеus lætabilis quidem dicitur, sed durabilis non esse cognoscitur. In momento flamma in altum consurgit, sed cōtinuò euanescit. Lux clara famæ sæcularis procul aspicitur, & repētè nō nisi fauilla nigra & inutilis inuenitur. Quam sic ventus dispergit: vt locus eius inueniri nō possit. Psal. Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedrus libani. Et transiui & ecce non erat, quæsiui & non est inuentus locus eius. Nonnulli etiam de spinis & tribulis, quæ nec sine pœna tractari possunt, incendium faciunt, scilicet iracūdi & inuidi, qui vindictā appetūt, & pœnas aliorum ardenter cōcupiscunt. Item alij ligna viridia incēdunt, qui vxorem & filios nimis ardenter diligunt. Hic ignis fumum generat, qui & faciem animæ denigrat, & oculos cognitionis vehemēter deturpat. Item alij carbōibus in lare cordis ignē affectionis nutriunt, qui bonos homines diligunt, qui more carbonum in oculis carnalium nigri sunt & despecti. Sed siccitate laudabili & alijs conditionibus ad ignem sunt apertissimi. Verūm vt audiui, & de igne carbonum caput frangitur, nisi sale aspergantur. O quantorum capita insensibiliter fracta sunt, & in quandam periculosam insaniam inciderunt, qui sine sale discretionis etiam bonos homines dilexerunt, qui spiritu cœperunt & carne consummauerunt. Cæterùm in camino patriæ ignis in materia nobilis est: vbi parè Deus diligitur in seipse, sed & fortè nihil nisi Deus diligitur in proximo. Deuteron. quarto. Deus noster ignis consumens est. Mira res, materia ignis nostri tantum, igit cùm pati debeat. Deus noster non solùm amatur, sed & amat, & quia ardenter amatur, ipse est materia ignem nutriens. Sed quia ardentius amat, ipse est ignis consūmens. Finitum enim quantuncúnque magnum, infiniti comparatione consumitur. Item est & ille ignis in forma cognoscibilis, quia non in cineribus sepelitur, sed effusione flammea omnibus aperitur. Canticorum octauo. Fortis est vt mors dilectio. Lampades eius lampades ignis atque flammarum. Modò quidem ignis charitatis cinere coopertus inuisibilis est à Deo: vt & ipsum hospitem domus lateat: vtrum super larem cordis aliquid de igne charitatis habeat, & timetur aliquotiens non esse: vbi tamen est, & econuersò nonnunquàm præsumitur esse: vbi in veritate non est. Ecclesiastic. Sunt iusti atque sapientes & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo vtrum amore an odio dignus sit. Item est in quantitate magnus, modò parum cognoscimus, & ideò parum diligimus, & ideò paruum igniculum habemus: vix manum plenam: vt signatur in Ezechielis decimo. Præcipit Dominus viro qui indutus erat lineis dicens. Sume ignem de medio rotarum quæ sunt inter Cherubin, & ingressus ille sterit iuxtà Rotam, & extendit Cherub manum de medio Cherubin ad ignem qui erat inter Cherubin, & dedit in manus eius, qui indutus erat lineis, qui accipiens ingressus est, & apparuit in Cherubin similitudo, & manus hominis subtus pœnas eorum, Cherubin plenitudo scientiæ. Cherub ergo nobis ignem mensurat: & vix manum plenam dat, quia parua cognitio, & ideò parua dilectio. 1. Corinthior. 13. Nunc cognosco ex parte, sed cùm venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est: & tunc perfectè videbimus perfectè amabimus: & vehementer ardebimus. Ioan. 17. Notum feci eis nomen tuum: & notum faciam: vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: & ego in ipsis. nec mirum si magnus ignis efficitur? vbi de tot cordium milibus quasi infinitis laribus amoris flāma effunditur: & in vnum ignem charitatis inconfusè confunditur. O si interim pleuam nobis Cherub mensuret. vt video quatuor ad hoc habere oporteat, scilicet vt viri simus, lineis induamur, ingrediamur, iuxta rotas stemus. Esto igitur vir virilitate constantiæ induere lineis continentiæ: ingredere in interiora conscientiæ: sta iuxta rotas scripturæ, sic aliquid de igne accipies quo accepto egredieris & alios incendes. Item est in veritate inextinguibilis ignis extra caminū ignis charitatis extra cœlum virtuosus quidem valde: sed tamen extingui bilis est: & quàm frequenter extinguitur nunc penuria lignorum: nunc inundantia aquarum, cùm vel desunt necessaria, vel adsunt contraria. Ecclesiast. Si defecerint lingua bonorum operum, extinguitur ignis: similiter ignem ardentem extinguit aqua fluida, scilicet concupiscentia: ista quidem modò, sed quomodò in futuro, ita hic: sed qualiter in camino virtus ignis in extinguibilis est, nora. Cant. 8. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam. Ex isto sequitur alia conditio illius ignis, scilicet quòd fit durationе perpetuus: & hoc est, quod dicit Apostolus. Charitas nunquàm excidit. Item est in pondere stabilis. Pondus naturale, quod rem ad locum proprium inclinat in eodem loco rem sistit, & extra illum quiescere non permittit: sicut igitur lapis quem pondus suum deorsum mouet: in centro accipit quietem: sic ignis semper in motu existens & semper suo pondere sursum tendens in horizonte spheræ suæ eodē pōdere fixus adipiscitur stabilitatē. Ibiq; ab aliena materia absolutus & propria cōtentus, in actione sua vniformiter se habet. Nam extra spheram suam secūdum diuersas materias sortitur conditiones diuersas: & pro diuersis conditionibus multiformiter diuersificatur in actionibus. Nunc enim impeditur: nunc expeditur: & secundū hoc motus eius nunc tardior, nunc velocior: nunc minuitur: nunc augetur: & ex hoc actus eius nunc debilior nunc fortior. Sic sic omninò ignem amoris pondus suū mouet, & agitat, donec in camino patriæ sistat. Hìc ergo charitas mouet ad opera: per quæ sursum ventatur. & sic est meritum præmij, ibi sine opere in amati præsentia delectatur: & sic est præmium meriti. Hic ergo locus motus & actiui & passiui. Nam ignis charitatis, & moue re habet & moueri potest: mouere habet: vt dictum est ad opera. moueri etiam potest quinque speciebus motuū: motu generationis de non esse ad esse: motu corruptionis de esse ad nō esse: motu augmēti cū intenditur: motu diminutionis, cū habitus per peccatum corruptus in contritione minor reuertitur: motu alterationis, vel cùm expedita feruet: vel impedita torpet: & secundum hoc in motu quē re habet & moueri potest: mouere habet: vt dictum est ad opera. mo eiicit: & in actu quem efficit, fortior vel debilior, est. Nihil horū patitur ignis in sua sphera, charitas in patria. In camino ergo patrię lo cus est stabilitatis, vbi pondere suo ignis iste sistitur: vt nec moueat vlterius: nec moueatur. Non enim ibi vlterius mouere habet ad operationē difficilem: sed beatificare habet per fruitionem Dei indicibilem: nec moueri potest: quia nec generari in nō habente: nec corrumpi in habēte. nec augeri in minoribus: nec minui in maioribus: quia nec illi de hypophania ad epiphania ascēdere per amoris augmentum: nec illi possunt descendere per ipsius detrimētum: sed nec alterari potest: cū nec impediri: nec expediri valeat: sed semper æquè expedita in eodem statum eodem actum in eodem feruore stabilis perseuerat. Hic est caminus Hierusaleni ad quem mouet & eleuat bonos ignis charitatis: cui ex opposito caminus Babylonis opponitur: ad quē premit & agitat malos ignis cupiditatis. De quo Matth. 13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium, hic erit risus & iubilus gaudentium. Ibi pœnaliter ardent corpora damnatorum materiali igne inextinguibilis gehennæ, hìc suauiter ardēt animæ bonorum spirituali igne interminabilis amicitiæ. O si modò respicere detur oculis cordis, qualis erit ille respectus quo electi respicient suę timore gaudenter, de camino palatij regali illos miseros sine spe dolentes in camino carceris gehennalis.

CAP. II.

SEcundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Similitudo est rerum differentiū eadem qualitas. Mandatum igitur primum est quo iubemur diligere Deum: & secundum quo proximum: quoniam duo mandata sunt numero differentia: & ordine differunt non solùm iubendi: sed etiam implendi: quoniam illud primum & illud secundū non secundū prius posterius in tempore, sed in dignitate & necessitate, quia dignius potius intensius & fructuosius diligimus rem, quā eius imaginem: Deum quàm hominem: multa tamen conuenientia & similitudo mandati secūdi cum primo. Et est triplex conuenientia. Nam idem est actus in specie, qui vtrobique recipitur, scilicet dilectio. Idem numero habitus charitatis à quo vterque actus elicitur: & vnus idémq; finis, scilicet Deus: in quem vterq; dirigitur: quia propter Deum & Deus & proximus diligitur. Cùm ergo proximus diligitur propter Deum, solus Deus diligitur propter seipsum. Aristo. Vbi vnū propter alterum, vtrobique vnum tantùm. Primū igitur mandatum & actus quidem nobilitate & obiecti dignitate: & implendi necessitate præcedit omnia: & excedit: ad cuius similitudinē secūdum per multas cōmunes cum ipso qualitates præ omnibus alijs mādatis plenius & propius accedit. Secundū ergo simile est primo. Primò quidē in obligatione: quia mandatum est sicut primum nō cōsiliū: & ideò nō persuadetur ad placitum: sed imponitur ad debitū. Ioan. 13. Hoc est præceptū meū. vt diligatis inuicem, &c. De virginibus (ait Apostolus) præceptū domini nō habeo: cōsiliū autem do, &c. Et dominus Luc. 10. Iuueni. ait. Si vis perfectus esse, vade & vende, &c. Professio ergo castitatis & abdicatio proprietatis & quædā similia cōsuluntur: vt vtilia. Dilectio autē proximi. sicut dilectio Dei mandatur, & præcipit: vt necessaria. Itēq; mandatorū, aliud diuinū, aliud humanum. Secundum simile est primo: & in auctoritate: quia diuinum & non humanum: & ideò omnibus humanis præiudicat: cùm in maiorem imperium nō habeat. Ioā. in can. ca. 3. Hoc mādatū habem⁹ à Deo: vt qui diligit Deū, diligat & fratrem suum, à Deo inquit non ab homine. Obedire autē oportet Deo magis, quā hominibus: & ideò traditiones humanę tāquā vanæ non obligant, quæ huic diuino mandato directè vel indirectè obuiant. Matth. 12. Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit, honora patrem, &c. Vos autem dicitis, munus quod cúq; est ex me, tibi prodest, & irritū fecistis mādatum Dei propter traditionem vestram. Colo. 2. Si mortui estis ab elementis mundi huius, quid adhuc tanquā viui decernitis ne tetigeritis, &c. Quæ sunt omnia in interitum secundū præcepta & doctrinas hominum. Item mādatorum diuinorum, aliud cærimoniale: vt de oblatione vituli rufi & similia. Aliud iudiciale: vt de emptiōe serui & talionaria: vt de eruitione oculi & similia. Aliud morale directè pertinēs ad veritatem morum & vitæ: vt decalogus, omnia hæc diuina. Sed Christus Deus & homo legifer noster, Rex noster, & iudex noster: figuras per veritatis exhibitionem adimplēs, cærimonialia generaliter abrogauit: iudicialia derogauit: moralia prorogauit: & secundū hoc finis legis Christus ad iustitiā omni credenti rigorem manſuetudine temperans, iudicialibus derogauit. Matt. 5. Audistis quia dictum est, oculum pro oculo, &c. Ego autem dico vobis, nolite resistere malo. Moralia equidem confirmans, & amplians interpretando, moralia prorogauit. Vnde audistis, quia dictum est, non occides. Ego autem dico vobis: nolite irasci, &c. Non enim veni soluere legem: sed adimplere. Moralia igitur inter mandata diuina, firmissima & dignissima sunt. Morale autem est mandatum primum: sed & in hoc simile est illi secundum: & ideò nō tollitur abrogatione: non stringitur: vel minuitur derogatione: sed extenditur prorogatione. Matth. 5. Audistis quia dictum est. Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum. Ego autē dico vobis, diligite inimicos vestros. Hinc etiam mandatum diligendi proximum nouū dicitur: nō quia de nouo mandatum: sed quia nouis discipulis noua interpretatione oppositū: & nouis exēplis nouī hominis euidentius declaratū. Nouū inquā ad differentiā veteris: quæ & vetera data sunt: & vetustate sua abrogata sunt. Ioan. 13. Mandatum nouum do vobis, &c. Dicendo nouū, veterauit priuus. Quod autem antiquatur & senescit propè interitum est. Item mandatorum nouæ legis, aliud est naturale: quia naturæ inditum: cū natura est conditū. Aliud est positiuū prima præcipiuntur: quia bona: secūda bona sunt: quia præcepta, vt sunt mandata de sacramētis. baptismo, cōfirmatione, & quibusdā alijs quibus potentiā suā Deus præalligauit. In quibusdam etiam consuetudo bona, pro lege habetur & mādato æquiualer quoniā longæuę & bonæ consuetudinis, non est leuis auctoritas. Inter hæc ergo naturale magis est firmum, & amplius necessarium. Et in hoc iterum primū mandatum & secundum similia sunt: quia origine conueniunt. Vtrūq; enim naturale nō positiuū vel cōsuetudinale. Id enim naturale est, quod natura docuit omnia animalia. Omne animal natura docēte diligit simile sibi: & ip'a etiā volatilia cōeuniūt ad sibi similia. Vnde Lælius Philosophus. Ipsi in nobis intelligimus à natura gigni sensum diligēdi. Ex his sequitur, q⁹ mādatū hoc idē sit apud omnes. Nā vt dicit Boë. q⁹ natura est idē apud omnes: consuetudine verò, q⁹ apud aliquos permutatur. Item mandatorum aliud conditionale aliud absolutum, conditionale dicitur, quod sub conditione explicita vel implicita imponitur: vt illud. Vocuete & reddite, & illud, pœnitentiam agite. Nam si vouerimus, tenemur reddere: & si peccauerimus, præcipimur pœnitere. Et si conditio non existat, præceptum non obligat. Boë. Pœnitentia malam factum comitatur: quod quia in sapiente non contingit, non conuenit: nec pœnitentia. Absolutum autem est, quod non conditione suspenditur: sed purè & præcipuè indicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si nimirum iubemur diligere Deũ, sic & diligere proximum. & in hoc ergo similia sunt mandatum primũ & secundum: quia vtrúnq; nõ conditionale, sed absolutũ: & ideò conditionalibus præferendũ. Item mandatorũ aliud affirmatiuum: aliud negatiuum. Affirmatiuum, quod est de bono faciẽdo, & propriè vocatur præceptũ. Aliud autem mandatũ affirmatiuum est, sed & secundum simile est huic: quia & ipsum affirmatiuum est: & ideò negatiuis dignius est: quia plus est bonum facere, quàm malum non facere. Omne etiã manda tum affirmatiuum infert: & implicat negatiuum: sed nõ econuersò. Vnde qui iubetur diligere, consequẽter prohibetur odire. Non autẽ econuersò: & sic de alijs. Affirmatiuum ergo dignius negatiuo. Itẽ mandatorũ aliud generale, quod omnes astringit. Aliud speciale, quod aliquos tantũ. Distinguitur enim in mandatis in sexu: quia quædam obligant mares & nõ obligãt fœminas: quædã econuersò: vt illud. mulieres in ecclesia taceant. In statu, quia quædã prælatos tantũ, alia subditos tantùm. In cõditione. Nam aliud dominos, aliud seruos: In professione, aliud clericos: aliud laicos. In fortuna, aliud diuites: aliud pauperes: & sic de alijs hominũ differẽtijs: sed mandatum primũ generale est: & secundum simile illi, & sine differentia, & distinctione obligans omnes naturã rationalem participantes, & libero arbitrio vtentes. 1. Io. 3. Qui nõ diligit manet in morte. Nullus excipitur omninò: nec angelus, nec homo. Huic generali nullũ derogat speciale, nec solùm generale est in subiectis, sed latũ etiam in obiectis. Generale respectu corũ quæ iubemur amare: latũ respectu corũ quæ iubentur amare: Psal. Latum mandatum tuum nimis. Glo. Latũ mandatũ charitas est, in qua sunt nullæ angustiæ: in qua vniuersa lex pendet & Propheræ. Sicut igitur omnis homo sine exceptione iubetur diligere: ita & omnis diligatur domesticus extraneus, amicus, & inimicus. Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Ori genes. Vos benigni, vos imitatores mei diligite inimicos vestros: siue paganos: siue hæreticos, omnes amate. ergo omnes benigni estote. Et cũ terna sit dimensio. s. in longum, latũ, profundum. Latũ mandatũ charitatis: & nõ profundũ dicitur: quia ad damnatos amãdos nõ extendit. Item mandatũ primũ lucidum: vt & in interpretatione nõ egeat: vt plerúnq; in simplicibus pleniùs quàm sapientibus liqueat. Et hoc ad differẽtiam mandatorũ: vel legũ obscuritate: vel ambiguitate difficiliũ. Sed & secũdum est simile huic, lucidum valdè, nil obscurũ continens admonitione magis, quàm expositione indigens. Psal. Præceptũ domini lucidũ, illuminans oculos. Item mandatũ primũ perpetuum: vt finẽ non habeat: & hoc ad differentiam temporalium. Temporalia autẽ sunt, quæ vel relaxantur pro tẽpore: vt ea in quibus quãdóq; dispensatur: vel mutãtur in tẽpore: vt mandatũ de sabbato: vel termino antur cũ tempore: vt mandatum de fide, spe, & patientia, à quibus absoluemur: cùm videntes erimus, quod credimus: tenẽtes quod speramus. Credere ergo & sperare vltrà nõ cogemur in summo bonò fruentes, nihil de cætero mali patiemur. secundũ autẽ simile est huic, ad quod ita ligamur in via, vt nõ absoluamur in patria. Ad quod sic tenemur omni tẽpore, vt teneamus illud etiã post omne tẽpus in æternitate: & tunc amplius eo ligemur, cũ à plerisq; alijs absolueremur. Prouerb. 17. Omni tempore diligit, qui amicus est: sed nõ semper credet qui fidelis est. 1. Corinth. 13. Charitas nunquã excidit. Ex his patet aliqualiter quale sit mãdatum primum, & huic quàm simile sit secũdum, quia vt breuiter epilogetur: vtrũque est præceptum ad differentiam cõsiliorum: vtrũque præceptum diuinum ad differẽtiam humanorum: vtrũque morale ad differẽtiam cęrimoniãlium: vtrũque naturale ad differẽtiam positiuorum: vtrũque absolutum ad differẽtiam cõditionaliũ: vtrũque affirmatiuum ad differẽtiam negatiuorum: vtrũque generale ad differẽtiam specialium: vtrũque lucidum ad differẽtiam obscurorum: vtrũque perpetuum ad differẽtiam temporalium. Grego. Cùm cuncta sacra eloquia Dominicis sint plena præceptis de dilectione, quaꝫ de singulari mandato Dominus dicit, hoc est præceptum meum: vt diligatis inuicem, &c. Quia quicquid præcipitur, in sola charitate solidatur. Præcepta ergo Dominica & multa sunt & vnum, multa per diuersitatem operis: vnum in radice dilectionis.

CAP. III.

Diliges proximum tuum sicut teipsum. Primũ aduerte, quomodò teipsum diligere debeas, & consequenter quæ sunt proximi tui ex teipso cognoscas. Diligere aliquem est velle ei bonum, igitur diligere seipsum, est seipsi velle bonum. Sed refert non modicum, quod bonũ mihi velim, & vnde & quomodò velim, quod obiectum terminet, quæ origo principiet, & quis modus ipsum velle formet. Primũ ergo in obiecto distingue, qa aliud est bonũ increatũ, quod est primũ & summũ bonũ, & ideò diligẽte seipsum primò & summè volẽdum. Aliud creatum, quod ideò bonum est, quia à summo bono profluit vt à principio, & ad ipsum refluit vt ad finẽ. Genes. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. Diony. Optimi est optima àdducere, quamuis autem horum bonorum sit quædam Analogica cõuenientia, multa tamẽ differentia. Nam primum bonum, est bonum essentialiter. Secũdum participatiuè. Primum finis. Secũdum ad finem, primo fruẽdum, & ideò illud propter se appetẽdum & volẽdum. Augu. Frui est amore alicui inhærere propter seipsum. Secũdo vtẽdum, & ideò propter aliud appetẽdum. Augu. Vti est id, qd in vsum venerit referre ad optimum id quo fruẽdum est. Verùm inter vtilia ordo est. Nã quædã secũdum se magis, quædã minus ad finẽ dirigũt, & iõ secũdũ se quædã magis, quędã minus vtilia & volibilia sunt. Vñ sicut in scibilibus. secũdum Arist. Plurima ꝓpter se nolumus quidem scire, propter aliud autẽ volumus: vt per hæc aliquid aliud cognoscamus, ita & in volibilibus aliqua nõ propter se, sed ꝓpter aliud volumus. Bonũ autẽ creatum aliud natura, aliud fortunę, aliud gratiæ, aliud gloriæ, quorum quodlibet multiplex esse cognoscitur, si à generibus ad species descendatur, sed bona hæc oĩa, quoniam non summè bona sunt magis & minus recipiũt, & regulariter vnũquódq; eorum tãtò melius, quantò summo bono propinquius. Bonũ aliud simplex bonũ. Aliud secũdum quid: vt qđ bonũ est cum determinatione diminuẽre: vt bonũ nunc vel hic vel huic. Nota ergo pro regula, cùm diligere se sit sibi bonum velle: velle sibi bonum simpliciter est diligere se simpliciter, & velle sibi bonum secundum quid, est diligere se secundum quid. Verbi gratia. Bonum est aurum vt dicit Augu. Bonæ diuitiæ, bonæ possessiones. Velle ergo sibi aurum & diuitias, est bonum sibi velle, non tamen est hoc simpliciter se diligere, sed tantùm secundum quid, quia & bonum volitum bonum est secundum quid, bonum hic, non vbique, nunc non semper, huic benè vtenti, non cuilibet abutenti. Gratiam autem & gloriam sibi velle, cum hoc simpliciter bona sint est simpliciter se diligere. Et quia bono creato malum opponitur: cùm multa sint bona: multa & mala. Aliud enim est malũ culpæ: aliud pœnæ. Quorũ quolibet multiplex: vt patet speculanti. Et sicut est bonum bono melius. Ita & malum malo peius. Et est malũ aliud simpliciter, aliud secundum quid. Nota ergo. accessus ad vnum oppositorũ est recessus ab alio. Vnde si me diligens bonum mihi volo, cõsequenter malum oppositum mihi nolo: & sicut inter bona quæ mihi volo: quædam propter se: quædam propter alia appeto: quædã magis: quædã minus volo: ita & inter mala quæ nolo, quædã propter se: quædam propter alia: quædã magis: quædã minus fugio. Sed vt dicit Arist. in secundo, scilicet cœli & mundi: quando vnũ cõtrariorũ ponitur oppositum alteri, est cognitio eorũ velocior. Nota ergo, ei quod est diligere contrariũ est odire: sicut ergo bonũ sibi velle vel malum sibi nolle est se diligere: ita bonum sibi nolle & malũ sibi velle, est se odire. Nam si oppositum de oppósito, & propositum de proposito. Sunt autem contraria mediata hæc duo habentia neutrum pro medio: sicut velle & nolle medium habent nec velle: nec nolle. Et sicut volendo sibi bonũ simpliciter. vel secundũ quid contingit se simpliciter, vel secundũ quid diligere, ita bonum tale vel tale nolendo & malum simpliciter: vel secundũ quid volendo cõtingit se odire simpliciter, vel secundũ quid. Nihil autẽ prohibet cõtraria eidẽ inesse: sed nõ eodẽ modo: sed alterũ simpliciter alterũ secundũ quid: vt patet quia æthiops est albus dentẽ secũdũ quid & niger simpliciter. & cignus econuersò albus simpliciter: & tamẽ secundũ oculũ niger secundum quid. Sic aliquando simpliciter me diligens, secundũ quid odio. Aliquando econuersò. De 1. Luc. 14. Si quis venit ad me & non odit, &c. Adhuc autem & animam suã. Greg. Bene animã nostrã odimus, cùm eius appetitum frangimus: cùm eius desideris non acquiescamus. Ioan. 12. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam: quam nisi simpliciter diligeret, ad tantum bonum non custodiret. De secundo. Psalm. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Ioan. 12. Qui amat animam suam, perdet eã. Aug. Noli amare ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in vita æterna: cũ diligere se sit sibi velle bonũ secundũ multiplex vel. le, multiplex est diligere. Triplex autẽ velle distinguit Augu. super illud Apostо. Velle mihi adiacet. Est enim velle naturæ, velle vitij & velle gratiæ. Velle naturæ per se imporens est, nec sufficit ad meritum: sed vincitur à velle vitij: nisi velle gratiæ subueniat: sed velle vitij fugat, & velle naturæ liberat. Igitur secundum triplex velle triplex est dilectio, scilicet naturalis, libidinosa, & gratuita. Prima indifferens, de qua Apostolus. Nemo vnquã carnem suã odio habuit: sed nutrit & fouet eam. Secunda mala, de qua Apostolus. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erũt homines seipsum amantes. Tertia bona, de qua dicitur. Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. verũ quodlibet velle geminũ: & cõsequitur diligere bipartitũ. Est enim naturã cõsiderare dupliciter. primò vt naturæ est: & sic habet velle naturæ, secũdò vt deliberatiua: & sic habet velle rationale. Vnde Dama. distinguit voluntatẽ dupliceꝫ. Naturalẽ qua volumus nobis bona naturalia: sicut esse viuere. & intelligere & similia quæ nõ possumus non velle: & rationalẽ, qua possumus aliquid velle: & aliquid nolle. Itẽ vitiũ aliud sensualitatis, aliud rationis, & secundũ hoc velle vitij duplex: vel vitiatæ sensualitatis: vel vitiatæ rationis. Item gratia duplex, scilicet gratis data, & gratum faciens. Vnde & duplex velle gratiæ. Sex ergo differẽtiæ ipsius velle, sex cõstituũt differentias in diligere. Quorum primum est purè naturale, hoc indifferẽs est: quia propter naturalia, nec laudamur: nec vituperamur. Item necessariũ est: quia potentiæ naturales non habent se ad opposita: sed ad alterutrũ determinatè. Vnde sicut necessariũ est se amare, sequitur, ꝙ impossibile est naturaliter se odire. Aug. super illud Ioã. vlt. Ducet quo tu nõ vis. Amorem vitæ nec Petro senectus abstulit. Item cõmune est rationabilibus & brutis: & etiam quodãmodò inanimatis: quia sequitur naturã cõmunem. De qua Arist. natura inquirimus desiderare, quod melius est, melius autẽ esse, quã nõ esse: & cũ esse sit quoddã bonum, & omnia naturaliter bonũ appetunt, omnia suo modo se diligunt. Secundum deliberatiuũ est siue rationale, hoc proprium est naturæ rationalis inquantũ talis sic diligere se præcipitur naturali iure: cuius transgressio sufficit ad demeritũ: sed obseruantia per se nõ sufficit ad meritum. Et quia potentiæ rationales habent se ad oppositа, hoc modo possum me diligere, possum & odire: vt patet in his qui bonum, quod naturaliter necessariò sibi volunt hoc ex deliberatione nolunt: & malũ oppositum sibi volunt: vt qui seipsos occidunt: vitam nolentes & mortem volentes: naturæ legem se odiendo transgredientes: & de eoipso mortaliter peccantes. Similiter omnes homines secundum Aristo. naturaliter scire desiderant: & tamen quidam ignorantiam affectant. Quia verò natura non stetit in sua rectitudine & integritate: sed vitiata est & corrupta, ex corruptione eius surgit velle vitij: quo sibi homo bonum vult vitiosè & diligit se libidinosè. Vult inquam sibi bonum sensibile: vt honores ex vitio superbiæ: diuitias ex vitio auaritiæ: voluptates ex vitio carnalis concupiscentiæ: & sic de alijs: & hæc quidem omnia bona sunt: & ratione qua bona appetuntur & delectant adepta: sed naturæ rationali mala: quia disconuenientia. Natura enim rationalis non his sensibilibus bonis delectanda est: sed potioribus, scilicet intelligibilibus: à quibus se auertit, cùm ad ista fruenda se conuertit: & ideò peccat: quia malè se amat: & verius se odit, quàm diligit: quia plus sibi nocet, quàm profit. Ioan. 12. Qui amat animam suam, perdet eam. Boe. Vos Deo mente consimiles à rebus infimis excellentis naturæ ornamenta captatis. nec intelligitis quantam conditori vestro iniuriam faciatis, ille genus humanum terrenis omnibus præstare voluit: & vos diguitatem vestram infra infima quæq; detruditis. Nam si omne, quod cuiusquam bonum est, id eo cuius est constat esse preciosius: cùm vilissima rerum bona vestra esse iudicatis, eiídem vosmetipsos vestra existimatione submittitis. Augu. in confes. Bonum quod amatis à Deo est: sed quoniam ad illud bonum non refertur, quod bonum est & suaue: sed amarum erit iustè: quia iniustè amatur desertо illo à quo est: quicquid bonum est: sed quia semper accessus ad vnum oppositorum est recessus à reliquo: quando si amans me volo mihi bonum sensibile: nolo & fugio malum oppositum: vt humiliationem pauperratem & similia. Est igitur tertium diligere, quo libidinosè me diligo, cùm sine consensu rationis per vitium sensualitatis hæc bona sensibilia mihi volo: non secundum exigentiam naturalis necessitatis, vel prouidentiam oportunæ vtilitatis: sed secundum concupiscentiam voluptatis. Quartum est cùm visio sensualitatis ratio vitiosa consentit: & hoc se diligunt, qui plena voluntate hæc omnia sibi non ad vtendum. sed ad fruendum: & abutẽdum improbè concupiscunt. Sap. 2. Venite & fruamur bonis quæ sunt. Vtrũq; horum malum est & peccatum: sed primum veniale: & ideò cohibitum. Secundum mortale: & ideò prohibitum. Hic est amor sui, de quo dicit Augu. quòd est fundamentum ciuitatis diaboli. Ex eo enim, quòd diabolus priuato amore nimis se amauit, bonum excellentiæ immoderatè sibi appetiuit: & sic æternæ confusionis Babyloniam sibi & suis imitatoribus inchoauit. Item de hoc Greg. dicit, quòd sicut in bono opere desidiam facit minor amor Dei, sic fraudem nimius amor sui. Fraudem enim facit in opere Dei, qui vel vires subtrahit eo quòd diligens se vult sibi bonum commodi per vitium accidiæ: vel opus ad vtilitatem propriam conuertit, volens sibi bonum laudis per vitium vanæ gloriæ. Cauendus igitur valde talis amor, qui & malum initiat, & bonum vitiat. Cæterum gratia naturam vitiatam reparat, & eleuat curuatam, & perfecit imperfectam. Duplex autem est gratia, vna gratis data: & hæc multiplex est: sed hæc ex causa accipe pro gratis data virtutes informes. Alia gratum faciens: vt gratia charitatis, hæc vera gratia dicitur: quia per hanc primum homo Deo gratus efficitur. Quintum ergo diligere est secundum velle gratiæ gratis datæ, cùm rationem naturalem & naturam rationalem virtus adiuuat: vt malas: & deformantes circũstantias actui dilectionis per vitium additas abijciat, & bonis aliquibus ipsum vestiat. Et si enim virtus informis: quia informis non vsquequáque sufficit ad meritum: eo tamen, quòd virtus est, tartat vitium: & cauet demeritum. Vnde humilitas etiam informis non permittens hominem bonum pompæ per superbiam sibi velle: diminuir vitiosum diligere: & inde, quod dicit Grego. Qui non amat gloriam, non sentit contumeliam: & sic de virtutibus alijs, & vitijs similiter iudicamus. Sextum autem diligere ex charitate procedit, quod primum filios regni à filijs perditionis diuidit, & ad meritum sufficit. Virtus enim charitatis omni arte certiori velle vitij penitus fugans: & velle naturæ penitus liberans, vestit actum dilectionis omnibus circunstantijs debitis & necessarijs: vt diligat homo quod debet quantùm & quomodò & cuius gratia debet: & sic de alijs: quod debet, quia se hominem, scilicet corpus & animam: sed propter animam corpus: & ideò magis animam, quàm corpus: quãuis dicat Gre. Nemo proprie ad semetipsum habere charitatem dicitur: sed dilectionem ipse in alterum tendit: vt charitas esse posit: quod supplendo verificatur. quia homo per charitatem non tantùm seipsum: sed & proximum diligit: & etiam cùm seipsum diligit, idẽ est secundum rem dilectum & diligens: alterum tamen secundum rationẽ. vt ages & patiẽs. Itẽ quomodò debet: vt sapienter, scilicet: vt cùm se diligens bonum sibi velit, magis bonum magis velit: & minus: & minimum minimè: & maximum maximè. Tria autem distinguit Augu. bonorum genera, scilicet bona magna, minima: & mediocria, virtutes, inquit, quibus rectè viuitur, magna bona sunt. Species autem quorũlibet corporum sine quibus rectè viui potest, minima bona sunt. Potentiæ verò animi sine quibus rectè viui non potest, media bona sunt. Quid ergo tibi & proximo eligas: vel respuas, discrera edocet charitas. Vnde etiam secũdum Ber. Zelus sine discretione errat, quòd si errat, à charitate degenerat. Item quantùm ne plus vel minus debito, scilicet vt minus diligat se quàm Deum: & magis, quàm proximum: hoc spectat ad ordinem charitatis. De quo Aug. Ille est qui inordinatam habet dilectionẽ: aut qui diligit quod nõ est diligẽdũ, aut nõ diligit quod est diligẽdum: aut æquè diligit, quod minus vel amplius diligendum, aut minus vel amplius, quod æquè diligendum. Item cuius gratia, ideſt, propter quid: vt scilicet propter Deum: quem cum summè præ omnibus dilectis charitas diligat, etiam propter ipsum diligit quicquid amat. Cùm diligere se sit bonum sibi velle, refert quomodò velis vtrum voluntate habitua liter actuali. Si actuali, vtrum absoluta vel conditionali. Si absoluta, vtrum semiplena. de qua dicitur. Prouerb. 13. Vult & non vult piger: an plena quæ pro facto reputatur: secundum illud Aug. Si desit facultas, non quæritur nisi voluntas. Omnes igitur: vt ait Aug. volũt esse beati. Beatitudo autem est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Omnes igitur sibi bonum volunt: & simpliciter bonum: & ita omnes simpliciter se diligunt. Sed pleríque non plenè se diligunt: quia illud plenum bonum semiplenè sibi volunt. Plenè autem voluntatis hæc sunt experimenta. Aut enim est respectu habiti aut respectu habendi. si respectu habendi, quicquid actuali absoluta & plena voluntate mihi volo, id si possum acquirere acquiro: & quo plenior voluntas eo amplius quid posset examino, quid possum per me & quid per alium: quid possum viribus, quid ingenio: & artibus, quid possum faciliter: quid vix: vel difficiliter. Item si impeditus fuero doleo, & quo voluntas plenior, amplior & dolor. Item si adeptus fuero, gaudeo, & plenitudo iocunditatis respondet plenitudini voluntatis. Item eius oppositum nolo. & ideò si possum effugere effugio: quod verò habitum plena voluntate mihi volo, id si possum conseruare conseruo, & quanto voluntas plenior, tanto sollicitudo conseruantis diligentior. Omnibus igitur præmissis collatis, patet esse tres diuisiones generales dilectionis sui. Nam alia simpliciter: alia secundum quid. Item alia naturalis, alia libidinosa, alia gratuita. Item alia plena, alia semiplena. Dilectio autem sui naturalis semiplena est: & non plena. Dilectio autem sui libidinosa, secundum quid est, & non simpliciter. Dilectio autem sui gratuita, & simpliciter est & plena. Vtrum ergo ex charitate teipsum diligas: & velle gratiæ bonum tibi velis ex bono volito: & ex volendi modo aliqualiter conijcere potes.

CAP. IIII.

Diliges proximum tuum sicut teipsum. Duplex est proximitas vel propinquitas. Vna extrinseca secundum conuenientiam locale secundum quam procul dicitur, quod in spatio locali distat multum: propè quod parum propius, quod minus: proximum, quod minimè. Alia intrinseca secundum conuenientiam realem secundum quod procul est, quod parum conuenit: propriè, quod multum propius, quod plus: proximum, quod plurimum: de hac dicitur. Diliges proximum tuum, &c. Sed nota, quòd superlatiuus quandóque idem significat, quod suus positiuus, cum hoc aduerbio summè: & tunc propriè ponitur: nec recipit magis & minus: quandóque idem, quod positiuus cum hoc aduerbio valde: & tunc propriè recipit magis & minus, ita hæc. Vnde inter proximos alius magis: alius minus proximus est. Est autem hæc realis conuenientia generaliter in tribus. In natura. in mutua indigentia: & in gratia: & secundũ hæc multiplicatur proximitas. Natura autẽ hominis bipartitur: quia naturaliter ex corpore & anima cõponitur. Hinc surgit duplex cõuenięntia, & cõsequit ꝓximitas gemina. Vna generalis, qua ratiõe spiritus cũ omnibus rationalibꝫ cõuenis & cõformitate naturæ ꝓximi tibi ꝓximꝫ efficeris. Quasi ẽm ꝓcul à te est natura entis inanimati, ꝓpte natura vegetabilis. Propior natura sensibilis. ꝓxima rõnalis. Con

Universidad de Deusto
Biblioteca

formitate ergo naturæ rationalis mutuò sibi proximi sunt omnes naturâ rationalem participantes: anima intellectiua & intelligẽtia, scilicet homo: & angelus. nõ distincto vtrũ bonus vel malus sit. Porphyrius. Sumus enim rationales & nos & dij: sed mortale nobis additũ, separat nos ab his: sed hic proximitas magis & minus recipit. Nam cũ spiritus angelicus & spiritus humanus specie differãt, propior est homo homini: & anima animæ quàm angelus animæ. similiter si angelorũ aliqui ab his specie differũt, si qui specie cõueniunt naturali cõuenientia mutuò sibi propiores sunt. Alia specialis qua ratiõe corporis cũ cõsanguineis cõuenis, quiuis cẽ omnes tecũ ab eodẽ primo parẽte descẽdendo. quodammodò generaliter cognati sint, tamen quantũ ad specialẽ sanguinis propinquitatẽ, quidã tibi quasi procul sunt: quidã propriè, quidã propiores: quidam proximi. Et proximi tripliciter: vel in linea ascendente: sicut pater & mater, vel in descẽdente: vt filius & filia: vel in transuersali: vt frater & soror. Ad hanc proximitatẽ reducitur legitima affinitas: velut ad suã originẽ: sed hæc magis & minus recipit. Cõparamus enim interdũ proximos lineæ ascẽdentis ad ꝓximos descẽdẽtis. sparẽtes nostros: & nõnunquã hæsitamus quos præponere in diligẽdo. vel postponere debeamus omnibus alijs circũstantijs paribus. Itẽ in linea transuersali proximus est frater. Sed differenter propriè est mihi frater meus ex matre tantũ: propior frater ex patre tantũ. proximus frater ex vtróq;. Itẽ sicut homo es per naturã, ita indigẽs es per necessitatem & carentiã. Vnde sicut forma cõuenit materiæ quã perficit: & ecõuersò: sic tibi cõuenit & proximus sit qui beneficiũ impẽdit: propriè cẽ cogitãdo, propior volẽdo: proximus faciẽdo. Luc.10. Quis tibi videtur proximus fuisse illi qui incidit in latrones? & ait. Ille qui fecit misericordiã: qui fecit, inquit, non tantũ cogitauit, vel proposuit. Hæc conuenientia proximus est angelus homini quẽ custodit. magister discipulo quẽ instruit: & generaliter quilibet alij cui bene ficium impendit. Appellatio autem proximi relatiua est: non enim aliquis proximus nisi proximo. Mutuò ergo proximi sunt & conueniunt: & qui impendit & qui recipit beneficium. Peretti enim beneficium impendere, quasi propriè est qui indiget. propior qui magis, proximus qui maximè. Geminatur autem quodammodò hæc propinquitas, cùm mutua est necessitas: & benefaciendi facultas. Vnde cum vtérque proximorum alterius beneficio in aliquo indiget & recipit: in aliquo abundat: & indigenti impendit, secundum illud. 1. Corinth. 8. Vestra abundantia illorum inopiam suppleat. secundum hanc proximitatem omnem contingit reducere societatem. Beneficium enim mutuò impendit & recipit vir vxori: & vxor viro. dominus seruo: seruus domino: & sic de alijs omnibus aliqua societate conuenientibus. De quibus Propheta, nunquid ambulabunt duo pariter: nisi conuenerit eis? Sed nota sicut secundum magis & minus diuersificantur beneficia, sic & ista proximitas. Sicut es homo per naturam, sic gratus & bonus per gratiam: in qua qui tecum cõueniunt & boni sunt & proximi tui sunt. Tibi enim actualiter bono quasi propè est aliquis per potentiam nudam, qua fieri potest bonus, propior per dispositionem: proximus per necessitatem, quæ coniuncta est actui: sed & hic sunt gradus, quoniam inter bonos, alius minus, alius magis bonus: hoc modo proximi sunt cõprehensores viatoribus bene iustis: quia vna est in specie licèt statu differens gratia gratificans vtrósque. Item & angeli hominibus, qui licet specie distent, & differant quo ad naturalia, eadẽ tamen in specie sunt eorum gratuita. Large autem hoc modo tripliciter est tibi aliquis proximus: vel in re, sic quilibet verè bonus: vel opinione, sic quilibet qui nescitur malus, & ideò præsumitur bonus: vel spe, sic quilibet viator malus de quo cùm nõ sit desperãdum, & si modo sit malus, separatur tamen futurus bonus, & ita spe cõuersionis est proximus, secũdum hoc dicit magister in sententijs, quia proximus dicitur quatuor modis, conformitate naturæ, propinquitate sanguinis, beneficiorum exhibitione, spe cõuersionis. Prima proximitas, & secunda ortum habẽt à natura, quæ est principium stabile, & ideò stabiles. Tertia & quarta, à voluntate, & ideò mutabiles, quia voluntas est principium mutabile. Cùm enim sic potentia rationalis habet se ad opposita, & ideò qui nunc est proximus meus proximitate tertia in beneficium impẽdendo, potest fieri nõ proximus voluntate mutata malum mihi faciendo, & similiter in quarta proximitate contingit, cùm bonus à bonorum similitudine se elongans, malus fit, & postmodùm in malo finaliter perseuerans damnatione perpetua inconuertibilis factus, spe conuersionis proximus esse desistit.

CAP. V.

DIlliges proximum tuum, &c. Dupliciter proximus, scilicet dilectione amicitiæ & concupiscentiæ. Primò ergo quantùm ad dilectionem amicitiæ secundum considerationes suprà positas de dilectione tui. Nunc procede regulariter in dilectione proximi. Et cùm diligere proximum per amicitiam, sit velle ei bonum, ad cognoscendam dilectionem & bonum volitum, & volendi modum & voluntaris, radicem vel principium distingue. Sicut enim simpliciter vel secundum quid semiplenè: vel plenè naturaliter gratuitè vel libidinosè contingit diligere seipsum, similiter & proximum. Item consideratio radicis, & si difficilior, tamen principalior, si enim radix sancta, & rami. Secundum ergo tres radices volendi, tripliciter distinguitur dilectio proximi, scilicet naturalis, gratuita, & libidinosa. Quarum prima bona, sed nec meritoria, nec demeritoria, & ideò indifferens quantùm ad hoc, secunda bona, tertia mala. Sed cùm radicum quælibet sit gemina, sex inde pullulant generales motus dilectionis proximi Logicè conuenientes, Ethicè differentes. Quorum quatuor consequenter se habent, scilicet naturalis deliberatiuus, gratuitus à gratia gratis data, & gratuitus à gratia gratum faciente, quorum posterior semper addit super priorem, & completior est ipso, cùm fortasis motus vnus & idem in substantia sic diuersificatur, sicut eadem linea aliter à Physico, aliter à Mathematico consideratur. Primus ergo motus dilectionis in proximũ est purè naturalis, surgens ex natura vt natura, quæ etiam in deliberatione circũscripta, tres primas proximitates cognoscit, & super eas motum facit: vnde ratiõe cõformitatis nõ solùm animal rationale, sed omne animal diligit sibi simile. Matth. 13. Ratione cõsanguinitatis nõ solùm homo, sed etiam gallina cõgregat pullos suos sub alas potius, quã alienos. Ioan. 10. Ratione beneficij impensi, ouis lupum fugiens, sequitur pastorẽ. Catulus in extraneos latrans, Domino suo cauda blanditur. Thob. 11. De quo. Matth. 5. Si diligitis eos qui vos diligunt, &c. Si salutatis fratres vestros, &c. Gregor. Sunt qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis & carnis, &c. Sed aliud est, quod sponte impeditur naturæ: aliud quod præceptis Dominicis ex charitate debetur obedientiæ. Secundus est deliberatiuus vel rationalis surgens ex natura inquantùm collatiua. quæ per deliberationẽ hæc eadem aduertit, & plenius cognoscit. Quicquid enim cognoscit virtus inferior, & superior: sed non econuerso. Naturæ verò inquantùm rationalis, indita est lex naturalis, quã conferendo legit: & & exinde commoneracta fortius proximũ diligit, quia debitũ: quia naturale præceptum: quia nõ diligẽs omittit, odiẽs in legẽ cõmittit: omittens & cõmittẽs pœnæ reatũ incurrunt: sed quia potentiæ rationales habẽt se ad opposita, radix hæc vna: sed nõ vno modo se habens nunc motũ dilectioisnũc motũ odij germinat. Interdũ etiam quasi prorsus à germine vacat: secundũ illud Ro. 1. sine affectione. Isa. 49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum. vt nõ miseretur filio vteri sui. glo. Duritia mentis vincens iura naturæ. Tertius est imperfectè gratuitus surgens ex natura mediãte aliqua gratia gratis data, qualis est virtꝰ informis, & similia quæ naturã disponit: vt præmissa intimius aduertat: & insuper ad cõsiderandã in ꝓximo Dei imaginẽ: & similia deliberationis naturalis cognitionẽ trãscendẽtia subleuat: eadẽmq; deliberationem adiuuat ad vestiendum motum dilectionis aliquibus circunstantijs bonis ad quod per se deliberatione non sufficeret. Quartus est perfectè gratuitus, & gratus surgens à natura per gratiam gratum facientem perfectè, quam rationalis potentia, scilicet voluntas deliberatiua per habitũ charitatis tres primas proximitates secundariò: sed quarta principaliter considerantis adiuta omnibus debitis circunstantijs vestit & meritoriam producit. Septem autem generales circunstantias enumerat Aristo. in Ethicis. Quis quid circa quid quo cuius gratia quantũ, & quomodò. Hæc per ordinem in actu dilectionis huius inuenies. Primò quis agens: quia anima gratificata inquantùm talis in quo tangit & subiectum agens, scilicet rationalis animæ natura: & forma cuius virtute agitur, scilicet charitas vel gratia. Qua circũscripta nõ esset debitus agens. Virtus enim est quæ habentẽ perficit & eius opus bonũ reddit. Ari. Nõ quia bonũ facim⁹ boni sum⁹, sed qa boni sumus, bonum facimus. Secundò quid agat: quia diligit hæc est debita actio quã & natura docet & lex iubet: lex naturalis: & lex scripta & vetus & noua. Ro. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. Hæc est dilectio amicitiæ, quæ in duobus motibus intrà consistit. Mouetur enim amans in dilectum & pro dilecto. Primus motus est complacentia, qua affectus amantis amico per recordationem intellectum actualiter venienti statim occurrit: & vt placenti se aperit: & vt conuenienti cõiunctus est. & quidam dilectionẽ stringit. Ecclesiast. 27. Ne obliuiscaris amici tui in animo tuo. Matt. 17. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Hoc tamen sic non in Deo intelligas, vt in homine. Secundus est à concupiscentia, qua moueor pro amico, cùm ipsi bonum volo. Aris. Amicos iustos esse volumus. Tertiò circa quid agat: quia circa proximum hæc est debita materia. Sed nota sicut visio habet vnam materiam propriam: vel obiectum super quod transit, scilicet colorem: & alia cõmunem, scilicet substantiã vel quãtitatẽ colori subiantẽ, sic dilectio ex charitatis habitu prodiens, habet proximũ proximitate quarta pro materia prima cipali & propria. alijs autẽ proximitatibus ꝓximos habet pro materia cõmuni secũdaria. Sicut ergo nõ coloratũ nõ videt, sic omne illud ī quo est ꝓximitas deficit, si ex charitate nõ diligit: sicut sunt dãnati. Qui quãtũcũq; consanguinei vel beneficiorum fuerint, ex charitate nõ diligunt: quia beati nõ sunt: nec fieri possunt: & ideò cũ charitate habentibus nec potentia nec actu conueniunt: sed fortasis naturali amore amantur, ad quem & naturalis compassio sequitur. De qua dicitur Luc. 16. Inter nos & vos, &c. Et qui ad vos transire volunt, &c. Actus ergo dilectionis initiatur à natura subiecti respectu conditionum naturę obiecti: progreditur in gratia in subiecto respectu conditionũ gratiæ in obiecto: consummatur in gloria subiecti respectu conditionum gloriæ obiecti. Charitas ergo facit diligere proximum inquantùm iustificabilis vel iustus per gratiam: beatificabilis vel beatus per gloriam. & in hoc forsicã tenet regula Aristo. Si simpliciter, &c. Quãuis ex dilectione naturali feratur instantia. Quarto quo videlicet instrumento. Nota potentiæ animæ sunt velut instrumenta eius ad agendum. Augustinus. Anima instrumenta cogitandi & diligendi habet à natura. Duo autem sunt genera instrumentorum, secundum duas differẽtias potentiarum, scilicet animales & spirituales. Instrumentum igitur dilectionis est potẽtia voluntatis: siue affectus. Signum autem dilectionis operis effectus. Est autem affectus duplex, sicut voluntas. Vnus animalis siue sensibilis vel brutalis: qui coniungitur fantasiæ: & communis est homini & brutis. Ex hæc est dilectio sensibilis. Alius rationalis siue spiritalis: qui coniungitur intellectui, qui cõmunis est angelo & homini. Ex hæc est dilectio intelligibilis. Sed non sufficit potentia ad actũ, nisi disponatur per habitum. Potentiã ergo voluntatis ad eliciendũ actũ dilectionis disponit habitus amoris. Hic autem est duplex. Vnus naturalis qui condiuiditur contra mentẽ & notitiam secundum Aug. Alius gratuitus, qui condiuiditur contra fidẽ & spem secundũ Apostolum. Hæc est charitas. Quo ergo diligendum est materialiter potentia voluntatis, & formaliter habitu charitatis. Aug. in cõfes. Aliter non est vera amicitia, nisi tu domine eam agglutines inter hærentes tibi charitate diffusa in cordibus eorum. Quintus, cuius gratia hæc est causa finalis. Debito fine charitas motum nescit. quia proximum non vt fruens, sed vt vtens diligit hîc non adhæret amore hominis propter seipsum, sed refert vlterius ad finem vltimum, scilicet Deum, qui est summum bonum quo solo fruẽdum est: quia propter se amandum. Nam & si dicat Apostolus homini. Ego te fruar, addit tamẽ in domino. Aug. Qui homine in Deo fruitur, Deo potius, quã homine fruitur. Sextò quantum. Nota duplex est quantitas in dilectione. vna mensurans quasi extra, scilicet duratio, alia mensurans intra, scilicet magnitudo, & hæc duplex. Intensionis & extensionis. facit ergo charitas proximum diligi quantùm debet. Quantùm duratione: quia semper, idest, finaliter Prouerb. 17. Omni tempore diligit, qui amicus est. Amplius quantũ intensione: quia magis, quã corpus propriũ. Vbi quidã distinguunt inter corpus passibile & impassibile, dicentes proximũ amãdum corpore proprio passibili: sed minus impassibili: sed indistincte dicit Augu. Amplius autem homo diligendus est, quã corpus nostrũ: quia propter Deum omnia diligẽda sunt, potest nobiscum Deo perfrui, quod non potest corpus, &c. De hoc Ioan. 15. Maiorẽ hac dilectionem nemo habet, &c. Itẽ quantum, quia multo magis, quã res nostras. Greg. Prædicatores sancti: vt possent proximos perfectè diligere, studuerunt in hoc sæculo nihil amare, nihil vel affectu possidere. Grego. dum rem diligimus tempore alem, veram amittimus charitatem. dum pro terrena re pax à corde cum proximo scinditur apparet, quòd plus res, quàm proximus amatur. Amplius quantùm minus, quàm nos. Aug. de doctrina Christiana. Quatuor diligenda sunt ex charitate. Vnum quod supra nos, scilicet, Deus alterum, quod nos sumus. Tertium quod iuxta nos est, scilicet proximus. Quartum quod infra nos, scilicet corpus. Sicut igitur Deum nobis, sic nos & proximo præponimus in amando, ad minus in via secundum omnes: quãuis secundum aliquos non sic forsitan in patria. Vnde Ansel. In illa perfecta charitate innumerabiliũ angelorum & hominum, vbi nullus minus diliget alium, quàm seipsum: non aliter quisque gaudebit pro singulis, quàm pro seipso. Ex hac positione plura sequuntur forsitan vera: sed valde inopinata & ideò pertranseo. Amplius quantùm in infinitum minus, quàm Deum cùm non sit diligendus nisi propter Deum: & propter quod vnumquódque tale & ipsum magis. Aug. Deus propter se omni homini amplius diligendus est. Amplius quantum in comparatione vnius ad alterum. Ex diuersis causis, alium alij æquè vel minus vel magis, & hoc tripliciter. Vel secundũ intẽsionẽ, & sic magis diligo illũ cui magis volo bonũ: & minus, cui minus: & æquè cui equè. Vel secundũ intẽsionẽ, sic magis diligo illũ cui magis volo bonũ, vel plura: vel secundũ vtrũq;. Super hoc quãtũ fundatur ordo charitatis ad proximũ. Quæ secundũ diuersas causas alios alius magis vel minus diligit, & secũdũ hoc præponit vel postponit. Aug. Ille est qui ordinat. &c. De hoc tamẽ ordine proximorũ diligendorũ, tam in via, quã in patria, quædã superficialiter aduersa à sanctis dicta inueniũtur: quæ secundũ diuersas opiniones diuersimodè determinantur. Septimò quomodò. Nota modus aliquando significat mensuram, & sic dicit quantitatem. Aug. Modius modo nomẽ imposuit. Aliquando dicit quotámodò formã, & sic dicit qualitatẽ: ita hîc sumitur. Vnde contra quantũ dijuditur. Debito ergo modo charitas diligit proximum

secundũ illud Ioã. 13. Mãdatũ nouum do vobis, &c. Christo ergo in amando proximũ cõformari debemus: vt eo modo quo ipse dilexit diligamus. Hic autem modus in multis est. Quomodò igitur diligendus est, primo discretè nõ fatuè, quę discretio in tribus est. s. vt discernas in amãdo inter substantiã & substantiã. inter substãtiã & accidẽs: inter accidẽs & accidẽs. Primò inter substantiã & substantiã. Duplex enim est in homine ꝓximo substãtia. s. corpus & anima, anima propter Deũ, corpus ꝓpter animã est amãdũ. & ideò magis anima quã ipsum corpus. Ari. Propter quod vnũquódq;, &c. Aug. Si placẽt corpora Deũ, &c. Si sic discretè diligis & corpus nõ ꝓpter se, sed ani mã: indifferẽter amas masculũ & fœminã: cũ in anima cõueniãt: licet in sexu corporis differãt. Iterũ inter substantiã & accidẽs, substãtia enim & natura semper bona: quia à Deo, & ideò semper amãda. Accidẽs aliquãdo malũ & cõtra Deũ, & ideò odiẽdũ. Aug. Sic diligẽdi sunt homines: vt eorũ nõ diligãtur errores. Gre. Et diligamus in proximis, quod sunt, & odio habeamus, qꝺ in itinere Dei nobis obstunt. Psalm. Nõne qui oderũt te domine oderã, &c. Cũ igitur in eodem subiecto sint natura ex culpa opus Dei & opus hominis cauendũ est discretè, ne vel propter malũ bonũ odias, vel propter bonum substantiæ malũ diligas: sed discretè singula singulis reddas: amorẽ naturæ: & odiũ culpæ. Luc. 14. Si quis venit ad me & non odit patrẽ & matrẽ, &c. Gre. Constat quia amãdo debet odisse proximũ, qui sic eũ odit, sicut semetipsum. Itẽ inter accidẽs & accidẽs. Accidẽtiũ cũ quædam sunt bona, & ideò amanda: vt virtutes & gratia. Quædam his contraria, & ideò mala, & non amanda: vt vitia. Quædã indifferentia: vt naturalia, sicut pulchritudo, facundia & similia: vel adueniẽtia: vt opulẽtia, scientia, & similia. Hæc omnia quæ in vno subiecto vnum sunt, facilè incautum decipiunt: vt nonnũquàm aliquis credat se ex charitate diligere Susannã. quæ timet Deum. & diligit forsan ex carnalitate: propter id, quod præmittitur pulchram nimis. Sed si inter accidentia discernis hominem bonum inquantùm huiusmodi ex charitate diligis, non curans vtrũ senex, iuuenis, pulcher, vel deformis pauper vel diues, & sic de alijs. 1. Ioan. 5. Omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. Hiero. Illa necessitudo, &c. Et hominem inquantũ peccator nõ diligis. sed miseri corditer odis. Boëtius. Dilige iure bonos, & miserere malis. Augusti. Omnis peccator inquantùm peccator, non est diligendus: sic Christus dilexit, qui Petrum amicissimum suum propter aliud & aliud accidens, nũc beatũ dixit, nũc sathanã appellauit. Amplius, quomodò? spiritualiter non carnaliter. Sic Christus dilexit, qui Petrũ Ioãni præposuit, & ad matrem vocatus respondit. Quæ est mater mea, &c. Quicúnq; fecerit volũtatẽ patris mei, &c. Sed & omnes amicos suos tribulationibus transitorijs exposuit, magis volens eis bonum spiritui vtile, quã bonum carni delectabile. Apoca. 3. Ego quos amo, arguo, &c. Prouer. 3. Quem diligit dominus corripit, &c. Quomodò contrà. Greg. Sunt qui diligunt proximos, &c. Hi nimirum & proximos diligunt: & tamen illa supernæ dilectionis præmia nõ assequuntur: quia amorẽ suum non spiritualiter, sed carnaliter impendunt. Amplius. Quomodò veraciter non fictiuè vel simulatè. Ro. 8. Dilectio sine simulatione. 2. Cor. 6. In charitate non ficta. 1. Ioan. 4. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Prouer. 11. Simulator ore decipit, &c. Ioan. Senior Gaio, quem ego diligo in veritate. Est autem veritas adæquatio signi ad signatum. Nota igitur, sicut intellectus habet signa, sic affectus sua. Notæ & signa intellectuum sunt voces. Arist. Sunt ea quæ sunt in voce earum quæ sunt in anima passionum notæ. In hoc signo veritas est, cùm significat esse, quod est vel non esse, quod non est. Aristo. Contingit enuntiare, quod est, &c. Et quia vt dicit lex, in maiore minus & in toto pars intelligitur, & verũ signum est, quod esse partem significat, cũ totũ est. Vnde si quatuor currentibus dicta quatuor currere verũ significo, similiter si dicam tres currere, verũ significo, & adæquatur signũ signato. Falsitas autem est in signo, cùm deficit adæquatio: quod fit tripliciter. Vel cùm significatur plus esse, quã est: vt si tantùm quatuor currentibus, dicã sex currunt. Vel cũ significatur esse, quod nõ est: vt si non album, dicã album, vel significatur id cui contrariũ est, vt si album dicã nigrũ esse. sic omninò est in signis affectuũ & amoris. In his enim est veritas cùm signum adæquatur signato, vel totũ significat, vel partem in toto. Veraciter ergo diligit, qui vel tantùm interius diligit quantùm se diligere per fanilliaritatis signa exterius ostendit. Vel plus diligit, quàm ostendat: quia totum affectum significare, vel non potest, vel nescit, vel ob aliquam causam non vult. Vnde nec fallaciter Christus dilexit: qui quædam signa dilectionis exterius maiora Ioanni quem minus, quàm Petro quem magis dilexit ostendit: quia Ioannem non minus dilexit, quàm ostederet: licet Petrum plus dilexit, quàm foris significaret. Nec signauit magis se diligere Ioannem quàm Petrum, sed magis signauit in quibusdam se magis diligere Ioannem, quàm significaret se diligere Petrum. Est autem falsitas in signo dilectionis tripliciter. Magna cùm significatur plus esse, quàm est: vt cùm diligens signi ficet se magis diligere, quàm diligat. Maior cùm significatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod non est, vt cùm diligens se diligere significat. Psal. Dilexerunt Deum in ore suo. Maxima cùm ostenditur id cuius cõtrarium est. vt cùm odiens amorẽ prætendit. Prouerb. 27. Meliora sunt vulnera diligẽtis, quàm fraudulenta oscula odientis. Abacuc. 2. Ve qui potum dat amico miscẽs fel. O quàm veraciter Christus nos secundũ vtrãque naturã amat, qui essentialem & ideò infinitã dilectionem ostendit: qua vt Deus nos diligit beneficiorũ effectibus: magnis quidem valdè & penè innumeris: sed tamen finitis: & ideò infinitũ non plenè significantibus ostendit. Quinimò hanc dilectionẽ totam & tantam quanta est plenè significare creaturæ per effectũ aliquẽ, etiam ipse omnipotẽs poẽter nõ potest. q. a causę immẽsæ effectus ex necessitate mẽsurã habẽs æquari nõ potest. Sed & humanæ dilectiõis affectum, quãuis magnũ esse erga nos plurima & maxima in nobis & pro nobis vt homo faciendo & patiẽdo significauerit, tota tamẽ & præcisa quãtitas affectus ostensa nõ est. quia effectib⁹ signãtibus adhuc maior est. Ecclesiastic. Beatus qui inuenit amicũ verũ. ⁊ i beatus qui inuenit, qualis est qui perdit? Ampliùs quomodò. Efficaciter non tepidè. Grego. Probatio dilectionis exhibitio est operis. 2. Reg. 15. Ostendisti amicitiã & fidem. O quàm efficaciter Christus nos dilexit & diligit, qui humanæ dilectionis affectũ tantis effectib⁹ ostẽdit. Io. 15. Maiorẽ hãc dilectionẽ nemo habet, &c. 1. Io. 4. Si Christus nos dilexit, & nos debemus inuicem diligere. Si Christus pro nobis animã suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Io. Qui habuerit substantiã, &c. Ampliùs quomodò: Gratis nõ mercenariè. vt non hominẽ propter res, vel dona, sed potiùs econuersò. Aristo. Amicos iustos esse volumus, &c. Quo cõtra. Ecclesiast. Multi colunt personã potentis: & amici sunt dona tribuentis. Et ideò dicitur Ecclesiasti. Non agnoscetur in bonis amicus. Poëta. Cũ fueris fœlix multos numerabis amicos. Tẽpora si fuerint nubila solus eris Nõ ita Christ⁹. Psal. Bonorũ meorum nõ indiges. Ampliùs quomodò: Stabiliter nõ mutabiliter: vel transitoriè. Sic Christ⁹. Io. 13. Cùm dilexisset suos in finẽ dilexit eos. Prouer. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Si omni. ergo tẽpore prosperitatis propriè, & tẽpore aduersitatis alienè. Quo cõtra. Ecclesiast. Est amicus qui cõuertitur ad inimicitiã. Vides igitur quemadmodũ motus dilectiõis amicitiæ in proximũ producitur à natura, inquantũ talis bonus bonitate naturæ. A natura deliberatiua bonus in genere. A natura aduta per gratiã gratis datã, bonus ex aliqua circũstantia. A natura elcuata per gratiã gratũ facientẽ bonus meritoriè. Verũ ex natura vitio libidinis deprauata, quasi ex radice corrupta orit dilectio inordinata, qua proximũ diligẽdo peccamus: & ſi citra Deum venialiter ſi æquè vel suprà mortaliter. Matt. 10. Qui amat patrẽ aut matrẽ supra me, &c. Cùm autẽ dilectio & amicitia in duratione sua habeat principium, medium, & finẽ, quãdóq; in principio, quãdóq; in medio, & quãdóq; in fine vitiatur. Vnde aliquando dilectio ex vitio libidinis nascitur. Nõnunquã etiã amicitia quæ sine vitio naturaliter vel spiritualiter inchoatur, subintrãte vitio carnaliter terminatur. Gala. 3. Sic stulti facti estis: vt cum spiritu cœperitis carne cõsummamini. Poëta. Cœpisti melius quàm desinis. vltima primis cædunt: dissimiles hic vir & ille puer. Quãdóq; etiã licèt vix & rarò cõtingit econuersò. sic Dauid Bersabæ primum illicitè in adulterio: post modùm debitè dilexit in matrimonio. Sed vix bono paguntur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.

CAP. VI.

Diligitur etiam proximus dilectione concupiſcentiæ. Nota propinquitas secundum conuenientiam realem duplex est. Vna logica, quæ est inter similia substantiali vel accidentali forma conformia, hanc operatur dilectio amicitiæ. Alia Physica, qualis est inter materiam & formã: quæ mutuo appetitu adinuicem inclinãtur, donec naturaliter in termino conuenientiæ vniantur, hæc est inter maſculum & fœminam. Genes. 2. Erũt duo in carne vna, ſuper hanc fun datur dilectio concupiſcentiæ. Sicut enim naturaliter concupiſcit homo conueniens nutrimentum nutritiuæ ad conſeruationem individui, ſic & generatiuæ ordinatæ ad conſeruationem ſpeciei. Hæc dilectio eſt appetitus vel deſiderium quod ſemper bonum eſt bonitate naturæ, ſed in genere moris aliquando eſt bonum. In genere ex circunſtantia vel meritoriè aliquando malum venialiter vel mortaliter. Quando verò bonum vel malum & quando magis vel minus bonum vel malum cognoſcitur, diſtinguẽdo principium à quo eſt. Finem vel terminum ad quem eſt, materiam in quã, & modum vel formam ſecundum quã eſt. Principium à quo eſt motus iſte eſt natura. Hæc autem duplex eſt, ſcilicet ſenſualitas & ratio. Senſualitas dupliciter conſideratur: vt brutalis, & vt humana. Humana tripliciter conſideratur: vt inſtituta & innocens: vt vitiata fomite & corrupta, vt reparata per gratiam & exercitium boni. Et conſideratur dupliciter in motu, quia mouet aut per ſe aut imperio ſuperioris virtutis, ſcilicet rationis. Ratio dupliciter conſideratur: vt natura & vt deliberatiua. Hæc triplex in ſtatu: vt inſtituta vel viciata fomite: vel luxuria, vel vt reparata, hoc dupliciter. Vel per gratiam gratis datã, ſcilicet p gratiã virtutẽ caſtitatis informis & politicę. De qua agit Ariſtote. in Ethic. Vel per gratiã gratum faciẽtem, ſcilicet caſtitatẽ charitate formatam. Quò ad terminum vel quò ad finem diſtinguitur, quia deſiderium multiplex ſecundum Ariſtote. Huius vt finis: huius vt ad finem. Finis duplex eſt. Primus quid intendis facere. Secundus quid conſequi vel acquirere. Intentio faciendi terminari videtur in commixtione. Intentio conſequendi in prole, voluptate vel ſimili. Poteſt ergo eſſe appetitus & deſiderium vel ipſius finis: vt coëundi & generandi: vel ſimilium. vel eius, quod ad finem: vt videndi & alloquendi. verſus. Viſus alloquium contactus, & oſcula factum. Regulariter. Cuius finis malus & illicitus, & ipſum. Vbi ergo coitus illicitus, & igitur ipſum malum & ad hunc finem relata: ſed ſecus eſt ſi ad hunc finem non referantur, ſed ĩſtatur in ipſis. Tunc enim iudicabuntur ſecundum ſe. Secus ſi ad finem alium fortaſſe bonum referantur, cùm de ſe indifferentia ſint. Vnde dicitur. Qui viderit mulierem non abſolutè, ſed ad concupiſcendam eam, mœchatur. Augu. Fœminas videre non prohibemini, ſed appetere, &c. Non ſolùm affectu, ſed aſpectu appetitur, & appetit concupiſcentia fœminarum, &c. Regula Ariſto. Quod fini bono propius eſt, melius eſt inquantùm tale, quod malo peius. Bonum eſt igitur homini mulierem non tangere. ſed & non ſine cauſa audire vel videre. Vox enim blanda & nequam digitos haber. Iob. Pepigi fœdus cum oculis meis, &c. Grego. Non licet intueri, quod non licet concupiſci. Quò ad materiam ſuppoſita vnitate naturæ diuerſitate perſonæ, vna ſpecie duobus indiuiduis diſtinguitur inter maſculum & fœminam, ſexu, inter ſuam & non ſuam lege. & ſic de alijs materiæ circunſtantijs, ex quibus fit actio licita vel illicita. Corinthio. Viri diligite vxores. Prouerbior. quinto. Serua chariſſimam tibi, in amore illius delectare iugiter. Quò ad modum vel ad formã diſtinguitur inter voluntatẽ ſemiplenã & plenã inter appetitum moderatum & immoderatũ, & hoc vel parũ vel multũ: vt ſecundũ hoc vel maius vel minus malum veniale vel mortale. Regulariter itẽ eſt iudicium generale plenæ voluntatis & actus. Vnde phibiti actus, pro hibita eſt voluntas cohibiti cohibita, liciti licita, debiti debita. Sed nota hunc motum dilectionis proprię loquendo non elicit habitus charitatis, cùm ipſum ſecundum diuerſitatẽ perſonarum & ſtatuum imperat, tentat: vel tolerat: vel amputat: vel fugiens declinat.

CAP. VII.

Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio gratuita, cũ ſit actio vel motus, cauſas habet & effectus. Cauſarũ quatuor ſunt genera, efficiens, materialis, formalis, & finalis. Efficiẽs cauſa eſt: vn de principium motus. ſecundum Ariſt. hæc in motu dilectionis duplex eſt. Motor primus qui mouet nõ motus, ſcilicet Deus, Boëtius. Stabilisq; manens, dat cũcta moueri. Hic eſt Deus qui dat mãdatum de diligẽdo: vt debeamus. Ioan. 15. Hoc eſt præceptũ meum. 1. Ioã. 4. Hoc mandatum habemus à Deo, nõ ab hoſte vel angelo, ſed à Deo: vt qui diligit Deũ, diligat, &c. Itẽ addit exẽplum: vt ſciamus. Ioã. 13. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Item donat & ſpiritum & charitatis habitum: vt poſsimus. Auguſti. In terra datur ſpiritus ſanctus: vt diligatur proximus. Itẽ promittit præmium vt velimus, cõminatur ſupplicium, ne omittamus, operatur motũ: vt cooperantes agamus. Ioan. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Motor ſecundus qui mouet motus, eſt anima rationalis inquãtùm talis quæ à Deo grata per formã gratiæ quæ ineſt ſubſtãtiæ per potentiam liberi arbitrij vel voluntatis diſpoſitam habitu naturalis amoris & charitatis, producit hũc actũ. Cùm ergo cognitiua apprehendens obiectum vel materiam debitã conferendo aduertit cõditiones eius ipſam diſponẽtes reſpectu motiuæ & motũ prouocãtes. Sunt enim decẽ mouẽtia per modum efficientis, ſex propriè & quatuor ĩpropriè. Propriè mouet De⁹ pater & filius & ſpirituſſanctus, qui tres ſicut vnus Deus, vnus creator, & ita vnus motor mouens in hoc motu mirabiliter, inſenſibiliter, ſuauiter, & vtiliter. Itẽ ſubſtãtia animæ forma gratiæ potentia voluntatis. Voluntas enim eſt inſtrumentũ ſeipſum mouens. ſecundũ Damaſ. Habitus naturalis amoris, habitus gratuiti amoris. ſ. charitatis impropriè & largè mouet obiectum diſpoſitum. Delectabile enim apprehenſum mouet ſic & amabile, inquantùm tale apprehenſum intellectu mouet affectum & ſit intelligendo quaſi motus ad animam in diligendo quaſi motus ab anima. Item finis Ariſto. Finis factiuus non eſt niſi ſecundum Metaphorã. Principiat enim motum finis, prout eſt in intentione & ſpe, terminat autem motum & quietat, prout eſt in adeptiõe & re. Item mandatum. Item exemplum. Poëta. Segnius irritat animum demiſſa per aures, &c. Vtrũque ergo irritat, & ita mouet, licet alterum magis altero. Seneca. Homines magis, &c. Ad Hebræos decimo. Cõſiderantes inuicem in prouocatione charitatis. Circa materiam nota. Dilectio cùm ſit accidens, non habet materiam ex qua, ſed in qua, & inquantùm eſt accidens vel forma accidentalis: ſic ſubiectum in quo eſt, & quod informat & eſt eius materia. Inquantùm verò eſt actio vel motus, ſic materia eius dicitur obiectum prorium in quod eſt. Obiectum autem conſiderari poteſt dupliciter, ſcilicet ſecundũ ſubſtantiam: vel ſecundũ rationẽ obiectiꝰ: vt patet in colorato, quod eſt obiectum viſus & materia viſionis inquantũ coloratum, non inquantùm ſubſtantia. Eſt autem duplex habitus amoris, ſcilicet naturalis & gratuitus: & ſecundum hoc duplex actus & duplex materia vel obiectum. Ex habitu naturalis amoris dilectione amicitiæ diligo me principaliter, & ſummè etiam plus quã Deũ. Ex habitu amoris gratuiti, econuersò Deum principaliter & ſummè: & Deum plus, quàm me. Propria ergo materia amoris naturalis ego. Gratuiti Deus: vtrúque amor intuetur proximum. Habet enim proximus conuenientiam mecũ. ſecundum hanc cedit in materiam amoris naturalis habet conuenientiam cum Deo, ſecundum hanc in materiam gratuiti, ſcilicet charitatis. Augu. de vera religione. Non ſic homo ab homine diligendus eſt, vt diliguntur carnales fratres vel filij, &c. Nec hoc in humanum videri debet. Magis enim in humanum eſt non amare in homine, quod homo eſt: ſed amare, quod filius eſt. Hoc enim eſt non in eo amare, quod ad Deum pertinet, ſed amare illud quod ad ſe pertinet. Similiter ſi meipſum apprehendero tanquã alium poſſum ad me vel ad Deum referre, & ſecundum hæc pro materia amoris naturalis vel gratuiti habere. Nota tamen, ꝙ ſicut diuerſi artifices ex vna eademq; materia diuerſimodè operantur: & ſicut vnam & eandem lineam aliter conſiderat Phyſicus, aliter Mathematicus, ſic amor naturalis & gratuitus conueniũt in ſubſtantia dilecti quaſi in communi materia. ſed differunt in ratione diligendi & modo: quaſi in operis forma. Nota etiam, ꝙ ſicut ignis aquã alterans naturaliter frigidã actualiter cõtra natura ſuam calidã facit, & tamẽ humidã dimittit: licet ipſe ſicut calidus, ita etiã ſiccus ſit, ſic gratia charitatis naturã alterans in amore eius quædam tollit, & ad cõtrariũ actũ ipſum eleuat ſupra ſe. & quaſi cõtra ſe quædam ſecũ cõpatitur: quæ & ſi ſint cũ ea, nõ tamẽ ab ea: ſicut ab igne eſt, ꝙ aquã calefacit, calefactã autẽ humectat: hoc tamen non eſt ab igne ſed à ſe. Cùm igitur amor gratuitus primò & principaliter & ſummè diligat Deum pura charitate nec in meipſo nec in proximo aliquid diligo niſi Deũ: quãuis naturalis amor quædã non quidẽ mala, ſed imperfecta bona admiſceat in ſtatu viæ: quæ charitas nõ cauſat: ſed tolerat & euacuat forſitan in ſtatu patriæ. 1. Cor. 13. Cũ venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur, &c. Conditiones igitur proximi per relationem ad Deum ſunt ratio gratuitè diligendi ipſum. Hæ diuerſificantur ſecundũ triplex eſſe naturæ gratiæ & gloriæ. Quò ad eſſe naturæ quatuor in proximo conſidero. Primũ eſt, ꝙ ille quẽ ex charitate ſummè diligo, eum fecit & vtiq; diligit quem fecit. Sap. 11. Diligitur autem effectus neceſſariò ab eo qui cauſam efficientẽ diligit: vt liber vel ſcriptura ob amorem ſcriptoris: pictura ob amorem pictoris, & generaliter omne opus ob amorem amati opificis diligitur. Quãuis autem Deus omnia fecerit & omnia diligat, ideò qui gratuitè & intimè diligit ipſum, omnia generaliter diligat propter ipſum. Hominem tamen ſpecialiter & angelum, ideſt, rationalem creaturam ex arte generali quaſi ſpecialius factam iuxta illud Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem, &c. Secundum ꝙ amiciſſimi mei imago eſt ipſum mihi in multis repræſentans. vt patet ſuprà in decimo gradu amoris magis debeo amare. Chara igĩr ſunt mihi generaliter omnia etiam irrationabilia: quia dicuntur & ſunt chariſſimi mei quaſi veſtigia: cùm quodlibet ipſorum ſit ens: ſit vnum verũ & bonum: & ideò ducit ad illum qui ſumma & prima eſſentia eſt vnitas & veritas & bonitas. Sed hæc differẽter mihi ſunt chara ſicut differenter ſecundum magis & minus impreſſa ſunt eis chari mei veſtigia. Specialiter tamẽ charus angelus & homo in quo chariſſimi mei imago eſt. Sicut enim honor imaginis ad protopicum pertinet ſecũdum Damaſcita & amor. Diligitur imago Chriſti per hominẽ picta in tabula vel pãno delebili: & hominẽ ſolũ non Deũ: imò corpus hominis tantũ nõ animã exiliter repreſentans. Similiter imago matris Mariæ cũ puero inciſa in ebore. vel fuſa matallo. Quantum ergo diligẽda eſt ab amatore Dei hæc indelebilis & incorruptibilis imago Dei facta ſecundũ Deũ & à Deo repræſentans non puerum cum matre, ſed filiũ cũ patre & ſpiritumſanctũ cũ vtróq;. Quã clarũ ſpeculũ eſſet, quod amãti cernere ſemper amati ſpecię repræſentaret. Tertiũ ꝙ amiciſsimus meus in ipſo eſt nõ tantũ: vt cauſa in effectu quæ ingreditur aliquãdo ſecundũ virtutẽ nõ ſecundũ ſubſtantiã ſcilicet efficiẽs & finalis: nõ vt Rex in regno: qui eſt ſecũdũ potẽtiã ſolũ, & nõ ſemp ſecũdũ perſonalẽ præſentiã: nõ vt accidẽs in ſubiecto, quod ſeparabile eſt & cõtingit & cõtinet: indigẽt & indiget, non vt ſigilli forma in cera quæ deleri poteſt, nõ vt facies in ſpeculo, nõ vt ſpecies rei cognitæ in cognoſcẽte: ſed veriſsimè pleniſsimè & intimè in ſubſtãtia, virtute, & operatione intimius, quã anima in corpore. Quòd ſi in omnibus ſit & ob hoc omnia mihi chara ſunt: quia tamẽ receptũ eſt in recipiente per modũ recipientis in rationabilibus firmius ineſt: quia perpetua: plenius: quia magis capacia. & ideò magis amabilia. Et licet omninò ecõuersò in ipſo ſint: & amabilia ſpecialius & durabilius & plenius, tamẽ rationabilia: & ideò magis amanda: quia in amiciſsimo meo. ad Ro. 10. Ex ipſo per ipſum & in ipſo ſunt omnia. Act. 17. In ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus. Quò ad eſſe gratię ſunt quatuor quę ſup præmiſſa quatuor fundantur. Primũ ꝙ amiciſsimus meus ipſum perfecit informãdo & reformãdo per gratiã. qui ipſum fecerat formãdo per naturã. Ex quo ſequiẽ, ꝙ ſit amiciſsimi mei famulus & filius: & ideò neceſſariò amandus. 1. Ioã. 5. Omnis qui diligit eũ qui genuit, &c. Itẽ amicus amãs & amatus. Ioã. 16. Iam nõ dicã vos ſeruos, &c. Itẽ ſpõſa. Oſeæ 2. Sponſabo te mihi in fide, &c. 1. ad Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpirit⁹ eſt. Secundum ꝙ amiciſsimo meo cuius imago eſt per naturalia ſimilis etiã eſt per gratuita per iuſtitiã iuſto: per benignitatem benigno, & ſic de alijs. 1. Cor. 11. Imitatores Dei eſtote ſicut filij chariſsimi. Luc. 6. Eſtote miſericordes, &c. Matth. 5. Eſtote perfecti. Tertium ꝙ amiciſsimus meus in ipſo eſt ſecundum effectus gratiæ multipliciter: vt hoſpes in domo. Chara mihi domus. cuius hoſpes chariſsim⁹: vt hortulanus in horto euelleus & deſtruens: vt põtifex in templo cõſecrãs aſpergendo: ſcribendo: & vngendo, &c. vt magiſter in ſchola docẽs: vt ſponſus in thalamo quieſcẽs: vt gẽma in annulo ornãs. & ſimilia: Quartum eſt, ꝙ ipſe eſt in amiciſsimo meo ſpeciali modo. 1. Ioan. 4. Deus charitas eſt, &c. Manet inquã mirabiliter: quia multo coniunctius: multóq; vtiliùs ſibi quã mẽbrũ in corpore: palmes in vite: plãta in terra: piſcis in aqua: animal ſpirãs in aẽre: carbo in igne: liquor in vaſe: ſcriptura in libro: locatum in loco conueniente & proprio. Et tamen in his omnibus nõ poſſum nõ diligere, quod manet ſi illũ diligerẽ intimè in quo manet. Aug. Si placẽt animæ, in Deo amentur, &c. Ex præmiſsis collige quatuor conditiones in proximo quò ad eſſe gloriæ: quæ ſunt materia & ratio diligẽdi gratuitè. Eſt enim gloria gratia cõſummata. Secundũ hæc igitur video, ꝙ amiciſsimus meus ipſum perfecit vltima perfectione: & ipſe amiciſsimo meo ſimilis eſt vltima aſſimilatione, & amiciſsimus meus in ipſo, & ipſe in amiciſsimo meo vltima completiſsima: & inſeparabili vnione. His omnibus quò ad amorem gratuitum renet regula: ſi ſimplex ad ſimplex, &c. Præter hæc omnia ratio gratuitè diligẽdi proximũ eſt voluntas amiciſsimi mei hoc volentis: & hoc iubentis: qui & ſi catulũ: vel lapidẽ: vel minus aliquid propter ipſum diligi nõ quidẽ mãdaſſet: ſed voluntatem ſuã tantũmodò: vel nutu minimo inſinuaſſet: charitati purę perfectæ. & non impeditæ ſatis præceptum eſſet. 1. Pet. 3. Caſtificantes corda veſtra in obedientia charitatis: non tantùm neceſſitatis. Vnde etiam ob hoc charitas dãnatos ſimpliciter nõ amat: quia amiciſsimi ſui æternæ voluntati omninò concordat Cant. 1. Recti diligunt te. Aug. Recti ſunt qui voluntatem ſuam dirigunt ſecundum voluntatem Dei, quæ regula eſt: & voluntatem melioris præponunt voluntati ſuæ. De qua forma notã: ſicut ſubſtantiarũ duplex eſt forma. vna quæ eſt extra, ſcilicet forma exemplaris ſecundũ quã facta eſt. Exemplar enim & idea cuiuſlibet rei factæ ſiue artificialis. ſiue naturalis formaliter eſt in mente factoris ſecundũ quod diſtinguit Augu. arcam in mente. & arcã in opere. Alia quæ eſt intra eſt duplex, ſubſtantialis dans eſſe primũ & ſimplex: vt in homine anima vel humanitas. Et accidẽtalis dãs eſſe ſecũdũ. & ſecũdũ quid, vt quatitas qualitas. & ſimilia. ſic & actionum. Dilectio igitur cũ ſit actio ad ſubſtantiã relata cuius accidens eſt forma eius: ſed ſecũdum ſe conſiderata quaſi triplicẽ formã habet. Exemplarem in mente diuina. videt enim Deus cũ proximũ diligo, & videt non ſolũ intellectu ſpeculatiuo: ſed etiã practico. Ipſe enim facit me diligere. & ſcit vtiq;, quod facit: cũ volẽs faciat, & ideò nõ ignorãs, ſcit autẽ p ideã: non quæ ſit in ipſo ab actione creata: ſed quæ ſit actionis cauſa. Subſtantialem hic eſt bonitas gratuita inſeparabilis, quod ſic patet. nam actionum alia bona, alia mala in genere moris, quamuis omnis bona in genere naturæ, malarũ alia mala in ſe: vt occidere hominẽ, alia ſecũdũ ſe. & hæc eſt mala formaliter: vt mendaciũ: furtũ. & ſimilia quę nõ ſolũ dicũt actionẽ, ſed cõcernũt deformitatẽ. & ideò hęc ita ſunt mala: vt non poſsint fieri bona: vel ſaltẽ non mala: licet aliqua magis aliqua minus mala: ita ex oppoſito in bonis. Cùm igitur charitas ſit forma omniũ virtutum, actus eius tantũmodò bonus eſt formaliter in ſe. & ſecundũ ſe. & ideò nõ poteſt nõ eſſe bonus bonitate gratuita: quæ in viatore non eſt meritoria. Omniũ autẽ aliarũ virtutum actus informes eſſe poſſunt: nec neceſſariò meritorij ſunt. Aug. Dilectio Dei & ꝓximi propria & ſpecialis virtus eſt bonorũ: cũ cæterę virtutes bonis & malis poſſunt eſſe cõmunes. Accidentalẽ formam habet hic eſt feruor. & hic duplex, ſcilicet feruor in actu & in affectu. Feruor autem alius ſenſualis: alius intellectualis: vel rationalis. Cant. vlt. Lãpades eius lampades ignis atq; flãma. Et videtur primus eſſe quaſi accidens ſeparabile: ſed ſecundus quaſi inſeparabile. Stante ergo bonitate gratuita in actu dilectionis quaſi ſubſtantiali forma feruor ſecundũ diuerſas cauſas ad modũ accidentis nunc intenditur, nũc remittitur: nũc adeſſe: nunc abeſſe videtur. De fine loquitur Ariſt. in 7. Meth. dicens, ꝙ omne agens habens intellectũ, nõ agit illud, quod agit: niſi propter rẽ aliquã: quæ eſt vltimum actionis. Vltimũ enim eſt finis ad quẽ intenditur. Dicitur autẽ finis dupliciter: reſpectiuè. ſ. reſpectu præcedẽtis: hoc eſt ſecũdũ quid abſolutè, hoc eſt ſimpliciter: & hoc eſt verè vltimũ: quia nõ refert: nec ordinat vlteri⁹. Primo modo ſic ipſum diligere eſt finis. nã ad ipſum ordinari habent omnes actus cognitiuę, & inferiorũ potentiarum

tur. Primũ ꝙ amiciſsimus meus ipſum perfecit informãdo & reformãdo per gratiã. qui ipſum fecerat formãdo per naturã. Ex quo ſequiẽ, ꝙ ſit amiciſsimi mei famulus & filius: & ideò neceſſariò amandus. 1. Ioã. 5. Omnis qui diligit eũ qui genuit, &c. Itẽ amicus amãs & amatus. Ioã. 16. Iam nõ dicã vos ſeruos, &c. Itẽ ſpõſa. Oſeæ 2. Sponſabo te mihi in fide, &c. 1. ad Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus ſpirit⁹ eſt. Secundum ꝙ amiciſsimo meo cuius imago eſt per naturalia ſimilis etiã eſt per gratuita per iuſtitiã iuſto: per benignitatem benigno, & ſic de alijs. 1. Cor. 11. Imitatores Dei eſtote ſicut filij chariſsimi. Luc. 6. Eſtote miſericordes, &c. Matth. 5. Eſtote perfecti. Tertium ꝙ amiciſsimus meus in ipſo eſt ſecundum effectus gratiæ multipliciter: vt hoſpes in domo. Chara mihi domus. cuius hoſpes chariſsim⁹: vt hortulanus in horto euelleus & deſtruens: vt põtifex in templo cõſecrãs aſpergendo: ſcribendo: & vngendo, &c. vt magiſter in ſchola docẽs: vt ſponſus in thalamo quieſcẽs: vt gẽma in annulo ornãs. & ſimilia: Quartum eſt, ꝙ ipſe eſt in amiciſsimo meo ſpeciali modo. 1. Ioan. 4. Deus charitas eſt, &c. Manet inquã mirabiliter: quia multo coniunctius: multóq; vtiliùs ſibi quã mẽbrũ in corpore: palmes in vite: plãta in terra: piſcis in aqua: animal ſpirãs in aẽre: carbo in igne: liquor in vaſe: ſcriptura in libro: locatum in loco conueniente & proprio. Et tamen in his omnibus nõ poſſum nõ diligere, quod manet ſi illũ diligerẽ intimè in quo manet. Aug. Si placẽt animæ, in Deo amentur, &c. Ex præmiſsis collige quatuor conditiones in proximo quò ad eſſe gloriæ: quæ ſunt materia & ratio diligẽdi gratuitè. Eſt enim gloria gratia cõſummata. Secundũ hæc igitur video, ꝙ amiciſsimus meus ipſum perfecit vltima perfectione: & ipſe amiciſsimo meo ſimilis eſt vltima aſſimilatione, & amiciſsimus meus in ipſo, & ipſe in amiciſsimo meo vltima completiſsima: & inſeparabili vnione. His omnibus quò ad amorem gratuitum renet regula: ſi ſimplex ad ſimplex, &c. Præter hæc omnia ratio gratuitè diligẽdi proximũ eſt voluntas amiciſsimi mei hoc volentis: & hoc iubentis: qui & ſi catulũ: vel lapidẽ: vel minus aliquid propter ipſum diligi nõ quidẽ mãdaſſet: ſed voluntatem ſuã tantũmodò: vel nutu minimo inſinuaſſet: charitati purę perfectæ. & non impeditæ ſatis præceptum eſſet. 1. Pet. 3. Caſtificantes corda veſtra in obedientia charitatis: non tantùm neceſſitatis. Vnde etiam ob hoc charitas dãnatos ſimpliciter nõ amat: quia amiciſsimi ſui æternæ voluntati omninò concordat Cant. 1. Recti diligunt te. Aug. Recti ſunt qui voluntatem ſuam dirigunt ſecundum voluntatem Dei, quæ regula eſt: & voluntatem melioris præponunt voluntati ſuæ. De qua forma notã: ſicut ſubſtantiarũ duplex eſt forma. vna quæ eſt extra, ſcilicet forma exemplaris ſecundũ quã facta eſt. Exemplar enim & idea cuiuſlibet rei factæ ſiue artificialis. ſiue naturalis formaliter eſt in mente factoris ſecundũ quod diſtinguit Augu. arcam in mente. & arcã in opere. Alia quæ eſt intra eſt duplex, ſubſtantialis dans eſſe primũ & ſimplex: vt in homine anima vel humanitas. Et accidẽtalis dãs eſſe ſecũdũ. & ſecũdũ quid, vt quatitas qualitas. & ſimilia. ſic & actionum. Dilectio igitur cũ ſit actio ad ſubſtantiã relata cuius accidens eſt forma eius: ſed ſecũdum ſe conſiderata quaſi triplicẽ formã habet. Exemplarem in mente diuina. videt enim Deus cũ proximũ diligo, & videt non ſolũ intellectu ſpeculatiuo: ſed etiã practico. Ipſe enim facit me diligere. & ſcit vtiq;, quod facit: cũ volẽs faciat, & ideò nõ ignorãs, ſcit autẽ p ideã: non quæ ſit in ipſo ab actione creata: ſed quæ ſit actionis cauſa. Subſtantialem hic eſt bonitas gratuita inſeparabilis, quod ſic patet. nam actionum alia bona, alia mala in genere moris, quamuis omnis bona in genere naturæ, malarũ alia mala in ſe: vt occidere hominẽ, alia ſecũdũ ſe. & hæc eſt mala formaliter: vt mendaciũ: furtũ. & ſimilia quę nõ ſolũ dicũt actionẽ, ſed cõcernũt deformitatẽ. & ideò hęc ita ſunt mala: vt non poſsint fieri bona: vel ſaltẽ non mala: licet aliqua magis aliqua minus mala: ita ex oppoſito in bonis. Cùm igitur charitas ſit forma omniũ virtutum, actus eius tantũmodò bonus eſt formaliter in ſe. & ſecundũ ſe. & ideò nõ poteſt nõ eſſe bonus bonitate gratuita: quæ in viatore non eſt meritoria. Omniũ autẽ aliarũ virtutum actus informes eſſe poſſunt: nec neceſſariò meritorij ſunt. Aug. Dilectio Dei & ꝓximi propria & ſpecialis virtus eſt bonorũ: cũ cæterę virtutes bonis & malis poſſunt eſſe cõmunes. Accidentalẽ formam habet hic eſt feruor. & hic duplex, ſcilicet feruor in actu & in affectu. Feruor autem alius ſenſualis: alius intellectualis: vel rationalis. Cant. vlt. Lãpades eius lampades ignis atq; flãma. Et videtur primus eſſe quaſi accidens ſeparabile: ſed ſecundus quaſi inſeparabile. Stante ergo bonitate gratuita in actu dilectionis quaſi ſubſtantiali forma feruor ſecundũ diuerſas cauſas ad modũ accidentis nunc intenditur, nũc remittitur: nũc adeſſe: nunc abeſſe videtur. De fine loquitur Ariſt. in 7. Meth. dicens, ꝙ omne agens habens intellectũ, nõ agit illud, quod agit: niſi propter rẽ aliquã: quæ eſt vltimum actionis. Vltimũ enim eſt finis ad quẽ intenditur. Dicitur autẽ finis dupliciter: reſpectiuè. ſ. reſpectu præcedẽtis: hoc eſt ſecũdũ quid abſolutè, hoc eſt ſimpliciter: & hoc eſt verè vltimũ: quia nõ refert: nec ordinat vlteri⁹. Primo modo ſic ipſum diligere eſt finis. nã ad ipſum ordinari habent omnes actus cognitiuę, & inferiorũ potentiarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut potentia ad potẽtiam:& habitus ad habitum.Volo enim proximum noscere:vt agnitum diligã:quia secũdum Aug.inuisa possumus diligere:incognita nequaquam.Sicut igitur secundum Aristo. omni finis est vigilia,sentire verò & sapere vigiliæ finis:omnibus quidẽ inest alterũ horum.Bona enim hæc:finis autẽ optimum. Sic diligere quod his melius finis est horũ.Ipsum autẽ diligere vlterius ordinatur:donec ad finẽ finium veniatur.Habet autẽ actio diligendi duplicẽ finem.Primus est id quod intendo facere diligẽdo proximum. Intendo autem diligendo implere Dei mandata.Iacob.2. Si tamen legem perficeris legalem.ad Rom.13. Qui diligit proximũ impleuit legem.Imitari Christi exemplum.1.Corint.11.Estote imitatores Dei,sicut filij charissimi.& ambulate in dilectione.Exercitare in actum habitum donatum.2.Corinth.6.Videte ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.Dare exemplum & prouocare proximũ ad bonũ.1.Thimo.4.Exemplum esto fideliũ in charitate.ad Hebr.10. Considerantes inuicem prouocantes in charitate.Lucæ 10. Vade & tu fac similiter.Et horũ finis honorare Deum & dominum meum charissimum.Honorate charissimi Deum meum. Ad cuius gloriã si referre debeo quod manduco & bibo,multò potius quod diligo. Ad hoc vltimum charitate ordinante tenduntomnia præcedentia & vniuntur in ipso. Nec ista ita in numerum ponuntur cum actu diligendi,sicut connumerantur in supposito genus cum specie, vt animal cum homine:nec sicut intentio vel intellectus cum re:vt homo cum Sorte: nam vbi vnum propter alterum in vtróque vnum. Secundus finis est id quod intendo conſequi vel acquirere. Hoc est autẽ vitare supplicium,vt finis à quo : assequi præmium. vt finis ad quem.Vitatur autẽ per dilectionem supplicium,vel pœna duplex. præsens quæ est in odio.& inuidia concomitans & annexa: vt accidens inseparabile.versus.Iustius inuidia nihil est, quia protinus ipsum Auctorẽ rodit, cor cruciãtq; suũ. futura quæ infligetur pro dilectionis omissione &oppositi cõmissione vtráq; multiplex valde. Præmium similiter duplex,præsens & futurũ. In præsenti quidem multiplex est vtilitas.primũ quidem quoniam si gratuitè diligatur proximus habetur ex hoc certitudo vitæ æternæ.Sicut enim vita naturalis quã habet corpus ab anima cognoscitur, & diffinitur sensu & motu.sic & vita gratiæ,quã habet à Deo subsẽtia animæ. 1. Io. 3.Nos scimus quoniã translati sumus de morte ad vitã. Nota scitur effectus per causam demõstratiõe propter quid.sic scio q luna eclipsatur,quoniã terra interponitur.Causa per effectũ demõstratiõe, quia terrã interponi scio,quoniã luna eclipsatur : ita hîc per motũ gratuitæ dilectionis quasi per proprium effectũ vitæ nos viuere cognoscimus.Dicitur ergo scimus quoniã translati sumus,&c. Quasi diceret.nõ opinamur tantùm.Opinio enim est acceptio huius partis contradictionis cũ formidine alterius.scientia verò sine formidine:quoniã translati sumus.hæc ergo mutatio non liberi arbitrij: sed dexteræ excelsi.de morte ad vitã.Cùm à priuatione ad habitum nõ sit regressus per naturã.Quoniã diligimus fratres dilectiõe gratuita.1.Ioã.3. Qui nõ diligit manet in morte.Amplius operimentũ culpæ.1.Petr.4. Ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habẽtes:quia charitas operit multitudinẽ peccatorum. quod patet. Peccauimus in proximum ex eo q nõ diligẽtes ipsum omisimus facienda:& ex eo q odientes cõmisimus cauẽda. sed dilectio superueniens hæc omia operit nõ solùm vt nõ appareant: sicut hypocrisis operit & absconderit peccata:sed etiã vt nõ existãt.Forma enim superueniens deformitatẽ operit:vt nec appareat nec existat.Prouer.10.Odium suscitat rixas.& vniuersa delicta operit charitas.Amplius illuminatio intellectus.1.Ioan.2. Qui odit fratrẽ suũ, in tenebris ambulat,&c. Et econuersò.Qui diligit fratrem,in lumine est. O quàm vtile est in hoc lumine esse,nõ solùm enim clarum, sed dulce lumen & delectabile,&c.In hoc lumine multa necessaria videt homo de faciendis & cauẽdis pro proximo quid fieri vel non fieri conueniat ex debita necessitate, quid ex congrua æquitate, quid ex mera & libera voluntate. Videt quomodò diligẽdo sic prosit vni : vt non obsit alteri . secundum illud. Noli fieri pro amico inimicus proximi.2.Corinthior.8.Non vt alijs sit remissio:vobis autem tribulatio.Videt quomodò erga eundem proximum non mutans charitatis affectum : pro loco tempore & causa mutet vultum & exhibitionis effectum:videt & plura his similia in quibus virtus certior est omni arte & vnctio diuina docens de omnibus efficacior eruditione humana, quæ deficit in pluribus.Sed nota,quòd differũt lumẽ videre & in lumine esse.Lumen quasi videt,qui aliqua de dilectione cognoscit per literarum scientiam : vel exempla dilectionis aspicit per diligentium præsentiã.in lumine verò est,qui diligit effectu vel saltem affectu.Nota ergo quatuor differentias.Quidã enim vident lumen:sed non sunt in lumine.De quibus Isa.Qui vides multa nonne custodies?Quidam econuersò.Psalm.Quonia non cognoui literaturã,introibo in potentias domini.Aug.Surgunt indocti & cœlum rapiunt:& nos cum literis nostris sine corde sumus.Quidã neutrũ qui dicere possunt.In tenebris sedeo.& lumen cœli non video.Thob.5. Quidam vtrúnque.Psalm. In lumine tuo videbimus lumen. Amplius.Delectatio affectus.Motui enim dilectionis quasi inseparabiliter annexa est delectatio , sicut oppositum opposito, scilicet pœna odio.Gala.quinto.Fructus autem spiritus sunt charitas gaudium,&c.Amplius.Verum testimonium est,q̃ sumus filij nobilissimi patris.1.Ioã.5.Qui diligit fratrem suum,ex Deo natus est. Matth.5.Diligite inimicos vestros:vt sitis filij patris vestri filij non serui.Seruus non manet in domo in æternum: filius manet in æternum.Filij non nepotes vel pronepotes quasi attinentes gradu remoto:sed proximo.O verè appetenda nobilitas cuius tam mira dignitas tam multa vtilitas.Nam si filij, & hæredes amplius.Proprių indicium,quòd sumus discipuli magistri sapientissimi.Ioan.13.In hoc cognoscent omnes,quia mei estis discipuli,&c. Quasi diceret.In alijs bonis operibus opinabuntur & præsument:sed in hoc cognoscent: quia mei estis discipuli non mundi non carnis vel diaboli,sed nec hominis vel angeli nec ipsius Cherubin,qui dicitur plenitudo scientiæ,sed mei qui sum fons sapientiæ. Sed nota.cognoscitur quãdoq; res per cõmunia:& hæc cognitio est imperfecta interdum per propria:hæc perfecta.Licet enim ignoratis cõmunibus res ignoret:nõ tamẽ scitis scitur:sed solis proprijs.In hoc igitur quasi in ꝓprio iuditio cognoscent omnes,quia mei estis discipuli,si dilectionẽ habueritis adinuicem.Non in hoc si multum ieiunaueritis:quia etiã Pharisæi & discipuli Ioannis ieiunauerunt frequenter. Non in hoc si multas cerimonias seruaueritis:vt discipuli Moysi. Ioan.9. Nos Moysi discipuli sumus:nec etiam in hoc saltem si omnia reliqueritis.Hiero.Hoc etiam Socrates Philosophus fecit,& sui discipuli.tamen Christus dicit.Nisi quis renũciauerit omnibus quę possider,nõ poteſt esse meus discipulus,&c.Igit renũtiare omnibus ad minꝰ affectu superius est,& quasi cõmune ad discipulum esse.Posito autẽ superiori,nõ ponitur inferius,quãuis destructo destruatur,nec cogni to illo cognoscitur,licet ignorato ignoretur.Diligere autẽ gratuitè proximum,est ꝓprie propriũ discipulorum Christi. Sicut enim risibile hoîs cõuenit omni & soli & semper, quia nunc & in futuro. Amplius est efficax meritum: vt augeatur mihi gratia & influentia datoris liberalissimi.Sicut enim peccatũ est pœna peccati præcedentis,sic & meritum causa sequẽtis meriti.De Primo.Apoc.Qui in sordibus est,sordescat adhuc. De secundo. De plenitudine accepimus omnes gratiam pro gratia. Ratio autẽ merẽdi primò principaliter cõsistit in actu dilectionis.Greg.Nõ habet aliquid viriditatis ramus boni operis,&c.Quia verò secundum Ecclesiasticum.Amor proximorum probatus est nõ solùm coram Deo, sed etiã coram hoĩbus, etiã ipsi qui diligũtur intercedẽdo ad augmẽtum meriti adiuuant. Ad Ephes.1.Ego audiens fidẽ vestrã quæ est in Christo Iesu,& dilectionem in omnes sanctos, non cessо gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis : vt Deus Domini Iesu Christi pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis,in agnitione eius illuminatos oculos cordis vestri.Sub his septẽ generalibus vtilitatibus dilectiõis ꝓximi,innumeras speciales inueniesi à genere ad species diuidendo descẽdas,& ex adiũctis adiuncta,ex antecedentibus consequentia meditãdo perpẽdas,hoc quidẽ in præsenti.Quis autẽ in futuro finis assequẽdus,quod præmium dilectionis proximi quis æstimare potest.Magnum quidẽ & multiplex bonum creatum tibi & in teipso pro amato etiam nõ electo & in ipso si electus proindè datur.Aug.Si quis alius esset quẽ omninò sicut te diligeres,cẽdem beatitudinem haberet, duplicaretur gaudium tuũ, quia minus ꝓ eo,quã pro te gauderes.Si verò duo triplicarẽtur,&c. Sed de bono simpliciter increato maximũ erit gaudium omnibus. Arist. Summum & vltimum bonum finis est omniũ finium. Quod secundum Aug.verius cogitatur,quã dicitur,& verius est,quàm cogitatur & dicitur.

CAP. VIII.

Diliges proximum tuum sicut teipsum. Nõ dicit quantũ.Ro.12. Qui diligit proximum,legem impleuit.In duobus enim mandatis dilectiõis vniuersa lex pendet & Prophetæ. Naturalis scripta, vetus,& noua , quorum vnũquódque ad aliud naturali & artificiali ordine refertur,sicut exemplar ad exemplatum,inter quæ asimilatio est non necessaria adæquatio , quod patet sic,quia sicut secũdum exẽplar domus aliquantę & aliqualis põt fieri domus similis,maior tñ vel minor vel æqualis,& sic in istis nõ oportet,ꝙ ista asimilatio sit pota adæquata.Itẽ sicut domus perficitur tecto,& sermo vltimo verbo, & vas decẽ pugillos capiens,impletur pugillo nouissimo,& sic tota lex in mandato secundo dilecto proximo.Lex autem vniuersalis in parte vltima duo habet generalia mãdata,quę ex hoc vno nascuntur,& proximum diligẽdo totaliter implẽtur:vnũ affirmatiuũ, Matth.12. Quæcũq; vultis vt faciant vobis homines,&c. Quæcũq; licita,decentia,expedi ẽtia.vultis voluntate rationali,ratione:distinguẽte inter debita & indebita.Debita necessitatis & honestatis:indebita bona quæ consuluntur & in differẽtia quę in lege nõ continẽtur:vt faciant vel dimittãt,corde,ore:vel opere:vobis.vel pro vobis homines,nõ bruta:homines inquantùm homines, & vos facite illis in casu simili , facite, inquantùm voluntariè , & pleno affectu & si potestis opere & affectu.1.Io.2.Non diligamus verbo. &c. Secũdum hanc regulam dilectio proximi causat & efficit imperãdo omnes motus virtutum tendentes ad proximum & interiores & exteriores.verbi gratia.motus misericordiæ.Nam qui habuerit substãtiam huius mundi.&c.quomodò charitas Dei manet in eo? Amãs enim proximũ apprehendens per cognitiua miseriam eius secundũ affectiuam necessariò mouetur motu cõpassionis,& est hęc misericordiæ. Augu. Cũ ipsi patimur miseriam ex compassione discimus misericordiam.Ex hac cõpassione si sit sufficiens est velle reuelare pro posse.Ex hoc est reuelare primi duo motus interiores sunt,tertius exterior:qui cùm fiat per corpus secundum diuersitatẽ & multitudinẽ organorum fit multiplicatio motuum.Mouẽtur enim oculi ad fledũ.Iob.30. Flebã quódam super eo qui affligit &c. Aures ad audiendum:os & lingua ad consolandũ,& docendum manus ad dandum vel ad adiuuandũ:pedes ad ambulandũ & visitãdum &c. Ecclesia.7.Nõ te pigeat visitare infirmũ &c:Sed hoc exemplũ vide etiam in humilitate & alijs virtutibus charitatis imperiũ & processum motuũ. Ad Gal.5.Per charitatem spiritus seruire inuicem causat similiter omnes affectiones ad proximum. Nam ei quem diligo bonum volo.Et cui bonũ volo illud ei cupio:& quasi dolco dum ei abest:gaudeo dũ adest.Timeo ne oppositum,scilicet malum ei eueniat,doleo si euenerit & omnia hæc proportionatur secundũ tantũ & quantũ. Augu.Quantũ quisq; diligit alium tantũ eius bono cõgaudeat.Distingue tamẽ in affectiõe sicut in dilectione:inter ea quę procedũt ex affectu partis sensitiuæ cõiuncto fantasiæ : secundũ se & ea quæ ex affectu partis intellectiuæ cõiuncto intellectui:secũdũ se & ea quæ prædũt affectũ partis intellectiuæ, cognitio,intellectiua secundũ se est & quæ affectũ naturalẽ & humanũ prædeunt est cognitio humana & rationis discernentis. Primũ animale & penè brutale. Secundũ spirituale & quasi angelicũ quod sequitur animã separatã. Tertiũ humanũ propriè:& ideo secundũ Aristo.corrumpitur corrupto homine. Aristoteles in primo libro de anima.Intelligere & amare ac odire &c.Ecclesia.9. Viuentes sciunt. Interdum igitur sensibiliter minus gaudeo vel doleo de eo quod intelligibiliter plus diligo. Aliud negatiuum quod ab alio rationabiliter odis fieri corde ore opere tibi,vide tu alteri facias voluntate:ore vel opere:affectu:vel effectu. Thobiæ.4.Secundum hanc regulam dilectio proximi causaliter reprimit & cohibet omnes motus& actus vitiorum respectu eius. Verbi gratia. Superbię qua proximum de primo vt præcellam. Quo contrà. Charitas non inflatur non est ambitiosa, anaritiæ:non quærit quæ sua sunt.Iræ non irritatur, omnia suffert,omnia sustinet. Ephes.4. Supportantes inuicem in charitate. Grego.Quem minus amamus,minus etiam toleramus.Gre.Quia ab amore recederet læsa charitas nescit.Inuidiæ:congaudet autẽ veritati: Greg. Semper inuidia à bona voluntate discordat. Et sic de alijs vicijs generalibus & specialibus respectu proximi deordinatibus.Cohibet enim dilectiones motus omnium virium tã interiores quã exteriores qui multiplicantur per genera:secundũ multitudinẽ organorũ.Ligat enim vniuersaliter omnia membra officialia exteriora:vt oculos aures manus linguam pedes &c. Et sic implet omnia præcepta negatiua in exterioribus de proximo data. Matth. 19.Non occides:non adulterabis &c.Et si quod aliud est mandatum in hoc verbo instauratur:diliges proximum tuũ sicut teipsum. Ligat etiam interiores quæ diuersificantur secundum diuersitatẽ potentiarũ. Ligat igitur potentiam motiuam,scilicet voluntatem, vel affectum:ne moueatur volendo malum proximo : & sic implet. Non concupiſces vxorem proximi tui,& similia:vel afficiendo , ne de bono proximi quem diligo timorem:vel dolorem habeã de malo spem vel læticiam.1.Cor.13.Non gaudet super iniquitate. Ligat etiam aliquo modo cognitiuam.1. Cor.13.Non cogitat malum pœnæ vel culpæ hoc perfectum est valdè.Si enim malum culpæ:vel pœnæ proximo non cogitat sequitur necessariò,quòd non vult:nec facit,nec optat.Si malum culpæ proximi non cogitat sequitur,quòd non iudicat de malo dubio vel occulto non despicit de præterito certo non damnat de præsenti:non præsumit temerè de futuro. Distingue tamẽ in hac regula inter prohibita quæ facere de proximo est mortale:& cohibita quæ veniale,& dissuasa quæ facere non culpatur:sed non facere consulitur & laudatur & in differentia regulam non contingentia.Charitasenim incipiens diligendo proximũ sufficienter cauet prima,proficiens diligenter laborat contra secunda:perfecta etiã sollicita est circa sequentia.Et secundum hoc quãdóque vnctione docente à licitis quibusdam quasi ab illicitis cohibet ne proximũ quẽ diligit scandalizet.1.Cor.8.Si esca scandalizet fratrem meum &c.& infrà iam non secundum charitatem ambulo.Secundum hoc sententiat Apostolus generaliter.Ro.13.Nemini quicquã debeatis &c.Glos. Cætera ita soluere de betis, vt nihil teneamini:charitatem autem ita vt semper teneamini.

CAP. IX.

Diliges proximum tuum sicut teipsum.In terra in cœlo.in via in patria.Sed aliter hic vbi charitas multipliciter impeditur. Aliter illic vbi penitus expedita.Ibi enim semper purè& sinceriter semper seruienter vniformiter:semper actualiter: semper manifestè:& efficaciter,semper mutuò & familiariter.Hîc autem multiformiter quia nunc minus:nunc magis:nũc nihil,vbi minor est spiritus.Charitatis habitus gratia incipiente & maior crescẽte & nullus deficiẽte.Hic habens charitatem licet semper diligas habitu:sæpius tamen impeditus non diligis actu.Est autem dilectio motus ab amante in amabile:à subiecto in obiectum,sicut viso actu est visus super visibile.Sicut ergo viso sic & dilectio impediri potest vel in subiecto : vel in obiecto:vel in vtróque quod patet sic. Diligere gratuitè in via est actus partis motiuæ humanæ:scilicet voluntatis vel affectus quam necessariò præceditis actus cognitiuæ:scilicet ratiõis vel intellectus. Augustꝰ.Inuisa possumus diligere:incognita nequaquam;quia igitur impedito priori & posterius.Regulariter omne quod impedit, vel perpetuò vel ad tempus actualem cognitionem,impedit consequenter & dilectionem.Secundam hanc causam infantes,dormientes, dementes,& occupati alijs actibus intendentes vel oppositis vel desperatis impediuntur:ne actualiter diligant aliquem proximum,&actu diligens vnum:ne tunc actu diligant alium. Posita verò cognitione,aut apprehenditur proximus sub conditionibus affectum respicientibus,aut non. Et hoc aut quia fine. si fine: aut quia in ipso simpliciter non sunt. sicut in damnatis , aut quia secundum quid sunt.mali,vt in præsenti,aut quia sunt boni,ratio tamen auertit nec deliberat, sic super proximũ non fit dilectionis motus, sicut abstracto colore super corpus non fertur visus: si autem sub conuenientibus affectui charitate informato,vt sunt illę quę dictę sunt in causa materiali & cõsimiles:& sic actum cognitiõis sequitur dilectio actualis: aut oppositis & disconuenientibus,& tunc sequitur cognitionem motus oppositi,scilicet odire. Diligere enim & odire sunt motus oppositi contrariè,qui causantur à contrarijs & causant effectus contrarios,& in eodem subiecto respectu eiusdem obiecti mutuò se impediunt. inter hæc est medium per abnegationem vtriusque,scilicet nec diligere nec odire.Igitur quotiens dicitur vnũ oppositorum,& reliquum.Sicut ergo contingit diligere diligendũ & non diligendũ,sic & odire odiendum:licet bonum.Luc. 14. Si quis venit ad me:& non oderit &c.Greg.Diligamus quòd sunt & odio habeamus,quòd in Dei nobis itinere obsistunt. Et odire non odiẽdum licet malum aliquando veniale & sic cohibitum,& sic impedit feruorẽ dilectionis:aliquando mortale:& sic prohibitum & sic impedit actum penitus:quia expellit habitum. Non diligere verò diligendum est dupliciter:negatiuè sic nec bonum nec malum:sic dormientis:priuatiuè sic malum sic omittentis.primæ Ioan.1.Qui non diligit manet in morte.1.Ioan.4.Qui non diligit fratrem suũ quem videt:Deũ quem non videt quomodò potest diligere? Nota igitur vbicúnque diligere est bonum odire est malum:& econuersò , vbicũnque bonũ diligere non odire bonum , sed minus.Vbi odire malum & non diligere priuatiuè similiter malum,sed minus. Regulariter igitur omne quod motum odij causat vel expedit motum oppositum.scilicet dilectionis impedit,&quicquid tollit odium est huius impedimenti remedium. Hic puritas & finceritas plurimũ impeditur:quia in dilectione proximi motui charitatis & gratiæ semper vel sæpissimè motus naturæ animalis:& quandóque motus fomitis admiscetur:vt proximus charus mihi primò quidem & principaliter propter Deũ,sed aliquãtulùm plus charus.Secundariò propter aliquam meam vtilitatem & commodum:& adhu c aliquantulum plus propter quendam carnalem affectum . Talis dilectio pro prima parte est omnino bona & laudabilis, pro tertia viciosa & venialiter culpabilis,pro media indifferens. Aristot. Propter naturalia nec laudamur nec vituperamur ac si in vno vase multo vino forti modicum vini debilis vel minimum aquæ effundatur : & ad pastam magnam faciendam multo tritico pars siliginis & modicum hordei componatur:& ad denarios fabricãdos cupri vel plumbi minimum misceatur. Inter hæc quantùm potes intentè distinguas. Sollicitè cauens ne vel modica spernens paulatim crescentibus ipsis principale corrumpi negligenter permittas: vel rursus nimis appetens purum:& abhorrens omne mixtum:sic modicum imperfectionis immoderatè restringas vt totum extinguas.Qui enim nimis emungit elicit sanguinem. Hîc tepidè proximus diligitur: quia feruor multipliciter impeditur. Feruet autem animus in diligendo proximum cùm deuotus est circa ipsum & promptus & suo modo agilis propter ipsum : sicut in naturalibus calidum & feruidum naturaliter & leuè est consequenter. Hugo. Deuotio est feruor bonæ voluntatis quem mens occultare non valens certis manifestat iudicijs. Sed nota, feruor qualificans diligentis animum & dilectionis actum in patria est sicut feruor ignis existens in materia & sphera propria,qui magnus purus& perpetuus. Sed feruor in via sicut calor ignis in materia aërea quem quidam faciunt & generant vel perse,vt carbo incensus alium incendit:vel per accidens, vt collisio vel confricatio. Quædam nutriunt:vt ligna & alia materialia quæ sicut diuersa sunt sic:differenter nutriunt,vt patet.Si in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignem mittas ligna.stipulá.& oleum.& sic de alijs,hæc consequenter augent ignem. Quædam excitant.vt flatus & motus: quædam conseruant: vt cinis carbones:hæc omnia circa feruorem dilectionis in via spiritualiter contingunt. Quandóque per sensibilia. vt sunt beneficia. ad Ro.12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum &c. vsque carbones ignis. Item per mutua obsequia.ad Ro.12. Honore inuicem præuenientes. Glos. Aliter nō est fraternus amor, nisi mutuis se præueniant obsequijs,& sic de alijs. Quandóque per intelligibilia. Impeditur ergo feruor primum quidem ex absentia horū. deinde de pœnitētia oppositorū. Sed nota sicut cognitiua partis sēsitiuę ordinatur ad cognitiuā partis intellectiuę,ita & affectiua ad affectiuā: & vtrobique cognitiua ad affectiuam. Vnde sicut ratio per sensum quandóque procurat intellectui splendorem in cognoscēdo.Ro.1. Inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.ita & per affectum inferiorem quandóq; superiorem feruorem in diligendo. Greg. Regnum cœlorum iccir co terrenis rebus &c.quasi confricatus incalescat &c. Sic Heliseus Psaltem canere fecit.& ad harmoniam secutus est prophetia. Et sicut hi duo affectus quia coordinati sunt mutuò feruescunt,ita quádóque vicissim tepescunt. Sicut de vtróque simile potes videre in duabus candelis:quarum vna ardens, aliam si adiúgatur accendit: quæ ipsam si extincta fuerit,reincendit. Hic dato etiá quòd actualiter proximum diligam sinceriter & feruenter, impedior tamen ne euidenter. Homo enim solùm videt in facie: Deus autem intuetur cor:& ideo hic an diligam aliquem & quantum & quomodò, præsumptibile quidem est homini:sed euidēs soli Deo. Sed in cœlo secundum Augu.vniuscuiusque mentem ab alterius oculis corpulentia non abscondet: & ideo ibi vbi nuda sunt omnia, nec simulatio nec præsumptio locum habent. Impedior autem etiam ne efficaciter:quia multotiens vel non possum vel nescio bonum facere proximo in effectu:quod tamen ci volo & vehementer desidero in affectu. Postremò impedior hic multipliciter ne diligam mutuo & familiariter.quandóque enim diligo me non diligentes:vt bonos ali quos non cognoscentes me:& ideo non diligentes ego ex fama vel aliter cognosco & diligo:vel malos aliquos etiam odiētes me: quos tamen propter Deū diligo. Math.5. Diligite inimicos vestros Psal. Retribuebant mihi mala pro bonis &c. Quoslā negatiuè non priuatiuè non diligo actu me forsitan diligentes:cùm non cognoscam & tunc est dilectio tantùm.sed non mutua: & ideò propriè loquendo,non amicitia. Dilectio enim est motus ab amāte in amatum. ab vno in alium:amicitia verò est copula vinculum. vel colligatio duorum vel plurium mutuò amantium secundum motum reciprocū. vnde videtur relationem dicere: & si superpositionis vel suppositionis sed æquiparantiæ sicut societas,licet quandóque non equiparetur dilectio hincinde.secundum illud apostoli. Licet vos plus diligens,minus diligar &c. Sicut similitudo est relatio æquiparantiæ inter duos albos:licet alter magis alterminus sit albus. Cùm igitur super duos mutuò amantes fundetur amicitia. secundū illud Gre. Minus quàm inter duos charitas haberi non potest. destructo vno relatiuorum, cessat relatio. scilicet amicitia.non autem dilectio.sicut si duorum alborum similium vnus desinit album esse,cessat similitudo.licet maneat alterius albedo. Quandóque etiam est mutua dilectio.sed quodammodò variatur mutuati solutio. Naminter plures me amantes & dilectionem quasi mutuò mihi dantes,quandóque plus amo eum qui minus amat me,quàm alium qui magis. & econuersò. Multos igitur hic diligo cum quibus propriè loquendo amicitiam nō habeo:quamuis largè omnis qui vel diligit vel diligitur, amicus vocetur. Quorundam autem propriè amicus sum: cum quibus diuersis causis impedientibus hic familiaritatē habere non possum. Plus enim est familiaritas quàm amicitia. sicut amicitia plusquàm dilectio. Dilectio enim transformat amantem in amatum. Hugo. Scio anima mea &c. Quia si sit amicus, sit dupla conformitas & mutua.si autem familiaritas,sit multa conformitas.familiares enim amici cōformantur pro posse & interius & exterius. Interius,quo ad intellectum:quia idem sciunt.communicant enim secreta. Seneca. Cum amico tuo omnes curas: omnes cogitationes tuas misce.tam securè cum illo loquere,quàm tecum. Io.15. Iam nō dicam vos seruos &c. Vos autem dixi amicos &c. Hoc impedit diffidentia. Ecclesiastici 11. Non omnem hominem inducas in domū tuam.secretū extraneo non reueles.quo contrà. Seneca. Ante amicitiam iudicandum. post amicitiam credendum. tu quidem nihil tibi committe,quod non cōmittere etiam inimico possis. Item idem sentiunt quia conformant iudicia. Mat.18. Si duo ex vobis consenserint &c.1. Corinth.1. Sitis perfecti in eodem sensu &c. hoc impedit proprij sensus pertinacia:quo contra Iacobi.3. Suadibilis bonis consentias. Item quo ad affectū idem volunt & nolunt. Act.4. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Hæc est concordia non respectu finis vltimi: sed respectu eorum quæ ad finem: hoc impedit voluntas propria. quam oportet flectere & interdum amicitiæ causa frangere. salua semper voluntate Dei & summi amici. Item idem sperant & timent respectu futuri boni & mali. Ad Corin.4. Sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Item idem dolent & gaudent respectu præsentis vel præteriti. ad Corin. Socios gaudij mei omnes vos esse. Tre. 1. Audite obsecro omnes populi. Glosa. Talis est humanæ naturæ affectus,vt doloris nostri & gaudij consortes quæramus:quorū participatione leuius feramus. Multa in his vtilitas est. & ideò consulit apostolus. solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis: conformatur etiā exterius pro posse:quia in eodem loco manent vel mānere desiderant,qui familiariter se amant. Ioan.18. Pater quos dedisti mihi,volo &c. Psal. Ecce quàm bonum &c. Ruth. 1. Quæ te morientem terra susceperit, in ea moriar. Commansio autem hic multis causis impeditur: quādóque spiritualibus. vt cùm disiunctæ sunt localiter amantes familiariter pro malo cauendo. Zach.12. Familiæ seorsum & mulieres seorsum. Vel pro maiori bono faciendo:vt dicitur Thobiæ.2. Confitemini domino filij Israēl & eūdeò dispersit vos inter gentes: quādóque pro temporalibus vt;cùm,disiúgitur pro magna temporalium copia,vt Abrahę & Loth:vel nimia inopia:& sic de alijs. Item idem dicunt.1. Cor.1. Idipsum dicatis omnes &c. hoc impedit contentio:quo contra ad Thy. Seruū Dei non oportet litigare. Gre. Ego melius credo salua fide alieno intellectui credere, quàm contentionibus deseruire. Item idem faciunt. Psal. Qui habitare facit vnius moris in domo. Regum.22. Vt ego & tu populus meus, populus tuus. hoc impedit singularitas. Item idē patiuntur.2. ad Cor.2. Si fueritis socij passionum &c.1. Reg.22. Qui quæ fierit animam meam,quæret & tuam.1. Math. Quę nostra sunt sentias nobiscum 1. Mach. Si insteterit bellū rationis &c. hoc impedit pusillanimitas. Item idem habent Ioan.17. Omnia mea tua sunt: Act.4. Erant illis omnia communia. Seneca. Nullius boni sine socio iocunda est possessio. vtile est multipliciter talem familiaritatem habere. dānosum carere Ecclesiastici.4. Ve soli si ceciderit &c. Gen.2. Non est bonū esse hominem solum Poēta. Tristis eris,si solus eris & c. sed vide cui coniungaris. Seneca. Prius vide an tibi in amicitiam aliquis recipiēdus sit:cùm placuerit fieri, toto illum pectore admitte. Vide ergo ante contractum amicitiæ,qualis sit in se cui adhibes te: ne stultus: quia cum sapientibus gradieris. Ecclesiastici. Amicus stultorū efficitur similis:ne impius quo ad Deū 2. Parali. Impio præbes auxilium & c. Itē ne turpis quo ad seipsum. Seneca. Cōciliari nisi turpi ratiōe amor turpiū nō potest. Itē ne iracūdus quoad proximū. Ecclesiastici.4. Noli esse amicus hominis iracundi. Vide quid in te diligat qui tecum fœderari desiderat:ne sit amicus tēporalis fœlicitatis:vt multi sunt. Poē. Cùm fueris felix,multos numerabis amicos. vel corporaliter coniunctis. Ecclesiastici.6. Est amicus solius mensæ &c. vel potentis.2. Macha. Audiuimus de te, quod vir potens &c. aptus es vt sis amicus. Item vel donantis. Prouer. 19. Multi colunt personā potentis.& amici sunt dona tribuentis:quem igitur pulsabis amando:vt aperiat redamando. Bonum virtuosum Dei amicum. cui aperies pulsanti. Taliter amanti,vt consiliatrix amicitiæ sit. virtus medium vniens Deus. Nihil enim diligitur,nisi bonum: & ideò verū bonum veræ amicitiæ nodus est & fundamentū. Verum autem bonum creatum,gratia vel virtus increatum Deus. Aug. Aliter nō est vera amicitia,nisi cùm tu eam aggluens inter hærentes tibi charitate diffusa in cordibus eorū. Hiero. Illa vera necessitudo & Christi glutino copulata,quam non præsentia tantùm corporum: non subdola & palpans adulatio:sed Dei timor & diuinarum scripturarum studia conciliant. Ioan. Et vos societatem habeatis nobiscum: & societas nostra sit cum patre & filio. Ecclesiastici. Quemcúmq; cognoueris obseruare timorem Dei, cum illo assiduus esto: cuius animus est secundum animum tuum. Ezech.27. Accesserūt ossa ad ossa &c. Seneca. Pares cum paribus facillimè congregantur. hoc Christus in cuius persona vna familiarissimè sunt vnita, petiuit simplicissimè. Io.17. Pater sancte, serua eos in nomine tuo &c. vt sint vnum:sicut &c. & infrà. nō pro his rogo tantùm &c. vt omnes vnum sint &c. Et ego claritatem &c. Vt vnum sint: & infrà. ego in eis. & tu in me. vt sint consumati in vnum. Nota, quòd quinquies repetit vnum. Item meruit pœnalissimè. Ioan.11. Iesus moriturus erat,vt filios Dei qui dispersi fuerant congregaret in vnū: sicut lineæ iuxta circunferentiam sparsæ congregantur in centrum punctum. Sic igitur amicitia initiatur in dilectione: completur in familiaritate. Familiaritas verò incipit & proficit in via: perficit in patria. Hæc enim mutabilis virtus.& per cōsequēs amissibilis. Lelius. Cùm consiliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit difficile est amicitiam manere: si à virtute deceseris: ibi immutabilis vbi non distringitur fibula constringens mentes: non antiquatur cementum compaginans voluntates: non soluitur bitumen affectus conglutinans:non diuiditur punctus animos continuans.

CAP. X.

COntra omne dilectionis impedimentum ex quatuor coniunctis,sufficiens trahitur remedium. quæ sunt meditatio.doctrina:oratio.& exercitium:quoniam ergo non intellecti nulla est cu ratio

ratio morbi.à meditando incipe. Meditare ergo primò dilectionis mandatum. & debitum exemplum diligentium Christi capitis & membrorum:diligendi fructū & præsentem & futurum quàm iustum & rationabile.quàm facile & delectabile.& vtile sit proximū diligere. Aug. potest mihi aliquis dicere. non possum vigilare &c. nunquid potest dicere:non possum amare. Meditare postmodùm tuum in diligendo defectum quàm raro:quàm puro:quàm tepido affectu diligis:quàm modico effectu affectum ostendis:quàm dimittè amantibus te vicem rependis dehinc meditare & causam defectus,scilicet ipsum impedimentum cum circunstantijs eius quid sit. vnde sit:quantū sit:magnum vel paruum:vnum vel plura: & his similia.his propria meditatione inuentis, præmissa oratione aliqua hæc duo conquerere: de hinc ad doctrinam recurre:scriptam quæ in lib.oculis legentis objcitur,dictam quæ ab ore loquentis per aures ingreditur. Lege ergo si scis.intellige & retine. Luc.10. In lege quid scriptum est:quomodò legis? Diliges. verum: vt dicit Hieron. Habet nescio quid latentis energiæ viuæ vocis actus &c. Gre. Collocutionis vox plusquàm lectionis sermo corda torpentia excitat. & ideo à mortua pelle ad viuum hominem recurre Deum in homine consule.aperi impedimentum. quære medicamentum. auscultā intentè non hominem de se mendacē:sed per hominem Deū veracem respondentem.docentem,consulentem.exhortantem: & discę diligenter, ne sensu proprio pro tollendo impedimento tali forsitam vtaris remedio,de quo postmodùm nascatur impedimenti maioris occasio: sicut æstuans contra æstum aqua se infrigidat: & exinde postèà magis æstuat. post hęc orando ad Deum conuertere penitus gratias agens. laudans. & obsecrans. & ora desideranter supplere humiliter confidenter.& frequenter.vt qui mandatū dedit, interpretetur tibi canonem quem condidit:det quod iussit: cō seruet quod dedit:augeat & perficiat quod incipit: expediat impeditum:compleat incompletum. Postremò quod aperitur discenti. quod datur oranti, exerce in actibus cordis oris & operis. Exercitium enim est causa;potentiæ:vt probat Ari. Assueti enim contemnere terribilia & sustinere simus fortes: & flentes maximè possumus sustinere:sic & in castitate exemplificat similiter. ergo in charitate ad Rom.9. Nemini quicquam &c. Glos. Cętera ita soluite,vt non debeatis aliquid charitatem ita soluite,vt semper eam debeatis. Sola enim charitas est quę etiam reddita semper detinet debitorem. Redditur enim dum impenditur. debetur etiam cū reddita fuerit,quia nullum tempus est in quo impendenda nō sit:nec cū redditur amittitur:sed potius reddendo multiplicatur. Habendo enim redditur:non carendo vt pecunia.

CAP. XI.

IN his duobus mandatis tota lex pēdet &prophetæ. O charitas ordinis.regula electorum.lex vniuersalis vniuersos ligans.virtus virtutum:canon canonū:lex legum nō cōstitutio populi: sed principis placitum:sententia regis regum.quam non solùm edidit vel condidit iubēdo:sed &dixit & promulgauit personaliter docēdo: & adimpleuit seruādo. Isa. 33. Dns legifer noster Dns rex noster, &c. Deu. Dns de Syna venit &c. in dextera eius ignea lex. Dilexit populos &c. quasi lex terrena. mandata iudicialia ad modum terre grauia prementia non prę mentia. obruentia non eruentia. quasi lex aquea mandata cerimonialia: quasi lex aērea cętera morabia: sed amandi lex ignea lucens: incendens. sursum mouens: carbo incipientibus: flamma proficientibus: lux perfectis: hoc est lex in dextera. non tantùm in corde eius ad dictandum & diuidicandum. prius enim est: vt dicit. Aug. Iudicare de lege, quàm secundum legem. Erit autem lex: vt dicit Isido. iusta. honesta. possibilis secundum naturam. secundum consuetudinem patriæ, loco, temporibúsq; cōueniens. necessaria. vtilis manifesta quoq;: ne aliquid per obscuritatem in captione contineat. nullo priuato commodo: sed communi vtentium vtilitate conscripta:quę singula huic legi conueniunt singulari excellentia non tantùm in labijs ad iuuendum,ad docendum,ad exhortandum.secundum illud psal. Beatus quem tu erudieris domine, & de lege tua &c. Iob. 11. Vtinam Deus loqueretur tecum &c. Et intelligeres quòd multiplex sit lex eius: sed in manu: & non in sinistra: sed in dextera ad implendum ad cooperandum ad prę miandum. Psal. Et enim benedictionem dabit legislator &c. Ecce lex domini conuertens animas. mater & origo legum diuinarum. Magistra & domina humanarum rationabilium & æquarum. hostis iniquarum, cuius obseruantia per gratiam in hac vita initiatur, & continuata vsque ad mortem in alia vita consumatur. cùm in ea deseruiente miles de nouicio professus. de sponsa subarrata, sit coniunx consumata.per Iesum principem summæ maiestatis: abbatem summę sanctitatis: sponsum diuinæ charitatis. Qui cum Deo patre & spiritu sancto &c.

Explicit Opus Sexagesimumprimum Beati Thomæ,de dilectione Dei & proximi.

Incipit eiusdē Doctoris Opus Sexagesimumsecundum, De diuinis moribus.

Dubium

PERFECT I estote. sicut & pater vester cœlestis perfectus est. In sacra scriptura nihil nobis impossibile consulitur: vel præcipitur. In hoc verbo domini Iesu non sunt nobis præcepta facta diuina vel mores diuini, ad quos nemo perfectè potest attingere: sed inuitamur vt ad eos imitandos pro possibilitate nostra accedere studeamus: quia hęc possumus mediante gratia & debemus & nihil dignius:vt dicit Ioā.episcopus,quàm vt homo sui conditoris sit imitator: & secundum modum propriæ facultatis diuini operis executor.

Deus immutabilis est.

EST igitur vnus mos siue perfectio in Deo, quòd immutabilis in sua natura. ipso testante in propheta. Ego sum Dominus. & non mutor: & beatus Ia. Apud quem non est transmutatio. & ideo immutabilia sunt opera eius secundum essentiam,scilicet angelus,anima:cœlum:&.4. elementa & si quandóq; mittit angelos: quandóque non mittat:aliquando subtrahat gratiam hominibus: aliquando conferat: quandóque peccata vindicet: quandóque dissimuler,mutabilitas est in creaturis: nullatenus in creatore. Præcipuè verò in nouissimo die ordinatio sua circa bonos & malos immutabilis permanebit: cùm bonis meredem supra meritum:malis pœnam citra merita mensurabit: sic & nobis studendum esset ad mentis constantiam: vt nec aduersis fracti: nec prosperis illecti aliquatenus à via rectitudinis flecteremur: sicut beatus Iob. Iustificationem, inquit, quam cepi tenere non deseram:sed & Apost. Certus sum, quòd neque mors. neque vita &c. poterunt nos seperare à charitate Dei: sed heu nimis inconstantes sumus in sanctis meditationibus:ordinatis affectiōibus: in cōscientiæ:securitate in recta voluntate. Heu quā subitò mutamur de bono in malū: de spe in timorem iniustum: & econtrariò de gaudio in dolorem iniustum: & econtrariò: de taciturnitate in loquacitatem:de maturitate in leuitatem: de charitate in rancorem: vel inuidiam: de feruore in accidiam: de humilitate in vanam gloriam.vel superbiam: de mansuetudine in iram: de spirituali lętitia:vel amore in carnalem: ita quòd nunquàm vno momento in eodem statu stabiles per manemus: nisi quòd heu constantes sumus in inconstantia.in infidelitate: in ingratitudine: in spiritualibus defectibus. in imperfectione: in temporis amissione: in leuitatibus: in cogitationibus & affectionibus impudicis. Instabilitas autem exteriorum sensuum & membrorum mutabilitatem iudicat affectionum & motuum interiorum. Ad hęc tamen meritò nitemur:vt nos frequenter vno eodēque modo. i.maturè & benignè instare. & in incessu in omni conuersatione nostra æqualiter haberemus.

Bonum Deo placet.

ALius est mos in Deo: siue perfectio. quòd omne bonum sibi ex natura placet omni tempore: & omni loco: siue in angelis: siue in hominibus: siue in alijs creaturis: siue sit bonum naturale corporis. vt est pulchritudo. fortitudo. suauitas. naturalis maturitas: aut animæ: vt est ingenij perspicacitas. tenax memoria: subtilis intelligentia: naturalis bona voluntas: arbitrij libertas & similia: siue bonum gratis datum: vt est bene legere: bene cantare:bene prędicare: facundum continentem abstinentem esse: compositos mores habere: & similia:siue bonū gratuitū:quod maximè Deo placet: vt est fides: spes,charitas,humilitas: patientia: obedientia: misericordia:veritas: tēperantia: iusticia:prudētia:& scientia. Item omne malum sibi displicet. semper & vbiq; in quolibet: sicut enim iusticia iniusticiæ: mundicia immundiciæ inimica est, ita diuinæ bonitati malicia contraria est:quia bonū gratiæ priuat vel diminuit, quod bonus Deus naturæ contulit. similiter nobis placere debet omne bonum. semper & vbiq;: & in qualibet creatura: & debemus bonū sollicitè tueri & fouere: omnibúsq; pungnantibus audaciter resistere: malum quoq; semper & vbiq; ex corde detestari:& quantùm possimus quocúnq; consilio impedire propter iniuriam Dei & damnū proximi:& multo amplius propter cōtumeliā creatoris, quàm propter periculum hominis:sed heu frequēter res vertitur in cōtrariū. Cū enim laudatur quis vel diligitur ad gratiam humilitatis: religionis.deuotionis: prędicationis:vel alterius gratiæ: & nos ex hoc tristiciam cōcipimus: vel illius gratiā diminuimus:quid aliud quàm quòd bonū nobis non placeat dēmōstramus: aut cùm quis ociosa loquitur detrahit: ridet: & alias leuitates seu peccata committit: & nos conridemus. colloquimur: aut cū delectatiōe cordis talia mala videmus & audimus:quid aliud facimus,nisi quod mala nobis non displicent testes sumus?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus præuidet omnia.

ALius mos siue perfectio est in Deo: quòd ōmnia futura bona & mala prudenter præuidet: & antequàm omnia fiant cognoscit: & quid boni: & quid mali posit ex eis oriri discernit: sicut casum angeli & primi hominis præsciut & tentari permisit: & quid sequi potuit præcognouit scilicet generis humani: & quid boni scilicet filij de incarnatione: & ex hoc maior ex vnione quàm ante est hominis glorificatio: similiter præuidenda nobis essent omnia verba & opera nostra.nutus & incessus nostri: & quid boni. quid mali nobis: quid scandali: quid emendationis ex ipsis alijs posit euenire. Item præcogitandum esset, si tentationes fortasis in futurum insurgerent: siue à dęmonibus: siue ab hominibus amicis carnalibus: siue spiritualibus qualiter resistēdum: qualiter tolerandum: qualiter euadendum: quia minus ferunt iacula quę præuidentur. Item præuidendum quid futurum in separatione corporis & animæ.quantus dolor imminet corpori: quantus timor animæ. quātum periculum. Item vbi manendum. cum Deo vel cum diabolo. in cœlo vel in inferno: quanta iocunditas cum Deo manentibus. quanta infœcilitas ab ipso recedentibus: vtile esset omnibus in mente iugiter hoc versari. ideo Moyses optauit. vtinam saperent & intelligerent. & nouissima prouiderent.

Deus patiens est.

ALius modus siue perfectio est in Deo: quantumcúnq; à creatura sua offenditur & contemnitur, nūquàm tamen ipsam naturam odit: sed verè eam diligit. & bonum eius feruenter Deus desiderat: licet malū eius detestetur: & prouidet ei tęporalia absq; suo desiderio. & spiritualia si ea concupiscit: facit enim solem suum oriri super bonos & malos: & pluit super iustos: & iniustos. Ad hanc perfectionem similiter tendere deberemus: vt quantumcúnq; nos homo lęderet, nunquàm tamen naturam suā odiremus: sed omne bonum ei optaremus: & quantumcúnq; corporale vel spirituale auxilium à nobis expectaret, subsidium à nobis protinus inueniret. perfectum enim odium habet Deus. & nobis licitum est vt nō propter hominis dilectionem vicia diligamus: nec propter detestationem viciorum naturam hominis detestemur: sed naturam diligamus, vicia detestantes.

Iustitia Dei.

ALius mos in Deo, quòd nunquàm ex parte ipsius vnus de alterius malicia recipit detrimentum. nihil enim nocet secūdo Michaeli casus Luciferi: nec Iudæ malicia beato Petro charitatem diminuit: sed heu nos miseri vnius religiosæ personæ exeessum, in totū clausтrū refundimus: immo in totū ordinē: sed & oēs religiosos pro peccato vnius penitus cōdemnamus: & si ab vno inimico nostro lędimur, totā progeniem & multos pauperes innocētes persequimur: & amicos & familiares ipsius quantū possumus indebitè molestamus: quod dns in lege prohibuit dicens: non portabit filius iniquitatē patris: nec pater iniquitatē filij: sed vnusquisq; onus suum portabit: dicit apostolus. Heu quotiens cōtigit cùm aliquis turbatus est, quòd etiam ipse Deus: licet immeritō: de hoc frequēter recipit detrimentum: ex eo quòd tunc non vult cantare vel studere: nec legere: nec orare.

Rēctitudo Dei.

ALius mos est in Deo, q̄ nunquā propter misericordiā iusticiā deserit: nec propter iusticiā misericordiā derelinquit. Nunquā enim aliquē iudicat vel cōdēnat sine misericordia: nec aliquius miseretur sine iusticia: sed nos miseri cùm iusticiam seruare cōtendimus. misericordia extinguitur: & cùm alicui misericordiā exhibemus, iustitia penitus sepelitur: licet scriptura vtrūq; simul cōmendet: ibi. Misericordia & veritas, non te deserāt. & Psal. Misericordiam & iudicium &c.

Patientia Dei.

ALius mos est in Deo, cùm omnes sancti & oēs creaturæ aliquādo clamēt vindictā Dei cōtra peccatorē: sicut in Apoca. legitur, quòd oēs clamabāt. vsquequo dne verus & sanctus non iudicas & vindicas sanguinē nostrum de his qui habitant in terra? Deus tamē patienter & misericorditer expectat pecatorē vsq; ad mortē: vt misereatur sui: si conuerti velit à via sua mala: quia non delectatur misericors Deus in perditione viuorum: sed nos impatientes in momento antequā ad plenū fodiatur peccatori fouea malè dicentes. & vindictam clamātes eum proponimus sæpelir e. improperantes Deo, quare tā diu sustineat peccatorū malicia cōtra bonos nō considerātes quāta bona sapiēs Deus ordinauit de malicia impiorum: quia tm laudādus est Deus: & tātæ misericordiæ est sustinere malū in malicia: ac si mūdū cōseruaret à peccato: vel eripere à peccatis. Hoc enim cōmendat ōnipotentiā suā. Nō enim est magnę potētiæ iniquū in foueā inferni demergere: sed misericordiā suā parcendo maximè miserando manifestare.

Liberalitas Dei.

ALius est mos Dei siue perfectio, quòd creaturis cōmunicat quicquid communicabile est. & ab eis receptibile est etiam singulis momentis emuunicat. cùm habilitatem inuenit, licet videat in eis non proficere. humanam naturam vniuit cum filio suo in vna persona: quod maximum est: & animam creauit capacē trinitatis præter alia dona spiritualia reficiens eam carne & sanguine dilecti filij sui. Item nihil incommunicatum reliquit: hoc est proprium diuinæ bonitatis. nam quod sibi naturale est: communicauit Deus per gratiam creaturis. angelis communicauit beatitudinem: nunquàm expertis miseria, choro apostolorum potestatem: vt quicquid soluant vel ligent in terra, solutum & ligatum sit in cœlo: choro prophetarum sapientiam prænoscendi futura omnia quæcúnque facere disposuit: choro martyrum fortitudinem contra aduersa: choro confessorum inter prospera & aduersa constantiam: choro virginum continentiam inter carnis illecebras. Item quibusdam spiritualiter communicat aliquod, quod habet ex natura. vt Abrahę largitatem Moysi mansuetudinem. qui mitissimus hominum fuit. Ioseph pro uidentiam super Aegyptum: Samsoni fortitudinem. Helię cœlum iustitiæ. patientiam Iob & Thobię. Helisæo mortuorum suscitationem. Danieli iudicij discretionem. Samueli fidelitatem: Dauid cōtra persequentes misericordiā. Salomoni prudentiā. Ioan. bap. sanctitatis & veritatis amorem. Beatę virgini humilitatem. Petro charitatem. Ioan. euan. castitatem. beato Pau. zelum animarum. & cognitionem supernorū: singuli istis alijs excellebant: licet omnes eandem habuissent: sic nos inuicem communicare debemus: nō solùm oculos videre pro alijs: aures ad audiendum confessiones: os ad prędicandum. ad dandum consilia: pędes ad ambulandum: cor ad meditandum pro aliorum salute: verum etiam quicquid habemus in spiritualibus siue in temporalibus: quicquid possumus exterius per opera intus per desideria: & quicquid sumus in corpore & in anima. singulis in purgatorio: & qui nunc viuunt & post modùm non erunt: vt secundū voluntatem Dei viuant in præsenti & in futuro.

Placabilitas Dei.

ALius est mos Dei, q̄ graues & multas iniurias suas statim paratus est remittere. cùm quis firmiter cessare & veraciter emendare proponit: imo propter vnicum gemitum cordis contriti obliuiscitur: sicut dicit scriptura: quòd postęà nunquàm damnat vlciscendo: si sic permanserit: nec improperat confundendo: nec minus diligit imputando: nec alienatur eidem familiaritatem subtrahendo. Nos verò miseri cùm vestigia Dei sequi meritò demonstremus, vix etiā vnquā petenti veniā: vt pro posse satisfaciēti volumus ex corde modicā iniuriā semel nobis illatā dimittere: aut si dimittimus: vix vnquā tñ obliuiscimur: quoniā de suo incōmodo gaudemus. & si contingit aduersitas, minimè doleamus: aut minus quā antè diligimus, aut si nō improperamus illatū iniuriā vel nō cōquerimur: quę duo rara sunt familiaritatē tamē nostram sibi subtrahimus & consilium: aut auxilium necessitatis tempore denegamus: cū etiā veniā non petēti: nec emēdam exhibenti meritò parceremus exemplo Ie su xpi. qui pro crucifixoribus suis veniam nō petētibus: sed irridētibus exorauit. cū nihil faciat Deo sic similē: sicut dicit Chryso. quē admodū malignis & lędētibus esse placabilē: & cū sit cumulus perfectionis inimicos diligere & pro ipsis orare: sicut dominus Ieſus fecit: sicut dicit Glo. super Matheum.

Misericordia vel sufficientia Dei.

ALius est mos in Deo, quòd à nemine quicquā exigit supra posse in ieiunijs: orationibus: vigilijs. & eleēmosinis: castigationibus corporalibus. disciplina regulari. & similibus, & si deficit in magnis operibus ad diluenda peccata: sufficiet Deo in minimis. scilicet in lachrymis ex corde procedentib. vt de Ezechia legitur. cuius lachrymas respexit dns: &. 15. ānos sibi adiecit. mutās sentētiā mortis quā protulerat per prophetā: similiter lachrymas beati Petri. pro peccato grauissimo misericorditer exaudiuit: cū ex audito gallo fleuit amarè pro peccato negotiationis. Si verò lachrymas quis habere nō posset, sufficit Deo in verbo ex corde cōtrito venienti: sicut legitur de latrone. qui cū diceret dño. Memēto mei &c. rīdit. Hodie mecū eris &c. Si verò vsum linguæ amitteret, gemitū cordis cōtriti pro pleno Deus reciperet: sicut dictum est. Quacúnq; hora peccator ingemuerit, omniū iniquitatū eius nō recordabor: sed si infirmitas omniū mēbrorū vsum abstulisset: quòd nec mēbrū mouere posset: nec gemere præ debilitate, adhuc sufficeret Deo in bona & sincera hominis voluntate pro offensa grauissima. Item & nos à nullo amplius desiderare quicquàm debemus. siue sęculari, siue religioso quantumcúnq; sit. astrictus voto, si fideliter fecerit pro suo posse.

Compassio Dei.

ALius mos est Dei, quòd nulli imputat defectus corporis naturales: sicut est cęcitas. surditas. membrorū deformitas. qualiscúq; vel defectus naturales in anima: sicut est stoliditas: defectus intelligentiæ, ingenij. memorię. rationis: aut timor naturalis. propter huiusmodi defectus, Deus neminē abijcit aut cōtēnit: sed defectus spirituales: quos auxilio Dei ex facili quilibet posset euincere, graviter imputat. scilicet magnitudinem quorumlibet donorū appetitum superfluorū: trifticiā de profectu bonorū: gaudium de afflictione iustorum: bonorum operum peruersionē: seu detestationē: bonę famæ aliorum denigrationem: vel diminutionem: priuatum amorem: firmiter tenere: singularem sensum nulla tenus relinquere: relinquere: ad placentiam hominem frequenter studere: odire correctionem: amare adulationem: quærere extraneas consolationes: fouere carnales affectiones: & similia. Ita & nos neminē debemus despicere, si non est in eo sanitas: membrorum integritas, corporis fortitudo: formæ pulchritudo: eloquentia vocis: habilitas ad cātandum & legendum: quæ nullus per se habere potest: sed pro habenti sbu Deo gratias agere: pro non habentibus patientiam habere: & quantum possumus defectus eorum supplere.

Largitas Dei.

ALius mos est in Deo, quòd vnicuique gratiam præstat secundū suam capacitatem: sicut legitur in euāgelio, Quod vni dedit. 5. talenta, alij duo: alij vnum: vnicuique secundum propriam virtutē. vnde quanto magis cor hominis per charitatem Dei & proximi dilatatur: & quanto amplius per bonas meditationes: per feruentes orationes: per iusta desideria: per opera humilitatis: & super erogationis habilitatur, tāto maiorem gratiam Deus omnipotens elargitur: & quanto diligentius collata gratia conseruatur: & ea quisque vtitur ad laudem Dei & vniuersitatis vtilitatem, tanto ad vberiorem gratiam præparatur in præsenti: & gloriam in futuro. Dilatā dum est igitur cor nostrum & frequenti desiderio præparandum: vt Deus diues in omnes qui inuocant illum secundū suam magnificentiā abundanter super nos posit effundere gratiam suam. Quē cúmque etiam contingit dispensare bona spiritualia in prædicatione & in consilijs, aduertat diligentissimè: ve sanctum det canibus, & margaritas proijciat ante porcos: sed dies diei eructat verbum. & nox nocti indicat scientiam: hoc est perfectis perfectiora imperfectis minus perfecta: tanquàm prudens dispensator prouideat: sicut apostolus sapientiam loquatur inter perfectos: sed simplicibus nisi Iesum Christum. & hunc crucifixum. Temporalia verò vnicuique indigenti secundū capacitatem, id est, secundum purā necessitatem: & non amplius subministret.

Discretio Dei.

ALius mos est Dei: quòd ab eo plus exigit, cui plus committit: sicut dicitur in euāgelio. Lu. Cui enim abundantius prouider in tęporalibus, ab eo exigit vt abundanter procuret eleēmosynas pauperibus: & cui maiorem confert sanitatem & corporalem fortitudinem, ab eo ieiuniorum: vigiliarum: orationum. peregrinationū: & bonorum operum magis expedit exercitium. Item cui plurima & grauia peccata dimittit. seu à peccatis custodit, maiorē dilectionem & digniores pœnitētiæ fructus ab eo requirit. Item cui excellentiora dona gratuita. scilicet virtutes: & meliora naturalia. scilicet ingenium. intellectus memoria voluntas. arbitrij libertas. & membrorum integritas: & spiritualia plura & digniora, scilicet deuotio: securitas conscientiæ: frequentior confidentia: spirituale gaudiū: maturitas sermonis. ad perfectionem fidelitas. diligentia ad bona opera: pura intentio: zelus animarum: feruor orationis: à Deo frequentius conceduntur, ab eo frequentiores gratiarū actiones meritò exquiruntur. Item quem plus benignus Deus ad cognitionē bonitatis, æternitatis. immensitatis. omnipotentiæ largitatis: charitatis sapientiæ. misericordiæ. iusticiæ. veritatis. fidelitatis: patientię: humilitatis. suauitatis & nobilitatis suæ plenius & frequentius admittit, ab ipso abundatiorem laudem & frequentiorem & feruentiorem requirit. Item quem ad quærendam & cognoscendā maiorem perfectionem illuminat: vt eam opere compleat: & in cognitā magis: & magis proficiat, ab ipso magis expostulat: nihilominus ne cesse est. vt ipse ad eandem cognoscendam & imitandam verbis & exemplis, orationibus. & desiderijs. quoscúmque habiles cognoscit quantū potest inducat. Prouidendū igitur nobis est, vt singula præ dicta dona nobis commissa cum vsura domino referamus: ne in ratione reddenda quod nobis commiserat auferri iubeat: & cum sero pigro recondente domini talentum in fudario, in tenebras nos miserabiliter mitti iubeat exteriores.

Iustum iudicium Dei.

ALius est mos Dei, quòd facta hominum non iudicat: sicut apparent exteriùs: sed secundum intentiones cordium interius omnia discernit in sua immensa & ineffabili sapientia. ideóq; opera secundum intentionem punit grauiter. vel remunerat excellenter. si militer secundū visionem oculorum: aut secundum auditum aurū iudicare non conuenit opera hominū: sed siue benignum vultum. siue seruiosum nobis ostendāt: siue blandē: siue asperè nobis loquātur: siue dent munuscula: siue nō dent in omnibus quantum possumus: non tantùm quod fiat: sed etiā qua intentione fiat studeamus aduertere: & secundū talem intentionem regere nos debemus. potius aūt sustinenda sunt ab amicis veris qui bona intentione emendandi gratia dura verba loquuntur: quàm blanda verba & dulcia ab eis qui nonverè diligunt: nec aliquem fructum intendunt: sed tā tùm placere contendunt: quia meliora sunt vulnera diligentis: dicit Salomon, quàm fraudulenta oscula odientis.

Veritas Dei.

ALius mos est in Deo siue perfectio, quòd verax est in promissis. Facilius est enim ipso teste, cœlum & terram transire, quā vnicū verbum suū falsificari vel mutari. non enim accepit dominus Iesus verba in vēto: sicut nos facimus: sed singula verba quæ loquebatur in tempore dicta sunt ab æterno in sua sapientia. sicut aūt verificauit verba prophetarum ardua de ipso prædicentiū. s. incarnationē: natiuitatem: passionē: resurrectionē: ascensionē: spiritus sancti missionem: ita cōplebit resurrectionē generalē promissam & iudiciū futurum: & soluet promissum pauperū. cùm eos ad iudicandū. 12. tribus Israēl in iudicio super sedes. 12. sublimabit: & promissum lugentium: cùm ipsos sicut mater filios personaliter consolabitur: & promissum humiliū & superborū, cùm eos secundum q̄ humiliati & despecti sunt exaltabit: & superbos quantū se glorificauerit humiliabit: & promissum oppressorū, cùm de mandato Dei colla opprimentiū conculcabit. nam fidelis Deus in omnibus verbis suis: & quæcúque promisit, potens est facere: sic & nos veraces esse decet, vt promissum quo nos in baptismo patrini nostri obligauerunt fideliter seruaremus. s. tenere totā fidem catholicā & renunciare diabolo & pompis, eius implere. 10. præcepta. Insuper quæ posteà spōtè promisimus: siue obedientiā: siue continentiam: siue abstinentiā: siue religionem: & similia. Item veraces esse debemus ad proximū: vt sit sermo noster est: non est, id est, omne quod loquimur corde intendamus, vt si quicquā alicui promisimus: aut si alicui mortuo: aut viuo in aliquo obligati sumus, soluere non tardemus: quia veritatem requiret Deus. & retribuet abundanter veritatem contemnentibus. heu heu quā odiosa est veritas. quæ optima est per quem est omnis salus. qui aūt odit veritatem, odit Christū: imo etiā sunt veritatis proditores. vnde Io. Chryso. Nō solùm ille proditor est veritatis. qui palam pro veritate mendaciū loquitur: sed etiam ille qui veritatem liberè non pronunciat, quā liberè pronunciari oportet, aut non liberè veritatem defendit, quam liberè defendi conuenit: proditor veritatis.

Deus non est personarum acceptor.

ALius mos est in Deo, q̄ non est personarum acceptor: sicut dicit apostolus. Neque enim in veteri lege potētes & nobiles: sed humiles constituit iudices super populum suū: sicut Moysen & Iosue. Gedeon & similes: neque posteà elegit ad regnum potentes & nobiles: sed de humili stirpe gemini Saul filiū Cis. & Dauid minimum inter fratres de pascuis ouium in regem sublimauit. In primitiua etiam ecclesia non potentes sapientes & nobiles: sed piscatores ignobiles constituit principes super omnem terrā. ipsis regimen ecclesiæ cōmittendo: & quæ stulta sunt mundo elegit. sapientes. vt cōfundat sapientes: sicut dicit apostolus. Item hodie nulli confert gratiam gratuitam propter potentiam, nobilitatem: fortitudinem: aut pulchritudinē corporalē: sed in omni gente qui timet Deū. & operatur iusticiā, acceptus est illi. sicut dicit Pe. Nec solùm diuites: potentes: & formosos vocat ad cœlū: sed etiā pauperes. cæcos. & claudos. debiles: infirmos. & ignobiles cōpellit intrare: & humiles personæ maximè proficiunt in ecclesia Dei: & in gratijs spiritualibus abundant. In postremo etiam iudicio personas regū & principum non accipiet: sed magnum & parū æqualiter iudicabit: nec secundum potentiam nobilitatem: aut pulchritudinē: sed secundū humilitatem. charitatē. vnumquęque in gloria sublimabit. similiter nec nos personam cuiusque debemus accipere: quia, vt dicit Gre. Homines ad hoc q̄ homo est, id est, quia ad imaginem Dei factus est, debemus honorare non ob aliquid quod circa ipsum est, id est, ppter diuitias: vestes pretiosas: potentiam: nobilitatē: amicorū & cognatorum multitudinem. Nam acceptio personarū, in sacra scriptura pro magna imperfectione reputatur. Absit etiam vt prædicator vitam diuitum. nobilium. & potentiā habentiū hic consolationē suā, in prædicatione commendet. Vitam verò pauperū & afflictorū hic gementiū irrationabiliter reprehendat. Absit etiā vt confessor, ppter iuuentutem. pulchritudinem: potentiā, diuitias, & nobilitatē & propter suum lucrum & cōmodum potius audiat quā alium: vel ad ipsum eat cum labore: aut plus tęporis expendat cum ipso, quā cum sene paupere infirmo ignobili qui fortè amplius indigeret: sed talibus hac intentione amplius est insistendū: quia possunt magis quàm alij peccare: & plures ad peccandū inducere. Absit etiam vt dantes eleēmosynas pauperum personas accipiāt. sed vbi maior est indigentia, maior & frequentius detur eleēmosyna: & quia ad maiorem perfectionem proficere cognoscuntur: maiori subsidio adiuuentur. In omnibus tamen secundū doctrinam apostoli, cui debemus timorem, timorem: & cui honorem, honorem: & cui amorē, amorem: & cui familiaritatem, familiaritatē: ratione maioris sanctitatis vel prælationis, vel ratione ordinis clericalis.

Cura Dei de creaturis.

ALius est mos Dei, q̄ ipsi cura est de omnib. creaturis. tam de minimis quā de maximis animalib. natatilib. volatilib. etiā de passeribus: quorū duo veneunt dipōdio: nec vnus est in obliuione corā Deo. Item de magnis & paruis vermibus. Hæc enim omnia in esse

conseruat eisque vitæ necessaria continuè subministrat. Item de 4. electis curam habet. & omniũ quę ab eis nascuntur vel nutriuntur: siue vegetantur. vt herbæ & arbores: siue viuãt. vt cætera animalia. Præcipuè verò gerit curam hominũ: quos ad imaginẽ & similitudinem suã fecit: quos mẽbra dilecti filij sui constituit, & templũ spiritussancti ordinauit: singulis singulos angelos ad custodiã deputãs: in carne & sanguine præcioso vnigeniti sui reficiẽs: quódq; præstãtior est, peccatoribus amicis suis vitæ necessaria prouidet abundantius quã amicis. Item curã gerit animarũ: quibus oblationes sacerdotum proficiunt ad pœnarũ remedium: licet ipsis sacerdotibus ex eisdem oblationib: indignè offerentib. damnatio generetur. similiter per desideria triũphantis: & per suffragia militantis ecclesię adiuuantur: & licet homines orationibus eleẽmosynis. ieiunijs. peregrinationib. extra charitatem factis propria peccata delere non sufficiant: piè tamen credi potest ꝙ ex eisdem mitigationẽ. & absolutionem pœnarũ ex benignitate Dei suscipiũt. cùm pro eis fiunt si viuentes in hoc sæculo meruerũt. Angelorũ curã etiã magnã habet: quos in tanta beatitudine creans, absq; omnis mali experientia cõseruauit immunes & cõseruat similiter. & nos curã gerere debem⁹ quarumlibet creaturarũ: vt singulis secundũ Dei ordinationẽ vtamur: ne in die iudicij ipsas in malicię nostrę testimoniũ habeamus. Item curã omnium hominũ. vt cõmodum & incõmodũ singulorũ nobis medullitas assumamus. Ipsosq; ab iniusticia retrahentes, desiderijs orationib. & bonis exemplis in domino confortemus. Item curam animarũ in purgatorio: vt ipsarũ pœnas operib. misericordiæ frequenter mitigare curemus. Item curã angelorũ. vt præmiũ quod ipsis ex eorũ obsequio & custodia de nostro ꝓfectu debetur, ex culpa nostra ipsis nullatenus subtrahatur. Itẽ curã Dei præ omnibus gerere debemus sollicitè. vt super & vbiq; quicquid ei de nobis maximè placeat: & ad quæ nos maximè ordinauerit exequamur.

Equanimitas Dei.

ALius est mos Dei, ꝙ nunquàm turbatur: & licet scriptura sæpè referat de ira & furore Dei, nequaquã credendũ tamen est ipsum posse turbari: sed cum peccata vindicat vel ex iusticia gratiam subtrahat irasci & turbari: ipse verò impassibilis non habens cõtrarium & tantæ simplicitatis:, & tanta sibi iocunditas & fœlicitas est in natura, ꝙ in ipso nulla turbatio. locũ habet. similter & nos quãtumcũmq; possumus turbationẽ nostrã vitare debemus: quia modica vel potius nulla gratia quiescere potest in anima turbata. Ad vitandum ergo turbationem, necessaria est vehemens circa Deum occupatio. & dilectio. fortis vt mors. quæ virtutẽ mortis operetur in nobis. vt nulla opera proximorũ videntes non videamus. & verba noxia vel nobis contraria audientes, non audiamus: nec corda nostra in talibus occupemus: sed simus quasi cœci & surdi, & quasi muti. & quasi non habentes corda: sicut Dauid de se dicit. Ego tanquam surdus & sicut mutus. &c. instantes tantum fideliter & feruenter his quæ Dei sunt: & alios in omnibus proprię conscientiæ relinquentes, siue iudicio prælatorum. siue extremæ vindictæ Dei dicentis: mihi vindictam, & ego retribuam eis in tempore. similiter & aliorum turbationũ quantumcunque possumus vitare debemus: ne ipsi nos econtrariò perturbent. vt sępè fieri solet: vt ex hoc remordentem conscientiam ipsi habeamus: quicquid in sanctis meditationibus, iustis desiderijs, orationibus, aliisq; bonis operibus subtrahatur vniuersitati, siue in cœlo: siue in terra bonis & malis siue in purgatorio nobis turbationem ex iusta causa promouentibus, omnipotẽs Deus amator iusticiæ multum in nouissimo die non relinquet.

Deus non quæritur commodum suum.

ALius est mos Dei, ꝙ in omnibus operibus suis & ordinatione nihil commodi sui respicit: sed purè & principaliter æternæ & immensæ bonitatis suæ abundantiam & hoc humanæ & angelicæ creaturæ vtilitatem. In creatione quippe & conseruatione cœlorũ. Quatuor electorum & omnium quæ in eis sunt nõ considerat suũ cõmodum: sed hominũ & angelorũ fructum. similiter quicquid ordinat in creaturis quibuscũque: siue sit tẽperies: siue intẽperies: siue penuria fructuũ: siue abundantia: siue sanitas: siue pestilentia: quicquid etiam facit circa homines conferendo gratiã: siue substrahendo: siue permittit eos sanos esse. fortes debiles. vel infirmos. pauperes. siue diuites. viuere siue mori: siue permittit regnare bonos: siue malos intueri: siue affligere pauperes: siue iustè iudicare: siue iudicium peruertere: omnia ordinat: omnia facit: omnia permittit propter suam inæstimabilẽ bonitatem. & hominũ cõmunem vtilitatẽ. similiter in omnibus desiderijs orationibus. ieiunijs. eleẽmosynis verbis nostris: & in alijs omnibus quæ facimus. dimittimus sustinemus à Deo: pura debet esse intentio nostra: vt nec placentiã: nec displicentiam hominũ: aut nostrũ cõmodum attendamus. aut gratiã in præsenti: aut gloriam in futuro: sed tantũ modo purè & principaliter propter Dei admirabilẽ bonitatẽ & secũdario ꝓximorũ salutem: sed quãto magis & purius partẽ Dei respicim⁹: & quãto minus nostram & aliorũ vtilitatẽ attendimus: tanto acceptabilius est Deo. & tãto vniuersitati fructuosius opus nostrũ. heu quantũ Deo deperit & vniuersitati. quòd in factis nostris aliquid respicimus, nisi purè Dei bonitatem. cum enim ventilabro suo separabit paleam à tritico: sicut dicit Mat. 1. Per sapientiam suam purum diuidet ab impuro. tunc solum triticum in horreũ assumet. palea comburẽte, id est, solum id quod propter Deum factum est purè vel dimissum vel passum in cœlo remunerabitur & vniuersitati vtile redditur, dicente propheta. retribuet mihi dominus secundum iusticiam meã: & secundum puritatem manuum mearum in cõspectu oculorum eius.

Deus omnia bene fecit.

ALius est mos Dei, quòd omnia opera sua in summo bene facit: opus quippe cœli & terrę. angelorum & hominum. & aliarum creaturarum adeò benefecit, vt melius excogitari non posset. similiter opus redemptionis quod nemo alius in cœlo: nec in terra facere potuit: sicut legitur in Apoc. In summo bene fecit prudẽter vincendo diabolum in ligno: quo vicerat: sub humana fragilitate semper cælans diuinam potentiam: quia si dæmones cognouissent: vt dicit apostolus, nunquàm dominũ gloriæ crucifixissent, id est crucifigi persuasissent. similiter quicquid hodie facit. siue peccata vindicet: siue dissimulet propter pœnitẽtiam: siue gratiam substrahat electis: siue conferat: siue fideli animæ: quãdóq; se familiarem: quãdóq; alienum exhibeat: siue sit ventus: siue pluuia: siue aura frigida: siue calida: siue sic. sit via: siue madida: siue fructus terræ abundet: siue pereat pro illo tempore melius fieri non posset: quia ex nimia charitate & benignitate immensa sua sapientia singula debito tempore operatur. Opus verò remunerationis in summo benefaciet. cum singulis peccatis & singulis mẽbris quæ fuerunt arma iniquitatis, reddet iustam pœnam pro quantitate & qualitate cõmissionis: & tamen singulis bonis voluntatibus. verbis. factis. & exemplis iustam mercedẽ restituet pro quantitate charitatis. similiter & nos diligentiam apponere debemus. vt singula opera nostra quantum vnquàm melius possumus faciamus ex omni virtute domini nostri Iesu Christi: & cùm omni desiderio triumphantis & militantis ecclesiæ: & sub nomine creatoris. quasi tota salus nostra: & omnis laus Dei & vniuersitatis vtilitas ex vno opere dependeat: quasi nũquam ad id opus reuersuri: neque opus aliud postmodum incepturi. Quotiens enim aliquod opus facimus: aut ad aliud opus feruenter properantes ex solo desiderio alterius operis statim lacescit animus in opere in quo sumus. verbi gratia. Cùm sumus in oratione vel in alio opere, & proponimus scribere. vel aliud opus facere. statim orationem minuit noster affectus & citius absoluimur ab incepte.

Benignitas Dei.

ALius est mos Dei, quòd nullum iudicat secundum præteritam vel futuram maliciam: vel bonitatẽ quam ipse cognoscit in homine: sed secundum pręteritam iusticiam: sicut Paulum non damnauit propter præteritã maliciam: nec Iudam saluauit propter pręteritam iusticiam: sed nos miseri quantumcũmq; aliquis proficiat in virtutibus vel sanctitate, frequenter tamen præteritæ recordamur iniusticiæ. si autem iustus cadens à via iusticiæ in aliquo semel excedit: & si resipiscat, nequaquàm tamen sanctitatis præteritæ recordamur,

Misericordia Dei.

ALius est mos Dei, quòd nunquã bis punit in idipsum: si vna pœna sufficiat: & si sequitur correctio inter flagella: nos autem miserrimi pro vna nobis illata iniuria, centũ si esset possibile grauiores molestias inferremus.

De conformatione animæ ad Deum.

FIdelis anima toto nisu conformare se debet prædictis diuinis moribus pro posse suo. quanto enim conformior erit in istis anima creatori suo in sæculo, tanto conformior erit in futuro: & quãto conformior, tanto beatior. & tanto laudabilius Deo & vniuersitati vtilius. iam gaudendum est fideli animæ: quia prędictos mores Dei habebit in æterna vita: cum eis similes erimus. & videbimus eum sicuti est.

Oratio.

EIa pijssimè Deus, qui animæ nostræ tuam imaginem absque nostro desiderio impræssisti, petimus per omne quod tu es cum omni quod tu es, prædictos mores misericorditer imprimere nobis digneris: ne inuanum circa nos laboraueris. ne in vacuum: imò periculosè viuamus'. si non tuum seruitiũ circa nos ad finem debitum perducamus.

In omnibus non possumus Deum imitari.

SVnt & alij mores in Deo, in quibus non est imitandus: sed potius admirandus scilicet quòd ipse solus occulta cordium scrutatur. solus seipsum perfectè cognoscit & amat & fruitur ac laudat: ipse sibi solus sufficit: & non indiget extrinseco. ab ipso solo omne bonũ procedit. omnium beatitudo in ipso solo consistit: ipse solus habet immortalitatem: & inhabitat lucem inaccessibilem: ipse solus de nihilo aliquid fecit: ipse solus omnia inesse conseruat: ipse solus peccata condonat: ipse solus scit horam iudicij: ipse solus scit numerum electorum: benedictus Deus. Amen.

Explicit opuscu. 62. B. Tho. de diuinis moribus.

INCIPIT

INCIPIT EIVSDEM doctoris Opusc. sexagesimumtertium. De beatitudine.

BEATI qui habitãt in domo tua domine: domus Dei est æterna beatitudo. quam naturaliter omnis homo desiderat: vt dicit Aug. Illa beatitudo consistit in Dei cognitione. dilectione. fruitione. vnione: laude gratiarum actione: & congratulatione in præsenti vita cognoscitur Deus per specialem & in enigmate: vt dicit apostolus, id est, per fidem vel per creaturas obscurè. Nam magnitudine. pulchritudine. bonitate creaturę: vt dicitur in lib. Sa. cognoscibiliter creator poterit intueri. vnde dicit Aug. Qui fecit magna, maior est: qui fecit pulchra, pulchrior est. q fecit bona, optimus est.

Primum principale cognitionis per Deum.

CAP. I.

SEd in illa beatitudine cognoscitur Deus facie ad faciem: sicut est. hoc est Deus per Deum. Vnde Psal. In lumine tuo videbimus lumen: hoc est Deũ patrem in filio Deo: & filiũ Deum in patre Deo: & spiritumsanctũ in vtroque. Hæc tanta res est: vt dicit Augu. vt in eius comparatione nihil sit totũ. De isto dicit apostolus. Tunc cognoscam sicut cognitus sum. Deus enim cognoscit nos nõ per creaturam: sed per se Deum. Ita & ipsum similiter cognoscemus. Tunc oculo ad oculum Deus manifestabitur in omni diuina natura sua. s. potentia. sapientia. bonitate &c. de quo dicit Isa. Verè tu es Deus absconditus. Hanc cognitionem non operabitur angelus in angelo vel in homine: vel homo in angelo vel homine. dicente domino per Hieremiam. Non dicet vir fratri suo, cognosce dominum. A minimo enim vsque ad maximũ, omnes cognoscent me. dicit dominus: sed solus filius Dei operabitur in quo licet angelo & homine illam cognitionem: quia ipso teste: nemo nouit patrẽ: nisi filius: & cui voluerit filius reuelare: qui vtiq; volet electis reuelare: sicut dicit in Io. Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum & illi sint mecum: vt videant claritatem meã. Claritas filij, est claritas patris. Hæc ergo beata cognitio iusticiam consummatã facit. & immortalitatẽ adduxit. iuxta illud Sapien. Nosse te consummata iusticia est scire iusticiam virtutem tuam, id est, totã diuinam naturã: totam sapientiã, potentiam. bonitatem tuã. quæ radix est immortalitatis. De hac sola cognitione gloriandum est electis iuxta illud Hier. Non glorietur sapiens in sapientia sua: nec diues in diuitijs suis: nec fortis in fortitudine sua: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosce me.

Secundum principale cognitionis ad Deum.

ITem cognoscitur ibi Deus ad Deũ. In illa beata cognitione quicquid cognoscitur in Deo vel de Deo ducit ad Deum. & in Deum. siue sit potentia sapiẽtia. bonitas. charitas. & similia. Tãta est enim in Deo iocũditas & amabilitas, vt cognitus ab anima statim ipsam ad se trahat: eãque vehementer in se absorbeat ad similitudinẽ adamantis: qui virtute sua fortiter ferrum ad se trahit. Hoc testatur spiritussanctus in Canticis. Oleum effusum nomen tuũ. ideo adolescẽtule dilexerũt: hoc est. Tanta est suauitas quæ à te domine incessanter effuditur, ꝙ ad amorem tuũ feruentes & fortes animæ pertrahuntur. Sic cognoscens dominũ Saulus per vocẽ dicentẽ. Ego sum Iesus Nazarenus: mox tractus fuit ad obediendum diuinæ voluntati dicens. Domine quid me vis facere: Sic & beata maria Magdalena: vt cognouit ꝙ Iesus accubuit in domo Pharisæi, statim venit in feruore. afferens alabastrum vnguenti præciosi.

Tertium principale cognitionis propter Deum.

ITem cognoscitur ipse Deus propter Deum. Habita. finis cognitionis ipse est. Licet enim anima ex illa cognitione percipiat æternam beatitudinem: sicut dominus testatur. Hæc est enim vita æterna. vt cognoscant te solum Deũ & quem misisti Iesum Christũ, illã beatitudinem non percipit finaliter pro vtilitate sua: sed pro manifestatione glorię Dei. vt glorificetur in anima beata trinitas. Ibi limpide cognoscit anima quod intellectus capere non potest. videlicet quomodo æternus Deus & immensus Deus vnus est in substãtia & trinus in personis. Item lucidè cognoscit quomodò filius æternaliter nascitur à patre. & quomodò spiritussanctus continuè procedit equaliter ab vtroq;. Nec tamẽ vna persona maior vel minor est altera: nec dignior vel prior, nec posterior est altera: sed in singulis ęternitas vera. coæqualis maiestas. Item ibi perspicuè cognoscit anima quomodo diuinitas & humanitas inseparabiliter vnita est in vna persona Iesu Christi: & quicquid Deus habet per naturã, habet ille homo per gratiam. Et in hac cognitione trinitatis & vnitatis diuinitatis & humanitatis Christi, maxima eius beatitudo consistit. Item teste Salomone, omniũ operum Dei nemo rationem aliquàm inuenire poterit in hac vita: & quanto magis inuestigare laborat, tanto minus inueniet. Illic verò manifestè cognoscit anima omnia opera diuina. & maxima & omniũ rationem creationẽ cœli & terræ & omnium electorum ex nihilo distinctionem ordinũ angelicorum: sapiẽtissimam doctrinã donorum gratuitorũ naturaliũ. nam singuli angeli spem & numero differunt sicut stellæ. Et in singulis operibus diuinis delectabitur anima supra modum: cognoscentes opera Dei esse optima suo tempore. & optimo modo facta: teste Damaseno. Si diuina voluntas est prouidentia, omnino necesse est quę prouidentia fiunt secundũ certam rationẽ: & vt optima & Deo decemma fieri: & vt nõ est melius fieri. Item apertè videbit anima singula dona à fonte diuino fluentia: nõ sic effluere tanquã ab ipso recedãt: sicut riuus à fonte recedit: sed semper in ipso integraliter manent: sicut luna non amittit suam plenitudinem, ex eo ꝙ luna alia accenditur ab ipso: & sine sui diminutione omnibus lumen cõmunicat: & diuiditur in multa sine omni sua mutatiõe & sui diminutione. Ideóque sine damno omnibus desiderantibus dat affluenter: vt dicit beatus Ia. Alioquin si ex donatione pauperior fieret, sicut homo qui quod dat non retinet: iam non esset summè perfectus: imo continuè sua perfectio. minueretur. Similiter dona sua semper noua sunt: quia non est ibi præteritum & futurũ: sed semper præsens: & quod semel dat, semper dat. alioquin mutatio esset apud Deum. Ideóque semper merito gratuito debet esse tanta nobis de singulis donis Dei, sicut cum ipsa percipimus prima hora ex eadem ratione singula opera Dei noua sunt: & quicquid semel facit, semper facit ꝓpter immutabilitatẽ suã. vnde pater dicit ad filiũ. Ego hodię genui te: licet multis annis ante fuerit facta diuina generatio. & humana. Io. cum eadem gratitudine nobis semper debet esse præ oculis sicut quãdo primitus fecit & ea gratitudine omnia opera sua facit. Item lucidè videbit anima quod hic occultũ est. quomodò Deus idem ipse immutabilis simplex & indiuisibilis secundũ magis & minus participatur ab angelis & sanctis. secundũ ꝙ magis & minus diuinis motibus simulantur ad instar solis: qui vnum magis. alium minus calefacit. Similiter ad instar cibi. qui vni est occasio infirmitatis: alij sanitatis. qui vni est sapidus. alteri insipidus. secundũ ꝙ plus vel minus natura illorũ cum cibo illo cõuenit vel cum sole. Item ibi cognoscet anima summã bonitatem & sapientiã Dei principiũ esse omnium creaturarũ. & operum diuinorũ. nam bonitas Dei producit in esse creaturas. Sapientia verò constituit doctrinã inter ipsas. Ex summa igitur sapientia & bonitate inscrutabili, facit aurã: nũc frigidam, nunc calidã: nunc sic nũc madidã: nunc procellosam: nũc tranquillam. Ex eadẽ sapientia & bonitate facit vnũ diuitẽ aliũ pauperem: vnũ fortem. aliũ debilem & infirmũ. & aliũ deformẽ. Ex eadem sapientia & bonitate modo facit vnã creaturã sensibilem, aliã rationalem: aliã sine ratione. vni dat vnam formã. alteri aliã. ideóq; teste Ecclesiastico. Opera Dei omnia bona sunt. & nõ est dicere hoc est nequius illo. Omnia enim tempore suo cõprobabuntur. nec est infernus peior cœlo: dicente Isid. sicut cœlũ sideribus, ita infernus damnatis hominib, & dæmonijs ornabitur. Equaliter enim cõmendat iustitiam iudicis iniquorũ deuastatio: sicut innocentũ defensio. Item licet teste apostolo. Incõpræhensibilia modo sunt iudicia Dei de dãnandis & inuestigabiles vię eius de saluandis. ibi tamen compræhendet anima ꝙ vniuersę vię domini fuerũt misericordia & veritas ad iudicandũ. Misericordia restrinxit, iusticiã. ne nimis seuerè ageret. iuxta illud. Cũ iratus fueris misericordia recordaberis. Et iusticia tẽperauit misericordiã ne nimis parceret. nam facultas venię, incentiuũ tribuit delinquẽdi. Iusticia semper misericorditer punit: & misericordia semper secundũ iusticiã pepcit. O quã occulta sunt in præsenti diuina iudicia. Quis enim inuestire potest cũ dixerit dominus. Iacob dilexi & Esau odio habui: antequã nati essent: qđ viciũ detestaret in Esau & quã virtutẽ diligeret in Iacob, cũ nullum iudicet: nisi secundũ pręsentẽ iusticiã. Similiter cũ duo pueri portantur ad baptismũ vnus natus de fideli moritur ante baptismũ descendẽs in limbũ. alter nat⁹ de infideli post baptismũ moriẽs, statim euolat ad cœlũ. Similiter quare dñs Iesus vni latroni tantã gratiã dedit. alteri verò nullã. Similiter quare Iudã finaliter cadere permisit. & nullũ aliũ apostolorũ. Et quare ab vno diu grauia & multa peccata sustinet. vt à Dauid. aliũ vero pri⁹ primũ peccatũ dãnat sicut S. Hęc soluit glo. sup Gẽ. dicẽs nouit dñs cui pcat vsq; ad cõmutationẽ in melius: sicut pepercit Aarõ quẽ nõ perdidit cũ alijs in cõflatione vituli aurei. sic pepercit Ezec. cõtra quẽ dederat sententiã mortis: & tñ postea 15. an. ad viuendũ dedit. Itẽ nouit cui parcat ad tẽpus. quãuis pscierit eũ in melius eũ nõ mutari. Sicut peccatorib. ante diluuiũ dedit c. anno. spaciũ pœnitẽdi: & postea oẽs homines pdidit per diluuiũ pter 8. Itẽ nouit cui nõ parcat vt nec mutationẽ eius expectet: sicut igne & sulphure cito pdidit Sodomitas. Datã & Abirõ terra viuos absorbuit in momẽto. Hęc oĩa lucidè videbit in speculo æternitatis: & quicquid augere potest suã beatitudinẽ, & singulis habebit gaudiũ cũ electis. Itẽ cognoscet ibi aĩa, quò sapiens Deus oĩa opera diuina angelica & humana semper cõuertit ad optimũ hoc est manifestationẽ glorię suę & angelis & hominib. ad fruitionẽ diuinę na

Universidad de Deusto Biblioteca

turæ vel sapię. Et licet malū in se: nec speciē habeat: nec originē, singula tñ mala opa ordinat ad magnū bonū sapiētissimus Deus qui in domo sua nil inordinatū derelinqt. Miserabilē & irrecuperabilē casum angelorū. & obstinatā maliciā eorū ordinauit ad exercitiū & coronā iustorū: iuxta illud Ber. Iocundū Dei iudiciū est, ꝙ superb⁹ ille humiliū malleator, ipso nesciēte fabricat eis coronas perpetuas ipsos impugnādo. Similiter vnicū casum solius hominis Adę cōuertit in admirabilē totius hūanę naturæ exaltationē. Ex hoc.n. humana natura dīnæ naturæ inseparabiliter vnita est in ꝑsona dñi Iesu nō cōuersione diuinitatis in carnē: sed assumptionē humanitatis in Deū. De quo Chryso. Reuera magnū & mirabile est carnē nostrā, sursum sedere & ab angelis & archāgelis adorari. qđ nequaq̄ factū fuisset, si Adā nō peccasset. vnde Leo papa. Si hō ad imaginē Dei factus in suæ naturę honore ꝑstitisset: nec diabolica fraude deceptus à lege sibi posita deuiasset, creator mūdi creatura nō fieret: nec sempiternus tēperantē subiret Deus: nec ęqualis Deo patri filius formā serui & similitudinē carnis peccati assumeret. Similiter iniquā vēditionē Ioseph mutauit in salutē maximā fratrib. venditorib: & Aegypto. qui si venditus nō fuisset, tota Aegyptus & circūiacentes ꝓuinciæ inædia ꝑissent: qđ ꝓprijs fratrib. venientib. in Aegyptū pro annona cōparāda testabat̄ dicēs. Nolite timere. pro salute. & ipsi similiter testabant̄ rñdentes ei salus nr̄a &c. Similiter grauissimū peccatum quod ab initio factū fuit cū de cōsilio & inuidia ꝓmotione Iudæorū vēditus fuit filius Dei. & traditus & blasphematus ad mortē turpissimā condēnatus. crucifixus. inter latrōes suspēsus. Hoc malū pessimū ordinauit dñs Iesus ad peccati destructionē: angelicæ reparationē: diabolicę potestatis diminutionē captiuorū in limbo ereptionē cœlestis ianuæ aperitionē & reseruationē. & vt quilibet peccator multo facilius quā antiqui patres sanctissimi ꝓmereri posset immediatū transitū post pñtem miseriā ad diuinā fruitionem. O ineffabilis sapīa, quę tm̄ malū cōuertit in tm̄ bonū. Similiter illud graue peccatū beati Pe. ꝑ trina negotiōe dñi cōuertit ad bonū magnū peccatorib. vt apud eū quē ecclesia caput habere debebat, vberiorē cōpassionē & misericordiā inuenirēt. Dicit.n. Eccle. qui nō est tētatus qualia sit. Et qui nō est expert⁹, pauca cognoscit. Q̄ō n. medic⁹ q nō patit̄ cōpati pō ęgroto. Nō cōpatit̄ famelico saturat⁹: neq; peccatori iustus: ex eodē casu beati Pe. dñs Iesus ꝓsumptionē oīb. hoīb. amputauit. Similit̄ graue peccatū infidelitatis beati Th. redegit dominus Iesus ad bonū totius ecclesię. Magis.n. credi oportebat de resurrectione dñica beato Thomæ ex visu & tactu cicatricū, quā beatæ Mariæ Magdalenæ quæ solis verbis crediderat angelorū. Similiter pertinaciā Sauli cōuertit Deus in salutē omnib. ecclesijs: cū ꝑstratus sæuissimus persecutor factus est euāgelij fidelissim⁹ prędicator. Valde.n. laudabile fuit nomen dñi Iesu corā regibus: Iudæis & gentibus cōstanter annūciare quod tāto feruore in Damasco expugnare venerat & delere. Similiter graue peccatū & contumeliā quā sustinuit in nūcijs suis ꝓphetis apostolis martyribus, cōuertit in fulcimentū nostræ spei cūctis fidelib. Nisi.n fidē catholicā suo sanguine defendissent, nequaq̄ dñi Iesu nomē ad nos cū fide catholica cū tanto robore peruenisset. vnde Isa. Nisi dñs reliquisset nobis semen super in apostolis & martyrib. sicut Sodoma fuissem⁹: & quasi Gomorra &c. Ita etiā sapiēs qui olim cōuertit aquā in vinū, mutabit oēm tētationē & tribulationē hui⁹ miserię in statū ęternę glorię & reponderabit æterna & immensa mercedē. iuxta illud apostoli. Id. n. qđ in pñti momentaneū & leue est tribulationib. supra modū in sublimitate æternū pōdus glorie operabat̄ in nobis. Ibi. n. cognoscet aīa vehementē diligentiā creatoris circa salutē gñis hūani. quæ in primo apperuit cū vnūquēq; hominē ad imaginē & similitudinē suā fecit. Deinde vnicuiq; angelū deputauit qui eū in mr̄no vtero custodiret. natū ab insultu dæmonū defensaret. Necessaria corporis singulis momētis cōueniētissima. mīstrauit. Deinde ab originali peccato vnda baptismatis aīam emūdauit cōferens spm̄scm̄ cū omnib. donis suis & singelis virtutib. in filiū quoq; adoptauit. Postmodum in adolescētia: quādóq; in somno: quādóq; interna inspiratione ad æternā salutē mutauit. Foris aūt per creaturas quas singulis sic instituit, vt ad inuisibilē creatorē aīam introducāt efficacissima exēpla mortuorū hominū & viuorū. Similiter per sacrā scripturā quę nobis viā cœlestē lucidissimè demōstrat: qualiter hō se habere debeat ad Deū: qualiter ad ꝓximum: qualiter ad amicos. q̄ō ad inimicos: qualiter ad prælatos: qualiter ad subditos: qualiter ad viuos: qualiter ad mortuos: sed quia nō oēs scripturā intelligūt, addidit doctores & núcios fidelissimos, qui eā exponūt vniuersis fideliter & deuotē. In eadē scriptura per prędicatores núc minis terret, núc blāditijs & ꝓmissis allicit miseros peccatores ad salutē. Qui nuncij dū quandóq; ab exteriorū sollicitudine in contēplatione diuina quiescunt: quod Deo placet super omnia ad innuendā tamen diligentiā suam circa peccatores qui fortè nunquā curant saluari: aduocat multitudinem nunciorū ab ea quiete quæ sibi delicias facit ad sollicitudinē peccatorum. dicens in Canticis. Aperi mihi soror mea: quia caput meū plenū est rore: quod Gre. exponit dicēs. Dum sponsa dormit, dilectus ei vt apetiat pulsat. quia dum mens sibi per ocium intendit Christus multa opera peccatorum in hoc mundo tolerat: quia nisi spirituales viri ad doctrinā se accingant, nunquā seipsos carnales cognoscant vel corrigere curant. Vult igitur spōsus vt aliquando ociū dimittatur & ad ædificationem proximorū spirituales quique sollicitentur: quia dum perfecti viri sibi solū per interiorem quietem intendunt, dolet sponsus ꝙ sæculares magis ac magis ad peiora corruunt, dum eum propter silentiū spiritualium minus ac minus cognoscunt. Quoniam autē hic omnia pro salute minime suffecissent propter diuersa & grauia vulnera peccatorum, ideo Deus pater ineffabili motus diligentia, misit vnicū filium suum qui diligeret. considerans quomodò in singulis membris omnipotentem Deum peccatores offenderent abund. intiorem emendam quam meruerat genus humanum exhibuit in crucę, in membris singul. Deo patri. In qua cū clamore valido & lachrymis in mēbris singulis vulneratus: salutem perditam humano generi restituit à patre pro sua reuerētia exauditus. Et ne salus obtenta periret, verba sua mores. & exempla conscribi fecit in quatuor euangelijs, ex quorum imitatione salutem perpetuā meremur. Super hęc omnia pro manifestatione diligentiæ suæ, sanctissimum corpus suum & sanguinem consecrauit. & vim dedit consecrandi. non tantum vni homini bono: nec tantū vno tempore vel vno loco: imo sacerdotibus criminosis eandem cōtulit potestatem, vt omni tempore & loco in eucharistia & sacramētis cæteris consolationem spiritus & peccatorum medicinam homines inuenirent. Si enim tantùm perfecti episcopi & sacerdotes crisma & corpus dominicum consecrare possent, innumerabiles homines sine extrema vnctione & viatico morerentur. Insuper prælatos spirituales & sæculares constituit, qui etiā inuitos cogerent ad obseruantiam preceptorū & manifestis criminibus pœnis varijs & sententijs mortis subditos coercerēt. Hæc omnia sine adiutorio nostro & desiderio facere potuit & fecit: & nihil omisit eorum quę necessaria fuerunt ad nostram salutem. teste domino in Isaia: quid vltra debui facere tibi & non feci. præter hoc solum ꝙ non violenter ad cœlum nos non trahit. hoc ideo dimittit: quia iusticiæ suæ non cōuenit inuitū aliquē coronare: cui liberū arbitriū dederit in hoc hominē sibi assimilans ꝙ à nemine cogi potest. vnde Aug. Qui creauit te sine te. nō iustificabit te sine te. Creauit te nolentem. nō iustificabit nisi volentē. & quia cōsensum liberę volūtatis exigit. ideo ferè tota salus hominū perit. Veniet tēpus cum apparebit innocentia creatoris circa salutem humani generis: licet Deus apud plurimos iudicetur reus. quasi saluare nolit quos redemit. quādo manifestabitur cum quāto serio filius Dei pro salute suorū inimicorum laborauit. In tota enim machina mūdi teste Ber. non tantū laborauit. In alijs enim operib. dixit & facta sunt. pro hominis verò salute, sustinuit in verbis cōdictores: in factis obseruatores: in morte illusores. Qui etiā in testimoniū diligentiæ suæ, cicatrices vulnerū ad cœlū duxit. quibus iram patris fortius mitigaret. & gratiā peccatorib. impetraret.

Primum principale dilectionis per Deum.

CAP. II.

EX illa cognitione beata, amabitur Deus per Deum ab anima glorificata. hoc est per spiritum sanctum. Quicquid autem creatura facit sub nomine creaturæ, imperfectum est. Istud enim impetrauit dominus Iesus fidelibus suis. cum dixit ad patrem. Notum feci eis nomen tuum per fidem & notum faciam per speciem. vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit. Et dilectio qua pater diligit filium, est æterna & immensa. scilicet per spiritum sanctum qui est nexus vtriusque. eadem dilectio dicit Glos. Qua pater diligit filium, est in omnibus iustis. per eandem enim anima glorificata diligit Deū. & diligitur à Deo. Alioquin anima teste Aug. quæ nō quiescit nisi in Deum ad quē facta est, nunquā verè & perfectè quiesceret, nisi creatori suo in amore vicem rependeret. Cum aūt teste Ber. Deus animam amet: æternitas amat: immensitas amat: cuius magnitudinis non est finis: cuius sapientiæ non est numerus: necesse est animam Deum immensè & æternaliter reamare: si debet in Deo perfectè quiescere. Hoc non fit nisi per spiritū sanctum: de quo dicit apostolus. Charitas Dei diffusa est in cordib. nostris per spiritūsanctū qui datus est nobis: vbi dicit Glo. Charitas Dei & De⁹ est: & donū Dei est. Et quia Deus dilexit nos, vt à nobis diligeretur, spi. sanctum dedit nobis. Si autem in charitate quæ virtus est in illa beatitudine diligeremus Deum: superflue dedisset sapientissimus Deus spiritū sanctum. Hæc fuit olim opinio magistri in sentētijs. moderni aūt aliter sentiūt. teneq̄ qđ placet: sed ad hoc dedit spiritūsanctū, vt anima beati ipsi vicē rependeret in amore: & sic in ipso quietē omnimodā reperiret. Ad intelligentiā huius, notandū est ꝙ in Ioāne scriptū est, ꝙ pater diligit filiū. Et iterū scriptum est in persona Christi. Ego diligo patrē, hæc dilectio nō est minor quā diligens & dilectus: quia spūsscūs est amor pr̄is & filij: nec min⁹ amat̄ ab amāte & amato ipse amor q̄ amās ab amato, vel amatus ab amāte. Et hæc est illa serenissima iucūdissima & perfectissima triū personarū in vna substātia dilectio. vbi amās est idē qđ amatus. & amatus idē quod amās: amor idem quod

idem quod amās & amatus: amatus & amās idem quod amor: vbi amans, amatus & amor penitus vnū esse coicant in vno velle cōueniunt. vnū nolle habēt. idem posse participant: imò totū possident. Ibi vnum summū quod est omne bonū in cōi: & tñ insolidum possidetur, nullius ibi boni sine dilectione est possessio. In hac dilectiōe nullus defectus, nulla omissio: nulla vnquā turbatio, nulla interpolatio: de hac dilectione totū mutū est quod loquimur etiā si summo studio loqueremur. Hæc est cuius vnio animā sibi vnitā verè beatā facit. Hęc est gaudiū de quo dicit̄. Vt gaudiū meū in vobis sit, & gaudiū vestrū impleatur: qđ est gaudiū patris & filij nisi amare & amari, & taliter amari: q̄ō anima famelica saturabitur. nisi huic gaudio vniatur vt ipsa in hoc gaudio & gaudium hoc in ipsa sit: & eius sic gaudium impleatur cum amanti ita vnita fuerit & amato, ꝙ se in tam fœlicissima vnione amare sentiat & amari.

Secundum principale dilectionis ad Deum.

IBi etiā amatur Deus ad Deum. Nam amor Dei vehementer ducit Deū in animā, & animā in Deū, iuxta illud Io. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, quare? Quia Deus charitas est. O quā fœlix anima quę se absq; interpolatione ex omni virtute sanctę trinitatis ad omne: & propter omne quod ipsa sentit se amari & Deū tanto amore circa se occupari quasi omniū creaturarū sit oblitus. Cuius beatitudo augetur: cū ecōuersò amore sanctissimè trinitatis cū omnibus viribus suis penitus se immergit. Tunc implebit illud beatissimū præceptum, quod scd̄m expositionē beati Aug. in hac vita impossibile est impleri. Diliges dñm Deum tuū, ex toto corde. i. intellectū sine errore: ex tota anima. i. memoria sine obliuione: ex tota mēte. i. voluntate sine cōtradictione. Tunc enī anima nūquā errabit in amore Dei: vt Deo aliquā creaturā æquet. vel prę ponat, nunquā obliuiscetur ad momentū amoris diuini, qui semꝑ pręsens est. Nunquā contrariū sentiet amori Dei, sicut heu in ista vita frequenter aliquid æquiparat Deo, vel prępenderat, vel aliquid diligit: propter quod Deum minus diligit & sæpè Dei obliuiscetur, vel appetit aliquid diuinę voluntati cōtrariū. Ibi etiā implebitur hoc præceptum scd̄m expositionē Chrisost. dicētis. Quid est Deum diligere ex toto corde, nisi vt cor tuū ad nullius rei dilectionem magis inclinatū sit quàm Dei: nec delecteris in specie amplius quā in Deo: non in honoribus, non in auro, non in amicis &c. sed pręhis omnibus Deum ames. Si autē in aliquo horum occupatus fuerit amor cordis tui, iam nō ex toto corde Deum amas. Pro quāta enim parte fuerit cor tuum ad aliquam rem, pro tanta parte minus est ad Deum. Quid est Deum diligere tota anima? Certissimū habere animum in veritate, & firmum esse in fide. Quid est Deum diligere tota mente. Vt omnes sensus tui Deo vacent, intellectus, sapientia, cognitio, memoria. Qui ergo aliquid horum occupat circa temporalia, iam non ex tota mente diligit Deum: hoc etiam impossibile est hic impleri.

Tertium principale dilectionis propter Deum.

IBi etiam diligitur Deus propter Deum. Anima enim ibi diligit Deum nō ob hoc solùm ꝙ sibi bonus est largus & misericors: sed ob hoc multo fortius, quòd simpliciter in se bonus largus & misericors est, & quanto sincerius amat Deum propter innatā sibi bonitatē: & non propter participationē beatitudinis ipsius, tanto beatior est anima: licet cōicatio beatitudinis diuinæ nequaquā ipsam moueat ad illam sinceritatem amoris. Eya quantæ iucunditatis animæ nascitur, quādo creatori vicem rependit in sinceritate amoris: quam, nulla sanctitas vel bonitas in anima, vel vtilitas traxit ad amorem animæ: sed innata bonitas vt cōicaret animæ æternā beatitudinem in se ipso, pro qua conferenda cum diligentia maxima laborauit. De hac diligentia dicit episcopus Parisieñ. Hoc est proprium bonitatis vbiq;, vt ad sui fruitionē aliquos associet, & se eorum malis portandis atq; dolendis omninò exponat. Tanta autem bonitas Dei cui non est mensura vel numerus tantam requirebat societatis coniunctionem, vt de omnibus bonis suis nullū incōmunicatū retineret, & de malis suorum nullū susceptū relinqueret. Ipsa enim bonitatis eiusdem immensitas pro ipsa fontis abissali copiositate fluxus habere debuit vsq; ad vltimū & supremum: vt essent opera misericordiæ & beniuolentiæ ab ipso fluentia, vltra quæ & supra quæ quo se extenderet non haberet: & hoc indubitanter erat suijpsius largitio, quo nihil magis in bonis habeat vt conferat & mortis amicorum susceptio quo nihil amici in malis magis habent vt ipse suscipiat. Vehementer ibi accendirur ad amorē Dei anima ex singulis quę in Deo sunt naturaliter s. potentialiter, sapiētia, bonitate, &c. Spiritualius tamen inflāmatur, cum feruore totius trinitatis, quasi omniū oblitus totaliter sit & cōtinuè sentiet in se fundi, teste Ezechiele. Vultus animaliū. i. omniū sanctorū sunt vt carbonum ignis ardentium. Nam teste Dauid. Carbones succensi sunt ab eo. & nō est ibi quisquā qui se abscondere valeat à calore eius. In præsenti vita nuntiauit sponsa sponso: quia amore tuo langueo: vt dicitur in cāticis. In prima verò præsentialiter dicitur. Amore tuo incessanter ardeo. Lāguor homini somnū subtrahit. cibum delicatum insipidū reddit. vires corporis & decorem adimit: omnē ornatum postponit carnalis amicitiæ obliuionem inducit. Hæc omnia verus amor in anima similiter operatur ardor etiā humorē exiccat, materiā sibi coniunctā penetrat ita etiā in patria: fidelis anima per charitatē ab omni carnali cōcupiscentia separatur. & incessanter diuinis gaudijs penetratur. Et valdè mirabile est cū teste Moyse Deus noster ignis consumens sit, & natura ignis sit consumere omnia in se & iuxta se posita: quòd anima ex tanto feruore non cōsumitur. Item licet anima ex singulis Dei operibus paruis & magnis ad amorem Dei accendatur, spiritalius tamē ex quibusdā Dei operibus dñi Iesu Christi vehementius inflāmatur. vt est incarnatio, natiuitas, circuncisio, baptismus, ieiuniū, corporis & sanguinis sui cōsecratio. in cœna humilis pedū ablutio, mirabilis passio: gloriosa resurrectio, mirabilis ascensio: spiritus sancti missio, suijpsius frequens in sacramento exibitio, æquitas circa oēs in extremo iudicio. Nam hæc omnia quælibet anima propter se solam reputat esse facta. Est ibi aliud inflammans animam ad amandum Deum. s. diuina humilitas: de qua nimis admiratur anima. Nā Deus omnipotens singulis angelis sanctisq; animabus in tantum se subijcit, quasi sit seruus emptitius singulorum. quilibet verò ipsorum sit Deus suus. Ad hoc innuendum transiens ministrabit illis. dicens in psal. Ego dixi dij estis: summè quippè perfectus Deus sibi cōplebit quòd hîc docuit: quāto maior es humilia te in omnibus: qui quāuis præsit omnibus dignitate & diuina maiestate: omnibus tamen subijcitur humilitate. O quā raro conueniunt ista duo omnibus præesse per iustitiā: & tamē omnibus subesse per humilitatis gratiā: ideò numeratur hęc anima cū amore valdè autē inflāmat amicitiā & cōseruat, nunquā velle prę esse vel parē esse: sed omnibus & in omnibus velle subesse. Hęc aūt humilitas causatur ex multitudine bonitatis & diuinæ nobilitatis sicut arbor ex multitudine fructuum inclinatur, similiter inflāmat ad diligendum Deum specialiter humilitas Christi, qui cum in forma Dei esset æqualis Deo patri: non solū minorari voluit ab angelis: sed & carnis peccati similitudinē assumens. Imò etiā excelsus super oēs homines factus est abiectio plebis & opprobriū pessimorū hominū. O immensa humilitas quę Deū impassibilē & immortalē coegit esurire, sitire, lassari, miserabiliter mori &c. Eadē humilitas coegit creatorē angelorum & hominū inclinari ad infimā partem corporis piscatoris: hoc est ad pedes apostolorū in lotura. Eadē humilitas incōprehensibilē dñm maiestatis coegit frequenter venire sub specie panis ad consolationē fidelium in sacramēto. Est & aliud inflāmas animā ad amandum Deum. s. patientia diuina, quæ ibi apparuit, quando inimicis suis centum annor. spacium ad videndum dedit: quāuis in eadē malitia eos perdurare præsciuerat. O quanta dissimulauit in illo tempore in paganis & Iudæis: quando electi sui & Iudæi præcepta sua contēpserunt, ipsūmq; in deserto varijs malis & nouis inuentionibus irritauerunt: & cùm charissimos prophetas suos nuntios occiderunt: ipsum & morte turpissima damnauerunt & memoriam ipsius de terra penitus delere disposuerunt, & apostolos suos quibus mundus non erat dignus miserabiliter tractauerunt. Heu quantas iniurias dissimulat à paganis, Iudæis, hæreticis, & falsis christianis, qui etiam ab his qui christiani videntur & boni christiani: imò etiam religiosi & in sanctis religionibus constituti tanquam inimicus cōtinuè impugnatur. Sub veste enim religiosa diuersa crimina infidelium committere non verentur. & glo. dit super Matthæ. quòd destabilior est qui sub nomine fideli opera infidelium quàm aperte paganus: pro singulis vicibus patiētiæ diuinæ à principio mundi vsque ad finem prouocatur anima valdè ad amandum Deum æternaliter: quia tanta lucet virtus diuina cum vicia peccatorum dissimulat, quanta lucet cum peccatores à vitijs emundat & tanta fulget cum damnatos æternaliter cruciat, quanta fulget cum electos in æternū remunerat. Est ibi aliud animam inflammans ad amandum Deum, videlicet cognitio diuinæ fidelitatis quæ in hoc apparuit, quòd super multiplicem consolationem spiritualem prouenientem ex scripturis & lachrymis ex desiderijs sanctis ex diuinis officijs ex sanctorum doctrinis & exemplis, & laude, & gratiarum actione, & oratione, & confessione, & similibus: Deus pater corpus & sanguinem vnigeniti dilecti filij sui Domini nostri Iesu Christi sub specie panis & vini ad delectabilem refectionem animarum tàm continuè ministrauit. in quo totū quod ipse est & habet cum spiritu sancto, in summo dedit. Nihil enim est extra corporalē. & spiritualē. & diuinā naturā. Corporalis verò apprehēdit omne qđ quinq; sensibus ꝑcipitur. Spiritualis natura cōtinet angelos & aīas & oīa dona spūalia & virtutes: diuina naīa totū qđ est optimū naīaliter in se habet. Cū ergo corpus & sanguinē filij sui Deus pr̄ sub sacramēto dedit, tūc corporalē substātiā in summo cōtulit. q̄n verò animā eiusdē filij dedit, tūc spūalē substātiā in summo tradidit, cuius aīa oībus angelis & sanctis aīabus perfectior gratia in omni sanctitate fuit. Insuper in eo totā diuinā naturā obtulit omne bonū in se naturaliter & æternaliter cōtinentē: nec hoc semel tantū: aut bis in tota hominis vita fecit imò

Universidad de Deusto
Biblioteca

quocūq; tépore, quocūq; loco à quocūq; sacerdote fideli bono vel malo salutare illud sacrificiū in forma ecclesiæ oblatū fuerit totiēs Deus pater cū spiritu sancto singulis animabus se totū ad fruendū exhibet. Heu pauci sunt qui hāc fidelitatē pspicacter recognoscūt: & heu pauciores sunt qui ad perceptionē tanti muneris: vt in eis secundum ordinatē omnē Dei cōtinuē perficiant cū debita gratitudine se habitare contēdāt. O admirabilis fidelitas Iesu dñi nostri: qui mille ducentis annis. & amplius ab indignē cōficientibus, & sumentibus & incantātibus, in sacramēto tantā elegit cōtumeliā sustinere: vt in hoc tépore posset corpore & sanguine suo vnā animam satiare, cui nihil sufficit teste Augu. q; Deo minus. Est & aliud inflāmas animā ad amandum Deum totis viribus. si dimi mores perfectissimi: de quibus est alias materia specialis. similiter vehementer accendunt animā ad diligendū Deum exempla sanctissima Iesu Christi videlicet exépla castitatis, humilitatis, altissimę paupertatis, obediētiæ, cōstantiæ, innocētię, diligentię, patientię, sollicitudinis, taciturnitatis, asperitatis: pœnalitatis. fidelitātis, gratuitātis, despectionis, puræ intētionis, perfectionis, zeli animarū, dilectionis inimicorū. Singula exempla gratissima sunt hæc animę & omne desiderabile in terris his cōparari non potest in cōspectu ipsius, qui valdè æternaliter in singulis delectatur. & quanto magis despecta & pœnalia in sæculo hoc reputātur, tanto ea amici Dei in præsenti & in futuro maiori gratitudine venerantur. Et quicquid bonū & perfectū est: & ab omnibus collaudatur, hoc non tantū ex gratia: imò etiā naturaliter appetitur: & ideò ex facili & ex hominū propria placētia coram Deo illius boni præmiū minoratur: & quod bonū & verè perfectū est & non solū à malis: sed etiā à bonis vituperatur: & despicitur hoc ex gratia tantū appetitur: & non ex natura: idcōq; merces eius corā Deo integra reperitur. Et ideò appetēda sunt magis exēpla Iesu Christi, & bona opera quæ ab hominibus reprobātur, sed à Deo laudantur. De hoc dicit Iero. Quis se maledici non desideret, vt mereatur voce Christi laudari & cœlesti copiosáq; mercede remunerari. Vtinā ob domini mei nomen arq; iustitiam, cūcta insidelium turba me persequatur & tribulet. Vtinam in opprobrium meum stolidus hic mundus exurgat tantūm vt ego à Christo merear laudari & cū pollicitationis sperare mercedem. Hinc opprobria & detractiones patienter toleremus, vt Dei laudibus digni esse possimus. Nam si humanam laudem quærimus diuinam amittimus. Quisquis enim ab hominibus laudatur, à quo Christo culpatur, sicut scriptum est. Ve vobis diuitibus &c. Eya quàm beata est illa anima, in qua apparent singula vestigia Iesu Christi. Sic ecōuer sò maledicta est anima illa in qua vestigia diaboli locum habent. Diaboli vestigia sunt singula peccata mortalia. In quacūq; anima singula exempla Christi expressius apparebunt de illis animæ præsentia omnipotens Deus & omnes electi Dei abundantius æternaliter exultabunt. Est & aliud ibi inflammans animam vehementer ad amorem Dei, scilicet miserabilis & veneranda passio domini nostri Iesu Christi: de qua Ber. Hoc est quòd magis mouet, magis accendit, calix domine Iesu Christe quem bibisti, opus redemptionis nostræ quod opus nemo alius, neq; in cœlo, neq; in terra perficere potuit. In quo opere inæstimabilis fidelitas apparuit amoris. In mē te punitus fuit tedio tristitia & pauore. in corpore incōparabili dolore, iuxta illud. Attendite omnes si est dolor, sicut est dolor meus. Caput enim tremendum, dicit. Ber. angelicis spiritibus sapientiarum decisitate coronatum, facies pulchra præ filijs hominum sputis peccatorū deturpatur, oculi lucidiores sole, caligant in morte. Auris quæ audiunt in cœlis angelicos cantus, audiuit in terris peccatorū insultus, crucifige, crucifige. Os quod docuit angelos, poratur aceto & felle. Manus quæ fundauerunt cœlos extenduntur in cruce. dorsum virgarū & flagellorū percussionibus plenū fuit. miles latus lancea perforauit: nec erat aliquid membrorū in eo, quin speciali pœna innocenter pro nostris reatibus plecteretur. De hac innocentia exclamat Amb. Quid commisisti dilectissimè puer vt iudicareris? Ego sum culpa occasionis tuæ. O ineffabilis mysterij dispositio pecat iniquus. & punitur iustus, quod perpetrat seruus, exoluit dominus: quod cōmittit homo, sustinet Deus. Ego iniquæ egi, tu pœna mulctaris. Ego superbiui, tu humiliaris. Eya quantus in primę animę amor accenditur, vbi in singulis lachrymis Iesu Christi opprobrijs, irrisionibus, colaphis, alapis, afflictionibus, vulneribus, luoribus, guttis sanguineis, in omni vita sua effusis, æternaliter anima delectatur. Hanc enim passionē quælibet anima totā pro se sola reputat factā esse, secundum quod dicit Apostolus de domino Iesu. Qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me, non dicit pro nobis sed pro se solo reputans passum dominū Iesum Christū in præsenti vita singulorū prædictorū memoria cordibus nostris infixa esse deberet cū amaritudine cōtinua, ad prouocandū in nobis diuinū feruorē iuxta illud sponsæ in canticis. Fasciculus myrre. i. cumulus amaritudinis, dilectus meus mihi, inter vbera mea cōmorabitur. Quāto enim inest hîc animę de prædictis tristitia, tanto maior de eo animę & cunctis amicis Dei erit lętitia: qñ iuxta verbū Christi tristitia in gaudiū cōuertetur. Similiter iugis recordatio prædictorū cedit in cumulū meritorū. vñ Ber. Ego fratres ab ineunte mea cōuersione pro aceruo meritorū quē deesse sciebā hunc mihi fasciculū colligare, & inter vbera mea collocare cutaui, & collectum ex omnibus anxietatibus & amaritudinibus domini mei. Primū quidē infantiæ eius necessitatē: deinde laborum quos pertulit in prædicando: fatigationū in discurrendo: vigiliarum in orando: in ieunando: lachrymarū in compatiēdo: insidiarū in colloquēdo: postremò periculorū in falsis fratribus: conuiciorū, sputorum, colaphorum, subsannationū, exprobrationū, clauorū, horúmque similium quæ in salutē nostri generis in silua euangelica copiosa legitur pertulisse. Similiter horum frequens memoria monumentū est cuilibet animę ad repēdendā domino Iesu vicissitudinē in hac vita: quę etiā ex sola voluntate vicissitudinis nimiū beatificatur. teste Iero. Verè illa anima felix est & angelis exequāda, quæ nomine & opere Christi tanta quāta pro nobis ille sustinuit, voluerit sustinere. Est ibi aliud inflāmans animā ad amandū Deū. s. veritas diuina in promissis. Quicquid enim figuris, scripturis, figuraliter seu expressè per se vel per sanctos suos bonis vel malis. Deus omnipotens repromisit hoc totū absque ambiguitate cōplebit: sicut omnia cōplenit quæ de eo scripta fuerāt vsq; ad turpissimā mortē crucis: ideò in fine gustato felle dixit. Consummatū est, supple quicquid de me scriptū est. promissit aūt malis. in Deu. dicēs. Cōgregabo super eos mala. nūquā tot stillę pluuiarū descenderunt in terrā, sicut diuersa mala impios eternaliter occupabunt. De quibus beatus Aug. scribit apertius. Vę his quibus paratus est dolor vermiū, ardor flāmæ sicus sine extinctu, fletus & stridor dentiū, oculorū lachrymæ, tenebræ exteriores, pœna itermīnabilis. Vbi nullus ordo, siue cognitio proximi, sed cōtinuus dolor & gemitus. vbi mors optatur. & non dabitur. vbi nō est honor senioris & regis. nec dñs super suum seruū, nec mater diligit filiū, nec filia, nec filius honorat patrē, vbi omne malū, omnis indignatio & fetor & amaritudo abūdat. De hac amaritudine dicit Iob. Quare data est misero lux, & vita his qui in amaritudine animę sunt, qui querunt mortē & non inueniēt. Omne vi uēs fugit mortē, propter accerbitatē mortis. Ibi aūt mori desiderāt propter amaritudinē vitę & fugiet mors ab eis. Eya quāta miseria vbi mors depascet eos tamen mori nequeūt? Ibi inveritate sine fine viuunt, sine fine moriūtur, ibi odiunt Deum & seipsos, & nunquā venient in memoriā ante Deum, sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorū non est memor amplius. Ansel. Ibi termēta sine fine: sine interuallo, sine tēperamēto ibi tortores horribiles, qui nūq; hæsecscūt, nunquā inserentur, timor cōturbat reū. cōscientia cōfundit: cogitationes increpāt: fugere nō licet: ligatis manibus proijciūtur in tenebras exteriores. De hoc dicitur in Eccle. Factus est super impios cathachismus. i. diluuiū vniuersale pœnarū. Promisit etiā bonis in euangelio q; super omnia bona sua cōstituet eos & vnūquēq; quę ista bona sint. dicit Isa. Oculus nō vidit, Deus absq; te, quę præparasti expectantibus te. Sed de his nemo scit, nisi qui accipit & qui dat. vnde Aug. Facilius inuenitur in æterna vita quid ibi nō sit quā quid ibi sit. Nō erit ibi laßari & dormire non erit ibi esurire & sitire. Nō erit quiescere, crescere, & senescere: qa nasci nō erit ibi, vbi vi ui integri manēt: tamē alibi aliquantulū tangit quid sit in vita æterna in lib. de corporis & animę misera vita. O caro inquit illā vitam amplecti debuisti: vbi vita est sine morte, iuuentus sine senectute: lux sine tenebris, gaudium sine tristitia, pax sine discordia, voluntas sine iniuria, regnū sine diuisionē hoc est Deus summū & incōmutabile bonum carens principio. & finem in quo omne bonū est immensum naturaliter & æternaliter: à quo omne bonū fluit tēporaliter. ibi dicit Aug. Nihil extra quod appetatur, nihil intus quod fastidiatur. Nullum bonū deerit, neq; bonis, neq; malis. Ex his prædictis quia fidelis Deus in omnibus verbis suis. Modo etiam multa latent sub pallio, & infinita quæ videtur valdè bona & nō sunt, & infinita videtur mala quę iusta & bona sunt, sed in iudicio in omnibus veritas patefiet, qñ Deus manifestabit cōsilia cordiū. vnde in Eccle. In fine hominis, de nudatio operū eius. De quo Augu. dicit Multa facta quę ab hominibus improbāda videtur, testimonio suo dñe probata sunt: & multa ab hominibus laudata te teste dānantur, cū sæpè se aliter habeat species facti, & aliter animus facientis, atq; aliter articulus occulti tēporis. Est ibi aliud animā inflāmās ad Dei amorē. s. diuina misericordia, de qua in ecclesiastico secundum magnitudinem eius, sic & misericordia eius cum ipso est, sed magnitudinem eius non est finis. dicit Psalm. Et dominus. Cœlum & terram ego implebo: ita & misericordia sua mensurā non habet & omnia implet: quę sunt in cœlo, & in terra, & sub terra. In cœlo apparet eius misericordia, in angelis & sanctis: qa singulis cōrulit beatitudinē plusq; meruerūt, quā sperauerūt, quā desiderauerūt, quā cogitauerūt. In terra lucet eius misericordia circa bonos: qa eos puenit p gratiā, vt bonū velint, & subsequię per gratiā, vt bonū voluntū perficiāt, & in bono ope pseuerēt. Quibus tm vnitus est p misericordiā vt quicquid eis fit in bono vel in malo, sibi reputet esse factū: iuxta quod ipse

quod ipse dicit. Qui tāgit vos, quasi qui tāgit pupillā oculi mei. Ité qui vos recipit me recipit, & qui me recipit, recipit eū qui me misit & qui vos spernit, me spernit. Et quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. vbi dicit glo. Minimi sunt, qui nihil penitus habent in hoc mūdo & iudices erūt cū Christo. Et Saulo persequēti christianos dixit. Quid me persequeris, cū ipsum nūquā tangeret, sed fideles. Circa malos in terra similiter lucet eius misericordia, cū eis diu percit, quos iustè subito dānare deberet pro primo peccato: & qñcūq; necessitas cogit ad pœnitentiā, nec vitæ enormitas, nec horæ extremitas. si pura sit volūtatis cōmutatio excludit à venia, sed mater charitatis in sinus amplissimos filios prodigos recipit penitētes imò dicit Ber. Plenè & misericorditer indulget Deus: nō dānat vlci scēdo, nec improperat cōfundēdo, nec minus diligit imputādo. In inferno etiā lucet eius misericordia circa dæmones & dānatos homines, eò q; singulos punit circa cōdignū. In tñ em cōtrariatur vi ciū summo bono, q; est Deus vt sapiētissimus quiuis excogitare nō pōt pœnā aliquā mortali peccato dignè respōdentem. Cū Deus im mēsus sit & omnipotēs qui grauissimè per peccatū offenditur cūq; oīs pœna taxari debeat secundū conditionē eius qui offenditur, & cū Deus oīa disponat in numero pōdere & mensura, nequaquā possent ad dignè puniēdū mille sferi, vnicovicio respōdere. In purgatorio similiter apparet eius misericordia. ex eo q; ibi purgat aīas, quę sine purgatione claritatē vultus eius minimè ferrè possent: qui etiā ex īmēta misericordia ordinauit, vt q bus, ppria desunt merita, alienis suffragijs adiuuētur. In hoc apparet maxima eius misericordia cùm Deus exaudiat peccatores pro seipsis: sicut dicit in euangelio: Omnia tamen valent eis qui sunt in purgatorio, quæ à peccatoribus inimicis Dei fiunt pro ipsis. Et cùm sacerdos in mortali peccato missam celebrat pro defunctis, licet in tali opere damnationem æternam mereatur: ipsis etiā valet ad pœnarū diminutionem. Deus enim non recipit illud sacrificium in persona sacerdotis mali: sed in persona eorū qui in charitate de hoc sęculo migrauerunt. Similiter lucet eius misericordia circa eos qui sunt in limbo: quia nulla pœna corporali punit illos, videlicet fame siti, vel frigore, calore, lassitudine, labore, vel ęgritudine: quia etiā potius volunt esse quā nō esse. nec isti, nec illi, qui sunt in inferno Deū nō possunt arguere: quia non fecit eis iniuriam, quibus non tenetur dare gloriam sempiternam. Vnde dicit glo. supra illud. An non habet potestatem figuli &c. Totum genus humanum in apostolica radice damnatū est, vt etiā si nullus inde liberaretur: nemo tamen posset vituperare Dei sententiam: vnde tamen dominus dispensauit: vt nec omnes dānaret, nec omnes liberaret. Si enim omnes liberarentur, lateret quid peccato per iustitiam deberetur. si verò damnarentur, lateret quid gratia largiretur. Est & aliud animam ad amandum Deum inflammans, scilicet Dei iustitia, quæ primo ibi apparuit: cum quosdam angelos sponte auertentes se à summo & æterno bono, nullo extrinseco impellente in miseriam æternam deiecit. Alios verò adhærentes summo bono, mox in gratia confirmauit. Post hæc iustitia Dei apparuit, quando ex prævaricatione Adę solius totum genus humanum pœnalitatibus diuersis & morti subiecit. Et meritò quidē. Nam sicut omnes homines, si solus Adam in præcepto Dei continuò perstitisset, æternæ vitæ gloriam percepissent: ita omnes homines de lumbo eius procedentes meritò mortis sententiā acceperūt. Sed in hoc etiam apparuit diuina iustitia, quòd angeli à nullo iuuari poterant, nec debebant qui per se absq; vlla extrinseca tentatione ceciderunt. Homo verò per virtutē alterius iuuari poterat & debebat, qui per fraudolentā alterius suggestionē ceciderat. Et hoc est factū per dñm nostrum Iesum Christū, benedictus Deus in æternum. Item ibi apparebit iustitia Dei quæ nūc occulta est, quare vni dat gratiam alteri negat: sicut dicit Apostolus de Esau, quòd propter vnam escam vendidit primo genita sua & postea cupiens hæreditare benedictionem reprobatus est: quāuis cum lachrymis inquisisset eam. Sed propter lachrymas Ezechię Regis sententiam mortis, quā contra ipsum tulerat subitò reuocauit, quindecim annos vitę ipsius adijciens. facienq; magnū prodigium in sole, q; per decem lineas quas iuerat retrocessit. Similiter Dauid petēti veniā, peccatū indulsit. Sauli verò cū peteret, nō indulsit, sed pro vindicta peccati regnū illi tradidit quem odiuit. Similiter quibusdā dat ex occulto iudicio quādoq; magnā & multiplicem gratiam: quos scit secum æternaliter non mālturos: vt Iudę, de quo dicit Pet. Sortitus est sortem ministerij huius in signis & prodigijs faciendis. Alijs verò dat minorē gratiam: quos scit secum finaliter permāsuros. vnde glo. super id Ro. 2. Quem vult indurat, obdurat non inpartiendo malitiam, sed non inpartiendo misericordiā his quibus non esse impartiendā oculta æquitate & ab humanis sensibus remotissima iudicat. Circa eos qui sunt in purgatorio lucet Dei magna iustitia. quòd electos suos tantā aspiritatem permittit ibi pro suis reatibus sustinere: qui in hac vita breui tempore per modicam sententiā omnia peccata teste Augu. poterāt abolere. De qua asperitate dicit Augu. Ignis purgatorius & si æternus non sit excellit tamē omnē pœnam: nunquā in carne inuenta est tanta pœna. licet martyres innumerabiles passi sunt tormenta. Item iustitia summa apparebit in extremo iudicio: cum nullius personā accipiet: sed iudicabit parvum & magnum, cùm nullius acquiescet precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. De quo in ecclesiast. Cuncta quæ fiūt adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malū fit. Vbi dicit glo. q; etiam pro verbo otioso etiam ignoranter prolato. vnde Augu. in 2. lib. de domo disciplinæ Dei dicit. Quid faciemus in die illi, cum cœperit sedere aduersus nos. & discęptare, atq; ante faciem nostram peccata nostra statuere, accusatores accerbissimos adhibere: & omnia sua quæ nobis contulit beneficia cōparare cum nostris sceleribus. Omnia enim appendentur in statera iustitiæ. verba & facta & cogitationes nostræ. Non erit tēpus olei mutuandi à prudentibus virginibus: vel cōparandi à vendentibus: nō erit tēpus vllius dilationis: sed terribile & iustum iudicium: de omnibus prædictis in hac vita meritò esset Deus ab anima super omnia diligendus.

Primum principale fruitionis per Deum. CAP. III.

IBi etiā fruetur anima Deo per Deum. Fruitio est delectatio proueniens ex cōiunctione intellectus & affectus in Deum. Cū enim anima figit intellectum in æternitatē, immensitatē, omnipotentiā sapiētiā, bonitatē, largitatē, charitatē, nobilitatē Dei &c. statim affectus aīę delectatur in singulis intellectis. Non solum autem delectatur in singulis quę in Deo sunt. Imò etiam fruitur Deo in singulis angelis & sanctis & singulis virtutibus & donis corū gratuitis & naturalibus. Et ita secundum Apostolū, Deus erit omnia in omnibus. id est, ipse in omni quod ipse plenè & propriè possidebitur in singulis quę ab ipso sunt. s. in angelis & sanctis. De hac fruitione dicit Isa. Tunc videbis & affluES, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Videbis intellectu diuinam naturam & diuina opera, & affluES delectando in singulis: & mirabitur cor tuum trinitatem in vnitate & vnitatē in trinitate: & singula opera diuina, & quomodò in singulis ipse sit totus: & delectabitur cor tuum ad suscipiendā triniatē cū omni quod habet & potest. Hanc delectationē non operabitur in aīa neq; fides: neq; spes, neq; deuotio: neq; aliqua virtus, sicut modo operātur delectationē in anima, sed ipse Deus sicut ipse per Isa. testatur. Quomodò si cui mater blanditur: ita ego ipse consolabor vos: quia delitiæ meæ esse cum filijs hominū. Ad hanc delectationem vocabat dominus olim per prophetā Isa. dicens. Omnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis pretium. venite bibite absq; vlla cōmutatione vinū & lac. Vinum diuinitatis, & lac humanitatis: & postea cum magno desiderio personaliter inuitauit. Stabat enim in die magnæ festiuitatis vbi multi conuenerant & clamabat: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Et in Matthæo: venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego ipse reficiam vos: non per aliquos ministros, sed per meipsum. Et in Apoc. gratis affert dicēs. Qui vult accipiat aquā vitæ gratis: neminē ad hoc cogēs, quod in hac vita tàm frequenter exhibuit fideliter ibi dabat.

Secundum principale fruitionis ad Deum.

IBi anima fruetur Deo ad Deum. Omnis quippè delectatio quā percipit anima in creaturis in hac vita quā populū cōgat à Deo: quia non tota reuertitur in Deum: sed hęret aliquātulum in creaturis. iuxta illud Greg. Anima sine delectatiōe nequaquā esse potest. Aut enim delectatur in infimis aut in summis. Et quāto acriori cura inardescit ad infima, tanto torpore dānabili frigescit à summis. Cessante verò omni delectatione circa creaturas in futuro, introducet dominus Iesus fidelem animam in delectatione solius creatoris: per illud verbum, delectare in domino &c. Quę delectatio hæc tam modica quòd tota intrat in animam. illic verò tanta est, quòd non potest tota in animam intrare: sed anima intrabit in illā. iuxta illud Aug. Non totum gaudium intrabit in gaudētes, sed toti gaudentes intrabunt in gaudium. Quod autem ex delectatione creaturarum anima impediatur à delectatione creatoris, hoc præfiguratum est in Iudæis quibus nequaquam dedit manna durante farina circa triginta dies, quā tulerant ex Aegypto, qua cessante præstitit eis panem de cælo habentem in se omne delectamentū & omnem saporem suauitatis & vniuscuiusq; voluntati deseruiens ad id quod quisq; volebat conuertebatur. Eya quanta erit delectatio in creatore: qui tantam delectationem posuerat in pane. Hoc manna promittit dñs Iesus in Apoca. Nemo nouit nisi qui accipit. i. experitur, hoc est ille solus qui gustat: iuxta illud. Gustate & videte: quoniā suauis est dñs. Amāribus nora est dulcedo quę timētibus est abscōdita & incognita. Aliquātulū tñ explicat Aug. quę sit illa multitudo dulcedinis, hoc est summus Deus: de quo sic dicit in lib. de Trini. Quicqd amabil aderit & summus Deus summū bonū erit, atq; fruendum amantibus præsto erit: quidq; omninò beatissimū erit. ita semper forte certum erit. O quanta iocunditas ex Dei præsentia, vbi tanta est ex Dei memoria in hac vita. Vnde Aug. Quid est quod in dilecti mei recordatione quandoq; me tangere solet: & tā vehementer, & tam suauiter me afficit, vt à meipso quodammodò

Universidad de Deusto Biblioteca

alienari & attrahi incipiam. subitò totus innouor & immutor: & bene mihi esse incipit plusquàm dicere sufficio. Ambr. de codẽ. Memoria tua super mel dulcis. meditatio de te plus quã cibus suauis.

Tertium principale fruitionis propter Deum.

IBi etiam anima fruetur Deo propter Deum. hoc propriũ est frui rei amore inhęrere propter seipsam, non propter aliud cõmodũ. Delectatio qua anima Deum comprehendit accendit eam ad desiderandũ multò vehementius diuinæ gloriæ manifestationem quã propriam beatitudinem. Valde enim manifestatur diuina gloria, dum se fideli animæ Deus exhibet ad fruendum: & tanta puritate afficitur anima circa Deum: si vnum deberet eligere de duobus: vel æterna carere beatitudine, vel diuinam voluntatem in se vel in aliis impedire. multò libentius vellem æterna fœliciter priuari, quàm Dei voluntatem in aliquo retardare: & magnam sibi reputaret beatitudinem cum proprio detrimento diuinam in omnibus implere voluntatem Sic Eleazarus sicut scriptum est in lib. Machabæorum, potius voluit in inferno puniri, quàm præ timore mortis mandatum legis transgredi. Eya quàm iustum est vt creatura multò abundantius intendat in omnibus creaturis quàm sibi: qui tam fideliter curam generis humani peregit: qui pro homine factus homo, vt per hoc fieret homo Deus, qui tam dura sustinuit vulnera: qui in verbis habuit condictores, in factis obseruatores. in morte illusores. vnde Apostolus. Qui viuit, iam non sibi viuat, sed ei qui pro omnibus mortuus est. Cui si vellem homo vicem rependere non possem. teste Iob: vnum pro mille respondere. Hoc ẽt testatur Ber. dicens. In opere creationis me mihi dedit. in opere redemptionis vbi se mihi dedit, me mihi reddidit. Datus ergo & redditus me, pro me debeo & bis debeo. Quid ergo retribuam Deo dignè pro se. Nam si millesies me rependere possem. quid sum ego ad Deũ. Ibi enim fruitur aĩa bonitate Dei. Deus bonus est & valde bonus. & solus bonus & super oĩa bonus. ꝙ bonus sit, & multũ bonus, testãtur pariter omnes creaturæ ab ipso procedentes. Nã scriptum est: vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erãt singula per se bona in vniuerso bona valde. Vnde sicut vnaquæq; arbor ex fructu bono bona cognoscitur, ita omnis creatura bona & multum bona Deum bonum & valde bonum efficaciter protestatur. Item ipse solus bonus est. iuxta illud verbum Domini Iesu. cùm quidam respõderet: Nemo bonus, nisi solus Deus: seipsum & spiritũ sanctum non excludens: cùm vterq; sit solus & verus Deus, & solus Deus naturaliter est bonus. Bonitas creaturarum visibilium & inuisibilium non est ipsis innata, sed ab ipso solo duxit originẽ. iuxta illud Iaco. Omne datum optimum. scilicet naturale. & oẽ datum perfectum. scilicet gratuitum: descendens à patre luminum. Item super oĩa bonus est. iuxta illud Aug. Neque vlla anima poterit cogitare verè aliquid, quod sit te melius: qui es summum bonum & optimũ bonũ. Omnis enim bonitas cœlestium & terrestrium comparata diuinæ bonitati, malitia est. Hæc immensa bonitas, neq; scribi, neq; dici potest, neque cogitari. Si enim omnes cœlestes spiritus, & maligni, & omnes animæ creatæ & creandæ scribere vellent bonitatem diuinã, & si quilibet haberet maris abundatiam pro incaustro: & cœlum pro pargameno, tã immensus est Deus, quòd antequàm mediam partem bonitatis scriberet, mare cuiuslibet esset siccum, & cœlum cuiuslibet esset repletum, quòd nec capere vnam literam posset: sed verbum citius est dictum quàm scriptum, & si oẽs stellæ, & singulæ guttæ pluuiarum essent linguæ. & proponerent diuinã bonitatem eloqui. tam ineffabilis est bonitas Dei anteq̃ tertiã partem bonitatis enarrarent, omnes pariter essent mutæ. Citius verò est aliquid cogitatum, quàm vel dictum vel scriptum. Vnde si tota arena maris & singula semina orta de terra essent corda, & vellent scrutari bonitatem Dei, tam super bonus est anteq̃ decimã partẽ bonitatis eius inuestigarent, omnia corda citius scinderentur. Hęc immensa & æterna bonitas principium est & causa omniũ creaturarum: ad cuius fruitionem æternam angeli & homines creati sũt. Vnde Aug. Credimus rerum creatarum: visibilium & inuisibiliũ. cœlestium. terrestrium non esse causam nisi bonitatẽ creatoris, qui est Deus vnus & verus. Cuius tanta est bonitas, vt summè bonus beatitudinis suæ qua æternaliter beatus est aliquid velit esse participes: q̃ vidit communicari posse & minui omninò non posse. Illud ergo bonum: quod ipse erat & beatus erat: sola bonitate non necessitate aliis cõmunicare voluit: quia summi boni erat ꝓdesse velle & omnipotentissimi nocere nõ posse: quia non valet aliquis beatitudinis eius particeps existere, nisi per intelligentiã. quæ quanto magis intelligitur, tanto plenius habeatur. Fecit Dominus rationalẽ creaturã quæ summum bonũ intelligeret: & intelligendo amaret: amãdo possideret possidẽdo frueretur: & sic æternaliter beatificaretur. Ibi etiam fruetur aĩa condelectatione patris & filij & spiritus sancti: quæ summum bonum est & vita æterna. Deus pater supra modum delectatur in beatitudine filij, & filius similiter in beatitudine patris, & pater & filius in beatitudine sancti spiritus, & similiter spiritus sanctus in beatitudine vtriusque. Quęlibet triũ personarum delectatur tantum in altera. quantum in se ipsa: nam omnium trium vna est & eadem beatitudo. Et hæc cõdelectatio est eis ex mutua & verissima charitate, vnaquęq; trium personarum dicit alteri verbum illud in Io. quod dixit Dominus Iesus patri. Omnia mea tua sunt: & tua mea sunt. ideò quicquid tu es, ego sum. Et quicquid ego sum, & verè tu es. Ad desiderium huius condelectationis inuitat fideliter fideles suos Dominus Iesus. petite, inquit: vt gaudium vestrum plenum sit, & accipietis: Plenitudo æterni gaudij est fruitio condelectationis sanctæ Trinitatis. Hæc est torrens voluptatis: de quo Dauid dicit. De torrente voluptatis tuæ potabis eos: Qui torrens dicitur propter abundãtiã, quę in Deo est. Vnde verò producat iste torrens, dicit psal. Apud te est fons vitę. Fons vitæ est Dei æterna & immẽsa largitas. Aqua fontis est gaudiũ sempiternũ. nec sufficit semel, aut bis, aut millesies potare de isto fonte. ideo fidelis anima ęternam habebit in illo fonte quietẽ & beatissimã mãsionẽ: cũ vnicuiq; dicet Dñs. Intra in gaudium Dñi tui. in hac vita gaudiũ totum diuinũ intrat in gaudentes. quia modicum est & momentaneũ quod hîc percipitur. Illic verò non totũ gaudiũ intrabit in gaudẽtes, sed toti gaudẽtes intrabũt in gaudium. vt dicit Aug. Qui in hac delectatione sanctæ Trinitatis fruitur, semper quid est ꝙ illi erit, & quid ẽ ꝙ illi nõ erit? Certè quicquid volet erit: & quicquid nolet nõ erit. dicit beatus Aug. Ibi etiam anima valde delectabitur in continua visione delectabilis vultus Dei. de qua dicit Glo. super psal. Quia visione nihil delectabilius: quia semper amabunt quem semper videbunt. In ea tanta est delectatio, quòd teste Aug. si possent mali, mallent esse in pœnis & Deum videre, quàm esse extra pœnas & Deum non videre. Illa enim facies delectabiliter mirabilis est, & plena gratiarum. Itaq; omnis pœna eorum citius deleretur ex intuitu faciei, quàm vna scintilla in medio maris extingueretur. similiter nimis delectabiliter in vultu corporeo Iesu Christi, in quẽ teste btõ Pe. Angeli desiderãt prospicere: vbi causam desiderij ponit Glo. dicẽs: Tanta est eius qui pro nobis passus est gloria hominis posterior. vt etiam angelicæ virtutes in cœlo: cũ sint æterna fœlicitate perfectę: nõ solùm immortalis Deitatis magnificẽtiam: sed assumptæ eius humanitatis claritatẽ semper aspicere gaudeant sed cur cernere eius faciẽ desiderãt & nunquã cernere cessant: nisi ꝙ cõtemplatio diuinæ pręsentię adeò angelos beatificat: vt semper eius visa gloria satiẽtur: & semper eius dulcedinẽ quasi nouã insatiabiliter esuriãt. Ibi ergo angelicæ virtutes: & beatę aĩę semp esuriũt & semp satiant. de qua satietate dicit Greg. Ne sit in desiderio anxietas satiãtur: ne aũt ĩ satietate sit fastidiũ, satiari desiderãt. Desiderãt ergo sine labore: qa desideriũ satietas cõitatur. & satiãtur sine fastidio: quia satietas ex desiderio semp accẽditur: ibi singula sputa singulę lachrimę, singulę guttę sanguineę, quę tẽpore passionis per illã venerãdã faciẽ defluebãt. singulis angelis & sanctis gerebãt specialẽ delectationẽ æternã, de hac facie passibili & mortali dixit olim dñs Iesus discipulis. Beati oculi qui vident &c. Ergo beatissimi sunt oculi qui cõtinuè gloriosam eandẽ faciẽ intuẽtur. Notandũ de claritate vultus Iesu Christi in euãgelio, scriptũ est. In resurrectione fulgebũt singularia corpora sanctorũ: sicut sol & animę iustorum multò amplius fulgebũt: & anima lucidior lucidius corpus habebit insuper singuli angeli clariores sunt sole. Omnẽ istã claritatẽ congregatã excellit claritas vultus Iesu Xpi: sicut dies clarissima excel noctẽ tenebrosam. & ciuitas cœlestis non eget sole, neq; luna, neq; stellis: sed claritas vultus illius agni. teste Io. in Apoc. illuminabit eã. Vultus istius agni est candor lucis æternæ, & speculũ sine macula: vt dicitur in lib. Sapi. qui olim dixit ad patrẽ. quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum: & illi sint mecũ, vt videãt claritatẽ meam. & ibi dicit glo. Claritatẽ quã dedisti mihi, des singulis ad fruendũ æternaliter: similiter in hac vita cõtinuè deberemus frui Deo tanquã re plenissimè propria in omnibus operibus: & ab omnia opera in omnibus donis: & ad omnia dona. Ad hoc enim teste Isa. Filius Dei datus est nobis propriè ad fruendũ. magna cęcitas & nimia stultitia est in multis qui semper Deũ quęrunt. cõtinuè ad Deũ suspirãt. frequenter Deũ desiderãt: quotidiè in oratione ad Deũ clamãt & pulsant, cũ ipsi secundũ verbũ apostoli sint tẽplũ Dei viui, & Deus veraciter habitet in eis: cũ aĩa ipsorũ sit sedes Dei: in qua cõtinuè requiescit, quis vnquã nisi stultus quęrit instrumentũ foris sciẽter qđ habet reclusum: aut quis vtiliter vti põt instrumẽto qđ quęrit: aut quis cõfortat cibo quẽ appetit: sed nõ gustat. Sic etiã vita cuiuslibet iusti Deũ semper quęrẽtis: sed nũquã fruẽtis: & oĩa opera eius minus perfecta sunt.

Primũ principale vnionis per Deũ.

CAP. IIII.

IBi etiam vnitur Deo per Deum: cũ consuetudines & mores Dei nos incessanter tenere vel habere dignoscitur: cùm diuinę voluntati: & exemplis Iesu Christi sanctissimis conformatur: cũ singulis virtutibus & donis spiritus sancti secundum ordinationem Dei æternam perfruitur, cũq; diuinę potentię, sapientię bonitatis veritatis, & totius diuinę beatitudinis particeps efficitur. Hæc vnio præfigurata est in libro Regum: vbi anima Ionathæ conglutinata est animæ

est animæ Dauid, & dilexit eum quasi animam suam: quando fidelis anima sic Deo coniungitur, quòd omne communicabile percipit per gratiam: quod Deus per naturam: quia Deus pater dicet vnicuique fideli. Fili: tu mecum semper es, & mea omnia tua sunt. Ideoq; singuli electi fiunt dij. iuxta quod in psalm. dicit. Ego dixi dij estis. hæc vnio fidelis anima ad Deum fit per Dei filium: quia ideò naturam assumpsit humanam: vt per ipsam eandem transiret ad vnionem diuinam: hanc vnionem impetrauit filius Dei in oratione deuotissima, dicens ad patrem: Sicut tu pater in me: & ego in te: vt & ipsi in nobis vnum sint: & iterum ego in eis: & tu in me: vt sint consumati in vnum. ibi est consumata vnio: vbi pater & filius vnum sunt, & filius existens caput Ecclesię cum membris suis. id ẽ: cum cunctis fidelibus ad paternam transit vnionem.

Secundum principale vnionis ad Deum.

IBi anima vnitur Deo ad Deum, & illa vnio animæ fidelis cum Deo non habet interpolationem: sed iugiter fidelem animam constringit ad Deum: quia per Deum fit, de qua dicit Dominus. Iterũ videbo vos. scilicet in morte vel in extremo iudicio: & gaudiũ vestrum nemo tollet à vobis. videre Iesu Christi nihil aliud est, quã fidelem animam inseparabiliter vniri Deo patri. Gaudium animæ est quod nemo aufert delectabiliter vniri. & taliter vniri, vt prædictum est sanctæ Trinitati. In mundo verò vnio ad Deum miserabilis & inconstans est, quę nunquã in eodem statu permanet: teste Iob. quę ex facili leuissimis tentationibus à Deo penitus separatur: quę etiã à familiaritate Dei peccatis venialibus elõgatur. Eya quã vehementer suspirandum esset ad illam beatam vnionem. quantã putas delectationem anima fidelis sentiet in illa beatissima vnione. quę tantam percipit suauitatem in Domini recordatione. de qua psal. Renuit consolari anima mea in aliquibus trãsitoriis. Memor fui Dei, & delectatus sum, sed quid sequitur illam delectationem: respondit Isa. Memoria memor ero. de illius vnionis delectatione & tabescet in me anima mea: in eo quod elongor ab eius fruitione. vnde Greg. super illud Cant. Meliora sunt vbera tua vino: quia in ęterna per speciẽ & per sublimitatẽ contemplationis transcenditur quicquid de te modò per fidem, vel per scripturam scitur. Et ordo vnguentorum tuorum super omnia aromata. id est bona illa quę per contemplationem præparas omnia huius vitæ transcendunt munera.

Tertium principale vnionis propter Deum.

ITem anima fidelis vnitur ibi Deo propter Deum. In illa nãque vnione non attendit anima principaliter quod sibi vtile est, sed purè super omnia quod Deo magnificum est. Valde enim magnificum est Deo, & honorificum homini vniri Deo in æterna beatitudine. Vnde Iob. Quid est homo, quia magnificas eum. istam magnificentiam manifestè pronunciabunt omnes electi Dei. iuxta illud. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt. Mirabilia sunt infimum vnire summo: & æternaliter coniungere veritatem æternã vanitati. Est autem Deus verax. secundum Apost. Et omnis homo mendax: & vanitas secundum Psalm. Magna mirabilia sunt, quòd illa vnione obliuiscitur naturę suæ: hoc est quòd semper super se reflectitur quærens propriã vtilitatem suam. & non alterius: vbi verò nihil quærit, nisi quod est laudabile creatori. Ibi anima vnitur Deo in libertate quæ est de pręcipuis donis inter omnia Dei dona, licet libertas in hoc mundo sit initium omnis mali. de hac dicit Apostol. Creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatẽ filiorum Dei, vera libertas est in cœlis, vbi nemo ligatur peccatorum vinculis, quæ vera vincula sunt: iuxta illud prouerb. Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum quisque constringetur. Quòd autẽ peccatis inuoluti liberi non sint omninò testatur Dominus in Io. Qui facit peccatũ, non est liber, sed seruus peccati. vnde dicit Ansel. Peccare non est libertas. nec pars libertatis. Posse. n. peccare potius est non posse, quàm posse. Quisq; n. hoc ꝙ potest quod ei nõ expedit: quãtò magis hoc potest, tãtò magis aduersitas & peruersitas pñt in illũ. Heu quãta facit & sustinet miser homo pro explenda libidine quę grauissima essent ei qui ex corde pc̃tã odiret non in prõptu ẽ: quia grauiter peccatorum vinculis constrictus ẽ. Itẽ ibi facit quilibet quicquid vult, quia nihil mali vult: sed oẽ bonũ quod Deo placet: quia radix õniũ operũ ẽ ibi charitas. de qua dicit Au. Habe charitatẽ, & fac quicquid vis. Itẽ ibi habet quilibet quicquid vult. quia nihil mali vult. Nã velle quod non decet, ẽ esse miserrimũ. vt dicit Aug. in li. de Tri. Item vbiq; vult vnusquisque ibi est hoc ẽ in Deo, qui est vera quies aĩæ, de qua nũc dicit aĩa aliquando. in pace in id ipsum. id ẽ in eo qui ẽ immutabilis, dormiam & requiescã. & Psal. Conuertere aĩa mea in requiem tuam. i. in Deũ. Similiter vbi volet esse spiritus, ꝓtinus erit & corpus. dicit Aug. Item ibi nemo turbat aliũ: sed sedebit. dic. Dñs per Isa. Populus meus in pulchritudine pacis &c. Quoniam teste Psal. Cõfortauit seras portarum Hierusalẽ: & benedixit filiis suis in ea. Itẽ ibi nullus alteri subiicitur. Nã teste Apostolo, ibi cessabit oĩs prælatio: sed soli Deo oẽs subiecti sunt. cui sui subiicere & seruire ẽ verè regnare. Itẽ ibi nihil extra Deũ desideratur. Nã ipse ẽ finis omniũ desideriorũ. vt dicit Ber. Item ibi volũtas cuiusq; per oĩa semper: & vbiq; cõplebitur. iuxta illud Au. Omnipotentes erũt volũtatis suę: sicut Deus suæ: quia nihil aliud volũt quàm quod Deus vult, et quod ipse vult, non potest non esse. In his omnibus vera libertas cõprehẽditur. Differt aũt libertas vnius ab alterius. sicut differũt claritas corporũ & incremẽta virtutũ. Quãtò enim amplius in hoc mũdo quisq; sit seruus oĩum ꝓpter Deũ: sicut Apost. qui cùm esset liber, fecit se seruum omniũ. quãtoq; magis hõ seipsum stringit spontè in viis præceptorũ, & semitis consiliorum sacræ scripturæ obseruatione regulari, castigatione corporali, tantò liberior erit in patria cœlesti: & quãtò minus quilibet occupatur vanitatibus, sollicitudinibus, officiis, administratione rerũ temporalium, & quantò quis minus appetit dignitatem: & honorem: sęcularem prælationem. hominũ laudẽ. inimicorũ vindictam. temporalium rerum affluentiã: carnalẽ amicitiã, sęcularem lætitiã. hominum placentiã. & similium, quæ obligant à Deo, tantò liberior in mundo: & tantò liberior fit in cœlo. Horum singulorum appetitus hic & in futuro valde cuiuslibet diminuit libertatem. Item anima Deo vnitur in perfectione ipso Deo iubente: perfecti estote: sicut & pater vester &c. In duobus diuina perfectio comprobatur. in odio viciorum, & in amore virtutum. Bonus Deus odit vicium: quia bono malum contrarium est, sicut lux tenebris & aqua igni: & quia vicia Dei habitationem polluunt in anima. s. conscientiæ puritatem: quia lumen mentis obscurant. s. rationem: ne verùm à falso discernatur: vel limpidè veritas cognoscatur secundum quam viuere oportet: quia liberum arbitrium subuertunt, ne melius bonũ à via tutior eligatur. Omnia gratuita dispergunt. s. virtutes quibus homo Deo gratus efficitur, qa dona naturalia corrũpũt. in quibus est imago Dei in anima. s. memoriam, intelligentiã, voluntatẽ, quia affectiones animæ à Deo auertunt. s. spem, timorem, &c. Per quas Deus delicias habet in anima: ipso teste. Deliciæ meæ esse cum filiis hominũ: quia omnia bona opera viua in charitate facta mortificant. similiter Deus amat virtutes & omne bonũ semper & vbique: quia quilibet diligit naturaliter sibi simile. & quia ipse summè bonus est: ideò summe amat bonum. Amat autẽ ideò virtutes, quia vicium enecant, quia firmiter Deo animã iungunt: quia ad omnẽ gratiam spiritualem habilitãt: quia opera peccatis mortificata viuificant: quia hominem interius in affectionibus: exterius in moribus secundum diuinam voluntatem ordinant: ita etiam sancta & perfecta anima vehementer in patria odit vicia, & amat virtutes. & omne bonum: sed hic oportet addiscere in hac vita: vt sciat in æterna vita. aliquis abstinet à viciis: qui tamen ea non odit. ille verò peccata odit: quia ea nunquàm nisi cum amaritudine mentis recogitat: qui semper cum dolore cordis de peccatis loquitur & audit loqui: cui grauis est pœna videre delinquentes: vel ipsos audire: vel cũ ipsis conuersari: vel cum eis sedere qui nunquã spõtè præsens est vbi vicia cõmittuntur: & si quãdóq; cogitur ibi esse ex hoc grauius sibi crescit afflictio spiritus qui detestatur omnia incitamenta peccantiũ: sicut sunt superflua ornamenta & organica instrumenta. Idẽ nunquã in vita sua præstat doctrinã. Et similiter auxiliũ: vel fauorẽ exemplũ. vel occasionẽ aliquã ad peccandũ: sed semper & vbiq; peccata dissuadet & ꝓhibet: quantũ potest hæc omnia verba signa sunt odij. Qui verò delectabiliter cogitat de peccatis. vel audit loqui vel de ipsis loquitur: aut videt delectabiliter delinquentes. vel ibi libenter sedet vbi exercẽtur: vel aliquos excitat doctrina cõsilio. auxilio: aut fauore exẽplo: vel aliqua occasione ad peccandũ: nec omnes etiã à peccatis ꝓhibet aut dissuadet: quantũ potest, ille nullatenus adhuc odit pc̃m. Anima aũt in hac vita debet addiscere virtutes amare & bona opera: vt statim sciat in ęterna vita. Aliquis exercet se in operibus virtutũ: nec tñ amat virtutes. ille solus amat virtutes & opera virtutũ: qui nõ ꝓpter timorẽ alicuius pœnæ. nec ꝓpter fauorẽ vel placentiã hominũ: nec ꝓpter aliquod tẽporale lucrũ: sed purè & simpliciter ꝓpter Deũ in bonis operib. cõtinuè se exercet: q pro virtutib. obtinẽdis incessanter toto nisu laborat: q mẽte vehemẽter affligitur: eò ꝙ ĩ virtutib. ĩcessanter crescere se nõ sentit, & ꝙ bona opa secũdũ volũtatẽ suã, & secundũ ordinationẽ dĩnã sp & vbiq; non ꝓficit, qui veraciter cõgratulatur oĩbus spũales gratias & virtutes hñtib. et in virtuosis opib. iugiter se exercentibus: qui omnia impedimenta virtutum & bonorum operum quasi venenum fugit: qui nullum à virtutibus quacũnq; occasione retrahit: nec bona opera cuiquam ꝓhibet vel dissuadet: sed omnes ad hoc promouet doctrinis. consiliis. & auxiliis. exemplis. minis. ꝓmissis, orationibus. desideriis. quantum potest. quantò amplius quisquam in amore virtutum & odio viciorum crescit, tantò se perfectiorem esse cognoscat in hac vita præsenti & futura. Ibi etiam anima vnitur in beatitudine: nam quicquid beatitudinis habet Deus per naturam ipsam habet, per gratiam hoc impetrauit Dominus Iesus dicens: Pater quos dedisti mihi volo. vt vbi ego sum, & ipsi sint mecũ: vt videant claritatem meam quã dedisti mihi & dedi eis. Claritas à patre filio collata est æterna beatitudine. quam de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit singulis electis suis. Deus aũt sũmè perfectus est in beatitudine: quia omne bonũ immensum naturaliter et ęternaliter in se habet. & nullum bonum extra seipsum quærere oportet: & nullius bono, nullius auxilio, aut cõsilio indiget: cũ nihil boni sibi desit. & nemo quicquã boni sibi auferre possit. nã bonũ suum sibi innatũ est: & natura nullũ sibi subiectũ ex facili derelinquit, & à nemine cogi potest: quia ônipotẽs est. & nemo super ipsum est, nemo sibi æqualis est: & à nullo turbari potest: quia mitissimus: & nihil cõtrarietatis habet: & nũquã mutari potest in sua beatitudine: quia idẽ semper est: sicut ipse dicit. Ego Deus & nõ mutor: & nihil sibi prẽteritum est aũt futurũ: sed semper præsẽs. singula horum pertinent ad beatitudinẽ verã. In hac ergo beatitudine anima vnum sit cũ Deo quæ ibi nullius indiget creaturæ. Nã oẽ bonum in se continenti ẽ continet. cui nemo aliquid boni auferre potest, promittente dño Iesu. gaudiũ vestrũ nemo tollet à vobis. gaudiũ aĩæ est vnio ad Deum in illa beatitudine. Item ibi nullus cogere potest: quia nihil aduersitatis est ibi. nã oĩa aduersa superauit. ibi nũquã mutari potest. nã semper in eodẽ feruore beatitudinis est: sicut heu in hac vita aĩa misera nũquã in eodẽ statu permanet, sed semper mutatur de spe in timorẽ: & econtrariò: de amore in odiũ. & econtrariò: de bono in malũ. & econtrariò: de facili turbatur. ex facili amore, vel timore, vel fauore cogitur: ex facili gratia sibi aufertur. Indiget etiam cõtinuẽ cõsilio & auxilio angelorũ & hominũ: & nihil boni per se habet, nec quid boni per se potest, ideò misera aĩa semper suspirare deberet ad illã beatitudinẽ cũ Apostolo dicens: Quis me liberabit de corpore mortis huius: & cũ Dauid: Quãdo veniã & apparebo ante faciem Dei mei?

Primum principale laudis per Deum. CAP. V.

IBi etiã aĩa laudat Deũ ex oĩbus viribus suis. ad hoc. n. creata est. vt dicit Dñs per Isa. Populum istum formaui mihi: laudẽ meam narrabit. Ad hoc monet Ecclesiasticus. Laudate Deũ quantũ potestis adhuc superualebit. adhuc dignior est oĩ laude. Ad hoc monet Io. in Apoc. Laudẽ dicite Deo nostro oẽs sancti eius. Ista laus erit per Deũ vnigenitũ filium Dei. per quẽ ẽt maiestatẽ Dei oẽs ãgeli laudãt, vt cãtatur in præfatione: quia vnionẽ habẽs cum ipso inquãtũ est creatura: sicut & ipsi. hæc laus est tantò amabilior sanctæ Trinitati, tantò vtilior cõmunitati: quã facit aĩa per Dei filiũ: quàm si faceret per seipsam, quãtò creator dignior est creaturatita laus ẽ aĩæ refectio cui nulla similis videtur delectatio: vt dicit Cassi odorus. Hæc laus procedit ab anima ex nimio feruore charitatis: & ex nimia delectatione ad Deũ. O quãta iocũditas vbi omnibus sanctis vna erit lingua iubilationis indefessa: vt dicit Ber. Vbi õnes sancti & angeli cõcorditer Deũ laudãt. & tamen dissimiliter: sicut ęnim differunt in cognitione & amore, ita etiam in laude. hoc opus laudi diuinæ non abstrahit. nec elongat à Deo: nec generat laudanti fastidiũ: licet sit opus cõtinuũ. sicut alia opera ex continuatione sępè ingerũt tędiũ in hac vita: & hæc est ratio. quia laus Dei nõ tm̃ est operatio. sed & remuneratio: vt dicit Cassio. super psal. & de perceptione muneris & prẽmij nemo lassatur. In laude verò Dei ipse actus est merces: vt dicit Glo. quædam super psalterium.

Secundum principale laudis per Deum.

LAus ista ducit animam incessanter propter sui detestationem in Deum & ad Deũ. & fidelis aĩa verè tantò est beatior, quàtò in laude Dei frequẽtior. ideóq; sicut hoĩes naturaliter semper appetunt beatitudinem, ita & laudẽ. hãc laudẽ continuã promittit Dñs per Isa, Tota die ac nocte non tacebũt laudantes nomẽ Dñi.

Tertium principale laudis propter Deum.

IBi etiã aĩa laudat Deũ propter Deũ. Licet enim aĩa fidelis in laude Dei sine delectatione magna nequaquã esse possẽt. Nullatenus tamen ibi Deũ desiderat laudare propter ꝓpriũ cõmodũ: sed purè & simpliciter propter Deum qui ęternaliter ordinauit ab anima se semper laudari, nõ propter suã: sed propter aĩæ beatitudinem ampliandam: illa puritas ęterna causatur ex huius vitæ puritate. quãtò enim anima fidelis in laude Dei propriã partẽ minus respicit, & quãtò amplius Dei partẽ quærit in hoc mundo. tãtò laus eius apparet hic purior: tãtò erit excellẽtior: tãtò erit vtilior cõmunitati et iocũdior: & tãto cõsequẽter Deus ꝙ talẽ decit puritatẽ apparebit gloriosior. Eya quãtũ delectabitur aĩma in Deo, & Deus in anim̃: quãdo secundũ diuinã generationẽ singula mẽbra corporis: & singulę vires animæ in laude Dei continuè mouebũtur. Ibi laudabit anima singula per se quę sunt in Deo per naturã. ſ. potentiã, sapientiã, bonitatẽ &c. Et totã virtutẽ suã effũdet super singula ĩ laude. similiter laudabit singula in omnibus similis: ſ. solã potentiã in sapientia, bonitate, charitate &c. Et sic singula in õnibus cõiunctim. Itẽ laudabit oĩa similis in singulis singillatim. ſ. potentiã, sapientiã, bonitatẽ, largitatẽ, misericordiã & iustitiã. In potentia singillatim: in sapientia singillatim: in bonitate singillati: & de aliis. Hæc signata sunt quatuor, alleluia in Apoc. alleluia est laus humanis viribus inexplicabilis. Ibi nõ laudabit anima oĩa quę in Deo sunt successiuè. ſ. modò potentiã, modò sapiẽtiã, modò bonitatem. & sic de alijs: quia ibi enim est successio temporis: & quia oĩa videt similis & cognoscit in Deo. & amat & fruitur. ideò etiã similis omnia laudabit. Item non laudabit anima ea quæ in Deo sunt vnum minus: aliud magis: sed equaliter omnia: quia equè immensa sunt singula in Deo & æqualiter laude digna. similiter anima cognoscit ibi & amat singula per se, quæ in Deo sunt, & singula in alijs singillatim. & singulis in omnibus cõmuniter: & omnia simul in singulis: similiter fruitur ibi, & vnitur singulis per se, & singulis in alijs singillatim. & singulis in omnibus in cõmuni. & cõmuniter oĩbus in singulis singillatim. Ex hoc delectabitur aĩa supra modũ: ita quòd hoc similiter hìc esset faciendum. Ibi laudabit anima Deũ in singulis actibus, & in singulis momentis secundũ dignitatẽ suã: vt impleatur illud Prophetię: secundũ nomẽ tuum Deus, sic & laus tua. Si enim nõ sufficeret dignè laudare Deũ in vno actu laudis, similiter nec in alio posset: nec in tertio. & sic de alijs, & sic careret pleno gaudio: quod promisit dominus Iesus fidelibus suis. Petite & accipietis: vt gaudium vestrum plenum sit. Gaudij plenitudinẽ anima percipit, quando Deum in singulis actibus suis: & in singulis momentis secundum condescentiam suã laudat. Etiam ibi non compleretur desiderium animæ. quod promittit. psalm. Replebitur in bonis desiderium tuum. Fidelis igitur anima hic semper desiderat: vt Deum secundum maiestatem suam in futuro ęternaliter laudare valeat. Ibi laudabit anima diuinã potentiam, quę in sua natura nobis incognita in hoc mũdo. Aliquãtulum tamẽ est diuinis operibus patefacta. Primò magna Dei potentia manifesta fuit, cùm Deus ex nihilo cuncta fecit. Dixit enim & facta sunt. Idem tanta velocitate fecit omnia: sicut si aliquis vni cum proferret verbum: & licet omnes mirentur potentiam & magnitudinem creatoris ex magnitudine creaturæ, magis admirandum est quòd ex tanta potentia rã modica processerunt: & nimis mirabile est quòd super bonus Deus: cuius natura est diffundi & communicare bonitatem sibi innatã tam diu potuit contineri, ꝙ non fecit creaturas quæ bonitate sua & beatitudine fruerentur: postèà apparuit eadem potẽtia cùm omnia viuentia deleuit aquis diluuij præter ea quæ in arca iubente pro semine saluabantur. Item lucebat potentia sua in diuersis miraculis in Aegypto, & cũ populum suum per mare rubrum transuexit sicco vestigio cũctis Aegyptijs insequẽtibus descendẽtibus in profundum quasi lapis: & cũm eum populum. ſ. sexcenta milia, & amplius per annos quadraginta vno cibo pauit. ſ. manna. Item centũ octoginta quinque milia quasi vna hora per vnicum angelũ interfecit. In nouissimis verò temporibus valde effluxit diuina potentia. quando creator potuit fieri creatura. ꝑassibilis potuit pati. immortalis potuit mori. inuisibilis potuit videri. immutabilis potuit: & potest sub specie bus panis & vini ab homine sacramentaliter manducari & bibi. Hæc enim non sunt impotentiæ: sed verissimæ & maximæ potentiæ argumenta. similiter in hoc tempore valde claresci diuina potentia. in hoc quod Deus omnipotens detestans peccata, & vindictã contra tot Paganos, Iudæos, Hæreticos, falsos Christianos: quorum nihil indiget ipsum continuè tam grauiter offendentes, quos in vno momento delere posset sine suo damno. vnde illud. Deus qui omnipotentiam tuã parcendo maximè & miserãdo manifestas &c. Et in li. Sap. quòd omniũ Deus es, ônibus te parcere facit. Fragilitatis iudiciũ est subito contra inimicos expetere vindictam: Sicut fortissimus Samson fecit: sed melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo dicit Salomon, expugnatore vrbium.

Primum principale gratiarũ actionis per Deũ. C. VI.

IBi anima fidelis refert gratias Deo pro singulis donis naturalibus & gratuitis animæ & corporis. pro singulis ſpiritualibus & temporalibus ſpiritualibus. & communibus collatis & conseruatis in terra, & conseruandis in patria. nec gratias aget modò pro istis: modò pro illis donis successiuè. sed pro omnibus simul quæ vnquã effluxerunt à Deo, & effluxissent si habilitatem alicui repperissent. Hęc gratiarum actio erit per Deũ Dei filiũ. sicut Apostol. dicit: Gratias ago Deo meo ꝑ Iesũ Christũ ꝑ ipsũ solùm gratias referre præsumo, cui sola veraciter cognita est magnitudo & multitudo donorum & nobilitas & vtilitas ipsorum. & per magnitudinem virtutum suarum respondere præsumo magnitudinem donorum, & per multitudinem virtutum suarum multitudini donorum, & vtilitatem donorum dignè offerre præsumo Deo patri placentiã filij: cui olim dixit: Tu es filius meus dilectus. in te cõplacuit mihi. id est, beneplacitum meũ summè perfecti. Beneplacitum Dei patris in filio est pro vniuersis donis suis digna gratiarum actio.

Secundum principale gratiarum actionis ad Deum.

ISta gratiarum actio vehementer ducit ad Deum. Quanto enim amplius dãtis qualitas et affectus sinceritas, quantitas donorum: & vtilitas ipsorum ibi ab anima ponderatur, tanto anima Deo gratior efficitur: & quanto omnipotenti Deo sit gratior: tanto sit omnipotenti semper propinquior: ibi tantũ anima gratulatur diuinæ sapientiæ, quæ singulis creaturis cõuenientissimè singula dona reddit & distribuit, quòd pro singulis donis angelorũ & sanctorũ vberiores gratias reddit, quã si ipsa sola ꝓcepisset: & potius singula dona eẽ vult in singulis quã omnia in se sola: sicut nemo in aliqua parte corporis mẽbrorũ aliud esse vellẽ, quàm diuina prouidentia ordinauit teste Apostolo. In vno corpore multa mẽbra habemus. omnia autem membra eundem actũ non habent: ita corpus Christi mysticum: quod est ecclesia: ex diuersis angelis & sanctis. & ex diuersitate donorum constituitur. Si ergo totum corpus esset oculus vel manus, vbi corpus. Et si vnus tantùm haberet oĩa dona: & officia, vbi esset Ecclesia? Nec tamen sequitur ex hoc, quod anima amplius efficiat præmium accidentale. id est gratitudo, quam habet ex donis aliorum quàm substantiale. id est gratuito, quam habet ex donis proprijs, cùm ex vno substantiali magis beatificetur, quàm ex omnibus accidentalibus: sed ex parte qua considerat ordinationem Dei sapientissimam. & optimam, vult singula dona esse in singulis potius quàm in se sola: sed ex ea parte qua bonum proprium naturaliter magis appetit, quàm aliorũ potius vellet oĩa se habere, quàm alios. sed vbi gratia superat naturã: & fidelis anima diuinãordinationem magis quàm propriam vtilitatem ãplectitur.

Tertium principale gratiarum actionis propter Deum.

IBi etiam anima gratias aget Deo propter Deum. Nota enim fidelis anima principaliter ad gratias agendum ibi mouebitur: eò quòd ex gratiarum actione grata Deo efficitur: sed purè mouebitur ex diuina largitate. ex qua omnia dona effluxerunt ab initio & effluent absque fine, & quantò anima minus sibi & magis Deo intendit in gratiarum actione: tantò beatior erit: licet illam beatitudinem principaliter non intendat: & tantò eius beatitudo comiti iocundior, & tantò Deo gloriosior. Ibi anima gratias aget Deo: quia ei imaginem sanctæ Trinitatis impressit. iuxta illud psalm. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Et quia spiritũ sanctum cum donis suis, & omnibus virtutibus in baptismo contulit: & quia eam corpore & sanguine suo delectabili sæpè reficit. & quia ei sacram scripturam concessit diuinam naturam occultam manifestãtem omnem voluntatem suam manifestãtem indicantẽ nobilitatem: & vtilitatem omnium donorum demonstrantem: viã certissimam ad cœlestia ostendentẽ per exempla sanctissima Iesu Christi. & quia sine meritis suis fidem Christianam sibi dedit, qua credere posset sacræ scripturę, ꝓmissis, et minis: cõsilijs et doctrinis.

Primum principale congratulationis per Deum CAP. VII.

IBi etiam & anima continuè congratulatur Deo in omnibus operibus suis parvis & magnis. in omnibus iudicijs circa bonos & malos: in omnibus moribus suis perfectissimis: in omnibus exẽplis Iesu Christi sanctissimis: in omni beatitudine & perfectione sua quæ consistit in potestate, sapientia, bonitate: æterna & immensa, & cætera. Similiter in omnibus non successiuè. nam hęc omnia prædicta perfectissima in Deo esse cognoscit. & hæc gratulatio erit per Deum Dei filium. in quo solo verè gaudere Deo possumus: qui solus beneplacitum patris semper in summo perficit & perfecit: sicut ipse testatur, quæ placita sunt ei facio semper, & Dauid dicit de omnibus aliis. Omnes declinauerunt &c. Vsque ad vnum. id est Iesum Christum. & Salomon. Vnum virum ex omnibus reperi, qui supple Deo patri per omnia: & in omnibus complaceret. Mulierem autem non inueni.

Secundum principale gratulationis ad Deum.

HAEc congratulatio vehementissimè ducit in Deum: & ad Deum propter delectationem quæ in ipsa est. Si enim omnia corda essent vnum cor, inuestigare non posset quantam delectationẽ habet anima in congratulatione Dei. Spiritualiter congratulatur Deo de redemptione generis humani. ad quam inuitat Dominus Iesus omnes amicos, dicens: Congratulamini mihi omnes: quia inueni drachmam quam perdidi. Drachmæ perditio fuit totius generis humani à congratulatione seperatio. drachmę fuit inuẽtio Christi per passionem eiusdem congratulationis recuperatio. Et notabile est, quòd non dicit se emisse: sed inuenisse: licet precioso sanguine & aspera passione genus humanum comparauit. quia intantùm desiderauit salutem generis humani, quòd inuentionem reputauit tali modo se posse hominem à potestate diabolica liberare. & ad beatitudinem æternam ad quam creatus fuerat reuocare. Similiter notabile est, quòd etiam omnes angelos conuocat ad congratulandum. non drachmæ: non homini: sed sibi quasi homo Dei Deus esset, & tota salus diuina in ipsius inuentione dependeret: & quasi sine ipso beatus esse non posset.

Tertium principale congratulationis propter Deum.

IBi etiam anima congratulatur Deo: non propter se: sed purè propter Deum. Tanta enim puritate anima afficitur in congratulatione Dei, quòd potius vult ipsum esse beatum, quàm seipsam esse beatam: imò anima fidelis mallet eligere omni beatitudine se sem per carere, quàm Deum alicuius beatitudinis & perfectionis defectum habere. In omnibus his septem membris prædictis. Deus

ipse est causa efficiens, materialis, formalis, & finalis, ipse est causa mouens animam ad cognoscendum, ad amandum, ad fruendum, viuendum, laudandum, gratias agendum, & congratulandum. Similiter ipse est materia in se habens totum quod prouocare potest animam ad cognoscendum, amandum & cætera. Hoc est sapientiam. &c. Item ipse est causa formalis informans animam, qualiter se habere debeat in Dei cognitione, amore. &cęte. Similiter ipse est finis ad quem tendit rationis cognitio &c. De his septem potest intelligi illud Salomonis. Sapientia diuina ædificauit sibi domum. excidit columnas septem. Domus est cœli emperij creatio. septem columnarum excisio est septiformis prædicta gratia: in qua consistit plenissima vera beatitudo. Qualiter autem vnusquisque se habere debeat in hac vita: vt ad illam beatitudinem perueniat, docet Ansel. dicens. Tantum desiderium tibi esse debet in hac vita perueniendi ad quod factus es. tantus dolor, quòd nõdum ibi es: & tantus timor, quòd non peruenies. quòd nullam debes sentire læticiam: nisi tantùm de his quæ dant spem vel auxilium perueniendi. Circa prædicta debet versari intentio nostra: & totum negocium nostrum in hac vita: sicut seruis suis fidelibus committit Dominus Iesus in Luca dicens. Negociamini dum venio. singulis de commissis sibi negocijs singulos iudicare. Obsecro ergo te Domine propter omnem beatitudinem tibi innatam: præsta cunctis fidelibus in hac misera vita in prædictis crescere de hora in horam: vt manifestetur abundantia gloriæ tuæ per infinita sęcula sęculorum. Amen.

Explicit Opus 63. Bea. Tho. de beatitudine

Incipit eiusdẽ Doctoris Opus lxiiii. de modo confitendi, & de puritate conscientiæ:

Dubium.

OVONIAM fundamentum & ianua virtutum omnisque gratiæ ac spiritualis cõsolationis principium est cõscientiæ puritas. ac cordis mundicia. ad quam principaliter & præcipuè per puram ac veram ac integram & perfectam confessionem peccatorum acceditur nobis qui vocati sumus ad statum gratię: & ad acquirendas virtutes, ac vitanda vicia de sufficienti confessione: ac modo confitendi: vt decet viros ad statum perfectionis electos cũ summa diligentia & sollicitudine continua prę cæteris mortalibus principaliter est videndum.

Confessio debet esse pura.

EST igitur primò videndũ, ꝙ confessio debet esse pura: quia peccata debẽt simpliciter dici absq; duplicitate & excusatiõe: sicut homo credit ea manifesta esse corã Deo. Nec debẽt verba dicipalia: aut cooperiẽtia: vel minuẽtia peccatũ: sicut faciũt multi magnas philacterias & historias longas dicẽtes, anteq̃ pctm̃ explicẽt: vt sic per illas ostendãt se minus culpabiles de pctõ: ꝙ quidẽ pctm̃ in fine illorũ verborũ superfluorũ excludũt. Vitanda sunt igitur superflua & excusatoria verba: sed purè dic pctã tua. ac simpliciter te excusa. Similiter nõ debet dici ꝙ cadat in infamiã alicuius. aut ꝙ posit prædere cõfessori occasionẽ turbationis contra aliquẽ, aut materiã cõtẽnẽdi. Vnde si expediret nominare pctã alterius cõsitedo propriã: tũc taliter explicẽtur, ꝙ cõfessor nullo modo possit intelligere personã cũ qua peccasti. nec possit venire in noticiã cõplicis in pctõ: sicut si dedisti Petro occasionẽ peccãdi cũ peccauit, nõ debes nominare: sed sufficit tibi dicere, fui causa cõmittendi tale peccatum cuidam personæ.

Vera.

CONfessio debet esse vera: ita ꝙ nulla falsitas dicatur scienter: nec aliquod dubium affirmetur: sed certa vt certa: & dubia vt dubia sunt dicẽda: & ideò quando confiteris, nõ dicas. dico meam culpã si feci tale quid: aut si dedi materiam turbationis tali: aut fecissem tale pctm̃ si potuissem: sed dic simpliciter. feci sic: & sic: et ap petiui sic & sic: habui volũtatẽ deliberatam faciendi tale pctm̃, & non dimisi, nisi quia nõ potui, vel quia nesciui, vel quia timui verecundiam: aut pœnã tẽporalẽ. Sunt tamẽ quidã qui nescientes: aut verecundãtes, aut non curantes specificare pctã, aperte mẽtiuntur in confessione quam faciunt. dicẽdo quędã generalia ad quandã cautelã. quibus cõprehẽdãt pctã omnia quę fecerũt. Dicunt enim: dico culpam meam de quinque sensibus meis malè custoditis. scilicet visu: auditu &c. Et tamen si interrogarentur de quolibet per se, inuenirentur non offendisse in altero præmissorum istorũ prædictorum: maximè post quàm confessi fuerint: & sic dicunt etiam de septem vicijs capitalibus: cùm tamen non offenderint in omnibus: sicut sonant verba eorum. Talis ergo modus ab his maximè qui sępè confitentur est vitandus: sed dicant vera & necessaria. & dimittat falsa & superflua. similiter añ cõfessionẽ diligẽter seipsos examinẽt. & dicãt primò oĩa viciosa & grauia q̃ ꝓ certo nouerit se fecisse: ita ꝙ sub hũilitatis specie aut cã q̃cũq; nullatẽus mẽtiãtur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſed poſtea poſſunt dicere generalia & leuia quæ nõ poſſunt ſpecialiter explicare, ſicut ſunt cogitationes ocioſæ verba ocioſa negligẽtia: & pigritia circa orationem: amiſsio temporis diſtractio cordis dicendo horas. vel orando: ingratitudo beneficiorũ Dei: ſuperflua cura de corpore: & de rebus temporalibus: turbationes leues contra proximum: iudicium leue alicni cordis: deſpectio proximi quo ad perſonam & vitã ſiue mores: non contentari de omnibus quæ Deus facit: aut fecit: aut fieri facere permittit. Et his ſimilia quæ licet cùm ſint ineuitabilia ab anima infirma: non poſſunt in numero declarari: ſed potius expedit ea quotidiè delere cum lachrymis: aut per ipſam infirmitatem animæ recognoſcere & in humilitate debita permanere.

Integra.

COnfeſsio debet eſſe integra: vt omnia peccata quæ habes in memoria: aut quæ oblitus fueras confiteri: & modò recordaris integrè confitearis: nec dicas partem vni confeſſori & partem alteri: quia nullo modo debes diuidere, hoc faciunt illi qui timent deſpici à confeſſore: vel reputari minus boni plus timentes humanam verecundiam quàm diuinam offenſam: & plus amantes laudem extrinſecam quàm intrinſecam pacem mentis & conſcientiæ puritatem: ſimiliter ſi oblitus es quando confiteris aliqua peccata, & poſtea die ſequenti: vel alia die recordaris ſi potes debes recurrere ad eundem confeſſorem, vt confitearis ſi potes habere copiam aut aliũ alioquin ſufficit tibi bona voluntas: quod ſi non ex obliuione: ſed ex malicia & verecũdia oblitus es: vel omiſiſti confiteri aliquod peccatum teneris recurrere ad primum confeſſorem: & ſi vis recurrere ad alium teneris confiteri omnia peccata priùs confeſſa: & illud quod priùs omiſeras: & omnia quæ poſteà commiſiſti prima confeſsione facta & teneris confiteri de mendacio aut ſimulatione quã commiſiſti: quia dediſti intelligere confeſſori tuo, quòd primo integrè fuiſti confeſſus.

Locus.

ITem confeſsio debet eſſe plena: quia debet continere circunſtãrias aggrauantes peccata quæ ſunt locus in quo peccaſti: quia grauius eſt peccare in eccleſia, aut in loco ſacro quàm in domo & grauius eſt cogitare aliquod inhoneſtum quando dicis miſſam vel officium: vel quando horas quàm quando ſcribis, & grauius eſt reſpicere vel tangere animo impudico corpus hominis ſub pannis quã manum vel pedem: quia magis libidinoſa delectatio eſt ibi. Et ſic facies differentiam inter locum & locum.

Tempus.

TEmpus in quo peccaſti: quia grauius eſt caueri à miſſa vel ociari in die dominico: vel in feſto ſolẽni, quàm in die alio ſimplici: & grauius eſt quodcũque peccatum in magna ſolemnitate quàm alio tempore: & grauius eſt non vacare orationi vel eſſe diſſolutum in lingua: vel relaxatum in gula quando homo debet communicare & in die quo homo communicat: quàm in alio tempore.

Coram quo.

GRauius eſt dicere & facere aliquod coram eo qui poteſt ex hoc ſumere occaſionem peccandi quàm illud dicere & facere occultè. & grauius eſt ſimulare ſe eſſe patiẽtem habendo iram in corde, quàm oſtendere ſe eſſe turbatum ſicut eſt: nõ dando tamen alicui per hoc turbationis: vel mali exempli occaſionem. vt dicit Gre. Et ideo non ſufficit dicere fui iratus de verbo mihi dicto: ſed debet dicere & addere, & ſimulaui me eſſe patientem in verbis & ſignis exterioribus: vt reputarer humilis vbi erã ſuperbus: ita quòd cum illa ſimulatione addidi medacium ad iram quam occultaui: adhuc eſt grauius tangere Bertam oſculando, quàm ipſam in eodem loco tangere cum pede: quia iſte modus tangendi eſt magis pudicus. Vnde non ſufficit dicere, tetigi Bertã impudicè: ſed oportet dicere locum corporis ſi tetigiſti. ſcilicet manum vel pectus ſupra pannos vel ad nudum: & dicas modum. ſcilicet cum ore, manu, vel cum pede. & cætera.

Mora quæ contrahitur.

QVoniam ibi maius eſt peccatum, vbi maior mora contrahitur: ſiue ſit delectatio corporalis: ſiue mentalis: ſiue ira: ſiue odium teneas per menſem: aut annum: & diligenter eſt mora examinanda in peccato cogitationis: quia videndum eſt ſi in ipſa mora ratio ſuccumbat ſenſualitate conſentiendo in opus voluntate deliberata ſi poſſet: & tunc non eſt minor culpa, quàm ſi peccatum opere perfeciſſet: quia ſic voluntas pro facto reputatur. Si autem ſuccumbat ratio conſentiendo in delectatione ſenſualitati tantùm, quam non vult in opus procedere: ſed vult tantùm interius in delectatione voluptari: tũc licet ibi nõ ſit plenus conſenſus: tamen eſt ibi peccatum mortale: ſicut dicit Aug. Sed eſt minus graue quàm primum, vbi eſt conſenſus in delectatione: & in opus. Si verò in neutrum conſentit: ſed ibi facit moram inuitè: quia ſcilicet neſciuit vel non poteſt expellere: tunc dicat occaſionem datam: quamuis hæc ſententia ſatis dura locum habeat in peccatis carnalibus: ſiue criminalibus: poteſt etiam notificari in homicidio: & in alijs multis peccatis. Quicquid autem ſit expedit, conſcientiæ mundæ facere prædictam examinationem in quibuſcũque cogitationibus vicioſis moroſè multum pertractis.

Quotiens.

NAm grauius eſt facere quodcũque peccatum cum corde. aut cum aliquo ſenſu corporis bis, quàm ſemel: & ideò ſi potes recordari. debes ſpecificare vices cogitationum malarum: aut motus libidinoſos in carne: & voluntatem faciendi aliquod peccatum: aut quotiens iteraſti reſpicere in faciem alicuius propter delectationẽ viſus. aut quotiens turbaſti aliquem: aut murmuraſti: & ſic de alijs ꝙ ſi non es memor de numero. dic bona fide, ſecundũ quam iudicas te totiens iteraſſe peccata. Et attende ꝙ cogitationes leues & leuia verba non ſunt numero explicanda. niſi eſſent occaſiones alicuius grauis peccati: vel vicij: aut eſſent de ſe in aliquo genere ſeptem viciorum capitalium. ſi tamen propter aliquam cogitationem leuẽ haberes nimis longam diſtractionem mentis in oratione vel in pſalmodia, credo quòd bonum eſſet explicari ſi eſſes memor. propter magnum diſpendium quod facit. Si etiã propter aliquod verbum ſolatioſum: vel leue aliquando turbaris: aut oriretur aliqua mala ſuſpitio: aut aliquod malum: tunc debet ſpecificari propter malum ipſius effectus: ſic quòd talia ocioſa & leuia ſunt ſpecificanda. quando propter ea incurritur aliquod graue vicium vel delictum: aut datur alicui materia peccandi. Sufficit ergo dicere ſimul omnes diſtractiones mentis habitas in oratione: & in officio propter cogitationes leues. ſic dicendo: dico meam culpam de nimia diſtractione & mentis euagatione quam habui in oratione audiendo miſſam. & dicendo horas. propter cogitationes inutiles & ocioſas: in quibus cor meum nimis occupauit: ſic quòd ibi non fui intentus vt debui & potui. Cogitationes autem vicioſæ procuratæ & cum delectatione receptæ: omnes ſunt explicandæ quantùm poteſt homo: quantùm ad quantitatem: moram. & vices: vt ſuprà dictum eſt. Cogitationes verò quantumcúnque malæ & vicioſæ. ſi non ſunt ſtudioſè procuratæ: nec cũ delectatione receptę: nec cum mora ſeruatæ in corde: nec dediſti occaſionem veniendi propter cibi & potus temperantiam: aut propter occaſionem. ſed ſubitò venerunt: & receſſerunt, & diſplicentiam habuiſti in illis: & ſtatim quãdo ſenſiſti: vt potuiſti: expuliſti: aut expellere procuraſti: occupando te in lectione: aut in meditatione facta: tales dico non ſunt confitẽdę: quia nõ ſolùm in iſtis hõ non offendit: ſed multũ meretur tãqua pugil, pugnator, & viator. vnde Hier. Ille predicatur beatus, qui ſtatim vt cœpit cogitare, cogitatus interficit & allidit ad petram. id eſt Chriſtum. Sed hodie quidam tales cogitationes confitentur potiùs ad laudem & vanam gloriam: vt confeſſor reputet eos ſpirituales: cùm tamen talia eſſent occultanda: & in confeſſione tacenda: quia ſolùm confitens debet ſe ſimpliciter oſtẽdere peccatorem. vnde tales ſunt theſauri Dei latrones: quia vanæ gloriæ appetitores: & ideò pœna latronum ſunt puniendi. Nam de talibus cogitationibus, quibus ſic reſiſtitur, dicit Apoſtolus, quòd Deus facit cum tentatione prouentum. quòd ideò dicit: quia homo talibus reſiſtendo meretur: & ideò intelligo, quòd digni ſunt ſuſpendio, qui ſub ſpecie charitatis: aut petendi conſilij: aut alterius cauſæ coloratæ quæ ſoli Deo ſunt aperta, manifeſtant, & aperiunt malicioſè & ſub dolo.

De motibus vanæ gloriæ.

QVia grauius eſt habere vanam gloriam de gratia ſpirituali à Deo recepta, quàm de hominis opere manuali. Vnde confiteri habes de vana gloria: aut ſpirituali: aut corporali. & grauius eſt dolere de bono ſpirituali alterius, quàm de bono ſpirituali ipſius. quia primus dolor eſt de inuidia fraternæ gratiæ, quæ eſt peccatũ in ſpiritũ ſanctum: quia eſt irremiſſibile. Secũdus dolor ex ſimplici procedit inuidia: & ideò non ſufficit dicere, dolui de bono alterius propter inuidiã: ſed debes ſpecificare ſi de bono ſpirituali vel tẽporali. Et eadẽ ratione grauius eſt gaudere de ſpirituali dãno proximi ſicut de peccato: quod fecit: aut de ipſius infamia: quia amiſit Dei gratiam, quam habebat, quàm gaudere temporali damno ipſius. Cauendum tamen eſt qualiter confitearis prædictum peccatum vanæ gloriæ de gratia ſpirituali. ne fortè incurras maiorem vanam gloriam in confitendo illum defectum. Nam dando intelligere confeſſori, quòd habuiſti vanam gloriam: quia fuiſti viſus orare, vel in miſſa plorare: vel laudatus quòd bene prædicaueras: quòd ex hoc poteſt incurrere vanam gloriam ſiue peccatum vanæ gloriæ, quòd confeſſor ex hoc reputet te ſpiritualem. Debes igitur cautè explicare confeſſori tuo gratiam tibi Deo datam in oratione ſeu lachrymis & huiuſmodi. Potes tamen dicere ſic. dùm dicerẽ vel audirem miſſam, vel prædicarem, feci actum aliquem propter quẽ perſonæ aliquæ me videntes. cogitaui quòd crederent me habere aliquam ſpiritualem gratiam ibidem. Et quia in ipſa cogitatione huiuſmodi complacentiam & conſenſum: nec dolui, ideò me accuſo. Vel ſic. Appetiui, quòd aliqui ſic crederent me habere cùm non haberem: & ad hoc credendum feci aliquos actus cum ſimulatione: & idem intelligas de alijs peccatis. Similiter cautè confitearis vanã gloriam quam habuiſti in exercendo aliquos actus virtuoſos. Sufficit tibi non explicando dicere, feci aliquem actum propter quem

quem non appetiui in totum laudem Dei: ſed potius hominũ: quia non ſolùm volui reputari ab illo cui feci vel dixi quoddam bonum: ſed etiam appetiui vt alijs publicaretur. Et nota, ꝙ cogitationes de vana gloria non ſunt confitendæ, niſi quando eſt ibi complacentia & conſenſus & delectatio moroſa. Si autem quando veniunt cognoſcis eas non debere venire, & ex hoc ſtatim diſplicet tibi, ꝙ veniant, ac per hoc ſtatim recurris ad Deum: vt eas expellat, aut ſaltem te cõ ſentire non ſinat. ſis certus, ꝙ in eis non peccas: ſed potiùs per eas coronam acquiris. Dic ergo ſtatim in corde tuo, quando ſentis eas. Deus in adiutorium meum intende. vel domine vim patior. reſponde pro me. Et caueas ne pro huiuſmodi tempeſtuoſitates ſeu tempeſtuoſas cogitationes dimittas aliquod bonum opus incipere vel inceptum continuare: ex quo principale motiuum eſt bonũ: ſicut hodie multi faciunt, credentes ſpiritui diffidentiæ qui facit credere, ꝙ perdunt quicquid agunt, ꝙ in bonis actibus ſuis cogitationes vanas contrahunt. Reſpondeas ergo tali ſpiritui: nec propter te facio: nec facere volo iſtud bonum: nec propter te dimittam. Vnde quantuncúnque habeas in iſtis cogitationibus aliquando complacentiam, & cõſenſum doleas, & purè confitearis: nec propter hoc ceſſes à bono propter Deum principaliter incœpto: ſed pugna viriliter & conſtanter orando Deum, vt cuſtodiat ſuum opus. Si autem naturaliter es paſſionatus & ſtimulatus de vana gloria. ſicut ſunt quidam qui nihil boni quaſi faciunt: aut dicunt ſine ipſa, tunc conſulo tibi vt nõ delecteris in loquendo multũ de Deo: aut de vita ſpirituali, docẽdo alios ſub ſpecie charitatis, quia pro certo ſub hoc velo charitatis, latet dulce venenum: ſed puto eſſe ſecurius: & magis expediens humiliare te, & ſilere à bonis: ne fortè curando infirmeris: quia mens tua adhuc eget cuſtodia: & frenum neceſſarium eſt linguæ tuæ: donec illa peſtis in corde tuo fluctuare nõ ceſſat. Alioquin ſicut dixi ſaluando & ſanãdo alios tuam deſtruis ſanitatem. Experto crede: nam docere & curare alios eſt cibus perfectorum. Si verò neceſsitas ineuitabilis, vel magna vel rationabilis congruentia loquendi occurrat, tunc loquendum eſt taliter, ꝙ ita te ſicut & alios videaris arguere & docere. Et quia ibi etiam nõ deerit ſpiritus vanæ gloriæ cupiens per hunc modũ loquendi reputaberis humilis & diſcretus. Si etiam occurrit tibi loqui quando tacebis, vel quando de locutione humiliter excuſabis. Neſcio aliud tibi remedium niſi cõfeſsionem puram: & lachrymas adhibere contra hanc maledictam peſtilentiam. Eſt autem valde timendum, ne timore deſpectionis humanæ totiens hoc vitium confiteri negligas, quotiens ab ipſo te noueris ſuperari: nec vt minus verecunderis mutes ſæpius cõfeſſorem. imò vt plus confundaris ſtudeas eidẽ ſæpius & clarius ſolito confiteri. Sic enim virtute humilis confeſsionis ſpiritus ille citiùs expellitur. Et ſi etiã tuæ confeſsioni ſe ingerat. vt de pura & humili confeſsione appetas commendari, certè ſi te ſenſeris vulneratum nõ timeas in fine confeſsionis detegetur ipſum vulnus.

De inobedientia.

ET eſt ſciendum, ꝙ grauius eſt eſſe inobedientem vel irreuerentem patri vel matri proprio, quàm illi cui non ſic tenetur obedientiam vel reuerentiam exhibere. Et grauius eſt turbare vnum ſanctum hominem: aut deridere ipſum, quàm hominem vitioſum. Et grauius eſt prouocare vnam perſonã religioſam ad aliquod peccatum quod eſt contra profeſsionem eius, quàm vnam perſonam ſæcularẽ inducere ad idem peccatum. Et grauius eſt inſpicere vnam iuuenem impudicè religioſam mulierem, quàm ſæcularẽ: quia ſecũ dum beatum Gregor. Non licet intueri, quod non licet concupiſci. Et ideò dico eſſe grauius illud vitioſè reſpicere, quod eſt grauius cõ cupiſcere vitioſè. Hoc idem intelligo de tactu: & quocúnque actu & verbo impudico. De conditione perſonæ cum qua peccaſti, ſufficit exemplum iam dictum. Non ergo ſis contentus dicere: nõ bene cuſtodiui viſum: aut dicere iteraui pluries aſpectum in faciem cuiuſdam perſonæ cum cõplacentia & imaginatione impudica, ſed qualitatem & conditionẽ perſonæ. Et ſi de viſu ſic expedit dicere, multò magis de verbo impudico dante prouocationem ad peccatum: & de tactu aut commotione carnis libidinoſa habita ex allocutione vel appropinquatione ad corpus alicuius.

De intentione habita in peccatis.

GRauius eſt facere quodcúnque peccatum cum intentione peccandi ſeu prouocandi aliquem ad ſimile: aut aliquod aliud peccatum, quàm ad faciendum ſibijpſi tantùm: vt ſi noueris defectum alicuius: vt facias ipſum deſpici, aut minus reputari propter inuidiã tuam vel aliam malitiam. Aut ſi feciſti aliquem actum cum oculis: aut manibus aduerſus aliquẽ vel aliquam perſonam, vt prouocares eam ad malum: & ſic de alijs peccatis ſtudioſè factis, nõ tantùm in damnum facientis: ſed etiam in proximi detrimentum. Quæ quidẽ peccata non ſufficit confiteri. niſi explicentur intentiones malitioſæ. Tales rectè aſsimilant dæmonibus: & ſunt inimici Chriſti: quia ſtudẽt animas perdere, pro quorum ſalute Chriſtus ſanguinẽ ſuum effudit. Item de cenſus de peccato in peccatum eſt diligentius perſcrutandus: nõ eſt ita graue vnum peccatum ſimplex, ſicut eſt illud cuius occaſione plura alia peccata ſunt commiſſa. Vnde ſi ſtudioſè feciſti aliquem defectum tali modo, ꝙ alius fuit culpatus de hoc, & non excuſaſti innocentẽ: ſed permiſiſti eum iniuſtè pati. Vel ſi pro defenſione vnius mẽdacij, verba iniurioſa protuliſti, aut incurriſti plura alia mendacia. Aut pro excuſatione vnius mendacij, commiſiſti periurium: & ob hoc fuit ſuſpitio de alio vel facta iniuſta punitio ſuper aliquẽ: aut ortum eſt odium aut turbatio aliqua inter aliquos. Omnia hæc & ſimilia quæ ex peccato primo ſunt conſecuta, debent cum primo principali peccato plenius explicari.

De occaſione & cauſa peccatorum.

SImiliter de plenitudine confeſsionis eſt dicere nõ ſolùm circunſtantias prædictas vel ſimiles: ſed etiam occaſiones & cauſas peccatorum: propter quas incurriſti ipſa peccata. videlicet quia negleXiſti ea vitare, ſicut potuiſti & ſciuiſti. Huiuſmodi autem cauſæ ſunt taliter dicendæ, ꝙ te cum peccatis accuſes: & non excuſes: ſicut quidam faciunt imponentes culpam diabolo: ſicut Eua quæ dixit ſerpens decepit me. Dicunt enim me tantùm tentauit de tali peccato, ꝙ oportuit me conſentire, nec potui me defendere vllo modo. Sed iſta non eſt confeſsio nec expreſsio cauſæ peccati: imò eſt excuſatio tui & accuſatio diaboli illius, qui fortè non eſt culpabilis ibi. Non enim omne peccatum ſit ſemper ex ſuggeſtione diaboli: nec omnis tentatio eſt à dæmone. Sed ſecundum beatum Iacobum, vnuſquiſq; tentatur à cõcupiſcentia ſua abſtractus vel illectus. Multi ergo mẽtiuntur dicentes. Dæmon me ſeduxit ad tale peccatum, ꝙ ſibi conſenſi: quia ſola ſua concupiſcentia tentatus cecidit. Et ideò oportet dicere: cùm ſentirem me ſtimulari ad tale peccatum perpetrãdum ſui negligens in euitando occaſiones me incitantes ad hoc, ſcilicet locum, tempus, & perſonam: & fui negligens in adiuuãdo me cum ieiunio & oratiõe, & alijs neceſsarijs ſicut ſciui & potui. Vnde propter negligentiam & malitiam meam commiſi ipſum peccatum, potiùs eligens ſeruire diabolo: ſuperbiæ & carni meæ hoc ſuggerenti, quàm ſpiritui ſancto mihi per illũd non facere inſpiranti. Aliqui verò imponunt culpã proximo: ſicut fecit Adam quãdo dixit Deo: mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Dicunt enim quædam perſona tantùm inſtetit mihi rogando & blandiendo, & aliqua dona dando: ꝙ nullus de mundo potuiſſet ſe defendiſſe. ſic, ꝙ oportuit me finaliter conſentire. Aliqui dicũt: quidam dixit mihi tantùm malum de quodam, ꝙ fecit me murmurare de illo: & illum deſpicere: ſed hîc eſt vitioſa confeſsio. Dic ergo ſic de primo. cùm viderem expreſsè, ꝙ locutio & converſatio cum quadam perſona eſſet mihi inutilis & periculoſa: & ſentirem affectum cordis ad ipſam perſonam: aut ipſius ad me non eſſe purum, nec ſecundum Deum: ſed potiùs ſecundum carnem: & in cõſpectu & in præſentia eiuſdem haberem nimiam complacentiam & ſenſualem: & ex hoc ſemper haberem imaginatiões impudicas de illa cum libidinoſis motibus carnis. ita propter hoc debebam fugere eam: nihilominùs fui ſecutus voluptatem carnis. intantùm, ꝙ ad talem actum deueni cum ea. vnde me & ipſam illa queui. De ſecundo ſic dicit. Audiens dici aliqua mala de quadam perſona, facilitùs ea credidi quàm credidiſſem bona ſi audiſſem propter leuitatẽ cordis mei & defectum charitatis: & quando debui compati murmuranti & excuſare in corde meo omnia de quo ille murmurabat. ego ſtatim murmuraui cum illo confirmando malum de quo dicebat: vel addendo ad illud quod dicebat. ac per hoc dedi tibi occaſionem magis murmurandi. Et nota, ꝙ hic non debet quis murmurantem nominare: nec factum de quo murmurauit: nec perſonam de qua murmurauit: quãdo, ſcilicet talis nominatio eſſet in excuſationem ſui vel infamiam proximi. Item ſi te accuſes de turbatione proximi aut de turbatione habita contra aliquem principaliter propter defectum eius, nõ debes exprimere illum defectum. ne per hoc oſtendas te habuiſſe rationabiles cauſas turbationis & ſic videaris minus peccaſſe: aut motus zelo iuſtitiæ. Sunt enim quidam qui dicunt in confeſsione. vidi fieri talem defectum: vel audiui dici tale verbum: & de hoc fui valde turbatus: quia erat contra honorem Dei: contra bonos mores: & in malum exemplum alio. O ſtulte hipocrita quid dicis? nam te ſimpliciter laudas, & nihil peniùs confiteris taces peccatum tuum quod feciſti videndo alienum defectum: & non tuum qui fortè fuit grauior quã iſte defectus alterius: quia deſpexiſti peccantem cui debebas cõpati: & mentiris, dicendo te fuiſſe turbatum propter amorem Dei & proximi. cùm tamen fueris turbatus propter ſuperbiam tuam: & quia non habes charitatem proximi quæ non permittit aliquem contra proximum turbari. Sic ergo dicas. Videns vel audiens fieri vel dici aliquod quod iudicaui eſſe malum: & fortè eſſe peius quàm fuit propter malitiam meam quæ nõ permiſit me excuſare factum vel intentionem dicentis vel facientis ſicut poteram: & debebam, non fui motus ad compatiendum illi, vel ad orandũ pro ipſo: ſicut debui ex charitate, ſed magis fui commotus ad iram cõtra ipſum contemnendo & iudicãdo ipſum & appetendo ſtatim punitionẽ eius vel habere poteſtatẽ puniendi: & hoc accidit mihi propter duritiã cordis mei. Et quia nõ recognoſco pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tientiam Dei quę ſupportauit me in grauioribus peccatis abſq; vlla punitione & ſic de alijs. Sunt alij qui ſe clariùs laudãt in cõfeſsione dicentes: per gratiã Dei ſtitis bene cuſtodiui me à tali tempore vel citra à tali, & tali peccato. Nam bene continuaui officium, miſſas: prædicationes: & orationes meas: faciant qui volunt facere mala: quia ego intendo bene facere facta mea: & me cuſtodire à peccatis melius quàm faciat maior pars vitiorũ meorum. Et quia priùs me permitteré occidi quàm facere tale peccatũ: & in me nõ ſentio aliũ defectũ, niſi quia ſum ingratus de beneficijs Dei, nec ſum ſufficiens ad regratiandum Deo qui me liberauit ab his peccatis: quæ faciunt multi alij. O Deus iſti ſunt ſimiles Phariſæo, qui aſcẽdit in templũ vt oraret: cuius oratio fuit tota ſui exaltatio ſuper alios. Sic & iſti qui debẽt ſe ſimpliciter accuſare in cõfeſsione, ſuper alios ſe laudãt, narrando bona quæ faciũt. De ſuperbia autẽ & præſumptione quæ latet interiùs, nihil dicũt. Sunt alij qui cõfitendo peccata ſua, totam culpam imponũt Deo, Sic enim dicunt Dominus Deus dedit mihi naturã ita peruerſam & promptã ad tale peccatum, ꝙ non poſſum mihi cauere. Iſti dicunt cũ Adam qui dixit. Mulier quã dediſti mihi &c. Quaſi diceret, ſi nõ dediſſes mihi non peccaſſem. Sed iſti apertè mentiuntur. Nam ſecundum Gregor. Diabolus non poteſt vincere niſi volentem: cùm tamen de ipſo dicatur, ꝙ non eſt poteſtas ſuper terram: quæ illius poteſtati valeat cõparari ergo multò minùs poteſt quis violentari à cõcupiſcentia naturali. Sunt alij qui dicunt ſui deceptus à tali tentatione: quia Deus noluit me adiuuare: cũ tamen ſæpè iciunaré & orarem: & ad ipſum recurreré: ſed iſti nõ accuſant pigritiam ſuam & negligẽtiam, qua noluerunt vitare occaſionem peccandi & perſeuerare in oratione. Aſſerunt enim Deum impium & mendacẽ: qui tamen dicit in Pſalmo. Clamabit ad me & exaudiã eum. Et alibi. Venite ad me omnes qui laboratis. Et alibi. Petite & accipietis. Et Apoſtol. dicit. Fidelis Deus qui nõ patietur vos tẽtari vltra quàm poteſtis: ſed facier cũ tentatione prouentũ. Sciant ergo ꝙ ideò reliquuntur à Deo: quia inſipidè & ſine fide orant: nec volunt pugnare contra ſeipſos: nec perſeuerare patienter poſtulantes auxilium Dei ſicut decet. ſed volunt habere gratiam ſtatim ſine labore: petentes etiam illam à domino non humiliter: ſed præſumptuosè tanquàm digni: ac ſi eſſet Deus obligatus eis. Orant etiam cũ ſecuritate quadam: vt exaudiantur ſtatim: vt ipſi volunt, & non ſicut ipſe vult: ſicq; putãt es ipſum ducere ad auxiliandũ, potiùs prouocant ad derelinquendum: quia ſuperbè & præſumptuosè accedunt ad ipſum. Cauſa ergo ipſius eorum eſt ſuperbia & negligentia ſua: quam debent ſimpliciter accuſare.

Occaſiones quæ dantur alijs in peccando.

SVnt etiam in confeſsione explicandæ occaſiones datæ alijs ad peccandum, quia omnium peccatorum homo eſt particeps, quibus occaſionem præbuit malitio ẽ vel non malitioſè. Vnde confiteri debes, ſi malitioſè vel ignoranter dediſti alicui occaſionem peccandi, nec nominare debes directè vel indirectè perſonam cui dediſti cauſam, ſed ſola occaſio eſt dicenda. Peccatũ verò, quod factum eſt ab alio occaſione tui, poteſt dici explicitè, quando eſt notum cõfeſſori, non illum qui fecit. Alioquin dic ſolam qualitatem delicti, ſic dicẽdo, feci fieri peccatum, quoddam mortale vel graue propter talia verba quę dixi, aut propter tale malum exemplum, quod dedi. Itẽ ſi habuiſti turbationem cum ſocio in itinere: vel in aliquo opere, aut propter ſocium dixiſti malè officiũ, quia malè proferebat, non debes dicere, ſocius meus turbauit me in tali facto, aut dixi malè of ficium meum propter defectum ſocij mei, quia ſic accuſas ſocium, in cuius noritiam confeſſor poteſt venire. Dic ergo habui turbationem, cum aliquo propter meam ſuperbiam, quia ipſi dixi verba iniuriosa, & ipſum prouocaui ad dicẽdum mihi. Et ſi eſt illius culpa, dic habui turbationem, cum quodam propter impatientiã meam, quia nolui ſupportare eum in charitate propter aliqua verba ab eo dicta: vel dixi malè officium, cum aliquo in tali hora & dicente mihi conſcientia vt reducerem propter pigritiam meam, non redixi.

De pollutione.

SI habuiſti pollutionem carnis vigilando, dic cauſam expreſsè. Si dormiendo, dic cauſam quam dediſſe re credis. Cauſæ poſſunt eſſe cibus & potus intemperantia diei præcedentis, aut alio modo. Aut ſi dicendo ipſum propterea nõ dabis intelligere confeſſori vim dierum præteritorum cogitatiões inhoneſtè habitæ ante dormitionem, quas explicare potes, potiſsimè quando ſomnias ea quæ præcogitaſti. Nec ſunt recitanda ſomnia vitioſa vel inhoneſta, niſi ante cogitaſſes ea, aut poſt ſomnum eum delectatione & mora & motu carnis cogitaſſes. Et ſunt dicenda, tanquàm cogitata, magis, quàm ſomniata. Si verò ſomniaſti te habere aliquem actum impudicum cum perſona ad quam habes ſenſualem affectum, aut qua ante conſpexiſti oculo impudico, hoc debes exprimere: vt cauſam illius ſomni. Et quia homo plus in talibus delectatur, & multi poſt ſomnum gaudent ſe talia ſomniaſſe: vbi verò non fuerit aliqua de prædictis cauſis vel ſimilibus, nihil de ſomnio eſt dicendum, quia nulla culpa eſt ibi, & ſufficit dolere in corde. Et ad quietandum conſcientiam, potes dicere, inhoneſtum habui ſomnium, cui ſi dediſſem cauſam, quam neſcio, tunc dico culpam meam.

De cauſis pollutionis.

SEcundum ſanctos patres, triplex eſt cauſa pollutionis nocturnę. Prima prouenit ex voracitate gulæ & ſuper abundantia cibi & potu, quæ eſt diligenter examinanda ab illis qui vocati ſunt ad ſpirituale exercitium. Nam quandoque accidit aliquos relaxari in gula nimis aliquo tẽpore, & poſtea quãdo abſtinẽt polluuntur in ſomnis, creduntque, quòd hoc nõ accidat ex culpa immoderantię, ſed potius ex debilitate & neceſsitate naturæ, ſed errant, quia debent cauere & iudicare ne venerit ex nimietate ſaturitatis præteritæ. Quod enim fuerat per voracitatem & ingluuiem congregatum in medullis, neceſſe eſt vt aliquando per pruritum vel per inſenſibilitatem corporis iciunio afflicti egerat, ita propter, quod nõ ſolùm abſtinendum eſt à delicatis cibis: verum etiam à vilibus, & cum æquali cõtinentia temperandum eſt, imò panis & aquæ ſatietas eſt timẽda: vt poſsit in nobis acquiſita puritas permanere. Iſti ergo qui nõdum æqualis cõtinẽtiæ & moderãtiæ gratiam ſunt adepti, nõ minus perfectã pollutionem conſiderant quę ipſis etiam hominibus abſtinentibus ſic accidit. Secunda cauſa eſt quando per incuriã & immũditiam mẽtis elabitur. Nam mens ſpiritualibus exercitijs vacua, & diſciplinis interioribus nõ intẽta, ſenſu corporis per vanas & immundas cogitatiões eua gatur, ex quibus meritò culpæ eliciũtur humores. Et iõ volentibus obuiare, neceſſe eſt priuare, & hanc cauſam eradicare: videlicet mentis torporé excutere, & ſenſus refrenare, ne mẽs ad vana & noxia diſcurrat, & illis aſſuefacta exceſsibus ad immundiſsima incitamẽta luxuriæ ſomniãs perturbetur. Prædicta ergo negligẽtia acquirendi mun ditiam & euitandi immũditiam, in cõfeſsione purè explicetur. Tertia cauſa poteſt eſſe, quando illudentis inimici inuidia pollutio procuretur. Dum enim videt ſanctum virum qui per ſollicitã victus moderationem & integrã & perfectam ac freq ẽter peccatorum cõfeſsionem perpetuam munditiæ puritatem acquirere, conatur eius cõſcientiã perturbare, maximè in diebus illis quibus cõſiderat diuino aſpectui cõplacere, fluxus illius emiſsione polluere: vt ſic à ſancta cõmunione trahatur. Quibuſdam verò cõtingere dicitur ex debilitate naturæ, quę nõ eſt ita fortis & valida, ſicut antiqtus dicitur extitiſſe. Hanc cauſam poteſt quis in ſeipſo aduerrere, quãdo in illo turpi modo ramine victus frequẽtius plus ſolito, polluit ur abſq; turpis ſomnij interuentu, ſicut ego quoſdam cognoui ac peſte certis tẽporibus ter & quater in hebdomoda ſordidari, quãuis non minus prædictę illuſioni poſsit aſcribi.

Vtrum propter pollutionem nocturnam ſit vitanda ſacris altaris perceptio.

SEcundum patrum ſanctorum ſentẽciam: vigilanti circũſpectiõe cauendum eſt ad cõmunionẽ ſalutaris conuiuij accedere tempore, quo ſentimus nos ſomnij illuſione pollutos. Sed ſi hoſtis inuidus taliter mẽti noſtræ illuſerit: vt nobis cœleſtis remedij ſubtrahat medicinã, dũmodò nullus reprehẽſibilis interueniat pruritus, aut obſcœ ctationis aſſenſus, ſi fluxus ille fuerit naturali neceſsitate profuſus, aut impugnatione hoſtis antiqui procuratus, & abſq; ſenſu voluptatis adductus, debemus ad gratiã ſalutaris cibi nihilominus accedere confidenter. Quòd ſi creditur eueniſſe occaſione vitioſa die illa, debet ſe humiliter ſubtrahere ab altari, ne in nobis verificetur ſentẽtia Apoſtoli. Qui mãducat & bibit indignẽ, iudicium ſibi manducat & bibit, nõ dijudicans corpus Dñi. i. nõ faciẽs differentiam inter percptionẽ cibi cœleſtis & carnalis, nec iudicans ipſum corpus Dñi eſſe tale, quod nõ niſi pura mẽte & carne liceat manducare. Et ideò ſubinſert idem Apoſtolus. Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi, quaſi diceret. multi ex hac præſumptione & mãducatiõe indigna ſpiritualiter infirmãtur, & ſomno mortali dormiũt multi per peccatum, quod ex ipſa indigna manducatione & aſſumptione incurrũt. Probet autẽ ſeipſum homo. i. examinet ſeipſum homo antequã ſacramentum percipiat, & diligẽter ſe videat: vtrum ſit mundus vel immũdus: vtrum deuorus vel indeuotus: vtrum reuerẽs vel irreuerẽs: vtrum timẽs vel præſumẽs accedat etiã ſi certus ſit vel certum ſe putet, quòd nõ ſit vitioſè pollutus: vel aliquo tali peccato infectus. Non enim debet volens iſtum cœleſtem panẽ ſumere eſſe cõtentus ſe nõ habere peccatum mortale, neq; pręcedenti nocte vitioſa occaſione fuiſſe pollutum, quia licet hę duo reddant quẽlibet ipſo cibo indignum, alia tamen plura ſunt quibus ſe homo debet ab hoc ſubtrahere reuerenter, quæ explicare non audeo, quia à ſanctis & doctoribus ipſa expreſſa non reperi atque illuſtratione gratiæ Dei ea ſecurius ſimpliciter relinquenda decreui. Id tamen, quòd pro meipſo retineo, eſt verbum illius qui hoc inſtituit ſacramentum, quem non credo illud fruſtrà protuliſſe. Dixit enim. Hæc quotieñcũque feceritis, in meam memoriam facietis. Ex quo quidem verbo arguo mihi ipſi, quòd quotiens volo id agere, quòd ille inſtituit, & modo prædicto reliquit, nequaquàm ſine remorſu conſcientiæ ac-

cientiæ ac præiudicio animæ timeo ad illud poſſe accedere, niſi præmemorata ipſius inſtituentis charitate, ac eius paſsione & morte. In cuius memoriam perpetuè recolendam, illud ſacramentũ debere confici & perfici ipſe clarè aſſeruit & iniunxit. Conſiderãs inſuper circa huius ſacramẽti prędmordia lotionẽ pedum ſatam nõ abſq; myſterio & ſacramento ibidẽ fuiſſe dictũ à domino. Si nõ lauero te, nò habebis partẽ mecum. Agnoſco per hęc & iudico nõ ſine præſumptionis & grauis offenſæ periculo aliquem velle habere partẽ ſecum ipſum ſacramentũ ſumendo. nõ præhabita alicuius gratiæ ſpiritualis lotione: quã quidẽ lotionẽ non ſolũ per cõpunctionẽ & lachrimas puto fieri: verũ etiã per interiorẽ mẽtis deuotionẽ & fidẽ: in qua ipſe dominus vocat & inuitat animã & trahit: & quodã modo cogit ad ipſum cibũ angelicũ & cœleſtẽ. Vnde & ipſe dixit illis quos lauerat. Iam mũdi eſtis propter ſermonẽ quẽ locutus ſum vobis. nõ dixit propter aquã qua loti eſtis, ſed propter ſermonẽ. Hoc autẽ eſt verbũ fidei quod prædicamus, ſecũdum Apoſtolũ. Vnde in actibus Apoſtolorũ legitur. Fide purificãs corda eorum. Hanc autẽ deuotionẽ & fidem celebrãtis ſeu ſacramentũ ſumentis credo eſſe illam quæ celebrat, & quæ facit ipſum ſacramentum percipi cum effectu: ſicut & verba Chriſti ſunt illa quibus conſecratur: & tranſubſtantiatur panis & vinũ in corpus & ſanguinem Chriſti. quã quidem deuotionẽ voco Dei gratiã quæ præuenit & diſponit ſubſequitur & infundit. Ad hoc ergo ſacramentũ cum inſtantia feruentis & aſsiduæ orationis procuremus modo prædicto vocari à domino, videlicet præhabita ipſius memoria atq; cõpunctionis & deuotionis & fidei lotione: ad quæ nos præparari oportet per mẽtis & corporis munditiã: & per linguæ & ſenſuum refrenationẽ. & per noſtrarũ paſsionũ continentiam ac moderationem.

De fluxu libidinis.

PRætermittẽdum quoq; nõ eſt, ꝙ quibuſdã contingit interdum conſcientiæ dubietas & perturbatio magna. vnde ipſis vigilantibus abſq; vlla cõmotione carnis: & cogitatione immunda: humor quidã per membrũ ſecretũ egreditur ſine delectatione, & quaſi inſenſibiliter: ita vt multi de hoc nõ perpendunt, niſi cũ pannos ſenſerunt madefactos. Cuius cauſam aliqui ignorãtes, turbãtur & errãt putantes ſe pollutos eſſe. Et ideò ſciendũ, ꝙ illius humoris effuſio nõ eſt pollutio: quia vt dicũt medici, ſine libidinoſa delectatione & carnis motione nullus poteſt pollui vigilãdo. Ad ipſius tamen effuſionẽ humoris, videtur naturalis cõditio cauſam exhibere primariam: ſed deindè id aliud quod ad naturam diſponit cauſa vitioſa & euitabilis perficit & cõſumit: quibuſdã hoc prouenire agnoui propter ſolam præſentiã & allocutionẽ alicuius perſonæ: in cuius conſpectu habuit cõplacentiã ſenſualem & vanã: ſeu ad quã inordinato amore afficitur: aut per tactũ impudicũ leuem: aut imaginãdo aliquos actus impudicos fottiter & morosè. In his tñ caſibus & alijs ſimilibus, multi inueniuntur habere calefactiones & cõmotiones carnis libidinoſas, dictúmq; humorẽ emittere velint nolint: ſed eas cauſas & ſimiles quæ ſunt euitabiles, debet quilibet fugere & euitare pro poſſe maximè qui ſentit de hoc ſe paſsionatũ, ſeu ad hoc naturaliter inclinatũ, ſiue ex vitio mentis: ſiue ex debilitate naturæ: & qui occaſiones huiuſmodi non euitauerit pro poſſe vel iuxta poſſe relinquẽdo amicitiã & familiaritatẽ perſonarũ, ad quas inordinatè afficitur fugiẽdo etiam allocutiones & aſpectũ perſonarũ: licèt nõ credant ipſum per dictã effuſionẽ peccare mortaliter: niſi fortè aliter cõcupiſceret, aut impudicè tangeret perſonã quę eſt cauſa iſtius effectus: tamen credo eum grauiter peccare: & magno peccati mortalis periculo, & ideò conſilũ do tibi, ꝙ abſq; dilatione moroſa ipſe ſibi violentiam faciat in hac parte fugiendo perſonas huiuſmodi: atq; cũ eis omnem oportunitatẽ loci & temporis euitet. Hic itáque prædictus fluxus qui à quibuſdã vocatur libido ſi poteſt euitari ipſius occaſio: & ſi ſtudioſè nõ euitetur, eſt omninò confitendus cum ſuis occaſionibus: & negligentia habita circa ipſas. Si verò cõtingit ex cauſa quæ vitari nõ poteſt: ſicut quãdo audiuntur verba impudica ex caſu: vel loquitur cũ perſona, vel ſedet iuxta eam: de cuius præſentia habet cõplacentiam vanã: & ab ea ſeparari nõ valet. In his & ſimilibus credo ſufficere, ꝙ tam de occaſione habita & impotentia vitandi: quàm de fluxu illius libidinis dolor eſt ſimpliciter habendus: quia tamen dubitare de talibus quæ ſpectant ad conſcientię puritatẽ eſt quandóq; valdè proficuum poteris hoc confiteri propter quietudinem mentis & pacem: quamuis expedire non credam.

Complacentia habita in memoria peccati.

SCiendum eſt, ꝙ quãdo cogitas de iniurijs receptis, & in illa memoria turbaris intra te cũ aliqua mora, & appetis vindictã fieri: aut factã eſſe: aut doles, ꝙ nõ fuit facta per te: aut per alium: aut ima ginaris aliquid facere: aut aliquẽ motũ tenere animo vindicatiuo, hæc omnia ſunt confitẽda: & alia quæcũnq; ſimilia, ſi ſentis in men te tua ratione iſtius iniuriæ. Si autem rememorãdo mala præterita quæ feciſti nõ haberes doloré: ſed potiùs delectationẽ in eis: & propter hãc delectationẽ facis morã, ibidẽ nõ credo expedire, ꝙ ſpecifices ipſa peccata rememorata. ſi aliãs integrè cõfeſſus es ea: & ſi nõ habuiſti aliud quã delectationẽ in mẽte ſufficit dicere, mihi venerunt ad memoriã quædã vindictæ vel iniuriæ quas feci: vel quædã peccata grauia, quæ cõmiſi, de quibus nõ ſolũ habui doloré in tali cogitatiõe: ſed de ipſis cũ multa cõplacẽtia cogitaui: & ſi aliud tibi occurrit in carne vel in mẽte propter dictã cõplacentiã quod tibi videtur aggrauare peccatũ, ipſam etiã debes confiteri. verbi gratia. Si de peccato luxuriæ per te fcõ habuiſti memoriã. & de hoc habuiſti motũ carnis & penitudinẽ: quia ipſum peccatũ nõ feciſti pluries vel cũ plurib⁹ tũc em debes ſic dicere: ex imaginatiõe quã habui de quodã peccato luxuriæ habui motũ carnis & cõplacẽtiã in mẽte, & appetiui illũ feciſſe multotiens & cũ multis pſonis: & ſic nõ oportet te indicare cõfeſſori te iam feciſſe illud peccatũ: niſi forte alias idẽ indicaſſes. & niſi ꝑ maiori humilitate & merito velis ipſum ei ſimiliter explicare. Si aũt recordaris te habuiſſe oportunitatẽ faciẽdi aliqd peccatũ ꝙ nõ feciſti, & in illa recordatione nõ gaudes te euaſiſſe illud peccatũ. nec regratiaris Deo qui cuſtodiuit te ab ipſo, & abſtulit oportunitatẽ & volũtatẽ faciẽdi ipſum: & oĩa iſta ſunt plenius referẽda. Videtur em in hoc magna ingratitudo & peccati cõmiſsio volũtaria: ſed ſi in prædicta recordatiõe peccatorũ: & maximè carnaliũ, nõ poſſes vitare cõplacẽtiã: & motus carnis dum velles ea ſtudiosè recolere, cauſa eſſent te ipſum excitãdi ad cõpũctionẽ & doloré: cõſulo tibi ꝙ nõ ea ſpecialiẽ recolas: nec etiã alia peccata quæ nõ potes ſine cõplacẽtia recolere: ſicut eſt vindicta facta p te: vel per aliũ de inimico tuo: aut damnũ: aut mors eius quẽ occidiſti. Debes ergo omnia peccata tua ſi vis cõfiteri generaliter ſub duob⁹. ſ. ſuperbia: & delectatione carnis: cõfitendo dicendo ſic: corde meditãdo: & ore proferẽdo: dico meam culpã de ſuperbia quã habui cõtra Deũ, & proximũ: iraſcendo: inuidendo: alios prouocãdo: mundi gloriam appetẽdo: proximos iudicãdo: Dei creaturã contemnẽdo: meipſum bonum reputando: alios vilificando Dei operibus ac iudicijs & eius permiſsionibus: murmurãdo bonas eius inſpirationes: & omnia beneficia negligendo, impetus vitioſos ſectando, blaſphemando, & nomen Dei in vanum proferendo: & linguam meam contra veritem per mendationes & ſimulationes per duplicitates & adulationes: pur iuramenta & multa alia verba vitioſa: laxãdo otioſè ac acci diosè viuendo: de me nimis confidendo: de fide dubitando: de occultis Dei operibus rationẽ pręſumptuosè quærendo: plus quàm oportet ſapere de Deo & de proximo & de ſæculo ſcire cupiendo gratiam Dei non humiliter affectando dona Dei occulta temerariè propalando: non in veritate: ſed in hypocriſi & falſitate coram Deo & hominibus ambulando: & multa alia per ſuperbiam mentaliter & corporaliter exercendo.

De tempore mortis.

POſtquàm confeſſus es, dic animæ tuæ maximè quando te vidẽs proximũ mortis. O anima mea egreſſus tuus appropinquat: & propè te terminus tuæ ſuperbię: & finis delectationis huius mundi: & miſeræ carnis tuæ quàm delectationibus corporalibus pertuliſti, plus ipſam amando quã Deum: plus ſibi cõpatiendo quàm tibi: plus laborando pro ipſa quàm pro te: plus obediens eius concupiſcentijs, quàm diuinis inſpirationibus & conſilijs, ſeiliceet dum conſenſiſti ſibi ſatisfacere in delectationibus gulæ & luxuriæ multis diuerſis modis opere & voluntate atque ſatiare eius viſum: auditum: guſtum: tactum & odoratum: quantùm & qualiter potuiſti, conſenſiſti amori ipſius carnis amittere partem maximam tui temporis ſuperfluè dormiendo & acquieſcendo in multis operationibus vitioſis, ac occupando in nimia cura & ſollicitudine rerum temporalium & corporalium, te exercendo plus propter auaritiam & delectationem., quam propter neceſsitatem. Conſenſiſti eius pigritiei quam habuit ſemper ad operandũ bonũ: & eius ſollicitudini quam habuit ad peragendum malum quod potuit. in his fuit vita mea: in his expendi tempus meum. Vbi ergo es ô vanitas mea & ſuperbia mea: quo perrexiſtis delectationes carnis meæ? quid mihi attuliſtis? quid mihi relinquiſtis pro ſubiectione & obedientia quã vobis tot annis deſeruiui? Pro vobis commutaui vitam ætern am: amiſi Deum & acquiſiui infernũ, perdidi gaudia infinita, & lucratus ſum lamenta æterna. Priuatus ſum ſocietate ſanctorum & angelorum: & merui fieri ſocius ciuium infernorum. Conſidera ergo ô anima mea qualem te fecit Deus: quia ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuam: & modò ſic es denigrata peccatis: nec aliquam virtutem in te agnoſcis. Conſidera in te potiùs imaginem tentatoris tui, qui te depinxit colore ſuperbiæ: gulæ: luxuriæ: auaritiæ: vanæ gloriæ: inuidiæ: accidiæ: & ingratitudinis & negligentiæ, odij & vindictæ. Tibi ſuaſit contemptum Dei & oppoſuit amorẽ ſæculi: te induxit contra proximum ad murmurandum, iudicandum, decipiendum, deſpiciendum, contemnendum, detrahendum, & aliorum defectus ponderandum: & tua grauia vitia non videndum. Non video ergo ô anima mea, niſi vt prouoceris ad gemitum: fletum: planctũ, triſtitiam, & lamentum & clames humiliter & feruenter ad dominum. Domine ne in furore tuo arguas me, &c. Miſerere mei Deus ſecundum, &c.

Universidad de Deusto Biblioteca

De cogitationibus inhonestis.

PLerique dubitant, si cogitationes inhonestæ sint exterius explicandæ. Credo, ꝙ hoc facere sit puritatis & perfectionis & magni meriti, sed non credo esse necessitatis semper, nisi quando ex nimia mora facta in cogitatione illa homo sentiret se inclinari ad faciendum & perficiendum cogitatum si oportunitatem haberet quã vellet, aut si pollueretur ex illa vehementi cogitatiõe morosa. Aut si inordinatè afficeretur ad aliquam personam, & de ipsa multum molestaretur in cogitatione habẽdo motus carnis, & imaginãdo habere aliquos actus impudicos cũ ipsa persona. Hunc enim affectum inordinatum debes exprimere cũ cogitationibus & motibus carnis procedentibus, dicẽdo ex ipso affectu sic. Habui affectum sensualem & inordinatum ad quandã mulierẽ: vel quẽdã iuuenẽ talis cõditionis, & hunc affectum cõcepi ex cõplacentia habita in aspectu & collocutione ac præsentia corporali ipsius de ipso vel de ipsa, habui tot vicibus ac multotiens imaginationes turpes, respiciendo cũ oculis corporeis vel mẽtis faciẽ vel aliam partem corporis eius, & imaginãdo cũ ipsa persona habere amplexus & oscula : vel talẽ actũ impudicũ, & in his feci morã, per magnum spatium habendo ibi motus carnis libidinosos. Et specialiter accidit mihi in oratione existẽdo, aut missam dicendo, & semper fui negligẽs ad laborãdum pro posse ad expellendum talia per potentiam propter nimiã delectationẽ, quã habebam ibidẽ, nec curaui, quãtùm potui refrenare oculos ab aspectu illius personæ, quãdo habui præsentiã eius. Quicunq; igitur tales & tali modo cogitationes & affectus exprimeret vitiosos, ab eis cito liberaretur, dũmodò cum tali cõfessione cõtinuaret orationẽ & custodiam sensuum, quia dæmon non potest sustinere humilitatem puræ cõfessionis, cũ sit superbus & immũdus, & omnes humilitatis & immunditiæ inimicus. Et ideò nõ est melior & facilior ad euadendum tentationes superbiæ & luxuriæ, & omnes cogitatiões vitiosas, cum suis circũstantijs concurrentibus in carne vel in mente sæpè & clarè detegere confessori, & totiens exprimere, quotiens renouantur.

De motibus carnis.

SCiendum est, quòd motus in carne qui nõ prouenit ex cogitatione impudica absque voluntate & sine causa, scilicet visus vel auditus sine aliqua causa extrinseca inhonesta, sine dubio prouenit ex nimia repletione prius facta in cibo & potu. Quidam tamen putant, quòd prouenit ex nimia vigilia, quod potest esse, maximè quãdo cõstat eis, ꝙ non prouenit eis ex aliqua causa prædicta. Et ideò oportet hominem esse parcum in dieta quò ad qualitatẽ & quantitatem, quando de talibus molestatur cõtra voluntatem & cum displicẽtia. Nã intra corpus oritur causa. quia secundum Hiero. venter & genitalia proxima sunt. Et hoc intelligo, quãdo nõ à causa exteriori, & tũc oportet cauere ipsum ab aspectibus & collocutione, & ab approximatione personarum, in quarum præsentia sensit se sensualiter delectari, aliquãdo ille qui videtur motus naturalis fieret vitiosus. Et quãuis sit securum cõfiteri tales motus procedẽtes sine causa vitiosa, quorũ intẽperãtia videtur causa, dum tamẽ per ipsos nõ turbetur amor & desiderium puritatis in corde, corporalis castitas non maculatur. Si verò procedunt à causa vitiosa, cõfitenda sunt causæ, locus, & tẽpus, mora cõtracta in eis, & vices motuum, sicut supra de circũstãtijs peccatorum dictam est, nõ enim sufficit generaliter dicere culpam de motibus, sed debes dicere sic. Dum essem in ecclesia vel in oratione: vel dum audirẽt missam aut prædicationem, cogitaui talẽ actum turpem, aut habui memoriam alicuius personę, in cuius aspectu iam habui vnam concupiscẽtiam, aut inordinatum amorẽ, aut aspexi in ecclesia talem personam, cum cõplacentia impudica, cuius causa habui motus carnis impudicos totiens, & per tantam moram. Et si dixisti illi aliqua verba gratiosa prolixè, aut fecisti aliquod seruitium malitiosè vt scilicet haberes complacentiam libidinosam, & motus carnales per maiorem moram, totum confiteri debes maximè si verba non dixisses, aut seruitium, non fecisses sic prolixè, nisi de istius præsentia delectationem non habuisses.

De periculo familiaritatis dominarum vel mulierum.

QVoniam multi videntur negligere vt agnoscunt affectus suos vitiosos, & per consequens non curant confiteri, cum tamen diligenter sunt perscrutandæ, & cum suis vitijs orientibus ex ipsis exprimendæ. Ideò prætermittere non intendo, quòd multi nimis afficiuntur ad seipsos, quidam ad aliquas personas, quidã ad honores, quidam ad diuitias temporales. Et quia hic sunt sicut murus inter Deum & animam, ideò nullus homo habẽs aliquid de prædictis, potest in via Dei proficere, nec habere puram orationem, & maximè quando est carnalis affectio ad personam, & de hac intendo loqui modo. Nam talis affectio, multos spirituales sub specie amicitiæ spiritualis, à statu orationis impedit & impediuit. Hæc est inquietudo mentis pestifera, orationem mentis & oris inficiens, & dispergens, & affectus contrarios orationi in mente generat & exercet. Nam sicut oratio pura mente purificat & illuminat, lætificat, fortificat, & impinguat, sic carnalis affectio & immunda, mentem inficit & obscurat, contristat debilitat & siccat, & corpus eiusdem maledictionibus implicatur. Et quoniã spiritualibus loquor, propter quos ista scribuntur, nouerint ipsi, quòd licet carnalis affectio sit omnibus periculosa & damnosa, eis tamen perniciosa est magis, maximè quando conuersantur, cum persona quæ spiritualis videtur, nam quãuis eorum principium videatur esse purum, frequens tamen familiaritas domesticum est periculum, delectabile detrimentum, & malum occultum, bono colore depictum. Quæ quidẽ familiaritas, quãto plus crescit, tanto plus infirmatur, principale motiuum & vtriúsque puritas maculatur. Non tamen de hoc statim perpendunt, quia sagittarius à principio non mittit sagittas venenatas, sed solùm aliqualiter vulnerantes & amorem augmentantes. Ad tantum verò in breui deueniunt: vt iam non velut angelus sicut cœperant se inuicẽ alloquãtur & videant, sed tanquàm carne vestitos se mutuo intueantur, & sentiant mentes quibusdam commendationibus ac verbis blanditorijs, quæ videntur ex prima deuotione procedere. Exinde vnus incipit appetere alterius pręsentiam corporalem, quia forma vel species corporis in vtriúsque mente concepta, incitat eos ad volendum pręsentiam corporalem, qua insit eis præsentia mentalis: sicq; spiritualis deuotio paulatim conuertit in corporalem & carnalẽ, & sic ipsorum mentes quę solebant in oratione, cũ Deo absque intermedio loqui, nunc inter se & Deum alter ponit alterius corporalem effigiẽ, quã velant & obtenebrãt, ponẽtes sibijpsis faciem Dei, cũ facie creaturæ, & non minus horrendum est, cũ hi proprium errorẽ percipere & emẽdare deberẽt, in ipsius potius nutrimento erroris totum illud iudicãt, ex maxima charitate procedere, cuius merito puto & sibi inuicem mentientes, referunt, quod in oratione vnus alteri præsentatur magis eis delectabile, ac si pro se inuicem orare cogantur gratia & virtute & diuina, ac per hoc consolationẽ simpliciter sensualem, quã habent in illarum præsentatione de se inuicem facta in oratiõe prædicta, æstimãt & affirmãt ac asseruut esse spiritualẽ gratiã & diuinam. Quales autẽ illusiones recipiunt à sagittario supradicto spiritualiter mulieres, quæ citius fidem adhibent illusioni mẽtali, esset horribile & quasi impossibile declarare. Sẽtiunt námque in oratiõe præfata & repręsentatione mentali, calorem quẽdam ignitum à sagittario illo illatum, quẽ credunt & dicunt esse ignẽ charitatis à spiritusancto transmissum: volentẽ coniungere spiritum vnius, spiritui alterius: vinculo charitatis, cum inde sit ignis libidinosi amoris, ꝙut sequentia manifestant, & tamen deliberant se, tanquã spirituales vnitos posse securius ac prolixius simul loqui, atq; in hoc tẽpus non perdere sed lucrari. Proindè modos insolitos & cautelas mirabiles adinuenerunt, quibus procurant simul colloqui & frequenter, allegantes vnus alteri causas vtilitate ac necessitate depictas, cũ tamẽ in veritate nihil aliud sit causa, nisi onus cui ratio iam succũbit. Sic itaq; carnali concupiscentia seu cõplacentia excæcati tẽpus, ꝙ olim cõsueuerunt in oratione expendere, ac spiritualiter occupare, nunc in huiusmodi familiaritatibus & colloquijs perdunt, & sic, ꝙ dolendum est, allocutiones diuinas pro carnalibus cõmutãtes, ammodo nisi mora serotina cogente, aut alia ineuitabili causa, nõ possunt ab inuicem discedere, & tunc inuitè & tristes discedunt. Hæc autẽ tristitia est certissimum indicium, ꝙ carnis vinculo sunt alligati, & per hoc visitationes & cõsolatiões diuinæ à carnalibus & diabolicis discernũtur. Deniq, quãuis se multis exponant periculis, & multa mala incurrãt, dum eorum obtenebratis conscientijs iudicant, tanquàm spiritualibus sibi quædam esse licita, quæ fieri nequeunt absq; periculo & peccato. Putaui tamen melius esse nõ multa de hoc calamo exarare, hęc tamen tacere non valeo, quin aliqualiter referam maxima, quia non longè à tẽporibus istis similia contigerunt. Tandem spirituales prędicti quandóque se deduci permittunt: vt se inuicẽ familiariter tangant sub specie charitatis, referantes sibiinuicem mensum cordis amorem, quòd impudenter charitatem appellant. Sed in hac relatione amoris, est summum periculum, quia ex hoc fabricantur sagittæ, quæ mentes eorum vulnerant mortaliter, ac venenant. Et quòd super omnia videtur mihi horrendum Deo angelis hominibus, ac dæmonibus, fuerunt vel aliquæ spirituales nomine spiritu luxuriæ imbutæ, quæ in excusationem suæ libidinis, præsumpserunt dicere se habuisse in illis actibus impudicis, magna sentimenta de Deo. Quod nihil aliud iudico esse, nisi quoddam incitamentum inductiuum ad similia securius intrandum & peiora perpetrandum. Dic mihi qui talibus credis & adhæres. Si isti sunt veræ spirituales vt asseris, quid aliud loqui, aut facere deberent, nisi quod à spiritusancto procedere potest vel procedit. Ab illo autem nihil procedit noxium, sed solùm, quod vtile & honestum. Quid enim ad spiritumsanctum de tactibus & osculis, aut qualem honorem inde consequitur Deus, & quæ vtilitas aut quæ necessitas tibi ad salutem vel alteri: vt hos tactus facias vel patiaris. Quæ conuentio spiritui ad libidinem carnis, quæ igitur tua præsumptio: vt hanc contumeliam inferas spiritusancto, scilicet attribuendo sibi tuæ impudicitiæ fœtorem, quem vix dæmones patiuntur. Quæ inquàm temeritas tua mulier hypocrita à facie Dei proiecta: vt dicas delectationem carnis libidinosam, esse gratiam & consolationem diuinam? Recede ergo fera pessima de finibus meis: quia dæmones nequeunt tuam pœnitentiam sustinere. Hæc itáque fratres charissimi non incongruè huic operi sunt inserta: vt sciat vnusquisque, quòd hæc venenosa affectio sub colore spiritus acquisita, summè impedit puritatẽ confessionis, & cordis munditiam: vt sic hanc fugiat, tanquàm vitiosam rubiginem: quæ vix potest aboleri de mente: si alicui fuerit applicata. Præcipuè quia tales personæ quandiu sunt hac sagitta percussæ, quasi nunquã purè & integrè confitentur: eò ꝙ ipsum morbum despectabilem in persona spirituali verecũdantur totiens detegere plenè & integrè confessori: quia verentur exprimere aliquas circunstantias tali affectioni annexas: quas vel tacent vel exprimũt imperfectè, vtentes verbis operientibus dictũ morbum: sic occupationem mentis quasi continuam circa personam dilectam: & in oratione: & in cunctis actibus suis: & imaginationes turpes de ipsa vana cõplacentia cordis in memoria & aspectu mentali ipsius: & negligentia in cui tãdo eius pręsentiam & colloquuntur quæ ipsi experiuntur. Propterea sæpè mutant cõfessorẽ, aut vellent mutare si possent: sic ꝙ tristes sunt & accidiosi frequẽter tam ratione affectionis fluctuantis in mente, quàm ratiõe cõfessionis imperfectè, de qua ipsimet cõtristãtur. Sed quod peius est. cũ ipsi deberẽt quærere medicos spirituales cautos & peritos ac expertos, qui scirẽt illam ægritudinẽ & causas eius agnoscere: & cõgruum remedium adhibere, nõ solùm faciunt: sed potiùs si semel ad aliquẽ talem peruenerint, ipsum extunc fugiũt: nec reuertuntur ad ipsum. Quærũt ergo confessores ideotas & simplices: qui nec morbũ intelligunt: nec causas eius agnoscũt: nec ideò sciunt cõgrua adhibere medicinã. Tantũ de hac materia dixisse sufficiat: vt per hoc animẽtur per viam purã & immaculatã incedere: & fugere periculosam pestẽ familiaritatem mulierum spiritualium: quæ non meliùs quàm fugiendo vitatur. Satis enim posset quis hac sagitta percussus se ieiunijs: vigilijs: ac disciplinis affligere & orare: quia si nõ fugiat personã, & omnem occasionem despiciat nunquã curabitur ab illo morbo: sed magis augebitur illud vulnus. Propter quod sequamur auxilium siue consilium beati Hierony. dicentis. Fœminam quã vides bene cõuersantẽ, mente dilige, nõ corporali frequentia. Quia initiũ libidinis, in visitatione mulierũ est: & mundus cum mulieribus nõ meliùs quàm fugiendo vincitur: quia cũ cæteris vitijs & morbis quis posset resistere: huic tamen nõ potest nisi per fugam. Et alibi. si mulier potuit vincere eum qui iam erat in paradiso non est mirũ si eos impediat qui nõdum ad paradisum peruenerũt. Et idem. Solus cũ sola nõ sedeas in secreto, absq; arbitro & teste. Et iterũ. Ne sub eodem tecto cũ muliere maneris: nec in præterita castitate cõfidas: quia nec tu Sãsone fortior: nec Salomone sapiẽtior. Si fortè dicas iam corpus mortuum est, dico tibi quoniam Diabolus viuit: cuius flatus prunas extinctas ardere facit. Item idem dicit. Omnes virgines Christi & puellas, aut æqualiter dilige: aut æqualiter ignora. Item beatus Aug. dicit. Sermo breuis & rigidus cũ mulieribus est habendus. Nec tamen quia sanctiores fuerunt, ideò minus cauendæ. Nec tamen quia sanctiores fuerint, eò magis alliciunt & sub prætextu blandi sermonis immiscet se viscus impijssimæ libidinis, crede mihi. Episcopus sum. Episcopo loquor non mentior. Cedros lybani, id est, contemplationis altissimæ homines: & gregum arietes, id est, magnos prælatos ecclesiæ, sub hac specie corruisse reperi: de quorum casu non magis præsumebam, quàm Hieronym. & Ambro. sicut etiam ait Bernard. Quotidiè conuersaris cum muliere & cõtinens vis putari? Esto ꝙ sis: maculam tamen suspitionis portas. scandalum mihi es. Tolle materiam & causam scandali: quia væ homini illi per quem scandalum venit.

De verbis otiosis.

SCiendum, ꝙ verba vitiosa & grauia distinctè sunt confitenda, secundum differentias suas, & cũ circunstantijs & occasionibus eorundem. De murmuratione quæ fit quãdo narratur defectus personæ absentis si confiteri habes, dic vtrum verè vel falsè & propter quam causam. s. propter odium vel vindictã si induxisti vel induceres cogitasti aliquẽ ad hoc: vel despexisti ex hoc si alicui ex hoc nocuisti: vel alicui audienti generasti tedium de illo de quo dixisti: vel aliquid malè accidit, aut velle accidere desiderasti. Non ergo sufficit dicere multotiens murmuraui: & de multis nisi ista explices. nõ tamen dicas defectum de quo murmurasti si est verum: nec nomen personæ: sed dicatur qualitas personæ aggrauans peccatũ sicut si de patre tuo: de sancto viro: de prælato: & propter quam causam. Et si defectus est falsus, confiteri debes defectum & personam cui falsum imposuisti. Et debes reuocare coram illis, coram quibus propalasti: maximè si defectus illi esset grauis. Sunt tamen quidã vt minus displiceant confessori, exprimunt personam cui fecerunt iniurias: vel de qua murmurauerunt: quando ipsa persona reputatur mala quasi ab omnibus: vel quasi omnibus odiosa: vt per hoc iudicentur minus peccasse. Sed hoc est vitiosè dictum, quia debent in cordibus suis reputare: & per cõfessionem ostendere seipsos esse peiores quàm illa persona, quam in sui excusationem nominare pręsumunt. Quidam adhuc peius faciunt, qui vt placeant confessori, personã exprimunt de qua murmurauerunt, aut offenderunt, auferendo rem, aut impediendo eius bonum: quia sciunt illam personam displicibilem confessori. Isti grauius peccant sic confitendo, quàm sit peccati confessio: quia contra charitatem proximi dupliciter peccãt: quia faciunt confessorẽ de peccato gaudere quod confitẽtur: & de iniuria quam alteri inferunt: & sequitur quòd non doleant de peccato quod confitẽtur: sed potiùs gaudeant: putantes per hoc captare beneuolentiam confessoris, quæ grauior quàm detractio est. Quoniam detractio est quoddam homicidium spirituale occultum. Sicut quando aliquis audit aliquem laudari de aliqua virtute, & fiducia, conatur auferre de corde laudantis, aut cuiuslibet audientis, illam bonam opinionem quæ habetur de illo, negando illud, & potiùs defectum istius declarando, aut hipocritam appellando: quia dicit quòd quicquid facit pro humana laude facit. Hoc autem vitium facit propter inuidiam aut vanam gloriam. Nam detractor quærit laudari super alios, & potissimè super illum cui detrahit: aut timet minus reputari quàm ille qui laudatur. Et inde oritur graue peccatum: quia affectant mortem aut expulsionem, aut tribulationem, aut casum illius de cuius laude tristãtur. Et statim sunt dispositi ad audiendum hoc de ipso cum gaudio: quod vitium nonnullos spirituales pulsat: qui nondum paracletum receperunt. Quidam autem ore non murmurant: nec detrahunt de alijs. ne & ipsi despiciantur aut murmuretur de ipsis: appetunt tamen illud ab alijs fieri. Et omnia talia cum motiuis & causis sunt confitenda integrè.

De mendacio.

DE duplicitate quæ dicitur mendacium, quædam est quãdo lingua & intentio non concordant: quia facit intelligi & credi, ꝙ non est. Tales duplicitates sunt quandóque proditoriæ: sicut fuerũt in Iuda, quando dixit: aue rabbi. Isti mel in ore gerunt, & retrò pungere quęrunt, sicut fecit Iudas: nam post osculũ fecit capi Christum.

De simulatione.

DE simulatione quæ est in verbis, signis, & operibus exterioribus cuius contrarium est in mente. Hoc est proprium hipocritæ. Est autem simulatio, falsitas veritate depicta. vel vitium verbis & actibus virtuosis opertum. Simulatio in verbis est, quando dicis te insipientem & vitiosum. vt per hoc humilis reputeris: & cum hoc præeligis vt sic non credatur: nec reputeris quia appetis virtuosus, & sufficiens reputari: & econtrariò turbaris si talis reputareris. Est ergo humilitas in verbis, superbia in mente. Simulatio in opere est, quando fit actus virtuosus, vt acquiratur fama solùm. Simulatio in signo est, quando prætenditur honestas in sensibus: sed cor est plenum inhonestate, nec trahitur quis ab opere, nisi quia caret oportunitate quam vellet. Sic quidam religiosi de die quando videntur vt putentur sancti & honesti, sensus suos valde componũt: & maximè in officio & in choro inclinationes profundas & similia faciendo: sed de nocte nulla signa deuotionis ostendunt. dum non sentiunt se videri. Sic quidam se macerant abstinendo, vt religiosi appareant & iudicentur. Aliqui exteriùs apparent patientes subridendo: qui tamen pleni ira & tristitia, dolent de iniuria eis facta. Et sic omnis hipocrita est simulator duplex & falsus: & per consequens proditor & inimicus veritatis. Et ideò quia huic vitio multa sunt annexa alia cum diligenti examinatione debent in confessione euomere virus suum. Mendacia sunt secundum suas species confitenda. Quædam sunt alijs noxia, & hæc grauiora non noxijs. Quædam deliberatè prolata, grauiora illis quæ proferuntur à casu: quædam iocosa ad gaudiũ prouocantia, quæ tamen à viris perfectis sunt artanda. Qui verò dicunt mendacia per quandam inaduertentiam: sicut narrantes historias: aut multùm aut prolixè loquentes, debent confiteri quæ noscunt falsa. Qui verò in prædicationibus narrant miracula non vera, aut historias derisiuas seu fabulas: aut textum sanctæ scripturæ trahunt indebitè: vt coaptent verba, malè faciunt: & confiteri debent: quia tot varietates sunt in sacra scriptura, quæ possunt dici: quoniam mendacio non eget Deus. Adulator vt verba blanditoria ad complacendum proferens, vel vt commendetur, vel vt beneuolus fiat: vel vt seruitium recipiat, sunt confitenda tanquàm mendacia exprimendo intentionem quam habuerunt in prædictis: & potissimè quæ adulantur gestibus corporis & actibus manuum & oculorum. vt ostendant affectionem & compassionem ad aliquem: quia tales omnes mendaces & falsi.

Eruditio vtilis ad omnia ista supradicta.

VT autem scias meliùs confiteri, studeas semel in die examinare quomodò tempus expendisti, & discurre per singulas horas cogitando in quibus fuisti, cum quibus personis. quid cogitasti: quid dixisti: quid audiuisti: quid fecisti: vt cognoscas relaxationes linguę cordis, & sensuum: in quibus & quotiens offendisti: aut dedisti alijs materiam offendendi: & sic ordina in mente tua, sicut ea fueris memor commisisse: quia memor explicabis omnia quorum fueris me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mor,& illa pluries pertracta & ordinatè repente in mẽte tua,nec te pigeat in tali examinatione exercere,quia pax & lætitia mentis,quã inde cõſequeris,excedit omne mundanum gaudium,q̃ ſi abſq; difficultate magna & cũ multa trãquillitate animi iſtum modum volueris obſeruare, ſtude in paucis delinquere:vt pauca poſsis recolere & confiteri.Confeſſorem eligas cõpaſsiuum, probatum in tentationibus,& in via cõtinentiæ ſe exercitantem,cui ſæpè cõfitearis,& aperias omnes defectus clarè & lucidè, & ſtimulos quibus moleſtaris. Sit ille charitatiuus,& humilis,diſcretus,& intelligens, ſic, q̃ poſsis ad ipſum cõfidenter recurrere,& ſciat tibi remedium adhibere. Aliter autem ſi cæcus cæco ducatum præſtet,ambo in ſoueam cadunt. Ad iſta melius obtinenda,neceſſaria eſt tibi ſolitudo,quæ eſt via primaria ad cordis munditiam,& tutela ad cuſtodiam. Vnde ſi es religioſus,ſi pacẽ quæris,hinc minus egredieris:verſus.Cella quaſi cœlum tibi ſit qua cœlica cernas.Hic legas,hãc ores mediteris,crimina plangas.Pax eſt in cella,foris autem plurima bella.Si autem es ſæcularis,fuge cõſortia,quãtùm potes,niſi pro euidenti vtilitate aut neceſsitate. Expedit etiam vt portes in corde propoſitum tibi cauendi pro poſſe ab omni offenſa Dei & proximi,& debes armare te cũ oratione dicendo.Deus in adiutorium meum intende,quia ſine auxilio Dei,impoſsibile eſt te à quantuncũque peccato liberari.Et quãuis Deus permittat,quantuncũque ipſum rogaueris in oratione, ne in aliqua peccata incidas,nõ tamen propter hoc deſiſtas à bono propoſito bene operandi, quia hoc Deus permittit: vt cognoſcas te infirmũ,& continuè diuino auxilio indigere,nihilque boni per te ipſum poſſe proficere,quantuncũque cupias & proponas: Propter,quod oportet ſemper orare & nõ deficere,ille autem ſemper orat,qui non ceſſat bene facere & mala vitare deſiderat.Si autẽ ab incœpto bono deſiſteres,eò,q̃ in oratione non exaudireris,tunc eſt ſignum,q̃ ſpiritualis ædificij,quod eſt conſcientię puritas,cares principio,cui eſt annexa cognito propriæ vtilitatis,ad quod conſequitur virtus humilitatis,quæ mentem in bono confirmat,& facit hominem cõtentari de omnibus iudicijs & permiſsiõibus diuinis,circa omnes creaturas & ſe.Dum enim in veritate te ipſum agnoſcis,omnibus compateris, nullum odis, nulli inimicaris, plus gaudes de paſsionibus & pœnis corporalibus,quàm de conſolationibus carnalibus,quia te vides iſta meruiſſe,eſſe vtilia,hæc autem periculoſa.Si ergo omnia præter peccatum diligis,nihil præter peccatum timeas, nihil te præter Deum afficiat,nihil te niſi culpa contriſtet, & quoniam cognitio & accuſatio ſuipſius quæ acquiritur per mentis munditiam in ſollicitudine, & mentali oratione acquiritur, neceſſe eſt vt quiſquis ad hanc puritatem peruenire affectat,ſolitudinem velut matrem omnis munditiæ amplectatur,& ibi in lectione & ſui cordis ſcrutatione,ſic ſe quotidiè exerceat,quòd omni otioſitate vitata,omniq; humana verecũdia poſtpoſita & deſpecta,ad puram & integram & plenam confeſsionem,nunc ſe præparet & diſponat.

Modus cognoſcendi ſeipſum.

POſtremò qui vult ad ſui perfectam cognitionem citò & faciliter venire,ac perfectè pacem conſciẽtiæ poſsidere. Primò cor ſuum ſpoliet omni amore & affectione ſenſuali à quacũque perſona & re temporali,ſic quòd intra Deum & cor ſuum nullum ſit medium impediens,& nihil diligat extra Deum, & tunc talis affectio non erit mediũ impediens,ſed adiuuans & coaptans.Secũdò exuat cor ſuum ab amore inordinato ad ſeipſum:videlicet quòd non ſit fur & latro, honoris & laudis, appetendo aliquid de his quæ debentur ſoli Deo ſimpliciter,nihil etiam terrenum appetat, niſi pro Deo ſeruitio, & vtilitate animæ ſuæ vel proximi,abneget propriam voluntatem,cupiat alienum velle potius, quàm ſuum perficere, nec à volũtate Dei, ac eius permiſsione animus ſuus diſcordet.Tertiò ad ſuæ conſciẽtiæ ſtimulum frequẽter ſe exerceat,memorando prẽterita delicta,ſe ipſum arguendo de negligentia,cõcupiſcentia,& nequitia. De negligentia quidem ſe arguat,ſi cor ſuum non bene cuſtodiuit,ſi tempus ſuum inutiliter expendit, ſi opera ſua in finem debitum nõ reduxit. Adhuc ſi fuit negligens in oratione, & in lectione, & boni operis executione quorum vnum non ſufficit ſine altero. Adhuc ſi fuit negligens ad agendum pœnitentiam de cõmiſsis,ad reſiſtẽdum tentationibus à Deo permiſsis, ad proficiendum in bonis ſibi oſtenſis. De concupiſcentia autem ſe reprehendat,cogitãdo ſi in ſe viuit,aut vixit concupiſcentia & voluptas appetendo dulcia,& mollia,& ciba ria ſapida:veſtimenta deliciosa,& oblectamenta luxuriosa, cum oĩa in primo motu ſint fugienda. Item ſi viuit in ſe vel vixit concupiſcentia curioſitatis,appetendo ſcire occulta Dei,aut creaturarum: videre pulchra,habere pretioſa,& ſimilia quæ omnia procedũt ex auaritia.Item ſi in ſe viuit,aut vixit concupiſcentia vanitatis appetendo humanum fauorem:vel honorem laudem, propriam gloriam, hæc omnia quæ faciunt hominem vanum, ſunt fugienda, à quocũque & maximè religioſo, qui debet ambulare in veritate coram Deo & hominibus in cunctis bonis operibus ſuis & ordinare cor, verba, & opera in laudem Dei & ædificationem proximi, & vtilitatem ſui, nihil extra Deũ vllatenus appetendo.De nequitia verò ſe arguat,cogitando ſi in ſe vixit aut vixit iracũdia in verbo in animo:vel in exteriori ſigno,& ſi aliquem ad iracũdiam prouocauit.Hoc autem vitium non poteſt corrigi,niſi per ſpiritum veritatis:vt ſcilicet homo cõſideret quid meruit per peccatum mortale,ac per hoc bonitatem Dei attendat,& patientiã,quæ ipſum ſuſtinuit vſq; nunc,nec adhuc eum damnare vult, cum iuſtè poſsit ac poterit quotiens mortaliter deliquit. Cũ ergo veritas ingreditur animã, & ibi permanet omne cor impatiens & furioſum efficitur humile & manſuetum,& omne cor durum,& ipſum efficitur pium & compaſsiuum. Hæc autẽ virtus ingreditur ſolummodò in cor mundatum. Item cogitet ſi in ſe viuit aut vixit nequitia inuidiæ, quæ de bono alterius contriſtatur, & de malo iocundatur,quod vitiũ directè cõtradicit ſpiritui ſancto. Et ideò ex inuidia oritur peccatum in ſpiritum ſanctum, quod dicitur inuidentia,cõtra,quod ſcriptum eſt in Matth. An oculus tuus nequam eſt,quia ego bonus ſum. Et ideò peccatum hoc nõ remittitur in hoc ſæculo,neque in futuro. Item cogitet ſi in eo eſt vel fuit nequitia accidiæ,quæ conſurgit ex tædio boni,ut ex otioſitate nimia, aut ex timore:vel dolore alicuius mali. Et ex hoc oriuntur peſsimæ ſuſpitiones,maligna cogitationes,blaſphemiæ, diffidentia de Deo, & finalis deſperatio. Ad hanc ſæpiſsimè veniunt inſolentiæ dediti, & qui ſe negligunt in bonis exercere,& tempus ſuum vtiliter expẽdere,necnon qui nimis eſt vitioſus ambitioſus appetendo exceſsiuè honoré,talis qui appetit ſupra meritum ſuæ ſufficientiæ, nunquam habet,quod appetit, ſed peius eſt iuſto Dei iudicio, tantò magis ad ima trahuntur,quantò magis ſeipſos eleuauerunt & procurauerunt per alios trahi ſurſum.Qui ergo hoc vitium vitare deſiderat,ſtudeat otium euitare, ac mentis & corporis ſuperare pigritiam eorúmque occaſiones præſcindere,quæ ſunt amor quietis,& immoderantia victus, propter has duas cauſas, & peccata peſsima perpetrata ſunt. Et his occaſionaliter venit ira Dei ſuper Sodomam & Gomorram. Ideireò ſancti patres fugientes de hoc ſæculo ad deſertum,contra illud vitium accidiæ quæ inficit & diſsipat omne bonum, ſtatim armis temperantiæ,& occupationis & continentię,ne otioſitatem radicem omnis mali incurrent,ſe principaliter muniebant.

Peccatorum origo.

OMnium vitiorum capitalium vnum eſt initium,ſcilicet ingratitudo. Duplex enim radix eſt, ſcilicet timor mundi humilians, & amor malè inflamans. Triplex fomentum eſt, ſcilicet concupiſcentia carnis, & oculorum, & ſuperbia vitæ ſeptiforme caput eſt ſuperbia,ira,inuidia, accidia, auaritia, gula luxuria, inter quæ ſunt quinque peccata ſpiritualia,& duo carnalia. Cùm tamen peccatum mortale non ſit aliud,quàm receſſus à Deo per ipſius conceptum in ſe:vel in ſuo præcepto. Contemptus autem Dei ſit ſuperbia, igitur neceſſe eſt: vt omnis peccati mortalis culpa ſumat initium à ſuperbia,quia verò nullus contemnit Deum vel ſuum præceptũ, niſi quia aliquid ab ipſo timet perdere, aut vellet acquirere, ideò oportet, quòd omne peccatum actuale trahat originem ab hac duplici radice,aut amoris aut timoris. Omnis autem timor habet ortũ ab amore,quia nullus timet perdere,niſi,quod amat,& ideò amor & timor ab eodem fouentur, & quia amor inordinatus eſt reſpectu boni tẽporalis, & illud eſt interius excellentia & exterius pecunia, inferius carnis laſciuia, ideò tria ſunt fomenta peccatorum vitiorum actu alium,& radicalia ad quæ dum anima inordinatè fertur,omnia peccata actualia ordinantur,& quia hoc ſit ſecundum ſeptiformem modum, ideò ſunt ſeptem peccata capitalia, ex quibus generatur vniuerſitas peccatorum.

Peccata in ſpiritum ſanctum.

QVamuis omne peccatum ſit contra Deum trinum & vnum, appropriatur tamen Deo aliquod peccatum eſſe in patrem,aliquod in filium,aliquod in ſpiritum ſanctum.Peccatum autem in ſpiritum ſanctum,eſt irremiſsibile in hoc ſæculo, & in futuro, nõ quia in hoc ſæculo non poſsit dimitti, ſed quia non dimittitur niſi raro, aut vix in hoc ſæculo,quantùm ad culpam, & modicum in futuro, quantùm ad pœnam. Huius autem peccati ſex ſunt differentiæ,inuidia fraternæ gratiæ, impugnatio veritatis agnitæ,deſperatio,præſumptio,obſtinatio,& finalis impœnitentia.Primum eſt contra charitatem Dei, inquantùm dolet, quòd Dominus Deus eſt bonus, qui ex bonitate ſua dat gratiam,& eſt cõtra charitatem proximi.Secundum eſt contra veritatem fidei,quæ eſt fundamẽtum noſtræ ſaluteis. Tertium eſt contra miſericordiam Dei,quia credit ſe plus peccaſſe, quàm Deus poſsit parcere. Quartum eſt contra iuſtitiam Dei,quia tantum præſumit de miſericordia Dei, quòd credit ſe non debere puniri de peccatis, ac per hoc ſe relaxat ad peccandum & pœnitere non curat.Quintum eſt contra gratiam pœnitentialẽ,quæ facit reſilire à peccatis cõmiſsis.Sextum eſt cõtra gratiam pœnitentialẽ,quæ facit prẽcauere à cõmittendis,ſecundum q̃ ipſa finalis impœnitẽtia dicitur propoſitum nõ pœnitendi.Si enim eſt ſpecies peccati in ſpiritũſanctũ,ſecũdũ autẽ, q̃ finalis impœnitẽtia dicit cõtinuationem peccati vſq; in finem, ſic eſt ſequela omnium mortalium peccatorum quæ in hac vita nõ remittuntur: & maximè omnium ſpecierũ peccati in ſpiritumſanctũ:& ſic omne peccatũ initium ſumit à ſuperbia,& finẽ habet à finali impœnitentia,in quã deuenit, punitur in gehennam:à qua finali impœnitentia nullus peccans mortaliter poteſt liberari:niſi interueniat gratia mediatoris Chriſti.

Peccati deſcriptio.

CVm omne peccatũ dicat receſſum volũtatis à ſuo primo principio,inquãtũ ipſa volũtas nata eſt agi ab ipſo:& ſecundũ ipſum & propter ipſum,ideò omne peccatũ eſt inordinatio mẽtis:ſiue voluntatis:circa quã notæ ſunt eſſe virtutes & vitia. Peccatum igitur actuale eſt actualis inordinatio voluntatis:vel ſecũdum Aug. Peccatum actuale eſt dictũ vel factum, vel concupitũ contra legem Dei. Inordinatio autẽ iſta, aut eſt tanta, quòd ordinẽ exterminat iuſtitiæ:& ſic dicitur peccatũ mortale,quod natum eſt auferre vitam ab anima,ipſam ſeparando à Deo,per quẽ viuificatur anima iuſti: aut eſt tam modica,q̃ ordinẽ iſtum nõ perimit: ſed aliquantulum perturbat:& ſic dicitur veniale peccatũ: quia de ipſo citò poſſumus veniam obtinere,pro eo,q̃ ipſum non tollit gratiam: nec per ipſum incurritur inimicitia Dei.Ordo autẽ iuſtitiæ eſt vt bonũ æternum præferatur bono temporali & bonũ honeſtum præferatur vtili: & Dei volũtas præferatur voluntati propriæ: & iudicium rationis præſit ſenſualitati humanæ:& quia lex Dei præcipit hoc & vetat oppoſitum:& ideò quando æterno temporale:honeſto vtile: ſenſualitas rationi:& voluntas propria præfertur Dei voluntati,cõmittitur peccatũ mortale:de quo dicit Ambro.& eſt præuaricatio legis Dei, & cœleſtium inobedientia mandatorum. Hæc autẽ committitur, quando omittitur quod lex præcipit:ſiue ſit quod lex vetat. Ex quo oritur duplex genus peccati,ſcilicet delictũ & omiſsum:quãdo verò bonũ temporale plus debito modo diligitur: ſed nõ præfertur æterno:& honeſto præfertur vtile:& volũtas naturalis plus debito amatur:ſic tamen,q̃ nõ præfertur diuinæ:& caro cõcupiſcit: nõ tamen præfertur iudicio rectæ rationis: tunc eſt peccatũ tantùm veniale: quia licèt hoc ſit præter legẽ diuinam, nõ tamen eſt directè contra eam.Senſualis autẽ appetitus nõ præfertur rectæ rationi:niſi quando ratio ei conſentit: & ideò peccatũ mortale non cõmittitur ſine conſenſu.Si autẽ ſenſualitas inordinatè mouetur:cũ iſta inordinatio ad malum declinet:& hoc ratio nõ conſentiat ad aliquod peccatum:quia aliquo modo lædit ordinẽ iuſtitiæ: & quia in ſtatu innocentiæ nõ mouebatur ſenſualitas:niſi ſecundũ motum rationis: ideò ſtante hoc nõ poterat ibi eſſe veniale peccatũ. Nunc autẽ quia ratio ni repugnat ſenſualitas:velimus,nolimus,ideò neceſſe habemus cõmittere veniale peccatũ aliquod per primos motus: & licèt quædã particulariter ac ſigillatim poſsint deuitari, omnia tamen nullo modo poſſunt caueri: quia ſicut peccata ſunt, ita & pœnæ peccati originalis & actualis:& ideò meritò dicũtur venialia:quia hæc ipſa digna ſunt venia:verum quia ratio his conſentire nõ compellitur,ſi poſt conſenſum delectationis conſentiatur in opus:tunc eſt plenus conſenſus,ac per hoc eſt peccati cõſummatio, quæ prouenit vſque ad ſuprema portionem rationis,ex qua pendet plenitudo cõſenſus. Quia verò nõ ſolùm cõſenſu in opus, verũ etiam in delectationem cõſenſus eſt in quo inferior pars ſequitur ſenſualitatẽ, ideò ſi in delectationem ſenſualem: ratio ſenſualitati conſentiat & ſuccumbat: propterea ſit ſubuerſio ordinis recti:& ſic ſit ſubuerſio iuſtitiæ:propter quod cõmittitur peccatũ mortale,quamuis minus graue: quia non ſolùm imputatur inferiori parti rationis: ſed etiam ſuperiori: quæ debuit compeſcere & cohibere inferiorem ne conſentiat.

Confeſsio ſiue humiliatio ſuipſius.

ECce deſcripſi cor mundum & conſcientiam purã: vir ergo immundus & maculatus multũ meĩ ſciens oſtendere: & meipſum neſciens: alienos defectus dijudicãs: & meos nõ inſpiciens: vitia & occaſiones vitiorũ vobis aperiens: & ipſa vitia in meipſo corrigere negligens:feſtucã in oculo alieno proſpiciens:& in meo trabẽ non conſiderans:alienæ vitæ dux eſſe præſumens: & moderamina vitæ propriæ nõ tenens:omniũ mores diſcutiens: & meos nõ deſerens: erga meipſum cæcus permanens:& circa alios oculatus exiſtens:fraterna tamen charitate coactus:quia omnium fratrũ animas ſincerè amplector,eò maximè quo eas ſentio perfectã cordis affectare mũditiam mundúmq; cor ſollicitè ac ſtudioſè perquirere quo ipſam attingere valeatis:vt ſuprà ſcriptum eſt: veſtra charitatiua dilectio humiliter & benignè ſuſcipiat vbique: ſicut in ſpeculo & exemplo veriſsimo viam & ianuam per quã ingreditur anima in atrium domus domini:quod eſt conſcientiæ puritas diligẽtiſsimè ſpeculetur firmiter attendentes,q̃ ad dictũ atrium nullus vnquàm in hac vita peruenit,niſi modo prædicto ſeipſum agnoſcere ſtudeat ſecundum notitiam ſibi datã à domino: ſuámq; cõſcientiam mundã & immaculatã ſeruare:& per confeſsionẽ puram,verã,& integram ſuperiùs memorantẽ.Ipſe námq; modus confitẽdi ſuper humilitate perfectè fundatur,procedẽs ex filiali Dei timore:qui nõ patitur in corde habitare peccatũ:nec circũſtantias peccati: quibus putet Deum offenſum:dummodò ſtatim euomat per cõfeſsionẽ ſecũdum ſui poſsibilitatẽ & notitiam habitã de offenſa: & huiuſmodi ſollicitudo ſeruandi cor mundum & conſcientiam purã,eſt ſignũ congruum & euidens,q̃ quis inter Dei electos filios cõputetur. Vnde talis anima ſecurè poteſt dicere.Domine dilexi decorẽ domus tuæ.i. mũditiam animæ meæ:& locũ habitationis gloriæ tuæ. i.puritatẽ conſciẽtię: & ratio:quia in voluntate tua præſtitiſti decori puritatis meæ virtutem:& in iuſtitia apparebo purus & mundus in conſpectu tuo:& ſatiabor cùm apparuerit gloria tua : ad quã nos perducat ipſe Deus qui viuit & regnat,&c.

Explicit Opus ſexageſimumquartum beati Thom. Aquin. de modo confitendi & puritate conſcientiæ.

Incipit eiuſdem Doctoris, opus 65. de officio ſacerdotis.

Dubium.

QVIA ſacerdotis officium circa tria principaliter verſatur.videlicet circa diuinorũ officiorum celebrationẽ, eccleſiaſticorum ſacramentorum collationem, & populi inſtructionem: de his omnibus aliqua per ordinẽ ſub breuitate ad laudem & gloriam Dei & ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti & cõmunem vtilitatẽ & maximè ſimpliciũ ſacerdotũ eruditionẽ prout occurret nobis ex inſpiratione domini & de ſanctis & ſanctorũ patrũ, & ſanctarum conſtitutionum regulis melius & ſubtilius deſcribemus.

De horis canonicis.

DIuina quidem officia in ſeptẽ horas canonicas diſtinguuntur.ſ. matutinã:primam:tertiam:ſextã:nonam:veſperas: & cõpletorium.Has ſeptẽ horas debet ſacerdos quolibet die domino reddere horis cõpetentibus.vt 91.diſtin. presbyter mane:& extra de cc.miſ. presbyter:niſi eſſet infirmus,in quo caſu excuſatur.91.di.clericus victum.Ex quo patet,q̃ nõ debet miſcere horas ſub vna oratiõe:ſicut quidã faciũt & male:ſed ſingulas horas dicat & diſtinctè.Si verò iuſto impedimẽto detẽtus,horis cõpetentibus nõ poſsit reddere, reddat poſteà quãdo poterit.ar.de do.& cõtu.cũ dilecti.Debet autẽ ipſas reddere in eccleſia ſi põt:iuxta,illud.In eccleſijs benedicite Deũ, aliter reddat vbiq; & honeſtè.quãdo cõmodè poterit. Ad has ſeptẽ horas tenetur ſacerdos:& alij clerici cõſtituti in ſacris ordinib⁹,ſiue habeãt beneficiũ ſiue nõ:& omnes illi qui percipiũt eccleſiaſtica ſtipẽdia in quocũq; ordine ſint.arg. extra.de poſ.c.1.& ad Hebr.2. Sunt autẽ eccleſiaſtici redditus deputati:vt ex eis ſuſtẽtentur qui in eccleſia reddũt domino diuina officia.vt extra de cler. nõ re.in eccle. vel præ.c.cũ ad hoc.& de vi.& ho.cle.c.cum ab omni.In modo verò & ordine officiãdi,quælibet eccleſia ſe cõformare debet eccleſiæ matrici.i.Metropoli.vt de cõ.di.2.inſtitutio.& 22.di.de his.Diebus tamen dominicis.18.Pſal.& 9.lectiones.& 9.Pſal.dicimus alijs diebus minùs ſolennib⁹:& pro feſtis.12.Pſal.& ter.lect. In ſeptimana verò paſchali:& in ſeptimana Penteco.3.Pſal.& 3.lect.dicimus. Illi verò qui in alijs diebus tantùmmodò.3.Pſal. & 3.lect.celebrare volũt,nõ ex regula ſanctorũ patrũ:ſed ex faſtidio &negligẽtia probãtur hoc facere.& de cõ.di.5.in die reſurrectiõis nec debẽt prętermittere officium mortuorũ,quãdo dies ſolennis nõ impedit.vt extra.de cc.miſ. quidã.c.2.cũ creatura: miſſas quidẽ nullus celebret , niſi ieiunus,& ſemel in die,excepto die natalis domini,in quo tres miſſæ celebrantur.vt de cõſe.di.1.nocte natiuitatis ſanctæ.Si verò neceſsitas immineat:puta quia oportet ſacerdotem celebrare pro defuncto, vel pro ſpõſalibus,vel ſcrutinio:& pro die:tũc poteſt bis celebrare,vt de cõ. di.1.ſufficit.& extra.de cc.mi.cõſuluiſti. Debet autem vino ſacerdos perfundere digitos poſtquã accepit totũ eucharistiæ ſacramentũ,& illud ſumere:niſi eodẽ die aliã miſſam debuerit celebrare:q̃a ſi vini perfuſionẽ eodẽ die peiperet,nõ poſſet poſteà celebrare: vt putã nõ ieiunus.vt extra.de cc.miſ.ex parte veſtra.Debet autẽ ſacerdos ponere in ſacrificio miſſæ,panẽ azimũ infermẽtatũ.ſ.hoſtiã de puro frumento,nõ de alio blado:& vinũ aqua mixtũ.vt de cõſ.di.2.in ſacramento.&debet plus ponere de vino:& lõgè minus de aqua.vt extrà de cc.miſ.& pernitioſus.& quoties celebrat ſacerdos,toties ſanguinem & corpus dñi accipiat.vt de cõſe.di.2.relatũ. Paret autẽ ſacerdos calicẽ per ſe.vel paretur ipſo præſente,vel faciat parari corã ſe. obliuione:ſicut iam plures ſtulti fecerũt.Si verò nõ habeat vinũ, poteſt vuas maturas in calice cõprimere.& illud expreſſum aqua mixtum cõficere.vt de cõſe.di. 2.cũ omne crimen. miſſam tamen celebret in ieiunio in hora.nona alias miſſas celebret in mane ab aurora vſq; ad tertiã.vt de cõſe.di.1.ieiunus. & c.ſoleot. Celebret autẽ in eccleſia:& nõ in alijs locis,vt de cõſe.di.1.ſicut nõ alij.Si verò cogat neceſsitas:puta qa eſt in itinere poteſt celebrare ſub diuo:ita tamen, q̃ habeat ſupra altare,tabulã q̃ Epiſcopũ cõſecratã.vt de cõſe.di. 2. cõcedimus.Debet autẽ illa tabula eſſe lapidea,nõ lignea. vt de cõſe. di.1.altaria.Calix verò in quo cõficitur,debet eſſe aureus:argenteus;

Universidad de Deusto Biblioteca

vel stanneus.vt de cõser.di.1.calix.Corporale verò debet esse album, nullo colore tinctum:vt de cõse.di.1.cõsulto. Debent etiam oĩa ista, scilicet calix:vestes & vtẽsilia altaris in quibus sacrificatur,cõsecrari, & per Epm bñdici:vt de cõse.di.1.c.1.vt extrà.de sa.vn.cũ venissent. quæ postquã fuerint nimia vetustate cõsumpta,cõburantur,& cineres in loco mundo iactẽtur:vt pedibus transeuntium nõ coinquinẽtur:vt de cõse.di.1.altaris palla.Habeat autẽ sacerdos crucẽ ad altare cũ celebrat,quia in illo mysterio pasio Christi representatur in memoriam Dñicæ pasionis, sicut in reuerẽtiã pasiõis Christi facimus festum de sancta cruce:vt de cõse di.3.crucis Dñi.& c.sextam.Debet autẽ sacerdos verba canonis missæ ab illo loco q pridie,quã pateretur:vsq; in finẽ cõsecratiõis,cũ summa diligẽtia & sollicitudine ꝓferre:vt nõ erret in eis,& nõ omittet aliqd ibi,nec reiteret,qa cętera quę ꝑcedunt & quæ sequuntur,sunt de solẽnitate missæ,sed illa sunt de substãtia missę:vtpotè in qbus fit cõsecratio corporis & sanguinis Christi,illis omissis nõ fieret cõsecratio:vt de cõs.di.2.panis in altari est.Debet autẽ sacerdos ꝑficere totã formã verborum illorum in cõsecratione panis.s.vsq; hic.hoc est ẽm corpus meũ,& tũc.s. quia iam Facta est cõsecratio corporis Christi & ipse Dñs noster Iesus Christus est in altari inter manus sacerdotis,cũ angelis sanctis: vt de cõs. di.2.qd sit sanguis.Sacerdos se reuerẽter inclinet adorãs verum corpus Christi.Et postea eleuet in altum spectãte populo:vt populus simul adoret.Aliàs si ante cõsecrationẽ eleuaret,faceret hydololatrare populũ & populus in honorẽ non reciperet.Habeat autẽ sacerdos Lumẽ accẽsum,qñ cõficit & cũ sumit sacramẽtum eucharistię in missa,& qñ portat illud ad infirmum cõicandum:vt extrà. de cel.missa nè.& c.literas.& si distillauerit aliqd de sanguine , lãbat illud si põt, & si ceciderit in ligno vel lapide:vel in terra, radat illud sacerdos & cõburat,& intus altare abscõdat.Si verò ceciderit in pãnum,lauet illud tribus vicibus,sumẽs loturã in calice,& ponat pãnum iuxta altare:vt de cõse.di.2.si p negligentiam.Debet autẽ abstinere à celebratione,si habet consciẽtiã mortalis peccati,nisi confiteatur primò:vt 1.q.1 sacerdos.Si verò culpa ex sua ceciderit in pollutionẽ nocturnã, puta quia cogitauit peccatũ ex delectatiõe,& ex hoc pollutus est,debet abstinere donec confiteatur.Si verò sine culpa sua,puta ex naturæ supfluitate,eodẽ die celebrare põt.Si verò ex alia leui causa, puta ex superflua potatione,seu ingurgitatione,eodẽ die abstinere debet, nisi immineat necesitas,& nõ habeat aliũ sacerdotẽ:vt de con.di.6. testamentum. Abstineat etiã sacerdos si sit in notoria fornicatione: vt 21.di.q sciunt,quia peccat ipse mortaliter celebrãdo,peccãt etiam qui audiunt missam ab eodẽ:vt 22.dist.nullus clericorũ.& c.quęsitũ. Abstineat autem oĩnò si sit suspẽsus vel interdictus aut excõicatus, quia efficeretur irregularis per hoc. Et quia talis suspẽsus est quò ad se,& quò ad alios,peccat qui à tali recipit ecclesiastica sacramẽta sciẽter,si tñ sit ligatus minori excõicatione,nõ est suspẽsus quò ad alios, quia licet ipse peccet in cõferendo ecclesiasticum sacramẽtum, non tñ peccat in hoc,qui ex fide ab ipso recipit:vt extrà. de cler.ex.mi.si celebrat.de con.s.cle.& mu.vestra.Et propter hoc qñcũq; sacerdos communicat excõmenicatio in verbis vel in alijs faciat se absoluere à quocũq; sacerdote si potest.Si verò sacerdos in ipsa celebratione recordatur alicuius peccati mortalis, confiteatur si potest vel saltem conteratur & perficiat.Si verò non potest cõfiteri,nihilominùs cõficiat,quia grauius peccaret,si deluderet populum: vt extrà.de ce.mi. c.cùm homine.Si verò in ipsa celebratione sacerdos intercipitur in aliqua pasiõe & nõ posit perficere , alius sacerdos incipiat vbi ipse dimisit,& perficiat:vt 7.q.1.nihil.Debet etiam sacerdos habere scholarẽ in missa,qui iuuet ipsum, quia illud officium facere non potest solus.extrà. de si.pres.proposuit. imò debet habere duos si potest ad minus:vt illa salutatio,Dñs vobiscum.verificetur.extrà.de cons.di.1. hoc quoq;.Potest autẽ sacerdos pro pecunia celebrare,& locare operas suas ad annum vel mensem vel ad diem, sicut voluerit, si ad hoc non tenetur ratione beneficij vel officij.extrà.de præ.signatũ. & 12. q.2.charitatem. quia si tenetur,non potest sine peccato pecuniã petere:vel aliquo modo exigere:vt extrà.de si.cum in ecclesię corpore, tñ spontè oblatam potest pecuniam recipere:vt 1.q.2.quã pio.Vnde sacerdos pro diaconis ecclesiæ suæ non potest ex pacto exigere, nec pignora petere:vt 1.q.1.placuit vt vnusquisque : sed pro diaconis aliquarum ecclesiarum potest, quia ad hoc nõ tenẽtur,sed si volunt soluere,soluãt, ꝙ in talibus est cõsuetũ,sacerdos postquã fecerit suum officium , liberè & absolutè potest illud petere & ad soluendũ illud per superiorẽ compellere.extrà.de si.ad audientiam.Tñ non potest sacerdos illa intentione celebrare vel officiare: vt ex hoc pecuniam consequatur,quia peccaret mortaliter,licet nõ sit symonia:vt extrà. de si.tua nos.Pecunia ergo non debet esse causa celebrandi,sed occasio excitans & inducens causa enim debet esse id ad quod talia sunt inducta,seu instituta. Si verò offerentes habeant corruptam intentionem, credentes talia obtinere pro pecunia,non obest sanæ intentioni sacerdotis:vt prima quæstione prima,iudices.ita tamen,quod sacerdos intentione sua vel in vsu pecuniæ non offendat. Caueat autem sacerdos ne recipiat oblationes pro defuncto excommunicato:vel præciso: vel qui decesit in peccato mortali notorior, quia pro talibus nõ debet orare.90.di.c.oblatiões.& 13.q.2.ꝓ obeũtibus. Si verò in cõfesione veræ fidei decesit, etiam si sit in inferno, quia dubium est,tamen licet orare pro ipso,quãuis nõ posit proficere ei. 13.q.2.nõ extimemus.Tales enim nõ debẽt sepeliri in cimiterio ecclesię,imò si possent discerni sepulti,deberẽt exhumari & eijci extra cœmiteriũ.extrà de sepulchris sacris , cœmiteria in quibus corpora mortuorum excõmunicatorum sunt sepulta, debẽt recõciliari aspersione aquæ benedictæ,sicut fit in dedicationibus ecclesiarũ.extrà de conse.ec.vel altare cõsuisti. Soli etenim catholici sepeliẽdi sunt apud ecclesias:vt fideles euntes & redeuntes orent pro ipsis: vt 13.q.2. non extimemus.Vtrum autem celebrare quotidie : vel ex reuerentia aliquando abstinere sit melius sacerdoti,hoc relinquitur intẽtioni suę: vt faciat in quo Deo credat magis vel melius placere,& ponitur exẽplum de Zacheo & Centurione.quorum vnus placuit recipiẽdo, alter propter reuerentiam abstinẽdo,dicens. Domine nõ sum dignus vt intres sub tectum meum.de cõs.di.2.quotidiè.& sicut mulier quę patitur menstruum si vult communicari & intrare ecclesiam ex deuotione,nõ est prohibenda,sed si ex reuerentia vult abstinere,est laudanda:vt 5.di.ad eius vota. Ex negligentia tamẽ nunquàm sacerdos debet omittere:vt extrà.de cele.mis.cum creatura.

De sacramentis ecclesiasticis. De baptis.

VIso de officijs ecclesiasticis:videndum est de sacramentis ecclesiasticis quæ sunt septem,scilicet baptismus,confirmatio,pœnitentia eucharistia,extrema vnctio,ordo, cõiugium seu matrimonium, & primo de baptismo, qui ordine prior est & necessarium est.17.di. verum.Est enim ianua seu fundamentum sacramentorum.extrà. de pres.non bapt.veniens:vnde siquis omisso baptismo ordinatur, non recipit caracterem.vt 1.q.1.siquis confugerit: vt siquis presbyter deprehenderet se non esse baptizatum,debet baptizari,& iterum ordinari.extrà.de pres. non bap.veniens.Consistit autem hoc sacramentum in duobus in elemento aquæ,& forma verborum : vt 1.q.1. detrahe.& extrà.de bap.& eius effectu.nõ vt apponeres. In aqua enim debet baptizari,non in alio liquore,& vndecũque sit illa aqua sufficit,siue de mari,siue de fonte,siue imbrib⁹, siue de glacie resoluta. Forma verborum est illa, quam Dominus dedit Apostolis dicens. Ego baptizo te in nomine patris & filij & spiritussancti.extrà.de baptis.& eius effectu. nõ vt apponeres,ita quòd nihil omittatur de his verbis,& si omiserit aliquẽ de tribus ꝑsonis,non dicitur baptizatus. de conse.distin.4.in synodõ.Nec debet omitti hoc verbum,dum dicitur ego baptizo te. extra de baptis. & eius ef.si quis puerorum. Si tamen corrumpat verba sacerdos ex ignorantia latinæ locutionis non nocet sacramento.de consecratio.distinction.4.retulerunt.Ex satisfactione autem debet immergere ter secundum huius nostræ regionis consuetudinem.de conse.distinct.4.de terna:& debet formam verborum ore exprimere:& dum dicit verba baptizando, debet immergere in aquam.vt 1.quæstio.1.detrahe.Cætera verba quæ adhibentur ante & post oleum & crisma,non sunt de substantia baptismi:sed de solennitate.Si tamen sacerdos illa omittat ex contemptu peccat grauiter:quia sunt introducta ex generali consuetudine ecclesiæ.de conse.dist.4.siue paruuli & generales consuetudines seruari debent:sicut euangelia.vt 11.d.ecclesiasticarum.Sit autem sacerdos cautus vt per sese immergat & per se eleuet puerũ de sacro fonte propter contingens periculum pueri:& posteà tradat eum astantibus:& sciat se patrem spiritualem pueri & compatrem parentum ex sola immersione:sicut alij eleuantes.20.q.1.omnes ita ꝙ filia carnalis sacerdotis cõtrahere non potest cum baptizato ab ipso:& matrimonium contractum summatum & dissoluetur:sicut inter filios duorum compatrum.extra de cog. spi.ex literis. Si vero immineat necessitas vel infirmitas baptizandi : vt nõ possint solennitates obseruari : quia timetur de morte baptizandi : tunc sacerdos habeat aquam paratam in fonte vel in vase & immergat puerũ ter in aqua dicendo:ego baptizo te in nomine patris,& filij,& spiritussancti,& posteà si habeat oportunitatẽ repetat ea quæ omisit.extra de sa.vnc. c.pastoralis.& c.presbyter.Si verò contingat imminente necessitate,ꝙ puer baptizatus sit per aliquã mulierem vel laicũ: quia sic fieri aliquando consueuit presbytero absente:sacerdos in tali casu : quia probabiliter dubitat,baptizet eundem sub ista forma verborum.Si tu es baptizatus,non te baptizo:sed si nõ es baptizatus,ego te baptizo in nomine patris,& filij,& spiritussancti.vt extra de baptism. & eius ef.de quibus.Si autẽ puer inueniatur in platea:vel cimiterio,& dubitetur vtrũ sit baptizatus:sicut sæpè fit de expositis & proiectis, baptizari debet.de conse.dist.4.paruulos.Si verò aliquis magnus & adultus venit ad baptizandum , quem sacerdos præ mole corporis non posit immergere, tunc sacerdos fundat aquam super corpus eius dicens:ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritussancti.& sic recipit baptismũ.Tali enim adulto nõ imponitur pœnitẽtia de cõmissis ante baptismũ nõ sufficit tali peccatori baptismi sacramentũ ad remissionẽ peccatorũ omniũ,tã originaliũ,quã actualium:vt de cõ.di.4.sine pœnitẽtia.Requirit tamẽ in eo cordis cõtritio sine qua

nõ sequeretur veniã de actualibus peccatis,vt de cõse.di. 4.omnis.Et talis adultus debet respõdere de fide per se non per aliũ: cũ sacerdos quærit de articulis fidei dicens.Credis in Deũ patrẽ,&c. Credis & in Iesum Christũ,&c.Vt de cõse.di.4.paruulus:sed paruuli respõdẽt per alios:quia per se nõ possunt hoc ꝓferre.de cõse.dist.4. paruulus.Habeat autẽ sacerdos orariũ siue stolã ad colũ cũ baptizat. 13.di.eccle.Habeat etiã cereũ accẽsum,vt ostendaĩ sub typo luminis corporalis lux illa quę illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mũdũ:sicut.21.di.clericos:vel cleros:vt ex hoc apud homines fides augeatur:similiter extra.de ce.mis.sanè.Admoneat autẽ sacerdos parrochianos suos,vt in septimana ante pasionẽ domini nostri mittãt pueros suos vt instruantur de symbolo.de cõse.di.4.ante baptismũ. & c.ante 20.dies.credo,ꝙ si sacerdos sit in tali loco,ꝙ nõ posit habere aquã de fonte vel de riuo:vel aliũ,defodiat terrã si posit inuenire:& si nõ poterit habere,imploranda est bonorũ omniũ largitoris gratia:vt 20.di.de quibus.Si enim sacerdos facit,quod potest: & quod nõ potest cõmittit Deo,tũc enim ipse supplet defectũ.vt 22. di.qui quæritur.Paruuli delati ad baptismũ respõdeãt per alios:quia per se nõ possunt.Idẽ est de mutis surdis & egrotis qui per se nõ possunt.vt de cõse.di.4.paruuli.Potest autẽ dari baptismus quãdoq; eadẽ hora quãdo natus est puer:ne interueniẽte morte,paganus mori valeat qui redimitur per baptismũ.vt de cõse.dist.4.beati.Generalis autem baptismus nõ debet celebrari,nisi in sabbato sancto,& sabbato Penthe.vt de conse.di.4.duo tẽpora.Nemo autẽ potest baptizare seipsum:sed alter debet esse baptizans & alter baptizatus.vt extra.de bap.& eius ef.debitum.Ista duo sunt necessaria homini ad salutem, fides & sacramẽtũ:sed vbi alterũ deest ex necesitate,ipse De⁹ supplet ꝙ deest:ĩ puero supplet fidẽ:in adulto supplet sacramẽtũ.vbi vtrũq; deest aĩa in ęternũ dãnaĩ.vt de cõse.di.4.firmisimè.Cõpaterni verò qui cõfitenĩ fidẽ pro puero in baptismo,tenenĩ instruere ipsum puerum iam adultũ de fide & charitate.vt de cõse.di.4.vos autẽ omnia. Cauere autẽ debet sacerdos,ne vir teneat filium vxoris suæ ad baptismum siue habeat de se:siue de alio:neq; vxor filium viri sui:si tamen factum fuerit ex simplicitate vel ex malitia,nõ sunt propter hoc separandi.vt 30.q.1.dictum.& extra.de cog.spi.c.si quis.Si tamen pater vel mater filium suum baptizauerit in mortis articulo,cũ nõ potest habere aliũ qui baptizaret,non sunt separandi:nec aliquo modo peccauerunt.vt 30.q.1.ad lumina.Potest autem ille idem qui tenuerit puerũ ad baptismũ tenere ad crisma,cũ ex pluribus filijs aliquis compater fieri posit.de cõse.di.4.in cathecismo.Ille tamen qui nõ baptizatur:vel crismatur:nec ad baptismũ:nec ad crisma tenere potest.vt de cõse.dist.4.in bapti mate.

De sacramento confirmationis.

DE sacramento confirmationis siue crismationis,breuiter transeamus,prout spectat ad sacerdotem:quia illud sacramentũ spectat ad collationem Episcopi:presbyter enim vngit puerum sacro crismate iam baptizatum in vertice:sed Episcopus vngit cum sacro crismate in fronte.vt de cõse.di.5.nouisimè de hoc plenè tractatur extra.de sa.vn.c.cũnq; venisset:& in hoc sacramento contrahitur cõpaternitas:sicut in baptismo.vt de cõse.di.4.in cathecismo.30.q.4.si quis ex vno.debet enim sacerdos monere parrochianos suos:vt filios suos crismari faciant:quia in confirmatione vel crismatione pleni efficiuntur Christiani de cõse.di.1.omnes fideles:quia licet omisio sacramenti non obsit puero morienti ad salutem,prodest tamen viuentibus:quia dat robur ad agones & prælia huius mundi de conse. dis.5.spiritussanctus.Obest tamen præsentibus si omittant ex contemptu;quia peccant grauiter:cum sit sacramentum necesitatis.

De cautela in confesione habenda.

DE pœnitentia multa in libris sanctorum patrum & scriptis inueniuntur doctorum declarata:quædam tamen quæ in vsu ordinario magis occurrunt,duximus prælibãda:debet nãq; sacerdos aduertere vtrũ iurisditionẽ habeat in illum vel in illã,quando audit eius cõfesionem:puta si est parrochianus eius,aliàs si esset alterius, non posset ipsum absoluere sine petita & obtenta licentia illius sacerdotis cuius parrochianus existit.vt de cõse.di.5.placuit:& extra. de pe.& re.omnis vtriusq; sex⁹:nisi ĩ articulo necesitatis:puta si pœnitẽs & percussus vel infirmus ad mortẽ & nõ posit haberi ꝓprius sacerdos,in tali casu posset cuilibet confiteri etiam laico,& obtinere veniam ex desiderio sacerdotis confitendo laico turpitudinẽ criminis.vt de pe.di.6.c.1.Circa pœnitentiale iudicium,duo sunt necessaria sacerdoti,scilicet munditia vitæ:& scientia discernendi inter lepram & leprã Munditia vitæ necessaria est:vt in nullo eorum sit iudicandus quæ in alijs est iudicare propinquus:iuxta illud domini Qui sine peccato est,prius in illã lapidẽ mittat:scientia iudicãdi similiter necessaria est:vt cognoscat quid debet iudicare.vt de pe.di.5.c. 1.circa medium vt ex errore non imponat falsas pœnitẽtias:ꝑ quas animæ ad inferna trahuntur.vt de pe,di.5.c.fratres:quia iuxta sentẽtiam veritatis si cęcus cæcũ præsumat ducere secũ in foueam ductor primus cadit inde secutor:vt 38.di.c.ipsis:& de pe.di.6.c.1.In primo autem inquirat sacerdos diligenter in confesione peccata & circunstatias peccatorum,scilicet tẽpus,modũ locũ,& causam,&c.Vt pœnitentes ex ignorantia vel verecundia non celent in confesione peccata vt de pe.dist.6.c.1.circa finem:& extra.de pe.& re.omnis vtriusq; sexus.& dum pœnitẽs confitetur,sacerdos se exhibeat beniuolum & affabilem & humanum:vt pœnitens nõ impediatur in cõfesione sua ex austeritate sacerdotis:& audita confesione,confortet ipsum vtendo diuersis experimentis ad sanandum ægrotum:nũc leuiando:& consulendo per spem veniæ & gaudium æternæ vitæ. posteà terrendo per pœnas æternas:& incendia gehennæ ostendendo:sicut viderit expedire.vt de pe.di.6 c.1.in fine:& extra.de pe.& re.omnis vtriusq; sexus:sicut videmus in medico corporali:qui freneticum per leuia mitigat:& ad sanitatem reducit:& gulosum animum à vino & à carnibus asperè prohibet:ne per ea incurrat mortem.In quolibet autem peccato pœnitẽtia est arbitraria:vt sacerdos consideret qualitatem peccati & peccantis.vt si est senex.aut iuuenis,aut diues:aut pauper:debilis:aut fortis:si est bene compos:aut cõpunctus & alia:& omnibus bene consideratis,imponat ei pœnitentiam:& prout in arbitrio suo viderit expedire.vt 26.q.7.tempora: & de pe.di.mensura:ita tamẽ,quòd iuuenibus maximè mulieribus non imponantur itinera & vagationes propter ætatis fragilitatem. vt 50.dist.pœnitentes:quia in eundo & redeundo audit & videt aliquid,per quod mulier iuuenis colligit:venenum mortis:& infundit alijs:quia non solùm tactu & eius affectu:sed etiã aspectu quæcũq; appetitur:& quisq; appetit cõcupiscentiã fœminarum.vt 32.q.5.nõ solũ.masculis autem iniungat pœnitẽtiam.s.genu flexiones,& alias satisfactiones in ecclesia faciendas,ad tollendam malam consuetudinem de non veniendo ad ecclesiam diebus dominicis & festiuis. Sit autem sacerdos ita cautus:vt non imponat pœnitentiam ita grauem & austerã pœnitenti:vt pœnitens totũ dimittat:sicut adolescẽs qui fascẽ deiecit à tergo,quem super humeros portare non potuit. vt 26.q.4.alligant:sed nec ita leuem imponat:ne peccator contẽnat peccatum:& vt ex leuitate pœnitentiæ relabatur libentius ad peccatum.vt 50.d.c.1.Faciat ergo quoddam temperamẽtum ex misericordia & seueritate:vt pœnitentia non sit nimis dissoluta:nec nimis rigida.vt 10.q 5.sunt nãq;:tamẽ tutius est ponere minorẽ debito,quã maiorem:quia melius excusamur apud Deũ propter multã misericordiã,quã per nimiã seueritatem.vt 26.q.4.alligant.in fi.quia talis defectus in purgatorio supplebitur.25.di.qualis.& c.se.tamen reiteranti peccatum grauior est pœnitentia iniungenda. Vulnus enim iteratũ si incurratur,grauius est ad sanandũ.vt de pe.di.4.inanis est pœnitẽtia.Vt autẽ sacerdos ad ista sit doctus & cautus,meditẽt scripturas sacras & dicta sanctorum:in quibus ista inueniat. Nã ꝓpter hoc dominus ponit verba sua in ore prophetæ:& post cõmittit sibi curã animarũ,dicẽs ad Hier.Ecce dedi verba mea in ore tuo.ecce cõstitui te super gẽtes & regna.vt 26.di.c.ecce.Certè cũ videmus medicos corporũ reuoluere quotidiè & legere libros physicales & medicinales corporũ in quibus docentur curare corpora moritura:magna stultitia est non legere libros sanctorũ medicinales animarum, in quibus docemur curare animas in æternũ victuras.Maius est dãnũ vnius animę,quã de morte inenarrabiliũ corporũ.vt 24.q.3.si habeas circa finẽ.Instruat sacerdos cõfidentem:vt confiteatur omnia peccata purè:& sine palliatione:vt sicut peccata sunt in cõsciẽtia cõfitẽtis per memoriã,ita sint in ore ipsius per cõfesionẽ:nec diuidat confesionẽ ꝓpter verecũdiã:vt vnũ cõfiteaĩ vni & aliud alteri.vt de pe.di.5.c.1.vt cautus:& vt confiteatur per se nõ per nuntiũ vel per scripturã:vt de pe.di.1.quẽ pœnitet in principio.Verũtamẽ dũ sacerdos inquirit de peccatis:aut de circũstãtijs peccatorũ:ita cautè inquirat:vt nõ instruat eũ ad peccandũ:quia nulli debemus parare laqueũ 17.di.de viduis.sub nullo.Debet autẽ sacerdos monere parrochianos suos:& si opus fuerit cogere,vt saltẽ semel confiteãtur in anno:& cõmunicent in resurrectione domini.extra.de pe.& re.omnis vtriusq; sexus.Si verò sacerdos timeat scandalũ alicuius potentis de populo: & timet probabiliter vt peius inde orietur,saltem denũtiet rectoribus ac superiorioribus:vt per illos tales potentes inducantur ad pœnitentiã:vt quæ nõ potest facere per se,faciat per aliũ:sufficit ẽm sacerdoti:vt faciat:quod potest.Si autẽ pœnitẽs voluerit de aliquo peccato satisfacere:& in aliquo peccato remanere:puta ab vsuris:& nõ à fornicatione,sacerdos nõ debet omninò illã cõfesionẽ spernere: & sic secretũ dimittere à se inconsultũ:sed ipsam audire & dare sibi consiliũ:vt ieiunet vel eleẽmosinas & alia bona faciat & exerceat:nõ tamen illum absoluat:nisi de omnibus confiteatur & satisfaciat.extra.de pe.& re.ꝙ quidẽ.Dominus enim noster totũ hominẽ sanauit:& nullũ sanauit:quẽ nõ omninò liberauit.de pe.di.3.sunt plures. Denũtiet tamẽ,ꝙ illa bona quæ facit in mortali peccato,non ꝓsunt sibi ad vitã æternã:sed ad hoc ꝓsunt:vt disponãt & habilitẽt ad pœnitẽtiã:vt legitur de cornelio.26.di.deinde prosunt etiã ad præmiũ tẽporale de pe.di.3 quid ergò:vel ad minus suppliciũ in inferno.de pe.di.3.siquis autẽ.Curet autẽ sacerdos residere in tali loco,quando audit confesionem maximè mulierum,ꝙ ab alijs videatur manifestè:sed à nemine audiatur:ne laici qui clericis opido sunt infe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti,& sunt proni ad suspicandum malũ ex siniſtra suspitione cordis percutiantur:sed à nullo audiãtur quæ ibi dicuntur: vt illud iudiciũ soli sacerdoti cõfessori & pœnitẽti cõfitenti sit notũ:sufficit autẽ in illo diuino officio testimoniũ Dei & sanctorũ angelorũ qui illic assistunt: & corã quib⁹ illud iudiciũ agitur. vt de pe.di.i.quẽ pœnitet: & 50.di.de his verò. Sacerdos autẽ summa cura & sollicitudine curare debet,ne reuelet aliquid de his quæ dicta sunt sibi in cõfessiõe: neq; per verbũ:neq; per aliud signũ,sed si dubitat de aliquo peccato:& super hoc vult cõsulere magis peritũ,ita cautè queràt cõsilium de peccato vt nullus aliqd perpẽdat de peccatore,aliàs esset in causa depositiõis:vt de pœ.di.6.sacerdos. & extrà.de pœ. & re. vtriúsq; sexus:exhibeat se sacerdos multa maturitate ne verbosus, aut loquax sit ne propter hoc videatur vt suspectus in cõfessiõe:nec sedeat in cõuiuijs in multitudine frequenter loquentiũ: ne aliquod verbũ exeat ex ore suo:quod nocear ipsi de reuelatiõe cõfessionis:& si audiat ver bum iniuriosum à parrochianis suis,nõ reddat eis vicẽ pro vice:nec propter hoc insinuetur reuelasse cõfessionis peccatũ.Caueat autem sacerdos, ne dum audit cõfessionẽ mulierũ,respiciat vultũ earum: nec aduertat qualitatẽ membrorũ,propter quod bonum est & congruum:vt mulier teneat in cõfessione locũ magis imum & sacerdos magis altũ,vt non de facili se videant mutuò,ne insidiante diabolo, illa impediatur in confessione propter verecundiam, vel sacerdos insidietur ex illicita cogitatione:propter quod etiam sacerdos expedita confessione iuuencularum mulierum non immoretur illa immiscere verba quæ confessionem perturbant vel non adiuuent: nec vltrà quàm necesse est excogitare confessionẽ earum inquirendo vitiosè motus membrorum suorum & vsus: quia vbi talis elca iacet antiqui hostis stimuli non desunt ad tentandum.81.distin. oportet. Nec recipiat sacerdos manus mulierum inter manus suas: sicut aliqui stulti faciunt vel fecerunt:nec aliquo modo tangat mulierem: quia bonum est omninò sacerdori non tangere.vt 32.dist.hospitiolum. Timeat autẽ sacerdos instigationem versuti hostis,qui cũ habeat mille nocendi modos,conatur à principio ruinæ suæ charitatem hominũ & bona opera perturbare.vt 16.q.2.visis. Debet autem sacerdos omni tempore dare pœnitentiam postulanti: & in vltimo artic.vitæ.de pœ.dist.6.in prin.& 26.q.6.si presbyter: nec cõtrahat moram quandocúnq; aduocatus fuerit ad pœnitentiam imponendam,aliter puniri debet:sed si infirmus petit pœnitentiã,& antequã sacerdos veniat ad eum sit mortuus vel amiserit loquelam sacerdos habeat eum pro confesso:& post mortẽ absoluat eum.vt de pœ.di.1.multiplex.vt extra de sen.excõ.à nobis:si autẽ aliquis cõfiteatur aliquod peccatũ de quo satisfacere non potest,puta repuit aliena, quæ præ nimia paupertate reddere nõ potest sacerdos iniungat sibi pœnitentiã dicat tamen sibi, ꝙ si veniat ad pinguiorẽ fortunam restituat ablatum, si restitui potest.vt 14.q.6.si res aliena. Item si mulier sibi supposuit partũ alienum:vt bona viri sui cõuoluerẽtur ad alias: vel suscepit filiam de adulterio quę nutritur de bonis viri sui.In hoc casu audiat confessionẽ eius sacerdos & similibus casibus, si qui tales occurrant & absoluat eam.vt extra de pœni.& re.officij.Item si mulier habeat certã & discretam conscientiam, ex causa probabili & vera,ꝙ vir eius sit consanguineus eius, & ob hoc nõ vult contra conscientiã reddere debitũ viro suo excõmunicato,sacerdos audiat confessionẽ suam & absoluat eam,& cõmunicet illi in occulto iudicio alarum:vitabit ipsam ĩ publico.extrà de rest.spo.literas.extrà de sen.exc.iquisitorũ.Si aũt aliqs cõfiteatur sacerdoti aliquod peccatũ: vel furtũ,de quo satisfacere nõ possit,aut nõ vult & mulier aut Dñs rei furtiuæ petat excõicationẽ inde fieri,sacerdos debet excõicare in gñe,nõ in specie,sed dicat,excõico illũ vel illã qui fecit tale furtum, nõ noſando pſonã, pſona nõ debet noſari expreſsè,nisi cõuictus sit aliqs in iudicio.extrà de offi.iu.or.si sacerdos,& qñcũq; sacerdos excõicat aliquẽ scribat cãm quare excõicat & in scriptis ꝓferat,aliter incidit ĩ illã cõstitutionẽ.extrà de sen.exc.medicinalis.Caueat autẽ sacerdos:vt nõ recipiat ad confessionẽ excõicatos,interdictos,antequã absoluãtur, quia tales sunt remoti à sacramẽtis ecclesiæ,nõ possit eos absoluere durãte vinculo ĩterdicti vel excõicationis, sed si sit excõicatus ab ipso sacerdote:vel ab antecessore suo, põt ipsum absoluere ꝓmissa satisfactione & penitẽtiam impẽdere:vt 11.q.3.si Eps.Si autẽ sit excõicat⁹ à sacerdote alio,nõ posset ipsum absoluere iure ordinario,sicut nõ posset aliorum parrochianos excõicare:vt extrà de sen.exc.à nobis.tũ in artic. mortis põt vel posset simplex sacerdos à quacũq; excõicatiõe absoluere.extrà de sepul.c.vl.põt autẽ sacerdos de oſbus peccatis venialibus & mortalibus priuatã pœnitẽtiã iniungere,& absoluere fideliter cõfitẽtes:vt extrà de pœn.& re.Deus.nisi ꝓhibeatur ab hoſe vel à iure:vt si fint enormia crimina,in qbus requritur maior pœnitẽtia,& illa ꝓ qbus requritur solẽnis pœnitẽtia.Solẽnẽ em pœnitẽtiã imponit Eps,nõ simplex sacerdos.50.di.in capite quadragesimæ.Instruet autẽ sacerdos parrochianos suos:vt adiscant symbolum.credo in Deum & pater noster,& confessionẽ.ista tria debent scire qui nesciunt legere.extrà de pœ.re.Deus qui ecclesiam. Et quando homines intrãt ecclesiã aspergãt aquã benedictã,quã sacerdos habeat semper in ecclesia paratã,quia in cõspersione aquę benedictæ remittuntur per gratiã peccata venialia, & debilitatur potentia inimici:vt de conse.di.3.aquã. Et quãdo sacerdos audit cõfessionem alicuius,post auditã cõfessionem,iniungat ei pœnitẽtiam salutarem, deinde faciat confessionem generalem.s. Confiteor Deo. Et dum facit confessionem,instruet cõfitentem stare flexum ad terram pro reuerẽtia absolutionis: vt ex hoc fides & deuotio augeatur pœnitenti,finita cõfessione,dicat sacerdos. Misereatur tui oĩpotens Deus,&c.Indulgentiam,&c. Et absoluet eum à peccatis & ab excõmunicatione restituens ipsum ecclesiæ sacramẽtis.Caueat autem sacerdos:vt si quis vult confiteri ei alio audiente,nõ recipiat eum, sed quemlibet audiat separatim, ne vnus audiat confessionem alterius nisi solus sacerdos:vt extrà de pœ.& re.omnis.

De sacramento Eucharistiæ.

DE sacramento Eucharistiæ plura dicam sub eruditione simplicium sacerdotum,videamus,ergo quoniam iste tractatus excedit intellectum humanum, & hoc sacramentum percipitur potius fide,quã doctrina,iuxta illud dictum Domini, nisi crediderit is, non intelligetis. Plus enim in eo operatur credulitas mentis,quàm perceptio corporis:vt de conse.distinctio.2.ad quid. Hoc sacramentum Eucharistiæ sequitur pœnitentiam, quia non debet sacerdos verè pœnitentibus illud denegare:vt de pœniten.distinctio.1.neminem. Est enim sacramentum humanæ recõciliationis ad Deũ,in eò,quòd filius Dei assumpsit carnem humanam, & fecit se vnum nobiscum: vnde dicitur Emanuel,quod est nobiscũ Deus. In eo vero,ꝙ nos sumimus corpus Domini & sanguinem eius,efficimur vnum cũ ipso, & sic per ipsum tendimus ad vnitatẽ,cũ patre,& sic per Christũ mediatorẽ recõciliamur æterno patri.vt de conse.di.3.in Christo pater. sic ipse saluator dicit ad patrẽ.Volo pater,ꝙ fideles sint vnũ nobiscũ: sicut vnum nos sumus.vt extra.de sum.tri.& fi.cap.damnamus.Nec debet solùm istud sacramentum ministrari per Episcopum vel per presbyterũ.potest enim per diaconũ ministrari:vt de consec.dist.2. peruenit.& 93.di.c.præsente.& c diaconos.Est enim sacramentum necessitatis:sicut baptismus & pœnitẽtia:vnde dicitur viaticũ à sanctis patrib⁹.vt 25.q.6.qui recedũt:quia maximè dari debet moriẽtibus:sicut viatoribus trãseũtibus.vt extra.de pe.& re.ꝙ vitæ.Vnde sacerdos deber esse sollicitus,vt post pœnitentiam receptã cõmunicet infirmũ:vt sine cõmunione nõ recedat.vt extra.de pe.& re.Deus qui ecclesiã.Idcòq; sacerdos debet seruare eucharistiã,& habere paratas hostias cõsecratas pro infirmis cõmunicãdis.de cõse.dist.2. presbyter,quã reponat in loco mũdo & singulari,vbi alia cõmunia nõ ponantur.de quib⁹ cõmuuicet infirmũ:quãdocũq; fuerit oportunũ.Et quãdo ibit sacerdos ad cõmunicãdũ,portet plures hostias in eundo & redeũdo:vt populus se inclinãs adoret verũ corpus Christi,quod portatur manibus sacerdotis.Portet autẽ sacerdos illud publicè honestè & honorificè ante pectus,indutus veste sacerdotali,cum reuerentia & timore,cũ gausape mundo & decenti,præcedẽte ministro cũ lãterna,cũ lumine,vel cũ cãdela.Doceat autẽ sacerdos populũ in ecclesia:vt quãdo leuatur corpus domini manibus sacerdotis in altari:& quando portatur ad infirmum,omnes se reuerenter inclinent flexis genibus adorantes:vt extra.de ce.misSane.Reponat autẽ sacrã eucharistiã & crisma & oleũ in clauso & cõsignato clau:vt nõ possit aliqua temeraria manu extrahi.vt extra de custo.eucha.c.i. Curet autem sacerdos hostias consecratas reponere in loco decenti, vbi non marcescant,& si locus esset adeò humidus,quòd nõ posset ibi durare,recenset eas & reuoluat frequenter quia ex hac causa sacerdos potest etiam in tẽpore gener alis interdicti semel in hebdomada celebrare:ianuis tamen clausis cãpanis non pulsatis interdictis & excõmunicatis exclusis,vt extra de sent.excom.permittimus. Quòd si marcescerent & veterascerent:sicut in aliquibus locis:aliquando factũ est prout audiuim⁹,iam desineret ibi esse corpus Christi.vt de cõse.di.2.qui bene.vnde talis hostia nõ debet dari cõmunicanti.Ité dari debet corpus Christi ieiuno stomacho,ante cibũ,i hora nore tanti sacramẽti:nõ post.de cõse.di.2.liquido.Si verò timeatur de morte,dari potest quandocúnq; ante & post.Quãdo verò oportet sacerdotẽ veteres hostias renouare & cõsecrare, de nouo sumat hostias veteres comedendo cõsumat ieiuno stomacho,vel post missam celebratã antequã sumat perfusionẽ seu ablutionẽ digitorum. Illud idem faciat quando supersunt hostiæ cõsecratæ cõmunicatiõi populi:sicut in festo natalis domini,vel resurrectionis,vel in aliis festiuitatibus,quibus cõmunicat.vt de cõse.dist.2.tribus gradib⁹.Debet autẽ sacerdos dare panẽ seorsum,& calicẽ seorsum:nec debet eucharistiã vino intingere.vt de cõse.di.2.cũ omne.Caueat autẽ sacerdos, vt nunquã porrigat sano vel infirmo hostiã nõ cõsecratã pro corporẽ Christi:quia nõ debet populũ deludere:cũ falsa remedia sint veris periculis grauiora.vt extra.de ce.misi.de hoſe.Habeat autẽ sacerdos orariũ siue ſtolã ad collũ suũ,quãdo cõmunicat aliquẽ: vt 23.dist. ecclesiastica.Si verò aliquis sit infirmus:ita ꝙ non possit hostiam totam sumere:quia forte patitur in gutture,sacerdos frangat hostiam & sumat inde aliquam particulam, & det ei aliam particulam: quia

pro quali-

Pro qualiber parte sumit corpus Christi:quia in sacramẽto per partes maducat & manet totũ integrũ,vt de cõse.dist.2. qui mãducat sine plus siue min⁹,quis in de participiat oẽs æqualiter integerrimè sumũt generaliter & specialiter vnusquisq;:vt de cõse.dist.2 quid sit sanguis.Cũ autẽ sacerdos cõmunicat sanũ vel infirmũ,debet in porrectiõe sacrę eucharistiæ facere signũ crucis cũ ipsa hostia in faciẽ recipiẽtis dicẽs.Corp⁹ & sanguis dñi nostri Iesu Christi,cõseruet & custodiat te in vitã æternã.Cũ verò porrigit calicẽ,dicat.In nomine dñi nostri Iesu Christi.quia illud est purũ vinũ cũ aqua & non sanguis, cũ nõ sit cõsecratũ mystica prece sacerdotis.Sanguis em datur cũ corpore per modũ vnionis:quia nõ est corpus sine sanguine.Ideò differentiæ sacerdos qui porrigit eucharistiã.Corpus &⁹ sanguis dñi nostri Iesu Christi cõseruet te in vitã æternã Amẽ.Secus est in sacramẽto altaris,vbi sacerdos recipit seorsum sanguinẽ sub specie vini, tunc ipse recipit verũ sanguinẽ Christi prece mystica cõsecratũ:nã ante cõsecrationẽ erat vinũ post cõsecrationẽ verò est sanguis:quia benedictio cõsecrauit:vt de cõse.dist.2.Nos autẽ.Debet autẽ sacerdos mouere cõmunicãtes:vt sumãt de calice tribus vicibus ad min⁹, nõ propter aliquod mysteriũ:sed vt bene laueñ ora sumẽtiũ,ne remaneat aliquæ reliquiæ inter dẽtes cõmunicãtiũ,vel gingiuas:& vt maleficæ mulieres non posĩntsita de facili reseruare in ore corpus Christi ad aliquod earũ maleficiũ perpetrandũ:sicut sæpius intellexim⁹,ꝙ plures maledictæ fecerũt.Debet autẽ teneri dũ cõmunicãt aliquod gausape ante pectus sub mẽto saltẽ ante caput illius gausapis,in quo sacerdos tenet eucharistiã ambabus manibus expãsis:vt si tota ceciderit hostia,vel aliqua particula,non possit cadere in terrã: vel cõculcari:nõ est enim sine culpa,quãdo corpus Christi ex negligẽtia cadit in terrã.vt de cõse.di.2.qui bene.& i q.j.interrogo.Si verò aliqui pueri de parrochia sacerdotis venerint ad cõmunicãdũ in festo natiuitatis vel resurrectionis dñi,& tãtę adhuc innocẽtiæ sint, ꝙ nullo adhuc grauati sint graui peccato:& sint tãtæ discretionis & cõpũctionis,ꝙ sumãt cũ aliqua reuerẽtia & timore,potest sacerdos dare eis corpus Christi post aliqualẽ cõfessionẽ:quæ inducit in illis deuotionẽ & assuefactionẽ cõfitẽdi:quia licet nõ habeãt actualẽ discretionẽ cõfitẽdi & cõtẽdi,tamẽ in ipsis operaẽ sacramẽti,cũ nõ inueniat obicẽ malitiæ in eis.vt extra.de bap.& eius effectu.maiores,in fine.Si autẽ indiscreti fuerint & malitiosi.vt potẽ in quib⁹ malitia excedit ætatẽ,nõ debet sacerdos indistinctè talibus dare corp⁹ Christi.Paruulis verò ita teneris,ꝙ sumere illud nõ possũt debet sacerdos in mortis articulo vinũ cũ aqua in calice pro cõfirmatiõe porrigere:nõ ꝙ sit sacramẽtũ:sed fides & assuefactio sacramẽti.Illud autem credo & rogo omninò vitãdũ,ꝙ quidã sacerdotes facere cõsueuerũt:vt videlicet,quãdo portãt eucharistiã ad infirmũ,nõ portant vinũ de ecclesia suа:sed accipiũt de domo infirmi:portet ergo sacerdos vinũ de ecclesia sua cũ ipsa eucharistia de segete sua,si habet ad domũ infirmi:si verò nõ habet acquirat:vnde possĩt vel emat:& ab ecclesia sua deferat ad infirmũ:ne per hoc lædatur in tãto sacramento fides illius infirmi:& sic mortaliter & pernitiosè sumeret cũ in illo sacramento plus operet fides percipiẽtis,quã sacramẽti perceptio. vt de cõse.dist.2.vt quis.In omnibus enim sacramẽtis & in isto peiuẽ:quia magis caligat oculos rationis,debemus informare viros & mulieres ad fidẽ & deuotionẽ,nõ solũ per verba:sed etiã per actⁿ nostros exteriores.vt extra.de ce.misi.Sanè.Sed si sacerdos sit suspensus, vel excõmunicatus,aut interdictus,vel remotus à collatione & perceptione huius sacramenti,in hoc casu peccat sacerdos in conferendo.& peccat ille qui scienter recipit ab eo.Si verò probabiliter ignoret de facto,non peccat.vt extra.de cleri.interdic.vel ex.minis.Apostolicæ.Si verò sacerdos ligatus sit minori excõmunicatione tantũ, peccat sacerdos in cõferẽdo:sed nõ peccat ille qui recipit:quia in casu sacerdos:& si sit remotus à perceptione sacramentorum:non tamen à collatione.vt extra.de cle.interdic.vel ex.mini.tali.celebrat.

De sacramento vnctionis.

EXtrema vnctio debet dari adultis infirmis,pœnitentibus & petentibus:de quorum morte timetur. Sanis enim & pueris & non pœnitentibus dari nõ debet:& debet & dari ab Episcopis vel presbyteris & nõ ab aliis:vt 95.dist.ꝙ illud.& c.sequenti. Consistit autẽ hoc sacramentũ in vnctione quæ fit ex oleo sancto,& oratione quæ funditur à presbytero super infirmũ,vt c.prælegato. Debet autẽ adhiberi in hac vnctione oleum benedictũ per Episcopum,quod dicitur oleum infirmorum & nõ oleum cathecumin⁹rũ:quia illud adhibetur in sacramento baptismi extra.de sacra vnctione,cum venissent. Vnde peccant sacerdotes qui inunguot de alio oleo,peccant etiã in illa capitula qui volunt dare illud oleum capellanis suis,cũ alio oleo facientes:quam diuisionem sacramentorũ ex auaritia vel ex iactantia:quia faciunt illos errare,dum vngunt infirmos de oleo cathecuminorum.Si verò sacerdos deprehenderit se errasse,& ex errore de alio oleo vnxisse,debet adhuc de alio oleo debito vngere & supplere,quod omisit.vt extra.de sacra vnctio.c.1.Et ille sacerdos qui inungit;debet super infirmum fundere orationem,non enim vnus debet inungere & alius orationem dicere: sicut quidam fatui sacerdotes facere consueuerunt:vt non sit diuisio sacramenti.vt 23.distin.quorundam:possunt tamen alij sacerdotes simul cũ ipso sacerdote inungente & oraute orare. Et debent etiam plures sacerdotes adhiberi in collatione huius sacramenti.si fieri potest,nec hæc est taxatus numerus quot sacerdotes debeant, interesse:quia sufficiunt duo si plures haberi non possunt,possunt etiam cõmunicare centum si volũt: sed quando non possunt esse plures sacerdotes,potest vnus sacerdos cum scolare suo:& ex causa potest solus sacerdos illud sacramẽtum conferre infirmo.vt extra.de verb.sig.quæ sunt:debet autẽ sacerdos istud oleũ & aliud oleum & crisma in die iouis sancto per singulos annos de anno in annũ renouare ad sacramẽta cõferenda:& vetus in ecclesia cõremare.vt de cõse.dist.3.literis:& de alio nouo per Episcopum benedicto baptizare & inungere:& nõ de veteri:alias esset grauiter puniendus,nisi hoc faceret ex graui necessitate.vt de cõsedist.4.si quis de oleo.Et si oleũ vel crisma ex frequenti vsu deficeret, potest sacerdos adhibere oleum non consecratum oleo consecrato, & totum efficitur consecratum.vt extra.de conse.ecclesiæ.vel alta. quod in dubijs.Nec debet sacerdos in collatione huius sacramẽti pecuniã exigere,nec aliquo modo petere:quoniã hoc esset symoniacũ: sponte tamẽ oblatũ potest recipere.In nullo enim sacramento permittitur pecuniã postulare:sed dari.vt.1.q.3.c.vlti.Si verò infirmus voluerit alios clericos præter clericos ecclesiæ suæ conuocare ad ipsum inungendum,sacerdos parrochialis ecclesiæ licet non debeat pecuniam petere,potest tamen denuntiare sibi & dicere,ego & socij mei nihil petimus,parati sumus sine aliqua satisfactione. Alij verò cùm sint extranei,est honestum & consuetum vt aliqua eleemosina tribuatur.Item potest illud sacramentum iterari:sicut & pœnitẽtia. Nam ista tria sacramenta,scilicet baptismus,confirmatio,& ordo, iterari non possunt:reliqua possunt iterari:quæ sunt quatuor : quia iteraẽ morbus peccati,necesse erat vt posset iterari medicina sacramenti.Prodest autem istud sacramentũ ad duo:primò quia, citius sanantur infirmi si sint cõualituri:secũdò quia tollit peccatum veniale:sicut patet auctoritate Iacobi.Vnde sumitur istud sacramentũ vbi dicitur,alleuiabit eum dominus,& si in peccatis fuerint,dimittentur sibi.Si autẽ infirmus qui petit vnctionem amisit notitiã vel loquelam antequã sacerdos veniret ad eũ,nihilominus vngeret eũ sacerdos:quia in tali casu debet etiam baptizari,& à peccatis absolui. vt extra.de bap.& eius effec.maiores.Potest autem corpus defuncti lauari:vt moris est apud quosdam,etiam si eadem die,qua natus decesserit:quia talis lotio non obest defuncto nec prodest:sed prodest viuis qui per hoc reddunt testimonium fidei suæ: quia tale corpus in generali resurrectione habet resurgere vt.12.q.2.nõ extimemus.

De sacramento ordinis.

DE sacramento ordinis dicendum est,quòd nouem sunt ordines ecclesiastici,ad quos clericus finaliter promouetur.vt 25.di.perlectis:in quorũ collatione talis est ordo.In primis enim tonsura efficitur clericus.vt extra.de ætate & qualit.or.præ.cum contingat qui aliter dicitur.Psalm.25.dist.perlectis vbi ad Psalmistam:deinde efficitur hostiarius:deinde exorcista:deinde lector:deinde acolitus:deinde subdiaconus:deinde diaconus:deinde presbyter:deinde Episcopus.vt 77.di.c.1.ad instar.cœlestis militiæ:vbi sunt nouem ordines angelorum:in quibus alij maiores alij minores:& dum minores exhibent reuerentiam maioribus:& maiores minoribus dilectionem impendunt:fit in eis vera concordia ex diuersitatis contentione.vt 79.di.ad hæc autem.Possunt autem semper recipi minores ordines sed sacri ordines non possunt recipi nisi septies in anno videlicet,in quatuor sabbatis quatuor tẽporũ:& in sabbato sancto:& in sabbato ante dominicã de passiõe domini.vt extra.de tẽp.& di.de eo.sacros autẽ ordines dicimus,à subdiaconatu & supra.vt 32.di.erubescant. Isti enim qui ad hos ordines promouẽtur,cogũtur omninò cõtinere,& profiteri castitatẽ.vt 38.di.nullũ facere subdiaconũ. Debet autẽ quilibet clericus à suo Episcopo ordinari,vel de licẽtia sui Episcopi. vt.9.q.2.lug. Si verò aliquis clericⁿ de ignorãtia vel obliuiõe omisso aliquo medio fecerit se ad altiorem ordinẽ promoueri,debet se abstinere ab executione illius ordinis:donec tempore debito & statuto ad hoc receperit ordinem quem omisit.vt 52.dist.sollicitudo.Et nota,quòd quilibet prædictorum ordinum habet priuilegium fori sui & enormitatis:vnde non potest conueniri nisi in foro ecclesiæ, & quicúnque percutit aliquem clericum,eo ipso incidit in excõmunicationẽ:à qua non potest absolui,nisi in articulo mortis,vel auctoritate Papę.vt 17.q.4.Si quis suadente.Et debet deferre tonsuram rotundam non quadratam vel fenestratam desuper caput ad modum spere,aliàs debet puniri.vt 23.di.prohibete.Aliter non conceditur eis ministrare ad altare,nisi cum tonsura & veste congrua ne faciat inde scandalum alijs.23.di.c.presbyter. Debent etiam benedicere mensam:quandocúnq;ue comedunt & cibo sumpto gratias referre Deo.vt 43.dist.non liceat.

De sacramẽto matrimonij.

DE sacramẽto matrimonij pauca dicemus,quæ spectant ad officium sacerdotis. Est enim sacramentum laicorum , laicis enim

Universidad de Deusto Biblioteca

concessum est vxores ducere:filios procreare:terram colere:& temporalia possidere. Clericis conuenit ab omni strepitu temporalium cessare:vacare contemplationi & orationi:quod designat rasura capitis & corona quã habet in signum regni quod expectatur in Christo:vtpotè in sorte domini electi.vt 12.quæstion.1.duo sunt:tamen quidam clerici possunt habere temporalia ad communem vtilitatem indigentium,exemplo domini.12.quæstio.1.habebat & dominus.& 12.quæstio.2.aurum ecclesia habet. Quicquid enim habẽt clerici de redditibus,debet esse pauperum,& domus eorum debẽt esse communes ad susceptionem peregrinorum.vt 16.quæstio.1.c.vlti. Aliter autem si ex auaritia retinent & accumulant, apud strictum iudicem rei sunt omnium illorum quibus conuenire possunt.vt 47.distinctio.sicut hi. Clerici in minoribus constituti, possunt contrahere matrimonium si contrahere volunt: sed in sacris ordinibus à subdiaconatu & suprà,nunquàm.vt 32.distinctio.de illo cler.perdit tamen beneficium clericus coniugatus: quia non potest habere ecclesiam & vxorem,seu beneficium ecclesiasticum cum vxore.& extra de cleric.coniuga.Ioan. Potest autem redire ad clericatum si habuerit unicam vxorem:tamen virginem.vt 32.distinctio.nemo. Ad sacerdotem pertinet curare ne in parrochia sua contrahantur clandestina matrimonia & incestuosa:& ideò interuenire debent publica sponsalia & aliæ solennitates consuetæ, per quas excluduntur & reuelantur ista impedimẽta,propter quæ celebrat sacerdos missam specialem in qua benedicit sponsam cum sponso.vt 30.quæstion.5.per totum. Requiritur tamen quòd sponsa benedicatur per sacerdotem si sit virgo,vt habeat in se signaculum sacramenti. signat enim ecclesiam quæ virgo Christo nupsit:& virgo in fide permãsit: iuxta illud Apostoli. despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo:vt notatur extra de biga.debitum propter quod etiam mulier corrupta non potest in sacram virginem consecrari.vt 32.quæstio.5.ille autem.& 26.distinctio.acutius.& ita quantùm ad hoc requiritur maior castitas in muliere quã in viro. Priùs tamen quàm sponsalia contrahantur,sacerdos denuntiet publicè in ecclesia personas,inter quas matrimonium debet contrahi:vt quicũq; sciuerit aliqua impedimenta, infra certum terminum dicat aliter sacerdos non celebret sibi missam: quia grauiter punietur à iure extra de claudesti.sponsal.cum inhibitio. Illud autem non omitto, quòd quando sacerdos celebrat missam sponsalium facta consecratione antequàm dicat pax domini, benedicat sponsam cum sponso, & peracta benedictione redeunt ad altare recepturi corpus & sanguinem in altari. Ego autem laudo & tutiùs reputo meo iudicio,vt sacerdos prius sumat corpus & sanguinem domini.propter periculum quod posset interuenire in tanto strepitu hominum de corpore Christi:& propter periculum conscientiæ sacerdotis:& sic peracto illo diuino mysterio,sacerdos vadat ad benedicendum illos,sed ante benedictionem sacerdos interroget illos vtrum vnus consentit in alterum per verba de præsenti: & velit ipsam in coniugem habere: & hoc facto fundat benedictionem super capita amborum: principaliter tamen super mulierẽ:ratione cuius celebratur missa, & datur benedictio:sicut patet ex verbis & forma ipsius benedictionis. Et data benedictione:sicut moris est,sacerdos accipiat manum dexteram sponsæ in manu sua inuoluta pallio quo induitur:& assignet eam sponso per verba consueta, & facto signo crucis, dimittat eos in pace. In his solennitatibus maximè attenditur consuetudo:quia in quibusdam ecclesijs,hæc solennitas non seruatur. Debet etiam sacerdos curare:vt aliquis de parrochia non contrahat cum consanguinea sua,vel affine sua,vsque ad quartum gradum,nec in ipso gradu:vt extra.de consan.& affi.non debet.& 35.q.3.æqualiter. Si autem ab vna parte in quinto gradu.ex altera verò in secũdo vel in tertio vel quarto possunt cõtrahere:quia quoto gradu remotior quis distat à stipite,tanto gradu differt à quolibet per aliã lineã descendentium ab eodem:vt extra.de consan.& affi.ca.vlti. Nec debet aliquis contrahere cũ affine data consanguineo suo,& hoc si sponsalia contracta fuerint post septẽnium:quia tale matrimoniũ nõ potest contrahi,& contractum dirimitur:extra.de spõ.impu.c.literas. Nec inter filios duorum cõpatrum potest contrahi matrimoniũ si per eos vel per alterũ eorũ cõpaternitas est cõtracta:vt extra.de cõ. spirituali sup eo.nec debet quis cõtrahere cũ adultera quã duxit de facto viuẽte vxore sua:vel cui dedit fidẽ cõtrahẽdi post mortẽ vxoris suæ,vt extra.de eo qui duxit in matri.quã polluit per adulteriũ. ca.vlti.secus si vxor secunda nescia fuit de prima vxore. Nam in hoc casu post mortem primę vxoris remanet matrimoniũ cũ secũda:nec dissoluitur ad petitionem viri:vt extra de eo qui duxit in matri.c.5.& penult. Nec debet qs cõtrahere mortua vxore cũ illa cuius filium vxor sua dum viueret de sacro fonte leuauit,secus si aliqua leuauit filium ipsius vxoris suæ tantũ:quia cũ illa posset contrahere:vt 30.q.4.Qui spiritualem.& ca.post vxoris:quia vir & mulier cõmunicant sibi actiones & nõ passiones:vt ibidẽ notatur:vxor enim viro acquirit compaternitatẽ:& vir vxori post contractũ matrimonium & cõsummatũ,tam in baptismo,quã in cõfirmatione sacri crismatis agẽdo.i.tenẽdo filiũ alterius ad baptismũ vel ad crisma:secus patiendo, idest,si eius fili⁹ vel filia teneatur. Dicit enim magister Hugu.ꝙ nõ solũ in baptismo:sed in omnibus præludijs contrahitur compaternitas:vt 3.q.c.1.vi...& alij dixerũt,ꝙ nõ.vt extra.de cog.spiritu contracto:sed quia adhæc sub iudice lis est:ideò de ipsis præludijs quæ præcedũt baptismũ & eorũ causis,aliqua disseramus. Cũ puer defertur ad ecclesiam baptizandus,sacerdos primò sufflat in modũ crucis in faciem ipsius pueri:vt proprium sacerdotis mysterium,spirituisancto cedat fugiens malignus spiritus:vt de cõse.dist.4.Postquam. Post sufflationem verò signatur baptizandus signaculo sanctæ crucis,tam in fronte,quã in toto corpore:& vt tũc diabolus recognoscens signaculũ suæ mortis,sciat eũ iam esse signatũ per signaculum alienum:vt de cõse.di.4.posteà. Signatur deinde pabulo salis in ore: vt sapientiæ sale conditus,fœtore careat iniquitatis:ne putrefiat vermibus peccatorũ:vt de cõse.di.4. Exhinc postea tanguntur nares & aures baptizandi de saliua sacerdotis:& dicitur ei verbum,quod dominus dixit,quãdo sanauit infirmũ mittẽs digitũ suũ in auriculam dicẽs. Effeta,quod est aperire:vt aperiantur nares ad recipiendum notitiam Dei.& aperiantur ei aures ad audiendum mandata Dei:vt de conse.distin.4.Postea. Deindè vngitur in pectore de oleo sanctificato,vt cor illius confortetur in fide sanctæ trinitatis:vt nullæ reliquiæ latentis inimici remaneant in ipso. Vngitur etiam inter scapulas seu spatulas de eodem oleo sanctificato:vt per Dei gratiam roboretur ad bona opera facienda:vt de consecratione distinctione quarta. Deinde post baptismum iam receptum vngitur in vertice siue cerebro sacro crismate:vt regni Christi particeps fiat & sit paratus reddere rationem de fide quam suscipit in baptismo: vt de consecra.distinct.4.Postquam. Et nota,quòd ante baptismum vngitur oleo sancto,sed post baptismũ de crismate sacro,qa sic est Christianus à Christo, ideò vngitur crismate, quia dicitur à Christo, ob hoc etiam omnes baptizati dicũtur Christiani, quasi vncti. extra de sacra.vnctio.cùm venisset.

CIrca instructionẽ populi.duo sunt necessaria.s. doctrina & vita pura:vt doceat populum verbo & opere,ædificet exẽplo. Debet enĩ frequẽter exponere verba sacræ scripturæ.i. sanctorum patrum exẽpla,prout iuxta cõgruitatẽ tpis & moris viderit expedire, ad cognitionẽ veritatis, & per exẽpla suæ cõuersationis,& vitæ ædificare auditores & approbare,qd dicit in cordibus auditorum ad amorem & affectionẽ veritatis,ad quod designandum.in Exod. vestimentis sacerdotis tintinnabula inserta leguntur:vt audiantur sonitus,quãdo ingrediuntur sanctuarium cõspectu Dñi: vt non moriatur, quia contra se irã iudicis cœlestis erigit,nisi vita sacerdotis,simul cũ linguæ sonitu vniformiter clamitet,modúmq; teneat in prædicando: vt iuxta capacitatem audiẽtium prædicet vtilia & intelligibilia, nõ alta quæ nõ possunt intelligi:vel quæ aliquo errore vulnerent conscientias audiẽtium,neq; superflua,quę fastidiũ generãt,aut tę lium in aĩas auditorũ.43.di. Sit rector. Nõ enim sufficit vita bona sine doctrina. Si enim sacerdos ex ignorãtia vel negligẽtia nõ prędicet populo suo veritatẽ,nec exponat eis viã salutis,reus erit apud Deũ animarum illarum quæ sub ipso perierunt ex defectu doctrinę.43.dist.fessus.& 50.dist.Si quis diaconus. Si verò sacerdos diligenter doceat populum,& quantùm in se est annuntiat eis viã salutis,& illi nõ acquiescentes ei pereant, sacerdos sine culpa erit in die iudicij apud Deum,& illi soli remansuri sunt in pœnis:vt 47.di.c.vlti. Aliter autem quantũcúnq; sacerdos sit bonæ vitæ,nõ sufficit ei ad salutem, si curam habeat animarum,ex sola enim negligẽtia,quã habet ad subditos.dãnaretur:vt 40.dist. Sic propterea Heli sacerdos in se sanctus fuit, sed quia filios non erudiuit in omni disciplina & correctione, superius cæcidit,& mortuus est:vt extrà de simo.licet Heli.in prin. Nec iterum sufficit doctrina sine vita. Si enim sacerdos malę vitę sit perdit fructum doctrinæ,quia cum ipse sit criminosus,nõ habet frõtem corripiendi criminosum:vt 25 di.c.vlt.laici. enim de facili corrũpuntur per exempla malæ vitæ sacerdotis,& ex hoc cõtẽnunt verbum Dei & sacrificium,& ex prauis exẽplis sacerdotis, peiores fiunt: vt 50.di. De his verò. Cuius enim vita despicitur,restat vt eius prędicatio contẽnatur:vt in q.4. Idẽ testatur. Tot enim sacerdotes digni sunt mortibus, quot ad subditos perditionis exẽpla trãsmittunt:vt 11.q.4. Præcipuè sacerdos autem qui nec habet regimen in se,nec rationem,nec delicta detersit,nec filiorum crimen correxit,canis impudicus dicẽdus est,magis,quã Episcopus.2.q.4.qui nec. Sic ergo patet,quòd sacerdos debet vtrũq; habere.s. puritatẽ vitæ, & doctrinã, quantũcúnque sit hoc difficile. Nã vt dicit Aug. Nihil in hac vita & maximè in hoc tẽpore difficilius officio Episcopi vel presbyteri, si perfunctoriè vel adulatoriè res agatur, sed apud Deũ nihil beatius, si eo modo militẽt,quo noster Imperator iubet:vt 40.di. Ante oĩa. Dominus noster Iesus Christus qui est fons omnium bonorum, de cuius plenitudine omnes accipimus, tales faciãt sacerdotes nostris temporibus, quales descripti sunt, qui cum patre & filio & spiritusancto viuant & regnant per infinita sæcula sæculorum, Amen.

Explicit Opus Sexagesimumsextum. De officio sacerdotis.

INCI-

INCIPIT EIVSDEM DOCtoris Opus Sexagesimumsextum. Expositio Missæ quid significant illa quæ fiunt ibi.

Dubium.

IN virtute sanctæ crucis & sacramenti altaris, magna est conuenientia & magna efficacia: cum per vtrũq; excludantur contraria,& remouetur & sanctificetur ecclesia. Duplici autem ratione renouamur:vt scilicet,prius exuamur à vetustate:deinde induamur nouitate:septem sunt quæ in sacramento altaris attenduntur vniuersaliter.s.quæ sit causa missæ:quæ differẽtia:quis finis:quæ virtus:quis ordo:quæ ratio:& quæ vtilitas. De causa missæ. Causa missæ est tripartita,scilicet honor sanctorũ:salus viuorũ:& requies defunctorum. Præmittitur autem quasi prologus oratio,& inuocatio trinitatis,in quo prælibatur & ostenditur quæ sit causa missæ sequentis. Suscipe sancta trinitas,&c. Ibi continetur:vt sanctis proficiat ad honorem:nobis autem ad salutem:defunctis ad requiẽ. Tripartita est ergo differẽtia:nã secundũ differẽtiã partiũ ecclesiæ tres sunt missarũ differẽtiæ:vt.s.alia dicat pro sanctis:alia pro viuis:alia per defunctis fidelibus. Sunt enim tres partes ecclesiæ, scilicet pars in exultatiõe pars in peregrinatione:& pars in expectatiõe:in exultatione sunt sancti,qui Christi vestigia sunt secuti:in peregrinatione,sunt viui,subiacentes varietati & tribulationi: in expectatione sunt fideles defuncti,qui expectant opem & requiem. Secundũ harũ trium partium differentiam,sunt tres differentiæ finiũ missarum & officiorum,alium enim finem habet missa pro sanctis:quia ite missa est,aliũ finẽ missa pro viuis:quia benedicamus domino:& aliũ finẽ missa pro defunctis:quia requiescant in pace. In fine missæ pro sanctis,inuitamur ad illã gloriam in qua sancti iam requiescunt per ite missa est.q.d.hostia à patre nobis missa est:vel à nobis ad patrẽ remissa est:ideò festinate ingredi ad illam requiem. Finis verò missæ pro viuis hortatur nos qui sumus in hac peregrinatione:vt demus iugiter Deo benedictionem & gloriã. Iuxta illud. Psalm. Nos qui viuimus,benedicimus dño,&c. In fine missæ pro defunctis,eis optamus requiem per requiescant in pace:quod in principio petimus,similiter per requiẽ æternã,&c. De virtute missæ. Virtus missæ crux Christi est,quæ sacramentũ est altaris,& quæ sacramentũ ecclesię cõsecrat & sanctificat:de ordine crucis in serie canonis & nota,ꝙ.7. ordines crucis in serie canonis sunt:quos spiritussanctus multa sapientia ordinauit:prim⁹ ordo est. A Te igitur clementissimè pater, vsq; ad. Quã oblationẽ:secundus est à quã oblationẽ,vsq; ad qui pridie:& tertius est à qui pridie vsq; ad vnde & memores. Quartus est ab vnde & memores vsq; ad per quẽ hæc omnia. Quintus est,à per quẽ hæc omnia,vsq; ad p ipsum. Sextus est à per ipsum,vsq; ad pax domini:septimus est à pax domini,vsq; ad finem missæ. In singulis autem ordinibus sunt causæ profundæ & rationes,quæ rationabiles mouent quæstiones,quas spiritus cui vult claudit & cui vult aperit. In primo ordine canonis,tria opponimus & pro tribus rogamus Deum,& tria petimus:& ideò tres cruces facimus.

Quare ibi ponimus panem vinum & aquam.

TRia apponimus,idest,panem vinum & aquã. Quare autem ista tria potiusquã alia apponantur,quæstio oritur. Tripartita verò causa. Prima causa:quia inter omnia humanæ vitæ sustentandæ necessaria,præcipua sunt panis,vinũ,& aqua,& magis cõmunia & vtiliora,& magis necessaria:propterea potius debuerunt apponi,quã alia:& in illud quod melius & vtilius est omnibus & super omnia ad vitam capescendã magis necessariũ transformari,idest,in corpus & sanguinem Christi. Secũda causa est:quia in his res ipsa & virtus sacramẽti intelligitur,sine qua ad hoc sacramentũ indignè acceditur: & ad iudiciũ nõ ad salutẽ sumitur. In aqua enim intelligit fides quæ latet & nutritur in aquis. In vino quod lætificat & accendit.intelligitur spes. In pane qui cõfirmat & reficit,intelligitur charitas:vel in pane qui corroborat,intelligitur pater qui est omniũ fortitudo. In vino,quod lætificat,intelligitur filius qui est gaudiũ omniũ nostrũ, quod nemo tollet à nobis. In aqua quæ mundat & lauat,intelligitur spiritussanctus:vnde Eze.36. Effundã super vos aquã mundã & mũdabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris:vel in aqua intelligitur munditia castitatis:in pane fortitudo & opera pietatis:in vino,quod accendit rectitudo intẽtionis. Hæc enim tria accedentibus ad altare, ita necessaria sunt:vt sine his cùm salute nemo accedere possit:ideò in eminentiori loco paratur altare: vt a censuri his gradibus studeant seipsos præparare vnde in 4.ordine canonis antequã dicamus panem sanctum vitæ æternæ:& ca.salu.perpe.pro necessario offerimus hostiam puram:hostiam sanctam: hostiam immaculatam.sed de his in consequentibus dicẽdum est. Tertia causa est quare prædicta tria apponantur,scilicet panis vinum & aqua:quia pro tribus generibus hominum rogamus,etiam trina nobis donari petimus. Igitur secundum hoc,tria panẽ,vinũ,& aquã ponimus:pro tribus autẽ rogamus primò,simul generaliter pro omnibus,vbi dicimus,in primis quæ tibi offerimus pro ecclesia,&c. Secũdò pro familiaribus nostris absentibus,vbi dicimus. Memẽto domine famulorũ famularũ, &c. Tertiò pro circunstantibus,vbi dicimus,& omnium circunstantium. Tria etiam petimus,primò vt dies nostri disponantur in pace. secundo:vt eruamur ab æterna damnatione. tertio,vt mereamur numerari in dominico grege,quæ omnia ibi habemus vbi dicimus: diésq; nostros in tua pace disponas,atq; ab æterna damnatione nos eripi,& in electorum tuorum iubeas grege numerari:quia ergo tria ponimus,tria rogamus,tria petimus,propterea tres cruces facimus: vt per virtutem crucis primò quæ apposita sunt benedicãtur:secundò vt hi pro quibus apponuntur roborentur:tertiò autem:vt quę petimus impetrentur. Quare primò tres cruces facimus. Soluta ergo est hæc quæstio,quare in hoc ordine tres cruces fiãt:vt quando dicimus hęc dona:hæc munera:hæc sancta sacrificia illibata,scilicet maiestati diuinæ vt hæc dona referantur ad naturã:hæc munera ad gratiam:hæc sancta sacrificia illibata,ad incorruptionis gloriam. Quare autem hoc sacramẽtum iteretur:vel quomodò bene sumatur,vel quid bene sumptum operetur:vel quare sub hac specie sacramenti veritas lateat,rationabiles quæstiones oriuntur.

Causa quare hoc sacramentum iteretur.

QVare hoc sacramentum iteretur,triplex est causa. Prima est:vt qui quotidiè labimur,per hoc quotidiè releuemur. Secundò vt sicut in medio paradisi erat lignum vitæ,ita sit corpus Christi assiduè in medio ecclesiæ,quo criminaliter peccantes arceantur;donec per pœnitentiam satisfacientes ad hoc & per hoc reconciliati reuertantur vel redeant. Tertia est:vt per hoc vnum corpus efficiamur cum Christo & mediante Christo,vnum efficiamur cum Deo: vnde Ioã.5. Qui manducat carnem meam & bibit meum sanguinẽ, in me manet & ego in eo. Deinde bene sumitur,si quis per fidẽ integram confessionem puram,& pœnitentiam dignam,ad hoc præparatur. Deinde sumptum tria operatur Primò peccata purgat,secũdo virtutes roborat,tertio in vitam æternam resuscitat. Ioan.6. Qui manducat carnem & bibit meũ sanguinem,habet vitam æternã,& ego resuscitabo eum in nouissimo die. Quare hoc sacramentũ speciebus sit velatum. Quare sub specie sacramenti veritas lateat,vel veletur,triplex est causa,prima est interrogatio fidei. Secunda augmẽtum meriti. Tertia defectus infirmi. Primò enim homo fidem interrogat:vt interrogando probet & consentiat. Secundò vt per fidem probatam maius meritum acquirat. Tertiò vt nostræ infirmitati parcat,dum seipsum in suæ maiestatis claritate non manifestat:sed sub quodam velamine occultat. In primo ordine,petimus vt quæ apposita sunt benedicantur. In secundo verò petimus:vt quæ in primo benedicta sunt,in verum & summum sacrificium transformentur. Quare secundò facimus quinque cruces. Quinque verò cruces facimus:quia quæ benedicta sunt in id transformari petimus,quod in quinque præcellit omnibus,scilicet in triplici prærogatiua & charitate gemina:ideò dicimus,benedictam:omni scilicet,plenitudine gratiarum,& ascriptã summa dignitate & honore. Ratã summa & æterna potestate. Sed quia hic triplex prærogatiua parum nobis prodesset,nisi charitatem & geminam exhiberet,propterea dicimus:vt nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi. Cuius charitas gemina fuit,quã habuit ad patrẽ & gregem patri obediendo,& pro grege moriendo,vel charitas gemina,qua corpus & animam posuit. Aliter vel ideò quinque cruces facimus:vt ex prædictis quinque necessaria nobis impetremus,scilicet,ex participatione sanguinis remissionem peccatorum. Ex participatione corporis,vnitatem & societatem sanctorũ. Ex summa & æterna potestate,timorem & sollicitudinem mandatorum,ex summa dignitate & honore,honestatem vitæ & morum,& ex plenitudine gratiarum impetremus plenitudinem præmiorum.

Quare tertiò duas cruces facimus.

IN tertio ordine petimus:vt quæ in primo & secundo benedicta sunt,in verum & summum sacrificiũ corporis & sanguinis Christi transformentur:& ideò duas cruces facimus. Et nota,quòd iste ordo breuior est,quàm alius:sed profundior & magis sapientia plenius:vnde in hoc duplex quæstio mouetur. Prima est quare nõ nisi duæ cruces fiant:secunda quare in hoc ordine potius,quàm in cæteris substantia panis & vini in verum corpus Christi & sanguinem transeat. Solutio primæ quæstionis est:quia nulla alia nisi hominis natura sola duplex redimenda erat, scilicet corpus & anima. In hoc autem ordine,nostra redemptio & reparatio & celebratur, per quã humana natura liberatur:& ideò duplex crux fit hic ꝓpter redemptionem duplicis naturæ. Solutio secũdæ quæstionis est:quia triplex est ordo,scilicet naturæ, iustitiæ & gratiæ. Ordine naturæ flos præcedit fructum:ordine iustitiæ pœna sequitur peccatũ:ordine gratiæ superabũdat gratia peccatũ:& misericordia impẽdit,vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullum procedit meritum: & ideò nec natura potuit: nec iusticia debuit: vt panis & vinum fieret corpus vel caro & sanguis: sed sola graria diuina hoc potuit & voluit, hoc fecit & facit. Sicut autem sunt tria tempora: scilicet tempus ante legem: tempus sub lege: & tempus post legē, vel tempus gratiæ. Venit dominus Iesus Christus qui hoc sacramentū celebrauit & instituit: sicut & in hoc tertio ordine canonis de pane & vino, corpus & sanguinem consecrat & conficit. Et nota, q̄ hæc tria ad hoc sacramentū sunt necessaria, scilicet ordo, actio, & intētio. Ordo vt sit sacerdos, actio, vt verba proferat, quæ Christus dixit in cœna: intētio, vt ad hoc proferat: & hęc tria requirūtur in alijs sacramentis, præterquàm in baptismo necessitatis. Quādóq; verò proferuntur iocosè verba pertinentia ad sacramenta, vel ad instruendum ignaros: & nō habent tunc efficaciā illam vel effectum sacramenti. In quarto ordine præsente verò & summo sacerdote, iam apud patrem innotescunt preces nostræ presente summa & vera hostia iam minor prætenditur mora triū magnalium quæ fecit celebratur memoria: vt tam per eum, quàm per ea quæ fecit patris flectatur clementia.

Quare quarto fiunt quinque cruces.

QVinque ergo cruces facimus, non, q̄ eum qui præsens est sanctum sanctorū sanctificemus: sed vt per eius pœnitentiam offeramus & sumamus hostiam salutarē, & eidē cōformati sanctorum consortijs mereamur ad mitti. dominus enim Iesus Christus in passione sua fuit hostia pura: in resurrectione fuit hostia sancta: In ascensione hostia immaculata, panis vitæ æternæ esurientibus: calix salutis perpetuæ: iustitiā facientibus. ei ergo assimilari & confor mari debemus qui ad ipsum offerendum & sumendum accedimus.

Quare sacerdos extendit brachia per modum crucis.

SEd quia hoc non potest fieri nisi passionem, resurrectionem, & ascensionem eius studeamus imitari. Propterea trium istorū memoriam facimus. cùm dicimus. Vnde & memores domine nos tui serui: sed & plebs tua sancta eiusdem Christi filij domini Dei nostri tam beatæ passionis, nec nō ab inferis resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ ascensionis, vt scilicet ex imaginatione passionis per munditiam castitatis, & simus puri, offeramus hostiam purā ex imitatione resurrectionis obtineamus rectitudinē intentionis & offeramus hostiam immaculatā. Ex perceptione panis sancti vitæ æternæ obtineamus virtutem & fortitudinem charitatis: & participatione calicis salutis perpetuæ obtineamus magnitudinem & æternitatem. Tria ergo in hoc ordine sancto præcedere innuimus: quia tria prædicta necessariò primum offerre debemus: vt ad panē sanctum vitæ æternæ, & ad calicem salutis perpetuæ dignè perueniamus. Alia ratio quare quinque fiunt cruces in isto quarto ordine: vel ideò quinque cruces facimus: quia propter quinque rogamus: & quinque petimus propter quinq; rogamus. Primò generaliter pro fidelibus viuis omnibus ibi. Suprà quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris. Secundò specialiter pro altaris sacrificio participantibus: ibi. supplices te rogamus, &c. vt quotquot, &c. Tertiò pro defunctis familiaribus: ibi: memento etiam d omine famulorum famularúmque tuarum, &c. Quartò generaliter pro fidelibus defunctis omnibus, scilicet ipsis & omnibus in Christo, &c. quinque petimus duo, scilicet nobis, id est, viuis. & tria fidelibus defunctis. duo nobis, scilicet vt omni benedictione cœlesti & gratia repleamur. Tria fidelibus defunctis, scilicet refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Ideóque in hoc quarto ordine de omnibus patribus qui ante legem fuerunt, scilicet Abel, Abraham, Melchisedech præcipuè ponitur memoria: quia in eorum personis & sacrificijs, persona & sacrificium Christi præfigurabatur.

Quare ponuntur duo ordines sanctorum noui testamenti, primo & quarto ordine, & maiores in primo & plures.

SEd quare in hoc ordine, & in primo ordine canonis duo ordines sanctorum noui testamenti ponuntur, in primo verò ordine plures & maioris auctoritatis sancti commemorantur. Quia cum in nostro officio & ministerio, mirabilia & incōprehensibilia agantur, ideſt, substantia panis & vini in veram carnem & verum sanguinem Christi consecretur, maioribus & pluribus auxilijs indigemus. In hoc verò, id est, in quarto ordine, id est, post consecrationem & pauciores. i. 15. & minores sancti ordinantur: vt per virtutem sacramenti, quod tractamus & offerimus, eorum adiuti precibus & meritis. 15. charitatis gradibus ascendamus: & inuicti ad sanctorum consortiū transeamus. Multo ergo maius est & mirabilius substantiam panis & vini in verum corpus & sanguinem Christi conuerti, quàm in sanctorum consortium admitti.

Quare quintò fiunt tres cruces.

IN quinto ordine: vt petitionum nostrarum consequamur efficaciam, captamus beneuolentiam triplicē: quia cōmendamus personam patris, personam filij, & personam spiritus sancti. Commendamus personam patris per ineffabilem potestatem, vbi dicimus, domine sanctæ pater, &c. personam spiritus sancti per multiplicē largitatem: vbi dicimus, & præstas nobis, personam filij: vbi dicimus, per quem hæc omnia, per mirabilem sapientiæ profunditatem, qua ita ordinauit canonem: vt ad verbum creationis crucem non faciamus. Ad tria autem consequentia faciamus, scilicet sanctificas, viuificas, benedicis. Et quare ter, hæc est causa: quia humana natura ex statu pristinæ conditionis nec habuit profectum virtutis, nec stabilitatem boni operis: nec consummationem beatitudinis. Ex prima ratione creationis pollebat naturali ratione, gaudebat arbitrij libertate, per se autem non poterat stare nec proficere sine gratia adiutrice & sanctæ crucis virtute. Ex virtute autem sanctæ crucis & gratiæ adiutricis stabilis efficitur & benedicta, propterea ad primum verbum creationis non facimus signum crucis. Et adhuc tria facimus, sanctificas, scilicet fide & remissione peccatorum. viuificas, scilicet sacramento fidei & virtute bonorum operum, benedicis, scilicet plenitudine gratiarum & consummatione bonorum. Ideò ergo tres cruces facimus: quia per eius virtutem & amorem, tria obtinemus, quibus super omnia indigemus, vel commendamus personam filij per multiplicem potestatem, ostendentes eum esse primò Deum naturæ, secundò Deum veniæ, tertio fontem vitæ, quartò regem gloriæ. Prima potestas est: quia potest omnia ex nihilo creare, secunda est: quia potest peccata dimittere: tertia est, quia potest gratiam & virtutem dare & augere, quarta, quia potest emendatos vel perseuerātes in bono gloria & beatitudine coronare. Et per quem domine hæc omnia semper bona creas, ecce Deus naturæ, sanctificas, ecce Deus vehiæ, viuificas. ecce Deus fons vitæ & plenitudo virtutis & gratiæ, benedicis: ecce Rex & corona æternæ gloriæ. In sexto ordine per eum qui venit in sexta ætate & per virtutem crucis eius, iam plenius omnem veritatem cognoscimus, & per eum Deum patrem honoramus & glorificamus: vbi maiori sumpta fiducia & audatia: vt ad summam pacis omnium petitionum pertingamus & brauium, colligimus orationem pater noster, &c.

Quare est ibi tanta diuersitas in crucibus.

IN hoc enim ordine quinq; cruces facimus: vt per virtutē & amorem crucis, quinque gradus in cognitionem veritatis ascēdamus, sine quibus salui esse non possumus, primus gradus est fidei de æternitate patris, secundus de æqualitate filij, tertius de vnitate essentiæ, quartus est de modo essendi, quintus de vnitate spiritussancti, cùm vtróque. i. cum patre & filio. Et nota, quòd in hoc ordine lōgè alius modus & alia ratio, quàm in alijs ordinibus obseruatur, eò, quòd in crucibus faciendis, magna diuersitas ostenditur, & corpus Domini integrum manu tenetur, & in eodem oratio Dominica continetur: vnde & inde mulæ quæstiōes oriuntur. Prima quæstio est, quare in crucibus faciendis tanta diuersitas ostēditur, sed quę diuersitas ostēditur, prima est, quia crux ex vtrāq; proꝛēditur vltra calicē. Secunda quia calici coęquatur, tertia est quia infra calicem coartatur, quarta & quinta, quia ante calicem deprimitur. In prima ergo cruce, æternitas filij cum patre intelligitur, in secunda æqualitas, in tertia vnitas spiritussancti, in quarta & quinta, quòd est æternus & vnus Deꝰ. In eo autē, quod dicitur per ipsum, intelligitur creatio. In eo, quod dicitur cum ipso, intelligitur operatio. in eo, quod dicitur in ipso, intelligitur conseruatio. Per filium enim pater creauit & creat vniuersam creaturam, cum filio pater, &c. cum spiritusancto regit & disponit & conseruat. vnde dicitur, est tibi Deo patri omnipotenti in vnitate spiritussancti omnis honor & gloria.

Quare corpus Christi integrum tunc in manu teneatur.

SEcunda quæstio est, quare corpus Christi integrum in eisdē crucibus faciendis manu teneatur. Quod ideò fit, quia in sexta ætate ita integer & perfectus homo apparuit & ipsum perfectum & integrum exhibuit & pro nobis se obtulit, ideò in sexto ordine cum integrum manu tenemus, quem fide & opere perfectè imitari debemus.

Quare oratio Dominica dicatur hic.

TErtia quæstio est, quare in hoc ordine potius, quàm in alijs dicatur oratio Dominica. Dicēdum, quòd ideò sit, quia in sexta ætate Dominus iste veniens, orationem Dominicam docuit, & ideò in sexto ordine conuenientius, quàm in alijs ponenda fuit, septimus ordo à pace incipit, & ad pacem tēdit: vnde pax Domini, est enim pax inordinata superborum, qui contēpto superiori obediunt inferiori. Est pax simulata proditorum. Hieꝛem. 20. Ecclesiast. 12. Est pax immūda fornicatorum, est pax celebrata rebellium & scismaticorum, est pax gratiosa iustorum. Hæc est pax Domini ordinata quæ ordinem diligit: vera quæ neminē fallit, munda quæ omnia inquinamēta refugit, pudica & æterna quæ finem nescit. In hoc autem ordine quæstiones multæ oriuntur quæ scilicet reuelante soluuntur. Prima quæstio est, quæritur tres cruces fiant ibi. Pax Domini, &c. Solutio hæc est quia tres sunt vitæ humanę naturę, prima est animę simul cū corpore, secūda est animæ relicto corpore, tertia est resumpto corpore, in prima vita pax est necessaria, quæ longè facit à crimine, in secunda quæ longè facit à terrore, tertia quæ longè facit ab vtróq; con-

ab vtróq; cōsummata gloria & beatitudine: & ideò dicimus, pax dñi sit semper vobiscū. Secūda quæstio est, quare iste non supra vel extra calicē: sed tātū intra hāc Solutio: quia nec in secūda ætate quādo accipiet ad octaua pace cōsummata nō erit, quidē vnde exteri' sit dolendū: sed vnde interius potius sit gaudendū: ꝓpterea cruces nō extra sed intra facimus. Tertia quæstio est, quare tertia particula dñici corporis manu teneat in crucibus faciendis. Solutio tertia pars dominici corporis qua manu tenemus cū cruces facimus, pars est ecclesiæ quæ est in exultatiōe & gaudet cū Christo in æterna beatitudine. Quarta quæstio est, quare eadē particula factis crucibus descēdit in calicē. So. dicē. ū, q̄ quia laboꝛe signat & imitatione dñicæ passioni, habet suū interius & suū exterius. Exterius præsūrā & tribulationē, interius gaudiū & cōsolationē, ꝓpterea tertia particula descēdit i calicē: quia post laboꝛē, cū Christo in æternā recipiet requiē. Quinta quæstio est, quare duæ partes extra calicē remaneāt. Sol. duę partes dominici corporis quæ extra calicē remanēt, duæ partes sunt ecclesiæ, vna pars quæ est in peregrinatione, alia quæ est in expectatione. Sexta quæstio est, quare agnus Dei dicitur ter: & quare in duobus primis est cōuenientia: & quare in vno sit differētia, ibi dona nobis pacē. Sol. tria sunt tempora, quorū duo sunt tempora misericordiæ. Tertiū est paciꝭ & iustitiæ, quia ergo in tēpore tribulatiōis speraꝭ & expectaꝭ misericordia. In tēpore verò resurrectionis, pax conseruatur atq; iustitia: propterea quādo dicit agnus Dei, &c. In duobus primis est conuenientia, in tertio verò est differentia.

Explicit Opus Sexagesimumsextum. De expositione missæ.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris Opus Sexagesimumseptimum. De emptione & venditione ad tempus: & est absque dubio Sancti Thomæ. *Dubium*

CHARISSIMO in Christo fratri Iacobo Viterbien. lectori florentino, frater Thom. de Aqui. salutē. Recepi literas vestras in quibusdā casibus, sup quibus electi Capuani & mea sentētia petebatis, super collatione habita cū electo Capuano coēpe & post cū dño Hugone cardinali duxi ad primū casum taliter respondēdum.

Quòd suppositō, q̄ ista cōsuetudo de dilatiōe solutionis vsq; ad spatiū triū mēsiū sicut ꝓponit, sit ad cōmune bonū mercatorū. s. ꝓ expediēdis mercātijs siue mercationibus & nō fraudē vsurariā introducta: videt esse distinguendū: quia aut vēdit vēditor mercationes ad terminū prædictū, vltra quātitatē iusti pretij, ꝓpter expectationē aut secundū iusti pretij quantitatē. Si primo modo, nō est dubiū vsurariū esse contractū. cū expectatio tēporis sub pretio cadat. Nec potest excusatio si secūdus vēditor sit primi minister, cū ad nullam causam liceat pro tēpore expectationis pecuniæ ad pretiū augeri. Si autē secūdo modo, nō est vsura. Nō obstat si pro minori daret, si statim sibi pecunia solueretur: quod per simile potest in alijs debitis videri: quia si alicui debeat aliquid ad certū terminū, quādocúnq; de eo, quod est sibi debitum dimitteret, si sibi citius soluatur, immunis esset à peccato vsurarū talis, licet enim plus debito accipere propter tēporis dilationē, vsurā sapiat: minus tamē accipere: vt sibi citius soluatur, vsurā nō sapit: maximè ex parte eius qui minus recipit: quāuis ex parte eius qui min⁹ dat, vbi citius soluat, videatur esse aliquis modus vsuræ: cū spatiū tēporis vendat, vnde etiā in casu proposito, plus esset de vsura timendum emptori: qui vt ante tres menses minus soluat iusta estimatione pānos emit, quā venditori qui minus appetit: vt citius soluatur. Ex quo patet quid sit ad secundum casum respondendū vel dicendū: quia si mercatores Tuscię portantes pānos de nū dinis litinati: vt vsq; ad tempus resurrectionis expectent pretiū, plus vendant pannos, quā debeant secundum cōmune forum, nō est dubium esse vsuram: si autem nō plus, quā valent: plus tamē, quā acciperent si eis statim soluerētur, nō est vsura. In tertio casu similiter videtur, si illi qui pecuniā mutuo cū vsuris accipiunt illam vsurā recuperare volūt plus vendēdo pānos, quā valeat propter expectationē prædictā: nō est dubiū esse vsurā: cū manifeste tempus vēdatur. Nec excusantur propter hoc q̄ volūt se conseruare indēnes, quia nullus debet seruare indēnitatē mortaliter peccādo. Et licet alias expensas licitè factas, puta in portatione pānorū possint licitè recuperare de eorum venditione, non tamē possunt recuperare vsuras quas dederant: cū hæc fuerit iniusta datio. & præsertim etiā cū dando vsuras peccauerint tanquā occasionē peccādi vsurarijs præbētes: cū necessitas quæ ponitur: vt honorabilius viuant: & maiores mercationes faciant: non sit talis necessitas: & sufficiat ad excusandum peccatum prædictum, patet enim à simili: quia nō possit quis in vēditione pānorū recuperare expēsas quas incautè & imprudēter fecisset, patet etiā ex pdictis, qđ in quarto casu quærebat. Nā ille qui ad certū terminū debet, si ante terminū soluit: vt ei de debito aliquid dimittat, vsurā cōmittere videt: quia manifestè tēpus solutionis pecuniæ vendit, vnde ad restitutionem tenetur. Nec excusatur per hoc, q̄ soluendo ante terminum grauatur, vel q̄ ad hoc ab alio inducitur: quia eadem ratione possent vsurarij excusari omnes valete.

Explicit Opus Sexagesimumseptimum. De venditione ad terminum.

Incipit eiusdē doctoris opus sexagesimū octauū. Epistola exhortatoria S. Tho. ad quædam: in qua proponit idoneum modum salubriter acquirendi scientiam siue humanam siue diuinam. *Dubium*

QVIA quæsisti à me in Christo mihi charissimè Ioānes, qualiter te studere operteat in thesauro scientiæ acquirendo. tale à me tibi super hoc traditur consilium: vt per riuulos non statim in mare eligas introire quia per faciliora, ad difficiliora oportet deuenire. Hæc est ergo monitio mea & instructio tua. Tardiloquū te esse iubeo: & tardè ad locutorium ascendentē: cōscientiæ puritatem amplectere, orationi vacare non desinas, cellā frequenter diligas, si vis in cellam vinariā introduci. Omnibus te amabilem exhibe: nihil quære penitus de factis aliorū, nemini te multum familiarem ostendas: quia nimia familiaritas, parit contemptum, & subtractionis à studio materiam subministrat: de verbis & factis sæcularium, nullatenus te intromittas. Discursus super omnia fugias: sanctorum & bonorum imitari vestigia non omittas, non respicias à quo audias: sed quicquid boni dicatur, memoriæ recōmenda. Ea quæ legis & audis, fac vt intelligas. De dubijs te certifices, & quicquid poteris in armariolo mentis reponere, satage sicut cupiens vas implere. Altiora te ne quæsieris. Illa sequens vestigia, frondes & fructus in vineā domini Sabaoth vtiles, quādiu vitam habueris proferes ac produces, hæc si sectatus fueris, ad id attingere poteris, quod affectas.

Explicit Opus Sexagesimumoctauum. De modo acquirendi scientiam.

Incipit eiusdem doctoris opus sexagesimūnonū. Expositio in librum Boetij, de hebdomadibus.

PRAECVRRERE prior in domum tuam: & illud aduocate: & illic lude & age conceptiones tuas. Ecclesiast. 32. Habet hoc priuilegiū sapientiæ studium, q̄ opi suo prosequēdo magis ipsa sibi sufficiat. In exterioribus enim operibus, indiget homo plurimorum auxilio. Sed in contemplatione sapientiæ tanto aliquis efficacius operatur, quāto magis solitarius secum cōmoratur. Et ideò sapiens in verbis propositis hominem ad seipsum, reuocat dicēs. Præcurre prior in domum tuam, ideſt, ad mentem tuam ab exterioribus sollicitè redeas, ante quā ab alio occupetur, per cuius sollicitudinem distrahatur, vnde dicitur. Sapient. 8. Intrans in domum meam conquiescam cum illa, ideſt, cū sapientia. Sicut autem requiritur ad contemplationem sapientiæ, q̄ mentem suam aliquis præoccupet: vt totam domum suam contemplatione sapientiæ impleat, ita etiā requiritur, q̄ ipse totus per intentionē interius assistat: scilicet, eius intentio ad diuersa trahatur. & ideò subdit. Et illuc aduocare, ideſt, totam intentionem tuam ibi congrega. Sic igitur interiore domo totaliter exactata: & homine totaliter per intentionē in ea existente, quid agendum sit exponit subdens. Et illic lude. Vbi consideandum est, q̄ sapientiæ cōemplatio conuenienter ludo comparatur, propter duo, quæ est in ludo inuenire. Primò quidem, quia ludus delectabilis est & contemplatio sapientiæ maximam delectationem habet. vnde Ecclesiast. 24. dicitur ex ore sapientiæ. Spiritus meus super mel dulcis. Secundò quia operationes ludi non ordinantur ad aliud, sed propter se quæruntur. Et hoc idem competit in delectationibus sapientiæ. Contingit enim quādóq; q̄ aliquis apud seipsum delectationibus sapientiæ. Cōtingit enim quādóq; q̄ aliquis apud seipsum delectatur in cōsideratione eorū, quę cōcupiscit vel quæ agere ꝓponit. Sed hoc delectatio oritur ad aliquid exterius ad quod nititur peruenire: quod si deficiat vel tardetur delectationi huiusmodi adiūgitur non minor afflictio, secundum illud Prouerb. 14. Risus dolo-

Universidad de Deusto Biblioteca

re miscebitur. Sed delectatio contemplationis sapientiæ in seipsa habet delectationis causam: vnde nullam anxietatem patitur. quasi expectans aliquid, quod desit. Propter quod dicitur Sap. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius: nec tedium conuictus illius. scilicet sapientiæ. Et ideò diuina sapientia suam delectationem ludo comparat. Prouer. 8. Delectabar per singulos dies, ludens coram eo: vt per diuersos dies, diuersarum veritatum considerationes intelligantur. Vnde & hìc subditur. Et illic age conceptiones tuas: per quas. scilicet homo cognitionem accipit veritatis.

Postulas à me, vt ex hebdomadibus nostris, eius quæstionis obscuritatem quæ continet modum quo substantiæ in eo, quod sint bonæ sunt, cùm non sint substantialia bona, digeram, & paulò euidentius monstrem. Idque eò dicis esse faciendum, quòd non sit omnibus notum iter huiuscemodi descriptionum. Tuus verò testis ipse sum, quàm hæc viuaciter fueris ante complexus. Hebdomadas verò ego ipse mihi commentor. potiúsque ad memoriam meam speculata conseruo, quàm cuiquam participo. Quorum lasciuia ac petulantia, nihil à ioco risúque patitur esse coniunctum. Pro hinc tu ne sis obscuritatibus breuitatis aduersus, quæ cùm sint archani fida custodia: tamen id habent commodi, quòd cum his solis qui digni sunt loquuntur. Vt igitur in Mathematica fieri solet cæterísque disciplinis: proposui terminos regulásque quibus cuncta quæ sequuntur, efficiam. Communis animi conceptio, est enũciatio quam quisque probat auditam. Harum duplex modus est. Nam vna ita communis est, vt omnium sit hominum, veluti si hanc proponas. Si à duobus æqualibus æqualia demas, quæ relinquuntur æqualia esse, nullus id intelligens negat. Alia verò est doctorum tantùm, quę tamen ex talibus communis animi conceptionibus venit: vt est quæ incorporalia sunt in loco non esse. Et cætera quæ non vulgus sed docti comprobant. Huius ergo exhortationis sectator Boëtius de de suis conceptionibus librum nobis edidit: qui de hebdomadibus, dicitur. i. de editionibus: quia in Græco, hebdomada idem est, quod ꝙ edere. In quo quidem libro Boëtius duo facit. Primò enim præmittit procemium. Secundò procedit ad operis tractatũ ibi. Diuersum est esse & id quod est, &c. Circa primum tres facit. primò ostendit de quo sit intentio. secundò quomodò sit tractandum ibi. (Idq; eo dicis esse faciendum, &c.) Tertiò tradit ordinem quo procedendum est, ibi. (Vt igitur mathematica fieri solet.) Scribit autẽ hunc librum ad Ioannem diaconẽ Romanæ ecclesiæ: qui ab eo petierat, vt ex suis hebdomadibus, id est, editionibus dissereret, & exponeret quandam difficilem quæstionem: per quam soluitur quædam apparens contrarietas. Dicitur enim, ꝙ substantiæ creatæ inquantùm sunt, bonæ sunt: cùm tamen dicatur, quòd substantiæ creatę nõ sunt substantialia bona. Sed hoc dicitur solius Dei proprium esse. Quod enim conuenit alicui inquantùm est, videtur ei substantialiter conuenire. Et ideò si substantiæ creatæ inquantùm sunt, bonæ sunt, cõsequenter videtur, ꝙ sint substantialia bona. Deindè cùm dicit. Idq; eo dicis esse. Ostendit per quem modum hic trahere velit, id est, nõ planè sed obscurè. Et circa hoc tria facit. Primò ostendit, ꝙ intendit obscurè dicere. Secundò ostendit hunc modum esse sibi assuetũ. ibi. (Hebdomadas verò.) Tertiò ostendit, ꝙ hic modus debeat ei esse acceptus. ibi. (Pro hinc tu ne scis.) Dicit ergo primò, ꝙ ille ad quem scribit hæc, ita petebat prædicta esse scribenda, ꝙ via eorum quæ hic scribenda sunt nõ esset omnibus nota: qui nõ eodem desiderio ad hic afficiebantur quo ipse, cui Boëtius testimonium perhibet, ꝙ prædicta fuerit viuaciter ante complexus, id est, vel perspicaciter intelligendo, vel feruenter desiderando. Deinde cum dicit. Hebdomadas vero.) Ostendit hunc modum etiam sibi esse cõsuetum, & dicit, ꝙ ipse solitus erat sibi commentari, id est, componere vel excogitare quasdam hebdomadas, id est, editiones seu conceptiones, quas potius conseruabat eas considerans ad sui memoriam, quàm participem eorum faceret aliquem illorum qui propter sui lasciuiam & & petulantiam, id est, luxuriam & leuitatem, nihil aliud à ioco & risu patiuntur esse coniunctũm, id est, ordinatum vel constructum. Detestantur enim si quis aliquem sermonem coniunxit, aut ordinauerit non ad ludum, sed ad seria pertinentem. Deinde cùm dicit. Prohinc tu, &c.) Concludit ex præmisis, quòd obscurum sermonẽ debeat gratanter suscipere: vt potè qui talem sermonem ipse petierat: & hoc est, quod dicit pro hinc: quia scilicet, hoc fecisti ne iter nostrarum descriptionum esset omnibus paruiũ: ne sis aduersus, id est, contrarius obscuritatibus breuitatis, id est, obscuritati præsentis libri quæ est breuitati coniuncta. Ex hoc enim, quòd aliqua breuiter dicuntur, magis solent esse obscura. Obscuritas autem cũ secretum fideliter custodiat, hoc affert vtilitatis, quòd loquitur solùm cùm illis qui digni sunt, id est, cùm intelligentibus & studiosis, qui digni sunt ad secreta sapientiæ admitti. Deinde cùm dicit. (Vt in mathematica fieri solet.) Ostendit quo ordine sit procedẽdum: vt patet per ea quę sunt per se nota. Et circa hoc duo facit. Primò ponit ordinem procedendi, secũdò notificat illa ex quibus procedere intendit, ibi. (Communis cõceptio.) Dicit ergo primò, quòd ipse intendit primò proponere quædam principia per se nota, quæ vocat terminos & regulas. Terminos quidem: quia in huiusmodi principijs stat omniũ demonstrationũ resolutio. Regulas autẽ: quia per eas dirigitur aliquis in cognitionem sequentiũ cõclusionũ. Ex huiusmodi autem principijs, intẽdit cõcludere & facere nota omnia quæ consequenter tractanda sunt: sicut fit in geometria, & in alijs demonstratiuis sciẽtijs: quæ ideò dicuntur disciplinæ: quia per eas discipulis aggregat scientia ex demõstratione quã magister proponit. Deinde cũ dicit. (Cõmunis animi cõceptio est) notificat principia per se nota. & primo per diffinitionem, secundò per diuisionem, ibi. (Harum autem duplex est modus.) Circa primũ, cõsiderãdũ est, quòd huiusmodi principia quæ sunt termini, quia regulæ demõstrationũ sunt, vocãtur cõmunes animi cõceptiones. Diffinit ergo animi cõceptionẽ cõmunẽ dicẽ. Cõmunis autẽ cõceptio, est enũciatio quã quisq; ꝓbat auditã, id est, quã quilibet approbat statim. vt eã audit. Aliæ enim propositiones quæ his demonstrantur, non statim ex ipso auditu approbantur: sed oportet per alia aliqua fiant nota. Hoc autem non est procedere in infinitum. Vnde oportet peruenire ad aliqua quæ statim per se sunt nota. Vnde dicuntur cõmunes animi cõceptiones: & cõmuniter cadunt in cõceptione cuiuslibet intellectus: cuius ratio est: quia prædicatũ est de ratione subiecti, & ideò statim nominato subiecto & intellecto quid sit, statim manifestũ est prædicatũ ei in esse. Deinde cùm dicit. Harum autem duplex est modus) Diuidit prædicta principia dicens, ꝙ prædictarũ cõmunium animi cõceptionum duplex est modus. Quædã enim animi cõceptiões sunt cõmunes hominibus omnib[9], sicut ista Si ab æqualibus æqualia auferas, quæ relinquũtur sunt æqualia. Alia verò animi cõceptio est cõmunis solũ doctis, quæ deriuatur à primis animi conceptionibus, quæ sunt oĩbus hominibus communes. Et huiusmodi est incorporalia non esse in loco, quæ nõ approbatur à vulgò, sed solùm à sapientibus. Huius autem distinctionis ratio est, quia cum communis animi conceptio vel principium per se notum sit aliqua propositio ex hoc, quòd prædicatum est de ratione subiecti, si illud idem, quod significatur per subiectum & prædicatum cadat in cognitionem omnium, consequens est, quòd huiusmodi propositio sit per se nota omnibus, sicut quid sit æquale notũ est omnibus, & similiter quid sit subtrahi, & ideò prædicta propositio est oĩbus per se nota, & similiter omne totum est maius sua parte, & alia huiusmodi, sed ad apprehendẽdam rem incorpoream, solus intellectus sapientum consurgit. Nam vulgarium hominum intellectus, non transcendunt imaginationem quæ est solùm corporalium rerum, & ideò ea quæ sunt propria corporum, putà esse in loco circunscriptiuè intellectus sapientum statim remouet à rebus incorporeis, quod vulgus facere non potest.

Diuersum est esse, & id quod est, ipsum enim esse nondum est. At verò id, quod est accepta essendi forma est atque consistit, quod est participare aliquo potest, sed ipsum nullo mõ aliquo participat. Fit enim participatio cum aliquid iam est. Est autem aliquid cum esse susceperit, id quod est, habere aliquid præterquàm, quod ipsum est potest. Ipsum verò esse nihil aliud præter se habet admixtum, diuersum est tamen esse aliquid in eo, quod est, & esse aliquid. Illic enim accidens hic substantia significatur. Omne, quod est, participat eo, quod est esse vt sit. Alio verò participat vt aliquid sit, ac per hoc id, quod est participat eo, quod est esse vt sit, est verò vt participare alio quolibet posit. Omni cõposito aliud est esse, aliud ipsum est, omne simplex esse suum, & id, quod est vnum habet. Omnis diuersitas discors, similitudo verò appetenda est. Et qđ appetit aliud tale ipsum naturaliter esse ostenditur quale est illud ipsum, quod appetit. Sufficiunt igitur quæ pręmisimus, à prudente viro interpretationis suis vnũquódque aptabitur argumentis. Supra Boëtius dixerat hoc ordine se processurum: vt prius pręmitteret quosdam terminos & regulas, ex quibus ad vlteriora procederet, & ideò secundum ordinem prætaxatum primò incipit præmittere quasdam regulas, siue conceptiones quasdam sapientum. Secundò ex illis incipit argumentari ibi. (Quod verò huiusmodi est) sicut ante dictum est ille propositiones sunt maximè quæ vtuntur terminis quos omnes intelligunt. Ea autẽ quę in omni intellectu cadunt sunt maximè communia, quæ sunt ens: vnum, & bonum, & ideò ponit hic Boëtius primò quasdam conceptiones pertinentes ad ens, secundò quasdã pertinentes ad vnum, ex quo sumitur ratio simplicis & compositi, ibi. (Omni composito, &c.) Tertiò ponit quasdam conceptiones pertinentes ad bonum, ibi. (Omnis diuersitas discors.) Circa ens autem consideratur ipsum esse quasi quiddam commune & indeterminatum, quod quidẽ dupliciter determinatur. Vno modo ex parte subiecti, quod esse habet. Alio modo ex parte prædicati: vtpotè cum dicimus de homine vel de quacúnque alia re, non quidem, quòd sit simpliciter, sed quod sit aliquid, putà album vel nigrum. Primò ergo ponit conceptiones quæ accipiuntur secundum comparationem esse ad id, quod est. Secundo ponit conceptiones quæ accipiuntur secundum comparationem eius, quod est esse simpliciter, ad id, quod est esse aliquid, ibi. (Diuersum est tamen.) Circa primũ duo facit. Primo ponit differentiam eius quod est esse, ad id quod est. secũdo manifestat huiusmodi differẽtiã ibi (Ipsum enim esse) Dicit ergo primò ꝙ diuersum est esse. & id quod est. Quæ quidẽ diuersitas nõ est hic referẽda ad res de quibus adhuc nõ loquitur: sed ad ipsas rationes seu intẽtiões. Aliud aũt significamus ꝑ hoc qđ dicimus esse: & aliud per hoc quod dicimus id quod est, sicut & aliud significamus cũ dicimus currere, & aliud per hoc quod dicitur currens. Nã currere & esse significãtur in abstracto: sicut & albedo, sed quod est. i. ens & currens significantur: sicut in concreto velut album. Deinde cum dicit. Ipsum enim esse: manifestat prædictam diuersitatem tribus modis, quorum primus est: quia ipsum esse non significatur: sicut ipsum subiectum essendi: sicut nec currere significatur, sicut subiectum cursus. Vnde sicut non possumus dicere quod ipsum currere currat, ita non possumus dicere quòd ipsum esse sit: sed sicut id ipsum quod est significatur: sicut subiectum essendi: si id quod currit significatur: sicut subiectum currendi: & ideò sicut possumus dicere de eo quod currit, siue de currente, ꝙ currat inquantũ subijcitur cursui & participat ipsum: ita possumus dicere ꝙ ens siue id quod est sit, inquantũ participat actum essendi: & hoc est quod dicit. Ipsum esse non dũ est: quia nõ attribuitur sibi esse, sicut subiecto essendi: sed id quod est accepta essendi forma. i. suscipiendi ipsum actum essendi: est atq; cõsistit. i. in seipso subsistit. Non enim ens dicitur propriè & per se nisi de substantia: cuius est subsistere. Accidentia enim non dicuntur entia quasi ipsa sint: sed inquantùm eis subest aliquid, vt postea dicetur. Secũdam differentiã ponit ibi (Quod est participare) Quę quidem differentia sumitur secundũ rationem participationis. Est aũt participare quasi partẽ capere: & ideò quando particulariter recipit id quod ad alterum pertinet vniuersaliter dicitur participare illud: sicut homo dicitur participare animal: quia non habet rationem animal secundũ totã cõitatẽ: & eadem ratione Sortes participat hominẽ: similiter etiã subiectum participat accidens: & materia formã: quia forma substantialis vel accidentalis, quę de sui ratione cõis est, determinatur ad hoc vel ad illud subiectũ: & similiter etiã effectus dicitur participare suã causam, & præcipuè quãdo non adæquat virtutẽ suæ causæ: puta si dicamus ꝙ aer participat lucem solis: quia non recipit eam in ea claritate qua est in sole. Prætermisso autem hoc tertio modo participandi, imposibile est ꝙ secundum duos primos modos ipsum esse participet aliquid. Non enim põt participare aliquid per modum quo materia vel subiectum participat formã vel accidens: quia vt dictum est: ipsum esse significatur, vt quiddam abstractũ. similiter autem nec potest aliquid participare per modũ quo particulare participat vniuersale. Sic enim etiã ea quę in abstracto dicuntur, participare aliquid possunt: sicut albedo colorẽ: sed ipsum esse est cõisimũ. Vnde ipsum quidẽ participatur in alijs: non aũt participat aliquid aliud: sed id quod est siue ens, quãuis sit cõisimũ, tamen cõcretiuè dicitur: & ideò participat ipsum esse: non per modũ quo magis commune participatur à minus cõmuni: sed participat ipsum esse per modũ quo concretum participat abstractũ. Hoc est ergo quod dicit. Quòd id quod est. s. ens participare aliquo põt: sed ipsum esse nullo modo participat aliquo: & hoc modo probat ex eo quod supra dictũ est. s. ꝙ ipsum esse nondum est. Manifestum est enim ꝙ id quod non est, non potest aliquo participare. Vnde cõsequens est ꝙ participatio cõueniat alicui cũ iam est: sed ex hoc aliquid est quod suscipit ipsum esse. sicut dictum est, vnde relinquitur ꝙ id quod est aliquid posit participare, ipsum autẽ esse non posit aliquid participare. Tertiã differentiã ponit ibi. id quod est habere: & sumitur ista differentia per admixtionẽ alicuius extranei. Circa quod cõsiderandũ est, ꝙ circa quodcunq; abstractè cõsideratũ, hoc habet veritatẽ, ꝙ non habet in se aliquid extraneũ, quod. s. sit præter essentiam suam: sicut humanitas & albedo: & quęcũq; hoc modo dicũtur. Cuius ratio est: quia humanitas significatur vt quo aliquid est homo: & albedo quo aliquid est album. Non est autem aliquid homo formaliter loquendo, nisi per id quod ad rationẽ hominis pertinet: & similiter non est aliquid albũ formaliter, nisi per id quod pertinet ad rationẽ albi: & ideò huiusmodi abstracta nihil alienũ in se habere possunt. Aliter aũt se habet in his quę significãtur in concreto. Nam homo significatur, vt qui habet humanitatẽ, & albũ, vt quod habet albedinẽ. Ex hoc autẽ ꝙ homo habet humanitatẽ vel albedinẽ, non prohibetur habere aliquid aliud quod non pertinet ad rationẽ horum: nisi solũ quod est oppositũ his: & ideò homo & album possunt aliquid aliud habere quã humanitatẽ vel albedinẽ. Et hæc est ratio quare albedo vel humanitas significantur per modum partis: & non prædicãtur de cõcretis: sicut nec sua pars de suo toto: quia igitur sic dictũ est ipsum esse significãtur vt abstractũ: id qđ est vt cõcretũ: cõsequẽs est verũ esse quod hic dicitur, ꝙ id quod est põt aliquid habere præterquã quod ipsum est. s. pręter suã essentiã: sed ipsum esse nihil habet admixtum præter suã essentiã. Deinde cùm dicit. (Diuersum tamen est esse.) Ponit cõceptiones quæ accipiuntur secundũ cõparationẽ eius quod est esse simpliciter, ad id quod est esse aliquid. & primò ponit vtriusq; diuersitatẽ. secundò asignat differentias. ibi (Illic enim accidẽs) Circa primũ cõsiderãdum est, ꝙ ex quo id quod est potest aliquid habere præter suã essentiã, necesse est ꝙ in eo consideretur duplex esse: quia enim forma est principium essendi: necesse est ꝙ secundũ quãlibet formã habitã, habens aliqualiter esse dicatur. Si ergo forma illa non sit pręter essentiam habentis: sed constituat eius essentiã: ex eo ꝙ habet talẽ formã, dicetur habẽs esse simpliciter: sicut homo ex hoc ꝙ habet animã rationalem. Si verò sit talis forma quę sit extraneus ab essentia habentis eam, secundũ illam formã non dicetur habens esse simpliciter: sed esse aliquid, sicut secundum albedinẽ homo dicitur esse albus, & hoc est quod dicit, quod diuersum est esse aliquid, quod non est esse simpliciter: & quod aliquid sit in eo quod est propriũ esse subiecti. Deinde cũ dicit. (Illic enim accidens.) Ponit tres differentias inter præmissa. quarũ prima est ꝙ illic. i. vbi dicitur de re ꝙ sit aliquid: & nõ quòd sit simpliciter significatur accidens: quia forma quę facit huiusmodi esse est præter essentiam rei. Hic autem cũ dicitur esse aliquid in eo ꝙ est significatur substantia: quia s. forma faciẽs esse cõstituit essentiã rei. Secundã differentiã ponit ibi. (Omne quod est participat) Vbi dicit ꝙ ad hoc ꝙ aliquid sit simpliciter subiectũ, participat ipsum esse: sed ad hoc ꝙ sit aliquid, oportet ꝙ participet alio aliquo: sicut homo ad hoc ꝙ sit albus participat non solũ esse substantiale: sed etiã albedinẽ. Tertiam differentiã ponit ibi. (Ac per hoc) Quę quidẽ accipitur secundũ ordinẽ vtriusq;, & cõcluditur ex pręmisis. Est autẽ hæc differẽtia, quòd primò oportet vt intelligatur aliquid esse simpliciter, & posteà ꝙ sit aliquid: & hoc patet ex præmisis. Nam aliquid est simpliciter per hoc ꝙ participat ipsum esse: sed quãdo iam est. s. per participationẽ ipsius esse restat vt participet quocunq; alio: ad hoc s. ꝙ sit aliquid. Deinde cũ dicit. (Omni cõposito) ponit cõceptiones de cõposito: & simplici quę pertinẽt ad rationẽ vnius. Est autẽ cõsiderandum ꝙ ea quæ suprà dicta sunt de diuersitate ipsius esse: & eius quod est, est secundũ ipsas intentiones: hic aũt ostẽdit quomodò applicetur ad res: & primò ostendit hoc in cõpositis: secũdò in simplicibus. ibi (Omne simplex) Est ergo primò cõsiderandũ quòd sicut esse & quod est differunt in simplicibus secundũ intentiones, ita in cõpositis differunt realiter, quod quidẽ manifestũ est ex pręmisis. Dictũ est enim suprà ꝙ ipsum esse, neq; participat aliquid: vt eius ratio constituatur ex multis: neq; habet aliquid extraneũ ad mixtum: vt sit in eo cõpositio accidentis: & ideò ipsum esse nõ est cõpositũ. Res ergò cõposita non est suũ esse: & ideò dicit ꝙ in omni cõposito aliud est esse: & aliud ipsum cõpositũ, quod est participãdũ ipsum esse. Deinde cũ dicit. (Omne simplex) Ostendit qualiter se habet in simplicibus in quibus necesse est quòd ipsum esse & id quod est sit vnum & idem realiter. Si enim esset aliud realiter id quod est & ipsum esse, iam non esset simplex. sed cõpositum. Est tamen considerandum, quòd cùm simplex dicatur aliquid ex eo ꝙ caret cõpositione, nihil prohibet aliquid esse secundum quid simplex, inquantũ caret aliqua cõpositione: quod tamen non est omninò simplex vnde ignis & aqua dicuntur simplicia corpora: in quantũ carent cõpositione quę est ex contrarijs: quæ inuenitur in mixtis: quorũ tamẽ vnũquodcũq; est cõpositum, tum ex partibus quantitatis: tum etiã ex forma & materia. Si ergo inueniãtur aliquæ formæ nõ in materia vnaquéq; earũ est quidẽ simplex quantũ ad hoc qđ caret materia: & per cõsequens quantitate quę est dispositio materiæ, quia tamen quælibet forma est determinatiua ipsius esse nulla earũ est ipsum, sed est habens esse. Puta secundũ opinionẽ Platonis ponamus formã immaterialem subsistere quæ sit ydea, & ratio hominum materialiũ: & aliam formã quæ sit ydea & ratio equorũ: manifestum erit ꝙ ipsa forma immaterialis subsistens cùm sit quiddã [illegible]terminatũ ad speciem, non est ipsum esse cõe: sed participat illud: & nihil differt quãtum ad hoc si ponamus illas formas immateriales altioris gradus quã sint rationes horũ sensibiliũ. vt Arist. voluit. Vnaquéq; illarũ inquantũ distinguitur ab alia quædam specialis forma est participans ipsum esse: & sic nulla earum erit verè simplex. Id autẽ erit solùm verè simplex, quod non participat esse non quidẽ inhærens: sed subsistens. Hoc autẽ non põt esse nisi vnum: quia si ipsum esse nihil aliud habet admixtum, præter id quod est esse: vt dictum est: imposibile est id quod est ipsum esse multiplicari per aliquid diuersificans: & quia nihil aliud præter se habet admixtum, consequens est ꝙ nullius accidẽtis sit susceptiuum: hoc autẽ simplex vnum & sublime est ipse Deus. Deinde cũ dicit. (Omnis diuersitas) ponit duas cõceptiones pertinentes ad appetitũ. ex quo diffinitur bonum. Nam bonum dicitur quod omnia appetunt. Est ergo prima conceptio, quòd omnis diuersitas est discors: & similitudo est appetenda. Circa quod considerandum est, quòd discordia importat cõtrarietatẽ appetitus. Vnde illud dicitur esse discors, quod repugnat appetitui. Omne autem diuersum in quantũ huiusmodi repugnat appetitui. Cuius ratio est: quia simile augetur: & perficitur suo simili. Vnumquodq; autẽ appetit suum augmentum, & perfectionẽ. & ideò si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mile inquantū huiusmodi est vnicuiq; appetibile: & pari ratione diuersum repugnat appetitui, inquantū diminuit & perfectionē impedit. & ideò dicit, ꝙ omnis diuersitas est discors. i. ab appetitu discordans. Similitudo verò est appetenda. Contingit tamen per accidens, ꝙ aliquis appetitus abhorreat simile: & appetit diuersum sicut cōtrarium. Nam sicut dictum est, vnum quòd q; primò & per se appetit suā perfectionē quæ est bonum vniuscuiusq; : & est semper proportionatū suo perfectibili: & secundū hoc habet similitudinē ad ipsum. Alia verò quæ sunt exterius appetuntur, vel refutantur, inquantū conferunt ad propriā perfectionem. A qua quidem deficit quādóq; aliquid per defectum: quandóq; autem per excessum. Nam propria perfectio vniuscuiusq; rei, in quadam cōmensuratione consistit: sicut perfectio corporis humani, cōsistit in cōmensurato calore, à quo si deficiat, apppetit aliquod calidū: per quod calor augeatur. Si autem superexcedat, appetit cōtrariū. s. frigidum: per quod ad tēperamentum reducatur: in quo cōsistit perfectio cōformis naturę. Et sic etiā vnus figulus abhorret aliū in quantū. s. aufert ei perfectionē desideratā. (s. lucrū. Secundum autem conceptionem ponit ibi (Et quod appetit) quæ concluditur ex præmissis. Si enim similitudo per se est appetenda, cōsequenter id quod appetit aliud ostenditur tale naturaliter esse quale est hoc quod appetit: quia scilicet naturalem inclinationem habet ad id quod appetit: quæ quidem naturalis inclinatio quandó. 3. sequitur ipsām essentiam rei: sicut graue appetit esse deorsum secundū rationem suæ essentialis naturæ, quandóq; verò consequitur naturam alicuius formæ superuenientis: sicut cùm aliquis habet habitum acquisitū desiderat id quod conuenit ei secundū habitum illum. Vltimò aūt epilogat & dicit, ꝙ sufficiunt ad propositū ea quæ præmissa sunt: & ꝙ ille qui prudēter interpretatur rationes dictorū, poterit vnūquódq; eorum adaptare cōgruis argumentis, applicādo scilicet ea ad debitas conclusiones: vt patebit in sequentibus.

QVæstio verò huiusmodi est, ea quę sunt: bona sunt, tenet eā oīs sententia doctorū, omne quod est ad bonū tēdere. Omne autem tendit ad simile, quæ igitur ad bonū tendunt, bona sunt. Sed quemad modum bona sint, inquirendū est: vtrum ne participatione. an substantia. si participatione per seipsa nullo modo sunt bona Nam quod participatione albū est, per se. i. in eo ꝙ ipsum est albū non est: & de cæteris qualitatibus eodem modo. Si igitur participatione sunt bona, ipsa per se nullo modo bona sunt: nō igitur ad bonū tēdunt: sed cōcessum est: nō igitur participatione bona sunt: sed substātia: quorūverò substātia bona est, id ꝙ̄ sunt bona sunt. Id aūt quod sunt, habent' ex eo quod est esse: esse igitur ipsorum bonū est. Omnium igitur rerum ipsum esse bonum est. Sed si esse bonū est, ea quæ sunt in eo ꝙ sunt: bona sunt: idēq; est illis esse ꝙ̄ bona esse substātialia: igitur bona sunt, qm̄ nō participāt bonitatem, qd si ipsum esse in eis bonū est, nō est dubiū quin substātialia cū bona sint, primò sint bona similia, ac per hoc ipsum bonū erūt. Nihil em̄ illi prēter seipsum simile est: ex quo sit: vt oīa quę sunt, Deus sint: qd̄ dictu nephas est. Non sunt igitur substātialia bona, ac per hoc nō his est esse bonum. Non igitur in eo ꝙ sunt bona sunt, sed nec participant bonitate. Nullo enim modo ad bonum tenderent. Nullo igitur modo bona sunt. Præmissis quibusdā principijs quæ sunt necessaria ad propositæ quæstionis discussionē: hic accedit ad quæstionē propositā. Et circa hoc tria facit. Primò proponit quæstionem. Secundò adhibet solutionē ibi. (Huic quęstioni talis poterit) Tertiò excludit quasdam obiectiones contra solutionē. ibi (At non alba) Circa primā duo facit. Primò præmittit quid quæstio præsupponit. secundò quid in quæstione versetur dubium. ibi (Sed quemadmodū bona sunt) Dicitur ergo sic esse ad propositā quęstionē accēdēdum, vt presupponamus ꝙ oīa ea quę sunt, bona sunt & ad hoc probādum, inducit rationem secundū præmissa, quę talis est. Vnūquódq; tendit ad suum simile. Vnde supra præmissum est, quod appetit aliud: tale ipsum esse naturaliter ostendit, quale est hoc ipsum quod appetit: sed omne quod est, ad bonum tendit. Et hoc quidem inducit secundum cōmunē doctorū sententiā. Vnde & in principio Ethicorū, philosophus dicit ꝙ bonum enunciant sapientes esse id quod omnia appetunt. Est enim proprium obiectū appetitus, bonum sicut sonus propriū obiectum est auditus. Vnde sicut sonus est qui percipitur ab omni auditu: ita oportet bonum esse in quod tendit omnis appetitus: & ita cùm cuiuslibet rei sit aliquis appetitus: vel intellectiuus, vel sensitiuus, vel naturalis. consequens est ꝙ quælibet res appetat bonum: & ita cōcluditur ꝙ omnis res sit bona: qd̄ quæstio intēta supponit. Deinde cum dicit. (Sed quemadmodum bona) Ostendit quid dubium in quæstione versetur. Et circa hoc tria facit. Primò proponit quæstionē. Secundò obijcit cōtra vtrūq; membrorū quęstiōis. ibi (Si participatione) tertiò ex hoc vlterius procedit ad excludendū primā suppositionē. ibi (Non ergo sunt in eo quòd sunt) Dicit ergo primò, ꝙ suppositio omnia esse bona, inquirendū est de modo, quomodò. s. bona sint. Dicitur autem aliquid de aliquo dupliciter. Vno modo substātialiter: alio modo per participationē. Est ergo quęstio, vtrum entia sint bona per essentiā vel per participationē. Ad intellectū huius quęstiōis cōsiderādū est ꝙ in ista quæstione præsupponitur quòd aliquid esse per essentiā: & per participationem, sint oppositа: & in vno quidem supradictorum participationis modorum manifestè verū est. s. secundū illum modum quo subiectū dicitur participare accidens vel materia formam. Est enim accidens præter naturam subiecti: & forma præter ipsam substātiam materiæ, sed in alio participationis modo: quo s. species participat genus: hoc verū est ꝙ species participat genus: hoc etiam verum est secundū sententiā Platonis, qui posuit aliam esse Ideā animalis & bipedis hominis, sed secundū sententiā Arist. qui posuit quòd homo verè est id quod est animal, quasi essentia animalis non existente præter differentiā hominis, nihil prohibet id quod per participationē dicitur substantialiter prædicari. Boetius autem hoc loquitur secundū illum participationis modum, quo subiectū participat accidens: & ideò ex opposito diuiditur id quod substantialiter & participatiuè prædicatur, vt patet per exempla quæ subsequenter inducit. Deinde cùm dicit. (Si participatione) obijcit cōtra vtrūq; membrū quæstionis. Et primò contra hoc quòd res sint bonæ per participationem. ăecundò contra hoc quòd sint bonę secundū suam substantiā ibi (Quorū verò substantia) Dicit ergo primò ꝙ si omnia sunt bona per participationē, sequitur quòd nullo modo sint bona per se: & hoc quidē verum est, si per se accipiatur in esse quod ponitur in diffinitione eius de quo dicitur: sicut homo per se est animal. Quod enim ponitur in diffinitione alicuius, pertinet ad essentiam eius, & ita non dicitur de eo per participationē de qua nunc loquimur. Si verò accipiatur per se secundū aliam modū prout. s. subiectum ponitur in diffinitione prædicati: sic esset falsum quod hic dicitur. Nam propriū accidens secundum hunc modum per se ineſt subiecto: & tamen participatiuè de eo prædicatur. Sicut igitur Boetius hic accipit participationē, prout subiectū participat accidens: per se autem quod ponitur in diffinitione subiecti & sic ex necessitate sequitur ꝙ si res sint bonæ per participationē quòd non sint bonæ per se: & hoc manifestat per exēplum. Nam id quod est album per participationē, non est album per se. i. in eo qđ est ipsum quod pertinet ad primū modum dicendi per se: & simile est de aliis qualitatibus. Sic igitur si omnia entia sunt bona per participationem, sequitur quòd non omnia sunt bona per se. i. per suā substantiā. Ex hoc ergo sequitur ꝙ substātię entiū non tendant ad bonum: cuius contrariū superius est cōcessum. s. quòd omnia in bonum tendant: videtur ergo ꝙ entia non sint bona per participationem: sed per suam substantiam. Deinde cùm dicit. (Quorum verò substantia) obijcit in contrariū in hunc modum. Illa quorum substantia bona est, necesse est quòd bona sint secundū id ipsum quòd sunt. Hoc enim ad substantiā cuiusc̄ūq; rei pertinet, ꝙ cōcurrit ad suum esse: sed quòd aliqua sint, hoc habēt ex eo quod est esse dictū est cēm supra qđ est aliquid cū esse susceperit. Sequitur igitur vt eorū quę sunt bona sec̄m subiectū: ipsum esse sit, bonū si igitur omnia sunt bona sec̄m suā substantiā sequitur qđ oīm rerū ipsum esse sit bonū & ga præmissa ex quibus argumētādo processit sunt cōuertibilia procedit econuersò. Sequitur enim ecōuersò, quòd si esse omnium rerum sit bonū, quòd ea quæ sunt, inquantū sunt, bona sint: ita s. quòd idem sit vnicuiq; rei esse, & bonum esse. Sequitur igitur quòd sint substantialia bona, ex hoc quòd sunt bona, & tamen nō per participationē bonitatis. Ex hoc aūt quid incōueniēs sequatur ostendit subdens: & dicit quòd si ipsum esse rerum omnium sit bonum cū ex hoc sequatur, quòd sint substātialia bona: cōsequens est etiā quòd sint primo bono similia: quod est substantiale bonum, & cui idem est esse & bonū esse: & ex hoc vlterius sequitur, quòd oīa sint ipsum primū: bonū ga nihil prēter seipsum est simile illi. s. quātum ad modū bonitatis. Nihil autē aliud prāter primū bonum eo dem modo est bonū, sicut ipsum, quia ipsum solū est primū bonū. Dicūtur tamē aliqua ei similia, inquantū sunt secundariò bona derriuata ab ipso primo: & ptincipali bono. Si ergo omnia sunt ipsum primū bonū cum ipsum primū bonū nihil sit aliud quā Deus sequitur quòd omnia entia sunt Deus: quod dicere nephas est. Sequitur igitur &ea quę præmissa sunt esse falsa. Nō igitur entia omnia sunt substantialia bona: neq; in eis ipsum esse est bonū: quia ex his cōclusum est, quòd omnia sunt Deus: & vlterius sequitur ꝙ nō omnia sint bona inquantū sunt. Deinde cùm dicit. (Sed neq; participant) procedit vlterius ad remouendā primā suppositionē, & dicit quòd si huic quod est entia non esse substātialiter bona adiungatur alia cōclusio quę suprà inducta est. s. ꝙ entia nō sunt participatiuè bona: quia per hoc sequeretur ꝙ nullo modo ipsa ad bonū tenderēt, vt suprà habitū est: videtur vlterius posse cōcludi ꝙ nullo modo entia bona: quod est contra id quod suprà præmissum est.

HVic quæstioni talis poterit adhiberi solutio: multa sunt quæ cū actu separari non possunt, animo tamen cum cogitatione separantur: vt & triangulū vel cætera à subiecta materia nullus actu separatur: & triangulū vel cætera à subiecta materia nullus actu separatur: mente tamen segregans ipsum triangulū proprietatēq; eius præter

præter materiā speculatur. Amoneamus igitur primi boni presentiā paulisper ex animo: quod quidē esse cōstat: idq; ex omnium doctorū̄ doctorūq; sententia, barbararū quoq; gentiū regionibus cognosci pōt: hoc igitur paulisper amoto ponamus oīa esse quæ sunt bona, atq; ea quæ cōsideramus quēadmodū bona esse possent, si à primo bono minimè defluxissent: hic intueor in eis aliud esse, ꝙ bona sunt, aliđ ꝙ sunt. ponatur em̄ vna eadēq; substātia bona esse, grauis alba rotunda, tunc aliud esset illa ipsa substantia: aliud eius rotunditas aliud color: aliud bonitas. Nā si hæc singula idem essent ꝙ ipsa substātia, ꝙ idem esset grauitas quod color, bonū quod albū, & quod rotundū, quod fieri natura nō sinit. Aliud igitur tunc in eis esset esse aliud aliquid esse: at tunc quidē bona essent: esse tamen ipsum minimè haberēt bonū. Igitur si nullo modo essent nō à bono, bona quidē essent, ac nō idē essent quod bona: sed eis aliud esset esse: aliud bona esse. Quòd si nihil omninò aliud essent, nisi bona, neq; grauia: neq; colorata, neq; spacij dimēsione distincta: neq; vlla in eis qualitas esset: nisi tantū bona essent, tunc nō res, sed rerū viderentur esse principium: nec potius viderentur, sed videretur, vnū enim solūq; est huiusmodi: quod tantū est bonū aliúdq; nihil sit, quę quoniā non sunt simplicia, esse omninò poterāt: nisi ea id quod solū bonū est esse voluisset, idcirco qm̄ esse eorū à boni volūtate defluxit, bona esse dicūtur. Primum enim bonū in eo ꝙ est bonū. Secundū verò bonum quod ex eo fluxit, cuius ipsum est bonū: ipsum quoq; bonū est, sed ipsum esse omnium rerum ex eo fluxit quod primum bonū: & quòd bonū tale: vt rectè dicatur in eo quod est, bonum est: ipsum igitur eorū esse bonū est. Tunc enim in eo ꝙ essent, non essent bona, si à primo bono minimè defluxissent. Præmissa quæstione & rationibus hinc inde inductis, hic Boetius adhibet solutionē. Et circa hoc tria facit. Primò determinat veritatem quæstionis. Secūdò soluit obiectionē ibi. (Quia in re soluta est quæstio). Tertiò inducit quasdā obiectiones cōtra solutionē, & soluit eas. ibi (Ad non alba) Circa primū tria facit. Primò præmittit quādam suppositionē. Secundò ostendit quid illa suppositione facta sequeretur circa bonitatē rerū ibi. (Hoc igitur paulisper.) Tertiò ostēdit qualiter se habeat bonitas rerū secundū rei veritatē, nulla suppositione facta ibi. (Quæ quoniā non sunt simplicia.) Circa primum duo facit. Primò præmittit quiddā quod est necessariū ad ostēdendum ꝙ posit fieri talis suppositio. Secūdò suppositionē inducit. ibi (Amoueamus igitur) Dicit ergo primò, quòd multa sunt quę nō possunt actu separari, quæ tamen animo & cogitatione separantur: cuius ratio est: quia alio modo sunt res in anima, & alio modo sunt in materia. Potest ergo esse ꝙ aliquid ex eo ipso modo quo est in materia, habet inseparabilē coniunctionē ad aliud: & tamen secundū ꝙ est in anima, non habet inseparabilē coniunctionē ad ipsum: quia. s. ratio vnius est distincta à ratione alterius, & ponit exēplum de triangulo, & alijs mathematicis, quæ à materia sensibili actu separari non possunt: cùm tamen mathematicus abstrahendo mente cōsideret triangulū: & proprietatē eius præter materiā sensibilē: quia. s. ratio triāguli non dependet à materia sensibili. Deinde cùm dicit. (Amoueamus igitur.) Ponit suppositionē quā intendit, vt. s. ꝙ cōsideratione mentis remouemus ad tēpus præsentiam primi boni à cæteris rebus: quod quidē possibile est secundū ordinē cognoscibilium quò ad nos. Quāuis em̄ sec̄m naturalē ordinē cognoscibilium quò ad nos. Quāuis em̄ sec̄m naturalē ordinē cognoscēdi, Deus sit primū cognitū, tñ quò ad nos prius sunt cogniti effectus sensibiles eius: & ideò nihil prohibet in cōsideratione nostra cadere effectus summi boni, absq; hoc ꝙ ipsum primū bonū cōsideremus: ita tñ primū bonūremouemus à cōsideratione mentis, ꝙ omninò cōstet nobis illud esse. Hoc em̄ cognosci pōt ex cōi oīm sententia, tā doctorū quā indoctorū: & vlterius etiā ex ipsis religionibus gentiū barbararum, quæ nullæ essent si Deus non est. Deinde cū dicit. (Hoc igitur paulisper.) ostendit quid hac suppositione facta sequatur circa bonitatē rerū. Et circa hoc duo facit. Primò manifestat quod intendit. Secundò probat quiddā quod supposuerat. ibi (Quòd si nihil aliud) Dicit ergo primò ꝙ remoto per intellectum primo bono ponamus ꝙ cætera sint bona: quia ex bonitate effectuū, deuenimus in cognitionē boni primi. Cōsideremus ergo qualiter possent esse bona si non processissent à primo bono. Hac aūt suppositione facta, videtur in eis aliud esse ipsa bonitas, & ipsum eorū esse. Si enim ponatur vna & eadē substātia esse bona, alba, grauis, rotunda, sequetur quòd aliud in illa re esset eius substātia, aliud rotunditas, aliud color, aliud bonitas. Intelligitur em̄ bonitas vniuscuiusq; rei virtus ipsius per quā perficit operationē bonā. Nam virtus est quę bonū facit habentē, & opus eius bonū reddit: vt per philosophū patet in lib. Ethi. Quòd aūt ista sit aliud quā substātia rei probat per hoc ꝙ singula præmissorū si essent idem quod rei substātia, sequeretur etiā ꝙ omnia illa essent eadē adinuicē. s. quòd idē esset grauitas quod color, & quod bonum, & quod albū, & quod rotunditas: quia quę vni & eidem sunt sibi inuicē sunt eadē. hoc aūt natura rerū non patitur ꝙ omnia ista sint idem. Relinquitur igitur quòd præmissa suppositione facta, aliud esset in rebus ipsum esse, & aliud aliquid esse: puta vel bonum vel album: vel quicquid taliter dicitur: & sic prædicta positione facta res essent quidem bonæ: nō tamen ipsum eorū esse esset bonū: sic ergo si aliquo modo essent nō à primo bono: & tamen in se essent bona, sequeretur ꝙ non idem esset in eis ꝙ sint talia: & ꝙ sint bona: sed aliđ esset in eis esse: & aliud bonū esse. Deinde cū dicit. (Quòd si nihil aliud) ꝓbat qđ supposuerat. s. ꝙ prędicta suppositiōe facta aliud esset in eis bonū esse, & aliud simpliciter essevel quicquid aliud esse: quia, si nihil aliud esset in eis: nisi quòd sunt bona. ita s. ꝙ neq; essent grauia, neq; colorata, neq; distincta aliqua spacij dimensione: sicut sunt oīa corpora: nec esset in eis vlla qualitas, nisi hoc solū ꝙ bona essent: tunc non videretur quòd essent res creatę: sed ꝙ essent ipsum primum iterū principiū: quia id quod est ipsa essentia bonitatis est primū rerum principiū: & per consequens sequeretur ꝙ non oporteret dicere pluraliter de omnibus eis ꝙ videretur esse principiū rerū: sed singulariter quòd videretur esse primū rerum principiū, tanquā res bonę oēs essent simpliciter vnum: quia solū vnum est, quod est huiusmodi: vt sit tm̄ modo bonum, & nihil aliud, hoc aūt patet esse falsum: ergo & primum, ꝙ s. res creatæ amoto primo bono, nihil aliud essent quā hoc quod est esse bonum. Deinde cū dicit. (Quæ qm̄ nō sunt simplicia) ostendit quid sit iudicandū de bonitate rerum sc̄m veritatē & dicit: quia res creatæ nō habēt omnimodā simplicitatē: vt. s. nisi aliud sit in eis quā essentia bonitatis: nec etiā omninò esse posset in rerū natura: nisi voluisset ea esse Deus qui est id quod solū est. inquantū. s. est ipsa essentia bonitatis, sequitur quòd quia esse rerum creatarū efluxit à voluntate illius qui est essentialiter bonū: ideò res creatæ bonæ esse dicuntur. Primū enim bonum. s. Deus in eo quod est, bonum est: quia est essentialiter ipsa bonitas: sed sc̄m bonum quod est creatū: est bonum secundū ꝙ fluxit à primo bono: quod est per essentiam bonum. Cùm igitur esse omnium rerum fluxerit à primo bono, consequens est ꝙ ipsum esse rerum creatarum sit bonum: & quòd vnaquęq; res creata inquantum est, bona esse: sed sic solùm res creatæ non essent bonæ in eo ꝙ sunt, si esse earum nō procederet à summo bono. Redit ergo eius solutio ad hoc ꝙ esse primi boni est secundum propriā rationem bonum: quia natura & essentia primi boni, nihil aliud est quā bonitas: esse aūt secundi boni est quidē bonum, nō sc̄m rationē proprię essentiæ: quia essentia eius nō est ipsa bonitas, sed vel humanitas: vel aliquid aliud huiusmodi: sed esse eius habet quòd sit bonum ex habitudine ad primū bonum: quod est eius causa: ad quod quidē cōparatur: sicut ad primum principiū & ad vltimum finē per modum quo aliquid dicitur sanum: quo aliquid odinatur ad finē sanitatis: vt dicitur medicinale sc̄m quòd est à principio effectiuo artis medicinæ. Est enim considerandum secundum præmissa ꝙ in bonis creatis est duplex bonitas: vna quidē secundum quòd dicuntur bona per relationē ad primum bonū & sc̄m hoc esse eorū: & quicquid in eis à primo bono est bonum. Alia verò bonitas cōsideratur in eis absolutè: prout. s. vnūquódq; dicitur bonū inquātum est perfectum in esse: & in operari, & hæc quidem perfectio nō cōpetit creatis bonis sc̄m ipsum esse essentiæ eorū: sed sc̄m aliquid superādum quod dicitur virtus eorū, vt suprà dictū est: & sc̄m hoc, ipsum esse nō est bonū: sed primū bonū habet omnimodā perfectionem in ipso suo esse. & ideò esse eius est secundum se & absolutè bonum.

QVa in re soluta est quæstio. Idcirco enim licet in eo quòd sunt, bona sunt, non sunt tamen similia primo bono: quoniā non quoquomodò sunt res ipsum esse earum bonū est: sed quoniā non potest esse ipsum esse rerū nisi à primo esse defluxerit. i. à bono, idcirco ipsum esse bonū est: nec est simile ei à quo est. Illud enim quoquomodo sit bonū, est in eo quòd est. Non enim aliud est prięterq; bonum: hoc aūt nisi ab illo esset bonum, fortasse esse non posset. sed bonum in eo quòd est esse nō posset. Tunc enim participaret forsitam bono. Ipsum verò esse quod non haberet à bono, bonum habere non posset. Si igitur sublato ab his primo bono mente & cogitatione ista: licet essent bona: tamen in eo quòd essent: bona esse nō possent: & quoniā actu nō potuerunt existere: nisi ea quod vere bonum est produxisset, idcirco & esse eorum bonum est: & non est simile substātialī bono id quod ab eo efluxit, & nisi ab eo fluxisset: licet esset bona: tamen in eo quòd sunt, bona esse non possent: quoniā & præter bonum: & nō ex bono essent: cùm illud ipsum primū bonum: & ipsum esse sit, & ipsum bonum: & ipsum esse bonum: ac non alba in eo quòd sunt alba esse oportebit ea quæ alba sunt: quī ex voluntate Dei fluxerunt vel essent alba minimè. Aliud enim est esse: aliud album esse: hoc ideò quoniā qui ea vt essent effecit: bonus quidē est, minimè verò albus. Voluntate igitur boni cōitatū est vt essent bona in eo ꝙ sunt. Voluntate verò albi nō cōitata vt talis esset proprietas: vt esset album in eo quòd est: neq; enim ex albi volūtate defluxerunt. Itaq; quia voluit ea esse alba qui erat non albus sunt alba tantūm: quia verò voluit ea esse bona, qui erat bonus sunt bona etiā in eo quòd sunt. Secundum igitur hanc rationē; cuncta oportet iusta esse: quoniā iustus est ipse qui ea esse voluit: nec hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem. Nam bonum esse ad essentiam: iustum verò esse ad actum respicit. In Deo autē idem est esse quod agere. Igitur idem est esse bonum quod iustum: nobis verò non est idem esse quod agere: nō enim simplices sumus. Non igitur nobis idem est bonos esse quod iustos: sed idē nobis est esse omnibus in eo quòd sumus: bona igitur omnia sunt: non autem iusta. Amplius. Bonum quidē generale est: iustum verò speciale, nec species descēdit in omnia: idcircò alia quidem iusta, alia aliud: omnia igitur bona finis. Postquā determinauit veritatem præmissæ quæstionis, hic soluit obiectionem, ex qua cōcludebatur q̄ bona creata sunt bona in eo quòd sunt similia primo bono. Et circa hoc duo facit. Primò soluit obiectionem. Secundò colligit quæ dicta sunt. ibi (Si igitur sublato &c.) Dicit ergo primo quòd ex præmissis patet hanc quæstionem esse solutam, ideò enim non sunt similia primo bono: per hoc quod sunt bona, in eo quod sunt: quia ipsum esse rerum creatarum non est bonum absolutè quocúnq; modo se habeat: sed solùm secundum habitudinem ad primum bonum: sed quia ipsum esse rerum creatarum non potest esse nisi deriuētur à primo bono: idcirco ipsum eorum esse bonum est: nec est tamē simile in bonitate primo bono: quia illud absolutè est bonum quomodocūq; se habeat: quia nihil est in eo aliud nisi ipsa essentia bonitatis: & hoc ideò est: quia non est in eo perfectio per additionem: sed in suo simplici esse habet omnimodā perfectionem, vt dictum est: sed bonum creatum forsitā posset esse bonum etiam in se considerandum: etiam si detur per impossibile q̄ non procederet à primo bono. ſ. bonitate quæ sibi competeret absolutè: sed sic non esset bonum in eo quod est: quia tunc esset bonū per participationem bonitatis superadditæ: sed ipsum esse eius nō esset bonum, si à bono non deriuaretur: ex cuius habitudine ipsum esse rerum creatarum est bonum. Deinde cùm dicit. (Si igitur sublato) Colligit in vnum quæ dicta sunt: & dicit quòd si à rebus per intellectum remoueatur primum bonum: omnia alia licèt detur q̄ essent bona: non tamen possunt esse bona in eo quòd sunt: sed quia non poterunt esse in actu: nisi inquantum sunt producta à primo bono quod est verè bonum: ideò etiam esse eorum est bonum: & tamen esse fluens à primo bono non est simile primo quod est substātialiter bonum, à quo nisi fluxissent: licèt essent bona: non tamen essent bona in eo quòd sunt: inquantùm. ſ. non essent ex primo bono, cùm tamen ipsum bonum primū sit: & ipsum esse quia eius esse est substantia sua: & ipsum bonum, quia est ipsa essentia bonitatis: & ipsum esse bonum: quia in eo non differt esse & quod est. Deinde cùm dicit. (At non alba) Mouet duas obiectiones contra prædicta, quarum secundam ponit. ibi (Secundum igitur hanc rationē) Circa primum ponit talem obiectionē: dictum est quòd omnia in eo q̄ sunt, bona sunt: quia ex voluntate primi boni processit: vt essent bona. Nunquid ergo omnia alba in eo q̄ sunt, alba sunt: quia ex voluntate Dei processit vt alba essent: sed ipse respondet quòd minimè hoc oportet: quia his quæ sunt alba, aliud est esse simpliciter, quod competit eis secundum principia essentialia: & aliud est ex quo sunt alba: & huiusmodi differentiæ inter albū & bonū ratio est: quia Deus qui fecit creata bona & alba, est quidem bonus, non est autē albus. Sic igitur ad voluntatem primi boni consecutū est, vt creata essent bona inquantū voluit ea esse bona: & quòd essent bona in eo q̄ sunt inquantū sunt à bono producta: quia esse rerum creatarum ex hoc ipso quòd est à bono habet rationem boni: vt dictum est: sed voluntatē Dei non est consecuta talis proprietas: vt id quod est creatum in eo q̄ est sit album: propter hoc quòd defluxit ex voluntate albi: sicut bona fluxerunt ex voluntate boni: vt posset dici q̄ esse eorum est album inquantū sunt à primo albo: sic igitur manifestum est, quòd quia Deus qui nō est albus: voluit aliqua esse alba: potest quidem hoc solùm dici de eis quòd sunt alba: non autē eo quòd sunt: sed quia Deus qui est bonus voluit omnia esse bona: ideò sunt bona in eo quòd sunt inquantū. ſ. esse eorū habet rationē boni propter hoc quòd est à bono. Deinde cùm dicit. (Secundum igitur hanc rationē.) Ponit secundā obiectionē: posset enim aliquis dicere: omnia sunt bona in eo quòd sunt: quia ille qui est bonus voluit ea esse bona: pari ratione omnia oportet esse iusta: quia ille qui est iustus, voluit ea esse: sed ipse respondet quòd hoc non sequitur duplici ratione. Primò quidē quia hoc quod est bonū significat naturam quandā siue essentiā. Dictum est enim quòd Deus est ipsa essentia bonitatis, & vnaquéq; res secundū perfectionē proprię naturæ dicitur bona: sed iustus dicitur per respectum ad actum: sicut & quælibet virtus. In Deo autem idem esse quòd agere. vnde in ipso idem est bonum esse quòd iustum esse: sed nobis non est idem esse quod agere: quia deficimus à simplicitate Dei. vnde nobis non est idem esse bonos & iustos: sed esse conuenit nobis omnibus inquantùm sumus: & ideò etiam bonitas omnibus nobis cōuenit: sed actus quē recipit iusticia nō conuenit omnibus: nec in his quibus conuenit est idē quod esse ipsorū. vnde relinquitur quòd non omnia sunt iusta in eo quòd sunt: secundā rationē ponit. ibi (Amplius bonum) Bonū enim est quoddā generale: cuius quædā species est iustitia: sicut & cæteræ virtutes. In Deo aūt inuenitur omnis ratio bonitatis: & ideò nō solū est bonus: sed iustus: non autē oēs species bonitatis inueniūtur in omnibus: sed diuersæ in diuersis, & ideò nō oportet q̄ species quę est iustitia, deriuetur ad oīa entia: sicut deriuatur bonitas. vnde entiū quædā sunt iusta, quędā verò habent aliā speciē bonitatis, & tñ oīa sunt inquātū deriuātur à primo bono, & in hoc terminatur expositio huius libr.. Benedictus Deus per oīa. Amen.

Explicit opus sexagesimumnonum, videlicet expositio primi libri, de hebdomadibus.

Incipiūt eiusdem Doctoris Opus septuagesimum, præclaræ quęstiones, super librum, de Trinitate.

ABINITIO natiuitatis inuestigabo, & ponā in lucē scientiam illius. Sapiē. 6. Naturalis mentis humanę intuitus pondere corruptibilis corporis aggrauatus in prima veritatis luce ex qua omnia sunt facilè cognoscibilia defigi nō pōt. Vnde oportet quòd secundū naturalis cognitiōis progressum ratio à posterioribus in priora deueniat, & à creaturis in Deum. Romanorum primo. Inuisibilia ipsius à creatura mūdi per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciūtur, & sapiētiæ. 13. A magnitudine speciei creaturæ cognoscibiliter poterit creator horū videri. Et hoc est quod dicitur Iob. 36. Omnes homines vidēt eū, vnusquisq; intuetur procul. Creaturæ enim per quas naturaliter cognoscitur Deus in infinitū ab ipso distāt: sed quia in his quæ procul videntur, facilè visus decipitur: idcirco ex creaturis in Deū cognoscēdū tēdētes: in errores multiplices inciderūt. vnde Sap. 14. Dicitur quòd creaturæ factæ sunt mus cipule pedibus insipiētiū. Et in Psal. Defecerunt scrutātes. Et ideò Deus humano generi aliā tutā viā cognitiōis prouidit suā noticiā per fidē mentibus hominū infundēs, vnde dicitur primæ Corin. 2. Quę Dei sunt, nemo nouit: nisi spiritus Dei: nobis autem reuelauit Deus per spiritū suū: & hæc est spiritus quo efficimur credentes. 2. Cor. 4. Habentes cūdē spiritū fidei: sicut scriptum est. Credidi propter quod locutus sum. Et nos credimus ꝓpter quod & loquimur: sicut ergo naturalis cognitiōis principiū est creaturæ noticia à sensu accepta: ita cognitionis desuper datæ principiū est primæ veritatis notitia per fidē infusa, & hinc est quòd diuerso ordine hinc inde procedit. Philosophi enim qui naturalis cognitionis ordine sequūtur præordinant scientiā de creaturis scientiæ diuinæ. ſ. naturalē metaphisicę, sed apud theologos proceditur ecōuersò vt creatoris consideratio considerationem præueniat creaturæ. Hunc ergo ordinē secutus Bóe. ea quæ sunt fidei tractare intēdens in ipsa summa rerum origine principiū suæ considerationis instituit. ſ. Trinitate vnius simplicis Dei. Vnde ei cōpetūt verba præmissa: Ab initio &c. In quibus verbis circa præsens opusculū: quod ad Symacum patricium vrbis cōposuit, tria possunt notari. ſ. materia, modus, & finis. Materia quidē huius operis est invna diuina essentia trinitas personarum: quæ consurgit ex prima natiuitate: qua diuina sapientia à patre æternaliter generatur. Prouer. 8. Nondum erāt abissi: & ego iam concepta eram. & psal. Ego hodie genui te. Quæ quidem natiuitas initium est omnis natiuitatis alterius: cùm ipsa sola sit natura perfectè capiens generantis: oēs autem alię imperfectę sunt, secundum quas genitum: aut partem substantiæ generantis accipit: aut solā similitudinē. Vnde oportet quòd à prædicta natiuitate omnis alia natiuitas per quandam imitationē deriuetur. & Phil. 3. Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur: & propter hoc dicitur filius primogenitus omnis creaturæ. col. 1. Vt natiuitatis origo & imitatio designetur: nō eadē generationis ratio: & ideò cōuenienter dicitur. Ab initio &c. Prouer. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum: nec solùm creaturarum est initium prędicta natiuitas: sed etiam spiritus sancti: qui à generante genitóq; procedit. Per hoc autem quòd non dicit initiū natiuitatis inuestigabo: sed ab initio designatur, quòd in huiusmodi natiuitatis initio eius perscrutatio non finitur: sed quod ad hanc incipiens ad alia procedit, eius namq; doctrina in tres partes diuiditur. Prima nāmq; de trinitate personarū, ex quarum processione omnis alia natiuitas & processio deriuatur: continetur in hoc libro quem prę manibus habemus, quantū ad id quod de trinitate & vnitate sciendum est. In alio verò lib. quē ad Io. diaconū ecclesiæ. Ro. scribit de modo prędicādi quo vtimur in personarū distinctiōe & essentiæ vnitate, qui sic incipit. Quæro an pater. Secunda verò pars est de processione bonarum creaturarum à Deo bono: in libro qui ad eundē Io. scribitur de hebdomadibus: qui sic incipit. Postulas à me. Tertia verò pars est de reparatione creaturarū per Christum. Quę quidem in duo diuiditur. Primò nāq; proponitur fides quā docuit Christus: qua iustificamur in lib. qui intitulatur de fide christiana: qui sic incipit. Christianā fidem. Secūdò explanatur, quid de Christo sentiendum sit. ſ. quomodò duæ naturæ in vna persona conueniāt: & hoc in libro de duabus naturis, & vna persona Christi: ad eundem Io. scripto qui sic incipit. Anxiè te quidē. Modus aūt tractādi de trinitate duplex est: vt dicit. Aug. in 1. de trini. ſ. per auctoritates & per rationes: quorū vtrūq; Aug. Cōplexus est vt ipsemet dicit. Quidā enim sanctorū patrum: vt Ambr. & Hylar. alterum tantùm prosecuti sunt. ſ. per auctoritates. Boetius verò elegit prosequi secundum alium modū. ſ. secundum rationes. præsupponēs hoc quod ab aljs fuerat per auctoritates prosecutū. Et ideò modus huius operis designatur in hoc quod dicit. Inuestigabo. In quo rationis inquisitio designatur. Eccles. 39. Sapientiā. ſ. trinitatis notitiā antiquorum. ſ. quam antiqui sola auctoritate asseruerūt exquiret sapiens. i. ratione inuestigabit. Vnde in proœmio præmittit. Inuestigatam diutissimē. Finis verò huius operis est, vt occulta manifestentur: quantū in via possibile est. Eccles. 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt: & ideò dicit. Ponā in lucē scientiā illius. Iob. 28. Profunda fluuiorū scrutatus est: & absc̄dita produxit in lucē. *Textus.*

INuestigatam diutissimè quæstionem quantū nostræ mentis igneulum illustrare lux diuinad ignata est formatam rationibus literisq; mandatam offerendam vobis cōmunicandāq; curaui, tam veri cupidus iudicij, quā nostri studiosus inuenti. Qua in re quid mihi sit animi quoties stilo excogitata comendo: tum ex ipsa difficultate materiæ: tum ex eo quòd viris. i. vobis tantū colloquor intelligi potest. Neq; enim famæ iactatiōe & inanibus vulgi clamoribus excitamur: sed si quis est fructus exterior, hic non potest aliam nisi materiæ similem sperare sententiā. Quocunq; igitur à vobis deieci oculos partim ignaua segnities: partim callidus liuor occurrit, vt contumeliā videar diuinis tractatibus irrogare: qui talibus hominum monstris non agnoscenda hic potius quàm cōculcanda proiecerim. Idcirco stilum breuitate cōtraho. & ex intimis sumpta philosophię disciplinis nouorū verborum significationibus velo: vt hic mihi tantū vobisq;: si quando ad ea cōuerteritis oculos colloquantur: cæteros verò ita submouimus, vt qui capere intellectu nequiuerit, ad ea etiam legenda videātur indigni. Sanè tantū à nobis oportet quæri, quantū humanæ rationis intuitus ad deitatis valet celsa cōscendere. Nam cæteris quoq; artibus idem finis est constitutus: quousq; potest via rationis accedere. Neque enim medicina ægris semper affert salutem. Sed nulla erit culpa medentis, si nihil eorum quæ fieri oportebat omiserit. Idemq; in cæteris. At quantum hæc difficilior quæstio est: tantùm facilior debet esse ad veniam. Vobis tamen illud etiam inspiciendum est an ex beati Augu. scriptis semina rationum in nos venientia fructus attulerint. Nunc de proposita quæstione hinc sumamus initium. Huic ergo operi proœmium præmittit, in quo tria facit. Primò breuiter causas operis prælibat: in quo reddit auditorem docilem. ¶ Secundò excusationē subiungit in quo reddit auditorem beniuolum ibi. (Idcirco stilum.) Tertiò ostendit sui operis originem, & quasi doctrinam esse sancti Augu. in quo reddit auditorem attentum ibi. (Vobis tamen id inspicien dum.) Proponit autem quatuor causas operis, in prima parte. Primò materialem, cùm dicit. Inestigatam diutissimè quæstionem, scilicet de trinitate personarum vnius Dei, in quo & difficultatem materiæ insinuat: quæ diutina inuestigatione indiguit, & studij diligētiam, quæ ipse eam diutissimè inuestigauit vt intelligatur inuestigatam à nobis: quamuis etiam intelligi possit inuestigatam à pluribus: quia à principio nascētis Ecclesiæ hæc quæstio ingenia fideliū maximè fatigauit. Secundò tangit causam efficientem & proximā siue secundariam. cùm dicit. Quantum mentis nostræ igniculum. Et primā siue principalem ibi. (Illustrare lux diuina dignata est) Proxima quidem causa huius inuestigationis fuit intellectus auctoris, qui rectè igniculus dicitur. Ignis enim vt dicit Dyo. 15. cœlest. Hierar. maximè competit ad significandas diuinas proprietates: tum ratione subtilitatis: tum ratione luminis: tum ratione virtutis actiuæ propter calorem: tum ratione situs & motus. Quæ quidem maximè Deo conueniunt, in quo est summa simplicitas, & immaterialitas, perfecta charitas, omnipotens virtus, & altissima sublimitas. Angelis autem competit mediocriter: sed humanis mentibus infimo modo: quarum propter corpus coniunctum puritas inquinatur: & lux obscuratur, & virtus debilitatur, & motus in summo retardatur. Vnde humanæ mentis efficacia rectè igniculo comparatur. Vnde nec ad huius quæstionis veritatem inquirendam sufficit, nisi diuina luce illustretur: & sic diuina lux est causa principalis, mens autem humana causa secundaria. Tertiò tangit causam formalem, cùm dicit. (Formatam rationibus) & tangit modum agendi, quantùm ad tria. Primò quantum ad hoc quòd argumentando procedit. Et ideò dicit. formatam rationibus. Quæstio nāq; quādiu probabilibus ratiōibus sub dubio agitatur, quasi informis est nondum ad veritatis certitudinem pertingens: & ideò formata dicitur, quando ad eam ratio additur: per quam certitudo de veritate habetur & in hoc prouidit intelligentiæ: quia quod credimus debemus auctoritati, quod intelligimus rationi. vt Augu. dicit. Secundò in hoc quòd non solùm verbis dixerit: sed etiā scripto mandauit: vt dicit. Literisque mandatam. In quo prouidit memoriæ. Tertiò in hoc quòd non ad præsentem per modum doctrinæ: sed ad absentem per modum epistolæ conscripsit. Sic enim & Aristo. diuersimodè libros suos composuit quosdam quidem ad præsentes, qui ab ipso audiebant: & hi libri dicuntur auditus: sicut dicitur liber de naturali auditu: quosdam autem ad absentes scribens: sicut libros de anima cōscriptos esse significatur in primo Ethi. Vbi nominantur exteriores locutiones, vt commentator. Græcus ibidem dicit. Vnde sequitur. Offerendam vobis. q. maiori ad iudicandum. Communicandāq; curaui, quasi socio ad profectum. & in hoc iudiciū requirit. Vnde sequitur. Tam vestri cupidus iudicij, quàm mei studiosus inuenti. Ex hoc enim ꝓ fuit studiosus ad inueniendā prę dictam quæstionem rationibus formauit. Ex hoc verò quòd fuit cupidus iudicij Symachi, ei formatam obtulit. Quartò tangit causam finalem, cùm dicit. Qua in re quid mihi sit animi, id est, quem finem intendam ex supradicta re. Quotiens excogitata animo de prædictis vel quibuscúnque aljs stilo commendo, intelligi potest ex duobus, tum ex difficultate materiæ, tum ex eo quod colloquor non multitudini, sed viris sapientibus, id est, vobis tantùmmodò. Non enim hunc librū scripsit, vt recitaret multitudini, quod quandóque fit propter vulgi fauorem. sed tantùm vni sapienti. vnde sequitur. Neque enim excitamur, scilicet ad scribendum, famę iactatione, id est, commentione: & clamoribus vulgi: sicut poetæ recitantes carmina in theatris inanibus: quia tales clamores frequenter sine ratione sunt. Et sic remouit finem inconuenientem: & subiungit finem debitum, insinuās quidem finem principalem qui est interior, scilicet perceptio diuinæ veritatis, & explicans finem secundarium, scilicet iudicium sapientis. vnde dicit. Sed si quis est fructus interior, quasi dicat principaliter incitat me fructus interior: sed si aliquis exterior: hic non potest aliam expectare vel sperare sententiam, nisi materiæ similem, id est, conuenientem, quasi dicat. Non aliud necessarium requiro pro fructu exteriori, nisi quod deceat tantam materiam, de qua iudicium condi non debet, neque ignauiter pigris, neque calidè inuidis: sed solùm beniuolo sapienti: vnde sequitur. Quocúnque igitur à vobis deieci oculos, id est, ad quoscunque respexi non ad vos tantùm. Considerationi meæ occurrit partim, id est, in aliquibus ignaua, id est, stulta segnicies, id est, pigritia partim liuor, id est, inuidia calidus, id est, astutus ad no cendum in tantum vt contumeliam videatur irrogare diuinis tractatibus qui hic scilicet diuina proiecerit, id est, inordinatè exposuerit talibus monstris hominum. Monstra dicuntur homines qui in corpore humano cor gerunt bestiale, per peccatum similes effecti bestijs in affectu: non agnoscēda potius quàm cōculcanda: quia non tam quærunt agnoscere, quàm vituperare quęcúnq; dicuntur propter inuidiam. vnde Matth. 7. Nolite sanctū dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas. Ne ergo si aliter facere videar, quòd proiecerim &c. Idcirco stilū. Hæc est secunda pars proœmij in qua subiungit excusationem. Et primò excusat operis difficultatem. Secundò operis imperfectionem. (Sanè tantùm à nobis &c.) Tangit autem triplicem difficultatem, quam ſpontè huic operi adhibet. Prima est ex breuitate scripturæ. vnde dicit. Idcirco stilum breuitate contraho, secundum illud Horatij Dum breuis esse laboro, obscurus fio. Secūda ex subtilibus rationibus quas inducit. vnde dicit. Ex intimis disciplinis philosophię sumpta, quæ sunt disciplinæ à sensibus abstrahentes: quarum principijs & conclusionibus vtitur, vt methaphysicę & logicæ. Tertia ex nouitate verborum. vnde dicit. Velo significationibus nouorum verborum. ¶ Quæ quidem noua dicuntur, vel quantum ad materiam: quia alij tractatores huius quæstionis non sunt vsi talibus verbis: vel quantum ad illos qui legunt qui talibus verbis nō sunt assueti. Tres autem has difficultates quartę addit, quam supra tetigi, quæ est materiæ difficultas: vt in his quę in hoc libro scribuntur tantū sapientibus colloquatur, qui hic intelligere poterūt: sicut est auctor ipse & ille ad quem liber scribitur. Alij verò qui capere intellectu nō possunt, à lectiōe excludātur. Non enim libēter legūtur quę nō intelligūtur. Et quia ratio ex præcedētibus cōnecti tur præmisit. Idcirco quæ est nota cōclusionis litera plana est. (Sanè tantū à nobis.) Hic excusat operis defectū: quia ſ. non debet requiri ab eo in hoc opere plus certitudinis quā quātùm ratio humana valet ad alta deitatis conscendere, quod probat per locum à minori in aljs artibus in quibus iste terminus vnicuiq; artifici constituitur, v tantū faciat, quātum humana ratio finit. Non enim sem per medicus curat, sed si non omittit de his quæ facere debet, sine culpa erit, & similiter est in aljs artibus. Vnde & in hoc opere vbi est materia difficilis sensum humanæ naturæ excedēs magis debet auctori venia dari, si non ad perfectam certitudinem quæstionem deducat. Deinde cùm dicit. (Vobis tamen.) Dicit cuius auctorita-

tate habetur & in hoc prouidit intelligentiæ: quia quod credimus debemus auctoritati, quod intelligimus rationi. vt Augu. dicit. Secundò in hoc quòd non solùm verbis dixerit: sed etiā scripto mandauit: vt dicit. Literisque mandatam. In quo prouidit memoriæ. Tertiò in hoc quòd non ad præsentem per modum doctrinæ: sed ad absentem per modum epistolæ conscripsit. Sic enim & Aristo. diuersimodè libros suos composuit quosdam quidem ad præsentes, qui ab ipso audiebant: & hi libri dicuntur auditus: sicut dicitur liber de naturali auditu: quosdam autem ad absentes scribens: sicut libros de anima cōscriptos esse significatur in primo Ethi. Vbi nominantur exteriores locutiones, vt commentator. Græcus ibidem dicit. Vnde sequitur. Offerendam vobis. q. maiori ad iudicandum. Communicandāq; curaui, quasi socio ad profectum. & in hoc iudiciū requirit. Vnde sequitur. Tam vestri cupidus iudicij, quàm mei studiosus inuenti. Ex hoc enim ꝓ fuit studiosus ad inueniendā prę dictam quæstionem rationibus formauit. Ex hoc verò quòd fuit cupidus iudicij Symachi, ei formatam obtulit. Quartò tangit causam finalem, cùm dicit. Qua in re quid mihi sit animi, id est, quem finem intendam ex supradicta re. Quotiens excogitata animo de prædictis vel quibuscúnque aljs stilo commendo, intelligi potest ex duobus, tum ex difficultate materiæ, tum ex eo quod colloquor non multitudini, sed viris sapientibus, id est, vobis tantùmmodò. Non enim hunc librū scripsit, vt recitaret multitudini, quod quandóque fit propter vulgi fauorem. sed tantùm vni sapienti. vnde sequitur. Neque enim excitamur, scilicet ad scribendum, famę iactatione, id est, commentione: & clamoribus vulgi: sicut poetæ recitantes carmina in theatris inanibus: quia tales clamores frequenter sine ratione sunt. Et sic remouit finem inconuenientem: & subiungit finem debitum, insinuās quidem finem principalem qui est interior, scilicet perceptio diuinæ veritatis, & explicans finem secundarium, scilicet iudicium sapientis. vnde dicit. Sed si quis est fructus interior, quasi dicat principaliter incitat me fructus interior: sed si aliquis exterior: hic non potest aliam expectare vel sperare sententiam, nisi materiæ similem, id est, conuenientem, quasi dicat. Non aliud necessarium requiro pro fructu exteriori, nisi quod deceat tantam materiam, de qua iudicium condi non debet, neque ignauiter pigris, neque calidè inuidis: sed solùm beniuolo sapienti: vnde sequitur. Quocúnque igitur à vobis deieci oculos, id est, ad quoscunque respexi non ad vos tantùm. Considerationi meæ occurrit partim, id est, in aliquibus ignaua, id est, stulta segnicies, id est, pigritia partim liuor, id est, inuidia calidus, id est, astutus ad no cendum in tantum vt contumeliam videatur irrogare diuinis tractatibus qui hic scilicet diuina proiecerit, id est, inordinatè exposuerit talibus monstris hominum. Monstra dicuntur homines qui in corpore humano cor gerunt bestiale, per peccatum similes effecti bestijs in affectu: non agnoscēda potius quàm cōculcanda: quia non tam quærunt agnoscere, quàm vituperare quęcúnq; dicuntur propter inuidiam. vnde Matth. 7. Nolite sanctū dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas. Ne ergo si aliter facere videar, quòd proiecerim &c. Idcirco stilū. Hæc est secunda pars proœmij in qua subiungit excusationem. Et primò excusat operis difficultatem. Secundò operis imperfectionem. (Sanè tantùm à nobis &c.) Tangit autem triplicem difficultatem, quam ſpontè huic operi adhibet. Prima est ex breuitate scripturæ. vnde dicit. Idcirco stilum breuitate contraho, secundum illud Horatij Dum breuis esse laboro, obscurus fio. Secūda ex subtilibus rationibus quas inducit. vnde dicit. Ex intimis disciplinis philosophię sumpta, quæ sunt disciplinæ à sensibus abstrahentes: quarum principijs & conclusionibus vtitur, vt methaphysicę & logicæ. Tertia ex nouitate verborum. vnde dicit. Velo significationibus nouorum verborum. ¶ Quæ quidem noua dicuntur, vel quantum ad materiam: quia alij tractatores huius quæstionis non sunt vsi talibus verbis: vel quantum ad illos qui legunt qui talibus verbis nō sunt assueti. Tres autem has difficultates quartę addit, quam supra tetigi, quæ est materiæ difficultas: vt in his quę in hoc libro scribuntur tantū sapientibus colloquatur, qui hic intelligere poterūt: sicut est auctor ipse & ille ad quem liber scribitur. Alij verò qui capere intellectu nō possunt, à lectiōe excludātur. Non enim libēter legūtur quę nō intelligūtur. Et quia ratio ex præcedētibus cōnecti tur præmisit. Idcirco quæ est nota cōclusionis litera plana est. (Sanè tantū à nobis.) Hic excusat operis defectū: quia ſ. non debet requiri ab eo in hoc opere plus certitudinis quā quātùm ratio humana valet ad alta deitatis conscendere, quod probat per locum à minori in aljs artibus in quibus iste terminus vnicuiq; artifici constituitur, v tantū faciat, quātum humana ratio finit. Non enim sem per medicus curat, sed si non omittit de his quæ facere debet, sine culpa erit, & similiter est in aljs artibus. Vnde & in hoc opere vbi est materia difficilis sensum humanæ naturæ excedēs magis debet auctori venia dari, si non ad perfectam certitudinem quæstionem deducat. Deinde cùm dicit. (Vobis tamen.) Dicit cuius auctorita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem in struendo sequatur.s. Aug. Non vt ea tantū dicat quę in lib. Aug.inueniūtur:sed quia ea quę Aug.de trinitate dixit.s. q̄ in absolutis diuinæ personę cōueniunt. & in relatiuis distinguuntur accipit quasi semina & principia:quibus vtitur ad quæstionis difficultatem enodandam. Et sic ipsa veritatis explicatio per multas rationes sunt fructus ex seminibus Aug. in ipso prouenientes & qui autem sint conuenientes & vberes ei ad quem scribit, inspiciendum committit ad propositam quæstionem accedens.

HIc incidit duplex quæstio. Prima de diuinorum cognitione. Secunda de eorum manifestatione. Circa primū quærūtur quatuor. Primò vtrum mens humana ad cognitionem veritatis noua illustratione diuinæ lucis indigeat. Secundò vtrū posit ad Dei notitiam peruenire. Tertiò vtrū Deus sit primum quod à mente cognoscitur. Quartò vtrum ad diuinæ trinitatis cognitionem, mens humana peruenire per naturalem rationem sufficiat.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd mens humana in cognitione veritatis cuiuslibet indigeat noua illustratione diuinæ lucis. 2. Cor. 3. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Sed percepto cuiuslibet veritatis . non potest esse sine cognitione. ergo humana mēs nō pōt veritatē aliquā cognoscere, nisi de nouo lumine illustretur à Deo. Item facilius est aliquā veritatē ab alio adiscere, quam per seipsum inspicere. Vnde qui per seipsos sciunt præferuntur alijs qui ab alijs adiscere possunt in i. Eth. Sed nō pōt homo ab alio adiscere, nisi mens eius interius doceatur à Deo. Vt dicit Aug. lib. de magistro. & Greg. in homel. Pēth. ergo nec per seipsum pōt aliquis veritatē inspicere, nisi de nouo lumine mens eius illustretur à Deo. Item sicut se habet oculus corporalis ad corporalia intuēda: ita intellectus ad intelligibilem veritatē inspiciēdam vt patet in 3. de anima. Sed oculus corporalis nō potest videre corporalia, nisi illustretur à sole materiali. ergo nec intellectus potest veritatem inspicere, nisi lumine solis inuisibilis qui est Deus illustretur. Item illi actus in nobis esse dicuntur, ad quos exercendos in nobis principia sufficiētia habemus: sed in nobis non est omninò cognoscere veritatem: cùm quādóq; multi laborent ad veritatē cognoscendā: qui tamen eam cognoscere nequeunt. ergo non habemus in nobis sufficientia principia ad veritatem cognoscendam. ergo oportet ad hoc q̄ eam cognoscamus ab exteriori nos iuuari: & sic idem quod prius. Item magis dependet operatio mentis humanæ à luce diuina, quàm operatio creaturæ sensibilis, vel inferioris à luce corporis cœlestis, sed corpora inferiora quamuis habeant formas quæ sunt principia naturalium operationū: non tamen possent operationes suas perficere, nisi lumine stellarum superueniente iuuarentur. Vnde Dyo. 4. c. de di. no. dicit, quòd lumen solis ad generationem corporum visibilium confert: & ad vitā ipsa mouet & nutrit & auget. ergo nec mēti humanę sufficit ad videndā veritatē lumen naturale, q̄ est quasi forma ipsius, nisi aliud lumē superueniat. s. diuinum. Item in omnibus causis ordinatis per se & non secundū accidens, effectus non procedit à secunda causa, nisi per operationē primæ causæ, vt habetur in prima propositione de causis. Sed mens humana ordinatur sub luce increata ordine essenti ali & non accidēcali. ergo operatio mentis humanæ quæ est eius effectus proprius. s. cognitio veritatis non potest prouenire ex ea nisi operante prima luce increata. Eius autem opinio non videtur esse aliud nisi illustratio. ergo &c. Item sicut se habet voluntas ad bene volendum, ita intellectus ad rectè intelligendum: sed voluntas non potest bene velle, nisi diuina gratia adiuuetur vt dicit Augu. ergo nec intellectus potest veritatem intelligere, nisi diuina luce illustretur. Item id ad quod vires nostrę non sufficiunt reprehensibiliter nostris viribus ascribimus: sed reprehensibile est quòd aliquis scientiam veritatis suo ascribat ingenio: quinimò iubemur illam Deo ascribere: secundum illud. Ecclesiastici vlti. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam. ergo ad cognoscendum veritatem, vires nostræ non sufficiunt, & sic idem quod prius. Sed contra mens humana illustrata est diuinitus lumine naturali, secundum illud. psalm. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Si igitur hoc lumen quod creatum est non sufficit ad veritatem cognoscendam: sed requirit nouam illustrationem: pari ratione lumen super additum non sufficiet: sed indigebit alio lumine & sic in infinitum: quod nunquam compleri potest: & sic impossibile est cognoscere aliquam veritatem: ergo oportet stare in primo lumine, vt scilicet mens lumine naturali sine aliquo lumine superaddito possit veritatem videre. Item sicut visibile in actu sufficiens est ad hoc vt moueat visum: ita intelligibile sufficiēs est vt moueat intellectum si sit proportionatum. sed mens nostra habet in se vnde possit facere intelligibilem in actu, scilicet intellectum agentem: & tale intelligibile est ei proportionatum . ergo non indiget aliqua noua illustratione, ad hoc quòd veritatem cognoscat. Item sicut se habet lux corporalis ad visionem corporalem, ita se habet intellectus ad intelligibilem visionem. Sed quælibet lux corporalis quantumcúnque sit parua, facit aliquid videri corporaliter ad minus seipsam. ergo & lux intelligibilis quæ est menti connaturalis sufficit ad veritatē aliquā cognoscendā. Item omnia opera artificialia ex cognitione alicuius veritatis dependent, cum eorum principium sit scientia. Sed quædam sunt opera artificialia, in quæ potest liberum arbitrium per seipsum secundum Augu. vt ædificare domos & huiusmodi. ergo ad aliquam veritatem cognoscendam sufficit homo sine noua illustratione diuina. Respondeo dicendum, quòd hæc est differentia inter virtutes actiuas & passiuas, quòd passiuę non possunt exire in actum propriæ operationis: nisi moueantur à suis actiuis: sicut sensus non sentit nisi moueatur à sensibili: sed virtutes actiuę possunt operari sine hoc quòd ab aliquo moueā tur: sicut patet in viribus animæ vegetabilis. Sed in genere intellectus inuenitur duplex potentia actiua, scilicet intellectus agens, & passiua, scilicet intellectus possibilis. Quidam igitur posuerunt, quòd solus intellectus possibilis est potentia animæ: intellectus verò agens erat quædam substantia separata. Et hæc est opinio Auic. secundum quam opinionem sequitur quòd anima humana non possit in actū propriæ operationis: qui est cognitio veritatis exire: nisi lumine exteriori illustretur: illius scilicet substantiæ separatæ, quā dicunt intellectū agentē. Sed quia verba philosophi in tertio de anima. magis videntur sonare, quòd intellectus agens sit potentia animæ: & huic etiam authoritas scripturæ consonat: quæ lumine intellectuali nos insignitos esse profitetur: cui philosophus comparat intellectum agentem: ideò in anima ponitur respectu operationis intelligibilis quæ est cognitio veritatis & potentia actiua & passiua. Vnde sicut aliquæ potentiæ actiuæ naturales suis passiuis coniunctæ: sufficiunt ad operationes naturales, ita etiam anima hominis habens in se potentiam actiuam & passiuam, sufficit ad perceptionem veritatis. Cùm autem quælibet virtus creata sit, finita erit eius efficacia ad determinatos effectus limitata. Vnde in aliquos effectus non potest, nisi noua virtus addatur. Sic igitur sunt quædam intelligibiles veritates, ad quas se extendit efficacia intellectus agentis: sicut principia quæ naturaliter homo cognoscit, & ea quæ ab his deducuntur: & ad hæc cognoscenda non requiritur noua lux intelligibilis, sed sufficit lumē naturaliter inditum. Quædam verò sunt ad quæ principia prædicta non se extendunt: sicut sunt ea quæ sunt fidei & rationis facultatem excedentia, vt futura contingentia, & alia huiusmodi: & hæc cognoscere mens humana non potest: nisi diuinitus nouo lumine illustretur super addito lumini naturali. Quamuis autem non requiratur noui luminis additio ad cognitionem eorum ad quæ naturalis ratio se extendit, requiritur tamen diuina operatio: præter operationem enim qua Deus naturas rerum instituit, singulis formas & virtutes proprias tribuens: quibus possent suas operationes exercere: operatur etiam in rebus opera prouidentiæ omnium rerum virtutes ad actus proprios dirigendo & mouendo. Ita enim vniuersa creatura diuinæ gubernationi subijcitur: sicut instrumenta subduntur gubernationi artificis: & qualitates naturales virtuti animæ nutritiuæ: vt dicitur secundo de anima. Vnde sicut ex calore naturali sequitur opus digestiuę secundum regulam quam imponit calori ipsa vis digestiua, & omnes virtutes inferiores corporum operantur, secundum quod diriguntur & mouentur ex virtutibus corporum cœlestium, ita omnes virtutes actiuæ creatæ operantur secundum quòd diriguntur & mouentur à creatore. Sic igitur in omni cognitione veritatis indiget mens humana diuina operatione: sed in naturaliter cognitis non indiget noua luce: sed solo motu & directione eius. In alijs autem etiam noua illustratione. Et quia Boetius de talibus loquitur ideò dicit quantum diuina lux &c. Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis nihil simus sufficientes cogitare ex nobis sine operatione Dei: non tamen oportet quod in qualibet nostra operatione nouum lumen nobis infundatur. Ad secundum dicendum, quòd secundum hoc Deus nos interius docet in naturali cognitione quod naturale lumen in nobis causat: & illud dirigit in veritatem. In alijs verò etiam lumen nouum infundendo. Ad tertium dicendum quòd oculus corporalis ex illustratione solis corporalis non consequitur lumen aliquod sibi naturale: per quod possit face re visibilia in actu: sicut consequitur mens ex illustratione solis increati: & ideò oculus indiget semper exteriori lumine: & non mēs. Ad quartum dicendum, quòd lumen intellectuale vbi est purum: sicut in angelis sine difficultate omnia cognita naturaliter demonstrat: ita quòd in eis est omnia naturalia cognoscere. In nobis autem lumen huiusmodi est obumbratum per coniunctionem ad corpus & ad vires corporeas: & ex hoc impeditur, vt non possit liberè veritatem etiam naturaliter cognoscibilem inspicere sed illud Sapien. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et ex hoc est quòd non est in nobis omninò veritatem cognoscere, scilicet propter impedimenta. Sed vnusquisque hoc magis vel minus habet in potestate, secundum quòd lumen intellectuale est in ipso purius. Ad quintum dicendum, quòd corpora inferiora quamuis indigeant

indigeant ad hoc quòd operentur corporibus superioribus, vt ab eis moueantur, non tamen indigent ad proprias operationes perficiendas, quòd nouas formas ab eis recipiant. Et similiter non oportet quòd mens humana quæ mouetur à Deo ad cognoscēdum naturaliter cognita noua luce perfundatur. Ad sextum dicendum quòd sicut dicit Augustin. 8. super Gene. ad literam. Sicut aer illuminatur à lumine præsente, quòd si fuerit absens cōtinuò tenebratur: ita mens illustratur à Deo. Et ita etiam lumen naturale semper Deus in anima causat: non aliud & aliud: sed idem. Non enim est causa fieri eius solùm: sed etiam esse ipsius. In hoc ergo continuè Deus operatur in mente, quòd in ipsa lumen naturale causat & ipsum dirigit: & sic mens non sine operatione causæ primæ in suam operationem procedit. Ad septimum dicendum quòd voluntas nū quam potest bene velle sine diuino instinctu. Potest autem bene velle sine gratiæ infusione: sed non meritorie. Et similiter intellectus non potest sine diuino motu veritatem quancunque cognoscere: potest autem sine noui luminis infusione, quamuis non ea quæ naturalem cognitionem excedunt. Ad octauum dicendum, quòd hoc ipso quòd Deus in nobis lumen naturale conseruando causat: & ipsum dirigit ad videndum: manifestum est, quòd perceptio veritatis sibi præcipuè debet ascribi: sicut operatio artis, magis ascribitur artifici quàm arti.

AD secundum sic proceditur, videtur quòd Deus nullo modo possit cognosci à nobis. Illud enim quod in summo gradu nostræ cognitionis nobis incognitum remanet, nullo modo est à nobis cognoscibile: sed in perfectissimo gradu nostrę cognitiōis Deo non coniungimur: nisi quasi ignoto, vt dicit Dyo. 1. cap. Mysticæ theologię: ergo Deus nullo modo est à nobis cognoscibilis. Itē omne quod cognoscitur per aliquam formam cognoscitur: sed sicut dicit August. Deus omnem formam nostri intellectus subterfugit. ergo nullo modo est à nobis cognoscibilis. Item cognoscentis & cognoscibilis, oportet esse aliquam proportionem: sicut & potentiæ cuiuslibet ad suum obiectum: sed inter intellectum nostrum & Deum nulla potest esse proportio: sicut nec inter infinitum & finitum: ergo intellectus nullo modo potest Deum cognoscere. Item cum potentia & actus reducantur in idem genus: vtpotè quæ diuidunt omnia genera entis: nulla potentia potest in actum, qui est extra genus suum: sicut sensus non potest cognoscere substantiam intelligibilem: sed Deus est extra omne genus: ergo non poterit aliquo intellectu cognosci, qui sit in genere aliquo: sed noster intellectus est huiusmodi &c. Item remoto primo, necesse est omnia consequentia remoueri: sed primum intelligibile est quiditas rei. Vnde quod quid est, dicitur esse proprium obiectum intellectus in tertio de anima: & quid est. est medium demonstrandi an est: & omnes alias rei cōditiones, sed de Deo non possumus scire quid est, vt dicit Damas. ergo nihil possumus de Deo cognoscere. Sed contra. Rom. 1. Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Item Hiere. 9. In hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosce me. Sed hoc esset inanis gloria, nisi eum cognoscere possemus. ergo Deum cognoscere possumus. Item nihil diligitur, nisi cognitū: vt patet per Augusti. in secūdo de trini. Sed Deum diligere iubemur: ergo eum cognoscere possumus cum non præcipiatur impossibile. Respondeo dicendum, quod dupliciter aliqua res cognoscitur. Vno modo per formam propriam: sicut oculus videt lapidem per speciem lapidis. Alio modo per formam alterius similem sibi: sicut cognoscitur causa per similitudinē effectus, vt homo per formam suæ imaginis. Per formam autem suam aliquid dupliciter cognoscitur. Vno modo per formam quæ est ipsa res: sicut Deus cognoscit se per essentiam suam: & angelus seipsum. Alio modo per formam quæ est aliud ab ipso siue abstracta sit ab ipso, quādo scilicet forma est immaterialior quàm sit ipsa res: sicut forma lapidis abstrahitur à lapide: siue sit impressa intelligenti ab eo: vtpotè quando res est simplicior, quam similitudo per quam cognoscitur; sicut Auicen. dicit, quòd intelligentias cognoscimus per impressionem earum in nobis. Quia igitur intellectus noster secundum statum viæ habet determinatam habitudinem ad formas, quę à sensu abstrahuntur: cùm comparetur ad fantasmata vt visus ad colores: vt dicitur in tertio de anima: non potest ipsum Deum cognoscere in hoc statu, per formam quæ est essentia sua: sed sic cognoscitur in patria à beatis. Similitudo etiam quæcúnque impressa ab ipso in intellectum humanum, non sufficit ad hoc vt faciat eius essentiam cognosci: cùm in infinitum excedat quamlibet formam creatam: ratione cuius intellectu non potest esse Deus per formas creatas paruius: vt August. dicit. Nec etiam in statu viæ huius cognoscitur Deus à nobis per species purè intelligibiles, quæ sint aliqua similitudo ipsius propter connaturalitatem intellectus nostri ad fantasmata . vt dictum est. Vnde relinquitur quòd solùm per formam effectus cognoscatur. Effectus autem est duplex, quidam qui adæquatur virtuti suæ causæ: & per talem effectum cognoscitur plenè virtus causæ: & per consequens quiditas eius. Alius effectus est qui deficit à prædicta æqualitate: & per talem effectum non potest comprehendi virtus agentis, & per cōsequens nec essentia eius. Sed cognoscitur de causa tantum quòd est. Et sic se habet cognitio effectus, vt principium ad cognoscendum de causa an est: sicut se habet quiditas ipsius causæ cùm per formam suam cognoscitur. Hoc autem modo se habet omnis effectus ad Deum . & ideò non possumus in statu viæ pertingere ad cognoscendum de ipso, nisi quia est. Et tamen cognoscentium quia est, vnus alio perfectius cognoscit: quia causa tantò ex effectu perfectius congnoscitur: quantò ex effectu magis apprehenditur habitudo causæ ad effectum, quæ quidem habitudo in effectu non pertingēte ad æqualitatem suę causæ, attenditur secundum tria, scilicet secundum progressum effectus à causa: & secundum hoc quòd effectus consequitur de similitudine causæ suæ: & secundum hoc quòd deficit ab eius perfecta consecutione: & sic tripliciter mens humana proficit in cognitione Dei: quamuis ad cognoscendum quid est, non pertingat: sed an est solùm. Et primò secúdum quòd perfectius cognoscitur eius in productio res efficacia. Secundò prout nobiliorum effectuum causa cognoscitur: quia cùm eius similitudinem altiori modo gerant, magis eminentiam eius commendant. Tertiò quòd magis ac magis cognoscitur elongatus ab his omnibus quæ in effectibus apparent. Vnde dicit Dyo. de di. no. quòd cognoscitur ex omnium causa & excessu & ablatione. In hoc autem profectu cognitionis maximè iuuatur mens humana, cùm lumen eius naturale noua illustratione confortatur. Sicut est lumen fidei & doni sapientię & intellectus, per quod mens supra se in contemplatione eleuatur inquantùm cognoscit Deum esse supra omne id quod naturaliter apprehendit. Sed quia ad eius essentiam videndam penetrare non sufficit, dicitur in seipsum quodammodò ab excellenti lumine reflecti: & hoc est quod dicitur Genes. trigesimo secundo super illud. Vidi dominum facie ad faciem: in gloss. Grego. Visus animę, cùm in Deum intenditur: immensitatis corruscatione reuerberatur. Ad primum igitur dicendum, quòd secundum hoc dicimur in finem nostræ cognitionis in Deum tāquàm ignotum cognoscere: quia tūc maximè mens in Dei cognitione perfectissimè inuenitur: quādo cognoscitur eius essentiā esse supra omne id quod apprehendere potest in statu huius viæ, & sic quamuis maneat ignotū quod est, scitur tamen quia est. Ad secundum dicendum quòd ex hoc quòd diuina essentia formam nostri intellectus subterfugit, apparet quòd non potest cognosci quid est, sed solùm an est. Ad tertium dicendum, quòd proportio nihil aliud est, quàm habitudo duorum adinuicem conuenientium in aliquo, secundum quod cōueniunt aut differunt. Possunt autem intelligi aliqua esse conuenientia dupliciter. Vno modò ex hoc quòd conueniunt in eodem genere quantitatis vel qualitatis: sicut habitudo superficiei ad superficiem: aut numeri ad numerum: inquantùm vnum excellit aliud: vel æquatur ei: vel etiam caloris ad calorem : & sic nullo modò potest esse aliqua proportio inter Deum & creaturam: cùm non conueniant in aliquo genere. Alio modo possunt intelligi conuenientia: ita quòd conueniunt in aliquo ordine, & sic attenditur proportio inter materiam & formam: faciens & factum: & talis proportio requiritur inter cognoscentem & cognoscibile: cùm cognoscibile sit quasi actus potentiæ cognoscentis: & sic est proportio creaturæ ad Deum: vt causati ad causam: & cognscentis ad cognoscibile: sed secundum infinitum excessum creatoris super creaturam, non est proportio creaturæ ad creatorem, vt recipiat influentiam eius secundum totam virtutem eius, neque vt ipsum perfectè cognoscat, sicut ipse seipsum perfectè cognoscit. Ad quartum dicendum, quòd intellectus & intelligibile sunt vnius generis: sicut potētia & actus. Deus autem quāuis non sit in genere intelligibilium, quasi sub genere comprehensus: vtpotè generis naturam participans, pertinet tamen ad hoc genus vt principium. Eius autem effectus non sunt extra genus intelligibilium: vnde & hoc per effectus, & in patria per essentiam cognosci poterit: & præterea intelligibile videtur magis dici per remotionē, quam per positionem. Ex hoc enim vnumquódque est intelligibile, quòd est à materia immune & separatum. Negationes autem in diuinis verificantur, quamuis affirmationes sint incompactę. vt Dyo. dicit in 2. c. cœ. ie. Ad quintum dicendum, quòd quando aliquid cognoscitur, non per suam formam: sed per suum effectum: forma effectus supplet locum formæ ipsius rei: & ideò ex ipso effectu scitur, an causa sit.

AD tertium sic proceditur, videtur quòd primum quod à mente cognoscitur siue percipitur, sit ipse Deus. Illud enim in quo omnia alia cognoscuntur: & per quod de omnibus quæ cognoscimus iudicamus, est primo cognitum à nobis; sicut lux est prius nota oculo, quàm quę per lucem videntur. & principia intelliguntur prius quam conclusiones: sed omnia in prima veritate cognoscuntur & per ipsam de omnibus iudicamus, vt Augustin. dicit in libr. de trini. & de vera religione: ergo prima veritas est primum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognitum à nobis. Item quando sunt plures causæ ordinatæ: prima causa influit prius in causatum, quàm causa secunda: & vltimo dimittit ipsum, vt dicitur in lib. de causis: sed cùm scientia humana sit causata à rebus, scibile vel intelligibile est menti humanæ causa intelligendi: ergo primum intelligibiliū prius influit in ipsam: sed influxus intelligibilis in intellectum, inquantùm huiusmodi est vt intelligatur: ergo Deus qui est primum intelligibilium, ab intellectu nostro prius intelligitur. Item in omni cognitione in qua ea quæ sunt priora & simpliciora prius cognoscuntur: id quod est primum & simplicissimum: primo cognoscitur: sed in cognitione humana ea quæ prius occurrunt, sunt priora, & simpliciora vt videtur: quia ens, est illud quod primò cadit in conceptione humana: vt Auic. dicit esse autem est primum inter creata: ergo & cognitioni humanę post occurrit Deus qui est simpliciter primum & simplissimum. Item finis qui est vltimus in consecutione, est primus in intentione: sed Deus est vltimus finis humanæ voluntatis: ad quem omnes alij fines ordinantur. ergo est primus in intentione, sed hoc non potest esse nisi sit cognitus: ergo quod primò occurrit cognoscendū est Deus. Item id quod non indiget aliqua precedere operatione ad hoc ꝙ circa ipsum sit operatio operātis alicuius prius cadit sub operatione illus operātis, quā hoc quod indiget alia qua operatiōe alia: sicut lignū iam dolatū prius cadit sub operatiōe faciētis scannū quàm lignū adhuc non dolatum: sed res sensibiles indigent quòd abstrahantur à materia per intellectum agentem antequam intelligantur ab intellectu possibili. Deus autem per seipsum maximè est à materia separatus. ergo ipse prius intelligitur ab intellectu possibili, quàm res sensibiles. Item naturaliter cognita & quæ non possunt intelligi non esse, sunt illa quę primò nostrę cognitioni occurrunt: sed cognitio existendi Deum omnibus est naturaliter inserta. vt Dama. dicit. Nec potest Deus cogitari non esse. vt Anselm. dicit. Ergo Deus est primum quod à nobis cognoscitur. Sed contra secundum philosophum, omnis vera cognitio ortum habet à sensu: sed Deus est maximè remotus à sensu, ergo ipse non est primò cognitus à nobis, sed vltimo. Item secundum philosophum, ea quæ sunt posteriora secundum naturam, sunt prius nota quò ad nos: & minus nota scām naturā sunt magis nota quò ad nos: sed creaturę sunt posteriores: & minus notæ scām naturā quā ipse Deus: ergo ipse posterius notus quò ad nos. Item id quod promittitur vt vltimum præmium non est primum quod præcedit omnia merita: sed cognitio Dei promittitur nobis: vt vltimum prę mium omnis cognitionis & actionis, ergo Deus est primò à nobis cognitus. Respondeo dicendum, quòd quidam dixerunt quòd primum quod à mente humana cognoscitur etiam in hac vita, est ipse Deus qui est veritas prima: & per hunc omnia alia cognoscuntur. Sed hoc apertè est falsum: quia cognoscere Deum per essentiā est hominis beatitudo: vnde sequeretur omnem hominem beatum esse. Et prætereà cùm in diuina essentia omnia quæ dicuntur de ipsa sint vnum, nullus erraret circa ea quæ de Deo dicuntur: quòd experimento patet esse falsum: & iterum ea quæ sunt prima in cognitione intellectus, oportet esse certissima: vnde intellectus certus est se ea intelligere: quod patet in proposito non esse. Repugnat etiā hæc positio auctoritati scripturæ Exod. trigesimotertio. Non videbit me homo & viuet. Vnde alij dicunt, quòd diuina essentia non est primum cognitum à nobis in via: sed influentia luminis ipsius: & secundum hoc Deus est primum quod à nobis cognoscitur. Sed hoc etiam stare non potest: quia prima lux influxa diuinitus in mentem, est lux naturalis per quam constituitur vis intellectiua. Hæc autem lux non est primum cognita à mente: neque cognitione qua scitur de ea quid est: cum multa inquisitione indigeat ad cognoscendum quid est intellectus: neque cognitione quæ cognoscitur an est: quia intellectum nos habere non percipimus, nisi inquantùm percipimus nos intelligere: vt patet per philosophum. nono Eth. Nullus autem intelligit se aliquid intelligere, nisi inquantùm intelligit aliquod intelligibile. Ex quo patet quòd cognitio alicuius intelligibilis præcedit cognitionē qua quis cognoscit se intelligere: & per consequens cognitionem qua quis cognoscit se habere intellectū: & sic influentia lucis intelligibilis naturalis, nō pōt esse primū cognitū à nobis, & multo minus quęlibet alia influētia lucis. Et ideò dicendū, ꝙ primò cognitū homini pōt accipi dupliciter: aut scām ordinē diuersārū potētiarū aut scām ordinē obiectorū in vna potentia. Primò quidē modo cùm cognitio intellectus nostri tota deriuetur à sensu, id quod cognoscibile est à nobis, à sensu est primo notum nobis, quàm id quod est cognoscibile ab intellectu, scilicet singulare vel sensibile intelligibile. Alio modò, scilicet secundum ordinem obiectorum in vna potentia cuilibet potentiæ est cognoscibile primò suum proprium obiectum. Cùm autem in intellectu humano sit potentia actiua & passiua, obiectum potentiæ passiuæ, scilicet intellectus possibilis erit id quod est actu per potentiam actiuam, scilicet intellectum agentem: quia potentiæ passiuæ debet respondere suum actiuum. Intellectus autem agens non facit intelligibilia formas separatas. quæ sunt exsepsis intelligibiles: sed formas quas abstrahit à fantasmatibus: & ideò huiusmodi sunt quæ prius intellectus noster intelligit. Et inter hęc illa sunt priora quę intellectui abstrahenti primò occurrūt. Hæc autem sunt quæ plura comprehendunt, vel per modum totius vniuersalis: vel per modum totius integralis: & ideò magis vniuersalia sunt primò nota intellectui: & composita componentibus: vt dissimitum partibus diffinitionis. Et secūdum hoc quædam imitatio intellectus in sensu est, qui etiam quodammodò abstracta à materia recipit. Etiā apud sensum singularia magis cōmunia sunt nota primò: vt hoc corpus quàm hoc animal. Vnde patet ꝙ Deus & aliæ substantię separatæ nullo modo possunt esse primò intellecta: sed intelligūtur ex alijs: vt dicitur Rom. 1. Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Ad primum ergo dicendum, quòd ex verbis illis Augu. & similibus, non est intelligendum quòd ipsa increata veritas sit proximum principium, quod intelligimus & iudicamus: sed quia per lumen nobis inditū quod est eius similitudo, cognoscimus & iudicamus. Nec hoc lumen habet aliquam efficaciam, nisi ex prima luce. Sicut in demōstrationibus secunda principia non certificāt: nisi in virtute primorum. Nec tamen oportet ꝙ etiā ipsum lumen inditum sit. primò à nobis cognitū. Nō enim eo alia cognoscimus: sicut cognoscibili quā sit medium cognitionis. sed sicut eo quod facit alia cognoscibilia: vnde non oportet quòd cognoscatur: nisi in ipsis cognoscibilibus. Sicut lux non oportet ꝙ videatur ab oculo: nisi in ipso colore illustrato. Ad secundum dicendum, quòd non omnium causārū ordinatarum est influētia vnius rationis in vltimum effectū. Vnde non oportet ꝙ primum intelligibile hoc modò influat in intellectū nostrum, ꝙ intelligatur, sed ꝙ præstet intelligendi virtutē. Vel dicendum ꝙ quāuis Deus sit in ordine intelligibilium primū simpliciter, non tamē est primum in ordine intelligibilium nobis. Ad tertiū dicendum, ꝙ quāuis illa quæ sunt in genere prima eorū quæ intellectus abstrahit à fantasmatibus, sint prima cognita à nobis: vt ens & vnū: non tamen oportet ꝙ illa quę sunt prima simpliciter quę non continentur in genere proprij obiectī: sicut & ista. Ad quartū dicendū ꝙ quāuis Deus sit vltimus finis in cōsecutione, & primus in intētione appetitus naturalis, non tamen oportet quòd sit primū in cognitione mentis humanæ quę ordinatur in finem: sed in cognitione ordinantis, sicut & in alijs quæ naturali appetitu tendunt in finem suum. Cognoscitur tamen à principio: & intenditur in quadam generalitate, prout mens appetit se bene esse & bene viuere, quod tunc solùm est ei cùm Deum habet. Ad quintum dicendum, quòd substantiæ separatæ quamuis abstractione non indigeant ad hoc ꝙ intelligantur, tamen non sunt intelligibiles per lumē intellectus agentis. Vnde non primò ab intellectu nostro cognoscuntur. Ad sextū dicendum, ꝙ Deum esse, quantum est in se est per se notū: quia sua essentia est suū esse: & hoc modo loquitur Anselmus. Non autē nobis qui eius essentiam non videmus: sed tamen eius cognitio nobis innata dicitur esse: inquantùm per principia nobis innata de facili percipere possums Deum esse.

AD quartum sic proceditur. Videtur ꝙ ad cognitionem diuinæ trinitatis mens humana per naturalem rationē sufficiat. Quicquid enim cōuenit enti in quantùm est ens, oportet maximè in primo ente inueniri, sed trinitas conuenit enti inquantùm est ens, cū in omnibus entibus inueniatur eo ꝙ omnia habeant speciem, modum & ordinem, vt Augustin. dicit. ergo naturali ratione sciri potest, quòd in Deo sit trinitas. Item nulla perfectio est subtrahenda Deo: sed ternarius est numerus perfectionis omnis rei: vt dicitur in primo Cœli & mundi: ergo trinitas Deo est attribuenda: & sic idē quod prius. Item omnis inæqualitas ad æqualitatē reducitur prior rem: sicut multitudo ad vnitatem. Sed inter Deum & primum ens creatum est inæqualitas: ergo oportet præcedere aliam æqualitatē, quæ cùm non sit nisi plurium: oportet esse aliquam pluralitatē in diuinis. Item omne æquiuocū reducitur ad vniuocū: sed exitus creaturæ à Deo est æquiuocus: oportet ergo ante hunc ponere processionem vniuocā quæ Deus procedit à Deo: ex qua trinitas personārū sequitur. Item nullius boni sine cōsortio pōt esse iucunda possessio. Sed in Deo est ab æterno iucundissima boni possessio: ergo habet æternū consortiū: quod non est nisi diuinarū personārū: quia nulla creatura est æterna: ergo oportet in deitate plures personas ponere. Item ꝙ Deus sit intelligens ratione naturali potest haberi. Sed ex hoc ꝙ est intelligēs sequitur ꝙ verbum concipiat: quia hoc est cōe omni intelligenti. ergo naturali ratiōe pōt cognosci filij generatio: & eadē ratione amoris processio. Item Ricar. de sancto Vic. in lib. de trini. dicit. Credo sine dubio ad quorūlibet explanationem quæ necesse est esse non modo probabilia: sed etiam necessaria argumenta non deesse: sed Deum esse trinum & vnū est necessaria argumenta non deesse: sed Deum esse trinum & vnū est necessariæ. & sic se: quia est æternus. ergo ad hoc sunt rationes necessariæ. & sic idem quod prius. Item Platonici non habuerunt cognitionem de Deo, nisi per rationem: sed ipsi posuerunt ad minus duas personas, scilicet patrem & mentem ab ipso genitam, qui omnium rerum rationes continet: quod nos dicimus de filio. ergo & ratione naturali potest personarū pluralitas cognosci. Item philosophus in primo de cœlo ex mundo dicit: per hunc quidem numerum adhibuimus nosmetipsos magnificare Deum creatorem &c. Et sic idem quod prius. Item de Deo in statu viæ, nullo modo possumus cognoscere quid est, sed solùm an est. Cognoscimus autem aliquo modo Deum esse trinum & vnum: quia per fidem. Ergo hoc non pertinet ad quid est Dei, sed ad an est ipsius. Sed an est, possumus naturali ratione cognoscere de Deo, ergo & Deum esse trinum & vnum naturali ratione sciri potest. Sed contra fides est de non apparentibus rationi. vt patet Hebr. vndecimo: sed Deum esse trinum & vnum, est articulus fidei. ergo ad hoc videndum ratio non sufficit Item omnis ratio naturalis ex primis principijs naturaliter cognitis efficaciam habet: sed Deum esse trinum & vnum, non potest deduci ex principijs naturaliter cognitis: quę à sensu accipiuntur: cum in sensibilibus nihil simile inueniatur: vt sint tria suppositа vnius essentiæ. ergo Deum esse trinum & vnum, non potest sciri per rationem. Item Ambrosius cuicumque impossibile est generationis scire secretum, mens deficit: vox siler non solum mea: sed etiam angelorum. ergo ratio naturalis non sufficit ad cognoscendam generationem diuinam: & per consequens nec trinitatem prrsonārum. Respondeo dicendum, quòd Deum esse trinum & vnum, est solum modo creditum: & nullo modo potest demonstratiuè probari: quamuis ad hoc aliquales rationes non necessariæ, nec multum probabiles nisi credenti haberi possint. Quod patet ex hoc quòd Deum cognoscimus in statu viæ, nisi ex effectibus. vt ex dictis patere potest. Et ideò naturali cognitione de Deo cognoscere non possumus, nisi quod percipitur de Deo ex habitudine effectuum ad ipsum: sicut ea quæ designant causalitatem ipsius & eminentiam supra creata: & quæ remouent ab ipso imperfectas conditiones effectuum: trinitas autem personarum non potest percipi ex ipsa causalitate diuina: cum ipsa causalitas communis sit toti trinitati. Nec etiam dicitur secundum remotionem tantum: vnde nullo modo potest demonstratiuè probari Deum esse trinum & vnum. Ad primum ergo dicendum, quòd ea quæ in creaturis sunt plura, in Deo vnum sunt secundum rem: & ideò quamuis in quolibet ente creato inueniatur aliqua trinitas, ex hoc tamen non potest necessariò concludi, quòd in Deo sunt aliqua tria, nisi secundum rationem: & hęc pluralitas non sufficit ad distinctionem personarum. Ad secundum dicendum: quòd perfectio ternarij inuenitur in Deo, etiam secundum essentiæ vnitatem: non quia ipsa essentia numeretur: sed quia virtute continet omnis numeri perfectionem: vt dicitur in Arismetica Boetij. Ad tertium dicendum quòd etiam remota distinctione personarum, est æqualitas in diuinis, secundum quòd eius sapientia eius potentiæ æquatur. Vel potest dici quòd in æqualitate est duo considerare scilicet pluralitatem suppositorum inter quę attenditur æqualitas & vnitatem quantitatis quæ est causa æqualitatis. Reductio igitur inæqualitatis, ad æqualitatem non fit ratione pluralitatis suppositorum: sed ratione causæ: quia sicut vnitas est causa æqualitatis, ita inæqualitas est causa pluralitatis. Et ideò oportet quòd causa æqualitatis sit ante causam inæqualitatis: non quòd ante quælibet inæqualia sint aliqua æqualia. Aliàs oporteret in ordine numerorum esse aliquid ante vnitatem & dualitatem quæ sunt inæqualia, vel in ipsa vnitate inueniri pluralitatem. Ad quartum dicendum, quòd quamuis omne æquiuocū reducatur ad vniuocum: non tamen oportet quòd generatio æquiuoca ad vniuocam reducatur: sed ad generans: quod est in se vniuocum. In rebus enim naturalibus, videmus quòd generationes æquiuocæ sunt priores generationibus vniuocis: eo quòd causæ æquiuocæ habent influentiā super totam speciem: non autem causæ vniuocæ: sed solùm super vnum individuum. Vnde sunt quasi instrumenta causarum æquiuocarum: sicut corpora inferiora corporum superiorum. Ad quintum dicendum quòd ex hoc non potest homo habere vitam iocundam sine consortio: quia non habet in se: vnde sibi quantum ad omnia sufficiat: & propter hoc animalia, quę habent in se omnia: vnde sibi sufficiant consortium vitæ non requirunt: sed sunt solitaria. Deus autem est maximè sibi sufficiens. Vnde remota distinctione personarum, adhuc manet in eo iocunditas summa. Ad sextum dicendum quòd ideò idem est intellectus & intellectum: & ideò non oportet quòd ex hoc quòd intelligit, ponatur in eo aliquid conceptum realiter distinctum ab ipso: sicut est in nobis: trinitas autem personarum requirit distinctionem realem. Ad septimum dicendum, quòd intellectus illius verbi apparet ex hoc quod sequitur. quamuis contingat nostram industriam latere: omnia ergo necessaria in scipsis sunt vel per se nota, vel per alia cognoscibilia: non tamen oportet quòd ita sit quo ad nos. Vnde non possumus ad omnia necessaria probanda secundum naturam industriam rationes necessarias inuenire. Ad octauum dicendum quòd Platonicorum positio nihil facit ad propositum secundum rei veritatem: quamuis videatur facere secundum verba. Non enim posuerunt quòd illa mens esset eiusdem essentiæ cum Deo patre: sed quòd esset quædam alia substantia separata à prima procedens. & tertiam ponebant animam mūdi: vt patet per Macrobium. Et quia omnes substantias separatas deos vocabant, inde est quòd istas vocabant seu dicebant tres deos. vt dicit August. decimo de ciuitate Dei. Quia tamen non ponebāt aliquid spirituisancto simile: sicut patri & filio, anima enim mundi non est nexus illorum duorum secundum eos: sicut spiritussanctus patris & filij. ideo dicitur in tertio signo defecisse, id est, in cognitione tertię personę. Vel dicendum: sicut communiter dicitur, quòd cognouerunt duas personas quantum ad appropriata potentiæ & sapientiæ: non autem quantum ad propria. Bonitas autem quę spirituisancto appropriatur, maximè respicit effectus quos illi non cognouerunt. Ad nonum dicendum quòd Aristo. non intendit dicere, quòd Deus sit magnificandus vt trinus & vnus: sed quia ternario numero sacrificiorum & orationum ab antiquis honorabitur: propter ternarij numeri perfectionem. Ad decimum dicendum, quòd omnia quæ in Deo sunt, vna & simplex eius essentia sunt: sed ea quæ sunt in ipso vnum, sunt in intellectu nostro multa: & propter hoc intellectus noster potest apprehendere vnum illorum sine alio. Inde est quòd in statu viæ de nullo eorum possumus cognoscere quid est: sed solum an est: & contingit quòd cognoscatur: an est vnū eorum & non alterum. Sicut scit aliquis an sit sapientia in Deo: qui tamen non cognoscit an insit omnipotentia: & similiter potest ratione naturali sciri an Deus sit: non autem an sit trinus & vnus.

DEinde quæritur de manifestatione diuinæ cognitionis. Et quęruntur quatuor: primò vtrum diuina liceat inuestigando tractare. Secundò vtrum de diuinis quæ fidei subsunt possit esse aliqua scientia. Tertiò vtrum in scientia fidei quæ est de Deo, liceat rationibus philosophicis vti. Quartò vtrum diuina sint velanda nouis & obscuris verbis.

AD primum sic proceditur. Videtur quòd diuina inuestigare nō liceat arguendo. Ecclesiastici tertio. Altiora te ne quæsieris &c. sed diuina sunt maximè homine altiora, & præcipuè ea quæ sunt fidei: ergo huiusmodi scrutari non licet. Item pœna non infertur nisi pro culpa: sed sicut dicitur Prouer. vigesimoquinto, qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria: ergo perscrutari ea quæ ad diuinam maiestatem pertinent, est illicitum. Item Ambrosius. Tollear gumenta. vbi fides quęritur: sed in diuinis, maximè circa trinitatem requiritur fides: ergo in hac materia non licet per argumenta veritatem inquirere. Item Amb. de generatione diuina loquens, dicit. Scrutari nō licet mysteria superna, licet scire ꝙ natus sit: nō licet discutere qūo natus sit ergo eadē ratione nec aliquid eorū quæ ad trinitatē pertinent: licet argumentis inuestigare. Item Gre. in Ho. in octauo Paschæ. Fides non habet meritū, vbi humana ratio præbet experimentum: sed malum est fidei meritum euacuare: ergo non licet rationibus de his quæ sunt fidei perscrutari. Item omnis honorificentia Deo debetur: sed secreta per silentium honorificantur. vnde dicit Dio. in fine cœl. Hiero. Super nos secretum silentio honorificantes. & huic consonat quod dicitur in Psal. secundū literam Hiero. Tibi siler laus Deus. i. ipsum silentium est laus tua Deus. ergo debemus à perscrutatione diuinorum silere. Item nullus mouetur ad infinitū: vt philosophus dicit primo cœ. & mun. quia omnis motus est propter cōsecutionem termini qui nō inuenitur in infinito. Sed Deus in infinitū distat à nobis: cum ergo perscrutatio sit quidā motus rationis in id quod perscrutatur, videtur ꝙ diuina perscrutari non debeamus. Sed cōtra est quod dicitur. 1. Pe. 3. Parati semper ad satisfactionē omni poscēti vos rationē de ea quæ in vobis est fide & spe. Sed hoc non potest fieri: nisi ea quæ sunt fidei argumentis perscrutemur: ergo perscrutatio per argumēta de his quæ sunt fidei est necessaria. Item vt dicitur. Ti. 1. Ad Episcopū pertinet, vt sit potens exhortari in doctrina sana. & cōtradicentes reuincere: sed hoc non potest fieri nisi argumentis. ergo in his quæ sunt fidei argumentis oportet vti. Item Aug. dicit 1. de tri. Adiuuante dño Deo nostro suscipimus & eā quā flagitant rationē, ꝙ trinitas sit vnus Deus. ergo trinitatē potest homo rationib. perscrutari. Item Aug. contra fœlicianū. Quia non nimis incōuenienter duo ista discernis cū ratione præmissa etiā testimonia nō omittis: fateor secutorū quod ipse probaueris. s. ꝙ rationibus & auctoritatib. vtar: & sic idem quod prius. Rūdicendum, ꝙ cum perfectio hominis cōsistat in cōiunctione ad Deū, oportet ꝙ homo ex omnib. quæ in ipso sunt quantū potest ad diuina inniratur & adducat. vt intellectus contēplationi: & ratio inquisitioni diuinorū vacet. secūdū illud Psal. Mihi adhærere Deo bonum est. Et ideò philosophus in 10. Ethi. excludit dictū quorundā, qui dicebant ꝙ homo nō debebat se de rebus diuinis intromittere: sed solū de humanis. sic dicens: oportet aūt nō secundū suadētes humana sapę hominē vt mortalia mortalē: sed inquantū cōuenit mortale facere & oīa facere secūdū optimū eorū quæ in ipso. tripliciter tū pō hō in hoc peccare. primò ex ꝑsumptione: qua s. sic ea scrutat aliqs quasi ea pfectè comphensur⁹, & hui⁹ ꝑsumptio arguit. Iob 11. Forsitā vestigia Dei cōphendes & vsq; ad perfectū oīpotētē reperies: & Hil. dicit. Ne te inseras in illud secretum & arcanū inopinabilis

Universidad de Deusto
Biblioteca

natiuitatis ne te immergas summam intelligentiæ comprehendere præsumens: sed intelligein comprænhensibilia esse. Secundò ex hoc quòd in his quę sunt fidei ratio præcedit fidem. non fides rationem: dum scilicet aliquis hoc solùm vult credere quod ratiõe potest inuenire: cùm debeat esse econuersò: vnde Hil. Credendo inspice scilicet inquire: percurre: persiste. Tertiò vltra modum suæ capacitatis ad diuinorum perscrutationem se ingerendo. vnde Ro. 12. Non plus sapere, quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem & vnicuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei. Non enim omnes eandem mensuram sunt consecuti. vnde aliquid est vltra modum vnius, quod nõ est vltra modum alterius. Ad primum ergo dicendum quòd illa dicuntur altiora homine quæ capacitatẽ eius excedunt. non quæ sunt digniora secundũ naturam: quia his quæ sunt digniora quantò magis homo seruato suo modo intendit, tantò magis proficit: sed etiã in minimis considerandis dum aliquis modum suæ capacitatis excedit, de facili incidit in errorẽ. vnde Glosibidem dicit. Hæretici duobus modis fiũt, scilicet cum de creatore vel de creaturis vltra modũ intendentes, in errores incidunt, & à veritate discedunt. Ad secundum dicendum quòd perscrutari est quasi ad finem scrutari: hoc autem illicitum & præsumptuosum est, vt aliquis sic diuina scrutetur, quasi ad finem comprehensionis venturus. Ad Tertium dicendum quòd vbi fides quæritur, argumenta tolluntur quæ fidei aduersantur. & eam præcedere conantur non illa quæ eam modo debito sequuntur. Ad quartum dicendum quòd non licet hoc modo scrutari diuina mysteria: vt ad eorum comprænhensionem intentio habeatur: vt patet ex hoc quod sequitur: licet scire quòd natus sit &c. Ille enim modum natiuitatis discutit, qui quærit quid sit ipsa natiuitas: cùm de diuinis posimus scire quid non sint: & non quid sint. Ad quintum dicendum quòd duplex est humana ratio. vna demonstratiua cogens intellectum ad credendum. & talis non potest haberi de his quæ sunt fidei. Sed potest haberi ad euacuanda ea quæ fidem destruunt, vel impossibilem asserunt. Quamuis enim ea quę fidei sunt demonstrari non possunt, nõ tamen possint demonstratiuè improbari. Si autem talis ratio ad probandum ea quæ sunt fidei inducere tur, euacuaretur meritum fidei: quia iam assentire his non esset voluntarium: sed necessarium. Ratio autem persuasoria sumpta ex aliquibus similitudinibus ad ea quæ sunt fidei inducta, non euacuat fidei rationem: quia non facit ea esse apparentia: cum non fiat resolutio vsque ad prima principia, quæ intellectu videntur. Nec iterum meritum fidei euacuat: quia non cogit intellectum ad consentiendum. Vnde assensus remanet voluntarius. Ad sextum dicendum quòd Deus honoratur silentio: nõ quòd de ipso nihil dicatur vel inquiramus intelligimus nos ab eius comprehensione defecisse: vnde Ecclesiastici quadragesimo tertio. Glorificantes dominum quantumcúnque potueritis superabit adhuc. & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes dominum, exaltate illum quantum potestis. Maior est enim omni laude. Ad septimum dicendumquòd cùm Deus in infinitum à creatura distet: nulla creatura mouetur in Deum: vt ipsi adæquetur, vel recipiendo ab ipso vel cognoscendo ipsum. Hoc igitur quòd creatura infinitum distat, non est terminus motus creaturæ: sed quælibet creatura mouetur ad hoc quòd Deo assimileture plus & plus quantum potest: & sic etiam humana mens debet semper moueri, ad cognoscendum de Deo plus, & plus secundum modum suum. Vnde dicit Hillarius. Qui piè infinita persequitur & si non contingat aliquando, tamen proficiet prodeundo.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd de diuinis quæ fidei subsunt: scientia esse non possit. Sapientia enim contra scientiam diuiditur. Sed sapientia est diuinorum: non ergo scientia. Item sicut dicitur primo posteriorum. In qualibet scientia, oportet de subiecto supponere quid est. Sed de Deo nullo modo possumus scire quid est, vt dicit Damascenus, ergo de Deo scientia haberi non potest. Item cuiuslibet scientiæ est partes & passiones sui subiecti, considerare: sed Deus cum sit forma simplex: nec partes habet in quas diuidatur: nec passionibus aliquibus subijci potest: ergo de Deo non potest esse scientia. Item in qualibet scientia, ratio præcedit assensum. Demonstratione enim facit in scientijs scibilibus assentire: sed in his quæ fidei sunt, oportet esse econuersò scilicet quòd assensus fidei præcedat rationem, vt dictum est: ergo de diuinis præcipuè quæ fide capiuntur, non potest esse scientia. Item omnis scientia procedit ex principijs per se notis, quæ quisque probat audita: aut ex principijs quæ ab his fidem habent. Sed articuli fidei qui sunt prima principia in fide, non sunt huiusmodi: quia nec sunt per se nota: neque ad per se nota resolui possunt demonstratiuè vt dictum est: ergo de diuinis quæ fide tenentur, non potest esse scientia. Item fides est de non apparentibus: sed scientia est de apparentibus: quia per scientiam apparent ea quæ per scientiam traduntur: ergo de diuinis quæ fide tenentur, non potest esse scientia. Item cuiuslibet scientiæ principium est intellectus: quia ex intellectu principiorum, venitur in scientiam conclusionum: sed in his quæ sunt fidei, intellectus non est principium: sed finis: quia vt dicitur Esaiæ septimo: nisi credideritis, non intelligetis: ergo de diuinis quæ fide tenentur, non potest esse scientia. Sed contra est quod dicit Augustinus duodecimo de Trinitate. Huic scientiæ tribuo illud tantum quo fides saluberrima quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur: defenditur: roboratur: ergo de his quæ sunt fidei est scientia. Item Sapient. decimo. Dedit illi scientiam sanctorum, id est fidei: quia de alia intelligi non potest, nisi de ea qua sancti ab impijs discernuntur: quæ est scientia fidei. Item apostolus de cognitione fidelium loquens, primæ Corint. octauo dicit. Non omnium est scientia & sic idem quod prius. Respondeo dicendum quòd cum scientiæ ratio consistat in hoc quòd ex aliquibus notis alia ignotiora cognoscantur: hoc autem in diuinis contingat, constat quòd de diuinis potest esse scientia. Sed diuinorum noticia dupliciter potest extimari. Vno modo ex parte nostra: & sic nobis cognoscibilia non sunt nisi ex creaturis: quarum noticiam à sensu accipimus. Alio modo ex natura ipsorum. & sic ipsa sunt ex seipsis maximè cognoscibilia: quamuis secundum modum suum non cognoscantur à nobis: tamen à Deo cognoscuntur & à beatis secundum modum suum. Et sic de diuinis duplex scientia habetur. Vna secundum modũ nostrũ qua sensibilium principia accipit ad notificandum diuina. Et sic de diuinis philosophi scientiam tradiderunt. philosophiam primam, diuinam scientiam dicentes. Alia secundum modum ipsorum diuinorum. vt ipsa diuina secundum seipsa capiantur, quæ quidem perfectè nobis in statu viæ est impossibilis: sed fit nobis in statu viæ quædam illius cognitionis participatio, & assimilatio, ad cognitionem diuinam, inquantum per fidem nobis infusam inhęremus ipsi primæ veritati propter seipsam. Et sic Deus ex noc ipso quòd cognoscit se, cognoscit alia modo suo, id est, simplici intuitu non discurrendo: ita nos ex his quæ fide capimus primæ veritati inhærendo, venimus in cognitionem aliorum secundum modum nostrum scilicet discurrendo de principijs ad conclusiones. Vnde primò ipsa quæ fide tenemus, sunt nobis quasi prima principia in hac scientia. & alia sunt quasi conclusiones. Ex quo patet quòd hæc scientia est altior illa diuina. quàm philosophi tradiderunt, cum ex altioribus principijs procedat. Ad primum ergo dicendum quòd sapientia non diuiditur contra scientiam: sicut oppositum contra oppositum: sed quia se habet ex additione ad scientiam. Est enim sapientia vt dicit philosophus sexto Ethicorum caput omnium scientiarum regulans omnes alias: inquantum de altissimis principijs est. propter quod etiam Dea scientiarum dicitur, primo Metaphy. Et multo magis hæc quæ non solum de altissimis: sed ex altissimis est. Sapientis autem est ordinare: & ideò ista scientia altissima quæ omnes alias ordinat & regulat, sapientia dicitur: sicut in artibus mechanicis, sapientes dicimus illos qui alios regulant. vt architectos. Scientiæ verò nomen alijs inferioribus relinquitur. Et secundum hoc scientia diuiditur contra sapientiam: sicut proprium contra diffinitionem. Ad secundum dicendum quòd sicut supra dictum est, quãdo causæ cognoscuntur per suos effectus, effectus cognitio supplet locum cognitionis quiditatis causæ quæ requiritur in illis scientijs quæ sunt de rebus quæ per se ipsas cognosci non possunt. Et sic non oportet quòd ad hoc quòd de diuinis scientiam habeamus, præscitur de Deo quid est. Vel potest dici quòd hoc ipsum quod scimus de Deo quid non est, supplet in diuina scientia locum cognitionis quid est: quia sicut per quid est distinguitur res ab alijs: ita per hoc quòd scitur, quid non est. Ad tertium dicendum quod partes subiecti in scientia non solum sunt intelligendæ partes subiectiuæ vel integrales: sed partes subiecti sunt omnia illa quorum cognitio requiritur ad cognitionem subiecti. cum omnia huiusmodi non tractentur in conscientia: nisi inquantum habent ad subiectum ordinari: passiones etiam dicuntur quæcunque de aliquo probari possunt. si ue negationes, siue habitudines ad alias res. Et talia multa de Deo probari possunt & ex principijs naturaliter notis, & ex principijs fidei. Ad. 4. dicendum quòd in qualibet scientia sunt aliqua quasi principia & aliqua quasi conclusiones. Ratio ergo quæ inducitur in scientijs, præcedit assensum conclusionis: sed sequitur assensum principiorum cũ ex eis procedat. Articuli autem fidei in hac scientia non sunt quasi conclusiones: sed quasi principia quæ etiam defenduntur ab impugnantibus: sicut & philosophus. 4. Meta. disputat contra negantes principia. & manifestantur per aliquas similitudines: sicut principia naturaliter nota per inductionem: non autem ratione demonstratiua probantur. Ad. 5. dicendum quòd etiã in sciẽtijs humanitus traditis, sunt quædã principia in quibusdã earum quæ non sunt omnibus nota: sed oportet ea supponere à superioribus scientijs: sicut in scientijs subalternatis supponuntur & creduntur aliqua à superiorib. scientijs subalternãtibus: & huiusmodi nõ sunt per se nota. nisi superiorib. scientijs. Et hoc modo se habẽt articuli fidei, qui sunt principia huius sciẽtię ad cognitionem diuinã: quia ea quę sunt per se nota in sciẽtia, quã Deus habet de seipso, supponũtur in sciẽtia nostra. & creditur ei nobis hoc indicanti per suos nuncios: sicut medicus credit phisico, quatuor esse elementa. Ad sextum dicendum quòd apparentia scientiæ procedit ex apparentia principiorum. Vnde scientia non facit apparere principia: sed ex hoc quòd apparent principia, facit apparere conclusiones: & per hunc modum scientia de qua nunc loquimur, non facit apparere ea de quibus est fides: sed ex eis facit apparere alia per modum quo de primis certitudo habetur. Ad 7. dicendum quòd cuilibet scientiæ principium est intellectus semper quidem primũ: sed non semper proximum: imò aliquando fides est proximũ principium scientiæ: sicut patet in scientijs subalternatis: quia earum cõclusiones: sicut ex proximo principio procedunt ex fide eorum quę supponuntur à superiori scientia: sed sicut à principio primo ab intellectu superioris scientis: qui de his creaturis per intellectũ habet certitudinem: & similiter huius scientiæ principium proximum est fides. sed primum est intellectus diuinus: cui nos credimus: sed fides est in nobis, vt perueniamus ad intelligendum quæ credimus: sicut si inferior sciens adiscat superioris scientis: tunc fiunt ei intellecta & scita, quæ prius erant tantummodò credita.

AD tertiũ sic proceditur: videtur quòd in his quæ sunt fidei, non liceat rationibus phisicis vti. 1. Cor. 1. Non misit me Christus baptizare: sed euangelizare: nõ in sapientia verbi Glos. in doctrina philosophorum: & super illud. vbi inquisitor huius sæculi: dicit Glos. Inquisitor est qui naturæ secreta rimatur: tales nõ recipit Deus inter prædicatores: & super illud. 1. Corint. 2. Sermo meus est prædicatio mea, non in persuasibilibus: dicit Glo. Etsi persuasibilia fuerint verba, non tamen per humanam sapientiam: vt verbum pseudoapostolorum. Et quibus omnibus videtur quòd in his quæ sunt fidei, non liceat vti rationibus physicis. Item Isa. 15. super illud. nocte vastata est ar. dicit gl. ar. id est, aduersarius scilicet scientia sæcularis quæ aduersaria est Deo: ergo &c. Item Amb. dicit. Secretissimum fidei à physicis argumentis est liberũ: ergo vbi de fide agitur, philosophorum rationibus & dictis vti non licet. Item Hiero. refert in epistola ad Eustochium, se in visione diuino iudicio verberatũ: pro eo quòd in libris legerat Ciceronis: & qui astabant precabantur vt veniam tribueret adolescentiæ: exacturus deinde cruciatum, si in libris gentilium aliquando legisset: vnde obtestans nomen Dei clamauit. Si vnquam habuero seculares codices: si legero, te negaui. Si ergo non licet in eis studere, ergo multo minus licet eis in diuinis tractatib. vti. Item sapientia sæcularis in scriptura per aquã frequenter significatur: sapientia verò diuina per vinum. secundum Isa. 1. vituperabãtur caupones aquam vino miscentes: ergo vituperabiles sunt doctores sacræ scripturæ physica documenta miscentes. Item sicut dicit Hiero. in Glos. Oseæ. 2. Cum hæreticis nec nomina debemus habere communia: sed hæretici vtuntur ad fidei corruptionem physicis argumentis: vt habetur in Glo. Prouer. 7. & Isa. 15. ergo catholici eis in suis tractatibus vti non debẽt. Item quælibet sciẽtia principia habet ꝓpria: ita & sacra doctrina articulos scilicet fidei: sed in alijs sciẽtijs non rectè proceditur, si sumantur alterius scientię principia: sed oportet in vnaquaque ex proprijs procedere secundum doctrinam Philosophi primo Posteriorũ: ergo nec in sacra doctrina rectè proceditur. Itẽ si alicuius doctrina in aliquo repudiatur, eius auctoritas inualida erit ad aliquid confirmandum: vnde dicit Aug. quòd si in sacra doctrina concesserimus aliquid esse falsitatis, peribit eius auctoritas ad fidei cõfirmationem: sed sacra doctrina philosophorum doctrinam in multis repudiat: quia in multis errasse inueniũtur: ergo eorum auctoritas non est efficax ad aliquid confirmandum. Sed contra apostolus Ti. 1. vtitur Epimenidis poetæ versiculo dicens. Cretenses semper mendaces. malæ bestiæ. &c. 1. Cor 15. verbis Menandri. Corrumpunt bonos mores, colloquia mala. & actu 17. verbis arati: ipsius scilicet Dei: & genus sumus: ergo & alijs diuinæ scripturæ doctoribus: licet physicis argumentis vti. Item Hieronimus in epistola ad magnum vrbis Romæ oratorem: enumeratis pluribus scripturæ doctoribus: vt Basil. Grego. subiungit qui omnes intantũ philosophorũ doctrinis atque sententijs suos reperserunt libros. vt nescias quid in eis primum mirari debeas: vtrum eruditionem sæculi: vel scientiam scripturarum: quod non fecissent si non licuisset vel inutile fuisset. Item Hieronimus in epistola ad Pamachium, de dormitione Paulæ. Si adamaueris mulierem captiuam, scilicet sapientiam sæcularem: & pulcritudine eius captus fueris decalua eam: & illecebras crinium atque ornamenta verborum cum tenacibus vnguibus seca: laua eam prophetali vitro & requiescens cum illa dicito. Sinistra eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me: & multos tibi captiua fœtus dabit: ac de Moabitide effietur tibi Israelites: ergo fructuosum est vt aliquis sapientia sæcularis vtatur. Item August. 2. de Trinit. dicit. Non ero segnis ad inquirendam scientiam Dei: siue per scripturam: siue per creaturam: sed cognitio Dei per creaturam in philosophia proponitur: ergo nõ est inconueniens quòd aliquis in sacra doctrina rationibus philosophi eis vtatur. Item August. libro secundo de doctrina christiana. Philosophi autem si qua fortè vera: & fidei nostrę accommoda dixerunt: non solum formidanda non sunt: sed ab eis tanquam iniustis possessoribus in nostrũ vsum assumenda: & sic idem quod prius. Item super illud Daniel. 1. Proposuit autem Daniel &c. Glos. Si quis imperitus Mathematicæ artis contra Mathematicos scribat: aut expers philosophiæ contra philosophos agat: quis etiam ridendus: vel ridendo non rideat: sed oportet doctores sacræ scripturę quandóq; contra philosophos agere: ergo oportet eos philosophia vti. Respõdeo dicendum quòd dona gratiarum hoc modo naturæ adduntur: quòd eam non tollunt: sed magis perficiunt. Vnde & lumen fidei quod nobis gratis infunditur, non destruit lumen naturalis cognitionis nobis naturaliter inditum. Quamuis autem naturale lumen mentis humanæ sit insufficiens ad manifestationẽ eorum quæ per fidem manifestantur, tamen impossibile est quòd ea quæ per fidem nobis traduntur diuinitus: sint contraria his quæ per naturam nobis sunt indita. Oporteret enim alterum esse falsum: & cum vtrúm que sit nobis à Deo: Deus esset nobis auctor falsitatis: quod est impossibile. Sed magis cũ imperfectis inueniatur aliqua imitatio perfectornm: quamuis imperfecta in his quæ per naturalem rationem cognoscuntur sint quædam similitudines eorum quę per fidem tradita sunt. Sicut autem sacra doctrina fundatur super lumẽ fidei: ita philosophia super lumen naturale rationis. Vnde impossibile est quòd ea quæ sunt philosophiæ sint contraria eis quæ sunt fidei: sed deficiunt ab eis. Continent tamen quasdam similitudines eorum: & quædam ad ea præambula: sicut natura præambula est ad gratiam. Si quid autem in dictis philosophorum inueniatur contrarium fidei, hoc non est philosophiæ: sed magis philosophiæ abusus ex defectu rationis. Et ideò possibile est ex principijs philosophiæ huiusmodi errorem refellere: vel ostendendo omnino esse impossibile: vel non esse necessarium. Sicut enim ea quæ fidei sunt non possunt demonstratiuè probari: ita quædam contraria his non possunt demonstratiuè ostendi esse falsa: sed potest, ostendi non esse ea necessaria. Sic igitur in sacra doctrina: philosophia possumus tripliciter vti. primò ad demonstrandum ea quæ sunt præambula fidei: quæ necessaria sunt in fidei sciẽtia. vt ea quę naturalib. rationib. de Deo probantur: vt Deus esse Deũ esse vnũ: & huiusmodi: vel de Deo vel de creaturis: in philosophia probata quæ fides supponit. Secũdò ad notificandum per aliquas similitudines ea quæ sunt fidei: sicut August. in libro de Trinitate. vtitur multis similitudinibus ex doctrinis philosophicis sumptis ad manifestandum trinitatem: ergo ad re sistendum his quæ contra fidem dicuntur. siue ostendendo esse falsa: siue ostendendo non esse necessaria. Tamen vtentes philosophia in sacra scriptura possunt dupliciter errare. Vno modo vtendo his quæ sunt contra fidem quæ non sunt philosophię: sed potius error: vel abusus eius: sicut Orig. fecit. Alio modo, vt ea quæ sunt fidei includantur sub metis philosophiæ: vt si nihil aliquis credere velit: nisi quod per philosophiam haberi potest: cùm econuersò philosophia sit ad metas fidei redigenda: secundum illud apostoli 1. Cor. 10. In captiuitatem redigẽtes omnem intellectum in obsequium Christi. Ad primum ergo dicendum quòd ex omnibus illis verbis ostenditur quòd doctrina philosophorum non sit vtendum quasi principaliter scilicet propter eam credatur fidei. nõ tamen remouetur quin ea possint vti sacri doctores: quasi secundaria. Vnde ibidem super illud. Perdam sapientiam sapientum &c. Glos. Non ideo hoc dicit, vt veritatis intelligentia possit à Deo reprobari. Sed quia eorũ prudentia reprobatur, qui in sua eruditione confidunt. Vt tamẽ totũ quòd est fidei, non humanæ potẽtiæ: aut sapientiæ tribueretur: sed Deo: voluit deus vt primitiua apostolorum prædicatio esset in infirmitate & simplicitate: cum tamen potentia & secularis sapientia postea superueniens ostenderit per victoriã fidei mundũ esse Deo subiectum: & quantum ad potentiam: & quantum ad sapientiam. Ad secũdum dicendum quòd sapientia secularis dicitur contraria Deo quantum ad eius abusum: sicut ea heretici abutũtur: non quãtum ad eius veritatem. Ad tertium dicendum quòd sacramentum fidei pro tanto dicitur esse liberũ à propheticis dictis: quia sub prophetiæ mentis non coartatur. Ad quartum dicendum quòd Hiero. adeò afficiebatur ad aliquos libros gentilium, quòd sacram scripturam quodammodò contemnebat. Vnde ipse dicit. Si quando inmemet reuersus prophetas legere cœpissem sermo horrebat inculatus. Et hoc esse reprehensibile nullus ambigit. Ad quintum dicendum quòd ex tropicis locutionibus non est assumenda argumentatio. Vt dicit Magister 6. distinctione primi libri. Et Dyo. dicit in epistola ad Titum, quòd simbolica theologia noc est argumentativa: & præcipuè cum hoc non sit expositio alicuius auctoris. Et tamen potest dici quòd quando alterum duorum transit in naturam alterius, non reputatur mixtum: sed quando vtrúmque à sua natura alteratur. Vnde illi qui vtuntur propheticis documentis in sacra scriptura redigendo in obsequium fidei, non miscent aquam vino: sed conuertunt aquam in vinum. Ad sextum dicendum quòd Hieronimus loquitur de illis rationib. quæ ab hæreticis sunt inuentæ accõmodæ suis erroribus: propheticæ aũt doctrinæ nõ sunt tales: imò

Universidad de Deusto
Biblioteca

solum in errorẽ ducit:& ideò nõ sunt propter hoc vitandæ. Ad septimũ dicendũ q̃ scientiæ quę habent ordinẽ adinuicẽ:hoc modo se habent,q̃ vna potest vti principijs alterius: sicut sciẽtiæ posteriores principijs priorum sententiarũ:siue sint superiores: siue inferiores. Vnde Methaphysica quæ est omnib.superior vtitur his quæ in alijs scientijs sunt probata. Et similiter theologia cum omnes aliæ scientiæ sint et quasi famulantes & præambulæ in via generationis: quãuis sint dignitate posteriores, potest vti principijs omnium aliarũ. Ad octauum dicendum quòd inquantũ sacra doctrina vtitur physicis documentis propter se:non recipit ea propter auctoritatem dicentium:sed propter rationem doctorum. Vnde bene dicta recipit: & alia respuit:sed quando vtitur eis proprer aliquos errores refellendos: vtitur eis inquantum sunt in auctoritatẽ alijs quæ refelluntur:quia testimonium aduersarij efficacius est.

AD quartum sic proceditur.videtur quod diuina in scientia fidei non sint obscuritate verborum velanda:quia vt dicitur Prouer. 14.Doctrina prudentum facilis. ergo sine obscuritate verborũ proponi debet.Item Ecclesia.4.Non abscondas sapientiam tuam in decore suo.& Prouer.11.Qui absondit frumenta. Glo. prædicationis maledicetur in populis: ergo verba sacræ doctrinæ non sunt velanda.Item Math.10. Quod dico vobis in tenebris. Glos.in mysterio. Dicite in lumine. Glo.apertè.ergo obscura fidei sunt magis referẽda,quàm occultanda difficultate verborũ. Item doctores fidei sunt sapientibus & insipientibus debitores.vt patet. Ro.1. ergo ita debẽt loqui.vt à magnis & paruis intelligantur,id est sine obscuritate verborum.Item Sap.7.dicitur. Quam sine fictione didici: & sine inuidia communico:sed qui occultant,non communicant:ergo videntur inuidiæ rei. Item Aug.4.de doctrina christiana. Expositores sacræ scripturę non ita loqui debent,tanquàm seipsos exponendos simili auctoritate proponant,sed omnibus sermonibus suis primitus & maximè vt intelligantur laborent.ea quantum possunt perspicuitate dicendi,vt multum tardus sit qui non intelligat.Sed contra est quod dicitur Math.7. Nolite sacrum dare canibus &c.Glo.Res absconsa auidius quæritur:celata venerabilius conspicitur:diu quęsita carius tenentur.Cum igitur sacra documenta expediat summa veneratione intueri, videtur q̃ expediat ea obscurè tradi. Item Dyo. 1.c.Eccle.Hierar.Omnem sanctam laudem non tradas alteri: præter æquè ordinatas Dei formas, id est,diuinas laudes: quibus omnia sacramenta complectitur:nõ tradas nisi tibi similibus: sed si verbis conspicuis scriberentur,omnib.paterent: ergo secreta fidei sunt obscuritate verborum velanda. Item Luc.8.Vobis datum est nosce mysterium regni Dei,id est,intelligentia scripturarum:vt patet per Glos.cæteris autem in parabolis:ergo oportet verborũ obscuritate aliqua à multitudine velare. Respondeo dicendum q̃ verba docentis:ita debent esse moderata:vt proficiant:nõ noceant audiẽti. Quędam aũt sunt quæ audita nulli nocent: sicut ea quæ omnes scire tenentur.Et talia non sunt occultanda:sed manifestè omnibus proponenda.Quædam verò sunt quæ proposita manifestè auditorib. nocent.Quod quidem contingit dupliciter:vno modo si arcana fidei infidelibus fidem abhorrentibus denudentur. Eis enim venient in derisum.Et propter hoc dicitur,Math.7.Nolite sacrum dare canibus:& Dyo.2.c.Cel.Hierar. Audi sanctè dicta: diuinus diuinorum in doctrina factus & mentis occulto sancta circúabscondens ab immunda multitudine:vt quàm vniformia custodi.Secundo aũt modo si aliqua subtilia rudibus proponantur: ex quibus perfectè non apprehensis,materiam sumunt errandi.Vnde 1. Cor.3. Non potui vobis loqui tanquam spiritualibus:sed quasi carnalibus:tanquã parulis in Christo:lac vobis potum dedi:non escam.Vnde super illud Exod.21.Si quis aperuerit cisternam.dicit Glo.Greg.Qui in sacro eloquio iam alta intelligit, sublimes sensus coram non capientibus per silentium tegat:ne per scandalum interius:aut fidelem paruulũ aut infidelem qui credere potuisset interimat: Hæc ergo ab eis quibus nocent occultãda sunt:sed in collocutione potest fieri distinctio vt eadem sapientibus seorsum manifestentur:in publico taceantur. Vnde Augu.4.de doctrina christiana. Sunt quædam quæ vi sua nõ intelliguntur:aut vix intelliguntur:quantalibet: & quantũlibet dicentis plenissimè versentur eloquio:qui in populi audientia: vel rarò si aliquid vrget vel nunquàm omnino mittenda sunt: sed in scribendo non potest talis distinctio adhiberi:quia liber conscriptus ad manus quorumlibet peruenire potest: & ideò sunt occultanda verborum obscuritatibus:vt per hoc prosint sapientibus qui ea intelligunt:& occultentur simplicib.qui ea capere non possunt. Et in hoc nullius grauatur:quia qui intelligunt lectione detinentur: qui verò non intelligunt,non coguntur ad legendũ. Vnde Augu.in eodem. in libris autem qui ita scribuntur,vt ipsi sibi quodammodò lectorẽ teneant cùm intelliguntur,& cùm autem non intelliguntur molesti non sint nolentibus legere:non est hoc officium deserendi, vt vera quæuis ad intelligendum difficilima ad aliorum intelligentiam per ducamus. Ad primum igitur dicendum,quòd auctoritas illa nõ est ad propositum. Non enim intelligitur quòd doctrina prudentium sit facilis actiuè,id est,quòd faciliter doceãt:sed passiuè: quia faciliter docentur.vt patet per Glos. Ad 2. Dicendum q̃ auctoritates illę loquuntur de illo qui absconditur ea quæ manifestenda sunt:vnde &c clesi.4. Præmittitur.Ne timeas verbum in tempore salutis. Per hoc autem non remouetur,quin ea quæ sunt occulta debeant obscuritate verborum celari. Ad 3.dicendum quòd doctrina Christi est publicè & planè docenda: ita quòd vnicuiq; sit planum id quod expedit ei scire : non autem vt publicentur illa quę scire non expedit. Ad 4.dicendum quòd doctores sacræ scripturæ non sunt ita sapientib. & insipientibus debitores. vt eadem proponant vtrisque : sed ita q̃ vtrisque proponant quod eis expedit. Ad 5.dicendum quòd non exinuidia subtilia multitudini occultantur:sed magis ex debita distentione. Ad 6.dicẽdum quòd Aug. loquitur de expositionibus qui ad populum loquuntur:non de his qui scripto tradunt:vt patet ex consequentibus.

CHristianę religionis reuerentiam plures vsurpant: sed ea fides pollet maximè ac solitariè:quæ tum propter vniuersalium præcepta regularum quibus eiusdem religionis intelligitur auctoritas: tum propterea q̃ eius cultus per omnes ferè mundi terminos emanauit catholica vel vniuersalis vocatur:cuius hæc de Trinitatis sententia est:pater inquiũt est Deus.filius est Deus. spiritus sanctus est Deus.igitur pater:filius:& spiritus sanctus Deus vnus:non tres dij. cuius coniunctionis ratio est indifferentia. Eos enim differentia comitatur,qui vel augent vel minuunt:vt Arriani:qui gradibus meritorum trinitatem variantes distrahunt:atque in pluralitatem deducunt.Principium enim pluralitatis,alteritas est. Præter alteritatem enim hæc pluralitas quid sit intelligi potest.omnium namque rerũ vel quotlibet:tum genere:tum specie: tum numero diuersitas constat.Quotiens enim dicitur idem, totiens & diuersum prædicatur. Idem verò dicitur tribus modis:aut genere.vt idem homo quod equus:quia his idem genus vt animal:vel specie : vt idem Cato quod Cicero:quia eadem species vt homo:vel numero vt Tullius Cicero quia vnus est numero:quare diuersum etiã vel genere:vel specie vel numero dicitur:sed numero differentiam facit accidentiũ varietas. Nam tres homines neque genere.neque specie:sed suis accidentib⁹ distant.Nam si vel animo cuncta ab his accidentia separemus:tamẽ locus cunctis diuersus est : quem vnum fingere nullo modo possumus.Duo enim corpora vnum locum non obtinent. qui est accidens : atque ideò sunt numero plures : quoniam accidentibus plures fiunt.

POst prohemium hic Boetius incipit tractatum de trinitate personarum.& vnitate diuinę essentię:& diuiditur liber iste in duas partes.Primò prosequitur ea quę pertinent ad vnitatẽ diuinę essentiæ contra Arrianos.2. ea quæ pertinent ad trinitatem prosonarũ contra Sabellium.ibi.(Sed hoc interim ad eam.)Prima in d. primò proponit catholicæ fidei sententiam de vnitate diuinæ essentiæ.Secundò inuestigat propositæ sententiæ veritatem.ibi. Age igitur ingrediamur.)Prima in d.primò describit fidei conditionẽ cuius sententiam prosequi intendit.Secundò proponit descriptæ fidei sentẽtiam de proposito ibi. (Cuius hæc de trinitatis.) Describit autem eam dupliciter scilicet ex comparatione hæresum quibus præpollet: & proprio nomine:quia catholica vel vniuersalis vocatur. Dicit ergo plures, id est,diuersarum hæresum sectæ vsurpant, id est, indebitè sibi attribuunt : reuerentiam christianæ religionis, id est, quæ christianæ religioni debetur:vt scilicet ei omnes subdantur.primæ Ioannis quinto. Hæc est victoria quæ vincit mundum,fides nostra. Vel reuerentiam quam christiana religio Deo exhibet, credendo his quæ diuinitus sunt prædicata:sed ea fides pollet maximè & solitariè. Hæc duo adiungit, vt discretionem faciat eius quod est secundum veritatem : & eius quod est secundum opinionem secundum enim rei veritatẽ hæretici christiani non sunt: cum à doctrina Christi recedant:& quantum ad hoc catholica fides solitaria pollet. Sed secundum apparentiam & hominum opinionem, hæretici christiani dicuntur:quia saltem voce nomen Christi confitentur: & quantum ad hoc fides catholica non sola : sed magis pollet . Ipsa enim communius & diffusius est recepta.Vnde subdit. Quæ vocatur catholica in Græco vel vniuersalis in Latino : quod idem est, catholicum enim Græcè, Latinè vniuersale dicitur. Cuius nominis assignat duas rationes dicens. Tum propter præcepta vniuersalium regularum . Præcepta enim quæ fides catholica proponit , non vni tantum genti obseruanda : sed omnibus proponit . In quo præcipuè differt à lege Moysi quæ vni tantum populo præcepta proponebat. Similiter etiam singulæ hæreses suis tantum sectatoribus præcepta accommoda tradunt. Sed fides catholica de omnibus curam gerens, omnibus præcepta accommõda tribuit : non solum continentibus vt Manichæi : sed etiam coniugatis : & non solum innocentibus vt Nouatiani : sed etiam pœnitentibus : quibus illi salutem denegant . Vnde subdit. Quibus scilicet,vniuersalibus regulis intelligitur auctoritas eiusdem religionis, quas omnes ei subditi esse debent . Vel dicuntur vniuersales regulæ : quia nihil eis falsitatis:aut iniquitatis admiscetur in quocúmq; articulo : siue in quocúmque casu. Deinde subiungit aliam causam dicens. Tum propterea:quia eius cultus per omnes ferè mundi terminos emanauit:quod planum est secundum illud Psal. in omnem terram exiuit sonus eorũ &c.(Cuius hic de trinitatis) Hic ponitur prænotare fidei sententia de proposita quæstione. Et circa hoc tria facit.Primò proponit catholicæ fidei sententiam de vnitate trinitatis. Secundò eiusdem sententiæ rationem ibi. (Cuius coniunctionis.) Tertiò ostendit prædictæ rationis cõuenientiã ibi. (Principium enim pluralitatis) Proponit autem catholicæ fidei sententiã per modum cuiusdam argumenti: eo quòd fides dicitur argumentũ non apparentium. Heb.11.in quo quidem argumento ex hoc quòd diuinitas singulis personis conformiter attribuitur,concluditur quòd de omnibus non pluraliter : sed singulariter hoc nomen Deus prædicatur. Deinde huius sententiæ rationem assignat.Et primò ponit rationẽ secundò per contrarium exponit ibi.(Eos enim.)dicit ergo. Cuius coniunctionis,id est cõiunctæ argumentationis ratio est in differẽtia.s.deitatis in tribus personis quam fides catholica confitetur. Ex hoc enim est quòd ex præmissis prædicta conclusio sequitur.: quia indifferens deitas tribus personis indifferenter attribuitur. Quam quidem rationem per contrarium exponit dicens. Eos enim cõmitatur differentia deitatis.s.qui vel augent vel minuũt,id est,qui ponunt vnam personam maiorem alia:vel minorem:vt Arriani ponẽtes patrem maiorem filio.Vnde subdit.Qui s.Arriani variantes trinitatem gradibus meritorũ,id est,dignitatum:dum patri filiũ subijciunt:spiritum sanctum vtrique.Distrahunt.i.in diuersa trahũt.deitatem in eis diuidendo.atque in pluralitatem deducunt.Ex diuisione enim sequitur pluralitas. Econuersò verò catholici equalitatem personarum confitentes indifferentiã profitentur:& per consequens vnitatem. Deinde ostendit præmissam rationem esse cõuenientem dicens. Principiũ enim &c. & præmonstrat præassignatæ rationis necessitatem. Secundò quiddam quod in sua demonstratione supponitur fuerat probat ibi(Omnium nãmque.)Circa primum.2.f. Primo ostendit q̃ alteritas est principiũ pluralitatis:alteritatem intelligens differentiã qua aliqua inter se altera constituuntur. Et ma vult dicere alteritatem quã alietatem : quia non solũ substantiales differentię pluralitatẽ constituunt,quarum est facere aliud:sed etiã accidentales: quarum est facere alterũ. Ad alietatem verò sequitur alteritas:non econuersò . Ex hoc aũt habetur ratio Arrianicæ deductionis.Si enim alteritas est principium pluralitatis: & posita causa ponitur effectus:ergo ponentibus eis alteritatem per augmentũ & diminutionem sequitur pluralitas diuinitatis. Secúdò proponit alteritatem esse proprium principium pluralitatis: quia præter eam pluralitas intelligi non potest. Ex quo habetur ratio catholicæ coniunctionis.Remota enim propria causa tollitur effectus.Si igitur in tribus personis non esset alteritas aliqua deitatis, non erit pluralitas aliqua sed vnitas.Deinde probat quod supposuerat. s.alteritatem esse proprium principium pluralitatis cum dicit.omniũ namque: & est ratio sua talis. Omnium rerum genere.vel specie.vel numero differentium,est aliqua alteritas siue differentia causa pluralitatis: vel diuersitatis:sed omnes res plurales siue sint tres : siue quotlibet : sunt diuersæ vel genere:vel spẽ vel numero: ergo omniũ pluralium principium est aliqua alteritas.Circa hãc rationem.3.f.primò ponit minorem:secundò probationem ibi.(Quotiens:)& est probatio.Quotiens dicitur idem,totiẽs dicitur diuersum : sed idem dicitur tribus modis.s.genere & spem: & numero.ergo & diuersum:primã suppo nit ex hoc quod dicitur in primo Top. q̃ quotiens dicitur vnũ oppositorum,totiens & reliquũ:& ex hoc quod dicitur.10. Metha.q̃ idem & diuersum sunt opposita. Secundam manifestat per exẽpla. & supponit eam.per hoc quod dicitur.1.Top. Tertiò verò probat maiorem quantũ ad id quod circa causa poterat esse dubiũ ibi(Sed numero differẽtiam.) Quòd enim diuersitatis illorum quæ sunt diuersa genere vel specie principium sit aliqua alteritas. manifestũ est ex ipso nomine. Ex hoc enim aliqua sunt diuersa genere q̃ est eis genus alterum: & diuersa specie:quòd sub altera specie cõmentur:sed in his quæ dicuntur esse diuersa numero,non est manifestũ ex ipso nomine quòd aliqua alteritas sit principium pluralitatis : imo videtur magis econuersò secundũ nomen.q̃ pluralitas quæ in numero designatur:sit principiũ diuersitatis:cum ita dicantur esse aliqua diuersa numero secundũ nomen: sicut genere vel specie. Et ideò ad verificandã maiorẽ sui sillogismi,ostendit q̃ hanc etiam differẽtiam quã aliquæ dicuntur differre numero facit aliqua alteritas siue varietas:quod probat per hoc q̃ in tribus hominibus qui conueniunt genere & specie:& differunt numero,inueniũtur altera accidentia; sicut in homine &,boue species altera:& in homine & lapide genus alterum.Vnde sicut homo & bos distant specie,ita duo homines distant accidentibus.Et quia posset aliquis dicere q̃ varietas accidentium non est causa pluralitatis secundũ numerũ: quia remotis accidentibus vel secundũ rem:vt separabilib , vel animo & cogitatione: vt inseparabilibus: adhuc remanet substantia:cum accidente: quod adest & abest, præter subiecti corruptionem:ideò huic responsioni obuiat dicens : q̃ quamuis omnia accidentia possunt saltem animo separari,tamen alicuius accidẽtis diuersitas,nullo modo potest etiã animo à diuersis indiuiduis separari.s.diuersitas locorũ. Duo enim indiuidua non possunt esse in eodem loco:nec secundũ rem. nec secundum animi fictionẽ:quia hoc nec intelligi nec imaginari potest. Vnde concludit quòd ex hoc sunt aliqui homines plures numero, quòd sunt accidentibus plures,id est,diuersi. Et in hoc terminatur sententia huius partis.

HIc est duplex quæstio.prima de his quæ pertinent ad fidei communionem.Secunda de his quæ pertinent ad causam pluralitatis.Circa primum,quæruntur quatuor.Primò vtrum humano generi sit fides necessaria.Secundò quomodò se habet fides ad religionem. Tertiò vtrũ conuenienter vera fides catholica vel vniuersalis nominetur.Quartò vtrum hæc sit veræ fidei confessio, quòd pater & filius & spiritussanctus:singulus est Deus: & tres sunt vnus Deus absque omnis inæqualitatis distantia.

AD primum sic proceditur.videtur q̃ non fuerit necessarium humano generi fidem habere:vt. n. dicitur Eccles.Quid necesse est homini maiora se quærere:quasi dicat nihil.Sed ea quæ fide creduntur maiora sunt homine:vtpotè rationem eius excedentia: aliàs ad ea cognoscenda sufficeret ratio causans scientiam:nec requireretur fides:ergo non fuit necessariũ homini,vt ea quæ sunt fidei extra doceretur.Item naturã humanam Deus in sua conditione perfectè instituit.Deu.32.Dei perfecta sunt opera. Sed ex his quæ menti humanæ in sua cõditione sunt indita,non potest homo pertingere ad ea quæ sunt fidei cognoscenda:aliàs posset per sciẽtiam haberi.quę cauatur ex eo quòd conclusiones resoluuntur in principia naturaliter nota. Cum ergo perfectũ dicatur aliquid cui nihil deest eorum quæ debet habere vt dicitur.5. Meth. Videtur q̃ homo fide non indigeat.Item vnusquisq; sapiens ad perueniendũ in finem viã eligit breuiorem.Sed difficilius videtur creaturæ ea quæ super rationem sunt credere.Et valde periculosum hominib.cum multi à statu salutis decidant,per hoc quòd non credũt:ergo videtur quòd Deus qui est sapientissimus, non debuit viam fidei præparare hominibus ad salutem.Item vbicũque est acceptio aliquorum cognitorũ sine iudicio,est via facilis ad errorem:sed nõ habemus aliquid in nobis, per quod possimus iudicare de his quæ per fidem accipimus:cum naturale iudicium ad huiusmodi non se extendat:vtpotè rationem excedentia: ergo patet via facilis ad errorem; & ita videtur homini potius esse noxium,quàm vtile:vt dirigatur in Deum per fidem. Item vt dicit Dyo. Malum hominis est præter rationẽ esse : sed homo fidei inhærens à ratione discedit:& in hoc etiã assuescit ratienem cõtẽnere : ergo videtur quòd via illa sit hominibus mala . Sed contra Heb. 11. Sine fide, impossibile est placere Deo : sed hoc est maximè homini necessarium:vt Deo placeat sine quo nihil potest boni facere vel habere:ergo fides est maximè homini necessaria . Item homini est maximè necessarium cognoscere veritatem:cum gaudium de veritate cognita,sit beatitudo:vt Augu.dicit. Sed fides collocat credentes in veritate:& in eis veritatẽ:vt dicit Dyo. 7.6. De di. no. ergo fides est homini maximè necessaria. Item id sine quo non potest conseruari humana societas, est homini maximè necessariũ . & toti generi humano:cũ homo sit animal pollitũ: vt dicitur 8. Eth. Sed sine fide humana, societas seruari nõ potest: quia oportet vt vn⁹ homo alteri credat in promissis:& in testimonijs:& in alijs huiusmodi quæ sunt necessaria homini ad cõmanendũ . ergo fides humano generi est maximè necessaria.Respondeo dicendum quòd fides habet aliquid cõmune cum opinione:& aliquid cum scientia & intellectu ratione cuius ponitur medium inter opinionem & intellectũ siue scientiam ab Hug.de san.Vin. Cum intellectu aũt & scientia cõmune habet certum & fixũ assensum : in quo ab opinione differt. q̃ accipit alterum oppositorũ cum formidine alterius:& à dubitatione quæ fluctuat inter duo contraria.Sed cum opinione commune habet,quod est de rebus quæ non sunt intellectui naturaliter possibilia:in quo differt à scientia & intellectu. Quòd autem aliquid nõ sit apparens humano intellectui, potest cõtingere ex duobus:vt dicitur in 2. Meta.scilicet ex defectu ipsarum rerum cognoscibilium: & ex defectu intellectus nostri. Ex defectu quidem rerum : sicut in singularibus & contingentibus quę à nostris sensibus sunt remota. Sicut sunt facta hominum; & dicta & cogitata . Quæ quidem talia sunt. vt vni homini possint esse nota:& alij ignota; & quia in conuictu hominum vnus homo oportet quòd alio vtatur : sicut seipso in quibus ipse sibi non sufficit : ideò oportet quòd sibi illis quæ alius scit : & sunt sibi ignota: sicut his quæ ipse cognoscit . Et inde est quòd in hominum conseruatione est fides necessaria: qua vnus homo dictis alterius credit. Et hoc est iustitiæ fundamentum:vt Tullius dicit in libro de officijs . Et inde est quòd nullum mendacium est sine peccato : cùm per omne mendacium huic fidei tam necessariæ derogetur . Ex defectu verò nostro , sunt non apparentia.vt res diuinæ & necessariæ : quę sunt secundũ naturam maximè

Universidad de Deusto
Biblioteca

notæ. Vnde ad horum inspectionem, nõ sumus statim in principio Idonei: cùm oporteat ex minus notis & posterioribus secundum naturam ad magis nota. & priora naturaliter peruenire: sed quia ex nullo horum quæ vltimo cognoscimus, sunt nota ea quæ primo cognoscimus, oporter nos etiam primò aliquam noticiam habere de illis quæ sunt per se magis nota. Quod fieri non potest, nisi credendo. Et hoc etiam patet in ordine scientiarum: quia scientia quæ est de causis altissimi. s. metaphysica vltimo occurrit homini ad cognoscendum: & tamen in scientijs perambulis oportet quòd suppo nantur quædam quæ in illa plenius innotescunt. Vnde quelibet scie tia habet suppositiones: quibus oportet adiscentem credere. Cum igitur finis humanæ vitæ sit beatitudo quæ consistit in plena cognitione diuinorum, necessarium est ad humanam vitam in beatitudinem dirigendam statim in principio fidem diuinorum habere: que plenè cognoscenda expectantur in vltima perfectione humana. Ad quorum quædam cognoscenda plenè possibile est homini peruenire per viam rationis in statu viæ. Et horum quamuis possit haberi scientia: & à quibusdam habeatur: tamen necessarium est habere fidem propter quinque rationes: quas Rabby Moyses ponit. Primò propter profunditatem & subtilitatem materiæ per quam occultã tur diuina ab hominum intellectu. Vnde ne sit homo sine qualicũque horum cognitione, prouisum est ei: vt saltem per fidem diuina cognoscat. Vnde ecclesiastices. 7. Alta profunditas quis cognoscet illam. Secundò propter imbecillitatem intellectus humani à principio. Non enim prouenit in sua perfectio: nisi in fine. Et ideo vt nullum tempus sit vacuum à Dei cognitione, indiget fide: per quam ab ipso principio diuina accipiat. Tertiò, ꝓpter multa prꝛambula quę exiguntur ad habendum cognitionem de Deo secundum viam rationis. Exigitur enim ad hoc ferè omnium scientia cũ cognitio. cum omnium finis sit cognitio diuinorum. Quæ quidem prꝛambula, paucissimi comprehendunt. vel consequuntur. Vnde ne multitudo hominum à diuina cognitione remaneat vacua, prouisa est ei diuinitus via per fidem. Quartò quia multi hominum ex naturali complexione sunt indispositi ad perfectionem intellectus consequendã, secũdum rationem vel viam rationis. Vnde vt hi diuina cognitione non careant, prouisa est via fidei. Quintò propter occupationes plurimas, quibus oportet homines occupari. Vnde impossibile est ꝙ omnes consequantur per viam rationis id quod est de Deo necessarium ad cognoscendũ: & propter hoc est via fidei procurata: & hoc quantum ad illa quę sunt ab aliquibus scita & alijs proponuntur vt credenda. Quando verò diuinorum sunt ad quæ plenè cognoscenda nullatenus ratio humana sufficit: sed eorum plena cognitio expectatur in futura vita: vbi erit plena beatitudo: sicut trinitas & vnitas vnius Dei. Et ad hanc cognitionem homo perducitur: non ex debito suæ naturæ: sed ex sola diuina gratia. Vnde oportet ꝙ ad huiusmodi etiam scientiæ perfectionem quędam suppositiones ei primò credendæ proponantur: ex quibus dirigatur in plenam cognitionẽ eorum quæ à principio credit: sicut etiam in alijs scientijs accidit: vt dictum est: & ideo dicitur Isa. 7. secundũ aliam translationem. Nisi credideritis, non intelligetis. Et huiusmodi suppositiones sunt illa quæ sunt credita quantum ad omnes: & à nullo in hac vita sunt scivel intellecta. Ad primum igitur dicendum ꝙ licet ea quæ sunt fidei sint maiora homine: viribus naturæ cõsideraris: nõ tamen sunt maiora homine, diuino lumine illustrato: & ideò non est necesse homini, vt huiusmudi propria virtute quęratur: sed est ei necessarium, vt ea diuina reuelatiõe cognoscat. Ad secundũ dicendum ꝙ Deus in prima rerum conditione, hominem perfectũ instituit perfectione naturæ: quæ quidem in hoc cõsistit, vt homo habeat omnia quæ sunt suæ naturæ debita. Sed supra debitum naturæ adduntur postmodum humano generi aliquę perfectiones ex solagratia diuina: inter quæ est fides: vt patet Ephe, 2. vbi de fide dicitur, ꝙ est Dei donum. Ad tertium dicendum ꝙ cuilibet in beatitudinem tendenti, necessarium est cognoscere in quibus beatitudinem quærere debeat: & qualiter: quod quidẽ facilius fieri non potest, quàm per fidem: cum rationis inquisitio ad talia peruenire non possit, nisi multis prꝛcognitis: quæ nõ est facilè scire. Nec etiam potuit cùm minori periculo: cum humana inquisitio propter imbecillitatẽ intellectus nostri, sit facilis ad errorem: & hoc etiã apertè ostenditur ex ipsis ~~philosophis~~: qui per viam rationis finem humanæ vitæ quęrentes, & modũ perueniendi in ipsum non inuenientes: in errores multiplices & turpissimos inciderunt: adeò sibi invicem dissentientes: vt vix duorum aut trium esset de his per omnia cõmunis vna sententia: cùm tamen per fidem videamus: in vnam sententiam etiam plurimos cõuenire populos. Ad quartum dicendum quòd quandocúmq; acceptis aliquo modo assentitur, oportet esse aliquid ꝙ inclinet ad assensum: sicut lumen naturaliter inditum in hoc quòd assentitur primis principijs per se notis: & ipsorum principiorũ veritas in hoc ꝙ assentit conclusionib. scitis: & aliquas verisimilitudines in hoc ꝙ alientimus his quæ opinamur. Quæ si fuerunt aliquantulũ fortiores, inclinãt ad credendũ: prout fides dicitur opinio iuuata rationib: sed inquod inclinat ad assentiendũ principijs intellectis: aut conclusionib. scitis: est sufficieus inductiuum: vnde cogit ad assensum: & est sufficies ad iudicandum de illis quibus assentitur. Quod verò inclinat ad opinãdum qualitercúmq; vel etiã fortiter, non est sufficiens ductiuũ rationis. Vnde nõ cogit: nec per hoc potest haberi perfectum iudicii de his quibus assentitur. Vnde & in side qua in Deum credimus, nõ solum est acceptio rerum quibus assentimus: sed aliquid quod inclinat ad assensum: & hoc est lumen quoddam quod est habitus fidei diuinitus mentis humanæ infusum: quod quidẽ sufficientius est ad inducendum quàm aliqua demonstratio: qua & si nunquã falsum concludatur, tamen frequenter in hoc homo fallitur, ꝙ putat esse demonstrationẽ quod non est. Sufficientius etiam quã ipsum lumẽ naturale quo assentimus principijs: cum lumẽ illud frequenter impediatur ex corporis infirmitate: vt patet in mentecaptis. Lumen autem fidei quod est quasi sigillatio quędam primæ veritatis in mẽte, non potest fallere: sicut Deus non potest decipere vel mentiri: nec de hoc lumen sufficit ad iudicandum. Hic tamen habitus non mouet per viam intellectus: sed magis per viam voluntatis. Vnde non facit videre illa quæ creduntur: nec cogit assensum: sed facit voluntariè assentire. Et sic patet quòd fides ex duabus partibus est à Deo scilicet ex parte interioris luminis: qđ inducit ad assensum: & ex parte eorum quæ exterius proponuntur. quæ ex diuina reuelatione intitium sumpserunt: & hæc se habent ad cognitionem fidei: sicut accepta per sensum ad cognitionem principiorum: quia vtrisque fit aliqua cognitionis determinatio. Vnde sicut cognitio principiorũ accipitur à sensu: & tamen lumen quo principia cognoscuntur est innatum, ita fides est ex auditu: & tamen habitus fidei est infusus: Ad 5. dicendum quòd viuere secundum rationem est bonum hominis inquantũ est homo: viuere autẽ prꝛter rationem: potest vno modo sonare in defectum. sicut est in illis qui vjuunt secundum sensum: & hoc est hominis malum. Alio modo sonare in excessum, vt cùm homo diuina gratia adducitur in id quod est supra rationẽ. Et sic prꝛter rationem viuere, non est hominis malum: sed bonum supra hominem. Et talis est cognitio eorum quæ sunt fidei: quamuis & ipsa fides non omnibus modis sit prꝛter rationem. Hoc enim naturalis ratio habet, quòd assentiendum est his quæ à Deo dicuntur.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd fides à religione distinguenda non sit: quia vt dicit Aug. in Ench. fide, spe, & charitate colendus est Deus. sed cultus Dei & actus religionis: vt per diffinitionem Tullij patet: qui dicit. Religio est quæ cuidã superiori naturæ quam diuina vocant, cultũ cerimoniãque affert: ergo fides ad religionem pertinet. Item dic Aug. de vera reli. quòd vera religio est qua vnus Deus colitur. & purgatissima pietate vel puritate cognoscitur: sed cognoscere Deum est fidei ergo fides sub religione cõtinetur. Item offerre Deo sacrificium, est opus vel actus religionis: sed hoc pertinet ad fidem: quia vt dicit Aug. 5. de ciui. Dei. Verum sacrificium est omne opus quod agitur: vt sancta societate inhæremus Deo. Prima aũt inhęsio hominis ad Deum, est per fidem. ergo fides prꝛcipuè ad religionem pertinet. Item Io. 4. Spiritus est Deus: & eos qui adorãt eũ, in spiritu & veritate oportet adorare. Magis aũt adorat De°, cũ ei ꝓternitur intellect°, qm̃ & ꝓternitur corp° sed per fidẽ ei substernitur intellect°: dũ se oĩo subijcit ad assentiendũ his q̃ de Deo dicũtur. ergo fides ad religionẽ maximè pertinet. Itẽ omnis virtus quæ Deũ habet pro obiecto, est virtus theologica: sed religio habet Deũ pro obiecto: non enim nisi Deo cultum debitum offert. ergo est virtus theologica: sed magis videtur pertinere ad fidẽ quàm ad aliquam aliarũ: cùm non dicatur esse extra religionem christianã: nisi quæ sunt extra fidem: ergo religio videtur esse idem quod fides. Sed contra est quod Tullius in 2. veteris rethoricæ ponit religionẽ partẽ iustitiæ: quæ est virtus moralis: ergo cũ fides sit virtus theologica, religio erit alterius generis quàm fides. Itẽ religio consistit etiam in actu qui est ad proximum: vt patet. Ia. 1. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est. visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: sed fides non habet actum nisi qui est ad Deum: ergo religio est omnino à fide distincta Item religiosi dicuntur cõmuniter, qui quibusdã specialibus votis astringuntur: non aũt soli illi dicunt fideles: ergo nõ est idẽ fidelis & religiosus: ergo nec idem fides & religio. Rño dicendũ quòd sicut patet per Augu. 10. de ciui. Dei. Theosebia quæ cultus Dei dicitur: religio: pietas: & latria, ad idem pertinere intelliguntur. s. ad Deum colendũ. Cultus aũt cuilibet rei impensus, nihil aliud esse videtur, quàm debita operatio circa id adhibita: & ex hoc diuersimode dicũtur aliquid colere agros parentes: patriã: & alia huiusmodi: quia diuersis diuersæ operationes coaptant. Deus aũt nõ hoc modo colit, ꝙ ei nostra operatio aliquid prꝛfit. aut subueniat sicut in prædictis est. sed solũ inquantũ ei nos subdimus: & subditos demonstramus. Hic ergo cultus diuinus absolutè theosobiæ nomine designatur: sed religio importat quandã religationẽ: secundum ꝙ homo se astringit quodãmodò ad cultũ istũ. vnde dicit Aug. in lib. de vera religio. Religio à religando dicta creditur: vel etiam à rectè eligendo: vt dicit

dicit 4. de ciuitate Dei. Ex propria enim electione, aliquis ligatur se ad aliquid faciendũ. Oportet etiam nos rẽeligere quæ amittimus negligentes. vt ibidẽ dicit: & idẽ est ꝙ illi qui vitã suam totam: & seipsos ad diuinum obsequium votis quibusdam obligant, religiosi dicuntur. Sed pietas animũ colentis respicit: qui non fictẽ nec mercenario affectu ei obsequitur. Et quia his quæ sunt supra nos, quasi quædam veneratio diuina debetur. Beneficia etiam quæ miseris exhibentur: sunt quasi quædam sacrificia Dei: secundũ illud Hebreorum vltimo. Beneficentiæ & communionis, nolite obliuisci. talibus enim hostijs prꝛmeretur Deus. Hinc est quòd nomen pietatis & religionis ad opera misericordiæ transfertur: & maximè ad beneficia quę in parentes: & patriam exhibentur. Sed latria importat debitũ colendi: siue rationem cultus: ex hoc scilicet quòd sumus serui eius quem colimus: non hoc modo quo homo seruus hominis dicitur. Propter quod cúm que accidentale debitũ: sed quia totum quod sumus ei debemus tanquam creatori. Vnde & latria, seruitus dicitur: non quælibet: sed illa tantum qua homo seruus Dei est. Sic ergo religio consistit in operatione qua homo Deũ colit se ei subijciendo: quę quidẽ operatio debet esse cõueniẽs: & ei qui colit & colẽti. Ipse aũt qui colit: cũsit spiritus, nõ potest corpore: sed sola mẽte cõtingi: & sic cultus eius principaliter in mentis actib. cõsistit: quib. mẽs ordinatur in Deũ. Et hi sunt prꝛcipuè actus theologicarũ virtutum. Et secundum hoc dicit Augustꝰ. quòd Deus colitur fide, spe, & charitate. Et his adiunguntur actus donorum ordinantium in Deum: vt sapientiæ & timoris: sed quia nos qui Deum colimus, corporei sumus: & per corporeos sensus cognitionem accipimus. Inde est ꝙ ex parte nostra requiruntur ad cultũ prædictum etiam aliquæ corporales actiones: tum vt ex toto quod sumus Deo seruiamus. tum vt per huiusmodi corporalia nosmetipsos: & alios excitemus ad actus mentis ordinatos in Deum. Vnde dicit. Augu. in libro de cura pro mortuis habenda. Orantes de membris sui corporis faciunt, quod supplicantibus congruit. cùm genua figunt. cùm manus extẽdunt: vel etiam se prosternunt solo: & si quid aliud visibiliter faciũt: quamuis eorum inusibilis volũtas & cordis intentio Deo nota sit: nec ille indigeat his iudicijs: vt animus pãdatur humanus. Sed hinc magis seipsum incitat homo ad orandum: gemendum humilius: ac feruentius. Sic ergo omnes actus quibus se homo subijcit Deo: siue sint mentis. siue corporis, ad religionem pertinent. Sed quia ea quæ proximis propter Deum impenduntur, ipsi Deo impenduntur: constat quòd ad eandem pertinent subiectionem: in qua cultus religionis consistit: & sic diligenter consideranti apparet omnem actum bonum ad religionem pertinere. Vnde Aug. dicit quòd verũ sacrificium est omne opus quod agitur: vt sancta societate inhæreamus Deo. Tamen quodam ordine. Primò enim & pincipaliter ad cultum prædictum pertinent actus mentis ordinati in Deum. Secũdò actus corporis qui ad hos excitandos vel designandos fiunt, vt prostrationes, sacrificia, & huiusmodi. Tertiò ad eundem cultũ pertinent omnes actus alij in proximum ordinati propter Deum. Et tamen sicut magnanimitas est quędam virtus specialis. quamuis omnium virtutum actibus vtatur secundum specialem rationem obiecti: vtpotè coniectans magna in actibus omnium virtutum, ita etiã religio est spiritualis virtus in actibus omnium virtutum specialem rationem obiecti considerans scilicet Deo debitum. Sic enim est iustitiæ pars. Illi tamen actus specialiter religioni assignantur, qui nullius alterius virtutis sunt: sicut prostrationes & huiusmodi: in quibus secundariò cultus Dei consistit. Ex quo patet quòd actus fidei pertinet quidem materialiter ad religionem: sicut & actus aliarum virtutum: & magis inquantũ fidei actus est primus motus mẽtis in Deũ: sed formaliter à religione distinguitur: vtpotè aliam rationem obiecti considerans. Conuenit etiam fides cum religione prꝛter hoc, inquantum fides est religionis causa & principium. Nõ enim aliquis eligeret cultum Deo exhibere, nisi fide teneret Deum esse creatorem, gubernatorem, & remunerationem humanorum actuum. Ipsa tamen religio, non est virtus theologica. Habet enim pro materia quasi omnes actus, vt fidei vel virtutis alterius: quos Deo tanquam debitos offert: sed Deum habet pro fine. Colere eñ Deum est huiusmodi actus, vt Deo debitos offerre. Et per hæc patet responsio ad obiecta omnia.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd fides christiana catholica non debeat nominari. Quia cognitio debet esse cognoscibili proportionata. Nõ enim quolibet modo cognoscitur. Sed fides est cognitio Dei. qui non est vniuersalis neq; particularis. Vt Aug. dicit in libro de Trini. ergo nec fides debet dici vniuersalis. Itẽ de singularibus non potest haberi cognitio, nisi vniuersalis: sed fide quædã singularia facta tenemus. vt passionem Christi, resurrectionem & huiusmodi: ergo fides non debet dici vniuersalis. Item ab eo quod est commune multis, non debet alicui eorum nomen proprium imponi: cum nomen causa innotescendæ rei imponatur. Sed quælibet traditio vel secta, ꝓponit ea quæ tradit: vt singularis ab omnib. credenda vel obseruãda. vt vniuersaliter vera: ergo nõ debet fides christiana spiritualiter catholica dici. Item idololatria ad oĩs mundi angulos peruenit: sed christiana fides nondũ inuenitur ad omnes mũdi fines peruenisse: cum aliqui barbari sint, qui fidem Christi non cognoscunt. ergo secta idololatrię magis debet dici catholica quàm christiana fides. Item quod non conuenit omnibus, non potest dici vniuersale. sed fides christiana à multis non recipitur: ergo inconuenienter vniuersalis vel catholica dicitur. Sed contra est quod dicit Augu. li. de vera religione. Tenenda est nobis christiana religio. & eius ecclesiæ communicatio quæ catholica est: & catholica nominatur. non solum à suis: verum etiam ab omnibus inimicis. Item vniuersale & cõmune, idem esse videtur. Sed fides christiana, ab apostolo fides communis dicitur. Tit. id est Tito dilecto filio secundum communem fidem: ergo conuenienter catholica dicitur. Item quod vniuersaliter omnib. proponit, maximè debet dici vniuersaliter: sed fides christiana omnib. vniuersalis proponit. vt patet Math. vlt. Docete oẽs gentes &c. ergo ipsa meritò debet dici catholica vel vniuersalis. Respõdeo dicendũ. quòd fides sicut quælibet alia cognitio, duplicem habet materiam scilicet in qua, id est, ipsos credentes: & de qua. id est, res creditas. Et ex parte vtriusque materiæ fides christiana catholica dici potest. Ex parte quidem credentium. quia illam fidem veram asserit apostolus. Ro. 3. quæ testificata est à lege & prophetis. Cum autem prophetarũ temporibus diuersæ gentes diuersorum deorũ cultibus insisterẽt: solus verò populus Israël Deo vero cultum debitum exhiberet: & sic nõ esset vna vniuersalis religio: prædixit per eos spiritussanctus cultum veri Dei ab omnibus esse assumendum. Vnde Isa. 45. Mihi curuabitur omne genu: & confitebitur omnis lingua. Quod quidem per fidem & christianam religionem impletur. Vnde meritò catholica nominatur. vtpotè à cuiuslibet conditionis hominibus recepta. Et sic illi qui ab hac fide & religione cõmuniter promissa & recepta in quasdã sectas declinauerũt non catholici, sed quasi à communione diuisi, hæretici nominãtur. Sed ex parte rerum etiam creditarum, in fide christiana veritas catholica inuenitur. Fuerunt namque antiquitus diuersæ artes & vię quibus hominibus quantum ad diuersa prouidebatur, vel prouidere credebatur. Quidam namque bonum hominis in solis corporalibus ponebant. vel in diuitijs. aut honoribus. aut voluptatibus. Quidam autem in solis animæ bonis. vt in virtutibus moralibus. vel intellectualibus. Quidam autem vt Augu. dicit lib. de ciuitate Dei existimabant deos esse colendos propter corporalia bona istius vitæ. Quidam verò propter bona quæ sunt post hãc vitam. Porphyrius etiam ponebat quibusdam gentilibus theletis animæ imaginatiuã partem purgari: & non totam animam: dicebátque vt Augustꝰ. dicit x. de ciuitate Dei. nondum receptam esse vnam sectam quæ vniuersalem viam contineat animæ libertatem. Hæc autẽ est religio christiana vt Augu. dicit ibidem. Ipsa enim docet Deum esse colendum non solum propter æterna, sed etiam propter temporalia beneficia: nec solum in spiritualibus. sed etiam in vsu corporalium hominem dirigit & beatitudinem animæ & corporis repromittit. Et ideo regulæ eius vniuersales dicuntur: vtpotè totã vitam hominis & omnem quod ad ipsum quolibet modo pertinet cõtinentes & ordinãtes. Et has duas rationes vniuersalitatis assignat Boetius. vt in litera patet Ad primum igitur dicendum. quòd quamuis Deus in se nec vniuersalis nec particularis sit, est tñ vniuersalis omniũ rerum causa & finis. Et sic cognitio quæ de ipso habetur ad omnia, quodammodò vniuersalis est. Ad 2. dicendum. quòd illa particularia facta tenet fides vt vniuersalia remedia ad totũ genus humanã redimẽ. & liberan. Ad 3. dicendum quòd aliæ sectæ hoc sibi vendicare nituntur: quod est proprium fidei christianæ: sed non possunt pertingere. Vnde eis propriæ vniuersalitatis non cõpetit nomen. Ad 4. dicendũ. ꝙ idololatria non erat vna religio: sed apud diuersos diuersa: cum diuersi diuersos deos colendos sibi instituerent: nec iterum ipsa ab omnibus nationibus est recepta: cum à veri Dei cultoribus fuerit reprobata: & etiam à sapientibus gentilium. qui dicebant huiusmodi cerimonias esse obseruandas tanquàm legibus iussas: nõ tanquam dijs placitas: vt de Seneca dicit Augu. libro de ciuitate Dei. Ad 5. dicendum ꝙ christiana fides nõ dicitur catholica vel vniuersalis propter singula generum: sed propter genera singulorum: quia ex omni conditione hominum, ei aliqui adheserunt.

AD 4. sic proceditur. Videtur quòd non sit fidei catholicę confessio, quòd pater & filius & spiritussanctus sint vnus Deus. Quia vt ipse Boetius dicit, ad inæqualitatem vniuersalis pluralitatis decorum: sed catholica scriptura quæ est caput catholicæ religionis. vt dicit Augu. de vera religione ponit, inęqualitatem patris & filij vt videtur per hoc quòd dicitur. Ioan. 14. pater maior me est. ergo filius non est confessio catholicæ fidei quam dicit. Item 1. Cor. 15. Cum subiecta fuerint illi omnia scilicet filio tũc & ipse filius subiectus erit illi scilicet patri qui sibi subiecit omnia. Et sic idẽ qđ prius. Item orare, non est nisi inferioris ad superiorem. Sed filius orat pro nobis. Ro. 8. Christus Iesus qui etiã interpellat pro nobis. Similiter & spiritussanctus: ibidem: Spiritus postulat pro nobis gemitibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitibus inenarrabilibus. Ergo filius & ſpiritusſanctus ſunt patre inferiores:ſecundum cõfeſsionem catholicæ fidei:& ſic idem quod prius.Io.17.dicit filius loquens ad patrem.vt cognoſcãt te ſolum verum Deum. & quem miſisti Ieſum Chriſtum : ergo ſolus pater eſt verus Deus:non ergo filius & ſpiritusſanctus:ergo videtur eſſe creaturæ:& ſic idẽ quod prius. Item.1.ad Thi.vlt. dicit apoſtolus. Quẽ ſcilicet Chriſtum ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens rex regum & dominus dominãtium. qui ſolus habet immortalitẽ. & lucem habitat inaccesibilem : ergo hæc omnia ſoli patri conueniunt. & ſic idem quod prius. Item Marci 13.dicitur. De die autem illo vel hora,nemo ſcit. neq; angeli in cœlo, neque filius,niſi pater: ergo maior eſt ſcientia patris quàm filij : ergo & maior eſſentia. & ſic idem quod prius. Item Math.20. Sedere ad dexteram meam vel ad ſiniſtram meam, non eſt meum dare vobis:ſed quibus paratum eſt à patre meo:ergo filius non eſt æqualis poteſtatis patri:ergo &c. Item Coll.1.dicitur de filio, quòd eſt primogenitus omnis creaturæ ſcilicet comparatio non eſt niſi eorum quæ ſunt vnius generis:ergo filius eſt creatura. Item Eccleſiaſtici 24.dicitur ex perſona diuinæ ſapientiæ : Ab initio & ante ſæcula creata ſunt: & ſic idem quod prius. Item ille qui clarificat,minor eſt illo qui clarificat:ſed filius clarificatur à patre : vt patet Io. 12. ergo filius eſt minor patre. Item, mittens maior eſt eo qui mittitur : ſed pater mittit filium. vt patet Gal.4. Miſit Deus filiũ ſuũ &c. Et eciã mittit ſpiritũſanctũ. ſ. Io.14.Paraclitus ſpiritusſanctus quem mittet pater in nomine meo: ergo pater maior eſt filio& ſpiritusſancto. Et ſic iſta ſententia quam dicit, nõ videtur eſſe fidei catholicæ. ſed cõtra eſt qđ dicitur Io.1.In principio erat verbum. & verbum erat apud Deum : & Deus erat verbum:& omnia per ipſum facta ſunt &c.Ex quo habetur quòd filius ſit æternus : alias non eſſet in principio & quòd ſit patri æqualis.alias nõ eſſet Deus:& quòd non ſit creatura:alias per ipſum omnia facta non eſſent. Item cùm filius ſit veritas, de ſe mentitus non eſt:ſed filius dicebat ſe patri æqualem.Ioan.5.Patrem ſuum dicebat Deum:æqualẽ ſe faciens Deo:ergo ipſe eſt æqualis patri. Item Philip.2.Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.eſſet autem rapina, ſi arbitraretur & non eſſet ergo, eſt æqualis Deo. Item Io. 10.Ego & pater vnum ſumus.Et Io.14.Ego in patre & pater in me eſt. ergo vnus alio maior non eſt. Item Ro. 9. Ex quibus Chriſtus qui eſt ſuper omnia Deus benedictus. ergo nullus ſuperior eo eſt:& ſic nõ eſt minor patre. Item 1 Io.vlt. Dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum Deum : & ſimus in vero filio eius. hic eſt verus Deus & vita æterna.ergo non eſt minor patre. Item oſtenditur quòd ſpirituſſanctus ſit verus Deus . & æqualis patri . per hoc quod dicitur Phil.3.ſecundum græcam literam. Nos ſumus circunciſio qui ſpiritui Deo ſeruimus.Et intelligitur de ſeruitute latriæ:vt in græco patet.Et talis nulli creaturæ debetur. Deut.6.& Math.4.Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. ergo ſpiritusſanctus non eſt creatura.Item membra Chriſti non poſſunt eſſe templum alicuius qui ſit minor quàm Chriſtus.Sed corpora noſtra quæ ſunt mẽbra Chriſti ſecundum apoſtolum , ſunt templum ſpiritusſancti. vt dicitur 1. Cor. 6.ergo ſpirituſſanctus non eſt minor Chriſto : & ſic nec patre : & ita verum eſt quòd auctor dicit eſſe catholicæ fidei ſententiam. Reſpondeo dicendum quòd Arrianorum poſitio inæqualitatem in diuinis perſonis conſtituens , non eſt catholicæ fidei confeſsio:ſed magis gentilis impietas:quod ſic patet. Apud gentiles enim omnes ſubſtantiæ immortales dij dicebantur.Inter has autem dicebant vel ponebant Platonici tres perſonas principales:vt patet per Aug.de ciuitate Dei.lib.10.& per Macrobium ſuper ſomnium Scipionis. ſcilicet Deum omnium creatorem: quem dicebant tantum patrem . propter hoc quòd ab ipſo omnia deducebantur : & quandam inferiorem ſubſtantiã: quam paternam mentem ſiue paternum intellectum dicebant.plenam omnium rerum ydeis:& hãc factam à Deo patre dicebant. Et poſt hæc ponebant animam mundi quaſi ſpiritum vitæ totius mundi.Et has tres ſubſtãtias, tres principales deos nominabant : & tria principia per quæ animæ purgarentur.Origines autem platonicis documentis inſiſtens,arbitratus eſt hoc modo in fide ponendum eſſe.quia dicitur.tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo.1. Io.vlt. ſicut Platonici tres principales ſubſtantias poſuerunt.Vnde poſuit filium eſſe creaturam: & minorem patre in lib.qui dicitur Peryarchon,id eſt de principijs:vt patet per Iero.in quadam epiſtola de erroribus Orig. Et cum ipſe Alexandriæ docuerit,ex eius ſcriptis ſuum errorem Arrius hauſit. Et per hoc dicit Epifanius,quòd Orig.fuit pater Arrij & fons. Tantum ergo chriſtiane & catholicæ fidei poſitio, Arrij eſt contraria de Trinitate,quantum error gentilium.qui creaturas deos dicentes,eis latriæ ſeruitutem exhibebant. Quod arguit apoſtolus Ro. 1. dicens, quòd coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori. Ad primum ergo dicendum quòd ſicut dicit Aug.2.de trinitate.de patre & filio dicitur aliquid in ſcripturis tripliciter. Quædam namq; vnitatem ſubſtantiæ & perſonarum æqualitatem oſtendunt:vt ego & pater vnum ſumus. Quædam verò filium minorem oſtendunt propter formam ſerui : ſecundum quam factus eſt ſeipſo minor ſecundum illud Phil. 2. Semetipſum exinaniuit . formam ſerui accipiens . Quædam verò ita dicuntur,vt neque minor.neque æqualis oſtendatur:ſed tantùm quòd filius ſit de patre. Sicut Io.4. Sicut pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo. Ipſe autem primæ auctoritates ſunt catholicis in adminiculũ ad defenſionem veritatis. Sed ea quæ ſecundo & tertio modo dicũtur in ſcriptura , aſſumpſerunt hæretici ad ſui erroris confirmationem.ſed vanè. Non enim quæ de Chriſto dicuntur ſecundum humanam naturam:ſunt referenda ad eius diuinitatem:alias ſequeretur quòd ſecundum deitatem eſſet mortuus : cum hoc de ipſo ſecundũ humanitatem dicatur. Similiter nec oſtenditur patre minor filius: quamuis filius ſit ex patre : quia filius omnia à patre quæ pater habet accepit. Vt habetur Io.16.& Math.11. Vnde per hoc quòd originis non inæqualitas diuinitatis aſtrui poteſt. Quod ergo dicitur,pater maior me eſt,dictum eſt de filio ſecundum humanam naturam. ſecundum Aug. vel ſecundũ Hyllarium.ſecundum diuinam : ita q̃ maioritas non imporꝛter inæqualitatem : quia filius non eſt minor patre.cui datum eſt nomen ſuper omne nomen:ſed importat auctoritatem principij. ſecundum quòd hoc quo filius eſt æqualis patri, habet à patre. Ad ſecundũ dicendum quòd filio ſubiecit omnia non ſolum pater : ſed etiam ipſe ſibi ipſi ſecundum illud Philli. 3.ſecundum virtutem qua potens eſt ſubijcere ſibi omnia: hoc eſt ſecundũ Deitatem qua æqualis eſt patri. Vnde cũ dicitur quòd Chriſtus erit ſubiectus , non ſit comparatio filij ad patrem ſecundum deitatem: ſed magis ſecundum humanitatem filij ad deitatem patris:quæ rori trinitati communis eſt. Et tunc apparebit maximè ſecundum humanam naturam diuinæ ſubiectus: quando diuina natura perfectè cognoſcetur . non tali ſubiectione ſicut quidam hæretici dixerunt, quòd ipſa natura humana à diuina aſſumpta tranſeat in diuinam: ſed ſecundum quòd minor eſt patre humanitate.quod maximè apparebit cum regnum,id eſt,fideles tradet patri : non ſibi adijciens: ſed ad patris viſionem adducẽs:qua viſione etiam ipſius deitas videbitur. Ad tertium dicendum quòd ſecũdum Aug.3.de Tri. Ex hoc filius orat,quòd minor eſt patre:quo verò æqualis eſt patri, exaudit cũ patre.Sed ſpirituſſanct.interpellare dicitur, inquantũ nos interpellantes facit:& noſtris orationibus efficaciam preſtat. Ad quartũ dicendum quòd ſecundũ Aug.6.de Trini.Solus vnus verus Deus: non eſt tantum de patre intelligendum: ſed ſimilis de patre & filio & ſpiritu ſancto:qui dicuntur ſolus vnus verus Deus:quia nihil præter Trinitatem illam eſt verus Deus.Vnde ſic eſt intelligendum,vt cognoſcant te patrem & quem miſisti Ieſum eſſe vnum ſolum verum Deum:& tacet de ſpiritu ſancto : quia cùm ſit nexus amborũ ex vtroque intelligitur.Ad quintum dicendum q̃ ſecundum Aug. id eſt de Trinitate,verbum illud non eſt intelligendum de ſola perſona patris.ſed de tota Trinitate. Tota enim Trinitas eſt beata & potens.tota etiam trinitas filium oſtendit.Si tamen dixiſſet,quem oſtendet pater beatus & ſolus potens &c. Non propter hoc ſeparetur filius.ſicut nec pater ſeparetur,cùm dicitur eccleſiaſtici.24.ex perſona filij qui eſt Dei ſapientia:girũ cœli circuiui ſola. Et hoc ideo quia in his quæ ad eſſentiam pertinent pater & filius ſunt omnino vnum. Et ideo quod de vno dicitur per dictionem excluſiuam,non remouetur ab alio . ſed ſolum à creaturis . Ad ſextum dicendum quòd filius non ſolũ ſecundum diuinam naturam ſcit diem & horam illam:ſed etiam ſecũdum humanã:quia anima eius ſcit omnia. Dicitur autem ideò diem illam neſcire.vt dicit Auguſt.1.de Trini. quia non facit nos ſcire eam. Vnde de hoc querentibus dixit . Non eſt veſtrum noſce tempora &c. Act.1. per quem modum dicit apoſtolus.1.Cor.2.Non iudicaui me ſcire aliquid inter vos &c. Quia ſ. alia eis dicere noluerat:quia capaces nõ erant. vel hoc intelligendũ eſt de filio.non in perſona capitis,ſed in perſona membrorum:quia eccleſia neſcit:vt Iero.dicit. In hoc aũt q̃ pater ſolus dicitur ſcire,oſtenditur etiam filius ſcire ſecundum prædictam regulam . Ad 7.dicendum q̃ ſicut dicit Augu. 1.de Tri. ſic exponendum eſt verbum illud. Non eſt meum dare vobis, id eſt, non eſt humanæ poteſtatis hoc dare : vt per hoc intelligatur illud dare , per quod eſt Deus & æqualis patri. Ad 8.dicendum quòd ſecundum Aug.1. de Tri.hũc apoſtolicum locum hæretici non intelligentes in contumeliam filij Dei ſæpe prorumpunt. dicentes & aſtruentes quòd creatura ſit minus conſiderãtes verborum videlicet. Primogenitus quippe dictus eſt, & nõ primus creatus.vt & genitus pro natura diuina quam habet & primus propter perpetuitatem credatur. Quamuis aũt filius nõ ſit de genere creaturarũ:tamen ſecundũ Baſilium habet aliquid cum creaturis cõmune.ſ.accipere à patre: ſed hoc habet præ creaturis:quia per naturã habet quæ à patre accepit :, & ꝓpter hoc poteſt ordo inter genituꝛã filij & creaturarũ productionẽ notari. Ad 9.dicendũ q̃ illud verbũ & omnia ſimilia quæ de ſapientia Dei leguntur, vel ſunt referenda ad ſapientiã creatã. ſicut ſunt angeli.vel ad ipſum Chriſtũ ſecũdũ humanã naturã. Et ſic dicit ab initio vel initio creatus.quaſi ab æterno prædeſtinatus creaturam aſſumere. Ad 10. dicendum

eendum,quòd ſicut dicit Auguſtinus 2.de Trinita. ex hoc,quòd pater clarificat filium , non oſtenditur filius minor patre : alias etiam eſſet ſpiritusſancto minor : quia dicit filiusde ſpiritusſancto. Ioannis 16.Ille me clarificabit.Illa enim clarificatio non oſtendit aliquid in perſona filij fieri:ſed vel in notitia hominum,ſecundum quod clarificare eſt ipſius notitiam claram facere , vel in corpore aſſumpto, prout refertur ad claritatem reſurrectionis.Ad vndecimũ dicẽdum q̃ filius & ſpirituſſanctus dicuntur miſsi à patre. non q̃ eſſent vbi prius non fuerant:ſed vt aliquo modo quo priùs non fuerunt,q̃ eſt ſecundum aliquem effectum in creatura. Vnde per hoc, q̃ filius & ſpirituſſanctus dicuntur à patre miſsi,nõ oſtenditur trinitatis inæqualitas:ſed ordo originis,quo vna perſona eſt ab alia. Vnde pater non mittitur:quia nõ eſt ab alio vt efficientiam ab alio habens reſpectu illius effectus:ſecundum quem perſona diuina mittitur.

DEinde quæritur de his quæ ad cauſam pluralitatis pertinẽt. Et quæruntur circa hoc quatuor. Primò vtrum alteritas ſit cauſa pluralitatis.Secundò vtrum varietas accidentium faciat diuerſitatem ſecundum numerum. Tertiò vtrum duo corpora poſsint eſſe vel intelligi ſimul eſſe in eodem loco. Quartò vtrum varietas loci aliquid operetur ad differentiam ſecundum numerum.

AD primum ſic proceditur. Videtur q̃ pluralitatis cauſa non ſit alteritas.Vt enim dicitur in ariſmetica Boẽtij.Omnia quæcunque à ſumma rerum natura conſtructa ſunt numerorum videntur eſſe ratione formata.Hoc enim fuit principale in animo conditoris exemplar.Et hoc conſonat ei quod dicitur Sapientiæ 11. Omnia in pondere,numero,& menſura diſpoſuiſti:ergo pluralitas ſiue numerus eſt primum inter res creatas:& nõ eſt eius aliqua cauſa quærenda.Item vt dicitur in libr.de cauſis , prima rerum creaturarũ eſt eſſe,ſed ens primò diuiditur per vnum & multa , ergo multitudine nihil poteſt eſſe prius niſi ens & vnum,ergo nõ videtur eſſe verum, q̃ aliquid aliud ſit eius cauſa. Item pluralitas vel circuit omnia genera,ſecundum q̃ diuitur contra vnum,quod eſt conuertibile cum ente,vel eſt in genere quãtitatis, ſecundum quòd conduiditur vni quod eſt principium numeri. Sed alteritas eſt in genere relationis. Relationes autem non ſunt cauſæ quantitatum ſed potius econuerſò:multò etiam minùs relatio eſt cauſa eius quod eſt in omnibus generibus:quia ſic eſſet cauſa ſubſtãtiæ : ergo alteritas nullo modo eſt cauſa pluralitatis.Item contrariorum,contrariæ ſunt cauſæ. Sed identitas & alteritas ſiue diuerſitas ſunt oppoſitæ:ergo habent oppoſitas cauſas:ſed vnitas eſt cauſa identitatis.Vt patet in 5.Metaphyſicæ:ergo pluralitas vel multitudo eſt cauſa diuerſitatis:ergo alteritas nõ eſt cauſa pluralitatis.Item alteritatis principium eſt accidentalis differentia:huiuſmodi enim differentiæ ſecundũ Porphirium faciunt alterum.Sed nõ in omnibus in quibus eſt pluralitas,inuenitur accidentalis differẽtia,nec etiam differentia qualiſcũq;. Quædam enim ſunt quæ accidentibus ſubijci non poſſunt:vt formę ſimplices,quædã verò ſunt quæ in nullo conueniunt.Vnde nõ poſſunt differentia dici,ſed diuerſa,vt patet per Philoſophum.10.Metaphy. ergo nõ omnis pluralitatis cauſa eſt alteritas.Sed contra eſt,q̃ Damaſce.dicit,q̃ diuiſio eſt cauſa numeri:ſed diuiſio in diuerſitate vel alteritate conſiſtit.ergo diuerſitas vel alteritas principium pluralitatis eſt.Item Iſidor. dicit,q̃ numerus dicitur quaſi nutus memeris, id eſt,diuiſiõis:& ſic idẽ quod priùs.Itẽ pluralitas nõ cõſtituitur niſi per receſſum ab vnitate,ſed ab vnitate nõ recedit aliqd,niſi per diuiſionẽ,cùm ex hoc aliquid dicatur vnũ,q̃ eſt indiuiſum: vt patet 10. Metaphy.ergo diuiſio pluralitatẽ conſtituit.Et ſic idẽ quod priùs.

Reſpondeo dicendum,q̃ ſicut dicit Philoſophus 10.Metaphyſi. Plura dicitur aliquid ex hoc quòd eſt diuiſibile vel diuiſum. Vnde omne illud quod eſt cauſa diuiſionis, oportet ponere cauſam pluralitatis.Cauſa autem diuiſionis aliter accipienda eſt in poſterioribus & compoſitis,& in primis,& ſimplicibus.In poſterioribus namque & coũpoſitis cauſa diuiſionis quaſi formalis , id eſt , ratione cuius ſit diuiſio,eſt diuerſitas ſimplicium & primorum,quod patet in diuiſione quantitatis.Diuiditur enim vna pars lineæ ab alia, per hoc q̃ diuerſum habent ſitum,quod eſt quaſi formalis differentia quantitatis continuę poſitionem habentis.Patet etiam in diuiſione ſubſtantiarum.Diuiditur enim homo ab aſino,per hoc quod habet diuerſas differentias conſtitutiuas.Sed diuerſitas qua diuiduntur poſteriora compoſita ſecundum priora & ſimpliciora , præſupponit pluralitatem primorum & ſimplicium. Ex hoc enim homo & aſinus habeut diuerſas differentias,q̃ rationale & irrationale nõ ſunt vnã,ſed plures differentiæ.Nec poteſt ſemper dici,q̃ illius pluralitatis ſit alia diuerſitas aliqua prior & ſimpliciꝛ cauſa : quia ſic eſſet abire in infinitum.Et ideò pluralitatis & diuiſionis priorum & ſimplicium,oportet alio modo cauſam aſsignare. Sunt enim huiuſmodi ſecundum ſeipſa diuiſa.Non poteſt autem eſſe , q̃ ens diuidatur ab ente,inquantùm eſt ens.Nihil autem diuiditur ab ente,niſi non ens.Similiter etiam ab hoc ente non diuiditur hoc ens,niſi per hoc, q̃ in hoc ente includitur negatio illius entis.Vnde in primis terminis propoſitiones negatiuæ ſunt immediatæ quaſi negatio vnius ſit in intellectu alterius.Primum etiam cauſatum in hoc facit pluralitatem cum cauſa,q̃ non autem contingit ad eam.Et ſecundum hoc quidam poſuerunt quodam ordine pluralitatem ab ipſo vno cauſari:vt ab vno procedat primò vnum,quod cum cauſa pluralitatem conſtituat & ex eo iam poſſunt duo procedere.vnum ſecũdum ipſum,aliud ſecundum coniunctionem eius ad cauſam. Quod dicere non cogimur, cùm vnum aliquid poſsit primum in aliquo imitari,in quo alterum deficit ab eo & deficere, in quo alterum imitatur.& ſic poſſunt inueniri plures primi effectus, in quorum quolibet eſt & negatio cauſæ,& negatio effectus alterius ſecũdum idem: vel ſecundum remotiorem diſtantiam in vno & eodem. Sic igitur patet,q̃ pluralitatis vel diuiſionis ratio primum ex affirmatione & negatione,vt talis ordo originis pluralitatis intelligatur,q̃ primò ſint intelligenda ens & non ens:ex quibus ipſa prima diuiſa conſtituuntur,ac per hoc ſunt plura.Vnde ſicut primum ens inquantùm indiuiſum eſt ſtatim inuenitur vnum,ita poſt diuiſionem entis & non entis ſtatim inuenitur pluralitas primorũ ſimplicium.Hanc autem pluralitatem ſequitur ratio diuerſitatis,ſecundum q̃ manet in ea ſuæ cauſæ virtus , ſcilicet oppoſitionis entis & non entis. Ideò enim vnum plurium diuerſum dicitur alteri comparatum:quia non eſt illud.Et quia cauſa ſecunda nõ producit effectum,niſi per virtutẽ cauſæ primæ , ideò pluralitas principiorum non facit diuiſionem & pluralitatẽ in ſecundis compoſitis, niſi inquantùm manet inter ea virtus oppoſitionis primæ : quæ eſt inter ens & non ens: ex qua habet rationem diuerſitatis : & ſic diuerſitas primorum facit diuerſitatem ſecundorum. Et ſecũdum hoc verum eſt quod Boẽtius dicit,q̃ alteritas eſt principiũ pluralitatis. Ex hoc enim alteritas in aliquibus inuenitur , q̃ eis diuerſa inſunt:Quãuis autem diuiſio præcedat pluralitatem primorum:non tamen diuerſitas:quæ diuiſio nõ requirit vtrúmque condiuiſorum eſſe: cũ diuiſio ſit per affirmationẽ & negationẽ. Sed diuerſitas requirit vtrũq; eſſe ens.Vnde preſuponit pluralitatẽ.Vnde nullo modo poteſt eſſe q̃ pluralitatis primorũ cauſa ſit diuerſitas, niſi diuerſitas pro diuiſione ſumatur.Loquitur ergo Boẽtius de pluralitate cõpoſitorum, quod patet ex hoc,q̃ inducit probationem de his quæ ſunt diuerſa vel genere,vel ſpecie,vel numero,quod nõ eſt niſi compoſitorum. Omne enim quod eſt in genere,oportet eſſe compoſitum ex genere & differentia.Eos autem qui ponunt patrem & filium inæquales deos,ſequitur cõpoſitio ſaltem ratione,inquantùm ponunt eos conuenire in hoc,q̃ ſunt Deus,& differre in hoc quòd ſunt inæquales. Ad primum igitur dicendum,q̃ numerus in verbis illis oſtenditur eſſe prior rebus alijs creatis:vt elementis,& alijs huiuſmodi: nõ autem alijs inteutionibus,vtpotè affirmatione, & negatione, aut diuiſione:& huiuſmodi. Nec tamen quilibet numerus eſt prior creatis omnibus.Sed numerus qui eſt cauſa omnis rei,ſcilicet ipſe Deus qui ſecundũ Auguſtinum eſt numerus omni rei ſpeciem præbens. Ad ſecundum dicendum,q̃ pluralitas communiter loquendo, immediatè ſequitur ens:non tamẽ oportet,q̃ omnis pluralitas:& ideò non eſt inconueniens,ſi pluralitas poſteriorum cauſetur ex diuerſitate primorum. Ad tertium dicendum,q̃ ſicut vnum & multa , ita idem & diuerſum nõ ſunt propria vnius generis: ſed ſunt paſsiones entis inquantùm ens:& ideò non eſt inconueniens,ſi aliquorum di uerſitas aliorum pluralitatem cauſet. Ad quartum dicendum, quòd omnem diuerſitatem præcedit aliqua pluralitas:ſed non omnẽ pluralitatem præcedit diuerſitas:ſed aliquam pluralitatem aliqua diuerſitas. Vnde,& vtrúmque verum eſt , ſcilicet q̃ multitudo diuerſitatem faciat communiter loquendo:vt dicit Philoſophus:& q̃ diuerſitas in compoſitis facit pluralitatem:vt dicit Boẽtius hic. Ad quintum dicendum , q̃ Boẽtius accipit alteritatem pro diuerſitate quæ conſtituitur ex aliquibus differentijs:ſiue ſint accidentales ſiue ſubſtantiales.Illa autem quæ ſunt diuerſa & non differentia , ſunt prima:de quibus hîc Boẽtius non loquitur.

AD ſecũdum ſic proceditur.Videtur quòd varietas accidentium non poſsit eſſe cauſa pluralitatis ſecundum numerum.Philoſophus enim dicit 5.Metaphy.q̃ numero ſunt vnum quorum eſt materia vna: ergo & numero plura, quorum materiæ plures, ergo diuerſitatem in numero non facit varietas accidentium:ſed magis diuerſitates materiæ.Item dicit Philoſophus 4.Metaphyſic. q̃ idem eſt rebus cauſa ſubſtantiæ & vnitatis: ſed accidentia nõ ſunt indiuiduo cauſa ſubſtantiæ:ergo nec vnitatis:ergo per conſequens:nec pluralitatis ſecundum numerum.Item omnia accidentia cùm ſint formæ ex ſeipſis ſunt communicabilia , vel communia & vniuerſalia. ed nihil huiuſmodi poteſt alteri eſſe cauſa indiuiduationis vel principium.Ergo accidẽtia nõ poſſunt eſſe indiuiduationis principium. ſed aliqua ſunt ſecundum numerum diuerſa,inquantùm in ſua indiuiduatione diuiduntur:ergo accidentia nõ poſſunt eſſe cauſa diuerſitatis ſecundum numerum.Item ſicut ea quæ in genere ſubſtantię differunt genere vel ſpecie,differunt ſecũdum ſubſtantiam: & non ſolùm ſecundum accidens:ita & ea quæ differunt ſecundum numerum ſed aliqua dicuntur diuerſa genere vel ſpecie:per id quod eſt ia

Universidad de Deusto Biblioteca

genere substantiæ non per accidentia, ergo similiter dicuntur diuersa numero, secundum illud, quod est in genere substantiæ, & non secundum accidentia. Itē remota causa, remouetur effectus, sed omne accidens cōtingit à subiecto remoueri: vel actu: vel cogitatiōe. Si igitur accidēs esset principium pluralitatis secundum numerum, & diuersitatis cōtingeret eadem esse quandóque vnum secundum numerum, quandóque diuersa actu vel cogitatione. Item posterius nunquàm est causa prioris, sed inter omnia accidētia, primum locum tenet quantitas: vt Boët. dicit in lib. prædicamen. Inter quantitates autem numerus prior est, cum sit simplicior, & magis abstractus, ergo impossibile est, ꝙ aliquid aliud accidens sit principium pluralitatis secundum numerum. Sed contra est, ꝙ dicit Porphyrius, ꝙ indiuiduum facit collectio accidentium, quæ in alio reperiri non possunt, sed id, quod est principium indiuiduationis, est principium pluralitatis secundum numerum, ergo accidentia sunt principium pluralitatis secundum numerum. Item in indiuiduo non inueniuntur nisi materia, forma, & accidētia, sed diuersitas formę nō facit diuersitatē secundum numerum, sed secundum speciē: vt dicitur. 10. Meta. Diuersitatē verò secundū genus facit diuersitas materiæ. Dicit enim Philos. 10. Meta. q̄d in gn̄e differūt, quorum nō est materia cōis, nec gn̄atio adinuicē, ergo diuersitatē secundū numerū nō pōt facere, nisi diuersitas secundum accidētia. Itē id, q̄d inuenitur cōe in pluribus specie differētibus, nō est cā diuersitatis secundū numerū, q̄a diuisio generis in species pręcedit diuisionē speciei in indiuidua, sed materia inuenitur cōis in diuersis secundū speciē, quia eadē materia contrarijs formis subditur, aliàs habētia cōtrarias formas adinuicē nō trāsmutarētur, ergo materia nō est principiū diuersitatis secundum numerum, nec forma: vt primò tactū est, ergo relinqtur, ꝙ accidētia sunt huius diuersitatis cā. Itē in gn̄e substātiæ nihil inuenitur, nisi genus & differētia, sed indiuidua vnius speciei nō differunt gn̄e, [illegible] substātialibus differētijs, ergo non differunt nisi accidētalibus differētijs.

Responsio ad euidentiā huius quæstiōis, & eorum quæ in litera dicuntur, oportet videre quæ sit cā huius triplicis diuersitatis, quę in litera assignatur. Cū enim in indiuiduo cōposito in genere substātiæ nō sint nisi tria. s. materia, forma, & cōpositū, oportet ex aliquo istorum cuiuslibet harū diuersitatum causas inuenire. Sciēdum igitur, ꝙ diuersitas secundum genus reducitur in diuersitatē materiæ, diuersitas verò secundū speciē in diuersitatē formæ, sed diuersitas secundū numerum partim in diuersitatē materiæ, & partim in diuersitatē accidētis. Cū autē genus sit principium cognoscēdi: vtpotè prima diffinitionis pars, materia autem secundum se sit ignota, non potest secundum se ex ea accipi diuersitas generis, secundum solùm illo modo quo cognoscibilis est. Est autē cognoscibilis dupliciter. Vno modo per analogiā, siue p comparationē: vt dicitur in 1. Phy. Hoc est vt dicamus hîc esse materiam: vel ꝙ materia hoc modo se habet ad res naturales, sicut lignū ad lectum. Alio mō cognoscitur p formā per quā habet esse actu. Vnūquódq; enim cognoscitur secundū, quod est actu, nō secundū, ꝙ est in potētia: vt dicitur. 9. Meta. & secundū hoc sumitur duplex diuersitas generis ex materia: vno mō ex diuersa analogia ad formā, & sic penes materiā distinguuntur prima rerū gn̄a. Id enim, quod est in genere substātiæ cōparatur ad materiā, sicut ad partē sui. Quod verò in gn̄e quātitatis non habet materiā partē sui, sed cōparatur ad ipsum sicut mensura, & qualitas sicut dispositio. Et his duob⁹ generibus mediātibus oīa alia genera cōsequuntur diuersas cōparationes ad materiā quæ est pars substātiæ, ex qua substantia habet rōnem subiecti, secundum quā ad accidētia comparatur. Alio mō penes materiā sumitur generis diuersitas, secundum ꝙ materia est pfecta p formā. Et cū materia sit potentia pura, & Deus sit actus purus, nihil aliud est materiā perfici in actum, qui est forma, nisi quatenus participat aliquam similitudinem actus primi, licèt imperfectè: vt s. id, quod est iam compositū ex materia & forma, sit medium inter potētiam puram & actum purum. Non autē materia ex omni parte æqualiter recipit similitudinem actus primi, sed à quibusdam imperfectè, à quibusdam verò perfectius: vtpotè quædam participāt diuinam similitudinem, secundum, quòd tātùm subsistunt, quædam verò secundum, ꝙ viuunt, quædam verò secundum, ꝙ cognoscunt, quædam verò secundum, ꝙ intelligunt. Ipsa igitur similitudo primi actus in quacúnq; materia existens, est forma eius. Sed forma talis in quibusdā facit esse tātum in quibusdā esse & viuere, & sic de alijs in vno & eodem. Similitudo minus perfecta & adhuc amplius. Aliquid igitur inuenitur commune in vtráq; similitudine, quod in vna substernitur imperfectioni & in alia perfectioni, sicut materia substernebatur actui & priuationi. Et ideò materia simul accepta, cum hoc communi, est adhuc materialis respectu perfectionis & imperfectionis prædictæ, & ex hoc materiali sumitur genus, differentia verò ex perfectione īperfectione prædicta. Sicut ex hoc cōmuni materiali, quod est habere vitā, sumitur hoc genus, quod est animatum corpus. Ex perfectione verò superaddita, hæc differentia sensibile. Ex imperfectione verò, hæc differentia insensibile. Et sic diuersitas talium materialiū inducit diuersitatē generis, sicut animalis à plāta. Et propter hoc dicitur materia esse principium diuersitatis, secūdum genus, & eadem ratione forma est principium diuersitatis secundum speciē, quia à prædictis formalibus quæ habent addita materialia: vnde genera sumūtur per cōparationē formæ ad materiam sumuntur differētiæ quæ cōstituunt species. Sciēdum tn̄, ꝙ cū illud materiale: vnde sumitur genus habeat in se formā & materiam, logicus cōsiderat genus solū ex pte eius, q̄d formale est. Vn̄ eius diffinitiōes dicūtur formales, sed naturalis cōsiderat gen⁹ ex pte vtriúsq;. Et iō cōtingit qn̄q;, ꝙ aliqd cōicat in genere secundū logicū, quod non cōicat secundū naturalē. Cōtingit enim qn̄q;, ꝙ illud de similitudine primi actus, q̄d cōsequitur res aliqua in materia tali, aliud cōsequitur sine materia, aliud in alia materia oīnò diuersa. Sicut patet, ꝙ lapis in materia quæ est secūdum potentiā ad esse pertingit ad hoc ꝙ subsistat, ad quod idē pertingit sol secundum materiā, quæ est in potētia ad vbi, & nō ad esse: vt angelus omni materia carēs. Vnde logicus inueniens in his oībus illud ex quo genus sumebat, ponit oīa hæc in vno genere substātiæ. Naturalis verò & Metaphysicus qui cōsiderāt principia rerum oīa nō inueniētes cōuenientiā in materia, dicunt ea differre genere, secundū hoc, ꝙ dicitur. 10. Metaph. ꝙ corruptibile & incorruptibile differunt genere, & ꝙ illa cōueniunt genere, quorum est materia vna & generatio adinuicem. Sic igitur patet quomodò materia facit diuersitatē in genere, forma diuersitatē in specie. Inter indiuidua verò eiusdē speciei, hoc mō cōsiderāda est diuersitas secundum Philo. 7. Metaph. quia sicut partes generis & speciei sunt materia & forma, ita īdiuidui sunt hæc materia, & hæc forma. Vnde sicut diuersitatē in genere vel specie facit diuersitas materiæ vel formæ absolutè, ita diuersitatem in numero facit hæc forma & hæc materia. Nulla autem forma inquātùm huiusmodi est hic ex seipsa. Dico autē inquantùm huiusmodi propter animā rationalem quæ quodāmodò ex seipsa est hoc aliquid, sed non inquantū forma. Intellectus verò quilibet formā quā possibile est recipi in aliquo, sicut in materia: vel sicut in subiecto, natus est attribuere pluribus, q̄d est contra rationē eius, quod est hoc aliquid. Vnde forma fit hic per hoc, quod recipitur in materia, sed cum materia in se considerata sit indistincta, nō potest esse, ꝙ formā in se receptam indiuiduet, nisi secundum, quod est distinguibilis. Non enim forma indiuiduatur per hoc, ꝙ recipitur in materia, nisi quatenus recipitur in hac materia vel illa distincta & determinata ad hoc & nunc. Materia autem non est diuisibilis, nisi per quantitatem. Vnde Philos. dicit. 1. Ethi. ꝙ submota quantitate remanet substantia indiuisibilis. Et ideò materia efficitur hæc & signata, secundum ꝙ est sub dimensionibus. Dimēsiones autem istę possunt dupliciter considerari. Vno modo secundum earum terminationem, & dico eas terminari secūdum terminatam mensuram & figuram, & sic vt etiam perfecta collocātur in genere quātitatis, & sic non possunt esse principium indiuiduationis, quia cum talis dimensionum terminatio varietur frequēter circa indiuiduum, sequeretur ꝙ indiuiduum non remaneret idē numero semp. Alio modo possūt cōsiderari sine ista determinatione in natura dimensionis tantùm, quāuis nunquā sine aliqua determinatione esse possint, sicut nec natura coloris sine determinatione albi & nigri, & sic collocantur in genere quātitatis: vt imperfectum. Et ex his dimensionibus interminatis efficitur hæc materia signata, & sic indiuiduat formam, & sic ex materia causatur diuersitas secundum numerum in eadem specie. Vnde patet, ꝙ materia secundū se considerata, nō est principium diuersitatis secundum speciē nec secundum numerum, sed sicut est principium diuersitatis secūdum genus, put subest communi formę, ita est principium diuersitatis secundū numerum prout subest dimensionibus interminatis: & iō cum hæ dimensiones sint de genere accidentium, qn̄q; diuersitas secūdum numerum reducitur in diuersitatem materiæ, qn̄q; in diuersitatē accidentium, & hoc ratione dimensionum prædictarum. Alia verò accidentia nō sunt principium indiuiduationis, sed sunt principium cognoscēdi distinctionem indiuiduorum. Et per hunc modum etiam alijs accidentibus indiuiduatio attribuitur. Ad primum igitur dicēdum, ꝙ cum dicit Philo. ꝙ numero sunt vnum, quorum est materia vna, intelligendū est de materia signata quæ subest dimensionibus. Aliàs oportet dicere, ꝙ oīa generabilia & corruptibilia sunt vnum numero, cum eorum sit materia vna. Ad secundum dicendum, ꝙ dimensiones, cum sint accidentia per se, non possunt esse principium vnitatis indiuiduæ substantiæ. Sed materia prout talibus dimensionibus subest, intelligitur esse principium talis vnitatis & multitudinis. Ad tertium dicendum, ꝙ de ratione indiuidui est, ꝙ sit in se indiuisum & ab alijs diuisum vltima diuisione. Nullum autē accidens habet in se ꝑpriā rationē diuisionis, nisi quātitas. Vnde dimensiōes ex seipsis habēt quandā rationē indiuiduationis, secundum determinatum situm, prout situs est differētia quātitatis, & sic habet duplicē rationem indiuiduationis. Vnā ex subiecto sicut & quodlibet aliud accidens, aliam ex seipsa, inquantùm habet situm, ratione cuius in abstrahendo à materia sensibili imaginamur hanc lineam & tunc circulū. Et ideò rectè materiæ cōuenit, indiuiduare omnes alias formas, ex hoc, ꝙ subditur illi formæ quæ ex seipsa habet indiuiduationis rationē, ita ꝙ etiam ipsæ dimensiones terminatæ quæ fundantur in subiecto iam cōpleto, indiuiduantur quodammodò ex materia indiuiduata, per dimēsiones interminatas præ intellectas in materia. Ad quartū dicendum, ꝙ illa quæ differunt numero in genere substantiæ: non solū differunt accidentibus sed etiā forma & materia. Sed si quæratur quare hæc forma differt ab illa, non erit alia ratio, nisi q̄a est in alia materia signata. Nec inuenitur alia ratio quare hæc materia sit diuisa ab illa, nisi propter quātitatē. Et ideò materia subiecta dimensioni, intelligitur esse principium huius diuersitatis. Ad quintū dicendū, ꝙ ratio illa procedit de accidentibus completis quæ sequuntur esse formæ in materia. Non autē de dimensionibus interminatis, quæ præintelligūtur ante ipsam formā in materia. Sine his enim nō potest intelligi indiuiduum, sicut nec sine forma. Ad sextum dicendum, ꝙ numerus formaliter loquendo, est priùs quàm quātitas cōtinua. Sed materialiter quantitas cōtinua est prior: cū numerus ex diuisiōe cōtinui relinquatur. Vt dicitur 4. Physic. & secundū hanc viam causat diuersitatē secūdum numerū diuisio materiæ secundum diuisiones. Ad rationes in contrarium, patet qualiter sunt concedendæ, & qualiter falsum concludunt.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ duo corpora possint intelligi simul esse in eodē loco. Omnis enim propositio videtur esse intelligibilis, in cuius subiecto nō includitur oppositū prædicati: quia talis propositio nō habet repugnantiā intellectuum. Sed hæc propositio, duo corpora sunt in eodē loco, non est huiusmodi, aliàs nunquā posset fieri miraculosè, quod patet esse falsum in corpore dominico: quod exiuit clauso virginis vtero: & intrauit ad discipulos ianuis clausis. Nō enim Deus potest facere ꝙ affirmatio & negatio sint simul vera: vt dicit Aug. cōtra Faustū. ergo potest aliquis intelligere vel saltem in intellectu fingere duo corpora simul esse in eodē loco. Item à corporibus glorificatis non remouetur natura corporeitatis: sed solū corpulentiæ: sed nō remouetur ab eis ista cōditio, ꝙ possunt esse cū alijs in eodē loco per dotē subtilitatis: vt à multis dicitur: ergo hæc cōditio non sequitur naturā corporeitatis sed corpulentiæ siue grossiciei cuiusdā: ergo nō est impossibile intelligi duo corpora simul esse in eodem loco. Itē Augu. dicit super Gen̄ ad literā, ꝙ lux in corporibus primū locū tenet, sed lux est simul in eodē loco cū aëre: ergo duo corpora possunt esse simul in eodem loco. Itē quælibet species ignis vt dicit Philosoph. 5. Topicor. ergo lux est corpus & sic idē quod prius. Itē in ferro ignito, simul est ignis & ferrū: vtrūq; autē est corpus: ergo possibile est simul esse duo corpora in eodē loco. Itē elemēta in mixto nō sunt corrupta, aliàs mixtū nō sequeretur dominātis motū, sed omnia quatuor elementa sunt corpora, & simul sunt in qualibet parte mixti: erpo possibile est duo corpora simul esse in eodē loco. Itē ꝙ duo corpora nō sint simul in vno loco, hoc nō potest cōuenire corporibus ratione materiæ: cū materiæ secūdum se nō debeatur locus: nec ratione formæ propter idē: nec ratione dimēsionis: cū dimēsiones nō repleant locū. Quod patet ex hoc ꝙ quidā locū vbi nō erāt nisi solū dimensiones dicebāt vacum esse: ergo hoc nō conuenit corpori nisi ratione aliquorū accidentium posteriorū, quæ nō sunt omnibus cōmunia & quæ possibile est à corporibus separari: & sic videtur, ꝙ duo corpora possint simul esse in eodē loco. Itē secūdum astrologos qui sequuntur Ptolomeum, sex planetarū corpora mouētur in epicicilis qui sunt circuli intersecantes spheras extrinsecas planetarum: ergo oportet ꝙ planetæ corpus, aliquādo perueniat ad locum sectionis: Sed nō potest dici, ꝙ ibi sit aliquid vacuum, cū vacuum natura non patiatur. Neq; ꝙ substantia spherarum sit diuisibilis, vt intelligatur cedere corpori planetæ, quādo peruenit illuc, sicut cedit aër lapidi, cū cœli sint solidissimi, quasi ex ære fusi: vt dicit Iob. 37. ergo oportet ꝙ corpus planetæ simul cū corpore sphęræ in eodem loco: & sic falsum dicit Boëtius, ꝙ nunquā duo corpora obtinēt locū vnū. Sed cōtra est ꝙ si duo corpora sint in eodē loco eadē ratione & quælibet, sed aliquod corpus quātuncúnq; magnū potest diuidi in parua cuiuslibet quātitatis secūdum aliquē numerū: ergo sequitur, ꝙ in paruissimo loco cōtinebitur maximū corpus, quod videtur absurdum. Item impossibile est inter duo puncta signata esse plures lineas rectas. Hoc autē sequetur, si duo corpora sint in eodem loco. Signatis enim duobus punctis ex duabus partibus loci oppositis, erunt inter ea duæ lineæ rectæ signatæ in duobus corporibus locatis. Nō enim potest dici, ꝙ inter illa duo puncta nulla sit linea, neq; ꝙ vnius locati linea magis sit inter ea quā alia: neq; ꝙ sit ibi aliqua vna linea præter corpora locata quæ sit inter duo puncta loci: quia sic illa linea esset non in subiecto: ergo impossibile est duo corpora simul esse in eodē loco. Itē demōstratū est in geometria, ꝙ duo circuli nō se cōtingunt nisi in puncto: sed si ponamus duo corpora simul esse in eodē loco, sequetur, ꝙ duo circuli cōtenti in eis se secundum totum contingant: ergo impossibile est duo corpora simul esse in eodem loco. Item quæcúnq; vni & eidem sunt eadē, ipsa sibi inuicem sunt eadē. Sed cū oporteat vnam esse dimensionem loci & locati, ex

co, ꝙ non est ponere dimensionē sine subiecto, si duo corpora sint simul in eodē loco, sequetur dimensiones vtriúsq; corporis esse easdem cū dimensionibus loci: ergo sequetur eas esse easdē adinuicem: quod est impossibile. Respondeo, dicendū ꝙ in his quæ apud nos sunt quæ omnes esse corpora cōfitentur ad sensum videmus, ꝙ adueniente vno corpore ad aliquē locū, aliud corpus ab illo expellitur. Vnde experimēto patet talia corpora duo in eodē loco esse nō posse. Quidam autē dicūt, ꝙ nō prohibētur duo horū corporū ab hoc, ꝙ sint simul propter corporeitatē, vel propter aliquid, ꝙ sit de ratione corporis inquantū corpus. Sic enim omninò sequeretur duo corpora prohiberi ad hoc quod est esse simul. Sed dicūt ꝙ prohibentur ad hoc propter corpulentia ipsorū. Sed quicquid sit hoc, quod corpulentiam nomināt: siue densitas: siue impuritas: siue corruptibilitas aliquorū corporū: vel etiam aliqua natura specialis naturæ generali corporeitatis superaddita, nō potest esse causa huiusmodi prohibitionis. Inuenitur enim duplex cōparatio corporis ad locū. Vna secundum quā ponitur in hoc loco vel illo determinato, & hæc cōparatio sequitur naturam specialem huius vel illius corporis. Sicut ꝙ grauia ex natura grauitatis sint deorsum: leuia autem sursum. Alia verò cōparatio est secundum quā dicitur simpliciter in loco esse: & hæc comparatio sequitur corpus ex ipsa natura corporeitatis non propter aliquid additū. Secūdum hoc enim corpus est in loco quod se loco cōmittitur. Hoc autē est secundum quod est dimēsionatum dimensionibus æqualibus: & similibus dimensionibus loci. Dimensiones autē insunt cuiuslibet corpori ex ipsa corporeitate. Esse autē plura corpora in eodem loco vel non esse, nō respicit locum determinatè sed absolutè. Vnde oportet ꝙ causa huius impedimenti referatur ad naturā corporeitatis, ex qua corpori omni inquantùm est corpus, natum sit esse in loco. Et si vltima spera non sit in loco, hoc non est nisi quia nihil potest esse extra ipsam: non autem propter defectum prædictæ aptitudinis Et ideò alij concedunt simpliciter, ꝙ nulla duo corpora possint esse in eodem loco: & rationem eius referunt ad principia mathematica, quæ oportet saluari in omnibus naturalibus. vt dicitur 3. ce. & mun. Sed hoc non videtur conueniens: quia mathematicis non competit esse in loco, nisi impropriè & similitudinariè. Vt dicitur. 1. de generatione. Et ideò ratio prædicti impedimenti non est sumenda ex principijs mathematicis sed ex principijs naturalibus quibus propriè locus debetur. Prætereà rationes mathematicæ non sufficienter; concludunt in materia ista. Etsi enim mathematica saluētur in naturalibus, tamen naturalia addunt aliquid super mathematica. s. materiam sensibilem, & ex hoc addito potest assignari ratio alicuius in naturalibus cuius ratio in mathematicis non poterit assignari. In mathematicis enim nō potest assignari ratio diuersitatis harum duarum linearum: nisi propter situm. Vnde remota diuersitate situs non remanet pluralitas linearum mathematicarum: & similiter nec superficierum aut corporum. Et propter hoc non potest esse, vt corpora mathematica sint plura & sint simul. Et similiter de lineis & superficiebus. Sed in corporibus naturalibus, posset ab aduersario assignari alia ratio diuersitatis, scilicet ex materia sensibili etiam remota diuersitate situs. Et ideò ratio illa quæ probat duo corpora mathematica non esse simul, non est sufficiens ad probandum duo corpora naturalia non esse simul. Et ideò accipienda est via Auicennæ, qua vtitur in sua sufficientia, in tractatu de loco, per quam assignat causam prohibitionis prædictæ ex ipsa natura corporeitatis per principia naturalia. Dicit enim quòd non potest esse causa huius prohibitionis, nisi illud cui primò & per se conuenit esse in loco, hoc est autem, quòd natum est replere locum. Formæ autem non competit esse in loco, nisi per accidens: quamuis aliquæ formæ sint principium, quo corpus inclinatur ad hunc vel illum locum. Similiter nec materia per se considerata: quia sic intelligitur præter omnia illa genera, vt dicitur septimo Metaphysic. Vnde oportet, quòd materia secundum quòd subest ei per quod habeat primam comparationem ad locum hoc prohibeat. Comparatur autem ad locum, prout subest dimensionibus. Et ideò ex natura materiæ subiectæ dimensionibus prohibetur plura corpora esse in eodem loco. Oportet enim plura esse corpora in quibus forma corporeitatis inueniatur diuisa, quæ quidem non diuiditur nisi per diuisionem materiæ. Cuius diuisio cùm sit solùm per dimensiones de ratione quarū est situs, impossibile est hanc materiam esse distinctam ab illa, nisi quando est distincta secundum situm: quòd non est quando duo corpora ponūtur esse in eodem loco. Vnde illa duo corpora essent vnū corpus, quod est impossibile. Cùm igitur materia dimensionibus subiecta inueniatur in quibuscúnque corporibus, oportet quælibet duo corpora prohiberi ex ipsa natura corporeitatis simul sint in eodem loco. Ad primum igitur dicendum, quòd dupliciter potest dici aliqua propositio non intelligibilis. Vno modo ex parte intelligentis, qui deficit intellectu sicut hæc propositio. In tribus personis diuinis est vna essentia. Et huiusmodi propositio non oportet, quòd implicet contradictionem. Alio modo ex parte ipsius propositionis, & hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

dupliciter. Vno modo quia implicat contradictionem absolutè, sicut rationale est irrationale & huiusmodi nullo miraculo verificari possunt. Alio modo quia implicant contradictionem aliquo modo, sicut ista. Mortuus reddit ad vitam virtute, scilicet propria, cum ponatur per hoc, quod dicitur mortuum omni principio vitę destitutum. Et talia possunt verificari miraculo, superiori virtute operante. Et similiter est in proposito. Sicut enim duobus corporibus non in eodem loco positis, potest aliqua naturalis causa diuersitatis inueniri, sic diuina virtus potest ea, quãuis sint vnita in situ in sua distinctione conseruare, & sic miraculosè fieri potest duo corpora esse in eodem loco. Ad secundum dicendum, quòd quicquid sit illa corpulentia quæ dicitur remoueri à corporibus gloriosis, tamen planum est, quòd corporeitas ab eis nunquàm remouebitur. Et ideò nec causa naturaliter prohibens aliquod eorum simul esse cum alio in eodem loco, sed solũ miraculosè hoc esse poterit, quòd sint simul cum alijs corporibus in eodem loco. Ad tertium dicendum, quòd lux non est corpus sed qualitas quædam. Vt Damas. dicit & etiam. Auic. August. autem lucem nominat ignem ipsum, quod patet ex hoc, q̃ lucẽ condiuidit cotra aërem, aquã, & terram. Ad quartum dicendum, q̃ tres species ignis à Philoso. assignatæ sic sunt intelligendæ: vt per lucem intelligatur ignis in propria materia existens, dato etiam: vt quidam dicunt, q̃ ignis in propria spera nõ luceat. Lucis enim nõ est lucere, sed q̃ eius participatione alia luceãt. Et similiter ignis etsi in propria spera nõ lucear, tamẽ eius participatione alia fulgẽtia fiunt. Per flammam autem intelligitur ignis in materia aërea, per carbonem in materia terrea. In materia autem aquea nõ potest ignis inualescere, intantũm, q̃ ignis naturam habeat, quia aqua habet omnes qualitates oppositas igni. Ad quintum dicendum, q̃ in ferro igniro non sunt duo corpora, sed vnum corpus, habens quidem speciem ferri, sed aliquas proprietates ignis. Ad sextum dicendum, q̃ etsi ponantur elementa in corpore mixto remanere secundum suas formas substantiales, nõ tamen ponẽtur esse plura corpora in actu. Aliàs nullũ corpus mixtum esset verè vnum, sed est plura potentia & vnum actu. Probabilior tamẽ videtur opinio cõmentatoris. 3. ce. & mũ. qui hãc opinionem. Auic. improbans, ait elemẽtorum formas in mixto non remanere, nec totaliter corrũpi, sed fieri ex eis vnam mediã formã, inquãtũm suscipiunt magis & minus. Sed cum formæ substantiali suscipere magis & minus sit absonum: videtur eius dictum intelligendum hoc modo, q̃ formæ elementorum suscipiũt magis & minus, nõ secundum se, sed secundum, q̃ manent virtute in qualitatibus elementaribus, quasi in propriis instrumentis: vt sic dicatur, formæ secundum se nõ remanẽt, sed solũ prout sunt virtute in suis qualitatibus. ex quibus fit vna media qualitas. Ad septimum dicendum, quòd quãuis dimensiones secundum se non possint replere locum, tñ corpus naturale ex hoc, q̃ eius materia intelligitur subiecta dimẽsionibus, habet, q̃ repleat locum. Ad octauum dicendum, q̃ opinio Ptolomæi de epicyclis & ecẽtricis, nõ videtur cõsonare principijs naturalibus, quę Arist. ponit. & ideò illa opinio sectatoribus. Arist. nõ placet. Si tamen sustineatur nulla necessitas sit, q̃ duo corpora sint in eodem loco, quia secundum tenẽtes illam opinionem, triplex in corporibus cœlestibus subst ãtia distinguitur. s. substãtia stellarum, quæ est luminosa, & substãtia sperarum, quæ est diaphana & solida nõ diuisibilis, & substantia alia quæ est inter speras diuisibilis & inspissabilis ad modum aëris, quãuis incorruptibilis. Et per hanc substãtiam defenduntur, ne oporteat eos ponere substantiam sperarum diuidi, aut duo corpora esse in eodem loco.

AD quartum sic proceditur. Videtur, q̃ loci varietas nihil faciat ad diuersitatem secũdum numerum. Causa enim diuersitatis secundum numerum, est in ipsis quæ numero differunt. Sed locus est extra locata, ergo ex diuersitate locorum nõ potest esse causa diuersitatis secundum numerum. Item res nõ est compiera in esse, nisi per hoc, q̃ est ab alijs distincta, sed locus aduenit post esse completum. Vnde & motus ad locum est motus perfecti secundum substãtiam. Vt dicitur. 9 Phys. ergo non potest ex loco sumi aliqua causa distinctionis in corporibus locaris. Item distinctio secundum numerum est inuariabilis circa ipsa distincta, sed à causa variabili non procedit effectus inuariabilis, ergo cum locus varietur circa locatum, nõ potest esse, q̃ diuersitas secundum locum sit causa diuersitatis secũdum numerum. Item remota causa remouetur effectus, sed aliquando à duobus corporibus remouetur per miraculum distinctio secundum locum: vt prius dictum est. Et tamen non remouetur distinctio secundum numerum, ergo distinctio secundum locum non est causa diuersitatis secundum numerum. Item diuersitas secundum numerum non solùm inuenitur in corporibus, sed etiam in substãtijs incorporeis. Sed in eis diuersitas secundum locum, non potest esse causa diuersitatis secundum numerum, cum ipsa incorporalia in loco non sint: vt ipse Boẽt. dicit lib. de hebdomadib. ergo diuersitas secũdum locum, non potest poni causa diuersitatis secundum numerum naturaliter: vt ipse videtur dicere. Sed contra est, q̃ ea quæ differunt secundum numerum differunt accidẽtibus: sed nullius accidẽtis diuersitas ita inseparabiliter se habet ad diuersitatem in numero, sicut diuersitas locorum, ergo diuersitas in loco maximè videtur facere ad diuersitatem in numero. Item diuersitas locorum secundum speciem, cõcomitatur diuersitatem corporum secundum speciẽ, sicut patet in grauibus & leuibus, ergo & diuersitas locorum secundum numerum indiuisibiliter cõcomitatur diuersitatẽ corporũ secũdum numerum, & sic idem, quod prius. Item sicut tẽpus est mensũra motus, ita locus est mẽsura corporis, sed motus diuiditur numero secũdum tẽpus. Vt dicitur. 5. Phys. ergo & corpus diuiditur numero secũdum locum. Respon. dicendum, q̃ sicut ex supradictis patet, diuersitas secundum numerum causatur ex diuisione materiæ sub dimẽsionibus existentis. Ipsa etiã materia secundum q̃ sub dimensionibus existit, prohibet duo corpora esse in eodẽ loco, inquantũ oportet duorum corporum distinctas esse secũdum situm materias. Et sic patet, q̃ ex eodem causatur diuersitas secundum numerum, ex quo causatur necessitas diuersitatis locorum in diuersis corporibus. Et ideò ipsa diuersitas locorum in se considerata, est signum diuersitatis secundum numerum, sicut & de alijs accidẽtibus præter dimẽsiones primas interminatas supradictum est. Sed si diuersitas loci cõsidereretur secundum suam causam, sic planum est, q̃ diuersitas loci est causa diuersitatis secundum numerũ. Et ideò Boẽt. dicit, q̃ varietas accidentium facit diuersitatem secundũ numerũ. Orbus alijs remotis in locorum diuersitate hoc inuitabiliter verificari cõstituit quia si nullum aliud accidentium quæ exterius apparẽt in re cõpleta est: ita propinquum ad causam diuersitatis secundũ numerum, sicut diuersitas locorum. Ad 1. igitur & secũdum, & tertium, dicẽdum, q̃ rõnes illæ cõcludũt, q̃ diuersitas loci nõ est cã diuersitatis indiuiduorum secundũ se, sed per hoc non remouetur quin cã diuersitatis locorũ sit cã diuersitatis secundum numerum. Ad 4. dicẽdum, q̃ oẽs effectus causarũ secunda rum magis depẽdẽt à Deo, quã etiã ab ipsis causis secũdis & remotis ipsis causis secũdis ipse miraculosè producere põt effectus quos vult. Ad 5. dicẽdum, q̃ in subsãtijs corporeis diuersitatẽ secundũ numerum, sequitur diuersitas secundum speciẽ, excepta asa rõnali, quæ requitur diuisionem materiæ sibi dispositæ. Hic autem loquitur. Boẽt. de diuersitate secundum numerum: vbi est eadẽ species. Ad 1. in contrarium di. ẽdum, q̃ varietas accidẽtium propter dimẽsiones interminatas non facit diuersitatem in numero, sicut causa, sed dicitur facere sicut signum demõstrans, & sic maximè diuersitas loci facit, inquantùm est propinquius signum. Ad 2. dicẽdum, quòd diuersitas locorum secundum speciem, est signum diuersitatis corporum secundum speciem, sed non causa. Ad 3. dicendum, quòd cum diuisio temporis causetur ex diuisione motus, diuersitas etiam temporis nõ est causa diuersitatis motus, sed signum, & similiter est de loco in comparatione ad corpus.

AGe igitur ingrediamur: & vnumquódq; vt intelligi atque capi potest, discutiamus. Nam sicut optimè dictum videtur, eruditi est hominis vnumquódq; vt ipsum est, ita de eo fidem capere tentare. Nam cùm tres sint speculatiuæ partes: naturalis in motu, in abstracta. Considerat enim corporum formas cum materia, quæ à coporibus actu separari non possunt: quæ corpora in motu sunt: vt cũ terra deorsum: & ignis sursum fertur: habẽque motum forma materiæ coniuncta. Mathematica sine motu in abstracta. Hæc enim formas corporum speculatur sine materia: ac per hoc sine motu: quæ formæ cùm in materia sint ab his separari non possunt. Theologia sine motu abstracta atque separabilis. Nam Dei substantia & materia & motu caret. In naturalibus igitur rationabiliter: in Mathematicis disciplinabiliter: in diuinis intellectualiter versari oportebit: neque deduci ad imaginationes: sed potius ipsam inspicere formam. Proponit suprà Boẽtius sententiam catholicæ fidei, de vnitate Trinitatis: & rationẽ sentẽtię prosecutus est. Nunc intendit procedere ad inquisitionem prædictorum, & quia secundum sententiam Philosoph. 2. Metaphysic. Ante scientiam oportet inquirere modum sciendi. Ideò pars hæc diuidirur in duas. In prima ostendit Boẽtius modum proprium huiusmodi inquisitionis, quæ est de rebus diuinis. In secunda verò secũdum modum præsignatũ procedit ad propositũ inquirendum. ibi. (Quæ verò forma.) Prima diuiditur in duas. Primò ponit necessitatem ostendendi modum inquisitionis. Secundò modum cõgruum inquisitioni pręsenti ostendit. ibi. (Nam cùm tres.) Dicit igitur: ex quo constat hanc esse sententiam catholicæ fidei, de vnitate Trinitatis: & indifferẽtiam esse rationẽ vnitatis. Age. aduerbium exhortãdi: ingrediamur, id est, inquiramus interius ipsa intima rerũ principia considerãtes: & veritatem quasi velatam & absconditã perscrutantes: & hoc modo conueniẽti. Vnde subdit. Et vnumquódque dicendorum discutiamus. vt possit intelligi atque capi, id est, per modum quo possit intelligi & capi. Et dicit hæc duo: quia modus quo aliqua discutiuntur debet congruere in rebus & nobis. Nisi enim rebus congueret, intelligi non posset, nisi congueret nobis, nos capere non possemus: vtpotè res diuinæ ex natura sua habent, quòd non cognoscantur nisi intellectu. Vnde si aliquis vellet aliter sequi imaginationem in consideratione eorum non posset intelligere: quia ipsæ res non sunt sic intelligibiles. Si autem aliquis velit res diuinas per seipsas videre, & ea certitudine comprehendere, sicut comprehenduntur sensibilia & demonstrationes mathematicæ, nõ posset hoc modo capere propter defectum intellectus sui: quãuis ipsæ res sint secundum se hoc modo intelligibiles: & q̃ modus cõgruus est inquisitione qualibet obseruandus probat inducendo auctoritatem Philosophi in 1. Ethico. cùm dicit. Nam sicut optimè dictum videtur ab Aristote. in principio Ethic. Eruditi hominis est vnumquódque vt ipsum est, id est, per modum congruum ipsius rei, ita de eo fidem capere tentare. Non enim de omnibus potest æqualis certitudo & euidentia demonstrationis seruari: & sunt hæc verba Philosophi in 1. Ethic. Disciplinati enim est in tantum certitudinẽ inquirere circa vnumquódq; genus: inquantũ natura rei recipit. Deinde cùm dicit. (Nam cùm tres) inquirit modum cõgruum suæ inquisitioni per distinctionem à modis qui in alijs scientijs seruantur: & quia modus debet esse congruus rei de qua est perscrutatio, ideò diuiditur hæc pars in 2. Primò enim distinguit scientias secũdum res: de quibus determinant. Secundò ostendit modos singulis rebus cõgruos. ibi. (In naturalibus igitur.) Circa primũ 3. facit. Primò ostẽdit de quibus considerat naturalis Philosophia. Secundò de quibus mathematica. ibi. (Mathematica.) Tertiò de quibus considerat diuina scientia. ibi. (Theologia autem.) Dicit ergo benè dictũ est, q̃ vnumquódq; vt est, ita de eo debet fides capi. Nam cùm tres sint partes speculatiuæ. s. Philosophiæ. hic dicit ad differentiam ethicæ quæ est operatiua siue practica: in omnibus requiritur modus cõpetens materiæ. Sunt autẽ tres partes prædictæ, physica, siue naturalis: mathematica diuina: siue theologia. Cùm inquãm sint tres partes: naturalis quæ est vna de tribus est in motu in abstracta, id est, versatur eius consideratio circa res mobiles à materia non abstractas, quod probat per exempla, vt patet in litera. Quod autẽ dicit habẽtq; motum forma materiæ coniunctas: sic est intelligẽdum ipsum cõpositum ex materia & forma, inquantùm huiusmodi habet motũ sibi debitũ, vel ipsa forma in materia existens est principium motus. Et ideò eadem est consideratio de rebus: secundum q̃ sunt materiales: & secundũ q̃ sunt mobiles. Deindè exponit de quibus sit mathema tica, dicens mathematica est sine motu, id est, sine motus & mobilium consideratione: in quo à naturali differt in abstracta, id est, cõsiderat formas quæ secũdum suum esse, non sunt à materia abstractæ: in quo cõuenit cum naturali: quod quomodò sit exponit: hæc. s. mathematica speculatur formas sine materia, ac q̃ hoc sine motu, quia vbicúnque est motus, est materia: vt probatur 10. Metaph. Eo modo enim quo habent materiam ibi est motus: & sic ipsa speculatio mathematici, est sine materia & sine motu: quæ formæ. s. de quibus Mathe. speculatur cũ sint in materia, nõ possunt ab his separari secundum esse: etsi secundum speculationẽ sint separabiles. Deindè ostẽdit de quibus est diuina. ibi. (Theologia,) id est, tertia pars speculatiuæ, quæ dicitur diuina: vel Metaphy. vel prima Philosophia: est sine motu. In quo conuenit cũ Mathematica & differt à naturali. Abstracta. s. à materia atq; inseparabilis, per quæ duo differt à mathematica. Res enim diuinæ sunt secundum esse abstractæ à materia & motu: sed mathematicæ non abstractæ, sunt autẽ consideratione separabiles: sed res diuinæ inseparabiles: quia nihil est separabile, nisi quod est coniunctũ. Vnde res diuinæ non sunt consideratione separabiles à materia: sed secũdum esse abstractæ: res verò mathematicæ econuersò: & hoc probat per Dei substantiam, de qua diuina scientia cõsiderat principaliter: vnde & nominatur inde. Deindè cũ dicit. (In naturalibus) ostendit quis modus sit cõgruus prædictis partibus. Et circa hoc. 2. facit. Primò concludit modos cõgruos singulis partium prædictarũ: & huius partis dispositio relinquitur disputationi. Secundò exponit vltimum modũ qui est proprius præsenti inquisitioni & hoc duplicitèr. Primò remouendo id, quod est impedimentum. ibi. (Neque oportet in diuinis deduci ad imagines) vt scilicet de eis iudicandis sequamur iudicium imaginationis. Secundò ostendendo id, quod est proprium. ibi. (Sed potius ipsam inspicere formam sine motu & materia) cuius conditionem consequenter exponit ingrediens ad propositam quæstionem.

HIc est duplex quæstio. Prima de diuisione speculatiuæ scientiæ, quæ in litera ponitur. Secũda de modis quos speculatiuę scientiæ attribuit. Circa primũ quæruntur. 4. primò vtrũ sit conueniens diuisio, qua diuiditur speculatiua in has tres partes: naturalem: mathematicã: & diuinam. Secundò vtrum naturalis Philosophia, sit de his quæ sunt in motu & materia. Tertiò vtrũ mathematica consideratio sit sine motu & materia. Quartò vtrum diuina scientia sit de his quæ sunt sine materia & motu.

AD primũ sic proceditur: videtur q̃ speculatiua inconuenienter in has tres partes diuidatur. Partes enim speculatiuę sunt illi habitus qui parte animæ cõtemplatiuã perficiunt: sed Philosophus in 6. Ethic. ponit. q̃ scientificũ animæ: quod est pars eius cõtemplatiua perficitur habitibus tribus. s. sapientia, scięcia: & intellectu: ergo ista tria sunt partes speculatiuæ: & non illa quæ in litera ponũtur. Item Aug. dicit 8. de ciui. Dei, q̃ rationalis Philosophia quę est logica, sub speculatiua Philosophia vel cõtemplatiua cõtinetur: cũ igitur mentionẽ de ea non faciat videtur diuisio insufficiens. Itẽ cõmuniter diuiditur Philosophia in septẽ artes liberales, inter quas neq; naturalis: neq; diuina continetur: sed sola rationalis & mathematica, ergo naturalis & diuina nõ debuerunt poni partes speculatiuæ. Itẽ scientia medicinæ, maximè videtur esse operatiua: & tamen in ea ponitur vna pars speculatiua: & alia practica. Ergo eadem ratione in omnibus alijs scięcijs operatiuis aliqua pars est speculatiua: & ita debuit in hac diuisione fieri mentio de ethica siue morali, quãuis sit actiua propter partẽ eius speculatiuam. Itẽ scientia medicinæ quædã pars philosophiæ est: & sunt quædã aliæ artes quæ dicũtur mechanicæ: vt scientia de agricultura & alchimiæ: & huiusmodi. Cũ igitur istæ sint operatiuæ, nõ videtur q̃ debuerit naturalis absolutè sub speculatiua poni. Item totum nõ debet diuidi contra partem: sed diuina scientia videtur esse: vt totũ respectu phisicæ & mathematicæ: cùm subiecta illarũ sint partes illius scientiæ. s. diuinæ: cuius subiectũ est ens: cuius pars est substãtia mobilis quã considerat naturalis: & similiter quantitas quã considerat mathematicus: vt patet 3. Meta. ergo scientia diuina nõ debet diuidi cõtra naturalem & mathematicam. Item scientiæ diuiduntur sicut res: vt dicitur 3. de anima. Sed philosophia est de ente. Est enim cognitio entis: vt dicit Dionysius epistola ad Policarpũ. Cùm ergo ens primò diuidatur in potentiã & actũ per vnum & multa: per substantiã & accidens: videtur q̃ per huiusmodi deberent partes philosophiæ distingui. Item multę aliæ diuisiones sunt entium: de quibus sunt scientiæ magis essentiales quàm illę, per mobile & immobile: per abstractũ & non abstractũ: vtpotè per corporeum & incorporeum: animatũ & inanimatũ: & alia huiusmodi: ergo diuisio partium philosophiæ magis debet accipi per huiusmodi differẽtias, quàm per illas quæ hic tanguntur. Itẽ illa scięcia à qua aliæ supponũtur, debet esse prior eis sed omues aliæ scientiæ supponũtur à sciẽtia diuina: quia eius est probare principia aliarum: ergo debuit scientiam diuinã alijs præordinare. Itẽ mathematica prior occurrit adiscẽda, quàm naturalis: eò, q̃ mathematicã facilè possunt adiscere pueri: nõ autem naturalẽ, nisi prouecti vt dicitur 6. Ethic. Vnde & apud antiquos hic ordo in adipiscẽdis scientijs fuisse dicitur obseruatus: vt primò logica: deindè mathematica. Tertiò naturalis: postea moralis adiscceretur: & tandẽ diuinę scięcię homines studerẽt: ergo mathematicã naturali scientiæ præordinare debuit. Sed cõtra q̃ hæc diuisio sufficięs sit probatur per Philosophum 6. Meta. Vbi dicit, q̃ tres erũt philosophiæ: & theoricæ: mathematica: phisica: & theologia. Itẽ 2. phy. & cõmuniter secũdũ Philosophos ponũtur tres modi scientiarũ qui etiã ad has tres videtur pertinere. Itẽ etiam Ptolomeus in principio almagesti hac diuisione vtitur. Respõdeo dicẽdum q̃ Theoricus siue speculatiuus intellectus: in hoc propriè ab operatiuo: siue practico distinguitur, q̃ speculatiuus habet pro fine veritatẽ, quã considerat. practicus autẽ veritatem cõsiderãtã ordinat in operationẽ tanquã in finẽ: & ideò dicit Philosoph. 3. de anima. q̃ differũt adinuicem fine: & in 2. Meta. dicitur, q̃ finis speculatiuę est veritas: finis operatiuę siue practicę actio. Cũ igitur oporteat materiã fini esse proportionatã, oportet practicarũ sciẽtiarũ materiã esse res illas quę à nostro opere fieri possunt, vt earũ cognitio in operationẽ quasi in finẽ ordinari possit. Speculatiuarũ verò scientiarũ materiã oportet esse res quæ à nostro opere nõ fiunt. Vnde earũ cõsideratio in operationẽ ordinare non potest: sicut in finẽ: & secundum harũ rerum distinctionẽ oportet scięcias speculatiuas distingui. Sciendũ tamen, q̃ quãdo habitus vel potẽtię penes obiecta distinguntur: non distinguuntur penes quaslibet differẽtias obiectorũ, sed penes illas quæ sunt per se obiectorũ inquantùm sunt obiecta. Esse enim animal vel plantã accidit sensibili: inquãtùm est sensibile: & ideò penes hoc nõ sumitur differentia sensuum. Sed magis secũdum differẽtias coloris & soni: & ideò oportet scientias speculatiuas diuidi per differentias speculabilium: inquantùm sunt speculabilia. Speculabili autẽ secũdũ q̃ est obiectũ speculatiuę potẽtiæ, aliqd cõpetit ex pte potẽtiæ intellectiuæ: & aliqd ex parte habitus sciẽtiæ quo intellectus pficitur. Ex parte quippe intellectus cõpetit ei q̃ sit immateriale: qa & ipse intellectus est immaterialis. Ex parte verò sciẽtiæ cõpetit ei q̃ sit necessariũ: qa sciẽtia de necessarijs est, vt probat primo Posteriorũ. Omne autẽ necessariũ inquãtùm huiusmodi est immobile: qa omne qđ mouetur inquãtũ huiusmodi possibile est esse: & nõ esse: vel simpliciter: vel secundum qđ: vt dicitur 10. Meta. Sic igit speculabili qđ est obiectũ speculatiuę sciẽtiæ per se cõpetit separatio: & à materia & à motu. vel applicatio ad ea: & ideò secundũ ordinẽ remotiõis: & à materia: & à motu sciẽtiæ speculatiuæ distinguũtur. Quædã igitur sunt speculabilũ quę depẽdent à materia secũdũ esse: qa nõ nisi in materia esse possunt: & hęc distinguũtur: qa depẽdent quædã à materia secũdum esse: & intellectũ: sicut illa in quorũ diffinitione ponitur materia sensibilis. Vnde sine materia sensibili intelligi nõ possunt: vt in diffinitiõe hominis

Universidad de Deusto Biblioteca

oportet accipere carnē & oſſa, & de his eſt Phyſica ſiue ſciētia naturalis. Quædā verò ſunt quæ quāuis depēdeāt à materia ſecundū eſſe, nō tñ ſecundū intellectū, qa in eorū diffinitiōibus nō ponitur materia ſenſibilis: vt linea & numerus, & de his eſt Mathematica. Quędā verò ſunt ſpeculabilia, quę nō dependēt à materia ſecundū eſſe, quia ſine materia eſſe poſſunt, ſiue nūquā ſint in materia, ſicut Deus & angelus, ſiue in quibuſdā ſint in materia, & in quibuſdā nō: vt ſubſtātia, qualitas, potētia & actus: vnū & multa, & hmōi, de quibus oībus eſt Theologia. i. diuina ſciētia, quia præcipuū cognitorū in ea eſt Deus. Alio noīe dicitur. Metaphy. i. trāſphyſica. qa poſt Phyſic. diſcēda occurrit nobis, quibus ex ſenſibilibus cōpetit in inſenſibilia deuenire, dicitur etiā Philoſo. 1. inquantùm ſciētiæ aliæ ab ea principia ſua accipiētes eā ſequuntur. Nō eſt autē poſsibile, ꝙ ſint aliquæ res quæ ſecundum intellectum depēdeāt à materia & nō ſecundum eſſe, quia intellectus, quantum eſt de ſe, immaterialis eſt, & iō nō eſt quartum genus Philoſo. præter prædicta. Ad 1. igitur dicēdum. ꝙ Philoſo. 6. Ethi. determinat de habitibus intellectualibus, inquantùm ſunt virtutes intellectuales. Dicuntur autē virtutes, inquātùm ꝑficiunt intellectum in ſua operatione. Virtus eñ eſt quę bonum facit habentē, & opus eius reddit bonum, & ideò ſecundum ꝙ diuerſimodè perficitur ꝑ huiuſmodi habit⁹ ſpeculatiuos diuerſificat huiuſmodi virtutes. Eſt autē alius modus quo pars aīæ ſpeculatiua perficitur per intellectum, qui eſt habitus principiorum, quo aliqua ex ſeipſis nota fiunt, & alius quo cognoſcuntur cōcluſiones ex huiuſmodi principijs demōſtratæ, ſiue demōſtratio ꝓcedat ex cauſis inferioribus, ſicut ſciētia, ſiue ex cauſis altiſsimis, ſicut ſapiētia. Cùm autem diſtinguuntur ſciētiæ: vt ſint habit⁹ quidā, oportet, ꝙ penes obiecta diſtinguātur. i. penes res. de quibus ſunt ſciētiæ, & ſic diſtinguuntur hic, & in Metaphy. tres partes Philoſo. ſpeculatiuæ. Ad 2. dicendum. ꝙ ſcientiæ ſpeculatiuæ vt patet in principio Metaphy. ſunt de illis quorum cognitio quęritur propter ſeipſa. Res autē de quibus eſt logica, nō quęruntur ad cognoſcendum ꝓpter ſeipſas, ſed vt adminiculum quoddam ad alias ſciētias. Et ideò logica nō cōtinetur ſub Philoſo. ſpeculatiua quaſi principalis pars, ſed quaſi quoddā reductum ad eam, prout miniſtrat ſpeculationi ſua inſtrumenta. ſ. ſyllogiſmos, & diffinitiones, & alia huiuſmodi quibus in ſpeculatiuis ſciētijs indigemus. Vnde & ſecundum Boët. in commen. ſuper Porphy. non tā eſt ſcientia, quàm ſcientiæ inſtrumentum. Ad 3. dicendum. ꝙ 7. liberales artes nō ſufficienter diuidunt Philoſo. theoricam. ſed vt dicit Hug. de S. Victo. in 3. ſui didaſcalō prętermiſsis quibuſdā alijs cōnumeratur, quia his primum erudiebantur. qui Philoſo. diſcere volebant, & ideò in triuium & quadriuium diſtinguuntur: eò, ꝙ his quaſi quibuſdā vijs viuax animus ad ſecreta Philoſ. introeat. In hoc etiā conſonat verbum Philo. qui dicit in 2. Meta. ꝙ modus ſcientiæ debet quæri ante ſcientias, & cōmentator ibidē dicit, ꝙ logicā quę docet modū omnium ſcientiarum, debet quis ante omnes alias ſcientias adiſcere, ad quā pertinet triuium. Dicit etiam in 6. Ethi. ꝙ Mathematica pōt ſciri à pueris, nō autem Phyſi. quæ experimentum requirit, ex quo datur intelligi, ꝙ primò logica, deindè Mathema. debet adiſci, ad quā pertinet quadriuium. Et ita his quaſi quibuſdā vijs præparatur animus ad alias Phy. diſciplinas. Vel ideò hæc inter cæteras ſcientias artes dicuntur, quia non ſolùm habent cognitionem ſed opus aliquod, quod eſt immediatè ipſius rationis: vt cōſtructionem ſillogiſmum, & orationē formare, numerare, menſurare, melodias formare, curſus ſyderum computare. Aliæ verò ſcientiæ: vel nō habent opus, ſed cognitionē tantum, ſicut ſcientia diuina & naturalis: vnde nomen artis habere non poſſunt, cùm ars dicatur ratio factiua: vt dicitur. 6. Ethic. vel habent opus corporale, ſicut medicina, alchimia, & huiuſmodi. Vnde nō poſſunt dici artes liberales, quia huiuſmodi actus ſunt hominis ex parte illa qua nō eſt liber. ſ. ex parte corporis. Sciētia verò moralis, quāuis ſit propter operationem, tñ illa operatio nō eſt actus ſciētiæ, ſed actus virtutis: vt patet. 5. Ethi. Vnde nō pōt dici ars, ſed magis in illis operationibus ſe habet virtus loco artis. Et ideò veteres diffinierunt virtutem ęſſe artē benè rectéq; viuendi: vt dicit Aug. 10. de ciuit. Dei. Ad 4. dicendum. ꝙ ſicut dicit Auic. in prin. ſuæ Metap. Aliter diſtinguitur theoricum & practicum, cum Philoſ. diuiditur in theoricā & practicam, aliter cum artes diuiduntur in theoricas & practicas, aliter cum medicina. Cùm enim Philoſ. vel artes per theoricum & practicum diſtinguuntur, oportet accipere diſtinctionē eorum ex fine: vt practicum dicatur id, quod ordinatur ad operationē. Theoricum verò, quod ordinatur ad ſolā cognitionē veritatis. Hoc tñ intereſt, cum in hoc diuiditur Philoſo. totalis & artes, quia in diuiſione Philo. habetur reſpectus ad finem beatitudinis, ad quā tota humana vita ordinatur vt enim dicit Auguſti. 10. de ciui. Dei. ex verbis Varronis. Nulla eſt homini alia cauſa Philoſophādi, niſi vt ſit beatus. Vnde duplex fœlicitas à Philoſo. ponitur: vna cōtemplatiua & altera actiua: vt patet. 10. Ethic. ſecundum hoc Philoſ. in duas partes diſtinxerunt, moralem dicentes practicā naturalē, & rationalē dicentes theoricā. Cùm verò dicitur, artium quædā ſpeculatiuæ, quædā practicæ habetur reſpectus ad aliquos ſpeciales fines illarum artium, ſicut ſi dicamus agriculturā eſſe artem practicam. Dialecticā verò theoricam. Cùm autem medicina diuiditur in theoricā & practicam, nō attenditur diuiſio ſecundum finē. Sic eñ tota medicina ſub practica cōtinetur: vtpotè ad operationē ordinata, ſed attēditur prædicta diuiſio ſecundum ꝙ ea quę in medicina tractātur, ſunt ꝓpinqua vel remota ab operatione. Illa eñ pars medicinæ dicitur practica, quæ docet modos operationis ad ſanationes, ſicut, ꝙ talib⁹ apoſtematibus ſunt talia remedia adhibenda. Theorica verò dicitur illa pars quæ docet principia ex quibus homo dirigitur in operatiōe, ſed nō ꝓximè, ſicut, ꝙ virtutes ſunt tres, & ꝙ genera febrium ſunt tot. Vñ nō oportet vt ſi alicuius actiuæ ſcientiæ aliqua pars dicatur theorica, ꝙ propter hoc illa pars ſub ſpeculatiua ſcientia ponatur. Ad 5. dicēdum, ꝙ aliqua ſciētia cōtinetur ſub alia dupliciter. Vno mō vt pars ipſius. qa ſ. ſubiectum eius eſt aliqua pars ſubiecti illius, ſicut plāta eſt quędam pars corporis naturalis. Vñ & ſciētia de plātis cōtinetur ſub naturali ſciētia: vt pars. Alio mō cōtinetur vna ſcientia ſub alia: vt ei ſubalternata. qñ ſ. in ſupiori ſciētia aſsignatur ꝓpter qd eorum de qbus ſcit in ſciētia inferiori ſolùm, qa ſicut muſica cōtinetur ſub Ariſmetica. Medicina igitur nō ponitur ſub Phyſi. vt pars. Subiectum enim medicinæ nō eſt pars ſubiecti ſciētiæ naturalis, ſecundum illā rationem qua eſt ſubiectum medicinæ. Quāuis eñ corpus ſanabile, ſit corpus naturale. Non tñ eſt ſubiectum medicinæ, prout eſt ſanabile à natura, ſed prout eſt ſanabile per artem Sed quia in ſanatiōe quæ fit ꝑ artem, ars eſt miniſtra naturæ, quia ex aliqua naturali virtute ſanitas perficitur auxilio artis, inde eſt, ꝙ propter quid de operatione artis oportet accipere, ex ꝓprietatibus rerum naturalium. Et ꝓpter hæc medicina ſubalternatur Phyſi. & eadē ratione alchimia, & ſciētia de agricultura, & oīa huiuſmodi. Et ſic relinquitur, ꝙ Phyſi. ſecundum ſe, & ſecundum oēs partes eius eſt ſpeculatiua. Quāuis aliquę operatiuæ ſubalternētur ei. Ad 6. dicēdum. ꝙ quāuis ſubiecta aliarum ſcientiarum ſint partes entis, quod eſt ſubiectum Meta. non tñ oportet, ꝙ aliæ ſciētiæ ſint partes eius. Accipit eñ vnaqueq; ſcientiarum vnam partem entis ſecundum ſpecialem modum cōſiderandi alium à modo quo cōſideratur ens in Meta. Vnde propriè loquendo, ſubiectum illius nō eſt pars ſubiecti Metaphyſ. ſed hac ratione cōſiderata ipſa eſt ſpecialis ſcientia alijs condiuiſa. Sic autem poſſet dici pars ipſius ſcientiæ, ſcientia quæ eſt de potentiā vel de actu: vel quæ eſt de vno, aut aliquo huiuſmodi quia iſta habēt eundem modum cōſiderandi cum ente, de quo tractatur in Meta. Ad 7. dicēdum. ꝙ illę partes entis exigunt eundem modum tractādi cum ente cōmuni, quia etiam ipſa nō dependēt à materia, & ideò ſcientia de ipſis nō diſtinguitur à ſcientia quæ eſt de ente communi. Ad 8. dicendum, ꝙ illæ diuerſitates rerum quas obiectio tangit, nō ſunt differentiæ per ſe earum, inquantū ſunt ſcibiles, & ideò penes eas ſcientiæ non diſtinguūtur. Ad 9. dicendum. ꝙ quāuis ſcientia diuina ſit prima omnium ſcientiarum, naturaliter tñ quo ad nos aliæ ſcientiæ ſunt priores. Vñ dicit Auic. in prin. ſuæ Meta. Ordo illius ſciētiæ eſt: vt adiſcatur poſt ſciētias naturales, in qbus ſunt multa determinata, qbus iſta ſcientia vtitur: vt generatio & corruptio & motus & hmōi. Similiter etiā poſt Mathe. Indiget enim hæc ſcientia ad cognitionē ſubſtātiarum ſeparatarum cognoſcere numerum & ordinē orbium cœleſtium, qđ nō eſt poſsibile ſine Aſtrologia, ad quā tota Mathe. præexigitur. Aliæ verò ſcientię ſunt ad benè eſſe ipſius: vt muſica, & morales, & hmōi. Nec tñ oportet, ꝙ ſit circulus, quia ipſa ſupponit ea quę in alijs probātur, cum ipſa aliarum principia ꝓbet, quia principia quæ accipit alia ſciētia. ſ. naturalis à 1. Philoſo. nō probāt ea quæ idē 1. Philoſop. accipit à naturali. ſed probantur per aliqua principia per ſe nota. & ſic Philoſo. 1. nō probat principia quæ tradit naturali per principia quæ ab eo accipit, ſed per aliqua principia per ſe nota. Et ſic non eſt aliquis circulus in diffinitiōe. Prætereà effectus ſenſibiles ex quibus procedunt naturales demonſtrationes, ſunt notiones quò ad nos in principio, ſed cum per eos peruenimus ad cognitionē cauſarum primarum, ex illis apparebit nobis propter quid illorum effectuum, ex quibus probabuntur demonſtratione, quia & ſic ſcientia naturalis aliquid addit ſcientiæ diuinę, & tamen per ea ſua principia notificantur. Et inde eſt. quòd Boët. ponit vltimo ſciētiam diuinam, quia eſt vltima quò ad nos. Ad 10. dicendum. quòd quāuis naturalis Philoſo. poſt Mathe. diſcenda occurrat, eò, quòd vniuerſalia ipſius documenta indigent experimento & tempore, tamen res naturales, cum ſint res ſenſibiles ſunt naturaliter magis notæ, quàm res Mathema. à materia ſenſibili abſtractæ.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur, ꝙ ſcientia naturalis nō ſit de his quę ſunt in motu & materia. Materia enim eſt indiuiduationis principium, ſed nulla ſciētia eſt de indiuiduis, ſed de ſolis vniuerſalibus ſecundum ſententiā Platonis, quæ ponitur in Porphirio: ergo ſcientia naturalis non eſt de his quæ ſunt in materia. Itē ſciētia ad intellectum pertinet, ſed intellectus cognoſcit abſtrahēdo à materia & conditionibus materiæ, ergo de his quæ non ſunt à materia abſtracta nulla ſcientia eſſe poteſt. Itē in ſcientia naturali agitur de primo motore: vt patet 8. Phy. ſed ipſe eſt īmunis ab omni materia, ergo ſcien-

ergo ſcientia naturalis nō eſt de his ſolū quæ ſunt in materia. Item omnis ſcientia de neceſſarijs eſt: ſed omne qđ mouetur inquantùm huiuſmodi eſt cōtingēs, vt ꝓbatur 9. Meta. ergo nulla ſcientia poteſt eſſe de rebus mobilibus: & ſic nec ſciētia naturalis. Itē nullum vniuerſale mouetur. Homo eñ vniuerſalis nō ſanat: ſed hic homo: vt dicitur in principio Meta. Sed omnis ſciētia de vniuerſalibus eſt: ergo naturalis ſciētia nō eſt de his quæ ſunt in motu. Item in ſciētia naturali determinat de quibuſdā quę nō mouētur: ſicut eſt anima: vt ꝓbatur in principio de anima: & terra, vt ꝓbatur in ſecūdo cœli & mūdi: & omnes formæ naturales nō fiunt: nec corrūpuntur: & eadē ratione nō mouētur: niſi ꝑ accidēs: vt probatur in 7. Metaphy. ergo nō omnia de quibus eſt philoſophia ſunt in motu. Itē omnis creatura eſt mutabilis, cū natura immutabilis ſoli Deo cōueniat: vt Aug. dicit. Si igitur ad naturalē ꝑtinet cōſideratio de his quæ ſunt in motu, eius erit cōſiderare de omnibus creaturis: qđ expreſsè falſum eſſe apparet. Sed cōtra ad philoſophiā naturalē ꝑtinet de rebus naturalibus determinare: ſed res naturales ſunt in quibus eſt principium motus. Vbicūq; autē eſt motus oportet eſſe materiā: vt dicitur in 10. Meta. ergo ſciētia naturalis eſt de his quæ ſunt in motu & materia. Itē de his quæ ſunt in motu & materia, oportet eſſe aliquā ſciētiam ſpeculatiuā: aliàs nō eſſet ꝑfecta traditio philoſophiæ quę eſt cognitio entis. Sed nulla alia ſciētia ſpeculatiua eſt de his: qa nec mathematica, nec metaphyſica. ergo de his eſt ſciētia naturalis. Itē hoc apparet ex his quæ dicit Philoſophus. 6. Meta. & 2. Phiſicorū. Reſpōdeo dicēdū, ꝙ propter difficultatē huius quæſtiōis, coactus fuit Plato ponere ideas. Cū enim vt dicit Philoſophus 1. Meta. crederet omnia ſenſibilia ſemꝑ in fluxu eſſe ſecūdum opinionē Cratuli & Eracliti, & ita extimauerit ſcientiā de ipſis eſſe nō poſſe: poſuit quaſdā ſubſtantias à ſenſibilibus ſeparatas: de quibus eſſent ſciētiæ & darentur diffinitiōes: ſed hęc defectus accidit, ex eo ꝙ nō diſtinxit qđ eſt per ſe, ab eo qđ eſt ſecūdum accidēs: & ideò ſecūdum accidēs falluntur plerūq; etiā ſapiētes. vt dicitur 1. Elench. Vt autē ꝓbatur in 8. Meta. cū in natura ſenſibili inueniatur: & ipſum integrū. i. cōpoſitū & ratio. i. forma eius: ꝑ ſe quidē generatur & corrūpitur ipſum cōpoſitū, nō autē ratio ſiue forma: ſed ꝑ accidēs. Nō eñ fit domū eſſe: ſed hāc domū, vt ibi dicitur. Vnūquódq; autē poteſt cōſiderari ſine omnib⁹ his quæ ei nō ꝑ ſe cōparātur: & ideò formę & ratiōes rerū quāuis in motu exiſtentiū, prout in ſe cōſiderātur ſine motu ſunt. Et ſic de eis ſunt ſciētię & diffinitiōes: vt ibidē Philoſophus dicit. Nō autē ſcientiæ ſenſibiliū ſubſtantiarū fundātur ſup cognitiōe aliquarū ſubſtantiarū ſeparatarū à ſenſibilibus: vt ibidē ꝓbatur. Huiuſmodi autē rationes quas cōſiderāt ſciētiæ quæ ſunt de rebus: cū conſiderētur abſque motu, oportet etiā ꝙ cōſiderētur abſq; illis ſecūdum quæ cōpetit motus rebus mobilibus. Cū autē omnis motus tēpore mēſuretur: & primus motus ſit motus localis, quo remoto nullus alius motus ineſt, oportet ꝙ ſecūdum hoc ſit aliquod mobile, qđ eſt hic & nūc. hoc autē ſequitur rem ipſam mobilē ſecūdum ꝙ eſt indiuiduata ꝑ materiā exiſtentē ſub dimēſionibus deſignatis. Vnde oportet ꝙ huiuſmodi rationes ſecūdum quas de reb⁹ mobilibus poſſunt eſſe ſciētiæ, cōſiderētur abſq; materia ſignata, & abſq; omnib⁹ his quæ cōſequuntur materiā ſignatā. Non autē abſq; materia nō ſignata: quia ex eius notione depēdet notio formæ quæ determinat ſibi materiā. Et ideò ratio hominis quā ſignificat diffinitio: ſecūdum quā procedit ſcientia, cōſideratur ſine his carnibus: & his oſsibus. Nō autē ſine carnibus & oſsibus abſolutè. Et qa ſingularia includūt in ſui ratione materiā ſignatā: vniuerſalia verò materiam communē: vt dicitur 7. Meta. ideò prædicta abſtractio nō dicitur formæ à materia abſolutè: ſed vniuerſalis à particulari. Poſſunt igitur huiuſmodi rationes ſic abſtractæ, dupliciter cōſiderari. Vno modo ſecūdum ſe: & ſic conſiderātur ſine motu & materia ſignata: & hoc non inuenitur in eis niſi ſecūdum eſſe quod habent in intellectu. Alio modo ſecundum quod cōparantur ad res, quarū ſunt rationes quæ quidē res ſunt in materia & motu: & ſic ſunt principia cognoſcendi illa: quia omnis res cognoſcitur per ſuam formā. Et ita per huiuſmodi ratiōes immobiles: & ſine materia particulari conſideratas, habetur cognitio in ſciētia naturali de rebus mobilibus & materialibus extra animā exiſtentibus. Ad primū igitur dicēdum ꝙ materia nō eſt indiuiduationis principium: niſi ſecundum ꝙ eſt ſub dimenſionibus ſignatis exiſtens: & ſic etiā ſciētia naturalis à materia abſtrahit. Ad ſecundū dicendū ꝙ forma intelligibilis eſt quiditas rei: obiectū autē intellectus eſt quid. vt dicitur 3. de anima. Quiditas autē cōpoſiti vniuerſalis vt hominis vel animalis, includit in ſe materiā vniuerſalem: non particularē: vt dicitur 7. Meta. Vnde intellectus cōmuniter abſtrahit à materia ſignata & cōditionibus eius. Non autē à materia communi in ſciētia naturali: quāuis etiā in ſciētia naturali nō conſideretur materia: niſi in ordine ad formā. Vnde etiā forma per prius eſt de cōſideratione naturalis quàm materia. Ad tertium dicendum, ꝙ de primo motore nō agitur in ſcientia naturali tanquàm de ſubiecto: vel parte ſubiecti: ſed tanquàm de termino ad quem naturalis ſcientia perducit. Terminus autē non eſt de natura rei cuius eſt terminus: ſed habet aliquam habitudinem ad rem illam: ſicut terminus lineæ non eſt linea: ſed habet aliquam habitudinem ad eam. Ita & motor primus habet aliquam habitudinem ad res naturales: eſt tamen alterius naturæ ab eis. Habet enim habitudinem ad eas inquantùm influit eis motum: & ſic cadit in conſideratiōe naturalis: non ſecundum ipſum: ſed inquantū motor. Ad quartum dicendum ꝙ ſcientia eſt de aliquo dupliciter. vno modo primò & principaliter. Et ſic ſcientia eſt de vniuerſalibus rationibus ſuper quas fundatur. Alio modo eſt de aliquibus ſecūdario: & quaſi per reflexionem quandam: & ſic de rebus illis eſt quarum ſunt illæ rationes: inquantùm rationes illas applicat ad res etiam particulares: quarum ſunt adminiculo inferiorū virium. Ratiōe enim vniuerſali vtitur ſciens: & vt re ſcita: & vt medio ſciendi. Per vniuerſalem enim hominis rationem poſſum iudicare de hoc vel de illo. Rationes autem vniuerſales rerum ſunt omnes immobiles: & ideò quantùm ad hoc omnis ſcientia de neceſſarijs eſt. Sed rerū quarum ſunt illæ rationes, quædam ſunt neceſſariæ & immobiles: quædam contingentes & mobiles: & quantùm ad hoc de rebus cōtingentibus & mobilibus dicuntur eſſe ſcientiæ. Ad quintum dicendum quòd quamuis vniuerſale non moueatur, eſt tamen ratio rei mobilis. Ad ſextum dicendum, quòd anima & aliæ formæ naturales, quamuis non moueantur per ſe: mouentur tamen per accidens: & inſuper ſunt perfectiones rerum mobilium: & ſecundum hoc cadunt in conſideratione naturalis. Terra autem quamuis ſecundum ſe totam non moueatur: quod accidit ei inquātùm eſt in loco naturali in quo quieſcit per eandem naturam, per quam mouetur ad locum: tamen partes eius mouentur ad locum, quando ſunt extra locum proprium, & ſic terra ratione quietis totius, & motus partium, cadit in conſideratione naturalis. Ad ſeptimum dicendum, quòd mutabilitas illa quæ competit omni creaturæ, non eſt ſecundum aliquem motum naturalem: ſed ſecundum depēdentiam ad Deum: à quo ſi deſererentur, deficerent ab eo quòd ſunt. Dependentia autem iſta pertinet ad conſiderationem metaphiſicæ potius quàm naturalis. Creaturæ autem ſpirituales non ſunt mutabiles: niſi ſecūdum electionem. talis mutatio non pertinet ad naturalem: ſed magis ad diuinum.

AD tertium ſic proceditur, videtur quòd mathematica conſideratio non ſit ſine materia de his quæ habent eſſe in materia. Cùm enim veritas cōſiſtat in adæquatione rei ad intellectum, oportet eſſe quandocúnque res aliter conſideratur quàm ſit falſam conſiderationem. Si ergo omnes res quę ſunt in materia, conſiderantur ſine materia in mathematica, eius conſideratio erit falſa: & ſic non erit ſcientia: cùm omnis ſcientia ſit verorum. Item ſecundum Philoſophum primo Poſteriorum, cuiuſlibet ſcientiæ eſt conſiderare ſubiectum & partes ſubiecti: ſed omnium materialium ſecundū eſſe materia par eſt: ergo non poteſt eſſe quòd aliqua ſcientia conſideret de his quæ ſunt in materia abſque hoc ꝙ materiam conſideret. Item omnes lineæ rectæ ſunt eiuſdem ſpeciei: ſed mathematicus cōſiderat lineas rectas numerando illas: aliàs non cōſideraret triangulum & quadrangulum: ergo conſiderat lineas ſecūdum ꝙ differunt numero, & conueniunt ſpecie: ſed principium differendi his quę ſecundum ſpeciē conueniunt ex materia, vt ex ſupradictis patet: ergo materia conſideratur à mathematico. Itē nulla ſcientia quę penitus abſtrahit à materia, demonſtrat per cauſam materialem: ſed in mathematica fiunt aliquæ demonſtrationes, quæ non poſſunt reduci niſi in cauſam materialem: ſicut cùm demonſtratur aliquid de toto ex partibus. Partes enim ſunt materia totius: vt dicitur ſecūdo Phyſicorum. Vnde & in ſecundo Poſteriorum reducitur ad cauſam materialem demonſtratio, qua demonſtratur, ꝙ angulus qui eſt in ſemicirculo eſt rectus: ex eo ꝙ vtráque pars eius eſt ſemirectus: ergo mathematica non omninò abſtrahit à materia. Item motus non poteſt eſſe ſine materia: ſed mathematicus debet conſiderare motum: quia cùm motus menſuretur ſecundum ſpatium eiuſdem rationis & ſcientiæ, videtur conſiderare quātitatem ſpatij quod pertinet ad mathematicum & quantitatem motus: ergo mathematicus nō omninò dimittit conſiderationem materiæ. Item aſtrologia quædam pars mathematicæ eſt: & ſimiliter ſcientia de ſpera mota: & de ponderibus & muſica: in quibus omnibus ſit conſideratio de motu & rebus mobilibus: ergo mathematica non abſtrahit totaliter à materia & motu. Item naturalis conſideratio tota eſt circa materiam & motum: ſed quædam concluſiones demonſtrantur communiter à mathematico & naturali: puta vtrum terra ſit rotunda: & vtrùm ſit in medio cœli: ergo non poteſt eſſe quòd mathematica abſtrahat omninò à materia. Si dicatur quòd abſtrahit tantùm à materia ſenſibili contra. Materia ſenſibilis eſt materia particularis: quia ſenſus particularium eſt à qua omnes ſcientiæ abſtrahunt: ergo mathematica conſideratio non debet dici magis abſtracta, quàm aliqua aliarum ſcientiarum. Item Philoſophus in ſecundo Phyſicorū, dicit tria eſſe negotia. Primum eſt de mobili & corruptibili. Secūdum de mobili & incorruptibili. Tertium de immobili & incorruptibili. Primum autem eſt naturale. Secundum mathematicum. Tertium di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

vinum:vt Ptolomæus exponit in principio Almagesti.ergo Mathe. est de mobilibus. Sed cõtra est.quod Philosoph. dicit in 6.Metaphy. Item quædam res sunt quæ quãuis sint in materia, non tñ recipiunt in sui diffinitiõe materiã,& cuiuum in hoc differt à simo.sed Philos. est de omnibus entibus cõsiderare,ergo oportet de hoc ente esse partem aliquã,& hæc est Mathe.cùm ad nullam aliã pertineat. Item ea quæ sunt priora secũdũ intellectũ,possunt sine posterioribus cõsiderari.Sed Mathem.sunt priora naturalibus quæ sunt in motu & materia.Habẽ enim se ex additiõe ad Mathe.vt dicitur in 3coeli & mũdi. ergo Mathema.cõsideratio,potest esse sine motu & materia.Respõ. ad euidentiam huius quæstionis,oportet scire,quomodò intellectus per suã operationẽ abstrahere possit. Sciẽdum igitur secundum Philoso.3.de aĩa.q̃ duplex est operatio intellectus:vna quę dicitur intelligentia indiuisibilium , qua cognoscitur de vnaquáque re quid est. Alia verò est,qua cõponit & diuidit.scenuntiationẽ negatiuã:vel affirmatiuã formando,& hæ quidẽ duæ operationes,duobus quę sunt in rebus respondent. Prima quidẽ operatio respicit ipsam naturam rei,secũdum quã aliqua res intellecta,aliquẽ gradum in entibus obtinet,siue sit res completa:vt totum aliquod,siue incõpleta:vt pars vel accidens. Secunda operatio respicit ipsum esse rei, quod quidem resultat ex aggregatione principiorum rei in cõpositis:vel ipsam simplicem naturam rei concomitatur: vt in substantijs simplicibus, & quia veritas,intellectus est ex hoc,q̃ conformatur rei,patet,q̃ secundum hãc secundã operationẽ intellectus abstrahere nõ potest verè, quod secundum rem cõiunctum est, quia in abstrahendo significatur esse separatio secundum ipsum esse rei , sicut si abstraho hominem ab albedine dicẽdo, homo nõ est albus, significo separationem esse in re.Vnde si secundum rẽ homo,& albedo nõ sunt separata,erit intellectus falsus.Hac igitur operatione,intellectus verè abstrahere non potest,nisi ea quæ sunt secundum rẽ separata:vt cùm dicitur,homo nõ est asinus.Sed secundum primã operationem,potest separare ea quæ secundum rem separata nõ sunt, nec tamẽ omnia sed aliqua. Cùm enim vnaquéque res sit intelligibilis secundum q̃ est actu : vt dicitur.10.Metaphy.oportet.q̃ ipsa natura, siue quidditas rei intelligatur:vel secundum q̃ est actus quidam,sicut accidit de ipsis formis & substãtijs simplicibus:vel secundum id , quod est actus eius , sicut substãtię cõpositæ per formas suas:vel secundum id,quod est ei loco actus,sicut in materia prima per habitudinem ad formã,& vacuum per priuationẽ locati, & hoc est illud,ex quo vnaquéq; natura suam rationem sortitur.Quãdo ergo hoc per quod cõstituitur ratio naturæ,per quod ipsa natura intelligitur,habet ordinẽ & dependentiam ad aliquid aliud,tunc cõstat,q̃ natura illa sine illo alio intelligi non potest , siue sit coniuncta cõiunctione illa,qua pars cõiungitur toti, sicut pes nõ potest intelligi sine intellectu animalis: qa id à quo pes habet rationẽ pẽdis,depẽdet ab eo à quo animal est animal, siue etiã sit cõiuncta per modum,quo forma coniungitur materiæ,sicut pars cõpositi:vel accidens subiecto,sicut simum non potest intelligi sine naso,siue etiã sint secundũ rẽ separata, sicut pater nõ potest intelligi sine intellectu filij, quãuis ille relatiões inueniãtur in diuersis rebus. Si verò vnum ab altero nõ depẽdeat secundum id,quod cõstituit rationem naturæ, tunc vnum nõ potest ab altero abstrahi per intellectum:vt sine eo intelligatur,nõ solùm si sint separata secundum rẽ: vt homo & lapis,sed etiã si secundum rẽ coniuncta sint, siue ea coniunctione qua pars & totum cõiungitur, sicut litera potest intelligi sine syllaba,& animal sine pede,sed nõ ecõuersò,siue etiam sint coniuncta per modum,quo forma cõiungitur materiæ,& accidẽs subiecto,sicut albedo potest intelligi siue homine,& ecõuersò. Sic igitur intellectus distinguit vnum ab altero,aliter & aliter secundum operatiões:quia secundum illã qua cõponit & diuidit , distinguit vnum ab alio,per hoc,q̃ intelligit vnum alij non inesse.In operatione verò,qua intelligit quid est vnũquódq;,distinguit vnum ab alio , dum intelligit quid est hoc,nihil intelligendo de alio,neq; q̃ sit cum eo, neq; q̃ sit ab eo separatum. Vnde ista distinctio non propriè habet nomen separationis,sed prima tantum.Hæc autem distinctio rectè dicitur abstractio, sed tunc tãtum quãdo ea quorum vnum sine alio intelligitur,sunt simul secundum rem. Nõ enim dicitur animal à lapide abstrahi,si animal absq; intellectu lapidis intelligatur.Vñ cùm abstractio non possit esse propriè loquendo, nisi coniunctorum secundum rem,secundum duos modos coniunctionis prædictos,scilicet qua pars & totum coniungitur siue forma & materia, duplex est abstractio : vna qua forma abstrahitur à materia , alia qua totum à partibus.Forma autem illa potest abstrahi à materia,cuius essentiæ ratio non dependet à tali materia. Ab illa autem materia nõ potest forma abstrahi per intellectum , à qua suæ essentiæ ratio dependet. Vnde cum omnia accidentia comparentur ab substantiam, sicut forma ad materiam, & cuiuslibet accidentis ratio depẽdeat ad substantiam, impossibile est aliquam talem formam à substantia separari.sed accidentia adueniunt subst̃antiæ quodam ordine.Nã primò aduenit ei quãtitas,deinde qualitas, deinde passiones, & motus. Vnde quantitas potest intelligi in substantia, autequã intelligantur in ea qualitates sensibiles,à quibus dicitur materia sensibilis,& sic secundum rationem suæ substãtiæ:cuius pars est materia Physica:sicut accidens ad subiectũ. Ad 2.dicẽdũ,q̃ materia nõ est principiũ diuersitatis secũdũ numerũ:nisi secũdũ q̃ in multas partes diuisa in singulis partib⁹ formã recipiẽs eiusdẽ rationis plura individua eiusdẽ speciei cõstituit. Materia autẽ diuidi nõ potest,nisi ex præsupposita quãtitate:qua remota,substãtia oĩs indiuisibilis remanet.Et sic prima ratio diuersificãdi ea quę sunt vnius speciei est penes quãtitatẽ. Quod quidẽ quãtitati cõpetit,inquãtũ in sua ratione sicũ quasi differẽtiã cõstituiuã habet:quod nihil est aliud,quã ordo partiũ.Vnde etiã abstracta quãtitate à materia sensibili per intellectũ,adhuc cõtingit imaginari diuersi secundũ numerũ vnius speciei:sicut plures triãgulos æquilateros:& plures lineas rectas æquales. Ad 4.dicẽdũ,q̃ mathematica nõ abstrahit à qualibet materia:sed solũ à materia sensibili.Partes autẽ quãtitatis à quib⁹ demõstratio sumpta quodãmodo:sicut à causa materiali sumi videt,nõ sunt materia sensibilis,sed pertinẽt ad materiã intelligibilẽ,quę etiam in mathematicis inuenitur:vt patet.7.Mera. Ad 5.dicẽdũ.q̃ motus secundũ naturã suã nõ pertinet ad gen⁹ quãtitatis:sed participat aliquid de natura quãtitatis aliũdè:secundũ q̃ diuisio motus sumitur ex diuisione spatij:vel ex diuisione mobilis:& ideò cõsiderare motũ nõ pertinet ad mathematicũ:sed tamẽ principia mathematica ad motũ applicari possunt:& ideò secundũ hoc,q̃ principia quãtitatis ad motũ applicantur,naturalis cõsiderare debet de diuisione & cõtinui & motu.Vt patet in 6.Physicorũ. Et in scientijs medijs inter mathematicã & naturalẽ tractatur de mensuris motuũ,sicut in scientijs de spera motu & in astrologia. Ad 6.dicendũ,q̃ in cõpositis simplicia saluantur,& proprietates eorum:licet per aliũ modum.Sicut propriæ qualitates elementorũ,& motus ipsorũ proprij,inueniuntur in mixto.Quod tamẽ est cõpositorũ propriũ non inuenitur in simplicibus.Et inde est,q̃ quanto scientia aliqua abstractiora & simpliciora considerat,tanto eius principia sunt magis applicabilia alijs scientijs.Vnde principia mathematicæ sunt applicabilia naturalibus:non autem econuersò propter quod Physica est ex suppositione mathematicæ:sed nõ econuersò:vt patet in.3.cœli.Et inde est,q̃ de rebus naturalibus & mathematicis ordines scientiarũ tres inueniuntur.Quædam enim sunt purè naturales,quæ considerant proprietates rerum naturalium inquantùm huiusmodi : sicut Physica & agricultura & huiusmodi.Quædã verò sunt purè mathematicæ quæ determinant de quantitatibus absolutè:vt geometria de magnitudine,arismetica de numero.Quædã verò sunt mediæ.quæ principia mathematica ad res naturales applicant:vt musica & astrologia:quæ tamen magis sunt affines mathematicis:quia in earum consideratione, id quod est Physici,est quasi naturale:quod autem mathematici,quasi formale.Sicut musica considerat sonos:non inquantùm sunt soni:sed inquantùm sunt secundum numeros proportionabiles:& sic est in alijs. Et propter hoc demonstrant conclusiones suas circa res naturales:sed per media mathematica:& id-eò nihil prohibet si inquantùm cum naturali cõmuuicant,materiam sensibilem respiciunt.Inquantùm enim cum mathematica cõmunicãt,abstractæ sunt. Ad 7.dicendum,q̃ scientiæ mediæ de quibus dictũ est, cõmunicant cũ naturali,secundũ id,quod est materiale in earũ cõsideratione,differũt autẽ secundũ id,quod in earũ consideratione est formale:& ideò nihil prohibet has scientias interdum cum naturali eadem habere conclusiones:non tamen per eadem demonstrãt,nisi secundum q̃ scientiæ sunt mixtæ:& vna interdũ vritur eo,quod est alterius.Sicut rotunditatem terræ naturalis probat ex motu grauiũ. Astrologus per considerationem lunarium eclipsium. Ad 8.dicendum,q̃ sicut dicit cõmentator ibidem Philosophus non distinguere intẽdit ibi scientias speculativas:quia de quolibet mobili,siue sit corruptibile,siue incorruptibile,determinat naturalis.Mathematica autem inquantùm huiusmodi,non considerat aliquod mobile.Intendit autem distinguere res de quibus scientiæ speculativæ determinant:de quibus eorsum:& secundum ordinem agendum est:quãuis illa tria genera rerum,tribus scientijs applicari possint.Entia enim incorruptibilia & immobilia præcipuè ad Metaphysicum pertinent. Entia verò mobilia & incorruptibilia propter sui vniformitatem & regularitatem possunt determinari:& quantùm ad suos motus per principia mathematica,quod de immobilibus corruptibilibus dici non potest:& ideò secundum genus entium attribuitur mathematicæ,ratione astrologiæ. Tertium verò remanet proprium soli naturali:& sic loquitur Ptholomæus.

AD quartum sic proceditur.videtur q̃ scientia diuina non sit de rebus à motu & materia separatis.Scientiæ enim diuina maximè videtur esse de Deo.Sed ad Dei cognitionem pertingere nõ possumus:nisi per effectus visibiles,qui sunt in materia & motu constituti.Roma.1.Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciũtur,&c.ergo scientia diuina non abstrahit à motu & à materia.Itẽ illud cui motus aliquo modo cõuenit,nõ est omninò à motu & à materia separatũ:sed motus aliquo modo Deo cõuenit.vnde dicitur de sapientia diuina.Sap.7.Qnòd est mobilis & mobilior omnibus mobilibus. Et Aug.dicit 8.supra Genes. Quòd Deus monet se sine tempore & loco:& Plato posuit primũ motũ esse ipsum:ergo scientia diuina,quæ de Deo determinat,nõ est omninò à motu separata. Item scientia diuina nõ solũ habet cõsiderare de Deo,sed etiã de angelis:sed angeli mouentur secundũ electionẽ: quia de bonis facti sunt mali:& secundũ locum:vt patet in illis qui mittuntur,ergo illa de quibus scientia diuina considerat,non sunt omninò separata à motu.Item vt videtur cõmentator dicere in principio Physicorum.Omne quod est, aut est materia pura vel forma pura,vel cõpositũ ex materia & forma. Sed angelus non est forma: quia sic,esset actus purus:quod est solius Dei,nec est materia pura: ergo cõpositũ ex materia & forma:& sic scientia diuina nõ abstrahit à materia.Itẽ scientia diuina quę ponitur pars tertia speculatiuæ Philosophiæ,est idẽ,quod metaphysica cuius subiectũ est ens:& specialiter ens qđ est substãtia:vt patet in metaphysica:sed ens & substãtia nõ abstrahit à materia:aliàs nullũ ens inueniretur,q̃ haberet materiã: ergo scientia diuina nõ est à materia abstrahẽs.Itẽ secundũ Philosophũ.i.Posteriorũ,ad scientiã pertinet cõsiderare:nõ solũ subiectũ,sed etiã partes & passiones subiecti.Sed ens est subiectũ scientiæ diuinæ: vt dictũ est,ergo ad ipsam pertinet cõsiderare de oĩbus entibus.sed materia & motus sunt quædã entia.ergo scientia diuina ab eis nõ abstrahit.Itẽ sicut dicit cõmentator.i.Physicorũ:scientia diuina demonstrat per tres causas.scilicet efficientẽ,formalẽ,& finalẽ.Sed causa efficiẽs nõ potest cõsiderari,sine cõsideratione motus,similiter nec finis:vt dicitur in 3.Meta.vnde in mathematicis quia sunt immobilia,nulla demonstratio per huiusmodi causas datur,ergo scientia diuina non abstrahit à motu.Itẽ in, theologia, determinatur de creatione cœli & terræ,& actibus humanis,& multis huiusmodi:quæ in se materiã & motũ cõtinẽt,ergo nõ videt Theologia à materia & à motu abstrahere.Sed cõtra est,quod dicit Philosophus.6.metaphysicæ:q̃ prima Philosophia est circa separabilia.scilicet à materia:& ĩmobilia,prima autẽ Philosophia est scientia diuina:vt ibidẽ dicit,ergo ipsa est abstracta à motu & à materia.Item nobilissima scientia,est de nobilissimis entibus:sed scientia diuina est nobilissima scientia.cũ igit entia ĩmaterialia & ĩmobilia sint nobilissima,de eis erit scientia diuina.Itẽ Philosophus dicit in prĩcipio Metaph.q̃ scientia diuina est de primis principijs & causis,huiusmodi autẽ sunt ĩmaterialia & ĩmobilia,ergo de talibus est scientia diuina.Respõ.ad euidentiã huius quæstionis,scire oportet quę scientia debeat dici scientia diuina.Sciẽdũ igit,q̃ quęcũq; scientia cõsideret aliquod genus subiectũ,oportet q̃ cõsideret prĩcipia illius generis,cũ scientia nõ perficiat nisi p cognitionẽ principiorũ primorũ:vt patet per Philosophũ in principio Physicorũ,sed prĩcipiorũ sunt duo genera. Quædã enim sunt quæ sunt in seipsis:quædã naturæ cõpletę:& sunt nihilominus principia aliorũ:sicut corpora cœlestia sunt quædã principia corporũ aliorũ inferiorũ:& corpora simplicia corporũ mixtorũ. Et ideo ista nõ solũ cõsiderant in scientijs:vt principia sunt:sed etiã.vt sunt in seipsis res quædã:& propter hoc de eis nõ solũ tractat in scientia q̃ cõsiderat ipsa principiata:sed habẽt etiã scientiã p se separatã:sicut de corporib⁹ cœlestib⁹ est quędã pars scientiæ naturalis,ꝑter illã in qua determinatur de corporib⁹ inferioribus,& de elemẽtis est quædã scientia præter illã in qua determinat de corporib⁹ mixtis. Quædã autẽ sunt principia,quæ nõ sunt naturæ cõpletæ ĩ seipsis,sed solũ sunt principia naturarũ,sicut vnitas numeri & punct⁹ lineæ & forma,& materia corporis Physici.vñ huiusmodi principia nõ tractant nisi ĩ scientia q̃ agit de principiatis. Sicut autem vniuscuiusq; generis determinati sunt quædã cõmunia principia q̃ se extendũt ad oĩa principia illius generis,ita & oĩa entia secundũ q̃ in ente cõmunicãt,habẽt quædã principia,q̃ sunt principia omniũ entiũ. Quæ quidẽ principia possunt dici cõmunia dupliciter secundũ Auicẽ.in sua sufficientia. Vno modo per prædicationẽ: sicut cũ dico,q̃ forma est cõmunis ad oĩs formas:quia de qualibet prædicatur,alio modo p causalitatẽ,sicut dicimus solẽ vnũ numero esse principiũ ad oĩa generabilia.Omniũ autẽ entiũ sunt cõmunia principia,nõ solũ secundũ primũ modũ:quod appellat Philosophus in 11.Metaphy.oĩa entia habere eadẽ prĩcipia secundũ analogiã:sed etiã secundũ modum:vt sint quædam res eædem numero existentes omniũ rerũ principia:ꝑut.5.principia accidẽtia reducũtur in substãtias, & principia substãtiarũ corruptibiliũ in substãtias incorruptibiles:& sic quodã gradu & ordine in quædam principia omnia entia reducuntur. Et quia illud,quod est principiũ essendi omnibus, oportet esse maximè ens:vt dicitur secũdo metaphysicæ:ideò huiusmodi principia oportet esse cõpletissima. Et ꝑpter hoc oportet ea esse maximè actu:vt nihil vel minimũ habeat de potẽtia:qa act⁹ est prior & potẽtior potẽtia:vt dicitur.10.Meta. Et ꝑpter hoc oportet esse ea sine materia q̃ est potẽtia:& absq; motu q̃ est act⁹ existẽtis in potẽtia & huiusmodi sunt res diuinę:qa si diuinũ alicubi existit ĩ tali natura ĩmateriali & ĩmobili maximè existit:vt dicitur.6.Meta. Huiusmodi ergo res diuinæ,qa sunt principia oĩm entiũ:& sant nihilomin⁹ ĩ se naturæ cõplete,dupliciter tractari pñt. Vno mõ ꝑut sunt principia cõmunia omniũ entiũ.Alio modo ꝑut sunt ĩ se res quæ

tatis tribus dimẽsionibus perfectũ:& sic cõparatur ad corpus,qđ est in genere substãtiæ:cuius pars est materia Physica:sicut accidens ad subiectũ. Ad 2.dicẽdũ,q̃ materia nõ est principiũ diuersitatis secũdũ numerũ:nisi secũdũ q̃ in multas partes diuisa in singulis partib⁹ formã recipiẽs eiusdẽ rationis plura individua eiusdẽ speciei cõstituit. Materia autẽ diuidi nõ potest,nisi ex præsupposita quãtitate:qua remota,substãtia oĩs indiuisibilis remanet.Et sic prima ratio diuersificãdi ea quę sunt vnius speciei est penes quãtitatẽ. Quod quidẽ quãtitati cõpetit,inquãtũ in sua ratione sicũ quasi differẽtiã cõstituiuã habet:quod nihil est aliud,quã ordo partiũ.Vnde etiã abstracta quãtitate à materia sensibili per intellectũ,adhuc cõtingit imaginari diuersi secundũ numerũ vnius speciei:sicut plures triãgulos æquilateros:& plures lineas rectas æquales. Ad 4.dicẽdũ,q̃ mathematica nõ abstrahit à qualibet materia:sed solũ à materia sensibili.Partes autẽ quãtitatis à quib⁹ demõstratio sumpta quodãmodo:sicut à causa materiali sumi videt,nõ sunt materia sensibilis,sed pertinẽt ad materiã intelligibilẽ,quę etiam in mathematicis inuenitur:vt patet.7.Mera. Ad 5.dicẽdũ.q̃ motus secundũ naturã suã nõ pertinet ad gen⁹ quãtitatis:sed participat aliquid de natura quãtitatis aliũdè:secundũ q̃ diuisio motus sumitur ex diuisione spatij:vel ex diuisione mobilis:& ideò cõsiderare motũ nõ pertinet ad mathematicũ:sed tamẽ principia mathematica ad motũ applicari possunt:& ideò secundũ hoc,q̃ principia quãtitatis ad motũ applicantur,naturalis cõsiderare debet de diuisione & cõtinui & motu.Vt patet in 6.Physicorũ. Et in scientijs medijs inter mathematicã & naturalẽ tractatur de mensuris motuũ,sicut in scientijs de spera motu & in astrologia. Ad 6.dicendũ,q̃ in cõpositis simplicia saluantur,& proprietates eorum:licet per aliũ modum.Sicut propriæ qualitates elementorũ,& motus ipsorũ proprij,inueniuntur in mixto.Quod tamẽ est cõpositorũ propriũ non inuenitur in simplicibus.Et inde est,q̃ quanto scientia aliqua abstractiora & simpliciora considerat,tanto eius principia sunt magis applicabilia alijs scientijs.Vnde principia mathematicæ sunt applicabilia naturalibus:non autem econuersò propter quod Physica est ex suppositione mathematicæ:sed nõ econuersò:vt patet in.3.cœli.Et inde est,q̃ de rebus naturalibus & mathematicis ordines scientiarũ tres inueniuntur.Quædam enim sunt purè naturales,quæ considerant proprietates rerum naturalium inquantùm huiusmodi : sicut Physica & agricultura & huiusmodi.Quædã verò sunt purè mathematicæ quæ determinant de quantitatibus absolutè:vt geometria de magnitudine,arismetica de numero.Quædã verò sunt mediæ.quæ principia mathematica ad res naturales applicant:vt musica & astrologia:quæ tamen magis sunt affines mathematicis:quia in earum consideratione, id quod est Physici,est quasi naturale:quod autem mathematici,quasi formale.Sicut musica considerat sonos:non inquantùm sunt soni:sed inquantùm sunt secundum numeros proportionabiles:& sic est in alijs. Et propter hoc demonstrant conclusiones suas circa res naturales:sed per media mathematica:& id-eò nihil prohibet si inquantùm cum naturali cõmuuicant,materiam sensibilem respiciunt.Inquantùm enim cum mathematica cõmunicãt,abstractæ sunt. Ad 7.dicendum,q̃ scientiæ mediæ de quibus dictũ est, cõmunicant cũ naturali,secundũ id,quod est materiale in earũ cõsideratione,differũt autẽ secundũ id,quod in earũ consideratione est formale:& ideò nihil prohibet has scientias interdum cum naturali eadem habere conclusiones:non tamen per eadem demonstrãt,nisi secundum q̃ scientiæ sunt mixtæ:& vna interdũ vritur eo,quod est alterius.Sicut rotunditatem terræ naturalis probat ex motu grauiũ. Astrologus per considerationem lunarium eclipsium. Ad 8.dicendum,q̃ sicut dicit cõmentator ibidem Philosophus non distinguere intẽdit ibi scientias speculativas:quia de quolibet mobili,siue sit corruptibile,siue incorruptibile,determinat naturalis.Mathematica autem inquantùm huiusmodi,non considerat aliquod mobile.Intendit autem distinguere res de quibus scientiæ speculativæ determinant:de quibus eorsum:& secundum ordinem agendum est:quãuis illa tria genera rerum,tribus scientijs applicari possint.Entia enim incorruptibilia & immobilia præcipuè ad Metaphysicum pertinent. Entia verò mobilia & incorruptibilia propter sui vniformitatem & regularitatem possunt determinari:& quantùm ad suos motus per principia mathematica,quod de immobilibus corruptibilibus dici non potest:& ideò secundum genus entium attribuitur mathematicæ,ratione astrologiæ. Tertium verò remanet proprium soli naturali:& sic loquitur Ptholomæus.

AD quartum sic proceditur.videtur q̃ scientia diuina non sit de rebus à motu & materia separatis.Scientiæ enim diuina maximè videtur esse de Deo.Sed ad Dei cognitionem pertingere nõ possumus:nisi per effectus visibiles,qui sunt in materia & motu constituti.Roma.1.Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciũtur,&c.ergo scientia diuina non abstrahit à motu & à materia.Itẽ illud cui motus aliquo modo cõuenit,nõ est omninò à motu & à materia separatũ:sed motus aliquo modo Deo cõuenit.vnde dicitur de sapientia diuina.Sap.7.Qnòd est mobilis & mobilior omnibus mobilibus. Et Aug.dicit 8.supra Genes. Quòd Deus monet se sine tempore & loco:& Plato posuit primũ motũ esse ipsum:ergo scientia diuina,quæ de Deo determinat,nõ est omninò à motu separata. Item scientia diuina nõ solũ habet cõsiderare de Deo,sed etiã de angelis:sed angeli mouentur secundũ electionẽ: quia de bonis facti sunt mali:& secundũ locum:vt patet in illis qui mittuntur,ergo illa de quibus scientia diuina considerat,non sunt omninò separata à motu.Item vt videtur cõmentator dicere in principio Physicorum.Omne quod est, aut est materia pura vel forma pura,vel cõpositũ ex materia & forma. Sed angelus non est forma: quia sic,esset actus purus:quod est solius Dei,nec est materia pura: ergo cõpositũ ex materia & forma:& sic scientia diuina nõ abstrahit à materia.Itẽ scientia diuina quę ponitur pars tertia speculatiuæ Philosophiæ,est idẽ,quod metaphysica cuius subiectũ est ens:& specialiter ens qđ est substãtia:vt patet in metaphysica:sed ens & substãtia nõ abstrahit à materia:aliàs nullũ ens inueniretur,q̃ haberet materiã: ergo scientia diuina nõ est à materia abstrahẽs.Itẽ secundũ Philosophũ.i.Posteriorũ,ad scientiã pertinet cõsiderare:nõ solũ subiectũ,sed etiã partes & passiones subiecti.Sed ens est subiectũ scientiæ diuinæ: vt dictũ est,ergo ad ipsam pertinet cõsiderare de oĩbus entibus.sed materia & motus sunt quædã entia.ergo scientia diuina ab eis nõ abstrahit.Itẽ sicut dicit cõmentator.i.Physicorũ:scientia diuina demonstrat per tres causas.scilicet efficientẽ,formalẽ,& finalẽ.Sed causa efficiẽs nõ potest cõsiderari,sine cõsideratione motus,similiter nec finis:vt dicitur in 3.Meta.vnde in mathematicis quia sunt immobilia,nulla demonstratio per huiusmodi causas datur,ergo scientia diuina non abstrahit à motu.Itẽ in, theologia, determinatur de creatione cœli & terræ,& actibus humanis,& multis huiusmodi:quæ in se materiã & motũ cõtinẽt,ergo nõ videt Theologia à materia & à motu abstrahere.Sed cõtra est,quod dicit Philosophus.6.metaphysicæ:q̃ prima Philosophia est circa separabilia.scilicet à materia:& ĩmobilia,prima autẽ Philosophia est scientia diuina:vt ibidẽ dicit,ergo ipsa est abstracta à motu & à materia.Item nobilissima scientia,est de nobilissimis entibus:sed scientia diuina est nobilissima scientia.cũ igit entia ĩmaterialia & ĩmobilia sint nobilissima,de eis erit scientia diuina.Itẽ Philosophus dicit in prĩcipio Metaph.q̃ scientia diuina est de primis principijs & causis,huiusmodi autẽ sunt ĩmaterialia & ĩmobilia,ergo de talibus est scientia diuina.Respõ.ad euidentiã huius quæstionis,scire oportet quę scientia debeat dici scientia diuina.Sciẽdũ igit,q̃ quęcũq; scientia cõsideret aliquod genus subiectũ,oportet q̃ cõsideret prĩcipia illius generis,cũ scientia nõ perficiat nisi p cognitionẽ principiorũ primorũ:vt patet per Philosophũ in principio Physicorũ,sed prĩcipiorũ sunt duo genera. Quædã enim sunt quæ sunt in seipsis:quædã naturæ cõpletę:& sunt nihilominus principia aliorũ:sicut corpora cœlestia sunt quædã principia corporũ aliorũ inferiorũ:& corpora simplicia corporũ mixtorũ. Et ideo ista nõ solũ cõsiderant in scientijs:vt principia sunt:sed etiã.vt sunt in seipsis res quædã:& propter hoc de eis nõ solũ tractat in scientia q̃ cõsiderat ipsa principiata:sed habẽt etiã scientiã p se separatã:sicut de corporib⁹ cœlestib⁹ est quędã pars scientiæ naturalis,ꝑter illã in qua determinatur de corporib⁹ inferioribus,& de elemẽtis est quædã scientia præter illã in qua determinat de corporib⁹ mixtis. Quædã autẽ sunt principia,quæ nõ sunt naturæ cõpletæ ĩ seipsis,sed solũ sunt principia naturarũ,sicut vnitas numeri & punct⁹ lineæ & forma,& materia corporis Physici.vñ huiusmodi principia nõ tractant nisi ĩ scientia q̃ agit de principiatis. Sicut autem vniuscuiusq; generis determinati sunt quædã cõmunia principia q̃ se extendũt ad oĩa principia illius generis,ita & oĩa entia secundũ q̃ in ente cõmunicãt,habẽt quædã principia,q̃ sunt principia omniũ entiũ. Quæ quidẽ principia possunt dici cõmunia dupliciter secundũ Auicẽ.in sua sufficientia. Vno modo per prædicationẽ: sicut cũ dico,q̃ forma est cõmunis ad oĩs formas:quia de qualibet prædicatur,alio modo p causalitatẽ,sicut dicimus solẽ vnũ numero esse principiũ ad oĩa generabilia.Omniũ autẽ entiũ sunt cõmunia principia,nõ solũ secundũ primũ modũ:quod appellat Philosophus in 11.Metaphy.oĩa entia habere eadẽ prĩcipia secundũ analogiã:sed etiã secundũ modum:vt sint quædam res eædem numero existentes omniũ rerũ principia:ꝑut.5.principia accidẽtia reducũtur in substãtias, & principia substãtiarũ corruptibiliũ in substãtias incorruptibiles:& sic quodã gradu & ordine in quædam principia omnia entia reducuntur. Et quia illud,quod est principiũ essendi omnibus, oportet esse maximè ens:vt dicitur secũdo metaphysicæ:ideò huiusmodi principia oportet esse cõpletissima. Et ꝑpter hoc oportet ea esse maximè actu:vt nihil vel minimũ habeat de potẽtia:qa act⁹ est prior & potẽtior potẽtia:vt dicitur.10.Meta. Et ꝑpter hoc oportet esse ea sine materia q̃ est potẽtia:& absq; motu q̃ est act⁹ existẽtis in potẽtia & huiusmodi sunt res diuinę:qa si diuinũ alicubi existit ĩ tali natura ĩmateriali & ĩmobili maximè existit:vt dicitur.6.Meta. Huiusmodi ergo res diuinæ,qa sunt principia oĩm entiũ:& sant nihilomin⁹ ĩ se naturæ cõplete,dupliciter tractari pñt. Vno mõ ꝑut sunt principia cõmunia omniũ entiũ.Alio modo ꝑut sunt ĩ se res quæ

Universidad de Deusto Biblioteca

dam. Quia autem huiusmodi prima principia quãuis sint in se maximè nota, tamen intellectus se habet ad ea, sicut oculus noctuæ ad lumen solis: vt dicitur 2. Metaphy. per lumen naturalis rationis peruenire non possumus in ea nisi secundum ꝙ in ea per effectus ducimur. Et hoc modo Philosophi in ea peruenerũt, sicut dicitur Ro. 1. Inuisibilia Dei, &c. Vnde & huiusmodi res diuinæ nõ tractantur à Philosophis, nisi prout sunt rerũ omniũ principia. Et ideò pertractantur in illa doctrina in qua ponũtur illa quæ sunt cõmunia omnibus entibus: quæ habet subiectũ ens inquantũ est ens: & hæc sciẽtia apud ipsos, scientia diuina dicitur. Est autẽ alius modus cognoscendi huiusmodi res, nõ secundum ꝙ per effectus manifestantur: sed secũdum, ꝙ ipsę seipsas manifestant. Et hunc modũ ponit Apostolus 1. Corint. 2. Quæ Dei sunt, nemo nouit nisi spiritus Dei. Nos autẽ, &c. Et ibidem. Nobis autẽ reuelauit, &c. Et per hunc modum tractantur res diuinæ: secũdum ꝙ in seipsis subsistunt: & nõ solùm prout sunt rerũ principia. Sic igitur theologia, siue scientia diuina est duplex. Vna in qua cõsiderantur res diuinæ, nõ tanquàm subiectum scientiæ: sed tanquã principium subiecti: & talis est theologia quã Philosophi prosequuntur, quæ alio nomine metaphisica dicitur. Alia verò quæ ipsas res diuinas considerat propter seipsas: vt subiectum scientiæ: & hæc est theologia, quę sacra scriptura dicitur: vtráq; autẽ est de his q̃ sunt separata à materia & motu secũdũ esse: sed diuersimodè scd̃m ꝙ dupliciter potest aliqd à materia esse separatũ & motu secũdum esse. Vno m do sic, ꝙ de ratiõe rei q̃ separata dicitur sit, ꝙ nullo modo à materia & motu esse posit. Et hoc modo Deus & angeli dicũtur esse à materia & motu separati. Alio modo sic, ꝙ nõ sit de ratiõe eius, ꝙ sit in materia & motu: sed posit esse sine materia & motu: q̃uis qñq; inueniatur in materia: & sic ens & substãtia, & potẽtia, & actus sunt sepata à materia & motu: qa secũdum esse à materia & motu nõ depẽdent, sicut mathematica depẽdent q̃ nunq̃ sine materia esse posũt: q̃uis sine materia sensibili possint intelligi. Theologia ergo Philosophica determinat de sepatis. secundo modo: sicut. s. de principijs subiecti. Theologia verò sacræ scripturæ tractat de sepatis primo modo. sicut de subiectis, q̃uis in ea tractẽtur aliqua q̃ sunt in materia & motu, scd̃m ꝙ reqrit rerum diuinarũ manifestatio. Ad primũ igĩ dicẽdũ, ꝙ ea q̃ nõ assumũtur in sciẽtia ad manifestationẽ aliorũ, nõ ꝑtinẽt per se ad scientiã: sed quasi ꝑ accidẽs. Sic em̃ ĩ mathematicis q̃ lã naturalia assumũtur, & ꝑ hũc modũ nihil ꝓhibet in sciẽtia diuina esse q̃ lã quæ sunt in materia & motu. Ad secũdum dicendũ ꝙ moueri Deo nõ attribuitur propriè: sed metaphoricè: & hoc dupliciter. vno modo secundũ ꝙ impropriè opatio intellectus vel volũtatis motus dicitur: & scd̃m hoc dicitur aliqs mouere seipsum, qñ intelligit & diligit se. Et per hũc modũ potest verificari dictũ Platonis: q. dicit, ꝙ primus motor mouet seipsum qa. s. intelligit & diligit se: vt commẽtator dicit in 8. Physicor. Alio modo scd̃m ꝙ ipse effluxus causatorũ à primis causis potest nominari ꝓcesio siue motus q̃dã causæ in causatũ, inquãtũ in ipso effectu relinqtur similitudo causæ, & sic causa q̃ pri⁹ erat in seipsa, postmodũ fit in effectu ꝑ similitudinẽ suã. Et hoc modo De⁹ qui suã similitudinẽ in omnib⁹ creaturis impartitus est, q̃tũ ad aliquid ꝑ omnia moueri, vel ad omnia ꝓcedere dicitur. Quo modo loquẽdi vtitur frequẽter Diony. Et secũdum hũc modũ, videtur intelligi. quod dicitur Sap. 7. Quòd omnibus mobilibus mobilior est sapientia: & ꝙ attingi à fine vsq; ad finẽ. Hoc autẽ nõ est propriè moueri, & ideò ratio non sequitur. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ sciẽtia diuina quæ est per inspirationem diuinã, accepta nõ est de angelis sicut de subiecto: sed solũ sicut de his quæ assumũtur ad manifestationẽ subiecti. Sic igitur in sacra scriptura agitur de angelis. sicut & de cęteris creaturis: sed in scientia diuina quã Philosophi tradunt, cõsideratur de angelis quos intelligẽtias vocãt eadẽ ratione qua & de causa prima quæ est Deus, inquantũ. s. ipsi etiã sunt principia secũda saltẽ per motũ orbiũ: quib⁹ nullus quidẽ motus Physicus accidere potest. Motus autẽ qui est secundũ electionẽ, inducitur ad illũ modũ quo operatio voluntatis vel intellectus motus dicĩ, quod est impropriè dictũ sumpto motu quasi metaphoricè. Motus autẽ quo dicunĩ secundũ locũ moueri, nõ est secũdũ circũscriptionẽ localẽ: sed secundum operationẽ quę exercẽ in hoc vel in illo loco: aut secũdũ aliquã aliã habitudinẽ quã habẽt ad locũ omninò æquiuocã ad illã habitudinẽ quã habet corpus locatũ ad locũ. Et ideò patet, ꝙ eis nõ cõuenit motus secundũ quod naturalia in motu esse dicuntur. Ad 4. dicendũ, ꝙ actus & potentia sunt cõmuniora, quã materia & forma. Et ideò in angelis & si nõ inueniatur cõpositio materiæ & formę, potest tamẽ in eis inueniri potẽtia & act⁹. Materia enim & forma sunt partes cõpositi ex materia & forma: & ideò in illis inuenĩ tãtũ cõpositio materiæ & formę, quarũ vna pars se habet ad aliã: vt potẽtia ad actum. Quod autẽ põt esse, põt etiã non esse: & ideò posibile est vnã partẽ inueniri cũ alia & sine alia. Et ideò cõpositio materiæ & formæ nõ inuenĩ secũdũ cõmẽ. i. cœ. & mũ. & 7. Meta. nisi ĩ his quæ sunt ꝑ naturã corporalia. Nec obstat, ꝙ aliquod accidẽs ĩ aliquo subiecto ꝑpetuò cõseruet: sicut figura ĩ cœlo: cũ tamẽ corp⁹ cœleste imposibile sit esse sine tali⁹ figura: quia figura & oĩa alia accidẽtia cõsequuntur substãtiã sicut causam: & ideò subiectũ se habet ad accidẽtia: nõ solũ vt potẽtia pasiua: sed etiã quodãmodo: vt potẽtia actiua: & ideò aliqua accidẽtia naturaliter perpetuanĩ ĩ subiectis suis. Materia aũt nõ est hoc modo subiectũ formę: & ideò oĩs materia quæ substat alicui formæ, põt etiã nõ subesse nisi fortasis à causa extrinseca cõtineatur: sicut virtute diuina ponimus aliqua corpora quæ ex cõtrarijs cõposita sunt esse incorporalia: vt corpora resurgentiũ. Essentia autẽ angeli secundũ suã naturã est incorruptibilis, & ideò nõ est in eo cõpositio formæ & materiæ. Sed quia angelus nõ habet esse à seipso: ideò se habet in potẽtia ad esse, quod accipit à Deo: & sic esse à Deo acceptũ cõparaĩ ad essentiã ei⁹ simplicẽ: vt actus ad potẽtiã. Et hoc est, qd̃ dicĩ, ꝙ sunt cõpositi ex quo est & quod est: vt ipsum esse intelligaĩ quo est: ipsa verò natura angeli intelligaĩ qd̃ est. Tamẽ si ex materia & forma essent angeli cõpositi, nõ tamẽ ex materia sensibilia qua oportet mathematica esse abstracta, & metaphysica separata. Ad 5. dicendum, ꝙ ens & substãtia dicunĩ esse separata à materia & motu: nõ ꝓpter hoc, ꝙ de ratiõe eorũ sit esse sine materia & motu: sicut de ratione asini est sine ratione esse: sed propter hoc: quia de ratione eorũ nõ est in materia & motu esse, quãuis quãdóq; sint in materia & motu, sicut animal abstrahit à rationali: quãuis aliquod animal sit rationale. Ad 6. dicendum, ꝙ metaphysicus cõsiderat etiam de singulis entibus: nõ secundũ proprias rationes: per quas sunt tale vel tale ens: sed secundum ꝙ participant cõmunem entis rationẽ: & sic etiã pertinet ad eius cõsiderationem materia & motus. Ad 7. dicendum, quòd agere & pati non conuenit entibus secundum quòd sunt in consideratione: sed secundum quòd sunt in esse. Mathematicus autem cõsiderat res abstractas in cõsideratiõe tantum, & ideò illę res prout cadunt in cõsideratione Mathe. non possunt esse principium & finis motus. & ideò Mathe. nõ demonstrat per causam efficientem & finalem. Res autẽ quas cõsiderat diuinus, sunt separatę existentes in rerum natura, tales autẽ possunt esse principium & finis motus: vnde nihil prohibet, quin per causam efficientem & finalem demonstret. Ad 8. dicendum, ꝙ sicut fides quæ est quasi habitus Theologiæ, habet pro obiecto ipsam veritatem primam, & tamen quædam alia ad creaturas pertinentia, in articulis fidei continẽtur, inquantùm cõtingit aliquo modo veritatem primam per eundem modũ Theologia est principaliter de Deo sicut de subiecto, de creaturis autem multa assumit: vt effectus eius: vel quomodolibet habẽtia habitudinem ad ipsum.

DEindè quæritur de modis quos speculatiuæ scientiæ attribuit. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primò vtrum oporteat versari in naturalibus rationabiliter. & in Mathe. disciplinabiliter. & in diuinis intelligibiliter. Secũdò vtrum in diuinis sit omninò imaginatio relinquenda. Tertiò vtrum intellectus noster posit ipsam diuinam formam inspicere. Quartò vtrum hoc posit fieri per viã alicuius scientiæ speculatiuæ.

AD primum sic proceditur: videtur, ꝙ non oporteat in naturalibus rationabiliter versari. Philo. enim rõnalis cõtra naturalem diuiditur, sed rationabiliter ꝓcedere videtur ad rõnalem pertinere propriè: ergo incõuenienter attribuitur naturali. Itẽ Philo. frequenter in lib. Physic. distinguit processus ad aliquas cõclusiones rõnales & Physic. ergo nõ est proprium naturalis sciẽtiæ rationabiliter procedere. Itẽ, quod cõmune est omnibus scientijs, nõ debet vni appropriari, sed quęlibet sciẽtia procedit ratiocinãdo, discurrẽdo: vel ex effectibus in causis: vel ex causis in effectus vel ex aliquibus signis, ergo nõ debet naturali appropriari. Item ratiocinatiuum cõtra sciẽtificum diuiditur in 6. Ethi. Sed sciẽtia naturalis ad scientificum pertinet, ergo ei nõ conuenienter attribuitur procedere rationabiliter. Sed cõtra est. qd̃ dicit Boẽt. 5. de consolatiõe. Rõ cum qd vniuersale respicit, nec imaginatiuè, nec sensu vtens, imaginabilia & sensibilia tñ apprehẽdit. Sed imaginabilia & sensibilia cõprehẽdere ad solum naturalem pertinet, ergo rationalis processus cõuenienter naturali attribuitur. Itẽ dicitur lib. de spiritu & aĩa. ꝙ ratio circa formas corporum versatur. Sed cõsiderare corpora, maximè pertinet ad naturalẽ, ergo rationabiliter ꝓcedere cõueniẽter attribuitur naturali. Vlteriùs videtur, ꝙ inconuenienter dicatur Mathe. disciplinabiliter ꝓcedere. Disciplina enim nihil aliud videtur, quã acceptio sciẽtiæ, sed in qualibet parte Philoso. accipitur sciẽtia, quia omnes demonstratiuè procedunt, ergo procedere disciplinabiliter est cõmune oĩbus partibus Philoso. & ita non debet appropriari Mathe. Itẽ quãtò aliquid est certius, tãtò facilius videtur vt de eo sit disciplina, sed naturalia sunt certiora: vt videtur, quàm Mathe. quia capiuntur sensu à quo omnis nostra cognitio oritur, ergo hic modus conuenit magis naturali, quàm Mathema. Item vt videtur. 5. Metaphysi. initium scientiæ est à quo fit facilior disciplina. Sed initium adiscendi accipitur à logica, quam oportet prędiscere Mathematicę & omnibus alijs, ergo disciplinalis modus magis conuenit logicæ. Item modus scientiæ naturalis & diuinæ assumitur à potentijs animæ, scilicet à ratione & intellectu, ergo similiter & Mathematicus modus ab aliqua po-

ab aliqua potentiæ animæ assumi debet: & sic nõ cõuenienter ponitur modus eius disciplinabiliter ꝓcedere. Sed contra disciplinabiliter procedere est demonstratiuè ꝓcedere, & per certitudinẽ: sed vt dicit Ptholomeus in principio almagesti: solũ mathematicũ genus: si quis huic diligẽtiam adhibeat inquisitionis firmam stabileq; fidem intendentibus necessariam dabit: velut demonstratione per indubitabiles vias facta, ergo disciplinabiliter procedere: & maximè proprium est Math. Item hoc patet per Philosophum in pluribus locis librorum suorũ: in quibus Mathematicas scientias disciplinas vocat. Vlterius videtur, ꝙ non sit conueniens modus diuinæ scientiæ intelligibiliter procedere. Intellectus enim secundũ Philosophũ est principiorũ scientia cõclusionũ: sed nõ omnia quæ tradũtur in sciẽtia diuina sunt principia: sed quędã etiã cõclusiones, ergo intellectualiter procedere nõ est cõueniẽs sciẽtiæ diuinæ. Itẽ in illis quæ omnẽ intellectũ excedũt, intellectualiter versari nõ possumus: sed diuina excedũt omnẽ intellectũ, vt Diony. dicit. 1. c. de di. no. & Philosophus lib. de causis: ergo intellectualiter tractari nõ possunt. Itẽ Diony. 7. c. de di. no. dicit, ꝙ angeli habent intellectualẽ virtutẽ inquantũ diuinam cognitionẽ nõ congregãt ex sensibilibus aut à rebus diuisis, sed hoc est supra potestatẽ animæ: vt ibidẽ dicitur. Cũ igitur diuina scientia de qua hic agitur, sit sciẽtia humanæ animę: videtur ꝙ nõ sit ꝓprius modus eius tractare intellectualiter. Itẽ Theologia præcipuè videĩ esse de his quæ sunt fidei: sed de his quæ fidei sunt, intelligere est finis. Isa. 7. secundũ aliã literã. Nisi credideritis, non intelligetis, ergo hic modus non debet poni sicut modus theologiæ: sed sicut finis. Sed contra est, ꝙ dicitur lib. de spiritu & anima: ꝙ intellectus est spirituũ creatorũ: intelligẽtia verò ipsius Dei. De his autẽ est præcipuè scientia diuina, ergo intellectualiter ꝓcedere videtur esse ipsi⁹ propriũ. Itẽ modus sciẽtiæ debet respõdere materiæ: sed res diuinę, sunt res intelligibiles per seipsas, ergo modus cõueniẽs diuinæ sciẽtię est intellectualiter ꝓcedere. Respõ. dicendũ ad primã quæstionẽ, quòd ꝓcessus aliquis quo procedĩ in sciẽtijs, dicitur tripliciter rationalis, vno modo ex parte principiorũ quibus ꝓceditur: vt cũ aliquis ꝓcedit ad aliquid probandũ ex operibus rationis: cuiusmodi sunt genus, & species, & oppositũ, & huiusmodi intẽtiones quas logici considerant, & sic dicitur aliquis processus rationalis, quãdo aliquis vtitur in aliqua sciẽtia propositionibus quæ tradũtur in logica: ꝓut. s. vtimur in logica: prout est docẽs in alijs sciẽtijs. Sed hic modus procedẽdi nõ potest cõpetere ꝓpriè alicui particulari sciẽtiæ, in quibus peccatũ accidit, nisi ex proprijs procedaĩ, cõuenit autẽ hæc ꝓpriè fieri in Metaphisica & logica: eo ꝙ vtráq; sciẽtia cõmunis est. & idẽ subiectũ quodãmodò habẽt, alio modo dicĩ ꝓcessus rationalis ex termino in quo sistitur ꝓcedẽdo. Vltimus enim terminus ad quẽ rationis inquisitio perducere debet, est intellect⁹ principiorũ in qua resoluẽdo iudicamus. Quod quidẽ quãdo fit, nõ dicitur ꝓcessus vel probatio naturalis: sed demõstratio. Quãdo autẽ inquisitio ratiõis vsq; in vltimũ terminũ nõ perducit: sed sistitur in ipsa inquisitione quãdo, scilicet quęrẽti adhuc manet via ad vtrũlibet: & hoc cõtingit quãdo per ꝓbabiles rationes ꝓceditur quæ natæ sunt facere opinionẽ, vt fidẽ, non autẽ scientiã: & sic rationalis processus distinguitur contra demonstratũ. Et hoc modo ꝓcedi potest rationabiliter in qualibet sciẽtia, vt ex probabilibus paretur via ad necessarias cõclusiones. Et hic est alius modus logicæ, quo logica vtitur in scientijs demõstratiuis: nõ quidẽ vt est docens: sed vt vtẽs: & his duobus modis denominatur processus rationalis à sciẽtia nostra, his enim duobus vtitur logica, quæ rationalis dicitur sciẽtia, in sciẽtijs demõstratiuis: vt dicit cõmentator. 1. Phisicor. tertio modo dicitur aliquis modus rationalis à potentia rationali, inquantũ. s. procedẽdo sequitur propriũ modũ animæ rationalis in cognoscẽdo: & sic rationabilis processus est proprius sciẽtiæ naturalis. Scientia enim naturalis in suis ꝓcesibus seruat ꝓpriũ modũ rationalis animæ. quãtũ ad duo. Primò quantũ ad hoc, ꝙ sicut aĩa rationalis à sensibilibus qui sunt magis nota quò ad nos accipit cognitionẽ intelligibiliũ, quæ sunt magis: secundum naturã: vt patet. i. Phisicorũ. ita scientia naturalis procedit ex his quę sunt nota magis quò ad nos, & minus nota secundũ naturã. & demõstratio quæ est per signũ vel per effectũ, magis vsitatur in sciẽtia naturali, secũdo quia habet id, quod est ꝓpriũ rationis, sicut est de vno in aliud discurrere, & hoc magis in sciẽtia naturali seruatur, vbi ex cognitione vnius, in cognitionẽ alterius deuenitur, sicut ex cognitione effectus, in cognitione causæ. Et nõ proceditur solũ ab vno in aliud, secũdũ rationẽ, quod nõ est aliud secundũ rẽ: sicut si ab animali proceditur ad hominem. In scientijs enim Mathematicis, proceditur per ea tantum quæ sunt de essentia rei: cũ demonstrent solùm per causam formalem, & ideò nõ demõstratur in eis aliquid de vna re per aliam rem: sed per propriã diffinitionem illius rei. Etsi enim demonstrentur aliquę demonstrationes de circulo ex triangulo vel econuersò, hoc nõ est nisi inquantũ in circulo est potentia trianguli & econuersò. Sed in scientia naturali in qua fit demonstratio per causas extrinsecas, ꝓbatur aliquid de vna re per aliã omninò extrinsecam. Et ita modus rationalis in scientia naturali maximè obseruatur. Et ideò sciẽtia naturalis inter alias est intellectu hominis magis cõformis. Attribuitur igitur rationabiliter ꝓcedere sciẽtiæ naturali: nõ quia ei soli cõueniat: sed quia ei præcipuè cõpetit. Ad 1. igĩ dicendũ, ꝙ ratio illa procedit de processu qui dicitur rationalis secũdum primũ modũ. Sic enim rationalis modus proprius est rationali scientiæ & diuinæ: nõ autẽ naturali. Ad secũdũ dicendũ, ꝙ ratio illa ꝓcedit de processu illo qui dicitur rationalis secũdo modo. Ad 3. dicendũ, ꝙ in omnibus sciẽtijs seruaĩ quãtũ ad hoc modus rationis, ꝙ ꝓcedatur de vno in aliud secundũ rationẽ. Nõ autẽ, ꝙ ꝓcedaĩ de vna re in aliã. Sed hoc est ꝓpriũ naturalis sciẽtiæ: vt dictũ est. Ad 4. dicendũ, ꝙ Philosophus ibi pro eodẽ ponit ratiocinatiuũ & opinatiuũ, vnde patet, ꝙ pertinet ad secundũ modũ asignatũ. Ratiocinatiuo verò vel opinatiuo attribuit Philosophus ibidẽ agibilia humana: de quibus est sciẽtia moralis ratione suæ cõtingẽtiæ, vnde potest ex dictis colligi, ꝙ primus modus rationabilitatis est maximè proprius scientiæ rationali, secũdus morali, tertius naturali. Ad secũdã quæstionẽ dicendũ, ꝙ procedere disciplinabiliter attribuiĩ Mathematicæ: nõ quia ipsa sola disciplinabiliter ꝓcedat: sed quia ei præcipuè cõpetit. Cũ igitur discere nihil aliud sit, quã ab alio scientiã accipere, tũc dicimus procedere disciplinabiliter, quãdo processus noster ad certã cognitionem perducit, quæ scientia dicitur: quod quidẽ cõtingit in Mathematicis scientijs. Cũ enim mathematica sit media inter naturalem & diuinam, ipsa est vtráq; certior, naturali quidem: quia eius consideratio est à motu & à materia absoluta: cũ naturalis consideratio in materia & motu versetur. Ex hoc autem, ꝙ consideratio naturalis est circa materiã, à pluribus dependet. s. à consideratione materiæ & formæ: & dispositionum materialium & proprietatũ, quæ consequuntur formã in materia. Vbicũq; autẽ ad aliquid cognoscendũ, oportet cõsiderare plura est difficilior cognitio: Vnde in primo posteriorũ dicitur, ꝙ minus certa sciẽtia est quæ est ex additione, vt geometria ad arismeticam. Ex hoc verò, ꝙ eius consideratio est circa res mobiles: & quæ non vniformiter se habent eius cognitio est minus firma: quia eius demõstrationes: vt in maiori parte sunt ex hoc, ꝙ contingit aliquando aliter se habere: & ideò quãto aliqua scientia magis appropinquat ad singularia: sicut scientiæ operatiuæ: vt medicina: alchimia: & moralis: minus possunt habere de certitudine propter multitudinẽ eorũ quæ cõsideranda sunt in talibus scientijs: quo quodlibet si omittatur, frequenter erratur: & propter eorum variabilitatem. Est autem processus Mathematicus certior, quàm processus diuinæ scientiæ: quia ea de quibus est scientia diuina, sunt magis à sensibus remota: à quibus nostra cognitio ortum sumit: & quantũ ad substantias separatas, in quarum cognitionẽ insufficienter inducunt ea quæ à sensibus accipiũtur, & quantũ ad ea quæ sunt cõmunia omnibus entibus quæ sunt maximè vniuersalia: & sic maximè remota à particularibus cadentibus sub sensu. Mathematica autem ipsa sub sensu cadunt, & imaginationi subiacent: vt linea: figura: numerus: & huiusmodi. Et ideò intellectus humanus à fantasmatibus accipiens facilius eorum cognitionem accipit & certius, quàm intelligentiæ alicuius: vel etiam quiditatẽ substantiæ: potentiam & actũ & huiusmodi: & sic patet, ꝙ mathematica consideratio est facilior & certior, quã naturalis & Theologica: & multo plusquã aliæ scientiæ operatiuæ: & ideò ipsa maximè dicitur disciplinaliter procedere: & hoc est, ꝙ dicit Ptholomæus in principio almagesti. Alia duo genera theorici potius quis opinionem, quã conceptionẽ scientialem dicat Theologum, ꝙ propter in apparens eius & incõprehensibile. Physicũ verò propter materiæ instabilem & immanifestum. Solus autem mathematicus inquisitionis firmã stabileq; fidẽ intendentibus dabit: velut vtiq; demonstrationes per indubitabiles rationes manifestans. Ad 1. ergo dicendum, quòd quãuis in qualibet scientia disciplina accipiatur, tamen in mathematicis facilius & certius: vt dictum est. Ad 2. dicendum, quòd quamuis naturalia sensui subiaceant, non tamen propter sui fluxibilitatẽ habẽt magnã certitudinẽ: cum extra sensum fiunt: sicut habent mathematica quę sunt extra motũ in materia sensibili secundum esse: & sic sub sensu & imaginatione cadere possunt. Ad 3. dicendum, ꝙ in adiscendo incipimus ab eo, quod magis facilè: nisi necesitas aliud requirat: quãdoq; enim necesse est in adiscendo, non incipere ab eo, quod est facilius: sed ab eo cuius cognitione cognitio sequentium dependet: & hac positione oportet in adiscendo à logica incipere: non quia ipsa sit facilior scientijs cæteris, habet enim maximam difficultatem: cum sit de secundo intellectis: sed quia aliæ scientiæ ab ipsa dependẽt, inquantùm ipsa docet modum procedendi in omnibus scientijs, oportet enim primo scire modum scientiæ, quã scientiam ipsam: vt dicitur. 2. Meta. Ad 4. dicendum, ꝙ à potentijs animæ sumitur modus scientiarũ propter modũ quẽ habens potẽtiæ animæ in agẽdo: vnde modi scientiarũ nõ respõdẽt potẽtijs animæ: sed modis quibus potẽtiæ animę ꝓcedere possunt, qui nõ solũ diuersificanĩ penes potẽtias tantũ: sed etiã penes obiecta: & sic non oportet, ꝙ modus cuiuslibet sciẽtię denominetĩ ab aliqua potẽtia aĩæ. Potest tñ dici, ꝙ sicut mod⁹ Physicæ denominaĩ à rõne, secũdũ ꝙ à sensu accipit: modus autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

scientiæ diuinæ ab intellectu,secundum q̃ in Deo aliquid consideratur:ita etiã modus mathematicæ attenditur secundum q̃ accipit ab imaginatione. Ad tertiam quæstionẽ dicendum q̃ sicut rationabiliter procedere attribuitur naturali philosophiæ:quia in ipsa obseruatur maximè modus rationis,ita intellectualiter procedere attribuitur diuinæ scientiæ:eò q̃ in ipsa obseruatur maximè modus intellectus:differt autẽ ratio ab intellectu:sicut multitudo ab vnitate. Vnde dicit Boë.4.de conso. Quòd similiter se habet ratio ad intellectũ sicut tempus ad æternitatẽ,& circulum ad centrũ. Est enim ratiõis propriũ circa multa diffundi:& ex eis vnã simplicẽ cognitionẽ colligere. Vnde dicit Diony.7.c.de di.no. Quòd animæ secũdum q̃ habent rationabilitatẽ diffusiuè circuerũt veritatẽ: & in hoc deficiunt ab angelis. Sed inquantũ conuoluunt multa ad vnũ,quodam modo angelis æquantur. Intellectus autẽ ecõuersò per prius vnã & simplicem veritatẽ cõsiderat:& in illa totius multitudinis cognitionẽ capit:sicut Deus intelligẽdo suam essentiam omnia cognoscit. Vnde Diony.dicit ibidẽ q̃ angelorũ mẽtes habẽt intellectualitatẽ,inquãtùm vniformiter intelligibilia diuinorũ intelligũt. Sic igitur patet q̃ rationalis cõsideratio ad intellectualẽ terminatur:secundũ viam resolutionis:inquantũ ex multis ratio colligit vnã & simplicẽ veritatem. Et rursum intellectualis cõsideratio,est principiũ rationalis secũdum viam compositionis:& inuẽtionis inquantũ intellectus in vno multa cõprehendit. Illa igitur cõsideratio quæ est terminus totius humanæ ratiocinatiõis,maximè est intellectualis consideratio. Tota autẽ rationis cõsideratio resoluẽtis in omnibus sciẽtijs, ad cognitionẽ diuinæ sciẽtiæ terminatur. Quãdoq; em̃ ratio vt prius est dictũ,procedit de vno in aliud secũdum rem:vt quãdo est demõstratio per causas:vel per effectus extrinsecos.cõponendo quidẽ procedit à causis ad effectũ:quasi resoluẽdo:cũ proceditur ab effectibus ad causas:eò q̃ causę sunt effectibus simpliciores:& magis immobiliter & vniformiter permanẽtes,resoluẽdo autẽ quãdo ecõuersò. Vltimus igitur terminus resolutiõis in hac via est cùm peruenitur ad causas supremas,maximè simplices, quæ sunt substãtiæ separatæ. Quãdoq; verò proceditur de vno in aliud,secũdum rationẽ,vt quãdo est ꝓcessus secũdum causas intrinsecas. Cõponẽdo quidẽ quãdo formis maximè vniuersalibus in magis pticularia ꝓceditur: resoluẽdo aũt quãdo ecõuersò,eò q̃ vniuersalius est simplicius. Maximè autẽ vniuersãlia sunt,quæ sunt cõmunia omnib⁹ entibus:& ideò terminus resolutiõis in hac via vltimus est cõsideratio entis & eorum quæ sunt entis,inquantũ huiusmodi. Hæc autẽ sunt de quibus diuina sciẽtia cõsiderat.vt suprà dictũ est:substãtiæ.s.separatæ & cõmunia omnibus entibus.vnde patet, q̃ sua cõsideratio est maximè intellectualis. Et inde etiã est,q̃ ipsa largitur principia omnibus alijs sciẽtijs:inquantũ intellectualis cõsideratio est principiũ rationaliter: propter qđ dicitur prima philosophia. Et nihilominùs ipsa adiscitur post phisicã & cæteras sciẽtias:inquantũ intellectualis cõsideratio est terminus rationalis. Propter qđ dicitur metaphysica quasi transphysica:quia post Physicã resoluẽdo occurrit. Ad primum igitur dicendum,q̃ intellectualiter procedere non attribuitur scientiæ diuinæ quasi non ipsa ratiocinetur procedendo de principijs ad conclusiones:sed quia eius ratiocinatio est intellectuali consideratoni propinquissima,& conclusiones eius principijs. Ad secundum dicendum,quòd Deus est supra intellectum omnem creatum quantùm ad comprehensionem. Non autem supra intellectũ increatum: cùm ipse seipsum intelligendo cõprehendat. Est verò supra omnem intellectum viatoris,quantùm ad cognitionẽ qua cognoscitur quid est:non autem ad cognitiouem qua cognoscitur an est: A beatis autem cognoscitur etiam quid est:quia vident eius essentiam. Et tamẽ scientia diuina non est solùm de Deo,sed etiam de alijs quæ intellectum humanum etiam secundũ statum viæ non excedũt, quantùm ad quid est cognoscendum de ipsis. Ad tertiũ dicendũ,q̃ sicut supra dictum est,humana cognitio vel consideratio quantùm ad sui termini num pertingit quodãmodo ad angelicã cognitionem,non secundum æqualitatem:sed secundũ quãdã assimilationẽ. Vnde dicit Dyonis.7.capi.de di.no. Quòd animæ multorum ad vnum conuolutione ex intellectibus æqualibus angelis inquantùm animabus est proprium & possibile sunt dignæ habitæ. Ad quartum dicendum,quod cognitio etiã fidei maximè pertinet ad intellectum. Non enim eam rationis inuestigatione accipimus:sed simplici acceptione intellectus ei assentimus. Dicimur autem ea non intelligere,inquãtùm intellectus plenam eorum cognitionem non habet. Quod quidem nobis in præmium repromittitur.

AD secundum sic proceditur. Videtur,q̃ in diuinis oporteat ad imagines deduci. Scientia enim diuina nunquã competentius traditur,quã in sacra scriptura.sed in sacra scriptura in diuinis deducimur ad imagines:dum diuina nobis sub figuris sensibilibus describitur,ergo oportet in diuinis ad imaginationes deduci. Item diuina non capiuntur nisi in intellectu.vnde & in eis intellectualiter versari oportet,vt dictum est:sed non intelligere sine phantasmate: vt dicit Philosoph.1.& 3.de anima. ergo in diuinis oportet ad imaginationes deduci. Item diuina nobis maximè innotescunt per illustrationẽ diuini radij. Sed sicut dixit Dion.1.c.cœ.Hier. Impossibile est nobis aliter luperlucere diuinum radium,nisi varietate sacrorum velaminum circunuelatum. Et sacra velamina vocat sensibilium imagines,ergo in diuinis oportet ad imaginationes deduci. Item circa sensibilia oportet imaginabiliter versari,sed diuinorum cognitionem ex sensibilibus effectibus accipimus,secundum illud. Roma.1.Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur,&c.ergo in diuinis oportet ad imagines deduci. Item in cognoscitiuis maximè regulamur per id,quod est cognitionis principium:sicut in naturalibus per sensum:à quo nostra cognitio incipit. Sed principium intellectualis cognitionis in nobis est imaginatio:cum fantasmata hoc modo comparent ad intellectum nostrum,sicut colores ad visum:vt dicitur 3.de anima,ergo in diuinis oportet ad imagines deduci. Item cùm intellectus non vtatur organo corporali,ex læsione organi corporalis non impeditur actio intellectus,nisi quatenus ad imaginationem conuertitur. Sed per læsionem organi corporalis,scilicet cerebri impeditur intellectus in consideratione diuinorum: ergo intellectus diuina cõsiderãs,ad imagines deducitur. Sed contra est,quod dicit Dionys. 1.c. Mysticæ Theologiæ ad Thimotheum loquens. Tu inquit ô amice Thimoteæ,circa mysticas visiones sensus derelinque. Sed amiginatio non est nisi sensibilium, cum sit motus factus à sensu secundum actum:vt dicitur.2.de anima.ergo cum diuinorum considerationes sint maximè mysticæ,in eis non debemus ad imaginationes deduci. Item in cuiuslibet scientiæ consideratione, vitandum est id,quod errorem facit in ea. Sed sicut dicit Augustinus in libro.de Trinita.primus error circa diuina est eorum qui ea quæ de corporibus nouerũt ad res diuinas trãsferre conantur. Cũ ergo imaginatio nõ sit nisi corporalium rerum:videtur,q̃ nõ debeamus ad imagines deduci. Iteꝝ virtus inferior nõ se extendit ad id,qđ supẽrioris est proprium:vt patet per Boët.5.de consolatione. sed cognoscere diuina & spiritualia ad intellectũ ptinet,& ad intelligentiã:vt dicitur in li.de spiritu & aĩa. Cũ igitur vt ibi dicitur imaginatio sit infra intelligẽtiã & intellectũ:videtur,q̃ in diuinis spiritualibus nõ debeam⁹ ad imaginatiões deduci. Resp.dicẽdum.q̃ in qualibet cognitiõe,duo est cõsiderare.s.principiũ & finem siue terminũ. Principiũ quidẽ ad apprehẽsionẽ pertinet,termin⁹ autẽ ad iudiciũ, ibi em̃ cognitio perficitur,principiũ igitur cuiuslibet nostræ cognitionis est in sensu, quia ex apprehẽsione sensus, oritur apprehensio fantasiæ,quæ est motus a sensu factus:vt dicit Philo.à qua iterũ oritur apprehẽsio intellectiua in nobis, cũ fantasmata sint intellectiuæ aĩæ vt obiecta:vt dicitur.3.de aĩa. Sed terminus cognitionis nõ semper ẽst vniformiter. Qñq; enim est in sensu,qñq; in imaginatione, qñq; in solo intellectu, qñq; enim proprietates & accidẽtia rei quæ sensu demõstrantur,sufficiẽter exprimũt naturã rei, & tũc oportet, q̃ iudiciũ de re vera,qđ facit intellectus,cõformetur his quę sensus demonstrat de re. Et hmõi sunt oẽs res naturales quæ sunt determinatæ ad materiã sensibilẽ, & iõ in scientia naturali terminari debet cognitio ad sensum:vt s.hoc mò iudicemus de rebus naturalibus,secundum q̃ sensus eas demõstrat:vt patet.3.cœli & mũdi. Et qui sensum negligit in naturalibus,incidit in errorẽ. Et hic sunt naturalia quę sunt concreta,cũ materia sensibili & motu,& secundũ esse,& secundum cõsiderationẽ. Quædã verò sunt quorũ iudiciũ nõ depẽdet ex his quæ sensu pcipiũtur,quia quãuis secundũ esse sint in materia sensibili, tñ sẽdm diffinitiuã rõnẽ sunt à materia sensibili abstracta. Iudiciũ autẽ potissimũ de vnaquáq; re fit,secundũ eius diffinitiuam rõnẽ,sed qa sẽdm diffinitiuã rõnẽ nõ abstrahũt à qualibet materia, sed solũ à sensibili & remotis cõditiõibus sensibilib⁹ adhuc remanet aliq̃d imaginabile,iõ in talibus oportet,q̃ iudiciũ sumatur sẽdm id, qđ demõstrat imaginatio,huius autẽ sunt Mathematica. In Mathematicis em̃ oportet cogitionẽ sẽdm iudiciũ terminari ad imaginationem,nõ ad sensum,quia iudiciũ Mathematicũ superat apprehensionem sensus. Vñ non est idẽ iudicium qñq; de linea Mathematica, qđ est de sensibili,sicut in hoc,q̃ linea recta tangit sperã solũ,sed in punctũ,qđ cõuenit rectæ lineæ separatæ,nõ autẽ rectæ lineæ in materia:vt dicit 1 1.de aĩa. Quædã verò sunt quæ excedũt,& id,qđ cadit sub sensu, & id, quod cadit sub imaginatione, sicut illa quæ oĩno à materia nõ depẽdẽt,neq; secundũ esse, neq; secundũ cõsiderationẽ & iõ taliũ cognitio secundũ iudiciũ nõ debet terminari ad imaginationem neq; ad sensum. Sed tñ ex his quę sensu vel imaginatione cõprehẽdũtur in horum cognitionẽ deuenimus:vel p viã causalitatis: vt cũ ex effectu causam cognoscimus, quæ nõ est effectui cõmensurata, sed excellens: vel per excessum vel per remotionem, quando omnia quæ sensus vel imaginatio apprehendit, ab huiusmodi rebus separamus. Quos modos, cognoscendi diuina ex sensibilibus, ponit Dionysius. libro de diuinis nominibus. Vtr ergo possumus in diuinis sensu & imaginatione, sicut principijs nostræ considerationis, sed non sicut terminis : vt scilicet talia iudicemus esse diuina, qualia sunt quæ sensus & imaginatio apprehendit. Deprehendit. Deduci autem ad aliquid est ad illud terminari. Et ideò in diuinis neq; ad sensum neq; ad imaginationem debemus deduci. In mathematicis autem,ad imaginationem:& nõ ad sensum. In naturalibus autem etiam ad sensum. Et propter hoc peccãt qui vniformiter in tribus his speculatiuè partibus, procedere nituntur. Ad 1. igitur dicendũ,q̃ sacra scriptura nõ proponit nobis diuina sub figuris sensibilibus,vt intellectus noster ibi maneat:sed vt ab his ad inuisibilia ascendat. Vnde etiam per viliũ rerũ figuras tradit : vt minor præceatur in talibus occasio remanendi:vt Diony.2.c.cc.hier. Ad 2. dicendum,quòd intellectus nostri operatio non est in præsenti statu sine fantasmate,quãtũ ad principiũ cognitionis.nõ tamẽ oportet vt semper nostra cognitio ad fantasmata terminet:vt scilicẽt,illud quod apprehendimus iudicemus esse tale quale est fantasma per quod apprehendimus. Ad 3.dicendũ,q̃ auctoritas illa Diony.loquitur quantũ ad principiũ cognitionis,nõ quantũ ad terminũ ad quẽ ex effectibus sensibilibus venimus tribus modis prædictis,scilicet in cognitionem diuinorũ:nõ autẽ ita,q̃ oporteat iudiciũ formari de diuinis,secundũ modũ quẽ habẽt ipsi sensibiles effectus. Ad 4.dicendum:q̃ ratio illa procedit quando principiũ cognitionis est sufficienter ducens in id cuius cognitio quæritur:& sic est principiũ sensus in naturalibus nõ autẽ in diuinis:vt dictũ est. Ad quintũ dicendum,q̃ fantasma est principiũ nostræ cognitionis:vt ex quo incipit intellectus operatio.nõ sicut trãsiens:sed sicut permanens:vt quoddã fundamentũ intellectualis operationis,sicut principia demonstrationis,oportet manere in omni processu scientiæ:cũ fantasmata cõparentur ad intellectũ,vt obiecta.in quibus inspicit omne quod inspicitiuel secundũ perfectã repræsentationẽ:vel secundũ negationem. Et ideò quãdo fantasmatũ cognitio impedit,oportet totaliter impediri cognitionẽ intellectus in diuinis. Patet enim,q̃ nõ possumus intelligere Deũ causam corporũ esse:siue supra omnia corpora, siue absq; corporeitate,nisi imaginemur corpora:nõ tamen iudiciũ diuinorum secundũ imaginationem formatur. Et ideò quãuis imaginatio in qualibet diuinorum cognitione sit necessaria secundũ statum viæ:nunquam tamen ad eam deduci oportet in diuinis.

AD tertium sic proceditur. Videtur,q̃ nõ possumus ipsam fotmã diuinam ad minus in statu viæ inspicere. Dicit enim Diony.in 1.Epistola ad Gaium. Si aliquis videns Deum intellexit,quod vidit, non ipsum vidit:sed aliquid eorũ quæ sunt eius quæ existunt & cognoscũtur. Sed forma diuina est ipse Deus,ergo nõ possumus ipsius formã diuinam inspicere. Itẽ forma diuina est ipsa diuina essentia: sed Deum per essentiam nemo in statu viæ videre potest:ergo nec eius formam inspicere. Item quicũq; inspicit formã alicuius rei,aliquid de ipsa re cognoscit:sed secundum Diony.1.c.mysticę Theologiæ. Intellectus noster secundum q̃ melius potest Deo vnitur,quando eius nihil omninò cognoscit:ergo non possumus diuinã formã inspicere. Itẽ sicut dictum est totius nostræ cognitionis principium est à sensu. Sed ea quæ per sensum cognoscimus,non sunt sufficienta ad demõstrãdũ formã Dei:nec etiã aliquarũ substãtiarũ ſ parata rum,ergo non possumus ipsam diuinam formã inspicere. Itẽ secundum Philosophũ.2.Metaphysicæ,intellectus noster se habet ad rerũ manifestissima,sicut oculus noctuæ ad solẽ,sed oculus noctuæ nullo modo potest videre solẽ. Ergo intellectus noster nec formã diuinam,nec alias formas separatas quæ sunt naturæ manifestissimæ. Sed contra est,quod dicitur.Ro.1.Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciũtur,sempiterna quoq; eius & diuinitas. Nihil autẽ aliud est forma diuina,quã ipsa deitas,ergo ipsam formam diuinam cognoscere intellectu,aliquo modo possumus. Itẽ Genes.32.super illud. Vidi dominũ facie ad faciẽ,dicit glo. Grego. Nisi homo illã,scilicet veritatem diuinam: vtcũq; conspiceret,non eam conspicere se nõ posse sentiret,sed nos sentimus diuinam essentiam non posse perfectè cognoscere,ergo aliquo modo ipsam conspicimus. Item Diony.2.c.ce.Hierar.dicit,quòd humanus animus assuescit extendi per visibilia in supermundanas altitudines,quæ nihil aliud sunt,quàm formæ separatæ,ergo formas separatas possumus aliquo modo cognoscere. Respon.dicendum,q̃ dupliciter aliquid cognoscitur,vno modo dum scitur de eo an est. Alio modo dum scitur de eo quid est. Ad hoc autem,q̃ de re aliqua sciamus quid est,oportet q̃ intellectus nõster feratur in ipsius rei quiditatem siue essentiã,vel immediatè.vel mediantibus aliquibus quæ sufficienter eius quiditatem demonstrant. Immediatè autem ferri non potest intellectus nõster secundum statum viæ in essentiã diuinam,& alias separatas essentias:quia immediatè extenditur ad fantasmata:ad quæ comparatur, sicut visus ad colorem:vt dicitur.3.de anima. Et sic immediatè potest cõcipere intellectus quiditatem rei sensibilis,non autem alicuius rei intellectualis. Vnde dicit Diony.2.c.cel. Hier. Quòd nostra anologia non valet immediatè extendi in inuisibiles contemplationes. Sed quædam inuisibilia sunt,quorum quiditas & natura perfectè exprimitur ex quiditatibus rerum sensibilium notis,& de talibus intelligibilibus possumus scire quid est: sed mediatè. Sicut ex hoc,quòd scitur quid est homo & quid est animal sufficienter innotescit habitudo vnius ad alterum:& ex hoc scitur quid est genus & quid est species. Naturæ autem sensibiles intellectæ non sufficienter exprimunt diuinam essentiam neque etiã aliquas essentias separatas:cùm non sint vnius generis naturaliter loquendo:& quiditas & omnia huiusmodi nomina ferè equiuocè dicuntur de sensibilibus & de illis substãtijs. Vnde similitudines rerum sensibilium ad substãtias immateriales translatas vocat Diony. 2.c.cel. Hierar. dissimiles simulationes. Alio modo intellectualibus habentibus quæ aliquo modo sensibilibus distributa sunt. Et sic per viam similitudinis nõ sufficienter illę substantiæ ex his innotescũt. Neq; etiam per viã causalitatis:quia illa quæ ab illis substantijs inueniuntur effecta in his inferioribus,non sunt effectus adæquãtes eorũ virtutes:vt sic peruenire possit ad sciendũ,quod quid est de causa. Vnde de substantijs illis immaterialibus secundũ statũ viæ nullo modo possumus scire quid est,nõ solũ per viã naturalis cognitionis:sed nec etiã per viã reuelationis:quia diuinæ reuelationis radius ad nos peruenit secũdum modũ nostrum:vt Diony.dicit. Quãuis enim per reuelationem eleuemur ad aliquid cognoscendum,quod aliàs esset nobis ignotum,non tamen ad hoc,quòd alio modo cognoscamus nisi per sensibilia.vnde Diony.1.c.ce.Hierar.dicit,q̃ impossibile est nobis aliter superlucere diuinum radium,nisi circunuelatũ varietate sacrorum velaminũ Via autẽ quæ est per sensibilia,nõ sufficit ad ducendũ in substãtias supernaturales,secundũ cognitionẽ quid est. Et sic restat,q̃ formæ immateriales nõ sunt nobis notæ cognitione quid est:sed solũ cognitione an est:siue naturali ratiõe ex effectibus creaturarum:siue etiã ex reuelatione quæ est per similitudines à sensibilibus sumptas. Est tamẽ sciendũ,q̃ de nulla re potest sciri an est, nisi quoquo modo de ea sciatur quid est:vel cognitione perfecta vel cognitione confusa. Vnde dicit Philosophus.1.Phisicorũ,q̃ diffinita sunt præcognita partibus diffinitionis. Oportet enim scientẽ hominẽ esse & quærentẽ quid est homo,per diffinitionẽ scire quid hoc nomen homo significat. Nec hoc esset aliquo modo nisi aliquã rẽ cõciperet quã scit esse,quãuis nesciat eius diffinitionẽ. Cõcipit enim hominẽ secundũ cognitionẽ alicuius generis ꝓximi vel remoti,& aliquorũ accidentiũ quæ extra apparẽt de ipso. Oportet enim diffinitionũ cognitionẽ sicut & demõstrationũ,ex aliqua præexistẽti cognitione initiũ sumere. Sic ergo de Deo & de alijs substantijs immaterialibus non possumus scire an est,nisi sciremus quodãmodo de eis quid est sub quadã cõfusione. Hoc autẽ nõ potest esse per cognitionem alicuius generis ꝓximi vel remoti:eo q̃ Deus in nullo genere est cũ nõ habeat,qđ quid est aliud à suo esse:quod requirit in omnibus generib⁹:vt dicit Auic. Aliæ autẽ substãtię immateriales creatæ sunt quidẽ in genere. Et quãuis logicè cõsiderãdo cõueniant cũ istis sensibilibus in genere remoto,quod est substãtia,naturaliter tamen loquẽdo nõ cõueniũt i eodẽ genere:sicut nec etiã corpora cœlestia cũ istis inferioribus. Corporale enim & incorporale,nõ sunt eiusdẽ generis:vt dicit.10.Meta. Logicus enim cõsiderat absolutè intẽtiones:secũdũ quas nihil ꝓhibet cõuenire materialia ĩmaterialibus:& incorruptibilia corruptibilib⁹. Sed naturalis & Philosophus primo cõsiderãt essentias secũdũ q̃ habẽt esse ĩ reb⁹:& ideò vbi inueniũt diuersum modũ potẽtiæ & actus:& p hoc diuersum modũ essendi:dicũt esse diuersa genere. Similiter etiã De⁹ nõ habet aliquod accidẽs: vt infra ꝓbabit. Aliæ verò ĩmateriales substãtiæ si habẽt aliqua accidẽtia,nõ sunt nobis nota. Et ideò nõ possum⁹ cognoscere,q̃ cõfusa cognitione cognoscant à nobis substãtiæ ĩmateriales p cognitionẽ generis & apparẽtiũ accidẽtiũ. Sed loco cognitiõis generis,habem⁹ in istis substãtijs cognitionẽ p negationẽ:vt cũ scim⁹,q̃ huiusmodi substãtiæ sunt ĩmateriales,& incorporeæ nõ habẽtes figuras' & alia huiusmodi. Et quãto plures negationes de ipsis cognoscimus,tanto minus est cõfusa earũ cognitio in nobis:eo q̃ p negationes sequẽtes prior negatio cõtrahit & determinat,sicut genus remotũ per differentias. Vnde etiã corpora cœlestia inquãtũ sunt alterius generis ab istis inferioribus à nobis:vt plurimũ per negationes cognoscũtur:vt porè,quia neq; sunt grauia:neq; sunt leuia:neq; calida:neq; frigida. Loco autẽ accidentiũ habemus in prædictis substãtijs habitudines earum ad substantias sensibiles:vel secundũ cõparationem causæ ad effectum:vel secundum cõparationẽ excessus. Ita ergo de formis immaterialibus cognoscimus an est:& habemus de eis loco cognitionis quid est cognitionẽ per negationẽ:per causalitatem & per excessum. Quos etiam modos,Dionysius ponit in lib.de di.no. Et hoc modo Boëtius intelligit inspiciendam diuinam formam per remotionem omnium fantasmatum:non vt sciatur de ea quid est. Et per hæc patet solutio ad obiecta : quia primæ rationes procedunt de cognitione quid est perfecta:aliæ verò de cognitione imperfecta: qualis dicta est.

AD quartũ sic proceditur. Videtur q̃ ad formam Dei inspiciendam, per scientias speculatiuas peruenire possit. Theologia enim pars est scientiæ speculatiuæ vt hic Boëtius dicit.sed ad Theologiam pertinet ipsam formam diuinam inspicere : vt hic dicitur.ergo ad cognoscendam diuinam formam,potest peruenire per

Universidad de Deusto
Biblioteca

scientias speculatiuas. Item de substantijs immaterialibus in aliqua scientia speculatiua determinatur: quia in scientia diuina. Sed quæcúnq; scientia determinat de aliqua substantia, inspicit formã eius: quia omnis cognitio est per formã: & omnis demonstrationis principium secúdum Philosophum est quod quid est: ergo inspicere formas separatas possumus per scientias speculatiuas. Itẽ vltima fœlicitas hominis secúdum Philosophum consistit in intelligendo substãtias separatas. Cũ enim fœlicitas sit operatio perfectissima, oportet q̃ sit optimorũ sub intellectu cadentium: vt potest accipi ex Philosopho in 10. Ethic. Est enim fœlicitas illa de qua Philosophi loquuntur, operatio à sapientia procedens, cũ sapientia sit perfectissima virtus perfectissimæ potentiæ. s. intellectus. Et hæc operatio est fœlicitas. vt dicitur 10. Ethic. ergo per sapientiã intelligũtur substãtiæ separatæ. Sed sapientia est scientia quædã speculatiua: vt patet in principio Metaphy. & in 6. Ethic. ergo per scientias speculatiuas possumus intelligere substãtias separatas. Itẽ frustrà est quod nõ potest pertingere ad finẽ propter quem est. Sed omnis scientiarũ speculatiuarũ consideratio ordinatur sicut ad finẽ in cognitiõe substantiarum separatarũ: quia perfectissimũ in quolibet genere est finis: ergo si per scientias speculatiuas huiusmodi substãtiæ intelligi nõ possent, omnes scientiæ essent frustrà: quod est incõueniens. Itẽ omne quod ordinatur naturaliter in finẽ aliquem habet prædita aliqua principia, quibus potest peruenire in illũ finẽ. Naturalium enim motionũ principiũ est natura: sed homo naturaliter est ordinatus ad cognitionẽ substantiarũ immaterialiũ sicut ad finẽ: vt à sanctis Prophetis: & Philosophis traditur: ergo habet in se aliqua principia illius cognitionis naturaliter indita. Sed omne illud in quod possumus deuenire ex principijs naturaliter notis, pertinet ad cõsiderationẽ alicuius scientiæ speculatiuæ: ergo cognitio substantiarũ materialiũ ad aliquas scientias speculatiuas pertinet. Sed cõtra est qđ cõmentator dicit 3. de anima. Quòd ad hanc positionẽ sequitur vel q̃ scientiæ speculatiuæ nondũ sint perfectæ: cũ illæ scientiæ nondũ sint inuentæ: quibus possumus substãtias separatas intelligere, & hoc si cõtingat ex ignorãtia aliquorũ principiorũ, q̃ nondum substantias prædictas intelligamus: vel si cõtingat ex defectu nostræ naturæ, q̃ nõ possumus scientias illas inuenire: sequitur q̃ si aliqui nati sunt huiusmodi scientias inuenire, q̃ nos & ipsi æquiuocè simus homines. Quorũ primũ est improbabile, secũdũ impossibile: ergo nõ potest hoc esse p aliquas scientias speculatiuas, q̃ huiusmodi substãtias intelligamus. Itẽ in scientijs speculatiuis inuestigãtur diffinitiões quibus rerũ essentiæ intelligũtur per viã diffinitionis generis in differentias: & per inuestigationẽ causarũ rei & accidentiũ ipsius, quæ magnam partẽ conferũt ad cognoscendũ quod quid est. Sed hic non possumus de substantijs immaterialibus cognoscere. Quia vt dictũ est, naturaliter loquẽdo non conueniunt in genere cũ istis sensibilibus substantijs nobis notis. Causam autem vel non habent: vt Deus, vel est nobis occultissima: sicut causa angelorum. Accidentia etiam ipsorum sunt nobis ignota: ergo non potest aliqua scientia speculatiua esse, per quam veniamus ad intelligendum substantias immateriales. Item in scientijs speculatiuis rerum essentiæ per diffinitionem cognoscũtur. Diffinitio autem est sermo quidam compositus ex genere & differentijs substantiarum, aut illarum essentiæ sunt simplices: nec incidit in earum quiditatibus aliqua compositio: vt habetur per Philosophum & cõmentatorẽ. 9. Metaphisicę, ergo per scientias speculatiuas nõ possumus prædictas substantias intelligere. Respõ. dicendũ, q̃ in scientijs speculatiuis semper procedit ex aliquo prius noto, tã in demõstrationibus cõclusionũ, quã in inuentionibus etiã diffinitionũ. Sicut enim ex propositionibus præcognitis, aliquis deuenit in cognitionẽ cõclusionis, ita ex conceptione generis & differentiæ: & causarum rei aliarũ, deuenit in cognitionẽ speciei: hoc autẽ nõ est possibile in infinitũ procedere: quia sic omnis scientia periret: & quantùm ad demonstrationes: & quantũ ad diffinitiones cũ infinita nõ sit pertransire. Vnde omnis consideratio scientiarũ speculatiuarũ, reducit in aliqua principia: quæ quidẽ homo nõ habet necessitate adiscere aut inuenire, ne oporteat in infinitũ ꝓcedere: sed eorũ notitiã naturaliter habet: & huiusmodi sunt principia demonstrationũ indemõstrabilia vt est: Omne totũ, est maius sua parte & huiusmodi, in quæ oẽs demõstratiões scientiarũ reducunt: & etiã primæ cõceptiones intellectus. vt entis: vni⁹ & huiusmodi, in q̃ oportet reducere oẽs diffinitiões scientiarũ prædictarũ. Ex quo patet, q̃ nihil potest sciri in scientijs speculatiuis: neq; p viã diffinitionis: neq; p viã demõstrationis: nisi ea tantũ ad quæ prædicta naturaliter cognita se extẽdũt. Huiusmodi autẽ naturaliter cognita homini manifestãtur ex lumine intellectus agẽtis, qđ est homini naturalis: quo quidẽ lumine nihil manifestãtur nobis, nisi inquãtũ p ipsum fantasmata fiunt intelligibilia ĩactu. Hic est eñ actus intellectus agẽtis: vt dicit in 3. de anima. Fantasmata autẽ à sensu accipiunt. Vnde principiũ cognitionis ꝑdictorũ principiorũ, est ex sensu & memoria, vt patet p Philosophũ i fine posteriorũ, & sic huiusmodi prícipia nõ ducũt nos vltrius, nisi ad ea quorũ cognitionẽ acquirere possum⁹ ex his q̃ à sensu cõprehẽduntur. Quiditas autẽ substãtiarũ separatarũ nõ potest cognosci p ea q̃ sensu percipim⁹: vt ex prædictis patet: quãuis peruenire possim⁹ p sensibilia ad cognoscẽdũ huiusmodi substãtias esse & aliquas earũ cõditiones. Et ideò p nullã scientiã speculatiuã potest sciri de aliqua substãtia separata quid est: quãuis possim⁹ scire ipsas esse, & aliquos earũ cõditiones, vtpotè q̃ sint intellectuales & incorporales & huiusmodi. Et hæc est sciẽtia cõmentatoris. 3. de aĩa: quãuis Auẽ pace cõtrariũ dixerit: ex hoc, q̃ æstimabat quiditates rerũ sensibilium sufficiẽter exprimere quiditates immateriales qđ patet esse falsum: vt ibidẽ cõmẽtator dicit: cum quiditas de vtrisq; dicatur quasi equiuocè. Ad 1. ergo dicendũ, q̃ Boëtius nõ intẽdit dicere, q̃ p scientiã theologiæ possim⁹ cõtẽplari ipsam formã diuinã quid est, sed solùm ipsam esse vltra omnia fantasmata. Ad 2. dicendũ q̃ quædã res sunt à nobis per seipsas cognoscibiles: & in talibus manifestãdis scientiæ speculatiuæ vtuntur earum diffinitionibus ad demonstrandum earum proprietates: sicut accidit in scientijs quæ demonstrant propter quid. Quædam verò res sunt, quæ non sunt nobis cognoscibiles ex seipsis, sed per effectus suos. Et si quidem effectus sit adæquans causam: ipsa quiditas effectus accipitur. vt principium ad demonstrandum causam esse: & ad inuestigandum quiditatem eius, ex qua iterum proprietates eius ostenduntur. Si autem sit effectus non adæquans causam, tunc effectus efficitur principium ad demõstrandum causam esse, & aliquas cõditiones eius, quamuis quiditas causæ semper sit ignota: & ita accidit in substantijs separatis. Ad 3. dicendum, quòd duplex est fœlicitas hominis, vna imperfecta quæ est in via, de qua dicit Philosophus: & hæc consistit in cognitione substantiarum separatarũ p habitũ sapiẽtiæ: ĩperfecta tñ, & talis qualis est in via possibilis, nõ vt sciatur ipsa quiditas, alia est perfecta in patria, qua ipse Deus per essentiã videbitur, & aliæ substãtiæ separatæ, & hæc fœlicitas nõ erit per aliquã scientiã speculatiuã, sed per lumẽ gloriæ. Ad 4. dicendum, q̃ scientiæ speculatiuæ ordinãtur in cognitionem substantiarum separatarum imperfectã: vt dictum est. Ad 5. dicẽdum, q̃ nobis sunt indita principia, quibus possumus nos prepãrare ad illã cognitionẽ perfectã substãtiarum separatarum, non autẽ quibus ad eã possumus pertingere. Quãuis enim homo naturaliter inclinetur in finẽ vltimum, non tamen potest naturaliter illũ consequi, sed solùm per gratiam, & hoc est propter eminentiã illius finis.

Explicit Opus Septuagesimum: videlicet præclarę. q. diui Tho. Aquin. Super Boët. de Trinit.

Incipit Index earũdem quæstionum.

Quæstio prima, De diuinorum cognitione.
Vtrum mens humana ad cognitionem veritatis, indigeat noua illustratione diuinæ lucis.
Vtrum mens humana possit ad Dei notitiam peruenire.
Vtrum Deus sit primum, quod à mente cognoscitur.
Vtrum ad diuinæ Trinitatis cognitionem, mens humana per naturalem rationem peruenire sufficiat.
Quæstio secunda. De manifestatione diuinæ cognitionis.
Vtrum diuina liceat inuestigando tractare.
Vtrum de diuinis quæ fides subsunt, possit esse scientia.
Vtrum in scientia fidei quæ est de Deo, liceat rationibus Physicis vti.
Vtrum diuina sint velanda nouis & obscuris verbis.
Quæstio tertia. De his quæ pertinent ad communionem fidei.
Vtrum humano generi fides sit necessaria.
Vtrum fides sit distinguenda à religione.
Vtrum fides Christiana conuenienter nominetur catholica: vel uniuersalis.
Vtrum hæc sit vera cõfessio, quòd pater & filius & spiritus sanctus sunt vnus Deus.
Quæstio quarta, De his quæ ad causam pluralitatis pertinent.
Vtrum alteritas sit causa pluralitatis.
Vtrum varietas accidentium, faciat diuersitatem secundum numerum.
Vtrum duo corpora possint esse vel intelligi simul esse in eodem loco.
Vtrum varietas loci aliquid operetur ad differentiam secundũ numerũ.
Quæstio quinta, De diuisione speculatiuæ scientiæ.
Vtrum sit conueniens diuisio quã diuiditur speculatiua in has tres partes, naturalem, scilicet Mathematicam & diuinam.
Vtrum naturalis Philosophia, sit de his quæ sunt in motu & materia.
Vtrum Mathematica consideratio sit sine motu & materia.
Vtrum diuina scientia sit de his quæ sunt sine materia & motu.
Quæstio sexta. De modis quos speculatiuæ scientiæ attribuit.
Vtrum oporteat versari in naturalibus rationabiliter, in Mathematicis disciplinabiliter, & in diuinis intelligibiliter.
Vtrum in diuinis sit omninò imaginatio relinquenda.
Vtrum intellectus noster possit ipsam diuinam formam inspicere.
Vtrum hoc possit per viam alicuius scientiæ speculatiuæ.
Explicit Index quæstionum diui Tho. Aquin. Super Boët. de Trinit.

INCI-

INCIPIT EIVSDEM Doctoris Opus Septuagesimumprimum. De vitijs & de virtutibus, numero quaternario procedens. Dubium

CAP. I.

QVATVOR sunt virtutum species, scilicet Prudentia: ex hac memoria: intelligẽtia: prouidentia: dignitas. Iustitia ex hac religio: pietas: gratia: veritas. Fortitudo ex hac magnificentia: confidentia: potentia: perseuerantia. Temperantia ex hac cõtinentia: obedientia: clementia: & modestia. Prima prædictarum virtutum hominem ad agnitionem perduxit, secũda dilectionem Dei & proximi seruat. Tertia vincit aduersa, mortémq; contẽnit. Quarta vocuntatem reprimit, & temperat omnia. Prima intelligit: secunda diligit: tertia victoriam præstat. Quarta modũ ponit in omnibus. Hæc quatuor virtutes mores ornant: merita prebent: diabolum vincunt: cœlum aperiunt: quod agit prudentia in præcauendis insidijs, hoc temperantia in subueniendo miserijs, quod agit fortitudo in tolerandis molestijs, hoc agit iustitia in coërcendis vitijs. Possumus autem & aliter dicere, quòd quatuor sunt honestatum species, nã virtus & honestum, licet nomina sint diuersa, res tamen & substantia prorsus est eadẽ, & est honestũ, quod sua vi nos trahit, & sua dignitate nos allicit: virtus verò secundum Senecam, est habitus animi in modum naturæ rationi consentaneus. *De prudentia.*

Quatuor sunt virtutes cardinales, scilicet prudentia: fortitudo: temperantia: & iustitia. Quatuor sunt quę prudentia nos edocet, scilicet præterita recordari: disponere præsentia, futura præuidere: & dubia suspendere. In quatuor fortitudo nos instruit, scilicet prosperos in superbiam non erigi: aduersos ad ỹma non detrudi: iniuriæ non sumere vindictam: & iocundam non deducere vitam. In quarta temperantia nos admonet, scilicet circuncidere superflua: restringere desideria: ab illicitis abstinere: & blandimenta reijcere. In quarta iustitia nos edocet, scilicet honestè viuere: alterum nõ lædere: sobrie iudicium discurrere: & vnicuiq; ius suum tribuere. De his quæ ex fide & spe & charitate proueniunt. Quatuor sunt quę ex fide proueniunt, scilicet vitæ rectitudo: animæ pabulum, Dei cultus, & paradisi præmium. Quatuor sunt quæ ex spe procedunt, scilicet lætitia cordis: animæ sobrietas: releuatio laboris: & vitæ lõginquitas. Quatuor sunt quæ ex charitate proueniunt, scilicet Reuerentia erga Deum, & proximum diligere: releuare oppressum, & errantem corrigere. De his quæ propriè virtutes inducunt. Quatuor sunt quę prudentiam inducunt, scilicet in sententijs siue scientijs studium: in rebus experimentum: nocturna discussio: & prudentiũ imitatio. Quatuor sunt quæ temperantiam inducunt, scilicet egritudinis formidor: quærendi cupido. Dei obsequium: & ypocrisi vitium. Quatuor sunt quæ constantiam inducunt, scilicet timor pudicus: timor supplicij: spes laudis: ac spes compendij. Quatuor sunt quæ prudẽtiam, iustitiam: & temperantiam gignunt, scilicet amor: odiũ: timor compendium, scilicet breuis: vtilis & leuis sermo. Quatuor sunt quæ perfectum hominem reddunt, scilicet Deum colere: proximum diligere: facere quod sibi vellet fieri: & alteri non inferre, quod sibi nollet inferri. De his quæ ex vitijs proueniunt. Quatuor sunt quæ ex ira prouenĩunt, scilicet mentis turbatio: sui ignorantia indecens factio: & iniqua sententia. Quatuor sunt quæ ex superbia prodeunt, scilicet ingratitudo seruitij: oppressio proximi: linguæ detractio: & rixæ promotio. Quatuor sunt quæ ex inuidia procedũt, scilicet dolor inuidi: inuidiosi exitium: dissensio populi: & euersio vrbium. Quatuor sunt quæ ex auaritia procedunt, scilicet rapina: periuria: fraudes: & homicidia. Quatuor sunt quæ ex luxuria proueniunt, scilicet corporis & animæ pollutio: sensuum debilitas, diminutio patrimonij, & acceleratio senij. Quatuor sunt quæ ex vitio gulæ emerguat, scilicet corporis egritudo vel virium: opum consumptio: delectatio nimia, & mors præmatura. Quatuor sunt quæ ex accidia prodeunt, scilicet vita tristis: calamitas: contemptus & egestas. De his quę vitia generant & minuunt. Quatuor sunt quæ hominem in superbiam prouehunt, scilicet census: potentia: dignitas: & pareatela. Quatuor sunt quæ superbiam minuunt, scilicet paupertas: oppressio: senij & egritudo. Quatuor sunt quæ iram pariunt, scilicet derisio: cõtumelia: ingratitudo: & iniustitia. Quatuor sunt quæ iram minuũt, scilicet dulce colloquiũ: vindicta: satisfactio: & penuria. Quatuor sunt quæ auaritiã inducunt, scilicet penuriæ formido: senectutis oppressio: alienj iuuidia: & filiorũ copia. Quatuor sunt, quæ auaritiã minuũt, scilicet diuitiarum copia, salubris iuuentus, cum largis cõuersatio, & prolis defectus. Quatuor sunt quæ luxuriã alliciunt, scilicet vitia grandia: delicata cibaria: mulierum familiaritas, & suauis ociositas. Quatuor sunt quæ luxuriam minuunt, scilicet aquæ vsus & ciborũ frigiditas: mulierum fœuitia: sanguinis minutio. & laboris assiduitas. Quatuor sunt quæ vitium gulę inducunt, scilicet, assuetudo tabernæ, imitatio gulosorũ: reddituũ copia, & quies continua. Quatuor sunt quæ gulæ vitium minuunt, scilicet lucri anxietas: famis inuasio fatigatio corporis: & penuriæ afflictio. Quatuor sunt quæ inuidiam perimũt. s. honoris cupido: desiderium lucri: alterius fœlicitas: & cũ vitio odiũ. Quatuor sunt quæ inuidiam euellunt, scilicet ab homine potentiæ priuatio: penuriæ euentus sensuũ elisio, & virtutũ defectus. Quatuor sunt quæ accidiam producunt, scilicet loca obscura, quies solitaria: rumor displicibilis: & cogitatio debilis. Quatuor sunt quę accidiam minuũt. s. cõuersari cũ delitijs, assuescere cũ gaudentibus: insistere cõ uiuijs, & interesse dulcibus melodijs.

De his quæ vitè diuersis hominibus conueniunt: & primo de his quæ conueniunt ciuilibus præsidenti.

CAP. II.

QVatuor sunt quæ ritæ cuiq; regnanti conueniũt, scilicet patrono regimine subditos regere: meritis amicos acquirere: placabilẽ vel affabilem se præbere quibuscúnq; orantibus: cum clementia iustitiam ministrare delinquentibus. Quatuor sunt quæ ab aduocatis seruari congruunt, scilicet aduersarium patienter audire: audita peruigili mente discutere: dicusis congruentem exhibere responsionem: obiecta pro parte sua allegando concludere. De litigante. Quatuor sunt quæ per litigantẽ seruari congruunt, scilicet in proponendo humilitas: in respondendo suauitas: in litigãdo curialitas: in exponendo largitas. Quatuor sunt quæ per tabellionem seruari congruunr, scilicet in officio assiduitas, in scribẽdo velocitas: in mercede curialitas: in notando veracitas. Quatuor sunt quæ per rectorẽ loci seruari expediunt, scilicet pacis obseruatio: victualium procuratio: condecens prolatio: & iustitiæ exhibitio. Quatuor sunt quæ per rectorem familiæ obseruari conueniunt: sub timore congruo familiã retinere: alimẽta iuxta redditus exhibere: mores quoscũq; iustos docere: & in docendo hilarẽ se temporaliter exhibere. Quatuor sunt quæ militi cõgruunt, scilicet sensus probitas: cẽsus, & largitas. Quatuor sunt quæ conueniunt præcipuè domicello, scilicet in seruiẽdo curiositas: in agendis velocitas in datiuis affabilitas: in gestis hylaritas. Quatuor sunt quæ dominæ præcipuè congruunt, scilicet in facie mẽbrisq; formositas: in corpore castitas: in gestibus honestas: & in domo curiositas. Quatuor sunt quæ domicello maximè cõgruũt, scilicet dominæ suæ curã habere: secreta nõ pandere: pudicitiã conseruare: & domus negotia fideliter ꝓcurare. Quatuor sunt quę medico congruunt, scilicet morbi causam diligenter inquirere: sæpius egrotantẽ visitare: medicinas ꝓut cõgruit exhibere: & egrũ instantius confortare. Quatuor sunt quæ per egrũ præcipuè seruari expediunt. scilicet, vt medico siue medẽti obediat: in necessarijs largiter expendat: vt fidem medico adhibeat: & vt se confortet non morãdo in ocio: & quinto ipse ęger medicũ sollicitè exploret: & supplicãdo. Quatuor sunt quæ pũtissimè prælato cõueniũt, scilicet in ministerijs assiduitas. in gestis honestas: in regimine curiositas: in correctione benignitas. Quatuor sunt quæ subiecto religioso cõueniũt, scilicet vt monasterio sollicitè immineat: & obiectã plato præstet: ociabeuiret: & orationibus vacet. Quatuor sunt quæ scolari maximè congruũt, scilicet doctori reuerentiã exhibere, attentionẽ sedulã in scolis habere, audita sæpius repetere & retinere: & in dubijs attẽtè prudentiores consulere. Quatuor sunt quæ doctori congruunt, scilicet dicenda præuidere, cui dicat inspicere, quantũ dicat animaduertere: & dicta ordinatè proferre. Quatuor sunt quæ præcipuè cõueniunt cuilibet auditori, scilicet dicentẽ audire patiẽter, audita discutere sapiẽter: & sapida alijs tradere: & insipida cõfestim obliuisci. Quatuor sunt quæ maximè prudẽti cõueniũt. s. virtuosos colere, bonos attollere: oppressos releuare: & errãtes corrigere. Quatuor sunt quæ maximè prudẽtis famã elidũt, scilicet enormia scienter fari & cõmittere: iustitiã negare merẽtibus: alios indecẽter despicere, & palsim referentibus credere. De cõsulẽtibus. Quatuor sunt quæ cuilibet cõsulenti expediunt, scilicet dicta partium audire: actos solenniter discutere, salarium à partibus æqualiter & congruè exigere & consalari legaliter consilium impendere. Quatuor sunt quæ consalatori præcipuè congruunt, scilicet placitã suauiter populo & dulciter pandere. dictis dicenda seriatim annectere: idem non sæpius dicendo repetere: & vti breuitate. Quatuor sunt quæ potissimè dicendo repetere: & vti breuitate. Quatuor sunt quæ potissimè mercatoribus conueniunt, scilicet vt in contrahendo sit discretus: in vendendo curiosus: in mercibus legalis, & contrahentibus sit affabilis. Quatuor sunt quæ adolescenti congruunt, scilicet audire patienter: respondere prudenter: neminem lædere & cuilibet seruire libenter. Quatuor sunt quæ ductori guerræ plurimum expediunt, scilicet census magnus ad expendendum multitudo gentium: victualium armorúmque copia, & conditionum aduer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ariorum notitia. Quatuor sunt quæ gerentibus guerram maximè considerari congruunt, scilicet quis est qui guerram gerit: contra quem gerit:caulam propter quã gerit: & quis effectus guerrę quæritur. Quatuor mala præcipua procedunt ex guerra, scilicet rerum & bonorum consumptio & destructio personarũ: periclitatio prolis nascituræ,impedimentum & error mulierũ. Quatuor sunt quæ maximè expediunt duci siue magistro militum,scilicet generis nobilitas,patriæ dilectio:cordis securitas: & in bello discretio. Quatuor sunt quæ præcipuè conueniunt pacis cultori vel saluatori, scilicet non inuadere,habere patientiam:fœdera colere:de cunctis iustis cõstantiam iniustis iustitiam exhibere. Quatuor sunt quæ subiectis potissimè cõgruunt,scilicet in licitis rectori parere:ciuitati rectè consulere: bonos niti & attollere : & malos conari opprimere. Quatuor sunt quæ tyranno subiectis omninò expediunt. s. proceres & milites honorare,neminem offendere,sobrię loqui,& sollicitè demorari. Quatuor sunt quæ inter cætera à petitore siue petenti considerari expediunt,scilicet quis est à quo petitur: causam quare petitur : quis effectus sequitur : si fiat quod petitum est vel negetur. Quatuor sunt quæ petitus in petente maximè considerare habet, scilicet quis est qui petit,quid est,quod petit:quare petit, & effectũ negatæ vel concessæ petitionis.

De diuersitate hominum.

CAP. III.

QVatuor sunt hominum genera faciliter beneficia obliuiscẽtia, scilicet puer cùm adoleuerit,humilis cùm sublimatus fuerit, superbus superbia innodatus, incarceratus à carcere liberatus. Quatuor sunt genera hominum alijs ritè ex merito præeminentium, scilicet Reges in subditos,parentes in liberos,mariti in vxoribus,& magistri in scholaribus. Quatuor sunt genera hominum alijs iniustè præsidentiũ, scilicet pecuniosi, fallaces,superbi,& audaces. Quatuor sunt genera hominum plusquàm lucrentur afferentium, scilicet rector ex regimine, cultor agrorum ex semine : mercator auarus ex mercimonia,sacerdos ex officio. Quatuor sunt genera hominum,Deo & mundo displicentium,scilicet pauper elatus, dies ferens mendacia,senex luxuriosus,& seminãs inter fratres discordias. Quatuor sunt genera hominum summa egentium prouidentia,scilicet sacerdos in pœnitentia,iudex in sententia,medicus in ęgroto, diues in thesauro. Quatuor sunt opera elemosinaria,scilicet erogare pauperibus,vindictam dimittere lædentibus,correctionem adhibere peccantibus, errantem reuocare ab erroribus. Quatuor sunt genera hominum in penuriam delabentium,scilicet prodigus, gulosus,piger & rixosus. Quatuor sunt genera hominum diuitias acquirentium,scilicet fallaces,auari,discreti,& curiosi. Quatuor sunt genera hominum pertinaciter obstinatorum, scilicet tyrannus in retentione dominij,hæreticus in prauitate fidei,assuetus verbis improprij,& possessor alienæ rei. Quatuor sunt genera amicorũ præcipuorum vel principalium, scilicet amici fortunæ, amici mensæ, amici fidei,& amici seruitij. Primi fortuna recedente profugiunt,secundi mensa cessante euanescunt,tertij perdurant perpetuò, vltimi perdurant seruitio durante. Quatuor sunt genera hominum principatum acquirentium,scilicet pecuniosi, audaces, curiosi, & sagaces. Quatuor sunt genera hominum faciliter amicitias acquirentium,scilicet largi,potẽtes,mites,& affabiles. Quatuor sunt genera hominum quibus inuitis confertur beneficium,scilicet debitor cum vltimo liberatur debito,puer cum verberatur delicto,letargus cùm excitatur à sonno,freneticus cum paraliticatur membro. Quatuor sunt genera hominum amicos immeritò perdentium,scilicet dies oppressus penuria,potens priuatus potentia,senex grauatus senio, & fortunatus præssus infortunio,hos etiam iuuenes despiciũt. Quatuor sunt quæ ritè congruunt ieiunanti,scilicet manducare cũ modestia,deuitare vitia, reminisci cœlestium,& erogare pauperibus. Quatuor sunt genera hominum diuersimodè fœliciũ:fœlix quidẽ cum seruitio efficaciter incumbit:fœlix qui rerum causas patenter intelligit,fœlix qui mundi munera deuitare potuit,fœlix quem alterius pericula cautum fecerunt. Quatuor sunt genera hominũ quadrifariè infœlicium,scilicet infœlix qui in enormi peccato succumbit:infœlix qui dũ benefacere potuit desiuit. Infœlix qui doceri potuit & doceri spreuit:infœlix qui docere nouit & facere neglexit.

De his quæ impellunt hominem ad regimen.

CAP. IIII.

QVatuor sunt quæ ad regimen vnũquẽq; impellunt,scilicet honor,compendium,vindicta,& seruitium,honor vt acquiratur,compendium:vt extorqueatur,vindicta vt sumatur,seruitium, vt conferatur beneficium. Quatuor sunt quæ homini doloroſissima existunt,scilicet filiorum interemptio, possessionum perditio, inimicorum exaltatio,& amicorum oppressio. Quatuor sunt quæ ad delictũ hominem impellunt,scilicet lucrũ,timor,spes,& amor. Quatuor sunt homini omninò necessaria,scilicet ignis,ferrũ,aqua, & tabernaculum. Quatuor sunt quæ ex singulis elementis viuunt, scilicet hallec ex aqua. Salamandra ex igne. Talpa ex terra Galmeon ex aëre. Quatuor sunt quæ plus alijs conferunt,quàm sibi,scilicet aues cum nidificant,apes cum mellificant,boues cum arant,& oues producendo vellera. Quatuor sunt animalia plus homini conferentia,scilicet sues,boues,gallinæ,& anseres. Quatuor sunt quorum defectus plurimum obest,scilicet victualium inopia,census indigẽtia, sensus penuria & amicorum carentia. Quatuor sunt quorum copia frequenter afficit,scilicet mulierum abundantia,ciborum affluentia,verborum copia,& malorum adhærentia. Quatuor sunt quę homini grauia existunt,scilicet seruire & non gratificari,rogare & nõ exaudiri,benefacere & nõ præmiari, expectare & non veniri. Quatuor sunt quæ homini durissima sunt,scilicet iacere in ægritudine, in summa paupertate degere,imprudenti subiacere domino,& in carcere commorari.

De his quæ homini gratæ existunt. CAP. V.

QVatuor sunt quæ homini gratiora persistunt,scilicet prudentibus lætari filijs,nitidis abundare diuitijs,excelsam dignitatem assequi,& inimicorum vindictam nanciſci. Quatuor sunt quæ ante rei factum expediunt,scilicet examinatio principij,discussio medij,præuisio finis,& consilium sapientis. Quatuor sunt quę post factũ nihil prosunt,scilicet sensus. pœnitentia,examinatio,& tristitia. Quatuor sunt quæ homini lætia sunt & digna laudibus,scilicet verbis quẽcúnq; honorare,veritate frui,neminem offendere:& cũ bonis ambulare. Quatuor sunt quæ infœlicitatem sæpè afferunt,scilicet filiorum multitudo,diuitiarum affluentia,violentus dominatus,& læsa conscientia. Quatuor sunt quæ laudabilem rei affectum ostendunt,scilicet consilij petitio,proprio sudore nutriri,tribulatis compati & eleemosinas elargiri. Quatuor sunt quæ subitò homini auferri,& nunquàm restitui possunt,scilicet cùm fama alicuius falsa religione denigratur:virginitas,cùm assensu perditur,anima cum à corpore separatur per mortem, & membrum cum abscinditur. Quatuor sunt quæ nunquàm homini auferri possunt,scilicet scientiæ thesaurus,animi voluntas,corporis cõtractus, & gustus sapidus: vel sic & breuius, scientia:voluntas,tactus,& sapiditas. Quatuor sunt quæ conferri possunt & conferenti non desunt,scilicet scientia,cum docetur,flamma cum impenditur,assurrectio corporalis, & curialitas verbalis. Quatuor sunt quæ in omni negotio discutienda necessaria existunt,scilicet quid oporteat,secundum necessitatem,quid liceat secundum æquitatem,quid deceat,secundum honestatẽ,& quid expediat secũdum vtilitatem. Quatuor sunt quæ collegam respuũt, scilicet dominatus in vrbe amplexus coniugis, quæstus acquisitio, & in scutella siue in scissorio famelicus. Quatuor sunt quæ socium cupiunt,scilicet in discrimine versans, in supplicio afflictus,in itinere means,in dignitate præditus. Quatuor sunt quæ conueniunt plurimum puerili ætati. Nam irascuntur repentè,reconciliantur sermonibus,obliuiscuntur facilè,& celebrãtur coęqualibus. Quatuor sunt quæ adolescentes faciunt, scilicet abauntur patrimonio, castigari spernunt,inuoluuntur vitijs,& lucra negligunt. Quatuor sunt quæ iuuenes peragunt,scilicet quærunt diuitias, delectantur honoribus, quærunt amicitias,& abstinent se à turpibus. Quatuor sunt quę maximè senes peragunt, scilicet salubriter consulunt, petentibus gelidè vel tepidè tribuunt, parẽtibus præterita referunt, laudibus & præsentia opprimunt affatibus. Quatuor incommoda senes principaliter assequuntur,scilicet sensuum elisio, seua tenacitas: virilium oppressio,& vana timiditas. Quatuor sunt quæ lædunt vel nil conferunt, scilicet luxuria sterilis, ridens tristitia, colligatus in vanis,& mordens inuidia. Quatuor sunt quæ cõmuniter insunt hominibus, scilicet displiciti afflictio,habendi cupiditas,sensus proprij credulitas,& habitus parilitas in duello. Quatuor sunt quę senioribus propriè congruunt,scilicet verba promere fructifera, consilia præbere salubria,concordiam procurare discordibus,doctrinam largiri simplicibus. Quatuor sunt quæ iunioribus potissimè cõgruunt,scilicet seniorum verba menti recondere, ipsis fideliter parere sobriè dicendа pandere,& obsequium præstare merentibus. Quatuor sunt quæ ducibus belli expediunt, scilicet hostium acies discutere, prærogatiua belli grandis præeligere, in bello suos alacriter exhortari, & hostes expugnare viriliter. Quatuor sunt quæ communiter homini bus insatiabilia existunt, scilicet acquirẽdi voluntas, oculi intuitus, scientiæ cupiditas,& aurium placidus auditus. Quatuor sunt mundi opera valdè abusiua,scilicet Christianus contentiosus, pauper superbus,senex sine religione,& fœmina sine pudore. Quatuor sunt valdè in sæculo abusiua,scilicet Dominus sine veritate,plebs sine disciplina,populus sine lege,& adolescens sine obediẽtia. Quatuor sunt quæ terram concutiunt,scilicet seruus cum regnauerit, stultus cum saturatus fuerit,mulier odiosa cum nupserit, & ancilla cum Dominę hæres extiterit. Quatuor sunt quę hominibus summę gramа existunt,scilicet cum familia de mente viuere, iniquis filijs abundare, solitum lucrum perdere, & solitum dominari subsistere. Quatuor sunt quæ forinseco principaliter expediunt,scilicet patientia in auditu indisciplinabilium,affabilitas in verborum relatu,honorem vt congruit deferre cuilibet,amicitiam cuiuscũque nanciſci.

De scien-

De scientijs vtilioribus. CAP. VI.

QVatuor sunt scientiæ præ cæteris adiscendę,scilicet theologia: leges:philosophia,& decreta. Prima est animæ pabulum,& pontificatus viaticum. Secunda defectus vnius. Tertia contra morbos subsidium,ingenij remedium,& amicorum præsidium. Quarta sublimatio humilium,& dignitatis seu honoris initium. Quatuor sunt artes,homines in assidua penuria & miseria nutrientes,scilicet grammatica:dialectica:arismetica: & geometria. Prima artium est principium:sed sensus claudit hostium. Secunda verum à falso instruit siue discernit:sed in persona est ridiculum. Tertia docet numerum:sed nummorum nescit computum. Quarta mensurã terræ variat:sed nummis priuata exulat. Quatuor sunt quæ inducunt hominem ad scientias,scilicet amor inanis gloriæ:legendi delectatio: acquirendi cupiditas : & diuina inspiratio. Quatuor sunt præcipua dona fati,siue fortunæ,scilicet vxor prudens:linguæ facundia: naturalis sensus: & mundana gratia. Quatuor sunt quæ doctorem ad bene legendum alliciunt, scilicet multitudo scholarium intelligentium:salarij stipendium:scientiæ acquisitio:& honoris consecutio. Quatuor sunt quæ præcipuè in ore sapientis discoueniunt,scilicet enormia sublimare laudibus:decentia supprimere affatibus:super ignorum scienter contradicere,& impertinens cum vitio delectari. Quatuor sunt quæ hominis sensum perimunt,scilicet mulierum dilectio:crudelis & subita aduersitas: timoris oppressio: & nimia prosperitas. Quatuor sunt materies hominum, quæ in diuitijs dominari nequeunt,scilicet rixosus imprudens:tyrannus iniustè obtinens : & effrenè diffundens gratiam. Quatuor sunt quæ sensum acuunt,scilicet lucrandi,desiderium:nocturna discussio:conferre cũ prudentibus:muneris oblatio vel temporatus victus. Quatuor sunt quæ nos in delictis nutriunt,scilicet delicti delectatio : conuersatio peccantium:reatus impunitas:& gulæ indulgentia vel cõmissi contendium. Quatuor sunt quæ præcipuè verecundiam inducunt, scilicet accessio penuriæ:illatio iniuriæ:alium deprecari:& à turba depelli. Quatuor sunt quæ verecundiam propellunt, scilicet paucitas sensus:diuitiarum cumulus:eminens scientia: expellens potẽtia vel nitida conscientia Quatuor sunt quæ pater circa filium procurare debet,scilicet ipsum moribus instruere:artibus edocere:sub iugo retinere:& competenter alere. Quatuor sunt quę filius tenetur facere suo patri, scilicet illum reuereri: eidem totaliter obedire: illum in nullo cõtristari & senem optimè procurare. Quatuor sunt quæ homini fortunæ prosunt,scilicet in acquirendo curiositas:in conseruando parcitas : iustitia potiri:& in offensis abstinentia. Quatuor sunt quæ quilibet cõsiderare debet in vxore accipienda, scilicet pulchritudo:nobilitas:pulchri mores, & diuitiæ. Quatuor sunt in quibus homines potissimè delectantur,scilicet in voce iocũda & suaui: venusta facie : cibis & potibus exquisitis: & locis amenis. Quatuor sunt quæ nobis bona subitò auferunt,scilicet incendium,tyrannus, diluuium,& grando. Quatuor sunt prærogatiuæ dotes hominis,scilicet corporis pulchritudo animi scientia:fama laudabilis:& facundia. Quatuor sunt quæ ante tempus hominẽ occidunt,scilicet vxor formosa:tristis famulus: immoderatus cibus & potus: & aër corruptus. Quatuor sunt quæ vitam producunt, scilicet sobriè viuere:cũ dilectis habitare:motus corporis exercitio moderato & locus amenus & purus. Quatuor sunt quæ absconditi nequeunt, scilicet tussis: amor:ignis:ira immoderata:siue dolor. Quatuor sunt quę ex lingua diserета prodeunt,scilicet amoris inductio:viri preconium:viuendi instructio:& salutis premium. Quatuor sunt quæ ex lingua praua prouenũt. s.zizaniæ semẽ:famæ detractio : nequã interpretatio:& malorũ instructio. Quatuor sunt quæ visum delectant. s.venusta facies:colorũ varietas:ornat⁹ exterior:&aëris serenitas. Quatuor sunt quæ auditũ delectant. s.vox suauis:ornata locutio:rumor placidus: & honesta prædicatio. Quatuor sunt quę gustum delectant,scilicet sapor dulcis:aër bonus:coctio referta:& stomach⁹ exoneratus. Quatuor sunt inter cætera reprobãdi crimina. s.proximũ sine causa odire:lingua alijs detrahere:aliena iniustè tollere:& iniuriam alteri irrogare. Quatuor sunt inter cætera enormia crimina,scilicet ciuitatis desolatio: maris & fœminæ fœda coniunctio: homicidij perpetratio:& socij detractio. Quatuor sunt quæ periculosa persistunt. s. sub tyranno viuere:ventis se cõmittere:in acie debellare & cum furioso conuersari. Quatuor sunt quæ homini difficilima existunt. s. aliena possidere:& ea restituere:contumelias audire:& tacere:iniustitiam irrogarit:& hoc debere pati:desiderabilia tractare & nõ frui. Quatuor sunt in mundo præcipuè mirabilia,scilicet solem diei spatio mundum girare:aquam terram inundare : tot facies hominum dissimiles sub eadem effigie cernere:& tot vita desidentes & eundẽ finem petere. Quatuor sunt quæ ad guerram hominem inducunt. scilicet thesauri abundantia:ambitio dominandi : vindictæ desiderium:& rerum coniunctio. Quatuor sunt quæ guerram auertunt, scilicet vindictæ cõsumptio:defectus victualium: pecuniæ penuria: & guerrandi tædium. Quatuor sunt quæ homines plurimum cupiunt:nec habere queunt,scilicet sufficientia pecuniæ:scientię perfectio:quies continua:& perhemne gaudium. Quatuor sunt excellentes & repentinæ lætitiæ, scilicet de carceribus egredi:sponsę copulari:miles fieri:& dignitatem ingredi. Quatuor sunt opera stupenda. s.q⁹ tyrannus odiosus populum ingẽtem suspenderet : q⁹ in belli cõflictu:minimus numerus obtineat,q⁹ pauperes auferãt diuitias diuitibus : & q⁹ multitudo gentium inuigilet fraudibus. Quatuor sunt artes quæ quasi omnes insistunt, scilicet in quęstu pecunię:in potestatis ascensu:in familiæ regimine:& in malorum accusatione. Quatuor sunt in quibus homines maximè in curam afflictionum detruduntur,scilicet vt diu viuant:vt penuriam euitent:vt fugiant dedecus:& vt prolem habeant. Quatuor sunt quæ vt plurimum deuitari expediũt,scilicet passim credere cuilibet:nec frustrà fatigari quibuslibet:non dolere sæpiùs præteritis:nec optare quod nequit haberi. Quatuor sunt quæ valde sanitati officiunt, scilicet superflua mulierum commixtio:nimia cibi ac potus assumptio:nimium frigus:& nimietas laboris. Quatuor sunt difficilis cognitionis homini, scilicet auium volatus per aëra : nauium processus per æquora : via colubri per nemora : & via pueri in sua adolescentia. Quatuor sunt quæ nullo modo ab homine deuitari possunt, scilicet aduentus senectutis:montis accessus:familiaris elisio:& displicibilium inuasio. Quatuor sunt quæ suo cultori malè retribuunt,scilicet ouium cùm io pera recluditur:ignis cùm in sinu recluditur:serpens cùm in gremio gubernatur.& nequam cũ beneficio eleuatur. Quatuor sunt quæ seruiendo inimicitiam pariunt,scilicet amico pecuniam mutuare & eam repetere:pro eo fideiubere: & solutũ requirere:annuatim largiri & desistere seruire alicui : & ab eo similiter seruitium non posse percipere. Quatuor sunt quæ plurima reperiuntur quàm opinentur,scilicet inimici:peccata animi:ætas:& debita. Quatuor sunt quę minus reperiuntur quàm opinentur,scilicet amicorum numerus:bonitas:potentia:& sensualitas. Quatuor sunt insatiabilia,scilicet ignis:terra:infernus:& vulua. Quatuor sunt quę hominem de propria sede depellunt,scilicet fumus:stillicidium fœtor:& fœminæ litigium. Quatuor sunt quæ maximè hominem attrahunt,ad ciuitatis habitaculũ,scilicet iustitiæ conseruatio:ciuium bonitas:quæstus aduenientes:& victualium copia. Quatuor sunt quæ hominem ad propriam reducunt patriam , scilicet vxoris dilectio: domus amenitas:defectus sodalium:& tęporis aduersitas. Quatuor sunt quæ hominis conditionem ostendunt, scilicet sermonis prolatio:corporis habitus:animi promotio:& gestorum exteriorum effectus. Quatuor sunt quæ virum prudentem esse immiœnt , scilicet discretus sermo:honesta conuersatio:consecutio scientiæ:& moderatio suijpsius. Quatuor sunt quæ maximè hominis vitia tegunt,scilicet in expẽdendo largitas: in dictis affabilitas :in gestis honestas: & in actibus calliditas. Quatuor sunt quæ veritatem aperiunt,scilicet rei aspectus:subtãtiæ tactus:auditus veridici:& tentatio gustus. Quatuor sunt quæ virum curialem efficiunt,scilicet diuitiarum copia:honoris ambitio:sensus integritas:& seruitij receptio:vel amoris modus. Quatuor sunt quæ maximè hominem incurialem reddunt,scilicet nimia paupertas:auaritia:pecunia:& inuidia. Quatuor sunt quæ munera efficiunt,scilicet auaritiam suffocant: vincunt inimicos:faciunt amicos:& dantes nobilitant. Quatuor sunt vitia quę virtutes simulant,scilicet astutia simulat prudentiam:obstinatio simulat constantiam:auaritia simulat continentiam: & crudelitas simulat iustitiam. Quatuor sunt quæ præcipuè cõueniunt dominanti, scilicet virtuosos attollere:maleficos opprimere:virtutes colere: & releuare oppressos. Quatuor sunt bona quæ maximè ex pace proueniunt,scilicet ciuitatis augmentũ:vbertas victualium:diuitiarum acquisitio:& lætitia ciuium & his contratia quatuor ex guerra prodeunt. Quatuor sunt quæ maximè diuitiæ peragunt, scilicet fidem acquirunt:gentes augmentant:infimum extollunt:& inimicum opprimunt. Quatuor sunt mala præcipua quæ ex penuria prodeunt, scilicet sceleris imitatio:personæ contemptus: corporis afflictio: & familiæ interitus siue perditio. Quatuor sunt quæ præcipuè amicitiam generant,scilicet beneficium:familiaritas:similitudo:& facundia:siue affabilitas. Quatuor sunt quæ maximè odium pariunt,scilicet turpiloquium : offensio: auaritia: & derisio. Quatuor sunt quæ ad dignitatem quenquam prouehũt,scilicet census:scientia:vis astutia. Quatuor sunt quæ cæcant oculos iudicis, scilicet amor: odium: lucrum:& timor. Quatuor sunt quę subuertunt animi rationem,scilicet amor inordinatus : ebrietas vini : auaritia: & odium. Quatuor sunt quę diuitias afferunt,scilicet fundus siue possessiones:scientia: negotiatio:& casus siue fortuna. Quatuor sunt quæ diuitias acquisitas destruunt, scilicet guerra: gulositas: ludus: & luxuria. Quatuor sunt quę ciuitatem summè defendunt,scilicet pax:scientia:amor:& iustitia. Quatuor sunt quæ vrbem citissimè destruunt,scilicet guerra:inuidia:defectus victualiũ:& iustitiæ exilij. Quatuor sunt opera maximè laudanda. s.pacis inductio:iustitiæ obseruatio:releuare oppressum:& egenũ sustẽtare. Quatuor sunt in quibus nobiles quondam præcipuè delectabãtur. s.ire venatũ:delectari honoribus.seruire quibuslibet : insudare laudibus. Quatuor sunt in quibus nobiles

Universidad de Deusto Biblioteca

maximè nec inſiſtunt, ſcilicet inuadere aliena, dominari affinibus, inuigilare quæſtionibus,& largitatem ſpernere. Quatuor ſunt quæ ſcholarem potiſsimè ad ſcientiæ apicem perdũcunt.ſ.aure vigili audita percipere,percepta ſolerti ſtudio diſcutere, diſcuſſa memoratiuæ mente recondere,recondita cuilibet dicẽdo doctrinaliter diffundere.Quatuor ſunt quæ faciunt nobilem eſſe ciuitatẽ.ſ.antiqua conſtructio,ciuium nobilitas,cãpeſtres victoriæ, & cõſeruatio fœderũ. Quatuor ſunt quæ rem ritè perficiunt.ſ.artis doctrina, prudentium imitatio:vſus obſeruãtia,& decora prolatio. Quatuor ſunt liquores præ cæteris neceſſarij,& vtiliores.ſ.aqua:vinum,mel,& oleum.Quatuor ſunt quæ abſque aſsiduo vſu ab aliquo ſciri non poſſunt.ſ. fari Grammaticè,ornatè ſcribere,ritè ratiocinari,& metricos verſus cõponere.Quatuor ſunt quæ ritè pœnitẽtibus ſunt ſummè neceſſaria, ſcilicet oris confeſsio,cordis contritio,operis ſatisfactio,& boni cõtinuatio ſiue perſeuerantia in bono.Quatuor ſunt quę mutationem ſæpè recipiunt.ſ. voluntas in muliere:ventus in vere,ſors in proſperis,& turbatio in aduerſis.Quatuor ſunt quæ huiuſmodi prȩlato cõueniunt ſiue expediũt,ſcilicet lapſorum ſtatum cõſpicere, in melius ſperare dari,ſtipendia modica peragere:vtiliter niti ad lucra. Quatuor ſunt verba à quolibet præcipuè notanda, quòd ſcilicet largitas non durat,ſenſus non ſemper ſecurat, curialitas nonnũquàm fallit, & menſura nil omittit. Quatuor ſunt quæ in proditore ſemper reperies,ſcilicet mel in ore dulciſsimum,fel in opere mortiferum,ſub riſu blãdiſsimus in vultu,& ſagaciſsimus in actu. Quatuor ſunt quæ ſæpiſsimè hominem decipiunt,ſcilicet verborum dulcedo,lucrandi cupiditas,receptio mulieris,& paucitas intellect⁹.Quatuor ſunt quę morte peiora exiſtunt, ſcilicet ſenẽ paupertate opprimi, hominem carere ſenſibus corporeis,peccatorẽ inuolutum peccatis, & ægrum in carceribus detentum.Quatuor ſunt in quibus delectãtur maximè populares,ſcilicet artium charitudo:victualiũ vtilitas,nobilium oppreſsio,& variata nouitas.Quatuor ſunt loquelę prę alijs placibiles, ſcilicet Francigena in Gallia, in Lõbardia pede montis prolatio metrica, & proſaica in Alemania, compoſitio dictaminis in Apulia. Quatuor ſunt vrbes cæteris præeminẽtes,ſcilicet Pariſius in ſciẽtijs. Salernũ in medicinis, Bononia in legibus, Aurelianis in actoribus. Quatuor ſunt vrbes præ alijs grandiores.ſ. Pariſius in Francia,Mediolanum in Lombardia,Florentia in Tuſcia,Roma in Italia. Quatuor ſunt maximè ciuitates inter alias excellentes.ſ. Ianua, Venetia, Cõſtantinopolis,& Piſe.Prima gaudet diuitijs.Secunda victualibus non ex ſe,ſed aliundè.Tertia in mercimonijs. Quarta magnis ciuibus.Quatuor fuerunt homines cæteros alios excellentes.ſ.Salomon vniuerſali ſapientia. Ariſt.in Philo.Virgil.in poëtis. & Hypocras in Phyſic.vel Gratianus in decretis.Quatuor fuerunt ſtrẽnuiſsimi milites præ alijs excellentes.ſ. temporibus Alexandri Magni Popinus curſor, tempore quo Galli capta Roma capitolium obſidebant Furius,Camillus, tempore belli punici. Scipio, deinde Iulius Cæſar. Quatuor ſunt quæ tyranni præcipuè peragunt.ſ. bonos deſtruunt, pauperes odiunt,malos extollunt:virtutes eneruant. Quatuor fuerunt olim crudeliſsimi tyranni.ſ.Herodes in Iudęa,Nero in Roma, Atila in Galia & Italia,& Aicelmus in Marchia & Lombardia. Primus proprio ſe occidit gladio.Secundus occiſus fuit à populo. Tertius ſubito mortuus.Quartus in braca nuda Mediolani lætiferæ ſauciatus,& in Soncino caſtro Cremonæ eſt ſepultus.Quatuor ſunt homines qui vt plurimum dominari ſatagunt.ſ. pauperes vt aliena rapiant,diuites vt acquiſita defendant,læſi vt ſe vlciſcantur,boni vt vt boni à malis tueãtur.Primi cuilibet ſunt lætiferi.Secundi poſſunt tolerari. Tertij ſæpè damna inferunt: vltimi vtilitatem conferunt. Quatuor ſunt quæ præcipuè tyrannos regnare impediunt.ſ.ciuium concordia,diuitum copia,prouiſio prudentum, & audacia potentũ. Quatuor ſunt opera tyranni inter alia.ſ. inter ciues ſciſmata producere,prudentes opprimere,exinanire diuites, & depellere potentes. Quatuor ſunt mores qui præcipuè tyrannis inſunt.ſ. in crudelibus actiõus ſunt prȩcipites,in decentium auditione impatientes,omnia progredi volunt ex ſe,& à nemine volunt redargui. Quatuor ſunt quæ mulieres inter alia ſummè cupiunt.ſ. à formoſis amari iuuenibus,filijs pluribus pollere,pretioſis ornari veſtibus,& domui præ cęteris dominari.Quatuor ſunt quæ mulieribus valde dura perſiſtũt.ſ. maritum ſuum extraneis vti amplexibus, domui tumultum ſæpius ꝓmouere,filios egere victu & veſtitu,& ipſorum mortẽ prȩuidere. Quatuor ſunt quæ optimè iudici cõueniunt.ſ.benignè audire,prudenter reſpondere,ſobriè diſcutere,& ſolenniter iudicare.Quatuor ſunt quæ Deo & hominibus ſummè placida exiſtunt.ſ.fratrum concordia,proximorũ amor,coniugum cõſenſus, & lapſorũ reparatio. Quatuor ſunt quæ rei euentum paruum manifeſtè indicant,ſcilicet cõſilium deſerere,malè inchoare:vltra vires aggredi, & communia conſequi.Quatuor ſunt quæ pretio comparari vel extimari nõ poſſunt, ſcilicet ſcientia, ſanitas, libertas, & virtuoſitas. Quatuor ſunt quæ abſque graui labore acquiri non poſſunt, ſcilicet grandis laus, excellens in moribus ſcientia, magnus cenſus, & potentia. Quatuor ſunt quæ ſine pretio & difficultate acquiri poſſunt, ſcilicet contemptus ſui, fatuitas: vilis penuria, & infinitas.

Explicit Opus Septuageſimũprimũ.S.Tho.Aqui. De virtutibus & vitijs.

Incipit Index cõcordãtiarum.S.Th. in quibus concordat ſeipſum in paſsibus contrarijs.

Vtrum Deus ſit ſubiectum Theologiæ.
Vtrum beatitudo conſiſtit in actu voluntatis vel intellectus.
Vtrum frui ſit actus voluntatis in ordine ad intellectum.
Vtrum diuerſitas rationum, quæ eſt in attributis, ſit tantum ex parte noſtri, ſiue ex parte rei.
Vtrum Deus cognoſcatur in patria per ſpeciem ſuam.
Vtrum in vna ſpecie nõ poſſunt multiplicari indiuidua niſi ratione materiæ aut potentiæ.
Vtrum Deum eſſe vnum poſsit demonſtrari ratione & fide teneri.
Vtrum omnia nobiliori modo ſint in cauſa, quàm in cauſato.
Vtrum oportet, quòd illud, quod ſit de nobilitate creaturæ ſit de nobilitate creatoris.
Vtrum materia multiplicetur per aduentum formarum.
Vtrum Deum eſſe ſit per ſe notum.
Vtrum memoria ſit præteritorum.
Vtrum eſſe ſit accidens.
Vtrum potentia & actus ſint vnius generis.
Vtrum potentia ſit de genere actionũ aut qualitatis.
Vtrum vnus articulus fidei poteſt probare alium articulum.
Vtrum liber de ſpiritu & anima ſit Aug. aut alicuius Ciſtercien.
Vtrum in Deo ſint tranſcendentia.
Vtrum materia indiuiduatur per accidentia, aut per ſe ſit principium indiuiduationis.
Vtrum dimenſiones interminatè ſint in materia, aut materia nuda ſine omni forma, poteſt diuerſitatem habere.
Vtrum anima ſit tota in toto, & in qualibet eius parte.
Vtrum anima vniatur corpori mediantibus diſpoſitionibus.
Vtrum Philoſophi diuinam naturam cognoſcentes diuinam generationem: qua pater natura generat filium, cognouerunt.
Vtrum vna pars ſit in potentia ad aliam: vel omnes partes ſint in potentia reſpectu totius.
Vtrum potentia generandi, ſit eſſentia vel proprietas.
Vtrum per naturam immutabilitatis & temporis, aut naturã interminabilitatis. & Ethy. ipſi⁹ nominis peruiatur ad naturã æternitatis.
Vtrum ſpiritusſanctus, per hoc differat à filio: quia eſſe ab altero per generationem, & eſſe ab eo per ſpirationem non poſſunt vni conuenire.
Vtrum pater & filius ſint ſpiratores ſpiritusſancti, aut vnus ſpirator.
Vtrum charitas pertinet ad præmium eſſentiale.
Vtrum beatitudo conſiſtit in actu intellectus vel voluntatis.
Vtrum mundum eſſe perpetuum ſit probleuma neutrum.
Vtrum poſſunt eſſe infinitæ animæ actu.
Vtrum vti ſit actus voluntatis.
Vtrum actio reflexa differat ab actione, ſecundum rectum, id eſt, an eadem actione intelligitur intelligibile & ipſum intelligere.

Explicit Index.

INCIPIT EIVSDEM Doct. Opus Septuageſimũſecũdum. De concordantijs, in quo concordat ſeipſum in paſsibus apparenter contrarijs.

PERTRANSIBVNT plurimi & multiplex erit ſcientia.Dan.13.In viſione Prophetica, quæ vſq; ad tẽpus ſtatutum ſignari & claudi prȩcipitur,docemur in Chriſto omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ eſſe abſcõditos,donec ſe manifeſtauerit electis: vnde tunc nõ erit multiplex ſciẽtia, cum medium fuerit vnum & ſufficiẽs ad alia cognoſcẽda,ſecundũ numerum em̃ mediorum inuenitur numerus ſciẽtiarum, medium enim.i.eſſentia diuina cui omnes beati ſine medio creaturæ cõiungentur:vnde vni non aderit alio mediante, ꝙ vnus alium doceat:vnde Hiere.ſcriptum eſt. In illa die,non docebit vir fratrem ſuum & proximum ſuum dicẽs.Cognoſce Dominum, à minore enim vſq; ad maximum,omnes cognoſcẽt me,dicit Dominus,& hoc in plena luce perficietur, quæ nihil tenebrarum & errorum patitur:vnde propter huius luminis virtutem, nulla opinio locum habebit, ſed erit vna ſcientia omnium certiſsima, quæ erit gloria beatorum.In hoc em̃ gloriabitur,qui gloriatur ſcire & noſſe debet.Prædictũ igitur lumen dupliciter nobis in via cõmunicatur. vno modo modicè & quaſi ſub paruo radio:& hoc eſt lumen naturalis intellectus:quod eſt quædam participatio illius lucis æternæ: multũ tamen diſtans:& ab illa deficiens.vnde propter nimiã diſtantiam eſt quaſi vmbra:cui modicũ luminis eſt admixtũ.& ideò in hominib⁹ ratio inueniẽ quæ eſt vmbra intelligẽtiæ,& inde eſt,ꝙ ſunt diuerſæ opiniones apud homines propter defectũ plenæ lucis in cognoſcẽdo,q̃ tamen penitus auferẽtur:cùm illa lux radiare cœperit. Alio modo cõmunicatur nobis in abundãtia quadã.& quaſi in quadam ſolis p̃ſentia ibi acies mẽtis noſtræ reuerberatur : qa ſupra nos eſt & ſup ſenſum hominis qđ nobis oſtẽſum eſt: & hoc eſt lumẽ fidei q̃ nullã patitur opinionẽ infra ſuos terminos. Totũ em̃ certiſsimum eſt qđ fides habet ex quacũq; em̃ pte ad fidẽ acceditur omnis intellectus captiuatur in obſequiũ Chriſti:nec mirũ cũ etiã veritas creata cogat intellectũ ſibi aſſentire. diuerſitas igiẽ opiniõis ſi qua fuerit. Extra terminos fidei teneatur : infra terminos em̃ fidei vnius & vnius moris habitẽt fideles Chriſti:duæ nãq; offenſę in ſcripturis hominũ inueniũtur:error.ſ.cõtra ipſam veritatẽ : ſicut in doctrinis hæreticorũ cõtra fidẽ inuenitur:de qbus eſt certũ, ꝙ fallũtur in ratiõe humana:qa arg.cõtra fidẽ nõ ſunt fundata ſuper prima principia,vel lumen naturale:qa Deus & fidẽ & naturalẽ ſcientiã homini tradidit. Eſt & alia offenſa in ſcripturis:& qdẽ ſatis frequẽs:difficultas.ſ deueniẽdi in mentẽ auctoris qđ dicitur eſſe intantũ à quolibet ſtudioſo.Pauci em̃ vel nulli aliqd ſcripſerũt, qui ab hoc immunes ſint:qa ſcđm Aug.5.de Tri.Nunq̃ fuit aliqs qui in omnib⁹ ab omnibus intelligeretur.Sperãtes igitur cũ Dei adiutorio in operib⁹ noſtris primã offenſam euaſiſſe,alterã quantũ poſsibile eſt vitare deſideremus.vnde q̃ in diuerſis locis poſita ſunt eadẽ dũtaxat q̃ occurrerunt nobis debet huiuſmodi cogitatiõibus q̃ inter ſe aliquib⁹ videntur diſſona:qbus mens noſtra nõ ſatis eſt nota,ſic cõcordare intẽdimus:vt quomodò vnũquódq; in ſuo loco accipi debeat,ſine difficultate ſciri poſsit. Supplicãtes vt ſi qd aliqs inuenerit à nobis nõ concordatũ,ſi ei nõ ſit magna cauſa diſcẽdi ex qua ſcđm Hyla.accipiẽda eſt intelligẽtia dictorũ diſcretorũ,& magis exercitatũ conſulat. Si verò non fuerit inuentum, ꝙ ſimul vtrũnque ſtare poſsit id illorum,eligat quod magis veritati conſonum indicauerit: alterũ verò reuocaremus,ſi talis nobis diſcordia occurreret.

IN primo igitur ſentẽtiarũ diximus ſubiectũ theologiæ poſſe ſic vel ſic accipi ſi qs hoc vellet: in prima verò pte Deũ eſſe ſubiectũ theologiæ memorauimus,qđ verũ eſt : cũ formalis ratio obiecti in theologia ſit à Deo:& tale verũ eſt ſubiectũ. Aliud verò de his q̃ materialia ſunt,intelligi poteſt nõ id dicendũ eſſe ſubiectũ:vel niſi forte p accidẽs:ſed qa reuerẽtię doctorũ q talia dixerũt in aliquo derogare oderim.Cõſequẽter in eod.lib.diximus frui,eſſe actũ volũtatis in ordine ad intellectũ.In 4.verò ſentẽ.& in 2.pte ſum.& in ſumma cõtra Gẽtiles & in alijs quaſi frequẽt poſuim⁹ beatitudinẽ cõſiſtere in actu intellectus eſſentialiter:q̃ ſibi in nullo repugnãt:ſed addendum fuiſſet,ꝙ frui,nõ eſt ille actus abſolutè in quo cõſiſtit beatitudo:ſed ſupra ipſum addit:frui em̃ cõplectitur actũ intellect⁹ in quo eſt eſſentia beatitudinis:& omnẽ actũ qui ſequitur quaſi perfectionem aliã addens ſup actũ intellectus:vtputà delectationẽ & huiuſmodi quæ pficit operationẽ intellectus beati:ſicut pulchritudo iuuenturẽ.vnde fruitio eſt de rebus cognitis:quibus volũtas delectata quieſcit ſecũdum Aug.Rurſum quæſtiõe immediatè ſequẽte vbi de vti diximus,ꝙ vti eſt actus volũtatis: cũ tamẽ eius eſſentia magis ſit in executiõe quã in imperio:vt ibidẽ dictũ eſt:ſed hoc dictũ eſt,ideò qa volũtas ſolũ eſt imperãs etiã exequẽs:vt patet in actionibus quas per ſeipſam facit:& ſic vti eſt actus eius vel hoc ideò dictũ eſt: qa cõiungitur cuilibet viriũ inferiorũ:quarũ eſt exequi.ſicut motor coniungitur mobili.Cõſequẽter in ſolutiõe vnius argu.2.di.artic.3.dictum eſt,ꝙ eadẽ actione intelligitur intelligibile: & ipſum intelligere.In prima verò parte ſum.& in 3.ſent.Oſtẽſum eſt actionẽ reflexam differre ab actiõe ſecũdum rectũ:& iterũ in lib.de anima illud manifeſtũ eſt:ſed illius dicti ratio eſt:qa actio reflexa includit rectã qa nõ poteſt ipſum intelligere intelligi:niſi intelligatur ipſum intelligibile,& ideò licèt ipſum intelligere primũ poſsit eſſe ſine ſecundo.ſecũdum tamẽ nõ erit ſine primo.Cõſequẽter cũ quæritur, vtrũ in diuina eſſentia poſsit eſſe pluralitas attributorũ, dictũ eſt, ꝙ diuerſitas ratiõis quæ eſt in attributis: nõ tantũ eſt à parte noſtra : ſed à proprietate rei ipſius,& hoc verũ eſt: ſed quomodò hoc debet intelligi in prima parte ſum.oſtẽſum eſt vbi quæſitũ eſt vtrũ nomina dicta de Deo & de creaturis dicãtur vniuocè:ibi em̃ inuenitur quòd vnũ quid ſimplex reſpõdet omnibus cõceptiõibus quas de Deo habemus,& illud ſemp relinquitur poſt quãlibet cõceptionẽ.vnde nõ apprehẽſum bene & nomẽ qđ imponitur ſemper exceditur ab ipſa re.Et ideò cũ dictũ eſt,ꝙ diuerſitas rationũ reperitur ex parte Dei, diſtinguendũ eſt duobus modis poſſe aliquid correſpõdere rationibus diuerſis.Vno modo quãdo in re ipſa plures naturę reperiuntur, ſupra quas fundantur rationes diuerſæ : ſicut patet de homine albo & muſico,in quo eſt diuerſitas rationũ ex parte ipſius:& talis diuerſitas ponit cõpoſitionẽ in re ipſa:& determinatè illud ſuprà qđ vna cõceptio fundatur:reſpõdet illi cõceptiõi & nõ alij.talis autẽ modus correſpõdentiæ nõ eſt in Deo. Alio autẽ modo poteſt aliquid correſpõdere cõceptiõibus diuerſis:nõ ꝙ in re ſit diuerſitas aliqua naturarum:ſed vna natura ſimplex cõceptiõi nulli proportionata: ſed excedens omnẽ cõceptionẽ:& ſic nõ derogat ſimplicitati : ſicut em̃ in alijs diuerſitas naturæ:ita in Deo ſumma perfectio reſpõdet multis & diuerſis cõceptiõibus.Et iſto modo iſta diuerſitas nõ tantũ eſt in ratiocinãte: ſed in ipſa re:qa ſemper accipitur eadẽ natura ſimplex in cõceptiõe poſteriori vt excedẽs priorẽ.vnde pluralitas rationum ex parte Dei eſt:vt quoddã excedẽs in perfectiõe, & nõ vt habẽt diuerſas naturas.In eadẽ verò quæſtiõe dictũ eſt,ꝙ bonitas & ſapiẽtia & huiuſmodi in Deo ſunt ſecũdum veriſsimam ſui rationẽ: & ideò bonitas nõ eſt ratio ſapiẽtiæ:ſecũdum ꝙ huiuſmodi.Vnde cõcludebatur,ꝙ abſolutè ſunt in Deo ſecũdum diuerſam rationẽ,quę diuerſitas nõ eſt tantũ apud ratiocinantẽ,ſed apud proprietatẽ rei.In prima autẽ parte ſummæ vbi.ſ.quæritur. An nomina dicta de Deo, & de creaturis dicãtur vniuocè,illud ſatis declaratũ eſt : quia non fuit intentũ ibidẽ ponere in Deo aliquã diuerſitatẽ rationũ abſolutarũ: ſed hoc inuenitur in ipſa proprietate rerũ,&c. Et ideò poſitũ eſt ſecũdũ ꝙ huiuſmodi.Nihil autẽ eſt accipere à proprietate rerũ quod nõ ſit in Deo multo nobiliori modò.Et ideò cõnatatio in creaturis nõ eſt cauſa ꝙ talia ſint ĩ Deo:ſed ecõuerſò. Nõ em̃ ideò Deus bon⁹ eſt:quia hoc reperitur in creatura:ſed creatura bona eſt, quia Deus bonus eſt.Dicitur autẽ dictum eſt cõſequẽter, ꝙ Deus & angeli cognoſcũtur à nobis per ſpecies impreſſas & non abſtractas:nõ oſtendunt ꝙ Deus videatur in patria per ſpeciẽ ſuã: nam in prima parte ſummæ,oſtẽſum eſt hoc eſſe impoſsibile:ſed in via cognoſcitur quãdóq; Deus:nõ per ſpeciẽ à creaturis acceptã:ſed interius à Deo formatã.vnde in reſpõſione ad quæſtionẽ dicebaẽ,ꝙ nõ quærebatur de viſione Dei per eſſentiã.In quęſtiõe de Trinitate Dei.di.2.arg.6.Diximus in vna ſpecie nõ poſſe multiplicari indiuidua,niſi ratiõe materiæ vel alicuius potẽtiæ:vbi innuitur multiplicationẽ indiuiduorum eiuſdẽ ſpeciei fieri poſſe per aliquã potentiã,quæ nõ ſit materiæ,quæ q̃uis poſsit reperiri ſine materia vt in angelis,tamen ſecundum eam nõ ſit multiplicatio indiuiduorũ in eadẽ ſpecie:cũ tot ſint ſpecies,quot indiuidua in eis:vt oſtẽſum eſt frequẽter.hoc em̃ dictũ eſt:ideò quia nondũ inuentũ erat aliqd ad oſtẽdendũ potentiã non multiplicare indiuidua in eadẽ ſpecie:quod tamen multi tenebant. Quod autẽ in reſponſione eiuſdem quæſtionis dictũ eſt, Deum eſſe vnum demonſtrari ratione & fide teneri,non oſtendunt aliquid ad fidem pertinere quaſi articulus eius,ꝙ etiã poſſet demonſtrari:cùm fides ſit de nõ apparentibus ſecũdum Apoſtolum. Sed hoc ideò dictum eſt : quia ratio naturalis ſubſeruit fidei : vnde eſt dictum per fidem acceptum hoc:ſed quòd fides ſupponit Deum eſſe vnum tanquàm ratione oſtenſum Deum. ſ. eſſe vnum : vel ideò dici poteſt vt fiat reſolutio ad diuerſos:quia vni poſſet de hoc fieri demonſtratio: alteri verò non:quem per fidem neceſſe eſt ad hoc accedere. In eadem iterum quæſtione dicta ſunt duo,quę ſibi videntur repugnare. vnum eſt, quòd omnia nobiliori modo ſunt in cauſa ſua quàm in ſuo cauſato. Aliud eſt quòd non oportet,quòd illud quod eſt de nobilitate creaturæ ſit de nobilitate creatoris: quæ non ſunt oppoſita: quia primum dictum eſt cauſaliter:aliud verò formaliter.Iterũ ibidem in fine quæſtionis dictum eſt, quòd materia multiplicatur per aduentum formarum : quod verum eſt de multiplicatione ſpecierum:quarum principia ſunt formę.aliàs enim oſtenſum eſt frequẽter formas multiplicari per materiam quæ eſt multiplicatio indiuiduorum in eadem ſpecie.Infrà autem dictum eſt Deum eſſe nõ eſſe per ſe notum.& idem poſitum eſt in prima parte: & in libro contra Gentil.vbi actũ eſt de ratione Anſelmi, qui ex ſignificatione ipſius termini proceſsit:vt videtur:quam tamen ſignificationem non ponit Dionyſius,qui nominum diuinorum ſignificationes pertractauit vt credimus : nec aliquis excepto Anſelmo. Vnde ſuffeciſſet ibi dicere quod dicit Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana,quòd licèt omnes Latini cùm audierint illud nomen excitentur ad cogitandum quandam naturam : quod potius factum videtur ex quodam vſu quàm ex ipſa vi vocabuli. Et ideò ibidem præmiſit, quòd non in ſtrepitu iſtarum duarum ſimilitudinum Deus cognoſcitur ipſe:quod tamen cõuenit in prolatione terminorum principij per ſe noti,niſi fuerit tale per ſe notum,quod non niſi paucis & ſapientibus eſt per ſe notum:vt incorporalia non eſſe in loco.vt dicit Boëtius in libro de hebdomadibus:de quo tamen alij rudes, ſcilicet per rationem doceri poſſunt:quos tamen ipſa prolatio vocabuli nõ docet hæc:per quẽ modum poſſet dici ſapientibus de Deo,Deum eſſe per ſe notum : non autem ſimpliciter ex ipſa prolatione nominis: ideò ipſe nomen ſuum omnib⁹ manifeſtauit:vt ſcriptum eſt. Quod autem poſteà ſcriptum eſt memoriam quę eſt altera pars imaginis, non eſſe præteritorum abſtrahit ab omni tempore cùm ſit in intellectu:& ideò in parte ſenſitiua,diſſentire videtur ei,quod dictum eſt

Universidad de Deusto Biblioteca

in quæſtionibus diſputatis:vbi dictum eſt, eandē memoriam reſpicere præterita,ſed hoc dictum eſt per ſimilitudinem,quandam:quia reſpicere,quod eſt talis memoriæ præſupponitur intuitioni intellectus ordine quodā:ſicut inter præteritum & futurum præſens ordo inuenitur. Vel ideò dictum intelligi poteſt:quia intellectus poſsibilis ſpecies retinet per tēpora,cum ſit locus ſpecierum ſecundum Philoſophum ſed ad eas non redit,niſi per fantaſmata,quę ſunt in parte ſenſitiua vbi etiam illa memoria ponitur. Cōſequēter dictū eſt eſſe, nō eſſe accidens in q.vtrum eſſentia animæ ſint ſuę potētiæ,in ſolutione ſecundi argumēti,& ideò in mente ſequitur eſſentia aīæ: quia oſtēſum fuit effectum immediatum proportionatum eſſe ſuæ cauſę. In quæſtionibus verò diſputatis,dictum eſt eſſe angeli, eſſe accidēs. Et talia frequēter inueniuntur eſſe dicta in diuerſis locis,quæ ſic intelligi habēt. Eſſe enim habet cōpoſitionem ad principium eſſendi & ad ipſum,qđ eſt,ſi ſpirituiſancto ſit ſuum eſſe,quod in Deo ſolùm habet locum. Et hoc patet,quia eſſe album,albū nō eſt accidēs habito reſpectu ad albedinē eſt principium eſſe albi,in quo ſolū eſſentialiter eſt albedo. Ad ipſum verò ſubiectum cōparatum,eſſe album eſt accidens,per quē modum eſſe rei animatæ habito reſpectu ad principium vt eſt principiū talis eſſe,eſſe nō eſt accidēs:quia natura eius vt principium eſt in hoīe ſaluatur.ſ.eſſe principiū enim principium formale eſſendi eſt ipſum eſſe per quod quælibet forma dicitur cauſare eſſe. Vnde forma nō dat eſſe ſuæ materię quæ dicitur actus,niſi per ipſum eſſe,quod eſt etiā actus ipſius formæ, quod tñ dicitur ſeq ipſam formā,quia in ordine vnionis, ita ſe habet, ꝙ eſſe abſolutum nulli materiæ vnitur,cū in nullius cōpoſitiōe cadat,& ideò per formam neceſſe eſt eſſe tribui materiæ & nō per ſe,inde eſt,ꝙ reſpiciēdo ad ordinē inhærentiæ forma eſt principium ipſius eſſe, reſpiciēdo verò ad ipſam actualitatē materiæ ſiue,cōpoſiti eſſe eſt priùſquā ipſa forma. Sic igitur ſi fiat reſpectus ad ipſum principiū eſſendi in cōpoſito eſſe nō eſt accidēs,ſi verò fiat reſpectus ad ipſum, quod eſt: vt ad angelum vel ad quodcúnque aliud illud,eſſe eſt accidens: quia ipſum,quod eſt intelligi poteſt & diffiniri per propoſitionē indicātem,quod quid eſt. Etiā ſi nō ſit nec per aliquā dici poſſet ipſum eſſe cū ſuum eſſe non ſit ipſum ens:vnde in angelo licet idē ſit id, qđ eſt, ſuppoſitum.ſ.& ipſum principium eſſendi,non tñ propter hoc,ꝙ accidentaliter ſe habet reſpectu vnius eſt accidēs reſpectu alterius,different enim in angelo eſſe & ſuppoſitū ſecundū rōnē,& hoc ſufficit ad propoſitum. Quod autē dictum eſt ibidē ad idē genus pertinere potentiā & actum & ꝑ hoc oſtenſum eſt potentiā aīę eſſe accidens: quia operatio ſua eſt accidēs, plus cōcludere videtur ꝑ hoc enim nō ſolū potētia aīæ accidēs eſſe oſtēditur,ſed ad prædicamētum actiōis pertinere,quod verū eſt,ſicut eñ principium actionis ꝑ reductionē ad idē genus cū actione pertinebit, ſed hoc nō ſufficit ad ꝓpoſitum oſtēdēdum: quia nihil prohibet aliquid eſſe per ſe in genere aliquo, & per reductionē in alio,ſicut albedo vel ſciētia eſt ꝑ ſe qualitas:ſed per naturā alterius ad relationē pertinet ſeu ſpectat. Ex quo oſtendi videtur potentiā aīæ vt operās eſt eſſe in gñe actiōis per ſe,tñ in gñe qualitatis, ſed vbi ponuntur duo principia ſecundū ordinē in agendo,& nō ſecundum ordinē ad eſſendū, alterū neceſſariò eſt accidēs: vt patet de forma ſubſtantiali in igne,& de eius calore. Cū ergo eſſe aīæ ſit principium eſſendi principiū:& potentia ꝓximū ex quo eſſe aīæ eſt in gñe ſubſtātiæ,potētia erit in genere accidētis.ſ. qualitatis. Quod autem poſitum eſt ꝓ exēplo quomodò ex articulis fidei pōt argumētum ſumi ad probādum ipſos articulos fidei. ſic facit Apoſt. 1.Cor. Vbi ex reſurrectiōe Chriſti ꝓbauit reſurrectionē cōmunē futurā,nō ita intelligitur quin reſurrectio cōmunis ſit articulus fidei. cū in Symbo.Apoſto. ponatur inter articulos fidei:vnde reſurrectio probari nō poteſt,licet per vnū articulum alius defendi poſsit apud illum qui vnum cōcedit alio negato:vnde nō placet nobis,quod dictum eſt in prima parte ſummę,ꝙ Apoſtolus arguit ex reſurrectiōe Chriſti,ad reſurrectionē communē probādam:quia eius oppoſitum expreſsè dictum eſt paulò ante:vbi dictum eſt, ꝙ Theologia non argumentatur ad principia ſua probāda quæ ſunt articuli fidei,& hoc verū eſt,ideò hic ſuper primum librū melius dictum eſt. Vbi autem de frui dictū eſt intitulatur liber de ſpiritu & aīa. Aug. In quæſtioni. verò de anima.dictum eſt,ꝙ ille liber cuiuſdā Ciſterci.eſt.quę ſimul ſtare nō poſſunt,ideò vltimū veracius dictū putamus. Poſteà dictum eſt,ꝙ res eſt de trāſcēdētibus,& ideò cōmuniter ſe habet ad relatiua & ad abſoluta: vnde poſſunt dici tres res in diuinis propter diuerſitatem relationum,quæ ibi poſſunt inueniri, & nō propter abſoluta, quod nō ideò dictum eſt,ꝙ in Deo ſint trāſcendentia inquantū trāſcendentia,ſed ideò dictum eſt,ꝙ ſicut alia nomina trāſumptiuè dicuntur de Deo,ita & illa,& tāto cōuenientius,quāto indeterminatius ſe habēt ad res. In prima parte dictum eſt materiam indiuiduare per accidentia quædā, cùm tñ frequenter inueniatur dictam materiam eſſe principium indiuiduationis, quæ ſic intelligi habēt,certum eñ eſt ibi indiuiduationē originari:vbi terminatur actio ipſius intellectus abſtrahētis,hoc aūt eſt quiditas ipſa ſingularis vt ſingularis eſt, quę accipitur à ratione particulari quę eſt infima hoīs,loco cuius in brutis eſt æſtimatiua,ipſa verò accidentia à ſenſu capiuntur:vñ apud nos duo participant ad indiuiduum in genere ſubſtātiæ.ſ. ſubſiſtere in primo gradu ſubſiſtēdi, ꝙ eſt fundamētum omnium aliorum ꝓprium:vnde & prima ſubſtātia à Philoſo.vocatur: quia nō eſt aliqua ſubſtātia prior de qua prædicetur,ſed ſola materia ꝑ quā indiuiduatur,diuiſio enim formalis eſt per ſuppoſita eiuſdē ſpeciei, aliud eſt, quod ſenſu demōſtratur hic & nunc,eadē vicinitas quæ eſt inter rationem particularē hominis & ſenſum ſuum, cuius ſolius eſt differētias loci & tēporis percipere, neceſſariò erit inter quiditatem particularis vt particulare eſt: vt ſua accidētia per quæ ad locum & tēpus determinatur:quātùm igitur ad hoc vt nunc pertinet,quātitas indiuiduatiōis eſt principium, quātùm verò ad ipſam talem quiditatem ſpectat materia eſt principium indiuiduatiōis, impoſsibile eſt tamē materiam vniri formæ ſine quātitate: quia primus gradus materiæ per formā eſt corpus, licet ipſa quātitas nō ſit principiū eſſendi ſui ſubiecti. Cōſequenter cum de ſimplicitate animæ ageretur,in primo ſentētiarum materiā nudā ab omni forma nullā diuerſitatē habere dictum eſt:quia eſſe ſubſtātiale pręcedit omne eſſe accidentale. In ſecundo verò ſenten.& 4.& in lib.cōtra gentil.dictum eſt dimēſiones indeterminatas eſſe in materia. Aliter enim nō poſſunt diuerſæ formæ in materia recipi,ſi nulla penitus in ea diuerſitas eſſet, has autē dimēſiones.7 Metha. remouimus hic autē ita accipi debēt,cum eñ de reſurrectione ageretur in quarto, & quātitas dimēſiua ſit principium indiuiduationis:vt dictum eſt, nō reſurgeret idē indiuiduum numero,niſi redirēt eædē dimēſiones numero,quod nō poſſet cōtingere per agēs naturale,ſed per agēs diuinum. Vnde cū nō ſit in hoīe niſi vna forma tātum.aīa.ſ.quæ quāta nō eſt per ſe vel per accidens. ſicut aliæ formæ naturales ſunt ſolū à parte materiæ ponēdę ſunt dimēſiones hę nō aliter cōſtare,quā in potētia. Et ideò nō placet,ꝙ vſi ſumus materia cōmen.in 2.ſent. Cū de eis eſſet ſermo,ne ꝓpter hoc videamur eas ponere modo cōmētatoris. De hoc etiā in noſtris quæſtionibus agitur:vbi quæritur de veritate:vtrū diuina prouidētia diſponātur corpora inferiora per corpora cœleſtia. Ibi eñ arguitur ſuper opinionem cōmen.& reſpōdetur,ꝙ dimenſiones intelliguntur in materia ante formas naturales nō actu cōpleto,ſed in actu incōpleto,& ideò ſunt prius in via generatiōis,cuius ratio eſt:quia cum forma aliqua perficit materiam ſecundum diuerſos gradus in gradu primo qui eſt imperfectior,ſequuntur dimēſiones. Et quia hic gradus incōpletus actus eſt reſpectu gradus ꝑfectioris erit prior in via generationis,ideò prædictæ dimenſiones in via generationis pręcedunt formas naturales ſecūdum gradus perfectos, propter gradum enim naturæ perfectum dicuntur formæ naturales ſecundum ꝙ in gradu naturæ perfecto res eſt principium motus & actionis, nihil enim mouet & agit aliquid niſi in gradu naturæ perfecto exiſtens, cum natura ſit principium motus,& licèt dimēſiones tales originētur in tali gradu tātum, tamen vt in ſubiecto ſunt in ipſa re ꝑfecta, & nō tātum in ipſo gradu imperfecto & iſto modo poſſet opin. cōmen. ſaluari,ſi tñ opinatus fuiſſet illas per generationē rei reſultare & nō præcedere omnē formā ſubſtātialem. Et per hūc modū poſſet ſaluari, quod dicit materiam non poſſe ſpoliari his dimenſionibus: quia cum materia nō ſit ſine forma,impoſsibile eſt eam eſſe ſine primo gradu quem facit forma,primus autem gradus eſt corporeitas: vnde nō eſt materia niſi in corporibus, ſed ponere aliquā eſſentiam quantitatis ſequi materiā & ab ea nō ſpoliari materiam, impoſsibile eſt & opinio antiquorum negātium formas ſubſtantiales: vt dicitur in 7.Metha. Iſto igitur modo vbicúnq; aliquid de hoc inuenitur exponatur. Conſequenter dictum eſt,quòd in omni materia ſecūdum capacitatem ſuā perfectio infunditur,in quo innui videtur formam ordinari ad materiam & econuersò,cum tamen forma ſit finis propter quem materia ſic vel ſic diſponitur, & hoc frequenter inuenitur dictum:vtrúnque enim horum verum eſt. Nā agens diſponit materiam vt ſit apta recipere formam,& illo modo forma finis eſt, & ſic iterum receptum eſt in recipiente per modum recipientis, & ſic limitatur forma ſecundum capacitatem materiæ & ſic eſt ordo formæ ad materiam. Conſequenter cùm quæreretur vtrum anima ſit in qualibet corporis parte tota. In ſolutione ſecundi argumenti dictum eſt,quòd perfectibile debet eſſe propotionatum ſuę perfectioni. Et ideò ſunt partes in animali perfecto diſtinctæ propter diſtinctionem potētiarum animæ perfectæ quaſi potentiæ illę eſſent perfectiones talium partium:quod verum eſt de perfectione accidentali per quam partes immeritæ ſe habent ad operandum, non autem de perfectione ſubſtantiali: quia illæ potentiæ non ſunt formæ ſubſtantiales,imò quælibet pars habet eſſe ab ipſa eſſentia animæ:vnde licet vnum ſit eſſe ipſius totius & cuiuſlibet partis:quia vna tantum eſt forma,diuerſæ tamen ſunt perfectiones in diuerſis partibus,quæ ſunt principia immediata operationum determinatarum: vnde viſiua potentia non eſt forma ſubſtantialis oculi dans ei eſſe ſubſtātiale, licet perficiat eum ad videndum, ſed ipſa eſſentia animæ propter ſui perfectionem:vnde vna forma eſt conſtituens animal omnibus modis quibus conſtitui poteſt: vnde niſi fuerint diuerſa organa,quot

gana, quot ipſa neceſſariò requirit, non fieret animal per aliquid eius:vnde nulla pars animalis perfecti eſt animal: nec actu nec potentia. Anima verò in animalibus imperfectis non requirit tantam diuerſitatem in partibus vel in organis:quia non eſt in eis multitudo operationum:& quia non requirit tantam diuerſitatem in partibus:ideò talium corpus non eſt omninò vnius formæ:vt ibi dictum eſt:quia non conſtituit animal omnibus modis quibus conſtitui poteſt:quia animal poteſt fieri per aliquid eius. ſi enim diuidatur animal anuloſum,vt ibi dicitur forma quæ prius erat in actu vna,iam ſit multæ in actu. vnde certum eſt quòd partes in toto erant animalia in potentia:quod nō contingit in animali perfecto:& ideò non eſt tanta vnitas talis formæ,quanta animæ perfectę:& propter hoc dictum eſt,quòd corpus in talibus eſt quaſi vnius formæ:non quòd intellexerimus ibi eſſe plures formas niſi in potentia:quæ ad actum per diuiſionem ducuntur,quòd ergo de vnitate formæ in diuerſis locis diximus,neceſſarium credimus & eius contrarium impoſsibile:ſed de hoc qui in vno loco nos reſpexit,non ſtatim ſententiam ferat,cùm multa in vnum cōtulerit inconueniens reperiet. In prima parte dictum eſt, animam non vniri corpori mediantibus quibuſdam diſpoſitionibus.in primo verò ſententiarum diſtinct.2. ſolùm generali.argumen.vltim.dictum eſt diſpoſitiones manere cum forma ſubſtantiali. Et frequenter ſermo de hac materia reperitur, & hæc ſibi repugnare videntur. Inuenitur etiam quòd diſpoſitiones præcedentes in aduentu formæ ſubſtantialis corrumpantur. Primò ergo ſciendum, quòd prima duo ſibi non repugnant: quia quando agens intendit ſuam ſimilitudinem in materiam aliquā imprimere,virtus ſua immediatior eſt ipſi materię,quàm accidens quod agit in virtute formæ ſubſtantialis:quia virtus agentis coniungit ſecundum cum paſſo:forma autem ſubſtantialis ſequitur ſuam virtutem, & non ipſum accidens. Et ideò ſi quando ex aëre generatur ignis, diceretur idem calor manere qui diſponit aërem ad ignem:quod tamen impoſsibile eſt. Nam propter hoc ſequeretur formā ignis recipi in materiam mediante calore. De ſecundo, ſcilicet quomodò diſpoſitio maneat: cùm frequenter inueniatur dictum,diſpoſitionem corrumpi in aduentu formæ ſubſtantialis, in ſolutione primi argumenti prædictæ quęſtionis ſufficienter dictum eſt. Conſequenter cùm quæreretur vtrum pater genuit filium natura: nam diſtin. 6. In ſolutione tertij argumenti dictum eſt, quòd Philoſophi ideò non cognouerunt diuinam generationem: licèt cognoſcerent diuinam naturam:quia non comprehenderunt eam. Si autem comprehendiſſent naturam Dei & generationem nouiſſent. Ex quo videtur,quòd nec beati in prima illam generationem ſciant: quia conſtat,quòd non comprehendunt naturam Dei: licèt idem in prima parte ſummæ,& in quæſtionibus noſtris docuimus:quod poſſet cōcordari per hoc vt videtur: quia comprehendere dicitur: vt dicitur in prima parte ſummæ,pro termino,ſcilicet inſecutionis: quando, ſcilicet tenetur:& ſic beati in patria habent meritum ſpei,& noſcūt illam ineffabilem generationem:& ſic Philoſophi non comprehenderunt diuinam naturam:vnde non attigerunt ad illam generationem:alio modo dicitur comprehendere propriè, quod eſt concludere aliquid in terminis continentis: & ideò illo modo nihil comprehendit Deum:quia ipſe excedit omnem intellectum: & licèt ſic non comprehendatur, tamen generatio illa per primam comprehenſionem ſatis manifeſtatur beatis: & ſic in prima parte ſummæ dictum eſt de comprehenſione:ſed hoc non ſufficit ad illa concordandum: quia in prima parte dictum eſt, quòd qui ipſum comprehenderet ſciret ratiōes omnium rerum quæ ab ipſo productę ſunt, quod neceſſe eſt intelligi de illa comprehenſione, qua nullus eum comprehendit:ſicut ipſe ſeipſum:vnde beati in patria omnes rationes quæ in ipſo ſunt,non cognoſcunt, & ſi ipſum comprehendant primo modo,& idem dictum eſt in primo ſententiarum. per quod manifeſtum eſt comprehendere non poſſe accipi primo modo: ſed ſecundo. De hoc enim dicitur ibidem,quòd tunc omnia opera diuina cognoſcent.vnde melius fuiſſet ſic diſtinctum eſſe,quòd cognoſcere naturam diuinam eſt duplex.vno modo per reuelationem: & ſic non cognouerunt Philoſophi: quia tunc cognouiſſent ipſam generationem: quia fides dicit Deum eſſe æternum,trinum,&vnum. Alio modo per effectus,&c. Quæ dicuntur ibidem. Inuenitur in prima parte ſummæ.vbi de diuina ſimplicitate agitur,quæſtione.3. Solutione generali.7.argumento quòd quandóque vna pars eſt in potentia ad aliam:ſicut materia ad formam, vel omnes partes ſunt in potentia reſpectu totius,alibi reperitur frequenter:ideò omnes partes dicit in potentia eſſe in toto: non reſpectu totius: ſed vt per ſe ſint actu:& vtrúnque verum eſt,omnis enim potentia ad actum ordinatur. Actus autem dupliciter, participatiuè & ſimpliciter. vnde cùm partes dicuntur eſſe in potentia reſpectu totius,non eſt intelligendum,quòd partes ſe habeant potentialiter ad actum participatum.nam in toto exiſtentes habēt illum actum,reſpectu enim eiuſdem nihil eſt ſimul actu & potētia:hoc igitur per ſimilitudinem dictum eſt: quia imperfectum reſpectu perfecti ſe habet ſicut potentia reſpectu actus,partes enim ſunt deficientes à perfectione totius. Reſpectu verò actus abſoluti, propriè ſunt in potentia: quia nulli nondum habent in toto exiſtentes.& hoc modo in primo Phyſico. expoſitum eſt à nobis quomodò partes ſunt in potentia reſpectu totius. Conſequenter vbi de potentia generādi quæſitum eſt, dictum eſt quòd eſſentia vt eſt paternitas,eſt principium quo pater generat & ideò potentia eſt quaſi medium inter eſſentiale & reſpectiuum. In prima verò parte ſummæ eodem argumento dictum eſt potentiam generandi, eſſe eſſentiam principaliter nec etiam eſſentiam: inquantùm eſt idem relationi:vt ex ęquo vtrúmque ſignificet: quia vt ibidē dicitur paternitas,nō eſt quo pater generat:cū ſit quaſi quędam forma indiuidualis:& ita illa valde ſibi repugnare videtur,nec ſolùm illa:imò etiam ea quæ in eadem parte dicūtur niſi intelligantur: Eadem namque quæſtione argumen. 4. Dicitur quòd potentia nihil aliud eſt niſi principium actionum notionalium:&cùm pater ſit principium generationis:& pater & filius principium ſpirationis in patre erit potentia generandi,in patre & filio potentia ſpirandi. In quæſtione verò 36. argumen.4. dicitur quòd ſicut pater & filius ſunt vnus Deus propter vnitatem formæ ſignificatę per hoc nomen Deus:ita ſunt vnum principium propter vnitatem proprietatis ſignificatę per hoc nomen principium.vbi expreſsè dicitur principium ſignificare proprietatem non eſſentiam. Si igitur ſic arguatur,principium ſignificat proprietatem non eſſentiam:cuius oppoſitum dicitur directè argumen.eiuſdem quæſtion. vt allegatum eſt priùs. Ad horum igitur euidentia conſiderandum eſt,quòd proprietas perſonalis eſt ſemper conſtituens primò,& diſtinguens poſteà naturaliter,& prout eſt conſtituens, ſe habet per modum differentiæ ſiue formæ particularis:cuius eſt eſſe incommunicabilis. Et iſto modo idem eſt cum eſſentia:ſed ratione differens: vnde non poteſt eſſe principium quo aliquid producatur:quia in ipſo non ſit aſsimulatio:cùm ſit incōmunicabilis.& ideò dicitur in ſumma,quòd eſſentia non eſt principium quo filius generatur:ſecūdum quòd eſt cum paternitate: paternitas namque conſtituit: & diſtinguit patrem: vt dictum eſt. Inquantùm autem conſtituit: vt proprietas particularis eſt:& ſic nullo modo erit principium quo pater generat:aliter generaret patrem:inquantùm verò diſtinguit eſt relatio originis:ſed in relatione eſt duo conſiderare.id, ſcilicet vnde relatio eſt: & hoc ſequitur actionem ipſam ſecundum modum intelligendi in diuinis. vnde nec eſt ſic paternitas principium quo pater generat: quia ſic paternitas ſequitur eius generare:aliud autem eſt intelligere in relatione,ſcilicet quod eſt præter quod in omni relatiōe reperitur in diuinis:tamen idem eſt vtrúnq;. In creaturis verò realiter differūt. Eſſentia igitur diuina eſt id quod eſt in paternitate præter id quod refertur.& eadē eſſentia eſt id quod eſt in filiatione præter id quod refertur:& certum eſt, quòd alia ratione eſt eſſentia in paternitate præter id quod refertur: & alia in filiatione. Eſſentia igitur ſecundum quod eſt id quod eſt in paternitate præter id quod refertur,eſt principium quo pater generat:non autem omninò ſecūdum quòd eſt præter id quod refertur: ſed ſecundum quòd eſt præter id quod refertur in paternitate tantùm. vnde eſſentia eſt quaſi principium primum:paternitas verò proximū: ſicut humanitas apud nos enim humanitas & potentia generatiua ſemper communicatur: ſed potentia generatiua non eſt ſemper: & ideò potentia ex æquo ſignificat eſſentiam & relationem:imò principaliter eſſentiam:quia eſſentia communicatur:& hoc pertinet ad naturam principij generationis. Quod autem & pater,& filius dicuntur vnum principium,non eſt eò quòd conueniant in aliquo quòd perſonas eorum conſtituat: ſed quia cōueniunt in vna relatione reſpectu ſpiritusſancti. Ex quo manifeſtum eſt quòd id in quo conueniunt cùm non ſit particulare conſtituens,poteſt eſſe principium productionis perſonarum:licèt forma particularis conſtituens nō poſsit:iſta autem notio licèt ſequatur relationem inquantùm eſt relatio fundata ſuper actū:pręcedit tamen inquantùm eſt idem cum patre & filio:ſed quia nō particulariter ſe habet ad eos:quia non conſtituit eorum perſonas, poteſt eſſe principium quo ſpirant: ſed non communicatur quod eſt propter oppoſitionem ad ſpirationē paſsiuam: & ideò eſſentia non eſt id quod eſt pręter relationem in communi:tamen ſpiratione eſt principium.quo pater & filius ſpirant ſpiritumſanctum. ibidem in ſcripto in fine eiuſdem articuli dictum eſt eandem eſſe actionem eſſentiæ & proprietatis patris,vbi nomine proprietatis non eſt intelligenda forma particularis:ſed magis hoc eſt dictum ad ſimilitudinem proprietatis ſpeciei. Talis enim proprietas magis conuenit cum eſſentialibus rei,quàm proprietas indiuidui: paternitas enim in Deo ſimilitudinem habet cum forma particulari rei inquantùm talis eſt: non eſt de intellectu eſſentiæ rei: ſicut hæc anima non eſt de intellectu hominis:haberet etiam conuenientiam cum proprietate ſpeciei quæ concomitatur eſſentiam ſemper: & hoc modo vltimo poteſt eſſe eadem actio eſſentiæ & proprietatis patris:ſed eſſentia communicatur. proprietas verò non, quòd eſt propter oppoſitionem quam habet in ſe cùm ſit relatio: diligenter igitur vbi talia

Universidad de Deusto
Biblioteca

inueniuntur,hoc modo distinguantur, & nihil dubietatis erit deinceps.Consequenter cum de æternitate ageretur in primo sententiarum per Ethymologiam nominis ipsius,& per naturam interminabilitatis processum est. In prima verò parte summæ per naturã immutabilitatis & temporis peruetum est ad naturam æternitatis. Et in primo lib.contra genti.ex immutabilitate Dei ostensa.in 14.arti. & in 25.statim enim æternitatem intulimus:vtérque enim modus satis conueniens est doctrinæ. Cõsequenter cum de spiritusancto agere tur dictum est di.10.ar.vlti.q̃ esse ab altero per generationem & esse ab eo per spirationem non possunt vni conuenire: vt per hoc solum differret filius à spiritusancto, licèt spiritussanctus nõ sit ab eo. Et statim post di.11.ar.1.ostensum est filium & spiritumsanctum,non posse ab inuicem distingui per diuersum modum procedendi à patre,sed requiritur ad eorum distinctionem,q̃ alter eorũ sit ab altero. Et iterum di.13.ar.2. dictum & ostensum est,q̃ non esset differentia inter processiões ipsas,nisi alter eorum esset ab altero.De hoc etiam in lib.contra gentil.sufficienter disputatum est.In prima verò parte sum.q.36.ar.2.videtur rectè contrarium dici ei. quod dictum est.di. 10.art.vlti.id est.sententiarum.In summa autem dicitur,q̃ si in filio & spiritusancto nõ esset inuenire nisi duas relationes quibus vtérq; referretur ad patrem,illę quidem inuicem non essent oppositæ,sicut nec duæ quibus pater refertur ad filium & spiritumsanctum : vnde distinguerentur filius & spiritussanctus præter illas duas relationes oppositas,& hoc firmiter tenemus, cum enim oppositæ relationes quę tãtum in vna persona sunt.patre.sa.inuicem non opponantur, non est sufficiẽs ratio quare aliæ duæ in alia persona esse nõ possint. Nũquàm autem hoc melius ostendimus.quàm di.13.ar.2.Vbi necessãrio ostensum est ipsas processiones non posse differre à se,nisi per personas præcedentes. Ex quo manifestum est personas nõ differre per processiones ipsas , alias foret circulus in demõstratione ipsius. Quod ergo dictum est.di.10.ar.vl.Ansel. concordat & verum est secundum,q̃ personæ differunt penes attributa, ad quæ etiam peruenerunt Philoso.licèt attributa propriæ sint naturæ nõ personarum: vel penes appropriata etiam,dicere enim generationẽ differre à processione spiritussancti:quia generatio est actus naturæ,processio verò voluntatis,cùm natura & voluntas sint de absolutis in quibus nulla est differentia realis,sed tantum ratiõis,nihil aliud est, quã filium & spiritumsanctum differre secundum attributa.ea enim quæ natura sunt attribuuntur filio:quia de ratione filij est similitudo in natura,& ea quæ amoris spiritusancto: vnde secundum hoc non differt filius à spiritusancto,nisi secundum rationem tantum , quæ diuersitas rationis non causabit maiorem diuersitatem,quã ipsa sit.Si verò dicatur,q̃ est differentia secundum appropriata:quia ea quæ sunt intellectus vel naturæ appropriantur filio , & ea quæ voluntatis sunt, spiritui sancto.Et sic differunt abinuicem secũdum appropriata,adhuc sequitur,q̃ alĩ undè differant realiter:quia differentia per appropriata,supponit differentiam secundum propria.Verbum igitur Ansel. intelligi debet de differentia illa quæ est penes attributa vel appropriata. Addendum est.ergo in 1.sentẽ.di.10.ar.vl.vbi dicitur illa duo vni non posse conuenire. vni videlicet secundum rationem , & non erit ad id,quod dicitur in prima parte summæ aliqua oppositio: vnde exempla posita non sunt conuenientia: quia natura & ars differunt realiter,similiter putrefactio & seminatio. In diuinis autẽ non est aliqua realis differentia absolutè.Cõsequenter dictum est patrem & filium esse spiratores spiritussancti,nõ spiratorem. In prima verò parte summæ concessum est eos esse vnum spiratorem : vtrúnque námque verum est,spirator enim nomen verbale est,& nomen substantiuum,nomen autem substantiuum sequitur formam à qua imponitur in vnitate & pluralitate. In diuinis autẽ vna est forma,siue sit essentia,siue natura,siue notio illa communis patri & filio. Vnde pater & filius debent dici vnus spirator, propter naturam nominis substantiui:& quia idem nomen est verbale,trahitur magis ad significandum per modum actus, actus autem distinguuntur penes supposita quorum sunt.In diuinis autem duo supposita spirant:vnde pater & filius sunt duo spiratores,non vnus.Consequenter.distinct.25. Vbi quæritur an diuinæ personæ mittantur ad beatos in patria dictum est in responsione ad quæstionem , quòd charitas pertinet ad præmium essentiale.In 4.verò lib.sen.& in 2.2.& in 3.contra genti. quòd essentia beatitudinis posita est in actu intellectus , frequenter etiam in alijs locis:vbi de hoc principaliter non intendebatur, idem dictum est de hoc in nullo dubitamus , cum & veritas euangelica hoc doceat.Ioan.17.Hæc est vita æterna,&c. Hoc etiam non solùm ordo intellectus ad voluntatem,sed etiam ordo meriti ad præmium ostendit, meritum enim & præmium se habent per modum dati & accepti.In comparatione enim ad illum à quo est meritum in ratione accepti, præmium verò in ratione dati,in comparatiõe ad ipsum qui meretur,meritum est vt datum,& præmium vt acceptum. Datum enim dicit diuersitatem inter dantem & cum cui datur,sed non inter dantem,& id,quod datur:quia idem potest dare se. Acceptum verò non dicit diuersitatem inter accipientem,& id,quod accipitur: quia aliquid potest accipere se,sicut omnis creatura accipit se à Deo. Angelus autem non solùm esse suum, sed etiam seipsum accipit à Deo , id est, essentiam suam , cum tamen ipse sit essentia sua , præmium igitur æternũ necessariò erit vt acceptum ab eo qui meruit, meritum verò vt datum ab eodem: vnde cum actus intellectus sit ab intellectu,actus verò voluntatis sit à voluntate,ratio videtur docere meritum principaliter consistere in voluntate,præmium verò in intellectu,quanto verò plus bonæ voluntatis habuimus & amoris, tanto capacior erit intellectus,& plus præmij recipiet.Amor enim dilatat intellectum & voluntatem , cùm autem aliquis amat intelligere aliquid , quantò plus amat tantò plus & facilius intelligit, & ideò angeli superiores nomen acceperunt , non ab eo per quod acceperunt , quod habent , sed ab eo per quod id meruerunt.Per hoc enim excitamur ad merendum gradum quem ipsi habent , hoc tamen nomen specialiter impositum est propter accessum quendam specialem illius ordinis ad diuina. sic enim dicitur vltimo capitulo de diuinis nominibus. Ordo diuinæ sapientiæ est coniungere fines primorum,principijs secundorum, & hoc pater discurrendo à summo rerum vsque ad imũmum.In diuinis autem personis non est vltimum , cum non sit ibi ordo prioris & posterioris , tamen spiritussanctus dicitur tertia persona , inquantùm est à duobus , ideò ordo supremus in creaturis per similitudinem quandam ad spiritumsanctum quasi vicinior ostenditur : vnde à proprietate spiritussancti nominatur , ipse enim amor dicitur : vel ideò sic nominatur : quia ignis diuinas proprietates maximè significat : vt dicitur in fine cœlestis Hierarchiæ & ideò vocantur Seraphin , id est , ardentes propter accessum ad Deum. Vnde ex nominibus angelorum non potest sumi ratio cogens ad ostendendum in qua potentia beatitudo essentialiter consistat. Quod ergo dictum est.primo sententiarum. distinctione decimaquinta. Non ostendit , quòd essentia beatitudinis sit in voluntate , sed quòd charitas pertinet ad substantiam gaudij : quia inseparabiliter concomitatur illam visionem beatam, quòd tamen non est verum de multis alijs gaudijs accidentalibus, sicut est de notitia illorum quæ scientur per species creatas , & ideò sibi succedunt, & ideò dilectio & amor non ita distant à gaudio essentiali , sicut notitia talium rerum , & pro tanto dictum est charitatem pertinere ad præmium essentiale & spirituale. Consequenter cum de Trinitate mundi ageretur , diximus . in secundo sententiarum . neutram partem habere rationes necessarias , & idem in prima parte summæ asseruimus . & in secundo libro contra gentiles. & de hoc etiam specialem tractatum fecimus , in quo ostendimus non sibi repugnare esse à Deo secundum totam substantiam,& non habere durationis principium , hoc enim maximè impediret processum Philosophi , qui dicit ad neutram partem rationes haberi. Ex repugnantia enim intellectuum,est potissima demonstratio ducens ad impossibile , sicut potissima demonstratio ostensiua est per intellectum sieri rationem indicantem , quod quid est. Vnde cùm ventum fuisset ad solutionem rationum vtriúsque partis , illam de infinitate animarum alijs prætulimus in difficultate,non quòd difficilè sit ei respondere , sed quia tot in eius solutione passi maius inconueniens,quàm ipsa prætendat. Magis enim fidei derogat vnum esse intellectum , quod ponit Auerroys : quia sic perirẽt diuersitas præmiorum: & in hunc defectum venerunt Auerroystæ Parisius nostris temporibus , contra quos scripsimus de vnitate intellectus, quàm ponere infinitas animas actu , quod posuit Algazel in Metaphysica sua : quia licèt essent infinitæ, non propter hoc æquiparentur Deo in ordine rerum infinitarum in infinitum , foret ista infinitas subiecta infinitati diuinæ. Nihilominùs & hoc contra fidem est, & contra scripturam generalem à qua fides in hoc exordium sumpsit : vnde opinio Philosophi erronea fuit, ponendo mundum æternum , non tamen habuit eam tanquam conclusionem demonstrationis , sed errauit putans eam veram non aufereus titulum creationis à Deo , prædictæ igitur rationis responsionem aliorum in 2. sententiarum.& in cõtra Gentiles attulimus.In prima verò parte summæ post alias responsiones & in prædicto diximus eam esse particularem : & propter hoc non concludere intentum:quæ quidem responsio non consentit dictis ibidem : quia hæc responsio ad minus supponit posse demonstrari hominem non esse ab æterno:& eius oppositũ esse impossibile:cùm tamen in solutione dictæ quæstionis dictum sit, quòd non potest demonstrari, quòd homo , aut cœlum , aut lapis non fuerint : quod quidem dictum de homine,non stat cum prędicta responsione.vnde scire debent aduersarij , quòd hæc responsio non fuit intentionis nostræ. Diuersitas enim rationum ad hoc inductarum ostendit,quòd nulla sufficiens est vel demonstratiua. vnde contingit , quòd cùm vnus vnam , alius aliam intulit rationem : quare huic displicuit iste : & ille alteri,ex fatuitate dicentium irrisio oriatur apud infideles : maneant igitur ipsi in rationibus quas putãt sufficere, quod verum est si sint demon-

si sint demonstrationes.Mihi autem solummodò sufficit fides Christi : nec rationi humanæ præsto aur̃. vbi Deus loquitur,antequam quicquam foret à principio, cum ipso eram cuncta componens. De prædicta ratione in quæstionibus nostris disputatis vbi quæritur: an Deus posset infinita facere:& in alia quæstione vbi quæritur:An posit infinita scire,diximus q̃ si esse actu repugnat ei quod est infinitum esse in actu,non potest Deus infinita actu facere. Si autẽ non repugnat,potest:sed vtrum ponsint esse actu, diximus differendum vsque aliàs:& idem diximus in prædicto tractatu , q̃ nondum erat ostensum infinita actu esse nõ posse: nec aduersarij nobis hoc ostenderunt:quod tamen nos posteà in prima parte summæ ostendimus recitata opinione Algazelis:& certum habuimus q̃ infinita esse nõ possunt etiã per accidens:vt ibi ostensum est. Si igitur prædicta responsio non placet eis:quæ nunc nobis sufficit : vt dictum est : quia Aristotel. ponit mundum omnes species rerum habuisse à principio:vnde non mundus ab æterno potuit poni perfectus,nisi homo esset qui est species perfectissima vniuersi. Et iterum cùm nesciam quid Aristoteles respondeat huic rationi.non enim habemus quicquid fecit de substantijs separatis:licèt certum sit ipsum infinita nisi potentia tantùm posuisse:vt patet in 1.& 2.Physicorũ. Cogitent aduersarij quid huic rationi obijciant.omnes enim fideles dicunt,q̃ in principio creauit Deus cœlum & terram:quod beatus Gregor.prophetiam de præterito esse dicit:& Apostolus dicit,q̃ non voluntate humana aliquãdo allata est prophetia:sed spiritu sancto inspirante,locuti sunt sancti Dei homines. vnde constat fidelibus, q̃ nõ ratione humana : sed spiritu sancto inspirante, locuti sunt sancti Dei: vnde cõstat fidelibus q̃ nõ ratione humana,sed inspiratione spiritus sancti allatũ sit. In principio creauit Deus cœlum & terram. Quia ergo hoc ratione humana sciri non potuit:si videtur inconueniens mundum ab æterno,sine homine esse qui posteà factus est in tempore.Dicatur,q̃ natura vniuersalis quæ non aliquod inconueniens in vniuerso quæcúnq; sit illa virtus vt Deus:sicut nos ponimus: siue anima mundi:vt alij posuerunt: siue quæuis alia talis: quam semper necesse est talem habere potestatem in vniuerso : vt ipsum ab omni inconuenienti custodiat:quia defectus qui accidit in particulari: vt mors animalis,vel huiusmodi ad perfectionem vniuersi pertinens: defectus autem qui redundat in vniuerso vt est infinitas in actu , secundum eos non posibile est esse in vniuerso.Posito ergo,q̃ ad perfectionem vniuersi esset homo ab æterno:sicut alia animalia , & q̃ non generaret nisi in tempore: ne accideret inconueniens de actu per virtutem vniuersalis agentis : cuius est vniuersum perficere : & omnia inconuenientia ab eo excludere non remaneret,quid obijceretur nisi quòd homo perfectus generare potest:sicut & alia animalia:Sed huic respondet Philosophus,quòd generatio non est nisi ad saluandam speciem quæ in vno saluari non potest.natura igitur vniuersali conseruante hominem ne inconueniens accideret de infinitate propter bonum vniuersi, differre potuit generationem ab eo: & tamen vniuersum perfectum foret in omnibus speciebus: secundum Aristotelem.Per scripturam enim sacram docemur Adam immortalem factum per originalem iustitiam. Vnde licèt eum Deus fecisset ab æterno:quia non repugnat æterno habere esse ab alio:vt frequenter ostendimus , potuisset Adam existere ad perfectionem vniuersi & non generare: nisi vsque ad tempus à Deo sibi statutum ne in vniuerso,inordinatio aliqua sequeretur : cuius cõtrarium sola fides docet:& non aliqua humana ratio. Quod igitur in quæstione vbi quæritur an Deus posset infinita facere , dictum est post exemplum de circulo plumbeo: qui non mouetur:non quia circulus: sed quia plumbeus.Si igitur infinitum actu esse posset secundum rei naturam & secundum meam opinionem,non placet nobis. non enim opinamur hoc possibile esse: cùm eius oppositum docuerimus in Prima parte summæ.

Explicit Opus Septuagesimumsecundum Sancti Thomæ de Aquino.De concordantijs dictorum suorum,in quibus aliquibus videbatur ipsum seipsi contradicere:licèt ita non sit rectè intelligenti eius mellifluam & profundissimam doctrinam.

INCIPIT EIVSDEM Doctoris Opus Septuagesimumtertium, De vsuris in communi,& de vsurarum contractibus.

Prœmium.



OMNIS homo à natura non degenerans, veritatem amat : & eam scire super omnia desiderat.Quàm si quis cõcupiscit vero corde: & eam quæsierit in simplicitate cordis sui: ipsa seipsam manifestabit : & Deus qui hoc promittit verax est: & eam præbet diligentibus se : sicut scriptũ est Sapientiæ sexto.Præoccupat eos qui se concupiscunt : vt illis se prior ostendat. Ecclesiastici primo. Fili concupiscens sapientiam accede ad illam : & dominus præbebit eam tibi. Inuoco ergo ipsam,ne me errare permittat in periculum animæ meæ,& in laqueum aliorum:sed illuminare dignetur oculos caliginosos ipso suo lumine:sine quo nemo valet ad lumen veritatis vsquequáq; pertingere, Amen. Dubium.

Quoniam verò in dubijs quorum veritas agnita salutaris est, & incognita periculum ingerit humanæ saluti , admodum vtile est veritatem inuestigare. Et temporibus nostris audiuimus multas controuersias inter doctores , non solùm in naturalibus quæstionibus : verum etiam in moralibus : in quibus periculum est diuersa sentire & opinari:& præcipuè in illa parte iustitiæ quę commutatiua dicitur à Philosophis.Et in ista parte eiusdem quæ vitium vsuræ cohibet.Ideò circa hanc materiam veritatem declarare,& dubia elucidare quantùm Deus donauerit , & noster labor conamine pauperis inuestigatiõis nostræ attingere poterit, in hoc opere propositum nostrum est.In primis igitur inquirendum est,quid nomine vsuræ in communi significetur : & quot modis accipiatur apud doctores.Secundò de materia eius propria,& diuersis modis & speciebus ipsius.Tertiò de actibus humanis: circa quos & per quos incidit.Quartò an semper sit per se malum:& vnde malũ in ea.Quintò de translatione vsurarum , scilicet vtrum transferatur in eis dominium.Sextò vtrũ ratio dubij vel periculi valeat excusare vitium vsuræ in istis contractibus,in quibus secundum aliquos est vsura. Septimò quando conditiones personales & reales habeant excusare vsuram.

Deinde inquirendum est de vitio vsuræ. Et primò quomodò incidit: & quando non solùm in mutuo: sed etiam in communi,in contractibus venditionis &emptionis.Secundò vtrum in emptione reddituum ad vitam incidat vitium vsuræ. Tertiò de diuitibus qui siluas vendunt ad terminum,carius quàm valeant in tempore venditionis. Quartò de his qui committunt alijs mercatoribus suam pecuniam : & alia bona : vt lucrentur ex eis pro tertia vel media portione lucri.Quintò de bonis orphanorum quæ committuntur tutoribus : vel parentibus : vel communitatibus villarum ad lucrum salua sorte. Sextò de campsoribus & commutatione campsoria:vtrum in ea sit vitium vsurę.Septimò de mercatoribus qui promittunt se soluturos in nundinis pro socijs remanentibus: quia paratam pecuniam acceperant ab eis alterius generis:quę in nundinis non tantùm valebat. Post hæc quæretur de restitutionibus vsurarum.Et primò quare fieri debent.Secundò cui vel quibus. Tertiò à quibus.Quartò qualiter,scilicèt vtrum publicè vel priuatè.Quintò vtrum eædem res numero aut tantùm æquiualens.Sextò vtrum fructus & prouentus ipsarum sint restituendi.Septimò vtrum cogi debeant & quomodò.

Quid nomine vsuræ significetur.

CAP. I.

QVONIAM autem scientia humana à signis ad res,& à sensibilibus ad intelligibilia procedit: sicut experientia docet & auctoritas philosophica confirmat : & modicus error in principijs seu ignorantia ipsorum,maximum in prosequutione ad finem generat errorẽ : ideò de vsura veritatem scire volentes necesse habemus prius intelligere,quid nomine vsuræ significetur apud auctores.Cùm enim nomina sint signa rerum, & ipsas res nobiscum ferre non possimus in disceptatione veritatis ipsarum , ideò ipsis nominibus pro rebus vtentes necesse habemus scire, quid ipsa nomina significent. Vsuræ verò nomen secundum Grammaticos ab vsu dicitur.Et significat primo suo intellectu rem quæ per vsum alicuius rei acquiritur : sicut rasura ab actu radendi: & tonsura ab actu tondendi est dicta. Sed quia Grammaticus circa signa principaliter versatur, non propter res quæ significantur, sed propter modum significandi quem ex se denotant : verbi grãtia, quòd aliquando per modum substãtiæ,aliquando per modum accidentis substãtiæ,aliquando per modum actus,aliquãdo per modum accidentis actui signum attribuitur , ideò ipsæ voces à Physicis auctoribus magis referuntur ad designandas res aliquas determinatè,

Universidad de Deusto
Biblioteca

has vel illas in aliquo genere rerum, propter quod cùm frequenter à Physico: vel à logico non instituantur voces significantes secundum numerum rerũ: quia ars non coæquat naturam, cõtingit, quòd Physicus vel logicus vna voce res plures designat. Et sic fit æquiuocatio vocum. Aliquando verò ipsum vocem quæ ex vocis suæ proprietate aliquid generaliter & vniuersaliter significat, ad aliquã rem specialem ipse Physicus designandam determinat. Et hoc est aliquãdo per similitudinem aliquam, aliquando per contrarium: verbi gratia. Nomen Apostoli ab actu mittendi generaliter dicitur, & tamen Theologus, hoc nomen determinat ad missos speciales Christi, & adhuc singulariter ad personam Pauli, quando sine abiectione dicitur. Physicum verò vel Philosophum nominamus, qui de rebus Philosophatur, siue naturaliter, siue Mathematicè, siue Theologicè. Et logicum nominamus, qui de sermonibus & signis qualitercunq; considerat. Et per istum modum, nomen vsuræ accipitur à naturalibus vel moralibus Philosophis, & ab auctoribus diuinis ad designandum rem determinatam ex vsu rerum proueniente, secundum quãdam singularem vsus rei rationem. Cùm autem iure naturali, omnis res quæ in vsum hominis venit ex natura vsus minuatur magis, quàm incremẽrum pariat, & maximè in materia æris hoc appareat, ideò & vsura secundum rationem propriam dicta est res, quæ ex vsu æris acquiritur, propter quod dicunt Philosophi vsuram dictã, quasi vsu æris acquisitam. Vnde & illud. Psalm. decimoquarto. Pecuniam suam non dedit ad vsuram. Theologi verò considerantes iusti & iniusti rationes, subtilius exponentes nomina hæc designantia largè extendunt huius nominis significationem ad incrementa, quæ proueniunt ex vsu omnium rerum per similem vsum & rationem, & non tantum pecuniæ. Et ideò vocant Doctores vsuram, omnem superabundantia cuiuslibet rei, quam parit vsus similis ei à quo primò dicitur vsura. sicut habetur Ezechielis vigesimosecundo. Vsuram & superabundantiam accepisti, & auarè proximos tuos calumniabaris, meique oblita es dicit Dominus Deus. Et sic accipit ibi vsuram & superabundantiam cuiuscunque rei, quæ vsuræ rationem habet. Significat ergo primò nomen vsuræ incrementum, quod parit pecunia ex vsu suo. Secundariò autem etiam significat superabundãtiam, quam parit quælibet res, ex vsu suo simili, cum vsu pecuniæ. Et ideò quia talis superabundantia aliquando oritur ex vsu contra legem, aliquando verò ex vsu legaliter, ideò & nomen vsuræ in scripturis sacris multipliciter accipitur. Aliquando enim accipitur in malo, sicut quando fit ex vsu contra legem. Aliquando verò in bono, sicut quando fit ex vsu legaliter. In bono etiam inuenitur acceptum tripliciter: vno modo quando est secundum legem diuinæ charitatis: vt illud Matthæi vigesimoquinto. Oportuit te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepissem vtique, quod meum est, cum vsura. Alio modo quando secundum legem est fraternæ charitatis: vt illud. Prouerbiorum vigesimooctauo. Qui coacernat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. Et illud. Prouerbiorum decimonono. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperi. Tertio modo quando secundum legem est iustitiæ & æquitatis: vt illud. Psalmo septuagesimoprimo. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Primo modo vsuræ nomine designatur superabundantia præmiorum in futura vita, respectu meritorum vitæ præsentis. Secundo modo designatur superabundantia meritorum in præsenti vita, respectu gratiæ datæ. Tertio modo designatur superabundantia pœnarum iustè debitarum, respectu culpæ præsentis. Et his tribus modis dicitur vsura spiritualis magis, quàm corporalis. Alio verò modo dicitur vsura, superabundantia rerum corporalium & temporalium, &c. secundum quam nomen vsuræ significat vitium quoddam de genere auaritiæ, quod gignit cupiditas, quæ radix est omnium malorum. Et secundum istum modum accipiendi nomen vsuræ, condemnatur vsura communiter à Doctoribus.

Ex his ergo patet quid significetur nomine vsuræ, & quot modis nomen vsuræ accipiatur à sacris Doctoribus.

De materia propria vsuræ, de speciebus & modis eius.

CAP. II.

NVnc autem ad eam significationem vsuræ, qua superabundantiam vel incrementiam rerum corporalium vel temporalium significamus, inuestigationem conuertentes, dicamus primò quæ sit eius materia propria, & quæ species & qui modi.

Materiam verò eius propriam secundum auctores, inuenimus determinatam tribus conditionibus. Quia omne, quod in vsum hominis venit, determinabile numero, pondere, & mensura est priè & per se materia vsuræ. Et hoc ita declaratur. Iam enim declaratum est, quòd nomen vsuræ secundum quòd ipsa vtuntur Doctores sacræ doctrinæ in condemnationem significat superabundantiam siue incrementum ex vsu alicuius rei proueniens. Quare cum superabundantia sit extremum respectu alicuius æqui & iusti dictum in moribus, oportet quòd æquum & iustum in moribus, sint determinata in rebus, ex quibus superabundantia innascitur quę vocatur vsura. Si enim ipsæ res ex quarum vsu dicitur innasci superabundantia damnabilis determinatæ non essent in ratione iusti & æqui, nec ipsa superabundantia determinari posset in ratione iniusti & inæqui. Res verò quæ in vsum hominis veniunt, determinari tantum possunt in ratione iusti & æqui secundum tria prædicta, scilicet secundum numerum, per quem æquale & inæquale determinantur generaliter in omnibus rebus, quæ discreto numero distinguuntur. Et secundum mensuram per quam æquale & inæquale communiter determinantur in rebus continuis, secundum quòd in vsum hominis veniunt: vt triticum: vinum, oleum, & huiusmodi. Tertiò secundum pondus, per quod æquale & inæquale determinãtur specialiter in alijs rebus, quæ nec numero, nec mensura ita promptè possunt æquari & diuidi, sicut præcipuè sunt metalla & æra. Nec alijs modis, nec pluribus, nec paucioribus possunt res quæ in vsum hominum veniunt ad æquitatem determinari: quia omnis res talis, aut est distincta & discreta adinuicem, aut non. Si sit discreta, cum omnium discretorum prima ratio discretionis sit numerus, tunc necessariò secundum æquitatem quæ per numeros demonstratur, oportet ipsas res inquantùm sunt discretæ æquitate determinari. Verbi gratia. Si volumus æquitatem determinare inter domum & lectum, quæ sunt res distinctæ & discretæ, oportet quòd in aliquo numero ponamus extimationem vtriúsque. Et si sint domus quinque, & lectus vnus, tunc æquitas erit, si quinque lecti addantur domibus quinque. Quinque enim cum quinque æqualia sunt. Et sic est in omnibus rebus à seinuicem distinctis & diuisis. Si autem res sint indistinctæ, iam non possunt distingui & determinari ad æqualitatem, nisi duobus modis, scilicet aut per mensuram aliquam determinatam, sicut quando res habet quantitatem per se diuisibilem & tractabilem, sicut agri panni & fructus terræ. Aut per pondus æquale, sicut quando res non est facilè diuisibilis, & tota eius bonitas consideratur in ratione sui ponderis: vt sunt æs, ferrum, stannum, aurum, & argentum. Et ideò, quia superabundantia, quàm vocant auctores vsuram, extremum dicit. Respectu æquitatis in rebus venientibus ad vsum hominis, oportet quòd materia vsuræ per hæc tria prædicta cognoscatur, & determinetur: quia extrema communicant in materia cum medijs. Et ex hoc apparet, quòd non tantum pecuniæ siue numismata, dicunt materiam vsuræ, sed etiam omnes res quæ numero, pondere, & mensura determinari possunt, & in vsu hominis veniunt, propter quod dicit scriptura. Deuteronomij vigesimotertio. Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem.

Sunt autem species vsuræ corporalis secundum leges communiter duæ. Vna quæ dicitur communiter vsura sortis, quæ est quando aliquod incrementum ex sorte mutuata tantum quæritur. Alia quę dicitur vsura vsurarum, quæ propriè dicitur improbum fœnus, quæ etiam hominem reddit infamen. De qua tertia quæstione septimo. Infames fines ponderis. distinctione quæstione septima. Tria. Et hæc dicitur vsura vsurarum: quia etiam ipsæ vsuræ quæ sorti accidunt, alias vsuras pariunt secundum proportionem ad partum sortis.

Sunt etiam duo modi vsurarum, alij à prædictis à iure condemnati, scilicet vsura quæ dicebatur centesima, quæ per annum æquabatur sorti tantum.

Alia verò dicebatur emiola, ab emi, quod est mediũ. vel malum, & olon, quod est totum annum: quia per annum pariebat medietatem sortis tantum.

De his habetur quadragesimaseptima distinctiõe capitulo. Quoniam multa.

Ex his ergo liquet in qua materia vsura cõtingat, & quæ & quot sunt species, siue modi eius secundum auctores.

Quomodò in solo actu mutuo primò per se accidit vsura.

CAP. III.

CVm autem videamus superabundantias particulares ex multis rebus quæ nec nomen, nec vitium tenent vsuræ: vt ea quæ multiplicantur ex seminibus, & etiam quæ aliqui lucrantur humanis laboribus, & iustis contractibus, iam declarandi sunt actus, per quos & in quibus superabundantia rerum, nomen & vitium vsuræ sibi acquirat. Quòd autem principaliter ex actu & per actum commutatiuæ iustitiæ: qui dicitur mutuo rem dare vel accipere: superabundantia nomen habeat vsuræ, probatur. primò per doctores sacræ scripturæ. Legitur enim in Exodo. vigesimosecundo capitulo sic. Si pecuniam mutuo dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor. Et sequitur. Nec vsuris opprimes eum. Item Deuteronomij. vigesimotertio. Fratri autem tuo absque vsura id quo indiget comodabis.

Ratione verò sic declaratur. Quia cum de vsura sit sermo: secundum quòd dicit incrementum ex vsu alicuius rei elicitum, attendendum est, quòd vniuscuiusque rei possessę ab homine, duplex potest esse vsus: vt dicitur primò Politicorum. Vnus & proprius est ipsius rei vsus: quo ipsa res refertur ad necessitatem humanæ vitæ. Verbi gratia. Calciamenti calciatio. Alius est vsus non proprius rei: licet per se insit: sed quo per ipsam rem: commutatiuè acquiritur alia. Verbi gratia. Calciamenti commutatio per venditionem: vel permutationem: vt cum pecunia, vel alia res per ipsam acquiritur. Cum igitur vsus primo modo dictus per finem sibi conuenientem determineture: eo quòd omnia quæ possideri possunt, propter hominis vtilitatem & vitam facta sunt & creata: consequitur, quòd omnis excrescentia rerum, ex vsu huiusmodi rerum genita: boni ratione habet & non mali de se: propter quod ex tali vsu vsura quæ est excrescentia habens rationem mali, per se non innascitur. Est ergo consequens, quòd ex vsu rei secundo modo dictæ est vsus qui est ex commutatione rei ad alterum.

Hic autem modus, adhuc dupliciter contingit: quia aut est ad finem conuenientem: aut præter finem conuenientem. Si primo modo, tunc adhuc potest fieri commutatio per modum debitum & conuenientem fini. Et hoc est dupliciter. Vnus & primus modus est: per modum liberalitatis solùm: vt in datione gratuita. Et iste modus de se nullam parit excrescentiam: eo quòd liberaliter transfertur ad alterum possessio rei: & vsus eius. Alius modus & debitus est per modum æquitatis & iustitiæ: vt quando aliqua res & vsus eius commutatur & transfertur per adæquationem iustam alterius rei vel vsus: siue sit pro nummismate: siue pro alia re: siue pro labore corporali.

Et notandum, quòd res quandóque simul cum vsu eius transfertur iustè: vt in venditione, & emptione, & permutatione. Aliquando verò solus rei vsus: & non possessio rei: sicut & in accomodatis rebus & locatis. In his ergo quæ liberaliter transferuntur iustè: si ad finem conuenientem sibi transferantur, nihil reprehensibile naturaliter inuenitur. Finem autem conuenientem dicimus: vtile & necessarium vitæ humanæ.

Ex his concluditur, quòd omnis superabundantia: ex vsu rerum per modos prædictos innata: in relatione ad finem conuenientem: caret ratione vsuræ. Si autem sit præter finem conuenientem: vel debitum modum, sic est vsura. Quare oportet, quòd ratio vsuræ inueniatur primò & per se in actu aliquo prædictorum: inquantùm caret modo debito: vel fine conueniente: vel vtròque. Constat autem, quòd proprius vsus rei & per se est in relatione ad finem conuenientem. Quare eum in relatione ad finem conuenientem omnis vsus sortiatur rationem boni simpliciter, consequens erit, quòd in abstractione à fine conuenienti sortiatur rationem mali communiter: non huius vel illius specialiter. Specialis ergo ratio vsuræ secundum quòd condemnatur: vt vitium, non erit ex relatione vsus rei ad finem. Potest enim quis vsuras quærere: sicut & furari: vt habeat necessaria vitæ humanæ. Sed non propter hoc excusatur à vitio vsuræ vel furti. Quare ex modo indebito circa aliquem vsum rerum, accidit ratio vsuræ.

Præterea per superabundantiam quæ ex mutuo ratione mutui accidit, vsura vtrúnque modum debitum corrumpit simul: quia illa, scilicet superabundantia quæ ex collatione gratuita accidit, non habet vitium: quia non corrumpit liberalitatem. Si enim corrumperet liberalitatem, iam non fuisset collatio gratuita. Similiter illa superabundantia quæ ex iusta permutatione seu venditione accidit, non habet vitium inæquitatis. Alias enim non fuisset venditio iusta vel permutatio. Illa verò sola superabundantia quæ ex mutuo ratione mutui procedit, liberalitatem & iustitiam corrumpit. Liberalitatem quidem: quia mutuum gratuitum fieri debet de natura mutui. Hoc enim significatur. Lucæ sexto. Mutuum date, nihil inde sperantes. Item hoc significatur ratione nominis: quia mutuum datur, quando meum vel tuum mihi vel tibi datur. Item iustitiam corrumpit: quia in mutuo dati redditio designatur. Et idcirco vbi plus redditur, inæqualitas paritur.

Ex his apparet, quòd in solo actu mutui: circa commutationem rerum. primò & per se ineſt ratio vsuræ: secundum quòd à doctoribus propriè accipitur: vt superabundantia ex vsu rerum condemnabilis. Inuenitur autem similitudo vitij huius & in alijs contractibus: per quandam assimilationem superabundantiarum ad hoc vitium: vt infra dicetur.

Quomodò vsura est peccatum mortale secundum legem diuinam.

CAP. IIII.

IAm ex dictis potest aduerti, vnde ratio vitij in vsura huiusmodi sit. In omni enim actu hominis malum accidit: aut natura: aut lege. Natura, quando præter naturam actus factus ad finem conuenientem naturæ non refertur. Ratio enim boni à fine conuenienti inest omnibus. Lege verò malum incidit, quando contrarium sit legi scriptæ vel infusæ. Et vtróque prædictorum modorum inuenitur malum in vsura. Nam si proprius vsus rerum ad finem conuenientem determinetur per naturam ipsarum, etiam commutatio ipsarum quæ inuenta est propter vsum proprium ipsarum, ad eundem finem referri debet de natura ipsius. Quare si fiat præter finem conuenientem: & non referatur ad finem propter quem est, erit de natura sua habens rationem mali. Vbicunque verò sit permutatio rerum propter augmentationem ipsarum & multiplicationem, iam fit præter finem conuenientem: quia vbi intenditur augmentatio & multiplicatio, ibi finis conueniens esse nõ potest. Quod facilè videre possumus in homine auaro, & vsurario, qui semper aliquid desiderat ad diuitiarum suarum cumulos magis ac magis semper augendos & multiplicandos: & tamen nunquam satiatur, quanto enim locupletior est, tanto pecuniarum sitibundior, & si scriptis Philosophorum credimus, tam illi deest quod habet, quam quod nõ habet, & ideò in opibus cumulandis per vsurã nullus finis reperiri potest cõueniẽs, & in vsura in infinitũ intẽditur: quia quanto magis acquiritur, tanto magis intenditur: & magis rationem infiniti habet: sicut etiam determinat Philosophus in primo Politicorum. capitulo quinto. Quæcunque enim sunt ad finem aliquem, finita sunt. Cùm ergo vsura dicat superabundantiam & incrementum ex vsu rei productum, per intentionem & rationem ipsius nominis, necessario dicet id, quod est præter finem commutatiuæ naturalis: quæ tantùm est propter necessitatem vitæ humanæ: quæ de se finita est in suis indigentijs. Et hanc rationem ponit Philosophus non tantùm in vsura propriè dicta: quam vocant Thokon, id est, partum nũmismatis: sed etiam in omni commutatiua: in qua tantum lucrum & multiplicatio rerum intenditur propter se: & non propter necessitatem vitæ. De qua dicit Philosophus in primo Politicæ. capitulo quinto. in fine: vbi sic dicit. Duplici quidem existente lucratiua: quam vocat crismaticam: hac quidem Kalipica, id est, augmentatiua pecuniarum propter ipsam pecuniam: hac autem iconomica, id est, quæ seruit ad regimen domus & ciuitatis: vel ad bonum commune: & hac quidem natiocica, ideſt, quæ acquirit vt iconomice seruiat laudata: & ideò laudata: quia finita: & ad debitum finem secundum naturam ordinatur. Translatiua autem vituperata iustè. Translatiuam dicit alteram commutatiuam, per quam res transfertur de vno ad alium: non propter proprium vsum rerum: & necessarium vitæ: sed solùm gratia lucri: vt semper multiplicentur diuitiæ. Et quia translationis huius gratia factum est nũmisma: sicut dicit ibidem Philosophus, ideò huiusmodi vitium magis apparet in translatione nummismatum, pro multiplicatione ipsorum. Et ideò sequitur, quòd non est secundum naturam translatio huiusmodi: quæ est ad congregandum pecuniam: per translationem pecuniæ. Et hoc est quod sequitur. Sed abinuicem est: quia scilicet translatio fit pecuniæ pro pecunia: & non pro alia re necessaria vitæ humanæ. Et ideò rationabilissimè odio habetur talis commutatio: quæ dicitur oboletica, id est, vbi datur obolus: id est paruum pondus & determinatum pro alio eiusdem generis ad augmentum. Et hæc odio habetur: quia ab ipsa fit possessio nũmismatis: & vsus eius ad aliud: ad quod non est factum per naturam: quia factum est translationis gratia: ideſt vt per ipsum fieret translatio aliarum rerum. secundum, quòd ad vitam necessariæ sunt: & non secundum quòd ad congregationem & ad affectũ sunt auaritiæ. Et statim Philosophus descendit ad huiusmodi lucra: secundum quòd specialiter fiũt per vsurã propriè dictam: quã vocant Thokon græcè: ideſt partum latinè: eo q; nũmisma seipsum parit in vsura, ideſt, quia propter translationem suipsius: multiplicatur & augmentatur. In mutuo verò transfertur nummisma propter se tantùm: & non propter finẽ necessarium vitæ: de ratione mutui. Vnde Philosophus ibidem dicit. Thokos autem fit nummisma etiã nummismate. Itaque & maximè præter naturam & rationem ista pecuniaram acquisitio est, scilicet quæ est per thokos, id est, in mutuo pecuniæ pro augmento pecuniæ. Et dicit maximè: respectu illius acquisitionis quæ fit in contractibus alijs, causa cupiditatis tantùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ mala est:& contra naturã.Sed adhuc peior est quæ fit per exercitium turpitudinum corporalium.Sed ista est maximè contra naturam:quia obligat reũ ad restitutionem acceptorum: quod non faciunt primi duo modi.Sic ergo patet,quomodò natura inest malum in vsura:& propter finem:& propter materiam secundum Philosophum.

Alia ratione possumus ostendere in vsura malum incidere specialiter, propter naturam actus proprij ex quo incidit: qui est dare mutuo.Cùm enim mutuo dare sit actus proprius: ex cuius corruptione generatur vsuræ vitium:vt in præcedenti capitulo declaratum est: & huiusmodi actus,sit actus liberalitatis & gratiæ vt ostendemus, necessariò quicquid actui accidit: quod liberalitatem tollit:ipsum actum à natura sua auertit:& per consequens virtutem iustitiæ vniuersalis corrumpit. Quare rationem iniuriæ habet: & sic rationem culpæ.Quòd autem dare mutuo rem suam alteri sit liberalitatis & gratiæ actus proprius, patet primò ex genere actus qui est ipsa datio,quæ designat liberalitatem dantis.Quod autem liberalitatem tollit,aut violentiam exterioris agentis: aut necessitatem naturæ interioris:aut debitum importat æquitatis. Quicquid enim transfertur ab vno in alium per violentiam,non datur sed aufertur.Quod autem similiter transfertur per necessitatem naturæ: sicut in successionibus hæredum, non datur sed relinquitur. Item quod transfertur per debitum æquitatis: sicut in iustis venditionibus & permutationibus rerum: & remuneratione laborum, magis redditur quàm detur.Quare in illa translatione in qua actus dandi propriè debet attendi, nullo modo liberalitas debet corrumpi. Sed huiusmodi actus,scilicet dandi,verè attenditur in actu mutui: sicut probant auctoritates vtriúsque legis. Quare si aliqua circunstantia addatur huiusmodi actui:quæ liberalitatem dandi corrumpat, erit huiusmodi actus malus,& vitiosus,& peccatum.Talis autem circunstantia additur,quandocúnque datio mutui fit pro aliquo lucro:siue in spe,siue in re,eò quòd illud,quod pro lucro fit:non pro pura liberalitate fit. Ex quo sequitur quòd semper ibi malũ & peccatum est: non solùm ex natura finis & materiæ suæ:sed etiam ex natura actus proprij:circa quem fieri habet. Tertia ratio etiam non minor assignatur ab alijs,scilicet ex parte iniustæ possessionis vsurarum.Quicquid enim acquiritur vt possideatur, & iustè possideri non valet, malè acquiritur & malè possidetur:& peccatum in acquirente & in possidente generat.Sed sic est in vsura:vt declarabitur.Quare vsura peccatum est.Quicquid enim fit suum de non suo,sine iusto titulo: & per fraudem rei non suæ,iniustè acquiritur,& iniustè possidetur. Sed in vsura est res facta sua de non sua,sine iusto titulo: & per fraudem rei non suæ:vt patebit statim.Quare iniustè acquiritur & iniustè possidetur.Huius autem ostensio est:quia translatio rei de domino in dominum,non potest fieri iusto titulo:nisi tribus vijs, scilicet aut per ius naturæ: quando scilicet res deuoluitur à patribus,vel parentibus in filios & hæredes per mortem: qui modus non est in translatione vsuræ. Aut per ius gratiæ & liberalitatis: quando,scilicet dominus rei dat gratis alteri, quod suum erat. In hac autem via,videtur aliquis liter vsura excusabilis:eo quòd voluntariè dicitur dare dominus incrementum vsuræ vsurario. Sed hoc non valet excusare:eo quòd vsurarium vocamus eum qui non mutuat gratis:sed pro spe alicuius incrementi: quod tunc accipit: vel sperat accipere. Et licèt accipiens mutuo libenter det ei aliquod incrementum,vel dare velit,tamen ex parte accipientis vel sperantis huiusmodi incrementum, tollitur ratio gratiæ & liberalitatis: quantùm ad ipsum à quo est actus huiusmodi. Et ideò non fit suum iure liberalitatis,quod accipit:quantùm est ex parte ipsius accipientis. Et ideò quantùm ad ipsum,non seruatur ius gratiæ.Aut potest fieri suum, de non suo, iure æquitatis, quod est quando secundum æquitatem iuris, fit recompensatio alicuius rei: sicut in venditionibus & emptionibus rerum, vel laboris: sicut quando laborantibus redditur merces laboris. Constat autem,quòd etiam in hac via,non potest inueniri vsura:in ratione iustæ possessionis & acquisitionis.Primò,quia huiusmodi contractus,non habet rationem venditionis & emptionis, nec permutationis, sicut apparet ex forma verborum:& ex translatione pecuniæ: vel rei datæ mutuo: quæ de sui natura data est, siue determinata numero,pondere, & mensura. Et non pendet ex voluntate transferentis:propter quod si vltra exigitur,quàm datur,iniusta est commensuratio.Nihil enim in re data coæquatur ipsi incremento, quod vltra accipitur: non gratis, nec iure naturæ. Secundò etiam apparet iniquitas in acquisitione vsuræ:quia fraude fit de non suo suum. In vsura ergo est vitium siue malum,per viam fictæ æquitatis. Quod sic patet. Fœnerator enim rem vel pecuniam transferens:vt per translationem aliquid plus recipiat, quàm dederit, semper aliquam æquitatem in acceptione superabundantiæ prætendit:quæ non potest esse nisi tempus illud in quo huiusmodi gratiam facit & expectat receptionem sortis. Et hoc patet: quia secundum prolongationem temporis: vel abbreuiationem augmentatur superabundantia vsuræ vel minuitur. Ergo fœnerator de tempore recompensare intendit illud quod plus accipit,quàm dederat.Tempus autem commune est:nec est propria possessio alicuius: sed à Deo datur æqualiter. Quare huiusmodi fœnerator de re non sua:& quæ est æqualiter accipientis & dantis, & gratis à Deo omnibus datur intendens æquare & recompensare rem acceptam,fraudem facit & proximo cuius est tempus, quod sibi vendit: & Deo cuius rem, gratis datam sub pretio ponit.

Constat autem,quòd nec labore aliquo fit recompensatio in contractu vel acquisitione vsuræ:quia tantum lucratur fœnerator dormiens,sicut vigilans: & in diebus solennibus, sicut in ferijs communibus. Quare ex his omnibus consequens est,quòd superabundantia vsuræ:nullo iure: vel iusto titulo acquiritur vel possidetur. Quare & malum est de sui natura & vituperabile: quia voluntate fit humana.

Ex prædictis etiã liquet:quare quædam vsuræ in sacra scriptura, & etiam in legibus humanis concessæ sunt tanquam licitæ:quia quandocúnque vsura potest accipi:vt sua res aliquo iusto titulo, erit sine scrupulo inculpabilis acceptio. Et hoc est,quando res violenter detinentur,& sunt aliorum secundum veritatem,per vsuram acquiruntur vel detinentur.Quòd autem malum vituperabile sit vsura,& quare,iam dictum est. Sed quantùm & quale sit,erit declarandum. Nam secundum Theologiam:vsura condemnatur tanquam peccatum mortale & graue.Vnde Ezechiel.decimooctauo.Qui vniuersa hæc detestanda fecerit,morte morietur.Et enumeratur in prædictis vsura.Ergo vsuræ vitium est detestãdum, & æterna morte dignum. Præterea.Ambrosius in libro de bono mortis. Et habetur decimaseptima quæstione quarto.Si quis vsuras acceperit,& rapinam facit: vita non viuet.

Sed aduertendum est, quòd vsura differt à furto & rapina: quia furtum & rapina nullam habent speciem æquitatis, eò quòd per violentiam occultam & apertam committuntur. Nec prætendunt in republica aliquam vtilitatem:sed potius pacis rei publicę subuersionem.Vsura verò aliquam speciem æquitatis prætendit:quia videtur æquum & iustum: vt beneficio exhibito reddatur aliquod emolumentum: quamuis secundum rei veritatem non debeatur tali beneficio aliquid ex iustitia,nisi tantum ex gratia, quod est beniuolentia & gratiarum actio.Similiter in vsura aliqua vtilitas videtur prætendi reipublicæ: quia per ipsam retinentur multæ hæreditates, & vitantur damna quamplurima, propter quod etiam leges humanæ eam permittunt & non puniunt, sicut puniunt & prohibent furta & rapinam.Ex his igitur patet,quòd vsura sit malum & vituperabile secundum legem naturæ, & peccatum mortale secundum legem diuinam, & quòd sit species quædam siue modus de genere rapinæ & furti.

Quomodò in vsura non transfertur dominium,secundum legem diuinam.

CAP. V.

CVm autem dictum sit, quòd vsura in genere furti & rapinæ contineatur: vt specialis modus, & huius non potest habere rationem, nisi propter detentionem alicuius rei alienæ inuito Domino, non immeritò quæritur à peritis: vtrum vsura sit vera res aliena,& non sit vera possessio accipientis.Et ex hoc communiter à Doctoribus solet quæri: vtrum in vsura transferatur dominium. Et quia huius quæstionis duplex reperitur determinatio inter Dectores: quia quidam eorum, qui Theologicè magis procedunt, simpliciter affirmant in vsura non transferri dominium. Alij verò qui iura scripta, & humanas leges attendunt, simpliciter transferri dominium dicunt. Vt autem veritas secundum nostram intentionem appareat, hoc capitulum subiungimus. Quæ autem mouere possunt Theologos asserentes non transferri dominium,sunt quædam auctoritates,& ex his rationes consequentes. Dicit enim beatus Augustinus ad Macedonium. & habetur decimaquarta quæstione quinto capitulo. Quid dicam de vsuris, quas etiam ipse leges & iudices reddi iubent. An crudelior est qui subtrahit vel eripit aliquid diuiti, quàm qui trucidat pauperem fœneratẽin hæc itáque atque huiusmodi, malè vtique possidentur. Ecce quomodò beatus Augustinus dicit,quòd sicut furta & rapinæ malè possidentur, sic & vsuræ. Et subdit ibidem. Et vellem vt restituerentur. Sed non est restituendum, nisi quod est alienum & non suum. Quare vsuræ, non sunt in Dominio possidentis. Alienum enim & suum contraria sunt: & non incidunt in idem simul. Item Augustinus in libro de verbis Domini. tractatu.30. Nolite velle eleémosynas facere de fœnore & vsura.Sed constat,quòd quilibet de suo potest eleémosynas facere Quare videtur,quòd vsuræ non sint in proprietate & potestate possidentis.Præterea.Nulla res est restituenda alicui:nisi illi qui est verus dominus eius. Quare cum vna res simul habere duos dominos non valeat à seinuicem diuersos & æquales:& omnis vsura restituenda sit secundum legem diuinam ei à quo accepta est:sicut vero domino,sequitur, quòd restituens non habeat verum eius dominium. Et sic non erat translatum in accipientem vsuram.Econtrarió verò mouet quosdam legistas & iurisperitos, scilicet quòd secundum omnem legem:res aliena cuius dominium non transfertur: semper est restituenda vero domino eadem numero,à quocúnque possideatur. Sed in vsura,etiam secundum legem diuinam hoc non iudicatur. Si enim aliquis accepit equum: vel pecuniam: vel rem aliam quancúnque in vsuram ab alio,non tenetur eandem rem numero restituere secundum leges: sed tantùm sufficit si valorem rei restituat. Præterea. Si fœnerator equum acceptum in vsuram vendiderit alteri vel dederit, constat per leges,quòd transfertur dominium:& quòd non competit repetitio eiusdem equi illi qui fœneratori equum dederat pro vsura. Sed si non esset translatum dominium in fœneratorem,non posset fœnerator alteri dare vel vendere transferendo dominium quod non habebat.Quare videtur in vsura transferri dominium. Et alia ratione naturali,videtur idem.Quia accipiens mutuo vna & eadem voluntate mutuum petit.& lucrum siue incrementum de suo promittit.Cùm ergo penitus sit voluntas qua petit mutuum libera, & non coacta,erit similiter & voluntas qua promittit incrementum libera.Sed reddi debet promissum æqua voluntate qua promittitur. Quare & liberè incrementum huiusmodi reddetur ab eo qui est verus dominus rei.Sed si verus dominus rei transferat dominium in quemcúnque possessorem,verè transfert dominium. Quare videtur in vsura verè transferri dominium etiam iure naturali. Et sic lege diuina,quæ non compellit ad restitutionem eiusdem rei numero:& legibus humanis quæ non compellunt ad restitutionem vsurarum:& non puaiunt accipientes vsuras:sicut accipientes res alienas:& lege naturæ conantur ostendere qui sunt huius opinionis: quòd in vsura transfertur dominium. Quare ergo restitui debent si non sunt res alienæ: Et si sunt res alienæ,quo modo vendi vel dari possunt tanquam propriæ.Ex his itaque surgit non immeritò dubitatio. Ad quod vt declaretur,oportet præscire,quòd aliter iudicat lex diuina alienum:aliter lex humana.Lex enim diuina alienum dicit,quicquid possidetur contra legem Dei: qui solus est verè dominus.Et ideò omnia quæcúnque possidentur ab alio si præter voluntatem Dei possidentur,iniustè possidentur:& inuito domino quasi res alienæ possidentur.Et hoc expresè dicit beatus. Augustinus ad Macedonium. Et habetur.14.quæstio.5. sic capitulo. Quid dicam? Nónne omnes qui sibi gaudere videntur conquisitis: eisque vti nesciunt:alienum possidere conuincimus? Hoc enim certè alienum non est,quod iure possidetur.Hoc autem iure,quòd iustè. Et hoc iustè,quod bene. Omne igitur,quod malè possidetur,alienum est.Malè autem possidet,qui malè vtitur. Sic ergo patet, quod fœnerator non est verus dominus vsurarum:sicut nec raptor rapinarum: quia vtérque malè possidet. Et ideò alienum possidet & non suum. Sed verus dominus id,quod possidet vt dominus, possidet vt suum. Ex quo patet,quòd secundum legẽ Dei,in vsura non est translatum dominium.Et ideò lex diuina iubet restitutionem vsurarum fieri:sicut & rapinarum.Et voco legem diuinam,quæ in canone sacræ scripturæ:& in decretis sanctorum patrum: & concilijs continetur. Lex autem humana alienum iudicat id solùm,quod præter voluntatem hominis qui dominus rerum est secundum leges humanas accipitur vel detinetur. Quare cum in furto vel rapina appareat rerum acceptio vel detentio contra illius hominis voluntatem,qui putatur dominus ab omnibus hominibus, iustè lex humana illa punit: & tanquam verè aliena restitui compellit.Sed id,quod in vsura accipitur vel detinetur,non videtur esse contra voluntatem dantis:eo quòd nec per ignorantiam datur:nec per violentiam tollitur.Quare lex humana vsuras non iudicat res alienas. Sed dubitatur adhuc ex dictis.Si lex diuina iudicat vsuram verè rem alienam,quare non compellit ad restitutionem eiusdem rei numero. Ad quod respondemus,quòd quantùm est ex lege diuina debet compelli fœnerator ad eandem in numero restitutionem: si manet ipsa res in potestate fœneratoris eadem:nisi per assensum repetentis liberetur. Alias tenetur pro ipsa valorem restituere.Si autem res non manet in potestate fœneratoris:sed consumpta est:vel translata in alterius dominium:qui est veræ fidei possessor,tunc compelli debet fœnerator ad restitutionem æquialentis.Sed adhuc dubitatio oritur: quo modo fœnerator rem alienam posit transferre in dominium alterius.Respondeo dicendum,quòd secundum id,quòd aliena sibi iudicatur, non potest:sed secundum quòd sua est. Verum quia lege diuina iudicatur aliena,debet & eadem lege iudicari non posse iustè transferri in alium:sine consensu domini veri. Quo modo ergo quis potest retinere res datas: vel emptas à fœneratore: quas scit fuisse res vsurarum?Vel quare non compelletur ad restitutionem: sicut qui retinet rapinas vel furta qualitercúnque data vel empta: sine consensu veri domini? Ad quod dicendum,quòd lex diuina principaliter considerat iustum cuiuscúnque personæ vel iustum:inquantùm per hoc ordinatur ad finem:qui est vita æterna.Lex verò humana considerat hoc,prout ordinantur homines inter se in bene esse ciuile:quod est viuere in honestate & pace communi.Lex autem diuina vtitur lege humana sicut instrumento: vbicúnque per opera ciuilia homo potest ordinari vel deordinari à fine vitæ æternæ:sicut etiam tota natura instrumentum est diuinæ virtutis:& non propter indigentiam:sed propter diuinæ virtutis excellentiam:quæ per se operatur aliqua:& quædam per naturam.Quia ergo res per vsuram acquisitæ corrumpunt dominium iustum in persona tantùm acquirente & detinente:non autem propriè corrumpunt bonum ciuile humanum,id est pacem:quia non contra voluntatem dantis simpliciter sunt acceptæ:ideò sufficit iudici qui secundum legem Dei iudicat,quòd fœnerator tantùm satisfaciat quantùm ad Deum,scilicet,vt tantùm restituat quantùm accipit contra legem Dei.Sed quia res accepta non est faciens iniustum ex parte dantis in lege humana:sed neque etiam in lege Dei:nisi propter rationem solam ex parte fœneratoris,ideò eandem rem non compellit iudex per legem aliquam restituere:nec est necesse propter causam dictam. Propter hæc ergo quæ dicta sunt, credimus in vsura non transferri dominium secundum legem diuinam:sed tantùm lege humana translatum iudicamus.

Quo modo ratio dubij vel periculi valeat excusare vitium vsuræ in mutuo & alijs contractibus: & quando.

CAP. VI.

QVia autem quædam verba iuris inueniuntur,quibus ratio dubij & pericula euentuum videntur omninò excusare vsuræ vitium in quibusdam permutationibus & contractibus,ideò considerandum est,quando & in quibus contractibus:& quo modo valeant excusare:& quando & in quibus non valeant.Sciendum igitur in primis,quòd regula est generalis apud omnes doctores & firma esse debet: quòd nulla conditio siue circunstantia potest excusare aliquem actum vitiosum siue habitum:nisi secundum quòd potest tollere rationem vitiositatis ab eo.Cùm enim Hæbræi excusantur à furto de spolijs Aegyptiorum,hoc non est nisi quia præcepto superioris domini,res non suæ,factæ sunt suæ Si igitur dubium vel periculum excusare valeant, hoc non erit nisi habeant virtutem tollendi rationem vsuræ verè dictæ. Et quia in mutuis vitium vsuræ annexum est:ex eo, quòd fiant spe lucri:quod est contra naturam mutui,ideò quia dubium & periculum de sua natura non tollunt hanc vitiositatem à mutuo quando fit spe lucri:nec dubium:nec periculum excusare possunt vitium vsuræ. Et hoc probatur per illam decretalem. Nauiganti. Si enim quis pecuniam alicui nauiganti commiserit mutuo: propter spem alicuius lucri: licèt periculum etiam sortis super se receperit, nihilominus iudicatur vsurarius: etiam si totum amiserit. Et similiter si quis alicui aliquam pecuniam dederit mutuo:verbi gratia.centum libras ad decem annos: ita quòd si infra hoc tempus mortuus fuerit alter ipsorum liberatus sit à debito:& à mutuo qui ipsum acceperit: si verò superuixerint ambo,dabit post decem annos qui mutuum accepit ducentas quinquaginta libras:ei qui mutuum dederat:non excusatur propter dubium & periculum ab vsura.Sed vbicúnque possunt tollere rationem vitij vsuræ,ibi possunt excusare. Et hoc est in quibusdam contractibus.Et ad sciendum specialiter quo modo & in quibus hoc contingere potest,considerandum est circa illos contractus vel permutationes rerum,in quibus aliquid plus accipitur, quàm datur:quòd si causa temporis permutatio hæc fiat,iam speciem vsuræ vitiosè committit:eo quòd huiusmodi superabundantia:nec ex labore licito:nec ex vsu rei propriæ:nec per recompensationem alterius subst antiæ valet reduci ad æqualitatem iustitiæ. Si verò non causa temporis hæc superabundantia accipiatur vel intendatur,saltem ratio dubij siue periculi potest supplere æquitatem iustitiæ. Verbi gratia.Si quis rem aliquam emat pro pretio minori,quàm valeat tempore emptionis:vel pro æquali:rem tamen percepturus in tempore quo sperat eam plus valituram: vel etiam si quis vendat rem pro pretio maiori, quàm valeat tempore venditionis: speraus tamen,quòd tantùm valitura erit tempore solutionis:si verisimiliter dubitatur:verum plus vel minus possit valere pro tẽpore illo pro quo venditur vel emitur res,in talibus ratio dubij excusare potest:& facere æquitatem iustitiæ:licèt plus accipiatur,quã detur:eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd ratio huius dubij, ponit extimationem valoris in rebus ex ipsa natura rerum, quæ in tali tempore plus vel minus possunt valere. Vnde non causa temporis tantum ibidem plus expectatur, sed propter ipsam naturam rei, quæ plus valet aliquando in vno tempore, quã in alio, & aliquãdo minus. Et hoc modo ratio dubij & periculi etiã localis possunt excusare contractus aliquos, qui aliàs iudicarentur vsurarij. Et hoc probatur per illud capitulum. Nauigãti. Declaratio quóq; prædictorũ, per exẽpla magis patebit. Ponamus igitur, q̃ aliquis post augustũ, multũ de blado vel de vino habeat venalia, & q̃ illo tẽpore mensura bladi tres solidos tantum valeat, & modius vini decem. Et vendat bladum pro quatuor solidis: & vinum pro duodecim: recepturus tamen pecuniam in festo Ioannis: quia nec volebat dare pro minori pretio etiam si statim reciperet: eò quòd rem suam extimabatur tantùm valituram probabiliter in prædicto tempore solutionis: dico quòd non committit vsuram: licèt plus accipiat in spe, quàm det tempore venditionis: quia illud nõ accipit causa temporis: sed pro natura rei quam probabiliter & verisimiliter dubitari potest tantùm valituram in tempore pro quo vendidit: etiam si non valuit tantùm in tempore pro quo vendidit. Et hæc ratio potest applicari ad aliquos alios contractus: etiam quando res minus emitur quàm valeat tempore emptionis: recipienda tamen in alio tempore in quo verisimiliter potest dubitari: vtrum plus vel minus sit valitura, quàm empta sit. Sicut autem dictum est de ratione dubij in mutuo & in contractibus alijs. Ita dicendum est de ratione periculi: quia ratio periculi etiam circa sortem non tollit rationem vsuræ in mutuo: vt probatur in capitulo. Nauiganti. Et huius ratio patet per prædicta. In contractibus verò alijs in quibus videtur superabundare acceptum super datum potest excusare: scilicet quãdo ipsa ratio periculi potest recompensare huiusmodi superabundantiam. Res enim quæ extra periculum possidentur eiusdem speciei, plus extimãtur, quàm eædem existentes in periculo. Et ideò ad naturam rei conuertitur recompensatio: quæ propter periculum extimatur plus vel minus valere.

Quomodò ratio dubij, vel periculi valeat excusare hoc vitium, secundum conditiones personales vel reales.

CAP. VII.

QVoniam autem videmus quasdam conditiones quæ secundum iura videntur excusare cõtractus simpliciter vsurarios: sicut videtur primò per illud Deuteronomij vigesimotertio. Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram. Et sequitur. Sed alieno: quare videtur vsura quæ accipitur ab alienigena: & maximè qui est disparis cultus, non habere rationem culpæ. Et sic videtur quòd conditio personæ per quam est in dispari cultu excusetur vsuram. Similiter secundũ beatum Ambrosium. 14. quæstio. quarta. Ab illo exige vsuram: cui meritò nocere desideras: cui iure inferuntur arma, iure auferuntur vsuræ. Ex quo patet, quòd conditio quæ facit hostem dignum morti, excusat vitium vsuræ. Tertia etiam conditio sumitur atque reperitur in iure ratione dotis: vel paternæ promissionis. Sicut cùm aliquis accipit cum vxore in dotem aliquam hereditatẽ, vel fundum, vel redditus annuos, pro aliqua certa summa pecuniæ in pignore, potest huiusmodi fructus percipere sine diminutione dotis, quandiu ratio impignorationis manet. Et hoc habetur extra de vsuris. capitulo. salubriter. Quarta conditio potest accipi ex natura rei: scilicet quando res quæ accipitur in pignore, est illius qui accipit in pignore de iure: sed de facto detinetur violenter ab alio. tunc potest ille percipere fructus pignoris vltra sortem: eò quòd vt suum recipit: & non vt alienum. Et hoc habetur in prima decretali de vsuris. capit. pluris. Quinta cõditio etiam potest excusarẽ: quæ dicitur interesse siue damni recompensatio: & non spes lucri: vt si quis mutuo dederit gratis vsque ad terminum aliquem determinatum: in quo indiget sua pecunia pro aliqua necessitate: & mutuum non fuerit reddi tum ad prædictum terminum: potest mutuans repetere vltra sortẽ quicquid damni incurrit: propter defectũ solutionis. Et hoc modo potest fideiussor repetere vsuras à debitore, quas persoluit creditori: propter defectum debitoris. Et hoc confirmatur. Extra. de fideiussoribus, in duabus decretalibus. Excusatur etiam sexto vsura, quando gratis aliquid offertur vltra sortem: quia secundum Gregorium in registro. Et habetur in prima quæstio. quinta. Oblatio nullam culpæ maculam alicui ingerit: quæ non ex ambientis petitione procedit. Causa verò propter quam huiusmodi conditiones excusant vsuram, & quando, satis liquet & patet, si aduertatur, quod in præcedenti capitulo dictum est: quia scilicet nulla potest circunstantia transmutare in moribus de bono in malum, vel econuersò: nisi quæ tollit de natura sui rationem bonitaris vel maliciæ. Vsura autem secundum quòd est vitiosa, contingere potest primò & per se in mutuis: & secundario in alijs contractibus. Vsura autem in mutuis vitium est. Primò, quia corrumpit liberalitatem, cuius est mutuum dare gratis. Et hanc rationem vitij tollit vltima conditio: scilicet quando gratis aliquid vltra sortem datur vel accipitur. Corrumpit etiam vsura in mutuis debitum finem: quia accipitur spe lucri: & sine recompensatione iusta. Et etiam hanc malitiam tollit prima conditio, & secunda: & quinta. Prima enim est per quam ostenditur solus Deus esse dominus omnium rerum: & omnia esse data ad cultum Dei promouendum. Et ideò virtute fidei tollitur in illo casu malitia vsuræ: quia tunc non fit spe lucri. Similiter in secundo fit zelo iustitiæ & charitatis: quæ quantùm potest inimicos fidei: scilicet tyrannos & hæreticos conatur destruere: etiam eodem iure quando non potest aliter res ipsorum, quàm per vsuram requirere. In quinto vero patet ratio iustitiæ: quia non spe lucri accipitur: sed pro recompensatione damni. Et ideò illa superabundantia iustè acquiritur. Contingit etiam aliquando vsuram accipere in alijs contractibus, in quibus aliquid petitur plus, quàm detur sine causa. Et hoc etiam excusari potest omnibus modis prædictis & duobus etiam alijs. Et hoc potest contingere, quando illud, quod vltra sortem recipitur, sit suum iure naturæ: sicut fructus pignorum pro dote vxoris: vel prouisione filiorum. Vel potest fieri suum iure æquitatis: sicut res ipsa quæ impignoratur: quando secundum æquitatem erat illius qui fructus percipit. Hæc dicta sufficiant de conditionibus excusantibus à vitio vsuræ: quæ & quot sunt: & quando valeant excusare: & quando non.

Quo modo vitiũ vsuræ incidit in contractibus venditionis & emptionis in communi.

CAP. VIII.

QVoniam autem antiqui hostis: superseminata humanæ naturæ zizania cupiditatis & auaritiæ: vsuræ vitium produxit: non tantùm in mutuis: quæ luce diuinæ veritatis in scriptura sacra manifestè condemnata eradicatur: sed etiam in alijs contractibus diffunditur: in quibus sub specie æquitatis & iustitiæ humanæ, quasi abscondita fœneratur: idcirco in hac parte quærentes detegere hanc malitiam, de his contractibus in quibus latet, dicemus. Primò autem dicimus quod à principio dictum est, quòd vsura est, quicquid præter sortem accidit, siue iusto titulo: siue sit in mutuis: siue in contractibus alijs. Quod autem tantùm causa temporis accidit in contractibus sicut in mutuis, sorti accidit sine iusto titulo: quia ipse facit suum per fraudem: scilicet vendendo tempus: quod Dei est: & datum communiter omnibus. Et non potest habere titulum successionis naturalis: seu gratuitæ donationis: seu iusti lucri per meritum liciti & proprij laboris: vel per recompensationem rei propriæ: vel vsus propriæ rei. Et hinc est, quòd omnis contractus, in quo aliquid plus accipitur, quã detur siue in spe siue in re: & hoc tantùm propter causam temporis: vocatur contractus vsurarius. Et hoc est quod dicitur in illis decretalibus. Extra de vsuris. In ciuitate. Et consuluit. Aduertendum est autem quid propriè dicatur hic sors, & quid sit accidens sorti. Sors enim in scriptura sacra duobus modis accipitur. Vno modo pro signo dato, per quod distinguantur res cõfusę abinuicem. secundum illud Prouer. 18. Contradictiones comprimit sors. Et iterum. Prouerbio. 16. Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperatur. Et illud Act. 1. Cecidit sors super Matthiam. Alio modo accipitur sors pro officio, vel re propria iustè possessa: vel debita in diuisione aliquarum personarum vel possessionum, sicut vocantur sortes filiorum Israël, iustæ portiones distinctæ cuilibet tribui: vel personæ assignatæ. Et hoc modo accipitur etiam hic pro re iustè possessa vel debita alicui personę. Hoc autem dicitur sorti accidere, quod non pertinet ad proprietatem sortis. Ex quo patet, quòd vsus proprius rei alicuius & fructus eiusdem non accidunt sorti: quia qui habet proprietatem in alia re, siue possessione, habet & vsum & fructum illius de iure. Et ideò qui emit agrum vel equum: vt plus percipiat in fructibus ratione fructuum, & ratione vsus equi quem emit, nihil accipit plus, quàm accidat sorti: quia totum est de sorte, scilicet fructus & vsus. Est etiam secundò aduertẽdum, quòd fructus & vsus rerum possunt augeri & minui in pretio secundum diuersitatem temporum. Et hoc potest accidere ipsis rebus tripliciter, sine eò, quòd tempus sit causa per se. Vno modo quando non fuerit ratio huiusmodi augmenti in vsu rei. Alio modo propter ipsarum rerum paucitatem & abundantiã. Res enim quæ per vsum suum minuuntur, secundum tempus naturaliter consumuntur, & sunt pauciores, quoniam magis elongantur à sua origine, sicut bladum naturaliter magis abundat in autũno, quàm in vere. Alio modo hoc accidit ex ipsarum rerum natura, quæ secundum tempus recipiunt incrementum valoris: vt apparet in satis, siluis, & animalibus. Tertio modo ex natura rei relata ad loci conditionem. Est ergo generaliter tenendum, quòd in omnibus contractibus, in quibus accipitur plus à vendente vel emente, quàm dederit, & non fuerit ratio huiusmodi augmenti in vsu rei, siue in natura ipsius rei, nec producta fuerit ex temporis aliqua conditione existente in ipsis rebus, sicut apparet in tribus modis prædictis, sed accidit incrementum ex dilatione temporis concessa à vendente vel emente: vt per hoc plus accipiat, tunc talis superabundantia accepta super datum vsura dicitur, & vsuræ tenet vitium: quia sine iusta ratione generatur in talibus contractibus & mutuis. Et hoc vocatur apud iurisperitos: & etiam vulgariter, vendere vel emere ad credentiam. Si autem accipiatur plus, quàm detur simpliciter: propter extimationem venditis vel ementis ampliorem in vno tempore, quàm in alio: propter aliquam trium causarum prædictarum: vel etiã propter dilationem rei in vno tempore, quàm in alio, tunc potest fieri sine vitio vsuræ: quia superabundantia huiusmodi recompensatur ex ampliori valore rei in se, pro tempore pro quo accipitur huiusmodi superabundantia: & non accipitur pro temporis dilatione. Est tamen aduertendum, quòd in his contractibus licet excusari possint à vitio vsuræ secundum rationem dictam, tamen non excusantur omninò à vitio cupiditatis: propter quod dicitur in canone turpe lucrum: vt habetur decimaquarta quæstione quarto capitulo. Si quis clericus. Et capitulo. Quæcúnque temporum messis. Et dicitur turpe lucrum: quia ratione temporis accidit sicut vsura: licet differenter. Vel turpe lucrum dicitur ratione finis: quia tales contractus non fiunt: vt in pluribus. propter vitæ humanæ necessitatem seu vtilitatem: sed magis propter diuitiarum augmentationem. quam cupiditas facit: quæ non habet finem: quia auarus non impletur pecunia. Et ideò rationem vitij habent. Si tamen huiusmodi contractus ordinentur ad vsum vitæ humanæ, excusantur ab omni turpitudine: sicut habetur in capitulis allegatis decimaquarta. quæstione quarto. Et per hoc etiam ostenditur, quòd in huiusmodi non sit vsura: quia vsura non excusatur etiam quantumcúnque ordinetur ad vitæ necessitatem. Ex his etiam potest patere, quòd non tantùm ex dilatione temporis: sed ex natura rei relata ad temporis conditionem potest accidere vsura. Et similiter ex natura rei relata ad loci conditionem, scilicet quando aliquæ res dantur mutuo siue pecunia æquales reddendæ in specie, & numero, pondere, & mensura. Et tamen quia mutuans sperat eandem rem numero plus valituram in tempore determinato quo debet reddi: vel in loco: & propter hoc ipse mutuauit reddendam ad tale tempus vel talem locum: vt in tempore determinato vel in determinato loco sibi reddatur. Dico quòd ibi manifestè est vitium vsuræ. Quia plus speratur ex mutuo vel causa mutui, quàm detur. Et eadem ratione potest incidere vitium vsuræ in alijs contractibus, in quibus plus accipitur, quàm detur: simili ratione. vt verbi gratia. Si quis bladum vel vinum vendiderit vel emerit in aliquo tempore, vt plus accipiat in alio, quàm dederit tantum ratione temporis vel loci, licet etiam res pro tempore illo tantum valeant, iam propter intentionem vsurariam, sit vitium vsuræ. Quod tamen poterat fieri bene, si tantùm rei natura attenderetur: & non temporis vel loci causa quæ nullo modo sunt aliquid de re. Et ideò nec vilitatem: neque caritatem faciunt in rebus per se. Hinc liquet, quòd in eodem contractu secundum speciem potest incidere vitium vsuræ ex intentione corrupta: & vitium auaritiæ sine vitio vsuræ ex turpitudine lucri. Et alias etiam potest fieri sine omni vitio: quando fit propter necessitatem vitæ. Ex dictis etiam dissoluitur dubitatio, quæ à quibusdam mouetur. Vtrum scilicet per anticipationem temporis, generari possit vitium vsuræ: sicut per dilationem vel prolongationem: vt verbi gratia. Aliquis debet alteri. c. solidos: persoluendos post annos vel annuatim ad duos vel tres termi nos: & creditor vult remittere debitori tertiam, vel quartum, vel quintam partem, si soluat ei in principio anni, siue ante terminum positos: quando petierit. Constat autem, quòd in hoc casu plus accipitur, quàm datur ratione temporis: verbi gratia. Debitor iustè debebat centum solidos: & propter anticipationem temporis, tantùm soluit octoginta. Accipit ergo vltra id, quod dat, scilicet vltra octoginta. 20. quia creditoris erant illi. 20. & sunt facti debitoris, ratione temporis anticipati. Ratione ergo regulæ datæ de causa vitij in vsura: quæ est quando plus accipitur, quàm datur causa temporis, videtur, quod huiusmodi casu, sit vsurarius. Sed hic potest cadere excusatio vsuræ dupliciter. Vno modo, quando gratis & liberaliter creditor huiusmodi superabundantiam tribuit debitori: & debitor non causa temporis accipit. Alio modo quando debitor per damnum propriæ rei recompensat huiusmodi superabundantiam: vt quando non potest habere pecuniam sine aliquius rei propriæ alienatione & damno: ex qua soluat creditori, quòd petit ante terminum solutionis, alius est casus vsurarius. Specialis autem difficultas videtur in contractibus illis, in quibus res emuntur vel venduntur: quæ ex temporis processu recipiunt incrementum valoris vel vtilitatis: sicut sunt fata: fetus animalium: fructus arborum: spolia siluarum: quia enim huiusmodi res venduntur & emuntur: vt frequenter ante tempus suæ vtilitatis, vel vsus & minus emuntur, quàm sint valituræ in tempore suæ receptionis & vsus. Quæstio est non immeritò: vtrum plus accipere pro eis vel sperare pro tempore suæ receptionis, faciat vsurarium contractum. Quam quidam determinantes distinguunt: quia aut emens ex tempore emptionis iam habens dominium talis rei qualiscúnque sit, recipit periculum supra se: aut periculum remanet in sorte vendentis. Si primo modo, volunt contractum esse licitum propter periculum: sicut locans rem suam: & aliquid vltra reciens excusatur propter hoc: quia periculum rei remanet in locante: vt habetur. distin. 88. Emens. Si verò secundo modo, tunc condemnant contractum. Sed si rei veritas attendatur, huiusmodi distinctio hic non habet locum. Si enim locans accipit aliquid vltra rem locatam: hoc habet rationem æquitatis: quia illud recompensatur per vsum rei locatæ qui est proprietas locantis, & pertinet ad eius sortem: ideò est ad rem locatam: cuius proprietas simpliciter manet apud locantem. Et ideò periculum etiam ipsius remanet apud locantem. Sed quando quis vendit rem aliquam: non vsum tantùm ipsius: sed proprietatem eius, constat, quòd transfertur de iure periculum rei in ementem. Quando ergo sic vendens res huiusmodi tenet periculum penes se, iam sic non transfertur dominium: & ideò non est permutatio venditionis iustæ: sed constat, quòd emens iam transtulit dominium pecuniæ quam dedit: quare magis habet rationem mutui. Et si plus speratur propter tempus futurum determinatum: quàm sit datum, sequitur quod sit vitium vsuræ. Et ideò sine præiudicio aliter mihi videtur esse distinguendum in prædictis contractibus: & præcipuè: quia videmus non de facili imminere periculum rei in venditione spoliorum siue nemorum: sicut in alijs. Possunt enim huiusmodi res emi vel tanquam necessariæ ad vsum vitæ ementium: vel causa lucri tantùm. Si primo modo, nullum est vitium: quamuis plus valituræ sint probabiliter tempore suæ receptionis: dum tamen estimatio iusta sit facta tempore contractus: quæ est secundum legem naturæ: & etiam consuetudinem humanam in hoc, quòd tantùm iustè estimari potest res vitæ humanæ, quantùm necessarius est eius vsus: & hoc vel simpliciter: vel pro tempore aliquo determinato. Et quia simpliciter apud sapientes plus estimatur res perfecta, quàm imperfecta: & pro tempore determinato estimatur res: quàm vendi potest inter homines: & ideò licet tales res minus vendantur imperfectæ, quàm sint valituræ perfectæ, non videtur mihi, quòd aliquis præter sortem amplius accipiat: quia sors vendita est ipsius ementis: cum incremento suæ vtilitudinis atque vtilitatis. Si autem secundo modo, id est, causa lucri fiant huiusmodi contractus, potest adhuc in eis tantùm turpe lucrum iudicari causa cupiditatis: quæ oritur ex conditione temporis: sicut supradictum est de alijs. Et potest iterum in eis incidere vitiũ. Et hoc quando huiusmodi lucrum quæritur tantùm ex tempore. & periculum tollitur: vel uerisimiliter dubitari non potest de periculo, vtrum magis minúsue ratione temporis res possint valere. Hæc intantùm dicta sint vniuersaliter circa naturam contractuum: in quibus videtur posse aliqualiter vsuræ vitium incidere.

Quomodo in emptione reddituum ad vitam, incidat vitium vsuræ.

CAP. IX.

QVoniam autem in præcedenti capitulo. de æquitate & iustitia contractuum simpliciter, secundum propositum nostrum discussum est. Nunc post hæc videtur iustum de cõtractibus ad tempus factis: & non simpliciter discutiendum. Et circa hoc inuestigatio duplex est perutilis. Primò vtrum emere aliqua bona: vt redditus vel possessiones ad vitam quæ est tempus indeterminatum: liceat. Secundò vtrum emere aliqua prædictorum ad tempus determinatum, verbi gratia. ad. 10. annos: vel ad. 20. sit licitum: quæ duo frequenter fiunt inter homines nostri temporis. Circa primum aduertienda sunt dicta quorundam: & rationes ipsorum: qui huiusmodi contractum condemnant tanquam vsurarium. In primis autem fatemur nos nusquam legisse auctoritatem: nec audiuisse: seu in canone: seu in epistolis extrauagantibus: seu in corpore legis: pro hac opinione facientem aliquid. Sed in scriptis quorundam magistrorum vidimus quæ subiungemus. Et circa hoc ratione quantum potuimus dicta confirmare conabimur. Goffredus siquidem magnæ auctoritatis in iure canonico summam faciens super titulos decretalium, ita dicit in titulo de vsura, capitulo is qui nauiganti. Ibi expresè dicit, quòd dare certam pecuniam: siue summam pecunię alicui ecclesiæ pro aliqualibus possessionibus tenendis ad vitam dantis pecuniam: & post mortem tenentis redituris ad ipsam ecclesiam, est vsurarius contractus. Et huiusmodi causam reddit dicens, quod dans habet spem viuendi vltra id tempus quo receperit de prouentibus totam sortem quam dederat: & vltra. Sola autem spes facit vsurarium, hæc est ratio dicti magistri: & sententia eius. Hoc etiam quidam alius doctor theologus asserens pro sententia addit rationes, primò ostendens, quòd huiusmodi contractus non potest excusari: per rationem dubij vel periculi: quia non est alterius rationis contractus in quo aliquis dat centum lib. vt annuatim recipiat. 10. quamdiu vixerit: & speret se victurum ad 11. annos & vltra: vel vt in. 11. anno recipiat simul. centum. & 10. lib. addita etiam conditione, quòd si ante moriatur, quòd nihil accipiat de tota summa. Constat autem in hoc secundo contractu esse vitium vsuræ: nec tollitur propter rationem dubij vel periculi: sicut probatur per illud capitulum: Nauiganti. Quare similiter in primo contractu erit vitium vsuræ: nec tollitur ratione dubij: eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper sit ibi spes accipiendi plus. Per hanc rationem vult idem Doctor, quòd tam vendens, quàm emens peccent vitio vsuræ: quia secundum hanc rationem, sicut emens accipit in spe plusquàm dederat: sic & vendens: quia sperat vel saltem optat citò finem emen tis. Et si acciderit in primo anno eum mori vel secundo, constat, plus accepit quàm dederit. Hoc autem vitium in vendente nullus quidem quem audierim verbo vel scripto viderim, vsque ad vsuram extendit. Idem etiam doctor theologus opinionè huiusmodi quasi sententiam confirmare videtur ex Philosophi dictis: qui in duobus locis, videlicet decimo Ethicorum. & in primo Polliticæ, loquitur de ratione nummismatis, ostendens quòd inuentio nummismatis facta est translationis gratia: hoc est vt per ipsum aliæ res quæ necessariæ sunt ad vitam hominis transferantur. Et ideò quando fit nummismatis translatio ad alterum: vt seipsum augeat & multiplicet: fit thokos, id est, vitium vsuræ: vt apparet ex dictis Philosophi. quare cùm in emptione redituum ad vitã fiat translatio pecuniæ: ad hoc vt seipsam multiplicet, videtur semper & naturaliter esse vitiũ vsuræ. Præterea ex lege diuina videtur hæc sententia data. Leuitic. 24. vbi dicitur, quando vendes quippiam ciui tuo vel emes ab eo, non contristes proximum tuum: sed iuxta numerum annorum iubilei emes ab eo quod iuxta susceptionem fructuum vendet tibi. Hoc autem exponens Glosa ibidem, sic loquitur: quãdo vendes, &c. Hic secundum literam moraliter informat, vt in contractibus proximis compatiamur: ne quis nimium molestus de pauperum necessitatibus negotietur: ne studeat possessiones aliorum acquirere: sed indigentibus commodare: & commodata paulatim ex fructibus agrorum recipere. Ex hac auctoritate & glosa, videtur quòd quãdo quis emit possessiones proximi sui percepta sorte ex prouentibus fructuum, nõ liceat ementi aliquid vltra recipere: sed omnis emens ad vitam possessiones vel redditus sperat vltra sortem datam aliquid accipere: & recipit si viuat vltra secundum quòd sperat. ergo illicitus est contractus: etiam secũdum legem diuinam. Hoc idem videtur per ea quæ dicta sunt de causa vsuræ: quia in talibus contractibus: semper aliquid speratur vel accipitur vltra quàm detur causa solius temporis: sed hæc causa facit contractum vsurarium. Horum autem & tantorum virorum sententiam non audentes falsam asserere: cùm tantorum & multorum antiquorum & modernorum dissimilatione contraria sententia teneatur, videtur congruum etiam ratione circa hanc quæstionem discutere veritatem: quantùm nostrę Deus dederit paruitati. Sciendũ autem in primis, quòd cuiusdã famosi doctoris in iure vidimus sententiã, qui huiusmodi cõtractũ condemnabat: nõ tanquàm vsurarium: sed tanquàm vitiosum propter circũstantiam peccati annexam, scilicet in vendente: quia vendens optabat mortem emptoris. Sed & si hoc malum sit, nõ tamen est ex natura contractus: sed accidit ab extra. Et ideò propter hoc non debet condemnari contractus: vnde secundum prædictum doctorem, si fierent huiusmodi contractus ad vitam vendentium, non essent mali. Inuestigando ergo quid iniustitiæ possit inesse in huiusmodi contractibus: & vtrum licitè fieri possint: & quomodò contradicentium rationes soluantur. Dicimus primò, quòd qui dominus est alicuius rei, dominus est & vsus eiusdem rei. Dicimus etiam secundò, quòd dominus verus alicuius rei, potest eam transferre in alterum gratis: vel etiam pro pretio: & pro commutatione alterius rei. Dicimus insuper tertiò, quòd dominus potest transferre vsum & fructum propriæ rei. Dicimus etiam quartò, quòd verus dominus rei, sicut potest dare vel vendere proprietatem rei: vel vsum seu fructus alicuius possessionis simpliciter: quantum ad omne tempus, sic potest dare vel vendere quantùm ad tempus determinatum, vel particulare. Omnia ista probantur per veram rationem dominij. Est etiam animaduertendum, quòd in mutuo pensari debet tantùm rei substantia: & valor eius: secundum rationem substantiæ: & non secundum rationem vsus rei, vel fructus: eo quòd gratis fieri debet secundum rationem mutui. Et ideò nihil vltra valorem rei sperare debet mutuans ex vsu rei mutuatæ: quia ratione substantiæ transfertur mutuum: & non ratione vsus. Aliàs est autem in accommodatis ad vsum. Substantia enim rei in se non recipit magis & minus. Sed in contractu venditionis & emptionis, pensatur non tantùm substantia rei: sed etiam eius fructus & vsus. Sed ex fructu rerum: & vsu ipsarum, accidit, quòd valor ipsarum naturaliter inter homines augetur & minuitur: quare de natura huiusmodi contractus, potest quis sperare vltra id, quod datur: vel etiam timere ne minus accipiat, quàm dederit. Et ideò mercatores sperare possunt lucrum ex mercatione: quod non possunt dantes mutuo. Aduertendum est etiam, quòd sicut Philosophus dicit & pertractat in sua pollitica in primo: omnis rerum commutatio, inter homines fit propter necessitatem vitæ humanæ. Et ideò requiritur, quòd commensuratio ipsarum fieri debeat in magis & minus habere in valore: secundum quòd magis: & minus habeant de vtilitate & necessitate ad vitam humanam. Variatur autem huiusmodi vtilitas multipliciter in magis & minus. Vno modo ex tempore. Alio modo ex loco. Alio modo ex personarum conditione. Alio modo ex ipsarum rerum natura. Quia ergo in venditione transfertur rei substantia, cum vsu eius vel simpliciter: vel ad tempus. Et quando simpliciter, constat, quòd plus recepturus sit emens sine culpa: propterea quia vtilitas rei & fructus eius translata sunt quantum ad omne tempus cum rei substantia. Quando autem in venditione transfertur tantùm rei substantia: cum vtilitate eius ad aliquod tempus: & non simpliciter, non est iustum secundum rei naturam, quòd tanti res estimetur, cuius rei substantia ad tempus posidetur: sicut illa quæ semper posidetur: quia non sequitur ex ea tanta vtilitas humanæ vitæ posidenti: etiam si plus accipiatur: vel speretur accipi, quàm datum sit: non sequitur aliqua iniustitia: & præcipuè quando emens habet intentionem emendi pro necessitate & vtilitate vitæ: & non ad lucrum vel augmentum pecuniæ: quod etiam in emptionibus alijs facit peccatum secundum Philosophum. Vendentes autem vt in pluribus semper attendunt aliquam vtilitatem vel domus suæ: vel ecclesiæ: vel ciuitatis: & non causa lucri hoc faciunt. Quare magis excusantur. Dicimus etiam quinto, quòd eo iure quo quis recipit aliquid plus vltra, quàm dederit in possessionibus emptis simpliciter, eo iure recipit aliquis plusquam dederit in possessionibus emptis vel redditibus ad vitam: quia totũ est de sorte, quicquid plus accipit: eo quòd substantiam rei cum vsu & fructu eius emit: sicut & ille qui ad omne tempus emit. Sed dubium est adhuc secundum hanc sententiam: vtrum vendens retinere posit substantiam, quam accepit: quando nihil aut parum emens superuixit post emptionem. Cuius determinatio est, quare ratione dubij & periculi, quod erat de natura huiusmodi contractus sit suum. Et hæc ratio excusat in contractibus quandóque de natura ipsorum, quod non facit in mutuis: quia ibi accidit ex alio, quàm ex ratione mutui. Quando enim de natura contractus incidit periculum vel dubium æqualiter, tam ex parte vendentis, quã ementis tũc etiam iustè fieret res quę emitur vel venditur minoris extimationis in valore, quàm si periculum vel dubium non incideret de natura contractus. Et ideò de natura sui iustus est contractus, cum ex vtráque parte verisimiliter dubium sit: vtrum minus magísue recipiant vel recepturi sint. Si enim equum homo emat, & centum libras pro eo soluit, constat, quòd si eadem hora post solutionem equus moriatur, nihilominùs vendens centum libras iustè derinet, quamuis nihil vtilitatis emptor consecutus fuerit, eo quòd rem suam iustè transtulerit in ipsum ementem. Similiter ille qui possessiones vendit ad tempus indeterminatum, cuius determinatio pandet à natura, & non ab homine, & tempus determinatur præter hominis intentionem, quantùm est de iure, rem suam transtulit, & translatio iam ad ipsum redit, ex natura contractus. Præterea considerandum est, quòd in huiusmodi venditionibus & emptionibus ad vitam, æquè libera voluntas vendentis & ementis de natura contractus inuenitur, & maximè quando diuites vendunt, & pauperes emunt, quod est frequentius de natura contractus, quia vtérque talia facit pro vtilitate sua propria. Neque enim diues cogitur vendere, neque pauper emere, neque etiam pauper tenetur gratis dare aliquid diuiti: vel mutuare, neque diues tali pauperi tenetur de suo aliquid dare, quare & omnis translatio facta libera voluntate dominorum iustè fit. Ex his sequitur, quòd quicquid emens vel vendens amplius accipiant quàm dederint, iustè accipiunt, & vt suum factum libera voluntate dominorum. Sed in mutuis non potest ista iustitia inueniri, quando aliquid amplius accipitur in lucro ex mutuo. Nam accipiens mutuum libera voluntate accipit, sicut & is qui mutuum dat, sed accipiens mutuum non libera voluntate amplius promittit: vel dat, sed quasi coactus, ex pertersitate mutuum dantis: qui quod gratis tenetur facere, non vult sine spe lucri facere. Et ideò non potest fieri illud amplius eius qui accipit eodem iure quo mutuum, quod sibi redditur, nec aliquo iusto titulo. Ex prædictis infertur, quòd tum propter iustam estimationem rerum in tempore contractus: quia tantum res extimatur iustè, quantùm ad vtilitatem possidentis refertur, & tantum iustè valet: quantùm sine fraude vendi potest. Tum etiam propter periculum æqualiter annexum ipsi contractui per naturam eius ex parte vtriúsque Domini. Tum etiam propter liberam voluntatem dominorum res transferentium cum suis prouentibus, fit huiusmodi contractus de natura sui à vitio vsuræ liber. Diximus autem de natura sui: quia per accidens potest in ipso contractu vitium turpis lucri incidere, & etiam aliquando vitium vsuræ. Vitium autem turpis lucri, sine ratione vsuræ tunc in ipso incidit, quando aliquis diues sibi sufficiens ad vitam, & secundum rei naturam & personæ & secundum statum personæ tales redditus emit vt diuitior fiat, & vt plures diuitias sine iusta & pia necessitate acquirat. Et ideò turpe lucrum tunc dicitur: quia non propter finem debitum humanæ vitæ: sed propter auaritiam, cuius non est finis, exercetur. Vitium verò vsuræ tunc ex huiusmodi contractu potest incidere: quando homo attenuatus paupertate: tales redditus inti-

redditus inuitus vendit: vel possessiones: sua pro necessitate cogente. Et hoc propter defectum mutui, quod non inuenit in diuitibus. Et tunc etiam incidit vsura: quando diuites hanc proximorum necessitatem considerantes, minus iusta extimatione dant, pro possessionibus pauperum sibi acquirendis: quorum necessitates si possunt sine damno, ex charitate fraterna tenentur releuare per mutuum. Et in hoc casu loquitur lex Moysi. Leuiti. vigesimoquinto sicut apparet ex textu. & Glosa inducta quæ dicit. Necessitati proximorum compatiendum. Et ne quis de necessitatibus pauperum negocietur: sed indigentibus commodare: & commodata paulatim de fructibus agrorum recipere. Ex his patet, quòd in tali casu venditio propter defectum mutui, & emptio fit quasi loco mutuationis: & etiam, quòd extimatio ementis est minus iusta: propter necessitatem vendentis. Et ideò, id quod plus accipit emens, quàm dederit, non habet iustum titulum possessionis. Vnde in hac consideratione non tantùm in emptionibus ad vitam incidere potest vitium vsuræ: sed etiam in emptionibus simpliciter: quantùm ad omne tempus. Est ergo vniuersaliter aduertendũ, quòd quandocúnque aliquis emit aliquam possessionem: siue ad tempus: siue simpliciter: causa lucri: quod tantum expectatur ex ipsa tantum modo ratione temporis: & non ex natura rei possessæ, in tali contractu est vitium. Et huiusmodi lucrum dicitur turpe in iure. Si verò ematur huiusmodi possessio causa lucri: & fuerit minus iusta extimatio propter indigentiam vendentis: si fuerit iustum ex charitate fraterna dari mutuum proximo pauperi: ne ad summam paupertatem deueniat: sicut lex antiqua præcipiebat, tunc huiusmodi lucrum ex emptione, vitium vsurę habet: per æquipollentiam mutuationis: quia ibi plus accipitur, quàm detur, sine iusto titulo posidendi rem. Si verò aliquis rem alterius emat non causa lucri: sed propter necessitatem seu vtilitatem vitæ suæ: etiam si plus accipiat processu temporis, quàm dederit tempore contractus: cùm hoc accipiat ex natura contractus per se: & per accidens ratione temporis, nullum credo fore vitium. Quomodo autem satisfaciamus dictis & rationibus aduersariorum, exponamus nunc: dicentes primò, quòd dictum Goffredi nulla auctoritate canonis confirmatur, secundò, quòd exemplum eius tunc veritatem habere dicitur, quando ecclesia aliqua necessitate impulsa cogitur impignorare possessiones suas: quas non potest nec vult simpliciter alienare: tunc enim non est venditio propriè: sed impignoratio: quia qui non potest rem vel possessionem aliquam vendere simpliciter: nec potest vendere eo iure ad tempus. Constat enim, quòd licèt quædam ecclesiæ multa possideant, tamen alienare ius possidendi non possunt sine auctoritate & consensu superioris prælati: nec simpliciter: nec ad tempus. Et ideò huiusmodi venditiones ecclesiarum: sunt impignorationes: propter quod secundum hanc viam vsurarius est huiusmodi contractus: quia fructus pignorum non licet recipere vltra sortem: eo quòd non sunt de natura sortis. Ad rationem verò dicti magistri, de spe viuendi tantùm, quòd amplius recipiat, quàm dederit dicendum, quòd huiusmodi spes vel receptio ampliorís, non facit vitium vsuræ: nisi quando illud quod speratur vel recipitur amplius sorti accidit: & non est de natura sortis. Aliter enim omnis emens agros vel animalia: vt plus recipiat in prouentibus: processu temporis: vel in ipsis rebus venditis in alio tempore esset vsurarius: quod est absurdum dicere: quia sic omnis mercator esset vsurarius. Sed in venditionibus iustis quando aliquis dominus transfert dominium suæ rei: cum vsu eius & fructu simpliciter: siue ad tempus, constat quòd omnis prouentus rei venditæ, est de natura sortis: & non accidens sorti: quare talis spes vel amplior acceptio, non facit contractum vsurarium: & hoc dico salua reuerentia tãti magistri. Ad id verò, quod adducitur ab alio doctore Theologo, videtur nobis respondendum, quòd est dubium duplex, scilicet excusans: & dubium non excusans. Dubium enim tunc excusat, quando tollit inæqualitatem: & iustam extimationem dati & accepti facit quantùm ad rerum commutatarum naturam & vsum, verbi gratia, quando aliquis emit. 10. annuatim pro. c. quos statim soluit ad vitam suam vel alterius accipiendos. Et considerata vtilitate cuiusliber respectu posidentis, dubitatur verisimiliter quæ sit maior minor: propter indeterminationem temporis. Et ideò sit extimatio æquiualens propter dubium. Ex his iam patet, quòd ratio dubij facit iustitiam extimationis. Et ideò quicquid plus vltra datur vel accipitur: siue ab emente siue à vendente, tanquam de propria sorte recipitur. Dubium verò quod tantùm respectu lucri vel damni potest incidere ex determinato tempore, illud non potest excusare: quia ex eius dubio non innascitur aliqua iusta extimatio: quia speratur aliquid plus prouenturum gratia temporis determinati tantùm: quod non valet facere iustam recompensationem Et ideò patet, quomodò extra posita, non sunt eiusdem rationis. Nam in eo qui sperat. c. &. 10. simul se accepturum in 11. anno. iam gratia temporis determinati tantum, fit recompensatio inæqualitatis: & sic facit vsurarium contractum. Sed in alio qui non sperat se plus accepturum, nisi in tempore indeterminato & ex re empta iustè secundum naturam, tunc vt ostensum est, nihil accipitur vltra sortem: sed totum speratur: vt suum: & de sorte sua non factum suum propter rationem temporis: sed propter naturam contractus. Illud etiam quod secundò adducitur pro confirmatione huius opinionis de dictis Philosophi, sic dissoluendum est, primò, quòd intentio Philosophi: vt apparet ex dictis suis, est quòd nummisma inuentum est causa translationis aliarum rerum: quarum vsus vitæ humanæ est necessarius. Et ideò quandocúnque aliquis vtitur translatione nũmismatis: vt per nũmismata alia eiusdem generis multiplicentur, fit abusus nummismatis: & inhonestus contractus: & vocatur thokos, id est, parens Dei. Hinc constat mihi, quòd huiusmodi contractus de quo est sermo, non est thokos. Primò quia & si redditus pecunia emantur ad vitam, tamen ex natura contractus non habetur, quòd ad hoc emantur: vt pecunia pecuniæ addatur: sed vt de ipsa pecunia empta res necessariæ vitæ humanæ emantur. Et hic finis contradicit fini: propter quem fit thokos. Alia etiam ratione adhuc purgatur à vitio thokos: quia vt in pluribus in hoc contractu non pecunia numerata: sed ipsæ res emuntur: quæ vel per fructus suos referuntur ad hominis vsum: vt ager, & possessiones aliæ. vel per se ipsas vt triticum: vinum, oleum, & huiusmodi. Thokos autem est vt dicit Philosophus, nummisma nũmismatis. Tertia ratio etiam, quòd thokos non fit in huiusmodi contractu: ex hoc accipitur: quia tunc secundum Philosophum thokos est, quando acquiritur pecunia per pecuniam ad similitudinem generantium similia sibi. Constat autem, quòd quando similia ex similibus generantur ad multiplicationem, quòd generantia saluantur: & non corrumpuntur in generationibus suis: sed qui dat. c. lib. vt habeat decem annuatim: quamdiu vixerit: constat, quòd non est ibi ratio generationis: eo quòd non manent. c. lib. vel in potestate vel dominio dantis: cum sua genitura: sed penitus sunt translatę ab ipso: nec manet etiam in iure repetendi: sicut fit in thochos: quare magis debet vocari huiusmodi contractus transmutatio rei pro re, quàm generatio alicuius rei ex re. Ex' his apparet, quòd ratio de tochos nihil est ad propositum in huiusmodi contractibus. Ad id verò, quòd de lege diuina contra huiusmodi contractum proposituni fuit, dicendum est primò, quòd lex illa secundum literam intellecta dicitur diuina: sed tamen est temporalis: sicut & aliæ leges multæ: quæ tantùm secundum literalem sensum in figura datæ sunt illi populo. Et ideò sicut obseruantia' iubilei, non manet in populo Christiano, ita & leges quæ propter iubileum datæ erant: quarum vna erat lex adducta: sicut apparet ex textu. Et iterum si considereretur id, quòd morale est in lege istã quam exponit glosa inducta, inuenitur nihil facere contra naturam horum contractuum: sed tantummodò contra peruersas intentiones diuitum ementium: qui secundum quòd dicit Glos. molesti de pauperum necessitatibus negociantur: & studeant possessiones aliorum acquirere: quando tenentur ex fraterna charitate eis indigentibus accommodare: & accommodata paulatim de fructibus agrorum recipere. Et sic euidenter apparet, quòd hoc accidit in huiusmodi contractibus: & non est de natura contractus: in quo frequenter sine indigentia non vendunt, sed emunt. Et nec lex nec Glosa de se inficit vitio vsuræ huiusmodi contractum, per naturam: sed tantum per accidens. Ad istud autem, quod dicitur de ratione temporis, patet veritas si prædicta ad memoriam reuocantur: quia tempus potest referri ad aliquas rerum permutationes: vt conferens aliquid iusti valoris, vel auferens. Et hoc modo, si causa temporis plus vendatur vel minus, non erit huiusmodi contractus vsurarius. Pinris enim estimatur & iustè mensura tritici in estate, quàm in autumno: cæteris paribus, hoc est quantùm est de natura temporis. Et ideò si quis accipiat plus de blado vendito pro tempore estatis, quàm dederit in autumno quando bladum emit, non iudicatur vsurarius: dum tamen pro illo tempore solo velit bladum vendere: & non pro alio. Hoc modo etiam patet, quòd plus & iustè appreciantur. 10. lib. ad omne tempus annuatim, quàm ad aliquod tempus particulare: vel plus & iustè eadem ratione ad tempus æqui inuenis, quàm senis: & hoc ex natura temporis. Et tamen non iudicatur vsura si quis emit. 10. lib. ad omne tempus: id quod plus recipit vel speratur recipere, quàm dederit: licet ex tempore illud plures sibi accidat & certitudinaliter Quare nec similiter is qui plus recipit de eo quod ad tempus aliquod particulare emit, debet iudicari vsurarius. Et hæc est vna causa. quia per naturam temporis facta est res sua cum suis prouentibus: & ideò totum est de sorte propria. Potest etiam in contractibus tempus considerari: vt nihil conferens vel auferens de valore rei: ex natura temporis: sed tantùm consideratur: vt mensura durationis extrinseca: quando ergo ratione temporis sic accepti: aliquid plus accipitur vel speratur, quàm detur, iam paret vitium vsuræ vel iniustitiæ: quia illud plus, quod vltra datum accipitur, nec ex natura rei recompensatur: nec gratis datur vel accipitur. Et ideò nullo iusto titulo potest fieri proprium: sed semper est alienum. Hæc intantùm de emptione & venditione reddituum & possessionum ad vitam dicta sunt à no-

bis. Rogantes vniuersos quos contigerit hoc opus videre, quatenus parcant, si per ignorantiam malè diximus: & corrigant: quia sine præiudicio & hic & alibi semper intendimus quæ scribemus & dicimus affirmare.

Secunda pars huius capituli.

Quomodo liceat emere redditus ad certum tempus.

POST hæc autem inuestigandum est de secunda parte huius capituli, scilicet de cõtractibus in quibus certi redditus vel possessiones emuntur ad tempus determinatum, verbi gratia. Aliquis habet redditus certos, vt ex parochia vel præbenda: vel ex patrimonio: vel aliunde. Et huiusmodi redditus vult vendere ad sex annos: vel ad decem: vel ad aliquod tempus determinatum: vt simul habeat paratã pecuniam. Et quæritur vtrũ hæc licitè possint emi pro minori pretio, quàm valeant in annis tot acceptis. Et videtur q̃ sic: quia secundum q̃ iam dictum est in præcedentibus, pluris valoris extimatur res aliqua præsens & collecta, quàm futura & diuisa. Et iterum vendens huiusmodi redditus, tantam vtilitatem aut frequenter maiorem consequitur ex tali vẽditione, quantã ex tẽctione rerũ. Præterea ecclesia indulgat clericis crure signatis, quòd possint vendere fructus beneficiorum per triennium. Hoc autem non esset, si in huiusmodi contractibus esset vitium. Sed contra hoc est aperte, quod de vsura dictum est, q̃ in huiusmodi contractu plus accipitur: vel saltem certitudinaliter speratur ab emente, quàm detur: nec periculum: nec dubium iam in hoc contractu ex natura sui accidit: quare simpliciter videtur vsurarius ex parte emẽtis. Sentimus autem sine præiudicio, q̃ in huiusmodi contractibus ex parte vendentis nõ incidit vitium: quantùm est de natura ipsius contractus. Quantùm autem ex natura temporis, potest videri quibuslam, q̃ ex parte ementis fit contractus vsurarius: cò q̃ plus recepturus est: non tantùm in spe: sed etiam in re. quàm dederit: & hoc tantùm ratione temporis. Quando autem minus quod est in dato respectu accepti recompensatur illi respectu superabundantiæ accepti ex solo tempore, tunc iudicamus contractum vsurarium: cò q̃ huiusmodi superabundantia transfertur sine iusto titulo. Mihi autem videtur etiam ex parte ementis: iustum posse fieri contractum: & iustum esse quantùm est de natura contractus. Potest autem fieri iniustus per accidens dupliciter. Vno modo quando corrumpit charitatem debitam fratri, scilicet quando emens videt fratrem in necessitate pro salute corporis, seu pro salute animæ: propter quam necessitatem oportet eum vendere redditus seu possessiones suas: tunc emens si dilues fuerit, potens sine damno proximo subuenire, dico sine præiudicio, q̃ tenetur ei mutuo dare: & loco pignorum prædictos redditus vel possessiones accipere: donec receperit quod accõmodauerat. Et hoc probat per legem illam Leuitic. 24. & glosam eius. Alio modo potest fieri iniustus contractus. ex parte ementis: propter corruptionem finis debiti: qui est ad vtilitatem vitæ humanæ. Vnde quando causa lucri tantùm · & augmentationis diuitiarum fit, tunc est turpe lucrum: sed primo modo reducitur ad vsuræ vitium. Sed de natura contractus habet in se tria: quæ ipsum iustum ostendunt: vnum est ipsa vendentis liberalitas: qua potest rem suam dare gratis: vel permutare pro re minoris pretij, quàm sit sua res. Et secundum hoc nullum incidit vitium in emente: quia id, quod accipitur, totum est de voluntate libera Domini. Aliud est ipsa æquitas permutatiõis rerum: quia quando res venditur pro tanto quãto extimatur iustè, siue à venditore & emente, siue ab his qui sunt legis positiuę, tunc est iustitia in permutatione. Sed constat, quòd vendens nõ potest plus habere pro tempore pro quo vendidit, & etiam res futuræ per tempora non sunt tantæ extimationis, sicut eædem collectę in instanti, nec tantam vtilitatem inferunt possidentibus, propter quod oportet, quòd sint minoris extimatiõis secundum iustitiam. Tertium est ipsa ratio sortis, quia quod plus accipitur, quàm datur, est de ratiõe sortis, eò, quòd emens totum emit, quod euenturum erat tẽpore determinato, & ideò non vltra sortem propriam accipit, sicut nec ille qui emit redditus ad omne tempus. Hæc sunt rationes huiusmodi contractus iustitiam ostendentes, per quas etiam diffolutur ratio contraria, quæ videbatur ostendere vsurarium cõtractum: quia & si plus accipitur, quàm detur, hoc fit de natura rei permutatæ, & illud plus non est accidens sorti, sed est de ipsa sorte ementis, sicut esiam plus accipitur, quàm detur in his possessionibus quæ emuntur hæreditariæ, quantùm ad omne tempus, & hæc in tantum sint dicta de his quæ ad tempus venduntur & emuntur.

Quomodò est vitium vsuræ in vendentibus carius, propter dilatam solutionem.

CAP. X.

QVia iam diximus, quòd in contractibus vitium vsuræ tunc incidit, quando res cariores venduntur propter temporis dilationem tantum, quàm extimẽtur in tempore venditionis, & videmus hanc rationem ferè in omnibus venditionibus fascellorum lignorum, qui per centenarios & millenarios generaliter vendũtur, idcircò non immeritò circa huiusmodi contractus inuestigandum est: vtrũ iustitia possit inueniri in huiusmodi cõtractibus, an simpliciter sint vsurarij. Et videtur, qđ simpliciter sint vsurarij: qa propter tẽpus tãtũ, carius vẽdũtur: vel ꝓ tẽpore in quo vẽdũtur: verbi gratia. In æstate vel in vere minoris vtilitatis sunt, & ideò minoris valoris: quare si esse pars illorũ pro parata pecunia detur ꝓ minori ꝑtio, qđ videtur frequẽter factũ, quã si nõ esset pecunia parata, ergo tãtũ propter temporis dilationem reliqua pars carius venditur, sed hoc facit vsurarium contractum, ergo, &c. Item hæc dubitatio duplicatur: quia inuenitur in dominis principalibus: qui siluas & nemora vendunt per mensuras terræ. Et inuenitur etiam in mercatoribus: qui ab ipsis dominis emunt siluas per sensuras, & ex ipsis fascellos faciunt: quos vlterius vendunt per numerum. Vtrique ergo propter credentiam, quam faciunt vsque ad tempus: vendunt carius ligna, quàm valeant tempore venditionis. Si ergo ea quæ venduntur siue tunc siue ad messium tempus à mercatoribus, in tempore venditionis sint minoris extimationis secundum iustitiæ æquitatem, quàm vendantur, & vltra iustã extimationẽ iniustè aliquid accipiatur pro credẽtia ad tẽpus futurum videtur sine omni excusatione esse cõtractus vsurarius, quod potest probari extra eodem. capi. (Consuluit.) Vbi expresè dicitur contractus vsurarius, quando aliquis merces suas longè maiori pretio distrahit, si ad solutionem prolixi temporis dilatio prorogẽtur, quàm si in continenti pretium persoluatur: & quòd eorum quæ taliter sunt accepta, compellendi sunt ad restitutionem. Sed contra hoc est consuetudo generalis: quæ videtur & toleratur ab ecclesia. Præterea secundum iustitiam vnaquéq; res pluris debet esse pretij & extimationis: & in tempore & pro tempore vsus ipsius, quàm in alio tempore in quo non est ita conueniens & necessarius vsus eius: sed vendentes siluas: & fascellos. & huiusmodi, vendunt persoluenda in tempore quo est ipsorum vsus cõueniẽtior: quàm sit in tempore vẽditionis ipsorum. Quare carius possunt extimari & vendi, quàm valeant pro tempore venditionis. Et per hanc rationem credo sine præiudicio, posse excusari huiusmodi contractus à vitio vsuræ. Et maximè quando verisimiliter est dubium, res huiusmodi plus minusue valituras tempore solutionis. Et hoc probatur extra eodem capit. (In ciuitate.) Non ergo propter dilationem solutionis in prolixo tempore huiusmodi res carius venduntur: sed propter iustam extimationem rerum quæ in tempore futuro quo determinata est solutio, sunt plus valituræ probabiliter, quã in tempore venditionis carius venduntur: Et sic non plus accipitur, quàm datur ratione temporis tantum: sicut prætendebant rationes in cõtrarium: sed seruatur æquitas iustitiæ inter datum & acceptum pro tempore pro quo fit venditio. Vnde aduertendum est, quòd credentia pretij persoluendi in tẽpore futuro post aliquẽ contractum, potest incidere in contractibus sine vitio tribus de causis. Vno modo per gratiam & liberalitatem venditoris, scilicet quando res venditur secundum extimationem iustam pro tempore venditionis & commutationis ipsius rei: & ipse venditor expectat solutionem in prolixo tempore liberaliter: propter gratiam quam habet ad empto rem. Et hoc modo caret credentia omni vitio: nec facit contractum vitiosum. Alio modo potest incidere credentia in aliquo contractu sine vitio secundum meritum & iustitiam ipsius contractus: & non per gratiam venditoris: vt verbi gratia. Si qua res vendatur in aliquo tempore in quo non habet tantam vtilitatem & necessitatem humanæ vitæ, sicut in futuro aliquo tempore habitura est secundum naturam temporis: & venditor rem suam intendat vendere pro illo tempore, in quo habet maiorem necessitatem seu vtilitatem: & in quo plus valitura fit, quàm valeat in tempore quo venditur, iustum est ex natura contractus, quòd venditor saltem expectet tempus illud pro quo facit maiorem extimationem pretij. Et ideò talis credẽtia adhuc nullum vitium generat in contractu: nec in contrahentibus. Et hoc probatur extra eodem capi. (Nauiganti.) Tertio modo potest incidere credentia per accidens, scilicet ex malitia vel pauertate seu impotentia emptoris. Et hoc modo vendere carius rem suam, quàm valeat tempore venditionis: vel etiam, quàm valitura sit probabiliter in futuro tempore: quo solummodò determinatur, potest excusari à vitio: per intentionem venditoris: licet ipse contractus de se sit vitiosus: Si enim venditor rem suam intendat vendere carius, non propter tempus tantùm: sed tantum propter damnum, quod sibi videt imminere ex dilatione persolutionis recuperandæ: seu propter vexationem suam redimendam quam probabiliter timet futuram sibi in repetitione debiti sui: propter maliciam. vel impotentiam debitoris, tunc excusatur à vitio: & fit æquitas extimationis in huiusmodi contractibus: per recompensationem damni: vel quando probabiliter timentur hæc in credentia accidere. Et tunc rectitudo huiusmodi intentionis apparet, quando venditor optaret potius non vendere talibus, quàm vendere ad credentiam, & quando libentius daret alijs pro minori pretio in continenti persoluendo, quàm vendere ad credentiam talibus pro precio maiori. Vno autem modo credentia facit contractum vsurarium. scilicet quando propter ipsam credentiã res venditur carius quàm valeat simpliciter: vel esset valitura probabiliter tẽpore solutionis: vel etiam si tantum sit valitura verisimiliter: tamen ipse venditor alias res suas nõ venderet, nisi plus acciperet propter ipsam credentiam. Et ex hoc liquet quando de siluis prædicti cõtractus per mensuras: & de lignis per fascellos possunt licitè fieri: & quando & quomodo sunt vsurarij. Sed de secunda parte huius capituli, videtur dubitatio scilicet vtrum liciti sint contractus, quando pro minori precio incontinenti persoluendo: aliquę res emuntur. verbi gratia. Bladum in terra in tẽpore hyemis: & siluæ adhuc per tres annos vel amplius crescituræ: ante aptum tempus incisionis quàm valituræ sint iustè in tempore suæ collectionis & receptionis verbi gratia. Bladum in terra tempore hyemis datur pro minori præcio, quàm valiturũ sit iustè tempore augusti quando colligitur. Et sic de siluis: & de nemoribus. Et videtur contractus vsurarius ex parte emptoris: quia propter dilationem tẽporis, plus est recepturus quàm dederit: vt patet ex propositis exemplis. Et hæc ratio facit contractus vsurarios. vt sępe prędictum est. Præterea huiusmodi cõtractus nõ possunt excusari: propter rationem dubij vel periculi: quia non dubitatur verisimiliter: quin valituræ sint huiusmodi res amplius in tempore suæ receptionis, quàm sit pretium quod datum est pro eis in tẽpore emptionis. Sed contra hoc est, quòd vnaquæq; rei estimatio iusta dependet ab vtilitate vel necessitate ipsius rei: sed constat quòd nõ est tanta vtilitas vel necessitas alicuius rei imperfectæ, sicut est eiusdem perfectę: quare nec rectè tanti precij extimãda est: cum adhuc est imperfecta: & lõgè à perfectione suа: sicut cum iam est perfecta, sed huiusmodi res emuntur in tempore suæ imperfectionis: quare debent extimari minoris precij quàm sint valituræ in tempore suæ perfectionis. Præterea, illud quod per naturam temporis accrescit rei alicui, iustè est illius cuius est ipsa res: vt si quis emit terras fructiferas vel arbores, vel animalia fructifera, quicquid euenit per naturã temporis: & nõ tantum per exercitium laboris, iustè fit illius cuius sunt huiusmodi terræ &c. Quare cum per naturam temporis segetes in terra sæ: veniant ad maiorẽ valorem: & similiter siluæ, sequitur q̃ quicquid prouenit vltra precium datum: iustè fit illius qui emit ipsa: & cedit in proprium sortem: quare nihil accipit vltra sortem: licet plus accipiat emens quã dederit. Et hæc credimus, sine præiudicio melioris sententiæ. Hoc autem dicimus quantum ad naturam contractus: licet tamen per accidens: per intentionẽ ementis posset esse turpe lucrum: quando scilicet tantũ intenditur ab emente augmentatio lucri & diuitiarum: prouenientes ex natura temporis: sine exercitio laboris: & sine dubio periculi probabiliter possibilis euenire. Et alio etiam modo potest esse contractus vsurarius, quando scilicet aliquis cogitur talia vendere ante tempus congruũ ex necessitate: propter quam emptor fraterna charitate tenetur venditori mutuum dare: si indiget & voluerit. Sed si attendatur natura cõtractus secundũ se, non pro dilatione temporis plus accipitur ab emente: sed pro natura & vtilitate rei facta vel dutura ex natura temporis.

Quomodo in his qui cõmittunt mercatoribus pecuniam vel aliam rem pro certa parte lucri, est vitium vsuræ.

CAPVT XI.

NVnc de his quæ committuntur bonæ fidei aliorum ad lucrum, quæstio est. Et hæc quæstio duplicatur: quia aut quæritur de commissione nummismatum: aut de commissione aliarum rerum: quæ per se veniunt in vsum hominis: vt sunt agri animalia. & orti. Quantum ad primam quæstionem, videtur quibusdam vsuræ vitiũ incidere. Primò quia nihil videtur differre secundum naturam rei committere pecuniam bonæ fidei alterius: & mutuare eandem, sed qui dat mutuo pecuniam propter lucrum aliquod: etiam si periculũ propriæ sortis super se accipiat, vsuræ vitium committit: vt habetur extra eodẽ capitulo. (Nauiganti.) Quare similiter qui cõmittit pecuniam suã bonę fidei alterius spe lucri, vsuram committit. Hoc etiã secundò videtur: quia quod ex lucro sic speratur, vel accipitur vltra sortẽ: accipit quod nullo iusto titulo possidere potest: quia nec gratis datur: nec labore proprio redditur: nec per rem aliam recompensatur: quare simpliciter iniustè possideri vel sperari videtur. Præterea, & si in commissione aliarum rerum quæ ex se fructũ pariunt, potest excusatio valere, tamen quia pecunia de se nihil parit vtilitas vltra se ipsam, videtur q̃ saltem in cõmissione pecunię propter lucrum: semper sit thokos: quod est vitiũ vsuræ secũdum philosophũ: hoc est partus ex nũmismatis nũmismate q̃ est contra naturã eius. Ad hoc mihi videtur dicẽdum, quòd aut commissio fit pecuniæ: ita quòd transfertur dominium in toto vel in parte rei cõmissæ in potestatem eius cui committitur: aut ita fit commissio, quòd non transeat dominium: sed remanet tota res commissa in dominio committentis. Primo modo est vitium vsuræ: eo quòd sperat lucrum iam de re non sua: quia iam erat translata per commissionem in dominiũ alterius & in hoc asimilatur mutuo: vt ratio prima approbat. Sed secundo modo potest sperari lucrum sine vitio vsuræ: quia tunc cõmissa est pecunia vel res alia sicut seruo & ministro: qui de re domini negociatur ad vtilitatem domini sui: & ideò committens potest sperare lucrum: sicut ex re sua. Et sic nõ accidit sorti nec possidetur sine iusto titulo: quia sicut rei propriæ partum recipit, non tamen partum nummismatis ex nummismate immediatè. Sed partum ipsarum rerum quæ per nũmismata sua sunt acquisitæ iusta commutatione. Quia aũt supra dictum est in toto vel in parte, ideò dictum est: quia si aliquis committit. c. alicui: ita quòd medietatẽ ei mutuet & aliam medietatem suo retineat dominio: ita tamen quòd de illis c. debeat negociari ad lucrum ille cui committitur, dico quòd hoc lucrum iam habet vitium vsuræ, propter hoc quòd non tantum ex re commissa speratur: sed etiam pariter ex re mutuata & commissa. Sicut enim in logica: locutio falsa iudicatur propter falsi subiectionẽ licet veritatem directè significet: sicut si dicatur: homo volãs et animalia in moralibus actio vitiosa iudicatur, quando vitio permiscetur: vt est in proposito casu. Ex dictis iam liquet veritas secũdæ quæstionis scilicet quando res fructuosæ ad lucrum committuntur. Nota tandum tamen quòd in his rebus cõmissis ad lucrum magis & minus liquet iustitia permutatiua: quia quando ager vel terræ cõmittuntur excolendæ ad lucrum, satis apparet iustitia: eo quòd ibi non transfertur dominium: & nihil vltra percipitur de fructu propriæ rei. In animalibus verò, vt quando oues, vel boues, vel porci cõmittuntur nutrienda propter lucrũ, non ita liquet iustitia: quia aliquando solet in huiusmodi commissionibus fraus vsuraria permiscere: vt quando excluditur periculum principalis commissi à committente verbi gratia. Aliquis dat. c. oues ad nutriendum propter lucrum: ita tamen quòd. c. oues sibi semper salue maneant quicquid contingat. In hoc casu potest incidere fraus vsuræ: & hoc quando vltra iustam extimationem taxat ipse committens sibi portionem lucri: propter quam recompensatur labor & sollicitudo nutrientis secundum iustam extimationem. Solet etiam & alia fraus in talibus fieri: quando dines alicui pauperi mutuat. c. libras: vt ex eis oues vel boues nutriendos emat: ad lucrum illius qui mutuum dedit: & ad lucrum ipsius alumni. Dico ibi fraudem vsuræ permixtam esse, eo quòd iam radix huiusmodi lucri ex mutuo oritur: & ideò vitio vsuræ inculpatur huiusmodi commissio. Tunc ergo huiusmodi commissiones licitè fieri possunt, quando mutuũ vel similitudo mutui non permiscetur in talibus. sed dominium retinetur cum periculo: quod cõmuniter accidere potest: vel quando etiam dominium rei commissæ cõmunicatur ei qui eam suscipit ad lucrum nutriendam: & simile periculum communicatur vtrique. Et quando secundum iustam extimationem taxatur lucrum: per quod iustè recompensatur labor & sollicitudo alũni. Et hæc de hac materia dicta ad præsens sufficiant.

Quomodo bona pupillorum licitè committantur communitatibus ad lucrum.

CAPVT XII.

QVia verò quędam in consuetudinem deducta habentur pro iustis legibus: quæ magis deberent dici corruptelæ quàm consuetudines approbatæ: & hoc videmus in hac materia vsurarum secundum regiones & ciuitates diuersas: quantum ad pupillorum & orphanorum cautelam: ideò non immerito inuestigandum censemus, vtrũ à vitio vsuræ excusari valeant pupilli, cum ad ætatem perfectam peruenerint: in qua sunt actu domini rerum suarum: & liberati secundum leges à tutoribus: & tunc proprias hæreditates & bona in quibus successerant: auctã per vsurariũ actum: & exercitio tutorum recipiunt: vel saltem integra: & non imminuta: per huiusmodi exercitiũ cõseruata. Solent etiã quandóq; huiusmodi tutores ex bonis pupillorũ lucrari: & huiusmodi etiã sub certa portione sẽpra sortem aliquid tribuere pro paruulis nutriendis: vel etiam pro sorte augmentata. Solent etiam aliquæ villæ siue ciuitates siue oppida pupillorum bona recipere: etiam exclusis propinquis pupillorũ de tutela: & pro bonis pupillorum detentis solent certam superabundantiam tribuere tutoribus puerorum annuatim: salua semper sorte pupillorum. Videntur autem in talibus pupilli excusari à vitio vsuræ dupliciter. primò quoniam non est actio ipsorum. non enim dederunt res suas: vel pecunias ad vsuram, quare quicquid vltra sortẽ eis isto modo prouenit non ex mutuo: nec ex dato ab eis sub spe lucri: sed sicut gratis datũ accipiunt. & sic iusto titulo retinere possunt vnde Grego. & habetur. prima quæstione. 2. Sic nulla oblatio suscipiẽti maculam culpæ ingerit: quę non ex ambientis petitione procedit &c. Secundò quia cùm sit paruulus, nihil differt à seruo: secundum Apostolum: & ideò penes tutores residet vsus iustus vel abusus rerũ paruuli: quare videtur paruulis non imputanda culpa vsuræ: sed vbi non est culpa vsuræ: sed vbi non est culpa in possidendo, non competit restitutio facienda ab illo. Contra hoc autẽ est, quia quod per seruum acquiritur iniustè, tanquam alienum non potest fieri res domini sui iustè: propter eius ignorantiam quin semper teneatur ad restitutionem: quandocunque sciuerit veritatem. Non possunt ergo pupilli quando sciunt veritatem retinere sũperabundantias suarum

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

rerum sibi per vsuras acquisitas. Ad hęc determinanda, distinguendum est primò, de causa & origine huiusmodi superabũdantię: quia aut acquiritur per fructus ipsarum rerum: quæ sunt pupillorum: vt sunt agri animalia &c. aut acquiritur per solam translationem rerum: & propter ipsam translationem. Et quia pecunia sola translationis causa instituta est: vt dicit philosophus: ideò huiusmodi causa præcipuè apparet in vsu pecuniæ: cuius vsus est in translatione rerũ fructuum. Et si primò modò aliquæ superabundantiæ acquirãtur pupillis: nullum de se habent vitium vsuræ. Tum quia in hoc non inuenitur lucrum ex mutuo speratum vel acceptum. Tum quia nihil accidit sorti: eo quòd fructus ex talibus rebus partus naturaliter ipsas res comitatur: & est de natura sortis: & non accidens sorti. Secundò autem modò adhuc distinguendum est, quia superabundantia huiusmodi quæ ex translatione rerum vel pecunię: aut datur vel oritur pupillis, vt lucrum ex detentione rerum suarum ortum habens & hoc modo non licet eis retinere: quia detentio rerum, non parit rationem alicuius lucri inquantum detinentur: nisi secundum quòd vtilitatem habent & fructus afferunt. Si autem non datur huiusmodi superabundantia vt lucrum: sed vt gratia: vel vt donum: tũc licet retinere eis. Et hoc modo procedunt duæ primæ rationes. Et per istam rationem excusat consuetudo vsurarium vitium, in multis ciuitatibus. Et huius signum, quòd gratis sit datum accipitur ex eo quòd preter voluntatem pupillorum determinãt sibi superabundantiam quam dant eis: & quòd nunquam repetunt: nec repeti faciunt à pupillis aliquid. Ex his liquet, quòd si tutores pupillorum scienter pecuniam pupillorum dederint ad vsuram: per se vel per alios, quòd huiusmodi superabundantia rei est aliena: & iniustè possidetur etiam à pupillis: quandocũque sciuerint: quòd si pupilli nolunt restituere, tutores ad id faciendum compellendi sunt.

Quomodò in commutatione campsoria committatur vsura.

CAPVT XIII.

Est autem inter hominum commutationes quoddam genus cõmutationis in rebus: quod campsoria dicitur: quod nec mutui rationem habet: eo quòd in tali commutatione lucrum non speratur ex temporis dilatione: nec iterum campsori redditur eadem sors in spem: vel in numero vel in pondere. Dat enim Parienses & recipit sterlingos: vel monetam alterius generis. Similiter nec habet propriè rationem commutationis: quę dicitur venditio & emptio: quia hoc genus fit in rebus appreciabilibus: quarum præcia determinantur & mensurantur nummismate. sed hoc genus est in sola commutatione nummismatis diuersorum generum: propter quod sequitur quòd ars campsoria quæ est species commutationis, simpliciter permutatio dicatur. Sed permutatio dicitur generaliter, quando aliquid accipitur loco alterius dati: & sic compræhendit omnem commutationem. Dicitur etiam permutatio, quando res determinata ad vtilitatem hominum pro re altera similiter habente ex sua natura aliam vtilitatem commutatur. Et sic agitur de permutationibus in iure ciuili & canonico. sicut si quis velit permutare parochiã pro præbenda. vel præbendam pro præbenda & similia. Tertio modo potest dici permutatio magis determinatè ad materiam nũmismatis, ipsa nummismatum commutatio. Et hoc modo dicimus campsoriam esse permutationem nummismatum: quæ causa lucri exercetur communiter. Et de hoc lucro est quæstio in isto cãpsorio. Vtrum iustè vel iniustè acquiratur. & videtur tripliciter esse iniustum secundum naturam. Primò quia ex indebito vsu rei procedit: eo quòd nummisma secundum philosophum non parit nummisma: sed campsor vtitur nummismate causa lucri. Secundò quia actus campsorius videtur quòd esse debeat ad vtilitatem accipientis à cãpsore si est iustus: vel quòd debeat fieri gratis. Tertiò quia secundum euangelium, dominus eiecit tales de templo. Dicendum igitur quòd ars campsoria de se est iusta. Vnde dicendum est ad primum, quòd ars campsoria vtitur de se nummismate ad idoneum vsum. Et est ratio. quia illud plus quod accipitur à campsoribus in tali permutatione moneta non accipitur ratione pecuniæ quæ de se est inuendibilis: sed ratione periculi vel interesse: vt subueniatur salarijs pensionum domorum: ministrorúmque: & laboribus & expensis in arte necessaria & licita ne frustra ponant operam & sudorem suum in re licita ad vtilitatem aliorum. Ad secundum dicendum quòd ars campsoria est iusta ex duplici via. Primò quia dicit actum iustitiæ & libertatis per ampliorem vtilitatem dati apud accipientem à campsore quàm accepti ab ipso. Et iterum quia actus campsorius non debet fieri gratis ex natura sua: sicut actus mutui. Ideò illud quod plus accipi videtur, transit in dominium accipientis per simplicem voluntatem dantis. Ad id quod tertiò persuadetur per euangelium dicendum est, quòd dominus eiecit tales de templo ratione loci: qui tantum spiritualibus erat deputatus. Et ideò contra reuerentiam loco debitam, faciebant suas mercationes: & apparebat in talibus turpitudo suæ cupiditatis. Vel dicendum quòd de templo sunt tales eijciendi: quia non licet ministris templi, id est, viris ecclesiasticis, talia exercere mercimonia.

Quomodò liceat committere pecuniam eunti ad nũdinas vel res alias ad lucrum.

CAP. XIIII.

Est igitur quæstio rursum de mercatoribus. Primò vtrum liceat alicui cõmittere pecuniam suam alteri eunti ad nundinas ad lucrum sine vitio vsuræ. Et distinguendum est circa hoc, quia aut est simpliciter commissio: quæ fit propriæ rei bonæ fidei alterius. Et sic non incideret vsuræ vitium: sicut ostendimus supra. capitulo vndecimo aut est commissio secundum quid: sed simpliciter translatio: sicut est in mutuo. Commissionem verò secundum quid dico, inquantum committens non retinet periculum super se rei cõmissæ. Et hoc modo propter rationem translationis, quæ debuit fieri gratis sine spe lucri incidit vitium vsuræ. Et in hoc casu loquitur illa dectetalis: (Nauigãti) propter hoc vlterius de his qui dant pecuniã aliquam determinatam mutuo alijs mercatoribus, tali pacto quòd similem & æqualem in numero & pondere persoluẽt creditoribus illorum: à quibus accipiunt in nundinis aliquibus determinatis secundum locum & tempus. verbi gratia. Balduinus à Gualtero accipit c. libras. sterlingorum mutuo in Francia in mense Augusti. ita quòd c. lib. sterlingorum soluet Balduinus pro Gualtero in Ianuario sequenti. in quibus tenebatur Gualterus suis creditoribus: vel si non creditoribus: ipsi mutuanti in tali loco: & tali tempore. Et circa hoc distinguendum est: quia aut mutuans tempore translationis æstimat dictam monetam plus valituram in loco aut in tempore quibus est persoluenda, verbi gratia: sterlingi plus valent in Anglia: quàm in Francia. Et tunc nihil est ibi culpabile: vel timet probabiliter minorationem precij sterlingorum futuram: ante tempus determinatum. Et tunc dicendum, quòd mutuans committit vsuram: quia lucrum sperat ex mutuo: aut mutuans nihil lucri in mutuando intendit: siue ex tempore: siue ex loco: sed tantum ob fauorem & gratiam proximi hoc mutuat: & tunc nihil culpabile ex hoc incurrit. Est etiam aliud quod dubitari potest circa huiusmodi materiã. Dictum est enim quòd spes lucri in mutuo, facit vsurę vitium. Quare videtur quòd si aliquis habens pecuniam aliquam specialem: quã timet in tempore futuro minorandam in suo precio secundum statuta legis positiuæ: & propter hoc huiusmodi pecuniam dat mutuo sibi reddendam in æquali precio: quod erat tempore mutui: respectu pecuniæ terræ communis extimationis, videtur quòd cum huiusmodi mutuum videatur factum spe lucri, quòd sit in eo vitium vsuræ, verbi gratia. Aliquis habens sterlingos valentes quatuor turonenses: timet ne in futuro tempore: per auctoritatem legis positiuæ: tantum sint valituri. tertium Turonem: propter quam causam dat mutuo sterlingos: & post diminutionem pretij ipsorum non tot penitus vult recipere sterlingos in numero & pondere: quot dederat mutuo: sed secundum pretium in turonibus: cuius precij erant tempore mutui. Ad hoc dicendum est, quòd aliud est vitare damnũ & aliud sperare lucrum. Quicunque enim ex mutuo speraret lucrum, peccat vsuræ vitio: secundum auctoritatem euangelij Lucę sexto. Mutuum date nihil inde sperantes. Sed non sic qui ex mutuo vitat damnum. Primum enim non potest fieri sine iniuria Dei, qui hoc ꝓhibuit fieri: nec sine iniuria proximi, cui gratis debuit fieri illud ex quo lucrum speratur: quod est contra gratiam. Sed secundum potest iustè fieri: eo quòd per hoc non fit Deo iniuria: eo quòd non prohibetur aliqua lege: nec etiam proximo: quia nihil minus accipit pro tempore mutuationis, quàm reddere teneatur: eo quòd tempore quo mutuatur, tantum valebat quantum reddere tenetur. Neque etiam propter hoc vitiaretur, si tempus à mutuante determinetur: in quo verisimile est pecuniam mutuatam minus valiturã quàm valeret tempore mutuationis: quia ex sola dilatione temporis non accidit vilificatio: sed magis vel ex voluntate legis positiuę: vel ex natura pecuniæ: nec in hoc damnificatur qui mutuum accipit: quia non ad hoc accipit: vt ipsum vsque ad tempus illud conseruet: in quo verisimiliter minus valitura esset: sed vt ipsa vteretur pro tempore illo pro quo valorem suum reseruaret: quem habebat cum eam in mutuo acceperat. Quæritur etiam iuxta hoc de eo qui dat mutuo bladum: vel vinum: vel oleum: ad certas mensuras: & hoc in tempore quo minus valent: vt sibi reddatur in æqualibus mensuris & ponderibus: & speciebus in alio tempore: quo verisimile est res prædictas plus valituras. Et videtur ex eo quod iam diximus: quòd licitum sit, sic mutuum dare: quia ibi nihil plus accipitur quàm datur: eo quod huiusmodi res numero, pondere: & mensura realiter redduntur. Prætereà in hoc dans mutuo videtur tantum vitare damnum: & non sperare lucrum: quia si res huiusmodi venderentur in tempore quo minus valent, ex hoc damnificaretur dominus ipsarum. Vnde etiam & licitè potest eas vendere pro tempore illo in quo sunt valituræ verisimiliter. nec est vsura: vt habetur extra capitulo. (Nauiganti:) quare videtur similiter, ꝙ licitè possit eas res numero dare reddendas sibi in tempore: quo verisimiliter plus sunt valituræ. Ad quod dicimus, quòd in hoc casu conscientia aut excusat aut accusat: quia verò mutuum debet fieri gratis: & sine spe lucri: quandocũque in mutuo & ex mutuo intẽditur spes lucri: tunc nõ caret vitio vsuræ: sed sic non est in emptione & venditione. Potest autem excludi spes lucri ab intentione dantis mutuo modo prædicto, dupliciter. Vno modo quando dans mutuo paratus est omni tempore accipere rem mutuatam: etiam ante illud tempus determinatum quo res verisimiliter deberent esse cariores. Hoc modo spes lucri: & si per accidens intendatur, non tamen per se: quia non tollit rationem gratuiti à mutuo. Alio modo quando dans mutuo: etiam tempus illud determinauit in quo verisimiliter plus valituræ erant: propter solam damni vitationem. Tunc enim damnum vitat, quando necessitati propriæ consulens intendit cõseruare res suas sibi magis necessarias ad vsum vitæ: quas si tunc nõ haberet, oporteret eas alibi emere: & sic reportaret damnum de gratia mutui facta proximo. Et sic intendens in mutuando excusatur ab omni vitio vsuræ.

Incipit tertia pars & vltima huius operis.

Quomodò & quare est restitutio vsurarum facienda.

CAPVT XV.

NVNC autem ad id quod tertio in hoc opere declarandum proposuimus accedentes de restitutionib. vsurarũ inquirẽdo prosequamur. Quod autem ad restitutionem vsurarum iura obligent: satis liquet ex natura ipsarũ. Quia enim superius in prima parte huius operis cap. 4. declaratũ est, quòd superabũdantia vsurarũ, nullo iusto titulo possideatur: ideò iustè retineri nõ potest & iniustè possidetur. Sed vt dicit beatus Aug. 73. q. 4. quod iniustè possidetur & alienum est alicui, alteri proprium esse debet. Quare cum omnis superabunbantia vsurarum sit tanquam res aliena ipsi vsurario iniustè possidẽti, sequitur quòd sit propria alterius: qui ipsa destitutus est: sed hoc est iustum secũdum omnia iura: quòd omnis res destituta contra iustitiã restituatur. Restitutio enim semper respicit destitutionem: quare secundum omnem iustitiam naturalem, vsuræ restituendæ sunt. Sed fortè dicetur, quòd huiusmodi res non sunt ab aliquo destitutę contra omnem iustitiam præcipuè: quia videtur destitutio facta voluntariè, Et etiam quia leges humanæ non puniunt: quæ tamen iniurias punire debent: quare nõ videtur esse contra iustitiam humanam. Ad quod aduertendum est, ꝙ voluntas hominis aliquando respicit volitum propter se: aliquando propter aliud. Quando autem propter se, tunc si illud volitum sit, simpliciter iustum & bonum: tunc voluntas bona est: & opus ex eis procedens bonum est & iustum. Si aũt sit iniustum & malum, tunc similiter volũtas est mala. Si verò respiciat volitum non propter se: sed propter aliud verbi gratia: aliquis vult proijcere merces in mari: vt sic euadat periculum: illud iterum propter quod volitum dicitur aliquid: aut habet rationé iusti: aut iniusti: aut indifferenter. Et hoc modo primo iudicatur adhuc voluntas iusta & bona comparatiuè: sed tamen potest esse iniusta simpliciter: vt si aliquis vult furari, vt pauperibus tribuat. Sed secundo modo potest iudicari voluntas iusta & libera absolutè, quando illud volitum est ex natura sua iustum & bonum, sed est cõparatiuè iniusta & non libera: quando illud volitum habet malum finem. Vnde quòd aliquis vult dare superabundantiam de suo, de se non est malum nec iniustum. Et ideò quantũ ad hoc, voluntas est absoluta & libera. Sed quando hoc vult dare ꝓpter rationem mutui: quod non aliter potest habere, iam huiusmodi voluntas comparata ad finem: qui de se est iniustus, contrahit rationem iniustitiæ: & cadit à ratione libertatis: Et quia huiusmodi iniustitia patiendo magis quàm agendo incurritur: ideò in ipso dante est pœna: & non culpa. Leges verò hanc aliquando considerant iustitiã, prout est conseruatiua pacis exterioris inter homines. Et ideò leges tales non puniunt: nisi secundum quòd hanc pacem destruũt. Aliquando etiam prout magis illustrantur lumine fidei & iuris diuini: considerant etiam iustitiam veram & interiorem. Et sic leges etiam canonicæ prohibent & puniunt vsuras. Sic enim scriptum est Isa. 32. Opus iustitiæ pax. Et ideò qualem pacem quęrunt: qui leges cundunt, talem sibi vendicãt iustitiam. Dicimus ergo quòd iure diuino principaliter facienda est restitutio vsurarum: quia in scriptura sacra: quantum ad legem veterem: condemnantur dantes pecuniam ad vsuram. Et ideò contra legem diuinam accipiuntur vsuræ. Lex autem noua prohibet sperare aliquid ex mutuo: quare magis accipere erit contra legem euangelicam, sed quod est contra legem diuinam: secundum nullam aliam legem potest esse verum aut iustum: eo quòd lex diuina sit prima & vniuersalis origo omnium legum iustarum. Sicut Deus est origo omniũ entium. Nihilominus tamen etiam contra legem naturæ: quia in hoc finis conueniens secundum naturam actus: humanæ vitæ corrũpitur. Huic enim actui qui est mutuum dare conueniens finis ostenditur naturaliter scilicet cõmunis societas: & fraterna charitas in subueniendo proximorum necessitatib. Et ideò gratus *fieri* debet naturaliter: quare quandocúnque huius actus sit propter spem alicuius commodi vel lucri, tunc ab eo tollitur finis qui naturaliter competit ei & fit contra naturam: quare iuri naturali repugnat. Ideò non tantum fit iniustum contra legem diuinam: sed etiam contra ius naturale.

Quibus restitutiones sunt faciendæ.

CAPVT XVI.

QVoniam autem vsuræ sunt restituẽdæ: iam oportet inuestigare, quibus sunt restitutiones faciẽdæ. Et videtur quòd soli Deo: & ministris Dei facienda sit restitutio: quia secundum ea quæ dicta sunt in prima parte capitulo 5. In vsura non transfertur dominium iure diuino, sed tantum iure humano. Sed secundũ rationem in iure facienda est restitutio eius quod detinetur iniustè: quare videtur quòd soli Deo & ecclesiæ facienda sit restitutio. Sed contra hoc est, quòd domini est terra & plenitudo eius: à quocúmque possidetur iustè vel iniustè: quare nulla re potest secundum veritatem destitui Ex quo etiã colligitur regula generalis, quòd illi soli aliqua res est restituenda, qui ipsa re vel æquiualẽti destituitur iniustè. Sicut enim restitutio facienda nõ est nisi eius rei quæ iniustè possessa est, sic nec alicui vel aliquibus restituenda est: nisi illi vel illis qui ea iniustè destituti sunt. Et ex hoc concluditur primò, quòd illis solis facienda est restitutio, qui iustè illarũ rerum domini erant quæ restituendæ sunt ante destitutionem iniustam. Ex quo vlterius concluditur, quòd defunctis illis qui expoliati fuerant, iam restitutio facienda est eorum filijs & successoribus: qui iustè succedunt bonis defuncti expoliati. Si verò fortè defunctus legauit omnia bona sua pauperibus vel ecclesijs: vel personis alijs, tunc sicut per virtutem testamenti acquiritur ius in bonis præsentibus & paratis ipsius defuncti pauperib. vel alijs quibus legata sunt: sic & eis est ius acquisitum in his quæ iure debentur ei quocunque iure. Et ideò in hoc casu ab executorib. prędicti defuncti: siue illis locis vel personis quibus omnia bona sua legauit, debet fieri restitutio quę sibi viuẽti facienda erat. Quod si fortè ignotentur successores, & verisimiliter quibus facienda sit restitutio nescitur: vel fortè noscuntur esse in locis & regionibus longinquis: & sine spe reuersionis: & sine facultate mittendi vel accedendi ad eos, tunc in primo casu ecclesiæ consilium & auctoritas requiri debent: quia iam ratione iuris diuini pertinet restitutio quę debebatur homini qui erat membrum & filius ecclesiæ: ad ipsam ecclesiam vnicuique verò sua ecclesia dicitur suus episcopus. In secundo etiam faciendum est de consilio ecclesiæ: hoc tamen superaddito, quòd debet ei ecclesia promittere restitutionem faciendam: si necesse fuerit aliquãdo in futuro tempore per inopinatam reuersionem ipsorum quibus de iure erat facienda. Ex prædictis igitur concluditur, quòd si à seruo vel ancilla: vel à filio: vel à filia: siue à raptore vel fure: siue ab alio vsurario: siue Christiano: siue Iudæo acceptæ fuerint vsuræ talium bonorum: de quibus constat ei qui vult restituere, quòd non erant veri domini illarum rerum: quòd restitutio talium non est facienda eis, à quibus acceptæ sunt: sed ipsis veris dominis & successoribus eorum si haberi possunt. Debet tamen fieri huiusmodi restitutio cautè: ne cum scandalo fiat personarum prædictarum. Si autem credatur probabiliter quòd prædicti scilicet filius de conscientia patris: Et seruus de voluntate domini sui: & monachus etiam abbatis sui & raptor & vsurarius de bonis iustè possessis hæc fecerũt: tunc etiam potest fieri restitutio ipsis personis iniuriatis. Et similiter dicendum est de vxore viuente marito.

A quibus restitutio, sit facienda.

CAPVT XVII.

NVnc à quibus restitutiones vsurarum fieri debeant, cõsideratio nostra necessaria est. Quod si quidem dominus, omnis qui rem ab alio iniustè destitutam detinet iustè vel iniustè detinuit aliquando ipsam rem vel æquiualentem restituere teneatur, manifestum est ex vtroque iure: tam diuino quàm naturali. Primò quia non dimittitur peccatum iure diuino: ni restituatur ablatũ: si restitui possit. Ergo ab eo cui peccatum huiusmodi imputatur, debet fieri ablati restitutio: sed non imputatur peccatum, nisi ei qui abstulit vel detinet rem alterius: quæ non est sua aliquo iusto titulo. Ergo ab illo facienda est restitutio. Item ex præcepto iuris naturalis habemus, quòd quęcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos illis eadem faciatis: sed iusta voluntate vult spoliatus re propria: vt spoliator ei restituat: quare similiter spoliator debet iustè restituere spoliato. Sed quis possit dici spoliator rei alienę: siue detentor in materia vsuræ, ita quòd teneatur ad restitutionem in quibusdam casibus, non est ita clarum. Propter quod quęritur primò de vxore vsurarij. vtrũ teneatur ad restitutionem pro marito vsurario defuncto. Secundò vtrum teneatur ad restitutioné eorum qui cedunt in vsum vitæ suæ in domo mariti. Tertiò vtrũ hoc possit licitè facere ignorante marito: & adhuc viuẽte Et quartò de filijs & filiabus. quæritur similiter de seruis & mercennarijs vsurariorum. Eodem modo quæritur 5. de laborantibus & operarijs: & mercatorib. qui labores & suas operas & suas res dant vsurarijs pro lucro: vtrum teneantur ad restitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem acceptorũ ab eis. Sextò de accipientibus ab eisoblationes & elæmosynas vel munera: vtrum teneantur ad restitutionem. Septimò etiam de fautoribus: qui fouent eos & defendũt in exercitio fœnerandi: sicut aliquæ ciuitates: & aliqui principes fouent & defendunt huiusmodi qui dicuntur caursini: qui alias non auderent exercere huiusmodi actum fœnerandi. Ad hoc vltimum primò sciendũ, quòd sicut socij furum: & hi qui dicuntur currere cum fure: furti iudicio condemnãtur in sacra scriptura: ita omnes prædicti inquantũ agunt aliquid ad vitium vsuræ perpetrandæ: vel vt motores: vel vt auctores: vel vt participes lucri: vel vt fautores & defensores talium vsuræ vicio condemnandi sunt. Et sicut non satisfit Deo de iniuria sibi illata: nisi per pœnitentiam: ita nec proximo de re iniustè spoliata: nisi per iustam restitutionem. vnicuique verò secundum gradum sui delicti, cõpetit restitutio ablati: verbi gratia. Alius peccat in hoc tantum vt motor: quare & ipse tenetur mouere actorem ad faciendam restitutionem, quòd si non sufficit ad hoc inducendum: debet inuocare superioris auxilium: quod si non sufficit: vel fortè negligit hoc facere: puto sine præiudicio quòd in hoc casu tenetur is qui promotor fuit ad restitutionem ablatorum: per ipsius motionem. Et si fuerit actor: vel vt principalis vel vt adiutor: vterque tenetur ad restitutionem ablatorum omnium in solidum: ita tamen quòd altero restituente, alter absolutus est quantum ad iniuriam proximi. Si verò vt particeps fuerit tantum lucri: aut scienter aut ignoranter: si scienter, tunc iterum potest fieri iustè: aut pro necessitate corporali: quando aliàs commodè nõ potest inueniri remedium: sicut accidit pauperibus mendicantibus. Et sic aliquando etiam per hoc possunt excusari filij & filiæ in domo parentum vsurariorum: qui aliàs nequeunt victum sibi necessarium inuenire. Et similiter vxor eadẽ necessitate potest excusari. Aut hoc fit pro vtilitate spirituali: sicut & dominus cum publicanis manducabat: pro cõuersione ipsorum. Et hoc fit iterum iustè: aut propter recompensationem iam factam: vel saltem in spe fiendã. Et primo modo artifices, & laborantes, & seruientes, possunt iustè aliquando percipere de bonis vsuriorũ: quæ acquirunt ab vsurarijs: quia quantum accipiunt ab vsurarijs: tantundem reddunt ipsis per recompensationem operis vel laboris: vel artificij: ita quòd per hoc non sunt vsurarij impotentes effecti ad restitutionem faciendam. Nihilominus tamen huiusmodi artifices credant vsurarios nihil habere de bono: & eadem facilitate possunt ab alijs lucrari: peccant scienter vsurarijs communicando opera sua pro lucro quod sciunt esse rem alienam: & maximè propter scandalum. Sed modo secundo etiam possunt participare filij & filiæ: & vxor: in spe recompensandi in aliquo futuro tempore: quando sperãtur se probabiliter facultatem habituros: quanquã tunc non habeãt quando participant. Quicunque verò participes fuerint scienter extra aliquam trium causarum dictarum: siue etiam ignoranter: & aliquando huiusmodi notitiam habuerint: tales ad restitutioné tenentur pro parte illa in qua participes existunt rei alienæ. Ita ergo per hoc generale documentum potest responderi ad quæsita. Ad primũ & secũdum de vxore dicendum est, qvxor vsurarij tenetur ad restitutionem pro marito defuncto: secundum quòd ad eam bona malè acquisita deuoluta sunt: vel quantum ipsa viuente marito talibus bonis vsa est. Quod si nihil de talibus bonis ad eam deuoluitur: vel si fortè de bonis quę in matrimonio attulerat: fructus erant sufficientes ipsius necessitatib. & pro omnibus quæ expendit in vita mariti: tunc non tenetur ad restitutionem aliquam faciendam: nisi fuerit vsa rebus mariti in spe recompensandi: vel nisi aliquid alienum, post mortem mariti sibi retinuit: nihil autem est restituendum nisi alienum. Ad tertiam quæstionem dicendũ: quòd cum vxor non sit domina rerum: sed tantum vir: est tamen cõiuncta viro in adiutorium: & in vsum rerum: quare sicut nec potest aliena re res viri ipso nõ volente, ita nec aliena viri potest restituere ipso nolente. Sed sicut in adiutorium est viro data ad generationem, ita ad rerum conseruationem & multiplicationem honestam & vtilem: & saper hoc etiam ad salutis viri promotionem: vnde apostolus. Saluabitur vir infidelis, per mulierem fidelem: quare sicut de rebus proprijs viri vsurarij potest facere elæmosynas moderatas: viro ignorante & non prohibente: quia sic agit causam viri: id ad quod tenetur ad salutem suam promouendam: & etiam ad bonorum suorum conseruationem & multiplicationem, sic puto sine præiudicio, quòd possit facere restitutiones de rebus alienis: viro ignorante & non prohibente: quia sic agit causam viri. Quòd si viro sciente: sed dissimulante fecerit, tanto securius agere potest: quia iam est argumentum quòd vir approbat: ex quo non reprobat. Si verò viro prohibente: vel prius aut postmodum punjente, ita mulier fecerit vel facere voluerit, iam non licet ei: quia sicut res sunt sub potestate viri: ita & vxor: quare, oportet eam sic subditam viro obedire per omnia secundum apostolum. Et si non in faciendo malum: tamen obedire debet in omittendo bonum: quia non est necessarium ad propriam salutem. vnde si vxor non faciat quod sibi videtur bonum, non imputatur ei ad peccatum: sed ei qui hoc ei prohibetur. Ad ea quæ quarto & quinto. adducta sunt: patet responsio ex dictis prius de participantibus. Ad id autem quod sextum quæritur de accipientibus eleémosynas & oblationes & nuncia, dicendũ q̃ tales qui ab eis recipiunt, aut scisti: eos vsurarios aut nescisti: nec tunc quando accipiunt: nec post. Et si sic nesciunt, nõ peccant accipiendo: nec tenẽ ad restitutionẽ. Si vero sciuerint: tũc vel post vel necessitate compellũtur ad accipiendũ: aut non. Si necessitate, non peccant: nec tenentur ad restitutionem. Si verò necessitas non fuerit, ad huc aut sunt vsurarij notorij: aut non notorij. Si notorij, tunc omnis accipiens ab eis peccat propter scandalum: & quia ipso iure sunt excommunicati. Et ideò semper restituendum est: sed non eis semper. Si verò non sunt notorij: aut aliquid creduntur habere de bono proprio præter vsuras: aut nihil: si nihil, tunc restitutio facienda est ab his qui aliquid acceperunt. Si verò aliquid, tunc etiam accipi possunt sine peccato ab eis munera: & huiusmodi: & ad restitutionem non obligãtur. Ad vltimam quæstionem dicendum quòd ille solus tenetur ad restitutionem, qui accipit vel detinet rem alienam iniustè. Vnde & si vsurarius qui sola spe lucri dat mutuũ, nihil vltra acceperit: licet speraverit: & si fit rei vitio vsuræ: tamen non tenetur ad aliquam restitutionem. Vnde ille solus ad restitutionem tenetur: qui aliquid detinet vel accepit de alieno iniustè. Vnde fautores & defensores vsurariorum, inquantum huiusmodi sunt tantum nõ tenentur ad restitutionem alicuius nisi inquantum sunt participes lucri, scilicet quia propter hoc sunt fautores: vt ab vsurarijs aliquam portionem recipiant: tamen in hoc peccant contra Deum: etiam quantumcúnque vtilitatem regionis vel ciuitatis intendant: quia fouent peccatores in peccatis suis. Nec est simile de illis, quorum auctoritate fit aliquid: & de his qui fouent, & defendunt: & recipiunt actores: quia illi sunt causa per se actus mali: isti verò non sunt causa ipsius actus, sed accidentium ipsi actui ad eius conseruationem & fructum ampliorem.

Qualiter restitutiones fieri debent: & quo ordine.

CAPVT XVIII.

QVoniam autem in omni re modus habendus est, nunc de modo quo restitutio vsurarum facienda est restat inquirendum. Et primò vtrum publicè vel priuatè. Deinde vtrum prius vel posterius, quàm solutio debitorum vel legatorum. Tertiò vtrum prius facienda sit restitutio vni personæ, quàm aliæ. Et vtrum æqualiter secundum proportionem ablatorum: vel inæqualiter possint fieri propter conditiones & necessitates personarũ. Circa primum sciendum est, quòd aliud necessarium est loquẽdo de necessitate satisfactionis: & aliud loquendo de perfectione ipsius. Ad necessitatẽ verò satisfactionis, duo sufficiunt, vnum quantum ad Deum scilicet humilitas veræ pœnitentiæ contra contemptum Dei. Et aliud quo ad proximum, scilicet restitutio plena ablati iniustè contra iniuriam proximi. Sed de perfectione satisfactionis vltima exiguntur signa, scilicet & testimonia prædictorum: in quibus est meritum perfectæ humilitatis quantum ad Deum: & restitutio famæ personalis: contra scandalum ex peccato innatum quantum ad ecclesiam. Et quantum ad hoc etiam vsurario notorio non tantum est perfectionis: sed etiam necessitatis saltem publicæ: & in manu ecclesiæ restitutiones faciendas promittere & firmare: quia aliàs priuaretur de iure sacramentum salutis: & Christiana sepultura. Et propter hoc etiam dicit Apostolus ad Thimoteum: peccantem coram omnibus argue. De secundo verò quod propositum erat de ordine, sciendũ est, quòd consuetudo fere in omnibus apud nos habet: quòd prius persoluantur debita: quæ clara sunt: & postea fiant restitutiones. Et vltimo legata soluantur. Et huius consuetudinis potest esse ratio: quoniam legata sunt secundum quid donata: & non simpliciter donata. Ratio enim legati duo importat, scilicet quòd non est res data simpliciter: nisi per mortem legatoris, vnde semper viuente legatore potest reuocari. Et quòd sint legata propter vtilitatem aliquam legantis post mortem. Et ex his potest patere, quòd legata inquantum huiusmodi sunt, non obligant secundum necessitatem iustitiæ: sed secundum deuotionem & vtilitatem legantis. Quare cùm necessaria ad salutem præcedant ea quæ sunt deuotionis & super erogationis, iustè soluuntur debita ante legata. Sed maiori iustitia restituenda sunt ablata quam debita sint soluenda: cùm in hoc impleatur iustitia: tollens iniuriam factam Deo & proximo: Sed in solutione debitorum nulla tollitur iniuria: sed tantum soluitur iustitia: quare secundum hoc videntur prius restituenda, ablata quàm soluenda debita. Sed contrarium fit vt in pluribus: quod tamen habere potest rationem ex duobus. Vno modo scilicet quando debita sunt clara & manifesta, sed restitutiones non sic: sed inquirendæ sunt. Et clarum semper præcedit obscurum in iure humano. Alio modo quando res quæ debetur, est determinata, scilicet centũ vel decẽ sed restituenda non sic. Sed determinatum iure præcedit indeterminatum inquantum huiusmodi. Et ex hoc concluditur quòd quando restituenda sunt clara & aperta & determinata per apertã confessionẽ restituentis, debet iure præcedere omnia debita: quod tamen raro obseruatur: quia quod iuris est à paucis aduertitur. Et secundum dicta patet: quando prius potest restitutio fieri vni personæ quàm alteri scilicet quando restitutio vnius est clara & determinata: & alterius non sic cæteris paribus. Sed iterum si vnus sit dives: & alter pauper: & plus indigens his de quibus restitutio facienda est: & æqualiter sit clarum in vtroque, adhuc prius pauperi potest restitutio iustè fieri quàm diuiti: eo quòd plus læsus est in ablatióe suorum: & quia plus indiget. Tamen si vterque sit æqualis conditionis, scilicet in paupertate vel diuitijs: & æqualiter clarum sit de vtroque: si vni prius facta fit iniuria quàm alteri, ad huc illi prius est restituendum ordine iuris naturalis cui prius facta fuit iniuria. Itemque si per partes facienda est restitutio, vnicuiq; proportionabiliter restituendum est secundum quantitatem ablati: ita quòd si tantum est tertia pars ablatorum: vel media: vel alia: quælibet pars cæteris paribus facienda est, omnibus restitutio tertiæ partis omnium restituendorum: cuius ratio est vt omnibus ostendatur bona voluntas restituendi omnia: si adesset facultas: & sic fit pronior quilibet ad condemnandum iniuriam sibi factam, quando videt voluntatem ad emendandam paratam.

Quomodò res eadem: vel æquiualens restituì debeat.

CAPVT XIX.

SEd ex dictis quæstio oritur de materia & quantitate restituendorum. An scilicet si quis ouem vel bouem: vel aliam quamlibet rem acceperit vltra sortem: teneatur eandem rem restituere: aut sufficiat præcium rei accepte restituere. Et quibus potest videri, quòd ipsam rem eandem & non tantùm solam: sed duplicatam restituere tenetur: propter id præceptum legis Moysi. Exod. vigesimo secundo vbi dicitur quòd fur tenetur restituere eandem rem in duplo: & ouem in quadruplo: bouem verò in quintuplo. Quibus dicendum est, q̃ aliter iudicandum est de furto & rapina: & aliter de vsura, quia in vsura aliqualiter transfertur dominium iure fori licet non iure poli. Sed nullo modo in alijs. Vnde equus furto ablatus in cuiuscunque manuum transierit, semper est restituendus: etiam in iure fori. Secundum verò non sic, si est equus per vsuram acceptus. Quare aliter iudicandum est in vsura. Et dicendum quòd sufficit si fiat restitutio precij: cuius ratio est duplex: vna est iam dicta: quia quod accipitur vltra sortem non auferetur per violentiam aliquam illatam: domino: sicut est in furto & rapina. Et ideò proprie non dicitur ablatum: sed potius acceptum contra iustitiam naturalem & diuinam: de voluntate dantis: Sed quid ablatum est idem numero restituendum est: etiam si melioratur. Alia causa etiam & ratio est ex natura permutationis: in qua vltra sortem accipitur: quę est naura mutui. Sicut enim in mutuis non est necesse quòd idem numero reddatur: sed tantum æquale in precio, ita nec superabundantia accepta ratione mutui est necesse idem restituere: sed sufficit æquiualens in pretio. Quòd autem in lege scripturæ est: de duplo: quadruplo: & quintuplo, non habet locum in vsuris: sed tantum in furtis vel rapinis: eo quòd huiusmodi vsuræ non destruunt bonum reipublicæ de sua ratione: sicut faciunt furta & rapinæ: sed tantum corrumpunt bonum personale: siue fraternum bonum: & hoc non inferendo malum: sed tantum in non faciẽdo bene fieri debitum. Et de his aliàs scripsimus in septimo præcepto decalogis diffusius. Et ideò hæc ad præsens sufficiant.

Quomodò vsuræ fructus & prouentus sint restituendi.

CAPVT XX.

QVoniam autem vt dicit dominus, non potest arbor mala fructus bonos facere: & quicquid ex mala radice nascitur, radicis naturam trahere videtur. Visum est quàm pluribus quòd non tantùm restituenda sunt ablata: vel iniustè accepta: sed etiam quòd omnis prouentus & omnia lucra ex his prouenientia sint restituenda. Quia quod ex alieno venit alicui, rationem de iure accipit alieni. Hæc videntur expressa. Extra de restitutione spoliatorum. capitulo grauis: vbi videtur, quòd oportet reddi res cum fructibus perceptis, & quæ percepissent spoliati si ipsa possedissent. Et hoc etiam expresse habet lex. Extra de rei venditione. Capitulo Maius. vbi dicitur quòd talis tenetur ad omnia lucra percepta & percipienda. Sed contra prædicta videtur esse ratio vsuræ primo quia simpliciter ibi non est ratio spoliationis violentæ vel furtiuæ. De qua loquuntur prædicta iura. Secundò quia in vsuris ipsa superabundantia primò & per se est in pecunia quæ non habet fructum quantum est de natura sua: eo quòd causa tantum translationis aliarum rerum facta est. Tertiò etiam generaliter in ipsa restitutione facienda tantum restituendum est damnum quod illatum est: sed tantum non est illatum damnum: vt in pluribus quantum prouenit commodum furi de re furtiua & spoliata: eo quòd fur labore proprio: & solertia rem furtiuam multiplicauit: quod non feciſſet possessor verus. Quid autem videtur mihi super his dicẽdum. Dico sine præiudicio, quòd aliter est iudicandum de restitutionibus vsurarum: & aliter de restitutionibus furti & rapinæ. Illud enim est restituendum, quod nullo iure fit suum: nec diuino: nec humano. Et ideò iniuria fit non tantùm apud Deum retinere res sic ablatas: & rerum fructus & vsus: sed etiam apud hominẽ fit iniustum tam iure fori communis, quàm iure conscientiæ personalis. Sed non sic est in vsuris: quia licet sint contra ius diuinum: & contra ius naturale naturæ spiritualis: quod respicit solum debitum gratiæ & charitatis: tamen non est directè contra ius humanum: quod respicit generaliter reipublicæ vtilitatem & iustitiam. Et ideò quo ad hoc transfertur in eis dominium: nec habent rationem ablatorum. Constat autem quòd iura allegata de rebus per violentiam ablatis loquuntur, in quibus nulla radix iustæ possessionis inuenitur. Hoc tamen generaliter aduertendum quòd in omni restitutione facienda, omnis fructus, & omnia lucra ex eo quod prouenium ex re restituenda: secundum quòd iniustè possidentur huiusmodi fructus & lucra: & ex eo quòd prouenium ex re malè detenta secundum iustitiam diuinam: habent rationem alieni secundum rationem beati Augu. Quare secundum Deum retineri non possunt, nisi auctoritate diuina. Iterum secundo aduertendum est, quòd hoc solùm restituendum est homini, in quo facta est ei iniuria de re sua. Sunt autem quædam res quæ de natura sua habent in possidendo fructum & vtilitatem: aut quia multiplicãtur & augentur ex natura temporis: aut quia excoluntur solertia humani ingenij & laboris, vt terrę & agri. Et huiusmodi res restituendæ sunt homini cum suis prouentibus: quia in hoc homo cui facta est iniuria de re sua ablata, damnificatur non solùm quantum ad rei substantiam: sed etiam quantum ad rei vsum & fructum ex vsu prouenientem. Et sic possunt & debent intelligi iura allegata. Tertiò etiam est aduertendum quòd illi semper facienda est restitutio, qui passus est iniuriam & damnum. Si ergo aliquis passus sit iniuriam: & non damnum, illi non est facienda de iure restitutio realis: sed tantum modo secundum genus iniuriæ facienda est emendatio per similem satisfactionem. Vnde qui proximum verberat in nullo eum damnificando non tenetur ad aliquam restitutionem realem: quia omnis restitutio realis facienda alicui cõmensurari debet secũdum quantitatẽ dãni illati. Hinc est, q̃ lex Moysi generaliter omnẽ furẽ cuiuscũq; rei: quæ vsum habet & vtilitatẽ condẽnabat ad restitutionẽ dupli vnũ scilicet propter rei substantiã & aliud propter rei ablatæ vsum. Ex quo concluditur quòd in omni restitutione faciẽda homini, debet considerari damnum: tam rei quàm vsus: qui ex re prouenit ex natura rei. Si ergo aliquod lucrum prouenit vsurario: vltra rem & rei vsum naturalem ex propria operatione & solertia eius in quo non est alius damnificatus: dico sine præiudicio, quòd non tenetur restituere homini huiusmodi lucrum. verbi gratia. Homo vsurarius centum marchas argenti habuit ex vsuris ex quibus formauit imaginem quam vendidit centum & decem marchis: credo sine præiudicio quòd illas decem marchas super crescentes non tenetur restituere ei à quo prædictas centum marchas habuit: tamen non potest eas retinere secundum Deum: quia contra Deum de re aliena sibi acquisiuit. Et ideò sola authoritas ecclesiæ ad restituendum vel distribuendum talia requirenda est. Ex his autem oritur quæstio. Si quis quamcunque rem furtiuam statim vendat post furtum: aut conuertat in vsum proprium ipsam statim totam consumendo: & non statim restituat: sed post tempus eam velit restituere vtrum teneatur ad omnes fructus vsuum quos percepisset verus dominus in tempore illius more verbi gratia. Aliquis furatus est pullum equinum: aut vitulum: quem verus dominus vsque ad annos perfecti valoris custoditurus erat: sed fur statim vendidit & liberauit se à furto. Quæritur vtrũ fur teneatur restituere pulli valorem tantum: vel etiam equi perfecti valorem. Quòd videtur secundũ iura allegata. Præterea tenetur restituere lucra secundum legem, ergo multò magis damna illata. Iuxta hoc etiam quæritur de pecunia ablata: aut etiam iniustè possessa: quare potest contingere, quòd ille à quo est ablata siue iniustè accepta: mercando ex ea auxisset eam: aut fortasse propter eius defectum, vendidit possessionem suam: & ex hoc damnum multum accepit. Vtrum detinens & accipiens huiusmodi pecuniam sine iusto titulo, teneatur ad omnia lucra quæ verus possessor ex ea feciſſet: siue ad omnia damna quæ ex inde acciderunt vero domino ad plenam restitutionem. Ad hæc duo dicimus sine præiudicio, quòd ad restitutionem alicuius rei faciendam, duo principaliter consideranda sunt, scilicet valor rei quæ principaliter ablata est vel accepta iniustè: & damnum quod illatum est iniuriam passo. Propter primum dico quòd eadem res quæ ablata fuerat, restituenda est: aut æquiualens & similis in specie & valore Sed quantum ad secundum, est notandum quòd aliquando dicitur damnum illatum propriè & per se: & aliquando per accidens tantùm: & non per se. Et si primo modo: tunc tenetur reus ad restituendum damni cuiuscumque sit. Secũdo modo non tenetur ipsi passo damnum. Et ad intelligendum prædicta, ponamus exempli causa casus. Si quis damnum passus pro pecunia sibi ablata in hoc quòd ex ea volebat emere necessaria sibi ad vitam: siue soluere empta: siue debita: pro cuius spoliatione incurrit damnum: quia propter eius defectũ oportuit eum vendere possessiones suas sibi vtiles: aut accipere pecuniam mutuo ad vsuram: aut aliud incommodum incurrisset: dico

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd huiusmodi damnum per se incidit ex furto vel rapina. Et ideò restituendū est ipsi qui passus est. Præter hæc potest incidere ibi damnum per accidens: quando scilicet ex pecunia ablata lucrum quod intendebat non acquisiuit: & nihil aliud passus est damnum: dico sine præiudicio, quòd lucrum tale non est restituendum ei qui passus esse dicitur huiusmodi damnum. Si verò sint res quæ sunt ablatæ quæ ex sui natura possunt secundum naturam temporis augeri & crescere in precio, tunc tenetur spoliator restituere precium ipsarum rerum: quod valituræ erant secundum naturam rei & temporis: in tempore quo vult restituere eas. & per hoc patet responsio ad prædictas quæstiones. Et istud etiam in vsuris est semper aducrtendum, quantum ad res quæ accipiuntur pro vsuris.

Quomodò & quis cogendus sit: & quomodo ad restitutionem vsurarum. CAP. XXI.

QVoniam autem restitutiones vsurarum: & à quibus, & quibus, & ex quibus: & quomodò facienda sunt, superius diximus. In hoc vltimo capitulo: quomodò cogendi sunt à legibus: & à canone, declarare volumus. & primò supponendum est, quòd culpa secundum quòd est contra charitatem Dei, coactione non tollitur, nec expiatur: sed solùm pœnitentia voluntaria: & valet emendari. Sed culpa quæ cōtra charitatem proximi directè cōmittitur, etiam legibus tam diuinis quàm humanis coercenda est. Quia ergo vitiū vsuræ directè est contra charitatem Dei: qui ipsam in lege sua prohibet & condemnat: & etiam contra charitatem proximi, quibus pœnis sit coercendum videamus. Ad quod intelligendum, sciendū est quòd generaliter pœnæ publicæ solum vitijs publicis sunt infligendæ: & ideò vsurarij publici pœna iuris coercendi sunt: & aliquādo propter contumaciam comitantem. Et etiam pœna iudicis adiungenda. Pœna verò iuris triplici coercentur scilicet quòd prohibentur ad sanctorum sanctam communionem recipi. Et ne similiter recipiantur eorum oblationes in altari. Et ne recipiantur in christianorum sepultura. Et hęc tria habentur extra capitulo. Quare in omnibus ferè. Et insuper additur pœna his qui contra fecerunt scilicet suspensionis: nisi per arbitrium Episcopi sui prius satisfecerunt. Et insuper etiam per accidens consequitur tales nota infamiæ. Vnde & vsurarij publici quando propter vsuras pecunias ab alio quas dederat repetunt, repelli possunt per exceptionem: donec prius ipsi de vsuris satisfecerint. Extra eodem cap. Quia frustra legis. Specialiter autem super his pœnis possunt clerici iure ab officijs suspendi si fuerant vsurarij. Extra eodem capit. Plures clericorum, Contumaes verò qui nec propter pœnas prædictas corriguntur, debet & potest iudex per suspensionis & depositionis sententiā coercere. Laicos verò per excommunicationis sententiam cohibere: vt habetur extra eodem capitulo. Prædicta. Item si non sufficit iustitia ecclesiastica, debet iustitia laicalis in auxilium aduocari. Extra Deinde. Cum verò ab homine dist. decimaseptima nec licuit. In foro autem pœnitentiali: vbi de correctione peccati agitur: maximè inquantum est contra legem Dei: sic compellendi sunt vsurarij ad restitutionem, vt beneficium absolutionis eis denegetur: nisi restitutionem faciant plenam: quantum potuerint: aut dilationem petierint ab his quibus tenentur restituere. Aut si pauperes & impotentes sunt ad restitutionem faciendam, promittant Deo & confessori suo, quòd si aliquando ad frugem prosperitatis venirent, se restituturos pro sua facultate. Aut certè remissionem postulabunt ab his quibus restituere tenentur. Aliàs non debent absolui in foro pœnitentiæ. Et hæc omnia probātur beati Aug. auctoritate qua dicitur, quòd non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Sicut ergo confessor ostendit absolutum à Deo quem absoluit verbo, ita non debet absoluere verbo, nisi cum videt signa restitutionis fiendę in confitente: quæ signa determinata sunt in his quæ prædiximus secundum diuersos status restituentis. Hæc sunt dicta circa vsurarum vitium: quantum ad ipsas vsuras in cōmuni & vsurarios contractus: & vsurarum restitutiones: quantum Deus meæ paruitati dignatus est donare. Quod si quid malè: vel minus benedictum est, veniam peto, correctionem sustineo. Scio enim quòd homo sum infirmus minor ad intellectum iusti iudicij: & legum: & ignorantiæ tenebris circundatus & inuolutus. Quare ipsum lumen vitæ quod in tenebris lucet, semper imploro: vt illuminando cor meum: tenebras peccatorum & errorum in me purget: & ad perfectionem ęternæ vitæ perducere dignetur. Qui viuit & regnat cum patre luminum: æterno connexus & consubstantiali sancti spiritus amore: Deus vnus in sæcula sæculorum Amen.

Explicit Opusculum septuagesimum tertium, & vltimum Sancti Thomæ de Aquino Sacri ordinis Fratrum prædicatorum: de vsuris in communi: de vsurarum contractibus in mutuo: venditione & emptione: & de vsurarum restitutione.

FINIS.

EXPOSITIO DEVOTISSIMA

super Cantica Cantico, ædita ab Angelico Doctore S.T. de Aquino: precibus Monachorum, dum in extrema infirmitate constitutus esset.

Amadeus scotus lectoribus. S.

DICI non potest quàm in dies magis uestram mihi gratiam: officio hocce meo: atque industria demereri exoptem Lectores humanissimi. Laboraui hactenus (ut scitis) non parum in excudendis bonarum artium libris: curauique semper, ut non nisi optima quæque: & quàm emendatissima ex me uobis proficiscerentur: nec impensæ (quod aiunt) neque oleo parcens. Et quanquam nullius unquam ex ijs quæ à uobis probantur scripta paruifecerim, placuere mihi tamen in primis D. Thomæ Aquinatis & eruditio: & stilus: quibus quidem usque adeò oblectatus sum, ut nulla propemodum illius opera iam superesse arbitrer: quæ nostris sub typis ad polimentum non uenerint: aut in proximo (uita comite) uentura sint. Dedi iamdudum uobis Philosophiam ipsius: Theologiamque: multaque præterea opuscula tum utilissima: tum eruditissima. Nunc aūt (quod ad rem attinet) cum nuperrimè præclarium quorundam uirorum opera, hocce quod præ manibus habetis scriptum in Cantica Canticorū: ad manus meas aduenisset: quod quidem multis argumētis comprobatur esse Doctoris ipsius sanctissimi, atq; inter cætera antiqui exemplaris prænotatione. Ne nō in omnibus meo indulgerē affectui: uolui ut id quoq; cum cæteris publicū adiret: & uobis omnibus: qui Thomisticæ lectionis diligentissimi estis, nostra opera commune redderetur. Sperans me uobis nihil non iucundum, nihil non utile præstiturum. Verum quoniā paulò ante aliud etiam eiusdem in ea ipsa Cantica editum est: non intempestiuum putauimus obiter hoc in loco morosioribus quibusdam, qui nodum etiam in scyrpo quærunt satisfacere. Obijciunt siquidem nonnulli, non uideri sibi id. D. Thomæ opus: quòd stilo & eruditione ab alijs eiusdem omnino distet. Ad contra mihi uel ob id si nulla alia adsit confirmandi ratio. D. Thomæ expositionem hāc esse non uideri non potest: & quidem omni alia (si pro æquitate loquamur) multo legitimam magis. Cum satis illud nobis ex uita ipsius sancti Doctoris constet tunc ab eo Cantica exposita fuisse, quum constitutus in ultima ægritudine: à Cistersiensibus monachis: in quorum Cenobio infirmabatur magnoperè rogaretur, ut eam sibi exponere uellet: quod & humanissimus Doctor sine ulla controuersia fecit. At uerò satis uerisimile est, quòd breuem illā omni prætermissa uerborum analogia inter ægrotandum fecerit: sed & deuotam pariter & absolutam: ueluti & tempus illud: & præces Monachorum: & sua consumata doctrina exposcebant. Illud autem nec negare possumus: neque inficias imus: expositionem hanc ab illa: reliquisque operibus: quæ beatus Doctor paulò accuratius conscripsit: non nihil & apparatu & stilo distare: sed & illud etiam constanter asseueramus. si quis diligenter hanc ipsam inspiciat: & breuitatem stili: & cum ipsa stili breuitate sententiarum grauitatem: & deuotionem castissimam: quam illa præ se fert: fideliter attenderit: non nisi consumatissimi uiri: atque itidem doctissimi hāc esse nobiscum affirmabit: ita prorsus: ut eam Doctoris nostri sanctissimi esse credere obstet nihil. Quemadmodum (ut prædiximus) & in antiquo illo exemplari prænotatum adhuc uidere licet. Est autem (ut id quoque adijciam) uolumen ipsum non solum correctissimum: sed etiam ita uetustate ipsa conspicuum, ut putem sub ore ipsius Doctoris exponentis: tunc exaratum ab aliquo audientium fuisse. Quare nihil est quod uos humanissimi lectores ab huius sanctissimæ lectionis integritate remoretur. Verum uolumus hoc esse eorum quæ uobis debere existimamus: quoddam quasi corrolarium non beneuolentiæ hostimentum. Posthac & Hieremiam: & Esaiam & Matthæi Euangelium: qui nunc sub trutina uersantur expectate. Dabo pro uirili operam, ut nec gratis: nec multum inexpectatione sitis. Valete.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCIPIT EXPOSITIO Beati Thomæ de Aquino, ordinis Predicatorij, in Canticis Canticorũ: Sicut reperitur in quodam libro antiquissimo, in conuentu Fabrianensi ordinis Prędicatorij.

SALOMON inspiratus diuino spiritu, composuit hunc libellum de nuptijs Christi et Ecclesiæ: & quodámodò Epithalamium fecit Christi & Ecclesiæ, id est Canticum super thalamos: Vnde & Cantica Canticorum vocauit hunc libellum: quia omnia alia Cantica super excellit. Sicut etiá dicitur Rex regum: & Dominus dominantium: & Solennitas solennitatum: sic dicuntur Cantica Canticorum: ob excellentiam & dignitatem. Est autẽ in hoc obscurissimus iste liber: quia nullæ ibi commemorãtur personæ: cùm tamen stilo quasi Comico sit compositus.

Incipit Cap. I. Cantici Canticorum.

OSCVLETVR me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino: fragrantia vnguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo, adolescentule, dilexerunt te. Trahe me post te. Curremus in odore vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabimus & lætabimur in te: memores vberum tuorum super vinum. Recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalẽ: sicut tabernacula Cedar: sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare quòd fusca sim: quia decoloravit me sol. Filij matris meæ pugnauerunt contra me: posuerunt me custodem in vineis. Vineam meam non custodiui. Indica mihi quẽ diligit anima mea: vbi pascas: vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres: egredere & abi post vestigia gregum tuorum: & pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Pulchrę sunt genæ tuę sicut turturis: collum tuum sicut monilia. Murenulas aureas faciemus tibi: vermiculatas argento. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi: in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra: oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi. & decorus. Lectulus noster floridus: Ligna domorum nostrarũ cedrina: laquearia nostra cypressina.

DEsiderantis vox est Synagogæ Aduentum Christi. Quasi dicet: Quia totiens mihi aduentũ suum promisit per Prophetas: veniat ergo & osculetur me osculo oris sui: id est, per seipsum mihi loquatur. (Quia meliora sunt vbera tua vino.) Repẽrè ad ipsum cuius desiderio fragrabat: verba cõuertens subdit: Quia meliora sunt vbera: & reliqua. Per vbera Christi, dulcedo euangelij intelligitur: quia veluti lacte nutritur infantia credentium. Vinum autem, austeritatẽ legis significat. Sed vbera Christi meliora sunt vino: quia dulcedo euangelij, melior est austeritate legis. In lege enim nulla reseruatur pœnitentia. Quia præcipit, vt qui occidit, occidatur. Euangelium autem dicit. Nolo mortem peccatoris: & reliqua. (Fragrantia vnguentis optimis.) Vnguenta dona sunt spiritus sancti: vel etiam operationes virtutum: de quibus apostolus. Christi bonus odor sumus Deo. (Oleum effusum nomen tuum.) Nomen tuum ô Christe, effusum est. Chrima Græcè Latinè vnctio dicitur. Inde nomen ab vnctione vocatum est. Solet autem spiritus sanctus hoc olei nomine appellari: iuxta quod Psalmista air. Vnxit te Deus Deus tuus oleo, id est spiritu sancto. Hoc oleum effusum est, quando hæc gratia quam Christus singulariter habuit, data est omnibus electis. Vnde & à Christo Christiani dicũtur participatione nominis Christi. Et bene non stillatum: sed effusum dicitur oleum: quia abundanter hæc gratia omnibus data est in Christo credentibus. (Ideò adolescentulæ dilexerunt te.) Adolescentulæ dicuntur animæ electorum: quia in Baptismo relinquere sordes veteris hominis, & renouatæ sunt in Christo. Bene autem fœminino genere dicũtur: quia animæ sanctorum quo maioris fragilitatis sibi conscíæ sunt, eo amplius diligunt Christum. Vox ecclesiæ de gentibus. (Trahe me post te, curremus.) Nam hactenus locuta est synagoga. Hic incipit loqui ecclesia de gentibus. Trahe me post te: quia inquit meam infirmitatem cognosco: & video nihil me meis viribus boni posse agere tua gratia, trahe me ad tui imitationem, vel etiam cùm cœlum ascenderis, trahe me post te: vt te sequi merear. (Introduxit me rex in cellaria sua.) Hic loquitur Ecclesia de Christo sponso suo ad animas fideles: Cellaria Dei sunt, æterna beatitudo: & supernæ patriæ gaudia. In qua introducta est iam ecclesia per fidem & spem: & quandóque introduceẽ per rem. (Exultabimus & lætabimur in te.) De donis inquit tuis exultabimus & lætabimur: sed quia scimus hoc nõ nostri esse meriti, in te, nõ in nobis exultabimus hoc est quod Apostolus ait. Qui gloriatur, in domino glorietur. (Memores vberũ tuorũ super vinum.) Id est memores gratiæ tuæ & misericordiæ: quia saluati sumus. Vbera enim sunt, ipsa gratia qua saluamur. Recordantes etiam quia tu austeritatem legis vberibus doctrinæ euangelicæ temperare dignat⁹es. (Recti diligũt te.) Illi inquit qui recti corde sunt, diligunt te, id est, illi qui nihil suis meritis tribuunt: sed omnia tuæ gratiæ deputãt. Nullus enim te diligit, nisi rectus: nullus est rectus, nisi qui te diligit. (Nigra sum, sed formosa vel decora filiæ Hierusalem.) Hic rursus loquit Ecclesia ad sanctas animas. Nigra sum quia persecutiones patior: sed formosa sum virtutibus Filie Hierusalem: id est O animæ fideles: nigra sum: id est deformis persecutionib. & grumis quas sustineo: sed formosa sum decore virtutum. Quo modo anima nigra sit: vel quo modo formosa, ostendit cum subdit. (Sicut tabernacula Cedar. Sicut pellis Salomonis.) Ita enim distinguitur. Nigra sum sicut tabernacula Cedar: formosa sicut pellis Salomonis. Cedar filius fuit Ismaelis: & interpretatur tenebræ. Ismaelitæ verò semper in tabernaculis habitare soliti sunt: & nõ habent domos. Dicit ergo ecclesia se nigrã esse, sicut tabernacula Cedar. propter persecutiones quas patiebatur à filijs tenebrarum: quod interpretatur Cedar. Hinc psalmista dicit. Habitaui cum habitantib. Cedar: id est conuersatus sum inter persecutores & peccatores infidelitate nigros. Formosam verò se dicit sicut pellis, id est, tabernacula Salomonis: qui pacificus interpretatur: quoniam digna erat visitatione & cõsolatione sponsi sui Christi inter angustias. Et sicut tabernacula ex pellibus mortuorũ animalium fiunt: ita ecclesia tabernaculum videlicet Dei: ex his construitur qui seipsos cum vitijs & concupiscentijs mortificant. (Nolite me cõsiderare ꝙ fusca sim: quia decoloravit me sol.) O animæ fideles & Deo deuotæ: Nolite me cõsiderare ꝙ sim fusca: id est ꝙ tribulationibus afficiar: ꝙ persecutionibus opprimar: quia decoloravit me sol. i. feruor persecutionis splendorem in me quodãmodò obfuscauit: ac si diceret. Interiorem pulchritudinem meã cogitate: & illã attendite: nõ illa quæ foris patiuntur. Tale est quod & Apostolus dicit. Nolite deficere in tribulationibus meis pro vobis, quę est gloria vestra. Non enim sunt cõdignę passiões: & reliqua. Sol autẽ in scripturis multos habet sensus. Aliquando significat ipsum Dei & hominũ mediatorẽ: sicut dicitur. Vobis timentib. nomen meũ, orietur sol iustitiæ. i. Christus significat etiã ecclesiã: sicut Dñs dicit. Tunc iusti fulgebũt sicut sol. Aliquando feruorem persecutionis: sicut hic: & in euãgelio. Vbi dicitur de semine quod cecidit super terrã: & orto Sole exaruit: quod ipse dñs aperit exponẽs. Facta autẽ persecutione, ꝓpter verbũ scãdalizant. (Filij matris meę pugnauerũt cõtra me: posuerũt me custodẽ in vineis. Vineã meã nõ custodiui.) Vnde cœperit hęc persecutio, ostẽdit cũ subdit. Filij matris meę: & reliqua. Vox primitiuę ecclesię. Filij matris meę pugnauerũt cõtra me. Mater primitiuę ecclesię, Synagoga est: cui ꝓ Propheta dicit. Et vocaberis ciuitas fidelis: & mater ciuitatũ fidelis Sion. Hui⁹ filij sunt Iudæi: qui pugnauerũt cõtra ecclesiã primitiuã qñ excitauerũt persecutionẽ cõtra credentes, ꝓpterquã oẽs dispersi sunt per regiones: per ciuitates Samariæ. Posuerũt me custodẽ in vineis. Vinea vna, fuit primitiua ecclesia in Hierosolymis: sed ob Iudaicã persecutionẽ, dispersis omnib. credentib. multę Vineę factę sunt. i. multę ecclesię cõstructę sunt per vniuersum mundũ. Dicit ergo ecclesia primitiua. Posuerũt me. (. Apostoli & Doctores, custodẽ. i. vt essem custos ecclesiarum. Vnde & bene vbi nos legimus oẽs dispersi sunt: in Græco habẽt, disseminati sunt. Ad hoc. n. diuinitus dispersi sunt, vt plures ecclesiæ fierẽt per vniuersum orbẽ. Vineã meã. i. vnã illã ecclesiã quę in Hierosolymis fuit, nõ custodiui. Hoc autẽ non ad vorũ neq; ad mentẽ est referendũ: sed ad locũ nõ custodiui subaudi: vt esset solũmodò ibi vbi cœpit. (Indica mihi vbi pascas: vbi cubes in meridie.) Vox ecclesiæ ad spõsum suũ Christũ. O Spõse quẽ diligit anima mea. i. quẽ tota mẽtis intẽtione diligo. Indica mihi vbi pascas i. vbi ouestuas pascere facias. Ipse est. n. pastor bon⁹: sicut ipse dicit in euãgelio. Indica mihi vbi pascas: & vbi cubes. i. requiescas & hoc in meridie. i. in feruore persecutiõis vel tẽtationis. Laborãs. n. ecclesia persecutionib. obsecrat Spõsum suũ, vt ei dicat in quorũ mentib. requiescat

quiescat. Nã cubare Spõso, requiescere est. sicut ipe dicit. Super quẽ requiescet spiritus meus. & reliqua. Ne. n. sancti actu tẽtatiõis arescant: ipse in eorum cordibus cubat & requiescit. atque ab omni feruore tentationum & persecutionum protegit. Quare hoc? (Ne vagari incipiã post greges sodalium tuorum.) Greges sodaliũ appellat conuenticula hæreticorũ, qui sodales Christi sunt: quia & ipsi greges suos pascũt. Sed Christus vnũ habet gregem: hæretici verò non gregem: sed greges pascunt. & est sensus: O spõsæ indica mihi sanctos & electos tuos: in quorũ mẽtibus requiescis, ne fortè offendam & incurram hæreticos: putantes te mẽtibi posse inuenire. Hũc versum malè hæretici distinguebant: tanquam sponsa interrogaret vbi pascas, vbi cubes, & ipse responderet in meridie cubo. i. in australi parte, si ignoras te, vox sponsi ad sponsam suam Ecclesiam. Si ignoras te ô pulchra, egredere & abi, post vestigia gregum: ac si diceret: tu quereris te quasi à me derelictã & persecutionũ feruoribus denigratã: nec considéras, ꝙ pulchra sis inter mulieres. i. non attendis virtutũ spiritualiũ pulchritudinem, qua prę cæteris decoraris: licet tẽtationibus denigreris. Si ergo ignoras te. i. si hãc dignitatẽ & formositatẽ tuam non recognoscis, egredere de meo consortio: & abi post vestigia gregum. Hoc est sequere & imitare doctrinam errantium hæreticorum: qui contento vero pastore vnius gregis, multas sibi greges coaceruauerunt: & pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorũ. i. peccatores & erroneos auditores sub dogmate hæreticorum. Vnus enim pastor est Christus, qui vnum habet gregem, id est, vnitatem ecclesiæ catholicæ. Pastores verò multi sunt hæretici, qui gregem deceptorum hominum sibi aggregãt quos diabolo pascunt, de quibus Psalmista. Sicut oues in inferno positi sunt. Oues vocantur in loco hoc mali non propter boni simplicitatẽ vel ignorantiam: sed propter hebetudinem: quia nesciunt resistere prauæ doctrinæ. Sed omnia quæ sibi imponuntur à malis doctoribus, sustinent non bona patientia. Vox eiusdẽ sponsi. (Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea.) Equitatum suum appellat exercitum filiorum Israel, videlicet sexcenta sex milia qui egressi sunt de Aegypto, & trãsierunt mare Rubrum. Equitatum autem suum illam multitudinem dicit: quia sicut auriga currui præest, ita Deus illi plebi præerat: protegens illam & defendens & ad terram repromissionis introducens. Huic suo equitatui assimilauit amicam suam. Quoniam sicut ille populus per mare Rubrum saluatus est Pharaone demerso: ita Ecclesia gentium per baptismum de diaboli seruitute liberata est: & ad veram repromissionis terram euangelicam libertatem introducta. Sicque quæ erat ancilla vitiorum, facta est, amica Christi, emundata & abluta per baptismum à sordibus peccatorũ. Vel aliter secundum Grego. equitatui meo in curribus Pharaonis, assimilaui te amica mea. Omnes enim qui luxurię, qui superbiæ, qui auaritiæ, qui inuidiæ, qui fallaciæ deseruiunt, adhuc quasi equi; quidam sub curru Pharaonis sunt. i. sub regimine diaboli: omnis verò qui in humilitate, in castitate, in doctrina: in charitate feruet, iam equus effectus est creatoris nostri, iam in curru Dei positus est: iam sessorem Deum habet. Vnde cuidam dicitur cui iam dominus præsidebat. Durum est tibi contra stimulum calcitrare, ac si diceret: meus equus es: iam contra me calces iactare non potes iam tibi ego præsideo. De istis equis alibi dicitur. Misisti in mari equos tuos turbantes aquas multas. Habet enim currus Deus: quia animabus sanctis præsidet, & per animas sanctas circunquàque discurrit: vnde scriptum est. Currus Dei decem millia multiplex millia lætantium. Habet currus Pharao, qui tamen currus in mari Rubro submersi sunt: quia multi peruersi in baptismate mutati sunt. Dicat ergo sponsus. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea, id est, dum adhuc tu esses in curribus Pharaonis, ego te equitatui meo assimilaui: quia attẽdi quid prædestinatiõis in te fecerim, equis meis te cõparaui. Videt enim Deus multos adhuc deditos luxurię, adhuc auaritiæ seruientes, & tñ attendit in secreto iudicio quid iã de ipsis operatus est. Quia habet equos Deus: sed multos videt adhuc equos esse Pharaonis: & quia cõsiderat occulto iudicio occulta prædestinatione ad bonum commutandos: similes illos attendit iam equis suis: quia videt illos ad currum suum ducendos: qui prius in curribus Pharaonis deseruiebant. Vbi considerandum est occulta iudicia: quia multi videntur per prædicationẽ: per sapientiã, per castitatẽ: per largitatẽ equos Dei esse: & tñ occulto Dei iudicio equis Pharaonis assimilantur. Et multi videtur per auaritiã, per superbiã, per inuidiã, per luxuriã equi Pharaonis esse: & tñ occulto Dei iudicio equis Dei assimilãtur: quia & illos videt de bono ad mala verti: & istos videt de malo ad bonum reduci. Sic ergo per distinctionẽ diuini iudicij multi qui equi videntur Dei, equi sunt Pharaonis pro reproba vita quæ illos sequitur: ita per impietatẽ multi equi Pharaõis videtur qui per sanctam vitam quam in fine suo seruaturi sunt, equis Dei assimilãtur. Vnde blanditur sponsus & dicit. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea, id est, tu adhuc in curribus Pharaonis subdita seruiebas: sub vitia currebas: sed attendi ego quid de te prædestinatiõe fecerim, equitatui meo te assimilaui, id est, sanctis meis similem te attendi. (Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis.) Turturis natura est, vt si casu coniugem perdiderit, alium vltra non inquirat. Turturi ergo assimilatur ecclesia: quia ex quo Christus præsentia sua corporali mundum deseruit & cœlos petijt ecclesia in eius amore tenacissimè perseuerat: Nec recipit vllũ adulterium amatorem: quia contempsit mundum & concupiscentias eius: & solius sponsi sui pulchritudinem mente contemplatur. Genis autem turturis genas ecclesiæ comparat: quia in genis maximè verecundia apparet: & per hoc pudor & verecundia ecclesiæ ostenditur: quia erubescit aliquid fœdum & quòd sponso suo displiceat perpetrare, & est sensus. Noli timere, ne vageris per greges sodalitia: quia tanto te amoris mei pudore & tanta verecundia donaui, vt certus sim te me non posse deserere vel ad alienos deflectere. (Collum tuũ sicut monilia.) Per collum ecclesiæ, doctores sancti figurantur. nam sicut per collum cibi reficiendo corpora ministrantur, sermones etiam quibus arcana mentiũ demonstrantur, per colli fistulã egrediuntur: sic doctores non solũ cibum nobis salutaris doctrinæ ministrant: sed etiã secreta scripturarum nobis manifestant. Hoc ergo collum ecclesię quasi monile est: quia castæ doctrinæ gemmis: virtutũ ornamentis sancti doctores decorãtur. Monile enim, ornamentũ est virginũ vel matronarum. (Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.) Murenulę iuxta litterã ornamẽta sunt colli virginalis & puellaris virgulæ videlicet auri perplexæ intermixtis nonnunquã pulchra varietate subtilissimis argẽti filis: & hoc est quod dicit vermiculatas argẽto. i. in modũ vermiũ terrenorum quos lũbricos dicunt distinctas, & inter se cõiunctas. Murenulę aũt à similitudine piscis maritimi, qui Murena vocatur. Mysticæ murenulę sunt perplexa scripturarũ dogmata ex diuersis sanctorũ patrũ sentẽtijs inter se iuncta. Aurũ quippè claritatẽ significat sensus spiritalis. Argentum verò nitorem eloquij designat. Murenulas aureas ergo Spõsus spõsæ suę facit, cum Christus ecclesiã suã doctrinis sanctorũ patrũ: sensu & eloquio fulgentibus instruit, atq; ad illorũ fidẽ & virtutẽ imitandã accendit. Notandũ verò ꝙ dicit plura liter faciemus tibi: quasi enim Christus se personis doctorũ cõiungit ꝓ quos ipsę Murenulę incathenãtur. vt ristis ecclesia exornetur. (Dũ esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorẽ suũ.) Modo synagoga Regẽ: spõsum suũ Christũ dicit: qui per diuinitatẽ suã oĩa regit: & eriã secundũ humanitatẽ de regia Dauid stirpe natus est. Accubitus huius regis, fuit incarnatio eius: accũbere cm̃ est reclinare & discũbere: & tũc Christus accubuit qñ pro nostra redemptione se vsq; ad suscipiendã naturã nostrã inclinauit: & tũc Nardus dedit odorẽ suũ: qa virtus ecclesię magis enituit. Cũ cm̃ cõsideret Deũ pro se hominẽ factũ, amplius ad specialium virtutũ studiũ & amorẽ conditoris accenditur. Nardus enim fragrantia virtutũ specialiũ designat. Erãt quidẽ ante incarnationẽ sancti Dei: sed sicut dictũ est, sanctitas magis à tẽpore incarnatiõis Christi excreuit & tũc quodãmodo nardus ecclesię. i. odor virtutũ fortis dedit odorẽ suũ. Iuxta literã nardus herba est aromatica, ꝙrassa, & fragili radice, foliõq; paruo & denso: cuius cacumina in aristas se spargunt. Hoc vnguẽto Maria Magdalenę caput & pedes dñi perunxisse in euãgelio legitur. cũ esset in domo Simonis. (Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi.) Myrrha species est aromatica nimiæ amaritudinis, qua mortuorũ corpora cõduntur. hoc loco passio Christi & sepulchrũ designatur. Nã depositũ corpus dñi de cruce, à Nicodemo & Ioseph myrrha & aloe cõditũ est: & inuolutũ linteis cũ aroma tib. ac sepulturę datũ. Dicit ergo ecclesia spõso eius. Dilectus meus fasciculus myrrhæ mihi factus est: quia propter me mortuus & sepultus est. (Inter vbera mea cõmorabitur.) Nemo dubitat locũ cordis inter vbera esse. Dicit ergo. Inter vbera mea cõmorabitur cor, i. in cordis mei memoria æternaliter habebitur: & nunquã tantorũ beneficiorũ eius obliuiscar: sed siue in prosperis siue in aduersis sim recordabor eius qui me dilexit, & mortuus est pro me. (Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.) Cyprus insula est, vbi vires nobiles esse ferũtur maximos botros procreantes. Engaddi, locus similiter esse fertur habens arbusculas liquorem Balsami desudantes. Loquitur ergo sponsa de resurrectione sponsi sui: botrus Cypri dilectus meus mihi: ac si diceret: sponsus meus qui mortis amaritudinẽ pro me gustauit: & quasi fasciculus myrrhę mihi fuit: sed in resurrectiõe sua factus est mihi botrus Cypri, quãdo me gaudio suæ resurrectionis lætificauit. Vinũ enim lætificat cor hominis: & hoc in vineis Engaddi: quia ex resurrectione quasi suauissimi balsami odore per vniuersum mũdum redoluit, & fragrantiã suę fidei latè dispersit. Engaddi autẽ fons hedi interpretatur, per quẽ significatur baptisma & sacrificium: in quo omnia peccata abluũtur. Hedus nãq; peccatores significat. Baptismum ergo fons hedi est: quia peccatores suscipit, & maculatos & mũdatos ab omnibus peccatis reddit: Vox spõsi Christi ad ecclesiã suã spõsam. (Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra.) Bis eam repetit esse pulchrã, propter perfectionẽ operis & mũditiã cogitatiõis. Ecce tu pulchra es: hoc est

Universidad de Deusto
Biblioteca

in bonis operibus perfecta es sanctè, & iustè, & piè viuendo secundũ apostolum. Ecce tu pulchra es mundam & simplicem habens cordis cogitationem atque intensionem: quia non propter terrena cõmoda vel mundi gloriam: sed vt solis oculis Dei placeas bona operaris. (Oculi tui columbarum.) Columba simplicissima auis est, per hanc simplicitas atq; innocentia ecclesię figuratur. Quisi enim oculos columbarum habet: quia ab omni fictione & simulatione se immunem ostendit, vel etiam oculos habet columbarum: quia scientia diuinarum scripturarum: casto & simplici intuitu intelligit, spirituales & diuinos sensus in ea requirens: nam quoniã spiritus sanctus in specie columbæ apparuit, rectè doctrina cœlestis in oculis columbæ intelligitur. (Ecce tu pulcher es dilectè mi & decorus.) Postquàm sponsus sponsam suam de pulchritudine operis & cordis laudauit, reddit ei vicem sponsa: respondens. Ecce tu pulcher & c. ac si diceret, tu quidem me pulchram in opere & cogitatione esse dicis: sed ego omnem hanc pulchritudinem à te me credo habere & cognosco: tu enim es pulcher & decorus: tu es fons totius boni: & quicquid boni habeo, tua gratia habeo: pulcher autem & decorus dicitur, quia & diuinitatis perpetuitate & etiã susceptæ humanitatis dignitate mirabilis est. (Lectulus noster floridus.) Lectulus ecclesiæ est qualiscúnque tranquilitas vel requies præsentis vitæ. Nam quasi in bello est ecclesia, dum pro Christo diuersa tolerat certamina, quasi verò in lectulo requiescit, cum aliquãtula pace sibi cõcessa fruitur: sed hic lectulus est floridus, hoc est varietate virtutũ quasi vernãtibus floribus distincta est requies ecclesię: tunc enim liberius contemplationi diuinæ insistit, cum ieiunia, vigilias, & cætera bonorum operum exercitia liberius exequitur. (Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cypressina.) Domus ecclesiæ, sunt fidelium cõuenticula per orbem totum dispersa. Tigna verò & laquearia, sunt ipsæ personę fidelium ex quibus ecclesia constat. Sed attendendum est quòd tigna ad munimentum domus sunt: laquearia ad ornamẽtum. Ideóque per tigna designantur doctores, quorum doctrina fulcitur & sustentatur ecclesia: per laquearia verò sancti simplicitate gaudentes: qui suis virtutibus ornant ecclesiam: nõ autem muniunt doctrina: & hic attendendum est quòd sicut laquearia tignis affixa sunt, sic & vita fidelium in ecclesia ex doctoribus pendet: quia illorum doctrina instruitur & roboratur. Bene autem tigna cedrina & laquearia cypressina dicuntur. Nam vtreque arbores imputribilis naturæ sunt: sanctos designantes, qui immarcessibili desiderio fligrãt amore sui conditoris: & contemptis transitorijs, ad æterna festinant. Cedrus etiam odore suo serpentes fugat: sic & sancti doctores dæmones vel hæreticos fragrantia doctrinæ suæ repellunt.

CAP. II.

EGO flos campi: & lilium conuallium. Sicut liliũ inter spinas, sic & amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna syluarũ, sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quẽ desideraueram sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatẽ. Fulcite me floribus: stipate me malis: quia amore langueo. Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Hierusalem: per capreas ceruosq; camporum: ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam: quoadusque ipsa velit. Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus: transiliens colles. Similis est dilectus meus capreę, hinnulóq; ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum: respiciens per fenestras: prospiciẽs per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge & propera amica mea, columba mea, formosa mea & veni. Iam enim hyems transijt, imber abijt & recesit. Flores apparuerũt in terra nostra: tẽpus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge propera amica mea: speciosa mea & veni: columba mea in foraminibus petræ: in caruerna macerie. Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis: & facies tua decora. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliũtur vineas. Nam vinea nostra floruit. Dilectus meus mihi & ego illi: qui pascitur inter liliia: donec aspiret dies & inclinentur Umbræ. Reuertere: similis esto dilecte mihi capreæ hinnulóq; ceruorum super mõtes Bethel. Ipse quoq; sponsus de se qualis sit ostendit: postquàm sponsa qualem domũ ipsa & sponsus eius habeant ostendit: dicens. Ego flos campi & reliqua. videlicet quia odorem meæ virtutis: per latitudinem totius mundi diffundo: ego sum flos campi. i. decus mundi. Sicut enim campus floribus adornatur & vernat: ita totus mundus Christi fide & notitia decoratur. Sum etiã lilium cõuallium. Quia illis mentibus meam præcipuè gratiam tribuo: quæ nullam spem in se habẽtes mihi se humili deuotione submittũt. Conualles enim significant humiles mentes: quarum lilium Christus est: quia pulchritudo humilium mentium: ipse est qui dixit. Discite à me quia mitis sum. & humilis corde. Potest & hoc quod dicit: ego sum flos campi: ad incarnationem referri. Campus enim non aratur: non scinditur: non vllo vomere prosulcatur. Dicit ergo. Ego sum flos campi, id est, filius virginis. Non ergo ruris sed campi se florem vocat: quia virgineę carnis fructus est secundum vaticinium Isaiæ. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Lilium conuallium est Christus: hoc est filius humilium parentũ. Cõualles enim humiles parentes eius, & pauperes significant. Veniens enim filius Dei in mundum, nõ solùm homo fieri dignatus est: sed etiam pauper homo pro nobis. Nec diuites sed pauperes elegit habere parentes: vt particeps factus paupertatis nostrę: diuitiarum & gloriæ suæ nos participes faceret. (Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.) Videns sponsam suam ad requiem festinare & labores refugere ac per quietem præsentis temporis ad æternam beatitudinem tendere: monet eam tali comparatione, vt nouerit se per pressuras & labores huius sæculi illuc peruenire debere. Sicut inquit lilium est inter spinas, sic amica mea inter filias. Spinæ quæ pungunt & lacerãt, significant paruos quosque vel intra ecclesiam vel extra ecclesiam: & est sensus. Sic tibi viuendum est & sic parata debes esse contra omnia aduersa, sicut lilium inter spinas est: & tamen florere & gratum odorem ex se emittere non cessat. Sic amica mea inter filias: quia non solùm ab his qui extra ecclesiam sunt mala pateris', verũ etiã ab illis qui generati per baptismũ in filiationẽ Dei veniſse videntur. Et nota quòd se superius sponsus lilium appellauit conuallium: nũc sponsam suam dicit, quasi lilium inter spinas: quia ipse qui verè est lilium per gratiam facit ecclesiã suam esse lilium: candidam videlicet virtutibus, vel ab omni vitiorum labe immunem. (Sicut malum inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios.) Nunc sponsa laudata à sponso, vicem ei reddit, & dicit qualis quoq; sit ipse. Sicut inquit malum inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sicut malum pulchritudinem habet pomorum, & gratum odorem inter agrestia ligna syluarum, ita mediator Dei & hominum Christus Iesus spirituali refulget gratia inter filios Dei, & inter electos. Ipse enim per naturam Dei filius est: reliqui electi per gratiam: potestate accepta ab vnico filio Dei, vt sint filij Dei. Hinc Ioannes dicit. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre. Non qualemcúnq;, sed quasi vnigeniti à patre. (Sub vmbra illius quem desideraueram sedi.) Quia in eius protectione confido: & ab eo inter aduersa gubernari spero. Vmbra enim Christi protectio diuinitatis est: qua electos tuetur & defendit. (Fructus eius dulcis gutturi meo.) id est, diuinitatis contemplatio qua me satiari cõfido. Hæc est enim sanctorum expectatio, hæc est etiam satietas & præmium: visio cõditoris. Desiderat ergo vmbram conditoris sui ecclesia: quia protectionem illius exoptat inter præsentis vitæ aduersa. Fructus illius dulcis gutturi meo est: quia expectat perfrui specie visionis illius, & satiari dulcedine claritatis eius. (Introduxit me rex in cellam vinariam: ordinauit in me charitatem.) Cella vinaria, ecclesia est: in qua est vinum euangelicæ doctrinæ. In hanc ergo cellam amica sponsi introducitur. Quãdo ex omnibus gentibus in vnam ecclesiam fideles adunantur. Ordinauit inquit in charitatem. Inter omnes virtutes primatũ tenet charitas: qua ipsa subsistit ecclesia. Charitas ergo in ecclesia ordinatur: quia non temerè, non confusè, sed ordinatè tenenda est omnis Dei & proximi dilectio. Deus enim est diligendus super omnia toto corde, tota anima, omnibus viribus, omni mente. Proximus diligẽdus est, sicut se vnusquisque diligit. Nam confundere vult charitatem, qui proximi charitatem dilectioni Dei præponit. de quibus dominus in euangelio ait. Qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus. Vel etiam ordinauit in me charitatem, id est, ipse prior me dilexit: deinde qualiter eum diligere deberem docuit: vnde ipse dicit. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Námque in euãgelio dicitur. Ipse pater amat vos: quia vos me amastis. Non ita putandum tanquàm amor discipulorum præcesserit amorem diuinum: sed ita potius, quòd Deus primò discipulos amauerit: illi verò subsequenter gratiam habentes diuino amori, maiori dilectio ne se dignos fecerunt. Et Ioannes dicit. Diligamus Deum: quoniã ipse prior dilexit nos. (Fulcite me floribus: stipate me malis: quia amore langueo.) Postquã ecclesia vel anima Deo dilecta, in se charitatem ordinatam dixit, qualiter velit requiescere vel in quo lecto sponso suo pausare ostendit subdens. Fulcite me floribus: & reliqua. Alloquitur animas iam perfectè diuino amori inhærentes. Per flores initia sanctæ conuersationis intelliguntur: per mala verò, perfectio bonorum operum. Et est sensus. O sanctæ animæ, quæ iam dilectioni conditoris vestri inhæretis: fulcite me bonorũ vestrorum exemplis: & qualiter in exordio virtutum vel in proiectu vel in perfectione bonorũ operum vixeritis, ostendite quia amore langueo. Tunc enim anima amore Dei languet, quãdo eius dilectioni nihil præponit: imò quasi ad seculi opera, languida & imbecillis efficitur, nihilq; eam delectat, nisi meditatio cœlestium & contẽplatio conditoris sui. (Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me.) Cùm inquit tali in lecto iacuero, leua eius. i. sponsi erit sub capite meo. Per leuam, præsentis temporis prosperitas: vel etiam dona Dei intelliguntur: quæ sanctis in præsenti conferuntur. Per dextera verò beatitudo cœlestis patriæ accipitur. Leua Dei sunt pignora spiritus sancti & scripturarum diuinarum intellectus, & cætera dona ac charismata, quibus sancta ecclesia in præsenti consolatur. Caput principale mentis accipitur. Leua ergo sponsi sub capite sponsæ est: quia hæc omnia dona ad hoc percipit ecclesia vel anima fidelis, vt per hæc discat suspirare ad æterna. Dextera verò sponsi eam amplexatur: quia tota intentio ecclesiæ vel animæ fidelis hęc est, vt ad æternam beatitudinem quãdóque perueniat: & spe sui conditoris gaudeat. Et bene prius leua sub capite, post sponsi dextera eam amplectitur: quia nemo ad amplexus eternæ beatitudinis poterit peruenire, nisi hic mysteriorum cœlestium & donorum diuinorum studuerit esse particeps. (Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas cerusque camporum, vt non suscitetis neque euigilare faciatis dilectam meam, quoadusque ipsa velit.) Vox sponsi adiurãtis filias Hierusalem id est animas æternis desiderijs intentas: & visionem pacis requirentes: ne quiescentem sponsam suscitent, & inquietent. adiuro vos inquit filiæ Hierusalem, & reliqua vsque dilectam, hoc est, ne animam diuinæ contemplationi deditam: orationibus vel lectionibus diuinis occupatam inquietare & ad exteriora opera suscitare velitis, donec ipsa velit: hoc est donec expleto contemplationis tempore: admonente corporis fragilitate ipsa velit sua scitari à somno internæ quietis, & ad temporalia agenda procedere. Videamus autem per quid adiuret filias Hierusalem: per capreas ceruósque camporum. Capreæ & cerui, munda animalia sunt serpentibus & venenis inimica: & significantur virtutes sanctorum: quæ munditia spirituali refulgent: & venena fraudis diabolicæ nõ solùm cauent: verum etiam insectantur: & ad nihilum redigunt. Et est sensus. Adiuro vos filiæ Hierusalem per virtutes vestras quas vobis diuina gratia collatas gaudetis: vt animam cõtemplationi meæ intentam non inquietetis, donec contemplationis hora finita: ipsa aliud quid agere velit. vox ecclesię. (Vox dilecti mei.) Subaudi hęc est. Lætabunda enim ecclesia, quòd tantùm diligitur à sponso, vt etiam pro illa filias Hierusalem adiuret, vt non eam requiescentem inquietent: dicit. Hæc vox dilecti mei pro me loquentis: quem dilectum videre desiderans: sed non valens annectit. (Ecce iste venit saliens in montibus: transiliens colles.) Montes & colles intelliguntur perfectiq; quique sanctæ cõuersatiõis sublimitate à terrenis subleuati sunt, & quasi camporum planitiem melioris vitæ meritis excedentes. De his quoque montibus Isaias dicit. Erit mons domus domini præparatus in vertice montium & eleuabitur super colles. Loquitur ergo sponsa de dilecto suo. Ecce iste venit saliens in montibus & transiliens colles. hoc est etiam secundum humanitatẽ omnem sanctorum excellentiam: omnem contemplationis vitæ puritatem excedens. Nec stare in montibus: sed transilire dicitur: quia & si ad horam per internam inspirationem cor sanctorum visitet, subitò tamen recedit, vt eos ampliùs in sui dilectionem accendat. Potest etiam hoc ad incarnationem Christi referri: quia veniens quoddam saltus dedit: quia de cœlo venit in vterũ virginis: de vtero virginis in præsepe: de præsepe ab baptismum: de baptismo ad crucem: de cruce ad sepulchrum: de sepulchro ad cœlum. Hinc & Psalmista. Exultauit vt gigas: & reliqua. (Similis est dilectus meus capreæ hinnulóque ceruorum capreæ & cerui quãuis in sua natura multa habeãt quę allegoricis sensibus cõueniant, hoc tamen habent singulare, q̃ nõ in planioribus immorãtur: sed in arduis & excelsis locis: & q̃ quoddã saltus dare solent. Rectè ergo his assimilatur Christus, propter subtilem contemplationẽ: & quia nullo intellectu diuinitatis eius maiestas cõprehendi potest. Non autẽ ceruis assimilatur: sed capreis mitioribus: videlicet animãtibus propter humilitatẽ incarnationis suę: quia nõ solũ homo fieri sed etiã humilis homo fieri dignatus est. Hinnulo autẽ ceruorũ similis dicitur: quia secundũ humanitatẽ de ceruis: hoc est de patriarchis duxit originem. Vnde & Paulus dicit. Memor esto dominum Iesum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid secundum euangelium meum. Vel etiam propter varietatem virtutum & innocentiam, hinnulo ceruorum comparatur. (En ipse stat post parietem nostrum: respiciens per fenestras: prospiciens per cancellos.) Paries mortalis nostra conditio appellatur: quæ quodammodò inter nos & Deum quasi crassas quidam paries constituus, non permittit nos eius contemplatione frui. Nam primus homo conditus est, vt visione & alloquio Dei frueretur: sed Postquàm peccauit, appositus est quidam paries ipsa videlicet mortalitas qua prægrauamur. Mam vt sapiens dicit, corpus quod corrumpitur aggrauat animã: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Sponsum ergo suum quem superius capreis: vel hinnulis ceruorum comparauit, nunc dicit post suum parietem stare: quia Christus aliquando vicinus sit ei cui se quantùm humana mens capit, contemplari permittit. Aliquando verò elongatur & quasi caprea vel cervus quibusdam saltibus effugit. Quia ergo paries appositus erat inter nos & ipsum: nec videre illum poteramus, dignatus est in ipso pariete facere fenestras & cancellos, per quos vtcúnque sentiri: vtcúnque perspici possit. vnde & sequitur. Respiciens per fenestras prospiciens per cancellos. Quasi enim fenestræ & cancelli in pariete fiunt, cùm ipse sua gratia se cõtemplari permittit: licèt ipse in speculo & enigmate. Potest etiã hoc quod dicit: ipse stat post parietem nostrũ: ad humanitatẽ eius referri quasi enim post parietẽ nostrũ: stetit: quia carnem nostram sibi opposuit in qua diuinitas eius latuit. Quod verò sequitur, respiciens per fenestras: prospiciens per cancellos. hoc ad diuinitatem eius refertur. Ille enim qui per fenestras vel per cancellos intuitur, cuncta quæ foris aguntur videt: & ipse à nemine videtur. Ita Deus cùm omnia videat & omnia perscrutetur: ipse inuestigari & comprehendi nõ potest. (En dilectus meus loquitur mihi.) Ad prædicandum hortatur me dicens: (Surge propera amica mea: columba mea: formosa mea: & veni.) Vox sponsi ad publicæ operationis studia pro vocatis. Surge propera amica mea, per fidem & dilectionẽ: columba mea per innocentiam & simplicitatem: formosa mea per virtutũ pulchritudinem: festina & veni: ac si diceret. Surge de statu tuo illo tibi dulcissimo: hoc est de quiete in qua mihi soli placere in psalmis, hymnis, & orationibus desideras. Festina & veni, id est, festina ad vtilitatẽ proximorũ: vt illos quoq; per prædicationis officium, & bonorum operũ exempla tui imitatores facias, & ad salutẽ perducas. Et notandum, q̃ superius filias Hierusalem adiurabat ne suscitarent, neq; euigilare facerent dilectam: hic verò ipse eam suscitat: surgere ad laborem hortatur: quia omnia tempus habent: & omni rei est tempus sub cœlo. Tempus contemplationis: tempus etiam actionis. Alio enim tempore debent sancti prædicatores diuinæ contemplationi insistere: & mentem suam cœlesti quiete oblectari: alio verò tẽpore per charitatem debent curam proximorum agere: & eis bonorũ operum exempla præbere: ac diuinæ cõtemplationis doctrinã impendere. (Iam enim hyems transijt: imber abijt & recessit.) Hyemis & imbris nomine, asperitas infidelitatis exprimitur, quæ totũ mundum tenebat vsq; ad aduentum Christi. Dicit ergo sponsus. Surge amica mea & veni: quia hyems transijt sole iustitiæ apparente: & imber infidelitatis recessit: ac serenitas veræ fidei in mundo resplenduit. Tale est q̃ Apostolus ait. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. (Flores apparuerũt in terra nostra: tempus putatiõis aduenit.) Finita hyeme & imbre flores in terra apparuerunt: decor videlicet virtutũ & pudicitiæ: & transcunte asperitate infidelitatis, verna fidei successit temperies. Tempus putationis aduenit: hoc est purgationis sanctorũ. Putatio enim vinearum, sanctorum significat purgationem: quæ in Christo & per Christum est: de qua ipse ait. Ego sum vitis vera & vos palmites: omnem palmitem in me non ferentem fructũ, tollet eum pater meus: & qui fert fructũ purgabit eum vt plus afferat fructum. (Vox turturis audita est in terra nostra.) Hoc est vox prædicantium Apostolorũ. Turtur enim quæ est auis castissima, & quę in excelsis semper & in arboribus morari solet, & nidificare, Apostolos vel cæteros doctores significat qui possunt dicere. Nostra conuersatio in cœlis est, q̃ etiam gemitum pro cantu habet, sanctorũ ploratum significat: quibus suos ad fletum & lamenta hortantur dicẽtes. Miseri estote & lugete. vt luctus vester in gaudium conuertatur. Vox turturis audita est in terra nostra, id est, vox prædicantium Apostolorum: in terra nostra: hoc est in ecclesia, de qua Psalmista. Domini est terra & plenitudo eius. (Ficus protulit grossos suos.) Per ficus synagoga designatur. Grossi autem dicuntur primitiuæ & immaturę ficus inhabiles ad ædendum quæ ad pulsum venti facilè cadunt. voce autem turturis insonante ficus protulit grossos suos: quia Apostolis prædicãtibus, emerserũt multi de synagoga Iudęorum qui & Christum crederent: & tamen legis delectarẽtur, quàm dilcedine euangelij. volentes circuncisionem & sabbatum & alia legis præcepta iuxta literã obseruare: de quibus Apostolus dicit Emulantur vos non bene: sed volunt vos circũcidi, vt in carne vestra glorientur. (Vineæ florentes dederunt odorem suum.) Postquàm turturis vox audita est: postquàm ficus protulit grossos suos: vineę florentes dederunt odorem suum: quia multitudo ecclesiarum per latitudinem orbis diffusa est: quæ flores virtutum & odorem bonæ opinionis latè de se spargunt. (Surge amica mea sponsa mea: & veni columba mea in foraminibus petrę: in caueрna macerię.) Vocat iteratò sponsus amicam suam & dicit. Surge amica mea: sponsa mea: & veni. Noli, inquit, sponsa mea quã mihi per fidem & dilectionem amicam feci otioso corpore lentescere: sed surge & veni, & exempla virtutũ foris proximis præbe. Columba mea in foraminibus petræ: si petra est Christus, iuxta quod Apostolus ait. Petra autẽ erat Christus. foramina petrę sunt vulnera: quę pro salute nostra in cruce sulcepit: fixurã videlicet clauorũ: lanceę percussurã. In his ergo foraminibus, colũba. i. ecclesia morari: qua totã spem salutis suę in passiõe sui redẽptoris constituit. Ibi ab insidijs malignorũ spirituũ quasi à rapru accipitris secura delitescit: ibi nidificat. ifœt' bonorũ operũ cõgerit. In caueрna macerię.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Macerie construuntex viminib.vel ex ficcis lapidib.ad munimenta vinearū ad repellendas vulpes,vel cæteras nocuas bestiolas.Per materiā ergo significatur cœlestium custodia præceptorū,vel virtutū, vel angelicum præsidiū:sicut Isaias de domini vinea ait.Et maceria circundedit & circunfodit eam.In cauerna ergo macerie moratur: quia præsidio angelorū vndiq; circundatur & à tētationibus custoditur.(Ostende mihi faciem tuā sonet vox tua in auribus meis:vox tua dulcis: & facies tua decora.) Tu inquit dilecta mea quæ in lecto contēplationis dulcissimè requiescis:veni & ostende faciem tuā mihi:& à secreto quietis egredere ad publicā actionem:& pulchritudinē bonorum operū tuorū alijs ad exemplum demonstra.Ostē de mihi dicit quasi Deo.Deo enim suā faciem ostēdit ecclesia, cùm proximis ad vtilitatē & profectum virtutū quantā intrinsecus habeat pulchritudinē insinuat.Hoc est quod dominus dicit in euāgelio.Videant opera vestra bona:& glorificent patrem vestrū. Sonet vox tua in auribus meis:vox videlicet prædicationis vel diuinæ laudis,qua alios facias proficere.In auribus enim Dei vox ecclesiæ sonat, cum prædicatione ex multorum conuersione delectatur Deus Bene autē dicit faciem tuā,& vox tua,non aliena.Illam videlicet faciem mihi ostende,quam in baptismo tibi dedi, quando mundauit te ab omni peccato:vox tua dicit in auribus meis sonet,vt ex sincera intentione dilectionis meæ procedat:vt non propter aliud prædices nisi propter me.(Capite nobis vulpes paruulas,quæ demoliuntur vineas:nam vinea nostra floruit.) Vox sponsi præcipientis spōsæ suæ & filiabus Hierusalē:sanctis videlicet doctoribus vel animabus fidelibus.Capite inquit nobis vulpes paruulas.Vulpis dolosum est animal & fraudulentū,in cauernis & specubus habitans: nec recto:sed tortuoso incedens itinere.Ideóq; designat hæreticos & scismaticos,qui demoliuntur vineas:hoc est ecclesiam Dei:plebē videlicet fidelium lacerare & decipere non cessantes. Præcipit ergo, vt paruulas vulpes capiant.i. vt hæreticam prauitatem in ipso initio debellare & destruere non cessent, ne robusta facta fortius ecclesiā impugnet.Nam vinea nostra floruit.i.ecclesia per vniuersum mūdum flores virtutum emisit.Et nota cum superius vineas pluraliter dixerit,modo dicit singulariter vinea nostra floruit:quia ex multis ecclesijs,vna est electa ecclesia.(Dilectus meus mihi & ego illi: qui pascitur inter lilia,donec aspiret dies & inclinentur vmbræ.) Vox sponsæ.Dilectus meus mihi: subaudi societur vinculo charitatis & amoris:& ego illi coniungar & cōsociabor vicissitudine mutuę dilectionis.Vel dilectus meus:subaudi det mihi verba exhortationis & diuinæ promissionis:& ego subaudi ostendam illi faciē meam. Vel etiam dilectus meus mihi dignetur cōiungi glutino charitatis: & ego illi coniungar vinculo dignę obedientię obtēperans præceptis illius. Qui pascitur inter lilia: hoc est delectatur & iocundatur inter candidas & odoriferas virtutes sanctorum.Et hic notandum q superius dixit lilium:hic verò pluraliter lilia: quia multæ fiūt virtutes sanctorum:vna tamen fides est,& vna charitas: qua præcipuè delectatur Deus.Siue etiā pascitur inter lilia:hoc est suauissimè delectatur inter choros virgineos.Candor enim liliorum: rectè munditiæ virginali comparatur,donec aspiret dies, hoc est donec transeant nebulę presentis vitæ:& appareat dies. Hoc est veniat claritas sempiternæ beatitudinis:Et est sensus. Dilectus meus mihi præstat auxilium:& ego illi dignam præbeo obedientiā: qui virtutibus sanctorum delectatur.quousq; transcursa nocte præsentis vitæ,in qua per speculum & in enigmate cernitur,appareat dies supernæ claritatis,vt facie ad faciem videatur.(Reuertere dilecte mi: similis esto capreæ aut hinnulo ceruorū super montes Bethara.) Vox ecclesię sponsi sui speciem desiderantis O dilectè mi: qui me de lecto quietis surgere præcipis,& vt tibi faciem meam ostendam hortaris reuertere:hoc est claritatem diuinitatis tuæ me perspeculari permitte:& hoc quod mihi perfectè promittis in alia vita, beatitudinē videlicet tuam:in hac adhuc peregrinatione, me saltem in figura & enigmate habere permitte. Similis esto capreæ,aut hinnulo ceruorum,super montes Bethara.Iam dictum est superius,q capreæ cāpos despiciunt & ad alta montiū enituntur: Christus ergo capreis cōparatur:quia secundum carnē resurgens à mortuis cœlorū alta petijt.Hinnulus verò ceruorū vocatur:hoc est filius antiquorū patrū.Cerui enim sunt patriarchę & prophetæ. de quibus Christus carnis originē duxit.Fertur hinnulus hanc habere naturam: vt fer uēte sole,vmbrosa & opaca loca requirat,in quib. ab estu protegatur:sic & Christus in eorum mentibus requiescit, qui rore spiritus sancti ab estibus carnalium voluptatū temperātur: ac si diceret. O dilecte:reuertere,hoc est me sæpiùs tua visitatione illustrando lętifica,qui per carnem quā assumpsisti iam cœlorū sublimia penetrasti.Montes autē Bethara, mentes significāt sanctorū à terrenis per superna desideria eleuatas. Nam Bethara interpretatur domus cōsurgens,vel domus vigiliarū. Vigiliæ mentes sanctorū significant, quæ ad desideranda superna consurgunt,& ad ea percipienda inuigilant.Quidam codices habent, super montes Bethel interpretatur domus Dei,aptè mētes sanctorū signans,quę domus Dei sunt habentes in se Deum inhabitatorem:qui dicit per prophetā. Inhabitabo in illis,& inambulabo.Super has ergo mentes dilectus simillis est capreæ hinnulo ceruorū,quia illas visitare est dignatus quæ domus Dei esse student.

CAP. III.

IN lectulo meo per noctē quęsiui quem diligit anima mea. Quæsiui illum & non inueni.Surgam & circuibo ciuitatē per vicos & plateas: quęram quem diligit anima mea. Quæsiui illum & non inueni. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos,inueni quē diligit anima mea. Tenui eū nec dimittā:donec introducā illū in domū matris meę:& in cubiculum genitricis meę. Adiuro vos filię Hierusalem per capreas ceruósque cāporū:ne suscitetis:neque euigilare faciatis dilectā,donec ipsa velit. Quę est ista quę ascēdit per desertū sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę & thuris:& vniuersi pulueris pigmētarij?En lectulū Salomonis,sexaginta fortes ambiūt ex fortissimis Israel:oēs tenētes gladios:&ad bella doctissimi. Vniuscuiusque ensis super femur suū: propter timores nocturnos. Ferculū fecit sibi rex Salomō,de lignis libani.Colūnas eius fecit argēteas: reclinatoriū aureū: ascensum purpureū:media charitate cōstrauit. propter filias Hierusalē.Egredimini filię Sion:& videte regē Salomonē in diademate,coronauit illum mater sua, in die desponsationis illius & in die leticiæ cordis eius.

VOx ecclesiæ de gentibus cōgregatę.In lectulo inquit meo,hoc est cū adhuc in desiderijs carnalibus requiescerē:& cū adhuc in tenębris infidelitatis & ignorātiæ posita essem, quæsiui quem diligit anima mea.Multi enim philosophorū Deum ignorantes,summo tamen studio illum requirebant per creaturas. Creatorem volentes cognoscere.Sicut Plato qui in Timęo multa de anima disputauit,& sicut Aristoteles & Socrates & cæteri qui omne vitę sugētpus in studijs exquirendæ veritatis expendebant.Quæsiui illū & non inueni.Non enim per mundanā sapientiā Deus cognosci potuit.(Surgā & circuibo ciuitatem per vicos & plateas.quæram quem diligit anima mea:quæsiui illū & nō inueni.) Exurgā inquit de statu corporis & carnalis delectationis: & circuibo ciuitatem huius mundi,maria,ac terras peragrando per vicos & plateas: quæram quem diligit anima mea:hoc est per lata itinera gradientes huius sæculi & suis voluptatibus deditos, aspiciam si fortè in illis dilecti mei vestigia aspicia.Hoc cum causa exēpli de multis dici possit præcipuè in illo Eunucho impletū est, qui à finibus terræ venit Deum cœli Hierosolymis adorare.quem Philippus inuenit:eiq; christum in prophetia Isaię ostendit. Hoc quoque in Cornelio adimpletum est:qui adhuc paganus & ignorans Deum, eleēmosynas faciebat: & orationibus vacabat: quem Petrus cum domo sua baptizauit. Iterat adhuc difficultatem intensionis &dicit:quęsiui illum & non inueni.(Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem.) Vigiles sunt sancti apostoli & cæteri doctores ecclesiæ,qui ciuitatem,id est sanctam ecclesiam custodiunt & ab insidijs spiritualium hostium defendunt quos interrogat. (¿Num quem diligit anima mea vidistis?) Quasi vigilans ecclesia interrogabat, cum intenta aure eorum prædicationem percipit.(Paululum cùm pertransissem eos inueni quem diligit anima mea.) Pertransire vigiles,est eorum dicta & doctrinam diligenter perscrutari. Solemus námque dicere transcurri librum,legens,vel pertransiui. Cùm inquit pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea: quia cum sollicita meditatione dicta vel scripta sanctorum requirimus, statim dilectum inuenimus:quia Deum in eorum dogmatibus reperimus.Potest& sic intelligi,cùm pertransissem eos,inueni quem diligit anima mea hoc est cum intellexissem Christum omnem sublimitatem & gratiam superare,tunc inueni quem diligit anima mea : hoc est tunc verè intellexi quantùm ipse à cæterorum sanctorum meritis distet. (Tenui eum,nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ & in cubiculum genitricis meę.) Hoc est ardentissima fide & deuotione illi inhæsi;nec dimittam eum : sed in eius amore & fide perseuerabo:donec introducā eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ: hoc est donec illum synagogæ quæ est mater mea spiritualiter prædicē, vt eam quoq; ad eius fidē perducam,hoc fiet in die iudicij, quando (vt Apostolus ait) Cùm plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus erit. Tantùm ergo sibi de charitate sponsi sui promittit ecclesia, vt etiam se credat synagogam posse conuertere. Quòd autē dicit, donec introducam

producā eum:non est putandū q tunc relictura sit illū cum in cubiculū matris introduxerit,sed donec pro sempiterno ponitur.i.semper illi inhærēdo: semper in eius fide & dilectione perseuerabo. Taliter & in psal.Ita oculi nostri ad dominū Deū nostrū, donec misereatur nostri.Nūquid postquā nostri misertus fuerit, nō erūt oculi nostri ad eū?Vtiq; erūt.(Adiuro vos filię Hierusalē, per capreas cerūósq; cāporū,ne suscitetis:neq; euigilare faciatis dilectā,donec ipsa velit.)Bis repetitur iste versiculus.Nam superius positus est:sed supra ad ecclesiā primitiuā de Iudæis collectā pertinet. Hic verò ad ecclesiā de gentibus congregatā & amoris vinculo Christo arctius copulatā.vna enim eadēq; cura est Deo de sanctis qui vel in circūcisione vel etiā in tēpore baptismatis coruscāte gratia euāgelij illi placuerūt.Quia verò suprà iste versiculus expositus est.Iam hic videndum est quare velut dormientē inducat ecclesiā : vnde & adiurat filias Hierusalē ne eam excitent:cum paulò superius non dormientē vel quiescentē:sed studio laboriosissimè inquisitionis insistentē,quasponsum inquirebat introducat.Si ergo requirebat sponsum, quomodò requiescebat? Sed dulcissimus & suauissimus est somnus, Christū quærere.Dormit ergo ecclesia & sponsum quærit:dormit videlicet à desiderijs terrenis:ab actibus sæculi:vigilat autē & requirit sponsum:quia eius contēplationi inhęret, eum solū desiderat & ad illū peruenire cōtendit. Adiurat ergo sponsus filias Hierusalem animas videlicet desiderijs terrenis contēptis supernæ patriæ inhiātes:ne illā excitēt ab hoc somno suauissimæ quietis,& cōtemplationis,donec ipsa velit.Somnus autē meritò amor appellatur:quia sicut dormiēs à visibilibus oculos claudit & inuisibilia contēplatur, ita is qui diuinę cōtēplationi insistit,quasi alienus est,&dormit exterioribus,sola spiritualia &cœlestia vidēs.Nec mirū,si amor somnus vocatur,cū in sequentibus mors appellatur,vbi dicitur. Fortis est vt mors dilectio. Cùm autē dicit donec ipsa velit , ostēdit ecclesiā de gentibus voluntariè se præparaturā ad labores & persecutiones pro Christo perferēdas.(Quę est ista quę ascēdit per desertū,sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris,& vniuersi pulueris pigmentarij?) Vox filiarū Hierusalē.i. sanctorū primitiuæ ecclesiæ admirantiū pulchritudinē ecclesiæ ex gentibus congregatæ. Quæ est inquit ista,quæ.i.qualis:quāta laude & admiratione digna:quæ non circuncisione mundata, necadhuc baptismo sanctificata iam currit ad Deū. Ascendit inquit per desertum: hoc dicitur ad imitationē plebis prisc æ Iudaicæ,quæ liberata de Aegyptiaca seruitute per desertū mari rubro transito,venit ad terrā repromissionis.Dicetiā,ecclesia per desertū nationū descendebat iam de Aegypto hoc est de confusione idololatrię liberata & à Pharaone.i.diabolo submerso:vt cœlesti manna pasceretur: & verā terrā repromissiōis ingrederetur. Ascendit inquit ad montē virtutū,vel etiā ad ipsum cœlū virtutibus subleuata:quę in psal.dicit. Leuaui oculos meos in mōtes: & reliqua. & alibi. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis.Montes ipsi sunt patriarchæ prophetæ,apostoli,& cæteri sancti qui meritò virtutū montes appellantur.Primò enim ad montes.i. ad sanctos subleuat oculos ecclesia vel anima fidelis: quia illorū doctrinā actúsq; cōsiderat: illorū exemplo & intercessiōe muniri gaudet.Posteà proficiens,ad ipsum quoq; qui fecit montes audet cordis aspectū erigere,& dicit. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.i.gratiter requiescis in sanctis:sicut inquit virgula fumi ex aromatibus myrrhę & thuris.Fumus ex igne nascit: & mox altiora aeris expetit,donec aspectibus intuentiū subtrahatur.Fumus igitur significat sanctū desideriū igne diuini amoris profusum. Nec absolutè fumo cōparatur,sed virgulæ fumi:quia sancta ecclesia vel anima sancta Deum amans, gracilis est & delicata: disciplinis spiritus sancti extenuata , non habēs grossitudinē carnalū desideriorum. Siue virgulę fumi:non sparso fumo,cōparatur propter vnitatē ecclesiæ quæ in Christo vna est. Vnde verò esset ille fumus, ostendit cum subdit.Myrrhę & thuris & vniuersi pulueris pigmētarij.Myrrha condiuntur mortuorum corpora.Thus verò adoletur in sacrificio Dei.Ideóq; per myrrham,carnis mortificatio designatur:per thus mundicia orationū exprimitur. Virgulæ ergo fumi myrrhæ & thuris ecclesia assimilatur: quia sancti mortificatione carnis suæ & orationibus: mundo ac simplici corde profusis,Deo placere student: & vniuersi inquit pulueris pigmentarij. i. cōgerie omniū virtutū. Non autem integra fuisse aromata: sed in pulueren redacta dicuntur: quia sanctorum actiones magna discretione considerandæ sunt,& tanquā cribro subtilissimæ considerationis euentilādę ne quid fortè in illis durū aut inconueniens existat , ne salutem per ipsas virtutes mille formis aduersarius surripiat:qui callidus per bona etiam cōsueuit nocere.(En lectulus Salomonis sexaginta fortes ambiūt ex fortissimis Israel:oēs tenentes gladios:& ad bella doctissimi:vniuscuiusq; ensis super femur suum,propter timores nocturnos.) Quo hæc dilecta & mirabilis ascendere ostēditur cū subditur. En lectulus Salomonis & reliqua. Lectulus Salomonis quāuis superna illius cœlestis beatitudinis requies accipi possit. in quo Deus cum sanctis requiescit,probabilius tamen præsens accipitur ecclesia in qua sancti Dei sopitis tumultibus vitiorū, amplexus Salomonis, i.viri pacifici delectātur. vnde & Psalmista de Christo dicit.Factus est in pace locus eius & habitatio eius in Sion. Lectulū ergo Salomonis.i.ecclesiā Christi sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.Per lxy fortes,ordo doctorū intelligitur:qui vel prædicādo ecclesiā muniūt:vel contēplando ad illā supernā beatitudinē peruenire desiderāt.Sexagenarius aūt numerus ex senario & denario cōstat: sexies deni vel decies seni.lx. faciūt. Senarius verò perfectione significat operis:quia sex diebus perfecit Deus opera sua.Denarius verò remunerationem & præmiū quod in fine electis dabitur. Vnde & hi qui in vineā venerunt,denariū leguntur accepisse.Sexaginta ergo fortes significant (vt dictū est)sanctos doctores:fortes opere,& animo constantes.Additur verò ex fortissimis Israel:oēs in Christum credentes & Christū diligentes.Israel.i. videns Deum appellatur:fortissimi verò Israel sunt,qui ecclesiā tueri prędicando,& ab incursibus dæmonū,vel impugnatione hæreticorū defendere noverunt,hi ergo ambiunt lectulū Salomonis:quia illis est cōmissa ecclesia:& ab illis vigilanti cura est custodienda. Omnes tenentes gladios &ad bella doctissimi. Tenēt enim gladiū spirituale verbi Dei: de quo Apostolus. Et galeā inquit salutis assumite:& gladium spiritus,quod est verbum Dei. Ad bella verò sunt doctissimi:quia necesse est vt spiritualis prælij arte instructi sint:qui aduersus principatus & potestates,& aduersus mundi rectores tenebrarū harum. contra specialia nequitiæ in cœlestibus bellū gerunt. Vertutissimus enim est ille hostis,& tàm subtilitate spiritualis naturæ, quàm etiā temporis lōginquitate obstinatissimus cōtra quē sancti bella suscipiūt. Vniuscuiusq; ensis super femur suum. Per femur propagatio sobolis accipitur.Super femur ergo ensem habent: quia timore Dei oēs cōprimūt & coercent motus carnalis voluptatis. Et hoc propter timores nocturnos.i. propter occultas insidias maligni hostis, qui in nocte huius sæculi sanctis maximè qui in ecclesia præminēt insidiatur:vt illis deceptis,lectulū Salomonis.i. requiē sanctorū fedare possit. Et notandū q superius tenere gladios dicuntur, hic verò super femur enses habere.Gladios enim tenent, vt aduersarijs resistant:vt hæreticos & oēs sanæ fidei contradicentes confodiant.Super femur verò enses habent:vt suimet curam habeant : vt fluxus carnaliū voluptatū reprimant:ne (iuxta verbū Apostoli) alijs prędicantes,ipsi reprobi efficiantur. (Ferculū fecit sibi Rex Salomon, de lignis libani.) Quod superius per lectū Salomonis,hoc nūc desgnatur per ferculū:sancta videlicet ecclesia:in qua velut in lecto requiescunt sancti Dei:& velut in lecto discunbunt ad epulas æternę satietatis. De lignis libani fecit Salomon Ferculū . Libanus mons est phenicis:cuius arbores & proceritate & pulchritudine & duritate cæteris præeminent. Ideóq; significant sanctos virtutū specie fulgentes,& ad æterna festinantes.Libanus enim cādidatio vel dealbatio interpretatur:ligna ergo libani sunt sancti candidati & dealbati baptismo,& exornati omniū virtutū pulchritudine.(Colūnas eius fecit argenteas.)Per colūnas, doctores eiusdē ecclesiæ figurantur,qui eam verbo & exemplo sustinēt ac roborant, vnde in actibus apostolorū dicitur. Iacobus & Ioānes & Cephas qui videbantur colūnæ esse. Hæ columnæ sunt argēteæ:quia nitore cœlestis eloquij refulgent. Eloquia enim domini eloquia casta,argentū, & reliqua.Reclinatoriū fecit aureū.) Per reclinatoriū aureū, requies æterna accipitur,quę sanctis in ecclesia remittitur:ad quam tamen ascensus est purpureus.(Ascensus eius purpureus.)Purpureus ascēsus,est passio Christi:quia purpura colore sanguinis imitatur. Ascensu ergo purpureo ad reclinatoriū aureum peruenitur: quia illi ad æternarū epularū mensam discunbunt & ad supernę quietis requiē veniunt,qui in præsenti passionē redēptoris sui dignè veneri & imitari satagūt.Media charitate constrauit.propter filias Hierusalē.Media charitate constrauit:quia omnibus fidelibus suā charitatē Christus cōmēdauit:patiēdo pro nobis:& requiē nobis prēparando,iuxta quod Apostolus dicit.Cōmendat aūt Deus suā charitatē in nobis:qm cū adhuc peccatores essemus,pro nobis filium suū in morte tradidit. Aliter.Per colūnas argēteas, Apostoli & apostolici viri designātur:per reclinatoriū aureū,doctorū ordo,qui cū ineffabilia æternę vitę repromittūt,vtiq; nos suauiter quiescere faciūt:& hoc reclinatoriū bene aureū dicit:ga ineffabile est illud prę miū qđ sancti expectāt.In rebus em caducis nihil auro pretiosi' est. Per ascēsum etiā purpureū,ordo designatur martyrū:qui passionē Christi imitati pro illo sanguinē suū fuderūt. Sed quid nos faciemus dicit beatus Greg.qui nullius meriti sumus:& nō inter doctores:nō inter martyres locū nos habere videmus, Sequitur. Media charitate cōstrauit.Habeamus ergo charitatē,qua media huius ferculi cōstrata sunt: quæ & idcirco latū mandatū vocatur:quia oībus suis obseruatoribus æternā saluté parat. Hāc efficaciter teneamus: & p hāc saluabimur.Et hoc propter filias Hierusalē:hoc est propter animas simplices:quæ nullius virtutis sibi sunt cōscię : quę quāto maioris fragilitatis sibi sunt cōsciæ tanto amplius saluatorē & rędemptorē suum diligere satagunt.(Egredimini & videte filiæ Sion

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regē Salomonē in diademate quo coronauit eū mater sua, in die desponsationis eius, & in die lętitię cordis eius. Vox ecclesiæ inuitantis animas fidelium ad intuendū, quā mirabilis & speciosus sit spōsus eius: filię nāq; Sion ędē sunt quę & filię Hierusalem, sanctę videlicet animę, supernę illius ciuitatis ciues: quæ & perpetua cum angelis pace fruūtur: & per contēplationē gloriā dīi speculantur. Egredimini inquit ō filiæ Sion: hoc est exite de turbulenta huius sęculi conuersatione: vt mente expedita, eum quem diligitis contēpleri possitis. Et videte inquit Regē Salomonē: hoc est verū pacificum Christū: in diademate quo coronauit eū mater sua. Ac si diceret cō siderate Christū pro vobis carnē indutū: quā carnē de carne Virginis matris suæ assumpsit. Diadema nāq; vocat carnē quā Christus assumpsit pro nobis, in qua mortuus destruxit mortis imperiū. In qua etiā resurgens, resurgendi nobis spem cōtulit. De hoc diademate Apostol. dicit. Vidimus Iesum per passionē gloria & honore coronatum. Mater verò sua eum coronasse dicitur. Quia virgo Maria illi de sua carne, carnis materię præbuit. In die desponsationis eius: hoc est in tēpore incarnationis eius, quando sibi coniunxit ecclesiā, non habentē maculā aut rugā: vel quādo Deus homini cōiunctus est: Et in die lętitiæ cordis eius. Lętitia enim & gaudiū Christi salus est redęptio generis humani: iuxta quod in euangelio multos ad fidē Christi cernēs cōfluere. In illa hora inquit Euāgelista exultauit in spiritu & dixit. Confiteor tibi pater cœli & terrę: & reliqua. Et in euāgelica parabola inuenta oue, vocat amicos dicens. Cōgratulamini mihi. Potest hoc & simpliciter totū ad passionē Christi referri, iuxta literā. Præuidēs enim Salomon in spiritu, passionē Christi lōgē ante præmonebat filias Sion. i. plebē Israeliticā: Egredimini inquiens & videte Regē Salomonē. i: Christum: in diademate. i. in spinea corona qua coronauit eū mater sua Synagoga, in die desponsationis eius, quādo videlicet sibi iunxit ecclesiā. Et in die lętitię cordis eius: quo gaudebat per suam passionem redimere mundum de diaboli potestate. Egredimini ergo & exite à tenebris infidelitatis, & videte, hoc est intelligite mēte: quia ille qui vt homo patitur, verus est Deus. Vel etiā egredimini extra portā ciuitatis vestræ: vt eū in Golgotha mōte crucifixū videatis. CAP. IIII.

QVAM pulchra es amica mea, quàm pulchraes. Oculi tui colūbarū: absque eo quòd intrinsecus latet. Capilli tui, sicut greges caprarū, quę ascenderunt de monte Galaad. Dentes tui: sicut greges tonsarū: quę ascēderūt de lauacro. Oēs gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas. Sicut vita coccinea labia tua, & eloquiū tuū dulce. Sicut fragmen malipunici: ita genę tuę absque eo ꝙ intrinsecus latet. Sicut turris Dauid collū tuū: quæ ædificata est cū propugnaculis. Mille clypei pēdent ex ea: oīs armatura fortiū. Duo vbera tua: sicut duo hinnuli capręę gemelli: qui pascūtur in lilijs: donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Vadā ad montē myrrhæ, & ad collē thuris. Tota pulchra es amica mea & macula nō est in te. Veni de libano spōsa mea, veni de libano, veni coronaberis: de capite amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonū: de montibus pardorū. Vulnerasti cor meū soror mea spōsa: vulnerasti cor meū in vno oculorū tuorū, & in vno crine colli tui. Quam pulchrę sunt mammę tuæ soror mea spōsa. Pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorū super oīa aromata. Fauus distillās labia tua spōsa: mel & lac sub lingua tua: & odor vestimētorū tuorum, sicut odor thuris. Hortus cōclusus soror mea spōsa: hortus conclusus: fons signatus. Emissiones tuę, paradisus malorū punicorū, cū pomorū fructibus. Cypri cū nardo: nardus & crocus: fistula & cinnamomū, cum vniuersis linguis libani, myrrha & aloe cum omnibus primis vnguētis. Fons hortorū, puteus aquarū viuentiū, quę fluūt impetu de libano. Surge aquilo & veni auster: perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

BIS repetit. Quàm pulchra es, quā pulchra es. i. in opere & prędicatione. In opere, quia nihil fœdū: nihil oculis meis indignum agis. In prædicatione: quia ad considerandum incarnationis meæ mysteriū, etiā sodales tuas filias Hierusalē inuitare nō cessas. (Oculi tui colūbarum.) Per oculos, intelligitur acumē sensuū spiritualiū quibus diuina & sempiterna cōtemplatur, vel intuetur ecclesia. Colūbæ autē oculi, ecclesię cōparantur, propter spirituale gratiā: quia spiritus sanctus in specie colūbæ apparuit. Sequitur autē. (Absq; eo ꝙ intrinsecus latet.) Id est absq; superna retributione illius quā in fine sæculi perceptura es, quā & in præsenti per fidē contemplaris. Latet tamen intrinsecus: nec in præsenti videri potest: sed in futuro expectatur. (Capilli tui sicut greges caprarū quę ascenderūt de mōte Galaad.) Per capillos, ecclesiæ subtiles cogitationes accipiuntur quibus plerūq; tēporalia disponūtur. Cōparātur verò gregibus caprarū: quia hæc animalia munda sunt, & in rupibus siue in excelsis locis resupinata pascūtur: quia cogitationes sanctorū & si corporali necessitate in tēporalibus figuntur, tamen ab æternorū intentione non descēdunt, & in ipsa etiā cura quā necessitati corporeæ impēdunt, quasi cœlū semper intuētur. Possumus etiā per oculos, doctores ecclesiæ & prædicatores accipere: qui in corpore cuius caput Christus est summū locū tenent, & cœlestia & spiritualia cęteris mēbris vident. Per capillos verò innumeram multitudinē simpliciū fidelū in laicali ordine cōstitutorū: qui & si minus vident spiritualia, sua tamen numerositate magnū decus præstant ecclesiæ. Et bene gregibus caprarū cōparantur. Capra peccatoribus cōuenit: per quā significātur plebes fidelīū actiōibus sæculi dedītę: quæ sine peccato agi non possunt. Bene aūt sequitur: quæ ascenderūt de monte Galaad. Galaad, aceruus testimonij interpretatur. Iuxta literā quidem: ideò quia Iacob recedente de Mesopotamia persecutus est eū Laban. & die tertia reperit eum: ibiq; in testimoniū mutui fœderis aceruū lapidū extruxerunt. Mysticè aūt aceruus testimonij Christus est: in quo multitudo cōfidit omniū sanctorū qui sunt lapides viui adhærentes illi lapidi, de quo Petrus ait. Ad quē accedentes lapidem viuū: & ipsi tanquā lapides viui simul coędificamini. Greges verò caprarū de monte Galaad ascenderūt: quia sanctorū multitudines ad celsa virtutū conscendūt, & Christi doctrinā atq; præcepta in omnibus sequi satagūt. (Dētes tui sicut greges tonsarū quę ascenderunt de lauacro, oēs gemellis fœtibus: & sterilis nō est inter eas.) Si per capillos ecclesiæ, innumerabilis multitudo fidelīū simpliciū intelligitur, per dētes ecclesię doctores figurātur, dētibus em̄ cibos cōmolimus & masticamus: Et sancti doctores bene dentibus cōformātur: qa spirituales cibos quos simplices capere nequeūt ipsi quo dāmodo exponēdo cōminuūt. Dēs ecclesiæ præcipuus erat Petrus cui dictū in visione. Surge, occide, & māduca: ac si diceret. Hos quos ad fidē cōuertis, occide ab eo quod sunt: vt desinant esse peccatores & manduca: hoc est trāsfer in corpus ecclesiæ. Bene aūt hi dentes ouibus tōsis & lauacro lotis cōparantur. Solent enim oues post tōsionē currēti aqua ablui: ne illotus sudor corpori adhærescat & scabiem generet. Tonsæ ergo oues, sunt sancti doctores & magistri ecclesiæ, qui & lauacro baptismatis abluti sunt: & vellera. i. facultates & substantias suas pro Christo amiserunt. Omnibus quidē fidelibus cōuenit quod dicit: quę ascēderūt de lauacro. Nullus enim sine lauacro baptismi fidelis esse potest. Non aūt omnibus tonsoribus conuenit: quia non omnes ita sunt perfecti, vt sua pro Christo valeant amittere: sed illis specialiter cōgruit, qui secundū verbū domini vendunt omnia sua & dant pauperibus: & nudi atq; expediti sequūtur Christū. Tales sunt ergo dentes ecclesiæ. i. prædicatores & magistri eius, oues per innocentiā abluti baptismo: voluntaria paupertate & rerū sparsione gaudentes. sequitur. Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas. Quia gemina charitate dilectionē Dei & proximi præmineūt, & hanc obseruare docent: vel etiā quia fidem & operationē prædicant. Et sterilis non est inter eas: nullus videlicet alienus est à bonis operibus. (Sicut vitta coccinea labia tua & eloquiū tuum dulce.) Per labia ecclesiæ, sancti prædicatores accipiuntur. Qui & per dentes figurantur. Coccus autem sanguinis vel ignis habet speciem. Labia ergo ecclesiæ. i. sancti prædicatores vitæ coccineæ assimilantur: quia passionē Christi assiduē prędicant, qui pro nostra redēptione sanguinē suum fudit: siue vittę coccineæ assimilantur: quia prędicāt & ardēt dilectione: diligunt eos quibus verbum impendunt: & etiā à quibus malū patiuntur. Ad hoc etiā pertinet, quod spiritus sanctus in linguis igneis apparuit: quia loquentes & ardentes fecit apostolos, ardentes in dilectione: loquētes prędicatiōe. Et bene vitta coccinea dicitur. Vitta enim capillos ligat & cōstringit: & sancti doctores sua prędicatione ad vnitatē fidei & dilectionis multitudinē fidelīū in ecclesia nectunt, & in vnū decorē redigunt. Possunt etiam per capillos subtiles cogitationes nostrę accipi. Vitta ergo coccinea crines ligamus, quando cogitationes nostras disciplina timoris Dei constringimus & cohercemus. Eloquiū tuū dulce. Dulce est eloquium ecclesiæ, cum sancti doctores vel passionem sui redemptoris ad memoriā reducunt: & prædicant quantum Deus hominem dilexerit: vel etiam cum cœlestia præmia auditoribus annuntiāt. (Sicut fragmen mali punici ita genę tuę, absq; eo ꝙ intrinsecus latet.) Per genas, superius diximus ecclesiā figurari. Nam cum verecundamur, rubor sanguinis ingenis effunditur. Malum autem punicum habet rubicundum corticem: interius verò multitudine granorū plenum est: vnde & malum granatum vocatur. Per fragmen ergo mali punici. memoriam eiusdem dominicę passionis accipitur: quę & in cocco superius figuratur. Solet enim vna

enim vna res diuersis exprimi figuris. Genas ergo ecclesiæ fragmini cōparamus: quia sancti Doctores veneabiliter agunt memoriā passionis redēptoris sui: nec erubescūt crucē eius: imò gloriātur dicentes cū Apostō. Mihi autē absit gloriari: & reliqua. & alibi idem Apostō. scribens ad discipulū suum. Noli erubescere Christi crucē: neq; me vinctū eius. Bene aūt non integro malo punico: sed fragmini cōparātur. Malū em̄ punicū cū frāgitur, exterius rubor interius cōdor apparet. Sic & sancti prędicatores: cū passionē Christi annunciāt quasi rubor est exterius. Cūverò quāta vtilitas nostrę redēptionis inde prouenerit: & ꝙ homo per passionē Christi non solū à peccatis iustificari: sed etiā ꝙ diuinū consortiū meruerit demonstrant, quasi cādidum est quod intrinsecus latebat. Possunt etiā per genas ecclesiæ martyres figurari, qui rubicundi sunt effusione sanguinis sui, veluti malum punicū. Sed fracto malo punico, candor interius apparet: quia post mortem miraculis corruscant. (Sicut turris David collum tuū: quæ ædificata est cum propugnaculis.) Collū sanctæ ecclesiæ prædicatores sancti & doctores eius sunt. Hi enim hic designantur per collū, qui superius per oculos & per dentes, sancti videlicet prædicatores, qui veluti per collum acceptos verbi Dei cibos nutriendo corpori transmittūt: & vocē diuinæ prædicationis auditoribus proferunt. vel etiā sancti doctores per collū signantur: quia sicut collū caput & cætera mēbra corporis coniungit: ita sancti Prædicatores quasi mediatores sunt inter Christū & reliquos quos instruūt fideles: & quasi Christū corpori suo. i. ecclesiæ cōiungunt. Hoc autē collū turri Dauid cōparatur: Dauid qui interpretatur manu fortis vel visu desiderabilis, Christū significat. & tota qui dem ecclesia ciuitas Dauid. i. magni regis est Christi: qui est manu fortis qm̄ diabolū deuicit. iuxta qđ Psalmista dicit. Dūs fortis & potens, dūs potens in prælio. Est & visu desiderabilis: quia (vt Apostō. dicit in eū desiderant angeli prospicere. turres autē huius ciuitatis illi sunt, qui vel scientia vel operis perfectione cæteris præeminent. Quæ ædificata est cum propugnaculis. Propugnacula sunt diuinarum scripturarum sacramenta: de quibus veluti iacula procedunt quibus aduersarię potestates repelluntur. (Mille clypei pendent ex ea: omnis armatura fortiū.) Mille clypei intelligūtur innumera diuinæ præsidia defensionis: quibus sancta ecclesia vallatur & defenditur. Omnis armatura fortiū. i. omnis instructio vel sanctæ prædicationis vel sanctæ operatiōis'. Et bene collū ecclesiæ: hoc est prædicatores & doctores turri Dauid cōparātur: qa semper quasi in bello sunt pro defensione ecclesię pugnātes. (Duo vbera tua sicut duo hinnuli capręę gemelli: qui pascuntur in lilijs: donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ.) Duo vbera ecclesię, eo̊sdē significant sanctos doctores. Nec mirūm ꝙ vna eadēq; res diuersis figuratur modis. Sancti doctores oculi sunt: quia vitę vias quas ingredi debēat, subiectis demonstrāt. Dentes sunt, quia cibos diuinarū scripturarū mohunt & cōminuunt vt mandi possint. Collum sunt: quia caput & mēbra: hoc est Christū & ecclesiam coniungūt. Ipsi ergo doctores sunt & vbera ecclesiæ. Quia paruulos & simplices fideles, lacte verbi Dei nutriunt: iuxta quod Paulus simplicioribus intendens dicit. Non potui vobis loqui tanquam spiritualibus: sed quasi carnalibus tanquàm paruulis in Christo, lac vobis potum dedi: non escam. Et bene non absolutè vbera: sed cum additamento dicit: duo vbera: cū fœmina neque plus, neq; minus habeat quàm duo vbera. Quia nimirūm sancti doctores paruulos ex vtroq; populo: Iudaico videlicet & gentili, lacte verbi Dei nutriunt. Nam & Paulus de seipso dicit. Qui operatus est Petro & Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Et aptè hæc duo vbera sicut duo hinnulicapręæ gemelli esse dicuntur: quia videlicet fœtus sunt & filij salvatoris nostri Christi: qui superius per capreā designatus est. Hæc enim animalia acutissimè vident: & nimia velocitate altiora conscendunt. Sic & sancti doctores quæ agenda sunt & ipsi vident: & alijs monstrant: & despectis terrenis ad superna nituntur. Qui pascuntur in lilijs hoc est delectantur puritatibus & nitiditatibus sensibus scripturarum. Donec aspiret dies & inclinentur vmbræ. Hoc est donec dies illa æternaveniat, quam desiderabat Psalmista dicēs. Melior est dies vna in atrijs tuis, super millia. Et inclinentur vmbræ: id est, transeant merores & perturbationes huius sæculi. Do nec aspiret dies: id est, oriatur. Apparebit enim dies, id est, orietur quando ille verus sol iustitiæ apparebit: & tunc inclinabuntur vmbræ hoc est omni nubila meroris & tenebræ præsentis sæculi pertransibunt. Sed etsi ipsam literam velimus aspicere, pulchrè expressit ortum diei, & occasum noctis. Nam nox nihil est aliud, nisi vmbra terræ: quæ sole sub terras descendente cōsurgit. Sole autem iterum super terras ascendente, inclinantur vmbræ, id est, cadit nox. Pascuntur ergo lilijs. donec aspiret dies & inclinentur vmbræ: quia sanctorum doctorum in præsenti tantùm vita necessaria est prædicatio & doctrina. Nam in alia vita postquàm apparuerit æterna dies: & nox præsentis sæculi finita fuerit, non necesse erit doceri alios: quia omnes reuelata facie gloriam domini contemplabuntur. vnde & Dominus per prophetam dicit. Non docebit vir fratrem suum dicens: cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo vsq; ad maximum. (Vadam ad montem myrrhæ & ad collem thuris.) In myrrha, carnis mortificatio vel mortificationum pro Christo tolerantia. In thure verò, sancta deuotio orationum accipitur. Mons ergo myrrhæ: & collis thuris, sunt excelsæ animæ sanctorum per contemplationem. Promittit ergo sponsus se ad montē myrrhæ venturum: & ad collem thuris: quia illas mentes sua, visitatione dignatur inhabitare, quæ membra cum vitijs & cōcupiscentijs mortificant, quæ etiā seipsas per sancta orationū studia Deo gratum sacrificium faciunt. (Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.) Vox sponsi ad amicam & sponsam suam. Tota pulchra es amica mea. Omni inquit ex parte nullam recipis maculā aut rugā. Non enim soli doctores vel perfecti quiq; pulchri sunt ante oculos Dei, qui summa scientia & contemplatione præeminent: sed etiam simplices & fideles, qui recta fide & bonis operibus exornantur, pulchri in oculis sponsi habentur. Nam vt Psalmista dicit. Benedixit omnibus qui timent dominum, pusillis cum maioribus. Ideò dicit tota pulchra es: non pars tua. Hęc autē ideò dicimus, non quod aliquis in præsenti vita sine peccato esse possit: cum scriptum sit, nemo est super terram sine peccato: nec infans vnius diei: sed ideò quia fides perfecta & cœleste desiderium omnem abstergit maculam peccati leuioris. Non enim de grauioribus nunc ratio est, quæ qui committunt, iam sponsa Christi non sunt: nec vllam habent particulā huius sanctæ pulchritudinis. Hinc est quod Ioannes dicit. Qui natus est ex Deo, non peccat, scilicet peccatum ad mortem, non quòd leuibus peccatis quis careat: sine quibus vita ista agi non potest. Tota est ergo pulchra ecclesia inquantùm secastam & immunem ab omni peccato custodit. Siquando autē leui peccato fuscatur, cito penitudine & rectæ fide ac cœlesti desiderio in ea prisca pulchritudo reparatur. (Veni de libano sponsa mea: veni de libano veni.) Libanus mons est phenicis. Interpretatur autē ex Hebręo. candidatio vel dealbatio. Ex græco autem thus interpretatur. Vnde & supra vbi loquitur. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris, habetur collis libani. Vocat ergo sponsus sponsam suam candidatam baptismo, & dealbatam nitore omnium virtutum: fragrantem studio sanctarum orationum. Vocat eam vt veniat, id est, vt virtutibus proficiat. Non enim solùm vocat Deus animam, quando eam à vinculis corporis exutam ad cœlestia præmia ducit: sed etiam cum per internam inspirationem vt in virtutibus proficiat, hortatur: quot enim virtutibus sancti proficiunt, quasi tot passibus ad ipsum tēdunt. Et tertiò dicit veni: quia vult eam perfectā esse in cogitatione, locutione, & opere. Vel vocat eam primò vt ad se veniat per fidem. Vocat secundò, vt dignam cœlestium premiorum retributionem iam liberata à corpore accipiat. Vocat tertiò, vt in die generalis resurrectionis iam assumpto corpore duplici stola ornata perpetuò gaudeat. (Coronaberis de capite Amana: de vertice Sanir & Hermon: de cubilibus leonum: de montibus pardorum.) Amana ipsum dicunt esse montem Helie Amanum: qui & thaurus appellatur. Sanir verò & Hermon, montes sunt Iudeæ. in quibus leones, & pardi feruntur habitare. Per hos autem montes, sæculi potestates: Reges videlicet & principes intelliguntur, qui veluti montes in superbia extolluntur, & malignis spiritibus quasi leonibus & pardis cubilia præbent. Maligni autem spiritus leones vocantur propter superbiam: pardi autem propter ferocitatem, vel etiam pro mille nocendi artibus: quia pardus vicarium animal est. De his ergo montibus coronatur ecclesia, quando principes sæculi ad fidē Christi conuertuntur. Et non solū propter suas virtutes, sed etiā propter talū cōuersationē & salutem coronatur vel remuneratur ecclesia. Potest hæc & in præsenti accipi. Nam coronatur ecclesia de vertice horum montiū, quādo subiectis principibus catholicę fidei ecclesia, quę ante premebatur: coronatur & gloriatur in Christo: sicut factū est tēpore Constantini, quando illo cōuerso, mirabiliter glorificata est ecclesia. Coronatur & de cubilibus leonū & mōtibus pardorū, quādo superbos quosq; & seuos ac dolosos cōuertit: & pro illorū quoq; cōuersatione æterna premia recipit. Vulnerasti cor meū soror mea sponsa vulnerasti cor meū. Spōsam & sororē suā dicit sanctā ecclesiā: quę & sponsa est: quia eam sibi Christus incarnatus despōdet, eamq; emundatā à sordibus peccatorū dote spiritus sancti sibi cōiunxit. Soror verò est: quia propter eā incarnatus, frater eius fieri dignatus est: sicut resurgēs à mortuis dixit mulieribus. Ite nūtiate fratribus meis. Cū ergo dicit vulnerasti cor se habere magnitudinē dilectionis expressit: quia sanctā suā diligit ecclesiā. Affirmat aūt hęc iterās & inculcās, vulnerasti cor meū: vt tali iteratione, quantū ecclesiā suam diligat & ostēdat. Qua aūt re vulneratum sit, subiungēdo demonstrat. (In vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.) Per oculos ecclesię superioris spirituales sensus vel doctores sanctos accipiendos esse diximus: per crines verò multitudines subiectarum plebium quibus sancta decoratur ecclesia. Et est sensus. Cum tota sis pulchra ō ecclesia, & cum te ob multa diligam: præcipuè tamen nitor spiritualiū sensuum & do

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctorum tuorum sinceritas me delectat: simplicitas etiam subiectarum plebium quæ pię & fideliter verbis suorum doctorum obtemperant. Bene aũt cum superius pluraliter dixerit oculos & capillos: hic singulariter in vno oculo & in vno crine dixit: vt per hoc vnitas sanctorũ doctorũ exprimatur. Vnitas etiã cœlestis doctrinę quã subiectis impendunt: Vnus enim dominus vt Apostolus dicit. Vna fides. vnum baptisma: vna etiã deuotio subiectorũ fidelium. Potest & hoc quod dicit. Vulnerasti cor meum de passione Christi accipi. i. tuo amore fecisti, vt ego in cruce vulnerarer. Notandum verò q̃ dixit in vno crine colli tui: per collum enim. Doctores diximus significari: & crinis ecclesiæ collo adhæret: quia subiectæ plebes sanctis Doctoribus connectuntur: & eorum sacræ doctrinæ inhærent, ac secundum illorũ præcepta viuere satagunt (Quod pulchrę sunt mãmæ tuæ soror mea sponsa) Per mammam superius eosdem doctores diximus figurari: qui & per oculos designantur. Ná sancti Doctores mammæ sunt cũ lacte, idest simplici doctrina humiles quosque nutriunt, oculi sunt cũ summa quæq; cœlestia prædicant. Ait ergo. Quod pulchrè sunt mãmę tuæ soror mea Sponsa, ideſt quam pulchri sunt doctores tui, quoniam sermo illorũ & eloquia præeminent & põdere sensuum præciosa sunt. (Pulchriora sunt vbera tua vino.) Hic versiculus iam superius expositus est, vbi dicitur: melíora sunt vbera tua vino. Et hoc notandum est, q̃ ecclesiã superius vbera Spõsi sui laudauit dicens. Meliora sunt vbera tua vino. Núc verò vicissim Sponsus Sponsæ suæ vbera extollit, vt per hoc vnitas Christi & ecclesiæ commendetur. Christus enim est caput: ecclesia corpus eius. Præcellit enim virtus prædicationis Euangelicæ legalem scientiam. (Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.) Vnguenta ecclesiæ sunt doctrinæ cœlestis carismata: vel etiã fama virtutum quæ de ecclesia flagrat. Aromata verò intelligũtur legales obseruationes. Super aromata: ergo est odor vnguentorum ecclesiæ: quia fama Euangelicæ perfectionis transcendit omnẽ laudem legalis obseruationis. (Fauus distillans labia tua Sponsa.) Fauus mellis est in cera. Mel autem in cera: est spiritualis intelligentia in litera. Labia ergo ecclesiæ fauus distillans vocantur: quia sancti Doctores qui per labia designantur spiritualia documenta præferunt instruẽdis fidelibus. Nec solũ fauus: sed etiã distillans vocatur labia ecclesiæ: distillat enim fauus: cũ mellis copia exuberans iam non potest cereis capsulis contineri. Rectè ergo diuina scriptura fauus distillans vocatur: quia multipliciter intelligitur: & variis sensibus exponitur: nunc iuxta literam: nunc iuxta allegoriam: nunc iuxta moralem: nunc iuxta anagogen: ideſt superiorem sensum. (Mel & lac sub lingua tua.) Lac paruulis conuenit. Ideóq; per lac designatur simplex doctrina: quia initia credentium imbuuntur. Mel verò quod de rore cœli confici creditur: cœlestem & spiritualẽ doctrinam significat: quæ & perfectis & instructis conuenit. Sub lingua ergo ecclesiæ mel & lac est: quia aliquando cœlestia mysteria perfectis: aliquando rudibus plana & simplicia annũtiat. (Et odor vestimentorũ tuorum sicut odor thuris) Vestimenta ecclesiæ sunt bonorum operum ornamenta, iuxta quod Ioannes in Apocalypsi dicit Byssinum enim iustificationes sunt sanctorũ: & ideò dicit. Iustitia induit byssum, & induit me sicut ornamento & diademate iudicio meo. Thure autem dicimus superius sanctarũ orationum munditiam designari. Vestimenta ergo ecclesiæ thuri cõparantur: quia omnia opera ecclesię quasi orationes sunt. In cũctis enim quę agit semper Dominum deprecatur: & tali modo implet hoc quod dominus dicit. Oportet semper orare. Nec hoc aliter impleri põt in nostra tota vita, nisi vt conuersatio talis sit, vt in conspectu Dei oratio deputetur. Thus est arbor Arabię fœlicis: cortice & folio lauro similis: succũ in modum amigdalę emittens: qui bis in anno colligitur Autũno & Vere. Sed autũnali collectione præparantur arbores: in eius corticibus flagrantissimo æstatis feruore, facto tenui vulnere ac sic prosiliente spuma pinguiꝰ quæ concreata denſatur: & vbi loci natura poscit tegente palmeã excipiẽte, quod in arbore hesit ferro depectitur: ideóq; videtur esse purissimum hoc: & candidatum esse. Secunda vindemia eadem hyeme corticibus incisis: rubrũ exit. Nec cõparandum priori. Creditur & nouellæ arboris cãdidius esse: sed veteris arboris odoratius. Quod ex eo in rotunditate guttæ dependet masculum vocamus. Guttã concussũ elisam mãnam nuncupamus. (Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus cõclusus: fons signatus.) Sororẽ & sponsam suam ecclesiã dicit: quoniam ex ancilla sororẽ sibi esse constituit: & dote spiritus sancti pigneratã sponsam sibi efficit Hæc ergo ecclesia hortus est: quia spiritualium virtutũ germina profert: quæ in sequentibus aromatũ vocabulis designantur. Conclusus verò est hortus iste: quia sancta ecclesia redẽptoris & domini sui admtorio munita est: & præsidio angelicarũ virtutũ vallata, nullis malignorũ spirituum patet insidijs. Hæc ipsa ecclesia est fons signatus. Fons ideò, quia cœlestis doctrinæ fluentis manat: quibus oẽs in Christũ credẽtes à peccatis abluit & veritatis scientia potat. Signatus verò est fons iste: quia sermo fidei euangelicæ veritatis, signaculo munitus est: ita vt neq; maligni spiritus:, neque hæretici fidem catholicam violare atq; disrumpere valeant. Hic hortus vel fons. i. ecclesia: primum in paruo locello Iudeæ plãtatus vel exortus est. Deinde per vniuersum mundũ dissemi nata prædicatione areolas suas vel riuulos emisit. Vnde sequitur. Emissiones tuæ paradisus malorũ punicorũ cũ pomorũ fructibus. Emissiones ecclesiæ vt dictum est incrementa fidei sunt, & dissemi natio prædicatiõis: quæ emissiones paradisus græcè, hortus Latinè quia illa primitiua ecclesia quæ in Iudæa quasi hortus fuit: postea per vniuersum mundum multos hortos. i. ecclesias emisit. Mala autem punica quæ rubicundũ habent corticẽ, eos significant: qui nõ solùm generali baptismo sanctificati sunt: verũ etiam qui proprio sanguine sunt in passione baptisati. Martyres videlicet. Fructus verò pomorũ opera significant virtutũ: siue eos qui ipsas virtutes opere exercent. Emissiones ergo ecclesiæ paradisus malorũ punicorũ fuerũt: quia primũ locum post apostolos in ecclesiã martyres teneuerunt per ipsam domini passionem: quam ipsi patiendo imitari studuerunt. Quãuis generaliter omniũ fidelium multitudo paradisus malorum punicorũ possit accipi: qui mala punica sunt: quia passionem sui redẽptoris semper in memoria retinent. Et sicut malum punicum intra vnum corticem multitudinẽ habet granorũ, ità in ecclesia multitudo fideliũ intra mysterium dominicæ passionis continetur. Hinc Apostol. dicit. Quotquot baptisati estis in Christo Iesu, in morte ipsius baptisati estis: consepulti cum ipso per baptismũ &c. Cypri cũ nardo. Nardus & crocus fistula & cinnamomũ. cum vniuersis lignis libani. In hoc horto sic clauso. i. in Ecclesia nascuntur Cypri cũ Nardo: Nardus simul & Crocus cum vniuersis lignis libani. Cyprus arbor est aromatica: semen simile Coriandri habẽs, i. albũ & sublucidũ: quod oleo coquitur: & inde exprimitur quod Cyprus vocatur: vnde regium vnguentũ paratur. Legimus in Exodo, q̃ mãna erat quasi semen coriandri albũ. Cyprus ergo & mannã habent significationẽ. Significat enim cœlestẽ gratiã tanquã mannã de cœlis venientẽ. Cyprus ergo in horto ecclesiæ, est vel nascitur: cùm fideles quiq; docentur gratiam spiritualẽ omnibus præferre: & per illam salutẽ sperare. Nemo enim suis viribus, sed sola Dei gratia potest saluari. Nardus typus est Dominicę passionis. Vnde & maria nardo pistica caput & pedes Domini vnxit. Nardus ergo in hortũ Ecclesiæ est cũ sancti memoriã dominicæ passionis venerantur: eíq; gratias agunt, q̃ intantũ eos dilexerit: vt pro eorum salute & liberatione mortẽ susciperet. Crocus aurei coloris habet florem: ideóq; significat charitatẽ. Sicut enim aurum inter cætera metalla pretiosius est, ita charitas inter omnes virtutes principatũ tenet dicente Apostol. Nunc aũt manẽt Fides, Spes, Charitas, tria hæc: Maior aũt horum est charitas. Cùm nardo ergo crocus in horto ecclesiæ nascitur, cũ membra Christi hoc est fideles quiq; charitatem Dei & proximi efficaciter tenere studeant. Crocus aũt fertur ignitas febres refrigerare: sic vera charitas ardorẽ concupiscentiæ fœcularis refrigerat, & dilectionẽ Dei & proximi in mente accẽdit. Fistula & cinnamomũ. Fistula, breuis est arbuscula, quæ & casia vocaẽ cortice purpureo: & significat sanctos in ecclesia humilitate & patientia præcipuos, pauperes videlicet spiritu: quorũ est regnũ cœlorũ. Purpureus aũt cortex, significat similitudinẽ passionis Christi, quã illi qui in vera humilitate fundantur in corde semper retinere & imitari satagunt. Cinnamomũ & ipsa breuis est arbuscula, sed mirę virtutis & odoris. Ideóq; profectũ designat humilitatis quæ & per fistulã designatur. Fistula ergo & cinnamomũ in ecclesia sunt cum sancti Dei humilitatẽ & patientiã: &in corde veraciter retinẽt, & foris alijs ostendunt. Quòd autẽ fistula rubicundũ habet corticem, cinnamomũ verò Cyaneũ habet colorẽ, significat q̃ quantò plus sancti memores sunt passionis redẽptoris sui: tantò in oculis suis viliores & despectiores fiũt: dicentes cũ Abrahã. Loquar ad dominũ meũ, quãuis sim puluis & cinis. Et cũ Iob. Idcirco ipse me reprehendo: & ago pœnitentiã in fauilla & cinere. Cùm vniuersis lignis libani. Ligna libani cæteris lignis pulchritũdine ac proceritate & robore præeminent: Ideóq; significant doctores & perfectos quosq; in ecclesia, de quibus superius domus ecclesiæ dicitur ædificata. Dicente eadem ecclesia. Ligna domorũ nostrarũ cedrina: laquearia cypressina: qa videlicet sancti doctores prædicatiõe sua & exẽplis ecclesiã muniũt. Cũ fistula ergo & cinnamomo vniuersa lignalibani in horreo ecclesiæ memorãtur: qa siue humiles & patiẽtes, siue perfecti quiq; doctores, eandem habent fidem in ecclesia, & eãdẽ beatitudinem expectãt. (Myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis,) Myrrha arbor est cuius succus Stacten dicitur: tantę virtutis, vt quicquid ex eo tactũ fuerit, ab omni putredine & vermibus seruetur illesum. Aloe est suauissimi odoris arbor adeò vt vicinitate tymiantis, altaribus adoleatur. Habet verò succum amarissimũ, resistentẽ putredini & vermibus. Hinc & in passione domini Nicodemus detulisse dicitur myrrhæ & aloes quasi libras centũ. Per has ergo arbores, designantur carnis cõtinentia & castimonia. Ná putredo luxuriã solet designare: iuxta quod Propheta de quibusdã dicit. Cõputruerũt iumenta in stercore suo. In horto ergo ecclesię sunt myr

rha & aloẽ: hoc est mentes castæ & omnis corruptionis immunes: audientes ab Apostolo. Pacẽ sectamini cũ omnibus: & castimoniam: sine qua nemo videbit Deum. Cũ omnibus primis vnguentis. Prima vnguenta quid melius quàm charitas intelligũtur? De qua Apostolus dicit. Adhuc excellentiorẽ viam vobis demõstro. Ac deinde. Si linguis hominũ loquar & angelorũ: charitatẽ autem non habeam, nihil mihi prodest, &c. Post myrrha ergo & aloe, bene prima vnguẽta ponũtur: quia post carnis cõtinẽtiam, succedit vera charitas: qua Deus super omnia diligitur. Neq; enim illi qui mundi dilectione tenẽtur: hoc est qui voluptatibus & illecebris adhuc delectantur, huius charitatis participes esse possunt. (Fons hortorũ puteus: aquarũ viuentiũ: quæ fluunt impetu de libano. Fons hortorum ipsa est primitiua ecclesia: quæ veritatis scientia hortos, id est, ecclesiæ per vniuersum mundum disseminatas irrigat. Ipsa est & puteus aquarũ viuentium: quia scientia veritatis quæ est in ecclesia, in quibusdam quasi fons est: vbi patet in quibusdã quasi puteus: vbi latet, ad liquidũ percipi nõ potest. Nam inter fontẽ & puteum hoc distat, q̃ fons est in imo & in superficie terræ ducitur: puteus verò semper est in imo. Ecclesia ergo & fons est & puteus: quia mysteria Dei in quibusdã veluti fons facilè capiuntur: in quibusdã verò cũ difficultate tanquã aqua ex puteo extrahũtur. Aquæ autẽ viuentes, ipsa mysteria scripturarũ vocãtur: quia in se cœlestẽ habent virtutẽ. Et ecõtra cisternæ vocãtur, id est, collectiones aquarũ, dogmata hæretico rum: de quib⁹ dominus per Prophetã. Me dereliquerũt fontẽ aquæ viuæ, & foderũt sibi cisternas dissipatas: quæ continere non valent aquas. (Quæ fluunt impetu de libano.) Hoc est manãt de ecclesia quæ dealbata est & candidata baptismate & bonis operibus, quod libanus interpretatur. De hoc Libano hoc est de ecclesia fluunt, id est, emanant aquę doctrinarũ cœlestium. Et hoc cũ impetu, id est, cũ magna virtute: qua omnia hæreticorũ figmenta destruuntur & subuertuntur. Hinc & Psalm. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, id est, virtus diuinorũ eloquiorum. (Surge Aquilo & veni Auster: perfla hortũ meum & fluent aromata illius.) Numeratis ecclesiæ virtutibus sub nomine aromatũ, sciens Dominus qui est sponsus & redemptor ecclesiæ: ipsam ecclesiã persecutionibus esse multiplicãdam, subsequẽter ipse quodámodò iubet venire persecutionem: nõ præcipiendo: sed permittẽdo. Surge inquit Aquilo: & veni Auster. Per Aquilonẽ & Austrũ, flatus persecutionũ & perturbationum intelligũtur cõtra ecclesiam sæuientiũ. Aquilo quidẽ frigidissimus ventus est: Auster calidus. Et ideò per Aquilonem, terrores & minæ designãtur: per Austrũ, blandimentorũ decipulæ figurantur: quibus duobus modis probatur ecclesia, terroribus videlicet & blandimentis. Quod autẽ dicit. Surge aquilo & veni auster, nõ imperat malis: nec cogit eos ad mala facienda: sed permittit: & facultatẽ illis dat, vt possint sęuire cõtra ecclesiã: quatenus per illorũ malitiã ecclesia probetur: & illi grauius puniantur. Nouit enim dominus de malis hominũ, bona quædã facere: sed & ipsam persecutionẽ in sua potestate habet: vt nõ tantùm sæuiant quantũ volunt. Vnde scriptũ est. Qui facit vẽtis pondus: quia videlicet flatibus persecutionũ modum impendit: iuxta quod Apostolus dicit. Faciet cum tentatione prouentũ, vt possitis sustinere. Persta inquit hortũ meũ: hoc est ecclesiam meam. Et fluent aromata illius: hoc est flagrãtia virtutũ & odor bonorũ operum ex illa procedent. Quo enim acerbius ecclesia conteritur, eò maiorẽ virtutum odorẽ ex se emittit. CAP. V.

VEniat dilectus meus in hortũ suum, vt comedat fructum pomorũ suorum. Veni in hortũ meum soror mea sponsa: messui myrrham meam cũ aromatibus meis. Comedi fauum cũ melle meo: & bibi vinũ meum cũ lacte meo. Comedite amici & bibite: & inebriamini charissimi. Ego dormio & cor meum vigilat. Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea: amica mea: columba mea: immaculata mea: quia caput meũ plenũ est rore: & cincinni mei guttis noctiũ. Expoliaui me tunica mea quomodò induar illa? Laui pedes meos quomodò inquinabo illos? Dilectus meus misit manũ suã per foramẽ: & vẽter meus intremuit ad tactũ eius. Surrexi vt aperirẽ dilecto meo. Manus meæ stillauerunt myrrhã: & digiti mei pleni myrrha probatissima. Pessulum hostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atque transierat. Alia mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Quæsiui & nõ inueni illũ, vocaui & nõ respõdit mihi. Inuenerũt me custodes, qui circuierunt ciuitatẽ. Percusserũt me & vulnerauerũt me: tulerunt pallium meum custodes murorũ. Adiuro vos filię Hierusalẽ: si inueneritis dilectũ meum, vt nuntietis ei: quia amore langueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierũ? Qualis est dilectus tuus ex dilecto: quia sic adiurasti nos? Dilectus meus cãdidus & rubicundus: electus ex milibus. Caput eius aurum optimum: Comæ eius sicut elatæ palmarũ: nigræ quasi coruus. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarũ, quæ lacte sunt lotæ: & residẽt iuxta fluẽta plenissima. Genę illius sicut areolæ aromatũ consitæ à pigmẽtarijs. Labia eius lilia distillãtia myrrhã primam. Manus illius tornatiles aureæ: plenæ hyacintis. Vẽter eius eburneus: distinctus saphyris. Crura illius colũnę marmoreæ: quæ fundatę sunt super bases aureas. Species eius vt libani. electus vt cedri. Guttur illius suauissimũ: & totus desiderabilis. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filiæ Hierusalẽ. Quo abijt dilectus tuus ò pulcherrima mulierum: quo declinauit dilectus tuus? Et quæremus eum tecum.

AVdiens ecclesia persecutionẽ vocari tanquam se præparans cõtra aduersa dicit: Veniat dilectus meus in hortũ suum: hoc est veniat Christus sponsus meus quẽ toto corde diligo ad ecclesiã suã: vt comedat fructũ pomorum suorũ, id est, delectetur atq; pascatur bonis operibus fidelium suorũ. Nam cibus domini, bona nostra opera sunt: sicut ipse fidẽ Samaritanorũ vel gentiũ intuens dixit Apostolis. Ego cibũ habeo manducare quẽ vos nescitis. (Veni in hortũ meum soror mea Sponsa.) Desiderãti ecclesiæ vt ad se veniat Sponsus, respondet se iam hoc fecisse. Ego iam veni. Nam nõ est imperatiuus veni, sed præteritũ indicatiui: O soror mea Sponsa iam ego veni in hortũ meum, id est, iam visitaui ecclesiã meam & quotidiè visito, & virtutũ illius tanquã pomis pascor atq; odore fruor. Venio ad eam vt errantes corrigã: infirmãtes roborẽ: dubios cõfirmem: & perfectos quósq; præmijs cœlestibus donẽ. (Messui myrrhã cũ aromatibus meis.) Per myrrhã designantur illi qui vitã martyrio finierunt: vel etiã carnem suam cũ vitijs & cõcupiscẽtijs mortificauerũt. Aromata verò sunt opera sanctarũ virtutũ bonæ opinionis odoribus fragrãtia. Mittit ergo Dominus myrrhã cum aromatibus suis: quãdo sanctos martyres vel reliquos electos bonis operib⁹ insignes ab hac vita falce mortis præcidit atq; ad maturitatẽ bonorũ operũ perductos, in horrea supernę quietis recõdit. (Comedi fauum meũ cũ melle meo. bibi vinũ meum cũ lacte meo.) Per fauum & vinum sancti prædicatores figurantur: per mel verò & lac boni auditores. Fauus enim prædicatores sunt, qui arcana & intima scripturarum mysteria quasi mella de fauis producũt: & prædicãdo alijs manifestant. Mel verò sunt boni auditores, qui dulcedinẽ verbi Dei attentè percipere, cãq; delectabiliter pasci studeant. Vinũ sunt ipsi prædicatores qui & fauus: qui fortia quæq; sacramẽta scripturarũ annũtiãt. Lac verò sunt infirmi qui & auditores quibus aperta mysteria quasi lac paruulis cõueniunt. Cũ ergo horũ omniũ vita diuersis modis & studijs agatur, horũ tantùm omniũ bona intẽtione redemptor delectatur & pascitur: & sic quasi fauum cũ melle comedit: & vinũ cum lacte bibit. Possumus hoc etiã ad mortẽ electorũ referre: quos Dominus comedit cũ ad æternã quietẽ vocat p mortẽ: & corpori suo: hoc est societati electorũ in illa iam cœlesti fœlicitate lętantiũ coniungit. Quod si hoc non accipimus, in melle debemus eos accipere, quorũ animæ iam cœlesti gloria lætãtur: In fauo verò eos qui iam corpore & anima in illa beatitudine laudant Deũ. Et in illo gaudẽt perpetuò: quales sunt illi qui cum domino surrexerũt. (Comedite amici, bibite & inebriamini charissimi.) Nõ solũ dominus profectu iustorũ gaudet: verũ etiã nos hortatur vt in illorũ virtutib⁹ gaudeamus: & illos imitemur. Comedite inquit amici: hoc est fideles mei: quia amici mei estis faciẽdo quæ iubeo. Charissimi mei estis perfecta me animi charitate diligẽdo. Comedite, inquit, ergo & bibite, id est, sanctorũ bonis actibus cõgaudete: & illos vobis ad imitãdum proponite. Notandum verò, q̃ dicit bibite & inebriamini charissimi. Ebrietas aliquãdo pro saturitate ponitur in scripturis. Sicut de fratribus Ioseph scriptum est. Biberunt & inebriati sunt corã eo. Et Psal. Visitasti terram & inebriasti eam, id est, satiasti & replesti. Hortatur ergo nos vt nõ solũ comedamus & bibamus: verũ etiã saturemur: quia sunt qui comedunt & nõ saturãtur. Hi videlicet qui verba Dei: corporis quidẽ aure percipiunt: sed opere adimplere cõtemnũt. At verò electi quiq; & comedũt & saturãtur quia videlicet prædicationẽ diuinã delectabiliter audiunt: interni sensibus recondunt: & opere adimplere satagunt. De quibus Psalmista dicit. Edent pauperes & saturabũtur. Si verò (vt superiùs dictũ est) de morte sanctorũ hoc acceperimus, amici & charissimi angelici spiritus intelligũtur: quos iubet dominus congratulari electis suis cũ ab hac vita ad æternæ beatitudinis requiẽ transferũtur: iuxta quod in euãgelij paraboOpuscu. S. Tho. Aquin. N

Universidad de Deusto
Biblioteca

la legitur. Cõgratulamini mihi:quia inueni quẽ meã quæ perierat. (Ego dormio & cor meum vigilat.) Vox ecclesię.Ego dormio:quia aliquãtula pace largiẽte sponso meo requiesco.Nec tales patior pressuras,quales primitiua ecclesia.Et ideò cor meum vigilat:quia securius cõcessa mihi pace amore sponsi mei inhæreo, & ad illum oculis cordis mei intẽdo.Sed quia hoc tẽpus nõ est requiei sed potius laboris & certaminis,rursus sponsus ecclesiã suã ad labores excitat, & ad prædicationis certamen hortatur. (Vox dilecti mei pulsantis.) Pulsat dilectus,cum Christus fideles suos ad profectũ virtutum hortatur,siue pulsat,cũ eos admonet vt proximos prædicãdo lucrentur. Est & tertia pulsatio qua pulsat Dñs electos suos,cũ per ægritudinis molestias esse mortẽ vicinam designat.De qua pulsatione in Euãgelio dicitur:vt cum venerit & pulsauerit,cõfestim aperiãt ei.Sed hoc loco pulsare dicitur, hoc est ecclesiã ad opus prædicatiõis instigare. (Aperi mihi soror mea,amica mea, colũba mea, immaculata mea.) Aperi mihi soror mea , soror quia cohæres regni mei facta. Amica mea:qa de iugo seruitutis liberata,arcana veritatis meæ cognouisti. Columba mea:quia spiritus mei dote sanctificata.Immaculata mea: quia effusione mei sanguinis ab omni peccatorum macula & neuo purgata es. Aperi mihi,hoc est de quiete & otio dilectæ tibi contẽplationis egredere ad opus prædicationis. (Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctiũ.) Caput Christi vt Apostolus dicit,Deus est:cincinni verò sunt intimæ cogitationes sanctorum,quæ non laxæ & dissolutæ fluunt,sed vinculo timoris & amoris Dei colliguntur.Ros verò & guttę noctium hoc loco tenebrosas & infidelitate plenas frigidasque mentes significãt,caput ergo sponsi plenum est rore , cum sæculares quisq; sæculi amore à charitate torpescunt iuxta,quod Dñs dicit.Abundãte iniquitate,refrigescit charitas. Et cũ tales sanctos Dei cœlestia meditãtes psequũtur & odiũt: quasi cincinni sponsi pleni sunt guttis noctium.Cũ ergo tales multi plicantur & grauãt ecclesiã , tunc sponsus admonet sponsam suam: vt surgat & operi prędicationis insistat. (Expoliaui me tunica mea, quomodò induar illa.) Prouocata ecclesia à sponso suo ad officium prædicationis respondet.Expoliaui me tunica mea,quò induar illa? Exui inquit me curis & occupationibus istius sæculi,sine quibus officium prædicatiõis aut vix aut nullatenus agitur , & quomodò fieri põt:vt ad ea quæ deserui iterum reuertar.Nã qui se ad officium prędicationis suscipiẽdum aptat,debet quæq; tẽporalia subditis prouidere,qę sine magna sollicitudine agi nõ possunt.Quòd autẽ tunica sollicitudines & curas sæculi significet,Dñs ostendit dicens in Euangelio.Et qui in tecto est,nõ descendat tollere tunicam suã , quod est apertè dicere,qui in sublimi cõtẽplationis arce cõsistit, nõ descẽdat vt iterum occupationibus sęculi implicetur.Timet ergo ecclesia vel aĩa quæq; sancta hac tunica exuens in cõtẽplatione sui cõditoris requiescens iterum illã indui, & sæcularibus negotijs occupari. (Laui pedes meos,quomodò inquinabo illos?) Laui pedes meos , hoc est actiones quibus puluerẽ trãgere, hoc est terrena agere cõsueuerã dignis pœnitẽtiæ fletib⁹ ablui, adeò vt nihil nũc nisi diuina me libeat meditari.Quomodò inquinabo illos.i.quomodò põt fieri:vt iterum ad cogitãda terrena & caduca redeã,quæ nũc ex occupato & libero corde diuino fruor cõtuitu. (Dilectus meus misit manum suam per foramẽ,& vẽter meus intremuit ad tactum eius.) Dilectus manum per foramẽ mittit & ventrẽ trãgit, cũ interna conditor inspiratione visitat cor & ad profectum virtutum accẽdit, siue etiam cum nos ad memoriã operum suorum reuocat:vt cogitemus:quia cũ esset Deus, homo pro nobis fieri dignatus est:vt terrena nostra suscipiens, cœlestes nos faceret,& moriendo pro nobis:vitam æternam nobis daret. Quod cum sit venter intremit:quia cũ talia cogitare incipimus,cordis nostri arcana se cõcutiunt,dum stupere incipimus quanta dignatione hæc conditor pro nobis agere dignatus est.Nam & venter cor significet,ostẽdit Propheta dicens.Ventrẽ meum dolet . Quod quid essẽt,ostẽdit subdẽs.Sensus cordis mei dissipati sunt. (Surrexi vt aperirem dilecto meo.) Aperimus dilecto nõ solùm cum aduẽtum eius per charitatẽ suspicimus:verũ etiã cũ aliis prædicamus, & eos qui p malitiã pectus clauserant nostra prædicatione conuersos facimus: vt ipsi quóq; ianuam cordis Christo aperiant.Bene autẽ primò dicitur surrexi,deindè vt aperirẽ. Qui enim prædicando aliorum corda Christo vult aperire,prius debet surgere,hoc est ad studia bonorum operum erigi,& opere implere,quod prædicat,ne fortè cũ alijs prædicauerit,ipse reprobus efficiatur. Hinc & Lucas de Domino dicit. Quæ cœpit Iesus facere & docere. Prius dixit facere,deinde docere. (Manus meæ stillauerunt myrrhã , & digiti mei pleni myrrha probatissima.) Per manus quibus operamur, ipsa operatio designatur, p digitos verò discretio operationis:quia in nullo mẽbro tantę sunt distinctiones articulorũ,quãtæ in digitis. Manus ecclesiæ myrrham distillant, cũ prædicatores eius cõtinentiæ & mortificationis carnis suæ operã dant.dicentes cum Apostolo.Castigo corpus meum & in seruitutẽ redigo, siue cũ pro Christo mori parati sunt.sicut Ioannes dicit.Si Christus pro nobis animã posuit vel mortuus est,& nos debemus pro fratribus animas ponere. Digiti verò sunt pleni myrrha probatissima,cũ ipsum opus mortificationis subtiliter discernimus: vtrum pro spe vel intuitu supernæ mercedis fiat , an pro sæculi laudibus. Qui enim pro humanis fauoribus ieiunat: vel abstinẽtiæ siue continentiæ operibus insistit, in manibus quidẽ myrrhã habet, sed in digitis non habet:quia nõ discernit,quare hoc faciat.de qualibus Dominus dicit.Receperunt mercedẽ suã.Siue manus sponsæ distillant myrrhã,cum operarij sanctæ ecclesiæ castimoniæ & cõtinẽtiæ seipsos aptant. (Pessulum hostij mei aperui dilecto meo,at ille declinauerat atq; trãsierat.) Pessulum hostij aperit, cũ ecclesia vel fidelis quæq; aĩa cor aduenienti cõditori prępărat.Et ille declinauerat atq; trãsierat. Plerúnq; enim dum subtilia quæq; tractare volumus,quãto subtilius intrẽdimus,tãto acies cordis reuerberatur. Vnde Salomõ dixit,sapiẽs efficiar,& ipsa lõgius recesit à me.Et Psal. Accedet homo ad cor altum,& exaltabitur Deus.Quãto enim quisq; ad contẽplationẽ diuinã purificatione carnis cor sustollit,tanto altius , quod quærebat esse inuenit.Dicit ergo. At ille declinauerat atq; trãsierat: quia nemo in præsenti vita eum sicuti est , comprehendere potest. (Anima mea liquefacta est:vt dilectus locutus est.) Quãto inquit vi cinius aduẽtum sponsi mei perstisi ad tactum secretæ inspiratiõis, tato magis quicquid in me erat frigidum incaluit , ita vt nihil mihi libeat iam nisi in lachrymis resolui. Loquitur enim sponsus interna sui inspiratione,cũ Christus sanctam aĩam inspirat,eiq; cœleste desiderium suggerit.Et ita eo loquente, liquefit:quia quo magis cœlesti bus afflatur desiderijs,eo amplius terrenis emoritur, & quasi insensibilis mundo efficitur,solúmq; desiderio cœlesti viuit,hoc est etiam, quod per Prophetã Dñs dicit.Quis cęcus nisi seruus meus?Quis surdus nisi ad quẽ causam per nuntios meos misi? (Quæsiui illũ & non inueni.) Ingeminat iterum causam doloris sui. (Quæsiui illũ & non inueni. Vocaui illum & non respõdit mihi.) Obus quidẽ se piè quærentibus,semper adest Dñs,sed inuo ãtibus respõdet.i.ad salutem exaudit,sed plerúnq; fidelẽ animã & ad se venire desiderantem non exaudit ad hoc vt ita se ei in prẽsenti ostendat,sicut se in futurũ ostẽsurum promisit.Vel etiã non respondit.i. nõ exaudit ad hoc vt ad libitum suum sanctus quisq; vinculis corporis exuatur , & liberis amplexibus sponsi sui demulceatur. Nam quando Apostolus dicebat. Cupio dissolui & esse cum Christo,quasi quærebat inhærere sponso suo & vocabat illum desiderio mentis,sed non respondebat illi:quia non statim de corpore eum liberabat, sed adhuc laboribus exerceri, & vtilitatibus ecclesię insudare permittebat. (Inuenerunt me custodes,qui circũeunt ciuitatẽ,percusserunt me:vulnerauerunt me,tulerunt mihi pallium meum custodes murorũ.) Vigiles qui custodiũt ciuitatem,sancti sunt Doctores.qui charitatẽ Dei.i.ecclesiã circũeũt verbo suo vel exemplo ad cœlestia desideranda accendant.Inuentũt ergo sponsam dilectum quærentẽ, cum sancti Doctores animã cœlestibus desiderijs intentã: vel præsentes verbo : vel absentes scriptis suis instituunt & informant.Percusserunt me inqt & vulnerauerũt. Verbum Dei gladius est dicente Apostolo.Viuus est sermo Dei & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionem animæ.Hoc gladio sponsa percutitur & vulneratur,quando prædicatoris sermo de Deo loquitur,& auditoris mentẽ veluti quodam spiculo cõpunctionis & amoris transfodit.Tulerunt mihi pallium hoc,hic pallium,quod superius tunica intelligitur:vbi dicitur, spoliaui me tunicam meã,tegmen videlicet sęcularium desideriorũ, quod custodes auferunt: quia quicquid de amore præsentis sæculi in mente alicuius sancti remansit, totum sancti Doctores auferunt, & eã solummodò Christum diligere faciunt. Hij tales possunt dicere cum Apostolo.Mihi mundus crucifixus est,& ego mundo.Custodes murorum.Muri ciuitatis,sunt Doctores ecclesiæ.Custodes ergo murorum illi sunt,qui etiam illos instruunt qui alijs prędicare possunt. Qualis erat Paulus,qui Timothæum.Tirum muros vtiq; huius ciuitatis instruebat & custodiebat,hoc est exhortabatur ad perfectionem boni operis. (Adiuro vos filiæ Hierusalem , si inueneritis dilectum meum:vt annuntietis ei:quia amore langueo.) Filiæ Hierusalem,sunt animæ fideles quæ vel adhuc in præsenti peregrinãtur: vel etiã Christo fruunt.i.filiæ supernę illius ciuitatis in qua est superna pax & fœlicitas diuinæ contẽplationis.Sed hoc loco filias Hierusalẽ animas debemus accipere, Deum desiderãtes,sed adhuc in hac peregrinatione versantes.Adiurat ergo sponsa filias Hierusalẽ: vt nuntiẽt sponso:quia amore languet. Tunc cũ anima fidelis amore languet, cũ fideles alios desiderãtes Deũ,pro se deprecatur vt suũ desiderium Christo insinuẽt,cíqi nũtiẽt suo amore illã teneri.Bñ autẽ se amore làguere dicit,quãto eam supna desiderare cœperit, tãto magis ergà ea quæ mũdi sunt ĩfirmatur & lãguescit.Nec mirũ si tales làguere dicuntur.cũ Apostol. eos mortuos dicat.Mortui inquiens estis,& vita vestra absc5dita est cũ Christo ĩ Deo.Ita ergo adiurãti sponsę,tridentfilię Hierusalẽ. (O pulcherrima mulierũ:qualis ẽ dilect⁹ tu⁹ ex dilecto: qa sic adiurasti nos?) Hoc tũc fit cũ qs fidelis fratrẽ fidelẽ alloqtur,& inuicẽ sibi cœlestiũ desideriorũ verba suggerunt, quibus se ad supernorũ amorẽ accẽdant.Indica mihi inquit tanquã desiderãti & iam ad vi-

iam ad visionẽ cõditoris mei venire cupiẽti.qualis est dilect⁹ tuus.i. qualiter Christus amari debeat.Iamdudum inquit illum timere cœpi:sed iam charitate timorẽ expellente,opro audire verba quibus ad amorẽ illius accendar.Tu ergo quæ illum iam amore qnæris:eiúsque amore langues,dic mihi qualis est dilectus tuus ex dilecto.Dilectus ex dilecto,filius est ex patre:sicut est Deus ex Deo:lumen de lumine.Vel etiã dilectus ex dilecto est Christus: ex ea parte videlicet qua diligendus est:nõ ex ea qua timẽdus.Nam timere mious perfectorũ est:quos timor à peccatis reuocat.Amare verò iam perfectorum est.Interrogat ergo qualis sit dilectus ex dilecto,id est,qualiter Christus amari debeat:vel qualis sit erga illos qui illũ tantũ amare nouerunt. (Dilectus meus candidus & rubicundus: electus ex milibus.) Vox respõdentis ecclesię.Dilectus meus candidus virginitate: rubicũdus passione.Candidus:quia sine peccato natus est:& sine peccato est cõuersatus.Peccatũ enim nõ fecit,nec dolus inuentus est in eo.Rubicũdus:quia lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Electus ex milibus. Singulari enim gratia homo Christus in humani generis massa refulsit:qa per illũ proposuit Deus saluare genus humanum:& ipse est mediator Dei & hominũ Iesus Christus.De quo Psalm.Nõ est qui faciat bonũ,nõ est vsq; ad vnũ. Et Salomon. Virũ de mille vnũ reperi,id est,Christũ. Et ipse in Psal. Singulariter sum ego donec transeam.Electus ergo ex milibus:quia solus ex multitudine sanctorũ dignus fuit audire.Hic est filius meus dilectus:in quo mihi bene cõplacui. (Caput eius aurũ optimũ.) Caput sponsi Deus est:iuxta quod Apostolus dicit.Caput Christi Deus : qui auro optimo cõparatur:quia sicut aurum omnibus metallis est pretiosius:ita omnipotens Deus omnibus à se factis bonis præcellit & supereminet.Vnde dominus.Nemo bonus,nisi solus Deus. Caput ergo sponsi aurum optimũ est:quia Dei bonitas ineffabilis est : omniũ rerum bonitatẽ transcendens: quia nihil bonum nisi participatione huius summi boni. (Comę eius sicut elatę palmarũ:nigræ quasi coruus.) Comæ sponsi sunt multitudines fideliũ propter fidẽ & dilectionem Deo adhærẽtes:quæ elatis palmarum cõparantur.Dicamus iuxta literam de elatis palmarũ.Elatæ palmarũ sunt rami productiores & excellentiores:interdũ aureo colore crispantes: & semper ad excelsa tendentes:& nunquàm virorẽ suum amittentes. Tales ergo dicit comas sponsi sui,crispas videlicet & rutilas.Nonnulli dicunt elatas palmarũ speciem esse arboris aromaticæ,quã latini Abietẽ siue Spatam vocant.Nam Græcè abies,elates dicitur.Est autem hæc species apta:cõficiendis vnguẽtis.Abietẽ verò hic non magnã illam arborem quę est nauigijs vel domibus aptas:sed vt diximus speciẽ aromaticæ arboris debemus accipere.Hæc iuxta literã de elatis palmarũ. Comæ ergo sponsi elatis palmarum cõparantur:quia fidelium multitudines:& virore fidei gaudent:& ad æterna præmia desideranda extolluntur:atq; supernę suauitatis dulcedinẽ degustant:quã quantò magis percipiunt,tantò amplius in oculis suis peccatores sibi & cõtemptibiles esse videntur.vnde sequitur.Nigræ quasi coruus.Comæ enim sponsi nigræ sunt quasi coruus: quia fideliũ multitudines suæ fragilitatis conscięnt:& nihil se boni ex seipsis habere nouerunt.Vel etiã elatę palmarũ sunt in spe & victoria.Nigrę verò quasi coruus:quia despecti & contemptibiles sunt pressuris huius sæculi. Elatæ palmarũ sunt sancti qui per gratiã Dei ad cœlestis victoriæ palmã tendunt.Nigræ quasi coruus:quia per se infirmos & peccatores se esse cognoscunt.Possunt etiam comæ sponsi angelicæ virtutes accipi: quæ Deo specialiter inhærent,sicut comæ capiti:eúmq; eui cino cõemplãtur.Quæ bene elatis palmarũ cõparãtur:quia nunquãm à status sui rectitudine inclinãtur : sed in dignitate officij sui immaculatè permanent.Quæ quãtò magis claritatẽ sui conditoris contemplantur in eo:qui in vile sit omne creatũ in eius cõparatione aspiciunt: & ideò quasi corpus nigræ esse dicũtur. (Oculi eius sicut columbę super riuulos aquarũ,quæ lacte sunt lotæ.) Oculi sponsi sunt dona spiritussanctí:quod ostendit Ioannes in Apocalipsi dicens. Vidi agnum tanquã occisum habentẽ cornua septẽ & oculos septẽ:qui sunt septẽ spiritus Dei,missi in omnẽ terrã:vnde bene columbis super riuos aquarũ cõparãtur:quia spiritussanctus puris & synceris mentibus delectatur. Non enim super stagna vel paludes: sed super riuos aquarũ columbæ residẽt : quia spiritussanctus castas & mundas mentes (vt dictũ est) sibi habitaculum facit. Quæ lacte sunt lotæ.Lactis nomine,gratia Dei intelligitur:quæ per spiritumsanctũ ecclesiæ tribuitur: & qua veluti lacte paruuli,ita ecclesia nutritur.Possumus & per oculos Sponsi doctores accipere,qę columbis cõparantur,propter innocentiã & simplicitatẽ.Hæ columbę super riuos aquarũ residẽt:quia sancti doctores fluentis diuinarũ scripturarũ immorãtur.Columbæ super riuulos aquarũ residẽt:vt aduentũ accipitris à longè prospiciant & præcaueant:sic & sancti Doctores aqua baptismatis perfusi:nitore castitatis & sanctimonię dealbati,residẽt iuxta fluẽta plenissima:hoc est iuxta scripturarũ exuberantẽ scientriã. Si qd verò putamus distare inter riuulos & fluẽta plenissima dicendũ est p riuulos veteris testamẽti,scripturas exprimi,p fluẽta plenissima copiosã sancti euãgelij doctrinã designari.

Iste ergo colũbæ & super riuulos aquarũ sunt:& iuxta fluẽta plenissima residẽt:quia sancti doctores assiduè tam veteris testamẽti quã noui mysteria perscrutantur. (Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmẽtarijs.) Genæ sponsi modestia Christi pietas vel seueritas:siue habitus vultus illius accipitur.Nam in genis viri lętitia vel modestia: seueritas quoq; & pietas deprehẽditur. Idcóq; in genis sponsi redemptoris nostri istius habitus vultus accipitur. Genæ illius erant cũ exultaret in spiritu (vt euãgelium dicit) vel cũ fleret super mortuum Lazarũ : vel cũ doleret super peritura Hierusalem, & plura id genus.Hæ ergo genæ sponsi areolis aromatũ comparantur.Sicut enim areolæ aromatũ optimè cõpositæ & ordinatæ aspectum intuentiũ delectãt,eísq; odoré suum propinãt,ita Christi mãsuetudo & absentes fama, & præsentes re ipsa delectabat : & ad sui dilectionem prouocabat.Hæ ergo areolæ à pigmentarijs conditę sunt. Pigmentarij sunt Prophetæ vel Apostoli quorũ alteri futura omnia: alteri iam facta descripserunt. (Labia eius lilia distillantia myrrhã primam.) Per labia sponsi,verba domini Ieiu Christi accipiuntur:quæ lilijs cõparãtur:quia candoris æterni præmia annuntiant.Distillant myrrhã primã:quia per carnis mortificationem,ad hæc perueniendũ docent.Vel etiam lilijs labia domini cõparantur: quia castitatis & munditiæ opera docẽt.Distillant myrrhã primã: quia quæcúnq; aduersa patienter perferẽda insinuant.Labia domini lilia erant:cũ docẽs in monte diceret:Beati pauperes spiritu:beati mites:beati misericordes:beati mundo corde.Distillabãt myrrhã primã:cùm post hæc subiungeret.Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam. (Manus illius tornatiles aureæ plenæ hyacintis. In manibus sponsi operatio saluatoris exprimitur. Sicut enim quis facilè torno operatur:nec regula vlla indiget,sic operatio redemptoris facilis erat,quicquid enim volebat,illicò perficiebat:quia dixit & facta sunt.Et de quo Euãgelista dixit. Erat quasi in potestate habẽs sermonẽ.Aureæ autẽ erant:quia operatio illius diuinitatis peragebatur potẽtia.Nam in auro diuinitas figuratur:quia sicut aurũ cætera metalla antecedit & pretiosius est:ita diuinitas omnibus suis operibus ineffabili modo cunctorũ studia & operationes præcellit.Plena hyacintis:Hyacintus lapis est aërij coloris:quid ergo in hyacintinis manibus,nisi spes & desideriũ cœleste accipitur.Et manus domini plenę sunt hyacintis:quia omnis ciius operatio nos ad spem & desideriũ supernorũ excitat.Hyacinthus etiã est flos aromaticus coloris purpurei boniq; odoris.Manus domini plenæ sunt hyacintis: quia in cruce clauis perforatæ:& rubore sui sanguinis quasi colore purpureo respersæ sunt. Sed superior expositio de hyacinto lapide, melius hic cõuenit quoniã in alia translatione etiã lapis habetur.Dicitur cũ manus eius tornatiles plenæ sunt tharsis. Tharsis autẽ lapis est quẽ nos chrysolitũ dicimus. (Vẽter eius eburneus,distinctus saphyris.) In membris humani corporis nihil vẽtre fragilius, nihil tenerius.Ideóq; per ventrẽ fragilitas humanitatis assumptę in Christo accipitur.Eburautẽ est os elephãti , quod animal dicũt esse cãstissimũ & naturæ frigidissimæ.vnde & à dracone qui calidæ naturæ est,vehementer appetitur. venter ergo sponsi eburneus est:quia assumpta humanitas redemptoris: nullã corruptionẽ, nullam labẽ admisit.Peccatũ enim nõ fecit:nec dolus inuẽtus est in eo vllus.Fragilitatẽ quidẽ carnis assumpsit : sed tamen totius peccati immunis fuit:sicut serpens æneus qui à Moyse in deserto exaltatus fuerat.Figurã quidem serpentis habuit:sed malitia veneni caruit. Distinctus saphyris.Saphyrus lapis est:cœli sereni habens colorẽ.vnde in visione domini dicitur.Est sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphyri, & quasi cœli cùm serenũ est.Per saphyros ergo opera diuinæ maiestatis intelligũtur,quæ in carne perficiebat. Venter ergo sponsi distinctus erat saphyris:quia humanitas Christi cœlestibus virtutibus refulgebat.Nec plenus dicitur esse saphyris:sed distinctus:ita videlicet vt inter saphyros appareret eboris candor : quia sic dominus operabatur ea quæ erant humanitatis,vt nõ reliuqueret ea quę erãt diuinitatis.distincta est enim operatio in Christo diuinitatis & humanitatis.Nam quod esuriebat:quod flebat:qã lassabatur; quod ad vltimum crucifigi & mori poterat:humanitatis opera erant.Quod verò mortuos suscitabat:quod omnib⁹ infirmitatibus succurrebat, quod seipsum à mortuis resuscitabat,euidentissima erãt diuinitatis opera. (Crura illius colũnæ marmoreæ.) Crura sponsi itinera sunt Saluatoris,quibus homo fieri & ad nos venire dignatus est.Quę rectè colũnis marmoreis cõparantur:quia nihil marmore fortius: nihil colũna rectius. Et crura sponsi columnæ marmoreæ sunt : quia omnia itinera Dei & fortia & recta sunt.De fortitudine dicit Psal. Exultauit vt gigas,&c.De rectitudine alibi.Iustus dominus & iustitiam dilexit:æquitatẽ vidit vultus eius.Et vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. (Quæ fundatæ sunt super bases aureas.) Hæc crura super bases aureas fundatas esse dicit:qa omnia quæ per Christum vel in Christo agẽda erant,diuinitatis cõsilio ante mundi cõstitutionẽ prærordinata & præfinita sunt.Aurũ enim quod (vt sæpè dictũ est) pretiosius est cæteris metallis : diuini cõsilij sinceritatẽ secretũ significat.De basibus ergo aureis columnę marmoreæ pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

cedunt:quia ab initio sæculi ordinata est ĩcarnatio, natiuitas, passio & surrectio, cæteráq; mysteria saluatoris quibus humanũ genus redimeretur:vnde Propheta laudãs Dñm dicebat.Dñe Deus meus honorificabo te,laudẽ dicã nomini tuo,qui facis mirabiles res,consiliũ tuũ verum fiet. (Species eius vt libani,electꝰ vt cedri.) Libanus pheniciæ est mons,terminus Iudeæ cõtra septẽtrionem, & est excelsior cæteris mõtibus. Arbores etiã illius mõtis & proceritate & specie ac robore,cæterarum syluarum ligna præcellunt, sicut inquit libanus cæteris montibus Iudeæ terræ præcelsior,ita redẽptor noster speciosior est omnibus electis. Quia speciosus forma præ filijs hominum. Et sicut cedrus pulchrior & procerior est cæteris arboribus, ita ille gratia & dignitate oẽs ab initio sæculi præcellit. (Guttur illius suauissimum,& totus desiderabilis.) Superius ꝑ labia sponsi verba eius intellecta sunt.Nunc per guttur ipsorum verborum interior dulcedo significatur:quia intellectus noster satiatur, & ad quã percipiendam inuitabat Psalm.dicẽs. Gustate & videte quoniã suauis est Dñs. Et multi quidem verba Dñi facilè intelligere possunt,sed pauci sunt qui dulcedinẽ illorum valeant penetrare, hoc est qui præcepta Dñi ex amore & desiderio studeãt adimplere.Et totus desiderabilis.Ac si diceret.Quid per singula eius mẽbra describendo immoror? Totus est desiderabilis sponsus meus.Totus inquit:quia ꝑfectus Deus,ꝑfectus hõ. Totus ergo desiderabilis est:quia angelos & electos quósq; ad suum desiderium accendit.Iuxta qđ Apostolus dicit.In quẽ desiderant angeli prospicere.Et quanto, quod vicinius aspicitur, tanto maiori affectu ad se aspiciẽdũ desiderium prouocat intuentis. (Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filiæ Hierusalem.) Dilectus,quia per fidẽ & charitatẽ illi inhæreo. Amicus verò,quia me de vinculo peccati redẽptam,amicã suam & secretorũ suorum consciã facere dignatus est.Quẽ quãto quisq; plus diligit,tãto amicitia eius dignus est. (Quo abijt dilectus tuus ô pulcherrima mulierũ?) Vox est filiarum Hierusalẽ.i.ecclesiarum,siue etiam animarum sanctarum.Nã sponsa Christi est ecclesia.Filiæ verò Hierusalẽ,ipsa ecclesia est,quæ ex singulis fidelium animabus cõstat.Aiũt ergo. Quo abijt dilectus tuus ô pulcherrima mulierum. (Quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?) Adiurauerat enim ipsa sponsa supius filias Hierusalẽ: vt nuntiarent spõso,ꝙ amore eius lãgueret. Interrogauerant hæ eædem filiæ Hierusalem. Qualis esset sponsus, & illa consequenter formã sui sponsi exposuerat. Nunc interrogãt ipsę filiæ Hierusalẽ.Quo abierit spõsus ille:vt quærant eum cum ea. Hoc faciunt sanctæ animę,quando adinuicem de æterna salute colloquuntur,flagrantes amore Christi, & eius aspectum desiderantes. Siue cum diligenter inuestigant in quorum maximè cordibus Christus requiescat:vt eorum exẽplo & cõuersatione ædificẽtur.Notandum aũt,qđ dicitur.Quo abijt vel quo declinauit dilectꝰ tuꝰ.Quasi eñ ad tẽpus declinat,dũ quærit vt ad maiꝰ desideriũ ad se sequẽdum nos excitet.Ad hoc eñ plerũq; differũt vota & oratiões sanctorũ: vt ardẽtius eũ desiderare ĩcipiãt.Sicut & quõdã Marię se q̃rẽti nõ statĩ se ostẽdit,sed ĩ specie hortulani apparẽs,tãdẽ ꝙ ipse esset q q̃rebat apuit. Exaudit ergo semꝑ Dñs electos suos,sed tñ quasi declinat,cũ nõ statim postulata cõcedit.Bñ aũt dicitur.Quæremꝰ eũ tecũ.Nã q sine ecclesia Christum q̃rit,errare põt,ꝓficere nõ põt. CAP. VI.

DIlectus meus descendit in hortum suũ ad areolam aromatũ: vt ibi pascatur in hortis & lilia colligat. Ego dilecto meo,& dilectus meus mihi,qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Hierusalẽ,terribilis vt castrorũ acies ordinata. Auerte oculos tuos à me:quia ipsi me auolare fecerũt. Capilli tui sicut Grex caprarum quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut greges ouium,quæ ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus,& sterilis nõ est in eis. Sicut cortex malipunici, sic genæ tuæ absque occultis tuis. Sexaginta sunt reginæ & octoginta cõcubinæ,& adolescentularum nõ est numerus. Vna est colũba mea perfecta mea:vna est matri suæ electa genetrici suæ. Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt, reginæ & cõcubinæ laudauerunt eã. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora cõsurgens, pulchra vt luna, electa vt sol,terribilis vt castrorum acies ordinata? Descendi in hortum nucum:vt viderẽ poma cõuallium,& inspicerem si floruisset vinea,& germinassent malapunica.Nesciui.Anima mea cõturbauit me propter quadrigas Aminadab.Reuertere,reuertere,Sunamitis,reuertere,reuertere:vt intueamur te.

IAm supra diximus, q sit hortus Christi, sancta videlicet ecclesia, de qua supra dictum est.Hortus cõclusus,soror mea spõsa.Descendit inquit Christus in hortum suũ, hoc est quem ipse præparauit & excoluit,quẽ virtutum germinibus cõseuit, quẽ muro suæ custodiæ ab incursu malignorum spirituum defendit.Et bene in hortũ suum descẽdisse dicitur. Nam in horto sepeliri voluit,& primum Mariæ Magdalenæ in horto apparuit,ibíq; quodãmodo primitias ecclesiæ cõsecrauit.Descẽdisse ergo dicitur,quasi de superioribus & de cœlestibus sedibꝰ in hortũ quẽ in humili loco plãtauit:vt hortus.i.ecclesia sua dicit.q̃ est ista q̃ descẽdit ꝑ desertũ. Ad areolã inqt aromatũ. Per areolã aĩa cuiúsq; fidelis intelligitur, q̃ disciplina cœlesti exultat,& diligẽter cõposita ac laterũ parilitate exquadrata ẽ.Sed ad hoc ipse descẽdit:vt pascatur (inqt) in hortis.i. vt pijs sanctorũ laboribꝰ delectetur.Ipse eñ bonis nostris pascitur:intãtum vt in paupere ipse reficiatur.Et lilia colligat,hoc est vt sanctas aĩas virtutis maturitate ad ꝑfectũ cãdorẽ ꝑductas,de hoc mũdo ad se colligat,& secũ ĩ æterna beatitudine gaudere faciat.Lilia eñ sanctæ sunt aĩæ.virtutũ studijs & bonis opibus candidatæ. (Ego dilecto meo,& dilectus meus mihi,q pascitur ĩter lilia.) Ego dilecto meo,& dilectus meus mihi, subauditur gratã passionem ꝑparo.Et dilectꝰ meus mihi,subauditur gratiã ꝑfectiõis vel ꝑmiũ vitę æternæ remuneratiõis præstabit,siue ego dilecto meo ĩ meipsa mãsionẽ ꝑstabo,& dilectꝰ meus mihi:quia ipse ĩ me habitat,& me ĩ se habitare facit,sicut ipse ĩ Euãgelio dicit. Ego in vobis,& vos in me. (Pulchra es amica mea suauis & decora, sicut Hierusalẽ.) Quærebat ecclesia spõsum suũ tãquam absentẽ,sed ille vt se semꝑ præsentẽ ostẽderet,eíq; de se colloquẽti,seq; desiderãti semꝑ adesse demõstraret,citò rñdit.Pulchra es amica mea & decora sicut Hierusalẽ.Pulchra es,qa maculã & rugã peccati non habes, sed omni nitore virtutũ vernas. Amica mea.i.ecclesia vel aĩa quæq; fidelis.Suauis & decora sicut Hierusalẽ.Hierusalẽ quæ visio pacis interpretatur,illã supernã ciuitatẽ designat,in qua est vera pax & fœlicitas:qa ibi sic gaudẽt sancti de munere:vt nõ sit,qđ doleãt de corruptione.Ergo ecclesia quæ adhuc in terris est:vel aĩa quæq; fidelis,ad similitudinẽ illius Hierusalẽ suauis est & decora:qa illã pacẽ inquantum põt imitatur. (Terribilis vt castrorum acies ordinata.) Terribilis est ecclesia malignis spiritibus, & est ordinata sicut castrorum acies,cũ videlicet vnusquísq; fidelis ordinẽ suum & vocationẽ rectè custodit. Tres eñ sunt ecclesiæ ordines,Doctorũ,cõtinentiũ,& coniugatorũ:q̃ species in tribus viris illis demonstrata est.Noẽ,Daniel, & Iob.Noẽ eñ qui inter fluctus archã rexit,sanctos Doct.significat. Daniel celebs & castus,cõtinẽtiũ.Iob q vxorem habuit & filios,ordinem cõiugatorum exprimit. Ergo sancta ecclesia ordinata est sicut acies castrorum:qa vnuscuiúsq, ordo ecclesię velut ĩ acie cõtra hostẽ malignorũ spirituũ cõsistit,dũ sancti Doct.prædicatiõi & doctrinę operã impẽdũt. Cõtinẽtes,dũ q̃ mũdi sunt cõtẽnẽtes,tñ q̃ Dei sunt cogitãt,& liberi à terrenis cogitatiõibus,mẽte solũ Deo vacãt.Cõiugati,eleẽmosinis & cęteris actualis vitę bonis operibus insistũt,sicq; vtũtur mundo:vt q̃ Dei sunt nõ deserãt.Hęc ergo ordinatissima dispositio ecclesię terribilis est ĩmũdis spiritibꝰ:velut acies castrorum ordinata ad bellũ:qa imperium suũ & ptãtẽ ꝓferre nõ cessat vsq; ad terminos totiꝰ orbis.Siue terribilis est vt castrorũ acies ordinata: qa sic vnitate charitatis cõnexa ẽ & cõiũcta:vt nulla ab hostibꝰ peste discordiæ possit penetrari.Nihil eñ sic terret malignos,quò charitas. (Auerte oculos tuos à me:qa ipsi me auolare fecerũt.) Ac si diceret. Ego qdẽ dedi tibi oculos colũbinos qbus me intueri & arcana scripturarũ penetrare valeres.Sed caue ne illos ad me videndũ intẽdere velis:qa dũ in ꝑsenti viuis,nõ potes.Non eñ videbit me hõ & viuet. Cũ aũt vinculis carnis absoluta ad me ꝑueneris,tũc me apta visione videbis,& ĩplebitur,qđ ĩ Euãgelio repromittitur.Qui diligit me,diligẽt à patre meo,& ego diligã eũ,& manifestabo ei meipsum. Qđ aũt dicit,qa ipsi me auolare fecerũt,nõ ẽ putãdũ,ꝙ q̃rẽtes se deserat, & ab illis recedat,cũ ipse ꝑcipiat. Quærite & ĩuenietis.Sed ita potius accipiẽdũ ẽ:qa quãtò amplius qs diuinitatẽ maiestatis Dei ꝑscrutari voluerit,eò ampliꝰ intelligit:qa ĩscrutabilis & ĩcõprehẽsibilis sit. Et hoc ẽ.qđ Psal.dicit. Accedet hõ ad cor altũ,& exaltabiť Deꝰ. Ac si diceret. Licet hõ ad vidẽdũ Deũ cor subleuet,exaltať Deꝰ,qa quãtꝰ sit cõprehẽdi nõ põt. (Capilli tui sicut Grex caprarũ,q̃ apparuerunt de Galaad.) Hi aũt supius expositi sũt,sed nõ pigeat iteratò exponere, quos nõ piguit spiritũ sanctũ repetere.Iõ bis istos versiculos posuit: vt certissimũ & stabile teneremꝰ, qđ sub repetitiõe cõfirmari audiremꝰ.Capillꝰ sanctę ecclesię multiplex,ẽ subtiliũ cogitationũ varietas. Et bñ cõparãtur gregi caprarũ.Nã capra peccatoris figura ẽ.Vñ & ĩ lege ꝑcipiť:vt qcũq; ꝑ ignorãtiã peccauerit & cognouerit reatũ suũ, offerat ꝓ delicto suo caprã ĩ holocaustũ.Capilli ergo ecclesię gregi caprarũ cõparãť:qa sancti q sũt mẽbra ecclesię oẽs reatꝰ cogitatiõis suæ ꝑ dignã pœnitẽtiã & ꝑ lachrymas iustę cõpũctiõis deflere satagũt. Bñ aũt de mõte Galaad apparuisse dicũtur. Galaad ĩterpretatur aceruꝰ testimonij.Iõq; ꝑ galaad mẽs sanctorũ designať,q sunt aceruꝰ testimonij,qm oĩa q̃ sęculi sũt neglexere,& solũ desiderãt deũ sic cui dẽtibꝰ attestanť ĩdicijs.Põt ẽt ꝑ Galaad ipse Dñs & redẽptor noster ĩtelligi.Galaad eñ & mõtis & ciuitatis ẽ nomẽ.De mõte Galaad grex caprarũ apparuit:qa ecclesia sup christũ fundata ẽ,sicut ipse dicit.Nõ potest ciuitas abscõdi super montem posita. Ipse est aceruus testimonij qui multitudini Prophetarum & Patriarcharum & gestis & scriptis testimonium perhibet. (Dentes tui sicut grex ouium quæ ascẽderunt de lauacro.) Per dentes ecclesiæ firma sermonum eius stabilitas intelligitur,qui bene gregi ouium cõparantur,quæ de lauacro ascenderunt:quia verba ecclesiæ nihil nisi innocentiam & mãsuetudinem sonãt,nihil in se fœdum, nihil turpe vel immũdum retinet, sed lauacro sinceritatis & puritatis lauantur,audientes ab Apostolo. Sermo malus ex ore vestro nõ procedat. (Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.) Bene autẽ omnes gemellis fœtibus esse dicũtur:quia sermo sanctorum nihil aliud sonat & loquitur,nisi qđ ad dilectionẽ Dei & proximi pertinet. Solũmodò enim ea sancti loqui debent, quæ ad perpetuã corporum & animarum pertinẽt salutem. (Sicut cortex malipunici,sic genæ tuæ,absq; occultis tuis.)In genis diximus superius sanctorum castã verecũdiam designari. In cortice mali punici, mysterium passionis Christi dicente Paulo Apostolo. Noli erubescere crucẽ Christi,neque vinctum eius.Et quidẽ magna sunt quę in aperto sunt.Maxima verò sunt illa quæ sunt intrinsecus, hoc est quæ in futuro sanctis reseruãtur. (sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinę,& adolescẽtularum nõ est numerus.) Reginæ sunt Doctores sanctæ ecclesiæ qui merito fidei & scientiæ thoro Regis æterni propinquãt,& spirituales Deo filios pariũt.Sexagenarius numerus ex denario & senario perficitur.Denarius per senariũ multiplicatus,in sexagenarium consurgit. Et per denarium significãtur diuina præcepta propter decalogum legis. Senarius verò pro perfectione ponitur.quia sex diebus ꝑfecit Deus opera sua.Reginæ ergo sexaginta dicuntur esse:quia eos significant (vt diximus) qui perfectione scientiæ & operis pollent, & propter solum amorẽ cõditoris sui & intuitu supernæ remunerationis,æterna gaudia prædicant,sic etiã idem numerus.i.sexagenarius ex duobus senarijs quinquies ductis cõficitur. Nã quinquies duodeni vel duodecies quini,sexaginta sunt.Reginæ ergo sexaginta esse dicuntur:quia illos significant qui in ecclesia constituti quinq; sui corporis sensus iuxta institutionem duodecim Apostolorum castè disponere nouerũt.Cõcubinæ significant eos qui non sincerè Christum prędicãt,sed propter lucra tẽporalia vel propter laudes populares.Nã & istę sicut & reginæ ad thorum Regis per scientiam accedunt, & filios spirituales generãt, sed ad coronã æterni regni alienæ existunt.Et bene octogenario numero cõprehenduntur.Nã hic numerus ex denario & octonario cõficitur.Octonarius verò in malo accipitur aliquãdo propter quaternarium:quo multiplicato cõsistit.Quaternarius enim tẽporalia quęq̃, & præsentia significat propter anni tẽpora:vel ꝓpter quatuor mundi elementa.Rectè ergo cõcubinæ istę octoginta esse dicuntur:quia (vt dictum est) propter sola temporalia & visibilia prædicãt, & spiritualia minus curãt.De talibus Apostolus dicebat. Sunt quidã Christum annuntiãtes non sincerè,&c.donec dicit. In hoc gaudeo sed & gaudebo. (Adolescentularum nõ est numerus.) Adolescentulæ sunt animæ,quæ deposita primi hoĩs vetustate in Christo renatæ sunt. Nec dum tamen sunt nubiles, nec dum thoro Regis aptæ: quia nec dum ad prædicationẽ de Christo perfectã peruenerunt.Quarũ non est numerus: quia infinitus est numerus animarum in Christum credẽtium,nec ab vllo hoĩe cõprehendi potest.Cęterùm Deo numerati sunt oẽs electi. Nã apud quẽ etia stellarũ numerus cõprehensus est, ignorari non potest electorum numerus. (Vna est columba mea.) Vna catholica est per vniuersum orbem diffusa ecclesia, quæ ex reginis & adolescẽtibus cõstans iã contubernia habet, hoc est etiã qui noĩe vel re Doct.dicuntur. Vna est ecclesia:quia scissurã & scismata nõ recipit,sed sicut vnus est Deus:vna est fides: vnum baptisma, ita vna est generalis ecclesia.Quæ & rectè columba vocatur:quia spiritus sancti dote qui in specie colũbæ apparuit,Christo sponsata est & sanctificata. (Vna est matris suæ.) Mater enim nostra illa cœlestis Hierusalem est,de qua Apostolus dicit.Illa autẽ quæ sursum est Hierusalẽ,libera est:quæ est mater nostra.Hęc ergo ecclesia vna est matris suæ: quia ad exẽplum illius ecclesiæ quæ iã Christo fruitur, ipsa in hac peregrinatione instituitur & informatur,atq; ad illam beatitudinem in qua cum Christo cõregnat peruenire nititur. (Viderũt illã filiæ Sion,& beatissimã prædicauerunt,reginæ & cõcubinę laudauerunt eã.) Quas superius adolescentulas hic filias appellat. Reginas verò & cõcubinas in hoc loco (vt superius) intelligamꝰ.Filiæ ergo reginæ & cõcubinæ prædicãt ecclesiã & laudant:quia vniuersitas fidelium catholicã admiratur ecclesiam.Ipsa enim ecclesia quę ex multis fidelium cõstat ꝑsonis. catholicã.i. vniuersalẽ efficit ecclesiã. (Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora cõsurgẽs.) In fine quidẽ sæculi cũ plebs Iudaica ad prędicationem Heliæ & Enoch conuersa fuerit ad Christum,ipsa quoq; de ecclesia admirabitur dicens.Quæ est ista.i.quãta & qualis est ecclesia. Quæ progreditur,hoc est proficit de virtute in virtutẽ.Non eñ stare sed progredi dicitur:quia nõ vno loco cõtenta,sed totum mũdum cœlesti prædicatiõe occupauit. Quasi aurora ꝓgreditur:quia trãsactis tenebris infidelitatis,lumen se veritatis habere ostendit. (Pulchra vt luna,electa vt sol,terribilis vt castrorũ acies ordinata.) Luna à sole illuminatur.Et ecclesia pulchra est vt luna:quia claritate sponsi sui Christi illuminatur, & eius gratia resplendet Siue pulchra est vt luna in pręsenti vita:vbi aliquãdo cõcessa sibi pace & securitate crescit, aliquãdo aduersitatibus obscurata decrescit. Electa vt sol, in alia vita vbi perpetuò splendebit visione cõditoris sui,siue electa est vt sol: quia illum verum solẽ imitari nititur,de quo scriptum est. Vobis timẽtibus nomẽ meum,orietur sol iustitiæ.Hunc solẽ imitatur viuẽdo in omni humilitate & iustitia & pietate.Terribilis,aẽreis potestatibus,ordinata vt castrorum acies.i.charitatis vnitate vnita: vt nullis tentationibus penetrari valeat. (Descendi in hortum nucum: vt viderem poma conuallium & inspicerem si floruissent vineæ,& germinassent mala punica.) Laudata ecclesia,ad sinagogã respõdet.Descendi ad hortum nucum,hortus nucum,est vita præsens.Nã sicut in nuce tegmen quidem durissimum videtur,sed nucleus latet,ita in præsenti vita nostræ cõscientię clausæ sunt,& nõ apparẽt,donec fracta testa corporis manifestẽtur. Descendit ergo ad hortum nucum ecclesia,quãdo per Doct.suos vitas singulorum cõsiderat. Vnde sequitur. Vt viderẽ poma cõualliũ. Poma cõuallium,sunt virtutes quæ humilitate cõdiuntur.Descendi inquit vt viderẽ poma cõuallium.i.cõsiderarẽ sanctos,excellẽtia quidem virtutum præditos,sed humilitate depressos:vt inspicerẽ si floruisset vinea,hoc est cõsiderarem qui in studio sanctarum virtutum proficerẽt.Et germinassent mala punica. Hoc est vt eos quóq; perquirerem,qui iã apti sunt ad imitãdum passionẽ Christi.Nam mala punica (vt sæpè dictum est) mysterium Dñicę passionis significant. Cõsiderat ergo ecclesia per prelatos suos qui in virtutibus crescunt: vel qui iã ita perfecti sunt: vt imitãtes passionẽ Christi ꝓ illo quóq; idonei sint sanguinẽ fundere,quales erãt illi de quibus Apostolus dicebat.Vobis datum est non solùm vt credatis Christũ,sed vt pro illo patiamini. (Nesciui. Aĩa mea conturbauit me,propter quadrigas, Aminadab.) Vox est sinagogæ, quæ vidẽs tantã ecclesiæ gratiã, inspecta veritate Euãgelij,dolet, ꝙ nõ anteà cognouerit fidẽ Christi, & quasi excusans se,ꝙ tam tardè cõuersa sit,dicit.Nesciui. O sponsa Christi ecclesia.nesciui.i.ignoraui tantã gratiã & tãta dona spiritualium virtutum tibi à spõso tuo collata.Aĩa mea cõturbauit me,propter quadrigas Aminadab.Cõturbata est inqt aĩa mea sollicitudine pro tã subita Euãgelij prędicatiõe.Sciebã eñ legẽ & Prophetias diuinitas datas,& iõ cũ subito vidissem prędicari Euãgeliũ, cõturbata sum ꝓpter quadrigas Aminadab.Aminadab nepos fuit Iudæ,ꝑ quẽ gñatio Christi cõtexitur.Interpretatur aũt Aminadab populꝰ meus spõtaneus.Ideóq; significat Christũ,q populi sui spõtaneꝰ fuit: quia cũ esset Deꝰ,spõtè factꝰ est hõ.Cũ cõditor esset & creator, sola benignitate sua factꝰ est portio populi sui.Et est sensus.Conturbata inqt sum ꝓpter Euãgelij subitã ꝑdicationẽ:quæ veluti velocissimæ quadrigæ totũ subitò mũdũ ꝑuolauit. Et bñ hanc ꝑdicationẽ nõ currũ, sed quadrigã appellat:qa Euãgelij ꝑdicatio,quatuor Euãgelistarũ auctoritate cõsistit,& quatuor Euãgelia quasi quadrigę sunt noui testamẽti,cui ꝑsidet auriga ipse Christꝰ tẽperãs & disponens ipse cursum Euãgeliorũ. (Reuertere reuertere Sunamitis,reuertere reuertere vt intueamur te.) Vox ecclesiæ sinagogã ad fidẽ inuitãtis.Reuertere ô sinagoga ab ĩfidelitate ad fidẽ,reuertere ab odio ad dilectionẽ. Sunamitis ĩterpretatur captiua vel despecta.Talis erat sinagoga ante aduẽtum Christi,captiua videlicet vinculo diaboli,despecta à Deo: qa Christũ ad salutẽ suã missum nõ cognouit. Reuertere vt intueamur te.i.pulchritudinem tuæ castitatis aspiciamus. CAP. VII.

QVid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum. Quã pulchri sunt gressus tui in calciamẽtis,filia principis. Iuncturæ fœminum tuorũ sicut monilia quę fabricata sunt manu artificis. Vmbilicus tuus, crater tornatilis,nunquã indigens poculis. Venter tuus,sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Duo vbera tua,sicut duo hinnuli gemelli capreæ. Collum tuũ,sicut turris æburnea. Oculi tui,sicut piscinæ in Esebon,quæ sunt in porta filię multitudinis. Nasus tuus,sicut turris libani,quę respicit contra Damascum. Caput tuum:vt carmelus, & comæ capitis tui, sicut purpura regis iuncta canalibus. Quã pulchra es & quã decora charissima in delitijs. Statura tua assimilata est palmæ,& vbera tua botris. Dixi. Ascendam in palmam,& apprehendam fructus eius. Et erunt vbera tua sicut botri vineæ,& odor oris tui sicut odor malorum. Guttur tuum sicut vinum optimum. Dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Veni dilecte mi,egrediamur in agrum, commoremur in villis. Mane sur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gamus ad vineas: videamus si floruit vinea: si flores fructus parturiunt: si floruerunt mala punica. Ibi dabo tibi vbera mea. Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris. Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi.

VOr est sponsi: qui audiens inuitari synagogam à sponsa sua ecclesia ad fidem, dicit. Quid videbis in Sunamite nisi choros castrorum. Ac si diceret. Tu quidem ô sponsa doles de perditione synagogæ & ꝙ tardè ad fidem veniat: sed adest tempus quo conuerta tur: & tũc nihil videbis in ea nisi choros castrorũ, id est, nõ nisi charitatis concordiam: & stabile robur fidei: quo pro defensione meæ fidei pugnabit. Nam chori canentium sunt. Castra verò militũ pugnantium. In Sunamite ergo chori castrorũ videbuntur: quia conuersa synagoga & cõcorditer Christũ prædicabit eũ ecclesia: & pro fide Christi vsq; ad morte certabit. (Quàm pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis.) Ab hoc loco incipit sponsus exponere laudes sponsæ suæ. Et notandum ꝙ à gressibus incipit eius pulchritudinẽ texere: & in ore laudis eius finit: sicut superiùs ab oculis cœperat. Hoc autẽ fecit vel ad pulchritudinẽ carminis variandam: vel etiam quia sic mysterijs aptiùs: imũ est: quàm pulchri, inquit, sunt gressus tui. Vidit ecclesiam nõ in vno loco otiosè stantem: sed veloci prædicatione totũ mundum peragrãtem: ideò à gressibus cœpit eam laudare. Gressus enim ecclesiæ sunt veloces prædicatiões Apostolorũ, per quos in omnem terram euangelium insonuit. In calciamentis, id est, in parrum præcedentium exemplis. Calciamenta ex mortuis fiunt animalibus. Et calciamẽta ecclesiæ sunt patrum præcedẽtium exempla: quibus gressus habet munitos: vt secura eos imitando & sine offensione gradiatur filia principis. Alia translatio. filia Aminadab dicit Aminadab (vt superiùs dictum est.) Populus spontaneus dicitur: qui rectè figuram Christi tenet. Nam ecclesia, & filia est: & sponsa filia: quia eius sanguine redempta eius baptismate est regenerata. Sponsa: quia dote spiritussancti illi est coniuncta. (Iunctura fœminum tuorum, sicut monilia quæ fabricata sunt in manu artificis.) In fœminibus vel fœmoribus solet sacra scriptura generationis propagationem designare: vnde de Iacob legimus. Omnes animæ quę egressæ sunt de femoribus Iacob. Fœmina ergo ecclesiæ sunt: spiritualis generatio: credentes populi per verbũ prędicatiõis & lauacrũ baptismati. Iunctura fœminũ est cõiunctio duorũ populorũ Iudaici & Gentilis in vna fide. Et benè hæc iunctura monilibus comparatur: Nam fides sine operibus mortua est. Fabricata sunt autem manu artificis: hoc est Dei omnipotentis: cuius munere virtus boni operis credentibus tribuitur. Hic est ille artifex, de quo Paulus Apostolus dicit. memoriam Abrahæ faciens. Expectabat enim ciuitatem manentem: cuius conditor est Deus. (Vmbilicus tuus crater tornatilis: nunquàm indigens poculis.) Vmbilicus fragilissima pars est corporis. Et ideò per vmbilicum, fragilitatem nostræ mortalitatis debemus accipere. Crater verò est calix maior: ansas hinc & inde habens. Vmbilicus ergo ecclesiæ, crater tornatilis est: quia quantò magis doctores sanctæ ecclesiæ fragilitatis meminerunt, tantò magis verbis prædicationis insistunt, id est, elemosinam verbi Dei præbentes, ipsi à Deo misericordiam consequuntur. Et bene crater tornatilis dicitur. Torno enim faciliùs operamur, per quod significatur facilitas erogandi verbum: vel eleemosinam dandi. Non enim morosè vel hæsitando eleemosina danda est. Iuxta, quod Salomon dicit. Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi, cum statim possis dare. Quod etiam torno fit non indiget exterius adhibita regula vel linea, sed inerrato ex seipso perficitur. Vmbilicus ergo ecclesiæ crater tornatilis est: quia quicúnque vel prædicat vel eleemosinã dat, pro sola dilectiõe Dei, & supernæ mercedis expectatione hoc facere debet. Nam quicúnq; vel prædicat: vel proximis miseretur pro remuneratione tẽporali, crater quidẽ est, sed nõ tornatilis. Et hic crater nũquã indiget poculis, quia prædicatoribus nũquã deest prædicatio verbi Dei: quia ipse quẽ prædicãt pocula scientiæ & virtutẽ constatię illis subministrat. Vnde Psalm. Domious dabit verbum euãgelizãtibus: virtute multa. (Véter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs.) Eadẽ fragilitas quæ per vmbilicum designata est, ostenditur hoc loco etiã per ventrem: quia venter nulla ossium firmitate prẽmunitur. Bene ergo vẽter ecclesiæ, aceruo tritici cõparatur: quia sancti quãto memores sunt suæ fragilitatis, eo studiosius ad proferendos bonorũ operũ fructus insistunt. Et rectè non copiã tritici, sed aceruum tritici dicit: vt per hoc significet incrementa virtutum, quæ veluti aceruus ab inferioribus ad superiora crescẽdo cõscendunt. Nã sicut aceruus in inferioribus lata amplitudine spatiatur, superiusverò quadã breuitate cõtrahitur & acuminatur, ita in ecclesia multi sunt qui indulgẽtius viuunt, pauci verò qui summæ perfectioni insistant. Plures enim inueniuntur qui de bonis suis eleemosinam faciunt, quã qui sua omnia pro Dño relinquãt. Hic aceruus lilijs vallatus dicitur: quia sancti bona quę faciunt, pro desiderio supernę claritatis & cãdoris agunt. Nam per lilia, cœlestis illa claritas designatur. Potest etiam per ventrẽ ecclesię, diuinus fons baptismatis accipi, quo fideles in nouam creaturã regenerãtur. Benè ergo vẽter aceruo tritici vallato lilijs comparatur: quia regenerati fonte baptismatis, docẽtur bonis insudare operibus, & ad intuendam supernæ claritatis gloriam semper inhiare. (Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ.) Vbera ecclesiæ (sicut iam superius dictum est) sanctos Doctores significant, qui parulos hoc est nuper in Christo regeneratos, lacte apertionis doctrinæ instruunt. Benè autem duo vbera dicuntur: quia de duobus populis Iudaico videlicet & gentili, fideles congregantur, & lacte spiritualis doctrinæ aluntur. Hæc duo vbera, sicut duo hinnuli capreæ gemelli esse dicuntur. Duo hinnuli, duo sunt testamenta, quibus eorundem Doctorum omnis prædicatio subsistit. Quorum duorum testamentorum vnus est auctor & promulgator Christus. Iuxta, quod Salomon dicit. Verba sapientium quasi stumuli, & sicut claui in altum defixi, quæ data sunt à pastore vno, Christo videlicet. Caprea enim rectè Christum significat: quia intuitu & velocitate cæteris animantibus præeminet, & mundum est animal vngulam diuidens & ruminans. Tales sunt etiam membra Christi, Doctores videlicet intuitu scientiæ insignes, & sua velocitate terrena deserentes, arq; ad cœlestia festinãtes. Diuidẽtes vngulã, id est, habentes mali & boni discretionẽ. Et ruminantes, hoc est præcepta Dei sedula memoria meditãtes. (Collũ tuũ sicut turris æburnea.) Doct. sancti q designãtur p vbera, ipsi etiã designantur per collũ. Nã per arterias colli vox egredit, & colli ministerio vita alimẽta ceteris mẽbris ministrãtur. Sic S. Doct. & verba vitę populis annũtiãt, & alimẽtis doctrinę cœlestis auditores enutriũt. Collũ ergo ecclesię turri eburneę cõparatur: quia sancti Doct. eidẽ ecclesiæ pulchritudin & robur præstant. Pulchritudinem quidem: quæ per eandorem eboris designatur: castè & sincerè viuendo. Robur verò præstant, quod significatur per turrim: quãdo eandem ecclesiam contra tentationes diaboli vel impetus hæreticorũ muniunt. (Oculi tui sicut piscinæ in Esebon: quæ sunt in porta filiæ multitudinis.) Idem ipsi Doctores qui per eollum designati sunt, designãtur etiam per oculos. Ipsi enim quasi oculi vniuerso ecclesiæ corpori prouident: & iter, quod ingredi debeant ostendunt. Hi oculi ecclesiæ comparantur piscinis ædificatis in porta Esebon ciuitatis: quia sancti Doctores populos in Christũ credentes, vitali lauacro abluunt & salutaris doctrinæ potu reficiũt. Filia autem multitudinis vocatur Esebon iuxta literam: ob multitudinem confluentium in ibi populorum. sic & sancta ecclesia rectè filia dicitur mukitudinis: quia numerositatem quotidiè colligit gentium. Esebon autem interpretatur cingulum meroris: oculi ergo ecclesiæ piscinis Esebon comparantur: quia sancti Doctores negletis caducis sæculi gaudijs, cingulis meroris se constringunt: quia castè & sobriè viuunt in hoc sæculo: & pro suis erratibus deflent: quarius in præsenti sæculo lugentes: ad vera & æterna gaudia peruenire possint. In porta autem Esebon hæ piscinæ esse dicuntur. Quia nullus ecclesiam ingredi valet, nisi prius aqua baptismatis abluatur: & nisi fonte salutaris doctrinæ potetur. Hoc etiam significabatur per labrum æneum: quod Salomon in porticu templi posuerat, vt sacerdotes ingressuri templum & hostias immolaturi, ibi corpora ablue rent. (Nasus tuus, sicut turris libani: quę respicit cõtra Damascum.) Quia naso fetores & bonos odores discernimus, rectè per nasum ecclesiæ, sancti Doctores signantur. Ipsi enim sagaciter discernere nouerunt inter fragrantem catholicæ fidei doctrinam, & letiferũ hæretici erroris fetorem. Nam & de diuinis carismatibus quæ per Spiritum sanctum distribuuntur, dicitur. Alij datur per spiritum discretio spirituum. Nasus ergo ecclesiæ turri libani comparatur: quia sancti Doctores & summum locum in ecclesia tenent: ac veluti in libano monte consistunt: & defendunt ecclesiam à malignorum spirituum incursibus. Hæc turris cõtra Damascũ esse dicitur. Damascus metropolis est Syrie: quæ quondã cõtra filios Israël: vtpotè fortissimos & crudelissimos Reges habẽs: dimicabat. Interpretatur autẽ Damascus sanguinis potus vel sanguinis oculus. Perũt em ibi Abel interfectũ. Ideóq; significat potentes huius sęculi, qui sanguinis potũ sitiunt: quia voluntatibus & illecebris carnis & sanguinis delectãtur. Significant etiam aereas potestates quę animarum nostrarum crucorem sitiunt. cõtra Damascũ ergo est hæc turris: quia ecclesia semp diabolo & mẽbris illius, adiutorio Christi munita resistit. Caput tuũ vt carmelus: & comæ capitis tui vt purpura regis iuncta canalibus.) Caput ecclesiæ principalitas mentis fidelium intelligitur. Nam sicut capite membra reguntur cetera, ita mente cogitationes disponuntur. Bene autem caput ecclesiæ Carmelo comparatur. Carmelus enim qui & Carmel dicitur, interpretatur cogitatio vel scientia circuncisionis. Ergo caput ecclesiæ Carmelo assimilatur: quia nouit, circuncisionem aliquando corporaliter celebratam, nunc se spiritualiter debere obseruare. Iuxta quod Propheta dicit. Circuncidimini Domino in cordibus vestris. Hanc scientiam circuncisionis non habuerunt Iudæi. Ideóque reprehenduntur à beato Stephano protomartyre dicente. Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus semper spiritui sancto restitistis. In libro Regum legitur, quòd Helias in monte Carmeli ascenderit. & ibi orando aridam terram cœlestibus pluuijs irrigauerit post longam trium annorum & semis siccitatem: quæ historia pulchram redoler allegoriam. Nam Helias qui interpretatur Deus meus dominus, Christum significat qui cũm sit Deus & dominus totius creaturæ, specialiter suus, id est, proprius Deus & dominus est ecclesiæ. Hic ergo in Carmelum ascendit: & per eos arenti mũdo gratiarum suarum pluuias tribuit. Rectè ergo (vt dictum est) caput ecclesiæ Carmelo monti comparatur: quia mens sanctorum quadam conuersatione sublimis est: & Christo in se asceusum præbet perfectum virtutum. Et comę capitis tui vt purpura Regis iuncta canalibus. Si per caput mens ecclesiæ accipitur: per comas capitis cogitationes mẽtis debemus accipere: quæ assiduè de illa prodeunt. Purpureus verò color qui sanguinis habet speciem mysterium significat Dominicæ passionis. Iuxta literam: quod dicit purpura Regis iuncta canalibus, significat lanam iam purpureo colore confectam: & nondum in fila deductam sed adhuc in canalibus constitutam: quas Græci Baphias vocant. In quibus sanguis Conchiliorũ solet defluere: & lanam in purpureum vertere colorem. Mysticè canales isti humilitatem significant sanctorum: in quibus æterni Regis purpura tingitur: cum sancti quiq; humilitatem sui redemptoris imitando passionem illius cõformes fieri satagunt: quatenus in purpurę dignitate vertantur, id est, laborantes pro Christo mereantur regnare cum ipso. Tincta autem hęc purpura esse dicitur: quia sanctorum præcordia fixa sunt & stabilita in timore & amore redemptoris sui: nec vnquàm à charitate eius separari possunt. (Quam pulchra es, & quam decora charissima in delitijs.) Quàm pulchra subaudi in fide: & quàm decora in operatione charitsima in delitijs. Supra dictum est de eadem ecclesia. Pulchra vt Luna: electa vt Sol: terribilis vt castrorum acies ordinata. Nunc verò dicitur pulchra: decora: charissima in delitijs: quæ quasi contraria esse videntur. Nam ordinatam esse velut castrorum acies: & esse in delitijs, repugnat: quia delitiæ fortitudinem solent enervare. Sed ecclesia vtrúnque agit. Nam ordinata est vt castrorum acies: quia infidelibus & hæreticis resistit: & malignos spiritus sua sanctitate & perfectione terret. In delitijs etiam est: quia suauitatem supernæ dulcedinis assiduè palato mentis degustat: & inter pressuras huius sæculi illas adipisci desiderati: & cõtinuè illis satiari. Vnde meritò illa quę talis est, sponso suo Christo charissima esse dicitur. (Statura tua assimilata est palmæ: & vbera tua Botris.) Statura ecclesię perfecta, est eius rectitudo. Neque enim à vitijs incurvatur: sed recta & nobilis consistit. Vnde Psalmista ex persona peccantium dicebat. Incuruatus sum & humiliatus sum vsquequáque. Et Propheta sub specie Hierusalem peccanti animæ de maligni spiritibus dicit. Quia humiliauerunt te: & dixerunt animæ tuæ incuruare vt transeamus, &c. Sancta ecclesia recta stat: nec vnquàm incuruari consentit audiens ab Apostolo. Vigilate: state in fide: viriliter agite. Et dominus filijs Israël loquitur. Ego sum dominus Deus qui eripui vos de ergastulo Aegiptiorum, vt inceederetis recti. Statura ergo ecclesiæ palmæ assimilatur: quia in omnibus quæ agit semper supernam in memoria retinet remunerationem. Palma enim victricem ornat manum: & ideò significat præmium illud quod victoribus sanctis in cœlestibus dandum est. Et erunt vbera tua sicut botri vineæ: & odores tui sicut odor malorum. Vbera ecclesiæ sunt, (vt superiùs dictum est.) Sancti doctores qui lacte simplicis doctrinæ regeneratos in Christo nutriunt. Sed hæc vbera Botris assimilantur, quando idem doctores perfectis perfectiora annuntiant: sicut Apostolus loquens simplicioribus dicebat. Non potui vobis loqui tanquàm spiritualibus: sed quasi carnalibus: tanquàm parulis in Christo lac vobis potum dedi: non escam. Ecce vbera lactis plena: quæ vbera in botro sunt versa cùm diceret. Nos prædicamus Christum Dei sapientiam. Et sapientiam loquimur inter perfectos. (Dixi ascendam in palmã: apprehendam fructus eius.) Vt ostenderetur omnis hęc excellentia & magnitudo donorum ecclesię de Dei gratia prouenire introducitur idem Sponsus dicere. Ascendam in palmam: quasi diceret: Vnde habes vbera ad parulos nutriendos: inde etiam botros quibus perfectioribus perfectioré propines doctrinam. Quia ergo in ea gratia vitæ ascendi: & hanc tibi perfectionem concelsi. Ascendam (inquit) in palmam. Palma ecclesiam significat: vel etiã animam cuiuscúnque fidelis qui memor est Domini qui dicit. Confidite: ego vici mundum. Ipsa quoque omnium vitiorum & iniquitatis victrix esse studet. Bene autem in palmam ascendisse hic dicitur: cùm superiùs in hortum descendisse legatur. Dixit enim ecclesia. Dilectus meus descendit in hortum suum. Et idem hortus quæ & palma, videlicet vna eadémque ecclesia: sed ad hanc copiam suæ gratiæ de cœlestibus mittendo ascendit: ad illam autem sua dona in eo incrementáq; virtutũ dissheminans: descendisse dicitur: ideóq; eandem quibusdam profectibus veluti quibusdam gradibus ad celsiora subleuando nunc palmam nominat. Sed & hoc de natura palmæ dicendum, ꝙ in inferioribus asperitatem laborũ & passionum sustinet pro Christo. In superioribus verò hoc est in cœlestibus pulchritudinem & suauitatem expectat præmiorum. Potest etiam per palmam arbor Dominicæ crucis exprimi: in quam redemptor noster pro humani generis redemptione ascendit: & in qua hostẽ humani generis superauit. Ait ergo: Dixi ascẽdam in palmã, id est, per meos Prophetas locutus sum: & promisi mẽ ad passionẽ venturum: & meam ecclesiam redempturum. Apprehendam (inquit) fructus eius, id est, fructus bonorum operũ: & laborum quibus ecclesia desudat remunerabo. Vel etiam secundũ eum sensum quo per palmam crux intelligitur: apprehendam fructus eius, id est, impleto triumpho passionis veniam ad gloriam resurrectionis: & Apostolis meis spiritualia dona concedam. (Et erunt vbera tua sicut Botri vineæ.) Hoc superiùs expositũ est. Nam vbera ecclesiæ Doctores sunt cùm paruulos simplici doctrina nutriunt. Sed Botri vineæ efficiuntur cum perfectioribus sublimia quæq; annuntiant. Nam beatus Paulus vno eodémq; tempore vbera & Botros habuit, quando de Christo loquens dixit: Quorum patres ex quibus Christus. Ecce vbera, id est, simplex de Christo prædicatio. Sed hæc vbera in suauissimum & fortissimum vinum conuersa sunt cùm subiunxit: Qui est Deus benedictus in sæcula. (Et odor oris tui sicut odor malorum. Guttur tuum sicut vinum optimum.) Os ecclesiæ est præsens prædicatio, quæ fama vel scripto ad absentes peruenit. Guttur verò est vox ipsa prædicatoris quæ in præsenti auditur. Odor ergo oris ecclesiæ malis comparatur: quia ipsa fama prædicationis plena est suauitatis & gratiæ. Guttur verò vino optimo assimilatur: quia ipsa vox prædicantium magnam in se virtutẽ auditoribus ostendebat. Quod verò malorum odor in nouitate est: vini verò in vetustate, significat prędicationem ecclesiæ & in sui nouitate, & etiam in sui perfectione omnem habere suauitatem & gratiam. (Dignum dilecto meo ad potandum: labijsq; & dentibus illius ad ruminandum.) Ac si diceret: Sponsus meus guttur meum vino optimo cõparauit: & illud vinum dignum est ad potandum ipsi dilecto meo: hoc est prædicatio euãgelica quã in ore meo posuit, per ipsum & non per alium annuntiari debet in mundo. Neq; enim per alium decebat mysteria regni cœlestis prædicari in mundo, quàm per mediatorẽ Dei & hominũ Christum Iesum. Et labijs & dentibus illius ruminandum. Labia & dentes Sponsi, (vt suprà dictum est) doctores sancti sunt. Illud ergo vinum ruminandum fuit labijs & dentibus sponsi: quia prædicatio euangelica à Doctoribus tractanda & exponenda est. Nec absurdũ est, ꝙ cùm vinum potetur & non ruminetur. Hic tamen dicitur labijs & dentibus ruminandũ: quod magis ad cibum quàm ad potum pertinet. Nam sancti doctores vinũ spirituale ruminãt, quãdo prępcepta euangelica diligenter exquirunt & crebra meditatione inuestigant atq; inuicem conferunt. (Ego dilecto meo: & ad me cõuersio eius.) Ego dilecto meo subaudi officium iustitiæ & deuotionis impendo. Illi & non alteri fidẽ & seruitutẽ meam promitto. Et ad me conuersio est: vt me & in præsenti inter labores huius vitæ adiuuet: & in futuro ad gaudia patriæ cœlestis inducat. Potest etiam hęc vox esse Synagogæ ex persona sanctorũ patrum aduentum Christi desiderantium. Ac si diceret: Scio quidem illum semper spirituali præsentia mihi semper adesse: & ideò ego dilecto meo omni deuotione famulari cupio. Sed tandem ad me conuersio eius: quia opto vt sicut mihi promisit in mea substantia appareat. Nam dixerat suprà Sponsus. Ascẽdam in palmam, id est, promiserat se in carne venturum & pro humano genere passurum. Inde iam gratulabunda dicebat. Ego dilecto meo: & ad me conuersio eius, id est, credo illum hominem futurum: & in mea substantia hominem mundo manifestandum. (Veni dilecte mi: egrediamur in agrum: commoremur in villis.) Eiusdem Sinagogæ vox est. Veni dilecte mi, id est, apparere per assumptum hominem. Tale est illud Psalmistæ. Excita potentiam tuam & veni. Et Isaias. Vtinã dissumperes cœlos & descenderes. Egrediamur in agrũ. Ager mũdus iste est. Egrediamur in agrũ, id est, prędicemus tuum aduentũ mundo. Cõmoremur in villis: hoc est ipsis quoq; paganis fidẽ tuam annuntiemus. Nemo nescit paganos à villa dictos: quia pagos Græcè villa Latinè. Inde pagani dicti: quia longè sunt à ciuitate Dei. Potest esse & vox ecclesiæ. Veni dilecte mi: Ac si diceret. Iam mysterio ascensionis assumptum hominẽ ad cœlos subleuasti: sed veni diuinæ maiestatis præsentia me sæpiùs visitando. Egrediamur in agrum eodem sensu quo superiùs, id est, prædicemus fidem incarnationis tuæ mundo: cõmoremur in villis idem etiam ignorantibus paganis tuam fidem annuntiemus: nec in tranfitu sed cõmoremur ibi. Donec illos ex paganis catholicos: ex alienis tibi proprios faciamus. (Mane surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea: si flores fructus parturierunt.) Mane est exortus nouæ gratiæ, quando videlicet transeuntibus tenebris infidelitatis, euangelium mundo cœpit prædicari. Videamus si floruit vinea: hoc est inspiciamus ecclesiam si iam prima fidei rudimenta susceperit: si flores fructus parturierunt. Inspiciamus etiam si flores parturiunt fructũ, id est, si illi qui iam crediderũt apti sunt ad bene operandum. Nam flores fructũ parturiunt, cũ illi qui iam in Chri-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtum crediderunt,idonei ſunt ad bene operandũ.Nam flores emittit eccleſia cùm primò fideles ad fidem veniunt. Flores verò fructus parturiunt,cum iam ipſa fide & dilectione bene operantur,nec ipſa fides otioſa ſit vel mortua ſine operib'. (Si floruerũt mala punica.) Mala punica (ſicut iam ſuperius dictum eſt) rubicundum vel vt ſanguineum habet corticem,& ideò ſignificant paſsionem Domini vel membrorum ipſius. Dic ergo ſi floruerunt mala punica,hoc eſt,ſi iam ſancti qui in fide & opere perfecti ſunt, idonei ſunt etiam imitari paſsionem Chriſti & pati pro illo. Mala punica erant illi quibus Apoſtolus dicebat.Vobis datum eſt noſſe non ſolùm vt in illum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini. (Ibi dabo tibi vbera mea.) Vbera eccleſiæ ſancti ſunt Doctores, qui fideles primum ad fidem erudiũt.Ibi dabo tibi (ô ſponſa) vbera mea.Cũ inquit ad vineã exierimus, ibi dabo tibi vbera mea,hoc eſt ſpirituales tibi filios generabo.Vnde adhuc ſequitur. (Mandragoræ dederunt odorem ſuum in portis noſtris.) Mandragora herba eſt aromatica, cuius radix ſimilitudinem habet humani corporis. Poma eius optimi ſunt odoris in ſimilitudinem pomi matiani,quod noſtri , malum terræ vocant. Herba rebus medicinalibus aptiſsima eſt. Nam ferunt eos qui incõmodo vigiliarum laborant, hauſtu huius pomarum leuari , & poſſe dormire. Item ferunt eos qui ob curam ſecandi ſunt , ſi exteriorem huius pomi corticem biberint, non ſentire ſectionem vel aduſtionẽ, quę omnia ſi quis myſticè diſcutere voluerit,ſpirituales ſenſus & eccleſiæ cõuenientes ibi inueniet. Dic ergo Mandragoræ dederunt odorẽ in portis noſtris.Portæ eccleſiæ ſunt Apoſtoli & eorum ſucceſſores,quia nemo ciuitatem Dei,id eſt,eccleſiã intrat, niſi per ſanctos Doctores aqua baptiſmatis regeneratus , & vitali doctrina inſtructus fuerit. De his portis , Pſalmiſta dicebat. Diligit Dominus portas Sion,ſuper omnia tabernacula Iacob. Mandragoræ,fragrantiam virtutum deſignant.In portis autẽ eccleſiæ Mandragoræ odorem dederunt: quia Apoſtoli vel eorum ſucceſſores famam ſuauiſsimę opinionis & odorem virtutum longè latéque ſparſerunt.Ideóq, inuitat ſponſum ſuum vt veniat : quia iam nomẽ eius longè latéque per Apoſtolos annuntiatur, & odor prædicationis eius vbíque diſpergitur. (Omnia noua poma & vetera dilecte mi ſeruaui tibi.) Id eſt , præcepta vel promiſſa veteris teſtamenti & noui. Sciebat enim omnia quę in veteri teſtamento annuntiata ſunt,non niſi per Chriſtum & in Chriſto poſſe compleri.Ideóque dicebat. Tibi ſeruaui poma noua & vetera,hoc eſt te expecto vt per te impleantur in nouo teſtamento quæ prædicta ſunt in veteri. Vnde & in paſsione ſua iam pẽdens in cruce cum guſtaſſet acetum dixit:Conſumatũ eſt. Et poſt reſurrectionem ſuam dixit Apoſtolis.Neceſſe eſt enim impleri oĩa quæ ſcripta ſunt in lege & Prophetis de me. Poſſunt etiam noua poma & vetera,iuſtorum perſonæ intelligi , quæ vel in veteri teſtamento vel in nouo fuerunt.Dicit ergo eccleſia.Seruaui tibi poma noua & vetera,id eſt,iuſtos qui vel in veteri teſtamento præceſſerunt:vel in nouo ſubſecuti ſunt.Tibi ſeruaui vt per te præmia ſuorum laborum reciperent. Nullus enim iuſtorum regnum cœlorum intrare valuit, niſi per Chriſtum : quia ipſe primum aſcendit , & ſequentibus membris ſuis cœlum aperuit.

CAP. VIII.

QVis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ:vt inueniam te ſolũ foris, & deoſculer,& iam me nemo deſpiciat. Apprehendam te & ducam in domum matris meæ , & in cubiculum genitricis meæ.Ibi me docebis,& dabo tibi poculum ex vino condito , & muſtum malorum granatorum meorum. Lena eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Hieruſalẽ,ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectã,donec ipſa velit. Quę eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delitijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum.Sub arbore malo ſuſcitaui te. Ibi corrupta eſt mater tua , ibi violata eſt genitrix tua. Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum:vt ſignaculum ſuper brachium tuum : quia fortis eſt vt mors dilectio , dura ſicut infernus æmulatio.Lãpades eius:vt lãpades ignis atque flammarum. Aquæ multę non potuerunt extinguere charitatem,nec flumina obruent illã. Si dederit homo omnẽ ſubſtantiã domus ſuæ pro dilectiõe,quaſi nihil deſpiciet eam. Soror noſtra parua & vbera nõ habet. Quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt.Si murus eſt,ædificemus ſuper eum propugnacula argentea. Si oſtium eſt,cõpingamus illud tabulis cedrinis. Ego murus,& vbera mea ſicut turris ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens. Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos. Tradidit eã cuſtodibus:vir affert pro fructu eius mille argenteos. Vinea mea corã me eſt. Mille tui pacifici & ducẽti his qui cuſtodiunt fructus eius. Quæ habitas in hortis,amici auſcultãt,fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, & aſsimilare capreæ hinnulóque ceruorum ſuper montes aromatum.

EX his verbis intelligitur totum hoc carmen diuinum eſſe & ſpirituale,& nihil in ſe habere,quod iuxta literam intelligi poſsit. Quæ enim amatrix vnquàm optauit : vt is quem diligit paruulus, efficiatur eius frater,& in infantẽ verſus ſugat vbera matris? Eſt ergo vox illius eccleſiæ quę aduẽtum Chriſti præceſsit:quã ſinagogã, id eſt,congregationem appellamus.Quis inquit det te fratrẽ meum ſugentẽ vbera matris meæ? Et eſt ſenſus. Tu qui modo es in ſinu patris, quis det vt homo efficiaris, & particeps ac conſors naturæ meæ exiſtens,frater meus appelleris? Nam ipſe fratrẽ ſe Apoſtolorum vocare dignatus eſt,dicens per Pſalmiſtam. Narrabo nomen tuum fratribus meis.Et poſt reſurrectionẽ mulieribus.Ite inquit nũtiate fratribus meis,&c.Sugentẽ inquit vbera matris meæ,hoc eſt implentẽ omnia quæ naturæ humanæ conueniunt excepto peccato. Nã mater ſinagogæ , hoc in loco ipſa humana natura intelligitur , de qua ipſa quoque ſinagoga exorta eſt. Vt inueniam te foris,hoc eſt vt hominem factum in aperto videã. Quaſi enim intus erat adhuc Deus cum in ſinu paternę maieſtatis lateret,ſed foris inuẽtus eſt,cũ homo factus:viſibilẽ ſe hominibus præbuit, & incõprehenſibilis voluit cõprehendi. Et deoſculer,& iam nemo me deſpiciat,& deoſculer te inquit.Id eſt,aperta viſione te aſpiciam quem nunc totũ in fide teneo. Hoc eſt oſculum,quod in initio carminis optabat dicens. Oſculetur me oſculo oris ſui , id eſt , per ſemetipſum veniat & mihi appareat. Quaſi enim per Prophetas oſculabatur eam dilectus,cum aduẽtum ſuũ per eos redẽptionẽ repromitteret. Optat ergo vt p ſemetipſum adueniens illa oſculetur,hoc eſt in carne pręſentiã exhibeat. Et iam me nemo deſpiciat.Quaſi enim deſpecta erat iã ſinagoga,antequàm Chriſtus veniret : quia legalibus obſeruationibus dedita ſub typo & figura cum veritate aduentum Chriſti prænuntiabat.Sed poſtquàm Chriſtus apparuit,& aduẽtus ſui gratia mũdum illuſtrauit,iã nemo deſpexit eccleſiã, quinimò terribilis vt caſtrorum acies hoſtibus ſuis fuit:quia per vniuerſum mũdum Chriſtũ prędicauit & mundanum imperium ſibi ſubdidit. Nec mirũ videri debet,ſi ante eccleſiã ſinagogam dicimus.Vna eſt enim eccleſia in præcedẽtibus & in ſequẽtibus patribus. (Apprehenda te & introducã in domũ matris meæ,& in cubiculũ genitricis meæ,ibi me docebis.) Mater eccleſia hoc loco cœleſtis illa Hieruſalẽ intelligitur,de qua Paulus. Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalẽ,libera eſt,quæ eſt mater noſtra Ducã inquit te in domũ matris meæ,id eſt, pſequar te reuertentẽ in cœlũ poſt peractum incarnationis tuæ & paſsionis myſterium. Ducã autẽ hic pro eò,qđ eſt deducã & proſequar accipitur: quia aſcendentem Dñm in cœlis,Apoſtoli oculis deduxerunt. Et quoúſq; eũ nubes ſuſcepit,pio aſpectu proſecuti ſunt,donec angeli aſtãtes dixerunt.Viri Galilei,& reliqua.Ibi docebis me,cũ in cœlo receptus fueris,& me quóq; tecũ in cœlũ aſſumpſeris,ibi me docebis,hoc ad ſuperiora refertur vbi dicitur.Inueniã te foris.Cùm inquit te foris inuenero, hoc eſt cũ te in aſſumpta carne aſpexero,ibi docebis me:quia ad oĩa quæ ĩterrogare voluero reſpõdebis. Nã etiã ſæpè volẽtes Apoſtolos ĩterrogare Dñs præueniebat,eóq; inſtruebat.Põt & ad hunc locum iungi:vbi dicit. Ducã te in domum matris meæ,ibi me docebis, & in omnẽ veritatẽ induces, quod impoſsibile eſt homini in pręſenti vita poſſe cõſequi. Hinc eſt,ꝙ Dñs Apoſtolis repromittit dicens. Venit hora,cũ iã non in prouerbijs loquar vobis ſed palã de patre annutiabo vobis. Ergo ibi me docebis,id eſt,ibi te & patrem aperta viſione reuelabis,ibi te, hoc eſt diuinitatẽ tuã mihi facie ad faciẽ oſtendes. (Et dabo tibi poculum ex vino cõdito , & muſtum malorum granatorũ meorum.) Per vinum,feruor charitatis & dilectionis intelligitur. Dabo tibi inquit vinum,hoc eſt oſtendã,quã feruẽtiſsima charitate diligam. Et hoc vinum non ſimplex erit,ſed cõditum odoribus, bonis videlicet operibus & virtutibus. Nã amor Dei (ſicut beatus Gregorius dicit) nũquã otioſus eſt.Operatur enim magna ſi eſt,ſi eñ operari renuit, amor nõ eſt. Vinũ ergo cõditũ,eſt dilectio,cũ operatiõe. Vñ & Dñs in Euãgelio. Si quis diligit me,ſermonẽ meum ſeruabit.Probatio dilectiõis,exhibitio eſt operis. Et muſtũ malorũ granatorũ meorum. Malũ granatũ idẽ eſt,ꝙ & malũ punicũ. Dicitur autẽ malũ punicũ granatũ,eò ꝙ multitudine granatorũ ſit plenũ. Malũ punicũ verò eò,ꝙ in Africa plurimũ abundet. Punicia eñ ipſa eſt Africa. Habet autẽ corticẽ ſanguinei coloris , & iõ (vt ſæpè dictũ eſt) figurã tenet Dñicæ paſsiõis. Muſtũ ergo malorũ granatorũ,eſt dilectio martyrũ qui intantum dilexerunt Deum : vt pro illo mori non dubitarent. Et bene muſtum dicit,& non aliud poculum : quia muſtum feruentiſsimum eſt , ita vt nimio feruore omnem ſordem de ſe excoquat & expurget.

Dabit ergo eccleſia dilecto multum malorum granatorum ſuorum:ideſt oſtendet in paſsionibus ſanctorum martyrum quanta charitate Chriſtũ diligat.(Leua eius ſub capite meo:& dextera illius amplexabitur me.) Per leuam (vt beatus Gregorius dicit) omnia proſpera præſentis vitæ accipiuntur:per dexteram verò futura beata vita cœlis accipitur..Leua ergo Sponſi eccleſia ſub capite habet:& dextera eius illam amplexatur: quia quæcúnque proſpera præſentis ſæculi pro nihilo deputat,cuncta quæ temporaliter arrident deſpicit:dum ad ſolam ſupernæ beatitudinis viſionem tendit: dum illam ſolummodò amplexari deſiderat. (Adiuro vos filiæ Hieruſalem,per capreas ceruóſque camporum : vt non ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam, quoad vſque ipſa velit.) Habet eccleſia quoſdam in ſe qui baptiſmo Chriſti ſunt regenerati : & nomine Chriſtianitatis titulati. Moribus tamen & conuerſatione ſæculo ſeruiunt,& eccleſiam ſuauiſsima quiete ſopitam inquietare atque ad perferendos tumultus ſæculi excitare nituntur. Hi ergo tales propter gratiam myſteriorum Chriſti quam perceperunt,Filiæ Hieruſalẽ,appellantur in hoc loco:cum tamen moribus contraria, agãt. Et adiurat eas ſponſus,ne ſuſcitent neque euigilare faciant' dilectã: hoc eſt ne illam in ſomno dulciſsimæ quietis poſitam,ideſt,contemplatione ſui conditoris:ſua inquietudine excitent & ad ſollicitudines & curas ſæculi euigilare compellant.Donec ipſa velit : hoc eſt donec peracto officio debitæ ſeruitutis,quod in Pſalmis hymnis & canticis ſpiritualibus exhibet Deo admoneatur tantùm cura corporeæ fragilitatis ad ea quæ ſunt ſæculi redire. (Quæ eſt iſta quę aſcendit de deſerto delitijs affluens innixa ſuper dilectum ſuum?) Vox ſynagogæ admirantis eccleſiam de gentibus congregatam. Quæ eſt iſta inquit,id eſt.qualis eſt & quanti meriti:quæ aſcendit de deſerto: derelicta enim fuerat à Deo per idolatriam & veritatis ignorantiã. Aſcendebat ergo virtutum gradibus de deſerto: hoc eſt de errore infidelitatis,in quo ad tempus derelicta fuerat.Delitijs affluens:hoc eſt virtutibus abundãs.Innixa inquit ſuper dilectum ſuum,ideſt,fiducialiter in Chriſto agens,& omnes virtutes ſuas & cuncta bona ad eius gratiã referens.Sciebat enim ſe nihil ſuis viribus implere poſſe: ideóque cum Apoſtolo dicebat.Gratia Dei ſum,id quòd ſum.Et notandum quòd dicit:ſuper dilectum ſuum.Nam ſynagoga ſolam ſe putabat habere cognitionem Dei cæteris gentilibus in ignorantia Dei conſtitutis.Notus enim (vt ait Pſalmiſta) in Iudæa Deus.Sed ita miranti ſynagogæ reſpondet ipſe ſponſus & dilectus per id,quòd ſequitur. (Sub arbore malò ſuſcitaui te:ibi corrupta eſt mater tua: ibi violata eſt genitrix tua.) Arborem malum crucem dominicam debemus accipere:ſub qua arbore ſuſcitata eſt Synagoga:quia ipſa à præuaricatione originalis peccati & à poteſtate diaboli per crucem Chriſti redempta eſt.Ibi ſuſcitata eſt quæ peccatis erat mortua. Et bene arborem mali dicit.Nam & ſupra huic arbori Chriſtum comparauit dicens.Sicut malum inter ligna ſyluarum,ſic dilectus meus inter filias.Ibi corrupta eſt mater tua,& violata genitrix tua. Matrẽ & genitricem ſynagogæ maiorem & principalem plebem Iudaicæ partis dicit:quales erant ſcribę & Phariſæi qui Chriſtum Pilato tradiderunt:qui reliquam plebem tanquam mater & genitrix regere debebant & erudire:quales erant illi qui ſuadentibus ipſis principibus improbè acclamabant Crucifige eum.Hæc ergo mater ſynagoga ſub arbore malo corrupta & violata eſt:quando ſe ſuóſque poſteros crudeli maledictione conſtrinxit dicẽs:Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.Nam & iſti ſub cruce Chriſti erant: licet non fide & deuotione.tamen crudelis vindictæ ſibi & ſuis poſteris imprecatione. (Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum:vt ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt : vt mors dilectio:dura vt infernus emulatio.) Quia inquit ſub arbore malo ſuſcitaui te:hoc eſt quia paſsione in cruce te redemi,pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum: hoc eſt habeto me ſemper in memoriam,& ne obliuiſcaris quanta pro tua ſalute pertulerim.Pone me inquit:vt ſignaculum ſuper cor tuum per fidem:pone me vt ſignaculum ſuper brachiũ tuum per dignam operationem.Nam & nos quando aliquid rememorari nobis volumus,ſignaculum digito vel brachio imponere ſolemus:vt illo admoniti,rei quam curam habemus recordemur.Et nos vt ſignaculum ſuper cor & brachiũ Chriſti imponere debemus : vt eius memoriam ſemper habeamus:& vt rectè in illum credentes,fidem ipſam bonis operibus exornemus:quod ſi fecerimus,ipſe quoq; nos velut ſignaculum aſſumet:& noſtri recordabitur iuxta, quod Zorobabel iudici Iudeæ repromittit. In illa die ſuſcipiam te Zorobabel ſerue meus:& ponam te ſicut ſignaculum in conſpectu meo. Nam ſi nos beneficiorum eius obliti fuerimus,nec ei dignas gratiarum actiones retulerimus,ipſe quoque noſtri obliuiſcetur.ſicut de impio rege Iechonia dicit.Si fuerit Iechonia anulus in dextera manu mea,inde euellam eum.Quia fortis eſt:vt mors dilectio:dura vt infernus emulatio.Dilectio Chriſti fortis eſt vt mors. Sicut enim mors animam à corpore ſeparat,vt iam nihil concupiſcere,nihil in præſenti vita homini liceat ambire,ita dilectio Chriſti quem verè perſuaſerit totũ ſæculo huic mortificat:& quaſi inſenſibilem reddit: ſolúmque Chriſto viuens:mundo mortuus eſt.Idem ſenſus eſt cum dicit.Dura vt infernus emulatio. Nam ſicut infernus eos quos ſemel recipit nunquam reſtituit:ſed ſemper retinet : ita verus Chriſt. amor quem ſemel receperit,nunquam dimittit.Vnde Apoſtolus dicit.Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti?Tribulatio:an fames : an anguſtia:an gladius?Sed & de dilectione Chriſti hoc poteſt accipi: cuius dilectio fortis fuit:vt mors:quia intantùm nos dilexit , vt immortalis pro nobis mortem ſuſciperet. Dura fuit emulatio eius:vt infernus:quia ſicut infernus neſcit miſereri aut à pœnis reorum mitigare,ſic Chriſti dilectio non potuit ceſſare: aut vllis improbitatibus perſecutorum remoueri ab amore humani generis. Quidam hoc,quod dicitur dura eſt:vt infernus emulatio ad ſynagogam referunt:quæ gentes emulabatur:& inuidebat ſaluti illarum. Monet ergo eam Chriſtus hæc dicens:vt ab inuidia ceſſet & ſaluti eccleſiæ congaudeat. (Lampades eius lampades ignis atque flammarum.) Lampades eius,ſcilicet dilectiones,præcordia ſunt ſanctorum : in quibus veluti in vaſis dilectio inhabitat. Hæ ergo lampades ignis ſunt:quia in corde ardent per amorem. Lampades verò flammarum:quia exterius lucent per operationem. (Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem:nec flumina obruent illam.) Aquæ & flumina ſunt violentę perſecutorum minæ:vel etiam blandimenta quibus ſanctos à charitate Dei ſeparare nituntur.De quibus dominus in euangelio dicit:loquens de viro qui edificauit domum ſuam ſupra petram:quò venerunt flumina:flauerunt venti,& impegerũt in domum illam,& non cecidit. Aquæ ergo multæ non potuerunt extinguere charitatem:quia nulla tribulatio:nulla anguſtia ſanctos à charitate Dei ſeparare valebit. (Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione,quaſi nihil deſpiciet eam.) Hic verſiculus non eget expoſitione. Nam nullæ huius mundi ſubſtantiæ: nullæ opes,comparatione dilectionis aliquid ſunt. Legimus quoſdam ſanctos ſua dediſſe pro amore Chriſti:ſed tamen nihil ſibi videbantur dimittere in comparatione charitatis quam emebãt,vnde Apoſtolus cum non ſolùm terrenam ſubſtantiam : ſed & paternas traditiones dimitteret pro Chriſto,dicebat.Hæc omnia contemno & arbitror vt ſtercora,vt Chriſtum lucrifaciam,id eſt,amorem illius acquiram. (Soror noſtra paruula & vbera non habet : quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt?) Vox dilecti ſynagogam alloquentis eſt pro eccleſia gentium.Soror inquit noſtra, id eſt,gentium eccleſia,parua eſt:& vbera non habet.Ex magna dilectione dilectus communicato cum ſynagoga nomine dicit:Soror noſtra.Quia enim ex Iudæis carnem aſſumpſit,ideò ſe quaſi ſynagogæ comparauit & exequat.Paruula inquit eſt ſoror noſtra.Sicut alicuius hominis ætas deſcribitur,ſic etiã ætas eccleſiæ.Parua enim adhuc erat eccleſia de gentibus congregata ſub ipſis domini & Apoſtolorũ tẽporibus:quia & paruitate credentiũ parua exiſtebat:& vbera necdum habebat.i.nequaquã prædicãdo ſpirituales Deo filios generare valebat.Dicit ergo quaſi conſiliũ ſynagogæ requirens.Quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt. Allocutio eccleſiæ eſt,vel cum intrinſecus occulta inſpiratione:vel exterius aperta prædicatione admonet Deus animã vniuſcuiuſq; fidelis:Et eſt ſenſus.Quando per Apoſtolos meos alloquar eccleſiã de gentibus congregatã quid faciemus?Ideſt quo modo illi præcepta cœleſtia committemus,vtrũ videlicet quæq; minima:an quo maior efficiatᷣ perfectiora illi ſecretorũ cœleſtiũ myſteria trademus?Nã Deus omnipotens pro menſura & capacitate mentis humanæ temperat verbum prædicationis conſiderãs vires & capacitatem auditoris.Sed ſynagoga tacente,ipſe pro ea reſpondit. (Si murus eſt edificemus ſuper eũ propugnacula argentea:ſi oſtium eſt cõpingamus illud tabulis cedrinis.) Si inquit ſoror noſtra eſt murus:ædificemus ſuper eã propugnacula argentea:ac ſi diceret.Cũ ceperint Apoſtoli mei prædicare eccleſiam de gentibus congregatam,ſi tales fuerint auditores qui merito perfectionis murus appellari poſsint:dum videlicet vel ingenio naturali præditi,vel Philoſophica eruditione præſtãtes:quaſi alienos defendere & munire poſſunt vt defendit murus.Edificemus ſuper hunc talem murũ,propugnacula argentea:addamus illis eloquia diuinarũ ſcripturarũ.Nã Pſalmiſta dicit:Eloquia domini eloquia caſta:argentũ igne examinatum.Si verò tales fuerint auditores qui nequaquã hoſtibus reſiſtere poſsint,nec tela cõtrauenientia repellere:ſed fuerit velut oſtium vt ſimplicia annũtiantes poſsint aliquos ad eccleſiam & ad fidẽ adducere:quales ſunt ſacerdotes minoris gradus,qui baptizãdo in eccleſia & diuinis myſterijs initiando, homines in eccleſia introducãt:cõpingamus illud oſtiũ tabulis cedrinis.i.proponamus eis exẽpla præcedentiũ patrum,qui veluti cedri imputribilia videlicet ligna ĩmarceſcibilia opera habẽt & veluti tabulæ ſciẽtiæ & charitatis latitudine diffuſi ſunt.Latitudo eñ tabularũ latitudinẽ cordis vel ſciẽtiã ſignificat dicẽte Pſalmiſta.Viã mãdatorũ tuorũ cucurri:cum dilataſti cor meũ.His ergo cedrinis tabulis.i.ſanctorũ exemplis compingamus illud oſtium:vt videlicet eorum innitendo exẽplis alijs eccleſiã introeundi veluti oſtiũ ianuam pandant.) Ego murus:& vbera mea ſicut turris:ex quo facta ſum

Universidad de Deusto
Biblioteca

coram eo quasi pacem reperiens.) Vox ecclesiæ: quæ cùm audisset pro sua salute consulentem dilectum suum, ipsa læta respõdet. Ego murus sum: & vbera mea sicut turris. Ego inquit murus: quia ego supra firmam petram fundata sum: & glutino diuinæ charitatis solidata. Siue murus sum: quia de viuis lapidibus & electis, hoc est sanctis sum ædificata. Et vbera mea sicut turris: quia tales intra me contineo: qui vice vberum alios nutrire possunt spirituali doctrina: & vice muri & turris defendere & munire: quódque sicut turres muniunt & defendunt, ita merito doctrinæ & conuersationis inter reliqua membra præcellunt. Hoc autem non meis meritis: neque libertate mei arbitrij habeo: sed dono & gratia sponsi mei. Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens: Id est, ex quo ille suum sanguinem pro me fudit: & repropitiando mihi Deum patrem, dissoluit inimicitias quæ erant inter Deum & hominem, mihique cœlestia pacificauit. Ex quo ergo hanc pacẽ reperi, murus esse & habere vbera vice turrium merui. (Vinea fuit pacifico.) Id est dilecto meo, qui verus est pacificus: quia per eum pacificata sunt omnia quę sunt in cœlis & quæ in terra. Inde à Propheta, pater futuri sæculi princeps pacis appellatur. In cuius veri pacifici typum Salomon, id est, pacificus auctor huius carminis præcelsit. Huic ergo fuit vinea videlicet sancta ecclesia. (Quę habet populos.) Hoc dicit vt se de ecclesia gentium, non de synagoga ostẽderet canere. Nam synagoga vnius tantùm gentis fuit: Ecclesia verò habet populos: quia omnes gentes intra capacissimum suum grenuum recepit. (Tradidit eam custodibus: vir affert pro fructu eius mille argenteos.) Custodes huius vineæ, id est, sanctæ ecclesiæ sunt Prophetæ & Apostoli Apostolorúmque successores. Siue etiam custodes sunt angelicæ virtutes, quæ ab incursibus tentationum & dæmonũ ecclesiam custodiunt, vir affert pro fructu eius mille argenteos. Omnes viros fortes dicit & perfectos. Nam vir à virtute vocatur. Fructus ecclesiæ est cœlestis vitæ remuneratio, pro qua sancta ecclesia in præsenti laborare non cessat. Mille autem argentei quos pro fructu vir affert, significant omnia quę in hoc mundo possideri possunt. Millenarius enim numerus, pro summa perfectione & plenitudine ponitur. Vir ergo pro fructu huius vineæ mille affert argenteos: quia sancti omnia sua relinquunt & pauperibus erogant: vt fructus huius vineæ hoc est supernam mercedem consequantur. Tale est vt illud quod dominus in euangelij parabola dicit. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, & reliqua. (Vinea mea coram me est.) Vox sponsi. Tu inquit dicis quia vineam meam tradidi custodibus, tamẽ vinea mea semper corã me est: quia licet eam custodibus meis commiserim, ego tamen semper curam illius habeo. nec pro illa sollicitus esse desisto: sed sum cũ illa vsq; ad consummationẽ sæculi. (Mille tui pacifici: & ducenti his qui custodiunt fructus eius.) Mille tui subaudi argentei quos pro vineæ dedisti fructu: pacifici tibi sunt: quasi diceret. O anima fidelis: noli dubia esse pro æterna mercede pro qua tua omnia dimisisti: quia mille argentei tibi pacifici sunt, id est, manet pro te illa certa remuneratio: & verum inde fructum consecuta es, & ducenti subaudi argentei pacifici sunt subaudi his qui custodiunt fructus meos. Sicut per millenarium plenitudo perfectionis, sic etiam per centenarium summa perfectio designatur: quia centenarius de leua in dexteram transfertur. Ducenti ergo argentei qui de duplicatis sunt centenarijs, significant eos qui doctrina & operatione perfecti sunt: qui iustè & piè viuendo, semetipsos custodiunt: & etiã prędicãdo alios conuertunt. His ergo talibus ducenti argentei pacifici sunt: quia duplicata in cœlis eis manet remuneratio: de qua videlicet per Danielem dicitur. Et qui ad iustitiã eruditi multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Hos enim dupliciter iubet Apostolus honorari dicens. Presbyteri qui in vobis sunt, duplici honore digni habeantur: maximè qui præsunt vobis & laborant in verbo. (Quæ habitas in hortis: amici auscultãt: fac me audire vocem tuam.) Vox dilecti sponsam ecclesiam alloquentis. O ecclesia quæ habitas in hortis, id est, quæ excolendis virtutum germinibus insistis. Hortus etenim sponsi ipsa ecclesia est: quia vt superius lectum est, crebro se promittit eam in hortis visere. Ergo ecclesia in hortis habitat, quia plantaria virtutum assiduæ nutrit. Nec transitoriè quasi postmodum recessura ibi tugurium ponit: sed fixa statione ibi habitat. Fac me inquit audire vocem tuam id est prædica euangelium: præceptáque meæ legis simul: & promissionem cœlestium præmiorum annuntia. Hoc enim mihi iocundum & delectabile est: vt audiam vocem tuam, hoc est vt audiam te verbà salutis æternæ annuntiantem. Sed & amici auscultant, id est, angelici spiritus vocem tuam delectantur audire: quos tibi amicos feci per effusionem sanguinis mei: tuósque adiutores ac protectores contra malignos spiritus instituo. Siue amici, id est, spiritus iustorum auscultant, quos de tuo cœtu ad me in cœlestibus assumpsi. Et ipsi enim de tua prædicatione & fratrum salute congaudent. Respondet confestim ipsa sponsa dilecto suo. Fuge dilecte mi, & assimilare capreę hinnulóque ceruorũ super mõtes aromatum.) Mira responsio. Inuitatur ad prædicandum: vt sponsus audiat vocem eius. Illa verò hortatur sponsum suum vt fugiat. Sed magna est mysterij consequẽtia. Nam superius prædicta fuerat Christi Natiuitas, cum dixit: quis det te fratrem meum sugentem vbera. Prædicta etiam fuerat eius passio: vbi dictum est. Sub arbore malo suscitaui te. Nunc consequenter hortatur sponsum vt fugiat, hoc est velocissimè per Ascẽsionem ad patrem redeat. Et est sensus. Iubes me prædicare: vis vocẽ meam audire. Fuge dilecte mi, id est, impleto incarnationis & passionis tuæ mysterio reuerte ad cœlum: vt non iam te sicut hominem, sed sicut Deum super omnia cogitare incipiam. Tunc enim audies vocem meam: quia tunc liberius prædicabo omni mundo. Et hoc est, quod Dominus in Euangelio dicit. Ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Expediebat enim Apostolis & omni ecclesiæ: vt Christus rediret, id est, præsentiam temporalem absentaret: quia dum in corpore præsens erat, non poterant eum spiritualiter amare, & non poterant eum quem hominem cernebant: vt Deum inuisibilem & vbiq; præsentem cogitare. At postquàm cœlos ascendit, cœpit eum ecclesia spiritualiter diligere, & sicut Deum iam cogitare & prædicare. Et hoc est, quod Apostolus ait. Et si noueramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus eum. Ergo dilecte mi, si vis me ita prædicare, refuge, id est, recede ad cœlestia, & qui fuisti comprehensibilis per humanitatem, efficere incomprehẽsibilis per diuinitatem. Verũtamen ne me in præsenti sine tua visitatione relinquas, mihiq; te penitus subtrahas, similis esto capreę hinnulóq; ceruorum, super montes aromatum. Sicut inquit capreæ & hinnuli ceruorum indomita animalia humanum consortium fugiunt, tamen crebriùs in montibus videntur, sic & tu post tuã Ascensionem licet inuisibilis sis, dignare mihi tamẽ sæpius dono tuæ gratiæ apparere. Et hoc super montes aromatum. Montes enim aromatum sancti Dei sunt, excellentia sanctæ conuersationis, & cœlo proximi, & odore ac fama virtutum longè latéque fragrantes. Hinc & Apostolus de se sibique similibus dicit. Nostra conuersatio in cœlis est. Et alibi. Christi bonus odor sumus Deo, in omni loco.

FINIS.

D. THO-

D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, PRAEDICATORII

instituti, in sancti Prophetę Iob, librum longè difficillimum, historia dilucidáque explicatio, ab innumeris quibus scatebat mendis, repurgata, per Franciscum Iouerium Valentinum, Doctorem Theologum Parisiensem.

Cum Argumentis vniuscuiúsque capitis, quæ vice indicis esse poterunt.

ARGVMENTA CAP.

SANCTVS Iob pro conuinantibus filijs sacrificat. Satan, expetita a Deo facultate, nocet bobus Iob, asinis, ouibus, camelis, & pueris. Benedictio Dei. Fides & patientia Iob in aduersis. Cap. 1

Satanæ cum Deo colloquium, expetita facultate à Deo percutit Iob vlcere. Tentatur Iob ab vxore. Amici tres cõsolantur eũ. Prosperа & aduersa à Deo. Cap. 2

Iob derelictus à Deo in tentatione ad tempus. Cap. 3

Eliphaz arguit Iob impatientiæ. Ex afflictionibus nititur probare eum esse impium, cõmuni carnaliũ argumẽto. Ité à iustitia Dei. Cap. 4

Perstat Eliphaz, niteus ostendere Iob impietatem à sanctorum impunitate & stultorum perditione. Argumenta iustitiæ Dei. Commendatio crucis quæ hominem erudit & mortificat. Cap. 5

Pœnam culpæ suæ maiorem dicit Iob, humana patitur, optando sibi mortem. Conqueritur se ab amicis relictum. cùm præter meritum affligatur. Cap. 6

Vitam non esse, nisi perpetuum laborem Iob ostendit. Cap. 7

Baldad conatur Iob ad confessionem peccatorum & respiscentiam, reuocare duobus argumentis, à respiscentium benedictione, & subitanea hypocritarum perditione. Cap. 8

Iob iustitiæ Dei comparatione, hominis iustitiam nullam declarat. Rursum ostendit, iudicante domino, neminem posse iustificari. Cap. 9

Tædet Iob vitæ suæ. Collatione priorum beneficiorum. Et præsentis afflictionis nimiam seueritatem Dei in se ostendit. Pœnitendi spatium quærit. Descriptio mortis. Cap. 10

Sophar iniustè Iob arguit, incomprehensibilis Deus. Pœnitẽti Deum misericordem promittit, simul pij viri fœlicitas describitur. Cap. 11

Iob quam sit patiens ostendit. Creatoris potentiam ex creaturis docet. Mutantur status principum, vt agnoscantur dona Dei. Cap. 12

Ex propрijs ipsorum verbis Iob amicos redarguit. Agnoscentibus peccata salus promittitur, hypocritis condemnatio. Cap. 13

Miseriam vitæ humanæ describit Iob. Prophetat resurrectionem. Expectatio sustinet pios, donec impetrant quod sperant. Æternæ mortis pœnæ. Cap. 14

Eliphaz arguit Iob, de sapientia & munditia arrogantia. Describit impiorum maledictionem, quam Falso Iob innocenti tribuit. Cap. 15

Austeritate amicorum motus Iob, suam calamitatem enarrando, se citra iniquitatem pati ostendit. Cap. 16

Contabescendo se patienter præstolari dicit. Cap. 17

Baldad reprehendit Iob, quod non audiat bene consulentes, & impij pœnas enarrat. Cap. 18

Iob flagella sua & miserias describit. Derelictus est à propinquis. Vaticinatur de generali resurrectione. Cap. 19

Impij, hypocritæ, auari & calumniatorũ iniquitates breui finiendas Sophar dicit. Cap. 20

Impiorum prosperitatem Iob enarrat. Eorundem repentinum interitum describit. Cap. 21

Eliphaz arguit Iob immisericordiæ. Verba infidelium in Iob tamen minimè competentia. Pœnitenti bona promittuntur. Cap. 22

Asserit Iob se potentiam & sententiam iudicis vereri. Cap. 23

Iob hominum iniquitates describit. Impiorum maledictio, Cap. 24

Baldad probat coram Deo neminem esse mundum. Cap. 25

Nihil Deo adiutorij esse ab homine Iob ostendit, argumenta potentiæ Dei. Cap. 26

Ex insustentabili crucis onere Iob conqueritur, innocens Iob. Afflictio impiorum. Maledictiones impij. Cap. 27

Cùm omnia in rerum natura sint ab homine perueſtigabilia, solam Dei sapientiã inscrutabilem ostendit. Sapientia, intelligentia. Cap. 28

Iob vitæ suæ anteactæ solicitatem & pia gesta recensет, tacitè amicos calumniæ arguens, qui dicebant illum meritò pati quæ patiebatur. Officium boni principis. Cap. 29

Quanto contemptu ab hominibus tractetur, describit Iob. mors domus omnium. Cap. 30

Iob recenset vitæ suæ innocentiam, cuius scriptorem æternam sibi contingere optat. Cap. 31

Eliu tacentibus cæteris arguit illos insipientiæ. Docet nõ ætatem, sed spiritum Dei dare prudentiam. Cap. 32

Ostendit Eliu in quo Iob peccauerit. Cum Deo non contendendum, nec opera eius scrutanda curiosius. Cap. 33

Eliu probat Deum non esse iniquum iudicem, tum quod sit mundi iudex, tum quod omnium rerum potens administrator sit, ostendit ipsum Iob, etsi non merito suo, tamen iniustè nõ affligi, aut iustra causam. Mutatio regnorum opus est Dei. Malus magistratus malo populo datur. Cap. 34

Non Deo, sed homini vel nocet impietas, vel prodest pietas. Caro iudicat Deum sua non curare. Cap. 35

Rursum declarat Eliu Dei iustitiam ab operibus eius. Quare Dominus corripiat aut flagellet. Hypocritarum iudicium, confusio & desperatio. Fideli homini cognita Dei opera. Cap. 36

Ex alijs operibus probat Eliu sapientiam Dei & iudicium eius imperueſtigabile. Cap. 37

Alloquitur Dominus Iob, ostẽdens ei suam iustitiam ex inscrutabilibus suis operibus. Cap. 38

Pulli coruorum nos docent fiduciam in Deum. Rursus ostendit Dominus mirabilia quæ facit in animalibus. Cap. 39

Collatio humanæ imbecillitatis cũ diuina potentia. Behemoth, etiúsq; malitia, potentia diaboli & vis describitur. Cap. 40

Reprehenditur malitia Satanæ sub nomine Behemoth. Cap. 41

Iob pœnitet, amici eius reprehenduntur à Deo. Oranti Iob pro amicis duplicia restituuntur. Benedictio Dei. ditiæ Iob. Moritur.

FINIS.

Universidad de Deusto Biblioteca

PROLOGVS.

SICVT in rebus quæ naturaliter generantur, paulatim ex imperfecto ad perfectum peruenitur: ſic accidit hominibus circa cognitionē veritatis. Nam à principio parum quid de veritate attigerunt, poſterius autem quaſi pedetentim ad quandam pleniorem menſurā veritatis peruenerunt: ex quo contigit multos propter imperfectam cognitionem circa veritatem erraſſe. Inter quos aliqui extiterunt, qui diuinam prouidentiam auferentes, omnia fortunæ, & caſui attribuebant: & priorum quidem intantùm ad hoc inualuit opinio, vt ponerent caſu factum omne, & ea quæ naturaliter generantur caſui attribuerent, ſicut percipi poteſt ex poſitionibus antiquorum naturalium ponentium ſolùm cauſam materialem. Poſteriorum etiam quidam, vt Democritus & Empedocles, plurima caſui attribuebant. Sed poſteriorum Philoſophorum diligentia, perſpicatius intuens veritatem, euidentibus indicijs & rationibus oſtenderunt res naturales prouidentia regi.

¶Non enim tam certus curſus in motu cœli & ſyderum & in alijs naturæ effectibus inueniretur, niſi hæc omnia à quodam intellectu ſuperueniente ordinata gubernarentur.

¶Opinione igitur Philoſophorum firmata in hoc, quòd res naturales non caſu, ſed prouidentia regerentur, propter ordinem qui manifeſtè apparet in eis: Emerſit dubitatio apud plurimos de actibus hominum, vtrum res humanæ caſu procederent, an aliqua prouidētia vel ordinatione ſuperiori gubernarentur. Cui quidem dubitationi maximè fomentum miniſtrauit, quòd in euentibus humanis nullus certus ordo apparet. Non enim ſemper bonis bona eueniunt: aut malis mala: neque rurſus ſemper bonis mala, aut malis bona. Sed indifferenter bonis & malis bona & mala: hoc igitur eſt quo maximè corda hominum mouentur ad opinandum res humanas prouidentia diuina non regi.

¶Sed quidam eas caſualiter procedere dicunt, niſi quatinus prouidentia & conſilio humano reguntur: quidam verò cœleſti fato eorū euentus attribuunt. Hæc autem opinio maximè humano generi nociua inuenitur. Diuina enim prouidentia ſublata, nulla apud homines Dei reuerentia, aut timor, in veritate remanebit, ex quo quanta deſidia circa virtutes, quanta pronitas ad vitia ſubſequeretur, ſatis quilibet perpendere poteſt. Nihil enim eſt quod tantùm reuocet homines à malis & ad bona inducat, quantùm Dei timor & amor.

¶Vnde eorum qui diuino ſpiritu ſunt ſapiētiam conſequuti, ad aliorum eruditionem primum & præcipuum ſtudium fuit hanc opinionem à cordibus hominum amouere: & ideò poſt datam legem & Prophetas in numero agiographorum, id eſt, librorum per ſpiritum Dei ſapienter ad eruditionem hominum conſcriptorum, primus ponitur liber Iob. Cuius tota intentio in hoc verſatur: vt per probabiles rationes oſtendantur res humanæ diuina prouidentia regi. Proceditur autem in hoc libro ad propoſitum oſtendendum ex ſuppoſito, quòd res naturales diuina prouidentia gubernentur. Id autem quod præcipuè prouidentiam Dei eſſe circa res humanas impugnare videtur, eſt afflictio iuſtorum. Nam quòd malis interdū bona eueniant, etſi irrationale primo aſpectu videatur, & prouidentiæ contrarium, tamē vtrúmque habere poteſt aliqualem excuſationem ex miſeratione diuina. Sed quòd iuſti ſine cauſa affligātur, totaliter videtur ſubruere prouidentiæ fundamentū. Proponitur ergo ad quæſtionem intentam, quaſi quoddam thema multiplex & grauis afflictio cuiuſdam viri in omni virtute perfecti, qui dicitur Iob.

¶Fuerunt autem aliqui, quibus viſum eſt, quòd iſte Iob non fuerit in rerū natura: ſed quod fuerit quædam parabola cōficta, vt eſſet quoddam thema ad prouidentiæ diſputationem, ſicut frequenter homines confingunt aliqua facta ad diſputandum de eis: & quāuis ad intentionem libri non multum referat, vtrum ſic vel aliter fuerit: refert tamē quantùm ad ipſam veritatem. Videtur enim prædicta opinio auctoritati ſacræ ſcripturæ obuiare, dicitur enim ex perſona domini: Si fuerint tres viri in medio eius: Noë, Daniel, & Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. Manifeſtum eſt autem Noë & Daniel homines in rerum natura fuiſſe. Nam nec de tertio eis connumerato, ſcilicet de Iob, in dubium debet venire dicitur: Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt ſufferentiam Iob: audiſtis, & finem domini vidiſtis. (Iacob. 5.) Sic igitur credēdum eſt Iob in rerum natura fuiſſe. Quo autem tempore fuerit, vel ex quibus parentibus originem duxerit, & quis etiam huius libri fuerit auctor, ſcilicet ipſe Iob, vtrum hunc librum conſcripſit, de ſe quaſi de alio loquens, an alius de eo iſta retulerit, non eſt præſentis intentionis diſcutere. Intendimus enim compendioſè ſecundum noſtram poſſibilitatem, de diuino auxilio fiduciam habentes, librum iſtum, qui intitulatur beati Iob: ſecundum literalem ſenſum exponere: eius enim myſteria tam ſubtiliter & diſcretè beatus Papa Greg. nobis aperuit, vt ijs nihil vltrà addendum videatur.

CAP. I. LECT. I.

VIR erat in terra hus nomine Iob. Et erat vir ille ſimplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo. Natiq; ſunt ei ſeptem filij: & tres filiæ. Et fuit poſſeſſio eius ſeptem millia ouium: & tria millia camelorum: quingenta quoque iuga boum, & quingentæ aſinæ, ac familia multa nimis. Eratq; vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filij eius, & faciebant conuiuia per domos vnuſquiſque in die ſuo. Et mittentes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederent & biberēt cum eis. Cumq; in orbem tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos: conſurgénſque diluculo offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis. Sic faciebat Iob cunctis diebus.

¶Quia ſicut dictum eſt, intentio huius libri ordinatur ad oſtendendum qualiter res humanæ prouidentia diuina regantur: præmittitur quaſi totius fundamentum diſputationis quædam hiſtoria, in qua cuiuſdam viri iuſti multiplex afflictio recitatur. Hoc enim eſt, quòd maximè videtur diuinam prouidentiam à rebus humanis excludere. Huius igitur viri primo perſona deſcribitur, & quātùm ad ſexum dum dicitur: *Vir erat.* Hîc enim ſexus ad proferendas moleſtias inuenitur robuſtior: deſcribitur quantùm ad patriam cum dicitur: *In terra hus.* quæ eſt in partibus orientis, & quantùm ad nomē cum dicitur: *nomine Iob*, & videntur hæc duo poſita eſſe, ad inſinuandum hoc, quòd dicitur non eſſe parabolam, ſed rem geſtam: & ne aliquis aduerſitates, quæ poſt modum inducūtur pro peccatis huius viri, ei accidiſſe crederet. Conſequenter deſcribitur eius virtus, per quam à peccatis demonſtratur immunis.

¶Sciendum quidem eſt hominem tripliciter peccare. Sunt enim quædam peccata quibus peccatur in proximū: ſicut homicidia, adulteria, furta, & alia huiuſmodi. Quædam, quibus peccatur in Deum, ſicut periurium, ſacrilegium, blaſphemia & huiuſmodi. Quædam quibus vnuſquiſque in ſeipſum peccat, ſecundum illud Apoſtoli: Qui fornicatur in corpus ſuum peccat. (1.Cor. 6.d) In proximum autem quis peccat dupliciter: occultè per dolum, & manifeſtè per vim. Hic autem vir non circunuenit per dolum proximum. vnde dicitur. *Et erat vir ille ſimplex.* Simplicitas enim propriè doloſitati opponitur, nulli violentiam intulit, ſequitur enim: *& rectus.* rectitudo enim ad iuſtitiam pertinet: quæ in æqualitate conſiſtit, ſecundum illud. Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum. (Eſai. 26.b) Quod autem in Deo non peccauerit, apertè oſtenditur per hoc, quod ſequitur: *Ac timens Deum.* in quo reuerentia ad Deum deſignatur, quòd etiam in ſeipſum non peccauerit, oſtenditur in hoc quod ſubditur: *ac recedens à malo*, quia malum odio habuit, propter ſeipſum, non ſolùm propter nocumentum proximi vel offenſam Dei.

¶Deſcripta ergo huius viri & perſona & virtute, eius proſperitas cōſequenter oſtenditur, vt ex præcedenti proſperitate grauior ſequens iudicetur aduerſitas. Similiter etiam ad oſtendendum, quòd ex propria Dei intentione iuſtis ſemper bona tribuuntur. non ſolùm ſpiritualia, verumetiam temporalia. Sed quòd aliquando iuſti aduerſitatibus opprimantur, accidit propter aliquam ſpecialem cauſam, vnde ſic à principio homo inſtitutus fuit, vt nullis ſubiaceret perturbationibus, ſi in innocentia permanſiſſet.

¶Principium autē proſperitatis tēporalis poſt bonam conſiſtentiā perſonę propriæ conſiſtit in perſonis coniunctis, & præcipuè in natis qui ſunt quodammodo aliquid parentum: deſcribitur igitur primo eius proſperitas quantùm ad fœcunditatem prolis, cum dicitur: *Natiq; ſunt ei ſeptem filij & tres filiæ*, Conſequenter numeroſior multitudo marium quàm fœminarum ponitur: quia parentes affectare ſolent magis filios quàm filias, tum quia id, quod perfectius eſt, deſiderabilius eſt: mares autem comparantur ad fœminas ſicut perfectū ad imperfectum tum quia in auxilium rerum gerendarum ſolent eſſe parentibus magis nati quàm natæ.

¶Deinde oſtenditur proſperitas eius quantum ad multitudinem diuitiarum & præcipuè in animalibus. Nam circa principium humani generis propter hominum paucitatem, agrorum poſſeſſio nō ita precioſa erat ſicut animalium: & maximè in partibus orientis, in quibus vſque hodie ſunt pauci habitatores præ latitudine regionis. Inter alia autem primo ponuntur ea quæ maximè deſeruiunt ad victum & veſtitum perſonæ: vt oues, vnde dicitur: *fuit poſſeſſio eius ſeptem milia ouium.* Secundò ponuntur ea quæ maximè deſeruiunt ad onera deferenda, ſcilicet cameli, & hoc eſt quod ſubditur, *& tria milia camelorum.* Tertiò ponuntur ea quæ deſeruiunt ad culturam agrorū, & hoc eſt quod ſubditur: *quingenta quoque iuga boū.* Quartò animalia quibus homines ad vecturam vtuntur, vnde ſequitur: *& quingentæ aſinæ.* ex quibus muli generantur, quibus antiqui maximè inſedebant. Sub iſtis autem quatuor generibus animaliū, comprehenduntur omnia alia quæ ad eoſdē vſus deſeruiūt: puta ſub ouibus omnia victui & veſtitui neceſſaria, & ſic de reliquis. Et quia homines multas diuitias poſſidentes, ad eas gubernandas multitudine indigent famulorum, cōuenienter ſubditur: *ac familia multa nimis.*

Conſequen-

¶Conſequenter ponitur proſperitas eius quantùm ad honorem & famam, quæ longè latéq; diffundebatur, & hoc eſt quod dicitur: *erat vir ille magnus inter omnes orientales*, id eſt, homo virtuoſus & famoſus, ad maiorem autem ipſius Iob commendationem, conſtanter diſciplina domus eius deſcribitur: quæ immunis erat ab illis vitijs quę (Geneſ. 13.) opulentiæ generari ſolent plerúnq;, nam diuitiarum abūdantia diſcordiata parit, vnde legitur: quod Abraham & Loth nequiuerunt ſimul habitare ad vitandum iurgium, quod ex rerum abundantia proueniebat. Frequenter etiam homines multa poſſidentes, dum ea quæ poſſident, immoderatè amant, eis tenacius vtuntur. Vnde dicitur. (Eccl. 6.) Eſt & aliud malum ſub ſole & quidē frequens apud homines, vir cui dedit Deus diuitias ſubſtantiam & honorem: & nihil deeſt animæ eius ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei Deus poteſtatem vt comedat ex eo. Ab his ergo malis immunis erat dom' beati Iob, erat enim ibi concordia iocunda & æqua frugalitas, quod ſignificatur cum dicitur: *& ibant filij eius & faciebant conuiuia per domos vnuſquiſque in die ſuo.* hæc autem charitas & concordia non ſolùm inter fratres erat, ſed vſque ad ſorores extendebatur, quæ frequēter deſpiciuntur à fratribus propter ſuperbiam, quam opulentia plurimum gignit. Vnde ſubditur. *Et mittentes vocabant tres ſorores ſuas vt comederent & biberent cum eis vinum.* Similiter etiam deſignatur in hoc ſecuritas quæ de caſtitate filiarum habebatur, alias enim nō circunducendæ erant: ſed includendæ ſecundum illud Sap. In filia non auertente ſe, firma cuſtodiam, ne inuenta occaſione, &c. ſic in ipſo Iob vigebat ſancta ſollicitudo puritatis quam frequenter diuitiæ (Ecc. 51. 36.b.) obruunt & minuunt: ſecundum illud Deut. Incraſſatus eſt, dilatatus & recalcitrauit, & poſteà ſequitur: Dereliquit Deum factorem ſuum &c, (Deute. a.) Et quidē de ſua puritate iterum ſollicitus erat quod ab ijs quæ inquinari poterant totaliter procul erat, vnde non ſolùm dicitur, *quod erat timens Deum & recedens à malo.* ſed etiam circa filiorū puritatem maximè ſollicitus erat, permittebat ſiquidem eos conuiuia agere, eorum indulgens ætati, quædā enim in iuuenibus tolerantur quæ in perſonis grauibus reprehenſibilia ſunt: & quia in conuiuijs, vix aut nunquā homines in munditia perſeuerare poſſunt, quando vel per ineptam lætitiam, vel per inordinatam loquacitatē, aut etiā immoderatum vſum ſibi offendant, filijs quos à conuiuijs non arcebat purificationis remedium exhibebat: vnde dicitur. *Cúmque in orbem tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob. & ſanctificabat illos*, dicunt autem in orbem dies tranſire conuiuij, quia cum ſeptem filij eſſent, & vnuſquiſque in die ſua conuiuium faceret, per omnes dies ſeptimanæ ſeriatim huiuſmodi conſumebant conuiuia: poſtmodum quaſi circulariter ſiue orbiculariter ſicut in diebus ſeptimanæ, ita in conuiuijs principium redibat.

¶Notandum autē eſt, quod licet Iob filijs indulgeret: vt cōuiuia agerent, tamen ipſe ſuam grauitatē cōſeruās, eorū conuiuijs ſe non immiſcebat: vnde dicitur quod *mittebat eos.* non quod ipſe ad eos iret.

¶Modus autē ſanctificationis quo per internūciū ſanctificabat eos, poteſt intelligi dupliciter, vel quia ſalubribus monitis, eos inſtrui faciebat: vt ſiquid in conuiuijs deliquerant, emendarent: vel etiā quia expiationis aliquantùm habebat, quo huiuſmodi delicta expiabantur, ſicut & ſacrificia etiam ante legem data fuerunt, & primitiarum & decimarum oblatio.

¶In conuiuijs autem homines interdum impuritatē cōtrahunt modis prædictis, ſed etiam grauioribus peccatis immergūtur aliquādo (Exod. 32.) vſq, ad Dei cōtemptū & ꝓpter laſciuiā: in ratione abſorpta, & à reuerentia diuina abſtracta, ſicut in Exod. dicitur: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerūt ludere. i. fornicari & idolis immolare. Iob ergo non ſolū contra laſciuias & delitias filijs ſanctificando ſubueniebat, ſed etiam cōtra grauiora remedium ſtudebat opponere, quo eis Deus placaretur, vnde ſequitur: *conſurgenſque diluculo offerebat holocauſtum per ſingulos.* in quibus verbis oſtenditur perfectio deuotionis ipſius, & quantùm ad tempus, quia diluculo conſurgebat, ſecundum illud Pſal. Mane aſtabo tibi, &c. & quantùm ad modum oblationis: quia holocauſta offerebat, quæ totaliter comburebantur ad honorem Dei, nulla parte relicta in vſum offerentis: ſicut erat in hoſtijs pacificis & pro peccato. dicitur enim holocauſtū, quaſi totum incenſum. & quantùm ad numerum, quia per ſingulos filios holocauſta offerebat. ſingula enim peccata conuenientibus ſatiſfactionibus ſunt expianda. Cauſam autem oblationis holocauſtorum, ſubiungit dicens: *dicebat enim*, ſcilicet in corde ſuo nō quidem de peccatis filiorum certus, ſed dubitans. *Ne fortè peccauerint filij mei*, ſcilicet opere vel verbo, *& benedixerint Deo in cordibus ſuis.* quod quidem dupliciter intelligi poteſt. Vno modo: vt totum intelligatur coniunctim, quamuis enim benedicere Deum ſit bonum, tamen benedicere Deum de hoc, quòd homo peccauit. Supra voluntatem (Zach. 11.) etiam peccatis quieſcentē quantū ad hoc vituperatur, ſicut in Zach. dicitur contra quoſdā. Paſce pecora occiſionis, quæ qui poſſiderant occidebant, & non dolebant, & vendebant ea dicentes: benedictus Deus diuites facti ſumus. Alio modo vt intelligatur à contrario ſenſu: & ſi per hoc, quòd dicitur: *benedixerint.* intelligitur maledixerint.

Crimen enim blaſphemiæ tam horribile eſt, vt pia ora ipſum nominare proprio nomine reformident: ſed ipſum per contrarium ſignificans: & conuenienter pro peccato blaſphemiæ holocauſta offeruntur: quia ea quæ in Deum committuntur, honoratione diuina ſunt expurganda. Solet autem contingere, quòd diuinus cultus à quibuſdam deuotè perficiatur, ſi rarus ſit: cum autem frequens fuerit in faſtidium venit, quod eſt peccatum accidiæ. Cùm aliquis ſcilicet triſtatur de ſpirituali labore, cui quidem peccato Iob ſubiectus non erat: nam ſubditur: *Sic faciebat Iob cunctis diebus.* quaſi perſeuerantem in diuino cultu deuotionem conſeruans.

LECTIO. II.

QVadam autem die cùm veniſſent filij Dei vt aſſiſterent coram domino: affuit inter eos etiam ſatan. Cui dixit dominus. Vnde venis? Qui reſpondens ait: Circuiui terram: & perambulaui eam. Dixítque dominus ad eum. Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob quod non ſit ei ſimilis in terra: homo ſimplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo. Cui reſpondens ſatan ait: Nunquid fruſtra Iob timet Deum? Nonne tu vallaſti eum ac domum eius vniuerſámque ſubſtantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixiſti: & poſſeſſio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam: & tange cuncta quæ poſſidet: niſi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo dominus ad ſatan. Ecce vniuerſa quæ habet in manu tua ſunt: tantùm in eum ne extendas manum tuam.

¶Poſt proſperitatem beati Iob enumeratam, ponitur aduerſitas ipſius, & primò inducitur cauſa ipſius: & ne quis putaret aduerſitates iuſtorum abſque diuina prouidentia procedere: per hoc æſtimaret res humanas prouidentiæ ſubiectas: non enim præmittitur quomodo Deus de rebus humanis curam habet & eas diſpenſat: hoc autem ſimbolicè & ſub enigmate proponitur ſecundum conſuetudinem ſacræ ſcripturæ: quæ res ſpirituales ſub figuris rerum corporalium deſcribit: ſicut, Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum: (Iſai. 7.) & in principio Ezechielis & in pluribus alijs locis. Et quanuis ſpiritualia ſub figuris rerum corporalium proponantur: non tamen ea quæ circa ſpiritualia intenduntur per figuras ſenſibiles ad myſticum pertinent ſenſum, ſed literalem: quia ſenſus literalis eſt: qui primò per verba intenditur: ſiue propriè dicta ſiue figuratè.

Sciendum eſt autem, quòd diuina prouidentia tali ordine res gubernat, quòd inferiora per ſuperiora diſpenſat. Corpora enim generabilia & corruptibilia ſubduntur motui corporū cœleſtium, & ſimiliter inferiores ſpiritus rationales mortalibus corporibus vniti ſcilicet animæ, per ſuperiores ſpiritus incorporeos adminiſtrantur. Hæc autem eſt ratio, quia inter incorporeos ſpiritus, quidam ſunt boni, qui puritatem in qua creati ſunt conſeruantes, diuina gloria perfruuntur, à Dei voluntate nunquam recedentes: & hij quidē ſpiritus in ſcripturis interdum dicuntur angeli, id eſt, nuntij: quia diuina hominibus annunciant. Interdum autem filij Dei dicuntur, inquantùm Deo per participationem gloriæ aſsimilantur. Mali autē ſpiritus quidā ſunt, non per naturam aut per creationē, cū vniuſcuiuſque naturę auctor ſit Deus: nec ſummū bonū poteſt eſſe cauſa niſi bonorū. Sed ſunt mali propter propriā culpā: huiuſmodi autē ſpiritus in ſcripturis dæmones dicuntur: & eorū primus dicitur diabolus, quia deorſum cadens, licet eſſet ſatan, id eſt, aduerſarius: vtrique igitur ſpiritus homines ad aliqua agenda mouent: boni quidem ad bona, mali autem ad mala & ſicut homines mouentur à Deo per ſpiritus ſupradictos, ita etiā ea quæ per homines aguntur, dicuntur in ſcripturis eiſdem ſpiritibus mediantibus ad diuinum examen referri: ad oſtendendum igitur, quòd tam bona quā mala, quæ homines agunt, diuino iudicio ſubſunt, dicitur: *Quadam autem die cum veniſſent filij Dei vt aſsiſterent coram domino, affuit inter eos etiam ſatan.* Sciendū verò eſt, ꝙ angeli qui hic filij Dei dicuntur, aſsiſtere dicuntur domino dupliciter: vno modo inquantū Deus ab eis cōſpicitur, ſicut ſcriptū eſt. Millia milliū miniſtrabant ei & decies centum millia aſsiſtebant ei. Alio modo inquantū ipſi angeli & eorū actus à Deo conſpiciuntur. Nam qui alicui domino aſsiſtūt, & eū cōſpiciūt, & ab eo cōſpiciuntur. Primo igitur modo aſsiſtere non conuenit angelis niſi beatis: qui diuina viſione perficiuntur, nec ijs hominibus, ſed iſtis tantū qui inter eos ſuperiores exiſtunt, qui magis intimè diuina viſione perfruuntur, id eſt, ad exteriora miniſteria ſecundum Dionyſij ſententiam non exeunt, vnde & à miniſtrantibus (prædicta auctoritate aſsiſtentes diſtinguntur. Secundo, autē modo aſsiſtere cōuenit non ſolū omnibus bonis angelis, ſed etiā malis, & etiā hominibus, quia quæcúnq; per eos aguntur diuino conſpectui & examini ſubdūtur, & propter hoc dicitur: *quòd cùm venirent filij Dei: vt aſsiſterent corā domino, etiā affuit inter eos ſatan.* Et quāuis ea quę per angelos bonos vel malos adminiſtrantur, continuè diuino conſpectui & examini ſubijciantur, & ſic ſemper & filij Dei aſsiſtant, & ſatan adſit inter eos, & dicitur tamē: *quadā die.* ſecundū modū ſcripturæ quæ ea quæ ſupra tempus ſunt, interdū per tempus deſignat ex aliquibus quæ dicuntur in tempore: ſicut in principio Geneſ. di-

Universidad de Deusto Biblioteca

citur Deus aliqua dixisse primo vel secundo die, quamuis eius dicere sit æternum, propter hoc quod ea quæ ab ipso dicuntur fuerunt in tempore: ita & nunc quia factum de quo nunc intenditur determinato tempore extitit, dicuntur administratores huius: quadam die coram domino astitisse, quamuis coram ipso assistere desistant. Considerandum est etiam quòd ad Dei iudicium aliter referuntur ea quæ per bonos angelos aguntur aliter ea quæ per malos. Nam boni angeli hoc intendunt, vt ea quæ agunt referant in Deum: & ideò dicitur quòd *Filij Dei venerunt vt assisterent coram domino.* quod proprio motu & intentione omnia diuino iudicio subdentes, mali verò angeli non intendunt ea quæ agunt referre in Deum: sed eis nolentibus hoc accidit, vt quicquid agunt, subdatur diuino iudicio: & ideò non dicitur de satan quod venit vt assisteret coram domino, sed solùm quod affuit inter eos. Dicitur autem *inter eos.* tamen propter naturæ parilitatem, tum ad insinuandum quòd mali non sunt ex principali intentione: sed superueniunt bonis quasi per accidens.

¶Est autem differentia inter ea quæ per bonos angelos & malos agũtur. Nam boni angeli nil agunt, nisi ad quod diuino iussu & voluntate mouentur. In omnibus enim voluntatem diuinam sequuntur, mali verò sua voluntate discordant à Deo: vnde ea quæ ipsi agũt à Deo aliena existunt, quantùm ad eorum intentionem: & quia nõ consueuimus interrogare de his quæ nos facimus: sed de his quę absque nobis fiunt, ideò non dicitur quòd dominus aliquid quæsierit à filijs Dei, sed solùm à satan, & hoc est quòd subditur: *Cui dixit dominus: vnde venis?*

¶Et notandum est quòd nõ dicit ei dominus: quid facis? aut vbi es? sed vnde venis? quia ipsa facta quæ per dæmones procurãtur, interdum ex diuina voluntate proueniunt, dum per eos vel puniuntur mali, vel exercentur boni. Sed dæmonum intentio semper mala est & à Deo alienatur, ideò à satan quæritur vnde venis: quia eius intentio, à qua procedit, tota ipsius actio à Deo est aliena.

¶Sciendum autem est, quod dicere dupliciter accipitur: nam quandóque refertur ad conceptum cordis, quandóque autem ad significationem, vt huius conceptus alteri exprimatur. Secundum igitur primum modum dicere Dei est æternum, & nil est aliud quam generare filium, qui est verbum ipsius. Secundo verò modo temporaliter Deus aliqua dicit, diuersimodè tamen secundum quod congruit eis de quibus dicit: nam hominibus corporeos sensus habẽtibus, aliquãdo Deus locutus est aæreo sono, formato in aliqua subiecta creatura, sicut vox sonuit in baptismo & in transfiguratiõe Christi, Hic est filius meus dilectus. Aliquando autem per imaginariam visionẽ sicut multotiens legitur in Prophetis. Aliquando autem intelligibili expressione, & hoc modo intelligendum est ad satan dixisse inquantùm intelligere facere, quod ea quæ agit, à Deo conspiciuntur. Sicut ergo dicere Dei ad Satan, est eius notitiam præferre: ita satan respondere Deo, est non ei alicuius rei notitiam tradere: sed considerare omnia sua diuino conspectui aperta esse, & secũdum hunc modum dicitur: *qui respondens ait: circuiui terram & perambulaui eam.* Per hoc igitur quod dominus dicit ad satan: *vnde venis.* intẽtionem & acta diaboli Deus examinat: per hoc autem quòd satan respõdet: *circuiui terram & perambulaui eam.* suorum actuum Deo rationem reddit, vt ex vtráque ratione ostendatur omnia quæ per satan fiunt, diuinæ prouidentiæ subiecta esse. *1.Petr. 5.* Per circuitionem autem satan calliditas eius ostenditur, ad explorandum quos decipere possit, secundum illud. Aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Conuenienter autem per circuitum astutia callidorum designatur, sicut per rectum simpliciter iustus. Nam rectum est cuius medium non exit ab extremis, cum ergo actio iusti à suo principio, quod est voluntas siue intentio non discrepat: cõuenienter iustis ascribitur rectitudo. Callidorum autem est, aliud ostendere, aliud intendere, & sic id quod demonstrant ex suo opere exit ab extremis duci, nec voluntati concordat nec fini. Vnde rectè callidi circuire dicuntur, propter quod scriptum est: *Psa.11.* In circuitu impij ambulant.

¶Sciendum autem est, quòd etsi diabolus erga cunctos tam bonos quã malos calliditatis suæ studio vtatur, effectus tamen calliditatis suæ in solis malis cõsequitur: qui rectè terra nominãtur. Cum enim homo compositus sit ex natura spirituali & carne terrena, malũ hominis in hoc consistit, quòd derelictis spiritualibus bonis: ad quem secundum rationalem mentem ordinatur, terrenis bonis inhæreat, quę sibi competunt secundum rationem terrenam: & ideò mali inquantùm naturam terrenam sequuntur, rectè terra dicuntur: huiusmodi igitur terrã nõn solũ circuit satan, sed etiam perambulat, quia in eis effectum suæ malitiæ complet, per ambulationem enim complementũ processus ipsius designatur: sicut econuersò, de viris iustis dicitur, quòd in eis Deus perambulat. Vnde Apostolus inducit: *Cor. 5.* Inhabitabo in illis & inambulabo inter eos.

¶Potest autẽ & aliter intelligi. Triplex enim est status viuẽtiũ, quidã enim sunt supra terrã, id est, in cœlo, vt angeli & beati cẽs: quidã in terra: sicut homines naturali carne viuẽtes, quidã autẽ sub terra, vt dæmones & dãnati homines. Primo igitur satã, neq; circuit, neq; perambulat, quia in cœlestibus ciuibus nil malitiæ potest esse, sicut nec in cœlestibus corporibus inuenitur aliquod malum naturæ. Eos autem qui sunt in inferno, perambulat, sed non circuit, quia eos totaliter suæ malitiæ subiectos habet, nec oportet vt ad eos decipiendos aliqua calliditate vtatur. Eos autem qui sunt in terra, circuit & perambulat: quia & calliditate eos decipere nititur: & quosdam eorum ad suam malitiam trahit, qui maximè per terram designantur vt dictum est: & quod per terram homines terreni designẽtur, satis apertè ostenditur per hoc, quòd Dominus Iob quamuis in terra habitantem: à terra tamen segregare videtur. Nam quum satan dixisset: *Circuiui terram & perambulaui eam,* subiungitur: *Dixitque dominus ad eum Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis, &c.* Frustra enim quæsitum videretur, an Iob cõsiderasset qui terram circuisse & perambulasse asserebat, nisi seruum suum Iob, præter terram etiam intelligeret, & maximè ostendit in quo à terra segregetur, in hoc, quòd dicit: *seruum meum Iob.* Homo enim quasi medius constitutus est inter Deum & res terrenas. Nam mente inhæret Deo: carne autem rebus terrenis coniungitur. Omne autem medium duorum, eo magis ab vno extremo recedit: quo magis alteri appropinquat: homo enim quanto magis Deo inhæret, tãto remotior est à terra, hoc autem est seruum Dei esse, quòd mente Deo inhærere. Nam seruus est qui non sui causa est, ille autem qui mente Deo inhæret, seipsum in Deum ordinat, vt seruus amoris non timoris.

¶Et notãdum est, quòd affectiones terrenæ aliquo modo à remotis imitanẽ spirituales affectus, quibus mens Deo cõiungitur. Sed ad eorum similitudinem nullo modo peruenire possunt, nã & amor terrenus ab amore Dei deficit, & per consequens omnis affectio, nam cuiuslibet affectionis est amor principium. Vnde cõuenienter postquam dixerat. *Nunquid considerasti seruum meum Iob.* subditur, *quòd non sit similis ei in terra:* quia nihil in terrenis spiritualibus cõparari potest, quamuis & possit aliter intelligi. Nam in vnoquóque sancto est aliqua virtus per æminentiam quantum ad aliquem spiritualem vsum, propter, quod de singulis confessoribus in ecclesia canitur. Nõ est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi, nisi quod in Christo omnia secundum excellentiam perfectissima fuerunt, & secundum hunc modum intelligi potest, quòd nullus in terra habitantium similis erat Iob, inquantum Iob præeminebat quantum ad aliquem vsum virtutis. In quo autem Iob fuerit seruus Dei, & nullus ei similis in terra, ostendit cum subdit. *Homo simplex & rectus ac timens Deum & recedens à malo:* quia ea quæ posita sunt supra, ad præsens dimittantur.

¶Considerandum autem, quod Dominus iustorum vitã, nõ solum ad eorum bonum ordinat, sed vt alijs eam conspicuã reddat. Sed cõspicientes eam non similiter afficiuntur ad ipsam, nã boni pro exẽplo habentes ex ipsa proficiunt, mali verò si nõ corriguntur: vt eius exemplo boni fiant ex sanctorum vita inspecta deficiunt, dum vel per inuidiam torquentur: vel falsis indicijs eam peruertere conãtur. *2.Cor. 2.* secundum illud Apostoli. Christi odor bonus sumus Deo & in his qui salui fiunt, alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autẽ odor vitæ in vitam. Sic igitur Deus vitam sanctorum nõ solum ab electis considerari vult ad profectum salutis, sed etiam ab iniquis ad cumulum damnationis: quia ex vita sanctorum condemnabilis ostẽditur peruersitas impiorum, secundum illud, quòd dicitur. *Sap.4.* Condemnat iustus mortuus: viuos impios, & ideò Dominus ad satan dicit. *Nunquid considerasti seruum meum Iob:* quasi diceret terrã quidem circuis & perãbulas, sed seruum meum Iob solum cõsiderare potest, & eius virtutem mirari. Solet autem peruersorum hominum, quorum princeps est satan, & eorum qui huiusmodi personã gerunt talis esse consuetudo vt sanctorum vitam: quia reprehendere non possunt vt non ex recta intentione eos agere calũnientur. *Eccl.11.* secundum illud. Bona in mala conuertens insidiatur & in electis imponit maculam, & hoc apparet ex hoc, quod subditur. *Cui respondens satan ait Nunquid frustra Iob timet Deum:* quasi dicat negare non possum, quod bona non faciat, sed hoc agit non recta mẽte: vt propter tuum amorem & honestatis, sed propter temporalia quę à te consequutus est, & ideò dicitur. *Nunquid frustra Iob timet Deum?* Illud enim frustra facere dicimus ex quo id, quod intendimus assequi non possimus. Iob autem tibi seruiuit propter temporalia quæ à te assequutus est: videtur quod non sit frustra, quod tibi seruiendo te timeat. Et quod temporalem prosperitatem consequutus sit, dicit, quantum ad duo.

¶Primò quantum ad immunitatem malorum: quia scilicet præseruatus erat à Deo ab omni aduersitate, & hoc est, quod dicit. *Nónne tu vallasti?* protexisti, sicut protegit vallũ aut murus, *eum:* quantum ad suam personam, *ac domum eius:* quantum ad prolem & familiã, *& vniuersam substantiam eius:* quantum ad possessiones, & addit *per circuitum:* vt perfecta immunitas ostẽdatur: quia illud, quod per circuitum vallatur, ex nulla parte potest pati insultum. Secun-

¶Secundò ostendit eius prosperitatem quantùm ad multiplicationem bonorum, & hoc est, quòd dicitur: *operibus manuum eius benedixisti.* Vnde cum Deus bona omnia faciat: benedicere nãque Dei est bonitatem rebus dare. Tunc ergo Deus alicuius operibus benedicit, quando ea ad bonum producit, vt finem debitum consequantur, & quia quædam bona proueniunt absque suo opere & intentione propter hoc addit: *& possessio eius creuit in terra.* Sic igitur satan calumniatur facta beati Iob, quod ea intentione ageret prosperitatis terrenæ: vnde manifestum est, quod ea bona quæ agimus, non referuntur ad prosperitatem terrenam, quantùm ad primũ intentũ: aliàs esset peruersa intentio. Si quis propter prosperitatem temporalem Deo seruiret: & similiter econuersò. aduersitas temporalis, non est propria pœna peccatorum: de quo ferè in toto duodecimo cap. quæstio erit. vult autem ostendere satan per suum responsum, quod propter prosperitatem terrenam, quàm consequutus erat Iob, Deo seruierat, per oppositum, si enim cessante prosperitate terrena, Iob dominum timere desineret: manifestum fieret quod propter prosperitatem terrenã, qua fruebatur, Deum timebat, & ideò subdit: *nisi in facie benedixerit tibi,* idest, manifestè maledixerit, supple malum mihi accidat.

¶Et notandum quod ex magna aduersitate verè iustorum corda interdum cõmouẽtur, sed simulatè iusti ex modica aduersitate turbantur, velut nullam virtutis radicem habentes: vult ergo satan per hoc innuere, quod nõ Iob verè iustus erat, sed simulatè: & ideò dicit quod si paululum aduersitate tangatur, murmurabit contra Deum, quod est Deum blasphemare: & subiungitur dicens: *nisi in facie benedixerit tibi.* vt benedictio propriè sumatur, & sit sensus: si tu paululum eum tangas prosperitatem terrenam, scilicet auferẽdo, hoc mihi accidat nisi manifestum fiat, quòd antea benedixerit tibi: non in vero corde, sed in facie, id est, ad apparentiam hominum. Et quia sicut dictũ est, dominus sanctorum virtutem vltionibus esse notam, & bonis & malis: placuit sibi vt sicut bona facta eius, omnes intellexerunt: ita & vt recta eius intẽtio, omnibus fieret manifesta: & ideò noluit Iob prosperitate terrena priuare, vt eo in Dei timore perseuerante, manifestum fieret, quòd ex recta intentione, non propter temporalia dominum timebat.

¶Sed sciẽdum est, quòd Deus malos punit, & per bonos angelos, & per malos: sed bonis nunquam aduersitatem, inducit nisi per malos: & ideò semper in beatum Iob, aduersitatem non nisi per satan induci voluit: & propter hoc subditur. *Dixit ergo dominus ad satan. Ecce vniuersa quæ habet in manu tua sunt,* id potestati tuæ trado, *tantùm in eum ne extendas manum tuam.* ex quo manifestè datur intelligi, quòd iustis viris satan non quantùm vult sed quantùm permittitur nocere potest. Considerandum est, quòd etiam dominus non præcepit satan vt Iob offenderet, sed solùm ei potestatem dedit, quia volũtas nocẽdi inest cuilibet malo ex seipso. Sed potestas non nisi à Deo: patet igitur ex prædictis hanc fuisse causam aduersitatis beati Iob, vt eius virtus omnibus fieret manifesta: vnde & de Tobia dicitur, quod ideò dominus ei tentationem euenire permisit, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob.

¶Considerandum est autem: ne credatur dominum ex verbis satan inductum esse ad permittendum Iob affligi, sed æterna dispositione hoc ordinauit ad manifestandam scilicet virtutẽ Iob contra omnes calumnias impiorum: ideò præmittitur calumnia, & subsequitur diuina promissio.

LECTIO III.

EGressúsque est satan à facie domini. Cum autem quadam die filij & filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Iob qui diceret. Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerũt Sabæi, tulerúntque omnia, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus vt nuntiarem tibi.

¶Cúmque adhuc ille loqueretur, venit alter & dixit. Ignis Dei cecidit de cœlo, & tactas oues puerósque consumpsit, & effugi ego solus vt nuntiarem tibi. Sed & adhuc illo loquente, venit alius & dixit. Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos necnon & pueros percusserunt gladio, & effugi ego solus vt nuntiarem tibi. Adhuc loquebatur ille: & ecce alius intrauit, & dixit: Filijs tuis & filiabus vescentibus & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti: repentè ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, qui corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt: & effugi ego solus vt nuntiarem tibi.

¶Posita causa aduersitatis beati Iob, consequenter ostenditur. qualiter ei huiusmodi aduersitas superuenit, & quia tota hic aduersitas inducta est per satan, ideò de ipso primo dicitur: *Egressus est à facie domini.* Nam satan secundum quòd potestas ei permittitur nocendi alicui coram facie domini est: quia ex rationabili Dei voluntate hoc accidit, dum autem exequitur permissam sibi potestatem à facie domini exijt, quia ab intentione permittentis recedit, quod quidem in proposito apparet: permissum enim fuit à Deo, vt posset nocere Iob, ad manifestandam eius virtutem: sed satan non propter hoc eum afflixit, sed vt eum ad impatientiam & blasphemiam prouocaret. Similiter autem in hoc apparet maximè verum esse quod supra diximus, satan affuisse inter filios Dei coram eo assistentes, secundum quòd assistere dicuntur Deo aliqui qui diuino scilicet, iuditio & examini subduntur, non secundum quòd assistere dicũtur qui Deum vident. Vnde & hic non dicitur, quòd satan abiecit à facie sua Deum, sed quod egressus est à facie domini: quia ab intentione prouidentiæ, effugere non valens.

¶Considerandum est autem, quòd in aduersitate enarranda ordo contrarius obseruatur ordini, quo fuerat prosperitas enarrata: nam in prosperitate enarrata, maioribus ad minora processit, incipiens à persona ipsius Iob, & post hoc posuit prolem: & deinde animalia primo ciues deinde alia, & hoc rationabiliter, quia perpetuitas quæ in persona saluari non potest, quæritur in prole: ad cuius sustentationem possessionibus indigemus. In aduersitate autem proponitur econuersò. Nam primo narratur amissio substantiæ. Secundo, oppressio prolis. Tertio, afflictio, propriæ personæ: & hoc ad aduersitatis augmentum. nam ille qui maiori aduersitate oppressus est, minorem non sentit, sed plus minore sentitur maior: & ideò, vt à singulis aduersitatibus Iob propriam afflictionem sentiret: & sic magis ad impatientiam commoueretur, incepit satan à minore aduersitate Iob affligere, & paulatim processit ad maiora.

¶Considerandum etiam est, quòd ab ijs quæ subito superueniunt hominibus, animus magis commouetur. Nam præcogitata aduersa facilius tolerantur: & ideò vt Iob magis commoueretur in tempore maximè iocunditatis: quando minus de aduersitate cogitari poterat, sic satan aduersitatem induxit, vt etiam ex ipsa præsenti iocunditate aduersitas grauior appareret. Nam contraria iuxta se posita magis elucescunt, & ideò dicitur: *Cum autem quadam die filij & filiæ eius comederent & biberent vinum.* quod specialiter ponitur ad iocunditatis indicium, secundum illud: Vinum in iocunditatem creatum est, non in ebrietatem ab initio. *In domo fratris sui primogeniti.* quod etiam ad maiorem solennitatem ponitur: probabile enim est, quòd in domo primogeniti solenne conuiuium celebraretur: *nuncius venit ad Iob, qui diceret boues arabant.* vt ex memoria fructus damnum intolerabilius videretur. *& asinæ pascebantur iuxta eos.* quod etiam ponitur ad augmentum doloris dum consideraret, quòd eo tempore superuenerunt quo plura simul possent rapere. *& irruerunt Sabbæi.* hostes à remotis venientes, à quibus non de facili recuperari possent quæ rapuissent. *tulerunt omnia.* ne si aliqua reliquissent, ea saltem sufficerent ad necessarium vsum & ad propaginem. *& pueros percusserunt gladio.* quod viro iusto grauius fuit. *& euasi ego solus vt nuntiarem tibi.* quasi dicat ideò hoc euenit diuina dispensatione, vt ego solus euaderem: vt tu posses habere nuntium tanti damni, quòd Deus te dolore affligere intendit. Hac autem aduersitate nunciata, statim altera nunciatur, ne si aliquod interuallum fieret intus, ad cor suum rediret, & se ad patientiam præpararet: & sic sequentia facilius sustineret, & propter hoc subditur: *Cúmque adhuc loqueretur ille, venit alius & dixit: ignis Dei.* id est, à Deo missus. *descendit de cœlo.* vt quia eius menti imprimeret quod non solùm ab hominibus, sed etiam à Deo persecutionem pateretur: & sic facilius contra Deum prouocaretur. *& tactas oues puerósque consumpsit.* quasi diuinitus hoc procreatum sit, vt statim ad tactum ignis omnia cõsummarentur: quod est contra naturalem virtutem ignis. *& effugi ego solus, vt nunciarem tibi.* sequitur: *Sed adhuc illo loquente venit alius & dixit. chaldei* supple qui erant feroces & potentes, vnde ad eorum potentiam ostendendam subditur: *fecerunt tres turmas.* vt sic vindicta sperari non possit, nec recuperatio damni, de quo damno subditur: *& inuaserunt camelos. &c.* Sequitur de oppressione prolis. *Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit & dixit: filij tui & filiæ bibebant vinum in domo fratris sui.* vt ex hoc eius mens tristior foret, quo Iob poterat dubitare eos in statu alicuius peccati fuisse morte præuentos. Nam propterea ipse sanctificabat: & holocausta per singulos offerebat: quia timebat ne in conuiuijs aliquod peccatum incurrissent, & ne fortè posset credi, quòd pœnituerint, & animæ suæ prouiderint, subditur: *repente venit ventus vehemens, & irruit à regione deserti: & concussit quatuor angulos domus.* quòd dicitur ad ostendendum vehementiam venti: & præter consuetudinem totam domum subuertit simul: & vt per hoc ostendatur ex diuina voluntate processisse: & sic facilius contra Deum moueretur, dum affligebatur ab eo cui deuota mente seruierat: & ad maiorem doloris cumulum subditur: damnum interemptæ prolis cum dicitur: *quæ corruens oppressit liberos tuos & mortui sunt.* scilicet omnes. ne saltem in aliquo euadente ex liberis posteritatis spes remaneret, & hoc eo magis credebatur dolorosum quod liberis omnibus interemptis. aliquis famulorum euadere potuit ad concitandum dolorem. nam sequitur: *& euasi ego solus vt nunciarem tibi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Considerandum est q̄ cùm omnis prædicta aduersitas sit per Satan inducta, necesse est confiteri, quòd Deo permittente dæmones possint turbationem aëris inducere, ventos concitare, & facere vt ignis de cœlo cadat, quamuis enim materia corporalis non obediat ad nutum angelis, nec bonis neque malis, ad susceptionem formarum, sed soli creatori Deo, tamen ad motum localem, nam corporea natura est spirituali naturæ obœquior, cuius iudicium in homine apparet. Nam ad solum imperium voluntatis, mouentur membra vt affectum voluntate, dispositum prosequatur. Quæcúnque ergo solo motu locali possunt fieri, hoc per naturalem virtutem non solùm spiritus boni, sed etiam mali facere possunt nisi diuinitus prohibeantur: venti autem & pluuiæ & aliæ huiusmodi aëris perturbationes ex solo motu vaporum resolutorum ex terra & aqua fieri possunt. Vnde ad huiusmodi procuranda naturalis virtus dæmonis sufficit: sed interdum ab hoc diuina virtute prohibentur vt non liceat eis facere omne, quòd naturaliter possunt. Non est autem contrarium quod dicitur. Nunquid fuit in scalptilibus qui pluit? Aliud est enim naturali cursu pluere quod soli Deo conuenit qui causas naturales ad hoc ordinauit, aliud artificialiter vti aliquo ad pluuiam vel ventum interdum quasi extraordinarie producendum.

Hiere. 14.

LECTIO IIII.

Vnde surrexit Iob & scidit vestimenta sua: & tonso capite corruens in terram adorauit: & dixit. nudus egressus sum de vtero matris meæ: & nudus reuertar illuc. Dominus dedit: dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est. sit nomen domini benedictum. In omnibus his non peccauit Iob labijs suis: neque stultum quid contra Deum locutus est.

¶Enumerata aduersitate beati Iob: agit hic de patientia, quam in aduersitate monstrauit.

¶Sciendum autem est ad euidentiam eorum quę hîc dicuntur, quòd circa corporalia bona, & circa animi passiones antiquorum Philosophiorum diuersa opinio fuit. Nam stoici dixerunt bona exteriora nulla bona hominis esse: & quòd pro eorum amissione nulla tristitia in animo sapientis poterat inesse. Peripateticorum verò sententia fuit, quod bona exteriora sunt quædã aliqua hominis bona: non quidem principalia: sed quasi instrualiter ordinata ad principale hominis bonum, quod est bonum mentis: & propter hoc sapientem in amissionibus exteriorum bonorum moderatè contristari concedebant ita scilicet, quòd per tristitiam ratione non absorbeatur vt à rectitudine declinaret: & hæc sententia verior est, & ecclesiasticæ doctrinæ concordat vt patet per Augustinum in libro de ciuitate Dei. Hanc igitur sententiam Iob secutus, tristitiam quidem in aduersitate mõstrauit, tamen sic moderatam vt rationi subiecta esset: & ideò dicitur. *Tunc surrexit Iob & scidit vestimenta sua.* quod apud homines solet esse tristitiæ indicium.

¶Notandum verò est, quòd dicit, *Tunc* scilicet post mortem filiorum auditam vt de eis magis quàm de amissione rerum doluisse videatur. de amicis enim mortuis non dolere duri & nõ sensibilis cordis esse videtur: sed virtuosi est hunc dolorem moderatum habere secundum illud Apostoli. Nolumus vos ignorare de dormientibus vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. vnde hęc in beato Iob fuit: vnde & statum mentis eius per actum exteriorem aperuit: quia enim ratio stetit, congruenter dicitur, quòd Iob surrexit: quãuis homines dolentes magis soleãt prosterni: quia tristitiam patiebatur, sed nõ penetrãtem vsque ad intima rationis, tristitiæ signum ostendit quantum ad duo, scilicet quantum ad ea quæ sunt extra naturam corporis: vnde dicitur. *Et scidit vestimenta sua.* Et quantùm ad ea, quæ de natura corporis procedunt: vnde dicitur. *Et tonso capite.* Quod apud eos qui comam nutriunt, solet esse doloris indicium. Vnde hæc duo signa tristitiæ conuenienter præmisis aduersitatibus respondent. Nam scisio tunicę respondet amissioni rerum, tonsio capitis amissioni filiorum.

Theſſ. 4.

¶Tunc autem mens recta stat, quando humiliter Deo subijcitur. Vnumquódque enim in tanto maiori nobilitatis altitudine cõsistit: quanto magis suæ perfectioni substat, sicut aër dum subditur luci & dum subditur materia formæ, quòd ergo mens beati Iob per tristitiam deiecta non erat sed in sui rectitudine existens, manifestatur per hoc, quòd Deo humiliter adorauit se subdidit. Nam sequitur: *Corruens in terram.* ad humilitatis & deuotionis indicium demonstrandum & non solùm factis statũ suæ mẽtis declarauit, sed etiam verbis rationabiliter enim demonstrauit, & si tristitiam pateretur se tristitiæ non debere succũbere, primò quidem ex conditione naturæ: vnde dicitur. *Et dixit, nudus egressus sum de vtero matris meæ, scilicet terræ: quæ est communis mater omnium (nudus reuertar illuc.)*

Ecc. 11. Id est, in terram, & secundum hunc modum dicitur. Occupatio magna creata est hominibus, & iugum graue super filios Adã à die exitus de vtero matris eorum, vsq; in diem sepulturæ in matrẽ omniũ. Potest & aliter intelligi vt quod dicitur. *De vtero matris meæ.* Id est, accipiatur ad literã de vtero mulieris quæ genuit eũ, q̄d aũt dicitur. *Nudus reuertar illuc.* Intelligitur, q̄ hæc dictio illuc facere simpliciẽ relationẽ, non enim aliquis iterato in vẽtrem matris reuertitur, sed reuertitur in illum statum quẽ habuit in vtero matris, quantũ ad aliquid, scilicet quantum ad hoc, quòd est alienum esse à conuersatione humana, hoc ergo dicens rationabiliter ostẽditur, quòd propter amissionem rerum & exteriorum bonorum non debet homo tristi tia absorberi: quia exteriora bona non sunt ei cõnaturalia, sed accidentaliter adueniunt, quod ex hoc patet, quòd homo sine eis in hoc mundo venit, & sine eis recedit: vnde accidẽtalibus bonis sublatis, si subitale maneat non debet homo tristitia obrui etiam si eum tristitia tangat.

¶Secundò ostendit idem ex diuina operatiõe, scilicet quòd tristitiæ homo nõ debet succũbere dicens. *Dominus dedit Dominus abstulit.* Vbi primò consideranda est vera eius sententia de prouidentia diuina circa res humanas, in hoc enim, quod dixit. *Dominus dedit.* Confessus est prosperitatem mundanã hominibus aduenire non casualiter nec ex fato stellarum, nec solo humano studio, sed ex dispositione & dispensatione diuina, in hoc verò, q̄ dicitur. *Dominus abstulit.* Confitetur etiam aduersitates in hominibus diuinæ prouidentiæ iudicio prouenire hoc autem innuit, quòd non habet homo iustam querelam de Deo si tẽporalibus bonis spolietur: quia qui gratis dedit potuit vel vsque ad finem: vel vsque ad tempus largiri: vnde cum ante finem homini tẽporalia aufert Deus, homo cõqueri nõ potest.

¶Tertiò ostendit idem ex beneplacito diuinæ voluntatis dicens. *Sicut Domino placuit ita factum est.* Est autem amicorum idem velle & nolle. vnde si ex beneplacito diuinæ prouidentiæ procedit, q̄ aliquis bonis temporalibus spolietur, si Deum amat, debet voluntatem suam diuinæ voluntati conformare: vt hac consideratione, tristitia non absorbeatur. Hæ ergo tres rationes debito ordine ponuntur. Nam in prima ratione ponitur, quòd bona temporalia sunt homini extranea. In secunda, quòd à Deo homini dantur & auferũtur. In tertia, quòd hoc accidit secundum beneplacitum diuinæ voluntatis. Vnde ex prima ratione concluditur, quòd homo propter amissionem temporalium bonorum non debet tristitia absorberi. Et secunda, quòd nec etiam potest conqueri. Ex tertia, quòd etiam debet gaudere. Non enim esset placitum Deo, quòd aliquis aduersitatem pateretur nisi propter aliud inde proueniens bonum. Vnde aduersitas licet ipsa ex se amara sit & tristitiã generet: tamen ex consideratione vtilitatis, propter quam Deo placitum debere esse, iocunda: fiat & de Apostolis dicitur. Ibant Apostoli gaudentes, &c. Nam & de sumptione medicinę amarę aliquis ratione gaudet propter spem sanitatis licet sensu turbetur. Et quia gaudium est materia gratiarum actionis, ideò hanc tertiam rationem in gratiarum actionem concludit dicens. *Sit nomen Domini benedictum.* Vnde dicitur quidem nomen Domini ab hominibus benedicendum inquantùm de eius bonitate notitiam habent, quòd scilicet, omnia bene dispenset & nil agat iniuste. sic ergo concluditur innocentia Iob cum dicitur. *In omnibus his non peccauit Iob labijs suis.* Vt scilicet, per verba impatientiæ motum exprimeret, neque stultum quicquam contra Deum locutus est, id est, vt supra, de diuina prouidentia blasphemaret. Stultitia enim sapientiæ opponitur quæ propriè est diuinorum.

CAP. II. LECT. I.

Factum est autem cum quadam die venissent filij Dei, & starent coram domino: venisset quoque satan inter eos & staret in conspectu eius: vt diceret Dominus ad satan. Vnde venis? Qui respondens ait: Circuiui terram & perambulani eam. Et dixit Dominus ad satan. Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd nõ sit ei similis in terra, vir simplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam. Tu autem commouisti me aduersus eum vt affligerem eum frustra. Cui respondens satan ait. Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tunc videbis, quòd in faciem benedicat tibi. Dixit ergo Dominus ad satan: Ecce in manu tua est: verumtamen animam illius serua.

¶Cùm triplex sit hominis bonum, scilicet animæ: corporis & exteriorum rerum: hoc modo adinuicem ordinantur: vt corpus sit propter animam, res verò exteriores & propter corpus & propter animam. sicut ergo est peruersa intentio si quis bona animæ ordinet ad corporis salutem: & quidem, quod Iob in actibus virtutum abundauit, quæ sunt animæ bona sensibiliter cunctis poterat esse manifestum. vnde & dominus ad satan supra dixerat. *Nunquid considerasti seruum meum Iob, &c.* sed satan calumniam inferebat quasi Iob actibus virtutum intenderet propter temporalia bona, sicut & mali homines quorum satan princeps est, experimento sui iudicant de intentione iustorum. Sed hæc calumnia repulsa erat per hoc quod post exteriorum bonorum amissionem adhuc in virtute stabilis permanebat, ex quo sufficienter est ostensum, quod eius intentio non erat ad exteriora bona obligata. Restat ergo ostendere ad perfectam demonstrationem virtutis Iob, quod nec etiam ad saluté proprij corporis incuruata erat eius intentio, & ideò rursus inducit diuinum iudi-

dicium quo hoc manifestatur: hoc est quod dicitur. Factum est autem cùm quadam die venissent filij Dei vt assisterent coram domino, venisset quoque satan inter eos & staret in conspectu eius, vt diceret dominus ad satan vnde venis? Quibus verbis suprà expositis diutius immorandum non est, nisi quod hoc notandũ est quo propter aliquod factum alia dies hic inducitur sicut in principio Genes. secũdum diuersa rerum genera quæ creabantur diuersi dies describuntur. Quid autem satan examinatus respondit: ostenditur consequenter cùm dicitur *qui respondens ait: circuiui terram & perambulaui eam*, & hoc vt suprà. Et rursus dominus virtutem Iob, ei quasi conspicuam proponit vt suprà. vnde sequitur. *Et dixit dominus ad satan nunquid considerasti seruum meum Iob quod non est illi similis in terra vir simplex & rectus & timens Deum ac recedens à malo.* Sed quia iam quædam virtus beati Iob manifesta erat quæ prius manifesta non fuerat scilicet constantia in aduersis, & ideò nunc addit *& adhuc.* scilicet post amissionem temporalium bonorum *retinens innocentiam.* ex quo vlterius dominus ostendit suspitionem satan fuisse calumnioſam & intẽtionem frustratam. vnde sequitur. *Tu autem commouisti me aduersus eum.* non est intelligẽdum quod Deus ab aliquo prouocetur ad volendum quòd prius nolebat, sicut est apud homines consuetum. dicitur enim: Nõ est Deus vt homo neque vt filius hominis vt mutetur. sed loquitur hic scriptura de eo figuraliter more humano homines enim quando aliquid facere volunt propter aliquẽ ab illo moueri dicuntur, Deus autem vult quidem facere sicut & facit hic, propter illud tamen absque omni mentis cõmotione quia ab ætterno in mente habuit id quod factum est.

Numer. 23.

¶Dispoſuerat ergo dominus ab ætterno Iob temporaliter affligere, ad demonstrandum virtutem eius, vt omnis malignorum excluderetur calumnia. vnde ad hoc signandũ hoc dicitur. *Tu autem cõmouisti me aduersus eum.* quod autem dicitur *vt affligerem eum frustrà.* intelligendum quantùm ad intentionem satan, nõ quantùm ad intentionẽ Dei, experierat enim satan aduersitatem Iob intendens ex hoc eum in impatientiam & blasphemiam deducere, quod consecutus non erat. Deus autem hoc permisit ad declarandam virtutẽ eius quod & factum erat, sic ergo frustrà afflictus est Iob quantùm ad intentionem satan, nõ quantùm ad intẽtionem Dei. Repulsus autem satan non quieſcit, sed adhuc calumniam inſerit, ostendere volens, q̄ omnia bona quæ Iob fecerat, & etiam hoc ipsum quod patienter aduersa tolleraverat, nõ pro amore Dei fecerat, sed pro sui corporis salute. Vnde sequitur, *Cui respondens satan ait, pellem pro pelle & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua.* Cõsiderandum est autem q̄ Iob afflictus fuerat, scilicet in amisione posſeſsionum & etiam in amisione natorum. Intendit igitur satan dicere q̄ vtránque afflictionem Iob patiẽter tollerauerat propter ,corporis sui salutem, & q̄ hoc non erat magnæ virtutis: sed erat humanum & apud homines consuetum. & hoc est quod dicitur *homo*, quasi quicúnq; etiã non virtuosus, *dabit*, de facili, *pellem pro pelle*, id est, carnem alienam pro carne sua, sustinet enim homo non virtuosus, vt quicũque alij etiam quantuncúque coniuncti potius corpore affligantur quàm ipse, & similiter homo quicúnque *dabit* cuncta exteriora quę posſidet. *pro anima sua*, id est, pro vita sua conseruanda. Exteriora enim bona ad conseruationem vitæ quæruntur vt sint in subsidiũ victus & vestitus & aliorum huiusmodi, quibus vita hominis cõmodè conseruetur: & quia posſet aliquis dicere ad satan. vnde potest probari q̄ Iob amisſionem natorum & posſeſsionũ patienter tulerit timens damnum pellis suæ & vitæ suæ: quasi huic quæstioni respondens subdidit. *Alioquin.* Scilicet si simplici verbo non credatur. *Mitte manum tuam.* Id est, exerce virtutem tuam. *Et tange os eius & carnem.* Id est, affligas eum in corpore non solùm in superficie quod significatur per tactum carnis, sed etiã in profundum: quod significatur per tactum ossis: vt scilicet tactus vsque ad intima perueniat. *Et tunc videbis.* Id est, manifestè ab omnibus conspici poterit. *Quod in faciem benedicat tibi.* Quod exponendum est vt suprà. Voluit igitur dominus ostendere q̄ Iob Deo non seruierat, propter corporis salutem, sicut suprà ostenderat q̄ ei nõ seruiuit propter exteriora bona vnde subditur. *Dixit ergo Dominus ad satan ecce in manu tua.* Id est, potestatem tibi trado eum in corpore affligendi. *Verumtamen animam illius serua.* Id est, vitam ne ei auferas. Non enim totaliter Deus seruos suos voluntati satan exponit: sed secundum mensuram conuenientem secundum illud Apostoli, Fidelis Deus qui nõ patitur vos tentari suprà id, quod potestis.

1. Cor. 10.

LECTIO II.

Egressus igitur satan à facie domini percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticẽ eius. Qui tesla saniem radebat: sedens in sterquilinio. Dixit autem illi vxor sua. Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo & morere. Qui ait ad illam. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Domini: mala quare non sustineamus? In omnibus his non peccauit Iob labijs suis. Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei venerunt singuli de loco suo Eliphaz themanites: & Baldath suites, & Cophar Naamathites. Condixerãt enim vt pariter venientes visitarent eum & consolarentur. Cùmque eleuassent procul oculos suos, nõ cognouerũt eum. Et exclamantes ploraverunt, scissisque vestibus sparserunt pulverem super caput suum, in cœlum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem esse vehementem.

¶Accepta potestate satan ad eius executionem procedit. Vnde dicitur. *Egressus igitur satan à facie domini percussit Iob.* percussit quidẽ cum turpi & abominabili vulnere incurabili & doloroſo. vnde dicitur *pessimo.* & vniuersaliter *à planta pedis vsque ad verticem eius.* solẽt autem ægrotantium afflictiones remedijs exterius adhibitis & delitijs alleuiari, sed Iob sic alleuiatus non fuit. sequitur: *Qui tesla saniem radebat.* in quo ostenditur q̄ lenitiua medicamenta & delicata ei non adhibeantur. *sedens in sterquilinio.* Ex quo ostenditur quòd non recreabatur nec loci amœnitate, nec stragulorum mollitie, nec alicuius odoris oblectatione: sed magis contrarijs vtebatur. poterat autem hoc duplici ex causa contingere, vel quia percussus à domino ipse etiã se magis sponte affligebat, & humiliabat, vt misericordiam facilius obtineret, vel quia cuncta quę habebat amiserat, vnde non poterat sibi conuenientia remedia exhibere. & hoc satis probabile est ex hoc quod suprà dominus dixit.

¶Solent etiam afflictiones hominum verbis consolatorijs releuari: sed afflictio Iob verba exasperantia dicitur: tantò magis prouocantia quantò à persona magis coniuncta proferuntur. Sequitur enim: *dixit autem illi vxor sua.* quam solam diabolus reliquerat ad occidendum, vt per eam viri iusti mentem pulsaret, qui per fœminam primum hominem deiecerat. Hæc autem primò in verba impatientię itruit dicens: *Adhuc tu permanes in simplicitate tua.* quasi dicat saltẽ post tot flagella cognoscere debes, q̄ inutile tibi fuit simplicitatem seruare: sicut etiam ex quorũdam persona dicitur. Malach. 3. Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentum erit nobis quia custodiui mus præcepta eius. Secundò procedit ad verba peruersæ suggestionis dicens: *Benedic Deo.* id est, maledic quasi dicat ex quo tibi benedicenti Deo aduersitas superuenit: maledic Deo vt prosperitate potiaris. Vltimò prorumpit in verba desperatiõis dicens. *& morere.* quasi dicat pro mortuo te habe, quia nihil tibi residuum est in simplicitate remanenti nisi vt moriaris. vel aliter. *Benedic Deo & morere.* id est, ex quo post tantam Dei reuerentiam sic aduersitate afflictus es, si adhuc Deo benedicas, nil restat nisi vt mortem expectes. Sanctus autem vir qui sua incommoda patienter tulerat ait. *Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es.* rectè eam stultitiæ arguit, quæ contra diuinam sapientiam loquebatur, quòd autem stultè loquuta fuerit ostendit dicens: *Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus?* In quo perfectam hominis sapientiam docet. Cùm enim temporalia bona & corporalia non sint amanda nisi propter spiritualia & æterna, istis saluatis quasi principalioribus, non debet homo deijci si illis priuetur, nec eleuari si eis abundet. Docet ergo nos Iob tantam animi constantiam habere, vt & bonis temporalibus, si nobis à Deo dentur, sic vtamur, vt ex hoc in superbiam non eleuemur: & contraria mala sic sustineamus, vt ex eis noster animus non deijciatur, secundum illud Apostoli. Scio humiliari, scio & abundare, & post subdit: omnia posſum in eo qui me cõfortat. Deinde concluditur perseuerans innocẽtia Iob cùm dicitur: *In omnibus his non peccauit Iob labijs suis.*

¶Non solùm per vxorem diabolus mentem beati Iob exasperare nitebatur, sed etiã per amicos: qui quamuis ad cõsolandum venirẽt, tamen ad verba increpationis processerunt, de quibus dicitur: *Igitur audiẽtes tres amici Iob omne malũ quod accidisset, venerũt singuli de loco suo. Eliphaz Themanites: Baldath Suites, & Sophar Naamathithes.* Et quia inter hos ferè versatur tota disputatio huius libri: considerandum est, q̄ ij tres in aliquo eiusdem opinionis erant cum Iob, vnde amici eius dicuntur: & in aliquo ab eo differebant inter se inuicem concordantes. vnde ergo inuicem connumerantur, & à Iob discernuntur. Conueniebant enim cum Iob, q̄ non solùm res naturales, sed etiam humanæ diuinæ prouidentiæ subiacerent, sed differebant ab eo q̄ putabant hominem pro bonis quæ agit, remunerari à Deo prosperitate temporali, quasi temporalia bona sint præmia virtutum, & temporalia bona sint propriæ pœnæ peccatorum. Hanc autem opinionem quilibet eorum proprijs modis defendere nititur: secundum quod sibi proprium ingenium suggerebat: propter quod dicuntur venisse singuli de loco suo. Iob autem huius opinionis non erat, sed credebat bona opera hominum ordinari ad remunerationem spiritualem futuram post hanc vitam: & similiter peccata futuris supplicijs esse punienda. quod autem prędicti amici Iob ad cõsolandum venerint ostenditur ex hoc quod sequitur. *Condixerant enim vt pariter venientes visitarent eum & consolarentur.* In quo veros amicos se ostenderunt in tribulationibus sibi non deficientes & primò quidem ipsa visitatio consolatoria erat. Nam videre amicum & ei conuenire delectabilissimum est. Consolantur etiam ipsum factis compassionis suę, ad cum signa ostendendo, pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus cõpassionis signis præmittitur prouocamentum ad compassionem cùm dicitur. *Cúmque eleuassent procul oculos suos non cognouerunt eum.* erat enim immutata facies ex vlcere, & habitu & reliquo cultu, & rerum amissione. Quòd autem dicit: *procul*, intelligendum est secundum eam mensuram, qua homo à remotis potest cognosci, hæc autem immutatio amici eos prouocauit ad tristitiam & compassionem, quã per signa ostenderunt. Sequitur enim, & *exclamantes*, scilicet præ magnitudine doloris. *ploranerunt, scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum*, in signum humilitatis & deiectionis se ex deiectione amici deiectos reputãtes. Addit autem *in cœlum* vt quasi hac humiliatione cœlestẽ misericordiã puocarẽt.

¶Cõsiderandum est autem, q̃ amicorum cõpassio consolatoria est: vel quia aduersitas quasi onus quoddã leuius fertur, quando à pluribus portatur: vel magis quia omnis tristitia ex admixtione dilectionis alleuiatur, delectabilissimũ aũt est experimẽtum sumere de amicitia alicuius, quod maximè sumitur ex cõpassiõe in aduersis, & ideò consolationem affert, nõ solùm aut ex cõpassione ostensa eum cõsolabantur, sed etiã ei societatẽ exhibendo. Sequitur enim. *Et sederũt in terra cum eo septem diebus & septem noctibus.* Intelligẽdum tamen est non cõtinuè, sed cõgruentibus horis indigebat, in magna tristitia cõsolatione diuturna, sed tertium, quod maximè est cõsolatorium, scilicet verbum, nõ exhibebãt. Sequitur enim, *& nemo loquebatur ei verbum.* taciturnitatis autem ostenditur causa cùm dicitur: *videbant enim dolorem esse vehementem*, quæ causa magis redditur secundum cõsolantium opinionẽ, quã secundum statum afflicti, cũ enim mẽs alicuius fuerit dolore absorpta, cõsolatiõis verba nõ recipit. Vnde & poëta dicit. Quis natus nisi mẽtis inops, in funere nati flere vetatur? Iob autem non sic erat dispositus vt præ tristitia consolationem recipere non posset, sed magis ipse secundum rationem consolabatur seipsum: vt ex verbis eius supra inductis apparet.

CAP. III. LECT. I.

POst *hæc aperuit Iob os suum & maledixit diei suo, & loquutus est* Pereat dies in qua natus sum, *& nox in qua dictum est, conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus desuper, & non illustretur lumine. Obscurent eum tenebræ, & vmbra mortis. Occupet eum caligo, & involuatur amaritudine. Nocte illam tenebrosus turbo possideat. Non cõputetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Maledicãt ei qui maledicũt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan. Obtenebrentur stellæ caligine eius. Expectet lucem & non videat, nec ortũ surgentis aurorę. Quia non conclusit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis.*

¶Sicut supra dictum est circa passiões aĩæ duplex fuit antiquorum opinio. Stoici cm̃ dixerunt tristitiã in sapiẽté non cadere. Peripatetici verò dixerunt sapiẽtẽ quidẽ tristari, sed in tristitijs secundũ rationem moderatẽ se habere, & hæc opinio veritati concordat, ratio enim cõtradictionem naturæ auferre nõ põt, est aũt naturale sensibili naturæ: vt de cõuenientibus delectetur & gaudeat, & de nociuis doleat & tristetur, hæc igitur ratio auferre non põt, sed sic moderatur per iustitiã ratio, q̃ a sua rectitudine nõ diuertat, cõcordat enim hæc opinio sacræ scripturæ quæ tristitiã in Christo ponit, in quo est omnis virtus & sapiẽtiæ plenitudo. Sic igitur Iob ex prænarratis aduersitatibus tristitiã quidẽ sensit, aliàs patiẽtię virtus in eo locũ non haberet, sed propter tristitiã ratio à rectitudine nõ declinauit, quando post tristitiam dominaretur. Ad hoc igitur ostendẽdum dicitur. *Post hæc aperuit Iob os suum*, dicit aũtẽ. *Post hæc*, id est, post sẽpẽ taciturnitatis dies, ex quo manifestum fit quidem verba quę sequuntur, semper secundum rationem prolata non per tristitiã perturbatam. Si enim ex perturbatiõe mẽtis dicta fuissent, prius ea protulisset q̃m vis tristitiæ vehemẽtior erat, tristitia enim qualibet lõgitudine temporis mitigatur, & in principio magis sentitur: vnde propter hoc tacuisse videtur, ne perturbata mẽte loqui videretur, quod etiã ostendi tur per hoc, q̃d dicitur *aperuit os suum*. Cùm enim aliquis loqtur ex impetu passiõis, non ipse aperuit os suũ, sed passiõe agitur ad loquẽdum, nõ enim per passionẽ nostri actus Dñi sumus, sed per solã rõnẽ loquẽdo aũtẽ tristitiã quã patiebatur ostendit. Consuetum enim est apud sapientes vt ex ratione loquãtur passionũ motus quos sentiũt,
Ro.7. sicut & Christus dixit. *Tristis* est aĩa mea vsq; ad mortẽ. & Apostolus dixit. Nõ cm̃ quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malũ illud facio. sicut etiã Boëtius in principio de cõsolatione tristitiã aperuit: vt cio. sicut etiã Boëtius in principio de cõsolatione tristitiã aperuit: vt ostenderet quomodo ea ratione mitigaret, sic etiã Iob loquẽdo tristitiã suã aperuit: vnde sequitur, *& maledixit diei suo*, q̃d videtur cõtra
Io.12. illud Apostoli. Bñdicite & nolite maledicere. Sed sciendũ est, q̃ maledicere multipliciter dicitur, cum enim maledicere nihil aliud sit, quã malũ dicere, totiẽs dicitur maledicere, quotiẽ cõtingit malũ dicere, cõtingit aũt aliquẽ alicui maledicere, primò declarãdo malũ, q̃d alicui debetur, & sic sententia iudicis aliquẽ iudicatis, est causa pœnæ eius qui cõdẽnatur, per hunc modũ intelligitur, quod Dñs dixit.
Gen.3. Maledicta sit terra in opere tuo. Secundò imprecãdo malũ vel optãdo. sicut legitur in 1. Reg. q̃ Philistæus maledixit Dauid in dijs eius. Tertiò cõuenit aliquẽ dicere malũ simpliciter enuntiãdo: vel in præsenti vel in præterito: vel in futuro, siue verè, siue falsè. Prohibet igitur Apostolus maledicere tali maledictiõe qua quis imprecatur malum alicui: vel cũ falsè diffamatur, non aũtẽ eo mõ quo iudex reum condẽnat: vel aliquis verax malũ alicuius rei ordinatè demõstrat: vel demonstrãdo præsens: vel recitãdo præteritum: vel præmittẽdo futurũ, sic ergo intelligẽdum est Iob sic dici maledixisse: quia cum malum esse denuntiauit, nõ secũdum suã naturã qua à Deo creatus est, sed secundum illã scripturæ consuetudinẽ qua tẽpus dicitur bonum vel malum, sed secundum ea quæ in tẽpore aguntur. secũdum illud Apostoli. Redimentes tẽpus q̃m dies mali sunt. Maledixit igitur Iob diei suo, inquãtum mala sibi in ipsa die accidisse commemorat quòd autem maledixerit subditur, *& loquutus est pereat dies in qua natus sum. & nox in qua dictum est, conceptus est homo.* ¶Sciendum est aũtẽ, q̃ licèt esse & viuere secundum se sit apperibile, tñ esse & viuere in miseria est fugiẽdum secũdum q̃ huiusmodi, licet interdum esse in miseria libẽter sustineatur ꝓpter aliquẽ finẽ. Vnde ista misera vita, quæ nõ ordinatur ad aliquẽ finem bonum, nullo modo est eligẽda, ꝓpter quod Dñs dicit. Melius erat ei si natus non fuisset homo ille. Bonũ autẽ, quod ex aliqua miseria expectatur, sola ratio apprehẽdit. Vis autẽ sensitiua nõ percipit ipsum, sicut amaritudinem medicinæ gustus percipit, sed sola ratio in fine sanitatis delectatur. Si quis ergo passionẽ sui gustus vellet exprimere, denuntiaret medicinã esse malam, quãuis ratio iudicaret eã esse bonã propter finẽ. Sic igitur miseria, quã beatus Iob sustinebat ratione quidẽ poterat videri quãtum ad aliquid vtilis esse, sed inferior pars aĩæ, quæ ex illa tristitia afficiebatur aduersitatẽ totaliter repudiabat: vnde & ipsum viuere sub tali aduersitate odiosum ei erat. Quando autẽ est nobis aliquid odiosum oĩa abominamur per quæ in id deuenimus, & ideò Iob secundum inferiorem partẽ aĩæ, cuius passionẽ nunc exprimere intẽdebat, & natiuitatem & cõceptionẽ suã, ex quibus in hãc vitã deuenerat odio habebat, & per consequens diẽ natiuitatis & noctẽ conceptionis secundum illum loquendi modũ, quo ex ijs quæ in tẽpore aguntur, aliqd ascribere tẽpori bonum vel malum cõsueimus. Sic igitur Iob quia secũdum partẽ sensitiuam vitã sub aduersitate repudiabat, nũquam natũ vel conceptum fuisse optabat. Et hoc est, quod dicit. *Pereat dies in qua natus sum.* Ac si diceret nunquã natus fuissem. *Et nox in qua dictum est.* Id est: verè dici potuit. *Conceptus est homo.* Id est: vtinam nunquã conceptus fuissem, & cõgruè ordinat: q̃ natiuitate sublata cõceptio non aufertur, sed eõqersò. Congruenter etiã nocti conceptionem ascribit, & natiuitatẽ diei: quia secundum Astrologos natiuitas diurna est laudabilior principaliori sydere existente super terram, id est, sole. Maledicta dies in qua natus sum, & dies in qua pepe- *Hiero.*
rit me mater mea non sit benedicta. ¶Posita ergo maledictione diei natiuitatis, & noctis conceptionis, prosequitur sigillatim de maledictione vtriusque, & primò de maledictione diei natiuitatis dicens. *Dies illa vertatur in tenebras.* Cõsiderandum est autẽ, q̃d sicut Hieronymus dicit in ꝓlogo à verbis Iob, in qbus ait. *Pereat dies in qua natus sum.* Vsq; ad cũ locum vbi ante finẽ voluminis scriptũ est. *Idcircò ipse me reprehendendo.* Exametri versus sunt dactilo spõdeo currentes, & sic patet, q̃ liber iste per modũ poëmatis cõscriptus est. Vñ per totum hũc librũ figuris & coloribus vtitur, quibus poëtæ vti cõsueuerunt. Solẽt aũtẽ poëtæ: vt vehemẽtius moueãt ad cãdẽ sentẽtiã diuersa inducere. Vñ & hic Iob ad maledicendum diei suæ secundum modum q̃ diximus, ea inducit, qbus aliqs dies solet esse odiosus. Dignitas aũtẽ diei est claritas eius, hoc cm̃ à nocte distinguitur, hãc igitur dignitatẽ excludit dicens. *Dies illa vertatur in tenebras.* Quæ quidem sentẽtia quãtùm ad supficiẽ literę friuola videtur & vana, dies enim natiuitatis præterierat, & iã non erat, quod aũtẽ præterijt immutabile est, quomodò ergo poterat dies q̃ præterierat in tenebras verti- *Eccl.11.*
¶Sciendum est igitur, q̃ quędã per modũ optãdi dicuntur ad exprimendum desideriũ, q̃d de aliqua re habetur, sic ergo dicitur. *Dies illa vertatur in tenebras.* Acsi diceret: dies natiuitatis meæ, debuisset esse tenebrosus: vt cõgrueret tenebris & miseriæ, q̃ patior: qa cm̃ aspectu *Eccl.5.*
luminis delectabilis est sicm illud. Dulce lumẽ & delectabile est videre solẽ, cõsuetũ est in scripturis: vt p tenebras tristitia significetur sicm illud. Comedet in tenebris & in curis multis, & in ærũna aqi- *Ioan. 1.*
tristitia. Est autẽ aliqs dies clarus tripliciter. Primò qdẽ ex Dei sanctificatione, q̃ ei celebrẽ esse instituit sicut habetur. Memento vt diẽ sabbati sanctifices. Hanc ergo claritatẽ à pdicto die remouet dicens. *Non requirat eum Dominus desuper.* Quasi diceret nõ exigat Deus ab hoĩbus vt hũc diẽ celebrẽ agant, dies cm̃ aliq exiguntur Deo ad celebritatẽ propter aliquod insigne beneficiũ, in illa die hoĩb⁹ collatũ, sicut sabbatũ in veteri lege ꝓpter bñficiũ creatiõis, & dies paschę ꝓpter bñficiũ liberationis ex Aegypto, q̃ etiã manifestũ est in diebus festorũ, q̃ in nouo testamẽto celebrãtur: vult ergo ꝓpter hoc significare, q̃ sua natiuitas nõ debet cõputari inter insignia Dei bñficia, cũ magis ad miseriã nat⁹ esse videatur, quã ad lætitiã. Sc̃dò, aliqs dies clar⁹ est ex hominũ recordatiõe, solẽt cm̃ hoĩes aliquos dies celebres agere, ĩ qb⁹ aliqua magna & iocũda eis cõtigerũt, sicut Hærodes & Pharao diẽ natiuitatis celebrabãt, hanc igit claritatẽ à pdicto die remouet dicens. *Sit nox illa solitaria.* Hoc modo aũtẽ hominũ congregatio in aliqua nocte fit in laude & celebritate illius noctis: propter aliquod celebre factum, quod in illa nocte recolitur: sicut apud fideles agitur in nocte dominicæ resurrectionis, & ideò subditur. *Nec laude digna.* Est enim aliqua nox digna laude propter aliquod magnum factum in illa nocte contingens, ex hoc ergo nihil aliud intendit quàm significare quòd sua conceptio non fuit ad aliquod magnũ, nec ad bonum ordinata: sed potiùs ad malum aduersitatis quam sentiebat. Vnde subdit. *Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare leuiathan.* Quod quidem secũdum literam dupliciter potest exponi, vno modo secundum quod per leuiathan intelligitur aliquis magnus pisces: prout videtur congruere ijs quæ in fine huius libri de eo dicuntur: scilicet. *An extrahere, inquit, poteris leuiathan hamo.* Et secundum hoc intelligendum est, q̃ illi qui huiusmodi magnos pisces piscantur, de nocte eos inuadunt in tenebris, & ideò quando dies incipit apparere, maledicunt diei: quia per hoc eorũ opus & intentio impeditur. Alio modo potest intelligi, vt per leuiathan significetur draco antiquus, scilicet diabolus secundum illud Esaiæ. Tu dic illi, visita hæc domus in gladio suo duro, & grandi & forti super leuiathan serpentem tortuosum. Illi ergo parati sunt suscitare leuiathan, qui student ad suggestiones diaboli implendas, operibus iniquitatis vocando: qui etiam diei maledicunt: quia vt dicitur. Omnis qui malè agit odit lucẽ. Et infrà 24. dicitur. Oculus adulteri obseruat caliginẽ: & postea si subitò apparuerit aurora, arbitratur vmbra mortis, secundum hoc igitur, sicut per hoc quod dixerat. *Nec laude digna.* Vult prædictam noctem esse odiosam bonis: ita per hoc quod subdit. *Maledicant ei, &c.* vult eam esse odiosam malis, nam maledictionem & boni & mali abhorrent.

¶Deindè excludit à prędicta nocte, quæ videntur ad bonum noctis pertinere secundum veritatem. Quorũ vnum est quod nox decoratur aspectu stellarum: & hoc remouet dicens. *Obtenebrentur stellæ caligine eius.* Aliud est quod decoratur ex specie diei: & hoc remouet dicens. *Expectet lucem & non videat.* Quasi dicat quãuis naturale sit, vt in nocte lux expectetur: illa tamen nox diei habet tenebras inf-nitas, quæ nunquã diurnæ lucis successione terminẽtur, noctis quidem tenebræ plena luce diei totaliter excluduntur, aurora verò & crepusculo diminuuntur. Imprecatur autẽ prædictæ nocti, nõ solũ vt eius tenebræ nõ excludãtur per diẽ, sed q̃ nec minuantur per aurorã vnde sequitur. *Nec ortũ surgẽtis aurorę.* Sed qa quod dixerat im-
mouet dicẽs. *Et nõ sit in recordatione.* Scilicet hominum, quia nihil iocundum in illa die accidit sed magis triste, vt ex euentu apparet. ¶Tertiò, dies clarus est ex corporali lumine: quæ quidẽ claritas mi nuitur, primò ex subtractione radiorũ solis illuminãtium terrã, vt patet quando sol est eclypsatus. & quantùm ad hoc dicit. *Nec illustretur lumine.* Secundò, ex oppositione nubium vel aliquorũ huiusmodi occultantium radios solis, & quantùm ad hoc dicit. *Obscurent eum tenebræ.* Tertiò, ex defectu propriæ virtutis. Cùm enim aliquis moritur vel visu priuatur, quãtùm ad eum obscuritas diei aufertur: & quantũ ad hoc dicit. *Et vmbra mortis.* Modum aũtẽ obtenebrationis præmissæ exponit dupliciter. Primò quidem quantùm ad ordinem: & hoc est. *Vel occupet eum caligo.* Tunc enim dies caligine occupatur quando diei prius splendenti subitò & ex insperato tenebræ inducuntur: símile & in vita Iob apparet. Secundò quantùm ad genus tenebrarum in hoc quod dicit. *Et inuoluatur amaritudine.* per hoc dat intelligi quòd totum quod de obtenebratione dictum est, ad tenebras tristitiæ est referendum, hunc enim morẽ obseruare videtur, vt parabolicam locutionẽ ex aliquo subsequẽti exponat. Per omnia igitur hìc dicta nil aliud dicere intẽdit, quàm quod dies suæ natiuitatis nõ debet iudicari dies gaudij: sed mœroris, cùm quidem per suam natiuitatẽ ad vitam tantæ aduersitati subiectam deuenerit. Post maledictionẽ igitur diei suæ natiuitatis: consequenter maledicit nocti suæ conceptionis, secundum símilem modum loquendi, & primò attribuit ei illud. Vnde nox magis horribilis redditur. Cùm enim nox propter tenebras secundũ seipsam horrida sit: quan tò magis tenebræ noctis augmentantur: tantò magis horrida reddi tur: quod contingit cũ aliqua magna tempestas in nocte oboritur: & quantũ ad hoc dicit. *Noctem illam tenebrosus turbo possideat.* Quasi dicat congruum fuisset nocte illam tenebroso turbine possideri: vt vitæ meæ congrueret: quæ tantò aduersitatis turbine inuoluitur. Deindè remouet ab ea illa quæ pertinere videntur ad bonũ noctis, & primò quantùm ad opinionem humanam. Cùm enim homines tempora distingant secundum ea quæ aguntur in tempore, in nocte autem pauca vel non multa fiant memoria digna: nox non notatur per seipsam in hominũ memorijs, nisi ex die coniuncta. Hoc ergo bonum à nocte prædicta remouet dicens. *Non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.* Quasi dicat nox illa non est memoria digna: cùm nil insigne in ea acciderit: sed magis aliquod doloro sum. Inter noctes autem quę in memorijs hominũ aguntur: quædam non solùm memorales sunt, sed etiam celebres & festiuæ: in quibus scilicet homines ad aliqua festa agenda congregantur: & hoc remouet dicens. *Sit nox illa solitaria.* Hoc modo aũtẽ hominũ congregatio in aliqua nocte fit in laude & celebritate illius noctis: propter aliquod celebre factum, quod in illa nocte recolitur: sicut apud fideles agitur in nocte dominicæ resurrectionis, & ideò subditur. *Nec laude digna.* Est enim aliqua nox digna laude propter aliquod magnum factum in illa nocte contingens, ex hoc ergo nihil aliud intendit quàm significare quòd sua conceptio non fuit ad aliquod magnũ, nec ad bonum ordinata: sed potiùs ad malum aduersitatis quam sentiebat. Vnde subdit. *Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare leuiathan.* Quod quidem secũdum literam dupliciter potest exponi, vno modo secundum quod per leuiathan intelligitur aliquis magnus pisces: prout videtur congruere ijs quæ in fine huius libri de eo dicuntur: scilicet. *An extrahere, inquit, poteris leuiathan hamo.* Et secundum hoc intelligendum est, q̃ illi qui huiusmodi magnos pisces piscantur, de nocte eos inuadunt in tenebris, & ideò quando dies incipit apparere, maledicunt diei: quia per hoc eorũ opus & intentio impeditur. Alio modo potest intelligi, vt per leuiathan significetur draco antiquus, scilicet diabolus secundum illud Esaiæ. Tu dic illi, visita hæc domus in gladio suo duro, & grandi & forti super leuiathan serpentem tortuosum. Illi ergo parati sunt suscitare leuiathan, qui student ad suggestiones diaboli implendas, operibus iniquitatis vocando: qui etiam diei maledicunt: quia vt dicitur. Omnis qui malè agit odit lucẽ. Et infrà 24. dicitur. Oculus adulteri obseruat caliginẽ: & postea si subitò apparuerit aurora, arbitratur vmbra mortis, secundum hoc igitur, sicut per hoc quod dixerat. *Nec laude digna.* Vult prædictam noctem esse odiosam bonis: ita per hoc quod subdit. *Maledicant ei, &c.* vult eam esse odiosam malis, nam maledictionem & boni & mali abhorrent.

¶Deindè excludit à prędicta nocte, quæ videntur ad bonum noctis pertinere secundum veritatem. Quorũ vnum est quod nox decoratur aspectu stellarum: & hoc remouet dicens. *Obtenebrentur stellæ caligine eius.* Aliud est quod decoratur ex specie diei: & hoc remouet dicens. *Expectet lucem & non videat.* Quasi dicat quãuis naturale sit, vt in nocte lux expectetur: illa tamen nox diei habet tenebras infinitas, quæ nunquã diurnæ lucis successione terminẽtur, noctis quidem tenebræ plena luce diei totaliter excluduntur, aurora verò & crepusculo diminuuntur. Imprecatur autẽ prædictæ nocti, nõ solũ vt eius tenebræ nõ excludãtur per diẽ, sed q̃ nec minuantur per aurorã vnde sequitur. *Nec ortũ surgẽtis aurorę.* Sed qa quod dixerat im-

posibile videbatur, vt scilicet nocti non succederet dies nec aurora, ostẽdit ex quo suprà dictũ est subdẽs. *Quia nõ concluſit ostia ventris, qui portauit me.* Vita cm̃ hominis in vẽtre matris absc̃ondita est, vnde tenebris noctis cõparatur. Cũ aũtẽ per natiuitatẽ in manifestũ prodit, tunc claræ diei similitudinem habet, ideò ergo dixit q̃ nox illa diẽ nec aurorã succedentẽ haberet: vt ostẽderet se desiderare quod suus cõceptus nunquã venisset ad partũ, nec ad pueritiã, quæ per aurorã intelligitur: nec ad iuuentutẽ, quę per plenã lucẽ diei significatur, dicit cm̃. *Quia non concluſit ostia, &c.* Sed quia in nocte hoc agitur, ex ipsa cm̃ cõceptione potest præstari impedimentũ, ne conceptus ad partũ perueniat: & q̃a hoc videbatur mirabile, q̃d aliquis vitam abhorreret: cũ omnibus desiderabile sit esse, & viuere ostendit ex qua ratiõe id dixerit cũ subdit. *Nec abſtulit malum ab oculis meis.* Quasi dicat nõ ipsam vitam propter se abhorreo: sed propter mala quæ patior: & quanquã vita secũdum se desiderabilis sit: non tamen vita miserijs subiecta. Vnde cõsiderandum est q̃d omnia quæ suprà figuratiuè loquutus est hac finali clausula exposuisse videtur. Idem etiam in alijs eius dictis aduertendum est. Lectio II.

QVare nõ in vulua mortuus sum: egressus ex vtero non statim perij. *Quare exceptus genibus: cur lactatus vberibus.* *Nunc enim dormiens silerẽ: & somno meo requieſcerẽ. cũ Regibus & cõsulibus terræ, qui ædificãt sibi solitudines. Aut cũ principibus qui possidẽt aurũ, & replent domos suas argẽto. Aut sicut abortiuum absc̃ditũ nõ subſiſterẽ: vel qui concepti nõ viderũt lucẽ. Ibi impij ceſſauerũt a tumultu: & ibi requieuerunt ſeſſi robore: & quondã vincti pariter ſine moleſtia. Non audierũt vocẽ exactoris. Parui & magni ibi ſunt, & ſeruus liber a domino ſuo.*

¶Postquã diei natiuitatis, & noctis cõceptionis suæ maledixerat, vt ostẽderet post initia suæ vitæ se abhorrere suã cõseruationẽ in vita, vt ex ijs manifestiùs ostẽderet quod vita eius est ei onerosa. Est autẽ duplex status vitæ, vnus occultus, quo cõcepti viuunt in vtero, alius manifestus, quo viuunt homines post natiuitatẽ ex vtero. Quãtùm ergo ad primũ statũ dicit. *Quare nõ in vulua mortuus sum.* Quãtùm ad secundum. *Egressus ex vtero nõ statim perij.* Et de hoc secundo, primò ꝓsequitur. ¶Sciendũ est aũtẽ q̃d exteriorvita dupliciter perdit. Quãdóq; quidẽ ex aliquo nocumẽto superuenięti vel intrinseco, sicut est morbus, vel extrinseco, sicut est gladius, aut aliud huiusmodi, & ad hoc potest referri, quod dixit. *Egressus ex vtero non statim perij.* Quãdóq; verò ex subtractiõe necessarij subsidij: quod quidem est vel extrinsecũ, vt vehicula somẽta & alia huiusmodi adimenta: & quantũ ad hoc dicit. *Quare exceptus genibus.* Vel intrinsecum sicut est cibus: & quantũ ad hoc dicit. *Aut lactatus vberibus.* Ijs enim adminiculis indiget vita nati in sui primordio. ¹Et qa cũ aliqs dicit quare hoc factũ est: dat intelligi hoc inutiliter esse factũ: ideò cõsequẽter ostẽdit inutile fore sibi se fuisse conseruatũ in vita: imò potiùs nocumẽtũ: q̃d quidẽ ostẽdit: primò quantũ ad mala quę nũc patitur dicẽs. *Nunc enim dormiens silerẽ.* Mortẽ quidem somnũ dicit propter spem resurrectiõis, de qua postmodũ plenius loquitur, per silentiũ aũtẽ intelligit quietẽ, quã non habet in aduersitatibus quas patiebatur, quasi dicat si statim post ortũ mortuus fuissem, his malis quę patior, nõ inquietarer. ¶Secũdò, ostẽdit quantũ ad bona quę primò habuerat obiectio, posset cm̃ aliquis dicere, si in vita cõseruatus nõ esses, nõ habuisses bona quæ dudùm habuisti. Vnde quasi ad hoc respõdens, q̃ nec propter illa bona vitę conseruatio sibi fuisset optãda. Nam etiã illi qui in tota vita sua maximis prosperitatib⁹ florent, hoc fine cõcluduntur, scilicet mortis. Hoc est ergo q̃d dicit *& somno meo*, id est, morte. *requieſcere.* à vitæ inquietudinibus immunis essem. *cũ Regibus & cõſulibus terræ.* ¶Sciendũ est aũtẽ q̃ eorũ qui in dignitatibus cõstituti sunt, qui maximè prosperari videtur, intẽtio est, vel ad voluptatibus fruendũ, & quãtùm ad hoc dicit. *q̃ ædificãt sibi ſolitudines.* ad literã causa venatiõis vel aliarũ voluptatũ solitarij esse volẽtes, vel ad diuitias cõgregandũ: & quantũ ad hoc dicit, *aut cũ principibus qui poſſidẽt aurũ, & replẽt domos ſuas argẽto.* quasi dicat, si statim mortuus essem, post ortũ nil nõ minus haberẽ quã habeant illi post mortẽ qui in multis prosperãtur. ¶Cõsiderãdũ est autem q̃ cũ quiescere nõ sit nisi subsistãtis: ex his verbis dat intellige re hominẽ secũdũ animã post mortẽ subsistere. Si aũtẽ aliquis obũci at, q̃ huiusmodi reges aut principes de qbus loquitur fortè nõ qeſcũt, sed sũt in ꝓfundo inferni. vel etiã q̃ ipsi Iob in hoc fuit vtilis vita, q̃ sibi meritũ acquisiuit. Aduertẽdum est q̃ vt suprà diximus, Iob nũc loqtur ex persona sensualis partis exprimẽs eius affectũ, q̃ non habet locum nisi ad corporalia & præsentia bona vel mala: sic ergo post q̃ ostẽdit sibi desideradũ nõ fuisse q̃ post ortũ cõseruetur, cõsequẽter ostẽdit sibi desideradũ nõ fuisse q̃ cõseruatus in vtero puenit ad ortũ vel explicãs q̃ suprà dixerat. *Quare nõ in vulua mortuus ſum.*

¶Consideradũ est aũtẽ q̃ in vulua aliqui moriũtur ãte infusionem animæ rationalis, q̃ sola immortalis est: & q̃tũ ad hoc dicit *aut ſicut abortiuum abſcõditũ.* ab huiusmodi enim abortiuis fœtibus nihil ꝑpetuũ remanet. Aliqui verò moriũtur post infusionẽ aĩæ rationalis, q̃ qdẽ post mortẽ subsistũt secũdũ animã: sed lucẽ huius mũdi nõ videnẽt: & q̃tũ ad hoc dicit *vel* (supple sicut *qui cõcepti nõ viderũt lucẽ* sci-

Universidad de Deusto Biblioteca

licet vitæ præsentis & ꝙ hoc fuisset sibi optandũ,ostẽdit per hoc,ꝙ non esset subiectus malis huius vitę:vñ dicit *ibi*.s.in statu quẽ habẽt. *qui concepti non viderunt lucem:impij cessauerunt à tumultu*.s. quem alijs inferebãt eos affligẽdo,qđ refertur ad ĩmunitatẽ à malo culpę. *& ibi*.s.in statu mortuorum. *fessi robore*.i.veri bellatores qui bella gerendo fatigati sunt *requieuerunt*.i.caruerunt huiusmodi labore:quia vt dictum est,nõ loquitur nunc nisi de quiete à malis præsentis vitę. Potest etiã intelligi & de fatigatiõe in quocúnq; labore,quẽ quis patitur sua fortitudine operãdo, & illi qui fuerunt *vincti* erunt ibi *sine molestia*.s.sine priori angustia.*pariter*. cum eis qui eos vinctos detinebant,& ibi hoĩes oppresi angarijs vel seruitutibus. *non audiuerũt* Isai.14. *vocem exactoris*, secundum id,quod dicit.Qũò cessauit exactor,quieuit tributum,& ꝙ hoc sit verũ ostẽdit ꝑ hoc quod subdit, *paruus & magnus ibi sunt*, supple pariter,ꝙ paruitas & magnitudo est ĩ hac vita secundum inęqualitatẽ prosperitatis terrenæ:qua sublata remanent secundum naturã æquales,quod ergo dicit *paruus & magnus*, intelligendum est.i.illi qui fuerunt in hac vita differentes secundum magnitudinẽ terrenæ ꝓsperitatis.Sciẽdum tñ est,ꝙ differentia magnitudinis & paruitatis secũdum spiritualia bona remanet etiã ibi, sed de ijs nunc nõ loquitur:vt iam dictum est,& ibi erit *seruus & liber à Domino suo*: vnde nõ habebit ibi locũ exactor vel aliqđ huiusmodi.

LECTIO III.

Qvare data est misero lux, & vita ijs qui in amaritudine animæ sunt? Qui expectant mortem & non venit:quasi effodientes thesaurum,gaudéntq; vehementer,cum inuenerint sepulchrum. Viro cuius abscõdita est via & circũdedit eum Deus tenebris. Antequã comedã suspiro, & quasi inundantis aquæ sic rugitus meus: quia timor quẽ timebam euenit mihi, & quod verebar accidit. Nónne dissimulaui? Nónne silui? Nónne quieui? Et venit super me indignatio.

¶Postquã Iob vitã propriã detestatus fuerat multipliciter, nunc detestatur cõmuniter totius humani generis vitã,tã ad eos q in prosperitate sunt:quã ad eos qui sunt in aduersitate,de quibus primo prosequitur à manifestiori incipiẽs.Sciẽdum est autẽ,ꝙ in viuẽtib⁹ duo vidẽtur esse pręcipua.s.viuere & cognoscere.& quidẽ ipsum cognoscere quãuis delectabilissimum sit & nobilissimum, tñ; cognoscere ea q̃ hominẽ affligunt pœnosum est & ideò dixit. *Quare data est misero lux* quasi dicat,ad quid ꝓdest homini in miserijs cõstituto,ꝙ lucem cognitionis habet,cùm per eã consideret mala quibus affligiť. Viuere autẽ delectabile est propter animã, ꝙ si aĩa in amaritudine sit,ipsum prorsus viuere redditur amarum, & ideò dicit *& vita ijs qui in amaritudine animæ sunt*,resume. *Quare data*, & ꝙ inutilè detur ostẽdit hac ratione: quia contrarium eius desideratur à miserijs: vnde dicit. *Qui expectant mortem & non venit*.s.tã citò sicut optãt. Et vt ostendat,quod tales expectent mortẽ,non horrentes,sed desiderãtes eã subiungit, *quasi effodientes thesaurum:* quasi dicat,magno desiderio attendunt:vt fodiant terrã sua sepultura,& quia desideriũ cum cõpletur,gaudium parit subiungit, *gaudéntq; vehementer cum sepulchrum inueniunt*.i.cum vidẽt se ꝑuenire ad mortẽ per quã sepulchrum inueniunt,quidã autẽ hoc referunt ad eos qui terrã effodiũt, qui gaudẽt sepulchro inuẽto: quia in sepulchris antiquis consueuerunt thesauri inueniri,sed prima expositio melior est,& quia posset aliquis dicere, ꝙ vita & si inutiliter detur miseris: vtiliter tñ datur ijs qui in prosperitate sunt,ad hoc remouẽdum subdit. *Viro cuius abscondita est via*, supple *quare data est lux & vita*. Viri eñ via abscondita est:quia nescitur primo si status præsentis prosperitatis durauerit,dicitur autẽ.Risus dolore miscebitur,& extrema gaudij luct⁹ occupat.& Hier.dicitur.Nõ est in hoĩe via eius. Quid necesse est homini maiora se quærere cum ignoret quid códucat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suæ,& tẽpore,quod velut vmbra pręterit, quomodò autem sit via hominis abscondita exponit subdens, Eccl.8. *& circũdedit eum Deus tenebris*, quod quidem multipliciter manifestum est,& quãtum ad ea quæ sunt secundũ ante & post.scđm illud. Cor.2. Multiplex hominis afflictio quia ignorat præterita & vẽtura nullo scire põt nuntio,& quãtum ad ea q̃ sunt iuxta.s. hoĩes secundũ illud. Quis scit quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est, & quãtum ad ea quę sunt supra secundum illud.Thi.vlti.Lucẽ habitat inaccessibilẽ.s. Deus quẽ nullus hominum vidit,sed nec videre põt. & in Psal.dicitur.Qui posuit tenebras latibulum suum,& quantum ad ea quæ sunt infra dicitur eñ.Eccle.1. Cunctę res difficiles nó potest hõ ea explicare sermone.¶Dicitur aũt Deus hominẽ tenebris circũdedisse:quia Deus ei talem intellectum tribuit,ꝙ prædicta cognoscere nõ possit.¶Ostenso ergo,ꝙ vita hominum difficilis est ꝓpter miseriã & amaritudinẽ,hæc quæ cõueniẽter dixerat sibi adaptat exprimens suã amaritudinẽ cùm dicit. *Antequã comedam suspiro* sicut enim gaudij risus signum est, ita suspirium amaritudinis animæ. Ostẽdit ergo ex modo suspirij suæ amaritudinis modum, suspirium ergo eius tẽpestiuè incipiebat, dicit enim *antequã comedam suspiro*. & cõtinuum erat & magnum vnde subdit, *& quasi inũdantis aquæ sic rugitus meus*, sicut enim suspirium moderatæ tristitię signum est, ita rugitus vehementis & quę vix tolerari potest, hic autem rugitus aquæ cõparatur,aqua eñ de facili motu murmuris sonum facit, sic & homo in magna afflictione constitutus,ex leui memoria suæ miseriæ prouocatur ad rugitum.Addit autẽ. *Inundantis aquæ*: vt ostẽdat suæ amaritudinis continuitatẽ,aqua enim inũdans cõtinuè mouetur & sonitum facit, sed quia aĩæ amaritudo ex miseria nascitur, post amaritudinẽ animę de sua miseria subiungit dicens: *quia timor quem timebam euenit mihi*. ¶Et notãdum est,ꝙ miseria hominis ad amaritudinẽ proueniens,in duobus cõsistere videtur,in dãnis rerũ: vel personę,& in dehonorationibus.Quãtum ergo ad personã dicit *timor quem timebam euenit mihi*.i.ea quæ timebam euenerunt mihi: vbi magnitudo miseriæ dãnorum & pœnarum exprimitur, quantò enim aliquis prudentior est,tantò in statu prosperitatis magis recogitat quæ in aduersitatis tẽpore sibi accidere possunt.secundũ illud. Eccl.11. In die bonorum ne immemor sis malorum. Magnã ergo miseriam Iob prudentissimus patiebatur, dum sibi quæ timuerat, euenerant. Quantum autẽ ad secundum.s.ad dehonorationes dicit, *& quòd verebar accidit*. Est enim verecundia secundum Philosophum timor inhonoratiõis per hoc ergo ostendit,ꝙ in magna gloria multa opprobria & dehonorationes acciderãt.Solet autẽ aliquis miseriam & amaritudinẽ pati,sed ex propria culpa sed hoc remouet Iob dicens. *Nónne dissimulaui*. Et sciẽdum est,ꝙ aliquis offendit vnde pœnã mereatur à Deo dupliciter.Vno modo qñ ex iniurijs sibi illatis vltra modum prouocatur ad vindictã.secundum ꝙ dicitur in Psal. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis, hoc autẽ à se remouet dicens. *Nónne dissimulaui*.s. iniurias mihi factas.Alio modo dum ipse alium primitus offendit vel verbis,& hoc Isa.57. remouet dicens. *Nónne silui*: quasi dicat, nulli cõtumeliosa aut iniuriosa verba protuli vel factis,& hoc remouet à se dicẽs. *Nõne quieui*, impij enim sicut mare fluunt,& quiescere non possunt. Et quãuis innocẽs sim tñ *venit super me indignatio*.i.pœna à Deo.Ira eñ in Deo nõ accipitur pro cõmotione animi, sed pro punitione in quo recognoscit aduersitates hui⁹ mũdi,nõ à casu, sed diuino nutu ꝓuenire. ¶Si quis ergo colligere velit q̃ in hac deploratione Iob dicta sunt, sciendum est tria in eo cõtineri. Primò eñ ostendit sibi suã vitã esse odiosam.Secũdò magnitudinẽ miseriæ quã patiebať ibi. *Antequã comedam*. Tertiò ostẽdit suã innocẽtiam cùm dicit. *Nónne dissimulaui*.

CAP. IIII. LECT. I.

Respondens autem Eliphaz Themanites dixit. Si cœperimus loqui tibi,forsitã molestè accipies.Sed conceptũ sermonẽ tenere quis poterit? Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti. Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti. Nunc autẽ venit super te plaga, & defecisti,tetigit te & conturbatus es. Vbi timor tuus, fortitudo, & patientia tua, & perfectio viarum tuarum.

¶Amici Iob qui ad cõsolandũ eum venerãt,cum ꝓpter doloris magnitudinẽ tacuissent,post loquutionẽ Iob audaciã sumpserũt loquẽdi. Et primò loquitur Eliphaz themanites q verba à Iob proposita nõ eo aĩo accepit,quo erant dicta,nã odiũ ꝑsentis vitæ,qđ dixerat se pati desperatiõi ĩputabat.Magnitudinẽ amaritudinis,ĩpatiẽtię.Innocẽtiæ confessionẽ,ꝑsumptiõi.Primò igitur arguit eius ĩpatientiã,& incipit loq ad eũ quasi ad hominẽ impatiẽtiæ vitio subiacẽtẽ, qui ex verbis ab eo ꝓlatis indignatur: vñ dicit. *Si cœpimus loqui tibi forsitã molestè accipies*: vbi satis ĩpatiẽtis & irati cõsuetudinẽ exprimit, qui nõ patitur audire verba vsq; ad finẽ,sed statim in ipso verborũ exordio ꝓuocatur,addit autẽ, *forsitã*, ne de temerario iudicio cõdemnetur:quãuis etiã in ꝑsumptiõibus in meliore parte dicta vel facta ĩterpretãda sint.Sed dum ipse Iob de ĩpatiẽtia arguit, seipsum ĩpatiẽtiæ & fatuitatis reum ostẽdit,dicens. *Sed conceptum sermonem tenere quis poterit*. secũdum illud.Sagitta infixa fœmori canis,sic verbũ in corde stulti. Eccl.1. Hiere.20. Quãuis & iusti ex zelo diuino interdũ ea q̃ cõcipiunt,ad honorẽ Dei dicẽda tacere nõ possint secũdũ illud. Dixi nõ recordabor eius.s.sermonis diuini.nec loquar vltrà ĩ noĩe illius, & factus est in corde meo quasi ignis exæstuãs clausus ĩ ossibus meis & defeci ferre nõ sustinẽs.Vlteriùs aũt ꝓcedit ad magis eius ĩpatientiã ostẽdendã, exaggerat aũt ei⁹ ĩpatiẽtiã ex duob⁹.s.ex ꝑcedẽti doctrina,& ex ꝑcedẽti vita. Ex ꝑcedẽti qdẽ doctrina qa turpe est homini cũ nõ seruat id ad qđ alios ĩducit secundũ illud.Dicũt eñ & nõ faciunt. Matt.20. Iob autẽ anteà multos ab ĩpatientia traxerat,& diuersimodè scđm ꝙ diuersis cõgruebat. Sũt eñ aliq qui in patiẽtia deficiũt ex ignorãtia,dum nesciũt aduersis vti ad virtutẽ,& quãtũ ad hoc dicit. *Ecce docuisti multos*. Quidã verò primo qdã ĩ aduersis virtuosè agunt, sed aduersitate durante,quasi recta actiõe fatigati,deficiunt,& quantum ad hoc dicit, *& manus lassas roborasti*.s.bonis inductiõibus.Sunt etiã aliq,q in aduersis ĩ dubitatiõe ĩcidunt.s.an ex diuino iudicio ꝓueniãt,& quantũ ad hoc dicit: *vacillantes confirmauerunt sermones tui*. Sunt etiã aliqui qui paruã qdẽ aduersitatẽ sustinent, sed sub magna aduersitate quasi sub magno põdere deficiunt,& quantum ad hos dicit, *& genua trementia confortasti*.s.tuis sermonibus,tremunt eñ genua homini magnũ põdus portãti. Ad prędicta autẽ impléda exhortatur Dñs dicẽs. Hebr.10. Cõfortate man⁹ dissolutas,& genua debilia roborate.¶Vult autem Isa.35. cõsequenter ostẽdere,ꝙ ea quę docuerat non impleuit:vnde subdit. *Nunc autem venit super te plaga & defecisti*, à firmitate, scilicet mentis, quàm habere videbaris, & quam alijs suggerebas, & hoc referendum est ad aduersitatem, quàm passus fuerat in exterioribus rebus.*tetigit te & conturbatus es*.id est quietẽ mentis quam habuisse videbaris,amisisti: ꝙ referẽdũ est ad afflictionẽ corporis quã sustinebat.Vnde suprà satan dixerat.*mitte manum tuam, & tange os eius & carnẽ*.sic ergo Iob arguitur ꝙ præcedentẽ doctrinam subsequenti patientia nõ confirmauerit cõtra id quod scriptũ est.Doctrina viri per patientiã nõscitur.Sed vita præterita quæ Iob videbatur subsequentẽ impatientiam exaggerat. Videtur enim nõ fuisse vera virtus quæ tam citò in tribulatione deficit:quia sicut scriptũ est : In igne probatur aurũ & argentũ:homines verò receptibiles in camino humiliationis. ¶Multiplici autẽ virtute aliquis in tribulationibus cõfirmatur,ne deficiat.primò quidẽ per reuerentiam diuinam, dum homines cõsiderant mala quæ patiũtur, ex diuina prouidentia prouenisse,sicut & Iob suprà dixerat,*sicut domino placuit ita factum est*.& ad hoc excludendũ dicit.*Vbi est timor tuus*.quo scilicet Deum reuereri videbaris.¶Secũdò aliqui conseruãtur in animi firmitate: quæ quidẽ duos gradus habet.In quibusdã enim tanta est animi firmitas,vt eorũ animus aduersitatibus nõ nimium molestetur, & hoc ad fortitudinem pertinere videtur. vnde dicit:*Vbi est fortitudo tua*. nec accipitur hìc fortitudo secũdum ꝙ cõseruat hominẽ,ne succũbat timori,sed vt nõ deijciatur.Quidã verò grauẽ tristitiæ passionẽ ex aduersitate patiũtur:sed ab ea per rationẽ bene dispositã non abducũtur:& hoc videtur ad patientiã pertinere, vt talis sit differẽtia inter patientiã & fortitudinẽ,qualẽ assignãt Philosophi inter cõtinentiã & castitatẽ:& ideò adiungit.*patientia tua*.Tertiò verò cõseruantur aliqui ex amore honestæ actionis:& ex eo ꝙ horrẽt turpiter agere,qui etsi interius cõturbẽtur in aduersitatibus: tamen nec verbo nec facto in aliquid indecens prorumpũt,& propter hoc addit: *& perfectio viarũ tuarũ*.per viam enim actiões intelligũtur, quibus quasi quibusdam vijs peruenitur ad finem,vel per viam possunt intelligi excogitata consilia, quibus aliquis se euadere confidit: vnde aduersitates faciliùs tolerantur.

LECTIO II.

Recordare obsecro te:quis vnquã innocẽs perijt,aut quãdo recti derelicti sunt? Quin potius vidi eos qui operãtur iniquitatẽ, & seminant dolores, & metunt eos flante Deo perijsse, & spiritu iræ eius esse cõsumptos. Rugitus leonis & vox leenæ, & dentes catulorũ contriti sunt. Tigris perijt,eò quòd nõ haberet prædã, & catuli leonis dissipati sunt.

¶Postquàm Eliphaz arguerat Iob impatientiæ, occasione accepta ex eo ꝙ dixerat. *Antequã comedã suspiro* nunc intẽdit eum præsumptionis arguere,eò ꝙ se dixerat innocentẽ, ad ostẽdendũ autẽ eum nõ esse innocentẽ,ex eius aduersitate argumentũ assumit dicẽs: *Recordare obsecro te quis vnquã innocẽs perijt, aut quãdo recti derelicti sunt*..Vbi cõsiderandũ est hanc fuisse opinionẽ Eliphaz & aliorum duorũ,vt suprà dictũ est:quod aduersitates huius mũdi nõ adueniũt alicui nisi in pœnã peccati:& ecõtrariò prosperitates pro merito iustitiæ.Vnde secũdum eius opinionẽ, incõueniens videbatur qđ aliquis innocẽs periret:aut quod aliquis rectus,id est iustus,secundum virtutẽ destitueretur per amissionẽ gloriæ tẽporalis, quia credebãt principium esse iustitiæ: & hanc quidẽ opinionẽ, intantũ verã esse credebãt,quod etiã Iob ad ea discordare nõ posset: existimabat tamen quod perturbata mente ipsius veritatẽ quã aliquãdo cognouerat,quasi oblitus esset.vnde dicit:*Recordare*.Posito ergo ꝙ innocẽtibus & rectis aduersitas nõ contingat,cõsequẽter adiũgit quibus aduersitas cõtingat dicens.*Quin potius vidi eos qui operãtur iniquitatẽ & seminãt dolores, & metunt eos.flante Deo perijsse, & spiritu & ira eius esse consumptos*.In hoc autẽ quod dicit,*vidi*.dat intelligere se ista per experimentũ probasse per *eos autẽ qui operãtur iniquitatẽ*.intelligit eos qui aliquã iniustitiam faciunt:& præcipuè in nocumentũ aliorũ, per *eos autẽ qui seminãt dolores & metunt eos*.intelligit eos, qui per dolum alijs nocẽt.Ij enim dolores seminãt dum calumnias prępãrãt,quibus alios dolẽtes reddant qui dolores *metunt*.dum malitiam suã ad effectũ perducũt:& hoc pro magno fructu habẽt:quã quidẽ metaphorã vlterius prosequitur quantũ ad pœnã.consueuerunt enim segetes vento vrẽte siccari & cõsumi.vnde dicitur.Increpabo.s.ventũ & nõ corrumpet fructũ terræ vestræ.& hoc est ꝙ dicit quod *flante Deo perijt*.quasi ipsum diuinũ iudicium ad vindictã iniquitatis procedens,flatus quidã venti sit : ipsa autẽ Dei vindicta dicitur:*spiritus*.id est, ventus iræ eius. nõ solùm autẽ dicit quod perijt,sed ꝙ cõsumũtur.quia nõ solũ in proprijs personis puniuntur, sed & eorũ familia tota perijt,vt nil ex eis residuũ videatur : in quo videbatur tãgere Iob,qui & in suo corpore flagellatus erat,&filios, & familiã,&opes amiserat,sed quia hoc videbatur esse cõtra opinionem Eliphaz:ꝙ pro peccato parẽtis filij & familia puniretur,cum ipse intẽdat hanc opinionẽ defendere:ꝙ aduersitates in hoc mũdo sunt pœnæ peccati.huic obiectioni respõdens subiũgit: *rugitus leonis & vox leenæ & dentes catulorũ leonis cõtriti sunt*.Vbi primò considerãdum occurrit,qđ homo cæteris animalibus præeminet ratione. Psal.31 cũ ergo ratione prætermissa passiões brutales sequitur, efficitur similis bestijs.& illius bestiæ nomen sibi cõpetit,cuius passionẽ imitatur,vtporè qui subiacet cõcupiscẽtiæ passiõibus,equo vel mulo cõparatur,secũdum illud Psal.Nolite fieri sicut equus & mulus in quibus nõ est intellectus. Prouerbio.28. propter ferocitatẽ autem vel iram,leo aut vrsus nominatur,secũdum illud.Leo rugiens & vrsus esurientes princeps impius.Sic ergo & nunc hominẽ ferocẽ leoni cõparat dicens: *rugitus leonis*.Rugitus est leoninę ferocitatis indiciũ.Cõtingit autẽ frequẽter quod ferocitas viro additur ex suggestiõe vxoris, & sic ea quæ vir ferociter agit,vxori imputãtur in culpã,sicut patet de vxore Herodis,quæ impulit eum ad decollationẽ Ioãnis,propter quod dicitur: *& vox leenæ*.His autẽ quę tyrãnus aliquis ferociter acquirit, eius filij interdũ luxuriosè vtũtur, & sic in rapina patris delectãtur: vnde & ipsi à culpa immunes nõ sunt,propter quod subdit: *& dentes catulorũ contriti sunt*.secũdum illud Naum.Et leo cœpit sufficiẽter catulis suis:& sic obiectiõi præmissæ respõdisse videtur, quia cũ pro peccato viri punitur vxor & filij:nõ est iniustũ cũ & ipsi culpæ participes fuerint,qđ totũ dicebat volẽs Iob & eius familiã de rapina culpabilẽ reddere:videbatur tamen hoc quod dixerat ad Iob nõ pertinere:quia eius vxor punita nõ videbatur:& ideò ad hoc remouendũ subiungit.*Tigris perit eò quòd nõ habebat prædã*. Ecc.25. Hi eñ qui rapere cõsueuerũt,in hoc ipso puniri se existimãt,quod eis rapere nõ licet.¶Cõsiderandũ est autẽ quod mulierẽ Leenæ cõparat, propter ferocitatẽ iræ:& Tigridi propter promptitudinẽ siue velocitatem ad irã.dicitur eñ Nõ est ira super irã mulieris.Et iterũ. Breuis omnis malitia super malitiã mulieris.& quia filij Iob totaliter perierãt subiungit.*& catuli leonis dissipati sunt*.

LECT. III.

Porrò ad me dictũ est verbum abscõditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurrij eius.In horrore visionis nocturnæ quãdo solet sopor occupare homines. Pauor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.Et cũ spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ.Stetit quidã,cuius nõ agnoscebã vultũ,imago corã oculis meis, & vocẽ quasi auræ lenis audiuit.Nunquid homo Dei cõparatione iustificabitur,aut factore suo purior erit vir? Ecce qui seruiunt ei nõ sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatẽ. Quantò magis ij qui habitãt domos luteas,qui terrenũ habent fundamentum, consumentur velut à tinea.De mane vsque ad vesperã succindẽtur, & quia nullus intelligit in æternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis,morientur & non in sapientia.

¶Quia asserebat Eliphaz quod aduersitates in hoc mundo nõ adueniunt alicui,nisi propter eius peccata:volens ex hoc arguere Iob & eius familiã fuisse peccatis subiectã : cuius cõtrariũ videbatur ex ijs quæ maximè in Iob & in eius familia apparuerãt. vult ostendere ꝙ nec Iob,nec eius familia fuerit à peccato immunis, & quia propter authoritatẽ Iob & famã ipsius,eius verbũ inualidum videbatur: recurrit ad maiorẽ authoritatẽ, ostendens ea quæ propositurus est se ex reuelatione didicisse,& ad ostẽdendũ altitudinẽ reuelatiõis proponit eius obscuritatẽ: 2.Cor.12. quãtò eñ aliqua sunt altiora,tantò humano aspectu sunt minus perceptibilia.Vnde & Apostolus dicit.Quòd raptus est in paradisum Dei & vidit arcana verba,quæ nõ licet homini loqui : iuxta quẽ modũ & Eliphaz vel verè vel fictè loquitur dicens:*Porrò ad me dictũ est verbũ absconditum*. ¶Cõsiderandũ est autẽ ꝙ aliqua veritas quãuis propter sui altitudinẽ sit hominibus abscõdita,reuelatur tamẽ quibusdã manifestè: quibusdam verò occultè. Ad effugiendã ergo notã iactãtiæ hanc veritatẽ abscõditè dicit sibi esse reuelatã.vnde subdit:*& quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurrij eius*.vbi triplex modus occultatiõis inuenitur, qui solet in reuelationibus cõtingere. Quorũ primus est cũ intelligibilis veritas alicui reuelatur per imaginariã visionẽ secũdum qđ dicitur: Si quis fuerit inter vos Propheta domini in visiõe apparebo ei,vel per somnium loquar ad illum. At nõ talis seruus meus Moyses qui in omni domo fidelis est,ore ad os loquar ei palã, & nõ per ænigmata, & figuras videt Deum. Isai.7. Moyses ergo hoc verbũ abscõditum per modũ claræ vocis audiuit,Eli.verò per modũ susurrij.¶Secundus modus occultationis est:quia in ipsa imaginaria visione proferuntur quandóq; Isai.11. aliqua verba expressè cõtinẽtia veritatẽ sicut est illud.Ecce virgo cõcipiet.quãdóq; verò sub quibusdã figuratis locutionibus,sicut est illud.Egredietur virga de radice Iesse: & flos, &c. In hoc igitur ꝙ Esaias audiuit.Ecce virgo cõcipiet,percepit ipsum susurrium. In hoc autẽ quod audiuit.Egredietur virga de radice Iesse,& flos, &c. percepit venas susurrij.Nam figuratæ locutiones sunt quasi quædã Exod.33. venæ ab ipsa veritate per similitudinẽ deriuatæ. ¶Tertius modus occultationis est,ꝙ aliquãdo aliquis reuelationẽ diuinã frequẽtem & diuturnã habet,sicut dicitur de Moyse.Quòd loquutus est dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum.Aliquãdo autẽ aliquis habet reuelationẽ subitã &transitoriã: hunc ergo subitũ reuelationis modum significat in hoc quod dicit: *quasi furtiuè*. Nam ea quasi furtiuè audiuimus quæ raptim & quasi pertranseundo ad nos peruenerunt. ¶Sic ergo altitudinem visionis ostensam prosequitur de circunstãtijs reuelationis:& primò de tempore dicẽs: *In horrore visionis nocturnæ quãdo sopor solet occupare ho-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mines. Tempus enim nocturnum propter quietem magis est congruum reuelationibus percipiendis. In die enim à tumultibus hominum, & occupationibus sensuum mens quendam strepitum patitur, ita vt susurrium verbi absc̃oditi percipere nequeat. Secundò ex dispositione percipientis: vnde subdit, *pauor tenuit me.* Hoíes em̃ ad insolita pauere cõsueuerunt: vnde quãdo alicui fiunt insolitæ reuelatiões, in principio timorẽ patitur, & ad magnitudinẽ huius timoris ostendẽdam subiungit *& tremor.* Est em̃ tremor corporis indicium magnitudinis timoris, & ad magnificãdum huius tremorẽ subiũgit, *& omnia ossa mea perterrita sunt.* Quasi dicat, tremor non fuit superficialis, sed vehemens & intimus, qui etiam ossa cõcuteret. Simile est, q̃ habetur. Dan. Vidi visionẽ hanc grandẽ, & non remãsit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, & non habui in me quicquã virium. Causam autẽ huius timoris cõsequẽter ostendit dicens, *& cum spiritus me præsente trãsiret, inhorruerunt pili carnis meæ.* Rationabile enim est, q̃ ad præsentiam maioris virtutis minor obstupescat. Manifestum est autẽ virtutẽ spirit⁹ esse maiorẽ, qua carnis: vnde nõ est mirum si ad præsentiã spiritus pili carnis inhorrescunt qui ex subito timore procedit, & præsertim cùm præsentia spiritus aliquo corporali indicio insolito sentitur. Quæ enim insolita sunt admirationẽ & timorem inducere solent, & huic timori quẽ se passum esse cõmemorat, tẽporis dispositio conueniret, supra dixit. *In horrore visionis nocturnæ.* Quia enim in tẽpore noctis, res visu discerni non possunt quæcũq; modica cõmotio, perturbationem inducere solet æstimantibus aliquod maius esse. iuxta qd dicit. Siue spiritus fibilans, aut inter spissos ramos autium sonus suauis, defi ciens facit illos præterire. Tertiò ponitur persona reuelans cũ dicit. *Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum imago coram oculis meis:* vbi tria ponit ad visionis certitudinem pertinentia. ¶ Sciendum est enim, quod aliq̃ propter nimiã cõmotionẽ fumositatum humorũ: vel oĩnõ non apparent somnia: vel perturbata & instabilia, sicut & febricitantibus solẽt accidere, & huius somnia cùm parum aut nihil spiritualitatis habeant, oĩnõ absq; significatione existunt. Cùm autẽ humores & fumositates resederint, apparent somnia quieta & ordinata, quæ cùm sint magis spiritualia, in intellectiua parte etiã quẽdã vigorem habent, & huius somnia solent esse veriora, & ideò dicit. *Stetit quidam,* q̃ stabilitatẽ visionis ostẽdit. Item considerãdum est, q̃ somnia, cùm sunt quieta, plerúnq; sunt reliquæ præcedentium cogitationum: vnde homo in somno frequentius videt illos, cum quibus consueuit conuersari, & quia talia somnia causam habent ex nobis, & nõ ab aliqua superiori natura, non sunt magnæ significatiõis, & ad hoc ergo remouendum dicit. *Cuius non agnoscebam vultum.* Per quod ostendit huius visionẽ non traxisse originẽ ex prius visis, sed ex aliqua occultiori causa. ¶ Tertiò cõsiderãdum est, quod huius visa, quæ ex aliqua superiori causa oriuntur, qñq; apparent dormientibus, qñq; autẽ vigilantibus, & veriora solent esse & certiora cùm vigilantibus apparent, quã cùm dormiẽtibus, eò q̃ in vigilando est rõ magis libera, & quia in somno spirituales reuelationes minus discerni possunt à somnis friuolis & consuetis, ideò vt ostẽdat hanc reuelationem non dormiẽti, sed vigilanti factã esse, subiungit. *Imago coram oculis meis,* per quod significat se hoc vidisse cum oculis per vigiliam apertis, quod etiã supra significauit cùm diceret, q̃n so por solet occupare hoíes: vbi innuit se sopore occupatum non fuisse. Deindè modum denuntiationis sibi factæ narrat, dicẽs: *& vocem quasi auræ lenis audiui.* Vbi cõsiderandum est, q̃ huiusmodi apparitiones liq̃ fiunt à spiritu bono, aliq̃n à malo: vtróq; autem modo in principio timorẽ patitur homo per insolitã visionẽ, sed cum à bono spiritu apparitio procedit, timor in consolationẽ finitur, sicut patet de ang. lo confortante Danielem, & de Gabriele cõfortante Zachariam & Mariam. Sed malus spiritus hominẽ perturbatum relinquit, per hoc ergo, quod dicit: *vocem quasi auræ lenis audiui,* consolationem quãdam sedantem pauorem præteritum demõstrat: vt per hoc visio demonstretur esse à spiritu bono non à malo, à quo frequenter visiones mendaces ostenduntur secundũ illud scripturæ. Egrediar & erospiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius, per hunc etiam modum. Legitur de apparitione facta Heliæ, quòd post commotionem tenuis auræ sibilus: vbi Dominus auditus est. ¶ Sciẽdum tamen est, quòd etiam in visionibus quæ à bono spiritu procedunt, interdum commotiones magnæ, & voces horribiles audiuntur vt patet Ezech. 1. vbi dicitur. Et vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone, & post multa subditur. Et audiebam sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, & dicitur. Audiui post me vocẽ magnam tanquam tubæ, sed hoc est ad significandum comminationes aut ali qua grauia pericula quæ in huiusmodi reuelationibus continentur, sed quia hoc ad consolandum ordinabatur, ideò inducitur loquentis vox similis auræ leni. Vltimò autem ponuntur verba quæ sibi asserit esse reuelata cùm dicit. *Nunquid domo Dei cõparatione iustificabitur:* quæ quidem verba inducit ad confirmandum suam opinionem, quã supra tetigerat, quasi dicat, aduersitates in hoc mundo non prouenium alicui nisi pro peccato. ¶ Vt ergo nullus posset se excusare: quia aduersa patitur, per hoc, q̃ se asserat à peccato immunem, induc it tres rationes, quarum prima sumitur ex cõparatiõe ad Deum, & est ducens ad impossibile. Si enim homo absq; culpa punitur, sequitur, quod homo sit iustior Deo. Cũ enim opus iustitię sit reddere vni cuiq;, quod suum est. Si Deus homini innocenti cui nõ debetur pœna, inferat pœnã, homo iustior videtur esse Deo. Homo autem qui à Deo patitur, nulli homini absq; culpa pœnã intulit, quod oportet dicere, si homo innocens puniatur, sequitur ergo, q̃ homo punitus à Deo sit iustior Deo, quod est hominem cõparatione Dei iustificari: vt eum. s. comparatione iustitiæ ad Deum iustificari, & quia fortè ali cui hoc non videretur incõueniens, ducit ad aliquod apparẽtius incõueniens dicens. *Aut factore suo purior erit vir.* Quælibet enim res puritatem habet secundum quòd in sua conseruatur natura, quod ex causis proprijs habet, puritas ergo vniuscuiúsq; effectus à sua causa dependet: vnde suam causam in puritate superare non potest: vnde nec vir potest esse purior suo factore. s. Deo. ¶ Secundam autem rationem ponit ex cõparatione ad angelos, & est à maiori cùm dicit. *Ecce qui seruiunt ei nõ sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatẽ.* Quæ quidem sententia secundum doctrinam catholicæ fidei plana est, tenet enim fides catholica omnes angelos bonos fuisse creatos, quorum quidã per propriam culpã ceciderunt à statu rectitudinis, quidam verò ad maiorem gloriam peruenerunt, quòd autẽ angeli à statu rectitudinis ceciderunt, mirum videtur propter duo, quorum vnum pertinet ad vitam contẽplatiuam, aliud ad vitã actiuã ipsorũ. Ex vita enim contẽplatiua videbatur qui in angelis esse deberet stabilitas, manifestum est enim, qd causa mutabilitatis est potẽtia, causa immutabilitatis est actus, est enim de ratione potentiæ, q̃ se habeat ad esse & non esse, sed secundum quòd aliquid magis perficitur ab actu ti mius sit in illo, id verò, quod secundum se actus est, omninò immutabilis est. ¶ Sciendum est autem, quòd sicut materia comparatur ad formam vt potentia ad actum, ita voluntas ad bonum, id ergo, quod est ipsum bonum. s. Deus omninò immutabile est. Cæterarum verò naturarum voluntates, quæ non sunt ipsum bonum, comparantur ad ipsum: vt potentia ad actum: vnde quantò magis inhærent ei tãtò magis stabiliuntur in bono, & ideò cum angeli inter cæteras creaturas magis & propinquius Deo videantur inhærere: vtpotè ipsum subtilius contemplantes, stabiliores inter cæteras creaturas videntur, & tamen non fuerunt stabiles. Vnde multò minus inferiores creaturæ, scilicet homines quantuncúnque Deo inhærere videãtur, ipsum colendo, quod est ei seruire, stabiles iudicari non possunt. ¶ Ex vita verò actiua videtur, quòd in angelis: vel nihil vel minimũ de prauitate esse possit, quantò em̃ qs propinquior est primæ rectitudini, minus habet de obliquitate, Deus autem in quo est prima rectitude, sua prouidentia dirigens vniuersa, inferiores creaturas per superiores disponit. Vnde in superioribus creaturis, quæ dicuntur Angeli, quasi à Deo missi ad alia dirigenda minimum videtur esse vel nihil de prauitate. Vnde cùm in angelo inuenta sit prauitas, credendum est, quòd in quo vis hominum quantuncúnque bonus appareat, prauitas possit inueniri. ¶ Cauendum autem est ne ex ijs verbis aliquis in errorem incidat Origenis, qui etiam non quoscúnque spiritus creatos instabiles asserit, & posse ad prauitatem perduci, hoc enim aliqui per gratiam assequuti sunt: vt immobiliter Deo inhærent ipsum per essentiam videntes, & secundum hoc etiam aliquibus hominibus quamuis sint inferioris naturæ, quam angeli per gratiam, concedi ur etiam in hac vita, quòd sint à prauitate peccati immunes. ¶ Tertium rationem ponit sumptam ex conditione humana, cui coniungitur conclusio præcedentis rationis: vnde etiam posse ex duobus vna ratio formari, & hoc cum dicit. *Quantò magis ij qui habitant domos.* Est autem humana conditio talis, quod ex terrena materia corpus eius compactum est, quod designat cum dicit. *Quantò magis ij qui habitant domos luteas.* Corpus enim humanum lutum dicitur, quod ex terra & aqua grauioribus elementis abundantius constat, quòd eius motus declarat. Vnde dicitur, quòd formauit Deus hominem de limo terræ, hoc ergo lutum corpus domus animæ dicitur: quia anima humana quantùm ad aliquod est in corpore, sicut homo in domo: vel sicut nauta in naui, i. quãrum, scilicet est motor corporis. Fuerunt autem aliqui qui propter hoc dixerunt, q̃ anima nõ vnitur corpori, nisi accidentaliter, sicut homo vestimẽto, aut nauta naui, sed vt hanc opinionem excluderet subdit. *Qui terrenum habent fundamentum.* Per hoc datur intelligi, quòd anima humana vnitur corpori etiã vt forma materiæ, dicitur enim materia fundamẽtum formæ, eo q̃ est prima pars in gñatione, sicut fundamẽtum in cõstitutiõe domus: vtitur aũt tali mõ loquẽdi: vt id qd̃ est aĩæ attribuat homini, nõ quòd aĩa sit hõ: vt quidã posuerãt, di cẽtes hominẽ nihil aliud esse, quã animã inducta corpore, sed q̃ aĩa est prĩcipalior pars hoĩs: vnũquódq; aũt cõsueuit appellari id qd̃ est eo principalius. Hęc aũt duo q̃ de hoĩs sĩrmitate dicit: videtur cõtra poni ijs quæ supra de angelorum excellentia dixerat. Nam hoc quod dicit. *Qui habitant domos luteas.* Videtur ponere contra id quod dixerat. *Qui seruiunt ei.* Quod est inhærere ei, & etiam in ipso spiri-

ipso spiritualiter habitare. Quod verò dicit. *Qui terrenũ habẽt fundamentũ.* Et quod dixerat. *In Angelis suis.* Angeli enim incorporei
Psalm. 103. sunt secũdum illud Psal. Qui facit angelos suos spiritus, & præmissa autẽ hominis conditione miserabilẽ eius euentum cõcludit dicens. *Cõsumẽtur velut à tinea.* Et qdẽ potest hoc secũdum superficiẽ literę de mortẽ corporali intelligi, quã homo necessariò patitur ex eo q̃ terrenũ habet fundamentũ, & secundũ hoc potest designari duplex mors. s. naturalis, in hoc q̃ dicit, *Cõsumẽtur velut à tinea.* Sicut enim tinea vestimentũ corrodit, quæ ex vestimẽto nascitur: ita mors naturalis ex causis interioribꝰ corporis exoritur, & mors violenta in hoc quod subditur. *De mane vsque ad vesperã succidẽtur.* Succisiõ em̃ arboris ex causa exteriori procedit, & sic signãtur dicit. *De mane vsque ad vesperã.* Quia mors naturalis potest q̃ aliqua naturalia signa prægnoscí, sed mors violẽta omninò ignota est, vtpotè diuersis casibus subiecta, vnde nõ potest sciri si homo de mane peruenìat vsque ad vesperũ. ¶ Sciendũ tamen q̃ hæc nõ est intẽtio literę, nam suprà proposuit de defectu peccati, cùm diceret. *Et in angelis suis.* Vnde vt cõclusio præmissis respondeat, oporter hoc etiã ad peccatũ referre, propter qd̃ vita iustitiæ in homine cõsumitur dupliciter, vno modo ex interiori corruptiõe, q̃ significat cũ dicit. *Cõsumẽtur velut à tinea.* Sicut enim vestimentum consumitur à tinea quæ ex eo nascitur: Ita iustitia hominis consumitur ex ijs quæ in homine sunt, sicut est corruptio fomitis malę cogitatiõis, & alia huiusmodi. Alio modo ex exteriori tentatione, quod videt in hoc dici. *De mane vsque ad vesperã succindetur.* ¶ Sed cõsiderãdum est q̃ interior tentatio nõ subitò hominẽ prosternit, sed paulatim: dum per negligentiã aliq̃s in seipso peccati initia reprimere nõ curat, secũdũ illud Eccle. Quiminima negligit paulatim deficit, sic etiã vestimentũ quod nõ excutitur à tinea cõsumitur. Exterior autẽ tentatio hominẽ plerũq; subitò prosternit, sicut Dauid ad aspectũ mulieris in adulteriũ proru
Psalm. 19. pit. & etiã multi in tormẽtis fidẽ negauerũt, quocũq; autẽ modo homo per peccatũ ruat, dum modò peccatũ suum recognoscat & pœniteat, misericordiam cõsequetur, sed qa nullus est qui omnia peccata possit cognoscere secundum illud Psal. Delicta quis intelligit, se-
Psalm. 18. quitur q̃ plurimũ homines peccata nõ cognoscẽtes eis remedia nõ adhibẽt per quæ liberentur, & hoc est quod subditur. *Et quia nullus intelligit.* Scilicet lapsus peccatorũ. *In æternũ peribũt.* Scilicet plurimi. Quasi dicat à peccato nunquã liberantur. Sed qa aliqui sunt qui
Psalm. 18. cõtra peccata remedia adhibẽt, licèt ea non plenè intelligant, sicut Dauid qui dicebat. Ab occultis meis mũda me Domine, subiungit. *Qui autẽ reliqui fuerint* Scilicet de numero eorum qui in æternum pereunt. *Auferẽtur ex eis.* Id est, segregabũtur ex eorũ consortio. *Moriẽtur quidẽ.* Quis quãuis homo à peccato pœniteat, à mortis tamẽ necessitate nõ liberatur, sed sapientia in eis non moritur, & hoc est quod dicit. *Et nõ in sapientia.* Vel hoc q̃ dicit. *Morientur & nõ in sapientia.* Nõ respondet ad immediatè dictũ, sed ad id quod suprà dixerat. *In æternũ peribũt.* Vt sit sensus quod morientur sine sapientia, vel hoc quod dicit. *Qui reliqui fuerint* Potest intelligi de filijs qui relinquuntur ex parẽtibus pereuntibus, & propter peccata parentũ quæ imitanẽ, & ipsi auferũtur sine sapientia morientes. ¶ Vult ergo ex omnibus istis Eliphaz habere quod cũ conditio hominis sit tam fragilis, de facili cadit in peccatũ, & quidẽ dum homo nõ cognoscit in perditionẽ vadit ipse & filij eius, & sic Iob licèt se peccatorẽ non cognoscẽret: credẽdũ erat q̃ propter peccata aliqua ipse & filij eius perierint. Sic igitur postquã reuelationẽ sibi factã exposuerat: quia posset Iob reuelationi non credere, ideò subiungit quod sequitur.

CAP. V. LECTIO I.

VOCA *ergo si est qui tibi respõdeat, & ad aliquẽ sanctorum cõuertere. Virũ stultum interficit iracũdia, & parvulum occidit inuidia. Ego vidi stultũ firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Longè sient filij eius à salute, & cõterẽtur in porta, & nõ erit qui eruat. Cuius messem famelicus comedet & ipsum rapiet armatus: & bibẽt sitientes divitias eius. Nihil in terra sine causa fit: & de humo non egredietur dolor. Homo nascitur ad laborem: & auis ad volatum.*

¶ Quasi dicat si mihi hoc esse reuelatũ nõ credis: tu ipse inuoca Deũ, si fortè ipse ad hanc dubitationem respõdere tibi voluerit, & si per merita propria hoc à Deo obtinere nõ putas. *Ad aliquẽ sanctorũ conuertere.* Vt eo mediante huius rei veritatẽ à Deo cognoscere possis. Et notãdum est quod dicit. *Ad aliquẽ sanctorũ.* Quia nõ licet per im
Esa. 8. mundos spiritus quocúnq; modo vel arte occulta perquirere, sed solùm per Deũ vel sanctos Dei, secũdum illud. Cũ dixerint ad vos quęrite à Phitonibus & à diuinis qui studẽt in incãtationibus suis. Nunquid nõ populus à Deo suo requirit, visionẽ pro viuis aut mortuis? *Virũ stultum interficit iracũdia.* Quia in reuelatione quã sibi factã esse cõmemorat Eliphaz: inter cætera hoc cõtinetur quod homines qui terrenũ habẽt fundamentũ, consumũtur velut à tinea, vult hoc ostendere per hominũ diuersas cõditiones. Nõ est enim aliqua conditio hominũ, cui nõ adsit pronitas ad aliquod peccatũ. ¶ Sunt autẽ duæ hominum conditiones. Quidam enim sunt magni & elati animi, qui facilè prouocantur ad iram: quod ideò est: quia ira est appetitus vindictæ ex præcedenti offensa prouenìens. quantò autẽ aliquis est magis elati animi: tantò ex leuiori causa se putat offensum: & ideò faciliùs prouocatur ad iram. & hoc est quod dicit. *Virũ stultũ interficit iracũdia.* vocat autẽ eum qui est superbi & elati animi stul- Prou. 11. 50.
tum: quia per superbiã homo præcipuè metas rationis excedit. sed humilitas iram sapientiæ parat secũdum illud. Vbi humilitas, ibi sapientia. simul cũ hoc etiã stultitia iracundiæ cõpetit. Iracundus em̃ Ethi. 6
vt docet Philosophus, vtitur quidem ratione dum pro offensa intentat vindictã, sed peruersè dum in vindictã modum rationis nõ seruat. peruersitas autẽ rationis stultitia est. ¶ Quidam verò sunt pusillanimes, & ij proni sunt ad inuidiam. vnde subdit. *& parvulũ occidit inuidia.* & hoc rationabiliter dicitur. Inuidia enim nil aliud est quã tristitia de prosperitate alicuius, inquantũ prosperitas illius æstimatur propriæ prosperitati impedimentũ, hoc autem ad paruitatem animi pertinet, quod aliquis nõ se existimet posse prosperari inter alios prosperantes. Sic ergo manifestũ videtur, quod homo cuiuscũque cõditionis existat, pronus est ad aliquod peccatum: facilè enim esset ijs similia de alijs peccatis inducere. Sic ergo per omnia suprà dicta Eliphaz, probare intendit, quod aduersitates in hoc mundo non adueniunt alicui nisi pro peccato. ¶ Cõtra quod videntur esse duæ obiectiones, quarũ vna est ex hoc quod multi iusti videntur aduersitatibus subdi, sed hãc obiectionẽ soluere visus est, per hoc quod homines ostendit esse faciles ad peccandum. ¶ Secunda obiectio est quod aliqui iniqui in hoc mundo prosperãtur. Cui consequẽter satisfacere intendit per hoc quod prosperitas eorũ in malum ipsorũ redundat vnde dicit. *Ego vidi stultũ.* id est, hominẽ in diuitias superbientem. *firma radice.* id est, firmatũ in prosperitate huius mundi, vt videbatur. sed eius prosperitatẽ non approbaui: quinimò *maledixi pulchritudini eius statim.* Vbi cõsiderãdum est quod loquitur de homine sub metaphora arboris: cuius enim radix fuerit firma pulchri Eccl. 5.
tudinem habet in ramis & fructibus. Comparat ergo prosperitatem hominis in diuitijs firmati pulchritudini arboris, quã maledicit, id est malã esse pronuntiat, & nociuã secundum illud. Est & alia infirmitas pessima quã vidi sub sole. diuitiæ cõseruatæ in malũ domini sui. addidit autẽ *statim.* vt ostendat sed de hac sententia nullatenus dubitare, quod autẽ mala ex prosperitate stulti proueniant, ostẽdit primò quantũ ad filios. Frequẽter enim cõtingit q̃ quando aliquis diues & potens filios sine disciplina nutrit, quod proprium est stulti: filij eius in multa pericula incidunt, & quandóq; quidẽ propter odia quæ in se cõcitant, absq; iudicio perimuntur: vel etiã dum ipsi sibi nõ cauent inordinatè delectamento vtentes, vitã amittunt: & quantũ ad hoc dicit. *longe sient filij eius à salute.* Quandóque verò dum calumnias & iniurias alijs inferunt, coràm iudicibus cõueniunt, & ibi cõdemnantur & quantũ ad hoc dicit. *& cõterentur in porta.* id est per sententias iudicũ. Nam iudices olim in portis sedere solebãt: & quia homines stulti in prosperitatibus nullũ dubitant offendere, in aduersitatibus nõ inueniunt aduersorem: & ideò subdit. *& nõ erit qui eruat.* ¶ Sed quia posset aliquis dicere. Nõ curo quicquid accidat filijs meis, dummodò ego prosperitate fruar in hoc mundo. ideò secundò ponit mala prouenìẽtia ipsi stulto & in rebus, & in persona, dicens: *cuius messem famelicus comedet.* Frequẽter enim homines stulti diuitijs abundantes, pauperes opprimunt: qui plerúnq; grauamina sustinere nõ valentes, quasi quadam necessitate ad rapienda bona diuitũ coguntur. & quia tales homines delitiosè viuentes, solent per vitæ diuitias animi vigorẽ amittere & imbelles esse: de facili à pauperibus bellicosis destruuntur. vnde sequitur *& ipsum rapiet armatus.* quasi absq; omni resistentia, & vt quod dixerat de messe generaliter intelligatur, subiũgit. *& bibent sitientes diuitias eius.* id est, homines cupidi. ¶ Remotis ergo prædictis obiectionibus, finaliter rationem inducit ad probãdum principalem intentionẽ, scilicet q̃ aduersitates in hoc mundo nõ proueniãt alicui, nisi pro peccato: & est talis. Quæcúnq; fiunt in terrã, ex proprijs & determinatis causis proueniunt. si ergo aduersitates huius mũdi alicui accidunt, hoc habet determinatã causam, quæ nulla alia videtur esse, nisi peccatum: hoc est ergo quod dicit. *nihil in terra sine causa fit.* videmus em̃ omnes effectus ex determinatis causis procedere: ex quo quasi concludens subdit. *& de humo non oritur dolor.* & est metaphorica loquutio: quædam enim herbæ sine semine producũtur: de quibus dicitur q̃ eas humus spõtè profert. Quicquid ergo sine causa propria videtur cõtingere, quasi sine semine, per quandã similitudinẽ metaphoricè potest dici quod oritur de humo. *dolor autem.* id est, aduersitas. *non oritur de humo.* id est, nõ est sine causa. quod autẽ dixerat. *nihil in terra sine causa fit.* ex hoc præcipuè redditur manifestũ, quod omnia habent dispositionẽ naturalem cõgruam propriæ operationi: ex quo apparet q̃ dispositiones naturales rerum, non sunt sine causa. sed propter determinatũ finẽ: & ideò dicit *homo ad laborem nascitur: & auis ad volatum.* manifestum est enim q̃ quia proprius motus, quem natura auis requirebat, est volatus: & ideò oportuit eum habere ex sua natura instrumenta ad volandum, & alas & pennas:

Universidad de Deusto Biblioteca

homo verò qui rationem habebat, per quam proprio labore posset sibi omnia necessaria adiuuamenta acquirere, naturaliter productus est absque omnibus adiuuamẽtis, quæ natura alijs animalibus dedit, scilicet absque tegumento, absque armis, & alijs huiusmodi quæ sibi proprio labore parare poterat ex industria rationis.

LECTIO II.

Qvamobrem ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponã eloquium meum. Qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero. Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa. Qui ponit humiles in sublime, & merentes erigit sospitate. Qui dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorum quod cœperãt. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consiliũ prauorum dissipat. Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum.

¶Quia Eliphaz proposuerat oĩa quæ in terris sunt determinatã causam habere, & hoc probauerat per hoc, ꝙ res naturales apparebant esse dispositę propter finem, hoc autem scilicet, ꝙ res naturales sunt propter finem potissimum, argumẽtum est ad ostẽdẽdum mundum regi diuina prouidẽtia, & non omnia agi fortuito. Idcircò Eliphaz statim ex præmissis cõcludit de regimine diuinæ prouidẽtiæ. ¶Sciẽdum est autem, quod diuina prouidẽtia sublata orationis fructus tollitur, & cognitio Dei circa res humanas, quę tamẽ necesse est ponere ei qui regimẽ prouidẽtiæ cõcedit, & ideò Eliphaz cõcludẽs dicit. Ex quo omnia quæ in terra fiunt sunt propter finẽ necesse est concedere regimẽ prouidẽtiæ. *Quãobrem ego deprecabor Dominum:* quasi oratione fructuosa existente: vtpotè Deo disponente res humanas, *& ad Deum ponã eloquium meũ:* vtpotè Deo cognoscẽte facta & dicta & cogitata humana, ad cuius confirmationem subiungit ea quæ maximè diuinã prouidentiã ostẽdunt. ¶Est autẽ sciendum, quod illi qui prouidentiã negant, omnia quę apparent in rebus mundi, ex necessitate naturalium causarum prouenire dicunt: vt potè ex necessitate caloris & frigoris grauitatis & leuitatis & aliorum huiusmodi. Ideò ex ijs potissimè prouidẽtia diuina manifestatur, quorum ratio reddi nõ põt ex huiusmodi materialibus principijs, inter quę vnum est determinata magnitudo corporis huius mundi. Nõ enim potest assignari ratio ex aliquo principio naturali, quare sol ac luna aut terra sit tantæ quãtitatis, & nõ maioris aut minoris: vnde necesse est dicere, quod ista dispositio quãtitatum sit ex ordinatione alicuius intellectus, & hoc designat in hoc, ꝙ dicit. *Qui facit magna.* i. qui res interminata magnitudine disponit. Rursus si omnia ex necessitate principiorum naturalium prouenirẽt, cum principia naturalia sint nobis nota, haberemus viam ad inquirendum oĩa quæ in hoc mundo sunt. Sunt autem aliqua in hoc mundo ad quorum cognitionem nulla inquisitione possumus peruenire: vt potè substantiæ spirituales, quot sint distantiæ stellarũ, & alia huiusmodi. Vnde manifestum est nõ procedere omnia ex necessitate principiorum naturaliũ, sed ab aliquo superiori intellectu res esse institutas propter hoc addit *& inscrutabilia.* Item quædam sunt quæ videm⁹, quorum rationem nullo modo possumus assignare: puta, quod stellę disponuntur secũdum talem figuram in hac parte cœli, & in alia secundum aliam. Vnde manifestum est hoc non prouenire ex principijs naturalibus, sed ab aliquo superiorũ intellectu, & ꝓpter hoc addit, *& mirabilia,* sic enim differt inscrutabile & mirabile, quod inscrutabile est, quod latet & perquiri nõ potest, mirabile est, quod ipsum quidem apparet sed causa eius perquiri nõ potest. ¶Sciendum est etiam, ꝙ aliqui posuerunt dispositionem rerum quẽdam ordinem numeri à Deo procedere: vtpotè, quod à primo vno simplici procedit tantum vnus effectus primus, in quo iam aliquid cõpositionis & pluralitatis habetur, & sic ex ipso procedunt duo vel tria quæ sunt adhuc minus simplicia, & sic gradatim secundum eos progreditur tota rerum multitudo, secundum quã quidem positionẽ totius vniuersi dispositio non est ex ordinatiõe intellectus diuini, sed ex quadã necessitate naturæ: vnde ad hanc positionem remouendam adiungit, *absque numero:* vel quia absq; necessitate ordinis numeralis res in se productæ sunt: vel quia à Deo immediatè & nõ ex ordine numeri productæ sunt, quod præcipuè apparet in primo cœlo, in quo sunt plurimæ stellæ, sic ergo Eliphaz ostendit productionẽ rerum esse à Deo & non ex necessitate naturæ. ¶Consequenter ostendit & rerum factarum cursum diuina prouidẽtia gubernari, & primo in rebus naturalibus, ex hoc, quod res naturales cõtẽperatæ esse vidẽtur ad hominum & aliorum animalium vsum, licèt naturalis cœlorum ordo aliud requirere videatur. Si qs eñ in elemẽtis grauitatẽ & leuitatẽ cõsideret, manifestum est naturaliter terrã aquæ subiacere, aëri vero aquas, aërẽ autẽ igni, inueniuntur autẽ aliquæ partes terræ discoopertæ ab aquis, immediatè aëri subiacere, aliter eñ aĩalia respirãtia in terra viuere nõ possent, & rursus ne terra ab aquis discoopta sua siccitate ĩfructuosa & ĩhabitabilis redderetur, dupliciter humectatur à Deo, primò quidem p pluuiam, qua superficies terræ infunditur & quãtum ad hoc dicit *qui dat pluuiam super faciem terræ.* Alio modò quãtum ad fontes, riuos, & flumina quibus terra irrigatur, quorum principiũ sub terra est sicut pluuiæ in alto, & quantum ad hoc dicit, *& irrigauit aquis vniuersa.* ¶Deindè cum dicit *qui ponit humiles in sublime,* operationem prouidẽtiæ etiã in rebus humanis ostendit, & quidẽ si res humanæ currerẽt secundum ꝙ earũ dispositio videtur exigere, nullum videlicet vel paruum in eis prouidẽtiæ diuinæ vestigium appareret. Sed rebus humanis alio mõ currẽtibus, stulti qui supiores causas nõ considerãt, hoc casui & fortunæ attribuunt, ex quorũ persona Salomon dicit. Vidi sub sole nec velocium esse cursum nec fortium bellum, nec sapientium panẽ nec doctorum diuitias, nec artificum gratiã, sed tẽporis casum in oĩbus. Eccl. 9. Eliphaz autẽ in altiorẽ causam refert, hoc scilicet in prouidentiã Dei, & primò quãtum ad oppressos qui de infimo eleuantur in altum, & quãtum ad hoc dicit, *qui ponit humiles.* i. deiectos. *in sublimi.* & qui de dolore trãsferuntur ad gaudium. & quãtum ad hoc dicit *& merentes erigit sospitate.* ¶Secundò quãtum ad opprimentes quorum duplex est genus. Quidã enim maximè alios opprimunt per potentiam & quantum ad hoc dicit *qui dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorum, quod cœperant:* quia scilicet in ipsa operis prosequutione ĩpediuntur à Deo, ne vnquã cogitationẽ possint ꝑducere ad effectum. Quidam verò per astutiã aliquos decipiunt, & quãtum ad hoc dicit *qui apprehendit sapientes in astutia eorum.* inquãtum. s. ea quæ astutè cogitant in cõtrarium ꝓpositi eorum cedit, *& consilium prauorum dissipat,* dum scilicet ea q̃ ab eis sapiẽter cõsiliata vidẽtur, aliquibus ĩpedimẽtis supinductis ad effectum perducere nõ possunt. Qñq; verò stultè consiliata nõ solum impediuntur in opere, sed etiã eorum mens obscuratur, ne in consiliando possint discernere meliora: vnde subdit *per diem incurrent tenebras:* quia s. in re manifesta omninò qd faciãt nesciunt. *& quasi nocte sic palpabunt in meridie.* i. in ijs quę nullo mõ sunt dubia sic dubitãt sicut in rebus obscuris, & ꝙ hæc ex diuina prouidẽtia præuideãtur, subiungit vtilitatẽ ex p̃missis ꝓuenientẽ, dum eñ malignorum astutia ĩpeditur, pauperes ab eorum deceptionibus liberãtur, & hoc est, quod subdit. *porrò saluum faciet egenum à gladio oris eorum:* quia eñ sunt astuti in malo & blãdis verbis & fictis alios seducere solent: q̃ quidẽ verba in nocẽdo gladio cõparãtur secũdum illud. Psal. Lingua eorum gladius acutus. Cùm vero oꝑationes malorum potẽtum impediãtur à Deo, manifestum est etiam, ꝙ pauperes saluãtur: vñ sequitur *& de manu violenti pauperem.* & ex hoc duo sequuntur, quorum vnum est, ꝙ hoĩes qui ex seipsis ĩpotentes sunt, de diuina potẽtia cõfidunt, tanquã Deo de rebus humanis curãte vnde subdit, *& erit egeno spes.* Aliud est, quod homines potẽtes, & iniqui seipsos retrahunt ne ex toto malignentur. Vnde sequitur. *Iniquitas autem contrahet os suum,* ne scilicet se ex toto effundant in perniciem aliorum.

LECTIO III.

Beatus homo qui corripitur à Domino. Increpationem Domini ne reprobes: quia ipse vulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt. In sex tribulationibus liberauit te, & in septima non tanget te malum. In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij. A flagello linguæ absconderis, & non timebis calamitatem cum venerit. In vastitate & fame ridebis, & bestias terræ non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. Et scies, quòd pacem habeat tabernaculum tuum & visitans speciẽ tuam non peccabis. Et scies quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Ecce hoc vt inuestigauimus ita est, quod auditum mente pertracta.

¶Sicut supra dictũ est Eliphaz ĩ supiorib⁹ beatũ Iob & ĩpatiẽtię arguebat, & p̃sumptiõis sup hoc, qđ se asseruerat ĩnocentẽ. Nũc aũt ab eo desparationẽ nititur auferre, ex quo verba illa ꝓuenire credidit, qb⁹ Iob vitã suã fuerat detestat⁹. Sciẽdũ est aũt, qđ ꝓuidẽtiã tã circa res naturales, quã circa res humanas esse asseruerat, hoc accipit tanq̃ notũ, qđ oẽs aduersitates hoĩb⁹ diuino iudicio inducãtur, sed qbusdã ad vltimã cõdẽnationẽ, q sunt ĩcorrigibiles, qbusdã aũt ad correctionẽ, q p aduersitates emẽdãtur, quos asserit esse beatos dicẽs. *Beat⁹ homo qui corripitur à Domino.* Si eñ correptio ab hoĩe salubris est, q tñ pfectè scire nõ põt mẽsurã & modũ scdm ꝙ possit esse salubris correptio, nec ẽ oĩpotẽs ad mala. s. remouẽda. & ad bona tribuẽda, multò magis reputari debet salubris & fœlix Dei oĩpotẽtis & oĩa sciẽtis correptio, ex qua sñia ad ꝓpositũ cõcludit dicẽs. *Increpationẽ Domini ne reprobes:* quasi dicat licèt hãc aduersitatẽ patiaris à Deo ꝓpter tua peccata, tamẽ debes existimare, quòd hoc sit quasi quædã Domini increpatio ad te corrigendum: *quia ipse vulnerat,* scilicet grauiori aduersitate, *& medetur,* auferendo mala, & restituendo bona, *percutit.* id est, leuiori aduersitate. *& manus eius.* id est, operationes ipsius. *sanabunt.* id est, liberabunt. Ideò dicit *in sex tribulationibus liberabit te,* quia septenario dierum omne tempus agitur. *& in septima non tanget te malum:* quasi ante emendationem homo ab aduersitate non liberatur. Cùm autem incipit liberari, ab ea tangitur, sed non opprimitur Deo liberante. post perfectã autẽ liberationẽ omninò nõ tãgitur, quod quidẽ verũ est quãtũ ad mẽtẽ, q̃ dũ finẽ suũ in rebus mũdanis cõstituit, aduersitatibus mũdanis opprimit̃. cũ autẽ ab eis amorẽ suũ reuocãs amarẽ Deũ cœperit, tristat̃ quidẽ in aduersitatib⁹, sed nõ opprimit̃, quia spẽ suã nõ habet in mũdo, cũ autẽ totaliter mũdũ cõtẽpserit, tũc eũ aduersitates mũdanæ vix tãgũt. nõ est autẽ hæc sentẽtia vera quãtũ ad corp⁹, sicut Eliphaz eã ĩtellexit. cũ pfectissimi viri interdũ grauissimas aduersitates patiãtur, secũdũ illud Psal. Propter te mortificamur tota die. ꝙ de Apostolis ĩducit. ¶Et quia septẽ tribulatiões tetigerat, eas subsequẽter enumerat. Est aũt prima aduersitas cõtra vitã corporalẽ eius qui patit̃ sublationẽ necessariorũ, & quãtũ ad hoc dicit. *In fame eruet te de morte.* quasi dicat patieris qdẽ famẽ: vtpote increpat⁹ à Domino: sed ex hoc nõ ꝑuenies ad mortẽ, Deo te liberãte & hæc est prima tribulatio. Qñq; verò aufert̃ vita corporis p violẽtiã alicuius inferẽtis nocumẽtũ: & quãtũ ad hoc dicit *& in bello de manu.* i. potestate gladij: quasi dicat superueniet tibi bellũ, sed ĩ potestate gladij non deduceris, & hæc est secũda tribulatio. Aufert̃ autẽ & vita corporalis per mortẽ naturalẽ: sed hæc inter tribulatiões nõ cõputat̃, cũ natura hominis hoc requirat. ¶Qñq; aũt spirituale periculũ est cõtra famã hominis, q̃ ptinet ad vitã ciuilẽ: & quantũ ad hoc dicit *à flagello linguæ absconderis,* à quo tũc hõ abscõdit̃, qñ facta sua, de q̃b⁹ possit infamari latẽt detrahẽtẽ: & hæc est tertia tribulatio. ¶Qñq; aũt est aduersitas ex aliquo periculo generali: ꝙ qdẽ ĩminet vel psonis, vel rebus. Personis quidẽ vtpote qñ alicui patriæ exercit⁹ hostiũ superuenit: p quẽ etiã cõtrahit̃ vel mors vel captiuatio, & quãtũ ad hoc dicit *& nõ timebis calamitatẽ cũ venerit.* quasi dicat in ĩminẽte calamitate ab hostib⁹ tuę patrię tu nõ timebis: & hęc est quarta tribulatio. Rebus autẽ ĩminet cõmune periculũ, vel per sterilitatẽ terræ: quod est tẽpore famis: vel per aliquã deuastationẽ fructuũ ab hostibus, & quãtũ ad hæc duo dicit. *in fame & vastitate ridebis.* Id est, abũdãtiã habebis quæ erit tibi materia gaudij: & sic tãgit quintã & sextã tribulationẽ. ¶Quãdóq; autẽ est aduersitas ab impugnatione brutorum animaliũ, siue in cõmuni, siue ĩ particulari: & quãtũ ad hoc dicit *bestiã terræ nõ formidabis.* & hæc videtur esse septima tribulatio, in qua nõ tãgit malũ. Deute. 28. ¶Post immunitatẽ autẽ animalis ponit abũdantiã in bonis. & primo quãtũ ad fertilitatẽ terrarũ. dicẽs, *sed cũ lapidibus regionũ pactũ tuũ.* quasi dicat & etiã terræ lapidosæ & steriles tibi afferẽt fructũ, secũdũ illud. Vt suggeres mel de petra, &c. ¶Secũdò quãtũ ad animalia bruta, & quãtũ ad hoc dicit *& bestiæ terræ erũt tibi pacificæ.* i. nõ te offendẽt. ¶Possent & hæc duo aliter exponi. vt. s. per lapides intelligãtur homines duri & rudes, & per bestias homines crudeles. ¶Tertiò quãtũ ad homines domesticos cũ dicit. *& scias, quod pacẽ habeat tabernaculum tuũ.* i. familia tua pacẽ habebit adinuicem. ¶Quartò specificat quantũ ad vxorẽ, & quãtũ ad hoc dicit *& visitãs speciẽ tuã nõ peccabis* quasi dicat habebis vxorẽ honestã & pacificam, cũ qua cõuersari poteris sine peccato. ¶Quintò quãtũ ad filios. vnde dicit *progenies tua quasi herba terræ.* i. habebis multos filios & nepotes. ¶Sextò quãtũ ad pacificã & quietã mortẽ, quãtùm, ad hoc dicit *ingredieris in abũdãtia sepulchrũ.* quasi dicat in bona ꝓsperitate: non spoliatus rebus tuis, *sicut infertur aceruus in tẽpore suo* quasi nõ præuẽtus intẽpestiuali & subita morte. ¶Vltimò quidẽ opprobat ea quę supra dixerat dicẽs. *Ecce hoc vt inuestigauimus ita est.* & quia æstimabat Iob ita esse tristitia absorptũ, quod talia non multum cogitaret, eum reddidit attentum, dicens *quod auditum mente pertracta.*

CAP. VI. LECT. I.

RESPONDENS *autẽ Iob dixit, Vtinã appẽderẽtur peccata mea quibus irã merui, & calamitas quã patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. Vnde & verba mea dolore sunt plena: quia sagittæ domini in me sunt, quarũ indignatio ebibit spiritũ meũ: & terrores domini militãt cõtra me. Nũquid rugiet onager cũ habuerit herbã: aut mugiet bos cũ ante præsepe plenũ steterit? Aut poterit comedi insulsum, quod nõ est sale cõditũ? Aut potest aliquis gustare, quod gustatũ affert mortẽ? Anima enim esurienti etiã amara dulcia esse vidẽtur. Quæ prius nolebat tãgere anima mea, nũc præ augustia cibi mei sunt. Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto tribuat mihi Deus, & qui cœpit ipse me cõterat? Soluat manũ suã & succindat me: & hæc mihi sit cõsolatio, vt affligẽs me dolore non parcat, nec cõtradicã sermonibus sancti. Quæ est enim fortitudo mea vt sustineam: aut quis finis meus vt patienter agam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea ænea est.*

¶Sicut ex superioribus patet, Eliphaz in lamẽto Iob tria notauerat. Desperationẽ quidẽ, quæ videbat̃ apparere ꝓpter odiũ præsentis vitæ. Impatiẽtiã autẽ siue ĩmoderatã tristitiã ꝓpter suspiria & gemitus, quos se pati dicebat. Præsumptionẽ verò, quia se innocẽtẽ asseruerat: & circa hæc tria totus superior Eliphaz sermo versatur. In quo ad ostẽdendũ Iob peccato fuisse subiectũ, & ideò aduersa tolerasse: ꝓposuit inter cætera fragilitatẽ cõditionis humanæ, ex qua nullus põt se p̃sumere ĩmunẽ esse à peccato. Hoc ergo Iob sumit suæ respõsionis initiũ. Certũ est eñ, qđ ex fragilitate cõditionis humanę nullus homo est ĩmunis à peccato quãtũcũq; iustus appareat: sed tñ in viris iustis nõ sunt peccata grauia & mortalia: sed sunt in eis peccata leuia & venialia, q̃ ex negligẽtia & surreptione ꝓueniũt. Si autẽ hoc esset verũ, qđ Eliphaz asserere nitebatur: qđ ꝓpriæ pœnę peccatorũ essent aduersitates p̃sentis vitæ, hoĩes paterẽtur, & ꝓpter grauia peccata, graues: & ꝓpter leuia, leues: & sic viri iusti nũquã grauib⁹ aduersitatib⁹ subiacerẽt: qđ patet esse falsum. Hãc ergo rationẽ Iob cõtra disputationẽ Eliphaz ꝓponit. vñ dicit̃. *Respõdẽs autẽ Iob dixit: vtinã appẽderẽtur peccata mea quibus irã merui.* Quasi dicat dicere nõ possum in me nulla esse peccata: cõsidero tñ in mę nõ esse mortalia, sed venialia. Si ergo p peccatis huiusmodi irã. i. pœnã à Deo merui: debuisset saltẽ in statera iustitiæ appẽdi calamitas & peccatũ, vt secundũ æqualitatẽ vnũ alteri respõderet. Sed aduersitas apparet multò maior ipso peccato, & hoc est, ꝙ subdit. *quasi arena maris.* i. incõparabiliter. *hæc.* s. calamitas. *grauior appareret.* si sententia Eliphaz esset vera, qđ aduersitates in hoc mũdo infligũtur solũ secũdũ peccata p grauibus peccatis, hæretici graues pœnas sustinerẽt. sed hæc sua sentẽtia nõ est vera, cũ appareat multos sceleratos, quorũ peccatis peccata Iob cõparata, quasi nulla erãt, quasdã leues aduersitates sustinere. Ex hoc aũt vlterius ꝓcedit ad excusandũ se à tristitia, quã verbis expresserat dicens, *vnde & verba mea plena dolore sunt.* quasi concludẽdo ĩfert, quia dolor ex aduersitatis magnitudine causabatur. Causam autẽ doloris subiũgit duplicẽ. Causatur eñ dolor interdũ ex ijs quæ aliquis iam perpessus est: interdũ verò ex ijs quæ pati timet. Primò ergo assignat causam sui doloris ex ijs quæ perpessus fuerat dicẽs: *quia sagittæ domini in me sunt.* in quo ostẽdit ex ĩprouiso se fuisse afflictũ. Nã sagitta ex remotis & ex improuiso venit, & vt ostẽdat percussionis magnitudinẽ subiũgit, *quarũ indignatio ebibet spiritũ meũ.* i. me respirare nõ permisit, sed totaliter quicquid ĩ me vitiũ aut cõsolationis esse poterat, sustulit. ¶Deinde ostẽdit causam doloris ex ijs quæ pati timebat, dicẽs. *& terrores Dei militãt cõtra me.* Solẽt eñ afflicti ex spe melioris status cõsolari, sed cũ post afflictionẽ, aliquis iterũ similia vel maiora timet, nulla videtur esse consolatio residua. ¶Posset autẽ aliquis dicere, causam quidẽ doloris habes, sed ex ea in verba doloris ꝓrũpere nõ deberes. Cõtra quæ respondet Iob ex ijs quæ in alijs animalibus similis est in natura sensitiua. vñ ea quæ naturã sensitiuã sequũtur, adsunt homini, sicut & alijs animalibus. qđ autẽ naturale est, nõ potest totaliter vitari. Inuenitur aũt in alijs animalibus, ꝙ afflictionẽ cordis ore exprimũt, & hoc significat dicens: *Nũquid rugiet onager cũ habuerit herbã, aut mugiet bos cũ ante præsepe plenũ steterit.* quasi dicat nõ rugit aũt onager, & mugit bos cũ necessario victu caruerint, in quo apparet naturale esse animalibus, ꝙ interiorẽ afflictionẽ exprimãt voce. ¶Rursus aliquis dicere posset, naturale esse, qđ dolor cõceptus voce exprimat̃, sed ad sapiẽtiã non pertinere: qđ ex quibusdã causis tristitiã corde cõcipiat: vt stoici posuerũt. Sed hoc ostẽdit Iob esse cõtra naturã sensitiuã. Nã sensus nõ potest nõ refugere id, quod est nociuũ vel incõueniẽs: & ideò dicit, *aut poterit comedi insulsum, quod nõ est sale cõditũ* quasi dicat nõ, quia videt, quod huiusmodi insipida nõ cõueniũt ad delectationẽ gustus, & similiter ea quæ nõ sunt delectabilia, nõ potest cor hominis libenter acceptare: & multo minus illa quę sunt amara & noxia, vnde subdit, *aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortẽ.* quasi dicat nõ. Et sicut hoc est impossibile in sensu exteriori, ita impossibile est, quod ea quæ per sensus exteriores apprehẽdunt̃, vt noxia: sine tristitia recipiãtur, sed quia sapiẽs, licèt tristitiã patiatur, eius tamẽ ratio à tristitia nõ absorbetur: sicut Iob qui licèt tristitiã pateretur, tamen ei maxima inerat sollicitudo & timor, vt se cõtra tristitiã teneret, ne per tristitiã deduceretur in aliquod vitiosum. Quod vt vitaret, præoptabat mortẽ: & ad hoc exprimendũ, dicit. *quæ prius tãgere nolebat anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.* Quasi dicat, ea quæ prius aĩa mea abhorrebat, nũc delectabiliter appetit, & quæ sint ista ostendit dicẽs. *Quis det vt veniat petitio mea.* & vt hãc petitionẽ nõ ore teneat tantũ sed etiã ex intimo corde ꝓponere ostẽdatur subiũgit. *& quod expecto tribuat mihi Deus.* & q̃ sit ista petitio, ostẽdit subdẽs: *& quæ cœperit* s. me affligere, *ipse me cõterat sup mortẽ.* & hoc est, quod subdit: *soluat manũ suã & succindat me.* manũ Dei dicit potẽtiã diuinã qua ipsum Deus afflixerat, quæ quidẽ manus quodãmodo ligata videtur diuina volũtate, dũ per misericordiã affligere desistit: soluitur autẽ quodãmodo, dum ad finẽ occisionis percussio diuina perducitur. Et quia dixerat ea quæ prius tãgere nolebat, nũc cibos suos esse, ostẽdit quomodo hoc sit intelligendũ, quia. s. mors quæ sibi fuerat horribilis, nũc effecta est dulcis. vnde subditur *& hoc mihi sit cõsolatio: vt affli. me. do.* scilicet Deus *nõ parcat.* id est non retrahat manũ suã, sed me ad mortẽ perducat. & quare hoc optet, ostẽdit p id, quod subdit: *nec contradicã sermonibus sancti.* i. Dei. hoc est eius iudicijs sanctis, quibus me afflixit: timebat enim Iob ne per afflictiones multas ad impatientiam deduceretur: ita quod ratio tristitiã reprimere non posset. Impatientia autẽ ratio est: vt ratio alicuius ab eo à tristitia deducatur, qua diuinis iudicijs contradicit, si verò aliquis tristitiã quidem patiatur, secũdum rationalem partẽ. Sed ratio diuinæ volũtati

Universidad de Deusto
Biblioteca

se conformet,nō est impatientię defectus.& sic falsò Eliphaz arguebat Iob:vbi dixerat.*nunc venit super te plaga, & defecisti.* licèt enim tristaretur,nō tamen defecerat. ¶Deindè assignat & propria fragilitate quā timebat,ne ad hoc perduceretur,vt cōtradiceret sermonibus sanctis: Huiusmodi em timor ex duplici causa posset tolli. Primò quidē si tanta esset sibi rationis fortitudo , vt nullo modo superari posset , sicut est in illis, quorū est liberū arbitrium per gratiam confirmatum,sed hanc fortitudinē in se nō sentiebat,vnde dicitur: *Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam.* scilicet tot tribulationes. ¶Secundò si tribulationes & tristitias aliquo breui tempore tolerare oportet.& ideò ad hoc remouendum adiungit.*aut quis finis meus vt patienter agā.* Quasi dicat quis terminus tribulatiōiū meis positus est,vt vsq; ad illū expectans, posim præsumere me patientiā seruaturum:& ad horū expositionē subiungit,dicēs: *nec fortitudo lapidis fortitudo mea.* fortitudo em lapidum sine sensu est,fortitudo autem hominis est cū sensu eorū quæ noxia sunt , propter quod subditur. *nec caro mea ænea est.* id est sine sensu,quia quātuncunq; ratio mortalis hominis fortis sit:necesse est quod ex parte carnis experiatur sensum doloris,& per hoc excluditur increpatio Eliphaz, qui tristitiæ beatū Iob arguebat. Et si em inesset beato Iob fortitudo mētis, aderat tamen ex parte carnis sensus doloris,quæ tristitiā cōsequebatur. Similiter etiā per hoc cōstatur opinio stoicorū dicētium sapientē nō tristari,cuius opinionis Eliphaz fuisse videbatur. Beatus autē Iob hoc defendere intēdit:quod sapiēs tristatur quidē sed ad hoc studet per rationem,vt ad inconueniens nō deducatur,quod etiam peripatetici posuerunt.

LECTIO II.

Ecce nō est auxiliū mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt à me. Qui tollit ab amico suo misericordiā, timorē domini derelinquit. Fratres mei præterierūt me,sicut torrēs qui raptim trāsit in cōualibus. Qui timēt pruinā, irruet super eos nix. Tēpore, quo fuerint dissipati peribūt, & vt incaluerint soluētur de loco suo. Inuoluitæ sunt semitæ gressuum eorū, ambulabūt in vacuum, & peribūt. Cōsiderate semitas themā, itinera saba & expectate paulispher. Cōfusi sunt: quia speraui Venerūt quoq; vsque ad me, & pudore cooperti sunt. Nunc veneristis , & modo videtes plagā meam timetis. Nūquid dixi afferte mihi & de substātia vestra donate mihi, vel liberate me de manu hostis: & de manu robustorū eruite me. Docete me, & ego tacebo, & si quid fortè ignoraui instruite me. Quare detraxistis sermonibus veritatis , cū è vobis nullus sit qui possit arguere me. Ad increpandū tantū eloquia cōcinnatis , & inuentū verba profertis. Sup pupillū irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrū. Verūtamē quod cœpistis explete. Prabete aurē, & videte an mentiar. Respondete obsecro absque cōtentione, & loquentes id quod iustum est iudicate. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem , nec in faucibus meis stultitia personabit.

¶Ostenderat Iob in præcedentibus se rationabiliter dolorē sensisse & verba doloris protulisse.Sed dolore nō esse absorptū , propter ea quæ passus erat. Sed quia interdū homo,licèt aliqua aduersa patiatur,ita se suo alieno auxilio & solatio contra aduersa tuetur , vt vel paruum,vel nullū dolorē percipiat,vult ostēdere beat⁹ Iob se huiusmodi remedijs esse destitutū,vt ex hoc appareat euidētius se rationabiliter verba doloris protulisse.Et primò quidē ostēdit se prædictis remedijs destitutū esse ex parte sua,cū dicit.*Ecce nō est auxilium mihi in me.*& si em bona eius aliqualiter direpta fuissent, posset hoc absq; tristitia tolerare:si se posset adiuuare ad recuperādū bona amissa,& ad vindicādū iniuriā illatā.Sed hoc nō poterat oīb⁹ diuitijs,filijs,& pprij corporis sanitate destitut⁹:rursus multa p nosipsos nō possumus,q̄ possum⁹ p amicos.& iō Iob secūdo ostēdit se etiā auxilio amicorū destitutū esse:cū dicit.*& necessarij quoque mei.* i.familia,& res, & domestici.*recesserūt à me.*& q̄d hoc nō sine culpa illorū sit,ostēdit subdēs.*qui tollit ab amico suo misericordiā.* i.in tēpore miseriæ.*timorē domini derelinquunt.* i.reuerētiā,quā debet habere ad Deū, ppter quē & in quo pximō diligēdus est,qui nō diligit fratrē suū quē videt,Deū quē nō videt,quomodo pōt diligere:¶ Deinde ostēdit se etiā à cōsanguineis esse derelictū dicēs.*fratres mei.* i.cōsanguinei mei *præterierūt me.* loquit ad similitudinē simul in via incedētiū,ac si vno cadēte in foueā,alij nihilomin⁹ pcedāt eo dimisso.& quidē aliqualiter excusabiles essent,si postquā aliquo tēpore auxiliū tulissent,dimjsissent:vel ppter editū,vel ppter desperationē adiuuādi.& ideò vt inexcusabiles sint,ostēdit se statim & subitò ab eis esse desertū,q̄ significat cū subdit.*sicut torrēs qui raptim tamē sit in conuallibus.* qui velocissimē mouet:& ne hoc se impunè fecisse credāt,subiūgit.*qui timet pruinā irruet sup eū nix.* Quasi dicat q̄, ppter timorē minoris periculi à instītia & misericordia discedit,in maiora pericula deducetur,vñ & fratres Iob qui eū prēterierūt cōpati nolētes,ipsi tristitiā in pprijs pōnis suis sustinebāt,& q̄d eorū pericula futura sint sine remedio,ostēdit subdēs,*tēpore quo fuerint dissipati,* in quo incurrēt aliqua pericula peribūt.s.totaliter.*& vt incaluerint soluētur de loco suo.* Loquitur sub metaphora niuis de qua fecerat mētionē,quæ cū multū firmata fuerit,nec adhuc cōgelata,statim ad radiū solis dissoluitur,hoc est ergo quod dicit,*vt incaluerint soluētur de loco suo.* i.statim ad primū impetū aduersitatis,quasi cuiusdā caloris,tota eorū prosperitas dissoluet, vñ dicit.*inuolutæ sunt semitæ gressuū eorū.* Illud cm,q̄d inuoluit in seipsum quadā tortuositate redit,illorū q̄dē semitæ inoluntę sunt,qui in cōsanguineis & amicis,nihil nisi ppriā vtilitatē q̄rūt,ppter hoc in tēpore psperitatis amicitiā simulāt,sed in tēpore aduersitatis derelinquūt.Sed hoīes q̄ fraudulēter ppriā vtilitatē q̄rūt,plerūq; à sua spe deficiūt.& ideò subdit.*ambulabūt in vacuū.* tūc em aliqui ī vacuū ambulare dicuntur,q̄n à fine ambulationis deficiūt,& nō solū eorū spes euacuabit:sed etiā cōtrariū eis accidet:vñ sequit:*& peribūt.* i.totaliter destruētur:sic ergo cū Iob in seipso,nec in domesticis,nec in cōsanguineis auxiliū haberet,nō immeritò doloris verba protulerat.¶ Cōsequēter ostēdit,q̄d nec in alijs amicis.vñ dicit:*Cōsiderate semitas themā, itinera saba.* in quib⁹ regionibus maximè videbatur habuisse amicos.Nā & Eliphaz de themā venerat.*& expectate paulisper cōsiderātes.* s.vtrū aliqui p has vias veniāt ad auxiliū mihi deferēdū ,& hoc nō videbitis.*quia cōfusi sunt.* s.venire ad me.*quia speraui.* id est,quia tēpus erat in quo ab eis auxiliū sperare debebā. Homines em q̄ auxiliari nolūt,cōfundūtur visitare illos à quib⁹ existimāt sibi rōnabiliter posse peti auxiliū.*venerūt quoque aliqui.* qui.s.non mihi dederūt auxiliū,cū cognoscerēt se debere,nec est micū de alijs,cum etiā vos q̄ sapiētiores videmini,in hoc deficiatis.Vnde subdit.*nūc veneristis & modo videtes plagā meā timetis.* Ne forte .s.oporteat vos mihi auxiliū ferre,sed non timeatis,quia in nullo auxilium vestrum requisiui:nec requiro à vobis vt subueniatis mihi in denarijs,hoc est, q̄d dicit *nūquid dixi afferte mihi & de substātia vestra donate mihi.* Nec petij à vobis auxiliū ī bello cōtra hostes:& hoc est,q̄ subdit.*liberate de manu hostis: & de manu robustorū eruite me.* Nec petij à vobis auxiliū doctrinæ , & hoc est . quod dicit. *Nūquid dixi docete me.* Scilicet ī speculatiuis.*Et ego tacebo, si quid fortè ignoraui instruite me.* Scilicet in agēdis,nec solum vos mihi auxiliū nō præbetis, sed etiā quātū in nobis est,q̄d pot⁹ est,me vlterius verbis affligitis, & hoc est,q̄ subdit. *Quare detraxistis sermonibus veritatis.* Quos s. primo protuli in mea lamētatione,quā Eliphaz reprehēdere visus est:vt dictū est,& vt hæc detractio inexcusabilis ostēdatur,excludit oīa illa, quibus aliquis reprehēsor à detractione potest excusari. ¶Quorum primum est,cū aliquis maioris auctoritatis alium p culpa reprehēdit,& hoc excludit dicens. *Cū in vobis nullus sit qui possit arguere me.* ¶Secundum est cùm aliquis cōtra aliquē verba dura profert ad eius vtilitatem,& non ad ipsam exacerbandum, & hoc est,quod subdit. *Ad increpandum tantum.* Et nō ad vtilitatem. *Eloquia concinnatis.* Id est, studiosè cōponitis vt non videātur leuiter esse dicta. ¶Tertiū est,cùm aliquis verba quæ profert contra aliquē,efficacibus rationibus munit , & hoc remouet dicens. *Et in ventum verba profertis.* Quasi dicat verba vestra inania sunt, nullū robur rationis habentia. ¶Quartum est,cùm aliquis aliquē reprehendit eo tēpore & in illo statu,in quo præsumi potest,q̄ nō fiat inde deterior,sed melior,sed si aliquis eo tēpore aliquē reprehēdere velit, quo cōsternatus aīo & ad irā dispositus est:videtur nō velle correctionē,sed subuersionem, & ideò dicit. *Super pupillum irruitis , & subuertere nitimini amicum vestrum.* Seipsum pupillum nominat:quia in tristitia positus omni auxilio destitutus erat,& ne quis putaret, q̄ hoc diceret timens contēdere cum eis,quasi de veritate suæ sententiæ , & iustitia suæ causæ præsumeret subiungit. *Verūtamen, quod cœpistis explete.* Vt s.ex mutua disputatione veritas eluceſcat: vnde subdit. *Prabete aurē.* Id est, auscultate. *Et videte.* Id est,cōsiderate. *An mentiar.* Hoc est enim primum impedimētum veritatis inueniēdæ per disputationē,cùm aliquis ea quæ ab aduersario dicuntur,audire nō vult. ¶Secundum impedimētum est,cū ad audita clamosè & cōtumeliosè respondet , & ad hoc remouendum , dicit. *Respondete obsecro absq; contentione.* Est enim cōtentio:vt Ambr.dicit impugnatio veritatis cum cōfidentia clamoris. ¶Tertium impedimētum est cū aliquis in disputatione nō intēdit ad veritatē,sed ad victoriā & gloriā:vt accidit in disputationibus litigiosis & sophisticis, & quantum ad hoc dicit. *Et loquentes id quod iustum est iudicate.* Vt s.cōcedatis ea q̄ vobis vidētur vera, & negetis ea q̄ vidētur falsa,& si hoc feceritis. *Non inuenietis in lingua mea iniquitatem.* Scilicet aliqd cōtra iustitiā quæ debetur proximo. *Nec in faucibus meis stultitia personabit.* Id est,aliquid contra sapientiam,qua rectè sentitur de Deo.Intendebat enim circa diuina & circa humana,& defendere & probare veritatem.

CAP. VII. LECT. I.

Militia est vita hominis sup terrā, & sicut dies mercenarij dies eius. Sicut ceruus desiderat vmbrā, & sicut mercenarius præstolatur finē operis sui,sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumerauī mihi. Si dormiero,dicam quando consurgam, & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras.

¶Eliphaz ī supiorib⁹ volēs beatū Iob à desperatiōe remouere,ei quā dā terrenā beatitudinē repromiserat,si ī crepationē Dñi nō reprobā terrenā beatitudinē repromiserat,si ī crepationē Dñi nō reproba ret:vñ beat⁹ Iob,post⁹ tristitię suæ rōnabiles causas ostēdit:vult vltēri⁹ ostēdere p dictā cōsolationē eliphaz,ex repromissiōe terrenę fœlicitatis eē īcōgruā. Et primò hoc oñdit ex cōditiōe ꝑsentis vitę,postmodum verò id ostēdet ex sua ꝓpria cōditiōe. Circa cōditiōes verò præsentis vitæ,diuersa fuit hominū sententia,quidā em posuerunt in hac vita vltimā fœlicitatē esse:& hāc sententiā videt sequi Eliphaz. Ibi enim est vltimus finis hominis:vbi expectat finalē retributionē pro bonis aut malis:vnde si in hac vita homo remuneraī à Deo pro bene actis:& punitur ꝓ malis:vt Eliphaz videbaī asserere:cōsequēs videtur,q̄ in hac vita sit vltimus hominis finis Hāc autē sententiam intēdit Iob reprobare,& vult ostēdere,q̄ præsens vita hominis non habet in se vltimū finē:sed cōparāt ad ipsum,sicut motus ad quietē: & via ad terminū:& ideò cōparat eā illis statibus hominū,qui tendūt ad aliquē finē.s.statui militū:quia militādo ad victoriā tēdūt,& hoc est,quod dicit.*Militia est vita hominis super terrā.* Ac si dicat:vita præsens:qua sup terrā viuimus:non est sicut status victoriæ.sed sicut status militiæ.Cōparat & eā statui mercenariorū:& hoc est,q̄ subdit.*Et sicut mercenarij dies eius.* Scilicet hominis super terrā viuētis. Cōparat autē præsentē vitā ijs duobus statibus, ppter duo quæ imminēt homini in præsenti vita:vt.s.resīstat impedimentis & nociuis, & ppter hoc cōparat militiæ,& vt operetur vtilia ad finē.& ppter hoc cōparatur mercenario.Ex vtroq; autē exēplo datur intelligi,q̄d præsens vita diuinæ ꝓuidētiæ subditur.Nā milites sub principe militāt,& mercenarij à patrono mercedē expectāt:satis esse in ijs duobus exēplis apparet falsitas sententiæ quā Eliphaz defendebat.Manifestū est enim,q̄ dux exercitus:strenuis militibus nō parcit periculis aut laboribus:sed secūdū q̄ militiæ ratio exigit,interdum eos & maioribus laboribus,& maioribus periculis exponit:sed post victoriā adeptā,magis strenuos plus honorat,sic & paterfamilias melioribus mercenarijs maiores labores cōmittit:sed in tēpore mercedis eis maiora munera largitur.Vnde nec diuina prouidēria hoc habet, vt bonos magis ab aduersitatibus & vitę præsentis laborib⁹ eximat, sed ꝓ in fine eos magis remuneret.Quia ergo ex ijs Eliphaz sententia tota subruīt,ad eorū cōfirmationē Iob intēdit,& eā efficaci rōne demonstrat.Manifestū est enim,q̄ quælibet res adepto vltimo fine quiescit,vnde necesse est,q̄ cū ipsa volūtas humana vltimū finē cōsequuta fuerit,in illo quiescat,& vlterius ad alia desiderāda nō mouea tur:hoc autē cōtrariū in præsenti vita experimur.Nā semper homo quasi nō cōtentus præsentibus,futura desiderat.Vnde manifestū est in hac vita vltimū finē nō esse,sed hāc vitā ad aliū finē ordinari,sicut ordinatur militia ad victoriā,& dies mercenarij ad mercedem. ¶Sciendū est autē,q̄ in præsenti vita præsentia nō sufficiūt,sed desiderīū tēdit in futura,ꝓpter duo.s.propter afflictiones præsentis vitæ,& ꝓpter hoc inducit exēplū animalis desiderātis vmbrā dicēs. *Sicut cerunus.* Ab æstu afflictus.*Desiderat vmbrā.* Qua refrigeretur.& ꝓpter defectū perfecti boni & finalis,quod hic nō habet:& ideò ponit exēplū de mercenario dicēs.*Et sicut mercenarius præstolatur finē operis sui.* Perfectū enim bonū est homini finis.*Sic & ego habui mēses vacuos.* Id est,reputaui mēses prāteritos mihi vacuos prāterijsse:vt pote in quibus perfectionē finalē adeptus nō erā:& noctes deputas quieti cōtra afflictiones.*Et laboriosas enumerauī mihi.* Id est,reputaui aesi essent laboriosæ inquantū in eis retardabar à prosecutione finis.Quomodò autem habuerit mēses vacuos & noctes laboriosas: exponit subdēs.*Si dormiero.* Id est,cū fuerit tēpus dormiendi de nocte:dico quādo cōsurgā exoptās diē.*Et rursum.* Et facto die.*Expectabo vesperā.* Sic semper in futurū per desiderīū tendēs, & hoc quidē est cōmune omni homini viuēti sup terrā:sed plus & min⁹ hoc sentiūt homines:secundū q̄ magis aut minus gaudijs aut tristitijs afficiuntur.Nā qui in gaudio est,minus cōsiderat futurū,plus autem qui in tristitia,& ideo vt hoc desiderīū Iob in se esse vehemēs ostēdat,subiungit.*Et replebor doloribus vsque ad tenebras.* Propter quos dolores præsens tempus,si est mihi tediosum,futurum magis desidero.

LECTIO. II.

Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris cutis mea aruit, & cōtracta est. Dies mei velocius trāsierūt, quā à textore tela succiditur, & cōsumpti sunt absque vlla spe. Memēto quia vētus est vita mea, & nō reuertetur oculus meus vt videat bona, nec aspiciet me visus hominis. Oculi tui in me, & nō subsistam. Sicut cōsumitur nubes & pertransit, sic qui descendit ad inferos nō ascendet: nec reuertetur vltra in domū suam: neque cognoscet eum amplius locus eius.

¶Ostenderat supra beatus Iob cōsolationē Eliphaz ex ꝓmissiōe fœlicitatis in vita æterna fuisse ineptā:ex generali cōditiōe vitę hominis sup terrā.Nūc autē intēdit ostēdere eandē consolationē ineptā esse ex sua ꝓpria cōditiōe:& ꝓponit duo q̄ impediūt ipsum expectare ꝓsperitatē sup terrā.Quorū primū est ī firmitas corporis quā patiebat:homini em graui infirmitate detēto,nil pōt contingere,q̄ cū in hac vita faciat esse fœlicē,& ideò dicit.*Induta est caro mea putredine.* Quasi dicat vndiq; corpus meū circūdatū est putredine,sicut corpus circūdat vestimēto.& quia vulnera in principio curata ad sanitatē perueniūt,ostēdit vulnera sua esse neglecta:vnde dicit.*Et sordibus pulueru.* Nō em erat debito mō curata:quia ad literā,in sterquilinio iacebat:vt supra dictū est.Expectat autē sanitas vulnerū,etiā si vulnera sint neglecta,q̄n natura est fortis:sed in Iob etiā vigor deseruit,vnde dicit.*Cutis mea aruit & contracta est.* Quasi dicat humor naturalis iam cōsumptus est,vel ꝓpter senectutē vel ꝓpter infirmitatē,vñ nō videt locus vt in hac vita vlteri⁹ fœlicitatē expectē. ¶Secundū est,q̄ plurimū tēpus vitæ suæ iam prærierat,vnde modicū tēpus restabat,nec ī eo poterat magnā fœlicitatē expectare: & propter hoc dicit.*Dies mei velocius trāsierūt quā à textēte tela succiditur.* Vita em hominis quātū ad aliqd,similis est texturę.Sicut em ille qui texit telā,fila filis adiūgit,vt ad perfectionē telæ perueniat qua perfecta eā succindit,sic ad hoc vt vita hominis perficiat,dies dieb⁹ addūtur,cū autē fuerit perfecta,tollit.Ideò velocius trāseūt dies homi nis quā tela succindat,quia in opere telæ textor interdū quiescit,sed tempore vitæ hominis absq; quiete cōtinuò laboratur. ¶Sed posset aliquis dicere,q̄ licèt plurimū tēporis vitæ eius trāsierit,adhuc tamē posit expectare reditū ad statū vitę prætęritæ.Posuerūt enim aliqui q̄ post mortē trāsactis plurimis annorū circulis homo reditur⁹ erat ad eandē vitæ seriē quā prius egerat,vt puta,q̄ Plato in futuris tēporibus lecturus erat Athenis,& eadē lecturus quę prius egit.& sic homo,licèt plurimū tēporis vitæ eius trāsierit,posset expectare restitutionē beatitudinis in vita futura. Et ideò ad hoc remouēdū subiūgit Iob.*Et cōsumpti sunt absque vlla spe.* Id est,redeūdi.s.ad pristinos dies,& ad hoc probandū subiūgit,ad Dominū loquēs,ad quē ab illo loco.*Militia est vita hominis super terrā.* Videtur direxisse sermonem dicēs.*Memēto quia vētus est vita mea.* Id est,vento similis.Sicut enim vētus pertrāsit,& vltra nō reuertit:ita vita hominis cū pertrāsierit, nō redit:& hoc est quod subdit.*Et nō reuertetur oculus meus:vt videat bona.* Scilicet terrenæ vitæ,quā quōdā habui & nūc amisi:& sicut cū vita mea prætęrierit,ego nō reuertar vt videā bona terrena,sic nec videbor ab oculo terreno. Vnde sequit,*Nec aspiciet me visus hominis.* Ponit enim hic duo,vt significet,q̄ nō reuertet ad cōuersationē humanā,quæ maximè cōsistit in videre & videri.Nā visus cū sit subtilior sensuū,principatū tenet in vita sensibili.Sed quāuis post mortē ab hominis oculo se dixerit nō videndū,cōfiteturtn se videndū esse ab oculo diuino,in hoc,q̄ subdit. *Oculi tui in me.* Scilicet erūt.Deo enim mortui conspicui sunt,qui spiritualia intuetur,quia mortui secundū spiritū viuūt,nō secūdū carnē,quā homo aspicere potest.Posset autē aliquis ex hoc intelligere,q̄ oculi Dei ita respiciāt mortuū, nō secūdū statū præsentē,sed secūdū q̄ respicit futura,quasi homo mortuus iterū reditурus sit ad vitā quā dimisit.Et ideò ad hoc excludendū subiūgit,*& nō subsistā.* quasi dicat sic dico,q̄ oculi tui in me erūt post mortē,quod tamē ego postmodū meritò nō subsistā in statu huius vitæ terrenæ.& hoc ꝓbat per simile cū subdit,*sicut cōsumitur nubes, & pertrāsit sicut qui descēdit ad inferos & nō ascēdet.* Dicunt autē mortui ad inferos descēdere,vel quia secūdī animā ante Christi mortē,oēs ad infernū descēdebāt,vel quia secundū carnē sub terra ponūtur.Quātū cm ad præsens pertinet,nihil differt quomodocūq; exponat.Nihil em aliud vult dicere,nisi q̄ mortui nō redeūt ad vitā prætęritā,& hoc ꝓbat in quadā simili probatione sufficiēti.Sicut enim Philosophus docet,in secūdo de generatione tā in corporibus corruptibilibus,quā in corporibus incorruptibilibus,quidam circularis motus apparet.Sed hæc est differētia, quia in corporibus cœlestib⁹,secūdū circulationē reiteraī idē numero,sicut idē sol numero qui occidit & redit ad ortū:& hoc ideò quia subst̄ātia nō corrūpitur in tali mutatione,sed solus locus mutatur.In motu verò generabiliū & corruptibiliū,nō redit idē numero,sed idē specie:patet em,q̄ secūdū circulārē motū solis,nubiū circulatio quædā fit in dispositione aēris.Nā in hyeme sunt nubes,& postmodū in æstate cōsumūtur.Et iterū redeūte hyeme,redeūt nubes,nō tamē eædē numero,sed eædē specie:quia illæ nubes quæ prius fuerūt omnino,dispersuerūt:& similiter est in hominibus,nō em idē homines per generationes redeūt,qui prius fuerūt secūdū numerū,sed solū secūdū speciē.¶ Ex quo patet solutio rōnis illorū,qui ponebāt reditū ad eandē vitā,& ad eosdē actus.Credebāt enim,q̄ inferiora dispoñtur secūdū modū corporū cœlestiū,vñ cū redierit eadē cōstellatio post plurima tēporū spatia,credebāt,q̄ rediret eadē res numero.Nō est autē necesse,q̄ redeāt eadē numero,vt dictū est,sed solū similes secundū speciē.Ponebāt autē isti,q̄ homo mortuus post certa tēporū spatia, nō solū rediret ad vitam,sed etiam ad easdē possessiones & domos, quas prius habebat,& ideò ad hoc excludendū subiungit.*Nec reuertetur vltra ad domū suā.* Ponebat etiā,q̄ eadē opera acturus erat,quæ prius egit,& eadē officia & dignitates habiturus.Vnde ad hōc etiam excludendū subiungit.*Nec cognoscet eū amplius locus eius.* Et nō redibit vlterius ad locū suum,& accipitur hic locus pro statu personæ, illo modo loquēdi quo dicere cōsueimus,iste habet magnū locum in ista ciuitate.Manifestū est autē ex ijs,quòd Iob nic resurrectionē quā fides asserit,nō negat,sed reditū ad vitā carnalē,vt quidā Philosophi etiā posuerūt.Nec hoc etiā cōtradicit narrationi scripturę,de hoc,q̄ aliq; fuit resuscitati ad vitā ꝑsentē,Quia aliud est,q̄ miraculose agit,aliud est,q̄ agit secūdū cursum naturalē,ꝓpriè hic loquitur Iob.Cōsiderā.ū est etiā qa q̄d supra dixit,*Memēto quia vētus est vita mea.* nō ideò dixit,quasi ī Deū obliuio cadat,sed loquitur ex hy-

Tex.cō menti. 69.

Universidad de Deusto Biblioteca

pothesi possessiõi aduersariorũ. Si enĩ Deus repromitteret homini, cuius vita iam quasi præterijt, bona in hac vita terrena, videretur quasi oblitus: quia vita hominis ad modũ venti sine reditu transit.

LECTIO III.

Qvapropter & ego non parcã ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, cõfabulabor cũ amaritudine animæ meæ. Nũquid mare ego sum, aut cœtus, quia circundedisti me carcere? Si dixero consolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens mecũ in stratu meo: terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Quambrorem elegit suspẽdiũ anima mea, & mortẽ ossa mea. Desperaui: nequaquã vltra iã viuã.

¶ Postquã ostendit Iob consolationẽ Eliphaz promittẽs prosperitatem terrenã fuisse incõgruam, per rationes ostensiuas nunc idem ostendit, deducẽdo ad incõueniens, quia si illi cõsolationi inniteretur, quę ex spe terrenę prosperitatis sibi aliquãdo secũdum Eliphaz danda erat, cũ ista spes friuola sit & vana (vt ostensum est) sequebatur, ꝙ oporteret eum adhuc in tristitia remanere, & doloris verba proferre, & penitus desperare, & ideò quasi cõtra populum disputãs cõcludit. *Quapropter.* s. vanũ est expectare ꝓsperitatẽ terrenam, vt ostẽsum est, & aliũdè nõ haberis vnde me cõsoler, & ego quasi cõsolatione destitutus. *Nõ parcã ori meo.* Quin loquar verba lamẽtatiõis prout mens suggerit, & hoc est, ꝙ subdit. *Loquar in tribulatione spiritus mei.* Scilicet secundũ quod tribulatio, quã patior spiritũ meum impellit ad loquendum, nec solùm aderat ei tribulatio exterior, sed tristitia interior exinde cõcepta, & ideò subdit. *Cõfabulabor cũ amaritudine animæ meæ.* Id est, in amaritudine quasi fabulosa verba loquar secũdum quod amaritudo animæ meæ mihi manifestabit. Inter cætera autẽ quæ homines amaricati cõfabulari solent, præcipuè solent inquirere de causis suæ amaritudinis: quia vix est aliquis amaricatus, quãdo videatur sibi plus iusto afflictus esse, & ideò Iob gerẽs personã hominis amaricati, infert de causa suæ afflictionis, dicens: *Nunquid mare sum ego, aut cœtus: quia circũdedisti me carcere.* Vbi notandũ est: quia aliter prouidentia diuina operatur circa creaturas rationales, & aliter circa irrationales. In creaturis enim ratiõabilibus, inuenitur meritũ & demeritũ propter liberũ arbitrium: & propter hoc debẽtur eis pœnæ & præmia. Creaturis verò irrationabilibus, cùm nõ habeant liberũ arbitrium, nec merẽtur, nec demerẽtur pœnas aut præmia, sed operatur Deus circa eas ad eorũ ampliationem vel restrictionẽ, secundum quod cõpetit ad bonum vniuersi. Ex qua quidẽ promissione seu ratione, cõtingit quod Deus mare coërcet, ne totã terræ superficiẽ occupet, vt sit locus animalibus ex terra nascẽtibꝰ. Sic etiã cete infra mare occeanũ coërcet, ne si in alia maria deduceretur aliquibus posset esse etiã nocumentũ, & ideò inquirit Iob vtrũ similis causa sit suæ afflictionis causæ propter quã coarctatur mare aut cœtus: vt scilicet afflictus sit, nõ propter aliquod suum detrimẽtum, sed propter aliquã vtilitatẽ exindè alijs prouenientẽ. Dicit autẽ se carcere circundatũ, eò ꝙ ita oppressus erat tribulatione, ꝙ ex nulla parte patebat sibi, vel liberatio, vel cõsolatio, & ideò cõsequẽter ostendit se priuatũ esse illis remedijs, quibus afflicti solent cõsolari: quorũ vnum est somnus. Nam propter somnum tristitia mitigatur: & hoc notatur cũ dicit. *Si dixero cõsolabitur me lectulus meus.* Scilicet tẽpore dormitionis. Aliud remedium est cũ homines sapientes per deliberationẽ rationis seipsos consolantur, & hoc remedium tangit cũ dicit *Reuelabor.* Scilicet ab oppositiõe tristitię. *Loquens mecum.* Per deliberationẽ ratiõis. *In stratu meo.* Homines enim sapientes qñ solitarij sunt, & à tumultibus hominum & negotiorum semoti, tunc magis secum loqui possunt secundũ rationem aliquid cogitando, sed ista remedia eum iuuare nõ poterant: quia tẽpore quo ijs remedijs vti debeat, aderãt sibi alia impedimenta, quibus turbabatur. s. somnia terribilia & visiones horribiles, & hoc est, ꝙ subdit. *Terrebis me per somnia.* Quæ scilicet dormienti apparent. *Et per visiones.* Quæ scilicet apparent vigilãtibus ab vsu exteriorum sensuum alienato. *Horrore concuties.* Solent enim nocturna phantasmata conformia esse diurnis cogitatiõibus. Vnde quia Iob in die mœrores cogitabat, similibus phãtasmatibus pturbabatur in nocte. Infirmitas etiã corporis ad hoc operatur: vt pturbata phantasmata dormientibus appareant, sic ergo vndique cõsolatione exclusa, nullus modus mihi remanet tot angustias euadendi, nisi per mortem, & ideò prælegi mortem quantũcunque abiectam: vt vitem tantam miseriam, & hoc est, quod dicit. *Quãobrem elegit suspendium anima mea.* Et ne putaretur hæc electio ex aliqua infirma cogitatione prouenire, alijs fortibus cogitationibus repugnãtibus, subiungit nil esse ĩ se tã fortè, ꝙ mortẽ nõ desideret, & hoc ẽ, qđ dicit. *Et mortem ossa mea.* Solet enĩ p ossa ĩ scriptura id, qđ est in hoĩe robustiꝰ designari, & quare hoc eligat ostẽdit, cũ subdit. *Desperaui.* i. à spe quã mihi dedisti: vt iterũ fruar ꝓsperitate terrena, & quare desperauerat ostẽdit subdẽs. *Nequaquã vltra iã viuã.* In quo duo pñt intelligi q̃ supra posuerat. s. ꝙ maiꝰ tps vitę suæ iam pterierat, & ꝙ nõ erat reditus post mortem ad eandẽ vitã: vt scilicet viueret super terrã. Hoc ergo incõueniens inferebat ipse Iob ex consolatiõe Eliphaz, quòd scilicet desperatus mortem eligeret, & non haberet vnde tristitiã reprimeret.

LECTIO IIII.

Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum. Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam saliuam meam. Peccaui. Quid faciam tibi ò custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi? & factus sum mihimetipsi grauis. Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meã? Ecce nunc in puluere dormio, & si mane me quæsieris, non subsistam.

¶ Postquã ostendit Iob, ꝙ consolatio Eliphaz ex promissione fœlicitatis terrenæ, inducebat eum ad desperationẽ & desiderium mortis, ostendit quid sibi sperãdum relinquatur à Deo: vt scilicet tribulatio illata cesset, & hoc est, quod dicit. *Parce mihi Domine.* Quasi dicat à spe prosperitatis terrenæ decidi, hoc mihi sufficit vt parcas. i. flagellare desistas. & quia ad parcendum inducere solet paruitas & miseria hominis. & subiungit. *Nihil enim sunt dies mei.* Quod videtur referri ad hominis paruitatẽ, & ad vitæ breuitatẽ, & cõiter quãtùm ad oẽs, & specialiter quãtùm ad seipsum, cuius dies iã pterierãt. Vtrũq; autem cõnaturaliter ꝓsequitur, & primò de paruitate dicẽs. *Quid est homo,* Id est, quã paruum quidẽ & infirmum scđm corpus. *Quia magnificas eum.* Honore grandi inter cæteras creaturas. *Aut quid apponis erga eum cor tuum.* Eum s. spirituali cura custodiẽdo & ꝓtegẽdo. Vbi cõsiderãdum est, ꝙ licèt oĩa subsint diuinæ ꝓuidẽtię, oĩa tñ scđm statum suum ordine ꝓsequenti à Deo aliter & aliter disponuntur. Cùm enim oĩa particularia bona, quæ sunt in vniuerso, ordinari videãtur ad cõmune bonum vniuersi, sicut pars ad totum, & imperfectum ad perfectum, eo modo aliqua disponuntur secundum diuinã prouidentiã, secũdum ꝙ habent ordinẽ ad vniuersum. ¶ Sciendũ est autẽ, ꝙ secũdũ modũ: qui aliqua participant perpetuitate, essentialiter ad perfectionẽ vniuersi spectant: secũdũ autẽ, ꝙ à perpetuitate deficiũt, accidentaliter ptinẽt ad perfectionẽ vniuersi, & nõ per se: & ideò secũdũ ꝙ aliqua perpetua sunt propter se, disponuntur à Deo, secundũ autẽ, ꝙ corruptibilia sunt, ꝓpter aliud. Quæ ergo ꝑpetua sunt, & specie & indiuiduo ꝓpter se gubernanĩ à Deo. Quæ autẽ sunt corruptibilia indiuiduo perpetua specie tantũ, secundum speciẽ quidẽ propter se dispẽsantur à Deo: secundũ autẽ indiuiduum propter speciẽ tantũ: sicut bonũ & malũ, quod accidit in brutis animalibus: vt pote quod hæc ouis occiditur à lupo: vel aliquid aliud huiusmodi, nõ dispẽsatur à Deo propter aliquod meritum vel demeritũ huius lupi, vel huius ouis. Sed propter bonũ specierũ, quia diuinitus vnicuiq; speciei ordinatus est ꝓprius cibus: & hoc est, qđ dicit. *Aut quid apponis erga eũ cor tuũ.* Dum scilicet ei prouides propter eius bonũ nõ apponit autẽ in brutis erga singularia cor suũ: sed erga bonũ speciei, ꝙ potest esse perpetuũ. Quomodo autẽ apponat erga eũ cor suũ, ostẽdit cũ subdit. *Visitas eũ diluculo.* Id est, à principio natiuitatis tua ꝓuidẽtia administrans ei quæ sunt necessaria ad vitam & magnificationẽ, tã corporalẽ quã spiritualẽ. *Et subitò probas illum.* Per aduersa, in quibus apparet qualiter se habeat ad virtutem, quia sic habetur. Vasa figuli ꝓbat fornax, & homines iustos tẽtatio tribulationis. Ecclef. 27. Dicitur autẽ Deus hominẽ ꝓbare, nõ vt ipse addiscat qualis est homo, sed vt aliũ cognoscere faciat, & vt ipsemet seipsum cognoscat. Hæc autẽ verba nõ sunt intelligẽda tãquã improbãtis diuinã circa homines sollicitudinẽ, sed tanquã inquirẽtis & admirantis. Id enim quod de homine videĩ exterius paruũ quidẽ est & fragile & caducum. Vnde mirũ videtur, quòd Deus tantã sollicitudinẽ habeat de homine, nisi aliquid luceret in eo, quod esset perpetuitatis capax. & per hãc inquisitionẽ & admirationẽ sententia Eliphaz excluditur, quia si nõ esset alia vita hominis, nisi quæ est super terrã: nõ videretur cõdignꝰ homo tãta Dei sollicitudine circa ipsum. Ipsa ergo sollicitudo, quã Deus specialiter habet de homine, demonstrat aliam esse vitam hominis post corporis mortẽ. ¶ Deinde aliã rationẽ subiungit: vt sibi parcatur: sumpta ex humilitate vitæ eam sub interrogatione ꝓponẽs, cũ dicit. *Vsquequo nõ parcis mihi.* Quasi dicat tẽpus hominis breue est, & tẽporis vitę meæ maior pars trãsijt, quis ergo terminꝰ expectaĩ, vt mihi parcas, si mõ nõ parcis: vt saltẽ aliqđ breue spatiũ habeã in quo quiescã, qđ significat in hoc, quod subdit: *Nec dimittis me vt glutiã saliuã meã.* Homines enĩ, dũ verba ꝓferunt, saliuã glutire nõ possunt, necessariũ est ergo ĩ loquẽdo aliquã modicã pausam fieri, vt saliua vel expuaĩ, vel glutiaĩ. Cui quidẽ horulæ residuũ tẽpus vitæ suæ cõparat: ac si dicat: si parcere differas, nõ remanebit mihi à laboribꝰ aliqua quies: saltẽ illi pausæ similis, qua loquentes saliuã glutiũt, & hoc etiã nõ ꝓcedit ex suppositiõe sentẽtiæ Eliphaz: quia si nõ sit vita alia hominis nisi quæ est hominis sup terrã: nõ restat quãdo Deus parcat, si in hac vita nõ parcit. ¶ Posset autem aliqs dicere iob indignũ esse: vt sibi parcatur à Deo: quia peccata sua merẽtur eũ vlteriꝰ affligi secũdũ sentẽtiã Eliphaz qui eũ ꝓpter peccata flagellari putabat: & ideò subdit. *Peccaui.* Quasi dicat esto, ꝙ peccauerim, & ꝓpter hoc merear flagellari: adhuc remanet ratio quare Deꝰ mihi parcere debeas, & subiũgit adhuc tres rõnes, quare parcere debeat, sumptas ex hominis ĩfirmitate. ¶ Quarũ prima sumiĩ ex ĩpotẽtia satisfaciẽdi: homo enĩ nihil cõdignũ facere põt, ꝓprijs virtutibus, ad

recõpensandũ offensam quã cõtra Deũ cõmisit. & hoc est, qđ dicit. *Quid faciã tibi ò custos hominũ.* Quasi dicat si tantã sollicitudinẽ de hominibus habeas, quasi custos eorũ vt de singulis eorũ actibꝰ rationẽ requiras, nõ suppetũt meæ vires ad faciẽdũ aliquod propter quod peccata remittas, vnde si hoc expectatur, nũquã mihi parceres: & ideò hoc non obstãte mihi parcere debes. ¶ Secũda ratio sumiĩ ex impotẽtia perseuerãdi: homo enim post corruptionẽ humanæ naturæ perseuerare nõ potest sine gratia Dei. Vnde in sacra scriptura consuetũ est dici, ꝙ Deus aliquãdo indurat vel excæcat, ex hoc ꝙ gratiã nõ largitur, per quã emolliatur & videat, secũdũ ergo hũc modũ & hic loquitur dicẽs: *Quare posuisti me cõtrariũ tibi.* i. quare mihi gratiã nõ dedisti: per quã in hoc perseuerarẽ: vt mihi cõtrarius nõ esses per peccatũ Quicũq; enim peccat, quãtũ in se est, Deo cõtrarius est: dũ. s. diuinis mãdatis repugnat: siue quæ sunt in lege scripta tradita: siue naturaliter indita hominis rationi. ¶ Sciẽdũ est autẽ quod ratio fortior est inter oẽs animæ virtutes: cuius signũ est, ꝙ alijs imperat: & eis vtitur ad suũ finẽ. Cõtingit tamẽ, ꝙ ratio interdũ ad modicum absorbetur per cõcupiscẽtiã, vel irã, aut alias inferiores vires, & si peccat, nõ tamen inferiores vires sic possent ratione ligatã tenere, quin semper redeat ad suã naturã, qua in spiritualia homo tendit, sicut in propriũ finẽ. Sic ergo pugna quędã fit etiã hominis ad seipsum dum sinderesis remurmurat rationi ꝓpter hoc, ꝙ per cõcupiscẽtiã vel irã absorpta peccauit, ex quo ex peccato præterito inferioribus viribus est addita pronitas, & ideò ad similes actus ꝓpter cõsuetudinẽ ratio non potest liberè vti inferioribus viribus: vt eas. s. ad superiora bona ordinet, & ab inferioribus retrahat, & sic homo dũ fit cõtrarius Deo per peccatũ, fit etiã sibimetipsi grauis, & hoc est, quod subdit. *Et factus sum mihimetipsi grauis.* In quo apparet, ꝙ peccatũ statim suã pœnã habet, & sic post hãc pœnã facilius videtur homini esse parcẽdũ. ¶ Tertia ratio sumitur ex impotẽtia hominis, ad purgãdũ peccatũ, homo enim per seipsum in peccatũ labiĩ, sed solius Dei est peccatũ remittere, & ideò quærit Iob si pœna mea cessare non debet, quãdiu peccatũ manet, & tu solus peccatũ auferre potes. *Cur nõ tollis peccatũ meũ.* Quod in te Deum, vel in meipsum cõmisi, & adhuc subditur. *Et quare nõ aufers iniquitatẽ meã.* Si qua est cõtra proximum permissa. ¶ Cõsiderãdũ est autẽ, ꝙ huiusmodi quæstiones Iob, nõ facit quasi temerarius diuinorũ iudiciorũ inquisitor, sed ad fœlicitatẽ destruendam, quã aduersarij asserere nitebantur. s. ꝙ in hac vita tantum esset expectãda à Deo bona vel mala pro factis humanis, quo quidẽ posito, tota ratio diuinorũ iudiciorũ turbatur: quibus homines in hac vita punit ꝓpter peccata, vel peccata remittit, secundũ quod eos præordinat ad vitã futurã, vel prædestinãdo, vel reprobãdo. Si autẽ non esset vita futura, sed tantũ præsens, nõ esset ratio quare Deus differret parcere ijs quibus parcere intẽdit, ante eos iustificare & remunerare, & ideò Iob vt suam intẽtionẽ aperiat, subdit: *Ecce nũc in puluere dormio:* Quia iam in promptu est finis vitæ meæ, cũ moriar resoluendus in puluerẽ, & ꝓpter incertitudinẽ mortis tẽpus vitæ nõ potest expectari. Finit etiã dies crastinus, & ideò subdit. *Et si manè me quæsieris nõ subsistã.* Quasi dicat nõ possum repromittere mihi tẽpus vitæ vsq; in manè, nec dũ lõga vitæ spatia, in quibus expectare possumus, quod mihi parcas si alia vita nõ erit. ¶ Cõsiderandũ est autẽ, ꝙ Iob procedit more disputationis, cui à principio sufficit falsam opinionẽ repellere, & postmodum aperit quicquid ipse de veritate sentiat. ¶ Notandũ est etiã, ꝙ Iob in verbis præmissis tres rationes tetigit, quare aliquis in hac vita flagellatur à Deo. Prima est: vt cohibeatur eius malitia, ne alijs possit nocere: & hãc rationẽ tetigit cũ dixit. *Nũquid mare sum ego aut cœtus quia circũdedisti me carcere.* ¶ Secũda est: vt habeatur hominis experiẽtia, vt scilicet virtus eius manifestetur, & hanc tetigit cum dixit. *Visitas eum diluculo, & subito probas illum.* ¶ Tertia est peccatorum in pœnam, & hanc tetigit cum dixit. *Peccaui quid faciam tibi ò custos hominum.*

CAP. VIII. LECT. I.

Respondens autem Baldath suites dixit. Vsquequo loqueris talia & spiritus multiplex sermonis oris tui? Nunquid Deus supplantat iudiciũ, aut omnipotẽs subuertit quod iustum est? Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ, tu tamen si diluculo cũsurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus. Si mundus & rectus incesseris statim euigilabit ad te: & paccatũ reddet habitaculũ iustitiæ tuæ, intantùm vt si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis.

¶ In superioribus beatus Iob dictis Eliphaz respõdit, eius sentẽtiam efficaciter & profundè euacuãdo, sed Baldath suites in eandẽ sententiam cñ Eliphaz cõcordãs, profunditatẽ beati Iob nõ cõprehẽderat, & ideò cõtra respõsionẽ beati Iob loquiĩ, sicut solẽt homines loqui cõtra sentẽtias nõ intellectas. Homines autẽ nõ cõprehẽdẽtes mẽtes loquentiũ, in duobus deficere solẽt, quorũ vnũ est, quia nesciũt quando ille qui loquitur, ad finẽ propositi peruenerit. Aliud est, ꝙ ordinationẽ sermonũ loquẽtis capere nõ possunt, & hoc in verbis Baldath suites manifestè apparet, dicitur enim. *Respõdẽs autem Baldath suites dixit. Vsquequo loqueris talia.* Videbatur enim ei, ꝙ nimis ꝓtraxisset sermonẽ, nõ cõsiderãs, nec intelligẽs ad quẽ finẽ Iob suũ sermonem producere volebat. Similiter etiã ordinationẽ eorũ, qua Iob dixerat, qualiter. s. adinuicẽ cõpacta erãt nõ capiebat, & ideò subiũgit. *Et spiritus multiplex sermonis oris tui.* Reputabat enĩ, quia Iob multa ꝓtulerat, quorũ ordinẽ ipse nõ capiebat, ꝙ essent verba diffuta, & quasi hominis sine ratione, ex impetu spiritus varia loquẽtis absq; ordine rationis, quia vt dictũ est, Baldath intẽtionẽ Iob nõ cõprehẽderat, eius verba in alia intẽtione accipiẽs, ad incõueniẽs deducere conaĩ. Volẽs enim Iob superioribus excludere sententiã Eliphaz ponentis, ꝙ aduersitates in hoc mũdo pro peccatis hominũ cõtingebãt, & ꝙ peccatores flagellati à Deo si cõuertãtur, ad statũ ꝓsperitatis reducenĩ: cõtrariũq; locutus fuerat. Nã cõtra primũ, vt supra expositũ est, dixerat: *Vtinã appẽderẽtur peccata mea.* Cõtra secũdũ dixerat. *Desperaui nequaquã vltra iam viuã.* Et multa huiusmodi ex superioribus patẽt. Hoc autẽ dicebat Iob intendẽs, quod pœnæ peccatorum, & iustitiæ præmiũ nõ sunt expectãda à Deo in hac vita. Baldath autẽ qui aliã vitã nesciebat, sic accepit hæc verba, ac si Iob intẽderet dicere, quod Deus peccata nõ punit, nec benefacta remunerat, ꝙ videĩ esse diuinę iustitiæ cõtrariũ, & ideò Baldath ꝓponit dicẽs. *Nũquid Deus plantat iudiciũ, & omnipotẽs subuertit quod iustũ est.* Quasi dicat hoc sequitur ex tuis verbis si homines in hoc mũdo absq; peccato punit, aut vltra mẽsurã peccati, vel si ad se reuersis bona nõ reddit. ¶ Et notandũ est, ꝙ iustitia dupliciter corrũpitur. s. per astutiã alicuius sapiẽtis, & per violentiã alicuius sapiẽtis, & per violentiã alicuius potẽtis. In Deo autẽ vtrũq; est, & perfecta sapiẽtia, & omnipotẽtia. Nec tamen per sapientiã quæ nomine Dei intelligitur, quasi astutè agẽs, supplãtat iudiciũ, nec per omnipotẽtiã quasi violẽter subuertit, quod iustũ est. Duo autẽ erãt quæ videbãtur impedire Iob, ne pristina ꝓsperitas ei restitui posset, etiã si cõuerteret ad Deũ vt Eliphaz dixerat, quorũ vnũ erat, quia filij quos amiserat, mortui erant, nec expectari poterãt, ꝙ resuscitarenĩ per suã cõuersionẽ ad vitã, & ideò Baldath dicit. *Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ.* Quasi dicat cũ tu cõuersus fueris ad Deũ illa recuperabis, quæ pro peccatis tuis amisisti. Filij aũt tui morte oppressi sunt nõ ꝓpter peccata tua, sed ꝓpter peccata eorũ. Vnde nõ est cõtra sentẽtiã Eliphaz quæ dixerat, ꝙ per cõuersionẽ redibis ad ꝓsperitatẽ, si filij tui te cõuerso, nõ resuscitãtur. ¶ Et notãdum est, ꝙ quia iste Baldath pœnas præsentis vitæ ꝑ peccatis accidere credebat, vltima autẽ pœnarum præsentiũ est mors, tunc homo videtur perfectè pro peccato punitus, quãdo vsq; ad mortẽ perducitur, & ideò subiungit & dicit. *Et dimisit eos in manu iniquitatis suæ.* Quasi in potestate peccatorũ suorũ, & absq; aliquo retinaculo vsq; ad vltimã pœnã pro peccatis. Aliud autem est, ꝙ reditũ ad pristinã prosperitatem impedire videbatur, ꝙ plurimũ tempus vitæ Iob iam trãsierat, & paruũ restabat, vt ipse supra dixerat, vnde nõ videbatur, quod in illo modico tẽpore sufficienter sibi pristina ꝓsperitas posset restitui, etiã si cõuerteretur ad Deũ, & ideò Baldath ei promittit possessionũ recõpensationẽ fiendam ad tempus: vt scilicet, multò maiora bona obtineat, quàm prius habuit, per hoc quod modico tẽpore esset habiturus, & ideò Baldath primo describit ei modũ debitæ cõuersionis, ad quẽ tria requirũtur. Quorũ primum est, vt peccator celeriter surgat: & hoc est, quod dicit. *tu tamen si diluculo.* id est tempestiuè: *cum surrexerit ad Deum,* relictis peccatis secundũ illud. Ne tardes cõuerti ad dominum. Eccl. 5 Secundum est, vt homo pro peccatis satisfaciat, & quantùm ad hoc dicit: *& omnipotentem fueris deprecatus,* Inter satisfactionum enim opera, quasi præcipuũ videtur esse oratio. Tertiũ est: vt homo perseueret, cauens sibi à residuo peccati. & ideò dicitur. *Si mundus & rectus incesseris,* scilicet cauens tibi ab immunditijs carnis, & ab iniustitijs quibus lædiĩ ꝓximꝰ. Sic aũt perfecta cõuersatiõe descripta, subiũgit ꝓmissionẽ ꝓsperitatis, dicẽs: *statim euigilabit ad te Deus,* etenim quasi dormire videtur, cũ iustos affligi pmittit. Euigilat autẽ qñ eos defendit secundũ illud. Exurge quare obdormis dñe, & effectũ huius euigilationis subiũgit, dicẽs, *& paccatũ reddet habitaculũ iustitiæ tuæ.* Quasi Psalm. 43.d dicat domus & familia tua tempore peccati tui. cũ erat reproba, fuit pertubata: & tempore iustitiæ tuæ pacem habebit, & ne posset conqueri de tẽporis breuitate, repromittit excessum ꝓsperitatis, dicens: *Intantũ vt si priora tua fuerũt parua.* scilicet cõparationis sequẽtiũ: & hoc est, quod subdit, *& nouissima tua multiplicentur nimis.* ita quod magnitudo ꝓsperitatis recõpẽset tibi tẽpus, quo ĩ aduersitate fuisti.

LECT. II.

INterroga enim generationem pristinam & diligenter inuestiga patrum memoriam. Externi quippe sumus, & ignoramus, quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram, ipsi docebunt te. Loquentur tibi & de corde suo proferent eloquia. Nunquid virere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua. Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit, sic via omnium qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocritæ peribit. Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius. Innitetur super domum suam, & non stabit, fulciet eam, & non cõsurget. Humectus videtur an-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tequã veniat sol: & in ortu suo germẽ ei⁹ egredietur. Sup aceruũ petra rũ radices eius dẽsabũtur, & inter lapides cõmorabitur. Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, & dicet. Nõ *noui te. Hæc est enim lætitia viæ eius, & rursum de terra alij germinẽtur. Deus nõ proijciet simplicẽ, nec porriget manũ malignis: donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo. Qui oderunt te, induentur confusione, & tabernaculum impiorum non subsistet.*

¶ Baldath Suites in præcedẽtibus eandẽ sentẽtiam quã Eliphaz themanites defendens, posuerat homines pro peccato in præsenti vita diuinitus punitos, post cõuersionẽ ad prosperitatis status redituros, quod quidẽ placitũ probare intẽdit dupliciter. Primò quidẽ experimẽto. Secũdò ex similitudine. Experimentũ enim in rebus particularibus maximè efficax est ad probãdum: & tantò magis, quãtò diutiùs est obseruatũ, & infallibiliter inuentũ. Ea autẽ quæ diuturnitatem tẽporis requirũt, per antiquorũ memorias maximè probantur: & ideò ad propositi probationẽ recurrit ad antiquorũ memorias, quantũ ad antiquos, cùm dicit. *Interroga enim generationẽ pristinã.* & quantũ ad immediatè præcedẽtes cũ dicit. *& diligẽter inuestiga patrũ memoriã.* id est, ea quæ patres tui in memoriã habẽt. Interrogatio autẽ generatiõis pristinæ, est cõsiderare antiquorũ gestorum scripta, & ea quæ de antiquis per famã feruntur. Et quia de rebus antiquis multa fabulosè scribũtur & narrãtur, ne ex hoc aliqs se falli reputet, remittit ad patres: quia narrare possunt ea quæ viderũt, necessitatẽ autẽ huius inuestigatiõis ostẽdit, subdens: *Hesterni quippè sumus.* quasi heri nati, *& ignoramus.* s. hæc antiqua. & hoc quidem dicitur ad ostendendã vitæ nostræ breuitatẽ. vnde subdit: *quoniã sicut vmbra dies nostri super terrã.* vmbra enim citò trãsit: statim scilicet dum remouetur obstaculũ lucis: & dum corpus mouet ad eius obiectionẽ, fit vmbra: prior vmbra transijt, & alia succedit, sic etiam dies hominis sunt in cõtinuo transitu, dum alij alijs succedũt, quid autẽ ex præcedẽti inuestigatiõe vtilitatis subsequatur, ostendit, subdens: *ipsi enim pristini.* s. patres interrogati *docebũt te.* s. veritatẽ super præmissis, vel verbis patrũ vel scriptis & forma antiquorũ. *& de corde suo proferẽtur eloquia.* quod subdit ad ostendendã veritatẽ huius doctrinæ, quasi dicat nõ aliud docebũt quã quod corde senserũt, quia nulla inest causa eis decipiẽdi. Deinde inducit similitudinẽ ad propositi probationẽ, ex rebus corporalibus sumptã. & ponit exemplũ de duobus ex terra nascẽtibus, quorũ vnũ ad sui cõseruationẽ exigit humorẽ in terra. s. scirpus, id est iuncus: vnde dicitur. *Nũquid potest scirpus absque humore viuere.* aliud autẽ requirit loca aquosa, & sunt herbæ latæ, & in summitate acutæ, quę nõ crescũt nisi in locis aquosis. Vnde subdit, *aut crescere carectũ sine aqua.* dicitur enim carectũ locus in quo huiusmodi herbæ crescũt: & q̃ scirpus humorẽ requirit, & carectũ aquã ostendit: quia per solam subtractionẽ humoris aut aquæ faciliter deficecatur: nulla alia causa deficecationis existente.

¶ Est autẽ duplex causa in alijs ex terra nascẽtibus deficeatiõis. vna est naturalis, quæ est propter antiquitatẽ. Altera autem est violẽta, quæ est quãdo euelluntur, vtrãq; autẽ causa cessante, scirpus & carectum arescũt ex sola subtractiõe humoris & aquæ: & hoc est quod subdit *cũ adhuc sit in flore.* id est, cũ adhuc sit in sua virtute & suo vigore: per quod excluditur temporis antiquitas. *nec occupatur manu,* per quod excluditur violẽtia *ante omnes herbas arescit.* id est, præ omnibus alijs herbis facilius. ¶ Hoc autẽ aptat ad propositũ, vbi considerãdũ est, q̃ iste Baldath adhæsionẽ hominis ad Deũ hoc modo intellexit esse causam ꝓsperitatis mundanæ, sicut humor est causa viriditatis herbæ. & hoc ideò, qa bonũ hominis existimabat esse prosperitatẽ terrenã, bonũ autẽ hominis manifestũ est esse ex hoc, q̃ homo Deo inhæret: & ideò credidit, q̃ ex quo Deo nõ inhæret, ei⁹ prosperitas terrena deficiat. & quidẽ verũ est de fœlicitate spirituali, quę est verũ hominis bonũ: nõ autẽ prosperitate terrena, quæ inter mina bona cõputat, vtpotè organicè deseruiẽtia ad verã hominis fœlicitatẽ. & ideò subdit. *Sic viæ omnium qui obliuiscũtur Deũ, & spes hypocritæ peribit.* Vbi cõsiderandũ est, q̃ duobus suprapositis, duo hîc cor respõdentia subdit: carectũ enim manifestã aquã requirit ad sui viriditatẽ, & p eius subtractionẽ arescit. Scirpus autẽ requirit aquã í terra occultatã, & per eius defectũ siccatur. sic & aliqui sunt qui secundũ eius sentẽtiã pereũt, p hoc, q̃ eis subtrahit in manifesto adhæsio ad Deũ, scilicet quia opera manifestè agũt Deo cõtraria: quos significat p eos qui obliuiscũtur Deũ, qui eũ manifestè mala agũt, nec formidãtur, omnino Dei reuerẽtiã postponere videnť: vt etiã eũ in memoria nõ habeãt. Aliqui aũt sunt qui secũdũ eius sentẽtiã pereũt, ꝓpter subtractionẽ occultæ adhæsionis ad Deũ, & ij sunt hypocritæ qui exterius prætẽdũt, ac si Deo inhæreãt, sed cor eorũ est ad terrena: & ideò de hypocrita loquẽs nominauit spẽ: sed de obliuiscẽtibus Deũ, nominauit vias, id est operationes, quia eorũ opera sunt aduersa Deo. Quomodò autẽ spes hypocritæ pereat ostẽdit, cũ subdit: *non ei placebit vecordia sua.* Vbi cõsiderãdũ est, q̃ hypocrita habet cor vanũ, q̃d est negligẽs ad spiritualia, ad tẽporalia verò sollicitũ, ex hoc quidẽ ei placet quãdiu in tẽporalibus ei succedit, secũdũ q̃ sperat, si autẽ ei tẽporalia subtrahant: tũc necesse est, q̃ ei displiceat: quia circa Deũ cor verũ & firmũ nõ habuit, dicit ergo. *Non ei placebit vecordia sua,* Id est aduersitate veniẽte, displicebit ei, q̃ ad Deũ cor rectũ non habuit: & sollicitudo ei⁹: quã circa tẽporalia habuit, omnino deficiet & hoc est, q̃d subdit: *& sicut tela aranearũ fiducia eius.* i. ea in quibus cõsidebat de facili frãgetur, sicut aranearũ tela, cõsidebat enim nõ fidiuino auxilio, sed in fortitudine domus suæ. i. in abũdãtia diuitiarũ, multitudine cõsanguineorũ, & alijs huiusmodi. sed hæc eũ de facili deficiẽt, vnde sequit. *innitetur super domũ suã.* i. fiduciã habebit stabilitatis in ꝓsperitate dom⁹ suæ: & tamẽ nõ stabit: quia cũ defecerit ei diuinũ auxiliũ, ruet. Cõtingit autẽ, q̃d aliqs in futurũ aduersa ꝓspicies, aliqua adminicula sibi & domui suæ cõtra aduersa parat: sed & hoc ei nõ valebit. ideò sequit enim *fulciet eã,* aliquibus. s. remedijs cõtra aduersa: sicut domui quæ minatur ruinã, fulcimẽta aliqua adhibẽtur, & tñ nõ cõsurget vel ipse, vel domus sua ad ꝓsperitatis statũ. Ad hãc autẽ sentẽtiã, quã de fragilitate fiduciæ dixerat, præmissam similitudinẽ de scirpo adaptat. Ex duobus enim de scirpo fiducia haberi videť. Primò quidẽ ex ꝓpria virtute, quæ tñ aduenieẽte sole & deficiẽte terræ humore, cito deficit: & quãtũ ad hoc dicit: *Humectus vi detur.* scilicet scirpus. *antequã veniat sol.* qui eius viriditatẽ tollat *& motu suo germen eius egredietur.* quia enim crescere, & ꝓpriũ fructũ facere videť. & similiter hypocritæ accidit, quia à principio sibi fortuna ꝓficere videť, sed veniẽte sole, id est tribulatiõe, cito ꝓsperitas ei⁹ deficit. ¶ Secũdò põt haberi fiducia de scirpo ex alijs. s. vel ex multitudine aliorũ scirporũ ei cohærẽtiũ, vel ex soliditate loci í quo crescit, dũ nascit in loco lapidoso: & ideò cõsequẽter dicit: *super aceruũ petrarũ radices eius.* scilicet scirpi. *dẽsabũtur.* inquãtũ simul cõiũguntur multorũ scirporũ radices: q̃d dicit quãtũ. ad primũ. Quãtũ ad secundũ dicit *& inter lapides commorabitur,* ita aliquis hypocrita põt habere fiduciã de sua ſtabilitate, nõ solũ propter ſtabilitatẽ propriã, sed etiã propter multitudinẽ cõsanguineorum & domesticorum, aut etiã propter fortitudinem regni aut ciuitatis in qua habitat. Sed hæc fiducia eius deficit ei, sicut & circa scirpum accidit. Segtur cũ. *Si absorbuerit eũ.* s. scirpum aliquis de loco suo, *locus eius negabit eum, & dicet non noui te.* Quasi dicat ita scirpus de loco suo euellitur, q̃d nec vestigium eius in loco apparet, nec locus eius. Q̃nq; autẽ aliqs operatur ad hoc, q̃ ille idẽ scirpus iterũ renascatur, & tñ subiungit dicẽs. *Hæc est enim lætitia viæ eius, vt rursum de terra alij germinẽtur.* Quasi dicat ꝓcessus & vita scirporum in aliquo loco cõmorãtium, nõ ad hoc naturali appetitu tẽdit, nec ꝓ hoc cõseruatur, q̃ idẽ numero scirpus q̃ erectus est, renascatur, sed ad hoc, q̃ alij eiusdẽ speciei renascãtur. Ita etiã est cũ aliquis ꝓ mortẽ aut alio mõ ab aliqua fortiũ societate separatur, statim quasi obliuioni traditur. sed̃m illud. Obli uiõi datus sum tanquã mortu⁹ à corde, sed huius societas gaudet in ijs q̃ ei succedunt sed̃m illud. Alius natus in regno inopia cõsumať. Hæc aũt ad hoc ſtroducta sunt: vt ostẽdat, q̃ si aliq̃ ꝓsperitas ſterdũ malis eueniat, nõ tñ est firma, de qua cõfidere possint, sed cito trãsit: vñ ꝓ nihilo reputãda est. Ex oĩbus autẽ ſupradictis ostẽdit cõsequẽter, q̃d intẽdit dicẽs. *Deus non proijciet simplicem.* Id est, à se eum non elẽgabit: vt nõ ſustẽtet, q̃ simplici corde ei adhæret. *Nec porriget manum malignis.* Id est, nõ dabit eis auxiliũ: vt eorũ ꝓsperitas cõfirmeť. Et qa posset dicere Iob, quicq̃d tu dicis & similitudinibus cõfirmare velis, tñ ego cõtrariũ in me sum exptus, q̃ cũ simplex essem, aduersitatẽ patior, & maligni aduersarij mei cõtra me ꝓualuerunt, iõ ad hoc excludẽdũ subiũgit. *Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo.* Quasi dicat hoc, q̃d dixi intantũ verũ est, q̃ in te sentieris, si tũ fueris simplex ita s. q̃ ꝓsperitas q̃ subsequetur lætitia tua ꝓpter risum & iubilũ, q̃ solẽt ex magnitudine gaudij ꝓuenire, & ecõtrario. *qui oderunt te induentur confusione.* Id est, manifestè ac multipliciter cõfundẽtur: vt sic sit eis cõfusio quasi vestimentum. Et ne hoc aliter videatur ꝓpossibile ꝓpter ꝓsperitatẽ ꝓsentẽ, qua videtur florere subiungit. *Et tabernaculum impiorum non subsistet.* Per tabernaculũ enim in quo plurimi oriẽtalium habitare cõsueuerunt, ibi suas diuitias supellectiles habẽtes, põt intelligi omne illud, q̃d pertinet ad prosperitatẽ vitæ ꝓsentis. ¶ Cõsiderãdum est autẽ, q̃ iõ Baldath de hypocrita & simplici facit mẽtionem: quia existimabat Iob nõ verè sanctum, sed hypocritam fuisse, & quòd prouerbia prosperitas eius firma non fuit, sed si simplex esse incœperit, promittit ei prosperitatẽ assuturã.

CAP. IX. LECT. I.

Et respondens Iob ait. Verè scio, quòd ita sit, & quòd non iustificetur homo comparatus Deo. Si voluerit contendere cum eo, poterit respondere ei vnum pro mille. Sapiens corde est, & fortis robore. Quis resistit ei & pacem habuit? Qui transtulit montes, & nescierunt q̃ quos subuertit in furore suo. Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur. Qui præcipit soli & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo.

¶ Beatus Iob in supiori respõsiõe, qua verbis Eliphaz rñdeat: vnum prætermisisse videbatur, q̃d Eliphaz de Dei iustitia ꝓposuerat, cùm dixerat. *Nunquid homo cõparatione Dei iustificabitur.* Quinimò quadam quasi comparatione vel disputatione visus est ad Deum loqui, cùm dixit. *Nunquid mare sum ego aut cœtus,* &c. Et iterum. *Vsquequo non parebis mihi,* &c. Quod Baldath suites replicãs cõtra respõsionẽ beati Iob, à defensiõe diuinæ iustitiæ incepit dicẽs. *Nũquid Deus supplãtat iudicium,* &c. Et in hoc vnde suũ sermonẽ terminauit cũ dixit. *Deus nõ proijciet simplicẽ,* &c. Et ideò beatus Iob in hac respõsiõe primò ostẽdit se diuinę iustitię cõtradicere nolle, nec cõtra Deũ velle cõtendere, vt illi suspicabanť: & hoc est, quod dicitur. *Respondẽs Iob ait verè scio quod ita sit.* Quod Deus nõ supplãtat iudiciũ: & quod nõ proijciet simplicẽ, vt Baldath ꝓposuit. *Et scio quod nõ iustificetur homo cõparatus Deo.* Id est cõparatus ei, & hoc dicit respõdẽs ei quod supra Eliphaz dixerat. *Nunquid homo cõparatione Dei iustificabitur.* Et vnde hoc sciat cõsequẽter ostẽdit ex quodã signo, cũ enim aliquis cõparatiõe alteri⁹ iustus est, libere & securè potest cũ eo cõtendere quia per mutuã disceptationẽ iustitia & veritas manifestatur. Nulli autẽ homini licitũ est cũ Deo cõtendere: & ideò subdit. *Si voluerit cõtendere cũ eo.* Scilicet homo cũ Deo. *Nõ poterit respõdere ei.* Scilicet homo Deo vnũ pro mille. ¶ Sciendũ quidẽ est, q̃ maior numerus, qui apud nos prõpriũ nomẽ habeat, est millenarius. Nã apud nos maiores numeri per replicationẽ inferiorũ minorũ nominãtur: vt puta decem millia, centũ millia, & hoc rationabiliter accidit. Nã secũdũ quosdã antiquos species numerorũ vsq; ad decẽ protẽduntur, postmodũ eũ priores numeri repetuntur quidẽ secundũ nominationẽ maiorem, quicquid sit secundũ rei veritatẽ, cubus autẽ ex denario consurgens millenarius est, decies enim decẽ decies mille sunt. millenariũ ergo numerum apud nos pro quãtocũq; magis indeterminato numero sumpsit, idẽ est ergo quod dicit, q̃ nõ potest homo Deo respondere vnũ pro mille, ac si diceret, q̃ nulla determinata numeri mẽsura inueniri potest, secũdũ quã diuina iustitia humanã excedat cũ hæc sit fluita: illa autẽ infinita. Quod autẽ homo in contẽdendo nulla proportione posit ad Deũ accedere ostẽdit cõsequẽter cũ dicit. *Sapiens corde est, & fortis robore.* Scilicet Deus. Dupliciter enim est contẽtio, vna qua cõtenditur disputãdo, & hoc est per sapientiã, alia qua contenditur pugnãdo: & hoc est per fortitudinẽ, in vtrõq; autẽ excedit Deus: quia & fortitudine & sapiẽtia, omnẽ fortitudinẽ & sapientiam excedit. Et vtrũq; horũ excellũm ostẽdit cõsequẽter. & primò excessum fortitudinis, quã quidẽ ostẽdere incipit, quantũ ad homines, cũ dicit. *Quis resistit ei & pacẽ habuit.* Quasi dicat nullus. ¶ Sciendũ est quidẽ, q̃ aliter homo obtinet pacẽ a potẽtiori: aliter à minus potẽte, vel ab æque potẽti: manifestũ est enim, quod potẽtior à minus potẽti pacẽ acquirit cõtra eũ pugnãdo: sicut cũ Rex potẽs cõtra aliquẽ rebellẽ in suo regno bellũ mouet, & victoriã obtinens pacẽ regi reformat. Similiter etiã ab æquipollẽte cũ aliquis pacẽ pugnãdo, licẽt enim cũ superare nõ possit, tamẽ alsiduitatẽ pugnæ eũ fatigat: vt ad pacẽ reducatur. Sed à magis potẽte nunquã aliquis pacẽ obtinet, resistẽdo vel pugnãdo: sed ei humiliter subdẽdo. Hoc est ergo euidens signũ, q̃ fortitudo Dei omnẽ humanã fortitudinẽ excedit: quia nullus cũ eo pacẽ habere potest resistẽdo: sed solũ humiliter obediendo. Vnde dicit in Psalmo. Seruabis pacẽ, quia in te speraui⁹, sed impij qui Deo resistũt pacẽ habere nõ possunt, secundũ q̃ dicit. Nõ est pax impijs, dicit dominus: & hoc est, quod hîc dicitur. *Quis resistit ei & pacem habuit.* Demũ ostẽdit, q̃ fortitudo Dei omnẽ fortitudinẽ rerũ naturaliũ excedit, & hoc quidẽ ostẽdit tam in corporibus superioribus, quã inferioribus, in inferioribus hoc quidẽ ostẽdit ex hoc, q̃ ea quæ maximè videtur esse ſtabilia & firma in inferioribus corporibus pro sua volũtate mouet. Inter corpora ergo magna ad quæ post hominẽ trãsitũ facit, maximè videtur esse firma & ſtabilia, montes quorũ ſtabilitati sanctorũ ſtabilitas in scripturis cõparatur secũdũ illud. Qui cõsidũt in domino sicut mons syon, & tamẽ mõtes Deus sua virtutę mouet & hoc est, quòd subdit. *Qui transtulit mõtes.* Quod quidẽ & si miraculosè diuina virtute fieri possit, cũ hoc videatur fir mitati fidei retrorsum: secundũ illud. Si habueritis fidẽ, & nõ hæsitueritis: & si monti huic dixeritis: tolle te & iacta te in mare, fiet. Si habuero omnẽ fidẽ, ita vt mõtes trãsferã. Tamẽ cõgruẽtius videtur: vt hoc ad naturalẽ cursum rerũ referatur, hoc enim habet naturæ ordo, vt omne quod naturaliter generatur, etiam determinato tẽpore corrũpatur, vnde cũ generatio montiũ sit naturalis, necesse est, quòd quãdoq; mõtes naturaliter destruantur, & hãc quidẽ naturalẽ montium corruptionẽ, trãſlationẽ vocat: eo q̃ dissolutio mõtiũ & ruina cũ quadã trãſlatione partiũ eius accidit. Nec est irrationale ea quæ naturaliter cõtingũt diuinæ virtuti attribui, cũ natura agat propter finẽ, omne autẽ, quod ad finẽ certũ ordinatur, vel seipsum dirigit in finem, vel ab alio dirigẽte in finẽ ordinatur, necesse est, q̃ res naturalis, quæ finis notitia nõ habet, vt seipsum dirigere possit ab aliquo superiori intelligẽte ordinetur in finẽ. Cõparatur igitur tota naturę operatio ad intellectũ dirigentẽ res naturales in finẽ, sicut cõparatur motus sagittæ ad sagittantẽ. Vnde sicut motus sagittę cõuenienter sagittatori attribuitur, ita consequenter tota naturę operatio attribuitur naturæ diuinæ: vnde si per operationem naturæ montes subruuntur, manifestum est, q̃ à virtute diuina montium ſtabilitas subruatur. Contingit autem quãdoq; apud homines, q̃ si aliquis sua virtute aliquam fortẽ ciuitatẽ expugnat, q̃ quanto citius & insensibilius fit, tanto magis virtus regis demonſtratur. Hoc ergo. q̃ montes transferũtur maximè virtuti diuinæ attestatur, cũ quasi subito & insensibiliter fiat, ita vt etiam ij qui circa montes habitant, per subuersionem mõtis pereant: & sibi cauere nõ possint: cũ huius subuersio prægnosci nõ possit. Et hoc est, quod subditur. *Et nescierunt q̃ quos subuertit in furore suo.* Quasi dicat à Deo, subito Deus tantã rem operatur, q̃ etiã ij qui circa montes habitãt, prægnoscere nõ possunt, quod manifestè euidẽs sit, quia si prægnoscerẽt, nõ subuerterentur. Addit autẽ. *In furore suo.* Ad ostendendũ, q̃ Deus interdũ naturales operationes moderatur secundũ ordinem suæ prouidentiæ, prout necessariũ est ad hominũ peccata puniẽda: quibus quidẽ peccantibus metaphoricè irasci dicitur, cũ in eos vindictã exercet quã apud nos solet esse iræ effectus. Ex corporibus autẽ mysticis transit ad elementa, inter quæ firmissimũ & ſtabilissimũ videtur esse terra, quæ est immobilis, sicut centrũ motus totius: & tamẽ quãdoq; secundũ aliquas partes suas mouetur naturaliter ex vapore incluſo, vt Philosophi tradũt, & hoc est, quod subditur. *Qui cõmouet terram de loco suo.* Nõ quidẽ totaliter secundũ totũ, sed secundũ aliquas partes eius quæ habitantur, sicut in terræ motu accidit, in quo quidẽ motu etiã mõtes cõcutiuntur, qui sunt quasi colũnæ super terrã fundatæ, vnde sequitur *Et colũnæ eius concutientur.* Possunt etiã per colũnas ad literã intelligi, colũnæ & quæcũq; alia ædificia quæ videtur terræ adhæ rere, quæ in terræ motu cõquaſſantur, vel possunt intelligi per colũnas inferiores terræ partes & intimæ, eo q̃ sicut domus ſtabilitas super colũnas firmatur, ita ſtabilitas terræ ex centro ꝓcedit, ad quod oẽs partes terræ tendẽtes, sunt superiorũ partiũ sustẽtatrices & quasi colũnæ: & sic cũ terræ motus ex profundis partibus terrę procedat, videtur quasi ex cõcussione colũnarũ terræ causari. ¶ Hoc habito vltimo ad corpora cœlestia procedit idẽ ostẽdendo. s. quæ enã virtuti diuinæ credũt. Considerandũ est autẽ, q̃ sicut de natura terræ est immobilitas & quies: ita de natura cœli est, q̃ semper moueatur. Sicut ergo virtus terræ ostẽditur superari à virtute cœlesti, ita virtus cœlestis corporis ostenditur à virtute diuina superari: per hoc, q̃ motus eius impeditur, per quem sit solis & aliorũ siderũ motus & occasus. & ideò subdit. *Qui præcipit soli & non oritur.* Quod quidem non dicitur propter hoc, q̃ ortus solis impediatur secũdũ rei veritatem, cũ motus cœli cõtinuus sit, sed quia secundum apparentiam alicubi oriri non videtur: pura cum aër fuerat nubilosus, intantũ, quod solis ortus habitantibus super terrã insolita claritate apparere non possit. Huius autẽ nubilositas cùm per operationẽ naturæ fiat, cõuenienter diuino præcepto attribuitur: à quo tota natura sua operatione regulatur, sicut instrumentũ ab agente, vt dictũ est. Et q̃ sic intelligat solem nõ oriri, scilicet in quantũ solis ortus occultatur, maximè apparet ex hoc quod subditur. *Et stellas claudit quasi sub signaculo.* Stellæ enim quasi sub signaculo claudi videntur cum nubibus cœlum opꝛegitur, ne stellæ inspici possint.

LECTIO II.

Qui extendit cœlos solus, & graditur super fluctus maris. Qui facit arcturum & orionem & hyadas & interiora austri. Qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia quorum non est numerus.

¶ Postquã beatus Iob ostendit robur diuinæ fortitudinis, hîc incipit ostẽdere profunditatẽ diuinæ sapiẽtiæ, ꝓcedit autẽ cõtrario ordine nũc & prius. Nã primo quidẽ incipit ab ostẽsione diuinæ fortitudinis in rebus humanis, & ꝓcessit vsq; ad corpora cœlestia, hîc autem incipit à corporibus cœlestibus, & ꝓcedit vsq; ad res humanas. quasi circulũ faciẽs, & hoc rationabiliter. Nã sapiẽtia factoris ostẽditur in hoc, q̃ opera ſtabilia facit, & ideò in ostẽsione diuinæ sapiẽtiæ incipit à creaturis magis ſtabilibus: vtpote ab habẽtibus euidẽtius diuinæ sapiẽtiæ indiciũ. Cum autẽ alicuius fortitudinis ostẽdit ex hoc, q̃ põt aliqua à suo ſtatu mutare, vñ homines cõsueuerũt examinari in eleuatione vel ꝓiectiõe lapidũ, ꝓstratione hominũ & huiusmodi, & ꝓpter hoc cũ ostẽdebat robur diuinæ fortitudinis, incepit ab ijs in quib⁹ manifestius apparet mutatio, sic ergo ad ostẽdendã diuinã sapiẽtiã à corporib⁹ cœlestib⁹, incipit dicẽs. *Qui extendit cœlos solus.* Sciẽdũ aũt est, q̃ sapiẽtia Dei í trib⁹ ꝓcipuè cõmẽdabilis apparet. ¶ Primò qdẽ í hoc, q̃ aliqua magna suo intellectu & sapiẽtia metiri poteſt, & quãtũ ad hoc dicit, *q̃ qui extẽdit cœlos solus.* In extẽsiõe cũ cœlorũ magnitudo quãtitatis eorũ exprimit, sic igit⁹ De⁹ sol⁹ extẽdisse cœlos dicit, inquãtũ ipse solus tantã quãtitatẽ suæ sapiẽtia mẽsuratã cœlis dare potuit. ¶ Secũdò Dei sapiẽtia cõmẽdabilis apparet ĩ hoc, q̃ res variabiles & quasi ĩ incertũ fluctuãtes. ĩ certũ ordinẽ reducit, & suę gubernatiõi subditas esse facit, & quãtũ ad hoc subdit. *Et graditur sup fluctus maris.* Fluctus cũ maris inordinatissimi esse videnť, vtpotè q̃ à vẽtis varijs nũc hac nũc illac circũferunť, & tñ super eos De⁹ gradiẽ, inquãtũ eos De⁹ suę gubernatiõi subdit. ¶ Tertiò Dei sapiẽtia cõmẽdabilis apparet, ex eo, q̃ De⁹ multa cõdidit secundũ suę sapiẽtię rõnẽ, q̃ mirabilia hominib⁹ apparẽt: & eorũ rationẽ inuestigare nõ possunt, & hæc ꝓcipuè sunt q̃ ĩ situ & dispositiõe stellarũ apparẽt: q̃ tñ à Deo sapiẽtissimè & rationabiliter sunt instituta, & hæc quidẽ enumerat incipiẽs à polo septẽtrionali, & ꝓcedẽs vsq; ad po-

Matt. 17.

Psalm. 30. Eccle. 4.

Psalm. 124.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum meridionalem. Vnde dicit, *qui facit arcturum.* Arcturus quidem est quædam constellatio in cœlo quę vocatur vrsa maior,& habet septem stellas claras,quæ nunquàm nobis occidunt,sed semper circumeunt polum septentrionalem. Sequitur, *& orionas.* Orion est quædam cõstellatio multùm euidens in cœlo propter sui magnitudinem & claritatem stellarum,quæ dicuntur esse in tauro & gemnis. Sequitur, *& hyadas,* quæ sunt quædam stellæ in pectore tauri: vt dicitur, existentes, & sunt etiam multùm notabiles visu. Sequitur, *& interiora austri.* Vbi considerandum est q̃ ijs qui sub æquinoctia li habitant, si tamen aliqui ibi habitant, vtérque polus conspicuus est, cùm Orizon eorum ad rectos angulos æquinoctialem tenet, & sic oporteat,quòd transeat per vtrúnque polum æquinoctialẽ,vnde vtérque polus redditur conspicuus habitantibus sub æquinoctiali, & accedentibus versus polum septẽtrionalem,eleuatur super orientem poli septentrionalis,& deprimitur polus australis secundũ modum elongationis ab æquinoctiali,vnde nobis qui in parte septentrionali sumus,polus australis nunquàm potest esse conspicuus, & similiter stellæ ei vicinæ occultæ sunt nobis, secũdum quantitatem qua elongantur ab æquinoctiali. Et hæc dicuntur hîc interiora austri: quia sunt nobis occulta,quasi sub Orizonte abscondita & depressa. Et ne aliquis credat,quod in prædictis solùm diuina sapiẽtia manifestetur ostendit,cõsequenter,q̃ multa alia similia nobis Deus facit dicens, *qui facit magna.* In quibus scilicet commendabilis apparet Dei sapientia ex commensuratione magnitudinis,& hoc respõdet ei,quod dixerat. *Qui extendit cœlos solus, & inscrutabilia.* Quæ scilicet homines scrutari nõ possunt,propter eorum instabilitatem: quæ tamen diuina gubernatione ordinatur, & hoc respondet ei,qđ dixerat. *Et graditur super fluctus maris, & mirabilia.* Quorum scilicet rationes homines considerare non possunt,licèt à Deo secundũ rationem sint facta,& hoc respondet ei,quod dixerat. *Qui facit arcturum, &c.* Quod autem addit, *quorum non est numerus.* Ad sui gloriam referendum est, ita tamen, quod intelligatur diuina opera & mirabilia esse hominibus. Sunt tamen mirabilia Deo,qui facit omnia in numero,pondere,& mensura.

LECTIO II.

Si venerit ad me,non videbo eum. Si abierit,non intelligam. Si repentè interroget,quis respondebit ei? Vel quis dicere potest ei, cur ita facis? Deus cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem. Quantus ergo sum ego vt respondeam ei: & loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo: sed meum iudicem deprecabor. Et cùm invocantem me exaudierit, non credo,quòd audierit vocem meam. In turbine enim cõteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Non concedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus. Si fortitudo quæritur,robustissimus est. Si æquitas iudicij,nemo audet pro me testimonium dicere. Si iustificare me voluero,os meum condemnabit me. Si innocentẽ ostendero,prauum me comprobabit. Et iam si simplex fuero,hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.

¶Beatus Iob volens ostendere suam intentionem non esse,vt cum Deo contendat, per plura indicia profunditatem diuinæ sapientiæ in rebus naturalibus ostendit. Nunc autem vult ostendere profunditatem diuinæ sapientiæ in rebus humanis.

¶Considerandum est autem, q̃ ad rectorem humanarum rerũ tria pertinere videntur. Primum est vt subiectis iustitię præcepta & alia beneficia dispenset. Secundum est vt actus subditorum examiner. Tertium est vt quos culpabiles inuenit, pœnis subijciens exterminet vel purget. In his ergo tribus immensam profunditatem diuinæ sapientiæ ostendit.

¶Primò quidem: quia tam profundè & subtiliter suis subditis prouidet sua beneficia, quod etiam eis incomprehensibile est qui recipiunt,& hoc est,quòd dicit. *Si venerit ad me, nõ videbo eum, si abierit non intelligam eum.* Vbi considerãdum est,quòd in scripturis Deus venire ad hominem dicitur, quando ei sua beneficia largiatur, siue intellectum eius illuminando, siue affectum inflammando, siue qualitercúnq; ei beneficiẽdo: vnde dicitur. Deus noster ipse veniet & salubit nos. Econtrariò verò Deus ab homine recedere dicitur. quando ei sua beneficia vel suam protectionem subtrahit. secundũ illud. Vt quid Dñe recessisti longè,despicis in oportunitatibus, in tribul.

¶Contingit autem quandóque,quòd Deus aliquibus vel tribulationes: vel etiam aliquos spirituales defectus euenire permittit, ad procurandum eorum salutem,sicut dicitur. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Sic ergo Deus ad hominem venit eius procurando salutem,& tamen homo eum non videt: quia beneficium eius non percipit. Ecõtrariò verò multis Deus sua manifesta beneficia non subtrahit,quæ tamen in eorum perniciem vergunt,& ideò dicitur,quòd Deus sic recedit ab homine, quòd homo eum non intelligit recedentem,sic ergo apparet profunditas sapientiæ diuinę in dispensatione suorum beneficiorum.

¶Ostenditur autem secundò diuinæ sapientiæ profunditas in examinatione humanorum actuum: quia videlicet sic subtiliter & efficaciter examinat: vt eius examinationem nullus per quãcúnque cauillationem subterfugere possit,& hoc est,quod dicit. *Repentè interroget quis respondebit ei?* Interrogat autem Deus hominem,quando eum ad considerandum suam conscientiam reducit: vel interius inspirando: vel exterius prouocando beneficijs aut flagellis. secundum illud. Dominus interrogat iustum & impium. Tunc autẽ homo sufficienter Deo respondet, quando in eo nihil inuenitur, quòd iustè à Deo reprehendi possit, quòd nulli hominum in hac vita cõtingit. secundum illud. Quis potest dicere mundum est cor meum, signanter autem dicit, *si repentè inter:* quia si homini spatium respõdendi detur, potest per pœnitentiam delicta diluere, contingit autẽ quandóque quòd aliquis in examinando aliorum excessus, remissus inuenitur, timens ne & sui excessus versa vice ab alijs examinentur, sed hoc Deo formidandum non est: vt in sua examinatione molestetur: quia non habet superiorem, qui de eius factis iudicare possit, & ideò subdit. *Vel quis dicere ei potest cur ita facis?* Quasi eũ castigãdo.

¶Tertiò autem ostenditur diuinæ sapientiæ profunditas in punitione delictorum: quia quocúnque se vertat homo nulla astutia, nulla potentia, Dei vindictam declinare potest secũdum illud. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam, & hoc est, quòd dicit. *Deus cuius iræ resistere nemo potest.* Ira enim secundum, quòd Deo attribuitur in scripturis, non importat commotionem animi, sed vindictam. Huius autem probationem consequenter inducit, dicens: *& sub quo curuantur qui portant orbem.* Intelligẽdi autem sunt portare orbẽ cœlestes spiritus, quorum ministerio tota corporalis creatura diuinitus procuratur: vt dicit Augu. 3. de Trini. Ij autem cœlestes spiritus sub Deo curuantur: quia ei per omnia obediunt. secundum illud. Benedicite domino omnes Angeli eius, ministri eius qui facitis voluntatem eius, sic igitur Angelis Deo obedientibus manifestum est, q̃ totus cursus rerum corporalium, qui per Angelos administratur, diuinæ subiacet voluntati: & sic ex nulla creatura potest homo habere auxilium, ad effugiendum Dei vindictam secundum illud. Si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero ad infernum ades, quinimo vt dicitur, pugnabit pro illo orbis terrarum contra insensatos. Possunt etiam intelligi portare orbem reges & principes mundi, qui sub Deo curuantur secundum illud. Per me reges regnant, vel quia nec ipsi reges iræ diuinæ resistere possunt: vt ex hoc à maiori idem de alijs concludi possit. Sic igitur ostensa multipliciter immensitate diuinæ potentiæ,& profunditate diuinæ sapientiæ, concludit propositum, quòd scilicet suæ intentionis non est cum Deo contendere,& hoc est quod dicit. *Quantus sum ego.* Id est quàm potens quam sapiens. *Qui respondeam ei.* Scilicet Deo interroganti potentissimo & sapientissimo. *Et loquar verbis meis cum eo.* Examinãdo facta eius,& dicẽdo cur ita facis,ac si diceret non sufficiens sum,vt contendam cum Deo. Contentio enim in respondendo & obijciendo consistit. Contingit autem quandóque quod aliquis,etsi non sit multum potens etiam & sapiens,tamen propter sẽcuritatem suæ conscientiæ non formidat contendere cum quouis iudice,sed hanc etiam causam contendi cum Deo à se excludit dicẽs. *Qui si etiam habuero quippiam iustum non respondebo.* Scilicet Deo examinanti quasi meam iustitiam defendendo. *Sed meum iudicem deprecabor.* Quasi non petens iudicium sed misericordiam: signanter autem dicit. *Si habuero quippiam iustum.* Ad designandum incertitudinem humanæ iustitiæ, per hoc quòd dicit. *Si habuero.* Secundum illud Apostoli. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum, & ad ostendendum, quòd iustitia hominis parua est & imperfecta ad diuinum examen relata, propter quod dicit. *Quippiam.* Secundum illud. Omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ, sic sunt coram illo. Quid autem ex sua deprecatione consequatur, ostendit cum subdit. *Et cum invocantem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meam.* Contingit quandóque, quòd Deus hominem exaudit, non ad votum, sed ad profectum. Sicut enim medicus non exaudit infirmum ad votum postulãtem amoueri medicinam amaram, si medicus eam non remoueat, eo quòd scit eam esse salutiferam: exaudit tamen ad profectum, quia per hoc sanitatem inducit quam maximè infirmus desiderat. Ita Deus homini in tribulationibus constituto, tribulationes non subtrahit, quãuis deprecanti: quia scit ea expedire ad finalem eius salutem, & sic licèt Deus verè exaudiat, tamen homo in miserijs constitutus se exaudiri non credit. Et quare non credat ostendit, subdens. *In turbine enim conteret me.* Quod metaphoricè dictum est, exponit subdens. *Et multiplicabit vulnera mea etiam sine causa.* Hoc etiam est conterere, quod multiplicare vulnera & tribulationes, hoc est. *In turbine.* In horribili obscuritate. Quod dicit. *Sine causa.* Scilicet manifesta & ab homine afflicto perceptibili. Si enim homo afflictus perciperet causam quare Deus eum affligit & quod affligit & quod afflictiones sunt ei vtiles ad salutem, manifestum est, quod crederet se exauditum, sed quia hoc non intelligit, credit se non exauditum, & ideò non solùm exterius affligitur, sed etiam interius, sicut infirmus qui siue sciret se per medicinã amaram sanitatem habiturum, non solùm affligeretur in gustu, sed etiam in

etiam in animo, & ideò subdit. *Non concedit requiescere spiritũ meum.* Requiescit enim spiritus licèt carne afflicta, propter spem finis, secundum quod Dominus docet. Beati eritis cùm maledixerint vobis homines, & posteà subdit. Gaudete, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Et sic dum affligor exteriùs & interiùs non requiesco. *Implet me amaritudinibus.* Scilicet intus & extra. Et est considerandum q̃ ab illo loco, *Et cum invocantem, &c.* Euidẽter exposuit, quia suprà occultè dixerat. *Si venerint ad me non videbo.* Hoc enim ferè vbique in dictis Iob obseruandum est, q̃ obscurè dicta per aliqua consequentia exponuntur. Et quia scilicet breuiter & summariè dixerat Iob. *Quantus ergo sum qui respondeam ei.* Hîc consequenter diffusus explicat vbi esset, assignat causam quare non respondet: sed iudicem deprecatur: q̃ enim aliquis audacter iudici respondeat, potest ex duobus contingere, primò quidem si iudex sit debilis, qui subditos coërcere non possit: sed hoc excludit dicens. *Si fortitudo quæritur.* Scilicet in Deo ad subditos coërcendũ. *Robustissimus est.* Omne robur excedens. Secũdò aliquis audacter respondet iudici, quia confidit de sua causa quod aliquando contingit, quia habet multos excusatores: sed hoc excludit dicens.. *Si æquitas iudicij.* Scilicet requiritur secundum quam aliquis habens pro se multos testes absoluitur. *Nemo audet pro me testimonium dicere.* Intellect° enim hominis hoc non capit, q̃ hominis iustitia sit maior quàm veritas Dei redarguẽtis. Aliquando verò homo, & si nõ habeat aliquos testes pro se: confidit tamen de causa sua inniteas testimonio conscientię suæ, sed testimonium conscientiæ non potest valere homini, contra redargutionem diuinam: & ostendit per singulos gradus.

¶Habet enim testimonium conscientiæ tres gradus. Quorum primus est, quando alicui conscientia sua testimonium reddit, q̃ sit iustus, secũdum illud. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro q̃ sumus filij Dei, sed hoc testimonium non valet contra diuinã reprehensionem vnde dicit. *Si iustificare me voluero.* Id est si voluero dicere me esse iustũ. Dominus mihi obijciet q̃ sim impius. *Os meum cõdemnabit me,* Id est cõdemnabilẽ me reddet propter blasphemiã.

¶Secundus gradus est quando aliquis, & si non præsumat se esse iustum: tamen non reprehendit eum conscientia de aliquo peccato, secundum illud. Nihil mihi conscius sum: sed nec hoc testimonium valet contra Deum, vnde dicit. *Si innocentem ostendero.* Id est si innocentem voluero me ostendere esse sine peccato. *Prauum me comprobabit.* Inquantum mihi vel alijs manifestabit peccata, quorum mihi non sum conscius: quia vt dicitur. Delicta quis intelligit.

¶Tertius gradus est quando aliquis, & si sit sibi cõscius de peccato, tamen præsumit, vel quia non habuit malam intentionem, aut quia non fecit illud ex malitia, vel dolo, sed ex ignorantia & infirmitate: sed nec hoc testimonio valet homini cõtra Deum: ideò dicit. *Etiam si simplex fuero.* Id est sine dolo vel duplicitate prauæ intentionis. *Hoc ipsum ignorabit anima mea.* Homo enim non potest ad liquidũ motum sui affectus comprehẽdere, tum propter variationem eius, tum propter promotionẽ & impetum multarum passionum, propter quod dicitur. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? & propter huius ignorantiam, q̃ homo seipsum non cognoscit, nec statum suum redditur etiam iustis sua vita tędiosa, & propter hoc subdit. *Et tædebat me vitæ meæ.*

LECTIO IIII.

Vnus est quod loquutus sum, & innocentem & impium ipse consumit. Si flagellat,occidat semel: & non de pœnis innocentum rideat. Terra data est in manus impij,vultum iudicum eius operit. Quod si nõ ille est, quis ergo est? Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt & non viderunt bonum. Pertransierunt quasi naues poma portantes sicut aquila volans ad escam. Cùm dixero, nequaquàm ita loquar: commuto faciẽ meam, & dolore torqueor. Verebar omnia opera mea, sciens quòd nõ parceres delinquenti. Si autem & sic impius sum: quare frustra laborãui. Si locutus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ. Tamen sordibus intinges me, & abhominabuntur me vestimenta mea. Neque enim viro qui similis mei est, respondeo. nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri. Non est qui vtrúnque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat. Loquar & nõ timebo eum. Neque enim possum metuens respondere.

¶Postquàm beatus Iob ostendit, non esse suæ intentionis vt cũ Deo contendat, proponit illud de quo cum aduersarijs eius disputatio ei erat. Dixerat enim Eliphaz, q̃ pœnæ à Deo nõ nisi pro peccatis immittuntur, contra hoc quod in superiori responsione Iob locutus fuerat, & quia Baldath sententiam suã repetit, dicens, *vnum est quod loquutus sum: impium & innocentem ipse consumit.* Quasi dicat non solùm peccatoribus, sed etiam innocentibus mors à Deo immittitur, quæ tamen est maxima pœnarum præsentium & sic non est verum, quod dicis, q̃ solùm pro peccatis proprijs homo puniat à Deo. Et quod autem mors à Deo sit dicitur: Ego occidam, & ego viuere faciam. Sed cùm mors communiter omnibus immittatur à Deo, vnum est quod durum videtur, scilicet quod innocentes præter necessitatem cõmunem multiplices aduersitates sustinent in hac vita, cuius rei causam inuestigare intendit, & ideò subdit. *Si flagellat occidat semel.* Quasi dicat detur q̃ flagellum mortis omnibus sit commune, videtur tamen rationabile q̃ innocentibus, qui ex proprijs peccatis non sunt rei, præter mortem quæ debetur pro peccato cõmuni, aliam pœnam infligere non deberet. Si enim, vt vos dicitis, nulla alia causa est, quare iustè aliter pœnã alicui infligi possit, nisi peccatum. & manifestum est innocentes pati pœnam in hoc mundo, videtur quod sine causa puniantur, ac si ipsæ pœnæ propter se Deo placerent, ideò subdit: *& de pœnis innocentum non rideat.* De illis enim ridere solemus, quæ nobis secundum se placent si autẽ hoc est inconueniens quod pœnæ innocentũ Deo secũdum se placeant. Inueniuntur autem innocentes frequenter in terris puniri. videtur sequi aliud inconueniens, scilicet quod istæ pœnę ex diuino iudicio non procedant: sed ex malitia alicuius domini, qui potestatẽ habet in terra, & punit innocẽtes, vnde sequitur: *terra data est in manus impij.* Quasi dicat si ipsi Deo non placent secundum se pœnę innocentum, qui tamen puniuntur, intantũ oportebit dicere quod Deus regimen terræ alicui impio commiserit, ex cuius iniquitate iudicium in terra peruertitur, vt innocẽtes puniantur, & hoc est quod subdit: *vultum iudicum eius operit.* id est rationẽ eorum obnubilat, vel cupiditate, aut odio, aut amore, ne veritatem iudicij in iudicando subsequatur: *quod si ille non est,* scilicet ipsius, cui tradita est terra, à quo scilicet causatur innocentum punitio, *quis ergo est,* scilicet huius punitionis causa. Non enim dici potest, vt ostensum est, quod hoc sit à Deo supposita nostra positione, quod solùm peccatum sit causa pœnarum præsentium, hoc autẽ est quod dixit: *Terra data est in manus impij.* Est quidem secundum aliquid verum, inquantũ scilicet terreni homines sub potestate diaboli à Deo relinquuntur, secundum illud. Qui facit peccatum, seruus est peccati, simpliciter autẽ est falsum. Non enim diabolo absolutè terræ dominium est cõcessum, vt scilicet liberè in terra facere possit quod velit. Sed quicquid facere permittitur, ex diuina dispensatione procedit, quæ omnia ex rationabili causa dispensat, vnde hoc ipsum q̃ innocentes puniuntur, nõ dependet absolutè ex malitia diabolica, sed ex sapientia Dei permittentis. vnde si peccatum non est causa punitionis innocentum, non sufficit hoc ad malitiam diaboli reducere, sed oportet vlterius aliquam rationabilem causam esse, propter quã Deus permittit, & ideò signanter dicit. *Quod si non est ille, quis ergo est?* Quasi dicat si malitia diaboli non est sufficiens causa punitionis innocentum, oportet aliam causam inuestigare.

¶Ad inuestigandum igitur rationem, quare innocentes puniantur in hoc mundo, primò proponit defectum quem sustinuerat in amissione bonorum, ostẽdens mutabilitatem prosperitatis præsentis ex similitudine eorum quæ videntur velocissima in hoc mundo.

¶Considerandum est quod ad prosperitatem huius mũdi, aliqui diuersimodè se habent. Quidam enim ipsam prosperitatẽ pro fine habent, nec vltra ipsam sperãtes: ad quod videbatur declinare illorum opinio, qui omnia præmia & pœnas in hac vita constituebant, tales autem non pertransiẽunt prosperitatem huius mundi, sed prosperitas huius mundi fugit ab eis quando eam amittunt. Quidam verò, de quorum numero fuit Iob, in prosperitate huius mundi finem nõ ponunt, sed ad alium finem tendunt, & tales prosperitatem huius mundi magis pertransiẽunt, quam pertransẽatur ab ea. Tendentibus autem ad aliquem finem, tria sunt necessaria. Primũ est, vt in nullo alio cor suum figant, per quod retardari possint à fine, sed festinent ad finem consequẽdum, & ideò ponit exemplum de cursore, qui sic tendit ad finem sui cursus, quòd in via morã non trahit. vnde dicit: *Dies mei velociores fuerunt cursore.* In quibus verbis & instabilitatem præsentis fortunæ, & intentionem suam in aliud rendentẽ demonstrat, in rebus huius mũdi requie cordis nõ inuenta, vnde sequitur, *Et non viderunt bonum.* Scilicet in qđ mea intentio ferebatur, quod est verũ bonum, vnde pro iusto me nõ reputo, q̃ si prosperitatẽ præsentem remunerationẽ putant, ea tracta innocens nõ sum. Secũdò, requiritur quod tendens in aliquẽ finẽ, acquirat sibi illa per quæ possit ad finem peruenire, sicuti qui vult sanari oportet q̃ acquirat medicinas quibus sanetur, sic qui vult ad verum bonum peruenire, oportet quod acquirat virtutes, quibus illud consequi possit, vnde subdit. *Pertransierunt quasi naues poma portantes.* In quo etiam duo demonstrat, & labilitatẽ præsentis fortunæ, quia naues poma portantes ad vendendum festinant, ne per morã putrescant, & studium tendentis in finẽ, quasi dicat dies mei pertransierunt vacui, sed virtutes congregaui, cũ quibus tendo ad finẽ consequendum. Tertium restat consequutio finis, vnde dicit, *Sicut aquila volans ad escam.* In quo etiã duo prædicta designãtur. Nam aquila velociùs volat, præcipuè cùm à fame impellitur, & escam habet pro fine qua reficitur, quia ergo in ijs verbis quasi innuerat se esse iustũ & innocentẽ, qđ præsumptuosum ab aduersarijs reputabatur, incipit de sua innocentia cõfortare cũ Deo, qui solus est cõscientię iudex, vnde subdit. *Cùm dixero.* Sin corde meo. *Nequaquàm ita loquar.* Vt. s. sim iustus, & in-

Universidad de Deusto Biblioteca

nocens. *Cõmuto faciem meam.* Scilicet à fiducia, quã conceperam de mea innocentia, ad quandam sollicitudinem inuestigandi peccata. *Et dolore torqueor,* in conscientiæ proprię discussione recogitans ne forrè pro aliquo peccato sic puniar, & causam doloris subdit dicẽs. *Verebar omnia opera mea.* Est enim alicui magna causa doloris, quando magnam sollicitudinem habet de re aliqua, & tamẽ incidit in illud, quod vitare studebat. Ipse autẽ circa omnia opera sua magnam sollicitudinem apponebat, timens ne in aliquo à iustitia declinaret, & hoc est, quod dicit. *Verebar omnia opera mea.* Et causa quare sic verebatur in omni opere suo erat timor de seueritate diuini iudicij: vnde subdit. *Sciens quod non parces delinquenti.* Nisi scilicet, conuertatur: quia dicitur. Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit. *Si autem.* Post tantum studium innocẽtiæ. *Et sic impius sum.* Vt tam grauibus peccatis à Deo puniri meruerim: quare frustrà laboraui in tanta sollicitudine innocentiæ conseruandæ, frustrà enim laborare dicitur: qui suo labore tẽdit ad finem, ad quẽ non pertingit, sed quia puritas hominis quantacũq; sit, ad diuinum examen relata, deficiẽs inuenitur, ideò consequenter ostendit, quòd cum se purum & innocentem dicit, se purum & innocentem intelligit: quasi hominẽ quasi non in nullo penitus à rectitudine diuinæ iustitiæ recedentem.

¶Est autem sciendum, quòd duplex est puritas: vna quidẽ innocentis, altera pœnitentis: vtráq; autẽ imperfecta est in homine si ad perfectam rectitudinẽ diuinæ regulæ cõparetur, dicit ergo quantùm ad puritatem pœnitentis. *Si lotus fuero.* Id est, si à peccatis meis me purgare studuero: *quasi aquis niuiũ.* Quæ valdè ablutiuæ esse dicuntur, quantùm verò ad puritatem innocentis dicit. *Et fulserint velut mundißimæ manus meæ.* Id est, & in operibus meis, quæ per manus designantur, nulla inueniatur munditia, sed fulgeat in eis iustitiæ claritas, dicit autem. *Velut mundißimæ,* ad insinuandum, ꝙ in hoĩe perfecta munditia esse non potest. *Si inquit, fuerint mundißimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me.* Id est, sordibus demonstrabor tuę iustitiæ cõparatus, & per tuã sapientiam cõuictus, semper enim in operibus humanis aliquis defectus inuenitur, quãdóq; quidẽ ex ignorãtia propter debilitatem rationis, quãdóq; autem ex negligentia propter infirmitatẽ corporis, quãdóq; autẽ aliqua infectio alicuius terrenæ affectionis, etia in bonis operibus admiscetur, propter mobilitatem humani cordis, quòd nõ firmum in eodẽ perseuerat: vnde semper aliquid in humanis operibus inuenitur, quòd deficit à puritate diuinæ iustitiæ. Cùm autẽ aliquis mundus est, & tamen exteriùs aliquam iustitiæ ostensionẽ habet, signa iustitiæ quę de eo exteriùs apparent ei non cõpetunt, & ideò subdit. *Et abominabuntur me vestimenta mea.* Per vestimenta enim exteriora opera designãtur, quibus homo quasi contegitur secundum illud. Veniunt ad vos in vestimẽtis ouium, tunc ergo vestimẽta alicuius eum abominantur, quando exteriora hominis, quæ iustitiã prætẽdunt, interioribus non concordant, quare autẽ quantũcũq; sit purus, non potest se defendere quin à Deo conuincatur impurus, consequẽter ostendit ex duobus in quibus Deus hominẽ excellit: videlicet ex iustitiæ puritate, & ex maiestatis auctoritate, quantùm ergo ad primũ dicit. *Neque enim viro qui similis mei est, respondebo.* Quasi dicat si aliquis homo me impurum vellet cõuincere, possem ei resistere si mihi obijceret, quæ ipse sentiret in homine seruari non posse, de perfecta iustitiæ puritate, sed sic respõdere nõ possum Deo, in quo nullus defectus inuenitur. Quantùm ad secundũ dicit. *Nec qui mecum in iudicio ex æquo poßit audiri.* Cùm enim duo homines adinuicem contẽdunt, iudicem possunt habere, qui vtriúsq; dicta examinet, sed hoc inter Deum & hominem esse non potest duplici ratione. Vna ratio est: quia oportet, quòd in iudice sit altior sapientia, quæ sit quasi regula, ad quem examinẽtur dicta vtriúsq; partis. Manifestũ est autem, ꝙ diuina sapientia est prima regula, ad quã omnis veritas examinatur, & propter hoc subdit. *Non est qui vtrúnque valeat arguere.* Quasi dicat non est alius superior Deo, ex cuius maiori sapientia corrigi poßit. Alia ratio est quia oportet, ꝙ in iudice sit maior potestas: qua poßit vtrãq; partem cõprimere, & hoc excludit dicens. *Et ponere manum suam in ambobus.* Id est, coërcere vtrũq;, hoc enim excluditur per immensitatẽ diuinæ potẽtiæ, quã supra ostendit, & quia vt dictum est intẽdit perscrutari qua ratione innocẽtes puniantur in hoc mundo, cõsequẽter ostẽdit quid eum impedire poßit ab hac perscrutatione, & qua intentione hoc perscrutari velit, impediri autem posset ab hac perscrutatione, ex duobus. Primò quidem ex afflictione, quam patiebatur, homines enim quorum mens occupata est tristitia, nõ possunt subtiliter perscrutari, & quantùm ad hoc dicit. Auferat à me virgam suam. Secundò, ex reuerentia, quam ad Deum habet, homines enim aliquãdo ex quadam reuerentia, quã ad Deum habẽt, omittunt ea quæ Dei sunt perscrutari, & quantum ad hoc dicit. *Et pauor eius non me terreat.* Quasi dicat concedat spiritum meũ requiescere ab afflictione, quam patior, & non imputetur mihi ad irreuerentiam, quòd de diuinis disputo, & sic potero perscrutari: vnde sequitur. *Loquar, & non timebo eum.* Id est, ac si non timeret eum, *neque enim possum metuens respondere.* Id est, dum à reuerentia eius reuocor à perscrutatione.

¶Sciendum est autẽ, ꝙ timor Dei circa hoĩes à perscrutatione diuinorum non reuocat, quando scilicet perscrutantur diuina desiderio veritatis cognoscendæ, non vt incõprehensibilia cõprehendant, sed semper eo moderamine: vt intellectum suum diuinæ subijciant veritati, reuocantur autem per timores Dei, ne sic perscrutentur diuina quasi cõprehendere volẽtes, & intellectum suũ diuina veritate non regulantes, sic igitur per hæc verba Iob intendit ostendere, ꝙ eo moderamine de ijs quæ ad diuinam prouidentiã pertinent, perscrutabitur: vt intellectum suum diuinæ veritati subijciat, nõ vt diuinam veritatem impugnet, quòd esset contra reuerentiam diuini timoris.

CAP. X. LECT. I.

TAEDET *animam meam vitæ meæ, dimittãt aduersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo noli me condẽnare. Indica mihi, cur me ita iudices. Nũquid bonum tibi videtur, si calumnieris me & opprimas me, opus manuum tuarum, & cõsilium impiorum adiuues. Nũquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo & tu videbis. Nũquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora: vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris. Et scias quia nihil impiũ fecerim cũ sit nemo qui de manu tua poßit eruere. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu, & sic repente præcipitas me. Memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nõne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti. Pelle & carnibus vestisti me, oßibus & neruis compegisti me. Vitam & misericordiã tribuisti mihi & visitatio tua custodiuit spiritum meũ Licèt hæc celes in corde tuo, tamẽ scio quia vniuersorum memineris.*

¶Postquã superius proposuit Iob, quod tam innocentes, quã impij in hoc seculo tribulantur, & tetigit causam punitionis innocẽtum, quę posset examinari, scilicet quod terra quasi derelicta à Deo sit exposita volũtati iniquę potestatis innocentes pro libito puniẽtis, hoc autem remoto: quia manifestum incõueniẽs est, inquisiuit, quæ esset innocẽtum punitio, & qua de causa, & hanc quæstionem hîc prosequi intẽdit. Prius tñ quã ad inuestigationẽ procedat, ostẽdit quo animo hic loquatur, loquitur enim in persona hominis afflicti secundum conceptiones, quas ei tristitia subministrat: vnde primò ponit tædium, ꝙ patitur in hac vita: quod quidẽ tædium est propter tribulationes quas patitur, quæ intãtum graues sunt, ꝙ etiã ipsam vitam reddunt tędiosam, licèt enim viuere secũdum se delectabile sit, tñ in angustijs viuere, tędiosum est: vnde dicit. *Tædet animã meã vitæ meæ.* Sicut autẽ homo qui delectabilis est sua vita optat se viuere, ita cui tædiosa est sua vita, optat se vita priuari, & ideò subiũgit. *Dimitttam aduersum me eloquium meum.* Tunc enim homo aduersum se loquitur, qñ se vita priuari exoptat, sed signãter dicit. *Dimittam,* multotiens enim homo aliquos motus in corpore patitur, ꝓpter aliquam paßionẽ: vel tristitiæ: vel cõcupiscẽtiæ: vel iræ aut cuiuscũq; alterius, sed ita rõne eius motus reprimit, ꝙ ad verbum exteriùs nõ procedit, qñ autem ratio ostẽdere vult quid interiùs patiatur, occultos motus in verba producit, & tũc hoc eloquium dimisisse dicitur, quasi prius retentum, & propter hoc subdit. *Loquar in amaritudine animæ meæ.* Quasi dicat verba quæ exteriùs proferã, interiorẽ amaritudinẽ ostẽdent, scilicet vt det intelligere se in persona hominis amaricati loq. Sed ne rursus intelligatur, ꝙ ista eloquia dimiserit per hoc, ꝙ ratio à tristitia superatur, subiungit. *Dicam Deo, noli me condemnare.* Cùm enim ratio à paßione vincitur, homo contra Deum murmurat, & qñq; vsq; ad blasphemiã procedit, sed dum inter tribulatiões hominis ratio recta manet, Deo se subdit, & ab ipso remedium præstolat. *Dicam Deo noli me condemnare,* similiter etiam in hoc ad soluẽdam quæstionẽ accedit, cũ enim supra quæsiuisset quæ esset causa innocentium pœnę in hoc mundo, hoc iã cõfitetur Deum esse auctorem punitionis huius, dũ petit, ꝙ ab eo ne condẽnetur secundum illud. Dñs mortificat & viuificat. ex quo Manich. hæresis cõfutatur. Ijs aũt 1. Reg. 2.b. præmissis supposito, qđ Dñs sit punitiõis auctor, inqrit de causa suę punitionis ad Deũ loquẽs. *Indica mihi cur me ita iudices.* i. facias me cognoscere causam, ꝓpter quã à te punior. Sciebat eñ, ꝙ rõnis inuestigatio ad veritatis terminũ puenire nõ põt, nisi diuinit⁹ doceatur, scire aũt causam suę punitiõis necessariũ est homini: vel ad correptionẽ: vel vt patiẽti⁹ flagella sustineat. Ad inqsitionẽ aũt hui⁹ quęstiõis, ꝓcedit sub quadã disiunctiõe, necesse est eñ ꝙ ipse q punitur: vel sit innocẽs: vel peccator. Primò aũt ꝓcedit supponẽdo, ꝙ sit innocens, & qa ad cognitionẽ diuinorũ p res humanas puenim⁹, ꝓponit duos modos qb⁹ in humano iudicio qñq; innocẽtes puniuntur. ¶Primus modus est ꝓpter malitiã puniẽtis, ex qua cõtingit tripliciter pœnas ĩnocẽtib⁹ irrogari. Aliqñ qdẽ dũ p astutiã ĩnocẽtib⁹ calũnias ĩgerũt & qũtũ ad hoc dicit, *nũquid bonum tibi videtur, si calũnieris.* Aliqñ verò p potẽtiã opprimũtur, & quantũ ad hoc subdit, *& opprimas me opus manuum tuarum.* Aliqñ vero ĩpij qdẽ ex ꝓprio motu ĩnocẽtes nõ puniũt: sed qa ĩordinatè aliquos diligũt, eos etiã in oppreßiõe innocẽtiũ iuuãt: vñ subdit, *& consiliũ impiorũ adiuues.* Sed cõsiderãdũ est, ꝙ aliqñ aliq ĩ diuersis naturis vnũ & idẽ põt esse bonũ & malũ, sicut iracundum esse cani quidẽ est bonum, homini autem malum, nullus au-

nullus autem sanæ mentis hoc in dubitationem deducit. Si Deus ex malitia aliquid operetur: non enim potest in summo bono aliquid malè esse, sed potest cõtingere ꝙ aliquid malũ est in homine, quod ad diuinã pertinet bonitatẽ, sicut non misereri secũdum ꝙ misericordia cõpaßionem sonat: in homine quidẽ vituperatur: ꝙ tamen bonitas diuina ex sui perfectione requirit. Manifestum est autẽ ꝙ tria prædicta, calumniari, opprimere, & consilium impiorum adiuuare, in hominibus mala sunt, vnde hoc in quæstionẽ inducit, vtrũ Deo poßint esse bona, vnde nõ quærit, *nũquid calumnieris & opprimas me,* sed *nunquid bonũ tibi videtur si calumnieris & opprimas me,* scilicet supponens pro firmo ꝙ Deus nunquàm aliquid facit, nisi ꝙ bonum sibi videtur, & hoc verè est bonum.

¶Item considerandum est, ꝙ ea quæ naturaliter sunt nõ imputãtur in culpã vel in malum, naturale autẽ est, ꝙ vnumquodque perdat suum cõtrarium, vnde & Deus qui est summè bonus odit ea quę cõtra se fiunt, & ipsa disperdit secũdum illud. Odisti omnes qui operãtur iniquitatem perdes, &c. Si ergo homines nõ essent à Deo facti, sed à principio cõtrario, vt manichæi fabulantur: bonũ videretur ꝙ Deus homines oppprimeret propter seipsum: ad hoc igit' excludẽdũ nõ simpliciter dicit', *& opprimas me.* sed addidit *opus manuũ tuarũ.*

¶Item bonũ videtur ꝙ Deus iustorum voluntates adimpleat: qui autem innocẽtem calumniari aut opprimere volunt, nõ sunt iusti sed impij: & præcipuè si nõ ignoranter vel casu, sed ex consilio & deliberatione hoc velint, vnde cùm se innocentem supponat in prima parte quæstionis: sequitur impios esse qui eum ex deliberato consilio opprimere vel calumniari volunt, & ideò signanter dicit. *& consilium impiorum adiuues.*

¶Hac igitur causa retenta, quia Deo hoc bonũ videri nõ potest cũ ipse sit opus manuum Dei, & cũ eius hostes, qui ipsum oppresserunt impij probentur: procedit consequẽter ad secũdum modum quo in humano iudicio quãdóq; innocẽtes affligũtur. Cõtingit eñ quandóq;, ꝙ quando aliquis innocens falsò apud iudicẽ accusatur, iudex ad exquirẽdam veritatẽ eum tormẽtis subijcit, secundum iustitiam huius rei causa est defectus: cognitionis humanæ, qui est triplex.

¶Vnus quidẽ est quia omnis cognitio hominis à sensu procedit & quia sensus corporis & corporaliũ sunt, nõ potest iudex interiorẽ cõscientiã accusati cognoscere, vt ergo hoc excludat ideò dicit, *nũquid oculi carnei tibi sunt:* ac si dicat nũquid tu corporalibus sensib⁹ cognoscis, ponit autem oculos, quia visus inter alios sensus excedit.

¶Secundus defectus est, ꝙ homo per sensus corporeos nec etiã omnia corporalia conspicere potest, nõ enim potest cognoscere quæ à remotis & in absconditis fiunt: quod à Deo remouet dicens, *aut sicut videt homo sta & tu videbis,* vt scilicet non poßis quæ vbique fiunt etiam occulta cognoscere.

¶Tertius defectus humanæ cognitionis est ex tempore, tum quia homo de die in diem plus cognoscit, tum etiã quia per temporis lõgitudinẽ obliuiscitur ea quæ nouit: vt sic oporteat eum iterato quasi addiscere: hoc à Deo remouet dicẽs. *nunquid sicut dies hominis dies tui,* vt scilicet de die in diẽ tua crescit cognitio, *& anni tui sicut humana sunt tempora?* vt scilicet per cursum temporũ aliquid tuæ cognitioni decrescat & subdit, *vt quæras iniquitatẽ meam & peccatum meum scruteris,* id est, vt per flagella inquiras: an ego peccauerim opere: & iniquus sim mente: sicut homines per tormenta peccata exquirunt: & sic post inquisitionẽ huiusmodi in me peccata nõ inuenies: *& scias quod nil impium fecerim,* quasi hoc aliundè cognoscere non poßis, nisi per flagella peccata mea exquiras, & hoc liberè facias absq; cõtradictione, *cũ sit nemo qui de manu tua poßit eruere.* Aliquãdo enim ab hac inquisitione, quæ est per tormenta iudices deficiunt: dum ij qui torqueri debẽt ab eorũ manibus eruuntur. Et quia suprà dixerat se esse opus manuum Dei: vt ex hoc ostenderet ꝙ bonum Deo videri nõ potest, vt eum opprimat propter se, quasi in oppreßione eius delectatus, quod supposuerat manifestat, vnde subdit. *manus tuæ fecerunt me,* & ne aliquis credat, secũdum Manichæorum hæresim, hominis animã à Deo factã: corpus verò à contrario acto re formatũ, subiungit, *& plasmauerunt me totũ in circuitu.* In circuitu dicit, quia corpus videtur esse animæ in circuitu, sicut vestimentum vestito: vel sicut domus habitatori, *totum,* dicit vt ad singula corporis membra referatur, *plasmauerunt* dicit, vt alludat ei ꝙ homo ex limo terræ dicitur esse formatus, per manus autem, operatio diuina intelligitur, vnde dicitur pluraliter, *manus,* quia licèt sit vna diuina virtus operans: multiplicatur tamen eius operatio in effectibus, tum propter diuersitatẽ effectuum, tum etiam propter varietatem causarũ mediarum, quibus mediantib⁹ suos effectus producit: subdit autẽ, *& sic repente præcipitas me.* Quia repentinũ videtur esse, vt aliquis, qui aliquã rem producit, eam absq; causa manifesta corrumpat. Qui eñ facit aliqd, vult illud esse: ad hoc eñ facit vt sit, qui autẽ ipsum corrũpit, vult illud nõ esse. Si aliquis igitur destruat qđ prius fecit, videtur repẽtina eius mutatio voluntatis, nisi aliqua manifesta causa de nouo oriatur, ex qua appareat prius illud esse corrumpendum, quia prius fuit fiendũ: huiusmodi autẽ repentina mutatio voluntatis in Deum cadere nõ potest, & ideò quasi admirans quærit, *& sic repente præcipitas me?* Quasi dicat hoc incõueniens videtur, si quẽ prius fecisti, sine causa nunc destruas, vel quod dixit, *fecerunt me,* potest referri ad constitutionẽ substantiæ, quod autẽ dixit, *& plasmauerunt me totũ in circuitu,* potest referri ad ea quæ substantiæ adueniunt, siue sint bona animæ, siue corporis, siue exterioris fortunæ: & quia in generali se factũ & plasmatũ à Deo posuerat in spirituali prosequitur de modo suæ factionis ad similitudinẽ alicuius, qui alicui vult reducere aliquid ad memoriã. Videtur autem Deus tunc beneuolentiæ quã ad suam facturã habet obliuisci, cùm eam corruptioni exponit, & ad modũ obliuiscẽtis se habet, & secundum hũc modũ dicitur, Vsquequo domine obliuisceris me in finẽ, Psal.12 & ideò dicit, *memento quæso quod sicut lutum feceris me.* Vbi cõsiderandum est quod duplicẽ hominis factionem commemorat. Primò quidem eam quæ pertinet ad primã institutionẽ naturæ, alludens ei quod dicitur. Deus hominẽ de limo terræ formauit, & ideò dicit, Gene.2 *quod sicut lutũ feceris me,* vbi etiam compositionem hominis ex primis elementis tangere videtur, & quia etiã primo homini dictum est, puluis es, & in puluerem reuerteris consequenter subiungit, *& in puluerẽ reduces me,* etiam naturaliter, nam ea quæ ex terra generantur, consequens est secũdum naturæ ordinẽ vt resoluãtur in terram. Sed de hoc aliquis mirari potest cũ maius videatur de terra formare hominẽ quàm hominẽ formatum retinere, ne in puluerẽ redigatur, vnde est ꝙ Deus qui hominẽ formauit eum in puluerẽ redigi permittit, vtrũ scilicet hoc sit solùm ex neceßitate materiæ, vt homo in hoc nihil plus habeat alijs quę ex terra formantur, vel hoc sit ex diuina prouidentia aliquam hominis culpam puniente.

¶Consequenter autẽ tangit factionẽ hominis quantũ ad opus propagationis, secũdum ꝙ homo ab homine generatur: vbi cõsiderandum est ꝙ qui omnia naturæ opera Deo attribuit, nõ excludit naturæ operationẽ. Sed eo modo quo principali agenti attribuuntur ea quæ per causas secũdas aguntur, vt artifici ipsa operatio sit, hoc eñ ipsum ꝙ natura operatur à Deo habet, qui hîc eam instituit. In hac autẽ hominis generatiõe primò occurrit seminis resolutio, & quãtum ad hoc dicit, *nónne sicut lac mulsisti me,* sicut enim semen est superfluum alimenti: ita & lac. Secũdò autẽ concurrit cõpactio massę corporeæ in vtero mulieris, & quantũ ad hoc subdit, *& sicut caseum me coagulasti,* ita enim se habet semen maris ad materiã quã fœmina ministrat in generatione hominis & aliorũ animalium, sicut se habet coagulum in generatione casei. Tertiò autẽ occurrit distinctio organorũ, quorum quidem consistentia & robur est exterius vt oßibus, circundatur autem exteriùs à pelle & carnibus, vnde dicit, *pelle & carnibus vestisti me: oßibus & neruis cõpegisti me.* Quartũ autem est animatio fœtus, & præcipuè quantũ ad animã rationalem, quę nõ infunditur, nisi post organizationẽ, simul autẽ cũ anima rationali infundũtur homini diuinitus q̃dã seminaria virtutũ, aliqua quidẽ cõmuniter omnib⁹, aliqua verò spiritualiter aliquibus, scđm qđ homines quidã sunt naturaliter dispositi ad vnã virtutẽ: qdã ad aliã. Iob autẽ dicit infrà, ab infantia creuit mecum miseratio: & de vtero egressa est mecũ vnde & hîc dicit, *vitã & misericordiã tribuisti mihi.* Vltimò autẽ est obseruatio vitæ, tam in materno vtero quã post exitũ ab vtero', quæ qdẽ obseruatio est partim qdẽ p principia naturalia, partim autem per alia Dei beneficia naturæ super addita: siue pertineant ad animã, siue ad corpus, siue ad exteriora bona: & quantũ ad hoc subdit: *& visitatio tua custodiuit spiritũ meum.* Sicut enim Deus ab aliquo recedere dicitur in scripturis: quando Deus ab eo sua dona subtrahit: sic eum visitare dicitur quãdo ei sua dona largitur. Ex hoc autẽ ꝙ Iob Deo dixerat, *memento quæso quod sicut lutũ feceris me.* Aliquis credere posset eum huius opinionis esse, ꝙ obliuio in Deum cadere posset, vnde excusat se ad hoc dicens, *licèt hæc celes in corde tuo, tamen scio quia vniuersorum memineris.* dicitur autem Deus per similitudinẽ aliquid in corde celare, quando non ostendit per effectũ quod habet in cognitione vel affectione, sic itáq; Deus prædicta in corde celare dicitur, quia in effectu nõ ostendit ꝙ eum sua factura recognoscat, quem sic repente præcipitare videtur.

LECTIO II.

SI *peccaui, & ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mundum me esse nõ patieris? Et si impius fuero, væ mihi est, & si iustus nõ leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. Et propter superbiã quasi leenã capies me reuersúsque mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos cõtra me: & multiplicas irã tuam aduersum me, & pœnæ militãt in me.*

¶Superiùs inquisiuit Iob causam suæ punitionis, supposito ꝙ innocens esset. Nunc autẽ procedit ad inquirendũ si propter hoc puniatur, quod peccator est & quod propter peccatũ nõ puniatur, primò ostendit, vtens tali ratione: Si enim peccatũ commisit maximè hoc cõmisisse videtur tẽpore prosperitatis. Si autẽ peccatũ est tota causa quare aliqui puniantur aduersitate, quã sustinent in præsenti: posita causa ponitur effectus, oporteret ꝙ statim cũ aliquis peccat aduersitas sequeretur. Manifestum autẽ erat quod Iob tẽpore suæ prosperitatis eundem modũ viuẽdi seruauit. Vnde si peccauit hoc modo vi-

Universidad de Deusto Biblioteca

uendo,diu ante peccauerat,quã aduersitatẽ pateretur, oporteret ergo dicere,ꝙ cum statim post peccatum aduersitas secuta non sit, ꝙ Deus tẽpore illo ei pepercit quo aduersitates nõ induxit.Incõueniẽs autẽ est dicere,quod peccatum,quod Deus pepercit,iterum imputet ad pœnã. Non ergo videtur,ꝙ pro peccato prius ab eo cõmisso,nũc puniatur, hoc est ergo,quod dicit. *Si peccaui tibi,* scilicet tẽpore ꝓsperitatis meæ, *& ad horam pepercisti mihi.* Quia scilicet nõ statim aduersitatem induxisti. *Cur ab iniquitate mea mundum me esse nõ pateris?* Quasi dicat cur ex quo reputasti me aliquo tẽpore non purũ, parcendo mihi iniquitatẽ meã,nunc iterum me punis quasi non sim purus. Aliã etiã rationẽ consequenter subiungit,quæ talis est.Si peccatum est tota causa aduersitatum præsentiũ,sequeretur, quod non tam iusti,quã peccatores aduersitates in hoc mundo patiantur.Videmus autẽ & iustis & peccatoribus aduersitates esse cõmunes, & hoc est, quod dicit, *& si impius fuero væ mihi est.* i.aduersitates sustineo. *& si iustus,* non prius fui sed modo factus nõ propter hoc leuabor, quã vt à miseria subleuatus, ego dico existens, *saturatus afflictione,* quãtum ad dolores, *& miseria:* quãtùm ad pœnitentiã & cõfusionẽ. In saturitate autem abũdantiam afflictionis & miseriæ designat, & hoc videtur dicere contra dictum Eliphaz & Baldath suites. Dixerunt autem,quod si cõuerteretur ab aduersitate liberaretur, contra quod dicit,quod etiã si iustus effectus sit,non tñ propter hoc à miseria releuatur,quãuis pro pręcedentibus peccatis si qua fuerint iã sufficiẽter punitus sit,qđ per saturitatẽ afflictionis & miserię designat. Et quia hoc ei ad superbiã Eliphaz imputauerat,quod se innocẽtem dicebat, subiũgit. *Et propter superbiam quasi leænam capies me.* Quasi dicat facis me imputari ab ijs qui capiunt verba mea quasi leænam propter superbiam,& hoc ipsum,quod sic malus reputabatur erat ei pœna super pœnã:vnde subdit, *reuersus mirabiliter me crucias.* Quasi dicat prius venisti affligens me per subtractionẽ rerum & corporis vulnera,& nunc iteratò redisti & euacuas me per amicos,qđ est mirabile:quia ab amicis magis consolationẽ deberet accipere: vel hoc dicit,qđ maximè homo affligitur,cum ab amicis deridetur. Et qualis autẽ sit iste cruciatꝰ,ostẽdit subdẽs. *instauras testes tuos contra me.* Eliphaz eñ & Baldath,dũ videbantur iustitiã Dei defendere,& similiter socij eius,in quo quasi testes Dei se demõstrabant,contra Iob loquebantur eum de peccato arguentes. *Et sic multiplicas iram tuam.* i.effectum iræ Dei. *aduersum me.* s.me multipliciter punis. *& pœnæ militant in me.* quasi cum quodã auctore. & sine contradictione me impugnant. Milites enim consueuerunt cum auctoritate regia & absque vlla contradictione aliquem,qui reputatur reus,inuadere.

LECTIO III.

Quare de vulua eduxisti me? Qui vtinam consumptus essem,ne oculus me videret.Fuissem quasi non essem,de vtero translatus ad tumulum.Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte *ergo me: vt plangã paululũ dolorẽ meũ antequã vadã & nõ reuertar ad terram tenebrosam, & opertã mortis caligine.Terrã miseriæ, & tenebrarum vbi vmbra mortis, & nullus ordo,sed sempiternus horror inhabitãs.*

¶Terminauerat Iob inquisitionẽ suã,in hoc,qđ siue iustus, siue peccator esset,in tribulatiõibus multiplicibus subiacebat.Et ne aliqs posset credere Deum in eius tribulatiõibꝰ delectari:vult inqrere an hoc verum esse posit.Incõueniẽs aũt videtur, qđ aliquis effectum suum ꝑducat, ad hoc,qđ malè se habeat,cũ potius omne agẽs in suo effectu bonum intẽdat.Supponit autẽ sicut ex ꝓmissis patet, se esse opus Dei,& iõ ab eo q̃rit. *Quare de vulua eduxisti me.* Quasi dicat,nunqd ꝓpter hoc me nasci fecisti:vt tribulatiõibus subdas.Et qa posset aliquis dicere,quod etiã sic in tribulatiõibus esse,meliꝰ est simpliciter, quã natũ nõ esse,excludit hoc dicẽs, *qui vtinam consumptus essem.* s.ĩ materno vtero, *ne oculus me videret.* Id est,ne cõfusionẽ paterer ex tãtis malis,q̃ in me oculi hominũ conspiciũt. Et tñ si ĩ materno vtero cõsumptꝰ essem,habuissem dignitatẽ essendi sine miseria,q̃ mihi existẽti accidit,& hoc est,qđ dicit *fuissem:* quasi participãs.i. participassem id,qđ bonũ est ĩ esse: *quasi non essem,* ĩmunis forẽ à malo huius vitę.ac si nunq̃ fuissem.Nõ ẽ dignitas humani esse:vt ĩ ꝑpetuũ cõseruetur,sed tãdẽ hõ moriatur & trãsferatur ad tumulũ,q mortuo ꝑparatur ad hoc,qđ aliqualis eiꝰ memoria post mortẽ remaneat, & hoc etiã mihi nõ defuisset.Vñ seqtur, *ex vtero trãslatus ad tumulũ.* Nullꝰ aũt q ĩ pœnis alicuiꝰ delectatur,ita crudelis ĩuenitur,q vel nõ ad modicũ:vel affligẽdo cesset Dato ergo,qđ de cã natiuitatis hoĩs nõ esset tñ dies hoĩs breues sunt,& ꝑcipuè ĩ cõparatiõe ad æternitatẽ Dei.Et ista etiã breuitas qñ hõ iã magnã partẽ vitę trãsiuerit,citò finiẽda expectatur.Et hoc est,qđ dicit. *Nũquid paucitas dierũ meorũ.* Quia oẽs dies vitę meę pauci sunt, *finietur breui,* iã ipsiꝰ paucitatis magna pte trãsacta,nõ ẽ ergo magna si de cętero à ꝑcutiendo cesset,& hoc est, qđ concludit. *Dimitte ergo me.* Et si tibi durũ videtur,ꝙ vel ad horã absq; afflıõibꝰ sim,certũ est quasi etiã te cessante à ꝑcussiõe nõ mihi remanet:vñ gaudeã,sed vñ doleã. Et hoc est,qđ subdit: *vt plangam paululum dolorem meum.* s.quem ex præcedentibus percussionibus concepi. Hoc autẽ dicit:quia percuti se adhuc reputabat,dum amici eum obiurgabant,de quibus dixerat. *Instauras testes tuos contra me.*

Et quia posset sibi respõderi, imò potius hoc modico tẽpore affligẽdus es,quãdo hinc trãsibis,cõsolationẽ inuenies,quod posset esse dupliciter.Vno modo iteratò redeundo ad hãc vitam,& hoc excludit. *antequã vadã.* s. per mortem. *& non reuertar:* vt iterum viuã, quod põt exponi dupliciter.Vno modo vt dicat se nõ reuerti ad similẽ modum viuendi:vt quidã fabulantur:vel melius dicendum,ꝙ modo disputatoris loquitur,secundum id,quod aduersarij sentiũt, antequam veritas manifestetur. Infrà autẽ Iob manifestè resurrectiõs veritatẽ indicabit, & ideò in oĩbus præcedentibus loquitur de resurrectiõe, supponendo opinionẽ eorum,cũ quibus disputabat, qui non credebant aliam vitam esse nisi istam,& hac sola hoĩes aut puniri aut pręmiari pro malis ac bonis q̃ agunt. Alio modo posset post finẽ huius vitæ consolationẽ expectare in ipso statu mortis,sed hoc excludit dicens, *ad terram tenebrosam.* Ad quã.s. vadam post mortẽ. & põt hoc exponi dupliciter.Vno modo de inferno,ad quem animæ omnium hominum descẽdebãt,etiam iustorum,ante Christum, licèt iusti ibi pœnas sensibiles nõ paterentur,sed solùm tenebras, alij verò & pœnas & tenebras.Sed quia Iob sic loquutus fuerat,ac si dubiũ esset vtrũ ipse esset iustus:vt rei veritas erat:vel peccator,sicut amici eius calũniabantur.¶Describit infernum cõmuniter, & quãtum ad bonos & malos,accipiẽdo ergo ĩfernũ,sic cõmuniter dicitur, *terra tenebrosa:* inquãtũ caret claritate diuinę visionis,dicitur *operta mortis caligine:* quãtum ad peccatum originale, quod est caligo ducens ad mortem. Dicitur *terra miseriæ:* quãtum ad pœnas quas ibi reprobi patiuntur. Dicitur *terra tenebrarum:* quãtum ad obscuritates peccatorũ actualium,quibus mali inuoluuntur, dicitur autem esse ibi: *vmbra mortis.* Id est,similitudo mortis: quia sic affligũtur ac si semper morerẽtur. Dicitur autẽ ibi *nullus ordo esse:* vel propter confusionem mentium, quã patiuntur dãnati:vel propter hoc,qđ ille ordo non ibi seruatur. Hic enim ignis ardet & lucet,quod ibi non est, *sempiternus autẽ horror ibi inhabitat.* Quod licèt semper doleant de pœnis præsentibus, semper tñ timent futuras,sed qa illi cõtra quos disputabat, immortalitatẽ aĩæ non ponebãt:vt sic post mortẽ remaneret. Ipse autẽ adhuc loquitur scđm positiones eorũ melius, quã ad sensum, licèt sic exponatur:vt totum referatur ad corpus,qđ in terra sepelitur, & in terrã cõuertitur.Dicit ergo *ad terram tenebrosam:* quãtum ad ipsam proprietatẽ terræ,quæ in se opaca est.Sed licèt in se sit opaca,tñ viuẽtes qui super terram habitant,illustrãtur lumine aëris operientis terram,sed isto lumine mortui non perfruuntur. Vnde subdit, *opertam mortis caligine.* Quasi dicat facit vt post mortẽ aliqs nõ perfruatur lumine quo viui vtuntur.Contingit autẽ quãdóq; quod licèt aliquis viuus lumine circũdante terrã perfruatur, tñ in aliquo occulto loco terræ existens,fruitur desideratis quò ad appetitum,considerat aliqs virtutes quò ad intellectum , sed hoc mortui carent : vnde subdit, *terram miseriæ.* Quãtum ad carentia omnium desiderabilium, *& tenebrarum:* inquãtum deficit consideratio veritatum.Inter alia etiã, in quibus viui delectãtur,præcipuum est societas humana cum debito ordine,quo quidã præsunt,& alij subsunt,& alij seruiunt,sed hoc mortui priuãtur:vñ subdit: *vbi vmbra mortis.* Quasi dicat apud mortuos nõ sunt nisi horribilia,secundam exterminationẽ viuẽtium: vt Sapiẽt. 17.
dicitur.Personæ apparentes tristes pauorem illis dederunt. *& nullus ordo.* Quia absq, differentia honoris & dignitatis simul est cõditio mortuorum, *sed sempiternus horror inhabitat:* quãtum ad viuentes, quibus horrori sunt mortui. Quasi dicat nihil est in statu mortuorum,nisi quæ hoĩes horrẽt,& hoc in sempiternũ apud eos erit, si ad vitã non redeunt. Sic igitur Iob inquirẽdo causam suæ tribulatiõis, ostẽdit hoc nõ esse ab aliquo ĩpio,ĩ cuiꝰ manu data sit terra nõ esse à Deo calũniosè opprimẽte,nõ esse à Deo culpã inqrẽte,nõ esse à deo peccata puniẽte,nõ esse à Deo ĩ pœnis sibi cõplacẽte.Vnde adhuc remanet sub dubio causa tribulatiõis eiꝰ,q̃ oĩa proseqtur Iob: vt de necessitate ĩducat eos ad ponẽdũ aliã vitã,in qua & iusti præmiẽtur,& mali puniãtur,ex quo ꝑ ea nunc posita non põt reddi causa tribulationis iustorum,quos certum est aliquãdo in hoc mundo tribulari.

CAP. II. LECT. I.

RESPONDENS *autem Sophar Naamathites, dicit. Nunquid qui multa loquitur,nõ audiet?aut vir verbosus iustificabitur?Tibi soli tacebunt homines & cum cæteros irriseris,à nullo confutaberis.* Dixisti enim. *Purus est sermo meus, & mundus sum in cõspectu tuo. Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi:vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quod multiplex esset lex eius, & intelligeres,quod multo minora exigãtur ab eo,quã meretur iniquitas tua.Forsitã vestigia Dei cõprehendes, & vsque ad perfectum omnipotẽtem reperies. Excelsior cœlo est.Et quid facies?Profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari.Si subuerterit omnia vel in vnum coarctauerit,quis contradicet ei:vel quis dicere ei potest,cur ita facis?*

¶Superius Iob inter cætera mala quæ patiebatur,mirabiliter cruciari se dixerat ab amicis suis, qui contra eum insurgebant quasi testes pro Deo , à quo subito tactus Sophar respondit : vnde dicit. *Respondens autem Sophar Naamathites dixit, Nunquid qui multa loquitur non audiet?* Quasi dicat tu multa loquutus es inordinatè , vnde nõ est mirũ si ab amicis tuis reprehẽsus es.Quod si homo,qui loquitur multa nõ reprehẽderetur:sequeretur hoc incõueniens,qđ homines ex hoc ipso qđ sunt loquaces , iusti reputarẽtur. Vnde sequitur, *aut vir verbosus iustificabitur.* Id est iustus reputabitur. Et qa posset dicere Iob sibi debere deferri propter suam dignitatẽ, excludit hoc subdens: *Tibi soli tacebũt homines, & cũ cæteros irriseris, à nullo cõfutaberis.* Intellexerat eñ Iob dixisse illos esse irrisores , in hoc quod testes Dei eos vocauerat,& in hoc qđ suprà dixerat. *Quare detraxistis sermonibus veritatis.* Et ideò dicit nõ esse mirandũ,si etiã alij contra ipsum loquuntur.Sed fortè posset dicere , qđ nõ haberẽt quid dicerent cõtra eum,vel cõtra verba eius.Et ad hoc excludendum subdit: *Dixisti enim purus est sermo meus.* Hoc accipit ab eo qđ supradixerat, *Nõ inuenietis in lingua mea iniquitatẽ, nec in faucibus meis stultitia apparebit, & mũdus sum in cõspectu tuo.* Hoc Iob expressè nõ dixerat sed ex verbis eius accipere volebat,quia disputauerat se nõ propter peccatũ punitũ,vel ex eo qđ dixerat. *Scias quia nihil impiũ fecerim.* vel ex eo quod suprà dixit. *Nónne dissimulaui,nónne silui.* ¶Cõsiderandũ est autẽ quod cũ peccatũ sit obliquatio à lege Dei , nõ potest plenè cognosci peccatũ vel quãtitas eius nisi lex Dei cognoscatur. Rectũ eñ est iudiciũ suijpsius & obliqui. Quod igitur Iob se diceret immunẽ à peccato,& nõ ita grauiter peccasse sicut puniebatur: ex hoc reputabat Sophar accidere,qđ Iob legẽ Dei nõ perfectè cognosceret,& ideò dicit: *Atque vtinã Deus loqueretur tecũ.* Hoc videtur in sugillationẽ Iob dicere,quia dixerat: *Indica mihi cur me ita iudices:* Et potest dicere quod Deus simpliciter loquitur homini, cùm eius cordi aliquid de sua sapiẽtia inspirat,secundũ illud Psal. Audiã quid loquatur in me dominus Deus.Labia autẽ sua aperit,cũ ꝑ alios effectus hominibus aliquid reuelat.Labijs eñ formãtur voces exteriùs,quibus interiores cõceptus cordis exprimimus.¶Cõsiderandũ est autẽ quod ab intellectu diuinorũ duplici ratione deficimus. Primò quidẽ,quia cũ inuisibilia Dei cognoscere nõ posimus, nisi per ea quę facta sunt,multũ deficiũt à virtute factoris,oportet qđ remaneant multa in factore cõsiderãda,quæ nobis occultãtur,& hæc vocantur secreta sapientiæ Dei,de quibus dixit: *Vt ostẽderet tibi secreta sapientiæ suæ.* ¶Secũdò etiã quia ipsum creaturarũ ordinẽ ad plenũ cõprehẽdere nõ possumus,secũdum quod à diuina prouidẽtia dispẽsatur. Aliter enim est in humano regimine,& aliter in diuino.Nam apud homines,quãto aliquis est superior in regẽdo, tanto eius ordinatio ad vniuersalia solùm se extendit : particularia verò relinquit inferioribus rectoribus dispẽsanda:& sic lex Regis superioris rectoris est vtilis & simplex.Sed Deus quãtò est superior in regẽdo,tantò eius ordinatio,& vsq; ad minima se extẽdit. Vnde lex sui regiminis nõ solũ est secreta si respiciamus ad altitudinẽ rectoris extẽdentẽ, vniuersam proportionẽ creaturæ,sed etiã est multiplex vniuersa,& singularia & minima sub certo ordine dispensans', & ideò addidit. *Et quod multiplex sit lex eius.* Et hoc quidẽ nõ solũ in rebus naturalibus est cõsiderare,prout diuino subdũtur regimini,sed etiã in rebus humanis.Leges eñ humanæ,quia nõ potuerũt earũ latores omnia respicere,ad vtilia quædam respiciunt , quæ vt in pluribus accidũt. Qualiter autẽ vtilia statuta humana sint factis singulis applicanda, relinquitur prudẽtię operãtis.Vnde in multis homo potest deficere à rectitudine,in quibus tamen cõtrariatur legi humanitus positæ. Sed lex diuina,secũdum quod est in sapientia Dei ad omnia particularia & minima se extẽdit:& sic nõ potest cõtingere,ꝙ homo in aliquo à rectitudine discordet,& nõ cõtrarietur legi diuinæ.Quia igitur homo ad ipsam legẽ diuinã,prout est in secreto sapiẽtię Dei inspiciendã pertingere nõ potest.Et per cõsequẽs nec eius multiplicitatẽ agnoscere:cõtingit ꝙ aliquãdo nõ putat se cõtra legẽ Dei agere,cũ nõ intelligat,vel parũ delinquere cùm multũ delinquit.Vnde subdit, *& intelligeres.* s.si essent tibi ostẽsa secreta sapiẽtiæ & multiplicitas legis Dei *quod multò maiora exigãtur ab eo.* s.in sufferendo pœnas. *quã meretur iniquitas tua.* Quã vel nõ cognoscis vel ęstimas paruã,& in hoc videtur reprehẽdere qđ Iob suprà dixerat: *Vtinam apprehenderẽtur peccata mea,quibus irã merui, & calamitas quam patior in statera,quasi arena maris hæc grauior appareret.* Et quia proposuerat in diuina sapientia esse aliquod secretũ quod nondum erat Iob ostensum,ne hoc posset negari per sequẽtia cõfirmat dicẽs. *Forsitã vestigia Dei cõprehẽdes.* Vestigia signa sunt per viam procedẽtis: opera autẽ Dei viæ ipsius dicũtur,ꝑductio creaturarũ à Deo,quidã processus Dei intelligĩt in creaturas,prout.s.diuina bonitas ab eo,in quo simpliciter & summè existit gradatim ad effectꝰ deriuata ꝑcedit,dũ superiora inferioribꝰ meliora inueniũtur. Vestigia ergo Dei sunt , signa quædam in creaturis inuenta , ex quibus per omnes aliquatenùs cognosci potest.Sed cũ humana mens nec ipsas creaturas totaliter & perfectè cognoscere posit,multò minus & de ipso creatore perfectã notitiã habere potest:& ideò interrogando subdit: *& vsque ad perfectũ omnipotentẽ reperies.* Quasi dicat si creaturas perfectè cognoscere nõ potest,multò minus nec creatorẽ,& signãter dicit *reperies.* Quia per quãdam inquisitionẽ ratio ab effectibus procedit ad causam: quàm dum per effectus cõgnoscimus , eam dicimur inuenire:Nec est mirũ si creaturis nõ perfectè cognitis, creator nõ perfectè cognoscitur:quia in creaturis non perfectè cognitis adhuc creator nõ perfectè cognosceretur. Tunc eñ per effectus perfectè causa cognosci potest,quãdo effectus adæquãt causæ virtutẽ , ꝙ de Deo dici nõ potest:& ideò subdit, *Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari.* Hęc sub metaphoricè dicuntur.Non enim debet intelligi ꝙ Deus qui incorporeus est,dimẽsionibus corporalibus distẽdatur. Sed magnitudinẽ virtutis sub similitudine describit corporalis magnitudinis:quia quãtumcúnq; videntur esse magnæ vel latitudines vel profunditates,vel longitudines,deficiunt tamen à magnitudine virtutis Dei quæ maiora facere potest. Et ideò signãter Deum omnipotentẽ prius nominauit.Ex hoc ergo ostẽdit ꝙ ꝑfectio in creaturis inueniri non potest:quia dato quod omnes creaturæ perfectæ cognoscerentur,ex eis cognosci nõ posset virtus eius ęqualiter:quia medium sumi nõ potest ad cognoscẽdum virtutem Dei,sed excedit omnẽ creaturã.Et hoc significat cũ dicit, *Quid facies, & vnde cognosces:* Nõ solùm autẽ diuina virtus excedit omnẽ creaturã in producendo,sed etiã in conseruãdo.Nõ enim creaturæ cõseruatio est nisi à Deo,nec est aliqua virtus in creatura quæ diuinę volũtati resistere posit,si ipsam creaturã vlterius cõseruare nõ vellet. & ideò subdit, *Si subuerterit omnia.* in nihilũ redigẽdo,subtrahẽdo.s.eis esse. *Vel in vnũ coarctauerit.* confusionẽ inducendo. s. per subtractionẽ ordinis, quo res distinguit. *Quis cõtradicet ei.* id est quæ virtus creaturæ poterit esse cõtraria contra eius voluntatẽ conseruans vel se vel alia in esse.Sed ne aliquis dicat,ꝙ licèt nihil posset conseruari in esse , nisi per eum,tamen quasi ex debito res in esse cõseruat. ideò ad hoc excludendum subdit : *vel quis dicere ei poterit cur ita facis.* Quasi ab eo exigens rationem de debito prætermisso.

LECTIO II.

Ipse enim nouit hominũ vanitatẽ, & videns iniquitatẽ,nónne considerat? Vir vanus in superbia erigitur, & tanquã pullũ onagri se liberũ natum putat. Tu autẽ firmasti cor tuum, & expandisti ad Deum manus tuas.Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia : tunc leuare poteris faciẽ tuam absque macula, & eris stabilis & nõ timebis. Miseriæ quoque obliuisceris: & quasi aquarũ,quæ præterierũt,nõ recordaberis, & quasi meridianus fulgor cõsurget tibi ad vesperã.Et cũ te consumptũ putaueris,orieris vt lucifer, & habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies. Requiesces , & non erit qui te exterreat.Et deprecabuntur faciem tuam plurimi.Oculi autem impiorum deficient: & effugium peribit ab eis, & spes illorum abominatio animæ.

¶Postquã ostendit Sophar quod in diuina sapientia est aliquod secretũ,quod homini incõprehensibile est:procedit ad aliud manifestandũ,quod prius supposuerat. s. quod Deus ꝓ peccato ab homine exigat,& quod Deus facta hominũ cognoscat.vnde dicit: Rectè dico quod exigãtur tibi à Deo minora quã mereatur tua iniquitas. *Ipse enim nouit hominũ varietates.* id est hominũ facta varia. Vana antẽ dici consueuerũt,quæ instabilia sunt , eò ꝙ debitis finibus nõ stabiliuntur : ex hoc igitur est vanitas hominis, quod cor eius in virtute nõ figitur,per quã solẽ põt stabiliri:& ex hoc , ꝙ à veritate recedit, iniquitatem operatur,dum videlicet appetit illud,qđ apparet bonũ, loco eius quod est bonũ.Vnde subdit. *& videns.* s. Deus, *iniquitatẽ,* ex vanitate hominum prouenire, *nónne considerat.* s.ad puniendum: tunc enim iudex peccatũ videns inconsideratè pertransire videtur, quãdo dissimulat & pœnã apponere nõ curat,quod de Deo videtur nõ esse dicẽdum:cũ igitur ipse videat hominũ vanitatẽ,pro iniquitate exigit pœnã.Sicut autẽ ex vanitate cõtingit quod homo ad iniquitatẽ declinat. ita ex eadẽ vanitate , prouenit quod homo diuino iudicio se subiectũ esse nõ reputat:& ideò subdit. *Vir vanus in superbiã erigitur.* vt scilicet suo superiori se subditũ esse nõ credat:& hoc est quod subdit: *& tanquã pullũ onagri se liberũ natũ putat.* Onager asinus syluester est : cuius pullus dominio hominis nascitur liber. Pulli autẽ asinorũ,qui ab hominibus posidentur,in seruitutẽ hominum nascũtur. Homines igitur,qui se diuino iudicio subiectos esse nõ putãt,reputãt se quasi pullos onagri natos, licèt inueniant alios homines eiusdẽ conditionis diuino iudicio coẽrceri.Hoc in sugillationẽ beati Iob dicere videbatur intelligẽs ex verbis eis, ꝙ quasi de pari cum Deo vellet cõtendere,quia dixerat. Auferat à me virgam suam,& pauor eius non me terreat , loquar & non timebo eum, & ideò subdit. *Tu autẽ firmasti cor tuum.* vt scilicet defenderes iniquitatem tuam:& tamen cũ hac cordis obfirmatione expandisti ad Deũ manus tuas,orando scilicet suprà cũ dixit.Dicam Deo noli me condemnare.Et ideò inutilis est oratio talis.Talis enim oratio est quãdo homo primò iniquitatem dimittit & posteà à Deo petit vt à puniendo cesset , & hoc est quod subdit. *Si iniquitatẽ quæ est in manu tua abstuleris à te.* vt scilicet desistas ab opere iniquo quod adhuc præ manibus habes, *& nõ manserit in tabernaculo tuo iniustitia.* Vt scilicet quæ iniustè accepta reposita habes restituas : vel vt tuos fa-

Universidad de Deusto Biblioteca

miliares corrigas, pro quorum delictis interdum Domini puniũtur propter negligentiam corrigendi. *Tu leuare poteris.* Scilicet ad Dominum orando. *Faciem tuam absque macula.* Scilicet culpę,& sic cessabit condemnatio,primo quidem quantùm ad futura: vnde subdit. *Et eris stabilis.* Vt s.vlterius pro tribulatione nõ mouearis. *Et non timebis.* Futura pericula, & quia aliqñ licèt non timeat de futuro hõ, tñ affligitur pro ijs quæ amisit & passus est subiungit. *Miseriæ quoq;.* Scilicet quã hactenus passus es. *Obliuisceris.* Propter abundantiã bonorum superuenientium, & hoc exemplo confirmat cum subdit. *Et quasi aquarum quæ præterierunt non recordaberis.* Quasi dicat qa homo post tempestatem pluuiæ cum serenitas aduenerit pluuiarum præcedentium obliuiscetur:vel propter hoc,ꝙ aquæ fluuiorum citissimè fluunt, & earum postquã transeunt nulla restat memoria, sed quia cõtra promissionẽ prosperitatis in hac vita Iob supra duo proposuerat.s.deuastationem proprij corporis cum dixit. *Induta est caro mea putredine.* Et præteritionẽ dierum vitæ suæ cum dixit. *Dies mei velociùs transierunt, &c.* Homo ad vtrãq; obiectionem excludẽdam subiungit. *Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam.* Ac si dicat licèt tibi videatur,ꝙ dies tui pertrãsierint & vita tua sit in fine quasi ad vesperam,tñ tanta poterit superuenire prosperitas, ꝙ quasi reducet te ad gaudium iuuentutis tuæ,sicut enim per vesperã intelligitur senectus,ita per meridiẽ,iuuentus, fulgorẽ autẽ vocat claritatem terrenæ prosperitatis contra hoc verò dixerat de consumptiõe ꝓprij corporis, subiungit. *Et cum te consumptum putaueris.* Scilicet propter infirmitatem,quã passus es. *Orieris vt lucifer.* Id est,ad pristinum decorem reuertetur cor tuum, & quia supra Iob dixerat, quòd dies sui cõsumpti erant absq; vlla spe,ideò subiungit. *Et habebis fiduciam proposita tibi spe.* Id est:quia supra Iob improbauerat op.dicentium,ꝙ homo post mortẽ transactis multis sæculis , iterum rediret ad hunc mundum viuendi,non huius rei sibi spem dicit esse propositam, sed secundum,ꝙ homo post mortem viuit in memorijs hominum,quod quidẽ ex duobus cõtingit. Vno quidẽ modo ex tumulis, in quibus corpora mortuorum conduntur : vt cõseruetur memoria defunctorum:vñ & monumenta dicuntur , & quãtùm ad hoc dicit. *Et defossus securus dormies.* Quasi dicat nullus sepulchrum tuum violabit,nec etiam timendum erit , quòd aliquis attentet : vnde subdit. *Requiesces & non erit qui te exterreat.* Alio modo mortui viuunt in memorijs hominum,propter bona quæ fecerunt, dum viuerent, ex quibus eorum vita desideraretur, & quantùm ad hoc subdit. *Deprecabuntur faciem tuam plurimi.* Id est,plurimi exoptabunt præsentiam tuam: vel reuerentiam exhibebunt tumulo tuo memorantes beneficia tua. Et quia hoc promiserat si Iob ab iniquitate vellet discedere, ostendit consequenter, quòd iniquis ista non dantur,& ideò subdit. *Oculi autem impiorum deficient.* Quia vident bona quæ exoptãt,non obtinebunt,tunc enim oculi alicuius deficere dicuntur,quando aspicit ad aliud apprehendendum,ad quod attingere non valet,& sic bona desiderata non adipiscuntur,ita etiam mala quæ patiuntur vel timent , vitare non possunt : vnde sequitur. *Et effugium peribit ab eis.* Quia scilicet non poterunt fugere mala post mortem : vel nõ erunt in veneratione vel desiderio,sed in abominatione propter mala quę fecerunt , hoc est , quod subditur. *Et spes eorum abominatio animæ.* Id est,illud,qđ de eis põt sperari post mortẽ,est quidẽ abominabile.

CAP. XII. LECT. I.

RESPONDENS *autem Iob dixit.Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia. Est mihi cor sicut & vobis,nec inferior vestri sum. Quis enim hæc quæ nostis ignorat? Qui deridetur ab amico suo,sicut ego,inuocabit* Deum, *& exaudiet eum.Deridetur enim iusti simplicitas,lampas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus statutum. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant* Deũ, *cum ipse dederit omnia in manus eorum.Nimirùm interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat,quod omnia hæc manus* Domini *fecerit.In cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis.*

¶Sophar in verbis præcedentibus conatus fuerat ostendere, ꝙ secreta sapientiæ Dei homo cõprehendere non põt, ad sugillãdum Iob, qui quasi cum Deo disputationẽ requirere videbatur, & sicut ex verbis eius & aliorum amicorum perpendi potest,circa tria eorum versabatur intentio. Primò enim studebant ad dicendum aliqua magnifica de Deo,extollentes eius sapientiam,& potẽtiam,& iustitiam vt ex hoc eorũ causa fauorabilior appareret. ¶Secundò huiusmodi magnifica de Deo assumpta,ad falsa quædã dogmata applicabãt:vtpotè, ꝙ propter iustitiam homines prosperarentur in hoc mundo , & propter peccata tribularentur,& post hanc vitã non esset aliquid expectandum.¶Tertiò ex huiusmodi assertionibus,propter aduersitatem,quã patiebatur Iob,arguebant eum:quasi iniquum,& promittebant quidẽ inania,si iniquitatẽ desereret: vtpotè, ꝙ defessus securus dormiret,& ꝙ ad vesperam oriretur ei fulgor meridianus, quæ Iob quasi irrisiões reputabat,& circa hoc tota Iob responsio versabatur.

Primò ergo contra eos loquitur de hoc,ꝙ se extollebant quędã magnalia de Deo proponentes,ac si soli ipsi ea scirent, & Iob ea ignoraret,& ideò dicitur. *Respondens autem Iob dixit,ergo vos estis soli homines.* Quòd sequtur,si vos solos scire reputatis de magnitudine Dei, quæ oẽs hoĩes cognoscunt,& cum in cognitione magnitudinis Dei consistat sapiẽtia.Sequitur,ꝙ si hoc soli vos scitis,ꝙ in vobis solum sit sapientia,& ita vobis cessantibus,sapientia cessat, & ideò subdit. *Et vobiscum morietur sapientia.* Quasi dicat incõueniens est:vel quòd vos soli sitis hoĩes:vel ꝙ vos soli sitis sapientes.Sed quia possent dicere nõ soli nos scimus,sed tñ tu nescis,respõdit subdẽs. *Et mihi est cor.* Scilicet ad hæc scienda. *Sicut & vobis,nec inferior vestri sum.* Quantùm scilicet ad hanc cognitionem,& ne hoc arrogantiæ posset ascribi,subiungit. *Quis enim hæc quæ nostis ignorat?* Quasi dicat non est magnum si dico me scire ea quæ scitis , & quia non est magnum ea scire,cum quilibet ea sciat,sed quia hæc me ignorare reputatis , me contẽptui habere videmini:quasi ignorẽ ea quæ oẽs sciũt:vñ subdit. *Qui deridetur ab amico.* Scilicet sicut ego à vobis, scilicet dũ me insipientem reputatis. *Inuocabit Deum, & exaudiet eum.* Quia vbi deest auxilium humanum,ibi maximè adest auxilium diuinum.secũdum illud.Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me,Dominus autem assumpsit me,& in hoc videtur quasi respondere ei,quòd (*Psalm.* 26.) scilicet dixerat Sophar. Tunc leuare poteris faciem tuam,aliud est si dicant non egent me amplius,expectant ad fiducialiter orandũ:quia ex hoc ipso,ꝙ ab amicis derideor datur mihi spes recurrẽdi ad Deũ. A Deo quare autem irrisus ab amico exaudiatur ostendit subdens. *Deridetur enim iusti simplicitas.* Vbi ostẽdit & qui sunt qui derideãt, & quare,& etiã à quibus,cum subdit. *Lampas contempta apud cogitationes diuitum.* Derideri eñ deficiẽtis est,deridere autẽ supabũdãtis. Qui autẽ in virtutibus superabundãt , eos qui in virtutibus deficiũt non irridẽt,sed magis cõpatiuntur,& iuuant si possunt. Sed illi qui in tẽporalibus abundant,maximè solent irridere eos,qui in tẽporalibus deficiunt,& præcipuè quando studium non adhibent ad tẽporalia cõquirenda, studium autem iustorum nõ est ad temporalia cõquirenda,sed ad rectitudinẽ sequendam. Vnde à fraudibus & dolis abstinent,quibus plerũq; diuitiæ acquiruntur,& ex hoc simplices reputantur,ergo vt plurimum deridẽtur iusti. Causa autẽ irrisionis est simplicitas,sed nõ sic irridetur:quasi malum manifestum , sed quasi bonum occultum, & ideò hæc simplicitas vocatur lãpas propter claritatem iustitiæ.Sed contẽpta apud cogitatiões diuitum.s.qui finem suum in diuitijs ponunt,qui enim summum bonum in diuitijs ponit,oportet, ꝙ cogitet, ꝙ in terra sunt aliqua magna bona inquantùm magis prosunt ad diuitias conquirendas:vnde oportet, ꝙ ei sit contẽptibilis iustorum simplicitas,per quã diuitiarum multiplicitas impeditur. Sed licèt ipsa simplicitas iustorum in cogitationibus diuitum contẽnatur, tamen suo tempore à fine debito non fraudabitur:vnde dicit. *Parata ad tempus statutum.* Non autẽ dicit hoc quasi in aliquo tẽpore præsentis vitæ iustis pro sua simplicitate aliqua terrena prosperitas sit reddeda, sed indeterminatum relinquit quid sit istud tẽpus statutum, & ad quẽ finẽ iustorũ simplicitas præparetur. Nõdum enim ad hoc disputatio ꝑuenit, sed in sequẽtibus ostẽdetur. Sic igitur Iob occultè insinuat,quare ab amicis irridetur,quos diuites vocat:qa prosperitatẽ huius mundi finẽ hoĩs ponebãt:quasi pręmiũ iustitiæ hoĩs.Ipse autẽ sua simplicitate, nõ hoc ꝑmium q̃rebat, sed alio in tẽpore statuto,& iõ fiduciã habebat:vt si inuocaret Dñm, ab eo exaudiretur:qa diuites iusti simplicitatẽ irridẽtes,nõ in hoc sistunt,sed vsq; ad cõtẽptum Dei ꝓcedunt: vñ subditur. *Abundant tabernacula prædonum.* Cõsequẽs autẽ est,ꝙ ex quo finẽ suum in diuitijs ponunt,ꝙ oẽs vias exquirãt ad hunc finẽ cõsequẽdum: vel fraudãdo vel quocũq; alio mõ,& sic efficiuntur ꝑdones,& dũ prædãtur, diuitijs abundãt,ex hac aũt abũdãtia seqtur. Cõtẽpt⁹ Dei:vñ subdit. *Et audacter prouocant Deum.* Tunc eñ aliqs aliqd audacter facit,qñ credit hoc esse bonũ,ꝙ facit, cũ eñ cõsciẽtia eũ remordet de malo, nõ sine timore hoc ꝑpetrat malũ:qa vt dicit. Sap.17.Cũ sit timida nequitia,data est ĩ omniũ cõdẽnationẽ.Qui aũt finẽ vltimũ in diuitijs ponũt,ex hoc existimãt bona oĩa esse,ꝑ q̃ hũc finẽ cõsequũtur.Manifestũ est aũt,ꝙ cũ diuitias acqrũt ꝑdãdo,ꝓuocãt Deũ, cõtra ei⁹ iustitiam faciẽtes.Vnde cõsequẽs est,ꝙ audacter prouocẽt Deum:vel aliter ex diuitijs,ꝙ hõ in supbiã erigitur,putãs se ꝑ eas sibi sufficere,& ex hoc contẽnit Deum audacter,in diuitijs suis cõfidens.scđm illud. Deutero 32. In crassatus est dilectus.& recalcitrauit.Sed quia dixerat abundare prædonum tabernacula,qui prouocant Deum,ne fortè responderẽt:qa talis abundãtia nõ est à Deo,subiungit, *cum ipse dederit omnia in manus eorum.* Id est,in ꝑtãte eorum. Quia potestas nocẽdi alicui non est nisi à Deo,voluntas autem malefaciendi non est nisi à seipso,& ideò in hoc,quòd prædantur, Deum prouocant, sed abundantia consequens est eis à Deo, & hoc consequenter probat cum subdit. *Nimirùm interroga iumenta & docebunt te, & volatilia cœli , & indicabunt tibi , &c.* Quod autem omnia ista interrogata respondeant ostendit subdens , *quis ignorat , & quod omnia hæc manus* Domini *fecerit,* hoc ergo est , quòd omnia
confi-

confitentur se à Deo esse facta. Tunc autem homo creaturas interrogat,quãdo eas diligẽter considerat, sed tunc interrogatæ respondent,cũ per consideratiõnẽ ipsarũ homo percipit , ꝙ tanta ordinatio & cõuenientia,quæ inuenitur in dispositione partium, in ordine vniuersi nullo modo posset esse,nisi ab aliqua superiori sapientia dispensante.Si autẽ huiusmodi creaturæ à Deo factæ sunt.Manifestum est ꝙ in Dei potestate sunt, sicut artificiata in potestate artificis,& ideò subdit. *In cuius manu,* id est potestate, *est anima omnis viuentis,*& nõ solùm aliorũ animalium, *sed & spiritus vniuersæ carnis hominis.* Si autẽ in potestate eius sunt , manifestũ est, ꝙ nullus rerum abundantiam habere potest,nisi ab ipso,secundũ illud. Dominatur (*Daniel.* 4.) excelsus in regno hominum,& cuicũq; voluerit dabit illud. Manifestum est igitur quòd & terram & animalia de quibus suprà dixerat,in quibus humanę diuitiæ consistunt , nullus homo habere potest, nisi Deus in manu eius dederit:& sic si prędones abundãt,Deus dedit in manib⁹ eorũ,per hoc ergo cõfutatur illorũ opinio, qui ponebãt diuitias à Deo dari pro merito iustitiæ,cùm etiam prædonibus à Deo dentur.

LECTIO II.

N*Onne auris verba dijudicat, & fauces comedẽtis saporẽ.In antiquis est sapiẽtia, & in multo tẽpore prudẽtia. Apud ipsum est sapiẽtia & fortitudo, & ipse habet cõsilium & intelligẽtiã. Si destruxerit nemo est qui ædificet:si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.Si continuerit aquas omnia siccabũtur,si emiserit eas,subuertẽt terram. Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Ipse nouit & decipientẽ , & eum qui decipitur. Adducit cõsiliarios in stultũ finẽ, & iudices in stuporẽ. Baltheum Regũ dissoluit, & præcingit fune renes eorum. Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat.Cõmutans labium veraciũ, & doctrinã senũ auferens, Effundit despectionẽ super principes, & eos qui oppressi fuerãt,reuelat. Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucẽ vmbrã mortis. Qui multiplicat gentes & perdit eas, & subuersas in integrũ restituit. Qui immutat cor principũ populi terræ & decipit eos,vt frustrà incedant per inuium. Palpabũt quasi in tenebris, & nõ in luce : & errare eos faciet quasi ebrios.*

¶Quia superiùs posuerat Iob ea quæ Sophar de excellentia diuinæ magnitudinis dixerat esse omnibus manifesta,intẽdit hîc ostendere ꝙ hoc ad notitiã hominũ peruenire potest per experimentũ diuinæ potẽtię & sapientię in rebus humanis.Primò manifestat quomodò homines per experimentũ à sensibus in rerũ cognitionẽ deueniant,dicens. *Nõnne auris verba dijudicat.* s.dum ea audit. *& fauces comedentis saporẽ,* nõnne dijudicãt. Quia experimentũ à sensu est,cõuenienter per iudicium sensuum virtutẽ experimenti manifestat,& præcipuè per auditũ & gustum,quia auditus inter omnes sensus est disciplinabilior. Vnde plurimũ ad sciẽtias cõtemplatiuas valet. Gustus autẽ est perceptiuus odorũ : qui quidẽ sensus homini necessarij sunt ad vitã : vnde per iudiciũ gustus experimentũ significat, ꝙ de rebus actiuę vitę habetur,& propter hoc ex iudicio duorũ sensuum tangit virtutẽ experimenti tam in speculatiuis quã in operatiuis,cũ subdit, *in antiquis est sapientia,* quæ ad cõtemplationẽ pertinet:quia scilicet antiqui multa audierint, *& in multo tẽpore prudentia,* quę ad actionẽ pertinet:quia scilicet in multo tẽpore homines multa degustant vtilia vel nociua. Sic igitur manifestata experimenti virtute, subiũgit id quod homines de Deo experiri possunt,cũ dicit, *apud ipsum est sapientia & fortitudo: & ipse habet consiliũ & intelligentiam.* vbi quatuor Deo attribuit,quæ se per ordinẽ habent.Nam primum quidem est occulta cognoscere quod ad intelligẽtiam pertinet. Secundũ est ex ijs quæ homo intelligit, inuenire in actiuis quidẽ vias cõmodas ad aliquẽ finẽ,quod ad consiliũ pertinet:sicut & in speculatiuis per ea quæ homo intelligit,rationes deducit ad aliquas conclusiones cognoscẽdas. Tertium autẽ est vt de ijs quæ homo adinuenit:rectũ iudicium habeat,quod ad sapientiã pertinet. Quartũ autẽ est,vt ea quæ aliquis iudicat esse facienda,potenter exequatur,& ad hoc pertinet fortitudo,quia verò experimentũ procedit à sensibilibus:quæ licèt sint priora secũdum nos,sunt tamen simpliciter & secundum naturã posteriora:ideò incipit ostendere quomodò homines experiri possunt fortitudinẽ diuinã. Et primò quidẽ in ipsis rebus humanis:videmus enim ꝙ aliqui homines totaliter destruuntur,vel per mortẽ,quantũ ad esse naturæ : vel per omnimodã obiectionẽ,quantũ ad esse ciuile,cũ non habeant multos manutẽtores. Vnde cũ adiuuari nõ possint,ne ad destructionẽ perueniant,manifestum est ꝙ ab aliqua occulta causa & diuina & excedente humanam virtutem: hoc cõtingit ꝙ virtus humana resistere nõ possit: & hoc est quod dicit, *si destruxerit nemo est qui te ædificet.* Itẽ videmus aliquos homines in suis processibus impediri , etiam si nõ totaliter destruantur:licèt habeant plurimos directores. Vnde manifestũ est ꝙ hoc etiã ab aliqua excellentiori virtute fit:vnde subditur,& si in- (*Eccl.* 7.) cluserit hominẽ.s.inuoluẽdo eum diuersis difficultatibus, *nullus est qui aperiat,* id est,qui eum expedire possit,vnde dicitur. Nemo potest corrigere eum quẽ Deus despexerit. ¶Deindè ostẽdit quomodò possint homines experiri diuinã potẽtiam in rebus naturalib⁹:pręcipuè quantùm ad pluuias & siccitates,vnde dicit , *& si continuerit aquas.* ne scilicet pluendo cadant , omnia siccabũtur.s.quæ ex terra germinant, *& si emiserit eas* , scilicet in magna abundantia subuertet terrã,sicut in diluuio accidit & licèt hoc ex aliquibus causis naturalibus proueniat.s.ꝙ aliquãdo pluuiæ cessent vsq; ad omnimodam siccitatẽ,aliquãdo autẽ abundent vsq; ad terræ subuersionẽ,non tamen hoc à diuina potẽtia subtrahitur:quæ ipsas naturales causas ad proprios ordinauit effectus.Sic igitur quasi ex præmissis cõcludens subdit, *apud ipsum est fortitudo.* Deinde incipiens progredi ad secundum membrũ adiũgit, *& sapientia.* s.est ꝙ proponens manifestare intendit.Est autẽ propriũ sapientiæ , vt per ea rectũ iudiciũ habeatur de rebus,ille autẽ rectè iudicat de rerũ veritate,qui potest discernere quomodò aliquis decipiatur à veritate declinans,ad ostendendum ꝙ in Deo sit sapientia: subdit , *ipse nouit decipientẽ, & eum qui decipitur,* id est discernit recto iudicio deceptiões,quibus aliquis prętermittit veritatẽ,deuiando à recta veritatis cognitione:& hoc quidem supponit ab eo in quo cõmuniter ipse & amici conueniunt, in hoc scilicet ꝙ res humanæ diuino iudicio subduntur, de quibus iudicare nõ posset,nisi peccata cognosceret,inter quæ magnũ locum obtinẽt deceptiones & fraudes. ¶Deindè ostendit per ea quæ in rebus humanis apparẽt,ꝙ apud Deũ sit cõsiliũ.Circa quod tamen cõsiderandũ est, ꝙ sicut & Deus scit principia speculatiuarũ scientiarum,& cõclusiones & ordines eorũ adinuicẽ,non tamen per principia cõclusionũ cognitionẽ acquirit,sed omnia potest: & simpliciter cognoscit,ita & in operatiuis,& fines,& ea quæ sunt ad finẽ, nouit:& quærit quæ ad fines aliquos consequẽdos expediant, nõ tamẽ vias ex finib⁹ inquirit:sicut nos dum cõsiliamur,sicut igitur in Deo dicitur esse ratio inquantũ cognoscit ordinẽ principiorũ ad sequentia,nõ tamen ei cõuenit inuestigare aliquid per modũ ratiõis:vt ratio facit sic apud ipsum dicitur esse cõsiliũ:nõ per modũ inquisitionis,sed per modũ simplicis & absolutæ cognitionis. Profunditas autem alicuius in consilijs,ex duobus perpendi potest. Primò quidem quando subtilitate sui cõsilij aduersarios,etiam si exercitati in consilijs videantur:ad hoc deducit eos ꝙ necesse sit eis deficiẽtibus omnibus vijs eorũ ad finẽ inconuenientẽ peruenire : & quantũ ad hoc dicit,adducit consiliarios in stultũ finẽ,impediendo.s.profunditate sui consilij vias quas inueniunt ad finẽ huiusmodi euitãdum. Secundò autẽ ostẽditur profunditas alicuius in cõsilijs,quãdo aduersarios ad hoc deducere potest subtilitate sui consilij:vt ignorent quid eos oporteat agere,& quantũ ad hoc subdit: *& iudices in stuporẽ.* s.adducit. Dicit autẽ iudices sapientes,qui de agẽdis rectũ consiliũ consueuerunt habere , sicut etiã & in disputationibus speculatiuis accidit: ꝙ aliquis efficax disputator haberetur qui aduersariũ ad inconueniens deducere posset,vel propositũ taliter firmare:ꝙ in cõtrarium nihil dici possit,sic autẽ & Deus cõtra suos aduersarios facit,quia& per vias quas ipsi eligũt,eos ad perditionẽ ducit,& suã virtutẽ & opera sic firmat:vt ab aduersarijs cõmoueri nõ possit:& quia hoc generaliter dixerat:cõsequẽter per spiritualia exempla manifestat,ostendens quomodò omnia , quæ in rebus humanis excellere videntur, profunditate diuini iudicij , consilij in stultũ finẽ & stuporẽ adducuntur. In rebus autẽ humanis excellunt Reges secũdum potẽtiam: & quantũ ad hos dicit, *baltheum,* Id est cingulũ militare, *Regũ dissoluit,* in cingulo eñ eorũ potentia designatur,secũdum illud. Accin- (*Psalm.* 44.) gere gladio tuo super femur tuum potẽtissime, *& præcingit fune renes eorũ.* s.dum in captiuitatẽ trahũtur:in quo maximus defectus potentiæ denotatur. Sacerdotes autẽ excellunt quantũ ad reuerẽtiam in qua habẽtur,de quibus subdit: *ducit sacerdotes inglorios,* primates autẽ & consiliarij ciuitatis aut regni excellere videtur secũdum prudentiã in cõsilijs,& ijs subdit, *& optimates supplantat,* id est decipit. Philosophi autem excellũt in cõsideratione veritatis:& de ijs dicit, *cõmutans labium veraciũ,* id est eorũ qui ad veritatẽ loquendum student aliquãdo eñ Deus obnubilat eorũ mentẽ,per subtractionẽ suę gratiæ,ne veritatẽ inuenire possint:& per cõsequẽs nec loqui secundum illud. Dicẽtes se esse sapientes,stulti facti sunt, excellunt etiam senes in directione iuuenũ,& de ijs subdit. *Et doctrinã senum auferẽs.* Vel quia senes infatuantur,vel quia totaliter de medio subtrahũtur (*Mat.* 1.) secundum illud. Auferet Dominus iudicẽ & Prophetã & ariolum, & senẽ,excellunt autẽ principes in auctoritate,quã habent alijs pręcipiendi (*Isai.* 3.):& de ijs subdit, *effundit despectionẽ super principes,* vt scilicet despiciantur sub ijs qui eis obedire debebant,hæc omnia pertinere videntur ad hoc quod dixerat, *adducit cõsiliarios in stultũ finẽ,* sed ꝙ aliquãdo aliqui ex infimo statu promoueantur ad summũ, pertinere videtur ad hoc qđ dixerat, *& iudices in stuporẽ,* & quantũ ad subditos, *& eos qui oppressi fuerãt reuelat* ,& hoc referatur ad impotẽtes: potẽtia maiorũ oppressos qui oppressoribus deiectis interdũ ad statum potentiæ eleuãtur,quantũ verò ad eos qui nullius sunt gloriæ: sed in limo statu latẽt subdit,qui reuelat profunda de tenebris. s.homines in infimo statu positos : & propter hoc innotos in tenebris existentes,in gloriam adducit eis aliqua reuelando , quantùm verò ad eos qui ignorantes reputantur stulti , subdit , *& producit in lucẽ vmbrã mortis,* verba enim mortis ignorantia esse videtur, vel stulti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia,cùm per cognitionem maximè viuentia & nõ viuẽtia distinguãtur.Producit ergo in lucem vmbram mortis,quando vel ignorantibus sapientiam tribuit:vel eos qui sapientes non erant,sapientes esse demonstrat,quorum sapientia erat prius ignota:vt sic, quod dictum est,eos qui oppressi fuerant,reuelat,dicatur quasi in oppositum eius, q̃ dixerat, *baltheum regum dissoluit*, quod vero subditur, *qui reuelat profunda de tenebris*, contra id quod dixerat, *ducit sacerdotes inglorios*, quod verò subdit, *& producit in lucem vmbram mortis*. Contrà omnia quæ sequuntur,sicut autẽ huiusmodi alterationem sublimitatis,& deiectionis,cõtra singulares psonas à Deo fieri dixerat, hoc idẽ & circa totam gentem ostendit,subdens, *qui multiplicat gentes*. s. numerositates hominum. *& perdit eas*. i. destruit aut bellis aut pestilentijs, *& subuertas*: vel ex ijs casibus : vel oppressione alicuius : vel aliquorum qui iniquè præsident, *in integrum restituit*. i.ad bonum statum reducit.Ostenso igitur,q̃ in Deo sit fortitudo sapientia & cõsilium:vltimo ostendit,q̃ in Deo sit intelligentia, quã diximus pertinere ad cognitionem occultorum , quæ maximè videntur esse quæ in corde latent. Hic autem Deum cognoscere ostẽdit, per hoc,q̃ in cordibus hominum operatur,& sic tã occulta cordium,quã suos effectus cognoscit , dicit ergo, *qui immutat cor principum populi terræ:* quãtum scilicet ad voluntatem:vnde dicitur. Cor Regum in manu Domini,quocũq. voluerit inclinabit illud,& licèt omniũ hominum Deus inclinet voluntates, tñ spiritualis mẽtio fit de Regibus & principibus:quia corũ voluntates maius pondus habent:vtpotè quorum voluntates multi sequuntur,quãtum verò ad intellectum subiungit, *& decipit eos*, quod quidem dicitur , non q̃ in falsitatẽ eos inducat, sed quia lumẽ suum eis subtrahit,ne veritatẽ cognoscant,& corũ rationem obnubilat,ne ad mala quæ proponunt consequẽda:vias idoneas inuenire possint: vnde sequitur: *vt frustra incedant per inuium*. i.vt procedant per vias non cõuenientes, quibus ad finẽ suum peruenire non possint. Conuenit autẽ aliquem errare in agendis dupliciter.vno modo per ignorantiam,& quantum ad hoc dicit, *palpabunt in tenebris, & non in luce*: vt per tenebras ignorantia,per lucem cognitio designetur, palpant autem aliqui per ignorantiã ad modum cæcorum,dum non cõsiderant nisi quæ præsentialiter tãgendo sentiunt. Alio mõ errant aliqui in agẽdis propter passiones, quibus eorum ratio ligatur circa particularia:vt ne vniuersalẽ cognitionẽ applicent ad agẽdum, & quantum ad hoc subdit, *& errare faciet quasi ebrios*, sic enim ligatur passione ratio sicut quadam ebrietate.

Prou. 21.

CAP. XIII. LECT. I.

ECCE *omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula. Secundum scientiam vestram, & ego noui, nec inferior vestri sum. Sed tamen ad omnipotẽtem loquar , & disputare cum Deo cupio , prius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatũ. Atq; vtinam taceretis vt putaremini esse sapientes. Audite ergo correctiones meas, & iudicium labiorum meorum attendite. Nunquid Deus indiget vestro mendacio vt pro illo loquamini dolos. Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini. Aut placebit ei quem celare nihil potest, aut decipietur vt homo vestris fraudulentijs. Ipse vos arguet, quoniã in abscõdito faciem eius accipitis. Statim vt se commouerit, turbabit vos, & terror eius irruet super vos. Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestræ.*

¶Postquã ostenderat Iob , quod per experimentũ cognoscĩ poterat diuinæ virtutis excellentia: quasi concludens subdit. *Ecce hæc omnia vidit oculus meus, &c.* quasi dicat effectus pãctos,quibus diuina fortitudo,& sapientia ostenditur,partim visu, partim auditu cognoui, nec in ijs sensibilibus effectibus mea cognitio requieuit , sed ex eis ad intelligentiã veritatis ascendi : vnde subdit, *& intellexi singula*, quid scilicet singuli effectus demonstrent circa diuina : vel eius sapientiam:vel iutelligentiam:vel consilium:vel fortitudinem. Vnde eorum iactantiam excludens, qua magnifica de Deo præponẽdo se Iob præferre videbantur , subdit, *secundum scientiam vestram & ego noui*, ea scilicet quæ ad Dei magnificentia pertinent, *nec inferior vestri sum:* quasi vel minus vel imperfectius ea cognoscerẽ: vel à vobis modò addiscerẽ, sed quia Sophar excellentiã diuinã proposuerat ad arguendũ Iob de eo,quòd cum Deo disputare moliretur, subiungit, *sed tamen ad omnipotentem loquar*, quasi dicat quãuis intelligã ex diuersis eius effectibus excellentiã diuinæ sapientię & virtutis,nõ minus quã vos, tñ per hoc rationabiliter à meo proposito non mutor, quin Deum alloqui velim,motus cordis mei aperiẽdo ei,qui est cordium scrutator & iudex,& ab eo qui totius veritatis est Doctor veritatem exquirendo:vnde subdit, *disputare cum Deo cupio*, nõ quidẽ vt eius iudicia disputare velim,sed vt vestros errores destruam, quibus suppositis,sequeretur quòd essem iniustus apud Deum:vnde subdit, *prius vos ostendens fabricatores mendacij*. Quia hoc mendacium adinuenerant,quod Iob iniquã vitã duxisset , in hoc autem mendacium deuenerant propter hoc, q̃ circa fidem: qua Deus colitur, errabant, credentes , q̃ in hac vita tantum fieret meritorum & pœnarum retributio, & ideò subdit, *& cultores peruersorum dogmatum*, quicũque enim à vera cognitione Dei declinat non Deum , sed sua falsa dogmata colit,non autem sic intelligẽdum est, quod dicit, *prius vos ostendens*: quasi prius in ordine sequentis doctrinæ destructurus sit praua eorum dogmata , & postmodùm cum Deo disputaturus , sed quia dum cum Deo disputare intendit,hoc primum est in intentione sua:vt eorum dogmata destruat. Contingit autem quandóque vt aliqui aliqua probabilia vel falsa proponant , sed dum ea veriſimiliter defendere nesciunt,aut probare in loquendo suam insipientiam manifestant , quod amicis Iob contingebat , & ideò subdit. *Atque vtinam taceretis:vt putaremini esse sapientes:* quia hoc ipsum, quòd falsa dogmata inconuenienter defenditis & probatis: vos insipientes esse demonstrat:quia ergo falsa dogmata proponitis , & ad eorum manifestationem inconuenientia media assumitis, ideò correctione indigetis,& hoc est,quod con. ludit subdens, *audite ergo correctiones meas:* quibus vestrum processum corrigam, *& iudicium labiorum meorum attendite*, quòd vestra falsa dogmata condemnet. Primò autem intendit corrigere eorum incõueniẽtem processum, quòd proponebant bonorum & malorum operum præmia & pœnas in hac vita retribui, ad iustitiam Dei defendendam iam oportebat, q̃ quædã mendacia assumerent,cum enim manifestum sit quosdam innocentes & iustos in hac vita aduersitatibus præmi necesse erat eis iustis imponere crimina ad Dei iustitiam defendendam , & sic Iob,quem afflictum videbant,impietatis arguebant. Non autem conuenienti medio vtitur qui veritatem per mendacia defendit , & ideò dicit, *nunquid Deus indiget mendacio vestro:* quasi dicat nũquid necessarium est, q̃ ad defendendum diuinam iustitiam,mendacia assumantur. Quod enim nõ potest,nisi per mendacia defendi,impossibile est esse verum. Cùm autem aliquis cõtra manifestam veritatem mentiri nititur,cogitur aliquas dolosas & fraudulentas vias adinuenire:vt mendacium aliqua fraude possit colere. Sic & isti cõtra iustitiam Iob,quæ oũbus manifesta erat,mentiri conabantur:quorũdam dolis vtebãtur,ostẽdendo scilicet fragilitatem humanam quæ facilè labitur in peccatum,& cõparando eã ad diuinã excellentiam : vt sic probabilius reputaretur Iob iniquum fuisse,quã Deum esse iniustũ, & ideò subiungit: *vt pro illo loquimini dolos:* quia quasi per dolos loquebantur,dum dolosè impietatẽ Iob imponere nitebãtur:vt Deum esse iustum defenderent. Possent autẽ dicere se nõ dolosè cõtra Iob aliquid dicere,sed hoc tantũ dicere quod putabãt ostendit ergo Iob, quòd si hoc verum esset,quòd à dolositate excusarentur, in aliud vitium labebantur.sin acceptionem personarum. quæ iustitiam iudicantis excludit. Est enim personarum acceptio,si aliquis iustitiã alicuius quæ apparet,contẽnit,aut negat propter magnitudinem alterius,licèt iustitiam non cognoscat. Si igitur amici Iob eum esse iniquum iudicabãt:videntes in eo iustitiã manifestã ac sola diuinæ magnitudinis cõsideratione , licet intelligere nõ possent secundum sua dogmata , qualiter Iob iustè punitur à Deo , in suo iudicio quo Iob condẽnabant:quasi Dei personam accipere videbantur, & iõ subdit. *Nunquid faciem eius accipitis & pro Deo iudicare nitimini*, quod signã ter dicit quia ille pro aliquo iudicare nititur, qui eius iustitiam non cognoscit , & tamen conatur qualescũque vias adinuenire , ad hoc,q̃ eius causam iustam esse ostendat. Contingit tamen quãdóq; q̃ aliquis alicuius causam fraudulenter defendens , ei placeat etiã si sit iustus, quod esse potest dupliciter : vno modo quia ignorat suam causam esse iniustam:vnde placet ei,q̃ ab aliquo defendatur, & hoc ideò excludit dicens, *aut placebit ei*. s. Deo. q̃ pro eo iniustè iudicare nitimini,cùm hoc ei non possit esse ignotum,propter,quod subdit, *quem celare nihil potest*. Aliud quando ille cuius causa per fraudem defenditur , fraudibus defendentis derogat : vt eius defensionem reputet esse iustam , & hoc ideò excludit subdens, *aut decipietur: vt homo vestris fraudulentijs*. Si igitur manifestum est , q̃ diuina bonitas & iustitia non indiget mendacio ad sui defensionem:quia veritas sine mendacio defendi potest,ex quo etiam patet,q̃ si positis eorum dogmatibus.hoc inconueniens sequitur.s.quòd iustitia Dei mendacijs indigeat ad sui defensionem.Manifestum est dogmata proposita esse falsa. Sed vlterius considerandum est,quod ille qui ad ostendam Dei iustitiam vel bonitatem mendacio vtitur , non solùm rem agit,qua Deus non indiget,sed etiam hoc ipso contra Deum vadit,cum enim Deus veritas sit omne autem mendacium veritati cõtrariatur quicũque mendacio vtitur ad Dei magnificentiam ostendam,hoc ipso cõtra Deum agit, & hoc patet manifestè per Apostolum ad Cor.vbi dicit.Inuenimur autẽ & falsi testes Dei quoniam testimonium dicimus aduersus Deum,q̃ suscitauerit Christũ,quem non resuscitauit si mortui non resurgunt. Dicere ergo,q̃ Deus mortuum suscitauit,si verum nõ sit cõtra Deum est, quãuis videatur diuinæ virtutis ostẽsiuum:quia est cõtra Dei virtutẽ. Sic igitur qui cõtra Deũ defendẽdũ mendaciũ assumũt,non solũ præmium nõ adquirunt: quasi ei placẽtes,sed etiã pœnã merẽtur:quasi cõtra deũ agẽtes, & iõ subdit, *ipse vos arguet quoniã in abscõdito faciẽ eius accipitis*, & dicit, *in abscondito*: quia licèt videretur exterius causam Dei agere: quasi Dei iustitiam cognoscentes,tñ in conscientijs eorum hoc erat,quòd nesciebant,qua iustitia Iob punitus esset: & sic quãtũ ad corda eorũ, absconditam faciem Dei accipiebant,dum eius iustitiã falsò defendere nitebantur.Quomodò autẽ eos arguet,ostẽdit subdens, *statim vt se cõmouerit turbabit vos*,quasi dicat vos quia modo aduersitatem non patimini,tranquilla mente de Dei iustitia disputatis,sed si super vos veniat tribulatio:quam cõmotionẽ Dei nominat,eo modo quo punitio in scriptura ira Dei nominatur mens vestra conturbabitur, & præcipuè cum in veritate soli data non sit:& quia non alia bona vel mala reputabant,nisi hoc tempore alia dum à peccatis cauebãt, ne mala eis superuenirent,propter solùm præsentiũ timorem malorũ:Deo seruire velle videbantur,& ideò subdit: *& terror eius irruet super vos*. Quasi dicat illud propter quod tantùm Deum timetis,vobis superueniet.s.aduersitas præsens secundũ illud quod dicit:Quod timet impius veniet super eũ.& quia ipsi vanè Iob promiserãt, quod etiam post mortem in memoria hominum remaneret,ipse cõtrariũ eis promittit quasi eos irridens dicens: *Memoria vestra cõparabitur cineri.* Sicut enim cinis post cõsumptionem lignorum ad modicum durat.Ita fama hominis post mortem cito pertransit:vnde expectare famam post mortem,vanum videtur.Promiserãt etiam ei immunitatem & reuerentiam quandam habendam ad eius sepulchrum post mortem,sed hoc etiam pro nihilo ducens,contrarium eis promittit dicens, *& redigentur in lutum ceruices vestræ*.Per ceruices eorum potentiam & dignitatem designans,quas dicit esse redigendas in lutum,id est,in rem contemptibilem & infirmam.

Prou. 10.

LECTIO II.

TAcete *paulisper: vt loquar quodcũque mihi mẽs suggesserit. Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animã meã porto in manibus meis. Etiam si occiderit me,in ipso sperabo. Veritamẽ vias meas in cõspectu eius arguã, & ipse erit saluator meus. Nõ enim venit in cõspectu eius omnis hypocrita. Audite sermonẽ meũ, & anigmata percipite auribus vestris. Si fuero iudicatus,scio quod iustus inueniar. Quis est qui iudicetur mecum. Veniat*, Quare tacẽs cõsumor. *Duo tãtũ ne facias mihi & tũc à facie tua nõ abscõdar. Manũ tuã longè fac à me, & formido tua non me terreat. Voca me & ego respõdebo tibi,aut certè loquar, & tu respõde mihi. Quãtas habeo iniquitates & peccata,scelera mea & delicta ostẽde mihi. Cur faciẽ tuã abscõdis, & arbitraris me inimicũ tuũ? Contra folũ,quod vento rapitur,ostẽdis potentiã tuã, & stipulam siccã persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedẽ meũ, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendis sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea.*

¶Postquam Iob correxerat amicorũ processum,qui mendacijs diuinam iustitiam nitebantur defendere. Nunc procedit ad eorum falsa dogmata destruenda sub figura diuinæ disputationis.Et primò petit audientiam,quasi grandia dicturus dicens: *Tacete paulisper: vt loquar quæcũque mihi mens suggesserit.* Hoc addit ne fortè dicerẽt,cum multa loqueris,ideò nõ es audiendus,sed paulisper audire quiequid aliquis loquatur,non est durũ:licèt hoc addat ad designandum,quòd non componendo mendacia,vel admueniẽdo dolos loquuturus sit, sed illud quod habet in mente.Duo autem imposuerãt Iob eius amici,scilicet impatientiã & iactantiam:quorũ vtrũq; à se excludit,ne videatur in sequenti disputatione:vel ex ira,vel ex superbia loquuturus.Considerandum est autẽ,quod impatientia contingit ex tristitiæ superabundantia nõ moderatæ per rationẽ.Superabundans autem tristitia desperationem inducit,ex desperatione autem cõtingit quod homo salutẽ & corporis & animæ parui pendit,vt ergo à se impatientiã excludat,dicit:*Quare lacero carnes meas dẽtibus meis.* Quasi dicat nulla est ratio quare de corporis salute desperem per impatientiam,ad modum eorum qui desperantes de corporali vita fame oppressi,carnes suas comedunt.Et iterum. *Quare animã meam porto in manibus meis.* i.nulla est ratio quare salutẽ animæ meæ parui pendã. Illud enim,quod in manibus portatur,de facili amittitur,vnde videtur quod eius amissio non multum timeatur. Quæ enim aliquis amittere timet,diligẽter abscondit:& rationem quare nec per impatientiam carnẽ lacerare debeat,nec animam in manibus portare, subdit dicẽs:*Etiam si occiderit me,in ipso sperabo.* Quasi dicat non credatis,quod propter mala temporalia quæ patior,de Deo sperare cessauerim.Si enim spes mea de Deo est propter bona spiritualia, quæ manent post mortem,etiam si mane vsque ad occisionem afflixerit, spes,quã de ipso habeo,non cessabit.sed quia inordinata spes in præsumptione degenerat,propter hoc subdit:*Veritamẽ vias meas in conspectu eius arguam.* Quasi dicat nõ sic spero in ipso,quasi ab ipso libe randus,etiã si in peccatis perseuerauero. Sed quia me liberabit,si peccata mea reprehẽdero,& hoc est,quod subditur. *& ipse erit saluator meus.* Si scilicet peccata mea mihi displicuerint. Quare autem saluet eos qui in cõspectu eius suas vias arguũt,ostẽdit subdẽs:*Non enim venit in conspectu eius omnis hypocrita.* i.,simulator qui cũ sit iniquus se tamẽ iustũ profiterur,& vias suas nõ arguit corã Deo:vnde non veniet in cõspectu eius,vt videat ipsum Deũ,in quo vltima salus hominis cõsistit,sicut infra magis exponet. Veniet tamẽ in cõspectu eius, quasi ab eo iudicandus.Sic igitur,non solùm impatientiam à se excluſit,sed etiam præsumptionẽ innocentiæ profitetur,quia vias suas arguit coram Deo,vt sic omnis amicorũ calumnia cesset. ¶Deinde ingressus disputationem.Primò reddit auditores attẽtos dupliciter. Vno quidem modo per occultationem dicendorũ:cum enim ea quę dicenda sunt, difficilia profiteatur,auditores attentiores redduntur. Vnde dicit.*audite sermonem meum. & anigmata percipite auribus vestris.* Aenigma dicitur sermo obscurus,qui aliud prætendit in superficiæ,& aliud interius significat. Vnde subdit,Si fuero iudicatus scio quod iustus inueniar:Quod nõ dicit de iustitia vitæ,cum supra dixerat vias meas in cõspectu eius arguam,sed de veritate doctrinæ:de qua quasi in iudicio attendebatur.Ille autẽ in iudicio inuenitur iustus,pro quo sententia fertur.Vnde cum aliquis disputando verũ dicere demonstratur, quasi in iudicio iustus inuenitur. Postquam ergo auditores reddidit attentos,modum disputationis suæ determinat.Vult enim disputare,quasi cũ aliquo contẽdens:& hoc est quod subdit.*Quis est qui iudicetur mecum.* Id est,cum quo de veritate disputem.*veniat*,Id est ad disputandum accedat.Causam autem quare de veritate disputare intendat,subdit dicens:*quare tacens consumor.* Homo enim per decursum præsentis vitæ paulatim cõsumitur,& præcipuè cum est infirmitati subiectus,sicut erat Iob.Tacens autem consumitur,qui sic præsentem vitam decurrit,quod tamen suæ sapientiæ per doctrinam nullum vestigium relinquit.Ne ergo Iob hoc pateretur,dispoſuit non tacere de veritate,vt consumptus post corporis mortem,viueret in sua doctrina:vel petest hoc ad aliam intẽtionem referri:cum enim aliquis dolorem,quem in corde patitur,exterius exprimit:quodam modo eius animus mitigatur , sed tacendo interius magis à dolore angustatur: & quodam modo sua taciturnitate consumitur.quia ergo disputatorem petierat,dicens: *Quis est qui iudicetur mecum.*& supra dixerat.*disputare cum Deo cupio.* Ex nũc loquitur quasi Deum habens præsentem,& cum eo disputans:videbatur autem disputatio hominis ad Deum esse indebita propter excellentiam,qua Deus hominem excellit.Sed considerandũ est,quod veritas ex diuersitate partium non variatur.Vnde cum aliquis veritatem loquitur,vinci nõ potest,cum quocũq; disputet.Certus autem erat Iob quod veritatem loquebatur fibi à Deo:per donum Dei & sapientiæ inspiratam.Vnde de veritate non diffidẽs,petebat se diuina fortitudine non premi:neque per mala præsentialiter illata, neque per timorem inferendorum,& hoc est,quod dicit,*Duo tantùm ne faciας mihi, & tunc à facie tua non abscondar.* Id est,non timebo tecum disputare:timentes enim se abscondere solent à facie eorum quos timent.Quæ autem sint ista duo ostendit subdẽs,*Manum tuam longè fac à me.* Id est non me percutias per flagella præsentia, *& formido tua non me terreat*, quantùm ad flagella futura. Iis enim duobus modis potest impediri homo,ne etiam veritatem,quàm certissimè nouit disputando defendere possit,dum vel molestatur in corpore,vel sollicitatur in anima,timore aut aliqua alia passione. Est autem disputatio inter duas personas,scilicet opponentem & respondẽtem.In grediens ergo disputationem cum Deo,dat ei optionem vtram liber personam eligendi:vel opponentis,vel respondentis.Vnde dicit.*Voca me & respõdebo tibi* quasi dicat objcias & respẽdebo:*aut certe loquar*.objiciendo, *& tu responde mihi*.Hoc autem dicit ænigmaticè:ostendendo paratum se esse ad vtrũque:siue ad defendendum veritatem,quàm profitetur,siue ad impugnãdum quod cõtra veritatem dicetur.Primò autem Deo dat personam opponentis dicens:*Quantas habeo iniquitates & peccata,scelera mea atque delicta ostende mihi.* Vbi considerandum est,quod amici Iob,quasi causam Dei agentes contra Iob disputare videbantur secundum illud quod supra dixit:*Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini.* Amici autem Iob hoc contra ipsum opponebant:quòd pro peccatis suis punitus erat.Hoc igitur sibi à Deo obijciendum expetit dicens:Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea atque delicta ostẽde mihi.Quasi dicat si fe est,quòd pro peccatis meis me affligis,vt amici mei pro te loqui conantes calumniantur.Peto vt mihi ostendas pro quibus peccatis tam grauiter me affligis. Vnde non dicit quas habeo iniquitates,*sed quantas*,Quia si non est alia ratio aduersitatum præsentium quam peccata hominum,vt amici Iob opinabãtur,necesse est maxima peccata esse quæ maximis afflictionibus puniuntur. Peccatorũ autem quædam sunt cõmissa,quæ contra præcepta legis negatiua fiunt:quædam omissa,quibus præcepta affirmatiua negligũtur.Cõmittitur autẽ aliquid contra præceptum legis tripliciter:Vno modo quia est in nocumẽtũ proximi,vt furtũ, homicidiũ & huiusmodi quæ propriè iniquitates dicũtur,quia æquitati iustitiæ,quæ est ad alterũ,cõtrariantur. Alio modo secũdum q̃ homo peccat in seipso per deordinationem sui actus:vt apparet in peccatis præcipuè gulæ,& luxuriæ,& hæc dicũtur peccata quasi deordinationes quædam hominis. Tertio modo cõmittuntur aliqua directè contra Deum,vt blasphemiæ,sacrilegium & huiusmodi:& hæc propter sui grauitatem,scelera dicũtur,Omissiones autem propriè denominantur delicta. Deindè quasi tacẽte eo cui partes op-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponentes dederat ipſe partes obijcientis aſſumit,& inquirit de cauſis ſuæ punitionis. Et primò quia poſſet aliquis dicere,q̃ Deus eum puniuit quaſi inimicũ,& hãc cauſam excludit,dicẽs: *Cur facit tuam abſcõdis,& arbitraris me inimicũ tuum.* Iniquum eſt videtur, q̃ aliquis alium ſibi inimicum arbitretur abſque cauſa. Cauſa autem inimicitiæ cõueniens eſſe nõ poteſt, nõ offenſa. Tunc igitur manifeſtũ eſt,q̃ Deus homiuẽ inimicũ ſibi arbitrat̃,quãdo eius peccata manifeſtantur. Petiuerat autẽ Iob ſibi oſtẽdi ſua peccata,nec erãt ei oſtenſa,nõ ergo apparebat rario,quare Deus ſibi inimicaretur,hoc eſt qđ inſinuat dicens. *Cur facie tuam abſcõdis.* Quaſi latẽter & ex ratione occulta eum odio habens:facies enim hominis odientis aperta eſt, quãdo rationẽ ſui odij nõ occultat. ¶ Secũdò,quia poſſet aliquis dicere q̃ Deus eum puniuit,vt in ipſo oſtenderet ſuam potẽtiam, hãc etiã cauſam excludit dicens. *Cõtra ſolum quod vento rapitur oſtẽdis potentiã tuam.* Nõ enim cõueniens eſt,q̃ aliquis fortiſſimus ſuã potentiam velit oſtendere in re debiliſſima. Cõparatur autẽ humana conditio folio quod vento rapitur, quia & in ſeipſo homo fragilis eſt,& infirmus ſicut foliũ qđ de facili cadit,& nihilominùs deeurſu temporis & varietate fortunæ ducitur,vt foliũ vento, vnde videtur cõueniẽter dici q̃ Deus ad hoc ſolũ aliquẽ hominẽ puniat, q̃ in eo ſuã potentiã oſtendat. ¶ Tertiò ergo poſſet dicere, q̃ Deus puniuit eum propter peccata quæ in ſua iuuentute cõmiſit, etiã & hoc excludit dicens, *Et ſtipulam ſiccã perſequeris, ſcribis enim cõtra me amaritudines, & cõſumere me vis peccatis adoleſcẽtiæ meæ.* Homo eñ in iuuẽtute cõparatur herbæ virenti,ſed in ſenectute cõparat̃ quaſi ſtipulæ ſiccæ,idẽ ergo videt̃ hominẽ punire in ſenectute pro peccatis adoleſcentiæ,ac ſi aliquis pro defectu herbæ virẽtis defæuiret in ſtipulam. Sed cõſideãdum eſt,q̃ in hac inquiſitione ab hac ſentẽtia, nõ recedit,q̃ aduerſitates hominũ ex diuino iudicio inferũtur, ad qđ ſignificandũ dicit. *Scribis cõtra me amaritudines.* Ac ſi amaritudines, id eſt,aduerſitates hominũ ex ſcriptura diuinæ ꝓuidentię ꝓcedãt. ¶ Quartò quia poſſet aliquis dicere,q̃ licẽt Iob grauia peccata non cõmiſerit,tamen aliqua peccata cõmiſit,ſine quibus preſens vita nõ agitur,& pro ijs ſic punitus eſt,hoc etiã excludit dicens, *Poſuiſti in nervo pedẽ meum, & obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorũ conſideraſti: qui quaſi putredo cõſumendus ſum, & quaſi veſtimentũ quod comeditur à tinea.* Vbi cõſiderandum eſt,q̃ illi qui ponũtur in carceris nervo,ſi ligãtur q̃ à nervo diuertere nõ poſſunt, ſicut autẽ pes hominis cõſtringitur nervo:ita proceſſus hominis cõſtringitur lege diuinæ iuſtitiæ,à qua diuertere nõ licet, &̃ hoc eſt quod dicit. *Poſuiſti in nervo pedẽ meum.* Ad diuinã autẽ iuſtitiam pertinet, vt facta hominũ diſcutiat,nõ ſolùm quid vnuſquiſq; faciat, ſed etiã quo animo vel quo fine,& ideò dicit. *Obſeruaſti omnes ſemitas meas.* Quantũ ad facta, *& veſtigia pedum meorũ conſideraſti.* Quantũ ad effectũ facientis,vel etiã quantùm ad quaſcũq; circunſtantias operis. Irrationabile autẽ videtur q̃ Deus tantã diligẽtiam de actibus hominũ habeat,ſi totaliter eſſe deſinũt per corporis mortẽ,quę qui dem quãdóq; eſt naturalis,quandóq; autẽ violenta,vnde de vtrãque ſubiungit dicẽs. *Qui quaſi putredo cõſumendus ſum.* Quantũ ad mortem naturalem. *Et ſicut veſtimentũ quod comeditur à tinea.* Quantũ ad mortẽ violentã,ac ſi dicat,ſi ſicut amici mei ſuſpicantur, non eſt alia vita niſi preſens quã homo amittit,vel per modũ putredinis,vel per modum ſucciſionis,irrationabile videretur q̃ Deus tanta diſtrictione de actibus hominum curã haberet,vt etiã pro minimis peccatis & negligentijs hominẽ puniret,& quia hoc,quod vltimo dictũ eſt,magnam viam præſtat,ad inquiſitionem veritatis circa hãc manifeſtandam magis inſiſtit & quòd de ſe ſingulariter dixerit, generaliter ad totum humanũ genus reducit,vbi primò exponit fragilitatem humanæ conditionis,& quantùm ad originem cum dicit.

CAP. XIIII.

HOMO *natus de muliere,breui viuens tempore,repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Et dignum ducis ſuper huiuſmodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nónne tu qui ſolus es?*

¶ Homo natus de muliere Quaſi de re fragili.& quantũ ad durationẽ cũ dicit, *Breui viuẽs tẽpore.* Et quãtũ ad conditionẽ cũ dicit,repletur multis miſerijs. Vbi quaſi exponere videt̃,qđ ſupra dixerat, *Cõtra ſolũ quod vẽto rapitur, oſtẽdis potentiã tuã.* Secũdò excludit ea de quibus homo gloriari poſſet,quorũ primum eſt corporis pulchritudo, qua pollet in iuuẽtute,ſed iſta gloria nulla eſt,quia cito trãſit ad modũ floris,vñ dicit. *Qui quaſi flos egreditur & cõteritur,* ſ. de facili. Secundum eſt fama quæ diu nõ durat:vnde dicit. *Et fugit velut vmbra.* Vmbrę eñ tranſeũtis nullũ veſtigiũ aut memoria manet. Tertiũ eſt poteſtas & virtus qua aliquis ſe & ſua cõſeruare conat̃,& cõtra hoc dicit: *Et nũquã in eodẽ ſtatu permanet.* Et poſſunt hæc tria ad tria ſuperiora referri,homo enim natus de muliere,quaſi flos egreditur & cito cõterit̃,ſic autẽ breui viuit tẽpore,vt velut vmbra fugit,cuiꝰ nõ reſtat veſtigiũ. Sic autẽ multis repletẽ miſerijs,vt ſi interdũ proſperitate & gaudio potiat̃,nũquã tamẽ in eodẽ ſtatũ permaneat. Tertiò, admiratur diligentiam diuinæ ꝓuidentiæ circa hominẽ: mirabile enim videt̃,q̃ de re tam fragili & deſpecta Deus tantã curã habet. Quãuis autẽ omnia diuinæ ꝓuidẽtiæ ſubſint, ſpecialiter tamẽ ſollicitudo diuina circa hominẽ apparet in tribus. ¶ Primò quidẽ quãtũ ad hoc,q̃ ei leges & præcepta viuẽdi dedit,& hoc tangit cũ dicit, *Et dignũ ducis ſup huiuſcemodi aperire oculos tuos.* Eo modo loquẽdi,quo aliquis dicit ſup aliquẽ oculos ſuos aperire,cũ eũ dirigit & vias eius cõſiderat. ¶ Secũdò quantũ ad hoc,q̃ Deus hominẽ ꝓ bonis puniat, & pro malis punit & hoc tãgit cũ dicit, *& adducere eũ tecũ in iudicio.* ¶ Tertiò,quantũ ad hoc,q̃ Deus eũ virtutibus ornat, quibus contra fœditates peccati ſe mũdũ cõſeruat,& hoc tãgit cũ dicit. *Quis poteſt facere mundũ de immundo cõceptũ ſemine.* Semen quidẽ hominis immũdũ eſt,nõ ſecundũ naturã,ſed ſecũdũ cõcupiſcẽtiæ infectionem, de hoc tamẽ immundo ſemine homo conceptus interdum mundus inuenitur per virtutẽ,ſicuti autem de frigido facere calidũ eſt eius, quòd per ſe calidum eſt,ita de immũdo facere mundum,eſt eius,q̃ per ſe mũdus eſt,& ideò ſubdit. *Nonne tu qui ſolus es.* Scilicet verè & per te ipſum mundus,puritas enim & munditia in ſolo Deo perfectè inuenitur,in quo nec impuritas,nec defectus aliquis eſſe poteſt, vnde quicquid quocúnque modo mundũ vel purum eſt,à Deo munditiã & puritatem habet.

LECTIO I.

Breues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt. Conſtituiſti terminos eius qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, vt quieſcat, donec optata veniat, & ſicut mercenarij dies eius.

¶ Admiratus fuerat Iob de dignatione diuina circa homines, cum tamen homo ſit tã fragilis & miſeræ conditionis,conſiderato ſtatu vitæ præſentis,ſed hæc admiratio ceſſat,ſi conſideretur, q̃ poſt hãc vitam hominis alia vita reſeruatur, in qua in æternum permaneat, & ideò ad hoc oſtendendum ex nunc conatur,præmittit ergo quaſi ſupponens,qđ oſtendere intẽdit & breuitatẽ preſentis vitæ cũ dicit. *Breues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt.* Sic apud nos numerum illorum eſſe dicimus,quorum numerus à nobis ſtabilitur. Et iterum præmittit immutabilitatẽ diuinæ determinationis cum dicit. *Conſtituiſti terminos eius qui præteriri non poterunt.* Diuina enim diſpoſitio non fallitur:vnde hominem vel diutius vel minus viuere,quã diuina diſpoſitio habet,eſt impoſsibile, licèt hũc hominem nunc vel prius mori ſit contingens,ſi in ſe conſideretur. Sunt autẽ & termini humanæ vitæ præſtituti,ex aliquibus corporalibus cauſis, putà ex cõplexione vel ex aliquo huiuſmodi vltrà quos vita hominis prætendi non poteſt, quãuis autem poſsit deficere ex aliqua accidentali cauſa,ſed terminos præſtitutos ſecũdum diuinam prouidentiam,ſub qua omnia cadunt,nec in plus,nec in minus vita hominis poteſt præterire. Præmittit etiam alterius vitę expectationem, cum dicit. *Recede paululum ab eo vt quieſcat, donec optata veniat, & ſicut mercenarij dies eius.* Vbi conſiderandum eſt, quòd ſicut ſol eſt cauſa diei, ita Deus eſt actor vitæ, recedente autem ſole dies finitur,& nox venit, per receſſum ergo Dei intelligit̃ terminationem vitæ præſentis,quæ eſt homini à Deo : vita autem præſens multis turbationibus repletur, ſecundum hanc enim dictum eſt de homine, quòd repletur multis miſerijs. Et quia quies finis laboris eſſe videtur, ideò quietem mortem vocat, dicit ergo. *Recede paululum ab eo vt quieſcat.* Id eſt, ſubtrahe virtutem tuam : qua hominem viuificas : vt moriatur, ſed mors hominis non eſt in perpetuum, ſed tunc replebitur ad vitam immortalem. Status ergo mortis humanæ quantocúnque tempore reſurrectio differatur, breuis eſt in comparatione ad ſtatum futuræ immortalitatis: vnde ſignanter dicit. *Paululum.* Ab alijs enim rebus quæ non redituræ intereunt,non paululum , ſed in æternum Deus recedit,ſed ab hominibus qui ſic intereunt:vt reſurgant per modicum tempus. ¶ Dictum eſt autem ſupra,quòd vita hominis ſuper terram,eſt ſicut dies mercenarij deſiderantis tempus mercedis. Tempus autẽ retributionis hominis non eſt in hac vita:vt amici Iob opinabantur,ſed in illa vita,ad quã hõ reſurgendo reparatur, dicit ergo. *Vt quieſcat.* Id eſt:vt moriatur nõ tamen in perpetuum,ſed. *Donec veniat optata dies eius ſicut mercenarij.* Dies autem optata in qua mercedẽ recipit: vbi primò Iob ſuam intentionem aperuit , non enim ſic negat aduerſitates præſentes,quaſi Deus hominum actus non remuneret:vel puniat,ſed quia tempus retributionis propriè eſt in alia vita.

LECTIO II.

Lignum habet ſpem,ſi præciſum fuerit,rurſum vireſcit, & rami eius pullulant. Si ſenuerit in terra , radix eius , & in puluere mortuus fuerit truncus illius ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quaſi cum primum plantatum eſt. Homo verò cum mortuus fuerit, & nudatus atque conſumptus: vbi quæſo eſt? Quomodò ſi recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus areſcat,ſic homo cum dormierit non reſurget. Donec atteratur cœlum: non euigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo.

¶ Poſita ſententia ſua, hic Iob ad eius manifeſtationem procedit, & primò oſtendit,q̃ homo ſecundum ea quæ apparent in hac vita,eſt peioris conditionis quibuſdam etiam inſimis creaturis,quæ poſt interitum reparantur: vt præcipuè appareat in lignis. Dupliciter autem vita arboris deficit,ſicut & vita hominis,per violentiam, & per naturam. Quantum ergo ad violentũ defectum arboris,dicit. *Lignum ſi præciſum fuerit, habet ſpem.* Id eſt,naturalem aptitudinem vt iterum reparetur, *Quia rurſum vireſcit.* Ipſum in ſeipſo ſi plantetur. *Et rami eius pullulant.* In quo oſtenditur perfectam vitam recuperare ſicut & prius. Quantùm autem ad defectum naturalem arboris,ſubdit. *Si ſenuerit in terra radix eius,* Cùm non poſsit attrahere alimentum propter defectum virtutis naturalis,& ſic cõſequenter. *In puluere mortuus fuerit truncus illius.* Id eſt,per putredinem in puluerem ſit redactus ſecundum aliquam partem: *Ad odorem aquæ germinabit.* Id eſt, veniente pluuia,id eſt putredine ligni habẽte vim ſenſitiuam. *Et faciet comam.* Scilicet frondium. *Quaſi cum primo plantatum eſt.* Hoc autem in homine non inuenitur ſecundum decurſum præſentis vitæ, vnde ſubdit: *Homo verò cum mortuus fuerit & nudatus atque conſumptus, vbi quæſo eſt?* Et ponit tria quæ gradatim homo amittit. Primò enim anima ſeparatur à corpore,& ad hoc pertinet quod dicit, *Cum mortuus fuerit.* Secundò verò tegumenta & ornatus corporis quę interdum poſt mortem homini remanent,ſed poſteà etiam ijs nudatur,& ad hoc pertinet,quod dicit. *Et nudatus.* Ad vltimũ verò etiam ipſa cõpago corporis ſoluitur,& ad hoc pertinet,quod dicit, *Atque conſumptus.* Quæ cum peracta fuerint,nihil ſenſibiliter apparet de homine remanens,vnde apud illos,qui nihil ſenſibilia & corporalia eſſe credunt,videtur totaliter ad nihilum redactus,horum igitur dubitationem exprimens dicit, *Vbi quæſo eſt?* Sciendum eſt autem,q̃ ea quæ non totaliter pereunt,reparari poſſe videntur, ſicut de ligno præciſo ſeneſcente eſt dicendum,ſed ea quorum nihil remanet,impoſsibile videtur iterum reparari,ſicut ſi totaliter aqua maris aut fluminis deficcaretur,homo autem ſicut iam dictũ eſt,ſic per mortem conſumitur vt nihil eius remaneat:vnde ſecundum hanc rationem apparet,quòd impoſsibile ſit ipſum iterum reparari ad vitam,& hoc eſt,quod ſubdit,quomodo ſi recedat aqua de mari & fluuius vacuefactus areſcat,ſic,homo cum dormierit, *Id eſt.cum mortuus fuerit non reſurget à morte.* Eiuſdem autem impoſsibilitatis eſſe videtur:vt incorruptibilia corrumpantur,& vt totaliter corrupta iterum reparentur,cœlum autem incorruptibile eſt,& ideò ſubdit. *Donec atteratur cœlũ non euigilabit.* Quaſi reuiuiſcens, *Nec conſurget de ſomno ſuo.* Ad opera vitæ peragenda,quaſi dicat ſicut impoſsibile eſt cœlum atteri,id eſt,corrumpi,ita impoſsibile eſt hominem mortuum reſurgere,& hoc eſt,quod dicitur:vt dicendum eſt,ſuppoſito q̃ de homine nil remaneat poſt mortem,ſecũdum hoc,quòd dictum eſt, *Vbi quæſo eſt.* Vel poteſt hoc referri ad opinionem illorum,qui ponẽbãt totum vniuerſum corporale iſtud corumpendum,& iterum reparandum,in qua quidem reparatione ponebant eoſdem homines reditu-
1.Cor. 7. ros:vt ſit ſenſus durante iſto mundo homo à morte nõ reſurget. Fides autem catholica,nõ ponit ſubſtantiã mundi peritur̃,ſed huius mundi ſtatum,qui nunc eſt ſecundum illud. Præterit figura huius
Ioã.11. mundi:huius ergo mundi immutatio ſecundum figuram,poteſt hic intelligi per cœli attritionem,reſurrectio enim mortuorum cõmunis in fine mundi expectatur ſecũdum illud,Scio quia reſurget,&c.

LECTIO III.

Quis mihi hoc tribuat,vt in inferno protegas me, & abſcõdas me donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei? putásne mortuus homo rurſum viuat? Cũctis diebus, quibus nũc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego reſpondebo tibi. Operi manuũ tuarum porriges dexteram. Tu quidẽ greſſus meos dinumerasti, ſed parce peccatis meis. Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea, ſed curaſti iniquitatem meam.

¶ Poſtquam Iob oſtenderat,quòd ex ijs quę ſenſibiliter apparent,de reſurrectione hominis conuinci poſsint hic ſuam ſententiam circa reſurrectionem ponit. Eſſet autem valde horrendum & miſerabile, ſi homo per mortem ſic deficeret,quòd nunquam eſſet reparandus ad vitam,quia vnumquodque naturaliter eſſe deſiderat , vnde Iob ſuum deſiderium oſtendit de reſurrectione futura,dicens. *Quis mihi hoc tribuat.* Vt etiam poſt mortem, *In inferno protegas me.* Id eſt, ſub ſpirituali cura,qua homines protegis me cõtineas. *Donec pertranſeat furor tuus.* Id eſt, tempore mortis,quia ſicut ſupra dictum eſt,mors homini accidit per ſubtractionem diuinæ operationis conſeruantis vitam,vnde dixerat,recede paululum ab eo,videtur enim Deus homini eſſe iratus,quando beneficium vitę ei ſubtrahit,& præcipuè cũ credamus mortẽ ex peccato primi hominis prouenisſe. Quomodò autẽ ſe protegi velit,etiam in inferno,exponit ſubdens. *Et cõſituas mihi tempus in quo recorderis mei.* Videtur enim Deus hominis eſſe oblitus,quãdo ei ſubtrahit beneficium vitæ,tunc ergo ei recordatur cum ipſum ad vitã reducit,cõſtituere ergo tẽpus in quo Deus hominis mortui recordetur,nil eſt aliud quàm conſtituere tempus reſurrectionis,& ſatis cõuenienter hic nominat protectionẽ. Cùm enim artifex diſſoluto artificio ex eadẽ materia non intendit iterum ædificũ reparare,vtpote domũ,vel aliquid huiuſmodi de materia diſſoluti ædificij nullam curã agere videtur,ſed quãdo ex ea intẽdit ædificium reparare,diligenter cuſtodit ne pereat,hanc ergo cuſtodiam protectionem vocat. Poſtquam igitur deſiderij ſuum de reſurgẽdo expreſsit,quia deſideria quãdóque ſunt etiam impoſsibilium,conſequenter ſub quæſtione ponit vtrum hæc quãdóque futura ſit,quòd ipſe deſiderauit,vnde ſubdit, *Putas ne mortuus homo rurſum viuat.* Et ſuper hoc,quòd ipſe ſentiat,oſtẽdit dicens: *Cunctis diebus, quibus nũc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Vbi conſiderandum eſt, quòd ſupra vita hominis ſuper terram militiæ comparauerat & diebus mercenarij,quia tam milites quam mercenarij aliquid poſt ſtatum præſentem expectant,& ideò ſicut ſupra reſurrectionis ſtatum per diem optatam mercenarij expreſsit,ita & nunc ſub ſimilitudine militis idem oſtendit. Et notandum eſt,quòd optatum finem nõ expectat in aliqua parte temporis huius vitæ,quia cunctos dies huius vitæ ſtatui militiæ deputat,dicens: *Cunctis diebus quibus nunc milito.* Iterum notandum eſt,quòd homo expectat aliam vitam huic ſimilem,quia tunc & illa eſſet militia,ſed expectat vitam,in qua non militet ſed triumphet & regnet,& ideò dicit: *Expecto donec veniat immutatio mea.* Quaſi dicat in hac tota vita milito,mutabilitati,laboribus,& anguſtijs ſubiectus,ſed expecto immutari in ſtatum alterius vitæ,quæ ſit ſine labore & anguſtia,& de hac immutatione dicit Apoſtolus. Omnes quidem reſurgemus ſed non omnes immutabimur,& ne aliquis credat, quòd naturali virtute homo in ſtatum alterius vitæ immutaretur,hoc excludit ſubdens. *Vocabis me, & ego reſpondebo tibi.* Quaſi dicat futura immutatio ex virtute tuæ vocis ſiue ex tuo imperio procedet ſecundum illud. Omnes qui in monumentis ſunt,audient vocem filij Dei,& qui audierint,viuent, vocare enim ad imperium pertinet,ſed reſpondere ad obedientiam , qua creatura creatori obedit,ſed quia mortui ad imperium Dei non reſurgent ad vitam,ſed in quendam altiorem ſtatum mutabuntur,& hoc virtute diuina,propter hoc ſubdit: *Operi manuum tuarum porriges dexteram.* Quaſi dicat homo reſurgens non erit opus naturæ,ſed opus tuæ virtutis,cui quidem operi adiutricem dexteram tuam porriges,dum per auxilium tuæ gratiæ & gloriam nouitatis exaltabitur,vel quòd dicit vocabis me,& ego reſpondebo tibi. Poteſt referri ad corporis reparationem,quòd autem ſubdit: *Operi manuũ tuarum porriges dexteram.* Ad animã,quæ naturaliter appetit vniri ſuo corpori,cui Deus adiutricem dexteram porriget,dum quòd ſua virtute conſequi non poteſt,virtute diuina conſequetur,poſita ergo ſententia ſua de reſurrectione mortuorũ futura,redit ad id,quod ſupra admiratus fuerat,quòd Deus tam ſollicitè opera hominum cõſideret, cum dixit obſeruaſti omnes ſemitas meas,& veſtigia pedũ meorum conſideraſti,vnde ſubdit, *Tu quidem greſſus meos dinumerasti.* Quaſi dicat iam non eſt mirum ſi facta hominum ſic diligenter examinas,ex quo eum ad aliam vitam reſeruas. ¶ Conſiderandum eſt autem,quòd circa humanos actus diuina prouidentia ſecundum duo attenditur. Primò quidem ſecundum hoc,quòd ea examinat & diſcutit,quod quidem ſignificatur in hoc quod dicit, *Tu quidem greſſus meos dinumerasti.* Dinumeramus enim ea,de quibus diligentiam habemus. Et ne videretur alicui eſſe magnæ ſeueritatis,quòd Deus hominis fragilis facta tanta diligentia examinaret,innuit conſequenter eius proniratem ad parcendum,cum dicit. *Sed parce peccatis meis.* Quaſi dicat licèt dinumeres,tamen hanc ſpem retineo,quòd parcas. ¶ Secundò verò ſecundum hoc,quòd facta hominum bona vel mala,in ſua memoria conſeruat ad retribuendum pro eis bona vel mala: vnde ſubdit, *Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea.* Ea enim quæ ſignanter in ſacculo,diligentiur conſeruamus,& ne iſta ſignatio diuinam miſericordiã excluderet,ſubdit, *Sed curaſti iniquitatem meam.* Quaſi dicat Sic pro peccatis reſeruas pœnam,quod tu per pœnitentiam delicta curas.

LECTIO IIII.

Mons cadens deſluit, & ſaxum transfertur de loco ſuo. Lapides exacuant aquæ, & alluuione paulatim terra conſumitur, & homines ergo ſimiliter perdes? Roborãſti eum paululum, vt in perpetuũ tranſiret. Immutabis faciem eius, & emittes eum. Siue nobles fuerint filij eius, ſiue ignobiles, non intelliget. Attamen caro eius, dum viuet, dolebit, & anima illius ſuper ſemetipſo lugebit.

¶ Poſtquã Iob ſuam ſententiã de futura reſurrectione propoſuerat, hic probabilibus rationibus eam innuit. Et prima ratio ſumitur ex cõparatione hominis ad inferiores creaturas,quæ totaliter conſumuntur abſq; ſpe reparationis. Omnia enim quæ generãtur,corruptioni ſubiecta ſunt:vnde & montes licèt videãtur firmiſimi,tamẽ ex certis cauſis poſt aliqua tẽporũ curricula,diſſoluuntur,& hoc eſt, quod dicit: *Mons cadens deſluit.* Saxa etiã licèt videãtur fortiſſima,tamen vel per violẽtiã,vel ex aliqua naturali cauſa exciduntur,& hoc eſt,quod ſequitur: *Et ſaxum transfertur de loco ſuo.* Lapides etiã,licèt videant̃ duriſimi,tamẽ aliquis excauatur,& hoc eſt,quod ſubditur: *Et alluuione paulatim terra conſumitur.* Incõueniẽs autẽ eſſet,ſi eſſet eadẽ ratio corruptionis hominis,& rerũ prædictarũ,& ideò cõcludit quaſi inconueniens: *Et homines ergo ſimiliter perdes.* Quaſi dicat

Universidad de Deusto Biblioteca

non est conueniens ꝙ similiter corrumpantur homines, sicut aliæ creaturæ corporales, nam prædictæ creaturæ totaliter corrumpuntur, vnde nō reparantur eædem numero, homo verò licèt corrumpatur secūdum corpus, remanet tamen incorruptibilis secūdum animam, quæ totū genus corporalium transcēdit, vt sic remaneat spes reparationis. ¶ Deindè inducit ad idē rationes sumptas ex proprietatibus hominis, in duobus autem excellit homo omnes inferiores creaturas, quorū vnū est virtus operatiua, est em̄ dominus sui actus per liberū arbitriū, quod nulli alij corporali creaturę cōpetit, & secundum hoc homo est potētior qualibet creatura corporali, vnde & alijs vtitur propter seipsum. Aliud autē, in quo excellit, est cognitio intellectiua, quæ cū sit in mente, aliquod tamen eius iudiciū apparet in corpore, & præcipuè in facie, quā habet homo valde diuersam ab alijs animalibus, ex ijs duobus apparet ꝙ homo nō sic corrumpitur, sicut alia, vt in perpetuum nō sint. Quantū ad primū horum dicit, *Roborasti eum paululū vt in perpetuum trāsiret.* Quasi dicat nō est conueniens ꝙ tantū robur hominis præstitutū ad modicum tēpus sit, ꝙ posteà in perpetuum nō esset. Stultū em̄ videretur, si aliquis faceret fortissimū instrumentū, vt ad modicā horā eo vteretur, & posteà ipsum omninò proijceret. Virtus autē cuiuscūnque creaturæ corporeæ est determinata ad finitos effectus, sed virtus liberi arbitrij se habet ad infinitas actiones, vnde hoc ipsum attestatur virtuti animæ ad hoc quod in infinitū duret, quantū ad hoc. s. ad intellectū dicit, *Immutabis faciem eius, & emittes eum.* Quasi dicat, nō est conueniens, ꝙ tu faciē eius mutaueris, id est, diuersificaueris ab alijs animalibus, & tamē emittas eum à statu vitæ in perpetuum nō rediturū, sicut alia animalia, per faciem autē intellectiua cognitio accipi solet, propter hoc quod est propriū rationalis creaturæ. Intellectualis autē cognitio nō potest cōuenire nisi substātiæ incorruptibili, vt à Philosophis probatur. Posset autē aliquis dicere ꝙ licèt post mortē ad vitā non redeat tamen nō in perpetuum pertransit, inquantū quodammodò est in suis filijs, quod etiā verba Baldath sonant, cū suprà dixit hæc est lętitia viæ eius, vt rursum de terra alij germinentur, & licèt hanc respōsionē excludit Iob subdens: *siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, nō intelliget,* quasi dicat homo per intellectū capit æternū bonū, vnde & naturaliter ipsum desiderat. Bonū autē quod est in successione filiorū non potest satiare appetitum intellectualem, si homo totaliter per mortē consumatur, vt in perpetuum nō sit: quia appetitus intellectualis nō quiescit nisi in bono intellecto, bonū autē quod est in successione filiorū, non intelligit homo, neq; dum viuit, neque post mortē, si totaliter esse desinat per mortē, non ergo ad æternitatē huius boni tendit appetitus intellectiuus hominis, sed ad bonum vel malum, quod in seipso habet vnde subdit, *attamen caro eius dum viuet dolebit, & anima ipsius super semetipso lugebit.* vbi duplicē dolorē distinguit, vnū quidē carnis in apprehensione sensus, alium autē animę ex apprehensione intellectus vel imaginis qui propriè dicit̄ tristitia, & hîc luctꝰ nominatur.

CAP. XV: LECTIO I.

RESPONDENS autem Eliphaz Themanites dixit. Nunquid sapiens respōdebit quasi in ventū loquens, & implebit ardore stomachū suum? Arguis verbis eum qui non est æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit. Quantū in te est euacuasti timorē, & tulisti preces corā Deo docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguā blasphemantium Condemnabit te os tuum & nō ego: & labia tua respondebunt tibi. Nunquid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus? Nūquid consiliū Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia? Quid nosti, quod ignoremus? quid intelligis, quod nesciamus? Et senes & antiqui sunt in nobis multo vetustiores quā patres tui. Nūquid grande est vt consoletur te Deus? Sed verba tua praua hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuū, & quasi magna cogitans, attonitos habet oculos? Quid tumet contrà Deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuscemodi sermones?

¶ Auditis verbis Iob Eliphaz, non ad profunditatem sententiarum ei respondet, sed nititur ad calumniosè reprehendendum aliqua verba à Iob prolata, secundum superficiem ipsorum verborum ea considerans, & non secundum profunditatem intellectus eorum. Et primò quidem reprehendit hoc quod Iob dixerat in principio suæ loquutionis, & mihi est cor sicut & vobis: nec inferior vestri sum in quo quidem de duobus eum notat. Primò quidem de inani gloria quia seipsum commendat: & hoc est quod dicit, *nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens,* in ventum enim loqui videtur, qui ad gloriam captandam verba componit. Secundò autem de iracundia propter hoc, quòd obiurgando loqui inceperat, cùm dixerat, ergo vos estis soli homines, &c. & ideò subdit. *& implebit ardore stomachum suum.* i. iracundia animū suum. Deinde reprehendit eū de hoc quod dixerat disputare cū Deo cupio, & iterum, duo tantum ne facias mihi, & tūc à facie tua nō abscōdar, &c. in quo quidē eū notat multipliciter. Primò quidē de superbia, quia cōtra maiorē cōtendit: & hoc est quod dicit, *arguis eum verbis qui non est æqualis tui.* Secundum de stultitia quia Eliphaz talē disputationem nociuam reputabat, vnde subdit, *& loqueris quod tibi non expedit.* disputando scilicet cum Deo, & quare non expediat cum eo disputare, ostendit per hoc ꝙ huiusmodi disputatio duo valde necessaria excludere videt̄, quorum primum est timor Dei, qui enim timet aliquem non præsumit cum eo contendere, vnde etiam & Iob supra dixerat formido tua nō me terreat: & ideò Eliphaz hîc subdit, *quantum in te est euacuasti timorem,* quia scilicet conatus es à te timorem Dei excludere. Tertium est oratio ad Deum, non enim est eiusdem contendere cum aliquo, & eū rogare, & ideò subdit, *& tulisti.* i. abstulisti: preces coram domino, cōtra id, quod supra Eliphaz dixerat, quamobrem ego deprecabor dominum. Disputauerat autem Iob cum Deo, non ex superbia, sed ex fiducia veritatis: sed Eliphaz temerariè iudicauit hoc ex iniquitate procedere: vnde subdit, *docuit enim iniquitas tua os tuum,* & hoc ex effectu apparet, quia blasphemas, vnde sequitur, *& imitaris linguam blasphemantium.* blasphemās enim est qui Dei iustitiam negat, sed lingua blasphemantis mutari videtur, qui cū Deo disputat de eiꝰ iustitia: disputare enim de aliquo videtur esse dubitātis de illo: dubitans autem est propinquus neganti. Volens ergo Eliphaz contra disputationem loqui: primò dicit, ꝙ Iob tam manifestè male loquutus est, ꝙ nō indiget alio reprehēsore: sed ipsa verba eius indicāt malitiā: & hoc est, qđ dicit, *& cōdēnabit te os tuū & nō ego: & labia tua respōdebūt tibi,* quasi dicat nō indigēt verba tua alio respōdēte: sed ipsa se interimūt. Ostēdit tñ multipliciter disputationē prædictā nō fuisse cōuenietē, primò quidē per cōparationē eius ad oēs creaturas, si em̄ aliqua creatura cū Deo cōtendere posset, hoc pcipuè cōpeteret primæ & excellētissimæ creaturæ, ꝙ nō cōueniebat Iob, vnde dicit, *nūquid primus homo tu natus es, & ante oēs colles formatus* vt ex hoc. s. cōpetat tibi pro toto humano genere vel pro tota creatura disputare cum Deo. Secūdò per cōparationē ad Deū, ille enim potest cum aliquo de factis eius disputare conuenienter, qui cognoscit rationē: qua ille cum quo disputat, operatur, quā cognoscere potest dupliciter: vno modò vt ab eo addiscens, alio modo vt per superiorem sapientiam de factis alterius iudicans, sed neutrum cōpetit Iob in comparatione hominis ad Deum, & hoc est, quod dicit. *Nunquid consilium Dei audisti.* Quātùm ad primū. *Et inferior te erit sapientia.* Quātùm ad secundum: vt sic cum Deo disputare possis. Tertiò per cōparationem ad alios hoīes, quibus nō magis sciens apparet: vt ex fiducia maioris scientiæ cum Deo disputare præsumat: vnde dicit, *quid nosti.* s. per fidem vel reuelationē, *quod ignoremus? quid intelligis.* s. per fidem & reuelationem naturali cognitione, *quod nesciamus:* sed quia posset se Iob iactare de scientia accepta ab alijs subdit, *& senes.* s. dignitate scientiæ & vitæ, & *antiqui,* tēpore, *sint in nobis,* multò vetustiores. quā patres tui. i. quā magistri tui. à quibus scientiā accepisti: vel ad luxuriam, quā tui progenitores, per maiorem autem vetustatem maiorem sapiētiam vult intelligi: quia per experimentum longi temporis aliquis sapientior redditur. Quartò ex parte ipsius Iob ostendit disputationē eius cū Deo fuisse cōuenientē, & primò quidē: quia fuit nociua explicans quæ suprà dixerat, loqueris quod tibi nō expedit: vnde dicit, *nunquid grande est vt consoletur te Deus,* quasi dicat facilè est Deo vt te ad statū prosperitatis reducat: quia ipse vulnerat & medetur: vt supra dixerat, *sed verba tua praua hoc prohibent,* quibꝰ iram Dei magis cōtra te ꝓuocas. Secundò ostēdit, ꝙ sunt vana & superba, exponēs qđ supra dixerat, *nunquid sapiens respondebit:* quasi dicat in ventū loqueris: vñ subdit, *quid te eleuat cor tuum.* s. per superbiā: vt intātum de diuina sapiētia pręsumas, & signum superbiæ ostendit, subdens, *& quod magis cogitans attonitos habeat oculos.* Cùm enim aliquis aliqua magna & mirabilia considerat in stuporē adducitur, & exinde cōtingit, ꝙ oculos attonitos habet. Tertiò ostendit, ꝙ disputatio eius fuit præsumptuosa & impia, exponens quod supra dixerat, arguis eum verbis, qui non est æqualis tibi: vnde subdit, *Quid tumet contra Deum spiritus tuus: vt proferas de ore tuo huiusmodi sermones.*

LECTIO II.

QVid est homo: vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mūdi in cōspectu eius, quātò magis abominabilis & inutilis homo qui bibit quasi aquā iniquitatē. Ostendā tibi, audi me, quod vidi narrabo tibi. Sapiētes cōfitētur, & nō abscōdunt patres suos. Quibus solis data est terra, & nō trāsibit alienus per os. Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorū incertus est tyrānidis eius. Sonitus terroris semp in auribus illius, & cū pax sit, ille semp insidias suspicatur. Non credit, quod reuerti possit de tenebris ad lucem, circūspectans vndiq; gladium. Cùm se mouerit ad quærendum panem, nouit quod paratus sit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut Regem qui præparatur ad prælium. Tetendit enim aduersus Deum manum suā, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Operuit faciē eius crassitudo, & de lateribus eius à ruina dependet.

¶ Postquàm Eliphaz reprehenderat Iob de hoc, quod Deum ad disputandum prouocauerat, quod videbatur ad præsumptionem sapientiæ pertinere, nunc reprehendit eum de præsumptione iustitiæ. Primò quidem ex fragilitate conditionis humanæ postquàm homo difficulter vitet peccatum, vnde dicit. *Quid est homo vt immaculatus sit,* & etiā difficulter operatur bonum vnde subdit, *& vt iustus appareat natus de muliere,* quia vt dicitur, In abundāti iustitia virtus maxima est: quæ non videtur competere ei qui ex infirmare originem habet. Prou. 15. ¶ Secundò impugnat idem ex comparatione sublimium creaturarum, vnde subdit, *ecce inter sanctos eius,* id est, angelos, *nemo immutabilis.* s. per naturam propriam, sed solùm dono diuinæ gratiæ, quia possit in peccatum deflecti, *& cœli* qui tenēt supremum locum puritatis inter corpora, *non sunt mundi in conspectu.* i. per comparationem ad ipsum, quia sunt materiales & corporales & mutabiles. ¶ Tertio impugnat idē ex propria conditione ipsius Iob, quasi à minori concludens: *quanto magis abominabilis* per peccatū: *& inutilis* per defectum iustitiæ, *homo qui bibit quasi aquam iniquitatem.* Id est qui pro nihilo & absque aliqua obseruatione iniquitatem committit. Qui enim bibit vinum cum aliqua obseruatione bibit, ne inebrietur: quod in potu aquæ non obseruatur. In hoc ergo ipsum notat, quod de facili ad iniquitatē declinaret, sicut aliquis de facili & in promptu habet quod aquam bibat. *Ostēdam tibi audi me, &c.* Postquam Eliphax reprehenderat Iob, quòd Deum ad disputationem prouocauerat, & quod de sua iustitia præsumebat: nunc reprehendit eum de verbis disputando quæ dixerat: præcipuè de illis, arbitraris me inimicum tuum: contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & posuisti in neruo pedem meum. Et primo excitat attentionē dicens, *ostendam tibi.* s. illud quod à Deo quærebas, *audi me.* attentè. Vnde autem ostendere possit, manifestat subdens. *quod vidi.* s. ex proprio intellectu inueniens. *narrabo tibi.* Et iterum non erubescam dicere, quod ab alijs audiui eos in auctoritatem inducens: *Quia sapientes confitentur, & non abscondunt patres suos.* A quibus scilicet sapientiā perceperunt, vt supra asserebant: & quare non sint abscondendi ex eorum dignitate ostendit, cum subdit: *quibus solis data est terra.* Et potest hoc indifferenter & sub eodem sensu referri, vel ad patres sapientum, quos vult intelligi etiam sapientes. Sapientibus enim solis terra data esse dicitur, quia bonorum terrenorum ipsi sunt domini, vtentes eis ad suum bonum. Insipientes autem vtuntur eis ad suum damnum, secundum illud. Creaturæ factæ sunt in muscipulam pedibus insipientium. Sap. 4. Et iterum ad eorundem dignitatē ostendendam, subdit: *& non transibit alienus per eos.* Quia videlicet ij qui sunt à sapientia alieni, consortio sapientum annumerari non possunt. Vel quia sapientes ab extraneis non suppeditātur, per illos enim alienus transire dicitur qui ab aliquo alieno vincuntur & subijciuntur. Postquam auditorem attentum reddiderat, iam contra verba Iob disputantis respondere conatur, ex quibus duo intelligit. Primò quidē quod Iob in angustia & timore viuebat, quasi Deo eum persequente, & insidias ei ponente: quia dixerat: arbitraris me inimicum tuum: & obseruasti omnes semitas meas. Secūdò quia de sua consumptione credebat eum dubitare, quia dixerat. Scribis contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescētiæ meæ. Primò ergo loquitur contra primum, & secundò contra secūdum ibi: *Habitabit in ciuitatibus desola.* Ostendit ergo primo ex qua radice prædicta suspicio in corde Iob oriatur: quæ est ex eius impietate & voluntate nocendi, vnde dicit. *cunctis diebus suis impius superbit.* Id est extollitur contra Deum & in nocumentum hominū. Dies autem suos dicit, non dies vitæ eius, sed dies potestatis vel prosperitatis. Sed quia voluntas nocēdi est homini à seipso, Potestas autem à Deo non potest scire, quāto tempore ei detur potestas implendi suā impiam voluntatem. Vnde subditur: *& numerus annorum incertus est tyrannidis eius.* Et ex ista incertitudine sequitur suspitio & timor: quā cōsequēter describit dicēs, *sonitus terroris semper in auribus illius.* Quia scilicet ad quēlibet rumorē timet aliquid cōtra se parari, quasi de nullo cōfidēs: ꝓpter quod subdit *& cum pax sit ille insidias suspicatur.* i. cū nullus cōtra eū aliquid moliatur, ipse tamē de omnibus formidat per suā impiam voluntatē, qua paratus esset omnibus nocere. Cū autē aliquis de aliquibus suis inimicis timet, sperare potest liberationē, & si ad horā succūbat, per adiutoriū amicorū. Sed ille qui de nullo cōfidit, sed de omnibus timet, nō potest sperare, quod post oppressionē releuetur, & ideò subdit. *Non credit quod reuersi possit de tenebris ad lucem.* Id est de statu aduersitatis ad statū prosperitatis. *circunspectās vndique gladiū.* i. ex omni parte inimicos sibi imminere videns. Et hoc specialiter dicit ꝓpter hoc quod Iob dixerat, quasi putredo cōsumēdus sum: & quasi vestimētū, qđ comeditur à tinea. Per qđ intellexit Eliphaz Iob desperare de sua deliberatiōe. Cōtingit autem quādoq;, ꝙ aliquis tyrānus, etsi ab omnibus extraneis timeat. Habet tamē alios familiares & domesticos, cū quibus securè conuersat̄. Sed quādo est superabūdans malitia eius etiā à domesticis suis timet, cū quibus viuit. Vnde sequitur. *Cum se mouerit ad quærendum panem nouit, quod paratus sit in manu eius tenebrarū dies.* i. mortis, quasi dicat nō solū insidias suspicatur in actibus exterioribus, in quibus necesse habet cū extraneis conuersari. Sed etiā in actibus domesticis, comedendo & bibendo, & ab his domesticis suis mortē sibi parari credēs, & cum ipse sic timeat, de omnibus nō quiescit: Sed contra eos quos timet semp aliquid machinat̄, & sic crescit ei timoris occasio. Vnde subdit. *terrebit eū tribulatio.* s. ab alijs sibi imminēs, *& angustia vallabit eum.* s. per mortis timorē ex omni parte. *sicut regem qui præparatur ad prælium.* Rex enim qui præparatur ad prælīū, sic angustiatur timore, ne perdat. qui tamē moliturꝰ inimicos destruere. Quo autē merito in tantam miseriā timoris ipsius & tyrānus deueniat, ostēdit subdens: *Tetendit enim aduersus Deum manum suam.* contra Deū agendo *& contra omnipotentem roboratus est.* i. potentia sibi data vsus est cōtra Deum: Et quomodo cōtra Deum egerit ostēdit subdēs. *Cucurrit aduersus eum erecto collo.* i. superbiendo. Per superbiam enim maximè homo Deo resistit: cui per humilitatem subijci debet secundum illud. Initium superbiæ hominis apostatare à Deo. Eccles. 10. Et sicut ille qui Deum diligit, in via eius currere dicitur, propter promptitudinem voluntatis ad seruiendum ei: ita & superbus propter præsumptionē spiritus contra Deum currere dicitur. Superbia autem ex abundātia temporalium rerum oriri solet, & ideò sequitur. *& pingui ceruice armatus est.* scilicet contra Deum superbiendo. Pinguedo enim ex abūdantia humorum creatur, vnde abundantiam temporalium significat: sicut humilitas principium est sapientiæ, & ita superbia sapientiæ est impedimentum. Vnde sequitur, *operuit faciem eius crassitudo.* Per operimentum enim faciei impedimentum cognitionis designatur: nec solū opulentiæ causa in ipso inuenitur: sed etiam ad collaterales eius deriuatur. Vnde sequitur: *& de lateribus eius à ruina dependet.* Per quæ omnia significare intendit quod Iob ex opulentia in superbiam incidit: per quam contra Deum. Se erexit, & tyrannidem in homines exercuit: & ideò in hanc suspicationē deuenit, vt Deum sibi aduersarium & insidiatorem suspicaretur.

LECT. III.

HAbitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ. Non ditabitur, nec perseuerabit substātia eius, nec mittet in terram radicem suam, nec recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritus oris eius Non recedet frustra errore deceptus: quod aliquo prætio redimēdus sit. Antequā dies eius impleātur, peribit: & manus eius arescent Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum. Congregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. & vterus eius præparat dolos.

¶ Postquam ostendit Eliphaz angustias timoris quas impius patitur, etiam in statu prosperitatis existens: nunc loquitur de amaritudinibus, quibus in aduersitatem deiectus sumitur: propter hoc quod Iob dixerat. Scribis contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Inter alias amaritudines primam ponit, quod efficitur fugitiuus, est autem fugitiuorum consuetudo, quod loca occulta & inhabitata quærunt, & ideò dicit. *Habitabit in ciuitatibus desolatis & in domibus desertis quæ in tumulos sunt redactæ.* Huiusmodi enim loca consueuerunt esse fugitiuorum receptacula Secundum quòd suis diuitijs spoliatur. vnde dicit, *non dabitur.* vt scilicet de nouo diuitias acquirat. *nec perseuerabit substantia eius.* vt diuitias prius acquisitas retinere possit. Tertiā ponit impossibilitatem recuperādi, dicēs: *nec mittet in terram radicē suam.* Arbor enim si extirpetur, & iterū plātetur, cōualescit si in terrā mittat radicē, sed si in terrā radicē mittere nō possit, nō potest iterū conualescere. Et quasi hoc exponens subdit, *non recedet de tenebris.* i. de statu aduersitatis. Et rationem redeundi ad lucem assignat, subdens: *Ramos eius arefaciet flamma.* Arbor enim si extirpata fuerit, ramis virentibus adhuc remanet spes reparationis: quia possunt inseri vel plātari: sed si rami comburantur, nulla spes vltra remanet recuperationis. Rami autem hominis sunt filij & aliæ personæ coniunctæ per quas homo interdum à statu aduersitatis resurgat, sed filij Iob occisi erant & eius familia perierat, & ipsemet infirmitate oppressus erat, qđ innuit subdens, *& auferetur spiritus oris sui.* i. superbia verborum suorū, vt non posset aliquo modo recuperationem sperare, nec etiam à Deo, quem superbia verborum offendit: vnde subdit, *non credat frustra errore deceptus quod aliquo prætio redimendus sit.* id est, quod aliquo auxilio liberandus sit de tribulatione. Quartam amaritudinem ponit abbreuiationem vitæ, vnde subdit. *antequam dies eius impleantur, peribit.* i. morietur antequā perficiat tēpus ætatis eius. *& manus eius arescent.* i. eius filij & ꝓpinqui deficiēt, & subdit exēplū dicens: *Lædetur quasi vinea botrus eius in primo flore.* Quæ quidē læsio ex frigore solet accidere, Vnde significat exteriorem persequutionem. *& quasi oliua proijciens florem suum.* Quod solet accidere ex aliqua interiori causa. Vnde significat meritum aduersitatis ex parte ipsius qui patitur. vnde de hoc merito subdit: *Congregatio enim hypocritæ sterilis.* id est illa quæ cōgregantur ab hypocrita infructuosa redduntur. *& ignis deuorabit tabernacula eorū qui libēter munera accipiūt.* Fit enim interdū ex diuino iudicio, vt ea q̄ male acquisita sunt, de facili cōsumant̄, & hoc dicit notās Iob de impietate, & hypocrisi, quasi ꝓpter

Universidad de Deusto Biblioteca

huiusmodi peccata ei aduersitas accidit. Et addit tertiū peccatum .s. dolositatem. Vnde sequitur, *concepit dolorē*. id est, præexcogitauit in corde suo, qualiter alij dolores inferret, eius quidem cōceptus est nocumentū iniustè illatū. Vnde sequitur. *& peperit iniquitatē.* adiungit consequēter modum, quo hoc perficiat dicens: *& vterus eius præparat dolos.* Hypocritarū enim est nō manifestè, sed dolosè alijs nocumentum inferre. Per vterum autem cor intelligitur, in quo fiunt conceptus spirituales: sicut in vtero conceptus naturales.

CAP. XVI. LECTIO I.

R*Espondens autē* Iob *dixit: Audiui frequenter talia: Consolatores onerosi vos omnes estis. Nunquid habebunt finem verba ventosa? Aut aliquid tibi molestū est si loquaris? Poterā & ego similia vestri loqui. Atque vtinā esset anima vestra pro anima mea. Cōsolarer & ego vos sermonibus: & mouerē caput meum super vos. Roborarē vos ore meo: & mouerem labia mea quasi parcēs vobis. Sed quid agam? Si loquutus fuero, nō quiescit dolor meus: & si tacuero, nō recedet à me. Nūc autē oppreßit me dolor meus, & in nihilū redacti sunt omnes artus mei. Rugæ meæ testimonium dicunt cōtra me: & suscitatur falsiloquus aduersus faciē meā contradicens mihi. Collegit furorē suum in me, cōminans mihi infremuit contra me dentibus suis. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. Aperuerūt super me ora sua, & exprobrātes percusserūt maxillā meam, satiati sunt pœnis meis. Cōclusit me* Deus *apud iniquum, & manibus impiorū me tradidit. Ego ille quondā opulentus repēte cōtritus sum tenuit ceruicē meam. Cōfregit me, & posuit me sibi quasi in signū. Circundedit me lanceis suis, cōuulnerauit lumbos meos. Nō pepercit, & effudit in terra viscera mea. Cōcidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas. Saccū consui super cutē meam, & operui cinere carnē meam. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerūt. Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad* Deum *preces. Terra ne operias sanguinē meum: neque inueniat in te locū latendi clamor meus. Ecce enim in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis.*

¶ Eliphaz in sua responsione durius cōtra Iob loquutus fuerat. vnde Iob in principio sui sermonis, cum arguit de incōuenienti consolatione. Primò quidem quia frequēter eadem repetebat, tam ipse quā amici eius. vnde dicit. *Audiui frequēter talia.* Quasi dicat nostra loquutio circa idem versatur. diuersis enim verbis ad idē intendebāt. s. ad arguendum Iob, quod pro peccatis suis in aduersitates incideret: & ideò subdit, *cōsolatores onerosi vos estis.* Cōsolatoris enim officiū est ea dicere, quibus dolor mitigetur, onerosus ergo cōsolator est, qui ea loquitur quæ magis animū exasperant. possent tamen hæc excusamen habere: quando ad vtilitatē aliqua verba exasperantia proferentur, & veritatē continerent, aut etiā breuiter & pertranseundo dicerentur. Sed si aliquis verba exasperantia contristatū falsò inutiliter & prolixè prosequatur, onerosus consolator videtur. Vnde subdit. *Nunquid habebūt finem verba ventosa.* in hoc enim, quod dicit, *nunquid habebunt finē.* Ostendit, quod prolixè immorabantur circa verba exasperantia, in hoc verò, quod dicit *verba ventosa*, ostendit, quod inutilia & falsa erant soliditatem non habentia.

¶ Ostendit autem consequenter, quod non erat paritas ex vtráque parte in hac disputatione: quia amici Iob absque molestia loquebantur. vnde dicit: *aut aliquid molestū tibi est si loquaris.* Quasi dicat ideò ea prolixè loqueris in meam calumniam: quia ex hoc nullo modo molestiā sentis. Iob autē molestabatur, & ne aliquis crederet, quod hęc disputatio esset facilis amicis Iob propter eminētē sciētiā. Iob autem molesta propter sciētiæ defectū, hoc excludit, ostendēs, quod si aduersitate non deprimeretur, & esset in statu amicorū suorū, similia loqui posset: vñ dicit *poteram & ego similia vobis loqui.* s. si aduersitate non grauarer, & huiusmodi rei excipiēdæ sibi facilitatē desiderat, dicēs, *atq; vtinā esset anima vestra pro anima mea:* vt s. vos aduersitatē pateremini, quā ego patior, qđ quidē dicit nō affectu odij, aut liuore vindictę, sed vt à crudelitate qua vtebātur suis verbis Iob exasperantes, reuocarētur, dū sentirēt sibi esse aspera verba similia si eis dicerētur: vñ subdit. *Cōsolarer & ego vos sermonibus.* s. similibus qb⁹ vos me cōsolamini *& mouerē caput meum super vos,* in signū cōpaßiōis: vel in signū reprobatiōis sicut vos me arguitis, *et etiā roborarē vos ore meo,* ne ꝑ impatiētiā deficeretis. *& mouerē labia.* s. ad loquēdū. *quasi parcēs vobis.* i. simulās me ex misericordia, quā ad vos haberē loqui, sicut vos cōtra me facitis. Sic igitur leue esset mihi loq sicut & vobis, si ī statu vestro essem, sed nunc īpedior dolore, q nō tollitur, neq; loquutiōe nec taciturnitate: vnde subdit. *Sed quid agā si loquutus fuero, nō quiescet dolor meus, & si tacuero, nō recedet à me.* Est aūt duplex dolor. Vnus quē īterior, q tristitia noīatur ꝓueniēs ex apprehēsiōe alicui⁹ mali īgrētis. Alius aūt est dolor exterior, q est dolor scđm sensum, puta ex subtractiōe cōtinui ꝓueniēs vel ex aliquo hmōi. Prim⁹ qdē igitur horū dolorū colloquutiōe tolli pōt, nō aūt secūdus, & iō cōsequēter ostēdit, nō tolli de hoc scđm dolorē q verbis nō tollit, dicēs, *nūc autem oppreßit me dolor meus.* i. īpediuit me ne faciliter & liberè vti possim rōcinatiōe, sicut antea solebā. Nā cū est dolor vehemēs ī sensu, oportet, qđ intētio aīę euocetur vel īpediatur ab ītellectu alia cōsideratiōe, & qđ de dolore corporali intelligat, ostendit subdens, *& in nihilum redacti sunt omnes artus mei.* Oīa eīm mēbra eius vulnerata erāt, sicut supra dictū est, qđ Satā ꝑcusit Iob vlcere pessimo à plāta pedis vsq; ad verticē. Et non solū dissipatiōes mēbrorū dolorem sensibilē mihi īgerunt, sed etiā sunt in argumētum contra me. Amici eīm Iob vidētes eū sic vlceratum, ex hoc argumētabātur, qđ grauiter peccasset, putātes hoc ei ī pœnā peccati accidisse, & hoc est qđ sequitur. *Rugæ meæ testimonium dicunt contra me.* Ex īfirmitatibus eīm corrugatur corpus ꝓpter humidi cōsumptionē, sicut ex senectute. Qūò autē rugę cōtra ipsum testimoniū perhibeāt, ostendit subdēs, *& suscitatur falsiloquus aduersus faciē meā contradicens mihi.* Falsum eīm dixerat Eliphaz, quod ꝓpter peccatū in hāc īfirmitātem īcurrisset: vel pōt dici, qđ Iob ītellexit ꝑ spiritūsanctum suā aduersitatem à diabolo ꝓcuratā Deo ꝑmittēte: vñ quicqd passus est: vel in dānis suis & filiorū: vel in ꝓprij corporis vlcere: vel etiā in molestatiōe vxoris & amicorum, totū hoc diabolo attribuit, quasi īstiganti. Ipsum ergo vocat falsiloquū cōtra suā faciē suscitatū: qa ītelligebat instigāte diabolo amicos suos cōtradicētes ei, & scđm hunc sensum plani⁹ est, qđ sequitur. *Collegit furorē suū in me.* Videtur eīm diabol⁹ totū furorē suū cōtra Iob collegisse. dū omni mō nocēdi ipsum īpugnauit & nō solū in ꝑterito me afflixit, sed etiā in futurū mihi cōminatur. Et hoc est, qđ sequitur, *& cōminans mihi infremuit contra me dētibus suis.* Et loqtur ꝑ similitudinē bestiæ q homini cōminādo dētes cōtra ipsum parat Hoc autē dicit ꝓpter hoc: qa Eliphaz vsq; ad mortē ei sub ꝑsona īpij mala īminere ꝓnūciauerat. Intelligebat aūt Iob hmōi cōminatiōes ꝑ os Eliphaz à diabolo esse ꝓcuratas, & iō dicebat, qđ dētibus cōtra eū infremuerat. Nō solū autē Eliphaz verbis cōminationis cōtra eū vsus fuerat mala prænūciando, sed etiā de factis eius male iudicauerat, eū impiū & hypocritā nominans. Et ideò subdit. *Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.* Placidis enim oculis aliquē aliquis intuetur, quādo facta eius benignè interpretatur. Sed quādo bona interpretatur in malū, tunc terribilibus oculis intuetur. Et ideò subdit. *Aperuerunt super me ora sua.* Scilicet amici mei ab hoste meo instigati: & hoc exponit subdens, *Exprobrātes percusserūt maxillā meam.* Ille enim dicitur in facie alicuius percutere, quando ei improprium in facie dicit: amici autē Iob multa impropria cōtra eum dixerāt peccata multa exprobrātes, & quia iusti homines vident peccata puniri de iustitia lætantur secundum illud. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. [*Psalm. 57.*] Amici Iob se iustos reputantes, Iob autem peccatorem, de pœnis gaudebant quodammodò, quasi diuinæ iustitiæ congratulantes & ideò sequitur. Satiati sunt pœnis meis, & ne aliquis crederet, quod Iob opinaretur huiusmodi pœnas sibi à Deo inflictas non esse: quia dixerat ab hoste se esse afflictum: ad hoc excludendum subdit: *Conclusit me* Deus *apud iniquum.* id est diabolum, concedendo me, scilicet potestati ipsius. *& manibus impiorū me tradidit.* quantùm ad eos qui instinctu diaboli eum vel factis, vel verbis afflixerant, intellexit enim Iob afflictiones suas sibi per diabolū non quidem per se, sed permittente Deo irrogatas: & huius signum euidens ostendit quadrupliciter. Primò quidem quia à maxima prosperitate non paulatim decidit, sicut consuetum est in rebus humanis: sed subito totaliter corruit, quod non videtur posse subito casu accidere, sed ex sola diuina ordinatione, & hoc est, quod dicit. *Ego ille opulētus quōdā repēte cōtritus sum.* Et in hoc, quod dicit *opulentus*. designatur diuitiarum abundantia. In hoc autem, quod dicit *ille* designatur claritas famæ eius, qua ab hominibus demonstrabatur. Secundum autem signū est quod totaliter corruit. Ad quod sciendum subdit, *tenuit ceruicē meam, confregit me.* Et loquitur ad similitudinē alicuius fortißimi viri: qui alicuius debilis ceruice apprehensa, eam cōfringeret: & sic totaliter eū de vita auferret. sic enim Iob videbatur totaliter prosperitatis statū amisisse. Tertiū signū est, quod non vna aduersitate, sed multis simul concurrentibus oppressus fuit, vt supra narratū est: & quantùm ad hoc subdit. *posuit me sibi quasi in signum,* quod ponitur diuersis sagittis feriēdū. Et ideò subdit. *circundedit me lanceis suis.* vbi multitudinem tripliciter suarum aduersitatum describit. Primò nāque ostēdit se exterius vulneratum in rebus possessis: & ad hoc pertinet quod dicit: *circundedit me lanceis suis.* res enim exteriores circa nos sunt quasi extrinsecè. Tūc ergo homo lanceis aduersitatis circundatur quando in rebus exterioribus damnificatur. Secundò autem dicit se percussum interius, quantū ad personarum afflictionē, & hoc est, quod subdit. *Cū vulnerauerit lūbos meos.* Quasi dicat non solū in circuitu lāceatus sum: sed vulnera peruenerūt vsque ad interiora, in quibus delectabatur, quæ per lūbos signātur, in quibus est delectatio vel etiā generationis origo. Vnde etiā per lūbos filij oppreßi possunt aßignari. Et insuper ostēdit multiplicitatē percusionis ex acerbitate vulneris, cū subdit: *nō pepercit.* quasi retrahēs manū suā à percusiōe, ne grauius offenderet, sed grauißimè læsit: & hoc est, qđ subdit: *& effudit in terra viscera mea.* quia. s. oēs filios suos & filias vna ruina oppreßit. ¶ Tertiò ostēdit multitudinē ꝑcusiōis ex ijs quæ ī ꝓpria ꝑsona est passus: vñ subdit. *& concidit me in propria.* s. ꝑsona. *vlcere:* vlcus ꝓpriū posuit sup vulnus mortis filiorum.

Quar-

¶ Quartum signum est, quod eius tribulatio ex diuina prouidentia processerit, cui resisti non potuit, nec remedium adhiberi. secūdum illud quod supra dictum est: Deus cuius irę nullus resistere potest. Et hoc est quod subdit. *Irruit in me quasi gigas.* cui propter magnitudinē potestatis homo debilis resistere non potest. Et possunt hæc omnia intelligi vel de Deo, qui conclusit: vel melius de iniquo, scilicet diabolo apud quē cōclusit. Hæc omnia cōmemorauit Iob de magnitudine suæ aduersitatis: ad ostendendum quod nō de pari poterat eū eis contendere: quia ab huiusmodi aduersitatibus immunes erāt. Verum Eliphaz eum de superbia notauerat dicens, quid te eleuat cor tuū, &c. Quæ tanto fuisset detestabilior, quanto per graues aduersitates emendari non potuisset, secundum quod contra quosdam dicitur, Dißipati sunt nec compuncti. [*Psalm. 34.*] Et ideò consequēter descripta sua aduersitate ostendit se humiliatum. Primò quidem quantùm ad exteriorem habitum, cum dicit: *Saccum consui super cutem meam.* [*Ion. 3.*] Talis enim habitus est humilitatis signum, vt legitur de niniuitis. Similiter etiam cinis adhibetur, ad recognoscendum propriam fragilitatem. vnde Abraham dixit, Loquar ad dominum meum cū sim puluis & cinis. [*Genes. 18.*] vnde subdit, *& operui cinere carnem meam.* Legitur enim supra, quod in sterquilinio sedebat in signum humilitatis. Secūdò ostēdit suam humanitatem per multitudinem fletus, cuius duo signa ponit. Primo quidem tumorē faciei, cū dicit. *Facies mea intumuit à fletu.* Ascendens enim multa lachrymarū materia ad caput facies plorātiū intumescit. Secundū verò impedimētum visus, & hoc est, quod subdit. *& palpebræ meæ caligauerunt.* s. à fletu. Ad literā enim ꝓpter discursum humorū visus oculorū impeditur, ex ijs autē quæ de grauitate suæ aduersitatis præmisit, & de magnitudine suæ humiliationis, posset aliquis suspicari, quod ipse recognoscens grauitatem suorū peccatorū, se pœnitēdo humiliauerit, reputās se pro suis peccatis afflictum, quod Eliphaz innuere volebat dicens. Ecce inter sanctos nemo immutabilis, &c. & ideò ad hoc remouēdum dicit *Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ.* Per quod excludit à se peccata operū. subdit autē: *cum haberem mundas ad* Deū *preces.* vt excludat à se peccatū indeuotionis & omißionis, per quod videtur respondere ei, qđ supra dixerat Sophar Si iniquitatē, quæ est in manu tua abstuleris, [*Capit. 11.*] leuare poteris manū tuam absq; macula. Sed ad excludendum innocentiā Iob, Eliphaz iam bis vsus fuerat argumento supposito ex fragilitate terrenæ naturæ. Nam supra quādo dixerat. Ecce qui seruiūt ei, nō sunt stabiles: quāto magis ij qui habitāt domos luteas? & posteà supra idem repetierat, dicens: Cœli non sunt mundi in conspectu eius, inutilis homo, & ideò ad hoc excludendum subdit. *Terra ne operias sanguinem meum.* Et intelligit per sanguinem sui corporis afflictionē. Hic autem sanguis operiretur, si pro culpa fuisset effusus. Sic enim non haberet gloriā: operiretur autem à terra, si occasione terrenæ fragilitatis præsumptio de præcedenti culpa, præsumeretur: Si autem sanguis eius absq; culpa fuit effusus, iustam querelam habuit contra effundentem: sicut dicitur. Ecce vox sanguinis fratris tui, clamat ad me de terra. [*Genes. 4.*] Hic autem clamor lateret, si iniusta quæstio sua videretur, quasi eius qui pro culpa fuerit punitus. Et ideò subdit, *Neque inueniat in te locum latendi clamor meus.* Vt scilicet ex terrenæ conuersationis fragilitate videatur iniustè conqueri, quāsi simul culpa punitus. Verùm est autem, quod difficile est hominem terrena esse in conuersatione absque iniquitate peccati mortalis. Non est enim impoßibile Deo adiuuante, qui etiam interioris puritatis est testis, & ideò subdit. *Ecce enim in cœlo testis meus.* Quasi dicat ideò terra nō potest operire sanguinem: Quia maius est testimonium cœli quam præsumptio de fragilitate terræ, est autem hic testis cœli idoneus, quia etiam conscientiæ secreta rimatur, vnde subdit: *Et conscius meus in excelsis.* Quasi dicat ideò in infimo terræ non potest locum latendi clamor meus inuenire, quia conscientia mea nota est in excelso.

LECT. II

V*Erbosi amici mei, ad* Deum *stillat oculus meus. Atque vtinam sic iudicaretur vir cum* Deo, *quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Ecce enim breues anni transeunt, & semitam per quam non reuertar, ambulo.*

¶ Postquam Iob descripsit magnitudinem suæ aduersitatis & suam humilitatem & innocęntiam, procedit vlterius ad improbandam vanam consolationem, quam amici eius frequenter ei iterabant, scilicet de spe temporalis prosperitatis recuperandæ, vnde & Eliphaz supra dixerat, nunquid grande est vt consoletur te Deus, &c. Vnde huiusmodi consolationis vanitatem ostendere intendens, promittit: *Verbosi amici mei.* Quasi dicat verba inania mihi promittunt, nō in temporalibus recuperandis est consolatio mea, sed in delectatione adipiscenda, & hoc est, quod subdit, *Ad* Deum *stillat oculus meus.* Id est, lachrymatur præ Dei desiderio, secundum illud. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus, & ad expositionem eius quòd dixerat, subdit, *Atque vtinam sic iudicetur vir cum* Deo, *quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo.* Iudicatur enim vir cùm vnus alteri præsentialiter adest, & inuicem sibi suas rationes præmittit, desiderat ergo Deo præsens existere, & rationes diuinorum operum & iudiciorum cognoscere, in quo fœlicitas humana consistit, in cuius spe erat eius consolatio, non in vanis amicorum verbis, quibus recuperationem temporalis prosperitatis promittebant, & ideò ad ostendendam vanitatem huiusmodi promißionis subiungit: *Ecce enim breues anni trāseūt.* Quasi dicat homo breui viuit tempore, vt supra dictum est, temporis autē vitæ Iob iam transierat magna pars, vnde breues anni restabant, in quibus si esset prosperitas, non magnam cōsolationem afferret propter temporis breuitatem. [*Capit. 14.*] Fuerunt autem aliqui, qui credebant hominem post mortem, iteratò ad præsentis vitæ cursum redire, & sic videri posset, quòd in spe terrenæ prosperitatis recuperandæ saltem in illa futura vita posset Iob consolationē habere, & ideò ad hoc excludendum subdit: *Et semitam per quam non reuertar ambulo.* Homo enim in hac mortali vita per ætatis processum tendit ad mortē: nec in hoc ꝓcessus iteratio potest esse, vt scilicet iteratò homo sit puer, & ætates huius vitæ perambulet.

CAP. XVII. LECT. I.

S*Piritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solùm mihi superest sepulchrum. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Cor eorū longe fecisti à disciplina, propterea non exaltabuntur. Prædam pollicetur socijs, & oculi filiorum eius deficient. Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplum suū coram eis. Caligauit ad indignationem oculus meus, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt. Stupebunt iusti super hoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur, & tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem.*

¶ Ostenderat superius Iob multiplicitatē suæ afflictionis, & mentis humilitatem, innocentiam, & vitæ irreuertibilis breuitatem, ex qua verbositas amicorum eius cōuincebatur, & ideò in hoc capitulo intendit inanimare præmissa: & finaliter eorum ignorantiam concludere. Primò autem incipit inanimare quod dixerat de processu vitæ humanæ, & præmittit causam breuitatis vitæ, cum dicit, *Spiritus meus attenuabitur.* Vita enim corporis est per vitales spiritus, qui à corde ad omnia membra diffunduntur, qui quandiu in corpore durant, corpus viuit, sed quando virtus caloris naturalis incipit debilitari in corde, huiusmodi spiritus minuitur, quam quidem diminutionem & debilitatem per spiritus attenuationem designat, & huius modi occasione causæ subiūgit effectum, dicens: *Dies mei breuiabuntur.* Debilitas enim vitalis spiritus abbreuiat dies in te, & ne aliquis crederet, quòd attenuatus spiritus iterum roborandus esset secundū speciem huius vitæ mortalis, ad hoc excludendū subdit: *Et solū mihi superest sepulchrum.* Quasi dicat finitis huius breuibus vitæ diebus, nihil de præsenti vita mihi relinquitur, nisi sepulchrū, & ea quæ sepulchro cōueniūt. Deinde alio modo cōsolationē eorū vanā ostēdit, cōsolabantur enim eū dicētes, huiusmodi aduersitates propter peccata ei ꝓuenisse, de quibus si pœniteret, ad ꝓsperitatē rediret, sed ipse hoc excludens dicit. *Non peccaui.* Quia scilicet nō habebat cōscientiā remordentē de aliquo graui peccato, propter quod tantas aduersitates incurrisset, vnde & infra dicit, neq; enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. [*Capit. 27.*] Et ideò nō est cōtra id, quod dicitur. Si dixerimus quia peccatū nō habemus, ipsi nos seducimus, [*1. Ioā. 1*] & per hoc exprimit, quod supra dixerat de sua innocentia, hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, subdit autem. *Et in amaritudinibus moratur oculus meus.* Pluraliter autē dicit amaritudinibus, propter multiplices aduersitates quas supra enūciauit, dicit autē *Moratur.* Quia quāuis inter amaritudines se humiliauerit saccū cōsuens super cutem suam, adhuc tamen amaritudines perseuerāt, attribuit autē amaritudines oculo propter fletum, de quo supra dixerat, facies mea intumuit à fletu, & iterū ad Deū stillat oculus meus, quia sic oculus eius flebat inter amaritudines, quod ad solū Deū inde auxiliū intendebat, & ideò hic subditur, *& libera me.* Intelligebat enim se ab eo solo liberari posse, qui eum apud iniquū cōcluserat, nō autē sic se liberari ab aduersitate petebat, sicut qui post aduersitatē prosperitatē terrenā assequuntur, sed petit vt ad celsitudinē spiritualē perducatur, vnde subdit. *Et pone me iuxta te.* Quia enim Deus est ipsa essentia bonitatis, necesse est, vt qui iuxta Deum ponitur, à malo liberetur. Ponitur autem homo iuxta Deū inquantū ei mēte appropinquat per cognitionē vel amorē, sed hoc quidē imperfectè cōtingit in statu vitæ in quo homo impugnationes patit, & qui est iuxta Deū positus, ab eis nō superat. Perfectè autē homo iuxta Deū mēte ponit, iuxta statū vltimę fœlicitatis, in quo impugnatiōes iam pati nō pōt, & hoc est quod desiderare se ostēdit dicēs: *Et cuiusuis manus pugnet cōtra me.* Quia scilicet quātūcūq; aliqui me velint impugnare, si iuxta te perfectè positus fuero, nullius impugnatio me molestabit. Hoc est ergo ī quo Iob īter amaritudines cōsolationē habebat, sperās se iuxta Deū ponēdū, vbi īpugnatiōes timere nō posset. Hāc aūt spūalē cōsolationē ipsi⁹ Iob amici ei⁹ verbosi nō ītelligebāt, & ideò subdit, *Cor eorū lōge fecisti à disciplina.* s. tua spirituali, per quā doces spiritualia bona, cōtēptis tēporalib⁹ sperare, & quia in solis tēporalibus & infimis rebus ad spiritua

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem altitudinem peruenire non possunt. iuxta Deum ponantur, & hoc est, quòd subdit. *Propterea non exaltabuntur.* Et ex hoc, q̃ longè facti sunt à disciplina spirituali procedit, q̃ sola tẽporalia Eliphaz Iob in consolationem promittebat, & hoc est quod subdit. *Prædam pollicetur socijs.* Id est, temporalium adeptionem, quæ verè inueniri non possunt, nisi alio amittente: vnde temporalium acquisitio deprædationi assimilatur. Non est autem hoc vniuersaliter verum: vt post pœnitentiam homines temporalem prosperitatem recuperẽt: quia nec boni semper temporali prosperitate florent, vnde subdit: *Et oculi filiorum eius deficient.* Filios eius dicit illos, qui eius prouisio ni credentes, ex bonis quæ agunt, temporalia sperãt, sed dum ea nõ assequuntur, oculi eorum deficiunt, quasi à spe sua decidentes. Sicut autem bene agentibus temporalia Eliphaz promittebat, ita etiam omnes aduersitates temporales propter peccata eius, qui patitur assẽ rebat prouenire, & quia Iob multas aduersitates passus erat, eum in exemplum apud vulgus ponebat, & hoc est, quod subdit. *Posuit me quasi proverbium vulgi, & exemplum sum coram eis.* Quia scilicet ad suam sententiam assertendam, de causa aduersitatum Iob in exemplum ponebat, ac si esset pro peccato punitus. Pertinet autem ad iustorum zelum, vt videntes per falsam doctrinam rectitudinem dinorum iudiciorum peruerti indignentur, & ideò Iob consequẽter magnitudinẽ sui zeli ostendit dupliciter. Primò per quandam mẽtis turbationem, ira enim per vitium oculum cæcat, sed ira per zelũ oculum turbat vt Gregorius dicit, & ideò subdit. *Caligauit ad indignationem oculus meus.* Scilicet rationis, cuius acies est per iram zeli turbata. Secundò per hoc, q̃ ira per zelum etiam in corpore ex dolore quandam commotionem facit: vnde dicitur primo Machabæorum secundo, quod Mathatias videns Iudæum idolis sacrificantem doluit, & contremuerunt renes eius, & ideò hic subditur, *Et membra mea quasi in nihilum sunt redacta.* Inquantùm scilicet per dolorem corpus hominis tabescere videtur. Posset autem aliquis credere, q̃ ista oculi caligatio contra iustitiam esset, & indignatio cõtra innocentiam, & ideò ad hoc excludendum subdit: *Stupebunt iusti super hoc.* Quasi dicat etiam ad iustos pertinet, vt videntes malorum doctrinam obstupescant, & hunc stuporem super caligationem dixit, sequitur autem, *Et innocens contra hypocritam suscitabitur.* Quasi dicat non est contra innocentiam, si aliquis contra hypocritam peruersorem veræ doctrinæ per zelum iustitiæ indignatus concitetur, & quia vt dictum est, ira per zelum animum turbat, sed non cæcat, sic vir iustus stuper vel caligat ex zelo, qui tamen à iustitia non recedit, & hoc est quod subdit. *Et tenebit iustus viam suam.* Quia scilicet non deseret eam propter viam zeli, talis enim ira non præcedit rationem, sed sequitur, & ideò non potest hominem à iustitia separare, vtilis tamen est ira per zelum, quia facit hominem cum maiore animi fortitudine insurgere contra mala, & hoc est quod subdit. *Et mundis manibus addet fortitudinem.* Cõcitatus scilicet per zelum, vnde & dicitur tertio Ethicorum, quòd ira fortitudinem iuuat.

LECTIO II.

Igitur omnes vos conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum sapientẽ. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus domus mea est, & in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi, pater meus es, mater mea & soror mea vermibus. Vbi est ergo nunc præstolatio mea? & patientiam meam quis considerat? In profundissimum infernum descendent omnia mea. Putas ne saltem ibi erit requies mihi?

¶Postquàm Iob proposuerat ea, ex quibus sententia Eliphaz confutatur, hic colligit præmissa, & ordinat ea ad propositum ostendendum. Et primò excitat attentionem dicens, *igitur*, scilicet ex quo prædicta sunt vera: *vos omnes* qui scilicet contra me conuenistis, & pãtres vestri, *conuertimini* à vestris erroribus, & venite ad veritatem considerandam, qua perspecta patebit quantùm à vera sapientia longẽ sitis, & hoc est, quod subdit, *& non inueniam in vobis vllum sapientem*, & hoc subdit ad reprimendam iactantiam Eliphaz qui supra dixerat, quid nosti quod ignoremus, &c & iterum sapientes consitentur, &c. in hoc autem præcipuè eorum insipientiam ostendere intẽdit, quòd ei consolationem temporalis prosperitatis promittebant, contra, quod primò proponit tempus vitæ suæ iam in magna parte esse elapsum: & hoc est, quod subdit, *dies mei transierunt*, Deinde proponit mala quæ patitur, cum subdit, *cogitationes meæ dissipatæ sunt.* quasi impeditæ à quieta contemplatione sapientiæ propter accerbitatem tẽporalis doloris: & hoc est, quod subdit, *torquẽtes cor meum*, quia videlicet eius cogitationes à sana consideratione veritatis erant deductæ in amaritudinẽ qua torquebatur. Hoc autẽ tormẽtum cordis, nec nox interrumpebat, quę est tempus deputatũ humanę quieti: vnde subdit, *noctem verterunt in diem*, quia videlicet propter prædictas cogitationes noctem ducebat insomnẽ, sicut & dicit. Est autem grauius pati somni defectũ in nocte, quàm in die: quia in die releuatur animus hominis ex hominum societate, & lucis aspectu, & ideò dũ nox ei esset insomnis, desiderabat eam cito finiri, & hoc est quod subdit, *& rursum post tenebras spero lucem*, ideſt spero, q̃ lux diei post tenebras noctis, rursus adueniat. Sed quia Eliphaz eum inducebat, vt omnia aduersa patienter toleraret, sub expectatione futuri: ideò consequẽter ostẽdit quid sibi in futurum de tẽporalibus rebus residuum videatur, vnde dicit, *si sustinuero*, ideſt, patienter portauero huiusmodi dolores, nihil mihi restat nisi habitatio sepulchri, & hoc est, quod dicit, *infernus domus mea est*, vocat autẽ infernum sepulchrum secundum opinionem eorum, cõtra quos disputabat, qui nõ credebãt animã hominis remanere post mortẽ, sed solũ corpus in sepulchro, q̃d vocabant infernum, quia intra terram situatur, homo autẽ in sepulchro iacens, tenebras patitur. tum propter defectum sensus, & tum etiam propter defectum exterioris lucis, sicut autẽ homo nascens à parentibus originem sumit, ex qua cum eis affinitatem contrahit, ita post mortem in sepulchro iacens, in putredinẽ & vermes resoluitur, quæ ex eius corpore generantur. & ideò subdit, *putredini dixi, pater meus es mater mea, & soror mea vermibus*, quasi dicat cum nullo alio temporalis remanebit mihi affinitas in sepulchro, nisi cũ putredine & vermibus. Ex ijs ergo quasi ad inconueniẽs deducẽs, concludit dicẽs, *vbi est ergo nunc præstolatio mea?* quasi dicat si propter expectatione temporalis ꝓsperitatis consolarer: vana esset expectatio mea, & iterũ ad maius inconueniẽs deducit, subdẽs, *& patientiam meã quis considerat*, quasi dicat, si sustinuero per patientiam, nihilominus nõ restat nisi sepulchrum, & eius tenebræ putredines & vermes, si ergo propter temporalia bona promerenda à Deo patientiam haberẽ, sequeretur quòd Deus patientiam non consideraret, quod est abnegare prouidentiam. Et ne fortè aliquis diceret, q̃ etiam in sepulchro ꝓsperitas sibi daretur à Deo, ideò hoc quasi irridẽs subdit: *in profundissimum infernum descendent omnia mea*, id est, quicquid meum est, ad sepulchrum deducetur, quod mihi solũ superest, *putas ne saltem ibi erit requies mihi*, id est, nunquàm ibi etiam debeo expectare pro sperita terrenam, manifestum est enim hoc ridiculosum esse.

CAP. XVIII. LECT. I.

RESPONDENS *autem Baldah suites dixit: vsque ad quem finẽ verba iactabis? intelige prius, & sic loquamur. Quare reputati sumus vt iumenta, & sordimus coram te? Quid perdis animam tuam in furore tuo? Nunquid propter te derelinquetur terra, & transferẽtur rupes de loco suo? Nõne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna quæ super eũ est extinguetur. Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum in consilium suũ. Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius.*

¶Quia præmissa verba beati Iob Baldah suites comprehendere intellectu nõ potuit, putauit: vt quæ ipse intelligebat etiã à dicente inaniter proferrentur: vnde in principio suæ respõsionis dicit: *vsque ad quem finem verba iactabis:* vbi de tribus videtur eum arguere. Primò quidem de inefficacia loquutiõis, ac si præmissa verba Iob ad nihil confirmandum efficaciam haberent, quod significatur in hoc, quod dicitur *vsque ad quem finem.* Secundò arguit eum de vana multiplicatione verborum, ac si præmissis verbis Iob pondus sententiarum deesset, quod significatur in hoc, quod dicit, *verba.* Tertiò notat de inordinata cõnexione verborum, quod significatur in hoc, q̃ dicit, *iactabis*, ille enim dicitur iactare verba qui ea inordinatè ꝓgit, quamuis etiam possit hoc tertium ad iactantiam elationis referri. Hæc autem tria prouenium in loquutione alicuius ex defectu intellectus, cum eo autem qui deficit intellectu, inutilis est collatio, & ideò subdit, *intellige prius, & sic loquamur:* quasi dicat ex hoc, quòd inefficaciter, leuiter, & etiam inordinatè loqueris patet, quòd deficis intellectu: vnde prius insiste vt intelligas, & postea poterimus conferre adinuicem. Deindè arguit eum de ꝓsumptione: quia eos non reputauerat sapientes cùm dixit, *non inueniam in vobis vllum sapientem*, & ideò ad hoc respondẽs subdit, *quare reputati sumus vt iumenta, & sordimus coram te*, homo enim qui sapientia caret, similis iumentis videtur, & sordibus: quia sapientia honor hominis & ornatus consistit. Consequenter reprehendit eum de iracundia quia dixerat, caligauit ad indignationem oculus meus: quia prauè intellexerat credens, quòd esset talis indignatio quæ ei lumen sapientiæ abstulisset, non attendens id, q̃d postea dixerat, & tenebit iustus viam suã, & ideò subdit. *Quid perdis animam tuam in furore tuo?* ille enim in furore animam perdit, qui & propter furorem à sapientia & iustitia excedit, quæ sunt præcipuè animæ bona. Ijs præmissis, quibus personam Iob notauit defectu intellectus de præsumptione & de furore, accedit consequenter ad principale propositum, de quo controuersia vertebatur, scilicet quòd aduersitates præsentis vitæ erant pœnæ prædictorum peccatorum, contra quod Iob dixit, non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus, sed quia Baldah ad assertionẽ suæ sententiæ rationibus vti non poterat: volnit suam sententiam astruere: quasi ex communi opinione firmissimam, ideò compa-

comparauit eam rebus quæ moueri nõ possunt scilicet terræ & rupibus, vnde dicit, *nunquid propter te derelinquetur terra, & transferẽtur rupes de loco suo*, quasi dicat hæc sententia, q̃ aduersitates accidũt pro peccatis, firma est, sicut terra & rupes, nunquid ergo poterit remoueri propter tuas disputationes, vt innocens cõproberis. Deinde prosequitur diffusius suam sententiam, enarrãs per singula mala quę peccatoribus prouenium, inter quæ primò ponit cessationẽ prospe
Iob.11. rorum successuum, quod comparat luci, quia sicut qui ambulat in luce nõ offendit, vnde videntur in luce ambulare, quia prosperè omnia succedunt ad votum. ¶De huiusmodi ergo lucis, id est, prosperitatis amissione, dicit, *nõne lux impij extinguetur.* id est prosperitas cessabit, sicut autẽ lux corporalis ex flamma ignis procedit, ita etiam claritas prosperitatis ex hominis affectu: dum sibi prouenit quod oportet, & ideò subdit, *nec splendebit flamma ignis eius.* per
Cant. 8. ignẽ enim ardor amoris significari solet, secũdum illud. Lampades eius, lampades ignis, atq; flammarũ. Est autẽ considerãdum q̃ prosperitas successus humani ex duplici causa procedit: quandóq; quidẽ ex humana prouidentia, puta cũ homo prudenter & cautè singula quæq; disponit, & quantũ ad hoc de cessatione prosperitatis dicit: *lux obtenebrescet in tabernaculo ipsius*, quia scilicet tam ipse quàm sui familiares, prudẽtia in cõsilijs careant, quãdóq; verò prosperitas humani successus ex causa superiori procedit. s. ex diuina prouidẽtia, & quantùm ad hoc cessationẽ prosperitatis describens, dicit: *& lucerna quæ super ipsum est extinguetur*, nõ quidem, vt in se nõ luceat, sed vt impium nõ illustret, & bene prouidentiam hominis dixit lucem, quasi ab alio mutuatã, prouidentiam Dei lucernã: quasi per se lucentẽ. Præmisit autẽ de luce humanæ prouidentiæ, quia per hoc quod lucem rationis dimittit, videtur mereri, vt luce diuinæ prouidentiæ non protegatur. ¶Consequẽter post cessationẽ prosperitatis, subiungit de aduersitate. Circa quã primò ponit impedimenta operationis & conatus. Ex duobus autẽ homo nititur ad effectum suæ operationis peruenire. Vno modo propter propriam fortitudinem, & contra hoc dicit, *arctabuntur gressus virtutis eius*, quia videlicet conatus fortitudinis eius amplos processus habere nõ potuit. Alio modo conatur homo ad aliquid obtinendum per sapientiã, & quantũ ad hoc dicit, *& præcipitabit eum in consilium suum.* dum scilicet id quod excogitauit tanquã vtile fiet ei damnosum, horũ autẽ impedimẽtorum causam ex ipso eius peccato dicit procedere, cùm subdit. *Immisit enim in rete pedes suos.* sicut enim ille qui spontè ponit pedem in rete, se præparat captioni, ita ille qui se spontè ingerit
Prouer. 5. ad peccãdum, ad hoc se disponit, vt processus eius impediantur, secundum illud. In iniquitate sua capiũt impium, & sicut in rete sunt diuersæ maculæ, ita etiam in peccato sunt multæ diuersitates, quibus homines diuersè illaqueantur, & ideò subdit, *& in maculis eius ambulat*, dum scilicet ꝓcedit de vno genere peccati in aliud, vel de vno modo peccandi in aliud, quia ipse sponte ingerit se periculis, & non desistit, sed semper procedit vlterius: ideò quãdóq; impedimentum sentiet, vnde subdit, *tenebitur planta illius laqueo*, id est processus voluntatis & operationis eius, aliquo cõtrario impedietur. Huiusmodi autem nocumenta ex triplici causa prouenium in peccato procedentibus. Primò quidem ex parte ipsius peccantis, qui quantò plus peccat, tantò plus auget sibi desiderium peccandi & quantũ ad hoc subdit, *& exardescet contra eum sitis*, quia videt quandóq; homo peccator, & ex ratione considerat aliquid sibi esse nociuum, sed ferEccl. 5. uens desiderium peccãdi cõpellit eum cõtra suam sentẽtiam agere. ¶Secunda causa nocumẽti eius quãdóq; est ex ipsis rebus, in quibus peccat, sicut dicitur. Diuitiæ cõseruatæ in malis domini sui. Huiusmodi autẽ nocumenta prouenium ex rebus iam adeptis, & quantũ ad hoc dicit, *absconditæ est in terra pedica eius*, quia videt in ipsis terrenis rebus. Latet autẽ periculum, vnde pedes peccatoris capiantur, quandóq; autẽ huiusmodi nocumenta prouenium, dum homo est in via acquirẽdi, & quantùm ad hoc dicit, *& decipula eius super semitam*, quia videt antequàm adipiscatur peccator quod quærit, in ipsa via latent eius pericula. Tertiò causantur huiusmodi nocumenta ex parte aliorũ hominum: quorum insidiæ, impugnationes formidantur, vnde subdit, *vndique terrebunt eum formidines.* Quia vt dicitur.
Sap. 17 Cùm sit timida data est in omnem condemnationem. Cùm autem homo ab omnibus sibi cauet, necesse est quod in multis actibus eius impediatur, vnde subdit, *& inuoluent pedes eius*, vt scilicet nõ possit quoque liberè procedere.

LECTIO II.

Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius. Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia illius primogenita mors. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eũ quasi Rex interitus. Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est: aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccentur, sursum autẽ atteratur messis eius. Memoria illius pereat de terra, & nõ celebretur nomẽ eius in plateis. Expellet eũ de luce in tenebras, & de orbe trãsferet eum. Nõ erit semẽ eius neq; progenies in populo suo, nec vlla reliquia in regionibus eius. In die ea stupebũt nouissimi, & primos inuadet horror. Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste loc⁹ eius qui ignorat Deum.

¶Præmiserat Baldad pœnas peccatorum ad exteriores aduersitates pertinentes: hic autem incipit prosequi pœnas pertinentes ad personas eorum. Est autem considerandum quòd ipsa peccata exterioribus aduersitatibus implicant, & ideò aduersitates exteriores prosequitur pronuntiando, quasi cũ quadam certitudine. Pœnæ autẽ corporales nõ videntur directè causari ex ipsis peccatis, nisi fortè ex aliquibus, sicut præcipuè ex gula & luxuria, quibus aliquis in propriũ corpus peccat, & ideò corporales pœnas nõ prosequitur denuntiando, sed magis imprecãdo, præmittit autẽ pœnas corporales præcedentes mortẽ, & quia per nutrimentũ conseruatur vita, primò imprecatur ei nutrimenti subtractionẽ, ex qua primitus homo incipit debilitari, & quantũ ad hoc dicit, *attenuetur fame robur eius.* Deindè autẽ deficiente nutrimento, etiã subtrahitur vita: & quantũ ad hoc subdit, *& inedia inuadat costas eius*, per quod significatur debilitatio vitalium operationũ, quarum principiũ est cor, qui sub costis cõtinetur. Corporis autem bona quæ per famen attenuari incipiunt, per mortẽ totaliter cõsumuntur, bona autẽ præcipua corporis videntur esse pulchritudo & fortitudo: & ideò subdit, *deuoret pulchritudinẽ cutis eius*, quia scilicet pulchritudo in exteriori apparentia cõsideratur, *& consumat brachia illius*, in quibus præcipuè attenditur fortitudo, *primogenita mors*, id est tẽpestiua naturalis ætatis finẽ præuenitus. Mortuus autem homo à domo sua exportatur, & quantũ ad hoc subditur, *auellatur de tabernaculo suo fiducia eius*, quia scilicet spem suam nõ in Deo posuit, sed in opulentia & gloria domus sue de qua post mortẽ eijcitur. Eiectus autẽ de domo sua, sepulchro includitur, vbi totaliter exterminatur à morte & quantùm ad hoc subdit, *& calcet super eum quasi Rex interitus.* s. mors: quasi Regis plena potestate eum in puluerẽ conterit. Eo autẽ egresso de domo eius mortuo, remanẽt domestici: cũ quibus in vita societatẽ habuit & quantũ ad hoc subdit, *habitent in tabernaculo eius socij illius qui nõ est*, id est mortui qui iam esse desinit in rebus humanis. Domestici autẽ patrono mortuo luctũ agunt, & aliqua signa tristitiæ demonstrant, vel quantũ ad nigras & sordidas vestes, vel quantùm etiã ad aliquos fœtidos odores, & quantũ ad hoc dicit, *aspergatur in tabernaculo illius sulphur*, per quod intelligũtur omnia quę possunt esse signa tristitiæ: sicut & boni odores assumũtur in signũ lætitiæ. Homine autẽ mortuo frequẽter omnia quæ fuerũt eius depereunt, quod, consequẽter ostẽdit. Primò incipit à terrenis redditibus, quorum quædam eo mortuo remanent adhuc seminata: & quantũ ad hoc dicit, *Deorsum radices eius siccentur*, vt scilicet si quid seminauit, vel plantauit, destruatur, vt fructũ non ferat. Quædã vera iam perducta sunt ad fructũ, & quantùm ad hoc subdit, *sursum autẽ atteratur messis eius*, & potest hoc referri ad q̃cũq; negotia inchoata vel iam penè perfecta. ¶Deindè procedit ad famã quæ de homine remanet post mortẽ: ex qua quidem desiderãt se in memoria hominũ victuros & gloriam habere post mortẽ, vnde quantũ ad deletionem peccatoris, de memoriis hominũ subdit, *memoria illius pereat de terra*, quantũ autem ad cessationẽ celebris famæ ipsius subdit, *& nõ celebretur nomen eius in plateis*, quod signãter dicit q̃ nõ est celebritas nominis nisi apud multitudinẽ, quæ in plateis solet inueniri. Et sic cessante memoria & nominis celebritate, claritas gloriæ eius cõmutabitur in tenebras perpetuæ obliuionis, & hoc est quod subdit, *expellet eum de luce in tenebras*, id est de gloria mundana in obliuionẽ. Cessante autẽ fama eius & corpore consumpto per mortẽ, iam nihil ipsius remanebit in mundo quod Baldad & socij eius opinabantur, q̃ anima nõ remaneret post mortẽ, & de orbe transferret eum, vt scilicet nihil eius in mundo remaneat, sed quia parentes etiã in filijs viuunt, ideò ad hoc excludendum subdit, *nõ erit semen eius*, quòd filij eius moriantur, *neque Progenies in populo suo*, quia nec nepotes aut pronepotes remanebũt, nec etiã aliqui ad ipsum ꝓnẽtes, vnde subdit, *nec vllæ reliquiæ in regionibus eius*, id est nec cõsanguinei nec domestici per quos de ipso memoria habeatur. Quis autem effectus ex hoc sequatur, in cordibus aliorũ ostendit cùm subdit, *in die eius*, quæ scilicet est dies perditionis ipsius, *stupebũt nouissimi*, id est minores de populo præ nimia admiratione, nõ valentes cõiderare quomodò tanta gloria peccatoris subitò in nihilũ sit redacta, & quantũ ad maiorẽ subdit. *Et primos inuadet horror*, timẽtes scilicet ne eis eueniat simile, & videtur hoc induxisse ad respondendũ ei quod Iob suprà dixerat, siue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles, no intelliget, attamen caro eius dum viuet dolebit, ex quo videbatur Iob cõminationes amicorũ vel promissiones de eucntibus futuris cõingẽtibus post mortẽ cõfutasse, sed aliud hic Baldad respondet q̃ huiusmodi infortunia, quæ post mortẽ accidũt, & si mortuus nõ cognoscit, infligũtur tamen à Deo huiusmodi pœnæ propter correctionẽ aliorũ, & quia præmiserat quasdã pœnas peccatoris ad viam ꝓsentis vitæ pertinẽtes, quasdã verò ad finẽ vitæ, id est, ad mortẽ, vel ad ea quæ post mortẽ eueniunt, ideò quasi epilogando subdit, *hæc ergo sunt tabernacula iniqui*, id est processus eius in via ꝓsentis vitæ, tabernaculis esse viatores vtuntur, quantũ ad vltimũ finẽ, qui est quasi

terminus motus, ſubdit, *& iſte locus eius qui ignorat Deum:* vel per infidelitatem: vel per inobedientiam.

CAP. XIX. LECT. I.

RESPONDENS *autem Iob dixit. Vſquequo affligitis animam meam, & atteritis me ſermonibus? En decies confudiſtis me, & non erubeſcitis opprimentes me? Nẽpe & ſi ignoraui, mecum erit ignorantia mea. At vos cõtra me erigimini, & arguitis me opprobrijs meis. Saltem nunc intelligite: quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit. Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet. Vociferabor, & non eſt qui iudicet. Semitã meam circũſcripſit, & tranſire nõ poſſum, & in calle meo tenebras poſuit. Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo. Deſtruxit me vndiq;: & pereo, & quaſi auulſæ arbori abſtulit ſpem meam. Iratus eſt cõtra me furor eius & ſic me habuit: quaſi hoſtem ſuum. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi vnam per me: & obſederunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliti ſunt mei. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ, ſicut alienum habuerunt me, & quaſi peregrinus fui in oculis eorũ. Seruum meum vocaui, & nõ reſpondit, ore proprio deprecabar illum. Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei. Stulti quoq; deſpiciebant me, & cum ab eis receſſiſſem, detrahebant mihi. Abominati ſunt me quõdam conſiliarij mei, & quem maximè diligebam, aduerſatus eſt me. Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum, & derelicta ſunt tantũmodò labia circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei: quia manus Domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini?*

¶Baldad in præmiſsis verbis ad duo attendiſſe videtur. Primò quidem ad confutandum Iob de inſipientia, & ſuperbia, & furore, per quod eum affligere intendebat, ſuper alijs amicis ſuis, & ideò dicit, *Vſquequo affligitis animam meam.* Secũdò ad confirmandum ſuam ſententiam ꝙ aduerſitates præſentis vitæ pro peccatis proueniant, quod quidẽ prolixè perſecutus fuerat, enumerãdo diuerſas aduerſitates abſq; alia probatione inducta, & quantũ ad hoc ſubdit, *& atteritis me ſermonibus,* id eſt, verbis fatigatis nõ pro hominibus coniunctis. Eſt autẽ tolerabile ſi ſemel aliquis cõtra amicũ ſuum loquatur, ſed ſi homo multiplicet huiuſmodi verba, videtur eſſe malitiæ confirmatæ, vnde ſubdit: *en decies confudiſtis me,* & ipſi loquendo & me cũ quadã indignatione audiendo. Ante hanc autẽ reſponſionẽ quinquies Iob inuenitẽ loquutus, ſi incipiamus ad hoc quod dixit. Pereat dies in qua natus ſum: & quinquies ei reſpõdiſſe amici ſui inueniuntur. Saltem autẽ præ cõfuſione, & ſi nõ propter amicitiã debuiſſent afflicti ab afflictione ceſſare: vnde ſubdit, *& non erubeſcitis opprimentes me.* ſ. tam opprobrijs quã prolixitate verborum me grauãtes. Inter cætera autẽ opprobria videtur eum Baldad de ignorantia notaſſe, cũ dixit. Intellige priùs, & ſic loquamur, quæ quidẽ ignorãtia tolerãda ab amicis eſſet, & propter eam excuſandus. Non autẽ erat ei improperanda: maximè tẽpore aduerſitatis, & ideò ſubdit. *Nẽpe & ſi ignoraui mecum erit ignorantia mea:* quaſi dicat nihil vos, ſed me ſolùm grauat, vnde ad vos nõ pertinebat inter aduerſa mihi ignorantiam improperare, & ideò ſubdit, *at vos contra me erigimini.* ſ. ſcientiam veſtrã oſtendentes, *& arguitis me opprobrijs meis.* id eſt, quæ ad me ſolũ pertinẽt, & alios nõ grauant. Quibus præmiſsis ad cõfutationẽ amicorũ pertinẽtibus, accedit ad principale propoſitũ proſequendum, intẽdens oſtẽdere falſum eſſe quod dicebãt: ꝙ præſentes aduerſitates ſemper propter peccata præterita proueniunt, ex qua ſuppoſitione ſtatim à priſtino ad inconueniens ducit dicens, *ſaltem nunc intelligite: quia Deus non æquo iudicio afflixerit me:* quaſi dicat ſi aduerſitates nõ aduenijũt niſi pro peccatis, nõ eſt æquum Dei iudicium, quo me nõ grauiter peccantẽ, grauiter afflixit, dicit autẽ, *ſaltem nunc:* quia hactenùs nõ ita enumerauit ſuas aduerſitates, ſicut nũc. Nõ ſolũ autẽ ſe dicit aduerſitatibus afflictũ, ſed & eis cõcluſum vt viã euadendi inuenire nõ poſsit, vnde ſequitur *& flagellis ſuis me cinxerit:* quia. ſ. ipſa flagella remediorũ viam ſubtraxerũt, & hoc tertium primò incipit proſequi. Poteſt autẽ in aduerſitatibus remediũ inueniri. Primò quidẽ per auxilium humanũ, & hoc dupliciter, vno modo in ipſo facto, puta cũ aliquis ab aliquo violẽter opprimitur, & ab illo ſuccurſum habet, & ad hoc excludendũ dicit. *Ecce clamabo vim patiens & nemo exaudiet:* quaſi dicat, ſi clamarem contra eos qui me violenter opprimunt, nullus exaudiret, vt auxilium ferret: alio modo poſt factum, puta cum aliquis iniuriam paſſus conqueritur iudici, qui cũ ſententialiter reſtituat, & iudicet: & hoc excludens ſubdit. *Vociferabor, & non eſt qui iudicet.* Id eſt, ſi vociferarer conquerendo, non adeſſet iudex qui me ſuo iudicio liberaret. Sed inuenitur in aduerſitatibus remedium ab ipſo homine, qui aduerſitates euadit, & hoc dupliciter: vno mõ per potẽtiã, & hoc excludit, dicẽs, *ſemitam meam circunſcripſit, & tranſire non poſſum.* Quaſi dicat tot impedimẽta ꝓceſsibus meis appoſuit: vt ea remouere nõ poſsim. alio modo per prudẽtiã, ad hoc excludendũ ſubdit: *& in calle meo tenebras poſuit.* Vt ſcilicet non videam qualiter ſit procedendum.

¶Deindè excluſis remedijs ſubiungit, aduerſitates, incipiens ab exterioribus bonis, quæ perdidit, inter quæ primò ponit iacturam honoris, & gloriæ, cum dicit, *ſpoliauit me gloria mea.* Quia cum prius in honore & reuerentia haberetur, tunc etiam eum iuniores tempore irridebant: vt dicitur infrà. Capit. 30. Secundò ponit diſpendium dignitatis: vñ ſubdit, *& abſtulit coronam de capite meo.* Quia qui ante ſedebat quaſi Rex circunſtante exercitu: vt infrà, Capit. 29. nunc ſedet in ſterquilinio, teſta ſaniem radebat: vt dictum eſt ſuprà. Cap. 2. Tertiò ponit dãnum exteriorum rerum, cũ dixit, *deſtruxit me vndiq;.* Scilicet deuaſtatis oĩbus exterioribus bonis, & aduerſitate durãte: qa non eſt ſpes recuperãdi: vnde ſubdit, *& quaſi auulſæ arbori abſtulit ſpem meam.* Arbor enim quãdiu radicibus terræ inhæret, habet ſpẽ, ſi fuerint rami eius vt rurſum vireſcant. Sed ſi euellantur eius radices de terra, neceſſe eſt vt ſiccetur & pereat ita etiã ipſe quaſi auulſis radicibus nullã habebat ſpẽ proſperitatem temporalẽ recuperandi. Radix autem ſpei eſt duplex. Vna quidem ex parte diuini auxilij alia verò ex auxilio humano Radix autẽ ſpei quę eſt ex diuino auxilio: videbatur eſſe auulſa, propter hoc, quod Deus ei grauiter videbatur iratus ſecundum illorum opinionẽ, qui diuinã punitionẽ in ſolis aduerſitatibus huius vitæ ponebãt: vnde dicit. *Iratus eſt contra me furor eius.* Quaſi dicat ad deſignãdum vehemẽtiã iræ, nã furor eſt ira accenſa. Solet autẽ furor, quò vehemẽtior eſt, eò citius trãſire & ſic põt in futurum remanere ſpes de irato. Sed ſi ira in odium trãſeat, iã non videbitur ſpes vlla reſtare, & ad hoc ſignandum ſubdit, *& ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum.* Ab inimico autẽ non ſperatur remedium. Diuinæ autẽ iræ & odij ſignum ponit cum ſubditur. *Simul venerunt latrones eius.* Latrones nominat Sabæos & Caldæos, & dæmones q eius bona vaſtauerãt, ſimul quaſi ex cõdicto quos nominat Dei latrones, quaſi hoc ex ordinatione diuina cõtigerit, ſicut & amici Iob dicebãt. Prædicti autẽ latrones depredati ſunt Iob publicè abſq; aliqua reuerẽtia vel metu: vñ ſubdit, *& fecerunt ſibi viam per me.* Quaſi dicat ita me ſunt depredati, ſicut hoſtes in via infeſtauerunt etiã eum vniuerſaliter & perſeuerãter, & quãtum ad hoc ſubdit. *& obſederunt.* ſ. perſeuerãter. *in gyro:* vniuerſaliter quãtum ad omnia. *tabernaculum meum.* i. bona domus meæ.

¶Deindè oſtendit auulſam eſſe radicẽ ſpei, q̃ eſt ex humano auxilio, oſtendens, quod nihil auxilij poterat expectare, de qbus magis videbatur. Et enumerat primò illos qui ſunt habitatiõe domus ſeparati, incipiens à fratribus dicẽs, *fratres meos longè fecit à me.* Vel ſ. auxiliũ mihi ferre: vel non velint vel non poſsint. ¶Deindè ponit familiares amicos, cum ſubdit, *& noti mei quaſi alieni, receſſerunt à me.* mihi. ſ. auxilium nõ ferẽtes. Quãtum ad conſanguineos vel quacũq; alia viciſsitudine coniunctos, ſubdit, *dereliquerunt me propinqui mei,* auxilium nõ ferẽtes. Quãtum verò ad illos, cum qbus aliqñ fuerat cõuerſatus, ſubdit, *& qui me nouerant.* Scilicet olim quaſi familiarẽ amicum, nunc in tribulatione. *obliti ſunt mei.* ſ. de me nõ curantes. Poſt hos accedit ad enumeradũ domeſticos dicens, *inquilini domus meæ.* q ſ. mihi ſeruire cõſueuerũt. *& ancillæ meæ ſicut alieni habuerũt me.* de meis. ſ. afflictiõibus nõ curãtes. *& quaſi peregrinus fui in oculis eorum.* me. ſ. penitus contẽnẽtes. Deindè de inobedientia ſeruorũ ſubdit. *Seruum meum vocaui, & non reſpondit mihi.* Addit autem & ſuperbum contẽptum. *ore proprio deprecabar illum.* i. oportebat me ad eum agere nõ imperio, ſed precibus, ꝓpter hoc, qđ me contẽnebat.

¶Deindè enumerat perſonas maximè coniũctas. ſ. vxorem & filios. ſolet autẽ vxoribus maximè delectabilis fieri præſentia viri, niſi fortè ex aliqua graui corruptione horribilis reddatur, & ad hoc ſignandum ſubdit. *Halitum meum exhorruit vxor mea.* ſ. propter fœtorẽ viſcerum. ex quibus ei horribilis reddebatur. Filij autẽ ex ſolo nutu parentis ſolent eius voluntatem implere, ex magno autẽ contẽptu parentis prouenit, quod patrẽ cui oportet à filio reuerentiã exhiberi, oporteat ſupplicem filium deprecari, & ad hoc oſtendẽdum ſubdit, *& orabam filios vteri mei,* ſed hoc videtur contra id, quod dictum eſt ſuprà. Primò, quod filij eius & filiæ oppreſsi ſunt per domus ruinã, ſed poteſt dici, quod aliqui paruuli remanſerant, qui non interfuerãt illi conuiuio: vel fortè aliqui filij filiorum, qui mortem propriorum parẽtum peccatis proprijs imputãtes peccatis Iob ipſum cõtẽnebãt. Poſtquã ergo ſe deſpectum dixit à domeſticis & à forẽſicis, oſtendit conſequẽter ſe deſpectũ eſſe & à ſtultis & à ſapientibus. Eſt autẽ ſtultorum proprium, quod eos deſpiciant, quos in miſerijs vident: quia ſola bona terrena honoranda putant. Et ideò dicit. *Stulti quoq; deſpexerunt me.* ſ. corde præſentẽ. *& cum ab eis receſsiſſem, detrahebant mihi.* ſcilicet ore pronunciantes quæ in præſentia dicere verebãtur.

¶Deindè etiam ſe à ſapientibus deſpectum dicit, quos aliquando familiares habuerat: vnde dicit, *abominati ſunt me quondam conſiliarij mei.* quo. ſ. propter eorum ſapientiã ad meum conſilium admittebã. *& quem maximè diligebam aduerſatus eſt me,* & fortè dicit propter aliquem eorum, qui præſentes aderant, qui ei grauius aduerſabatur. Sic igitur præmiſsis aduerſitatibus quæ pertinent ad exteriora, ſubiungit de proprij corporis conſumptione, dicens. *Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum.* Quia ſcilicet propter grauitatem ægritudinis carnes eius conſumptæ erant. Ita, quod cutis eius oſsibus adhæreret, ſed quia labia ſunt carnea, quæ dentibus ſicut oſsibus adhærẽt, ideò ad hæc excipiẽda ſubdit, *& derelicta ſunt tantummodò labia circa dentes meos.* Per quod videtur occultè innuere quod omnibus alijs officijs membrorũ ceſſantibus, ſolùm ei remanſerat locutionis officium. Enumeratis ergo aduerſitatibus ſuis, eos ad cõpaſsionem inuitat, geminans nunc petitionẽ propter multitudinem miſeriarum, dicens. *Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltẽ vos amici mei,* ex quo ab alijs ſum derelictus. Cauſa autem miſerendi, eſt miſeria quæ tantò grauior eſt, quãtò à fortiori inducitur: Ideò ſubdit. *quia manus domini tetigit me.* Intelligebat enim ſe à Deo percuſſum. nõ videtur autẽ decens vt homo afflicto afflictionẽ addat, & ideò ſubdit: *quare perſequimini me ſicut Deus.* Quaſi dicat ſufficit mihi perſecutio quæ eſt à Deo. veſtrum autẽ eſſet magis conſolationẽ adhibere, qualiter autẽ eum perſequerẽtur, oſtendit ſubdens: *& carnibus meis ſaturamini.* quod propriè ad detractores pertinet qui carnibus humanis veſci dicuntur, inquantùm iniquitatibus aliorũ delectantur. Caro enim eſt infirmior pars animalis.

LECTIO II.

QVis mihi tribuat, vt ſcribãtur ſermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro ſtylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpãtur in ſilice? Scio enim quod redemptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum. Et rurſum circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ. Quẽ viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & nõ alius. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Quare ergo nunc dicitis perſequamur eũ, & radicẽ verbi inueniamus cõtra eum? Fugite ergo à facie gladij quoniã vltor iniquitatũ gladius eſt, & ſcitote eſſe iudiciũ.

¶Dixerat ſuperiùs Iob ſpem ſuam eſſe ablatã, quaſi arboris auulſæ, quod quidem dixit referens ad ſpem tẽporalis proſperitatis recuperandæ: ad quã eum amici eius multipliciter incitabant: hanc autem ſpem ſibi habendam nõ eſſe ſuprà multipliciter oſtendit, ad diuerſa inconuenientia deducẽdo. Nunc autẽ manifeſtè ſuam intentionem aperit, oſtendens ſe prædicta nõ dixiſſe, quaſi de Deo deſperans, ſed quia altiorẽ ſpem de eo gerebat: nõ quaſi relata ad præſentia bona, ſed ad futura. Et quia grãdia & mira, & certa dicturus erat, præoſtẽdit deſiderium ſuum, ad hoc quod ſentẽtia, quã dicturus erat, in fide peccatorũ perpetuetur: tranſmittimus autẽ ſenſus & verba noſtra in poſteros per ſcripturę officiũ: & ideò dicit. *Quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei.* ſ. quos dicturus ſum de ſpe, quã in Deo firmaui, ne obliuione deleantur. Solent autẽ ea quæ attramento ſcribuntur, per longinquitatẽ temporis deleri: & ideò quãdo volumus aliquã ſcripturã in longinquum ſeruari, nõ ſolùm per modum ſcripturæ eam deſcribimus: ſed per aliquã impreſsionẽ ſiue in pelle, ſiue in metallo, ſiue in lapide: & quia illud quod ſperabat nõ erat in proximo futurũ, ſed in fine temporũ reſeruatur implendũ: & ideò ſubdit: *Quis mihi det vt exarentur in libro ſtylo ferreo.* Quaſi in impreſſione aliqua facta in pelle. aut ſi hoc parũ eſt, impreſsione facta fortior *in lamina plumbi.* vel ſi & hoc parũ videtur. *celte ſculpantur ſtylo ferreo in ſilice.* Qui ſunt autẽ ij ſermones, quos tanta diligẽtia velit conſeruari, oſtendit ſubdens. *Scio enim quod redemptor meus viuit.* Singulariter hoc per modũ cauſæ aſsignat. Ea enim quæ pro certo non habẽmus, nõ curamus mandare memoriæ. & ideò ſingulariter dicit: *Scio enim.* Quia ſcilicet per certitudinẽ fidei. Eſt autẽ hæc ſpes de gloria reſurrectionis futuræ, circa quã primò aſsignat cauſam: cùm dicit: *redemptor meus viuit.* Vbi conſiderãdum quod homo, qui immortalis conſtitutus fuerat à Deo, mortẽ per peccatũ incurrit, Ro. 5. ſecũdum illud. Sicut ꝑ vnũ hominẽ peccatũ intrauit in hunc mundum, & per peccatũ mors: à quo quidẽ peccato per Chriſtũ redimẽdum erat genus humanũ: quod Iob per ſpiritũ fidei præuidebat: redemit autẽ nos Chriſtus de peccato poſt mortẽ pro nobis moriendo: non autem ſic mortuus eſt, quod eum mors abſorberet, quia etſi mortuus ſit ſecũdum humanitatẽ, mori tamen nõ potuit ſecundum 2. Cor. 13. diuinitatẽ. Ex vita autẽ diuinitatis etiã humanitas eſt reparata, ad vitam reſurgẽdo ſecũdum illud. Nam & crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, ſed viuit ex virtute Dei, & vita autem Chriſti reſurgentis ad omnes homines defundetur in reſurrectione cõmuni, vnde & ibi- Ioã. 5. dem ſubdit Apoſtolus. Nam & nos infirmi ſumus in illo, ſed viuemus in illo. ſ. virtute Dei in nobis, vnde & Dominus dixit. Quando mortui audient vocẽ filij Dei, & qui audierint viuent, ſicut enim pater habet vitã in ſemetipſo, ſic dedit & filio vitã in ſemetipſo habere. Eſt ergo primordialis cauſa reſurrectionis humanę vita filij Dei, Hebr. vlti. quæ nõ ſumit initium ex Maria, ſicut Ebionitæ dixerũt, ſed ſemper fuit ſecũdum Apoſtolum, Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſæcula, & ideò ſignãter dicit. *Redemptor meus viuit.* Ex hac cauſa futuram reſurrectionẽ pronuntiat, tẽpus ipſius determinans, cũ ſubdit: *Et in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum.* Vbi conſiderãdum eſt, ꝙ quidam ponẽtes motũ cœli, & hunc ſtatũ mundi in æternum duraturum, poſuerunt ꝙ circa reuolutiones annorũ, redeuntibus ſtellis, ad ſitus eoſdem homines mortui reparantur ad vitã, cùm autẽ dies ex motu cœli cauſetur, ſi motus cœli in æternũ durabit, nullus erit nouiſsimus dies, & ideò ad prædictũ errorem tollendum, ſignanter dicit: *In nouiſsimo die.* Et cõcordat ſententiæ Domini qui dicit. Ego Ioã. 6. reſuſcitabo eum in nouiſsimo die. Fuerunt alij, qui dixerunt ꝙ homines reſurgent, reſumendo nõ terrena, ſed quædam cœleſtia corpora, ſed ad hoc excludendũ ſubdit: *Et rurſum circundabor pelle mea.* Quod ſignãter dicit, quia ſuprà dixerat ſolam pellem circa oſſa remanſiſſe. Ex ipſo autẽ modo loquẽdi, rationem reſurrectionis aſsignat, ne ſcilicet anima à proprio indumẽto ſemper remaneat denudata. Rurſus fuerũt alij qui dixerũt animam, idem corpus quod depoſuerat, reſumpturã, ſed ſecundum conditionẽ eandem, vt ſcilicet indigeat cibis & potibus, & alia opera carnalia huius vitę exerceat, ſed hoc excludit ſubdens, *Et in carne mea videbo Deum.* Manifeſtum eſt enim ꝙ caro hominis ſecũdum ſtatum vitæ præſentis corruptibilis eſt, corpus autẽ quod corrumpitur, aggrauat animã, vt dicitur. Sap. 9. Et ideò nullus in hac mortali carne viuens, poteſt videre Deum, ſcilicet caro, quã anima in reſurrectione reſumet, eadem quidem erit per ſubſtantiam, neq; corruptionẽ habebit ex diuino munere ſecũ- 1. Cor. 15. dum illud Apoſtoli. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & ideò illa caro huius cõditionis erit, ꝙ in nullo animã impediat, quin Deum poſsit videre, ſed erit ei omninò ſubiecta.: quod ignorans Porphyrius dixit, ꝙ anima ad hoc quod fiat beata, omne corpus fugiendum eſt quaſi anima ſit Deum viſura nõ homo, & ad hoc excludendum ſubdit: *Quem viſurus ſum ego ipſe.* Quaſi dicat, nõ ſolùm anima mea Deum videbit, ſed ego ipſe, qui ex anima & corpore ſubſiſto, & vt oſtendat ꝙ illius viſionis etiã ſuo modo erat particeps corpus ſubiungit: *Et oculi mei conſpecturi ſunt.* Non quia oculi corporis diuinã eſſentiam ſunt viſuri, ſed quia oculi corporis videbunt Deum hominẽ factum, videbunt etiam gloriam Dei in creatura refulgentẽ, ſecundum Auguſtinũ in fine de ciuitate Dei, & vt idem numero, nõ ſolùm ſpecie, reparãdus homo credatur ad Deum videndum, ſubiungit: *Et nõ alius.* Scilicet numero, ſcilicet ne credatur talem ſe vitæ reparationẽ expectare, qualem deſcribit Ariſto. in ſecundo de generatione dicens, ꝙ quorumcũq; ſubſtantia eſt corruptibilis reiteratur eadem ſpecie, nõ eadem numero. Ijs ergo præmiſsis de cauſa reſurrectionis tempore, & modo, & gloria reſurgentis & identitate eidem ſubiũgit, *Repoſita eſt hac ſpes mea in ſinu meo.* Ad oſtendendum ꝙ hanc ſpem nõ ſolùm habebat in verbis, ſed in corde abſconditã, non dubiam ſed firmiſsimã, non quaſi vilem ſed quaſi pretioſam, quod enim in ſinu abſconditur, in occulto habetur & firmiter conſeruatur, & charũ reputatur. Sic ergo oſtenſa altitudine ſpei ſuæ, quam habebat de Deo, excludit eorũ calumnias, quas contra eum quærebant, ꝙ Dei ſpem & amorẽ abieciſſet, quia in tẽporalibus ſpem nõ habebat, vnde ſubdit: *Quare ergo nunc dicitis perſequamur eum.* ſ. tanquàm de Deo deſperantem, vel Deum nõ timentem, *Et radicẽ verbi inueniamus contra eum.* Improbando dicta mea, ꝙ prouidentiam Dei negauerim, quam non negabo, ſed aſſero dicens præmia & pœnas à Deo præparari hominibus, etiam poſt hãc vitam, & ideò ſubdit: *Fugite ergo à facie gladij.* Id eſt, diuinę vltionis in futura vita nobis reſeruatæ, quamuis temporali proſperitate floreatis: *Quoniam vltor iniquitatũ gladius eſt.* Id eſt vltio quam ipſe propriè inducet poſt mortem: *Et ſcitote eſſe iudicium.* Non ſolùm in hac vita, ſed poſt hanc vitam in reſurrectione bonorũ & malorum.

CAP. XX. LECTIO I.

RESPONDENS *autẽ Sophar Naamatithes dixit: Idcircò cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens in diuerſa rapitur. Doctrinã qua me arguis audiam, & ſpiritus intelligentiæ meæ reſpondebit mihi. Hoc ſcio à principio, ex quo eſt poſitus homo ſuper terrã, quòd laus impiorum breuis ſit, & gaudiũ hypocritæ ad inſtar puncti. Si aſcenderit vſq; ad cœlum ſuperbia eius & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquiliniũ in fine perdetur, & qui eum viderant dicẽt, vbi eſt? Velut ſomnium auolans nõ inuenietur, tranſibit ſicut viſio nocturna. Oculus qui eum viderat nõ videbit, neque vltra intuebitur eum locus ſuus. Filij eius atterẽtur egeſtate, & manus illius reddent ei dolorem ſuum. Oſſa eius implebũtur vitijs adoleſcentiæ eius, & cum eo in puluere dormient. Cùm enim dulce fuerit in ore eius, malum abſcondit illud ſub lingua ſua. Parcet illi & nõ derelinquet illud, & celabit in gutture ſuo.*

¶Sophar audita ſententia Iob de ſpe futuræ vitæ acquieuiſſe videtur, vnde & poſt hanc reſponſionẽ ſecundam eius, tertiò nihil contradixit, ſed tamen adhuc erat aliquid in corde eius, quod à priori ſententia eum non permittebat omninò recedere, putabat enim ꝙ etſi in futura vita fierent retributiones & punitiones pro meritis, vt Iob dixerat, nihilominùs tamen adhuc ei videbatur, ꝙ proſperitates & aduerſitates huius vitæ hominibus diſpenſarẽtur à Deo pro merito virtutũ vel peccatorum, & ideò quaſi in parte conuictus, & in parte adhuc primã ſententiam tenens dicit. *Idcircò,* Scilicet propter verba quæ dicis de ſpe futuræ vitæ. *Cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi.* Et vt nõ intelligantur huiuſmodi variæ cogitationes ad eandẽ ſententiam pertinere, ſicut cùm aliquis eandem concluſionem per varias rationes excogitat, ſubdit: *Et mens in diuerſa rapitur.* Scilicet violentia rationum quæ induci poſſunt pro vtraque ſentẽtia, nunc

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad vnum, nunc ad aliud ducor, & quia non sufficeret ad contrarias rationes soluendas: videbatur enim ei, quòd sententiam Iob de spe futuræ vitæ repudiare non deberet, & ideò subdit. *Doctrinam quæ me arguis audiam.* Credendo scilicet, quod dixisti de resurrectione futura, sed tamen adhuc totaliter primam sententiá non dimitto, & hoc est, quod subdit. *Et spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.* Quasi dicat adhuc intellectus meus habet quid pro sententia sua respondeat. Hoc autem videbatur ei certissimũ & experimẽto probatum, quòd mali, etsi aliqua prosperitate gaudeant, tamen illa sit breuis, & citò in hac vita etiam finiatur: vel per festinam mortem: vel per aliquam prosequentem aduersitatem, & hoc est, quod subdit. *Hoc scio à principio ex quo est positus homo super terram.* Quasi dicat à principio humani generis. *Quod laus impiorum breuis sit.* Laudantur enim qñq; ad modicum, propter aliqua bonitatis signa in vita quæ in eis apparent, illa tamen obnubilatur ex iniquis operibus quæ in eis apparẽt, & ideò gaudium, quod habent de fauore, quod capiunt ex sua simulatione, in breui pertransit, & hoc est, quod subdit. *Et gaudium hypocritæ ad instar puncti.* Quasi in momento pertransibit: quia ex fructibus suis cognoscitur: vt dicitur. Cõtingit enim quãdóq;, q̃ ex illo fauore quẽ breui tẽpore ex sua simulatione captauit, ad aliquẽ alium statum sublimatus est. Vnde consequenter ostendit, q̃ nec hoc ei stabile erit dicens. *Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius.* Id est, propter altum statum quem adeptus est, in tãtam ascendat superbiam, quòd nõ reputet se caducum quasi terrenum, sed immobilem quasi cœlestem. *Et eius caput nubes tetigerit.* Vt scilicet vltra communem statum hominũ promoueatur. *Quasi sterquilinium in fine perdetur.* Vel propter festinã mortẽ, ex qua reddetur humanum cadauer vile & abominabile: quasi stercus secundum illad. Hiere. 9. Cadet mortuus hominis quasi stercus super faciem regiõis: vel per hoc, quòd eius malitia detegetur, & ab omnibus reputabitur vilis. secundum illud. Ecclesiã. 9. Omnis mulier quæ est fornicaria: quasi stercus in via conculcabitur. Eius autem superbia deiecta, stupor in cordibus hominum orietur de tam subita deiectione, & reuerentia quæ habebatur ad ipsum cessabit: vñ subditur. Et qui eum viderãt, dicent: vbi est? Vel admirantes vel contẽnentes, & vt ostendat eius deiectionẽ irreparabilem esse, subdit. *Et velut somnium auolans non inuenietur.* Sicut enim auis faciliter auolando auertur ab oculis hominum, ita etiam somnia de facili auferuntur à cogitatione humana, & quia eorum nullum manet vestigium vel debile, neque ad aliquod testimonium, per quod si perdatur, possit requiri: ideò irreparabiliter trãsit eius cognitio, & similiter dat intelligere, q̃ casus impiorum sit irreparabilis & huiusmodi irrecuperabilitatis causam ostendit multiplicem, primò quidẽ ex parte ipsius peccatoris qui parit: vnde dicit. *Transibit sicut visio nocturna.* Quæ quidẽ est visio phãtasmatis non permanentis, & ideò postquã defecerit ad eam reditus haberi non potest: visio autẽ diurna, est alicuius rei permanentis, quã si aliquis videre desierit, ad eã videndam rursus recurrere potest, & similiter quãdiu peccator manet, si aduersitas ei adueniat, põt reparatio sperari, sed qñ ipse ex hac vita transierit, nulla vlterius reparatio speratur. Secundò autem ex parte aliorum hominum ostendit causam esse irreparabilem, cùm subdit. *Oculus qui eum viderat, non videbit.* Ea enim quæ ab oculis recedunt, de facili etiam à memoria trãseũt: vnde mortui qui subtrahũtur humanis aspectibus, de facili obliuioni tradunt: vt sic nec in memorijs hominum gloriam habeãt, nec amici eius amplius auxiliũ præstare curent. Tertiò ostendit causam irrecuperabilitatis eius: quia non potest redire ad priorem statum: vnde subdit. *Nec vltra intuebitur eum locus eius.* Non enim potest homo redire post mortem ad eundẽ modum viuendi, & nõ solùm ipse deijcietur, & in propria persona transiens, & oculis hominum subtractus, proprio loco nunquã restituendus, sed etiam filij pro peccato eius punientur: vnde sequitur. *Filij eius atterentur egestate.* Iusto scilicet Dei iudicio: vt quia pro diuitijs filiorum peccauit, in hoc etiam spe sua frustretur, filijs eius pauperibus effectis.

¶Deindè quasi acquiescens iam sententiæ Iob, subiungit etiam de pœnis futuræ vitæ dicens. *Et manus illius reddent ei dolorem suum.* Id est, pro operibus peccatorum quæ fecit, dolorem patietur in pœnis, & quòd ista retributio doloris sit intelligenda post mortem, apparet per hoc, quod subditur. *Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.* Quasi dicat etiam post mortem, quando carnes eius in puluerem reduntur, solis ossibus in sepulchro remanentibus, pœnam patietur pro peccatis, non solùm quæ in senectute, sed etiam quæ in adolescentia commisit, quæ est magis præceps ad peccandum. Et causam etiam quare post mortem puniatur pro peccatis, ostendit. *Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua.* Et loquitur ad similitudinem hominis dulcem cibum comedentis, qui non citò illum absorbet, sed diu tenet in ore: vt diutius delectetur: vnde hanc similitudinem exponens subdit. *Parcet illi.* Scilicet malo vel peccato, quod est ei dulce, nolens illud destruere, quod quidem destrueretur deserendo: vnde sequitur. *Et non relinquit illud.* Quare autem non relinquitur, ostendit, subdens. *Et celabit in gutture suo.* Id est, nulli manifestabit, & propter hoc nullum ei peccatum occultum displicebit, nec aliquod remedium adhibebit, quod adhibetur peccata sua confitentibus. Hæc est ergo causa quare peccata alicuius puniuntur post mortem: quia ea in vita relinquere noluit.

LECTIO II.

Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidũ intrinsecus. Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. Caput aspidum sugget, & occidet eum in lingua vipera. Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis & butyri. Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur, iuxta multitudinem adinuentionum suarum sic & subsistinebit, quoniam confringens nudauit pauperis domum, rapuit & non ædificauit eam, nec est satiatus venter eius. Et cum habuerit quæ concupierat, possidere non poterit. Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius. Cũ satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum. Vt inam impleatur vter eius: vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum eductus & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua. Vadent & venient super eum horribiles, omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius. Deuorabit eum ignis, qui nõ succenditur, affligetur reliquus in tabernaculo suo. Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum. Apertum erit germen, domus illi detrahetur in die furoris Dei. Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas verborum eius à Domino.

¶Quia dixerat, q̃ ossa impij replenda sunt vitijs adolescentiæ eius, prosequitur latiùs, & primò ostendit, q̃ bona quæ in hoc mundo habuit ei vertẽtur in mala, & vtitur similitudine comedentis, cui cibus quãdóq; in malũ conuertitur, & hoc duobus modis: vno modo qñq; cibus indigestus interiùs manet, & conuertitur in humores venenosos. & quãtum ad hoc dicit. *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.* Quasi dicat sicut qñq; cibus comestus, cõuertitur in humores venenosos, ita & bona quæ in hoc mundo habuit, perseueranter vsq; ad mortẽ conuertũtur in amaritudinẽ mortis. Secundò cibus qñq; comestus, qui digeri nõ põt, per vomitum extra ejicitur cum abominatione & dolore, ita qñq; etiã contingit. q̃ hoĩes peccatores bona tẽporalia, quæ in hoc mundo acquirunt, q̃ eis benè non vtuntur quasi indigesta diuino iudicio cum dolore amittũtur: vnde subdit. *Diuitias quas deuorauit.* Id est, rapaciter acquisiuit. *Euomet.* Id est, cum abominatione pdet. *Et de ventre eius.* Id est, de eius Dñio. *Extrahet eas Deus.* Quia scilicet diuino iudicio p quãdõ violentiã ei auferẽtur, nec solũ bona quæ habuit, ei vertẽtur in malum, sed etiã ab inimicis mala patietur, & facto & verbo, & ideò duo exẽpla ponit. Primum quidẽ de aspide, quæ mordẽdo interficit: vñ dicit. *Caput aspidum sugget.* Scilicet cõtra eũ ad eum mordẽdũ, per quod significatur aliquis malefactorum princeps, & etiã diabolus eum inuadẽs. Tertium exẽplum ponit de vipera, q̃ lingua sua venena diffundit: vñ sequitur. *Et occidet eum lingua viperæ.* Per hoc intelligitur quodcũq; nocumẽtum prouenieus ex lingua hominis quasi veḡnũ ex lingua viperæ.

¶Deindè subiungit pœnã ex priuatione bonorum. *Non videat riuulos fluminis, torrentes mellis & butyri.* Mel autem & butyrum in hoc conueniunt, q̃ vtrũq; suaue est ad edẽdum, sed mel officio apium ex floribus colligitur, butyrum autẽ ministerio hominis & lacte domesticorum sumitur: vñ per mel põt significari quodcũq; bonum delectabile prouenieus absq; industria hominum, per butyrum autẽ desiguatur aliquod bonum delectans ex studio humano prouenieus. Torrens autem subitò & ex insperato superueniẽs, in flumine abundantiam designat propter aquarum multitudinem, in riuulis autem distributio bonorum designatur, non enim omnes omnia habent neque temporalia, neque spiritualia bona, sed quidam hæc quidam illa. Datur ergo intelligi, q̃ bonis secundum Sophar sententiam suauitas bonorum prouenit, abundanter & ex insperato, tum ex humano ministerio, tum ex prouidẽtia diuina siue humana industria, secundum tamen quandam ordinatam distributionem, qua quidem distributione priuandum asserit peccatorem. Et quia quandóque ex multitudine pœnarum homo deficit: vt vlteriores pœnas subsistinere non possit, subiungit, q̃ peccator quãuis in hac vita multipliciter puniatur, tñ vlterius reseruatur ad pœnas futuræ vitæ: vnde sequitur. *Luet quæ fecit* oĩa. Id est, pro singulis peccatis suis pœnam patietur. *Nec tamen consumetur.* Scilicet secundum animã quæ futuris pœnis reseruatur, consequenter ostendit conuenientiam pœnarum ad culpas cum subdit. *Iuxta multitudinem adinuentionum suarum.* Id est, peccatorum, quæ sollicitè excogitat. *Sic & subsistinebit.* Scilicet quia pœna per quandam conuenientiã culpæ respõdebit, & post hoc manifestat quãtum ad culpã rapacitatis, in qua duo per ordinem ponit, quorum primum est violenta depredatio, quod significat subdens. *Quoniam confringens nudabit pauperis domum.* In cõfractiõe qdem violentiã significãs, in nudatiõe rapinã. Secũdò ponit restitutiõis negligẽtiã, & quãtũ ad hoc subdit. *Domum rapuit & non ædificauit eã.* Quasi dicat ea quæ de domo rapuit: vel quæ in domo confligendo destruxit, recompensare neglexit, huic autem culpæ conuenientem pœnam subiungit, dicẽs: *Nec est satiatus venter eius.* Quasi dicat quia nudauit domum pauperis, eum de bonis suis satiari nõ sinens, ideò appetitus eius nõ est satiatus, nec de bonis quæ iure possidet, neq; de ijs quæ iniustè acquisiuit quia sicut dicitur. Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum nõ capiet ab eis, & quantùm ad hoc subdit, *Et cũ habuerit quæ concupierat, possidere non poterit.* Quia vel ipse subtrahetur eis vel illa subtrahentur ei, & hoc conueniens est, vt quia ea quæ rapuit, sponte restituere noluit, ea inuitus amittat. ¶Deindè videtur idem in culpa veracitatis, quã ponit subdens. *Non remansit de cibo eius.* Quasi scilicet quicquid habuit in suos vsus cõuertit, nec in aliorũ necessitatẽ reseruans, subiungit conuenientem pœnã dicens: *Propterea nihil permanebit de bonis eius.* s. ei quia omnia perdet, & hæc est conueniens pœna, quantũ ad hoc, q̃ de bonis suis alijs voluit reseruare, vnde iustũ est, vt ei nihil reseruetur. Quantũ verò ad hoc q̃ superflua in suos vsus cõsumpsit, subiungit aliam conuenientẽ pœnam, dicens. *Cũ satiatus fuerit &c.* Id est, loquitur ad similitudinẽ hominis qui nimis comedit, cuius viscera arctantur ex nimio cibo compressa, per quod significatur, q̃ homo qui superflua sibi acquisiuit, arctatiõe quandam patietur, non valens omnia acquisita rectè disponere, sicut patet de diuite cuius ager vberes fructus protulerit, q̃ voluit horrea sua destruere, vt faceret ampliora, ex arctatione viscerũ sequitur inordinatus calor & anxietas, vnde subdit: *Et æstuabit.* Et similiter illi qui multa sibi immoderatè cõgregant, nimia sollicitudine affliguntur, demũ ex superfluo cibo ad omnia membra solet dolor peruenire, vnde subdit, *Et omnis dolor irruet super eum.* Similiter etiam ijs qui superflua congregauerunt, multiplex dolor exoritur, dum in pluribus dispendia patiuntur. Considerans ergo Sophar, q̃ saturitas impij est ei nociua, quasi ex zelo iustitiæ optat ei saturitatẽ bonorũ temporalium, vt pœnam patiatur: vnde sequitur. *Nunc impleatur venter eius.* Sabundantia temporalium bonorũ. *Vt emittat in eum.* Scilicet Deus. *Iram furoris sui.* Id est, vindictam sine misericordia, & modum iræ ostẽdit subdens, *Et pluat super eum bellum suum.* Et in hoc quod dicit, *Pluat*, designat malorũ abundantiam, & in hoc quod dicit, *Super illum.* Id est, super viros peccatores designat imporenriam resistendi, in hoc autẽ quod dicit, *Bellũ suum.* Ostendit q̃ mala nõ inferũtur ei ad correctionem per modũ disciplinæ, qua pater castigat filiũ, sed p modũ exterminij quo hostes p̃ dunt, vnde subdit, *Fugiet arma ferrea.* Id est, pœnas prę sentis vitæ impatiẽter eas substinẽdo, quæ ad modum gladij ferrei feriunt de propinquo, *Et ruet in arcum æreum* Id est, in pœnas futuræ vitæ, quæ quasi feriũt à remotis ad modũm arcus ærei, qui est infrangibilis, vt futurarũ pœnarum interminatas designetur. Exponit autẽ consequenter huius arcus processum dicens, *Eductus & egrediens de vagina sua.* Supple est arcus ille, quandiu enim arcus est in vagina, nõ percutit, & similiter vltio futuræ damnationis, quandiu est in Dei præsentia, quasi in quadam vagina nõ damnat, sed educitur de hac vagina per malitiam prouocantẽ Deum, & tunc egreditur per dispositionẽ diuinam, & eius effectũ ostendit subdens, *& fulgurans in amaritudine sua.* Sicut enim fulgur de superius, & subitò, & cũ violentia & claritate venit, ita illa vltio infertur peccatori à Deo ex improuiso, cũ tanta violentia quæ resisti nõ poterit, & cum tanta claritate iustitiæ, q̃ excusationis locus nõ erit, & ex hoc peccator replebitur amaritudine. ¶Deindè pœnas vltionis explicat per partes, & primò quantũ ad hoc q̃ sub potestate dæmonũ tradetur, & quantũ ad hoc subdit: *Vadẽt & venient super eum horribiles.* Id est liberam potestatem accipient super eum dæmones. ¶Deindè ponit pœnã damni, cũ subdit, *Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius.* Quia scilicet perfectas tenebras exteriores & interiores patietur, elongatus à claritate Dei, quod quidem in occulto dicit esse, quia sicut sanctorũ claritas in hac vita nobis occulta est, ita & tenebrositas impiorum. ¶Deindè ponit pœnã sensus, cũ dicit: *Deuorabit eum. Ignis* Non quidẽ consumendo, sed sua afflictione absorbendo, *ignis*, Scilicet gehennæ. *Qui non succenditur.* s. humano studio, sed diuina virtute secundum illud. Flatus Domini sicut torrens sulphuris succedẽs eam. In ijs autẽ pœnis nullum auxiliũ sibi aderit, vnde subdit. *Affligetur reliquus in tabernaculo suo.* Ex hoc quod relinquitur sine auxilio in loco pœnarum sibi deputato. Positis ergo pœnis, quas in seipso patietur, subiungit pœnas, quæ pertinent ad ipsum, secũdum quod post mortẽ remanet in hac vita, & primò quidem quantũ ad hoc quod remanet in memorijs hominũ, dicens: *Reuelabunt cæli iniquitatẽ eius.* Id est, cœlesti virtute fiet q̃ iniquitas eius reueletur post mortẽ, quæ latebat in vita. *Et terra consurget aduersus eum.* Quia manifesta eius iniquitate, homines terreni etiam contra mortuum turbabuntur, qui fortè viuum reuerebãtur. ¶Deindè ponit pœnã eius quantũ ad hoc quod remanet in filijs, cũ dicit, *Aptum erit germen domui illius.* Id est, filij eius expositi erunt tribulationibus, & hoc germen. *Detrahetur.* s. de hac vita. *In die furoris Domini.* Id est in die vindictæ diuinæ, quamuis posit hoc ad finale iudicium referri, in quo sancti reuelabunt iniquitatẽ peccatoris, & totus mundus pugnabit contra insensatos. *Et germina.* Id est, opera peccati, manifestabũtur, & tandem impius detrahetur in infernũ. ¶ Deindè epilogãdo subdit. *Hæc, est pars impij à Deo.* Id est, quã sibi acquisiuit prauis verbis, & operibus, *Et hæreditas verborum eius à domino.* Id est, quã sibi acquisiuit prauis sermonibus. Considerandum quod inter præmissa præsentibus pœnis futuras commiscuit.

CAP. XXI. LECT. I.

Respondens autem Iob dixit: Audite quæso sermones meos, & agite pœnitẽtiam. Substinete me, vt & ego loquar, & post mea, si videbitur, verba ridete. Nunquid cõtra hominẽ disputatio mea est, vt meritò nõ debeã cõtristari? Attẽdite me, & obstupescite, & supponite digitum ori vestro. Et ego quãdo recordatus fuero, pertimesco, & cõcutit carnẽ meã tremor. Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitijs? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in cõspectu eorũ. Domus eorum secura sunt & pacatæ, & non est virga Dei super illos. Bos eorũ cõcepit, & nõ abortuit. vacca peperit, & non est priuata fœtu suo. Egrediũtur quasi greges paruuli eorũ, & infantes eorũ exultãt lusibus. Tenẽt tympanũ & cytarã, & gaudent ad sonitũ organi. Ducunt in bonis dies suos, & in pũcto ad inferna descendũt. Qui dixerũt Deo, recede à nobis, & scientiã viarũ tuarũ nolumus. Quis est omnipotẽs, vt seruiamus ei? Et quid nobis prodest si orauerimus illum? Veruntamen, quia non sunt in manu eorum bona sua consilium impiorum longè sit à me. Quoticns lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui. Erunt sicut pallea ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo Dispergit. Deus seruabit filijs illius dolorem patris, & cum reddiderit tunc sciet. Videbunt oculi eius interfectionem suam, & de furore omnipotentis bibet. Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se. Et si numerus mensium eius dimidietur.

¶Quia Sophar in præmissis verbis, quantũ ad aliquid iam sententiæ Iob consenserat, vt poneret peccata puniri post mortẽ: quamuis adhuc in hoc suam sententiam retineret, q̃ etiam in vita ista peccata temporaliter puniuntur, erectus fuit Iob in spem conuertendi eos totaliter ad veram sententiam, & ideò primò humiliter inducit eos ad attentionem, cũ dicit, *audite quæso sermones meos.* & quia hactenus cũ quadam irrisione eius verba audierãt, subdit: *& agite pœnitentiam*, scilicet de hoc quod verba mea irrisistis, vel quia veritati cõ tradixistis. Et quia omnes bis loquuti estis, *substinete me vt & ego loquar*, respondebo ad ea quæ vltimò proposita sunt, & ne antequàm audirent, iudicium condemnationis proferat, subdit, *& post mea si videbitur verba ridete*, quasi dicat, si iudicatis meam hanc sententiam derisibilem esse, priùs tamen meam responsionẽ audiatis, quæ si vobis nõ satisfaciat, postea poteritis iustiùs ridere. Et nevideantur eius verba despicienda fore, ostẽdit q̃ de magnis loquuturus est. s. de diuinis iudicijs, nõ de humanis: vnde subdit, *nunquid contra hominẽ disputatio mea est*, vt meritò non debeam contristari, quasi dicat si ad hoc tenderet meæ disputationis intentio, vt inquirerẽ an aliquis homo iustè vel iniustè me afflixerit, qualitercúnque accidisset meritò tristitia careret, si dispositio mea tendit ad inquirendum, quomodò hoc iusto Dei iudicio acciderit, & quia de magna re est ista disputatio audienda est attentè, vnde dicit, *attendite me.* est autem audienda nõ leuiter & cũ irrisione, sed magis grauiter & cũ stupore: vnde subdit, *& obstupescite*, est autẽ audienda silenter & sine musitatione vnde subdit, *& supponite digitum ori vestro*, & ne videatur hoc iactãter dicere, quasi ad deferendum honorẽ suæ auctoritati ostendit se etiã in altitudine huius quęstionis stupere, vnde subdit, *& ego quando recordatus fuero pertimesco*, ne scilicet in tanta quæstiõe in aliquo à veritate deficiam, irreuerẽter de diuinis iudicijs loquamur, timor autem iste nõ sistit in mẽte, sed peruenit vsq; ad carnẽ, vnde subdit, *& concutit carnem meam tremor.* ex vehementi enim passione etiã caro mutatur, quibus præmissis sufficientibus ad attentionẽ excitandam procedit ad quæstionẽ. Et quia Sophar dixerat, q̃ prosperitates malorũ siquæ sint, breui finiuntur, & bona in malum eis vertuntur, ideò hæc statim Iob improbat dicẽs, *quare ergo impij viuunt.* scilicet dic, quasi dicat si impius velut auis volans, & velut visio nocturna citò transit, vnde est q̃ multi impij habent vitæ diuturnitatem.

¶Item si hypocritæ gaudium est ad instar puncti, & eius ascensus citò deijcietur, *quare subleuati sunt*, id est in honoribus promoti.

¶Item si diuitias, quas deuorauit, euomit, *quare sunt confortati suis diuitijs*, id est, quare eorũ diuitiæ suut eis confirmatæ. Contra hoc etiã quod dixerat, filij eius atterẽtur egestate: dicit, *semen eorum permanet coram eis*, id est, filij eius videntibus perseuerent, & idem subiungit de alijs personis coniunctis dicens, *propinquorum turba & nepotum in conspectu eorũ*, per quod duplicẽ prosperitatẽ designat, quia nec eorũ propinqui subtrahuntur per mortẽ, quod significat in hoc quod dicit, *coram eis & in conspectu eorum.* ¶Deindè prosequitur per partes præmissam prosperitatem impiorum, primò quidem quantùm ad ipsos præmittens immunitatem à malo, cũ dicit, *domus eorũ*, id est, familiæ eorũ cũ necessarijs rebus securæ sunt, scilicet ab insultu hostium, *& pacatæ*, id est, carentes interna dissensione, & etiam

Universidad de Deusto Biblioteca

immunes sunt à diuino flagello, & quantum ad hoc subdit, *& non est virga Dei super illos*: quia scilicet pro peccatis suis non corriguntur in hac vita, & subiungit de multiplicatione bonorum: quia scilicet bona eorum nō sunt sterilia nec fructu suo priuantur, & hoc manifestat in spem boum qui apud antiquos acceptissimi erāt propter agriculturam: vnde dicit, *bos eorum & vacca concepit*, secundū, quod tollitur sterilitas, est autem conceptio primum in fructificatiōe animalium. Tertium est formatio fœtus cōcepti in vētre productio ad perfectum, quod impeditur per aborsum, & quantum ad hoc dicit, *& non abortiuit*. Tertium autem est partus, & quātum ad hoc dicit: *vacca peperit*, idem significans noīe bouis & vaccæ, & vtitur vtróque vel propter ornatum sermonis: vel necessitatem metri. Quartum autem est educatio prolis, & quantū ad hoc subdit, *& non est priuata fœtu suo*, morte scilicet præoccupāte. ¶Consequenter autē subdit de prosperitate, quātum ad filios, circa quod primò ponit prolis multitudinem, cū dicit, *egrediuntur*, scilicet in plateis ambulantes nō pręuenti morte, *quasi greges paruuli eorum*, scilicet in multitudine & mutua concordia. Secundò ponit eorum incolumitatē, cùm subdit, *& infantes eorum exultant lusibus*: quasi nō gemunt infirmitatibus. Tertiò ponit eorum disciplinam, qua apud antiquos liberti instruebantur in musicis: vnde dicit, *tenent tympanum & cytharam*, & gaudent ad sonitum organi, quasi instructi, ad quod & ipsi cōuenienter musica vtuntur & alios audiendo prudenter iudicant. Sed ne aliquis dicat, ꝙ hæc eorum prosperitas modicū durat ad instar puncti, contra hoc subdit, *ducunt in bonis dies suos*: quasi dicat omnes dies vitæ suæ in prosperitate peragunt, necesse est autē ex cōmuni cōditione, quòd finaliter sentiant mortē, sed tamen hanc patiuntur absq; præcedenti angustia: vnde subdit, *& in puncto ad inferna descendent*, id est, in mortem. Omnes enim antiqui ante redēptoris aduētum, de quo supra loquutus fuerat, ad inferna descendebāt, sed quidā aduersitatibus pressi, in via, nō subitò, sed per multas amaritudines ad inferna descendebant, sicut Iacob dixit. Descendā ad filium meum lugens in infernū, sed illi q prosperitate vigent: vsq; ad mortē: quasi in puncto vsq; ad inferna descēdunt, propter multa mala quæ faciunt, inuenerunt à Deo prosperitatem terrenam, eum amando vel cognoscendo: vel ei quibuscúnq; operibus seruiēdo: vel saltē bona temporalia ab ipso petendo, sed hoc excludit subdens, *qui dixerunt Deo*, scilicet ex corde proposito quasi ex certa malitia peccantes *recede à nobis*, quod pertinet ad defectum amoris, scientiam viarum tuarum noluimus, quæ pertinet ad defectum cognitionis per ignorātiā affectatā. Viæ autem Domini dicūtur præcepta & iudicia eius, quibus ab ipso disponimur, *quis est omnipotens: vt seruiamus ei*, quod pertinet ad defectum bonorum operum, prouenientem ex Dei contēptu, *& quid nobis prodest si adorauerimus eum*, quod pertinet ad contēptum petitionis propter defectum spei. Sic ergo euidentissimè confutauit eorum sententiā, ostendens, ꝙ prosperitas temporalis non semper est præmium virtutis, nec aduersitas temporalis est pœna peccati: quia impij frequēter prosperantur in hac vita, nihil boni merētes à Deo. Et cùm hi nullas graues aduersitates patiuntur, posset aliquis obijcere, si malis prospera eueniunt, & aduersitatibus carent, ergo nulla est ratio à malitia declinandi: vnde dicitur. Eadē cunctis eueniunt vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, sed huic obiectioni respondet dicens: *verūtamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longè sit à me*. Circa quod sciēdū est, ꝙ in manu hominis. i. in potestate ipsius, sunt quædam bona scilicet voluntaria virtutum opera, quorum est Dominus per liberum arbitrium, gratia Dei iuuante, & ideò huiusmodi bona semper possunt retinere virtuosi quādiu volunt, & propter hoc consilium, quo Deū & iustitiam contēnunt vt prosperè viuant: quia p hoc non possunt assequi, quod intendunt, sed quandóque aduersitatibus premuntur. Est autē considerandum vlterius, quòd aduersitas impij grauior est, quā iusti, qui si aduersitatem patitur temporalem, remanet ei fulcimentum virtutis, & consolatio in Deo: vnde nō totaliter dissipatur, sed malis amissis temporalibus bonis, quæ sola sibi quęsierunt, nullum remanet fulcimentum: vnde subditur. *quotiens lucerna*. i. prosperitas *impiorum extinguetur*. i. finitur. & superueniet eis. diuino iudicio. *inundatio*. i. grauis tempestas aduersitatis. & quotiens Deus *diuidit*. i. sub certa mensura distribuit. *dolores*. i. afflictiones aliquas *furoris sui*. i. ex eius furore prouenientes. *erunt*. impij scilicet, sicut paleæ ante faciem venti, quæ scilicet propter leuitatem resistere non possunt vento, *& sicut fauilla*, quæ scilicet remanet ligno combusto, *quam turbo dispergit*: quia scilicet nō habet humorem: vt simul teneat, ita etiam impij adueniente aduersitate resistere nō possunt: qa carēt fulcimēto diuinę spei, & p diuersas cogitationes disperguntur carētes humore virtutis. Et post hoc subdit de aduersitate quantū ad filios cum dicit. *Deus seruabit filijs illius dolorem patris*. s. qa peccata patris pertingūt vsq; ad filios imitatores paternæ malitiæ, nec differtur hoc vsq; post mortē patris, sed viuente & cognoscēte patre, hoc erit: vnde subdit, *& cum reddiderit*. s. Deus pœnā filijs. *tunc sciet* s. pater: vnde subdit: *videbūt oculi eius interfectionem suam*. i. filiorū suorū: vel quacūq; aduersitate, & in hoc ipso, *de furore omnipotentis bibet*: quia hoc ipsum pertinet ad pœnā patris, ꝙ filij eo viuente puniuntur, non autem si punirētur post eius mortem: vnde subdit, *quid enim ad eum pertinet de domo sua post se*. i. non affligeretur à futuris infortunijs posterorū. & maximè cùm peccator post mortem hoc ignorat, sicut suprà dictum est, siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget, aut quid pertinet ad eam, si numerus mensium eius dimidietur? non potest de hoc dolere in vita: quia hæc ignorabat futura.

Genes. 37.
Ecc. 90.
Capit. 14.

LECTIO II.

NVnquid Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat? Iste moritur robustus & sanus, diues & fœlix, & viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur. Alius verò moritur in amaritudine animæ suæ absq; vllis opibus, & tamē simul in puluere dormient, & vermes operient eos. Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas. Dicitis enim. Vbi est domus principis, & vbi tabernacula impiorum? Interrogate quēlibet de viatoribus, & hæc eadē illum intelligere cognoscetis? Quia in diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur. Quis arguet coram eo vias eius, & quæ fecit, quis reddet illi? Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorū vigilabit. Dulcis fuit glareis cocyti, & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles. Quomodo igitur consolamini me frustrà, cùm responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

¶Quia suprà Iob proposuerat, ꝙ impijs in hac vita qn̄q; prospera, qn̄q; aduersa adueniunt, quod facit hoīes dubitare, iō ad huiusmodi dubitationis solutionē accedens, præmittit, qđ hoc nō prouenit ex defectu diuinæ scientiæ, quasi eum lateat malitia eorum, quibus prospera reddit, & ideò dicit. *Nunquid Deum docebit quispiam scientiam*. Quasi dicat nec indiget vt ab aliquo instruatur de meritis hominū: vt sciat quibus prospera, & quibus aduersa reddat, quod autē subdit, *qui excelsos iudicat*, potest dupliciter intelligi. Vno modo: vt sit sensus, quod Deus nō indiget instructione alicuius ad hoc, quod possit excelsos iudicare. i. eorum qui prosperantur in hoc mundo. sicut rebus humanis indigent iudices instituti per testes de meritis iudicandorum. Alio modo potest intelligi: vt indicatur quasi probatio procedens, quod enim Deus omnia sciat, & hoc, quod ab alijs instrui nō indigeat, patet per hoc, quod ipse habet iudicium super quēcúnque excelsum, nullus autem iudicat quæ ignorat: vnde non potest esse, quod alicuius quātūcūq; excelsa scientia lateat ipsum. Præmissa igitur sufficientia diuinæ scientiæ, subdit dubitationis materiam, quæ potest accidere super diuersa humanarum rerum dispositiōe, in qua quidā prosperātur vsq; ad mortē, quidā verò in miseria moriuntur. Cōsistit aūt tpalis ꝓsperitas, primò qdē ī ptāte, & quātū ad hoc subdit, *Iste moritur robustus*. Scdò ī corporis sanitate, & quantū ad hoc subdit, *& sanus*. Tertiò ī exteriorū rerū opulētia, & quantū ad hoc subdit, *diues*. Quartò ī cōsiliorū & operū ꝓspero successu, & quantū ad hoc subdit, *fœlix*. Dicit ēm fœlix apud quosdā cui oīa succedūt ad votū: vt aūt nō solū diuitias sufficiētes, sed ēt supabūdātes significet, subdit: *viscera ei⁹ plena sunt adipe*. Adeps ēm ꝓpter supabūdātiā nutrimēti gn̄atur, & vt rursus ostēdat ei⁹ potētiā multiplicib⁹ auxilijs suffultā, subdit. *& medullis ossa illius irrigantur*. Per ossa ēm fortitudo designatur: quorū robur nutrimēto medullarū substētatur. Subiūgit autē de aliorū aduersitate dicens. *Alius verò moritur in amaritudine animæ suæ*. Quod scilicet pertinet ad interiores dolores, quos homines cōcipiunt: vel de corporalibus nocumentis, vel etiā infortunatis euentibus. Addit autē, *absq; vllis opibus*. Ad designādum exteriorum rerum defectū. Sed tamen cū sic diuersificētur in vita, cū æqualitate meritorū non potest dici, quod saltē in ijs quæ sunt post mortē diuersa ad corpus pertinentia eorū sors cōmittetur. Aequaliter enim eorū corpora disponuntur post mortē: vnde subdit, *& tamen simul in puluere dormient*. Id est, æqualiter in terra sepelientur, *& vermes operient eos*. Id est æqualiter eorum corpora putrescent. Vnde patet, quod nō potest assignari ratio differētiæ quæ est inter homines secundum prosperitatē & aduersitatē, in ijs quæ sunt æqualia meriti vel demeriti ex diuersa corporū dispositione post mortē. Erat autē opinio amicorū Iob, quod ratio prædictæ diuersitatis esset ex diuersitate meritorū; quod est cōtra id, quod experimēto apparet de hoc, quod impiorū quidam prosperātur, quidā aduersa patiuntur: vnde subdit. *Certè noui cogitationes vestras*. Quasi. s. Iob temerariè condemnabāt, *& sententias*. s. exterioribus verbis prolatas. *contra me iniquas*. Quia scilicet iniquæ impietatis me arguitis, & aduersis quę patior: vnde subdit. *Dicitis enim: vbi est domus principis, & vbi tabernacula impiorum*. Quasi dicat tu simul cū familia tua ex altitudine tanti principatus cecidisti: sicut solent deficere tabernacula impiorum. Sic igitur per ea quæ suprà dixerat ostensa iniquitate sui & ipsorum: accedit ad determinandum veritatem, & præmittit hoc, quod dicturus est, non esse nouum: sed apud multos diuulgatum subdit enim. *Interrogate quemlibet de viatoribus*. Quasi dicat non oportet me cum magno studio testimonium quærere: quia haberi poterit à quibuscúnque transeuntibus per viam, vel viatores dicit eos, qui hac vita vtuntur, non vt termino, sed vt via, *& hæc eadem illum intelligere cognoscetis*. Quę. s. dicturus sum vobis: vnde inexcusabiles estis qui à veritate receditis: quā omnes cōmuniter tenent. Quam quidem veritatē exponit, subdens *quia in diem perditionis seruatur malus*. Quasi dicat quod in hac vita nō punitur, sed prosperatur. Hoc ideò est, quia reseruatur eius punitio in aliud tempus quādo grauiùs punietur. Vnde subdit: *Ad diem furoris ducitur*. Quia enim furor est ira accensa: nomine furoris acrior vindicta significatur: quare autē ad diem perditiōis furoris seruetur, ostēdit subdens: *Quis arguet corā eo viam eius, & quæ fecit, quis reddet illi?* Vbi duas rationes assignare videtur: quarū prima est, quia intantū est sapientiæ imperceptibilis, vt nec per pœnas erudiretur, vt suam cognosceret culpam: sed inter flagella murmuraret, quasi punitus iniustè: & hoc est qđ dicit, *Quis arguet corā eo*. Id est, vt ipse recognoscat *viam eius*. s. iniquā. Alia ratio est, quia pœnæ huius vitæ nō sunt sufficientes ad tantarū culparum punitionē: quia si acerbæ sunt, citò interimunt: & hoc est quod dicit, *& quæ fecit, quis reddet illi*. s. in hac vita. Et ideò quasi cōcludit, quod dies perditiōis & furoris, nō est in hac vita, sed per mortē. Subdit ēm ipse *ad sepulchrū deijcietur*. Id est mortuus secundum animam viuet: & hoc est quod subdit, *& in congerie mortuorū vigilabit*. Quia. s. licèt videatur dormire per corporis mortem: vigilabit tamen per animæ vitā. Et ne videatur post mortem trāsire ad gaudium, subdit *Dulcis fuit glareis cocyti*. Quia enim testimonium viatorū inuocauerit, veritatē de pœnis malorū post mortem proponit sub fabula, quæ vulgariter ferebatur: quia scilicet in inferno inter alios esset quidā fluuius nomine cocytus, qui interpretatur luctus, quo animæ malorū perducuntur: & sicut alij fluuij trahunt glareas: ita ille fluuius quodammodò inuoluebat animas impiorū. Dicitur ergo impijs dulcis fuisse glareis cocyti: quia eius conuersatio acceptabilis fuit malis: & ideò inter malos qui sunt in luctu locū habebit: effectum autē huius fluuij quantùm ad homines subdit, *& post se omnem hominē trahit*. Quasi. s. omnes homines cum quodā luctu moriuntur. Quod enim est post mortē eius quasi postremū huius fluuij. Cuius autē terminus est, quod in hac vita agit: & ideò subdit, *& ante se innumerabiles*. Quia scilicet etiā plurimos in hac vita præoccupat luctus. Sic igitur Iob per ordinē suam sententiam explicauit. Primò quidē suprà ostendens spem iustorū tendere in remunerationē futurę vitæ. Hìc autē exprimit pœnā reseruari malis post mortē: & ideò ex vtraq; parte confutata aduersariorum sentētia subdit. *Quomodò ergo consolamini me frustrà*. s. promittendo tēporalem prosperitatē, cùm respōsio vestra repugnare ostensa sit veritati. In hoc quod dicitis hominibus deputari præmium & pœnas in hac vita: quia suprà multipliciter est improbatum.

CAP. XXII. LECT. I.

RESPONDENS *autem Eliphaz thematithes, dixit: Nunquid Deo potest cōparari homo, etiam cùm perfectæ fuerit scietiæ. Quid prodest Deo, si iustus fueris? aut quid ei confers si immaculata fuerit vita tua? Nunquid timēs arguet te: & veniet tecū in iudicium. & nō propter malitiam tuam plurimā, & infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enim pignus fratrū tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus. Aquā lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panē. In fortitudine brachij tui possidebas terrā, & potētissimus obtinebas eam: viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorū comminuisti. Propterea circūdatus es laqueis, & conturbat te formido subita. Et putabas te tenebras non visurū, & impetu aquarū inundantium nō oppressum iri. An cogitas quod Deus excelsior cœlo sit, & super stellarū verticem sublimetur, & dicis: Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat nubes latibulum eius: nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat.*

¶Finitis sermonibus beati Iob, Eliphaz eius verba, nō ea intentione qua dicebātur accepit. Primò namq; quod Iob dixerat ad ostendendum altitudinē materiæ. Nunquid cōtra hominem disputatio mea. Eliphaz sic accepit dictū, ac si cōtentiosè cū Deo disputare intenderet. vnde eum præsumptionis arguit ex duplici consideratione. Primò namq; aliquis prouocat ad disputandū, vel cōtendendū cū aliquo, quasi videat eum cōparabilem sibi in sciētia veritatis, vt ex mutua colloquutiōe aliquid occultū indagetur. Est autē valde prēsumptuosum, quod homo suā scientiā diuinę audeat cōparare: vnde dicit, *Nunquid Deo cōparari potest homo etiam cū perfectæ fuerit scientiæ*. Quasi dicat nō eo qđ Dei sciētia sit infinita. Secūdò ꝓuocat aliquis ad disputandū vel ratiocinādum cū aliquo, propter aliqua quæ ab eo accepit, vt fiat collatio datorū & acceptorū. Est autē prēsumptuosum, quod homo putet bona quæ facit esse Deo vtilia. vnde dicit.
Psalm. 15.
Dixi domino Deus meus es, quoniā bonorū meorū non eges. vnde subdit: *Quid prodest Deo si iustus fueris*. s. recta opera faciendo. *Aut quid ei confers si immaculata fuerit vita tua*. s. à peccatis abstinendo. Tertiò prouocatur aliquis ad hoc quod iudicio cōtendat cū aliquo propter timorē superioris potestatis cum in iudiciū vocātis: quod nephas est de Deo cogitare. vnde subdit: *Nunquid timens* s. aliquem iudicē. *arguet te*. s. accusando. *& veniet tecū ad iudicium*. quasi de pari citatus. Deindè quia Iob dixerat iniquas esse eorū animas qui dicebant domū eius perisse, sicut tabernacula impiorū. Intēdit ostendere suam sentētiam rectā esse cū subdit. *& nō propter malitiam tuā plurimā & infinitas iniquitates tuas*: Quasi dicat Deus te arguit pœnas infligēdo: nō propter timorē, sed propter amorē iustitiæ: vt puniat tua peccata. Vnde malitia potest referri ad peccata, quib⁹ alios læsit. Iniquitas autē ad peccata, quibus iustitiæ opera prætermisit. Vnde malitiā dicit plurimā: sed iniquitates infinitas: quia in pluribus peccat homo omittēdo quàm cōmittendo. vnde subiungit. Primò de nocumētis proximo illatis, quæ quādóq; per calumniā inferūtur sub prętextu iustitiæ. vnde subdit, *Abstulit enim pignus fratrū tuorum sine causa*. s. necessaria quia de fratribus tuis sine pignore cōfidere poteris. Quādóq; autē inferūtur nocumēta sine aliquo colore iustitiæ: & quantū ad hoc subdit, *& nudos spoliasti vestibus*. Quod potest intelligi dupliciter. Vno modo quia spoliando nudos reliquisti nihil eis reseruās. Alio modo quia cū essent nudi. i. non sufficienter vestiti, illud modicū quod habebāt eis subtraxisti. Subiūgit autē de amissione bonorū operū dicens, *Aquā lasso nō dedisti*. Qui. s. ea indigebat propter sitim ex labore viæ ortā. Quasi dicat laborantibus & afflictis opem & solatium nō tulisti. *& esurienti subtraxisti panē*. Quasi dicat indigēti nō subuenisti. Et hæc quidem dicta sunt quantū ad peccata quæ cōmisit, sicut priuata persona. Subiūgit autē de peccatis pertinētibus ad principatū ipsius inter quę primò ponit quod principatū non per iustitiā, sed per violentiam obtinuit. vnde dicit, *In fortitudine brachij tui possidebas terrā*. Id est, per potentiam tuam dominiū terræ acquisiuisti. Secūdò ponit quod subditos suos nō gubernabat per iustitiā, sed per potētiam secūdum illud. Sit fortitudo vestra lex iustitię. vnde subdit. *& potentissimus obtinebas eam*. Quia. s. per excellentiā potestātis, subditis vtebaris ad nutū. Tertiò ponit iniqua iudicia, quia scilicet infimis personis iustitiā nō reddebat. Vnde subdit, *viduas dimisisti vacuas*. s. dum nō fecisti eis iustitiā de aduersarijs. secūdum illud. Causa viduæ nō ingreditur ad eos. Et iterū quod amplius est infimas personas opprimebat. vnde subdit: *& lacertos pupillorū comminuisti*. Quasi dicat si quid iuriū in eis erat annullasti. Cōtra illud quod dicitur. Iudicate pupillo & humili. Et
Psalm. 81.
pro ijs culpis subdit sibi pœnas prouenisse. vnde subdit *propterea circundatus es laqueis*. Id est, aduersitatibus vndiq; te opprimētibus: vt euasionis locus nō pateat, postquā in eis incidisti, neq; etiā ante potueris, quia subitò tibi superuenerāt. Vnde subdit: *& turbat te fortitudo subitanea*. Quia scilicet mala ei subitò superuenerūt: ex quibus poterat etiā alia timere. Causam autē quare subitò ei superuenerūt, ostendit subdens: *& putabas te tenebras nō visurū*. Id est, nō peruenturū ad has turbatiōes, in qb⁹ nescis qđ facias. qđ refert ad laqueos. ¶Deindè quantū ad fortitudinē turbantē, subdit: *& impetu aquarū inundantium nō oppressum*. Quasi dicat putabas quod nunquàm ad hoc peruenires: quod opprimereris violentia & multitudine aduersitatū te superuenientiū. secūdum illud. cū dixerint: Pax & securitas
1. Thessal. 5.
repētinus eis superueniet interitus. Quod autē pro peccatis nō putet aliquis se pœnas passurū, ad hoc pertinet quod nō credit Deum de rebus humanis prouidentiā habere. Ad quod fortè voluit retorquere quod ad defectū scientiæ diuinæ prauè interpretatus est. Et ideò videtur ei cōsequēter imponere, ꝙ Iob Dei prouidentiā neget. ¶Est autē considerādum quod aliqui negāt Deum habere cognitionem & prouidentiā rerum humanarū propter altitudinē scientiæ subiectę: cui proportionari dicūt suam scientiā, ita vt nihil sciat nisi seipsum, putātes quod scientia eius vilesceret, si se ad inferiora extēderet. vnde subdit, *An cogitas quod Deus excelsior cœlo sit*. Id est, tota vniuersitate creaturarū, *& super stellarū verticē sublimetur*. Id est super altissimā creaturā: Et huius cogitationis cōclusionem subdit, *& dicis quid enim nouit Deus*. scilicet de istis inferioribus rebus. Non tamen huiusmodi homines rerum cognitionem Deo totaliter subtrahunt, sed dicunt quod eas cognoscit in vniuersali, cognoscendo naturā entis, vel vniuersales causas. vnde subdit, *& quasi per caliginē iudicat*. Cognoscere enim aliquid solùm in vniuersali, est cognoscere in perfectione. Et ideò huiusmodi cognitionem vocat, quasi caliginosam: sicut contingit de eo quod à remotis videtur quasi caliginosè: quia percipitur esse homo, sed non quis homo sit: & adhibet similitudinē de ijs quæ apud homines contingunt. Apud quos qui tamen in aliquo latet: sicut non videtur ab ijs qui extra locum sunt, ita nec eos videt. vnde dicit: *Nubes latibulum eius: nec nostra considerat*. Quasi dicat sicut ipse latet nos quasi nubibus occultatus: inquantùm ea quę supra nubes sunt plenè cognoscere non valemus. Ita econtrariò, nec ipse ea quæ ad nos pertinēt: quasi sub nubibus ex quibus ipse non videt: sicut ex persona quorundam dicitur.
Ezech. 9.
Dereliquit dominus terram, dominus non videt. Putabat enim quod quia ea quæ in terris sunt, multis defectibus & inordinationibus subiacent, diuina prouidentia non reguntur: sed solùm cœlestia: quorum ordo indeficiens perseuerat. Vnde sequitur, *& circa cardines cœli perambulat*, Dicitur autē cardo in quo inuoluitur ostium. Vnde per hoc designat per Dei prouidentiā cœlū moueri, ex cuius

Universidad de Deusto Biblioteca

motu, ſicut ex quodam oſtio prouidentia diuina vſque ad hæc inferiora deſcendat. Sicut enim dicunt, quod Deus cognoſcit humana, ſed in vniuerſali. Ita dicunt, quod gubernat humana, ſed per vniuerſales cauſas: quas per ſe gubernat, & fortè ad hoc referre voluit, quod ſuprà dixerat Iob, qui celſos iudicat.

LECTIO II.

NVnquid ſemitam ſæculorum cuſtodire cupis, quam calcauerūt viri iniqui, qui ſublati ſunt ante tēpus ſuum, & fluuius ſubuertit fundamētum eorum. Qui dicebant Deo, recede à nobis, & quaſi nihil poßit facere omnipotens, exiſtimabant eum cum ille impleuiſſet domos eorū bonis. Quorum ſentētia procul ſit à me. Videbunt iuſti & lætabuntur, & innocens ſubſanabit eos. Nónne ſucciſſa eſt erectio eorum, & reliquias eorum deuorabit ignis? Acquieſce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Suſcipe ex ore illius legem, & pone ſermones eius in corde tuo. Si reuerſus fueris ad omnipotētem ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos. Eritque omnipotens contra hoſtes tuos, & argentū coaceruabitur tibi. Tunc ſuper omnipotentem delitijs afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. Decernes rem, & veniet tibi, & in vijs tuis ſplendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria, & qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſaluabitur. Saluabitur innocens, ſaluabitur autē in munditia manuū ſuarū.

¶Quia Eliphaz in verbis præmiſsis impoſuiſſe videtur Iob, qđ non crederet Deum habere prouidentiam de rebus humanis. Nunc cōſequenter videtur ei imponere huius infidelitatis effectū. Solent enim illi qui Deum res humanas curare non credunt, contēpto Dei amore in omnibus ſequi propriam voluntatem: vnde dicit. *Nunquid ſemitam ſæculorum cuſtodire cupis.* i. proceſſum eorum qui nil credūt: niſi iſta temporalia quæ videntur, & ex hoc procedunt ad iniuſtitiæ opera: vnde ſubdit. *Quam calcauerunt viri iniqui.* Illi autem calcare aliquam viam dicuntur, qui frequenter & ſine aliqua dubitatione ex propoſito viam terunt. Sic illi, qui non credunt diuinam prouidentiam frequenter & ſecurè, & ex propoſito, iniuſtitiæ opera agunt, quod non contingit illis qui diuinam prouidētiam credunt, quāuis quandóque ex infirmitate ad iniuſtitiā declinent, & ne hoc impunè feciſſe videantur, ſubdit. *qui ſublati ſunt in tempus ſuum.* Id eſt, qui mortui ſunt, nondum completo naturali ſpatio vitæ. Et cauſam aſsignat ſubdens, *& fluuius ſubuertit fundamentum eorum.* Eſt autem vniuſcuiúſque hominis fundamentum id, cui principaliter ſpes eius innititur, tales autem non in Deo ſpem ſuam ponunt, ſed in ſolis tēporalibus rebus, quæ corrumpuntur ipſo curſu mutabilitatis rerum, quem fluuium nominat. Quæ autē ſit prædicta ſemita, exponit ſubdens: *qui dicebant* Deo *recede à nobis.* Scilicet contemnentes ipſum & ſpiritualia bona eius, quantum ad effectum, ſed quantum ad intellectum incredulitatem eorum deſcribit ſubdens, *& quaſi nihil poßit facere omnipotens exiſtimabant eum.* Quia ſcilicet ſi ad eum non pertinet cura rerum humanarum, nec benè vel malè homini facere poteſt, quod cōtrariatur omnipotētis rationi, & ad exaggerendum culpam, ſubijcit de eorum ingratitudine dicēs. *Cùm ille impleſſet domos eorum bonis.* Scilicet temporalibus quæ à Deo dantur hominibus. Et ad eorum aſſertionem improbandam ſubdit, *quorum ſententia ſit procul à me,* & ne videretur, quod ſimul cum impijs & iuſti ſubuerterētur, hoc excludit ſubdens. *Videbunt iuſti & lætabuntur.* Per quod dat intelligi, quod ipſi nō ſubuertentur, ſed in lætitia erunt, ne videretur, quod ex hoc ipſo à iuſtitia deficerent, quod de ſubuerſiōe aliorum gauderent, ſubdit, *& innocens ſubſanabit eos.* Quaſi dicat ſalua innocentia eos poterunt ſubſanare de hoc, quod contra ſuam opinionem ſubuertuntur. In hoc enim iuſti cōgaudent diuinæ iuſtitiæ. Et videtur hoc propriè reſpōdere ad id, quod Iob dixerat, poſt mea, ſi videbitur: verba ridete: quaſi conquerēs ſe derideri ab eis. Et ne aliquis dubitaret fundamentum impiorum à fluuio eſſe ſubmerſum, hoc quaſi manifeſtum ſub interrogatione proponit, dicens. *Nónne ſucciſſa eſt erectio eorum.* Videbantur enim per proſperitatem terrenam: vel per propriam elationem ad modum arboris erigi in ſublime, ſed ſicut arboris erectio per ſucciſsionem ſubitò impeditur, ita etiam eorum eleuatio per ſubtractionem ceſſat. Cōtingit autē qñq; quod arbor ſucciſſa in altius quidem creſcere non poteſt, ſed tamen adhuc eius remanet longitudo, ſi tamen ignis apponitur nullum veſtigium præteritæ altitudinis reſtat. Ita etiam ſi mortuo vel deiecto homine peccatore, per ignem aduerſitatis etiam filij eius pereāt, & diuitiæ diripiantur, nil reſiduum videbitur de altitudine præterita remanere: vnde ſequitur, *& reliquias eorum deuorauit ignis.* i. arbor tribulationis ſecundum illud. Iaco. 1. Exortus eſt ſol cum ardore, & areſecit fœnum. Dicuntur autem reliquiæ hominis vel filij vel quæcúnque aliæ res eius poſt eum remanentes. Quia igitur huiuſmodi ſubuerſionem impijs accidere dixerat, ex hoc, quod contra Deum nitebantur: vt ſimilia Iob euitare poſſet, ſubdit. *Acquieſce ergo ei, & habeto pacem.* Quaſi dicat propter hoc perturbatus es: quia contra eum contendere voluiſti, & per hoc, ſcilicet per pacem: qua ei recōciliaberis, habebis fructus optimos. Quaſi dicat, quod optimū eſſe poteſt: quaſi fructum huius pacis proſequeris. Qualiter autem ei acquieſcere debeat, oſtendit ſubdens. *Suſcipe ex ore illius legem.* Quaſi dicat non exiſtimes, quod res humanæ diuina prouidentia non regātur, quinimò ſecūdum legem regiminis eius, tuam vitam diſponas. Quia quidam legem diuini regiminis profitentur, ſed tamen eam opere non ſequūtur, ideò ſubdit, *& pone ſermones eius in corde tuo.* Vt ſcilicet mādata eius noueris & ea ſeruare diſponas. Qualiter autē per hoc fructus optimos habiturus ſit, oſtēdit ſubdens. *Si reuerſus fueris ad omnipotentem.* Scilicet vt eius omnipotentiam credas, & ei te ſubijcias. *Aedificaberis:* quaſi domus tuæ proſperitas quæ deſtructa eſt reparabitur. Quomodò autē ad Deum perfectè reuertitur, oſtendit ſubdēs, *& longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.* Et eſt ſubintelligendū: vt ſcilicet litera ſic legatur. Si longè facias iniquitatem à tabernaculo tuo. *dabit.* Scilicet Deus. *pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos.* Vt hoc, quod dicit. *Longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.* Sit expoſitiuū eius, quod dixerat. *Si reuerſus fueris ad omnipotentem.* Et non dicit. Si longè feceris iniquitatem à te. *Sed à tabernaculo tuo.* Volens innuere, quod aduerſitas ei acciderat, nō ſolùm pro peccato perſonæ, ſed etiā pro peccato ſuæ familiæ, quod ſic dicit. *Dabit pro terra ſilicem.* Refertur ad hoc, quod dixit. *Aedificaberis.* Vt ſcilicet detur intelligi, quod reſtauratio ſit futura, ſed ad aliquid maius: vt ſcilicet, pro amiſsis maiora reddat. Silex enim pretioſior eſt, quam gleba terræ, & aurum, quam ſilex. Quæ ſint autem iſta bona, quæ ei reſtituenda promittit, enumerat conſequēter. Primò ponēs ſecuritatem ex Dei protectione, cū ſubdit. *Eritque omnipotens contra hoſtes tuos.* Ne ſcilicet iteratò poſsint ſurripere: quæ tibi reſtituentur à Deo. Secundò ponit diuitiarum abundantiam, cùm dicit, *& argentum coaceruabitur tibi.* Nomine enim argenti omnes diuitiæ ſignificantur: quia ex argento pecunia fieri ſolet. Et ne videatur ſolùm corporalia bona ꝓmittere, ſubiungit de ſpiritualibus bonis, inter quę primum ponit: vt homo Deum diligat & delectetur in eo. Vnde ſequitur. *Tunc ſuper omnipotentem delitijs afflues.* i. Quando pacem cum eo habebis in eum delectaberis, & quia vnuſquiſq; libenter reſpicit id in quo delectatur, ſubdit, *& eleuabis ad Deum faciem tuam.* Id eſt, mentem tuam: vt ipſum frequenter contēpleris. i. fiduciam accipiens recurrendi ad ipſum. Vnde ſubdit. *Rogabis eum.* Et hoc nō ſine fructu, ſequitur enim, *exaudiet te.* Solent autem exauditi à Deo vota implere, quæ poſtulando promiſerunt. Vnde ſubdit, *& vota tua reddes.* Quaſi in ſignum exauditionis. ¶Deindè promittit proſperum propoſiti ſucceſſum, cùm dicit. *decernes rem.* i. ordinabis per tuam prouidentiam, qualiter aliquid ſit futurum. *& veniet tibi.* Id eſt, diſpoſitio tua non fruſtrabitur, & ne dubites quid ſit decernendum, hoc etiam tibi manifeſtabitur: vnde ſubdit, *& in vijs eius ſplendebit lumen.* Id eſt, clarè apparebit tibi per quas vias procedere debeas, rationem autem harum promiſsionum oſtendit, ſubdens. *Qui enim humiliatus fuerit.* Scilicet Deo ſe ſubijciendo per affectum, *erit in gloria.* Quàm ſcilicet conſequetur à Deo, *& qui inclinauerit oculos ſuos.* Ne ſcilicet aliquid per intellectum ſuperbum contra Deum ſentiat. *Ipſe ſaluabitur.* A malis ſcilicet liberatus, & in bonis ſtabilitus. Non ſolùm autem requiritur ad ſalutem interior humilitas affectus & intellectus, ſed etiam exterior puritas operum: vnde ſubdit. *Saluabitur innocens.* Ex quo merito ſaluetur, oſtendit ſubdens. *Saluabitur autem in munditia manuum ſuarum.* Innocentia operum ſuorum. Et eſt conſiderandum, quòd hoc Eliphaz non ſolùm promittit Iob, ſi conuertatur, bona temporalia, quæ poſſunt eſſe bonis & malis communia, ſicut ſuprà fecerat, ſed etiam bona ſpiritualia, quæ ſunt propria bonorum, ſed tamen ſolùm in hac vita.

CAP. XXIII. LECT. I.

RESPONDENS *autem Iob ait. Nuncquóque in amaritudine eſt ſermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitum meū. Quis mihi tribuat: vt cognoſcam & inueniā illum, & veniam vſque ad ſolium eius? Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus: vt ſciam verba quæ mihi reſpondeat, & intelligam quid loquatur mihi. Nolo multa fortitudine contēdat mecum, nec magnitudinis ſuæ mole me premat. Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum. Si ad Orientem iero, nō apparet, ſi ad Occidentem, nō intelligam eum. Si ad ſiniſtram, quid agam? Non apprehendā eum. Si me vertam ad dexteram, non videbo illum. Ipſe verò ſcit viam meam, & probabit me quaſi aurum, quod per ignē tranſit. Veſtigia eius ſequutus eſt pes meus: viam eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius non receſsi, & in ſinu meo abſcōdi verba oris eius. Ipſe enim ſolus eſt, & nemo aduertere poteſt cogitationem eius, & anima eius quodcūq; voluit, hoc fecit. Cúmque expleuerit in me voluntatem ſuam, & alia multa ſimilia præſto ſum ei. Et idcircò à facie eius turbatus ſum, & conſiderans eum timore ſollicitor. Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me. Non enim perij propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.*

Eliphaz in

¶Eliphaz in verbis præmiſsis, duo contra Iob propoſuiſſe videtur. Primò quidē, ꝙ propter malitiam ſuam primā fuerit punitus, ſecundum ꝙ de Dei prouidentia dubitauerit, vel etiam negauerit. Solent autem homines, cū eis falſò aliqua crimina imponūtur, ex hoc contriſtari, vnde quia Iob hoc in ſe non recognoſcebat dicit: *Nunc quoq; in amaritudine eſt ſermo meus.* Quaſi dicat, ſicut ſupra me opprobrijs veſtris, ita etiam. Cum autē alicui afflicto de nouo afflictio additur, priores afflictiones ad memoriam reuocantur, ex quibus præſens gemitus aggrauatur, vnde ſubdit, *& manus.* Id eſt, poteſtas. *Plagæ meæ,* Ideſt aduerſitatis quam olim ſum paſſus. *Aggrauata eſt ſuper gemitū meum.* Id eſt, facit præſentem gemitum grauiorem. Incipit autē primò reſpōdere ad hoc, quod dixerat, propter malitiam ſuam eum punitum. Recognoſcebat autē ſe Iob punitum diuino iudicio, vnde dixerat, concluſit me Deus apud iniquū. Vnde inquirere cauſam, quare punitus ſit, eſt inquirere rationē diuini iudicij, quam quidem nullus cognoſcere poteſt, niſi ipſe Deus. Ex quo patet præſumptuosè Eliphaz aſſeruiſſe eum propter malitiam fuiſſe punitū. Vnde ſuper hoc non vult eum Eliphaz cōtendere, ſed diſputationem ſuam vertit ad Dominum, qui ſolus ſui iudicij rationē nouit. Reputaret autem ſe diuino iudicio prægrauatum, ſi propter malitiam plurimam eſſet punitus. Solent autē qui ab aliquo iudice ſunt grauati, primò quidē ad iudicem accedere, quod facere non poſſunt, niſi locū eius inueniāt, quod etiam non poſſunt, niſi prius eum cognoſcāt. Nullus enim poteſt quærere id, quod omninò ignorat, vnde dicit: *Quis mihi tribuat vt cognoſcam & inueniam illum, & veniam vſque ad ſolium eius.* Sciebat enim, ꝙ Deus eius cognitionem excederet, & ideò non poterat perfectè de ſe inuenire viam, per quam vſq; ad ſolium eius perueniret, id eſt, vſq; ad plenam cognitionem iudiciorū ipſius. Solet autem grauatus à iudice, cum ad eum peruenerit, cauſæ ſuę iuſtitiam demōſtrare, vnde ſubdit, *Ponam coram eo iudicium.* Quaſi dicat, proponam ei qualiter debeat eſſe iuſtum iudicium cauſæ meæ. *Et os meū replebo increpationibus.* Id eſt, conqueſtionibus, non quidem vt credam diuinum iudicium eſſe iniuſtum, ſed per modum quærentis, ſicut ſolent diſputantes contra dicta aliorum obijcere, vt pleniùs veritatem intelligant, vnde ſubdit: *Vt ſciam verba quæ mihi reſpōdeat.* Quod pertinet ad veritatem reſponſionis cognoſcendam. *Et intelligam quid loquatur mihi.* Quod pertinet ad percipiendam verborum intelligentiam. Non enim poteſt homo ſcire, an verum ſit quod ei dicitur, niſi intelligat quid ei dicatur. Frequenter autem ſupra, quaſi ad diuinum iudicium ſuſtinendum, propoſuerant diuinam fortitudinem & magnitudinē, ſicut Sophar. Suprà. 11. Excelſior cœlo eſt, & quid facies, &c. quæ ibi ſequuntur. Et ideò hanc reſponſionē excludit ſubdens, *Nolo multa fortitudine contendat mecū, nec magnitudinis ſuæ me mole premat.* Quaſi dicat, non ſufficit mihi veſtra reſponſio, vt ſolùm contra me allegetur Dei potentia & magnitudo, quia ſicut ipſe eſt fortiſsimus & maximus, ita eſt etiam iuſtiſsimus & æquitatis amator, vnde ſubditur, *Proponat æquitatē cōtra me.* Id eſt, aſsignetur ratio ad æquitatem pertinens, & ita apparebit, quòd non propter malitiā ſim punitus, vnde ſubdit, *Et perueniet ad victoriā iudiciū meum.* Quo ſcilicet contra nos contendo, aſſerens me nō pro peccatis punitum, & ne quis credat ex eo, quod dicit, quis mihi tribuat, vt cognoſcam & inueniam illum & veniat vſq; ad ſolium eius, ꝙ crederet eum corporali loco concludi, aut per creaturas ſufficienter poſſe cognoſci, ſubiungit. *Si ad orientem iero non apparet.* Vbi conſiderandum eſt, quòd ſecundū Ariſtotelem, in cœlo diſtinguuntur ſex poſitionis differentiæ, ſcilicet ſurſum & deorſum, deſtrorſum & ſiniſtrorſum, ante & retro. Principium enim motus totius firmamenti manifeſtè apparet in Oriēte. Eſt autem in quolibet animali principiū motus à dextro. Si ergo imaginemur motum firmamenti, ſicut motus vnius animalis oportebit ponere dextrum cœli in Oriēte, ſiniſtrum verò in occidente, ſurſum in meridie, deorſum verò in ſeptētrione, anterius verò in ſuperiori hemiſphærio, poſterius verò in poſteriori hemiſphærio. i. velut ſi imaginemur vnum hominem, qui ſua dextera moueret cœlū ab Oriente verſus ſuperius hemiſphæriū. Cōſequens eſſet quòd caput teneretur verſus meridiē, & poſteà verſus ſeptentrionē, & pars anterior hominis eſſet verſus ſuperius hemiſphærium, poſterius verò hominis. i. deorſum verſus inferius. Quidam tamen nō reſpicientes ad diſpoſitionem humani corporis, ſed magis ad ordinē motus cœli poſuerūt ſuperius cœli eſſe partem orientalem, eo quòd ibi incipit motus. Dextrum autem cœli in parte meridionali, verſus quam partem quò ad nos procedunt motus planetarum, vnde per oppoſitum inferius cœli intelligitur occidens. Siniſtrum autem intelligitur pars ſeptentrionalis, & hoc modo videntur hîc procedere verba Iob, nam dextrum & ſiniſtrum diuidit cōtra meridiem & ſeptentrionem, poteſt ergo ſimpliciter intelligi, quod in nulla parte cœli Deus localiter concluditur: vt ſit ſenſus. *Si ad Orientem iero non apparet.* Quaſi ibi vicinior exiſtens, ac ſi ibi localiter exiſteret. *Si ad occidentem nō intelligam illum.* Quaſi propinquiorē & ibi cōcluſum. *Si ad ſiniſtrum.* i. verſus ſeptentrionalē partem. *Quid agam nō apprehendam eum.* Quia ſcilicet nō eſt ibi corporaliter ſituatus. *Si me vertam ad dextram.* Id eſt, verſus partē meridionalem, non videbo illum quaſi exiſtentem vel poſſunt hæc verba induci non ad excludendū à Deo localem ſitum, ſed ad oſtendendum, ꝙ non poteſt ſufficienter per inferiores effectus inueniri. Inter omnes autem effectus in rebus corporalibus apparentes, vniuerſalior eſt & maior motus firmamenti, & quāuis manifeſtè appareat huius motus principium in Oriēte, tamen huius principium non ſufficienter demonſtrat infinitatem diuinæ virtutis, vnde dicit, *Si ad orientē iero.* Scilicet progreſſu meæ conſiderationis, quaſi conſiderans principium motus firmamenti, non apparet, ſcilicet ſufficienter per hanc cōſiderationē. Senſus autē effectus diuinæ virtutis in rebus corporalibus eſt motus planetarū, qui eſt ex aduerſo motus firmamenti. Vnde principium eſt in occidente, ex quo etiam non ſufficienter poteſt conſiderari virtus diuina, vnde ſubdit: *Si ad occidentem.* Scilicet iero cōſiderans principium motus planetarum, non intelligā illū, & valdè ſignāter loquitur, hîc enim motus magis intelligitur ex diuerſitate ſitus planetarum, quā appareat oculis, ex parte autem ſeptentrionali non videtur eſſe principium nobis niſi tenebrarum, quia verſus illam partem ſol nunquā accedit. Tenebræ autem impediunt actionem, ſecundum illud. Ioannis. 9. Venit nox quando homo nemo poteſt operari, vnde ſubdit, *Si ad ſiniſtram.* Scilicet per conſiderationē. *Perrexero quid agam.* Id eſt, Non inuenio ibi niſi defectū actionis, vnde nullum veſtigium dabitur ad eum cognoſcendum, vnde ſubdit: *Non apprehendā eum.* Etiam qualitercúnq;. Ex parte verò meridionali eſt nobis principium luminis propter corpora luminaria ex illa parte nobis apparētia, vnde ſubdit: *Si me vertam.* Id eſt, per cōſiderationē, *Ad dexteram.* Id eſt, ad partem meridionalem cœli. *Non videbo illum.* Quaſi dicat inueniam ibi lumē corporale, per quod tamen ipſe videri non poteſt, & quāuis tamen ipſe ſic me latitet, cum tamen non latet quæ circa me aguntur, vnde ſubdit. *Ipſe verò ſcit viam meam.* Id eſt, totum proceſſum vitæ meæ, ꝙ videtur Iob dicere contra id, quod Eliphaz ſupra induxerat ex perſona impiorum, quaſi imponendo illud Iob, nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, & quia poſſet aliquis dicere, ſi ſcit viam tuā, ergo propter peccata tua te puniuit, ipſe reſpondet. *Et probabit me, quaſi aurum quod per ignem tranſit.* Vbi primò manifeſtè exponit cauſam ſuæ aduerſitatis, quæ fuit ei inducta: vt ex ea approbatus hominibus appareret, ſicut aurū approbatur, quòd poteſt ignē ſuſtinere. Et ſicut aurum non fit verum aurum ex igne, ſed eius veritas hominibus manifeſtatur, ita Iob per aduerſitatem probatus eſt, non vt eius virtus appareret coram Deo, ſed vt hominibus manifeſtaretur, dicit autem, *probabit de futuro,* quaſi exhibens ſe per patientiam & ad futuram examinationem. Quod autem non ſit punitus pro peccato præcedenti, probat per rectitudinem vitæ ſuæ, vbi conſiderandum eſt, quod vnumquódque oſtenditur rectū per hoc, quod ſe regulæ conformatur. Eſt autem duplex regula humanæ vitæ.

¶Prima quidem eſt lex naturalis à Deo mentibus hominum impreſſa, per quam naturaliter homo intelligit, quod eſt bonum ex ſimilitudine diuinę bonitatis. In quo primò attendendum eſt, quòd homo ſecundum ſuum poſſe imitetur in ſuis affectionibus & operibus diuinæ bonitatis operationem ſecundum illud. Matt. 5. Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis pfect⁹ eſt. Eph. 5. Eſtote imitatores Dei ſicut filij chariſsimi, vnde dicit, *veſtigia eius* id eſt aliqua licèt ex parua parte ſimilitudinem bonitatis diuinæ operantis *ſequutus eſt* ſcilicet per imitationem, *pes meus,* ideſt, affectus meus, quo ad operandū procedimus. Secundò requiritur, quòd aliquis tota mēte ſollicitudinem adhibeat ad dominum imitandum: vnde ſubdit, *viam eius cuſtodiui,* quaſi ſollicitus ne ab ea recedam. Tertiò requiritur, quòd homo in ea perſeueret, & totaliter in ea maneat, nō ex parte, vnde ſubdit, *& nō declinaui ex ea,* ideſt ex nulla parte receſsi. Secunda autem regula humanæ vitæ eſt lex exterior diuinitus tradita, contra quam homo peccat dupliciter, vno quidem modo per contemptum, & contra hoc dicit, *à mandatis labiorum eius nō receſsi.* Fuerunt enim Noë aliqua præcepta diuinitus data, & fortè aliquibus alijs ſanctis viris, in quorum labijs Deus loquebatur.

¶Secundò aliquis peccat contra legem Dei per ignorantiam, vel obliuionem, & contra hoc ſubdit: *& in ſinu meo,* ideſt, in occulto cordis, *abſcondi verba eius,* ſecundum illud. Pſalm. 18. In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem tibi. Et ne aliquis diceret hanc probationem, quam induxit ex rectitudine ſuæ vitæ non eſſe conuenientem, oſtendit conſequenter, quòd de diuinis iudicijs certiſsima & demonſtratiua probatio induci non poteſt propter incomprehenſibilitatem diuinæ bonitatis, ſubdit, *ipſe enim ſolus eſt,* quaſi non habet aliquam creaturam ſimilem vel æqualem: quæ eum comprehendere poſsit, & per conſequens nec eius voluntatem, vnde ſubdit. *& nemo aduertere poteſt,* per certitudinem cognoſcere, *cogitationes eius,* ideſt, diſpoſitiones iudiciorum ipſius, & ſicut non poteſt comprehendi eius diſpoſitio, ita neque ei poteſt ab vlla creatura reſiſti, vnde ſequitur, *& anima eius,* ideſt, voluntas eius, *quodcúnque voluit hoc fecit,* quaſi nullo reſiſtere valente. Contingit autem quandóque maximè in aliquo ſapiente, qui volunta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cem suam moderatur secundum suam virtutem vltra quàm facere non potest,sed hoc ideò excludit,cũ subdit, *cùm expleuerit in me voluntatẽ suam, & alia multa similia præsto sunt ei*,quasi dicat ꝙ mihi vltra aduersitatẽ non inducat nõ est quia vltrà non posit, sed quia vltrà nõ vult,& *idcirco*,quia scilicet scio,ꝙ vltrà facere potest & nõ possum auertere,vtrũ vltra facere velit,*turbatus sum*, id est turbatio ne timoris,vnde subdit , & *considerans eum*, id est, potentiam eius, *timore sollicitor* ne scilicet adhuc me probaturus sit aduersitate grauiori.Causam autem huius sollicitudinis formidolosè assignat, per hoc quod est expertus in se diuinã percussionem, vnde subdit, *Deus mollиuit cor meum*,quasi liquefaciens ipsum firmitate securitatis sublata,& *omnipotens cõturbauit me*,id est,per omnipotẽtiam suã turbationẽ tristitiæ de præsentibus malis , & timoris de futuris induxit.Quare adhuc timet in futurũ cùm nõ sit sibi cõscius de culpa ostẽdit,subdens. *nõ enim perij*,id est aduersitatẽ passus sum, *propter immi nẽtes tenebras*,id est,errores vel peccata,quæ quidẽ imminere dicuntur,quãdo in mente hominis confirmãtur , puta cũ quis ex malitia peccat.Cõtingit autẽ quãdóq; quia malitia in homine nõ firmatur, sed ex aliqua subita passione,puta cõcupiscentiæ,vel iræ ad peccandum impellitur:& hoc à se excludit subdens,*nec faciem meam operuit caligo*,quasi non caligat oculis rationis quando propter passionem indicium eius in opere particulari decipitur.

CAP. XXIIII. LECT. I.

A *omnipotente nõ sunt abscondita tempora,qui autẽ nouerũt eum,ignorãt dies illius. Alij terminos transtulerunt diripuerunt greges, & pauerunt eos. Asinũ pupillorum abegerũt, & abstulerunt pro pignore bouem viduæ. Subuerterunt pauperũ viam, & oppresserũt pariter mãsuetos terræ. Alij quasi onagri in deserto egre diuntur ad opus suum vigilantésq; ad prædam præparant panẽ liberis. Agrũ non suum demetunt, & vineam eius, quẽ vi oppresserunt: vindemiant. Nudos dimittũt homines,indumenta tollentes: quibus nõ est operimentũ in frigore,quos imbres montium rigant, & nõ habentes velamen amplexantur lapides. Vim fecerunt depredantes pupillos, & vulgũ pauperẽ spoliauerunt. Nudis & incedentibus absq; vestitu: & esurientibus tulerũt spicas. Inter aceruos eorũ meridiati sunt,qui calcatis torcularibus sitiunt. De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulnerata rum clamauit: & Deus ignultũ abire nõ patitur. Ipsi fuerunt rebelles lumini. Nescierũt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Mane primò cõsurgit homicida,interficit egenũ & pauperẽ, per noctẽ verò erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginẽ, dicens: non me videbit oculus: & operiet vultũ suum. Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucẽ. Si subitò apparuerit aurora, arbitrãtur vmbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant. Leuis est super faciem aquæ. Maledicta sit pars eius in terra nec ambulet per viam vinearum. Ad nimium calorem transibit ab aquis niuium, & vsq; ad inferos peccatũ illius. Obliuiscatur eius misericordia. Dulcedo illius vermes. Non sit in recordatione,sed cõteratur sicut lignum infructuosum. Pauit enim sterilem & quæ nõ parit, & viduæ bene nõ fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua, & cũ steterit,non credet vitæ suæ. Dedit ei Deus locũ pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbia. Oculi autẽ eius sunt in vijs illius. Eleuati sunt ad modicũ, & nõ subsistent & humiliabuntur , sicut omnia, & auferẽtur, & sicut summitates spicarũ cõterentur. Quod si nõ est ita, quis me potest arguere esse mentitũ, & ponere ante Deũ verba mea.*

¶ In præcedenti capitulo Iob se non esse propter malitiam punitũ, dixit:vt Eliphaz afferuerat.Nunc autẽ vult manifestare,ꝙ nõ existimat Deum nõ habere curam rerum humanarũ,sicut Eliphaz ei imponebat.Est autem cõsiderandum,ꝙ aliqui ponebant Deum humanarum rerũ notitiã,& curam nõ habere,propter differentiam eius à nobis,credebant enim,ꝙ sicut propter huiusmodi distantiam nos eum cognoscere nõ valemus,ita nec ipse nos,sed hoc ipse primo excludit dicens,*ab omnipotente non sunt abscondita tempora*, quasi dicat quãuis omnipotẽs sit extra temporum mutabilitatẽ,ipse tamen temporum cursum cognoscit.Isti verò qui sunt in tempore,ita eum cognoscunt,ꝙ tamen modũ æternitatis eius comprehendere nõ valent:vnde subdit,*qui autem nouerunt eum*,idest homines temporales eius notitiam qualemcũque habentes,vel naturali cognitione,vel per fidem:vel aliqua maiori sapientiæ illustratione, *ignorant dies illius*,id est comprehendere nõ valent modum æternitatis eius,quia dixerat temporalium cursum Deo ignotum non esse,consequenter ostendit qualiter temporalia iudicat,præmittens diuersas hominum culpas.quorum quidam fraudulenter alijs inferunt nocumẽta:vnde dicit,*alij*,scilicet inter homines.*terminos transtulerunt*,furtiuè scilicet mutantes possessionum confinia,& similia fecerunt in animalibus quæ gregatim pascuntur:vnde subdit, *diripuerunt*,scilicet furtiuè,*greges*,scilicet alienos,*& pauerunt eos*:vt sic videatur esse eorum, & eorum culpam aggrauat vel exaggerat ex conditione,quibus inferunt nocumenta.Consueuerunt enim homines misereri pupillorum propter defectum ætatis & carẽtiam sustentationis parentũ, & cõtra hoc dicit, *asinum pupillorum abegerunt*.i.haberrare fecerunteum raperent,non miserantes pupillum. Similiter etiam viduarum consueuerunt homines misereri propter fragilitatem sexus:& quid destitutæ sunt virorum solatio:sed contra hoc subdit,*& abstulerunt pro pignore bouem viduæ*,quasi sub quodam colore iustitiæ eam grauantes.Consueuerunt etiam homines misereri pauperum,qui diutiarum sustentatione carent,& contra hoc subdit,*subuerterunt pauperum viam*,idest abstulerunt eis facultatem sibi necessaria procurandi eos multipliciter molestando.Solent etiam homines desistere à nocumento eorum,qui alijs nocere non cõsueuerũt,sed inter alios suauiter conuersantur,& contra hoc subdit,*& oppresserunt pariter mansuetos terræ*,qui scilicet nec prouocari,nec prouocare alios nouerant.Sunt autem quidam qui non fraudulenter,vt prædicti , sed per manifestam violentiam alijs nocent:qui ad mala facienda prorumpuntur,quasi nulla disciplina legis contineantur,de quibus subdit,*alij quasi onagri in deserto*,id est,asini syluestres,qui hominũ seruituti non subiunt,*egrediuntur ad opus suum*,id est,ad latrocinium,cui quasi propriè operi sollicitè intendunt,vnde subdit,*vigilantésque ad prædam*, scilicet diripiendam,præparant panem liberis,scilicet,suis ex præda direpta.¶ Deindè genus prædæ determinat subdẽs,*agrum non suum demetunt*, scilicet per violentiam messes alienas colligentes,*& vineam eius quem vi oppresserunt.vindemiant*,quia scilicet prius aliquẽ opprimunt ad hoc,ꝙ eius bona liberius rapiãt.Nec solũ exteriora bona p violẽtiã abstrahũt,sed etiã ea q̃ iam sunt ad vsum corporis fouẽdi assumpta:vñ subdit *nudos dimittẽs homines*.i. nihil relinquunt indumẽta tollentes,& vt magis exaggerer huiusmodi rapinæ culpã.subiũgit afflictiões,quas ex auditate patiunt,vnde dicit,*quibus nõ est operimẽtũ in frigore*, esset tm aliqualiter tolerabile,si aliũdè possent auditati subuenire,nec solùm indumenta sunt necessaria ad calefaciendum contra frigus, sed etiam ad tegumentum contra pluuiam: vnde oportet à latronibus denudatos , non solùm frigore affligi,sed etiam pluuia perfundi,& hoc est,quod subdit,*quos imbres montium rigant*, solent enim homines ad loca montana quasi vicinora confugere pro timore latronum vel hostium:vbi propter aëris frigiditatem, & frequentiores & grauiores sunt pluuiæ maximè nudis hominibus. Est autem qualecũq; nuditatis remedium, si ille qui vestimentorum operimentum non habet , saltem operimento domus non careat,sed contra hoc subdit, *non habentes velamen*. scilicet vestimenti nec domus, *amplexantur lapides*.i.absconditi se in cauernis lapidum.quæ inueniuntur in locis montanis. Vlteriùs autem exaggerat eorum culpam,ex conditione miserabilium personarum, quas grauant :vnde subdit: *vim fecerunt depredantes pupillos*, qui scilicet magis erant sustentandi,& vulgum pauperem spoliauerunt, cui scilicet magis erat subueniendum. Esset autem vtrũque tolerabile,si saltem habentibus sufficientiam subtrahere vellent , & ideò ad maiorem aggregationem iniquitatum, eorum subdit. *nudis*. i.non habentibus vestimenta. *& incedentibus absque vestitu*. i.præ nimia necessitate,etiam ad publicum sine vestibus nudis procedentibus , quod pertinet ad magnam inopiam vestitus , & vt ostendat etiam in victu eos inopiam pati , subdit. *& esurientibus*. ijs autem nihil magis auferre possunt,id modicum,quòd habent eis surripere non verentur:vnde subdit, *tulerunt spicas*: quasi dicat non tulerunt eis messem,quam non habent,sed aliquas paucas spicas,quas sibi collegerant,& si forte in aliquo abundare videntur ,illud subtrahunt, non pensantes quantam penuriam in alijs patiuntur : vnde subdit, *inter aceruos frugum*. scilicet. *meridiati sunt*. i. in meridie quieuerunt.quasi lasciuientes de bonis eorũ.*qui calcatis torcularibus sitiunt*. i.qui statim post vindemiam modicum habent de vino . nec solùm homines spoliant in rebus exterioribus, sed etiam lædunt in personis:vnde subdit, *de ciuitatibus fecerunt viros gemere*: quasi scilicet qui busdam læsis , multi ex ciuibus conturbantur , & ipsi qui læsi sunt, conqueruntur : vnde subdit, *& animæ vulneratorum clamabunt & Deus*, à quo scilicet non sunt abscondita, quæ in tempore aguntur, *inultum abire non patitur*. quod scilicet non esset,si de rebus humanis prouidentiam non haberet.Causam autem quare Deus hoc inultum abire non patitur,ostẽdit per hoc,quòd non per ignorantiam, sed per malitiam peccant,ex qua sapientiã odiunt ipsorum peccata arguentem : vnde subdit *ipsi fuerunt rebelles lumini*. scx proposito agentes.contra id,quod eis lumen rationis dictat, ficut autẽ sapientia præoccupat eos,qui eam concupiscunt, ita fugit ab eis qui ei renituntur:vnde subdit, *nescierunt vias eius*. i.habentes sensum per malitiam deprauatum,non potuerunt sapientiæ processus cognoscere. *vel nescierunt*. i. non approbauerunt.nec experiri voluerunt sapiẽtię mandata,& in pœnitẽtiã eorum demõstrat subdens, *nec reuersi sunt per semitas illius*, illi quidẽ per semitã sapientiæ reuertuntur, qui etsi sapiẽtię peccãdo rebellent,tñ pœnitẽdo ad sapientiam reuertuntur. In signũ autẽ,ꝙ spiritualis lumini sapiẽtiæ repugnẽt, inducit, quod & lumẽ exterius detestãtur tenebras amantes. secundum ꝙ dicitur. Omnis q malè agit,odit lucẽ:vñ & hoc subditur,*mane primo*, adhuc *Ioã.3.* s.existẽtibus tenebris. *consurgit homicida & interficit egenum & pauperem*. quia s. illa hora nõdum comuniter homines vadũt per viam, scilicet ali-

scilicet aliqui pauperes necessitate ducti,præoccupãt tẽpus operis, quibus latrones insidiãtur in via.Ad hoc autẽ,ꝙ de domibus aliquid furtiuè surripiant,profundioribus indigẽt tenebris,vnde subdit,*per noctẽ erit quasi fur*.s.spolians domos,quia ei primo mane facere tutum non esset:quia tunc homines euigilare incipiũt.Idem autem in adultero ostendit subdens,*oculus adulteri*, quasi scilicet insidiatur alie no toro,*obseruat caliginẽ*,vt scilicet deprehẽdi nõ possit,vnde subdit dicens,*non videbit me oculus*.i.in hoc proposito obseruat caliginem ne autem cuiusquã oculo videatur,& quia nõ sufficiat ei occultatio: noctis adhuc alias occultãdi artes assumit,vnde subdit,*& operiet vultũ suum*,qualicũque.s.mutatione habitus:& sicut ad incipiendũ opus obseruat caliginem,ita & etiã opus exequitur in tenebris,vnde subdit.*perfodiunt in tenebris domos*.s.qualicũq; fraude vel violentia obstacula auferentes,*sicut in die cõdixerãt sibi*,scilicet adulteria,*& ignorauerũt lucem*.i.dest abiecerũt in tota exæcatione nefarij operis,*si subitò*. quasi ex impræmeditato quia tẽpus eis breue videtur,dum carnali delectationi vacant,*apparuerit aurora*,quæ est diurnæ lucis principium,*arbitrantur vmbram mortis*,idest existimãt eam odiosam sicut vmbram *mortis dum seviderit suas lasciuias*,vterius non posse protrahere.Solent autem homines dupliciter à suis operibus impediri, vno modo quãdo non prosperiunt rei euentũ alio modo quãdo habent in suo proposito debile fulcimentũ,sed adulteri qui ex concupiscentia ducuntur econtrario.Primò quidẽ incõsideratè se periculis ingerunt quãuis ignorent quid sequatur.& ad hoc significadum dicit,*& sic in tenebris*.i.in dubijs & obscuris,*quasi in luce*.i. inmanifestis,*ambulãt*,idest procedunt.Secundò ex re modica & fragili magnam fiduciam capiunt,vnde subdit,*leuis est*,scilicet adulter,*super faciẽ aquæ*,quasi dicat à Deo leuiter mouetur:vt videatur ei,quòd per aliqua mollia,sicut est aqua,possit pertransire ad suum propositum perfequendũ,vel ad literã,quod dicit,*sic in tenebris quasi in luce ambulant*,potest referri ad hoc,ꝙ vterq;,scilicet adulter & adultera sua opera in tenebris agere amant,quod verò subdit,*leuis erit super faciẽ aquæ*,refertur spiritualiter ad adulterum:cui propter impetum concupiscentiæ videtur,ꝙ etiam super aquam & super quamcũq; difficultatem vel aduersitatem leuiter trãsire possit,ad hoc,ꝙ perueniat ad fruitionem rei concupitæ.Enarratis ergo diuersis generibus peccatorum,subiungit de pœna.Et primò quidem quãtum ad pœnam præsentis vitæ,cum subdit,*maledicta sit pars eius in terra*,idest vnicuique pars esse videtur,ꝙ quasi potissimum bonum defideret.Peccator autem in rebus terrenis,quasi in sua parte vltimum finẽ constituit,secundũ illud.Hæc est pars nostra & hæc est sors quæ maledicta est,quia bona huius mundi,quibus male vtitur,ei vertuntur in malum:& hoc manifestat subdens,*nec ambulet per viam vinearũ*,solent enim viæ vinearum vmbrosæ esse , vt per cõsequens temperatæ vineæ etiam ꝙ temperatum locũ requirunt,nã in locis nimis frigidis destruuntur per glaciem,& in locis nimis calidis aduruntur per calorem.Impius ergo per viã vinearũ non ambulat, quia rebus huius mundi moderatè non vtitur,sed quãdóq; declinat ad vnũ extremũ, quãdóque ad aliud,& quãtum ad hoc subdit,*ad nimiũ calorẽ trãseat ab aquis niuiũ*,quasi à cõtrario vitio in cõtrariũ trãseat,quod in medio virtutis nõ manet & ista pœna cõsequitur oẽs malos,quia inordinatus animus sibi ipsi est pœna. ¶ Deindè ponit pœnam quæ erit *Aug. 1. confes.* post mortem,cũ subdit, *& vsq; ad inferos peccatum illius*,quasi dicat non solũ in terra pars eius maledicitur,dum inordinatè vtitur rebus mũdi:sed etiã per hoc in inferno pœnas patietur,ad quas pœnas referri potest,qđ dixerat ab aquis niuiũ,&c.quia in inferno nulla erit temperies. Et ne crederet aliquis pœnas illas per Dei misericordiam finiendas,subdit,*obliuiscatur eius*.s.peccatoris in inferno damnati, *misericordia*.s.scilicet Dei,vt nunquam exinde liberetur. Qualis autẽ sit illa pœna,ostẽdit subdens,*dulcedo illius vermis*.i.delectatio peccati *Ysaiæ 66.* conuertetur in vermẽ.i.conscientiæ remorsum,de qua dicitur.Vermis eorum non morietur,vnde & huius pœnæ interminabilitatem subdit,*nõ sit in recordatione*.i.ita totaliter relinquatur à Deo sine remedio liberationis,ac si eius esset oblitus:& ponit similitudinem eũ subdit.*Sed conteratur quasi lignũ infructuosum*,arbor enim quæ non *Mat.3.* facit fructum bonum,excidetur & in ignẽ mittetur:vt dicit.Lignũ autem fructuosum præciditur,vt purgetur,secundum illud. Omnẽ *Ioã.15.* palmitẽ qui nõ fert fructum,purgabit eum,vt fructuũ plus afferat. Impij ergo puniunt ad exterminiũ,iusti autẽ ad profectũ.Quare autem infructuoso ligno cõparatur,manifestat ex duobus.Primò quidẽ quia bona sua in res inutiles cõsumpsit,vnde dicit,*pauit enim sterilẽ & quæ non parit*,& loquitur de illo qui bona sua in res inutiles cõsumpsit,ad similitudinẽ eius qui vxorẽ sterilẽm inutiliter nutrit. Secũdò quia indigẽtib⁹ nõ subuenit,qđ ei esse poterat fructuosum, vnde subdit,*& viduæ bene non fecit*. per viduã hoies indigẽtes significat:nec solũ fuit infructuosus,sed etiã fuit nociuus,sicut lignũ ꝓpe rẽs fructus venenosos,vnde subdit,*detraxit fortes in fortitudine sua*.i. potestate sua vsus est,nõ ad subueniẽdũ oppressis,sed magis ad opprimẽdũ fortes,ꝙ alijs noceret.etiã in suũ nocumẽtũ redũdat quasi.s. in se securã vitã agere nõ potest potest etiã lædi ab eis quos læserat, vnde subdit,*& cum steterit*.i.cum nihil aduersum passus fuerit,*non credet vitæ suæ*.i.non erit de vita sua securus.secundũ illud quod Eliphaz supra dixerat.Sonitus terroris semper in auribus eius & cũ pax *Capit.* sit,ille semper insidias suspicatur.Causam autẽ quare absque miseri- *15.* cordia sit puniendus assignat ex hoc,quia misericordia noluit vti dũ potuit,vnde subdit:*dedit ei dominus locũ pœnitentiæ*.s.differẽs pœnã, & hæc est ratio quare permissus est in prosperitate aliquis diu viuere,sed hoc quod Deus exhibuit ei in bonum,ipse peruertit in malũ, vnde subditur:*& ille abutitur eo in superbiam*,non attribuens diuinę misericordiæ,ꝙ post peccatum nõ statim punitur,sed ex hoc sumit peccati audaciam vsque ad Dei cõtẽptũ:& quãuis peccator tenebras quærat ad peccandũ,nõ tamẽ potest facere quin videatur vnde subdit,*oculi enim*.scilicet Dei,*sunt in viis eius*.i.cõsiderant processus eius quãuis in tenebris ambulẽt,& inde est,*quod eleuati sunt ad modicum*. id est ad aliquam terrenam sublimitatem & caducam,Deo dante eis locum pœnitentiæ *& non subsistent*.s.finaliter,quia abuturntur Dei misericordia in superbiã,& adhibet huius rei similitudinẽ. Omnia enim quæ in tempore generantur,determinato tempore crescũt & post incipiunt deijci:& tandem totaliter destruuntur,& ita contingit de impijs,vnde subdit,*& humiliabuntur sicut omnia*,quæ scilicet in tẽpore crescunt.*& auferentur*.s.totaliter quando ad summũ peruenerit,& adhibet similitudinem subdens,*& sicut summitates spicarum conterentur*,non enim conteruntur fruges,quãdiu sunt in herba & crescunt:sed quando iam ad perfectam maturitatem peruenerunt,& sic impugnẽ statim puniũtur à Deo.Sed quando ad summũ peruenerũt secundũ mensurã à Deo præuisam.Hoc autẽ induxit ad ostendẽdũ hoc,ꝙ impij statim nõ puniũtur sed prosperã vitã agunt, non ex defectu diuinæ prouidentiæ,sed ex hoc,ꝙ differt Deus pœnã in cõgruũ tẽpus,& sic patet falsum esse,quod Eliphaz ei calumniosè imposuerat de negatione prouidẽtię diuinę,vnde subdit,*quod si non est ita*,sicut prædixi de punitione malorũ,sicut vos arbitramini,credentes semper homines in hac vita puniri pro peccatis, *quis me potest arguere esse mentitum*,quia scilicet diuinã prouidentiam denegem,*& ponere ante Deum verba mea*.i verba mea in accusationem vertere coram Deo,ac si sint contra eius prouidentiam dicta.

CAP. XXV. LECT. I.

RESPONDENS *autẽ Baldad suthites,dixit. Potestas & terror apud eũ est qui facit cõcordiam in sublimibus suis. Nunquid est numerus militũ eius? Et super quẽ nõ surget lumen illius? Nũquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mũdus natus de muliere? Ecce luna etiã non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?*

¶ Iob in sua respõsione duas calumnias,quas ei Eliphaz iniecerat,in præcedenti sua respõsione,iam repulit,ostendẽs se neq; pro peccatis punitum,neq; diuinæ prouidentiæ negatorẽ. Ostẽderat autẽ valde expresse ꝙ diuinæ prouidẽtiæ nõ impugnabat,si impij in hoc mundo prosperarentur quia reseruatur eorũ pœna in aliud tẽpus,& ideò contra vlterius resistere nõ potuerunt:sed aliũ.s.ꝙ nõ fuerit pro peccatis punitus,non tam euidenter ostẽderat quin potius debilitatem suæ ostensionis significauit,cũ dixit nemo aduertere potest cogitationes eius,& ideò cõtra hoc vlterius Baldad resistere nititur,redarguẽs Iob ꝙ se asserebat non pro peccatis suis punitum:& quasi immemor verborũ Iob quibus dixerat,non sibi sufficere si cõtra eũ ex Dei fortitudine cõtendatur,à diuina potestate disputationis suæ summit exordiũ & proponit magnitudinẽ diuinæ potestatis dupliciter: primò quidẽ quãtum ad hoc,quòd potentiam exerceat in superiores creaturas,in summa pace eas confortans,vnde dicit,*potestas & terror*,ideſt ex qua timeri debet,*apud Deum est*.s.Deum,*qui facit concordiam in sublimibus suis*,in inferioribus enim creaturis discordia multiplex inuenit,tã in creaturis rationalibus:vt patet per cõtrarios motus humanarũ volũtatũ,quã in creaturis corporalibus:vt ex earum cõtrarietate apparet ꝓ quã generationi & corruptioni subdũtur,sed in superiorib⁹ corporibus nulla cõtrarietas reperit:vnde & incorruptibilia sunt:sic & superiores intellectuales,subtãtiæ etiã summa cõcordia superiorũ creaturarũ ex potestate diuina ꝓcedit.quæ superiores creaturas in perfecta suæ vnitatis participatiõe cõstituit quasi sibi ꝓpinquiores:& ideò signãter dicit,in sublimiorib⁹ creaturis,in quibus operat per ministeriũ superiorũ creaturarũ:Quarũ multitudo homini est ignorata.vnde subdit, *Nũquid est numerus militũ eius*. Milites quidã Dei vocat oẽs cœlestes virtutes,quę diuinũ nutum sequunt sicut milites obediũt duci.Harũ autẽ cœlestiũ virtutũ numerus ignotus est homini.& simile est,qđ habẽt.Qui educit in numero militiã eorũ.Et ne aliquis crederet,quod cœlestes virtutes non se haberẽt sicut milites parẽtes alieno imperio:sed sicut duces & principes ex vno arbitrio cuncta agentes,sicut existimauerũt multorum deorum cultores:subiungit,*& super quẽ non surget lumen eius*. Quasi dicat omnes cœlestes virtutes per illuminationem diuinã dirigunt, sicut homines,per hoc,qđ sup eos surgit lux solis.Proposita ergo potestate diuina accedit ad propositũ dicens,*Nunquid iustificari potest*

Universidad de Deusto
Biblioteca

homo comparatus Deo. Quasi dicat ex quo tam magnus est,& in iustitia præcellens,vt etiam in sublimibus concordiam faciat,quę est
Isa.32. iustitiæ effectus secũdum illud. Opus iustitiæ pax.omnis iusti tia hominis diuinæ iustitię comparata,quasi nihil reputabitur:nec solùm Deo homo comparatus non potest iustus videri,sed quod plus est, ei comparatus , apparet iniustus : sicut in comparatione ad res pulcherrimas:quæ quamuis pulchritudinem habent, videntur immundæ,vnde subdit.*aut apparet mundus natus de muliere*, quod signãter dicit quia ex hoc ipso,quod homo de muliere per concupiscentiam carnis nascitur,maculam contrahit. Hoc autem quod dixerat consequenter per similе confirmat cùm subdit: *ecce etiam luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.* Vbi considerãdum est quod de sole mentionẽ non facit:quia nõ apparet sensibiliter,quod ad præsentiam maioris luminis lumen eius obtenebretur. sed luna & stellæ etiam ad præsentiã corporalis solis,offuscantur. Vnde multò magis earum claritas, quasi obscuritas quædam est immensitati diuini luminis comparata: Et ex hoc cõcludit propositum subdens: *Quantò magis homo putredo, & filius hominis vermis.*scilicet non potest reputari splendens splendore iustitiæ si diuinæ iustitiæ comparetur:neque mundus per innocentiam,si comparetur puritati diuinæ. Singulariter autẽ hominem putredini cõparat quasi ex materia existẽte putrefactiõi vicina:& filiũ hominis vermi:qa vermis ex putredine generatur. Hoc autẽ inducit ad ostẽdendũ quod homo non potest quantũcũq; iustitiã & innocẽtiam suam proponere, quasi nihil reputarã in cõparatiõe ad Deum, cũ agitur de diuino iudicio.

CAP. XXVI. LECT. I.

RESpondens autem Iob,dixit. *Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? Et sustentas brachium eius qui non est fortis? Cui dedisti consilium? Forsitam illi qui non habet sapiẽtiam,& prudentiam tuam ostendisti plurimam. Quem docere voluisti? Nõne eum qui fecit spiramentum? Ecce gigantes gemunt sub aquis,& qui habitant cum eis. Nudus est infernus coram illo,& nullum est operimentum perditioni. Qui extendit aquilonem super vacuum,& appendit terram super nihilum. Qui ligat aquas in nubibus suis:vt non erumpant pariter deorsum. Qui tenet vultũ solij sui,& expãdit super illud nebulam suam. Terminum circundedit aquis, vsque dum finiantur lux & tenebræ. Cõlũnæ cœli contremiscunt,& pauent ad nutum eius. In fortitudine illius repente maria congregata sũt, & prudentia eius percussit superbum. Spiritus eius ornauit cælos, & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius. Et cum vix paruam stillã sermonis eius audierimus quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?*

¶Baldad in verbis præmissis Iob conuincere voluit ex cõsideratione diuinæ potestatis omnibus tremendæ, respectu cuius nullus potest iustitiam aut innocentiam prætendere:vt se asserat absque peccato punitum.vnde Iob triplicem respõsionem subiungit, quarum prima specialiter est contra Baldad , qui Iob terrere conatus fuerat ex consideratione diuinæ potestatis. Solent autem homines non ratione contra aliquem condemnatum vtentes,sed iudicis potentiam & sapientiam allegantes,hoc facere in iudicis fauorem. Adhibetur autẽ fauor alicui pſonæ dupliciter. Vno modo ꝓpter defectũ potẽtiæ illius cui fauet. Alio modo ꝓpter defectũ sapiẽtiæ. Quãtũ ergo ad primum dicit. *Cuius adiutor es,nũquid imbecillis?* Quasi dicat hæc quæ loquutus es nõ secundũ viam rationis,sed quasi in Dei fauorẽ. Nũquid adhuc dixisti vt ferres auxiliũ quasi infirmo. Adiuuare autẽ videt aliquẽ,qui ei ꝰ operationẽ defectũ:vnde subdit,& *sustẽtas brachiũ eius qui nõ est fortis.* Quasi dicat nũquid *vis* tu ijs verbis defendere operationẽ qua punit ꝰ ſum ab eo,ac si nõ esset fortis ad defendẽdũ. Deindè quãtũ ad fauorẽ qui alicui adhibet ꝓpter defectũ sapientiæ. Cõsiderãdũ est,qđ hic fauor est duplex. Vnus quidẽ ex hoc,qđ cõsiliũ datur alicui circa res agẽdas:& quãtũ ad hoc dicit, *cui dedisti cõsiliũ.* Videt aliquis alicui cõsiliũ dare quãdo eius causam sine rationе defendit: nõ autẽ cõsilio Deus indiget qui est in sapiẽtia perfectꝰ: vnde subdit. *Forsitã illi qui nõ habet sapiẽtiã.* Quasi dicat nũquid dubitas Deũ sapiẽtiã nõ habere,vt tã stultè pro eo loquaris. Qui autem sapiẽti cõsiliũ dat: videt hoc facere ad sapiẽtiã ostẽdendã: vnde subdit: *& prudẽtiã tuã ostẽdisti plurimã.* Quasi dicat nũquid per hoc voluisti tuæ prudẽtiæ abũdantiã ostẽtare. Alius autẽ modus fauoris cõtra defectũ sapiẽtiæ est:vt ꝙs instruat ignoratẽ circa scibilia:& quãtũ ad hoc subdit,*quẽ docere voluisti.* Visus es enim Deũ docere,inquã tũ ei ꝰ potentiã cõtra me allegasti:sed ipse doceri nõ indiget,qui est totius humanæ scientiæ causa:vnde subdit.*Nõne eũ qui fecit ſpiramẽtũ.* i. qui creauit humanã animã p quã homo & intelligit & ſpirat. Vna enim & eadẽ anima est,quæ per intellectum scientiã percipit,& per alias vires corpus viuificat.¶ Deindè ne videat in aliquo potẽtię Dei
Gen.6. derogare,cõmẽdat ipſam multo diffusiꝰ quã Baldad,enumerãs multos effectus diuinæ potẽtiæ:& incipit ab ijs quæ potẽter fecit in genere humano circa diluuiũ. Legitur enim,qđ gigãtes erãt sup terram in dieb ꝰ illis. Et postea subditur. Cũmq; vidisset Deus terrã esse corruptã:omnis quippe caro corruperat viam suam super terram. Dixit ad Noë:finis vniuersæ carnis venit super me. Et posteà subdit. Ecce ego adducam aquas diluuij super terrã,& interficiã omnẽ carnem. Hunc ergo effectũ diuinæ potentiæ ostendit subdẽs. *Ecce gigantes.* ſ. antiqui. *gemunt.* ſiu pœnis inferni.*sub aquis* i. qui fuerunt submersi aquis diluuij. Et quia nõ soli ipsi perierũt,sed multi alij cũ eis.& tũc etiã posteà subiungit. *& qui habitãt cũ eis.* ſimiliter gemũt. ſi virtute potestatis ipsius. Et ne aliquis crederet,quod diuina prouidẽtia se extenderet solũ ad iudicãdos homines in hac vita , non autẽ post mortẽ. sicut amici Iob sentire videbãtur. ad hoc excludendum subdit:*Nudus est infernus coră illo.* Quasi dicat ea quæ in inferno aguntur conſpicua sunt oculis eius , & ſecundum eius iudicium aguntur. vnde ad huiusmodi expositionẽ subdit: *& nullũ est operimẽtũ perditioni.* i. ijs qui sunt perditi in inferno vt possint ab oculis Dei occultari,sicut occultãtur à nobis. ¶ Deinde enumerat effectus diuinæ prouidentiæ in rebus naturalibus,& incipit ab extremis. ſ. à cœlo & terra,in quorũ vtrõq; aliquid apparet ex diuina potẽtia instituta, quod humanas vires excedit. Secũdũ autem id,quod ſensualiter apparet:videt cœlũ extẽsum esse sup terrã: sunt autẽ sub cœlo sicut tabernaculi pauimentũ. quicũq; autẽ tabernaculũ erigit aliquid suppõnit,quo tabernaculũ sustentat: sed hoc in cœlo nõ apparet. Nõ enim videt aliquid cœlũ sustẽtãs nisi virtus diuina. vnde dicit. *Qui extẽdit aquilonẽ sup vacuũ.* Per aquilonẽ intelligit ſuperiꝰ hemiſphęriũ,quo ad nos:nobis enim aquilonaris polus supra oriẽtẽ eleuatur. Australis verò sub orizõte deprimitur:vnde dicit,*aquilonem extendit super vacuum.* Quod de ſuperiori hemiſphærio cœli nihil nobis apparet nisi ſpatiũ aẽre plenũ:quod vulgares homines reputant vacuum, loquitur enim ſecundũ existimationẽ vulgariũ hominũ prout est mos in ſacra ſcriptura : sic etiã qui panimentũ facit super aliquid ipſum firmat:terra aũt quæ est quasi cœli fundamentũ,nõ apparet super aliquid firmata, quod eã possit ſustentare:sed ſola Dei potẽtia ſustinetur:vnde subdit, *& appendit terram ſuper nihilum.* Hæc autẽ nõ ita dicũtur,quasi cœlũ ſit ponderosum: vt indigeat ſustentamẽto ne eadat aut terra possit descẽdere, nisi vſque ad centrũ: sed ipſas naturales virtutes , quibus in ſuis locis corpora naturaliter contineantur, ex diuina potestate proceſſisse ſignificat : sicut enim motus violẽtus est à potestate humana , ita inclinatio naturalis est ex virtute diuina,quæ est naturæ principium. ¶ Deindè enumerat effectus diuinæ potẽtię in ſpatio medio,quod est inter cœlũ & terram. Et primò in aẽre in quo hoc admirabile videtur,quod aqua in aẽre ſuſpendatur vaporaliter eleuata, & non tota ſimul cadit,ſed guttatim vt apparet in pluuijs:vnde dicit,*qui ligat aquas in nubibus ſuis*, id est,eius virtute cauſatis: *vt nõ erũpat*, ſcilicet aqua pluuiatilꝭ, *pariter deorſum.* Sed guttatim ſecundũ quod expedit ad tẽperiem terræ : quaſi diuina virtute illud,quod remanet in nubibus esset ligatũ: vt non à principio cadat. Fit enim diuina virtute vt vapores nõ ſimul condenſentur:vt oporteat ſimul eos in aqua cõuerſos pariter cadere pluujis ex nubibus deorſum cadentibus. Remanent quædã vaporũ reliquiæ,ex quibus nebulæ generãtur,per quas nobis tegitur cœlum,quod est quaſi
Isa.66. ſoliũ Dei ſecundũ illud. Cœlum mihi ſedes est , & quantum ad hoc ſubdit. *Qui tenet vultum ſolij ſui.* Id est,qui tenet quaſi occultã facię cœli,quod est ſolium eius,& hoc per nebulas quibus prohibetur cœlum videre. Vñ ſubdit, *& expandit ſuper illud nebulam ſuam.* Id est, eius virtutẽ productam. ¶ Deindè ostendit effectum diuinæ potẽtiæ in aquis,cum ſubdit, *terminum circũdedit aquis.* Aquæ enim ſecundum elemẽtorum naturalẽ ordinẽ vndiq; terrã operire deberẽt, ſed quod aliqua pars terræ remaneat diſcooperta ab aquis , hoc factum est diuina virtute,quæ vſq; ad certum terminum terrã fecit operiri ab aquis,& hoc præcipuè videtur ad occeanum pertinere,quod vndique terrã circũdat, & propter hoc ſubdit: *vſque dum finiantur lux & tenebræ.* Sumitur enim lux diei & tenebra noctis ſole accedente vel recedente ab hemiſphęrio ſuperiori,quod ſupponitur nostrę habitabili,quæ quaſi vndiq; occeano concluditur. Vel potest intelligi, quod terminus aquarum inrrãſmutabilis permanebit , manẽte hoc ſtatu mundi,in quo est ſucceſsio lucis & tenebrarum. Sic ergo enumeratis effectibus diuinæ potẽtię in corporalibus creaturis,ostẽdit eius effectum in creaturis ſpiritualibꝰ,quas vocat colũnas cœli: quia ſcilicet eorum officio adminiſtratur motus cœlorum. Vnde dicit. *Columnæ cœli.* Scilicet angeli cõtremiſcẽt. *Et pauent ad nutum eius.* Id est,obediunt ei ad nutum. Et loquitur ad ſimilitudinẽ alicuius ad nutũ obedięntis Dño ꝓpter timorẽ & tremorẽ ipſiꝰ vt amor referat ad animã,tremor ad corpꝰ. Nõ est aũt putãdũ,ꝙ inferatur angelis timor pœnalis,sed eorũ reuerẽtia ad Deũ hîc timor noïatur,& ſic pauor refertꝰ ad effectũ,tremor aũt ad exteriorẽ effectũ,& qa angelis
Gen.1. aliq ſunt ꝙ à debita dei reuerẽtia diſceſſerũt. de qb ꝰ. ſup. c.4. Dictũ ẽ. In angelis ſuis reperit prauitatẽ, iõ cõſequẽter de diſtinctione bonorũ & malorũ angelorũ,ſubiũgit. Credit aũt ſimul cũ diſtinctiõe creaturę corporalis & creaturæ ſpiritualis diſtinctionẽ fuiſſe,& iõ adiũgit ꝙ huius beneficio ipſe non vult eſſe ingratus peccando,vnde ſubdit: *Non loquentur labia mea iniquitatem.* Vt ſcilicet dicam,omnes qui aduerſitatem patiuntur eſſe iniquos:*si lingua mea meditabitur mendacium.* Vt ſcilicet dicam hoc pertinere ad diuinam iuſtitiam, vt iuſtorum merita præſenti proſperitate remuneret,& iniquorũ peccata temporali aduerſitate condẽnet,& quia amici Iob ſta aſſerebant, ſubiungit: *Abſit à me vt iuſtos vos eſſe iudicem.* Non enim poterat iuſtos eos iudicare,niſi eorũ iniuſtam ſententiã approbaret per quod à ſua iuſtitia recederet,vnde ſubdit: *Donec deficiam.* Scilicet per mortem: *Non recedam.* Id eſt,propono non recedere,*ab innocentia mea.* A qua ſcilicet recederem,ſi ſanctos aduerſitatẽ in hoc mũdo patientes vobiſcum impios iudicarẽ,& ſicut ab innocentia ad nocendum trãſferri nõ propono,ita nec iuſtitiæ viam deſerere,vnde ſubdit: *Iuſtificationẽ meã.* Quæ ſcilicet pertinet ad iuſtitiæ exequtionẽ,*quam cœpi tenere.* Scilicet nõ approbãdo hominem pro proſperitate quam habet,nec condemnando pro aduerſitate quam patitur in hac vita, *non deſeram.* Scilicet declinãdo in veſtram ſententiam. Solent autem qui ſemel peccauerunt proniores eſſe ad iterato peccandũ,qui verò peccatorum ſunt inexperti,difficiliùs ad peccata prolabuntur,vnde ſubdit, *Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.* Quaſi dicat ideò confido,quòd non recedã ab innocẽtia,nec iuſtitiam deſeram,*quia hoc per experientiã didici.* Non enim habeo cõſcientiam remordentem de aliquo graui,quod cõmiſerim in tota vita mea,vel aliter potest cõtinuari,quia enim dixerat ſe non receſſurũ ab innocentia ſua,nec à iuſtificatione quam tenere cœperat. Poſſet aliquis dicere,quòd ipſe ante hoc neq; innocentiã neq; iuſtitiam habuerat, ſed ipſe hoc excludit dicens: *Nec enim reprehẽdit me cor meũ,&c.* Vt declinarem ab innocẽtia,& deſererem iuſtitiam,& impietatem ſuſtinerem,vnde ſubdit. *Sicut impius inimicus meus.* Inquãtùm ſcilicet contra veritatem diuini iudicij loquitur: *Aduerſarius meus quaſi iniquus.* Inquantùm ſcilicet iniquam ſententiam profert mihi aduerſando,dum dicit me impium eſſe quia grauiter ſum afflictus.

¶ Iis igitur præmiſsis pertinentibus ad amicorum ſuorum confutationem,& ſuæ ſententiæ firmitatẽ,accedit ad principale propoſitũ. vt ſcilicet oſtendat non eſſe contrarium diuinæ prouidentię,ſi mali in hoc mundo temporaliter proſperentur,& iuſti temporaliter affligantur,& ſupra quidẽ hoc manifeſtauerat ex futuris præmijs & flagelli: quæ reſeruãtur bonis & malis poſt hanc vitam,nunc autẽ hic oſtendit ex debilitate bonorũ temporalium,quæ mali poſsident in hac vita,& magnitudinem bonorum ſpiritualiũ,quæ bonis conceduntur. Aſſerit ergo primò inutile eſſe peccatoribus,ſi in hac vita bona temporalia cõſequantur abſq; animæ bonis,vnde dicit,quę est enim ſpes hypocritæ ſi auarè rapiat. Id eſt, ſi iniuſtè diuitias congreget. *Et nõ liberet Deus animã eius.* Scilicet à peccato per gratię dona, id eſt,quid boni potest ex hoc,& loquitur de hypocrita. ſ. ſimulatore loco omnium peccatorum,quia ſimulata æquitas est duplex iniquitas,& hypocritæ tanquã falſarij virtutis videtur maximè eſſe abominabiles apud Dominũ ſicut infra 36. dicitur. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. ¶ Oſtendit autem conſequenter eos duplici ſpe priuari,quarum vna est quã habẽt iuſti de Deo,quòd in tempore neceſſitatis eorum orationem exaudiat. ſed hoc ab impijs excludit, dicẽs: *Nunquid Deus audiet clamorẽ eius,cũ venerit ſuper illum angustia.* Quaſi dicat non,& ratio huius aſsignatur. Ex ore ſapientiæ dicentis. Vocaui & renuiſtis,& poſt pauca ſubdit,tunc ſcilicet quando veniet ſuper eos angustia inuocabunt me,& non exaudiam,& dicitur. Qui declinat aurem ſuam,ne audiat legem,oratio eius fiet execrabilis. Secũdò autem ſpes iuſtorũ eſt,ꝙ non deficit eis tẽporalis cõſolatio in tẽpore tribulationis,fruuntur delectatione diuina,& delectantur in laude ipſius,ſed hoc ab impijs excludit,ſubdens: *Aut poterit in omnipotente delectari.* Quem ſcilicet diligere in operibus comprobatur. *Et innocare Deũ omni tempore.* Ex magna enim delectatione Dei prouenit,quòd ſemper ſit in aliquorum ore laus Dei,& quia oſtenderat parum valere bona temporalia,quæ impij poſsidẽt,ſine ſpe iuſtorum,quam ſancti habent,oſtendit conſequẽter temporalia bona,quæ interdum impij poſsident,fragilia eſſe,& ad aſſertionem eorum quæ dicturus est,duo præmittit. Primò quidem,ꝙ ea quę dicturus est,ſapiẽtiæ diuinę conueniunt,vnde dicit, *Docebo vos per manum Dei.* Id eſt,per virtutem ipſius. *Quæ omnipotẽs habeat.* Scilicet in ſua ſapiẽtia quaſi certum. *Nec abſcondam.* Quæ ſcilicet Deo inſtruẽte me didici. Secundò oſtendit,ꝙ ea quæ dicturus est,tam ſunt manifeſta,vt etiam ipſi ea ignorare non poſsint,vnde ſubdit. *Ecce vos omnes noſcitis.* Scilicet vera eſſe quæ dicturus ſum,& ideò mirum est,quòd tam irrationabiliter cõtra veritatem manifeſtam loquimini,& hoc est,quod ſubdit: *Et quid ſine cauſa vana loquimini.* Id eſt, ea quæ rationis fulcimentum nõ habent. Soleot enim homines hebetes,cum cognoſcant præmiſſa,non auertere quid ex eis ſequatur. Est autem conſiderãdum,quòd cum Deus ſit creator omnium & gubernator, omnes ab eo ſuſcipiunt aliquid quaſi hæreditatem ſuam à patre,ma li autem homines ſuam partem & ſuam hæreditatem à Deo accipiunt bona temporalia huius mundi,vnde ex eorum perſona dicitur,hæc pars veſtra & hæc est ſors , econuersò autem boni percipiunt quaſi ſuam partem & hæreditatem ſpiritualia bona , ſecundũ illud. Funes ceciderunt mihi in præclaris,etenim hæreditas mea.
Psalm. 25.

præclara est mihi, deseribens ergo, quàm fragilis sit & caduca pars impiorũ, quam in rebus tẽporalibus accipiunt, dicit. *Hæc est pars impij apud Deum.* Id est, ꝙ eis in sorte venit, dum bonis spiritualia & eis tẽporalia distribuuntur. *Et hæreditas violentorũ.* Id est, iniustè acquirentium temporalia bona. *Quam ab omnipotente suscipiant.* Eo scilicet permittente & facultatẽ præbẽte, sicut suprà 22. dictum est, siue ille impleuisset domos eorũ bonis, ostendit hanc partẽ siue hæreditatem esse caducam primò quidẽ, quantùm ad hoc quod frequenter circa impiorũ prolem accidit, quę tamen inter temporalia bona potissimũ reputatur, contingit autẽ quandóq;, ꝙ impiorum filij, qui in hoc mundo prosperati sunt, occiduntur, vnde dicit. *Si multiplicati fuerint filij eius.* Quod scilicet ad magnã prosperitatem cõputabatur. *In gladio erunt.* Id est, occidentur, & quamuis rarò contingat, ꝙ diuitũ filij ad magnam paupertatẽ deueniant, tamen hoc circa nepotes & posteros frequenter contingit, vnde subdit: *Et nepotes eius non saturabuntur pane.* ſ. propter inopiam, quantùm autem ad alios familiares eius subdit. *Qui reliqui fuerint ex eo.* ſ. domestici & amici. *Sepelientur in interitu.* Id est, absq; solennitate quasi occisi, vnde & quantùm ad vxores subdit: *Et vidua illius nõ plorabunt.* Quod scilicet fieri in solennibus sepulturis. Sicut ergo fragilis est & caduca eorum fœlicitas, quantũ ad filios & amicos, ita etiam quantùm ad diuitias possessas, inter quas quædam sunt diuitiæ artificiales, scilicet pecunia, quæ est adinuenta quasi mensura cõmutationis rerum: vt Philosophus dicit, & quantùm ad hoc subdit. *Si comportauerit quasi terrã argentum.* Id est, si tantã copiam pecuniæ acquirat quanta habetur terræ. Aliæ verò sunt diuitiæ naturales, quæ scilicet homini naturali necessitate subueniunt sicut panis & victũs, & vestimenta, & alia huiusmodi, & quantũ ad hoc subdit. *Et sicut lutũ præparauerit vestimenta.* Vt scilicet tantã eorum copiam habeat: vt quantã & luti. *Præparauit quidem.* Id est, habuit sollicitudinẽ in præparando, alius tamen habebit fructum, & quãdóq; bonus qui circa hoc non sollicitatur: vnde subdit. *Sed iustus vestietur illis.* Scilicet vestimentis ad suã necessitatem. *Et argentũ innocens diuidet.* Id est, distribuet, & dabit pauperibus, nõ reseruabit coaceruatum, quod contra innocentiam esset, pertinet & ad prosperitatẽ terrenam spaciositas domorũ, sed etiam hoc ostendit esse caducum propter duo, primò quidem quia quãdóq; sibi domum ædificat per violentiam in loco alieno, à qua depellitur, vnde subdit: *Aedificauit sicut tinea domum suam.* Quæ scilicet corrodendo vestem alienam præparat sibi locũ à quo excussa veste deijcitur. Alio modo, quia & si in solo ꝓprio domũ ædificet, nõ tamen est sibi datum, vt diu illius possessionis curã & dominiũ habeat, sed ad modicum tempus, vnde subdit, *& sicut custos.* Scilicet vineæ. *Fecit vmbraculum.* Quod scilicet deijcitur finito tempore custodiæ eius. Quomodò autem acquisita bona amittat, ostendit subdens: *Diues cũ dormierit.* Id est, cùm mortuus fuerit. *Nihil ex ijs quæ possidet, secũ asseret.* Scilicet in alia via. *Aperiet oculos suos.* Scilicet in resurrectione, *& nihil inueniet.* Quasi scilicet nõ reuertetur ad tem poralia bona possidenda, quandóque & in hac vita subitò ea perdit admodum quo pluuia subitò homini superuenit: vnde subdit: *apprehendet eum quasi aqua.* ſ. pluuialis inopia, id est, subitò superueniet ei, & quãuis pluuia in die aliqualiter prouideri possit, in nocte tamẽ omninò præoccupat hominẽ, vnde subdit: *Nocte opprimet eum tempestas.* ſ. aduersitatis, id est, omninò ex improuiso. Vltimò autẽ ostendit fragilitatem mundanæ prosperitatis, quantùm ad ipsam personam hominis quæ quandóque perit per aliquam febrem vel per aliquam persequutionem, & quantũ ad hoc subdit. *Tollet eũ ventus vrẽs.* Id est, occidet eum, & *auferet.* ſ. à societate viuentium, & hoc fiet subitò, & ex improuiso: vnde sequitur. *Velut turbo rapiet eũ de loco suo.* Id est, violenter & absque mora, quãdóq; verò non ab interiori instimitate, sed ab exteriori persequutione occiditur: vnde subdit, *& mittet.* Scilicet Deus. *Super eum.* Aliquam persequutionem qui potẽtior eo sit cui non possit resistere, *& nõ parcet.* Ipse scilicet persequutor, vnde ipse impius, *de manu eius.* Id est, de potestate eius. *Fugiès fugiet.* Vel per mortem, vel postquàm occiderit non habet amplius quid faciat, eo autẽ mortuo amicis eius remanet stupor & luctus, vnde subdit: *Stringet super illum manus suas.* Quasi præ stupore. *Et sibillabit super illum.* Quasi compatiens ei. *Intuens locum eius.* Id est, considerans eius pristinam dignitatem.

CAP. XXVIII. LECT. I.

Habet argentum venarum suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in æs vertitur. Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat. Lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis, diuidit torrens à populo peregrinante eos, quos oblitus est pes egẽtis hominis & inuios. Terra de qua oriebatur panis, in loco suo igni subuersa est. Locus saphiri lapides eius, & glebæ illius aurum. Semitam ignorauit auis, nec intuitu est eam oculus vulturis. Non calcauerunt eam filij insolitorum, nec pertransiuit per eam leæna. Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes. In petris riuos excidit, & omne prætiosum vidit oculus eius. Profunda quoque fluuiorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem.

¶ Supra Iob ostenderat quam fragilis & caduca sit pars impiorum, quam à Deo recipiunt, nunc autem ostendere intendit ecotrario dignitatem spiritualis boni, quod homines iusti à Deo percipiunt etiam in hoc mundo, quod quidem spirituale bonum sub sapientia comprehendit, & ideò intendit præferre sapientiam omnibus corporalibus rebus, & quantum ad originem, & quantùm ad prætiosita tem, & incipit primò ostẽdere, ꝙ omnia quæ in rebus corporalibus prætiosa videntur, habent in certis locis originem, & incipit à metallis quæ apud homines prætiosa habẽtur. Est autẽ considerandũ, ꝙ metalla generãtur ex vaporibus humidis resolutis à terra, per virtutem solis, & aliarũ stellarũ, & in terra retentorũ, vnde & metalla ductibilia & liquabilia sunt, sicut ecotrario lapides & alia huiusmodi, quæ nõ molliũtur neq; funduntur, generãtur ex sicca halatione intra terram retenta. Diuersificãtur autẽ metallorũ species, secũdũ maiorem vel minorem puritatem vaporis resoluti, & secundum differentiam caloris digerentis, inter quæ aurum videtur purissimum, & post hoc argentum, & sub hoc æs, infimum autem ferrum, & secundum maiorem vel minorem puritatem, metalla vt plurimũ habent diuersas origines, quia ergo aurum est purissimum, inuenitur vt plurimũ generatũ in sua puritate inter arenas fluminum propter multitudinem euaporationis & caliditatem arenæ. Argentũ autẽ inuenitur vt plurimum, in quibusdam venis terræ, vel etiam lapidũ. Aes autem inuenitur: vt incorporatũ lapidibus. Ferrum autem quasi in terra fœculenta mundũ perfectã digestionem habente, vt sit peruentum vsq; ad generationem lapidis. Enumerans ergo diuersa metallorum loca dicit. *Habet argentum venarum suarum principia.* Scilicet in aliquibus determinatis locis, ex quibus tales vapores resoluuntur, qui sint apti ad generationem argenti, & sic dum miscentur terræ vel lapidi prædicti vapores, efficiuntur ibi venę argenteæ, quantum autem ad aurum subdit. *Et auro locus est in quo conflatur.* Quia scilicet ex multis arenis colliguntur quædam granula auri, quæ in vnum ligantur, quod quidem non fit in omni loco, sed in ali quo loco determinato, in quo concurrit debita proportio virtutis actiuæ ad materiam proportionatam tali speciei. Deindè quantum ad ferrum subdit. *Ferrum de terra tollitur.* Scilicet quia in terra quasi indigesta inuenitur. Deindè quantum ad æs dicit. *& lapis.* Cui scilicet vapor proportionatur naturæ eius permiscetur. *Solutus calore.* Scilicet ignis vehementis. *In æs vertitur.* Dum scilicet id, quod est ibi de natura æris per calorem ignis eliquatur. ¶ Deindè ꝓsequitur de alijs rebus quæ habent determinatum tẽpus & locum ex disposi tione diuina: vnde diuinæ cognitioni subiacent pleráque ipsorum quæ ab hominibus fiunt occulta, occultatur autem à nobis & sol & alia multa per tenebras noctis, sed hoc fit per dispositionem diuinã: vnde dicit. *Tempus posuit tenebris.* Occultantur etiam quædam quæ Deo sunt nota, nobis autem occulta: vnde subdit. *Et vniuersorum finem ipse considerat.* Id est, terminum resolutionis rerum, inueniuntur etiam quædam ab hominibus occulta propter locum inuisum, sicut quandóque sunt quidam montes inaccessibiles, in quibus sunt quædam inuisa hominibus, & quantum ad hoc subdit. *Lapidem quo que caliginis.* Id est, aliquam rupẽ alicuius excelsi montis, quæ quasi semper caligine nebularum obtegitur. *Et vmbram mortis.* Id est, aliquem locum vmbrosum inter conualles montium, ad quem vitalis calor solis nũquàm pertingit. *Diuidit torrens à populo peregrinante.* Solent enim in radicibus quorũdam montium defluere innumerabiles torrentes, ita quòd ex vna parte torrentis est via per quam peregrini transeunt, & ad aliam partem ripæ non patet accessus, contingit autem quandóque, quòd in huiusmodi accessibilibus locis ali qui rari homines habitant, ad quos etiam pauperes, qui omnia circũeunt, accedere nõ possunt propter accessus difficultatẽ: vñ subdit. *Et torrens diuidit à populo peregrinante eos.* Scilicet homines quos in locis inaccessibilibus habitantes. *Oblitus est pes egentis hominis.* Vt scilicet ad eos non accedat. *Et inuios.* Id est, propter hoc, quòd ad eos via non patet. Sunt etiam quædam loca non propter situm, sed propter aliqua accidentia inaccessibilia, putà quia per aliquam alterationem subuertuntur: vt legitur. Genes. 19. De Sodoma & Gomorrha: vnde subdit. *Terra de qua oriebatur panis in loco suo.* Id est, quasi in proprio & conuenienti loco. *Igni subuersa est.* Scilicet subuersionis eius causa ex superabundantia caloris procedit. Calore autem superabundante sequitur, ꝙ resolutiones tam siccæ, quam humidæ, ad magnã digestionẽ perueniãt: vt exinde generentur aliqua pretiosa, putà lapides vel metalla. Vnde quantum ad lapides pretiosos, qui ge nerantur ab exhalatione sicca, subdit. *Locus saphiri lapides eius.* Scilicet terræ subuersæ igni. Quantum autem ad pretiosa metalla, quæ generãtur ex vaporatiõe humida, subdit. *Et glebæ illius aurum.* Huiusmodi autẽ loca sic subuersa propter corruptionẽ aëris ex abũdãtia sulphuris, nõ solùm hoẽs virãt, sed etiã ãalia bruta: vñ primo quãtũ ad aues de quibus min⁹ videtur dicit. *Semitã.* Scilicet illi⁹ terræ, *ignorauit auis.* Quia ſ. sup eã volare nõ audet, ꝓpter aëris corruptionem, nec

nem, nec etiam appropinquare, vnde subdit. *Nec intuitus est.* Scilicet eam. *Oculus vulturis.* Qui tamen valde à remoris solet videre, vel potest aliquando exponi. *Terra illa ignorauit.* i. non est expolita ad semitam auis, quasi scilicet nec auis per eam transit. *Nec intuitus est.* Scilicet aliquis in terra illa oculos vulturis. ¶ Deindè quantùm ad homines dicit. *Non calcauerunt eam filij insolitorum.* Id est, mercatorũ, qui tamen difficilia loca solent adire ad lucrandum. ¶ Deindè quantùm ad quadrupedas subdit: *Nec pertransibit per eam leæna.* Quę sylueſtria loca inhabitat. Hæc autem quamuis hominibus siut occulta, Deum tamen non latent, qui & in montibus & in fluminibus suã virtutem exercet, vnde subdit: *Ad silicem.* Id est, ad montes lapidosos. *Extendit manum.* Id est, potestatem suam, & hoc in duobus effectibus manifestat, primò per hoc, quòd montes quãdóque funditus diruũt, & hoc est, quod subdit. *Subuertit à radicibus montes.* Secundò autẽ est, quod inter medium montiũ pertranseunt aquæ, quasi diuina virtute esset eis via excisa à Deo in petris, vnde subdit, *In petris riuos excidit.* id est, meatus riuorum, & sic potentia sua se extendit ad omnia magnifica facienda, ita eius sapientia se extendit ad omnia prætiosa cognoscenda, vnde subdit. *Et omne prætiosum vidit oculus eius.* Si enim ipse montes potest subuertere, si potest petras excidere, & similẽ potestatem excercere in totam terram, cõueniens est, quòd prætiosa videat quæ ibi latent, quamuis oculus hominis ea videre non possit. Et non solùm ea quæ latent in terris oculus eius videt, sed profunda quoque fluuiorum scrutatus est, id est, ea quæ in profundis fluuiorum latent ita perfectè cognoscit, sicut ea scrutaretur, & hoc signum est quia. *Abscondita produxit in lucem.* Ad manifestationem hominum.

LECTIO II.

Sapientia verò vbi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo prætiũ eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentiũ. Abyssus dicit nõ est in me, & mare loquitur, nõ est mecũ. Nõ dabitur auru obrizũ pro ea, nec appendetur argẽtũ in cõmutatione eius. Nõ conferetur tinctis indiæ coloribus nec lapidi sardonico prætiosissimo, vel saphiro. Non adæquabitur ei aurũ vel vitrum: nec cõmutabitur pro ea vasa auri: excelsa & eminentia, nõ cõmemorabitur cõparatione eius. Trahitur autẽ sapientia de occultis. Nõ adæquabitur ei topazius de ethiopia, nec tinctura mũdissimæ cõponentur. Vnde ergo sapientia venit, & quis est locus intelligentiæ? Abscõdita est ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cæli latet. Perditio & mors dixerũt auribus nostris auduimus famã eius. Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locũ illius. Ipse enim fines mũdi intuetur, & omnia quæ sub cælo sunt respicit. Qui fecit vẽtis pondus, & aquas appendit in mensura. Quando ponebat pluuijs legem, & viam procellis sonantibus, tunc vidit illam & enarrauit: & præparauit & inuestigauit, & dixit homini. Ecce timor domini, ipse est sapientia, & recedere à malo, intelligentia.

¶ Quia ostenderat omnia prætiosa, quæ in corporalibus inueniuntur determinatis locis cõtineri: quę si ignota sint hominibus: sunt tamen cognita Deo. Ad ostendendũ eminentiam sapientiæ primo inducit, quòd determinato loco non continetur, vnde dicit. *Sapientia verò vbi inuenitur,* quasi dicat nullo corporeo loco cõcluditur, quia non est aliquid corporale, ea verò quæ sunt in corporibus prætiosa, non solùm ipsa, sed & eorum principia locis corporalibus cõcludun tur, sed hoc de sapientia Dei nõ potest dici vnde subdit, *& quis est locus intelligẽtiæ,* intellectus enim est principiũ scientiæ & sapientię, sicut autem sapientia non concluditur loco: ita etiam nec intelligentia quæ est principium eius. Secundò ostẽdit dignitatem sapiẽtiæ eo quòd prætio estimari non potest: vnde subdit, *nescit homo prætiũ eius.* i. est nihil quod homo cognoscat esse sufficiens sapientiæ prætium, vtrũmque autem præmissorum per consequentiam manifestat, & primò quidem, quòd dixerat sapientiam in loco determinato non inueniri. Inueniuntur autem quæ apud homines prætiosa reputantur: partim quidem apud homines delitiosos, & prætiosa lapidũ & metallorum congregare nituntur: vnde subdit, *nec inuenitur in terra suauiter viuẽtium,* id est delitiosorum, quia ipsi maximè à sapiẽtiæ perceptione impediuntur cor habentes delitijs occupatum. Partim autẽ inueniũtur huiusmodi prætiosa corporalia in aliquibus ꝓfunditatibus obscuris: sed non est ita de sapientia, vnde subdit, *abyssus dicit nõ est in me,* quòd scilicet ea quæ in absconditis profundorum latent, maximè sapientiæ humanæ sunt abscondita. Partim autem inueniũtur in maritimis quia ibi generãtur sicut margaritæ in cõchis marinis, siue quia ibi depereũt in nauibus ibi submersis, sed nõ est ita de sapientia, tum etiam quia per mare solent huiusmodi prætiosa de loco ad locũ portari vnde subdit, *& mare loquitur nõ est mecũ,* quinimò ea quæ sunt in mari maximè latent sapientiam humanam.

¶ Deindè manifestat id, quod dixerat de hoc, quòd sapientia prætio estimari non potest, & enumerat ea quę sunt apud homines prætiosissima, dicẽs, *nõ dabitur aurum obrizũ,* i. purissimũ, *pro ea,* quia nullo auro potest prætiũ sapiẽtiæ estimari, post aurũ inter cætera prætiosius reputatur argentũ, de quo subdit, nec appendetur argentũ in commutatione eius. Sunt etiã præter metalla prætiosissimi lapides diuersorũ colorũ, qui maximè inueniunt⁹ in India, de quibus subditur, *non cõferetur.* i. nõ cõparabitur sapientiæ, *tinctis in die coloribus,* ideſt lapidibus prætiosis diuersis coloribus naturaliter in india tinctis, & subiũgit de quibusdã prætiosis lapidibus, qui etiam in alijs terris inueniũtur, vnde subdit, *nec lapidi sardonico prætiosissimo,* qui scilicet est compositus ex duobus lapidibus. ſ. ex sardio, qui est rubei coloris accendens animũ ad gaudiũ, & acuens ingeniũ: & conchino, qui ab eo ligatur quasi habens quasdã noxias virtutes. ſ. excitãdi tristitias & timores: cuius nocumentum refrenatur per sardiũ, vnde proprietatẽ habere dicitur quia luxuriã depellit, hominẽ castum & pudicũ reddens: vnde & prætiosissimus nominatur, subdit autẽ *& saphiro,* qui est cœlestis coloris: qui etiam prætiosus est propter multas virtutes quas habet: nec refert, ꝙ aliqui alij lapides prætiosiores sunt, quia prætia lapidum nõ sunt eadẽ nec in omnibus locis nec in omnibus temporibus. Subdit autem de ijs qui hanc habẽt prætiositatẽ ex pulchritudine, dicẽs: *non adæquabitur ei aurum,* quod habet pulchritudinem ex splendore, *vel vitrum,* quod habet pulchritudinẽ ex perspicuitate quãuis nõ sit præcellens prætij estimatione: subdit autem de ijs quæ habent pulchritudinem ex artificio, cũ dicit, *non cõmutabuntur pro ea vasa auri excelsa.* ſ. quantitate, *& eminentia.* ſ. in comparatione: & sicut non possunt pro sapientia cõmutaritia etiam omnia prædicta nihil reputantur in cõparatione ad sapientiã vnde subdit, *nec cõmemorabũtur in cõparatione eius.* i. non est dignum, ꝙ nec memoria de ijs habeatur, cũ sit de excellentia sapientiæ mentio, & quia dixerat quædam corporalia esse occulta, & ob hoc prætiosa reputantur, consequenter ostendit, ꝙ hæc etiam prætiositas sapientiæ decst, cũ subdit, *trahitur autẽ sapiẽtia de occultis,* est enim humanæ sapientiæ origo occulta dupliciter. Vno modo ex parte intellectualis luminis, quod deriuatur ad nos ab occultissima omni causa. ſ. à Deo. Alio modo ex parte rerũ cognitarũ, quare occultas ꝓprietates & ecclesiasticas sapiẽtia inquirit, ex ijs diuinorũ cognitionẽ ostẽdit quæ maxime sapientiæ appropriatur, vnde cõcludit, ꝙ neque ratione prætiositatis, neq; ratione occultationis aliquid potest ei cõparari, neq; in lapidibus prætiosis, vñ subdit, *nõ adæquabitur ei topazius de æthiopia,* qui sic vocatur à loco primeuę suæ inuẽtionis: vel quia in colore auri similitudinẽ prætendit, quantũ autẽ ad prætiosas vestes subdit, *nec tinctura mũdissimæ.* i. cuiuscũq; pãni serici vel lanei, *cõponẽtur,* ideſt cõparabuntur sapientiæ, quia ergo sapientiã incõparabilẽ dixerat & occultam habere originem inquirit vnde sit eius principiũ, cũ subdit, *vnde ergo sapientia venit, & vnde deriuatur, & quis est locus intelligentiæ,* à quo principio homines lumẽ intellectus participant. Ostendit autem hoc principium excedere omnẽ cognitionem humanam, vnde subdit, *abscondita est ab oculis omnium viuentium,* quia fons sapientiæ est verbum Dei in excelsis, vt dicitur. Fuerunt aliqui *Eccl. 1.* auguriorum sectatores, qui traderent quasdam aues augurales quendam effectum sapientiæ participare supra homines inquantùm scilicet ex eis ad homines peruenire credebant cognitionem futurorum, sed quòd sapientia hanc coniecturam excedat, ostendit subdẽs, *volucres quoque cæli latet,* per quod potest intelligi, quòd origo sapientiæ excedit cœlestia corpora à quibus huiusmodi aues mouentur. Sunt etiam aliqui qui à mortuis futurorum cognitionem exquirerent, sed nec hoc attingit ad sapientiæ originem: vnde subdit, *perditio & mors dixerunt auribus nostris, auduimus famam eius,* & rectè famam sapiẽtiæ morti & perditioni attribuit, quia perditio & mors importent recessum & elongationem à bonis quæ sapientiam consequuntur. Possunt tamen tria prædicta secundum metaphoram, ad tria rationalia creaturæ pertinere, vt quòd dicit, *abscõdita est ab oculis omnium viuentium,* referatur ad homines, quod verò subdit, *volucres cæli latet,* referatur ad angelos, quod verò additur, *perditio & mors dixerunt auduimus famam eius,* referatur ad dæmones, qui à Deo damnabiliter elongati à remotis quasi ex sola fama diuinæ sapientiæ notitiam habent. Vt ergo ostendat sapientiæ radicem, subdit *Deus intelligit viã eius,* ideſt totum sapientiæ processum, dum & ipse est & origo sapiẽtiæ & locus intelligentiæ. Et quia ipse seipsum perfectè nouit, ideò subdit, *& ipse nouit locum illius,* ideſt seipsum in quo plenè sapiẽtia inuenitur, sicut in prima origine, deriuatur autẽ sapiẽtia ab ipso in omnes creaturas, quæ per Dei sapiẽtiam fiũt, sicut *Eccl. 1.* ars deriuatur à mẽte artificis in opera eius, vnde dicitur. Quòd Deus effundit sapientiã super omnia opera sua, vnde etiam ipsa vniuersitas creaturarũ est quasi quidam sapientiæ locus. Et ideò ad ostendendum, quòd Deus cognoscit, vniuersitatem creaturarum, primò quidem hoc ostẽdit quãtũ ad extremas creaturas, super quibus aliæ continentur, vnde subdit, *ipse enim fines mũdi intuetur.* i. excellentiores creaturas, in quib⁹ ordo creaturarũ terminatur ab inferioribus ascẽdẽdo: sicut sunt cœlestia corpora & cœlestes spiritꝰ, dein de hoc ostẽdit quãtũ ad alias creaturas sub eis cõtẽtas: sicut sunt cœlestia corpora & cœlestes spiritus, vnde subdit, *& omnia quæ sub cælo sunt respicit.* Et ne aliquis crederet, quòd notitiam rei habeat à rebus acceptã, sicut nos habem⁹, ostẽdit cõsequẽter, ꝙ cognoscit res sine omni causa: vnde subdit quantùm ad quasdã creaturas, scilicet ventos & pluuias *qui fecit vento pondus,* ideſt dedit eis inclinationem motus, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet quandóque moueantur ad hanc partẽ quandóque ad illam. ¶ Deindè loquitur de pluuijs, & primò quidem secundum q̃ sunt vaporabiliter eleuatæ in nubibus, vnde subdit, *& aquas*, scilicet vaporales, *appendit*, id est appensas tenet in aëre. *& hoc in mensura*, ne scilicet si superexcederẽt, omnia submergerẽt, aut si plus debito diminuerentur, omnia siccarentur. Secundò quantùm ad ipsum generationem pluuiarum, cùm dicit, *quando ponebat pluuijs legem*, vt scilicet certis temporibus & locis descenderent. Tertiò quantùm ad effectum præcipuè in mari: quod maximè ex immutatione aëris cõ mouetur, vnde subdit, *& vitam*, scilicet ponebat, *procellis*, scilicet marinis, *sonantibus*, scilicet ex magna commotione: quia & huiusmodi procellæ certis temporibus & secundum certam quantitatem consurgunt. Quia verò ex ipsis creaturis sapientiam non acquirit sicut nos: sed potius ex sua sapientia creaturas produxit, ideò subiungit. *tunc*. Scilicet quando creaturas faciebat, *vidit illam*. Id est sapientiam. *in seipso*. Inquantùm per actualem suæ sapientiæ consideratio nem res in esse produxit: ab ipso autem sapientia deriuata est, primò quidẽ, ad angelos, qui facti sunt participes sapientiæ diuinæ: & quantùm ad hoc dicit, *& enarrauit sapientiam suam*. eis manifestando. Secundò verò ad vniuersitatem creaturarum eam per suam sapientiam disponendo: & ad hoc pertinet quod subdit, *& præparauit*. Scilicet in sapientia sua orbem terrarum. Tertiò quantùm ad homines qui non per simplicem apprehensionem percipiunt sapientiam veritatis, sicut angeli quibus enarratur: sed per inquisitionem rationis ad eam perueniunt. Vnde subdit, *& inuestigauit*. Id est, homines eam inuestigare fecit: & hoc est quod subdit, *& dixit homini*. Scilicet per interiorem inspirationem illuminando ipsum & sapientiã communicando, *ecce timor domini*. Quem scilicet præsentialiter tibi do, *ipse est sapientia*. Quia per timorem domini homo Deo inhæret in quo est vera sapientia hominis sicut in altissima omni causa. *recedere a malo*, id est, à peccato quo homo amittit Deum *est intelligentia*. Quia scilicet intelligentia præcipuè ad hoc homini est necessaria, vt per intelligentiam discernat mala à bonis, quibus euitatis per exequutionem operam ad sapientiæ diuinæ participationem perueniat: sic ergo quia timor domini est sapientia, & recedere à malo est intelligentia. Consequens est quod iusti qui Deum timent & recedunt à malo, habeant sapientiam & intelligentiam quæ præferuntur omnibus bonis terrenis, quæ mali homines possident: & sic manifestum est, quod in hoc seruatur ratio prouidentiæ diuinæ, quod iustis dentur bona spiritualia tanquàm meliora. Malis autem bona temporalia tanquàm caduca.

CAPITVLVM XXIX.

LECTIO I.

ADDIDIT *quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit: Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos: secundum dies quibus Deus custodiebat me. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Sicut fui in diebus adolescẽtia mea: quando secretò Deus erat in tabernaculo meo. Quando erat omnipotens mecum: & in circuitu meo pueri mei. Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi. Videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi: eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento & diademate iudicio meo, oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebã prædam. Dicebámque: In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea. Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebãt expectabãt sententiã, & intenti tacebãt ad consilium meũ. Verbis meis addere nihil audiebãt, & super illos stillabat eloquium meum. Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum. Si quando videbam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluissem ire ad eos, sedebã primus. Cúmque sederem quasi ex circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.*

¶ Quia Iob in præmissis verbis in vniuersali ostẽderat rationem, ex qua euidenter apparet non esse contra diuinam iustitiam, quod mali prosperãtur: & boni interdum in hoc mundo temporali prosperitate careñ: quibus concedi̇tur maiora, scilicet spiritualia bona, manifestat hoc in seipso quasi in exẽplo intendens eorũ confutare sententiam. Etiã quantũ adhoc quod asserebant eum pro peccato aduersitates passum. Et primò cõmemorat prosperitatẽ præteritã, qua virtuosè vtebatur, & deinde magnitudinẽ aduersitatis, in quã incidebat, & ad vltimũ multipliciter suã innocentiã demõstrat. Datur autẽ intelligi, quod sicut posquã satisfecerãt verbis Baldad, Sophar tacẽte processerit ad suũ propositum ostẽdendum. Ita etiã manifestato proposito, expectauit si aliquis aliorũ loqueretur. Omnibus autẽ tacẽtibus, ipse iterato sermonẽ resumpsit, vnde dicit: *Addidit ergo Iob, assumẽs parabolã suã*. Quasi scilicet metaphoricè loquuturus erat. *& dixit mihi, quis tribuat*. Quod ponitur ad desideriũ designãdum magis quàm ad petitionem formandũ. *vt sim iuxta menses pristinos*. i. vt in prosperitate viuã sicut olim: Et quia hãc prosperitatẽ nõ fortunæ neq; suis viribus, sed diuino attribuebat auxilio: subdit. *Secundũ dies quibus Deus custodiebat me*. Protegẽdo scilicet cõtra aduersa, & etiã dirigebat ad bona. In quibusdam quidem producẽdo ad bonos affectus: etiã super meã intentionem. Et hoc est, quod dicit, *quando splẽdebat lucerna eius*. Scilicet prouidentia ipsius, *super caput meũ*. i. mentem meam dirigẽs in multa bona: ad quæ mens mea non attingebat, in quibusdã verò dirigebat à Deo, quasi ab eo instructus de ijs quæ erãt agẽda. Vnde subdit, *& ad lumẽ eius*. i. adinstructionẽ ipsius. *ambulabam*. id est, procedebam. *in tenebris*. id est, in dubijs: & vt non attribuatur hoc merito iustitiæ præcedentis, subiungit: *sicut fui in diebus adolescẽtiæ meæ*. Quando scilicet adhuc non potueram tantam prosperitatem mœreri. ¶ Deindè seriatim exponit bona status præteriti: & incipit quasi à principio à familiaritate diuina, quã in oratione & contẽplatione percipiebat. vnde dicit: *Quando secretò Deus erat in tabernaculo meo*. Id est Dei præsentiã sentiebã: dum secretò in tabernaculo meo orabã, & meditabar, quod pertinet ad cõtẽplationem: quantùm verò ad actionem subdit: *quoniam erat omnipotens mecum*. Quasi scilicet mihi cooperans ad bene agendum.

¶ Deindè describit prosperitatem suam ex parte prolis, cum subdit, *in circuitu meo pueri mei*. Adolescentis enim patris filios pueros esse oportet. Vlteriùs autem procedit ad affluentiam rerum, quæ pertinent ad vsum vitæ cum subdit, *quando lauabo pedes meos butyro*. Apud antiquos enim diuitiæ præcipuè in pecudibus erant, à quibus propter hoc secundum Aug. Pecunia nominatur. Inter fructus autem pecudum pretiosior videtur esse butyrum, quod est lactis pinguedo, cuius affluẽtiam parabolicè designat per pedum lotionem, putà si aliquis diceret se tantùm sibi abundare aliquem pretiosum liquorem vsque ad pedum lotionẽ, & sicut butyrum videtur esse pretiosius inter fructus animalium, & ita etiam oleum inter fructus terrarum. Solent autem oliuæ optimum oleum habentes in locis lapidosis & arenosis esse. Vñ subdit, *& petra fundebat mihi riuulos olei*. Per quod abundantiam designat & fructus bonitatem. ¶ Deindè exponit magnitudinem pristinæ gloriæ, cum subdit, *quando procedebam ad portam ciuitatis*. Per quod dat intelligere se habuisse auctoritatem iudicandi: quia apud antiquos iudicia exercebãtur in portis. Et vt ostenderet se non fuisse quasi vnum ex pedaneis iudicibus, subdit, *& in platea ponebant cathedram mihi*. Per hoc ostenditur singularis dignitatis fuisse. Ostendit autem cõsequenter auctoritatem sui iudicij. Primò quidem per signum acceptũ ex parte iuuenum, cum dicit: *videbant me iuuenes*. Qui s. solent esse ad peccata procliues, *& abscondebantur*. Quasi s. meum iudicium formidantes. Secundò quantum ad senes cum subdit, *& senes assurgentes stabant*. Quasi. s. meo iudicio subiecti, habebat enim auctoritatem non solùm ad iudicandum iuuenes, sed etiam senes. Tertiò quãtum ad ciuitatum rectores, qui eius iudicio reuerentiam exhibebant. Primò quidẽ quantum ad hoc, quod verba inchoata dimittebãt, dũ ille loqui volebat: vnde subdit, *principes cessabant loqui*. Secundò quia eo loquente ipsum interrũpere non audebant: vnde subdit, *& digitum superponebant ori suo*. Quartò quantum ad duces bellorum, qui solent audaciores esse & promptiores ad loquendum, qui tamen coram eo præsumptuosè & tumultuosè loqui non audebant: vnde subdit. *Vocem suam cohibebant duces*. Scilicet planè & humiliter loquendo, & quandóq; in tantum stupebant, quod loqui penitus non audebãt. Vnde subdit, *& lingua eorum gutturi suo adhærebat*. Quasi loq non valerent. Et quia solent tam rigidæ auctoritatis à populo potius timeri, quàm amari, ostendit se populo amabilem fuisse: quia ad magnanimum pertinet: vt apud magnos auctoritatem seruet, & tamen in moribus cõdescendat. Vnde subdit, *auris audiens*. Scilicet ab alijs recitari. s. meam gloriam vel mea iudicia nõ odiebat, nec inuidebat, *sed beatificabat me*. i. beatum me reputabat, & beatitudinẽ mihi optabat, & hoc pertinet ad absentes. Quantum autẽ ad præsentes subdit, *& oculus videns*. Scilicet meam gloriam & iudicia. *testimonium*. s. de virtute. *reddebat mihi*. s. apud alios. & hoc propter opera miseri cordiæ quæ exercebã, & hoc primò ostendit quantum ad pauperes: vnde subdit, *eò, quod liberassem*. s. de manu opprimentis. *pauperem vociferantem*. i. conquerentẽ. Secundò quantum ad pupillos: vñ subdit, *& pupillum cui non erat adiutor*. Tertiò quantum ad homines in periculis existentes: vnde subdit. *Benedictio perituri super me veniebat*. Id est, ille qui in periculis erat à me adiutus mihi benedicebat. Quartò quãtum ad viduas: vnde subdit, *& cor viduæ consolatus sum*: Quartò quãtum ad viduas: vnde subdit, *& cor viduæ consolatus sum*: quæ scilicet solatium viri amiserat. Non est autem sic in iudicio alio quibus, ini-

quibus miserendum quod iustitia relinquatur, vnde subdit *iustitia indutus sum*. Id est vndiq; in processibus meis iustitia apparuit. Vestimento enim homo vndiq; circundatur: & vt ostendat se non esse coactum, sed voluntariè fecisse iustitiã subdit: *& vestiui me*. Quasi propria sponte iustitiam. *sicut vestimento*. s. vndiq; protegens & ornans. Sicut autẽ in congregatione bellorũ victoribus datur corona: ita etiã & iudex cũ per iudicium suum iustitiæ victoriam tribuit, coronam meretur: vnde subdit, *& diademate iudicio meo*. Ac si dicat indutus fum iudicio meo, sicut diademate: & vt ostendat quãliter simul cum iustitia poterit misericordiam cõseruare, subdit: *oculus fui cæco*. Id est, instruxi simplices qualiter in negotijs suis procederent, ne per ignorãtiam detrimentũ paterentur: & quia nõ solùm ignorantibus dabat consiliũ, sed etiam impotentibus præbebat auxiliũ, subdit: *& pes claudo*. i. illi qui nõ poterat ꝓcedere in suo negotio auxiliũ dedi: vt posit procedere. Tuebar etiã illos qui tutela carebant. vnde subdit, *Pater eram pauperũ*. s. eos ꝓtegẽdo & fauẽdo. Cõtingit autẽ quãdóq; qd̃ simplices & impotẽtes & pauperes aliqui per fraudulentiam calumniosè læduntur. Sed cõtra hoc adhibebat diligentem sollicitudinẽ, vt calumniosos proc essus malignorũ excluderet. Vnde subdit: *& causam quã nesciebam diligentissimè inuestigabã*. ne scilicet aliquid fraudis ibi lateret. Quidam verò per violentiam pauperes opprimunt, eos quodammodò per rapinã deglutientes: quorum violentiam Iob per suam potentiam destruebat. Vnde subdit: *Conterebã molas iniqui*. Id est destruebam violentiæ rapacitatẽ: ne scilicet posset vlteriùs rapere. *& de dentibus illius auferebã prædam*. quia scilicet eos restituere cogebã, totum id quod iam acceperãt per rapinã. Ex præmissis autẽ bonis operibus cõfidebat, quod eius prosperitas perduraret. Cuius cõtinuationẽ primò describit, quantũ ad propriam personã. Vnde subdit. *dicebámq; nidulo meo moriar*. id est sperabam propter præcedentia merita, quod in quiete domus meæ morituras esset, nõ exul à domo: nõ etiam domo mea perturbata. Nec tamẽ credebat se tempestiua morte præoccupari. Vnde subdit, *& sicut palma*. quæ scilicet diutissimè viuit: *multiplicabo dies*. s. per vitæ longitudinẽ. Secundò describit cõtinuitatẽ prosperitatis, quantùm ad diuitias: quarũ augmẽtum describit subdens: *Radix mea aperta est secus aquas*. Arbores enim quæ secus aquas radices habent, solent abundare in fructibus. Vnde per hoc designat tẽporalium fructuum multiplicationẽ. Contingit autẽ quandóq; quod fructus alicuius hominis multiplicãtur, sed propter aliqua impedimenta subdit: *& ros morabitur in messione mea*. Contingit enim in terris calidis, quod propter vehemẽtiam æstus messores in agro cõsistere nõ possunt ad metendum: sed nubes roris eis refrigerium præstat: vt à metendo nõ impediantur: secũdum illud. Sicut nubes roris in die- Isai. 18.
bus messis. Tertiò describit processus continuitatem: quantùm ad gloriam, cũ subdit: *Gloria mea semper innouabitur*. s. per bona opera quæ multiplicare proponebat. Quartò quantũ ad continuationem potentiæ subdit: *& arcus meus in manu mea instaurabitur*. Per arcũ enim potentia designatur. Talibus enim armis maximè orientales vtuntur ad bella. Sic igitur in præmissis describit & seueritatẽ & misericordiam, quã exhibebat in iudicãdo. Nunc autẽ tertiò ostendit quomodò etiã sapiẽtia vtebatur. Et primò quidẽ in iudicijs: & quantùm ad hoc dicit: *qui me audiebant*. s. meo iudicio subiecti. *expectabant sententiã meam*. s. credentes etiã se aliquid sapiẽtissimũ audire. quantũ verò ad consilia subdit: *& intenti tacebant ad cõsiliũ meum*. Scilicet expectãtes ipsum & auidè audientes. Et postquã consilium dederã, erant eo contẽti. vnde subdit:. *Verbis meis addere nil audebãt*. Propter scilicet magnã sapientiam quã in me existimabant: & non solùm firmũ tenebant meum cõsilium, sed etiã in eo consolabãtur. percipientes illud esse efficax ad suum propositum consequendum. vnde subdit: *Super illos stillabat eloquiũ meum*. id est, ad modũ stillarum eos refrigerabat. Quia igitur iam dixerat qualis erat in cõsilijs & in iudicijs: consequẽter ostẽdit qualis erat in cõmuni hominum conuersatione. Et primò ostẽdit quod erat gratiosus, cũ erat absens eius præsentia, desiderabatur. vnde dicit: *Expectabant me sicut pluuiam*. Per quã scilicet homines refrigerãtur. Quando autẽ erat præsens ex eius aspectu & sermonibus consolabantur. vnde subdit. *& os suum*. Id est, suum animũ aperiebant. s. versus me vt consolationem recipерent: & hoc est quod subdit, *quasi ad imbrẽ serotinũ*. Qui. s. refrigerium præstat post æstum diei. Secũdò ostendit quod erat in cõuersatione moderatus, neq; enim dissoluebatur gaudio, vnde dicit: *Si quãdo ridebam ad eos*. s. aliquã magnam lætitiã ostendens, *nõ credebant*. s. me esse risibus deditũ. Similiter etiã nõ erat per tristitiam depressus, vnde subdit. *Et lux vultus mei nõ cadebat in terra*. Solẽt enim homines in errore depressi, oculos ad terrã demersos habere. Tertiò ostendit quod erat moderatus circa honores: quia scilicet neque eos cupiebat. vnde subdit. *Si voluissem ire ad eos*. quod tamen non de facili faciebat. *sedebam primus*. s. apud eos in honore existẽs. Neque tamen erat in honoribus fastuosus, vnde subdit: *Cúmque sederem quasi ex circunstãte exercitu*. Omnibus scilicet me hincinde admirãtibus: *eram tamen mœrentium consolator*. Quasi non despicieus eos.

CAPITVLVM XXX.

LECTIO I.

NVNC *autem deridẽt me iuniores tempore quorum nõ dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quorũ virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vsta ipsa putabantur indigni. Aegestate & fame steriles, qui rodebãt in solitudine. Squallentes calamitate & miseria. Et mã debant herbas & arborum cortices, & radix iuniperorũ erat cibus eorũ. Qui de cõuallibus ista rapiẽtes, cũ singula reperissent, ad ea cum clamore currebãt. In desertis habitabãt torrentiũ, & in cauernis terræ, vel super glaream. Qui inter huiusce modi lætabãtur, & esse sub sentibus delitias cõputabãt. Filij stultorũ & ignobiliũ, & in terra penitus nõ parentes. Nunc autẽ in eorũ canticũ versus sum, & factus sum eis in prouerbium. Abominãtur me, & longè fugiũt à me, & facie meam cõspuere nõ verẽtur. Pharetrã enim suam aperuit & afflixit me, & frenum posuit in os meũ. Ad dexterã oriẽtis calamitatis meæ illico surrexerũt. Pedes meos subuerterũt, oppresserũt quasi fluctibus semitis suis. Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & præualuerũt: & nõ fuit qui ferret auxiliũ. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerũt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt. Redactus sum in nihilũ. Abstulit quasi ventus desiderium meum, & velut nubes pertransijt salus mea. Nuncautẽ in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis. Nocte os meũ perforatur doloribus, & qui me comedunt nõ dormiunt. In multitudine eorũ consumitur vestimentũ meum, & quasi capitio tunicæ succinxerunt me. Cõparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. Clamo ad te, & nõ exaudu me: sto, & nõ respicis me. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Eleuasti me, & quasi super ventũ ponens elisisti me validè. Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuẽti. Verũtamen nõ ad consumptionẽ eorum emittis manum tuam, & si corruerint, ipse saluabis. Flebã quondam super eo qui afflictus erat, & cõpatiebatur anima mea pauperi. Expectabã bona, & venerũt mihi mala, præstolabar lucẽ, & erumperunt tenebræ. Interiora mea efferbuerũt absq; vlla requie: præuenerũt me dies afflictionis. Mœrens incedebã sine furore, cõsurgens in turba clamabam. Frater fui draconum, & socius strutionum. Cutis mea denigrata est super me: & ossa mea aruerũt præ caumate. Versa est in luctũ cithara mea, & organum meum in vocem fluentium.*

¶ Postquàm enumerauerat multa ad prosperitatẽ pertinentia, quæ in tẽpore precedenti habuerat. Hic enumerat aduersitates, quas nũc patiebatur. Et primò quidem cõtra gloriam & reuerẽtiam pristinã, ostendit se in præsenti contemptui haberi. Tantò autẽ aliquis grauatur super alicuius contemptũ, quantò fuerit persona cõtemnẽtis abiectior. vnde & ostendit eos, à quibus cõtemnebatur, esse abiectos multipliciter. Primò quidẽ ex tempore, vnde dicit: *Nunc autẽ iuniores deridẽt me tẽpore*. Cõtra id quod suprà dixerat. Videbãt me iuuenes: & abscõdebantur: & senes assurgẽtes stabant. Secũdò ex ignobilitate, cùm subdit: *quorũ non dignabar patres ponere cũ canibus gregis mei*. Non reputabã eos dignos, vt eos assumerẽ ad ministeria domus meæ, quãtumcúnq; infima puta ad custodiam canum: quod per oppositũ respondet ei, quod suprà dixerat. principes cessabant loqui. Tertiò quantũ ad modicitatẽ potentiæ, vnde subdit: *quorum*. s. deridentium vel etiam patrũ ipsorum. *Quorũ virtus manuum mihi erat pro nihilo*. id est, omnem eorũ potentiam, quasi nihilũ paruipendebam. & hoc per oppositũ respõdet ei quod suprà dixerat vocẽ suam cohibebant duces. Quartò quantũ ad inhonestatem, vnde subdit: *& vita ipsa putabãtur indigni*. s. propter multitudinẽ grauium peccatorum: & hoc per oppositũ respondet ei quod suprà dixerat: Auris audiens beatificat me, &c. Quintò quantũ ad pauperrtatẽ: vnde subdit, *Egestate*. s. quantũ ad rerum defectũ. *& fame*. quantũ ad afflictionẽ inde cõsequentẽ *steriles*. id est, fructificare nõ valentes: cõtra id quod suprà de se dixerat, petra fundebat mihi riuos olei. Sextò quantùm ad graue vitam quã ducebant: vnde subdit, *qui rodebãt in solitudine*. id est, grossis cibis vtebãtur, quos in desertis quærebãt. Putà glandibus aut alijs huiusmodi: eò ꝙ fructus agrorũ non habebãt præ egestate. & huiusmodi victus effectus ostẽdit, subdens: *squalentes*. id est, deturpati. *calamitate*. quantũ ad afflictionẽ proprij corporis, & *miseria*. quantũ ad aduersitates exteriores. Exponit autem consequẽter quid rodebant: cũ subdit, *& mandebant herbas*. s. agrestes & crudas. *& arborũ cortices, & radix iuniperorũ erat cibus eorũ*. In quibus grossitiem & vtilitatẽ cibi ipsorũ demonstrat. Ostendit autẽ cõsequẽter, q̃ nec in huiusmodi tam vilib⁹ cibis abũdabãt: ostẽdens qd̃ huiusmodi cibos acquirebãt etiã laboriosè, qd̃ signat cũ dicit: *qui de conuallibus ista rapiẽtes*. i. cũ magna difficultate accipiẽtes propter asperitatem & desertum, & in parua quãtitate, qd̃ signat cũ dicit: *cũ singula reperissent*. & cũ quadã cõtentiõe, qd̃ signat cũ dicit: *ad ea cũ clamore currebant*. Vt. s. vnus aliũ sueniret, & omnia ista ꝙ oppositũ respondent ei, qd̃ suprà dixerat: Lauabã pedes meos butyro. Septimò ostendit eorũ abiectionẽ ex parte habitatiõis: qa. s. domos nõ habebãt ad manẽdum, qd̃ signat subdens: *In desertis habitabãt torrentium*. Id est in alueis torrentium desiccatis: in quibus se protegebant à calore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in cauernis terræ. ſ. propter vmbram: *vel ſuper glariam.* ſ. propter refrigerium aquæ vicinę: vel propter molitiem arenæ. Et hoc etiam eis iucundum videbatur, quando talia loca inuenire poterant ad manendum: vnde ſubdit. *Qui inter huiuſcemodi delectabantur.* Quaſi etiam talium locorum copiam non habentes, & ſi aliquando cõtingeret, quod commodiora loca inuenirent, hoc quaſi delitioſum reputabant: vnde ſubdit, *& eſſe ſub ſentibus.* Id eſt, ſub vmbra paruorum arborum, *delitias computabant.* Quia ſcilicet talis locus erat cõmodior ad manendum, quàm præmiſſa. Hoc autem videtur reſpondere per oppoſitũ ad id, quod ſuprà dixerat. In nidulo meo moriar. Enumeratis autem per ſingula miſerijs eorum: quaſi epilogãdo colligit, quod dictũ eſt ſubdens. *Filij ſtultorum.* ſ. mẽtę. *& ignobilium.* ſ. genere. *& in terra pœnitus non parentes.* i. nulla dignitate vel gloria conſpicui. Conſequẽter exponit ab eis patiebatur. Et primò quidem oſtendit, quod ab eis irridebatur ore, & in ludis, quod ſignificat cùm dicit. *Nunc in eorum canticum verſus ſum:* quia ſcilicet de eo faciebant irriſorias cantilenas, & quantum ad hoc ſubdit, *& factus ſum eis in Prouerbium.* Quia ſcilicet in cõmuni quaſi Prouerbijs vtebantur infortunijs Iob inducentes eũ in exẽplum culpæ & miſeriæ. Secũdò oſtẽdit quomodò contẽnebant eũ in corde ſuo. vnde ſubdit. *Abominabantur me.* ſ. quaſi vilem & immundum. Tertiò oſtendit quomodò contẽnebant eum facto. Primò quidẽ inquãtum eius præſentiam horrebant: vnde ſubdit, *& longè fugiunt à me.* Contrà id, quod ſuprà dixerat. Expectabãt me ſicut pluuiam. Secundò verò inquãtũ ei iniurias irrogabãt, *& faciem meam conſpuere non verentur.* ſ. in ſignũ contumeliæ & deſpectus. & ne putaretur propter aliquam culpam cõmiſſam in ſe deſpectum veniſſe. Oſtẽdit cauſam prædicti contẽptus ex parte diuinæ percuſſionis, oſtẽdens primò quidem ſe diuinitꝰ afflictum, cũ dicit. *Pharetram enim ſuam aperuit, & afflixit me.* De Pharetra ſagittæ extrahuntur, quibus aliqui vtuntur ad percutiẽdum. Per ſagittas autẽ intelliguntur diuina flagella, ſecundum quod ſuprà dixerat. Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritũ meum. Pharetra ergo Dei eſt diuina diſpoſitio, ex qua hoĩbus aduerſitates proueniunt: quæ aperta eſſe dicitur, propter abundantiam aduerſitatum, ex quibus non ſolũ exteriùs, ſed etiã interiùs ſe afflictum dicit. Secũdò aſſerit ſe impeditum à Deo, ne ſalté verbo ſuas iniurias repellere poſſit: vnde ſubdit, *& frenum poſuit in os meũ.* Quia ſcilicet per flagella diuina ſibi auferebatur audacia reſpondẽdi, & ne alij ex ipſis flagellis argumenta ſumerẽt contra eum. Oſtendit autẽ conſequenter huiuſmodi aduerſitates eſſe ſibi à Deo immiſſas, ex eò, quod præter conſuetum modũ humanarum aduerſitatum aduenerint. Quod quidẽ primò oſtenditur ex loco: vnde aduerſitates adueniunt, ſolent enim & præcipuè in terris illis impugnatiões inſurgere à parte Septẽtrionali, in qua habitant barbaræ nationes, & homines magis feroces & bellicoſi, ſecundũ illud. Ab aquilone pandetur omne malum, ſed impugnatores beati Iob proueneruũt ex parte meridiei: vbi ſolent homines minus bellicoſi & feroces habitare. Dictum eſt enim ſuprà, quòd eius aduerſitas incœpit à Sabeis qui tulerunt boues & aſinas, & pueros occiderunt: vnde dicit. *Ad dexteram Orientis.* Id eſt, ex parte meridiei, quæ eſt dextrum reſpectu Oriẽtis ſi quis enim ſe ad Orientem conuertat, meridies erit ei ad dextrum. *Calamitates meæ illico ſurrexerunt.* Id eſt, ſtatim à principio Sabeis irruentibus. Secundò oſtendit ſuas aduerſitates eſſe præter cõmunem modum, quantum ad multiplicitatem impugnationis, impugnatus enim fuit etiam quantum ad amiſsionem bonorũ, ex quibus homo habet facultatem operandi, quæ per pedes ſignificatur: vnde ſubdit. *Pedes meos ſubuerterunt.* Id eſt, omnes facultates meas deſtruxerunt, & hoc fecerunt faciliter, & taliter: vnde ſubdit. *Et oppreſſerunt.* Scilicet pedes meos. *Semitis ſuis.* Quaſi in ſuo tranſitu ſine aliqua difficultate, & exemplum addit cum dicit: *quaſi fluctibus.* Fluctus enim maris ſubitò cooperiunt terram ſiue nauem, & totaliter eam abſorbent. Subuerſis autem pedibus & facultatibus per conſequens ſequitur, quòd eius proceſſus fuerint impediti: vnde ſequitur. *Diſſipauerunt itinera mea.* Id eſt, omnes proceſſus operum meorum. Vlteriùs etiam me in perſona perſequuti ſunt & doloſè, quòd ſignificat, cùm ſubdit. *Inſidiati ſunt mihi & præualuerunt.* In hoc, quòd addit & præualuerunt. i. ſine conditione: quia non fuit qui eos impediret in hoc facto: vnde ſubdit. *Et non fuit qui ferret auxilium.* Scilicet mihi dum ab eis opprimerer, nec etiam qui eos impediret, ne ad me accederent: vnde ſubdit. *Quaſi rupto muro & aperta ianua irruerunt ſuper me.* Id eſt, ac ſi nullum obſtaculum fuiſſet, neque ex ipſa ſubſtantia negotij, quod ſignificatur per murum, neq; ex ſollicitudine humana, quod ſignificatur per ianuam, ad me autem tam liberè intrantes non ſunt miſerti: vnde ſubdit. *Et ad meas miſerias deoluti ſunt.* Id eſt, totaliter ad hoc intenderunt vt me miſerum redderent. Tertiò oſtẽdit huiuſmodi aduerſitates eſſe à Deo immiſſas, ex effectu earũ: quia ſcilicet p eas totaliter erat deſtitutus. vnde ſubdit. *Redactus ſum in nihilum.* Quaſi dicat, quòd nihil ei de priſtina proſperitate remanſerat; quæ quidẽ in duobus conſiſtebat: vno quidem modo in exterioribus rebus quę per violentiã amiſerãt: vnde ſubdit. *Abſtulit quaſi ventus.* Scilicet per violentiam. *Deſiderium meum.* Id eſt, omne deſiderabile, quod in rebus exterioribus habebam. Alio modo cõſiſtebat eius proſperitas in ſalute propriæ perſonæ, & quantum ad hoc ſubdit. *Et velut nubes.* Id eſt, ſubitò & totaliter. *Pertranſiit ſalus mea.* Scilicet meæ perſonæ, ablatis autem deſiderabilibus bonis eius anima in triſtitia remanebat: vnde ſubdit. *Nunc autem in memetipſo marceſſit.* Scilicet per triſtitiam. *Anima mea.* Non enim poterat non triſtari ſũdijs & rebus amiſsis, recedente autem ſalute corporali, conſequens erat vt etiam corporalem dolorem ſentiret, qui in die dabat ei requiem: vnde ſubdit. *Et poſſident me dies afflictionis.* Id eſt, corporalis doloris, quo etiam in nocte aggrauabatur vnde ſubdit. *Nocte os meum perforatur doloribus.* Quaſi dicat, ita in nocte increſcunt dolores mei, quòd videtur mihi, quòd peruenìat vſq; ad oſsium perforationem, cauſam autem doloris ex vulneribus putrefactis fuiſſe oſtendit: vnde ſubdit. *Et qui me comedunt.* Scilicet vermes ex putredine vulnerum generati. *Non dormiunt.* Quia ſcilicet nullam requiem ei dabant. Et vt eorum multitudinem oſtẽdat, ſubdit. *In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum.* Quaſi dicat tanta eſt vermium multitudo, quòd nõ ſolùm carnẽ comedũt, ſed etiam veſtimenta corrodunt, & vt oſtendat eos, non in vna tantum parte corporis eſſe, ſed quaſi per totum corpus vſq; ad caput diffundi, ſubdit. *Et quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me.* Quaſi dicat, præ multitudine nõ continentur ſub velamine ligaturę veſtimenti, ſed prorũpant in apertum, & circũdãt collum. Ex huiuſmodi autem pœna oſtendit ſe abominabilem hominibus factum: vnde ſubdit. *Comparatus ſum luto.* Vt ſcilicet mihi præ multitudine putredinis & vermiũ, nullus appropinquare velit, ſic nec luto. *Et aſſimilatus ſum fauillæ & cineri.* Id eſt, deiectus & contẽptus habitus. Solent autem qui ab hominibus deſpiciuntur, auxilium habere à Deo, ſed ipſe à Deo reliquebatur in temporali aduerſitate: vnde ſubdit. *Clamabo ad te.* Scilicet continuè petens liberari ab hac aduerſitate, *& non exaudies me.* Scilicet tam citò. *Sto.* Id eſt, perſeuero in orando, *& non reſpicis me.* Scilicet ab aduerſitate liberando, & ita ſi conſiderarem tantùm temporalem ſtatum, reputarem te crudelẽ & durum hoſtem: vnde ſubdit. *Mutatus es mihi in crudelem.* Secũdum ſcilicet, quòd videtur ex exterioribus flagellis, dũ nec mihi deprecãti parcis, *& in duritia manus tuæ aduerſaru mihi.* Scilicet generaliter me affligendo, & ſecundum, quod ex exterioribus apparet: videtur, quòd in malum meum mihi priſtinã proſperitatem cõceſſeris: vnde ſubdit, *elevaſti me.* Scilicet in tempore proſperitatis, *& quaſi ſuper ventum ponens.* Id eſt, in altiſsimo ſtatu inſtabili tantum ad modum venti, *Eliſiſti me validè.* Id eſt, grauiter me læſiſti: quaſi de alto in terram proijciens, & ne videretur hoc ex deſperatione dixiſſe, ſubdit. *Scio, quod morti tradas me.* Quaſi dicat, non patior hoc quaſi inexcogitata, ſed ſcio, quòd adhuc ad vlteriorem defectum deducar, ſcilicet vſque ad mortem, hoc autem dicit ſe ſcire propter conditionem mortalis vitæ: vnde ſubdit. *Vbi conſtituta eſt domus omni viventi.* Quia videlicet ad mortem omnes homines tenduut, ſicut homo ad ſuam domum, nec tamen homo per mortem totaliter conſumitur: quia remanet anima immortalis: vnde ſubdit. *Verũtamen non ad conſumptionem eorum.* Scilicet hominũ viuentiũ. *Emittis manum tuam.* Vt ſcilicet per tuã potentiã eos in nihilum redigas, *& ſi corruerint.* Scilicet per mortem. *Ipſe ſaluabis.* Animas ſcilicet beatificando, & hoc de tua benignitate ſpero quantũcũnque in temporalibus aduerſis mihi crudelis & durus videaris. *Iſs igitur præmiſsis de priſtina* proſperitate & ſubſequuta aduerſitate: quaſi ſub quodam compẽdio præmiſſa recolligit dicens. *Flebam quondam.* Scilicet proſperitatis tempore. *Super eo qui afflictus erat.* Secundum illud Apoſtoli. Flere cum ſlentibus, & compatiebar defectum patientibus, quod oſtendit ſubdens. Et *compatiebatur anima mea pauperi.* Scilicet non ſolùm in affectu, ſed etiam in effectu: vt ſuprà dixi, & pro ijs miſericordię operibus, *expectabam bona.* Scilicet proſpera huius mundi, ſecundũ opinionem amicorum ſuorum, *& venerunt mihi mala.* Id eſt, aduerſa, per quod patet eorum ſententiam eſſe falſam. *Præſtolabar lucem.* Id eſt, conſolationem vel conſilium quo à malis eriperer, *& erumperunt tenebræ.* Id eſt, amaritudinum & dubitationum. Exponit autem conſequenter mala ſuperuenientia, & incipit ab inferioribus malis, cùm dicit *Interiora mea eſſerbuerunt abſque vlla requie.* Quod poteſt referri ad infirmitatem interiorum viſcerum procedentem ex inordinati caloris, & vt huiuſmodi inquietudinem nimis tempeſtiuam oſtenderet ſubdit. *Præuenerunt me dies afflictionis.* Omnes enim homines ſenectutis tempore affliguntur, propter inualitudinem, ſed ipſe in iuuentute fuit præuentus afflictionibus. ¶Deindè quãtum ad exteriora ſubdit. Mœrẽs incedebã. i. cùm inter hoſtes ambulabã propter miſeriã & triſtitiã præcedebã, ſed licèt triſtitia ſit cauſa iræ, hoc tamẽ in me non fuit: vnde ſubdit. *Sine furore ſtitia ſit cauſa iræ, hoc tamẽ in me non fuit: vnde ſubdit. Sine furore conſurgens in turba clamaui.* Exponẽs. ſmeas miſerias, quæ ſ. partim erant ex defectu amicorum. De quibus ſubdit. Frater fui draconum. Id eſt, illi q̃ me debebãt vt fratrẽ diligere, mordebãt me: vt dracones, *& ſocius ſtrutionum.* Qui ſcilicet ſolẽt obliuiſci proprij fœtus, ita & ipſi obliti ſunt

ipſi obliti ſunt mei, vt mihi non ſubuenirent. Partim autẽ eius erat aduerſitas ex infirmitate corporali, vnde primò quantũ ad exteriora dicit: *Cutis mea denigrata eſt ſuper me.* ſ. propter interiorẽ corruptionẽ & humorũ & vermiũ. ¶Deindè quantũ ad interiora ſubdit, *Et oſſa mea aruerunt pra caumate.* i. tanta eſt vis inordinati caloris in me, ꝙ quaſi medullæ oſsium aruerunt. Partim autẽ conſiſtebat eius aduerſitas in exterioribus triſtitiæ ſignis, vnde ſubdit, quia inquẽ cõmutata erant ſigna gaudij, quæ quidem ſunt, vel muſica inſtructa, & quantũ ad hoc dicit, *Verſa eſt in luctũ cythara mea.* Quaſi dicat, ſuccedit mihi luctus cytharæ, qua ad iucunditatẽ vtebar, vel ſunt humanæ vocis cantica, vnde ſubdit. *Et organũ meum.* Quo ſcilicet vtebar ad gaudium. In vocem flentium. Scilicet verſum eſt.

CAP. XXXI. LECT. I.

PEPIGI *fœdus cũ oculis meis, vt ne cogitarẽ quidem de virgine. Quam enim partẽ haberet in me Deus deſuper, & hæreditatẽ omnipotens de excelſis? Nunquid nõ perditio eſt iniqua, & alienatio operantibus iniuſtitiam? Nónne ipſe conſiderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus, appendat me in ſtatera iuſta, & ſciat Deus ſimplicitatẽ meam. Si declinauit greſſus meus de via, & ſi ſecutus eſt oculus meus cor meũ, & ſi in manibus meis adhæſit macula: ſerã & alius comedat, & progenies mea eradicetur. Si deceptũ eſt cor meum ſuper muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum, ſcortũ alterius ſit vxor mea, & ſuper illã incuruẽtur alij. Hoc enim nephas eſt, & iniquitas maxima, ignis eſt vſq; ad perditionẽ deuorans, & omnia eradicãs genimina. Si cõtempſi ſubire iudiciũ cum ſeruo meo & ancilla mea, cũ diſceptarẽt aduerſum me. Quid enim faciã cũ ſurrexerit ad iudicandum Deus, & cũ quæſierit, quid reſpondebo illi. Nunquid nõ in vtero fecit me, qui & illũ operatus eſt, & formauit me in vulua vnus. Si negaui quod volebãt pauperibus, & oculos vidue expectare feci. Si comedi buccellam meã ſolus, & nõ comedit pupillus ex ea. Quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecũ. Si deſpexi prætereuntẽ, eo quod nõ habuerit indumentum, & abſq; operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearũ calefactus eſt. Si leuaui ſuper pupillũ manũ meam, etiã cùm viderẽ me in porta ſuperiorẽ, humerus meus à iunctura ſua cadat, & brachiũ meum cũ ſuis oſsibus confringatur. Semper enim quaſi tumẽtes ſup me fluctꝰ timui Deũ, & pondꝰ eius ferre nõ potui.* ¶Poſtquàm Iob narrauerat priſtinã proſperitatem & ſubſequentẽ aduerſitatẽ, hîc conſequenter innocẽriam ſuam oſtendit, ne credatur propter peccata in aduerſitates incidiſſe. Incipit autẽ innocentiam ſuam oſtendere per immunitatẽ à peccato luxuriæ, ꝙ proles inuoluit, quod quidem peccatũ in lubrico poſitũ eſt, & niſi aliquis principia vitet, vix à poſterioribus poſsit pedem retrahere. Primũ autẽ in hoc peccato eſt aſpectus oculorũ, quo mulier pulchra aſpicitur, & præcipuè virgo. Secũdum autẽ eſt cogitatio, tertium delectatio, quartũ cõſenſus, quintũ opus. Voluit igitur Iob principia huius peccati excludere: vt eo nõ inuolueretur, vnde dicit. *Pepigi fœdus*, id eſt, in corde meo firmaui, ſicut pacta firmantur, *cum oculo meo*, ex quorũ ſcilicet aſpectu peruenitur in cõcupiſcentiam mulierũ: & ita ab inſpiciendis mulieribus abſtinere, *vt ne cogitarem de virgine*, id eſt, vt nec primũ gradum interiorẽ attingerem. ſ. cogitationẽ, videbat enim eſſe difficile ſi in primum incideret, ſcilicet in cogitationem quin in alia laberetur, ſcilicet in delectationem & conſenſum. ¶Deindè oſtendit quare tam ſollicitè hoc peccatũ vitauerit. Et primò quidem rationẽ aſsignat ex hoc, quod per peccatũ luxuriæ homo maximè videtur à Deo diſcedere, accedit autẽ homo ad Deum per ſpirituales actus, qui maximè impediuntur per delectationẽ veneream, vnde ſubdit, *quã enim partẽ haberet Deus deſuper in me*, quaſi dicat intantũ in me Deus partẽ habet: inquantũ ad ſuperiora mea mens rapitur: ſi verò per luxuriã mens mea ad carnalem delectationem eijciatur, nullam partẽ in me Deus deſuper habebit. Cõtingit autẽ quandóq; ꝙ etiam luxurioſi ad horã aliquid de Deo ſpirituali ter cogitãt, ſed mox per delectationis cõcupiſcẽtiam ad ima vocantur, vnde pars Dei in eis firma eſſe nõ poteſt hæreditas, vnde ſubdit, *& hæreditatẽ*, id eſt, firmã poſſeſsionem, *in me*. ſ. ad inferiora prolapſo, *habero nõ poterit omnipotens de excelſis*. i. qui in excelſis habitat, vnde oportet ꝙ hęreditas eius ſit in ijs qui ſublimia perũt. ſ. ſpiritualia, nõ autẽ in ijs qui ad carnalia deſcẽdũt. Secũdò oſtẽdit cauſam, quare luxuriæ peccatũ vitauerit, ex damno, qđ homini infert, quod eſt duplex. Vnũ quidẽ corporale, dum ſcilicet homo propter peccatum luxuriæ, incurrit periculũ perſonæ & rerũ, vnde ſubdit, *nunquid nõ perditio eſt iniquo*, quaſi dicat iniquus qui hoc peccato inuoluitur in perditionẽ vadit. Aliud verò damnũ eſt impedimentũ à bonis operibus, vnde ſubdit, *& alienatio operantibus iniquitatẽ*, quia enim vehemens delectatio magis animũ ad ſe trahit. inde eſt ꝙ homines luxuriæ dediti à bonis operibus diſcedunt, & etiam à bonis prædicationibus. Tertiò aſsignat cauſam, quam conſiderat ex parte diuinæ prouidentiæ quæ omnia facta hominũ proſpicit: & ſic nullus poteſt à pœna eſſe immunis, vnde ſubdit, *nónne ipſe cõſiderat vias meas*. id eſt, proceſſum meorum operum ad remunerandum, nec ſolùm totalem proceſſum ipſe cognoſcit, ſed & ſingulas partes illius proceſſus, vnde ſubdit, *& cunctos greſſus meos dinumerat*. id eſt, omnia etiam modica quæ in actibus meis reprehẽſibilia videntur ſuo iudicio examinat purgat ſe à vitio doloſitatis, vtẽs in hoc & in omnibus ſubſequentibus quodam iuramẽto, quod ſit per execrationem dum ſcilicet homo, ſi nõ eſt verum quod dicitur obligat ſe ad pœnam, vnde dicit, *ſi ambulaui*, id eſt, ſi proceſsi, *in vanitate*, id eſt, in aliqua falſitate, dicuntur enim vana illa quæ ſoliditatẽ non habent, ſoliditas autẽ maxima eſt per veritatem, quomodò autẽ ambuletur in vanitate, oſtẽdit ſubdens, *& feſtinauit in dolo pes meus*, id eſt, affectus meus: & quæcũque altera virtus animæ eſt motionis principium ſignanter autẽ dicit feſtinauit in dolo, quia tunc homo feſtinare dicitur, quando per aliquas vias doloſas intendit velociter obtinere quod per viam veritatis cũ magna difficultate obtineretur, ꝙ autem aliquis abſq; dolo ambulat, conſiderari poteſt ex inſpectione rectitudinis iuſtitiæ, à qua doloſus declinat, vnde ſubdit, *appendat me in ſtatera iuſta*, ſcilicet Deus, vt ex eius iuſtitia diſcere naturã ego in dolo proceſſerim. Cùm autẽ dolus præcipuè in intentione cordis cõſiſtat, ille ſolus poteſt de dolo iudicare, cui patet cordis intentio. ſ. Deus, vnde ſubdit, *& ſciat Deus ſimplicitatem meam*, qę ſcilicet duplicitati doloſitatis opponitur. Dicit autem, *ſciat Deus*, non quaſi de nouo cognoſciturus: ſed quaſi alios de nouo ſcire facturus: ſed quia in ratione ſuę iuſtitiæ hoc ab æterno cognouit. Et quia viriliter à ſe dolum excluſerat, deſcendit ad quædam ſpecialia peccata, quibus aliquis doloſè rebus alienis inſidiatur, quod quidem contingit in furto & in adulterio, in furto enim aliquis doloſè inſidiatur rebus poſſeſsis à proximo, & hoc excludit à ſe dicens, *ſi declinauit greſſus meus de via*. ſ. iuſtitiæ contemnendo ipſam ex quo ſequitur ꝙ homo res proximi inſidioſo oculo videat ad rapiẽdum: vnde ſubdit: *ſi ſequutus eſt oculus meus cor meum*, id eſt, deſiderium meum, quaſi dicat ſi ad hoc habendum oculus meus intendit, quod cor deſiderauit. Tertiò autẽ contingit ꝙ homo contempta iuſtitia & intentione directa ad acquirendum quod cor concupiſcit adhibet homo manum ad rapiendum aliena, vnde ſequitur, *& manibus meis adhæſit macula*, ſcilicet per ablationem rei alienæ. Iuſtum eſt autem, vt ſi quis bona aliena rapit, & bona eius ab alijs diripiantur, vnde ſubdit, *ſeram & alius comedat*, quaſi dicat ſi bona aliena rapui, bona mea ab alijs rapiantur: quod eſt execrationis iuramenti. Solent autem homines aliena rapere, vt filijs ſuis diuitias congregent ſecundũ illud. Leo cœpit ſufficienter catulis ſuis, & ideò iuſtum eſt vt homini qui aliena rapit, nõ ſolùm ſua diripiantur, ſed etiã filij moriantur, vnde ſubdit, *& progenies mea eradicetur*, cui ſcilicet videret rapina fuiſſe conſeruata. In adulterio verò homo vxori propriæ doloſè inſidiatur, in quibus inſidijs quædam cordis deceptio præcedit dum ſcilicet ratio per cõcupiſcentiam obtenebratur, vnde ſubdit, *ſi deceptũ eſt cor meum ſuper mulierẽ*, ſcilicet alienã concupiſcendam ex quo autẽ cor à concupiſcentia mulieris vincitur, conſequens eſt vt mulierem concupitam quibuſcúnque dolis habere conetur, vnde ſubdit, *& ſi ad oſtium vicini mei inſidiatus ſum*, vt ſcilicet eius vxore abuteret, juſtè autem puniri videtur qui alienam vxorẽ adulterio poluit, quòd etiam eius vxor ab alijs poluatur, vnde ſubdit, *ſcortũ alterius ſit vxor mea*, vt ſcilicet alijs ſe venalem exhibeat, ex quo ſequitur quòd alij ea abutantur, vnde ſubdit, *& ſuper illã incurũtur alij*, ſcilicet adulterium cõmittendo. Quare autem hoc peccatũ vitauerit oſtẽdit ſubdens, *hoc enim nephas eſt*, quia ſcilicet eſt cõtra ſtatutum Dei, qui virum & mulierem in matrimonio coniunxit, & ſi conſideretur humana iuſtitia, *eſt iniquitas maxima*, quia ſcilicet quantò eſt maius bonũ quod furripitur, tantò eſt iniuſtitia maior: ſi quis enim furaretur bouem maior eſt iniquitas quã ſi furaretur ouem, vnde & maior pœna ponitur, vt habetur. Ille autẽ qui adulterium committit, maximè quid ei ſubtrahit ſcilicet vxorem, quæ eſt vna caro cũ ipſa & prolem certam, & per cõſequens totam patrimonij ſucceſsionẽ, quæ propter adulterium quandóque ad extraneum peruenit, vnde ſubdit, *ignis eſt*, ſcilicet adulterium, *vſq; ad conſumptionẽ deuorans, & omnia eradicant genimina*, dum ſcilicet filiorum ſucceſsionẽ facit incertam vnde dicitur. Mulier omnis relinquens virum ſuum pecca bit, ſtatuens hęreditatem ex alieno matrimonio. Sic ergo poſtquàm expurgauit ſe de iniuſtitia, quãtùm ad hoc quod alijs iniuriam non fecit, nec in rebus ſurripiendis, nec in perſona coniuncta abutendà, excuſat ſe conſequenter, ꝙ iniuſtitiam non incurrit per iuſtitiæ defectum, vnde ſubdit, *ſi contempſi iudiciũ ſubire cũ ſeruo meo, & ancilla mea, cũ diſceptarent aduerſum me*, quaſi dicat ſi minoribus meis iuſtitiam reddere contempſi, hæc & illa grauia mihi accidant. Quare autem eum ſeruis ſuis iudicium ſubire nõ contempſerit, oſtendit ſubdens, *cũ ſurrexerit ad iudicãdum Deus*, id eſt, cùm apparuerit iudicaturus ipſe, cuius iudicium modò deſpicitur non haberem ad cuius conſilium vel auxilium reſurgerem, nec etiam poſſem Deo rationabiliter in iudicio reſpondere, vnde ſubdit, *& cùm quæſierit*, id eſt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum facta mea examinauerit. *quid respondebo illi.* i.quam rationem reddere potero, quare cum seruis meis iudicium subire noluerim: quasi dicat nullum. Et hoc ostendit consequenter ex hoc,quòd naturaliter est eadem cõditio omnium hominum:vnde subdit, *nunquid non in vtero fecit me,qui & illum operatus est*: quasi dicat eandem animam cum seruis meis habeo à Deo creatam,corpus etiam meum eadem diuina virtute formatum est : vnde subdit, *& formauit me in pulua vnus.* s. Deus. qui & illum formauit, & ideò manifestum est, quòd cura est Deo qualiter illum tractem. ¶Postquàm igitur ostendit se non fuisse luxuriosum neque iniustum,consequenter ostendit se non fuisse immisericordem,quod quidem primò ostendit ex hoc, quòd beneficia miseris non subtraxit,solent autem quidam pauperi eleemosynam petẽti,statim à principio negare, quod petitur,quod à se excludit dicẽs, *si negaui pauperibus.quod volebant*, quidam verò non negant, sed tantùm dare differunt, quod à se excludit dicens, *& oculos viduæ expectare feci.* Alij verò nõ negant,nec dare differunt quæ petuntur,sed nihil ex proprio victu darẽt, sed hoc à se excludit ostendẽs,quòd nec modicis solus voluit vti,quin alijs cõmunicaret: vnde subdit, *si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea.* & subinferre licet, hæc vel illa grauia mihi accidant,est autem considerandum,quòd valdè signãter loquitur.Pauperes enim nõ solùm petere, sed etiam instare solent vnde beneficium misericordiæ non subtrahitur eis nisi per omnimodam negationem:viduę autem petunt quidem, sed instare verẽtur, & ideò nisi citò eis subueniatur, misericordiæ beneficio priuatur.pupilli autẽ nec petere audẽt: vnde oportet, quòd etiam eis non petentibus misericordia impendatur. Quare autem tam misericors fuerit,ostendit ex duobus Primò quidem ex antiqua cõsuetudine,quã à pueritia inchoauit : vnde subdit: *quia ab infantia mea creuit mecum miseratio.* Quãtò enim magis crescebat in annis,tantò magis in misericordiæ operibus exercebatur. Secundò quia naturalem inclinationem habebat ad misericordiam: sicut diuersi homines ad diuersas virtutes quasdam naturales inclinationes habere solent : vnde subdit, *& de vtero matris meæ egressa est mecum:* quia scilicet ex primis generãtibus sic dispositus fui:vt essem ad miserendum prõptus.Solet autem esse duplex misericordiæ impedimẽtum:quorum primus est contẽptus miseri, quem nõ reputat miseratione dignum.Consueuerunt antè despici qui vilibus induun-
Ecc.19. tur,& honorari qui vtuntur vestibus pretiosis:vnde dicitur. Quod amictus corporis enunciat de homine:sed hoc misericordiæ impedimentum à se excludit subdens. *si despexi prætereuntem.* i.quẽcũque extraneum per viam transeuntem. *& pauperem eo,quod non haberet indumentum.* s.notum. *eò,quod esset absque indumento*, subaudi hæc vel alia mihi accidant. Nec solum nõ despectum vestis carẽtibus sed etiam de vestimẽtis prouidi:vnde subdit, *si non benedixerunt mihi latera eius.* quæ.l. discooperta operui.& sic fuerunt occasio,quòd mihi benedixerunt & rationem huius exponit subdens, *& de velleribus ouium mearum calefactus est.* s.per vestimenta sibi exhibita. & est subaudiendum idem,quod est suprà. Aliud autem impedimẽtum misericordiæ est fiducia propriæ potestatis,ex qua homini videtur,quod impunè possit alios grauare,& maximè inferiores personas , & hoc à se excludit dicens. *Si leuaui super pupillum manum meam:* vt scilicet eum opprimerem. *& cum viderem me in porta*, id est,in loco iudicij. *superiorem.* i.magis potentem.Iustum est autem:vt homo mẽbris pri uetur, quibus ad iniustitiam vtitur Et ideò subiungit, amissionem quasi pœnam non solùm manus,sed etiam brachij in quo radicatur manus,& humeri,cui brachium colligatur : vnde subdit. *Humerus meus à iunctura sua cadat , & brachium meum cum suis ossibus conteratur.* Si scilicet manu mea sum abusus ad pauperum oppressionem. Ostendit autem consequenter.quare licèt esset superior,super pupillos manum non leuaret:quia scilicet & si non dimitteret propter homine
60 nem,dimitteret tamen propter Deum, cuius scilicet iudicia time bit : vnde subdit, *semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum*, & loquitur ad similitudinem in mari nauigantium,qui intumescentibus fluctibus super altitudinem nauis,timent ne ab eis submergantur,similiter timebat comminationes diuinas: quasi fluctus intumescentes & etiam auctoritati diuinæ cedebant, ex qua perhibetur pupillorum oppressio: vnde subdit. *& pondus eius.* i.auctoritatem Dei protegentis pupillos ferre non potui : quin scilicet ei me inclinarem.

LECTIO II.

70 *Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi fiducia mea. Si lætatus sum super multis diuitijs meis , & quia plurima reperit manus mea. Si vidi solem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè, & lætatum est in abscõdito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo.quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultaui, quod inuenisset eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum:vt expeterem maledicẽs animam eius. Si nõ dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius vt saturemur? Foris non mansit peregrinus,ostium meum viatori patuit. Si abscondi quasi hom, *
80 *ccatum meum, & celaui in sinu meo iniquita-*
tem meam.Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum ostium Quis mihi tribuat auditorem: vt desiderium meum audiat omnipotens, & librum scribat ipse qui iudicat:vt in humero meo portem illũ, & circũdem illum quasi coronam mihi? Per singulos gradus meos pronuntiabo illum , & quasi principi offeram eum. Si aduersum me terra mea clamat , & cum ipsa sulci eius deflent. Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi,pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro ordeo spina.

¶Postquàm Iob excusauit se de innocentia , & de immisericordia, hîc consequenter excusat se de inordinato affectu ad diuitias, quod quidem contingit dupliciter. Vno modo per hoc,quòd homo nimis de diuitijs confidit , & hoc excludit dicens, *si putaui aurum robur meum:* vt in diuitijs principaliter virtutem meam reputarem. *& si obrizo.* i.si auro purissimo dixi. *fiducia mea.* Istud es contra id, quod Apostolus dicit. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sperare 1.Tim. in incerto diuitiarum. Secundò deordinatur hominis affectus circa 6.
diuitias,per hoc,quòd nimis de diuitijs gaudet , & ideò quantum ad diuitias iam habitas,subdit. *si lætatus sum.* s.inordinatè. *super multis diuitijs meis.* quas sicut propria possidebam.Quantum autem ad acquisitionem diuitiarum subdit, *& quia plurima reperit manus mea.* Solent enim homines de ijs quæ de nouo acquirunt,magis gaudere. ¶Deindè excusat se à peccato superstitionis,quod est contra Deum, colebant autem antiquitus idolatræ stellas cœli,& præcipuè luminaria,propter maximam eorum claritatem, & hoc à se excludit dicẽs, *si vidi solem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè*, propter quæ scilicet ab idolatris colũtur, *& lætatum est in abscondito cor meum:* quasi inferiori cultu eis deuotus existens,& quantum ad exteriorem cultũ subdit, *& osculatus sum manum meam ore meo:* quasi in eorum reuerentiam. Et quare hoc vitauerit ostendit subdẽs, *quæ est iniquitas maxima*, si enim iniquum est: vt cò,quod est vni homini debitũ, alteri exhibeatur,maximè videtur esse iniquum : vt cultus Deo debitus exhibeatur creaturæ. Et quia impossibile est,quòd homo simul Deo & creaturæ exhibeat latriam, ideò subdit, *& negatio contra Deum altissimum*, si enim quibusdam creaturis nomen Dei per participationem attribuatur : soli tamen Deo altissimo latriæ cultus debetur , qui vocatur altissimus etiam si alijs talis cultus exhibeatur. ¶Ijs igitur præmissis, quæ pertinent ad communem iustitiam subiungit quædam quæ pertinent ad perfectionem virtutis , inter quæ primò odium inimicorum excludit , quod maximè manifestatur, quãdo aliquis gaudet de totali ruina eius , & hoc excludit à se dicẽs, *si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat:* vel de aliquo malo ei superueniẽte,quod à se excludit subdens, *& si exaltaui, quod inuenisset eum malum.* i.ex insperato ei superuenisset. Et quare hoc vitauerit, ostendit subdens. *Non enim dedi ad peccandum guttur meum:vt expeterem maledicẽs animam eius.* Naturaliter enim homo desiderat ea,de quibus gaudet , & desiderium interius explicat verbis , consequens igitur est : vt si aliquis de malis alicuius gaudeat ,quòd ea desideret , & per consequens , quòd maledicendo ei malum imprecetur. ¶Deindè perfectionem suæ virtutis ostendit quãtum ad superabundantiam bonorum,quæ alijs exhibuit.Et primò quidem quãtum ad domesticos suos dicit. *Si non dixerunt viri tabernaculi mei , quis det de carnibus eius:vt saturemur?* Cùm enim aliquid animę est delectabile ad vsum comestionis , desiderant homines eius carnibus saturari. Per hoc ergo dat intelligere,quòd eius conuersatio tantum fuit suis domesticis grata , quòd eius carnali præsentia cuperent saturari. Quantum autem ad extraneos subdit, *foris non remansit peregrinus: ostium meum viatori patuit:* vt.s.ei non esset difficilis ingressus. Vlteriùs ad ostendendã suæ virtutis perfectionem,quantum ad exclusionem timoris inde bibi. Solẽt autem homines propter confusionis timorẽ, interdum contra iustitiam suã culpam occultare:vel eã negãdo, quod à se excludit dicẽs, *si abscondi quasi homo.* i.sicut homines solẽt facere. *peccatum meum*, illud scilicet indebitè negãdo vel excusãdo : vel etiã astutijs aliquibus palliãdo:vnde subdit. *& celaui in sinu meo.* i.per aliquã occultã simulationem, *iniquitatem meam*, cum scilicet eã confiteri tenerer. Consequenter autẽ excludit à se inordinatum timorẽ corporalium periculorum, qui quidẽ maximè solet procedere ex multitudine cõtra hominẽ insurgente.secundum illud. A tribus timuit cor meum, Ecc.26.
zelaturam ciuitatis,& collectionem populi,&c.vnde dicit,*si expaui* ad multitudinẽ nimiam,addit*ur* autẽ hunc timorẽ,si homo despicitur à propinquis,à quibus iuuari debuerit: vnde subdit, *& despectio propinquorũ terruit me.* Solẽt autẽ homines ſpauidi in cõtrarijs incidere in præsumptionẽ,& quandóq; quidẽ saltẽ verbis loquitur cõtra fortiores,& hoc à se excludit dicens, *& non magis tacui.* Quinq; autẽ vlteriùs ꝓcedunt:vt præsumptuosè multitudinẽ aduersariorũ inuadãt,sed hoc excludit dicẽs, *& nec egressus sum ostium.* Et qa multa & magna de se diximus sup ijs diuinũ testimoniũ iuocat:vñ subdit, *quis mihi tribuat auditorem.* q.s.mecũ interpellet ad Deũ,& ad qd adiuuari velit ostẽdit subdẽs: *vt desiderium meũ audiat omnipotẽs*, & quod
fit suum desi-

fit suum desiderium exponit subdens, *& librum scribat*, scilicet meæ accusationis super præmissis , *ipse qui iudicat*, scilicet omnes actus humanos. scilicet interiores & exteriores. Et siquidem per huius libri testimonium , id est , per certam veritatis manifestationem ego culpabilis appearem,volo portare pœnã, vnde subdit, *in humero meo portem illum*, si verò manifestata virtute cõmendabilis appearem,exinde coronam præmij accipiam vnde subdit, *& circundem illum quasi coronã mihi* , per quod dat intelligere suum desiderium esse,vt qui iniustè condemnabatur ab amicis iusto Dei iudicio refer uetur. Prædicto autẽ libro diuinũ testimonium se non contradicturum promittit, vnde subdit,*per singulos gradus meos*,id est , processus operum meorũ,*pronuntiabo illum*,id est,confitebor illi veritatẽ diuini testimonij:nec recusãbo subire sententiam,secũdum testimonium diuinũ, vnde subdit,*& quasi principi offeram eum*,scilicet gratanter ferens vt secundum diuinum testimonium cum eo agatur. ¶Deindè excludit à se vitium superfluæ cupiditatis , etiam in rebus acquirẽdis ex proprijs possessionibus,quod quidem dupliciter manifestatur. Vno modo per hoc quod homo per nimium cultũ super fluos fructus à suis possessionibus extrahere nititur , & ad hoc excludendũ metaphoricè subdit,*si aduersum me terra mea clamat*,quasi non permiserim eam quiescere,sed nimis eam coluerim:vnde subdit,*& cũ ipsa sulci eius deflent*, & loquitur per similitudinẽ hominis qui nimis angariatetur. Alio modo manifestatur superflua cupiditas,per hoc ꝙ homo operarijs pretiũ denegat laboris : vnde subdit, *si fructus eius comedi absq; pecunia*,scilicet soluta operarijs,*& animam agricolarũ eius afflixi*,scilicet nimis cogẽdo ad laborandũ,vel mercedem subtrahendo. Est autẽ debitum,vt qui superflua & inconsueta cupit,etiam debita & consueta perdat,vnde subdit, *pro frumento*, quo scilicet seminatur ad victũ hominis , *oriatur mihi tribulus*, qui scilicet non solùm est inutilis: sed & pugitiuus, *& pro ordeo* , quod scilicet seminatur in cibum iumentorũ,*spina*,quæ scilicet etiam iumenta pungendo lædit quibus præmissis subditur epilogus , cũ dicitur,*finita sunt verba Iob*,quæ scilicet adduxit ad suæ sententiæ assertionem,nihilque post hoc proposuit.

CAPITVLVM XXXII.

LECTIO I.

OMISERVNT autem tres viri isti respondere Iob , eò quod iustus sibi videretur. Et iratus , indignatúsque est Eliud filius Barachel Buzites,de cognatione Ram. Iratus est autẽ aduersum Iob, eo quod iustũ se esse diceret coram Deo. Porrò aduersum amicos eius indignatus est , eò quod non inuenissent responsionem rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob. Igitur Eliud expectauit Iob loquẽtẽ,eò quod seniores essent qui loquebãtur. Cùm autẽ vidisset quod tres respondere non potuissent, iratus est vehementer. Respondénsq; Eliud filius Barachel Buzites dixit. Iunior sum tempore,vos autẽ antiquiores. Ideircò demisso capite veritus sum vobis indicare meam sententiam. Sperabã enim quod ætas prolixior loqueretur, & annorũ multitudo doceret sapientiam. Sed vt video, spiritus est in hominibus: & inspiratio omnipotẽtis dat intelligentiam. Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium. Ideò dicã audite me,ostendã vobis,etiã ego meam sapientiã. Expectaui enim sermones vestros: audiui prudentiam vestram. Donec disceptaremini sermonibus vestris, & donec putabã vos aliquid dicere,cõsideraham. Sed vt video , non est qui possit arguere Iob & respondere ex vobis sermonibus eius. Ne fortè dicatis inuenimus sapientiã,Deus proiecit eum nõ homo. Nihil loquutus est mihi, & ego nõ secũdum sermones vestros nõ respondebo illi. Extimuerunt,nec respondẽrũt vltrã, abstulerũntq; à se eloquium. Quoniã igitur expectaui, & nõ sunt loquuti:steteriũt,nec respõderunt vltrã, respondebo & ego partẽ meam, & ostendam scientiã meam. Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei. Ecce vẽter meus quasi mustum absq; spiraculo,quod lagunculas nouas dirumpat. Loquar , & respirabo paululum: aperiam labia mea. & respõdebo. Non accipiã personam viri, & Deum homini non æquabo. Nescio enim quandiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.

¶Finita disputatione Iob & trium amicorũ eius , subditur disputatio Eliud contra Iob, qui quidem quibusdã acutioribus rationibus contra Iob vtitur,quàm priores,& magis ad veritatẽ accedit, vnde & Iob ei nõ respondet,licèt tamen in aliquo à veritate deuiet, & dicta Iob sinistrè interpretetur, vt infrà patebit. Prætermittitur autẽ causa ex qua motus fuit ad loquẽdum, scilicet ex indignatione contra Iob & cõtra amicos eius. Præmittit ergo trium amicorũ silentium,cùm dicit, *Omiserunt autẽ tres viri isti*,scilicet de quibus suprà habitũ est,*respondere Iob*. Vbi notãdum est,quod eos viros nõ nominaret,si nõ fuisset res gesta, sed parabola confictа. Causam autẽ silentij ostendit subdens,*eò quod iustus sibi videretur*. Multa enim dixerat Iob quæ ad suæ iustitiæ ostensionẽ pertinebant,quibus prædicti tres viri contradicere nõ valebant: Ex vtróq; horũ scilicet ex silentio amicorũ:& ex hoc quod Iob sibi iustus videbatur, cõmotus fuit Eliud,quia stabat ad iram,& ideò subditur,*& iratus*.s.in corde. *indignatiõq;*.s.ostendendo iræ signa exteriùs, *est Eliud*. In quo describitur ex nomine,*filius Barachel*.In quo describit ex origine. *Buzites*. In quo describitur ex patria, *de cognatione Ram*.In quo describit ex genere:quæ tota descriptio ad hoc valet,vt ostendatur ad rem gestã pertinere. Causam autẽ iræ explicat consequẽter, & primò quidem contra Iob , cũ dicit. *Iratus est aduersus Iob eò quòd iustũ se esse diceret coram Deo.* id est, secũdum testimonium , quod maximè accipi potest Capit. ex eo quod dixerat suprà. Ipse scit viam meam.& posteà subdit. Ve- 23.
stigia eius consequutus est pes meus. Quantũ autem ad amicos subdit. *Porrò aduersus tres amicos eius indignatus,eò quod nõ inuenissent responsionem rationabilem.* Qua scilicet respõderẽt verbis eius, quibus se iustum asserebat:sed tantummodò condemnassent Iob dicentes,scilicet eum esse iniquum. Ostendit autẽ consequenter causam, quare Eliud priùs in nullo respondèrat Iob, cũ subdit : *Igitur Eliud expectauit Iob loquentẽ*.Id est in nullo cõtradicens eius sermonibus, *eò quòd seniores essent qui loquebãtur*. Eis, scilicet deferens quasi sapientioribus, quod ætas senectutis requirebat. Sed quia nõ videbatur ei quod alicui deberet reuerẽtiam exhibere in præiudiciũ veritatis:iratus cõtra tres seniores, ipse iunior respondere incœpit : vnde dicitur:*Cùm autẽ vidisset quod tres respondere nõ potuissent*.s.rationibus Iob:*iratus est vehementer*: Quasi existimãs quod per illorũ ignauiam veritas deperiret. Et ideò loco illorũ voluit veritatẽ,vt credebat,defendere:& hoc est quod subditur:*Respondénsq; Eliud filius Barachel Buzites*.s.sermonibus & rationibus Iob. In hac autẽ sua responsione primò excusat pristinũ silentium ex sua ætate. Vnde sequitur, *Iunior sum tempore*. Tum etiã ex illorũ antiquitate, vnde subdit : *Vos autẽ antiquiores*.Iuuenes autẽ debent reuerentiam deferre seniori-
bus.vnde sequitur:*demisso capite*,Scilicet in signũ reuerẽtiæ. *Veritus sum indicare vobis meam sententiam*. Ne scilicet præsumptuosus viderer impediendo meis sermonibus sapientiorum verba. Probabile
autem videtur,quod senes sapientiùs loquãtur propter duo. Primò quidem,quia iuuenes ex furore animi frequẽter multa & inordinatè proponunt. Senes autẽ propter grauitatẽ ætatis maturiùs loquuntur:vnde subdit. *Sperabã enim quod ætas prolixior loqueretur*. s. grauiùs & efficaciùs. Secundò verò , quia senes per experientiam longi temporis multa cognoscere potuerũt:& per consequens sapientiùs loqui.Vnde sequitur,*& annorũ multitudo*.Propter quod scilicet experimentũ accipi potest.*doceret sapientiam*.s.experimento acceptã. Consequẽter excusat se:quare nunc loqui incipiat : quia scilicet expertus est quod ætas nõ est sufficiens sapientiæ causa: sed magis inspiratio diuina,vnde subdit: *Sed vt video*. Id est per effectũ considero.*spiritus Dei est in hominibus*. Inquantũ scilicet in eis operatur,& hoc est quod subdit. *& inspiratio omnipotentis*. Quæ scilicet hominibus inspirat spiritũ sanctum, qui est spiritus sapientiæ & intellectus,*dat intelligentiam*.s.veritatis, quæ est sapientiæ principium ijs quibus inspiratur.Quòd autẽ hæc inspiratio sit sapientiæ præcipua causa.ostendit per hoc quod ætas nõ perficit sapientiam,sed causat: vnde subdit,*Nõ sunt longæui sapientes*. Quantũ.s.ad cognitionẽ diuinæ veritatis.*Nec senes intelligunt iudicium*. Quantũ scilicet ad ordinationem humanorũ actuum. Et quia licèt nõ esset senex , considerabat tamen se inspiratũ à Deo.ideò loqui audebat : vnde subdit, *ideò dicam*. In hac autẽ sua loquutione primò inducit eos ad audiendum ex auctoritate Dei,cuius inspiratione loquebatur : vnde dicit, *Audite me*.Vt scilicet eius sermonẽ non interrumpant: audientibus autẽ præmittit scientiæ dogmata: vnde subdit,*Ostendam vobis etiam ego*.s.quãuis sim iuuenis,*scientiam meam*.s.ex qua respondebo rationibus Iob.Iustum autẽ erat quod ipsi eum audirent:quia etiam ipse eos audierat,*vnde expectaui enim*.s.diu,*sermones vestros*. Quos. s.contra Iob protulistis.Et quia reputabat se posse discernere quid ab eis bene dictũ esset,& qd nõ bene: subdit,*Audiui prudentiã vestrã*.Quasidicat audiẽdo dicijudicaui qd in verbis vestris ad prudentiã pertinebat.nõ autem parum,sed diu expectauerat.Terminum autem exneret:nõ autem parum,sed diu expectauerat. Terminum autem exnerent:nõ autem parum,sed diu expectauerat. Terminum autem exneret:nõ autem parum,sed diu expectauerat. Terminum autem exneret:nõ autem parum,sed diu expectauerat. Terminum autem exneret

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nihil loquutus est mihi. Ex quo vult ostendere, quod non loquitur quasi ꝓuocatus, *& ego non secundum sermones vestros respondebo illi.* i. non sequar vias vestras in respondendo, sed alias efficaciores ad re spondendum vias inueniam. Intendit autem se de futura responsio ne excusare, non solùm apud ipsos, sed etiam apud alios, & ideò ad alios conuertit sermonem suum dicens. *extimuerunt.* s. vlteriùs loqui, ne manifestiùs conuincerentur. *nec respondebunt vltra.* s. rationibus Iob. Et vt ostendat hoc fuisse propter eorum ignauiam, non propter efficaciam rationum, ideò subdit. *Abstulerúntque à se eloquium.* s. negligenter tacendo. Quãdo autem homo efficaci ratione conuincitur, non ipse à se aufert eloquium, sed potius ei ab alio auferitur. Quia ergo illi defecerant, dicit se velle eorum defectum supplere. Vnde subdit. *Quoniam igitur expectaui.* s. diu vt eis defertem. *& non sunt loquuti.* s. respondentes sufficienter sermonibus Iob. *Sed steterunt.* i. cessauerunt. & siluerunt, falsitati scilicet, nõ resistẽtes. *Nec responderunt vltra.* s. pro testimonio veritatis aliquid dicentes. *Respondebo & ego partem meam.* Quia scilicet defensio veritatis pertinet ad omnes, & vnusquisque debet ibi ponere quasi pro parte sua, quod potest, non solum autem zelo veritatis defendendæ, sed etiam ex inani gloria mouebatur: vnde subdit, *& ostendam scientiam meã.* Quærit enim inanis glorię cupidus: vt si quid in se excellẽs est, manifestet. Et ideò consequenter ostendit maximam sibi facultatẽ animi esse ad respondendum, cùm subdit. *Plenus sum enim sermonibus.* Quasi abundanter occurrit mihi quid respondeam, & quia facultas non sufficit ad agendum, nisi homo ab aliquo incitetur, ideò subdit, *& coarctat me spiritus uteri mei.* Vterus est locus conceptionis: vnde per vterum hîc Metaphoricè signatur intellectus intelligibilia diuersa concipiens, spiritus ergo vterus, est voluntas impellens hominem ad manifestandum conceptiones cordis per sermonem. Est autem homini molestum, cum non implet, quod desiderat, & ideò anxietatem, quam patiebatur, tacẽdo exponit per similitudinẽ, subdẽs, *en venter meus,* id est, mens mea. *quasi mustum.* scilicet, quod feruet. *absque spiraculo.* Quòd lagunculas nouas disrumpit, nisi enim vapor musti feruentis ex parte aliqua euaporet, multiplicatur vapor interiùs quandóque vsque ad vasis contractionem, ita etiam se musto propter inuentutem comparat Et ideò ex magno desiderio loquendi periculum sibi existimat imminere, nisi loquatur: vnde subdit. *Loquar, & respirabo paululum.* Quia scilicet per verba euaporabo interiorem feruorem, & ab anxietate desiderij quiescam. Quid autem loqui velit, ostendit subdens. *Aperiam labia mea, & respondebo.* s. verbis Iob. Quem autem modum in respõdẽdo obseruare debeat, ostendit subdens. *Non accipiam personam viri.* Ille enim in respõdendo personam hominis accipit, qui veritatem relinquit: vt homini deferat. Quare autẽ hoc ipse facere velit, ostendit subdens. *Nescio enim quàdiu subsistam.* s. in hac mortali vita: vt posim mihi diuturna spatia temporis ad pœnitendum repromittere, *& si post modicum tollat me factor meus.* Per mortem assumat ad suum iudicium. Ex quo patet, quòd Eliud in hoc concordabat cum Iob, quòd retributio peccatorum esset post mortẽ, aliàs enim frustrà videretur timuisse Deum offendere propter vicinitatem mortis.

CAP. XXXIII. LECT. I.

AVDI *igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meũ. loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermones mei, & sententiam labia mea puram loquuntur. Spiritus Dei fecit me, & spiraculũ omnipotentis viuificauit me. Si potes, respõde mihi, & aduersus faciem meam consiste. Ecce, & me sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quóq; formatus sum. Verũtamen miraculum meũ non te terreat. & eloquentia mea non sit tibi grauis. Dixisti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui. Mundus sum ego, & absque delicto immaculatus, & non est iniquitas in me. Quia querelas in me reperit, ideò arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in nervo pedes meos, custodiuit omnes semitas meas. Hoc est ergo in quo non es iustificatus.*

¶Dictum est suprà, qꝺ Eliud indignatus fuit contra Iob, & contra amicos eius, postquam loquutus fuerat contra iguauiam amicorum Iob, nũc suprà ipsum Iob incipit loqui. Et ideò primò eum ad attentionem excitat dicens. *Audi igitur Iob eloquia mea.* Quia. s. ego iam respondere intendo. & vt significet singula se cum pondere dicturum, subdit, *& omnes sermones meos:* quasi nihil sit in vanũ dicturus. Et ne Iob quæreret quare prius loquutus non fuerit, subdit. *Ecce aperui os meum.* Quasi dicat, prius dum tacui, os meum clauseram propter reuerẽtiam seniorum, nunc quia ipsi deficiunt, necessitas cogit me loqui: vnde subdit. *Loquatur lingua mea in faucibus meis.* Quasi dicat, non sequar verba aliorum, sed proprios conceptus enunciabo. Et quia Iob in precedentibus contra amicos suos dixerat, quòd eum verbis affligebant & confundebant, ideò hoc à se excludit, subdens. *Simplici corde meo sermonis mei.* Scilicet sunt: quasi dicat non loquor ad calũniandum vel ad ridẽdum, sed simplici animo ad veritatẽ manifestandam. Et quia prædictis tribus viris Iob imposuerat, qꝺ essent fabricatores mendacij & cultores peruersorum dogmatum, hoc à se excludit dicẽs. *Et sententiam labia mea puram loquentur.* Id est, absq; admixtione alicuius falsitatis vel erroris. Vnde autem fiduciam veritatis manifestandæ acceperit ostendit subdens. *Spiritus Dei fecit me.* Et ideò non est mirum si suam facturã mouet & perficit, & hoc est, qđ subdit. *Et spiraculum omnipotentis viuificauit me.* Scilicet ad opera vitæ mouit & perficit, inter quæ precipuum est intelligentia veritatis. Et ne videatur hoc induxisse quasi præiudiciũ afferre intendẽs, Iob ne cõtra diuinitus loquẽtem respõderet, subdit. *Si potes respõde mihi.* Quãtum. s. ad ea quæ cõtra te dicam. *Et aduersus faciem meam consiste.* Vt scilicet tu etiã cõtra me obijcias, si quid dixero, quod tibi nõ placet, & ne Iob dedignaretur cum eo disputare propter suam famosam sapientiã & illius iuuentutem, ad hoc excludendum subdit. *Ecce & me sicut & te fecit Deus.* Et ita ex parte factoris vtérq; nostrũ eandem speciem veritatis inquirendæ potest habere, ex parte verò materiæ vtríque adiacet idem impedimentum: vnde subdit. *Et de eodem luto ego quóque formatus sum.* Ex cuius scilicet grossitie lumen intelligẽtiæ obtenebratur. Videbat autẽ Eliud sibi posse respondẽri hoc quasi ad miraculum pertinere, si inueni tanta sapientia & facundia præberetur, quod contra sapientissimum senem sufficeret disputare, & ideò quasi innuẽs hoc miraculosè se esse assequuturum, subdit. *Verũtamen miraculum meum non te terreat.* Scilicet vt respõdere nõ audeas miraculosè sciẽtiã adepto. *Et eloquẽtia mea nõ sit tibi grauis.* Vt scilicet ex ea obstupescas. ¶Ijs igitur prœmissis quasi prœmialiter subiungit ea in quibus Iob reprehendere intendit: vnde subiũgit. *Dixisti ergo in auribus meis.* Quasi dicat excusare te nõ potes, cùm dixeris. *Et vocem verborum audiui.* Scilicet per sollicitudinẽ attẽtionis. ¶Primò ergo in verbis Iob notauerat, quòd se immunem esse dixerat à peccato: vnde dixit. *Mundus sum ego.* Scilicet ab immũditijs carnis, *& absque delicto.* Scilicet peccato omissionis. *Immaculatus.* Id est, grauibus peccatis quæ sunt contra Deum, putà idololatria vel aliquid huiusmodi. *Et non est iniquitas in me.* Vt scilicet proximos læserim. ¶Secundò notat in verbis eius, quòd Deo iniquitatem iudicij imposuerit, iniquitas autem iudicij solet ex odio iudicantis procedere, quantum ad hoc commemorat Iob dixisse. *Quia querelas in me reperit, ideò arbitratus est me inimicum.* Suprà quidem. 13. Iob dixerat interrogatiuè. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum, hoc autem, quod dicitur hîc, *querelas in me reperit.* Non inuenitur dixisse: vnde hæc est additio Eliud prauè interpretantis verba Iob. Iudicis enim odium iustum esse videtur, si certificatus de malitia alicuius odio eum ad puniendum. Sed si ex leuibus querelis iudex prouocetur ad odium alicuius, erit odium iniustum, & taliter interpretabatur, qđ Iob dixerat se à iudicijs pertinere videtur si alicui facultatem iustę defensionis auferat, & quantum ad hoc subdit. *Posuit in nervo pedes meos.* In est, compediuit quasi impediendo me à meis operib⁹. ¶Tertiò pertinet ad iniquitatẽ iudicij: vt quęlibet leuia ad condẽnationem cõgreget alicuius, & quantum ad hoc subdit. *Custodiuit omnes semitas meas.* Quasi in singulis operibus eum obseruans, hoc autem Iob non dixerat ad ostendendum peruersitatem diuini iudicij, sed quasi figuraliter loquens vt supr. 16. Ostensum est: vnde & ibi præmittitur. *Aenigmata percipite auribus vestris.* Et quia hoc secundum excludit, primum subdit. *Hoc est ergo in quo non es iustificatus.* Quasi dicat non potes te iustum dicere: quia hoc ipsum ad iniustitiam tuam pertinet, quòd Deo iniustitiam imponis.

LECTIO II.

RESpondebo tibi: quia maior sit Deus homine. Aduersus eũ contendis, quòd non ad omnia verba responderit tibi. Semel loquitur Deus, & secundo idipsum non repetit. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo. Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina: vt auertat hominẽ ab ijs quæ fecit, & liberet eum de superbia, eruens animam eius à corruptione, & vitam illius: vt non transeat in gladium. Increpat quóque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. Abhominabilis ei sit in vita sua panis, & animæ illius cibus ante desiderabilis. Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerant, nudabuntur. Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquens: vnus de mille: vt annuntiet hominis æquitatem, miserebitur eius, & dicet. Libera me: vt non descendat in corruptionem, inuenis in quo ei propitier. Cõsumpta est caro eius à supplicijs, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam. Respiciet homines, & dicet. Peccaui & verè deliqui, & vt eram dignus, non recepi. Liberauit animam suam ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos: vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium. Attende Iob, & audi me, & tace, dum ego loquor. Si autem habes quid loquaris, responde mihi. Loquere. Volo enim te apparere iustum. Quod si non habes, audi me, tace, docebo te sapientiã.

¶Suprà proposuerat Eliud ea de quibus contra Iob disputare intendebat: verum quia Iob antequã præmissa verba diceret, præmisserat supr. 13. Disputare cum Deo cupio: videtur autem incõueniens eum, qui anhe-

qui anhelat ad disputandum cum superiori reuocare, ad hoc quod cum inferiori disputet. ¶Antequàm super præmissis cùm Iob disputationem Eliud incipiat, de hoc ipso eum redarguit, quod cum Deo disputare cupiebat. Et primò quidem, quia hoc ipsum magnæ præsumptionis videtur, qꝺ aliquis maiorẽ se prouocet ad disputandum: vnde dicit, *Respõdebo tibi.* Id est, tuo desiderio, quo disputare cũ Deo cupis. *Quod maior sit Deus homine.* Vnde præsumptuosum est qꝺ homo cupiat disputare cũ Deo. Et in hoc quidem iustè argueret Iob, si cũ Deo disputare voluisset, quasi ad adiscendum, sicut discipulus cũ magistro, vnde suprà. 23. Dixit, os meum replebo increpationibus, vt sciam verba quæ mihi respondeat: quod tamen Eliud interpretabatur, quasi hæc Iob contentiosè cõtra Deum dixerit, conquerendo qꝺ ei nõ respõderet, vnde subdit, *Aduersus eum contendis, quod nõ ad omnia verba responderit tibi.* Quod quidem ex prædictis veibis Iob colligere voluit, & ex hoc quod etiam suprà, decimonono Dixerit, Ecce clamabo vim patiens, & nemo exaudiet, vociferabor & non est qui iudicet: quæ quidem verba, & si qua similia superiùs dicta sunt, non per modum contentionis dicebantur, sed quia desiderabat rationes diuinæ sapientiæ cognoscere. Ad repellendum autem prædicta verba Iob, quæ interpretabatur Eliud, ac si essent contentiosè dicta, consequenter ostendit. Et ideò esset necessarium, quòd Deus homini ad singula verba respondeat, sed vnicuique sufficienter loquitur ad eius instructionem, vnde subdit, *Semel loquitur Deus.* Scilicet homini sufficienter ad eius instructionem, vnde deinceps non oportet quòd ad singulas hominis interrogationes respondeat, vnde subdit, *Et secundò idipsum nõ repetit.* Quia quod sufficienter factũ est iterare superfluum esset. Quomodò autẽ loquatur Deus homini, ostendit subdens: *Per somnium in visione nocturna.* Potest autem & alius esse sensus, vt per hoc quod dixit semel loquitur Deus, scilicet homini, referatur ad mentis instructionem, Psal. 4. quæ est per lumen rationis naturalis secundum illud. Multi dicunt quis ostendit nobis bona, & quasi respõdens subdit. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Per quod scilicet discernere possumus bonũ à malo, & quia naturalis ratio immobiliter in homine manet, vt non sit necesse eam iterare, ideò subdit, *& secundò idipsum nõ repetit.* Et deindè ostẽdit aliquando modum quod Deus homini loquitur per imaginariam visionẽ in apparitiõibus somniorũ, vnde Nume. 12. subdit, *Per somnium in visione nocturna.* Quod quidem potest referri ad propheticã reuelationem secũdum illud. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, per somnium aut in visione loquar ad eum. Vel potest referri etiam ad cõmunia somnia, quæ credebat Eliud diuinitus procurari, modum autẽ & ordinem somniorum consequenter exponit. ¶Primò quidem tangens naturalem causam, cũ dicit: *quando irruit sopor super homines.* Quod quidem sit debilitatis exterioribus sensibus per vapores descẽdentes ad principiũ somnianti. ¶Secundò ponit dispositionẽ ex parte voluntatis humanæ cũ subdit: *& dormiunt in lectulo.* Quia scilicet homines maximè ordinata & significatiua somnia vident, quando quiete dormiunt. Vnde infirmis propter inquietudinẽ apparent distorta somnia, vnde signan Daniel. 2. ter dicitur. Somnium tuum & visiones capitis tui in cubiculo tuo huiusmodi fuerunt. Tu Rex cœpisti cogitare in stratu tuo, &c. ¶Tertiò ponit operationem diuinã circa dormientẽ, quæ quidem attenditur. Primò quantũ ad hoc, qꝺ debilitatis exterioribus sensibus per soporem in hominẽ in lectulo quiescentem datur diuinitus facultas quędam percipiendi diuinam instructionem, qꝺ eius anima circa exteriora nõ occupatur, vnde subdit, *Tunc aperit aures virorũ.* Et satis conuenienter vim perceptiuã diuinæ instructionis in somnijs vocat aures, quia de huiusmodi instructione loquitur, sicut de quadam loquutione, eò qꝺ non sit per inspectionem ipsarũ rerum, sed per signa quædam, sicut & loquutio, data autẽ facultate audiendi, cõsequens est vt doceat, vnde subdit, *& erudiens eos instruit disciplinã.* Et sumitur hîc disciplina pro instructione eorũ, quæ homini occurrunt agenda vel vitãda, non pro cognitione scientiarũ speculatiuarũ, quæ nõ cõsueuerũt in somno reuelari, vnde subdit, *vt auertat hominẽ ab ijs quæ fecit.* Frequẽter enim homo in somnijs corripitur de peccatis, commissis, & quia principium peccatorum est superbia, qua Dei præcepta contemnuntur, subdit. *Et liberet eum de superbia.* Per hoc autẽ quòd homo liberatur à culpa, consequens est vt euadat pœnam. Quod quidem consequenter ostendit quantùm ad duplicem pœnam. ¶Primò quidem quantùm ad spiritualem pœnam animæ, vnde subdit. *Eruens animã eius de corruptione.* Quæ scilicet est per deordinationem potentiarum animæ. Secundò verò quantùm ad pœnam corporalem, vnde subdit, *& vitam illius.* Scilicet corporalem: *Vt non transeat in gladium.* Puniendus scilicet pro suo peccato. Vel potest vtrúnque referri ad mortem corporalem, quæ quandóque aceidit per interiorem corruptionem, sicut cũ aliquis ex ægritudine moritur, quã Deus immittit pro peccato. Quandóque verò accidit ex violentia gladij. Deindè subiungit alium modum diuinæ loquutionis, quòd scilicet corrigit hominem per ægritudinem corporalem. ¶In qua primò notat dolorem sensibilem, vnde dicit, *Increpat quoq;.* Scilicet hominem de peccatis præteritis. *Per dolorem.* Scilicet corporalem ex ægritudine prouenientem, vnde subdit, *In lectulo.* Secundum illud, Super lectulum doloris eius. ¶Secundò tangit debilitatem infirmorum, cùm dicit: *Et omnia ossa marcescere facit.* i. fortitudinẽ eius annihilat, quæ in ossibus cõsistit. ¶Tertiò ponit amissionem appetitus cùm subdit: *Abominabilis ei sit in vita sua.* Id est, dum adhuc viuit, scilicet propter infirmitatem. *Panis.* Qui scilicet est cibus communis. *Et animæ illius cibus ante desiderabilis.* Quod refertur ad alios cibos, qui diuersimodè à diuersis desiderantur. ¶Quartò ponit maciem ex hoc prouenientem, cùm subdit: *Tabescet caro illius.* Id est, deficiet, & sic per consequens, *Ossa quæ tecta fuerant.* Scilicet carne. *Nudabuntur.* Id est, manifestabuntur sola cute contecta. ¶Quintò ponit mortis periculum & timorem vnde subdit, *Appropinquauit corruptioni anima eius.* Id est, vita ipsius quæ est per animam, vnde subdit, *Et vita illius mortiferis.* Id est, causis inducentibus mortem. ¶Notãdum est autem qꝺ hoc proposuit ad respondendum quæstioni Iob, qꝺ Deus non ad singula ei non respondeat, voluit enim ei per prædicta probare, qꝺ tripliciter ei Deus sit loquutus. Primò quidem per naturalem rationem sicut ad omnes homines. Secundò arguendo per somnia, dixerat enim suprà. Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Tertiò per infirmitatem, dixerat enim suprà 3. Nunc in memetipso marcescit anima mea. Item considerandum est quod Eliud (sicut & tres alij credebant) omnes infirmitates pro peccato homini aduenire non tamen principaliter ad puniendum putabat. sic sonabant verba illorum trium, sed magis ad redarguendum, & quia Iob non solùm videbatur conquestus fuisse, quod Deus ei nõ loqueretur, sed etiam quod ipse accedere nõ posset ad colloquẽdum Deo, & ad ponendum iudicium suum corã ipso, vt patet suprà 23. Ideò huic quæstioni satisfacit, quæ etsi homini non pateat manifestè accessus ad Deum, sunt Angeli medij inter Deum & homines, qui iustitiã Deo proponunt, nõ quasi eum instruentes, sed sicut suis desiderijs homines adiuuãtes, & sic nihil deperit homini, qꝺ ipse per seipsum vsque ad solium Dei nõ potest accedere, vt ei iustitiam suæ causæ proponat, vnde ad hoc ostẽdendũ subdit, *Si fuerit pro eo.* Id est, pro homine afflicto. *Angelus loquens.* Id est, intercedẽs, & ne timeretur qꝺ an vnus Angelus nõ sufficeret ad interpellãdum pro omnibus subdit, *Vnus de millibus.* Secũdum illud, qꝺ suprà 3. dictũ est. Nunquid est numerus militũ eius, *Vt enuntiet hominis æquitatem.* s. Deo, *hominis,* scilicet afflicti, *& dicet.* Id est, Angelo Imperabit. *Libera eum.* Vt scilicet sicut ipse est allegator iustitiæ hominis apud Deum, ita etiã ipse sit executor diuinæ misericordiæ apud homines & à quo liberãdus sit subdit: *Vt nõ descendat in corruptionem.* Id est, in mortẽ, & vt hanc liberationẽ Deo esse gratam ostendat, subdit ex persona Dei dictũ: *Inueni in quo ei propitiar.* Id est, apparet in homine aliquid æquitatis, ex quo ei misereri possim quam quærebam, & quia primò supra 7. Quasi reparari nõ posset, dixerat, induta est caro mea putredine, & ad hoc excludendum subdit, *Consumpta est caro eius à supplicijs,* Quasi dicat, hoc meæ potestati nõ præiudicat, vnde subdit, *Reuertatur ad dies adolescentiæ suæ.* Id est, recuperet vigorẽ sicut in adolescẽtia. Sic igitur positis Dei verbis liberãtis, Eliud vtens suis verbis, describit modum liberationis humanæ, dicens. *Deprecabitur Deum.* Quasi dicat non sufficit qꝺ angelus pro eo loquatur, sed ad hoc qꝺ liberetur, oportet qꝺ ipse etiam pro se oret. Vel aliter potest cõtinuari, quia enim suprà ostenderat, quòd homo non potest conqueri de hoc quòd iudicium suum coram eo ponere non potest, quia Angelus pro eo efficaciter proponit, nunc ostendit quod etiam ipse pro se proponere potest orando, vt ostendat etiam hoc esse efficax, sicut & primum subdit. *Et placabilis erit ei.* Scilicet Deus homini secundum illud. Benignus & misericors est, & placabilis super malitiam, Ioel. 2 & ex hoc sequitur in homine fiducia cogitandi de Deo cum quadam spirituali lætitia, vnde subdit, *& videbit.* Scilicet homo. *Faciem eius.* Id est, considerabit bonitatẽ ipsius. in præsenti quidem vita imperfectè, in futura autem perfectè. *In iubilo,* id est, in quadam inexplicabili gaudio, & sic, *reddet.* Scilicet Deus. *Homini iustitiam suam.* Id est, remunerabit eum pro meritis, remoto impedimento peccati, sed hoc esse non potest, nisi homo humiliter suum peccatum recognoscat & confiteatur, vnde subdit, *respiciet homines.* Quasi vltrò se offerens ad confessionem peccati, vnde subdit, *& dicet peccaui.* Et vt non credatur ex humilitate dicere dereliqui. Quod inducit contra Iob, quia supra dixerat. Non peccaui, & in amaritu- *Cap. 17* dinibus moratur oculus meus, & in sua confessione non murmurabit de pœnæ grauitate, vnde subdit, *& vt eram dignus non recepi.* Quasi dicat, grauiorem pœnam merui, & hoc videtur dicere contra hoc quod Iob suprà 6. Dixerat, vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & fructum humilitatis ostendit subdens, *Liberauit animam suam.* Non confitendo peccatum. *Ne pergeret in interitum.* id est, in mortem corporalem, scilicet vel spiritualem, vt vlteriùs bona consequeretur, vnde subdit. *Sed viuens videret lucem.* Scilicet vel corporalem vel spiritualem sapientiæ, & quia Deus non

Universidad de Deusto
Biblioteca

statim hominem finaliter dānat,sed multotiens monet,ideò subdit. *Ecce hæc omnia.* Scilicet quę pertinent ad instructionem per somnia & increpationem,per dolores & sanationem. *Operatur Deus tribus vicibus.* i. multotiens quādiu viderit expedire.sed vtitur numero ternario:vt cōgruat humani consuetudini,per quam solēt homines terminoneri vel citari,& hoc non facit vni tantum,sed omnibus indigētibus:vnde subdit, *per singulos.* Quos scilicet viderit instruendos & increpandos,& assignat vtilitatem subdēs. *Vt revocet animas eorum a corruptione.* Quod pertinet ad liberationem a malo. Et *illuminet luce viuentium.* Quod pertinet ad consequutionem bonorum,& posreſt vtrūque exponi corporaliter vel spiritualiter.Quod autē dicitur hīc,de tribus vicibus referendum est ad duos secundos modos loquutionis. Nam de primo dictum est,quòd secundò ad ipsum,nō repetit.Inducit autem hoc ad ostendēdum rationem,quare aliquando peccatores sustinentur in prosperitate,& non statim condēnabātur, & quia videbatur ei, quòd efficaciter loquutus esset, inducit Iob ad tacitè audiēdum ea quæ restāt:vnde subdit, *attende Iob.* Scilicet corde. *& audi me.* s.auribus. *& tace dum ego loquor.* Scilicet ne me impedias. & ne videatur ei auferre facultatem respondendi, subdit. *Si autem habes quid loquaris responde mihi.* Et quasi desiderās eius responsionem subdit. *Loquere.* Et causam desiderij subdit dicens. *Volo enim te apparere iustum.* Quod dicit ad ostendendum,quòd non intendebat eius confusionem, & quia non credebat eū iustum,subdit, *quod si non habes.* Quid scilicet pro tua iustitia dicas. *Audi me,tace, & docebo te sapientiam.* Quam scilicet ignoras.

CAP. XXXIIII. LECT. I.

PRONVNCIANS itaque Eliud,etiam hæc loquutus est. *Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me. Auris enim verba probat, & guttur escas gustu dijudicat. Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius. Quia dixit Iob,iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum. In iudicando enim me mendacium est:violenta sagitta mea absque vllo peccato. Quis est vir:vt est Iob qui bibit subsannationē quasi aquam,qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impijs? Dixit enim. Non placebit vir Deo,etiam si cucurrerit cum eo. Idcò viri cordati audite me. Absit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. Verè enim Deus non condemnabit frustra,nec omnipotens subuertet iudicium. Quem constituit alium super terrā,aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Si dixerit ad eum cor suum spiritum illius & flatū ad se trahet. Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerē reuertetur. Si habes ergo intellectum,audi,quod dicitur, & ausculta vocem eloquij mei. Nunquid qui nō amat iudicium sanari potest? Et quomodo tu eum, qui iustus est,intantum cōdemnas,qui dicit regi apostata,qui vocat duces impios? qui non accipit personas principum, nec cognouit tyrannum cum disceptaret contra pauperem. Opus enim manuum eius sunt vniuersi. Subitò morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent violentum absque manu. Oculi enim eius super vias hominum, & omnes greſſus eorum considerat. Non sunt tenebræ, & nō est vmbra mortis:vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. Neque enim vltra in hominis potestate est:vt veniat ad Deum in iudicium.*

¶Postquām Eliud reprehendit Iob de hoc,quòd cum Deo disputare cupiebat,accedit ad disputādū contra illa duo quę suprà prēmiserat. Et primò disputat cōtra id,quod sicut ibi videbatur, Iob dixerat diuinum iudicium esse iniustum. Et quia hæc materia est valdè difficilis & sublimis,non est contentus in hac disputatione, ad solum Iob verba dirigere, præcipuè quia putabat in hac materia esse erroneū, sed inuocat sapientes ad hanc rem dijudicandam, hominum autem quidam sapientiā per seipsos considerant. Et quantum ad hoc dicit. *Audite sapientes verba mea.* Quidam verò de ijs quæ ad sapientiam pertinent instruuntur,& quantum ad hoc subdit, *& eruditi.* Scilicet ab alijs, *auscultate me.* Re autem alios ad sapiētiam inuitat seu ad audientiam,ostendit subdens, *auris enim verba probat.* Quasi dicat vos inuito ad hoc,quòd verba mea audiētes ea dijudicetis,& inducit similitudinē cùm subdit, *& escas guttur dijudicat.* Quasi dicat,sicut gustus habet dijudicare de esca,ita auditus de verbis. Ad quid autem hoc pertineat,exponit subdēs. *Iudicium eligamus nobis.* Quasi dicat, ex cōmuni consensu iudicemus,quid verius sit,& hoc est,quē subdit, *& inter nos videamus quid sit melius.* Vtrūm scilicet id,quod Iob dixit,aut id,quod ego sum cōtra eum dicturus:vnde consequēter proponit verbum Iob subdens: *quia dixisti Iob,iustus sum.* Hoc idem dixerat.supr.27.Iustificationē meam,quā cœpi tenere,non deseram,& vlterius suā iustitiā manifestauerat,quātum ad multa.supr.31. Subdit autem. *Deus subuertit iudicium meum.* Hoc idē accipit ex hoc,quod Iob.supr.27.dixerat.Viuit Deus.qui abstulit iudicium meum. Et ad idem pertinere videtur.quod supr.19.dixerat. Deus nō æquo iudicio afflixit me.Quæ quidem verba, Eliud in peius interpretatus est. Iob enim suum iudicium ablatū esse dixerat : quia pœnas sibi irrogatas esse existimabat,non ex iudicio punientis culpā.Sed ex prouidentia probantis iustitiam:vnde suprà.23.dixerat.Probabit me quasi aurū, quod per ignem transit, nōn autem quicúnque non vtitur iudicio, subuertit iudicium. Sed solum ille qui iudicium profert iniustum. Sic ergo interpretatus est,quod Iob dixerat.Deus abstulit iudicium, ac si dixisset.Deus subuertit iudicium meum,iniustè iudicādo: vnde subdit. *In iudicando enim me,est mendacium.* Id est,falsitas iudicij,qđ quidem Iob nunquā dixerat. Sed Eliud hanc esse eius intentionē in verbis præmissis credidit:vt diceret se esse iniustè punitum. Ideò autem hanc opinionem Eliud conceperat : quia non videbat qualiter aliquis absq; peccato posset affligi,nisi iniustè, & quia Iob sine peccato se esse dicebat, existimabat, quòd Iob sentiret se à Deo percussum per violentiam contra iustitiam:vnde subdit. *Et violenta est sagitta mea absque peccato.* Quasi dicat,Iob dixisse cū sim absq; omni peccato.sagitta qua Deus me vulnerauit.i.aduersitas immissa violēta fuit & iniusta,& videtur alludere verbis Iob, quib' suprà dixerat, sagittæ Domini in me sunt.Postquàm ergo hāc diuersitatem Eliud imposuerat ipsi Iob cum super hoc vituperare incipit,dicēs, *quis est vir vt est Iob.* Quasi nullus qui vir videatur ita est peruersus :vt ipse natura maxima peruersitas esse videtur : vt aliquis Deum derideat, eius iudicijs detrahendo : vnde subdit. *Qui bibit subsannationem.* Id est, diuinorum irrisionem, & reprobationem. *Quasi aquam,* quę scilicet & faciliter,& cum refrigerio bibitur,ac si ei imponeret, quod hoc in contumeliā Dei prorūperet,& esset tribularionis refrigerium,& absque obstaculo conscientiæ contradicentis hoc ageret. Solet autem hoc proprium esse in peccatis perseuerare violētium:vt diuina contēnant iudicia:vnde subdit. *qui graditur.* i. consentit. *cum operantibus iniquitatem,* qui scilicet iudicia diuina despiciunt, homines autē contra pietatē diuinæ religionis agentes non solùm despiciunt diuina iudicia, sed etiā ea negant vel asserunt iniusta, quorum participem Iob esse credebat:vnde subdit, *& ambulat cum viris impijs,* qui scilicet pietatē diuinæ religionis abijciunt. Quare autem cum cis cōsentire dicat,ostēdit subdens, *dixit enim non placebit vir Deo,etiam si cucurrerit cum eo.* i. si cum sequutus fuerit per viā iustitiæ,hoc autē Iob nō dixerat. Sed verbis eius Eliud abutens,hoc ei imponit, dixerat enim suprà vestigia eius sequutus est pes meus, & postea suprà dixerat. Mutat[a] es mihi in crudelē,& in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Ex qbus verbis credebat,Iob hoc sentire,quòd Deo displiceret quia eum fuerat sequutus,sed Iob prædicta verba retulerat ad exteriorē persequtionē, non ad interiorē reprobationē: quia ergo Eliud verbis Iob abutēs,ei imponere nitebatur, q̄ ipse nō sentiebat nec in suis verbis intellexerat. Manifestū est,q̄ tota sequēs disputatio cōtra Iob non erat. Quia tamē Eliud existimabat Iob tantæ peruersitatis esse vt Dei iudicium reputaret iniustū, dedignatur eum super hoc ad disputationē prouocare,sed alios sapientes aduocat ad iudicādum:vnde subdit, *ideò viri cordati.* i. intelligētes. *audite me,* sicut enim cor est principium vitæ corporis,ita intellectus est principium totius intellectualis vitæ : vnde & suprà, cor pro intellectu posuerat,dicens, *& mihi est cor,sicut & vobis.* In sua autem disputatione Eliud proponit primò,quod probare intendit,q̄ scilicet in diuino iudicio iniustitia esse nō possit. Ipsa enim est Deus,cui debetur pietatis cultus,per suam omnipotentiam omnibus dominatur leges iustitiæ statuens homini, & ideò contra diuinitatem eius esset si impietatem faceret,& ideò dicit: *absit ab eo impietas,* esset etiam contra dominium omnipotētiæ eius,si ad iniustitiā declinaret:vnde subdit, *& ab omnipotente iniquitas,* scilicet abſit, remota autē diuina iniustitia. Ostendit modum diuinæ iustitiæ subdens, *opus enim hominis reddet ei.* i. retribuet ei bonum vel malum pro suis operibus. & quia eorum,qui benè operantur, quidam alijs magis peccant, ideò subdit, *& iuxta vias singulorum restituet eis.* s.melius meliori.& peius peiori,quòd autem in Deo non sit iniustitia,probat. ¶Primò quidem ex hoc,quòd si ipse iniustus esset,nusquàm iustitia reperiretur: quia ad ipsum pertinet velle iudicium omnium : vnde subdit, *quem constituit alium super terram:* quasi dicat nunquid credendum est,quòd aliquis sit constitutus à Deo, qui iniustè iudicet omnem terram, si apud ipsum non est iniquitas, ideò autem dicit credendum non esse, quòd alius terram iudicet : quia idem est factor mundi & gubernator: vnde sicut alij nulli commisit, quod faceret mundum, ita nulli alij præposuit gubernationem mundi, & hoc est, quod subdit, *aut quem posuit super orbem quem fabricatus est.* Ita etiam per seipsum orbem gubernat & iudicat, habet quidem gubernationis suæ excusatores tanquàm ministros, sed ipse est omnium ordinator, nullo autem modo possibile est, quòd vniuersalis mundi gubernatio sit iniusta. ¶Secundò ostendit, quòd apud Deum non sit violentia & iniquitas per experimentum,tanta est enim eius potentia, qua res conseruat in esse : vt si violentia vti vellet contra iustitiā,omnes homines subitò posset extinguere:vnde subdit, *si dixerit.* s. Deus. *ad eum.* s.ad hominem conterendum. *cor suum.* i. voluntatem suam. *spiritum suum.* i. animam eius. *flatum.* i. corporalem vitam. ex anima subsequutam. *ad se trahet.* i. ad eum scilicet sua virtute à corpore separans. secundum illud, & spiritus reuertetur ad dominum qui dedit illum. Ablato autem spiritus diuinitus homini dato,cōsequēs est:vt carnalis vita deficiat:vnde subdit, *deficiet omnis caro simul,* id est, species carnis cessabit vlterius in sua componentia resoluetur:vnde subdit, *& homo in cinerem reuertetur,* secundum illud. Auferes spiritum eorum & deficiēt:& in pulverem suum reuertentur. Puluerem autem inquantùm caro resoluitur cinerem nominat,vel quia apud antiquos corpora mortuorum igne combusta resoluebantur in cineres:vel quia ea in quæ corpus mortuum resoluitur,sunt quædam reliquiæ corporalis naturalis caloris,qui in humano corpore vigebat.Quia ergo tam facilè est Deo,si velit,in cinerē redigere totum gehus humanum,ex ipsa hominum conseruatione apparet,quòd ad eos violentia iniusta non vtitur. Quia ergo Eliud putauit prædictas rationes esse sufficientes,ad earum considerationem Iob inuitat,cum subdit,*si ergo habes intellectum,*vt scilicet vim mearum rationum percipere possis,*audi quod dicitur.* s. interioribus auribus,& interioriori attentione,*ausculta vocem eloquij mei,*vt scilicet iustitiā diuini iudicij cognoscas. Ad quod etiam eum inducit ex proprio periculo,vel vtilitate,cum subdit:*nunquid qui non amat iudicium:sanari potest,* quasi dicat tu qui sanari indiges,quasi multis infirmitatibus oppressus, hoc consequi nō potes nisi ames diuinum iudicium.Improbat autem eius sententiā,quā esse putabat de iustitia diuini iudicij per multa euidentia iudicia diuinæ iustitiæ:vnde subdit, *& quomodo tu eum,* scilicet Deum,*qui iustus est.*vt scilicet per multa apparet interim,*intantum condemnas,*vt scilicet eum dicas iudicij subuersorem,ad cōmendationē autē diuinæ iustitię primò assumit,q̄ potentum personas Deus non accipit,sed eos arguit & punit pro suis peccatis:inter potestates autem humanas præcellit regia dignitas,& quantū ad hoc primò dicit,*qui,* scilicet Deus.*dicit regi apostata.* i. non veretur regē arguere de apostasia propriæ perfectionis, qua profitetur se iustitiam seruaturū. Secundū autē locū tenēt duces exercituum,de quibus subdit,*qui vocat duces impios,* quasi dicat non timet eos de erudelitate arguere. Tertio loco ponit rectores ciuitatum,cum subdit,*qui non accipit personas principum,* quin scilicet eos arguat & iudicet pro peccatis. Quarto autē loco tangit eos,qui non habent legitimam,sed vsurpatam potestatē,scilicet tyrannos:& quātùm ad id subdit,*nec cognouit.* i. approbauit,*tyrannum.* s. destruēdo, *cum disceptaret* s. tyrannus contra pauperem quasi dicat nō fauit potentibus contra impotentes,quò ad eius iustitiam pertinet. Et quare eis nō deferat subdit,*opus enim manuum eius sunt vniuersi.* s. tam magni,quam parui:& ideò paruos non despicit:licet amat sicut sua opera,nec potētes timet,cū suę potestati subiecti sint. Et ne crederet aliquis,q̄ potentes Deus solū argueret,nō autem eos vlterius puniret, subdit:de eorum duplici pœna. ¶Primò quidem de morte ex improuiso eis superueniente:vnde subiungitur,*subitò morientur,* secūdū illud. Subitò dum non speratur,veniet contritio eius,si enim consueto modo eis mors expectata superueniret,nō imputaretur hoc diuino iudicio,sed inferioribus causis. ¶Secundò ponit pœnā rebellionis subditorū,per quā potestatē amittūt:vnde subdit,*& in media nocte turbabūtur populi.* i. populi regibus & principibus subiecti.Subito curabuntur ex aliqua occulta machinatione,ad hoc,q̄ principes suos deferant:vnde subdit,*& pertransibunt.* s. dominium cōmutantes. *& auferentur.* i. deponent à domino vel etiam occident,*violentum.* i. eū qui spreta iustitia violētiam subditis inferebat,*absque manu,* scilicet armarorum.Cum enim aliquis princeps ab extraneis aufertur,requiritur,q̄ habeant manum armatā contra ipsum:sed quando subditi, in quibus erat tota eius potentia subito eum deserūt.videtur auferri sine manu:quāuis,& hoc posit referri ad pœnam populorū,sed primum melius est,quia nunc agitur de iustitia,quam Deus exercet in magnos posteà autem dicetur de iustitia,quā exercet in populos.Vt autem huiusmodi pœnæ ex diuino iudicio prouenire credātur,subdit,*oculi enim eius,* id est, prospectus diuinæ prouidentiæ,*est super vias hominum,* id est,super opera eorum.& vt exprimat Deum singulariter omnia particularia opera humanorum cognoscere, subdit, *& omnes greſſus eorum.* i. omnes processus operationum humanarum, *considerat.* s. distinctè,non solùm in generali. Posset autem aliquis credere,quòd quia Deus lux est,impij autem in tenebris sunt, quòd occultentur à Deo.Sed hoc excludit subdens,*non sunt tenebræ,* scilicet ignorantiæ,*& non est vmbra mortis,* id est,obscuritas culpefcens ad mortem,*vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem,* quasi dicat sicut ipsi cognoscere Deum nolunt,ita Deus eos non cognoscat, dicitur tamen eos ignorare,reprobando. Et quia dixerat principes pro suis peccatis subitò mori & auferri,quod videtur esse irremediabilis pœna,huius rationem ostendit consequenter,ex hoc,quòd ex quo Deus hominem iudicat pro suis peccatis,subito mori:& finaliter condemnandum non datur homini facultas:vt vlterius in iudicio deueniat cum Deo:& hoc est quod subdit. *Neque enim vltra,* scilicet postquam Deus iudicat eum condemnandum. *In hominis potestate est,vt veniat ad eum in iudicium.* Quasi dicat Deus sit propter eum suum iudicium retractaturus: & hoc præcipuè videbatur dicere contra Iob qui postquam condemnatus erat ad pœnam : supra vigesimo tertio dixerat. Veniat vsque ad solium eius ponam coram eo iudicium.

LECTIO II.

CONteret multos,innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Nouit enim opera eorum, & idcirco inducet noctem, & conterentur. Quasi impios percusserit eos in loco videntium,qui quasi de industria receſſerunt ab eo: & omnes vias eius intelligere noluerunt. Vt peruenire facerēt ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum. Ipso enim concedente pacem.quis est qui condemnetur? Ex quo absconderit vultum,quis est qui contempletur eum? Et super gentes, & super omnes homines.quæ regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Quia ergo ego loquutus sum ad Deum,te quoque non prohibebo. Si erraui,tu doce me. Si iniquitatem loquutus sum,vltra non addam. Nunquid à te Deus expetit eam,quia displicuit tibi? Tu enim cœpisti loqui, & non ego. Quod si quid nōsti melius,loquere. Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me. Iob autem stultè loquutus est & verba illius non sonāt disciplinam. Pater mi probetur Iob vsq; ad finem. Non desinas ab homine iniquitatis,qui addidit super peccata sua blasphemiā. Inter nos interim constringatur, & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum.

¶Duo sunt propter quæ homines maxime solent à iustitia declinare. Quorū primū est,quia deferūt magnatibus. Secundū est,quia deferunt multitudini contra iustitiā. Ostenderat autē super profectionē diuinæ iustitiæ quod nec etiā multitudini peccantiū defert:vnde dicit. *Conteret multos.* s. peccatores eos occidendo vel aliter puniendo:& ne credatur vsque ad aliquā certā quantitatem multitudinis, præcedere diuinam iustitiā, & non vltra,subdit:*& innumerabiles.* Quasi dicat certo numero cōprehendi nō possunt illi quos propter peccata Dei iustitia cōteritise ne ex hoc deperire credatur humani generis status,*& stare faciet alios pro eis.* Quia scilicet quibusdā morientibus alij succedūt & quibusdā à prosperitate decedentibus,alij subleuātur:vt sic quodāmodo vniformitas in genere humano appareat. Solent autem contingere,quod quādo sunt multi puniendi,nō possunt iudices singulorū causas diligenter perscrutari. Sed ne hoc de Deo credatur,subdit:*Nouit enim opera eorum.* Quid scilicet vnusquisq; mereatur:& ideò singulis secundū sua merita retribuit:vnde subdit,*idcirco inducet noctem.* i. subitam & inopinatam aduersitatem, *& conterentur.* s. ex improuiso. Quare autem in nocte opprimatur, ostēdit ex hoc,q̄ cum ipsi possent videre illud,quod eis expediebat, hoc cōtempserunt. Et ideò iustū est:vt nō detur eis facultas prouidē di superuenientia mala ad cauendū. & hoc est quod subdit:*quasi impios.* i. pietatis notitiam respuentes,*percussit eos.* s. existentes,*in loco videntium.* i. in statu,in quo videre poterāt:tum per naturalem rationem,tum per sacram doctrinā,quid esset faciendū, & quid esset vitandū:sed hoc ipsi respuerunt.vnde subdit:*qui quasi de industria receſſerunt ab eo* s. Deo peccantes ex certa malitia. Vnde ponit consequenter in eis ignorantiam affectatam,cū subdit:*& omnes vias eius.* i. mandata Dei,*intelligere noluerunt,* & sic patet:quòd propter ignorantiam non excusantur,sed magis damnabiles reddūtur. Effectum autem huius malitiæ affectatæ ostēdit,subdens:*vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni.* Quasi dicat intantùm ostendunt se viarum Dei ignaros:vt pauperes opprimerēt,quos Deus exaudit. Vnde sicut non exhorrēt pauperū oppressionē,ita nō timēt Dei indignationē: vnde subdit,*& audiret vocē pauperū.* Quasi dicat paruipēdūt.q̄ Deus volūtatē suā adhibet ad pauperes exaudiendū. Et quia multitudinis cōtritionē attribuerat iudicio diuino:posset aūt aliquis credere hoc peruenire nō ex diuino iudicio,quod aliqua multitudo conteritur, & alia prosperatur.sed per alicuius potentis principis aut gubernationē aut impugnationē:ideò ad hoc excludēdū subdit:*Ipso enim concedente pacē quis est qui condemnet?* Quasi dicat,ideò dico,quod ipse est qui cōterit multos & innumerabiles,quia si ipse vellet eis pacē tēporalis prosperitatis concedere,nullus posset multitudinē condēnare. Et econtrario,si ipse cōdēnare intēdit,nullus est qui possit pacem præbere:vnde subdit,*ex quo absconderit.* s. facie suā subtrahēdo,scilicet suæ consolationis præsentiā,*quis est qui contempletur eum?* id est,qui possit in eo consolationem inuenire,quasi eius pulchritudinem videndo. Est autem & alia pœna multitudinis præter contritionem:qua scilicet affligitur tyrānorum dominio:& quantùm ad hāc pœnā subdit,*& super gentes & super omnes homines.* Quasi dicat nō solùm in vna gente iudicij suū exerceet per contritionem,vel tyrannorū,præsionē:sed etiā in omnes homines:& subdit de tyrannorū oppressione,*qui reguare facit hominem hypocritā propter peccata populi.* Qui scilicet ex eius regimine affligitur:in quo videtur respōdere quæstioni,quā Iob proposuerat supra. Quare impij viuunt & confortati sunt sublimanque diuitijs. Hoc enim esse asserit,non propter eorum merita,sicut ibidē Iob probauerat:sed propter aliorū demerita,qui ex eorum prosperitate puniuntur. Sic ergo manifestata iustitia Dei ex iudicijs,quę exercet in principes & in multitudinē,dat locum respondendi.vnde subdit:*Quia ergo ego loquutus sum ad Deū.* id est,ad ea quæ ad Dei honorē spectāt.*te quoq; non prohibebo.* Dans scilicet tibi locum respondendi: & ad quid debeat sua responsione

Psalm. 103.

Isa. 30.

Capite. 12.

Ecc. 12.

tendere,ostendit dicens:*si erraui*.s.licut alijs amicis tuis imposuisti, scilicet,quod essent cultores peruersorum dogmatū.*tu doceme*.scilicet veritatem tuam:vt possim ab hoc errore liberari. Potest autem aliquis in loquendo deficere,nō solùm errando contra veritatē doctrinæ,sed etiam in particulari iudicio deficiendo contra veritatem iustitiæ:vnde subdit. *Si iniquitatem loquutus sum vltrà non addam.* Ostēdens,scilicet correctioni se paratum. Et quia existimabat,quod Iob contra eum grauiter turbaretur.Consequēter ostendit eius turbationē esse iniustā,subdens. *Nunquid ad te Deus expetit eam.*Quasi dicat etiam dato,quod sim iniquitatem loquutus:tu pro eo non debes respondere.vnde nō debes pro hoc turbari:vnde subdit:*quia displicui tibi*.scilicet per inordinatā animi turbationē:ostendit autem consequenter. Secundò quod non debet indè grauiter turbari,quia ipse Iob verba incœperat dicēs.Pereat dies,&c.ex quibus tota disputatio habuit ortum.vnde dicit,tu enim cœpisti loqui & nō ego.Tertiò ostendit eum nō debere grauiter turbari : quia ipse etiam habet facultatē dicendi,quod sibi placuerit:vnde subdit, *quod si quid nostri melius*.scilicet quam ego dixerim.*loquere*. scilicet ostendendo errorem vel iniquitatē meam. Et ne videretur hoc dixisse, quasi dubitās de sua iustitia ex veritate suorū verborū,intendit asserere consequēter Iob in sapientia & intellectu deficere. Et propter hoc reputabat eum indignū sua disputatione:cuius vna pars pertinet ad opponentem in qua maximè requiritur acumen intellectus ad inueniendum rationales vias ad propositum ostendendum : vnde subdit. *Viri intelligentes loquantur mihi*. scilicet mihi obijcientes. Altera verò pars disputationis pertinet ad respondentem, in quo maximè requiritur sapientia. vnde bene iudicet de subauditis: vnde subdit: *& vir sapiens audiat me*. s.opponentem paratus ad respondendum. Horum autē defectū in Iob ex eius verbis collegerat : vnde subdit: *Iob autē stultè*,id est,contra sapientiam.*loquutus est*.Quantū scilicet ad hoc,quod reputabat eum aliquid dixisse contra rectitudinē diuini iudicij.*& verba illius nō sonant disciplinam*.Quæ scilicet pertinet ad ordinatam intelligentiam: & hoc videtur retulisse ad hoc,quod Iob se iustum asserebat. Et quia Iob istos defectus in se nō recognoscebat,conuertit Eliud verba sua ad Deum postulans:vt Iob suos defectus recognosceret:vnde subdit.*Pater mi*.id est , ó Deus quem patrem reputo propter reuerentiam, quàm ad te habeo,iustitiā tuam vbiq; defendens.*Probetur Iob*.id est, ostendatur sibi per flagella suus defectus: *vsq; ad finem*, id est, quoúsque recognoscat se iniustum:vel *vsq; ad finem*.id est:vsque ad mortem.Et huiusmodi petitionis iustiam ostendit subdens.*Ne desinas ab homine iniquitatis*. Quasi dicat iniquitas sua hoc meretur:vt flagella nō cessent.Et ad maiorē exaggerationem subdit , *qui super peccata sua*. scilicet præterita pro quibus flagellatus est.*Addit blasphemiam*:vt scilicet se iustū,Deum verò asserat iniustum:pro quo exoptat ei. Primò quidem pœnā in presenti:vnde subdit. *Inter nos interim conſtringatur*. scilicet aduersitatibus. Secundò autē innuit pœnā futuram:vnde subdit.*& tunc*.sciam temporaliter afflictus,*ad iudicium*.s.futuræ vltionis. *prouocet sermonibus suis Deum*.Quibus scilicet contra eum blasphemat.

CAP. XXXV. LECT. I.

IGITVR *Eliud hæc rursum loquutus est.Nūquid aqua videtur tibi tua cogitatio : vt diceres iustior Deo sum? Dixisti enim. Non tibi placet,quod rectum est:vel quid tibi proderit , si ego peccauero. Itáque ego respondebo sermonibus tuis,& amicis tuis tecum.Suspice cœlum & intuere , & contemplare ethera , quod altior te sit.Si peccaueris,quid ei nocebis? Et si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porrò si iustè egeris , quid donabis ei , aut quid de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est , nocebit impietas tua : & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Propter multitudinem calumniatorum clamabunt , & eiulabunt propter vim brachij tyrannorum. Et non dixit vbi est Deus,qui fecit me,qui dedit carmina in nocte? Qui docet nos super iumēta terræ, & super volucres cœli erudit nos. Ibi clamabunt, & non exaudies propter superbiam malorum.Nō ergo frustra audiet Deus, & omnipotens causas singulorum sit uebitur. Etiā cum dixeris,non cōsiderat iudicare coram illo & expecta eum. Nunc enim nō infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valdè. Ergo Iob frustra aperit os suū, & absq; scientia verba multiplicat.*

¶Postquàm Eliud improbauerat verba Iob , quantum ad hoc, quod sicut ipse existimabat , imposuerat iniquitatem diuino iudicio. Hīc intendit improbare verba eius , quantum ad hoc, quod dixerat se esse iustū:vnde dicit. *Igitur Eliud hoc rursum loquutus est*, interrupto , scilicet sermone,expectans si Iob responderet,quo non respondente,iteratò sermonem assumpsit dicens. *Nunquid aqua videtur tibi tua cogitatio:vt diceres iustior Deo sum?* Hoc quidem nunquàm dixerat,nec Eliud ei imponit,quod verba ꝓtulisset,sed quòd verba quæ ꝓtulit,ex hac cogitatiōe prouenirēt: vnde signāter fecit de cogitatione mentionē. Ex quibus autē verbis hāc cogitationem eū habuisse Eliud ostēdit,subdēs. *Dixisti enim nō tibi placet,quod bonum est*. Alia litera habet,qđ rectū est:vel qđ tibi ꝓdest si ego peccauero.Hæc duo verba in præmissis Iob verbis nunquàm inueniuntur,sed primum horum,scilicet,quòd Deo nō placeat,quod bonum est.Videtur accipere ab eo,quod Iob suprà dixerat. Si impius fuero: *Capit.* væ mihi est,si iustus,non leuabo caput,quod Iob dixerat ad signandum , quòd temporalibus pœnis iusti pariter & iniusti affliguntur, sed Eliud hoc interpretabatur esse dictum:quasi Deo hominis iustitia nō placeret. Hoc verò,quod secundò proponit:quid tibi prodest si ego peccauero,nunquàm legitur Iob dixisse, sed hoc accipere voluit ex hoc,quod idem Iob dixerat,si peccaui & ad horam pepercisti mihi,cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris, quod Iob dixerat ad ostendēdum,quòd prosperitas temporalis non semper in nocentiam comitatur. Alioquin ipse prosperitatis tēpore innocens fuerit,dimissis sibi peccatis,nec erat ratio quare post peccatorum remissionem iteratò à Deo peccatis mundaretur. Sed Eliud ad hāc sententiam hæc verba retorsit: quasi Iob putauerit peccatum suum,aut pœnā peccati Deum induxisse propter suā vtilitatē. Ex ijs autē duobus.s.ꝙ Deo non placeret,qđ bonum est,& quod ipse vtile sibi reputaret peccatū,sequi videretur,quod Iob iustior Deo esset,cū de se supra dixerit,quod displicuerint ei mala,& placuerint bona. Cōcludit autē ex præmissis propter eorum absurditatē se cōpelli ad respōdēdū:vnde dicit. Itáq; *ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecū*. Qui.s.te talia dicentē cōuincere non poterunt. Et incipit ab eo,qđ vltimò dictum est,ostēdens,quod Deus nō potest iuuari nec lædi ex operibus nostris bonis vel malis,& hoc propter eius sublimitatem. quā primò proponit dicēs. *Suspice*. i.surſum inſpice. *cœlum*. quod.s. sedes Dei. *& intuere*. s.visu. *& contemplare*. s.mēte. *æthera*. i.totum superius corpus.ex cuius nō solū altitudine, sed etiam magnitudine motu & ornatu cōuincere potes.*hoc.s.quod altior te sit*.intantū.s.qđ opera tua ei nec proficere,nec nocere possunt:vnde subdit.*Si peccaueris*.s.vel in te:vel in Deum,*quid ei nocebis*?Quasi dicat ex hoc detrimentū patietur.Quantū autē ad peccata quæ cōmittuntur in proximū subdit:*& multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ*,quib⁹ scilicet iniuste proximos lædis,*quid facies contra Deum*,quasi dicat in nullo ex hoc lædetur.Quantū ad bona quæ in proximū fiunt subdit.*Porrò si iustè egeris*.Cius suum proximis reddens,*quid donabis ei*?quasi dicat quid ipse ex hoc lucrabitur. Quantū autē ad opera diuini cultus,subdit:*aut quid de manu tua accipiet*.s.in sacrificijs & oblationib⁹,quasi dicat nihil secūdū illud.Non accipiam de domo tua vitulos.Et quia posset aliquis credere,quod ad eum non pertineret. Vtrum homo ageret iustè,vel iniustè,ad hoc excludendum subdit,*Hominiqui similis tui est,nocebit impietas tua*.Qui scilicet susceptibilis est nocumenti:*& filium hominis adiuuabit iustitia tua*.Qui scilicet auxilio iustitiæ indiget:propter hoc prohibetur à Deo impietas,& iustitia mandatur:quia Deo est de hominibus cura.quia per hoc vel iuuantur vel lædūtur.Et ex hoc fide cōtingit:quòd oppressi clamant ad Deum contra oppressores:quorum quidam dolosè opprimunt per calumniam:vnde subdit quantum ad hoc,*propter multitudinem calumniatorum clamabunt*,scilicet ad Deum quia ab eis illi oppressi sunt,quidam verò opprimunt manifestè per violentiam.& quantùm ad hoc subdit,*& iurabunt propter vim brachij tyrannorum*,id est,clamabūt ad Deum propter violentiam & potentiam tyrannorum.Ex quo datur intelligi,ꝙ nō solùm Deo prodest,ꝙ aliquis peccat:sed ei displicet & punit alioquin frustra clamarent oppressi.¶Deindè conuertit se ad improbandum aliud verbum,quòd præmiserat:non tibi placet quod rectum est,quòd diuinæ sapientiæ repugnaret. Quòd primò quidem apparet in rerum creatione:vnde dicit,*& non dixit*,scilicet Iob sentiens,quod Deo bona nō placerēt,*vbi est Deus qui fecit me*.Nō enim Deus fecit res nisi propter bonū:vnde dicitur.Vidit Deus quod *Gen.1.* bonū,&c.vnde manifestum est, quod placet Deo bonum. Secundò inducit beneficium humanæ instructionis,quo aliqui instruūtur ad bonum ex reuelatione diuina:vnde subdit,*qui dedit*,scilicet per reuelationē,*carmina*,humanæ instructionis dogmata,quæ ab antiquis multotiens carminibus cōprehendebātur,*in nocte*,id est,ad literam in somnio nocturno,vel in quiete cōtēplationis:sed obscuritate visionis.Nō autē eruditet homines ad bonū familiariter,nisi bonum ei placeret.Tertiò inducit infusionē verbis hominis:quo bonū à malo discernimus per rationē in qua excedimus bruta:vnde subdit:*qui docet nos super iumēta terræ*,quæ.s.ratiōe carēt.Et quia antiqui auiū garritus & mot⁹ obseruabāt,quasi diuinit⁹ instructarū,ac si rationē haberēt.Ideò ad hoc excludēdū subdit, *super volucres cœli erudit nos*. quæ etiā rationē non habēt:Et quia odit malū,& placet ei bonum: ideò oppressos clamātes audit:vnde subdit,*illi clamabunt*.scilicet calūniatores & tyranni quasi petētes à Deo desideriorū suorum implētionē,*& non exaudiet*.s.Deus,& hoc propter superbiā malorū.s.hominum secundū illud.Respexit in orationē humiliū.Et ne crederet aliquis Deum indifferēter omnes exaudire,subdit:*non ergo frustra*. *Psalm.* ideſt,sine ratione,*exaudiet Deus*.Quia scilicet iustissima ratione hos *101.* exaudit,& non illos:vnde subdit: *& omnipotens singulorum causas intuebitur*,vt scilicet dignos exaudiat non indignos.Maximè autem videtur,quod Deus singulorum causas nō videat,ex hoc quandóque impij prosperantur:sed ad hoc excludendum subdit.*etiam cum dixeris*.i.corde tuo cogitaueris.*non considerat*.i.Deus facta hominū.*iudicare coram illo*.i.præparare:vt iudicium ꝙius suscipias,*& expecta eum*.s. in futurū iudicātē. Et si hāc nō puniat:tardat eā vt in futuro grauiùs cōdēnet.vnde subdit.*nūc enim*.i,in ꝓsenti vita,*nō aufert furorē suum*, id est,magnitudinem pœnæ.*nec vlciscitur scelus valde*.i.non punit in præsenti secundum quod exigit grauitas culpæ.quia pœnæ præsentis vitę sunt ad correctionem:& ideò illi quos correctione indignos iudicat,futuræ dānationi reseruat.& hæc est alia ratio:quare impij in hoc mundo prosperātur:in quo cōcordat cum opinione Iob Sed quia eius verba prauè intellexerat,ideò ea reprehēdit cōcludēs.*ergo frustra Iob*.i.sine causa.*aperit os suum*,quasi prolixitatem sermonis in eo reprehendens,*absque scientia*,verba multiplicat in quo arguit in ipso ignorantiam & loquacitatem inutilem.

CAP. XXXIII. LECT. I.

ADDENS *quoq; Eliud hæc loquutus est.Sustine me paululum, & indicabo tibi. Adhuc enim habeo quod pro Deo loquar.Repetam scientiam meam à principio, & operatorem meum probabo iustum.Verè enim absq; mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi:Deus potentes non abiicit,cū & ipse sit potens:sed non saluat impios:& iudicium pauperibus tribuit.Non auferet à iusto oculos suos, & reges in solio collocat in perpetuum, & illic erigūtur.Et si fuerint in cathenis, & vinciātur funibus paupertatis:indicabit eis opera eorum, & scelera eorum:quia violenti fuerunt. Reuelabit quoq; aurē eorum:vt corripiat: & loquetur,vt reuertantur ab iniquitate.Si audierint & obseruauerint,cōplebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria.Si autem nō audierint,transibunt per gladiū, & cōsumētur in stultitia.Simulatores & calidi prouocāt irā Dei,neq; clamabūt,cum vincti fuerint.Morietur in tēpestate anima eorū, & vita eorū inter effeminatos.Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurē eius.Igitur saluabit de ore angusto latissimè: & non habēte fundamentum subter se.Requies autē mensæ tuæ erit plena pinguedine.Causa tua quasi impij iudicata est,causam iudiciumq; recipies.Non te ergo superet ira,vt aliquē opprimas,nec multitudo donorum inclinet te.Depone magnitudinem tuā absq; tribulatione , & omnes robustos fortitudine. Ne protrahas noctem:vt ascēdant populi pro eis.Caue ne declines ad iniquitatem.Hanc enim cœpisti sequi post miseriam.*

¶Præmiserat Eliud supra duo in verbis Iob,cōtra quæ disputare intendebat.Primò quia dixit se esse iustū, & quod Deo imposuerat iniquitatem iudicij,prout Eliud verba Iob interpretatus fuerat:& contra hæc duo Eliud in superioribus iam disputauerat,nūc iterato per aliam viā cōtra eadem disputare intēdit:vnde dicitur, *Addens quoq; Eliud*.s.subsequentes rationes ad præmissas,*hæc loquutus est*.s.quę sequuntur.Inter quæ primò eū ad attentionē excitat,*Sustine me paululū*.Quia scilicet breuiter sub vna responsione cōtra duo præmissa disputare intendit.vnde subdit,*& indicabo tibi*.s.veritatē rei de qua agitur.Et ne videatur superfluus.quasi scilicet hoc iam supra ostendisse videbatur,quod volebat,subdit:*Adhuc enim habeo quod pro Deo loquar*.Quasi dicat adhuc mihi aliæ suppetūt rationes:quibus æquitatē diuinæ iustitiæ defendā.Et quia cōtra vtrūq; præmissorū iterato intēdit rationes inducere,subdit. *Repetā scientiā meam à principio*. Quasi dicat contra totū id,quod est dictū iterato secundū meā sententiā rationes adducam:& quod huiusmodi rei sit debitor,subdit: *& operatorē meū*.i.Deum qui me fecit,*probabo iustum*.Excludens,scilicet iniquitatē ab eius iudicio,quā tu Iob ei imponere videris:vt te asseras iustū.Et ne aliquis diceret:quod ea quæ dicturus erat,non ex vera sciētia sed ex falsa opinione procedebāt,subdit:*Verè enim absq; mendacio sermones mei*.Quasi dicat non sum dicturus nisi vera, quæ rectæ scientiæ conueniunt:vnde subdit:*& perfecta scientia probabitur tibi*.i.probationes sequentes tibi concludent ex ijs quæ videntur pertinere ad perfectā sciētiam.¶Is igitur quasi procemialiter præmissis incipit disputare super præmissis verbis quæ Iob imponebat. Et primò cōtra hoc,quod Iob dixerat se esse iustū.ad quod excludē dum hoc modo procedit.Iam prosperitatis tēpore magnæ potestatis erat.Cōtingit autē quādoq; quod aliqui potentes persequuntur, vel propter inuidiā,vel propter timorē,quo timent ne ab eis per potentiā opprimantur:quod quidē proprie est impotentū:qui & potētibus inuidēt,& eorū oppressionibus timēt:sed hoc de Deo dici non potest,qui est in potētia excellēs:vnde subdit.*Deus potētes nō abiicit, cū ipse sit potens*.Ex quo datur intelligi quod Deus nihil in homine odit,in quo ei assimilatur.Quia cùm Deus sit ipsa essentia bonitatis,non potest esse quod aliquid similetur ei nisi in bono.Ex quo patet,ꝙ Deus nō persequitur aliquos,quia sunt potētes:sed quia in eis quādoq; inuenitur iniquitas:& pro hac punitūr à Deo.vnde subdit,*sed non saluat impios*.i.damnat eos.& causam damnationis ostendit subdens:*Et iudicium pauperibus tribuit*,id est , iudicium facit de potentibus iniquis pauperibus qui ab eis sunt oppressi. Non autem propter potentiam desistit à subuentione iustorum.vnde subdit,*non aufert à iusto*.s.homine etiam potente.*oculos suos*.i.prospectum suæ benignitatis & misericordiæ secundum illud. Oculi domini super iustos.& quod à potentibus si sunt iusti,non auferat suam misericordiam,manifestat per beneficia quæ potentibus confert.Primò quidem stabiliendo potestatem eorum:vnde subdit:*& reges in solio collocat in perpetuū*.s.si fuerint iusti Secundò quia eos promouet in maius:vnde subdit,*& illic*.s.in solio collocati,*erigūtur*.i.ad maiora exaltantur:dum.s.Deus eis & potētiam & diuitias auget. Tertiò per hoc quod etiā si puniti fuerint propter peccata, miseretur eorū,si pœnitere voluerint.vnde subdit:*& si fuerint* s.reges,*in cathenis*.& in carcere positi,*& vitiantur*.i.ligentur.*funibus paupertatis*.i.si in carcerē positi paupertatē patiantur,quæ est quodā vinculū,quo homines ligantur , ne opera sua possint implere. Et insuper multis miseriis astringuntur:& tamē eis sic in miserijs constitutis , primò quidem Deus hoc beneficiū cōfert,quod eos recognoscere facit pristina peccata:pro quibus puniti sunt:vnde subdit.*indicabit eis opera eorū*.i.faciet vt cognoscant ea quæ fecerūt esse iniusta,vnde subdit:*scelera eorū*.Quasi dicat faciat cognoscere,quod opera quòd fecerant,erāt scelerata:& quātū ad hoc quòd peccauerint,ostendit subdēs *quia violēti fuerūt*.Hoc enim est peccatū propriū potentū:vt subditis violentiam inferāt,vtentes sua potentia quasi lege iustitiæ. Nec solùm facit eos peccata sua præterita cognoscere,sed etiam ostēdit eis,quod pro suis peccatis puniuntur:vnde subdit: *Reuelabit quoq; aurem eorum*.i.faciet vt intelligant quod eis Deus puniendo loquitur : quod propter peccata sua puniuntur:vnde subdit:*vt corripiat*.Quasi dicat, hic faciet eos recognoscere,quod Deus eos puniut ad correctionē: & vlterius persuadebit eis,quod pœniteant:vnde subdit: *& loquitur*. s.interius:vel per exteriorē admonitionē,*vt reuertātur ab iniquitate pœnitēdo*.cā pristinis peccatis & huiusmodi pœnitentiæ fructū ostēdit subdens:*Si audierint*.s.corde proponētes,*& obseruauerint*,opere implentes reducentes ad statum pristinum. *& ita complebunt dies suos in bono*.s.virtutis vel prosperitatis terrenæ,*& annos suos in gloria*.s.terrena,*si autem non audierint*,id est,si nō obediuerint interiori inspirationi:vt pœniteant,*transibūt per gladium*,id est,de carcere educentur ad occisionē gladij,*& consumentur*.i.destruētur.*in stultitia*.i.propter stultitiam:Vnde considerandum est,quod Eliud in hoc dicitur cū amicis Iob conuenire,quòd possint aduersitates præsentes esse pœnæ peccatorum & ꝙ per pœnitentiam quis redit ad pristinam prosperitatem.Hæc autem & si aliquando cōtingat,non tamē semper secundū opinionē Iob.Sed quia quanēóq; cōtingit,ꝙ aliqui aduersitates patiuntur:quorū peccata nō apparent,ne per hoc prædicta eius sententia elidatur,interpretatur eos simulatores esse, quātū ad hoc,ꝙ prætēdūt iustitiā,quā nō habēt.& calidos inquātū. fastutijs quibusdā vtūtur:ad hoc,ꝙ sub colore iustitiæ iniustitiā faciant:& ex hoc ipso grauiùs peccant:vnde subdit,*simulatores & calidi prouocant iram Dei*.Quia scilicet hos Deus magis detestatur. Tales etiā non de facili pœnitent in pœnis:ideò ab aduersitate non liberantur,etiam inter flagella,quia existimāt se iustos:sicut ab alijs laudantur:vnde subdit.*Neque clamabunt*.Scilicet ad Deum misericordiam petentes.*Cum vincti fuerint*.Scilicet cathenis & funibus paupertatis,in quo dat intelligere,ꝙ existimauerat Iob simulatorem & callidū fuisse,& ideò inter pœnas peccatū suum nō recognoscat. Et quia tales nō pœnitēt in pœnis,ideò ab aduersitate nō liberant:vnde subdit.*Morietur in tempestate anima eorū*. Quę scilicet vsq; ad mortē diuersas angustias patietur,*& vita eorum*.Scilicet deficiet.*Inter effeminatos*.Quibus scilicet nō est virtus:vt se de manu opprimentiū liberent.Rectè autem simulatores effœminatis comparat,quia ex paritate animi contingit,ꝙ homines sint simulatores. Est enim proprium magnanimi esse manifestum:vt dicitur. Et quia dixerat,quòd Deus potētibus in tribulatione cōstitutis subuenit,ne videatur Deū dicere acceptorē personarum,ostendit,ꝙ etiam idem beneficiū pauperibus cōfert:vnde subdit.*Eripiet pauperem de angustia sua*.Scilicet eum ab aduersitate liberando,& ordinem liberationis ostendit subdens.*Et reuelabit in tribulatione aurem eius*.i.faciet eum intelligere, quòd pro peccatis suis punitur, & ad pœnitentiam eum inducit: sicut & supra de potentibus dicit. Ea autem quæ supra communiter dixerat,applicat ad personam Iob.Et primò quidem quia dixerat,ꝙ Deus in tribulatione salutem affert,& pauperibus & potentibus cōcludit,quòd etiam Iob huiusmodi salutē sperare potest à Deo,cum subdit:*Ideò saluabit te de ore angusto latissimè*,id est,de tribulatione quæ est sicut quoddam foramen angustum , per quòd homo in quandam latitudinem diuersarum miseriarum intrat, vnum enim malū fit homini causa diuersorum malorū,& huius malorū multiplicatio procedere potest ad infinitū.vt nūquā sit peruenire ad statū quietis,& hoc est,quod subdit,*& non habente fundamentū*.s.in quo homo possit quiescere,*subter se*.i.cum descēderit in profundum malorū,quod præcipuè pertinere videtur ad pœnas quæ sunt post mortem,quæ in perpetuū durāt sine quiete.Non solū autem promittit ei liberationē à malis,si peccatū recognoscere & pœnitere voluerit, sed etiam abundantiam bonorum,vnde subdit.*Requies autem mensæ*

Psalm. 33.

Ethic. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuæ erit plena pinguedine. Quasi dicat, cum saturitate, & quietè comedere poteris abundanter de bonis, quæ tibi diuinitùs restituentur. Et quia ostenderat, ꝙ Deus potêtes nõ abiecit, sed iniquos, Iob autẽ videbatur à Deo deiectus per multiplices aduersitates, subdit. *Causa tua quasi impij iudicata est.* Quasi dicat nõ es punitus: quia potens eras, sed quia impius, & contra hoc recõpensationẽ repromittit, si pœnituerit, cũ subdit. *Causam iudiciúmque recipies*, id est, causã & iudicium restituetur tibi vt possis aliorũ causas discutere & de eis iudicare, & quasi iam hoc factũ esset, monet eum qualiter in statu illo se debeat habere. Contingit autẽ quandóqi, ꝙ iudices à iustitia declinant propter irã, & quantũ ad hoc, dicit, *non te ergo superet ira.* Vt aliquem opprimas iniustè, quando causam & iudicium recipies, quandóqi verò iudices à iustitia declinãt propter cupiditatẽ munerum, & quantũ ad hoc subdit. *Nec multitudo donorum declinet te.* In illo scilicet statu futuræ auctoritatis. Contingit etiam quandóqs, ꝙ aliquis ex sola superbia alijs iustitiam facere contemnat, & quãtum ad hoc subdit. *Depone magnitudinẽ tuam*, id est, superbiã animi tui, *absque tribulatione*, id est, antequã tibi tribulatio immittatur à Deo ad tuam humiliationẽ, quandóqi verò contingit, ꝙ iudices à iustitia declinant deferẽtes aliquibus potentibus propter timorẽ, & quantùm ad hoc subdit, *& omnes robustos fortitudine.* Cuius deponas: vel quantumcúnq, robustos in sua fortitudine, tu nõ dubites deponere propter iustitiam. Quandóqi autem contingit, ꝙ aliqui iudices à iustitia deficiunt, parcẽdo propter suam quietẽ: vnde subdit, *nec protrahas noctem*, id est, ne velis nimis dormire, vel quod ad expeditionem iustitiæ non intendas vel, *ne protrahas noctem*, id est, non permittas diu latere iustitiam causę, sed festina vt veritas manifestetur, & causam ostendit subdens. *Vt ascendant populi pro eis.* ſ. robustis quasi dicat non ita protrahas iudicium quoúsq; totus populus concitetur ex violentijs robustorũ, & pro eorum iniurijs ad te inquirendum accedãt, vel aliter. *Ne protrahas noctẽ vt ascendant populi pro eis.* Quasi dicat, ne differas iudicium cõtra robustos exercere, ne fortè per suam potẽtiam inueniant multos fautores, qui pro eorũ defensione consurgãt, vt sic tuum iudicium impediatur. Omnia autẽ ista ad hoc tendunt, vt in statu futuræ prosperitatis iniustitiam vitet, vnde subdit, *Caue ne declines ad iniquitatem.* ſ. per aliquem prędictorum modorum: vel aliquos alios. Posset autem Iob dicere hanc admonitionem esse superfluam: quia ipse solebat iustitiam diligenter exequi, sicut suprà dixerat, & ideò Eliud subiungit, *hanc enim.* ſ. iniquitatem. *Cœpisti sequi post miseriam.* Scilicet in hoc quod te reputas Deo iustiorem, & ideò cauendum est tibi, ne à iustitia declines si te contingat ad statum prosperitatis redire.

LECTIO II.

Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari vias eius, aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatẽ? Memento quod ignores opus eius de quo cecinerunt viri. Omnes homines vident eum, vnusquisq; intuetur procul. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram? Numerus annorum eius inestimabilis. *Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitũ. qui de nubibus fluunt qui prætexunt cuncta desuper. Si voluerit extendere nubes, quasi tentorium suum, & fulgurare lumine suo desuper cardines quóque maris operiet. Per hoc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus.*

¶ Postquàm Eliud improbauerat verba Iob, quantum ad hoc, quod se iustum dicebat, hic nititur improbare verba eius, quãtum ad hoc, quòd credebat eum loquutum esse contra iustitiam diuini iudicij. Vnde primò proponit sublimitatem diuinæ potestatis cùm dicit. *Ecce Deus excelsus in fortitudine sua.* i. habet potestatem cæteris sublimiorem. non est autem rationi consonum: vt maior potestas à minori de iniustitia condemnetur. Secundò proponit eius auctoritatẽ, cùm subdit, *& nullus ei similis in legislatoribus.* Quia scilicet legum conditores per eius sapientiam iusta decernunt: vt dicitur. Vnde nullis legibus potest ipse de iniustitia condẽnari. Quia potius sua sapiẽtia est regula & mensura omnium legum. Tertiò proponit incomprehensibilitatẽ operũ eius, cùm subdit, *quis poterit scrutari vias eius.* i. sufficienter inuenire rationes operum ipsius. & ex hoc quasi concludit, quòd non potest de iniustitia condemnari: vnde subdit, *aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatem.* Ad hoc enim, ꝙ aliqs de iniquitate condemnetur, requiritur, quòd sit subiectus superiori potestati, & quod legibus alienis astringatur, & quod eius opera cognoscantur, quæ in Deo locum non habent: vt dictum est. ¶ Consequenter manifestare incipit, quod vias Dei. i. opera eius homo scrutari nõ possit dicens. *Memento, quod ignoras opus eius, de quo cecinerunt viri.* i. sapientes. quos viros nominat, propter animi virtutem, dicit autẽ, *cecinerunt*, propter antiquã sapientum cõsuetudinẽ, qui mertricẽ diuina & Philosophica describebant, quãtũcúnque autem homines aliqui fint sapiẽtes, non possunt pertingere ad cognoscendã & enarrandã sciẽtia eius, sed tota hominis cognitio & sermo est de Deo ꝓ opera eius, quæ tamẽ neq; Iob neq; aliqs alius homo, ꝓfectè cognoscere põt, & iõ subdit. *Omnes homines vident eum.* Scilicet per sua opera, nullus enim adeò in sapientia deficit, qui aliqua diuinorum ope percipiat, & rursus nullus est adeò sapiẽs, cuius cognitio nõ multum vincatur ab excellẽtia claritatis diuinæ: vnde subdit. *Vnusquisque intuetur procul.* i. cognitio hominis lõgè distat à perfecta cõprehensione diuinæ essentiæ. Tum quia nõ potest homo nisi per opera cognoscere quæ in infinitum distãt ab excellẽtia essentię eius. Tum quia etiã opera eius perfectè homo non cognoscit, & ex hoc cõcludit, quod Deus per suã excellentiã hominis cognitionem excedit: vnde subdit. *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram.* Quod enim à nobis perfectè Deus cognosci non possit, nõ cõtingit propter defectum ipsius sicut cõtingit de motu & tẽpore, sed ꝓpter eius excellentiã. Posset autẽ aliquis dicere, quod quãuis de Deo non possumus cognoscere quid sit, possumus tamen cognoscere de Deo, an est, quod pertinet ad eius durationẽ, sed quod hoc etiã excedat hominis cognitionẽ ostẽdit, subdẽs, *numerus eius inæstimabilis:* qã videlicet æternitas durationis ipsius humano intellectu cõprehẽdi non potest. Ostẽdit autẽ cõsequẽter magnitudinem operum Dei, quæ humanã rationẽ excedunt, enumerãs diuersas aẽris trãsmutationes, qui qñq; per siccitatẽ disponitur, & quãtũ ad hoc dicit, *qui aufert pluuiæ stillas.* Scilicet impediendo ne pluat, qñq; verò in aere abundãt pluuiæ, quarum magnitudinẽ describit, dicẽs, *& effundit imbres ad instar gurgitum.* Qui ſ. fluunt in terra. & huiusmodi abũdãtia pluuiæ admirabilis apparet, si cõsideretur pluuiarum origo: vt ſ. tanta aqua prorũpat de nubibus, quæ soliditatem non habẽt. & quãtum ad hoc subdit. *qui.* ſ. gurgites. *de nubibus fluunt.* Non tamẽ ira, qđ actu tãta pluuia in nubibus existat, sed qa ipsi vapores nubiũ successiue in pluuias cõdensantur. Est autẽ & aliud in pluuijs mirabile, qđ lõgo spatio terrarũ supereffunduntur vnde subdit, *quæ prætexũt cuncta desuper.* Scilicet loca in regione in qua pluit, vt nulla pars illius terræ remaneat non cõplura. ¶ Consequẽter de ipsis nubibus loquitur dicẽs, *Si voluerit nubes extendere quasi tentoriũ suum.* Quia scilicet per nubes occultatur cœlũ, quod est sedes Dei, sicut sedens alicuius hominis occultatur tẽtorio. De nubibus autem procedunt fulgura propter collisionẽ venti, vnde subdit, *& fulgurare lumine suo desuper.* Nubes autem quandoq; contegunt cœlum vsq; ad orizontẽ alicuius regionis, infra quẽ extremitates maris claudi videntur, & ideò dicit: *Cardines quoq; maris operiet tentorio nubium.* Dicit autem si voluerit, vt ostendat diuinam voluntatẽ principium esse naturaliũ operum. Est autem proprium voluntatis: vt propter finem operetur, & ideò finem horum operum ostẽdit, subdens. *Per hoc enim iudicat populos.* Quantũ scilicet ad aliquos qui per hoc puniuntur, *& dat escas multis mortalibus.* Quãtum ad hoc scilicet quod pluuiæ sunt vtiles ad terræ fœcunditatem, per quam hominibus cibaria nascuntur.

LECTIO III.

In manibus absondit lucem, & præcepit ei vt rursus adueniat. Annũtiat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad ea possit ascẽdere.

CAP. XXXVII.

Super hoc expauit cor meum, & emotum est de loco suo. Audiet auditionem in terrore vocis eius & sonum de ore illius procedentem. Super omnes cœlos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ. Post eum rugiet sonitus: tonabit voce magnitudinis suæ: & nõ inuestigabitur, cùm audita fuerit vox eius. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & insœrutabilia. Qui præcipit niui, vt descẽdat in terram, & hyemis pluuiis & imbri fortitudinis suæ. Qui in manu omnium hominum signat: vt nouerint singuli opera sua. Ingredietur bestia latibulũ suum, & in antro suo morabitur. Ab interioribus egredietur tempestas: & ab arcturo frigus flante Deo concrescit gelu: & rursum latissimè fundũtur aquæ. Frumẽtũ desiderat nubes, & nubes spargũt lumẽ suũ. Quæ lustrãt, cuncta per circuitũ, quocũq; eas voluntas gubernantis duxerit ad omne, quod præcipit illis super faciem orbis terrarũ: siue in vna tribu siue in terra sua siue in quocúnque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri.

¶ Prosequutus est Eliud supra de mutatione aẽris, quæ fit secundum siccitatem, & pluuiã & nubium super inductionem ex quibus Deus lumine suo fulgurat, o ũc autẽ de ipso lumine, quod à nubibus quandóq; occultatur: & quãdóq; reseratur: & de tonitruo, quod ex nubibus oritur latiùs prosequitur, & incipit à lumine dicens, *in manibus absondit lucem*, id est, opera virtutis suæ facit: vt quãdóq; lux solis & stellarum nubibus occulatur, sed quia hæc occultatio non est perpetua, sed ad tempus subdit, *& præcepit ei vt rursus adueniat:* videlicet descendentibus nubibus. Vel possunt hæc verba referri ad obtenebrationem & illuminationem aẽris per solis occasum & reditum. ¶ Est autem considerandum, quòd sensibilia sunt quædam intelligibilium signa: vnde per effectus sensibiles ad cognitionem intelligibilium deuenimus, inter omnes autem sensibiles effectus spiritualior est lux: vnde & efficacior est ad producendum intelligibilium cognitionem, inquantùm scilicet visus, cuius cognitio per lucem perficitur: plurimum intellectualem cognitionem iuuat, quia igitur ista lux sensibilis ex potestate Dei hominibus occultatur & communicatur; datur per hoc intelligi, quòd apud ipsum sit quædam ex-

quædam excellentior lux scilicet spiritualis: quam Deus in præmiũ virtutis hominibus reseruat, vnde subdit, *annuntiat de ea*, scilicet luce per corporalia signata, *amico suo*, scilicet virtuoso, quẽ Deꝰ amat, *quod possessio eius sit*, idest, ꝙ illa lux spiritualis sit thesaurus, quem Deus amicis suis reseruat in præmium, & ꝙ ad eam possit ascendere scilicet per opera virtutum ipsam promerendo &, ad ipsam promerendam se præparando, quãuis etiã hoc posset exponi de luce corporali. Posuerunt etiam platonici, ꝙ animæ hominum deriuabãtur ab animabus stellarum, vnde quando animæ humanę suam dignitatem seruant, secundum rationẽ videndo, reuertuntur ad claritatem stellarum, vnde defluxerũt, vnde in somnio Scipionis legitur. Quod ciuitatum rectores & seruatores hinc profecti scilicet à cœlo huc reuertuntur. In quo etiam dat intelligere, ꝙ nõ ponebat vltimam remunerationem virtutis in temporalibus, bonis, sed in bonis spiritualibus, post hãc vitã. Hoc autem est inter omnia maximè admirãdũ: ꝙ homo terrenus & corruptibilis ad spiritualiũ & cœlestium possessionem promoueatur, & ideò subdit. *Super hoc*, scilicet, ꝙ homo possit ascendere ad lucem possidendam, *expauit cor meum*, timore scilicet admirationis & stuporis, *& motum est de loco suo*, vt scilicet nõ solùm desideret & concupiscat quæ videntur ei cõnaturalia secundum sensibilem vitam, sed etiam ad spiritualia & cœlestia transferatur. Post visum autem, qui est cognoscitiuus lucis corporalis, maximè deseruit intellectui auditus in quãtũ est perceptiuus vocum, quibus intellectuales conceptiones exprimuntur, sicut autem per visionem lucis corporalis homo reducitur in cognitionem & expectationẽ cuiusdam altioris lucis, ita etiam & quòd auditu corporalium sonorũ diuina virtute formatorum homo manu ducitur ad audiẽdam spiritualem Dei doctrinam, vnde subdit, *audiet*, scilicet homo, *auditionem*, scilicet spiritualis doctrinæ, *in terrore vocis eius.* id est, signo tonitrui: quod quasi terribilis vox Dei est. Auditionem autem prædictã exponit subdẽs, *& sonum de ore illius procedentem.* Sonus enim tonitrui corporalis est quasi manu eius idest potestate formatus, sed sonus ex ore eius procedens est doctrina sapientiæ eius secundum illud, Ego ex ore altissimi prodij. Et ne aliquis crederet Deum non habere aliã lucem, quam sit lux corporalis cœli: excludit subdens, *super omnes cœlos ipse considerat.* quasi dicat eius visio non est infrà cœlum, nihil autem videtur, nisi in aliquo lumine, quia omne quod manifestat lumen est, vt dicitur ad vnde necesse est, quòd lux Dei sit excellentior ista luce corporali, quæ primò inuenitur in cœlis, vnde subdit, *& lumen illius*, scilicet intelligibile est, *super terminos terræ.* i. super omnẽ corpoream creaturam. Et sicut lux corporea cœli est infra ipsum: ita etiam & sonus tonitrui corporalis est in ſerior ipso: vnde subdit, *post eum.* i. sub ipso. *rugiet sonitus*, scilicet tonitrui corporalis, habet autẽ alium vocem spiritualem scilicet sapientiæ doctrinam, quæ est hominii incomprehensibilis de qua subdit, *tonabit vocem magnitudinis suæ.* i. quæ docet magnitudinem eius, & hanc vocem non omnes audiunt, sicut tonitruum corporale, & illi qui aliqualiter audiunt eam, comprehendere nõ possunt vnde subdit, *& nõ inuestigabitur.* ſ. perfectè, *cùm audita fuerit*, id est, percepta spiritualiter ab aliquo homine, *vox eius*, id est, sapientiæ doctrina. Huius autem vox non solùm ordinatur ad doctrinam hominum, qui eam audiũt: sed etiã ad perfectionem naturaliũ operũ, quæ ex præcepto diuinæ sapientiæ fiũt. Vnde secũdò repetit, *tonabit Deus in voce sua*, id est, in imperio sapiẽtiæ suæ, *mirabiliter*, id est, mirabiles effectus producendo, & hoc est, quod subdit, *qui facit magna.* ſ. secũdum eorum veram rationem, & *insœrutabilia*, scilicet rationi humanæ. Et horum manifestationẽ incipiens subdit, *qui præcipit niui*, scilicet voce sapientiæ suæ, *vt descendat super terram*, quia scilicet ex eius imperio niues generantur, & etiam pluuię & imbres, vnde subdit, *& pluuiis hyemis*, quæ scilicet in hyeme abundant, *& hymbribus fortitudinis suæ*, qui scilicet ex aliqua vehementiori causa generãtur & cum impetu venti. Et quia omnia quæ in rebus inferioribus fiunt ad omnes quodãmodo ordinantur, ideò subdit, *qui in manu omniũ hominum signat, vt nouerint singuli opera sua.* Diuersis enim hominum operibus diuersæ dispositiones aẽris congruunt. Aliud enim est opus noctis, & aliud diei. & rursum quòd aliud exercet homo tempore serenitatis, & aliud tẽpore pluuioso, quod autem opus cuilibet tempori congruat, discernit homo secũdum rationem sibi diuinitùs datã: & hoc est signum quod Deus posuit in manu. i. in operatiua virtute omniũ hominum: vt sciat congruè distribuere sua opa diuersis tẽporibus. Et ista quidẽ tia vsq; ad aũalia bruta protẽdit quæ quodã naturali instinctu diuersis tẽporibus diuersis operant: vnde subdit, *ingredietur bestia latibulũ suũ.* ſ. tẽpore pluuioso, *& in antro suo morabitur*, scilicet tempore cõgruo. ¶ Deinde ostendit effectus diuersorũ ventorũ. Circa quod considerandũ est, ꝙ meridionales venti pluuias & tempestates producunt, venti autem septẽtrionales causant frigus in aẽre: meridionales autem venti oriuntur nobis ex parte quæ est versus polũ antarticũ qui occultatur à nobis, vtpotè depressus sub nostro orizonte secundum quantitatem, qua polus arcticus super orizõtem eleuatur: ideò dicit, *ab interioribus egredietur tempestas*, quasi dicat tempestas apud nos causatur per ventũ procedentem à parte cœli, quæ semper deprimitur sub nostro orizonte, qui quidem ventus dicitur Auster, & quãtũ ad Aquilonem subdit, *& ab arctico frigus* arctos enim in græco dicitur pars septẽtrionalis vnde arcturus vocatur constellatio vrsæ, quæ semp eleuatur super orizõtẽ: & ex illa parte ꝓcedit Aquilo, qui causat frigus propter remotionẽ solis ab illa plaga cœli. Et vt hoc attribuatur diuinæ sapientiæ subdit, *flante Deo cõcrescit gelu*, quasi dicat ventus aquilo qui causat gelu, oritur Deo flãte, id est, ipsum flatũ causante, & rursum scilicet Deo flãte, id est, producẽte ventũ australem, *latissimè*, id est, abundantissimè, *fluunt aquæ.* ſ. pluuiarũ quæ causantur ex Austro. Et huiusmodi etiã effectus ad vtilitatem hominum referri ostendat, subdit, *frumentũ desiderat nubes*, quasi dicat nubes ordinãtur ad frumentũ, sicut ad quendam finem: & pro tanto' dicit: ꝙ nubes desiderant frumentum, quia videlicet ex nubibus' vtilitas frumẽto' prouenit vel ratione pluuiæ ex nube descẽdentis: quę irrigando terram fœcũdet eam ad productionem frumẽti. Vel etiam quantùm ad hoc, ꝙ vtile est frumento, quòd aliquando nubibus obũbretur, ne deficeretur continuis solis ardoribus. subiungit aliam vtilitatem nubium cum dicit: *& nubes spergunt lumen suum*, quod potest referri vel ad lumen corruscationum, secundũ id, quod supra in præcedenti capitulo prædixerat. Si voluerit extẽdere nubes & fulgurare lumine suo, vel magis potest referri ad lumẽ quod resplẽdet in aẽre ex radio solis reuerberantis ad nubes quodammodò contemperatis per ipsas: vnde claritas solis apparet in aẽre ante ortum solis, & etiã post occasum propter reuerberationem ex radiorũ solis ad nubes quæ sunt in loco sublimiori, ad quem citius accedunt radij solares, & tardiùs eas deserunt. ¶ Posita autem vtilitate nubium, describit eorum motum dicens. *quæ lustrant cuncta per circuitum*, nõ enim nubes super vnam tantũ partem terræ resident ex qua vapores sunt eleuati: sed impulsu ad diuersas partes transferuntur: Solent' autem venti ad plurimum gyrum quædam facere sequentes motum solis, vnde in mare fiant venti orientales, posteà meridionales, & tandem versus vesperas occidentales, vnde & ex consequenti nubes circuitu quodã mouentur & vt ostendat hoc ex prouidentia diuina procedere subdit, *quocúnq; eas voluntas gubernantis*, scilicet Dei, *duxerit*, quia scilicet non semper ad omnẽ partem terræ nubes proueniunt, sed quandóque ad hanc quandóque ad illam secundum Dei dispositionem. Procedunt autẽ ex nubibus diuersi effectus, puta pluuiæ, niues grandines, tonitrua, & similia, & sicut ex diuina dispositione dependet ad quã partem terræ nubes perueniant, ita etiam ex ea dependet, quia effectus ex nubibus consequatur, vnde subdit, *ad omne quod præcepit illis super faciem terræ.* Quasi dicat ex præcepto diuino dependet, quis effectus sequatur ex nubibus super terram, & quia dixerat. *quocúnque eas voluntas gubernantis duxerit.* hic exponit subdens, *siue in vna tribu*, quia scilicet cõtingit quandóque quòd in vno territorio nubes apparent & in alio non apparent secundum illud. Plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui, & hoc dupliciter contingit, quia quandóque nubes apparent in eadem regione ex qua vapores generantur: quòd contingit quandóque ex impulsu venti, ad loca remota vapores non transferuntur, & quãtùm ad hoc subdit, *siue in terra sua*, scilicet nubium, vnde sunt exortæ, quandóq; transferuntur ad aliam regionem: & quantùm ad hoc subdit, *siue in quocúnque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri.* ex magna enim misericordia Dei procedit, quòd nubes & pluuias alicui regioni prouideat temporibus optimis: & præcipue in terris calidis, vbi sunt pluuiæ rariores.

Eccles. 24.

Eph. 5.

Amos. 4.

LECTIO. I.

Auscvlta hæc Iob, sta & considera mirabilia Dei. Nũquid scis quãdo præcepit Deus pluuiis, vt ostenderet lucem nubium eius? Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias? Nonne vestimẽta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro? Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt? Ostende nobis quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimus tenebris. Quis narrabit ei quæ loquor. Etiam si loquutus fuerit homo deuorabitur, at nunc nõ videt lucẽ. Subit aẽr cogetur in nubes, & ventus trãsiens fugabit eas. Ab Aquilone aurum venit: & à Deo formidolosa laudatio. Dignè eum inuenire nõ possumus. Magnus fortitudine & iudicio & iustitia, & enarrari nõ potest. Ideò timebunt eum viri, & non audebunt contemplare omnes qui sibi videntur esse sapientes.

¶ Postquã Eliud multa mirabilia operũ diuinorũ narrauerat: hîc inuehit cõtra Iob, qui Deũ de iniustitia arguere videbat: cũ tamen eius opera cõprehẽdere nõ possit, & ideò dicit. *ausculta enim Iob*, quæ scilicet à me dicunt de magnitudine diuinorũ operum, *sta*, scilicet per mẽtis rectitudinẽ, & *cõsidera.* ſ. per teipsum, *mirabilia Dei*, quæ scilicet in eius operibus manifestãtur. Inter quæ mirabilia à pluuijs incipit, quas quidẽ sensibiliter homines percipiũt, sed tamẽ earũ primã originẽ, secũdũ quod à Deo sunt institutæ, scientiã cõprehẽdere nõ potest: vnde subdit, *nũquid scis quãdo Deus præcepit pluuiis*, quę scilicet ex diuina ordinatiõe super terrã cadũt: & post eorum casum, aẽr, qui prius erat tenebrosus, ex densitate nubiũ eis rarescentibus redditur

Universidad de Deusto
Biblioteca

clarus: vnde subdit: *vt ostenderent*, scilicet pluuiæ cadentes *lucem nubium eius*, id est lucẽ solis per nubes rarefcaus splendentem: quæ per nubes condenſatas occultabatur. De quarum motu ſubdit, *nunquid noſti ſemitas nubium*, quomodò ſcilicet & ex qua cauſa ad diuerſas partes propellantur flatu ventorũ. Nubium autẽ cognitio eſt principium cognoſcendi omnes aëris permutationes, puta ventos: pluuias, niues, grandines, tonitrua & cætera huiuſmodi: & ideò ſubdit, *magnas & perfectas ſententias*, magnas quidẽ propter hoc quod huiuſmodi impreſsiones in ſublimiori corpore fiunt, perfectas autem, quia per nubium ſcientiam. Cõprehendit autem notitiam prædicta rum impreſsionũ & effectuum, qui ex eis conſequitur ex ijs inferioribus. Et quia nubes à ventis impelluntur, conſequenter de effectu venti ſubiungit dicẽs. *Nõne veſtimenta tua calida ſunt, cùm perflata fuerit terra Auſtro.* Ventus enim Auſter quia ꝓcedit ex regionib⁹ calidis aërẽ calefacit: ex cuius calore veſtimẽta hominis magis cale facere eum poſſunt, & ſignanter facit mẽtionem de effectu Auſtri: quia ipſe quaſi ab imo veniens vapores cõgregando cõdenſat in nubes & eas mouet, Aquilo verò quaſi ab alto veniens magis eas diſperProuer bio.25. git. Et quia ad omnes huiuſmodi effectus virtus cœleſtium corporum operatur: ideò vlteriùs procedit vſq; ad cœleſtia corpora: vnde ſubdit, *Tu forſitan cum eo fabricatus es cœlos.* In quo metaphoricè cauſalitatẽ Dei ſuper cœleſtia corpora exprimit. Nam ſicut artifex eſt cauſa fabricæ, ita Deus eſt cauſa cœleſtium corporũ, aliter tamen & aliter: nam artifex fabricã conſtituit ex materia præiacente, cœleſtia autẽ corpora ex materia præiacenti fieri nõ poterunt: ſed ſimul in eorũ productione fuit materia cũ forma producta, & vt diſtingueret ſuperiores cœlos à cœlis qui dicuntur ærei: ſubiungit, *qui ſolidiſſimi quaſi ære fundati ſunt.* Sciendum eſt autẽ ꝙ apud nos quædam corpora ſunt quę nõ cædunt tangenti nec pertranſiri poſſunt: ſicut corpora lapidum & metallorũ, & ideò vt oſtendat ſuperiores cœlos nõ eſſe diuiſibiles aut pertrãſibiles ad modũ aëris & aquę cõparat eos æri præcipuè inter cętera metalla, quia eo vt plurimũ homines ad talia opera vtebãtur. Et ne fortè præſumptuosè Iob diceret ſe Dei opera perfectè cognoſcere irriſorie ſubdit dicẽs. *Oſtende nobis quid dicamus illi*, quaſi dicat ſi tu es ita ſapiens, ꝙ omnia Dei opera cognoſcas & ꝙ ſuper ijs etiam poſsis diſputare cũ eo doceas nos vt poſsimus ei reſpondere, & neceſsitatẽ oſtendit ſubdens, *nos quidem inuoluimur tenebris*: quaſi dicat multũ indigeremus, ꝙ prædicta nobis oſtẽderes: quia nos ea pœnitus ignoramus. Et quia ipſe multa de effectib⁹ diuinis loquutus fuerat, ne hoc ei ad præſumptionem imputaretur, quaſi ipſe exiſtimaret ſe prędicta perfectè cognoſcere, ad hoc excludendum ſubdit, *quis narrabit ei quæ loquar*, quaſi dicat hæc quæ de effectibus eius loquutus ſum, nullus ſufficienter narrare poteſt prout conuenit ei ſecundum excellentiam. Cuius virtutis. Et ſi quis in tantam præſumptionẽ erigeretur vt ſufficienter de eo loqui ſe exiſtimaret, ex hoc ipſo ſibi periculum immineret: vnde ſubdit, *etiam ſi loquutus fuerit homo*, quaſi volens diuinos effectus cõprehendere, *deuorabitur quaſi abſorptus*, à magnitudine materiæ de qua loquitur ſecundum illud. Qui perſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria. Vel poteſt aliter intelligi: vt ſit ſenſus, non ſolùm opus homo non poteſt conuenienter enarrare diuinos effectus, ſed etiam ſi ipſe Deus eos loquutus fuerit homini ſcilicet reuelando homo deuorabitur: quaſi tantã rem capere non valens vnde Ioã.16. dicitur. Multa habeo vobis dicere quæ non poteſtis portare modo Deu.5. & dicitur. Quid eſt omnis caro: vt audiat vocẽ Dei viuentis. Sed ne aliquis crederet, quòd cognitio veritatis diuinæ in perpetuum eſſet homini ſubtrahenda, ad hoc excludendum ſubdit, *at nunc*, id eſt, in præſenti tempore, *non vident*, ſcilicet homines, *lucem*, id eſt, claritatem diuinæ cognitionis. Amico tamen Dei annunciatur, quòd ad eam quandóque poſsit aſcendere vt ſuprà dictum eſt. Et ad hoc ſimilitu linem inducit dicens. *Subitò aër cogetur in nubes.* Propter cõgregationem vaporũ ab Auſtro, ex hoc redditur aër tenebroſus, ſed huius tenebræ poſtmodũ trãſeunt nubibus fugatis: vnde ſubdit. *Et ventus tranſiens*, ſcilicet Aquilo, *fugabit eas*: quaſi dicat per hunc modum, licèt nunc tenebris inuoluatur, tamen ſuperueniente morte, quæ eſt quaſi quidã tranſitus vẽti prædictæ tenebrę fugabuntur. Cõtingit autem qnq;, ꝙ in aliquo loco tenebroſo aliquid fulgidum inuenitur, ſicut pars Septẽtrionalis tenebroſa dicitur propter elongationem eius à ſole, & tamen in Septẽtrionalibus regionibus multum auri inuenitur, quod eſt inter cætera metalla fulgidius, & hoc ideò quia calore propter circũſtans aëris frigus recurrente ad interiora viſcera terræ efficaciùs ibi operatur ad auri generationem, & hoc eſt, quod ſubdit, *ab Aquilone aurum veniet*: quaſi dicat in regione Aquilonari aurum magis abundat, & ſicut in tenebris Septẽtrionis inuenitur fulgor auri, ita etiã inter tenebras ignorãtię huiuſmodi vitæ inuenitur aliqua, licèt obſcura, refulgẽtia diuinæ cognitiõis: vnde ſubdit, *& à Deo formidoloſa laudatio.* Si cñ nihil diuinæ lucis in nobis fulgeret, nullatenus eũ laudare poſſemus. Rurſus ſi fulgeret nobis diuina veritas manifeſtè ſicut ĩ Meridie eũ ſecurè laudarem⁹. Sed quia cum quadã obſcuritate nobis aliqd de diuina luce fulget, cum formidine ipſum laudamus, ſicut cũ formidine homo facit illud, quod ſcit ſe perfectè facere nõ poſſe: vnde ſubdit, *dignè eum inuenire non poſſumus*: vt ſcilicet per noſtrã inuẽtionem perueniamus ad eum cognoſcẽdum, ſicuti eſt. Quod quidẽ ex eius excellẽtia contingit: vnde ſubdit, *magnus fortitudine*: qa ſcilicet eius virtus in inſinitum excedit omnes effectus ſuos: vnde ex eis dignè inueniri non poteſt. Et ne credatur propter virtutis magnitudinẽ ſola violẽtia vti in hominum gubernatione, ſubdit, *& iudicio*. ſ. magnus eſt: quia ſcilicet incõprehenſibilia ſunt iudicia eius, nec hoc propter iuſtitiæ defectum, ſed propter excellentẽ iuſtitiã: vnde ſubdit. *& iuſtitia*. ſ. magnus eſt. & propter ſuã magnitudinem, nec mente cogitare nec ore ſufficienter de eo loqui: vnde ſubdit, *& enarrari non poteſt*, ſcilicet dignè ab homine. Et hæc eſt cauſa quare eſt eius laudatio formidoloſa: vnde ſubdit, *nam timebunt eum viri*, ſcilicet quãtũcũq; fortes propter fortitudinis magnitu linem, *& non audebunt contemplari*. ſ. preſumẽtes ad plenũ cognoſcere. *omnes qui ſibi videtur eſſe ſapientes*. & hoc ſignãter, dicit qa ſapiẽtia hoĩs quãtũcũq; ei: vel alijs videatur, diuinę ſapiẽtię cõparata, quaſi nihil eſt. ¶ Eſt autẽ cõſiderãdũ ex præmiſsis Eliud verbis, ꝙ partim cũ Iob conueniebat, partim cũ amicis eius. In hoc cñ cõueniebat cũ Iob, ꝙ credebat remunerationẽ bonorũ futurã poſt hãc vitã, & punitionẽ malorũ. Cũ amicis aũt Iob cõueniebat in hoc, ꝙ credebat oẽs aduerſitates ꝑſentis vitæ ꝓpter peccatis prouenire, de qbus ſi qs pœniteat ad ꝓſperitatẽ redibit. Cõueniebat etiã cũ amicis Iob, quãtũ ad ꝑſonã ipſi⁹ Iob: qa putabat eũ ꝓpter peccato punitũ, & qñ iuſtitia, q̃ in eo primitus fundabatur, ſeu videbatur fuerit ſimulata. Prauè etiã verba Iob accipiebat, ſicut & alij. Circa ꝓſperitatẽ malorũ in hoc mũdo ſolus tãgit hãc cauſam, ꝙ proſperatur pro peccatis aliorũ. Similiter etiã ſolus manifeſtè tãgere videtur angelos eſſe medios inter Deum & homines, Iob autem verbis eius nõ reſpõdet. Primò quidem quia in principalibus dogmatibus cum eo concordat, in quibus amici eius errabant, quos ſupra vocauerat peruerſorum dogmatũ cultores, quid autẽ de ſua perſona ſentiret Eliud non tantum cura erat ei, quòd propter hoc cum Eliud vellet contendere, præſertim quòd puritatem conſcientiæ ſuæ non aliter, quàm ſupra poterat probare ſcilicet diuinò teſtimonio. Secundò quia ex iuuenili quadam præſumptione more contentioſorum Iob imponebat verba, quæ non dixerat, vel quæ aliter dixerit, quàm ipſe acceperit, & ideò vt ſe à contentionibus ſepararet, decreuit magis eſſe ſilendum: & diuino iudicio committendum. Capit. 31.

CAP. XXXVIII. LECT. I.

RESPONDENS *autem dominus Iob de turbine dixit. Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis accinge ſicut vir lũbos tuos interrogabo te, & reſpõde mihi. Vbi eras quando ponebam fundamẽta terræ. Indica mihi ſi habes intelligentiam, qui poſuit menſuras eius ſi noſti vel quis tetendit ſuper eam lineam? Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt? Aut quis dimiſit lapidem angularem eius, cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Quis cõcluſit oſtijs mare quãdo erumpebat quaſi de vulua procedens, cum ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem? Circũdedi illud terminis meis, & poſui vectem, & oſtia, & dixi. Vſque huc veniet, & nõ procedes amplius, & hic cõfunges tumentes fructus tuos. Nunquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo, & oſtendiſti aurorę locum ſuum?*

¶ Præmiſſa diſputatione Iob & amicorum eius de prouidentia diuina, dum Eliud ſibi vices determinantis aſſumpſerat, in quibuſdam redarguens amicos ipſius, ſed quia humana ſapientia non ſufficit ad veritatem diuinæ prouidentiæ comprehendendam, neceſsarium fuit vt prædicta diſputatio diuina auctoritate terminaretur, ſed quia Iob circa diuinam prouidentiam rectè ſentiebat, in modo autem loquendi exceſſerat intantùm, quòd malorum cordibus exindè ſcandalum prouenire⁹t, dum putabant eum Deo debitam reuerentiam non exhibere: ideò Dominus tanquam quæſtionis determinator, & amicos Iob redarguit ex hoc, quòd non rectè ſentiebant: & ipſum Iob de inordinato modo loquendi, & Eliud de inconuenienti determinatione: vnde dicitur. *Reſpondens autem dominus Iob*: quia ſcilicet propter eum iſta reſponſio fiebat, quamuis non fuerit ipſe immediatè ante loquutus, modum autem reſpondendi oſtendit ſubdens, *de turbine*, quod quidem ponitur & ad literam intelligi poteſt, vt dicatur formatã eſſe vocẽ Dei miraculoſè in aëre cũ quadã aëris turbatione: ſicut in monte Synai factũ legitur: vel ſicut ad Chriſtum Exod. vox facta eſt, quando quidam dixerũt tonitruũ factũ eſſe vt legitur, 20. vel poteſt intelligi vt ſicut Metaphoricè dictũ eſt vt hæc reſponſio Ioã.12. dicta ſit inſpiratio interior diuinitus facta ipſi Iob, & ſic dominus ei de turbine reſpondiſſe, tum propter turbationem, quam adhuc patiebatur, tum etiã propter turbinis obſcuritatem. quia. ſ. diuinam inſpirationem in hac vita non poſſumus clarè percipere, ſed cũ quadam obumbratione ſenſibilium ſimilitudinum: vt Dionyſius dicit cœleſtis hierarchiæ, & hoc etiam ſignauit dominus ſupra de turbine corporali vocem ſuã ſenſibiliter fecit audiri. Determinata autem diſputatione, quaſi per ſententiã iudicij nihil vltra reſtat dicendum niſi determinationis ſententia reprobetur. Et ideò dominus primò improbauit determinationem diſputationis, quã Eliud fecerat. Improbat autẽ, quod vera ſententias quas propoſuerat, inuoluerat multis falſis & friuolis verbis. Sequitur: *Dixit quis eſt iſte inuoluẽs ſententias ſermonibus imperitis*. Sententias quidem Eliud dixerat arguendo Iob, de hoc quod dixerat ſe velle diſputare cum Deo: & de hoc quod intantũ ſe iuſtum dixerit, quod quaſi videbatur iuſtitiæ diuini iudicij derogare. Sed iſtas ſententias inuoluerat muleis præſumptuoſis & etiam falſis ſermonibus: vt ex ſupra dictis patet, qui hîc dicuntur ſermones imperiti: quia omnis inordinatio ex defectu rationis procedere videtur. Sic ergo excluſa determinatiõe Eliud, dominus ipſe incipit determinare diſputationẽ. Et primò excitat Iob ad attendendum, cùm dicit: *Accinge ſicut vir lumbos tuos*. quia metaphoricè dicitur. Homines enim ſolent lumbos præcingere, ad hoc quod ſint prompti ad iter vel ad quamlibet actionem. Vnde volebat eum dominus eſſe promptum ad conſiderandum, quòd ei dicebatur: remotis quibuſlibet impedimentis. Vnde ſignanter de præcinctione lumborũ facit mentionem, quia per lumbos voluptas carnalis intelligitur, quæ præcipuè impedit ſpiritualẽ auditũ, ſecundũ illud. Quẽ docebit ſapiẽtiam: & quẽ intelligere faciet auditum ablactatos à lacte, Iſa.28. auulſos ab vberibus. ¶ Primò autẽ incipit in ſua determinatione Iob arguere, de hoc quod præſumptuoſè videbatur eſſe loquutus, dum Deum ad diſputãdum prouocaret. Et quia ſupra. 13. videtur Deo dediſſe duorum optionem, cùm dixit: Voca me, & ego reſpondebo tibi: aut certe loquar, & tu reſpõde mihi quia Iob non vltra loquutus fuerat, quaſi alteram partem eligit, cum ſubdit: *Interrogabo te reſpõde mihi*. Quæ quidem interrogatio Dei, non eſt vt addiſcat, ſed vt hominem de ſua ignorantia conuincat. Interrogat autẽ ipſum de ſuis effectibus, qui humanis ſenſibus præſto ſunt: quos tamẽ homo ignorare oſtenditur, multò magis conuincitur ſublimiorum ſcientiam non habere. Inter alios autem ſenſibiles effectus, incipit interrogare de principalibus partibus mundi, inter quas terra eſt nobis notior, vtpotè propinquior: de qua interrogare incipiẽs dicit. *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ*. Rectè fundamento terram comparat: quia ſicut fundamẽtũ eſt infima ædificij pars, ita etiã terra eſt infimum corpus, quod ſubiacet omnibus. Et quia terra eſt præcipuè materia humani corporis, materia autẽ tempore præcedit id, quod ex ea fit. & multò magis ratio artificis, qui materiã condit, ideò ſignanter dicit. *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ*. Ac ſi dicat cognoſcere rationem fundationis terræ non potes: quia cùm terra fundata eſt, nondum eras in rerum natura. Eſt autem conſiderandum, quod quidam antiquorum ſitum terræ & aliorum elementorum, non attribuebant alicui rationi ordinanti, ſed neceſsitati materiæ: ſecundum quod grauia leuibus ſuccedunt. Vt autem hæc opinio excludatur, dominus conſequenter comparat fundationẽ terræ fundationi ædificij, quæ fit ſecũdum ædificatoris rationes: & ſimiliter fundatio terræ eſt facta ſecundum prouidentiam diuinam, quam humana intelligentia comprehendere non valet. Et hoc ſignat cum ſubdit. *Indica mihi ſi habes intelligentiam*. Quaſi dicat, ideò horum rationẽ indicare non potes, quia ad hæc capienda intelligentia tua nõ ſufficit. ¶ Eſt autem conſiderandum quod artifex in ædificij fundatione quatuor diſponit. Primò quidem quantùm debeat eſſe fundamentum: & ſimiliter diuina ratione diſpoſitum eſt, quod tanta debeat eſſe quantitas terræ & non maior, vel minor: & quantũ ad hoc ſubdit. *Quis poſuit menſuras eius*. ſcilicet ſecundum omnes dimenſiones. Et ſignanter dicit: *poſuit*. non enim ſpecies terræ ex neceſsitate talem quantitatem requirit, ſed hæc quantitas eſt terræ impoſita ex ſola ratione diuina, quam homo recognoſcere non poteſt: & ideò ſubdit, *ſi noſti*. Quia ſcilicet, hæc homo nec noſcere nec iudicare poteſt. ¶ Secundò artifex per ſuam rationem diſponit determinatum ſitum fundamenti, quem comprehendit per extẽſionem lineæ menſuralis. vnde ſubdit, *vel quis tetendit ſuper eum lineam*. Per quam ſcilicet ſignificatur ratio diuinæ diſpoſitionis deſignans determinatum ſitum terræ in partibus vniuerſi. ¶ Tertiò excogitata quantitate fundamenti, & vbi collocandum ſit diſponit artifex, in quo poſsit fundamentum firmiter collocari: & quantùm ad hoc ſubdit: *ſuper quo baſes illius*. ſcilicet terræ fundatæ ſunt quia firmata eſt ſuper cętrum mundi. ¶ Quartò autẽ prædictis tribus excogitatis, artifex iam incipit iacere lapides in fundamentũ. Et primò lapidẽ angularẽ, ad quẽ diuerſi parietes congregãtur: & quantùm ad hoc ſubdit, *aut quis demiſit*. id eſt, deorſum miſit. *lapidẽ angularẽ eius*. Per quẽ ſcilicet ſignificatur ipſum centrũ terræ, cui diuerſæ partes terræ connectũtur. Soler autẽ homo fundamentũ ædificij collocare propter neceſsitatem habitationis: ſed vt oſtendatur Deus non ex indigentia fundamenta terræ feciſſe, ſubiungit: *Cum me laudarent ſingula aſtra matutina*. Quaſi dicat, quãuis adeſſet mihi habitatio cœli, cuius aſtra me laudant: terram tamen fundaui non ex indigentia famulantium, qui eã Gen.1. inhabitarent, ſed ex ſola voluntate. Non autem hic dicitur quaſi cœlum prius ſit factum quam terra. præſertim cum in Gen. legitur. In Principio Deum creaſſe cœlum & terram. Aſtra autẽ de quibus hîc

fit mentio, ſequntur facta fuiſſe quarta die. Sed hoc dicitur ad oſtendendum, quod ordine naturæ cœlum & aſtra priora ſunt terra: ſicut incorruptibile de corruptibili, & mouens moto. dicit autem. *Aſtra matutina*. i. de nouo condita: ſicut apud nos aſtra matutina dicũtur, quæ in principio diei ſolent apparere. quod autẽ dicuntur aſtra matutina Deum laudare poteſt. Vno modo intelligibili materialiter, inquantũ. ſ. propter ſui claritatem & nobilitatẽ erant diuinæ laudis, & ſi non hominibus, qui adhuc non erant, ſaltẽ angelis, qui iam erãt ſecundum illos qui dicunt corpora cœleſtia animata, aſtra in ſuæ inſtitutionis initio Deũ laudabant: non laude vocali, ſed mẽtali. Quod etiam poteſt referri ad angelos, quorum miniſterio cœleſtia corpora mouentur, vt ſubditur, *& iubilarent omnes filij Dei*. referatur ad angelos ſupremæ hierarchiæ, quos Dionyſius dicit eſſe collocatos in veſtibulis deitatis, & ideò ſignanter illis tanquam inferioribus laudem, iſtis autem tanquam ſuperioribus attribuit iubilationem, quæ excellentiam quãdam laudis importat. ¶ Præmiſſo igitur de fundatione terræ, ſubiungit cõſequenter de aquis, quę immediatè ſuperponuntur terræ. Videtur autem naturalis ordo elementorum requirere, vt aqua ex omni parte circũdaret terrã: ſicut aër ex omni parte circundat terram & aquam. Sed diuina diſpoſitione factũ eſt, propter generationem hominum animalium, & plãtarum, vt aliqua pars terræ diſcooperta remaneret ab aquis, Deo ſua virtute aquas maris ſub certis limitibus retinente: vnde ſubdit, *quis concluſit oſtijs mare*. i. certis terminis. Fuerũt autem aliqui, qui putauerũt per actionem ſolis aliquam partem terræ excicatam eſſe: ſed dominus oſtendit à principio ita fuiſſe diſpoſitum, vt mare non vndiq; terram operiret. Deſcribit autem productionem maris, ſub ſimilitudine natiuitatis rei viuentis, ſcilicet pueri. Quia aqua eſt res maxime formabilis in res viuas. vnde & omnia ſemina generatiua humida ſunt. Puer autẽ primò de vtero matris progreditur. Et hoc ſignificat cũ dicit: *Quando erumpebat quaſi de vulua procedens*. Vtitur autem in productione maris verbo erumpedi, quia ſcilicet proprium eſt aquæ quaſi continuè moueri. Dicitur autem quaſi de vulua procedere, nõ quod ortum habuit ex alia materia corporali, ſed quia ex occulto diuinæ prouidentiæ procedebat, quaſi ex vtero quodam. Secundò autẽ puer natus induitur, & quantùm ad hoc ſubdit: *Cum poneret nubem veſtimentum eius*. Quia enim nubes ex vaporibus reſolutis ex aqua generantur, conſequens eſt: vt in locis maritimis huiuſmodi nubes magis multiplicẽtur. Tertiò autem puer natus quibuſdam faſcijs inuoluitur: & quantùm ad hoc ſubdit, *& caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem*. Et poſſunt per caliginem deſignari vapores non eleuati nec condenſati in nubes: ſed ſuper maris ſuperficiem aërem obſcurantes. & fortè alludit ei, quod dicitur Gene. 1. quod tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. ¶ His igitur poſitis quæ pertinent ad nouam maris productionem, explicat eius concluſionem. Ac ſi dicat quando in aëre de nouo factum eſt. *Tunc circundedi illud terminis meis*. Et videtur tria ponere pertinentia ad concluſionem maris. Quorum primũ ſignatur, cum dicit: *terminis meis*. id eſt, à me poſitis. Secũdum ſignatur cum dicit: *& poſui veſtem*. Tertium eſt cum dicit. *& oſtia*. Hæc autem tria pertinent ad imperium diuinæ virtutis. Vnde quaſi exponens prædicta ſubdit, *& dixi: huc vſque venies*. Quod pertinet ad rationem terminorum. Nam terminus eſt vltimus motus. *& non procedens amplius*. Quia ſcilicet pertinet ad vemem per quam proceſſus alicuius impeditur. *& hic confringes tumens fluctus tuos*. Quod pertinet ad oſtia quæ ad hoc ponuntur, quod aliquis non paſsim egrediatur aut ingrediatur, ſed ſecundum certam regulam: ita etiam mare non paſsim tranſgreditur littus, ſed ſecundum quandam menſuram fluctuum intumeſcentium. Poſt terram autem & aquas vlterius procedit ad aërem, qui ſecundum aſpectum cœlo continuatur. Prima autem diſpoſitio communis ad totum corpus quod ſuperiacet aquæ & terræ, eſt variatio noctis & diei, qui fiunt ſecundum motum diurnum, qui eſt primus motus: & ideò conſequenter dicit. *Nunquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo*. Quaſi dicat, nunquid ex præcepto tuo alterantur nox & dies ſuper terram. Diluculum enim eſt quoddam confinium diei & noctis, & ſignanter dicit: *Nunquid poſt ortum tuum*. Sicut & ſupra quando de terra loquebatur, dixerat: *Vbi eras*. Quia ſicut terra eſt principalius materiale principiũ hominis: ita etiam ſupremum cœlum, quod ſuo motu generat diem & noctem, eſt principale principium humani corporis inter cauſas corporales. ¶ Eſt autem conſiderandum quod claritas diluculi ſiue aurorę diuerſificatur ſecundum diuerſas partes eleuationis ſignorum, quæ ſol perambulat. Quia quando eſt in ſigno velocis aſcenſionis, quo cum oritur, parum durat aurora. Quãdo autem eſt in ſigno tardæ aſcenſionis, amplius durat, & eſt determinata menſura loci: ex quo ſole ibi exiſtente, incipit claritas diluculi apparere: & hoc eſt quod ſubdit. *Oſtendiſti aurorę locum ſuum*. Quaſi dicat, nunquid tu diſpenſaſti loca in cœlo ex quibus aurora illuceſcat, quaſi dicat non, & ex ijs omnibus datur intelligi, quòd tua ratio deficit à cõprehenſione diuinorum operum, vnde patet, quòd tu non es idoneus ad diſputandum cum Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTIO II.

NVnquid tenuisti concutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea? Restituetur vt lutum signaculum, & stabit sicut vestimentum. Auferetur ab impijs lux sua, & brachium excelsum confringetur. Nunquid ingressus es profundum maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? Nunquid considerasti latitudinem terræ? Indica mihi, si nosti omnia, in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit, vt ducas vnumquódque ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius. Sciebas tũc quod nasciturus esses, & numerum dierum tuorum noueras? Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparaui in tempus hostis, in diem pugnæ & belli? Per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram. Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonitus tonitrui, vt plueret super terram absque homine in deserto, vbi nullus mortalium commoratur, vt impleret in viam & desolatam, & produceret herbas virentes. Quis est pluuiæ pater? vel quis genuit stillas roris? De cuius vtero egressa est glacies, & gelu de cælo quis genuit? In similitudinem lapidis aquæ durantur, & superficies abyssi constringitur. Nunquid coniungere valebis micantes stellas pleiadas, aut gyrum arcturi poteris dissipare? Nunquid producis luciferum in tempore suo, & hesperum super fines terræ consurgere facis? Nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationẽ eius in terra? Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te? Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi adsumus.

¶ Postquàm Dominus connumerauit principales partes creaturæ corporalis scilicet terram, mare, & cœlum. Hìc incipit prosequi mirabilia diuinorũ operum, quæ in dispositione prædictarum trium partium mundi apparent, & incipit à terra, in qua præcipuè admiranda apparet quod accidit circa terræ motum, de quo Metaphisicè loquitur ad similitudinem hominis, qui tenens corpus aliquod concutit ipsum, vnde dicit *Nunquid tenuisti*. id est, virtute tua comprehendisti. *Concutiens extrema terræ*, quod nõ est sic intelligẽdum, quòd tota terra simul concutitur in terræ motu, sed quia aliquę extremitates terræ concutiuntur. Omnia verò quæ ceciderunt in corporali creatura in velitatem hominum redundant, terræ motus autem & alia huiusmodi, vtilia sunt ad hoc, qđ homines territi à peccatis desistant. vnde subdit, *& excussit impios ab ea*. Et loquitur ad similitudinem hominis, qui concutit vestimentum: vt ex eo excutiat puluerem seu tineam, ita etiam Deus videtur concutere terram: vt excutiat peccatores ex ea, quandóquę quidem per mortem, quandóque autem per emendationem vitæ. Solet autem in terræ motu contingere, qp aliqua aperta recluduntur, sicut parietes, vel aliquid huiusmodi, & quantùm ad hoc subdit, *restituetur vt lutum signaculum*. Lutum enim quando diuiditur de facili ad eandem dispositionem reintegratur, ita etiam aliquod signaculum, putà in pariete vel in quocúnque aliquo huiusmodi, quod videbatur immutatum per apertionem parietis: quandóque diuina virtute restituitur in pristinum statum: contingit & quandóque, qp turres & arbores & alia huiusmodi per terræ motũ concutiantur, & non cadunt, & quantum ad hoc subdit, *& stabit sicut vestimentum*. Quod scilicet si concutiatur, pristinam integritatem non perdit. Contigit autem quãdóque ecõtrariò, qp homines vel absorpti terræ: vel etiam oppressi parietibus per motum terræ cadentibus, moriuntur, & quantũ ad hoc subdit. *Auferetur ab impijs lux sua*. Per mortem. Contingit etiã quãdóque, quòd munitiones & turres fortissimæ per terræ motum deijciuntur, & quantũ ad hoc subdit, *& brachium excelsum confringetur*. Id est, aliqua fortissima munitio vel aliquis potens amicus, in quo homo cõsidit sicut in suo brachio. ¶ Ijs igitur præmissis de terræ motu & de effectibus eius, procedit ad dispositionem medij elementi, scilicet maris, in quo hominibus videntur occulta, & mirabilia. Primò quidẽ ea quæ sunt in profundo maris, putà piscium dispositiones in mari viuentium, & quãtum ad hoc dicit. *Nunquid ingressus es profundum maris*. Vt scilicet cognoscerес animalia quæ in eo latent? Aliud autem, quod in mari videtur occultum & admirandum, est dispositio terræ sub aquis maris existẽtis, & quãtũ ad hoc subdit. *Et in nouissimis abyssi deambulasti*. Id est, in infimis eius partibus. Post dispositionem autem terræ & maris, procedit ad dispositionem cœli, sub quo etiam continetur aër, & in hoc latiùs immoratur propter multa mirabilia quę in eo apparẽt. ¶ Et primò incipit à dispositione lucis & tenebrarum, quę communiter respicit totum superius corpus. ¶ Est autem considerandum, quòd corpora cœlestia per lucem suam agunt in ista inferiora, eò, quòd lux est quasi qualitas actiua cœlestium corporum, sicut calor & frigus elementorum, & ideò effectus cœlestium corporum in istis inferioribus coniungit cum consideratione lucis & tenebrarum. Inter alios autem effectus cœlestium corporum in istis inferioribus, communior est generatio, & corruptio, & ab hoc incipit dicens. *Nunquid apertæ sunt portæ tibi mortis*. Mors enim est corruptio corporis viuentis, & sic propriè ad hominem pertinet, cui præsens sermo dirigitur. portæ autem mortis sunt causæ corruptionis, quantum ad virtutes cœlestium corporum, per quas primò proceditur ad talem effectum. Est autem difficillimum cognoscere quis sit periodus vitæ & permanentiæ cuiusli bet rei, & ideò portæ mortis nobis apertæ non sunt: quia non possumus in corporibus cœlestibus cognoscere propriam causam corruptionis cuiuscúnque rei, morti autem competit tenebra. Tum quia per mortem homo priuatur corporali visu, cuius cognitio est per lumen. Tum etiam quia post mortem homo in obliuionem: quasi in tenebras quasdam vadit, & ideò subdit. *Et ostia tenebrosa vidisti*. Vt intelligatur idem appellare ostia tenebrosa, ppter proprietatem mortis, quod prius appellauerat portas mortis: vel hoc quod dicit. *Ostia tenebrosa*. Potest referri ad alium effectum cœlestium corporum, qui est obtenebratio aëris: vt sic hoc, quod dixit de portis mortis referatur ad sola viuentia corpora, quod autem dixit de ostijs tenebrosis, ad corpora ąspicua. Subdit autẽ de diuersitate caloris & frigoris circa terram dicens. *Nunquid considerasti latitudinem terræ*. Vbi considerandum est, longitudo terræ secundum Astrologos attenditur secundum progressum ab Oriente in Occidẽtem, latitudo terræ attenditur à meridie in septentrionem, eò, quòd in alia qualibet re maior dimensio vocatur longitudo, minor autem dimensio vocatur latitudo. Est autem experimento probatum, quòd dimẽsio terræ à nobis habitatæ maior est ab Oriente vsque ad Occidentem, quàm à meridie vsque in septentrionem: vnde latitudo terræ accipitur secundum progressum à meridie vsque in septẽtrionem. In quo quidem progressu est diuersitas caloris & frigoris: quia quantò magis appropinquatur à meridie in nostro habitabili, tantò locus calidior est propter solis propinquitatem: vnde quod de latitudine terrę dicitur potest referri ad diuersitatẽ locorum calidorũ & frigidorũ. ¶ Iis ergo præmissis quæ pertinent ad effectus cœlestis lucis in ijs inferioribus facit mentionem de ipsa luce cum subdit. *Indica mihi si nosti omnia*. Vt scilicet sis idoneus ad disputandum cum Deo, qui omnia nouit. *In qua via lux habitat*. Vbi considerandum est, quòd lux in luminaribus mundi inuenitur, quæ propter hoc luminaria dicuntur, quia sunt luminis vasa, sed quia ad motum refertur, quæstio de via in qua lux habitet, refertur ad luminarij motum. Excedit autem humanam cognitionem qualiter luminaria moueantur, quod ostenditur ex diuersis opinionibus circa motus hominum eorum, dum quidam asserunt ea moueri per excentros & epicyclos, quidam autem per motum diuersarum sphærarum, & sicut lux ex motu luminarium causatur, prout in superiori hemisphærio mouentur, ita etiam tenebræ procedunt ex motu eorum, prout mouentur hemisphærio inferiori, quod etiam habet eandem difficultatem, vnde subdit, *& tenebrarum quis locus sit*. Non potest autem perfectè mensurari motus alicuius corporis, nisi via per quam ambulat, cognoscatur, quia magnitudo mensuratur motu, & motus magnitudine, vt dicit Philosophus in quarto philosophicorum, & ideò quia per certitudinem via motus luminarium cognosci non potest ab homine, cõsequens est, quòd nec mensura motuum eorum perfectè sciri possit, vnde subdit, *Vt ducas vnumquódque*. Scilicet lucem & tenebras. *Ad terminos suos*. Ostendendo scilicet rationem apertionis & occultationis vniuscuiúsque luminarium, quãtum ad principium & finem, & etiã quantum ad medium, ad quod pertinet quod subdit: *Et intelligas semitas eius domus*. Scilicet lucis, quando enim in meridie circa summũ cœli mouetur, tunc quasi perambulat semitas domus suæ, termini autem eius sunt apud ortum & occasum. Secũdum autem motus cœlestium corporum, mensurantur durationes inferiorum corporum, & tempora generationis & corruptionis: vt Dionysius dicit de diuinis nominibus, & ideò ignoratis illis causis, consequens est: vt ij effectus ignorentur, & ideò subdit. *Sciebas tũc quod nasciturus esses*. Quasi dicat, nunquid præcognoscere potuisti per considerationem motus cœli tempus tuæ natiuitatis, & tu quidẽ hoc nõ potuisti, quia antequam nascereris non eras, sed nec alius homo præcognoscere potuit, propter debilitatẽ cogoitionis humanæ. Loquitur enim Dominus ad Iob in persona omnium hominum, & sicut nõ potuisti præcognoscere tempus natiuitatis tuæ, ita non potes præcognoscere terminum vitæ, vnde subdit, *& numerum dierum tuorum nouerat*. Quasi dicat, cognoscere hoc non potes ex computatione cœlestiũ motuum, quorum terminum & mensuram ignoras.

¶ Iis autem præpositis, quæ pertinent ad inmutationem lucis & tenebrarum, procedit ad diuersas immutationes aëris secundum quòd aër variatur per tempestatem & serenitatem, & incipit à niue & grãdine dicens: *Nunquid ingressus es thesauros niuis aut thesauros grandinis aspexisti?* Thesauros niuis & grãdinis vocat vapores sursum eleuatos, ex quibus niues & grandines generantur sed quia grãdines grossioris substantiæ sunt, & multo magis propinquo nobis generantur frigore ad interiora nubis expulso circunstante calore, ideò circa grandines facit mẽtionem de visu, quia magis visui subijci possunt. Circa niues autem de ingressu, quia magis propter eorum tenuitatem possunt penetrari, huiusmodi autem quandóque Deus vtitur ad hominum correctionem, sicut supra habitum est, per hoc iudicat populos. Vnde subdit. *Quæ præparaui in tempus hostis*. id est, in tempus quo

tempus quo est vltio sumenda de hostibus contra quos Deus vtitur ijs quasi bellicis armis, vnde subdit. *In diem pugnæ*. Id est, actualis cõflictus. *& belli*, id est, guerræ in qua sit præparatio ad pugnam. Finita autem tempestate niuis & grãdinis, subsequitur serenitas, in qua claritas & calor aëris præparantur, vnde subdit. *Per quam viam spargitur lux*. Quod pertinet ad claritatẽ. *Diuiditur æstus super terram*. Quod pertinet ad calorem. Vbi considerandum est qp suprà vbi de luce loquebatur, quantùm ad ipsa luminaria in quibus habitat, fecit mentionẽ solùm de via eius, quia scilicet lux per motum luminarij viam suam peragit, siue sit tempestas, siue serenitas, sed ad nos ex ea non peruenit claritas, & calor, nisi cessante tempestate. Non autem sensibiliter diuersificatur claritatis intentio in diuersis terris, cùm aër fuerit serenus, sensibiliter autem diuersificatur intentio caloris, ideò lucẽ spargi dixit quasi indifferenter effusam, æstum autẽ diuidi quasi pro diuersitate locorum diuersimodè distributum. Consequenter autẽ procedit ad effectus quosdam ventorũ in aere, ex quibus dum pluuia impellitur, causatur imber, vnde dicit. *Quis dedit vehementissimo imbri cursum*. Est enim vehementia imbris cursus ex forti impulsu ventorum, quos diuina virtus producit. Similiter autẽ dum ex ventis nubes impelluntur, causatur sonus tonitrui, propter quod non auditur huiusmodi sonus in vno loco scilicet quasi alicuius corporis transeuntis, vnde subdit, *& viam sonantis tonitrui*. Subdit autem rationẽ quare pluuiæ & nubes à ventis impellantur, cùm dicit. *Vt plueret super terrã absque homine in deserto*. Quia scilicet habitari nõ potest propter terræ ariditatem, vapores autem pluuioſi eleuãtur maximè ex locis humidis, vnde si nubes & pluuiæ nõ impellerentur à ventis, sequeretur qp nunquàm in locis siccis plueret. Contingit autem quandóque qp aliqua loca humana industria irrigantur, id est, cessantibus pluuijs, sed hoc ibi accidere non potest, vnde subdit: *Vbi nullus mortalium cõmoratur*. Et sic illi terræ per humanam industriam prouideri non potest, & propter hoc Deus ordinauit, vt ventis impellerentur nubes & pluuiæ, vt etiam in locis desertis plueret, vnde subdit. *vt impleret*. Scilicet pluuijs. *In viam*. Id est, terram per quam nec transire potest homo, & *desolatam*. Id est, destitutã humana procuratione, & sic sola procuratione diuina produceret herbas virentes, scilicet ad decorem terræ, & ad pastum animalium syluestrium, quę etiã diuina prouidentia procurantur. Consequenter autem facit mentionem de pluuijs absque vento, cũ dicit, *quis enim pluuiæ pater*. id est, efficiens causa nõ ex necessitate, sed ex ordine prouidentiæ, quæ conuenit patri, à Deo enim mouetur sol & alia cœlestia corpora, quæ sunt proxima causa efficiens generationis pluuiarum, ros autẽ ex eadem causa generatur, ex qua & pluuia nec differt, nisi secundum multitudinẽ & paucitatem materiæ, vnde dicit, *vel qui genuit stillas roris*. Signãter stillas nominat ad designandum paruitatem guttarum. Est autem considerandum, qp sicut pluuiæ congelatæ sunt niues, ita ros cõgelatus est pruina, vnde subdit. *De cuius vtero est glacies*. Vbi notãdum quod glaciei causa est frigus, quæ est qualitas fœminina. Pluuiarum autẽ & roris causa est calor resoluens & non permittens cõgelari vaporem. Calor autem est qualitas masculina, & ideò signanter circa generationem pluuię & roris vsus est nomine patris, circa generationẽ autem glaciei vsus est nomine vteri, quę pertinet ad matrem. Ex frigore autem duplex glacies causatur. Vna quidem in aëre quod pertinet ad pluuiam de cœlo cadentem, vnde subdit, *& gelu de cœlo quis genuit*. quod adhuc attribuit patri, quia nõ apparet tanta virtus frigoris in pruina, sicut in vlteriori glacie, ala verò est glacies quæ generatur in inferioribus aquis, in qua maior vis frigoris apparet, vnde subdit. *In similitudinem lapidis aquæ durantur*. Scilicet per vehemens frigus in glaciem condensatæ, & hoc quandóq; intantùm procedit qp in frigidissimis terris etiam maria cõgelantur, & hoc est quod subdirur, *& superficies abyssi constringitur*. Scilicet aqua quæ est in eius superficie per frigus condensata, non autem frigus rumpere potest vsque ad maris profundum. ¶ Ijs ergo enarratis de varijs mutatiõibus aëris, procedit vlteriùs ad immutabiles immutationes cœlestium corporum. Circa quæ primò in stellis fixis cõsideratur immobilitas, quia quælibet earum conseruat sitũ suum. Ita qp vna alteri nõ appropinquat magis vel minùs, & hoc præcipuè apparet in stellis vicinis, quę nunquã coniunguntur, vnde subdit. *Nunquàm coniungere valebis micantes stellas pleiades*. Stellæ pleiades dicuntur quædã stellæ quæ lucent in capite tauri, quarũ sex apparent valdè propinquæ, septima autẽ obscurior. Secũdò consideratur in cœlestibus corporibus vniformitas primi motus, quo reuoluitur totũ cœlum & omnes stellæ in eo semel in die & nocte super polos mundi, hic autẽ motus sensibiliùs percipitur ex stellis propinquis polo septentrionali, quę sunt multũ perpetuæ apparentiæ propter eleuationẽ poli super nostrum orizontẽ, inter quas stellas vocatur maximè cõstellatio arcturi, qui est vrsa maior, cuius stellæ manifestè apparent vniformiter moueri in gyro circa polum mũdi, & quantũ ad hoc subdit, *Aut gyrũ arcturi poteris dissipare*. Vt scilicet non circueat polum. Tertiò admirabilis apparet in cœlestibus corporibus motus planetarũ, in quo cùm sit omninò vniformis quædam irregularitas ad sensum videtur, & hoc maximè deprehẽdi potest in stella veneris, quæ quandóq; oritur ante solem, & tunc vocatur lucifer, quãdóq; autẽ occidit post solem, & tunc vocatur vesperus. Manifestũ est autẽ qp stellæ, quæ semper sunt tardioris motus quã sol, incipiũt primò apparere ante ortum solis, eò qp sol primo suo motu, quo mouetur ab Occidente in Orientẽ, deserit eas, sicut patet in Saturno Ioue, & Marte. Luna autem, quæ habet velociorẽ motum quã sol, semper incipit apparere in sero, quasi deserẽs solem, præcedẽs ipsum versus Orientẽ. Venus autẽ & Mercurius quãdóq, incipiũt apparere de mane, quãdóq; autem de sero, sed de mercurio, quia rarò videtur est paruæ quantitatis, nõ ita est manifestum, in venere autẽ omnibus apparet, vnde manifestum est, qp quãdóq; habet velociorẽ motum quã sol, quandóq; tardiorẽ, ex quo manifestè apparet irregularitas in motu planetarum, & ad hoc designãdum subdit, *Nunquid produces luciferũ*. Id est, venerẽ mane apparentẽ. *In tempore suo*, id est, indeterminato tempore, quia hæc diuersitas semper in eo cõtingit, *& vesperum*. id est, eandem venerẽ serò apparentẽ. *Super filios terræ consurgere facis*. Et notandum est qp per hoc quod dicit. *Consurgere & producere facis*. Designatur noua apparitio stellæ. Quartò autem admirabilis videtur in cœlestibus corporibus ordo situs, & motus ipsorũ, vnde subdit. *Nunquid nosti ordinem cæli*. qui. s. ab homine comprehendi non potest. Quintum autẽ admirabile est dispositio inferiorũ corporum secundum superiora, & quãtũ ad hoc subdit, *& pones rationẽ eius in terra*. Vt. s. cognoscas effectus proprios singularũ causarũ cœlestium corporum. Prædicti autẽ effectus diuinæ virtutis maximè quidẽ sunt, nõ tamen in eis apprehenditur à multitudine vulgata illa magnitudo virtutis diuinæ, sicut in tonitruo & fulgure, & ideò istos effectus vltimò ponit, vnde quantũ ad tonitruum dicit: *Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam*. Tonitruum enim generatur in nube, cuius sonitus videtur quasi vox Dei. Post tonitruum autẽ, vt plurimũ pluuiæ magnæ subsequuntur propter condensationẽ nubium ex commotione ventorũ, ex quibus tonitruum causatur, vnde subdit. *& impetus aquarum operiet te*. Videtur enim multitudo pluuię quasi Deum operire inquantũ nobis cœlum, quod dicitur sedes Dei. ¶ Cõsequenter subiungit de fulgure dicẽs: *Nunquid mittes fulgura*. Id est, nunquid per tuam virtutẽ erit motus eorũ, *& ibunt*. quasi. s. obediãt tuo imperio. Solent autẽ motus fulgurũ repercuti ab vno loco in aliũ, & hoc designat subdens, *& reuerentia dicent tibi, adsumus*. quasi in sua reuerſione parata esse, vt iterum obediant diuino imperio, vt ad alium locũ mandat seu mittantur. Hæc autem omnia inducũtur ad ostendendum, quod homo nõ potest attingere neq; ad sapientiam, neque ad virtutem diuinam.

LECT. III.

QVis posuit in visceribus hominis sapientiã, vel quis dedit gallo intelligentiam? Quis enarrabit cælorũ rationem, & concentum cœli quis dormire faciet? Quando fundabatur puluis in terra, & glebæ compingebantur? Nunquid capies leænæ prædam, & animã catulorum eius implebis? quando cubãt in antris, & in specubus insidiantur? Quis præparat cornо oscam suam, quando pupilli eius clamant ad Deum vagientes, eò quòd non habeant cibos?

¶ Postquã dominus cõmemorauit mirabilia suorũ effectuum, quantùm ad principales partes mundi, quæ sunt terra, mare, cœlum, & quantùm ad dispositiones eorũ. Nunc accedit ad enarrandũ mirabilia suorũ operũ spiritualiter, quantũ ad diuersas proprietates animalium, inter quæ præpollet cognitio, quæ quidem perfectiùs in homine quã in cæteris animalib⁹ inuenitur, & ideò ab homine incipiens dicit, *quis posuit in visceribus hominis sapientiam*. Per viscera hominis intelliguntur intimæ vires animæ ipsius. scilicet intellectus & ratio, quibus Deus sapientiam indidit, inquantũ lumen rationis homini dedit quædã seminaria sapientiæ & scientiæ naturaliter indidit rationi ipsius in pernitione primorũ principiorum. In alijs autẽ animalibus multa indicia apparent naturalis cuiusdam prudentię. Sed præcipuè hoc manifestatur in gallo, quasi in animali noto & domestico, vnde subdit. *Aut quis dedit gallo intelligentiã*. Intelligentia hìc sumitur prò naturali quadã existimatione secũdum quemadmodũ intelligẽtis operatur, quia ipsa eius naturalis existimatio ab intellectu diuino ei datur. In hoc autẽ videtur gallus quandã intelligentię similitudinẽ habere, qđ determinatis horis intantũ prorũpit, ac si cognosceret proportiões cœlestiũ motuum, vnde subdit. *quis enarrauit*. s. gallo. *Cœlorum rationẽ*. i. proportionẽ cœlestiũ motuum, vt posit ex hoc determinatas horas cognoscere seu discernere ad cantandũ. Solent autẽ vigiles quodam cantu alicuius instrumẽti sono propinquitatẽ diei declarare, & certarũ horarũ noctis. Non autẽ potest dici, qp aliquis sonitus cœli determinatis tęporibus audiatur & alijs tęporibus vt ex hoc gallus discernat ad cantandũ, vnde subdit. *& concentũ cœli quis dormire faciet*. quasi dicat cõcentus cœli nõ silet sicut vigilis dormiẽtis, vt ex eius auditu vel silẽtio posit gallus instrui ad cantandũ. Cõsiderandũ autẽ est hìc, qp ex motu cœlorũ Pythagorici posuerũt sonitũ armonizatũ prouenire propter cõuenientissimã proportionẽ cœlestiũ motuum, & qa ponebãt cœlestia cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pora animata,ideò talis consonantia sonorum posit concentus cœli vocari, sed Aristoteles probat, in secundo de cœlo, quod ex motu cœlestium corporum, nullus sonitus procedit,& ideò hîc concẽtum accipere possumus Metaphoricè positum pro sola conuenientia cœlestium motuum,qui nunquàm requiescunt,huius autem inspiratio sapientiæ:vel intelligentiæ,aut etiam concentus cœli, ab initio fundationis terræ fuit : vnde subdit, *quando fundabatur puluis in terra.* Quòd refertur ad situm terræ , quæ in imo ponitur sicut in fundamento, *& glebæ compingebantur.* Quòd refertur ad humorem continentem in vnam partes terræ,ne scilicet terra propter siccitatem in pulueremresoluatur. ¶Deindè accedit ad aliam proprietatẽ animalium,quæ attenditur secundum acquisitionem nutrimenti,circa quam admirabile aliquid apparet in leæna,cùm Leo multò cibo indigeat, mirabile videtur quomodò in aliqua regione tantum poteſt de præda animaliũ capere,qđ sibi sufficiat & filijs suis: vnde subdit. *Nunquid capies leænæ prædam.* Id est,nunquid tantam abundantiam, prędę æparabis:vt habeat sufficienter sibi & filijs suis:vnde subdit. *Et animam catulorum eius implebis.* Hoc autem non videtur multum difficilè,quando per diuersa loca diseurrunt,sed quãdo in eodem loco manent:vel propter necessitatem nutritionis filiorum , ad quod pertinet,quod dicit. *Quando cubant in antris.* Vel quia insidiantur alijs animalibus capiendis,apparet etiam aliquid mirabile in auibus circa coruum,dicitur enim,quòd coruus pullos ouis eductos nõ pascit,donec suos deprehẽdens plumis nigrescere:viderit:vnde septem diebus eis cibos non ministrat,sed à Deo sustẽtantur per naturalem virtutem eis inditam : vnde subdit. *Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum vagientes.* Id est,hûc & illûc prospicientes. *Eo quod non habeant cibos.* Quasi à parentibus derelicti. Hoc autem non est intelligendum:quasi pulli coruorum Deum cognoscant, sed hoc dicitur : quia quælibet res naturalis suo desiderio in hoc ipso,quòd aliquod bonũ appetit:quasi inteadit aliquid à Deo inquirere,qui est actor bonorum omnium.

CAP. XXXIX. LECT. I.

NVNQVID *nosti tempus partus ibicum in petris : vel parturientes ceruas obseruasti? Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum. Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt. Separantur filij earum, & pergunt ad pastum,egrediuntur & non reuertẽtur ad eas. Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis solui? Cui dedi in solitudinem domum, & tabernacula eius in terra salsugin. Contemnit multitudinem ciuitatis,clamorem exactoris nõ audit. Circũspicit mõtes pascuæ suæ, & virẽtia quæq; perquirit.* Nũquid volet rhinoceros seruire vbi aut morabitur ad præsepe tuũ. Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo,aut confringet glebas vallium post te? Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinquas ei labores tuos? Nunquid credes illi.quoniam sementem reddat tibi & aream tuam congreget? Penna strutionis similis est pennis herodij & accipitris. Quando derelinquit ouа sua in terra,tu forsitan in puluere calefacies ea. Obliuiscitur,quod pes conculcet ea,aut bestia agri conterat. Duratur ad filios suos,quasi non sint sui frustra laborauit nullo timore cogente. Priuauit enim eam Deus sapientia , nec dedit illi intelligentiam. Cùm tempus fuerit in altum alas erigit , deridet equum & ascensorem eius. Nunquid præbebis equo fortitudinem,aut circundabis collo eius hinnitum? Nunquid suscitabis eum quasi locustas? Gloria narium eius terror,terram vngula fodit. Exultat audacter,in occursum pergit armatis. Contemnit pauorem,nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra:vibrabit hasta & clypeus. Feruens & fremens sorbet terram,nec reputauit tubæ sonare clangorem. Vbi audierit buccinam,dicit vah procul,odoratur bellum exhortationẽ ducum & vlulatum exercitus. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter,expãdens alas suas ad austrum? Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila , & in arduis ponet nidum suum? In petris manet in præruptis silicum cõmoratur,atque inaccessis rupibus. Inde contẽplatur escam, & de lõgè oculis eius prospiciunt. Pulli eius lambunt sanguinem, & vbicúnque cadauer fuerit statim adest. Et adiecit Dominus, & loquutus est ad Iob. Nunquid qui contendit cum Deo, tam facilè conquiescit. Vtique qui arguit Deum,debet & respondere ei. Respondens autem Iob Domino dixit. Quia leuiter loquutus sum,respondere quid possum? Manum meam ponam super os meum. Vnum loquutus sum,quod vtinam non dixissem, & alterum, quibus vltra non addam.

¶Commemorauerat Dominus in præcedentibus, id quod pertinet ad vim cognoscitiuam,loquens de sapientia hominis & intelligẽtia galli. Commemorauerat etiam de præda Leonum & esca coruorũ, quæ pertinent ad vim nutritiuã. Nunc autem cõmemorat quædam pertinẽtia ad vim generatiuam. Et incipit agere de partu ibicum & ceruarum,in quibus aliquid occultum esse videtur. Ibices enim sunt quædam animalia parua corpore,quæ in locis petrosis habitant, in quibus & pariunt:vnde ad huiusmodi loca de facili non patet hominibus accessus,propter quod dicit, *nunquid nosti tempus partus ibicum in petris:* quasi dicat hoc hominibus est ignorum propter asperitatem locorum,in quibus pariunt. Ceruę autem:vt dicitur,eligunt loca occulta,in quibus pariant:vbi lupi accedere nõ solẽt,& ideò ad ostendendum occultationem partus ipsarum subdit: *vel parturientes ceruas obseruasti?* quod dicitur ad diuinæ prouidentiæ cõmendationem, mulieres enim cùm pariunt indigẽt obstetricium obsequio, sed animalibus quorum partus homines latet,Deus sua prouidentia exhibet auxiliũ,quod est eis necessarium : vt cognoscat ea quæ sunt in talibus cognoscenda.Quorum primum est,quòd sciatur spatium temporis,quo fœtus in vtero perficitur,& quantum ad hoc dicit, *dinumerasti menses conceptus earum:* vt scilicet eis indicares quãdo se debẽt præparare ad partũ vnde subdit, *& scisti tempus partus earum:* vt scilicet eis indicares quãdo parere deberent.In ijs enim solẽt mulieres puerperæ ab alijs instrui,sed animalia,quę etiam sunt longè à conuersatione humana,per naturalẽ industriam ei diuinitus inditã, hoc cognoscunt, & determinato tempore se præparant ad partum, eo modo quo facilius possit partus emitti. vnde subdit. *incuruantur ad fœtum.* f.emittendum.& pariunt.f. per seipſas instruente natura. & tamen partus non est delectabilis eis , sed pœnosus : vnde subdit. *& rugitus emittunt.* f.per dolorẽ quem pariendo patiuntur.Et sicut matres naturali industria se præparant ad partum , ita etiam & filij naturali industria diuinitus indita,sibi necessaria conquærunt: vnde subdit, *separantur filij earum,* quod dicit ad differentiam fœtus humani,nam puer mox natus non potest se mouere: vt discedat à matre,quod tamẽ in prædictis animalibus cõtingit.Statim enim postquam nascuntur mouentur , & primus eorum motus est ad escam quærẽdam:vnde subdit, *& pergunt ad pastum,* sed tamẽ in principio indigent pasci lacte matris:vnde sic à matre separantur,quod tamen ad ea redeant.Postmodum verò cum perfecta fuerint hęc animalia, totaliter à matre separantur:vnde subdit, *egrediuntur & non reuertuntur ad eas.* Quia scilicet vlterius ab eis lactari non indigent.

¶Ijs autem præmissis quæ pertinent ad speciales quasdam animalium proprietates scilicet ad cognitionem, escam, & partum, commemorat ea quæ pertinent ad totam conuersationem vitæ.

¶Circa quã primò mirabile apparet, quod quædã animalia dũ sunt domestica,sustentari nõ possunt absq; hominis cura. Inueniuntur tamen aliqua ad illud genus pertinẽtia,quę sunt syluestria,& absq; hominum prouidẽtia gubernãtur,& hoc maximè mirabile apparet in asino, qui cũ est domesticus totaliter videtur humanæ seruituti deputatus,à qua tamẽ seruitute asini syluestres,qui onagri dicuntur,liberi esse apparẽt:vnde dicit. *Quis dimisit onagrum.* i.asinũ syluestrẽ. *liberum.* i.ab hominũ seruitute. Quod quidẽ dicitur secundũ id quod consuetum est , quod apprehendatur ab hominibus quasi naturale. Vnde qa cõsueti sunt homines nõ videre asinos,nisi seruituti subiectos:videtur eis,quod sint naturaliter serui,& ideò si inueniãtur aliquando liberi:videtur eis,quod sint à seruitute dimissi.Ecõtrariò autem se habet, nã prius fuerunt huiusmodi animalia homini tamen subiecta,per modum quo nũc sunt. Postmodum autẽ humano artifício sunt domita,& hominum seruitijs deputata.Signa autẽ seruitutis asinorum sunt vincula,quibus ligantur,sicut chamus vel aliquis huiusmodi , & quantum ad hoc subdit, *& vincula eius quis soluit.* Onagri enim vinculis carẽt. Apparet etiã in asinis domesticis,quod pereãt,si remaneãt absq; habitaculis ab hoĩb⁹ pręparatis,sed onagri habẽt sibi p diuinã prouidentiã habitaculũ pręparatũ:vnde subdit. *cui dedi in solitudine.*f.ad quã homo nõ accedit. *domum.* puta aliquod antrũ vel cauernã quãcúnq; *& tabernacula eius,* puta sub herbis aut arboribus. *in terra salsuginis.* i.in aliqua terra inhabitata ,ppter siccitatem,& solis exustionẽ,ex qua humor eius quasi in sapore salis cõuertitur.Et quãuis huiusmodi habitatio videatur incultior & horridior propter solitudinẽ,tamen eã præfert quantũcúnq; nobili ciuitati:vnde subdit. *contemnit multitudinem ciuitatis.* f.in cõparatione ad habitationẽ deserti.& assignat duplicem rationẽ.¶Quarum prima est,p ibi nõ exigũtur ab eo laboriosa opera:vnde subdit. *Clamorem exactoris non audit.* i.Dñi exigẽtis ab eo portationẽ onerum vel aliquid huiusmodi.¶Alia ratio est quia ibi liberiùs euagatur ad pastum quærẽdum:vnde subdit, *circũspicit montes pascuæ suæ:* quia scilicet pateat ei liber aditus ad diuersa loca ,p pascuis quærẽdis,& ipsa etiã pascua pro suo libitu accipit:vnde subdit, *& virentia quæq; perquirit.* Asinis aũt domesticis nõ dãtur oĩa pascua,sed interdũ viliora melioribus pascuis nobilioribus animalibus reseruata.Sicut autem asinus seruit homini ad onera deferenda loco cuius in syluestribus inueniẽtur onager,ita etiam seruit homini inter domestica animalia,bos ad arandum propter sui fortitudinẽ,cui cõparat inter syluestria rhinocerotem.i.vnicornium. quod est animal quadrupes valdè fortè & ferum,habens vnum cornu in media frontẽ, hoc autem animal propter sui ferocitatem non de facili potest domari,sicut bos domatur: vnde subdit. *nunquid volet rhinoceros.* i.vnicornis. *seruire tibi:* vt scilicet domesticatus spõtè tibi obediat. Animalia autem domestica ei bum libenter ab hominibus capiunt, ad quod excludendum subdit, *aut morabitur ad præsepe tuum:* vt.f.paratus sit comedere,ꝙ à te ei offertur. Boues aũt domesticati ad hoc nutrũtur:vt in ministerio arationis applicentur,& ad hoc excludendum subdit, *nunquid alligabis loro tuo rhinocerota,* id est, vnicornẽ ad arandum , sicut scilicet aratur in bobus ad aliud ministerium vt scilicet trahẽtes quoddam rastrum terrã aratam complanent glebas cõminuendo , vnde subdit, *aut confringet glebas vallium.* quæ scilicet solent diligentiùs excoli propter maiorẽ fœcunditatem, *post te,* id est,postquã terram araueris vel, *post te,* id est,vt præcedente ille sequatur glebas confringens. Dimittuntur etiã quædam animalia fortia ad agrorum custodiam contra latrones vel animalia quæ possent segetes deuastare sicut custodiuntur agri per aliquos canes feroces,sed hoc per vnicornẽ fieri non potest,quia nõ domesticatur vnde subdit, *nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos,* id est,fructus agrorũ ad custodiendum,sic ergo nõ potes eo vti sicut boue ad arandum: neq; sicut causæ ad custodiendum. Similiter nõ potes eo vti:sicut forti agricola ad fructus terræ procurandos vnde subdit, *nunquid credes ei quod reddet sementẽ tibi, & aream tuam congreget,* sicut scilicet facit operarius,qui semen à domino serit , & multiplicatum reddet segetes cõgregando in horreum , & post trituram in horreum domini reportando.¶Ijs igitur positis in quibus quædam animalia syluestria à domesticis diuersificantur:subdit quasdã proprietates quorundã animalium,in quibus videtur ab omnibus alijs animalibus quædã proprietates diuersę,& hoc pręcipuè apparet in strutione,qui est auis quædam appropinquans ad genus bestiarum, vnde licèt habeat pennas ad modum animalium altèvolantium:nõ tamen se potest in altũ eleuare,vnde dicit, *penna strutionis similis est pennis herodij,* id est,nobilissimi falconis qui grifalcus dicitur, *& accipitris,* quæ est auis nota,& ambo sunt aues boni volatus.Est autem & alia proprietas strutionis diuersa ab alijs auibus ꝙ scilicet sua oua non fouet : sed fodiens in arena ea dimittit , & operit sabulo, vnde subdit. *Quæ dereliquit in terra oua sua.* Habet autẽ hanc naturalem industriam ꝙ obseruat tempus calidum. f. quando incipiunt stellæ apparere,quæ dicuntur vergiliæ scilicet in mense Iulij, & tunc parit oua:& sic ex calore temporis & loci,quia scilicet nõ moratur nisi in locis calidis,oua viuificãtur:& ex eis pulli nascũtur.vnde subdit, *Tu forsitan in puluere calefacies ea.* Quasi dicat non : sed hoc agitur prouidentia diuina : per quam etiam in puluere conseruãtur illęsa. Strutio enim est naturaliter animal obliuiosum : & nullam curam adhibet de conseruatione ouorum.vnde subdit:*obliuiscitur quod pes.* scilicet hominis trãseuntis,*per viam cõculcet ea.*f.oua,*aut bestia agri cõterat.* vel casu transeundo,vel propter appetitũ cibi:& sicut nõ habet curã de conseruatione ouorum, ita nõ habet curã de nutritione pullorum.vnde subdit:*Duratur ad filios suos quasi non sint sui.* Quia scilicet nullam curã habet de nutritione eorũ. Et ita quantùm in se est perdit fructũ generationis.vnde subdit,*frustrà laborauit.* f.concipiendo & conceptũ portando ex quo filios non nutrit. Contingit etiam quandóq; quod etiam alia animalia fœtus suos deserunt propter timorẽ:sed strutio hoc facit nullo timore cogẽte. Facit tamen hoc & si nõ propter timorem, tamen propter defectũ naturalis industriæ:quã circa hæc & alia animalia habent.vnde subdit,*Priuauit enim Deus eam.* f. fœminam strutionis. *sapientia.* f. inordinatè nutriendum & gubernandum fœtum. *nec dedit illi intelligentiam.* Per quam scilicet sollicitudinem habeat de pullis suis. Sapientiam autem & intelligentiam nominat industriam naturalem. Et quia suprà dixerat quod habet pennas similes pennis Herodij & Accipitris: consequenter ostendit,ad quid ei huiusmodi pennę prosint,dicens: *Cùm tempus fuerit.* id est , cũ aliqua necessitas velocitatis motus sibi immineat.*in altum alas erigit.* Ita tamen quod per alas corpus eius sursum eleuari non potest, sed per eas iuuatur ad velociter currendum, vnde subdit : *deridet equum.* Quis velociùs currit quàm equus hominem deferens,*& ascensorem eius.*scilicet equi: quia scilicet velociùs curreret quàm homo si suis pedibus iret. Sicut autem strutio habet quasdam proprietates à pluribus animalibus diuersas quibus ab alijs animalibus differt:ita equus habet quasdam proprietates ad nobilitatẽ pertinentes : in quibus ab alijs animalibus differt. Primò autẽ equi fortitudinem commemorat,cùm dicit: *Nunquid præbebis equo fortitudinem.*f.non solùm corporis prout est potens ad onus ferendum:sed etiã animi prout audacter ad pericula vadit. Aliam autem proprietatẽ eius cõmemorat, ꝙ scilicet, ex exteriori ornatu ad libidinem prouocatur:dicitur enim de equis quod iubarum decore ad coitum concitantur:& iubis eorum libido extinguitur, ad quod significandũ subdit:*aut circundabis collo eius hinnitum.* Solent enim equi hinnire propter libidinẽ,secundum illud:Equi amatores in fœminas & emissarij facti sunt,vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat. Ergo hinnitus collo equi adeò circundatur , quando iubæ ei dantur à Deo ex qua cõsideratione ad libidinẽ prouocantur. Est autem alia equi proprietas, ꝙ vehementer salit : contra morẽ multorum quadrupedum,vnde subdit. *Nunquid suscitabis eum.*f.eleuando in altũ.*quasi locustas.*quæ.f.saliendo mouentur. Alia verò proprietas equi est audacia ipsius in bellis,quã diffusiùs describit, q̃a est nobilis & admirãda.Et primò manifestatur eius audacia,quãdo adhuc odoratu bellũ percipit à remotis.vnde sequitur : *Gloria narium eius terror.*id est,bellum , quòd est alijs ad terrorẽ naribus ab equo perceptum:est ei ad gloriam,id est, ad quãdam animi magnitudinem. Et hoc signũ statim in eo apparet : de quo subditur , *terram vngulæ fodit.* Quasi præparans se ad pugnandum.Ex hoc autẽ quod bellum percipit interius,gaudet.vnde subdit: *exultat.* Scilicet percepta opportunitate pugnãdi:& hoc per effectum ostendit, cùm subdit:*audacter in occursum pergit armatis.* Nec in ipso prælio existens terrore deijcitur.vnde subdit: *contemnit pauorẽ.* Et quod est amplius etiã vulnerum dolore non pellitur.vnde subdit, *nec cedit gladio.* Solent autẽ plura animalium ex solo strepitu terreri, sed hoc equo nõ accidit.vnde subdit.*Super ipsum sonabit pharetra.*f. plena sagittis cũ cutitur ad motũ militis equo insidentis. Similiter etiam ex hasta & clypeo militis,sonus aliquis procedit.vnde subdit.*vibrabit hasta.*id est,hasta dum vibratur sonum emittit. Similiter clypeus dum mouetur,ad arma colliditur,sonum facit. vnde subdit , *& clypeus.* scilicet sonat:sed tamen adhuc sonitum equus nõ stupescit.vnde subdit, *feruens.* scilicet interiùs per audaciam. *& fremens.* scilicet hinnitu: quem fremitũ nominat,qui est propriè leonum propter equi audaciam:& non solùm voce interiorẽ feruorem animi demonstrat,sed etiã exteriori actu:vnde subdit:*sorbet terram.*id est,videtur eam sorbere pedibus fodiendo.& non solùm obstupescit sonitu pharetrę hastæ & clypei : sed nec etiam sono tubæ : qua vtuntur in bellis. vnde subdit:*nec reputat tubæ sonare clangorem.*vt scilicet,propter hoc obstupescat. Quinimò gaudere dicitur ad sonum buccinæ. vnde subdit.*vbi audierit buccinam dicunt vah.*id est,emittunt exultationis vocem.Nam vah est interiectio exultantis.Et quia hæc quæ prædicta sunt,pertinent ad equi audaciam : subiungit de perspicitate dicens, *procul odoratur bellum.*id est cùm hostes adhuc procul sunt odoratu percipit bellum imminere.Et quia videtur sentire belli præparationem: dum scilicet duces suis exhortationibus animant milites , & quantũ ad hoc subdit,*exhortationem ducum.*f.percipit. *& vlulatum.* id est,confusum clamoré & strepitum.*exercitus.*scilicet præparantis se ad bellum. ¶Ijs autem præmissis de animalibus quæ gradiuntur in terra,accedit ad animalia quæ volant in aëre.Et primò cõmemorat naturalem industriam accipitris , qui tempore mutationis pennarum expandit alas suas ad austrũ,qui est ventus calidus: vt apertis poris veteres pennæ decidant,& nouæ renascãtur.vnde dicit: *Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter.*f.quando pennæ eius renouantur.*expandens alas suas ad austrum.* vt .f. faciliùs pennas mutet. Vltimò autẽ loquitur de Aquila , quæ cæteris auibus altiùs volat.vnde dicit:*Nunquid ad præceptum tuum elenabitur aquila.*scilicet sicut ad meum:facit enim hoc aquila naturali instinctu. Omnis autem naturalis cursus rerum , est quędam motio creaturæ ad præceptum Dei secundum illud. Ignis,grando, nix, glacies spiritus procellarum quæ faciunt verbum eius.Et sicut aquila habet motum in altum:ita etiã in altis conuersatur : quod pertinet ad nobilitatẽ suæ naturæ. Et ideò dicit , *& in arduis ponit nidum suum.* Vt pulli eius statim nati consuescant in altis morari: Et ideò subdit: *in petris manet.* Quasi gaudens aëris puritate : eò quòd in petrosis locis non sit multa vaporum resolutio. *& in præruptis silicibus commoratur.* Ad quas scilicet noxijs bestijs non patet accessus.*atque inaccessis.*scilicet homini. *rupibus.* per quod scilicet eius securitati prouidetur.Habet autẽ aquila visum valde acutũ,vt posit ex longinquo videre necessariũ cibum.vnde subdit: *inde.* f.de locis altis. *contemplatur escam.* scilicet non solùm propinquã,sed etiam remotã.vnde subdit: *& oculi eius de longè prospiciunt.* Est autem & aquila potens in præda sicut & leo inter quadrupedia.& ad hoc designãdũ subdit.*Pulli eius lambunt sanguinem.* f. animaliũ viuentium quẽ aquila ad nidum defert.Pascitur autẽ aquila,non solùm animalibus viuis,sicut falcones & accipitres: sed etiã cadaueribus animalium mortuorũ. vnde subdit,*& vbicúnque cadauer fuerit, statim adest.* Per quod etiam velocitatem volatus eius designat.Hæc autẽ omnia sunt inducta ad ostendendum magnitudinẽ diuinæ sapientiæ &virtutes,per quã tam mirabiles effectus producuntur.Vnde datur intelligi quod Iob auditis tot mirabilibus diuinorũ effectuum stupẽs siluit: sed dominus eum excitat ad cõsiderãdum,quod homo nõ est idoneus ad disputãdum cũ Deo.vnde subdit, *Adiecit dominus.* f.super verba præmissa. *& loquutus est ad Iob.*f.eo tacente. *nunquid qui contendit cum Deo.*id est, qui offert se disputaturũ cum eo.*tam facilè conquiescit.*f.quasi sit superatus,sicut tu qui taces.*vtique qui arguit Deum.*quasi de eius iudicijs disputãs.*debet & respondere illi.* Iustum est enim vt qui alium ad disputãdum prouocat,etiã ipse paratus sit respondere. Et ne videretur Iob licèt cõuictus,in sua sententia obstinatus permanere , in verba humilitatis prorumpit:vnde sequitur.*Respondens autem Iob domino,dixit:qui leuiter loquutus sum,respondere quid possum?* Vbi considerandum est quod Iob corã Deo & sua cõscientia loquens, non de falsitate loquutionis , aut de superba intentione se accusat: quod ex puritate animi fuerat loquutus,sed à leuitate sermonis: qa. f. etiam nõ ex superbia animi loquutus fuerat.verba tamen eius arrogantiã sapere videbantur : vnde amici eius occasionẽ scandali sumpserant.

Psalm. 148.

1.Thes. Oportet autem vitare non solum mala,sed etiam ea quæ habẽt speciem mali secundũ Apostolum. Ab omni specie mala abstinete vos. Et ideò subdit. *Manum meam ponam super os meum*: vt scilicet ad similia verba de cætero non prorũpam. Et de ijs quæ dixi pœniteo: vnde subdit: *vnum loquutus sum, quod vtinam non dixissem*. s.quod dixi me disputare cum Deo. *& alterum*. s.quod meam iustitiam præ tuli dum de diuinis iudicijs ageretur. Tertium autem,quod ei Eliud imposuerat:vt scilicet diceret iudicium Dei esse iniustum,non recognoscit:quia hoc non pertinet ad leuitatem loquutionis,sed ad blasphemiam. Sic autem de leuiter dictis pœniter,quod emẽdationem proponit:vnde subdit, *quibus vltra non addam*: vt scilicet alia verba leuia proferam. Est autem considerandum,quod prædicta loquutio Domini ad Iob non fuit per exteriorem sonum prolata,sed interiùs inspirata. Iob tripliciter in hoc libro inuenitur fuisse loquutus. Primò quidem quasi representans affectum sensualitatis,in prima quæstione cum dixit,pereat dies. Secundò exprimens deliberationem rationis humanæ,dum cõtra amicos disputaret. Tertiò inspirationem diuinam,dum ex persona Domini verba induxit,& quia humana ratio dirigi debet secundum inspirationem diuinam , post verba Domini quæ secundum rationem humanam dixerat reprehendi.

CAP. XL. LECT. I.

RESPONDENS *autem Dominus Iob de turbine dixit. Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & indica mihi. Nũquid irritum facies iudicium meum, & condẽna me vt iustificeris? Et si habes brachiũ sicut Deus, & voce simili tonas? Circunda tibi decorem, & in sublimẽ erige te, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. Disperge superbos in furore tuo, & confunde eos, & respiciens omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo. Absconde eos in puluere simul, & facies eorum demergere in foueam, & ego confitebor, quod saluare te possit dextera tua.*

¶In præcedentibus Dominus per cõmorationem mirabilium,quæ apparent in eius effectibus, demonstrauit suam sapientiã & virtutẽ: vt ex hoc manifestum sit,quod nullus homo,nec sapiẽtia,nec potestate potest cum Deo cõtendere. Nunc autẽ vlterius procedit ad arguẽdum Iob de hoc,quod suã iustitiã cõmemorauerat,per quod aliquibus sonare videbatur in derogationẽ diuini iudicij,præmittitur etiã modus diuinæ loquutiõis cùm dixit. *Respondens autem Dominus Iob de turbine dixit.* Et excitatio attentionis cùm subditur. *Accinge sicut vir lumbos tuos.* & petitio responsionis cùm subditur, *interrogabo te, & indica mihi*, quæ quia suprà exposita sunt, hîc iterare non oportet expositionẽ eorum. Est autẽ considerãdum,quod Iob suam iustitiam cõmemorando nõ intendebat imponere iniquitatẽ diuino iudicio,sicut tres amici eius,& Eliud, peruersè intelligebãt:sed intẽdebat ostẽdere,quod nõ erat punitus in vltione peccatorum,sicut ei imponebãt,sed ad probationẽ sicut suprà dixerat. Probabit me quasi aurum,quod per ignẽ transit. Verũtamen hoc ipsum reprehensibile videbatur,quod sic suam iustitiam commendabat,quod alijs videbatur hoc redundare in derogationem diuinæ iustitiæ: vnde subdit. *Nunquid irritum facies iudicium meum.* Q.d.nunquid hoc tibi videtur:vt cõmendando tuam iustitiã facias ab hominibus reputari.i.fal sum esse iudicium meum. Falsitas autem iudicij,est condẽnatio iudicantis,qui iniquum iudiciũ profert:vel ex ignorãtia: vel ex malitia: vnde subdit, *& condemnabis me vt iustificeris.* Q.d.nũquid intãtum vis te ostendere iustum,quod ego apud alios condemnabilis videar. ¶Est autẽ notandum,quod si fuerint duo æquales, si oporteat alteri culpã imponi,nõ est reprehensibile,si alter eorũ à culpa imposita se expurget,quãuis alter culpabilis in aliorũ opinione remaneat: quia homo plus se,quàm alium naturaliter diligit, sed vbi tãta distantia, quãta est Dei & hominis,potius homo debet pati culpã iniustè in se referri,quã quod iniustè referatur in Deum,& ideò Dominus ad arguẽdum Iob,proponit excellentiã Dei super hoẽs. Quæ quidem excellentia ex eius effectibus manifestatur,sed quia nunc agitur de cõparatione iustitiæ,quæ propriè attenditur respectu irrationabilium rerum. Ideò ad ostendẽdã diuinã excellentiam,accipit effectus quos Deus operatur in rationabilibus creaturis, qui quidẽ effectus secundum duo cõsiderari possunt. Vno modo secundum virtutis suę operationem,& quantum ad hoc dicit. *Si habes brachium sicut Deus.* Per brachium enim potentia diuinæ virtutis exprimitur , quo quidem brachio vtitur , & ad susteutationem bonorum secundum illud.
Isa.40. In brachio suo cõgregabit agnos,& ad punitionẽ malorũ secũdum
Luc.1. illud. Fecit potẽtiã in brachio suo,dispersit supbos mẽte cordis sui. Alio modo operatur Deus in rationabilibus creaturis p suæ sapientiæ doctrinã,quã propter eius excellẽtiã tonitruum nominat,& quãtum ad hoc subdit, *& si voce simili tonas*, hoc autem tonitruo vtitur
Capit. Deus ad instructionẽ bonorũ secundũ illud. Quãuis paruã stillã ser-
26. monum eius audierimus,quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri,& ad terribilem increpationem malorum. secundum illud.
Palm. Vox tonitrui tui in rota,& postea sequitur. Commota est & contre-
76. muit terra. Et in huiusmodi autẽ effectibus excellentiam diuinã demonstrat quãtum ad tria. Primò quidẽ ad decorẽ cùm dicit, *circũda tibi decorem.* Q.d.si tã potens es in effectibus,sicut Deus,attribuas tibi eius decorẽ:vnde signãter dicit, *circũda tibi.* Deus enim nõ habet circundatum decorẽ:quasi superadditũ eius essentię.sed ipsa essentia eius est decor,p quẽ intelligitur ipsa claritas , siue veritas & puritas, siue simplicitas & perfectio essentiæ eius,sed homo nõ potest habere decorem nisi circundatum, quasi participando ipsum à Deo vt superadditum suæ essentię. Secũdò tangit diuinã altitudinẽ,cũ subdit, *& in sublimẽ erigere.* Attenditur autem diuina sublimitas,non loco: quia Deus loco non cõprehenditur,sed perfectione & virtute: quia quicquid de eo dicitur,cõuenit ei in somno, huiusmodi autem sublimitas Deo esse cõuenit:vnde ad eã non erigitur,sed in ea immobiliter manet. Homo autẽ secundum suã naturã est infimæ cõditionis: vnde ad illã sublimitatem diuinã peruenire nõ posset,nisi se suprà se subleuãdo. Ideò signanter dicit, *in sublimẽ erigere.* Tertiò tãgit eius gloriã,cùm subdit, *& esto gloriosus*, gloria quidẽ importat notitiã de bonitate alicuius:vnde Ambr.dicit,quod gloria est clara cũ laude notitia. Bonitas autẽ Dei infinita est,cuius notitia perfecta non est, nisi apud Deum. Et ideò gloria in solo Deo est,inquantum seipsum cognoscit,ad quã gloriã homo peruenire nõ potest,nisi participando cognitionẽ diuinã. secundum illud. In hoc glorietur,qui gloriatur scire & nosse me. Et ideò signãter dicit, *esto gloriosus*: quia homo essentialiter hanc gloriã nõ habet. ¶His igitur positis,quæ pertinẽt ad excellentiã diuinæ potestatis & naturæ procedit vlteriùs ad commemorandum diuinos effectus in rationabilibus creaturis, & quantum ad bonos,& quãtum ad malos. Sed sciendum est,quòd effectus, quos Deus operatur in sublimationem iustorum,magis attribuuntur misericordiæ,effectus autẽ quos operatur in punitionem malorum, propriè attribuuntur iustitiæ , & ideò quia nunc agitur de iustitia. Primò breuiter tangit effectum diuinæ operationis quãtum ad bonos,cùm dicit, *& speciosis induere vestibus.* Qmnes enim boni tã Angeli,quã homines,speciosi sunt ex participatione diuinæ essentiæ,sapientiæ, & iustitiæ , & sicut homo ornatur ex speciosо vestimento, ita omnis decor sanctorum Angelorum & hominum, redundat in ornatum Dei, inquãtum ex hoc Dei bonitas commendatur per modum quo dicitur. His omnibus velut ornamenta vestiens. Est autem
Isa.49. cõsiderandum,quod hoc ad misericordiã Dei pertinet,quod sanctos suos faciat speciosos,sed quod eorum decore vtatur ad suam gloriã, hoc ad iustitiam pertinet,de qua nunc loquitur. Et ideò nõ dicit speciosas fac vestes,sed speciosis induere vestib⁹. ¶Deindè diffusiùs exequitur effectus diuinæ iustitiæ,quos exercet in malos. Et primò hoc
Ecc.10. prosequitur quãtum ad hoẽs. ¶Sciẽdum est autẽ,quòd omnis malitia hominum à superbia initium habet. secũdum illud. Initiũ omnis
Luc.4. peccati superbia. Inter cuncta etiã vitia Deus maximè superbiã detestatur: vnde dicitur,quod Deus superbis resistit. Et hoc ideò quia superbi quasi Deo rebellãt,dum ei humiliter subdi nõ volũt,& ex hoc in omnia peccata incidunt diuinis præceptis contẽptis: vnde & terreni principes maximè detestãtur rebelles. Et ideò Dominus speciales cõmemorat effectum suæ potentiæ,quẽ contra superbos exercet. Est autem duplex genus superborum, quidã enim ex bonis,quæ
Luc.18. habent se super alios efferũt,sicut ille qui dicebat. Nõ sum sicut cæteri hominum,& ij propriè superbi dicuntur: vt ipsum nomen sonat. Est autẽ propria superborum pœna discordia : quia dũ quilibet alij superesse nititur, & subijci recusat, ad inuicẽ cõcordare nõ possunt: vnde dicitur. Inter superbos semper iurgia sunt. Et ad hoc designandum dicit. *Dispergе superbos in furore tuo.* Q.d.exerce officium Dei.
Hiere. quod est dispergere:vt in vnum cõuenire non possint. Per furorẽ autem Dei intelligitur grauis vindicta. Aliud autẽ genus superborum
48. est,qui sibi arrogãt id,quod suprà ipsos est. Et ij propriè arrogantes dicuntur: vnde dicitur. Arrogantiã & altitudinem cordis ipsius,ego scio,ait Dñs,& quod nõ sit iuxta eã virtus eius, horum autem pœna
Ysalm. propria est deiectio. Cũ enim volunt se erigere suprà posse cõsequẽs est vt periculosè corruãt secundum illud. Deiecisti eos dũ alleuarentur:vnde subdit, *& respiciens omnem arrogantem humilia.* i.deijcias ex prospectu tuæ prouidentię. Cõmunis autẽ vtrorũq; prima pœna est cõfusio:quia cum nõ possunt cõsequi altitudinẽ,quã prætẽdebat, cõfunduntur apparẽte defectu eorum:vnde subdit. *Respice cunctos superbos & confunde eos.* Vnde & suprà 20. dictum est. Si ascẽderit vsq; in cœlũ superbia eius:quasi sterquiliniũ in fine perdetur. Cõsequẽter autẽ ponit cõmunes pœnas eorũ. Secũda pœna autẽ eorũ,est eorum
Ecc.10. destructio,quã designat subdẽs, *& contere impios in loco suo.* Supbos impios nominat:qa sicut dicitur. Initiũ supbiæ hoĩs est apostatare à Deo,qđ repugnat diuino cultui,q trinet ad pietatẽ. Conueniẽs autẽ pœna est supborũ,qđ cõteratur,qđ cũ cõteritur,quadã violẽtia fortioris corporis in minimas partes resoluitur. Iustũ est autẽ vt supbi,q se ordinarẽ magnos existimãt,fortiori virtute. s.diuina.ad minimũ deducãtur. Signãter etiã addit, *in loco suo*: vt ostẽdatur id,qđ in quo cõsidũt,eos liberare nõ põt. Vnũquódq; cũ in suo loco cõseruatur: vñ multitudo diuitiarũ: vel stat⁹ dignitatis: vel si qd aliud hmõi est, in quo homo cõsidat,locus enim dici põt, qbus nõ obstãtibus superbus adeò con-

bus adeò conteritur:vt quasi in loco suo contritus videatur. Tertia
Prou. pœna est,quod postquam sunt ad infimum redacti, claritas famæ eo
20. rum cessat. Iustum est enim qui gloriam & pompam quærebant, ab hominum memorijs deleantur. secundum illud. Nomen impiorum putrescet:vnde sequitur, *absconde eos in puluere.* i.facies eos obscuros propter statum vtilitatis ad quem deducetur,quod autẽ addit, *simul*, potest ad duo referri:videlicet ad hoc,qđ omnes superbi depereunt. s.simul.i.subitò deijciuntur. Quarta autem pœna eorũ est,quod non solùm ipsi ab alijs non cognoscantur,sed etiam bona , de quibus superbierunt , agnoscere non sinantur : vnde subdit, *& facies eorum.* Per quas,scilicet virtutes eorum cognoscitiuæ signantur,eò,quod vi sus hominis in facie ponitur, *demerge in foueam.* In profundo inferni,& loquitur de dãnatione mortis secundę,per similitudinem mortis primæ,per quam homines in corporalem puluerem reducuntur in foueam demersi. Hoc autem Dominus præmiserat:quasi propria sua opera,eius autem proprium est:vt nõ egeat alieno auxilio,quod homini conuenire non potest, sicut nec potest prædicta opera exercere:vnde subdit, *& ego confitebor,quod saluare te possit dextera tua.* Quasi dicat,si prædicta opera facere potes,quæ sunt Dei solius, potes rationabiliter attribuere,quod diuino auxilio,non egeas ad salutem,sed sicut illud non potest,ita nec hoc:vnde non debes de tua iustitia gloriari.

LECTIO II.

ECce *Vehemot,quem feci tecum,fœnum quasi bos comedet. Fortitudo eius,in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. Stringit caudam suam quasi cedrũ,nerui testiculorũ eius perplexi sunt. Ossa eius velut fistulæ aris,cartilago illius quasi luminæ ferreæ. Ipse est principium viarum Dei. Qui fecit eum,applicabit gladium eius, hunc montes herbas ferunt. Omnes bestiæ agri,ludent ibi,sub vmbra dormit in secreto calami in locis humẽtibus. Protegunt vmbræ vmbram eius. circũdabunt eum salices torrentis. Ecce absorbebit fluuium & nõ mirabitur, & habet fiducíam, quod influat Iordanis in os eius. In oculis eius quasi hamo capiet eum, & in fudibus perforabit nares eius.*

¶Suprà Dominus narrauerat effectus virtutis suæ, quos in malis homĩbus operatur. Nunc autem accedit ad describendum malitiam diaboli. Manifestum est autem ex præmissis,quod apud Iob & amicos eius eadem erat opinio de dæmonibus , quam nunc ecclesia catholica tenet: vt scilicet ex angelica dignitate per peccatum corruerint:vnde suprà dictum est. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, &
Capit 4. sic homo per peccatum decidit à ratione dignitatis, & contra rationem agens,irrationabilibus cõparatur. Ita etiam diabolus per peccatum aduertentes se à supremis & intelligibilis bonis,dum principatum super inferiora & terrena appetijt,animalib⁹ brutis cõparatur, in quorum effigie dæmones frequenter apparent hominibus , Deo prouidẽte:vt tales figuras corporum sinantur assumere,per quas eorum conditio designetur. Est autem considerandum,quod angeli in sua dignitate remanentes,excellentiam quandam habent super hominum dignitatem:vnde & in fulgentiori quadã claritate apparent hominibus. Ita etiam dæmones excellentiam quandam & principatum in malitia supra homines habent,& ideò sub figura quorũdam excellentium,& quasi monstruosorum animalium,describuntur. Inter omnia terrestria animalia excellit elephas magnitudine & virtute,inter animalia verò aquatica excellit cetus. Et ideò Dominus describit diabolum sub figura elephantis & ceti: vt hoc nomen Vehemoth,quod significat animal,referatur ad elephantem,qui inter cætera animalia terrestria,quæ cõmuniter animalia dicunt , quoddam principatum tenet propter magnitudinẽ corporis. Nomen autẽ leuiathan,quod significat additamẽtũ eorũ,referatur ad cetæ grãdia, quæ habẽt magnitudinis additamẽtum suprà omne animaliũ genꝰ. Posset autẽ fortè alicui videri,q Dominus ad literã intẽderet exprimere ꝓprietates horũ animaliũ,sed q in figurã alteri⁹ describãtur: manifestũ est ex hoc,quod proprietatibus positis ad figurã pertinẽtibus subdit veritas. Nã præmissis ꝓprietatibus. *Vehemot.* i.elephantis.quasi exponẽdo veritatẽ subdit. *Ipse enim principium viarum Dei.* Præmissis autem proprietatibus. *leuiathan.* i.ceti subdit. *Rex super omnes filios superbiæ.* Et quasi satis cõuenienter in hac disputatiõe Domini in descriptiõe diaboli terminatur disputatio Iob,quæ est de aduersitate ipsius:quia etiã suprà dictum est. Si ascẽderit vsq; in cœlũ superbia eius:quasi sterquiliniũ in fine perdetur. Cõsequẽter autẽ ponit cõmunes pœnas eorũ. Secũda pœna autẽ eorũ,est eorum destructio,quã designat subdẽs, *& contere impios in loco suo.* Supbos impios nominat:qa sicut dicitur. Initiũ supbiæ hoĩs est apostatare à
Sap.2. Deo,qđ repugnat diuino cultui,q trinet ad pietatẽ. Conueniẽs autẽ pœna est supborũ,qđ cõteratur,qđ cũ cõteritur,quadã violẽtia fortioris corporis in minimas partes resoluitur. Iustũ est autẽ vt supbi,q se ordinarẽ magnos existimãt,fortiori virtute. s.diuina.ad minimũ deducãtur. Signãter etiã addit, *in loco suo*: vt ostẽdatur id,qđ in quo cõsidũt,eos liberare nõ põt. Vnũquódq; cũ in suo loco cõseruatur: vñ homine terrena animalia sunt producta, si referatur ad diabolũ, de quo figuraliter siue Metaphoricè hęc dicuntur,nõ videtur simul diabolus factus cũ homine,nã homo factus legitur die sexto. Satan autem inter angelos factus creditur in principio , quo creauit Deus cœlum & terram. Sed si illa dierum enumeratio non designat temporis successionem,sed diuersa rerum productarum,secundum sententiam. Augu. nulla repugnantia inuenitur. Si autẽ per aliorum ex positionem,Angelorum creatio duratione præcesserit hominis productionẽ,potest dupliciter hoc verbum intelligi. Vno modo:vt sit sensus. *Quem feci tecum.* Id est,quem feci sicut & te,& hoc dicit ad excludendum errorẽ eorum,qui considerantes malitiã diaboli,existimauerunt eũ non esse Dei boni creaturã. Alio modo:vt sit sensus, *quem feci tecum.* Id est,similitudinẽ tecum habentẽ, quantum ad naturam intellectualem. Et vt huiusmodi etiã similitudinis aliquod vestigium in elephãte apparet. dicit enim. Aristo. in lib.8. de animalib. quod maximè domesticabile animalium syluestrium est elephas, ad multa enim eruditur & intelligit,quoniam etiã adorare Reges docetur,quod nõ ideò dicitur quia habet intellectum, sed propter bonitatem naturalis existimatiuæ, descripta igitur cõuenientia Vehemot cum homine,describit proprietates ipsius. Et ne hoc primò ad figurã referamus,tria videtur circa Vehemot describere. Primò quidem cibũ ipsius cùm dicit, *Fœnum quasi bos comedet.* Ad literã enim nõ est animal comedens carnes,sed herbas & huiusmodi ad modum bouis,& quia herbæ nascũtur in terra,per hoc signatur, quòd Satan pascitur.i.delectatur in terrenorum Dominio:vnde & iactanter de se dicit. Mihi tradita sunt regna orbis terræ,& cui voluero do illa. Secundò describit coitũ eius,in cibo enim & coitu præcipuè delectationes animalium consistunt. Describit autem coitum elephantis. ¶Primò quidem quantum ad principium libidinis,ex qua animalia commouentur ad coitum , cùm dicit. *Fortitudo eius in lumbis eius.* Nã ex lumbis siue ex renibus semẽ ad membra genitalia deriuatur. ¶Secundò describit figuram coitus. Nam Philoso.dicit in lib. 5.animalium. Patitur coitum femella elephãtis concidens,& masculus ascendit,& hoc significat subdens, *& virtus illius in vmbilico ventris eius.* Scilicet quia vmbilicum supponit in coitu dorso femellæ, & oportet,quòd sit in vmbilico magna virtus, ne frãgatur propter collisionem corporum tam magnorum. Animalia autem in quibus talis figura coitus inuenitur,dum coëunt,caudam inter tibias posteriores stringunt : vnde subdit. *Stringit caudam suam quasi cedrum.* Quod dicitur propter magnitudinem eius. ¶Tertiò describit organa coitui deseruientia,cũ subdit. *Nerui testiculorum eius perplexi sunt.* Id est,reuolutiones quasdã habent:vt Philo. describit in lib.3.anima. De testiculis enim animalium gressibilium & generãtium animal. Hæc autem ad diabolum literaliter referri non possunt:quasi ipsi ad modum animalium corporaliter coëant : quasi ipso coitu delectati. & si enim vt Aug.dicit in lib.15.de ciuita.Dei. Quidã incubi fæpè dicuntur extitisse mulieribus improbis:vt earum appetitũ ac peregisse concubitum,non tamẽ hoc agunt quasi coitu delectati,sed delectantur in hoc,quod omnes homines ad peccata talia inducunt, ad quæ maximè sunt proni:vnde Aug.dicit in lib.12.de ciui.Dei. Quis non intelligat quãtum moliantur maligni spiritus exẽplo suo auctoritatem præbere crimini,& ꝓpter hoc vt ipse in eodẽ libro alibi dicit. Huius luxuria,huius obscœnitatibus delectãtur,quæ quidem eorum delectatio Metaphoricè in verbis præmissis ex primitur, quod propter cõcupiscentiã carnis, sed hoc vitium maximè possunt homines superare,ideò dicit. *Fortitudo eius in lumbis eius.* Vt hoc referatur ad viros, *& virtus illius in vmbilico ventris eius.* Vt hoc referatur ad mulieres. *Stringit caudam suam,sicut cedrum.* Quia quos in hoc peccatum deijcit dulcedine voluptatis,finaliter ligatos tenet. *Nerui testiculorum eius perplexi sunt.* Quia si aliquis in hoc vitium deiectus euadere nititur,diuersis occasionibus iteratò irriteur. ¶Tertiò describit motum elephantis, de quibus dicitur, ꝙ habent inflexibiles pedes, tibias, & crura propter pondus corporis sustentandum, & habent ossa solida sine iuncturis , & ad hoc designandum dicit. *Ossa eius velut fistula æris.* Quia flecti non possunt,sicut nec fistulæ æris,& hoc refertur ad exteriora organa motꝰ,quę sunt tibiæ & crura,interiora autẽ organa motus sunt cartilagines quędã & nerui,quę etiã in elephãtibus non facilè flectuntur,& quantum ad hoc subdit. *Cartilago illius quasi laminæ ferreæ.* Quæ scilicet incuruari & extẽdi nõ possunt,& per hoc significatur obstinatio diaboli,qui à proposito suæ malitiæ retrahi nõ potest,& crudelitas eius p quã ab exterior im hominũ nocumento nõ cessat. Hæc autẽ quæ figuraliter dicta sunt,exponit Dominus subdens. *Ipse.* Scilicet Satan,de quo prędicta Metaphoricè dicta sunt. *Est principium viarum Dei.* Id est,operum eius,& siquidẽ hoc referatur ad opera creationis,hoc ea ratione dicitur:quia Satã inter primas creaturas est conditus:vel etiã quia secundum quosdã fuit excellẽtior inter cæteras creaturas. Sed conuenientius proposito videtur:vt per vias Dei intelligamus opera prouidentiæ eius. Cõsiderãdum est autẽ,quòd Deo vnum solum proprium est opus suæ bonitati cõuenien⁹,scilicet benefacere & misereri, ꝙ autẽ puniat & aduersitates inducat,hoc cõtingit ꝓpter malitiã creaturæ rationalis, quæ primò est in diabolo inuenta,& per eius suggestio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem est ad homines deriuata,& ideò signanter dicit,quòd ipse principium viarum Dei est,id est,q̃ Deus diuersis vijs vtatur,scilicet benefaciendo & puniendo, & ne credatur sic esse principium viarum Dei,q̃ per seipsum sit potens ad nocendum, hoc excludit subdens, *qui fecit eum*.i.Deus.*Gladium eius applicabit*.Id est,noxiam operationem ipsius.Voluntas autè nocẽdi ex diabolo à seipso, propter quod dicitur.Gladius eius, sed effectus nocendi non habet nisi ex voluntate vel permissione diuina.Quia dixerat q̃ fœnum sicut bos comedet,ostendit vnde fœnum accipiat ad edendum, vnde subdit. *Huic montes herbas ferunt*. Per quod intelligitur,q̃ sublimes in hoc sæculo & superbi,afferunt diabolo suæ delectationis seu refectionis misericordiã,& quomodò hoc sic ostendet subdens.*Omnes bestiæ agri ibi ludent*.Sicut enim ad literam in mõtibus syluestria animalia cõgregantur ad securitatẽ, & otium,ita sub quadam sublimium virorum protectione homines bestialiter sæuientes,securi requiescunt, quod signatur vbi dicitur, q̃ subtus arborem per quam significatur Regia dignitas, habitabant animalia & bestiæ. ¶Deindè describit mansionem ipsius,vbi considerãdum est,q̃ sicut Aristo.dicit in lib. quinto animalium.Elephantes in solitudinibus manent,& maximè quia circa fluuios solent esse arundineta,& salices, & loca vmbrosa, ideò ad designandum elephantis mansionem dicit. *Sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus*.Et quia hoc animal nõ quaIemcúnq; vmbram habitat,sed quod in ipsam subdit.Protegũt vmbræ vmbrã eius:vt scilicet inferior vmbra per superiorem vmbram defendatur,& causam facientem vmbram designat subdens.*Circundant eum salices torrentis*. Nam salices densioré vmbram faciunt & frigidiorem,quã arundines, inhabitat autẽ adulteram hoc animal vmbrosa loca,quia est animal melancholicum & siccæ complexionis & habitat in terris calidis, vnde contra caloré & siccitatẽ æstus quærit refrigerium humiditatis & vmbræ, per quod designatur, q̃ gladius diaboli non solùm effectum habet in montibus,id est,in superbis,qui ei & ipsi herbas ferunt,& bestias agri ludentes sustinent. Sed etiam in hominibus,qui in otio,quasi in vmbra, viuunt, quam ipsi multiplici studio continuare procurant, vt sic vmbræ protegãt vmbras,& qui in delitijs,quasi in locis humectibus nutriuntur,propter eandem autẽ causam,propter quã hoc animal humentia & vmbrosa loca quærit,etiam multũ de aqua potat : vnde Aristoteles dicit in libr.8.de animalibus. q̃ iam quidem Elephas bibit aquæ metretas Machedomicas, 14. Pro semel, & iterũ alias octo. Et ideò ad describendũ magnitudinẽ potus eius,subdit, *& absorbebit fluuium, & non mirabitur*.Quia scilicet cõsueuit multũ bibere,& postquàm multũ bibit,expectat alium multum potum,vnde subdit.*Habet fiduciam,quod influat Iordanis in os eius*.Qui scilicet fluuius notus est in terra illa: vbi hæc dicebantur.Ad hoc quidem hyperbolicè dicũtur, secundum,quod referuntur ad elephantẽ, secũdum autem quod referuntur ad diabolũ,in cuius figura hæc dicuntur, significatur eius præsumptio,qua se cõfidit de facili sibi incorporare per consensum omnes homines instabiles etiam si habeant aliquã Dei cognitionẽ, ad quod significãdum inducitur spiritualiter de Iordane,qui est fluuius in terra,in qua vera Dei cognitio habebatur,in ijs enim tribus generibus hominum,maximè diabolus habet effectũ,scilicet in superbis voluptuosis,& initabilibus siue curis sæculi deditis, qui possunt per fluuium designari,aliqui tamen sunt,qui à diabolo non superati sunt,sed potius contra ipsum victoriam obtinent,quod quidem principaliter conuenit Christo.de quo dicitur. Apocalypsi 5. Ecce vicit Leo de tribu Iuda. Consequẽter autem conuenit alijs per gratiam Christi secundum illud primæ Corinth.15.Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum,& hanc quidem victoriam describit Dominus sub similitudine venationis Elephantis, dicẽs : *In oculis eius quasi hamo capietur eum*. Scilicet venator per quẽ Christus & sui significantur, dicitur enim esse vnus modus venationis Elephantis,quod fit fouea subterranea in via Elephantis,in qua incidit ignoranter, ad quam veniens vnus venator percutit,& pungit ipsum. Alter autẽ venator veniens percutit primum venatorẽ, & amouet eum ne percutiat Elephantem, & dat ei comedere hordeum quod cũ ter vel quater fecerit, diligit se liberantem, & deinceps ei obediens mansuescit, & sic capiuntur per cibum eis oblatum,sicut pisces hamo. Est autẽ alius modus venationis elephantum,vt Aristoteles dicit in 8.de animalibus:vbi dicit,q̃ venatores domesticos elephantes equitant: & persequuntur elephantes syluestres & pungunt eos cum quibusdam instrumentis,&ad hoc potest pertinere,quod subditur,*& in fudibus perforabit nares eius*,in quibus scilicet habent carnẽ magis sensibilem, & ideò magis ibi punguntur à venatoribus,per hoc autẽ mysticè designatur quod Christus diabolum superauit, ostendens ei naturam infirmam:vt sic quasi hamo ab eo caperetur: & postmodùm virtutẽ suã in eum exercuit secundum illud.Expolians principatus & potestates traduxit confidenter. LECT. III.

Coll.2.

AN *extrahere poteris leuiathan hamo,& fune ligabis linguã eius? Nunquid pones circulũ in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?Nunquid multiplicabit ad te preces,aut loquetur tibi mollia?Nunquid feriet tecum pactũ,& accipies eum seruum sempiternum? Nunquid illudes ei quasi aui,aut ligabis eum ancillis tuis? Concident eum amici,diuident illum negotiatores.Nunquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium piscium capite illius?Pones super eum manũ tuam. Memẽto belli,nec vltrà addas loqui.Ecce,spes eius frustrabitur eum,& videntibus cunctis præcipitabitur.*

¶Postquàm Dominus descripsit proprietates diaboli in similitudine elephantis, qui est maximum animalium terrestrium describit ipsum sub similitudine leuiathan,quod est maximũ animalium marinorum:& sicut Plinius dicit, est magnitudinis quatuor iugerum, & Isidorus dicit,q̃ habet corpora æqualia montibus ad quod refertur nomen leuiathan,quod interpretatur additamentum eorum,vt Isidorus dicit.Hoc animal dicitur balena,à balin,quod est amittere, quia altiùs cæteris animalibus emittunt aquas, & potest dici, q̃ sicut diabolus comparatur elephanti,qui viuit in terris propter effectus manifestos quos operatur in terrenis & corporalib⁹ creaturis, ita cõparatur cæto balenæ in fluctibus maris degenti propter effectus quos operatur in fluctuatione interiorum motuum,quia suprà victoriam hominis contra diabolum expresserat sub figura venationis elephantis,ne credatur,q̃ homo sua virtute posit diabolum superare,hîc incipit excludere sub figura animaliũ leuiathan: de quo primò ostendit,q̃ non potest superari per modum, quo capiuntur pisces,vnde dicit,*an extrahere poteris*,scilicet de aquis,*leuiathan hamo*,quod fieri non potest,duplici ratione.Primò quia tantæ est magnitudinis,q̃ nulla hominis virtute aut instrumento sursum eleuari posit,& ad hoc significandum dixit,*an extrahere poteris*. Secũdò quia tantæ est fortitudinis,q̃ hamo retinere non posit, & ad hoc significãdum subdit,*& fune ligabis linguam eius*,pisces enim qui capiuntur hamo,per funẽ cui hamus appenditur,retinentur,per quod significatur,qđ nullⁿ homo potest diabolũ neq; à malitia sua extrahere:neq; etiã eũ ligare:vt in sua malitia nõ procedat.Secũdò ostendit,q̃ non potest superari ab homine per modum,quo quædam animalia terrestria magna superantur, retinetur enim bubalus ab homine per anulum ferreum,qui naribus eius imponitur, per quẽ homo ducit ipsum quò vult.Et ad hoc excludendum subdit.*Nunquid ponet circulum in naribus eius*, subijcit sibi etiam homo equum aut asinum vel camelum imponendo frenum : vel camum in ore eius, & ad hoc excludendum subdit : *aut armillã perforatam maxillis eius*. Prædictorum enim animalium,quasi perforantur maxillæ,*armillã*, id est,ferro,quod ponitur in ore ipsorum, sicut autem circulo naribus imposito ducitur bubalus,ita etiã freno vel camo maxillis equi imposito,regitur gressus equi,vt hominem conuenienter ferat:per hoc ergo datur intelligi,q̃ nullus potest diabolum ducere quò vult, nec eum dirigere:vt suæ voluntati deseruiat. Tertiò ostendit,q̃ leuiathan superari non potest per modum, quo homo subijcitur homini:quod quidem fit dupliciter. Vno modo per simplex verbum, putà cùm aliquis intantùm alteri humiliabitur,q̃ eum rogat,& hoc tangit,cùm dicit,nũquid multiplicabit ad te preces:vel etiam cùm addit blanditiarum verba,& ad hoc pertinet quod subdit, *aut loquis tibi mollia*,id est,blanda verba ad te placandum secundum illud.Responsio mollis frangit iram.Alio modo accedẽte aliqua obligatione,quę sit vel per aliquod particulare pactũ,ad quod pertinet quod dicit, *nunquid feriet tecum pactum*: vel per seruitutem perpetuam, ad quod pertinet quod dicit,*& accipies eum seruum sempiternum*, & ista quatuor quandóque per ordinem se habent. Nam quandóque aliquis primò quidem propter timorem preces porrigit victori,secundò blanditur,tertiò ad pactũ suscipitur,quartò per pactũ seruituti perpetuæ subiugatur,per quæ omnia datur intelligi, q̃ diabolus non timet hominem,vt ei quasi superiori aut fortiori preces ex timore aut blanditijs,aut pactum,aut seruitutem,exhibeat:& si huiusmodi silenter facit ad hominum deceptiões:vt potiùs eos sibi subijciat,quàm eis subijciatur. Quintò ostendit,quòd nõ potest superari quomodò aues ab homine superantur.¶Circa quod considerãdum est,q̃ aues primò quidem aliqua deceptione capiuntur,per retia vel viscum,vel aliquid huiusmodi,& hoc excludens subdit,*nunquid illudes ei sicut aui*,vt scilicet decipiendo ipsum in tuam redigas potestatem.Secundò postquàm iam captæ fuerint,ligãt ne auolare possint & exhibentur pueris & ancillis ad ludum, & hoc significatur cùm subdit,*aut ligabis eum ancillis tuis*, per quod datur intelligi, q̃ homo nõ potest sua industria decipiendo diabolum superare,nec eum alijs decipiendum exponere.Sic igitur ostenso,quòd nõ potest subijci per modum,quo alia animalia subijciuntur, ostendit consequenter,quod homo nõ potest vti eo,etiam si subijceretur per modum, quo vtitur alijs animalibus magnis quando sunt in potestate hominis redacta.Et primò hoc ostendit assumens modum,quo homines vtuntur animalibus terrestribus captis, putà ceruis & apris, & alijs huiusmodi,quorum carnes diuiduntur dupliciter. Vno modo gratis distribuẽdo amicis,& hoc excludit subdens,*concident eum amici*, & hoc interrogatiuè legatur.Alio modo vendẽdo diuersis & quantum ad

Prou. 15.

tùm ad hoc subdit,*diuident illum negotiatores*, quasi dicat,non tanta est enim huius animalis magnitudo, quòd si quãdóque capiatur, toti regioni sufficiat, vnde nec particulariter,diuiditur inter amicos,nec venditur in macello ad modum aliorum animalium, per quod designatur quòd homo non potest auxilium dæmonis vel alteri gratis communicare,vel etiam vendere. Secundò ostendit q̃ nõ potest homo vti leuiathan,ad modũ quo vtitur piscibus captis,quorum maioribus piscatores implet maximas sagenas,& quantùm ad hoc dicit,*nunquid implebis sagenas pelle eius*. & fortè signanter dicit pelle ad exprimendum modum,quo maximi ceti capiũtur,qui longissimis culmis,quos habent,quando dormiunt in rupibus, pẽdent ad saxa,vt dicitur, & tunc piscator appropinquans quantùm potest de pelle,soluit à lardo iuxta caudam.Est enim animal valde pingue propter pinguedinem talem incisuram non sentit, & sic immissis funibus quos ligat,ad saxa vel arbores,excitat cætam lapidibus funde qui volens recedere pellem dimittit, minoribus aut piscibus implent quædam alia minora instrumenta:& quantùm ad hoc subdit, *& gurgustium capite piscium illius*, dicitur enim gurgustium quoddam instrumentum de viminibus factum, quod piscatores in gurgite ponunt ad capiendum pisces.Est autem tanta magnitudo cæti: quòd nec totus,nec etiam vna pars eius pura caput potest in gurgustio quantumcúnque magno cõtineri,dicitur enim habere tam magnum caput, quòd ab ipso quadraginta lagenæ sanguinis effluant, & hoc ponitur ad figuraliter ostendendum quòd diabolus virtute humana includi non potest sicut quidam nigromãtici se eum posse includere opinantur, sed hoc totum prouenit ex eius astutia, qua vtitur ad homines decipiendos. Et si quis rectè consideret omnia præmissa, pertinere videntur ad præsumptionem nigromanticorum confutandam,qui nituntur cum dæmonibus pactum inire,aut etiam sibi subijcere,vel qualitercúnque constringere.Ostenso ergo quòd homo nullo modo sua virtute diabolũ superare potest, quasi ex omnibus præmissis cõcludit subdẽs,*pone manum tuam super eum*. Subaudi si potes,quasi dicat nullo modo potes sua virtute manum tuam ponere super eum tibi subijcias.Sed quamuis nõ possit ab homine superari,superatur tamen diuina virtute vnde subdit,*memento belli*,quo scilicet cõtra eum pugno *nec vltra addas loqui*,scilicet contra me,dum scilicet vides eum mea virtute superari quem tua virtute superare non potes.Et de superatione qua superatur à Deo subditur.*Ecce spes eius frustrabitur eum*, quòd quidẽ si referatur ad cætum manifestum est,dum enim cætus prosequitur pisces, sperãs eorum capturam:impingit ad aliquod littus vnde propter paruitatẽ aquæ se eruere non potest,frustratus spe sua,quam habebat de piscium captura,& sic super aquam apparens præcipitatur in mortem , & hoc est quod subditur,*& videntibus cunctis præcipitabitur*.quia vndique homines eum videntes,concurrunt ad eum occidendum, per quod significatur quòd spes diaboli, quam habet de subuersione sanctorum frustrabitur,& ipse eum omnibus suis sequacibus,sanctis videntibus,in die iudicij præcipitabitur in infernum.

CAPITVLVM XLI.

LECTIO I.

NON *quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim resistere potest vultui meo,& quis ante dedit mihi vt reddam ei? Omnia quæ sub cælo sunt mea sunt.Non parcam ei verbis potentibus,& ad deprecandum compositis. Quis revelabit faciem indumenti eius, & in medium oris eius quis intrabit? Portas vultus eius,quis aperiet? Per gyrum dentium eius formido,corpus illius quasi scuta fusilia,compactum squamis se præmentibus. Vna vni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit,& tenentes se nequaquam separabuntur.*

¶Postquàm dominus enumerauerat virtutem leuiathan, quantùm ad hoc quòd non potest superari ab homine:sed solùm à Deo, nunc enarrat potestatem ipsius,quantùm ad hoc quòd ipse potest contra alios agere:& quia non est potestas,nisi à Deo vt dicitur.Posset aliquis ad crudelitatem Deo ascribere,quòd tam noxiæ creaturæ tantam potentiam dedit,& ideò ad hoc excludendum dicit, *non quasi crudelis suscitabo eum*,id est altum esse permittã per potentiam sibi datam,& videtur hîc responderi ad id quod suprà dixerat.Mutatus es mihi in crudelem. Quod autem hoc sibi ad crudelitatem ascribi non debeat, ostendit triplici ratione. Primò propter potestatẽ Dei, cùm dicit. *Quis enim potest resistere vultui meo*, id est, prouidentiæ meæ quasi dicat quantuncúnque leuiathan iste sit potens, non potest prouidentiæ meæ resistere:vt potentia sua vtatur,nisi quantùm mihi placuerit:& mea voluntas non ad perniciem,sed ad salutẽ hominum tendit.Secundò ostendit idem ex largitate bonitatis ipsius qua gratis omnibus bona sua distribuit, vnde subdit, *& quis ante dedit mihi vt reddam ei*,quasi dicat nullus, ex quo patet quod omnia quæ feci diligo:quibus bona gratis mea communico:vnde non habeo contra ipsa quæ feci crudelitatis animum. Et ad idem pertinet quod subdit,*omnia quæ sub cælo sunt mea sunt*,quia.s.sunt à me creata,conseruata & gubernata.Nullus autẽ rebus suis aduersatur. Tertiò ostendit se nõ esse crudelem , permittendo Satan in sua potẽtia exaltari , per hoc q̃ in nullo ei differt, videtur enim ad crudelitatẽ quãdam pertinere,quòd aliquis dum vult,aliquãdo tyranno fauere patienter tolerat afflictiones multorũ. Duplici autẽ ratione homo alicui potenti fauet.Vno modo timens comminationes ipsius : sed hoc dominus à se excludit,*non parcam ei*,id est,in nullo ei deferam, quin ei resistam , secundum quod oportet,*verbis potentibus*, id est, propter aliqua cõminationis verba,quæ eius præferãt potestatem. Alio modo fauet aliquis alicui potenti : quasi allectus ab eo blanditijs,& ad hoc excludendum subdit,*& ad deprecandum compositis*,scilicet est quasi dicat,quãuis potenter vel deprecatoriè loqueretur,tamen in nullo ei consentio:quia non est cõuenientia lucis ad tenebras. 2. Cor. 6.

¶Ijs igitur prẽmissis ad remouendum opinionem suæ crudelitatis, accedit ad describẽdum virtutem leuiathan.Et primò describit virtutẽ eius,à capite incipiens,dicitur autem q̃ super oculos cæti sunt quædam additamenta cornea in figura magnæ falcis:& sunt ducenta quinquaginta super vnum oculum, & totidem super alterum : & vtitur eis cetus pro opertorio oculi tempore magnæ tempestatis,& ad hoc exprimendũ dicit,*quis revelabit faciem indumenti eius*?id est, quis homo potest accedere ita propè cetum,vt à prædictis operculis posit faciem eius detegere, per quod datur intelligi , q̃ astutias diaboli nullus homo sufficit aperire.Dicitur etiam,q̃ astutias diaboli nullus homo sufficit aperire.Dicitur etiam q̃ in gutture habet quandam pellem in modũ membranę,& hæc multis meatibus perforata,ne scilicet quicquam corpulentũ magnum ingredi ventrem eius posit,quia scilicet per hoc impediretur eius digestio,scilicet si aliquod magnũ animal integrum absorberet,&ad hoc designandũ subdit,*& in medium oris eius quis intrabit*,vt scilicet perscrutetur strictor illos meatus,quibus parui pisces in eius ventrẽ descendũt. Per quod designatur quòd intẽtionẽ dæmonis,qua ad homines spiritualiter absorbendos vtitur,nullus homo potest cognoscere.Dicitur etiam de cето, quod habet aperturã oris dentatã valdè longis & magnis dentibus. Et præcipuè dentes sunt alijs longiores ad modum dentium elephantis vel aprirtergo ad designãdum hos duos dentes extremos maximos,dicit,*portas vultus eius quis aperiet*? videntur eñ illi duo dentes maximi:quasi duæ partes , quibus os cæti aperiatur, per quod designatur q̃ nullus homo potest os diaboli aperire ad extrahẽdum de potestate eius peccatores,quos absorbet : quasi duabus partibus scilicet violentia & astutia. Quantùm autẽ ad alios dentes cæti,subdit,*per gyrum dentium eius formido*,quia scilicet in circuitu oris habet dentes tam magnos, vt aspicientibus terrorem incutere posit, per quod significatur terror, quem Dæmon hîc hominibus incutit,vt per hoc eos impellat ad peccandum,& potest dici q̃ dentes eius sunt cæteri Dæmones,vel etiam mali homines, qui potẽtia sua alios terrendo ad malum inducit.¶Ijs igitur præmissis de dispositione capitis leuiathan pro cedit ad dispositionem corporis eius, quod describit ad modum piscium habẽtium squamas:vnde secũdũ magnitudinẽ sui corporis debet habere maximas squamas ad modum scrutorum , vnde dicit,*corpus eius quasi scuta fusilia* , quæ quidem sunt cõtinua, nam scuta lignea per colligationem adunantur. Comparatur autẽ diabolus ad omnes malos : sicut caput ad corpus, vnde peccatores,qui alios in malitia defendũt,sunt quasi scuta corporis diaboli. Ostendit autem consequenter quòd squamæ eius, nõ solum sunt magnæ,sed etiam compressæ ad modum pisciũ multas squamas habentium:& hoc est quod subdit,*compactum squamis sese præmentibus*.per quod designatur multitudo malorum. Et peruersa eorum concordia in malo ostenditur consequenter,cum subditur, *vna vni coniungitur*. quia scilicẽt sicut in corpore alicuius piscis nõ quælibet squama coniungitur cuilibet,sed vna vni per ordinem.Ita etiam in multitudine malorum,non omnes omnibus socialiter concordant,sed quidã quibusdã. Quandiu autẽ piscis est viuus & fortis, & squamæ eius in suo vigore.Ita & cuti corporis strictæ adhærent: q̃ nec aër potest inter eas transire,quãdo verò piscis fuerit,vel mortuus:vel infirmus,aut ex aliqua occasione eius squamæ desiccantur, tunc paulatim prædicta coniunctio squamarum remittitur , ita q̃ ipsæ squamæ incuruantur,& potest etiam aliquid grossius inter eas transire, ad ostendendum ergo vigorem squamarũ leuiathan subdit.*Et ne spiraculum quidem incedit per eas* , id est per inter medium dit.*Et ne spiraculum quidem incedit per eas* , id est per inter medium squamarũ:per quod designatur q̃ ad consensum malitiæ nõ disiunguntur per aliquam spiritualem persuasionem , aut per inspirationem internam. Et ideò ad ostendendum obstinatum eorũ consensum in malitia subdit,*vna alteri adhærebit*.per mutuum fauorem& consensum,*& tenentes se nequaquam separabuntur*,propter obstinatum.s.consensum eorũ in malum : sicut nec squamę leuiathan humana virtute possunt adinuicem disiungi. LECT. II.

Roma. 13.

Iob 30.

Coll.1.

STernutatio eius splendor ignis, & oculi eius vt palpebræ diluculi. De ore eius lampades procedunt,sicut tedæ ignis accensæ , de naribus eius procedit fumus sicut ollæ succensæ atq; feruentis.Halitus eius prunas ardere facit,& flamma de ore eius egreditur.In collo eius morabitur fortitudo,& faciem eius præcedit egestas.Membra carnium eius cohærentia

sibi. Mittet contra eum fulmina, & ad locum aliũ non ferentur. Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Cùm sublatus fuerit timebunt Angeli. & territi purgabũtur. Cùm apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit, neque hasta neque torax. Reputabit enim quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum as. Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides funda. Quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantẽ hastã. Sub ipso erunt radij solis, & sternet sibi aurum quasi lutum. Feruescere faciet quasi ollã. per fundum maris. & ponet quasi cum vnguenta bulliunt. Post eum lucebit semita, æstimabit abyssum quasi senescentem. Nõ est super terram potestas quæ comparetur ei, qui factus est: vt nullum timeret. Omne sublime videt. ipse est Rex super vniuersos filios superbiæ.

¶Postquam descripsit Dominus dispositionem Leuiathã, hîc describit operationem fortitudinis eius, & sicut primò descripserat dispositionem capitis quã corporis, ita etiam, priùs incipit enumerare operationes ad caput pertinẽtes. Prima autem & principalior pars capitis est cerebrum, ex cuius cõmotione sternutatio animalis causatur. Et ideò sternutationẽ Leuiathã describẽs dicit, *sternutatio eius splendor ignis:* quia scilicet ex sternutatione Leuiathan, tãta fit aquarum commotio, quòd causatur quidam candor aquarum cõmotarum ad modum splendoris ignis: vel etiam potest referri ad hoc, quòd fortiter cõmoto capite vel oculis: videtur nobis, quòd emittet quidem splendor ignis: vnde cũ multò maior sit cõmotio capitis Leuiathan ex eius sternutatione, multò magis talis splendor processit, significatur autem per hoc, quòd per cõmotionem capitis diaboli. i. per tentationem ipsius emittat splendor ignis. ſ. iræ aut concupiscentiæ, aut etiam inanis gloriæ. Inter alias autẽ partes capitis sunt præcipui oculi: vnde subdit, *& oculi eius vt palpebræ diluculi*, oculus enim rationẽ suæ leuitatis lucidus est. Habet autẽ cetus maximos oculos secũdum magnitudinẽ capitis & corporis totius, & ideò in inspectione ipsorum apparet quædam claritas diffusa, sicut est claritas diluculi, per quã designatur temporalia prosperitas, quã diabolus homini repromittit. Tertiò autem describit operationem siue effectum oris eius cum dicit, de ore eius lampades procedunt sicut tedæ ignis accensæ. Vbi considerãdum est, quòd teda est quoddam lignum, quod accensum suauem odorem emittit. Dicitur autẽ de ceto, quod quãdo multum esurit: vaporem odoriferum ad modũ odoris ambræ ex ore suo emittit. In quo pisces delectati, os eius ingrediuntur, & sic ab ipso devorantur. Vapores ergo emissi ab ore ceti, lãpades dicuntur propter magnitudinem caloris, qui ex interioribus eius egreditur. Tedæ autem accensæ cõparatur propter redolentiam: vt dictum est, per hoc autem designatur, quòd diabolus ad concupiscentiam peccati hominem incendit per ostentationem alicuius boni, quasi per redolẽtiam quandam, quartò ponitur operatio narium eius. Hoc enim animal habet pulmonẽ, & respirat sicut delphinus, & ad hoc designandum subdit. *De naribus eius*, quę scilicet sunt præcipua instrumenta respirandi. *procedit*. ſ. per respirationem. *fumus*. i. aër adustus ex multitudine caloris, qui est necessarius huic animali, ad tãtam molẽ mouendam, & ideò signãter subdit, *sicut ollæ succensæ aqua feruentis*, aër em̃ qui respirando emittitur, in pulmone continebatur, in quo calefiat per calorẽ cordis, qui pulmoni cõiungitur, sicut aqua in olla calescit & feruet per hoc, quòd apponitur: quia animal respirat, nõ solũ per nares, sed etiam per os. Ideò quintò subdit operationem oris dicens, *halitus eius*. i. exalatio de ore procedẽs. *prunas ardere facit*. i. tam calidus, quã vehemens, quod sufficeret ad prunas accendendas. Loquitur enim ad similitudinẽ eorum qui sufflando prunas accendunt: vnde subdit, *& flamma de ore eius egreditur*: quia scilicet tã calidus & ignitus est vapor de ore eius egrediens, quòd meritò potest flãmæ cõparari, per hęc autem omnia designatur, quod diabolus sua occulta: vel manifesta suggestione peruersę cupiditatis ignẽ in homine accẽdit.

¶Ijs igitur præmissis quæ pertinent ad virtutẽ capitis Leuiathan, accedit ad narrãdum ea quæ pertinent ad virtutẽ aliorum mẽbrorum ipsius. Est autẽ considerãdum, q̃ sicut Aristot. dicit in 2. animalium, nullus piscis habet collum nisi illi qui generãt animalia sicut delphini, & ex horum genere sunt etiã ceti. Et ideò incipit describere fortitudinẽ colli eius cùm dicit. *In collo eius morabitur fortitudo*, quæ qui dem necessaria est tãto animali ad põdus capitis eius portandum, & quia per collum caput cõiungitur corpori possit per collum Leuiathan designari illi per quos diabolus in alios malitiã suã exercet, qui vt plurimum sunt potẽtes, quos alij reuerẽtur, aut etiã timent. Est autem manifestum, q̃ hoc animal cum sit magni corporis, multo indiget cibo, & ideò cum in aliqua parte maris fuerit cetus absorbet multitudinem piscium ibi existentium: vt quasi mare in cõspectu eius remaneat piscibus vacuum, & hoc est, quod subdit, *& faciem eius præcedit egestas*: quia scilicet attrahit ad se pisces: vt suprà dictum est, & mare remanet à piscibus vacuum ante eũ, per quod significatur egestas virtutum in hominibus causatur ante faciẽ diaboli. i. per suggestionem ipsius. Cõsequenter ostendit fortitudinem eius, quãtum ad alias partes corporis cùm dicit, *membra carnium eius cohærent sibi*, q̃ propter earum spissitudinẽ, q̃ quod designatur cõsensus mẽbrorum diaboli in malum. ¶Ijs præmissis de fortitudine Leuiathan ad agendum, cõsequẽter agit de fortitudine eius ad resistendũ, quãuis autem posit resistere virtuti humanæ agenti, tamẽ virtuti actionis diuinæ vsquequaq; resistere nõ potest. Et ideò primò ostẽdit, q̃ Deus cõtra ipsum agat cùm dicit. *Mittet contra eum fulmina*. Manifestũ est em̃, quòd frequẽter in mari fulmina cadunt, quibus quãdóq; etiã naues periclitãtur: vnde etiã probabile est, q̃ quãdóq; ceti fulmine feriantur, & hoc opus præcipuè attribuitur Deo propter magnitudinem & terrorẽ huius effectus: vnde suprà Dominus dixit, nũquid mittes fulmina, & ibunt, &c. subdit autem, *& locum animalium non ferentur*, quod potest ad duas intẽtiones referri. Primò quidẽ ad designãdum magnitudinẽ eius: solet enim fulgor aliquem locum percutiens, per quãdam repercussionem ad alia loca reflecti, propinquã tamen, sed corpus Leuiathan, tã magnum est: vt fulmen in ipsum percutiens ex tra corpus eius non reflectatur. Alio modo potest referri ad infallibilitatem diuinæ operationis, sicut ergo sagittarius sapiens directè sagittas emittit ita, quòd non percutit nisi ad signum, ita cùm Deus fulgura contra Leuiathan siue quãcúnq; aliã creaturã, fulgura quasi sagittas quasdã emittere vult, non ad alium locum pergunt, nisi quò ipse emittit. secundum illud. Ibunt directè emissiones fulgurum. Per quod designãtur diuina flagella, quæ Deus immittit cõtra diabolum & mẽbra eius ita, quod cõtra alios nõ feruntur. Nã si qñq; boni per tẽporales aduersitates flagellãtur à Deo, hoc tamẽ cedit in glorificationem sanctorum, & in maiorẽ dãnationem diaboli & impiorum. Secundò ostẽdit qualiter se habeat Leuiathã ad ea quæ Deus contra ipsam agit cùm dicit, *cor eius indurabitur quasi lapis*. Durum autem significat potentiã naturalẽ: vt scilicet aliquid nõ facilè corrũpatur ab exteriori actione agẽte. Per hoc ergo virtus naturalis designatur, quæ est in corde ceti & nõ de facili corrũpatur ab exteriori actione inferẽte aliquod nocumentũ. Et ad istã duritiã designandã sufficiebat exẽplum lapidis, quãtum ad leues percussiones, nõ autẽ quãtum ad graues, lapis etsi nõ cõfringatur manu, cõfringitur tamẽ malleo ferreo. Et ideò ad designandã virtutẽ ceti etiam contra grauia nocumenta, subdit, *& stringetur quasi malleatoris incus*. Qui. ſ. ex percussione malleorũ non cõtringitur, sed magis solidari videtur. Per hoc ergo significatur obstinatio diaboli & mẽbrorum eius: q̃ a nulla per cussione diuina à sua malitia emolliuntur. Tertiò ostẽditur finalis effectus diuinæ pcussiõis, quãtúcúnq; em̃ flagellis diuinis resistere videatur, oportet tñ, qđ finaliter ab eis superetur: vñ subdit. *Cùm sublatus fuerit*. ſ. virtute diuina de loco suo. *Timebunt Angeli*. Admirãdo diuinã virtutẽ, in qua admiratione multi effectus diuinæ virtutis eis innotescunt. Et ideò subdit, *& territi purgabuntur*: vt em̃ Dionysius de diuinis nominibus. Angeli purgati dicuntur nõ ab immunditia, sed à nescięti a. Sed q̃ omnis creatura corporalis modicum aliq̃d est in cõparatiõe sanctorũ Angelorũ, mõ videtur principaliter hoc esse dictum ad significãdum, quod cœlestes Angeli multũ admirentur de occisiõe alicuius corporalis ceti, nisi forte p Angelos sanctos hoĩes intelligamus. Sed meliùs est vt principaliter referatur ad spiritualem Leuiathã. ſ. diabolum. qui sublatus fuit virtute diuina, q̃ de cœlo cecidit per peccatum, & tunc Angeli admirantes diuinã maiestatem, sunt purgati p separationẽ ab eius societate, simpliciter etiã in die iudicij, quando diabolus cum oĩbus mẽbris suis detrudetur in infernum, Angeli & oẽs sancti admirabuntur diuinam potestatẽ, & erunt de cætero purgati per totalem separationem à malis, & hoc significatur. Vbi postquã proiectus est diabolus auditur magna vox in cœlo dicens. Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri.

¶Sic igitur ostẽso qualiter se habeat ad impugnationem Dei, ostenditur qualiter se habeat ad impugnationẽ creaturæ. Et primò qualiter se habeat ad impugnationẽ hominis. Impugnat autem homo de propinquo & à remotis, & de propinquo quidem munitus gladio & hasta ad percussionẽ, & torace ad sui munitionẽ. Et quãtum ad hoc dicit. *Cùm apprehenderit eum*. ſ. Leuiathã. *gladius*. ſ. hominis. *subsistere non poterit*. ſ. gladius qui frãgitur propter duritiam corporis eius. *neque hasta*. ſ. subsistere poterit. *neque torax*. quo. ſ. munitur pectus subsistere poterit cõtra Leuiathã, & huius rationẽ assignat subdens, *reputabit enim ferrum quasi paleas*. Quia. ſ. sicut homo nõ põt lædi à paleis, & de facili eas frãgit, ita Leuiathã nõ põt lædi à ferro gladij vel hastæ, sed de facili ea frangit. *& similiter reputabit æs*. ſ. toracis. *quasi lignum putridum*. qđ. ſ. resistere non põt pcussioi. Per hoc autẽ significatur, qđ nulla virtus humana efficax est ad diabolũ lędẽdum: vel ad resistẽdũ ei, sed omnis virtus humana pro nihilo à diabolo reputatur. Impugnatur etiã hõ à remotis p sagittas & lapides fundæ, sed nec ista cõtra cetũ valẽt: vñ subdit. *Nõ fugabit eũ vir sagittarius*. Scilicet emissiõe sagittarũ quas nõ timet: vtporè ab eis lędi nõ valẽs. Sicut autẽ sagittę de lõginquo emissę lędũt interiùs vulnerãdo, ita lapides fundę lędũt exteriùs atterẽdo. Sed cetus fi nõ põt pforari sagittis, ita nõ põt cõteri lapidib⁹ in eũ ꝓiectis: vñ subdit. *In stipulã versi sunt ei lapides funda*. Quia. ſ. sicut stipula ꝓter suã leuitatẽ null⁹ cõterere potest, ita nec cetus põt lapidibus fundę aliquod nocumẽtum pati. Per hoc autem significatur sicut diabolus non potest lædi virtute humana quasi quadã percussione propinqua: ita etiã non potest lædi hominis astutia quasi quadam percussione à lõginquo. Sicut autem per lapides fundæ aliquis atteritur à remotis: ita etiã per mal leũ aliquid atteritur de propinquo. Sed nec sic etiã cetus ab homine lædi potest: vnde subdit, *quasi stipulã existimabit malleum*. Quod etiã referri potest ad eandẽ significationẽ cũ præmissis, nisi quod mallei est grauior percussura quàm lapidum fundæ. Vnde potest significari, quod quantúcúnq; intẽdatur hominis fortitudo & conatus, à diabolo cõtenitur. Solent autẽ homines aliquos superare non solũ percutiendo, sed etiã percussioni cõminãdo: sed nec cetus, nec diabolus aliquam hominis cõminationẽ timet: vnde subdit, *& deridebit vibrantem hastam*. Vibratio enim hastæ videtur esse quædam cõmotio percussuræ. Sicut autem homo quãdóq; aliũ superat cõminãdo: ita etiã promissis alliciendo. Maximè autem solent aliqua dona promissa allicere hominẽ propter pulchritudinem, vel propter præciositatẽ. Nihil autem videtur esse pulchrius in corporalibus rebus, quã radij solares: cuius pulchritudinẽ Leuiathan vel corporaliter vel spiritualiter intellectus non allicitur. Et ad hoc significandum subditur. *Sub ipso erunt radij solis*. Quia scilicet nõ appretiatur res tanquã aliquid magnum: & per cõsequens datur intelligi, quod nihil aliud præclarum in rebus humanis appretiatur. Aurum autẽ reputat valdè præciosum inter res quæ in vsum hominis veniũt, & quantũ ad hoc subdit, *& sternet sibi aurum quasi lutum*. i. quasi ville aliquid cõtenit ipsum. & sic patet, quod ab homine elici non potest. Sic ergo ostenso, quod non potest superari, neq; à mari, neq; ab aliquo piscẽ maris: & hoc propter fortes operationes quas in mari exercet. Dicit autẽ plus quod quædam belluæ sunt in mari orientali tantæ magnitudinis, vt ab imo vertant maria, & faciant tempestates in mari. quæ quidem belluæ ad naturã ceti pertinere videntur: & ad hoc significãdum subdit, *feruescere faciet quasi ollam profundum maris*. Sicut enim quando olla feruet aqua feruens in ea commouetur. Ita ex violentia huius piscis, fluctus maris cõmouẽtur. Et incipit hęc cõmotio à profundo, & peruenit vsq; ad aquæ superficiem: vnde subdit, & ponet quasi cum vnguenta bulliũt. Quæ scilicet facit maiorẽ spumen & cõmotionẽ in superficie quã simplex aqua, in qua non tantũ de aẽre continetur. Per hoc autẽ significatur turbatio, quã diabolus cõcitat in hoc mundo. Et sicut facit magnũ effectũ quando mouetur in superficiæ: & ad hoc significandum subdit. *post cùm lucebit semita*. Sicut enim quando nauis mouetur per mare ad longũ spatium, vestigium nauis transeuntis relinquitur propter cõmotionem & spumam generatam in aqua. Ita etiã cõtingit ex motu istius piscis præ sua magnitudine. Per hoc autem significatur, quod effectus perturbationis diabolus in mũdo cõcitatur, non statim aboletur, sed quoniã diutius durat. Ex hoc autẽ quod tam fortes operationes cetus in mari operatur, in nullo timet maris profunditatem. vnde subdit: *existimabit abyssum*. i. profundũ maris. *quasi senescentẽ*. i. quasi finẽ habentem: & quasi omnipotentẽ ad absorbentẽ ipsum: nã quod senescit, & debile est, est fini propinquũ. Ex hoc autẽ significatur quod diabolus damnationẽ inferni nõ tamẽ existimat, vt propter ea desinat cõtra Deũ niti: ac si eius dãnatio esset terminãda. Et sicut Leuiathã nõ potest superari ab hoĩe nec à mari, neq; ab aliqua creatura maris: ita etiã non potest superari à quacũq; alia creatura terrestri: vnde subdit: *Nõ est potestas super terram quæ comparetur*, nõ enim est in terra aliquod animal tã magnũ, sicut cetus maris: vnde & Plinius dicit: quod in mari sunt maiora animalia terrestribus, causa euidẽs humoris luxuriã: per hoc autẽ significat, qđ nulla virtus corporalis potest æquari potestati dæmonis, quæ est potestas spiritualis naturæ. Quia igit multa præmiserat de ꝓprietatibus Leuiathã in figura diaboli. Cõsequẽter præ dictã metaphorã exponit, & sicut dictũ est oẽs prædictę propietates ad duo ptinere videntẽ. Quorũ vnũ est, q̃ ipse ab alio lædi nõ põt. & quãtũ ad hoc exponẽs subdit, *qui factus est vt nullũ timeret*. i. hoc habet diabolus ex cõditione suę naturæ, in qua factus est à Deo, vt neq; hominẽ timeat, neq; aliquã creaturã corporalẽ. Aliud est, q̃ Leuiathã habet facultatẽ ad magnas & fortes opatiões exercẽdas, & exponẽs subdit, *omne sublime videt*. i. intẽtio diaboli est ad q̃cũq; sublimia aggrediẽda, & q̃ hæc vident ad superbiã ptinere, ostẽdit cõsequenter, qđ diabolus nõ solũ in se superbus est, & hoĩes in superbia excedit: sed etiã alijs superbiẽdi initiũ: vñ subdit. *Ipse est Rex sup vniuersos filios superbiæ*. i. sup eos q̃ superbiæ subijciunt, q̃ oẽs sequunt⁹ eị⁹ ducatũ. Vbi cõsiderãdũ est, q̃ oñs opationẽ suã quã exercet ĩ malos cõtra superbos manifestare incœpit: & ĩ superbis narrationẽ terminat, vt ostẽdat hoc ꝓcipuè Iob fuisse timẽdũ, ne diabolus qui eũ experierat ad tẽtadũ ꝓcipuè eũ ad superbiã inducere conaret: vt sic trãsferet reẽ in regnũ ipsi⁹, & ideò tacere debebat affectũ & verba. q̃ supbiã saperẽt.

CAP. XLII. LECT. I.

RESPONDENS *autem Iob domino, dixit: Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio, Quis est iste qui celat consiliũ absq; scientia. Ideo insipienter loquutus sum, & quæ vltra modũ excedunt scientiã meam. Audi & ego loquar, interrogabo te, & respõde mihi. Auditu auris au-*

diui te, nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Postquã autẽ loquutus est dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphã Themanitẽ. Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos: quoniã non estis loquuti coram me rectum sicut seruus meus Iob. Sumite ergo vobis septẽ thauros & septẽ arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustũ pro vobis. Iob autẽ seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam: vt non vobis imputetur stultitia. Neq; enim loquuti estis coram me rectum sicut seruus meus Iob. Abierunt ergo Elipham themanites, & Baldath suites, & Sophar naamathites, & fecerunt sicut loquutus fuerat dominus ad eos, & suscepit dominus faciẽ Iob. Dominus quóq; cõuersus est ad pœnitentia Iob, cũ oraret ille pro amicis suis. Et addidit dominus omnia quæcúnq; fuerãt Iob duplicia. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cũ eo panẽ in domo eius. Et mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum super omni malo, quod intulerat Dominus super eum, & dederũt ei vnusquisq; ouem vnã & inaurem auream vnam. Dominus autẽ benedixit nouissimis Iob magis quam principio eius. Et facti sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ, & fuerunt ei septem filij & tres filiæ. Et vocauit nomen vnius diem, & nomen secundæ cassiã, & nomen tertiæ cornustibij. Non sunt autem inuẽtæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra. Dediq; eis pater suus hæreditatem inter fratres earum. Vixit autem Iob post flagella hæc, centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorum suorum, vsq; ad quartam generationem, & mortuus est senex, & plenus dierum.

¶Postquam Dominus redarguit Iob de incauta loquutione, quæ superbiam sapere videbatur, quia scilicet intantũm se iustum asserebat, quòd hoc quibusdam videbatur in derogationem cedere diuini iudicij, Iob humiliter conuictum se reputans, respondet. Primò quidem confitendo diuinam excellentiam, quantũm ad potentiã: vnde subdit. *Respondens autem Iob domino dixit, scio quia omnia potes*. Et etiam quantũm ad scientiam: vnde subdit, *Et nulla te latet cogitatio*. Pro quorum primò confitebatur, quòd Deus poterat aduersitatem remouere à diabolo inductam, quam Dominus sub figura Vehemot & Leuiathan descripserat, per sensum autem recognoscit se interius fuisse aliqua cognitione superba pulsatum, quòd Deum non latuisse cognoscit, & ideò consequenter inuehitur contra eos qui diuinam prouidentiam negant, dicens. *Quis est iste qui celat consilium absq; scientia*. Id est, quis est tam temerarius & stultus qui dicit humanum consilium posse celari à Deo, absque hoc, quòd Deus illud cognoscat, ex consideratione autem diuinæ excellentiæ procedit ad confiderationem propriæ culpæ cum subdit, *Ideò insipienter loquutus sum*. Id est, debitam reuerentiam non exhibens diuinæ excellentiæ in meis verbis, *& quæ vltra modum excedunt scientiam meam*. Scilicet culpam confitendo, id est, discutiendo diuina iudicia, & quia insipienter loquutus sum, de cætero loquar sapienter vnde subdit: audi & ego loquar meam scilicet culpam confitendo, & quia loquutus sum quæ excedunt scientiam meam, de cætero de ea non audeo loqui, sed solùm de his te interrogare, vnde subdit. *Interrogabo te*. Scilicet petendo, orando, pulsando, *& respõde mihi*. Scilicet interius instruendo. Quare autem sic mutatus sit ostendit subdẽs. *Auditu auris audiui te*. Scilicet olim cũ insipiẽter loquerer. *Nunc oculus meus audiet te*. Id est, plenius te cognosco, quàm prius, sicut id quòd videtur oculis certius cognoscitur, quam quod aure auditur, profecerat enim tum ex percussione, tum ex reuelatione diuina, quanto autem aliquis magis Dei iustitiam considerat, tantò plenius culpam suam recognoscit, vnde subdit. *Idcirco ipse me reprehendo*. Propriam scilicet culpam confitendo, & quia non sufficit culpam confiteri, nisi sequatur satisfactio, & ideò subdit: *& ago pœnitentiam in fauilla & cinere*. In signum scilicet fragilitatis naturæ corporeæ, conueniẽt enim humilis satisfactio ad expiandam superbiam cogitationis. Quia ergo superius Dominus redarguerat amicos eius, inter quos præcipuus erat Eliphaz, quod patet ex hoc quod primò loqui incœperat: vnde dicitur. *Postquam autem loquutus est Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem: iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos*. Scilicet Baldath & Sophar. Vbi considerandum est, quòd Eliud ex imperitia peccauerat. Iob autem ex leuitate, & sic neuter eorum grauiter peccauerat: vnde nec Dominus dicit iratus fuisse cõtra eos, sed cõtra tres amicos Iob grauiter dicitur fuisse iratus, quia grauiter peccauerat peruersa dogmata asserẽdo: vt supra habitum est: vnde subdit: quoniã nõ loquuti estis coram me rectum, id est, fidelia dogmata. *Sicut seruus meus Iob*. Qui scilicet à veritate fidei non recessit: pro grauibus autem peccatis expiãdis antiqui consueuerunt sacrificia offerre: vnde subdit. *Sumite ergo vobis septem tauros & septem arietes*. Quia scilicet ipsi erant duces populorũ. Septenarius autem est numerus vniuersitatis. vnde septenarius sacrificiorũ competit ad gradum delictorũ expiationẽ. Sed quia infideles per fideles Deo reconciliari debent, subdit: *& ite ad seruum meum Iob*. Vt scilicet eo mediante recõciliemini mihi, *& offerte pro vobis holocaustum*. Vt scilicet vos satisfaciatis qui peccatis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed vestra satisfactio indiget fidelis viri patrocinio: vnde subdit. *Iob autem seruus meus orabit pro vobis.* Qui scilicet dignus est exaudiri propter suam fidem: vnde subdit. *Faciem eius.* Scilicet deprecantis. *Suscipiam.* Scilicet exaudiendo eius orationes. *Vt non imputetur vobis stultitia.* Scilicet infidelis dogmatis, & hoc exponit subdens. *Neque enim loquuti estis coram me rectum, sicut seruus meus Iob.* Accepta autem spe veniæ impleuerunt quod eis fuerat mandatum: vnde sequitur. *Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldath Suites, & Sophar Naamathites, & fecerunt sicut loquutus fuerat dominus ad eos.* Et ita per obedientiam & humilitatem suam digni facti estis: vt pro eis oratio Iob exaudiretur, vnde sequitur, *& suscepit dominus faciem Iob rogantis.* Scilicet pro amicis suis, nec solùm humilitas amicorũ efficacia præstitit eius orationi, sed etiam humilitas propria, vnde subdit. *Dominus quoque conuersus est.* Scilicet à furore in clementiam, *ad pœnitentiam Iob cum oraret pro amicis suis.* Dignum enim erat vt qui pro leui suo peccato humiliter pœnitebat, etiam alijs grauiter peccantibus veniam impetraret. Plus autem prodest vnicuique sua pœnitentia, quàm alijs, vnde si oratio & pœnitentia Iob meruit amotionem indignationis diuinæ ab amicis, multò decentius fuit vt etiam ipse ab aduersitate liberaretur. Et quamuis Iob spem suam non referret ad prosperitatem temporalem recuperandam, sed ad consequẽdam futuram fœlicitatem, dominus tamen ex abundanti etiam
Mat.6. prosperitatem temporalem ei restituit secundum illud. Primũ quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. & hoc quidem tempori erat cõgruum propter statum veteris testamentiin quo temporalia bona promittebantur, vt sic per prosperitatem quam recuperauerat, alijs daretur exemplum, vt conuerterentur ad Deum. Erat etiam congruum personæ ipsius Iob, cuius apud illos opinio erat læsa propter multiplices aduersitates quæ superuenerant ei, & ideò vt ei famam restitueret, ad statum maioris prosperitatis eum reduxit, ideò sequitur. *Et addidit quoque dominus omnia quæ fuerant Iob duplicia.* Inter aduersitates autem Iob quasi præcipua erat, quòd fuerat ab amicis suis desertus, & ideò huiusmodi aduersitatis primò remedium ponitur cum dicitur. *Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerãt eum prius.* In quo designatur pristinæ amicitiæ recordatio, *& comederunt cum eo panem in domo eius.* In quo designatur reditus ad antiquam famulationem, *& mouerunt super eum caput.* Scilicet compatiendo afflictioni ipsius, & quia non solùm oportet afflictis compati, sed etiam eorum afflictioni remedium præbere. Primò quidẽ præbuerunt remedium eius interiori dolori per cõsolatoria verba, vnde subdit, *& consolati sunt eum super omne malum, quod intulerat dominus super eum.* Secundò autem adhibuerunt subuentionis remedium contra exteriorem inopiam, & quia amiserat, & animalia in campis, & supellectibilia in subuersione domus, ideò in vtróq; ei subuenitũt. Sequitur enim, *& dederunt ei vnusquisque ouem vnam.* Quantum ad animalia, *& in aurem auream vnam.* Quantùm ad supellectilia, hoc autem modicum fuisset ad recuperationẽ ipsius. Sed Dominus manum suam adhibuit: vt ex ijs in maiora proficeret. vnde sequitur *Dominus autem benedixit nouissimis Iob.* Scilicet multiplicãdo ea, *magis quam eius principio.* Id est, quam primæ eius prosperitati. Est enim potens facere plus quam intelligimus aut petamus: vt dicitur. Ephes. 3. Desiderauerat autem Iob, vt esset iuxta menses pristinos, sed dominus ei maiora restituit & in duplo: vt supra dictum est: vnde sequitur, *& fuerunt ei quatuordecim millia ouium.* Supra enim dictum est, quod fuit possessio septem millia ouium, & sex millia camelorum. Nam primò habuerat tria millia camelorum: vt supra dictum est, fuerant etiam ei quingenta iuga boum: vnde hìc duplum ponitur cum dicitur, *& mille iuga boum.* Supra etiam dictum est, quòd habuerat quingentas asinas, sed hìc duplum ponitur cum sequitur, *& mille asinæ.* Amiserat autem filios qui ei restituuntur, sed non in duplum. Sequitur enim, *& fuerunt ei septem filij tres filiæ.* Cuius ratio duplex potest esse. Vna pertinens ad futuram vitam, quia scilicet filij quos habuerat non totaliter ei perierant, sed reseruabãtur in futura vita cum eo victuri. Alia ratio potest esse quantùm ad vitam præsentem, nam si duplicatis cæteris rebus, etiam numerus filiorum esset duplicatus, non videretur fortuna domus augmentata fuisse quia eandem quantitatem in bonis eius vnusquisque filiorum habuisset, quàm prius, & ideò decẽtius fuit vt proles ei generarentur & augerentur, nõ numero, sed magis in valore, quòd occultè insinuatur in filiabus quę pulcherrimæ fuisse leguntur, quarum pulchritudini etiam nomina cõuenerunt. Sequitur enim, *& vocauit nomen vnius diem.* Scilicet propter claritatem eius, *& nomen secundæ cassiam.* Quæ est species aromatica propter suauitatẽ ipsius, *& nomen tertiæ cornustibij.* Est autem stibium quo mulieres vtuntur ad ornatum oculorum. secũdum illud. Depinxit oculos stibio, & ornauit caput suum, quod quidem stibium in cornu à mulieribus conseruatur: vt habeãt ipsum paratum cum opus fuerit: vnde vocauit eã. Cornustibij ad designandã abundãtem pulchritudinem oculorum: vnde & de pulchritudine earum subditur. *Non sunt autem inuentæ mulieres sicut filiæ Iob in vniuersa terra.* Propter quod etiam datur intelligi, quòd filij eius erant in virtute præcellentes, sequitur enim. *Dedítque eis pater suus hereditatem inter fratres earum.* Scilicet ad designandam conuenientiam virtutis in vtrísq;. Et quia Iob etiam in proprio corpore fuit flagellatus, additur ei ad prosperitatis augmentum longitudo dierum: vnde sequitur. *Vixit etiam Iob post flagella hæc centum quadraginta annis.* Et vt intelligatur toto hoc tempore in prosperitate vixisse, subdit, *& vidit filios suos, & filios filiorũ suorum vsq; ad quartam generationẽ.* Et ista prosperitas datur intelligi duasse vsque ad mortem: vnde sequitur, *& mortuus est senex.* Quod pertinet ad diuturnitatem vitæ, *& plenus dierum.* Quod pertinet ad vitæ prosperitatem: vnde suprà ad significandum suam aduersitatẽ, dixit. Sicut & ego habui menses vacuos. Vnde & per plenitudinem dierum designatur abundantia ipsius, & quantum ad bona fortunæ, & quantum ad bona gratię. Quibus perductus est ad futuram gloriam, qua durat per omnia sæcula sæculorum, Amen.

FINIS.

ANGE-

ANGELICI DOCTORIS DIVI THOMAE AQVINATIS ORDINIS FRATRVM PRAEDICATORVM: IN EVANGELIVM BEATI IOANNIS EVANGELISTAE, AVREA EXPOSITIO.

DIVI THOMAE AQVINatis Ordinis Fratrum Prædicatorum, in sua commentaria super Ioannem Euangelistam

Prologus.

VIDI dominum sedentẽ super solium excelsum, & eleuatum: & plena erat omnis terra à maiestate eius: & ea quæ sub ipso erant, replebant templum. Isa. 6.

¶ Verba proposita sunt contemplantis, & si capiantur quasi ex ore Ioannis Euangelistæ prolata, satis pertinent ad declarationem huius Euangelij. Vt enim dicit Aug. in libro de consensu Euãgelistarum. Cæteri euangelistæ informant nos in eorum euangelijs quantũ ad vitam actiuam: Sed Ioannes in suo euangelio informat nos etiã quãtùm ad vitam cõtemplatiuã. In verbis autẽ propositis describitur cõtemplatio Ioannis tripliciter: secundũ q̃ dominũ Iesum est tripliciter contemplatus. Describitur autẽ alta, ampla, & perfecta. Alta quidem: quia [Vidi dominum super soliũ excelsum & eleuatũ.] Ampla quidẽ: quia [plena est omnis terra à maiestate eius.] Perfecta: quia [ea quæ sub ipso, &c.] Circa primũ sciẽdũ, q̃ altitudo, & sublimitas cõtemplationis, cõsistit maximè in cõtẽplatione, & cognitione, Dei. Isa. 40. Leuate in excelso oculos vestros, & videte quis fecit hæc. Tunc ergo homo oculos cõtemplationis in excelso eleuat, quando videt, & cõtẽplatur ipsum rerũ omniũ Creatorẽ. Quia ergo Ioãnes transcẽdit quicquid creatũ est. s. ipsos mõtes. ipsos cœlos, ipsos angelos: & peruenit ad ipsum Creatorẽ omniũ: vt dicit Augu. manifestũ est, q̃ cõtẽplatio sua altissima fuit. Et ideò dicit. [Vidi dominũ.] Et quia sicut ipse Ioannes dicit. Ioan. 12. Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam eius, scilicet Christi: & locutus est de eo. Ideò dominus sedens super solium excelsum & eleuatum, Christus est. In hac autẽ cõtemplatione Ioannis circa verbum incarnatum, quadruplex altitudo designatur. Auctoritatis: vnde dicit. [Vidi dominum.] Aeternitatis, cũ dicit [sedentem] dignitatis, seu nobilitatis naturæ: vnde dicit [super solium excelsum,] & incomprehensibilis veritatis, cum dicit [& eleuatum.] Istis enim quatuor modis, antiqui Philosophi ad Dei cognitionem peruenerunt. Quidam enim per auctoritatem Dei, in ipsius cognitionem peruenerunt, & hæc est via efficacissima. Videmus enim ea, quæ sunt in rebus naturalibus propter finem, & agere, & consequi vtiles, & certos fines, & cum intellectu careant, seipsa dirigere non possunt: nisi ab aliquo dirigente per intellectum dirigantur, & moueantur. Et hinc est, q̃ ipse motus rerũ naturaliũ in finem certũ, indicat esse aliquid altius, quo naturales res diriguntur in finem, & gubernantur. Et ideò cũ totus cursus naturæ ordinatę in finẽ p̃cedat, & dirigatur, de necessitate oportet nos ponere aliquid altius, qđ dirigat ista: & sicut dominus gubernat, & hic est De⁹, & hæc gubernãdi auctoritas in verbo Dei demõstrat, cũ dicit [dominũ] vnde ī Psal. dicit. Tu dominaris potestati maris: motũ autem fluctuũ ei⁹, tu mitigas, &c. q.d. tu es dominus & vniuersa gubernas. Hanc cognitionem manifestat Ioãnes se habere de verbo, cũ dicit. [In propria venit.] s. in mundum. quia totus mundus est suus proprius. Alij verò venerunt in cognitionem Dei ex eius æternitate. Vidérunt enim, quòd quicquid est in rebus, est mutabile, & quando ali quid est nobilis in gradibus rerũ, minus habet de mutabilitate, putà inferiora corpora sunt secundum substantiam, & secundum locum mutabilia, corpora verò cœlestia, quæ nobiliora sunt, secundum substantiam immutabilia sunt (secundum autem locum tãtum mouentur.) Secundum hoc ergo cuidẽter colligi potest, quòd primum principiũ omnium rerum, & supremum & nobilius sit immobile, & æternum. Et hanc æternitatẽ verbi Propheta insinuat, cum dicit [sedentem.] i. absque omni mutabilitate, & æternitate præsidentẽ. Psalm. Sedes tua Deus in sæculum sæculi. Heb. vltim. Iesus Christus heri, & hodie ipse, & in sæcula. Hanc æternitatem Ioannes ostendit dicens. [In principio erat verbum.] Quidam autẽ venerunt in cognitionem Dei, ex dignitate ipsius Dei (& isti fuerunt Platonici.) Cõsiderauerunt enim, quòd omne illud, quod est secundum participationem, reducatur ad aliquid, quod sit illud per suam essentiam, sicut ad primum, & ad summum, sicut omnia ignita per participationem reducuntur ad ignem, qui est per essentiam suam talis. Cùm ergo omnia quę sunt participẽt esse, & sint per participationem entia, necesse est esse aliqd in cacumine omnium rerũ, quod sit ipsum esse per suã essentiã. i. quòd sua essentia sit suum esse. Et hic est Deus, qui est sufficientissima, & dignissima & perfectissima causa totius esse, à quo omnia quæ sunt, participant esse. Et huius dignitas ostẽditur, cùm dicitur [super soliũ excelsum,] quod secundũ Dionysium ad diuinam naturam refertur. Psalm. Excelsus super omnes gentes Dñs. Hanc dignitatem ostendit nobis Ioannes cum dicit [& Deus erat verbum.] quasi verbum erat Deus: vt li. [verbũ] ponatur ex parte suppositi. & [Deus] ex parte appositi. Quidam autem venerũt in cognitionem Dei, ex incomprehensibilitate veritatis. Omnis enim veritas: quam intellectus noster capere potest, finita est: quia secundum Aug. Omne quod scitur, scientis cõprehensione finitur, & si finitur est determinatum & particularizatum, & ideò necesse est primam & summam veritatem, quæ superat omnẽ intellectum, incõprehensibilem, & infinitã esse. & hoc est Deus: vnde in Psal. dicitur. Eleuata est magnificentia tua super cœlos. i. super omnem intellectum creatum, angelicum, & humanum. Et hoc ideò. quia vt dicit Apostolus. Lucem habitat inaccessibilem. 1. Timo. vlt. Huius autem incõprehensibilitas veritatis ostẽditur nobis. cũ dicit [& eleuatũ.] s. super omnem cognitionem intellectus creati, & hanc incõprehẽsibilitatem insinuat nobis Ioannes cùm dicit. Deum nemo vidit vnquàm. Sic ergo contẽplatio Ioannis alta fuit, & quantum ad auctoritatem, & quantum ad æternitatem, & quantum ad dignitatem, & quantum ad verbi incõprehensibilitatem, quã nobis in suo euangelio tradit Ioannes. Fuit etiam ampla. Tunc enim contẽplatio ampla est quando in causa potest aliquis considerare omnes effectus ipsius causæ. (quando. s. nõ solum essentiam causæ, sed etiam virtutẽ eius) secundum quam se ad multa diffundit cognoscit. De qua diffusione dicitur. Eccles. 24. Qui implet quasi phison sapiẽtiam, & quasi tigris in diebus nouorum. Psalm. Flumen Dei repletum est aquis: quia diuina sapientia altitudinem habet quantum ad cognitionem omnium rerum. Sapiẽt. 9. Ab initio est tecum sapientia, quę nouit opera tua. Quia ergo Ioannes euangelista eleuatus in contẽplationem naturę diuini verbi, & essentiæ est, cùm dicit. [In principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ.] Statim virtutem ipsius verbi secũdum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd diffundit se ad omnia nobis insinuat cum dicit [Omnia per ipsum facta sunt] Ideò cōtēplatio sua ampla fuit. & ideò in auctoritate præmissa postquam dixerat Propheta [Vidi dominū sedentē.] subiungit de virtute eius. [& plena est omnis terra maiestate eius.] i. tota plenitudo rerū & vniuersi est à maiestate eius, & virtute Dei, per quem omnia facta sunt: & cuius lumine omnes homines venientes in hunc mundum, illuminantur. Psal. Domini est terra, & plenitudo eius. Fuit etiam contemplatio eius perfecta. Tunc enim contemplatio eius perfecta est, quando contemplans perducitur, & eleuatur ad altitudinem rei contemplatæ. Si enim remaneret in infimis quantumcúnque alta ipse contemplaretur: non esset contemplatio perfecta. Ad hoc ergo, quòd sit perfecta, oportet quòd ascendat, & consequatur ipsum finem rei contemplatæ inhærendo, & assentiendo per affectum, & intellectum veritati contemplatæ. Iob. 37. Nunquid nosti semitas nubium, id est, contemplationes prædicantium, quòd perfectæ sint: inquantùm firmiter per affectum, & intellectū, inhærent summæ veritati contemplatæ. Quia ergo Ioannes non solùm docuit quomodò Christus Iesus, verbum Dei est Deus super omnia eleuatus: & quomodò omnia per ipsum facta sunt: sed etiā, quòd per ipsum sanctificamur, & ei per gratiam, qui nobis infundit, inhæremus, dicit de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Ideò apparet, quòd sua contemplatio perfecta fuit: & hæc perfectio ostenditur cum subdit. [Et ea quæ sub ipso erant replebant templum.] Nam sicut dicitur. 1. Corio. 11. caput Christi Deus, quæ ergo sub Christo sunt sacramēta, sunt humanitatis per quæ fideles replentur plenitudine gratiæ. Sic ergo ea quæ sub ipso erant, replebāt templum, id est, fideles qui sunt templū Dei sanctū, sicut dicitur. Cor. 3. inquantùm per ipsum, sacramēta humanitatis fideles Christi omnes de plenitudine gratiæ Christi omnes accipiunt. Fuit ergo Ioannis contemplatio ampla, alta, & perfecta. Sed notandū, quòd diuersimodè diuersæ scientiæ istos tres modos contemplationis sortiuntur. Perfectionem nāmque contemplationis habet scientia moralis, quæ est de vltimo fine. Plenitudinem autem scientia naturalis, quæ res à Deo procedentes considerat. Altitudinem verò contemplationis inter scientias Physicas, habet Metaphysica. Sed euangelium Ioannis quæ diuisim scientiæ prædictæ habent, totum simul cōtinet: & ideò est perfectissimum. Sic ergò ex præmissis colligitur materia huius euangelij: quia cum Euangelistæ alij tractent principaliter mysteria humanitatis Christi: Ioannes specialiter, & præcipuè diuinitatem Christi in euangelio suo insinuat: vt suprà dictum est: nec tamē præmisit mysteria humanitatis. Quod ideò factum est: quia postquā alij Euangelistæ sua euangelia scripserunt: insurrexerūt hæreses circa diuinitatem Christi: quæ erant, quòd Christus erat purus homo: sicut Ebyon, & Cherimus falsa opinabantur. Et ideò Ioannes euangelista, qui veritatem diuinitatis verbi, ab ipso fonte diuini pectoris hauserat: ad preces fidelium euangelium istud scripsit: in quo doctrinam de Christi diuinitate nobis tradidit, & omnes hæreses confutauit. Patet ergo ordo istius Euāgelij ex verbis præmissis. Primò enim insinuat nobis [dominum sedentem super sclium excelsum & eleuatum.] In prima parte, cùm dicit [In principio erat verbum.] In secunda verò parte insinuat quomodò [omnis terra plena est à maiestate eius.] cum dicit [omnia per ipsum facta sunt.] In tertia parte manifestat quo modò [ea quæ sub ipso erant replebant templum.] cùm ipse dicit [Verbum caro factum est.] Patet etiam finis huius euangelij qui est. Vt fideles templum Dei efficiantur, & repleantur à maiestate Dei. Vnde & ipse Ioan. dicit. 20. Hæc autem scripta sunt vt credatis, &c. Patet etiam materia huius euangelij, quæ est cognitio diuinitatis verbi, patet ordo: patet & finis. Sequitur conditio auctoris, quæ quidem describitur in præmissis quantùm ad quatuor: quantùm ad nomen, quantùm ad virtutem, quantùm ad figuram, quantum ad priuilegium. Quantum ad nomen: quia Ioannes qui huius euangelij auctor fuit. Ioannes autem interpretatur in quo est gratia: quia secreta diuinitatis videre non possunt, nisi qui gratiam Dei in se habēt. Vnde Cor. 11. dicitur. Quæ sunt Dei nemo cognouit, nisi spiritus Dei. Ioannes ergo vidit dominum sedentem. Quantum ad virtutem: quia fuit virgo: talibus enim competit videre dominum. Matth. 5. Beati mundo corde. Quantùm ad figuram: quia Ioannes figuratur per aquilam. Et hoc quia cū alij tres Euangelistæ circa ea, quæ Christus in carne est operatus, occupati designentur per animalia, quæ gradiuntur in terra, scilicet per hominem: vitulum & leonem. Ioannes verò supra nebulam infirmitatis humanæ sicut aquila volans, lucem incōmutabilis veritatis, altissimis atque firmissimis ocalis cordis intuetur: atque ipsum Deitatē domini nostri Iesu Christi, qua patri æqualis est, intendens eam in suo euangelio quantum inter omnes sufficere credidit, studuit præcipuè commendare: & de hoc volatu Ioannis. dicitur Iob. 39. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila. i. Ioannes. & infrà. Oculi eius de longè prospiciūt quasi, scilicet ipsum verbum Dei in sinu patris oculo mentis intuetur. Quantùm ad priuilegium: quia inter cæteros discipulos domini, Ioannes magis fuit dilectus à Christo. Iste est enim discipulus, ille quem diligebat Iesus sicut ipsemet non exprimens nomē suum Ioan. vltimo dixit. Et ideò: quia amicis reuelantur secreta: vt dicitur Ioan. 15. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcúnq; audiui, &c. secreta sua huic discipulo specialiter dilecto, specialiter commendauit. Vnde Iob 36. dicitur. Immanibus, id est, superbis abscondit lucem Christus, scilicet Diuinitatis suæ veritatem: & annunciat de ea amico suo, scilicet Ioanni, quòd possessio eius sit, &c. quia ipse est, qui lucem verbi incarnati excellentius videns, ipsum nobis diffinuat dicēs. [Erat lux vera, &c.] Patet ergo materia: ordo: finis: & auctor huius euangelij beati Ioannis, quod præ manibus habemus.

Incipit Explanatio Sancti Thomæ in diui Hieronymi prologum, quem huic Euangelio præmittit.

Hic est Ioannes Euangelista, vnus ex discipulis domini: qui virgo à Deo electus est: quem de nuptijs volentem nubere vocauit Deus.

IN quo duo intendit Hieronymus exprimere, scilicet auctorem euangelij: & ostēdere, quòd ei scribere hoc euangelium competebat. Diuiditur ergo in duas partes. Primò ergò describit Ioannem quantùm ad vitā. Secundò quantùm ad mortem: ibi. [Hic est Ioannes.] Circa primum duo facit. Primò describit auctorem operis quantùm ad dona in vita sibi collata. Secundò ex illis ostendit idoneitatē ad euangelium conscribendum: ibi [denique manifestans.] Circa primum duo facit. Primò ostendit præconia auctoris. Secundò probat ibi. [Cui virginitatis.] Describit enim auctorem quātùm ad nomē. [Hic est Ioānes.] In quo gratia. 1. Cor 15. Gratia Dei sum, id quod sum. Secundò quantùm ad officium, cùm dicit [euāgelista] Isa. 41. Primus ad Syon dicet: ecce adsum: & hierusalem Euangelistā dabo. Tertiò quantū ad dignitatem eum dicit [ex discipulis domini] Isa. 54. Ponam vniuersos filios tuos doctos à domino. Quartò quantùm ad eastitatis virtutem cum dicit. [Qui virgo.] Quintò ab electione [est electus à domino.] infra 15. Non vos me elegistis. Sextò à modo vocationis cùm dicit, quòd [de nuptijs vocaui.] ab illis, scilicet nuptijs ad quas est inuitatus Iesus cum discipulis suis, vbi mutauit aquā in vinum. Sed contra est, quod dicitur. Mat 4. Qui vocatus est cum Iacobo fratre suo de nauj: non autem de nuptijs. Ad quod dicendum est, quòd diuersæ fuerunt vocationes Apostolorum. Primò enim vocati fuerunt ad familiaritatem Christi: sed vltimò vocati ad discipulatum: quando scilicet relictis omnibus secuti sunt Iesum. Quod ergo Hieronymus dicit, intelligendum est de prima vocatione, qua Ioannes ad familiaritatem Christi de nuptijs est vocatus. Quod verò Matthæus dicit, intelligendum est de vltima vocatione, qua de nauj vocatur cum Iacobo fratre suo: quando scilicet relictis omnibus secutus est Christum. Consequenter cum dicit.

Cui virginitatis in hoc duplex testimonium datur in euangelio: & quòd præ cæteris dilectus à Deo dicitur: & huic matrem suam pendens in cruce commendauit dominus: vt virginem virgo seruaret.

PRobat præconium virginitatis Ioannis duplici signo. Primò signo maioris dilectionis, & quantùm ad hoc dicit [Cui] .s. Ioanni. [In hoc] scilicet euangelio [duplex testimonium virginitatis datur in euangelio,] id est, ex verbis euangelij, siue quæ continentur in euangelio, [quòd & præ cæteris discipulis à Deo dilectus dicitur.] infrà 21. Hic est discipulus ille, &c. Causa autem huius specialis dilectionis fuit munditia, quæ ad dilectionem prouocat: vt dicitur Proverb. 22. Qui diligit cordis mundiciam, propter gratiam labiorum, habebit amicum regem. Secundò probat idem signo commendationis matris, cum dicit. Et huic, scilicet Ioanni. Deus, scilicet in cruce pendens matrem commendauit: vt dicitur Ioan. 19. vt virgo, scilicet Ioannes virginem matrem congruè seruaret. Deindè cùm dicit.

Denique manifestans in euangelio, quòd erat ipse incorruptibilis verbi opus inchoans solus verbum carnem factum esse, nec lumen à tenebris comprehensum fuisse, testatur: primum signum ponens, quod in nuptijs fecit dominus: ostendens, quòd ipse erat: vt legentibus demōstraret, quòd vbi dominus inuitatus sit: defecere nuptiarum vinum debeat: & veteribus immutatis, noua omnia quæ à Christo instituūtur appareant. Hoc autem euangelium scripsit in Asia: posteà quàm in Pathmos insula apocalipsim scripserat: vt cui in principio canonis incorruptibile principium prenotatur in Genesi, ei etiam incorruptibilis finis per virginem in Apocalipsi redderetur, dicente Christo. Ego sum alpha, & o.

Ostendit

OStendit, quòd Ioanni cōpetebat euāgeliū scribere: & hoc quantùm ad quatuor. Primò quantū ad principium euangelij, quod incipit à verbo incorruptibili, de quo non nisi incorruptū tractare oportuit: & quantū ad hoc dicit [Denique manifestans] .s. Ioannes [in euangelio, quòd ipse erat virgo incorruptibilis] fuisse testatur. Secundò quantùm ad miraculorū exordiū. Incipit enim miraculorum ordinem texere, à miraculo, quod Deus in nuptijs ostēdit, quando. s. aquam mutauit in vinum: vt patet Ioan. 11. in quibus vinum nuptiarum defecit: vino nouo. s. virginitatis restituto. Et quantū ad hoc dicit [primū signum] .i. miraculū, [quod in nuptijs fecit dominus] ponens, scilicet in principio aliorum miraculorum [ostendēs quòd ipse erat,] scilicet virgo [vt legentibus, &c. deficere vinū nup.] idest coniugij delectatio debeat [& veteribus immutatis] .i. antiqua aqua in nouum vinum [noua omnia, &c.] quia scilicet homines cōuersi ad Christū debēt exuere veterē, & induere nouum hominē: vt dicit. Coll. 3. & Apoc. 21. dicit qui sedebat in throno: ecce noua facio omnia. Sed cōtra videtur per hoc, q̄ dicit, q̄ vbi dominus inuitatus est, debeat deficere vinū nuptiarum, q̄ quicūq; Deū amat, & diligit, debet cessare à cōiugio: non ergo licet vxorem ducere. Respondeo dicendum, q̄ homo inuitatur à Deo dupliciter quantū ad cōmunē gratiam, & sic non est necesse deficere vinū nuptiarū, & quantū ad speciale cōtemplationis fastigiū: & sic' oportet deficere vinū nuptiarū. Cuius ratione Apostolus assignat. 1. Cor. 7. Quia mulier, quæ nupta est, cogitat quomodò placeat viro: & ideò oportet, q̄ ab actu cōtemplationis impediatur, quæ autē nupta non est, cogitat quomodò placeat Christo. Vel dicēdū, q̄ diligētibus Deū, & habēntibus ipsum per gratiam, deficere debet vinū nuptiarū ab effectu vini vt. s. nō inebrietur delectatione carnali, quæ tāta posset esse, & cū tāta libidine exerceri, q̄ etiā in cōiugatis esset peccatū mortale. Tertiò quātū ad ordinē descriptionis libri. Nā post oēs alios libros sacræ scripturæ, hoc euāgelū est scriptū. Cū cm canonica scriptura incipiat à libro gen. & terminet in apocalypsim. Euāgelū istud conscriptū fuit, postquā Ioānes reuocat' est à pathmos insula Asię, vbi ad pręces Episcoporū Asię hoc scripsit euāgelū. Nō tamē ordinat' vltimo, licēt vltimo scripserit. Ex quo cōgruētia scribēdi euāgelū ostēdit [Vt cui in principio canonis. i. sacrę scripturæ vbi dicit. In principio creauit Deus cœlum & terrā. [incorruptibile principiū prænotatur ei ita etiam incorruptibilis, &c. in apocal. &c.] quantùm ad ordinem librorū non quantùm ad ordinem scripturæ. Deindè cùm dicit.

Et hic est Ioannes qui sciens superuenisse diē recessus sui: conuocatis discipulis suis in Epheso, per multa signorum experimenta promens Christum descendens in defossum sepulturæ suæ locum: facta oratione positus est ad patres suos: tam extraneus à dolore mortis, quàm à corruptione carnis inuenitur alienus.

DEscribit auctorem, & circa hoc duo facit. Primò ponit præconia suæ laudis quantū ad mortem. Secundò cōcludit ex his congruentiam ordinis huius euangelij ibi. [Tamen post omnes.] Priui legiū autē mortis admirabile, & speciale est, quia nullū dolorē sensijt in morte. & hoc Deo faciēte: vt qui à corruptione carnis extitit penitus alienus: esset à dolore mortis extraneus. Congruentiam auctoris ad finem ostendit dicens.

Tamen post omnes euāgeliū scripsit: & hoc virgini debebatur. Quorum tamen vel scriptorum temporis dispositio, vel librorum ordinatio: ideò à nobis per singula non exponitur: vt sciendi desiderio collato & quærentibus fructus laboris: & Deo magisterij doctrina seruetur.

IN libris sacræ scripturæ, duplex ordo consideratur. s. tēporis, quo scripti fuerunt, & alius dispositionis, quo in biblia ordinantur.

Incipit Postilla S. Tho. Aquin. Ordinis Prædicatorum super Euangelium Ioannis.

LECT. I. CAP. I.

In principio erat verbum.

EVANGELISTA Ioānes (sicut dictū est) intendit principaliter ostēdere diuinitatē verbi incarnati. Et ideò diuiditur istud euāgeliū in partes duas. Primò enim insinuat Christi diuinitatē. Secundò manifestat ea, per ea, quę Christus in carne fecit, & hoc secundo capitulo. [Et die tertia.] Circa primū duo facit. Primò ꝓponit Christi diuinitatem. Secundò ponit modū, quo Christi diuinitas nobis innotuit ibi. [Et vidimus gloriā eius, &c.] Circa primū duo facit. Primò agit de diuinitate Christi. Secundò de verbi Dei incarnatione ibi. [Fuit homo missus à Deo.] Quia verò in vnaquaque re sunt cōsiderāda duo. s. esse, & operatio: siue virtus ipsius: ideò primò agit de esse verbi, quātū ad naturā diuinā. Secdò de virtute seu operatione ipsius ibi. [Omnia per ipsum facta sunt.] Circa primū quatuor facit, primò ostēdit quando erat verbū quia [in principio erat verbū.] secūdò vbi erat: quia [apud Deum.] Vnde dicit. [Et verbum erat apud Deū.] tertiò quid erat: quia Deus. Vnde subiūgit [& Deus erat verbū.] quartò quomodò erat: quia [hoc erat in principio apud Deū.] Prima duo pertinēt ad quæstionē an est. Secūda verò, duo ptinēt ad quæstionē quid est. Circa primū aūt videndū est, quid sit hoc, qđ dicit. [In principio erat verbū.] Vbi tria diligēter inquirēda cōcurrūt, secūdū tres dictiones huius orationis. Et primò, qđ sit hoc, qđ dicit [verbū.] Secūdò qđ sit hoc, qđ dicit. [In principio.] tertiò qđ sit hoc, qđ dicit. [Verbū erat in principio.] Ad intellectū autē huius nominis [verbū.] Sciēdū est, q̄ secūdū Philosophū: ea quę sunt in voce sunt signa earū, quæ sunt in aīa passionū. Cōsuetū est autē in scriptura, q̄ significata nominū' signorū: sicut illud Corinthi petra autē erat Christus. De necessitate autē oportet, q̄ illud intrinsecū aīæ nostræ, qđ significat exteriori verbo nostro, verbū vocetur. Vtrū autē per prius cōueniat nomē verbi rei exteriori voce ꝓlatę: vel ipsi conceptioni mētis: nihil refert ad præsens. Planū est tamen, q̄ illud, quod voce significat interiùs existēs in anima, prius est, quā ipsum verbū exteriori voce prolatū: vtpotè causa ei' existēs. Si ergo volumus scire quid est interius verbū mētis, videamus quid significat, quod exteriori voce profertur. In intellectu aūt nostro sunt tria. s. ipsa potēs intellectus, species rei intellectæ: quæ est forma eius se habens ad ipsum intellectū, sicut species coloris ad pupillā. Et tertia ipsa operatio intellect': quæ est intelligere. Nullū aūt istorū, significatur verbo exteriori voce prolato. Nā hoc nomē lapis, nō significat substantiā intellect': quia hoc nō intēdit dicere nominās. Nec significat specię, quæ est, quo intellectus intelligit, cū etiā hoc nō sit intētio nominantis. Nō significat etiā ipsum intelligere, cū intelligere nō sit actio exterius progrediēs ab intelligente, sed in ipso manens. Illud ergo proprię dicit verbū interius, quod intelligēs intelligēdo formar. Intellectus aut. ē duo format secundū duas eius operationes. Nā secundū operationē suā, quæ dicit indiuisibilium intelligētia, format diffinitionē. Secundū verò operationē suā, qua cōponit, & diuidit: format enunciationē, vel aliquid huius. & ideò illud sic formarū, & expressum per operationē intellectus, vel diffinientis, vel enūciantis, exteriori voce significat. Vnde dicit Philosophus, q̄ ratio, quam significat nomē, est diffinitio. Istud ergo sic expressum. s. formatū in anima dicit verbū interi': & ideò cōparat ad intellectū: nō sicut quo intellectus intelligit: sed sicut ī quo intelligit, quia in ipso expresso, & formato, videt naturā rei intellectæ. Sic ergo habemus significationē huius nominis [verbū.] Secūdò ex his quæ dicta sunt, cōcipere possumus', q̄ verbū semp est aliquid ꝓcedēs ab intellectu, in actu existente. Iterū q̄ verbū semper est ratio, & similitudo rei intellectę. Et si quidē eadē res sic intelligēs, & intellectā: sic verbū est ratio, & similitudo intellectus, à quo procedit. Si autē sit aliud intelligens, & intellectū, tunc verbum non est similitudo, & ratio intelligentis: sed rei intellectæ: sicut conceptio quā aliquis habet de lapide, est similitudo lapidis tantum. Sed quādo intellectus intelligit se: tunc huiusmodi verbū est similitudo, & ratio intellectus. Et ideò Augu. ponit similitudinem trinitatis in anima, secūdū q̄ mēs intelligit seipsam: non autem secundum q̄ intelligit alia. Patet ergo, q̄ in qualibet natura intellectuali necesse est ponere verbum. Quia de ratione intelligendi, est quòd intellectus intelligendo aliquid formet. Huius autem formatio, dicitur verbum: & ideò in omni intelligente, oportet ponere verbū. Natura autē intellectualis est triplex. s. humana angelica, & diuina. & ideò triplex est verbū. s. humanū. de quo in Psal. Dixit insipiens in corde, &c. Est & angelicū. de quo Zacha. 1. & in multis locis sacræ scripturæ dicitur. Dixit Angelus, &c. Ter. ifi est verbū diuinum, de quo Genes. 1. Dixit Deus fiat lux, &c. Cùm ergo Euangelista dicit. [In principio erat verbum] non intelligi potest de humano, vel angelico verbo: quia vtrūque istorum verborum est factum: cùm homo, & angelus habeant sui esse, & operationis principium, & causam: verbum autem hominis, vel angeli, non potest præexistere eis: de quo autē verbo intellexerit euangelista, declarat per hoc, quòd dicit hoc verbum non esse factum. Cum omnia sint facta per ipsum. hoc autem est verbum Dei de quo Ioannes hīc loquitur. Sciendum est autem, quòd hoc verbum differt à nostro verbo in tribus. Prima differentia est secundum Augusti. quia verbum nostrum prius est formale, quàm formatum. nam cum volo concipere rationem lapidis, oportet quòd ad ipsam ratiocinando perueniam: & sic est in omnibus alijs, quæ à nobis intelliguntur. Nisi fortè in primis principijs, quæ cum sint simpliciter nota: absque discursu rationis statim sciuntur: quādiu ergo sic ratiocinādo intellectus iactatur hāc atque illāc: nec dum formatio perfecta est, nisi quādo ipsam rationē rei pfectæ cōceperit: & tunc primò habet rationē rei perfectæ. & tūc primò habet rationē verbi. Et inde est, q̄ in anima nostra est cogitatio, per quā significat ipse discursus

Universidad de Deusto Biblioteca

inquisitionis,& verbum,quod est iam formatum, secundum perfectam cōtēplationē veritatis. Sic ergo verbū nostrum primò est in potentia,quàm in actu:sed verbū Dei semper est in actu:& ideò nomen cogitationis verbo Dei propriè nō conuenit. Dicit enim Aug. 15.de Trini.ita dicitur verbū Dei:vt cogitatio non dicatur,ne quid quasi volubile credatur in Deo. Id autē quod Anselm.dicit. s. dicere summo spiritū nihil aliud est, quā cogitādo ītueri īpropriè dictū est. Secūda verò differētia verbi nostri, ad verbū diuinū est : quia verbū nostrum est imperfectū:sed verbū diuinū est perfectissimū : qa em nos nō possumus omnes nostras cōceptiōes vno verbo exprimere: ideò oportet,ꝙ plura verba imperfecta per quæ diuisim exprimamus omnia quæ in scientia nostra sunt. In Deo autē non est sic. Cū enim intelligat,& seipsum etiā,& quicquid intelligit per essentiam suā vno actu : vnicū verbū diuinū est expressiuum totius qđ in Deo est: nō solùm personarū: sed etiā creaturarū:aliàs esset imperfectū. vnde dicit Aug.si aliquid minus esset in verbo,quā in dicētis sciētia cōtinetur:verbū imperfectū esset , sed cōstat ꝙ est perfectissimum: ergo est tantū vnum. Iob 33. Semel loquitur Deus,&c. Tertia differentia est,ꝙ verbū nostrum nō est eiusdē naturæ nobiscū:sed verbū diuinū est eiusdē naturæ cū Deo:& ideò est aliquid subsistēs in natura diuina. Nam ratio intellecta, quā intellectus videtur de aliqua re formare,habet esse intelligibile tantū in anima nostra. Intelligere autē in anima nostra,nō est idē quod est naturale animę:quia anima nō est sua operatio. Et ideò verbū qđ format intellectus noster, nō est de essentia animæ sed est accidens ei, In Deo autē idē est intelligere,& esse:& ideò verbū intellectus diuini,nō est aliquid accidens:sed pertinēs ad naturā eius. Vnde oportet ꝙ sit subsistens:quia quicquid est in natura Dei,est Deus. Vnde dicit Damas.ꝙ Deus verbum substātiale est:& in hypostasi ens. Reliqua verò verba nostra.s. virtutes sunt animæ. Ex præmissis etiā patet , ꝙ verbū propriè loquendo, semper personaliter accipitur in diuinis, cū non oportet, nisi quid expressum ab intelligente. Item ꝙ verbū in diuinis sit similitudo eius,à quo procedit:& ꝙ sit coęternū ei,à quo procedit:cū non priùs fuerit formale, quā formatū: sed semper in actu: & ꝙ sit æquale patri,cū sit perfectū,& totius esse patris expressiuum : & ꝙ potest coessentiale,& cōsubstantiale patri cū sit substātia eius. Patet etiā ꝙ cū in qualibet natura,illud quod procedit habēs similitudinē naturæ eius,à quo procedit vocetur filius. Et hoc verbū procedit in similitudine,& identitate naturæ eius,à quo ꝓcedit:cōuenienter & propriè dicitur filius : & productio eius dicitur generatio. Sic ergo patet primū.s.quid sit hoc , ꝙ dicitur [verbū.] Circa hoc autē quatuor quæstiones occurrunt : duæ sunt Chriso. Prima est, cur Ioānes Euāgelista patrē dimittens,cōfestin incepit à filio,dicēs. [In principio erat verbū.] Ad hoc autē est duplex responsio. Vna est,quia pater omnibus innotuerat in veteri testamento:quāuis non in ratione patris,sed vt Deus:filius autē ignorabatur,& ideò in nouo testamento,in quo agitur de cognitione verbi,incipit à verbo siue filio. Alia est,quia ꝑ filiū ducimur in notitiā patris. Ioan.17. pater manifestaui nomen tuum hominibus,quos dedisti mihi,&c.volens ergo fideles in notitiā patris ducere Euangelista, decenter incepit à filio statim subiungens de patre,cū dicit [Et verbū erat apud Deum.] Secunda quæstio est etiā Chriso. cū enim sicut dictū est verbum procedat vt filius,quare dixit verbū & non filius? Ad hoc etiā dupliciter respondetur. Primò quia filius dicit aliquid genitum, & cū audimus generationem filij,possit quis cogitare generationē illā talē esse,qualem cōprehēdere potest,scilicet materialem,& passibilē, ideò ergo non dixit filius,sed verbum,quod importat intelligibilem processum:vt nō intelligat materialē,& passibilē generationē illam fuisse, ostendens igitur filiū ex Deo impassibiliter nasci,destruit vitiosam suspitionem per verbi nuncupationem. Aliter potest dici sic. Euāgelista tractaturus erat de verbo,inquantū venerat ad manifestandum patrem. Vnde cū ratio manifestationis magis importetur in nomine verbi,quā filij,ideò magis est vsus nomine verbi. Tertia quæstio est Augu.in lib.83.q.quæ talis est. In Græco: vbi nos habemus verbum, habetur logos. Cū ergo logos in Latino rationem & verbum:quia trāslatores transtulerunt verbum,& non rationem. Cū ergo & ratio sit quid intrinsecum,quēadmodm etiam verbum. Respondeo dicendum,ꝙ ratio propriè nominat conceptum mētis,sed quòd in mēte est,& si nihil per illā exterius fiat, per verbum verò significatur respectus ad exteriora,& ideò quia Euangelista per hoc,quòd dixit logos, non solùm intendebat significare respectum ad existentiā filij in patre,sed etiam operatiuam potentiam filij ,qua per ipsum facta sunt omnia, magis antiqui transtulerunt per verbum, quod importat respectum ad exteriora,quàm ratio,quæ tantum conceptū mentis innuat. Quarta quæstio est Orige.quæ talis est. Scriptura in pluribus locis loquens de verbo Dei, nominat ipsum non absolutè verbum,sed cum additione,scilicet Dei,cùm dicit verbum Dei:vel Domini. Ecclesiast.1. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Et Apocalip.19.& nomen eius verbum Dei:quia ergo Euāgelista,cùm loqueretur hîc de verbo Dei,non dixit. [In principio erat verbum Dei,] sed dixit tantūmodò verbum. Respondeo dicendum,quòd licèt sint multæ veritates participatæ,est tamē vna veritas absoluta, quæ per suam essentiam est veritas,scilicet ipsum esse diuinū. Qua veritate omnia verba sunt verba. Eodē modo est vna sapiētia absoluta,supra omnia eleuata,scilicet sapiētia diuina, ꝑ cui⁹ participationē omnes sapiētes,sunt sapiētes. Et etiā vnum verbum absolutum,cuius participatione omnes habētes verbū,dicuntur dicētes,hoc autem est verbum diuinum,ꝙ per seipsum est verbum super omnia verba eleuatum:vt ergo Euāgelista hāc super eminentiā diuini verbi significaret , ipsum verbum absq; illa additione nobis absolutè præposuit.& quia Græci quādo volunt significare aliquid segregatū,& eleuatum ab omnibus alijs cōsueuerunt apponere articulū nomini,per quod illud significatur,sicut Platonici volētes significare substantias separatas,puta bonum separatum:vel hominē separatum:vocabāt illud li per se bonum:vel li per se hominē,ideò Euāgelista volēs significare segregationē,& eleuationē istius verbi super omnia , apposuit articulum ad hoc nomē logos:vt si dicatur in Latino li verbum. Secundò cōsiderādum est,quid significet hoc , quod dicit. [In principio.] Sciendū est autē,ꝙ principiū secundū Orige.multis modis dicitur. Cū enim principiū importet ordinē quēdam ad alia, necesse est inuenire principiū in oībus,in quibus est ordo. Inuenitur aūt ordo in quātitatibus,& secūdū hoc dicitur principiū in numeris,& lōgitudine,puta lineæ. Inuenitur etiā ordo in tpe,& secundum hoc dicitur principiū tpis vel duratiōis. Inuenitur ordo in disciplinis,& hic est duplex secūdū naturā,& quò ad nos,& vtroq; mō dicitur principiū. Heb.5.deberetis esse magistri ꝑ tēp⁹,&c. Et hoc mō secđm naturā quidē in disciplina Christiana initiū & principium sapientię nostrę est Christus,inquātum est sapientia,& verbū Dei.i. secundū diuinitatē. Quò ad nos verò principiū est ipse Christus,inquantū verbū caro factum est,id est,secundum eius incarnationem. Inuenitur etiam ordo in productione rei:& secundū hoc principiū dicitur ex parte generati,scilicet ipsa prima pars generati seu facti:sicut fundamentū dicitur principium domus. Vel ex parte faciētis:& sic est triplex principium,scilicet intentionis,quod est finis,quod mouet agentem. Rationis,ꝙ est ipsa forma in mente artificis,& executionis,ꝙ est potētia operans. His igitur modis de principio inquirēdū est:quomodò sumatur hîc principium, cùm dicit. [In principio erat verbum.] Dicendum est igitur, ꝙ potest sumi tripliciter. Vno modo secundū ꝙ principiū supponit pro persona filij,quod principiū est creaturarum secundū rationē virtutis actiuæ:& per modū sapientiæ quæ est ratio eorū quæ fiunt. Vnde dicitur.1.Cor.1. Christū Dei virtutē,& Dei sapientiā. Vnde & dominus de se dicit. Io.8. Ego principium,qui & loquor vobis. Sic ergo accipiendo principiū intelligendum est,ꝙ dicitur. [In principio erat verbū] ac si diceret. In filio erat verbū:vt sit sensus,ipsum verbū est principiū ex modo loquēdi,quo dicitur vita esse in Deo:quæ tamen nō est aliud,quā ipse Deus.& hæc est expositio Orige. Dicit ergo hîc Euangelista vt statim in principio diuinitatem verbi ostenderet:vt Chrys.dicit dum asserit ipsum esse principiū:quia secundū determinationem omnium,principium est honoratissimū. Secundo modo potest accipi principiū prout supponit pro persona patris,quod est principium,non solùm creaturarū:sed omnis diuini processus. Et sic accipitur in Psal.rectū principiū,&c. Secundum hoc ergo dicit [in principio erat verbū.] ac si diceretur. In patre erat filius,& hæc est expositio Aug.& etiā Orig.dicitur autem filius esse in patre:quia eiusdem essentiæ est cum patre. Cum enim filius sit sui essentia:in quocúnque est essentia filij , est filius, quia ergo in patre est essentia filij per consubstantialem,conueniens est,quòd filius sit in patre:vnde. Ioan.14.dicitur. Ego in patre , &c. Tertio modo potest accipi principium pro principio durationis,vt sit sensus [In principio erat verbum.] id est:verbum erat ante omnia: vt Augustinus exponit , & designatur per hoc verbi æternitas secundum Basilium, & Hilarium.per hoc enim , quod dicitur [In principio erat verbum.] ostenditur,quòd quodcúnque principium durationis accipiatur,siue rerum temporalium , quod est tempus: siue æuiternarum,quòd est æuum:siue totius mundi:siue quodcūque imaginatum extensum per multa sæcula. In illo principio iam erat verbum. Vnde Hilarius dicit septimo de trinitate transeuntur tempora : transcenduntur sæcula , tolluntur ætates,pone aliquid, quod voles tuæ opinionis principium iam erat : vnde tractatur , & hoc est , quod dicitur Prouerbiorum octauo. Dominus possedit me initio viarum suarum , antequam quicquam faceret à principio. Quod autem est ante durationis principium, est æternum. Sic igitur secundum primam expositionem , asseritur verbi causalitas. Secundum autem secundam,verbi consubstantialitas ad patrem, qui verbum loquitur. Secundum verò tertiam , verbi coæternitas. Considerandum est etiam hîc , quod dicitur [verbum erat] quod est temporis præteriti imperfecti : maximè videtur competere ad designandum æterna , si attendamus naturam temporis : & corum quæ sunt in tempora. Quod futurum est , nondum est actu : præsens autem actu est , & per hoc , quod est actu præsens,non

præsens,non designatur fuisse:præteritum autem perfectum designat aliquid extitisse:& esse iam determinatum:& iam defuisse. Sed præteritum imperfectum significat aliquid fuisse,& non esse adhuc determinatū,nec defuisse:sed adhuc remanere:ideò signāter Ioānes vbicūq; ponit aliquid æternū,dicit [erat.] vbi verò dicit aliquid temporale,dicit fuit:vt infrà patebit. Sed quātū ad rationē præsentis cōpetit maximè ad designādū æternitatē præsens tempus,quod signat aliquid esse in actu:quod semper conuenit æternis , & ideò dicitur Exod.3. Ego sum qui sum.& Augustinus dicit , quòd ille solus verè est:cuius esse non nouit præteritum,& futurum. Est etiam considerādum,quòd hoc verbum.[Erat] secundū glo.non sumitur hîc inquantùm significat tēporales motus more aliorum verborū,sed secundū,ꝙ signat rei existentiam:vnde & verbum substantiuum dicitur. Sed potest aliquis quærere. Cū verbū sit genitū à patre:quomodo possit esse patri coæternū,homo enim filius à patre homine genitus est eo posterior. Ad quod dicendum est,quòd principium originis inuenitur esse prius duratione:eò quòd est ex principio propter tria. Primò quidem quia principium originis alicuius rei,præcedit tempore actionem:qua producit rem,cuius est principium. sicut non statim quando homo est,incipit scribere:& ideò tempore præcedit scripturam. Secundò per hoc,quòd actio successionem habet:& ideò etiam si simul cū agente incipiat:tamen terminus actionis est post agentem. sicut cùm simul generatus est ignis in istis inferioribus,incipit sursum tendere:prius tamen est ignis,quàm sit sursum:quia motus quo sursùm tendit quodam tempore mensuratur. Tertio modo eò,quòd ex voluntate principij determinatur initium durationis eius,quod est in principio,sicut ex voluntate Dei,determinatur initium durationis creaturæ : vnde prius fuit Deus , quàm creatura. Nihil autem horum trium in generatione diuini verbi inuenitur. non enim Deus primò fuit,quàm incœperat generare verbum. Cum enim generatio verbi nihil aliud sit,quàm intelligibilis conceptio:sequeretur,quòd Deus esset prius intelligens in potētia, quàm in actu:quod est impossibile. Similiter non potest esse , quòd ipsa verbi generatio sit successiua. sic enim diuinum verbum prius esset informe,quàm formatum,sicut accidit in nobis,qui cogitando verba formamus:quod est falsum:vt iam dictū est. Similiter non potest dici,quòd pater sua voluntate initium durationis filio suo præstiterit : quia Deus pater non generat filium voluntate:vt Arriani dixerunt:sed naturaliter. Deus enim pater seipsum intelligendo verbum concipit,& ideò non ante fuit Deus pater,quàm filius. Huius aliqualis similitudo apparet in igne,& in splendore procedēte ab igne:procedit enim splendor naturaliter , & sine successione. Item si ignis esset æternus:splendor eius coæternus esset:propter qđ filius dicitur splendor patris. Hæbr.1. Qui cum sit splendor gloriæ. sed in hac similitudine deficit cōnaturalitas:& ideò nominamus eū filium. Cùm tamen in humana filiatione deficiat coæternitas,oportet enim ex multis similitudinibus sensibilium in diuinam cognitionē peruenire,quia vna nō sufficit,& hoc est,qđ dicitur in libro Ephesini concilij consistere,ergo semper patri filium,splendor enim denunciat impassibilitatem natiuitatis ostendit verbum , consubstantialitatem verò filij nomen insinuet. Nominamus ergo filium diuersis nominibus,ad exprimendum perfectionem eius,quæ vno nomine non potest exprimi:vt enim ostendatur connaturalis patri,dicitur filius:vt ostendatur in nullo dissimilis,dicitur imago:vt ostendatur coæternus patri,dicitur splēdor:vt ostendatur immaterialiter genitus,dicitur verbum. Deindè cùm dicit.

Et verbum erat apud Deum.

HIc ponitur secunda clausula,quàm Euangelista ponit in sua narratione:vbi priùs consideranda est significatio duorum verborum,quæ in prima clausula posita non fuerunt,scilicet [Deum & apud.] Quid enim sit verbum,& quid principium,iam expositū est. Hæc ergo quæ in hac secunda clausula ponuntur de nouo,scilicet [Deum & apud.] inuestigantes diligentiùs prosequamur. Et vt meliùs expositionem huius secundæ clausulæ intelligamus,dicendum est aliquid de significatione vtriusq;,quantùm pertinet ad propositum. Sciendum est ergo in primis,quòd hoc nomen Deus significat diuinitatem:sed in supposito &. concretè. Hoc verò nomen deitas, significat deitatem in abstracto & absolutè:& in deest,quòd non potest supponere pro persona,ex naturali virtute,& ex modo significandi:sed supponit solūmodò pro natura. Hoc verò nomen [Deus] habet naturaliter ex modo significādi,quòd superponat pro aliqua personarum:sicut hoc nomen homo,supponit pro supposito humanitatis:& ideò quandocúnque veritas locutionis,vel ipsum prædicatum exigit:vt hoc nomen Deus supponat pro persona:tunc supponit pro persona:vt cùm dicimus,Deus generat Deum,& ita cum hic dicitur [apud Deum] necesse est,quòd Deus pro persona patris supponat : quia hæc præpositio apud, distinctionem significat verbi: quod esse dicitur apud Deum: & licèt significet distinctionem in persona,non tamen in natura:cùm eadem sit natura patris,& filij. Euangelista igitur significare voluit patris personam , per hoc, quòd dixit [Deum.] Sciendum est autem circa hoc , quòd hæc præpositio apud, quandam coniunctionem rei significatæ per rectum,ad rem significatam per obliquum importat : sicut hæc præpositio in,sed differenter:quia hæc præpositio in,significat quandam coniunctionem intrinsecam:hæc verò præpositio apud,quodammodo extrinsecam coniunctionem importat,& vtrúnque dicimus in diuinis,scilicet filium esse in patre,& esse apud patrem,& intrinsecum quidem ad consubstantialitatem pertinet , extrinsecum non:vt sic loqui liceat,cùm impropriè in diuinis dicatur extrinsecum:non nisi ad distinctionem personalem refertur , cùm filius à patre solùm per originem distinguatur,& ideò per vtrúnque istorum,& consubstantialitas in natura designatur,& distinctio in personis. Consubstantialitas quidem inquantùm coniunctionem quandam importat,distinctio verò inquantùm distinctionem quandam significat (vt superius dictum est.) Et quia hæc præpositio in,vt dictum est,principaliter consubstantialitatem designat , inquantùm importat coniunctionem intrinsecam: & ex consequenti distinctionem personarum inquantùm omnis præpositio est transitiua : hæc autem præpositio apud , distinctionem personalem significat principaliter : consubstantialitatem verò inquantùm quandam coniunctionem significat,quasi extrinsecam : ideò Euangelista in hoc loco specialiter ista præpositione apud,vsus est : vt distinctionem personæ filij à patre insinuaret , cum dicit [Et verbum erat apud Deum.] id est, filius apud patrem : vt alia persona apud aliam. Sciendum est autem , quòd per hanc præpositionem apud,quatuor significantur , per quæ obiectiones quatuor contrariæ excluduntur. Significat enim hæc præpositio apud, subsistentiam in recto : quia ea quæ subsistentiam per se non habent,non dicuntur propriè esse apud aliquid : sicut non dicimus albedinem esse apud corpus , & similiter de alijs , quæ per se non subsistunt. Ea autem quæ per se subsistunt , dicuntur propriè esse vnum apud aliud : sicut dicimus hominem esse apud hominem , & lapidem apud lapidem. Secundò significat auctoritatem in obliquo. non enim propriè dicitur Rex esse apud militem : sed propriè dicitur miles apud regem. Tertiò dicit distinctionem : non enim propriè dicitur aliquis esse apud seipsum : sed vnus homo est apud alium. Quartò significat coniunctionem , & societatem quandam. Cùm enim dicitur aliquis esse apud alium : insinuatur nobis inter eos quædam socialis coniunctio. Secundum autem istas conditiones importantes in significatione huius præpositionis apud, conuenienter euangelista hanc clausulam , scilicet [verbum erat apud Deum.] subiungit primæ clausulæ , scilicet [In principio erat verbum.] Prætermissa námque vna illarum trium expositionum huius quod est [In principio erat verbum.] illa scilicet secundum quam principium ponitur pro filio , ad quamlibet aliarum expositionum,scilicet ad illam quæ principium dicit idem quod ante omnia,& ad illam secundum quam principium sumitur pro patre: duplex obiectio fit ab hæreticis , & sic sunt quatuor obiectiones quas per quatuor conditiones huius præpositionis apud , supra positas excludere possumus. Quarum prima talis est. Tu dicis,quòd verbum erat in principio,id est,ante omnia : sed ante omnia nihil erat. Vbi ergo erat verbū si ante omnia nihil erat,hæc autē obiectio procedit secūdum imaginationem eorum,quæ ponunt:omne quòd est esse alicubi : & in loco. Quæ quidem excluditur à Ioanne cùm dicit [apud Deum] designat coniunctionem secundum vltimam dictarum conditionum : vt sit sensus secundum Basilium. vbi ergo erat verbum. Respondet [apud Deum.] non in aliquo loco cum incircunscriptibile sit : sed apud patrem , qui nullo comprehenditur loco. Secunda quæstio ad idem est talis. Tu dicis quòd verbum erat in principio , id est, ante omnia : sed ea quæ sunt ante omnia , à nullo videntur procedere : cum illud à quo procedit aliquid prius esse videàtur eo,quòd procedit ab ipso.ergo verbum non est procedens ab alio. Hæc autem obiectio excluditur, cùm dicit [verbum erat apud Deum.] vt li [apud] accipiatur secundum secūdam conditionem,secundum quam importat auctoritatem in casuali,& sit sensus secundum Hilariū. A quo est verbum, si est ante omnia. Euangelista respondet [verbum erat apud Deū.] quasi dicat licèt verbum careat initio durationis : non tamen caret principio vel auctore. Erat enim apud eum vt apud auctorem. Tertia quæstio est ad aliam expositionem, secundum quam principium supponit pro patre quæ talis est. Vnde dicis [In principio erat verbū.] id est, filius erat in patre:sed illud quod est in aliquo,nō videtur esse subsistens , vt hypostasis. sicut albedo quæ est in corpore non subsistit. Sed hæc obiectio soluitur per hoc quod dicit [verbum erat apud Deum.] vt li [apud] sumatur secundum primam conditionem,per quam importat subsistentiam in recto:& sic secundum Chrisostomum est sensus [verbū erat in principio] nō vt accidens: sed [erat apud Deū] vt subsistens,& hypostasis diuina. Quarta quæstio ad idem est talis. Tu dicis,ꝙ verbum erat in principio,id est,in

Universidad de Deusto
Biblioteca

patre,quod autem est in aliquo non est distinctum ab eo:ergo filius non est distinctus à patre. Sed hæc obiectio excluditur [& verbum erat apud Deum.] vt li [apud] sumatur secundum tertiam conditionem,secundum quam significat distinctionē:vt sit sensus secundum Alcuinum & Bedam [verbum erat apud Deum.] & sic erat in patre per consubstantialitatem naturæ:quod tamen est apud ipsum per distinctionem personæ.Sic ergo per hāc clausulam [& verbum erat apud Deum.] ostenditur coniunctio verbi ad patrem in natura secundum Basilium.Distinctio autem in persona, secundum Alcuinum & Bedam. Subsistentia verbi in natura diuina secundum Chrisostomum. Auctoritas patris ad verbum secūdum Hilarium. Notandum autem secundum Origenē,q̄ per hoc quod dicit [verbum erat apud Deum.] ostendit filium semper fuisse apud patrem. In veteri enim testamento dicitur factum esse verbum domini ad Hieremiam:vel quemcúnque alium:vt patet in multis scripturæ locis: non autem dicitur verbum domini erat apud Hieremiam: vel apud alium:quia ad illos fit verbum,qui incipiunt habere verbum, postquàm non habuerunt:vnde Euangelista non dixit verbum factum esse apud patrem, sed [erat apud patrem.] quia ex quo patet erat verbum apud eum erat. Deindè cùm dicit.

Et Deus erat verbum.

HAec est tertia clausula narrationis Ioannis:quæ quidem secundum ordinem doctrinæ congruentissimæ sequitur:quia enim Ioannes dixerat de verbo quando erat, & vbi erat: restabat quærere quid erat verbum,id est,verbum erat Deus. vt li [verbum] ponatur ex parte suppositi : & li [Deus] ex parte prædicati. Sed cùm prius quærendum sit de re quid est,quàm vbi,& quando sit:videtur quòd Ioannes hunc ordinem peruertat:insinuans primò de verbo vbi , & quando sit.Ad hanc autem quæstionem respondet Origenes dicēs, quòd aliter dicitur esse verbum Dei apud hominem, & aliter apud Deum.Nam apud hominem est vt perficiens ipsum : quia per illud homo efficitur sapiens & bonus.Sapien.7. Amicos Dei & Prophetas constituit. Apud Deum verò non ita dicitur esse verbum, quasi pater perficiatur per verbum , & illustretur ab ipso : sed sic est apud Deum,q̄ accipit naturalem diuinitatem ab ipso,qui verbum loquitur:à quo habet vt sit idem Deus cum eo. Ex eo,q̄ est per originem apud Deum: necesse fuit primū ostendere, q̄ verbum erat in patre, & apud patrem,quàm q̄ verbū erat Deus.Sciēdum est autem,q̄uod per hanc clausulam [Deus erat verbum.] responderi potest duabus obiectionibus, quæ ex præcedentibus insurgunt. Quarum vna insurgit ex nomine verbi,& est talis.Tu dicis,q̄ [verbum erat in principio & apud Deum.] Constat autem,q̄ verbum secundum communem vsum loquendi significat vocem aliquam,& enūciationem necessariorum,manifestationem cogitationum:sed ista transeūt,& non subsistunt:posset ergo credi,quòd de tali verbo Euangelista loqueretur.Sed ista quæstio satis per prædicta excluditur secundum Hila.& Augu.Homel.prima super.Ioan.qui dicit manifestum esse verbum,in hoc loco non posse per locutionem accipi:quia cùm locutio sit in motu,& transeat,nō posset dici,quòd [in principio erat verbum.] si verbum esset quid transiens,& in motu.Item cùm dicit [& verbum erat apud Deum.] datur idē intelligi.satis enim patet,q̄ aliud est inesse,& aliud est adesse.Verbum enim nostrum cum non subsistat,non adest,sed inest,verbum autem Dei est subsistēs,& ideò adest:& idcircò Euāgelista signanter dixit [verbū erat apud Deū.] Sed tamen vt obiectionis causa tollatur totaliter,naturam & esse vet bi subdit.d. [& verbum erat Deus.] Alia quæstio insurgit ex hoc,q̄ dixerat [apud Deum.] Cum enim li [apud] dicat distinctionē,posset credi,quòd [verbum erat apud Deum.] scilicet patrem:ab ipso in natura distinctum.Et ideò ad hoc excludendum statim subdit consubstantialitatem verbi ad patrem.d. [Et verbum erat Deus.] quasi dicat non separatus à patre per diuersitatem naturæ,quia ipsum verbum est Deus.Nota etiam specialem modum significandi,quia dicit [verbum erat Deus.] absolutè ponendo [Deum.] vt ostendat nō eo modo Deum esse,quo nomē Deitatis attribuitur dicere in sacra scriptura:quia cū additione aliqua,aliquando hoc nomen creatura participat:sicut illud Exod.7.Ego constitui te Deum Pharaonis,ad designandum,quod non erat Deus simpliciter,nec per naturam : quia constituebatur Deus alicuius determinatè.Et illud Psalm.Ego dixi dij estis,quasi dicat per meam reputationem,non secundum rei veri tatem dij estis.Aliud enim est Deum reputari,aliud esse Deū.Vnde verbum absolutè dicitur Deus, quia est secundum essentiam suam Deus,& non participatiuè : sicut homines & angeli.Sciendum est etiam,quòd circa hanc clausulam Origenes turpiter errauit ex modo loquendi,qui in græco habetur:sumens occasionem sui erroris. Consuetudo enim est apud græcos,quòd cuilibet nomini apponunt articulum ad designandum discretionem quādam,quia ergo in euāgelio Ioannis in græco huic nomini quod est verbum cum dicitur [In principio erat verbū.] & similiter huic nomini quod est [Deº.] cum dicitur [& verbum erat apud Deum.] apponitur articulus: vt dicatur li [verbum.] & li [Deus.] ad designandum eminentiam, & discretionem verbi ad alia verba:& principalitatem patris in diuinitate:& ideò cùm in hoc quod dicitur [verbum erat Deus.] non apponatur articulus huic nomini Deus,quod supponit pro persona filij blasphemauit Origenes,quòd verbum non esset Deus per essentiam:licèt sit essentialiter verbum,sed dicitur per participationem Deus.solus verò pater est Deus per suam essentiam,& sic ponebat filium patre minorem.Quod autem non sit verum probat Chrisosto mus per hoc,quòd si articulus positus huic nomini [Deus] importaret maiorem in patre respectu filij nunquā appone retur huic nomini Deus,cum de alio prædicatur:sed solùm quando prædicatur de patre.& semper cùm dicitur de patre apponeretur articulus.Inuenimus autem contrarium per duas auctoritates Apostoli,qui notat Christum Deum cum appositione articuli.d.in epistola ad Titum.2. Expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei. Ibi enim Deus supponit pro filio,& apponitur ei articulus in græco:ergo Christus est Deus magnus.Item idem Apostolus. Rom.9. dicit.Ex quibus Christus,qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.ibi similiter ad li [Deus] ponitur in græco articulus. Præterea primæ Ioan.vltimo dicitur.Vt simus in vero filio eius Christo Iesu, hic est verus Deus,& vita æterna.Christus ergo non est per participationem,sed verus.Patet igitur esse falsum quod Origenes finxit. Ratio autem quare Euangelista non apposuit articulum huic nomini [Deus.] assignatur à Chriso.s.quia iam bis nominauerat Deum cum appositione articuli:& ideò non oportebat reiterare tertiò,sed sub intelligitur.Vel dicendum est,& melius,quòd Deus ponitur hic in prædicato,& tenetur formaliter,consuetum erat autem,quòd nominibus in prædicato positis,non ponitur articulus cum discretionem importet,si verò Deus poneretur hic ex parte subiecti,pro qua cúnq; persona supponeret,siue pro filio,siue pro spiritusancto,non est dubium,q̄ in Græco ibi apponeretur articulus.Deindè cū dicit.

Hoc erat in principio apud Deum.

HIc ponitur quarta clausula quę introducitur propter clausulam præcedentē.Ex hoc enim,quòd Euangelista dixerat,quòd [verbum erat Deus] duplex falsus intellectus accipi poterat à non rectè sentientibus.Vnus à Gentilibus qui ponunt pluralitatem,& diuersitatem Deorum,& eorum cōtrarias dicunt esse voluntates, sicut illi qui fabulātur Iouem pugnasse cum Saturno, & sicut Manichæi qui ponunt duo contraria principia naturę. Contra hunc errorem Dominus dixit.Exo.30. Audi Israēl Domin' Deus tuus,Deus vnus est. Quia ergo Euangelista dixerat [verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum:] possunt isti in fulcimentum sui erroris istud adducere, intelligentes alium esse Deum , apud quem est verbum:& alium ipsum verbum,& cum hoc alterius siue contrariæ voluntatis, quod est contra legem Euangelij. Ad hoc ergo excludendum dicit [hoc erat in principio apud Deum,] quasi dicat secundum Hylarium ita dico,quòd verbum est Deus,quod tamen non est habens diuisam diuinitatem,sed est apud Deum,scilicet in vna natura, & eadē, in qua ipse est. Item per hoc,quòd dicit [verbum erat Deus,] ne intelligeretur,quòd haberet contrariam voluntatem addidit hoc, quòd scilicet [verbum erat in principio apud Deum,] scilicet patrem non diuisim ab ipso.Non enim contrarium,sed habens eum eo idētitatem naturæ & concordiam voluntatis,quæ quidem vnio fit per communionem diuinæ naturæ in tribus personis , & per nexum naturalis amoris,& filij. Alius error poterat ex præmissis verbis elici ab Arrianis,qui ponunt filium minorem esse , quàm pater, propter hoc, quod dicitur.Pater maior me est.Ioan.14.Dicunt enim patrē maiorem filio,& quantum ad æternitatem, & quantum ad naturæ diuinitatem: vt ergo Euāgelista excluderet,addidit [hoc erat in principio apud Deum.] Arrius enim primam clausulam,scilicet. [In principio erat verbum,] admittit.Non tamen vult,quòd ibi principium accipiatur pro patre , sed pro principio creaturarum , dicit quòd [verbum erat in principio] creaturarum, & ideò nequaquàm patri est cœternus.sed hoc excluditur secundum Chrisost.per illam clausulam [hoc erat in principio,] non quidē creaturarum,sed [in principio apud Deum,] id est,ex quo Deus fuit, nunquàm enim pater solitarius fuit à filio,siue verbo, sed semper hoc, scilicet verbum apud Deum erat. Item Arrius confitetur,quòd verbum erat Deus,sed tamen minor patre.Sed hoc excluditur p ea quæ sequūtur. Duo enim sunt propria magni Dei quæ Arrius Deo patri singulariter attribuebat,scilicet æternitas,& omnipotentia. In quocúnque ergo ista duo inueniūtur,ille est magnus Deus,quo nullus est maior,sed hæc duo Euangelista verbo attribuit,ergo verbum est magnus Deus, & non minor. Aeternitatem quidē dicit esse in verbo,per hoc,quòd dicit. [Hoc erat in principio apud Deum,] id est,verbum ab æterno, non solùm in principio creaturarum (vt Arrius intellexit) erat,sed apud Deum accipiens esse,& diuinitatem ab eo.Omnipotentiam verò attribuit verbo per hoc , quòd subdit [omnia per ipsum facta sunt.] Origenes verò hanc eandem clausulam satis pulchrè exponens, dicit ipsam

cit ipsam nō esse aliam à tribus primis:sed ipsam esse quendam epilogum præmissorum.Euangelista enim postquàm insinuauerat veritatem esse filij: transiturus ad eius insinuandam virtutem præcellit,quasi in summa epilogādo in quarta clausula quod in primis tribus prædixerat. Primò enim per hoc q̄ dicit [hoc.] intelligit tertiam clausulam.Per hoc verò,q̄ dicit [erat in principio.] recolligit primam.Per hoc verò,q̄ subdit [erat apud Deum.] recolligit secūdam : vt sic non intelligas aliud verbum quod erat in principio : & quod erat Deus [Sed hoc verbum quod erat Deus:erat in principio apud Deum.] Si quis ergo rectè consideret has quatuor propositiones,inueniet euidenter per eas destrui omnes hæreticorum & Philosophorum errores.Quidam enim hæretici sicut Hebeon , & Corinthus,dixerūt Christum non præxtitisse beatæ virginis:sed ab ea sumpsisse essendi,& durationis principium:ponētes eum fuisse hominem purū,sed meruisse diuinitatē per bona merita. Quod etiam Fotinus,& Paulus Samosecanus eos secuti dixerunt. Horum errorem Euangelista excludit,dicēs. [In principio erat verbum.] id est, ante omnia,& in patre ab æterno.ergo non sumpsit initium ex virgine.Sabellius verò licèt fateretur q̄ Deus qui carnem susceпit ex virgine non sumpsit initium : sed fuit ab æterno:tamen dicebat q̄ non erat alia persona patris,qui fuit ab æterno : & filij,qui carnem assumpsit ex virgine,sed idem erat pater & filius personaliter:trinitatem personarum in diuinis confundens.Contra hunc errorem dicit Euangelista [& verbum erat apud Deum.] scilicet filius apud patrem,vt aliud apud alium.Eunomius verò posuit filium omninò dissimilem esse patri:& hoc consequenter Euangelista excludit,dicens. [& Deus erat verbum.] Arrius verò dicebat filium patre minorem:sed hoc excludit Euangelista cùm dicit [hoc erat in principio apud Deum.] quod suprà fuit expositum:per hoc etiam excluduntur errores Philosophorum.Quidam enim Philosophorū antiqui, scilicet naturales,ponebant mundum non ex aliquo intellectu, neque per aliquam rationē: sed à casu fuisse,& ideò à principio rationem non posuerunt,seu intellectum aliquā causam rerum,sed solam materiam fluitantē vtpotè athomos. Sicut Democritus posuit , & alia huiusmodi principia materialia : vt alij posuerunt. Contra hos est quod Euangelista dicit [In principio erat verbum.] à quo res, scilicet principium sumpserunt:& non à casu.Plato autem posuit rationes omnium rerum factarum subsistentes separatas in proprijs naturis:per quarum participationē res materiales essent: puta per rationem hominis separatam,quam dicebat per se hominem haberē q̄ sint homines.Sic ergo hanc rationem,per quā omnia facta sunt, intelligas separatas à Deo.vt Plato ponebat. addit Euangelista [& verbum erat apud Deum.] Alij etiam Platonici,vt Chrisost. refert: ponebant Deum patrem eminentissimum,& primum:sub quo ponebant menté quandam,in qua dicebant esse similitudines, & ideas omnium rerum.Ne ergo sic intelligas , q̄ verbū erat apud patrem: quasi sub eo,& minor eo:addit Euangelista [& verbum erat Deus.] Aristoteles verò posuit in Deo rationes omnium rerum , & q̄ idem est in Deo intellectus,& intelligens , & intellectum : tamen posuit mundum coæternum sibi fuisse.Et contra hoc est quod Euangelista dicit [hoc.] scilicet verbū solum [erat in principio apud Deū.] ita q̄ li [hoc] non excludit aliam personam: sed aliam naturā coæternam.Non est in prædictis differentia Ioannis ab alijs Euangelistis:quomodò scilicet dignius euangelium suum incepit, quā alij. Ipsi enim annuntiauerunt Christum filium Dei ex tempore natū. Matthæ.2.Cùm natus esset Iesus,&c.Ioan.verò dicit,eum ab æterno fuisse [In principio] inquit,[erat verbum.] Ipsi etiam dicunt eum subitò inter homines apparuisse.Luc.2.Nunc dimittis seruum tuum domine,&c.ante faciem omnium populorum,&c.Ioan.verò dicit eum apud patrē semper fuisse [& verbum] inquit, [erat apud Deum.] Alij verò ipsum hominem Matthęi 9.Glorificabāt Deum, qui potestatē talem hominibus dedit.Ioannes verò dicit ipsum esse Deum. [& verbum] inquit, [erat Deus.] Alij dixerunt eum fuisse cum hominibus cōuersatum.Mar.17.Conuersantibus autē illis,&c. Sed Ioan.dicit eum apud patrem semper fuisse. [hoc] inquit, [erat in principio apud Deum.] Nota etiam q̄ Euangelista signāter reciтat hoc verbum [erat.] vt ostendat verbum Dei omnia tempora, scilicet præsens,præteritū,& futurū excedere,quasi dicat,erat vltra tēpus præsens,præteritū,& futurum,secūdum q̄ tangitur in glosa.

LECTVRA II.

Omnia per ipsum facta sunt.

POSTQVAM Euangelista esse,& naturam diuini verbi quantū dici potest ab homine insinuauerat: consequenter manifestat eius virtutem. Et primò ostendit eius virtutem quantùm ad omnia , quæ in esse procedunt.Secundò specialiter quantùm ad homines ibi [Erat vita lux hominum.] Circa primum ponit tres clausulas,quas non distinguimus ad præsens: quia secūdum diuersas expositiones sanctorum sunt diuersimodè distinguendæ. Prima ergo clausula est [Omnia per ipsum facta sunt.] quæ inducitur ad ostendendum tria de verbo. Et primò secūdum Chriso. ad ostendēdum æqualitatē verbi ad patrem:sicut enim dictū est suprà,Euangelista excluserat errorem Arrij: ostendens coæternitatē filij ad patrē per hoc q̄ dixerat [hoc erat in principio apud Deum.] hic verò eundē errorem excludit , ostendendo omnipotentiam filij dicit. [Omnia per ipsum facta sunt.] Esse enim principiū omnium factorū , proprium est Dei magni omnipotentis:iuxta illud Psalm.Omnia quæcúnq; dominus voluit fecit in cœlo , & in terra. Verbum ergo per quod facta sunt omnia,est Deus magnus,& coæqualis patri.Secundò ad ostēdendum coæternitatē verbi ad patrē.secūdum Hilarium. Quia enim per hoc quod dixerat [In principio erat verbū.] posset aliquis intelligere, hoc dictū fuisse de principio creaturarū. i.fuisse aliquod tēpus ante omnem creaturā,in quo verbum non erat: ideò hoc excludens Euāgelista , dixit [Omnia per ipsum facta sunt.] Si enim omnia sunt facta per verbū : ergo & ipsum tempus:ex quo sic argumētatur.Si omne tempus ab ipso factū est : ergo nullū tempus fuit ante ipsum,nec cū ipso:quia ante omnia erat.ergo sunt ab æterno cœterni.Tertiò secūdum Aug.ad ostendendam consubstantialitatē verbi ad patrē.Si enim facta sunt per verbū.ergo ipsum verbū nō potest dici factū:quia si est factum, est factū per aliquod verbū: quia omnia per verbū facta sunt.Oportet ergo esse aliud verbū, per quod verbū,de quo hîc loquitur Euangelista,sit factū.&illud verbū dicimus vnigenitū Dei:per quē facta sunt omnia:quia nec factū est, nec creatura est,& si non est creatura : necesse est dicere ipsum esse eiusdē substantiæ cū patre.cū omnis substantia præter essentiam diuinam facta sit.Substantia autē quæ creatura nō est,Deus est.Verbū ergo per quod omnia facta sunt,cōsubstantiale est patri, cū nec factum, nec creatura sit. Sic ergo habes verbi æqualitatē ad patrē, secundum Chrisosto.coæternitatē,secundum Hilariū:& consubstantialitatē,secundum Augusti. per hoc q̄ dicit [Omnia per ipsum facta sunt.] Cauendi sunt autē hîc tres errores. Et primò error Valentini.Ipse enim intellexit per hoc q̄ dicitur [Omnia per ipsum facta sunt.] q̄ verbū dederit causam creatori,q̄ mundū crearet:vt dicantur omnia sic per verbum facta:quasi ex verbo processerit, q̄ pater mundū creauit.& hoc videtur duere in oppositionē illorū, qui dicebant Deum mundū fecisse,propter aliquā exteriorē causam.quod est contra illud Prouerb.16.Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus.Sed hoc est falsum:qa sicut Orige.dicit.si verbū fuisset causa creatori præstās ei materiā ad faciendum, nō dixisset : omnia per ipsum facta sunt.sed econuersò omnia facta sunt per creatorem à verbo Secundò vitādus est error Orige. qui dicit spiritumsanctū inter omnia factū esse per verbum:ex quo sequitur ipsum esse creaturam:& hoc posuit Orige.Hoc autē est hæreticū, & blasphemum: cū spiritussanctus eiusdem sit gloriæ & substātiæ & dignitatis cum patre,& filio,iuxta illud Mat.vlti.Docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris,& filij,& spiritussancti.& iuxta illud Ioā. tres sunt qui testimonium dant in cœlo.pater,verbū,& spiritussanctus: & hi tres,vnū sunt.Cū ergo dicit Euangelista [Omnia per ipsum facta sunt.] Nō est intelligendum simpliciter facta omnia:sed in genere creaturarū,& rerum factarū,quasi dicat.Omnia quę facta sunt per Christū facta sunt:aliàs si simpliciter intelligatur,sequeretur patrem & spiritumsanctū factos per ipsum : quod est blasphemū. igitur nec pater,nec aliquid substantiale patri,per verbum factum est. Tertiò vitandus est alius error ipsius Orige.Ipse enim sic omnia facta esse per verbū dixit,sicut aliquid fit à maiori per minorē: quasi minor sit filius , & vt organum patris. Sed q̄ per hanc præpositionem per,nō significetur minoritas in obliquo,scilicet filio seu verbo , patet ex pluribus scripturæ locis. Dicit enim Apostolus 1. Corinthio.1.loquens de patre.Fidelis Deus,per quem vocati estis in sotietatem filij eius:& ille per quem fit aliquid habet superiorē. ergo & pater superiorem habebit.hoc autē est falsum.ergo per præpositionem per,non significatur minoritas in filio:cùm videtur omnia facta per ipsum. Ad maiorē autem euidentiam huius sciendum est, q̄ quando dicitur aliquid per aliquē fieri,hæc præpositio per,denotat causalitatem in obliquo respectu operationis aliquo modo , sed diuersimodè.Cū enim operatio secundū modum significādi,cōsideretur media inter operantē,& operatum:potest cōsiderari ipsa operatio dupliciter.Vno modo secūdum q̄ exit ab operante,qui est causa ipsius actionis.Alio modo secūdum q̄ terminatur ad operatum. Quandóq; ergo prepositio per,significat causam operationis,secūdum q̄ exit ab operāte.quādóq; autē secundū q̄ terminatur ad operatū.Causam autē operatiōis secūdum q̄ exit ab operāte , significat quādo illud quod significatur per obliquū est causa operāti,q̄ operetur,vel efficiens vel formalis.Formalis quidē sicut ignis calefacit per calorem.est enim calor causa formalis calefactionis ignis. Causa verò mouens,seu efficiens:vt secunda agentia operantur per primam:vt si dicā,quòd baiulus operatur per Regem,quia Rex est causa efficiens baiulo quòd operetur : & hoc modo intellexit Valentinus [Omnia facta esse per verbum.] ac si verbum esset causa conditoris:

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt omnia faceret. Causalitatē verò operationis, secundum q̄ termina
tur ad operatum, importat hæc præpositio p, quādo illud, qđ signifi
catur p ipsam causalitatē non est causa ipsa, q̄ operetur, sed est causa
operationis, secundum q̄ terminatur ad operatū. Sicut cū dico, car-
pētarius facit scāmum per securim, quæ non est causa carpentario, q̄
operetur, sed potius esse causam, q̄ scāmum fiat ab operāte. Sic er-
go cùm dicitur. [Omnia per ipsum facta sunt,] si li per, denotet effi
cientem causam seu mouentē patrē ad operandum. Dicēdum est, q̄
pater nihil operatur per filium, sed per seipsum omnia operatur (vt
dictum est.) Si verò li per, denotat causam formalē sic cū pater ope
retur per sapientiā suā, quæ est sua essentia, operatur per suā sapien-
tiam, sicut operatur per suā essentiā, & quia sapiētia & virtus patris
attribuitur filio. 1. Cor. 1. Dicimus Christum Dei virtutē, & Dei sapiē
tiam, ideò appropriatē dicimus, q̄ pater omnia operatur per filiū. i.
per sapientiā suā. Et ideò dicit Aug. q̄ hoc, quod dicitur ex quo oīa,
appropriatur patri, per quem omnia filio, in quo oīa spiritui sancto.
Si vero li per, denotat causalitatē ex parte operati, tunc hoc, quod di
cimus pater omnia operari per filiū, nō est appropriatum verbo, sed
proprium eius: quia hoc, quod est causa creaturarum, habet ab alio. s.
à patre. à quo habet esse, nec tamen propter hoc sequitur ipsum esse
instrumētum patris, licēt omne, quod mouetur ab alio, ad aliqd ope
randum rationē instrumēti habeat. Cū autē dico aliquē operari per
virtutē receptā ab alio, potest dupliciter intelligi. Vno modo, q̄ ea-
dem numero sit virtus, & dātis, & accipiētis, & hoc modo qui opera
tur per virtutē acceptā ab alio, nō est minor, sed æqualis ei à quo ac-
cipit. Quia ergo pater eandē virtutē, quā habet, dat filio, per quam
filius operatur, sīc dicitur pater operari per filium, propter hoc filius
nō est dicēdus minor patre, neq; instrumētum eius. Sed hoc sequitur
in illis qui non eandē virtutē accipiunt ab aliquo, sed aliā & creatā.
Sic ergo patet, q̄ spiritussanctus, nec filius, est causa patri, q̄ opere-
tur, neq; patris minister seu instrumentū vt deliberauit. Orig. Si autē
rectè cōsiderentur verba prædicta. [Omnia per ipsum facta sunt,]
euidēter apparet Euāgelistā proprijssimè fuisse locutum. Quicūq;
enim aliquid facit, oportet, q̄ illud præcōcipiat in sua sapientia, quę
est forma, & ratio rei factę, sicut forma in mēte artificis præcōcepta,
est ratio archæ faciēdæ. Sic ergo Deus nihil facit nisi per cōceptū sui
intellectus, qui est sapiētia ab æterno cōcepta. s. Dei verbum. & Dei
filius. & ideò impossibile est, q̄ aliqd faciat nisi per filiū. Vnde Aug.
de Trini. dicit. q̄ verbum est ars plena omniū rationum viuentium,
& sic patet, q̄ omnia quæ pater facit, facit per ipsum. Notādum au-
tem secundum Chrisost. q̄ omnia quæ Moyses per multa enumerat
in productione rerum à Deo dicentis. Dixit Dominus fiat lux, & fiat
firmamentum, &c. hæc omnia Euangelista excedēs: vno verbo com
prehendit. d. [Omnia per ipsum facta sunt] Cuius ratio est :, quia
Moyses tradere volebat emanationem creaturarum à Deo, & ideò
figillatim enumerat. Ioannes verò ad altiorem festinans materiam,
in hoc libro intēdit nos inducere spēcialiter in cognitionem ipsius
creatoris. Deindè cùm dicit.

Et sine ipso factum est nihil.

HAec est secunda clausula, quā quidam peruersè intellexerunt: vt
dicit August. in lib. de natu. boni. Nam ex hoc modo loquendi,
quo Ioan. hīc vtitur. ponens hoc, quod dicitur [nihil] in fine oratio
nis crediderunt ipsum [nihil] teneri affirmatiuè quasi [nihil] sit ali
quid, quod sine verbo factum sit: vnde voluerunt, quòd hæc clausula
posita sit ab Euangelista, ad excludēdum aliquid, quod à verbo nō sit
factum. Vnde dicunt, q̄ postquā Euangelista dixerat [oīa per ipsum
facta sunt,] cōsequēter adiungit [& sine ipso factum est nihil.] q.d.
ita dico omnia per ipsum facta esse. quod tamen sine ipso factum est
aliquid. s. ipsum nihil. Ex hoc autē processit triplex hæresis. s. Valenti
ni. qui vt dicit Orige. ponit multa principia. & ex illis principijs di-
cit procedere. 30. sæcula. Prima tamē principia. quę ponit sunt duo. s.
profundum, quod vocat Deum patrē, & silentium. Ex his duobus di
cit processisse decē sæcula. Ex profundo autem, & silentio, dicit esse
alia duo principia. s. intellectum. & veritatem, ex quibus processerūt
octo sæcula. Ex intellectu autem & virtute, dicit esse alia duo princi
pia. s. verbum & vitam. ex quibus procedunt. 12. sæcula. & sic sunt. 30.
ex verbo autem & vita secundum æuum, processit homo Christus &
ecclesia, sic ergo Valentinus ponebat prolationem verbi multa sæ-
cula præcessisse, & ideò dicit, quòd quia Euāgelista dixerat [omnia
per ipsum facta sunt,] ne aliquis intelligeret illa sæcula præcedēcia
esse perfecta per verbum, ideò cōsequenter adiunxit [& sine ipso fa
ctum est nihil.] i. omnia sæcula præexistentia, & quæ in eis fuerūt,
quæ ideò Ioan. vocat [nihil] quia humanam rationem excedunt,
nec possunt capi per intellectum. Secundus error ex hoc procedens
fuit Manichæi, qui ponebant duo cōtraria principia. Vnum scilicet
rerum incorruptibilium, & aliud corruptibilium, dicit ergo, quòd
postquàm Ioan. dixerat. [Omnia per ipsum facta sunt,] ne credere
tur verbum esse corruptibilium rerum, causam statim subiūxit. [Et
sine ipso factum est nihil,] id est, corruptiōi subiecta, quæ nihil esse
dicuntur: quia eorum esse est continuè transmittari in nihil. Tertius
error est eorum qui volūt, q̄ per [nihil] intelligatur diabolus. iuxta
illud. Iob 18. Habitent in tabernaculo eius, socij eius, qui nō est, dicit
ergo omnia esse facta per verbum, præter diabolum. Et ideò expo-
nunt [sine ipso factum est nihil,] id est, diabolus. Sed omnes isti tres
errores ex vno fonte procedentes, scilicet ex hoc, quod ipsum nihil
volunt affirmatiuè accipi, excluduntur per hoc, quòd nihil nō poni
tur hic affirmatiuè, sed negatiuè tātum: vt sit sensus, ita facta sunt oīa
per verbum, q̄ nihil est participās esse, quod non sit factū per ipsum.
Sed instabit fortsitā aliquis dicens hanc clausulā superfluè fuisse ap-
positā. Si intelligatur negatiuè, eò, q̄ Euāgelista dicēs. [Omnia per
ipsum facta sunt,] sufficienter videtur dixisse non esse aliquid, quod
non sit factum per verbum. Ad quod dicēdum, q̄ secundum multos
introducta est hæc particula multipliciter ex multis de causis. Quā-
rum vna causa est secūdum Chrisost. ne aliquis legēs in veteri testa
mēto, & inueniēs solū visibilia enumerata à Moyse in creatione re-
rum, crederet illa tātum facta esse per verbum, ideò Euāgelista dum
dixisset. [Omnia p ipsum facta sunt,] quæ. s. enumerat Moyses. ideò
consequenter adiunxit [sine ipso factum est nihil.] q.d. nihil eorum
quæ sunt siue visibile, siue inuisibile est factū sine verbo. Et hoc mo-
do loquitur. Apostol. Col. 1. dicēs. Omnia cōdita esse in Christo, sive
visibilia, siue inuisibilia. Vbi Apostol. specialiter mētionē facit de in
uisibilibus: quia de eis Moyses aperte mentionē non fecerat propter
ruditatē illius populi, qui suprà sensibilia cleuari nō poterat. Intro-
ducitur etiam secundum Chrisosto. alio modo sic. Posset enim aliqs
legēs Euāgelium, multa signa, & miracula facta per Christum. sicut
illud. Matth. 11. Cæci vidēt, &c. crederē per hoc, quod dicit Ioannes.
[Omnia per ipsum facta sunt,] debere intelligi omnia illa tantùm,
quæ in illis Euāgeliis cōtinentur, & nihil aliud factum per ipsum, &
ideò ne hoc suspicetur quis, cōsequēter Euangelista inducit, [& sine
ipso factum est nihil.] q.d. non solùm ea quæ in Euāgeliis cōtinen-
tur sunt facta per ipsum, sed nihil eorum quæ facta sunt, est factum
sine ipso. & sic secundum Chrisostom hæc particula introducitur ad
ostendendum totalem causalitatē, & est quasi completiua præmisse.
Secundum Hilar. verò introducitur hæc particula, ad ostendēdum,
quòd verbum habet virtutē operatiua ab alio: quia enim Euāgelista
dixerat. [Omnia per ipsum facta sunt,] posset intelligi patrem ex-
cludi ab omni causalitate, ideò cōsequenter addidit. [Et sine ipso fa
ctū est nihil.] q.d. sic per eum facta sunt omnia: vt tamē pater cū co
omnia fecerit. Nam tātum valet [sine eo,] ac si dicatur non solus: vt
sit sensus, nō ipse solus est per quē facta sunt omnia, sed ipse est alius,
sine quo factum est nihil quasi dicat, [sine ipso,] cum alio operāte,
scilicet patre [factum est nihil.] iuxta illud. Prouerbior. 8. Cum eo
eram cuncta componens. Io quadam autē Homel. quæ incipit. Vox
spiritualis aquilæ. & attribuitur. Origē. inuenitur alia expositio satis
pulchra. Dicitur enim ibi, quòd in Græco est [thoris] vbi in Latino
habemus [siue,] thoris autem idem est, quod foris: vel extra: quasi di
cat. ita. [Omnia per ipsum facta sunt,] quòd extra ipsum factum est
nihil, & ideò hoc dicit vt ostendat per verbum, & in verbo omnia
conseruari. iuxta illud. Hebræ. 1 Portans omnia verbo virtutis suæ.
Quædam enim sunt quæ non indigent operāte, nisi quantum ad fie
ri, cùm possint subsistere, postquàm fuerunt facta absque agentis
in fluxu, sicut domus indiget quidem artifice, quantum ad fieri, sed
tamen persistit in suo esse absque artificis influentia. Ne ergo
credat aliquis omnia per verbum sic facta esse, quòd sit causa eorum
quantum ad fieri solum, & non quantum ad cōseruationem in esse,
ideò consequenter Euangelista subiunxit. [Et sine ipso factum est
nihil,] hoc est nihil factum est extra ipsum: quia ipse ambit omnia
conseruans ea. Exponitur autem hæc particula secundum August.
& Orige. & plures alios sic. vt per nihil intelligatur peccatum: quia
ergo cùm diceret. [Omnia per ipsum facta sunt,] posset intelligi
malum, & peccatum per ipsum fieri, ideò consequenter adiunxit &
[nihil,] id est, peccatum [est factum sine ipso.] Nam sicut ars non
est principium, seu causa alicuius defectus in artificiatis, sed per se
est causa perfectionis ipsorum & formæ, ita & verbum, quod est ars
patris plena rationū viuentium, non est causa alicuius mali: vel inor
dinationis in rebus, & præcipuè mali culpæ, quod habet perfectam
rationem mali. Sed huius mali causa per se est voluntas creа-
turæ siue hominis, siue Angeli liberè declinans à fine, ad quem
naturaliter ordinatur. Operans secundum artem voluntariè errans,
est causa defectuum incidentium in artificiatis, non per artem, sed
per voluntatem. Vnde in talibus ars non est principium, seu causa
defectuum: sed voluntas, & ideò malum est defectus voluntatis, &
non artis alicuius, & ideò inquantum tale nihil est. Sic ergo ista par-
ticula additur ad ostendendum ipsius verbi vniuersalem causalitā-
tem. secundum Chrisostom. Societatem ad patrem. secundum Hi-
larium, & virtutem verbi in conseruando. secundum Origenem.
Item puritatem causalitatis: quia sic est causa honorum, quòd non
est causa peccati secundum Augustinum & Origen, & plures alios.
Deindè cùm dicit.

Quod fa-

Quod factum est in ipso vita erat.

HIc ponitur tertia particula, vbi cauendus est falsus intellectus
Manichei: qui ex hoc verbo motus est ad dicendum, q̄ omnia
quæ sunt, viuunt: puta lapis, lignum, & homo: & quicquid aliud est
in mūdo: & punctabat sic [Quod factū est in ipso.] distingue [erat
vita.] sed non erat vita nisi viuerer. ergo quicquid factū est in ipso
viuit. vult etiam q̄ [in ipso] idē sit, ac si dicatur per ipsum, cū com-
muniter scriptura in ipso, vel per ipsum accipiatur: sicut illud Col-
lossen. 1. In ipso, & per ipsum condita sunt omnia. Sed hunc intelle-
ctum ista experientia ostendit esse falsum. Potest tamen sine errore
multipliciter exponi. Nā in illa Homelia. Vox spiritualis exponitur
sic [quod factum est in ipso.] id est, per ipsum. hæc vita erat non in
seipso: sed in sua causa. In omnibus enim causatis hoc cōmune est, q̄
effectus siue per naturā, siue per voluntatē, producti sunt in suis cau
sis: nō secundum proprium esse, sed secūdum virtutem propriæ suæ
causæ. sicut effectus inferiores sunt in sole, vt in causa, nō secūdum
eorū esse: sed secundum virtutē solis: quia ergo causa omnium effe-
ctuum productorū à Deo, est vita quædā, & ars plena rationū viuen
tium: ideò omne quod factū est in ipso, id est, per ipsum, vita erat in
sua causa. s. in ipso Deo. Aug. autē aliter legit sic punctando. [Quod
factū est.] distingue [in ipso vita erat] Res eīm dupliciter cōsidera-
ri possunt secūdum. s. q̄ sunt in seipsis. & secūdum qđ sunt in verbo
si considerentur secundum q̄ sunt in seipsis, sic non omnes res sunt
vita, nec etiā viuentes: sed aliquæ carent vita, aliquæ viuunt, sicut fa
cta est terra: facta sunt etiā & metalla, quę nec vita sunt, nec viuunt:
facta sunt animalia, facti sunt homines, quæ secundum q̄ sunt in
seipsis, nō sunt vita, sed viuunt solū. Si verò considerētur secūdum q̄
sunt in verbo, nō solùm sunt viuentes: sed etiā vita: nam rationes in
sapientia Dei spiritualiter existentes: quibus res factæ sunt ab ipso
verbo, sunt vita: sicut archa facta per artificē, in se quidem nec viuit,
nec vita est. Ratio verò archæ, quę præcessit in mente artificis, viuit
quodammodò, inquantū habet esse intelligibile in mente artificis,
nō tamē est vita, q.a p ipsum intelligere artificis, nō est in sua essen-
tia, neq; suum esse. In Deo autem suum intelligere est sua vita, & sua
essentia: & ideò quicquid est in Deo, nō solùm viuit: sed est ipsa vita
quia quicquid est in Deo, est sua essentia. Vnde creatura in Deo est
creatrix essentia. Si ergo considerentur res secundum q̄ in verbo
sunt, vita sunt. Hanc expositionem habes alibi. Origen verò super
Ioannem legit hoc aliter punctando sic. [Quod factū est in ipso]
distingue [vita erat.] Vbi notandum est, q̄ de filio Dei dicitur ali-
quid, & secundum se. sicut dicitur Deus omnipotens, & huiusmodi.
Aliquid verò dicitur de eo per comparationem ad nos: sicut saluа-
tor & redemptor. Aliquid verò vtróq, modo: sicut sapientia & iusti
tia. In omnibus autem quæ absolutè & secundum se de filio dicun-
tur: non dicitur q̄ sit factus, sicut nō dicitur filius factus Deus: neq;
omnipotens. Sed in illis quæ dicuntur in comparatione ad nos, seu
vtróque modo potest addi adiunctio facti. vt dicatur secundum il-
lud Corinth. 1. Qui factus est nobis à Deo sapientia, &c. & sic licēt
semper fuerit in seipso sapientia & iustitia: tamen potest dici q̄ de
nouo factus est nobis iustitia, & sapientia. Secūdum hoc ergo Ori-
genes exponens dicit, q̄ quamuis in seipso sit vita: tamen nobis fa-
ctus est vita per hoc, q̄ nos viuificauit: iuxta illud Romanorum 15.
Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in ipso omnes viuificabun-
tur. Et ideò dicit, quòd [verbum quod factum est] nobis vita. [in
ipso vita erat] vt quandóque nobis fieret vita, & statim ideò subdit
[Et vita erat lux hominū.] Hilarius enim sic punctat [Et sine ipso
factum est nihil, quod factum est in ipso.] & posteà dicatur [vita
erat.] quia ipse dicit in 11. de Trinita. cùm dicit Euangelista [& sine
ipso factum est nihil.] posset esse ambiguum. an quædā alia adhuc
quæ per ipsum facta sunt: fuerunt facta non per ipsum, non tamen
sine ipso: sed in eis associaùit facientem, & hanc clausulam esse addi-
tam ad correptionem præcedentis. Nec ergo hoc intelligeretur:
ideò Euangelista cùm dixisset. [Omnia per ipsum facta sunt.] sub-
iungit [& sine ipso factum est nihil] quod tamen factum est [in
ipso.] ad est, per ipsum. & ratio huius est: quia [vita erat.] Manife-
stum est enim quòd hoc modò omnia dicuntur per verbum fa-
cta: inquantùm verbum ex patre procedens est Deus. Ponamus au-
tem q̄ aliquis pater filium habeat: qui non sit perfectè habens ope-
rationes hominis: sed paulatim ad hoc perueniat. manifestum est,
quòd multa faciet, non per ipsum filium: licèt non sine eo. Quia er-
go filius Dei eandem vitam habuit ab æterno, quam & pater: secun
dum illud Ioannis sexto. sicut pater habet vitam in semetipso, sic
dedit & filio vitam habere in semetipso. ideò non potest dici quod
Deus pater, etsi nihil fecerit sine filio: tamen fecit aliqua non per ip
sum quia vita erat. In viuentibus enim quæ vita participant, potest
contingere quòd vita imperfecta præcedat vitam perfectam: sed in
per se vita, quæ non participat vitam: sed est absolutè & simpliciter
vita, nullo modo potest imperfectio aliqua esse. quia ergo verbum
est per se vita nunquàm fuit in eo vita imperfecta: sed semper per-
fecta: & ideò ita [nihil factum est sine ipso] eò q̄ tamen non sit fa-
ctum in ipso, id est, per ipsum. Chrisostomus autem alium modum
legendi habet: & punctat sic [Et sine ipso factum est nihil quod fa-
ctum est.] & ratio huius est: quia aliquis posset credere quòd spiri-
tussanctus esset factus per verbum. & ideò Euangelista hoc volens
excludere dicit [Quod factum est.] quia spiritussanctus nō est quid
factum: & posteà sequitur [In ipso vita erat.] quod introducitur
propter duo. Vnum est vt post productionē omnium rerum osten-
datur deficientia causalitatis ad res non solùm productas: sed etiam
producendas, quasi dicat in ipso vita erat: quasi non solùm omnia
producere potuit sed etiam quæ habet indeficientem fluxū, & cau-
salitatem absque mutationis dispendio, ad res continuè producen-
das: vtpotè fons viuus non minoratur ex fluxu continuo. Aqua verò
collecta, & non viua cùm defluit minoratur, & deficit. vnde dicitur
in Psalm. Apud te est fons vitæ. Secundum est vt ostendatur guber-
natio rerum esse per verbum. quia enim [in ipso vita erat.] ostendi-
tur quòd non produxit res per necessitatem naturæ: sed per volun-
tatem & intellectum: & quòd res productas gubernat. Hebræor. 4.
Viuus est sermo Dei, &c. Et quia apud Græcos Chriso. est tantæ au-
ctoritatis in suis expositionibus, q̄ vbi ipse aliquid exposuit in sacra
scriptura, nullam aliam expositionem admittant: ideò in omni-
bus libris Græcis inuenitur sic punctatum sicut punctat Chrisosto.
scilicet hoc modo [Sine ipso factum est nihil: quod factum est.]

LECTVRA III.

Et vita erat lux hominum.

EVANGELISTA suprà insinuauit virtutem ver-
bi, secundum quam omnia produxit in esse: hīc verò
insinuat eius virtutem, secūdum quod se habet ad ho-
mines, dicens hoc verbum esse lucem hominum. vbi
primò introducit nobis lucem quandam cùm dicit
[Et vita erat lux hominum.] Secundò lucis irradiationem, cùm di
cit [Et lux in tenebris lucet.] Tertiò lucis participationem, cùm di
cit [Et tenebræ eum non comprehenderunt.] Potest autem totum
dupliciter exponi. Vno modo secundum influxum cognitionis na-
turalis. Alio modo secundum communicationē gratiæ. Dicit ergo
quantùm ad primum [quòd vita erat lux hominum] Vbi primò
considerandum est, quòd secūdum Augustinum, & plures alios no-
men lucis magis propriè dicitur in spiritualibus, quàm in sensibili-
bus. Ambrosius tamen vult, quòd splendor metaphoricè dicatur de
Deo: sed in hoc non est magna vis facienda. Nam de quocúnque no
men lucis dicatur, ad manifestationem refertur: siue illa manifesta-
tio sit in intelligibilibus, siue in sensibilibus. Si ergo comparentur
manifestatio intelligibilis, & sensibilis secundum naturam, prius
inuenitur lux in spiritualibus. sed quò ad nos qui nomina rebus im-
ponimus, ex earum proprietatibus nobis notis: priùs inuenitur in
sensibilibus, quia priùs impositum est à nobis hoc nomen ad signi-
ficandum lucem sensibilem, quam intelligibilem: quamuis secun-
dum virtutem priùs, & verius conueniat spiritualibus quàm sensibi
libus. Ad euidentiam autem eius quod dicitur [Et vita erat lux ho-
minum.] Sciendum est, quòd multipliciter est gradus vitæ. Quæ-
dam námq; viuunt, sed absq; luce: quia nullam cognitionē habent:
sicut sunt plantæ. vnde vita earū non est lux. Quędā verò viuunt, &
cognoscunt: sed tamen eorū cognitio cùm sit sensus tantū, non est
nisi particularium, & materialium, sicut est in brutis: & ideò hæc vt
vitam habent, & lucē quandam: sed nō lucem hominū: qui viuunt,
& cognoscunt: nō solùm ipsa vera: sed ipsius veritatis rationē: sicut
sunt creaturæ rationales: quibus nō solùm manifestat hoc vel illud:
sed ipsa veritas, quę manifestabilis est, & manifestatiua omnium. Et
ideò Euangelista loquens de verbo dicit, nō solùm esse vitā, sed etiā
esse lucem: nec intelligas vitam sine agnitione, hominum autem ne
tantùm cognitionem sensibilem suspiceris, qualis est in brutis. Sed
quare dixit homini: cùm etiam sit lux angelorum? Ad hoc est du-
plex responsio. Chrisostomus enim dicit, q̄ Euangelista intende-
bat in isto euangelio tradere nobis cognitionē de verbo, secundum
q̄ ad salutem hominum ordinatur: & ideò magis refert, secundum
suam intentionem ad homines, quàm ad angelos. Origenes verò
dicit, quòd participatio huius lucis pertinet ad homines, inquan-
tùm sunt rationalis naturæ. Et ideò Euangelista dicēs [Erat lux ho
minum.] voluit intelligi omnis rationalis naturæ. In hoc etiā osten
ditur perfectio, & dignitas huius vitæ: quia est intellectualis, seu ra-
tionalis. Cùm enim illa dicuntur viuēcia, quæ se aliquo modo mo-
uent: illa dicuntur vitam habere perfectam, quæ perfectè seipsa mo
uent: mouere autē seipsum perfectè, & propriè in inferioribus crea
turis soli homini cōuenit. Nam & si alia ex seipsis ab aliquo princi
pio intrinseco moueantur: nō tamen illud principiū se habet ad op
posita: & ideò ex necessitate mouentur, & non liberè. Mota igitur à
tali principio magis aguntur quā agunt. Homo verò cùm sit domi
nus sui actus, liberè se mouet ad omnia quæ vult: & ideò homo ha-
bet vitam perfectam: & similiter quælibet intellectualis natura.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vita ergo verbi,quæ eſt lux hominũ,eſt vita pfecta. Attenditur etiã in præmiſsis verbis cõgruus ordo,nã in naturali rerum ordine,primò inuenitur eſſe,& hoc primò Euangeliſta inſinuauit,dicens. [In principio erat verbum.] Secundò viuere, & hoc eſt, quod ſequitur. [In ipſo vita erat.] Tertiò intelligere,& hoc conſequenter adiunxit [vita erat lux hominum.] Vnde ſecundum Orige.cõuenienter vitæ attribuit lucẽ:quia lux nõ niſi viuenti attribui poteſt. Eſt tamẽ notãdum,quòd lux ad viuentẽ dupliciter cõparari poteſt: vel vt obiectũ: vel vt participata:vt patet in viſu exteriori.Oculus enim lucem exteriorem cognoſcit tãquam obiectum,ſed oportet ad hoc , quòd eam videat,quòd participet aliquã lucem interiorẽ,per quã aptetur,& diſponatur oculus ad lucẽ exteriorẽ vidẽdam.Sic ergo,quod hîc dicit. [Et vita erat lux hominum,] dupliciter poteſt intelligi : vt dicatur lux hominum per modum obiecti quaſi à ſolis hominibus cõſpicabilis:quia ipſam ſola rationalis creatura cõſpicere poteſt.cũ ipſa ſola diuinæ viſionis ſit capax. Iob 35. docet nos ſuper iumenta terræ , & ſuper volucres cœli erudit nos : quia licèt alia animalia cognoſcant aliqua quæ vera ſunt,ſolus tamẽ homo ipſam rationem veritatis cognoſcit.Poteſt etiam dici lux hominum participata.Nũquàm enim ipſum verbum,& ipſam lucẽ conſpicere poſſemus,niſi per participationẽ eius,quæ in ipſo homine eſt,quæ eſt ſuperior pars animæ noſtræ,ſcilicet lux intellectiua.de qua dicitur in Pſalm.Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui,id eſt,filij tui,qui eſt facies tua,qua manifeſtaris.

Et lux in tenebris lucet , & tenebræ eam non comprehenderunt.

INtroduxit ſuprà,Euangeliſta lucem quandam,nunc verò agit de ipſius lucis irradiatione , cùm dicit. [Et lux in tenebris lucet.] Quod quidem dupliciter poteſt exponi,ſecundum duplicẽ acceptionem tenebrarum.Primò verò accipiamus tenebras naturalem defectum,ac creatæ mentis,nã ita ſe habet mẽs ad lucẽ iſtã,de qua hîc loquitur Euãgeliſta,ſicut ſe habet aër ad lucẽ ſolis:quia licèt aër capax ſit lucis ſolis,tamẽ in ſe cõſideratus tenebra eſt,& ſecundum hoc ſenſus eſt [lux,] id eſt,vita illa,quæ eſt lux hominũ [in tenebris lucet,] ſcilicet in animabus,& mentibus creatis irradiando ſemper omnes. Iob 3. Viro cui abſcõdita eſt lux, [ſed tenebræ eam nõ comprehenderunt,] id eſt,inducere nõ potuerunt.Illud enim dicitur cõprehendi,cuius fines cõcluduntur,& cõſpiciuntur.Quia ſicut dicit Auguſt. attingere Deum mẽte,magna beatitudo eſt, cõprehendere verò impoſsibile eſt. Tenebræ ergo eam non cõprehenderunt.Iob 32. Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram.Hier.32.Magnus cõſilio, & incõprehenſibilis cognitu.Et hęc expoſitio habetur in illa.Hom. quæ incipit.Vox ſpi.aquilæ.Alio modo poteſt exponi accipiẽdo tenebras ſecundum Aug.pro naturali inſipiẽtia hominum, quæ tenebra dicitur Eccleſ.2.Vidi quia tãtum præcederet ſapiẽtia ſtultitiam, quãtum differt lux à tenebris. Ex eo ergo aliquis inſipiens eſt,quòd priuatur lumine ſapiẽtię diuinæ,ſicut ergo mẽtes ſapiẽtium participatione iſtius diuinæ lucis,& ſapiẽtiæ lucidæ ſunt,ita eius priuatiõe tenebræ ſunt. Quod ergo quidam tenebroſi ſint,non eſt ex defectu iſtius lucis:quia inquantum eſt de ſe in tenebris lucet,& omnes irradiat,ſed ideò inſipiẽtes priuati ſunt ea luce: quia [tenebræ eam non cõprehenderunt,] id eſt,nõ apprehẽderunt ad ipſius participationẽ, eorum inſipiẽtia pertingere nõ valentes: vt poſt elati non durantes. Iob 36.Immanibus,id eſt,ſuperbis abſcondit lucem,id eſt,lumen ſapientiæ,& annuntiat de eo amico ſuo , quòd poſſeſsio eius ſit , & ad eam poſsit aſcendere.Baruch 3.Viam autem neſcierunt,neque commemorati ſunt ſemitas eius.Licèt autem aliquæ mẽtes ſint tenebroſæ,id eſt,ſapida & lucida ſapientia priuatæ,nulla tamen à Deo tenebroſa eſt,quin aliquid lucis diuinæ participet:quia quicquid veritatis à quocũq; cognoſcitur,totum eſt participatione iſtius lucis, quæ in tenebris lucet.Quia omne verũ à quocũnq; dicatur,à ſpirituſancto eſt, & tamẽ tenebræ,id eſt,homines tenebroſi [eam non cõprehenderunt] ſecundum veritatem.Sic ergo exponitur iſta clauſula ſecundum naturalem influxum.ſecundum Orige.& ſecundum Augu. Alio modo ab illo loco. [Et vita erat lux hominum,] exponitur ſecundum fluxum gratiæ:quia irradiamur per Chriſtũ, & cõtinuatur ſic ad præcedẽtia.Suprà egit Euãgeliſta de creatione rerum per verbum, hîc verò tractat de reſtauratione rationalis creaturæ facta per Chriſtum.d. [Et vita verbi erat lux omnium] cõmuniter,& nõ Iudæorum tãtum:quia filius Dei carnẽ aſſumere venit in mundum:vt illuminaret gratia,& veritate omnes homines.Ioan.18.In hoc natus ſum,& ad hoc veni:vt teſtimonium perhibeam veritati. Itẽ infrà 9. Quãdiu in mundo ſum lux mundi,& ideò non dicit lux Iudęorum: quia licèt olim tãtum in Iudæa notus eſſet, tamẽ poſteà toti mundo innotuit.Iſai.49.Dedi te in lucem gentibus:vt ſis ſalus mundo vſque ad extremum terræ. Congruè etiam coniungit lucem . & vitam.d. [Et vita erat lux hominum:] vt oſtendat iſta duo lucẽ,ſcilicet & vitam nobis proueniſſe per Chriſtum.Vitam quidem per participationem gratiæ infrà gratia,& veritas, per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Lucem verò per cognitionem veritatis,& ſapientiæ.Hoc autem,quod dicit [lux in tenebris lucet] poteſt ſecundum hanc expoſitionem exponi tripliciter , ſecundum quòd tripliciter poſſumus accipere tenebras. Vno modo pro pœna,nã quælibet triſtitia,& afflictio cordis, tenebra quædam dici poteſt,ſicut quodlibet gaudium lux.Mich.vlt. Cũ ſedero in tenebris,& in afflictionibus,domus lux mea eſt, id eſt, gaudium,& conſolatio.Dicit ergo Orige.ſecundum hoc lux in tenebris lucet, id eſt, Chriſtus in mundum veniens, & corpus paſsibile, & abſque peccato habens in ſimilitudine carnis ſecundum quod dicitur.Rom.8.lux in carne. quæ ſcilicet caro Chriſti ſecundũ quod in ſe habet ſimilitudinẽ carnis,peccati tenebra dicitur.q.d.lux.i. verbum Dei circũuelatum tenebris carnis.luxit in mundum.ſecundum illud Eccleſ.32.Solem nube tegam.Secundò accipiẽdo per tenebras dæmones iuxtà illud.Epheſ.vlti.Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinem tãtum,ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum . & ſecundum hoc dicit [lux.] i.filius Dei. [in tenebris lucet.] i.in mundum deſcendit: vbi tenebræ.i.dæmones dominabantur.infrà 12. Princeps huius mundi eijcietur foras. [& tenebræ.] i.dæmões [eam non cõprehenderũt.] i.eſt eum obſcurare non potuerunt tentando:vt patet Matth.4. Tertiò accipiendo tenebras errores ſiue ignorãtias,quibus totus mũdus ante aduẽtum Chriſti plenus erat. ſecundum quod dicit Apoſtolus. Eratis aliquãdo tenebræ.Dicit ergo.ꝙ [lux.] i.verbum Dei incarnatum [in tenebris lucet.] i.hominibus mundi erroris. & ignorantiæ tenebris.& obſcuratis.Luc.1.Illuminare his qui in tenebris.Et Iſa.9. Populus qui ſedebat in tenebris: vidit lucem magnam. [Et tenebræ eum non cõprehenderunt.] i.non vicerunt:quia quantũcũnque homines peccatis obſcurati,inuidia excæcati,ſuperbia tenebroſi, cõtra Chriſtum pugnauerunt:vt patet ex Euãgelio, exprobrando ſcilicet iniurias,& cõtumelias inferendo,& tandem occidendo, non tamen [eum cõprehenderunt.] i.non vicerunt eum obſcurando . quin potius eius claritas per totum mundum fulgeret.Sap.8. Luci cõparata inuenitur prior. illi enim ſuccedit nox . ſapientiam autem.i. filium Dei incarnatum non vincit malitia Iudæorum,ſcilicet & hæreticorum:quia vt dicitur.Sap.10.Certamen forte dedit illi: vt vinceret & ſciret,quoniam omnium potentior eſt ſapientia.

LECTVRA IIII.

Fuit homo miſſus à Deo , cui nomen erat Ioannes, hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine:vt omnes crederent per illum.

SVPRA Euãgeliſta egit de verbi diuinitate. In parte verò iſta incipit agere de verbi incarnatione. Et circa hoc duo facit , primò agit de teſte verbi incarnati ſuo pręcurſore,ſecũdò de aduẽtu verbi ibi [erat lux vera.] Circa primũ duo facit. Primò deſcribit præcurſorem in teſtimonium venientem. Secundò oſtendit eum ad ſaluandum inſufficientem ibi [non erat ille lux.] Præcurſorem autem deſcribit quadrupliciter.Primò à naturæ cõditione,cũ dicit [fuit homo.] Secundò ab auctoritate,cùm dicit, [miſſus à Deo.] Tertiò ab officij idoneitate , cùm dicit. [Cui nomen erat Ioannes.] Quartò ab officij dignitate ibi. [Hic venit.] Conſiderandum autem eſt circa primum , quòd ſtatim cùm Euangeliſta incepit de aliquo temporali, mutat modum loquendi. Cùm enim ſuprà loqueretur de æternis: vtebatur hoc verbo [erat,] quod eſt præteriti imperfecti, oſtendens per hoc æterna interminata eſſe. Nunc verò cùm loquitur de temporalibus : vtitur hoc verbo [fuit] ad oſtendendum,quòd temporalia ſic prætererunt , quòd tamen terminantur. Dicit ergo. [Fuit homo,] per quod in principio excludit peruerſam opinionem hæreticorum , contra conditionem , ſeu naturam Ioannis, qui propter quod Dominus. Matthæi vndecimo. dicit de Ioanne. Hic eſt de quo ſcriptum eſt. Ecce mitto Angelum meum ante faciem meam. & etiam Marc.1.dicitur de ipſo. Opinati ſunt , quòd Ioannes fuiſſet natura Angelus. Quod excludens Euangeliſta dicit [fuit homo] natura , non Angelus. Eccleſiaſtici ſexto. Scitur , quòd ſit homo , & quòd non poſsit contra fortiorem ſe , in iudicio contendere. Conuenienter autem homo ad homines mittitur , per quem homines magis alliciuntur : vtpotè per ſibi ſimilem. Vnde dicitur. Hebræorum ſeptimo. Lex enim homines conſtituit ſacerdotes infirmitatem habentes. Poterat enim Deus homines gubernare per Angelos , ſed maluit per homines : vt ipſorum exemplo magis inſtruerentur. Et ideò Ioannes [homo] fuit & non Angelus. Ex auctoritate quidem deſcribitur , cùm dicit [miſſus à Deo,] equidem licèt Ioannes natura non fuerit Angelus , fuit tamen officio : quia [miſſus à Deo.] Proprium enim Angelorum officium eſt , quòd à Deo mittantur . & ſint nuncij Dei. Hebræorum primo. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in myſterium miſsi: vnde Angelus nuncius interpretatur. Poſſunt ergo homines qui à Deo ad aliquid annun-

ciandum mit-

ciandum mittuntur,angeli dici: iuxta illud Aggei 1. Dixit Aggeus nuncius domini ex nuncijs domini.Requiritur autem ad hoc quòd aliquis teſtimonium de Deo perhibeat, ꝙ ſit à Deo miſſus:iuxta illud Romanorũ 10. Quomodò prædicabunt niſi mittantur?Et quia cùm à Deo mittuntur non ſua quærunt:ſed quæ Ieſu Chriſti.2. Corinth.4.Non enim prædicamus noſmetipſos,ſed Ieſum Chriſtum. Qui verò mittitur à ſeipſo non à Deo,ſua quærit: vel quæ ſunt hominis : non autem quæ Chriſti. Ideò ergo hîc dicitur [Fuit homo miſſus à Deo.] vt intelligas quia non annuntiauit niſi diuinũ : non humanum. Nota autem ꝙ tripliciter inuenimus aliquos miſſos à Deo,ſcilicet per internam inſpirationem.ſicut Iſa. 28. Et nunc miſit me dominus,& ſpiritus eius,quaſi dicat per interiorem ſpiritus inſpirationem ſum à Deo miſſus. Item per expreſſam & apertam iuſsionem:ſiue corporalem:ſiue imaginariam. Et ſic iterum miſſus eſt Iſaias. vnde dicit Iſaiæ 6. Audiui vocem domini dicens: Quem mittam,& quis ibit nobis?& dixi,Ecce ego:mitte me.Item per prælati iniunctionem qui gerit in hoc perſonam Dei. 2. Corinthio. 2. Nam & ego ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti. Et inde eſt,ꝙ qui mittuntur à prælato,mittuntur à Deo,ſicut miſsi fuerunt ab Apoſtolo Barnabas , & Timotheus. Cùm autẽ dicitur hîc [Fuit homo miſſus à Deo.] Intelligẽdum eſt per interiorem inſpirationem:vel etiam fortè per exteriorem iuſsionem à Deo eum miſſum fuiſſe infra eodem.Qui miſit me,ipſe dixit ſuper quem videris ſpiritum Dei,&c.Per hoc etiam ꝙ dixit [fuit homo miſſus à Deo] nõ eſt intelligendum ſicut quidam hæretici ponebant , credentes animas hominum ante corpus fuiſſe cum angelis ab initio creatas, & mitti animam cuiuſcũnque quando naſcitur ad corpus.Et ꝙ Ioannes ſit miſſus ad vitam.id eſt,eius animam ad corpus:ſed ꝙ fuit miſſus à Deo ad officium baptizandi & prędicandi.Ex idoneitate verò commendatur cùm dicit [Cui nomen erat Ioannes.] Ad officium namq; teſtimonij requiritur idoneitas. Nam niſi teſtis ſit idoneus qualitercũq; mittatur ab alio,non eſt ſufficiens teſtimonium eius. Homo enim efficitur idoneus ex gratia Dei.1.Corinthio. 15.Gratia Dei ſum id quod ſum.2.Corinth.3.Qui idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti.Satis ergo congruè Euangeliſta idoneitatem pręcurſoris inſinuat ex eius nomine,dixit [Cui nomen erat Ioannes.] Quod interpretatur in quo eſt gratia.quod quidem nomen nõ fuit fruſtrà ſibi impoſitum:ſed ex diuina præordinatione: & antequàm naſceretur:vt patet Lucæ 1.Et vocabis nomen eius Ioannem, dixit angelus ad Zachariam. Vnde poteſt dicere illud Iſaiæ 49. Dominus ab vtero vocauit me. & Eccleſiaſt. 6. Qui futurus eſt,iam vocatum eſt nomen eius.quod etiam oſtendit Euangeliſta ex modo loquendi cũ dicit. [Erat] quantùm ad Dei præordinationẽ. Ex officij etiã dignitate deſcribitur,cũ dicit. [Hic venit in teſtimonium.] Vbi primò ponitur officium.Secundò ratio officij.ibi [vt teſtimoniũ perhiberet de lumine.] Officium autem huius eſt teſtificandi. vnde dicit [Hic venit in teſtimonium.] Vbi notandum eſt quòd Deus & homines,& omnia quæ facit propter ſe operatur.Prouerb.16.Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus. Non quidem vt aliquid ei accreſcat:quia bonorum noſtrorum non eget:ſed vt eius bonitas manifeſtaretur in omnibus à ſe factis , inquantùm per ea quæ facta ſunt,intellecta conſpiciuntur,ſempiterna eius virtus, & diuinitas. Romano. 1. Fit ergo quælibet creatura in teſtimonium Dei: inquantùm quælibet creatura eſt teſtimoniũ quoddam diuinę bonitatis.Et quidem magnitudo creaturæ teſtimonium quoddam eſt diuinæ virtutis & omnipotentiæ:pulchritudo verò diuinæ ſapientiæ.Speciali verò modo ordinantur à Deo quidam homines,& non ſolùm naturaliter inquantũ ſunt:ſed etiam ſpiritualiter per ſua bona opera Deo teſtimonium ferunt. Vnde omnes ſancti viri, teſtes ſunt Dei inquantũ propter eorum bona opera Deus glorioſus apud homines efficitur. Matthæi 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. Sed tamen illi qui participant , non ſolùm dona Dei in ſeipſis per gratiam Dei bene operando:ſed etiã diffundunt ad alios docendo:monendo & exhortando : ſpecialiùs ſunt teſtes Dei. Iſaiæ 43.Omnẽ qui inuocat nomen meum , in laudẽ meam creaui illum. Ioannes ergo venit in teſtimoniũ ad hoc,vt in alios diffunderet dona Dei,& annunciaret laudem.Hoc autem officium Ioannis ſ.teſtificandi eſt valdè magnum : quia nullus poteſt de aliquo teſtificari: niſi eo modo quo illud participat infra 3. Quod ſcimus loquimur: & quod vidimus teſtamur.Vnde teſtimonium perhibere diuinę veritati,indicium eſt cognitionis ipſius veritatis. Et inde eſt ꝙ etiam Chriſtus hoc officium habuit infra 18.Ad hoc veni,& in hoc natus ſum:vt te.Sed aliter Chriſtus & aliter Ioannes.Chriſtus enim vt ipſum lumen comprehendens : imò ipſum lumen exiſtens. Ioannes verò vt ipſum lumen participans tantùm.Et ideò Chriſtus perfectè teſtimonium perhibet : & perfectè manifeſtat veritatem. Ioannes verò,& alij ſancti inquantùm ipſam veritatem diuinam participãt. Eſt ergo magnum officium Ioannis:& ex participatione diuini luminis,& ex ſimilitudine ad Chriſtũ, qui hoc officio vſus fuit. Iſaiæ quinquageſimoquinto. Ecce teſtem populis dedi eum ducem , ac præceptorem gentibus. Ratio autem huius officij ponitur,cùm dicit. [vt teſtimonium perhiberet de lumine.] Vbi ſciendum eſt, ꝙ alicuius rei teſtimonium perhibetur duplici de cauſa. Vna cauſa poteſt eſſe ex parte rei:cui teſtimonium adhibetur.puta ſi eſt dubia vel incerta. Alia cauſa eſt ex parte audientium:ſi ſunt duri & tardi corde ad credendum.Ioannes verò in teſtimonium quidem venit, non propter ipſam rem cui teſtimonium perhibebat : quia lumen erat. vnde dicit [vt teſtimonim perhiberet de lumine.] non de re obſcura:ſed de re manifeſta.venit ergo in teſtimoniũ propter ipſos , quibus teſtificabatur [vt omnes crederent per eum.] ſcilicet Ioannem. Nam ſicut lumen non ſolùm in ſeipſo,& per ſe viſibile eſt:ſed etiam omnia alia per ipſum videri poſſunt. Ita verbum Dei non ſolùm in ſe lumen eſt: ſed etiam eſt omnia manifeſtans quæ manifeſtantur. Cùm enim vnumquódque manifeſtetur per ſuam formam , & cognoſcatur:omnes autem formæ ſunt per verbum quod eſt ars plena rationum viuentium. Eſt ergo lumen non ſolùm in ſe, ſed omnia manifeſtans.Epheſeorum quinto.Omne quod manifeſtatur lumen eſt.Congruè autem Euangeliſta filium dicit lumen. Quia venit lumen ad reuelationem gentium. Lucæ ſecundo. Suprà autem dixit filium Dei verbum:quo pater dicit ſe , & omnem creaturam. Vnde cùm propriè ſit lux hominum,& hic Euangeliſta de eo agat ſecundum quod venit ad ſalutem hominum procurandam: cõgruè intermittit hoc nomen verbum,cùm loquitur de filio: & dicit illud lumen. Sed ſi iſtud lumen ſufficiens eſt per ſe omnia manifeſtare: non ſolùm ſeipſum:quid ergo indigebat vt teſtificaretur, non ergo neceſſaria ſunt teſtimonia Ioannis & Prophetarum de Chriſto. Reſpondeo dicendum,ꝙ hæc obiectio eſt Manicheorum , qui volunt deſtruere vetus teſtamentum. Vnde à ſanctis contra hos multiplex ratio aſsignatur:quare Chriſtus teſtimonium Prophetarum voluit habere.Orige.quidem aſsignat tres rationes ad hoc.Primò quidem quòd Deus vult aliquos teſtes habere:non vt ipſe eorum teſtimonio indigeat , ſed vt eos nobilitet : quos conſtituit teſtes , ſicut videmus etiam in ordine vniuerſi : quòd Deus producit aliquos effectus per cauſas medias:non quia ipſe impotens ſit ad eos immediatè producendos:ſed quia ad nobilitandas ipſas cauſas medias eis cauſalitatis dignitatem communicare dignatur. Sic ergo, & ſi Deus potuerit omnes homines illuminare per ſe , & in cognitionem ſuam adducere:vt tamen debitus ordo ſeruaretur in rebus:& vt aliquos homines nobilitaret , voluit diuinam cognitionem ad homines per aliquos homines deuenire. Iſaiæ quadrageſimotertio. Verè vos teſtes mei eſtis,dicit dominus.Secũda ratio eſt:quia Chriſtus illuxit mundo per miracula:quæ quidem quia in tempore facta erant , temporaliter tranſierunt , neque peruenerunt ad omnes. Verba verò Prophetarum commendata ſcripturæ, poterant non ſolùm ad præſentes:ſed etiam ad poſteros peruenire.Voluit ergo dominus homines ad cognitionem verbi venire per teſtimonia Prophetarum : vt non ſolùm præſentes:ſed etiam futuri de ipſo illuminarentur:& ideò ſignanter dicit [vt omnes crederent per illum.] non ſolùm præſentes : ſed etiam futuri. Tertia ratio eſt : quia homines ſunt diuerſæ conditionis & diuerſimodè ad veritatis cognitionem perducti , & diſpoſiti.Quidam namque ad veritatis cognitionem magis perducuntur per ſigna & miracula.Quidam verò magis per ſapientiam. Vnde primæ Corinthiorum primo.Iudæi ſigna petunt,& Græci ſapientiam quærunt. vt ergo dominus omnibus oſtenderet viam ſalutis:vtránque viam pandere voluit,ſcilicet ſignorum & ſapientię. Vt qui non perducerentur ad viam ſalutis per miracula in veteri & nouo teſtamento facta,ſaltem per viam ſapientiæ, vt in Prophetis: & alijs ſacræ ſcripturæ libris,ad veritatis cognitionem perueniant. Quarta ratio eſt Chriſoſtomi , quia ſi homines infirmi intellectus veritatem,& cognitionem Dei in ſeipſa capere non poſſunt: voluit Deus eis condeſcendere , & illuminare quoſdam homines de diuinis præ alijs:vt ab eis humano modo cognitionem de diuinis acciperent : quorum cognitionem in ſeipſis attingere non valebant.& ideò dicit [vt omnes crederent per illum.] quaſi dicat, [venit in teſtimonium] non propter ipſum lumen: ſed propter ipſos homines: vt ſcilicet [crederent per illum.] Sic ergo patet idonea eſſe,& congruentia teſtimonia Prophetarum: & ideò recipienda : vtpotè nobis neceſſaria ad veritatis cognitionem. Dicit autem [crederent.] Quia eſt duplex participatio diuini luminis. Vna ſcilicet perfecta, quæ eſt in gloria. Pſalm. In lumine tuo videbimus lumen. Alia eſt imperfecta quæ ſcilicet habetur per fidem [quia venit,&c.] De iſtis duobus modis dicitur. primę Corinthiorum decimotertio. Videmus nunc per ſpeculum, &c. & ibidem dicitur. Nunc cognoſco ex parte,&c.Iſtorum autem modorum prior eſt modus participationis per fidem:quia per ipſam peruenitur ad ſpem. Vnde Iſaiæ ſeptimo.ſecundum aliam literam. niſi credideritis , non intelligetis vbi noſtra habet. Si non credideritis non permanebitis. ſecundæ Corinthiorum tertio. Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini ſpeculantes in eandem imaginem, ſcilicet quam perdidimus transformamur à claritate in claritatem. Gloſa à claritate fidei,in

Universidad de Deusto
Biblioteca

claritatem spei, dicit ergo [vt omnes crederent per illum] non vt omnes viderent illum perfectè statim, sed vt primò per fidē credendo,& postea per spem in partia perfruendo. Dicit autem [per eum] vt ostēdat differentiā eius ad Christū. Christus enim venit: vt omnes crederent in eum. Ioan. 7. Qui credit in me, &c. Ioan. verò vt omnes crederent, nō quidem in eum, sed in Christum per eum. Sed contra non omnes crediderāt per illum, si ergo venit vt omnes crederēt per illum frustrà venit. Respondeo dicēdum, quantum est ex parte Dei mittentis, & ex parte Ioan. venientis sufficiens modus adhibitus est omnibus perueniendi ad fidem, sed ex parte eorum qui oculos suos statuerunt declinare in terrā, & noluerunt videre ipsum lumen, defectus fuit: quia nō omnes crediderunt. Licēt autem Ioan. de quo tot dicta sunt, & quòd missus à Deo magnus sit, nihilominus tamē eius aduentus non est sufficiens hominibus ad salutem: quia salus hominis in hoc consistit, quòd participet ipsam lucem: vnde & si Ioannes lux fuisset, sufficisset hominibus ad salutem eius aduentus, sed ipse non erat lux. Vnde dicit.

Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.

ET idò necessaria erat lux, quæ sufficeret hominibus ad salutē. Vel aliter Ioannes venit vt testimonium perhiberet de lumine. Consuetum est autem testificans esse maioris auctoritatis, quàm ille qui perhibet testimonium, ne ergo credatur Ioannes esse maioris auctoritatis, quàm Christus, dicit Euangelista. [Non erat ille lux, sed vt testimoniū perhiberet de lumine.] Testatur enim nō quia maior, sed quia notior, etiam si sit minor. Sed quæritur de hoc, quòd dicit, [non erat ille lux.] Consequenter dicitur. Ephes. 5. Eratis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in Domino. & Matth. 5. Vos estis lux mundi, &c. Sunt ergo Ioannes, & Apostoli, & omnes boni, lux. Respondeo. quidam dicunt, quòd Ioannes non erat lux cū articulo: quia hoc est solius Dei proprium. Sed si lux ponatur sine articulo erāt Ioānes, & omnes sancti facti lux, quod est dictu. Filius Dei est lux per essentiam, Ioannes verò, & omnes sancti, per participationē. Et idcò quia Ioannes participabat verum lumen, congruenter testimoniū perhibebat de lumine. Ignis enim conueniētius manifestatur per aliquod ignitum, quàm per aliquid aliud, & color per coloratum.

LECTVRA V.

Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat.

SVPERIVS egit Euangelista de præcursore, & teste verbi incarnati. In parte verò ista agit de ipso verbo incarnato. Et circa hoc tria facit. Primò ostēdit aduentus verbi necessitatem. Secundò ex aduentu verbi collatam nobis vtilitatem ibi [in propria venit.] Tertiò veniendi modum ibi. [Et verbum caro factū est, &c.] Necessitas autem aduentus verbi: videtur esse defectus diuinæ cognitionis, quæ in mundo erat. Vnde hanc necessitatem sui aduentus assignat dicēs. Ioannis decimo octauo. In hoc natus sum, & ad hoc veni. Ad insinuandum ergo hunc diuinæ cognitionis defectum duo facit Euangelista. Primò ostendit, quòd iste defectus non est ex parte Dei, neque ex defectu verbi. Secundò ostendit, quòd est ex parte hominum, ibi. [Et mundus eum non cognouit.] Quod autem non fuerit defectus ex parte Dei & verbi, quin homines Deum cognoscerent, & illuminarentur à verbo, ostendit ex tribus. Primò ex ipsius diuinæ lucis efficacia [quia erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Secundò ex ipsius diuinæ lucis præsentia: quia [in mundo erat.] Tertio ex eius euidentia: quia [mundus per ipsum factus est.] Non fuit ergo defectus diuinæ cognitionis in mundo ex parte verbi: quia efficax est. Vnde primò ostendit rationem huius efficaciæ. Quia [erat lux vera.] Secundò ipsam eius efficaciam. Quia [illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Est enim efficax diuinum verbum ad illuminandum: quia. [Erat lux vera.] Quomodò autem verbum sit lux, & quomodò sit lux hominum: quia suprà satis explanatum est, superfluum est ad præsens reiterare. Istud tamen ad præsens est dicendum quomodò sit [lux vera.] Notandum est ergo ad huiusmodi euidentiam, quòd verum in scriptura tribus opponitur. Aliquando enim diuiditur contra falsum sicut illud. Ephes. 4. Deponentes mendacium loquimini veritatem. Aliquando autem diuiditur cōtra figurale. sicut illud Ioan. 1. Lex per Moysen data, &c. quia necessitas figurarum legis facta est per Christum. Aliquando verò diuiditur contra participans sicut illud. 1 Ioā. vlti. Vt simus in vero filio eius, qui scilicet non est filius per participationē. Fuit autem ante aduentū verbi in mundo quædam lux, quā scilicet Philosophi se habere iactabant. Sed hęc quidem falsa fuit: quia (vt dicitur. Roma. 1.) Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, &c. Hier. 10. Stultus factus est omnis homo, à scientia sua. Fuit etiam quędam alia lux, quam gloriabantur se habere Iudei ex doctrina legis. Sed hęc quidem lux erat lux figuralis. Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Erat etiam in Angelis, & in sanctis hominibus lux quæda in quantum specialiori modo per gratiā Deum cognoscebant. Sed hęc lux participata erat. Iob 35. Super quem non resplender lumen illius: quasi dicat. Quicunque lucidi sunt intantum lucent, inquātum participant lumen illius. i. Deo. Sed verbum Dei, non erat lux falsa, non figuralis, non participata, sed [lux vera,] id est, per essentiam suam. Et ideò dicit [erat lux vera.] In quo quidem verbo excluditur duplex error, scilicet Fotini, qui Christum opinatus est. ex virgine initium sumpsisse, & ideò ne aliquis hoc suspicari posset Euangelista loquens de incarnatiōe verbi dicit. [Erat lux vera,] scilicet ab æterno, non solum ante virginem, sed ante omnem creaturam. Excluditur etiam error Arrij, & Origen. dicentium Christum non fuisse verum Deum, sed per participationem tantum. Quod si verum esset, non esset lux vera (vt Euāgelista dicit.) Sicut enim dicitur. 1. Ioā. 1. Deus lux est, non per participationem, sed lux vera. Si ergo verbum erat lux vera manifestum est illud esse Deum verum. Patet ergo ratio efficacię diuini verbi ad diuinam cognitionem causandam. Efficacia autem ipsius verbi est: quia [illuminat omnem hominem venientem.] Omne enim, quod est per participationem, deriuatur ab eò, quod est per essentiam suam tale. Vt omne ignitum est hoc per participationem ignis, qui est ignis per suam naturā. Quia ergo verbum est lux vera per suam naturam, oportet, quòd omne lucens luceat per ipsum, inquantum ipsum participat. Ipse ergo [illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Sciendum est autem ad horum intellectum, quòd mundus in scriptura accipitur tribus modis. Aliquando enim ratione suæ creationis sicut. Ioannis 1. Mundus per ipsum factus est. Aliquando autem ratione suæ perfectionis ad quam per Christum pertingit sicut est. 2. Corinthiorū. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi Aliquando ratione suæ peruersitatis sicut illud. 1. Ioan. 2. Totus mundus in maligno positus est. Illuminatio seu illuminari per verbum, intelligitur dupliciter, scilicet de lumine naturalis cognitionis. de quo dicitur in Psalm. Signatum est super nos, &c. Item de lumine gratiæ. de quo dicitur. Isa. 60. Illuminare Hierusalem. His duabus distinctionibus suppositis facilè soluitur dubitatio, quæ ex istis oritur. Cùm enim dicit Euāgelista. [Illuminat omnem hominem:] videtur sub esse falsum, cùm adhuc multi sunt in mundo tenebrosi. Si ergo nos memores dictarū distinctionū, accipiamus mundū, secundū q̄ ponitur ratiōe suę creationis, & illuminare, secundum q̄ accipitur pro lumine naturalis rationis: verbum Euāgelistæ nulla habet calūniam: quia homines oēs veniētes in hunc mundū sensibilem, illuminantur lumine naturalis cognitionis, ex participatione huius veræ lucis, à qua deriuatur quic quid de lumine naturalis cognitionis participatur ab hominibus. Vtitur autē Euangelista hoc modo loquēdi (vt dicat venientem in hunc mundum,) non. q̄ homines vixissent aliquo tēporis spatio extra mundum, & postea venirēt in mundū, cùm hoc sit cōtra sententiam Aposto. Rom. 9. Cū enim nōdū nati essent, aut aliquid egissent boni, aut mali: vt secundū electionem, &c. Vnde cū non egissent aliquid antequā nati essent, manifestum est, q̄ anima nō est antequam corpori cōiungatur. Dicit ergo [veniētem in hūc mundū:] vt ostendat, q̄ homines illuminātur à Deo, secūdum hoc, scilicet, q̄ veniunt in mūdum. i. secundū intellectum, qui est ab extrinseco, homo enim ex duplici natura cōstituitur. corporali. s. & intellectuali. & secundū corporalem quidē naturam, seu sensibilem, illuminatur homo lumine corporeo & sensibili, secundū animam verò & intellectualē naturam, illuminatur lumine intellectuali, & spirituali. Cū ergo homo secundum naturā corporalē, non veniat in hunc mundum, sed fit ex mundo, sed secundū intellectualem naturam, quæ est ab extrinseco (vt dictum est.) s. à Deo per creationem. Vnde dicitur. Ecclesiast. 12. Donec omnis caro in suā reuertatur originē, & spiritus dirigatur ad Deum. qui fecit illum. Ostēdit Euāgelista, q̄ hæc illuminatio est, secundum illud. quod est ab extrinseco. s. secūdum intellectū. cū dicit. [Veniētem in hunc mundū.] Si verò accipiatur illuminari pro lumine gratiæ, sic hoc, quod dicitur. [Illuminat omnem hominem,] potest tripliciter exponi. Vno modo secundū Origē. in illa. Homel. Aquila grādis exponitur hoc modo: vt accipiamus mundum ratiōe suæ perfectionis, ad quā perducitur homo recōciliatus per Christū, & tunc dicitur. [Illuminat omnem hominē venientem] per fidem [in hunc mūdum] spiritualem. s. ecclesiā illuminatā lumine gratiæ. Alio modo secundū Chrisō. exponitur, accipiēdo mundū ratiōe suę creationis. & talis est sensus [illuminat.] s. verbum quantū de se est: quia ex parte sua nulli deest, imò vult omnes homines saluos fieri: & ad agnitionē veritatis venire. vt dicitur. 1. Thim. 2. [Omnē hominem venientē.] i. qui nascitur in hunc mundum sensibilem. quod si aliquis non illuminatur ex parte hominis est auertentis se à lumine illuminante. Tertio modo secundum Augustinum exponitur: vt li [omnem] sit distributio accommoda: vt sit sensus [illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Non simpliciter, [sed omnem hominem] simpliciter: qui illuminatur, scilicet quia nullus illuminatur nisi à verbo. Dicit ergo secundum Augustinum [venientem] vt assignet rationem, quare homo indiget illuminari. Accipiendo tamen mundū ratione suę peruersitatis & defectus, quasi dicat ideò indiget illuminari: quia [venit in hunc mundum] peruersitate & defectus tenebrosum, & ignorantia plenum. De mundo spirituali primi hominis Lucæ 2. Illuminare his qui in tenebris. Destruitur autem per verba prædicta error Manichei ponentis homines, & mundum à principio contrario, id est, diabolo in mundo creatos fuisse: quia si homo fuisset creatura diaboli veniens in mundum: non illuminaretur à Deo siue à verbo: quia Christus venit in mundum, vt dissoluat opera diaboli. Ioannis tertio. Sic ergo patet efficacia diuini verbi, quòd defectus cognitionis in hominibus non est ex parte ipsius verbi: quia ad omnes illuminandos efficax est: cùm sit [lux vera: vel illuminat omnem hominem, &c.] Sed ne credas defectum ipsum esse ex remotione, seu absentia veræ lucis. & hoc excludens Euangelista subdit [In mundo erat.] Simile huic habetur. Actuum 17. Non longè est ab vnoquóque nostrū, scilicet Deus. in ipso enim viuimus, & c. quasi dicat Euangelista verbum diuinū efficax est: & præsens est ad illuminandum. Notandum verò quòd in mundo dicitur aliquid esse tripliciter. Vno modo per continentiam, sicut locatum in loco. Ioannis 17. Hi in mundo sunt. Alio modo sicut pars in toto: nam pars mundi dicitur esse in mundo. etiam si non sit locatus, sicut substantiæ supernaturales. licēt locales nō sint in mundo: tamen sunt vt partes. Psalm. Qui fecit cœlum & terram: mare & omnia quæ in eis sunt. Neutro autem istorum modorum lux vera in mundo erat, quia nec localis est: nec pars vniuersi, imò quodammodo (vt ita liceat loqui) totum vniuersum est pars, bonitatē eius partialiter participans. Erat ergo in mundo tertio modo, sicut causa efficiens, & conseruans. Hieremiæ 23. Cœlum & terram ego impleo. Sed tamen aliter est de verbo agente, & causante omnia: & aliter de alijs agentibus. Nam alia agentia operantur (vt extrinseca existentia.) Cùm enim nō agant nisi mouendo, & alterando aliquo modo quantùm ad ea quæ sunt extrinseca rei: vt extrinseca operātur. Deus verò operatur in omnibus, vt interiùs agens: quia agit creando. Creare autem, est dare esse rei creatæ: cùm ergo esse sit intimum cuilibet rei. Deus qui operando dat esse, operatur in rebus vt intimus agens. In mūdo ergo erat (vt dans esse mundo.) Consuetum est autem dici Deum esse in omnibus per essentiam, præsentiam, & potentiam. Ad cuius intellectū sciendum est, quòd per potentiam dicitur esse aliquis in omnibus, quæ subduntur potentiæ eius: sicut Rex dicitur esse in toto regno sibi subiecto, per suam potentiam. Non tamen ibi est per præsentiam: neque per essentiam. Per præsentiam dicitur esse in omnibus quæ sunt in conspectu eius: sicut Rex dicitur esse per præsentiam in domo sua. Per essentiam verò dicitur esse in illis rebus. in quibus est sua substantia: sicut est Rex in vno loco determinato. Dicimus enim Deum esse vbique per potentiam: quia omnia eius potestati subduntur. Psalm. Si ascendero in cœlū tu illic es. Si sumpsero pennas meas diluculo, &c. tenebit me dextera tua. Per præsentiam verò, quia omnia nuda, & aperta oculis eius, quæ sunt in mundo: vt habetur Hebræorum quarto. Per essentiam autem: quia essentia sua intima est omnibus rebus. oportet enim de necessitate omne agens, inquantū agens immediatè coniungi suo effectui. Cùm mouens & motum oporteat simul esse. Deus autem actor est, & conseruator omnium, secundum esse vniuscuiusque rei. Vnde cùm esse rei sit intimum in qualibet re: manifestum est, quòd Deus per essentiam suam, per quam omnia creat: sit in omnibus rebus. Notandum autem, quòd Euangelista signanter vtitur hoc verbo [erat] cùm dicit [In mundo erat.] ostendens ab initio creaturæ semper ipsum fuisse in mundo causans, & conseruans omnia: quia si ad momentum subtraheret Deus virtutem suam à rebus conditis, omnia in nihilum redigerentur: & esse desinerent. Vnde Origenes satis ad hoc congruo exemplo vtitur. Dicit quòd sicut se habet vox humana ad verbum humanum in mente conceptum: sic se habet creatura ad verbū diuinum: nam sicut vox nostra, est effectus verbi cōcepti in mente nostra: ita & creatura est effectus verbi in diuina mente concepti. Dixit enim & facta sunt. Vnde sicut videmus quòd statim deficiente verbo nostro: vox sensibilis deficit. Ita si virtus verbi diuini subtraheretur à rebus, statim omnes in ipso momēto deficerent. & hoc quia est portans omnia verbo virtutis suæ. Hebræorum primo. Sic ergo patet, quòd defectus diuinæ cognitionis non est in hominibus, ex verbi absentia: quia [in mundo erat.] Non est etiam ex verbi inuisibilitate seu occultatione: quia fecit opus, in quo similitudo euidenter relucet, scilicet mundum. Sapientiæ decimotertio. A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterat eorum creator videri. & Romanorum primo. Inuisibilia Dei per ea, &c. Et ideò statim Euangelista subiungit. [Et mundus per ipsum factus est.] vt scilicet in ipso, lux ipsa manifestaretur: sicut in artificio manifestatur ars artificis. Ita totus mundus nihil aliud est: quàm quædam representatio diuinæ sapientiæ in mente patris conceptæ. Sapientiæ primo. Sparsit illam super omnia opera sua. Sic ergo patet, quòd defectus diuinę cognitionis non est ex parte verbi, quia efficax est. cū sit [lux vera.] Præsens est, quia [in mundo erat.] Euidens est: quia [mundus per ipsum factus est.] Vnde autem sit huius defectus, ostendit Euangelista consequenter, cùm dicit.

Et mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognouit.

QVasi dicat, nō est ex parte ipsius: sed ex parte mundi, qui [eum non cognouit.] Dicit autē eum in singulari, quia suprà verbum dixerat, non solùm lucem hominum: sed Deum. vnde cùm dicit [eum] intelligit Deum. Ponitur autem hīc mundus pro homine. Angeli cognouerunt eum intelligendo. Elemēta cognoucrunt eum obediendo: sed mundus, id est, homo habitator mūdi, eum non cognouit. Et possumus hunc defectum cognitionis diuinæ referre, vel ad naturam hominis, vel ad culpam. Ad naturam quidem: quia licēt omnia hæc prædicta auxilia data sint homini: vt ducatur in cognitionem Dei: tamen ratio humana se deficiens est ab hac cognitione. Iob. Vnusquisque intuetur eum procul. Et iterum. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. Sed si aliqui eum cognouerūt, hoc fuit non inquantùm fuerunt in mundo: sed inquantùm fuerūt suprà mundum: & tales quibus dignus nō erat mundus: quia [mundus eum nō cognouit.] Et est quasi ratio: quare ab hominibus Deus non cognoscitur. & sic mundus accipitur pro inordinato mundi amore, quasi dicat [mundus eum non cognouit.] vnde si aliquid æternum in mente perceperunt: hoc fuit inquantùm non erant de hoc mundo. Si verò referatur ad culpam hominis. Tunc hoc quod dixit [Mundus eum non cognouit.] est quasi ratio: quare ab hominibus Deus non cognoscitur: & sic accipitur mundus pro inordinato mundi amatore, quasi dicat mundus eum nō cognouit: quia sunt mundi amatores. Amor enim mūdi (vt dicit Augustinus) maximè retrahit à Dei cognitione: quia amor mundi inimicum Dei constituit Iacobi quarto. Qui autem non diligit Deum, non potest eum cognoscere. primæ Corinthiorum secūdo. Animalis homo nō percipit ea quę sunt spiritus Dei. Notandum autem, quòd ex hoc soluitur quæstio Gentilium, qui vanè quęrunt si à paucis temporibus filius Dei pro salute humana mūdo innotuit. videtur quòd ante tempus illud naturam humanam despiceret. Quibus dicēdum est, quòd non despexit, sed semper fuit in mūdo: & quantùm in se est, cognoscibilis est ab hominibus: sed quòd aliqui eum non cognouerunt, fuit eorum culpa: quia mundi amatores erant. Notandum etiam q̄ Euāgelista loquitur de incarnatiōe verbi: vt ostēdat idē esse verbū incarnatū: & q̄ erat in principio apud Deum & Deus, &c. Resumit quæ de ipso suprà dixerat ibi enim dixerat, q̄ [verbum erat lux hominum] hīc verò dicit quòd [erat lux vera.] ibi quòd [omnia per ipsum facta sunt.] hīc verò [& mūdus per ipsum factus est.] suprà verò dixit quòd [sine ipso factum est nihil.] id est, secundum vnam expositionem omnia obseruatur: hīc verò dicit [In mundo erat.] mundum & omnia creans, & conseruās. Ibi dixit. [Et tenebrę eum non cōprehenderūt.] hīc verò [Et mundus eum nō cognouit.] & ideò totum hoc quod sequitur ab illo loco. [Erat lux vera.] videtur quædam explicatio superiorum. Possumus etiam ex prædictis accipere triplicem rationē quare Deus voluit incarnari. vna est peruersitas humanæ naturæ: quæ ex sui malitia iam obtenebrata erat vitiorum, & ignorantiæ obscuritate. Vnde suprà dixerat quòd [tenebræ eum non cōprehenderūt.] Venit ergo in carnem Deus: vt tenebrę possent apprehendere lucem, id est, cognitionem eius pertingere. Isaiæ 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Secunda propter insufficientiam Prophetici testimonij. Venerunt enim Prophetæ venerat Ioannes: sed sufficienter illuminare nō poterant: quia [non erat ille lux.] Vnde necessarium erat post Prophetarum vaticinia: post Ioannis aduentum: lux ipsa veniret, & sui cognitionem mundo traderet. hoc est quod Apostolus dicit Hebræ. 1. Multipharie multisque modis. & 2. Petr. 1. Habebitis Propheticum fermonē, benefacietis attēdentes donec diss illucescat. Tertia, propter creaturarum defectum. Nam creaturæ insufficientes erant ad ducendum in cognitionem creatoris: vnde [mundus per ipsum factus est] & [ipsum non cognouit.] Vnde necessarium erat, vt ipse creator per carnem in mundū veniret: & per seipsum cognosceretur: & hoc est quod Apostolus dicit. 1. Corinth. 1. Nam quæ in Dei sapientia mundus non cognouit, per sapientiam Deum, placuit Deo, per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.

LECTVRA VI.

In propria venit.

ASSIGNATA necessitate incarnationis verbi, consequenter Euangelista manifestat vtilitatem ex ipsa incarnatione ab hominibus consecutam. Et primò insinuat lucis aduentū quia [in propria venit] Secundò hominū occursum ibi [Et sui eum nō receperūt.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertiò fructum ex aduentu lucis allatum ibi. [Dedit eis potestatē.] Ostendit ergo, quòd lux quæ erat præsens in mundo, & euidens seu manifesta per effectum, nō tamen cognoscebatur à mundo. Et ideò [venit in propria] vt cognosceretur. Sed ne, cùm dicit [venit] intelligeres motum localem in hoc modo, scilicet venerit quasi desinens esse verbi prius erat, & denuò incipiens esse: verbi prius non erat. Dicit Euāgelista [in propria,] id est, in ea quæ erāt sua, quæ ipse fecit, & venit ipse vbi erat. infrà 16. Exiui à patre, & veni in mundum. Venit inquā in propria, id est, in Iudæam secundū quosdā, quæ quidem speciali modo sua erat. Psal. Notus in Iudæa Deus. Isa. 5. Vinea Domini exercituū domus Israël est. Sed melius est vt dicatur. [In ꝓpria,] id est, in mundum ab eo creatum. Psal. Domini est terra. Sed si prius erat in mundo, quomodò venit in mundum? Respond. dicendum, ꝙ venire in aliquem locum dicitur dupliciter. s. vel quòd aliqs veniat vbi nullo modo prius fuerat: vel quòd vbi aliquo modo prius fuerat incipiebat esse quodā nouo modo, sicut Rex qui prius erat in ciuitate aliqua sui regni, per potentiam, ad illam postmodum venies personaliter, dicitur venire vbi prius erat. Venit enim per suam substantiam: vbi prius erat solum per suam potētiam. Sic ergo filius Dei venit in mundum, & tamen in mundo erat. Erat quidem per essentiā, potentiam, & præsentiam, sed venit per carnis assumptionem, erat inuisibilis: venit vt esset visibilis. Deindè cùm dicit.

Et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum.

SEquitur hominum occursus, qui differenter se habuerunt ad venientem. Quia quidem eum receperunt non sui. Vnde. d. [Et sui eū non receperunt.] Sui sunt homines: quia ab eo formati. Genes. 1. Formauit Deus hominē. Psal. Scitote, quoniā Dominꝰ ipse fecit nos. Quia ad eius imaginem factī. Genes. 1. Faciamus hominē. Sed melius est: vt dicamus [sui,] id est, Iudæi eum non receperunt per fidem credendo, & honorādo. infrà 5. Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me. & infrà 8. Ego honorifico patrem meum, &c. Sunt quidem Iudæi sui: quia ab ipso in populum peculiarem electi. Deut. 26. Elegit te Dominus in populum peculiarem. [sui] secūdum carnem coniuncti. Rom. 9. Ex quibus Christus secundum carnē. Item [sui.] ab eo beneficijs promoti. Isai. 1. Filios enutrui, & exaltaui. Sed licēt [sui,] Iudæi eum nō receperunt, nō defecerunt tamē qui eum receperunt. Vnde subdit. [Quotquot autē receperunt.] Vtitur Euangelista hoc modo loquē. i. d. [Quotquot] vt ostendat ampliorē esse factam solutionem, quā fuerit pro minimo, quæ facta fuit solū suis. s. Iudæis. Isa. 33. Dominus legifer noster, &c. sed solutio non solùm fuit facta suis, sed [quotquot receperunt eum,] omnibus in eum credentibus. Roma. 15. Dico autem Christum ministrum fuisse circumcisionis, &c. promissiones patrum. i. patribus factas, &c. Gentes autem super misericordia: q̄a misericorditer sunt recepti. dicit. [Quotquot:] vt ostendat, ꝙ gratia Dei indifferenter datur omnibus recipientibus Christum. Act. 11. ergo in nationes gratia spiritussancti, &c. Et non liberis, sed etiam seruis, non solùm masculis, sed etiam & fœminis. Col. 3. In Christo Iesu non est masculus, nec fœmina, Gentilis vel Iudæus, circumcisio, & præputium, &c. Deindè cùm dicit.

Dedit eis potestatem filios Dei fieri.

SEquitur fructus eius aduētus. Vbi primò ponit fructus magnificentiam: quia [dedit eis potestatem.] Secundò ostēdit quibus datur: quia [his qui credunt.] Tertiò insinuat modum dādi: quia [non ex sanguinibus.] Est ergo fructus aduētus filij Dei magnus: quia homines fiunt per hoc filij Dei. Gal. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere: vt adoptionem filiorum reciperemus. Et hoc cōgruè: vt qui sumus filij Dei, per hoc, quòd assimilamꝫ filio, reformamur per filium. Dicit ergo [dedit eis potestatē. Ad cuius euidentiā sciendum est, ꝙ homines fiunt filij Dei per assimilationē ad Deum, & ideò secūdum triplicē assimilationem hominum ad Deum, homines sunt filij Dei. Primò enim per gratiæ infusionē. Vnde quicūq; habet gratiam gratum facientē, efficitur filius Dei. Rom. 8. Nō accepistis spiritum seruitutis, &c. Gal. 4. Quoniā estis filij Dei, misit Deus spiritum filij. Secūdò assimilamur Deo per operū perfectionē: quia qui facit opera iustitiæ, est filius. Mat. 5. Diligite inimicos vestros. Tertiò assimilamur Deo per gloriæ adoptionē, & quātum ad animā, per lumē gloriæ. Ioan. 3. Cū apparuerit similes ei erimus. Et quantum ad corpus. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ. Vnde de istis duobus dicitur. Rom. 8. Adoptionē filiorum Dei expetentes. Si ergo accipiamus potestatem filios Dei fieri, quātum ad operum perfectiões, & gloriæ adoptionē, nullam difficultatem habebit sermo: quia cùm dicit [dedit eis potestatē,] intelligitur de potestate gratiæ, qua habita potest homo facere opera perfectionis, & adipisci gloriam: quia (vt dicitur. Rom. 6. Gratiā Dei: vita æterna. Et secundū hūc modum dicitur [dedit eis, qui eum receperunt potestatē,] id est, infusione eum [filios Dei fieri,] benè operando, & gloriam acquirendo. Si verò intelligatur de gratiæ infusione, tunc dubitationem habet hoc, quod dicitur [dedit eis potestatem.] Quia non est in potestate nostra fieri filios Dei, cum nō sit in potestate nostra gratiam habere. Hoc ergo, quod dicit [dedit eis potestatem] aut intelligitur de potestate naturæ, & hoc non videtur esse verum: quia infusio gratiæ est suprà naturam nostram. Aut intelligitur de potestate gratię, & tunc hoc ipsum est gratiam habere, quod habere [potestatem filios Dei fieri.] & sic non dedit potestatem filios fieri Dei, sed filios Dei esse. Ad quod dicendum, ꝙ in datione gratię, requiritur in homine adulto ad iustificationem suam cōsensus, per motum liberi arbitrij: vnde quia in potestate hominis est vt cōsentiat, & non consentiat [dedit eis potestatem.] Dedit autē hanc potestatē susceptibili gratiā dupliciter. Præparando & hominibus proponēdo. Sicut enim qui facit librum, & proponit homini ad legendum, dicitur dare potestatem legendi. Ita Christus per quem gratia facta est: vt dicitur. infrà 1. Et qui operatus est salutem in medio terræ. Et dicitur in Psal. [Dedit] nobis [potestatem filios Dei fieri,] per gratiæ susceptionē. Secundò quia hoc nō sufficit, cùm etiam liberum arbitrium indigeat ad hoc, quòd moueatur ad gratiæ susceptionem, auxilio gratiæ diuinæ, non quidem habitualis, sed mouentis, ideò dat potestatem mouendo liberum arbitrium hominis: vt consentiat ad susceptionē gratiæ. iuxtà illud. Tren. vlt. Conuerte nos Domine ad te mouendo voluntatem nostram ad amorem tuum, & cōuertemur, &c. Et hoc modo vocatur interior vocatio. de qua dicitur. Roma. 8. Quos vocauit. i. terius voluntatem instigando ad cōsentiendum gratiæ, hos iustificauit gratiam infundendo. Quia verò per hāc gratiam habet homo hanc potestatem cōseruandi se in diuina filiatione. Potest & aliter dici [dedit eis,] id est, eum recipientibus [potestatem filios Dei fieri,] id est, gratiam, per quā potentes sunt in diuina filiatione cōseruari. 1. Ioan. vlti. Omnis qui natus est ex Deo, nō peccat, sed gratia Dei per quam regnamur in filios Dei, conseruat eum. Sic ergo [dedit eis potestatem filios Dei fieri,] filios Dei fieri per gratiam gratum faciētem, per operum perfectionem, per gloriæ adoptionem, & hæc præparando, mouendo, & conseruando gratiam. Deindè cùm dicit.

His qui credunt in nomine eius.

OStenditur quibus conferatur fructus eius aduentus. Et hoc quidem potest accipi dupliciter: vel vt sit expositiuum superiorū: vel determinatiuum. Expositiuum quidem: quia Euāgelista dixerat. [Quotquot autem receperunt eum.] Vt ergo ostendit quid est recipere eum quasi exponendo, consequenter subiungit [his qui credūt in nomine eius: quasi dicat, hoc est recipere eum, in eū credere: quia per fidem Christus habitat in cordibus nostris. iuxtà illud. Ephes. 3. Habitare Christum per fidem, &c. Illi ergo [receperūt eum qui credunt in nomine eius.] Vt determinatiuum verò ponitur ab Origene in Homel. quæ incipit. Vox spiritualis. Hoc modo, multi recipiunt Christum dicentes se esse Christianos, qui tamen non sunt filij Dei: quia non verè credunt [in nomine eius,] falsa dogmata de Christo suggerendo, subtrahendo, scilicet aliquid sibi de diuinitate: vel de humanitate. iuxtà illud. primæ Ioannis quarto. Omnis spiritus qui soluit Christum, ex Deo non est. Et ideò Euangelista quasi determinando dicit [dedit eis,] scilicet recipientibus eum per fidem [potestatem filios Dei fieri,] illis tantum [qui credunt in nomine eius,] id est, qui nomen Christi integrum seruant: vt nihil de diuinitate: vel humanitate Christi diminuant. Potest etiam hoc referri ad formationem fidei: vt dicatur [his,] scilicet [dedit potestatē filios Dei fieri, qui credunt in nomine eius,] id est, per fidem charitate informatam opera salutis faciunt. Illi enim qui habent solum fidem informem, non credunt in nomine eius: quia non operantur ad salutem. Sed prima expositio, quæ accipitur vt expositiuum præmissorum, melior est. Deindè cùm dicit.

Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

OStenditur qualiter conferatur hominibus tam magnificus fructus. Quia enim dixerat, quòd fructus aduenientis lucis, est potestas fieri filios Dei hominibus data. Filius autem dicitur aliquis ex eò, quòd nascitur. Ne æstimes eos materiali generatione nasci. Dicit [non ex sanguinibus.] Et licèt hoc nomen sanguis in Latino non habeat plurale: quia tamen in Græco habet, ideò translator regulam Grammaticæ seruare non curauit: vt veritatem perfectè doceret. Vnde non dicit ex sanguine secundum Latinos, sed [ex sanguinibus] per quod intelligitur quicquid ex sanguine generatur concurrens: vt materia ad carnalem generationem. Semen autem secundum Philosophum, est vltimi superfluitas cibi sanguinei. Vnde siue semen viri, siue menstruum mulieris, intelligitur per sanguinem. Causa verò moriua ad actum carnalem, est voluntas se commiscentium, scilicet maris & fœminæ: quia licèt actus virtutis generatiuæ secundum quòd huiusmodi non sit subiectus voluntati: præambula tamen ad ipsum voluntati subijciuntur. Et ideò dicit [neque ex voluntate carnis.] pro persona mulieris [neque ex voluntate viri.] vt ex causa efficiēte. [sed ex Deo nati sunt.] quasi dicat non carnaliter, sed spiritualiter filij Dei fiunt. Accipitur autem hīc caro secundum Aug. pro muliere: quia sicut caro obedit spiritui: sic mulier debet obedire viro. Genes. 2. Dixit Adā de muliere. Hoc nūc os de ossibus meis, &c. Et attendendū secundum Aug. ꝙ sicut disiungitur possessio domus, in qua principatur mulier & subijcitur vir: ita disiungitur homo, cùm caro dominatur spiritui. Propter quod dicit Apostolus Roma. 8. debitores sumus non carni, vt secundū carnē viuamus. De modo autē dictæ generationis carnalis dicitur. Sap. 7. In ventre matris figuratus sum caro. Vel possumus dicere, ꝙ motiuū ad carnalē generationem est dupliciter. Vnum. s. ex parte appetitus intelligitur, quæ est voluntas. aliud à parte sensitiui, quod est concupiscentia. ad designandum ergo materialem causam dixit [non ex sanguinibus.] Sed ad designandum causam efficientem quātum ad concupiscentiam dicit [neque ex voluntate carnis.] Quauis impropriè voluntas dicatur concupiscentia carnis: quo tamen modo dicitur. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, &c. Ad designandum verò appetitum intellectiuum dicitur. [Non ex voluntate viri.] Sic ergo generatio filiorum Dei, non est carnalis: sed est spiritualis quia [ex Deo nati sunt.] Ioan. vltimo. Omne quod natū est ex Deo, &c. Nota autem, quòd hæc præpositio de, semper denotat materialem causam, & efficientem, & etiam consubstantialem. Dicimus enim, ꝙ faber facit cultellum de ferro: & pater generat filiū suum de seipso: quia aliquid sui occurrit aliquo modo ad generationem. Hæc verò præpositio à, semper denotat causam mouentem. Hæc verò præpositio ex, accipitur cōmuniùs: quia importat causam materialē & efficientem non tamen consubstantialem. Vnde quia solus filius Dei, qui est verbum, est de substantia patris: imò cum patre est vna substātia. Alij verò sancti, qui sunt filij adoptiui, non sunt de eius substātia: ideò Euangelista vtitur hac præpositione ex: dicens de alijs [ex Deo nati sunt.] De filio verò naturali, quòd de patre est natus. Notādum est etiam, quòd secundum vltimam expositionem carnalis generationis, possumus accipere differentiam carnalis generationis ad spiritualem. Quia enim illa est ex sanguinibus, ideò carnalis. Ista verò quia non est ex sanguinibus, ideò spiritualis. Ioan. 3. Quod est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Item: quia materialis generatio est ex voluntate carnis, id est, ex concupiscentia: ideò est immunda, & generat filios peccatores. Ephe. 2. Eramus natura filij iræ. Item: quia illa est [ex voluntate viri,] id est, hominis facit filios hominum, hæc verò quia est ex Deo facit filios Dei. Si verò hoc quod dicit [dedit eis potestatem] voluit referre ad baptismum, propter quod in filios Dei regeneramur: possumus videre in hoc ordinem baptismi: vt scilicet, primò requiratur fides, quod fit in catheceminis, qui debent primò instrui de fide: vt scilicet credant in nomine eius: & deindè regenerentur per baptismum: non quidem ex sanguinibus carnaliter: sed ex Deo spiritualiter.

LECTVRA VII.

Et verbum caro factum est.

POSITA necessitate aduentus verbi in carnem & etiam vtilitatem: consequenter Euangelista modum veniendi manifestat. d. [Et verbum caro factum est.] Et secundum hoc continuatur ad hoc quod dixerat. [In propria venit.] quasi dicat verbū Dei in propria venit. Sed ne credas ipsum venisse locum mutando: ostēdit modum quo venit, scilicet per incarnationem, eo enim modo venit, quo missus est à patre: à quo missus est: in quantūm factus est caro. Galath. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere, &c. Vbi dicit Aug. Eo missum quo factum. Secundum Chrisō. autem continuatur ad illud [dedit eis potestatē, &c.] quasi dicat. Si quæris vnde potuit dare hāc potestatem hominibus: vt filij Dei fierent. Respondet Euangelista. Quia [verbum caro factum est.] dedit nobis, quòd possemus filij Dei fieri. Gal. 4. Misit Deus filium suum: vt adoptionem filiorum reciperemus. Secundum verò Aug. continuatur sic ad hoc, quod dixerat [sed ex Deo nati sunt] quasi enim durè videbatur: vt homines ex Deo nascerentur. Ideò quasi in argumentum huius dicti: vt scilicet verbum esse credatur subdit Euangelista illud de quo minus videtur, scilicet quòd [verbum caro factum est.] quasi dicat ne mireris si homines ex Deo sunt nati: quia [verbum caro, Deus factus est] homo. Notandum quòd hoc, quòd dicitur [verbum caro factum est.] quidam malè intelligētes sumpserunt occasionem erroris. Quidam namque posuerunt verbum ita carnem factum esse: acsi ipsum, vel aliquid eius sit in carne conuersum: sicut cùm farina fit panis, & aër ignis. Et hīc fuit Eutices, qui posuit commixtionem naturarum in Christo, dicens, in eo eandem fuisse Dei, & hominis naturam. Sed huius opinionis falsitas manifestè apparet: quia sicut est dictum supra [verbum erat Deus.] Deus autem immutabilis est: vt dicitur. Mal. 3. Ego Deus & non mutor. Vnde nullo modo potest esse, quòd in aliam naturam conuertatur. Est ergo dicendum contra Euticem. [Verbum caro factum est] verbum carnem assumpsit: non q̄ ipsum verbum sit ipsa caro, sicut si dicamus homo factus est albus: non quòd ipse sit ipsa albedo: sed quòd albedinem assumpsit. Fuerunt etiam alij, qui licèt crederent verbum non in carnem mutatum: sed quòd eam assumpsit: tamen dixerunt ipsum assumpsisse carnem sine anima. Nam si carnem animatā assumpsisset, dixisset Euangelista [verbum caro, cum anima factum est.] Et hīc fuit error Arrij, qui dixit, quòd in Christo non erat anima: sed verbum Dei ibi loco animæ. Et huius positionis falsitas apparet: tum quia repugnat sacræ scripturæ: quæ in pluribus locis mentionem facit de anima Christi, sicut illud Matthæi vigesimoseptimo. Tristis est anima mea vsque ad mortem, &c. Tum etiam quia quædam passiones animæ recitantur de Christo: quæ in verbo Dei nullo modo esse possunt, nec etiam in carne sola, sicut illud. Matthæi decimoquarto. Cœpit Iesus tedere & mœstus esse. Tum etiam quia Deus non potest esse forma alicuius corporis: nec etiam angelus corpori vniri potest per modum formæ, cum secundum naturam à corpore sit separatus: anima autem vnitur corpori sicut forma. Non igitur verbum Dei corporis forma esse potest. Præterea constat, quòd caro non fortitur speciem carnis, nisi per animam: quod patet quia recedente anima à corpore hominis seu bouis: caro hominis vel bouis, non dicitur caro nisi equiuocè. Si ergo verbum non assumpsit carnem animatam: manifestum est, quòd non assumpsit carnem: sed [verbum caro factum est.] ergo carnem animatam assumpsit. Fuerunt autem alij, qui ex hoc moti dixerunt verbum carnem quidem animam assumpsisse: sed anima sensitiua tantùm, non intellectiua: loco cuius, in corpore Christi dixerunt verbum esse. Et hīc fuit error Appolinaris, qui quandóque Arrium secutus est: tandem propter auctoritates prædictas coactus fuit ponere aliquam animam in Christo, quæ posset harum passionum esse subiectum: ita tamen, quòd ratione, & intellectu careret. Sed loco horum, verbum esset in homine Christo. Sed hoc manifestè apparet esse falsum: quia repugnat auctoritati sacræ scripturæ: in qua quidam dicunt de Christo, quòd nec in diuinitate, nec in anima sensitiua, nec in carne inueniri possunt. Sicut illud: quòd admiratus est vt dicitur Matthæi octauo. Admiratio autem, est passio animæ rationalis, & intellectiuæ, cum sit desiderium cognoscendi causam occultam effectus visi. Sic igitur sicut tristitia cogit in Christo ponere partem animæ sensitiuam contra Arrium: ita admiratio cogit ponere in ipso partem animæ intellectiuam contra Appolinarem. Item etiam apparet per rationem. Sicut enim non est caro sine anima: ita non est vera caro humana sine anima humana: quæ est anima intellectiua. Si ergo verbum assumpsit carnem animatam, anima sensitiua tantum, & non rationali: non assumpsit carnem humanam. Et ita non poterit dici: Deus factus est homo. Præterea: ad hoc verbum humanam naturam assumpsit: vt eam repararet: ergo id reparauit, quod assumpsit. Si ergo non assumpsit animam rationalem, non reparasset eam: & sic nullus fructus proueniret nobis ex verbi incarnatione: quod falsum est. [Verbum] ergo [caro factum est.] id est, carnem animatam anima rationali assumpsit. Sed fortè dicis. Si verbum carnem sic animatā assumpsit, quare Euangelista de anima rationali mentionem non fecit? sed de carne solùm dicens. Verbum caro factum est.] Respondeo dicendum, quòd propter quatuor rationes Euāgelista hoc fecit. Primò: ad ostēdendum veritatem incarnationis contra Manichæos, qui dicebant verbum non assumpsisse veram carnem: sed fantasticam. tantū, cùm non esset conueniens, vt boni Dei verbum assumeret carnem, quàm ipsi dicebant diaboli creaturam. Et ideò Euangelista vt hoc excluderet fecit de carne specialiter mentionem: sicut & Christus Luc. vlti. Existimantibus discipulis eum esse fantasma: veritatem resurrectionis ostendit, dicens. Spiritus carnem, & ossa non habet, &c. Secundò ad demonstrandam Dei erga nos magnitudinem benignitatis. Constat enim, quòd anima rationalis magis conformis est Deo, quàm caro: & quidem magnum pietatis sacramentum fuisset, si verbum assumpsisset animam humanam: vtpotè sibi conformē. Sed assumere etiam carnem elongatam à simplicitate suæ naturæ fuit multò amplioris: imò inestimabilis pietatis indicium, secūdum quòd Apostolus dicit. 1. ad Thim. 3. Manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestum est in carne, &c. Et ideò vt hoc ostenderet Euangelista, solùm de carne mentionem fecit. Tertiò ad demonstrandam veritatem, & singularitatē vnionis in Christo. Alijs enim hominibus sanctis vnitur quidem Deus, quantùm ad animam solùm. Vnde dicitur. Sapien. 7. Per nationes in animas sanctas se transfert: amicos Dei & Prophetas constituit. Sed quòd verbum Dei vniretur carni, hoc est singulare in Christo: secundum illud in Psal. Singulariter sum ego, &c. Iob 28. Non adæquabitur ei aurum, &c. Hanc ergo singularitatem vnionis in Christo ostendere volens Euangelista, de carne solùm mentionē faciens dicit. [Verbū caro factum est.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quartò ad insinuandam congruitatem humanæ reparationis. Homo enim per carnem infirmabatur: & ideò Euangelista volens insinuare aduentum verbi congruum esse nostræ reparationi: mentionem de carne specialiter fecit: vt ostenderet quòd caro infirma, per carnem verbi reparata fuit. Et hoc est quod Apostolus dicit Romanorum octauo. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, &c. Sed quæritur quare Euangelista non dixit verbum carnem assumpsit: sed potiùs [verbum caro factum est.] Respondeo dicendum, quòd hoc ideò fecit vt excluderet errorem Nestorij, qui dixit in Christo fuisse duas personas, & duos filios, & alium esse filium virginis: vnde non concedebat quòd beata virgo esset mater Dei. Sed secundum hoc Deus non esset factus homo: quia impossibile est quòd duorum singularium, quæ diuersa sunt secundum suppositum, vnum prædicetur de alio. Vnde si alia est persona verbi seu suppositum: & alia persona hominis seu suppositum in Christo, tunc non erit verum quod dicit Euangelista [Verbum caro factum est.] Ad hoc enim fit aliquid vt sit. Si ergo verbum nõ esset homo, non potest dici quòd verbum sit factum homo. Et ideò signanter Euangelista dixit [factum est.] & non dixit assumpsit: vt ostendat quòd vnio verbi ad carnem nõ est talis qualis est assumptio Prophetarum: qui non assumebãtur in vnitatem suppositi: sed ad actum Propheticum: sed est talis quòd Deum verè faceret homi nem, & hominem Deum, id est, quòd Deus esset homo. Fuerunt & alij, qui non intelligentes modum incarnationis, posuerunt quidem assumptionem prædictam esse terminatam ad veritatem personæ consitentes in Deo vnam personam Dei & hominis: sed tamen dicunt in ipso fuisse duas hypostases, siue duo suppositа. vnum naturæ humanæ creatum, & temporale aliud diuinæ increatum & æternum. Et talis est prima opinio quæ ponitur in tertio sententiarum distinctione 6. Sed secundum hanc opinionem non habet veritatem ista propositio: Deus factus est homo, & homo factus est Deus: Et ideò hæc opinio damnata est tanquàm hæretica in quinto concilio, vbi ibi dicitur. Si quis in domino Iesu Christo vnam personam, & duas hypostases dixit: anathema sit. & ideò Euangelista vt omnem assumptionem excluderet quæ non terminatur ad vnitatem personæ vtitur hoc verbo [factum est.] Si verò quæris quo modo verbum est homo? Dicendum quòd eo modo est homo, quo quicúnque alius est homo, scilicet habens humanam naturam. non quòd verbum sit ipsa humana natura: sed est diuinum suppositum vnitum humanæ naturæ. Hoc autem quod dicitur [verbum caro factum est.] non aliquam mutationem in verbo, sed solùm in natura assumpta de nouo in vnitatem personæ diuinæ dicitur [& verbum caro factum est.] per vnionem ad carnem. Vnio autem relatio quædam est. Relationes autem de nouo dictæ de Deo in respectu ad creaturas, non important mutationem ex parte Dei: sed ex parte creaturæ nouo modo se habentis ad Deum. Sequitur.

Et habitauit in nobis.

QVod quidem dupliciter distinguitur à præmissis. Primò vt dicatur quòd suprà Euangelista egit de verbi incarnatione, dicens [verbum caro factum est.] Hic verò modum incarnationis insinuat dicens [& habitauit in nobis.] Secundum enim Chrisо. & Hilarium per hoc, quòd Euangelista dicit [verbum caro factum est.] Posset aliquis intelligere, quòd sit conuersum in carne: & non sint in Christo duæ naturæ distinctæ: sed vna tantùm natura: ex humana & diuina commixta. Ideò Euangelista hoc excludens, subiunxit [& habitauit in nobis.] id est, in nostra natura: vt tamen in sua maneret distinctum. Illud enim quod in aliquid conuertitur, nõ manet ab eo inquantùm conuertitur secundum naturam distinctam. Quod autem ab aliquo non distinguitur, non inhabitat illud: quia habitare distinctionem inhabitantis, & in quo habitat importat. Sed verbum habitauit in nostra natura, ergo naturaliter est ab ipsa distinctum: & ideò inquantùm humana natura à natura verbi fuit in Christo distincta, dicitur habitaculum diuinitatis, & templum: iuxta illud Ioan. 3. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Et quidem quamuis à prædictis sanctis hoc sanè dicatur: cauenda est tamen calúnia quam aliqui ex hoc incurrunt. Nã antiqui doctores, & sancti emergentes errores circa fidem persequebantur: vt interdum viderentur in errores labi contrario. Sicut Augustinus contra Manichæos: qui destruebant libertatem arbitrij taliter disputat: quòd videtur in hæresim pelagij incidisse. Hoc igitur modo Euãgelista Ioannes, ne per hoc, quod dixerat. [Verbum caro factum est.] intelligeretur in Christo confusio vel transmutatio naturarum, subiunxit [& habitauit in nobis.] Ex quo verbo Nestorius occasionem sumens erroris, dixit filium Dei sic esse vnitum homini: vt tamen Dei & hominis non esset vna persona. Voluit enim, quòd verbum per solam inhabitationem per gratiam fuerit humanæ naturæ vnitum ex hoc autem sequitur, quòd filius Dei non sit homo. Ad quorum euidentiam sciendum est, quòd in Christo duo considerare possumus, scilicet naturam & personam. Secundum naturam autem attenditur in Christo distinctio: non secundum personam: quæ vna & eadem est in duabus naturis: quia summa natura in Christo fuit assumpta in vnitatem personæ. Inhabitatio ergo quam ponunt sancti, referenda est ad naturam: vt dicatur, quòd [habitauit in nobis.] id est, natura verbi inhabitauit naturam nostram: non secundum hypostasim seu personam, quæ est eadem vtriusque naturæ in Christo. Quod autem blasphemat Nestorius auctoritate sacræ scripturæ euidenter refellitur. Apostolus enim Phil. 2. Vnionem Dei & hominis exinanitionem vocat, dicens de filio Dei. Qui cùm in forma Dei esset, &c. vsque formam serui accipiens. Non autem dicitur Deus exinaniri ex eo, quòd Creaturam rationalem per gratiam inhabitet: quia sic pater & spiritus exinanirentur, cum & ipsi inhabitare homi nem dicuntur per gratiam. Dicit enim Christus de se, & de patre loquens. Ioan. 14. Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. De spiritu autem sancto dicit Apostolus. 1. Cor. 3. Spiritus Dei habitat in nobis. Præterea, si Christus personaliter Deus non esset præsumptuosissimè dixisset. Ego & pater vnum sumus, et antequã Abraham fieret ego sum. Ego autẽ, personam loquentis demõstrat. homo autem erat, qui loquebatur vnum cum patre præexistebat Abrahæ. Potest etiam aliter continuari: vt dicatur, quòd supra egit de verbi incarnatione. Nunc autem agit de verbi incarnati conuersatione, dicens. [Et habitauit in nobis,] id est, inter nos Apostolos conuersatus est familiariter. Secundum quòd dicit Petrus Actuum primo In omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos dominus Iesus. Baruch quarto. Post hæc in terris visus est, &c. Hoc autem Euangelista addidit propter duo. Primò: vt ostendat mirabilem conformitatem verbi ad homines, inter quos sic conuersatus est: vt videretur quasi vnus ex eis. Non solùm enim in natura voluit assimilari hominibus, sed etiam in cõuictu & familiari conuersatione, absque peccato, cum eis voluit esse simul: vt sic homines suæ conuersationis dulcedine allecti traherer ad scipsum. Secundò: vt ostendat sui testimonij veritatem. Euangelista enim suprà in verbo magna quædam dixerat, & adhuc multa de eo mirabilia dicturus erat, & ideò vt eius testimonium credibilius fieret, accepit quasi in veritatis argumentum, se cum Christo conuersatũ fuisse dicens. [Et habitauit in nobis:] quasi dicat, beně possum testimonium perhibere de ipso: quia cum ipso conuersatus sum. 1. Ioannis 1. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus. &c. & Act. 10. Dedit eum manifestum fieri, non omni populo. sed testibus præordinatis à Deo, id est, nobis, &c.

LECTVRA VIII.

Et vidimus gloriam eius.

POSITA verbi incarnatione. Hic cõsequenter Euangelista insinuat verbi incarnati euidentiã. Et circa hoc duo facit. Primò enim ostẽdit modum manifestationis verbi incarnati. Secũdò vtrũque modum exponit ibi [de plenitudine.] Innotuit autẽ Apostolis verbum inacarnatum dupliciter. Primò quidem per visum acceperunt de eo notitiam. Secũdò per auditum ex testimonio Ioannis Baptistæ. Primò ergo manifestat quid de verbo viderint. Secundò quid à Ioanne audiuerunt ibi. [Ioãnes testimonium, &c.] Dicit autem tria de verbo. Primò eius gloriæ manifestationẽ: vnde dicit. [Et vidimus gloriam eius.] Secundò eius gloriæ singularitatem, cùm subdit [quasi vnigeniti.] Tertiò huius gloriæ determinationem quia [plenum gratiæ & veritatis.] hoc autem, quod dicit [vidimus gloriam eius,] potest cõtinuari ad præcedẽtia tripliciter. Primò: vt sit argumẽtum eius, quòd dixerat. [Verbũ caro factum est:] quasi dicat, ex hoc habeo, & scio, quòd verbum Dei est incarnatum. Quia ego, & alij Apostoli vidimus gloriam eius. Ioan. 3. Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. 1. Ioan. 1. Quod fuit ab initio, &c. Secundò continuatur secundum Chrisostom. vt sit expresiuum multiplicis beneficij: quasi dicat. Non solùm hoc beneficium collatum est nobis per incarnationem verbi, scilicet quod efficiamur filij Dei, sed etiã, quòd videamus gloriam. Oculi enim debiles, & infirmi, lucem solis non possunt videre. Sed tunc eam videre possunt, cùm in nube. vel in aliquo corpore opaco resplendet. Ante incarnationem enim verbi, mentes humanæ erant innalidæ ad videndum in seipsa lucem diuinam, quæ illuminat omnem rationalem naturam, & ideò vt à nobis faciliùs cerni contemplaríque posset, nube nostræ carnis se texit. iuxtà illud. Exodi decimosexto. Respexerunt ad solitudinem & viderunt gloriam Domini in nube, id est, verbum Dei in carne. Secundum Augustinum autem continuatur sic, quòd referatur ad beneficium gratiæ. Spirituales enim oculi hominum non solùm naturaliter deficiebãt à contẽplatione diuinæ lucis, sed etiam ex defectu peccati. secundũ illud. Psal. Supercecidit ignis. 1. cõcupiscẽtiæ. & non viderunt solẽ. iustitiæ. Vt ergo ipsa diuina lux posset à nobis videri, sanauit oculos hominum: faciens de carne sua salutare collirium: vt sic oculos ex concupiscentia carnis corruptos: verbum collirio suæ carnis curaret. Et inde est, quod statim cum verbum factum est caro, dicitur. [Et vidimus gloriam eius.] Ad hoc significandum fecit dominus lutum ex ipsuto, & liniuit oculos cæci nati. Ioan. 6. Lutum quidem de terra est: sputum quidem à capite deriuatur. Ita in persona Christi: natura quidem humana assumpta de terra est: verbum verò incarnatum à capite, scilicet à Deo patre. hoc ergo lutum statim cùm appositum fuit oculis hominum. [Vidimus gloriam eius, &c.] Hanc autem verbi gloriam Moyses videre optauit, dicens. Ostende mihi gloriam tuam, &c. Exodi trigesimotertio. sed eam videre non meruit: imò dictum est ei à domino. Posteriora mea videbis, id est, vmbras & figuras. Apostoli verò ipsam claritatem viderunt secundæ Corinthior. tertio. Nos autem reuelata facie gloriam Dei speculantes, &c. Moyses enim & alij Propheræ verbi gloriam manifestandum mundo in fine temporum speculabantur enigmatibus & figuris. Vnde dicit Apostolus primæ Corinthior. decimosecundo. Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam eius. Apostoli autem ipsam verbi claritatem per præsentiam corporalem viderunt. 2. Corinth. 3. Nos autem reuelata facie, &c. & Luc. 10. Beati oculi qui vident, &c. multi enim reges & prophetæ, &c. Consequenter cùm dicit.

Gloriam quasi vnigeniti à patre.

OStendit gloriæ eius singulariratem. Cum enim de quibusdam hominibus inueniatur, quòd fuerunt gloriosi, sicut & Moyses. legitur. Exodi. trigesimoquarto. Et facies eius facta est splendida: vel cornuta secundum aliam literam. Posset aliquis dicere, quòd ex hoc, quòd viderunt eum gloriosum, non debet dici, quòd verbum Dei sit factum carò. Sed hoc Euangelista excludit, dicens, [Gloriam quasi vnigeniti à patre.] quasi dicat gloria eius, non est sicut gloria angeli, vel Moysi & Heliæ, vel Helisæi, vel cuiusque alterius: sed [quasi vnigeniti.] quia vt dicitur Hebræor. 3. Ampliori gloria, &c. Psalm. Quis similis Deo in filijs Dei. Hoc autem, quod dicit [quasi] est expresiuum veritatis secundum Grego. Et est modus (vt Chrisostomus dicit.) Sicut si aliquis vidisset regem multiplici gloria incedentem: & interrogatus ab aliquo qualiter regem vidisset: volens se expedire illam multiplicem gloriam vno verbo exprimeret dicens, quòd ipse incedebat sicut Rex, id est, sicut regem decebat. Ita hic Euangelista quasi interrogaretur ab aliquo qualis esset gloria verbi quam viderat: non valens eam plenè exprimere. dicit autem esse [quasi vnigeniti à patre,] id est, talem qualem decebat vnigenitum Dei. Attenditur autem singularitas gloriæ verbi quantum ad quatuor. Primò quantùm ad patris testimonium, quod filio reddidit: quia Ioannes fuit vnus de tribus qui viderunt Christum transfiguratum in monte: & audierunt vocem patris dicentis. Hic est filius meus dilectus, &c. Et de ista gloria dicitur. 2. Petri. 1. Accepit à Deo patre honorem & gloriam voce dilapsa, &c. Secundò quantùm ad angelorum ministerium. Nam ante incarnationem Christi homines erant angelis subiecti: postmodùm verò Christo subiecti ministrauerunt. Matth. 4. Tunc accesserunt angeli, &c. Tertiò verò quantùm ad naturæ obsequium. Tota enim natura Christo obediens ei obsequebatur ad nutum: vtporè ab ipso institutа: quia omnia per ipsum facta sunt. Quod quidem, nec angelis, nec alicui alij creaturæ concessum est: nisi soli verbo incarnato: & hoc est, quod dicitur Matth. 9. Qualis est iste: quia mare & venti obediunt ei? Quartò quantùm ad docendi seu operandi modum. Moyses ènim & alij Prophetæ non propria auctoritate præcepta dabant: & homines instruebant, sed Dei. Vnde dicebant: hæc dicit dominus, &c. Et locutus est dominus ad moysen, &c. Christus verò loquitur tanquam dominus, & potestatem habens, id est, propria virtute. Vnde dicebat. Matthæi quinto. Ego dico vobis, &c. propter quod in fine sermonis eius in monte dicitur, quod erat docens quasi potestatem habens, &c. Item alij sancti operabantur miracula virtute non sua: Christus verò virtute propria. Vnde dicitur. Matthæi primo. Quænam est hæc noua doctrina: quia spiritibus, &c. Sic ergo singularis est gloria verbi. Nota autem, quòd aliquando dicimus in scriptura Christum vnigenitum sicut hîc. & infrà vnigenitus, qui est in sinu patris, &c. Aliquando verò dicimus ipsum primogenitum. Hebræorum primo. Et cùm iterum introducit primogenitum, &c. quod ideò est: quòd sicut totius sanctæ trinitatis proprium est esse Deum: ita verbo dei proprium est, quòd sit Deus genitus. Et quandóquidem nominamus Deum secundum quòd est in se, & sic ipse solus singulariter est Deus per essentiam suam. Vnde hoc modo dicimus, quòd est tantùm vnus Deus: secundum illud Exodi vigesimo. Audi Israël. dominus Deus tuus, vnus est. Quandóque nomen deitatis deriuamus etiam ad alios secundum quòd aliqua similitudo diuinitatis ad homines deriuatur, & sic dicimus multos Deos, secundum illud primæ Corinthiorum octauo. Siquidem sunt dij multi, & domini multi. Eodem modo ergo si consideremus proprietatem filij, qua genitus est quantùm ad modum, quo sibi ista filiatio attribuitur, scilicet per naturam: dicimus vnigenitum Dei: quia cùm ipse solus sit naturaliter genitus à patre: vnus tantùm est genitus Dei. Si verò consideremus ipsum filium secundum quòd per similitudinem ad ipsum: filiatio deriuatur ad alios: sic sunt multi filij Dei per participationem. Et quia per eius similitudinem dicunt filij Dei: ideò ipse dicitur primogenitus omnium. Romanorum octauo. Quos præscíuit conformes fieri, &c. Sic ergo Christus dicitur vnigenitus Dei per naturam: primogenitus verò inquantùm ab eius naturali filiatione per quandam similitudinem & participationem, filiatio ad multos deriuatur. Consequenter cùm dicit.

Plenum gratiæ & veritatis.

IAm gloriam verbi determinat, quasi dicat talis est eius gloria, quòd plenus est gratia & diuinitate. Possunt autem hæc verba exponi de Christo tripliciter. Primò secundum vnionem. Ad hoc enim alicui datur gratia: vt per ipsum vniatur Deo. Ille ergo gratia plenus est, qui perfectissimè Deo vnitur. Et alij quidem coniunguntur Deo per participationem similitudinis naturalis. Genes. primo. Faciamus hominem, &c. Alij per fidem. Ephesiorum sexto. Habitare per fidem Christum, &c. Alij per charitatem: quia qui manet in charitate, in Deo manet. vt dicitur primæ Ioannis quarto. Sed omnes isti modi particulares sunt: quia neque per participationem naturalis similitudinis perfectè aliquis Deo coniungitur, neque videtur Deus per fidem sicuti est: neque per charitatem diligitur, quibus diligibilis est: quia enim ipse est infinitum bonum: ideò fua amabilitas est infinita: ad quam infinitè amandam, non potest pertingere alicuius creaturæ amor: & ideò non potest esse plena coniunctio. In Christo autem in quo humana natura est vnita diuinitati in vnitate suppositi est inuenire plenam, & perfectam coniunctionem ad Deum: quia tamen fuit illa vnio: vt omnes actus tam diuinæ, quàm humanæ naturæ essent actus suppositi. Fuit ergo plenus gratia inquantùm non accepit à Deo aliquod donum gratuitum speciale: sed quod esset ipse Deus. Phil. 2. Dedit illi nomen, scilicet Deus pater filio, quod est super omne nomen. Romanorum primo. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute. Fuit etiam plenus veritatis: quia humana natura in Christo peruenit ad ipsam veritatem diuinam, scilicet, quòd ille homo esset ipsa diuina veritas. In alijs enim hominibus sunt multæ veritates participatæ: secundum quòd ipsa veritas prima per multas similitudines in mentibus eorum relucet: sed Christus est ipsa veritas: vnde dicitur. Collo. 2. quòd in ipso sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ. Secundò possunt exponi secundum animæ perfectionem, secundum quam dicitur plenus gratiæ & veritatis, secundum quod in anima eius fuit plenitudo omnium gratiarum absque mensura aliqua. Ioannis tertio. Non enim datus est spiritus ad mensuram: qui tamen mensuratè datus est omnibus creaturis rationalibus tam angelis, quàm hominibus. Nam secundum Augustinum sicut in singulis membris corporis est vnus sensus cõmunis, scilicet sensus tactus. In capite verò sunt sensus omnes. Ita in Christo, qui est caput omnis rationalis naturæ & specialiter sanctorum, qui ei vniuntur per fidem, & charitatem superabundanter omnes virtutes, & gratiæ & dona inueniuntur. In alijs verò sanctis participationes sunt donorum & gratiarum: quamuis commune donum omnium sanctorum sit charitas. de plenitudine gratiæ Christi dicit. Isa. Egredietur virga de radice iesse, &c. vsque spiritus timoris domini. Fuit etiam Christus veritate plenus: quia eius præciosa. & beata anima omnem veritatem tam diuinam, quàm humanã ab instanti conceptionis cognouit. Vnde dicit ei. Petrus, Ioan. vlti. Tu omnia scis. & in Psalm. Veritas mea, id est, cognitio omnis veritatis: & misericordia mea, id est, omnium gratiarum plenitudo cum ipso. Tertio modo possunt exponi secundum capitis dignitatem, scilicet inquantùm Christus est caput ecclesiæ: & sic sibi competit gratiam communicare alijs, tam in mentibus hominum operando virtutem per gratiæ infusionem, quàm meẽdo per doctrinam, & opera, & passiones mortis superabũdantem gratiã i finitis mundis si essent, inquãtùm igitur nobis largitus est perfectam iustitiam: quam non poteramus habere per legem, quæ infirmabatur, quæ nullum iustificare posset: neque ad perfectum adducere intantùm gratia plenus est. dicitur Roma. 8 quòd impossibile erat legi, &c. Item fuit veritate plenus: inquantùm figuras veteris legis, & promissiones factas patribus adimpleuit. Romanorum decimoquinto. Dines factas patribus adimpleuit. Romanorum decimoquinto. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis ad cuacuandas, &c. 2 Cor. 1. Quotquot promissiones Dei sunt, &c. Item dicitur plenus gratia: quia eius doctrina & conuersatio gratiosissima fuit. Psal. Diffusa est gratia, &c. Vnde dicitur. Luc. 21. quòd omnes manicabant, id est, mane ire studebãt, sed plenus veritate: quia non docebat in enigmatibus & figuris, nec palpabat vitia hominũ: sed veritatem omnibus apertè, sine vlla laude prædicabat. Ioan. 16. Ecce palàm loqueris, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTVRA IX.

Ioannes testimonium perhibet de ipso.

POSITA euidentia verbi, qua ipsis Apostolis innotuit per visum: consequenter Euangelista ponit eius euidentiam, secundum quòd alijs quàm Apostolis innotuit per auditum, per testimonium ipsius Ioannis, &c. Et circa hoc tria facit. Primò enim testis introducitur. Secundò testificandi modus innuitur ibi [Et clamat.] Tertiò testimonium ponitur ibi [Hic erat quem dixi, &c.] Dicit ergo nos quidem gloriam eius vidimus sicut vnigeniti à patre, sed hoc nobis non creditur, quia fortè habemur suspecti. Accedat illius testis, scilicet Ioannes Baptista qui testimonium Christo perhibuit. Est enim testis fidelis, qui non mentietur, Prouerb. 14. Testis fidelis nõ mentietur, &c. Ioannis quinto. Vos misistis ad Ioannem, &c. Hic enim Ioannes testimonium perhibet, quasi dicat perfeuerãter suum officium implet. Et quia ipse venit in testimonium. Puerbio. 10. Labium veritatis, &c. Deindè cùm dicit.

Et clamat dicens.

POnitur modus testificandi qui sit cum clamore: & ideò dicit [clamat,] inquantùm liberè sine timore. Isaiæ quadragesimo. Exalta in fortitudine, &c. Ecce Deus noster, &c. ardenter & ex magno feruore: quia (vt dicitur Ecclesiastici quadragesimo octauo.) Verbum eius vt facula ardebat. Isaiæ sexto. Seraphin clamabat alter ad alterum. per quod intimior ardor mentis exprimitur. Per manifestationem etiam clamoris, ostenditur quòd non sub figuris, neque occultè ad paucos sermo testificantis dirigitur: sed apertè & ostensiuè declaratur, & denũtiatur veritas iam non paucis, sed multis. Isaiæ 48. Clama ne cesses. Deinde cùm dicit.

Hic erat quem dixi.

QVid sit testificatus subiungit. Vbi duo facit. Primò enim describit continuitatem sui testimonij. Secundò describit eum, cui testimonium perhibet ibi [Qui post me.] Fuit ergo testimonium Baptistæ continuum: quia non semel tantùm: sed multotiens: & etiam antequàm Christus ad ipsum veniisset, Ioannes testimonium ei perhibuit. Et ideò dixit. [Hic erat quem dixi.] id est, antequàm vidissem eum corporaliter, testimonium ei perhibui. Lucæ primo. Tu puer Propheta, &c. Et hoc ideò quia præsentem & futurum ostendit. Est etiam eius testimonium certum: quia non solùm futurum esse prædixit: sed præsentem digito demonstrauit, dicens [Ecce agnus Dei.] ex quo insinuatur quòd Christus corporaliter præsens erat Ioanni. nam solitus erat sæpe ad Ioannem venire antequàm baptizatus fuisset. Describit autẽ consequenter eum, cui testimonium perhibet dicens.

Qui post me venturus est: ante me factus est: quia prior me erat.

VBi notandum est, quòd Ioannes non statim prædicat discipulis Christum esse filium Dei, sed paulatim eos ad altiora prouehit. Primò præferens eum sibi: qui tamen tantæ famæ & auctoritatis erat: vt crederetur esse Christus vel aliquis de magnis Prophetis. Comparat autem Christum sibi. Primò, quantùm ad ordinem prædicationis. Secundò, quantũ ad ordinem dignitatis. Tertiò, quantum ad ordinem durationis. Quantùm ad ordinẽ prædicationis Ioannes præcessit Christum, sicut famulus dominum: & sicut miles regem: & sicut lucifer solẽ. Mala. 3. Ecce ego mitto angelũ meum, &c. [Qui igitur post me venit.] scilicet in notitiam hominum prædicãdo. Et notãdum, quòd ly [venit] est temporis præsentis: quia in græco ponitur participium præsentis temporis, præcessit autem Ioãnes Christum duplici ratione. Primò secundum Chriso. quia Ioannes erat cõsanguineus Christi secundũ carnẽ. Luc. 1. Et ecce Helisabeth cognata tua, &c. Si ergo testimoniũ perhibuisset Christo postquã eum cognouerat, potuisset suum testimoniũ suspectum habere: & ideò Ioãnes venit ad prædicandũ: nondum habẽs familiaritatẽ cum Christo: vt eius testimoniũ efficacius esset. Vnde dicebat. Ioan. 1. Ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israël: propterea veni ego, &c. Secundò, quia in his quę de potentia procedunt ad actum imperfectũ, naturaliter præcedit perfectum. Vnde dicitur. 1. Cor. 15. Non priùs, quod spirituale est: sed quod animale, &c. Et ideò perfectam Christi doctrinam debuit præcedere imperfectior doctrina Ioannis: quæ quodam modo fuit media inter doctrinam legis, & prophetarum, quæ annunciabat de longinquo Christum futurum: & doctrinam Christi, quæ manifesta erat, & Christum manifestè annunciabat. Cõparat sibi quantùm ad ordinem dignitatis, cum dicit. [Ante me factus est:] vnde sciendum est, quòd ex hoc Arriani sumpserunt occasionem erroris. Dicebãt enim, q̃ hoc, quod dixit [post me venit] intelligitur de Christo secundum carnem assumptã: sed hoc quod addit. [Ante me factus est,] non potest intelligi nisi de verbo Dei, quod carni præexistebat Christum inquantùm est verbum factum esse, & non esse patri coæternum. Sed secundum Chrisosto. hæc expositio stulta est: quia si hoc esset verum, nõ dixisset Baptista. [Ante me factus est: quia prior me erat.] cùm nullus ignoret, quòd si prior eo erat, ante eum factus est, sed potius econuerso dixisset. [prior me erat,] quia factus est ante me. Et ideò secundum Chrisosto. intelligendum est de prioritate dignitatis, id est, mihi prælatus est & antepositus, quasi dicat quãuis Iesus post me ad prædicandũ venerit: tamen factus est ante me, id est: dignior & superior auctoritate, & honorem reputatione. Iob 28. Non adæquabitur ei aurum, &c. Vel [ante me factus est,] id est, coram me: vt habetur in Glos. & litera in græco hoc sonat, quasi dicat coram me, id est, in conspectu meo, quia mihi apparuit & innotuit. Item comparat eum sibi quantũ ad ordinem durationis dicens [quia prior me erat.] quasi dicat. Ipse est ab æterno Deus: ego ex tempore homo fragilis. Et ideò licèt eũ prædicãdo præcesserim: tamẽ rationabiliter prælatus est mihi in fama, & oppositione hominũ: qui sua æternitate præcedit omnia: Heb. vltimo. Iesus Christus heri & hodie, &c. infrà 8. Antequã Abrahã fieret, ego sum. Potest etiã exponi, q̃d dictũ est. [Ante me fact° est] vt referatur ad ordinẽ tẽporis secundũ carnẽ. Christus enim in instãti suæ cõceptionis fuit perfectus Deus, & perfectus homo habẽs rationalẽ animã perfectã virtutibus, & corpus omnibus lineamentis distinctũ. Non tamen secundum quãtitatẽ perfectã. Hiere. 31. Mulier circundabit virum. s. perfectum. Constat autem, quòd Christus antè fuit conceptus, quã Ioannes esset natus & perfectus homo, & ideò dicit. [Ante me factus est:] quia ipse priùs fuit homo perfectus, quàm natus fuisset ex vtero. Sequitur.

LECTVRA X.

Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.

VERBA ista vsque ad locum illum. [Et hoc est testimonium, &c.] dupliciter inferuntur. Nam secundum Origẽ. sicut verba prolata à Ioãne Baptista, & subdunctur ab eo qui in argumẽtum præmissorũ: quasi dicat. [Verè prior me erat:] quia [de plenitudine eius,] scilicet gratiarum, nõ solùm ego, sed etiam omnes Prophetæ & patres accepimus: quia omnes gratiam quam habuerunt, habuerunt per fidem incarnati verbi. Et secũdum hoc ab illo loco. [Ioãnes testimonium perhibet, &c.] incepit texere exordium suæ incarnationis. Secũdum Aug. autem & Chriso. sunt verba Ioã. Euãgelistæ hoc, quod dicitur. [Ioãnes testimonium perhibet,] & tũc cõtinuatur ad hoc, quod dixerunt [plenum gratiæ & veritatis.] Vt dicatur sic. Supra Euãgelista ostẽdit euidẽtia verbi quæ innotuit, & per visum, & per auditum. Hîc verò vtrũque explicat. Et primò quomodò Apostolis innotuit: visu quasi à Christo accipiẽtibus. Secũdò quomodò Ioã. testificatus est de eo ibi. [Et hoc testimonium.] Circa primum duo facit. Primò ostẽdit gratiam esse fontalem originem omnis spiritualis gratię. Secũdò ostẽdit deriuatam in nos gratiam per ipsum, & ab ipso ibi. [Et gratiam pro gratia.] Dicit ergo primo experimẽto patet, [q̃ vidimus eum plenum gratiæ & veritatis: quia de plenitudine eius nos omnes accepimus.] Est autẽ plenitudo sufficientiæ, qua aliquis est sufficiens ad actus meritorios & excellẽtes faciẽdos, sicut in Stephano. Item ostẽditur plenitudo redũdantiæ, qua beata virgo excellit omnibus sanctis propter eminentiam, & abundãtiam meritorum, sed est plenitudo efficientiæ & effluentiæ, quæ soli homini Christo cõpetit, quasi auctor est gratiæ. Si enim beata virgo redundauit gloriam in nos: vt tamen auctrix gratiæ nequaquàm esset, sed ab anima eius gratia redundauit in carnem. Nam per spiritusanctã gratiam nõ solum mẽs virginis fuit Deo per amorem perfectè vnita, sed eius virtus spiritusancto est supernaturaliter impregnata. Et ideò statim cùm dixisset Gabriel. Aue gratia plena, subiunxit de plenitudine vẽtris. d. Dominus tecum. Vt ergo Euãgelista hãc singulariter plenitudinem redundãtiæ & efficiẽtiæ de Christo ostenderet, dicit [de plenitudine eius omnes accepimus,] scilicet omnes Apostoli, & Patriarchæ & Prophetæ, & iusti, qui fuerunt, sunt, & erunt, & etiam omnes Angeli. Nota, quòd hæc præpositio de, aliquando quidem denotat efficientiam, seu originalem causam, sicut cùm dicitur radius est: vel procedit de sole, & hoc modo denotat in Christo efficientiam gratiæ suæ auctoritatẽ: quia plenitudo gratiæ quæ est in Christo, est causa omnium gratiarum, quę sunt in omnibus intellectualibus creaturis. Eccle. 24. Venite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis, quæ scilicet de me procedunt adimplemini participatione sufficientis plenitudinis. Aliquando autem hæc præpositio de, denotat consubstantialitatem: vt cùm dicitur filius est de patre, & secundum hoc plenitudo Christi est spiritusanctus, qui procedit ab eo consubstantialis ei in natura, in virtute, & maiestate. Quamuis enim dona habitualia alia sint in anima Christi, quàm ea quæ sunt in nobis, tamen spiritusanctus, qui est in ipso vnus, & idẽ repler omnes sanctificandos. primæ Corin. duodecimo.

Hæc omnia

Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus. Ioël. 2. Effundam de spiritu meo, &c. Roma. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic nõ est eius. Nam vnitas spiritus sancti facit in ecclesia vnitatem. Sap. 1. Spiritus domini repleuit, &c. Tertio modo hæc præpositio de, denotat partialitatem. Sicut cùm dicimus. Accipe de hoc pane vel vino, idest, partem accipe, & non totum. Et hoc modo accipiendo notat in accipientibus partem de plenitudine deriuari. Ipse enim accepit omnia dona spiritussancti sine mensura: secundum plenitudinem perfectam. Sed nos de plenitudine eius partem aliquam participamus per ipsum. Et hoc secundum mensuram, quam vnicuique Deus diuisit. Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia, &c. Deindè cùm dicit.

Et gratiam pro gratia.

OStendit deriuationem gratiarum in nos per Christum. Vbi duo facit. Primò ostendit, quòd accepimus gratiam à Christo, eo auctore. Secundò accepimus ab eo sapientiam ibi [Deum nemo vidit vnquam.] Circa primum duo facit. Primò ostendit, quòd de plenitudine eius accepimus. Secundò necessitatem accipiendi ostẽdit ibi. [Quia lex per Moysen.] Dicit autem primò, quòd accepimus de plenitudine Christi hoc, quod dico. [Et gratiam pro gratia.] Sed per hoc, quod ponit, cogimur intelligere, quòd de plenitudine eius accepimus gratiam: & pro illa gratia accepimus aliam: & ideò videdum est quæ sit propria gratia: pro qua secundam accepimus, & quæ ipsa secunda. Secundum Chriso. autem prima gratia quam totum genus humanum accepit, fuit gratia veteris testamenti accepta in lege: quæ quidem magna fuit iuxta illud. Prouerb. 4. Donum bonum tribuam vobis, &c. Magnum enim fuit, quòd hominibus idolatris data sunt præcepta à Deo: & vnius veri Dei, vera cognitio. Roma. 3. Quid ampliùs video: aut quæ vtilitas circumcisionis: multum quidem per omnem modum: primum quidem quia tradita sunt eloquia de illis. Pro gratia ergo ista quæ prima fuit, secũdam longè meliorem accepimus. Zach. 8. Exequabit gratiam gratiæ. Sed nunquid non sufficiebat prima gratia? Respondeo dicendum, quòd non: quia per legem solùm cognitio peccati datur: non ablatio. Neminem enim ad perfectum adduxit lex. Et ideò erat necesse, quòd alia gratia peccata auferens, & reconcilians Deo, veniret. Et ideò dicit.

Quia lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

VBi Euangelista præfert Christum legislatori Moysi: quem Baptista sibi prætulerat. Moyses autem reputabatur maximus prophetarum. Deuter. vltimo. non surrexit vltra Propheta, &c. Præfert autem eum Moysi quantùm ad excellentiam & dignitatem operũ: quia per Moysen lex data est: & horum duorum, tantùm vnum excellit alium, quantùm figuratum excellit figuram: & veritas ipsam vmbrã. Vmbram enim habuit lex futurorum bonorum, &c. Hebr. 11. Item excellit quantùm ad modum operandi: quia lex data est per Moysen sicut per Moysen per promittentem, non per facientem: quia solus dominus est legifer' noster. Isa. 35. Gratia autem & veritas facta est per Christum, sicut per dominum & auctorem veritatis, & gratiæ: vt supra expositum est. Secundum Aug. verò prima est iustificans & præueniens, quæ non datur nobis ex operibus Roma. 2. Si gratia, iam non ex operibus. Pro ista ergo gratia, scilicet imperfecta, accepimus aliam gratiam consumatam, scilicet æternæ vitæ: & quãuis æterna vita aliquo modo meritis acquiratur, tamen quia principium merendi in omnibus est gratia præueniens, ideò vita æterna dicitur gratia. Roma. 6 Gratia Dei vita æterna. Et vt breuiter concludatur: quicquid præuenienti gratiæ de gratia additur, totum gratia pro gratia dicitur. Necessitas autem secundæ gratiæ est ex insufficientia legis, quæ ostendebat: quid faciendum & quid cauendum erat: sed ad implendum ea quæ præcipiebat, non præbebat auxilium. Vnde per occasionem operabatur mortem, quæ tamen videbatur fuisse ad vitam. Roma. 7. & Apostolus. 2. Corin. 3. Dicit legem ministram fuisse mortis. Nam si ministratio damnationis in gloria est, &c. Item promittebat auxilium gratiæ. sed nõ soluebat: quia neminem ad perfectum adduxit lex: vt dicitur Hebr. 7. Item per sacrificia, & cerimonias veritatem nouæ gratiæ figurabat ipse suo ritu clamans eam figuram: & ideò necesse fuit, quòd Christus veniret, qui per mortem propriam, alienas mortes perimeret: conferre auxilium nouæ gratiæ: vt faciliter & delectabiliter adimpleremus præcepta, & moreremur transgressioni, & conuersationi antiquę. Rom. 6. Vetus homo noster crucifixus est, &c. Item vt manifestaretur veritas figurarum contentarum in lege: & vt promissiones factæ patribus soluerentur. 2 Corin. 1. Vel aliter veritas per Christum facta est, quantùm ad sapientiam & veritatem occultam à sæculis, quam veniens in mundo apertè docuit. infrà 19. In hoc natus sum: & ad hoc veni. &c. Sed si ipse Christus est veritas: vt infrà 14. dicitur. quomodo per ipsum facta est veritas cum nihil possit fieri à seipso? Respondeo dicendum est, quòd ipse est per suam essentiam veritas increata: quæ æterna est, & non facta: sed à patre est genita: sed per ipsum factæ sunt omnes veritates creatæ: quæ sunt quædam participationes, & refulgentiæ primæ veritatis, quæ in animabus sanctis relucent.

LECTVRA XI.

Deum nemo vidit vnquam.

SVPRA Euangelista ostendit quomodò gratiã Apostoli acceperunt à Christo, eo faciẽte. Hic ostẽdit quomodò acceperunt ab ipso eam docente. Et circa hoc tria facit. Primò, ostendit huius doctrinę necessitatem, dicens. [Deum nemo vidit vnquam.] Secundò, doctoris ad docendum eam facultatem. [Vnigenitus qui est in sinu.] Tertiò, ipsam doctrinam declarat ibi. [Enarrauit.] Necessitas autem huius doctrinæ erat defectus sapientię in hominibus: quem quidem defectum Euangelista insinuabat per ignorantiam Dei, quæ in hominibus abundabat dicens. [Deum nemo, &c.] Et hoc facit congruè. Nam sapientia propriè in cognitione Dei, & diuinorum consistit. Vnde Augustinus dicit: quòd sapientia est diuinarum rerum cognitio: sicut & scientia humanarum. Quod autem hîc dicit Euangelista [Deum nemo vidit vnquam.] contrariari videtur pluribus auctoritatibus diuinæ scripturæ. Dicitur enim. Isai. 6. Vidi dominum sedentem, &c. 2 Reg. fere idem habet. Vidi dominum sedentem: & omnem malitiam cœli, &c. Matth. 5. dicit dominus. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Sed si aliquis responderet ad hoc vltimum dicens, verum esse, quòd in præterito nullus vidit: sed in futuro videbit: sicut dominus promittit. Apostolus hoc excludit: dicens. 1. Thim. vltimo. Lucem habitat inaccessibilem, quam nullus hominum vidit sed nec videre potest. Sed quia Apostolus dicit nullus hominum vidit, posset aliquis dicere. quòd si non ab hominibus videri possit: saltem videtur ab angelis: præsertim cùm Deus dicat. Matth. 18. Angeli eorum in cœlo semper vident, &c. Sed nec isto modo dici potest: quia (vt dicitur. Matth. 22.) Filij resurrectionis erunt sicut angeli Dei in cœlo. Si ergo angeli vident Deum in cœlo: manifestum est etiam, quòd & filij resurrectionis eum vident. 1. Ioan. 3. Cùm apparuerit similes ei erimus. & videbimus eum sicuti est. Quomodò ergo intelligendum est hoc, quod dicit Euangelista [Deum nemo vidit vnquam.] Ad huius ergo intellectum sciendum est, quòd Deus dicitur videri tripliciter. Vno quidem modo per subiectam creaturam, visui corporali propositam: sic creditur Abraham vidisse Deum. quando tres vidit, & vnum adorauit. Genes. 18. vnum quidem adorauit, quia tres, quos prius homines reputauerat, & postmodum angelos credidit, recognouit ministerium trinitatis. Alio modo per repræsentatam imaginationem. Et sic Isa. Vidit dominum sedentem super solium excelsum, &c. Plures visiones huic similes in scripturis reperiuntur. Alio verò modo videtur per aliquam speciem intelligibilem à sensibilibus abstractam ab his, qui per considerationem magnitudinis creaturarum, in intellectu intuentur magnitudinem creatoris (vt dicitur. Sapien. 13.) A magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit, &c. & Roma. 1. Inuisibilia Dei, &c. Alio modo per aliquod spirituale lumen à Deo infusum spiritualibus mentibus in contemplatione. & hoc modo vidit Iacob Deum facie ad faciem. Genes. 32. Quæ visio secundum Grego. facta est per altam contemplationem. Sed per nullam istarum visionum, ad visionem diuinæ essentiæ peruenitur. Nulla enim species facta, siue qua informatur sensus exterior: siue qua informatur imaginatio, siue qua informatur intellectus, est representatiua diuinæ essentiæ sicut est. Illud autem homo per essentiam cognoscit, quòd speciem quam habet in intellectu representat vt est: per nullam ergo speciem ad visionẽ diuinæ essentiæ peruenitur. Quod autem nulla creata species diuinam essentiam representet, patet: quia nullum finitum potest representare. infinitum: vt est: omnis autem species creata est finita. ergo, &c. Præterea: Deus est suum esse. & ideò est sapientia, & bonitas: & quæcũnque alia idem sunt. per vnum autem creatum non possent omnia ista representari: ergo cognitio qua Deus per creaturas videtur, non est ipsius essentia, sed enigmata & speculatis, & à remotis. Iob trigesimosexto. Omnes homines vident eum aliquo dictorum modorum: sed vnusquisque intuetur procul: quia per omnẽ illas cognitiones non scitur de Deo quid est: sed quid non est: vel an est: vnde dicit Dionysius, mysticæ Theologicæ. Quod perfectus modus, quo Deus in vita præsenti cognoscitur, est per priuationem omnium creaturarum, & intellectarum à nobis. Fuerunt autem aliqui dicentes, quòd diuina essentia nunquam videbitur ab aliquo intellectu creato: & quòd nec ab angelis: vel beatis videtur. Sed hæc positio ostenditur esse falsa, & hæretica tripliciter. Primò, quidem, quia contrariatur auctoritati diuinæ scripturæ primæ Ioannis tertio. Videbimus eum sicuti est. & Ioan. 16. Hæc est vita æterna, &c. Secundò. quia claritas Dei non est aliud quàm eius substantia. Non enim est lucens per aliquam participationem luminis, sed per seipsam. Tertiò quia impossibile est aliquis perfectam beatitudinem consequatur, nisi in visione diuinæ essen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ: quia naturale desiderium intellectus est scire, & cognoscere causas omnium effectuum cognitorum ab eo: quod non potest impleri nisi scita & cognita prima vniuersali omnium causa, quę non est composita ex effectu, & causa sicut causæ secundæ, & ideò auferre posibilitatem visionis diuinæ essentiæ ab hominibus, est auferre ipsam beatitudinem. Necesse est ergo ad beatitudinem intellectus creati: vt diuina essentia videatur. Matthæi quinto. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Ad diuisionem autem diuinæ essentiæ, oportet tria attendere. Primò quia nunquàm videbitur oculo corporali: vel aliquo sensu vel imaginatione: cùm per sensus non percipiantur, nisi sensata corporea, Deus autem incorporeus est infra quarto. Deus spiritus est, &c. Secundò, quia intellectus humanus quandiu corpori est coniunctus, Deum videre non potest, & aggrauatur à corruptibili corpore: ne possit ad summum contẽplationis pertingere. Et inde est, quòd anima quantò magis est à passionibus libera, & purgata, & ab effectibus terrenorum: tantò amplius in contemplationem veritatis ascendit, & gustat quàm suauis est dominus. Summus gradus autem contemplationis est videre Deum per essentiam. & ideò quandiu homo in corpore subiecto ex necessitate passionibus multis viuit: Deum non potest per essentiam videre. Exod. trigesimotertio. Nõ videbit me homo, &c. Ad hoc ergo, quòd intellectus humanus diuinam essentiam videat: necesse est vt totaliter deseret corpus per mortem: sicut Apostolus dicit secundæ Corinthiorum quinto. Audemus & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad dominum: vel quòd totaliter abstrahens per raptum à corporis sensibilibus, sicut de Paulo legitur. secundæ Corinthiorum nono. Tertio modo quòd nullus intellectus creatus quantumcúnque abstractus: siue per mortem: vel à corpore separatus videns diuinam essentiam: ipsam nullo modo comprehendere potest. Et ideò communiter dicitur, quòd licèt diuina essentia tota videatur à beatis, cùm sit simplicissima, & partibus carens: tamen non videtur totaliter, quòd hoc esset eam comprehendere. Hoc enim, quod dico totaliter, dicit modum quendam: quilibet autem modus Dei est diuina essentia. Vnde qui non videt eum totaliter: non apprehendit eam. Comprehendere autem propriè dicitur aliquis aliquam rem cognoscendo: qui cognoscit rem illam quantùm in se cognoscibilis est: alias quamuis cognoscat, eam non tamen comprehendit. Sicut qui cognoscit hanc propositionem, triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis. syllogismo, dialectico: non cognoscit eam quantùm cognoscibilis est: & ideò non cognoscit totaliter: sed qui cognoscit eam syllogismo demõstratiuo, totaliter scit eam. Vnumquódque enim tantùm cognoscibile est, quantùm habet de ente & veritate: sed ipse cognoscens tantùm cognoscit, quantùm habet de virtute cognoscitiua. Omnis autem substantia intellectualis creata est finita: ergo finitè cognoscit. Cùm ergo Deus sit infinitæ virtutis & entitatis: & per consequens infinitè cognoscibilis à nullo intellectu creato cognosci potest quantùm est cognoscibilis: & ideò omni intellectui creato remanet incomprehensibilis. Iob trigesimosexto. Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram. Solus autem ipse comprehendendo contemplatur seipsum: quia tanta est eius virtus in cognoscendo, quanta est eius entitas in essendo. Hieremiæ trigesimosecundo. Fortissime magne potens dominus exercituum. nomen tibi magnus consilio incomprehensibilis cogitatu. Sic ergo secundum præmissa intelligitur. [Deum nemo vidit vnquam.] primò sic [nemo.] id est, nullus hominum: [vidit Deum.] id est, essentiam diuinam oculo corporali & imaginario. Secundò [nemo] in hac mortali vita viuens vidit diuinam essentiam in seipsa. Tertiò [nemo] homo vel angelus [vidit Deum] visione comprehensionis. Quod autem de aliquibus dicitur, quòd Deum viderunt oculo seu viuentes in corpore, intelligitur non per essentiam: sed per subiectam creaturam. vt dictum est. Sic ergo necessariũ erat, quòd reciperemus sapientiam: quia Deum nemo vidit vnquam.

Vnigenitus filius, qui est in sinu patris.

HVius autem sapientiæ sufficiens doctor nobis proponitur, ab Euangelista, cùm subdit] Vnigenitus filius qui est in sinu patris.] In quo ostendit nobis doctoris ipsius facultatem per tria, scilicet per naturalem similitudinem, & per singularem excellentiam: & perfectissimam consubstantialitatem. Per naturalem similitudinem: quia filius naturaliter similitudinem patris habet. Et inde est etiam, quòd intantùm aliquis dicitur filius Dei, inquantùm similitudinem filij naturalis participat: & intantùm cognoscit, inquantùm de similitudine eius habet. Quia cognitio fit per assimilationem. 1. Ioan. 3. Nunc filij Dei sumus. Et sequitur. Cùm apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est. Et ideò in hoc, quod Euangelista dicit. Filius importatur similitudo, & aptitudo ad cognoscendum Deum. Sed quia iste doctor specialiùs, quàm alij filij Deum cognoscit. Ideò Euangelista hìc insinuat per excellentiam singularem cum dicit. [Vnigenitus.] quasi dicat iste cognoscit Deum præ alijs filijs: ideò dicitur. [Vnigenitus] quia est filius naturalis, eandem habens cum patre naturam & cognitionem. Psalm. Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Quamuis autem singulariter cognoscit: posset tamen sibi deesse facultas docendi: si non cognosceret totaliter: & ideò addit tertium, scilicet consubstantialitatem eius ad patrem cùm dicit. [In sinu patris] vt non accipiatur sinus prout in hominibus vestis & præcinctis dici consueuit, sed pro patris occulto. Illud enim in occulto gerimus, quod in sinu portamus. Occultum autem patris est: quia superexcedit omnem virtutem & cognitionem: cum diuina essentia sit infinita. In illo ergo [sinu,] id est, in occultissimo paternæ naturæ & essentiæ, quæ excedit omnem virtutem creaturæ est vnigenitus filius, & ideò consubstantialis est patri. Et quod Euangelista hìc significauit per sinum. hoc Dauid expressit per vterum: dicens. Ex vtero ante luciferum, id est, ex intimo, & occulto meæ essentiæ incomprehensibili, omni intellectu creato genuite, & consubstantialem mihi & eiusdem naturæ, & virtutis, & potestatis, & cognitionis. 1. Corinth. 2. Quæ sunt hominis nemo nouit, &c. & quæ sunt Dei nemo nouit: nisi Christus Dei. comprehendit ergo diuinam essentiam, quæ sua est. Anima autem Christi Deũ cognoscendo non comprehendit, quia hoc non dicitur nisi de vnigenito, qui est in sinu patris. Vnde & dominus dicit. Matthæi vndecimo. Nemo nouit patrem nisi filius: & cui voluerit filius reuelare: vt vtrúmque intelligatur de notitia comprehensionis: de qua hìc videtur loqui Euangelista. Nullus enim diuinam comprehendit essentiam: nisi solus Deus pater, & filius, & spiritus sanctus, sic ergo patet facultas doctoris ad docendum. Notandum etiam, quòd per hoc, quod dicit. [Qui est in sinu patris,] excluditur error quorũdam dicentiũ patrem inuisibilem esse, filium verò visibilem, & non visum fuisse in veteri testamento. Nã ex hoc, quòd est in abscondito patris, manifestum est, quòd naturaliter inuisibilis est sicut pater. & propter hoc dicebat de ipso. Isai. 45. Tu es verè Deus absconditus. & ideò in scriptura diuina fit mentio de cõprehensibilitate filij. Mat. 11. Nemo nouit filium nisi pater, neq;, &c. & Prouer. 30. Quod nomen filij eius si nosti. Consequenter Euangelista modum tradendi ipsam doctrinam insinuat cùm dicit.

Ipse enarrauit.

OLim enim vnigenitus filius manifestauit Dei cognitionẽ per Prophetas, qui eam intãtum annuntiauerunt, inquãtum æterni verbi fuerunt participes. Vnde dicebant. Factũ est verbum Domini, &c. Sed nunc ipse vnigenitus filius [enarrauit.] fidelibus. Isaiæ quinquagesimosecũdo. Ego ipse qui loquebar. ecce adsum. Hæbræorum primo. Multiphariè, &c. Et hæc doctrina ideò omnibus alijs doctrinis supereminet dignitate, auctoritate, & vtilitate: quia ab vnigenito filio, qui est prima sapientia immediatè est tradita. Hebræorum secundo. Quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum, &c. Sed quid narrauit nisi vnum Deum. hoc ipsum & Moyses enarrauit. Exodi tertio. Audi Israël Dominus Deus tuus, &c. Quid ergo amplius Moyse: Multum per omnem modum: quia ministerium Trinitatis, & multa alia, quæ nec Moyses, nec aliquis Prophetarum narrauit.

LECTVRA XII.

Et hoc est testimonium Ioannis, qui miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eum vt interrogarent eum. Tu quis es? & confessus est, & non negauit, & confessus est: quia non sum ego Christus? Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non.

SVPRA ostendit Euangelista quomodò Christus in notuit testimonio Ioannis ipsis Apostolis hìc plenius explicat ipsum testimonium, & primò ponit testimonium Ioannis ad turbas. Secundò verò testimonium, quod perhibuit de Christo discipulis suis ibi. [Altera die iterum stabat.] Si autem bene considerentur, quæ dicta sunt, duplex testimonium Ioannis ad Christum inuenitur. Vnum, quod tulit Christo in eius præsentia. Aliud in eius absentia. Nisi enim in eius præsentia testimonium Ioannes tulisset non dixisset [hic erat.] Et nisi in eius absentia non diceret [quẽ dixi vobis.] Primò ergo Euãgelista explicat testimonium Ioannis, quod tulit de Christo in eius absentia. Secũdò, quòd tulit in eius præsentia. ibi. [Altera die vidit.] Differunt autem hæc duo testimonia: quia primum intulit interrogatus. Alterum spontaneus, & ideò in primo testimonio non solum ponitur testimonium, quod tulit, sed etiam ipsa interrogatio. Primò autẽ fuit interrogatus de persona. Secũdò de officio ibi. [Et qui missi fuerãt.] Ostẽditur ergo primò quomodò Ioã. cõfessus est se nõ esse. quod non erat. Secundò quomodo non negauit se esse, quod erat

quod erat ibi. [Dixerunt ergo ei, &c.] Circa primum ponuntur tres interrogationes, & tres responsiones, sicut patet in litera. In prima autem interrogatione est magna Iudæorum reuerentia ad Ioannem, qui mittunt ad eum eius testimonio inquirentes, vbi magnitudo reuerentiæ ex quatuor colligitur. Primò: ex mittẽtium dignitate. non enim Galilæi miserunt: sed illi qui præcipui fuerunt in populo Israël scilicet Iudæi qui sunt de tribu Iuda habitantes iuxta Hierusalem. Paral. 5. De Iuda legit dominus, &c. infrà 4. Salus ex Iudæis est. Secundò ex loci præeminentia. quia ab Hierusalem, quæ est ciuitas sacerdotalis: & diuino cultui mancipata infrà quarto. Vos dicitis, &c. Isaiæ trigesimoseptimo. Ante altare host. &c. Tertiò, ex nunciorũ auctoritate, qui solẽnes erant, & sanctiores in populo: quia sacerdotes & leuitæ. Isaiæ quadragesimoprimo. Vos sacerdotes domini, &c. Quartò, ex hoc quod miserunt: vt Ioannes de se testimonium perhiberet, quasi tantam fidem habentes dictis suis: vt crederent Ioanni de seipso etiam testimonium perhibenti. Vnde dicitur. [Vt interrogarent eum, tu quis es?] quod Christo non faciebant: imò dicebant ei. Ioan. 8. Tu testimonium perhibes de teipso, &c. Consequenter cum dicit [& confessus est, &c.] Ponitur Ioannis responsio. Ideò autem Euangelista ingeminat hoc, quod dicit [& confessus est.] vt ostendebat humilitatem Ioannis: quia licèt esset tam tæ auctoritatis apud Iudæos: vt eum crederent Christum: non tamen honorem non sibi debitum vsurpabat: imò [confessus est: quia non sum ego Christus.] Sed quid est hoc, quod dicit [confessus est & non negauit?] Videtur autem, quod negauit, quia dicit se non esse Christum. Sed dicendum est, quòd ideò non negauit veritatem, quia dicit se non esse Christum. alias negasset veritatem. Iob. 31. Si vidi solem cum fulgeret: & luna incedentem clarè: & negatio contra Deum altissimum, &c. Non negauit ergo veritatem: quia quantumcúnque haberetur magnus, non est elatus in superbiam: vsurpãs sibi honorem alienum. [Et confessus est, quia non sum ego Christus:] quia verè non erat: supra eodem. Non erat ille lux, &c. Sed cum hi qui missi erant, non quærerent an esset Christus, sed quis esset: quia Ioannes respondit non sum ego Christus. Sed dicendum, quòd magis respondet ad mentem quærentium, quàm ad quæstionem, & hoc potest accipi dupliciter. Secundum. Origenem enim intelligendum est, quòd sacerdotes, & leuitæ bona intentione venerãt ad ipsum. Cognouerant enim ex scripturis & præcipuè ex Prophetia Danielis: quia iam venerat tempus aduentus Christi. Vnde videntes sanctitatem Ioannis suspicabantur eum esse Christum. Vnde miserunt ad Ioannem quasi scire volentes per hoc, quod dicunt ei [tu quis es?] an ipse se Christum fateretur. Et ideò eorum respondit menti [Non sum ego Christus.] Chrisostomus verò dicit, quòd isti fraudulenter interrogabant. Nam Ioannes cognatus erat sacerdotum: vtpotè principis sacerdotum filius. erat etiam sanctus, & tamen testimonium perhibebat Christo, cuius genus humile videbatur. Vnde & dicebant, nonnè iste est fabri filius? & ignotus erat eis: & ideò cupientes magis habere magistrum Ioannem, quàm Christum: mittunt ad eum volentes eum per blandicias allicere, & indu cere: vt sibi honorem hunc attribuens confiteatur se esse Christum, quam quidem malitiam videns Ioannes dicit. [Non sum ego Christus.] Secunda interrogatio ponitur consequenter cum dicitur [& interrogauerunt eum, &c.] Sciendum est autem, quòd à populo Iudæorum sicut expectabatur dominus venturus: ita expectabatur Helias Christum præcessurus. Mal. vltimo Mittam vobis Heliam, &c. Et ideò videntes qui missi erant, quòd Ioannes non confitebatur se esse Christum, instant quòd saltem confiteatur [& si es Helias.] Et hoc est, quod dicunt. Quid ergo: Helias es tu? Quidam autem hæretici dicunt, quòd anima de corpore transmittitur in corpus, & hoc dogma tunc temporis erat in auctoritate apud Iudæos, vnde credebant, quòd propter similitudinem operum Ioannis ad Heliam: anima Heliæ esset in corpore Ioannis. & dicũt, quòd quærebant isti à Ioanne, an esset Helias, id est, an anima Heliæ esset in Ioanne. & adducunt pro eis, quod dicit dominus. Matthæi vndecimo, de Ioanne. Si vultis credere ipse est Helias. Sed statim contrariatur eis responsio Ioannis dicentis [non sum Helias.] Ad quod ipsi respondent. quòd Ioannes ex ignorantia respondit nesciens an anima sua esset anima Heliæ. Sed contra hoc dicit Origenes, quod valde irrationabile videtur, quòd Ioannes tanquam Propheta à spiritu illuminatus, & de Deo vnigenito tanta narrans, ignoraret de seipso an nunquam eius anima fuerit in Helia. Non hac ergo intentione quærebant [Helias es tu?] Sed quia habentes ex scripturis. 4. Regum 2. quòd Hælias non fuit mortuus: sed viuus raptus est per turbinem in cœlum. Vnde credebant eum subitò inter eos apparuisse. Sed contra hoc est, quòd Ioannes ex notis parentibus natus erat, & natiuitas eius omnibus nota erat. Vnde dicitur. Luc. 1. quòd mirati sunt vniuersi, & ponebant in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit? Ad quod potest dici, quòd non est incredibile, quòd ita extimarent de Ioanne sicut dictum est: quia & simile habetur. Matth. 14. quòd Hærodes credebat de Christo, quòd esset Ioannes, quem ipse decollauerat & tamen diu antequam Ioannes decollatus esset, Christus prædicauerat, & notus fuerat. & ideò ex simili amentia & crassitudine, Iudæi quærebant à Ioanne an ipse esset Helias. Sed quid est hoc, quod dicit Ioannes [Non sum,] scilicet Helias. cùm Christus dixerit. Matthæi vndecimo. Ipse est Helias. Hanc quæstionem autem soluit angelus. Lucæ primo. Ipse præcedet ante eum in spiritu & virtute Heliæ: in suis, scilicet operibus. Non fuit ergo Helias in persona, sed in spiritu & virtute: quia scilicet similitudinem Heliæ in suis operibus ostendebat. Potest autem attendi similitudo quantùm ad tria. primò, quantùm ad officium: quia sicut Helias secundum domini aduentum præuenietrita iste præcesit primum, &c. Vnde & angelus dixit. Ipse præcedet ante ipsum, &c. Secundò, quantùm ad viuendi modum, quia Helias in desertis morabatur: parco vtebatur cibo: & duris vestibus operiebatur: vt dicitur tertio. Regum decimonono. & quarto. Regum primo. Et Ioannes in desertis erat, cibus eius locustæ, & mel siluestre: & zona eius de pilis camelorum. Tertiò quantùm ad zelum, quia Helias maximi zeli fuit: vnde dicebat tertio. Regum decimonono, zelo zelatus, &c. Sic & Ioannes zelo veritatis mortuus est: vt patet Matthæi decimoquarto. Consequenter cum dicit [Propheta es tu?] ponitur tertia quæstio. Vbi primò quæritur cùm dicatur. Lucæ primo. Tu puer Propheta altissimi vocaberis &c. Quid est quòd Ioannes interrogatus si esset Propheta: respondit se non esse Prophetam? Ad quod tripliciter respondetur. Vno modo, quòd Ioannes non est Propheta simpliciter, sed plus, quàm Propheta. alij námque Prophetæ solùm futura prædicebant à remotis. Abac. 2. Si moram fecerit, &c. Ioannes verò Christum præsentem annunciauit, quasi digito ostendens. Ioan. eodem, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: & ideò Matthæi vndecimo. dominus dicit eum esse plus, quàm Prophetam. Item alio modo secundum Origenem: quia Iudæi ex malo intellectu tres excellentes personas futuras credebant circa aduentum Christi, scilicet ipsum Christum, Heliam, & quendam alium maximum Prophetam: de quo Deuteron. decimooctauo. Prophetam suscitabit nobis dominus, &c. Et licèt hìc maximus Propheta secundum veritatem non sit alius, quàm Christus: tamen secundum Iudæos alius est à Christo: & ideò non quærunt simpliciter vtrum sit Propheta, sed an sit ille Propheta maximus. Quod quidem ex ordine quæstionis apparet. Nam primò quærunt an sit Christus. Secundo, an sit Helias. Tertiò, an sit Propheta ille. Et ideò in Græco ponitur hic articulus: vt dicatur ly Propheta quasi anthonomatice dictum. Tertiò modo, quia Pharisæi mouebantur contra Ioannem quòd sibi baptizandi officium præter ordinem legis, & traditionem eorum assumpsisset. De tribus autem habetur in veteri testamento, quibus competere poterat baptizare, scilicet de Christo. Ezechielis trigesimosexto, ex persona Christi dicitur. Effundam super vos aquam mundam, &c. Item de Helia, de quo dicitur quarto. Regum secundo, quòd diuisit aquas Iordanis transiens raptus est. Item de Helisæo qui Naaman syrum lauari fecit septies in Iordane, vt lauaretur à læpra: vt dicitur quarto. Regum quarto. Videntes ergo Iudæi Ioannem baptizare, credebant eum aliquem istorum esse, scilicet Christum, vel Heliam, vel Helisæum: & ideò cùm dicunt hic [Propheta es tu?] Interrogant an sit Helisæus. Et dicitur singulariter [Propheta] propter multa miracula quæ fecerat, vnde & ipse dicit quarto. Regum quarto. Vt autem sciat Prophetam esse in Israël. & secundum hoc respõdet [Non sum.] scilicet Hælisæus. Consequenter cùm dicit.

Dixerunt ergo ei. Quis es? vt responsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de teipso? Ait.

OStendit quomodò confessus est se esse, quod erat. Et primò, ponitur interrogatio nunciorũ. Secundò, responsio ibi. [Ego vox clamantis in deserto.] Dixerunt ergo [quis es? vt responsum demus, &c.] quasi dicat ad hoc missi sumus: vt sciamus quis es: ideò dicas nobis quid dicis de teipso? Sed attende Ioannis deuotionem. Iam impleuit quod Apostolus dicit Gallat. secundo. Viuo ego iam non ego, &c. & ideò non respondet: ego sum filius zachariæ: vel talis & talis: sed solùm illud in quo Christum sequebatur. Vnde dicit.

Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam domini: sicut dixit Isaias Propheta.

DIcit autem se vocem esse: quia vox origine posterior est verbo: sed notitia prior. Nam verbum in corde conceptum, per vocem prolatam cognoscimus: cum sit signum eius. Deus autem pater præcursorem misit Ioannem in tempore factum: vt verbum suum ab æterno conceptum annunciaretur: & ideò congruè dicit] Ego vox] quod autem addit [clamantis.] potest intelligi dupliciter: vt scilicet, sit vel Ioannis in deserto clamantis, & prædicantis: vel Christi clamantis in ipso: secundum illud. 2. Corint. vltimo. An experi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentum eius quæritis, qui in me loquitur Christus: Clamat autem propter quatuor. Primò namque clamor manifestationem importat, & ideò vt ostendat, q̃ Christus in Ioanne, & in se manifestè loquebatur, clamat Ioannis 7. In nouissimo magnæ festiuitatis, &c. In Propheris autẽ nõ clamauit: quia prophetiæ in enigmate & figuris datæ sunt. vnde in Psalm. dicitur. Tenebrosa aqua in nubibus aëris. Secundò: quia clamor fit ad distantes. Iudæi autem elongati erant à Deo. ideò necesse erat, q̃ clamaret. Psalm. Elongasti à me amicum & proximum. Tertiò clamat, quia surdi erant. Isa. 42. Quis surdus nisi seruus meus? Quartò clamat: quia cum indignatiõe loquitur, quasi iram Dei meruerũt. Psalm. Loquetur ad eos in ira sua, &c. Sed attende, q̃ clamat [in deserto.] quia Luc. 3. Factum est verbum domini super Ioannẽ, &c. Et potest esse huiusmodi ratio, & literalis, & mystica. Literalis quidẽ, vt in deserto manens, immunis esset ab omni peccato, vt sic dignior esset Christo testimoniũ ferre: & ex vita sua testimonium suum credibiliùs esset hominibus. Mystica autem causa duplex est. Nam per desertum gentilitas designatur: iuxta illud Isaiæ 54. Multi filij deserte, &c. vt ostenderet, q̃ doctrina Dei de cætero non debet esse in Hierusalem tantùm: sed in gentibus: clamauit in deserto Matthæi 21. Auferetur à vobis regnum Dei, &c. Item per desertum intelligitur Iudæa, quæ iam deserta erat. Matthæi 23. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Clamauit ergo [in deserto.] id est, in Iudæa: vt per hoc daretur intelligi, q̃ populus, cui prædicabat iam desertus erat à Deo. Psalm. In terra deserta, &c. Sed quid clamat [Dirigite viam domini.] quia ad hoc missus fui. Luc. 1. Tu puer Propheta altissimi vocaberis, &c. parare vias eius, &c. Via autem ad recipiendum Deum parata, & recta, est via iustitiæ: secundum illud Isaiæ 26. Semita iusti recta est, &c. Tunc enim semita iusti est recta, quãdo homo totus subijcitur Deo, vt scilicet intellectus per fidem: voluntas per amorem: operatio per obedientiam Deo subdantur: & hoc sicut dicit Isaias Propheta, id est, sicut prædixit: quasi dicat ego sum ille in quo ista complentur.

LECTVRA XIII.

Et qui missi fuerant erant ex Pharisæis: & interrogauerunt eum, & dixerũt ei: Quid ergo baptizas si tu non es Christus: neque Helias: neque Propheta? Respondit eis Ioannes dicens: Ego baptizo in aqua.

VPRA Ioannes interrogatus perhibuit testimonium Christo de seipso: quantùm ad personam. hîc verò quantùm ad officiũ. Et circa hoc ponuntur quatuor. Primò interrogantes. Secundò interrogatio ibi [Et interrogauerunt eum.] Tertiò responsio in qua testimonium perhibuit ibi [Respõdit eis Ioannes, &c.] Quartò locus vbi hæc facta sunt ibi [Hæc in Bethania facta sunt, &c.] Interrogãtes autem sunt Pharisæi. vnde dicit [& qui missi fuerant erant ex Phariseis.] Et quidam secundum Origenem quod dicitur ex hoc loco ad aliud testimonium pertinet [& isti qui missi sunt ex Phariseis] non sunt idem cum sacerdotibus & leuitis qui missi sunt à Iudæorum vniuersitate: sed alij specialiter missi à Phariseis: & secundum hoc dicitur [& qui missi sunt.] non à Iudæis, scilicet sicut fuerunt sacerdotes & leuitæ: sed alij erant ex Pharisæis. & ideò dicit, q̃ quia sacerdotes & leuitæ disciplinati erant, & reuerẽtes humiliter, & cum reuerentia Ioannem interrogant de eius dignitate: vtrum scilicet Christus esset, an helias, an Propheta. Isti verò qui ex Pharisæis erant, secundum nomen suum diuisi importuni contumeliosas voces prætendunt baptistæ: vnde [dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es, &c.] Secundum alios verò Gregorium. s. Chriso. & Augustinum: isti qui ex Pharisæis sunt, illi idem qui missi fuerant à Iudæis sacerdotes & leuitæ. Quædam enim secta inter Iudæos: qui propter exteriorem cultum diuisi erant ab alijs: vnde & Pharisæi, id est, diuisi vocabantur: in qua quidem erant aliqui de sacerdotibus & leuitis: & aliqui de populo. Vt ergo nuncij maioris auctoritatis essent, miserunt sacerdotes & leuitas, qui erant ex Pharisæis: vt eis nec sacerdotalis ordinis dignitas: nec religionis decesset auctoritas. Ideò autẽ euangelista addit hoc, quod dicitur [& qui missi fuerant ex Pharisæis.] vt primò quidem rationem quæstionis baptismi Ioannis pro qua missi non fuerunt assignet: quasi dicat missi fuerunt: vt interrogarẽt à Ioanne quis esset: sed quod quærunt. [Quid ergo baptizas.] fecerunt quia erãt ex Pharisæis: quibus eorum religio ausum præbebat. Secundò vt dicit Gregorius: vt ostendat qua intentione quæsierunt à Ioanne [Tu quis es.] Pharisæi enim inter omnes alios insidiosè, & calũniosè se habebant ad Christum. Vnde ipsi dixerũt ei Matth. 12. In Belzebub principe dæmoniorum, &c. Ipsi etiam inierũt cum Herodianis consilium: vt caperent Iesum in sermone, &c. Matth. 22. Et ideò per hoc, quòd dicit [qui missi fuerant erant ex Pharisæis.] ostendit, quòd calumniosè se habebant, & ex inuidia eum interrogauerunt. Interrogatio autem est de officio baptizandi: vnde dicitur. [Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei, quid ergo baptizas, &c.] Vnde notandum est, quod non quærunt: vt sciant: sed vt impediant. Quia enim videbant multitudinem populi ad Ioãnem currere propter nouum ritum baptizandi, & extraneum à ritu Phariseorum & legis: inuidebant Ioanni: & conabantur pro posse impedire baptismum eius. Et ideò se continere non valentes suam manifestant inuidiam, & dicunt. [Quid ergo baptizas si tu non es, &c.] quasi dicat nõ debes baptizare ex quo negas te esse aliquem illorum trium, in quibus præfiguratus est baptismus (vt dictum est supra.) scilicet. [Si tu non es Christus.] qui habiturus est fontem in ablutionem peccati: & si nõ es Helias siue Propheta. id est, Heliæus: qui suo vestigio Iordanem transiuerunt (vt dicitur. 4. Regum 2.) Quomodò audes baptizare? Similes istis sunt inuidi animarum profectum impedientes: qui dicunt videntibus, nolite videre, &c. Isa. 30. Responsio autem est vera vnde dicit [Respondit eis Ioannes dicens. Ego baptizo in aqua.] quasi dicat. Non debetis mirari si ego qui non sum Christus, nec Helias, nec Propheta baptizo: quia baptismus meus nõ est completiuus: sed imperfectus. Nam ad perfectionem baptismi exigitur lotio corporis & animæ, & corpus quidem secundum naturam lauatur aqua: anima verò non nisi spiritu. vnde [ego baptizo in aqua.] id est, corpore lauo corpus. Veniet autem alius qui perfectè baptizabit, scilicet in aqua & spiritu sancto Deus & homo: qui & corpus aqua, & spiritum spiritu laubit: ita quòd sanctificatio spiritus deriuabitur ad corpus. Act. 1. Ioannes quidẽ baptizauit aqua, &c. Testimonium autem perhibet de Christo cùm dicit.

Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis.

ET primò per comparationem ad Iudæos. Secundò per comparationem ad seipsum ibi. [Ipse est qui post me, &c.] Ad Iudæos autem comparat eum dicens. [Medius autem vestrum, &c.] quasi dicat ego imperfectũ opus feci, sed est alius qui perficiet opus meũ. [Qui steterit medius vestrum, &c.] Quod quidem exponitur multipliciter: vno siquidem modo secundum Grego. Chriso. & August. vt referatur ad communem Christi conuersationem inter homines: quia secundum naturam humanã alijs hominibus similis apparuit. Phil. 2. Qui cũ in forma Dei esset, &c. habitu inuentus vt homo, &c. & secundum hoc dicit. [Medius vestrum stetit, &c.] id est, multotiens conuersatus est quasi vnus ex vobis. Luc. 22. Ego in medio vestrum sum, &c. [Quem vos nescitis,] id est, hoc, quòd Deus factus est homo capere non potestis. Item nescitis, quàm magnus sit secundum naturam diuinã, quæ in eo latebat. Iob 36. Ecce Dominus magnus vincens scientiam vestram, &c. Et ideò [vt Augustinus dicit.] Accensa est lucerna, scilicet Ioannes: vt inueniatur Christus. & Psal. Parauj lucernam Christo meo. Alio modo exponitur secundũ Origẽ. & hoc dupliciter. Primò vt referatur ad Christi diuinitatem, & secundum hoc [medius vestrum,] id est, in medio omnium rerum [stetit,] scilicet Christus: quia ipse secundum quòd verbum à principio creaturæ impleuit vniuersam creaturam. Hierem. 22. Cœlum & terram ego impleo [quem tamen vos nescitis:] quia (vt dicitur suprà eodem.) In mundo erat, & mundus eum non cognouit. Alio modo vt referatur ad causalitatem humanæ sapientiæ, & dicatur [medius vestrum stetit,] id est, in intellectu omnium relucet: quia quicquid lucis & sapientiæ est in hominibus, prouenit eis ex participatione verbi, & dicit [in medio] quia in medio hominis corporaliter est cor, cui attribuitur quædam sapientia & intellectus: vnde licèt intellectus nõ habeat organũ corporale, tamẽ quia cor est principale organum, cõsueuit accipi pro intellectu: vnde in medio stare dicitur secundum hanc similitudinẽ, inquantum illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [quem tamẽ vos nescitis:] quia (vt dicitur suprà) Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehẽderunt. Quartò modo exponitur vt referatur ad Propheticam Christi prænuntiationem: vt sic respondeatur principaliter Pharisæis qui continuè scripturas veteris testamenti, in quibus prænuntiabatur Christus, inquirebant, & tamẽ eum non cognoscebãt, & secundum hoc dicitur. [Medium vestrum stetit,] id est, in sacra scriptura quam vos semper reuoluitis. Infrà 5. Scrutamini scripturas, &c. [Quem tamen vos nescitis:] quia cor vestrum induratum propter infidelitatem, & oculi vestri excæcati sunt: vt non agnoscatis præsentem, quem creditis futurum. Comparat autem Christum ad se Ioannes cùm dicit.

Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est.

VBi primò ponit excellentiam Christi ad seipsum. Secundò verò excellentiæ immensitatem ostendit ibi. [Cuius non sum, &c.] Excellentiam autem Christi ad seipsum ostendit, & quãtum ad ordinem prædicationis, & quantum ad ordinem dignitatis. Quãtum quidem ad ordinem prædicationis, Ioanni primò innotuit, & ideò dicit. [Ipse est qui post me venit,] ad prædicandum, baptizandum, & moriendum: quia vt dicitur. Luc. 1. præibis ante faciem Domini parare vias eius. Sed Ioannes quidem præcessit Christum, sicut imperfectũ perfectum, & sicut dispositio formã. sicut dicitur. 1. Cor. 15. Non

Non priùs quod spirituale, &c. Nam tota vita Ioannis fuit quoddã præparatorium ad Christum. vnde dicit. Ego vox clamantis in deserto: sed Christus præcessit Ioannẽ & nos omnes, sicut perfectum imperfectum: & sicut exemplar exemplatum. Matth. 16. Si quis vult venire post me abneget semetipsum, &c. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis: nobis relinquens exemplum. Quantùm verò ad ordinem dignitatis cùm dicit [Qui ante me factus est.] id est, mihi prælatus est: & dignitate præpositus: quia (vt dicit infrà 3.) Me oportet minuj: illum autem crescere. Immensitatem autem excellentiæ assignat cùm dicit.

Cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calciamenti.

QVasi dicat, non intelligatis ipsum mihi in dignitate prępositũ: sicut vnus homo præfertur alteri, sed tam excellenter: q̃ nihil sum in comparatione ad ipsum. Et hoc patet [Quia non sum dignus vt soluam corrigiam calciamenti eius.] quod est minimũ obsequium, quod hominibus fieri potest. Ex quo patet q̃ Ioannes multùm accesserat ad Dei cognitionem inquantùm ex consideratione infinitæ magnitudinis se totaliter vilipendebat, & nihil se esse dicebat. Sicut Abrahã cùm Deum cognouisse dicebat Genes. 18. Loquar ad dominum meum: cùm sim puluis & cinis. Sic Iob 41. cùm dominum vidisset dicit. Nunc oculus meus videt te, idcircò ipse me reprehendo, & ago pœnitẽtiam in fauilla & cinere. Sic Isa. 40. postquàm vidit gloriam Dei dicit. Omnes gentes quasi non sint, &c. Et hæc quidem expositio est literalis. Exponitur autem & mysticè vno modo secũdum Gregor. Vt per calciamentũ quod fit de pellibus mortuorum animalium, intelligatur humana natura mortalis, quàm Christus assumpsit. Psalm. In idumea extẽdam calciamentũ meum, &c. Corrigia autem calciamenti eius est ipsa vnio diuinitatis & humanitatis: quam nec Ioannes, nec aliquis potest soluere: nec potùit plenè inuestigare: cùm talis esset: q̃ hominẽ faceret Deum: & Deũ hominem: & ideò dicit [cuius non sum dignus vt soluam corrigiam calciamenti.] id est, vt explicem mysteriũ incarnationis, &c. Intelligẽdum est plenè & perfectè. Nam quoquo modo & Ioannes, & alij prædicatores licèt imperfectè soluunt corrigiã calciamenti. Alio modo exponitur quia in veteri lege præceptum erat Deuter. 25. q̃ quãdo aliq̃s moriebatur sine liberis: frater defuncti vxorẽ defuncti recipere tenebat, & ex ea semẽ fratri suo suscitare, q̃ si nollet eam in vxorẽ recipere: tũc aliqs propinquus defuncti eam recipere volens, debebat eum discalciare in signum huius cessionis, & illam in vxorem recipere: & domus eius debebat vocari domus discalciati. Secundum hoc ergo dicit [Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere.] i. non sum dignus habere sponsam quæ sibi debetur ecclesiam: quasi dicat non sum dignus vt vocer spousus ecclesiæ, quæ consecratur Christo in baptismo spiritus. Ego autem baptizo in aqua tantùm Ioan. 3. Qui habet sponsam sponsus est, &c. Locus autem vbi prædicta facta sunt: subditur consequẽter cùm dicit.

Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem vbi erat Ioannes baptizans.

SEd circa hoc primò consurgit quæstio. Cùm Bethania sit in monte Oliueti quod est iuxta Hierusalem (sicut dicitur Ioannis & Matthæi 16.) Quomodò dicit, q̃ facta sunt trans Iordanẽ, qui multùm distabat ab Hierusalem? Sed dicendum secũdum Origenem & Chrisosto. q̃ non debet dici Bethania, sed Bethabora: quæ est quædam villa vltra Iordanem. Et hoc quod, dicit Bethania corruptum est vitio scriptorum. Sed quia tam libri Græci, quàm Latini habent Bethania. Ideò dicendum est aliter q̃ est duplex Bethania: vna quæ est propre Hierusalem in latere montis Oliueti: alia trans Iordanẽ vbi erat Ioannes baptizans. Quod autem mentionem facit de loco, habet rationem literalem & mysticam. Literalem quidem secũdum Chrisost. Quia Ioannes scribebat euangelium istud viuentibus forte aliquibus: qui & tempus quo ista facta sunt, & locum viderant, & ideò quasi ad maiorem certitudinem illos testes facit illorum quæ viderant. Mysticam verò quia hæc loca conueniunt baptismo. Nam si dicatur Bethania, quæ domus obedientiæ interpretatur, significat q̃ necesse est per obedientiam fidei ad baptismum peruenire Romano. 1. Ad obediendum fidei in omnibus gentibus. Si verò dicatur Bethabora, quæ interpretatur domus præparationis significat quòd per baptismum præparatur homo ad vitam æternam. Nec vacata mysterio q̃ trans Iordanem sit. Iordanis enim interpretatur descensus eorum. & secundum Origenem significat Christum: qui descendit de cœlis (vt dicit ipse.) Descendi de cœlo vt facerem voluntatẽ patris mei. Vnde dicitur Ecclesiast. 24. Ego quasi fluuius Idorix. Per ipsum autem omnes ingredientes in hunc mundũ, mundari conuenit secundum illud Apocaly p. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Conuenienter etiam Iordanis baptismum significat: ipse enim confinium est inter illos qui acceperunt sortes hæreditatis à Moyse ex vna parte Iordanis: & illos qui acceperunt à Iosue ex alia: & ita baptismus quasi quoddam confinium est inter Iudæos & Gentiles, qui proficiscuntur illuc: vt se lauent ad Christum venientes: vt opprobrium peccati deponant: sicut etiam filios Israël terram promissionis intrantes oportuit transire Iordanem: ita & per baptismũ oportet patriam cœlestem intrare. Dicit autẽ [trans Iordanem.] Vt insinuet, q̃ etiam transgressoribus & peccatoribus baptismũ pœnitentiæ prædicabat Ioannes. vnde & dominus Matthæi 9. Non veni vocare iustos, sed peccatores, &c.

LECTVRA XIIII.

Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi.

VPRA Ioannes perhibuit testimonium Christo interrogatus. Hîc verò perhibet aliud testimonium Christo spontaneus. Et primò quidem fert & ipsum testimonium. Secundò testimonium latum cõfirmat ibi [Et testimonium perhibuit Ioannes, &c.] Circa primum autem primò quidem describuntur circunstantiæ testimonij. Secundò ponitur ipsum testimoniũ ibi [Ecce agnus Dei.] Tertiò, excluditur suspitio testis ibi [Et ego nesciebam eum, &c.] Describuntur autem circunstantiæ, & vna quidem ex parte temporis vt dicit [Altera die.] In quo quidem commendatur Ioannis constantia: quia non vno die: non semel tantùm: sed pluribus diebus & multotiens Christo testimoniũ perhibebat. Psal. Per singulos dies benedicam tibi. Commendatur etiam eius profectus: quia non debet nobis succedere vna dies sicut alia. sed quæ succedit debet esse altera, id est, melior: iuxta illud Psalm. ibunt de virtute in virtutem. Alia circunstantia ponitur ex parte modi testificandi [Quia vidit Ioannes Iesum.] In quo insinuatur certitudo. Nam testimoniũ visu certissimum est. Alia verò circũstantia ponitur ex parte eius cui testimonium perhibetur. vnde dicit [Iesum ad se venientem] scilicet de Galilęa (vt dicitur Mat. 3. Venit Iesus à Galilęa, &c. Nec tamen intelligendum est de aduentu quo venit ad baptismum, de quo ibi loquitur Matthæus: sed de alio aduentu quo iam baptizatus, & circa Iordanem aliquandiu commoratus, venit ad Ioannem: alias nõ dixisset. Super quem videris spiritũ descẽdentem, &c. & ego vidi, &c. Iam ergo viderat eum & spiritum: super eum descendentem quasi columbã, &c. vt infrà dicit. Huius autẽ Christi ad Ioannem aduentus post baptismum vna causa fuit: vt testimonium Ioannis certificaretur. dixerat enim Ioannes de Christo. Ipse est qui post me venturus est. Nam aliquis posset errare in cognitiõe venturi cũ adesset: venit ad Ioannem ab eo digito ostendendus dicente Ioanne [Ecce agnus Dei, &c.] Alia ratio vt excluderet errorem. Posset enim aliquis credere q̃ Christus prima vice: cùm venit ad baptismum, venerit ad Ioannem sicut à peccatis purgandus. Ioannes ergo vt hoc excluderet venit etiam ad eum post baptismum. vnde signanter dicit Ioannes [Ecce qui tollit.] Peccatum nullum fecit: sed venit peccatum tollere. Venit etiam vt præberet humilitatis exemplum: quia (vt dicitur Ecclesiastic. 4.) Quãtò maior es humilia te in omnibus. Et aduertendum q̃ sicut Christo iam concepto quando virgo mater ascendit in montana cum festinatione Helisabeth matrem Ioannis visere: Ioannes in vtero matris existẽs, nec loqui valens, reuerẽtiam Christo & tripudiũ faciens, exultauit in vtero: ita & nunc Christo ex humilitate ad eum venienti: testimonium & reuerẽtiam præbet, & in vocem prorumpit dicens [Ecce agnus Dei, &c. [Vbi testimonium Ioannis ponitur, in quo quidem ostendit virtutem Christi & dignitatem eius ibi [Hic est de quo dixi.] Virtutem quidem ostendit dupliciter. Primò proponendo figuram. Secundò, exponẽdo eam ibi [Ecce qui tollit peccata mũdi.] Circa primũ sciendum est, q̃ sicut dicit Origẽ. q̃ in veteri lege cõsueuerunt quinque animalia offerri in tẽplo: tria de terrestribus. s. vitulus, capra, & ouis, sed ouũ quidẽ aries, ouis, & agnus. De volatilib⁹ verò duo, turtur. & columba. Quæ quidem omnia prefigurata fuerunt veri sacrificij: quod est Christus: qui semetipsum obtulit oblationem Deo (vt dicitur Ephes. 5.) Quare ergo Baptista Christo testimonium perhibens agnũ specialiter nominauit. Huius ratio est. Quia sicut dicitur Numeri 24. Licèt alia fierent sacrificia in templo cæteris temporibus, vnum tamen erat quotidianũ, in quo iugiter vnus agnus mane, & alius vespere offerebatur: nec hoc mutabatur vnquàm, sed tanquàm principale obseruabatur. Alia verò ex adiuncto: & ideò per agnum, qui erat principale sacrificium significatur Christus, qui est principale sacrificium. Nam licèt omnes sancti qui pro fide Christi passi sunt prosint ad salutem fidelium: sed hoc non habent nisi inquantùm super oblationem agni quasi oblatio adiuncta, principali sacrificio immolans: & offertur quidem mane & vespere: quia per Christum patet aditus ad intelligibilia diuinorum contemplanda, & fruenda. quod pertinet ad cognitionẽ matutinam: & instruimur quomodò vtamur terrenis absque inquinamento, quod pertinet ad vespertinam & ideò dicit [Ecce agnus Dei, &c.] id est, per agnum significatus. Dicit autem [Dei] quia in Christo sunt duę naturę, humana, scilicet & diuina. Et q̃ hoc sacrificiũ esset virtuosum ad pur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gandum & sanctificãdum à peccatis:habet ex virtute diuinitatis inquantum,s. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.2.Cor.5. Vel dicitur. [Agn⁹ Dei.] quasi.oblatus à Deo.s. ab ipso Christo qui est Deus sicut dicitur oblatio hominis,quã homo offert.Vel dicitur. [Agnus Dei.] s.patris.Quia ipse prouidit homini oblationẽ ad offerendum pro peccatis sufficientem,quã homo per se habere nõ pót. Vnde Gen.22.Cũ Isaac quæreret ab Abraham.Vbi est victima holocausti,&c. Respõdit Deus prouidebit sibi victimam holocausti,&c. Rom.8.Proprio filio suo non pepercit Deus,&c. Dicitur autẽ Christus [Agnus] primò propter puritatem. Exod.12. erit Agnus anniculus,&c.1.Pet.1.Non corruptibilibus auro vel argento,&c.Secundò,propter mansuetudinem.Isa.53.quasi Agnus,&c.Tertiò propter fructum.Prouer.28.Agni sunt tibi,&c.Et hoc quãtum ad indumentum iuxtà illud.Rom.13.Induimini Dominum Iesum Christum. Et quantum ad cibum.infrà 6.Caro mea,&c. Et ideò dicebat Isaias 16. Emitte Agnum Dñe,&c.Consequenter proposità figuram exponit cùm dicit. [Qui tollit peccata mũdi.] i.aufert,quod in lege nec per Agnũ,nec p alia sacrificia auferri poterat: quia (vt dicitur Heb.19.) Impossibile est per sanguinẽ,&c. Sanguis iste tollit.i.aufert peccata mundi.Ose.vlti. Omne aufert iniquitatem : vel tollit.i.in se accipit peccata totius mũdi:quia (vt dicitur.1.Pet.2.Qui peccata nostra per tulit,&c.Isai.53. Dolores nostros ipse tulit & languores nostros ipse portauit.Dicit autẽ secundum.Glo.Peccatum & nõ peccata:vt ostendat in vniuersali,quòd abstulit totum genus peccati.1.Petr.2.Ipse est propitiatio pro peccatis nostris:vel quia pro vno peccato.s.originali mortuus.Rom.5.Per vnum hominem peccatum intrauit,&c.

Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factus est:quia prior me erat.

SVprà perhibuit Baptista testimoniũ Christo quãtum ad eius virtutem. Hic verò perhibet.s.testimonium quãtum ad eius dignitatem,cõparans eum sibi tripliciter. Et primò quãtum ad officium & ordinẽ prædicationis: vnde dicit. [Hic.s.] Agnus digito demõstrãs est ille [de quo dixi.] s.in eius absentia. [post me venit vir] ad prædicandũ & baptizãdum [qui post me venit] naturẽdo.Dicitur autem vir Christus ratione perfectę ætatis:quia quãdo incepit docere post baptismum iã erat in ætate perfecta.Luc.3. Iesus erat incipiẽs quasi annorum triginta.Item ratiõe perfectionis omnium virtutum quæ in eo fuerunt. Isa.4.apprehendent septem mulieres.i.virtutes virum vnum.s.Christum perfectum.Zacha.7.Ecce vir oriẽs nomẽ eius:qa ipse est origo omnium virtutum in alijs.Itẽ ratione desponsationis: quia ipse sponsus est ecclesiæ.Ose.2.Vocabis me virum,&c.2.Corin.2. Despõdi vos vni viro,&c.Secũdò quãtum ad ordinẽ dignitatis cùm dicit [qui ante me factus est.] q.d.licèt post me venerit ad prædicandum.tamen ante me.i.prælatus mihi factus est dignitate.Cantico.2. Ecce iste venit trãsiẽs mõtes,trãsiliẽs colles.Collis vnus fuit Ioãnes Baptista quẽ Christus trãsiluit:quia (vt dicitur infrà 3.) Me oportet minui,illũ autẽ crescere.Tertiò quãtũ ad ordinẽ durationis cũ dicit [quia prior me erat.] q.d.nõ mirũ si præfertur mihi dignitate: quia & si posterior sit tẽpore,est tamẽ prior in æternitate: [quia prior me erat.] Ex hoc autẽ duplex error destruitur.Error Arrij:qui non dicit [prior me factus est:] vt sit creatura,sed [prior me erat.] ab æterno ante omnem creaturam.Prouer.8. Ante omnes colles generauit me Dominus.Item error Pauli Samosetani: quia dixit [prior me erat:] vt ostendat,quòd nõ ex Maria sumpserat exordium. Nam si essendi principium sumpsisset ex virgine,non extitisset vtique prior præcursore, qui Christum in sex mensibus secundum generationem præcedebat humanam.Consequenter cùm dicit.

Et ego nesciebã eum. Sed vt manifestetur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans.

EXcludit falsam suspitionẽ à suo testimonio.Posset enim aliquis dicere Ioãnem testimonium perhibuisse Christo propter affectionem specialis familiaritatis,quã ad ipsum habebat. Et ideò hoc excludens Ioannes dicit. [Ego nesciebam eum.] Nã Ioannes in deserto à pueritia sua conuersatus est. Licèt autem miracula multa facta sint in natiuitate Christi, putã de magis & de stella & huiusmodi,tamẽ non erant nota Ioãni.Tum quia infans erat secundum ætatem.Tum quia ad desertum secedens Christi familiaritatem nõ habuit. Medio verò temporis à natiuitate vsq; ad baptismum nullum miraculum Christus operatus est, sed cõformis conuersatione alijs erat,& sua virtus ignota omnibus existebat.Quod autẽ medio tempore non fuerit miracula operatus vsq; ad triginta annos patet per hoc,quod dicitur.infrà 2. Hoc fecit initium signorum Iesus,&c. Ex quo apparet falsitas libri de infantia saluatoris. Ideò autẽ non fecit miracula medio tẽpore:vt nõ putaretur mysterium circũcisionis in carnationis fantasma esse si nõ se habuisset ætate sicut alij infantes. Et ideò demonstrationem scięti& & virtutis suæ in aliud distulit tẽpus,in quo alij homines scięti& & virtute vigere cõsueuerunt. iuxtà quod dicitur Luc.2. Puer autem proficiebat gratia & sapientia,&c. Non,q ipse virtutẽ & sapientiã ante nõ habitam susciperet,cũ in eis fuerit ab instãti suæ cõceptionis perfectus,sed quia virtus eius & sapientia magis innotescebat hominibus.Isa.45.Verè tu es Deꝰ absconditus,&c.& ideò ergo Ioãnes nesciebat eum: quia nulla signa adhuc de eo viderat,neq; alijs per signa innotuerat:vnde subdit [sed vt manifestetur in Israël propterea ego veni in aqua baptizans.] q.d.totũ ministerium meum est ad manifestationem,suprà eodem capitulo. Non erat ille lux sed vt testimonium,&c. Dicit autẽ [veni in aqua baptizãs,] ad differentiã baptismi Christi:quia Christus nõ in aqua solũ baptizauit,sed in spiritu cõferens gratiã:vnde & baptismus Ioãnis fuit significatiuum tantũ non effectiuum. Manifestauit autẽ baptismus Ioannis Christum tripliciter. Primò.s.per Ioannis prædicationem.Licèt enim Ioannes etiã sine baptismo potuisset prædicãdo parare viã Domino,& inducere turbas ad Christum,tamẽ propter nouitatẽ officij plures ad eũ cõcurrebãt,quã si sine baptismo prædicatio facta esset. Secũdò profuit baptismus Ioãnis ,pter Christi humilitatem,quã demõstrauit baptizari volẽs à Ioãne.Matth.3. Venit Christus ad Ioannẽ,&c.In quo quidẽ exẽplum humilitatis præbuit: vt.s.nullus quãtũcũq; magnus dedignetur à quocũq; ad hoc ordinato sacramẽta suscipere.Tertiò quia Christo baptizato à Ioãne affuit virtus patris in voce,& spiritussanctus in columba,per quam virtus Christi & dignitas magis manifestata fuit.Luc.3. Et vox patris intonuit.Hic est filius meus,&c.Consequẽter cùm dicit.

Et testimonium perhibuit Ioannes dicens. Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo,& mansit super eum.

IPse magna quæ testatus est de Christo ,q totius orbis terrarum solus peccata tolleret,cõfirmat auctoritate Dei. Et circa hoc tria facit. Primò proponit visionem. Secundò præbet de intellectu visionis instructionẽ ibi [& ego nesciebã eum.] Tertiò suã ex ipsa visione cõceptionẽ ostẽdit ibi [& ego vidi & testimonium,&c.] Visionẽ quidem proponit cũ dicit. [Vidi spiritum descendẽtem,&c.] Quod quidẽ quando factum fuerit Ioannes Euangelista non refert. Sed Matth.& Luc.dicunt hoc factum fuisse quãdo Christus baptizatus est à Ioãne. Et quidẽ cõgruebat,q spiritussanctus adesset baptizato & baptismo.Baptizato nãq; cõgruebat:quia sicut filius existẽs à patre manifestat patrẽ.infrà 17.Pater manifestaui nomen tuum,&c. Ita & spiritussanctus à filio existens, filium manifestat. infrà 16. ille me clarificabit quia de meo accipiet,&c. Baptismo autem cõgruit: quia baptisma Christi est inchoatiuum & consecratiuum nostri baptismatis.Nostrum autem baptisma cõsecratur per inuocationẽ sanctæ Trinit.Marc.vlti.Baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti,&c. Quod ergo nos inuocam⁹ in baptismo nostro affuit baptismo Christi,scilicet pater in voce, spiritussanctus in columba, filius in humana natura.Dicit autem [descendentem:] quia cùm descensus duos terminos habeat,scilicet principium sursum,& terminum deorsum,quantum ad vtrúque conuenit baptismo. Est enim duplex spiritus:vnus mundi,& alius Dei,& spiritus quidem mundi, est amor mundi , qui non est desursum , sed ab inferiori ascendit in homine , & eum descendere facit. Spiritus autem Dei , scilicet Dei amor desursum descendit ad hominem,& eum ascendere facit.1.Corinthio.2.Nos autem non spiritum huius mundi accepimus,sed spiritum Dei,&c.Quia ergo ille spiritus de superius est,ideò dicit [descendentem.] Similiter etiam quia impossibile est creaturam recipere Dei bonitatem in tãta plenitudine secundum quòd cõuenit Deo. Ideò bonitatis ipsius ad nos deriuatio est quasi quidam descensus. Iacob.1.Omne datum optimum,& omne donum perfectum,desursum est descendens,&c. Sed quia spiritussanctus in sua natura videri non potest (vt dicitur infrà 3.) Spiritus vbi vult spirat.&c. Spiritus etiam non est descendere,sed ascendere.Ezechiel.8. Eleuauit me spiritus,&c. Ideò consequenter Euangelista modum visionis & descensus exponit dicens,hic non fuisse in spiritu,id est, natura, sed in specie columbæ , in qua apparuit : vnde dicit [quasi columbam,] & hoc quidem congruè:vt scilicet filius Dei per carnem mundo visibilis factus,manifestaretur per spiritum,scilicet visibili specie columbæ,quæ quidem columba non est assumpta à spiritusancto in vnitatem personæ sicut humana natura assumpta est à filio Dei.Cuius ratio est : quia filius apparuit non solùm vt manifestator , sed vt saluator. Et ideò secundum quòd dicit Leo Papa oportuit , quòd esset Deus & homo. Deus quidem:vt afferret remedium, homo verò:vt præberet exemplum. Spiritus verò sanctus apparuit solum ad manifestandum , ad quod sufficiebat speciem corporalem assumere solum ad significationem quandam. Vtrum autem columba illa fuerit verum animal , & vtrum præexistens apparitioni. Sciendum , quòd rationabiliter dicitur illa fuisse vera columba. Venit enim spiritussanctus ad manifestandum Christum , qui cum sit veritas , non nisi per veritatem manifestandus erat.

dus erat.Quantùm verò ad secundum dicendum ꝙ non præextitit apparitioni:sed tunc virtute diuina absq; cõmixtione maris & fœminæ formata fuit.Sicut & corpus Christi Virtute spiritussancti conceptum:nõ ex virili semine,& tamẽ fuit vera columba:quia (vt Augustinus dicit in libr.de agone Christiano.) Omnipotenti Deo qui vniuersam creaturã ex nihilo fabricauit , nõ erat difficile verũ corpus columbæ,siue aliarũ columbarum ministerio figurare: sicut nõ fuit difficile verũ corpus in vtero beatæ virginis sine naturali semine fabricare.Cyprianus in libro de vnitate ecclesiæ. Idcircò & in columba dicitur spiritussanctus:quia columba simplex animal & innocens est,non felle amarum,non morsibus fœtum,non vnguium laceratione violentum:hospitia humana diligere:vnius domus consortium nosse cùm generat simul filios edere: cùm cõueniat volantibus inuicem cohærere : communi conuersatione vitam suam degere:oris osculo concordiam pacis agnoscere : legem circa omnia vnanimitatis implere.Quare autẽ potiùs in columba, quàm in alia specie apparuit:multipliciter ratio assignatur. Primò quidem propter columbæ simplicitatem.Nam columba simplex est Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes,& simplices sicut columbæ,&c.Spiritus autem sanctus quia facit respicere vnum , scilicet Deum simplices facit:& ideò in specie columbæ apparuit.& quidem secũdum Augusti.apparet etiam super discipulos cõgregatos per ignem:quia quidam sunt simplices,sed tepidi.quidam autẽ feruentes , sed malitiosi:vt ergo spiritu sanctificati dolo careant , spiritus in columbæ specie demõstratur:& ne simplicitas frigiditatis tepescat,demõstratur in igne.Secundò propter charitatis vnitatẽ.Nam columba amore multũ feruet.Cantic.6.Vna est columba mea,&c.Vt ergo ostendat ecclesie vnitatẽ,in specie columbæ,spiritussanctus apparet.Nec moueat te ꝙ discipulis dispartitæ linguæ apparuerunt, quando sedit supra singulos eorum spiritussanctus: qui & dispartitus apparet secundum diuersa donorũ officia:& tamen vnit per charitatem : & sic propter primũ apparuit in dispartitis linguis (vt dicitur 1.Corinth.12.) Diuisiões gratiarum sunt: in columbæ specie propter secundum. Tertiò, propter gemitum. Columba enim habet gemitũ pro cantu:sic spiritussanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, &c. (vt dicitur Romanor.7.) Ancillæ ejus mirabantur. Quartò,propter fœcunditatem.hæc enim columba animal fœcundissimum est.idcircò ad designandum fœcunditatem gratiæ spiritualis in Ecclesia:in specie columbæ spiritussanctus apparuit. Hinc est ꝙ Leuitici. 15. Dominus pullos columbarum offerre præcepit. Quintò,propter columbæ cautelam.Sedet enim super riuos aquarum in quibus respiciens falconẽ volitantem cõspicit , & sibi ab eo cauet.Cantic.6.Oculi tui sicut columbę,&c.Vnde quia in baptismo est nostra tutela & defensio:congruè in specie columbæ spiritussanctus apparuit.Respondet igitur figuræ veteris testamẽti:sicut enim columba deferens ramum virentis oliuæ ostendit signum clementiæ Dei his qui residui fuerãt ex aquis diluuij : ita & in baptismo veniens spiritussanctus in columbæ specie ostendit signum diuinę clementiæ:quæ baptizatis & peccata remittit,& gratiam confert. Dicit autem [Manentem super eum.] quia in mansione quies designatur.Et ꝙ spiritussanctus in aliquo non quiescit,duplici de causa cõtingit.Vna est ex peccato.Omnes enim alij homines præter Christum,vel sauciãtur vulnere peccati mortalis per quod effugatur spiritussanctus:vel obfuscantur macula venialis:per quam aliqua operatio spiritussancti impeditur.In Christo autem neque mortale, nec veniale,nec originale peccatum fuit. vnde nec in eo fuit spiritussanctus inquietatus:sed super eum mãsit,id est,quieuit. Alia causa: quia quantũ ad gratias gratis datas non semper adest alijs sanctis potestas operandi.Sicut non semper adest sanctis potestas operandi miracula:nec Prophetis spiritus Prophetiæ. Christus verò semper habuit potestatẽ ad omnem operationẽ virtutum & gratiarũ.Et ideò huic potestatẽ ad omnem operationẽ virtutum & gratiarũ designandum [super eum mansit.] Vnde hoc proprium signum fugit agnoscẽdi Christum (vt dicitur in glo. Isa.2.) Requiescet super eum spiritussanctus domini. Quod intelligendum est de Christo,in quantùm est homo secũdum ꝙ est minor patre , & spiritusancto.Consequenter cùm dicit.

Et ego nesciebam eum : sed qui misit me baptizare in aqua,ille mihi dixit.Super quẽ videris spiritum descendentem,& manentem super eum:hic est qui baptizat in spiritusancto:& ego vidi,& testimonium perhibui:quia hic est filius Dei.

INstruit de intellectu visionis prædictæ.Quidam enim hæretici scilicet Ebyonitæ:dicebant Christum à principio natiuitatis suę neque Christum fuisse,nec filium Dei:sed ex tunc filius Dei & Christus esse incœpit:quãdo in baptismo oleo spiritussancti unctus fuit. Sed hoc est falsum:quia in ipsa hora natiuitatis, angelus dixit pastoribus.Lucæ 2.Natus est vobis hodie saluator,qui est Christus dominus in ciuitate Dauid.Ne ergo aliquis crederet spiritumsanctum in baptismo suprà Christum descendisse,quasi de nouo Christus indigeret spiritu ad sui sanctificationem.Ideò causam sui descensus Baptista ostendit dicens:ꝙ non descẽdit propter sui necessitatem: sed propter nos vt scilicet gratia eius nobis manifestaretur : & ideò dicit [Ego nesciebam eum:sed vt manifestaretur,&c.] Sed hic oritur quæstio.Dicit enim. [qui misit me baptizare,&c.] Si dicatur ꝙ pater misit eum:verum est.Similiter si dicatur quòd filius manifestius: cùm dicatur ꝙ & pater,& filius misit eum : quia Ioannes non est de illis.de quibus dicitur Hieremiæ 23.Non mittebam eos,& ipsi currebant. Quomodò ergo dicit [ego nesciebam eum.] si filius misit eum?Si dicatur ꝙ licèt cognosceret eum secundum diuinitatẽ: non tamen cognoscebat eum secundum humanitatem : nisi postquàm vidit spiritum descendentem super eum. Contra,spiritus enim sanctus descendit super Christum quãdo baptizatus est.Ioannes autem cognouit Christum antequàm baptizaretur:aliàs non dixisset [ego debeo à te baptizari,& tu venis ad me.] Est ergo dicẽdum ꝙ tripliciter potest ad hanc quæstionem responderi.Vno modo secundum Chrisostomum vt referatur ad cognitionem humanitatis:vt sit sensus [ego nesciebã eum.] scilicet familiariter. Et si obijciatur quòd dicit Ioannes [Ego à te debeo baptizari,&c.] Dicitur ista duo sunt ad diuersa tempora referenda : vt in hoc ꝙ dicit [ego nesciebam eum.] referatur ad tempus diu ante baptismum, in quo nondum Christo familiaris erat.Hoc verò quod dicit [ego à te debeo baptizari.] referatur ad tẽpus illud in quo baptizatus est Christus quando iam propter frequentẽ visitationẽ eius Christus familiaris erat. Alio modo secundum Hiero.dicendum ꝙ erat Christus filius Dei, & saluator mũdi.& hoc quidem sciebat Ioannes: sed nesciebat eum per baptismum mundi saluatorem:& ideò hoc quod nesciuit addidit.s.ꝙ [hic est qui baptizat in spiritusancto.] Sed meliùs dicendũ est secundum Aug.ꝙ aliquid sciuit, & aliquid nesciuit:& hoc quod nesciuit addidit.s.ꝙ potestatem baptizãdi quã potuit fidelibus suis communicare sibi soli retinuit.Et hoc est quod dicit [qui misit me baptizare in aqua,&c.] Hoc est singulariter. s. & solus qui baptizat in spiritusancto:& nullus aliusquia hanc potestatem sibi soli retinuit. Notandum autem ꝙ triplex potestas Christi attenditur in baptismo. Vna est efficientiæ qua mundat interiùs animam à macula peccati:quã quidem potestatem habet Christus inquãtum est Deus non autẽ inquantùm homo,& hæc potestas nulli alij potest cõmunicari. Alia potestas est ministerij:quam quidem communicauit fidelibus.Mat.vlti. Baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti,&c.Et ideò sacerdotes vt ministri potestatẽ habent baptizandi.Christus autẽ inquantùm homo minister dicitur (vt Apostolus dicit.) sed tamen caput est omniũ ministrorũ ecclesiæ:& quantùm ad hoc habet singulariter potestatẽ excellentiæ in sacramẽtis: quæ quidem excellentia apparet in quatuor. Primò in sacramentorum institutione:quòd nullus homo purus,nec etiã posset sacramẽta instituere , vel sacramenta mutare , aut à sacramentis absoluere. Nam sacramenta inuisibilem gratiam conferunt ex eorum institutione.Conferre autẽ gratiam solius Dei est.Et ideò solus qui est verus Deus sacramẽta instituere.Secũdum est,quantũ ad meriti Christi efficaciã.Nam ex merito passionis Christi sacramẽta virtutẽ habent.Ro.6.Quicũq; baptizati,&c.Tertiũ est:quia Christus potest cõferre effectũ baptismi sine sacramẽto:qđ solius Christi est.Quartò,qa aliquo tẽpore baptismus cõferebatur ad inuocationẽ nominis Christi:sed modò nõ ita fit.Quę quidẽ quatuor nulli hominũ communicauit:licèt aliquid eorũ cõmunicare potuisset:putà ꝙ in nomine Petri,vel alicuius alterius cõferretur baptismus:& fortè aliquem aliorũ.Sed hoc nõ idèo fuit factũ ne fieret scisma in ecclesia:si baptizati spem suã ponerẽt in illis in quorũ nominẽ baptizarẽtur. Hoc ideò didicit Ioan.per hoc ꝙ spiritussanctus descẽdit sup eũ, ꝙ Christus solus interiùs est , qui sua virtute baptizat. Et fortè posset dici ꝙ cũ dicit. [Ego à te debeo baptizari,&c.] cognoscebat eũ per internã reuelationẽ.sed cũ vidit spiritumsanctũ descẽdentẽ sup eũ: cognouit eũ:& p exterioris signi manifestationẽ.&ideò vtrũq; modum cognitiõis tãgit.Primũ cũ dicit [Qui me misit baptizare ille mihi dixit.] i.interiùs reuelauit.Secundũ quãdo addidit [super quẽ videris,&c.] Cõsequẽter ostẽdit quid Baptista ex hac visione intellexit.s.ꝙ Christus esset filius Dei:& hoc est qđ dicit [& ego vidi.] s. spiritũ descẽdentẽ sup eum. [& testimoniũ perhibui quia hic.] s. Christus [est filius Dei.] sverus & naturalis.Filij enim adoptiui patris fuerũt ad similitudinẽ filij Dei naturalis. Ro. 8. Quos præsciuit cõformes fieri,&c.Ille ergo debet filios Dei facere, qui baptizat in spiritusancto per quem filij adoptantur.Romanorum 8.Non enim accepistis spiritũ seruitutis,&c.sed spiritũ adoptiõis,&c. Quia ergo iste,scilicet Christus est qui baptizat in spiritusancto: ideò rectè cõcludit Baptista , quòd est filius Dei verus & purus. primæ Ioannis vltimo.Vt simus in vero filio eius,&c.Sed si alij viderunt spiritumsanctum descendentem super eum, quare nõ crediderunt. Respondeo , quia non erant dispositi ad hoc , vel fortè quia soli Baptistæ visio illa demonstrata est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTVRA XV.

Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo, & respiciens Iesum ambulantem dixit. Ecce Agnus Dei.

SVPRA Euangelista posuit testimonia Baptistæ ad turbas. Hîc cōsequenter ponit eius testimonia ad discipulos Ioannis. Et primò ponitur testimonium. Secundò ostēdit testimonij fructus, ibi [& audierūt eū, &c.] Circa primum tria facit. Primò describitur testis. Secūdò assignatur modus testificādi. Tertiò ponitur eius testimonium. Sed testis describitur cùm dicit. [Altera die iterum stabat Ioā. &c.] In hoc autē, quod dicit [stabat.] tria notātur circa Ioannē. s. doctrinæ ipsius modus, qui differens fuit à modo doctrinę Christi & discipulorū eius. Christus enim circūeūdo docebat: vnde dicitur. Matt. 3. ꝙ circuibat Iesus totā Galilæam, &c. Similiter & Apostoli discurrēdo per mundum docebāt. Matt. vlt. Eūtes in mundū vniuersum, &c. Sed Ioānes stādo docebat: vnde dicitur [stabat Ioannes.] s. in vno loco trans Iordanem, & instruebat de Christo omnes ad eū venientes. Ratio autē quare Christus & eius discipuli discurrēdo docebāt, est: quia prædicatio Christi facta erat credibilis per miracula, & ideò circuibant diuersa loca: vt miracula & virtutes Christi innotescerent. Prædicatio verò Ioannis non est confirmata miraculis: vnde dicitur infrà 4. Ioannes signum fecit nullum, sed merito, & sanctitate vitæ, & ideò [stabat] in loco vno: vt diuersi ad eum cōfluerēt, & per eius sanctitatē ducerentur ad Christum. Similiter etiā si Ioannes sine miraculis discurrisset ad prænunciandum Christum, eius testimonium incredibilius redderetur, cū videretur importunè, & quasi ingerēdo se hoc facere. Secundò notatur Ioā. cōstantia in veritate: quia Ioānes non fuit arūdo vento agitata, sed firmus fide secundū illud. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, &c. Abac. 2. Super custodiā meam stabo. Tertiò allegoricè notat, ꝙ stare allegoricè idē est, qđ deficere. 4. Reg. 6. Stetitq; oleū. i. defecit. stabat ergo Ioannes veniēte Christo: quia cùm venit veritas, defecit figura. Ioannes stat: quia lex transit. Modus autē testificādi ponitur certus: qa cū aspectu. Vnde dicit [& respiciens Iesum ambulantē.] Vbi sciēdū est, ꝙ Prophetę perhibuerunt testimonium Christo. Act. 10. Huic oēs Prophetæ, &c. Similiter & Apostoli per mundū discurrētes. Act. 1. Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, &c. Sed tñ non per visum, neq; de pręsente, sed de absente, Prophetæ quidē vt de futuro, Apostoli verò vt de præterito. Sed Ioānes Christo sibi præsente, & à se viso testimonium perhibuit. Et ideò dicit. [Et respiciens,] oculis corporis & mētis. iuxta illud. Psal. Respice in faciē Christi tui Isa. 5. Stilo ad oculum videbunt, sed dicit [ambulantē:] vt designet incarnationis mysteriū, per quod Dei verbum mutabilem naturā assumpsit infrà 16. Exiui à patre in mūdum, & veni in mundum. Consequenter ponitur testamentum cùm dicit [Ecce Agnus Dei,] quod nō solum est demōstratiuum, sed admiratiuum virtutis ipsius. Isa. 9. Vocabitur nomē eius admirabilis. Et verè admirabilis virtutis est iste Agnus, qui occisus Leonem interfecit. Illum inquā Leonē de quo dicitur. 1. Pet. vlt. Aduersarius vester diabolus, tanquā Leo rugiens, &c. & ideò ipse Agnus Leo vocari meruit victor & gloriosus. Apoca. 5. Ecce vicit, &c. Breuiter autē testimonium profert dicens. [Ecce Agnus Dei, &c.] tū quia discipuli quibus hoc testimonium perhibebat ex his qui audierāt à Ioāne iā satis instructi erant de Christo. Tum etiā quia per hoc satis intelligitur tota intentio Ioannis, quæ ad hoc solū erat: vt eos ad Christum duceret. Nec dicit, ite ad eum, ne videātur discipuli gratiā pręstare Christo si eum sequerentur, sed cōmendat Christi gratiam: vt quasi in beneficium sibi cōputent si Christum sequuntur. & ideò dicit. [Ecce Agnus Dei.] i. ecce in quo est gratia & virtus purgatiua peccatorum. Agnus enim offerebatur pro peccatis (vt dictum est.) Consequenter ponitur fructus testimonij cùm dicit.

Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt eum.

ET primò ponitur fructus proueniēs ex testimonio Ioannis & discipulorum eius. Secundò verò ponitur fructus proueniēs ex prędicatione Christi. ibi. [In crastinū autē voluit, &c.] Circa primū primò ponitur fructus proueniēs ex testimonio Ioānis. Secūdò fructus proueniēs ex prædicatione vnius discipulorū eius ibi. [Erat autem Andreas, &c.] Circa primū duo facit. Primò ponitur īchoatio hui⁹ fructus ex testimonio Ioā. facta. Secundò ponitur cōsummatio facta per Christū ibi. [Cōuersus autē Iesus, &c.] Dicit ergo primò. [Et audierunt eū.] s. Ioā. duo discipuli qui erāt cū eo loquētē. [Ecce Agn⁹ Dei,] & secuti sunt Iesum, ad literā euntes cū eo. Vbi quatuor secundum Chriso. cōsiderari possunt. Primò quia hoc, quod Ioā. loquitur, & Christus tacet, & verbo Ioā. discipuli cōgregātur ad Christū, cōpetit ministerio. Christus eñ est sponsus ecclesiæ. Ioan. verò amicus & paranimphus sponsi. Officium autē paranimphi est, spōsam tradere sponso, & loquendo pacta tradere. Sponsi autem est quasi præ verecundia tacere, & de sponsa iam habita pro velle disponere. Sic ergo discipuli traduntur à Ioāne Christo quasi desponsati per fidem. Ioannes loquitur, Christus tacet, sed tamē suspectos diligēter instruxit. Secundò verò, ꝙ cū Ioannes dignitate Christi cōmendans dixit. Ante me factus est, & quoniā non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius, nullus cōuersus est. Sed quando humilia de Christo & incarnationis ministeria locutus est, tunc secuti sunt eum discipuli: quia humilia & quæ pro nobis passus est Christ⁹ magis mouēt nos, & ideò dicitur Canti. 1. Oleum effusum nomē tuum, & misericordia qua salutē omnium procurasti, & ideò statim sequitur, adolescētulæ dilexerunt te nimis. Tertiò quia verbum prædicationis est sicut semen cadens in diuersas terras. In vna quidē fructificat, in alia nō. Ita & Ioannes cū prædicat, non oēs discipulos conuertit ad Christum, sed duos tātum. s. qui benè dispositi erāt. alij verò econtrariò inuidia mouētur ad Christū: vnde & quęstionē ei mouēt (vt dicitur Mat. 9.) Quartum est, ꝙ discipuli Ioānis audito eius testimonio de Christo, nō statim ingesserunt se ad loquēdum cū eo ex arrupto, sed quasi studiosi cū quadam verecundia singulariter loqui cū eo, & in secreto loco studuerunt. Ecclesia. 8. Omni negotio tempus est & oportunitas. Consequenter ponitur consumatio fructus cùm dicit.

Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis. Quid quæritis?

QVod enim Ioannes inchoauit consumatur per Christum. Quia neminē ad perfectum adduxit lex (vt habetur Hebræor. 7.) Et circa hoc Christus duo fecit. Primò enim examinauit discipulos sequentes. Secundò eos instruxit ibi [dicit. Venite, & videte.] Circa primum primò ponitur Christi examinantis interrogatio. Secundò discipulorum examinatorum responsio. ibi. [Qui dixerunt ei rabbi, &c.] Dicit ergo. [Cōuersus Iesus autē, & videns eos, &c.] Et quidem per literalē sensum intelligēdum est, ꝙ Christus eos præibat, & hi duo discipuli eum sequētes faciem eius minimè videbant, & ideò Christus vt daret eis fiduciā, cōuertit se ad eos. In quo datur nobis intelligi, ꝙ oībus qui Christū sequi incipiunt puro corde, dat fiduciam vel spē misericordiæ. Sap. 6. Præoccupat eos qui se concupiscūt. Conuertit autem se Iesus ad nos: vt videatur à nobis, hoc erit in illa beata visione quando ostendet nobis faciem suam (vt dicitur in Psalm.) Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Quādiu enim in mūdo isto sumus: videmus posteriora eius: quia per effectus in suā cognitionem venimus: vnde dicitur Exod. 33. Posteriora mea videbis. Itē conuertit se vt opē suæ misericordiæ nobis impēdat. Hoc petebat. Psal. Cōuertere Domine aliquātulum, &c. Quādiu enim Christus opē suę miserationis nō impēdit: videtur à nobis auersus. Conuersus est ergo Iesus ad discipulos Ioānis eum sequētes: vt faciē suam eis ostēderet, & gratiā eis infunderet. Examinat autē eos specialiter de intētione. Sequētium nāq; Christum nō eadē intētio est. Quidā enim eum sequuntur propter bona tēporalia. Alij verò propter bona spiritualia. Et ideò quid isti intēdant Dominus quærit. dicēs. [Quid quæritis?] Non quidem vt discat, sed vt rectā intentionē aperiētes, magis familiares faciat, & ostēdat eos auditiōe dignos. Notādum autem, ꝙ hoc est primum verbum, quod Christus in isto Euāgelio loquitur, & congruè. Quia primum, quod quærit Deus ab hoīe, est recta intentio. Et secundum Orig. post sex verba quæ Ioā. dixerat, Christus septimum locutus est. Primū nāq; Ioan. Bapti. locutus est. quando testimonium perhibens de Christo clamabat dicens, hoc est, quod dixi, &c. Aliud quando dixit. [Nō sum dignus soluere corrigiā, &c.] Tertiū quando dixit. [Ego autem baptizo in aqua, medius autem vestrum, &c.] Quartum. [Ecce Agnus Dei.] Quintum. [Vidi spiritum descēdentem quasi colūbā, &c.] Sextum cū hîc dicit. [Ecce Agnus Dei, &c.] Et Christus septimū loquitur vt intelligas mysticè, ꝙ quies quæ designatur p 7. dies nobis est futura p Christū, & ꝙ in ipso est plenitudo septiformis gratiæ spiritussancti. Consequēter respōdent discipuli.

Qui dixerunt ei. Rabbi, (quod dicitur interpretatum, magister:) vbi habitas? Dicit eis?

ET quidem interrogati de vno, duo respondent. Primò quidē quare Christum sequūtur, scilicet vt adiscant: vnde & magistrū eum vocant. [Rabbi,] quod dicitur interpretatū magister: quasi dicerent quærimus: vt nos doceas. Iā eñ præcognoscebāt, qđ dicitur Mat. 23. Vnus est magister vester Christus. Secūdò verò, ꝙ sequēdo quęrūt. s. [vbi habitas,] quod quidē literaliter dici pōt, ꝙ in veritate domum Christi quærebāt, propter eñ mira & magna, quæ à Ioāne de eo audierant nolebāt eū perfunctoriè interrogare, nec semel tantum, sed frequēter & seriosè, & iō domū eius scire volebāt: vt frequēter ad eū accederēt iuxtà cōsiliū sapiētis. Eccl. 6. Si videris sensatū euigila ad illū, &c. Et Pro. 8. Beat⁹ q audit me, & vigilat ad fores meas quotidiè. Allegoricè aūt in cœlis est habitaculū Dei. secđm illud. Psal. Ad te leuaui oculos meos, q habitas in cœlis. Quærunt ergo vbi Christus habitet: quia ad hoc deberem⁹ Christum sequi: vt per eum ducamur ad cœlos, id est, ad gloriam cœlestem. Moraliter autem interrogāt vbi habitas: quasi

habitas:quasi vellēt scire quales debēt esse homines: qui digni sunt: ꝙ Christus habitet in eis: de quo habitaculo dicitur Ephes. 2. Edificamini inhabitaculū Dei. & ex Cantic. Indica mihi quē diligit anima mea: vbi pascas, &c. Consequenter cùm dicit.

Venite & videte. Venerūt & viderūt vbi maneret: & apud eū māserūt die illo. hora autē erat quasi decima.

POnitur instructio discipulorum à Christo. & primò describitur ipsa instructio discipulorū à Christo. Secūdò, cōmendatur discipulorū obediētia [venerūt & viderūt.] Tertiò, determinant tēpus: quia [hora erat quasi decima.] Dicit ergo primò [venite & videte.] s. vbi habitem. Sed hîc est quęstio cū dñs dicat Mat. 8. filius hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Quare dicit venite & videte vbi habito? Respōdeo dicēdum secūdum Chris. ꝙ p hoc ꝙ dixit dñs filius hominis nō habet vbi caput suum reclinet. demonstrauit ꝙ non habuit ꝓpriū habitaculū: nō ꝙ in domo alicui⁹ alteri⁹ nō maneret. Et ad hāc videndū istos inuitabat dicēs [venite & videte.] Mysticè autem dicit [venite & videte.] qa habitatio Dei siue gloriæ, siue gratiæ, agnosci nō potest nisi p experientiā. Nā verbis explicari nō potest. Apoc. 2. In calculo nomen nouū, &c. & ideò dicit [venite & videte.] venite credēdo & operādo. [& videte] experiēdo & intelligendo. Notādum autē, ꝙ quatuor modis puenitur ad hāc cognitionem. Primò per bonorū operū actionē. vnde dicit [venite.] Psalm. Quādo veniā & apparebo ante faciē dñi. Secūdò p mētis quietē seu vacationē. Psal. Vacate & videte. Tertiò p diuinę dulcedinis gustationē. Psal. Gustate & videte, quoniā suauis est dñs. Quartò p operationem deuotionis. Treñ. 6. Leuemus corda nostra cum manibus orando, &c. & ideò dicit dominus Lucæ. 24. Palpate & videte, &c. Consequenter ponitur discipulorum obediētia: quia statim sequitur [venerūt & viderūt] Quia veniēdo viderūt, & vidētes nō deseruerūt. vnde dicitur [Et māserūt ibi de illo.] qa (vt dicit infra 6.) Omnis qui audit à patre, &c. Qui eñ recedūt à Christo nō viderūt eum adhuc sicut videre oportet. Isti autē qui pfectè credendo eum viderūt: māserūt ibi die illo. audiētes & vidētes, beatū diē: beatā noctem duxerūt. 3. Reg. 10. Beati viri tui, & beati serui tui, &c. Hi qui stant corā te semp, &c. Et ideò (vt dicit Augu.) Edificemus & nosmetipsi in corde nostro, & faciamus domū quo veniat ille, & doceat nos. Et dicit [die illo] quia nox esse nō potest vbi est lumē Christi: vbi est sol iustitiæ. Tēpus autē determinatur cōsequēter cùm dicit. [Hora autē erat, &c.] qđ quidē Euāgelista determinat: vt secūdum literā insinuet cōmendationē Christi & discipulorū. Hora eñ decima est in occasu diei: ex quo & Christ⁹ cōmendatur: qui tam studiosus erat ad docēdum: ꝙ nec propter tēporis tarditatē eos docere distulit: sed in hora decima docuit eos. Eccles. 10. Manè semina semē tuum, &c. Similiter etiā cōmendatur & discipulorū temperātia: qa etiā hora decima qua cōsueuerūt homines comedisse, & esse minùs sobrij, ad perceptionē sapiētiæ ipsi & sobrij, & apti erāt ad sapientiā audiendā: nec ꝓpter cibū: aut vinū impediebātur. Nec mirū quia discipuli eius fuerāt. s. Ioannis: cuius potus erat aqua, esca autē locusta & mel syluestre. Secūdum autē August. p horā decimā lex signatur, quę in Christū pceptis data est. Erat ergo hora decima quādo isti venerūt & māserūt cū Christo, & ab eo erudiūtur, vt impleretur lex p Christū: quæ à Iudęis impleri nō poterat. Et ideò etiā in ipsa hora vocatus est [Rabbi.] id est, magister. Consequenter cùm dicit.

Erat autem Andreas frater Simonis Petri: vnus ex duobus qui audierant à Ioanne: & secuti fuerāt eum.

POnitur fructus quē fecit discipulus Ioānis cōuersus ad Christū. Et super hoc primò describitur discipulus. Secūdò fructus ab ipso inchoatus: ibi [Inuenit hîc primū, &c.] Tertiò ponitur consummatio fructus facta per Christū ibi [Intuitus autē eum Iesus:] Describitur autē discipulus. Primò à nomine cū dicit [Erat autē Andreas.] i. virilis. Psal. Viriliter agite & cōfortetur cor vestrū. & imponitur autē nomen: vt ostēdatur eius priuilegiū: tum quia prior cōuersus est ad fidē Christi perfectè: tum etiā quia Christū prędicauit. Vnde sicut Stephanus fuit primus martyr post Christum, ita & Andreas fuit primus Christianus. Secundò describitur à cognatione. Quia [frater Simonis Petri.] quia iunior erat. Et hoc quidem est ad commendationē suā. vt qui ætate posterior: fide efficiatur primus. Tertiò à disciplina. Quia [vnus ex duobus qui audierāt à Ioāne.] Et huius quidē nomen describitur ad ostēdendū Andreæ priuilegium quod insignis fuerit. Alterius eñ nomen tacetur: aut quia ille alius fuit Ioānes Euāgelista: cuius cōsuetudo est in suo euāgelio cū de eo agitur nomen suum nō exprimere ꝓpter humilitatē. Aut secūdum Chriso. nō fuit aliquis insignis, nec fecit aliqđ magnū. vnde nō fuisset vtilitas nomē eius ponere. Sic enim & Lucas Luc. 10. nomina septuagintaduorū discipulorū, quos dñs binos misit ante faciē suam, nō posuit: quia nō erāt solennes personæ & insignes: sicut Apostoli fuerūt. Aut secūdum Alcuinū Ille discipulus fuit Philippus. Et hoc patet: quia statim postquā Euāgelista ꝓsecutus est de Andrea, prosequitur de Philippo dicēs [In crastinū autē voluit exire in Galilęam: & inuenit Philippū, &c.] Quartò cōmendatur à deuotiōis studio. vnde dicitur [Et secuti fuerant eum.] i. Iesum. Iob 23. Vestigia eius secutus est pes meus. Fructus autē inchoatus p Andream ponitur cū dicit [Inuenit hîc primū Simonē fratrē suum.] Et primò insinuat apud quē fructū fecit. s. apud fratrē suū: vt cōmēdet suæ cōuersionis pfectionē: sicut eñ Petrus dicit in itinerario clemētis. Euidēs signū pfectæ cōuersiōis alicuius est: cū cōuersus quātò aliqs sibi est magis cōiūct⁹, tātò magis satagit eū cōuertere ad Christū. & ideò andreas pfectè cōuersus nō detinuit apud seipsum īuentū thesaurū: sed festinat & currit citò ad fratrē traditur⁹ ei bona q̄ suscepit. Et ideò dicit.

Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei. Inuenimus Messiā: quod est interpretatū Christus: & adduxit eum ad Iesum.

SCilicet Andreas. [primū.] i. primò aduerbialiter [Fratrē suum Simonē] quē quærebat: vt sicut erat sanguine: ita faceret eū germanū fide. Prouerb. 18. frater qui adiuuatur à fratre, &c. Apoca. vlti. Qui audit dicat veni. Secūdò ponit verba quæ dicit Andreas [Inuenimus Messiam qđ interpretatur Christus.] Vbi secūdum Chriso. tacitè respōdet cuidā quæstiōi. s. si quis eum interrogaret de quo instructi fuissent à Christo, in promptu est respōsio. s. ꝙ per testimonia scripturæ instruxit eum intantū ꝙ cognosceret eum esse Christum. Et ideò dicit [Inuenimus.] per qđ etiā innuit ꝙ diu cū desiderio eum quæsierāt. Prouerb. Qui inuenit sapientiā, &c. [Messiam] Hebraicè, qđ Gręcè interpretatū est Christus. i. vnctus Latinè. Quia specialiter vnctus est oleo inuisibili. i. spiritussancti. Ideò signanter nomine isto manifestat eū. vnde in Psal. dicitur. Vnxit te Deus tuus oleo leticiæ præ cōsortibus. i. præ omnibus sanctis. Nam omnes sancti isto oleo vngūtur: sed iste singulariter vnctus est, & singulariter sanctus. Et ideò secūdum Chriso. non dicit [Messiam] simpliciter: sed cū adiectiōe articuli. Tertiò ponit fructū quē fecit: quia [Adduxit eum ad Iesum.] s. Petrū. In quo Petri obediētia cōmendatur. Cōfestim eñ occurrit in hoc nō tardās. & Andreæ deuotionē cōsidera: quia duxit eum ad Iesum nō ad se. (Sciebat enim se infirmū.) Et ideò eum ad Christū adducit: vt ipse eum instruat. Instruens simul per hoc ꝙ hîc debet esse prædicatorū conatus & studiū: vt fructus prædicationis & studiū nō sibi vendicēt: seu ad vtilitatē & honorem propriū cōuertāt: sed vt adducāt ad Iesum. i. ad eius gloriā & honorem referāt. 2. Corin. 4. Nō eñ prędicamus nosmetipsos, &c. sed Iesum Christū, &c. Cōsummatio autē huius fructus ponitur cū dicit.

Intuitus autem eum Iesus dixit: Tu es Simō filius Iona: tu vocaberis Cephas, qđ interpretatur Petrus.

VBi Christus ad fidē diuinitatis eum eleuare volens incipit quæ diuinitatis sunt, opera facere occulta prædicās. Et primò quidē quantū ad occulta præsentia. vnde [Intuitus eum.] i. statim cū vidit eum virtute diuinitatis cōsiderauit: & dixit ei nomē suum. Vnde dicit [Tu es Simon.] Nec mirū: quia (vt dicitur 1. Reg. 16.) homines vidēt ea quæ apparēt: Deus autē intuetur cor. Cōgruit autē hoc nomen ministerio. Nam Simon interpretatur obediens: vt insinuet ꝙ obedientia necessaria est ei qui cōuersus est ad Christū p fidē. Act. 5. Dat spiritumsanctū obedientibus, &c. Secūdò verò quantū ad occulta præterita. vnde dicit [filius Iona.] quia hoc nomine vocatus est pater suus. vel secūdum Mat. filius Iona cū dicit: Simon Bariona, & vtrūq; congruit mysterio. Iona eñ interpretatur gratia: vt insinuet ꝙ homines per gratiā veniūt ad fidē Christi Ephes. 2. Gratia saluati estis, &c. Iona verò interpretatur colūba. vt insinuet ꝙ per spiritum sanctū, qui datus est nobis, firmamur in amore Dei: vt dicitur Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus, &c. Tertiò verò quantū ad occulta futura: vnde dicit [Tu vocaberis Cephas, qđ interpretatur Petrus.] & in Græco caput. Et cōgruit mysterio: vt ille qui debet esse aliorū caput & Christi vicarius firmitati inhæreret Mat. 16. Tu es Petrus & super hāc Petrā, &c. Sed hîc est quæstio literalis. Et primò quare Christus imposuit ei in principio suæ cōuersionis nomen & nō voluit ꝙ à principio natiuitatis suę hoc nomine vocaretur? Et ad hoc respōdetur dupliciter secūdum Chriso. quidē. Quia nomina diuinitùs imposita aliquā eminētiam gratiæ spiritualis designant. Quando autē Deus cōfert spiritualē gratiā alicui ab ipsa natiuitate nomen gratiā illam significās imponitur: sicut patet de Ioanne Baptista qui antè à Deo est nominatus quā natus. Quia fuit sanctificatus in vtero matris. Aliquādo autē aliter cōfertur eminētia gratiæ spiritualis tēpore ꝓcedēti, & talia nomina diuinit⁹ imponūtur: nō à principio natiuitatis, sed in ipso processu temporis: sicut patet de Abrahā & Sara: quib⁹ nomina mutata sunt: quādo ꝓmissionē multiplicādi germinis acceperūt. Eodē modo & Petrus nominatur diuinitus: quādo ad fidē Christi, & gratiā Apostolatus vocatur. & specialiter qa cōstitut⁹ est princeps Apostolorū: & totius ecclesię: qđ in alijs Apostolis nō est factū. Secūdum Augu. autē quia si à principio fuisset nominatus Cephas: nō apparuisset mysteriū. Et ideò voluit dñs, ꝙ tūc nomē haberet: vt mutatiōe nominis ecclesiæ mysterium

Universidad de Deusto
Biblioteca

appareret, quæ in confessione fidei eius fundata erat. Petrus enim à petra dicitur. Petra autē erat Christus. In Petri ergo nomine figurata est ecclesia, quæ suprà firmā petrā immobilem. i. Christum ædificata est. Secunda quæstio est: vtrum hīc fuerit impositū hoc nomen Simoni. an in Matth. cùm dicitur. tu es Petr. Et ad hoc respondet Augustinus dicens, q̄ istud nomen hoc loco fuit Simoni impositū, sed quòd dicit ei Dominus in Matth. Tu es Petr. & c. non est nominis impositio, sed impositi nominis cōmemoratio: vt quasi vtatur illo nomine tanquā iam impositro. Alij autē dicunt, q̄ hoc nomē fuit impositum Simoni, quando Dñs dixit ei. Tu es Petr. & super hanc petrā ædificabo ecclesiā meam, &c. Hīc verò nō imponit ei hoc nomen, sed præsignat, quòd sit ei postmodum imponēdum. Tertia quæstio est de vocatione Pet. & And. Quia hīc dicitur, quòd fuerunt vocati iuxtā Iordanem qui fuerunt discipuli Ioānis. & Matt. 4. dicitur, q̄ Christus vocauit eos iuxtā mare Galilęæ. Et ad hoc dicendum, q̄ triplex fuit vocatio Apostolorum. Prima fuit ad cognitionē, seu familiaritatem & fidem, & de hac dicitur hīc. Secunda fuit in officij præsignatione. de qua habetur. Luc. 5. Ex hoc eris homines capiens. Tertia fuit ad apostolatum de qua dicitur. Matt. 4. Quæ fuit perfecta: quia postea non redierunt ad propria, &c.

LECTVRA XVI.

In crastinum voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, & dicit ei Iesus. Sequere me. Erat autē Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri.

POSITO fructu qui prouenit ex prædicatione Ioā. & eius discipuli. Cōsequenter Euangelista manifestat fructū qui prouenit ex prædicatiōe Christi. Et primò agit de conuersione vnius discipuli ad prædicationem Christi. Secundò de cōuersione aliorum ad prędicationem discipuli ad Christum cōuersi ibi. [Inuenit Philippus Nathanaēl, &c.] Circa primū tria facit. Primò ponitur discipuli vocandi occasio. Secundò subditur ipsius discipuli vocatio. Tertiò describitur vocati discipuli conditio. ibi. [Erat autem Philippus à Bethsaida.] Occasio quidem vocationis fuit exitus Iesu à Iudæa. Et ideò dicitur. [In crastinum autē voluit exire.] s. Iesus à Iudæa in Galilæam [& inuenit Philippum.] Ratio autē exitus Iesu in Galilęam assignatur triplex, duæ videlicet literales. Quarum vna est: quia postquā baptizatus fuerat à Ioanne voles honorē deferre Baptistæ exiuit in Galilæā à Iudæa recedēs, ne sua præsentia offuscaret & minueret Ioānis magisterium, dum adhuc statum habet docēs nos honore inuicē præuenire (vt dicitur Philip. 2.) Secunda ratio est quia in Galilæa nō sunt insignes personæ. infr. 7. A Galilæa Propheta nō surgit, &c. Et ideò voluit exire illūc Iesus, & eligere indè principes orbis terræ q̄ sunt Prophetis maiores. vt per hoc suā virtutem ostēdat. Psal. Posuit desertum in stagna aquarum. Tertia ratio est mystica. Quia Galilæa interpretatur trāsmigratio. Voluit ergo exire à Iudæa in Galilæa vt in finu & quòd in crastinum. i. in die gratiæ. s. Euangelij exiret à Iudęa in Galilæam. i. ad Gentes saluandas. infr. 8. Nunquid hic iturus est in dispersionem gentium, &c. Vocatio ergo discipuli est ad sequendū. Et ideò dicit. [Inuenit Philippum, & dicit ei sequere me.] Et nota, quòd aliquando homo inuenit Deum, sed quasi ignotum. Prouer. 8. Qui me inuenit inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino. Aliquando Deus inuenit hominem, sed vt eū manifestet & magnificet. Psalm. Inueni Dauid seruum meum, &c. Et sic Christus inuenit Philippum: vt eum ad fidem & gratiam vocet. Et ideò statim dicit. [Sequere me.] Quæstio est quare Iesus à principio non vocauit discipulos. Ad quod respondet Chrisostomus. quòd noluit à principio aliquem vocare antequām aliquis spontaneus ei adhæreret per prædicationem Ioannis. Quia homines magis exemplo trahuntur, quàm verbis. Exod. 25. cortina trahit cortinam. Quæritur etiam quare Philippus statim ad vnum verbum secutus est Christum, cùm Andreas eum secutus fuerit audiens à Ioanne de Christo. Petrus autem ab Andrea. Ad hoc est triplex responsio. Vna quia Philippus iam instructus erat à Ioanne. Quia secundum vnam expositionem suprà positam. Ille alius qui cum Andrea secutus est Christum erat Philippus. Alia ratio est quia vox Christi virtutem quandam habebat vt non solùm exteriùs, sed etiam interiùs cor moueat. Hieremiæ vigesimotertio. Verba mea sunt quasi ignis, &c. Non enim vox Christi simpliciter omnibus dicebatur, sed fidelium interiora ad eius inflammabat amorem. Tertiò quia fortè Philippus iam de Christo fuerat instructus ab Andrea & Petro: quia ex eadem villa erant, quod Euangelista videtur innuere per hoc, quod subdit. [Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri.] In quo discipuli vocati conditio exprimitur. Quia erat à Bethsaida. Et sic congruit mysterio. Bethsaida enim domus venatorum interpretatur: vt ostendat quales tunc animo erant Philippus, Petrus, & Andreas, & quod de domo venatorum congruè venatores ad capiendas animas ad vitam vocaret. Hieremiæ vigesimoquinto. Mittam meos venatores, &c.

Inuenit Philippus Nathanaēlē, & dixit ei. Quē scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth.

COnsequenter ponitur fructus discipuli ad Christum conuersi. Et primò ponitur inchoatio fructus facta à discipulo. Secundò cōsumatio facta per Christū ibi [vidit Iesus Nathanaēlē, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponitur annunciatio Philippi. Secundò responsio Nathanaēlis. ibi. [Et dixit Nathanaēl.] Tertiò consequēs admonitio Philippi ibi.] Dicit ei Philippus.] Circa primum attende, q̄ sicut Andreas perfectè cōuersus studuit adducere fratrē suum ad Christum, ita & Philippus fratrem suum Nathanaēlē. Et ideò dicit. [Inuenit Philippus Nathanaēlē.] Quē fortè quærebat sicut Andreas Petrum quærierat, quod fuit signum perfectæ conuersionis. [Et dixit, &c.] Nathanaēl interpretatur donum Dei, & q̄ aliquis ad Christum cōuertatur ex dono Dei est. Annunciat autē ei omnes Prophetias & legē cōplemētum habere, & desideria sanctorum patrum non esse frustrata, sed esse verificata, & quod eorum desiderijs erat promissum à Deo iā adimpletum esse. [Quem scripsit Moyses in lege, &c.] Per quod datur intelligi, q̄ Nathanaēl erat satis peritus in lege, & q̄ etiā Philippus iā instructus de Christo voluit Nathanaēlē ex sibi notis. s. ex lege & Prophetis inducere ad Christū. Et iō dicit. [Quē scripsit Moyses, &c.] Moyses enim de Christo scripsit. infr. 5. Si credideritis Moysi, credaretis forsitan & mihi. De me enī ille scripsit, &c. Similiter Prophetæ de Christo scripserūt. Act. 10. Huic oēs Prophetæ testimonium perhibent. Etiā attende, q̄ tria dicit de Christo Philippus legi, & Prophetis cōsona. Primò quidem nomē. Vnde dixit. [Inuenimus Iesum.] Et hoc cōsonat Prophetis. Isa. 29. Mittam eis saluatorē, &c. Abac. vlt. Exultabo in Deo Iesu meo. Secundò vero genus. Vnde duxit originē humanam eī dicit [filium Ioseph.] s. qui erat de domo Dauid & familia. Et quāuis ex eo Christus originem nō duxerit, tamē ex virgine duxit, quæ erat de eadem progenie cum Ioseph: vocat autem filium Ioseph. Quia eius filius extimabatur esse. eui. s. desponsata erat mater eius. Vnde dicitur. Luc. 2. Vt putabatur filius Ioseph. Nec mirum si Philippus vocabat eum filū Ioseph cum & mater eius diuinæ incarnationis cōscia ipsum eius filium diceret. Pater tuus, & ego dolētes quærebamus te. Et si quidem aliquis filius alicuius vocatur quia nutritur ab ipso. Ioseph multò amplius pater Iesu dici poterat, licèt secundum carnem pater nō esset: quia & eum nutriuerat, & sponsus matris virginis erat. Dicitur autē hīc à Philippo non tanquā de commixtione Ioseph, & virginis natus esset, sed quia sciebat Christum de generatiōe Dauid nasciturum de cuius domo & familia erat Ioseph, cui desponsata erat Maria. Et hoc etiā cōsonat Prophetis. Hie. 23. Suscitabo Dauid germen iustum, &c. Tertiò cōmemorat patriā dicens [à Nazareth,] non quia in ea natus esset, imò in Bethleē, sed quia in ea erat nutritus. Quia enim natiuitas eius multis erat incognita. Locus autem vbi nutritus erat, cognitus erat multis, ideò Philippus Bethleem tacuit, & posuit Nazareth, & hoc quidem consonat dictis Propheterum. Nam Isai. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos sue Nazareus (secundum aliam literam) de radice eius ascendet. Consequenter cùm dicit.

Et dixit ei Nathanaēl. A Nazareth potest aliquid boni esse? Dixit ei Philippus: veni, & vide.

POnitur responsio Nathanaēlis, quod quidem potest legi & assertiuè, & interrogatiuè, & vtróq; mō huiusmodi responsiō congruit verbis Philippi. Si enim secundum q̄ Aug. vult, legatur assertiuè, est sensus. [A Nazareth potest aliquid boni esse.] i. a ciuitate tāti nominis potest esse, q̄ aliquid summæ gratiæ nobis oriatur, seu aliqs Doctor eximius, qui florem virtutum munditiā sanctitatis nobis prædicet. Nazareth enim flos interpretatur. Ex quo datur intelligi, quod Nathanaēl doctissimus in lege, scrutatus scripturas prænoscebat, q̄ de Nazareth expectādus esset saluator, quod nō facilè alij Scribæ & Pharisæi nouerant, & ideò cū Philippus diceret. [Inuenimus Iesum à Nazareth] erectus in spē. Respondit verè à Nazareth pōt esse, &c. Si verò legatur secundum Chrisostom. interrogatiuè tunc est sensus. [A Nazareth potest aliquid boni esse?] Quasi dicat omnia alia quæ dicis credibilia videntur esse: quia & nomen & genus Prophetis cōsonat, sed hoc, quod dicis. [A Nazareth] nō videtur possibile. Nathanaēl enim habuerat per scripturas, quòd à Bethleem oporteret Christum venire secundum illud. Matthæi secundo. & tu Bethleem terra Iuda, &c. & ideò non inuenies conuenire enunciationem Philippi cum Prophetica prædicatione, prudenter & manſuetè de veritate dicti interrogat. [A Nazareth potest aliquid boni esse.] Consequenter ponitur admonitio Philippi. dixit ei Philippus. [Veni & vide,] quæ quidem admonitio vtrique responsioni Nathanaēlis conuenit. Assertiuè quidem: vt dicatur, tu dicis, quòd à Nazareth potest aliquid boni esse. Sed ego dico, quòd illud bonum, quod tibi annuncio, tantum & tam magnificum est, quòd ego exprimere non valeo. & ideò dicit. [Veni & vide.]

Interro-

Interrogatiuè autem legitur sic. Tu admirando dicis [à Nazareth potest aliquid boni esse.] Reputans hoc esse impossibile secundum scripturas. Sed si experiri volueris quæ ego expertus sum, intelliges vera esse quæ dico, & ideò [Veni & vide.] Trahit quidē Philippus Nathanaēlē ad Christū eius interrogationibus nō fractus qui scit de reliquo eum nō contradicturū: si verba & doctrinā Christi gusta uerit: & in hoc Philippus Christū secutus est qui superiùs interrogantibus eum de habitaculo. Respōdit venite & videte. Psal. Accedite ad eum & illuminamini. Consequenter cùm dicit.

Vidit Iesus Nathanaēlē venientem ad se, & dixit de eo, Ecce verè Israëlita, in quo dolus non est. Dixit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respōdit Iesus: & dixit ei: Priusquā te Philippus vocaret, cùm esses sub ficu, vidite. Respondit ei Nathanael, & ait. Rabbi: tu es filius Dei, tu es rex Israēl. Respōdit Iesus, & dixit ei. Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dixit ei. Amen amē dico vobis: videbitis cœlū apertū: & angelos Dei ascendentes & descendentes super filium hominis.

POnitur cōsumatio fructus per Christū. Sciendum autē q̄ aliqui dupliciter conuertūtur ad Christū. Quidā per miracula visa & experta in se, siue in alijs. Quidā verò per spiratiōes internas & per Prophetiā, & prænoscentiam occultorū futurorū. Sed efficacior est modus per prophetias, & prænoscentiam futurorū conuerti, quàm per miracula. Ipsi enim dæmones & aliqui homines eorū auxilio: aliqua mira prætendere possunt: sed futura prædicere solius diuinæ virtutis opus est. Isaiæ 49. Ventura quóq; annunciate: & dicemus q̄ Dij estis. 1. Cor. 14. prophetiæ datæ sunt fidelibus. Et inde est q̄ dñs nō per miracula: sed per prænunciationē occultorū Nathanaelem ad fidē trahit. & ideò dicit de eo [Ecce verè Israēlita, &c.] Vbi tria occulta ei insinuat. s. occulta præsentia: quæ sunt in corde: præterita facta: & futura cœlestia. Quæ quidē tria scire diuinū est, & non humanū opus. Occulta quidē præsentia insinuat ei cū dicit [Ecce verè Israēlita in quo, &c.] Vbi quidē primò ponitur Christi prænunciatio. Secundò verò Nathanaelis inquisitio ibi [Vnde me nosti?] Dicit ergo circa primū [Vidit Iesus Nathanaēlē, &c.] Quasi antequā ad ipsum pueniret. & dixit de eo [Ecce verè Israēlita, &c.] Dixit autē hoc de eo anteq̄ ad ipsum pueniret: qa si dixisset hoc postq̄ ad Iesum puenisset: potuisset credere Nathanael q̄ hoc Iesus audiuisset à Philippo. Dixit autē [Ecce verè Israēlita in quo dol' nō est] Israēl autē duas interpretatiōes habet. Vno cm̄ modo interpretat rectissimus. Isa. 44. Noli timere serue meus rectissime, quē elegi. vbi dicit Glosa q̄ Israēl interpretat rectissimus. Alio modo Israēl interpretat vir videns Deū. & secūdum vtrúq; Nathanael est verè Israēlita. Quia eū ille dicit rect' in quo nō est dolus [Verè Israēlita in quo dolus nō est.] quasi dicat. verè representans genus tuum: quia tu es rectus & sine dolo. Quia verò per mundiciā & simplicitatē homo Deū videt. Ideò dixit [Verè Israēlita.] i. tu es vir verè videns Deū: quia tu es simplex & sine dolo. Dixit autē [In quo dol' nō est.] ne credatur q̄ malitiosè dixerit. A Nazareth potest aliquid boni esse. sed dubitans de veritate sollicitus. Augu. autē aliter exponit. Manifestū est cm̄ q̄ omnes sub peccato nascūtur. Illi ergo dicūtur dolosi qui peccatū habentes in corde, exteriùs fingunt se iustos. qui verò peccator est, & se peccatorē cōfitetur, nō est dolosus. Dixit ergo [Ecce verè Israēlita in quo dolus nō est.] nō q̄ peccatū nō haberet. nō q̄ illi medicus necessarius nō esset quia nemo sic natus est: vt nullo medico indigeat. sed in eo cōfessionē peccati laudauit. Consequēter cū dixit. [Vnde me nosti.] ponitur Nathanaelis inquisitio. Admirans enim Nathanael virtutē Dei in occultorū manifestatione: quia hoc solius Dei est. Hiere. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile: & quis cognoscet illud. Ego dñs, &c. & 1. Reg. 16. Homines vident ea, quę apparent: Deus autē intuetur cor. & ideò quærit [Vnde me nosti?] In quo cōmendatur Nathanaelis humilitas: quia licèt laudaretur non est elatus: sed laudē propriam suspectā habuit. Contra quod dicitur Isa. 3. Populę meus qui beatū te dicūt: ipsi te decipiūt. Prætereà verò absentia insinuat. cū dicit [priusquā te Philippus vocaret, &c.] Vbi primò ponitur denūciatio Christi. Secūdò cōfessio Nathanaelis: ibi [respōdit ei Nathanael & ait. Rabbi tu es filius Dei.] Circa primū sciendū est, q̄ Nathanael posset habere duplicē suspitionē de Christo. Vnā: q̄ dixisset Christus prędmissa volēs ei blādiri, & ad amicitiā suā trahere. Aliā: q̄ ea dixit suprà ab alio cognouisset. Vt ergo suspitionē auferat, & ad altiora erigat, illa occulta manifestat: quę nullus nisi diuinitùs scire potuisset: ea videlicet quę statim circa ipsum Nathanaelē cōtigerāt. Et hoc est q̄d dicit [priusquā te Philippus vocaret: cū esses sub ficu vidi te.] Ad literā em̄ sub arbore fici fuerat Nathanael: cū à Philippo vocaretur: q̄ Christus virtute diuinitatis cōsecerat. qa (vt dicit Eccl'. 23.) Oculi dñi multò luciores sup̄ solē, &c. Mysticè autē p ficū designatur peccatū tuum: quia inuenimus arbo-

rem fici maledictā folia sola habentē & nō fructū. Mat. 21. q̄d factū est in figurā peccati. tum quia Adā & Eua cū peccassent de folijs ficus perizomata fecerunt. Dicit ergo [cū esses sub ficu.] i. sub vmbra peccati anteq̄ ad gratiā vocatus esses. [Ego vidi te.] s. oculo misericordię. Nā ipsa Dei prędestinatio oculo pietatis respicit predestinatos sub peccatis viuētes. Ephes. 1. Elegit nos, &c. ante mūdi cōstitutionē, &c. Et de isto oculo loquitur hīc. [Vidi te] prędestinādo. s. ab æterno. Vel sc̄ām Grego. [Cū esses sub ficu.] i. sub vmbra legis. [vidi te] Hebr. 10. Vmbrā habēs lex, &c. Statim autē Nathanael ad hoc cōuersus: & virtutē diuinitatis in Christo cognoscēs, in vocē cōfessionis, & laudē prorūpit dicēs. [Rabbi tu es filius Dei.] Vbi tria cōsiderat de Christo. s. plenitudinē sciētiæ cū dicit [Rabbi] q̄d interpretatur magister: ac si dicat. p̄fectus es in sciētia. Iam p̄sentiebat q̄d dicitur Mat. 23. Magister noster vnus est Christ'. Secūdò excellentiā singularis gratiæ. cū dicit [Tu es filius Dei.] Nā q̄ homo sit filius Dei p adoptionē nō est nisi gratię: & te esse filiū Dei p vnionem: q̄d est ꝓpriū homini Christo: p gratiā est. Quia nō ex aliqbus p̄cedētib' meritis: sed p gratiā vniōis homo ille est filius Dei. Tertiò verò immēsitatē potētiæ eū dicit [Tu es Rex Israēl.] i. expectatus ab Israēl in Regē & defensorē. Dan. 7. Potestas eius, potestas ęterna, &c. Sed circa hoc insurgit quęstio sc̄ām Chriso. Cū Petr' q̄ post multa miracula: post magnā doctrinā cōfessus fuit q̄d hīc cōsiderat Nathanael de Christo [tu es fili' Dei] meruit beatificari dicēte domino: beatus es Simon Bariona, &c. Cur & Nathanael: qui simile dixerat ante visa miracula & p̄ceptā doctrinā beatificatus nō fuit? Et ad hoc respōdet Chriso. q̄ huius causa est: quia licèt eadē verba Nathanael & Petrus ꝓtulerint: nō tamen fuit eadē intētio vtriúsq;. Petrus quidē cōfessus Christū esse filiū Dei verū p naturā nō à semetipso loquēs: sed paterna inspiratus gratia totus spiritualis effect' est vt. s. hic esset homo q̄ tñ esset ver' Deus. Hīc autē cōfessus est esse filiū Dei p adoptionē: sc̄ām illud Psal. Ego dixi Dij estis, &c. Et hoc patet p verba sequētia. Si cm̄ intellexisset eū esse filiū Dei p naturā: nō induxisset tu es Rex Israēl solū: sed totius mūdi. Hoc etiā patet. Quia ad fidē Petri Christ' in hoc addidit quasi p̄fectā existentē: sed ecclesiā dixit se fabricaturū esse in cōfessiōe illius. Sed Nathanael quasi maiori ꝑte suæ cōfessiōis deficiēte eleuat ad maiora. s. ad cognitionē diuinitatis suę. Vnde dixit [Maius his videbis.] Vbi notat tertiū. s. infinuatio futurorū. quasi dicat: quia dixi tibi ꝑterita: credis me esse filium Dei p adoptionē, & Regē Israēl tantū: sed ducā te ad maiorē cognitionē: vt. s. credas me filiū Dei naturalē, & Regē omnium sæculorū. Et ideò sequitur [Amen amen dico vobis videbitis cœlū aquatū, &c.] vbi secūdum Chriso. vult probare dñs q̄ sit verè Dei fili', & Deus. Angelorū cm̄ est, ꝓpriū ministrare & subijci. Psal. Benedicite dño omnes angeli eius ministri eius, qui facitis voluntem eius. Cū ergo videbitis q̄ angeli administrabūt mihi: certū erit vobis, q̄ sum verus filius Dei. Heb. 1. Cū introducit primogenitū in orbē terrę dixit adorēt, &c. Sed quādo viderūt hīc apostoli. Viderūt inquā in passiōe: q̄n angelus affuit illi cōfortās eū Luc. 22. Ite in resurrectiōe: quādo Apostoli inuenerūt duos angelos stātes supra sepulchrū. Similiter in ascēsione: quādo dixerūt Apostolis. Act. 1. Viri galilęi q̄d admiramini aspiciētes in cœlū. hic Iesus qui assumpt' est à nobis in cœlis, &c. Et q̄d de ꝑteritis ei iura iā dixerat magis ei credibile fuit, q̄d p̄nūciat de futuro cū dicit [videbitis] Euidēs em̄ argumētū est vera dicere de futuris, qui de occultis ꝑteritis manifesta uerat veritatē. Dicit autē sup filium hominis angelos ascēdentes & descēdentes. Quia sc̄ām carnē mortalē paulò minoratus est ab angelis: & intantū angeli ascēdunt & descēdunt sup eum. Sed sc̄ām q̄ est filius: ipse sup angelos est (vt dictū est.) Secūdum Aug. autē pulchrè in verbis p̄dictis suā diuinitatē manifestat. Legit em̄ Gen. 28. q̄ Iacob vidit scalā & angelos ascēdentes & descendentes. Et Iacob intelligēs quod vidit scalā & angelos ascēdentes & descendentes. & Iacob intelligēs quid vidit. surgēs vnxit lapidē oleo: & deindè dixit. Verè dñs est in loco isto. lapis iste Christus est: quē reprobauerunt ædificātes. & est vnctus oleo inuisibili spiritus sancti. Sed' erigitur in titulū: q̄a futurus erat ecclesiæ fundamētū, (vt dicitur 1. ad Corin. 3.) Fundamentū aliud nemo potest ponere ꝑter id q̄d positū est, &c. Angeli autē ascēdunt & descēdunt, inquātùm ei adsunt obsequēdo, & ministrādo. Dixit ergo [Amen amē dico vobis, &c.] quasi dicat & manifestādo. Dixit ergo [Amen amē dico vobis, &c.] quasi dicat quia verè Israēlita es. attēde ad id q̄d Israēl vidit: vt. s. credas me illū quia verè Israēlita es. attēde ad id q̄d Israēl vidit: vt. s. credas me illū esse qui est significatus p vnctū lapidē à Iacob. Nam tu etiā videbis esse qui est significatus p vnctū lapidē à Iacob. Nam tu etiā videbis sup ipsum angelos ascēdentes & descēdentes. Vel angeli sunt ꝑfecta sup ipsum angelos ascēdentes & descēdentes. Vel angeli sunt ꝑfecta tores sc̄ām Aug. ꝑdicātes Christū. Isa. 18 Ite veloces angeli, &c. Qui quidē ascēdunt p cōtemplationē, sicut Paulus ascēderat vsq; ad tertium cœlū (vt dicitur 2. Corint. 12.) Descēdunt p proximorū erudi tionē sup filiū hominis. i. ad honorē Christi: quiavt dicitur 2. Cor. 4. Nō em̄ prædicamus nosipsos, &c. sed vt ascēdant & descēdant apertum est cœlū: quia oportet q̄ gratia cœlestis detur prædicatoribus: vt ascēdant & descēdant. Psal. Cœli distillauerūt, &c. Apoc. 4. Postea vidi cœlū apertū. &c. Ratio autē quare Nathanael nō eligit in Apostolū post tantā fidei cōfessionē: ista est. Quia Christus noluit quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

mundi cõuersio ad fidem ascriberetur humanæ sapientię, sed solum potentię Dei. Et ideò nõ voluit Nathanaëlem in lege peritissimum, in Apostolum eligere, sed simplices & indoctos elegit: (vt dicitur. 1. Cor. 1.) Non multi sapientes, &c.

LECT. I. CAP. II.

Et die tertia nuptiæ factæ sunt in cana Galilææ.

SVPRA Euangelista ostendit dignitatẽ verbi incarnati, & euidentiam eius multipliciter. Hîc cõsequenter incipit determinare de effectibus, & operibus quibus manifestata est mundo diuinitas verbi incarnati. Et primò narrat ea quæ Christus fecit in mundo viuendo ad manifestationem suę diuinitatis. Secũdò quomodò Christus suam diuinitatẽ monstrauit moriẽdo. & hoc à 12. capitu. & vltrà. Circa primũ duo facit. Primò enim ostẽdit Christi diuinitatẽ quantum ad Dominium, quod habuit suprà naturã. Secundò quãtum ad effectus gratiæ. & hoc in 3. capi. ibi. [Erat homo ex Pharisæis nomine, &c.] Dominium autẽ Christi super naturã proponitur nobis per hoc, q̃ naturã mutauit. Quæ quidem mutatio facta est à Christo in signum. Primò discipulis ad confirmandum. Secundò verò turbis ad credendum ibi. [Post hoc descẽdit Capharnaum.] Mutatio autẽ naturę ad confirmãdos discipulos in quibusdã nuptijs facta est, in quibus cõuertit aquam in vinum. Et hoc est, quod dicit. [Nuptiæ factæ sunt, &c.] Vbi primò describũtur nuptię. Secundò illi qui nuptijs interfuerunt ibi. [Erat autẽ mater Iesu ibi.] Tertiò describitur ipsum miraculũ patratũ ibi [& deficiẽte vino, &c.] Describit autẽ nuptias. Primò quidẽ quãtum ad tẽpus. Vnde dicit. [Et die tertio nuptiæ factæ sunt.] s. post quã prædicta de vocatiõe discipulorũ fecerat. Postquã em̃ manifestatus fuerat testimonio Ioã. voluit etiã seipsum manifestare. Si verò quantum ad locum: vnde dicit. [In cana Galilęæ.] Galilæa nãq; prouincia est, cana viculus quidam in ipsa prouincia. Quãtum autẽ ad literã ptinet sciẽdum est, q̃ circa tẽpus prædicationis Christi est duplex opinio. Quidam nãq; dicunt, q̃ à baptismate Christi vsq; ad passionẽ eius fuerint duo anni & dimidius. Et secundũ hos hoc, qđ hîc legitur de nuptijs eodẽ anno factũ est, quo Christus baptizatus est. Sed his cõtrariatur sentẽtia & cõsuetudo ecclesię. Nã in festo Epipha. trium miraculorum cõmemoratio fit. s. adorationis magorum, quæ fuit primo anno natiuitatis Dñicæ & baptismi Christi, quo baptizatus est eodẽ die reuolutis triginta annis, & de nuptijs quæ sunt factæ eodẽ Dei reuoluto anno, ex quo sęgtur, q̃ ad minus vnus annus elapsus fuit à baptismo vsq; ad nuptias. In quo qdẽ anno nil aliud legitur Dñs fecisse. nisi qđ dicitur. Matt. 4. de ieiunio in deserto. & de tẽtatiõe à diabolo, & ea quæ hîc Ioan. refert de testimonio Baptistæ & cõuersiõe discipulorũ. A nuptijs autẽ cœpit publicè prædicare, & miracula facere vsq; ad passionẽ, ita q̃ duobus annis cũ dimidio publicè prædicauit. Mysticè autẽ, p̃ nuptias intelligitur cõiunctio Christi & ecclesiæ qa (vt dicit Apostol⁹. 1. Cor. 5.) Sacramẽtum hoc magnũ est. Dico autẽ in Christo & ecclesia. Et illud qdẽ mr̃imoniũ initiatũ fuit ĩ vtero virginali, qñ De⁹ p̃ filio humanã naturã vniuit ĩ vnitate p̃sonę: vñ hui⁹ cõiũctiõis thalam⁹ fuit vter⁹ virginalis. Psal. In sole posuit tabernaculũ suũ. De istis nuptijs dicitur. Mat. 22. Simile ẽ regnũ cœlorũ homini regi: q̃ fecit nuptias filio suo. Tũc s. qñ De⁹ p̃ humanã naturã verbo suo copulauit in vtero virginali. Publicatũ autẽ fuit, qñ ecclesia sibi p̃ fidẽ cõiũcta ẽ. Ose. 2. Sp̃ôsabo te mihi ĩ fide, &c. De istis nuptijs dicitur. Apo. 19. Beati q̃ ad cœnã nuptiarũ agũt, &c. Venerũt nuptię agni, &c. Consumatũ autẽ erit. qñ s. p̃ôsa i. ecclesia itroducetur ĩ thalamũ sp̃ôsi ĩ cœlestẽ. s. gloriã. Nec vacat à mysterio, q̃ die tertio nuptię factæ sunt. Prim⁹ nãq; dies est tps legis naturæ. Sc̃ds tps legis scriptæ. Terti⁹ verò dies tps gratiæ, ĩ quo Dñs incarnatus nuptias celebrauit. Ose. 6. Viuificabit nos post duos dies, &c. Loc⁹ autẽ cõgruit mysterio. Cana em̃ ĩterpretaț zel⁹. Galilęa verò trãsmigratio. In zelo ergo trãsmigratiõis hę nuptię celebrãtur vt denũcient eos maximè Christi cõiunctiõe dignos existere, q̃ zelo piæ deuotiõis feruẽtes transmigrãt de statu culp̃ę ad gratiã ecclesię. Eccle. 24. Trãsite ad me oẽs q̃ cõcupiscitis me, &c. Et de morte ad vitam. i. de statu immortalitatis & miseriæ, ad statum immortalitatis & gloriæ. Apoc. 21. Ecce noua facio omnia. Cõsequenter cùm dicit.

Et erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus, & discipuli eius ad nuptias.

DEscribũtur p̃sonæ ĩuitatæ. vbi agitur de tribus. s. de mr̃e. de Iesu, de discipu. De mr̃e qdẽ cũ dicit. [Et erat mr̃ Iesu ibi.] Quę qdẽ p̃mittitur: vt ostẽdatur, q̃ Iesus adhuc ignot⁹ erat, & nõ vocat⁹ ad nuptias, sicut ĩsignis p̃sona, sed ex quadã familiaritate tãquã not⁹ & vn⁹ aliorũ, sicut em̃ vocauerũt matrẽ, ita & filiũ. Vel fortè pri⁹ inuitatur nĩ: qa ambigebãt de Iesu, an ĩuitatus vẽtur⁹ esset ad nuptias, p̃pter summã religiositatẽ, q̃ videbãt ĩ eo, & qa nõ viderũt eũ se ĩmiscuisse cõuiuijs, & iõ puto, q̃ primò cõsuluerũt matrẽ an Iesus esset vocãd⁹. Et iõ signãter dixit Euãgel. primo matrẽ adesse iã ĩ nuptijs, & Iesum postmodũ fuisse vocatum. Et hoc est, qđ sequitur. [Vocatus est Iesus.] Voluit autẽ Christus nuptijs interesse. Primò quidem vt daret nobis humilitatis exẽplum. Neq; enim ad dignitatẽ suã respiciebat. Sed quomodò dignatus est formã serui accipere, nõ dedignatus est ad nuptias venire seruorũ (vt dicit Chrisо.) & ideò Aug. Erubescat homo esse superbus, quoniã factus est humilis Deus. Nã inter cætera humilia quę fecit fili⁹ virginis. venit ad nuptias, qui eas cũ esset apud patrẽ instituit in paradiso. & de hoc exẽplo dicitur Matt. 11. Discite à me: quia mitis sum & humilis corde. Secundò verò: vt errorẽ quorũdam excluderet, qui nuptias dãnãt: quia (vt dicit Beda.) Si thoro immaculato & nuptijs debita castitate celebratis culpa ĩesset, nequãquã Dñs ad has venire voluisset. Quia ergo ad nuptias venit, ĩsinuat, quã sit dãnabilis eorũ perfidia, qui nuptijs detrahunt. 1. Cor. 7. Nõ peccat mulier si nubat. De discipulis verò agitur cũ dicit [& discipuli eius.] Mysticè autem in nuptijs spiritualibus est mater Iesu virgo. s. beata sicut nuptiarũ cõsiliatrix: qa per ei⁹ intercessionẽ cõiungitur Christo p̃ gratiã. Eccle. 24. In me omnis spes vitæ & virtutis. Christus aũt sicut verus aĩæ sp̃ôsus (vt dicit infr. 3.) qui habet sp̃ôsam sp̃ôsus est. Discipuli verò: vt paranimphi quasi cõiungentes ecclesiam Christo. De quibus vnus dicebatur. 2. Corinth. 11. Despondi vos vni viro, &c. Et quia in istis nuptijs materialibus aliquid de miraculo pertinet ad matrẽ, aliqd ad Christũ, & aliqd ad discipul. Iõ consequẽter cũ dicit.

Et deficiẽte vino, dixit mater Iesu ad eũ. Vinũ nõ hñt.

OStendit quid pertineat ad matrẽ, quid ad Christũ, & quid ad discipulos. Ad matrẽ quidẽ pertinet miraculi p̃curatio. Ad Christum autẽ miraculi cõsummatio. & hoc ibi. [Erãt ibi lapideæ idrię 6. &c.] Ad discipulos verò miraculi contestatio. ibi. [Hoc fecit initium, &c. Gesĩt ergo quãtum ad primum mater Christi mediatricis personã, & ideò duo facit. Primò enim interpellat ad filium. Secũdò erudit ministros ibi [& dicit mater ei⁹, &c.] Circa primũ quidẽ duo ponuntur, primò matris interpellatio, secundò filij respõsio. ibi [dixit ei Iesus. quid mihi, &c.] In matre autẽ interpellãte, primò quidẽ nota pietatẽ & misericordiã, ad misericordiã em̃ ptinet vt qs defectũ alterius reputet quasi suũ. misericors enim dicitur quasi miserum habens cor suum miseria alterius. 2. Cor. 11. qs infirmatur & ego nõ ĩfir mor? qa ergo virgo beata misericordia plena erat, defectus aliorum subleuare volebat, & ideò dicit [deficiẽte vino dicit mr̃ Iesu ad eũ.] Secundò reuerẽtia eius ad Christũ, ex reuerẽtia enim quã ad Deum habemus, sufficit nobis ei tãtũ defectus nostros exponere. secundum illud. Psal. Dñe ante te omne desideriũ meũ, qualiter autẽ nobis Deus subueniat, nõ est nostrum inquirere. quia sicut dicitur. Rom. 8. Quid oremus sicut oportet, nescimus, & iõ mater eius defectum aliorum simpliciter exposuit. dicẽs. [Vinũ nõ habẽt.] Tertiò virginis sollicitudinẽ & diligẽtiã: qa vsq; ad extremã necessitatẽ nõ distulit, sed desiciẽte vino. i. dũ esset ĩ deficiẽdo. iuxtà illud, qđ dicitur in Psal. de eo. Adiutor ĩ oportunitatib⁹ in tribulatiõe. Sed q̃rit Chrisо. quare antè nõ incitauit Christũ ad miracula. Nã de virtute ei⁹ erat instructa p Angelũ, & cõfirmata p multa, q̃ videret circa ipsum fieri, q̃ sĩa cõsteruabat cõferẽs in corde suo: vt dicitur. Luc. 2. Cuius rõ est: qa antea vt vn⁹ aliorũ cõuersabatur: vñ qa non viderat tps oportunũ hoc facere distulit. Nũc verò post Ioã. cõtestationẽ, & post discipulorũ cõuersionem cõsidẽter Christũ ad miracula faciẽda, p̃uocat gerẽs ĩ hoc figurã synagogę, q̃ est mater Christi. (Nã familiare est Iudæis miracula regrere. 1. Cor. 1. Iudæi signa quærunt. Dicit ergo ei. [Vinũ nõ hñt.] Vbi sciẽdũ est, q̃ ante ĩcarnationẽ Christi triplex vinũ deficiebat. s. iustitiæ, sapiẽtiæ, & charitatis seu gratiæ. Vinũ em̃ mordicat, & quatum ad hoc iustitia dicitur vinũ. Luc. 10. Samaritan⁹ vinũ & oleũ apposuit vulneribus sauciati. i. cũ dulcedine misericordię sęueritatẽ iustitię. Psal. Potasti nos vino cõpũctionis. Vinũ etiã letificat cor. iuxta illud. Psal. Vinũ letificat cor hoĩs, & quãtũ ad hoc dicit sapiẽtia, cui⁹ meditatio maximè letificat. Sap. 8. Nõ habet amaritudinẽ cõuictus illi⁹. Vinũ similiter inebriat. Cãt. 5. Bibite amici, & inebriamini charissimi. & sc̃dm hoc charitas dicitur vinũ. Cãt. 5. Bibi vinũ meũ cum lacte meo. & dicitur charitas etiã vinũ rõue feruoris. Zacha. 8. Vinũ germinãs virgines. Et qdẽ iustitię vinũ deficiebat ĩ veteri lege, ĩ qua iustitia ĩperfecta erat. Sed Christus eã pfecit. Mat. 5. Nisi abũdauerit iustitia vestra plusquã scribarũ, &c. Deficiebat etiã vinũ sapiẽtię, quæ erat occulta & figuralis. qa (vt dicitur. 1. Cor. 10.) Oĩa in figura cõtingebãt illis. sed Christus eam manifestauit. Mat. 8. Erat em̃ docẽs eos, sicut ptãtem habẽs, &c. sed & vinũ charitatis deficiebat ibi: qa acceperãt spiritũ seruitutis, tm̃ in timore, sed Christ⁹ aquã timoris cõuertit in vinũ charitatis, qñ dedit spiritũ adoptionis filiorum in quo clamus Abba pater: vt dicitur. Rom. 8. Et quãdo charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. ita dicitur. Roma. 5. Consequenter cùm dicit.

Dixit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.

POnitur responsio Christi, ex qua quidẽ responsione triplicis hęresis occasio sumpta est. Manichæi nãq; dicẽtis Christũ non habuisse verum corpus, sed fantasticum, & Valẽtinus asserẽs Christum attulisse corpus cœleste dicit, quòd quantum ad corpus, Christus nihil pertinet ad virginẽ. Et huius erroris fulcimentũ sumit per hoc quod dicit ei Iesus. [Quid mihi & tibi est mulier.] quasi dicat. Nihil à te suscepi. sed hoc est cõtra auctoritatẽ sacræ scripturæ. dicit em̃ Gal. 4. Misit De⁹ filiũ suũ factũ ex muliere, nõ em̃ posset dici ex ea factus nisi ex ea aliqd sumpsisset. Arguit autẽ primò cõtra eos Aug. dicẽs. Quomodò scitis, q̃ dñs dicit. [Quid mihi, &c.] Respõsio. qa Ioãnes Euangelista hoc narrat. Sed ipse etiam euãgelista dicit de virgine: q̃ erat mater eius. Si ergo credis Euangelistę in eo, q̃ narrat Iesum dixisse matri. [Quid mihi & tibi est mulier.] Credas etiam in hoc ei, quod dicit. [Et erat mater Iesu ibi.] Ebion autẽ dicẽs ex virili semine Christũ conceptũ, & Eluidius qui dicit, q̃ virgo post partũ non permãsit virgo: sumpserunt erroris fulcimẽtũ ex hoc, qđ dicit. [mulier.] quod videt corruptionẽ importare. sed hoc est falsum: quia mulier in sacra scriptura quãdóq; importat solũ sexũ fœmineũ. secũdũ illud Gal. 4. Factũ ex muliere, &c. Ex hoc patet etiã per hoc q̃ Adã ad Deũ loquens de Eua dixit. Mulier quã dedisti mihi, &c. Genes. 3. Constat enim tunc Euã adhuc virginẽ fuisse cũ adhuc esset in paradiso: vbi nõ cognouerat eã. Vnde hoc quod hîc dicitur [mulier] nõ importat corruptionẽ: sed determinat sexũ. Sumpserũt etiã Prisianistæ erroris occasiõnẽ ex hoc, quod dixit [nõdũ venit hora mea] dicẽtes omnia ex fato accidere. & facta hominũ certis horis esse subiecta, & etiam Christi. vnde propter hoc dixit. [Nondum venit hora mea.] Sed hoc est falsum de quoliber homine: cũ enim homo liberã electionẽ habeat: libera autẽ electio cõperat ei ex hoc, q̃ rationẽ & volũtatẽ habet: quæ quidẽ sunt immaterialia: manifestũ est, q̃ homo quantũ ad electionem nulli corpori subijcitur: sed potius dominat. Immaterialia enim nobiliora sunt materialibus, & ideò dicit Philosophus: q̃ sapiens dominat̃ astris. Sed & propterea hoc multominus locũ habet in Christo, qui est dominus & cõditor syderũ. vnde p hoc quod dixit. [Nõdũ venit hora mea] intelligitur hora passionis suæ, nõ ex necessitate: sed secũdũ diuinã, p̃uidentiã determinata. Contra eos etiã est, quod dicit. Ecclesia. 33. Quare dies diem superat, &c. Respõdet, à dñi sciẽtia separata sunt. i. diuina prouidẽtia distincta sunt adinuicẽ, nõ à casu. His ergo excluſis inuestigemus huius dñicæ responsionis causam. [Quid mihi & tibi est mulier.] Et quidẽ secundũ Augustinũ in ipso sunt duæ naturæ: diuina. s. & humana: & quãuis idẽ Christus sit in vtrãq; natura: ea tamẽ quæ conueniunt ei secundum humanam naturam sunt ab his quæ conueniunt ei secũdum diuinã. Miracula autẽ facere cõperit ei secundũ diuinã naturã quã accepit à Patre: pati verò secundũ humanã, quã accepit à matre. & ideò matri exigẽti miraculũ respõdit dicẽs. [Quid mihi & tibi est mulier.] Ac si dicat. Illud qđ in me facit miracula nõ accepi à te. sed illud vnde patior. i. secũdũ q̃ cõperit mihi pati. s. humanã naturã à te accepi. & ideò tũc te cognoscã, cũ ipsa infirmitas pẽdebit in cruce. & ideò subdit. [Nõdũ venit hora mea.] quasi dicat cũ venerit hora passiõis ibi te matrem recognoscã. Vnde & in cruce pẽdẽs matrẽ discipulo cõmendauit. Secũdũ Chrisо. verò aliter exponit. Dicitur enim, q̃ beata virgo feruens zelo honoris filij, voluit q̃ statim antequã oportunũ esset. Christus miracula faceret, & ideò Christus hoc dubiũ sapiẽtiæ causã represit. Voluit enim prius facere miraculũ, quã sciret defectus, quia ex hoc fuisset minus notũ & minus credibile. & ideò dicit. [Quid mihi & tibi est mulier.] quasi dicat. Quid me molestas. [Nõdum venit hora mea.] i. nõ sũ cognit⁹ tam̃ his qui absunt. Sed neq; defectũ vini sentiunt: sine ergo primò hoc sentire: quia cũ necessitatem cognouerint, maius reputabunt beneficium, quod recipient. Quãuis autem mater repulsa sit: tamen de filij misericordia non diffidit. Ideò consequenter monet ministros dicens.

Dixit mr̃ eius ministris: quodcũq; dixerit vobis facite.

IN quo quidẽ cõsistit totius iustitiæ perfectio. Perfecta nãq; iustitia est Christo in oĩb⁹ obedire. Exo. 24. Omnia quæ præcepit nobis dñs faciem⁹. Hoc autẽ verbũ [oĩa quæcũq; dixerit vobis, &c.] nõ cõuenit dici nisi de solo Deo: hõ em̃ aliqñ põt errare. Vnde in talib⁹ quæ sunt cõtra Deũ hoĩb⁹ obedire nõ tenemur. Act. 4. oportet obedire Deo magis quã hoĩb⁹. Deo autẽ qui nõ errat: nec falli potest in omnibus obedire debemus. Consequenter cùm dicit.

Erant autem ibi lapideæ hidriæ sex expositæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulę metreas binas, vel ternas.

POnitur cõsumatio miraculi per Christũ. Circa quod primò describuntur vasa in quibus miraculũ patratũ est. Secũdò, designatur materia miraculi: ibi [dixit eis Iesus, ĩplete idrias aqua.] Tertiò ĩsinuat miraculi demõstratio & approbatio: ibi [dixit eis Iesus. Haurite, &c. (Vasa autẽ in quibus miraculũ patratũ est ponũtur sex: & hoc est, qđ dicit. [Erãt autẽ ibi, &c.] Vbi sciẽdũ est, q̃ sicut Mat. 7. dicit. Iudæi obseruabãt multas ablutiones corporales, & baptismata calicũ & vasorũ. vnde quia erãt ĩ palestina in qua est defect⁹ aquarũ: habebãt vasa in quib⁹ seruabãt aqua purissima, qua se & vasa crebro lauarẽt: & ideò dicit, q̃ erãt ibi sex lapideæ idriæ. i. vasa ad cõseruãdũ aquã ab idor, qđ est aqua [posite secũdũ purificationẽ Iudæorũ.] i. ad vsum purificatiõis. [capiẽtes singulæ metretas.] i. mẽsuras binas vel ternas. Metros em̃ græcè, mẽsura latinè dicit. & vt dicit Chrisо. Vasa ista deferunt ad tollẽdã miraculi suspitionẽ. tũ p̃pter eorũ purita tẽ: ne posset aliquis suspicari, q̃ aqua saporẽ vini sumpsisset ex fetib⁹ vini prius in eis repositi. (Nã vasa illa erãt secũdũ purificationẽ.) & ideò purissima oportebat ea esse: tũ etiã propter vasorũ quãtitatẽ: vt euidẽter pateat, q̃ aqua tot vasorũ: in vinũ mutari non potuisset nisi virtute diuina. Mysticè verò per sex idrias significanẽ sex ætates veteris testamẽti, in quibus erãt corda hominũ receptiua scripturarũ Dei parata, & p̃posita ĩ exẽplo viuẽdi (vt dicit glo.) Hoc verò qđ dicit metretas secũdũ Aug. referẽ ad trinitatẽ personarũ. Et dicunẽ binæ vel trinæ quia quãdóq; ĩ sacra scriptura tres personæ distinctim ponunt: secũdũ illud. Mat. vlt. Baptizãtes eos ĩ noĩe patris, & filij, & spiritussancti. Quãdóq, verò duo tãtũ. s. pater & filius. in quib⁹ intelligit̃ persona spiritussancti, qui est cõnexio amborũ secũdũ illud infrà 14. Si quis sermonẽ meũ seruabit: pater me⁹ diliget eũ, &c. Vel binas p̃pter duas cõditiones hominũ Iudæorũ. s. & gẽtiliũ: ex quibus p̃pagata est Ecclesia. Vel ternas p̃pter tres filios Noë ex quib⁹ p̃pagatũ est humanum genus post diluuiũ. Consequenter cùm dicit.

Dixit eis Iesus: Implete hidrias aqua: & impleuerũt eas vsque ad summum.

AGitur de miraculi materia. Sed circa hoc insurgit quæstio: quare nõ ex nihilo, sed ex materia præiacẽti hoc miraculũ factũ est? Ad quod triplex ratio assignãt. Vna est secundũ Chrisо. & literalis. Quia ex nihilo aliquid facere maius est & mirabilius, quã facere aliquid ex subiecta materia: sed nõ est ita euidẽs & credibile multis. Et ideò volẽs magis credibile esse, quod fiebat: ex aqua fecit vinũ: capacitati hominũ cõdescẽdẽs. Alia ratio est ad cõfutãdũ puersa dogmata. Quidã nãq; (vt Marchiõi & Manichæi) qui dixerũt aliũ esse cõditorẽ mũdi, quã Deũ: & oĩa visibilia ab illo. i. diabolo cõdita esse. Et ideò dñs plura miracula, & ex substãtijs creatis, & visibilibus fecit: vt ostẽdat ipsas substãtias bonas esse, & à Deo creatas. Tertia rõ est mystica, ideò em̃ noluit ex nihilo vinũ facere: sed ex aqua vinũ fecit, vt ostẽderet se nõ oĩno nouã doctrinã cõdere, & veterẽ reprobare: sed adimplere: vt dicit Mat. 5. Nõ veni soluere legẽ, sed adimplere: dũ qđ figurabat vetus lex & promittebat: Christus exhibuit & aperuit. Luc. vlt. A peruit illis sensum vt intelligerẽt. &c. Voluit autẽ per ministros idrias impleri aqua: vt eos eius, quod fiebat testes haberet. vnde infrà dicitur [ministri autẽ sciebãt, &c.] Cõsequẽter cũ dicit.

Et dixit eis Iesus: Haurite nunc: & ferte Architriclino: & tulerunt.

POnitur miraculi publicatio: statim enim, q̃ idriæ impletæ sunt, aqua in vinũ cõuersa est, & ideò statim dñs miraculũ publicat dicens. [haurite nũc & ferte, &c.] vbi primò ponitur mandatũ Christi examinatoręligẽtis. Secũdò sententiã Architriclini degustãtis ibi [vt autẽ gustauit, &c.] dixit ergo eis. s. ministris. [haurite nũc.] s. vinũ de idrijs [& ferte Architriclino.] Vbi sciẽdũ est, q̃ tricliniũ est locus vbi sunt tres ordines mensarũ. & dicit triclinium à triplici ordine lectorũ. clinẽ enim in græco lectũ significat. Nã antiqui in lectis accũbẽtes cõsueuerãt comedere (vt maximus Valerius narrat.) Et ideo dicunt̃ ĩ scripturis accũbere recũbere. Architriclinus ergo dicit̃ primus, & princeps inter cõuiuas. Vel aliter secũdũ Chrisо. Architriclin⁹ erat, qui erat ordinator, & dispẽsator totius cõuiuij. Quia verò sollicitus nõ dũ aliquid gustauerat: voluit dñs q̃ ipse ludicaret de eo, quod factũ erat: & nõ cõuiuæ: ne aliquis posset miraculo detrahere dicẽs eos ebrios esse, & eorum sensus per comestionẽ corruptos: ita q̃ non possent discernere an vinum esset vel aqua. Sed secũdum. Aug. Architriclinus erat maior inter discũbẽtes (vt dictũ est.) & ideò vt ei⁹ sententia præ fidẽtis. Mysticè autẽ qui hauriũt aquã sunt prædicatores. Isa. 12. Haurietis aquas, &c. Architriclinus autẽ est aliquis legisperitus puta Nichodemus: Gamaliel: & Paulus. Dum ergo talibus verbum euangelij cõmittitur: quod latebat in litera legis quasi vinum de aqua factum Architriclino propinatur: qui hoc degustans approbat fidem Christi. Consequenter cùm dicit.

Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset: ministri autem sciebãt, qui hauserant aquam: vocat sponsum Architriclinus: & dixit ei: omnis homo primum bonum vinum ponit: & cùm inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.

POnitur examinatis iudicijs. Vbi primò inquirit veritatẽ facti. 2. profert sententiã dicens. [Oĩs hõ, &c.] Dicit ergo. [Vt autẽ gustauit Architriclin⁹ aquã vinũ factã: & non sciebat vnde esset.] quia ignorabat aquã vinũ factã miraculo p Christũ. [Ministri autẽ sciebãt.] Cui⁹ rõ est: qa hauserãt aquã. [Vocat sp̃ôsum Architriclin⁹.] vt veritatẽ ingrati: & de vino suiam p̃ferat. vñ subdit. [Omnis homo

Universidad de Deusto Biblioteca

primum bonum vinum,&c.] Vbi ſcd̃m Chriſo. hoc cõſiderãdũ eſt in miraculis Chriſti,ꝙ omnia pfectiſsima fuerũt:vnde & Socrui Petri pfectiſsimã ſanitatẽ reſtituit:ita vt ſtatim ſurgẽs miniſtraret (vt dicitur Mar.1.& Mat.9.) paraliticũ etiã ita pfectè ſanitati reſtituit: ꝙ ſtatim ſurgẽs & ſublato lecto iret in domũ ſuã (vt dicitur Ioã.5.) Hoc etiã in iſto miraculo appareret:qa nõ qualecũnq; vinũ de aqua fecit:ſed optimũ qđ poterat eſſe. Et ideò dicit architriclin⁹ [Omnis homo primũ bonũ vinũ ponit: & cũ inebriati fuerint tũc id qđ deterius eſt.] Quia min⁹ bibũt. Et qa vinũ bonũ in q̃titate ſumptũ,cũ quantitate cibi magis grauat. q. d, Vnde eſt tale vinũ [qđ tu ſeruaſti vſq; adhuc.] cõtra cõſuetudinẽ. ſ. faciẽs. Cõpetit autẽ myſterio. Nam aliquis dicit myſticè primò bonũ vinũ ponere:qui alios decipere intẽdens errorẽ quẽ intẽdit nõ proponit primò : ſed quæ alliciant auditores:vt poſtq̃ inebriati & allecti fuerint ad cõſenſum ſuę intẽtionis pfidiã manifeſtet.& de iſto vino dicitur Prouerb. 23. Ingreditur blãdè:& in nouiſsimo,&c. Dicitur autẽ aliquis primò bonum vinũ ponere:qui à principio ſuæ cõuerſiõis ſanctè & ſpiritualiter viuere incipiẽs,tandẽ in vitã carnalẽ degenerat. Gala.3 Sic ſtulti facti eſtis,vt cũ ſpiritu cœperitis,&c. Chriſtus verò nõ primò vinum bonũ ponit:quia à principio amara & dura proponit. Mat.7. Arcta eſt via quę ducit ad vitã. Sed q̃tò plus homo in eius fide & doctrina pcedit:tãtò plus dulcoratur & maiorẽ ſuauitatẽ ſentit. Prouerb.4. Ducã te p ſemitã ęquitatis, quã cũ ingreſſus fuerit,&c. Item in mundo iſto amaritudines & tribulatiões patiũtur omnes qui pie volũt viuere in Chriſto,infra 16. Amen amen dico vobis quia plorabitis & flebitis vos,&c. Sed in futuro delectationes & gaudia ſuſcipient. Vnde & ſequitur. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Ro.8. Exiſtimo ꝙ non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram,&c. Conſequenter cùm dicit.

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in cana Galileę: & manifeſtauit gloriam ſuam: & crediderunt in eum diſcipuli eius.

POnitur miraculi conteſtatio p diſcipulos facta. Ex quo habetur ꝙ falſa eſt hiſtoria de infantia ſaluatoris: in qua recitãtur multa miracula facta à Chriſto adhuc puero exiſtẽte. Si eñ hoc verũ eſſet nõ vtiq; Euãgeliſta diceret [Hoc fecit initiũ ſignorũ Ieſus.] Et ratio quare nõ in pueritia miracula fecit: aſsignata eſt ſuprà. Ne ea. ſ. homines fantaſtica reputarẽt. ergo hac de cauſa hoc miraculũ. ſ. de aqua vinũ fecit in cana Galilęæ Ieſus:qđ eſt initiũ ſignorũ quę fecit Ieſus. poſteà [& manifeſtauit gloriã ſuã.] i. potentiã qua glorioſus eſt, Pſal. Dominus virtutũ ipſe eſt Rex gloriæ. [Et crediderũt in eũ diſcipuli eius.] Sed quomodò crediderũt? Iam eñ diſcipuli erant & antè crediderãt. Sed dicẽdum eſt,ꝙ aliquid dicitur eſſe aliquãdo nõ ſed ſecundũ ꝙ futurũ eſt:ſicut dicitur ꝙ Paulus Apoſtolus natus eſt Tharſo Cilicię:nõ ꝙ ibi ſit natus Apoſtolus:ſed ꝙ futurus Apoſtolus ibi nat⁹ fuit. ita dicitur hîc [Et crediderũt in eũ diſcipuli eius. ſ. qui erãt diſcipuli eius. Vel dicẽdũ,ꝙ antè crediderũt ei ſicut bono viro iuſta & recta pdicãti. Sed modò crediderũt in eũ tãq̃ in Deũ,&c.

LECTVRA II.

Poſt hoc deſcendit Capharnaũ ipſe, & mater eius, & fratres eius: & diſcipuli eius: & ibi manſerunt non multis diebus.

SVPRA Euãgeliſta poſuit ſignũ,qđ fecit Chriſt⁹ pertinẽs ad virtutẽ imutatiuã naturæ ad diſcipulorũ cõfirmationẽ. Hîc cõſequẽter agit de ſigno reſurrectionis ad eãdẽ virtutẽ pertinẽte,qđ pponit Chriſtus ad turbarũ conuerſionẽ. Circa hoc ergo miraculũ duo facit Euangeliſta. Primò ponit miraculi proponẽdi occaſionẽ. Secundò, ipſius miraculi prænunciationẽ,ibi. [Reſpõderũt ergo Iudæi,&c.] Circa primũ duo facit. Primò deſcribit locũ. Secũdò narrat factũ,qđ fuit occaſio miraculi proponẽdi:ibi. [Et inuenit i tẽplo.] Locus aũt in quo hoc fuit eſt Hieroſolyma. Et ideò Euãgeliſta gradatim oſtẽdit quo ordine Hieruſalẽ dñs venerit. Primò ergo oſtẽdit quomodò in Capharnaũ deſcẽdit. Secũdò verò quõ Hieroſolymã aſcendit ibi. [Et ppè erat Paſcha.] Circa primũ tria facit. Primò,aſsignat locũ quo deſcẽdit. Secundò,deſcribit ſocietatẽ quã habuit. Tertiò,innuit morã quã ptraxit. Locus quidẽ quo deſcẽdit eſt Capharnaũ,& ideò dicit. [Poſt hoc.] ſ. miraculũ de vino [deſcẽdit in Capharnaũ.] Videtur quãtũ ad hiſtoriã pertinet huic dicto cõtrariari,quod dicitur Mat.4. ſ. ꝙ dñs deſcẽderit capharnaũ poſt icarceratione Ioãnis. Hoc autẽ qđ hîc refert Euãgeliſta totũ factũ eſt ante incarceratione Ioãnis. Reſpondeo dicẽdũ,ꝙ ad huius quæſtionis intelligentiã ſciendũ eſt,ꝙ ſicut ex eccleſiaſtica hiſtoria habeẽ,reliqui Euãgeliſtę ſcilicet Matth. Marc.& Luc. narrationem euãgelicam inceperunt ab eo tẽpore quo Ioãnes fuit incluſus in carcerem. Vnde ſtatim Mat.4. poſt baptiſmũ,& ieiuniũ,& tentationẽ ei⁹ texere incepit ſuã narrationẽ ante incarceratione Ioãnis dicens. Cũ audiſſet Ieſus ꝙ traditus eſſet Ioã.&c.& ſimiliter. Marc. Vnde dicit primò. Poſtquã autẽ traditus eſt Ioãnes:venit Ieſus in Galilæam,&c. Iohãnes verò Euãgeliſta qui ſupuixit alijs:cũ triũ Euangeliſtarũ ad ipſum notitia perueniſſet: dictorũ fidẽ & veritatẽ pbauit:tamẽ quia vidit aliqua deeſſe illa. ſ. quę primo prædicatiõis ſuę tẽpore ante Ioãnis incarcerationẽ dominus geſſerat:ideò ad preces fideliũ ipſe euãgeliũ ſuũ altiùs inchoans ea quæ præterierãt:priora ante traditionẽ Ioãnis domini geſta cõſcripſit. ſ. à primo anno quo baptizatus eſt: (vt in eius euãgelij ſerie apparet.) Secundũ hoc ergo Euãgeliſtę nõ diſſonãt. Sed quia dominus bis Capharnaum deſcẽdit:ſemel ante incarceratione Ioãnis,de quo agitur hîc,& ſemel poſt incarcerationem eius:de quo agitur Mat.4. & Luc.4. Capharnaũ autẽ interpretatur villa pulcherrima:& ſignificat mundũ iſtũ qui habet decorem ex ordine,& diſpoſitione diuinę ſapientiæ. Pſal. Pulchritudo agri mecũ eſt. Deſcendit ergo dominus in Capharnaũ. i. mundũ iſtũ cũ matre,& fratribus,& diſcipulis. (Nã in cœlis dominus patrem habet ſine matre,in terris matrem ſine patre.) & ideò ſignãter matrẽ ſolũ nominat. In cœlis & fratres nõ habet:ſed eſt ipſe vnigenitus,qui eſt in ſinu patris. Supra primo. In terris verò eſt primogenitus in multis fratribus: (vt dicitur. Roma. 8.) In terris habet diſcipulos quos doceat myſteria diuinitatis:quę antè hominibus non nota fuerint. Quia (vt dicitur Hebr.1.) Nouiſsimè diebus iſtis locutus eſt nobis in fili.&c. Vel Capharnaũ interpretatẽ ager conſolationis:per quod ſignatur omnis homo qui fructũ bonũ facit. Geneſ.27. Ecce odor filij mei,ſicut odor agri pleni. Et talis homo dicitẽ ager conſolationis:quia dñs conſolaẽ & gaudet de profectu eius. Iſa.62. Gaudebit dominus ſuper te,&c. Quia de eius bono angeli gaudent. Luc.15 Gaudium eſt angelis Dei ſuper vno peccatore, &c. Dicit [ipſe & mater.] Societas eius fuit primò matris. vnde dicit [& mater eius.] Quia enim ad nuptias venerat & fuerãt miraculi procuratrix reducebat eam Dominus Nazareth, quæ erat villa in Galilæa,in qua Capharnaum Metropolis erat. Secundò fuit fratrũ:vnde dicit [& fratres eius,&c.] Vbi cauẽdi ſunt duo errores. ſ. Eluidij dicẽs,ꝙ beata virgo poſt Chriſtũ alios filios habuit,& hos dicit fratres Domini,quod eſt hæreticum: quia fides noſtra tenet, ꝙ mater Chriſti ſicut fuit virgo ante partũ,ita & in partu, & poſt partum virgo permãſit. Item error quorũdam dicẽtium Ioſeph ex alia coniuge filios genuiſſe,& hos vocari fratres Domini, quod eccleſia nõ tenet. Et ideò Hierony. ſic improbat. Nã Dominus in cruce pendens virginem matrem Domini diſcipulo cuſtodiendam dimiſit. Cũ ergo Ioſeph fuerit ſpecialis cuſtos virginis, & etiã ſaluatoris in pueritia, credibile eſt eum virginem fuiſſe,& ideò ſanè intelligẽtes, fratres Domini dicimus cõſanguineos virginis matris in quocũnq; gradu:vel & Ioſeph qui putabatur pater, & hoc quidem ſecundum cõſuetudinem ſcripturæ quæ cõmuniter conſanguineos fratres appellat. Vnde Geneſ.13. Ne quæſo ſit iurgium inter me & te,fratres enim ſumus,dixit Abraham ad Loth,cùm tamen eſſet nepos eius. Et attende,ꝙ ſeparatim nominat fratres & diſcipulos: quia nõ omnes conſanguinei Chriſti eius diſcipuli erãt. Vnde infr.7. dicitur. Nondum credebãt in eum fratres eius. Tertiò ſocij eius fuerũt diſcipuli ſui. Vnde dicit. [Et diſcipuli eius.] Sed ex hoc inſurgit quæſtio,qui fuerint eius diſcipuli. Videtur enim ſecundum Matth. quòd primi qui conuerſi ſunt ad Chriſtum,fuerint Petr.& Andr. Ioan.& Iacob. ſed hi vocati ſunt à Chriſto poſt incarcerationem Ioãnis: (vt patet Matth.4.) Non videtur ergo, quòd deſcenderunt cum Chriſto in Capharnaũ (vt hîc habetur,) cũ hoc fuerit ante Ioã. icarceratione. Sed ad hoc duplex eſt reſpõſio. Vna ſecundũ Aug. de cõſenſu Euãgeliſtarũ. ꝙ Mat. nõ ſeruat ordinẽ hyſtorię,ſed illud,qđ prętermiſerat recapitulãs ea narrat poſt Ioã. incarcerationẽ,quę antè facta fuerãt. Vñ ſine vlla tẽporis cõſequẽtis differẽtia dixit. Ambulãs Ieſus iuxta mare Galilęæ vidit duos fratres,&c. Nõ addẽs: Poſt hoc: Vel in dieb⁹ illis. Alia eſt ſecundũ eundẽ,ꝙ diſcipuli Dñi,in Euãgelio Dñi,nõ ſolũ illi duodecim quos elegit Dñs. & Apoſtolos nominauit (vt habetur Matt.10.) ſed etiã oẽs q in eũ credẽtes,eius magiſterio ad regnũ cœlorũ erudiebãtur. Potuit ergo eſſe,ꝙ quãuis illi duodecim nõdũ eũ ſecuti fuiſſent,nihilomin⁹ tñ aliq alij q ſibi adhæſerũt,hîc ei⁹ diſcipuli nominãtur. Sed prima reſpõſio melior ẽ. Morã aũt contraxit ibi paruã. Vñ dicit. {Et ibi mãſerũt nõ multis diebus.] Huic rõ eſt: qa ciues Capharnaũ nõ ſe exhibuerũt deuotos ad ſuſcipiẽdũ doctrinã Chriſti:qa erãt valdè corrupti. Vñ & Mat.11. Dñs eis obiurgat,ꝙ nec ad virtutes i eis factas,nec ad doctrinã Chriſti pœnitẽtiã egerũt dicẽs. Et tu Capharnaũ nunqd ad cœlũ exaltaberis,&c. Quia ſi i Sodomis factæ fuiſſent virtutes,&c. Et tñ quãquã mali eſſent deſcẽdit illûc:vt deduceret matrẽ,ad cui⁹ cõſolationẽ & honorẽ ibidẽ aliquãdiu moratus. Myſticè aũt ſignatur p hoc,ꝙ aliq multis ſermonibus Chriſti imorari non pñt,ſed pauca ad eorũ illuminationẽ de multis ſufficiunt, ppter intellect⁹ eorũ ibecillitatẽ. Vñ apud tales Chriſtus paucis documentis immoratur (vt Origenes dixit ſecundum illud. infr.16.) Multa habeo vobis dicere,&c. Conſequenter cùm dicit.

Et propè erat Paſcha Iudæorum:

MAnifeſtat locum quo aſcendit. Et circa hoc duo facit. Primò innuit occaſionem aſcenſus. Secundò ponit aſcenſum ibi. [Et aſcendit.] Occaſio autẽ aſcẽſus fuit paſcha Iudæorum.

Exo.23. Præcipitur,ꝙ ter in anno omne maſculũ præſentetur corã domino:& inter illos terminos vnus erat paſcha Iudæorũ. Quia ergo dominus venit vt doceret oẽs humilitatis & perfectionis exemplum:voluit legẽ quã diu ſtatũ habuit obſeruare. Non enim venit legẽ ſoluere:ſed adimplere (vt ipſe dicit Mat.5.) Ex quo quia paſcha Iudæorum imminebat Hieruſalẽ aſcẽdit. Nos ergo ad eius exemplũ deberemus ſollicitè diuina præcepta ſeruare. Si enim ipſe Dei filius decreta legis à ſe datæ implebat celebrans ſolennitates:quanto ſtudio bonorum operũ deberemus nos eas & præuenire,& celebrare. Notandum eſt,ꝙ in euãgelio Ioannis in tribus locis fit mẽtio de paſcha. ſ. hîc & infra 6. vbi fecit miraculũ de panibus. Vbi dicitur. Erat autẽ proximũ paſcha dies feſtus Iudæorũ.& infrà 13. vbi dicit. Ante diem feſtũ paſchæ,&c. Vnde ſecundum hoc euãgeliũ habemus, ꝙ poſt miraculum de vino Chriſtus prædicauit duobus annis:& quantũ eſt à diebus baptiſmi,vſque ad paſcha. Nã hoc,quod fecit hîc fuit propè paſcha (vt hîc dicitur.) Et poſteà reuoluto anno propè aliud Paſcha fecit miraculũ de panib⁹,& tũc Ioãnes fuit decollatus. Vnde Ioannes circa paſcha decollatus fuit. Quia (vt dicitur. Mat.14.) ſtatim poſt decollationem Ioannis,Chriſtus receſsit in deſertum:& ibi fecit miraculum de panibus:quod quidem miraculum fuit factum propè paſcha (vt dicit infrà 6.) ſed tamẽ feſtum huius decollationis celebraretur eo die quo caput eius inuentum eſt. Poſteà in alio paſchate paſſus eſt Chriſtus. Secundũ opinionẽ ergo illorũ,qui dicunt, ꝙ miraculũ factũ in nuptijs,& ea quæ hîc dicuntur:eodẽ anno geſta ſunt quo baptizatus eſt Chriſtus. A baptiſmo Chriſti,vſq; ad eius paſsionẽ fuerũt duo anni & dimidius,& ideò ſecundũ eos Euangeliſta dicit. [Propè erat paſcha Iudæorum.] Vt oſtendat quoniã ante paucos dies fuerat baptizatus. Sed eccleſia tenet contrarium. Credimus enim,ꝙ eodẽ die,quo dominus baptizatus eſt,reuoluto anno factũ fuerit miraculum de vino,& poſteà reuoluto anno prope paſcha Ioãnes fuerit decollatus:& ꝙ ab iſto paſchate circa qđ Ioãnes fuerit decollatus: fuit vnus annus vſque ad Paſcha in quo Chriſtus paſſus. Vnde oportet aliud Paſcha à baptiſmo Chriſti,vſq; ad miraculũ de vino intermediũ eſſe:de quo nullus Euangeliſta facit mentionẽ: & ſic ſecundum ꝙ eccleſia tenet:Chriſtus tribus annis & dimidio prædicauit. Ait autem [Iudæorũ.] Nõ ꝙ alterius nationis homines Paſca celebrarent:ſed duplici de cauſa. Vna quia quando aliqui feſtum aliquod ſanctè, & purè celebrãt,dicitur illud domino celebrare. Cũ verò nec purè,nec ſanctè celebrant:non domino,ſed ſibi ſolẽnizãt. Iſa.1. kalendas veſtras, & feſtiuitates odiuit anima mea. quaſi dicat. Quia vobis,& non mihi celebratis,non placent mihi. Zacha.7. Cũ ieiunaretis nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi?&c. quaſi dicat. Non, ſed vobis. Quia ergo iſti Iudæi deprauati erant:& eorũ Paſcha indebitè celebrabant:ideò Euãgeliſta nõ dicit. [Propè erat Paſcha domini.] ſed [Iudæorum.] Vel hoc dicit ad differẽtiã noſtri Paſchæ. Nã Paſcha Iudæorũ erat figurale:vtpotè immolatione agni figuralis celebratum. Sed noſtrum Paſcha verum eſt:in quo recolimus veram paſsionem agni immaculati. 1. Cor.5. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Aſcenſus fuit in Hieruſalem. Et ideò dicit.

Et aſcendit Ieſus Hieroſolymam.

VBi nota ſecundum ordinem hiſtoriæ Ieſum bis circa feſtũ Paſchæ Hieroſolymã aſcendiſſe,& expuliſſe de tẽplo,ementes,& vendentes. Semel quidem ante incarcerationem Ioannis: quod hîc Euangeliſta cõmemorat. Alia vice imminẽte Paſchate & tempore paſsionis,quod narrat Matthæus. Nam frequenter dominus ſimilia facta operatus eſt:ſicut pater de duplici illuminatione cæcorũ. Vna Mat.9. Et alia Mat.20 Et ſimiliter bis eiecit ementes & vendẽtes de tẽplo. Myſticè autẽ. [aſcẽdit Hieroſolymã] quæ interpretatur viſio pacis:& ſignificat æternã beatitudinẽ:in qua aſcẽdit:& ſuos tranſduxit. Sed non vacat à myſterio,ꝙ in capharnaũ deſcẽdit,& poſtmodũ Hieroſolymã aſcendit. Niſi enim deſcendiſſet primũ:nõ cõpetiſſet ei aſcendere. Quia (vt dicitur. Ephe.4.) Qui aſcendit ipſe eſt,& qui deſcendit. Non facit autẽ mentionẽ de diſcipulis in aſcenſu ad Hieroſolymã:quia diſcipulorũ aſcẽſus eſt ex aſcenſu Chriſti. infrà 3. Nemo aſcendit in cœlum,&c. Conſequenter cùm dicit.

Et inuenit in templo vendẽtes oues,& boues,& columbas:& nummularios ſedentes.

NArrat Euangeliſta factum,quod mouit Chriſtum ad ſignũ reſurrectionis proponendum. Et circa hoc duo facit. Primò manifeſtat Iudæorum vitium. Secundò innuit Chriſti remediũ ibi. [Et cùm feciſſet quaſi flagellum,&c.] Tertiò ſubdit Prophetiæ oraculum:ibi. [Recordati verò ſunt diſcipuli,&c.] Circa primum ſciendum,ꝙ diabolus inſidiatur his,quæ Dei ſunt:& ea nititur corrũpere. Inter cætera autem quibus ſancta corrumpit,principiũ eſt vitium auaritiæ. Vnde dicitur. Iſa.56. Paſtores eius neſcierunt intelligentiã, &c. ad auaritiam.&c. Quod quidem ab antiquis tẽporibus diabolus fecit. Nam ſacerdotes veteris teſtamenti,qui inſtituti erant vt diuinis vacarent:auaritiæ ſtudebãt. Præceptũ autẽ erat à Deo in lege:ꝙ in certis ſolẽnitatibus domino immolarẽt aliqua animalia,ad quod quidẽ præceptũ implendũ de propè veniẽtes ad tẽplũ ſecũ animalia ducebant. Illi autẽ qui à remotis veniebant,nõ valebãt animalia ducere de domibus ſuis. Quia ergo oblationes huiuſmodi cedebant in vtilitatẽ ſacerdotũ:ne deeſſent animalia de remotis venientibus ad offerendum,prouiderunt ipſi ſacerdotes:vt animalia in tẽplo venderentur:& ideò faciebant ea in tẽplo. i. in atrio templi exponi ad vẽdendum. Et hoc eſt,quod dicit. [Et inuenit dominus in templo vendentes oues,& boues,& colũbas,&c.] Vbi primò facit mentionẽ de duobus animalibus terreſtribus:quæ ſecundum legem domino offerri poterant. ſ. de boue:& oue. Tertium verò animal terreſtre,quod offerebatur capra. ſ. annumeratur cum oue. Similiter etiã turtur annumeratur cũ columba. Et quia contingebat aliquando aliquos ad templũ venire:qui nec animalia ſecũ ducebant:nec pecuniam:vnde emere non valebãt:ideò ſacerdotes aliã auaritiæ artẽ adinuenerant: vt. ſ. in templo cõſtituerent nũmularios,& campſores:qui prædictis non habentibus pecuniam mutuarent. Et licèt vſurã inde non reciperent,quòd hoc erat in lege prohibitum:loco tamen eius quædam collibia. i. parua munuſcula & vilia recipiebant. Et hæc ipſa in vtilitatem ſacerdotum cedebant.& hoc eſt,quod dicit. [Et nũmularios ſedentes.] ſ. in templo paratos ad pecuniã mutuandam. Sed hoc quidem myſticè tripliciter intelligi poteſt. Primò enim per vendẽtes & ementes ſignificantur illi,qui eccleſiaſticas res vendunt,vel emunt. Neque bona eccleſiaſtica ſpiritualia,& eis annexa ſignificantur per oues,& boues,& columbas. Ipſa cõſecrata quidem & cõfirmata ſunt ex doctrinis Apoſtolorũ & doctorum:quæ ſignificantur per boues. Prouer.14. Vbi plurimæ ſunt ſegetes,ibi manifeſta fortitudo bouis. Item ex ſanguine martyrũ:qui ſignificantur per oues. Vnde in perſona eorũ dicitur in Pſal. Aeſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Itẽ domus ſpiritusſancti quæ ſignificantur per columbas. Quia (vt dicitur ſupra primo.) ſpiritusſanctus in ſpecie colũbę apparuit. omnia ergo hæc vendunt. ſ. doctrinã Apoſtolorum:ſanguinẽ martyrũ: & dona ſpiritusſancti:quicũq; bona eccleſiaſtica ſpiritualia,& eis annexa vẽdere preſumũt. Secundò contingit aliquos prælatos:ſeu eccleſiarum præpoſitos:etſi non manifeſtè per ſymoniã:occultè tamen per negligentiam boues,& oues,& columbas vendere:tunc. ſ. quando iterũ inhiant temporalibus lucris & occupantur in eis,& negligũt ſpiritualẽ ſalutẽ ſubditorũ. Nam per hoc vendunt oues:& boues:& columbas. i. tria genera hominum eis ſubditorum. ſ. prædicatores: & operatores quæ ſignificantur per boues. Iſa.32. Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas immittentes pedem bouis & aſini. Quia prælati debent ordinare boues. i. doctores,& ſapientes cum aſinis. i. rudibus & ſimplicibus. vendunt etiam actiuos & miniſterijs vacantes:qui ſignificantur per oues infrà 10. Oues meæ vocem meam audiunt,&c. ſecundi Reg. vlt. Iſti qui oues ſunt quid fecerunt? Vendũt & cõtemplantes:qui ſignificantur per columbas. Pſal. Quis dabit mihi pẽnas ſicut colũbæ & volabo,&c. Tertiò quia templum Dei poteſt intelligi ſpiritualis anima (vt dicitur. 1. Cor.3.) Templũ Dei ſanctũ eſt,qđ eſtis vos homines. Vẽdũt in tẽplo oues,& boues,& colũbas:quando in anima beſtiales motus retinet:pro quibus homo vendit ſe diabolo. Nam per boues,qui agriculturę deſeruiunt,ſignificatur hominis ſtoliditas. Per columbam verò hominis inſtabilitas. Quę quidẽ Deus de cordibus hominum expellit. Et ideò ſtatim ponitur domini remedium cùm dicit.

Et cùm feciſſet quaſi flagellum de funiculis:omnes eiecit de templo:oues quoque & boues,& nummulariorum effudit æs,& menſas ſubuertit.

VBi dominus appoſuit remediũ & operis & verbi.vt doceret eos qui curã habẽt eccleſiæ ſubditos,facto,& verbo debere corrigere. Et ideò circa hoc duo facit. Primò,ponit remediũ,qđ adhibuit facto. Secũdò remediũ quod adhibuit verbo ibi. [Ex his qui vendebãt colũbas,&c.] Circa primũ tria facit. Primò,eiecit homines. Secũdò, oues,& boues. Tertiò effudit pecuniã. Eiecit quidẽ homines flagello.& hoc eſt,quod dicit. [Et cũ feciſſet quaſi flagellũ de funiculis.] Quod quidẽ non potuit fieri niſi virtute diuina. Nã & Origenes dicit,ꝙ diuina poteſtas Ieſu poterat cũ volebat accenſam iracundiam hominũ ſuffocare:ſicut ſedare mẽtiũ turbines. Pſal. Dominus diſsipat cogitationes hominũ. Facit aũt flagellũ de funiculis. Quia (vt dicit Auguſtinus) de peccatis noſtris ſumit materiã:vñ nos puniat. Ipſa eñ prelatio peccatorũ ſecũdũ ꝙ peccata peccatis addũtur:funiculi dicunẽ. Prouer.5. Funib⁹ peccatorũ,&c. Iſa.5. Vę qui trahitis iniquitatẽ in funiculis,&c. Sicut ergo eiecit de tẽplo negociatores,ita nũmulariorũ æs effudit:& mẽſas ſubuertit. Attẽde ꝙ ſi iſta quę videbantur aliquo modo licita,quaſi ad cultũ Dei ordinata:de tẽplo eiecit:quantò magis ſi inueniſſet aliqua illicita. Ideò autem eos eiecit: quia ſacerdotes in hoc nõ intẽdebãt honorẽ Dei:ſed vtilitatẽ ppriã. Vnde dicitur. Ezech.44. Poſuiſti cuſtodes,&c. Oſtendit aũt dñs zelũ ad ea quæ ſunt legis,vt ex hoc ipſo confutaret pontifices & ſacer-

Universidad de Deusto Biblioteca

dotes,qui erant ei de lege calumniã illaturi. Per hoc etiã q; huiuſmodi eiecit de tẽplo:dedit intelligere ꝙ appropinquabat tẽpus quo ſacrificia legis ceſſare debebant:& verus Dei cultus ad gentes transferri.Mat.21.Auferetur à vobis regnum,&c. Similiter etiã vt oſtenderet eorum damnationem,qui ſpiritualia vendunt.Act.8.Pecunia tua tecum ſit,&c.Conſequenter cùm dicit.

Ex his qui colũbas vẽdebãt,dicit:auferte iſta hinc.

POnit remediũ quod adhibuit verbo.Vbi notãdum eſt, ꝙ ſimoniaci primò quidẽ fugãdi ſunt de eccleſia. Sed quia adhuc dum viuunt per liberũ arbitriũ poſſunt ſe conuertere: & adiuti à Deo ad ſtatũ gratiæ redire:nõ ſunt deſperãdi.Si verò nõ conuertũtur : tunc quidẽ non fugãtur:ſed ligãtur ab illis quibus dicitur.Mat.22 Ligatis manibus & pedibus,&c. Et ideò dñs hoc attẽdens. Primò quidẽ admonet.Secũdò rationẽ admonitionis inducit ibi [Et nolite facere,&c.] Monet quidem venditores columbarum eos increpando: quia per eos ſignantur illi qui vendunt dona ſpiritusſancti. ſ. ſimoniaci.Rationem huius inducit cùm dicit.

Et nolite facere domũ patris mei,domũ negotiatiõis.

ISuię primo.Auferte malũ,&c. Attende autẽ quod Matt.21.dicit. Nolite facere domũ meã ſpeluncã latronũ. Hîc verò dicit [domum negotiationis.] qđ dñs ideò fecit:vt ſicut bonus medicus primò à leuioribus incipiẽs,præterea dura proponeret. Hoc eñ quod hîc factũ dicit.Primò factum fuit,vt in ipſo principio nõ latrones: ſed negociatores eos vocat.Sed quia ex eorũ duritia adhuc à tali negotiatione nõ ceſſabãt:ideò dñs alia vice eos expellens. (De quo agitur in Marco) duriùs eos increpat vocãs latrociniũ qđ primò vocauerat negociationẽ.Dicit autẽ [domũ patris mei.] ad excludẽdum errorẽ Manichei qui dicebat: ꝙ Deus veteris teſtamẽti nõ fuerat pater Chriſti:ſed Deus noui.Sed ſi hoc verũ eſſet cũ templũ fuiſſet domus veteris teſtamenti:nõ vtiq; Chriſtus dixiſſet templũ domũ patris ſui.Sed quare nõ ſunt turbati Iudæi de hoc qđ hîc vocat patrem ſuum:ſicut dicitur infra 5.Quod propter hoc eum perſequerentur. Ad quod dicendũ eſt,ꝙ Deus eſt pater aliquorũ per adoptionẽ: putà iuſtorũ:& hoc nõ erat nouum apud Iudæos Hiere.3. Patrẽ vocabis me,& poſt me,&c.Sed per naturã ſolius Chriſti eſt.Pſal. Dominus dixit ad me:filius meus es tu.ſ.verus & naturalis. & hoc inauditum erat apud eos.Et ideò quia Chriſtus ſe verũ Dei filium dicebat. Iudęi perſequebãtur ipſum infr.5.propter hoc perſequebãtur Iudęi Chriſtũ:nõ quia ſolũ ſoluebat ſabbatũ:ſed patrẽ ſuum dicebat Deũ æqualẽ ſe Deo faciens.Cũ autẽ hîc Deum vocat patrẽ:dicebãt de eo ꝙ eſſet p adoptionẽ.Quod autẽ domus Dei nõ debeat fieri domus negociationis,habetur Zachar.vltim.Non erit vltra mercator,&c. Et in Pſal.ſecũdum aliam literã.Quoniam nõ cognoui negotiationem introibo in potentias domini.Conſequenter cùm dicit.

Recordati ſunt verò diſcipuli eius , quia ſcriptum eſt:zelus domus tuæ comedit me.

POnit Prophetiæ oraculum,quod quidẽ ſcriptũ eſt in Pſal. Zelus domus tuæ.Vbi ſciendũ ꝙ zelus propriè dicit quandã intentionem amoris,qua intensè diligens nihil ſuſtinet qđ amori ſuo repugnet.Et inde eſt ꝙ viri diligẽtes intensè vxores, nec in eis ſuſtinentes aliorũ conſortium:vtpotè amori eorũ contrariũ zelotipi dicuntur.Ille igitur propriè zelũ Dei habet , qui nihil patienter ſuſtinere poteſt cõtra honorẽ Dei,quẽ maximè diligit.2.Reg.19.zelo zelatus ſum pro domino exercituũ,&c.Nos aũt debemus diligere domũ domini:ſecundũ illud Pſal.Domine dilexi decorẽ domus tuæ.Et intantùm debemus diligere,ꝙ zelus eius nos comedat:dũ ſi quid contrariũ fieri videbimus,ſtudeamus etiã quantũcũq; chari noſtri ſint,qui hoc faciant remouere:nec timeamus propter hoc aliqua mala perpeti.Vnde dicitur in glo.Bonus zelus eſt feruor animi:quo quis mortis abiecto timore pro defenſione veritatis occideretur.Eo comeditur qui quælibet praua,quæ viderit corrigere ſatagit:& ſi nequã tolerat & gemit,&c.nunc & ſemper.

LECTVRA III.

Reſponderunt ergo Iudæi,& dixerunt ei: Quod ſignum oſtendis nobis,quia hæc facis?

POSITA occaſione ſigni exhibendi:hîc conſequenter Euangeliſta manifeſtat ſignum exhibendũ.Et primò ponit ſignum,quod exhibebitur.ſecũdò ponit fructũ factorũ ſignorũ,qui ſequit̃:ibi.[Cũ aũt eſſet Hieroſolymis &c.] Circa primũ tria facit.Primò ponitur ſigni poſtulatio.ſecundò ſigni exhibitio ibi. [Reſpõdit Ieſus,& dixit eis:ſoluite,&c.] tertiò ſigni exhibiti intellect' ſeu cõceptio:ibi.[Dixerũt ergo ei:Quadraginta & ſex annis,&c.] Signũ autẽ poſtulat̃ à Iudæis:& hoc eſt,qđ dixit.[Reſponderũt ergo Iudæi & dixerunt ei. Quod ſignum,&c.] Vbi ſciẽdum eſt,ꝙ in eiectione negociatorum tẽplo per Ieſum duo conſiderari poterant in Chriſto : rectitudo,& zelus,quæ pertinent ad virtutẽ:& poteſtas ſeu auctoritas.Sed de virtute & zelo Chriſti quib' prædicta fecerat:nõ oportebat peti ſignũ à Chriſto,cum vnicuiq; liceat operari ſecundum virtutem. De auctoritate tamẽ eius,quia eos de templo expellit,ſignum ab eo quæri poterat:cum hoc non cuilibet liceret facere:ſed auctoritatẽ habẽti. Prætermiſſo igitur Iudæi zelo:& virtute:ſignum petunt de eius auctoritate:& ideò dicunt. [Quod ſignum oſtendis nobis:quia hæc facis] i.quare cũ tãta poteſtate,& auctoritate nos expellis?non videtur hoc eſſe tui officij.Simile dicunt.Matth.21.In qua poteſtate hæc facis?&c.Signũ autẽ quærũt:quia familiare erat Iudæis ſignũ quærere:vtpotè per ea ad legem vocati.Deut.vlt.Nõ ſurrexit vltra Propheta.Et 1.Cor.1.Iudæi ſigna quærunt.Ideò Dauid in perſona Iudæorum conqueritur dicens.Signa noſtra non vidimus.Quærebant autem ſignum:non vt crederent:ſed quaſi deſperãtes,ꝙ ſignũ oſtendere non poſſet:& ſic eum reprimerent & impedirent. Quia ergo prauè quærebant non dedit eis ſignum apertum:ſed occultum in figura.ſ.ſignum de reſurrectione.Vnde dicit.

Reſpondit Ieſus,& dixit eis.Soluite templum hoc: & in tribus diebus excitabo illud.

IN quo ponitur ſigni poſtulati exhibitio.Ideò aũt dat eis ſignum reſurrectionis futurũ:quia in hoc maximè virtus diuinitatis eius oſtenditur.Nõ enim puri hoĩs eſt:vt ſe excitaret à mortuis:ſed ſolũ Chriſtus q fuit inter mortuos liber:hoc virtute ſuæ diuinitatis fecit. Simile etiã ſignũ oſtẽdit eis.Mat.15.Gñatio mala & adultera ſignũ q̃rit:ſed ſignũ nõ dabit̃ ei,&c.Et licèt vtrobiq; dederit ſignũ occultũ & figurale:illud tñ manifeſtius:iſtud verò obſcuri' fuit. Notãdũ aũt ꝙ ante incarnationẽ dedit Deus ſignũ futurę ĩcarnatiõis. Iſa.7.Ipſe dominus dabit nobis ſignũ.Ecce virgo cõcipiet,& pariet filiũ,&c. Similiter & ante reſurrectionẽ dedit ſignũ de reſurrectione futura. quia iſtis duobus maximè virtus diuinitatis cõmẽdatur in Chriſto. Nihil eñ mirabilius fieri potuit,quã ꝙ Deus factus eſt hõ,& ꝙ humanitas in Chriſto poſt eius reſurrectionem immortalitatis diuinę particeps effecta eſt.Rom.6.Chriſtus reſurgẽs ex mortuis iã nõ moritur,&c.qđ eñ viuit,viuit Deo.i.ad ſimilitudinẽ Dei. Sed attẽdẽda ſunt verba ſigni dati.Nã Chriſtus corpus ſuũ tẽplũ dicit.Cui' rõ eſt: qa tẽplũ dicitur,in quo Deus inhabitat,&c.ſcđm illud.Pſal. Dñs in tẽplo ſancto ſuo.Et inde eſt,ꝙ aĩa ſancta quã De' inhabitat dicitur, tẽplũ Dei eſt.1.Cor.3.Tẽplũ ſanctum Dei,&c.Quia ergo in corpore Chriſti diuinitatis inhabitat,iõ corpus Chriſti eſt tẽplũ Dei,nõ ſolũ ſcđm aĩam.ſed etiã ſcđm corpus.Coll.2. In quo ĩhabitat,&c.corporaliter,&c.In nobis quidẽ habitat Deus ſcđm gratiã.ſ.ſcđm actũ intellectus & volũtatis,qui non eſt actus corporis ſed aĩæ tantũ,ſed in Chriſto habitat ſcđm vnionẽ in pſona.Quę qdẽ vnio nõ ſolũ ipſam aĩam,ſed & corpus ĩcludit,& iõ ipſum corpus Chriſti eſt tẽplũ Dei. Ex hoc autẽ Neſtorius ſui erroris occaſionẽ ſumẽs dicit. Verbũ Dei vnitũ humanæ naturæ ſcđm inhabitationẽ tantũ.Ex quo ſeqtur,ꝙ alia ſit pſona Dei,alia hoĩs in Chriſto. Et iõ dicẽdũ eſt,ꝙ inhabitatio Dei in Chriſto refertur ad naturã : qa alia eſt diuina natura, alia humana in Chriſto,ſed non ad pſonã quæ eſt eadẽ in Chriſto Dei & hoĩs.ſ.perſona verbi (vt dictũ eſt ſuprà) Hoc igitur ſuppoſito,circa hoc ſignũ Dñs duo facit.Primò quidẽ prænũciat ſuã mortẽ futurã. Secũdò verò reſurrectionẽ. Mortẽ quidẽ prænunciat cũ dicit. [Soluite tẽplũ hoc.] Chriſtus eñ mortu' fuit,& ab alijs occiſus.Mat 15. Et occidẽt eũ eo tñ nolẽte quia (vt dicitur Iſai.53.) Oblatus eſt quia ipſe voluit.Et iõ dicit. [Soluite tẽplũ hoc.] i.corpus meũ,ſed nõ dicit ſoluetur. Ne intellligas eũ ſeipſum occidiſſe:ſed dicit [ſoluite.] qđ nõ eſt imperãtis,ſed prænũciãtis,& pmittẽtis,prænunciãtis qdẽ vt ſit ſenſus. [Soluite tẽplum hoc.] i.ſoluẽs. Præmittẽtis verò, vt ſit ſenſus. [Soluite tẽplũ hoc.] i.facite de corpore meo, qđ vultis illud vobis expono,ſicut dicit Iudæ.infrà 15. Quod facis,fac citiùs. Non quidẽ imperãs ei,ſed eum eius arbitrio derelinquẽs.dicit. [Soluite.] Quia mors Chriſti eſt ſolutio corporis eius. Aliter tñ,quã aliorũ hominũ.Nã corpora aliorũ hominũ ſoluuntur p mortẽ vſq; ad incinerationẽ carnis & pulueriȥationẽ.Qualis qdẽ ſolutio nõ fuit in Chriſto:qa (vt dicitur in Pſal.) Nõ dabis ſanctũ tuũ videre corruptionẽ. Fuit ibi tñ ſolutio p mortẽ:qa aĩa ſeparata eſt à corpore: vt forma à materia,& qa ſanguis ſeparatus eſt à corpore,& qa corpus eius pforatum eſt clauis & lãcea.Reſurrectionẽ autem prænũciat cùm dicit. [Et in tribus diebus excitabo illud.] ſ.corpus.i.à mortuis ſuſcitabo. Nõ aũt dicit excitabit, nec excitabit illud pater,ſed [ego excitabo:] vt oſtẽdat ſe ꝓpria virtute à mortuis reſurgere.Nec tñ negamus quin pater eũ à mortuis ſuſcitauerit: quia (vt dicitur Ioan 8.) Qui ſuſcitauit Ieſum à mortuis.& in Pſal. Tu autẽ Dñe miſerere mei,& reſuſcita me.Sic ergo De' pater Chriſtum ſuſcitauit à mortuis,& Chriſtus propria virtute reſurrexit.Pſal.Ego dormiui & ſoporatus ſum & exſurrexi,&c.Nec eſt in hoc cõtrarietas: quia eadẽ eſt virtus vtriuſq;. Vnde quæcũq; pater facit,hoc ſimiliter & filius facit.Ioã 5.Nã ſi pr eũ ſuſcitauit & fili'.2.Cor.vlt.Nã ſi crucifix' eſt ex ĩfirmitate,ſed viuit ex virtute Dei. Dicit aũt.[Et ĩ trib' dieb',] & nõ poſt tres dies. Quia nõ diebus tribus completis in monumẽto permanſit.ſed ſicut Auguſt.dicit.eſt ſine doctrina locutio,in qua ponitur pars pro toto. Origenes autem hui' locutiõis myſticã rationẽ aſsignat dicẽs. Corpus Chriſti verũ eſt tẽplũ Dei:quod quidẽ corpus,figurat corp' myſticũ.i.eccleſiã.1.Cor.7.Vos eſtis corpus Chriſti,& mẽbra de mẽbro. Et ſicut in corpore Chriſti habitat diuinitas per gratiã vnionis: ita & in eccleſia per gratiã adoptionis. Et quãuis corpus iſtud myſticè diſſolui videatur aduerſitatibus tribulationũ quibus affligitur:tamẽ ſuſcitat̃ in tribus diebus.ſ. in die legis naturæ:& in die legis ſcripturæ:& in die legis gratiæ.Quia & ſi in his dieb' quãtũ ad aliquos corpus diſſoluat̃: quãtũ ad aliquos tamẽ viuit. Et ideò dicit. [In tribus diebus.] Quia huius reſurrectio ſpiritualis in tribus diebus perficitur:ſed poſt tres dies perfectè reſuſcitabimur : non ſolùm quantùm ad primã reſurrectionẽ,ſed etiã quãtũ ad 2.Apoc.20.Beatus qui habet partem in reſurrectione ſecunda.Conſequenter cùm dicit.

Dixerunt ergo Iudæi. Quadraginta & ſex annis edificatum eſt templum hoc:& tu in tribus diebus excitabis illud?

POnitur ſigni exhibiti intellectus.Et primò quidẽ ponitur intellectus falſus cõceptus à Iudæis.Secũdò verò intellectus verus cõceptus ab Apoſtolis ibi.[Ille autẽ dicebat,&c.] Falſus autem intellectus Iudęorũ erit:quia credebãt,ꝙ Chriſtus diceret hoc de tẽplo materiali:ĩ quo tũc erãt. Et ideò ſcđm hũc intellectũ reſpõdẽt de tẽplo materiali ei dicẽtes.40.& 6.annis edificatũ eſt tẽplũ hoc.] ſ.materiale:in quo ſum' [& in trib' diebus,&c.] Sed cõtra hæc eſt obiectio literalis.Nã tẽplũ in Hieruſalẽ p Salomonẽ fuit edificatũ:& (vt habetur.1.Reg.7.à Salomone fuit cõſumatũ in 7.annis,Quid eſt ergo,qđ hîc dicit. [40.& 6.annis edificatũ eſt tẽplũ hoc?] Reſpõdeo dicendũ ſecũdũ quoſdã,ꝙ hoc nõ eſt intelligẽdũ de prima edificatione templi:quæ cõpleta eſt à Salomone.7.annis. (Nã tẽplũ qđ Salomon edificauerat deſtructũ fuit à Nabuchodonoſor.) Sed intelligẽdũ eſt de reædificatione facta ſub zorobabel poſtquã reuerſi fuerint à captiuitate:ſicut legitur in libro Eſdræ.Quæ quidẽ multis impugnãtibus vndiq; minutis intantũ impedita,& dilata fuit,ꝙ nõ potuit cõſumari templũ vſq; ad 40.& 6.annos.Vel dicendũ ſecũdũ. Origenẽ ꝙ intelligitur de tẽplo Salomonis:quod quidẽ dicitur edificatũ.40.& 6. annorũ tẽpore:vt numeretur tempus ab eo die quo Dauid mentionẽ fecit de edificatione tẽpli,conſulẽs ſup hoc Nathã Prophetã:(vt habetur.2.Reg.7.) vſq; ad cõſumationẽ perfectã per Salomonẽ.Nã ex illo die Dauid incepit præparare materiã & neceſſaria ad edificationẽ tẽpli.Et ſi diligẽter dictũ tẽpus cõſideretur,aſcendit ad numerũ 46.annorũ.Quãuis autẽ Iudæi intentionẽ ſuã referrẽt ad templũ materiale,tamẽ ſecundũ Aug.poteſt referri ad tẽplũ corporis Chriſti.Quia ſicut ipſe dicit in libr.83.q.Conceptio & formatio humani corporis perficitur in 45.diebus hoc modo.Primis enim 6.dieb' corporis humani cõceptio,quaſi lactis habet ſimilitudinẽ 9.verò diebus ſequentibus cõuertitur in ſanguinẽ 12. tamẽ diebus ſolidatur in carnẽ:ſed 19.reliquis diebus formatur vſq; ad pfecta lineamẽta omniũ mẽbrorũ.Iſto ergo numero.ſ.6.9.12.& 18.in vnũ coacto exurgit numerus.45.cui addito vno propter ſacramẽtũ vnitatis ſunt.46.Sed ex hoc inſurgit quæſtio:quia huius ꝓceſſus formationis nõ videtur habere locũ in corpore Chriſti.Quia in ipſo inſtanti conceptionis formatũ fuit & animatũ.Sed dicendũ,ꝙ licèt in corporis Chriſti formatione ſit aliquid ſingulare,quia in ipſo inſtãti corpus Chriſti fuit perfectũ quantũ ad oĩa lineamẽta mẽbrorũ:nõ tamẽ quantũ ad debitã corporis quãtitatẽ.Et ideò in vtero virginis tandiu permanſit, quouſq; ad quãtitatẽ debitã perueniret. Accipiamus autẽ dictũ numerũ ſupra poſitũ.ſ.ſenariũ qui primus erat.& 46.qui erat vltimus. & ducamus vnũ in alterũ:ex eis ſurgunt.276.diuidẽdo ergo tot dies in menſes dando cuilibet mẽſi.30.dies ſunt nouẽ menſes,& ſex dies. Rectè ergo.46.annis tẽplũ dicitur edificatũ eſſe,quod ſignificabat corpus Chriſti:vt inſinuet,ꝙ tot anni fuerunt in fabricatione templi:quot fuerũt dies in perfectione corporis Chriſti.Nã ab.8 kalendas Aprilis in quo Chriſtus fuit (& vt creditur) paſſus vſq; ad 8.kalendas Ianuarij ſunt tot dies.ſ.276.qui numerus ſurgit ex ſenario ducto in 46.Ex hoc etiam numero Augu. (vt patet per glo.) Aliud intelligit myſticè.Dicit enim,ꝙ ex literis noĩs Adã multiplicatur ſecũdũ numerũ,quẽ more græcorũ ipſe literæ importat:qua ſurgit numerus.q.46.Nã A.in græco ſecundũ numerũ importãt vnũ cum ſit prima litera in alphabeto.D vero ſecũdũ ordinẽ importat quatuor: addito ergo vno quod importat A.& 40.quod importat.M. habemus 46.In quo ſignificat̃,ꝙ corpus Chriſti aſſumptũ eſt de corpore Adã.Itẽ ſecũdũ græcos.ex primis literis acceptis ex nominibus quatuor partiũ mundi cõponitur hoc nomẽ Adã.ſ.Anathole quod eſt oriẽs:Diſis qđ eſt occidens. Arethos:qđ eſt leptẽtrio:mẽſembria: qđ eſt meridies,in quo ſignificatur,ꝙ Chriſtus ex Adã carnẽ aſſumpſit: vt cõgreget electos ſuos à quatuor partibus mundi.Matth.24.Congregabit electos ſuos,&c.Conſequenter cùm dicit.

Ille autem dicebat de tẽplo corporis ſui. Cùm ergo reſurrexiſſet à mortuis , recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat,& crediderunt ſcripturæ,& ſermoni, quem dixit Ieſus.

POnitur intellectus ſiue verus cõceptus à diſcipulis.Et primò ponitur ipſorũ intellectus.Secũdò verò,vñ Apoſtoli hoc cõceperũt ibi. [Cũ ergo ſurrexiſſet.] Dicit ergo Iudæi hoc dixerũt ignorãtes, ſed Chriſtus nõ ſic intelligebat:imò intelligebat de tẽplo corporis ſui.Et hoc eſt,qđ dicit. [Ille aũt dicebat,&c. [Qua aũt rõne corpus Chriſti dicatur tẽplũ:dictũ eſt ſupra.Et ex hoc Apollinaris occaſionẽ erroris ſumẽs dixit:ꝙ caro Chriſti eſſet materia inanimata:quia tẽplũ eſt res inaĩata.Sed ĩ hoc decipit̃:quia cũ dicitur,ꝙ corpus Chriſti eſt tẽplũ:eſt Metaphorica locutio:in qua quidẽ locutiõe nõ attẽditur ſimilitudo quãtũ ad oĩa:ſed quãtũ ad aliquid.ſ.quãtũ ad inhabitationẽ:q̃ qdẽ refert̃ ad materiã (vt dictũ eſt ſupra.)Propter hoc manifeſtè apparet p auctoritatẽ ſacræ ſcripturæ cũ dicit ipſe Chriſtus. Poteſtatẽ habeo ponẽdi animã meã infrà 10.Vnde aũt Apoſtoli hũc verũ intellectũ cõceperũt.Oſtẽdit cõſequẽter Euãgeliſta cũ ſubdit. [Cũ ergo ſurrexiſſet à mortuis,&c.]Nã ante reſurrectionẽ difficile erat hoc intelligere.primò,quia p hoc oſtẽdebat̃,ꝙ in corpore Chriſti erat vera diuinitas:aliàs nõ potuiſſet dici tẽplũ,& hoc tũc tẽporis intelligere humanã capacitatẽ excedebat.Secũdò,quia in hoc facit mẽtionẽ de paſsione,& reſurrectione cũ dicit. [Excitabo illud] quẽ nullus diſcipulorũ adhuc audierat.Vnde qñ Chriſtus reſurrectionẽ & paſsionẽ ſuã expreſsit Apoſtolis. Petrus hoc audiens ſcãdalizatus eſt dicẽs.Abſit à te dñe.Mat.16.Sed poſt reſurrectionẽ qñ iam plenè cognouerãt Chriſtũ eſſe Deũ,p ea q̃ circa paſsionẽ,& reſurrectionẽ oſtẽderat.& qñ ſacramẽtũ reſurrectionis ipſius didicerãt. [Tũc recordati ſunt diſcipuli eius quia hoc dicebat de corpore ſuo:] & tunc crediderũt ſcripturę.ſ.Prophetarũ.Oſeę 6.Viuificabit nos poſt duos dies,& tertia die ſuſcitabit nos.Ionæ 2.Erat Ionas in vẽtre cæti,&c. Et inde eſt,ꝙ in ipſa die reſurrectionis aperuit illis ſenſum:vt intelligerẽt ſcripturas. [Et ſermoni eius quẽ dixit Ieſus.] huic.ſ. [Soluite templũ hoc,&c.] Anagogicè aũt p hoc datur nobis intelligi ſecundũ Originẽ,ꝙ in vltima reſurrectione naturæ erimus Chriſti diſcipuli:quãdo in magna reſurrectione totũ corpus Ieſu.i.eccleſia eius certificabitur de his quæ nũc per fidẽ enigmaticè cognoſcimus:& tunc recipiemus fidei cõplemẽtum,videndo per ſpeciem:quod nunc per ſpeculum intuemur.Conſequenter cùm dicit.

Cùm autem eſſet Hieroſolymis in paſca in die feſto:multi crediderunt in nomine eius , videntes ſigna eius quæ faciebat.

POnit fructũ cõſecutũ ex ſignis.ſ.cõuerſionẽ aliquorũ credentiũ. Et circa hoc tria facit.Primò ꝓponit ipſos credẽtes ꝓpter miracula.Secundò oſtẽdit:qñ Chriſtus ſe habuit ad eos ibi. [Ipſe autem Ieſus,&c.] Tertiò rõnẽ aſsignat ad hoc ibi. [Eo ꝙ ipſe noſſet, &c.] Fructus autẽ:qui ꝓuenit ex ſignis Ieſu magnus eſt.Quia multi crediderũt & cõuerſi ſunt ad eũ.Et hoc eſt,qđ dicit. [Cũ aũt eſſet Hieroſolymis in Paſca in die feſto multi crediderũt ĩ noĩe eius.] i.in eũ videntes ſigna:quæ faciebat.Nota aũt,ꝙ dupliciter aliqui crediderũt. Quidã nãq; propter miracula viſa.Quidam verò propter occultorum reuelationẽ & Propheciã:ſed cõmẽdabiliores ſunt:qui propter doctrinã credũt:quia ſunt magis ſpirituales:quã qui ꝓpter ſigna:qui ſunt groſsiores & magis ſenſibiles.Iſti autẽ qui cõuerſi ſunt ſenſibiles oſtẽduntur p hoc,ꝙ nõ ꝓpter doctrinã:ſicut diſcipuli:ſed videntes ſigna quæ faciebat crediderunt in noĩe eius.1.Cor.14.Prophetiæ datæ ſunt fidelibus,&c.Sed quæritur hîc.Quænã ſigna viderunt facta à Ieſu:cũ nullũ legamus eũ tunc ſignũ feciſſe in Hieruſalem.Ad hoc poteſt dupliciter reſpõderi ſecũdũ Origenẽ.Vno modo,ꝙ multa ſigna facta ſint à Ieſu ibi tũc tẽporis:quę hũc nõ habẽtur.Nã Euãgeliſtæ ſcienter multa prætermiſerunt de miraculis Chriſti. (cũ tot fecerit:ꝙ non poſſent de facili ſcribi.) infrà vlti.Multa quidẽ ſigna fecit Ieſus,&c.Et hoc ſignanter Euãgeliſta oſtẽdit cũ dicit. [Videntes ſigna:& cætera.] Quæ iam prætermiſſa ſunt:quia non fuit intẽtio Euangeliſtarum omnia ſigna Ieſu conſcribere : ſed tot,quot neceſſaria erant ad eccleſiam fidelium inſtruendam. Alio modo : quia inter alia miracula poteſt maximum ſignum reputare:ꝙ cũ flagello facto ex funibus hominum multitudinẽ Ieſus de tẽplo ſolus eiecerit.Qualiter autem ad credentes ſe habuit:oſtendit dicens.

Ipſe autem Ieſus,non credebat ſemetipſum eis.

SCilicet qui crediderãt in eũ.Sed quid eſt hoc,ꝙ homines credũt Deo,& ipſe Ieſus nõ credebat ſe eis?Nunquid potuiſſent eũ occidere ipſo nolente.Sed dicet aliquis,ꝙ ideò non credebat ſe eis.Quia ſciebat eos fictè credere.Sed ſi hoc verũ eſſet non vtiq, diceret Euangeliſta. [ꝙ multi crediderãt in nomine eius.] & tamẽ non credebat ſe eis.Et ratio eſt ſecundum Chriſo.ꝙ iſti crediderũt in eum:ſed imperfectè:quia nondũ poterant attingere ad perfecta myſteria Chriſti.Et ideò non credebat ſe eis,id eſt, ſecreta ſua myſteria eis nondum reuelabat. Nam & ipſis Apoſtolis multa non reuelauit. Infrà decimoſexto.Multa habeo vobis dicere:ſed non poteſtis portare

Universidad de Deusto Biblioteca

modo.1.Cor.3.Non potui vobis loqui,&c. Et ideò notanter Euangelista: vt ostendat eos imperfectè credere.non dicit,quòd credebant in eum.Quia nondum credebant eius diuinitatem: sed dicit [in nomine eius.] illud quod de eo nomine tenus dicebatur, scilicet ꝙ iustus vel huiusmodi. Vel secūdum Aug.Isti gerunt in ecclesia typum cathecuminorū.qui si credant in nomine Christi: Iesus tamen nō credit se illis.Quia ecclesia nō dat eis corpus Christi:qđ quidem corpus:sicut nullus sacerdos cōficere nō potest,nisi in sacerdotē consecrat⁹:ita nullus sumere debet nisi baptizatus.Ratio autē huius, ꝙ nō credebat se ei sostēditur ex pfecta Christi cognitiōe.Vnde dicit.

Eò quòd ipse nosset omnes,& quia opus ei nō erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

LIcèt autem homo ignorans debeat de quolibet præsumere bonum:tamen postquàm veritas innotescit de aliquibus: debet se homo habere ad Deos secundum eorum conditionē.Et quia Christum nihil latebat eorum quæ sunt in homine (cū sciret eos imperfectè credere) nō credebat se eis.Describitur autē cognitio vniuersalis.Quia nondùm familiares:sed etiam alios extraneos cognoscebat.Et ideò dicit [eò ꝙ ipse nosset omnes] Et hoc per potentiam diuinitatis.Ecclesiasti.23.Oculi domini multò lucidiores super solem,&c.Nam homo etsi cognoscat alios:nō tamen certā cognitionem de eis potest habere.Quia nō videt nisi ea quę apparēt.Et ideò opus est ei testimonio aliorū.Christus autē certisimè cognoscit:qa intuetur cor.Et ideò nō erat ei opus vt quis testimoniū phiberet de homine:imò ipse testis est Iob 16.Ecce in cœlo est testis meus.pfecta:quia nō solū quantū ad exteriora sua cognitio se extēdit.& ideò dicit [Ipse eīn sciebat quid esset in homine.] i.occulta cordis. Prouerbio.15.Infernus & perditio coram domino.

LECT. I. CAP. III.

Erat autē homo ex Phariseis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorū. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei. Rabbi,scimus q̄a à Deo venisti magister,nemo eīn pōt hæc signa facere q̄ tu facis: nisi fuerit Deus cū eo.

SVPRA Ostendit Euangelista virtutē Christi quantū ad mutationē naturę. Hìc verò ostēdit eā quantū ad reformationē gratię: de qua principaliter intēdit. Reformatio autē gratię fit p spiritualē generationē, & p beneficiorū regeneratis collationē.Primò ergo tractat de spirituali generatiōe. Secūdò de beneficiorū spiritualium regeneratis diuinitùs collatione. Et hoc in 5.cap. ibi [Post hoc erat dies fest⁹ Iudæorū,&c.] Circa primū duo facit.Primò agit de spirituali regeneratiōe quantū ad Iudęos. Scđò de ppagatione fructuū huius regeneratiōis etiā quantū ad externas natiōes.Et hoc in 4.cap.ibi. [Vt ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisęi,&c.] Circa primū duo facit. Primò manifestat spiritualē regenerationē verbi.Secūdò,implet eā factis ibi [Post hoc venit Iesus & discipuli eius in Iudęā terrā,&c.] Circa primū tria facit. Primò ostēdit spiritualis regeneratiōis necesitatē.Secūdò, eius qualitatē ibi [Dicit ad eū Nicodemus:quomodò potest,&c.] Tertiò,eius modū & rationē ibi [Respōdit ad eū Nicodemus,& dixit ei, quomodò possunt hæc fieri,&c.] Circa primū duo facit.Primò ostēdit demōstrādę necesitatis occasionē.Secūdò,necessitatē huius regenerationis ibi. [Respōdit Iesus & dixit ei.Amē amē dico tibi,&c.Occasio autē huius necessitatis inducit ex Nicodemo.Et ideò dicit. [Erat autē homo ex Phariseis Nicodemus noīe,&c.] Quē describit ex persona:ex tēpore:& ex cōfesione ipsius.Ex persona quidē describit quātū ad tria.s.quantū ad religionē:quia Pharisęus.Vn̄ dicit. [Erat homo ex Pharisęis.] Duplex nāque secta erat apud Iudæos.s.Pharisæorū, & Saducæorū. Sed Pharisæi magis conueniebant nobiscū in oppositionibus.Quia credebāt resurrectionē,& dicebant esse creaturas aliquas spirituales Saducęi verò magis discordabāt.Quia nec resurrectionē futurā,nec spiritū esse credebāt.Et dicebātur isti Pharisæi:quasi ab alijs diuisi. Et quia oppositio eorū pbabilior erat:& magis propinqua veritati. Ideò Nicodemus faciliùs cōuersus est ad Christū. Act.26.Secundum certisimā sectam religiōis nostræ, &c.Itē quantū ad nomē.cū dicit [Nicodemus noīe.] qđ interpretatur victor,seu victoria populi.per quā significātur illi qui ex Iudæis ad Christū cōuersi fide vicerūt mūdū.1.Ioā.vlt. Hæc est victoria:q̄ vincit mūdū,&c.Itē tertiò quātū ad dignitatē.Vnde dicit. [Princeps Iudæorum.] A principio nāq; licèt dn̄s nō elegerit sapiētes,potētes,aut nobiles,ne virtus fidei sapiētiæ & potētiæ humanæ attribuereī (vt dicitur.1.Cor.1.Nō multi sapiētes,&c.) Voluit tamen aliquos sapiētes & potētes à principio ad se conuertere:ne si doctrina sua solū ab ignobilibus & insipiētibus reciperetur,haberetur contēptui. Et ne credentium multitudo potius attribueretur rusticitati:& insipiētiæ cōuersorū,quàm virtuti fidei. Nihilominus tamē voluit istos nobiles,& potentes non multos esse ad eum cōuersos:ne (vt dictum est) humanæ potētiæ aut sapientiæ ascriberetur.Et ideò dicitur.Ioā.12.quòd aliqui ex principibus crediderunt in eum.Inter quos fuit iste Nicodemus.Psal.Principes populorum congregati sunt. Ex tempore verò describit eum cùm dicit. [Hìc venit ad Iesum nocte,&c.] Quod sciendum est,quòd qualitas temporis consueuit in scriptura describi circa aliquos: ad insinuandam cognitionem mentis,seu conditionem actionis eorum. Describitur autem hìc tempus istud obscurum. Vnde dicit. [Venit nocte.] Nox enim obscura est,& competebat qualitati affectus Nicodemi:qui non cum securitate & libera propalatione: sed cum timore ad Iesum veniebat.Nam erat de illis.De principibus dicitur. Ioan.12.quòd crediderunt in eum:sed propter Pharisæos non confitebantur:vt de synagoga nō eijcerentur.Non enim perfectè diligebant. Vnde subditur. Dilexerunt enim magis gloriam hominum, &c.Competit etiam nox eius ignorantiæ & imperfectæ cognitioni,quam iste habebat de Christo.Roma.13.Nox præcessit, &c.Psal. Nescierunt nec intellexerunt:in tenebris ambu.&c.Ex confessione verò describitur cùm subdit. [Et dixit ei.Rabbi scimus,&c.] Vbi cōfitetur Christi officium in docendo cùm dicit.] Rabi.&c.] Et eius potestatem in agendo ibi. [Nemo enim potest,&c.] Et quidem in vtróque verum dicit [licèt parum confessus est.) Verum enim est, quòd vocat eum.[Rabi.] id est, magister Quia (vt dicitur infrà.13. Vos vocatis me magister,& domine,& bene dicitis,&c.) Legerat enim Nicodemus,qđ scriptum est Ioël.2.Filij syon exultate,&c.Sed parum dicit.Quia dicit eū à Deo venisse magistrū:sed tacet eū Deū esse.Nam venire à Deo magister,cōmune est omnibus bonis Prælatis.Hier.3.Et dabo vobis pastores,&c. Vnde hoc non est singulare Christo, quanquam aliter doceant homines, aliter Christus. Alij enim magistri docent tantū exteriùs,sed Christus etiā interiùs:quia (vt dicitur suprà primo.) Erat lux vera,&c.Et ideò ipse solus dat sapientiam Luc.10.Ego dabo vobis os & sapientiam.Et hoc nullus purus homo dicere potest.Potestatē verò cōfitetur ex signis visis:quasi dicat. Credo,quòd à Deo venisti magister. [Quia nemo potest hæc signa facere.] Et verum dicit:quia signa quę Christus fecit,nō possunt fieri nisi diuinitùs,& quia Deus cū eo erat.infrà 8.Qui me misit mecum est.Sed parum dixit:quia credebat, ꝙ Christus nō ppria potestate signa faceret,sed quasi indigēs extranea virtute,ac si Deus non esset cum eo per vnitatē essentiæ,sed per infusionē gratię solū. Quod quidē falsum est:qa nō extranea virtute,sed ppria signa faciebat.Nam eadē est potestas Dei & Christi. Similiter est,qđ dicit mulier Heliæ.3.Reg.17.In hoc facto cognoui,&c.Cōsequēter cū dicit.

Respōdit Iesus & dixit ei. Amen amē dico tibi,nisi quis renatus fuerit denuò,nō pōtest videre regnū Dei.

POnit necesitatē spiritualis regenerationis prouenientē ex ignorantia Nichodemi. Et ideò dicit. [Amen amen.] Vbi notādum est,quòd hæc dictio Amen,est Hebræa:qua frequēter Christus vsus est.Vnde ob eius reuerentiā nullus trāslator tā Græcorum,quā Latinorum trāsferre voluit.Et qn̄q; quidē significat idem,ꝙ verum,aut idē,ꝙ verè.Qn̄q; verò idē,ꝙ fiat.Vnde in Psal.vbi nos habem⁹ fiat in Heb.est.Amen amen.Sed hāc dictionem solus Ioānes Euāgelista ingeminat inter Euāgelistas.Cuius ratio est:quia alij Euangelistę ea principaliter tradūt,quæ ad humanitatē Christi pertinēt,ad quę cū facilius credibilia sint minor assertio necessaria erat.Ioānes verò ea quæ ad diuinitatē Christi pertinēt,principaliter tractat,quæ (cū occulta sint, & à cognitione hominum semota) maiori assertione indigebāt. Deindè attendendum est,ꝙ hæc responsio Christi videtur omninò incōsona propositis à Nichodemo,nisi diligēter cōsiderentur.Quomodò nāmq; conuenire videtur,quod dixit Nichodemus. [Rabbi,scimus quia à Deo venisti.] Hoc, quod respondit Dominus [nisi quis renatus fuerit denuò,&c.] Sed notādum sicut iā dictū est, ꝙ Nichodemus imperfectā opinionē habens de Christo,confitebatur eū magistrū,& hæc signa facere tanquā hominē purum:vult ergo ei Dominus ostēdere quomodò ad altiorē cognitionem de ipso posset puenire,& quidē poterat de hoc Dn̄s disputare, sed quia hoc fuisset versum in cōtentionē.Cuius contrarium de eo scriptum est. Isā.42.Non contendet.Ideò cū mansuetudine voluit eū ad verā cognitionē perducere:quasi diceret.Non mirū si me purū hominē credis:quia illa secreta diuinitatis non potest aliquis scire, nisi adeptus fuerit spiritualē regenerationem. Et hoc est,quod dicit. [Nisi quis renatus fuerit denuò, nō potest videre regnum Dei.] Vbi sciēdum, quòd cū visio sit actus vitæ secundum diuersas vitas,diuersæ sunt visiones.Nā est quædā vita carnalis,qua cōmuniter omnia alia viuūt, & hæc habet carnalem visionem seu cognitionē.Est & vita spiritualis,qua homo cōformatur Deo,& speciebus sanctis,& hæc habet spiritualem visionē. Secundum carnalem quidē spiritualia videri non possunt.1.Cor.2.Animal homo nō percipit ea quę sunt spiritus Dei, sed percipiuntur visione spirituali.Vnde ibidem subditur.Quæ Dei sunt,nemo nouit.&c. Spiritus autem est qui regenerat. Vnde Apostolus.Roman.8. Non accepistis spiritum,&c. Et hunc quidem spiritum per regenerationē spiritualē accipimus.ad Tit.3. Per lauacrū regeneratiōis spiritussancti,&c.Si ergo visio spiritualis nō est nisi p spiritū sanctū,& spiritussanctus infunditur nobis p lauacrū regeneratiōis spiritualis:ergo nō possum⁹ videre regnū Dei:nisi p lauacrū regenerationis.Et ideò dicit [nisi quis renatus fuerit,&c.] Quasi dicat Nō est mirū si nō videres regnū Dei:quia nullus illud videre potest nisi accipiat spiritūsanctū:p quē renascit in filiū Dei.Ad regnū autē nō solū ptinet regale soliū:sed etiā quæ sunt ad regni gubernationē.s.regia dignitas:beneficia gratiarū,& via iustitiæ:qua solidaī regnū.Et ideò dicit.[Non potest videre regnū Dei.] i.gloriā & dignitatē Dei.i.mysteria salutis æternæ:quæ per fidei iustitiā inspiciūtur.Rom.14.Regnū Dei nō est esca & potus.In veteri autē lege fuit quædā regeneratio spiritualis,sed imperfecta & figuralis.1.Cor.10. Omnes sub Moyse baptizati sunt,&c.i.in figura baptismum acceperunt.Et ideò mysteria regni Dei videbant quidē:sed figuraliter tantū.Heb.11.A longè aspiciētes.In noua verò lege est manifesta regeneratio spiritualis:sed tamē est imperfecta:quia renouamur interi⁹ tantū per gratiā:sed non exterius per incorruptionē.2.Cor.4. Licèt his qui foris est noster homo corrūpaī,&c.Et ideò videmus regnū Dei & mysteria salutis æternæ:sed imperfectè:quia (vt diciī.1.Cor. 13.Videmus nūc per speculū & in enigmate,&c.) In patria verò est perfecta regeneratio:quia renouabunī interius & exterius.Et ideò regnū Dei perfectisimè videmus:vnde 1.Cor.13.Tūc autē videbimus facie ad faciē.Et Ioā.3.Cū apparuerit,similes ei erimus,&c.Patet ergo ꝙ sicut visionē corporalē nō habet quis, nisi natus:ita nec spiritualē habere potest:nisi renatus.Et secūdū triplicē regenerationē,est triplex modus visionis.Nota aūt,ꝙ in græco non habeī [denuo:sed anothe.i.desup,quod Hieronymus trāstulit denuo:vt.s.importet additionē.Et sic Hieronymus intellexit dicēs. [Nisi renatus fuerit denuo.] quasi dicat:nisi renatus iterato per fraternalē generationē.Chrisostomus aūt dicit nasci desuper,esse ppriū filij Dei:quia ipse solus natus est desup infrà codē.Qui desursum venit sup oēs est. & diciī Christus nasci desuper quantū ad tēpus (vt ita liceat loqui) quia ab æterno genitus Psal.Ante luciferū genui te.Et quantùm ad generationis principiū:quia à patre cœlesti.infrà 6.Descendi,nō vt faciā voluntatē meā,&c.Quia ergo nostra regeneratio est ad similitudinē filij Dei:secundū illud.Rom.8.Quos præsciuit cōformes fieri,&c.Et ideò quia illa generatio supna est,& nostra generatio desuper est,quantùm ad tempus per æternam prædestinationē.Eph.1. Elegit nos in ipso,&c.Et quantùm ad donum Dei infrà 6.Nemo potest venire ad me,&c.Ephe.2.Gratia saluati estis,&c.Consequenter cùm dicit.

Dicit ad eum Nicodemus: Quomodò potest homo renasci cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire & renasci.

POnit modū & rationē huius spiritualis regenerationis. Et circa hoc primò poniī dubitatio Nicodemi.Secūdò respōsio Christi: ibi. [Respōdit Iesus. Amē amē dico tibi,&c.] Circa primū sciendū est:ꝙ sicut dicitur.1.Cor.2.animalis homo nō percipit ea:quæ sunt spirit⁹ Dei,& ideò:quia Nicodem⁹ carnalis adhuc,& animalis erat, nō potuit quæ dicebātur nisi carnaliter intelligere. Et ideò ea quæ dominus dixerat de regeneratiōe spirituali.ipse de regeneratiōe carnali intelligebat.Et hoc est,quod dicit. [Quomodò homo potest nasci,&c.] Vbi secūdū Chrisostomū sciendū est,ꝙ Nicodemus voluit obijcere cōtra verba saluatoris:sed tamē obiectio eius derisibilis est: quia Christus loquitur de regeneratione spirituali:hic autē obijcit de carnali.Similiter omnes rationes inductæ ad impugnādū ea quæ sunt fidei,derisibiles sunt:quia nō sunt secūdū intentionē sacræ scripturæ.Obijcit autē Nicodemus cōtra verba domini dupliciter,secūdū ꝙ duplex videbatur dictū domini imposibile.s.ꝙ homo denuo renascatur.Vno modo.s.propter irreuersibilitatē humanę vitæ.(Nā à senectute nō potest homo redire ad pueritiā.) Vnde dicitur Iob 18. Semitā.s.vitā præsentē per quā nō reuertar ambulo. Et secundū hoc dicit. [Quomodò potest homo nasci cū sit senex?] Quasi dicat:nunquid iterū efficietur puer:vt renascatur? Iob 7.Non reuertetur vltra in domū suā:neq; cognoscet,&c.Secūdò ex modo carnalis generationis. (Nā homo à principio cū generaī est in parua quātitate: ita vt posit eū vterus maternus capere:postmodū verò cū iam nat⁹ est, ad cōtinua cremēta paulatim perducitur.ita non posset in materno vtero cōtineri.) Et ideò dicit.[Nūquid pōt in ventrē matris suę iteratò introire & renasci?] Quasi dicat.Nō:quia nō capit eū venter. Sed hæc locū nō habēt in generatione spirituali:quia homo quantūcūq; per peccatū spiritualiter inueterat⁹ (secundū illud Psal.) Quoniā tacui inueterauerunt oīa ossa mea. potest per auxiliū gratiæ diuinæ ad nouitatē venire,secūdū illud Psal.Renouabiī vt Aquilæ iuuēt⁹ tua.Pōt & quātūcūq; magn⁹ in vterū spiritualē.s.ecclesiæ p sacramētū baptismi introire.Qui aūt sit vter spiritualis:manifestū est: aliàs nūquā diceret.Ex vtero ante luciferū genui te.Nihilominus tamē aliqualē similitudinē habet,qđ diciī.Nā sicut homo semel carnaliter natus nō pōt iterū nasci:quare nō debet iterū baptizari.Eph. 4.Vnus dominus:vna fides,vnum baptisma. Consequenter cū dicit.

Respondit Iesus: Amen amen dico tibi:nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

POniī respōsio Christi.Et circa hoc tria facit.primò soluit rōnes Nicodemi,ostēdēdo qualitatē regeneratiōis.Scđò manifestat solutionē p rōnē ibi. [Quod natū est ex carne,&c.] Tertiò p exēplū ibi.[Nō mireris,&c.]Soluit ergo obiectiōes ostēdēs,ꝙ regn̄atio:de qua loquiī,est spūalis & nō carnalis.Et hoc est,qđ dicit. [Amē amē dico tibi.Nisi qs renat⁹ fuerit,&c.] Quasi dicat:tu intelligis de gn̄atione carnali:sed ego loquor de spūali.Sed attēde,qđ supra dixerat. [Nō pōt videre regnū Dei.] Hìc verò dicit. [Nō pōt introire regnū Dei.] Quod idē est.Nā quæ regni Dei sunt:nullus videt: nisi regnū Dei intret,& tātū videt:quātū intrat.Apoc.2.In calculo nomē nouū scriptū,&c.Quod aūt spūalis regeneratio ex spiritu fiat,rōnē habet. Nā oportet gn̄atū gn̄ari ad similitudinē gn̄antis.Nos aūt regeneramur in filios Dei ad similitudinē veri filij:oportet ergo,ꝙ regn̄atio spūalis fiat per id p qđ asimilamur vero filio,qđ quidē est p hoc, ꝙ spiritū eius habemus.Ro.8.Si quis spiritū Christi nō habet,hic non est eius.1.Ioā.4.In hoc cognoscimus quoniā ī eo manem⁹ & ipse in nobis:quia de spiritu suo dedit nobis,&c. Oportet ergo ꝙ spiritualis regn̄atio p spiritū sanctū fiat.Ro.8.Nō accepistis spiritū seruitutis iterū in timore,&c.infrà 7.Spiritus est qui viuificat,&c.Est etiā huic regenerationi necessaria aqua ppter tria.Primò quidē ppter humanæ naturæ cōditionē.(Homo eīn ex aīa & corpore cōstat.)& si in eius regeneratiōe est spiritus tantū.solū qđ spūale est hoīs ostēdereī regn̄ari.Vt ergo regenereī etiā caro.oportet,ꝙ sicut est ibi spiritus:p quē regenerareī aīa:ita sit ibi aliqđ corporale,p qđ regenereī corp⁹.Et hæc est aqua.Secūdū ppter humanā cognitionē.Nā sicut Deus diciī diuina sapiētia:ita oīa ordinat:vt vnicuiq; prouideat secūdū suā cōditionē.(Homo aūt est naturaliter cognoscitur⁹)oportet ergo eo modo dona spūalia hoīb⁹ cōferri:vt ea cognoscāt.1.Cor. 2.Vt sciamus,quæ à Deo donata sunt nobis.Naturalis aūt modus huius cognitiōis est:vt spūalia p sensibilia cognoscat (cū oīs nostra cognitio à sensu incipiat.(Oportuit ergo ad hoc,ꝙ intelligam⁹ id,qđ spūale est in hac regeneratiōe,qđ esset ī ea aliquid sensibile & materiale.s.aqua p qđ intelligamus,ꝙ sicut aqua lauat & purgat corporaliter exteri⁹:ita & p baptismū homo lauaī & purgaī interius spiritualiter. Tertiò ppter causæ cōgruitatē Nā causa nostræ regenerationis est verbū incarnatū supra.1.Dedit eis potestatē filios Dei fieri.Cōgruit ergo,ꝙ in sacramētis,quæ efficaciā habēt ex virtute verbi incarnati,sit aliqđ correspōdēs carni seu corpori.Et hoc est spiritualiter aqua in sacramēto baptismi:vt.s.per eā cōfiguremur morti Christi:dū submergimur in ea:qn̄ baptizamur sicut Christus tribus diebus fuit in ventre terræ.Ro.6.Cōsepulti enim sumus cū illo per baptismū,&c.Hoc etiā mysteriū in prima rerū pductiōe signatum est.Gen̄ 1.quādo spiritus dn̄i ferebaī sup aquas,sed per tactū mūdissimæ carnis Christi maior virtus collata est aquis:quia in principio producebāt aquæ reptile aīæ viuētis:sed ex quo Christus baptizatus est in Iordane,aīas spūales aqua reddit.Per hoc autē,quod hìc dicit. [Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto.] Manifestè apparet spiritūsanctū esse Deū.Supra enim primò dicit.Nō ex sanguinibus:nec ex volūtate viri,sed ex Deo nati sunt.Ex quo sic formaī ratio.Ille ex quo spiritualiter renascuntur homines est Deus:sed homines renascuntur spiritualiter per spiritūsanctū (vt hìc dicitur) ergo spiritussanctus est Deus.Sed hìc est duplex quæstio.Prima est.Si nullus intrat regnū Dei:nisi renascaī aqua. Antiqui aūt patres non sunt renati aqua:quia nō baptizabātur:ergo nō intrauerūt regnum Dei. Alia est:qa cū sit triplex baptismus.s.fluminis,flaminis,& sanguinis. Et multi fuerint baptizati vltimis duobus:quos dicimus intrasse regnū Dei statim (cū tamē nō fuerūt renati aqua) nō videtur esse verū,ꝙ hìc diciī. [Nisi quis renatus fuerit,&c.] Respōsio.dicēdum est quantū ad primū,quia regeneratio ex aqua & spiritu sancto fit dupliciter.s.in veritate & figura.Antiqui autē patres:licèt nō fuerūt regenerati regeneratione vera,fuerūt tamē renati regeneratione figurali:quia semper habent aliquod signū sensibile:in quo vera regeneratio præfigurabatur:& secundū hoc renati intrauerūt regnū Dei soluto precio.Quātū ad secūdū dicēdū,ꝙ illi qui renascūtur baptismo sanguinis & flaminis,licèt nō habeāt regenerationē ī actu, habēt tamē in voto.aliàs enim neq; baptismus sanguinis aliquid valeret:nec esse posset baptismus spirit⁹.Sic ergo ad hoc,ꝙ homo intret regnū Dei.oportet ꝙ adsit baptismus aquæ in re (sicut est in omnibus baptizatis.) Vel in voto sicut est in martyribus & cathecuminis qui morte præueniuntur antequā votū impleant.Vel in figura:sicut in antiquis patribus.Ex hoc,ꝙ diciī. [Nisi quis renatus fuerit,&c.] Pelagiani errantes dixerūt,ꝙ pueri baptizantur,non quidē vt mundentur à peccatis quæ nondum habent: sed vt posint intrare regnum Dei. Sed hoc est falsum: quia secundum quòd Augusti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus dicit in libr.de baptismo parulorum.inconueniens est q̃ imago Dei,scilicet homo subtrahatur à regno Dei:nisi propter aliquod impedimentum,quod esse non potest, nisi peccatum.oportet ergo q̃ in pueris qui subtrahuntur à regno, sit aliquod peccatum, scilicet originale.Consequenter cùm dicit.

Quod natum est ex carne,caro est,& quod natum est ex spiritu,spiritus est.

PRobat per rationem q̃ oportet nasci ex aqua & spiritusancto. & est ratio sua talis.Nullus potest peruenire ad regnum: nisi spiritualis efficiatur:sed nõ aliquis efficitur spiritualis nisi per spiritumsanctum.ergo nullus potest intrare regnum Dei,nisi renatus ex spiritusancto.Dicit ergo [quod natũ est ex carne caro est.] id est,natinitas secundum carnem,facit nasci in vitam carnalem.1.Corint.12. Primus homo de terra terrenus, &c. [& quod natũ est ex spiritu.] id est,ex virtute spirituſſancti [spiritus est.] id est,spiritualis. Nota autem q̃ hæc præpositio ex,quandam designat causam materialem (sicut cũ dico cutellus est ex ferro) quãdóq; causam efficientẽ: sicut domus est ex ædificatore.Et secundum hoc quod dicitur [quod natum est ex carne potest intelligi dupliciter, effectiuè, & materialiter.Effectiuè quidem:quia virtus quæ est in carne, est effectiua generatiõis.Materialiter verò:quia aliquod carnale in animalibus est materia generati.Sed ex spiritu non dicitur aliquid nasci materialiter:cùm spiritus immutabilis sit:materia verò sit subiectum transmutationis:sed dicitur effectiuè.Secũdum hoc ergo possumus accipere triplicem generationem.Vnam quæ est ex carne materialiter & effectiuè: quæ est communis omnibus qui carnalem statum habent.Alia est secundum spiritum effectiuè, secundum quam regeneramur in filios Dei per gratiam spirituſſancti, & efficimur spirituales.Tertia est media,scilicet quæ est ex carne materialiter solùm & ex spiritusancto effectiuè. Et hæc est singularis & propria Christi:quia materialiter est habẽs carnem ex carne matris natus:& effectiuè est ex spirituſancto.Mat.1. Quod enim in ea natum est de spiritusancto est.Et ideò natus est sanctus.Luc.1.Spirituſſanctus superueniet in te:& virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideóque quod nascetur ex te sanctum,&c.

LECTVRA II.

Nó mireris,quia dixi tibi:oportet vos nasci denuò: Spiritus vbi vult spirat:& vocem eius audis;sed nescis vnde veniat: aut quò vadat: Sic est omnis qui natus est ex spiritu.

VPRA posuit dominus rationem ad instruendam spiritualem generationem. Hic ponit exemplum. Datur autem intellig iq̃ Nicodemus audito [quod natum est ex spiritu spiritus est.] Turbationé quandam dubietatis incurrit. Et ideò dominus dicit ei, [Non mireris quia dixi tibi oportet vos nasci denuo.] Vbi sciendũ est,q̃ duplex est admiratio.Vna deuotionis secundum q̃ aliquis magnalia Dei considerans cognoscit ea sibi incomprehensibilia esse: vnde relinquitur admirationi locus:secundum illud Psalm. Mirabilis in altis dominus.& alibi.Mirabilia testimonia tua,&c.Et ad hãc homines sunt inducendi non prohibendi. Alia est infidelitatis,dum quis ea quæ dicuntur non credens miratur.Vnde dicitur Matth.13. quòd mirabantur in doctrina Christi.Et sequitur,quòd scandalizabantur in eo.Et ab hac admiratione dominus Nicodemum remouet iuducens exemplum cùm dicit. [Spiritus vbi vult spirat.] Quod quidem eadem seruata sententia dupliciter quantùm ad literam exponi potest.Vno enim modo secundum Chriſo.accipitur spiritus pro vento sicut in Psalm. Spiritus procellarum quæ faciunt verbum eius. Et secundum hoc quatuor dicit de vento. Primò venti potestatem cùm dicit. [Spiritus vbi vult spirat,] id est,ventus quo vult flat.Et si dicas,quòd ventus non habet voluntatem.Dicendũ,q̃ voluntas sumitur pro appetitu naturali:qui nihil est aliud,quàm naturalis inclinatio:de qua dicitur.Iob 28.Qui creauit ventis pondus. Secundò ponitur venti iudicium cùm dicit. [Et vocem eius audis.] Et sumitur vox pro sono quem facit ventus ex percussione ad aliquod corpus.De quo dicitur in Psalm.Vox tonitrui tui in rota.Tertiò ponit venti originé quæ occulta est.Vnde dicit. [Et nescis vnde veniat.] id est vbi oriatur.Psal.Qui ꝓducit ventos de thesauris suis. Quartò ponit vẽti finem: qui similiter occultus est.Vnde dicit [aut quo vadat:] supple nescis,id est,vbi persistat.Et hanc quidem similitudinem inducit ad propositum cùm dicit. Sic est omnis qui natus est ex spiritu.] quasi dicat.Si ventus qui est corporeus habet occultam originem:nec potest sciri eius processus, Quomodò miraris si tu non potes scire processum regenerationis spiritualis? Sed contra hanc expositionem objicit Augustinus dicens, quòd dominus non intellexit de vento cum dicit.[Spiritus vbi vult spirat,&c.] Nã de quolibet vẽto scimus vnde veniat,aut quo vadat.Nam Auster venit à meridie:& vadit ad Aquilonẽ. Boreas verò cõuersò ab Aquilone ad Meridiem vadit. Quomodò ergo de spiritu corporeo dicit dominus [Nescis vnde veniat,&c.] Sed ad hoc respõderi potest, q̃ principium venti potest sciri dupliciter. Vno modo in generali: & hoc modo scitur vnde veniat,id est,à qua parte mundi (sicut scitur, q̃ Auster venit à meridie) & quo vadat:quia ad Aquilonẽ.Alio modo in speciali:& hoc modo nescitur vnde veniat,id est,in qua plaga determinatè incipiat: aut quo vadat, id est, vbi determinatè cesset. Et cum Chriſosto. ad hanc expositionem conueniunt omnes ferè Græci doctores.Alio modo exponitur de spirituſancto.& secũdum hoc quatuor ponit de spirituſancto.Primò quidem eius potestatem cùm dicit [Spiritus vbi vult spirat.] Quia pro libero potestatis arbitrio inſpirat vbi vult,& quando vult,corda illustrando 1.Corint.12. Hæc omnia operatur vnus atq; idẽ spiritus diuidens singulis prout vult.Ex quo confutatur error Macedonij ponentis spirituſanctũ esse ministrum patris & filij. (Non enim spiraret vbi ipse vellet:sed vbi ei mandaretur.) secundò verò ponit spirituſancti indiciũ cùm dicit [Et vocem eius audis.] Psal.Hodie si vocẽ eius audieritis,&c. Sed contra hoc obijcit Chriſost.dicens q̃ nõ potest intelligi de spirituſancto. (dominus enim loquebatur cum Nicodemo:qui adhuc infidelis erat:cui nõ competebat audire vocem spirituſancti.) Sed dicendum secundum Augusti.q̃ spirituſancti est duplex vox. Vna qua loquitur intus in corde hominis:& hanc audiunt solùm fideles & sancti:de qua dicitur in Psalm. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Alia est qua spirituſanctus loquitur in scripturis: vel per prædicatores secundum q̃ dicitur Mat. 12. Non enim vos estis qui loquimini:sed spirituſanctus, &c. Et hanc audiunt & infideles & peccatores.Tertiò ponit spirituſancti originem quę occulta est. Vnde dicit [Et nescis vnde veniat.] licèt vocem eius audias. Et hoc ideò:quia venit à patre & filio infra 15.Cùm autem venerit paracletus quem ego mittã vobis à patre spiritũ veritatis:qui à patre procedit.Pater autem & filius in lucem habitant inaccessibilem, quã nemo hominum vidit,&c. (vt dicitur primæ Thimo. vltim. Quartò ponit spirituſancti finem,qui quidẽ occultus est.Et ideò dicit [aut quo vadat.] supple nescitis:quia producit ad occulta finem, scilicet ad beatitudinem æternam.Vnde dicitur pignus hæreditatis.Ephes. primo.& 1.Corint.2.Oculus nõ vidit,&c.Vel [nescis vnde veniat.] id est,quomodò hominem introcat. [aut quo vadat.] id est, ad quã perfectionẽ illum adducat.Iob 9.Si venerit ad me nõ videbo eum. [Sic est omnis qui natus est ex spiritu.] i.sicut spirituſanctus. Nec mirũ. Nã sicut suprà dixerat.[q̃d natũ est ex spiritu spiritus est.] qa in viro spirituali sunt ꝓprietates spirituſanctũ:sicut in carbone suę censo sunt ꝓprietates ignis.Sunt autẽ in eo qui natus est ex spirituſancto ꝓdictæ quatuor proprietates spiritus.Primò námq; habet libertatẽ.1.Corin.3.Vbi spiritus domini ibi libertas:quia spiritus domini ducit ad id quod rectum est.Psalm. Spiritus tuus bonus deducet me,&c.& liberat à seruitute peccati & legis.Reg.8. Lex spiritus vitæ in Christo liberauit me,&c.Secundò verò eius iudicium sumis per vocem verborum suorum:quam dum audis cognoscis eius spiritualitatem.Mat.12. Ex abundantia cordis os loquitur. Tertiò verò habet originem occultam & finem: quia nullus potest spiritualem iudicare.1.Corinth.2. Spiritualis omnia iudicat & ipse,&c.Vel [nescis vnde veniat.] Principium spiritualis natiuitatis eius: quod est gratia baptismalis. [aut quo vadat.] id est,quo dignus efficitur,idest vita æterna quæ tibi adhuc occulta est.

Respondit Nicodemus,& dixit ei. Quomodo possunt hæc fieri?

HIc ponitur causa & ratio spiritualis regenerationis. Et primò ponitur interrogatio Nicodemi.Secundò respõsio domini:ibi [Respondit Iesus & dixit,&c.] Apparet autem ex primo, quod Nicodemus adhuc rudis,& adhuc Iudæus sensibilis existens mysteria Christi,& per exempla,& per rationes proposita intelligere nõ poterat.& ideò dicit. [Quomodò possunt hæc fieri? Dupliciter nãque aliqui inquirunt.Quidã nãque ex difficultate:sicut Zacharias.Luc.1. Vnde hoc sciam,&c. Et ideò punitus fuit.Isai.40. Qui dat scrutatores eius,&c.Aliqui verò ex studio addiscendi: sicut virgo beata cũ dixit angelo.Luc.2.Quomodò fiet istud, &c.Et tales instruuntur. Quia ergo iste quæsiuit ex studio addiscendi: ideò meruit instrui: & hoc est,quod sequitur.

Respondit Iesus,& dixit ei:tu es magister in Israel & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur,& quod vidimus testamur:& testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & nõ creditis:quomodò si dixero vobis cœlestia credetis?

VBi primò dominus arguit eius tarditatem. Secundò respondet ad quæstionem ipsius ibi. [Et nemo ascendit in cœlum,&c.] Tarditatem eius arguit ex tribus.Primò ex cõditione personæ eius cui loquitur cùm dicit [Tu es magister.] Vbi nõ reprehendit eum dominus vt insultaret ei: sed quia confidebat adhuc de magisterio suo præsumens de sua scientia: voluit eum humiliando efficere habitaculum spirituſancti.Isaiæ vltimo. Ad quem respiciam, &c. Et dicit [Tu es magister.] Quia si aliquis simplex non potest profunda capere:tolerabile est.sed hoc in magistro valde esset reprehensibile.Et ideò dicit ei [Tu es magister.] Literæ quæ occidit.1.Corinthio.3. [in Israel: & hæc.] scilicet spiritualia [ignoras.] Hebræo.6. Etenim cùm deberetis esse magistri, &c. Si dicas q̃ dominus iustè argueret Nicodemũ si dixisset ei aliquid de veteri lege & ipse non intellexisset:sed dixit ei de noua lege.Dicendum q̃ ea quæ dominus dicit de spirituali generatione continentur in lege veteri:sed sub figura (secundum q̃ habetur 1.Corinth.10. Omnes sub Moyse baptizati,&c.Et Prophetæ etiam hoc dixerunt Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam,&c.) Secundò verò arguit eius tarditatem ex conditione dicentis. Quod enim nõ acquiescatur dictis alicuius hominis rudis tolerari potest:sed repugnare dictis hominis sapientis & magnæ auctoritatis: reprehensibile est: & ideò dicit. [Amen amen dico tibi:quia quod scimus loquimur, &c.] Requiritur enim ad idoneitatem testis vt perhibeat testimonium de auditu vel visu. 1.Ioan.1.Quod vidimus &audiuimus,&c.Et ideò dominus vtrúq; dicit [Quod scimus loquimur:& quod vidimus testamur.] Scit autem dominus secundum q̃ homo omnia infra vltimo. Domine tu omnia nosti.Matthæ.6 Domine qui habes sanctam scientiam, &c. Sed & videt omnia cognitiõe diuinitatis infra 8.Ego quę vidi apud patrem meum hoc facio.Dicit autẽ pluraliter [scimus & vidimus.] vt insinuet mysterium trinitatis.Ideò pater in me manens ipse facit opera.Vel [quod scimus.] ego & alij spirituales effecti.Quia vt dicitur Mat.10.Nemo nouit patrem nisi filius:& cui voluerit filius revelare. [& tamen testimonium.] ita probatum: ita firmum [non accipitis] infra eodem. Et testimonium eius nemo accipit. Tertiò arguit eius tarditatem ex conditione eorum quæ dicuntur. Quod enim aliqua difficilia non capiantur ab aliquo: non est mirum: sed q̃ facilia quis non capit reprehensibilis est. Et ideò dicit [Si terrena dixi vobis,&c.] quasi dicat,Si hæc quę sunt leuia non capis:quomodò capere poteris processum spirituſancti.Sapien.9. Quæ in terris sunt difficile inuenimus,& quæ in cœlis sunt,quis inuestigabit:Sed cõtra nõ inuenitur ex præmissis q̃ dominus dixerit Nicodemo aliqua terrena. Et dicendum secundum Chriſost.hic q̃ dicit dominus [Si terrena dixi vobis, &c.] intelligitur de exemplo venti. Ventus enim cùm sit generabilis,& corruptibilis numeratur inter res terrenas.Vel potest dici secundũ eundem q̃ spiritualis regeneratio,quæ est in baptismo,cœlestis quidem est quantùm ad principium quod sanctificat & regenerat:sed terrena quantùm ad subiectum. [quod enim regeneratur,scilicet homo terrenus est.] Vel dicendum secundum Auguſt.q̃ intelligendum est de eo quod suprà dixerat.Soluite templum hoc,&c.quod ideò terrenum est: quia hoc dixit de templo corporis sui quod de terra acceperat. [Si terrena dixi vobis & non creditis:quomodò si dixero cœlestia credetis?]quasi dicat si nõ creditis generationem spiritualem temporalem: quomodò credetis æternam filij generationem?Vel si non creditis quę dico de potestate corporis mei: quomodò credetis de potestate diuinitatis meæ:& de potestate spirituſanctí?

Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis,qui est in cœlo.

HIc respondet quæstioni. Et primò ponit causas spirituales regenerationis.Secundò manifestat quod dicit ibi [Sic enim Deus dilexit,&c.] Causa autem spiritualis regenerationis est duplex, scilicet mysterium incarnationis Christi,& passionis eius. Et ideò primò agit de incarnatione.secũdò de passione ibi [Et sicut Moyses.] Est autem considerandum primò quomodò ista responsio Christi quæstioni Nicodemi satisfaciat.Dixerat enim supra dominus de spiritu loquens q̃ [nescis vnde veniat aut quò vadat.] Per quod dabatur intelligi q̃ spiritualis regeneratio haberet occultũ principium, & occultum finem. Occulta autẽ nobis sunt, quæ in cœlis sunt: secundum illud Sapien.9.Quæ in cœlis sunt quis inuestigabit? Quæstio ergo Nicodemi [quomodò possunt hæc fieri?] sic debet intelligi:quomodò possit aliquid de occulto cœlorũ venire:aut ad occultum cœlorum ire.Vnde antequàm quæstioni satisfaceret, hunc intellectũ quæstionis explicauit dicés [Quomodò si dixero cœlestia credetis.[Et statim incipit ostendere cuius sit in cœlum ascendere proprium.Quia omnis qui de cœlo descẽdit. secũdum illud Ephes. 4.Qui descendit ipse est,& qui ascendit.Hoc enim & in rebus naturalibus inuenitur: q̃ vnumquódque corpus tendit in locum secundum suam originem vel naturam. Vnde hoc modo potest fieri: vt aliquis per spiritum vadat ad locum,quem carnales nesciunt ascendendo in cœlum:si hoc fiat per virtutem eius qui descendit de cœlo quia ad hoc descendit, vt ascendens nobis viam aperiret. Miche. 2. Ascendit pandens iter ante eos.Sed quia dicit [Qui descẽdit de cœlo filius hominis.] Quidam errandi sumpserunt occasionem. Cùm enim filius hominis designet humanam naturam quæ componitur ex anima & corpore:per hoc quod dicit:q̃ filius descendit de cœlo: Valentinus accipere voluit q̃ etiam corpus de cœlo detulisset: & transisset per virginem:nihil ex ea accipiẽs sicut aqua per fistulam: ergo non de terrena substantia, nec sumptum de virgine: quod est contra Apostolum Romanor.1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.Origenes verò dixit,q̃ descendit de cœlo secundum animam quam dicit ab initio fuisse creatam cũ angelis & verbo vnitam:& postmodùm de cœlo descendisse assumendo carnem de virgine. Sed & hoc repugnat catholicæ fidei, quæ animas dicit ante corpora nõ extitisse. Nõ ergo intelligẽdum est q̃ filius hominis secundum humanam naturam de cœlo descenderit: sed secundum suam diuinam:cùm in Christo sit vnum suppositum vel hypostasis:vel persona duarum naturarũ:diuinæ, scilicet & humanæ. Ex quacúnque earum hoc supponitur nominetur possunt ei attribui & diuina & humana. Possumus cm̃ dicere. Filius hominis creauit stellas:& q̃ filius Dei crucifixus est. Sed filius Dei crucifixus est: non secundum diuinam naturam:sed secundum humanam. Filius autem hominis creauit stellas secundum diuinam naturam: ita vt in his quæ de Christo dicuntur:non est attendenda distinctio quantùm ad id de quo dicuntur:quia indifferens & diuina,& humana dicuntur de Deo & homine.Sed est attendenda distinctio quantũ ad id secundum quod dicuntur. Quia diuina dicuntur de Christo secundum diuinam naturam. Humana verò secundum humanam. Descendere ergo de cœlis dicitur de filio hominis: non secundum humanam naturã:sed secundum diuinam:secundum quã conuenit ei ante incarnationem de cœlo fuisse:secundum illud Psal.Cœlum cœli domino.Dicitur autẽ descendisse nõ motu locali,quia sic non remaneret in cœlo (nihil enim localiter motũ manet vnde descendit.) Et ideò ad excludendum motũ localem subdit [Qui est in cœlo.] quasi dicat sic descendit de cœlo q̃ tamen est in cœlo.Descendit enim de cœlo,nõ quidem desinens esse sursum:sed assumens naturam quæ est deorsum,quæ quia nõ includitur, vel cõprehenditur corpore eius existente in terra: ipse secundum diuinitatẽ erat in cœlis:& vbiq;.& ideò ad designãdum q̃ hoc modo dicitur descẽdisse: quia assumpsit naturã,dixit:q̃ descẽdit filius hominis,id est,inquãtùm factus est filius hominis. Vel potest dici etiã q̃ inquantũ corpus descẽdit de cœlo (vt Hila.dicit.) nõ q̃ materia corporis Christi descendit de cœlo: sed q̃ virtus formatiua eius de cœlo fuit. Sed quid est quod dicit [Nemo ascẽdit in cœlũ:nisi filius hominis,&c.] Nónne Paulus,& Petrus,& alij sancti ascenderũt secũdum illud 2. Corin.5.Domũ habemus nõ manufactam in cœlis,&c. Respondeo dicendum,q̃ nemo ascendit in cœlũ nisi Christus: & membra sua, id est,iusti fideles:propterea filius Dei de cœlis descendit: vt nos faciendo membra sua ad ascensum cœlorum præpararet.Nunc quidem in spe:tandem verò in re.Ephes.2. Qui resuscitauit nos & consedere nos fecit,&c.

Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis:vt omnis qui credit in ipso non pereat:sed habeat vitam æternam.

HIc ponit mysterium passionis cuius virtute baptismum efficaciam habet.Roman.6.Quicúnque baptizati sunt, &c. Et circa hoc tria facit.Primò nãmque proponit passionis figuram.Secundò passionis modum. Tertiò passionis fructum. Figurã quidem assumit de veteri lege:vt reducat ad intellectum Nichodemum cũ dicit [Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto,&c.] Quod quidem habetur Numeri 21.Quando dominus populo Iudæorum dicenti. Nauseat anima nostra super hoc cibo leuissimo: in vltionem misit serpentes:& postea cõcurrente populo ad Moysem: & ipso clamante ad dominum mandauit dominus in remedium fieri serpentem æneum:qui quidem fuit & in remedium cõtra illos serpentes:& in figuram passionis dominicæ.Vnde & dicit ibi.In signum,&c.Proprium autẽ serpentis est habere venenũ: sed serpẽs æneus venenum non habuit:sed figura fuit serpentis venenosi.Sic & Christus nõ habuit peccatũ:quod est venenosum: quia cùm conummatũ fuerit generat mortẽ (vt dicitur Iacobi 4.) sed habuit similitudinem peccati.Roman.8.Misit Deus filium suum,&c.Ideò Christus habuit effectum serpentis contra motum concupiscentiarum ignitarum.Modum autem passionis ostendit cùm dicit [sic exaltari oportet,&c.] Quod intelligitur de exaltatione crucis.Vnde infra 12.cùm diceret [oportet exaltari filium hominis,&c.] Sequitur [Hoc dicebat significans qua morte clarificaturus esset Deum.] Voluit autẽ mori exaltatus.Primò vt purgaret cœlestia. Iam enim per sanctitatẽ suæ conuersationis purgauerat terram, restabat per mortem purgare aërea.Collossen.primo.Pacificans per sanguinem suum,quæ in cœlis,& quæ in terris.Secundò vt triumpharet de dæmonibus, qui in aëre bellum præparant. Ephes.2. Secundum principem aëris,&c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertiò vt corda nostra ad se traheret.infr.12. Ego si exaltatus fuero à terra,omnia traham ad me,&c. Quartò quia in morte crucis fuit exaltatus inquatum ibi de inimicis triumphauit. Vnde mors nō vocatur,sed exaltatio. Psal. Detorrente,&c. Quintò quia crux fuit causa exaltationis eius. Phil.2. Factus est obediens patri vsque ad mortē, mortem autem crucis,propter quod. Fructus autem passionis Christi est vita æterna. Vnde dicit. [Vt omnis qui credit in ipsum,] benè operando [nō pereat,sed habeat vitam æternam.] Et respondet hic fructus fructui figuralis serpentis. Quicúnque enim respiciebāt serpentem æneum liberabātur à veneno,& præseruabātur vitæ. Ille autem respicit filium hominis exaltatū, qui credit Christo crucifixo, & sic liberatur à veneno,& à peccato.infr.11. Qui credit in me non morietur,&c. Et præseruatur ad vitam æternam.infr 20. Hæc scripta sunt vt credatis,& vt credentes vitam habeatis,&c.

LECTVRA III.

Sic enim Deus dilexit mundum: vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum,non pereat, sed habeat vitam æternam.

SVPRA Dominus assignauit causam spiritualē huius generationis quantum ad defectum filij,& exaltationem filij hominis.& posuit fructum.s. vitam æternā. Qui quidem fructus incredibilis videbatur hominibus habentibus necessitatem moriendi. Et ideò Dominus hoc manifestat. Et primò probat magnitudinem fructus ex magnitudine diuini amoris. Secundò excludit quandam responsionem ibi. [Non enim misit Deus filium suum.] Notandum est autem, quod omnium bonorum nostrorū causa est Dñs, & diuinus amor. Amare proprie est velle alicui bonum. Cùm ergo voluntas Dei sit causa rerum,ex hoc prouenit nobis bonum.quia Deus amat nos. Et quidem amor Dei est causa boni naturæ.Sap.11. Diligis omnia quæ sunt,&c. Item est causa boni gratiæ.Hiere.31. In charitate perpetua dilexi te.ideò attraxi te,&c. per gratiam. Sed quòd sit etiam dator boni gloriæ,procedit ex magna charitate. Et ideò ostendit hic hanc Dei charitatem esse maximam ex quatuor. Primò nāque ex persona amantis:quia Deus est qui diligit , & immensus. Et ideò dicit. [Sic Deus dilexit.] Deutero.33. Dilexit populos omnes sancti,&c. Secundò ex conditione amati: quia homo est qui diligitur mundanus.s. corporeus.i.in peccatis existens. Rom.5. Commēdat Deus suam charitatem in nobis,quoniā si enim adhuc inimici essemus,&c. Et ideò dicit. [Mundum.] Tertiò ex magnitudine numerum. Nam dilectio ostenditur per donum. Quia (vt dicit Gregor. Probatio dilectionis exhibitio operis est.) Deus ante maximum donum nobis dedit:quia filium suum vnigenitum. Et ideò dicit. [Vt filium suū vnigenitum daret.] Rom.8. Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus,&c. Et dicit [suum.] i.filium naturalem sibi per consubstantialem non adoptiuum.de quibus in Psal. Ego dixi dij estis. Et per hoc patet falsitas Arrij. Quia si filius Dei esset creatura (vt ipse dicebat) nō posset in eo ostendi immensitas diuini amoris per susceptionem infinitæ bonitatis, quam nulla creatura recipere potest. Dicit etiam [vnigenitum] vt ostendat Deum nō diuisum amorē habere ad plures filios,sed totum in filio quem dedit ad cōprobandum iminensitatem sui amoris.infr.5. Pater diligit filium,& omnia demōstrat ei. Quartò ex fructus magnitudine: quia per eū habemus vita æternā. Vnde dicit. [Vt omnis qui credit in eum nō pereat, sed habeat vitam æternam.] quā acquisiuit nobis per mortem crucis. Sed nunqd ad hoc dedit eum:vt moreretur in cruce? Dedit quidem eum ad mortem crucis,inquantum dedit voluntatem patiēdi in ea. Et hoc dupliciter. Primò quia inquantum filius Dei ab æterno habuit voluntatem assumendi carnem,& patiendi pro nobis , & hanc voluntatem habuit à patre. Secundò verò quia animæ Christi inspirata est à Deo voluntas patiendi. Nota autem,quòd Dominus suprà loquens de descensu qui competit Christo secūdum diuinitatem,nominauit eum filium Dei. Et hoc est ratiōe vnius suppositi in duabus naturis (sicut suprà dictum est.) Et ideò diuina possunt prædicari de supposito humanæ naturæ,& humana de supposito diuinæ,nō tamen secundum eandem naturam,sed diuina secundum diuinam naturam.& humana secundum humanam. Specialis autem causa quare hīc nominauit eum filium Dei esse:quia ipse proposuit donum istud in signum diuini amoris per quem prouenit nobis fructus vitæ æternæ,tali ergo nomine nominandus erat, cui competeret iudicare virtutem factiuam vitæ æternæ , quæ non est in Christo inquantum filius hominis,sed inquantum filius Dei.Ioan.vltim. Hic est verus Deus,& vita æterna suprà primo. In ipso vita erat. Sed nota,q; dicit [nō pereat.] Perire nāq; dicitur aliquid, quod impeditur, ne perueniat ad finem ad quem ordinatur. Homo autem ordinatur ad finem , qui est vita æterna,& quamdiu peccat auertit se ab ipso fine. Et licèt dum viuit omninò non pereat,ita quòd non posset restaurari , tamen quando moritur in peccato,tunc perit omninò. Psalm. Iter impiorum peribit. In hoc autem,quod dicit. [Habeat vitam æternā.] Iudicatur diuini amoris immensitas. (Nam dādo vitam æternam dat seipsum.) Nam vita æterna nihil aliud est,quā frui Deo. Dare autem seipsum magni amoris est indicium. Ephes.2. Deus autem qui dives est in misericordia,&c. qui viuificauit nos in Christo,&c. id est,fecit nos habere vitam æternam.

Non enim misit Deus filium suum in mundum: vt iudicet mundum,sed vt saluetur mundus per ipsum.

HIc excludit Dominꝰ obiectionē quæ posset fieri. In veteri enim lege promittebatur , q; Dominus esset vēturus ad iudicandum. Isai.3. Dominus ad iudicium veniet,&c. Vnde posset aliquis dicere, quòd nō venerat filius Dei vt det vitam æternā, sed vt iudicet mundum. Et ideò hoc excludēs Dominus,primò ostēdit se nō venisse ad iudicandum, secūdò probat ibi. [Qui credit in eū,&c.] Dicit ergo. Non enim venit filius Dei ad iudicādum:qa [non misit Deus filium suum.] Quātum ad primum aduentum [vt iudicet mundum,sed vt saluetur.] Simile habetur.Ioan.12. Non enim veni vt iudicem mundum,&c. Salus autem hominis est:vt perueniat ad Deum. Psalm. In Deo saluare meum. Peruenire autē ad Deū est cōsequi vitā æternā: vnde idē est saluari,quod habere vitā æternam. Nec debēt homines esse pigri & abutētes Dei misericordia propter hoc,quod dicit. Non veni vt iudicē,&c. licētiam sibi indulgere peccandi: qa etsi in primo aduētu nō venerit ad iudicādum,sed ad dimittendum,in secundo tamen veniet ad iudicandum,sed nō ad dimittendū (vt Chriso. dicit.) Psal. Cū accepero tēpus,ego iustitias iudicabo,&c. Contrà est,quod dicitur infr.9. In iudicium ego veni. Sed dicendum est,quòd duplex est iudicium. Vnum est discretionis,& ad hoc venit filius Dei in primo aduentu:quia eo veniente homines discreti sunt,quidam per ęcitatem,quidam per lumen gratiæ. Aliud est condemnationis,& in hoc quantum de se non venit.

Qui credit in eum,non iudicatur.

HIc probat quæ dixerat quasi per locum à diuisione hoc modo. Quicúnque iudicabitur,aut erit fidelis,aut infidelis,sed nō veni ad iudicandum infideles:quia iam iudicati sunt,ergo à principio non misit Deus filium suum vt iudicet mundum. Primò ergo ostendit , quòd fideles non iudicantur , secundò , quòd nec infideles ibi. [Qui autem non credit.] Dicit ergo. [Non veni vt iudicē mundū:] quia nō venit ad iudicandum fideles:quia qui credit in eum nō iudicatur.s.iudicio condemnationis,quo nullus credens in eum fide formata iudicatur.infr.5. In iudicium non venit,sed transiet,&c. sed iudicabitur iudicio præmiationis & approbationis. De quo dicit Apostolus.1.Corint.4. Qui autem iudicat me Dominus est. Sed nunquid multi fideles peccatores non damnabuntur? Respondeo dicendum, quòd quidam hęretici dixerunt, quòd nullus fidelis quantuncúnque peccator damnabitur,sed saluabitur merito fundamēti,scilicet fidei, licèt aliquam pœnam patiatur. Et erroris sui fundamētum sumunt ex hoc,quod dicit Apostol.1.Cor.3. Fundamētum aliud nemo potest ponere. & infr. Si cuiusquam opus arserit ipse tamen saluus erit:quasi per ignem. Sed hoc manifestè est contrà Apostol. ad Galath.5. Manifesta sunt opera carnis,quæ sunt fornicatio,&c. & infrà. Qui talia agunt,regnum Dei non possidebunt. Dicendum est ergo,quòd fundamentum non est fides informis,sed formata, quæ per charitatem operatur. Et ideò signanter non dicit Dominus qui credit ei , sed [qui credit in eum,] id est, qui credendo in eum per charitatem tendit,non iudicatur,& hoc quia non peccat mortaliter per quod tollitur fundamentum. Vel secundum Chrisostō. Omnis qui malè agit non credit.ad Tit.1. Confitentur se nosse Deum,factis autem negant. Sed qui benè agit. Iacob.2. Ostende mihi ex operibus fidem tuam & talis non iudicatur & non condemnatur propter infidelitatem.

Qui autem non credit,iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei.

HIc ostendit,quòd infideles non iudicātur. Et primò ponit suam sententiam. Secundò manifestat esse.ibi. [Hoc autem est iudicium,&c.] Sciendum est autē circa primum secundum Augu. quòd non dicit Dominus. [Qui non credit,] iudicatur: quia iam iudicatus est , sed dicit [non iudicatur.] Quod potest tripliciter exponi. Secundum Augusti.enim. [Qui non credit non iudicatur:quia iam iudicatus est,] non in re,sed in Dei præscientia,id est,iam præcognitus est apud Deum condemnandus.2. Thim.2. Nouit Dominus qui sunt eius. Alio modo secundum Chrisostō. [Qui non credit iam iudicatus,] id est,hoc ipsum, quòd nō credit est sibi ad condēnationē. (Non credere enim,est non adhærere lumini, quod est esse in tenebris.) Et hæc est magna condemnatio. Sapientiæ decimoseptimo. Vna carbona tenebrarum,&c. Thobiæ quinto. Quale mihi gaudium,&c. Tertio modo secundum eundem. [Qui non credit,] non iudicatur , id est , iam condemnatus est , id est , iam manifestam causam condemnationis habet. Et simile est ac si diceretur de aliquo: qui manifestam causam mortis habet: antè etiam quàm feratur sententia mortis contra eum : quia iam mortuus est. Vnde Grego. dicit q; in iudicio duplex est ordo. Quidam etenim iudicabuntur iudicio discussionis. Illi videlicet qui habent aliquid cōdemnationi repugnans, scilicet bonum fidei,scilicet fidelis peccatoris. Sed infideles,quorum damnatio est manifesta absq; discussione damnantur. Et de istis dicitur [Qui non credit iam iudicatus est.] Psal. Nō resurgunt impij in iudicio, scilicet discussionis. Sciendum est autem,q; iudicari idem est q; condemnari. Condemnari autē est à salute excidere,ad quam vna sola via peruenitur. s. per nomen filij Dei. Act.4. Nō est aliud nomē datū sub cœlo. Et in Psal. Deus in nomine tuo saluum me fac. Qui ergo nō credūt in filiū Dei excidunt à salute: & manifesta est in eis causa damnationis.

Hoc est autem iudiciū: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem: Erant enim eorum mala opera.

HIc manifestat dominus suam sententiam, scilicet q; causa condemnationis manifesta est in infidelibus. Et primò ponit manifestans signum. Secundò ostendit signi conuenientiam ibi [Omnis enim qui malè agit,&c.] In signo autē proposito tria facit. Primò enim proponit Dei beneficium. secūdò peruersitatē mentis infidelium. tertiò peruersitatis causam. Dicit ergo manifestè apparet,q; qui nō credit iam iudicatꝰ est. quē apparet ex Dei beneficio: qa [lux venit in mūdum] Homines enim erāt in tenebris ignorātiæ : quas quidem tenebras Deus destruxit mittens lucē in mūdum: vt homines cognoscerent veritatē infra 8. Ego sum lux mundi:qui sequitur me,&c. Luc.1. Visitauit nos oriens ex alto:illuminare his qui in tenebris,&c. Sed ista venit in mundum.s.lux:quia homo ad eam accedere non poterat. Nam lucē habitat inaccessibilem quam nemo hominum,&c. Apparet etiā ex peruersitate mentis infidelium. [Qui dilexerunt magis tenebras quā lucē.] i. magis voluerūt esse in tenebris ignorātiæ quā instrui per Christū. Iob. 22. Ipsi fuerūt rebelles lumini. Isaiæ 5. Væ qui ponūt lucē tenebras,&c. Cuius quidē peruersitatis causa est:qa [erant eorū mala opera.] quæ à luce dissonāt:& tenebras quærūt. Ro.13. Abijciamus opera tenebrarū. i. peccata quę tenebras quærunt.1. Thessal.vlti. Qui dormiunt.morte dormiunt. Iob 24. Oculus adulteri obseruat caliginē. Ex hoc autem aliquis nō credit luci quod ei repugnat discedendo. Sed nunquid omnes infideles habent mala opera? Videtur q; non. Nam multi gentiles secūdum virtutem operati sunt: puta Cato & alij plures. Sed dicendum secundum Chrisostom. q; aliud est bene operari ex virtute , aliud ex aptitudine & dispositione naturali. Nam aliqui ex dispositione naturali bene operantur: quia ex eorū dispositione nō inclinantur ad contrarium. Et hoc modo etiam infideles potuerunt bene operari: sicut q; aliquis castè vixit:quia non impugnabatur à concupiscentia:& sic de alijs. Illi autem ex virtute bene operantur : quia etsi inclinentur ad vitium cōtrarium:tamen ex rectitudine rationis & bonitate voluntatis a virtute non declinant: & hoc est proprium fidelium. Vel dicendum q; licèt infideles bona facerent:non tamen faciebāt propter amorem virtutis: sed propter inanem gloriam. Nec etiam omnia bene operabantur:quia Deo cultum debitum nō reddebant. Consequenter cùm dicit.

Omnis enim qui malè agit,odit lucem: & non venit ad lucem,vt non arguantur opera eius.

OStendit propositi signi conuenientiam. Et primò quidē quantùm ad malos. secundò quantùm ad bonos: ibi [Qui autē facit veritatem,&c.] Dicit ergo [Ideò nō dilexerunt lucē quia erant eorum mala opera.] Et hoc patet: quia [omnis qui malè agit odit lucem.] Non autē dicit egit: sed [agit.] quia si quis malè egit tamen pœnitens,& videns se malè fecisse,dolet:nō odit lucē : sed ad lucem venit. [Sed omnis qui malè agit.] id est,in malo perseuerat:nō dolet:nec ad lucē venit:sed eam odit: non inquantū veritatis quidē est manifestatiua:sed inquantū per eam peccatum hominis manifestatur. Diligit enim malus homo cognoscere lucem & veritatem : sed odit per eam manifestari. Iob 24. Si subitò apparuerit aurora arbitrantur vmbram mortis,&c. Et ideò [nō venit ad lucē.] Et hoc [vt non arguantur opera eius.] Nullus enim homo qui non vult manū deserere:non vult reprehendi:sed fugit & odit. Amos 5. Odio habuerunt corripientem in porta. Prouerbio. 15. Non amat pestilens eum qui se corripit.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucem , vt manifestentur opera eius: quia in Deo sunt facta.

HIc ostendit idem quantū ad bonos facientes veritatē, id est, bona opera. (Veritas enim nō solùm in cogitatione & dictis cōsistit:sed & in factis venit ad lucē.) Sed nunquid aliquis ante Christum fecit ita? Videtur q; non. Ille enim facit veritatē, qui non peccat:sed ante Christum omnes peccauerūt (vt dicitur Rom.3.) Respondeo dicendum secundum Augu. q; ille facit veritatē in seipso, cui displicet malum quod fecit:& relictis tenebris obseruat se à peccatis:& de præteritis pœnitens [venit ad lucem] ad hoc vt speciali ter [manifestentur opera eius.] Sed cōtra est q; nullus debet publicare bona quæ facit. vnde Pharisæi de hoc à domino reprehenduntur. Dicēdum est, q; licitū est velle manifestare opera sua corā Deo: vt approbentur:secundū quod dicitur 2. Corinth.10. Non enim qui seipsum cōmēdat ille probatus est:sed quē Deus,&c. & Iob 16. Ecce in cœlo est testis, &c. Velle etiam manifestari in sua conscientia vt gaudeat:secundum q; dicitur 2. Corint.1. Gloria nostra hæc est testimoniū conscientiæ,&c. Velle autē manifestari hominibus ad laudē vel gloriā propriam reprehensibile est. Nihilominùs tamen sancti viri bona quæ faciunt, manifestari desiderant hominibus propter honorē Dei:& propter vtilitatē fidei. Mat.5. Sic luceat lux vestra coram hominibus,&c. sed [veniunt ad lucem: vt manifestentur opera eorū:quoniam in Deo sunt facta.] id est, secūdum mandatū Dei, vel per gratiā Dei. Quicquid cm̄ boni facimus,siue vitādo peccatū, seu pœnitēdo de cōmissis,siue bona operādo,totū est à Deo:iuxta illud Isaiæ Omnia opera nostra operatus es nobis,&c.

LECTVRA IIII.

Post hæc venit Iesus & discipuli eius in terram Iudæam: & illic morabatur cum eis,& baptizabat.

SVPRA dominus tradidit doctrinam de spirituali regeneratione per verba. Hīc verò doctrinā iliam implet per opera baptizādo. Et primò inducitur duplex baptismus. secundò mouetur quæstio de cōparatione eorum:ibi [Facta est ergo quęstio,&c.] Circa primū duo facit. Primò inducitur baptismus Christi. secundò baptismus Ioannis ibi [Erat autē Ioannes,&c.] Dicit ergo primò [Post hoc.] scilicet quæ de doctrina spiritualis regenerationis præmissa sunt [Venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terrā.] Sed hīc est quæstio literalis. Nam supra dixerat Euāgelista q; dominus de Galilæa venerat in Hierusalem: quæ est Iudæa terra : vbi instruxerat Nicodemum. Quomodò ergo post instructionem Nichodemi venit in Iudæam cū iam esset ibi? Ad quod est duplex responsio. Nam secūdum Bedam Christus post verba Nichodemi iuit in Galilæam:& ibi aliquandiu moratus redit in Iudæam. Et ideò cū dicitur [Post hoc venit Iesus.] Non est intelligēdum q; immediatè venerit in Iudæam post verba Nicodemi. Alio modo secūdum Chrisost. intelligēdum est q; post hoc immediatè venerit in terrā Iudæam. Christus enim volebat prædicare vbi multitudo cōueniebat:vt multi conuerterentur. Psal. Annunciauit iustitiam tuam in ecclesia magna. Et infra 18. Ego palam locutus sum , &c. Duo autē loca erant in Iudæa ad quæ confluebat multitudo Iudæorū. i. Hierusalem:ad quā ibant ad festa. & Iordanis: ad quē concurrebant propter prædicationē & baptismum Ioannis. Et ideò dñs ista duo loca frequētans: statim cōpletis diebus festis in Hierusalem, quę est in vna parte Iudææ, venit in aliā partē Iudeæ vbi Ioannes baptizabat. s.in Iordanē. Moraliter autem Iudæa interpretatur cōfessio, ad quā venit Iesus: quia Christus confitentes sua peccata,vel diuinā laudē visitat. Psal. Facta est Iudæa sanctificatio eius. Et illic moratur,quia tales non tranſitoriè visitat infra 14. Ad eum,veniemus, & mansionē apud eum faciemus. Et illic baptizat,id est purgat à peccatis,quia nisi quis peccata sua confitetur:remissionem non consequitur. Prouerbio.28. Qui abscōdit scelera sua non dirigetur. Deindè cùm dicit.

Erat autē & Ioannes baptizans in aqua nō iuxta Salim: qa aquę multę erāt illic: & veniebāt, & baptizabantur. Nondū em̄ missus fuerat Ioannes in carcerē.

INducit Euangelista baptismā Ioannis. Et circa hoc quatuor facit. Primò enim ponit personā baptizantis. secundò locū baptismi. tertiò fructū. quartò tempus. Persona baptizans est Ioannes: & ideò dicit [Erat autē Ioannes baptizans] Sed hīc est quæstio : quia cū baptisma Ioānis ordinaretur ad baptismū Christi: videtur q; veniente baptismate Christi Ioannes cessare debuerit à baptizando: sicut veniente veritate cessat figura. Ad hoc est triplex responsio. Vna quantū ad personā Christi. Nam Ioannes baptizauit vt Christus baptizaretur ab eo. Nec oportebat q; solus Christus ab eo baptizaretur,ne baptismus Ioannis ex huius singularitate melior Christi baptismate videretur. Et ideò expediens fuit: vt alij ante Christū baptizarentur à Ioanne. Quia antequā Christi doctrina publicata esset: necessarium erat homines præparari ad Christū baptismo Ioannis. Vnde secūdum hoc ita se habet baptismus Ioānis ad baptismū Christi, sicut catechismus (in quo baptizādi instruuntur de fide:& præparantur ad baptismū) se habet ad verū baptisma. Necessariū etiā fuit vt postq̄ Christus baptizatus fuerat à Ioāne, alij baptizarētur ab eo: ne Ioannis baptisma reprobandū videretur : sicut etiā nō statim veniente veritate cessauit vsus legaliū. sed sedm Aug. licuit Iudæis determinato tēpore legalia seruare. Alio modo quantū ad personā Ioannis. Nam si Ioānes statim cū Christꝰ baptizare cœpit retinuisset à baptismo, potuisset credi q; hoc fecisset ex inuidia : vel ira. Et quia (vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur.Rom.12.) Prouidere debemus bona nō solū coram Deo,sed etiam corā hominibus.Ideò Ioannes nō statim cessauit. Alio modo quātum ad discipulos Ioānis,qui nō incipiebant se zelotipos habere ad Christum,& ad discipulos eius:quia baptizabant. Vnde si statim Ioā. totaliter baptizare cessasset,dimisisset discipulos suos in maiori zelo & cōtrouersia cōtra Christum & discipulos eius.Iā enim Ioan. baptizāte ipsi ægreferebāt baptismum Christi,quod patet ex sequētibus.& ideò non statim cessauit.1.Cor.8.Videte ne hæc licentia nostra offendiculum fiat infirmis. Locus autē baptismi erat [in ennon iuxtà salim:quia aquæ multæ,&c.] Salim enim alio nomine dicitur sālē quæ est villa.Vnde Melchisedech Rex fuit.Et dicit hīc [salim:] quia apud Iudæos lector pro volūtate vti potest vocalibus literis in medio dictionū.Vnde siue dicatur salim siue salem,non refert apud Iudæos.Hoc autē,quod addit [quia aquæ multæ erāt,&c.] ponit ad exponendū hoc nomē Ion.s. [ennon.] quod idē est,q̄ aqua.Fructus autē baptismi est remissio peccatorum.& ideò dicit. [Et veniebāt & baptizabātur.] i.mundabantur.Quia hoc dicitur Matth.3.& Luc.3. Multitudo magna ibat ad Ioannē.Tempus ponitur ibi. [Noadum enim missus fuerat Ioānes in carcerē.] Quod ideò dicit vt det intelligere,q̄ ipse incœpit narrationē de factis Christi ante alios Euāgelistas. Alij nāq; incœperūt narrare opera Christi solū à tēpore incarcerationis Ioānis.Vnde dicitur Mat.4. Cū audisset Iesus qa Ioannes traditus esset,&c.Et ideò quia omnia facta Christi ante Ioan.incarcerationem præterierāt.Ioan. qui vltimo scripsit Euangelium defectum hūc suppleuit.Et hoc insinuat cùm dicit. [Nondū enim.&c.] Sed nota,q̄ dispensatione diuina factum est:vt Ioannes Christo baptizante nō diu baptizaret & prædicaret, ne ex hoc fieret scisma in populo,quāquā hoc ei aliquo tēpore permissum fuerit,ne reprobandus videretur (vt suprà dictum est.) Sic etiā dispensatione factū est: vt post prædicationē fidei,& conuersionē fidelium tēplum totaliter destrueretur:vt videlicet tota deuotio & spes fidelium traheretur ad Christum.Deindè cùm dicit.

Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione.

INducitur quæstio baptismatum.Et primò proponitur ipsa,q.2.relatio quæstionis ad Ioan.ibi. [Et venerunt ad Ioan.&c.] 3. ponitur quæstionis determinatio ibi. [Respondit Ioan. & dixit eis,&c.] Quia ergo duo baptizabāt (vt dictum est.) s.Christus & Ioan.discipuli ipsius Ioan.pro magistro suo zelātes occasionē dissidij sumpserunt.Et hoc est,quod dicit. [Facta est quęstio.] i.cōtrouersia. [ex discipulis Ioan.] ipsis.s.primò mouētibus hanc quæstionem [cum Iudæis.] quos reprehendebāt discipuli Ioan.eò,q̄ ad Christum magis currerēt propter miracula quæ faciebat,quā ad Ioan.qui miraculum nullum faciebat.Et quæstio ista facta est [de purificatione.] i.de baptismo.Causam autē vnde inuidebāt discipuli Ioan.& controuersiā mouebant,sumpserunt ex eò,quòd Ioan.illos quos baptizabat mittebat ad Christum.Christus verò quos baptizabat nō mittebat ad Ioā. Ex quo videbatur & fortè Iudęi dicebāt Christum maiorē esse Ioan. & ideò isti nondum spirituales de hoc contendunt cū Iudęis.1.Cor. 2.Cū enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis? Sed motam quæstionem referunt ad Ioannem,& ideò dicit.

Et venerunt ad Ioannem,& dixerūt ei. Rabbi,qui erat tecum trans Iordanem,cui tu testimonium perhibuisti,ecce hic baptizat,& omnes veniunt ad eum.

ET si attēditur diligēter conati sunt cōmouere Ioan.contrà Christum. Similes isti sunt bilinguibus & susurronibus.Eccle.28.Susurro & bilinguis maledictus,&c.Proponunt autē quatuor quæ cōmotionē in animo Ioan.contra Christum causārēt.Primò eum cōmemorant humilitatem status Christi prętériti.2.beneficium à Ioā. impēsum.3.officium assumptum à Christo quasi detrimentū, quod prouenit Ioan.ex Christi officio.Humilitatem autem status cōmemorant cùm dicunt. [Qui erat tecum:] quasi vnus de discipulis. Non autē tu cum illo sicut cū magistro.Nam si alicui maiori honor exhibeatur,nō est tāta causa inuidiæ. Sed tunc quis inuidet quando minori se magis honor exhibetur.Ecc.10.Vidi seruos in equis sedētes & principes,&c.Iob 19.Seruum meum vocaui,&c. Quia plus turbatur Dominus aliquis de rebellione serui & subditi,quā alicuius alterius.2. commemorantes beneficium impensum à Ioā. ideò dicunt [quē tu baptizasti] quia in hoc cōfessi fuissent magnificentiā Christi,quæ in baptismo demōstrata est,& descēsum spiritussancti super eū in specie colūbæ,& vocē patris sibi factā,sed dicūt. [Cui & testimonium perhibuisti.] i.quē tu clarū & circūspectū fecisti talia tibi repędere audet,quod multū concitat exacerbationem.Psal. Qui edebat panes meos,&c.Sed quia quærentes propriā gloriā,& intēdētes lucrum proprium in suo officio dolēt si alius officiū illud assumat. Ideò tertiò isti addunt etiā,q̄ Christus Ioan. officium sibi assumpsit cū dicunt. [Ecce hic baptizat.] i.officiū tuum exercet,qđ multū cōcitat ad turbationē. Nam communiter videmus hoc homines eiusdem artis insidiosè,& inuidè se habere adinuicem.Figulus figulo inuidet,nō autem fabro. Sic etiā Doct.proprium honorem quærētes, dolent si alius veritatē docet.Cōtrà quos dicit Greg. Mens pij pastoris optat vt veritatē,quā solus docere non sufficit,alij doceant.Sic & Moyses.Nume.11.Quis det vt omnis hic populus Prophetet?Sed nō solùm sufficiebat istis cōcitare Ioan.sed quod magis mouet, referūt. s.detrimentum.quod Ioan. ex assumpto officio à Christo prouenire videbatur. Quod quartò exponunt cū dicunt [& omnes veniunt ad eum.] qui.s.ad te venire solebāt.quod te dimisso,& contēpto,omnes ad baptismum eius currunt. Quòd autē ante cōsueuerant ire ad Ioā. patet ex testimonio.Matt.11. Quid existis in desertū videre,&c.Tali inuidia mouebātur Pharisęi cōtra Christum.Vnde dicebant.infr.11. Ecce totus mundus post eū vadit.Sed ex his Ioan.nō fuit motus contra Christum.Nō enim erat arūdo vento agitata:vt dicitur.Mat.11. Et hoc patet ex responsione Ioannis,quæ sequitur in determinatione quæstionis sibi delatæ.

LECTVRA V.

Respondit Ioannes,& dixit. Non potest homo accipere quicquam,nisi fuerit ei datum de cœlo.

HIC ponitur responsio Ioan.sup quęstione sibi delata à discipulis,quæquidē quæstio duo continebat.s.queri moniā de officio assumpto:vnde dicebāt. Ecce hic baptizat.Et de Christi profectu in fama & opinione hominum:vnde & dicebant. Et omnes veniunt ad eum. Et ideò Ioannes dirigit responsionem suam ad hæc duo. Et primò respondet ad querimoniam de officio assumpto. Secundò verò ad querimoniam de profectu Christi ibi. [Illum oportet crescere,&c.] Circa primum tria facit.Primò ostēdit officiorum Christi & sui originem. Secūdò ipsorum distinctionē ibi. [Ipsi vos mihi testimonium.] Tertiò ostēdit habitudinē Christi, & suam ad dicta officia ibi. [Qui habet sponsam,&c.] Circa primum autem nota,q̄ discipuli Ioan.licèt malitiosè Ioanni quæstionē proponāt,& ex hoc fiat reprehēsione digni.Ioan. tamen non eos vehementer increpat. Et hoc propter imperfectionem.Timebat enim ne cōmoti ex reprehensione recederent ab eo,& iungentes se Pharisæis Christo publicè insidiarentur,implés in hoc,quod de Domino dicitur.Isai.42.Calamum quassatum nō confringet,&c. Similiter aduertēdum,quòd à principio suæ resposiōis nō ardua,& præclara de Christo asserit,sed humilia & plana propter ipsorum inuidiam. Cū enim excellēria sit alterius inuidię prouocatiua,si Ioannes statim Christi excellentiam eis ꝓposuisset,illorū inuidiæ fomētum præstitisset,& ideò humilia proponens dicit. [Nō potest homo à se accipere quicquā. Intendēs in hoc eis errorē incutere.q.d.hoc,q̄ oēs ad eū currunt,nō est nisi à Deo:quia [nō potest homo accipere quicquā.] s.perfectiōis & boni, nisi fuerit ei datum de cœlo,& ideo sic vos contradicitis Deo. Act.5. Si ex hominibus est opus istud dissoluetur.Et sic exponit Chriso.referens hoc ad Christum. Augustaut refert ad ipsum Ioā.& melius. [Non potest homo accipere,&c.] q.d.Vos zelatis pro me,& vultis, q̄ ego maior sim,quā Christus,sed hoc nō est mihi datū, nec ego volo mihi vsurpare.sēdm illud.Heb.5 Nemo assumit sibi honorē,&c. Sic ergo patet officiorū origo.Sequitur officiorū distinctio cū dicit.

Ipsi vos mihi testimoniū perhibetis, quòd dixerim, non sum ego Christus,sed quia missus sum ante illum.

QVasi dicat ex testimonio meo, quod sibi perhibui potestis scire officiū mihi cōmissum à Christo.Nā [ipsi vos testimonium perhibetis.] i.prohibere potestis. [q̄ dixerim,Nō sum ego Christ⁹.] suprà primo.Cōfessus est & nō negauit,sed hoc dixi qa [missus sum ante illum,] sicut præco ante iudicē.Sic ergo ex testimonio meo scire potestis officium meum, quod est præcedere Christum & præparare sibi viā.suprà primo.Fuit homo missus à Deo,&c.Sed officium Christi est iudicare, & præesse, & si benè attenditur Ioannes more prouidi respondentis proponentes ex verbis eorum arguit secūdum illud.Matth.25. Ex ore tuo te iudico.Qualiter autem Ioannes se habet ad officium suum,ostendit cùm subdit.

Qui habet sponsam,sponsus est.

ET primò ponit quādā similitudinē.2.adaptat eā ad ꝓpositū ibi. [In hoc autē gaudium meū,&c.] Circa primū duo facit. Primò ponit similitudinē quantū ad id,qđ pertinet ad Christum.2 quātum ad id,qđ pertinet ad seipsum ibi. [Amic⁹ autē spōsi,&c.] Circà primum notandū est,q̄ in reb⁹ humanis dispōnere, & dominari,& habere sibi spōsum tantū.& ideò dicit. [Qui habet spōsam.] i.ad quem pertinet habere spōsam [spōsus est.] Ille autē spōsus est Christ⁹.Psal. Tāquā spōsus procedēs,&c.Spōsa sua est ecclesia quæ cōiūgitur ei p fidem.Ose.2.Sponsabo te mihi in fide,&c.Et in huius figuram dixit sephora ad Moysen.Exo.4.Spōsus sanguinum tu mihi es.Et de istis nuptijs.Apo.19.Venerunt nuptiæ agni.Sic ergo quia sponsus etiam ad eum pertinet habere sponsam, scilicet ecclesiam, sed ad me non pertinet nisi gaudere,quòd sponsus sponsam habet.Vnde dicit.

Amicus au-

Amicus autem spōsi qui stat & audit eum, gaudet propter vocem sponsi.

ET licèt suprà dixit,q̄ non erat dignus soluere corrigiam calciamentorū Iesu:hīc tamen vocat se eius amicū: vt insinuet charitatis fidelitatē ad Christum. Nam seruus ad ea quæ domini sui sunt non mouetur affectu charitatis: sed spiritu seruitutis. Amicus verò ex amore quæ amici sunt procurat & fideliter. Vnde seruus fidelis est sicut amicus domini sui.Ecclesiast.31. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua:& ex hoc patet fidelitas ferui:quādo gaudet de bonis dñi:& quando nō sibi,sed dño suo bona procurat.Sic ergo qa Ioannes sponsam sibi creditā nō sibi,sed sponso reseruauit:seruus fidelis fuit,& amicus spōsi. Et ideò ad hoc insinuandū se amicus spōsi dicit Simile debēt facere homines amici veritatis: vt sponsam eis custodiendam: cōmissam nō ad propriam vtilitatē & gloriā conuertantur:sed ad honorē & gloriam sponsi honorificè præseruēt: alias nō essent amici sponsi:sed potiùs adulteri.Vnde Greg.dicit:q̄ adulterinæ cogitationis purè reus est,si placere oculis sponsæ desiderat: per quē sponsa dona transmittit:quod nō faciebat Apostolus 2.Corinth.11.Despondi enī vos vni viro,&c.Simile & Ioannes faciebat: qa sponsam.s.populū fidelē non sibi retinuit:sed ad spōsum.s.Christum duxit.Sic ergo insinuat charitatis suæ fidelitatē per hoc qđ dicit [Amicus spōsi.] Itē permanētiam cū dicit [stat.] firmus in amicitia & fidelitate nō eleuans se supra se. Abac. &c. Super custodiam meam stabo.1.Corin.15.Estote stabiles & immobiles.Eccles.6.Amicus si permaneat,&c.Item attentionē cùm dicit [Et audit eum.] id est, attentè cōsiderat modum quo sponsus sponsæ coniungitur. In quo secūdum Chriso.explicat modum istorū sponsalium. Nam per fidem celebrātur.Fides autē est ex auditu, Ro.10. [Vel audit.] i.reuerēter obedit disponēdo de sponsa secūdum imperiū sponsi. Isa. 1. Audiam eum quasi magistrū.Quod est cōtra malos prælatos:qui nō secūdum Christi mādatum disponūt Ecclesiam. Itē insinuat spiritualem iocunditatē,cū dicit [Et gaudio gaudet propter vocē sponsi.] s.cū sponsus spōsam suam alloquitur, & dicit [Gaudio gaudet.] vt ostendat veritatē & perfectionē sui gaudij.Qui enim nō gaudet de bono,nō vero gaudio gaudet.Et ideò si ego doleré ex hoc quòd Christus,qui est verus sponsus sponsæ,i.ecclesiæ prædicat: nō essem amicus sponsi:sed ego non doleo.Imò.

Hoc ergo gaudium meum impletum est.

SCilicet q̄ video quod diu desiderauisponsum videt sponsam alloquentē vel [In hoc gaudiū meum impletū est.] i. ad perfectā debitā mensurā peruenit:quando sponsa iam coniungitur sponso: quis iam habeo gratiā meam,& officium meum perfeci. Abacut.3. Ego autem in domino gaudebo.Consequenter cùm dicit.

Illum oportet crescere:me autem minui.

SOluit quæstionē quantùm ad querimoniam de profectu gratiæ Christi.Et primò,ponit huius profectus conuenientiā. Secundò rationē assignat ibi [Qui de sursum est,&c.] Dicit ergo. Vos dicitis q̄ omnes currunt ad eum.i.ad Christū,& sic proficitur in honore & fama populi:sed ego dico q̄ hoc non est inconueniens: [quia illum oportet crescere] non in se:sed quantùm ad alios:inquantùm eius virtus magis ac magis innotescit: sed [me oportet minui] in reuerentia & fama quò ad populū. nam honor & reuerētia non debetur mihi sicut principali:sed Christo. Et ideò ipso veniente cessat exhibitio reuerētiæ quantū ad me:sed crescit quantū ad Christū: sicut veniente principe cessat officiū legati.1.Corin.13. Cùm venerit qđ perfectū est euacuabitur,&c.Et sicut in cœlo lucifer præcedit solem ad illuminandū: quo veniente cessat eius lux : ita Ioannes præcessit Christū.Vnde lucifero cōparatur.Iob 30.Nunquid produces luciferū,&c.Significatur hoc etiam in natiuitate Ioannis,& in morte eius.In natiuitate quidē: quia natus est Ioannes eo tempore quo dies decrescere incipiūt.Christus verò quādo dies crescere incipiūt, scilicet 8.kalendas Ianuarij.Quantùm ad mortē verò:quia Ioannes mortuus minoratus per capitis abscisionē. Christus verò sublimatus p crucis exaltationē. Moraliter autē hoc debet esse in vnoquóq; nostrū. [Oportet illum.] i.Christū in te crescere: vt.s.in cognitiōe & amore eius proficias:quod inquantū magis eum potes cognoscēdo &amando percipere:tantò magis Christus crescit in te sicut qui magis proficit in videndo vnā & eandem lucē. reputat lucē magis crescere:& ex hoc oportet homines sic proficiētes minui in sua reputatione,quia quantò plus cognoscit quis de altitudine diuina,tanto minorem reputat paruitatem humanam.Vnde Proverb.30.dicitur.Visio quam locutus est vir cū quo est Deus,&c.Et sequitur stultissimus sum virorum,&c.Et Iob vlti.Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te.idcirco ipse me reprehendo, &c. Consequenter cùm dicit.

Qui de sursum venit, super omnes est.

ASsignat rationē dictorum.Et hoc dupliciter.Primò ex origine. Secundò ex doctrina ibi [Qui de terra est,&c.] Circa primum

sciendum est,q̄ in rebus vnumquémq; ad hoc q̄ sit perfectū:oportet venire ad terminum sibi debitum ex sua origine.sicut aliquis ex Rege oritur,oportet eum tandiu crescere:quousque fiat Rex. Christus autem habet originē excellentissimam &æternā.Et ideò oportet illum crescere per manifestationē suæ virtutis, quantū ad alios: quousq; innotescat eum super omnes esse.Et ideò dicit [Qui desursum est.] s.Christus secūdum diuinitatē,supra eodē. Nemo ascēdit in cœlum:nisi qui de cœlo descēdit.infra 8.Vos deorsum estis. Ego autē desuperius sum.Vel desursum venit secūdum humanā naturā.i. de altitudine humanæ naturæ assumendo eam in altitudine sua secundum quod fuit in quolibet statu. Cōsideratur enim secūdum triplicē statum.Primus enim status humanæ naturæ est ante peccatū. Et de hoc assumit puritatē assumendo carnē non inquantū contagio culpæ originalis.Exod.12. Erit agnus anniculus absq; macula. Secūdus status est post peccatū.Et de hoc assumpsit passibilitatē, & mortē assumēdo similitudinē carnis peccati,quantū ad pœnā :non ipsum peccatū quantùm ad culpā secundū illud Rom.8.Misit Deus filium suum in similitudinē carnis peccati.Tertius est status resurrectionis & gloriæ. Et de hoc assumpsit impossibilitatē peccandi & fruitionē animæ.Sed cauendus est hic error quorundam dicētium in Adam remansisse aliquod materialiter nō inquantū macula originali,& traductū in posteros puta vsq; ad beatā virginē. Et de hoc corpus Christi fuisse formatū.quod quidē hæreticū est: quia quicquid in Adam materialiter fuit,macula originalis peccati inquantùm est.Materia verò,de qua formatū est corpus Christi, depurata fuit virtute spiritussancti beatam virginē sanctificantis.Iste inquam [qui desursum venit] secundum diuinitatē,& secūdum humanā naturam [super omnes est.] & per eminentiā grados:secundum illud Psal.Excelsus super omnes gētes dominus:& per auctoritatē & potestatem Ephes.2.Ipsum dedit caput super omnē,&c.

Qui est de terra,de terra est:& de terra loquitur.

HIc ostendit rationē quantùm ad doctrinam.Et primò ostendit modum doctrinæ Christi & eius altitudinē. Secūdò, diuersitatem recipiētium vel nō recipientiū ipsam doctrinā ibi [Et testimonium eius nemo accipit,&c.] Circa primū duo facit.Primò proponit conditionē doctrinæ Ioannis. Secūdò conditionem Christi ibi [Qui de cœlo venit,&c.] Circa primū sciendum est,q̄ homo per loquelam suam maximè cognoscitur.Mat.22. Loquela tua manifestum te facit.Et Mat.12.Ex abundantia cordis os loquitur. Et inde est q̄ conditio doctrinæ attenditur secundum conditionē suæ originis.Sic ergo ad cognoscēdum conditionē doctrinæ Ioannis con sideremus primò cōditionem suæ originis. Vnde dicit [Qui est de terra.] scilicet Ioannes:nō solùm materialiter:sed etiam actiuē:quia corpus eius virtute creata formatū fuit Iob.4.Qui habitant domos luteas,& terrenū habent fundamentum.Secūdò consideremus eius cōditionem,quæ terrena est.Vnde dicit [de terra est.] id est, terrenus.Et ideò tertiò doctrina eius describitur.Vnde dicit [De terra loquitur.] id est,de terrenis.Isai.29.De terra loqueris & de humo,&c. Sed quomodò de terra loquitur qui fuit spiritusancto repletus, est adhuc ex vtero matris suæ?Respondeo secundum Chriso. dicēdum q̄ Ioannes de terra se loqui dicit in cōparatione ad Christi doctrinam:quasi dicat ea quæ loquitur parua & humilia sunt qualia decēs est suscipere terrestrem naturam in comparatione ad illum : in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientię Dei absconditi (vt dicitur Collossen.2.Isaiæ 55.Sicut exaltantur cœli à terra: ita exaltatæ sunt viæ meæ,&c.) Vel dicendum secundum Augusti.& melius q̄ considerandum est in quolibet homine quid habeat ex se.& quid ex alio. Ioannes autem & quilibet homo purus ex se habet q̄ sit de terra. Et ideò quantùm ad ipsum pertinet:non habet q̄ loquatur nisi de terra:& si aliqua diuina loquitur: hoc habet ex diuina illuminatione. Ecclesiastic.34. Cor tuum quasi fantasias patitur,nisi ab omnipoten te fuerit eiusia visitatio.Vnde & Apostolus dicit primę Corinthiorum 15.Non autem ego,sed gratia Dei mecum est.Matthęi decimo. Non enim vos estis qui loquimini:sed spiritus, &c. Sic ergo quantū ad Ioannem pertinet de terra est,& de terra loquitur. Si quid autem diuinum in eo fuit,non recipientis est: sed illuminantis est.

Qui de cœlo venit super omnes est: & quod vidit & audiuit,hoc testatur.

HIc proponit conditionem doctrinæ Christi. Et circa hoc tria facit.Primò enim ostendit conditionem originis,quę cœlestis est. Vnde dicit [Qui de cœlo venit, &c.] Licèt enim corpus Christi materialiter de terra fuerit actiuè, tamen de cœlo venit inquantùm virtute diuina corpus eius formatum fuit. Venit etiam de cœlo:quia persona æterna & increata filij de cœlo venit per carnis assumptionem.Supra eodem.Nemo ascendit in cœlum,&c.Secundò ostendit dignitatem suæ conditionis:quæ altissima est.Vnde dicit [Super omnes est.] Et hoc expositum est suprà. Tertiò conclu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit dignitatem doctrinæ suæ, quæ certissima est. [Quia quod vidit & audiuit hoc testatur.] Christus enim inquãtum est Deus, est ipsa veritas, sed inquãtum homo est testis veritatis. infr. 19. In hoc natus sum & ad hoc veni: vt testimonium perhibeã veritati. Ideò testimonium perhibet de seipso. infr. 4. Testimoniũ perhibes de teipso. Sed testatur terra: quia quæ audiuit. infr. 8. Ego quæ vidi apud patrem. & quæ audiui. infr. 8. Ego quę audiui à patre meo, &c. & 1. Ioã. 1. Quod vidimus & audiuimꝰ. Sed nota, quòd aliter habetur cognitio rei per visum, & aliter per auditum. Nam per visum habetur cognitio rei, per ipsam rẽ visam, sed p audiũ non cognoscitur res p ipsam vocem audità, sed p intellectũ loquẽtis. Quia ergo Dñs habet scientiã accepta à patre. Ideò dicitur. [Quod vidit] inquãtũ procedit de essentia patris, [& audiuit] inquãtum ꝓcedit vt verbũ intellectus paterni, sed quia in reb' intelligẽtibus, aliud est eorũ esse, & aliud eorum intelligere. Ideò aliter accipitur ab eis cognitio per visum, & aliter per auditum. Sed in Deo patre idẽ est esse, & intelligere. Ideò in filio idẽ est videre, & audire. Similiter etiã quia in videte non est ipsa essentia rei in se, sed similitudo eius, similiter & in audiẽte non est ipsa cõceptio loquẽtis, sed signũ ipsius. Ideò videꝫ nõ est ipsa essentia rei in se, nec audiẽs est ipsum verbum. In filio autẽ est ipsa essentia patris accepta per generationem & est ipsum verbum. Et ideò in ipso idẽ est videre, & audire. Et hoc sic concludit Ioãnes, quòd ex quo doctrina Christi altior & certior est, quàm mea. Ideò magis audiendus est Christus, quàm ego.

LECTVRA VI.

Et testimonium eius nemo accipit.

SVPRA Ioan. Bapt. cõmendauit Christi doctrinam. Hic verò agit de diuersitate recipiẽtium. Vnde tractat de fide adhibẽda ipsi doctrinæ. Et circa hoc tria facit. Primò ostẽdit raritatẽ credentium. Secundò credendi debitum ibi. [Qui autem acceperit.] Tertiò fidei præmium ibi. [Quę credit in filium, &c.] Dicit ergo, dico, ꝙ Christus certã scientiam habet, & vera loquitur, tũ licèt pauci testimoniũ eius accipiãt, nõ propter hoc doctrinæ ipsius derogatur. Quia hoc nõ est ex parte eius, sed ex parte eorum, qui nõ recipiunt. s. discipulorũ Ioã. qui nõ dum credebãt, & Phariseorũ, qui ipsius doctrinę detrahebãt. Et ideò dicit. [Et testimonium eius nemo accipit.] Hoc autẽ, quod dicit. [Nemo,] põt dupliciter exponi. Vno modo. [Nemo.] i. pauci, etsi aliqui accipiant, & quòd aliqui accipiant ostendit subdens.

Qui autem accepit eius testimoniũ, signauit: quia Deus verax est.

HOc modo loquẽdi vsus est Euangelista cũ dicit. suprà primo. In propria venit, & sui eum, &c. Quia pauci eum receperunt. Alio modo: quia accipere eius testimonium est credere in Deum. Sed nullus potest credere ex seipso, sed ex Deo. Ephe. 2. Gra saluati estis, &c. Et ideò dicit. [Nemo accipit] s. ex se nisi donetur sibi à Deo. Vel aliter consuetum est in scriptura diuina populo loqui de duobus. Quia quãdiu sumus in hoc mũdo, mali sunt ꝑmixti bonis. Et ideò scriptura aliqñ loquitur de populo referẽdo intẽtionẽ suã ad malos. Aliqñ ad bonos. Et hic modus loquẽdi habetur. Hie. 26. Nã primò dicit oĩs populus, & sacerdotes quærebãt occidere Hieremiã, referẽs intẽtionem suam ad malos, & postea ſtatim dicit, ꝙ oĩs populus quęrebat eũ liberare, loquẽs de bonis. Eodẽ modo & Ioan. Bapt. habẽs oculos suos ad finiſtrã. i. ad malos dicit. [Et testimoniũ eius nemo accipit.] Et ex alia referens ad dexteram. i. ad bonos dicit. [Qui autem acceperit eius testimonium, &c.] Vbi ostẽdit debitum fidei, quod est ponere se veritati diuinæ. Et circa hoc quatuor facit. Primò ꝓponit diuinã veritatẽ. Secundò subdit diuinæ veritatis denunciationẽ ibi. [Quẽ enim misit Deus, &c.] Tertiò insinuat denunciandi facultatem ibi. [Non enim ad mensuram, &c.] Quartò assignat facultatis rationem ibi. [Pater diligit filium, &c.] Debitum autem fidei est: vt homo veritati diuinæ se supponat. Et ideò dicit, ꝙ si pauci testimonium eius accipiunt, tamẽ aliqui accipiunt. Vnde dicit. [Qui autem acceperit eiꝰ testimonium.] i. quicúnq; sit ille [signauit.] i. signum quoddam in corde suo ponere debet, seu posuit, ꝙ ipse Christus est Deus. [Et est verax.] Quia ipse dicebat se esse Deum, quòd si non esset, non esset verax. Cùm tamen scriptum sit. Rom. 3. Est autẽ Deus verax, &c. De isto signaculo dicitur Cantico. 7. Pone me vt signaculum, &c. Et 1. Thim. 2. Firmum fundamentum Dei stat habens signaculum, &c. Vel secundum Chrisosto. [signauit,] id est, monstrauit. [Quia Deus,] scilicet pater [verax est.] Quia scilicet misit filium suum, quem promisit mittendum. Quod ideò dicit Euangelista vt ostendat eos, qui non credunt Christo veritatem patris negare. Et ideò ſtatim subdit diuinæ veritatis commendationem dicens.

Quem enim misit Deus: verba Dei loquitur.

QVasi dicat hoc signauit, quòd Christus cuius testimonium accipit [quem Deus misit: verba Dei loquitur.] Et ideò qui credit ei, credit patri. infr. 8. Ego quæ audiui à patre, &c. Vnde non loquebatur nisi patrẽ, & verba patris: quia missus erat à patre, & quia ipse est verbum patris. Vnde etiã cum se loqui patrem loquitur. Vel si hoc, quod dicit, [quòd Deus verax est] referatur ad Christum. Datur intelligi distinctio personarum, cũ enim pater sit Deus verax, & Christus est verax Deus, sequitur, ꝙ vetus Deus misit Deum verum distinctum ab eo in persona, nõ in natura. Denunciandi autem facultas subest Christo maxima: quia non ad mensuram recipit spiritum. Et ideò dicit.

Non enim ad mensuram dat Deus spiritum.

POsses enim dicere, ꝙ licèt miserit eum Deus, tamen non omnia à Deo loquitur, sed aliqua. Nã & Prophetę aliquãdo quidẽ locuti sunt ex spiritu suo. Aliquãdo verò ex spiritu Dei. Sicut. 2. Reg. 7. legitur de Nathã Propheta, ꝙ ex spiritu suo loquens consuluit Dauid, ꝙ ædificaret tẽplum, quod quidem postmodum ex spiritu & nutu diuino retractauit. Sed hoc ostẽdit Baptista locũ nõ habere in Christo. Quia Prophetæ quidem accipiunt spiritum Dei mẽsuratè. Inquãtum ad aliquid, nõ quãtum ad omnia. Et ideò non quantũ ad omnia verba Dei loquuntur. Christus autẽ qui absq; mẽsura, & quãtum ad oĩa spiritum recepit, ideò quantum ad oĩa verba Dei loquitur. Sed quomodò spiritussanctus datus ad mensurã est, sic immensus secundum illud. Cant. Acha. Immẽsus pater, immẽsus filius, immẽsus spiritussanctus. Responsio. dicẽdum, ꝙ spiritussanctus datur ad mẽsuram, non quãtum ad essentiã suã, & virtutẽ eius, secundum ꝙ est infinitus, sed quãtum ad dona, quę dãtur mẽsurato. Ephe. 4. Vnicuiq; nostrũ data est gratia secundũ mensurã. Notandum autẽ, ꝙ hoc, qđ dicitur hîe de Christo, ꝙ nõ ad mensurã dedit ei Deus pater spiritũ, põt dupliciter intelligi. Vno modo intelligitur de Christo secundum ꝙ Deus. Alio modo secũdum ꝙ homo. Ad hoc eñ datur alicui aliquid. vt habeat illud. Habere autẽ spiritũsanctum, cõuenit Christo, & inquantũ Deus, & inquãtum hõ, & sic secũdum vtrũq; habet spiritũsanctum. s. inquantum hõ, habet spiritũsanctum vt sanctificantẽ. Isa. 61. Spiritus Dñi super me eò, ꝙ vnxerit me. s. hominẽ. Inquantũ verò Deꝰ habet spiritũsanctum vt manifestatẽ tantũ. sed̃m ꝙ ab eo ꝓcedit. Ioan. 12. Ille me clarificabit. i. manifestabit: quia de meo accipiet. Sic ergo vtrò que modo. s. inquantũ Deus, & inquãtũ homo. s. Christus habet spiritũsanctum. nõ ad mẽsurã. Nã Christo inquãtum Deus, dicitur Deus pater dare spiritũsanctum, nõ ad mẽsurã. Quia dat ei virtute & potestatẽ spirandi spiritũsanctum, qui cũ sit infinitus, in infinitũ dat ei pater, quę quidẽ pater dat ei sicut ipse habet vt. s. sicut ab eo ꝓcedit, ita & à filio, & hoc dedit ei ꝑternã generationẽ. Similiter & Christus inquãtum homo, nõ ad mensuram habuit spiritum. Nã hoĩbus datur spiritussanctus ad mẽsurã, quia gratia eiꝰ ad mẽsurã eis datur, sed Christoꝰ inquantũ non hõ ad mẽsurã recepit gratiã. Et ideò non ad mẽsurã recepit spiritũsanctum. Sed notãdum, ꝙ in Christo est triplex gratia. s. vnionis singularis psonæ, quæ est habitualis, & capitis quæ est influẽtiæ. Et quãlibet istarũ recepit Christus nõ ad mensurã. Nã gratia vnionis, quæ nõ est habitualis, sed quoddã gratuitum donum datur Christo. vt. s. humana natura Christi vnita sit filio Dei in psona, quæ quidẽ vnio gratia dicitur, ꝙ nullis præcedẽtibus meritis hoc habuit. Natũralis autẽ diuinitas infinita est: vnde ex ipsa vnione accepit donum infinitum. Sic ergo nõ ad mẽsurã recepit spiritũsanctum. i. donum & gratiã vnionis quæ spirituisancto attribuitur inquantum gratuita. Gratia autẽ habitualis dicitur sc̃dm ꝙ ãa Christi plena fuit gratia & sapiẽtia, sc̃dm ꝙ dicitur supr. 1. Vidimus eũ quasi vnigenitũ à patre plenum gratiæ, &c. De qua quidẽ gratia, dubium esse põt an receperit eã non ad mẽsurã. Cũ enim hmõi gratia sit donum tũ, confiteri oportet, ꝙ habeat essentiã finitã. Quod qdẽ quantum ad essentiã sc̃dm ꝙ quid creatũ est, ipsa gratia habitualis finita fuit. Sed tamẽ Christus dicitur eam recepisse nõ ad mensurã triplici rõne. Primò qdẽ ex pte recipiẽtis, manifestum est vniuscuiúsq; naturæ capacitatẽ esse finitã: quia etsi infinitũ bonum recipere possit cognoscendo, & amãdo, & fruẽdo, tũ ipsum recipit fruendo finitè. Est autẽ cuiuslibet creaturę secundum suã speciẽ, & naturã, determinata capacitatis mẽsura, quæ tamẽ diuinæ potestati non præiudicat quin posset aliã creaturã facere maioris capacitatis, sed iam nõ esset eiusdem naturæ secundum speciem. Sicut si ternario adderur vnitas, erit alia species numeri. Quãdo igitur alicui naturæ nõ datur de bonitate diuina quanta est capacitas naturalis speciei suæ: videtur ei secundum aliquãdo mensuram donatum. Quãdo verò tota naturalis capacitas nõ impletur: videtur ei secundum mensurã donatum. Quia etsi sit mensura ex parte capacitatis, non est tamen mẽsura ex parte datis, qui totum paratus est dare, sicut si aliquis vas ad fluuium deferẽs absque mensura, inuenit ibi aquam paratam, quãuis ipse cũ mensura accipiat propter vasis determinatam quantitatem. Sic igitur gratia Christi habitualis finita quidem est secundum essentiam, sed infinitè, & non secundum mensuram dicitur dari: quia tantùm ei datur, quantum natura creata capere potest. Secundò verò ex parte doni recepti. Nam omnis forma seu actus secundum rationem suam consideratus, non est finitus eo modo, quo finitur per subiectum, in quo recipitur, sed nihil prohibet illum secundam suam essentiam finitum esse, inquãtùm esse suum est in aliquo receptum. Illud enim secundum essentiam suam infinitum est: quod habet totam plenitudinem essendi: quod quidem soli Deo conuenit, qui est sũ esse. Si autẽ ponatur aliqua forma spiritualis esse: nõ in subiecto existẽs. puta albedo vel color: nõ quidem haberet essentiam infinitã: quia essentia eius esset determinata ad genus vel speciẽ. Nihilo minùs tamen totã plenitudinẽ illius speciei possidet. vnde secũdum rationẽ speciei absq; termino vel mensura esset, habẽs quicquid ad illam speciẽ pertinere potest. Si autẽ in aliquo subiecto recipiatur albedo, vel color, nõ habet semper totũ quicquid pertinet ad rationẽ formæ huius de necessitate, & semper: sed solùm quãdo sic habetur. sicut perfectè haberi potest: ita. s. modus habendi adæquat rei habitæ potestatẽ. Sic igitur gratia Christi habitualis finita quidẽ fuit secũdum essentiã: sed tamen dicitur absq; termino & mẽsura fuisse: quia quicquid ad rationẽ gratię poterat pertinere, totũ Christus accepit. Alij autẽ nunc totũ accipiunt: sed vnus sic, & alius sic. Diuisiones enim gratiarum sunt. 1. Corinthiorum 12. Tertiò autẽ ex parte causæ. In causa enim quodammodò habetur effectus. Cuicúnque ergo adest causa infinitæ virtutis ad influendum, dicitur habere illud quod influitur absque mensura & aliquo modo infinitè: puta si quis haberet fontem: qui aquam infinitam posset extrahere, diceretur absque mensura aquã habere. Sic anima Christi infiuitam & absq; mensura gratiam habet, ex hoc ipso ꝙ habet verbũ sibi vnitũ: quod est totius emanationis creaturarũ infinitũ & indeficiẽs principium. Patet autem ex his quæ dicta sunt: ꝙ gratia ipsius Christi, quæ dicitur capitis secundum quòd Christus est caput ecclesiæ, est infinita quantũ ad influentiam. Ex hoc eñ ꝙ habet vnde effunderet absq; mensura. Spiritus dona accepit virtutẽ effundendi ipsa absq; mensura. vt. s. gratia Christi nõ solùm sufficiat ad saluẽ hominum aliquorũ: sed hominũ totius mundi secundum illud 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: & nõ pro nostris tantũ: sed etiam totius mundi. Ac etiam plurium mundorum si essent. Habet etiam Christus denunciandi veritatẽ diuinam oportunã facultatẽ, quia omnia sunt in potestate eius. Vnde dicit.

Pater diligit filium: & omnia dedit in manu eius.

QVod quidem potest referri ad Christũ secundum ꝙ homo, & secũdum quod Deus: sed aliter & aliter. Si enim referatur ad Christũ secũdum naturã diuinam, tunc diligit: nec designat principium sed signũ. Nõ enim possumus dicere ꝙ pater omnia filio dat: quia diligit eum propter duo. Primò, quia diligere est actus voluntatis: dare autẽ naturã filio est generare ipsum. Si ergo pater daret voluntate naturã filio: voluntas patris esset principium generationis filij: & sic sequeretur ꝙ pater generaret filiũ voluntate & nõ natura quod est hæresis Arrianæ. Secundò autẽ quia dilectio patris ad filium, est spiritussanctus. Si ergo dilectio patris ad filiũ esset ratio quare dedit omnia pater in manu filij, sequeretur ꝙ spiritussanctus esset principium generationis filij. quod est incõueniens. Dicẽdum est ergo ꝙ licèt [diligit] importet signũ tantùm: vt dicatur ꝙ dilectio perfecta, qua [pater diligit filium] est signũ ꝙ pater dedit omnia in manu eius: quæ. s. pater habet. Matthæ. 11. omnia mihi tradita sunt, &c. infra 13. Sciens ꝙ omnia dedit ei pater in manus. Si referatur autẽ ad Christũ secundum quod homo sit [diligit] dicit rationẽ principij vt dicatur. Pater omnia in manu filij tradidisse. s. quæ in cœlis, & quæ in terris sunt secũdum illud Mat. vltim. Data est mihi omnis potestas, &c. Hebr. 1. Quem constituit hæredem vniuersorũ. Et huius traditionis ratio est: quia diligit eum. Vnde dicit [pater diligit filiũ] Dilectio enim patris ratio est creandi quamlibet creaturam. Sapien. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti, &c. De dilectione autem filij habetur Matth. 3. Luc. 3. Hic est filius meus, &c. & Philippen. 1. Transtulit nos in regnum charitatis suæ, id est, filij sui dilecti, &c. Consequenter cùm dicit.

Qui credit in filium, habet vitam æternam.

OStendit fructũ fidei. Et primò ponit fidei præmiũ. Secũdò infidelitatis suppliciũ ibi [Qui autẽ incredulus est, &c.] Sed præmiũ fidei est inæstimabile. qa vita æterna, & ideò dicit [Qui credit in filiũ habet vitã æternam.] Et hoc ex præmissis ostẽdit. Si pater omnia dedit filio. s. quæ habet: & ipse habet vitã æternã: ergo & filio dedit vt sit vita æterna, infra 5. Sicut pater habet vitã in semetipso, sic dedit & filio, &c. quod quidẽ cõpetit Christo inquantũ est verus & naturalis Dei filius. 1. Ioan. vlti. Vt sitis in vero filio eius Iesu Christo. hic est verus Deus, & vita æterna [Qui credit in eum] habet illud in quod tendit. sipsum filiũ in quem credit: sed ipse est vita æterna: ergo qui credit in eum habet vitã æternam. Infra 10. Oues meæ vocem meam audiunt, &c. & ego vitam æternam, &c. Supplicium autem infidelitatis est intolerabile: & quantũ ad pœnam damni, & quantùm ad pœnam sensus. Quantùm quidem ad pœnam damni, quia priuatur vita. Vnde dicit.

Qui autem incredulus est filio: non videbit vitam: sed ira Dei manet super eum.

NOn autẽ dicit nõ habebit [sed nõ videbit] quia vita æterna in visione veræ vitæ cõsistit infra 17. Hæc est vita æterna: vt cognoscãt te solũ Deũ. &c. Quã quidẽ visionẽ & cognitionẽ incredulj nõ habebũt. Iob 20. Nõ videat riuulos lactis, &c. 1. dulcedinẽ vitæ æternæ. Dicit autẽ [nõ videbit.] quia videre vitã ipsam est propriũ præmiũ fidei formatę. Quantũ verò ad pœnã sensus ꝙ grauiter puniantur. vnde dicit [Sed ira Dei manet super eũ.] Ira eñ in scripturis pro afflictione, qua Deus malos punit accipitur. Vnde cùm dicit [Ira Dei patris manet super cũ.] Idẽ est ac si dicat. Sentiet pœnã à Deo patre: & licèt pater omne iudiciũ dederit filio vt dicit infra 5. tamen Baptista referret hoc ad patrem intendens per hoc Iudæos reducere ad credendũ filio. Et de isto iudicio dicitur Hebr. 10. Horrendum est incidere in manus Dei viuẽtis. Dicit autẽ [Manet super eum.] quia ista pœna nunq̃ ab incredulis desistet: & ꝙ omnes qui nascũtur in ista vita mortali habẽt secũ irã Dei, quã accepit primus Adam Ephes. 2. Eramus natura. i. per natiuitatẽ filij iræ: ab hac autẽ ira non liberamur nisi per fidem Christi. & ideò qui nõ credunt in Christum filium Dei, manet in eis ira Dei.

LECT. I. CAP. IIII.

Vt ergo cognouit Iesus: ꝙ audierũt Pharisæi, qđ Iesus plures discipulos facit, & baptizat quã Ioannes.



POSITA doctrina Christi de spirituali regeneratiõe & ꝙ Christus gratiã spiritualis regeneratiõis Iudæis cõmunicauerat. His cõsequẽter ostendit quomodò ipsa gratia etiã ad gẽtes deriuata est per Christũ. Salutaris autẽ gratia Christi deriuata est dupliciter in gentibus: per doctrinã, & per miracula. Mat. vlti. Illi autem profecti prædicauerũt vbiq;. Ecce doctrina Domino cooperãte sequẽtibus signis. Ecce miracula. Primò ergo ostẽdit futurã gentium conuersionẽ per doctrinã. Secundò futurã gentiũ conuersionẽ per miracula ibi [Post duos autẽ dies, &c.] Circa primũ duo facit. Primò præmittit quædã præambula ad doctrinã. Secũdò proponit doctrinã & eius effectũ ibi [Respõdit Iesus & dixit ei: si scires donum Dei.] Quantũ ad primũ tria præambula præmittit. vnũ ex parte ipsius docẽtis. Secũdò ex parte eius de quo doctrina erat ibi [Erat autem ibi fons Iacob.] Tertiũ ex parte psonę audiẽtis ibi [Venit mulier de Samaria, &c.] Ex parte autẽ docẽtis præambulũ est eius accessus ad locũ doctrinę. Et ideò dicit [Vt ergo cognouit Iesus, &c.] Vbi tria facit. Primò innuit terminũ à quo recedit: qa à Iudæa. Secundò terminũ ad quẽ accedit in Galilæã. Tertiò, insinuat medium per quod trãsit: qa per Samariã. Quantũ ad primũ ponit primò causam recessus de loco in quo erat. Secũdò exponit quędã dicta in causa assignata ibi [Quanquã Iesus nõ baptizaret, &c.] Tertiò describit recessum Christi à Iudæa ibi [Reliquit Iudæã, &c.] Dicit ergo [Vt cognouit Iesus ꝙ audierũt Pharisæi, &c.] Volens ostẽdere Euãgelista, ꝙ postꝙ Baptista reprehẽsit discipulorũ suorũ inuidiã, Christus declinauit Phariseorũ malitiã. Sed cũ dicatur Eccl'. 23. Domino Deo nostro nota sunt omnia anteq̃ fiant. Et Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Quærendũ videtur quomodò Iesus dicitur aliqd de nouo cognoscere. Ad quod dicendũ est, ꝙ Iesus virtute diuinitatis suæ ab æterno cognouit omnia præterita, præsentia, & futura: vt prędictę auctoritates ostẽdũt: sed inquantũ homõ aliqua de nouo cognouit scientia experimẽtali, & de hac dicitur hîc [Vt cognouit Iesus.] Postq̃ fuit ei nunciatũ [quia audierũt Pharisæi, &c.] Et hanc cognitionẽ Christus de nouo accipere voluit dispẽsatiue, ad ostendendũ veritatẽ humanæ naturæ: sicut & multa alia humanę naturæ propria voluit facere & pati. Sed quid est hoc ꝙ dicit [Quia audierũt Pharisæi ꝙ Christus plures discipulos, &c.] Cũ ad eos non pertineat. Nam ipsi Ioannẽ persecuti sunt, nec ei credebãt. Vt dicitur Mat. 21. Cũ dñs quæreret baptismũ Ioannis vnde esset. Dicebãt intra se. Si dixerimus de cœlo. Dicet nobis: Quare ergo nõ credidistis? &c. Nõ ergo crediderũt Ioanni. Sed ad hoc est duplex respõsio. Vna ꝙ ipsi discipuli Ioannis qui supra quæstionẽ concitauerãt contra Christũ: erant Pharisæi vel Pharisæis confœderati. Vnde Mat. 9. dicitur quod Pharisæi simul cũ discipulis Ioãnis proposuerũt quæstiones cõtra discipulos Christi. Et secũdum hoc cõcludit Euãgelista [Vt ergo cognouit Iesus: quia audierũt, &c.] id est, postquã intellexit quæstionẽ & cõmotionẽ discipulorũ Ioannis: qui erat Pharisæi vel Pharisæis cõfœderati super baptismo suo, & discipulorum eius. [Reliqui, &c.] Vel dicẽdum ꝙ Pharisæi propter inuidiã turbati sunt de prædicatione Ioannis. Vnde suaserũt Herodi vt caperet eum. Et hoc patet Mat. 17. Vbi cũ Christus lcqueretur de Ioãne dicit Helias, iam venit, & fecerũt in eum quæcũq; voluerũt. Et postea subdit. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Vbi Glosa dicit, ꝙ Pharisæi incitauerũt Herodẽ ad incarcerationẽ Ioannis & mor-

Universidad de Deusto Biblioteca

tem. Videtur ergo probabile, quòd similiter mouerētur cōtra Christum, ex hoc, quòd prædicabat. Et hoc est, quod dicitur [audierūt.] s. ad prosequendum Pharisęi inuidi, & persecutores Christi [quia Iesus, &c.] De isto auditu dicitur Iob 28. Perditio & mors dixerunt auribus nostris, audiuimus facta eius. Sed boni audiunt ad obediendū. Psal. Ecce audiuimus eum in effrata, & postea sequitur. Adorabimus in loco, &c. Audierūt inquā duo. s. ꝙ plures discipulos faceret, quàm Ioan. quod quidem iustum erat & rationabile: quia vt dicitur supr. 3. Christum oportet crescere, & Ioan. minui. aliud, quòd [baptizabat.] Et hoc meritò qa ipse mundat. Psal. Laua me Dñe ab iniustitia mea. & alibi. Exurge Dñe. s. baptizando in præcepto, quod mandasti. s. de baptismo: & synagoga per baptismum congregatorum circundabit te. Consequenter cùm dicit.

Quāquàm Iesus non baptizaret, sed discipuli eius.

EXponit, quod suprà dixerat de baptismo Christi, quòd audierūt Pharisæi, &c. Sed Aug. dicit hic apparere incōueniens. Nā supra dixerat, & baptizat, hîc verò quasi corrigens id vtpotè falsum dicit [quāquā Iesus non baptizaret.] Et ad hoc est duplex responsio. Vna Chrisosto. ꝙ hoc, quod dicit Euāgelista: verum est, ꝙ Christus nō baptizauit aliquē. Illud autem, quod supra dictum est. s. baptizat, intelligendum est secundum famā currrentē ad Pharisæos, ꝙ Christus baptizaret, ꝙ aliqui venientes ad ipsos Pharisæos dicerent. Vos inuidebatis Ioā. quòd discipulos habeat, & baptizabat: sed ecce quòd hic. s. [Iesus.] plures discipulos facit quā Ioan. & baptizat. Quare ergo sustinetis eum? Et ideò nō dicit Euangelista ex se, ꝙ baptizat, sed quòd audierunt Pharisæi, & ideò falsum rumorē populi Euāgelista corrigere volens dicit. Verum est, ꝙ audierunt Pharisæi, ꝙ Christus baptizat, sed est falsum. Tamen subdit, [quāquā Iesus nō baptizaret, sed discipuli eius.] Ideò autē secundum Chrisost. Christus nō baptizauit: quia in omni baptismate, quo Ioan. & discipuli baptizauerunt per totum tempus ante Christi pasionem, nō dabatur spiritussanctus, sed ad hoc erat: vt assuescerent homines ad baptismum Christi & congregarentur ad prædicationem: vt ipse dicit. Inconueniens esset, ꝙ Christus baptizaret si non daretur in illo baptismo spiritussanctus, qui non dabatur ante Christi pasionem: quia vt dicitur. infr. 7. Nondum erat spiritus datus qa nōdum Iesus erat, &c. Sed secundū Aug. dicēdum est & verius, quòd discipuli baptizabant baptismo Christi aqua. s. & spiritu qui in ipso baptismo dabatur. & etiam ipse Christus baptizabat, & non baptizabat, baptizabat quidem: quia ipse mundabat interius, sed non baptizabat: quia ipse non tingebat aqua exterius. Nam discipuli præbebāt mysterium per ablutionem corporis, Christus verò præbebat spiritum interius mundantem. Vnde ipse propriè baptizabat. supr. primo. Super quē videris descendentē, &c. Hic est qui baptizat, &c. Ad hoc ergo, quòd Chriso. dicit, quòd nondum erat spiritus datus, &c. Dicendum, quòd non erat datus visibilibus signis, sicut post resurrectionem Christi, datus est discipulis, sed tamē datus est, & dabatur per internam sanctificationē credētibus. Per hoc autem, quòd Christus nō semper baptizauit dat nobis exemplū, quòd maiores ecclesiarum Prælati in his quæ per alios fieri possunt, non occupētur, sed ea minoribus facienda relinquant. 1. Cor. 1. Non enim misit Christus baptizare, &c. Si autem quæritur an discipuli Christi baptizati fuerint. Dicendum secundum August. ad Stelentium, quòd baptizati fuerint baptismo Ioan. quia aliqui ex discipulis Christi fuerant discipuli Ioan. siue quod magis credibile est baptismo Christi, neque enim ministerio baptizādi defuisse creditur: vt haberet baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret. Et hoc intelligendum est per hoc, quod dicitur Ioan. 17. Qui lotus non indiget, &c. & postea sequitur, & ideò vos mundi, &c. Cōsequenter Christi recessum ponit dicens.

Reliquit Iudæam.

ET hoc triplici de causa. Vna vt subtraheret se inuidiæ Pharisæorum, qui ex his quæ audierant de Christo turbabantur, & persecutionem parabant, dans nobis exemplum vt per mansuetudinem malis cedamus ad tempus. Eccle. 7. Nec strues ligna in ignem illius. Alia de causa vt ostenderet non esse peccatum persecutores fugere. Matth. 10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliā. Tertia causa est quia nōdum venerat tempus suæ pasionis infr. 7. Tempus meum nondum aduenit, &c. Est autem & alia causa propter ministerium. Nam per huius recessum significauit, quòd discipuli propter persecutionem relicturi erant Iudæos, & ituri ad Gentes. Consequenter cùm dicit.

Et abijt iterum in Galilæam.

OStendit locum ad quem accesit. Dicit autem [iterum] quia supra secundam fecerat mentionē de quodā alio descēsu Christi in Galilæam, quo post miraculum nuptiarū descēdit Capharnaum. Quia ergo alij tres Euangelistæ nō faciunt mētionē de illo descēsu primo. Ideò Euāgelista: vt det intelligere, ꝙ alij Euangelistę omnia quę dixerant vsq; ad illud capitulum dimiserunt, & ex hoc loco ipse historiā eis contēporaneā texere incœpit. Dicit [iterum.] Per Galilæam enim secundum aliā interpretationem intelligitur Gētilitas, ad quā Christus à Iudæis vadit, interpretatur enim Galilæa transmigratio, secundum vnā interpretationem, per Galilæam intelligitur cœlestis gloria. Nam Galilęa reuelatio interpretatur. Consequenter cùm dicit.

Oportebat autem eum transire per Samariam.

DEscribit medium per quod trāsit, & primò in generali. Secūdò in speciali ibi. [Venit ergo in ciuitatē, &c.] Medium autē per qđ trāsit abiens in Galilæā est Samaria. Et iō dicit. [Oportebat eum trāsire per Samariā.] Dicit autem [oportebat] ne videat contrarius suæ doctrinæ. Nā Mat 10. præcepit discipulis dicens. In viā Gētium ne abieritis. Quia ergo Samaria terra Gentium erat. Ideò ostēdit, ꝙ non ex proposito, sed ex necesitate illuc iuit. Dicit [oportebat.] Et ratio huius necesitatis erat: qa Samaria erat sita media inter Iudæā, & Galilæam. De ista Samaria sciendum est, ꝙ summus Rex Israel cōstituit ciuitatem in monte vno, quā Samariam nominauit, quæ erat quasi sedes regni Metropolis, & ideò tota regio ab hac ciuitate Samaria vocabatur. Vnde hoc, quod dicitur hic [oportebat eum trāsire per Samariam] nō est intelligendum per ciuitatē illum tansitum esse facturū, sed per regionē. Et iō speciale mediū describens subdit.

Venit ergo in ciuitatē Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo.

IDest, regionis Samariæ quę dicitur [Sichar.] Sichar enim idē est, ꝙ Sichē, secūdum aliud nomē. de qua ciuitate habetur Gen. 34. ꝙ Iacob iuxta eā tetēdit tētoria sua, & propter raptum Dinæ filiæ suę à filio Regis Sichē, duo filij Iacob indignati occiderūt hoīes ciuitatis illius, & sic cesit in possesionem Iacob, & habitauit ibi fodiēs in ea puteos. Postmodum verò circa mortē suam dedit eā Ioseph filio suo secundum ꝙ legitur. Gen. 48. Dabo tibi partem vnam extra fratres tuos, &c. Et hoc est, quod dicit. [Iuxta prædium.] i. agrū. [quod dedit Iacob filio suo.] Ideò autē hæc oīa diligenter Euāgelista narrat: vt ostendat, ꝙ omnia quæ contigerunt circa Patriarchas fuerunt ducentia ad Christum, & quòd Christus signatus est per eos, & ab eis secundum carnem descendit. Consequenter cùm dicit.

Erat autem ibi fons Iacob.

POnit præābulum doctrinæ ex pte rei, de qua doctrina tradenda erat & hoc cōgruenter. Nā doctrina futura erat de aqua & fonte spirituali, & iō fit hîc mētio de fonte materiali, qui est Christ⁹. Psal. Apud te est fons vitæ. s. spiritussanctus. q est spiritus vitæ. Itē fons est baptismus. de quo dicitur Zach. 10. Erit fons patens domui Iacob in ablutionē, &c. Circa hoc tria facit. Primò describit ipsum fontem. Secundò sesionē Christi sup eum. Et tertiò sesiōis tps designat. Fontē quidē describit cū dicit. [Erat autē ibi fons Iacob.] Sed contra. infr. dicitur puteus altus est. Non ergo erat fons. Sed dicendū scđm Aug. ꝙ fons erat & puteus. oīs enī puteus fons est, sed nō cōuertitur. Nā vbi aqua de terra scaturit fons est. Siquidē aliqs in supficie terræ scaturit fons tm̄ dicitur. Si verò in alto, & in profundo scaturit, ita puteus vocatur, vt nomē fontis nō amittat. Dicitur autem fons Iacob: quia ipse puteum illum foderat in terram illam propter defectum aquæ: vt dicitur. Gen. 34. Sesionem Christi innuitur cùm subdit.

Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.

OStendit infirmitatē quāquā esset virtutis īmensæ, nō ꝓpter defectum virtutis, sed vt ostēderet veritatē naturæ assumptæ. Nā scđm Aug. Iesus fortis est: quia in principio erat verbū, sed infirmus est: qa verbum caro factum est. Christus ergo volēs ostēdere veritatem humanæ naturæ permittebat eā agere & pati, quæ sunt propria hoīs: volēs etiā ostēdere in se veritatē diuinæ naturæ faciebat & operabatur ꝓpria Dei. Vnde qñ retrahebat ī fluxu virtutis diuinæ à corpore esuriebat & fatigabatur, qñ verò ipsam virtutē diuinā corpori exhibebat sine cibo nō esuriebat, & in laborib⁹ nō fatigabatur. Mat. 40. ꝙ ieiunauit quatuor diebus & 40. noctibus, &c. Ex hoc autem, ꝙ Iesus fatigatus est ex itinere, datur nobis exēplum non refugiēdi laborem. propter salutem aliorum. Psalm. Pauper sum ego, & in laboribus à iuuētute mea. Similiter etiam datur exemplum paupertatis: quia sedebat sic. i. super nudam terram. Mysticè autem sesio humilitatem pasionis Christi significat. Psalm. Tu verò cognouisti sesionem meam. i. pasionem. & resurrectionem meam. Itē significat auctoritatem docendi: quia loquitur tanquàm potestatem habens: vnde dicitur. Mat. 7. quòd sedens docebat eos. Tempus autem determinatur cùm subdit.

Hora autem erat quasi sexta.

ET ratio huius determinationis asignat literalis & mystica. Literalis quidem: vt ostendat causam fatigationis, nam in calore, & sexta hora diei homines magis fatigantur ex labore. Item vt ostendat causam sesionis, libēter enī homines in æstu, & calore diei iuxta aquas quiescunt. Mystica autem causa asignatur triplex. Vna, quia Christus in sexta ætate sæculi in mundū venit carnē assumēs. Alia, quia sexto die homo factus est, & in sexto mense conceptus est Christus. Tertia quia in sexta hora sol in alto existit, & non restat nisi vt declinet. Sol autē quātū ad hoc pertinet temporalem prosperitatem significat. secūdum illud Iob. 31. Si vidi solem cùm fulgeret, &c. Tūc ergo Christus venit quando prosperitas mundi in alto erat. i. in cordibus hominum per amorem florebat: sed per eum amor, à cordibus hominum declinare debebat. Consequenter cùm dicit.

Venit mulier de Samaria haurire aquā Dixit ei Iesus.

POnitur præambulum ex parte audientis. Et circa hoc tria facit. Primò ponitur persona cui exhibetur doctrina. Secundò innuitur præparatio eius ad doctrinam: ibi. [Dixit ergo ei mulier illa Samaritana.] Persona autem cui exhibetur doctrina, est mulier Samaritana. vnde dicit [venit mulier de Samaria haurire aquam]. Mulier ista significat ecclesiā gētiū nondū iustificatam: quæ idolatria detinebantur: sed tamen per Christum iustificandam. [venit] autē ab alienigenis. s. à Samaritanis: quæ alienigenæ fuerant, licèt vicinas terras incolerent: quia ecclesia de gentibus aliena à genere Iudæorum ventura erat ad Christum. Mat. 8. Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent, &c. Hæc autem mulier præparatur ad doctrinam per Christum cùm dicit.

Da mihi bibere.

ET primò dat ei occasionem quærendi. Secundò Euangelista interpouit quærēdi oportunitatē ibi. [Discipuli autem eius, &c.] Occasio autē & præparatio mulieris fuit petitio Christi: vnde dicit. [Da mihi bibere.] Petit nāmq; potum. & quia sitiebat aquam propter estum diei, sitiebat salutem hominis propter amorē eius. Vnde in cruce pendens dixit. Sitio. Oportunitatem autem quærendi à muliere habuit Christus, quia nō erant ibi discipuli eius, à quibus quæreret aquam. Et ideò dicit Euangelista quòd.

Discipuli enim eius abierunt in ciuitatem, vt cibos emerent.

VBi tria de Christo nota: scilicet eius humilitatem in eo, ꝙ solus relinquebatur. dabat enim in hoc exēplū discipulis suis omnē superbiam conculcare. Sed quæreret fortasse aliquis, quæ necesitas fuerat assuescere discipulos ad humilitatem, qui piscatores & humiles extiterant, & tabernaculorū factores. Sed aduertere debent qui talia dicunt, ꝙ repentè piscatores huius facti sunt reuerētiores omnibus regibus, facundiores Philosophis & rhetoribus, & familiares domini orbis terrarū: & tales sic repētè ꝓmoti consueuerūt superbire: vtpotè inexpertes ad tantū honorē. Secundò nota Christi parsimoniam. Nā ita parum curabat de cibis: ꝙ nihil comestibile secū ferebat. Tertiò etiam nota ꝙ dimiserūt eum solum in cruce. Isa. 63. Torcular calcaui solus, &c.

Dixit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodò tu Iudæus cùm sis, bibere à me posis: quæ sum mulier Samaritana?

PRæparauit dominus mulierem ad recipiēdū spiritualem doctrinam, dando ei occasionem quærendi. Hîc consequenter ponitur quæstio: secundò asignatur ratio quæstionis ibi. [Non enim coutūtur, &c.] Sciendū est autē, ꝙ dominus petierat à muliere potū intendens magis de spirituali, quā de corporali potu. Mulier verò potum spiritualē nondū capiens, intēdebat solū de corporali: & ideò respōdet, [Quomodò tu Iudæus cū sis: bibere à me poscis quę sum mulier Samaritana? &c.] Christ⁹ Iudæus erat: quia & de Iuda ꝓmissus. Gen. pen. Nō auferetur sceptrū de iuda. & de Iuda natus. Heb. 7. Manifestū est, ꝙ ex Iuda ortus sit dominus noster. Cognoscebat autē mulier Christum esse Iudæū ex habitu. Nā sicut dicitur Numeri. 15. Dominus præcepit, ꝙ Iudæi portarent fimbrias iacintinas in quatuor angulis vestium suarum: vt per eas discernerentur ab alijs populis. Cōsequenter asignatur ratio quæstionis: siue, ab Euāgelista secundum glo. siue à muliere, secundum Chrisostomum cùm dicit.

Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.

SCiendum est autem circa hoc, ꝙ sicut dicitur. 4. Reg. 18. Propter peccata populi Israël. s. Christū tribuū: qui colebant idola ducti sunt in captiuitatem à Rege Assyriorū in Babylonē: & ne Samaria absque habitatoribus remaneret: fecit ibi gentes ex diuersis locis ductas habitare: & cùm ibi essent: volens dominus ostēdere, ꝙ nō propter imbecilitatē suæ virtutis: sed propter Iudæorū malitiā tradidit eos immisit ipsis gentibus leones, & sæuas bestias, quæ eos lædebāt. Quę vbi nūciata sunt Regi Assyriorū, habito ex cōsilio, ꝙ hoc ideò eis cōtingeret, qa nō seruabāt legitima Dei terræ: misit ad eos sacerdotē quēdā ex Iudęis traditurū eis Dei legē secūdū legē Moysi. Vnde & isti licèt nō essent ex populo Iudæorū, seruabāt tamē legē Moysi: sed cū Deo vero colebāt ydola: nec Prophetis attēdebāt, & vocabant se Samaritanos à ciuitate Samariæ, quæ erat sita in monte Somer. 3. Reg. 16. Reuertētib⁹ ergo Iudæis ex captiuitate in Hierusalē semper infesti fuerūt & cōtrarij: & sicut dicitur in Esdra impediebāt eos ædificare tēplū & ciuitatē. & licèt Iudæi vitarēt oēs alias natiōes: specialiter tamē vitabāt istos nec in aliquo coutebant̄ eis: & hoc est, qđ dicit. [Nō enim coutunt̄ Iudæi Samaritanis.] Nō dicit, ꝙ Samaritani nō coutant̄ Iudæis: quia libēter voluissent adiūgi & couti Iudęis: sed Iudæi eos repellebāt: secūdū illud. Deut. 7. Non inibis cū eis fœdus, &c. Sed si nō erat fas Iudæis couti Samaritanis: quare Deus petebat à Samaritana potū? Ad quod secundū ꝙ dicit Chriso. posset aliquis dicere, ꝙ dominus sciebat eā nō sibi traditurā potū: & ideò petiuit. Sed hoc non sufficit, quia petēs, quod nō licet à peccato nō est immunis quantū in se est quin scandalizet: etsi nō detur ei, quòd ipse petit. Et ideò dicendū est, ꝙ sicut dicitur. Mat. 12. Filius hominis est dominus etiā sabbini, vnde tanquā dominus legis poterat vti, & nō vti lege, & obseruantijs, & legalibus secundum ꝙ sibi expediēs videbatur: & quia imminebat tempus quo gentes vocarentur ad fidem ipsis gentibus coutebatur. Consequentur cùm dicit.

LECTVRA II.

Respondit Iesus, & dixit ei. Si scires donum Dei: & quis est qui dicit tibi: da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo: & dedisset tibi aquam viuam.

NARRAT Euāgelista ipsam doctrinā spiritualē. Et 1. ponitur ipsa doctrina 2. effectus doctrinæ ibi. [Et cōtinuò venerūt discipuli eius.] Circa primū duo facit. Primò ponit summariè totā doctrinā. 2. explicat eā p partes: ibi. [Dixit ei mulier. Domine neq; in quo haurias, &c.] Dixit ergo tu miraris, ꝙ ego Iudæus potum petij à te Samaritana: sed nō debes mirari: quia ad hoc veni vt etiā gētibus potū darē. & ideò dixit. [Si scires donū Dei: & quis est qui dicit tibi, &c.] Et vt incipiamus ab vltimo, requirendū est quid intelligitur p aquā. Et dicendum, ꝙ per aquā intelligitur gratia spiritussancti: quæ quidē quādoq; dicit̄ ignis, quādoq; aqua: vt ostēdat̄, ꝙ nec hoc, nec illud dicit secundū substātiæ ꝓprietatē: sed secūdū similitudinē actionis. Nā ignis dicit̄, quia eleuat cor per feruorē, & calorē. Rom. 12. Spiritu feruētes, &c. & quia cōsumit peccata. Cant. 8. Lampades eius lampades ignis, &c. Aqua verò dicitur ꝓpter purgationē. Eze. 36. Effundam super vos aquā mundā, & mundabimini, &c. & propter refrigerationē ab estibus tentationū. Eccl. 3. Ignē ardētem extinguit aqua. Et propter satietatem cōtra sitim terrenorū & quorūcūq; tēporalium. Isa. 55. Omnes sitientes venite ad aquas, &c. Est autem duplex aqua. s. viua, & nō viua. Nō viua quidē est quæ nō cōtinuat̄ suo principio vnde statuitur: sed collecta de pluuia seu aliunde, in lacunas & cisternas à suo principio separata seruat̄. Viua autē aqua est quæ suo principio cōtinuat̄ & effluit. Secūdū hoc ergo gratia spiritussancti rectè dicitur aqua viua: quia ita ipsa gratia spiritussancti datur homini, ꝙ tamen ipse fons gratiæ datur. s. spiritussanctus: imò per ipsum datur gratia. Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritūsanctū, &c. Nā ipse spiritussanctus est fons indeficiens: à quo oīa dona gratiarū effluunt. Cor. 12. Hæc oīa operat̄ vnus atq; idem spiritus, &c. Et inde est, ꝙ si aliquis donū spiritussancti habeat: & nō spiritū aqua nō cōtinuatur suo principio: & ideò est mortua & non viua. Iac. 2. Fides sine operibus mortua est. Sic ergo patet quid per aquā intelligatur. Sed cōsequēter ostēditur, ꝙ ad habēdū aquā viuā. i. gratiā in adultis per desiderium peruenitur. i. per petitionē. Psalm. Desideriū pauperū exaudiuit dominus: quia absq; petitione & desiderio non datur aliter gratia. Vnde dicimus, ꝙ in iustificatione impij requiritur liberum arbitrium ad detestandū peccata: & ad desiderandum per gratiam: secundū illud Mat. 7. Petite, & accipietis. Intantùm enim requiritur desideriū: quòd etiam ipse filius ad petendum inducitur. Psalm. Postula à me, & dabo tibi. Vnde nec aliquis contradicens gratiæ eam recipit: nisi prius reducatur ad desiderium gratiæ: sicut patet in Paulo: qui antequā gratiam reciperet, reductus est ad desiderium gratiæ dicens. Domine quid me vis facere? Act. 9. Et inde est, quòd signanter dicitur. [Tu forsitan petisses ab eo.] Et dicit [forsitan] propter liberū arbitriū, quo homo aliquando desiderat, & petit gratiam, aliquando non. Sed ad petendum gratiam incitatur desiderium hominis ex duobus. s. ex cognitione desiderandi boni: & ex cognitione datoris. Et ideò duo cognoscenda proponit. Primò, scilicet ipsum donum. Vnde dicit [Si scires donum Dei.] quod est omne bonum desiderabile: quod est à spiritusancto. Sap. 8. Scio ꝙ nō possum esse cōtinēs, &c. Et hoc donū Dei est, &c. Secūdò, ꝓponit ipsum datorē. Vnde dicit [& quis est qui dicit tibi, &c.] s. si scires eum qui dare potest: qui sum ego. Infrà 15. Cū venerit paraclytus: quē ego mittam, &c. Psal. Dedit dona hominibus. Sic ergo hæc doctrina est de tribus, scilicet de dono aquæ viuę: de petitione ipsius doni: & de datore eius. Et ideò cùm dicit.

Dixit ei mulier: Domine: neque in quo haurias habes: & puteus altus est. Vnde ergo habes aquā viuam?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nunquid tu maior es patre nostro Iacob: q dedit nobis puteũ: & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?

DE ipsa doctrina tractat explicitè quantũ ad hæc tria. Et primò quantùm ad donũ. Secundò quantũ ad petitionẽ: ibi [Dicit ei mulier. Domine vt video Propheta es tu.] Tertiò quantũ ad datorem: ibi [Dicit ei mulier scio, ꝙ Messias venit, &c.] Circa primum duo facit. Primò explicat donũ ostendẽdo eius virtutẽ. Secũdò agit de perfectione ipsius doni: ibi [Dicit ei mulier. Domine da mihi hanc aquã, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponitur inquisitio mulieris. Secundò responsio Christi: ibi [Respondit Iesus, & dixit ei. Omnis qui biberit, &c.] Circa primũ sciendum est ꝙ mulier ista Samaritana verba quæ dominus specialiter intelligebat: carnaliter accipiebat: quia erat animalis. 1. Corint. 2. Animalis homo nõ percipit. Et ideò verba quæ dominus dicebat quasi incõuenientia, & impossibilia argumento quodam vtens, infringere conabatur hoc modo: tu promittis mihi aquã viuã: aut ergo de isto puteo: aut de alio. Sed nõ de isto ꝙ [Nec in quo haurias habes: & puteus altus est.] De alio autẽ non videtur credibile ꝙ dare possis quia [nõ maior es patre nostro Iacob qui dedit, &c.] Primò ergo prosequẽtes primum videamus hoc, quod dicit [Domine neq; in quo haurias habes.] i. hauritorio cares, quo aquã de puteo extrahere possis. [& puteus altus est.] s. vt absq; hauritorio manu nõ possis attingere propter altitudinem, seu profunditatẽ putei, intelligitur sacræ scripturæ profunditas & sapientiæ diuinæ. Eccle. 7. Alta profunditas & quis, &c. Hauritoriũ autẽ quo aqua sapientiæ salutaris hauritur, est oratio. Iacobi 1. Si quis indiget sapientia postulet à Deo. Secundum ostendit cùm dicit [Nunquid tu es maior patre nostro, &c.] quasi dicat. Nunquid meliorẽ aquam habes ad dandum nobis: quàm Iacob? Dicit autẽ patrem suum Iacob: nõ ꝙ Samaritani de genere sint Iacob: vt ex supradictis apparet: sed quia legẽ Moysi habebant, & quia intrauerunt terrã Suei Iacob repromissam. Cõmendat autem mulier ista, puteum istum ex tribus. Primò ex auctoritate dantis. Vnde dicit [patre nostro Iacob qui dedit, &c.] Secũdò ex suauitate aquę, & dicit ꝙ [ipse Iacob & ex eo bibit, & filij eius] Nisi enim fuisset suauis nõ ipsi bibissent, sed pecoribus eam tradidissent. Tertiò ex vbertate cũ dicit [& pecora eius.] quia enim erat suauis nisi fuisset vberrima: non dedissent eam pecoribus. Sic & sacra scriptura magna est auctoritate: quia à spiritusancto est data. Delectabilis est suauitate. Psal. Quam dulcia sunt faucibus meis eloquia tua. Iterũ fœcũda est vbertate, quia non solùm sapientibus: sed etiam insipientibus communicatur. Consequenter cùm dicit.

Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: Qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo ei: non sitiet in æternum.

POnitur responsio dñi vbi explicat virtutẽ suæ doctrinæ: & primò quantũ ad hoc ꝙ dixerat eam esse aquã. Secũdò quantũ ad hoc ꝙ dixerat eã esse aquã viuã ibi. [Sed aquã quã ego dabo ei, &c.] Ostendit autẽ ꝙ doctrina sua sit optima aqua, ex hoc ꝙ habet aquæ effectum. s. ꝙ auferat sitim multò amplius quã aqua ista corporalis. ostẽdens se in hoc esse maiorẽ, quã Iacob. Et ideò dicit [Respondit Iesus & dixit ei.] quasi dicat. Tu dicis, ꝙ Iacob dedit vobis puteum: sed ego dabo aquam meliorẽ. Quia [omnis q biberit ex hac aqua.] s. corporalis vel carnalis cupiditatis & cõcupiscentię. licèt ad horam sedetur appetitus, tamẽ sitiet iterum. quare insatiabilis est delectationis appetitus. Prouer. 23. Quando euigilabo, & rursus vina reperiã. Sed qui biberit ex hac aqua.] s. spirituali. [quam ego dabo & non sitiet inęternum. Isa. penul. Serui mei bibẽt, & vos sitietis. Sed cõtrà. Eccle. 24. dicitur q bibunt me adhuc sitiẽt. Quomodò ergo nõ sitiet inæternum qui biberit ex hac aqua. s. diuina sapientia. Cũ ipsa sapiẽtia dicat. Qui bibunt me adhuc sitient. Sed dicendum, ꝙ vtrũq; verum est: quia qui bibit ex aqua quam Christus dat, & sitit adhuc, & nõ sitit, sed qui bibit ex aqua cœli sitiet iterum, & hoc propter duo. Primò quia aqua materialis & carnalis nõ est perpetua, nec causam perpetuam habet, sed deficiẽtem. Vnde & effectus oportet, ꝙ cesset. Sap. 5. Transierunt hæc omnia quasi vmbra, &c. Aqua verò spiritualis causam perpetuam habet. s. spiritũsanctum, qui est fons vitæ nunquam deficiens, & ideò qui ex ea bibit nõ sitiet in æternum, sicut qui haberet in ventre fontem aquæ viuæ non sitiret vnquam. Alia ratio est quia differentia est inter rem spiritualem, & temporalem, licèt enim vtérque generet sitim, tamen aliter & aliter: quia res tẽporalis habita causat quidẽ sitim nõ suijpsius, sed alteri⁹ rei. Spiritualis verò tollit sitim alterius rei, & causat suijpsius sitim. Cuius rõ est: quia res tẽporalis antequã habeatur, extimatur magni pretij, & sufficiẽs. Sed postq iã habetur: qa nec tãta, nec sufficiẽs ad quietandũ desiderium inuenitur, iõ nõ satiat desiderium qn ad aliud habẽdum moueatur. Res vero spiritualis nõ cognoscitur nisi cùm habetur. Apocal. 3. Nemo nouit nisi qui accipit. Et iõ nõ habita nõ mouet desiderium, sed cùm habetur & cognoscitur, tunc delectat affectum, & mouet desiderium nõ quidẽ ad aliud habẽdum, sed qa impfectè pcipitur propter recipiẽs impfectionẽ, mouet vt ipsa pfectè habeatur. Et de hac siti dicitur in Psal. Sitiuit aĩa mea ad Deum fontẽ viuũ. Sed hæc sitis in mundo isto vsquequáq; nõ tollitur: qa bona spiritualia in vita ista pcipere nõ possumus, & iõ qui biberit ex hac aqua, adhuc qdẽ sitiet eius pfectionẽ, sed non sitiet in æternũ: quasi ipsa aqua deficiat: quia vt dicitur in Psal. Inebriabuntur ab vbertate domus tuę. In vita autẽ gloriæ vbi beati pfectè bibunt aquã diuinæ gratię, nõ sitiẽt in æternum. Matt. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. s. in mundo isto. quia saturabuntur in vita gloriæ. Consequenter cùm dicit.

Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

OStendit doctrinã suã esse aquã viuã ex motu ipsius aquæ. Vnde dicit, ꝙ est fons decurrẽs. Psal. Fluminis impetus lętificat ciuitatẽ Dei. Sed alius est cursus aquæ materialis. s. deorsum. Alius istius spiritualis quia ducit sursum, & iõ dicit, dico, ꝙ talis est aqua materialis, ꝙ nõ tollit sitim, [sed aqua quã ego do,] non solum sitim aufert, sed est viua: qa est cõiũcta fonti. Vnde dicit, ꝙ fiet [in eo fons.] Fõs inquã perducẽs p bona opera ad vitã æternã. Ideò dicit [aquę salietis.] i. salire faciẽtis [ĩ vitã æterna.] vbi nõ est sitis. Io. 7. Qui credit in me flumina de vẽtre eius. s. bonorũ desideriorũ de ventre eius fluẽt aquæ viuæ. Psal. Apud te est fons vitę. Cõsequenter cùm subdit.

Dixit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquã: vt non sitiam, neque veniam huc haurire.

AGitur de petitione doni. Et primò ponit percipiendi modum per ipsum donum. Secundò conuincit mulier ibi. [Dixit ei Iesus: bene dixisti. &c.] Modus percipiendi vt dictum est: est per orationẽ & petitionẽ. Et ideò primò ponitur petitio mulieris. Secũdò respõsio Christi: ibi. [Dixit ei Iesus vade, &c.] Quantũ ad primũ notãdũ, ꝙ mulier ista in exordio collationis mutuæ Christus nõ vocauit dominũ: sed simpliciter Iudæũ dicẽs. Quomodò tu Iudæus cũ sis, &c. Hîc verò statim cũ audit eũ fore sibi vtilẽ, & aquã dare posse dñm eũ vocat. Vnde [Dixit ad eum mulier. Domine da mihi hanc aquã.] Quia enim hoc carnaliter intelligebat: & duplici corporali necessitate tenebatur. s. sitis & laboris veniẽdo ad puteũ & portãdo: ideò aquã petens hæc duo allegat: dicẽs quò ad primũ [Vt nõ sitiã.] & quo ad secundum. [Neque veniã huc haurire.] Naturaliter enim homo laborem refugit. Psal. In labore hominum non sunt.

Dixit ei Iesus. Vade voca virum tuum: & veni huc.

HIc ponitur responsio domini. Sed sciendũ est, ꝙ dominus respõdebat spiritualiter: sed mulier intellexit carnaliter: & ideò potest hoc dupliciter exponi. Vno modo secundũ Chriso. qui dicit, quã dominus nolebat dare aquã spiritualis doctrinæ nõ sibi soli: sed specialiter viro suo: quia vt dicitur. 1. Cor. 11. Caput mulieris vir. Et ideò voluit: vt præcepta Dei ad mulieres per virum deuenirẽt. 1. Cor. 14. dicitur, ꝙ si mulier aliquid addiscere vult domi virũ interroget. Et ideò dicit. [Vade & voca virũ tuũ, & veni huc.] & tunc cũ eo, & per eũ dabo tibi. Alio modo secũdũ Aug. exponitur mysticè. Nã sicut de aqua dñs figuratiuè loquebatur, ita de viro. Vir aũt iste secũdũ Aug. est intellectus. Nã volũtas parit, & cõcipit vi apprehensiua mouente eã. vnde volũtas est sicut mulier. Ratio verò mouẽs voluptatẽ est vir eius. Quia ergo mulier. i. volũtas prõpta erat ad recipiendũ: sed non mouebat̃ ab intellectu & ratione, vt specialiter hoc intelligeret: sed adhuc sub sensu detinebatur. Ideò dominus dixit ei. [Vade.] Tu sensualis. [voca virum tuum.] i. rationabilem intellectum aduoca: quo spiritualiter & intelligibiliter intelligas, quod modò carnaliter sapis (& veni huc.) Intelligendo ducta ratione.

Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum.

HIc conuincitur à Christo mulier. Et primò ponitur eius respõsio 2. ei⁹ cõtestatio qua cõuicit̃ à Christo ibi. [Bene dixisti.] Circa primũ sciẽdũ est, ꝙ mulier turpitudinem suam occultare volẽs, & Christũ sicut purũ hoĩem credẽs. licèt verũ respõderit Christo, tñ fictè, & occultè dedecus suũ tacebat: qa hoc dicit̃ ĩ Prouer. Mulier fornicaria quasi sterc⁹, &c. Et ideò [Rñdit & dixit: virũ nõ habeo.] & verũ erat: qa licèt ante plures habuerit. s. qnq; nũc verò nõ legitimũ habebat virũ: sed cuidã adhæserat: & ideò conuincit̃ à dño. Vñ dicit.

Dixit ei Iesus. Bene dixisti: quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes nõ est tuus vir. Hoc verè dixisti.

SCilicet legitimũ [quinq; enim viros habuisti] ante ipsum. [& nũc quẽ habes.] i. hoc modo vteris vt viro. [nõ est tu⁹ vir: hoc verè dixisti:] quia virũ nõ habes. Ideò aũt dixit ei dñs ea quæ ab ea nõ didicerat, & occulta sibi videbant̃: vt mulierẽ ad spiritualẽ intelligẽtiã reducat, & credat in Christo aliquid diuinũ esse. Mysticè autem quinq; viri sunt quinq; libri Moysi: quia Samaritani (vt dictũ est.) eos recipiebãt: & ideò dicit [quinq; enim viros habuisti: & hũc quẽ habes.] i. quẽ audis. s. Christum nõ est tuus vir: quia nõ credis. Sed vt dicit Aug.

dicit Aug. hæc expositio nõ est bona: qa mulier ista dimisis quinq; viris venit ad hũc quẽ habebat: sed isti qui veniũt ad Christũ, nõ dimiserũt quinq; libros Moysi. Et ideò aliter dicendũ, ꝙ [quinq; viros habuisti.] i. quinq; sensus, quibus vsque modo vtebaris: sed hunc quẽ habes. s. rationẽ errãtẽ qua spiritualiter dicta adhuc carnaliter intelligis. [non est tuus vir.] legitimus, sed adulter: & ideò tolle istũ adulterum errorem, qui te corrumpit. Et [voca virum tuum.] i. intellectum vt intelligas me.

Dixit ei mulier. Domine, video quia Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis, quia Hierosolimis est locus, vbi adorare oportet.

HIc agitur de petitione qua donum & quæ est oratio. Et 1. ponitur quæstio mulieris de oratione. 2. responsio Christi ibi. [Dixit ei Iesus: mulier crede mihi.] Circa primũ duo facit mulier. Primò, confitetur idoneitatẽ Christi ad respondendũ quæstioni 2. quæstionem proponit ibi. [Patres nostri, &c.] Mulier autem ista audita quæ Christus de occultis ei manifestauerat: quẽ vsq; modo purũ hominem credidit: nũc Prophetã cõfitet̃ idoneũ ad satisfaciendum de dubijs. Hoc est ꝓpriũ Prophetarũ, vt absentia & incognita annuncient 1. Reg. 9. Qui olim dicebat Iudæus, nũc dicitur propheta. Et ideò dicit. [Domine vt video Propheta es tu.] quasi dicat in hoc ꝙ occulta mihi dicis ostenderis Propheta. In quo secũdũ Aug. patet, ꝙ cœpit ad eam venire vir: sed non plenè venit: quia dominũ Prophetã putabat. Licèt enim Propheta esset. Mat. 13. Nõ est Propheta sine honore, &c. tamẽ erat plus, quã Propheta: quia Prophetas ipse constituit. Sap. 1. In animas sanctas per nationes se trãsferũt, &c. Consequẽter ponit quæstionẽ de oratione dicens. [Patres nostri, &c.] In quo admirãda est mulieris diligentia: quia mulieres vtpotè curiosæ & infructuosæ & non solũ infructuosæ: & ociosæ. 1. Thim. 5. Non de mũdanis: nõ de futuris eũ interrogabat: sed de his quæ Dei sunt secundũ illud. Mat. 7. Primũ quærite regnum Dei. Et mouet primò quæstionem de his quæ in terra illa homines moueri consueuerant. s. de loco orationis, de quo quæstio vertebatur inter Iudæos & Samaritanos. Et hoc est, quod dicit. [Patres nostri in monte hoc adorauerũt: & vos dicitis, &c.] Circa quod sciendũ est, ꝙ Samaritani (secundum legis mandata) Deum colentes fecerũt templum, in quo cũ adorarent: non euntes in Hierusalem propter Iudæos eis infestos: quod quidẽ templũ fecerũt in monte garizim. Iudæi verò in mõte Syon. Vnde quæstio vertebatur inter eos quis istorum montiũ esset cõuenientior locus orationi: & vtríq; adducebãt rationes pro parte sua. Samaritani quidẽ dicebant magis in monte garizim esse adorãdũ: quia antiqui patres adorauerunt ibi dominum, & ideò dicit. [Patres nostri in monte hoc adorauerũt.] Sed quomodò dicit mulier. [Patres nostri.] cùm Samaritani nõ essent ex semine Israël? Ad hoc est responsio secundũ Chriso. ꝙ aliqui dicunt Abrahã in monte ilio filium obtulisse. Alij autem in monte Syon, vt habetur. Genes. 22. Vel potest dici, ꝙ [patres nostri.] intelligantur Iacob & filij eius: qui vt habet̃ Genes. 33. & dictũ est supra habitauit in Sicchem: quæ est sita iuxta montem garizim, & fortè ibi adorauerunt in monte dominũ. Vel potest dici, ꝙ filij Israël adorauerũt in monte hoc: quãdo Moyses præcepit vt ascenderent in montem garizim, ad benedicendum seruantibus mandata domini vt dicit. Deut. 6. Et vocat istos patres suos: vel propter legem datam filijs Israël: quã seruabãt Samaritani, vel propter terram eorũ quã inhabitabant: vt dictũ est supra. Iudæi autẽ dicũt orandũ esse in Hierusalẽ auctoritate domini qui præcepit. Deut. 12. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris: sed in loco quem elegerit dominus Deus tuus: qui quidem orationis locus primò fuit in Sylo: posteà verò auctoritate Salomonis & natham Prophetæ archa Dei portata est de sylo in Hierusalem: & ibi factum est templum secundum illud Psalm. Repulit tabernaculũ sylo. & postea sequitur: sed elegit tribũ Iuda in montem Syon quem dilexit. Sic ergo Samaritani adducebant pro se auctoritatem patrum. Iudæi verò auctoritatem Prophetarum quos Samaritani non recipiebant. Nunc ergo quæstionem mulier proponit, nec est mirandum à quo docta fuerit: quia cõmuniter contingit in terris, in quibus diuersa sunt dogmata, etiã simplices in eis sint instructi. Vnde quia Samaritani fuerãt in continuo iurgio cũ Iudæis: ideò mulieres & simplices in materia ista edocti erãt. Cõsequẽter cũ dicit.

Dixit ei Iesus: Mulier, crede mihi: quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem.

POnit responsio Christi: & primò distinguit trinã orationẽ. 2. cõparat eas adinuicẽ ibi. [Vos adoratis, quod nescitis.] Circa primum reddit primò mulierem attentã: vtpotè grãdia locuturus dicens. [Crede mihi] & fidem adhibe, quia vbique opus est fide. Heb. 11. Accedentẽ ad Deum oportet credere. Isa. 7. Nisi credideritis non intelligetis. Secundò proponit trinam adorationem: quarum duæ iam erant. iam alia verò expectabatur futura. Duarum autem quæ erant vna erat Samaritanorum qua orabant in monte garizim: & hanc exprimit dicens. [Veniet hora quando neque in monte hoc.] s. garizim [adorabitis.] Alia est Iudæorum qua orabat in monte Syon. s. in Hierusalem: & hanc exprimit dicens. [Neque in Hierusalem.] Tertia est futura, quæ expectatur: quæ est alia ab istis, & hanc insinuat excipiendo vtrãq; adorationẽ. Nã si veniet hora quãdo adorabunt, non tamen in monte garizim: neque in Hierusalem: manifestum est, quòd erit trina adoratio Christi euacuans vtrorũq; adorationem. Nam si aliquis vellet duos populos in vnum cõiũgere, oporteret in vtróq; remoueri illud, in quo ab inuicem dissiderent: & aliquid eis cõmune in quo conueniant concedere. Christus ergo volẽs cõiungere Iudæos & gẽtiles, remouit à Iudæis cerimonias, & à gentibus idolatriã: quæ duo erãt sicut paries vnus in quo vterq; adinuicem dissidebant: & fecit ex vtróq; populo vnũ populũ: secũdũ illud Ephé. 2. Ipse est pax nostra, &c. Sic ergo cessauit cerimonialis cultus, & idolatria gentiũ: & sic introductus est verus Dei cultus à Christo. Mysticè autẽ per tres adorationes intelliguntur diuinæ sapiẽtiæ tres participationes. Quidã nãq; participãt eam obnubilatã tenebris erroris: & isti adorant in monte: quia omnis error ex superbia causat̃. Hie. Ecce ego ad te mons pestifer. Quidam verò participãt ipsam diuinã sapientiã sine errore sed imperfectè: quia in speculo & enigmate: & isti adorant in Hierusalem, quæ significat præsentem ecclesiã. Psal. Edificãs Hierusalem dominus, &c. Beati verò & sancti participant illã sine errore perfectè: quia vidẽt Deum sicuti est: vt dicitur. 1. Ioan. 3. Et ideò dicit. [Venit hora.] i. expectabitur quando neq; in erroribus, neque per speculum & in enigmate participabitis diuinã sapientiam: sed sicuti est. Consequenter cùm dicit.

Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est.

COmparat prædictas adorationes adinuicẽ. Et primò cõparat secundam ad primã. Secundò tertiam ad primam & secundã ibi. [Sed venit hora.] Circa primum tria facit. Primò ostendit defectũ primæ adorationis. Secundò veritatem secundæ. Tertiò rationem vtriusq; assignat. Quantùm ad primũ dicit. [Vos adoratis, quod nescitis.] Sed videtur alicui, ꝙ dominus explicare debuisset veritatem quæstionis, & rationẽ mulieris exsoluere. Sed dominus de hoc nõ curat, quia vtrãq; adoratio cessare debeat. Quantũ autẽ ad hoc, ꝙ dicit. [Vos adoratis.] Sciendũ est, ꝙ Philosophus dicit alia est cognitio in rebus cõpositis: & aliter in simplicibus. Nã cõposita quidẽ possunt quãtũ ad aliquid cognosci: ita vt quãtũ ad aliquid in eis remaneant incognita. vnde potest de his haberi falsa cognitio. Sicut si aliquis habens veram cognitionem de animali quantum ad eius substantiã: tamen potest errare circa cognitionem accidentis: vtrũ. s. sit album vel nigrũ, & differẽtiæ vtrũ. s. sit alatum vel quadrupes. In simplicibus autem nullo modo potest esse falsa cognitio: quia aut perfectè cognoscuntur inquantũ scitur eorũ quidditas: aut nullo modo cognoscuntur: si non possit ad ea attingi. Cum ergo Deus sit omninò simplex, nõ potest de eo haberi falsa cognitio per hoc, ꝙ aliquid de eo sciatur: & aliquid nesciatur: sed per hoc ꝙ nõ attingitur: nescitur. Vnde quicũq; credit Deum esse aliquid quod nõ est: puta corpus vel aliquid huiusmodi non adorat Deum, quia nescit eum: sed aliquid aliud. Samaritani autem falsam opinionem habebant de Deo dupliciter. Primò quia extimabant eum esse corporeum, vnde & credebãt ipsum in vno loco corporeo tantũ determinatè ibiq; adorari oportere. Deindè quia non credebant eũ esse super oĩa, sed æqualẽ aliquibus creaturis. Vnde simul cũ eo & idola adorabãt quasi sibi æqualia: & ideò nesciebãt eũ: quia nõ attingebãt ad verã cognitionẽ eius. Et ideò dicit dominus. [Vos adoratis, qđ nescitis.] i. nõ adoratis Deũ, quia nescitis ipsum: sed fantasiã vestra qua aliqd apprehẽditis Deũ. Ephe. 4. Sicut & gẽtes ambulãt in vanitate sensus sui, &c. Quãtũ verò ad secũdũ. s. quãtũ ad diuersitatẽ adorationis Iudæorũ dicit. [Nos adoram⁹, quod scimus.] & cõnumerat se Iudæis quia & Iudæus erat secundum gentem: & etiam mulier opinabat̃ eum & Prophetam & Iudæum esse. [Nos adoramus, quod scimus.] quia Iudæi per legem & Prophetas verã cognitionẽ seu estimationem de Deo habebat: in hoc. s. ꝙ non credebant ipsum esse corporeum: nec in vno loco determinato esse: quasi eius maiestas à loco capi possit. 3. Reg. 4. Si enim cœli cœlorum te capere non possunt, &c. Nec etiam idola colebant, & ideò in Psalm. dicit. Notus in Iudæa Deus. Rationem autem huius assignat cùm dicit. [Quia salus ex Iudæis est.] Quasi dicat: ideò vera notitia, ideò habebatur solùm à Iudæis: quia futurum erat, quòd terrarum salus ex Iudæis prouenirct & sicut principium sanitatis debet esse sanum, ita principium salutis, quod habetur per Dei veram cognitionem & verum cultum: oportet veram cognitionem de Deo habere: & ideò quia ex eis principium salutis & causa, scilicet Christum prouenire debebat secundum illud Genesis vigesimosecundo. In semine tuo benedicentur omnes gentes. oportet Deum notum esse in Iudæa. Prouenit autem ex Iudæis salus tripliciter. Primò quantùm ad doctrinam veritatis: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes gentes erant in erroribus:Iudæi autem in veritate permanebant.Reg.3. Quid amplius est Iudæo, quia tradita sunt eis eloquia Dei:Secundò quantùm ad spiritualia dicta. Nam prophetica, & alia dona spiritussancti,priùs eis data fuerũt:& ex eis deuenerãt ad alios. Romanor. 11. Tu.s.gentilis cũ esses oleaster insertus es in illis.s.Iudæis.Roma. 15. Nam si spiritualium eorum.s.Iudæorum participes facti sunt gentiles.Tertiò quantùm ad ipsum salutis actorem: quia ex eis processit secundum carnem.Roma. 9. Ex quibus Christus secundum carnem.Consequenter cùm dicit.

Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate.

COmparat aliam adorationem duabus primis. Et primò ponit eminentiam eius ad alias.Secundò præeminentiæ conuenientiam ibi [Nam & pater tales quærit.] Sed attendendũ est circa primum secundum Orige.q̃ suprà loquens de tertia adoratione cũ dixit [Venit hora quando non in monte,&c.] non addidit dominus [& nunc est] Hic verò de ipsa loquens dicit [Venit hora & nunc est.] Quia tunc locutus est de adoratione in patria secundum quam perfectam Dei cognitionem participabimus: quæ nondũ viuentibus in hac carne mortali venit. Hic verò loquitur de ea quæ est in vita ista quæ iam venit per Christum. Et ideò dicit [Venit hora, & nunc est quãdo veri adoratores.] Quod potest legi primò quidem secundum Chrisostom.vt per hoc totum ostendatur eminentia istius adorationis ad adorationem Iudæorum:vt sit sensus: sicut adoratio Iudæorum præeminet adorationi Samaritanorũ:ita adoratio Christianorum præeminet ei quæ est Iudæorum: & hoc in duobus. Primò quia illa est secũdum carnales cerimonias.Hebr̃eo. 9.In iustitijs carnis vsq; ad tempus correctionis impositis: ad hoc autem secundum spiritum Secũdò verò:quia illa est secundũ figuras. Nam Deo illæ victimæ secundum q̃ sunt res:quædam non placebant.Vnde in Psal.dicitur.Nunquid manducabo carnes thaurorum,&c. Et alibi. Sacrificium dedissem vtiq; holocaustis nõ delectaberis-inquantùm, scilicet sunt res quædam. Sed delectabatur in eis inquantùm erant figura veræ victimæ & veri sacrificij.Hebræ.10.Vmbram habet lex futurorum bonorũ, non rerum ipsam imaginem, &c. Hæc autem adoratio est in veritate, quia ipsa secundum se Deo placet. supra 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.Et ideò quantùm ad primum dicit q̃ [veri adoratores adorabant in spiritu.] non in cerimonijs carnalibus.Quãtùm ad 2.dicit [in veritate.] nõ in figura. Secũdò potest legi q̃ dominus per hæc duo quæ dicit. l. [In spiritu & veritate.] vult ostẽdere differẽtiam huius adorationis: nõ tantùm ad illam Iudæorũ:verumetiam ad eam quæ erat Samaritanorũ. Ad illam quidẽ Iudæorũ per hoc quod dicitur [Et veritate.] Nam illa (vt dictũ est) cũ errore erat:quia adorabãt quod nesciebãt.Ista verò est cũ vera Dei cognitione. Tertio modo legitur vt per hoc qđ dicit [In spiritu & veritate.] ostendatur cõditio veræ adorationis.Ad hoc enim q̃ adoratio sit duo requirũtur.Vnũ,q̃ sit spiritualis.Vnde dicit [in spiritu.] id est,in feruore spiritus. 1.Corint. 14.Orabo spiritu,orabo & mente. Ephesio. 5.Psallentes in cordibus vestris Deo. Aliud q̃ sit in veritate.Primò quidem fidei quia nullus feruor spiritualis desiderij est ad merendum idoneus,niti adsit veritas fidei. Iacob.1.Postulet autem in fide nihil hęsitãs.2.verò [in veritate.] i.sine fictione & simulatione cõtrà quod dicitur.Mat.6.Amant in angulis orare:vt videantur ab hominibus.Sic ergo ad ipsam orationẽ requiritur feruor charitatis quãtum ad primum,& veritas fidei quantum ad secundũ,& rectitudo intẽtionis quãtum ad tertium. Sed dicit patrem:quia adoratio legis non erat patris,sed Dñi.Nos adoramus vt filij per amorẽ,illi verò adorabant vt serui per timorẽ.Sic ergo hoc, quod dicit [veri,] opponitur cõtra tria secũdum dictas expositiões. Primò cõtrà falsum adorationis ritũ Samaritanorũ.Ephe.4.Deponẽtes mendaciũ loquimini veritatẽ.Secundò cõtrà vanũ & trãsitoriũ, quod erat in cærimonijs carnalibus.Psal. Vt quid diligitis vanitatẽ. & quæritis mendacium.Tertiò contrà figurale.supr.1.Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.Consequenter cùm dicit.

Nam & pater tales quærit,qui adorent eum.

OStendit cõuenientiam tertiæ adorationis ex duobus. Primò ex voluntate & acceptione eius qui adoratur,secundò ex ipsius natura ibi [spiritus est Deus.] Circa primum sciẽdum est,q̃ ad hoc,q̃ homo mereatur,quod petit accipere,ea debet petere quę nõ sint cõtra volũtatẽ dantis,& eo modo quo acceptum est dati. Et ideò cùm oramus Deũ,esse debemus quales Deus quærit.Deus autẽ tales quærit qui.s.eũ adorent in spiritu & veritate, & in feruore charitatis & veritate fidei.Deut.10. Et non Israël quid Dominus Deus tuus petit à te,nisi vt timeas Dominum Deum tuum & ambules in vijs eius,& diligas eũ ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo: vt bene sit tibi,&c.Mich.6.Indicabo tibi ô homo quid sit bonum,& quid Deus requirat à te.Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo,&c.

Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum,in spiritu & veritate oportet adorare.

NAm sicut dicitur.Eccl.13. omne animal diligit sibi simile.ergo Deus intãtum diligit nos,inquãtum ei assimilamur,sed nõ assimilamur ei secundum carnalia:quia est incorporeus, sed secundum spiritualia:quia [Deus spiritus est.] Ephe.4.Renouamini spiritu mẽtis vestræ. Hoc autẽ,quod dicit [spiritus Deus est.] Denotat in Deo incorporeitatẽ.Luc.vlt.Spiritus carnẽ & ossa non habet. Itẽ viuificationem:quia tota vita nostra est à Deo: vt à principio effectiuo. Est etiã Deus veritas.infrà.Ego sum veritas & vita. Et ideò in spiritu & veritate oportet adorare eum.Consequenter cùm dicit.

Dixit ei mulier. Scio quia Messias venit,qui dicitur Christus.

AGit hoc de datore doni,q̃ respõdet ei,q̃ Dñs dixerat. [Si scires donũ Dei,& quis est qui dicit tibi. Da mihi bibere.] Et primò ponitur cõfessio mulieris, secũdò doctrina Christi ibi. [Ego sum q̃ loquor tecũ.] Circa primũ facit duo.Primò enim profitetur mulier fidẽ Christi vẽturi.Secũdò perfectionẽ doctrinæ eius ibi. [Cũ ergo venerit ille annunciabit vobis oĩa.] Sciendũ est ergo,q̃ mulier corũ quæ dicta sunt altitudine fatigata obstupuit,ea capere nõ valens. Dicit. [Scio q̃ Messias venit qui dicitur Christus.] q.d.ista verba non capio,sed veniet tempus qñ veniet Messias,& tunc sciemus oĩa ista. Messias enim Hæbraicè:vnctus Latinè,Græcè Christus est. Sciebat autẽ mulier ista Messiã venturum edocta per libros Moysi:vbi Christi aduẽtus prędicitur est.Gene.pen.Nõ auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de fœmore eius donec veniat q̃ mittitur,&c.Sicut autẽ Aug. dicit hæc est prima locutio mulieris in quo nominat Christum: vt det intelligere,quòd post quinq; sensus corporeos iã inciperet redire ad virum legitimum.Hic autem Messias cùm venerit perfectam doctrinam proponit cùm dicit.

Cùm ergo venerit ille,nobis nunciabit omnia.

ET hoc prædixerat Moyses Deut.18.Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorũ similẽ eis,& ponã verba mea in ore eius, loquetúrq; ad eos oĩa quæ præcepero illi.Et quia iam aduocauerat mulier ista virũ suũ intellectũ.s.& rationẽ:ideò dñs aquã doctrinæ spiritualis ei propinat optimè manifestando se ei. Et ideò dicitur.

Dixit ei Iesus:ego sum qui loquor tecum.

SIlicet Christus.Sap.6.Præoccupat eos qui se concupiscunt:vt illis se prior ostendat.infrà 14.Ego diligam eum,& manifestabo ei meipsum.Nõ autem Deus manifestauit se mulieri à principio: quia fortè credidisset,& visum fuisset sibi ex vanitate loqui.Nunc autem paulatim in cognitione Christi eam reducẽs oportunè reuelauit se ipsum.Prouer.25.Mala aurea in lectis argẽteis qui loquitur verbum in tẽpore suo.Et quidẽ interrogatur à Pharisæis vtrùm esset Christus infrà 10.Si tu es Christus dic nobis palam:& tamen eis nõ se manifestè reuelauit:quia non addiscendo quęrebant:sed ad tentandum. Hæc verò simplici mente loquebatur.

LECTVRA III.

Et continuò venerunt discipuli eius:& mirabantur, quia cum muliere loquebatur.Nemo tamẽ dixit:quid quæris,aut quid loqueris cũ ea? Reliquit ergo hydriã suam mulier,& abijt in Ciuitatem.

POSITA doctrina de aqua spirituali.Hic agit de effectu ipsi9 doctrinæ.Et primò ꝓponit ipsum effectũ.Secũdò ipsum effectũ manifestat ibi. [Interea rogabant eũ discipuli ei9.] Effect9 aũt huius doctrinæ est fruct9 ꝓuenies ex parte fidelũ.Et ideò primò ponit fructus ꝓuenies ex parte discipulorũ admirãtiũ. Secũdò fruct9 ꝓuenies ex parte mulieris virtutẽ Christi annũciãtis ibi. [Reliqt ergo idriã suã mulier.] Tria aũt ponunt quãtũ ad discipulos.s.eorũ redit9 ad Christũ.vnde dicit.[Et cõtinuò venerũt discipuli ei9.] Et vt dicit Chrisostis oportunè postquã se Christ9 mulieri manifestauit:discipuli occurrerũt:vt ostẽdant omnia tẽpora diuina ꝓuidẽtia dispẽsari.Sap.6. Vnumquódque fecit Deus:quia pusillum & magnum : & æqualiter est ei cura de omnibus:& in omni prouidentia occurret illis.Ecc.8. Omni negocio tempus est & oportunitas.Secũdò ponitur eorũ admiratio de Christo.Vnde dicit.[Et mirabãt quia cũ muliere loquebatur.] Mirabantur quidẽ bonũ.sed nõ suspicabant malũ.vt Aug. dicit.Mirabant autẽ duo.Primò quidẽ superabundantẽm Christi mãsuetudinem & humilitatem: quia dominus orbis terrarũ dignatus est eũ inope muliere loqui & diu:dãs in hoc nobis exẽplũ humilitatis.Eccl.4.Cõgregationi pauperũ affabilẽ te facito 2.quia cũ Samaritana & alienigena loquebatur nescientes mysteriũ:q̃ mulier typũ ecclesiæ gẽtiũ gereret:quam quærebat qui venit quærere,& saluũ facere,quod perierat.Luc.19.tertiò ponitur eorũ reuerẽtia ad Christũ,quæ ostendit ex taciturnitate eorũ. In hoc enim ostendimus reuerentiam ad Deũ quando facta eius discutere nõ audemus Prou.25. Gloria Dei est celare verbũ,& gloria regũ inuestigare sermonem.Et ideò dicit,q̃ licẽt mirarentur. [Nemo tamen dixit quid quæris,aut quid loqueris eũ ea.] Eccl.2.audi tacens & pro reuerẽtia accedet tibi bona gratia.Sed tamen sic eruditi erant discipuli ordinem seruare: ex reuerentia & timore filiali ad Christum aliquando quidẽ confidẽter eũ interrogant.i.de his quæ ad eos pertinebant.s.quãdo Christus aliqua proponebat ad eos pertinẽtia,quæ eorũ capacitatẽ transcendebant.Eccl.3.Adolescens vix loquere in causa tua. Aliquando verò eũ nõ interrogare in his.s.quæ ad eos nõ ptinebant-sicut hîc.Consequenter cùm dicit.Reliquit ergo idriam suam mulier & abijt in ciuitatẽ.Ponitur fructus prouenies ex parte mulieris officium Apostolorum annunciando assumẽtis:& ponuntur tria quæ colligi possunt ex dictis & factis eius.s.deuotionis affectus,secundò prædicationis modus ibi. [Dicit illis hominibus.Venite & videte hominẽ,qui dixit mihi omnia quæcũq; feci.] tertiò prædicationis effectus ibi. [Et exierunt de ciuitate & veniebant ad eum.] Affectus autẽ mulieris apparet ex duobus.Primò ex hoc q̃ præ magnitudine deuotiõis illud pro quo specialiter venerat ad fontem:quasi oblita dereliquit aquã.Vnde dicit.q̃ [reliquit mulier idriam suam,& abijt in ciuitatẽ annunciare,&c.] s.magnalia de Christo:non curans de corporeo cõmodo ꝓpter vtilitatẽ aliorũ.In quo sequitur Apostolorũ exemplũ: qui vt dicitur.Matth.14. Relictis retibus secuti sunt dominum. Per idriam autem intelligitur cupiditas sęculi,per quam de profundo tenebrarum cuius imaginem puteus gerit.i.de terrena conuersatione homines hauriunt voluptates.Qui ergo cupiditates sæculi propter Deum derelinquũt:idriam derelinquunt.2.Thim.2.Nemo militãs Deo implicat se negocijs sæcularibus.Secundò verò apparet ex multitudine eorum quibus annunciat:quia non vni tantùm:nec duobus vel tribus,sed toti ciuitati.vnde [abijt in ciuitatem.] In quo significatur Apostolorum officium quibus cõmittit dñs.Mat.vlt.Eũtes docete omnes gentes infrà 15.Posui vos vt eatis,& fructum afferatis. Prædicationis autem modus innuitur cùm dicit.

Et dicit illis hominibus. Venite,& videte hominem qui dixit mihi omnia quæcúnq; feci.Nunquid ipse est Christus? Exierũt ergo de ciuitate, & veniebãt ad eum.

VBi primò inuitat Christi visionẽ cũ dicit. [Venite & videte hominẽ.] Audierat enim mulier ista à Christo q̃ ego sum Christus:sed nõ statim dixit,q̃ venirẽt ad Christũ seu crederent:ne daret occasionẽ blasphemandi:& ideò à principio dixit ea de Christo quæ credibilia erant,& in propatulo.s.q̃ esset homo. Phil.2.Et in similitudinẽ hominũ factus.Nec dixit credite:sed [Venite & videte.]quia manifestè nouerat,q̃ si gustarent de illo fonte eum videndo,eadem paterentur quæ & ipsa.Psal.Venite & narrabo quãta fecit aĩæ meæ. Nihilominus tamẽ in hoc veri prædicatoris imitatur exẽplũ:nõ ad se homines:sed ad Christũ vocando.1.Cor 2.Nõ enim prædicamus nosmetipsos sed Christum.Secundò ponit diuinitatis Christi indicium cũ dicit. [Qui dixit mihi oĩa quæcũq; feci.] s.quot viros habuerat.Hoc enim est diuinitatis officiũ & indiciũ,q̃ occulta & secreta cordiũ manifestet:& licẽt illa quæ fecerat ad confusionẽ suam pertinerẽt:nihilominus tamẽ nõ est verecũdata referre.Nã vt Chrisosto.dicit.Anima cũ ignita fuerit igne diuino ad nihil eorum quæ sunt in terra de reliquo respicit neque ad gloriã:nec ad verecũdiam: sed ad illã solã quæ detinet eam flammã.tertiò autẽ cõcludit Christi maiestatẽ dicẽs. [Nunquid nõ ipse est Christus?] Nõ est ausa asseren do ostẽdere,q̃ esset Christus:ne videret alios velle docere:& ipsi ex hoc irati exire ad eũ nollent.Neq; tamen totaliter hoc siluit:sed sub quæstione quasi hoc eorum iudicio cõmittẽs proposuit dicens.[Nũ quid nõ ipse est Christus?] (Hic enim facilior modus est suadendi.) Per hanc autem mulierem quæ infimæ conditionis est,signat Apostolorũ prædicantiũ modus:quia vt dicitur.1.Cor.1.Nõ multi sapiẽtes:nõ multi potẽtes secundum carnẽ,sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus:vt cõfundat sapiẽtes.Vnde Prouer.9.Ipsi Apostoli ancillæ dicũtur.Misit inquit sapientia diuina.s.filius Dei ancillas suas.s.Apostolos vocare ad artem.Fructus autẽ prædicationis ponitur ibi.[Et exierũr de ciuitate.] ad quam iuerat mulier.[& veniebãt ad ipsum.] s.Christũ.In quo datur intelligi,q̃ si ad Christũ ire volumus,oportet nos exire de ciuitate.i.amorẽ carnalis cupiditatis deponere.Heb.13. Exeamus ad eum extra castra,&c.Consequenter cùm dicit.

Interea rogabãt eũ discipuli,dicẽtes Rabi:mãduca.

MAnifestatur effectus spiritualis doctrinæ.Et primò ꝑ doctrinã Christi ad discipulos.Secundò per effectum operis in alios ibi. [Ex ciuitate autem illa multi crediderunt.] Circa primũ duo facit. Primò ponitur occasio manifestationis huius fructus,secũdò ponitur ipsa manifestatio ibi. [Ille autem dicit eis.Ego cibũ,&c.] Occasio autem manifestationis sumitur ex instãtia discipulorum:ad hoc vt Christus manducaret. Et ideò dicit. [Interea.] i.inter mulieris verba,& locutione Christi cum ea:& inter tempus aduentus Samaritanorum. [Rogabãt eum.] scilicet Christũ [discipuli eius dicentes. Rabi.manduca.] arbitrantes hoc tempus fore aptum ad prandium antequam multitudo eorum concurreret.Non enim coram aliquo aduena sibi escas propinabant.Vnde dicitur.Mat.6.q̃ tanta multitudo confluebat ad eum:quod non habebat tempus manducãdi. Hũc autem fructum manifestat data sibi occasione dicens.

Ille autem dixit eis.Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.

VBi primò ponitur fructum signata locutione.2.innuitur tarditas discipulorum ad intelligendum ibi [Dicebant ergo discipuli eius].tertiò exponit dominus quę dixerat ibi. [Dixit eis Iesus Meus cibus,&c.] Fructus autẽ spiritualis doctrinæ proponitur sub figura cibi & refectionis:& ideò dicit eis. [Ego cibum habeo manducare.] Et sciendum,q̃ sicut refectio corporalis non est perfecta nisi cibus iungatur potus,& econuersò.Ita etiam ad spiritualem refectionem vtrũq; habere debet.Eccle.15.Cibauit illum dominus pane vitæ & intellectus.Ecce cibus:& aqua sapientiæ salutaris. Ecce potus,&c.Ideò congruè post poculi negocium quo Samaritana potata fuerat:conueniens erat & de cibo disceptare:& sicut per aquam intelligitur sapientia salutaris:ita per cibum intelligitur operatio bona. Cibus autem iste quẽ Christus mãducare habebat est salus hominũ: quã quęrebat ostẽdẽs per hoc,q̃ dicit se cibũ habere mãducare quãtũ desideriũ habet salutis nostræ:sicut enim nobis cũ esurimus cõcupiscibile est mãducare:ita ei saluare nos.Prouer.8.Deliciæ meæ sunt esse cum filijs hominũ.Et ideò dicit. [Cibum.] i.gentiũ. [habeo mãducare quẽ vos nescitis.] quia non poterat adhuc præcognoscere cõuersionem gentium.Vel aliter secundum Orige.contingit sicut de cibo corporali:ita & de spirituali.Non enim eadem quãtitas omnibus subijcit:sed vni quidem maior quantitas necessaria est:alteri minor:& vni quidem sanum est:quod alteri nocet. Eodẽ modo in spirituali refectione:non enim eadem qualitas seu quantitas doctrinæ spiritualis adhibenda est singulis:sed secundum dispositionis cõgruitatem & capacitatẽ hominũ Nã secundũ Apostolũ Nuper geniti infantes rationabiles lac appetunt.perfectorum autem est solidus cibus.Vnde Orige.dicit,q̃ ille qui est altioris doctrinæ & alijs in spiritualibus præest:potest hoc verbũ dicere infirmis & debilioris intellectus existentibus.Et sic Apostolus loquitur.1.Cor.3.Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi nõ escã. Et hoc multo amplius veridicus Iesus dicere potest [cibũ habeo mãducare.] infrà 16. Multa habeo vobis dicere,quæ non potestis modò,&c. Tarditas autem intellectus discipulorum innuitur ex hoc,q̃ ea quæ dixit dominus de cibo spirituali:intelligebãt de corporali. Adhuc enim & ipsi sine intellectu erãt secũdũ illud Matt. Et ideò dicẽbat adinuicẽ.

Dicebant ergo discipuli adinuicem. Nunquid aliquis attulit eis manducare?

NOn est ergo mirum si mulier illa Samaritana spirituale ꝺquam non intelligebat.Ecce enim,q̃ discipuli Iudæi spiritualem nõ intelligũt escã.In hoc autem,quod dicit adinuicem. [Nunquid aliquis attulit eis.] Consuetudinẽ Christi debemus attẽdere:quia cibos ab alijs oblatos solebat accipere:non q̃ bonis nostris indigeret:quia bonorũ nostrorũ non indiget:vt dicitur in Psal.Nec esca hominũ: quia dat esca omni carni.Sed quare quærebat,& ab alijs accipiebat? Propter duo.Primò vt dantes & afferentes meritũ consequerẽtur. Secũdò,vt daret Christus exemplũ,q̃ vacantes spiritualibus nõ erubescant paupertatem:nec graue putent ab alijs nutriri. Propriũ est enim doctoribus alios habere procuratores ciborum:vt ipsi de nullo curantes verbi ministrationẽ sollicitè procurent. (Vt dicit Chrisosto.) Et hoc idem habetur in glosa.1. Thim.5.Qui bene præsunt præsbyteri duplici honore digni habeantur:maximè qui laborant in verbo & doctrina,&c.

Dicit ei Iesus: Meus cibus est,vt faciam volũtatem eius qui misit me:vt perficiam opus eius.

POsita tarditate intellectus discipulorum circa figuratam locutionem. Hîc consequenter dicens explanat eam. Et primò ponit explanationem figuratæ locutionis. Secundò adhibet similitudinem:ibi. [Nónne vos dicitis:quia adhuc quatuor mẽses sunt:& messis veniet.] Circa primum sciendum est,quòd sicut Christus supra explanauit mulieri:quod figuraliter ei proposuit de aqua.Sic & Apostolis explanat,quod figuraliter eis de cibo proposuit. Sed aliter & aliter.Nam Apostolis tanquam capacioribus absque verborum inuolutione expositionem statim proponit.Mulierem autem (vtpotè minus capacem) per multa verba ad veritatis cognitionem perducit.Hoc autem,quod dicit. [Meus cibus est:vt faciam volũtatem eius qui misit me:vt perficiam eius opus.] Satis rationabilem habet causam. Cùm enim cibus corporalis sustentet hominem & perficiat ipsum.Ille est spiritualis cibus animæ & creaturæ rationalis:quo sustentatur & perficitur.Hoc autem est:vt coniungatur suo fini:& vt sequatur regulam superiorem:quod de Deo intelligens dicebat.Mihi autẽ adhibere Deo bonũ est.Et ideò Christus secũdum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd homo conuenienter suum cibũ esse dicit:vt Dei faciat voluntatem,& vt perficiat opus eius. Et hæc quidẽ duo possunt intelligi vt vnũ:ita tamen ꝙ secũdum sit expositio primi. Vel possunt intelligi:vt aliud &aliud. Si autẽ intelligãtur vt vnũ.tũc est sensus. [Meus cibus est.] i.in hoc est infirmitas & sustẽtatio mea [Vt faciã voluntatẽ eius qui misit me.] secũdum illud Psal. Facere voluntatẽ tuam Deus meus volui &legẽ tuã in medio cordis mei. Infra 6. Descẽdi de cœlo:nõ vt faciã voluntatẽ meam:sed voluntatẽ eius qui misit me. Sed quia voluntatẽ facere alicuius intelligitur dupliciter. Vno modo vt faciat eius velle. Alio modo vt opere compleat illud quod scit eum velle. Ideò dñs exponens quid sit facere voluntatẽ eius qui misit eum.dicit hoc.s.esse [vt perficiã opus eius.] i. vt cõpleam opera quæ scio eum velle.infra 9. Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Si autẽ intelligatur:vt aliud & aliud. Sic sciẽdum est,ꝙ Christus duo fecit in mundo isto. Primò docuit veritatẽ inuitando,& vocãdo ad fidẽ. Et in hoc cõpleuit volũtatẽ patris infra 6. Hęc est voluntas patris qui misit me. Vt omnis qui videt filiũ,&c credit in eum,habeat vitã æternã. Secũdò cõsumauit ipsam veritatem aperiẽdo p passionẽ suã:in nobis ianuam vitę,dando potestatẽ perueniendi ad consumatã veritatẽ. Infra 17. Opus cõsumaui quod dedisti vt faciã. Sic ergo dicit [Meus cibus est vt faciã voluntatẽ eius qui misit me.] vocãdo homines ad fidẽ. [vt perficiã opus eius.] per ducendo eos ad perfectũ. Vel secũdum Origenẽ. Omnis homo qui bene operatur:ad duo debet dirigere suam intentionẽ. s. ad honorẽ Dei,& ad vtilitatẽ proximi:quia sicut dicitur 1. Thimo. 1. Finis præcepti est charitas:quæ cõtinet amorẽ Dei & proximi. Et sic quando aliquid facimus propter Deũ,finis præcepti est Deus. Quando verò propter vtilitatẽ proximi, finis præcepti est proximus. Secundum hoc ergo dicit Christus. [Meus cibus est vt faciã voluntatẽ Dei.] i. vt intentionẽ meam dirigã, & regulem in his quæ sunt ad honorẽ Dei [Vt perficiã opus eius.] i. ea faciã:quæ sunt ad vtilitatẽ & perfectionem hominis. Sed cõtra. Dei perfecta sunt opera:nõ ergo cõuenienter dicitur opera perfici Dei. Respondeo dicẽdũ, ꝙ inter cæteras creaturas inferiores:homo est speciale opus Dei: quia ad imaginem & similitudinẽ suam fecit illum. Gen. 1. Et hoc opus in principio quidẽ perfectũ fuit:quia Deus fecit hominẽ rectum. (Vt dicitur Ecclesiast. 7.) Postmodũ verò per peccatũ hanc perfectionẽ amisit: & à rectitudine recesit. Et ideò vt hoc opus domini perfectũ esset: reparari indigebat quod quidem perfectũ est per Christũ:quia dicitur Rom. 5. Sicut enim per vnius hominis inobedientiam peccatores cõstituti sunt multi:Ita & per vnius, &c. Sic Christ⁹ dicit [Vt perficiam opus eius.] id est,vt hominem ad perfectum deducam. Consequenter cùm dicit.

Nónne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt: & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones: qa albæ sunt iam ad messem.

Ponit similitudinẽ. Sed attende ꝙ Christus à muliere potum petiuit dicens. Da mihi bibere. Et ideò occasione huius petitionis introduxit similitudinem de aqua. Hic verò discipuli inducunt dominum ad manducandum. Vnde & occasione huius introducit dominus similitudinẽ de cibo spirituali:quia idem intelligitur per cibum & potũ. Sic ergo sunt quidam à quibus Deus petit potũ:sicut à muliere. Quidã verò Deo offerunt potũ. Sed cibũ null⁹ Deo offert nisi prius petierit ab eo Deus. Tũc enim Deo cibum spirituale offerimus,qñ ab eo poscimus salutẽ nostram. cũ. s. petimus fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Salutẽ ex nobis ipsis cõsequi non possumus nisi prævẽtu à gratia prævenientẽ. secundũ illud. Treno. vlt. Conuerte nos Dñe,& conuertemur. Ipse ergo prius petit qui per prævenientem gratiam nos petere facit In hac autẽ similitudine. Primò agit de messe. Secundò de messoribus ibi. [Et qui metit mercedem accipit.] Circa primũ duo facit. Primò ponit similitudinẽ de messe corporali. Secò de messe spirituali. ibi. [Ecce dico vobis leuate, &c.] Per hoc autẽ,quod dicit. [Nõne vos dicitis, ꝙ adhuc quatuor,&c.] Datur intelligi,ꝙ Christus statim post captionẽ Ioã. de Iudæa recessit. (Sicut dicitur. Mat. 4.) & transierit per Samariã. Et ꝙ hoc fuerit in hyeme,& Ioannes similiter captus. Vnde quia in albescere messe prospiciuntur,quatuor menses erãt ab illo tempore vsq; ad messem. Dicit ergo. [Nõne vos dicitis] loquendo de messe corporali, [quòd adhuc quatuor menses sunt.] Qui extant futuri, [& messis venit,] id est,tempus collectionis messium. Sed [ecce dico vobis] de spirituali messe loquens. [Leuate oculos vestros,&c.] Vbi sciendum est, quòd tempus messium, dicitur tempus collectionis fructuum. Et ideò omnis collectio fructuum comparatur tempori messium. Tempus autem collectionis fructuum duplex est. Nihil enim prohibet in temporalibus,& in spiritualibus, quin illud, quod est fructus respectu præcedentium,sit etiam semen respectu sequentium. Nam bona opera sunt fructus spiritualis doctrinæ,sicut fides & huiusmodi, quæ tamen sunt semina vitæ æternæ: quia per ea ad vitam æternam peruenitur. Eccles. 24. dicit sapientia. Flores mei respectu fructus sequẽtis sunt fructus honoris & honestatis respectu præcedentium,secũdum hoc ergo vna est collectio messis spiritualis respectu fructuum æternorum. s. cõgregatio fidelium in vitã æternã, de qua dicitur. Mat. 13. Messis est cõsumatio sæculi. Et de ista nõ agitur hîc. Alia est in præsenti. Et hoc põt intelligi dupliciter. Vno modo collectio fructuum. s. fidelium in ecclesia cõgregandorũ conuersio. Alio modo ipsa cognitio veritatis, qua aliquis fructũ vestrũ in sanctificationẽ. Finẽ verò in vitã æternã:vel ipsam cognitionẽ & expositionẽ veritatis,per quã homo acquirit vitã æternã. Eccl. 24. Qui elucidãt me vitã æternã habebũt. Secũdò verò attẽditur dissimilitudo:quia in messe corporali ad miseriã reputatur,ꝙ vnus seminet & alius metat. Vnde qui seminat tristatur de hoc,ꝙ alius metit. Sed in semine spirituali aliter est:quia [qui seminat simul gaudeat,& qui metit.] Et quidem secundũ Christo. & Aug. seminãtes semẽ spirituale sunt patres veteris testamẽti & Prophetæ. Nã (vt dicitur Luc. 8.) Semẽ est verbum Dei:quod Moyses & Prophetæ seminauerũt in Iudæa:sed Apostoli messuerũt:quia ipsi quod intẽdebãt. s. hoies adducere ad Christũ effecere nõ potuerũt:qđ tñ Apostoli fecerũt. Et ideò vtriq; simul gaudent. s. Apostoli & Prophetæ in vna mansione gloriæ de conuersione fidelium. Isa. 51. Gaudiũ & lætitia inuenitur in ea:gratiarũ actio & vox laudis. Et per hoc confutatur hæresis Manichæorũ dãnãtiũ patres veteris testamẽti.cũ (vt hic dñs dicit) simul gaudebũt cũ Apostolis. Secundũ Origẽ. verò seminãtes in qualibet facultate dicũtur illi,qui illius facultatis principia tradũt. Metẽtes verò qui ex illis ꝓcedunt vlterius. Et hoc multo magis in ista quæ est omnium scientiarũ scientia. Prophetæ seminãtes sunt:quia multa de diuinis tradiderũt. Messores verò sunt Apostoli: qui ea quæ nõ manifestauerunt Prophetæ hominibus prædicando,& docẽdo reuelauerũt. Ephe. 3. Quod alijs generationibus non est agnitum (sicut nunc) reuelatum est sanctis Apostolis eius. Consequenter cùm dicit.

In hoc enim est verbum verũ: quia alius est qui seminat: & alius qui metit.

Inducitur Prouerbiũ quasi dicat,ꝙ [in hoc.] i.in isto facto [verũ est verbũ.] i.impletur vulgare prouerbiũ.qđ erat apud Iudæos. s. Vnus seminat,& alius metit. Quod ꝓuerbiũ deriuari videt ex eo,qđ dicit Leuit. 26 Secetis fruſtra segetẽ,quæ ab hostibus deuorabit. Ex quo cõsueuerũt Iudæi:quãdo aliquis in re aliqua laborabat, & alius inde gaudebat:huiusmodi ꝓuerbiũ proferre. Hoc est ergo,qđ dominus dicit in hoc:ꝙ ꝓphetæ seminauerũt & laborauerũt,& vos metitis & gaudetis. Impletur ꝓuerbiũ. Vel aliter. [In hoc verbũ verum est.] s.qđ ego dico [ꝙ alius est ꝙ seminat, alius qui metit.] Quia vos metetis fructus Prophetarũ ex laboribus Prophetarũ. Sed Propheţ quidẽ & Apostoli alij sunt in fide,& alij nõ. Quia & illi,& isti fidem habuerũt. Roma. 3. Nũc autẽ sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & Prophetis. Sunt tamẽ alij in cõuersatiõe:quia Prophetæ viuebãt sub cerimonijs legalibus,à quibus Christiani & Apostoli liberi sunt. Gal. 4. Et cũ essemus paruuli,sub elemẽtis huius mũdi eramus seruientes,&c. Et licèt disparis tẽporis labores habuerunt Apostoli & Prophetæ:tamẽ gaudio pariter perfruentur:& mercedẽ accipiẽt in vitã æternã. Vt sic simul gaudeat qui seminat,& qui metit. Et hoc præfiguratũ fuit in trãsfiguratione Christi. Vbi oẽs gloriã suã habuerũt & patres veteris testamenti. s. Moyses & Helias: & patres noui testamẽti. s. Petrus, Ioãnes, & Iacobus. Dãs per hoc intelligere,ꝙ in illa futura gloria simul gaudẽt noui:& veteris testamẽti iusti. Consequenter cùm dicit.

Ego misi vos metere, quod vos non laborastis.

Aptat prouerbiũ ad propositũ. & primò ponit Apostolos esse messores. 2. ostẽdit alios esse laboratores:ibi [Alij laborauerũt: & vos in labores eorũ introistis.] Quãtũ ad primũ dicit. Dico ꝙ ali⁹ est qui metit:quia vos estis messores. Ali⁹ est qui seminat,quia [Ego misi vos metere quod nõ laborastis.] Non autẽ dicit mitta,sed misi: quia bis misit eos. Semel ante passionẽ suã ad Iudæos cũ dixit eis. In viã gẽtiũ ne abieritis:sed ite poti⁹ ad oues quæ perierũt dom⁹ Israël (vt dicitur Mat. 10.) Et quãtũ ad hãc missionẽ,misi fuerũt metere, quod nõ laborauerũt. Ipsos Iudæos cõuertere:in quibus Prophetæ laborauerũt. Misit autẽ eos post resurrectionem ad gentes dicẽs eis. Mat. vlti. Euntes in mundũ vniuersum prædicate euãgelium,&c. In hac missione missi sunt de nouo seminare. Vnde Apostolus Ro. 15. Sic autẽ prædicaui euãgeliũ:vbi nõ nominatus est Christus:ne super alienũ fundamẽtũ edificaré,&c. Et ideò dicit [misi] habẽs respectũ ad primam missionẽ. Sic ergo Apostoli sunt messores:sed alij. i. Prophetæ sunt seminatores. Vnde dicit.

Alij laborauerunt, & vos in labores introistis.

Seminãdo primordia doctrinæ Christi. [Et vos in labores eorũ introistis.] ad colligẽdũ fructus. Eccl. 11. Bonorũ laborũ gloriosus est fructus. laborauerũt inquã Prophetæ:vt adducerent hoies ad Christũ. Infrà 5. Si crederetis Moysi:crederetis forsitã & mihi. (Dicolligit fructus veritatis in anima sua. Et vterq; mercedem accipit secundum illud. 1. Cor. 3. Vnusquisq; propriã mercedẽ accipiet secundum suũ laborẽ. Duo alia proponit secundũ quæ attẽditur dissimilitudo. Primò quidẽ quia fructus messoris:qui metit messem corpora lẽ pertinet ad vitã corporalẽ. Sed fructus eius qui metit messem spiritualẽ,pertinet ad vitã æternam. Et ideò dicit. [Et cõgregat.] Ille. s. qui metit spiritualiter [fructũ in vitã æternã.] s. fideles qui ad vitã æternã perueneriṭ. Ro. 6. Habetis fructũ vestrũ in sanctificationẽ. Finẽ verò in vitã æternã:vel ipsam cognitionẽ & expositionẽ veritatis,per quã homo acquirit vitã æternã. Eccl. 24. Qui elucidãt me vitã æternã habebũt. Secũdò verò attẽditur dissimilitudo:quia in messe corporali ad miseriã reputatur,ꝙ vnus seminet & alius metat. Vnde qui seminat tristatur de hoc,ꝙ alius metit. Sed in semine spirituali aliter est:quia [qui seminat simul gaudeat,& qui metit.] Et quidem secundũ Christo. & Aug. seminãtes semẽ spirituale sunt patres veteris testamẽti & Prophetæ. Nã (vt dicitur Luc. 8.) Semẽ est verbum Dei:quod Moyses & Prophetæ seminauerũt in Iudæa:sed Apostoli messuerũt:quia ipsi quod intẽdebãt. s. hoies adducere ad Christũ effecere nõ potuerũt:qđ tñ Apostoli fecerũt. Et ideò vtriq; simul gaudent. s. Apostoli & Prophetæ in vna mansione gloriæ de conuersione fidelium. Isa. 51. Gaudiũ & lætitia inuenitur in ea:gratiarũ actio & vox laudis. Et per hoc confutatur hæresis Manichæorũ dãnãtiũ patres veteris testamẽti.cũ (vt hic dñs dicit) simul gaudebũt cũ Apostolis. Secundũ Origẽ. verò seminãtes in qualibet facultate dicũtur illi,qui illius facultatis principia tradũt. Metẽtes verò qui ex illis ꝓcedunt vlterius. Et hoc multo magis in ista quæ est omnium scientiarũ scientia. Prophetæ seminãtes sunt:quia multa de diuinis tradiderũt. Messores verò sunt Apostoli: qui ea quæ nõ manifestauerunt Prophetæ hominibus prædicando,& docẽdo reuelauerũt. Ephe. 3. Quod alijs generationibus non est agnitum (sicut nunc) reuelatum est sanctis Apostolis eius. Consequenter cùm dicit.

In hoc enim est verbum verũ: quia alius est qui seminat: & alius qui metit.

Inducitur Prouerbiũ quasi dicat,ꝙ [in hoc.] i.in isto facto [verũ est verbũ.] i.impletur vulgare prouerbiũ.qđ erat apud Iudæos. s. Vnus seminat,& alius metit. Quod ꝓuerbiũ deriuari videt ex eo,qđ dicit Leuit. 26 Secetis fruſtra segetẽ,quæ ab hostibus deuorabit. Ex quo cõsueuerũt Iudæi:quãdo aliquis in re aliqua laborabat, & alius inde gaudebat:huiusmodi ꝓuerbiũ proferre. Hoc est ergo,qđ dominus dicit in hoc:ꝙ ꝓphetæ seminauerũt & laborauerũt,& vos metitis & gaudetis. Impletur ꝓuerbiũ. Vel aliter. [In hoc verbũ verum est.] s.qđ ego dico [ꝙ alius est ꝙ seminat, alius qui metit.] Quia vos metetis fructus Prophetarũ ex laboribus Prophetarũ. Sed Propheţ quidẽ & Apostoli alij sunt in fide,& alij nõ. Quia & illi,& isti fidem habuerũt. Roma. 3. Nũc autẽ sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & Prophetis. Sunt tamẽ alij in cõuersatiõe:quia Prophetæ viuebãt sub cerimonijs legalibus,à quibus Christiani & Apostoli liberi sunt. Gal. 4. Et cũ essemus paruuli,sub elemẽtis huius mũdi eramus seruientes,&c. Et licèt disparis tẽporis labores habuerunt Apostoli & Prophetæ:tamẽ gaudio pariter perfruentur:& mercedẽ accipiẽt in vitã æternã. Vt sic simul gaudeat qui seminat,& qui metit. Et hoc præfiguratũ fuit in trãsfiguratione Christi. Vbi oẽs gloriã suã habuerũt & patres veteris testamenti. s. Moyses & Helias: & patres noui testamẽti. s. Petrus, Ioãnes, & Iacobus. Dãs per hoc intelligere,ꝙ in illa futura gloria simul gaudẽt noui:& veteris testamẽti iusti. Consequenter cùm dicit.

Ego misi vos metere, quod vos non laborastis.

Aptat prouerbiũ ad propositũ. & primò ponit Apostolos esse messores. 2. ostẽdit alios esse laboratores:ibi [Alij laborauerũt: & vos in labores eorũ introistis.] Quãtũ ad primũ dicit. Dico ꝙ ali⁹ est qui metit:quia vos estis messores. Ali⁹ est qui seminat,quia [Ego misi vos metere quod nõ laborastis.] Non autẽ dicit mitta,sed misi: quia bis misit eos. Semel ante passionẽ suã ad Iudæos cũ dixit eis. In viã gẽtiũ ne abieritis:sed ite poti⁹ ad oues quæ perierũt dom⁹ Israël (vt dicitur Mat. 10.) Et quãtũ ad hãc missionẽ,misi fuerũt metere, quod nõ laborauerũt. Ipsos Iudæos cõuertere:in quibus Prophetæ laborauerũt. Misit autẽ eos post resurrectionem ad gentes dicẽs eis. Mat. vlti. Euntes in mundũ vniuersum prædicate euãgelium,&c. In hac missione missi sunt de nouo seminare. Vnde Apostolus Ro. 15. Sic autẽ prædicaui euãgeliũ:vbi nõ nominatus est Christus:ne super alienũ fundamẽtũ edificaré,&c. Et ideò dicit [misi] habẽs respectũ ad primam missionẽ. Sic ergo Apostoli sunt messores:sed alij. i. Prophetæ sunt seminatores. Vnde dicit.

Alij laborauerunt, & vos in labores introistis.

Seminãdo primordia doctrinæ Christi. [Et vos in labores eorũ introistis.] ad colligẽdũ fructus. Eccl. 11. Bonorũ laborũ gloriosus est fructus. laborauerũt inquã Prophetæ:vt adducerent hoies ad Christũ. Infrà 5. Si crederetis Moysi:crederetis forsitã & mihi. (Di-

uinè enim ille inscripsit.) Si autem illius literis nõ creditis:quomodò verbis meis credetis? Sed non ipsi fructum messuerunt. Vnde secundum hoc dicebat. Isa. 49. Inuacuũ laborani, & sine causa:vanè fortitudinem meam consumpsi, &c.

LECTVRA V.

Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibẽtis, quia dixit mihi omnia quæcúnque feci. Cũ venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.

SVPRA dñs pnũciauit Apostolis fructũ qui ꝙ Samaritanis veneratẽ ex prædicatiõe mulieris. Hic aũt Euangelista agit de isto fructu. Et primò ponit fructus ꝙuenies ex prædicatiõe mulieris. 2. insinuatur augmẽtatio ipsius fruct⁹ facta p Christũ:ibi. [Et multò plures crediderũt in eũ, &c.] Fructus aũt ex prædicatiõe mulieris prouenientes ostẽdit quãtũ ad tria. Primò quãtũ ad fidẽ:quia in Christũ crediderunt. Vnde dicit. [Ex ciuitate aũt illa] ad quã. s. abierat mulier [multi homines crediderũt in eũ Samaritanorũ. Et hoc [propter verbum mulieris] à qua Christ⁹ aquã petierat [testimoniũ ꝓhibẽtis] hoc. s. [Quia dixit mihi omnia quæcũq; feci.] Quod quidẽ testimoniũ satis inducẽs erat ad credẽdũ Christo. Cũ ea quę Christus dixerat pertinerẽt ad defectũ suorũ manifestationẽ,ꝙ nisi ipsa cõmota fuisset ad credendũ,talia nõ referret. Et ideò statim ad auditũ verborũ suorũ crediderũt. In quo significabatur,ꝙ fides est ex auditu. 2. ostendit fructus quãtũ ad corũ accessum ad Christũ. (Nã ex fide sequitur desiderium rei creditæ.) Et ideò postquã crediderũt accedũt ad Christũ:vt perficiãt in eũ. Vnde dicit. [Cũ venissent ad illũ Samaritani.] Psal. Accedite ad eum & illuminamini. Mat. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. 3. quantũ ad desideriũ. Nã credẽti non solũ est necessarium venire ad Christum,sed ꝙ habeat eum secum. Vnde dicit ꝙ [Rogauerũt eũ:vt ibi maneret. Et mãsit ibi duos dies.] Manet aũt dñs nobiscũ ꝓ charitatẽ. Infrà 14. Si quis diligit me:sermonẽ meum seruabit,& infrà. Et mansionẽ apud eum faciemus. Sed manet duos dies:quia duo sunt præcepta charitatis. s. dilectionis Dei & ꝓximi: in quib⁹ lex pẽdet & ꝓphetæ (vt dicitur Mat. 22.) Tertia autẽ dies, est dies gloriæ. Osee 6. Viuificabit nos post duos dies. In die tertia suscitabit nos. Et in hac die non mãsit ibi:quia Samaritani non erant adhuc capaces gloriæ. Consequenter cùm dicit.

Et multò plures crediderũt propter sermonem eius: & mulieri dicebant:quia non propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est verè saluator mundi.

Ponit Euãgelista,ꝙ fruct⁹ ꝓueniẽs ex prędicatione mulieris augmentatus est ex præsentia Christi. Et hoc tripliciter. Primò, ex multitudine credentiũ. Secũdò, ex modo credẽdi. Tertiò ex veritate fidei. Ex multitudine credẽtium augmẽtatus est:quia propter mulierem multi crediderũt in eum. [Sed multò plures crediderũt ꝓpter sermonẽ eius.] s. Christi,in quo signatur,ꝙ licèt multi crediderunt per Prophetas:tamẽ multò plures conuersi sunt ad fidẽ veniẽte Christo:secundũ illud Psal. Exurge dñe in præcepto,qđ mãdasti, & synagoga populorũ circũdabit te. Secũdò,augmẽtatus est fructus ex modo credẽdi. Vnde dicũt mulieri. [Quia iam nõ ꝓpter tuã loquelam credimus.] Sed notandũ,ꝙ tria sunt necessaria ad perfectionẽ fidei: quæ hîc per ordinẽ ponuntur. Primò, vt sit recta. Secũdò, vt sit prõpta. Tertiò, vt sit certa. Recta quidẽ est fides,cũ veritati nõ ꝓpter aliꝰ quod aliud,sed ei ꝓpter seipsam obeditur. Et quãtũ ad hoc dicit,ꝙ [mulieri dicebant,ꝙ iam credimus veritati:nõ ꝓpter tuã loquelã] sed ꝓpter ipsam veritatẽ. Inducũt aũt nos ad fidẽ Christi tria. Primò quidẽ ratio naturalis. Roma. 1. Inuisibilia Dei à creatura mundi,&c. Secũdò testimonia legis Prophetarũ. Roma. 3. Nũc autẽ iustitia Dei sine lege manifestata est,testificata à lege & Prophetis. Tertiò prædicatio Apostolorũ & aliorũ. Rom. 10. Quomodò credẽt sine prædicante. Sed quando per hoc homo manuductus credit,tũc potest dicere:ꝙ ꝓpter nullũ istorũ credit,nec ꝓpter rationẽ naturalẽ,nec propter testimonia legis,nec ꝓpter p̃dicationẽ aliorũ:sed ꝓpter ipsam veritatẽ mãm. Gen. 16. Credidit Abrahã Deo,& reputatũ est ei ad iustitiam. Prõpta quidẽ est fides si cito credit: & hoc erat in istis. Quia ad solũ auditũ cõuersi erãt ad Deũ. Vñ dicũt. [Ipsi enim audiuimus,& tamẽ credim⁹ ei. Et scim⁹:qa hîc est verè saluator mũdi. Ipsi cñ audiuim⁹ & credim⁹ ei] absq; hoc.ꝙ miracula videremus, sicut Iudæi viderũt. Et licèt credere cito horibus pertineat ad leuitatẽ secũdũ illud Eccle. 19. Qui facilè credit leuis est corde:tamẽ credere cito Deo, magis laus est secundũ illud Psal. In auditu auris obediuit mihi. Debet fides esse certa. Quia qui dubitat in fide infidelis est. Iac. 1. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Et ideò istorum fides certa erat, vnde dicunt [& scimus.] Aliquando enim ipsum credere dicitur scire: sicut hîc patet,quòd scientia & fides conueniunt in certitudinẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam sicut scientia est certa:ita & fides. Imò multò magis. Quia certitudo scientiæ innititur rationi humanæ: quæ falli potest. Certitudo verò fidei innititur rationi diuinę:cui connumerari non potest. Differunt tamen in modo. Quia fides habet certitudinem ex lumine infuso diuinitùs.Scientia verò ex lumine naturali. Nam sicut certitudo scientiæ habetur per prima principia naturaliter cognita:ita & principia fidei cognoscuntur ex lumine infuso diuinitùs.Ephes.2. Gratia saluati estis per fidem:& hoc non ex vobis. Dei enim donum est.Tertiò augmẽtatus est fructus ex veritate credendi.Et ideò dicit [Quia hic est verè saluator mundi.] Vbi confitentur Christum saluatorem singularem, verum, & vniuersalem. Singularem quidem cùm discretum cum ab alijs dicunt [Hic est] qui, scilicet singulariter saluare venit Isaiæ 45. Verè tu es Deus absconditus:Deus Israël saluator. Actuum 4. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo oporteat saluos fieri. Verum autem cùm dicit [verè.] Nam cùm secundum Dionysium salus sit liberatio à malis,& conseruatio in bonis.Est duplex salus, quædam vera,quædam non vera.Vera quidẽ salus cùm liberamur à veris malis:& conseruamur in veris bonis.In veteri autem testamento licèt missi fuerint aliqui saluatores,non tamen verè saluabant: quia liberabant à malis temporalibus: quæ non sunt vera mala: nec vera bona: quia sunt transitoria.Sed Christus est verè saluator,qui liberat à veris malis,scilicet peccatis.Matth.1.Ipse enim saluum faciet populũ suum à peccatis eorum.Et præseruat in veris bonis, id est, spiritualibus. Vniuersalem verò:quia non particularem, scilicet Iudęorũ tantùm: sed [mundi] supra tertio.Nõ enim misit Deus filium suum in mundum:vt iudicet mundum:sed vt saluetur mundus per ipsum,&c.

LECTVRA VI.

Post duos autẽ dies exijt inde:& abijt in Galileam.

POSITA conuersione gentium per viam doctrinę. hîc ponitur ipsorum conuersio per viam miraculi. Vnde & quoddam miraculum à Christo perpetratum Euangelista inducit. Circa quod primò ponitur locus.Secundò describit miraculum:ibi [Et erat quidam regulus,&c.] Tertiò ponitur miraculi effectus:ibi [Cognouit ergo pater,&c.] Circa primum duo facit. Primò designat generalem locum miraculi,scilicet patriam. Secundò specialem: ibi [Venit ergo iterum in cana Galileæ.] Circa primum duo facit. Primò designat generalem locum miraculi. Secundò insinuat quomodò Christus fuit ibi receptus: ibi [Cùm ergo venisset in Galilæam.] Circa primum duo facit.Primò designat locùm generalem. Secundò rationem assignat:ibi [Ipse enim Iesus testimonium perhibuit.] Dicit ergo primò.Dico q̃ manſit Iesus apud Samaritanos per duos dies. [Et post duos dies exijt inde.] id est, de Samaria. [& abijt in Galilæam] vbi nutritus fuerat: per quod significatur q̃ in fine sæculi confirmatio gentibus in fide,& veritate reuertetur ad Iudæos cõuertendos. secundum illud Rom. 10. Donec omnis plenitudo gentium,&c.Et rationem assignat dicens.

Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet.

HIc oritur dubitatio. Vna quidem de sententia literæ. Alia verò ex eius continuatione. De sententia quidem literæ dubitatur: quia non videtur verum esse,quod hîc dicitur, scilicet quòd Prophęta in patria sua honorem non habet. Nam aliqui Prophętæ honorati leguntur in terra sua. Sed secundum Chrisosto.respondetur ad hoc.Quia Dominus hîc loquitur prout in pluribus accidit. Vnde licèt in aliquo singulari habeat instantiam,non tamẽ propter hoc debet reputari falsum. (Nam in naturalibus, & in moralibus regula eorum,quæ vt in pluribus verificatur, est vera, & si in aliquo particulari aliter fit,non reputatur falsa.) Istud autem, quod Dominus dicit in pluribus Prophetarum verũ erat.Quia in veteri testamento vix inuenitur aliquis Prophetarum, qui à suis contribulibus persecutionem passus non fuerit.secundum illud. Act.7.Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri.Et Matth.23. Hierusalẽ Hierusalem quæ occidis prophetas,&c.Hoc etiam verbum Domini verificatur non solùm in Prophetis apud Iudæos: sed etiam vt Origę. dicit in pluribus apud Gentiles,qui à suis ciuibus sunt habiti contẽptui, & ad mortem deducti.Nam consueta conuersatio cum hominibus,& nimia familiaritas reuerentiã minuit,& contẽptum parit. Et ideò quos familiares magis habemus, minus reuereri consueuimus,& quos familiares habere non possumus, magis reputamus. Cuius cõtrarium cõtingit de Deo.Nã quantò aliquis Deo per amorem & contẽplationem familiarior efficitur, tãtò eum excellẽtiorẽ reputans magis reueretur, & seipsum minorem reputabat. Iob 41. Auditu auris audiui te,nũc autem oculus meus videt te.Idcircò ipse me reprehendendo,& ago pœnitentiã in fauilla & cinere. Et huius ratio est:quia in homine,cum sit infirmæ & fragilis naturæ:quando cũ alio diu cõuersatur,cognoscit in eo aliqua infirma, & ex hoc diminuitur reuerentia eius ad eum.Sed (cùm Deus sit immensè perfectus) quantò plus homo in cognitione eius perficitur, tantò magis perfectionis eius excellentiam admiratur,& ex hoc eum magis reuerętur.Sed nunquid Christus Propheta fuit? Videtur quòd non:quia Prophetia importat ænigmaticam cognitionem.Numeri duodecimo. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini,in visione apparebo ei. Christus autem non habuit ænigmaticam cognitionem. Quod autem Propheta fuerit,patet per illud.quod dicitur.Deuterono.decimooctauo. Prophetam suscitabit Dominus de fratribus tuis,&c. quod exponitur de Christo. Respondeo dicendum,quòd Propheta duplex habet officium, scilicet visionis. primæ Regum nono. Qui nunc vocatur Propheta, olim dicebatur videns. Item annunciationis, & quantum ad hoc Christus Propheta fuit: quia veritatem de Deo annunciauit. infrà decimoseptimo. Ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati. Sed quantum ad primum sciendum est, quòd Christus fuit simul viator & comprehensor.Viator quidem quantum ad humanæ naturæ passibilitatem, & ad omnia quæ ad eam pertinent. Comprehensor verò quantum ad vnionem diuinitatis secundum quam Deo perfectissimè fruebatur. Sed in visione Prophetiæ duo sunt, scilicet lumen intellectuale mentis. Et quantum ad hoc non habuit rationem Prophetiæ: quia non habuit lumen defectiuum,sed comprehensoris. Item est ibi visio imaginaria,& quantum ad hoc habuit similitudinem cum Prophetis, secundum quod viator fuit & poterat diuersa formare imaginatione sua. De continuatione dubitatur. Non enim videtur Euangelista rectè continuare hoc,quod dicit.Post duos autem dies abijt Iesus in Galilæam.] cùm hoc, quod dicitur. [Ipse enim testimoniũ,&c.] Videtur enim, quòd potius debuisset dicere,quòd non abijt in Galilæam:quia ipse Iesus testimonium perhibuit.] Si enim sine honore erat:ibi videtur ratio esse,quòd non erat illuc.Ad hoc vno modo respondet Aug.dicens,hoc Euangelistam dixisse respondendo quæstioni quæ posset fieri.Quare ibat illuc cum in Galilæa diu moratus fuisset,& non fuerunt ad eum cõuersi Galilæi:& Samaritani in duobus diebus cõuersi sunt quasi dicat.Licèt conuersi non fuerint:nihilominus tamen ipse illuc abijt. [Quia ipse testimonium perhibuit,quòd Propheta,&c.] Alio modo respondet Chrisostomus sic. [Post duos dies exijt inde & abijt.] Non in Capharnaum:quæ erat patria sua propter cõtinuã cõmorationem.Bethleem autem propter originem.Nazareth verò propter educationem.Non ergo abijt in Capharnaum.Vnde Matt.10.hoc exprobrat eis dicens. Et tu Capharnaum,&c.Sed in cana Galileæ.Et rationem assignat hîc:quia male se habebãt ad eum.Et hoc est,quod dicit. [Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quòd Propheta,&c.Sed nunquid Christus quærebat gloriam ab hominibus? Videtur quòd non:quia infrà 8.dicit.Ego non quæro gloriã meam. Respondeò dicendum,quòd solus Deus est qui sine vitio gloriã suã quærit. Homo autem ab hominibus quærere non debet gloriam suam:sed gloriam Dei.Christus autem quærebat inquantùm Deus conuenienter gloriam suam:& inquantùm homo gloriam Dei in seipso. Consequenter cùm dicit.

Cum ergo venisset in Galilæam,exceperunt eũ Galilæi,cum omnia vidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo.Et ipsi enim venerant ad diem festum.

OStendit,quòd honorificè fuerit Christus à Galilæis receptus magis quã ante cũ dicit. [Cũ ergo venisset in Galilæa Iesus exceperũt eũ Galilæi honorificè] & huius ratio est [quia viderũt oĩa q̃ fecerat Hierosolymis in die festo:& ipsi venerant ad diem festum.] secundum quòd mandabatur in lege.Sed contra hoc est: quia supra non legimus Christum aliquod miraculũ hierosolymis fecisse.Respondeò dicendum secundum Origenem, quòd Iudæi maximum miraculum reputauerunt hoc,quod Christus cum tanta auctoritate expulit ementes,& vendentes de templo.Vel dicendum, quòd fortè fecit ibi plura miracula quæ non scripta sunt:secundum illud infrà vltimo.Multa quidem & alia signa fecit Iesus,quæ non sunt scripta in libro hoc.Mysticè autem per hoc datur nobis exemplum:quòd si volumus in nobis recipere Christum Iesum:oportet nos ascendere in Hierusalem in die festo.i.captare quietem mentis, & videre singula quæ peragit ibi Iesus.Isa.33.Respice Syon ciuitatem solennitatis nostræ.Psal.Meditatus sum in oĩb' opibus tuis. Attẽde autẽ,q̃ se cũdũ q̃ homines inferiores sunt in ordine dignitatis meliores erãt quo ad Deũ.Iudæi aũt digniores erãt,quã Galilęi.Ioã.16.scrutamini scripturas:qa ꝓpheta à Galilæa nõ surrexit. Galilæi verò digniores erãt,quã Samaritani supra eodẽ.Nõ tñ coutunt Iudæi Samaritanis: sed eõuersò Samaritani meliores erant,quã Galilæi:quia plures ex eis crediderunt in Christum in duobus diebus:& sine miraculo,quã de Galilæis in multis diebus:& etiam cum miraculo vini. Nõ enim crediderunt in eum:nisi eius discipuli.Iudæi verò peiores erant ipsis Galilæis:quia nullus ex eis crediderat:nisi fortè Nicodemus. Consequenter cùm dicit.

Venit er-

Venit ergo iterũ in cana Galileæ: vbi fecit aquã vinũ.

QVod secundum Chrisosto.ponitur vt conclusio præmissorum, quasi dicat.Quia nõ honorabatur in Capharnaum:ideò noluit ire illuc:vbi dehonorabaẽ.Sed in cana Galileę ire debebat.Nam primò erat inuitatus ad nuptias.Modò autẽ venit iterum non inuitatus.Ideò autẽ de duplici aduentu in cana mentionẽ facit:vt ostendat eorũ duritiam.Nam in primo miraculo.s.de vino soli discipuli eius crediderunt in eum.In secundo verò solus Regulus: & domus eius tota.Sed Samaritani ad solum verbũ crediderunt. Mysticè autẽ per duplicẽ aduẽtum in cana signatur duplex effectus verbi Dei in mentẽ.Primò enim lætificat:quia (vt dicitur Mat.13.) Cum gaudio suscipiunt verbum.Et hoc signatur in miraculo vini:quod lætificat cor hominis:vt dicitur in Psalm.Secundò sanat.Sapient. 16.Neque herba, neq; malagma sanauit eos. Et hoc significatur in cura infirmi.Item per hoc significatur duplex aduẽtus filij Dei.s.primus, qui fuit mansuetudinis ad lætificandum.Isa.12. Exulta & lauda habitatio Syon:quia magnus in medio tui sanctus Israël.Vnde & angelus ad pastores ait Luc.2. Annuntio vobis gaudium magnũ:quia natus est vobis,&c.Et hoc signatur per vinum.Secundus aduentus eius in mundum erit maiestatis:quando veniet tollere infirmitates & pœnalites nostras:& configurare nos corpori claritatis suæ: & hoc signatur in cura infirmi.

LECTVRA VII.

Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.

POSITO loco miraculi:consequẽter agitur de ipso miraculo. Et ponũtur tria.s.Persona infirmans.Persona interpellans. Et persoa sanans. Persona infirmans est filius reguli.Persona interpellãs est pater eius. Sed persona sanans est Christus.Circa personã infirmam primò ponitur eius cõditio [Quia filius reguli.] Secũdò locus infirmitatis. [Quia Capharnaum.] Tertiò cõditio morbi [Quia febris.] Quantũ ad primum dicit [Erat quidam regulus: cuius filius infirmabatur.] Dicitur autẽ regulus multipliciter. Vno modo qui præest paruo regno. Et hoc modo non accipitur hîc. Quare tunc temporis nullus erat Rex in Iudæa infra 10.Non habemus Regem nisi Cæsarẽ. Alio modo secũdum Chrisosto. aliquis de stirpe regia. Nec hoc modo accipitur. Sed tertio modo regulus dicitur aliquis officialis Regis.Et isto modo accipitur hîc regulus. Vnde secundũ q̃ Chrisosto.dicit quidem eundem ipsum extimans Centurionem. De quo habetur Matth.8 Sed hoc nõ est verũ.Nam quantũ ad quatuor differunt.Primò quidem quantũ ad genus infirmitatis. Nam ille Centurionis erat paraliticus. Vnde dicebat puer meus iacet paraliticus in domo.Filius autẽ reguli erat febricitãs.Vnde dicit:Heri hora septima reliquit eum febris.Secundò,quantũ ad personam infirmatam quia ille erat seruus.Vnde dicit.Puer meus. Iste verò erat filius.vnde dicit [Cuius filius.] Tertiò,quantũ ad petitionem.Nam Centurio Christum volẽtem ire ad domũ suam rogabat remanere dicens.Domine nõ sum dignus,&c.Regulus verò eum rogabat descendere in domũ suam dicens. Domine descende priùs quàm moriatur.Quartò quantùm ad locum: quia illud fuit in Capharnaum: istud verò in cana Galilęæ.Ergo iste regulus nõ est idem q̃ Centurio:sed erat quidam de familia Herodis Tetrarchæ:siue nũcius,siue officialis Imperatoris.Allegoricè autẽ regulus iste Abraham,vel alĩ quis ex patribus veteris testamenti dicitur:ex eo q̃ adhæret magni Regi per fidem.s.Christo:de quo dicitur in Psal.Ego autẽ constitutus sum Rex ab eo.Huic autẽ Abraham adhęsit:secundum illud infra 8.Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum. Filius eius est populus Iudęorũ.infra 8.Semen Abrahæ sumus,&c.Qui infirmatur prauis voluptatibus,& dogmatibus: sed in Capharnaum, id est,in abundantia quæ fuit Iudæis causa recedendi à Deo: secundum illud Deuter.32.Incrassatus est dilectus: & recalcitrauit. Et sequitur.Dereliquit Deum,&c.Moraliter verò in regno animæ. Rex est ipsa ratio:secũdum illud Prouerb.20. Rex qui sedet in solio suo. Quare dicitur Rex: quia totũ corpus hominis per eam regitur: & affectus hominis ab ea dirigitur & informatur: necnon & aliæ vires animæ eam sequuntur.Sed quandóque dicitur regulus, quando scilicet diminuitur in cognitione, & obscurata sequitur inordinatas passiones.& non resistit eis.secundum illud Ephes.4. Ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habẽtes intellectum. Et ideò filius eius,id est,affectus infirmatur,id est,deuiat à bono,& declinat ad malum. Si enim ratio fuisset Rex, id est, fortis. Filius eius non infirmaretur:sed qa regulus est:ideò filius eius infirmatur. [Et hoc Capharnaum.] Quia abundantia temporalium est causa spiritualis infirmitatis.Ecclesiasti.16. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ abundantia,&c.Consequenter cùm dicit.

Hic cùm audisset quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam:abijt ad eum:& rogabat eum vt descenderet,& sanaret filium eius: Incipiebat enim mori.

PONitur persona interpellãs.Et primò ponitur motiuum ad interpellandum. Secundò ipsa interpellatio. Et tertiò necessitas interpellandi.Motiuum ad interpellandum fuit aduentus Christi. Vnde dicit [Hic.] scilicet regulus. [cùm audisset q̃ Iesus aduenire,&c.] Nam quandiu aduentus Christi differebatur, spes hominũ inualidior erat de sanatione à peccatis:sed cũ auditur aduẽtus Christi appropinquare:spes sanitatis confortatur in nobis. Et tunc imus ad eum.Nam ad hoc ipse venit in mundum:vt peccatores saluos faceret.Luc.19.dicitur.Venit filius hominis quærere,&c.Sed sicut dicit Eccl.Ante orationem animam parare debemus:quod fit occurrendo Deo per desideriũ. Et hoc fecit iste. Vnde dicitur quòd abijt ad eum] Amos 4.Præparare in occursum Dei tui Israël. Petitio autem fit de sanatione filij sui.Vnde dicit [Rogabat eum vt descenderet.] scilicet per misericordiam Isaiæ 64. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes [Et sanaret filium eius.] Sic & nos debemus rogare vt sanemur à peccatis:secundum illud Psalm.Sana aniṁ meam: quia peccaui tibi.Nam nullus per se potest ad statum iustitiæ redire nisi à Deo sanaretur.secundum illud Iob.Nõ est auxilium mihi ex me. Sic & patres veteris testamenti rogabant pro populo Israël. Vnde de vno eorum dicitur 2.Machab.vlti.Hic est fratrũ amator qui multùm orat pro sancta ciuitate, & pro populo Israël Hieremias Propheta Dei.Sed necessitas interpellandi est vrgens [Incipiebat enim mori] Quando enim hoc tentatur incipit infirmari.Sed quãdo tentatio prævalet:ita vt inclinet ad consensum est prope mortem: sed quando iam consentit incipi mori. Cùm ergo consumat peccatum moritur. Quia (vt dicitur Iacob.1.) Peccatũ cùm consummatum fuerit generat mortem.De qua dicitur in Psalm.Mors peccatorum pessima.Quia hæc incipit & in futuro absque fine terminatur.Consequenter cùm dicit.

Dixit ergo Iesus ad eum.Nisi signa & prodigia videritis,non creditis.

AGitur de petitione sanitatis quæ fit per Christũ. Et primò ponitur reprehensio domini.Secũdò petitio reguli.Tertiò impetratio petitionis.Reprehendit autem eum dominus de infidelitate. Vnde dicit ad eum [Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.] Sed hoc habet quæstionẽ. Primò quidem videtur inconuenienter dictũ de regulo. [Nisi signa & prodigia videritis:nõ credetis.] Nisi enim eum saluatorẽ credidisset,non petiuisset ab eo sanitatẽ. Ad q̃d dicendum est,q̃ regulus iste adhuc nõ credebat perfectè. (Erat enim in eo duplex defectus fidei.) Vnus quia licèt crederet Christum esse verum hominẽ,non tamen credebat eum habere virtutẽ diuinam. Aliàs credidisset eum absentẽ posse sanare.Cũ Deus vbique sit præsens:secundum illud Hiere.23. Cœlum & terram ego implebo. Et sic nõ rogasset eum q̃ descenderet in domũ suam: sed q̃ mandaret tantùm.Secundus defectus fuit:quia secundum Chrisost. dubitabat vtrùm Christus sanare posset filiũ suum.Nam si pro certo hoc credidisset:nõ expectasset aduentum Christi ad terram suam:sed ipse potiùs iuisset in Iudæam.Sed modo quasi desperatus de salute filij volens negligere quicquid creatura hîc facere posset:abijt ad cũ more parentum:qui desperantes de salute filiorum,& imperitos medicos consulunt. Secundò verò nõ quia videtur reprehẽdendus de hoc q̃ signa quærebat.Nam fides per signa probatur. Et ad hoc dicẽdum est q̃ aliter trahuntur ad fidem Christi infideles,& aliter fideles.Infideles nõ possunt trahi nec adduci auctoritate sacræ scripturę:quia ei nõ credunt.Nec per rationẽ naturalem:quia fides est supra rationem:& ideò ducẽdi sunt per miracula.1.Corint. 14.Signa data sunt infidelibus,&c.Fideles autẽ ducendi sunt & dirigendi in fidem auctoritate scripturæ:cui acquiescere tenẽtur.In hoc ergo regulus redarguitur:quia cũ esset nutritus inter Iudæos,& de lege instructus: non per scripturæ auctoritatẽ.sed per signa credere volebat.& ideò dominus eum reprehẽdens dicit [Nisi signa & prodigia.] i.miracula quæ sunt aliquãdo signa inquantũ sunt demõstratiua dominicæ veritatis.Prodigia verò:vel qa certissimè indicẽt:vt sic dicatur prodigium:quasi proroditiũ:vel quia aliquid futurũ protendit.vt sic dicatur:prodigiũ quasi procul ostẽdens aliquẽ effectum futurũ. Consequenter ponitur instantia reguli. Non enim ad reprehensionem domini desistit:sed cum instantia dicit ad eum.

Dicit ad eũ regulus.dñe descẽde priusquã moriatur filius meus.dicit ei Iesus:vade,filius tuus viuit.

LVcæ 18.Oportet semper orare,&c.Ostenditur in hoc profectus fidei eius quantũ ad aliquid.quia.s.vocat eum dñm licèt nõ totaliter in fide profecerit.Adhuc eñ corporalẽ præsentiã Christi ad salutẽ filij sui necessariã credens rogabat eum vt descẽderet. Sed qa oratio perseuerãs impetrat:ideò qd petit conceditur ei a dño.Vnde [Dicit ei Iesus.Vade:filius tuus viuit.] Vbi primò ponitur annunciatio sanitatis per Christũ:qui eam fecit.Secũdò p̃ personas quæ cã

Universidad de Deusto
Biblioteca

factam viderunt ibi. [Iam autẽ eo descendente,&c.] Circa primum duo ponuntur. Mandatum Domini,& obedientia reguli. ibi. [Credidit homo,&c.] Circa primum Dominus duo facit. Primò quidem præcipit, secundò verò annunciat. Præcipit autẽ vt vadat: vnde dicit. [Vade.] i. dispone te præparando ad gratiam per modum liberi arbitrij in Deum. Isa. 45. Conuertimini ad me,& salui eritis. Et per motum liberi arbitrij in peccatum. Nã in iustificatione impij quatuor exiguntur specialiter in adultis. s. infusio gratiæ, & remissio culpæ. Motus liberi arbitrij in Deum qui est fides & in peccatũ qui est contritio. Annunciat autem ei salutem filij, quã petierat dicens. [Filius tuus viuit.] Sed quæritur cur Deus rogatus à regulo vt descenderet in domum suam corporaliter. ire recusat. Ad seruum verò Centurionis corporaliter ire pollicetur. Hui⁹ autem duplex ratio assignatur. Vna secundum Gregor. vt in hoc superbiam nostram reprehendat, qui magnis hominibus nos ad seruiendum offerimus. Paruis autem seruire recusamus, cum ipse qui est Dominus omnium ad seruũ Centurionis se iturum obtulit. Ire verò ad filium reguli recusauit. Eccl. 4. Cõgregationi pauperum affabilẽ te facito. Alia ratio secũdum Chrisosto. quia Centurio iam confirmatus erat in fide Christi, credens, q etiam absens saluare posset,& ideò ad fidem & deuotionẽ eius ostendam Dominus repromisit. Iste verò adhuc imperfectus erat. Nõdum nouerat manifestè, quòd absens curare poterat. Et ideò non accedit vt eum imperfectionem suam cognoscere faciat. Obediẽtia reguli ponitur quantum ad duo. Primò quia annuncianti credidit. Vnde dicit.

Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat.

SCilicet [filius tuus viuit.] Secundò verò quia mandato obediuit. vnde dicit. [Et ibat.] proficiẽdo in fide. Sed adhuc neq; integrè, neq; sanè (vt Orig. dicit.) In quo signatur, q ex fide iustificari oportet. Rom. 5. Iustificati ex fide,&c. Oportet nos proficiẽdo ire: ga qui stat exponit se periculo vt vitam gratiæ conseruare nõ possit. In via enim Dei non perficere deficere est. Annunciatio autem sanitatis facta per seruos ponitur. Consequenter cùm dicit.

Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes: quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: quia heri hora septima reliquit eum febris.

ET primò ponitur denunciatio salutis. Secundò fit inquisitio de tẽpore sanationis ibi. Interrogabat autẽ,&c.] Dicit ergo. [Iã autem descẽdẽte,] à Cana Galilææ in domũ suã [serui occurrerũt ei.] Ex quo patet, q regulus iste, diues erat habens multos seruos. [Et annũciauerunt ei dicẽtes. Quia filius tuus viuit.] Hoc ideò quia credebant Christum personaliter accedere, cuius præsentia iam curato filio superflua videbatur. Mysticè autẽ serui reguli. s. ratiõis sunt opera hoĩs. quia est Dominus suorum actuum, & affect⁹ sensitiuę partis: quia obediunt rationi imperãti & dirigẽti. Isti autẽ serui annunciãt, q quidem filius reguli. s. rationis viuit. quãdo reducẽt in hoĩe bona opera,& vires inferiores magis obediunt rationi scdm illud Ecc. 19. Amictus corporis,& risus dẽtium, & ingressus hoĩs anũciãt de illo. Sed quia regulus neq; integrè, neq; sanè adhuc credebat, adhuc volebat scire vtrũm casu, an præcepto Christi filius curatus esset. Et ideò tẽpus curationis inquirit. Et hoc est, quod dicitur. [Interrogabat ergo horam ab eis.] s. seruus. [in qua melius habuerat.] s. filius suus. & inuenit, q illa hora curatus fuit statim, quãdo Domin⁹ dixit ei. [Vade, filius tuus viuit.] Nec mirum: quia ipse Christus est verbum quo factum est cœlum & terra secundũ Psal. Ipse dixit & facta sunt,&c. Eccle. 10. Facilè est in cõspectu Domini,&c. Et ideò [dixerunt ei.] s. serui. [q heri hora septima reliquit eum febris.] Mysticè autẽ per horam septimam in qua puer à febre dimittitur, significãtur septem dona spiritussancti per quem fit remissio peccatorum. secundũ illud Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittũtur eis. Per quem etiã vita spiritualis causatur in anima. infr. 6. Spiritus est qui viuificat. Etiam per horam septimã signatur tempus quieti cõueniens. Nã Dominus septimo die requieuit ab omni opere, quod patrarat. In quo significatur, quòd vita spiritualis hominis in quiete spirituali consistit secundum illud Isa. 30. Si quieueritis salui eritis. De malis dicit Hiere. Cor impij quasi mare feruẽs, quod quiescere non potest. Consequenter cùm dicit.

Cognouit ergo pater, quòd illa hora erat, in qua dixit ei Iesus, filius tuus viuit, & credidit ipse & domus eius tota.

PONitur effectus miraculi. Et primò ponitur miraculi fructus. Secundò ipsum miraculum altero miraculo continuatur. ibi. [Hoc iterum signum,&c.] Dixit ergo [cognouit ergo pater,] comparans horã nunciantium seruorum horæ Christi prænunciantis [quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus.] Vade, filius tuus viuit.] Ex hoc cõuersus est ad Christum cognoscens miraculũ eius virtute factum. [Credidit ipse,& domus eius tota.] s. serui & ministri: quia secundũ conditionem dominorum siue bonam, siue malam, serui disponuntur. secundum illud Prouerb. 10. Secundum iudicẽ populi sic & minister eius. Gene. 18. Scio enim, q præcepturus sicut filijs suis. Patet autẽ ex hoc, q fides istius semper profecit. Nã à principio quando interpellauit pro filio infirmo debilis erat, postea plus firmitatis habere cœpit, quando vocauit eum Dominum. Deinde quando credidit homo sermoni, & ibat, magis perfecta erat, tamen non integrè: quia ad hoc dubitauit. Hîc cognita manifestè Dei virtute in Christo perficitur in eius fide. Quia (vt dicitur Prouerb. 4.) Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem. Continuatur autem miraculum istud præcedenti miraculo cùm dicitur.

Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cùm venisset à Iudæa in Galilæam.

QVod potest dupliciter intelligi. Vno modo, q in isto eodem aduentu de Iudæa in Galilęam fecerit Dñs duo miracula, quorum primo nõ scripto istud ponitur secundum. Alio modo, q Iesus duo signa fecit in Galilæa diuersis temporibus. Vnum. s. de vino. Et istud secundum quod fecit circa filium reguli veniens iterum à Iudæa in Galilæam. Ostenditur autẽ per hoc, q Galilæi peiores erant Samaritanis, qui nullum signum à Domino expectantes verbo tantum eius crediderunt multi ex eis, sed ad istud miraculum non credidit Christo, nisi regulus,& domus eius tota. Nam Iudæi propter eorum duritiam paulatim conuertebantur ad fidem. secundum illud Mich. 7. Factus sum sicut qui colligit racemos in autumno,&c.

LECT. I. CAP. V.

POst hæc erat dies festus Iudæorum,& ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis probatica piscina quæ cognominatur Hæbraicè Bethsaida quinque porticus habẽs. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquę motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebatur aqua, & qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacúnque detinebatur infirmitate.



VPRA Dominus egit de regeneratione spirituali. Hîc agit cõsequenter de bñficijs quę regeneratis spiritualiter cõferũtur à Deo. Sed his qui carnaliter generãtur tria cõferuntur à parẽtibus carnalibus. s. vita, nutrimentũ, & doctrina siue disciplina. Et hęc tria à Christo etiã regenerati spiritualiter percipiunt. Primò quidẽ, spirẽ tualem vitã. Secũdò verò spirituale nutrimentũ. Tertiò spiritualem doctrinã. Secundũ hoc ergo de tribus hîc agitur. Primò de collatiõe spiritualis vitæ. Secũdò de collatiõe spiritualis cibi. Et hoc. 6. ibi. [Post hæc abijt Iesus,&c.] Tertiò de spirituali doctrina. infr. 7. cap. [Post hæc ambulabat Iesus.] Circa primũ tria facit. Primò ꝓponit signũ visibile, ĩ quo manifestatur virt⁹ Christi factiua & reparatiua vitæ scdm cõsuetudinẽ huius Euãgelij, ĩ quo semp doctrinæ Christi adiungitur aliquod visibile factũ pertinẽs ad illud de quo est doctrina: vt sic ex visibilibus inuisibilia innotescant. Secũdò ponitur occasio doctrinę ꝓponẽdę ibi. [Erat aũt sabbatũ,&c.] Tertiò ponitur ipsa doctrina. ibi. [Respõdit ihs; Iesus.] Amẽ amen dico,&c. Circa primum tria facit. Primò describitur locus miraculi perpetrati. Secundò infirmitas. ibi. [Erat autem ibi homo,&c.] Tertiò restitutio sanitatis. ibi. [Dixit ei Iesus. Surge tolle,&c.] Locus autem miraculi describitur dupliciter. s. generalis & specialis. Generalis locus est Hierosolyma. Et ideò dicit. [Post hæc,] id est, post miraculum in Galilæa factum. [Erat dies festus Iudæorum,] scilicet Penthecostes. secundum Chrisostom. Nam supra fit mentio de festo Paschæ, quando ierat in Hierusalem. Nunc ergo in sequenti festo Penthecostes. [Ascendit Iesus Hierosolymam] iteratò. Nã sicut legitur Exod. 23. Mandatum erat à Domino vt omne masculinum generis Iudæorum tribus vicibus in anno, scilicet in die festo Paschæ, Penthecostes, Scenophegię. in templo præsentarentur. Et in istis festis Dominus in Hierusalem ascendit propter duo, scilicet ne videretur legi fore contrarius. sicut ipse dixerat Matth. 5. Non veni legem soluere, sed adimplere. Et vt multitudinem populi illũc concurrentis in diebus festis ad Deum per signa & doctrinam trahat. secundum illud Psalm. In medio multorum laudabo. & alibi. Annunciabo iustitiam tuam in ecclesia magna. Vnde & ipse dicit infrà decimooctauo. Ego palam locutus sum mundo. Locus autem specialis miraculi fuit probatica piscina. Et ideò dicit. [Est Hierosolymis probatica piscina,&c.] Quæ quidem describitur ex quatuor, scilicet ex nomine, ex dispositione, ex inhabitatione, & ex virtute. Ex nomine quidem cùm dicit [probatica piscina.] Probaton enim Græcè ouis dicitur. Probatica ergo piscina: quasi ouiaria vel peculiaris dicitur: ex eo q sacerdotes cadauera bestiarum: & præcipuè ouium: quæ vt plurimũ in sacrificijs offerebantur, ibi abluebant. Et ideò Hebraicè cognominabatur [Bethsaida.] id est, domus ouium. Erat enim propè templũ ex aquis pluuialibus collecta. Mysticè autẽ secundum Chrisost. hæc piscina baptismum præfigurabat. Nam dominus volens gratiam baptismalem in diuersis præfigurare. Primò quidem dedit aquam expurgantẽ corporis sordes: quæ erant ex tactu immundorũ secundum legem de qua habetur Numeri 19. Secundò dedit virtutẽ huic piscinæ: quæ repręsentat expressiùs quàm aqua illa, virtutẽ baptismi: nõ solùm ab immunditijs carnis sanãdo: sed etiam ab infirmitatibus corporis saluando. Nam quãtò figuræ fuerint propinquiores veritati: tantò expressiores erãt. Signabat ergo virtutẽ baptismi: quia sicut aqua illa per hoc q lauabat corpora: habebat virtutẽ ex angelorũ natura propria infirmitatem sanandi: ita aqua baptismi habet virtutem sanandi, & abluendi animam à peccatis. Apocalypsis primo. Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris. Et inde est quòd passio Christi per sacrificia veteris legis præfigurata fuit. quæ est causa baptismi: quæ est repræsentatio mortis Christi. Ro. 6. Quicúnq; baptizati estis in Christo Iesu: in morte ipsius baptizati estis,&c. Secundum Augusti. verò aqua illius piscinæ significabat statum populi Iudæorũ: secundum illud Apocal. 17. Aquę multæ, populi multi. Nam populus gentium nouerat inclusus sub limite diuinæ legis: sed vnusquisq; ambulabat secundum vanitatẽ cordis sui: secundũ illud Ephes. 4. Populus verò Iudæorũ conclusus erat sub culcu vnius Dei: secundum illud Galat. 3. Conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. Et ideò iste populus significabatur per aquã in piscina cõclusam. Et dicitur [probatica.] quia ipsi erant speciales oues Dei: secũdum illud Psal. Nos autẽ populus eius,& oues pascuæ eius. Ex dispositiõe autẽ describitur: quia erat [quinque porticus habẽs.] s. per circuitum: vt multi sacerdotes absq; impedimento cõmodè starent ad lauandum cadauera bestiarum. Per hos quinque porticus mysticè significantur secundũ Christo. quinque vulnera corporis Christi: de quibus dicitur infra 20. Mitte manum tuam in latus meum,&c. Secundum Aug. verò quinque libri Moysi. Ex inhabitatione autem describitur: quia in his. s. porticibus [iacebat multitudo magna,&c.] Cuius literalis ratio est Propter concursum omnium infirmorũ ad virtutẽ aquæ: quæ quia continuè nõ sanabat: nec multos simul oportebat ꝙ multi illic expectantes morarentur. Per hoc autẽ mysticè significatur secũdum Augusti. ꝙ lex nõ poterat peccata sanare: secundum illud Hebr. 10. Impossibile est per sanguinẽ hircorum aut taurorũ peccata purgari: sed ostendebat ea tantũ: secundum illud Rom. 7. Per legem enim cognitio peccati. Et ideò iacebant in ea infirmi diuersis infirmitatibus curari nõ valentes. Quæ quidem describũtur quantùm ad quatuor. Primò quidem quãtùm ad situm quia iacebant prostrati. s. per peccata inhærendo terrenis. (Qui enim iacet ex toto: inhæret terræ.) Mat. 9. Misertus est eorũ, quia erãt vexati: & iacẽtes, quasi oues non habentes pastorem. Iusti autẽ non iacent: sed recti ad cœlestia stant. Psal. Ipsi. s. peccatores obligati sunt,&ceciderunt: nos autem. s. iusti surreximus & erecti sumus. Secundò quãtùm ad numerũ: quia multi. Vnde dicit [multitudo magna.] Ecclesia. 1. Peruersi difficile corriguntur: & stultorũ infinitus est numerus. Et Mat. 7. Lata est via quæ ducit ad perditionẽ: & multi incedunt per eam. Tertiò, quantũ ad dispositionẽ seu habitum infirmorum. Et ponit quatuor quæ homo per peccatum incurrit. Primò enim homo ex hoc q subijcitur Passionibus peccatorũ ei prægnantibus efficitur languidus: & quantùm ad hoc dicit [languentium.] Vnde & à Tullio passiones animæ: puta iræ, & concupiscentiæ, & huiusmodi quædam ægritudines animæ dicuntur. Vnde Psal. dicebat. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Secundò verò ex dominio passionum: & victoria in homine excæcatur ratio per consensum. Et quantũ ad hoc dicit [cæcorũ.] s. per peccata: secundum illud Sapien. 2. Excæcauit eos malitia eorum. Psal. Supercecidit ignis. s. iræ & concupiscentiæ, & non viderũt solem. Tertiò homo languens & cæcus efficitur instabilis in suis operibus: & est quasi claudus. vnde dicitur Prouerbio. 10. Impius facit opus instabile. Et quantùm ad hoc dicit [claudorum.] 3. Reg. 19. Vsquequo claudicatis in duas partes. Quartò, homo sic languidus cæcus intellectu: claudus in effectu: efficitur aridus in affectu inquantùm excitatur in eo omnis pinguedo deuotionis, quã petebat Psalm. dicens. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Et quantũ ad hoc dicit [aridorũ.] Psal. Aruit tanquã testa virtus mea. Sed sunt aliqui sic affecti languore peccati: qui non expectant aquæ motum in peccatis suis requiescentes: secundũ illud Sapien. 14. In magno viuentes insciẽtiæ bello tot & tanta mala pacẽ appellant. de quibus dicitur Prouerb. 2. Lætantur cùm malefecerint & exultant in rebus pessimis. Cuius ratio est: quia non abhorrent peccata: nec peccant ex ignorantia, seu infirmitate: sed ex certa malitia. Isti autem (vtpotè non ex malitia peccantes) non quiescebant in peccatis: sed per desiderium expectabant aquæ motum. Vnde dicit [expectantium.] Iob 17. Cunctis diebus quibus nunc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Sic & illi qui erant in veteri testamento expectabant Christũ: secundum illud Gen. vlti. Salutare tuum expectabo dñe. Ex virtute verò describitur piscina: ga sanat ab omni infirmitate corporali virtute angeli descẽdentis. Et ideò dicit [Angelus autẽ dñi secũdum tẽpus, &c.] Et quidẽ virtus piscinæ in aliquo cõcordat cũ baptismo: & in aliquo differt. Cõcordat quidem in duob⁹. Primò quidẽ in occultatiõe virtutis. Nã virtus aquæ huius piscinæ nõ erat ex natura sua: aliàs semper sanasset: sed ex aliqua virtute occulta, scilicet ex angelo. Vnde dicitur quòd [Angelus domini secundum tempus, &c.] Et similiter aqua baptismi ex eo quòd aqua nõ habet virtutem purgatiuam animarum: sed ex occulta virtute spiritussancti: secundum illud supra 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Secundò concordat in effectu: quia sicut aqua baptismi sanat: ita & ista piscina sanabat. Et ideò dicit quòd [qui prior descendisset: sanus fiebat.] Ideò autem virtutẽ sanandi corpora aquæ istius piscinæ Deus contulit: vt omnes abluendo per salutem corporalem assuescerent quærere spiritualem. Differt autem quantùm ad tria. Primò quantùm ad id cuius virtute hoc fiebat. Quia aqua piscinæ conferebat sanitatem virtute angeli. Aqua verò baptismi virtute increata: non solùm spiritussancti: sed etiam trinitatis. Vnde etiam Matt. 3. Super dominũ baptizatum tota trinitas affuit. Pater in voce. Filius in persona. Spiritussanctus in columbæ specie. Et tamẽ est quòd in nostro baptismo fit inuocatio trinitatis. Secundò differt quantùm ad efficaciam: quia aquæ piscinæ non habuit virtutem sanatiuam continuè: sed [secundum tempus.] id est, determinato tẽpore. Aqua verò baptismi continuam abluendi virtutem habet: secũdum illud Zachariæ duodecimo. Erit fons patens domui Iacob: & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Tertiò quantùm ad multitudinem sanandorum: quia ad motum aquæ illius piscinæ sanabatur tantùm vnus, sed ad motum aquæ baptismi sanantur omnes. Nec mirum quia virtus illius aquæ cùm sit creata finita est: & finitum habet effectum. In hac verò aqua virtus est infinita ad infinitas animas, si essent abluendas. Eccl. 36. Effundam super vos aquam mundam,& mũdabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Secundum verò Aug. per angelum istũ intelligitur Christus: secũdum illud Isaiæ 9. Secũdum aliam literã. Vocabitur magni consilij angelus. Sicut ille angelus secũdum tẽpus descẽdebat in piscinam: ita Christus secundum determinatũ tempus à patre descendit in mundum. Isaiæ 14. Propè est vt veniat tempus eius,&c. Galat. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filiũ suum, &c. Item sicut ille angelus non videbatur nisi motus aquæ, ira etiã Christus secundum diuinitatem non cognoscebatur. Quia si cognouissent, nunquàm dominum gloriæ crucifixissent. 1. Corinth. 2. Nam Isa. 4. dicitur. Verè tu es Deus absconditus. Et ideò videbatur aqua turbata: sed à quo turbaretur non videbatur. Quia in firmitatem Christi videntes diuinitatem eius nõ cognoscebant. Et sicut ille qui descendebat in piscinã sanus fiebat: ita & qui humiliter credit in Deũ passiuè sanatur. Rom. 3. Iustificati per fidem per redemptionem quæ est in Christo: quem proposuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius. Sanabatur autem vnus tantùm: quia nullus sanari potest nisi in ecclesiastica vnitate. Ephes. 4. Vnus Deus: vna fides: vnum baptisma. Væ ergo illis qui oderunt vnitatem, & partes sibi faciunt in hominibus. Consequenter cùm dicit.

Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua.

PONit infirmitatem. Et primò ponitur diuturna infirmitas. Secundò ostenditur causa diuturnæ infirmitatis ibi [Hunc cùm vidisset ergo Iesus, &c.] infirmitas diuturna erat [Quia homo erat habens triginta octo annos in infirmitate sua.] Quod satis pulchrè introducitur. Homo qui curari non poterat à piscina: curandus tamen à Christo: quia quos lex sanare non poterat, Christus perfectè sanat: secundum illud Romanorum 8. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, mittens Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis. Ecclesiastic. 36. Innoua signa, &c. Congruit autem iste numerus infirmitati ad languorem pertinens magis quàm ad sanitatem. Nam secundum Augustinum, quadragenarius numerus consecratur ad designandam perfectionem iustitiæ: quæ in obseruatione legis consistit. Lex autem in Christum præceptis data est: & prædicanda erat in quatuor partibus mundi. simplenda per quatuor Euãgelia: secũdum illud Ro. 10. Finis legis Christus. Quia ergo denarius per quatuor multiplicatus peruenit ad quadragenariũ rectè perfecta iustitia designatur. subtractis ergo duobus à quadragenario numero efficiuntur 38. Hęc autẽ duo sunt duo præcepta charitatis quibus impletur omnis perfecta iustitia. Et ideò homo iste languebat: quia de quadraginta duo minùs habebat, id est, imperfectã iustitiam. Quia (vt dicitur Matt. 22.) In his duobus pendet lex & Prophetæ. Consequenter cùm dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hunc eum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dixit ei. Vis sanus fieri?

EXquiritur causa diuturnæ infirmitatis. Et primò ponitur interrogatio Domini, secundò responsio languidi. ibi. [Respondit ei lãguidus.] Dixit ergo [hunc.] s. hominem cũ vidisset Iesus iacẽtem.] Non solũ oculo corporis, sed etiã miserationis, qualiter videri petebat Dauid dicẽs. Respice in me Domine, & miserere mei, [& cognouisset quia multum tẽpus haberet,] in infirmitate, qđ est contra cor Christi & infirmi. secundum illud Eccle. 10. Lãguor prolixior seruat medicum. Dixit ei. Vis sanus fieri? nõ quasi ignorãs. Nã satis cõstare poterat, qp sanus fieri volebat, sed vt excitet desiderium infirmi, & vt ostendat patientiã qui tot annis expectauit eripi ab ægritudine non desistẽs, & de hoc cognoscatur dignior ad sanandum. Psal. Viriliter age & confortetur cor tuũ, oẽs qui speratis in Deo. Excitat autẽ desideriũ. quia stabilius tenetur, quod cũ desiderio percipitur, & faciliùs acquiritur nobis. Matt. 7. Pulsate per desiderium, & aperietur vobis. Sed notandum, qp Dominus à cæteris fidem requirit. Matth. 9. Creditis, quòd possum hoc facere vobis? Sed in isto nihil tale facit: quia illi quidem audierãt aliqua de miraculis Iesu. Iste autem nondũ. Et ideò fidem ab eo non requirit, nisi post factũ miraculum. Responsio languidi ponitur cùm dicit.

Respondit ei languidus: Domine, hominem nõ habeo: vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinã. Dum venio enim ego, alius ante me descendit.

ET duo insinuat quæ tamẽ erant diuturnæ infirmitatis. s. paupertatem, & debilitatẽ. Quia enim pauper erat, non poterat habere hominẽ qui mitteret eum in piscinã. Vnde dicit. [Dñe hominẽ non habeo, &c.] Et fortè secũdum Chrisõ. opinabatur sibi Christum velem fore ad mittẽdum eum in aquam. Quia verò debilis erat, & festinanter ire non poterat, præueniebatur ab alio. Vnde dicit. [Dum venio enim ego, alius ante me descendit.] Et sic poterat dicere cum Iob 6. Ecce non est auxilium mihi in me. Per hoc significatur, quòd non erat aliquis homo purus, qui humanum genus saluare posset. Quia omnes peccauerunt & egerunt gratia Dei quoúsque veniret Christus Deus & homo, per quem sanarentur. Cõsequenter eũ dicit.

Dixit ei Iesus. Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.

PONitur restitutio sanitatis seu perpetratio miraculi. Et primò ponitur mãdatum Dñi, secũdò obediẽtia hoís ibi. [Et statim sanus factus est hõ, &c.] Præcipit autẽ Dñs naturæ & voluntati hoís. Hęc enim duo sub potestate eius sunt. Naturæ præcepit cũ dicit. [Surge.] Nõ enim hoc volũtati præcipitur: quia hoc nõ erat in eius potestate, sed naturæ: quia Dñs præcipiẽdo immutauit dãdo ei virtutẽ qua surgere posset. Voluntati verò duo præcepit. s. [Tolle grabatũ tuum & ambula.] Et quidẽ quãtum ad literam hæc duo præcepit: vt ostẽdat perfectã sanitatẽ homini restitutã. In oĝus eñ miraculis secundum optimũ illius naturę Dñs perfectum opus fecit. Deut 32. dicitur, Dei pfecta sunt opera. Iste autẽ in duobus defecerat. s. in viribus proprijs se sustinere nõ valẽs. Vnde Dñs eũ iacentẽ inuenit, & in subsidio aliorum. Vñ dicebat. [Hominẽ nõ habeo.] Vt ergo perfecta sanitas in notescęret ei q se sustinere nõ valebat, præcepit vt lectũ suũ tollat. Et ei qui ambulare nõ poterat, præcepit vt ambulet. Nihilominùs tamẽ hæc tria in iustificatione Dñs præcipit. Primò, qp surgat recedẽdo à peccato. Ephe. 5. Surge q dormis, & exurge à mortuis. Secũdò præcipitur. [Tolle grabatũ,] satisfaciendo de cõmissis. Per grabatum eñ in quo hõ requiescit, significatur peccatũ. Tollit ergo hõ grabatum suum, qñ fert onus pœnitentię sibi pro peccato impositum. Mich. 7. Iram Dñi portabo: quñ peccaui ei. Tertiò vt ambulet proficiendo in bono. secũm illud Psal Ibunt de virtute in virtutẽ. Secundò Aug. duo deficiebãt istiláguido. s. præcepta geminæ charitatis. Et iõ volũtati, quæ charitate pficitur duo mãdat. s. tollere grabatũ & ambulare. Primum ptinet ad dilectionẽ proximi quæ prior est ordine faciẽdi. Secundum ad dilectionẽ Dei quę prior est ordine præcipiẽdi. Dicit ergo quantũ ad primum. [Tolle grabatum tuum.] q.d. qñ infirm⁹ es. proximus tuus sustinet te, & patienter fouet. vt grabatus infirmum. Rom. 14. Debemus nos firmiores, &c. Quando ergo sanus factus es, [Tolle grabatum tuum.] i. sustine, & supporta ꝓximum tuum, qui te infirmum portabat. Gal. 6. Alter alterius onera portate. Quantum verò ad secundum dicit [ambula,] appropinquãdo ad Deum. Vnde in Psalm. dicitur. Ibunt de virtute in virtutem. Et sequitur. Videbitur Deus Deorum in Syon. infr. 12. Ambulate dum lucem habetis. Consequenter cùm dicit.

Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suum, & ambulabat.

PONitur obedientia. Et primò verè: quia [statim factus est homo sanus.] Nec mirum: quia ipse est verbũ per quod cœlum & terra facta sunt. Psalm. dixit & facta sunt. Et alibi. Verbo Domini cœli firmati sunt. Secundò voluntas. Et primò: quia [sustulit grabatum suum,] secundò quia [ambulabat.] Exod. 24. Omnia quæcúnque præcepit Dominus faciemus, & erimus obedientes, &c.

LECTVRA II.

Erat autem sabbatum in die illo.

POSITO miraculo visibili per quod ostenditur virtus Christi ad reparandam vitam spiritualem. Hîc ponitur occasio doctrinæ Christi, quæ quidẽ occasio sumitur ex persecutione Iudæorum cõtra Christum mota. Cuius quidẽ persecutionis duplex causa fuit: ex parte Iudęorũ inuidentium Christo. Prima quidẽ comparatio pietatis. Secunda verò doctrina veritatis. ibi. [Iesus autẽ respondit eis. Pater meus vsque modo operatur, &c.] Circa primũ tria facit. Primò prę mittitur occasio persecutionis. Secundò ponitur calũnia illata cõtra curatũ. ibi. [Dicebãt ergo Iudæi illi qui sanus, &c. [Tertiò ponitur calũnia illata cõtra Christũ. ibi. [Interrogauerunt eum. Quis est ille, &c.] Occasio autẽ persecutiõis inductæ cõtra Christum, sumitur ex eò, qp in sabbato curauit, & iõ dicit Euãgelista. [Erat autẽ sabbatum in die illa] quãdo miraculum fecit Iesus, quãdo grabatum tollere iussit. Assignatur autẽ triplex ratio quare Dñs in sabbato operarì incœpit. Vna ab Ambr. super Luc. Christus eñ ad hoc venit: vt opus creationis. s. hominem deformatum repararet. Inde autẽ incipere debebat: vbi actor in creatione opus cõsumatum creauerat, hoc autem fuit in die sabbati (vt dicitur Genes. 1.) Et ideò vt Christus ostẽderet se reparatorẽ totius creaturæ incœpit in sabbato. Alia ratio est: quia dies sabbati celebratur à Iudæis in memoriã primæ creationis. Christus autem venit: vt quasi nouam creaturam faceret secundum illud Gal. vlt. c. In Christo Iesu, neq; circũcisio, neq; præputiũ aliquod valet, sed noua creatura & noua creatio per gratiã, quæ fit per spiritũsanctum. secundum illud Psal. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciẽ terræ. Volens ergo Christus ostẽdere per eum recreationem fieri in sabbato operatur. Iac. 1. Vt simus initium aliquod creaturæ. Tertia ratio est: vt ostenderet se factorum, quod lex facere non poterat. Rom. 8. Nã quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnẽ, misit Deus filium suum, &c. & infr. Vt iustificatio legis impleretur in nobis. Iudęi autem nihil operabãtur in sabbato, in figura, qp quædã, quę erãt sabbati cõsummanda erãt, quæ p legẽ fieri nõ poterãt. Et hoc patet in quatuor quæ Deus erga diẽ sabbati ordinauit. Nã diem sabbati sanctificauit, diẽ sabbati benedixit. In eo oĝa sua cõsumauit, & in eo requieuit. Quæ quidẽ lex facere non potuit, sanctificare non poterat. Vnde Psalm. dicebat. Saluum me fac Dñe, quoniam defecit sanctus. Neq; etiã benedicere, quinimò qui sunt ex operibus legis sub maledicto sunt: vt dicitur Gal. 3. Neq; consumare & perficere: quia neminẽ ad perfectũ adduxit lex. Heb. 7. Nec etiam perfectã quietẽ præstare. Quia (vt dicitur Heb. 4.) Nã si eis Iesus requiem præstitisset, nunquã de alia loqueretur. Hæc ergo quę lex facere nõ potuit, Christus fecit. Ipsum enim populũ sanctificauit per passionem. Heb. 10. Iesus vt per suum sanguinem sanctificaret populum, &c. Ipse benedixit per gratię infusionẽ. Eph. 1. Benedictus Deus pater Domini nostri Iesu Christi: qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus imperfectè, &c. Ipse cõsumauit iustitiæ institutionem. Mat. 5. Estote perfecti, sicut & pater cœlestis perfectus est. Ipse intoduxit in verã requiem. Heb 4. Nos qui credimus, ingrediemur in requiem, &c. Ipsi ergo competit in die sabbati operari, qui quę ab sabbatum pertinent, perficere potest, à quibus lex impotens quiescebat. Consequenter ponit calumniam illatam contra curatum cùm dicit.

Dicebant ergo Iudæi illi, qui sanatus fuerat. Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.

ET primò ponitur calũniæ cõtra curatũ illatio. Secũdò subditur curati excusatio. ibi. [Respondit eis. Qui me sanum fecit, &c.] Calũniã autẽ inferunt cõtra istũ de hoc, qp in sabbato grabatum portat, sed non de curatione. Vnde dicunt. [Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatũ tuum.] Cuius ratio multiplex potest assignari. Vnaquia Iudęi frequenter Christo de curatione in die sabbati calũniam inferentes confutati erant à Christo per hoc, qp ipsi etiam iumenta de puteo in die sabbati eruebant & saluabant: (vt habetur Luc. 14.) Et ideò de curatione tanquã de re vtili & necessaria tacent, de portatione verò lecti, quæ non necessaria videbatur calumniãtur. q.d. Si sanitas non erat deferẽda, quid erat necessarium lectum portare, seu portari præcipere? Alia ratio est: quia Dominus dixerat contra eos concludens, quòd licet sabbato benefacere. Et ideò quia curari non est benefacere, sed benẽ pati, curatum potius, quàm curantem calumniantur. Tertia ratio est, quia hoc in lege videtur prohibitum esse Iudæis, ne aliquid in die sabbati operentur, specialiter cùm portatio onerum in die sabbati prohibeatur. Hieremiæ septimo. Nec portetis onera in die sabbati. Et ideò specialiter calumniati sunt portationem in die sabbati (vtpotè dicto Prophetæ contrariam.)

Sed hoc ta-

Sed hoc tamen mãdatum Prophetæ mysticum est. Nam per onera non portanda intendebat eos inducere: vt in die sabbati requiescerent ab oneribus peccatorum, de quibus dicitur in Psalm. Iniquitates męæ sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Vnde qa iam erat tempus soluendi figuras occultas: mandat Christus isti grabatum tollere, id est, proximũ in infirmitate sustentare: secũdum illud Galat. 6. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Consequenter ponitur excusatio curati cùm subditur.

Respondit eis. Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabatum tuum, & ambula.

ET quidem prudenter se excusat. Nunquàm enim à Deo probatur bene doctrina esse diuinitùs sicut per ostensionem miraculorum: quæ non nisi diuinitùs fieri possit. Matthæi vltimo. Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante: & sermonem confirmante sequentibus signis. Et ideò iste auctorem sanitatis suæ calumniãtibus obijciebat, dicẽs. [Qui me saluum fecit, &c.] quasi dicat, Vos dicitis prohibitum esse ne onus portetur in sabbato & hoc auctoritate diuina. Sed mihi eadem auctoritate est impositum: vt tollam grabatum. Nam [ille qui me saluum fecit.] & per sanitatem restitutam se diuinam virtutem habere ostendit. [mihi dixit. Tolle grabatum tuum, &c.] Et ideò mandatis eius qui tantæ est virtutis: & qui mihi tale beneficium contulit, meritò tenetur obedire. Psalm. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Consequenter cùm dicit.

Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco.

QVia curatum hominem calumniari non poterant Christi curationem calumniari nituntur (per hunc enim se excusauerat homo ille) Et quia eum determinatè quis esset non indicauerat malignè interrogabãt ab eo quis esset. Et ideò circa hoc primò agitur de Christi inquisitione. Secundò de eius inuentione ibi [Postea inuenit eum Iesus.] Tertiò de eius persecutiõe ibi [propterea persequebantur Iudæi Iesum.] Circa primum tria ponuntur, scilicet Iudæorum inquisitio: curati ignorantia: & ignorantiæ causa. Quantùm ad primum dicitur [Interrogabant ergo eum Iudæi.] scilicet non bona intentione vt proficiant: sed maligno animo vt persequantur & perdant infra 8. Quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Et hanc eorum malitiam eorum verba manifestant. Cùm enim dominus & sanari languidum, & grabatum tolli iusserit: primum diuinæ virtutis ostensuum: & irrefragabile signũ subticetur. Aliud quod contra legem videtur replicant dicentes. [Quis est ille homo qui dixit tibi. Tolle grabatum tuum, & ambula?] Ecclesiast. 11. Bona in mala peruertens insidiatur & in electis imponit, scilicet imponere nititur maculam. Quantùm ad secũdum dicit [Qui autem sanus factus fuerat nesciebat, &c.] Sanus iste significat fideles per gratiam Christi sanatos. Ephes. 2. Gratia saluati estis: qui quidẽ nesciunt Christum quis est: sed effectum tantùm eius cognoscunt 2. Corinth. 5. Quandiu sumus in corpore peregrinamur à domino: per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Sed tunc cognoscemus Christum quis est: quando videbimus eum sicuti est. 1. Ioann. 3. Huius autem ignorantiæ causam assignat quantùm ad tria cùm dicit [Iesus autem declinauit à turba constituta in loco.] Quod quidem causam habet literalem & mysticam. Literalem quidem quantùm ad duo. Primò, vt daret nobis exemplum occultandi opera nostra bona: & non quærendi in eis hominum fauorem: secundum illud Mat. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Secundò, vt declinemus & fugiamus oculos inuidorum ab omnibus operibus nostris: ne ex hoc eorum inuidia crescat. Ecclesia. 8. Ne contra faciem stes contumelioſi: ne sedeat quasi insidiator ori tuo. Mysticam verò quantùm ad duo. Primò vt det intelligere quòd Christus non de facili inuenitur in hominũ multitudine: & in turbine curarũ temporalium: sed in spirituali secreto. Oseæ 2. Ducam eam in solitudinẽ: & ibi loquar ad cor eius. Nam verba sapientũ audiuntur in silẽtio (vt dicitur Eccl. 9.) Secundò vt insinuet qp Christus debebat declinare à Iudæis ad gẽtes. Isa. 8. Abscõdit faciẽ suam parũper à Iacob. i. subtraxit veritatis suæ notitiam à populo Iudęorum. Consequenter agitur de inuentione Christi cùm dicit.

Posteà inuenit eum Iesus in tẽplo: & dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deteriùs tibi aliquid contingat. Abijt ille homo, & nunciauit Iudæis: quia Iesus esset qui fecit eum sanum.

ET primò dicit qp inuenit. Secũdò, insinuat qp inuentus docetur. Tertiò, qp post doctrinã manifestatur. Quantũ ad inuentionem duo ponit. s. modũ inueniendi: & locũ. Modus quidẽ est mirabilis. Quia non inuenitur nisi inueniat. Vnde dicit [Postea.] s. quæ dicta sunt. inuenit eum Iesus. Nam homo sua virtute Christũ inuenire nõ potest: nisi ei se Christus præsentet. Vnde etiã Psal. dicebat. Require seruum tuum. Sapien. 6. Præoccupat eos qui se concupiscunt. Locus autẽ in quo inuenitur Christus est venerabilis. Quia in tẽplo secundum illud Psal. Dñs in tẽplo sancto suo. Nam & mater eius in templo eum inuenit. Luc. 2. (Et hoc qa in his quæ patris sui sunt oportebat eum esse) In quo datur nobis intelligi, qp curatus iste nõ ad vanitatẽ: sed ad religionis studiũ conuersus templũ frequẽtans: in ipso Christũ cognoscit. Quia si ad cõditoris cognitionẽ venire volumus fugiẽda est turba etiã prauorũ effectuum: & declinãda sunt malorũ conuẽticula: & fugiendũ est ad templũ cordis nostri: quod Deus inuisere & habitare dignatur. Cõsequẽter inuentus docetur. Vnde [& dixit illi. Ecce sanus, &c.] Vbi primò cõmemorat impensum beneficium. Secũdò proponi sanũ consiliũ. Tertiò, ostendit imminẽs periculũ. Sed beneficiũ est admirabile. Quia subita restitutio sanitatis. Vnde dicitur [Ecce iam sanus factus, &c.] Et ideò semper oportet in memoria teneri secũdum illud Isa. 63. Miserationũ dñi recordabor. Cõsilium verò vtile. Quia iam amplius noli peccare. Eccles. 21. Fili peccasti: ne adijcias iterũ. Quare dñs isti paralitico, & alijs quibusdã ab eo curatis mentionẽ facit de peccatis: & nõ alijs? Ideo. s. vt ostẽdat per hoc infirmitates aliquibus priorib⁹ peccatis prouenire secũdum illud 1. Cor. 1. Ideò multi imbeciles: & infirmi: & dormiũt multi. Per quod etiã se esse Deũ ostendit peccata & occulta cordium manifestans. Prouerb. 15. Infernus & perditio corã illo: quanto magis corda filiorũ hominũ? Istis ergo solis mẽtionẽ de peccatis facit, & nõ de alijs ab eo curatis: quia nõ omnes infirmitates propter peccata priora prouenium. Sed quædã ex naturali dispositione. Quędã propter probationẽ sicut in Iob. Vel de istis tantũ mentionẽ fecit, quia magis præparati erant ad correctionẽ. Prouerb. 9. Noli arguere derisorẽ. ne oderit te. Argue sapientẽ, & diliget te. Vel in istis omnibus alijs hoc mãdauit. Periculum autem imminens erat terribile. vnde dicit [Ne deteriùs tibi aliquid cõtingat.] Quod quidẽ 2. intelligi potest secũdum duo quæ in isto prędesserũt. Primò eñ punitus fuit per prolixũ morbũ. 2. consecutus fuit magnũ beneficiũ. Et ideò ad vtrũq; referri potest quod dicitur. Ad 1. quidẽ: quia cùm aliquis pro peccato punitur: & ex ipsa pœna à peccato nõ retrahitur: iustũ est vt grauiùs puniat. Et ideò dicit [Noli amplius peccare.] quia si peccaueris [deteriùs tibi cõtinget.] Hiere. 2. Fruſtrà percussi filios nostros: disciplinã non receperũt. Ad secundum verò: quia qui post beneficia recepta ad peccata prolabitur: grauiori supplicio reus efficitur propter ingratitudinẽ secũdum illud 2. Petr. 2. Meliùs erat eis viam veritatis nõ agnoscere: quàm post agnitionẽ retrorsum conuerti. Similiter etiã, quia postquàm homo ad peccatũ semel redierit faciliùs peccat: secundum illud Mat. 12. Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hiere. 2. A sæculo fregisti iugum: rupisti vinculum: dixisti nõ seruiam. Cõsequenter ponitur inuenti manifestatio cùm subditur [Abijt ille homo, & nunciauit, &c.] Et secũdum quosdã posset intelligi (vt Chrisõ dicit.) qp ex malitia manifestasset eum. Sed hoc nõ videtur probabile. s. qp post tantũ beneficiũ ita ingratus esset. [Nunciauit ergo Iudæis, quia Iesus esset qui fecit eum sanũ.] Vt manifestaret Christi virtutẽ ad sanandũ. Psal. Venite & narrabo quanta fecit dñs animæ meæ. Et hoc patet: quia illi interrogauerũt eum: quis iusserit grabatũ tollere. Iste autẽ annunciauit eis quòd [Iesus fecerit eum sanum.] Consequenter cùm dicit.

Propterea persequebantur Iudæi Iesum: quia hæc faciebat in sabbato.

PONitur persecutio cõtra Christũ: quæ est propter quoddã opus pietatis in sabbato exhibitũ. vnde dicit [Propterea persequebantur Iudæi Iesum, &c.] Psal. Principes persecuti sunt me gratis. Consequenter cùm dicit.

Iesus autem respondit eis: Pater meus vsque modo operatur: & ego operor.

PONitur secũda causa persecutionis: quæ sumitur ex doctrina. Et primò ponitur doctrina veritatis: secũdò persecutio Iudaicę pravitatis ibi [Propterea ergo magis quærę, &c.] Doctrinã autẽ veritatis proponit dominus excusando se de solutione sabbati. Sed notandum est qp dñs de huius solutiõe aliquãdo quidẽ excusauit se: aliquãdo discipulos suos. Et discipulos quidẽ: quia homines puri erant excusauit p similitudinẽ hominũ. s. p exemplũ sacerdotũ, qui operabãtur in tẽplo, in die sabbati: & sabbatũ nõ soluebãt. Et Dauid qui sub Alchimelech sacerdote in die sabbati à facie Saulis fugiens panes propositionis accepit de tẽplo (vt habetur Mat. 12.) Se verò qa homo erat, & Deus: aliquãdo per similitudinẽ hominũ excusauit à solutiõe sabbati. Luc. 14. Quis vestrũ si ceciderit bos, aut asinus suus in puteũ: nõ cõtinuò extrahet in die sabbati. Aliquãdo verò, & præcipuè in hoc loco excusat se p similitudinẽ Dei dicẽs [Pater meus vsq; modò operatur, & ego operor.] quasi dicat, nolite putare qp in sabbato ita requeuerit pater meus: vt ex illo nõ operet. Sed sicut ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

& nunc sine labôre operatur,ita & ego operor. In quo excludit falsum intellectum Iudæorũ,qui volentes cõformari Deo, nihil in die sabbati operãtur,ac si Deus ipso die oĩnò destiterit operari. Et quidẽ licèt in sabbato requieuerit à nouis creaturis condẽdis,nihilominùs tamẽ semper & cõtinuè vsq; modo operatur,creaturas inesse cõseruando. Vnde & signanter verbo requietionis. Moyses est versus post opera Dei,à quibus cõdendis requieuit:vt signaret spirituale requiẽ, quã Deus exẽplo quietis suæ fidelibus posthea qui bona fecerũt opera arcana significatione pollicebatur. Vnde dici potest illud mãdatum in vmbra futuri fuisse præceptum. Signãter autem dicit. [Vsq; nunc operatur.] Non autẽ operatus est: vt designet continuationẽ diuini operis. Nam possent imaginari Deum esse causam mundi,sicut arti fex est causa domus quãtum ad fieri tantum : vt sicut domus manet, etiam cessante operatione artificis : ita & mũdus subsistere posset in fluxu diuino cessante. Sed secundũ Aug. Deus ita est causa omnium creaturarum,quòd sit etiã causa subsistendi. Quia si eius potentia ad momentum cessaret , simul & illarum cessarent species omnes quas natura cõtinet,sicut si diceret,q; aër tãdiu illuminatur,quãdiu lumẽ solis manet in ipso. Cuius quidẽ ratio est. Quia ea quę causam habẽt quãtum ad fieri solum cessante causa subsistere possunt. Ea verò quę nõ solum fieri,sed etiã subsistẽtiæ causam habẽt cõtinua cõseruatiõe causæ indigẽt. Excludit etiã per hoc, quod dicit. [Pater meus vsque modo operatur.] Opinionẽ quorũdam dicentium,q; Deus mediãti bus secũdis causis res pro lucit,quod est cõtra illud Isa.25. Oĩa opera nostra operatus es in nobis Dñe. [Sicut ergo pater meus,] in principio instituẽdo naturã [vsq; modo operatur,] eadẽ operatiõe ipsam cõtinendo,& cõseruãdo [& ego operor.] Quia sum patris verbum, q; quod oĩa operatur. Gen 1. Dixit Iesus,fiat lux. Vnde sicut primam institutionem rerum per verbum operatus est, ita & ipsarum cõseruationem,& sicut si ipse [vsq; modo operatur, & ego operor:] quia sum verbum patris,per quod omnia fiunt & conseruantur. Consequenter cùm dicit.

Propterea ergo magis quærebant eum Iudęi interfi cere:quia nõ solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum,æqualem se faciens Deo.

POnitur persecutio ex doctrina prouenięs:quia propter ipsam do ctrinam [Iudæi magis.] i.audiori,animo,feruẽtiori zelo [quærebant eum interficere.] Duo enim crimina in lege morte punita fuerunt.s.crimen solutionis sabbati. Vnde ille qui collegit ligna in sabbato lapidatus est.Nume.15. Et crimẽ blasphemiæ. Vnde dicitur Leuit.23. Educ blasphemiũ extra castra,& lapidet eum omnis multitudo filiorũ Israël. Blasphemiã autem isti reputabãt,q; homo diceret se esse Deum.infr.10. De bono opere nõ lapidamus te,sed de blasphemia. Qui homo cũ sis,&c. & hæc duo crimina imponebãt Christo. Vnum.s.quia soluebat sabbatũ. Aliũ quia dicebat se æqualẽ Deo. Vnde dicit,q; ideò [quærebãt eum occidere:quia nõ solum soluebat sabbatũ, sed etiã patrẽ suum dicebat Deum.] Sed quia etiã alij iusti Deum patrẽ suum dicunt. Hiere.3. Patrẽ vocabis me. Ideò nõ solum dicunt patrẽ suum dicebat Deum,sed addunt, quod pertinet ad blasphemiam [æqualẽ se faciens Deo.] Quod ex hoc colliguat, quod dixit pater meus operatur,& ego operor. Deum patrẽ suum dicit:vt det intelligere,q; pater eius est per naturã. Aliorũ autẽ per adoptionem secundũ quẽ modum loquitur infr. Vado ad patrẽ meum.s.per naturã,& patrẽ vestrum.s.per gratiã. Itẽ ad similitudinẽ eius se operari dicit soluens per hoc calũniam Iudęorum de solutione sabbati. Quę nõ esset conueniens excusatio, nisi æqualis auctoritatis esset in operãdo cum Deo. Et ideò dicunt,q; fecit se æqualẽ Deo. Et quidem magna est Arrianorum cæcitas,qui in verbis Domini nõ possunt intelligere quæ Iudæi intelligunt dicentes Christum Deo patre minorem esse. Sed Arriani dicunt,q; Christus non fecit se æqualem Deo, sed Iudæi hoc suspicabantur. Sed per ea quæ dicta sunt in ipso textu, aliter etiã manifestum est. Nã Euangelista dicit,quòd Iudæi persequebãtur Christum quia soluebat sabbatum,& quia dicebat patrem suum Deum,& quia faciebat se æqualem Deo Aut ergo Christus est mendax,aut est æqualis Deo. Sed si est æqualis Deo , ergo Christus Deus est per naturam. Dicit autem Euangelista [se æqualem faciens Deo.] Non quod ipse se æqualem Deo faceret:quia per æternam generationem æqualis erat Deo,sed secundum intẽtionem Iudæorum loquens, qui non credentes Christum esse filium Dei per naturam, intellexerunt ex verbis eius,quòd se diceret Dei filium: quasi volens se æqualem Deo facere, cùm tamen hoc eum esse non crederẽt.infr. Tu homo cùm sis , facis teipsum Deum , id est , dicis te esse Deum, quod interpretatur ac si tuipse facias teipsum Deum.

LECTVRA III.

Respondit itáque Iesus,& dixit eis. Amen amen dico vobis , non potest filius à se facere quicquam , nisi quod viderit patrem facientem.

HIC tradit doctrinã de potestate viuificata. Et primò ponitur ipsa doctrina. Secundò confirmatio eius ibi. [Si ego testimonium,&c.] Circa primum duo facit. Primò proponit doctrinã eius de potestate viuificata in cõmuni. Secundò in speciali. ibi. [Et maiora his demon.] Circa primum tria facit. Primò insinuat potestatis suæ origi nem. Secundò ipsius potestatis magnitudinẽ ibi. [Quæcúnq; enim ille fecerit,&c.] Tertiò assignat vtriúsque rationẽ. ibi. [Pater enim diligit filium.] Cõsiderandum autẽ circa primum,q; Arriani ex his verbis quæ hic Dñs dicit. [Nõ potest filius à se facere quicquã,&c.] [Errorem suum cõfirmare nituntur.s.q; filius minor sit patre. Quia enim secundum q; Euãgelista dixit Iudæi persequebãtur Christum: quia faciebat se æqualẽ Deo. Quod vidẽs Dñs Iudęos ex hoc moueri volẽs hoc excludere (vt Arriani dicunt) talia verba subiunxit : vt se æqualẽ patri non esse monstraret dicens. [Amen amen dico vobis. Nõ potest filius à se facere quicquã, nisi quod viderit patrẽ faciẽtẽ.] Quasi dicat. nõ intelligatis me per hoc,quod dixi. Pater meus operatur,& ego operor. Sic operari,q; ego sum ei æqualis:quia non possum facere à meipso. [Quia ergo filius nõ potest facere quicquã, nisi quod viderit patrẽ faciẽtem.] Vtiq; minor est patre (vt ipsi dicunt.) Sed hic intellectus falsus est,& erroneus. Quia si filius nõ esset æqualis patri,tunc nõ esset filius idẽ cum patre. qđ est cõtra illud.infr.10. Ego & pater vnum sumus. [Nã æqualitas attenditur secundum magnitudinem quæ in diuinis ipsa essentia.] Vnde si esset patri inæqualis,differret ab eo secundum essentiã. Ad verum autẽ huius intellectum sciẽdum est,q; in his,quæ in filio minorationẽ importare videntur, posset dici ab aliquibus hæc de Christo dicta esse secundum naturã assumptã sicut dicitur infr.14. Pater maior me est. Vnde secundum hoc vellẽt dicere,q; hoc, quod Dñs dicit. [Nõ potest filius à se facere quicquã,] hoc intelligẽdum est de filio secũdum naturam assumptã. Quod quidẽ stare nõ potest:quia secũdum hoc oporteret dicere,q; oĩa quæ filius Dei fecit in natura assumpta,pater ante eum fecisset, putà q; siccis pedibus super mare ambulasset, sicut Christus ambulauit. Aliàs non diceretur. [Nisi q; viderit patrem facientem.] Sed si dicatur,q; quæcúnq; Christus in carne fecit,etiã & Deus pater fecit,inquantum in eo pater operatur.secundum illud infr.14. Pater autẽ in me manẽs ipse facit opera: vt sit sensus. [Nõ potest filius à se facere quicquã, nisi q; viderit patrẽ facientẽ] in seipso. Sed nec hoc stare potest:quia secundũ hoc ea quæ sequuntur,non possent ei adaptari.s.quæcúnq; ille fecerit,hoc & filius similiter facit. Nunquàm enim secundum naturã assumptã filius creauit mundum, sicut & pater creauit. Nõ ergo ad naturã assumptã referẽdum est,qđ dicitur. Secundum Aug. autẽ alius modus est intelligendi ea quæ videntur in filio minorationẽ importare, licèt nõ important:vt.s.referantur ad originẽ filij à patre:quia licèt filius sit æqualis patri per oĩa, tamen hoc ipsum habet à patre p æternã generationẽ, sed pater à nullo habet,cũ sit ingenitus:vnde secundum hoc continuatur sic. Quid scandalizati estis:quia patrẽ meum dixi Deum, & quia æqualem me feci Deo. [Amẽ amẽ dico vobis,non põt filius à seipso facere quicquã.] Quasi dicat. Ita sum æqualis patri Vt ab illo sim,nõ ille à me. Et quicquid ego habeo vt faciã,est mihi à patre. Secundũ hũc ergo modum in his verbis sit mẽtio de potestate filij per hoc verbum potest. Et de eius operatione pẽr hoc verbum facere. Et ideò vtrũq; põt hũc intelligi:vt.s.ostendatur primò deriuatio potestatis filij à patre. Secundò verò vt ostẽdatur cõformitas operationis filij ad operationẽ patris. Quantum ad primum exponit Hylar. hoc modo supra Dñs dixit se esse æqualẽ patri. Sed aliqui hæretici propter auctoritates scripturę, quæ dicunt vnitatẽ. & æqualitatẽ filij ad patrẽ attribuunt filio,quòd sit ingenitus,sicut Sabelliani dicẽtes filium esse idẽ cum patre in persona. Ne ergo hoc intelligas dicit. [Nõ potest filius à se facere quicquam.] Nã potentia filij idẽ est, q; natura eius ab eo,ergo filius habet posse à quo habet esse. Esse autẽ habet à patre.infr.16. Exiui à patre,& veni in mundum,à quo etiã habet naturam: quia Deus,est de Deo,ergo ab eo habet posse. Sic ergo hoc,qđ dicit. [Nõ potest filius facere quicquã, nisi patrẽ viderit facientẽ] tãtum valet ac si dicatur. Filius sicut nõ habet esse nisi à patre, ita nec posse facere aliquid nisi à patre. In naturalibus enim ab eodẽ aliquid accipit posse operari,à quo recipit esse,sicut ignis ab eo recipit,q; potsit ascẽdere sursum,à quo recipit formã & esse. Nec tamẽ per hoc,quod dicit.. [Nõ potest filius,&c.] Importatur inæqualitas. Quia posse pertinet ad relationem. Aequalitas autem,& inæqualitas pertinet ad quantitatem. Per hoc autem, quod dicit. [Nisi quod viderit patrem facientem,] posset alicui falsus intellectus subintrare:vt crederet filium hoc modo facere : quia vidit patrem facientem , scilicet quòd pater primò fecit , hoc viso filius postea incœpit facere ad modum duorum fabrorum , magistri scilicet, & discipuli, qui archam facit secundum modum quem viderit magistrum facere. Quod quidem non est verum de verbo , (nam supra primo dicitur.) Omnia per ipsum facta sunt. Ergo pater non fecit aliquid, ita quòd filius videret fieri & addisceret. Sed hoc dictum est . vt designetur communicatio potestatis filio per generationem , quæ conuenienter designatur hoc verbo viderit : quia per visum & auditum in nos ab alio scientia transfunditur, nam per visum quidem sciẽtiam à rebus accepimus. Per auditum verò à sermonibus. Filius autem non est aliud quàm sapientia genita:secũdum illud Eccle.24. Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnẽ creaturã. Et sic deriuatio filij à patre:nihil aliud est quã deriuatio diuinæ sapiẽtiæ. Quia ergo visio designat deriuationẽ cognitiõis & sapiẽtiæ ab alio,rectè prouisionẽ generatio filij à patre designatur. vt sic nihil aliud sit filium videre patrẽ facientẽ,quàm procedere intelligibili processionẽ à patre operãte. Potest autẽ & huiusmodi secũdum Hylariũ alia ratio assignari.s.vt per hoc quod dicit [viderit.] excludatur omnis imperfectio à generatione filij vel verbi. Nam in generatione mali illud quod generatur,paulatim per incrementa tẽporũ ab imperfecto ad perfectũ perducitur. Nom eñ iam perfectũ est aliquid:quando generari incipit:sed hoc in generatione æterna locũ non habet, cũ fuerit generatio pfecti à perfecto. Et ideò dicit. [Nisi qđ viderit filius patrẽ facientẽ.] Cũ eñ videre sit actus perfectũ manifestũ est: q; filius statim pfectus genitus est:tanq; statim videns: & nõ p incrementa temporũ ad perfectũ perducitur. Quantũ verò ad secundum exponit Chriso.s.ad ostendendũ conformitatẽ patris ad filiũ quantùm ad operationẽ hoc modo. Dico q; licet mihi operari in sabbato quia & pater meus continuè operatur:cui nõ possum operari cõtrarium. & hoc [quia nõ potest filius à se facere quicquã , &c.] Cũ eñ quis aliquid à se facit:tunc in faciẽdo nõ se cõformat alteri. Quicũque autẽ est ab alio si discordat ab eo peccat,infra 7. Qui à semetipso loquitur:gloriã propriã quærit. Quicúnq; ergo existẽs ab alio: à semetipso operatur:peccat. Filius autẽ à patre. Ergo si operatur à semetipso peccat:quod est impossibile. Per hoc ergo quod dicit dominus [Filius nõ potest à se facere quicquã,&c.] In hoc aliud insinuat quàm q; filius non potest peccare,quasi dicat. Iniustè persequimini me de solutione sabbati:quia nõ possum peccare:quia nõ operor cõtraria patri meo. Vtrúnq; autẽ expositionẽ.s.Hylarij & Chriso. facit Augustinus:licèt in diuersis locis. Consequenter cùm dicit.

Quæcũq; eñ ille fecerit:hęc & filius similiter facit.

POnitur magnitudo potestatis Christi, & excluditur in his tria circa potestatẽ suam.s.particularitatẽ:diuersitatẽ & imperfectionem. Particularitatẽ:quia cũ sint diuersa agẽtia in mundo:& agens primũ vniuersale virtutẽ habeat super omnia agẽtia. Alia verò agẽtia quæ sunt ab ipso tantò particularis virtutis sint:quãtò sunt inferiora: in ordine causalitatis.posset autẽ ex hoc aliquis credere , q; cũ filius nõ sit à se,habeat potestatẽ particulatã respectu aliquorũ existentiũ:& nõ vniuersalẽ respectu omniũ: sicut habet pater. Et ideò hoc excludens dicit [Quæcũq; eñ ille.] i. pater [fecerit.] i. omnia ad quæ se extẽdit potestas patris extẽdit se etiã potestas filij:supra 1. Omnia per ipsum facta sunt. Diuersitatẽ verò: quia aliquãdo vnum ab alio existẽs:potest quidẽ facere quæcúnq; ille à quo est facit. Nihilominùs tamen illa quæ facit nõ sunt eadẽ cũ illis : quæ ille à quo est facta:sicut si vnꝰ ignis existẽs ab alio potest facere quęcũq; alius facit. puta cõburere:sed tamen alia cõburit iste : alia ille licèt eadem sit cõbustio vtriúsq; secũdum speciẽ. Ne ergo intelligas sic operationem filij diuersam esse ab operatione patris. Dicit hæc.i. nõ diuersa sed eadẽ. Imperfectionẽ verò: quia quãdóq; cõtingit aliquod vnum mẽta temporũ ad perfectũ perducitur. Quantũ verò ad secundum exponit Chriso.s.ad ostendendũ conformitatẽ patris ad filiũ quantùm ad operationẽ hoc modo. Dico q; licet mihi operari in sabbato quia & pater meus continuè operatur:cui nõ possum operari cõtrarium. & hoc [quia nõ potest filius à se facere quicquã , &c.] Cũ eñ quis aliquid à se facit:tunc in faciẽdo nõ se cõformat alteri. Quicũque autẽ est ab alio si discordat ab eo peccat,infra 7. Qui à semetipso loquitur:gloriã propriã quærit. Quicúnq; ergo existẽs ab alio: à semetipso operatur:peccat. Filius autẽ à patre. Ergo si operatur à semetipso peccat:quod est impossibile. Per hoc ergo quod dicit dominus [Filius nõ potest à se facere quicquã,&c.] In hoc aliud insinuat quàm q; filius non potest peccare,quasi dicat. Iniustè persequimini me de solutione sabbati:quia nõ possum peccare:quia nõ operor cõtraria patri meo. Vtrúnq; autẽ expositionẽ.s.Hylarij & Chriso. facit Augustinus:licèt in diuersis locis. Consequenter cùm dicit.

Pater enim diligit filium : & omnia demonstrat ei quæ ipse facit.

ASsignat rationẽ vtriúsq;. s. originis & magnitudinis potestatis filij:quæ quidẽ ratio assignatur ex dilectione patris: qui diligit filium. Vnde dicit [Pater eñ diligit filiũ.] Sed ad sciendũ quomodò dilectio patris ad filiũ sit ratio originis seu cõmunicationis potestatis filij , attendendũ est , q; dupliciter aliquid diligitur. Cũ enim aliquis diligit aliquod bonũ potest sic diligere ad amorẽ bonũ solùm sit amabile:aliquod bonũ potest sic diligere ad amorẽ bonũ ex usu amorẽ. Nam causa amoris nostri ad aliquẽ est bonitas habere. s.vel vt causa amoris:vel vt ab amore causatũ. In nobis autẽ eius. Non eñ ideò bonus est,quia nos eum diligimus. Sed ideò diligimus eum : quia bonus est. Vnde in nobis amor causatur à bono. Sed in Deo aliter est : q; ipse amor Dei est causa bonitatis in rebus dilectis:quia enim Deus diligit nos:ideò boni sumus. (Nam amare nihil est aliud quã velle bonũ alicui.) Cũ ergo voluntas Dei sit causa rerũ. Quia omnia quæcúnq; voluit dñs fecit. (vt dicit Psal.) Manifestũ est q; amor Dei causa est bonitatis in rebus. Vnde Dionysius dicit 4.c.de di.no.quia amor diuinus nõ permisit cum sine germine esse. Ergo si consideremus originẽ filij, videamus vtrum amor quo pater diligit filium sit principiũ originis,vel procedat ab ea. Amor autẽ in diuinis dupliciter accipitur. s. essentialiter secũdum q; pater diligit,& filius & spiritussanctus. Et notionaliter : seu personaliter secundum q; spiritussanctus procedit : vt amor. Sed neutrũ horum modorum amor dictus potest esse principiũ originis filij. Nam secundũ q; accipitur essentialiter sic importat actũ volũtatis. Si ergo esset principium originis filij:sequeretur q; pater genuisset filiũ voluntate nõ natura:quod est erroneum. Similiter etiã: nec amor notionaliter sumptus:quia pertinet ad spiritumsanctũ. Quia tunc sequeretur q; spiritussanctus esset principiũ filij:quod est erroneum. Imò nullus hæreticus hoc dixit. Licèt eñ amor notionaliter sumptus sit principiũ omnium donorũ,quæ nobis donãtur à Deo : non tamen est principiũ filij:sed potiùs ipse à patre filióq; procedit. Sic ergo dicendum,q; ratio ista nõ sumitur ex dilectione:vt ex principio:sed vt ex signo. Cũ enim similitudo sit causa dilectiõis. (Omne enim animal diligit simile sibi.) Vbi inuenitur perfecta similitudo Dei:ibi inuenitur etiã perfecta dilectio Dei. Perfecta autẽ similitudo patris in filio est:secũdum illud Collossen.1. Qui est imago inuisibilis Dei Hebr. 1. Qui cũ sit splendor gloriæ : & figura substantiæ eius. Perfectè ergo filius à patre diligitur. Et ideò quia perfectè diligit eum,signũ est q; pater omnia ostenderit ei , & cõmunicauerit ei suam potestatẽ & naturam. & de huius dilectione dicitur supra 3. Pater diligit filium,& omnia dedit in manu eius. Et Mat.3. Hic est filius meus dilectus. Circa hoc autem quod sequitur [Et omnia demonstrat ei quæ ipse facit.] Sciẽdum est q; dupliciter potest aliquis alicui sua opera demõstrare. Vel quantũ ad visum : sicut artifex ea quæ facit demonstrat discipulo. Vel quantũ ad auditum,sicut quando verbo instruit eum. Quocúnq; ergo istorũ modorũ accipiatur [Demonstrat] sequi potest duplex incõueniens: quod tamen non est in ista demonstratione:qua pater demonstrat filio. Si enim pater dicatur demonstrare filio quantũ ad visum. Primò quidem sequitur in istis inferioribus , q; prius operetur aliquid , quod alteri demonstrat:deindè q; seorsum ab eo cui demonstrat. Sed pater nõ demonstrat filio ea quæ priùs facit. Quia ipse filius dicit Prouerb 8. Dominus possedit me in initio viarũ suarum antequàm quicquam faceret. Neq; etiam ea quæ seorsum à filio facit:quia pater omnia operatur per filium:supra 1. Omnia per ipsum facta sunt. Si autem accipiatur demonstratio quantùm ad auditum. Duo videntur sequi. Nam qui verbo docet,primò demonstrat ignoranti:deindè verbum est inter demonstrantem:& cui fit demonstratio. Sed neutro modo pater demonstrat filio. Non enim sicut ignoranti: cùm filius sit sapientia patris.1.Corinth.1. Christum Dei virtutem : & Dei sapientiam. Nec aliquo alio verbo medio : quia ipse filius est verbum patris supra 1. Verbum erat apud Deum. Dicit ergo pater omnia quæ facit demõstrare filio inquantùm communicat ei notitiam omnium suorum operum. Sicut igitur magister dicitur demõstrare discipulo inquantùm dat ei notitiam eorũ quæ facit. Vnde secundum Augu. demonstrare patrem filio, nihil aliud est quàm patrem generare filium. Et filium videre quæ pater facit:nihil aliud est quàm filium esse, & naturam à patre recipere. Potest tamen dici demonstratio illa similis visuali inquantùm ipse filius est splendor visionis paternæ (vt dicitur Hebr.1.) Nam pater videns se:& intelligens:cõcipit filium: qui est conceptus huius visionis. Potest eriam esse similis ei: quæ fit per auditum:inquantùm filius procedit à patre:vt verbum. Vt si dicatur q; [pater omnia demonstrat filio] inquantùm producit ipsum vt splendorem,& conceptũ suæ sapientiæ & verbum. Hoc ergo quod dicit [demonstrat] refertur ad illud quod supra dixit. [Non potest filius à se facere quicquã:nisi quod viderit patrem facientem.] Hoc verò quod dicit [Omnia] refertur ad illud quod dixit [Quæcúnq; enim ille fecerit hoc similiter & filius facit.]

LECTVRA IIII.

Et maiora his demonstrabit ei opera , vt vos miremini.

OSTENSA potestate filij in communi : hîc consequenter ostendit eam in speciali. Et primò dominus manifestat suam potestatem viuificatiuam. Secundò manifestat quædam prædicta : quæ videbantur obscuratibi [Sic enim pater habet vitam in seipso.] Circa primum duo facit. Primò ostendit filium habere potestatem viuificatiuam. Secundò , docet modum percipiendi vitam à filio ibi [Amen amen dico vobis. Quia qui verbum meum auditis.] Circa primum tria facit. Primò, proponit potestatem viuificatiuam filij. Secundò , dicti rationem assignat ibi [Neque enim pater iudicat quenquam.] Tertiò, ostendit effectum exinde prouenientem : ibi [Vt omnes honorificent filium,&c.] Circa primum duo facit. Primò, proponit potestatem viuificatiuam in communi. Secundò exprimit eam ibi. [Sicut enim pater,&c.] Quãtùm ad primum dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[Maiora his demõstrabit.] q.d.miramini,& turbamini de potestate filij in sanatione languidi.Sed adhuc pater [maiora his demõstrabit opera.] i. in suscitatiõe mortuorũ: [vt & vos miremini.] Sed ex his verbis insurgit dubitatio quantum ad hoc, quod dicit. [Demonstrabit.] Nã hoc, (quod suprà dictũ est,) quòd pater omnia demonstrat filio,refertur ad æternã generationẽ.Quomodò ergo hic dicit [demonstrabit] cũ filius sit ei coæternus & in æternitate nõ sit accipere futurum.Secundò quidem quantum ad hoc,quod dicit [vt vos miremini.] Si enim ideò demonstraturus est vt Iudæi mirẽtur,tunc filio demõstratus est simul & iſtis.Aliàs nõ mirarẽtur,nisi viderent, cùm tamẽ filius ab æterno omnia viderit apud patrẽ. Et ideò dicendum est,quòd hoc exponitur ttipliciter. Vno modo secũdum Aug. vt referatur hæc demonstratio ſienda discipulis.Cõsuetus enim modus loquẽdi est Christi.vt aliquãdo attribuat sibi fieri, qđ fit mẽbris suis.secũdum illud Mat.25. Quod vni ex minimis meis fecistis,mihi fecistis,& tunc est sensus.Vos vidistis filium magna faciẽtem in curatione languidi,& miramini.Sed adhuc [maiora his pater demonstrabit ei.] in membris.s.discipliois.Matth.4. Et maiora horum faciet tibi. Dicit ergo [vt vos miremini:] quia ex miraculis discipulorum Iudæi intantum mirati sunt, ꝙ maxima multitudo eorum conuerſa est ad fidem (sicut habetur Act.1.) Alio modo secũdum Aug. sic:vt.s.referatur ad Christum secũdum naturã assumptam.In Christo enim est & natura diuina & natura humana , & secũdum vtránque habet à patre potestatem viuificatiuam, sed aliter & aliter: quia secũdum diuinitatẽ habet potestatem viuificatiuam quãtum ad animas,sed secundum naturam assumptam viuificat corpora. Nam resurrectio Christi,& mysteria quę Christus ſpleuit in carne,sunt causa futuræ resurrectionis corporum. Ephes.2. Conuiuificauit nos in Christo.1.Cor.15. Si Christ⁹ resur.&c.sed primum habet ab æterno, & hoc ostendit,cùm suprà dixit. Et omnia demonstrat ei quæ ipse fecit,quæ quidem omnia demonstrat carni,sed alia ex tẽpore,& quantum ad hoc dicit. [Et maiora his demõstrabit ei.] i.demõstratur potestas eius in hoc, ꝙ maiora faciet, suscitãdo mortuos quoſdã quidẽ hîc,sicut Lazarum,puellam,& vnicum matris. Omnes tantũdem in die iudicij. Tertio modo vt referatur ad Christum secundum naturam diuinam,secundum illum modum quo in ſcriptura dici consuetum est tunc aliquid fieri,quando innotescit. sicut illud Matth.vlti. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Cùm enim Christus ab æterno habuerit potestatem plenissimam.Quia quæcúnque pater facit,& similiter filius facit , dicit tamen post resurrectionem Domini potestatem datam esse.Non quia tunc tãtum eã recepit,sed quia per resurrectionis gloriã,tunc maximè innotuit, secundũ hoc ergo dicit,sibi potestatẽ dari secundum ꝙ eam exequitur in opere. Vt dicatpr. [Et maiora demõstrabit ei opera,] id est, sibi data p executionem ostendet,& hoc nobis mirãtibus.quando.s.qui nobis videtur:vt homo tãto apparebit virtutis diuinæ & Deus. Sic autem verbum demonstrationis accipitur:vt verbum visionis secundum quod suprà expositum est.Consequenter cùm dicit.

Sicut enim pater suscitat mortuos,& viuificat,sic & filius quos vult viuificat.

EXplicat in speciali potestatem viuificatiuam filij ostendens,quæ sunt illa maiora,quæ pater filio demõstrabit. Vbi sciendum est, quòd diuina virtus in veteri testamẽto ex hoc præcipuè cõmẽdatur, quòd Deus est auctor vitæ.1.Reg.2.Dominus mortificat & viuificat. & Deute.32.ego occidã,& ego viuere faciam.Quãquidem virtutem sicut habet pater,sic habet & filius. Et ideò dicit. [Sicut pater suscitat mortuos,& viuificat,sic & filius,&c.] q.d. hæc sunt maiora, quæ pater filio demõstrabit.s.vt mortuos viuificet.Planè maiora sunt ista valdè quia plus est vt resurgat mortuos,quã vt conualescat ægrotus. Sic ergo filius,quos vult viuificat,& primã vitam viuentibus dãdo, & mortuos suscitando. Nec tamẽ putemus alios à patre suscitari,& alios à filio,sed eosdẽ quos pater suscitat & viuificat, filius suscitat & viuificat:quia pater sicut omnia operatur per filiũ,qui est vita. Vnde dicit infr.14. Ego sum via:veritas,& vita.Nõ tamen per filium suscitat & viuificat mortuos sicut per instrumentum:quia secundum hoc filius non esset constitutus in suę potestatis arbitrio.Ideò vt hoc excludat dicit. [Filius quos vult viuificat,] id est,in suæ potestatis arbitrio est,quos viuificare vult. Nam non aliud vult filius,quàm pater. Sicut enim illis est vna subſtãtia,sic est illis vna voluntas: vnde Mat. 20.dicit.An non licet mihi quod volo facere?Cõsequenter cũ dicit.

Neque enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio:

ASsignat rationem dicti manifestans suam potestatem. Sed attendendum est, quòd ex hoc loco vsque ad finem sunt duæ expositiones:vna est August.alia Hylar.& Chrisosto. Secundum Augusti. quidem exponitur sic.Dixerat Dominus suprà quòd sicut pater suscitat mortuos,ita & filius. Sed ne intelligeres illam mortuorum resuscitationem tantùm,qua aliquos ad hanc vitam resuscitauit ad miraculi ostenſionem,& non illam qua resuscitat ad vitam æternã. Ideò ducit eos ad altiorem considerationem alterius.s.resurrectionis,quę erit in futuro iudicio.Vnde & ſpecialiter de iudicio mentionẽ facit dicens. [Neq; enim pater iudicat,&c.] Potest & aliter secũdum eundem sub eodem sensu continuari:vt secundũ hoc, quod dixit. [Sicut pater resuscitat mortuos,sic & filiꝰ,&c.] Referat ad resurrectionem animarum,quã facit filius inquãtum est verbum.Hoc verò quod dicit. [Neq; enim pater iudicat,&c.] Referatur ad resurrectionẽ corporum,quam facit inquãtum verbum caro factum est. Resurrectio enim animarum fit per personam patris,& filij.Vnde & simul nominat patrem, & filium dicẽs. [Sicut pater suscitat,sic & filius.] Resurrectio verò corporum per dispensationẽ humanitatis patri non coæternam.Et ideò soli filio iudicium attribuit. Sed attẽde mirabilẽ varietatem verborum.Nam primò proponitur nobis pater operans,& filius vacans.s.cùm dicitur.Non potest filius à se facere quicquã,nisi quòd viderit patrem facientẽ. Hoc verò ecõuersò proponitur filius operans,& pater vacãs. [Neq; enim pater iudicat quẽquã,sed omne iudicium dedit filio,&c.] In quo datur intelligi,ꝙ alio modo loquitur hîc,& alio modo ibi.Nã ibi loquitur de operatiõe quę est patris & filij. Vnde dicit,ꝙ à se nõ facit quicquã,nisi quod viderit patrem facientem. Hîc verò loquitur de operatione,qua filius secundum ꝙ homo iudicat,& nõ pater.Vnde dicit, [ꝙ omne iudiciũ dedit filio.] Nã pater in iudicio nõ apparebit:quia secundum iustitiã Deus propria natura iudicãdis omnibus apparere nõ potest:quia cùm visio diuina sit beatitudo nostra , si mali Deum in propria natura viderent,iam essent beati. Apparebit ergo solus filius,qui solus habet naturam assumptam.Ipse ergo solus iudicat,qui solis omnibus apparebit,sed tamen auctoritate patris. Act.10. Hîc est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorũ.Et in Psal. Deus iudicium tuum Regi da.Consequenter cùm dicit.

Vt omnes honorificent filium,sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium,non honorificat patrem,qui misit illum.

POnit effectum qui prouenit ex potestate filij.Et primò ponit fructum cõsequentiæ. Secundò excludit cõtradictionem ibi . [Qui non honorificat filium non honorificat patrem,&c.] Dicit ergo. Ideò pater omne iudicium dedit filio secundum humanã naturam: quia in incarnatione se filius exinaniuit formã serui accipiẽs,in qua inhonoratus est ab hominibus secundum illud.infr.8.Ego honorifico patrẽ meum,& vos inhonorastis me. Ideò ergo in ipsa natura assumpta datum est ei iudicium:vt omnes honorificẽt filium,sicut honorificant patrẽ.Tunc enim videbunt filium hominis venientẽ cum potestate magna & maiestate.Luc.21.Et Apoc.15. Ceciderunt in facies suas,& adorauerunt dicentes.Benedictio & claritas,& sapiẽtia, & gratiarum actio,honor:virtus;& fortitudo Deo nostro. Sed posset aliquis dicere:volo honorificare patrem,& nõ curare de filio.Sed hoc nõ potest esse:quia qui nõ honorificat filium,nõ honorificat patrem,qui misit illum. Aliud enim est honorare Deum ratione qua Deus est,aliud honorare patrem.Nam benè potest aliquis honorare Deum inquantum creator omnipotens, & incommutabilis, absque hoc,quòd honoret & filium.Sed honorare Deum vt patrem, nullus potest quin honorificet filium. (Nam pater dici non potest,si filium non habet.) Sed si inhonoras filium diuidendo eius virtutem, inhonoras & patrem,ibi enim tollis virtutem patri:vbi minorẽ das filio. Vel aliter secundum eundem. Christo debetur duplex honor,scilicet secundum diuinitatem,secundum quã debetur ei honor æqualis patri,& quantũ ad hoc dicit. [Vt omnes honorificent filium , sicut honorificant patrem.] Alius debetur ei secundum humanitatem, sed non æqualis patri.Et de isto dicit. [Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum.] Vnde ibi signanter dicitur.sicut Luc.10. Qui vos spernit,me spernit. Hîc autem non dicit sicut , sed simpliciter dicit filium esse honorandum. Secundum autem Hylar.& Chrisostom.exponitur magis ad literam,quamuis parum mutetur hoc modo. Dominus suprà dicit. Filius quos vult viuificat.Quicúnque aliquid faciet pro libero voluntatis arbitrio,agit ex proprio iudicio.Suprà verò dictum est , quòd omnia quæcúnque facit pater , hic & filius ſmiliter facit. Ergo filius de omnibus habet liberum voluntatis arbitrium. Quia ex proprio iudicio procedit. Et ideò statim facit mentionem de iudicio dicens. [Neque pater iudicat quemquam] seorsum , scilicet à filio. Et hoc modo loquendi vsus est Dominus infrà duodecimo. Ego non iudico vos, scilicet solum , sed secundum quem locutus ille iudicabit vos in nouissimo. [Sed omne iudicium dedit filio] sicut & dedit ei omnia. Sicut enim dedit ei vitam , & genuit eum viuentem , ita dedit ei omne iudicium,id est,genuit eum iudicem.infr.eodem.Sicut audio iudico,id est,sicut habeo esse à patre,ita & iudiciũ. Ratio huius est. Quia filius nihil aliud est (vt dictum est suprà,) quam conceptus paternæ sapientiæ. Vnusquisque autem per conceptum suæ sapientiæ iudicat: vnde sicut pater omnia per filium facit,ita & omnia per ipsum iudicat.Et fructus huius est. [Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem.] i.exhibeant ei cultum latriæ sicut patri. Cætera verò nõ mutãtur.Sed attendenda est secundũ Hylariũ mirabilis cõnexio verborũ:vt errores cõtra æternã generationẽ cõfutentur. Duæ enim hæreses cõtra ipsam generationẽ æternã extortæ fuerũt.Vna Arrij dicẽtis filiũ minorẽ patre,qđ est cõtra æqualitatẽ & vnitatẽ. Alia Sabellij dicentis nõ esse distinctionẽ personarũ in diuinis:quod est cõtra originẽ.Et ideò vbicũq; facit mentionẽ de vnitate & æqualitate:statim addit & distinctionẽ personarũ secundum originẽ & ecõuersò. Vnde quia innuit originẽ personarũ dicẽs.Nõ potest filius à seipso facere quicquã nisi quod viderit patrẽ faciẽtem: ne crederes inæqualitatem statim subiũgit.Quæcũq; enim ille fecerit,hoc & filius similiter facit.Et ecõuersò.cũ innuit æqualitatẽ dicens.Sicut enim pater suscitat mortuos,& viuificat:ita & filius:quos vult viuificat.Ne discernas originẽ & filiũ genitũ subiungit. [neque enim pater iudicat quenquã:sed omne iudiciũ dedit filio.] Eodẽ modo cũ insinuat æqualitatem personarũ dicens. [Vt omnes honorificent filiũ:sicut honorificant patrẽ.] Statim subiũgit de missione.In qua demonstratur origo dicens. [Qui nõ honorificat filium:nõ honorificat patrem:qui misit illum.] Non per separationem à seipso: missionem audi.infrà 8.Qui me misit mecum est,&c.

Amen amẽ dico vobis:quia qui verbum meum audit,& credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Et in iudicium non venit,sed transiet à morte in vitam.

SVpra ostẽdit dominus se habere virtutẽ viuificatiuã.Hîc ostẽdit modum quo aliquis ab ipso vitam participare potest. Et primò ponit modũ:quomodò aliquis per ipsum vitam participaret.Secundò huiusmodi adimpletionẽ prænunciat ibi. [Amen amen dico vobis quia venit hora.] Circa primũ cõsiderandum est,ꝙ sunt quatuor gradus vitæ.Vnus quidẽ inuenitur in plãtis:quæ nutriuntur:augentur:& generantur.& generant. Alius in animalibus:quæ tantùm sentiunt. Alius verò in his quæ mouentur:quæ sunt animalia perfecta. Vlterius verò est aliud genus vitæ in his quæ intelligunt. Tot ergo existentibus gradibus vitæ impossibile est:vel vitam,quæ est in plantis:vel eam quæ est in sensu:aut eam quæ est ex motu esse primã vitam. (Nam prima vita debet esse per se vita non participata.) Nulla autẽ vita potest esse talis:nisi sola vita intellectualis.Aliæ autẽ tres rationes sunt corporali & spirituali creaturæ. Corpus autem, quod viuit non est ipsa vita:sed vitam participans. Et ideò vita intellectualis est prima vita:quæ est vita spiritus : quæ immediatè percipitur à primo vitæ principio. Vnde dicitur vita sapientiæ. Et propter hoc in ſcripturis vita attribuitur sapientiæ. Prouer.8.Qui me inuenerit inueniet vitam,& hauriet salutem à domino.Sic ergo vitam à Christo qui est Dei sapientia participamus,inquantùm anima nostra ab ipso sapientiam percipit.Hæc autem vita intellectualis perficitur in vera cognitione diuinæ sapientiæ quæ est vita æterna.Infrà 17.Hæc est vita æterna:vt cognoscãt te solũ verũ Deũ,& quem misisti Iesum Christum.Sed ad nullam sapiẽtiam potest homo peruenire nisi per fidem.Vnde in scientijs:nullus ad sapientiam peruenit:nisi prius fidem adhibeat dictis à magistro.Si ergo nos volumus ad illã vitam sapientiæ peruenire,oportet nos per fidem credere ea quæ ab illa nobis proponuntur Heb.11.Oportet accedẽtem credere,&c.Isa.28.secundum aliam literam.Nisi crediderit is nõ intelligetis,& ideò dñs cõgruè modũ peruenièdi ad vitã ostẽdit esse per fidem dicens.[Qui verbum meum audit & credit,&c.] Et primo ponit meritum fidei secundò subdit præmium eius ibi. [Habet vitam æternam.] Circa meritum fidei primò ponit illud quod per fidem introducitur. Secũdò illud cui fides innititur.introducitur quidem fides per verbũ hominis.Ro.21.Fides ex auditu. Auditus autem per verbum Dei.Innititur autem fides nõ verbo hominis:sed ipsi Deo.Genes.15.Credidit Abraham Deo,& reputatum est ei ad iustitiam.Eccles.2. Qui timetis Deum credite illi.Sic nos introducit per verbum hominis ad credendum non ipsi homini:qui loquitur:sed Deo:cuius verba loquit. 1.The.2.Cũ accepissetis à nobis verbũ auditus ei accepistis illud nõ sicut verbum hominum:sed sicut verè est verbũ Dei.& hæc duo dñs ponit primò illud per quod fides introducitur.Vnde dicit.[Qui verbum meum audit] quod introducit ad fidẽ.Secundò illud cui inniteur cùm dicit. [Et credit ei qui misit me] non mihi:sed illi,in cuius virtute loquor. Quæ quidem verba possunt competere Christo secundum quod homo inquantùm per verbum eius humanum homines conuersi sunt ad fidem. Et secundum quòd Deus inquantùm Christus est verbum Dei.Cùm enim Christus sit verbum Dei,manifestum est,quòd audientes Christum audiebant verbum Dei. Et per consequens credebant Deo. & hoc est,quod dicit. [Qui audit verbum meum.] id est,me verbum Dei. [& credit ei.] id est, patri cuius sum verbum. Præmium autem fidei ponit cùm subdit. [Habet vitam æternam.] & ponit tria quæ nos habebimus in gloria:sed ordine retrogrado. Primò enim consequemur resurrectionem ex

mortuis,secundò liberationem à futuro iudicio,tertiò vitam æternam:quia vt dicitur Matth.15.Post iudicium ibunt iusti in vitã æternam.Et hæc tria ponit ad fidei præmium pertinere.Et primò tertium tanquam magis desideratum.vnde dicit. [Qui credit.] scilicet per fidem. [habet vitam æternam] quæ consistit in plena Dei visione.Et dignum est:vt qui credit propter Deum his quæ non videt perducatur ad plenam eorum visionẽ.infrà 20.Hæc scripta sunt vt credatis:& vt credentes vitam habeatis in nomine eius.Secundò ponit secundum cùm dicit. [Et in iudicium non veniet.] Sed contra hoc est,quod Apostolus dicit.2.Corint 5.Omnes nos astare oportet ante tribunal Christi:etiam ipsos Apostolos.Ergo qui credit in iudiciũ veniet.Sed dicendum,ꝙ duplex est iudiciũ.s.condemnationis,& in isto non venient qui fide formata in Deum credunt.de quo dicebat.Psalm.Non intres in iudicium cum seruo tuo,&c.supra 4.Qui credit non iudicatur.Est etiam iudicium discretionis vel discussionis.Et ad istud oportet vos omnes ante tribunal Christi exhibere(vt dicit Apostolus.) & de isto dicitur in Psal.Iudica me Deus,& discerne causam meam.Tertiò ponit præmium cùm dicit. [Sed transiit à morte in vitam.] vel transiet secundum aliam literã.Quæ quidẽ potest exponi dupliciter.Primò,vt referatur ad resurrectionẽ animæ. & sic planus est sensus,quasi dicat nõ solũ per fidẽ adipiscitur vitam æternam,& liberatur à iudicio:sed etiam remissionẽ peccatorũ consequitur.Vnde dicit. [Sed transiit] de infidelitate ad fidem:de iniustitia ad iustitiam.1.Ioannis 4. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam. Secundò , vt referatur ad resurrectionem corporum. Et tunc est expositiuum huius, quod dicit. [Habet vitam æternam.] Posset enim ex hoc aliquis credere:quòd qui credit in Deum nunquam moreretur:sed viueret in æternum : quod esse non potest:quia omnes homines soluere oportet debitum primæ præuaricationis.secundum illud Psal. Quis est homo qui viuet & non videbit mortẽ?Et ideò nõ est intelligendũ eũ qui credit sic habere vitam æternã quasi nunquam moriturus:sed quia de hac vita transiet per mortem in vitam.i.per mortẽ corporis reparabitur in vitã æternam.Vel [transiet] quantùm ad causam: quia quando homo credit, iam habet meritum glorioſæ resurrectionis.Isa.26.Viuent mortui: interfecti tui resurgent.Et tunc soluti à morte veteris hominis susciemus vitã noui hominis.s.Christi. [Amen amen dico vobis,&c.] Quia possent aliqui dubitare,vtrũ aliqui de morte ad vitã transirẽt: ideò dominus pronunciat huiusmodi adimpletionem dicens.Dico quòd [transiet] de morte in vitam:& hoc iam antè impletur. Et hoc est,quod dicit.

Amen amen dico vobis:quia venit hora, & nunc est,quando mortui audient vocem filij Dei:& qui audierint viuent.

NOn tali necessitate subiecta:sed à Deo pręordinata 1.Ioannis 4. Nouissima hora est. Et ne credant distare subiungit [Et nunc est.]Rom.13 Hora est iam nos de somno surgere hoc, scilicet nunc est [quando mortui audient vocẽ filij Dei,& qui audierint viuent.] Quod potest dupliciter exponi.Vno modo vt referatur ad resurrectionem corporis.Et dicatur [Venit hora & nunc est.&c.] quasi dicat.Verum est ꝙ omnes finaliter resurgent : sed etiã nunc est hora: quando aliqui:quos resuscitatus erat dominus [Audient vocẽ eius.] sicut Lazarus quando dictum est ei.Veni foras (vt dicitur infra 11.) Et sicut audiuit filia Archisynagogi (vt dicitur Matthæ.9.) & filius viduæ (vt habetur Lucæ 17.) Et ideò dicit signanter [& nunc est.] quia per me iam incipiũt mortui resuscitari.Alio modo secũdũ Augustinum.Vt hoc quod dicit [nunc est.] referatur ad resurrectionem animæ.nam sicut dictum est suprà:duplex est resurrectio.s.corporum:quæ erit.Et hoc nondum est:sed erit in iudicio futuro. Alia est animarũ de morte infidelitatis ad vitam fidei, & iniustitiæ ad iustitiam:& hoc [iam nunc est] Et ideò dicit [Venit hora & nunc est: quando mortui.] scilicet infideles & peccatores [audient vocẽ filij Dei:& qui audierint viuent.] secũdum veram fidem. Sed duo mirabilia in his verbis implicari videntur.Vnum cũ dicit mortuos audire,aliud cũ subdit eos per auditum reuiuiscere : quasi prior sit auditus quàm vita:cùm tamen auditus sit quidam actus vitæ. Sed si hoc referamus ad resurrectionẽ:verum est ꝙ mortui audient,id est,obedient voci filij Dei. Vox enim expressiua est interioris conceptus. Tota autẽ natura ad nutum obedit voluntari diuinæ. Rom.4.vocat ea quæ nõ sunt:tanquã ea quæ sunt. secũdum hoc ergo lingua lapides:& omnia nõ solùm ossa arida,& cineres corporũ mortuorũ audient vocẽ filij Dei inquantũ ad nutũ ei obediunt:& hoc non cõuenit Christo inquantũ est filius hominis: sed inquantũ est filius Dei. Quia verbo Dei omnia obediunt. Et ideò signãter dicit [filij Dei] Matthæi nono. Qualis est hic quia mare & venti obediunt ei? Si verò referatur ad resurrectionem animarum : rationem habet quod dicitur. Nam vox filij Dei, qua interiùs per inspirationem, vel exteriùs per prædicationem suam , & aliorum corda fidelium mouet : habet vim viuificatiuam . Infra sexto. Verba quæ locu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus sum vobis:spiritus & vita sunt. Et sic viuificat mortuos: dum iustificat impios. Et quia auditus est via ad vitam vel naturę per obedientiam ad reparationé.ſ.naturæ:vel auditus fidei ad reparationé vitæ & iustitię. Ideò dicit. [Et qui audierint] per obedientiam quan tùm ad resurrectionem corporũ,vel per fidem quantùm ad resurrectionem animarum [viuent] in corpore in æterna vita: & in iustitia vita gratiæ,&c.

LECTVRA V.

Sicut enim pater habet vitam in semetipso:sic dedit & filio habere vitam in semetipso.

SVPRA ostendit dominus se habere potestatẽ viuificatiuam & iudiciariã:& explicauit vtrãq; per effectum. Hic manifestat quomodò vtráque potestas sibi cõpetat. Et primò ostendit hoc de potestate viuificatiua. Secũdò de potestate iudiciaria:ibi. [Et potestatẽ dedit ei iudiciũ facere.] Dicit ergo primò, Dico q̃ sicut pater suscitat mortuos:ita & ego. Et qui audit verbũ meum, habet vitam æternam. Et hoc ideò habeo:qa [sicut pater habet vitã in semetipso: sic & filio,&c.] Circa quod sciendũ est,q̃ aliqui viuunt:sed nõ habent vitã in semetipsis.sicut Paulus Galat.2. Quod autẽ nũc viuo, in fide filij Dei viuo, & iterũ viuo ego iam nõ ego: viuit verò in me Christus. Viuebat ergo:sed non in semetipso,sed in alio per quẽ viuebat: sicut & corp⁹ viuit, sed nõ habet vitã in semetipso:sed in anima per quam viuit. Illud ergo in semetipso vitam habet:quod habet vitam essentialem nõ participatã,id est,q̃ ipsum est vita. In quolibet autẽ genere rerũ quod est per essentiam est causa eorũ quæ sunt per participationẽ: sicut ignis est causa omnium ignitorũ. Quod ergo est per essentiam,vita est causa & principium omnis vitæ viuẽtibus. Et ideò ad hoc,q̃ aliquod sit principiũ vitæ:requiritur q̃ sit per essentiam vita. Et ideò cõgruè manifestat dominus se totius vitæ principium dicẽs [se habere vitã in semetipso,] id est,per essentiam cũ dicit. [Sicut pater habet vitã in semetipso,] id est, sicut est viuens per essentiã:ita & filius. Ideò sicut pater est causa vi[illegible]ita filius suus. Ostẽdit autẽ æqualitatẽ filij ad patrẽ cùm dicit. [Sic[illegible]pater,&c.] Et distinctionẽ cùm dicit [Dedit filio.] [illegible]t æquales in vita pater & filius:sed distinguuntur. Quia pater [illegible]:filius accipit. Hoc est intelligendum q̃ filius à patre dante accipiat vitam: quasi præexistat eam nõ habens:sicut in ĩstis inferioribus materia prima existens accipit formã, & subiectũ subijcitur accidenti. Quia nihil in filio præexistens est acceptione vitæ. Nam sicut Hylarius dicit. Filius nihil habet nisi natũ.i.quod per natiuitatẽ accepit.&cũ sit ipsa vita. Ideò intelligẽdum est. [Dedit filio vitã,] id est,produxit filium vitã. Sicut si dicatur. Mens dat verbo vitã. Nam quasi verbum præexistat:& postea vitã recipiat: sed quia produxit verbũ in eadem vita ipsa viuit. Destruuntur autem per verba hæc tres errores secũdum Hylarium. Primò Arrianorũ qui dicentes filium minorẽ patre:coacti sunt per hoc quod suprà dictũ est. Quæcũq; pater fecerit:hæc & filius facit dicere q̃ filius sit æqualis patri in virtute: sed tamen adhuc negant eum esse æqualem sibi in natura. Sed ecce,q̃ etiam in hoc cõfutantur per hoc quod dicitur. [Sicut pater habet vitam in semetipso: sic dedit & filio vitam habere in semetipso.] Nam cũ vita pertineat ad naturam:si filius habet vitã in semetipso,sicut & pater,manifestum est,quod renet in se originis suæ dissimilem,& æqualem cum patre naturam. Secundò error eorum quantum ad hoc,quod negabãt filij coæternitatem ad patrem dicentes Filium ex tempore incœpisse. Quod destruitur inquãtum dicit. [Fili⁹ vitam habet in semetipso.] Nam in omnibus viuẽtibus,quorum generatio est in tempore:semper est inuenire aliquid quod aliquando fuit non viuens:sed in filio quicquid est:est ipsa vita,& ideò sic accepit ipsam vitã: vitam habet in semetipso:vt semper fuerit viuens. Tertiò per hoc quod dicit [dedit] destruitur error Sabellij negãtis distinctionem personarum. Si enim pater vitam dedit filio, manifestum est, quod alius est pater qui dedit,& alius filius,qui accepit. Consequenter cùm dicit.

Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc:quia venit hora in qua omnes qui in monumẽtis sunt: audiẽt vocem filij Dei.

MAnifestat se habere iudiciariam potestatem. Et primò manifestat suam potestatem iudiciariam. Secũdò rationem dictorum assignat.ibi. [Non possum ego à me facere quicquam.] Circa primum duo facit. Primò ponit potestatis iudiciariæ originem. Secũdò ostendit iudicij æquitatem:ibi [Et procedẽt qui bona fecerũt,&c.] Circa primũ notãdum est quod hoc, quod dicit. [Potestatem dedit ei] potest legi dupliciter. Vno modo secũdum Chrisostũ.alio modo secundum Augustũ. Si autem legatur secundum Chrisostũ,tunc hæc pars diuiditur in duas,primò proponit iudiciariæ potestatis deriuationẽ. Secũdò excludit dubitationẽ ibi [quia filius hominis est. Sciẽdum est autem,quod hæc litera sic punctuarur secundum Chrisostũ. [Potestatem dedit ei iudicium facere.] Postea resumitur [quia filius hominis est:nolite mirari hoc.] Et huius punctationis ratio est quia Paulus Samosetranus quidã antiquus hæreticus, qui ficut & Forinus dicebat Christum purum hominem esse, & initiũ sumpsisse ex Virgine,punctabat sic. [Potestatem dedit ei iudicium facere:quia filius hominis est.] Et postea resumitur [Nolite mirari hoc: quia venit &c.] quasi intelligens p hoc quod ideò necesse fuit dari potestatem iudiciariã Christo. [Quia filius hominis est,] id est,purus homo:cui ex se nõ conuenit iudicare homines. Et ideò oportet quod fi iudicat aliud:sibi detur potestas iudicandi. Sed hoc secundum Chrisostũ. nõ potest stare,quia nullam conuenientiã habet quod dicitur. Si enim ideò suscepit potestatem iudiciariam:quia homo est.tunc pari ratione cum cuilibet homini cõueniat iudiciaria potestas per humanam naturã,non plus cõpetet Christo quã alijs hominibus. Non ergo sic legẽdũ est,sed dicendũ, q̃ quia est ineffabilis Dei filius,propterea & iudex est. Et hoc est,quod dicit. Non solũ dedit ei pater, quod viuificet:sed etiam [potestatem dedit ei] per æternam generationem [iudicium facere] sicut per eam dedit ei vitam habere in semetipso. Act.10. Hic est qui constitutus est à Deo iudex viuorum,& mortuorum, Dubitationem excludit cùm dicit [nolite mirari,&c.] & primò mouet eam. Secũdò excludit ibi [quia venit hora,&c. Dubitatio autem oriebatur in cordibus Iudæorum:quia æstimantes Christum nihil plus esse quam purum hominem:ea verò quæ dicebantur de eo:erant suprà hominem:& eriam suprà Angelũ: mirabantur cum audirent. Et ideò dicit. [Nolite mirari hoc.] ſ.qđ dixi,quod filius viuificat mortuos,& habet iudiciariam potestatem: propter hoc [quia filius hominis est.] Et de hoc mirabantur: quia purum hominem æstimantes videbant in eo facta diuina. Matth.nono. Mirabantur omnes dicẽtes: qualis est hic:quia venti & mare obediunt ei. Et subdit causam quare non mirentur:quia scilicet ipse idem qui est filius hominis,est filius Dei. Et licèt secundum Chrisost.non exprimatur ista propositio,scilicet quod idẽ est filius hominis:qui est filius Dei, ponit tamẽ dominus illud:ex quo propositio illa Dei,necessitate sequitur. Sicut videmus, quod sillogizãtes in doctrinis frequẽter non proponũt intentũ principaliter:sed illud ex quo de necessitate sequitur. Et ideò dominus nõ dicit q̃ ipse est filius Dei:sed q̃ filius hominis talis est q̃ ad vocẽ eius suscitãtur oẽs mortui. Ex quo necessariò sequitur q̃ sit filius Dei (Nam suscitare mortuos est opus proprium Dei.) Et ideò dicit. [Nolite mirari quia venit hora in qua oẽs qui in monumẽtis sunt audiẽt,&c. Sed nõ dicit. Et nũc est (vt suprà dixit.) Neq; quia ista hora nũc nõ est. Similiter hic dicit. [Oẽs] quod non dixerat suprà. Quia in prima resurrectione aliquos tãtũ resuscitauit scilicet Lazarũ: filiũ viduæ & puellã Sed tũc in futura resurrectione quę erit tempore iudicij [Oẽs audiẽt vocẽ fillij Dei,] & resurgẽt. Ecclesiast.37. Aperiã tumulos vestros &c. Secũdũ aũt Aug. loquitur sic pũctuãdo. [Potestatẽ dedit ei iudiciũ facere: quia filius hominis est. Et postea subditur. [Nolite mirari hoc,] secũdum hoc diuiditur in duas partes. In prima enim tãgitur collatio iudiciariæ potestatis facta filio hominis secundò manifestatur per maioris potestatis collationem ibi. [Nolite mirari hoc.] Circa primũ sciẽdũ est secundum Aug.quòd locutus est supra de resurrectione animarum,quæ fit per filium Dei. Hic verò loquitur de resurrectiõe corporum,quæ fit per filiũ hominis. Et quia vniuersalis resurrectio corporũ futura est tẽpore iudicij,ideò hîc prẽmittit de iudicio dicẽs. [Potestatẽ dedit ei] scilicet Christo [iudicium facere.] Et hoc quia [filius hominis est,] idest,secũdũ humanã naturã. Vnde & post resurrectionẽ dicit Mat. vltimo. Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra,est autem data iudiciaria potestas hominũ propriè propter tria. Primò vt ab omnibus videretur (necesse est enim iudicem à iudicandis videri.) Iudicabuntur aũt boni & mali. Et boni quidem Christum videbunt secundum diuinitatem & humanitatem. Mali autem eum secundum diuinitatem videre non poterunt. Quia hæc visio est beatitudo sanctorum, nec videtur niſi amandus corde (vt dicitur.) Matth.5. Beati mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt. Et ideò vt videatur in iudicio non solum à bonis: sed etiam à malis, iudicabit in forma humana. Apocal.1. Videbit eum omnis oculus: & qui eum pupugerunt. Secundò quia per humilitatem passionis promeruit gloriam exaltationis. Vnde sicut ille qui mortuus est surrexit:ita forma illa iudicabit: quæ iudicata est, & sedebit iudex in iudicio hominum, qui stetit sub iudice homine:damnabit verè reos:qui factus est falsò reus (vt dicit Augustin.libro de verbis Domini.) Iob 10. Causa tua quasi impij iudicata est:sed iudicium causámque recipies. Tertiò,ad insinuandam iudicis clementiam. Quòd homo iudicetur à Deo,videtur valde terribile. Horrendum est ei incidere in manu Dei viuentis (vt dicitur Hebræorum vndecimo.) Sed quod homo iudicem habeat hominem confidentiam præbet. Et ideò vt iudicis experiaris clementiam, hominem habebis iudicem. Hæbreorum quarto. Non habemus pontificem:qui non possit compati infirmitatibus nostris. Sic ergo [dedit potestatem.] Christo [iudicium facere: quia filius hominis est.] Sed hoc quidem [Nolite mirari.] Quia maiorem potestatem contulit ei,scilicet resuscitandi mortuos. Vnde dicit. Quia venit hora,scilicet nouissima, quæ erit in fine mundi. Ezec.7. Venit tempus prope est, &c. [In qua omnes.] Supra autem non dixit [omnes] quia ibi loquebatur de resurrectione spirituali:secundum quã non omnes in primo aduentu resurrexerũt. Quia.2. Thes.4. dicitur. Non enim omnium est fides. Hic verò loquitur de resurrectione corporum secundum quam omnes resurgemus. 1. Corinth.15. Sed addit. [Qui in monumentis sunt.] Quod supra non dixerat: quia animæ non sunt in monumentis:sed corpora quorum tunc resurrectio erit. [Omnes ergo qui in monumentis sunt audiẽt vocem filij Dei.] Vox ista erit sensibile signum filij Dei,ad quam omnes suscitabuntur. 1. Thes.4. Dominus veniet in iussu archãgeli,& in tuba Dei. Et simile habetur.1.Cor.15. Matth.25. Media nocte clamor factus est. Quæ quidem vox habebit virtutem ex diuinitate Christi. Psalm. Dabit voci suæ vocem virtutis suæ. Quia verò Augu.dicit,q̃ resurrectio corporum fit per verbum caro factum est. Resurrectio animarum per verbum (vt dictum est supra.) Ideò quærendum est quomodò hoc intelligatur:aut enim subintelligit de causa prima, aut de causa meritoria. Siquidem de causa prima constat,q̃ diuinitas Christi est causa corporalis,& spiritualis resurrectionis.i corporum & aĩarum. secũdũ illud Deut.33. Ego occidã,& ego viuere faciã. Si verò de causa meritoria:tũc humanitas Christi est causa vtriusq; resurrectionis. Quia per mysteria quæ in carne Christi completa sunt reparamur:nõ solũ quãtũ ad corpora ad vitã incorruptibilem: sed etiam quãtũ ad aĩas ad vitã spiritualẽ. Ro.5. Traditus est propter nostras iniquitates,& resurrexit propter iustificationẽ nostrã. Nõ ergo videtur verũ,quod dicit Aug. Sed dicendum q̃ Aug.loquitur de causa exemplari:& de causa qua illud quod viuificatur conformatur viuificatori. (Nam omne illud qđ per aliud viuit,conformatur ei per quod viuit.) Resurrectio autem animarũ non est per hoc,q̃ animæ conformant humanitate Christi:sed verbo. Quia vita animæ est per solũm verbum. Et ideò dicit animarũ resurrectionẽ fieri per verbũ. Resurrectio verò corporũ erit per hoc,q̃ corpora nostra conformabuntur corpori Christi per vitam gloriæ:videlicet per claritatẽ corporum. secundum illud Phil.3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Et secundum hoc dicit resurrectionem corporum fieri per verbum carnem factum. Consequenter cùm dicit.

Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui verò male elegerũt, in resurrectionem iudicij.

OStendit æqualitatem iudicij. Quia boni præmiabũtur. Vnde dicit. [Et procedẽt qui bona fecerũt in resurrectionẽ vitæ.] i.ad hoc,q̃ viuãt in æterna gloria. Mali autẽ damnabuntur. Vnde dicit. [Qui verò mala egerunt in resurrectionẽ iudicij.] i.resurgẽt in condemnationem. Mat.25. Ibunt hi in suplicium æternũ.ſ.mali. Iusti autem in vitam æternã. Dan.12. Multi ex his qui in terræ puluere dormierant,resurgent. Quidam quidem ad vitã. Alij autem ad opprobrium sempiternum:vt videant semper. Et nota,q̃ supra loquens de resurrectione animarum dicit. Qui audierint viuent. Hîc verò dicit: q̃ [procedent.] Et hoc propter malos qui vadunt in condemnationem. (Nam vita eorum non est dicenda vita sed potius mors æterna.) Similiter etiam supra fecit mentionem de fide tantùm dicens. Qui verbum meum audit,& credit ei qui misit me,&c. Hoc ne credas solã fidẽ sine operibus ad salutem sufficere:facit mentionem de omnibus operibus dicens. [Qui bona fecerũt,&c.] quasi dicat. Non quia credit tantũ:sed qui cum fide bona operatur [procedet in resurrectionem vitæ.] Iaco.2. Fides sine operibus mortua est. Consequenter cùm dicit.

Non possum ego à meipso facere quicquam, sicut audio iudico.

ASsignat rationem præmissorum. Duo autẽ prẽmiserat.ſ.originẽ potestatis. Et æquitatẽ iudicij. Et ideò vtriusq; causam assignat. Primò de primo,secũdò:de secũdo ibi. [Et iudiciũ meũ,&c.[Sciendum est aũ circa primũ,q̃ hoc,quod dicit. [Nõ possum ego,&c.] Potest dupliciter legi,etiam secundum Augu. Primò,vt ſi referatur ad filium hominis hoc modo. Tu dicis,q̃ habes potestatem resuscitandi mortuos:quia filius hominis es. Sed nũquid hoc est tibi inquãtùm tu es filius hominis? quia. [Non possum ego à meipso facere quicquam:sed sicut audio iudico.] Non dicit sicut video:secundum quòd supra dixerat. Filius nõ potest à se facere quicquam,nisi quod non viderit patrem facientem:sed dicit. [Sicut audio.] nam audire idem est in hoc loco,quod obedire. Obedire autem pertinet ad illum cui sit imperium. Imperare autem pertinet ad superiorem. Et ideò quia Christ⁹ inquãtũ homo minor est patre:dicit sicut audio.] id est,secundum quòd inspiratur à Deo in anima mea. De isto audiru dicit Psalm. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. Supra autem quia loquebatur de se secundum quòd est verbum Dei, dixit. [Vident.] Consequenter cùm dicit.

Et iudicium meum iustum est:quia non quæro voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me.

MAnifestat æquitatem iudicij:dixerat enim. Et procedẽt qui bona fecerunt,&c. Sed posset aliquis dicere. Nũquid faciet gratiã aliquibus minus puniẽdo:& plus remunerãdo,ideò respõdet,q̃ nõ: dicens. Quia [iudiciũ meũ verũ est.] Cuius ratio est. [Quia nõ quæro volũtatẽ meã,&c.] In dño cñ Iesu Christo sunt duæ voluntates. Vna diuina,quã habet eandem cum patre:alia humana,quæ est sibi propria,sicut est ,,priũ eius esse hominẽ. Volũtas humana fertur in bonum proprium in Christo:sed per rectitudinẽ rationis regebatur & regulabatur,vt semper in omnibus voluntati diuinæ cõformaretur.& ideò dicit. Nõ quæro implere [voluntatẽ meã] propriã, quæ quãtũ in se est:inclinat ad bonũ ,,priũ. Sed [volũtatẽ ei⁹ q̃ misit me patris.] Psal. Vt faceré volũtatẽ tuã Deus me⁹ volui. Mat.26. Nõ qđ ego volo:sed quod tu vis. Et si quidẽ diligẽter attẽditur:dominus verã rationẽ assignat iusti iudicij dicens [quia non quæro voluntatem meam.] non enim iudicium alicuius est iniustum:quãdo ,,pcedit ab eo secundũ regulã legis. Voluntas autẽ diuina regula est:& lex volũtatis creatæ. Et ideò voluntas creata,& ratio quæ regulatur secundũ regulã diuinæ voluntatis iusta est:& iudicium eius iustum. Secundò verò exponitur: vt referatur ad filium Dei:& manet eadem diuisio quæ prius posita est. Dixit ergo Christus inquantũ verbũ manifestãs originẽ suæ potestatis. Nõ possum ego à me facere quicquã eo modo ficut supra dixit. Non potest filius à se facere quicquã (nã suũ facere,& suũ posse,est suũ esse.) Esse autem est ei ab alio.ſ.à patre, & ideò sicut non est à se:ita à se non potest facere quicquam infra.8. A meipso facio nihil. Hoc autem,quod dicit. [Sed sicut audio iudico.] eodem modo exponendum est:sicut illud supra. [Nisi quod viderit patrem facientem.] nos enim scientiam,seu cogitionẽ aliquã accepimus per visum,& per auditum. (Isti duo sensus maximè seruiunt disciplinæ) sed quia in nobis alius est visus,alius auditus.ideò aliter accipimus scientiã per visum: quia inueniendo,aliter per auditum: quia adiscendo. In filio verò Dei idem est auditus & visus,& ideò ſiue dicatur [Audi[illegible]ſiue [vide[illegible]idem significat secundũ acceptionẽ scientiæ. Et quia iudicium [illegible]liber natura intellectuali ex scientia ,,pcedit,signanter dicit: sicut audio iudico.i.sicut cognitionem simul cũ esse à patre accepi: sic iudico infrà 15. Omnia quæ audiui à patre meo nota feci vobis. Manifestãs verò iudicij æquitatem dicit. [Et iudicium meũ verũ est] Cuius ratio est [quia non quæro voluntatem meam.] Sed nũquid nõ est eadẽ volũtas patris & filij. Sed dicendũ, q̃ eadẽ quidẽ volantas est vtriusq;. Sed tamẽ pater nõ habet voluntatẽ ab alio:filius verò habet ab alio.ſ.à patre. Sic ergo filius implet voluntatem suã vt alterius.i.ab alio habent. Pater verò vt suã.i. nõ habens ab alio:& ideò dicit. [Nõ quæro volũtatem meã] quæ sit mihi originaliter à me ipso:sed quæ est mihi ab alio,scilicet patre.

LECTVRA VI.

Si ego testimoniũ perhibeo de meipso,testimonium meum non est verum.

POSITA doctrina circa potestatem filij viuificatiuã hîc cõsequenter confirmat eã. Et primò cõfirmat quę de excellentia potestatis suæ dixerat per multiplex testimonium,secũdò redarguit eorũ tarditatem ad credendum:ibi. [Claritatem ab hominibus non accipio, &c.] Circa primum duo facit. primò ponit necessitatem iudicandi, secundò inducit ipsa testimonia:ibi. [Alius est qui testimonium.] necessitas testimonij inducendi erat ex parte Iudæorum,qui ei non credebant,&⁹ propter hoc dicit. [Si ego testimonium perhibeo de meipso:testimoniũ meũ nõ est verũ.] Sed admirationis præbet materiam quod dicitur. Nam sicut dominus de se infrà 10. dicit. Ipse est veritas. Quomodò ergo testimonium eius nõ est verũ: Si veritas est: vel cui credẽs:ſi veritati nõ credit? Et ideò dicẽdũ secũdũ Chriſo. q̃ dominus hîc de se loquitur secundum aliorum opinionem:vt sit sensus. [Si ego testimonium perhibeo de meipso: testimonium meum non est verum] quantũ ad vestram reputationem:qui non accipitis illud quod de me dico:niſi per aliud testimonium confirmetur infrà 8. Tu de teipso testimonium dicis:testimonium tuum non est verum. Consequenter cùm dicit.

Alius est,qui testimonium perhibet de me.

INducit testimonia. & primò testimoniũ humanũ,secũdò testimoniũ diuinũ:ibi. [Ego autẽ habeo testimonium maius,&c.] Circa primũ duo facit,primò inducit testimonium Ioãnis,secũdò rationẽ testimonij assignat ibi [ego aũt nõ ab hoſe testimoniũ,&c.] Circa primũ duo facit. primò inducit testimoniũ,secũdò cõmẽdat eius testimonium ibi. [Scio quia verum est testimoniũ eius.] Testem inducit dicens. [Alius est qui testimonium perhibet de me.] Iste

Universidad de Deusto
Biblioteca

alius secundum Chriſo.eſt Ioannes Baptiſta.de quo dicitur ſuprà 1. Fuit homo miſſus à Deo:cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium,&c.Teſtificationem enim commendat cùm dicit.

Et ſcio quia verum eſt teſtimonium eius:quod perhibet de me.

ET hoc à duobus.Primò à veritate. Secũdò ab auctoritate: quia fuit ab eis requiſitũ: ibi [Vos miſiſtis, &c.] A veritate quidem commẽdat eius teſtimoniũ dicẽs [Et ſcio.] i.pro certo experior q̃ [verũ eſt teſtimoniũ eius.] ſ.Ioannis quod perhibet de me. Sic em̃ pater eius Zacharias Prophetauit de eo.Luc.1.Præibit enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam ſcientiã ſalutis,&c.Conſtat autẽ q̃ teſtimoniũ mendax nõ eſt ſalutiferum ſed mortiferum: quia mẽdacium eſt cauſa mortis. (Os qui mentitur occidit animã.) Si ergo teſtimoniũ Ioannis eſt ad dandã ſcientiã ſalutis,&c.Verum eſt teſtimonium eius.Sed ſecũdum glo.aliter, [Si teſtimoniũ,&c.] Suprà Chriſtus locutus eſt de ſe ſecũdũ q̃ Deus:hic verò loquitur ſe cundũ q̃ homo.& eſt ſenſus.Si ergo homo.ſ.teſtimoniũ de me perhibet ſabſq; Deo.i.q̃ Deus Pater nõ perhibeat: tunc ſequitur q̃ teſtimonium meum nõ eſt verũ.Nam verbũ humanũ niſi à Deo fulciatur:nihil veritatis habet:ſecũdum illud Rom.3.Eſt autẽ Deus verax:omnis autẽ homo mendax.Vnde ſi intelligamus Chriſtũ vt hominem à deitate ſeparatum: & ei non conformẽ: & in eſſentia eius mendaciũ inuenitur:& in verbis.infr.8. Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, verũ eſt teſtimonium meum.infr. Quia ſolus non ſum,&c. Et ideò quia nõ erat ſolus:ſed cũ patre verũ eſt teſtimoniũ eius. Vnde vt oſtendat teſtimoniũ eius veritatẽ non habere ex eius humanitate ſecũdum ſe:ſed inquantùm eſt coniuncta diuinitati,& verbo Dei dicit. [Sed alius eſt qui teſtimoniũ perhibet de me.] Nõ Ioannes,ſed pater ſecũdum iſtã expoſitionẽ: Quia ſi teſtimonium Chriſti hominis de ſe nõ eſt verũ & efficax:multò minus eſſet efficax teſtimoniũ Ioannis.Nõ ergo certificatur teſtimonio Ioãnis:ſed teſtimonio patris. Vnde iſte alius qui teſtimoniũ perhibet intelligitur pater. [Et ſcio quia verũ eſt teſtimoniũ eius.] Nam ipſe veritas eſt.1.Ioan.1.Deus lux eſt.i.veritas,& tenebræ mẽdacij in eo nõ ſunt vllæ. Sed prima expoſitio quæ Chriſoſtomi eſt, magis eſt literalis. Commendat etiam teſtimonium Ioannis ab auctoritate.Quia fuit requiſitum cùm dicit.

Vos miſiſtis ad Ioãnẽ,& teſtimoniũ phibuit veritati.

QVia ſi diceret ſcio quia verũ eſt teſtimoniũ eius. Nec vos debetis illud repudiare:quia propter magnã auctoritatẽ qua erat apud nos Ioan. requiſiuiſtis ab eo teſtimoniũ de me q̃ nõ feciſſetis:ſi eum dignũ fide nõ opinaremini ſupr.1. Miſerũt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad Ioannẽ.Et Ioãnes tunc [teſtimonium perhibuit] nõ ſibi,ſed [veritati.] i.mihi.Sicut amicus veritatis veritati Chriſto teſtimoniũ perhibuit.ſupra 1 Cõfeſſus eſt,& nõ negauit:cõfeſſus eſt:quia nõ ſum ego Chriſtus.Cõſequẽter cũ dicit.

Ego autem ab homine teſtimonium accipio.

ASſignat rationẽ teſtimonij Ioannis inducti. Et primò excludit rationẽ opinatã.Secũdò aſſerit verã:ibi. [Sed hoc dico, vt vos ſalui ſitis,&c.] Ratio autẽ inducti teſtimonij poſſet ab aliquo credi eſſe certificatio de Chriſto propter eius inſufficientiã: & ideò excludit dicens. [Ego autẽ non ab homine.] Vbi ſciẽdum eſt, q̃ in ſcientijs aliquãdo ꝓbat̃ aliquid p minus notũ ſecũdũ ſe,ſed magis notũ quo ad nos.Aliquãdo per aliquid magis notũ ſecũdũ ſe,& ſimpliciter.Sicut in hoc loco,debebat quidẽ ꝓbari, q̃ Chriſtus eſſet Deus.Et licèt veritas Chriſti eſſet magis nota ſecũdũ ſe,& ſimpliciter. Nihilominus tamẽ ꝓbat̃ teſtimonio Ioãnis:q̃ quãtũ ad Iudæos magis notũ erat.Et ideò Chriſtus ſecundũ ſe teſtimonio Ioãnis nõ indigebat,& hoc eſt,quod dicit. [Teſtimoniũ ab hoĩe nõ accipio.] Sed cõtra hoc videt̃.quia Iſa.42.Vos teſtes mei dicit domin⁹. Act.1. Eritis mihi teſtes in omni Iudæa,&c.Quomodò ergo dicit [hoc teſtimoniũ ab homine nõ accipio,&c.] Sed dicendũ, q̃ hoc dupliciter poteſt intelligi. Vno modo vt ſit ſenſus. [Non accipio ab homine teſtimonium] quaſi ſim illo tantũ cõtẽtus:ſed habeo maius teſtimoniũ.ſ.diuinũ.1. Cor.4.Mihi autẽ pro minimo eſt vt à vobis iudicer.Hie.17.Dic̃ hominis.i.claritatem humanã non deſideraui tu ſcis.Alio modo [teſtimonium ab homine non accipio.] inquantũ.ſ.teſtificans eſt homo: ſed inquantũ eſt illuſtratus à Deo ad teſtificandũ ſuprà 1. Fuit homo miſſus à Deo,&c.1.Theſ.2.Nõ queręres ab hominibus gloriã infr.8. Ego gloriã meã nõ quæro.Sic ergo accipio teſtimoniũ Ioannis,nõ inquantùm fuit homo:ſed inquantùm miſſus & illuſtratus à Deo ad teſtificandum.Tertio modo & melius. [Ego teſtimonium non accipio ab homine.] i.teſtimonio humano quantùm ad me eſt auctoritatem non accipio ab aliquo, ſed à Deo qui demonſtrat me clarum. Conſequenter cùm dicit.

Sed hæc dico, vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce eius.

ASſerit rationem veram quæ erat ipſorum ſalus. Et primò ponit rationem.Secundò,exponit eam.Ratio inducti teſtimonij erat: vt Iudæi credentes Chriſto teſtimonio Ioannis ſaluarentur. Et ideò dicit.Non accipio teſtimonium Ioannis propter me [ſed hoc dico: vt ſalui ſitis.] 1.Thi.2.Vult omnes homines ſaluos fieri.Et 1.Thi.1. Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Et exponit quod dicit [ſalui ſitis.] quia.ſ.inducto teſtimonium à vobis acceptatum.Et ideò dicit. [Ille erat lucerna,&c.] Ponit Ioannis acceptationem.Et primò ponit,quòd Ioannes fuit teſtis ſecundum ſe acceptus.Secundò quomodò fuit acceptatus apud eos:ibi. [Vos autem voluiſtis,&c.] Quod autem Ioannes fuerit ſecundum ſe acceptus teſtis:oſtendit per tria quæ eum perficiebant.Primum pertinet ad conditionem naturæ. Et hoc cùm dicit. [Ille erat lucerna.] Secundum pertinet ad perfectionem affectus:quia [ardens] Tertium ad perfectionem intellectus. Quia [lucens.] Erat ergo in natura perfectus. [Quia lucerna.] id eſt,illuſtratus gratia:& illuſtratus luce verbi Dei.Differt enim lucerna à luce. Nam lux eſt quæ per ſeipſam lucet,lucerna verò quæ non per ſe lucet:ſed per participationem lucet.Lux autem vera Chriſtus eſt (vt dicitur ſuprà 1.) Erat lux vera,&c.Ioannes autem lux non erat. (Vt ibidem dicitur) ſed lucerna.Quia illuſtratus erat: vt teſtimonium perhiberet de lumine ducendo ad Chriſtum.De qua lucerna dicitur in Pſalm. Paraui lucernam Chriſto meo. Sed erat in effectu ardens & feruens Vnde dicitur. [Ardens.] Nam aliqui ſunt lucernæ ſolùm quantùm ad officium,ſed quantùm ad effectum ſunt extinctæ.Nam ſicut lucerna lucere non poteſt:niſi igne accendatur:ita lucerna ſpiritualis non lucet, niſi prius ardeat & inflametur igne charitatis. Et ideò ardor præmittitur illuſtrationi.Quia per ardorem charitatis datur cognitio veritatis.infr.14.Si quis diligit me,ſermonem meũ ſeruabit,&c. Et ad eum veniemus,&c.infr.15. Vos autẽ dixi amicos:quia omnia quę audiui,&c.Ecle.2.Qui timetis Deum diligite illum,& illuminabuntur corda veſtra.Nam ignis duo habet,ſcilicet,q̃ ardet & ſplendet.Ardor autem ignis ſignificat dilectionem propter tria. Primò quidem quia ignis inter omnia corpora eſt magis actiuus,ſic & ardor charitatis intantum,quòd nihil eius impetũ ferre poteſt.ſecundum illud.2.Corin.5. Charitas Chriſti vrget nos.Secundò quia ſicut ignis per hoc,quòd eſt maximè ſenſitiuus facit multum æſtuare,ita & charitas æſtum cauſat quoúsque homo conſequatur intentum. Canti.vlti.Lampades eius lampades ignis,&c.Tertiò ſicut ignis eſt ſurſum ductiuus,ita & charitas intantum,quòd coniungit nos Deo. 1.Ioan.4.Qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus in eo.Erat etiam intellectu lucẽs.Primò quidem per veritatis cognitionem interius.Iſa.58.Implebit ſplendoribus,id eſt,ſplendere faciet. Secundò per prædicationem exterius.Phil.2. Inter quos lucetis tanquàm luminaria in mundum verbum vitæ continẽtes.Tertiò per bonorum operum manifeſtationem.Matth.5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus:vt videant opera veſtra bona. Quia ergo ſic Ioannes acceptabilis erat ſecundum ſe:quia erat lucerna non extincta, ſed ardẽs. Non tenebra,ſed lucens,dignus eſt, quòd & apud nos acceptaretur, quod quidem ita fuit.Quia. [Vos voluiſtis exultare ad horam in luce eius.] Et congruè exultationem luci adiungit:quia in illo homo exultat in quo maximè delectatur. Nihil autem eſt in rebus corporalibus delectabilius luce ſecundum illud Eccleſ.10. Delectabile eſt oculis videre ſolem. Dicit autem [voluiſtis exultare] quieſcendo & ponendo in eo finem,credendo eum Chriſtum, ſed tamẽ ad horam: quia in hoc fuiſtis inſtabiles. Nam videntes Ioannem homines ad aliũ,non ad ſe ducere,auerſi eſtis ab eo.Vnde dicitur Matth.21.quòd Iudæi non crediderunt in Ioanne.Sunt enim de illis de quibus dicitur Matth.13.Quia ad tempus credunt.Conſequenter cùm dicit.

Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne.

POnit teſtimonium diuinum. Et primò inducit eius magnitudinem,ſecundò proſequitur de ipſo.ibi. Opera quæ dedit mihi pater,&c.] dicit ergo primò. Dico,quòd ego quantum eſt de me non accipio ab homine teſtimonium,ſed propter vos. Nam [ego habeo teſtimonium maius Ioanne,] ſcilicet Dei , quod eſt maius teſtimonium,quàm Ioannis.1. Ioan. vltim. Si teſtimonium hominũ accipimus,teſtimonium Dei maius eſt. Maius inquam propter maiorem auctoritatem , maiorem cognitionem , infallibiliorem veritatem. Nam Deus mentiri non poteſt. Non eſt Deus:vt homo mentiatur. Numer.23.Teſtimonium autem proſequitur cùm dicit.

Opera enim quæ dedit mihi pater: vt perficiam ea, ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me:quia pater miſit me.

TRipliciter autẽ teſtificatus eſt Deus de Chriſto.ſ.per opera,per ſeipſum,& per ſcripturas, & ideò primò ponit modũ teſtificãdi q̃ quãtum ad opera miraculorũ. Secũdò modum teſtificãdi q̃ ſeipſum. ibi. [Et qui miſit me pater,&c.] Tertiò per ſcripturas. ibi. [Scrutamini ſcripturas,&c.]Dixit ergo primò.Habeo aliud teſtimonium maius Ioanne.& hoc quantũ ad opera:quia opera miraculorũ [quæ dedit mihi pater,&c.] Sciẽdum eſt enim,q̃ naturale eſt homini virtutem & naturas rerum ex earum actionibus cognoſcere.& ideò cõ uenienter dominus per opera quæ ipſe facit,dicit ſe poſſe cognoſci qualis ſit.Cùm ergo ipſe propria virtute diuina faceret: credendum erat in eo eſſe virtutem diuinam infrà 15. Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit:peccatum non haberent.ſ.infidelitatis. Et ideò ad ſui cognitionem per opera ſua ducit dicens. [Opera quę dedit mihi.] in verbo [pater] per æternam generationem dando mihi virtutem ſibi æqualem.Vel dedit mihi homini in conceptione dando:vt ſim vna perſona Dei : & hominis [vt perficiam ea.] i.vt propria virtute faciam.quod dicit ad differentiam aliorum qui miracula faciunt non propria virtute:ſed impetrando à Deo. Vnde Petrus dicebat Act.3.In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge.Et ideò ipſi non perficiunt:ſed Deus Chriſtus verè propria virtute ea perficiebat infrà 11.Lazare veni foras. Et ideò opera quæ ego facio : teſtimonium perhibent de me infrà 10.Si mihi non creditis:ſaltem operibus credite.Quod autem opera miraculorum ſint teſtimonia Dei, dicitur Matth.vlt.Domino cooperante,& ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.Conſequenter cùm dicit.

Et qui miſit me pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me. Neque vocem eius vnquã audiſtis:neque ſpeciem eius vidiſtis. Et verbum eius non habetis in vobis manens:quia quem miſit ille:huic vos non creditis.

POnit ſecundum modum teſtificandi per ipſum Deum. Et primò ponit ipſum modum.Secundò,oſtendit eos huiuſmodi non eſſe capaces: ibi. [Neque vocem eius vnquam audiſtis, &c.] Dixit ergo non ſolùm opera quæ dedit mihi pater: teſtimonium perhibent de me.Sed [ipſe qui miſit me pater : teſtimonium perhibet de me.] In Iordane,quando fuit baptizatus (vt habetur Mat.4.) Et in mõte quando tranſfiguratus (vt dicitur Matthæi decimoſeptimo.) verbũque enim vox patris audita eſt.Hic eſt filius meus,&c.& ideò credendum eſt ei:ſicut verò & naturali filio Dei.1.Ioan.vlti.Hoc teſtimonium Dei:quod maius eſt : quia teſtificatus eſt de filio ſuo. Et ſic qui non credit eum eſſe filium Dei:non credit Dei teſtimonio. Sed poſſet aliquis dicere:quòd Deus etiam alijs teſtimonium perhibuit per ſeipſum:ſicut Moyſi in monte:cum quo locutus eſt cunctis audientibus. Teſtimonium verò nunquam audiuimus.Et ideò dicit dominus,quòd [Neque vocem eius vnquam audiſtis,&c.] Sed contra Deut.4.dicitur.Si factum eſt aliquando res huiuſcemodi:vt audiret populus vocem domini Dei loquentis de medio ignis:ſicut tu audiſti & vidiſti.Quid eſt ergo quod nunc dicit Chriſtus [Neq; vocẽ eius vnquam audiſtis.] Reſpõdeo ſecundum Chriſo.q̃ dominus eos in Philoſophicã cõſideratiõe cõſtituẽs,vult oſtendere,q̃ teſtificaũ alicui dupliciter.ſ.ſenſibiliter & intelligibiliter.Senſibiliter quidẽ: ſicut per vocẽ ſenſibilẽ tantũ.Et hoc modo teſtificatus fuit Moyſi in mõte Synai.Deut.4.Vocẽ eius audiſtis:& formã penitùs nõ vidiſtis. Itẽ per ſenſibilẽ ſpeciẽ:ſicut apparuit Abrahæ.Gen.18.& Iſa.6.Vidi dominum ſedentem ſuper,&c.Sed tamẽ in iſtis viſionibus:nec vox corporalis:nec figura Dei eſt:ſicut cuiuſlam animalis:ſed effectiuè inquantũ à Deo formatur:nã cũ Deus ſit ſpiritus:neque vocem ſenſibilem de ſe emittit:nec figurari poteſt.Intelligibiliter autẽ teſtificat inſpirãdo in cordibus aliquorũ,q̃ credere debeãt:& tenere.Pſal.Audiã quid loquatur in me dominus Deus.Oſeæ.2.Ducam eam in ſolitudinẽ,& ibi loquar ad cor eius.Primò ergo teſtificationis capaces fuiſtis.nec mirũ:quia nõ fuerũ Dei:niſi effectiuè (vt dictũ eſt) voces.dic̃ & ſpecies.Sed intelligibilis illius vocis [neq; vocẽ eius vnquã audiſtis,&c.] i.participes eius non fuiſtis.infrà 6.Omnis qui audit à Patre,& didicit.venit ad me:ſed vos non venitis ad me. Ergo [nõ audiſtis vocẽ eius:nec vidiſtis ſpeciem eius.] i.non habuiſtis iſtud teſtimonium intelligibile,& ideò ſubdit. [Et verbum eius non habetis, &c.]i.nõ habetis verbũ interius inſpiratũ. Et hæc ratio eſt [quia quẽ miſit ille.] i.pater [huic vos non creditis.] Verbum enim Dei ducit ad Chriſtum.Nam ipſe Chriſtus eſt naturale Dei verbũ.Omne autẽ verbum à Deo inſpiratũ eſt quędam participata ſimilitudo illius.Cũ ergo omnis ſimilitudo participata:q̃ omne verbũ inſpiratũ à Deo ducit ad Chriſtum.Et ideò vos nõ ducimini ad me [non habetis verbum] Dei inſpiratum [in vobis manens.] Ioan.vlt.Qui nõ credit in filiam Dei:non habet vitam in ſe manẽtem.Et dicit [Manẽs.]Quia cùm nullus ſit quin aliquã veritatẽ habeat à Deo:illi tantùm habent veritatem & verbum in ipſis manens:quibus intantũ cognitio proficit vt perducantur ad veri & naturalis verbi cognitionem, vel per hoc,quod dicit [neq; vocem eius,&c.] Oſtenditur triplex modus, quo à Deo aliquid reuelatur alicui:quia vel per vocem ſenſibilem:& ſic teſtificatus eſt Chriſtus in Iordane & in monte (vt dictum eſt.2. Pet.1.) Speculatores facti illius magnitudinis voce lapſa de cœlo à magnifica gloria.Et hanc Iudæi non audierunt,vel per viſionẽ ſuæ eſſentiæ.Et hanc reuelat beatis:& hanc ſpeciem ipſi non viderunt: quia 2.Cor.5. Quãdiu ſumus in corpore peregrinamur à domino, &c.vel per interius verbum inſpirando. Et hoc ipſi non habebant. Conſequenter cùm dicit.

Scrutamini ſcripturas.quia vos putatis in ipſis vitã æternam habere.Et illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me:& nõ vultis venire ad me:vt vitã habeatis.

POnit tertium modum quo Deus teſtificatus eſt Chriſto per ſcripturas.Et primò inducit ſcripturarum teſtimonium,ſecũdò oſtẽdit eos fructu huius teſtimonij non eſſe capaces ibi. [Et non vultis venire ad me,&c.]Dicit ergo Scrutamini ſcripturas quaſi dicat.Vos nõ habetis verbum Dei in cordibus veſtris:ſed in ſcripturis.Et ideò oportet vos illud alibi quærere. Et ideò [ſcrutamini ſcripturas.] ſ. veteris teſtamenti. Nam fides Chriſti in veteri teſtamento continebatur:ſed non in ſuperficie:quia in profundo obumbrata figura latebat.2.Cor.11.Vſq; in hodiernũ diẽ ipſum velamen habentes.Et ideò ſignanter dicit. [Scrutamini.] quaſi in profundũ quæratis.Prouer. 2.Si quæſieris eam quaſi pecuniã:& ſicut theſauros effoderis illam, &c.Pſal.Da mihi intellectũ & ſcrutabor mandata tua. Non autem ſcrutinij ex noſtra opinione ſumitur. [Quia putatis in eis.] ſ.ſcripturis [vitam æternam habere.] Ex hoc,quod dicitur. Ezec.18.Qui fecerit iudicia mea vita viuet,&c.Sed eſtis deceptiꝫquia licèt præcepta veteris legis vitalia ſint:non tamen vitam habent in ſeipſis. Sed intantùm dicuntur vitalia,inquantũ ducunt ad me Chriſtum:cũ tamen vos vtamini eis tanquam in ſe vitã habẽtibus,quod decipit vos. Nã [illę.] ſ.ſcripturæ ſunt quæ teſtimoniũ perhibent de me.] i.intẽtũ vitalia ſunt,inquantũ ad meã cognitionẽ ducunt vt apertis ꝓphetijs ſicut Iſa.7.Ecce virgo concipiet. Et iterũ Deut.18.Prophetam ſuſcitabit vobis dominus Deus,&c. Vnde dicitur Act.10.Huic omnes Prophetæ teſtimoniũ perhibent.Vel operationibus Prophetarum myſticis.Vnde dicitur.Oſeæ 11.In manibus Prophetarum aſſimilatus ſum̃.vel in ſacramẽtis & figũris:ſicut eſt imolatio agni:& alia figuralia ſacramẽta legis.Heb.10.Vmbrã habens lex futurorũ bonorũ,&c.Et ideò quia ſcripturæ veteris teſtamẽti multipliciter teſtimonium perhibẽt de Chriſto.dicit Apoſtolus Rom.1.Qui antè ꝓmiſerat ꝑ Prophetas in ſcripturis ſanctis de filio ſuo,&c. Sed fructũ quẽ in ſcripturis putatis habere.ſ.vitã æternã cõſequi nõ poteritis :quia teſtimonijs ſcripturæ de me nõ credẽtes [vultis venire ad me.] non vultis credere mihi:in quẽ eſt fructus illarũ ſcripturarũ:& in quẽ:vt in me [vitam habeatis] quã ego do credentibus in me infrà 10.Ego vitam æternam do eis. Eccleſ.3.Sapientia filijs ſuis vitam inſpirat. Prouer.8 Qui me inuenerit,inueniet vitam,&c.

LECTVRA VII.

Claritatem ab hominibus non accipio ſed cognoui vos,quia dilectionem Dei non habetis in vobis.

POSTQVAM Deus excellentiam ſuæ poeſtatis cõfirmauit teſtimonijs hominum Dei & ſcripturarũ. Hic conſequẽter eorũ tarditatẽ ad credendũ redarguit. Duplici autem occaſione Iudæi perſequebantur Chriſtũ propter ſolutionem ſabbati,in quo videbatur contrarius legi. Et quia dicebat ſe Dei filiũ,in quo videbat̃ cõtrarius Deo. Vnde propter reuerentiã quã habebãt ad Deũ:& ꝓpter zelũ quẽ habebãt ad legẽ Moyſi. Et ideò dominus intẽdit oſtẽdere,q̃ nõ ꝓpter hoc eũ perſequebantur:ſed propter contrariũ. Vnde.t.oſtẽdit irreuerentiã ipſorũ ad Deũ eſſe cauſam incredulitatis ipſorũ,ſecũdò,quòd irreuerentia quã habebant ad Moyſen,fuit cauſa incredulitatis ipſorum:ibi. [Nolite putare,q̃ ego,&c.] Circa primũ duo facit.Primò ponit irreuerentiam ipſorum ad Deum,ſecundò oſtendit,q̃ hoc ſit cauſa incredulitatis ipſorum:ibi. [Quomodò poteſtis credere,&c.] Circa primũ duo facit.Primò proponit eorum indeuotionẽ ad Deũ, ſecũdò manifeſtat eã per ſignũ:ibi. Ego veni in nomine patris,&c. Circa primum duo facit.Primò excludit intentionem oppoſitã:quę ex verbis præmiſsis accipi poſſet.Secundò aſſeruit naturam:ibi.[Sed cognoui vos,&c.] Intentio oppoſita eſt,quòd quia dominus ſupra commemorabat tot teſtimonia de ſeipſo.ſ.Ioãnis:Dei:& operũ ſuorum & ſcripturarum.poſſet opinari à Iudæis,quòd hoc fecerit quaſi quærens humanam gloriam.Contra hoc dicit. [Claritatẽ ab hominibus non accipio.] i.laudem humanã nõ quæro.Non enim veni vt exemplum daret quærẽdi gloriã homini.1.Theſ.2.Neq; quæręres ab hominibus gloriam.Deus teſtis,&c.Vel [claritatem ab hominibus non accipio.] i.claritate humana non indigeo.Quia ab æterno claritatem habeo apud patrem infrà 17. Clarifica me pater claritate quam habui antequam mundus fieret. Non enim veni clarifieari ab hominibus:ſed potius eos clarificare:cùm à me omnis claritas procedat.Sapient.ſeptimo habeo per hanc ſapientiam claritatem,&c. Dicitur autem Deus clarificari & glorificari ab hominibus ſecundum illud Eccleſiaſti.43. Glorificantes Deum quantumcúnque poteſtis prævalebit adhuc. Non vt ipſe propter hoc glorioſior

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiat,sed inquantùm glorioſus apparet in nobis. Non eſt ergo hæc cauſa propoſitorũ teſtimoniorum: ſed alia eſt [Quia cognoui.] id eſt cognoſcere feci. [Quia non habetis dilectionem Dei in vobis, quã habere vos fingitis.] Vnde nõ propter Dei amorem me perſequimini. Nam tunc propter Deum me perſequi videmini: ſi Deus & ſcriptura nõ teſtimonium perhiberent: ſed ipſe Deus mihi teſtatur:& per opera: & per ſcripturas: & per ſeipſum (vt dictũ eſt.) Et ideò ſi Deum amaretis, oporteret vt ſicut me abijcitis:ita ad me veniretis. Nõ ergo diligitis Deum vel aliter [Sed cognoui vos.] quaſi diceret. Non induxi huiuſmodi teſtimonia indigens veſtra clariſicatione:ſed ſcio & condoleo vobis errantibus, qui nõ diligitis Deũ: & volo vos reducere ad viam veritatis. infra 15. Nunc autem & viderunt,& oderunt & me,& patrem. Pſal. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Sed ſciendum q̃ Deus in ſeipſo à nullo poteſt haberi odio: nec ſecundum omnes effectus ſuos: cùm omne bonum quod eſt in rebus, ſit à Deo: & impoſsibile ſit q̃ aliquis habeat odiũ omnis boni: quin ad minus eſſe,& viuere diligat. Sed tamen aliquẽ defectum Dei odio aliquis habet inquantũ ſuo appetitu cõtrariatur vt pœnã, vel aliquid huiuſmodi. Et ſecũdũ hoc dicitur habere Deũ odio. Signũ autem, q̃ dilectionem Dei non habent, ponit cũ dicit.

Ego veni in nomine patris mei:& nõ accepiſtis me.

ET primò ponit vnum ſignum de præſenti. Secundò aliud de futuro ibi [Si alius,&c.] Signum de præſenti ſumitur ex eius aduentu. Et ideò dicit [Ego veni,&c.] quaſi diceret. Manifeſtè apparet quod dico. Nam ſi aliquis diligit dominũ ſuum: manifeſtum eſt q̃ honorat,& recipit eum, qui venit ex parte ſua, & honorem eius quærit. [Sed ego veni in nomine patris mei.] manifeſtãdo nomen eius mũdo. infrà 7. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi [Et vos nõ accepiſtis me.] Ergo non diligitis eum. Dicitur autẽ filius manifeſtare patrem ſuum hominibus: quia licèt pater inquantũ Deus notus eſſet ſecundum illud Pſal. Notus in Iudæa Deus. tamen inquantùm eſt naturalis pater filij non erat notus ante aduentum Chriſti. Et ideò Salomon quærebat. Prouerb. 30. Quod nomen eius, quod nomen filij eius noſti?

Si alius venerit in nomine ſuo: illum accipietis.

SIgnum de futuro ſumitur ex aduẽtu Antichriſti. Poſſent autem Iudæi dicere. Licèt tu venias in nomine eius: ideò tamen non te recepimus: quia nullum volumus recipere niſi ipſum Deum patrẽ. Sed contra hoc dicit dominus q̃ hoc non poteſt eſſe: quia vos recipietis alium: qui non venjet in nomine patris: ſed in nomine ſuo ipſius. Et q̃d plus eſt [Veniet in nomine] non patris: ſed [ſuo.] Quia non quæret gloriam patris: ſed ſuam propriam: nec patri attribuet quæ facit: ſed ſibi. 2. Theſſalo. 2. Qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur: aut quod colitur Deus. & [illũ accipietis] vnde ibidem ſubditur. Mittet Deus illis operationem erroris: vt credant mendacio. Et hoc ideò: quia doctrinam veritatis nõ receperunt: vt ſalui fierent. vnde dicit Glo. Quia Iudæi noluerunt accipere Chriſtum pœna peccati huius: congruè erit: vt recipiant Antichriſtum: vt qui noluerunt credere veritati, credant mendacio. Sed ſecũdum Auguſti. poteſt hoc intelligi de hæreticis & falſis doctoribus, qui doctrinam ex corde ſuo proferunt: & non ex ore Dei, qui pomen ſuũ laudãt: & nomẽ Dei cõrẽnunt. de quibus dicit. 1. Ioan. 4. Audiſtis q̃a Antichriſtus venit: & nũc Antichriſti multi facti ſunt. Manifeſtũ eſt ergo, q̃ perſecutio, qua me perſequimini, nõ eſt ex dilectiõe Dei: ſed ex odio & liuore ad eum procedit. Et ex hoc eorum incredulitas cauſabatur. & ideò concludit. Ergo.

Quomodò vos poteſtis credere, qui gloriã ab inuicẽ accipitis: & gloriã quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?

ID eſt, gloriã humanã: [& eã q̃ à ſolo Deo eſt nõ quæritis] quæ eſt vera gloria. Ideò autẽ credere nõ poterãt in Chriſtum: quia cũ ſuperba mẽs eorũ gloriã & laudẽ appeteret. i. ſe ſuper alios efferri reputabãt in gloriã,& dedecus in Chriſtũ credere, qui abiectus videbãt & pauper: & ideò ei credere nõ poterãt. Sed ille in eũ credere põt: q̃ cor habẽs humile: ſoli' Dei gloriã quærit: & ei placere appetit. Et iõ ſicut infrà 12. dicit. Multi ex principibus crediderũt in eũ: ſed ꝓpter Phariſæos non cõfitebatur vt de ſynagoga non ejicerentur. Ex quo apparet, q̃ multũ periculoſa eſt inanis gloria. Vñ dicit Tullius. Cauenda eſt homini gloria: quæ aufert omnẽ libertatẽ: pro qua magna nimis viris omnis debet eſſe cõtẽtio. Et ideò dicit glo. Magnum vitium eſt iactantia, & humanæ laudis ambitio: quæ de ſe vult æſtimari, quæ de ſe non habet. Conſequenter cùm dicit.

Nolite putare, quia ego accuſaturus ſum vos ad patrem: Eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis.

OStendit, q̃ non habent zelũ ad Moyſen. & primò oſtendit quomodò Moyſes erat eis cõtrarius, ſecundò rationẽ cõtrarietatis aſsignat: ibi. [Si enim crediderit is Moyſi.] Circa primũ duo facit. Primò remouet opinatũ zelũ, ſecũdò aſſerit verũ: ibi. [Eſt qui accuſat vos,&c.] Quãtũ ad primũ dicit. [Nolite putare,&c.] Cuius quidẽ dicti eſt triplex ratio. Vna q̃ filius Dei nõ venit in mũdũ: vt cõdẽnaret mũdũ: ſed vt ſaluet. Et iõ dicit. [Nolite putare] q̃ venerim ad cõdẽnandũ: ſed ad liberãdũ. ſupra 3. Non enim miſit Deus filiũ ſuũ in mundũ: vt iudicet mundũ. i. vt cõdemnet mundũ: ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum. & ideò ſanguis Chriſti nõ clamat accuſationẽ: ſed remiſsionẽ. Hebr. 12. Habemus ſanguinẽ Chriſti meliùs clamantẽ, quã Abel: qui clamat accuſando. Rom. 8. Quis accuſabit aduerſus electos Dei: Chriſtus eſt qui iuſtificat, quis eſt qui cõdemnet: Secũdo modo. [Nolite putare, q̃ ego accuſaturus ſum vos,&c.] quia nõ ero accuſator: ſed iudex. ſupra codẽ. Pater omne iudicium dedit filio. Tertio modo. [Nolite putare q̃ ego] tantũ. ſ. [accuſaturus ſum vos apud patrẽ] de hoc quod facitis mihi: ſed etiã Moyſes accuſabit vos de hoc, q̃ nõ creditis ei in his quæ de me dixit. Et ideò ſubdit. [Eſt qui accuſat vos Moyſes: in quo ſperatis.] Quia creditis per præcepta eius ſaluari. Accuſat autem eos Moyſes dupliciter. Materialiter. quia ex hoc q̃ prætergreſsi ſunt mandata eius: ſunt accuſandi. Rom. 4. Quicũq; in lege peccauerũt: per legẽ iudicabũtur. Item accuſat eos: quia Moyſes,& alij ſancti poteſtatem habebunt in iudicio. Pſal. Gladij ancipites in manibus eorum, &c. Rationem contrarietatis ponit dicens.

Si enim crederetis Moyſi: crederetis forſitã & mihi. De me enim ille ſcripſit.

VT patet Deut. 18. Prophetam ſuſcitabit Deus,&c. Et in omnibus ſacrificijs quæ erant figura Chriſti. Et dicit [forſitan.] ad deſignandum voluntatem liberi arbitrij, non quòd in Deo ſit aliquod dubium. Conſequenter cùm dicit.

Si autem illius literis non creditis: quomodò verbis meis credetis?

POnit ſignum huius cõtrarietatis ſumptũ à maiori, negãdo p cõparationem ad duo. Primò perſonæ ad perſonã. Licèt enim Chriſtus ſimpliciter maior eſſet Moyſe, tñ in reputatione Iudæorũ Moyſes erat maior. Et iõ dicit. [Si nõ creditis Moyſi, nec mihi credetis.] Secundò per cõparationẽ ad modũ tradendi: quia Moyſes præcepta dedit in ſcriptis, quæ poſſunt diutius meditari, nec tradi obliuiõi de facili. Et ideò magis obligant ad credendum. Chriſtus verò tradidit verbis. Et quantum ad hoc dicit. [Si non creditis literis illius,] quarum libros apud vos habetis, [quomodò credetis verbis meis?]

LECT. I. CAP. VI.

Poſt hæc abijt Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tyberiadis. Et ſequebatur eũ multitudo magna: quia videbãt ſigna quę faciebat ſup his qui infirmabantur.

POSITA doctrina de vita ſpirituali qua Chriſtus regeneratos viuificat, cõſequenter Euãgeliſta agit de ſpirituali nutrimẽto, quo Chriſtus viuificatos ſuſtẽtat. Et primò ponit viſibile miraculum, quod fecit Chriſtus exhibẽdo nutrimẽtum corporale. Secundò agit de nutrimẽto ſpirituali. ibi. [Reſpõdit eis Ieſus,& dixit. Amẽ amẽ dico vobis, quæritis me, nõ quia,&c.] Circa primũ duo facit. Primò ponit miraculũ viſibile de nutrimẽto corporali. Secundò oſtẽdit effectum miraculi. ibi. [Illi ergo hoĩes cũ vidiſſent,&c.] Circa miraculũ duo ponit. ſ. eius circũſtantias, & eius patrationẽ. ibi. [Et cùm ſubleuaſſet oculos Ieſus.] Circa primum tria facit. Primò deſcribit multitudinẽ quam pauit. Secundò determinat locũ vbi parauit. ibi. [Subijt ergo in montem Ieſus.] Tertiò tempus quando parauit. ibi. [Erat autẽ proximũ Paſcha,&c.] Circa primũ tria facit. Primò determinat locũ quò multitudo eũ ſequitur. Secũdò turbã ſequẽtem. Tertiò cauſam ſequelę aſsignat. Quò aũt turba Dñm ſequeretur, ſignuat Euãgeliſta cũ dicit. [Poſt hæc abijt Ieſus trãs mare Galilææ.] i. poſt myſtica verba q̃ Dñs de ſua poteſtate dixerat. Mare autẽ iſtud Galilææ frequẽter in ſcriptura, & in diuerſis locis nominatur. Quia iſtud mare nõ eſt ſalſum, ſed eſt quædã cõgregatio aquarũ ex influxu Iordanis. Ideò à Luca dicitur ſtagnum (vt habetur Luc. 5.) Quia verò ſecundũ proprietatem Hæbraici idiomatis oẽs cõgregationes aquarũ vocãtur Maria. ſecundũ illud Gen. 1. Cõgregationesq; aquarũ appellauit Maria, iõ dicitur mare. Sed Genezareth cognominatur à natura loci. Nã multũ fluctuat ex reuerberatiõe vẽtorũ, q̃ ex ipſis aquę reſolutiõibus generãtur. Vnde Genezareth in Græco idẽ eſt, q̃ aquæ generãs. Denominatur etiã Galilææ à Galilęa prouincia in qua eſt. Tyberiadis verò à ciuitate ſic dicta, quę erat ex vna pte ipſi' maris ex oppoſito, habẽs ciuitatẽ Capharnaum, ex alia parte quæ prius vocabatur Zenereth, ſed poſtea ab Herode tetrarcha inſtaurata in honorẽ Tyberij Cæſaris, Tyberias appellata fuit. Ratio autẽ literalis quare Ieſus abijt trans mare aſsignatur à Chriſoſto. Vt Chriſtus cederet furori & turbationi Iudæorum, quam conceperant contra Chriſtum propter ea quæ de ſe ſuprà dixerat. Vnde (vt ipſe dicit.) Sicut iacula cùm in durum aliquod incidunt grauiùs feriunt. Quæ autem non habuerint aliquid obuians diſſoluuntur cito immiſſa: & quieſcunt. Ita & ſi cum audacibus hominibus imperuoſè & reſiſtẽdo ineſſerimus, fœuiũt magis. Si autem eis ceſſerimus: facilè mollimus eorum inſaniã. Propterea Chriſtus furorem Iudæorũ ex præmiſsis ſermonibus natũ ſecedẽdo trãsmare mitigauit. Dãs nobis in hoc exemplũ ſimile faciendi. Eccl. 8. Ne ſtes contra faciẽ cõtumelioſi. Myſticè autẽ per mare præſens ſæculũ turbidũ deſignatur. Pſal. Hoc mare magnũ,& hoc mare tranſijt dominus, quando mare mortalitatis & pœnalitatis aſſumpſit naſcẽdo: calcauit moriẽdo: & tranſiens reſurgendo in gloriã reſurrectionis peruenit. De iſto tranſitu dicitur infrà 13. Sciens Ieſus quia venit hora eius vt tranſeat ex hoc mundo ad patrem. Eum trãſeuntẽ ſecutæ ſunt credendo & imitãdo turbæ multę ex vtróq; populo collectæ. Iſa. 60. Tũc mirabitur & dilatabitur cor tuũ, quãdo cõuerſa fuerit ad te multitudo maris. Pſal. Exurge domine in præcepto, quod mãdaſti,& ſynagoga. Deſcribit ergo turba ſequens copioſa: quia [ſequebatur eũ multitudo magna.] Cauſa autem propter quã ſequebatur, eſt operatio miraculorũ. Vnde dicit [quia videbat ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabanẽ.] Sciendum eſt, q̃ quidã ſequebantur eũ ꝓpter doctrinã eius: qui. ſ. me liùs erant diſpoſiti. Alij verò imperfectiores ſequebantur eum propter admirationem ſignorum viſibilium groſsioris mentis exiſtentes. Signa enim (vt dicitur. 1. Cor. 14.) nõ ſunt data fidelibus, ſed infidelibus. Aliqui etiam propter deuotionem & fidem eum ſequebantur. ſi illi quos corpore ſanauerat. Sic enim à domino ſanabantur in corpore, vt etiã perfectè ſanarentur in anima. Deut. 30. Dei perfecta ſunt opera. Et hoc patet: quia paralitico ſupra 5. ſignanter dixit. Vade: & amplius noli peccare. & Mat. 9. Fili remittuntur tibi peccata: quæ magis ad ſanitatem animæ pertinent, quã corporis. Notãdũ aũt q̃ cùm Euangeliſta non fecerit mentionem niſi de tribus miraculis. ſ. de nuptijs, de filio reguli,& paralitico. hoc tamẽ indeterminatè dicit [ſigna quæ faciebat.] Vt det intelligere quia Chriſtus multa alia ſigna fecit (vt dicit infrà vlti.) de quibus in hoc libro mentionẽ nõ facit. Intẽdebat enim ſpecialiter ad manifeſtãdũ Chriſti doctrinam. Conſequenter determinat locũ miraculi qui eſt mons. Vnde dicit.

Subijt ergo in montem Ieſus:& ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

SVbijt ergo in montẽ. i. latẽter aſcẽdit [Ieſus:& ibi ſedebat,&c.] Et quidem mons ſatis eſt congruus locus refectioni. Per mõtem enim ſignatur perfectio iuſtitiæ: ſecundum illud Pſal. Iuſtitia tua ſicut montes Dei. Quia ergo hæc terrena non ſatiant: imò qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum: vt dicitur ſupra 4. ſpiritualia verò ſatiant: ideò dominus ad alciora cum diſcipulis aſcendit: vt oſtendat in ſpiritualibus ſarietatem & perfectionem iuſtitiæ inueniri. de quo monte dicitur in Pſal. Mons Dei, mons pinguis. Vnde & ibi doctoris exercebat officium ſedens cum diſcipulis ſuis. Ipſe enim eſt qui docet omnem hominem ſcientiam. Conſequenter deſcribitur tẽpus cũ dicit.

Erat autem proximũ Paſcha, dies feſtus Iudæorum.

QVod quidem tempus cõgruit refectioni. Paſcha enim interpretatur tranſitus. Exod. 12. Eſt enim Phaſe. i. tranſitus domini: vt der intelligere, q̃ quiſquis pane diuini verbi,& corpore,& ſangui ne domini deſiderat reſici: debet tranſire de vitijs ad virtutes. 1. Cor. 5. Paſcha noſtrum imm: olatus eſt Chriſtus: itaque epulemur, &c. Eccl. 24. dicit diuina ſapientia. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me. Hoc autem eſt ſecundum Paſcha, de quo Euangeliſta mentionem facit. Ad quod quidem iuxta legis præceptum, quod habetur Exod. 23. Dominus non aſcendit in Hieruſalem Cuius ratio eſt: quia Chriſtus Deus erat & homo. Et inquantùm ſuberat quidem legi. Inquantùm Deus ſupra legem erat. Vt ergo ſe hominem oſtenderet, ſeruabat aliquando legem. Vt verò Deum legem ſoluebat. Vnde & per hoc, quòd nõ iuit, dedit intelligere, quòd paulatim, & in breui legalia ceſſarent. Cõſequenter agit de patratione miraculi cũ dicit.

Cùm ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus:& vidiſſet, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes: vt manducent hi? Hoc autẽ dicebat tentans eum. Ipſe enim ſciebat, quid eſſet facturus.

ET primò oſtenditur neceſsitas patrandi miraculi, ſecundò ſubditur ipſa patratio: ibi. [Dicit ergo Ieſus: facite homines diſcumbere,&c.] Neceſsitas autem miraculi fiendi ſumitur ex interrogatione domini: & reſponſione diſcipulorum. Et ideò primò ponitur domini interrogatio. Secundò diſcipulorum reſponſio: ibi. Reſpondit ei Philippus,&c. Circa primum tria facit. Primò ponitur interrogandi occaſio, ſecũdò ſubditur Chriſti interrogatio. Et tertiò aperitur interrogantis intentio. Occaſio autem interrogandi fuit viſio multitudinis ad Chriſtum venientis, & ideò dicit. [Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus,&c.] Exiſtens in monte cum diſcipulis quaſi perfectioribus [& vidiſſet,&c.] In quo duo circa dominũ ſunt conſideranda. Vnum, vt diſcamus Chriſti maturitatem oculos non erigentis hũc atque illuc: ſed pudicè ſedentis, & attentè cum diſcipulis ſuis. Quod contra dicitur. Prouer. 30 Generatio cuius ſublimes ſunt oculi. & Eccl. 19. Ex viſu cognoſcitur vir, ſecũdò vt diſcamus, quòd neq; ociosè ſedebat cũ diſcipulis ſuis: ſed attentè eos docens: & ad ſeipſum corda eorum cõuertens: diſcipulos quos docebat intuebatur. Mat. 5. Cùm ſubleuaſſet oculos Ieſus ad diſcipulos ſuos vidit turbam,&c. Et ideò dicitur. [Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus,&c.] Myſticè autem oculi domini ſunt dona ſpiritualia: quæ cùm electis ſuis miſericorditer concedit: tunc in eos oculos ſuos ſubleuat. i. reſpectum pietatis impendit. Hoc petebat Pſalm. dicens. Reſpice in me domine,& miſerere mei. Interrogatio verò eſt de refectione multitudinis: vnde [dixit ad Philippum: vnde ememus panes,&c.] vnum ſupponit: & aliud quærit. Supponit quidem penuriam: quia non habebant vnde tantæ multitudini cibum præberent. Quærit autem modum inueniendi cùm dicit [vnde ememus,&c.] Vbi notandum, quod omnis doctor neceſſe habet ſpiritualiter paſcere turbam ad ſe venientem. Et quia nullus homo habet ex ſe vnde paſcat cã: ideò oportet, quòd aliunde emat labore, ſtudio, aſsiduitate orationum. Iſa. 55. Qui non habetis argentum: properate & emite abſque vlla commutatione vinum & lac. & iterum. Quare appenditis argentum veſtrum. i. eloquentiam: & non in panibus. i. non in veram ſapientiam quæ reficit. Eccl. 16. Cibauit illum pane vitæ & intellectus,& laborem veſtrum non in ſaturitate: addiſcendo ea quæ non ſatiant: ſed magis euacuãt. Intentio autem interrogantis aperitur cùm dicit [hoc autem dicebat tentans eum,&c.] Vbi Euangeliſta vnam dubitationem excludens, ducit in aliam. Potuiſſet enim dubitari, quòd dominus Philippum quaſi ignorans interrogaſſet: ſed hoc excludit dicens. [Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus] ſed eum tentare videtur etiã ignorantis eſſe: cum idem ſit, quod experimentum ſumere: videtur quòd Euangeliſta in aliam mirabilium inducat cùm dicit [tentans eum.] Sed dicendum, quòd diuerſimodè aliquis tentat aliquem: vt experimentum de eo ſumat. Aliter enim tentat homo: quia vt addiſcat. Aliter diabolus: quia vt decipiat. 1. Petr. vlti. Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Deus verò & Chriſtus tentat quidem nõ vt addiſcat: quia ipſe eſt qui ſcrutatur corda & renes. Non vt decipiat: quia ipſe neminem tentat (vt dicitur Iac. 1.) Sed tentat vt alijs experimentum de tentato tribuat. Sic tentauit Deus Abraham Geneſ. 22. Tentauit Deus Abrahã,&c. Et ſequitur. Nunc cognoui, quòd timeas dominum. i. cognoſcere feci, quòd timeas dominum. Ita ex hoc Philippum tentat: vt inſinuaret alijs ſuam reſponſionem, inducens per hoc eos in certiſsimam futuri ſigni cognitionem. Conſequenter ponitur reſponſio diſcipulorum cùm dicit.

Reſpondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis: vt vnuſquiſq; modicum quid accipiat. Dixit ei vnus ex diſcipulis eius Andræas frater Symonis Petri. Eſt puer vnus hîc qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos piſces. Sed hæc quid ſunt inter tantos?

ET primò reſponſio Philippi. Secũdò reſpõſio Andreæ: ibi. [Dicit ei vnus ex diſcipulis eius,&c.] Sciendum eſt autem circa primum, q̃ Philippus inter alios magis tardus & rudis erat: & ideò inter alios frequentiùs dominum interrogabat infrà 12. Domine oſtẽde nobis patrem,&c. Sed in interrogatione iſtorum duorũ quantũ ad literam pertinet Andreæ melius diſpoſitus erat, quã Philippus: quia nullã intentionẽ & diſpoſitionẽ habere videt ad miraculũ fiendũ. Et ideò illum modum inducit, quo omnes homines illos paſcere poſſent. ſ. per pecuniam dicẽs. [Ducentorum denariorũ panes,&c.] Quos nos non habemus: & ideò non poſſumus eis dare ad manducandum. In quo Chriſti paupertas inſinuatur: qui nec ducentos denarios habebat. Andreas verò videtur habere reſpectum ad miraculum fiẽdum. Fortaſsis enim in memoria habebat ſignum, quod Heliſæus de panibus hordeaceis fecerat: quando pauit de viginti panibus centum viros (vt legitur. 4. Reg. 4.) & ideò dicit. [Eſt puer vnus hîc, &c.] Sed tamen opinatus eſt, quòd Chriſtus non eſſet facturus maius miraculum, quàm Heliſæus. Eſtimabat enim, quòd de paucioribus panibus pauciora & de pluribus plura miraculoſè fierent. Quãuis ei qui ſubiecta materia non indiget ſimiliter facilè ſit de pluribus & de paucioribus paſcere turbas. Et ideò ſubdit. [Sed hæc quid inter tantos?] quaſi dicat ſi etiam multiplicẽtur ſicut Heliſæus multiplicauit non ſufficit. Myſticè refectio ſpiritualis per ſapientiam ſignificatur. vna autẽ ſapientia eſt quã docuit Chriſtus: qui eſt vera ſapientia. 1. Cor 1. Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam. Sed ante aduentum Chriſti duplex doctrina erat. Vna humana quã habebant Philoſophi. Alia legis ſcriptæ. De prima ergo mentionem facit Philippus. & ideò vtitur nomine emptionis dicens. [Ducentorum denariorum,&c.] Nam ſapientia humana per acquiſitionem habetur. Centenarius numerus perfectionem importat. Vnde ducenti duplicem perfectionem infinuãt neceſsariã huic ſapientiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam ad eius perfectionem duplici via peruenitur, scilicet per experimentum: & per contemplationem. Dicit ergo [Ducentorum denariorum, &c.] Quia quicquid humana ratio potest experiri & cogitare de veritate non sufficit ad perfectam satietatem sapientiæ. Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, &c. sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire & nosse me. Nam nullius Philosophi tanta fuit sapientia: vt per eã homines ab errore reuocari possint: quin potiùs multos ad errorem inducunt: De secunda verò mentionem facit Andreas. Et ideò noluit ꝙ alij panes emerentur: sed de habitis turba reficeretur, scilicet de his quæ lex continebat. Vnde meliùs dispositus erat quàm Philippus. Et ideò dicit [Est puer vnus hîc, &c.] Puer iste potest dici Moyses propter imperfectionem status legis. Hebræo. 10. Neminem ad perfectum duxit lex. Vel populus Iudæorum qui sub elementis mundi seruiebat (vt dicitur Galat. 4.) Puer ergo iste quinque panes habet, id est, doctrinã legis. Vel ꝙa in quinque libris Moysi contenta est. suprà 1. Lex per Moysen data est. Vel quia data est hominibus vacantibus sensibilibus quæ per quinque sensus exprimitur: qui sunt hordeacei. Quia lex ipsa data erat: vt in ea vitale alimentum corporalibus sacramentis obtegeretur. Hordei enim medulla tenacissima palea tegitur. Vel quia populus Iudæorũ modum exploiatus erat carnali desiderio: sed tanquàm palea cordi eius inhærebat. Nam in veteri testamento exteriùs duritiam experiebantur propter cerimoniales obseruãtias. Actuum 15. Hoc est onus quod nos nec patres nostri portare potuerunt. Et ipsi Iudæi corporalibus dediti, spiritualem sensum legis non capiebant. 2. Corint. 3. Velamen positum est supra corda ipsorum. Per pisces autẽ duos qui suprem suauem pani dabant: intelligitur doctrina Psalmorum & Prophetarum: & sic vetus lex non solùm habebat panes, scilicet libros quinque Moysi: sed etiã duos pisces, scilicet Prophetas & Psalmos. Vnde & scriptura veteris testamenti per hęc tria dicitur Luc. vltim. Quæ scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de me. Vel per duos pisces secundum Augusti. duæ personæ significantur, scilicet Regia & sacerdotalis: quibus populus ille regebatur, quæ tamen duæ personæ Christum præfigurabant: qui fuit verus Rex & sacerdos. [Sed hæc quid sunt inter tantos? &c.] Quia per ea non potuit humanum genus ad cognitionem veritatis perfectè duci: licèt eius Deus in Iudæa notus esset: gentes tamen eum ignorabant. Consequenter cùm dicit.

Dixit ergo Iesus. Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia.

AGitur de patratione miraculi. Et primò ponitur hominum dispositio. Secundò eorum refectio: ibi [Accepit ergo Iesus, &c.] Tertiò fragmentorum collectio: ibi [Vt autem impleti sunt, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponitur mandatum de dispositione turbarum. Secundò oportunitas dispositionis. Et tertiò numerus dispositorum. Mãdatum autem fuit domini ad discipulos: vt disponerent turbam ad comedendum. Vnde dicit Iesus [Facite homines discumbere.] id est, sedere ad comedendum. (Nam sicut dictum est supra 2. Antiquitùs homines lectis accumbentes prandebant.) Vnde inoleuit consuetudo, vt qui sedent ad manducandum dicantur discumbere. Per quod mysticè significatur quies, quæ necessaria est ad perfectionem sapientiæ. Eccl. 38. Qui minoratur actu perficiet sapientiam, &c. quæ dispositio fit per discipulos: quia per eos ad nos cognitio veritatis deriuata est: & Psal. Suscipiant montes pacem populo. Oportunitas autem dispositionis captatur ex loco. [Erat autem fœnum multum in loco.] Quod ad literam cõmodum est discumbentibus. Mysticè autem per fœnum caro significatur. Isa. 40. Omnis caro fœnum. Et secundum hoc poterit ad duo referri. Comperit doctrinæ veteris testamenti quæ dabatur quiescenti in carnalibus: & populo carnaliter sapiẽti. Isa. 1. Si volueritis & audieritis me bona terræ comedetis. Deut. 33. Oculus Iacob in terra frumenti vini & olei. Vel competit accipienti veram sapientiam ad quã veniri non potest nisi calcatis carnalibus. Rom. 12 Nolite conformari huic sæculo. Numerus autem erat magnus: vnde dicit. [Discubuerunt ergo viri, &c.] Viros tantùm Euangelista enumerat legalem consuetudinem sequens: in qua Moyses à triginta annis & supra populum numerauit nulla mentione de mulieribus facta: (vt dicitur. Nume. 1.) Quod ideò Euãgelista fecit. Quia isti soli sunt capaces doctrinę perfectæ. 1. Cor. 2. Sapientiã loquimur inter perfectos. Heb. 6. Perfectorum est solidus cibus. Consequenter cùm dicit.

Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantùm volebant.

AGit de refectiõe. Et primò insinuat reficiẽtis affectus. Secũdò materia refectionis. Et tertiò perfecta satietas. In affectu autẽ Iesu ꝛficientis. Primò quidem attenditur humilitas. Secundò verò gratarum actio. Humilitas quidem: quia accepit panes & distribuit. Et quidem Christus facturus miraculum poterat panibus ex nihilo creatis pascere turbas. Sed dispensatione panes præexistentes multiplicauit ad refectionem turbarum. Primò quidem, vt ostenderet sensibilia à Diabolo non esse: sicut Manichæi errantes dicunt. Nam si hoc verum esset dominus non vteretur rebus sensibilibus ad opus diuinæ laudis: & præcipuè cùm ipse venerit vt dissoluat opera diaboli (vt dicitur. 1. Ioan. 4.) Secundò, vt ostendat falsum esse, quod ipsi dicunt. s. doctrinam veteris testamenti non esse à Deo: sed à diabolo. Vt ergo ostenderet non esse doctrinam aliam noui testamenti, quàm quæ præfigurabatur & continebatur in doctrina veteris testamenti præexistentes panes multiplicauit: innuens, quòd ipse est qui legem perfecit & impleuit. Matth. 5. Non veni soluere legem. Gratiarum autem actio quia [gratias egit.] vt ostendat se ab alio habere, scilicet à patre quicquid habet: in quo ostendit nobis exemplum simile faciendi. Specialiter tamen gratias egit: vt det nobis exemplum cùm comestionem incipimus gratias debere agere Deo. 1. Thimo. 4. Nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Psalm. Edent pauperes & saturabuntur: & laudabunt dominum, &c. Item vt ostendat, quòd non propter se orabat: sed propter turbam quæ præsens erat: & oportet suaderi, quòd à Deo venerat. Et ideò cùm coram multis miraculum facit: orat vt ostendat se Deo nõ esse contrarium: sed secundum voluntatem eius operari. Dicitur tamẽ in Marco, quòd Christus per Apostolos distribuit panes turbis. Sed hîc dicitur, ꝙ ipse distribuit: quia ipse videtur fecisse, quod per alios fecit. Sed vtrũq; secundũ mysteriũ verũ est: quia ipse solus interius reficit: & alij exterius: & vt ministri reficiunt. Materia autem refectionis fuit panes & pisces: de quibus satis dictum est suprà. Satietas verò refectionis perfecta fuit: quia [quantum volebãt.] Solus enim Christus est qui facit animam inanem, & animam esurientem replet bonis. Psal. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Alij verò quasi ex mensura habentes gratiam miracula faciunt. Christus verò absoluta virtute cum multa superabundantia omnia operabatur. Vnde dicitur, quòd [impleti sunt.] Consequenter cùm dicit.

Vt autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.

AGitur de fragmentorum collectione. Et primò ponitur mandatum Domini. Secundò executio discipulorum. ibi. [Collegerunt, &c.] Dicit ergo. [Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis. Colligite, &c.] Quod quidem Dominus non ad superfluam ostentationem fecit, sed vt ostenderet factum miraculum non esse fantasticum, per hoc, quòd collectæ reliquiæ diu seruatæ sunt, & alijs in cibum fuerunt. Voluit etiam per hoc miraculum illud firmiùs discipulorum cordibus inhærere, quibus & fragmenta portanda præcepit, quoniam eos maximè erudire volebat, qui orbis terrarum debebant esse magistri. Sed discipuli fideliter exequũtur. Vnde sequitur.

Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus quæ superfuerunt his qui manducauerant.

VBi notandum est, quòd non quantæcũque reliquiæ supersunt neque ad casum, sed secundum certitudinem: quia neque plus neque minus, sed quantum voluit fecit superfluũ esse. Cuius signum est, quòd cophinus cuiuslibet Apostoli plenus fuit. Cophinus autem vas est rusticano officio deputatum. Duodecim ergo cophini significant duodecim Apostolos, & eorum imitatores, qui licèt in præsenti sint contẽptibiles, spiritualium tamen sacramẽtorum diuitijs sunt interius refecti. Qui duodecim esse dicuntur: quia fides sanctæ Trinitatis per eos prædicanda erat in quatuor partibus mundi.

LECTVRA II.

Illi ergo homines, cùm vidissent, quod Iesus fecerat signum. dicebant. Quia hic est verè Propheta qui venturus est in mundum.

POSITO signo visibili de nutrimento corporali. Hic ponitur effectus signi in turbis triplex. Primò quantum ad fidei confessionem. Secundò quãtum ad intentam honoris exhibitionem ibi. [Iesus ergo cùm cognouisset, &c.] Tertiò quantum ad diligentem inquisitionem. ibi. [Vt autem serò factum est, &c.] Sciendum est circa primum, quòd quasi ex ore Iudæorum dictum est in Psal. Signa nostra non vidimus, iam non est Propheta. Erat autem olim consuetudo: vt Prophetæ multa signa facerent: vnde deficiẽtibus signis videbatur Propheta cessasse. Cùm verò signa vident redditam sibi Prophetiam confitentur. Vnde iam tantum de viso miraculo profecerant, quòd Deum Prophetam dicebãt. dicitur ergo. [Illi homines,] qui satiati fuerant ex quinque panibus [cùm vidissent, quòd fecerat signum, dicebant, &c.] Sed tamen nõdum ad perfectam fidem pervenerant: quia eum Prophetã credebant, qui etiã est Dominus Prophetarum. Nec tamen ex toto falluntur: quia etiam ipse dominus se Prophetam nominat. Sciendum est autẽ ꝙ Propheta dicitur videns. 1. Reg. 9. Qui nunc dicitur Propheta: olim vocabatur videns. Visio autẽ ad vim cognoscitiuam pertinet. In Christo autẽ fuit triplex cognitio, scilicet sensitiua, & secũdum hanc habuit aliquã similitudinẽ cum Prophetis: inquantũ in imaginatione Christi formari poterant aliquæ species sensibiles: quibus futura vel occulta præsentarentur: præcipuè propter passibilitatem quæ sibi conueniebat propter statum viatoris. Item cognitio intellectiua: & quantùm ad hanc nõ habet similitudinẽ cum Prophetis: sed etiã supra angelos: quia erat cõprehensor excellentiùs quàm aliqua creatura. Item cognitio diuina. Et quantùm ad hoc fuit Prophetarum & angelorum inspirator: cũ omnis cognitio causetur per participationẽ verbi diuini. videntur tamen in Christo excellentiam prophetię cognoscere in hoc ꝙ dicunt [verè Propheta.] Licèt enim multi Prophetæ inter Iudæos fuerint: vnus tamen expectabatur in eis præcipuus: secundum illud Deutero. 18. Prophetam suscitabit vobis dominus. Et de hoc loquuntur. Vnde signanter dicit [qui venturus est in mundum.] Deindè cùm dicit.

Iesus ergo cùm cognouisset, quia venturi essent: vt raperent eum: & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipse solus.

POnitur secundus effectus quantũ ad intentatam honoris exhibitionem: quam tamen Christus refugit. Et ideò primò ponitur conatus plebis. secũdò fuga Christi. Conatus quidem cùm dicit [vt raperent eum: & facerent eum Regẽ.] Illud enim rapi dicitur: quod præter voluntatẽ & oportunitatem accipitur. Verum autem erat ꝙ dispositio Dei patris ab æterno fuerat de regno Christi manifestando: sed manifestatio hæc nondum optima erat secundum tempus. Nam venerat tunc sed nõ regnare: quomodò regnãs est in eo quod dicimus. Aduenit regnũ tuum. Vbi regnabit etiam secũdum illud ꝙ homo factus est Christus. Et ideò huic manifestationi aliud tempus est ordinatum: quãdo. s. erit aperta claritas sanctorũ eius post iudicium ab eo factũ. De ista manifestatione quærebãt discipuli Act. 1. Domine si in tempore hoc restitues regnũ Israël? Credentes ergo turbæ eum regnaturũ venisse: volebant eum facere Regẽ. Cuius ratio est: quia homines frequẽter talem in dominũ volunt qui eos in temporalibus pascat. Vnde quia Christus pauerat eos: eum Regẽ facere voluerunt. Isa. 3. Vestimentũ tibi est: esto princeps noster. Vnde Chriso. dicit. Vide quanta est gulæ virtus: non eis vltra curæ est sabbati transgressionis. Nec vltra zelant pro Deo: sed omnia remota sunt vẽtre repleto: sed & Propheta iam erat apud eos: & Regẽ eum intronizare nolebant. Fuga autẽ Christi ponitur cùm dicit [Fugit iterũ in montem, &c.] Vbi datur intelligi ꝙ dominus videns turbas de monte descenderat: & circa inferiora loca pauerat turbas. Nisi enim de monte descendisset nõ diceretur iterũ fugere in montem. Sed cũ ipse sit verè Rex: quare fugit? Ad quod triplex ratio assignatur. Vna quia derogasset dignitati eius si regnũ ab homine recepisset. Qui sic Rex erat: vt eius participatiõe Reges omnes essent. Prouerb. 8. Per me Reges regnant. Alia ratio: quia prę iudicasset suę doctrinę: si claritatẽ etiam robur ab hominibus accepisset. Sic enim operabatur & docebat: vt totum virtuti diuinæ ascriberetur, & non fauori humano supra 5. Claritatẽ ab hominibus non accipio. Tertia ratio est: vt erudiret nos mundanas dignitates contemnere infra 13. Exemplum enim dedi vobis, &c. Ecclesiast. 7. Noli quærere ab homine ducatũ. Sic ergo gloriam mũdi refusciauit: vt tamen pœnam spontè subiret: secundum illud Hebr. 12. Proposito sibi gaudio sustinuit crucẽ cõfusione cõtempta. Sed huic videtur contrariũ qđ dicit Mat. 13. l. ꝙ ascendit solus in montem orare. Sed secũdum Aug. hæc non sunt cõtraria: quia causa fugiendi coniuncta est causæ orandi. nunc enim docet nos dominus magnã causam esse orandi cũ immanet causa fugiendi. Mysticè autẽ tunc ascẽdit in montẽ: quando turbæ refectæ paratæ erant ei subijci. Quia tunc ascẽdit in cœlũ: quando populi parati erant se veritati fidei subijcere: secũdum illud Psal. Synagoga populorũ circumdabit te: propter hãc in altũ regredere, id est, vt circundet te synagoga populorũ regredere in altũ. Sed dictum est [fugit.] vt signaret quòd nõ potuit intelligi altitudo eius. Quod enim non intelligimus dicimus à nobis fugere.

Cùm autem serò factum esset, descẽderunt discipuli eius ad mare. Et cùm ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum.

HIc agitur de tertio effectu. s. de diligẽti inquisitione. Et primò quantũ ad discipulos. Secundò verò quantũ ad turbas ibi [Altera autẽ die, &c.] Circa primũ duo facit. Primò ponit studium discipulorũ. Secundò explicat ibi [Et tenebræ iam factæ erant, &c.] Circa primũ duo facit. Primò describit descensum discipulorum ad mare. Secundòtransitum maris ibi. [Et cùm ascẽdisset nauim &c.] Sciendum ergo circa primum quòd Christus ascendit montẽ nescientibus discipulis. Vnde expectauerunt vsque ad vesperam cum venturum esse putantes ad se. Facta autẽ vespera nõ vltra sustineret eum non inquirere (tantus eos detinebat amor.) Et ideò dicit [Vt autẽ serò factum est: descenderunt discipuli eius ad mare requirentes eum.] Mysticè autẽ per serò, dominica passio seu ascensio designatur. Quandiu enim Christus præsentia corporali cũ discipulis fuit: nulla eos deprimebat turbatio, amaritudo nulla vexabat. Matt. 9. Non possunt filij sponsi lugere quandiu sponsus est cum illis. Sed Christo recedente ab eis descendunt ad mare. i. ad turbationes sæculi. Psal. Hoc mare magnum. Sed quia amor quo igniti erant non sinebat eos diutiùs dñi præsentia carere: ideò subdit eorũ transitum cùm dicit [Et cùm ascendissẽt nauim venerunt trans mare in Capharnaum.] Consequenter cùm dicit.

Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus.

EXplicat quod summatim posuerat. Et primò de peruentione ad mare. Secũdò de transitu ibi [Mare autẽ vento, &c.] Quantùm ad primũ dicit [Tenebræ iam factæ erant, & non venit ad eos Iesus.] Quod nõ sine causa Euãgelista exprimit: vt per hoc feruentem eorũ ostendat amorẽ (Non enim vespera nec nox eos detinuit.) Mysticè autẽ tenebræ charitatis defectũ designant. Lux enim charitas est secundum illud 1. Ioan. 2. Qui diligit fratrem suum in lumine est. Tenebræ ergo in nobis sunt: quando non venit ad nos Iesu lux vera (vt dicitur supra 1.) In cuius præsentia omnes tenebræ propulsantur. Subtraxit autẽ Christus se tandiu discipulis. Primò quidem vt sentirent quid esset eius absentia: quod quidẽ experti sunt in tempestate maris. Hiere. 2. Scito & vide quia malum & amarũ est dereliquisse te dominũ. Secundò vt diligentiùs quærerent. Cantic. 6. Quo abijt dilectus tuus ô pulcherrima mulierum: & quæremus eum tecum. Quantùm ad transitum dicit.

Mare autem vento magno flante exurgebat.

ET primò ponitur maris tẽpestas. Secundò Christi apparitio: & tempus apparitionis: ibi [Et cũ remigassent, &c.] Tertiò apparitiõis effectus ibi [Et timuerũt, &c.] Tempestas autẽ in mari causabatur à flatu exorti venti. Et ideò dicit [Mare autẽ vento magno flante exurgebat] in altũ. Per ventum illũ figuratur tentatio & persecutio quę futura est ecclesię propter defectũ charitatis. Nam sicut Augu. dicit. Vnde charitas refrigescit: inde fluctus augentur & turbatur nauis: nec tamen venti illi, & tempestas, & fluctus, & tenebræ id agebant: vt vel nauis non promoueretur: vel soluta frangeretur: quia qui perseuerauerit vsq; in finẽ hic saluus erit Mat. 7. Flauerunt venti & irruerunt flumina: & non cecidit domus. Apparitio autem Christi nõ fuit statim à principio tempestatis: sed post aliquod spatium. Et ideò dicit.

Cùm remigassent ergo, quasi stadia viginti quinque aut triginta vident Iesum ambulantẽ supra mare: & proximum naui fieri.

ET hoc ideò vt daretur intelligi ꝙ dñs patitur nos ad tẽpus tribulari vt virtus nostra probetur: finaliter tamen in necessitate nõ deserit: sed nobis proximus fit. 1. Corint. 10. Fidelis Deus qui nõ patietur vos tentari suprà id quod potestis: sed faciet etiã cum tentatione prouentũ vt possitis sustinere. Secũdum Augu. 25. stadia quę remigãt, sunt quinque libri Moysi. (Nam huiusmodi numerus est quadratus.) De hoc numero 5. consurgens in multiplicatione sui in seipsum: quinquies enim quinq; sunt 25. Numerus autẽ multiplicatus retinet significationẽ suę radicis. Vnde sicut per quinq; signatur vetus lex: ita per 25 signatur perfectio noui testamenti. Per 30. autem signatur perfectio noui testamẽti quæ deerat legi. Nam si ipsa quinque multiplicentur per sex qui est numerus perfectus consurgit numerus tercẽnarius. Adeò ergo qui remigãt 25. aut 30. stadia. i. qui implent legẽ vel perfectionẽ Euangelicã: venit Iesus calcãs omnes tumores mundi: altitudines sæculi præsentis. Psal. Tu dominaris potestati maris, &c. Et tunc videbimus Christũ proximum naui: quia diuinum auxilium approximat. Psal. Prope est dominus omnibus timentibus eum. Apparet ergo ꝙ qui rectè Christũ quærunt: eum habent præsentẽ. Isti autẽ feruentissimè Christũ desiderabãt. Quod patet ex temporis tenebrositate: ex maris tẽpestate: & ex distantia portus: quibus nõ obstantibus ad eum ire conabãtur. Et ideò Christus affluit eis. Effectus autem apparitionis ponitur cùm dicit.

Et timuerunt. Ille autẽ dixit eis. Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim. Et statim nauis fuit ad terram in quam ibant.

ET primò ponitur effectus interior. Secũdò exterior: ibi [Et statim, &c.] Effectus autẽ interior fuit timor, & ideò ponitur discipulorũ timor conceptus ex subiecta Christi apparitione cũ dicit [& timuerunt.] bono timore qui causatur ex humilitate. Roma. 11. Noli altũ sapere, sed time. Vel malo timore: qa (vt dicitur Mat. 12.)

Universidad de Deusto
Biblioteca

Estimabant eum fantasma esse. Psal. Trepidauerunt timore vbi non erat timor, quoniã timor præcipuè carnalibus competit, qui spiritui resistunt. Secundò ponitur Christi cõformatio cõtra duplex periculũ. s. cõtra periculũ fidei in intellectu. Et quantũ ad hoc dicit. [Ego sum,] quasi dubitationẽ omnem repellens. Luc. vlt. Videte manus meas & pedes meos quia ego ipse sum. Secundò cõtra periculum timoris in affectu. Et quãtum ad hoc dicit. [Nolite timere.] Hic. 1. Ne timeas à facie eorũ. Psal. Dñs illuminatio mea & salus mea quem timebo. Tertiò ponitur discipulorum assecutio quia [voluerũt eum accipere in nauim.] Quod signatur: quia timor seruilis excluditur à cordibus nostris, & tunc recipimus Christum amãdo & cõtẽplãdo. Apoc. 3. Ego sto ad hostium & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo. Effectus autẽ exterior fuit quãtum ad duo. Primò quia sedata tẽpestate. Secundò quia statim fuit ad terram, cũ multum abesset. Non enim fallacẽ, sed tranquillã præbuit eis nauigationẽ. Et volens maius miraculum operari, nauẽ non alcẽdit. Sic ergo triplex hîc cõgruit miraculum. s. ambulatio supra mare, subita tẽpestatis cessatio, & distantis nauis ad portum deductio. Vt discamus, q̃ fideles in quibus est Christus, timorẽ mundi præmunt, fluctus tribulationum calcant, & velociter ad terrã viuẽtium trãseunt. secundum illud Psalm. Spiritus tuus bonus deducet me in terram, &c. Sed hîc est multiplex quæstio. Vna est circa literã, in qua videtur Mat. contrarium dicere. Nã Mat. 14. dicitur, q̃ discipuli venerunt ad mare de mandato Dñi, hîc autem, quòd descenderunt quærentes eum. Alia quæstio est, quòd Mat. ibidem dicit, quòd discipuli mare transfretãtes venerunt in terram Genezareth, hîc autẽ dicitur, quòd venerunt Capharnaum. Tertia quæstio est, q̃ Matt. dicit, q̃ Christus intrauit nauem, hîc autem, quòd non. Sed de his tribus breuiter expediens se Chriso. dicit istud non fuisse idẽ miraculum cũ illo Matt. Nam (vt ipse dicit) Christus frequẽter huiusmodi miraculum fecit ambulans supra mare, non tamen corã turbis, sed corã discipulis suis, ne turbæ crederent eũ non verum corpus habere. Secundum Aug. autẽ dicitur & verius idẽ miraculum fuisse, quod hîc Ioan. narrat. & ibi Mat. Et ideò ad primam q̃stionẽ respondens dicit, quòd non refert, quod dicit Mat. eos ex præcepto Christi ad mare descendisse. Potuit enim esse, q̃ Dominus hoc ei mandasset, & ipsi descenderunt credẽtes Christum cum eis nauigaturum: vnde expectarent eum vsq; ad noctem. Et quia Christus nõ venit, tunc ipsi transierunt mare. Ad secundã quæstionem est duplex responsio. Vna est quia Capharnaum & Genezareth ex eodem littore sunt & vicinæ. Et fortè discipuli peruenerunt trans mare in confinio vtriq; qui. & ideò Matt. nominat vnam, & Ioan aliam. Vel potest dici, quòd Matt. non dicit, q̃ statim venerunt in Genezareth, & iõ fortè primò venerũt Capharnaũ, & postea in Genezareth, &c.

LECTVRA III.

Altera die, turba quæ stabat trans mare vidit quia nauicula alia non erat ibi, nisi vna, & quia nõ introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abijssent.

POSTQVAM Euangelista posuit quomodò discipuli quæsierũt Christũ. Hîc cõsequenter agit de turbis eum quærentibus. Et primò ponitur motiuum ad inquirendũ. Secundò inquirendi opportunitas ibi. [Aliæ verò naues, &c.] Tertiò ponitur ipsa inquisitio ibi. [Cùm ergo vidisset, &c.] Mouit autẽ ad inquirẽdum Christum turbas miraculũ præcedẽs. s. q̃ absq; vehiculo mare trãsierit. Quod quidem innotuit eis, eò, q̃ de sero nõ erat in littore, qđ erat iuxta locum vbi fecerat miraculũ de panibus: vbi vna nauis tm̃ erat, quæquidẽ nauis cũ discipulis ad aliã partẽ trãsfretauit absq; Christo. Vnde cũ de mane nõ inuenissent Christũ ex eadẽ parte, ex qua fuerãt præcedẽti die, sed iã erat ex alia pte, nec habuissẽt aliquã aliã nauẽ in qua trãsirer, suspicati sunt, q̃ supra mare ambulans transiuisset. Et hoc est, qđ dicit. [Altera die, ab ea qua fecerat miraculũ de panibus [turba quę stabat tras mare] vbi miraculũ fecerat [vidit, q̃ nauicula nõ erat ibi nisi vna] quia in præcedẽti nõ fuerat nisi illa tantũ, & vidit [qa non introisset cũ discipulis suis Iesus in nauim, &c.] Per hãc vnã nauem significatur Ecclesia q̃ est vna: vnitate fidei & sacramentorũ. Eph. 4. Vna fides: vnum baptisma. Per hoc autem, q̃ Iesus nõ est cũ discipulis, significatur corporalis separatio ab eis in Ascensione. Matth. vlt. Dñs quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum. Oportunitas autem inquirendi datur ex aduẽtu aliarum nauium ab alia parte maris, cum quibus poterant transire ad quærendum Christum. Et ideò dicit.

Aliæ verò superuenerunt naues à Tyberiade iuxta locum vbi mãducauerunt panẽ gratias agentes Deo.

ALiæ verò naues superuenerunt [ex alia parte. s. [à Tyberiade iuxta locum vbi mãducauerant panes, &c.] Per istas alias naues quæ superuenerunt, significãtur cõuenticula hæreticorum eorũ, qui quæ sua sunt quærunt, & nõ quæ Iesu Christi. infr. eo. Quæritis me, quia mãducastis ex panibus meis. Et quæ sunt separatæ vel fide quãtum ad Hæreticos: vel charitate quãtum ad carnales ab Ecclesia. Sed tñ sunt iuncta eã in quãtum simulatã fidẽ prætẽdunt, & specie sanctitatis habẽt. Sed in illud 1. Thi. 4. Habẽtes quidẽ speciẽ sanctitatis: virtutem autem eius abnegãtes. Et 2. Cor. 11. Non est mirum si ministri Sathanæ transformant se. Sed inquisitio fuit studiosa. Vnde dicit.

Cùm ergo vidisset turba: quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærentes Iesum. Et cùm inuenissent eum trans mare dixerunt ei. Rabbi, quando huc veniſti?

ET primò ostẽdit qñò inquirit turba Christũ. Secũdò qñò inuenerunt interrogat. Dicit ergo primò, q̃ [cũ vidisset turba, q̃ Iesus nõ erat ibi, nec discipuli eius, ascẽderunt in nauiculas,] quæ venerãt à Tyberiade [q̃rẽtes eũ, &c.] qđ est laudabile. Isai. 55. Quærite Dñm dum inueniri pot. & Psal. Quærite Dñm, & viuet aĩa vestra. Sed inuẽtum ĩterrogãt vnũ dicere. [Et cũ] turbæ [iuenissent eũ.] s. Christũ [trãs mare, dixerũt ei. Rabbi, qñ huc veniſti?] Sed hęc quæstio dupliciter põt intelligi. Vno mõ vt quærãt tm̃ de tpe. Et tũc sedm Chriso. exprobrãda est eorũ ruditas, q̃ post tm̃ miraculũ nõ quærunt de mõstrãsẽdi. qualiter. si ne naui trãsisset, sed tm̃ de tpe transitus. Vel põt dici p hoc, q̃ dicunt [qñ] nõ solũ quærũt de tpe, sed etiã de aliis circũstantijs q̃. ocurrerũt ad transitum miraculosum. Sed attẽde, q̃ supra post refectionẽ volebãt eũ facere Regẽ. Nunc verò eum præsentem habẽt, nec eũ Regẽ facere volũt. Cuius rõ est: quia ipsi volebant eum facere Regem concitati à passione lætitię causatę à refectione. Passiones autẽ huiusmodi citò trãseunt. Et ideò ea quæ secundum ipsas passiones dicuntur, trãsitoria sunt. Quæ verò ratione disponuntur, magis permanent. Eccleſia. 7. Homo sapiẽs in sapientia sua permanet sicut sol. Stultus autem vt luna mutatur. Prouer. 11. Impius facit opus instabile. Consequenter cùm dicit.

Respondet ei Iesus & dixit. Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia mandu castis ex panibus, & saturati estis.

AGit Dñs de cibo spirituali. Et primò proponit veritatẽ de spirituali. Secũdò cõtradictionẽ ibi. Murmurabant ergo Iudęi, &c.] Circa primũ tria facit. Primò ꝓponit veritatẽ spiritualis cibi. Secũdò insinuat eius originẽ ibi. [Dixerũt ergo ei. Qđ ergo tu facis signũ, &c.] Tertiò docet modũ capiẽdi ipsum cibũ. ibi. [Dixerunt ergo ad eũ Dñe semp da nobis, &c.] Circa primũ duo facit. Primò ostẽdit cibum spiritualẽ, & eius virtutẽ. Secũdò manifestat eũ quis sit ibi. [Dixerunt ergo ad eũ, qd faciemus, &c.] Circa primũ duo facit. Primò arguit puersum eorũ cupiditatẽ. Secundò hortatur ad veritatem ibi. [Opamini, &c.] Dicit ergo. [Amẽ amẽ dico vobis,] licèt ostẽdatis vos quasi deuotos, tñ [quæritis me, nõ qa vidistis signa, sed qa mãducastis, &c.] q d. ꝓpter carnẽ me quęritis, nõ ꝓpter spiritũ: qa. s. vt iterum pascamini. Et sicut Aug. dicit Locũ istorũ tenẽt q̃ q̃rũt Iesum, nõ ꝓpter seipsum, sed vt aliqua cõmoda sæcularia cõsequãtur. Sicut fuit illi, q negotia habẽtes ad prelatos & clericos accedũt, nõ ꝓpter Christũ, sed vt eorũ intercessiõe ꝓmoueãtur apud magnates. Sic & sunt illi q ad ecclesias cõfugiũt, nõ ꝓpter Iesum, sed qa à potẽtioribus præmũtur, sicut etiã sunt illi q ad sacros ordines ad Dñm appropinquãtes nõ in eisdẽ merita virtutũ, sed subsidia vitę pręsentis inquirunt. s. diuitias & honores (vt Grego. dicit. 23. moral.) Et hoc patet. Nã facere signa virtutis diuinæ est, sed mãducare panem multiplicatum est tẽporale. Qui ergo nõ veniunt ad Christum ꝓpter virtutem quã in eo vidẽt, sed propter quod ex panibus mãducant. nõ Christo seruiunt, sed suo vẽtri (vt dicitur Phil. 3.) & Psalm. Confitebitur tibi cùm benefeceris ei. Ad veritatem eos reducit proponendo eis spirituałem cibum dicens.

Operamini non cibum qui perit, sed qui manet in vitam æternam.

ET primò ꝓponit eius virtutẽ. Sedò eius auctoritatẽ. ibi. [Quem filius hoĩs, &c.] Virtus illius cibi cõsideratur in hoc, q̃ nõ perit. Vñ sciendũ est circa hoc, q̃ corporalia sunt quędã similitudines spiritualiũ: vtpotè ab eis creata & deriuata, & iõ imitatur ipsa spiritualia aliquo mõ. Sed corpus sustẽtatur cibo. Illud ergo quo sustẽtatur spiritus, dicitur eius cibus quię qđ sit illud. Illud autẽ quo sustẽtatur corpus, dicitur eius cibus quię qđ sit illud. Illud autẽ quo sustẽtatur corpus cũ trãseat in corporis naturã, corruptibile est. Sed cibus quo sustẽtat spiritus est ĩcorruptibilis: qa nõ imitatur in ipsum spiritũ, sed potius ecõuersò spiritus ĩ cibũ. Vñ dictũ est ab Aug. Cibꝰ sum grãdiũ, crede & mãducabis me, nec tu me mutabis ĩ te vt cibũ carnis tuę, sed tu mutaberis ĩ me (vt dicitur li. cõfes.) Et iõ dicit Dñs [operamini.] i. operãdo q̃rite, seu opibus mereamini. [nõ cibũ qui perit.] s. corpale. i. Cor. 6. Esca vẽter, & vẽter escis, Deus autẽ & hũc, & hãc destruet: qa nõ semp erit vsus ciborũ, sed illũ cibũ [opamini.] s. spiritualẽ [q ma

Universidad de Deusto Biblioteca

Iesu Christi, quem ipsum manna significabat (vt dicit Apostolus.1. Cor.11.) Omnes eādem escam spiritualē manducauerunt. Item contra hoc, quod dicit. Nō dedit nobis panem de cœlo. est, quod dicitur in Psal. Panem cœli dedit eis. Respondeo, cœlū accipitur dupliciter. Quandóq; pro aëre. Matt.12. Volucres cœli comederunt illud. Et in Psal. Intonuit de cœlo Dominus. Quandóque pro cœlo sydereo, secundum illud Psal. Cœlum cœli Domino. Et Matt.14. Stellæ cadent de cœlo. Quandóque verò pro ipsis spiritualibus bonis. Matt.5. Gaudete & exultate quia merces vestra multa est in cœlo. Māna ergo de cœlo fuit nō sydereo, seu spirituali, sed aëreo. Vel dicitur de cœlo inquantum erat figura veri panis cœlestis Domini nostri Iesu Christi. Consequenter cùm dicit.

Panis enim verus est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo.

PRobat, ꝙ sit de cœlo, & per effectum eius: verum enim cœlū est spiritualis natura, cui per se cōuenit vita. & ideò per se viuificat. infr. eod. Spiritus est qui viuificat, ipse autem Deus est actor vitæ. Ex hoc ergo cognoscitur, ꝙ panis iste spiritualis est de cœlo, cùm faciat proprium effectum si dat vitā, nam panis ille corporalis vitam non dabat: quia omnes qui māna manducauerunt mortui sunt. Iste autē dat vitam, & ideò dicit [panis verus est,] & nō figuralis [qui de cœlo descendit.] Et hoc patet: quia [dat vitam mundo,] nam Christus qui est verus panis, quos vult viuificat. infr.10. Ego veni vt vitam habeant, &c. Ipse etiam de cœlo descendit. supr.3. nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo. Sic ergo Christus verus panis vitam dat mundo ratione suę diuinitatis, & descendit de cœlo ratione humanæ naturæ. Nā (vt supr.3. dictū est) descendisse de cœlo dicitur assumendo humanam naturam. Phil.2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens.

Dixerunt ergo ad eum, Domine, semper da nobis panem hunc.

HIc agitur de adeptione cibi spiritualis. Et primò ponitur petitio ipsius cibi. Secūdò ponitur expositio ibi [dicit autem eis Iesus, ego sum, &c.] vbi ostēdit modum adeptionis. Sciendum est autē circa primum, ꝙ Iudæi verba Dn̄i carnaliter intelligebāt, & ideò quia in desiderio carnalium erant, cibum carnalē petunt à Christo: vnde dixerunt ad eum [Dn̄e semper da nobis hunc panem,] qui reficiat hoc modo. Et Samaritana verbum de aqua spirituali carnaliter, intelligebat, & indigentia carere volens dixit, Domine da mihi hanc aquam. Et licèt ista verba Domini de cibo intelligāt, & carnaliter petant, tandem eorum petitio spiritualiter intellecta nobis competit. Matt.6. Panem nostrum quotidianum, &c. Quia non possumus sine hoc pane viuere. Consequenter cùm dicit.

Dixit autem eis Iesus. Ego sum panis vitæ.

OStendit modum adeptionis ostēdens primò quid sit iste panis. Secūdò, quomodò acqratur, ibi [omne, qđ dat mihi pater, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit expositionem panis prędicti. Secundò expositionis rationem assignat ibi [qui venit ad me, &c.] Tertiò exponendi necessitatem manifestat ibi [sed dixi vobis, &c.] [Dixit ergo eis Iesus. Ego sum panis vitæ] nā sicut supr. dictum est: verbum sapiētiæ est specialis cibus mētis (quia eo mens sustētatur.) Eccle.15. Cibauit illum pane vitæ & intellectus, dicitur autem panis sapiētię esse panis vitæ ad differētiam panis corporalis, qui est panis mortis, qui nō cōpetit nisi ad restaurandum defectum mortalitatis: vnde & solū in hac vita mortali necessarius est, sed panis sapiētię diuinæ est per se viuificatiuus, nec habet mortem cōtrariam. Item panis corporalis nō dat vitam, sed tantū præexistentē sustētat ad tempus, sed panis spiritualis ita viuificat, ꝙ dat vitam, nam aīa incipit viuere per hoc, ꝙ adhæret verbo Dei. Psal. Apud te est fons vitæ: quia ergo omne verbū sapiētiæ deriuatur à verbo Dei vnigenito. Eccl.1. Fons sapiētię vnigenitus Dei residens in excelso. Ideò ipsum Dei verbum principaliter dicitur panis vitæ, & ideò Christus dicit. [Ego sum panis vitę.] Et quia caro Christi ipsi verbo Dei vnita est: habet etiam, ꝙ sit viuificatiua: vnde & corpus sacramentaliter sumptum viuificatiuum est. Nā per mysteria quæ Christus in sua cōpleuit, dat vitam mundo, & sic caro Christi propter Dn̄i verbum panis est non cosuetæ vitæ, sed illius quæ morte nō reseratur. Et ideò caro Christi dicitur panis. Gene. pen. Aser pinguis panis eius. Significatur etiam per māna. 1. Cor.11. Māna interpretatur. Quid est hoc. Quia Iudæi illud vidētes admirabuntur, dicētes vn⁹ ad aliā quid est hoc? Sed nihil est admirabilius, quā filius Dei homo factus, ita vt cuilibet cōtingat quærere quid est hoc. i. quomodò filius Dei, fili⁹ hominis est, quomodò ex duabus naturis sit vna persona Christi. Isa.9. Vocabitur nomē eius admirabilis, &c. est etiam mirabile. Quomodò ergo Christus sit sub sacramento. Consequenter cùm dicit.

Qui venit ad me, nō esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum.

ASsignat rationē expositionis, & hoc ex effectu istius panis. Panis em̄ corporalis comestus non in perpetuū famē aufert, cū corrūpatur & deficiat, & iō exigitur ad nutrimētum, panis aūt spiritualis dās p se vitā, nunquā corrūpitur. Et iō hō semel comedēs nunquam esurit, & ideò dicit. [Qui venit ad me nō esuriet, & qui credit, &c.] Hoc aūt, quod dicit. s. [Qui venit, & q credit nō esuriet nec sitiet,] nō differunt scđm Aug. q a idē est venire ad eum, & credere in eum. Quia ad Deum venim⁹ nō passibus corporis, sed mētis quorum primus est fides, idē est etiā cōmedere & bibere: vtróq; em̄ significatur æterna satietas: vbi nulla est ægestas. Mat.5. Beati q esuriunt & sitiūt iustitiā, qm̄ ipsi saturabuntur: vt sit idē cibus sustētās, & potus refrigerās. Causa autē quare tēporalia nō auferunt sitim ī perpetuum. Vna quidē est. qa nō simul sumuntur, sed paulatim, & quasi cū motu, & iō semp restat ad sumēdum, & ꝓpter hoc sicut consurgit delectatio & satietas ex iā sumpto, ita & desiderium restat ex sumendo. Alia verò est: qa corrūpuntur: vn̄ remanet memoria ex corrupto, & generatur iteratò desiderium eorum. Spiritualia verò & simul sumuntur & nō corrūpuntur, nec deficiunt, & iō eorum satietas manet in ꝑpetuum. Apoc.7. Nō esuriēt neq; sitiēt. Psal. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo delectatiōes in dextera tua, id est, in spiritualibus bonis vsque in finem. Consequenter cùm dicit.

Sed dixi vobis: quia & vidistis me, & nō credidistis.

POnitur exponēdi necessitas, posset em̄ aliquis dicere nos quæsiuimus panē, sed tu nō respōdes. Dabo vobis illum: vel nō dabo, sed potius dicis. Ego sum, &c. & iō nō videtur bona responsio tua, sed ꝙ bona sit ostēdit Dn̄s dicens. [Dixi vobis, &c.] qđ idē est ac si aliquis haberet panē corā se ignorās illū, & dicatur ei. Ecce panis corā te est. Et iō dicit. [Dixi vobis] ego sum panis viuus, [& vidistis me, & nō credidistis.] i. desideratis panē, & habetis illum corā vobis, & tn̄ non sumitis: quia nō creditis. In quo eorum incredulitatem improperat eis. infr.15. Sed viderunt & oderunt, &c. Consequenter cùm dicit.

Omne, quod dat mihi pater, ad me veniet.

OStendit qūō acqratur. Et primò ponit modum acqrendi. Scđō finē peruentionis ibi [& eum q venit, &c.] Tertiò manifestat, quod dicit, ibi [q a descēdi, &c.] Sciēdum est circa primum, ꝙ ipsum credere nostrum est nobis ex dono Dei. Eph.2. Gratia saluati estis, & nō ex vobis Dei donum est. Philip.1. Vbi datum est vt nō solū in illū credatis, &c. Dicitur aūt qn̄q; Deus pr̄ dare filio hoīes credētes, sicut hîc [omne, qđ dat mihi pr̄, &c.] Qn̄q; filius dat pr̄i. sicut illud. 1. Corin.15. Cū tradiderit regnum Deo & pr̄i. Ex quo intelligimus, ꝙ sicut pr̄ dās nō adimit sibi regnum, ita nec filius. Pr̄ autē filio dat inquātū facit hoīem verbo suo adhærere. 1. Cor.1. Per quē. s. patrē vocati estis in societatē filij ei⁹. Filius verò tradit pr̄i inquātū verbum est manifestatiuum ipsius pr̄is. infr.17. Pr̄ manifestaui nomen tuum hoībus. Sic ergo dicit. [Omne, qđ dat mihi pr̄ ad me veniet.] i. q in me credūt, quos pr̄ mihi facit adhęrere ex dono suo. Sed diceret fortè aliquis, ꝙ nō necessariū est, ꝙ aliqs dono Dei vtatur. Multi em̄ recipiunt donū Dei, q nō vtunt eo. Qūō ergo dicit. [Omne, qđ dat mihi pr̄, &c.] Ad qđ dicēdum est, ꝙ ī datiōe ista nō solū intelligit habit⁹, qui est fides & hmōi. Sed etiā interior īstinctus ad credēdum. Quicqd autē facit ad salutē totū est ex dono Dei. Sed restat q̄stio: quia si omne, qđ dat pr̄ Christo ad eū vadit, ipse dicit. Illi soli ad Deū vadunt quos pr̄ dat ei. Nō ergo debet īputari illis q nō vadunt cū nō dēt ei. Ad qđ dicēdum, ꝙ non īputatur eis si absq; auxilio Dei ad fidē venire nō pn̄t, sed hoc ei imputat quia nō venit: quia impedimentum præstat, quòd non veniat auertens se à salute, cuius via quantum in se est omnibus est aperta. Finis autem peruentionis ponitur cùm dicit.

Et eum qui venit ad me, non eijciam foras.

POsset enim aliquis dicere. Veniem⁹ ad te, sed tu nō recipies nos, & iō dicit hoc excludens. [Eum qui venit ad me] passibus fidei & bonis operationibus [nō eijciam foras.] In quo dat intelligere se intus. Illud est enim intus vnde exitur foras. Attēdam⁹ ergo quid sit istud intrinsecum, & quomodò inde eijciātur. Sciēdum quidē igitur est, ꝙ oīa visibilia cū dicātur esse quasi quædā exteriora respectu spiritualiū, quātò aliqđ est magis spirituale, tātò magis est intrinsecū. Ergo duplex est intrinsecum. Vnum est profundissimum. s. gaudium vitæ æternæ, quod secundum Aug. est magis penetrale & dulce secre tum sine tædio, sine amaritudine malarum cogitationum, sine interpellatione tentationum & dolorum. De quo dicitur Matth.25 Intra in gaudium Domini tui. & Psal. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, id est, in plena visione tuæ essentiæ. Et ab hoc intrinseco nullus eijcietur. Apocal.3. Qui vicerit faciam illum columnam, &c. & foras non egredietur. Quia (vt dicitur Matt.25.) Ibunt iusti in vitam æternam. Aliud intrinsecum est rectitudo conscientiæ, quæ est spirituale gaudium. & de hoc dicitur Sapientiæ octauo. Intrans in domum meam conquiescam. Et Canticorum primo. Introduxit me Rex in cella vinaria sua. Et de isto aliqui eijciuntur. Et ideò, quod Dominus dicit [non eijciam foras,] potest dupliciter intelligi. Vno modo vt illi dicantur ad ipsum venire, q ui sunt dati ei à patre per æternam prædestinationem. Et de illis dicit. [Eum qui venit ad me] prædestinatus à patre. [nō eijciam foras.] Ro.11. Nō repulit Deus plebē suam quā elegit. Alio modo. Quia illi qui egrediūtur nō tanquā à Christo eiecti egrediantur. Sed causa eiectionis fit ex parte ipsorū, qui per infidelitatē & peccata à secreto rectæ conscientiæ recedunt. Et sic dicitur [nō eijciā ego foras] sed ipsi se eijciunt. Hiere. 23. Vos estis onus proijciam vos dicit dominus. Et hoc modo eiectus est foras, qui ad nuptias intrauerat: nō habēs vestē nuptialē vt dicit Mat. 27. Rationē autē præmissorū assignat, cū dicit.

Quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.

ET primò ponit propositū de implenda voluntate patris. Secundò manifestat quæ sit voluntas patris ibi [hæc est voluntas.] Tertiò ostendit finalem voluntatis impletionē ibi, & ego resuscitabo, &c. Circa primū sciendum est ꝙ litera ista potest legi dupliciter. Vno modo secūdum Augu. alio modo secūdum Chriso. Secundum Aug. quidē sic. Eum qui venit ad me nō eijciam foras. & hoc ideò quia ille venit ad me qui meam humilitatem imitatur. Mat.9. Cū diceret dominus. Venite ad me omnes qui laboratis. Cōsequenter subdit discite à me: quia mitis sum & humilis corde. Vera autem filij Dei mititas in hoc est: quia voluntatē suam supposuit voluntati patris. Et ideò dicit: nō eijciam [quia descēdi de cœlo, &c.] Propter animā à Deo exijt: quia superba erat: & ideò necesse est humilitatē regredi veniendo ad Christū per imitationē suæ humilitatis: quę in hoc est ꝙ nō facit voluntatē suam solū: sed Dei patris. Sciendū est autem ꝙ in Christo fuit duplex voluntas. Vna secundum humanā naturam: quæ est sibi propria, & natura, & voluntate patris. Alia secundum naturā diuinam, quæ est eadem cū voluntate patris. Voluntatē ergo suam. s. humanā ordinauit sub voluntate diuina: quia obedientiam suam sub effectu paternæ voluntatis ostendit: ipsam volens voluntatem patris explere. Psalm. vt faciam voluntatem tuam Deus meus volui. Hanc voluntatem fieri in nobis petimus cùm dicimus Matthæ.6. Fiat voluntas tua. Illi ergo nō eijciūtur foras qui nō faciunt voluntatē suam: sed voluntatē Dei. Nam cū diabolus volens facere voluntatē suā: quod est superbię, eiectus est de cœlo. Et primus homo de paradiso. Secūdum Chriso. verò sic. ideò nō eijcio foras eum qui venit ad me: quia ad hoc veni vt impleam voluntatē patris de salute hominū. Si ego pro salute hominū incarnatus sum: quomodò debeo eos eijcere? Et hoc est quod dicit. Ideò nō eijcio: qa [descēdi de cœlo: nō vt faciā volūtatē meā: sed eius qui misit me patris.] qui vult oēs homines saluos fieri (vt dicit 1. Thim. 2.) Et ideò quantū est ex me nullū eijcio. Ro.5. Sic em̄ cū inimici essemus, recōciliati sumus Deo p mortē filij eius: multò magis recōciliati salui erimus in vita ipsius. Quæ autem sit volūtas patris, exponit primò cùm dicit.

Hæc est enim voluntas eius qui misit me patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.

SEcundò rationē assignat ibi [Hęc est enim voluntas, &c.] Dixit ergo. Nō eijciā foras eos qui ad me veniunt: quia carnē assumpsi vt faciam voluntatē patris. Voluntas autē eius qui misit me patris hæc est, scilicet vt non eijciam foras. & ideò nō eijciam. 1. Thim.4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Et ideò dicit [vt omne quod dedit mihi pater.] id est, [vt nihil perdam.] quoúsq; perueniat ad resurrectionē futuram, in qua aliqui perdentur: nec tamen de illis qui dati sunt ei per æternā prędestinationem: sed impij. Psal. Iter impiorū peribit. Illi verò quoúsq; tunc conseruantur nō perdentur. Per hoc autē ꝙ dicit [Non perdam.] non est intelligendum ꝙ indigeat eorum, aut ꝙ detrimentum sit ei si pereunt. Sed dicit hoc propter affectū suum ad salutem illorū, & bonum illorū quod reputat suum. Sed contra est quod dicitur infra 17. Nemo ex eis, scilicet quos dedisti mihi perijt: nisi filius perditionis. Ergo aliqui eorū qui dati sunt ei per æternā prædestinationem perduntur. Non est ergo verum hoc quod dicit [non perdam ex eo.] Sed dicendum est ꝙ ex illis qui dati sunt ei per pręsentē iustitiam perduntur, non autem de illis qui dati sunt per æternam prædestinationem. Rationem autem diuinæ voluntatis ponit cùm dicit.

Hęc est autē volūtas patris mei, qui misit me: vt omnis qui videt filiū, & credit in eum habeat vitā æternā.

RAtio quare pater vult ꝙ nō perdā, ex eo ꝙ dedit mihi est: quia volūtas patris est viuificare spiritualiter homines: quia ipse est fons vitæ: & quia æternus est quantū est de se voluntatis eius est, vt omnis qui venit ad me habeat vitā æternam. Et hoc est quod dicit [Hæc est voluntas patris qui misit me: vt omnis qui videt filium & credit in eum, &c.] Sed attendendū est quod supra dixit. Qui videt filiū & credit ei, &c. Hîc verò dicit [Qui credit in eum.] vt det intelligere eandem diuinitatē patris & filij, cuius visio per essentiam est vltimus finis noster & obiectū fidei. Qui verò dicit [videt.] non intelligitur de visione per essentiam quā pręcedit fides: sed de visione corporali Christi: qui inducit ad fidem. Et ideò signanter dicit [Qui videt filiū & credit in eum.] Supra 3. Qui credit in eum non iudicatur: sed trāsiet à morte in vitā. infra 20. Hęc autē scripta sunt: vt credatis quoniam Iesus Christus est filius Dei: vt credentes vitam habeatis in nomine eius. Hæc autē patris voluntas finaliter implebitur: & ideò subdit. Et quia ita vult.

Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

VT non solùm in anima: sed etiā in corpore habeat vitam æternam. Daniel. 12. De his qui in puluere dormiunt euigilabunt alij in vitā æternā: alij verò in opprobriū sempiternū: sicut & Christus resurrexit. Ro.6. Christ⁹ resurgēs ex mortuis iam nō morit̄, &c.

LECTVRA V.

Murmurabāt ergo Iudæi de illo: quia dixisset: ego sum panis viuus: qui de cœlo descendi: & dicebant:

POSITA doctrina Christi: hîc excluditur contradictio prædictæ doctrinæ. & primò quantū ad turbas murmurātes. Secundò quantū ad discipulos dubitantes ibi. [Multi ergo audientes, &c.] Circa primum duo facit. Primò exprimit murmur turbarū de origine spiritualis cibi. Secundò mitigat eorū litigium de cibi spiritualis manducatione ibi. [Litigabant ergo, &c.] Circa primū duo facit. primò ponitur murmur turbarū. secundò repressio murmuris ibi [Respondit ergo Iesus, & dixit eis.] Circa primū duo facit. Primò ponitur occasio murmuris. Secundò ponūtur murmurantiū verba ibi [Nónne iste est, &c.] Cōcludit ergo ex pręmissis verbis Christi: ꝙ quidam de quodā dictorum verborū murmurabant, quia. s. dixerat, ego sum panis qui de cœlo descendi: quē quidē spiritualē panē nō capiebāt: nec desiderabāt: & ideò murmurabāt: qa in spiritualibus mentē fundatā nō habebāt, & huius rei antiquā cōsuetudinē habebāt secūdum illud Psal. Murmurauerūt in tabernaculis. Et 1. Cor. 10. Neq; murmuraueritis: sicut quidā eorū murmurauerūt. Ideò autem (vt Chriso. dicit) vsq; huc nō murmurabāt: qa semper sperabāt se cōstitutos corporalē escā: qua spe subtracta statim murmurare incipiūt: licèt aliā causam pretēdāt. nō autē manifestè cōtradicūt propter reuerentiam quam adhuc habebāt ad ipsum ex memoria præcedentis miraculi. Verba autem murmurantium ponit cùm dicit.

Nónne hîc est filius Ioseph: cuius nos nouimus patrem & matrem? quomodò ergo dicit hic: quia de cœlo descendi?

QVia enim carnales erant: carnalem Christi generationē solam considerabant: ex qua impediebantur ne cognoscerent spiritualem, & æternā: & ideò de sola carnali loquuntur secundū illud supra 3. Qui de terra est: de terra loquitur. & spiritualē nō capiūt vnde subdunt. [Quomodò ergo dicit, &c.] Vocā autē eum filiū Ioseph propter reputationē: qa nutritius eius erat: secūdū illud Luc 3. Vt putabatur filius Ioseph. Murmuratiōis autē repressio ponitur cū dicit.

Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicem: Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum.

ET primò reprimit ipsorū murmur. Secundò satisfacit dubitationi ibi [Amen amen dico vobis, qui credit, &c.] Circa primū duo facit. Primò cohibet eorū murmur. Secundò assignat causam murmuris eorū ibi. [Nemo potest, &c.] Cognoscēs ergo Iesus eorum murmur: respondit: & cōprimens ipsum murmur eorum dixit eis [Nolite murmurare, &c.] Hoc namq; est salubre documentum. Qui em̄ murmurat: ostēdit mentē suam in Deo non esse firmatā. & ideò dicitur Sapien.1. Custodite vos à murmuratiōe, quę nihil prodest. Causa autē murmuris est infidelitas eorū, & ideò hāc ostēdit dicens [Nemo potest, &c.] vbi primò ostēdit necessariā esse patris attractionē ad hoc, vt veniatur ad Christū. secūdò ostēdit modū attrahendi ibi [Est scriptū in Prophetis, &c.] Circa primū tria facit. Primò ponit humanę facultatis defectū. secūdò diuini auxilij subsidiū, tertiò auxilij finē seu fructū. Est ergo humana facultas deficiens ad veniendū ad Christū per fidē. & ideò dicit [nemo potest venire ad me] secūdum diuinū auxiliū est efficax ad subueniendū. vnde subdit [nisi pater, &c.] sed finis seu fructus est optimus. vnde sequitur [& ego resuscitabo eū, &c.] Dicit ergo primò. Nō est mirū si murmuratis: qa nondū estis tracti à patre ad me. Nam [nemo potest ad me venire] in me credēdo. [nisi pater, &c.] Sed hîc est triplex quęstio. Prima est de hoc quod dicit [nisi pater traxerit eum.] Cū enim ad Christū veniamus credendo (sicut supra eodē dictū est) Venire ad Christū est credere in eum: credere autē nullus potest nisi volēs. Cū ergo tractio importet violentiā quandā: ergo qui tractus venit ad Christū cogitur. Respōdeo dicēdum, ꝙ hoc quod hîc dicitur de hac tractiōe patris, nō importat coactionē, cū non omne trahēs faciat violentiā. sic ergo multipliciter pater trahit ad filium secūdum multiplicē modū trahendi absq; violentia in hominibus. Nam ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis homo trahit aliquẽ persuadendo ratiõe,& hoc modo pater trahit homines ad filium demõstrãdo eum esse filium suum,& hoc dupliciter:vel per internã reuelationẽ.Mat.16. Beatus es Symon Bario na:quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi.s.Christum esse filium Dei viui,sed pater meus:vel per miraculorum operationẽ,quã habet à patre.supr.5. Opera quæ dedit mihi pater,ipsa testimonium perhibent de me.Itẽ aliquis trahit aliũ alliciendo.Prouer.7.Blãditijs labiorum suorum protraxit eum,& hoc modo illi qui attẽdunt ad Iesum propter auctoritatem paternę maiestatis trahuntur à patre.Quicúnque enim credit in Christum propter hoc , q̃ credit eũ filium Dei,hunc pater trahit ad filium.i.paterna maiestas. Hoc mõ nõ trahit Arius, qui Christam nõ verum Dei filium,nec de substãtia patris genitum credebat.Nõ sic tractus est Fotinus,Christam purũ hominẽ dogmatizans.Sic ergo trahuntur à patre sua maiestate allecti.Sed trahũtur etiam à filio admirabili delectatione & amore veritatis,quæ est ipse filius Dei.Si enim (vt dicit Aug.) trahit quémq; sua voluptas,quãto fortius debet hoc trahi ad Christum,si delectatur veritate,beatitudine,iustitia,sempiterna vita,quod totum est Christus. Ab isto ergo si trahendi sumus,trahamur p dilectionẽ veritatis.secundũ illud Psal. Delectare in Domino,&c.Hinc sponsa dicebat Cantic 1. Trahe me post te,&c.Sed quia non solũ reuelatio exterior,nec obiectum virtutem attrahẽdi habet,sed etiã interior instinctus impellẽs & mouens ad credendum trahit,ideò multos pater ad filium per instinctum diuinæ operatiõis mouẽtis interius cor hominis ac credendũ. Phil.2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere.Ose.11. In funiculis Adã trahã eos in vinculis charitatis.Prouer.11. Cor Regis in manu Dñi quocúnq; voluerit inclinabit illud. Secunda quæstio est. Quia cũ dicatur,q̃ filius trahit ad patrẽ.Matth.11. Nemo nouit patrem nisi filius,& cui voluerit filius reuelare.infr.17.Pater manifestaui nomen tuum hoibus,quos dedisti mihi.Quomodò hîc dicitur,q̃ pater trahit ad filium. Sed dicẽdum,q̃ ad hoc potest dupliciter respõderi. Nã de Christo possumus loqui,aut secundum q̃ est homo,aut secũdum q̃ est Deus. Secundũ autem,q̃ homo Christus est via.infr.14. Ego sum via,& secundum q̃ est Christus ducit ad patrẽ,sicut via ad terminum seu finẽ.Pater verò trahit ad Christum hominem inquãtum dat nobis suã virtutẽ.vt credamus in Christum.Ephe.2. Gratia saluati estis , & nõ ex vobis. (Dei cũ donũ est inquantũ est Christus est verbum Dei,& manifestatiuum patris.) Sic filius trahit ad patrẽ. Pater autẽ trahit ad filium inquãtum manifestat ipsum. Tertia quæstio est de hoc,quod dicit,q̃ nemo venire potest nisi tractus à patre. Quia secundum hoc,si nullus veniat ad Christum, nõ imputatur ei, sed ei qui nõ trahit eos.Respondeo dicẽdũ,q̃ verè nullus venire põt, nisi tractus à patre.Nã sicut graue per naturã non põt per se sursum ferri nisi trahatur ab alio,ita cor humanum ex se ad inferiora tẽdens nõ potest sursum eleuari,nisi tractus.Si verò nõ eleuatur,nõ est defectus ex parte trahẽtis,qui quãtum in se est nulli deficit,sed est ꝓpter impedimẽtum eius qui no trahitur.Aliter autẽ quãtum ad hoc pertinet possumus loqui de hoĩbus in statu naturæ integræ,& aliter in statu naturæ corruptæ. Nã in natura integra nõ erat aliquod impedimentum prohibẽs ab hac tractiõe. Vnde tunc omnes hoĩes huius tractionis poterãt esse participes.Sed in natura corrupta oẽs per impedimentum peccati æqualiter prohibẽtur ab hac tractione,& ideò oẽs indigent trahi. Deus autẽ oĩbus ad trahendum manum porrigit quãtum in se est,& quod plus est. Nõ solum attrahit manũ recipiens,sed etiã aduersos à se cõuertit.secundum illud Tren.vlt.Cõuerte nos Dñe,& cõuertemur.& in Psal.secundum aliã literã.Deus tu conuersus viuificabis nos.Ex quo ergo Deus paratus est dare oĩbus gratiam, & ad se trahere,non imputatur ei si aliquis non accipiat,sed ei qui nõ accipit. Quare autem nõ omnes aduersos trahit,sed aliquis, licèt sint omnes æqualiter aduersi.Ratio quidem in generali potest assignari:vt.s.in illis qui nõ trahuntur appareat & refulgeat ordo diuinæ iustitiæ,in illis autẽ qui trahuntur,immẽsitas diuinę misericordiæ. Quare autẽ in speciali trahat hunc,& illum nõ trahat,nõ est ratio aliqua,nisi beneplacitum voluntatis diuinæ. Vnde dicit August. Quem trahat,& quem nõ trahat:quare illum trahat,& illum nõ trahat,noli velle iudicare,si non vis errare.Sed accipe & intellige,nondum traheris,ora vt traharis,hoc etiam ostẽdi potest per exẽplum. Nam assignari potest ratio quare ponit aliquos lapides inferius , & aliquos superius,& aliquos ex lateribus ex dispositione domus,cuius cõplemẽtum hoc exigit.Sed quare hos lapides hîc ponat,& hos ibi, dependet à sua simplici voluntate. Et inde est,quòd prima ratio dispositionis refertur ad voluntatem artificis. Sic ergo Deus ad cõplementum vniuersi quosdam quidem trahit:vt in eis appareat sua misericordia,quosdam verò non trahit:vt ostendatur in eis sua iustitia. Sed hos trahit,illos nõ trahit secundum suum beneplacitum voluntatis.Similiter etiam quare in ecclesia aliquos fecit Apostolos,alios Confessores , alios Martyres: Ratio est propter Ecclesiæ decorem & complementum.Sed quare Petrum fecit Apostolum,Stephanum Martyrem , & Nicolaum Confessorem , non est alia ratio , nisi voluntas sua. Sic ergo patet humanæ facultatis defectus , & auxilij diuini subsidium. Sequitur auxilij finis , & fructus cùm dicit.

Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

ETiam inquantum homo. Nam per ea quæ Christus in carne sua gessit cõsequitur resurrectionis fructum.Rom.5. Sicut per hominem mors, ita & per hominẽ resurrectio mortuorum, [ego,] ergo secundum q̃ homo [resuscitabo eum,] nõ solum ad vitam naturæ, sed etiam ad vitam gloriæ. Et hoc [in nouissimo die.] Tenet enim fides catholica,q̃ status mundi innouabitur.Apocal.21.Vidi cœlum nouum,& terram nouam. Et inter alia quæ ad hanc innouationem cõcurrent, credimus cœli motum cessare, & per cõsequens tempus. Apoc.10.Et Angelus quẽ vidi stantẽ,&c.Et infr.Quia tẽpus nõ erit amplius. Quia ergo cessante tẽpore in resurrectione,cessabit etiam nox & dies.secundum illud Zachar.14. Erit dies vna quæ nota est Domino,non dies,neq; nox,ideò dicit, [resuscitabo eum in nouissimo die.] Quare autẽ vsq; tunc cœli motus duret,& tẽpus nõ minus vel amplius. Sciẽdum est,q̃ illud,quod est ꝓpter aliud diuersimodè disponitur secũdum diuersam dispositionem eius propter quod est. Omnia autẽ corporalia propter hominem facta sunt,& ideò secundũ diuersam dispositionẽ hominis diuersimodè ea disponi oportet. Quia ergo in hoĩbus qñ resurgent inchoabitur status incorruptionis.secundum illud. 1. Cor.15. Mortale hoc induet incorruptionem, ideò cessabit tũc etiã corruptio in rebus. Vnde cessabit motus cœli, qui est causa generationis,& corruptionis in rebus corporalibus.Roma.8.Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem filiorum Dei.Sic ergo patet,quòd ad fidem necessaria est nobis attractio patris.Consequenter cùm dicit.

Est scriptũ in Prophetis , erũt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à patre,& didicit:venit ad me.Non quia patrem vidit quisquam , nisi is qui est à Deo, hic vidit patrem.

DEterminat modum attrahẽdi.Et primò ponit attrahẽdi modũ. Secundò attractiõis efficaciã ibi. [Omnis qui audiuit à patre.] Tertiò excludit opinatum modum attractionis ibi. [Non quia patrem,&c.modus etiã attrahẽdi est cõgruus.quia trahit reuelando & docẽdo,& hoc est,qđ dicit.] Scriptum est in Prophetis,erũt omnes docibiles Dei,&c.] Beda dicit hoc esse scriptum in Iohel.sed non videtur expresè ibi esse,licèt aliquid cõsonum dicitur.& Iohel.2.Filij Syõ exultate in Dño Deo nostro:quia dabit vobis Doctorẽ iustitiæ. ideò autẽ secundũ Bedã dicit in Prophetis: vt det intelligere, q̃ sensus iste potest colligi ex diuersis dictis Prophetarum. Sed expressiùs videtur hoc dici.Isa.54.Pouã filios tuos vniuersos doctos à Domino. Dicitur etiam Hiere.3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum,qui pascent vos scientia & doctrina, hoc autẽ est,qđ dicit. [Erũt omnes,] potest tripliciter intelligi.Vno modo:vt li [oẽs] sapponat ꝓ oĩbus hoĩbus mũdi. Alio modo vt supponat pro oĩbus qui sunt in ecclesia Christi.Tertio modo pro oĩbus qui erunt in regno cœlorum. Si autem dicatur primo modo:videtur nõ esse verum.Nam statim subdit. [Omnis qui audiuit à patre, & didicit:venit ad me.] Si ergo omnes de mundo erunt docibiles,ergo omnes venient ad Christũ. Sed hoc est falsum:qa nõ omniũ est fides.Sed ad hoc tripliciter respondetur. Nã secundum Chriso.primo modo dicẽdum hoc dictum esse de pluribus. [Erunt,] inquit [omnes.] i. plurimi.secundum quẽ modũ dicitur Matt.8.Multi venient ab Oriente & Occidente,&c.Secundò,q̃ [omnes] quãtum est ex Deo [erunt docibiles,] sed quòd aliqui non doceãtur est ex parte eorum.Sol enim quantum est de se omnes illuminat,potest autem ab aliquibus nõ videri, si claudant oculos:vel si sint cæci.Et hoc modo dicit Apostolus.2.Thim.vlt. Vult omnes homines saluos fieri,& ad cognitionem veritatis venire. Tertio modo secundum Aug. quòd hæc est accommodata distributio vt dicatur. [Omnes erũt docibiles Dei.] i. omnes qui docẽtur,à Deo docẽtur, sicut loquimur de aliquo literarum magistro.Dicimus enim sicut in ciuitate solus docet:quia nullus docetur in ea nisi ab illo.Et hoc modo dicitur supr.1.Erat lux vera,&c.quæ illuminat,&c.Si autem exponatur de illis qui sunt in Ecclesia cõgregati dicitur. [Erunt oẽs,] scilicet qui sunt in Ecclesia [docibiles Deo.] Nam Isai. 54. dicitur. Ponam vniuersos filios doctos à Domino.In quo quidem ostẽditur sublimitas fidei Christianæ, quæ non inhæret doctrinæ humanæ, sed doctrinæ Dei.Doctrina enim veteris testamẽti data fuit per Prophetas, sed doctrina noui testamẽti est per ipsum filium Dei.Heb.1. Multiphariè multisque modis, id est, in veteri testamento Deus loquens,&c.nouissimè diebus istis,&c.& eodem secundo. Quæ cum initium accepisset,enarrauit per Dominum,&c.Sic ergo omnes qui sunt in Ecclesia , sunt docti non ab Apostolis , non à Prophetis, sed ab ipso Deo , & secundum Augustinum, hoc ipsum , quod ab homine docemur , est ex Deo qui docet interiùs. Matthæi vigesimonono:Vnus est magister videtur Christus , nam intelligentia quæ necessaria est præcipuè ad doctrinam , est nobis à Deo. Si autem exponatur de his q̃ sunt in regno cœlorũ,&c. tũc [omnes erunt docibiles Deo:] quia eius essentiã immediatè videbũt. 1.Io.3. Videbimus eum sicuti est. Attractio autẽ patris efficacissima est: qa [omnis qui audiuit à patre:& didicit,&c.] vbi duo ponit,vnũ.s.qđ pertinet ad donum Dei cùm dicit [audiuit.] s.Deo reuelãte. Aliud quod pertinet ad liberũ arbitrium cũ dicit [& didicit.] s.per assensum:& ista duo necessaria sunt in omni doctrina fidei. [Omnis qui audiuit à patre.] docente & manifestante [& didicit.] præbendo assensum. [Venit ad me.] Venit inquã tripliciter,per cognitionem veritatis:per amoris affectũ:& per operis imitationẽ.Et in quolibet oportet q̃ audiat & discat.nam qui venit per cognitionẽ veritatis: oportet eum audire Deo inspirãte:secũdum illud Psal.Audiam quid loquatur in me dominus Deus. & addiscere p affectũ (vt dictũ est) qui verò venit per amorẽ & desiderium (vt dicitur infra 7.) Si quis sitit:veniat ad me:& bibat.& hunc oportet audire verbũ patris:& capere illud ad hoc vt adiscatur & afficiatur.Ille enim discit verbũ qui capit secũdum rationẽ dicẽtis.verbũ autẽ Dei patris est spirãs amorem:qui ergo capit illud cũ feruore amoris:discit. Sapien. 7.In animas sanctas se transfert:Prophetas,& amicos Dei cõstituit.Per operis autẽ imitationẽ itur ad Christũ:secũdum illud Mat.11.Venite ad me omnes qui laboratis,&c. Et hoc etiã modo quicúnq; discit:venit ad Christũ.Nam sicut cõclusio se habet in scibilibus:ita & operatio in operabilib⁹.In scientijs autẽ quicúnq; perfectè discit:venit ad cõclusionẽ.ergo in operabilibus,qui perfectè verba discit:venit ad rectam operationẽ.Isa.Dominus aperuit mihi aurẽ: ego autẽ non cõtradico.Sed quia aliqui poterũt opinari q̃ omnes homines visibiliter à patre audirẽt:& addiscerẽt,ideò vt hoc dominus excludat:subdit [Nõ quia patrẽ vidit quisquã.] i.aliquis homo viuẽs in hac vita, nõ vidit patrem in sua essentia:secũdum illud Exod.23. Nõ videbit me homo:& viuet. [nisi is.] s.filius [qui est à Deo: hic vidit patrẽ] suum per essentiã.Vel [quisquã] non vidit patrẽ visione cõprehensionis:qua visione nec homo,nec angelus eum vidit vnquã : nec videre potest [nisi is qui est ex Deo.] i.filius. Mat.11. Nemo nouit patrem,nisi filius.Cuius quidẽ ratio est:qa cũ omnis visio, siue cognitio fiat per aliquã similitudinẽ secũdum modum similitudinis: quã habẽt creaturæ ad Deum : secũdum hoc habẽt cognitionem ipsius. Vnde & Philosophi dicũt,q̃ intelligẽtiæ cognoscũt primã causam secũdum hanc quã habent similitudinẽ eius. Omnis autẽ creatura participat quidẽ aliquã similitudinẽ Dei: sed in infinitũ distantẽ à similitudine suę naturæ.Et ideò nulla creatura potest ipsum cognoscere perfectè & totaliter:prout est in sua natura.Filius autem,quia perfectè totã naturã patris accepit per æternã generationẽ,ideò totaliter videt,& cõprehendit. Sed attendendũ congruum ordinẽ loquendi.Nam suprà cũ loqueretur de cognitiõe aliorũ : vsus est verbo auditus.Hîc verò cũ loquitur de cognitione filij:vtitur verbo visionis.Nam cognitio quę est per visum:est immediata & aperta.Ea verò quæ est per auditũ,fit mediante eo qui vidit. Sic & nos cognitionẽ quã habemus de patre accepimus à filio qui vidit:& sic nullus patrẽ cognoscat nisi Christum,qui eum manifestat : & nullus ad filium veniat:nisi à patre manifestante audierit.

LECTVRA VI.

Amen amen dico vobis:qui credit in me habet vitam æternam.

REPRESSIO Iudæorũ de murmure: cõsequenter dominus satisfacit dubitationi , quæ orta erat in cordibus Iudæorũ de verbo quod dixerat.s. Ego sum panis qui de cœlo descendi. Qui intendit probare hoc verũ esse de se.Et argumentatur sic.Ille panis descendit de cœlo,qui dat vitã mundo : sed ego sum panis dans vitã mundo:ergo ego sum panis qui de cœlo descendi,&c.Circa hoc tria facit.Primò ponit quasi minorẽ suæ rationis.s. [ego sum panis vitæ.] Secundò ponit maiorẽ.s.q̃ panis qui de cœlo descendit debet dare vitã ibi [Patres vestri,&c.] Tertiò ponit cõclusionẽ ibi [Ego sum panis viuus] Circa primũ duo facit.Primò manifestat suum propositum.Secundò intentũ quasi probatum inducit ibi [Ego sum,&c.] Propositũ suum est ostendere q̃ sit panis vitæ. Panis autẽ viuificat inquantũ sumitur.Constat autẽ q̃ qui credit in Christũ, sumit cum intra seipsum:secũdum illud Ephes.3.Habitare Christũ per fidẽ cordibus nostris.Si ergo ille qui credit in Christũ habet vitã : manifestum est q̃ manducãdo hunc panẽ viuificatur: ergo iste panis est panis vitæ.Et hoc est quod dicit [Amen amen dico vobis:qui credit.] s.formata:quę nõ solùm perficit intellectũ:sed etiam affectum. Non enim tendit in rem creditã nisi amen. Christus autẽ in nobis dupliciter.s.in intellectu per fidem inquantũ fides est.Et affectu per charitatẽ quæ informat fidem.1.Ioan.4.Qui manet in charitate, in Deo manet,& Deus in eo.Qui ergo credit sic in Christũ vt in eum tendat:habet in affectu & in intellectu.& si addamus q̃ Christus est vita æterna (vt dicitur 1. Ioan. vlti.) Vt simus in vero filio eius Iesu Christo : hoc est verus Deus,& vita æterna. Et supra 1.[In ipso vita erat.Possumus inferre q̃ quicúnq; credit in Christum habet vitam æternam. Habet inquam in causa:in spe: quandóq; habiturus in re. Manifestato proposito inducit intentum cùm dicit.

Ego sum panis vitæ.

IDest,dans vitam:vt euidenter sequitur ex præmissis. De isto pane Genes.penult. Asser pinguis panis eius ꝓbebit delitias.s.vitę æternæ Regibus.Consequenter cùm dicit.

Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.

POnit maiorẽ.s.q̃ dare vitã sit effectus panis de cœlo descendentis.Et primò præmittit manifestationẽ proposĩti. Secundò ponit intentum ibi [Hic est panis.] Propositũ autem suum manifestat per contrarium.Dictũ est enim suprà, q̃ Moyses non dedit Iudæis panem de cœlo in aëreo : omnis autẽ panis qui nõ est de vero cœlo,non potest vitam sufficientẽ dare:ergo hoc est proprium panis cœlestis q̃ det vitã. Et ideò panis Moysi vnde vos superbiris, nõ dat vitam:& hoc probat cũ dicit [Patres vestri mãducauerũt, &c.] Vbi primò exprobrat eorũ vitium cũ dicit [Patres vestri.&c.] quorum.s.estis filij:nõ solùm secũdum carnis originẽ : sed etiã secũdum operũ imitationẽ:q̃ estis murmuratores,sic & ipsi murmurauerunt in tabernaculis suis: (vt dicit in Psal.) Et ideò dicebat eis.Matt. 23. Implete mensurã patrũ vestrorũ.Vnde sicut Augu.dicit de nulla re magis Deũ offendisse pro prædictis est,quã cõtra Deum murmurando.Secũdò infinuat breue tẽporis spatiũ cùm dicit [in deserto.] Nõ enim longũ tẽpus fuit , q̃ manna eis datũ fuit, neq; simul venit in terrã promissiõis:sed,tantũ in deserto (vt dicitur Iosuę 5.) Iste autẽ panis in perpetuum cõseruat & reficit.Tertiò manifestat cibi defectum:quia nõ conseruabat vitã indeficientẽ. Vnde dicit [& mortui sunt] Namsicut habetur Iosues.Omnes qui murmurauerũt præter Iosue & Caleph , mortui sunt in deserto. Vnde & hæc fuit causa secundę circũcisionis.s.q̃ omnis populus qui egressus est ex Aegypto mortui sunt in deserto:vt ibidẽ dicitur. Sed quæritur de qua morte Deus hîc loquitur.Nam si loqtur de morte corporali,nulla differẽtia erit inter panẽ illum qui fuit in deserto,& panẽ nostrum qui de cœlo descendit.Quare etiã Christiani qui sumunt istũ,corporaliter moriuntur.Si verò loquitur de morte spirituali,nullũ est : quia etiã hîc & ibi quidã spiritualiter moriuntur:& quidam nõ.Nam Moyses & multi Deo placuerunt mortui nõ sunt,licèt alij mortui sint.Simi liter & qui istũ panẽ indignè sumunt,moriuntur spiritualiter.1.Corint.11. Qui enim manducat & bibit. Ad quod dicẽdum est q̃ cibus ille cũ cibo nostro spirituali cõueniat quidem quantũ ad hoc q̃ vtérq; idem signat.Nam & ille & iste Christũ signat:propter quod dicitur idem cibus.1.Corint.11. Omnes eandem escã manducauerunt.Eandem dicit:quia vtráque est figura spiritualis escæ.Sed differunt:quia ille figurabat tantùm , sed panis iste cõtinet quod figurabat.s.ipsum Christum. Dicit ergo q̃ vtérq; ciborum istorum potest dupliciter sumi.Vel quantũ ad signum tantùm.i. q̃ sumat vt cibus tantũ non in intellecto signato : & per hoc non tollitur mors spiritualis seu corporalis.Vel q̃ sumatur quantũ ad vtrúmq;. i.q̃ ita sumatur cibus visibilis,vt intelligatur cibus spiritualis, & spiritualiter gustetur:vt spiritualiter satiet. Et hoc modo illi qui spiritualiter manducauerunt manna mortui nõ sunt spiritualiter. Sed & qui eucharistiam spiritualiter manducãt,& absq; peccato spiritualiter viuunt nunc:& corporaliter viuent in æternũ. Habet ergo plus cibus noster cibo illorũ:quia in se cõtinet quod figurat.Manifestato ergo proposito inducit intentum.Vnde dicit.

Hic est panis de cœlo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit,non moriatur.

ET secundum glo. [Hic] Dicit demonstrando seipsum:sed hic est intellectus domini : quia cũ statim subdat [Ego sum panis viuus,&c.] esset verborũ incelcatio. Dicẽdum est ergo q̃ dominus hoc intẽdit vt.s.dicat illum panẽ de cœlo descẽdere, qui hoc potest facere.s.dare vitam: sed ego sum talis. Ergo ego sum panis de cœlo descẽdens.Ideò autẽ panis de cœlo descendens dat vitã indeficientem:quia omnis cibus nutrit secũdum proprietatẽ suæ naturæ.Cœlestia autem incorruptibilia sunt:& ideò quia cibus ille cœlestis est: nõ corrumpitur:quod quandiu manet viuificat. Qui ergo manducauerit ex ipso:nõ morietur:sicut si aliqs cibus corporalis nũquàm corrumperetur dans nutrimentũ,semper viuificaret. Et ideò panis iste signatus est per lignũ vitæ:quod erat in medio paradisi:quodam modo dans vitã in perpetuum:secũdum illud Gen.3.Nunc ergo ne forte mittat manũ suã, & sumat de ligno vitę: & comedat:& viuat in æternũ.Si ergo iste sit effectus huius panis vt scilicet qui manducat ex eo non moriatur.Et ego sum talis:ergo

Ego sum panis viuus,qui de cœlo descendi.

CIrca hoc ergo duo facit.Primò loquitur de seipso communiter. Secundò specialiter ibi [Et panis,&c.] Circa primum duo facit.Primò concludit originem suijpsius.Secundò ostendit eius vir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutem ibi. [Si quis manducauerit, &c.] Dixit ergo. [Ego sum panis viuus,] & ideò possum vitam dare. Panis enim corporalis nõ in perpetuum viuificat: quia non habet in se vitam, sed viuificat alteratus & conuersus in nutrimentũ virtute viuentis. [Qui de cœlo descẽdit.] Hoc expositum est supr. tertio. Quomodò scilicet descẽderit. Et propter hoc excluduntur hæreses dicentium Christũ purum hominem: quia secundum hoc non descendisset de cœlo. Virtus autem eius est dare vitam æternam. Et ideò dicit.

Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in æternũ.

SI quis manducauerit ex hoc pane [spiritualiter, scilicet] viuet [nõ tantum in præsenti per fidem & iustitiam, sed in æternum.] infr. 10. Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Consequenter loquitur de corpore cùm dicit.

Et panis quẽ ego dabo, caro mea est, pro mũdi vita.

DIxerat enim, quòd erat panis viuus, & ne intelligatur, quòd hoc ei esset inquantum est verbum: vel secundum animam tantum, ideò ostendit, quòd etiam caro sua viuificata est. Est enim organum diuinitatis suæ. Vnde cùm instrumentum agat virtute agentis, sicut diuinitas Christi viuificatiua, est vita (vt Damasc. dicit.) Et caro virtute verbi adiuncti viuificat. Vnde Christus tactu suo sanabat infirmos. Sic ergo, quod dixit suprà. Ego sum panis viuus, pertinet ad virtutem verbi. Hîc verò, quod subdit pertinet ad cõmunionem sui corporis. s. ad Eucharistiæ sacramentum. Vel possumus quatuor considerare circa ipsum sacramẽtum. s. speciem, institutẽtis auctoritatem, sacramenti virtutẽ, & eius vtilitatem. Species quidẽ sacramenti. [Hic est panis.] Prouerb. 9. Venite & comedite panẽ, &c. Cuius ratio est: quia hoc est sacramentum corporis Christi. Corpus autẽ Christi est ecclesia, quæ consurgit in vtilitate corporis ex multis fidelibus. Vnde ista id est sacramẽtum vnitatis Ecclesiæ. Rom. 12. Oẽs vnũ corp', &c. Quia ergo panis ex diuersis granis cõficitur, ĩõ est cõueniẽs species sacramẽti huius. Ideò dicit. [Et panis, &c.] Auctor huius sacramẽti Christus est. Nã licèt sacerdos cõsecret, tñ ipse Christ' dat virtutem sacramẽto. Quia sacerdos in consecratione tenet personam Christi. In alijs autẽ sacramẽtis vtitur sacerdos verbis suis seu ecclesiæ, sed in isto vtitur verbis Christi. Quia sicut Christus corpus suum propria voluntate dedit in mortẽ, ita sua virtute dat se in cibum. Matth 26. Accipiẽs panẽ, &c. Et ideò dicit [quem ego dabo,] & dicit [dabo:] quia nõdum institutum erat hoc sacramẽtum. Veritas autẽ huius sacramenti insinuatur cùm dicit [caro mea est.] Nõ dicit autem carnem meã significat, sed [caro mea est:] quia secũdum rei veritatem hoc, quod sumitur verè est corpus Christi. Iob 21. Si nõ dixerunt viri tabernaculi mei quis det carnibus eius vt saturemur. Sed cùm in isto sacramẽto cõtineatur totus Christ', quare dixit tãtũ [caro mea est:] Ad quod respondẽdo sciendum est, q̃ in illo mystico sacramẽto totus Christus cõtinetur secundum veritatẽ, sed corpus est ibi ex vi cõuersionis. Diuinitas verò & aĩa per naturalẽ cõmitantiã. Dato enim per impossibile, q̃ diuinitas separetur à corpore Christi, iã non esset in sacramento diuinitas. Similiter etiã si in triduo mortis suę aliquis cõsecrasset, nõ fuisset ibi aĩa Christi, sed tale corpus quale erat ĩ cruce seu in sepulchro. Ideò autem potius dicit [caro] quia cũ hoc sacramentum sit Dñicæ passionis rememorationũ. secundũ illud 1. Cor. 10. Quotiẽscũq; manducabitis panẽ hunc, & calicẽ bibetis, mortẽ Dñi annunciabitis. Passio autẽ Christi fuit ex infirmitate. secũdum illud Cor. vlt. Mortuus est ex infirmitate, &c. Vt ergo insinuetur infirmitas ex qua mortuus est, potius dicit [caro mea est.] Nã hoc nomen infirmitatẽ significat. Vtilitas autẽ huius sacramenti magna est vniuersalis. Magna quidẽ: quia efficit in nobis nunc vitã spiritualẽ, tandem æternã: vt dictum est. Nã (vt ex supradictis apparet) cũ hoc sacramẽtũ sit Dñicæ passiõis, cõtinet in se Christũ passum: vnde quicquid est effectus Dominicæ passionis, totus etiam est effectus huius sacramẽti. Nihil enim aliud est hoc sacramẽtum, quã applicatio Dominicæ passionis ad nos. Nõ enim decebat Christum secundũ præsentiam suã esse semper nobiscum. Et ideò voluit hoc supplere per hoc sacramentum. Vnde manifestum est, q̃ destructio mortis, quam Christus moriẽdo destruxit, & reparatio vitę, quã resurgẽdo effecit, & hoc est effectus huius sacramẽti. Vniuersalis autẽ: quia vita, quam cõfert, non solum est vita vnius hominis, sed quãtum in se est totius mundi: ad quam sufficiens est mors Christi. 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & nõ pro nostris tantum, sed etiam totius mundi. Notãdum autem est, quòd aliter est in isto sacramento, & aliter in alijs. Nã alia sacramẽta habent singulares effectus, sicut in baptismo solus baptizatus suscipit gratiam, sed in immolatione huius sacramenti est vniuersalis effectus: quia nõ solum sacerdos effectum cõsequitur, sed etiam illi pro quibus orat & ecclesia tota, tam viuorum, quam mortuorum. Cuius ratio est: quia continetur in ipso ipsa causa vniuersalis omniũ sacramẽtorũ. s. Christus. Nec tamen si laicus sumat hoc sacramentum prodest alijs quantum est ex opere operato inquantum consideratur vt perceptio, quãuis ex intentione operantis & percipiẽtis possit cõmunicari omnibus ad quos dirigit suã intentionem. Ex quo patet, quòd laici sumentes Eucharistiam pro his qui sunt in purgatorio errant.

LECTVRA VII.

Litigabant ergo Iudæi adinuicem dicentes. Quomodò potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?

SVPRA repressit Dominus murmur Iudæorũ, quòd sortum habuit de origine cibi spiritualis. Hîc reprimit eorum litigiũ, quod erat inter eos de sumptiõe huius cibi. Et primò ponitur eorum litigium. Secundò Dominus cõprimit illud ibi. [Dixit ergo eis Iesus, &c.] Tertiò, Euangelista designat locum ibi. [Hic dixit, &c.] Circa primum sciendum est, quòd Euangelista Iudæorum litigiũ inducit per modum cõclusionis cũ dicit. [Litigabant ergo, &c.] Et quidẽ satis cõgruè. Nam secundũ Aug. Dñs locutus fuerat eis de cibo voitatis, quo qui reficiuntur, efficiuntur vnanimes secundum illud Psal. Iusti epulentur, & exultent in cõspectu Dei, & letentur in lætitia. Et sequitur secundum aliã literam. Qui habitare facit vnanimes in domo. Quia igitur Iudæi cibum cõcordiæ nõ sumpserant, ideò adinuicem litigabãt. Isa. 58. Ecce ad lites & cõtentiones ieiunatis. Et hoc autem, quòd litigabant cum alijs se esse carnales ostendebant. 1. Corinth. 3. Cũ sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis? Et ideò hęc verba Domini carnaliter intelligebãt. s. quòd caro Christi manducaretur, sicut cibus carnalis. Vnde dicunt. [Quomodò potest hic carnem, &c.] q.d. hoc est impossibile, sicut & patres eorum locuti sunt contra Dominum. Nume. 21. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo, sed hoc eorum litigium comprimitur à Domino. Vnde.

Dixit ergo eis Iesus. Amẽ amẽ dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

VBi primò ponit virtutem sumptionis huius cibi. Secundò manifestat eam ibi. [Qui manducat meã carnẽ, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit carnis mãducandæ necessitatẽ. Secundò eius vtilitatẽ. ibi. [Qui mãducat carnẽ meam, &c.] Tertiò subdit eius veritatem ibi [caro enim mea.] Dixit ergo Iesus. [Amẽ amẽ dico vobis, nisi mãducaueritis.] q. d. vos reputatis impossibile & incõgruũ, q̃ carnem meã mãducetis, sed nõ solum nõ est impossibile, sed etiam est valdè necessarium, imò tãtum, q̃ [nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis.] i. nõ poteritis habere [in vobis vitã.] s. spiritualem. Nã sicut cibus corporalis ita est necessarius ad vitã corporalem, q̃ sine eo esse nõ possit. Tren. 1. Dederunt pretiosa quæq; pro cibo. & in Psalm. Panis cor hominis confirmat, ita cibus spiritualis necessarius est ad vitam spiritualem, adeò quòd sine ipso vita spiritualis sustentari non possit. Deute. 8. Non in solo pane viuit homo, &c. Notandum autem, quòd hæc sẽtẽtia potest referri vel ad spiritualem manducationem: vel ad sacramentalẽ. Sed si referatur ad spiritualem, nullã dubitationem habet sententia. Ille verò spiritualiter carnẽ Christi mãducat, & sanguinẽ bibit, qui particeps sit Ecclesiasticæ vnitatis, quæ fit per charitatem. 1. Cor. 10. Omnes vnum corpus estis in Christo. Qui ergo nõ sic mãducat est extra ecclesiã, & per cõsequens extra charitatẽ. Ideò nõ habet vitã in semetipso. 1. Ioan. 3. Qui nõ diligit manet in morte. Si verò referatur ad sacramẽtale: dubium habet, quod dicitur. Nã supr. tertio dicitur. Nisi q̃s renat' fuerit ex aqua & spiritu, nõ potest introire in regnum cœlorum, sed sic proposita fuit illa sẽtẽtia. ita & ista. [Nisi manducaueritis, &c.] Cũ ergo baptismus sit sacramẽtum necessitatis, videtur etiam, q̃ Eucharistia. Sed hoc quidã Græci cõcedũt. Vnde & pueris baptizatis dant Eucharistiã. Et in hoc habent pro eis ritũ Dionysij dicit, q̃ perceptio cuiuslibet sacramẽti debet cõsumari in cõmunione Eucharistiæ, quæ est cõsumatio omnium sacramentorum, sed hoc verũ est in adultis, nõ autẽ in pueris, cũ in sumente Eucharistiã, exigatur actualis reuerẽtia & deuotio, quã illi qui nõ habent vsum liberi arbitrij (sicut sunt pueri & amentes) habere nõ possunt, & ideò nullomodo eis est dãda. Dicẽdum ergo, q̃ sacramẽtum baptismatis est necessariũ quãtum ad oẽs: vt realiter accipiatur: quia sine eo nullus regeneratur ad vitã. Et ideò oportet, q̃ ipsum habeatur in re: vel in voto quãtum ad præoccupatos. Nam si contẽptus in aliquo baptismum aqua excludat, neq; baptismus flaminis, nec sanguinis, q̃ desit ei ad vitam æternam. Sacramẽtum verò Eucharistiæ est necessitatis quãtum ad adultos tantum, ita q̃ recipiatur re vel voto secundũ Ecclesiæ institutа. Sed secundum hoc etiã dubitatur: quia per hæc verba Domini nõ solũ mãducatio corporis, sed etiam sumptio sanguinis est de necessitate salutis, præsertim cũ perfecta refectio cibi non sit sine potu. Cùm ergo cõsuetudo aquarum ecclesiarum sit, quòd solus sacerdos cõmunicet de sanguine. Alij verò communicãt corpori tantũ: videtur huic sẽtẽtiæ cõtrariari. Respõdeo dicẽdũ, q̃ secũdum antiquę Ecclesię cõsuetudinẽ oẽs sicut cõmunicabãt corpori, ita cõmunicabãt & sanguini, quod etiã adhuc in quibusdam Ecclesijs servatur: vbi etiam ministri altaris continuè & corpore & sanguine cõmunicant. Sed propter periculum effusionis in aliquibus ecclesijs seruatur: vt solus sacerdos cõmunicetur sanguine, reliqui verò corpore: nec tamen est contra sententiã domini: quia qui cõmunicat corpori cõmunicat etiã sanguini. cùm sub vtrãq; specie totus Christus cõtineatur, etiã quãtũ ad corpus & sanguinẽ. Sed sub speciebus panis cõtinetur corpus Christi ex vi cõuersionis: sanguis verò ex naturali cõcomitãtia. Sub speciebus verò vini, cõtinetur sanguis Christi ex vi cõuersiõis: corp' verò ex cõcomitãtia naturali. Sic ergo apparet necessitas sumendi hunc cibum spiritualẽ. Vtilitas eius ostenditur cùm dicit.

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: habet vitam æternam.

ET primò quantũ ad spiritum seu animam, secundò quantùm ad corpus: ibi. [Et ego resuscitabo, &c.] Est ergo vtilitas huius mãducationis magna: quia dat vitam æternam. Vnde dicit. [Qui manducat meam carnẽ, &c.] Nã cibus iste spiritualis est similis quidem corporali in hoc, q̃ sine ipso vita spiritualis esse non potest: sicut nec sine corporali cibo vita corporalis (vt dictum est suprа.) Sed amplius habet ab eo: quia causat indeficientem vitam in sumente quã cibus corporalis nõ efficit. Cùm enim qui eum sumpserit viuet. Potest enim fieri (vt Augu. dicit) vt senio vel morbo, & aliquo casu plurimi qui eum sumpserint moriãtur. Qui verò hunc cibũ & potũ corporis, & sanguinis domini sumpserit [habet vitam æternam.] & ideò cõparatur ligno vitæ. Prouer. 3. Lignũ vitæ est his qui apprehederunt, &c. Vnde dicitur papis vitæ. Eccl. 15. Cibauit illum pane vitæ, &c. & ideò dicit [vitam æternam.] Et hoc quia qui mãducat hũc panẽ habet in se Christum, qui est verus Deus, & vita æterna (vt' dicitur 1. Ioan. vlt.) Sed ille habet vitam æternam qui mãducat & bibit: vt dicitur non solũ sacramentaliter: sed etiã spiritualiter. Ille verò sacramentaliter manducat & bibit, qui sumit ipsum sacramentũ. Spiritualiter verò qui pertingit ad rem sacramẽti quę est duplex, vna cõtenta, & signata, quæ est Christus integer: qui cõtinet sub speciebus panis & vini. Alia res est signata & nõ cõtenta: & hoc est corp' Christi mysticũ, q̃ est in prædestinatis, vocatis, & iustificatis. Sic ergo spiritualiter mãducat carnẽ, & bibit sanguinẽ per cõparationẽ ad Christum cõtẽtũ & signatũ, qui cõiungit ei p fidẽ & charitatẽ. ita q̃ trãsformatur in ipsum: & efficit eius mẽbrũ. Nõ enim cibus iste cõuertit in eũ qui sumit: sed mãducantẽ cõuertit ad se secundum Aug. Cũ dixit. Cibus sum grãdiũ, cresce, & mãducabis me: nec tu mutabis in te: sed tu mutaberis in me. ideò est cibus hominem facere volens: & diuinitate inebrians. Item per comparationem ad corpus mysticum signatum tantùm si fiat particeps vnitatis ecclesiasticæ. Qui ergo sic manducat [habet vitam æternam.] Et de primo per comparationẽ ad Christum satis iam patet. Similiter per cõparationem ad corpus mysticum: de necessitate habebit vitam æternam: si perseueret. Nam vnitas ecclesiæ fit per spiritum sanctum. Ephe. 2. Vnus spiritus & vnũ corpus, qui est pignus hæreditatis æternæ: vt dicitur Eph. 1. Est ergo magna vtilitas huius cibi: quia dat vitam æternam animę. Sed etiam magna est: quia dat vitam æternam corpori. & ideò subdit.

Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.

SIcut enim dictũ est, q̃ ille qui spiritualiter manducat, & bibit: fit particeps spiritus sancti: per quẽ vnimur Christo vnione fidei & charitatis: & per quẽ efficimur mẽbra ecclesiæ. Resurrectionẽ autẽ facit mereri spiritus sanctus. Rom. 7. Qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrũ à mortuis: resuscitabit & mortalia corpora nostra propter inhabitantẽ spiritũ eius in nobis. Et ideò dicit dñs, q̃ cũ qui mãducat & bibit, resuscitabit ad gloriã, nõ ad condẽnationẽ: quia hęc resuscitatio nõ ꝓdesset: & quidẽ satis cõgruè huiusmodi effectus sacramento eucharistię attribuitur: quia (vt dicit Aug. & dictũ est suprа) verbum resuscitat animas. Sed verbum caro factũ viuificat corpora. In hoc autem sacramẽto nõ solũ est verbũ secundũ suã diuinitatẽ: sed etiã secundũ veritatẽ carnis. & ideò nõ est solũ causa resurrectionis animarũ: sed etiã corporũ. 1. Cor. 15. Per hominẽ mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Patet ergo vtilitas huius mandu cationis. Veritas autem eius ostenditur cùm dicit.

Caro enim mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus.

POsset enim aliquis credere, q̃ ea quæ de carne dicta sunt: & sanguine enigma & parabola esset. & ideò hoc dominus excludẽs dicit. [Caro mea verè est cibus.] quasi dicat nõ intelligatis q̃ figuraliter loquar. sed secundũ veritatẽ caro mea cõtinet in cibo fidelẽ. [Et sanguis meus verè] cõtinet in sacramẽto altaris. Mat. 26. Hoc est corpus meũ, &c. & hic est sanguinis, &c. Vel aliter secũdũ Chrisõ. quia cibus & potus sumitur ad refectionẽ hominis. In homine autẽ sunt duæ partes principales, vna quæ est anima. Et secũdaria quæ est corpus. Illud est verè cibus hominis, qui est cibus animæ. Et hoc est, quod dominus dicit. [Caro enim mea, &c.] Quia non solùm est cibus corporis: sed etiam animæ. Similiter & sanguis. Psal. Super aquas refectionis educauit me animam meam cõuertit. quasi diceret. Hæc refectio specialiter ad animam ordinatur. Vel aliter secundũ Augu. Illud verè dicitur esse aliquid, quod facit effectum eius. Effectus autẽ cibi est, vt satiet. Quod ergo verè facit satietatẽ, verè est cibus & potus, hoc autem facit caro & sanguis Christi: qui ducit ad statum gloriæ vbi non est esuries neque sitis. Apoc. 7. Non esurient nec sitient amplius. & ideò dicit. [Caro mea, &c.]

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo.

HIc probat dominus cibi spiritualis virtutem supra positam. s. q̃ det vitam æternam: & vtitur tali argumento. Quicũq; mãducat meam carnem, & bibit meũ sanguinẽ coniungitur mihi. Sed qui coniungitur mihi habet vitam æternam: ergo qui manducat meam carnem, & bibit meũ sanguinẽ habet vitam æternã. Secundũ hoc ergo tria facit. Primò ponit maiorẽ. Secundò minorẽ, & probat eã ibi. [Sicut misit me, &c.] Tertiò infert conclusionem ibi. [Hic est panis, &c.] Sciendum est ergo quantũ ad primum, q̃ si hoc, quod dicit. [Qui manducat carnem meam, &c.] referatur ad carnem & sanguinem mystice: nulla dubitatio est in verbo. Nã (sicut dictum est:) ille manducat spiritualiter per cõparationem ad rem signatam tantùm qui corpori mystico incorporatur per vnionem fidei & charitatis. Charitas autem facit Deum esse in homine, & econuersõ. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et hoc est, qđ facit spiritus sanctus. Vnde ibidem. In hoc cognoscimus quoniam in Deo manemus, & Deus in nobis: quia de spiritu, &c. Si verò referatur ad sumptionem sacramentalẽ: tunc nõ quicũq; manducat carnẽ & bibit sanguinem: manet in Deo: quia sicut dicit Aug. est quidã modus manducandi illam carnem: & bibẽdi illum sanguinem: quo qui mãducat & bibit: in Christo manet: & Christus in eo. Sed hic est ille qui non sacramẽtaliter tantũ, sed reuera corpus Christi ꝫmanducat: & sanguinẽ bibit. Est & alius modus: quo qui manducant: non manent in Christo: nec Christus in eis: hoc est qui in corde ficto ad illud accedũt. Nullũ enim effectũ habet sacramentum in ficto. Fictus enim est, cũ nõ respõdet interiùs, quod signat exteriùs. In sacramento autẽ eucharistiæ exterius quidẽ signat, q̃ Christus incorporetur in eo: qui pcipit illud: & ipse in Christo. Qui ergo nõ habet in corde desiderium huius vnionis: nec conatur ad remouendũ omne impedimẽtũ ad hoc est fictus. Et ideò Christ' in eo manet: nec ipse in Christo.

Sicut misit me viuens pater: & ego viuo propter patrem: & qui manducat me: & ipse viuet propter me.

HIc ponit minorẽ. s. q̃ qui coniungitur Christo: habet vitã. Et inducit hoc in manifestatione cuiusdam similitudinis, quæ talis est. Filius propter vnitatẽ quã habet ad patrem: recipit vitam à patre: ergo qui vnitur Christo: recipit vitam à Christo. Et hoc est, quod dicit. [Sicut misit me, &c.] Quæ quidem verba possunt dupliciter exponi de Christo. s. secundũ humanam naturã, & secũdum diuinã. Si enim exponantur de Christo filio Dei: tunc li [sicut] importat similitudinem Christi ad creaturam quantũ ad aliquid: sed nõ quantùm ad omnia: sed quantùm ad hoc, quod est esse ab alio. Nam hoc est cõmune Christo filio Dei & creaturæ: q̃ sunt ab alio: sed quãtùm ad aliud est dissimile: quia filius habet aliquid proprium: quia. s. sic est à patre: q̃ tamen recipit totam plenitudinem diuinæ naturæ iuxtantùm, q̃ quicquid est naturale patri: sit etiam naturale filio. Creatura verò accipit aliquam perfectionem & naturam particularem supra 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. & hoc ostendit: quia non ait. Sicut manduco patrem: & ego viuo propter patrem: cũ loquatur de processione sua à patre sicut dixit. [Qui mãducat me, & ipse viuet propter me.] cùm loquitur de participatione corporis & sanguinis eius qua nos conicimur meliores. Nam manducatio quãdam participationem dicit. Sed Christus dicit se viuere propter patrem: non quidem manducatum: sed generantem sine æqualitatis detrimento. Si verò exponatur de Christo homine: sic quantũ ad aliquid sicut importat similitudinẽ in li Christum hominem, & nos in hoc. s. q̃ sicut Christus homo accipit spiritualem vitam per vnionem ad Deum, ita & nos accipimus spiritualem vitam in cõmunione sacramenti. Sed tamen est dissimile: quia Christus homo accepit vitam per vnionem verbi cui in persona vnitus: sed nos vnimur Christo per sacramentum fidei. Et ideò duo dicit [misit me.] & [pater.] Si ergo referatur ad filium Deum: tũc dicit [viuo ego propter patrem.] quia ipse pater viuens est. Si verò referatur ad filium hominis tunc dicit [viuo ego propter patrem.] quia [misit me.] i. fecit me incarnari. (Missio enim filij Dei est eius incarnatio.) Gal. 4. Misit Deus filium suum, &c. Per hoc ergo secundum Hylarium excluditur error Arrij. Nam si nos propter Christũ viuimus: quia aliquid de natura sua habemus: vt ipse dicit. Qui manducat meam carnem, &c. Ergo & Christus viuit propter patrẽ: quia habet in se naturam patris: nõ autem partem: quia simplex est & indiuisibilis: ergo habet totam naturam patris. Propter patrem ergo viuit filius: dum natiuitas non alienam ei intulit diuersamq; naturam. Consequenter cùm dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hic est panis qui de cœlo descẽdit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt.

POnit duas conclusiones. Nam de duobus litigabant, scilicet de origine spiritualis cibi: & de eius virtute. Prima ergo conclusio est de origine. Secũda est de virtute, & hanc principaliter intendit ibi [Qui manducat hunc panẽ.] Sciendum est circa primũ q̃ Iudei turbati fuerãt quia dixerat. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Et ideò cõtra eos hoc iterum concludit ex hoc quod dicit: [viuo propter patrem.] cũ dicit [Hic est panis.] Nam descendere de cœlo, est de cœlo originẽ habere: sed filius habet originẽ de cœlo: quia viuit propter patrẽ: ergo Christus est qui de cœlo descendit. Et ideò dicit [Hic est panis qui de cœlo.] id est, de vita paterna descendit, & hoc quantũ ad diuinitatem. Vel descendit etiam quantũ ad corpus inquantùm, scilicet virtus formatiua eius: quæ fuit spiritussanctus de cœlo fuit, vt virtus cœlestis. Vnde qui manducant hunc panem non moriuntur: quomodò mortui sunt patres nostri qui manducauerũt manna, non de cœlo: nec erat panis viuus (vt dictum est suprà.) Quomodò autem mortui sunt qui manna manducauerunt ex præmissis manifestum est. Secunda conclusio de virtute panis ponitur cùm dicit.

Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

QVi sequitur ex hoc. Qui manducat carnem meam. Qui enim manducat hunc panem manet in me, & ego in illo: sed ego sum vita æterna. [Ergo qui manducat hunc panem] vt debet [viuet in æternum.]

Hæc dixit in synagoga docens in Capharnaum.

LOcus autem vbi hoc dixit Iesus fuit [in synagoga.] in qua Christus docebat in Capharnaum. Volens enim multitudinem attrahere, in templo & in synagoga docebat: & vt ex multis saltem proficiant aliqui. Psalm. Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna.

LECTVRA VIII.

Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?

POSTQVAM compresit litigium Iudæorum & murmur. Consequenter dominus sedat scandalum discipulorum. Et primò agitur de scandalo discipulorum recedentium. Secundò examinatur deuotio remanentium ibi. [Dixit ergo Iesus ad duodecim, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponitur scandalum discipulorum. Secundò benignitas Christi ad reprimendum ipsum ibi. [Sciens autem Iesus, &c.] Tertiò ponitur pertinacia & incredulitas recedentium: ibi. [Ex hoc multi discipulorum eius, &c.] Sciendum est ergo circa primum, quod multi erant in populo Iudæorum qui adhærebant Christo credentes ei: & sequebantur eum: non tamen relictis omnibus sicut duodecim: qui omnes dicebantur discipuli. Et de istis dicit q̃ [multi.] s. in populo qui ei credebant [audientes] quæ suprà dixit [dixerunt, &c.] De istis dicitur Matth. 13. Ad tempus credunt: & in tempore tentationis recedũt. Dicitur autem. [Multi.] quia (vt dicitur Eccles.t.) Stultorum infinitus est numerus. Et Mat. 20. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Isti ergo dixerunt. [Durus est hic sermo.] Durum dicitur, quod non facilè diuiditur, & resistentiã habet. Est ergo aliquis sermo durus: aut quia resistit intellectui: aut quia resistit voluntati cùm. s. illum intellectu capere non possumus: aut voluntati non placet: Et vtrõq; modo erat istis durus sermo. Durum quidem intellectu: quia superexcedebat imbecillitatem intellectus eorum. Cùm enim carnales essent, non poterant capere, quod dicebat: se carnem suam datutum eis ad manducandum. Voluntati autem: quia multa dixit de potentia suæ diuinitatis: & licèt isti crederent ei: sicut Prophetæ: non tamen credebant eum Deum. Et ideò videbatur eis, quòd loqueretur maiora seipso. 2. Cor 10. Epistolæ graues sunt. Eccle. 6. aspera est nimium indoctis hominibus sapientia. Et ideò sequitur. [Quis potest eum audire?] Hæc dicunt ad excusationem suam. Nam ex quo dederant se ei: debebant eum audire. sed quia non docebat eos placentia vellent aliquam occasionem quærere recedendi. Prouer. 18. Non recipit stultus verba prudentiæ: nisi ea dixeris quæ versantur in corde suo. Consequenter cùm dicit.

Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dicit eis. Hoc vos scandalizat?

POnitur benignitas Christi ad sedandum scãdalum. Et primò denunciat, & manifestat scandalum. Secundò remouet causam scandali ibi [Si ergo videritis, &c.] Tertiò innuit ipsam causam: ibi. [Sed sunt quidam.] Scandalũ autem denunciat: quia dixerant occultè. [Durus est hic sermo.] vt ab illo non audirentur. Sed ille qui virtute suæ diuinitatis nouerat quid dicebant: hoc manifestat. Et hoc est, quod dicit. [Sciens autem Iesus apud semetipsum.] quod ipsi in semetipsis dicebant. s. [quia murmurauerunt de hoc discipuli eius.] suprà 5. Non erat ei opus, vt quis testimonium perhiberet de homine (ipse enim sciebat quid esset in homine) Psalm. Scrutans corda & renes Deus. [dixit eis. hoc vos scãdalizat?] quasi dicat de hoc non debetis scandalizari. Vel potest legi remissiuè. quasi dicat. Scio quòd de hoc scandalizamini. Isa. 8. Erit nobis. s. in Christo credentibus quidem in sanctificationem. In lapidem autem offensionis duabus domibus Israël. i. discipulis murmurantibus & turbis. Sed cùm doctores debeant vitare scandalum audientium: quare eis dominus talia dogmata proponit vnde scandalizarentur & recederent. Respõdeo dicendum, quòd necessitas doctrinæ exigebat vt dominus eis talia proponeret. Institerant enim apud eum pro cibo corporali, qui venerat vt duceret in appetitum cibi spiritualis. Et ideò necesse erat vt eis proponeret doctrinam de cibo spirituali: nec tamen scandalum eorum causabatur ex vitio doctrinæ Christi, sed ex eorum infidelitate. Si enim verba domini non intelligebant propter eorum carnalitatem: poterant dominum interrogare: sicut Apostoli aliàs fecerunt. Hoc autem secundum Aug. dominus dispensatiuè permisit: vt bene docentibus causam patientiæ & consolationis contra malignitates eorum dicta præberet cùm discipuli etiam verbis Christi detrahere præsumerent. Consequenter cùm dicit.

Si ergo videritis filium hominis ascendentem, vbi erat prius?

TOllit occasionem scandali quæ quidẽ erat, & de persona dicentis, & de verbis dictis, vt dicit Chriso. Et ideò remouet occasionem scandali quantùm ad personam dicentis. Secundò quantùm ad verba dicta ibi. [Spiritus est, &c.] Occasio autem istorum fuit: quia audierant dominum loqui de se diuina. Vnde quia ipsi credebant eum esse filium Ioseph scandalizabantur ex hoc, quod de se dicit. Et ideò hanc occasionem remouens ostẽdit eis Deus apertiùs suam diuinitatem. Vnde dicit. Vos turbamini de his quæ de me dixi. [Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius,] supple quia dicetis? quasi dicat. Nunquàm potestis negare quin de cœlo descenderim: quin sim dator vitæ æternæ. Simile fecit in Nathanaële. Cùm enim diceret. Tu es Rex Israël: voluit eum ad perfectiorem cognitionem eleuare. Vnde dixit ei suprà primò. Maiora his videbis. Et ideò istis aliquid maius futurum de se manifestat dicens. [Si ergo videritis filium, &c.] Ascendit autem in cœlum videntibus discipulis: vt dicitur Act. 1. Si ergo ascẽdit vbi prius fuit, ergo prius fuit in cœlo. suprà tertio. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit. Sed attende, quòd etsi sit eadem persona filij Dei, & filij hominis in Christo: quia tamen natura est alia, ideò aliquid conuenit ratione humanitatis, scilicet ascendere, quod non conuenit ei ratione diuinitatis, secundum quam non habet quò ascendat, cum æternaliter sit in summo rerum vertice, scilicet in patre, sed secundum eam conuenit ei ascendere: vbi erat prius, scilicet in cœlo: vbi nõ fuit secundum humanam naturam, quod est contra errorem Valentini dicentis Christum attulisse corpus cœleste. Sic ergo vbi prius fuit secundum diuinitatem ascendit videntibus Apostolis, & propria virtute secundum humanitatem. infrà decimosexto. Exiui à patre & veni, &c. Sed secundum Augustinum, aliter hæc verba introducuntur. Dixi enim, quòd isti scandalizati sunt de hoc, quòd Dominus dixit, quòd daret eis carnem suam ad manducandum, quod intelligentes carnaliter, ac eam ad literam deberent comedere: vt carnes animalium, scandalizati sunt. Et hunc intellectum remouens dicit. [Si ergo videritis filium hominis ascendentem,] integro corpore [vbi erat prius,] supple. Nunquid dicetis, quòd sic daturus eram vobis carnem meam ad manducandum vt carnes animalium. Consequenter cùm dicit.

Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam.

REmouet occasionem scandali ex parte verborum prolatorum. Et secundum Chrisost. primò distinguit duplicem intellectum ipsorum verborum. Secundò ostendit quis eorũ congruat ipsis verbis ibi. [Verba quæ ego loquor, &c.] Sciendũ est ergo quantum ad primum, quòd verba Christi secundum duplicem sensum intelligi possunt, scilicet secundum spiritualem & secundum corporalem. Et ideò dicit. [Spiritus est qui viuificat,] id est, si ea verba quæ dixi intelligatis secundum spiritum, id est, secundum spiritualem sensum viuificabunt, [caro non prodest quicquam,] id est, si secundum carnalem sensum ea intelligatis nihil vobis prosunt, imò nocent. Quia (vt dicitur Rom. 8.) Si secundum carnem vixeritis, moriemini, sunt ibi verba Domini de carne sua manducanda, carnaliter intelliguntur quando accipiuntur secundum quòd verba exterius sonant: & vt natura carnis habet. Et hoc modo ipsi intelligebant: vt dictum est, sed Dominus dicebat daturum se eis sicut spiritualem cibum, non quia sit in sacramento altaris vera caro Christi, sed quod spirituali & diuino modo manducatur. Sic, ergo dictorum verborum congruus sensus est non carnalis, sed spiritualis. Vnde subdit.

Verba quæ

Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt.

SCilicet de carne mea mãducãda [spiritus & vita sunt.] i. spiritualem sensum habent: & sic intellecta vitam dant. Nec mirũ si habent spiritualem sensum: quia sunt à spiritu sancto. 1. Cor. 14. Spiritus est qui loquitur mysteria: & ideò mysteria Christi viuificant. Psalm. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. Secundum Aug. verò aliter exponitur. Nam hoc, quod dixit. [Caro nõ prodest quicquam.] intelligitur de carne Christi. Manifestum est enim, quòd caro Christi coniuncta verbo & spiritui multũ prodest per omnem modum: alioquin frustra verbum caro factum esset: Frustra ipsum pater manifestasset in carne: vt dicitur. 1. Thi. 4. Et ideò dicendum est, q̃ caro Christi in se consideranda nõ prodest quicquam, & non habet effectum proficuum nisi sicut alia caro. Si enim per intellectum separetur à diuinitate & spiritusancto: nõ habet aliam virtutem quàm alia caro: sed si adueniat spiritus & diuinitas multis prodest: quia facit sumentes manere in Christo. Est ergo causa spiritus charitatis per quam homo in Deo manet. 1. Ioan. 4. In hoc cognoscimus quia in Deo manemus, &c. & ideò dicit dominus hunc effectum. s. vitæ æternæ quem ego promitto vobis: non debetis attribuere carni in se consideratæ: quia [caro] sic [non prodest quicquam.] Sed si spiritui attribuatis, & diuinitati coniunctæ carni: sic præstat vitam æternam Gal. 5. Si spiritu viuimus: spiritu & ambulemus. & ideò subdit. [Verba quæ locutus sum vobis spiritus & vita sunt.] i. referenda sunt ad spiritũ carni coniũctũ: & sic intellecta vita sunt. s. animæ. Nã sicut corpus viuit vita corporali per spiritũ corporalem: ita & anima viuit vita spirituali per spiritum sanctũ. Psal. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Consequenter cùm dicit.

Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credẽtes: & quis traditurus esset eũ: & dicebat. Propterea dixi vobis quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datũ à patre meo.

DEmonstrat causam scandali: quæ erat infidelitas eorum quasi dicat. Causa scandali vestri non est duritia sermonis: quem ego locutus sum vobis: sed infidelitas vestra. Et ideò primò ostendit eorum infidelitatem. Secundò excludit falsam opinionem. Tertiò manifestat causam infidelitatis eorum. Infidelitatem quidem eorũ ostẽdit dominus cùm dicit. [Sunt quidam ex vobis qui non credunt.] Non autem dixit qui non intelligunt: sed quod plus est causam quare non intelligunt insinuat. Ex hoc enim non intelligebant: quia non credebant. Isa. secundum aliam literam. Nisi credideritis nõ intelligetis. Et dixit [quidam.] vt excipiat discipulos. 2. Thim. 3. Non omnium est fides. Rom. 3. Non omnes obediunt euangelio Psal. Nõ crediderunt verbis eorum Falsam suspitionem excludit Euangelista cũ subdit. [Sciebat enim.] quasi dicat. Nõ ideò dixit Iesus [sunt quidã ex vobis, &c. quasi de nouo hoc ei innotuisset. sed quia [sciebat ab initio mundi.] s. [qui essent credẽtes, & quis esset traditurus eum.] Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis ei⁹. Et Eccl. Domino Deo nostro nota sunt omnia antequã fiãt. Causam aũt infidelitatis eorũ assignat dñs cõsequẽter: quæ est ex remotione gratiæ attrahẽtis. Vnde disebat. [Proprerea ego dixi vobis.] quasi dicat. Ideò necessarium fuit vt vobis prædicta dicerẽ. [quia nemo potest venire ad me.] s. p fidẽ. [nisi fuerit ei datũ à patre meo.] Ex quo sequit secũdũ Aug. q̃ etiã ipsum credere daf nobis à Deo. Cur aũt nõ oĩb⁹ detur: ostensum est suprà eodẽ: vbi quasi eadẽ verba dñs dixit. Repetit tamen ea hìc propter duo. Vt ostendat, q̃ hoc, quod recepit eos ad fidem magis erat eis ad beneficium & vtilitatem, quã Christo. Phil. 1. Vobis datũ est: vt in ipsum credatis, quasi dicat bonum vestrum est, quod creditis. Et ideò dicit Aug. magnum quidem est credere. Gaude quia credidisti. Secũdò, vt ostendat se non esse filium Ioseph (vt ipsi putabant) sed Dei. Nam Deus pater est qui attrahit homines ad filium sicut ex præmissis apparet. Consequenter cùm dicit.

Ex hoc, multi discipulorum eius abierunt retro.

POnitur ipsorũ discipulorum pertinacia. Nam licèt dominus reprehenderit eos, & causam scandali quantũ est ex parte sua remouerit: nihil dominus tamen perseuerant in infidelitate. Et ideò dicit q̃ [Multi discipuli, &c.] Non dixit recesserunt: sed [abierunt retro.] à fide: quã secundũ virtutẽ habebãt: & precisi à corpore Christi vitam perdiderũt: quia fortè non in corpore fuerũt (vt dicit Augu.) Sunt enim aliqui qui simpliciter vadũt retro: illi. s. qui sequitur diabolũ: ei dictũ est. Mat. 4. Vade retro Sathana. Et de quibusdã fœminis dicitur. 1. Thim. 5. Quædã cõuersæ sunt retro post Sathana. Nõ sic vadit retro Petrus: sed post Christũ. Mat. 13. Vade retro me, &c. Isti autem abierunt post Sathanam. Vnde sequitur.

Et iam non cum illo ambulabant.

SEd quãuis à nobis requiratur vt cũ Iesu ambulemus. Micheæ 6. Iudicabo tibi homo quid sit bonum. Et sequitur. Sollicitè ambulate cum Deo tuo Consequenter cum subeitur.

Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire?

EXaminat dominus discipulos remanẽtes. Et primò ponitur examinatio discipulorũ ex interrogatione Christi. Secundò subditur deuotio remanentium ex responsione Petri ibi. [Respondit ergo Symon Petrus.] Tertiò corrigitur Petri responsio ibi. [Respondit eis Iesus.] Examinat autem dominus duodecim qui remanserãt: an velint persistere. Et ideò dixit ad duodecim. s. Apostolos. [Nunquid & vos vultis abire?] Et hoc propter duo. Primò ne hoc, q̃ isti alijs recedentibus remanserant propriæ iustitiæ ascribentes: superbirent extimantes se gratiam feciſſe Christo, eum non relinquẽdo. Et ideò ostendens se non indigere eorum sequela magis eos detiner & confirmat. Iob. 35. Porro si iustè egeris, &c. Secundò quia contingit, q̃ aliquando aliquis habet voluntatem recedendi ab aliquo: & tamẽ verecundia retinetur. Et ideò nolens eos verecundia coarctari apud eum remanere: quia idem est inuitè seruire, quod penitus non seruire. Aufert etiam verecundiam & necessitatem remanendi ponens in eorum arbitrio an vellẽt remanere: an abire. quia hilarem datorem diligit Deus. (vt dicitur. 1. Cor. 8.) Sequitur deuotio remanentium ex responsione Petri.

Respondit ergo ei Simon Petrus. Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes: & nos credimus, & cognouimus quia tu es Christus filius Dei.

NAm ipse fratrum amator, & amici cõseruator & specialem affectum gerens ad Christum respondet pro toto collegio dicens. [Domine, &c.] vbi tria facit. Primò extollit Christi excellentiam, secundò commendat eius doctrinam: & tertiò profitetur fidem. Excellentiam quidem extollit cùm dicit. [Domine ad quem ibimus:] quasi dicat repellis nos à te. Da nobis alium meliorem te: ad quem eamus. Sed certe nullus similis tui in fortibus domine. Exod. 15. & in Psalm. Quis similis Deo. Et ideò non dimittemus te. Psal. Quò ibo à spiritu tuo? Et secundum Chrisosto. verbum Petri multum amicitiæ est ostensiuum. Iam enim Christus eis erat honorabilior, quàm patres, & matres. Doctrinam verò commendat cùm dicit [verba vitæ æternæ habes.] Moyses autem habuit verba Dei: similiter & Prophetæ: sed rarò verba vitæ æternæ: tu verò promittis vitam æternam. Quid ergo aliud maius quærimus supra eodem. Qui credit in me: habet vitam æternam. Et supra tertio. Qui credit in filium Dei, &c. Fidem autem confitetur cùm subdit. [Et nos credimus, & cognouimus, &c.] In fide enim nostra duo principaliter credenda sunt, scilicet mysterium trinitatis & incarnationis: quæ duo hìc Petrus confitetur. Mysterium quidem trinitatis cùm dicit. [Tu es filius Dei.] In hoc enim, quòd dicit eum filium Dei: facit mentionem de persona patris & filij, simul etiam & spiritussancti: qui est amor patris & filij, & nexus vtriusque. Mysterium verò incarnationis: cùm dicit. [Tu es Christus.] Christus enim grecè, latinè vnctus dicitur oleo, scilicet inuisibili spiritussancti: sed non secundum diuinam naturam. Quia qui vngitur spiritu sancto ipsa vnctione melior efficitur: sed secundum quòd Deus Christus non efficitur melior. ergo est vnctus secundum quòd homo. Dicit autem [Credimus & cognouimus] quia prius est credere, quàm cognoscere, & ideò si prius cognoscere, quam credere vellemus: non cognosceremus, nec credere valeremus (vt dicit Aug.) Isa. secũdum aliam literam. Nisi credideritis non intelligetis. Responsionem autem Petri dominus corrigit cùm dicit.

Respondit ei Iesus. Nónne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est?

PRimò ponitur responsio domini. secundò expositio Euangelistæ ibi. [Dicebat autem.] quia Petrus largus fuit in responsione sua omnes includẽdo: sic dicens. [Et nos credim⁹, &c.] Per quod videbatur, q̃ omnes peruenturi essent ad vitã æternam: ideò dominus de collegio credentium excepit Iudam. Sed hìc quidẽ in Petro cõmẽdabilis erat confidentia: quæ nullum de sociis malum suspicabatur: sed in domino admiranda est sapiẽtia qui occulta videbat: & ideò dicit. [Nõne ego vos duodecim elegi: & vnus ex vobis diabolus est?] non per naturam, sed per imitationem diabolicę malitiæ Sap. 1. Inuidia diaboli, &c. Ioan. 13. Post bucellam introiuit in eum Sathanas: quia scilicet factus est conformis malitiæ eius. Sed si Christus elegit Iudam: & ipse factus est malus: videtur, quòd errauerit in electione. Ad quod respondetur primò secundum Chrisosto. quia hoc non dicitur de electione prædestinationis: sed ad aliquod officium, & ad statum præsentis iustitiæ: ad quem aliquando aliquis eligitur non secundum futurum: sed secundum q̃ nunc est in re: quia per hanc electionem nõ aufert arbitrij libertatem: nec aufert positibilitatẽ peccãdi. Vnde dicitur. 2. Cor. Qui se existimat stare, &c. Sic ergo dñs elegit Iudã: nõ tanquã malũ tũc: nec tamẽ per electionẽ ablata est ei possibilitas peccandi. Secundò respondetur secundum Aug. q̃ dominus elegit Iudam malum: & quia boni est vt malo vtatur in bonum: licèt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sciret eum malum.Malo eius bene est vsus Deus dum tradi se pertulit vt nos redimeret. Vel dicendū ꝙ electio duodecim Apostolorū non refertur hīc ad personas,sed ad numerū, quasi dicat. Ego elegi in vobis duodenariū numerum. Hic enim numerus congruè conseratur eis qui fidem sanctæ trinitatis per quatuor mundi cardines prædicaturi erant. Qui quidem numerus non perijt : quia in locum pereuntis proditoris surrogatus est Mathias. Vel secūdum Ambro. Ideò elegit Iudā malum vt consolaretur infirmitatē nostram. Si aliquādo cōtingerit nos ab amicis proditos, legimus à discipulo proditum dominum & magistrum. Sed quæritur hīc quare cū dicit dominus [Vnus ex vobis diabolus est.] nihil dicēt discipuli, & posteà cùm dicit infra 13. Vnus ex vobis me tradet. Dixerunt. Nunquid ego sum domine? Respondeo dicendum, ꝙ huius ratio est: quia hīc dominus generaliter locutus est dicens. Vnū ex eis esse diabolū: quod potest referri ad quancúnq; malitiam. & ideò nō sunt commoti. Ibi verò tantum facinus audientes proditionē. s. magistri se continere non valent. Vel dicendum ad hoc ꝙ cùm dominus hęc verba dixit: quilibet eorum de sua virtute confidebat: & ideò non timebāt de se. Sed quando Petrus audiuit. Vade post me Sathanas: territi sunt & stupefacti. Et ideò vacillantes dicebāt. Nunquid ego sum domine. Hanc autem responsionem quam dominus occultè fecerat Euangelista exponit dicens.

Dicebat autem de Iuda Symonis Iscariote: Hic enim erat traditurus eum cū esset vnus ex duodecim.

Vt rei probauit euentus: vt patet infrà 13. &c.

LECT. I. CAP. VII.

Post hæc autē ambulabat Iesus in Galilæam. Non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum scenophegia.

POSTQVAM Dominus egit de vita spirituali & nutrimento. Hic consequēter agit de institutione seu doctrina, quæ est necessaria spiritualiter regeneratis (vt dictū est suprà.) Et primò ostendit originē suæ doctrinæ. Secundò manifestat eius vtilitatem ab octauo capitulo, & deinceps. Circa primū tria facit. Primò proponitur locus vbi originē suæ doctrinæ manifestauit. Secūdò ponuntur occasiones eam manifestandi ibi. [Iudæi ergo quærebant eum, &c.] Tertiò ponitur ipsa manifestatio ibi. [Respōdit eis Iesus, & dixit. Mea doctrina, &c. Circa primum tria facit. Primò ponitur incitatio Christi ad eundum ad locū vbi publicauit originem suæ doctrinæ. Secundò ponitur recusatio domini ibi. [Dicit ergo eis Iesus, &c.] Tertiò subditur quomodò Christus ad locum illum peruenit ibi. [Hoc cū dixisset.] Circa primū duo facit. Primò ponit occasiones quare Christū incitabant ad eundum. Secundò subdit ipsam incitationem ibi [Dixerunt autē, &c.] Ex tribus autem mouebantur vt incitarent Christum ad eundum in Iudæam. primò quidem ex mora eius. secundò ex proposito. tertiò ex congruitate temporis. Ex mora quidem eius in Galilæa: in qua ostendebat Christus se velle morari. Et ideò dicit [Pòst hæc.] verba. s. quæ dicta sunt in Capharnaum ambulabat Iesus in Galilæam. Acceperat iter de Capharnaum, quæ erat metropolis Galilææ: vt disceruerer per Galilęā. Ideò autem dominus in Galilæa frequentiùs moratur: vt ostēdat nobis transmigrandum esse de vitijs ad virtutes. Ezech. 12. Tu ergo fili hominis fac tibi vasa transmigrationis: & transmigrabis per diem coram eis. Ex proposito autem Christi qui fortè eis per verba innotuit. Et ideò dicit. [Non enim volebat in Iudæam ambulare.] Cuius ratio est [quia quærebāt eum Iudæi interficere.] supra. 5. Quærebāt eum Iudæi interficere: quia nō solū soluebat sabbatū, sed etiam patrum, &c. Sed nunquid non poterat illuc ire, & ambulare inter Iudæos, & ab eis non occidi. sicut fecit. infr. 8. Respondeo dicendum, ꝙ ad hoc triplex ratio assignatur. Prima ab Aug. quia futurum erat vt aliquis fidelis Christi absconderet se ne à persecutoribus inuenire tur. Ne ergo illi fuga obijceretur pro crimine: voluit dominus ad cō solationē nostrā hoc in se præcessisse ostendere: quod etiā & verbo docuit. Matt. 10. Si vos pśecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliā. Alia quidē ratio est: quia. s. Christus Deus erat, & homo. Et ideò virtute diuinitatis poterat non lædi à persecutoribus: sed hoc noluit cō tinuē facere: quia sic fuisset declarata eius diuinitas: ꝙ tamē humanitas eius veniret in dubiū. Et ideò fugiens quandóq; persecutores: vt homo affirmat suā humanitatē: vt confundat: omnes eū nō verū hominem fuisse dicentes. Quādóq; autē trāsiēs illæsus per eos ostendit suā diuinitatē: confundes oēs eū hominē purū esse dicentes. Et ideò Chrysostomus habet aliā literam. s. [Nō enim habebat potestatem si vellet in Iudæam ambulare.] Quod dicitur secundū modū humanū sicut si dicatur. Aliquis nō potest aliquò ire si vellet propter infirmitatem. Tertia ratio est: quia nondum passionis aderat tempus: futurum enim erat vt pateretur in Pascha quando immolabatur agnus: vt sic victima succederet victimæ infrà 13. Sciens Iesus quia venit hora eius, &c. Ex congruitate verò temporis: quia erat tempus cōgruum ad eundum in Hierusalem. Et hoc est : quod dicit. [Erat autem in proximo dies festus Iudæorum scenophegia.] Scenophegia autem græcum est compositum ex scenos, quod est vmbra: & phagim quòd est comedere, quasi dicat erat tempus in quo comedebant in tabernaculis. Dominus enim mandauit filijs Israēl. Leuitic. vigesimoterrtio quòd mense septimo per septem dies habitarent in tabernaculis in memoriam, quòd quadraginta annis habitauerunt in tabernaculis in deserto. Et hoc festum tunc celebrabant Iudæi. Commemorat autem hoc Euangelista, vt ostendat, quòd multum tempus prætermisit ab eo tempore quo præmissa de cibo spirituali dicta fuerunt vsque ad istud tempus. Nam quando fecit miraculum de panibus erat prope dies Paschæ. Hoc autem festum scenophegiæ est multo post Paschа. Et sic nihil eorum quæ in quinque mensibus intermedijs per dominum facta sunt recitat hoc Euangelista. Vt detur intelligi, quòd licèt indeficienter signa faceret (vt patet infrà vltimo.) illa præcipuè stupuerunt Euangelistæ dicere quibus aut quærela aut contradictio à Iudæis subsequebatur. Consequenter cùm dicit.

Dixerunt autem ad eum fratres eius: Transi hinc, & vade in Iudæam.

PONitur incitatio fratrum domini. Et primò ponitur eorū admonitio. Secundò assignatur admonitionis ratio ibi. [Vt discipuli tui, &c.] Tertiò ab Euangelista assignatur causa talis rationis ibi. [Neque enim fratres, &c.] Circa primū, primò ponuntur incitātes. Vnde dicit. [Dixerunt autem ad eum fratres eius,] non carnales & veterini: vt Eluidius blasphemauit, quod abhorret fides catholica, ꝙ sanctissimus ille virgineus vterus, qui Deum protulit, & hominem, protulisset postmodum alium hominem mortalē. Fratres ergo eius erant cognatione : quia erant consanguinei beatæ Mariæ virginis. Hæc enim est cōsuetudo scripturæ cōsanguineos appellare fratres. secundum illud Gene. 13. Non sit quæso iurgium inter me & te, fratres enim sumus, cùm tamē Loth nepos esset Abrahæ. & vt Augu. dicit . sicut in sepulchro vbi positum fuerat corpus Domini nec antè, nec postea iacuit corpus, sic vterus Mariæ nec antè, nec postea quicquam mortale concepit. Sed quia aliqui de consanguineis beatę virginis erāt Apostoli, sicut filij Zebedæi, & Iacobi Alphei, & alij. Ideò non est intelligendum, quòd fuerunt de illis qui incitauerunt Christum, sed illi fuerūt alij propinqui eius, qui Christum nō diligebāt. Secundò ponitur monitio eorum cùm dicunt. [Transi hinc.] s. de Galilæa. [& vade in Iudæam:] vbi est Hierusalem locus solēnis, Doctoribus conueniens. Amos 7. Qui vides, gradere in terram Iuda, & ibi comedes panem tuum, & Prophetabis ibi. Rationem autem subdunt dicentes.

Vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis. Nemo quippè in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo.

VBi ostendunt se primò inanis gloriæ cupidos. Secundò suspitiosos, & tertiò incredulos. Cupidos quidem inanis gloriæ ostendunt se cùm dicunt. [Vt & discipuli tui videant, &c.] Patiebantur enim aliquid humani ad Christum, & volebant cantare gloriam de honore humano, qui Christo exhiberetur à turbis. Et ideò inducebant eum vt faceret opera sua in publico. Est enim proprium inanis gloriæ cupidi: vt quicquid gloriosum sui: vel suorum fuerit ostendatur in publico. Mat. 6. Amant in synagogis, & in angulis plateārum stantes orare: vt videantur ab hominibus. de quibus dicitur. infr. eo. Dilexerunt magis gloriam hominum, quàm Dei. Suspitiosos autem ostendunt. Et primò de fortitudine Christum notant: vnde dicunt ei. [Nemo quippè in occulto aliquid facit.] q. d. Tu dicis te facere miracula, sed facis in occulto. Et hoc ex timore, alioquin ires in Hierusalem, & faceres ea ibi coram multitudine. Sed tamen Dominus dicit Matt. 27. In occulto locutus sum nihil Secundò notant eum de amore gloriæ: vnde dicunt. [Et quærit ipse in palam esse,] quasi dicat, tu quæris gloriam de his quæ facis, & tamen propter timorem abscondis te. Hoc est proprium malorum: vt credāt alios similes eis animi pasiones habere. Vide quam irreuerenter prudentia carnis verbum caro factum arguebat. Contra quos dicit Iob. Arguis eum qui non est similis, &c. Incredulos ostendunt se esse cùm dicunt. [Si hæc facis, manifesta teipsum mundo,] quasi sub dubio ponunt, an ipse miracula faciat. Isai. 21. Qui incredulus est, infideliter agit. Causam autem quare sic loquebantur, subdit Euangelista cùm dicit.

Neque enim fratres eius, credebant in eum.

CONtingit enim, ꝙ carnales consanguinei maximè aduersantur suis, & inuidēt de bonis spiritualibus, & cōtēnunt eum: vñ dicit Aug. Christum consanguineum habere potuerūt: credere autem in eum in ipsa propinquitate fastidierunt. Mich. 6. Inimici hominis domestici eius. Iob. 19. Fratres meos longè fecit à me: & noti mei quasi alieni dereliquerunt me proximi mei, &c. Consequenter cùm dicit.

Dixit ergo eis Iesus. Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum.

PONitur Christi responsio. & primò designatio temporis ad eū de ia dispositione, secundò assignat dictorū rationē ibi [nō potest mundus.] tertiò ponit recusationē ibi. [Vos ascendite.] Sciendū est autem, ꝙ tota sequens litera aliter exponitur secundū Aug. & aliter secundū Chriso. Nam secundum Aug. fratres domini inuitabant eū ad humanā gloriā. Est autē tēpus quo sancti peruenerunt ad gloriā: scilicet tempus futurū: ad quā peruenīūt per passiones & tribulationes. Sap. 3. Tanquā aurū in fornace probauit, &c. Et in tempore erit respectus illorum. Aliud verò est tēpus quo mundani gloriam suam acquirunt. s. tempus præsens. Sap. 2. Non prætereat nos flos tēporis, &c. Voluit ergo dominus ostendere, ꝙ nō quærebat gloriā huius tē. poris: sed ad celsitudinē gloriæ cœlestis per passionem & humilitatem suā volebat peruenire. Luc. vlt. Oportuit Christum pati: & intrare in gloriā suā. & ideò dicit eis. s. fratribus. [Tempus meū.] i. tēpus gloriæ meæ [nondum venit.] quia oporter, ꝙ tristitia conueratur in gaudium. Roma. 8 Non sunt condignæ passiones, &c. [Sed tempus vestrum.] i. mundi gloria [semper est paratum.] Rationem huius diuersitatis temporis assignat cùm dicit.

Nō potest mūdus odisse vos, me autē odit: quia ego testimoniū phibeo de illo, quia opera eius mala sunt.

IDeò enim mundani habent tempus gloriæ paratum: quia eadem amant quæ mundus amat: & mundo consentiūt. Sancti verò qui quærunt gloriam spiritualē: nō habēt hoc tēpus paratum: quia quærunt quæ mūdo displicent. s. pauperatē, luctū, esurię, & huiusmodi. Vituperāt etiam quæ mundus amat: imò ipsum mundū. & alibi vlti. Mihi mundus crucifixus est: & ego mundo. & ideò dicit. [Nō potest mundus odisse vos.] quasi diceret. Ideò paratum est tēpus gloriæ ve strę: quia mundus nō odit vos: qui cōuenitis cū eo. Et omne animal diligit sibi simile. [Sed me odit] & ideò tēpus meū nō semp est paratū. & ratio odij est [quia ego testimoniū perhibeo de illo.] s. mundo. [quia opera eius mala sunt.] i. nō prætermitto mūdanos homines redarguere: licèt scientia ex hoc odiū intrare, & morte intētari. Amos. 5. Odio habuerūt corripientē in porta. illi. s. qui amant malitiā. Et prouerb. 9. Noli arguere derisorem. Sed nūquid nō mundani aliqui odio habētur à mundo. i. ab alio mundano. Respōsio. Dicendū ꝙ minus quidē mūdanus in particulari habeē odio ab alio, inquātū habet ea quę ipse vellet habere: vel impedit eū in his quę sunt de gloria mundi, sed inquātū mūdanus nullus oditur à mūdo. Sancti verò vniuersaliter odiūtur à mūdo: quia cōtrariantē ei: & si aliquis de mundo eos diligat: hoc nō est inquantū est de mūdo: sed inquātū est in eo aliquid spirituale. Recusat autē dominus ascendere: cùm dicit.

Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego enim non ascendam ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est.

SIcut enim sunt duæ gloriæ: ita duo festa. Mundani enim habent festa tēporalia. s. gaudere, & epulari: & huiusmodi exteriores delitias. Isa. 22. Vocauit dominus ad lamentū, &c. Et ecce gaudiū. Isa. 1. Solennitates vestras, &c. Sancti verò habēt festa spiritualia: quæ in delectationibus spiritus cōsistūt. Isa. 32. Respice Syon ciuitatem solennitatis vestræ, &c. Et ideò dicit. Vos qui gloriam mundi quæritis [ascē dite ad diē festum hunc.] i. ad festa lætitiæ tēporalis. [Ego autē non ascendam ad diem festū istum.] sed ad diē festū solēnitatis æternæ. Et hoc: [quia meum tempus.] s. gloriæ suæ: quod erit permanens in æternum gaudium sine fine: æternitas sine labore, claritas sine nube. [nondū impletum est.] Secundum Chriso. seruata eadem diuisione exponitur sic. s. ꝙ fratres domini conspirauerāt in mortē Christi cū Iudæis. Vnde inducebant eum ad eundem volentes eum prodere, & tradere Iudæis. Et ideò dicit. [Tempus meum.] s. crucis & mortis. [nondum aduenit.] vt vadam in Iudæam & occidar. [Tempus autē vestrum semper est paratum.] quia sine periculo cōuersari poteritis cum eis. Et huius ratio est: [quia non possunt odire vos.] zelantes eadem, & amantes cū eis. Me autē odit, &c. Per quod patet, ꝙ Iudæi non propter solutionem sabbati: sed propter publicam redargutionem me odiunt. [Vos ergo ascendite ad diem festum hunc.] s. ad principium festi. (Nam septem diebus celebratur: vt dictum est,) Ego autem non ascendam, &c.] s. vobiscum. s. ad principium festi. [Quia nondum tempus meum est impletum.] in quo patiar. Nam in futuro Pascha crucifigendus erat. Ideò autem non ascendit cum eis, vt posset magis latere, &c.

LECTVRA II.

Hæc cùm dixisset: ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto.

POSTQVAM egit Euangelista de incitatione qua cognati domini inducebant Christum vt ascēderet in Iudæam. Et posuit Christi responsionem. Hīc cōsequēter agit de ascensu eius. Et primò ponitur dilatio ascēsus Christi, secundò ascēsionis modus. Dilatio quidem ponitur cùm dicit. [hæc cū dixisset.] s. quæ respondit. [mansit ipse in Galilæa.] non ascendens cū cognatis ad diem festum: vt verificaretur verbum suū, qđ dixerat. Ego non ascendā, &c. Numeri. 23. Nō est Deꝰ vt homo: vt vinciatur: neq; vt filius hominis vt mutet. Ordo verò eius ponitur cùm dicit [vt autem ascenderēt fratres eius.] i. cognati. [tūc ipse ascēdit, &c.] Sed hoc videtur contra illud, qđ supra dixit. Ego autem non ascēdam. Cùm Apostolus dicat. 2. Cor. 1. Christus Iesus qui in vobis prædicatus est per nos, non fuit in illo: est & non: sed est in illo est. Respōdeo dicendum primò, ꝙ festū scenophegie septem diebus agebatur (vt dictum est) Dominus autē dixit supra. Ego autem non ascendam ad diem festum. i. ad principiū festi. Hoc autem, quod hīc dicitur ad diē festū intelligēdū est quantū ad inter medios dies: vnde & sequitur. Iam autē die festo mediāte. Et sic patet, ꝙ factū Christi nō cōtrariaī eius dicto. Secūdò verò (vt Aug. dicit) Isti volebant, ꝙ Christus ascenderet in Iudæam: vt quæsiturus gloriam temporalē. Et sic dixit eis. Non ascendam ad diem festū hūc hoc modo sicut vos vultis: sed ipse ascendit ad diem festū quasi doctrus turbas: & instructurus de gloria sempiterna. Tertiò secundum Chriso. quia supra dixit. Non ascendā ad diē festū hunc passūrus, & moriturus (vt ipsi volebant) & tamen ipse ascendit ad diem festum non vt pateretur: sed vt alios erudiat. Modus ascēsus ostēditur. [Nō in manifesto: sed quasi in occulto.] Et huius ratio triplex est. Vna secundum Chriso. ne magis suam diuinitatem denudans incarnatio eius minus certa esset (vt dictum est supra.) Et vt auferat verecundiā latendi iustis hominibus quando non possunt persecutores suos publicè detinere. Et ideò dicit. [Quasi in occulto.] vt ostendat hoc esse dispensatione factum. Isa. 45. Verè tu es Deus absconditus. Alia secundum Aug. vt. s. daretur intelligi, ꝙ Christus occultus est in figuris veteris testamenti. Isa. 9. Expectauit dominum: qui abscondit faciem. i. manifestam notitiam suam à domo Iacob. Vnde & vsque in hodiernum diem velamen habent positum, &c. vt dicitur. 2. Cor. 3. Ideò omnia quæ dicta sunt antiquo populo illi vmbræ fuerunt futurorum bonorum: vt dicitur. Heb. 10. Vt ergo ostendat, quòd etiam ipsum festum esset figura. Ideò ascendit in occulto. Scenophegia (vt dictum est) erat festum tabernaculorū. Ille ergo hoc festū celebrat: qui se in mūdo isto intelligit peregrinū. Alia ratio est: vt doceat nos bona quæ facimus occultare debere: nō quærētes fauorē hominum: nec pompas stipantium turbarū desiderantes: secundū illud Mat. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis. Consequenter cùm dicit.

Iudæi ergo quærebant eum in die festo: & dicebāt, Vbi est ille? Et murmur multus erat in turba de eo. quidam enim dicebant: quia bonus est: alij autē dicebant: non, sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudæorum.

PONit occasionem manifestandi originem doctrinæ spiritualis. Et ponit duas occasiones. Vnam causatam ex dissentione turbarum. Aliam ex admiratione earum ibi. [Iam autem die festo, &c.] Dissentio turbarum erat circa opinionē de Christo. Vnde circa hoc tria facit. Primò proponit id in quo omnes conueniebant. Secundò illud in quo differebant ibi. [Et murmur multus, &c.] Tertiò quorum opinio inter eos prævalebat ibi [nemo tamē, &c.] Cōueniebāt autem omnes in hoc, ꝙ [quærebant eū in die festo, & dicebant. Vbi est ille?] Patet ꝙ ex hoc multo odio, & inimicitia neq; eū nominare volebant. Genes. 37. Oderant eum nec poterant, &c. Differebant autem: quia quidam quærebant desiderio addiscendi secundum illud Psalm. Quærite eum, & viuet anima vestra. Alij quærebant eum desiderio malignādi secundum illud Psal. Quærebant animām meam vt auferant eām. Et ideò [murmur erat multus in turba.] de contentione quæ erat [de eo] in turba: Et licèt murmur sit generis neutri: tamen Hieronymus ponit in masculino: quia hoc habebat antiqua grāmatica. Vel vt ostendat diuinam scripturā nō subiacere regulis Prisciani. [Erat dissensio.] quia quidam de turba illi. s. qui habebant rectum cor [dicebant] de Christo [quia bonus est.] Psal. Quam bonus Israēl Deus his qui recto sunt corde. Tren. 3. Bonus est dominus sperantibus in eum animæ quærenti illum. [Alij.] s. qui erant male dispositi [dicebant non.] s. non est bonus. Datur autem per hoc intelligi, quòd multitudo opinabatur eum bonum : sed principes sacerdotum opinabantur eum malum. Et ideò dicunt [sed seducit turbas.] Luc. 22. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Matthæi vigesimotertio. Recordati sumus, quòd seductor dixit, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sciendum est autem ꝙ seducere est seorsum ducere. potest autē homo duci seorsum vel à veritate vel à falsitate. Et vtróque modo potest dici aliquis seductor vel inquantùm seorsum ducit à veritate: & hoc modo non cōpetit Christo: quia ipse est veritas, &c. infra 8. Vel à falsitate: & hoc modo Christus seductor dicitur. Hiero. 20. Seduxisti me domine & seductus sum, &c. Et vtinam sic omnes seductores vocemur & simus (vt dicit Aug.) Magis autē seductor dicitur qui à veritate seducit & decipit. Quia ille dicitur seorsum ducere: qui trahitur à via cōmuni. Veritas autē communis via est. Hæresis verò, & via malorū diuerticula quędam sunt. Prævalet autē opinio malorū, scilicet principum sacerdotū. Vnde sequitur [Nemo tamen palàm loquebatur.] Et hoc quia turbæ cōprimebantur propter metū principum sacerdotū. Quia (vt dicitur infra 8.) Si quis confiteretur ipsum esse Christum, extra synagogā fiebat. Ex quo patet eorum qui principabantur malitia: qua Christo insidiabātur. Et eorū qui subjciuntur, scilicet plebis: quia non habebant libertatem dicendi quod sentiunt. Consequenter cùm dicit.

Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi dicentes. Quomodò hic literas scit, cùm non didicerit?

Ponitur secunda occasio manifestandi doctrinā: quæ sumitur ex admiratione turbarū. & primò ponitur admirationis materia. Secundò ipsa admiratio. Et tertiò admirationis ratio. Materia quidem admirationis est doctrina Christi: vnde & circa hanc ponitur & tempus, & locus. Tempus cū dicit. [Iam autē die festo mediante.] id est, in illis diebus festis tot dies remansissent: quot effluxerāt. Vnde cùm septem diebus ageretur festum: dicitur hoc fuisse quarto die: & quidem in hoc ꝙ se occultauit humanitatis Christi est indicium: & nostræ virtutis documentū (vt dictum est.) Hoc autē ꝙ se propalauit: nec eum tenere potuerunt: diuinitatis est ostensiuum. Ideò autem in medio festiuitatis tempore ascendit: quia in principio festi omnes magis attenti sunt his quæ festi sunt. Boni quidem ad cultum Dei. Alij verò ad vanitates, & ad lucra. Sed circa medium temporis his quę festi sunt expeditis magis parati sunt ad doctrinā. Vt ergo eos attentiores, & paratiores ad doctrinā inueniret: non in primis diebus ascendit. Similiter etiam quia hoc cōgruit ordini doctrinæ Christi: quia nō in fine mundi nec in principio: sed in medio tempore venit instruere homines de regno Dei: secūdum illud Abacut. 3. In medio annorū notum facies. Locus autem doctrinæ ostenditur cùm dicit [in templum.] vbi docebat propter duo. Svt ostenderet se docere veritatē quam calumniari non poterant: & quę erat omnibus necessaria infra 18. Ego in occulto locutus sum nihil. Secūdò verò quia templum cùm sit locus satis conueniens est doctrinæ Christi sanctissimæ. Isa. 2. Venite ascendamus ad montem domini: & ad domū Dei Iacob: & docebit, &c. Quid autē diceret Christus: prætermittit Euangelista: quia (vt dictū est.) nō omnia facta, & verba domini exprimunt Euangelistę: sed ea quæ cōmotionem, & contradictionem in populo faciebant. Et ideò hic mentionem facit de commotione populi ex ipsa doctrina. quia (scilicet qui antè dixerāt: seducit turbas. Posteà ex ipsa doctrina admiratione mouentur. Et ideò consequenter cū dicit [& mirabantur Iudæi.] ponitur ipsorum admiratio. Nec mirū: quia hoc dicitur in Psal. Mirabilia testimonia tua. Verba enim Christi verba sunt sapientiæ diuinæ. Ratio autem admirationis subditur cùm dicit. [Quomodò hic literas scit, cùm non didicerit?] Sciebant enim Iesum filium esse pauperis mulieris, & putabatur filius fabri, qui de labore suo viuens non insisteret studio literarum, sed potius operi manuali. secundum illud Psal. Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Et ideò cùm audiunt eum docere, & disputare mirantur dicentes. [Quomodò hic literas scit, &c.] Simile habetur Mat. 13. Vnde sapientia hæc & virtutes nónne hic est filius fabri, &c.

Respōdit autem Iesus, & dixit. Mea doctrina, non est mea, sed eius qui misit me.

Posito loco & occasionibus manifestādi doctrinæ spiritualis originem. Hìc consequenter ipsius doctrinæ originem manifestat. Et primò ostendit originem spiritualis doctrinæ esse à Deo. Secundò inuitat ad susceptionem eius ibi. [In nouissimo magnæ festiuitatis die, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit originem doctrinæ, secundò originem docentis. ibi. [Dicebant ergo quidā, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit originem doctrinæ. Secundò excludit obiectionem ibi. [Nónne Moyses, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit originem doctrinæ. Secundò probat ibi. [Si quis voluerit, &c.] Dicit ergo. [Respōdit eis Iesus & dixit.] q.d. Vos admiramini vnde habeam scientiam, sed ego dico, quòd mea doctrina non est mea.] Si dixisset doctrina, quā ego dico non est mea, nulla esset quęstio. Sed quod dicit [mea non est mea] videtur cōtradictionem implicare, sed non soluit: quia hoc dicit esse huiusmodi multipliciter. Vnde sua doctrina aliquo modo potest dici sua, & aliquo modo nō sua. Si enim intelligatur de Christo filio Dei, sic cùm doctrina vniuscuiúsque nihil aliud sit, quā verbū eius. Filius autem Dei sit verbum eius, sequitur ergo, ꝙ doctrina patris sit ipse filius. Idem autem verbum est siue ipsius per identitatem substantiæ. Quid enim tuum est nisi tu ipse. Est autem nō suum per originem. Quid enim nō tuum, quā tu, si alicuius es, quod es: vt Aug. dicit. Hoc ergo breuiter videtur dixisse [mea doctrina, non est mea] ac si diceret. Ego nō sum à meipso. In quo Hæresis Sabelliana cōfunditur, qui dicere ausi sunt ipsum esse filium, qui est pater. Vel [mea doctrina,] quā ego pronuncio verbo creato non est mea [sed eius qui misit me patris.] i non est mihi à meipso, sed à patre: quia etiā cognitionem filius per æternam generationem habet à patre. Matt. 11. Omnia tradita sunt mihi à patre meo. Si verò intelligatur de Christo filio hominis, tunc dicit [mea doctrina,] quā ego habeo secūdum animam creatā, & profero corporis ore [nō est mea.] i. nō est mihi à meipso, sed à Deo. Quia omne verū à quocúnq; dicatur à spiritu sancto est. sic ergo secundum Aug. 1. de Tri. secundum aliquid suā dixit doctrinam, & secundum aliquid non suam, secundum formā Dei suam, secundum formam serui non suam. Ex quo habeamus exēplum, quòd omnem cognitionem nostram cum gratia. i. in actione recognoscamus à Deo. 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, &c. Consequenter cùm dicit.

Si quis voluerit voluntatē eius facere, cognoscet de doctrina vtrùm ex Deo sit, an ego à meipso loquar.

Probat suam doctrinam esse à Deo. Et hoc dupliciter. Primò ex iudicio rectè sentientium. Secundò ex sua intentione. ibi. [Qui à semetipso loquitur.] Circa primum sciendum est, ꝙ iudicio illius standum est. Vtrum aliquis bene operetur in aliqua arte: qui est expertus in arte illa: sicut si aliquis bene loquitur gallicè: standum est iudicio eius qui est peritus in lingua gallica. Secundū hoc ergo dicit dominus. Illius iudicio standum est: an doctrina mea sit à Deo qui est expertus in rebus diuinis: talis enim rectè potest de his iudicare. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: spiritualis autem iudicat omnia. & ideò dicit. Vos alienati estis à Deo: & ideò non cognoscitis de doctrina vtrùm ex Deo sit. [Sed si quis voluerit volūtatem eius.] i. Dei. [facere] iste potest [cognoscere vtrū doctrina hæc sit à Deo, an ego à meipso loquar.] Ille quidē à seipso loquitur: qui falsum dicit. Quia sicut dicitur infra 8. Cùm loquar mēdacium ex proprijs loquar. Vel aliter secundum Chrisostō. Voluntas enim Dei est pax, charitas, & humilitas nostra. vnde Matt. 5. dicitur. Beati pacifici, &c. Studium autem contentionis frequenter peruertit mentem hominis: interdùm vt verum estimet falsum. Vnde deposito contentionis spiritu rectiùs habetur certitudo veritatis. Iob. 6. Respondete obsecro absque contentione, & loquentes id, quod iustum est iudicare. Et ideò dicit dominus. si quis vult rectè de doctrina mea iudicare, faciat voluntatem eius. i. deponat iram, inuidiam, & odium: quod sine causa in me habet: & nihil est, quod prohibeat eum cognoscere. [Vtrùm ex Deo sit: an ego à meipso loquar.] Vel aliter secundum Aug. voluntas Dei est, vt faciamus opera eius: sicut volūtas patrisfamilias est: vt operarij faciant opus eius. Opus autem Dei est, vt credamus in eum quem ipse misit. Supra. 6 Hoc est opus Dei vt credatis in eum quem ille misit. Ideò dicit. [Si quis voluerit facere volūtatem eius.] i. Dei. i. credere in me: iste [cognoscet an doctrina mea sit ex Deo.] Isa. secundum aliam literam. Nisi crediderit is non intelligetis. Consequenter cùm dicit.

Qui à semetipso loquitur: gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est: & iniustitia in illo non est.

Probat idem ex sua intentione. Et ponit duplicem intentionem per quam intelligitur duplex origo doctrinæ. Dictum est autem aliquos loqui à se. aliquos verò loqui non à se. Loquitur autem non à se quicúnque studet loqui veritatem. Omnis veritatis cognitio ab alio est. Vel per modum quidem disciplinæ: vt à magistro. Vel per modum reuelationis, vt à Deo. Vel per inuentionem, vt ab ipsis rebus. Quia (vt dicitur. Roma. 1.) Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sic ergo quocúnque istorum modorum cognitio aliqua habeatur non est homini à se. A se autem loquitur: qui ea quæ dicit nec à rebus: nec ex reuelatione: nec ex doctrina humana accepit: sed de corde suo. Hierem. vigesimotertio. Visionem cordis sui loquuntur. Ezechiel. decimotertio. Væ Propheris insipientibus qui vaticinantur de corde suo. Sic ergo cōfingere aliquid à seipso est propter humanam gloriam quia (sicut Chrisō. dicit.) Qui aliquam propriam vult instruere doctrinam propter se, nihil aliud hic vult, quā vt gloriā acquirat. Et hoc est, quod dominus dicit, ꝓpriā doctrinā suā à Deo esse. [Qui à semetipso loquitur.]de certa cognitione veritatis qua est ab alio: iste [quærit gloriam propriā.] ꝓpter quā propter superbiā hæreses, & falsæ opiniōes introducunt. Et hoc competit Antichristo. 2. Thes. 2. Qui auersatur, & extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. Sed [qui quærit gloriam eius qui misit illum.] sicut ego quæro infrà 8 Ego gloriam meā nō quæro. [Hìc verax est, &c.] Verax sum: quia doctrina mea continet veritatem, iniustitia in me non est: quia alterius gloriam non vsurpo. Et (vt dicit Aug.) Magnum nobis præbuit humilitatis exēplū. dum habitu inuentus vt homo quærit gloriam patris nō suā. Quod tu homo facere debes: quando aliquid boni facis. Gloriam tūc quæris: quando aliquid mali facis, Deo calumniam meditaris. pater autē ꝙ gloriam suam non quærebat: quia si non fuisset aduersatus principibus sacerdotum, non fuissent eum persecuti. Sic ergo Christus & quicúnq; gloriam Dei quærit hoc quidem in intellectu cognitionē Matt. 22. Magister scimus quia verax es. Et ideò dicit [hic verax est.] In affectu autem rectam intentionem: vnde dicit. [Et iniustitia in illo non est.] Iniustitia enim est, quòd homo vsurpet sibi alienū. Gloria autem est propria solius Dei. Qui ergo sibi quærit gloriam iniustus est. Consequenter cùm dicit.

Nonne Moyses dedit vobis legem: Et nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere?

Excludit obiectionem. Posset enim aliquis dicere Christo: quòd ideò doctrina sua non esset à Deo: quia sabbatum soluit secundū illud infrà 9. Non est hìc homo à Deo qui sabbatum nō custodit. Et ideò hoc intendit excludere. Vnde circa hoc tria facit. Primò, excusat se arguendo ex parte accusantium, secundò ostenditur eorū iniqua responsio ibi. [Respondit turba, &c.] tertiò excusat se per ratio nem ibi. [Respondit Iesus, & dixit eis. vnum, &c.] Dicit ergo. Dato (vt vos dicitis) quòd doctrina mea non sit à Deo: quia legem nō seruo: sabbatum soluens: tamen vos non habetis causam accusandi cùm sitis in simili delicto. Vnde dicit. [Nonne Moyses dedit vobis.] i. populo vestro [legem?] & tamen [nemo ex vobis facit.] i. seruat legē. Act. 7. Accepistis legem in dispositione angelorum, & non custoditis æquè. Vnde & Petrus. Act. 15. Hoc est onus, quod neque vos, &c. Si ergo non seruatis legem, quare propter transgressionem eius vultis me interficere? Non enim propter hoc facitis: sed propter. odiū, alioquin si propter zelum legis faceretis ipsi, vos seruaretis eā. Sap. 2. Circūueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, &c. Et sequitur: mórte turpissima, &c. Vel dicendum, quòd non seruatis legem quam Moyses dedit vobis: & hoc patet in eo, quòd me vultis interficere: quod est contra legem. Exod. 20. Non occides. Vel aliter secundum Aug. Non facitis legem, quia in lege ipse contineor. infrà. Si credere tis Moysi, crederetis forsitā & mihi. De me enim ille scripsit. Sed vos vultis me interficere. Consequenter ponitur iniqua responsio turbæ cùm dicit.

Respondit turba et dixit: Dæmonium habes: Quis te quærit interficere?

Verè autem turba respondet non pertinentia ad ordiuem: sed ad pertinatiam (vt Aug. dicit.) Vnde enim dicunt dæmonium habere, qui dæmones expellit. Matth. 12. Et ideò consequenter cùm dicit Respondit Iesus, & dixit eis: vnum opus feci, & omnes miramini. Dominus in sua veritate tranquillus confutat eos excusans se per rationem. Et primò commemorat eis factum propter quod turbantur. Secundò ostendit eos non debere turbari, ibi. [Propterea Moyses, &c.] Tertiò, inducit eos ad iustum iudicium ibi. [Nolite iudicare secūdum faciem, &c. Respondit ergo Iesus, & dixit eis. Vnū, &c.] Non reddit conuitio conuitium: nec repulit. Quia 2. Per. 2. Cū malediceretur, non maledicebat: sed potiùs eius opus commemorat de curatione paralitici de quo omnes admirabantur: non admiratione deuotionis secundum illud Isa. 60. Videbis, & affluues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, sed admiratione turbationis secundum illud Sap. 5. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur, &c. Si ergo propter vnum opus miramini. i. cùm turbatione turbaminī: quid faceretis si omnia opera mea videretis. Nam (vt dicit Auguſt.) ipsius opera erant quæ in mūdo videbant omnes: etiam infirmi per eum sanantur. Psalm. Misit verbum suum, & sanauit eos. Sap. 16. Nec herba nec malagma, &c. Ideò ergo turbamini, quia vnum tantùm opus videtis, & non omnia. Consequenter cùm dicit.

Propterea Moyses dedit vobis circuncisionem: non quia ex Moyse est: sed ex patribus: Et in sabbato circūciditis hominem. Si circuncisionem accipit homineṁ sabbato, vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato.

Conuincit eos de iniusta turbatione. Et primò ponit mandatum eis datum à Moyse. Secundò opus eorum. Et tertiò arguit ex vtróque. Mandatum autem Moysi est de circuncisione, & ideò dicit. [Propterea.] i. ad significandum mea opera. [Moyses dedit vobis circuncisionem.] Nam circuncisio in signum data est: vt habetur Genes. 17. Erit vobis in signum fœderis inter me & vos. Significabat enim Christum: & ideò signanter data est in membro generationis: quia ex Abraham secundum carnem descensurus erat Christus, quī spiritualem circuncisionem. i. mentis & corporis facit. Vel ideò ipsō membro fiebat: quia data est contra peccatum originale. Quod autē Moyses dederit circuncisionem expresse non habetur, nisi Exod. 12. Omnis seruus empticius circuncidetur. Et licèt Moyses dederit circuncisionem, non tamē eā instituēs: quia nō ipse primus accepit circuncisionis mandatū: sed Abrahā: vt habet. Gen. 17. Factū autē Iudæorū est: quia in sabbato circūcidebāt. Et hoc est, quod dicit. [& in sabbato circūciditis, &c.] Et hoc ideò: quia Abrahæ mādatū est: vt octauo die circūcideretur puer. Gen. 21. Circūcidit eum die octauo: sicut præceperat ei Deus. A Moyse autē præceptū erat eis, ꝙ nihil operis facerent in die sabbati Contingebat autē aliquando, ꝙ octauus dies necessitatis veniret in die sabbati, & sic circuncidentes puerum ipso die: mandatum Moysi soluebant: propter mandatum patrū. Et ideò ex his arguit dominus cùm dicit. [Si circuncisionem, &c.] Vbi notandum est, ꝙ hoc argumentum efficaciam habet ex tribus considerationibus: quarum duæ sunt expressæ, sed tertia subintelligitur. Videmus enim primò, ꝙ quāuis mandatum Abrahæ prius fuerit: tamē mandatum Moysi de obseruatione sabbati non præiudicabat priori. s. mandato de circuncisione. Gal. 3. Dico autem testimonium confirmatum à Deo: quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex: non irritum facit. Et ideò ex hoc arguit. Quia licèt in humanis legibus posteriora præiudicent prioribus: tamen in diuinis priora sunt maioris auctoritatis. Et ideò præcepto facto Abrahæ de circuncisione, non præiudicat præceptum Moysi de obseruatione sabbati. Multò ergo minus præiudicat mihi qui facio, quod dispositum est à Deo ante mundi constitutionem de salute hominum in sabbato figurata. Alia consideratio est: quia Iudæi mandatum habebant, vt nō operarentur in sabbato: & tamen Iudæi operabantur ea quæ ad salutem particularem erant. Dicit ergo. Si vos quibus mandatum est: vt nihil operemini in sabbato: circuncisionem accipitis ipso die quæ est quædam particularis salus. Vnde & in membro particulari fiebat: & hoc facitis: vt non soluatur lex Moysi. Ex quo patet ea quę ad salutem pertinent in sabbato præmittenda non esse. Ergo multo magis debet homo facere ipso die ea quæ sunt ad vniuersalem salutem. Non ergo debetis mihi indignari: quia totum hominem sanum feci in sabbato. Tertia consideratio est, quia vtrūq; mandatum fuit figura: nam omnia in figura contingebant illis. Si ergo figura. s. mandatum de obseruatione sabbati nō præiudicat figuræ. s. mandato circūcisionis: multo minus præiudicat veritati. Nā circuncisio ipsum dominum figurabat: vt dicit Aug. Ideò autem dicit [totū hominem.] quia cum Dei perfecta sint opera curatus est vt sanus esset in corpore: & credidit vt sanus esset in anima. Consequenter cùm dicit.

Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate.

Reducit eos ad iustum examē sui: vt. s. non secundum faciē iudicent: sed iustum iudicium. Dicit autem quis iudicare secūdū faciem dupliciter. Nā iudex iudicat secundū allegata. 1. Reg. 16. Homines vident ea quæ apparent. Sed in hoc potest esse deceptio. & ideò dicit. [Nolite iudicare secundū faciē.] i. secūdū illud qā statim apparet, sed diligēter inquirite. Iob. 29. Causam quam nesciebam diligenter inuestigabā. Isa. 11. Non secūdum visionem oculorum iudicabat. Vel aliter. [Nolite iudicare secundum faciem.] i. nolite accipere personā in iudicio. Hoc enim est prohibitū omnibus iudicantibus. Leuit. 19 Non accipies personā pauperis in iudicio. Mal. 2. Faciē accipitis in iudicio. Accipere autē personā in iudicio, est prætermittere iustū iudiciū propter amorē. seu reuerētiā. seu timorē. aut conditionem personæ, quæ non ferūt ad causam. Dicit ergo. [Nolite iudicare.] quasi dicat, ꝙ Moyses apud vos habet maiorē gloriā, quā ego ex personarū dignitate feratis sententiam: sed à rerū natura ea quę ego facio maiora sunt, quàm ea quæ fecit Moyses. Sed notandū secundū Augustinū: ꝙ ille non iudicat partialiter, qui æqualiter diligit. Non enim cùm homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus, timendum est ne personam accipiamus.

LECTVRA III.

Dicebant ergo quidam ex hierosolymis: nonne hic est quem quærunt interficere.

POSTQVAM egit de origine doctrinæ: consequenter agit de origine docentis. Et primò Christus ostēdit suū principium à quo procedit, secūdò suum finem ad quem vadit. ibi. [Adhuc modicum, &c.] Circa primū tria facit. Primò, proponitur dubitatio turbarum de origine, secundò ponitur doctrina ipsius originis ibi. [Clamabat ergo, &c.] Tertiò, ponit effectus doctrinæ. ibi. [Quærebāt ergo eū, &c.] Circa primū tria facit. Primò, ponit admiratio turbę. secūdò eorū suspitio. ibi. [Nūquit.] tertiò inducit eorū obiectio cōtra ea quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

suſpicãtur ibi. [Sed ſcimus,&c.] Admiratio autem turbarum conſurgit ex duobus. Primò, ex iniquo propoſito principũ. Secundò ex publica doctrina Chriſti: ibi [Ecce palam,&c.] Dictum eſt autẽ ſuprà q̃ Chriſtus vt oſtenderet infirmitatẽ humanæ naturæ latenter aſcendit ad diem feſtũ: ſed vt oſtenderet ſuæ diuinitatis perſonã, publicè docet in templo,& à perſequentibus teneri nõ poteſt. Et ſic vt ait Aug. Apparet poteſtas quæ putabatur timiditas. Et ideò dicebãt quidã ex Hieroſolymis quaſi admirantes. Nam ipſi ſciebãt qua ſeuitia quærebatur à principibus vtpotè eius familiares, & Hieroſolymis exiſtentes. Vnde Chriſo. dicit. Omnibus mirabiliores erant: qui diuinitatis ſignũ videntes maximũ, omninò iudicio corruptorum principum prætermittentes Chriſtũ, minùs reuerebãtur ſecũdum illud Eccleſiaſt. 7. Qualis rector ciuitatis, talis,&c. Sed tamen mirabantur qua potentia non tenebatur. Vnde & dicebatur [Nõnne hic eſt quẽ Iudæi quærũt.] i. principes, ſecundũ illud ſupra 5. Propterea perſequebãtur eum Iudæi. i. principes,&c. Daniel. 13. Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus populi,&c. Apparet autẽ per hoc veritas ſermonum Chriſti,& falſitas principũ. Suprà eñ cũ dominus diceret eis. Quid me quæritis interficere? Negauerũt dicentes. Dæmonium habes. Quis te quærit interficere? Sed ecce quod principes negabãt iſti confitentur cũ dicunt [Quem Iudæi quærunt interficere.] Sic ergo admirãtur ex iniquo propoſito principium. Similiter etiam ex publica doctrina Chriſti. Vnde dicunt.

Ecce palàm loquitur: & nihil ei dicunt.

DOcens. ſ. Chriſtus: q̃ eſt iudicium ſecuræ veritatis. Infra 18. Ego palàm locutus ſum. Et tamen [nihil ei dicunt] quaſi repreſsi virtute diuina. Hęc eſt enim propria Dei virtus q̃ malorũ corda ab impetu ſuæ malitiæ reprimit. Prouer. 16. Cũ placuerunt dño vię hominis inimicos eius quóq; conuertet ad pacẽ. Et alibi. Cor Regum in manu Dei,&c. Suſpitio eorum ponitur cùm dicit.

Nunquid verè cognouerunt principes: quia hic eſt Chriſtus?

QVaſi dicat. Antè quærebãt eũm interficere: modò inuenerũt: & tamen nihil ei dicũt non tamen mutati à propria ſententia. Quia (vt dicitur 1. Corint. 3. Si eñ cognouiſſent,&c. Sed repreſsi à virtute diuina. Obiectio autẽ eorum contra ſuſpitionem ſubditur.

Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autem cùm venerit, nemo ſcit vnde ſit.

QVaſi hoc modo arguentes. Chriſtus debet habere occultã originem. Sed iſte habet originẽ manifeſtam. Ergo non eſt Chriſtus. In quo apparet eorũ amentia. Quia ſuppoſito q̃ quidam etiam principes crederẽt Chriſto: non tamen eorũ ſententiam ſequuntur: ſed aliam corruptã proferunt. Ezech. Iſta eſt Hieruſalem in medio. Sciebant eñ Chriſtũ eſſe ex Maria ſecũdum originẽ: ſed tamẽ eius modũ ignorabãt. Mat. 13. Nõne pater eius eſt Ioſeph,&c. Sed cùm dicatur Micheę 5. Ex te exiet dux,&c. Quare dicũt [Chriſtus cũ venerit nemo ſcit vnde ſit.] Reſpondeo dicẽdum, q̃ hoc habẽt ex verbo Iſa. 53. Generationẽ eius quis enarrabit? Sic ergo & ex Prophetis habẽt vt ſciant vnde ſit ſecũdum humanã originẽ. Et ex eis habẽt q̃ neſciant ſecundum diuinam generationẽ. Conſequenter cùm dicit.

Clamabat ergo Ieſus in templo docens, & dicens: Et me ſcitis: & vnde ſim ſcitis.

MAnifeſtat ſuam originem. Et primò oſtendit ſecundũ quid ſua origo ſit nota,& ſecundum quid ſit ignota. Secundò docet quo modò ad eius notitiam poſſumus peruenire ibi. [Ego ſcio eũ,&c.] Circa primum duo facit. Primò oſtendit quid de origine eius ſciebant. Secundò quid circa ipſum ignorabant ibi. [Et à meipſo,&c.] Nouerãt autem de Ieſu originem ſuam. Et ideò dicit [clamabat Ieſus.] Clamor autẽ ex magnitudine affectus procedit, & ideò quandóq; importat turbulentia animi interius cõcitati. Et hoc non cõpetit Chriſto, de quo ſcriptum eſt Iſa. 42. Nõ clamabit, nec accipiet perſona, nec audietur vox eius foris. Eccleſ. 9. Verba ſapientum audiuntur,&c. Quãdóq; ſportat magnitudinẽ deuotionis ſedm illud Pſal. Ad Dominum cũ tribularer clamaui. Quadóq; verò cũ hoc magnitudinem dicẽdorum ſecundum illud Iſa. 6. Seraphin clamabãt alter ad alterum,&c. Prouer 8. Nunquid non ſapientia foris clamitat,&c. Et ſic prædicatores clamare monentur Iſai. 58. Clama ne ceſſes quaſi tumulus exaltans vocem tuã. Et ſic clamabat hîc Dominus [docens in tẽplo, & dicẽs,] hoc ſcilicet [me ſcitis.] ſecundũ faciem noſcitis. [Et vnde ſim ſcitis.] ſ. corporaliter. Bar. 3. Poſt hoc in terris viſus eſt, & ſciebat enim, quòd ex Maria natus erat in Bethleem, & nutritus in Nazareth, ſed neſciebant virginis partum, & quòd per ſpiritumſanctum cõceptus eſſet (vt dicit Aug.) Excepto virginis partu totum nouerant in Ieſu, quod ad hominem pertinet. Neſciebant autem de ipſo originem occultam: vnde dicit.

Et à meipſo non veni, ſed eſt verus, qui miſit me, quem vos neſcitis.

ET primò inſinuat ſuam originem. Secundò oſtẽdit eam eis eſſe occultam. Origo autem ſua eſt à patre ab æterno: vnde dicit. [A meipſo non veni.] q.d. Ante fui ſecundũ diuinitatẽ, quã in mundo veniré per humanitatẽ. infr. 8. Antequã Abraham fieret ego ſum. Aliàs nõ conueniret ei venire, niſi ante fuiſſet,& tamen hoc ipſum, quòd veni, nõ veni à meipſo: qa filius non eſt à ſe, ſed à patre. infr. 16. Exiui à patre,& veni in mundum. Prænunciata autem fuit eius origo à patre, qui eum promiſit mittere. Exod. 4. Obſecro Dñe mitte quẽ miſſurus es. Iſa. 19. Mittã eis ſal natorem,&c. & ideò dicit. [Sed eſt verus qui miſit me.] q.d. nõ aliũdè veni, ſed ab eo qui promiſit, & promiſſum adimpleuit quia [verius eſt.] Rom. 1. Eſt autem Deus verax,& ideò docet me veritatẽ loqui: quia à vero miſſus ſum, eſt autem eis occulta: quia neſciunt eũ qui miſit me. Vnde dicit. [Quẽ vos neſcitis.] Sed eũ omnis homo licèt in carne natus ſit à Deo videtur, quòd poſſit dicere. Ego ſum à Deo,& per cõſequens. Me ſcitis vnde ſim. Reſponſio. Dicendum ſecundum Hylar. quòd filius aliter eſt à Deo, quàm alij homines: quia ſic eſt à Deo, quòd etiã eſt Deus vnde Deus eſt principium eius conſubſtantiale. Alia verò ſic ſunt à Deo, quòd tamẽ ſunt ex nihilo. Sic ergo filius vnde ſit ignoratur: quia natura ex qua eſt, neſcitur. Sed homines vnde ſint non ignoratur: quia ſic ignorari non poteſt quicquid ſubſiſtit ex nihilo. Conſequenter cùm dicit.

Ego ſcio eum,& ſi dixero: quia neſcio eum, ero ſimilis vobis, mendax. Sed ſcio eũ: quia ab ipſo ſum,& ipſe me miſit.

DOcet quomodò perueniri poſsit ad notitiam eius à quo eſt. Ab illo enim oportet nos addiſcere aliquid qui ſcit illud, ſolus autem filius nouit patrem: & ideò dicit. Si vultis notitiam eius qui miſit me habere, oportet quòd habeatis à me: quia ego ſolus [ſcio eũ.] Et ideò primò oſtendit ſuam ſcientiam, ſecundò ſcientiæ ſuæ perfectionem, tertiò ſcientiæ ſuæ rationem. Suam ſcientiam oſtendit cùm dicit. [Ego ſcio eum,&c.] Verum eſt autem, quòd omnes homines vident eum: vt dicitur Iob. 36. Sed tamen diuerſimo dè. Quia homines in vita iſta vident eum per creaturas. Ro. 1. Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt,&c. ideò dicitur. 1. Cor. 10. Videmus nũc per ſpeculũ in enigmate. Angeli verò, & beati in patria vident eum immediatè, per eſſentiam. Matth. 18. Angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem,&c. 1. Ioan. 3. Videbimus eum ſicuti eſt. Sed filius Dei videt eũ excellentiùs omnibus. ſ. viſione comprehenſionis. ſupra. 1 Deum nemo vidit vnquam. ſ. comprehendendo. Vnigenitus,&c. Matth. 11. Neque patrem quis nouit niſi filius,& de hac viſione loquitur hîc dicens. [Ego ſcio eum.] ſ. notitia comprehenſionis. Perfectionem verò ſcientiæ ſuæ oſtendit, dicens. [Si dixero quia neſcio eum: ero ſimilis,&c.] Quod quidem introducit propter duo. Nam creaturæ intellectuales ſciunt eum: ſed longè,& imperfectè. quia vnuſquiſque intuetur procul (vt dicitur Iob. 36.) Veritas enim diuina excedit omnem cognitionem noſtram. 1. Ioan. 3. Deus maior eſt corde veſtro. Quicũque ergo Deum cognoſcit, poteſt abſque mendacio dicere. Non cognoſco eum: quia non cognoſcit eum quantùm cognoſcibilis eſt: filius autem Deum patrem perfectiſsimè cognoſcit: ſicut perfectiſsimè ipſe ſe nouit. Vnde non poteſt dicere. [Neſcio eum.] Item quia cognitio Dei,& maxime quæ eſt per gratiam: poteſt perdi: ſecundum illud Pſalm. Obliti ſunt qui redemit eos: vnde poſſunt dicere. [neſcio eum] quandiu eſt in vita iſta: quia nemo ſcit vtrum odio vel amore dignus ſit. Filius autem inamiſſibilem notitiam habet de patre, vnde non poteſt dicere. [Neſcio eum.] In hoc autem, quod dicit [ero ſimilis vobis,&c.] Debet accipi ſimilitudo per contrarium. Non enim eſſent mendaces: ſi dicerent ſe neſcire Deum: ſed potius ſi dicerent ſe Deum cognoſcere cùm eum ignorent. Si autem Chriſtus diceret ſe eum non noſſe cùm noſcat, eſſet mendax. Eſt ergo ſenſus verbi. [Si dixero quia neſcio eum] cùm ſciã eum [ero ſimilis vobis mendax] qui dicitis vos cognoſcere eum: cũ tamen ipſum ignoreris. Sed nunquid non poterat Chriſtus dicere neſcio eum? Videtur quòd ſic: quia poterat mouere labia,& proferre verba huiuſmodi: ergo poteſt eſſe mendax. Sed dicẽdum, quòd Chriſtus huiuſmodi verba protulit: & tamen non fuit mendax: quod intelligendum eſt ſic. [Si dixero neſcio eum.] cum aſſertione ita ſcilicet, quod corde credam, quòd profero ore. Aſſerere autem falſum pro vero ex duplici defectu contingit. ſ. ex defectu cognitionis in intellectu. Et hîc defectus non poterat eſſe in Chriſto: cùm ſit Dei ſapientia (vt dicitur. 1. Corint. 1.) Item ex defectu rectæ voluntatis in affectu. Qui ſimiliter in Chriſto eſſe non poterat: cum ſit Dei virtus (vt ibidem dicitur.) Vnde non poterat dicere aſſerendo. [Neſcio eum:] nec tamen conditionalis eſt falſa, quãuis antecedens ſit impoſsibile & conſequens. Ratio autem ſingularis & perfectæ ſcientiæ Chriſti ponitur cùm dicit. [Sed ego ſcio eum, quia &c.] Omnis enim cognitio eſt per aliquem ſimilitudinem: cùm nihil cognoſcatur: niſi prout ſimilitudo cogniti eſt in cognoſcente. Omne autem, quod procedit ab aliquo, habet eius ſimilitudinem à quo procedit. Vnde omnes verè cognoſcentes ſecũdum diuerſum gradum proceſſionis earũ à Deo habent diuerſimodè eius cognitionẽ. Anima autẽ rationalis Dei cognitionẽ habet ſecũdum q̃ ſimilitudinẽ eius participat in perfectiori quodam modo ab alijs creaturis intellectualibus. Angelus quia expreſsioré Dei ſimilitudinẽ habet: eũ ſit ſignacu lum ſimilitudinis, manifeſtiùs Deum cognoſcit. Filius autẽ perfectiſsimam patris ſimilitudinẽ habet: eũ ſit eiuſdẽ eſſentiæ,& virtus cum ipſo. Et ideò perfectiſsimè cognoſcit (vt dictũ eſt.) Et ideò dicit [Sed ego ſcio eum] quantũ cognoſcibilis eſt. Et huius ratio eſt [quia ab ipſo ſum] quaſi habens eandem naturæ eſſentiam cũ ipſo naturalitatẽ: vnde ſicut ipſe perfectè ſe nouit per eſſentiã ſuam: ita & per eandem eſſentiam [ego ſcio eum] perfectè. Sed ne hoc referatur ad miſsionẽ qua venit in mundum cõtinuò ſubiecit [Vt ipſe me miſit.] Et ſit quod dicit. Ab ipſo ſum: referatur ad æternã generationem, per quã conſubſtãtialis eſt patri. Ex quo habetur proprietas cognitionis de proprietate generationis. Per hoc verò quod dicit [Ipſe me miſit.] inſinuat patrẽ actorẽ incarnatiõis. Galat. 4. Miſit Deus filium,&c. Sicut autẽ per hoc q̃ filius eſt à patre perfectionem patris cognitionẽ habet: ita etiã per hoc q̃ anima Chriſti ſingulariter eſt vnita verbo: habet ſic ſingularẽ & excellentiorẽ præ alijs creaturis cognitionẽ Dei: licèt eum non comprehendeb ant. Conſequenter cùm dicit.

Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo miſit in illum manus: quia nondum venerat hora eius.

AGitur de effectu doctrinæ. Et primò quantũ ad turbas. Secũdò quantùm ad Phariſeos ibi [Audierunt Phariſei,&c.] Circa primum duo facit. Primò ponit effectũ doctrinæ in turbis maliuolis. Secundò in turbis deuotis ibi [De turba autem.] Circa primũ tria facit. Primò, innuit turbarũ iniquum propoſitũ. Secundò propoſiti implendi impedimentũ. Et tertiò impedimenti rationem. Iniquitas autẽ propoſiti manifeſtatur cùm dicit [Quærebãt ergo eum apprehendere] Quia enim dixerat dominus quem vos neſcitis. Irati ſunt Iudæi quaſi ſimularent eum ſcire: & ideò iniqua proponebãt. ſ. eum apprehendere ad crucifigendũ & occidendum ſecũdum illud Pſal. Perſequimini,& cõprehendite eum. Sunt tamen aliqui qui Chriſtũ in ſe habentes quærunt tamen piè apprehendere. Cantic. 3. Aſcendam in palmã,& apprehendam fructus eius. Vnde & Apoſtolus dicebat. Phil. Tertio. Sequor ſi cõprehẽdam. &c. Impedimentũ propoſiti ponit cùm dicit [Nemo miſit in illum manus.] Viſibiliter enim eorum furor refrenatus eſt, & repreſſus. per quod patet quod voluntas nocẽdi eſt vnicuique à ſe: ſed nocendi poteſtas à deo. Quod patet Iob. 1.& 2. Vbi Sathan nõ potuit Iob affligere niſi quantũ permiſſum eſt ſibi à Deo. Rationem impedimenti aſsignatur [Quia nondum venerat hora eius.] Vnde ſciendum eſt quod ſecundum illud Eccleſiaſtic. 8. Dei negatio tempùs eſt & oportunitas. Tempus autẽ vnicuiq; rei ex ſua cauſa determinatur. Quia ergo corpora ſium effectuum cauſa ſunt corpora cœleſtia. Ideò in his quæ corporaliter agũtur hora determinatur ex corporibus cœleſtibus. Anima verò cũ ſecundum intellectũ & rationem nullis corporibus cœleſtibus ſubiaceat: cũ quantùm ad hoc temporales cauſas tranſcendat: non habet horas determinatas ex corporibus cœleſtibus: ſed ex cauſa eius. ſ. Deo: qui diſpenſat quid quo tempore ſit faciendũ. Eccle. 33. Quare dies diem ſuperat: & iterũ lux lucem,& annus annum: & ſol ſolem. A domini ſcientia ſeparata ſunt,&c. Multò ergo minus in Chriſto determinatur hora ab ipſis corporibus. Sic ergo intelligendum eſt hora eius, non ex neceſsitate fatali: ſed à tota trinitate præfinita. Nam vt dicit Aug. hoc nec de te credendum eſt: quantò magis de illo per quem factus es? Si tua hora voluntas illius eſt. ſ. Dei hora illius quæ eſt niſi voluntas ſua? Non ergo horã dixit qua cogeretur mori: ſed qua dignaretur occidi. ſupra 2. Nondum venit hora eius vt tranſeat,&c. Conſequenter cùm dicit.

De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant. Chriſtus cùm venerit, nunquid plura ſigna faciet, quàm quæ hic facit?

POnit effectũ doctrinæ in turbis deuotis. Et primò ponitur eorum fides. [quia multi de turba crediderunt in eum] Non dicit de principibus. Quia quãtò maiores erant: tantò magis erant elongati. Et ideò in eis ſapientia locum non habebat. Quia (vt dicitur Prouerb. 16.) Vbi humilitas, ibi ſapientia. Turba autem quia ſuam ægritudinẽ citò vidit: domini medicinam ſine dilatione cognouit. Matth. 11. Abſcõdiſti hæc à ſapientibus,& prudentibus, &c. Et propter hoc in principio humiles,& pauperes cõuerſi ſunt ad Chriſtũ. 1. Corinth. 1. Ignobilia & cõtempribilia mundi elegit Deus, &c. Secundò ponit motiuum ad fidẽ cùm dicit [Chriſtus cũ venerit nunquid,&c.] (Prophetatũ enim erat q̃ Chriſtus in aduẽtu ſuo miracula multa eſſet facturus.) Iſa. 35. Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos: tunc aperientur oculi cæcorum,& aures,&c. Et ideò videntes mira-

cula quæ Chriſtus faciebat, inducebãtur ad fidem eius: ſed tamen fides eorũ infirma erat: quia non à doctrina, ſed à ſignis mouẽtur ad credendum ei: eũ tamen ipſi qui fideles iam erant, & per legem inſtructi, magis ad doctrinam moueri debuiſſent. Nam (vt dicitur 1. Corint. 14.) Signa data ſunt in infidelibus,&c. Secundò quia adhuc videtur alium Chriſtũ expectare. Vnde dicũt [Chriſtus cũ venerit: nunquid,&c.] Vnde patet q̃ nõ credebant in Chriſtũ, ſicut in Deũ: ſed ſicut in aliquẽ iuſtum virum ſeu Prophetã. Vel ſecundum Aug. ſyllogizant. [Chriſtus eũ venerit,&c.] quaſi dicat, Chriſtus promittitur venturus: ſed ipſe non plura ſigna faciet quàm hic facit. Ergo vel ipſe eſt Chriſtus: vel erunt plures Chriſti. Cõſequenter cũ dicit.

Audierunt Phariſæi turbam murmurantem de illo hæc: & miſerũt principes & Phariſæi miniſtros, vt apprehenderent Ieſum.

POnitur effectus in Phariſæis. Et (vt Chriſoſtomus dicit) Chriſtus multa dixit: & tamen nõ ſunt moti cõtra eum. Quando autem vident turbã ei acquieſcere ſtatim concitantur contra eum: & inſanientes eum occidere cupiebãt. Ex quo patet q̃ ſabbati ſolutio non erat vera cauſa odij eorũ: ſed hoc eos maximè mordebat: q̃ turbæ Chriſtũ glorificabãt. Et hoc patet infra 12. Videtis q̃ nihil profícimus. Ecce totus mundus poſt eum vadit. Quia verò ipſi Chriſtũ capere non audebant timentes periculum: miniſtros mittunt: tanquàm periculis expoſitos.

LECTVRA IIII.

Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc modicũ tempus vobiſcum ſum:

POSTQVAM poſuit dominus originis ſuæ principium hîc conſequẽter inſinuat ſuum terminũ quo ſcilicet iturus eſt per mortem. Et primò, inſinuatur terminus vitæ Chriſti. Secundò, ponitur admiratio turbarum de ſermonibus eius: ibi [Dixerunt ergo Iudei ad ſemetipſos,&c.] Circa primum tria facit. Primò inſinuat ſuę viæ terminum. Secundò prænuntiat futurũ turbarum deſiderium ibi [Quæretis me,&c.] Tertiò ſubdit eorum defectum ibi [Et vbi ſum ego, &c.] Circa primum duo facit. Primò prænuntiat mortis ſuæ dilationẽ. Secundò innuit quò iturus eſt per mortem ibi [Et vado ad patrem,&c.] Et ſic in primo oſtendit ſuam poteſtatem. In ſecundo patiendi voluntatẽ. Poteſtatem quidem ſuam oſtendit in dilatione mortis: quia licèt Iudæi quærerent eum apprehendere: nõ tamen hoc poſſunt: niſi Chriſtus velit infra 10. Nemo tollit animã meam: ſed ego pono eam. Et ideò [dixit eis Ieſus. Adhuc modicum tempus,&c.] quaſi dicat, Vultis me interficere: ſed hoc nõ poſitum in voluntate veſtra: ſed in voluntate mea: & ego determino quòd [adhuc modicũ tempus vobiſcum ſum.] Et ideò paruum expectate tempus. Hoc quod vultis modò facere facturi eſtis [Adhuc enim modicũ tempus vobiſcum ſum.] In quo quidem dominus ſatisfacit. Primò quidem turbæ quæ eum reuerebatur faciens eam magis auidam ad audiendum q̃ paruo tempore derelicto in quo poſſent hac doctrina potiri (vt Chriſo. dicit.) Ioan. 10. Dum lucem habetis credite in lucem. Secundò verò turbę quæ eum perſequebatur, quaſi dicat. Non diu differtur deſiderium veſtrũ de morte mea: vnde patienter ſuſtinete [Quia adhuc modicũ.] Implere eñ debeo diſpenſationẽ meam prædicãdo. ſ. & miracula faciendo: & ſic peruenire ad paſsionẽ. Luc. 13. Ite & dicite vulpi illi quia hodie,&c. operor,& tertia die cõſumor. Eſt autẽ triplex cauſa quare Chriſtus modico tempore voluit prædicare. Prima ad demõſtrandum ſuam virtutẽ q̃ in tam modico tẽpore totũ mundum immutaret. Pſal. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. Secunda eſt ad excitandũ deſiderium diſcipulorũ: vt. ſ. magis eum deſiderarent quẽ modico tempore corporali præſentia habituri erant. Luc. 16. Venient dies in quibus deſiderabitis vnã diem filij hominis. Tertia eſt ad augmentãdum diſcipulorũ ſpiritualem profectum. Cùm enim Chriſti humanitas ſit nobis via tenendi in Deum (vt dicitur Ioan-14.) Ego ſum via: veritas: & vita: nõ debemus in ea quieſcere vt in termino: ſed per eam debemus in Deum tendere. Ne ergo corda diſcipulorũ ad Chriſtum carnaliter affecta in eo vt in homine quieſcerẽt: ideò Chriſtus corporalem ſui præſentiam ab eis citò ſubtraxit. Vnde dicebat Ioan. 16. Expedit vt ego vadã. 2. Corin. 6. Et ſi Chriſtũ ſecũdum carnẽ nouimus: tunc. ſ. quando corporaliter nobis erat: ſed nunc iam non nouimus. Voluntatem autem ſuæ paſsionis oſtendit cùm dicit.

Et vado ad eum qui me miſit.

QVaſi ſpontaneus. ſ. per paſsionem. Iſa. 53. Oblatus eſt quia ipſe voluit. Epheſ. 5. Obtulit ſemetipſum hoſtiam Deo in odorẽ ſuauitatis. [Vado] inquã ad patrẽ [qui miſit mẽ.] Et hoc cõuenienter. Nam quælibet res naturaliter redit ad ſuum principium. Eccleſiaſt. 1. Ad locũ vnde exeunt flumina reuertũtur. Ioan. 13. Sciens quia à Deo exiuit: & ad Deum vadit. Et iterum 16. Vado ad eum qui miſit me. Conſequenter cùm dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæretis me, & non inuenietis.

PRænuntiat Iudæorum desiderium.q.d. Modicum est,quòd præsens mea doctrina frui, sed hoc modicum, quod modo respuitis quãdóq; quęretis & nõ inuenietis.Isai.55. Quærite Dominum dum inueniri potest. Et in Psal.Quærite Dominum.s.in præsenti.& viuet anima vestra.Hoc autẽ,quod dicit. [Quæretis me,&c.] potest intelligi vel de inquisitione corporali Christi:vel de spirituali.Si verò intelligatur de corporali,sic secundum Chrisosto.quæsierunt eũ,quãdo filiæ Hierusalem.s.mulieres plãgebãt super eum:vt dicitur Luc. 23.Et credibile est hoc tunc multos alios passos esse.Hoc est etiam à veritate remotum:quia imminẽte tribulatione Iudæis, & præcipuè cũ ciuitas caperetur memores Christi & miraculorum eius, desiderarent eius præsentiã,qua liberarẽtur.Et secundum hoc dicendũ est. [Quæretis me.] i.meã præsentiam corporalem. [& nõ inuenietis.] Si verò intelligatur de spirituali.Dicendum est secundũ Aug.q; eum quem noluerunt cognoscere præsentem,tunc postea quæsierunt eũ: videntes multitudiné credentes cõpuncti de scelere mortis Christi. dixerunt Petro. Act.2.Quid faciemus,&c.Sic ergo quæsierunt Christum,quando crediderunt in eum suo scelere innocentem,quem viderunt ipsorum scelere morientem.Consequenter cùm dicit.

Et vbi ego sum:vos non potestis venire.

OStendit eorum defectũ.Nec dicit.Quo vado,quod esset magis cõsequens ad præmissa.s.vado ad patrem qui me misit.sed dicit. [Vbi ego sum:] vt ostẽdat se Deum & hominẽ. Hominem quidem inquãtum vadit.infr.16.Vado ad eũ qui me misit,sed inquãtum semper ibi erat Christus,quo fuerat rediturus ostẽdit se Deũ.supr.tertio. Nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit.Sic ergo secundum Augu.sicut Christus rediit vt nos nõ relinqueret,sic ad nos per assumptionem visibilis carnis descẽdit:vt secundum inuisibilẽ maiestatem etiã esset in cœlo.Nõ autem dicit non inuenietis:quia aliquituri erant.Sed dicit. [Non potestis venire.] quãdiu.s.ic indispositi estis. Nullus enim ad hæreditatẽ cœlestem peruenire potest,nisi sit hæres Dei.Hæres autẽ Dei aliquis efficitur per fidem Christi.supr.1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Iudæi autem nõdum in eum credebant.Et ideò dicit [nõ potestis venire.] In Psal.requirit.Quis ascendet in montẽ Dñi. Et respõdetur. Innocens manibus,& mundo corde. Iudæi autem non erãt mundo corde,nec innocentes manibus:quia volebant Christum interficere. Ideò dicit.Non potestis ascendere in montem Domini.Consequenter cùm dicit.

Dixerunt ergo Iudęi ad semetipsos. Quò hic iturus est:quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit, quæretis me, & non inuenietis, & vbi sum ego,vos non potestis venire?

POnitur Iudæorum admiratio.Qui licèt carnaliter de Christo saperent tamen ex parte credebãt.Et tria faciunt. Primò admiratur.Secundò suspicãtur. Et tertiò cõtra suspitionem argumentãtur. Admirãtur quidẽ cũ dicunt ad semetipsos. [Quo iturus est hic:quia non inueniemus eum?] (Vt enim dictum est) hoc carnaliter intelligebant.1.Cor.2.Animalis homo nõ percipit,&c. Et ideò quò esset iturus,non quidem per mortem,sed corporaliter ad aliquem locum quo eis nõ liceret ascẽdere suspicantur super hoc dicẽtes. [Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes?] Nã gentes alienatæ erant à cõuersatione Iudæorum. Eph.2.Hospites testamentorum,&c.Et ideò quasi eis exprobrãtes dicunt [in dispersionẽ gentium.] quæ.s.vbiq; dissemínatę erant,& imperfectè adinuicem permixtæ.Gene.10.Hæ sunt familiæ Noë,&c.& ab his diuisę sunt,&c. Sed populus Iudæorum collectus erat loco cultu vnius Dei,& obseruatione legis.Psal.Aedificans Hierusalẽ Dominus dispersiones Israël is cõgregabit. Nec dicunt,q; iturus sit ad gentes:quasi gentilis futurus,sed tanquam eas reducturus.Vnde subdunt [& docturus gẽtes.] Quod fortè sumpserunt ex Isa.49. Parum est mihi:vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob & fecos Israël cõuertendas,dedit te in lucem gentium,&c. Quãuis autẽ isti nõ intelligerent ea quæ dicunt, sicut nec Cayphas intellexit cùm dixit.Expedit vobis vt vnus homo moriatur,&c. tamen verum dicunt,& salutem gentium prædixerũt (vt Aug.dicit.) q; iturus esset ad gentes,non præsentia corporis,sed pedibus suis.s.Apostolis. (Misit enim ad nos mẽbra sua,& fecit nos sua mẽbra.infr.10.) Alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc ouili,& illas oportet me adducere,& fiet vnum ouile,&c.Et ideò Isa.2.dicitur in persona gentium,docebit vias suas.Obijciunt autem cõtra ea quæ suspicantur dicentes. [Quis est hic sermo quem dixit?Quæretis me, &c.] q.d.Si dixisset. [Quærctis me,& non inuenietis,&c.] Poterat quidem intelligi,quòd iturus esset ad gentes. Sed per hoc,quod addidit. [Vbi ego sum non potestis venire:] videtur excludere hunc intellectum.Non enim impossibile est nobis ad gentes ire,&c.

LECTVRA V.

In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus,& clamabat,dicens.

POSTQVAM Dominus egit de origine suę doctrinæ & docentis,necnõ de termino eius.Hìc cõsequenter inuitat ad ipsam doctrinã.Et primò ponitur Christi inuitatio.Secundò turbarum dissensio ibi. [Ex illa autem turba.] Circa primum tria facit. Primò ponitur inuitandi modus.Secundò ipsa inuitatio ibi. [Si quis sitit.] Tertiò subditur expositio ibi. [Hoc autem dixit,&c.] Modus autem inuitandi attenditur quantum ad tria,scilicet quantum ad tempus inuitationis, quantum ad situm inuitantis, quantum ad conatum vocantis.Quantum ad tempus:quia. [In nouissimo die magnę festiuitatis.] Nam (vt dictum est) festum illud celebratur septem diebus, & primus & vltimus dies solenniores erãt, sicut & apud nos primus dies festi,& octauus solennis est magis. Hoc ergo,quod hìc Dominus fecit,non fecit primo die: quia nõdum ascenderat Hierusalem, nec intermedijs diebus,sed in nouissimo.Et hoc ideò:qa pauci sunt qui festa spiritualiter celebrant. Et ideò non eos à principio ad doctrinam inuitat,ne per vanitates sequentium dierum festorum aboleretur de cordibus eorum. Quia (vt dicitur Luc.8.) Verbum Domini suffocatur à spinis,sed in vltimo die eos inuitat: vt tenaci⁹ eorum cordibus imprimatur.Quãtum ad situm autem quia [stabat Iesus.] Vbi sciendum est,quòd Christus docuit sedens & stans. Sedens quidem docuit discipulos.Matt.5.Stans autem turbas,sicut hìc. Et ideò ex hoc inolevit consuetudo in Ecclesia:vt turbis prædicetur stando, religiosis verò & clericis sedendo.Cuius ratio est:quia cùm prædicatio ad turbas sit quasi ad eas conuertẽdas sit per modum exhortationis.Sed cùm prædicatio ad clerum sit quasi iam ad existentes in domo Dei est vt quædam commemoratio. Quantum ad conatum verò vocantis:quia [clamabat:] vt scilicet ostenderet suã securitatem. Isai.40. Exalta in fortitudine vocem tuam,exalta noli timere. Et vt ab omnibus audiretur.Isai.58. Clama ne cesses quasi tuba,&c. Et vt ostendat magnitudinem dicendorum.Prouer.8. Audite me quia de rebus magnis locutus sum.Consequenter cùm dicit.

Si quis sitit: veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

POnitur inuitatio. Et primò ostenditur qui inuitentur. Secundò quis sit fructus inuitationis.Inuitantur quidem sitientes.vnde dicit. [Si quis sitit veniat ad me,& bibat.] Isa.51.Omnes sitientes venite ad aquas. Ideò enim sitientes vocat:quia tales sunt qui desiderant Deo seruire. Deus autem coacta seruitia non acceptat.2.Corinth.9. Hilarem datorem diligit Deus.Et propter hoc dicebat.Psalm. Voluntariè sacrificabo. De istis dicitur Matth.5. Beati qui esuriunt,& sitiunt iustitiam. Quos quidem Dominus non partialiter vocat,sed omnes. Vnde dicit. [Si quis sitit.] quasi dicat. Quicúnque est illeEcclesiast.24.Transite ad me omnes qui concupiscitis me,&c.1.Thimot.2. Vult omnes homines saluos fieri.Inuitat autem ad potandũ. Vnde dicit [& bibat.] Potus enim iste est spiritualis refectio in cognitione diuinæ sapientiæ & veritatis etiam in impletione desideriorum.Isa.45.Serui mei bibent,& vos sitietis.Prouerbiorum nono. Venite & comedite panem meum,& bibite vinum,quod miscui vobis.Ecclesiast.decimosexto.Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Fructus autem huius inuitationis est redundãtia bonorum in alios: vnde dicit. [Qui credit in me,&c.] Quod quidem secundum Chrisostom. legendum est sic. [Qui credit in me, sicut dicit scriptura.] Hìc subdistingue punctuãdo. Et postea subsequitur. [Flumina,&c.] Non videtur conueniens: quia hoc, quod dicitur [flumina de ventre,&c.] non inuenitur in aliquo Veteris Testamenti, hoc ergo modo dicatur. [Qui credit in me sicut dicit scriptura,] id est, secundum scripturæ documenta. suprà quintò. Scrutamini scripturas, (Ipsi sunt qui testimonium perhibent de me.) Et tunc [flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.] Et dicit. [Qui credit in me,] cùm suprà dixerit. Qui venit ad me. Quia idẽ est credere & venire.Psal. Accedite ad eum,& illuminamini. Secundum Hieronymum verò aliter punctuatur sic. [Qui credit in me.] Et postea subditur, [sicut dicit scriptura, flumina,&c.] Quod (vt ipse dicit de Prouerbio sumptum est. Prouerbiorum quinto. Bibe aquam de cisterna tua , & fluentia putei tui deriuentur fontes tui foras. Sciendum est autem secundum Augustinum, quòd flumina præcedunt de fontibus sicut à principio. Qui autem bibit potum corporalem non habet in se nec fontem nec flumen:quia particulam aquę gustat.Sed qui bibit credẽdo in Christum haurit fontem aquæ, quo hausto inuestit conscientiam quæ est venter interioris hominis, & etiam ipsa fons.Vnde dicitur sup.tertiò. Qui biberit ex hac aqua, fiet in

fiet in eo fons aquæ salientis.Hìc autem fons qui hauritur, est spiritussanctus. De quo dicitur in Psal. Apud te est fons vitæ. Qui ergo bibit ita q; soli sibi proficit dona gratiarũ quæ per flumina signantur nõ fluent aquæ viuæ de ventre eius:sed qui proximo festinat cõsulere,& diuersa dona gratiarũ recepta à Deo alijs cõmunicare: de ventre eius fluent aquæ viuæ. Propter quod dicit Petrus 1. Petri 4. Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illã administrãtes. Dicit autẽ [flumina.] ad significandum spiritualem donorũ abundantiam fidelibus repromissam.Psal. Flumen Dei repletũ est aquis. Item eorũ impetum.Isa 26.Qui ingredientur impetu à Iacob, &c. Et in Psal.Fluminis impetus,&c.Vnde quia ex instinctu & feruore spiritussancti mouebatur Apostolus,dicebat. Charitas Christi vrget nos.& 2.Corin.5.& Ro.8. Qui spiritu Dei aguntur, Ij filij Dei sunt.Item donorũ spiritussancti diuisionẽ. Quia (vt dicitur 1. Corint.10.) Alij genera linguarũ,alij genera sanitatũ, &c. Huiusmodi autẽ flumina sunt aquæ viuæ:quia sunt continuatæ suo principio.s. spirituisancto inhabitanti.Consequenter cùm dicit.

Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus: quia Iesus nondum erat glorificatus.

EXponit quæ dixit.Et primò ponitur expositio. Secundò assignatur ratio expositionis ibi [Nondũ enim, &c.] Dicit ergo. Dixi q; flumina de ventre eius,&c.Sed hoc intelligẽdum esse Euangelista dicit [de spiritu quẽ accepturi erant credẽtes in eum-] quia ipse est fons vitæ & fluuius. Fons de quo dicitur in Psal. Apud te fons vitæ,&c.Fluuius verò quia à patre & filio procedit.Apoca.vlti.Ostendit mihi angelus fluuium aquæ viuæ splendidum tanquã christallũ procedentẽ de sede Dei & agni.Isa.1.Dedit spiritũ, scilicet obedientibus sibi. Huius expositionis rationem assignat dicens [Nondum enim erat,&c.] Et dicit duo. s. q; [nondum erat spiritus datus,] & q; Christus [nondum erat glorificatus.] Circa primum est duplex opinio.Chrisosto.enim dicit,q; spiritussanctus nõ fuit datus Apostolis quantùm ad dona Prophetica,& miraculorũ ante resurrectionem Christi.Vnde gratia huius quæ dabatur Prophetis à terra defecerat ad vsq; aduentũ Christi.Nec postmodũ aliter data est vsque ad prædictũ tempus. Et si dicitur q; Apostoli eijciebant dæmonia ante resurrectionẽ:intelligendum est q; hæc non,spiritu eijciebãtur: sed ea quæ à Christo erat,potestate.quando enim mittebat eos:nõ dicitur.Dedit eis spiritumsanctũ:sed dedit eis potestatẽ.Sed hocvidetur contra illud quod dominus dicit Luc.11. Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia:filij vestri in quo eijciunt?Sed cõstat q; ipse in spiritusancto eijciebat dæmonia:& filij,id est,Apostoli manifestũ est eos accepisse spiritumsanctũ.Et ideò dicendum est secundum Augu.q; ante resurrectionẽ Apostoli habuerunt spiritumsanctũ etiam quantum dona prophetica & miraculorum.Et hoc,quod hìc dicitur. [Nondum erat spiritus datus,] intelligendum est de abundanti datione & visibilibus signis:sicut datus fuit eis post resurrectionem & ascensionem in linguis igneis.Sed cùm spiritussanctus sanctificaret ecclesiam,& modò accipiatur à fidelibus: quare nemo loquitur linguis omnium gentium sicut tunc:Dicendum ad hoc:q; non est necessãrium (vt Augustinus dicit.) Quia iam vniuersalis ecclesia linguis gentium loquitur:quia per spiritumsanctum datur charitas. Ro.5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris:& hoc faciẽs omnia coram facit quemlibet cuilibet loqui. Vnde dicit. Si amas vnitatẽ etiã tibi habet quisquis in illa,id est,ecclesia aliquid habet: tolle inuidiã & tuum est quod habeo:liuor separat,charitas iungit:ipsam habeto & cuncta habebis. In principio autem antequam ecclesia per mundum dilataretur:quia pauci erant,oportebat q; linguis omnium loquerentur:vt sic ecclesiam in omnibus fundarent. Circa secundum sciendum est secundum Augustinum:q; hoc quod dicit [Iesus nondum fuerat glorificatus] intelligẽdum est de gloria resurrectionis: quasi dicat.Nondũ à mortuis resurrexerat:nondum ad cœlos ascẽderat.De qua dicitur Ioan.17. Clarifica me pater. Et causa quare sic voluit prius glorificari quã daret spiritumsanctũ,assignatur. Quia spiritussanctus ad hoc datur nobis:vt erigat corda nostra ab amore sæculi in resurrectionẽ spiritualem: & totaliter currunt in Deum. Quia ergo vitam æternam promisit spiritussancti charitate feruentibus,vbi nõ moriemur:vbi nihil timebimus. Ideò ipsum spiritumsanctum noluit dare : nisi dum esset glorificatus : vt in suo corpore ostenderet vitam:quam in resurrectione speramus. Secundũ Chrisostomum verò hoc nõ intelligitur de gloria resurrectionis:sed glorificatione passionis. De qua imminente passionis hora dominus dicit infra 13.Nunc glorificatus est filius hominis. Et secũdum hoc spiritussanctus tunc primum datus est: quando post passionem dixit Apostolis.Accipite spiritumsanctum,&c.Ideò non ante passionem datus est spiritussanctus:quia cùm sit donum , non debuit dari inimicis , sed amicis. Nos autem inimici eramus. Oportebat ergo prius offerri hostiam in ara crucis,& inimicitiam in carne soluì: vt sic per mortem filij eius reconciliaremur Deo. Et tunc facti amici donum spiritussancti reciperemus,&c.

Ex illa ergo turba cũ audissent hos sermones eius dicebant: Hic est verè Propheta. Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Nunquid à Galilæa venit Christus? Nónne scriptura dicit: quia ex semine Dauid,& de Bethleem castello, vbi erat Dauid, venit Christus.

POsita ergo Christi ad spiritualem potum inuitatione. Hìc consequenter agit Euangelista de turbarum dissensione. Et primò ponitur dissensio turbarum adinuicem. Secundò dissensio in principibus ibi [Venerunt ergo ministri.] Circa primum duo facit. Primò ponuntur diuersa dissidentium verba. Secundò ponitur ipsa dissensio ibi [Dissensio itáque facta est, &c.] Diuersitas autem verborum turbarum ex diuersitate opinionum turbarũ de Christo proueniebat. Et ideò ponit tres opiniones turbarum. Duas quidem iam accedentium ad spiritualem potum. Tertiam verò resilientium. Prima autẽ opinio erat q; dicebant Christum Propheram esse. Et ideò dicit. [Ex illa ergo hora.] quando scilicet in magno festiuitatis die talia dixerat [turba cùm audissent hos sermones eius dicebãt.] illi scilicet qui iam illam aquam haurire cœperant [Hic est verè Propheta] Non solùm Propheram eum dicunt:sed etiam verum,id est, quasi anthonomaticè intelligentes hunc esse: de quo Moyses prædixit Deuteronom.decimooctauo. Prophetã suscitabit vobis Deus de fratribus vestris:ipsum tanquàm me audieritis. Alia opinio erat: quia quidam dicebant [Hic est Christus.] Isti enim magis ad potum accedebant: & sitim infidelitatis magis deposuerant. Et hoc etiam Petrus confessus est.Matthæi decimosexto. Tu es Christus filius Dei viui. Tertia opinio est resilientium contraria prædictis. Et primò obijciunt contra opinionem dicentium eum esse Christum. Secundò obiectionem auctoritate confirmant. Dicit ergo [Quidam autem.] in suæ infidelitatis auiditate permanentes [dicebant. Nunquid à Galilæa venit Christus.] Nouerant enim Prophetas Christum à Galilæa venturum non prædixisse. Et ideò credentes in Nazareth eum natum fuisse. (Ignorabant enim suæ natiuitatis locum esse Bethleem) Hoc dicunt. Manifestum enim erat eum in Nazareth nutritum: sed paucis notus erat natiuitatis locus : quamuis tamen scriptura non dicat Christum in Galilæa nasciturũ : prædixit tamen illum eum primò declinaturum. Isaiæ nono. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon,&c.Populus gentium qui ambulabat in tenebris , &c. Prædixit etiam quòd de Nazareth processurus esset.Isaiæ vndecimo.Flos de radice eius ascendet.Vbi in Hebræo habetur. Nazarenus de radice est, &c. Confirmant obiectionem auctoritate scripturę cùm dicunt [Nónne scriptura dicit:quia ex semine Dauid,&c.] Quod autem de semine Dauid vẽturus esset Iesus dicitur Hieremiæ vigesimotertio. Suscitabo Dauid germen iustum. Et secundi Regum vigesimotertio dicitur de Dauid. Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei.Quod verò de Bethleem dicitur Micheæ quinto. Et tu Bethleem terra Iuda,&c.Consequenter cùm dicit.

Dissensio itáque facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus.

PRimò ponitur ipsa dissensio. Secundò conatus quorundam ex eis contra Christum. Tertiò conatus repressio. Dissensio autem facta est propter eum,scilicet Christum in turba. Frequenter enim contingit : quòd in cordibus malorum ex manifestatione veritatis causatur dissensio & turbatio.Vnde & hoc in persona Christi dicitur.Hieremiæ decimoquinto. Væ mihi mater mea : vt quid me genuisti virum , &c. Propter hoc dicebat dominus Matthæo. Non enim veni mittere pacem,sed gladium.Conatus autem,scilicet aliquorum erat ad eum apprehendendum. Vnde dicit [Quidam autem ex eis.] scilicet qui dixerant. Nunquid à Galilæa, &c. [Voluerunt apprehẽdere eum.] scilicet ex inimicitia ad occidendum. Psal. Persequimini & comprehendite.Exod.decimo.Dixit inimicus persequar & comprehendam : sed tamen boni & fideles volunt Christum apprehendere: vt eo fruantur.Cantic. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius.Repressio autem conatus est ex potestate Christi. Et ideò dicit [Sed nemo misit super illum manus.] Quia scilicet Christus nolebat. In potestate sua erat hoc. Ioannis decimo. Nemo tollit à me animam meam : sed ego , &c. Vnde & quando voluit pati non eos expectauit:sed ipse se eis obtulit. Ioannis decimooctauo.Processit & dixit ad eos.Quem quæritis?Consequenter cùm dicit.

Venerunt ergo ministri ad Pontifices & Pharisæos

Universidad de Deusto
Biblioteca

& dixerunt eis illi. Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri. Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur? Responderunt ergo eis Pharisæi. Nunquid & vos seducti estis? Nũquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſeis? Sed turba hęc quæ non nouit legem maledicti sunt.

PONitur dissensio principum. Et primò ponitur dissensio eorum ad ministros. Secũdò dissentio eorum adinuicem ibi. [Dixit Nichodemus.] Circa primũ tria facit. Primò ponitur redargutio principum ad ministros. Secundò testimonium latum de Christo à ministris. Tertiò reprehensionis conatus principum ad ministros. In primo attende principum iniquitatem, cùm dicunt, scilicet Pontifices & Pharisæi ministris. [Quare nõ adduxistis eum?] Adeò enim mali erant, quòd eis non poterãt satisfacere ministri, nisi Christo nocumentum inferrent. Prouerb. 4. Rapitur somnus ab oculis eorum, &c. Sed hîc incipit quæstio literalis: quia cùm supra dictum sit, quòd ministri missi fuerunt ad capiendum Iesum die festo mediante. i. 4. die. Et hîc ponatur reditus eorum post septimum diem quando dixit, In nouissimo autẽ die, &c. Videtur, q̃ intermedijs diebus vacauerũt. Ad quod est duplex responsio. Vna, q̃ Euangelista anticipauit murmur turbarum. Vel dicendum, q̃ fortè tunc redierunt, sed hoc nunc cõmemorat: vt manifestet causam dissensionis inter principes. In secundo attende ministrorum bonitatem incõmendabili testimonio, quod perhibuerunt de Christo dicẽtes. [Nunquã sic locutus est homo, &c.] Vbi redduntur cõmendabiles ex tribus. Primò ex admirationis causa: quia nó propter miracula, sed propter doctrinam Christum mirabantur, ex quo propinquiores efficiuntur veritati, & recedunt à cõsuetudine Iudæorum qui signa quærunt (vt dicitur. 1. Corin. 1.) Secundò ex cõuersionis facilitate. Quia ad pauca verba Christi capti sunt, & allecti ad eius amorẽ. Tertiò ex animi securitate: qa ipsis Phariseis, qui Christo aduersabantur talia dicunt de Christo. [Nunquã sic locutus est homo.] Et hoc rationabiliter: quia non solum homo erat, sed etiã Dei verbum. Et ideò verba sua erãt virtuosa ad cõmouendum. Hiere. 24. Nunquid nõ verba mea quasi ignis, &c. Et ideò dicitur Mat. 7. q̃ erat docens sicut potestatem habens. Erant etiã sapida ad dulcorandum. Canticor. 2. Sonet vox tua, &c. Psalm. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Erant vtilia ad retinẽdum. Quia promittebant bona æterna. supr. 6. Domine ad quẽ ibimus? verba vitæ habes. Isai. 58 Ego Dominus docens te vtilia. In tertio detestare Iudæorum perfidiam, q̃ conantur ministros à Christo retrahere. Vnde [Responderunt eis.] ministris. [Nunquid & vos, &c.] Vbi tria faciunt. Primò arguunt extimatum ministrorum errorem. Secundò proponũt exẽplum principum. Tertiò excludunt exẽplum turbarum. Arguunt autem eos cũ dicunt. [Nunquid & vos seducti estis?] q. d. Videmus vos delectatos esse in sermone illius. Et reuera laudabiliter seducti erãt: quia dimisso malo infidelitatis ad veritatẽ fidei sunt adducti. De qua dicitur Hie. 20. Seduxisti me Domine, &c. Exẽplum autẽ principis proponũt vt magis eos aduerterãt. Vñ dicit. [Nunquid ex principibus.] Ex duobus enim aliqui fide digni reducuntur. 5ex auctoritate, & ex religione. Vnde hæc duo contra Christum adducunt q. d. Si Christus esset acceptandus vtiq; acceptassent eum principes, in quibus est auctoritas, & Pharisæi in quibus apparebat religio. Sed nullus istorum credidit in eum, ergo nec vos debetis in eum credere. In his ergo impletur, quod dicitur in Psal. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes. s. Principes & Pharisæi, hic factus est in caput anguli. i. in cordibus populorum. Sed à Dño factum est istud: quia bonitas eius præpõderat malitiæ hominũ. Testimonium autem turbæ excludunt: quia eorum malitiam cõfutat. Et iõ dicunt. [Sed turba hæc quæ nõ nouit legem maledicti sunt.] Et ideò nõ est standum cũ eis. Hoc autẽ scriptum est Deut. 32. Maledictus qui non permansit in lege, &c. Sed hoc malè intelligebãt: quia etiam illi qui non habent scientiam legis, & opera legis faciunt, magis permanẽt in lege, quàm habentes legis scientiam, & non seruãtes eam. De quibus dicitur Matt. 15. Populus hic labijs me honorat, &c. Iac. 5. estote factores verbi, &c. Consequenter cùm dicit.

Dixit Nichodemus ad eos (ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis.) Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?

PONitur dissensio principum adinuicẽ. Et primò ponitur Nichodemi exhortatio. Secundò principum conditio ibi. [Responderunt & dixerunt.] Tertiò dissensionis terminatio. Circa primum duo facit. Primò præmittit quædam de Nichodemo. Secundò ponit eius exhortationem. Præmittit autem tria de eo, quorum duo ostendunt intentionem dicendi, & tertium nequitiam principũ. Primum ergo pertinet ad fidem Nichodemi. Vnde dicit. [Dicit ille qui venerat ad eum,] id est, crediderat. Idem enim est venire ad Christum, & credere in eum. Secundò pertinet ad fidei suæ imperfectionem: quia [nocte venit.] Si enim perfectè credidisset, non pertimuisset. infr. 10. Multi ex principibus crediderunt in eum, &c. De quibus vnus erat Nichodemus. Tertiò pertinet ad principum falsitatem. (Dixerunt enim, quòd nullus ex principibus & Pharisæis in Christũ credidit.) Et ideò dicit [qui erat vnus ex ipsis.] q. d. Si Nichodem⁹ qui est vnus ex principibus credidit in eum, manifestũ est falsum esse, quod principes & Pharisæi dicunt, scilicet, quòd nullus ex principibus credidit in eum. Hie. 37. Verè mendacium locutus est, &c. Exhortatio autem Nichodemi ponitur cùm dicit. [Nunquid lex nostra, &c.] Nam secundũ leges ciuiles oportet præcedere diligens inquisitio sententiã. Cùm dicit. Act. 25. Nõ est Romanis consuetudo dãnare aliquem, &c. Vnde Iob 10. Causam quã ignorabã diligenter inuestigabã. Propter hoc in lege Moysi. Exod. 23. dicitur. Innocentem & iustum non condẽnabis, &c. Hæc autẽ verba ideò dicit: quia cũ fidelis esset nolebat eos ad Christum cõuertere. Quia tamen timidus erat occultè hoc faciebat. Credebat enim quia si tantummodò Christum vellet audire, quòd verbum Christi esset tãtæ efficaciæ, quòd fortè similes fierent illis qui missi fuerant ad Iesum, & ad verba eius conuersi sunt in facto eo ad quod missi fuerant. Contradictio principum ponitur cùm dicit.

Responderunt & dixerunt ei. Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & vide: quia à Galilęa Propheta non surgit.

VBi primò cõprehẽdunt eum quasi seductum. Secũdò quasi legis ignarum. Quãtum ad primum dicunt. [Nũquid & tu Galilæus es.] i. à Galilæo seductus. Arbitrantur enim Christum Galilæum ex cõuersatione in Galilæa. Et ideò omnes qui Christũ continebantur quasi in opprobrium Galilæos vocãt. Mat. 26. Respondit Ancilla Petro. Et tu Galilæus. infr. 9. Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Quantum ad secundum dicunt. [Scrutare scripturas, & vide, &c.] Cùm tamen esset legis Doctor, nec de nouo scrutari indigebat. q. d. Licèt tu sis Doctor, tamẽ hoc ignoras (sicut supr. dictum est tertiò.) Tu es magister in Israël, &c. Licèt autem non habeatur expressè in scriptura Veteris Testamenti, quòd de Galilæa Propheta surgeret, hoc tamen habetur, quòd inde exire debeat Dominus Prophetarum (secundum illud Isa. 11. Flos primus Nazarenus de radice eius ascendit, & requiesset super eum.) Sed terminatione dissensionis ostendi tur infructuosa: vnde dicit.

Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

QVasi infecto negotio [in domum suam,] id est, in propria vacui fide, & fraudati à malo desiderio suo. Iob 2. Consiliũ prauorum dissipat. Psalm. Dominus dissipat consilium, &c. Vel [in domum suam,] id est, in malitiã infidelitatis & impietatis suę. Apoc. 3. Sed vbi habitas? vbi sedes est Sathanæ, &c.

LECT. I. CAP. VIII.

Iesus autem perrexit in mõtem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos.

POSTQVAM egit Euangelista de origine doctrinæ Christi. Hic consequenter agit de eius virtute. Habet autem doctrina Christi virtutem illuminatiuam, & viuificatiuam: quia verba eius spiritus & vita sunt. Primò ergo agit de virtute doctrinę Christi illuminatiua. Secundò de virtute viuificatiua. 10. c. infr. Amen amen dico vobis qui non intrat, &c. Ostendit autem illuminatiuam virtutem doctrinæ Christi. Primò verbo. Secundò miraculo ibi. 9. c. Et præteriens Iesus vidit, &c. Circa primum duo facit. Primò introducit Christum docẽtem. Secundò ponit doctrinæ Christi virtutẽ. ibi. [Iterum ergo locutus est eis, &c.] Ad officium autẽ Doctoris duo pertinent. Primò vt deuotos instruat. Secundò vt aduersarios repellat. Primò ergo Christus instruit populum deuotum. Secundò repellit aduersarium ibi. [Adducunt autem scribæ, &c.] Circa primum tria facit. Primò describitur locus doctrinæ. Secundò auditor. Tertiò Doctor. Locus autem doctrinę est templum. Vnde primò ponit recessum ab eo. Secundò reditum. Recessum quidem cùm dicit. [Iesus autem perrexit in montem Oliueti.] Nam Dominus hanc sibi consuetudinem fecerat: vt per diem quando erat Hierosolymis in diebus festis prædicaret in templo, signa & miracula faceret, & in sero reuertebatur in Bethaniam apud sorores Lazari, Mariam & Marthaam hospitabatur, quæ erat in montem Oliueti. Secundum igitur hunc morem dicit. Quod cùm in nouissimo magnæ festiuitatis die Iesus stetisset in templo, & prædicasset, de sero sperrexit in montem Oliueti: vbi erat Bethania. Et hoc conuenit mysterio. Nam (vt dicit Augustinus,) Vbi decebat Christum docere, & suam misericordiam manifestare nisi in monte Oliueti. In

ueti. In monte vnctionis & crismatis. Oliua autem misericordiam signat. Vnde & in Græco oleos idem est quod misericordia. Luc. 10. dicitur de Samaritano q̃ infudit oleum & vinũ secundum misericordiam & seueritatẽ iudicij. Item oleum sanatiuum est. Isa. 1. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, nõ est circunligata medicamine: neq; fota oleo. Signatur etiã medicina spiritualis gratiæ: quæ ad nos deriuata est Psal. Vnxit te Deus Deus, &c. Et alibi. Sicut vnguentũ in capite quod descendit in barbam. Reditus autẽ ad locũ ponitur tempestiuus. Vnde dicit [Et iterũ diluculo venit in templũ.] Per quod signatur q̃ cognitionem, & manifestationem gratiæ suæ in templo suo. s. fidelibus suis manifestatiuus erat. Psalm. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Quod autẽ diluculo redijt exortum lumẽ nouæ gratiæ designat. Oseæ 6. Quasi diluculum præparatus est egressus eius. Auditor autẽ doctrinæ est populus denotus. Et ideò dicit [Et omnis populus venit ad eum.] Psal. Synagoga populorum circundabit te. Doctor autem introducitur sedens. Vnde dicit. [& sedens.] id est, condescendens vt eius doctrina faciliùs caperetur. Sessio enim humilitatẽ incarnationis significat. Psal. Tu cognouisti sessionem meam, &c. Quia per susceptã humanitatem visibilis apparens cœperunt de diuinis faciliùs edoceri. Et ideò dicit, q̃ [sedens docebat eos.] id est, simplices: & sermonem eius admirantes. Psal. Docebit mites vias suas, &c. Isaię 2. Docebit nos vias suas. Consequenter cùm dicit.

Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio.

REpellit aduersarios. Et primò ponitur calumniæ tentatio. Secundò calumniantium repulsio ibi [Iesus autẽ inclinãs se, &c.] Circa primũ tria facit. Primò ponitur tentationis occasio. Secundò describitur ipsa tentatio ibi. [Dixerunt ei: Magister, &c.] Tertiò tentatorum intentio ibi [Hæc autẽ dicebant, &c.] Occasio autem tentatiõis ponitur adulterium à muliere perpetratũ. Et ideò primò aggrauant culpã. Secundò præsentant personã peccantẽ. Dicit ergo quantũ ad primum. [Adducunt autẽ Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam.] (Vt enim Augu. dicit) tria in Christo præeminebant. s. veritas: mansuetudo: & iustitia. De ipso quippe fuerat prædictũ. Procede, & regna: propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Nam veritatẽ attulit vt doctor: Et hanc percepe rant Pharisæi & Scribæ dum doceret. Infra eodem. Si veritatẽ dico vobis quare nõ creditis mihi? (Nullum enim falsum in verbis & doctrina eius deprehendere poterant.) Et ideò calumniari de hoc cessauerant. Mansuetudinem verò attulit (vt liberator.) Et hanc cognouerunt dum aduersus inimicos & persecutores non commouebatur. 1. Petri 2. Cùm malediceretur, non maledicebat. Vnde dicebat Mat. 9. Discite à me quia mitis sum, &c. & ideò de hoc etiam nõ calumniabãtur. Iustitiam autẽ attulit (vt cognitor.) & hoc quia nondum nota erat Iudæis maximè in iudicijs. Ideò in ea scandalum posuerunt: volentes scire vtrùm à iustitia propter misericordiam recederet. Et ideò proponũt ei crimen notum: & confusione dignum, scilicet adulterium. Ecclesiast. 9. Omnis mulier fornicaria quasi ster cus, &c. Consequenter personã peccantem repræsentant vt magis cõmoueant. Vnde [& statuerunt eam in medio.] Eccles. 29. Hic in medio adducetur: & inter filios Dei, &c. Consequenter cùm dicit.

Et dixerunt ei. Magister: hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hæc autem dicebant, tentantes eum, vt possent accusare eum.

PRosequuntur ipsam tentationẽ. Et primò manifestãt culpã. Secundò allegant legis iustitiã. Tertiò exquirunt sententiam. Culpam quidem manifestant cùm dicunt [Hæc mulier modò deprehensa est in adulterio.] Quam quidem culpam exaggerãt ex tribus quę Christum commouere dicerent à sua mansuetudine. Ecclesia. Primo. ex culpæ nouitate. Vnde dicunt [modo.] Nam quando est antiqua: non tantum mouet, quia fortè precesit correctio. Secundò ex eius euidentia. Vnde dicunt [deprehensa est, ita quod non possit excusare, (quod est cõsuetudinis mulierum) secũdũ illud Prouer. Tergit os suum dicens: Non sum operata malum. Tertiò ex culpæ enormitate. Vnde dicunt [in adulterio.] (quod est graue facinus & malorum multorũ causa.) Ecclesiast. octauo. Omnis mulier quæ adulteratur peccabit. Primò quidem in lege Dei sui. Legis iustitiam allegant cũ dicunt [In lege autẽ.] scilicet Leuitic. & Deuteron. 23. Moyses mandauit huiusmodi lapidare. Sententiam autẽ exquirunt cùm subdunt [Tu ergo quid dicis?] Calumniosa est interrogatio: quasi dicant. Si eam dimitti censueris: iustitiam nõ tenebit. Sed absit vt qui venerat quęrere, & saluum facere quod perierat: eam cõdemnaret. supra 3. Nõ enim misit Deus filium suum in mũdum, vt iudicet mundũ: sed vt saluetur mundus, &c. Lex etiam quod iniustũ erat iubere nõ poterat. Et ideò nõ dicit absoluatur: ne contra legem facere videretur. Et ideò consequẽter subditur peruersa tentantium intentio cũ dicit [Hæc autẽ dicebant, &c.] Credebãt enim q̃ Christus mansuetudinẽ perderet: eam dimitti debere dicturus esset, & sic accusarẽt eum tanq̃ legis præuaricatorẽ. 1. Corin. 10. Neq; tentauerit is Christum: sicut illi tentauerunt. Consequenter cùm dicit.

Iesus autem inclinans se deorsum: digito scribebat in terra. Cùm ergo perseuerarent interrogantes: erexit se: & dixit eis. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra.

REpellit aduersarios sua sapiẽtia. Nam Pharisæi de duobus eum tentabant. s. de iustitia & de misericordia. Et vtrũq; in respondendo seruauit. Et ideò primò ostendit quomodò seruauit. Secũdò q̃ nõ recessit à misericordia ibi [Erigens autẽ se Iesus.] Circa primum duo facit. Primò proponit sententiam iustitię. Secũdò subditur effectus sententię ibi. [Audientes autẽ, &c.] Circa primũ tria facit. Primò describit sententiam. Secũdò pronunciat eam. Tertiò perseuerat iterũ in scribendo sentẽtiam. Sententiam autem describit in terra digito. Vnde dicit. [Iesus autẽ inclinans se, &c.] Scribebat autem secundũ quosdã illud quod dicitur. Hiere. 22. Terra, terra audi, scribe iustũ virum sterilem. secũdum alios verò, & meliùs dicitur, q̃ scripsit eadẽ quæ protulit. s. [Qui sine peccato est vestrũ, &c.] Neutrum tamen certũ est. Sed in terra quidem scribebat triplici ratiõe. Vna quidem secũdum August. vt ostendat eos qui eum tenebant in terra describendos esse. Hierem. 27. Domine recedentes à te in terra scribũtur. Iusti autẽ & discipuli qui eum sequuntur in cœlo scribuntur. Mat. 5. Gaudete & exultate: qa nomina vestra scripta sunt in cœlo. Itẽ vt ostendat se q̃ signa faceret in terra: qui enim scribit signa facit. Scribere ergo in terra, est signa facere. & ideò dicit q̃ [inclinauit se.] s. per incarnationis mysterium: ex quo in carne assumpta miracula fecit. Tertiò, quia lex vetus in tabulis lapideis scripta erat (vt habetur Exod. 22.) & 2. Corin. 3. Per quod signatur eius duritia: quia irritá quis faciens legẽ Moysi absq; vlla miseratione occidebatur (vt dicitur Hebr. 10) Terra autẽ mollis est. Vt ergo signaret dulcedinẽ & mollitiam nouæ legis per eum traditæ in terra scribebat. Ex quo tria in sentẽtijs debemus attendere. Primò benignitatem in condescendendo puniendis. Vnde dicit: [inclinans se.] Iacob. 2. Secũdo. Iudicium sine misericordia ei &c. Gal. vltimo. Si prœoccupatus fuerit aliquis in aliquo delicto, &c. Secũdò discretionẽ in discernendo. Vnde dicit [digito scribebat.] qui propter flexibilitatẽ discretionem significant. Dan. Quinto. Apparuerũt digiti quasi manus humanis scribentis contra candelabrum. Tertiò certitudinem in pronunciando. Vnde dicit [scribebat.] Sententiam autẽ profert ad eorum instantiam. Vnde dicit. [Cum autẽ perseuerarent interrogãtes eũ. &c.] dixit [Qui sine peccato est vestrũ, &c.] Phariseι enim transgressores legis erant: tamen nitebantur Christũ de transgressione legis accusare, & mulierẽ condemnare. & ideò Christus sententiam proponit iustitiæ dicens [Qui sine peccato est vestrum.] quasi dicat puniatur peccatrix: sed nõ à peccatorib⁹. Impleatur lex, sed non à præuaricatoribus legis: quia (vt dicitur Rom. 2.) In quo enim alium iudicas, teipsum condemnas. Aut ergo istam dimittite: aut cùm illa pœnam legis excipite. Hîc incidit quæstio: vtrùm iudex in peccato existens peccet ferendo sententia alium sentẽtiam qui in eodem peccato existit: & licèt manifestum sit q̃ iudex si publicè in peccato existens sententiam ferat, peccat scandalizando: nihilominùs tamẽ hoc idem videtur si sit in peccato occulto. Nam Ro. 2. In quo alium iudicas teipsum condemnas. Constat autem q̃ nullus condemnat se nisi peccando. Ergo videtur q̃ iudicando aliũ peccet. Respondeo dicendũ, q̃ in hoc vti oportet duplici distinctione: Aut enim iudex pseuerat in proposito peccãdi, aut pœnitet se peccasse. Item aut punit (vt legis minister) aut motu proprio. Et siquidẽ pœnitet se peccasse, iam peccatum nõ est in eo: & sic absq; peccato sententiam posset ferre. Si autem est in proposito peccandi: aut profert sententiam (vt legis minister.) & sic non peccat ex hoc q̃ sententiam profert, quamuis peccet ex hoc q̃ talia facit: quibus dignus est contra se simílem sententiam recipere. Si autẽ proprio motu. dico q̃ proferendo sententiam peccat cũ nõ moueatur ad hęc amore iustitiæ: sed ex aliqua mala radice aliàs primò in se puniret: quod animaduertit in alios: quia hoc dicitur in Prouerb. Iustus prior accusator est sui. Perseuerat autẽ in scribendo: quia [iterũ se inclinans scribebat.] Primò quidem, vt ostendat suæ sententiæ fraternitatẽ. Numeri 23. Non est Deus: vt homo, vt mentiatur: & vt filius hominis, vt muteretur. 2. vt ostendat eos sua visione indignos. Vnde cùm eos zelo iustitiæ percussisset, nõ dignatus est eos attendere: sed auertit ab eis obtuitum. Tertiò vt eorum verecũdiæ consulens daret eis excundi liberã facultatẽ. Effectus autẽ iustitiæ est corũ confusio. Vnde dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant incipientes à senioribus, & remansit solus Iesus & mulier in medio stans.

TVm quia grauioribus peccatis erant impliciti, & magis eos conscientia remordebat. Dan.13. Egressa est iniqtas à senioribus, &c. tum etiam quia meliùs cognoscebant æquitatem prolatæ sententiæ. Hie.5. Ibo ergo ad optimates. [Et remansit solꝰ Iesus & mulier stãs.] s. misericordia, & miseria. Ideò autem solus remansit: quia ipse solus sine peccato erat. Nam (vt dicitur in Psalm.) Non est qui faciat bonum, nõ est vsque ad vnum. s. Christum. Et ideò fortè mulier territa est, & ab illo se puniendam credebat. Sed si remansit solus quomodò dicit, [in medio stans.] Et dicendum, quòd mulier stabat in medio discipulorum, & sic li [solus] excludit extraneos non discipulos. Vel [in medio.] i. in dubio: vtrũ absoluenda esset vel condemnanda. Sic ergo patet, quòd Dominus in respondendo iustitiam seruauit. Consequenter cùm dicit.

Erigens autem se Iesus, dixit ei. Mulier: vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit. Nemo Domine. Dixit autẽ Iesus: Nec ego te condẽnabo. Vade, & iam amplius noli peccare.

OStendit, qꝯ misericordia non recedit dando sententiam misericordiæ. Et primò examinat. Secũdò absolut. Tertiò admonet. Examinat autẽ eã de accusatoribus. Vnde dicit, [qꝯ erigens se Iesus] s. faciem suam à terra in qua scribebat ad mulierem conuertens [dixit ei: Mulier vbi sunt qui te accusabant?] Item de condemnatione. Vnde quærit. [Nemo te condẽnauit?] Et illa respõdit. [Nemo Domine.] Absolut autem eam. Vnde dicit. [Dixit ei Iesus, nec ego te condẽnabo,] à quo te fortè damnari timuisti: quia in me peccatum non inuenisti. Nec mirum: quia nõ misit Deus filium suum in mundum: vt iudicet mundum, sed vt saluetur, &c. supr. 3. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris. Absolut autẽ eam à culpa, non imponẽdo ei aliquam pœnam: quia cũ absoluẽdo exteriùs iustificaret interiùs, bene potuit eam adeò immutare interiùs per sufficientem contritionẽ de peccatis: vt ab omni pœna immunis efficeretur. Nec tamẽ trahẽdum est in consuetudinem: vt aliquis exẽplo Domini absq; cõfessione & pœnæ inflictione quẽquam absoluat: quia tẽpus excellẽtiam habuit in sacramẽtis, & potuit cõferre effectum sine sacramento, quod nullus purus homo potest. Admonet verò eam cùm dicit. [Vade, & iam noli peccare.] Duo enim erant in muliere ista. s. natura & culpa. Et vtrũq; poterat Dominus condẽnare: puta naturã si insissset eam lapidare, & culpã, si nõ absoluisset. Poterat etiam vtrũq; absoluere, puta si dedisset licentiã peccandi dicẽs. [Vade] viue (vt vis) esto de mea liberatione secura. Ego quantũcũq; peccaueris etiã à gehẽna, & ab inferni tortoribus liberabo. Sed Dominus culpam nõ amans, peccatis nõ fauens, ipsam damnauit culpam, non naturam, dicens. [Amplius noli peccare] vt sic appareat, quã dulcis est Dominus per mansuetudinem, & rectus per veritatem, &c.

LECTVRA II.

Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens. Ego sum lux mundi.

POSTQVAM Euangelista introduxit Christum docentem. Hic consequenter Primò ostẽdit doctrinę ipsius illuminatiuam virtutẽ. Secundò manifestat quę de ea dicit ibi. [Dixerunt ergo ei Pharisæi. Tu de te, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit spiritualis lucis priuilegium. Secundò eius effectum ibi. [Qui sequitur me.] Tertiò eius fructum ibi. [Sed habebit lumen, &c.] Priuilegium autem spiritualis lucis ponitur quãtum ad Christũ qui est lux. Et quantum ad hoc dicit. [Iterum locutꝰ est eis. Ego sum, &c.] Quod potest vno modo cõtinuari ad immediatè dictũ. Quia enim dixit. Nec ego condẽnabo te, &c. absoluens eam à crimine. Ideò ne aliqui dubitarẽt vtrũ ipse absoluere posset, & peccata dimittere, dignatur apertiùs diuinitatis suæ potentiam demonstrare, dicens se esse lucem, qui peccati tenebras pellit. Alio modo potest cõtinuari ad illud, quod supr. 7. dixit. Scrutare scripturas, & vide quia Propheta à Galilæa, &c. Quia enim eum æstimabãt Galilæum, & quasi ex loco determinato dependentem, doctrinam eius repudiabant. Ideò Dñs ostendit se totius mundi esse lucẽ vniuersalẽ, dicens. [Ego sum lux mundi,] non Galilææ, neq; Palestinæ, neq; Iudææ. Manichæi autem (vt Augusti. dicit.) hoc falsò intelligebant. Quia enim imaginationem nõ valebant transcendere quæ se ad intellectualia, & spiritualia non extendunt, credebant supra corporalia nihil esse in rerum natura. Vnde dicebãt Deum esse corpus & lucem quandam infinitam, & solẽ istum oculis carnis visibilẽ Christum Dñm esse putauerũt. Et propter hoc ipsum dixisse. [Ego sum lux mundi.] Sed hoc stare nõ potest, & Ecclesia catholica improbat tale figmentũ. Sol enim iste corporalis est lux, quã sensus attingere potest, & ideò nõ est suprema lux, quã intellectus solus attingit, quæ est lux intelligibilis propria rõnalis creaturæ. Hìc de ea dicit Christus. [Ego sum lux mũdi, &c.] De ista dicitur supr. 1. Erat lux vera quæ illuminat, &c. Lux autẽ ista sensibilis imago quædam est illius lucis intelligibilis. Nam omne sensibile est quasi quoddã particulariter. Intellectualia autẽ sunt quasi totaliter quædam. Sic autem lux ista particularis habet effectum inire vsq; in quantum colores facit actu visibiles, & etiã in videte: quia per eam oculis cõfortatur ad videndum. Sic lux illa intelligibilis intellectum facit cognoscentem: quia quicquid luminis est in rationabili creatura, totum deriuatur ab ipsa suprema luce. sup. 1. Illuminat omnem hominem, &c. Item facit res omnes actu intelligibiles inquãtum ab ipsa deriuãtur omnes formæ per quas res habent, qꝯ cognoscantur, sicut omnes formę artificiatorum deriuãtur ab arte, & ratione artifis. Psal. Quam magnifica sunt opera tua Dñe, omnia in sapiẽtia fecisti, & ideò rectè dicit. [Ego sum lux mundi.] Non sol factus, sed per quẽ sol factus est. Tamẽ (vt Augu. dicit) lumen, quod solẽ fecit, sub sole factum est, & carnis nube tegitur, non vt obscuretur, sed vt tẽperetur. Excluditur etiã per hoc hæresis Nestorij dicentis, qꝯ filius Dei erat vnitus homini per inhabitationem tantum. Constat enim, quòd qui hæc verba proferebat. [Ego sum lux mũdi.] Homo erat, nisi ergo ipse qui loquebatur, & videbatur homo, personaliter esset filius Dei, non dixisset. [Ego sum lux mundi,] sed in me habitat lux mũdi. Effectus autẽ huius lucis est expellere tenebras. Vnde dicit.

Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.

ET quia lux ista est vniuersalis, ideò vniuersaliter tenebras omnes expellit. Suot autem triplices tenebræ. s. ignorantiæ. Psal. Nescierunt neq; intellexerunt in tenebris ambulant. Et hæ sunt rationis secundum seipsam inquantum per seipsam obnubilatur. Item culpæ. Ephes. 5. eratis aliquando tenebræ, &c. Et istę sunt rationis humanæ nõ ex se, sed ex appetitu inquãtum male dispositus per passiones vel habitum appetit aliquid (vt bonum,) quod hoc tamẽ nõ est naturæ bonum. Itẽ tenebræ dãuationis æternæ. Mat. 25. Inutilẽ seruum eijcite in tenebras exteriores. Sed duæ primæ sunt in vita ista. Tertiæ verò sunt in termino vię. [Qui ergo sequitur me, nõ ambulat in tenebris] ignorantiæ. Quia ego sum veritas. Nec culpæ: quia ego sum via veritas, &c. Nec damnationis æternæ: quia ego sum vita. Et ideò consequenter subdit fructum doctrinæ, scilicet.

Sed habebit lumen vitæ.

NAm qui hoc lumen habet est extra tenebras damnationis. Dicit autem. Qui sequitur: quia sicut quicũque nõ vult errare in tenebris, oportet vt sequatur eum qui lumen portat, ita quicũq; vult saluari, oportet, qꝯ sequatur Christum, qui est lux credẽdo & amãdo, & sic Apostoli secuti sunt eum. Mat. 4. Quia verò lux corporalis desicere potest ꝑ occasum, cõtingit, qꝯ qui sequitur eã tenebras incurrit. Lux verò ista quæ nescit occasum nunquã deficit, & ideò qui sequitur eã, habet lumen indeficiens. s. vitę. Lumẽ enim visibile nõ dat vitam, sed coadiuuat exteriùs operationes vitæ corporalis. Lumẽ verò istud vitã dat: quia viuimus inquãtum intellectum habemus: quia est quędã participatio illius lucis. Quando autẽ lux illa perfectè irradiabit, tunc habebimus vitam perfectam. Psal. Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. q.d. Tunc ipsam vitam perfectè habebimus, quando ipsum lumẽ per speciem videbimus. Vnde dicitur Ioan. 17. Hæc est vita æterna: vt cognoscãt te solum verum Deũ, &c. Sed attendendum, quòd hoc, quod dicit. Qui sequitur me, pertinet ad meritum. Quod verò dicit. [Habebit lumẽ vitæ,] ad præmium. Consequenter cùm dicit.

Dixerunt ergo ei Pharisæi. Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.

MAnifestat hæc tria quæ de se dicit. Et primò primum. Secundò secundum ibi. [Dicit ergo iterum eis Iesus.] Tertiò tertiũ ibi. [Amen amẽ dico vobis, &c. Si quis sermonẽ meum seruauerit, &c.] Primum autem, quod dixit est. Ego sum lux mũdi, quod Iudęos turbabat, & ideò Primò ponit Iudæorum cõtradictionem. Secundò eorum confutationem manifestando veritatem sui dicti ibi. [Respondit Iesus, & dixit eis, &c.] Manifestum est autem circa primum, quòd illa quæ dixit in templo, dixit in conspecta turbarum, hic autem coram Pharisæis, & ideò dixerũt ei ipsi Pharisæi. [Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum:] quasi dicat. Ex hoc ipso, quòd tu de teipso testificaris testimonium tuum non est verum. In hominibus enim nec acceptum nec cõgruum est, quòd homo se laudet. Prouerb. 27. Laudet te alienus, & nõ os tuum: quia non ex hoc commendabilis redditur, sed si à Deo commendatur. 2. Coriath. 10. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Quia solus Deus perfectè eum cognoscit. Deum autem nullus potest sufficienter commendare, nisi ipse seipsum. Et ideò oportet, quòd ipse de seipso testificetur, & etiã de hominibus. Iob. Ecce in cœlo testis meus. Et ideò Iudæi decipiebantur. Consequenter cùm dicit.

Respon-

Respondit Iesus, & dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verũ est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quò vado.

DOminus repellit eorum contradictionẽ. Et primò auctoritate patris. Secundò remouet contradictionẽ exortam de patre ibi [Dicebant ergo ei. Vbi est pater tuus?] Contradictio autẽ Iudæorũ erat per quandam consequentiam. Et primò ostendit eorum consequentiam non tenere. Secundò probat suum testimonium verum esse ibi. [Ego nõ iudico quemquã, &c.] Circa primũ duo facit. Primò ostendit consequentiæ falsitatẽ. Secundò subdit deceptionis ipsorum causam ibi [Vos autẽ nescitis, &c.] Consequentia autẽ istorum erat qꝯ ex hoc ipso qꝯ Christus de se testimonium perhibeat, testimonium eius nõ erat verum: sed dominus dicit cõtrarium. s. qꝯ ex hoc ipso verum est. Vnde [respõdit, & dixit eis. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verũ est.] Et ideò [quia ego scio, &c.] quasi dicat, secũdum Chrisostomũ: quia ex Deo sum: & Deus: & Dei filius. (Est autem Deus verax: Rom. 4.) Dicit autem [Scio vnde veni.] id est, cognosco meum principium: Et quo vado, scilicet ad patrem: quem nullus perfectè scire potest, nisi filius Dei. Mat. 11. Nec patrem quis nouit nisi filius, &c. Non autem qꝯ quicũque scit affectu & intellectu vnde veniat & quo vadat: nõ potest nisi verum dicere. Nam à Deo venit, & ad Deum vadit. Deus autẽ veritas est. Quantò ergo magis filius Dei: qui perfectè scit vnde venit, & quo vadit verum dicit. Consequenter cùm dicit.

Vos autem nescitis vnde venio: aut quò vado. Vos secundum carnem iudicatis.

OStendit causam erroris quæ est ignorantia diuinitatis Christi. Quia enim ipsam ignorabant, iudicabant de eo secundum humanitatem. Sic ergo duplex causa erroris erat in eis. Vna, quia eius diuinitatem ignorabant. Alia quia de eo secũdum humanitatẽ tantùm iudicabant. Et ideò quantũ ad primũ dicit [Vos nescitis vnde venio,] id est, æternũ meum processum à patre. [aut quo vado.] Supra 7. Est verus qui misit me, &c. Iob 28. Vnde ergo venit sapientia? Isa. 53. Generationem eius quis enarrabit? Quantũ ad secundum dicit [Vos secundũ carnẽ iudicatis.] s. de me: me solùm carnẽ esse putantes: nõ autem Deum. Vel [secundum carnẽ.] id est, malè & iniustè. Sicut enim secũdum carnem viuere, est malè viuere: ita & secundum carnẽ iudicare, est malè iudicare. Consequenter cùm dicit.

Ego non iudico quenquam. Et si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit me, pater.

OStendit testimonium suum esse verũ: & falsum esse qꝯ ipse solus de se testimonium perhibeat. Et quia de iudicio mentio facta est: ostendit primò se non esse solùm in iudicando. Secundò se non esse solùm in testificando ibi [Et in lege vestra, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit iudicij dilationẽ. Secundò iudicij veritatem. Et tertiò veritatis rationem. Dilationem quidem iudicij ponit cũ dicit [Ego nõ iudico, &c.] quasi dicat vos iudicatis malè: sed [ego non iudico quenquam.] supra 3. [Non enim misit Deus filiũ suum in mundum, &c.] Vel [nõ iudico quenquam.] scilicet secundum carnẽ sicut vos iudicatis. Isa. 11. Non secũdum visionem oculorum iudicabit, &c. sed tamen quandóque iudicabo: quia pater omne iudicium dedit filio. supra 5. Et tunc [iudicium meum verũ est.] i. est, iustum. Psal. Iudicabit orbẽ terræ in æquitate. Rom. 2. Scimus quia iudicium Dei est secũdum veritatẽ, &c. In quo ostenditur iudicij veritas. Rationẽ veritatis ostẽdit cùm dicit [quia nõ sum solus.] Quod autẽ dicit supra 5. Pater nõ iudicat quenquã: intelligendũ est seorsum à filio. Vel quia nõ visibiliter pater apparebit omnibus in iudicio: & ideò dicit [nõ sum solus.] quia nõ derelictus ab ipso: sed simul cũ ipso infra 14. Ego in patre, & pater in me est. Hìc autẽ excludit errorẽ Sabellij dicentis vnã esse personam patris & filij: nec differre nisi secũdum nomina. Si cũ hoc esset: nõ dixisset [nõ sum solus: sed ego, & qui misit me.] Sed dixisset, ego sum pater: & ego ipse sum filius. Distingue ergo personas, & cognosce filũ esse alium à patre. Consequenter cùm dicit.

Et in lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verũ est. Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater.

OStendit ꝙ nõ est solus in testificãdo: nec tamen differt testimonium sicut iudicium. Vnde non dicit testimonium non perhibeo. Primò ergo introducit legẽ. Secundò cõcludit propositum ibi [Ego sum.] Dicit ergo [in lege vestra, & vobis data. Eccles. 24. Legem mandauit Moyses: vt scriptũ est Deuteron. 19. Quia duorũ hominũ testimoniũ verũ est. Sic enim est ibi. In ore duorũ aut trium stabit omne verbũ. Sed secũdum Aug. habet magnam quæstionem quòd dicit duorũ hominũ testimonium verũ est. Fieri enim potest quòd duo mentiantur. (Nam Susanna casta duobus falsis testibus vrgebatur: vt habetur Daniel. 12.) Vniuersus etiam populus mentitus est contra Christũ. Responsio, hoc quod dicit. [duorũ hominũ testimonium verũ est.] intelligendum est ꝙ pro vero in iudicio est habendum. Cuius ratio est, quia in actibus humanis vera certitudo haberi nõ potest. Et ideò accipitur inde id quod certiùs haberi potest: quod est per multitudinẽ testium, magis enim est probabile ꝙ vnus mentiatur, quàm ꝙ multi. Eccles. 4. Funiculus triplex difficile soluitur. Nihilominùs tamen per hoc quod dicit. In ore duorũ aut trium testium, &c. Reducit nos secũdum Aug. in considerationem trinitatis: in qua est perfecta stabilitas veritatis: à qua omnes veritates deriuantur. Dicunt autẽ [duorũ vel trium:] quia in scriptura sacra quandóq; nominantur tres, quandóq; duæ personæ cũ quibus etiam intelligitur spiritus sanctus qui est nexus duorũ. Si ergo duorum hominũ testimonium verũ est vel trium, testimonium meum verũ est. Quia & [ego testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me pater.] supra 5. Ego testimoniũ habeo maius Ioanne. Sed hoc nõ videtur ad propositum pertinere. Primò quidem, quia pater filij Dei non est homo. Et cùm ipse dicat [duorũ hominum, &c.] Secũdò verò, quia tunc sunt duo testes alicuius: quãdo testificantur de aliquo tertio: sed si vnus testificatur de vno, nõ sunt duo testes. Cũ ergo Christus testificetur de se: & similiter pater de Christo: videtur ꝙ non sunt duo testes. Sed dicendum, qꝯ Christus hìc arguit per locũ à minori. Manifestũ est enim ꝙ veritas Dei maior est quàm veritas hominis. Si ergo credũt testimonio hominũ: multò magis credendũ est testimonio Dei. 1. Ioan. 5. Si testimonium hominum accipitis, testimoniũ Dei maius est. Ité hoc dicit vt ostendat se consubstãtialem patri: & nõ indigentẽ alieno testimonio (vt dicit Chrisostomus.) Consequenter cùm dicit.

Dicebant ergo ei. Vbi est pater tuus? Respõdit Iesus. Neque me scitis, neque patrem meum, si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in gazophilatio, docens in templo & nemo apprehẽdit eum, quia necdum venerat hora eius.

REmouet exortam quæstionẽ de patre. Et primò ponit quæstionem Iudæorũ. Secundò ponit responsionem Christi. Tertiò innuit securitatẽ respondentis. Quæstio autem Iudæorum proposita Christo est de patre: vbi esset. Vnde dicebant ei [Vbi est pater tuus] Intelligebãt enim Christũ habere patrẽ hominem sicut ipsi habẽt. Et ideò quia audierunt eum dicere. Solus nõ sum: sed ego, & qui misit me pater. Et ideò cũ viderant eum solum dicunt. [Vbi est pater tuus?] Vel dicendum ꝙ loquuntur hìc cũ quadam ironia & contumelia, quasi dicat. Quid frequenter patrẽ tuum nobis inducis, nunquid est tantæ virtutis, vt eius testimonio credatur? Ignotus enim est, & ignobilis. Intelligebãt hoc de Ioseph: nihilominùs tamen patrem ignorabant. Psal. Nequãdo dicant gentes: vbi est Deus eorum. Responsio autẽ Christi est occulta ibi [Respondit Iesus. Neque scitis.] Quia enim nõ studio addiscendi: sed malignandi quærebant: ideò Christus nõ aperit eis veritatẽ: sed ostendit primò quidem ipsorum ignorantiam. Secundò, quomodò posint ad veritatis cognitionem peruenire. Ignorantiam quidem ipsorũ ostendit cùm dicit. [Neque me scitis, &c.] quasi dicat. Non quæratis de patre: quia me nescitis. Quia enim me hominẽ putatis: ideò patrẽ meum hominẽ quæritis: sed quia me nõ noscitis: neq; patrem cognoscere poteritis. Sed cõtra supra 7. dixit. Et me scitis: & vnde sim scitis. Et dicendũ, qꝯ sciebant eum secũdum humanitatẽ, sed nõ secundum diuinitatem. Sciendum autem secundum Origenem, qꝯ ex hoc verbo aliqui sumentes occasionẽ erroris dixerunt patrem Christi nõ fuisse Deum veteris testamenti. Nam ipsum Iudæi cognoscebant secũdum illud Psal. Notus in Iudæa Deus. Sed ad hoc est quadruplex responsio. Prima quia ideò dicit dominus Iudæos patrem ignorare: quia ad modum ignorantium se habent, inquantùm mandatum eius non seruant. Et hæc responsio pertinet ad actum. Secundò dicunt ur Deum ignorare: quia non adhærẽt ei spiritualiter per amorẽ. Qui enim aliquid cognoscit, ei adhæret. Tertiò, quia etsi cognoscerẽt eum per fidem, nõ tamen habebant de eo plenã scientiam supra primo. Deum nemo vidit vnquã. Vnigenitus, &c. Quartò, quia in veteri testamento innotuit pater sub ratione Dei omnipotentis. Exod. 4. Ego apparui eis in Deo omnipotente, &c. Non autẽ sub ratione patris. Vnde licèt scirent eum vt Deum: nõ tamen vt patrẽ filij consubstantialis. Viam autẽ perueniendi ad cognitionẽ patris dicit se esse. vnde dicit [Si me sciretis,] quasi dicat, quia patrẽ meum loquor occultum: occultus priùs est vt me noueritis: & tunc patrẽ meum forsitan sciretis. Nam filius est via cognitionis paternæ infra 14. Si cognouisseris me, &c. Nam secundum Aug. quid est [Si me sciretis.] nisi ego & pater vnũ sumus. Quotidiana locutio est: quando vides aliquem alicuius similẽ, vt dicas si hũc vidisti, illũ vidisti. Nõ tamen ꝙ pater sit filius, sed qa sit patri similis. Dicit autẽ [forsitan] nõ dubitatiuè:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed increpatiuè. Velut si indigneris seruo tuo,& dicas. Conténis me, cõsidera, quòd fortitá numerus tuus sum. Securitatem autem Christi respondentis ostendit Euangelista, cùm dicit. [Hæc verba locutus est Iesus,&c.] Et primò quidem ex loco vbi docebat: quia in Gazophilatio,& in templo. Gaza enim persica lingua dicũtur diuitiæ, phílaxe vero seruare. Vnde gazophilatium ponitur in scriptura pro arca vbi diuitiæ cõseruantur. Et hoc modo accipitur. 4. Reg. 12. quòd tulit Ioiada sacerdos gazophilatium,&c. Aliquãdo autẽ pro domo vbi diuitiæ cõseruantur,& hoc modo accipitur hic. Secũdò ex hoc, q illi qui missi fuerãt ad eum apprehendendum hoc facere non potuerunt: quia ipse volebat. [Vnde dicit. Et nemo apprehẽdit eũ: quia nõdum venit hora eius,] in qua pateretur, non fatalis, sed sua voluntate ab æterno prædestinata. Vnde dicit Aug. [Nondũ venerat hora eius,] non qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi. Sed nota secundum Orig. q quandocúnq; designatur locus in quo Dominus aliquid fecit hoc fit propter mysterium. In gazophilatio ergo qui est locus diuitiarum Christus docuit: vt daret intelligi, q numismata. i. verba suæ doctrinæ imaginem Regis magni impressam habent. Nota etiam, quòd quando docebat [nemo apprehẽdit eum.] Quia sermones eius fortiores erant his qui eum capere volebãt. Quando verò voluit crucifigi tacuit.

LECTVRA III.

Dicit ergo iterum eis Iesus. Ego vado,& quæretis me,& in peccato vestro moriemini.

POSTQVAM Dominus manifestauit de se priuilegium lucis. Hic consequẽter manifestat lucis effectũ. s. q liberat à tenebris. Et primò ostendit, q ipsi in tenebris detinẽtur. Secundò docet remedium quo ab eis liberentur ibi. [Dicebant ergo Iudæi, nunquid,&c.] Circa primum tria facit. Primò denũciat Dominus suum recessum. Secundò ostendit Iudæorum studium peruersum. Tertiò defectum. Recessum autẽ suum dicit Dominus esse per mortem, & ideò dicit. [Ego vado.] In quo duo dat intelligere. Primò q voluntariè moritur. s. vadens & nõ ab alio ductus. Ioã. 16. Vado ad eum qui me misit. infr. 10. Nemo tollit à me animã meam, sed ego,&c. Et secundũ hoc rectè continuatur ad præcedentia, dixit enim. Nemo apprehendit eum,&c. Et quare: quia per se vadit spõtè. Secundò ostendit, q mors Christi erat quædã profectio illuc vnde venerat, & vnde nõ discesserat, sicut eũ qui vadit in anteriora proficit, ita Christus per mortem peruenit ad gloriam exaltationis. Phil. 2. Factus est obediens vsq; ad mortem, mortẽ autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum. infr. 13. Sciẽs quia à Deo exiuit,& ad Deum vadit. Peruersum eorum studiũ ostẽdit in dolosa inquisitione Christi, & quãtum ad hoc dicit [quæretis me.] Quidã autem quærunt Christum piè ex charitate, & hanc inquisitionem sequitur vita. Psal. Quærite Dominum,& viuet anima vestra, sed isti impiè quærẽt, & odio ad persequendũ. Psal. Vim faciebãt qui quærebãt animã meam,& sic dicit [quæretis me.] s. persequentes post mortem quidem infamia. Matt. 28. Recordati sumus, q seductor ille,&c. Ité in mẽbris meis. Act. 9. Saule saule quid me persequeris? Et hanc sequelam sequitur mors,& ideò subdit ipsorum defectum, quẽ eis prænunciat dicens [& in peccato vestro moriemini.] Et primò prænunciat defectum, qui cõsistit in mortis dãnatione. Secundò defectum, qui consistit in eorum à gloria exclusione. ibi. [Quò ego vado vos nõ potestis venire.] Dicit ergo quia inquirẽte me quæretis, ideò [i peccato vestro.] s. manẽtes [moriemini.] Quod potest intelligi: vno modo de morte corporali, & sic in peccatis suis moritur, qui vsq; ad mortem perseuerat in eis. Et sic per hoc, quod dicit. [In peccato vestro,&c.] exaggerat eorum obstinatam pertinaciam. Hier. 8. Nõ est qui pœnitentiã agat de peccato suo,&c. Ezech. 32. Descenderunt cum armis ad inferna. Alio modo de morte peccati: de qua dicitur in Psalm. Mors peccatorum pessima. Et sicut mortem corporalem præcedit infirmitas corporis, ita & hanc mortem infirmitas quædam præcedit. Quãdiu enim peccatum remedia bile est, tunc est quasi quædam infirmitas quæ præcedit. Psalm. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum. Sed quando est irremediabile vel simpliciter, sicut post hanc vitam: vel quò ad ipsum, sicut est peccatum in spiritumsanctum: tunc causat mortem. 1. Ioan. 5. Est peccatum ad mortem non pro illo,& secundum hoc prænunciat eis Dominus infirmitatem peccatorum esse ad mortem. Defectum qui consistit in eorum exclusione à gloria ostendit cùm dicit.

Quò ego vado: vos non potestis venire.

QVò vadit Dominus: vadunt & isti per mortem, sed Dominus sine peccato, isti verò cum peccatis, qui in peccato suo moriuntur,& ideò non perueniunt ad gloriã paternæ visionis. Et ideò dicit. [Quò ego vado,] scilicet sponte per passionem meam, scilicet ad patrem, & ad suam gloriam [vos non potestis venire:] quia non vultis. Si enim voluissent, & non potuissent, non ratiobiliter diceretur eis [in peccato vestro moriemini.] Sed notandum, quòd aliqui impediuntur ne possint ire quò Christus vadit dupliciter. Vno modo ratione contrarietatis,& sic impediuntur peccatores,& de hoc loquitur hic. Et ideò simpliciter perseuerantibus in peccato dicit [quò ego vado: vos non potestis venire.] Psalm. Non ergo habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Isa. 35. Via facta vocabitur,& pollutus non transibit,&c. Psalm. Quis habitabit in tabernaculo tuo. Innocẽs manibus,&c. Alio modo ratione impertectionis seu indispositiõis. Et hoc modo impediuntur iusti, quãdiu sunt in corpore. 2. Cor. 5. Quãdiu sumus in corpore peregrinamur à Domino. Et talibus nõ dicit Dominus simpliciter. [Quò ego vado non potestis venire,] sed addit ad terminationem temporis. infr. 13. Quò ego vado non potes me modo sequi. Consequenter cùm dicit.

Dicebant ergo Iudæi. Nunquid interficiet semetipsum: quia dicit, quò ego vado: vos non potestis venire? Et dicebat eis.

AGit de remedio per quod à tenebris liberentur. Et primò proponit remedium tenebras euadendi. Secundò iuducit rationes ad hoc remedium impetrandum ibi. [Dicebãt ergo ei, tu qui es?] Tertiò prænuntiat modum ad hoc perueniendi, ibi [dixit ergo eis, cùm exaltaueritis,&c.] Circa primum duo facit. Primò ponitur verborum Christi occasio. Secundò ponuntur ea quibus causatur remedij insinuatio ibi. [Vos deorsum estis.] Occasio autem verborum Christi sumitur ex persona vel intellectu Iudæorum. Cùm enim carnales essent: verba Domini, quæ dixerat. [Quò ego vado,&c.] carnaliter intelligebant. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit,&c. Vnde dicũt Iudæi. [Nunquid interficiet,&c.] Quę quidem secundum Augustũ ta opinio est. Nunquid enim poterat venire quò Christus perrexit, si interficeret semetipsum, poterant quidem & ipsi seipsos interficere. Sic ergo mors nõ erat terminus Christi, sed via qua ibat ad patrem. Vnde nõ dixit, q non possent ire ad mortẽ, sed quòd per mortem non poterant ire ad locum, quo per eã Christus exaltabatur ad dexteram. s. Dei. Secundum Orige. autem forte non sine causa Iudæi hoc dicunt. Habebant enim ex traditionibus, q Christus voluntariè esset moriturus (sicut ipse dixit Ioan. 10.) Nemo tollit animam meam,&c. Quod specialiter videntur habuisse ex Isa. 53. Pro eò, quòd tradidit animam suam in mortẽ,&c. Quia ergo aliqualem suspitionem habebant de Iesu, quòd esset Christus. Ideò cùm dixit. [Ego vado,&c.] Introduxerunt hanc opinionem, q ipse semetipsum voluntariè morti traderet, sed cõtumeliosè hoc proferunt dicẽtes. [Nunquid interficiet se,] aliàs dixissent. Nunquid anima eius cùm ipsi placuerit egredietur relicto corpore, quod nos non possumus facere. Et propter hoc ait. [Quò ego vado vos non potestis venire.] Consequenter cùm dicit.

Vos deorsum estis, ego de superius sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.

PRoponit remediũ tenebras euadendi. Et primò præmittit suam & illorum originem. Secundò ex hoc concludit propositum ibi. [Dixit ergo vobis,&c.] Circa primum autẽ diuersificat illorum originem dupliciter. Primò quia ipse est de superius,& isti deorsum. Secundò quia isti sunt de hoc mundo, de quo non est Christus. Sed (sicut Orige. dicit.) Aliud est esse deorsum,& aliud de hoc mundo. Nam sursum & deorsum sunt differentiæ situs. Ne ergo per hoc, quod dixit se esse desuperius, intelligant eum esse de superiori parte mundi huius. Ideò hoc excludẽs dicit se nõ esse de hoc mundo. q. d. ita de superius sum, quòd tamen totaliter sum supra totum mũdum istum. Et quidem eos esse de hoc mundo, & deorsum manifestũ est, sed Christum esse de superius, & non de hoc mundo, sano indiget intellectu. Nam quidam ponentes omnia visibilia creata esse à diabolo, sicut Manichæi dixerunt Christum etiam quantum ad corpus non esse de hoc mundo visibili, sed de mundo alterius creationis, scilicet inuisibili. Valentinus etiam hoc male suspiciẽs dixit Christum attulisse corpus cœleste. Quod autem hoc non sit verus intellectus apparet. Quia ipsis Apostolis Dominus dicit infr. 14. Vos non estis de hoc mundo. Dicendum est ergo, quòd potest intelligi de Christo filio Dei,& de Christo homine. Nam Christus secundum quòd filius Dei, est de superius. infr. 16. Exiui à patre,& veni in mundum. Et simi liter non est de hoc mundo sensibili, scilicet qui consistit in rebus sensibilibus, sed de mundo intelligibili, qui est in mente Dei: quia est ipsum verbum Dei prout est summa sapientia. (Omnia enim in sapientia facta sunt.) Vnde de eo dicitur suprà primo. Mundus per ipsum factus est. Secundum autem quòd homo Christus est de supernis: quia non habuit affectum ad mundana & infima, sed ad superiora, in quibus anima Christi conuersabatur secũdum illud Philippens. quarto. Nostra conuersatio in cœlis. Matthæi sexto. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et conuersò. Isti qui deorsum sunt originem infimam habent: & de hoc mundo: quia habent affectũ circa terrena. 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus. Consequenter cùm dicit.

Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum: moriemini in peccato vestro.

COncludit propositũ. Et primò manifestat ea quæ dixit de eorũ defectu. Secũdò ostẽdit eis remediũ ibi. [Si enim non credideritis,&c.] Sciendũ autẽ circa primũ: q vnumquódq; in suo progressu sequitur cõditionẽ suæ originis. Vnde ea quæ habẽt originẽ infimã: si sibi relinquatur naturaliter deorsum tendũt. Et in hoc naturaliter tendit sursum: nisi quod superiorẽ originẽ habet supr. 3. Nemo ascẽdit in cœlũ: nisi qui de cœlo descẽdit. Dicit ergo dominus. Hæc est causa quare non potestis venire: quo ego vado: quia cũ sitis deorsum quantũ in vobis est nõ potestis nisi cadere. Et ideò dixi [quia moriemini in peccatis vestris.] Verũ est nisi mihi adhæreatis. Et ideò vt nõ totaliter excludat spem salutis ponit remediũ dicens. [Si enim non credideritis,&c.] quasi dicat nati estis in originali peccato à quo nõ potestis absoluí: nisi per fidẽ meã: quia [si nõ credideritis. Quia ego sum, moriemini.&c.] Et dicit. [Ego sum.] non autem quid sim: vt vt rememoret, quod dictũ est Moysi Exo. 3. Ego sum qui sum. Nam ipsum esse est proprium Dei. In qualibet enim alia natura à diuina differt esse, & quod est: eũ quælibet natura creata participet suũ esse ab eo, quod est ens per essentiam. s. ipso Deo qui est ipsum suum esse: ita q suũ esse sit sua essentia. Vnde ipse solus denominatur ab eo. Et ideò dicit. [Nisi crediderit is quia ego sum.] i. quia sum verè Deus, qui habet esse per essentiam [moriemini in peccato vestro.] Dicit enim. [Quia ego sum.] vt ostẽdat suã æternitatẽ. In omnibus enim qui incipiunt est immutabilitas quædã: & aliqua potentia ad nõ esse. Vnde est inuenire in eis quoddam præteritum & futurum. Et ideò non est ibi verum esse per se: sed in Deo nulla est potentia ad nõ esse: nec esse incepit. Et ideò est ipsum esse: quod propriè per tempus præsens designatur. Consequenter cùm dicit.

Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis Iesus. Principium, qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui,& iudicare: sed qui me misit verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.

POnit rationes inducentes ad fidẽ. Et primò ponitur Iudæorum interrogatio, Secundò Christi respõsio ibi. [Dixit eis Iesus principium,&c.] Tertiò intellecta eorum excæcatio. ibi. [Et nõ cognouerunt,&c.] Quia enim dominus dixerat nisi crediderit is quia ego sum. restabat adhuc quærere quis esset. Et ideò dicebãt ei. [Tu quis es?] quasi dicat. Vnde es: vt tibi credere debeamus? Et ideò cõsequenter cùm dicit. [Principiũ,&c.] Respondit inducens eos ad credendum. Et primò ex suæ naturæ sublimitate. Secundò ex iudiciaria sua potestate ibi. [Multa habeo,&c.] Tertiò ex paterna veritate: ibi [Sed qui misit me,&c.] Inducit quidem eos ad credendum Christo naturæ eius sublimitas. Quia ipse est principium. Vnde [dixit eis Iesus, principiũ qui & loquor vobis.] Principium in latino est neutri generis. Vnde dubium est vtrum sit hic nominatiui vel accusatiui casus. Vnde secundum Aug. non est legendum. Ego sum principiũ: sed principium me credite, ne moriamini in peccatis vestris. Dicitur etiam & pater principium. Et vno quidem modo nomen principij cõmune est patri & filio inquantùm. s. sunt vnum principium spiritussancti per cõmunem spirationẽ. Et tres personæ simul sunt principium creaturæ per creationem. Alio modo est proprium patris: inquantùm, scilicet pater est principium filij per æternam generationem. Non tamen plura dicimus principia: sicut nec plures Deos. Psalm. Tecum principium in die virtutis tuæ,&c. Hic autem dicit dominus se principium respectu totius creaturæ. Nam hoc, quod est per essentiã tale est principiũ & causa eorũ quæ sunt per participationem. ipse per essentiam (vt dictum est) est esse suũ: sed quia Christus non solùm habet in se diuinam naturam: sed etiam humanam. Ideò subdit. [Qui & loquor vobis.] Nam vocem Dei immediatè homo ferre non potest. Quia secundum Aug. Infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possunt. Exod. 20. Quid est homo: vt audiat vocem domini Dei sui? Ad hoc ergo, q immediatè ipsum diuinum verbum audiremus carnem assumpsit: cuius organo locutus est nobis. Vnde dicit. [Qui & loquor vobis.] i. humilis propter vos factus ad ista verba descendi. Hebr. 1. Multiphariè multisq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissimè locutus est,&c. supr. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris ipse enarrabit vobis. Vel aliter secundum Chriso. Vt per hoc, quod dicit [principium,&c.] reprehendit tarditatem intellectus Iudæorum. Nã post multa signa quæ ab eo viderant fieri adhuc indurari: quærunt à domino. Tu quis es? &c. Et ideò Iesus respondit. [Ego sum principium.] i. qui locutus sum vobis à principio, quasi dicat nõ habetis opus adhuc quærere quis ego sum: cũ iam deberet esse manifestum Hebr. 5. Cùm deberetis esse magistri propter tempus rursum indigetis,&c. Secundò inducit nos ad credẽdum Christo iudiciaria eius auctoritas. Et ideò subdit. [Multa habeo de vobis loq.& iudicare,] quasi dicat. Habeo auctoritatem vos iudicandi. Sed sciendum, quòd aliud est loqui nobis: & aliud loqui de nobis. Nobis enim loquitur Christus ad nostram vtilitatem, scilicet vt ad se trahat. Et sic loquitur nobis dum viuimus prædicando, inspirando: & huiusmodi faciendo. Loquitur autem de nobis non ad nostram vtilitatem: sed ad suam iustitiam ostendendam. Et hoc modo loquetur de nobis in iudicio futuro. Sed contrà supr. 3. Non enim misit Deus filium suum in mundum: vt iudicet mundum,&c. Responsio, dicendum, q aliud est iudicare,& aliud habere iudicare. Iudicare dicit actum iudicij. Et hoc non pertinet ad primum aduentũ Domini (vt supr. dixit.) Ego non iudico quẽquam, scilicet ad præsens. Sed habere iudicare dicit iudicij potestatem. Et hanc habet Christus suprà 5. Pater omne iudicium dedit filio. Act. 10. Ipse qui constitutus est à Deo iudex viuorũ & mortuorum,&c. Et ideò signanter dicit. [Multa habeo de vobis loqui & iudicare.] sed in futuro iudicio. Inducit etiam ad credendum Christo veritas paterna. Et quantùm ad hoc dicit. [Sed qui misit me verax est:] quasi dicat. Pater est verus. Ego loquor consona ei: ergo loquor vera, ergo debetis mihi credere. Dicit ergo. [Qui misit me.] s. pater [verax est.] Non participatiuè: sed ipsa essentia veritatis,& pater veritatis: aliàs cum filius sit ipsa veritas esset maior patre. Roma. 3. Est autem Deus verax. Et ego quæ audiui ab eo: non auditu humano: sed per generationem æternam cognitionem accepi: hæc loquor. Isai. 22. Quæ audiui à domino exercituum, &c. supr. 5. Nõ potest filius à se facere quicquam. Hoc autem, quod dixit. [Qui misit me,&c.] Dupliciter continuatur ad præcedentia. Vno modo sic dico, q [habeo de vobis iudicare.] sed iudicium meum verũ erit. Quia [qui misit me verax est.] Roma. 2. Iudicium Dei est secundum veritatem. Alio modo secũdum Chriso. dico, q [habeo de vobis iudicare.] sed hoc differo: non ex impotentia: sed vt obediam voluntati paternæ. Nam qui [misit me verax est.] Vnde cùm promiserit saluatorem,& propugnatorem, misit me nunc ad saluãdum. Et ego quia non loquor: nisi quæ audiui ab eo. Ideò loquor vobis salutaria. Consequenter cùm dicit.

Et non cognouerũt, quia patrẽ eius dicebat Deum.

REprehendit, tarditatẽ intellectus ipsorum. Nondum enim oculos cordis apertos habebant, quibus patris & filij æqualitatẽ intelligerent. Et hoc quia carnales erant. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit,&c.

Dixit ergo eis Iesus. Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis.

HIc primò prænunciat Christus per quod pe ruenire debeant ad fidem: quod est remedium contra mortem. Et circa hoc duo facit. Primò, ostendit per quid venturi sunt ad fidem. Secundò, docet quid sit de ipso credẽdũ ibi. [Quia ego sum.] Dicit ergo primò, q ad fidẽ peruenire debebãt per passionem eius. Vnde [Dixit eis Iesus, cùm exaltaueritis,&c.] quasi dicat modo non cognoscitis patrem meum esse Deum. Sed [cùm exaltaueritis filium hominis.] i. cũ me ligno crucis affixeritis [tunc cognoscetis.] s. aliqui ex vobis per fidem infr. 12. Ego si exaltatus fuero à terra,&c. Ideò autem secũdum Aug. crucis commemorat passionem: vt det spem peccatoribus: vt scilicet nullus desperet in quocũque scelere, & male sibi conscius quando ipsi crucifigentes Christum per sanguinem Christi liberantur à peccatis. Nullus est enim adeò peccator qui per sanguinem Christi liberari non possit. Vel secundum Chrisosto. [cùm exaltaueritis filium hominis.] s. in cruce [tunc cognoscetis.] i. cognoscere poteritis: qualis sim non solùm per gloriam resurrectionis meæ: sed etiam per pœnam captiuitatis & destructionis vestræ. Quantùm autem ad secundum tria docet de se credenda. Primò, diuinitatis maiestatem. Secundò, suam originem à patre. Tertiò sui à patre inseparabilitatem. Maiestatem quidem diuinitatis cùm dicit.

Quia ego sum: & à meipso facio nihil: sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Et qui me misit: mecum est, & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei facio semper.

IDest, habeo in me naturam Dei: & sum ille qui locutus est Moysi dicens. Ego sum qui sum. Sed quia ad ipsum esse pertinet tota trinitas: ideò ne excludatur personarũ distinctio. Consequenter docet credere originem à patre cũ dicit. [Et à meipso facio nihil. sed sicut docuit me,&c.] Sed quia cœpit Iesus facere & docere: ideò in duob⁹ originẽ suã à patre designat. s. in his quæ facit. Vnde dicit. [Et à meipso facio nihil supr. 5. Non potest filius à se facere quicquã: & in his quæ docet. Vñ dicit. [Sed sicut docuit me pater.] i. tradidit scientiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

generando me scientem. Quia cùm sit simplex natura veritatis: hoc est filio esse ꝙ nosce. Et sic quemadmodum pater dedit filio gignendo vt esset: sic gignendo dedit ei vt nosceret. supra 7. Mea doctrina nō est mea. Et ne intelligatur quòd sit missus à patre quasi ab eo distinctus. Ideò tertiò docet credere eius à patre inseparabilitatē cùm dicit [Et qui misit me.] scilicet pater [mecum est.] per essentiæ vnitatem infra 14. Ego in patre, & pater in me est. Item per amoris cōiunctionē. supra 5. Pater diligit filium, &c. Et sic itáq; pater misit filium: ꝙ non recessit ab eo. Vnde sequitur [Et non reliquit me solùm.] quia affectus eius est circa me. Sed cū ambo simul sint, vnus tamen est missus, & alter misit. Quia missio incarnatio est. Quæ quidem filij tantùm est: & non patris. Quod autē non reliquit me: patet ex signo [Quia quæ placita sunt ei facio semper.] Quod quidem nō ponitur pro causa meritoria: sed pro signo, quasi dicat. Hoc ipsum quod ego facio semper sine initio: sine fine [quæ placita sunt ei.] est signum ꝙ semper mecū est: & nō reliquit me. Prouerb. 8. Cū eo eram cuncta cōponens. Vel aliter [non reliquit me.] scilicet hominem protegendo [Quia quæ placita sunt ei, &c.] Et secundum hoc dicit causam meritoriam. Consequenter cùm dicit.

Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

PONitur effectus doctrinæ: qui est cōuersio multorum ad fidem ex auditu doctrinæ Christi. Romanorum 10. Fides ex auditu: auditus autem, &c.

LECTVRA IIII.

Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei Iudæos. Si vos manseritis in sermone meo: verè discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.

POSITO remedio euadendi tenebras: hîc consequenter ostēdit ipsius remedij efficaciam. Et primò ponitur remedij efficacia. Secundò introducitur remedij indigentia ibi [Responderūt ei Iudæi.] Circa primū duo facit. Primò ostendit quid exigitur ab eis quibus remedium confertur: quod pertinet ad meritū. Secundò quid eis pro eo redditur quod pertinet ad ꝑmiū ibi [Verè discipuli, &c.] Dicit ergo primò. Dictum est ꝙ multi crediderunt in eum. Et ideò ostendit. ſ. qui crediderūt in eum Iudęos quid ab eis requiratur, hoc scilicet ꝙ maneant in sermone eius. Vnde dicit [Si vos manseritis in sermone meo verè, &c.] quasi dicat. Non propter hoc ꝙ creditis superficie tenùs eritis discipuli mei [sed si manseritis in sermone meo.] Exiguntur autē à nobis tria circa verbū Dei. ſ. solicitudo ad audiendum. Iacob. 1. Sit autē omnis homo velox ad audiendum, &c. Fides ad credendum. Rom. 10. Fides ex auditu. Cōstantia ad permanendum. Eccles. 6. Quā aspera est nimium indoctis hominibus sapientia: & nō permanebit in illa excors. Et ideò dicit [Si manseritis.] ſ. per fidei stabilitatē: per cōtinuam meditationē. Psal. In lege eius meditabitur die ac nocte. Et feruentē affectionem. In lege domini fuit voluntas eius. Vnde dicit August. ꝙ illi in verbis domini permanent: qui nullis tentationibus cedunt. Primum autem quod perſistentibus redditur ostendit cū dicit [verè, &c.] Et hoc quantū ad tria. ſ. quantùm ad discipulatus Christi sublimationē: quantū ad veritatis cognitionem, & quantū ad liberalitatis adeptionē. Si quidem magnę dignitatis est priuilegiū esse discipulum Christi. Ioē. 2. Filij Syō exultate, &c. Et quātum ad hoc dicit. [Verè discipuli mei eritis.] Quantò enim magister est maior, tantò discipuli eius sublimiores sunt. Christus autem excellentiſsimus, & summus magister est. Discipuli ergo eius excellētiſsimi sunt. Tria autem requiruntur ex parte discipulorum. Primum est intellectus ad capiendum verba magistri. Matth. 15. Et adhuc & vos sine intellectu estis: Solus autem Christus potest aperire aurem intelligentiæ. Luc. vlti. Aperuit illis sensum: vt intelligeret scripturas. Et ideò dicebat Isa. Dominus aperuit mihi aurem. Secundum est ascensus ad credendū sententiæ magistri. Nam (vt dicitur. infr. 13.) Non est discipulus super magistrū. Et ideò non debet ei contradicere. Vnde dicitur Ecclesiasti. 4. Non contradicas verbo veritatis, &c. Et ideò subdit. Isai. Ego autem non contradico. Tertiò stabilitas ad permanendum. sup. 6. Dicitur, quòd multi discipuli abierunt retro, &c. Iam cum illo, &c. Et ideò subdit Isai. Retrorsum non abij. Sed maius est veritatem cognoscere, cum sit finis discipuli. Et hoc etiam Dominus credentibus reddit. Vnde dicit. [Cognoscetis veritatem,] scilicet doctrinę, quam ego doceo. infr. 13. In hoc natus sum, & ad hoc veni: vt testimonium, &c. Iteꝝ gratiæ quam ego facio. supr. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et dicitur gratia veritatis per comparationem ad figuras veteris legis. Item æternitatis in qua permaneo. Psal. In æternum Domine permanet verbum tuum, in generatione, & generationem veritas tua. Sed maximum est libertatis adeptio, quam efficit cognitio veritatis in credentibus. Vnde dicit. [Et veritas liberabit vos.] Liberare autem in hoc loco non importat exceptionem à quacunque angustia (prout in Latino sonat.) Sed propriè dicit liberum facere. Et hoc à tribus. Quia veritas doctrinæ liberabit ab errore falsitatis. Prouerb. 8. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestātur impium. Veritas gratiæ liberabit à seruitute peccati. Roman. 8. Lex autem spiritus vitæ in Christo Iesu liberabit me, &c. Sed veritas æternitatis in Christo Iesu liberabit nos à corruptione. Roma. 8. Ipsa creatura liberabatur à seruitute corruptionis. Consequenter cùm dicit.

Responderunt ei. Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis liberi eritis?

OStendit remedij necessitatem Iudæis inesse. Et primò exaggeratur Iudæorum præsumptio se tali remedio indigere negantium. Secundò ostenditur quomodò remedio indigēt ibi. [Respondit eis Iesus. Amen amen dico vobis.] Præsumptio autē Iudæorum ostenditur in quadam præsumptuosa interrogatiōe. Vnde [Responderunt ei Iudæi. Semē Abrahæ, &c. Quomodò tu dicis.] In qua quidem primò aliquid affirmāt. Secūdò aliquid negāt. Et tertiò interrogant. Affirmāt quidem se esse semē Abrahæ. Vnde dicunt. [Semen Abrahæ sumus.] In quo ostenditur eorū inanis gloria. Quia de solæ carnis origine gloriātur. Mat. 3. Ne cœperitis dicere. Patrē habemus Abraham. Simile faciunt qui de carnali nobilitate extolli quærunt. Ose. 9. Omnis gloria eorū à partu ab vtero & cōceptu. Negāt autem seruitutē. Vnde dicūt. [Nemini seruiuimus vnquā.] In quo se hebetes ostēdunt, & mendaces. Hebetes quidem: quia quod Dominus de spirituali libertate loquitur, ipsi intelligunt de corporali. 1. Corin. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Mendaces autem: quia si hoc, quod dicunt. [Nemini seruiuimus vnquā.] Intelligunt de seruitute carnali: aut loquuntur vniuersaliter quātū ad totū genus Iudæorum: aut specialiter quātū ad seipsos. Siquidē viri manifestè mentiuntur. Nā Ioseph venūdatus est. Et patres eorum seruierunt in Aegypto (vt patet Gen. 40. & Exod. 1.) Vnde Augu. dicit O ingrati quid est, ꝙ assiduè vobis imputat Deus, ꝙ vos de domo seruitutis liberauit: si nemini seruiuistis. Dicitur enim Deut. 13. Eduxi vos de Aegypto de domo seruitutis, &c. Si autem de seipsis loquūtur: nō possunt etiam à mendacio excusari. Nam & ipsi tunc temporis Romanis tributa soluebant. Vnde dicebant Matth. 22. Si licet tributum dari Cæsari an non? Interrogant autem libertatis modum. Vnde dicunt. [Quomodò tu dicis liberi eritis?] Dominus eis duo promisserat. ſ. libertatem: & veritatis cognitionem cū dicit. Cognoscetis veritatem, &c. Per quod Iudæi intelligebant se seruos & ignaros à domino reputari. Et licèt magis iniuriosum sit deficere à cognitione, quā à libertate: quia tamen carnales erant: neglecta veritate modū liberatis inquirunt. Psal. Oculos suos statuerunt declinare in terram.

Respondit eis Iesus. Amen amen dico vobis: quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.

HIc dominus eorū præsumptionem excludens, eos remedio prædicto indigere conuincit. Et primò agit de eorum seruitute. Secundò de eorum liberatione: ibi [scio quia filius, &c. Conuincit autem eos de seruitute non carnali qualem illi intelligebant: sed spirituali scilicet peccati ad quam exaggerandam duo præmittit, scilicet ingenium iuramentum. Vnde dicit. [Amen amen dico vobis.] Amen est nomen Hebræum, quod interpretatur verè, vel fiat. Quod secundum Aug. nec græcus interpres: nec latinus ausus est interpretari: vt honorem haberet velamento secreti: non vt esset ligatum: sed ne vilesceret nudatum. Et specialiter propter reuerentiam domini qui frequenter ipso vsus est. Ponit ergo hîc dominus quasi quodam iuramento. Quod ideò geminatur: vt suā sententiā magis firmā ostendat. Heb. 6. Interposuit iusiurandū: vt per duas res immobiles, &c. Secūdò vniuersalē locutionē cū dicit. [Omnis.] siue Iudæus: siue græcus: diues: aut pauper: imperator: vel mendicus. Roma. 3. Non est distinctio Iudæi & græci. Omnes enim peccauerunt, &c. Seruitutem etiam proponit dicens. [Qui facit peccatum seruus est peccati.] Sed contra seruus non mouetur proprio arbitrio suo, sed domini. Qui autem facit peccatum mouetur proprio arbitrio suo. Ergo non est seruus. Responsio. Dicendum, ꝙ vnūquodq; est illud quod conuenit ei secundū suā naturā. Quādo ergo mouetur ab aliquo extraneo, nō operatur secūdū se: sed ab impressione alterius: quod est seruile. homo autē secūdū suā naturā est rationalis. Quando ergo mouetur secundū rationē ꝓprio motu mouet, & secūdū se operat: qđ est libertatis. Quādo verò peccat operat ꝓter rationē: & nō mouet quasi ab alio retēt⁹ terminis alienis. Et ideò [qui facit peccatū, &c.] 2. Petri 2. A quo quis superatio est ei⁹ seruus adductus est: sed quātò quis mouet ab extraneo: tātò magis in seruitutem redigitur. Et tantò magis vincitur à peccatò: quātò minus habet de ꝓprio motu. ſ. rationis, & magis efficitur seruus. Vnde quantò aliqui liberiùs peragunt peruersa quæ volunt, & minori difficultate, tātò peccati seruitio obnoxius obligātur. (vt Gregorius dicit.) quæ quidem seruitus grauissima est: quia vitari non potest. Nā quocúnq; homo vadat peccatū intra se habet: licèt actus & delectatio eius trāseat. Isa. 13. Cū requiē dederit tibi Deus à seruitute tua dura. ſ. peccati, &c. Seruus autē corporalis fultē fugiēdo euadi potest. Vnde dicit Aug. O miserabilis seruitus. ſ. peccati. Seruus hominū aliquando sui domini duris imperijs fatigatus fugiēdo requiescit: seruus peccati quo fugit secū trahit quocūq; fugerit, peccatum enim quod fecit intus est. Voluptas transit peccatum. ictus transit: præterijt, quòd delectabat: remanſit, quod pungat. Consequenter cùm dicit.

Seruus autem nō manet in domo inæternum. Filius autem manet inæternum. Si ergo vos filius liberauerit: verè liberi eritis.

AGit de liberatiōe à seruitute. Quia omnes peccauerūt: & omnes erāt serui peccati. Sed imminet vobis liberationis spes ab eo qui liber est à peccato. Et hic est filius. Vnde circa hoc tria facit. Primò præmittit serui cōditionē: vt distinguatur liber à seruo. Secūdò ostēditur conditionē filij à seruo diuersam. Tertiò concludit potestatē filij à seruo diuersam. Tertiò cōcludit potestatē filij in liberando. Est ergo conditio serui trāsitoria & instabilis. Vnde dicit. [Seruus nō manet in domo inæternū.] Domus ista est ecclesia. 1. Thim. 4. Vt scias quò oporteat te conuersari in domo Dei, &c. in qua quidē domo aliqui spiritualiter serui ad horam tantùm permanent: sicut in domo patrisfamilias corporaliter serui manent ad tēpus: nō tamen inæternum: quia licèt modo mali non sint separati numero à fidelibus, sed merito tantū. In futuro tamē separabūtur vtróq; modo Gal. 4. Eijce ancillā & filiū eius. Nō erit hæres, &c. Cōditio verò filij est æterna & stabilis. Vnde dicit. [Filius autē. i. Christus permanet inæternū]. Sic in ecclesia tanquam in domo sua Heb. 3. Dicitur ꝙ Christus tanquā filius in domo sua, &c. Et quidē ipse per seipsum in domo manet inæternō: quia ipse immunis est à peccato. Nos autem sicut per ipsum à peccato liberamur: ita & per ipsum in domo manemus. Liberationis autem potestatem habet filius. Vnde subdit. [Si igitur filius vos liberauerit, &c.] Gal. 4. Non sumus ancillæ filij: sed liberæ: qua libertate Christus, &c. Nā (vt Apo. dicit.) Ipse precium dedit nō argētum: sed sanguinem suum. Venit enim in similitudinem carnis peccati, nullum omninò habens peccatum: & ideò factum est verū sacrificiū pro peccato. Vnde per eum liberamur non à barbaris: sed à diabolo. Et nota, ꝙ est multiplex libertas. ſ. peruersa. Quando quis aburitur ea ad peccandum. Et hæc est libertas à iustitia: quam nullus cogitur seruare. 1. Petri. 2. Quasi liberi & nō quasi velamen habentes, &c. Vana, quæ est temporalis seu carnalis. Iob. 3. Seruus & liber à domino suo. Vera & spiritualis quæ est libertas gratiæ: quæ est. ſ. carere criminibus: quæ est imperfecta. Quia caro cōcupiscit aduersus spiritum: vt non ea quæ volumus faciamus. Roma. 7. Gloriæ & perfecta atque plena: quæ erit in patria. Roma. 8. Ipsa creatura liberabitur à seruitute. Et hoc erit: quia nihil erit ibi inclinans ad malum: nihil opprimens: quia ibi erit libertas à culpa & à pœna. Chrisostomus autem hoc aliter introducit. Quia enim dixerat. Qui facit peccatum seruus est peccati, ne præcurrant Iudæi: & dicant. Licèt simus serui peccati: tamen possumus liberari per sacrificia: & cerimonias legis. Propterea, dominus ostendit: quòd per ea liberari non possunt: sed solùm per filium. Vnde dicit [seruus.] i. Moyses, & pontifices veteris testamenti. [Non manet in domo inæternum.] Hebr. 3 Moyses sicut famulus in omni domo sua: & cerimoniæ etiam æternæ nō sunt: & ideò non possunt conferre libertatem æternam. Consequenter cùm dicit.

Scio quia filij Abrahæ estis.

AGit de eorum origine. Et primò confitetur eorum originē carnis. Secundò inquirit originem spiritus ibi. [Sed quæritis me interficere, &c.] Originem autem carnis ipsorum dicit esse. Abrahā [scio] inquit [quia filij Abrahæ estis] origine carnis tantùm non similitudine fidei. Isa. 51. Attendite ad Abraham patrem nostrum & ad Saram, &c. Spiritualem originem inquirit dicens.

Sed quæritis me interficere: quia sermo meus nō capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem, loquor.

ET primò ostendit eos originem spiritualem habere. Secūdò excludit originē præsumptā ibi. [Responderunt & dixerunt ei pater noster.] Tertiò, ostendit originem eorum veram ibi. [Vos ex patre diabolo, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit eorum culpam. Secundò, concludit eorum spiritualem originem ibi. [Vos quę vidistis apud patrem vestrum.] Circa primū, tria facit. Primò imponit eis culpam homicidij. Secundò crimen infidelitatis. Tertiò aufert eis excusationis viam. Ostendit ergo eos domious spiritualiter ex mala radice procedere. Et ideò signanter arguit eos de peccato, & dimissis omnibus alijs quibus Iudæi multipliciter irretiti erant: hoc illud tantùm commemorat, quod iugiter in mente habebant. ſ. peccatum homicidij. (Quia vt dictum est supra.) cū volebant eum occidere. Et ideò dicit. [Sed quæritis me interficere.] Quod est contra legem vestram. Exod. 20. Non occides infrà 11. Ab illo ergo die cogitabant interficere eum. Sed possent dicere. Quia occidere aliquē ex culpa non est peccatum: & ideò dominus dicit causam homicidij esse: non quidem culpa Christi: nec eorum iustitia: sed ipsorum infidelitas, quasi dicat. Quæritis me interficere: non propter iustitiā: sed propter vestram infidelitatem. [Quia sermo meus non capit in vobis.] Matth. 14. Non omnes capiunt verbum istud: sed quibus datum est, &c. Vtitur autem dominus hoc modo loquendi. Primò quidem ad ostendendum sui sermonis excellentiam, quasi dicat. Sermo meus superexcedit capacitatem vestram. Nam ipse de spiritualibus est, vos autem intellectum carnalem habetis: & ideò ipsum non capitis. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit, &c. 2. verò propter similitudinem quandam. Nam (vt Aug. dicit.) sic est sermo Dei infidelibus: tanquam piscibus hamus: qui non capit: nisi capiatur. Et ideò dicit [sermo meus non capit in vobis.] i. in cor vestrum. Quia non recipitur in vobis eo modo quo Petrus captus erat supra 7. Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Nec tamen fit iniuria eis qui capiuntur ad salutem, quippe non ad pernitiem capit. Nam dicitur Deut. 18. quòd Prophęta qui loquit quasi ex ore domini ea quæ dominus non dixit, debet interfici. Vnde ne Iudæi dicerent eum interficiendum fore eo, quòd à seipso, & non ex ore domini loquebatur: inducit subdens. [Ego quæ vidi apud patrem meum loquor.] quasi dicat. Non potest imponi mihi, quòd loquor quæ non audiuit quia non solùm audita, sed quod plus est, visa loquor. Alij enim Prophetæ locuti sunt ea quæ audierunt: sed ego quæ vidi hæc loquor supra. 1. Deum nemo vidit vnquā vnigenitus. 1. Ioan. 1. Quod vidimus, & audiuimus, &c. Est autem hoc intelligendum de visione certissimæ cognitionis: quia filius patrem cognoscit: sicut ipse seipsum nouit. De quo dicitur Matth. 11. Nemo nouit patrem nisi filius. Spiritualem autem eorum originem concludit dicens.

Et vos quæ vidistis apud patrem vestrum facitis.

QVasi dicat. Ego ea loquor quæ meæ origini cōueniunt. Vos autem aliqua facitis quæ sunt apud patrem vestrum. ſ. diabolū: cuius filij erant. secundum Aug. non inquantū homines: sed inquantùm mali erant. Ea inquam quæ vidistis diabolo suggerente. Sap. 2. Inuidia diaboli. Secundum Chriso. est alia litera. [Vos quæ vidistis apud patrem vestrum facitis.] quasi dicat. Sicut ego verbis in veritate patrem meum ostendo: ita vos ostendite operibus patrē vestrum originē. ſ. Abraham: quæ vidistis docti per legem & Prophetas.

LECTVRA V.

Responderunt, & dixerunt ei. Pater noster Abrahā est. Dixit eis Iesus.

POSTQVAM dominus ostēdit Iudæos aliquam spiritualem originem habere. Hic concludit ab eis origines quas sibi præsumptuosè attribuebāt. Et primò excludit originem quam se traxisse dicebant ab Abrahā. Secundò originem quam se putabant habere à Deo ibi. [Dixerunt itáque ei nos ex fornicatione, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit opinionem Iudæorum de eorum origine. Secundò excludit eam ibi. [Si filij Abrahæ estis, &c.] Sciendum est autem circa primum: quia dominus dixerat eis. Quæ vidistis apud patrem vestrum facitis: ideò gloriantes se de carnali generatione transferunt se ad Abraham. Vnde dicunt. [Pater noster Abraham est.] quasi dicat: Si spiritualem originem habemus, boni sumus: quia Abraham pater noster bonus est. Psalm. Semen Abraham serui eius. (Et vt dicit. Aug.) nitebantur cū provocare: vt aliquid male diceret de Abraham: & esset eis occasio facere, quòd cogitabant. ſ. occidere Christum. Sed dominus consequenter cùm dicit.

Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.

EXcludit hanc ipsorum opinionem tanquam falsò prolatam. Et proponit primò signum debitum filiationis Abrahæ. Secundò ostendit hoc signum in Iudæis non esse ibi. [Nunc autem quæritis, &c.] Tertiò, concludit propositum ibi. [Vos facitis opera patris vestri.] Signum quidem filiationis alicuius est, quòd assimiletur ei cuius filius est: sicut enim filij carnales vt plurimum parentibus carnalibus assimilantur: ita & filij spirituales (si sint verè filij) dicūtur spirituales parentes imitari. Ephe. 5. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi. Et quantū ad hoc dicit. [Si filij Abrahæ estis: opera Abrahæ facite.] quasi dicat. Hoc signū esset, quòd essetis filij Abrahæ si eum imitaremini. Isa. 51. Attendite Abraham patrem nostrum, & Sarrā, &c. Sed dubitatur hîc, quòd videtur quidem eos negare esse filios Abrahæ dubitatiuè loquens. [Si filij Abrahæ estis.] Ad quod dupliciter respondetur. Vno modo secundum Aug. quòd supra affirmauit eos esse filios Abrahæ secundum carnem. Hîc autem negat eos filios secundum imitationem operum: & præcipuè fidei. Caro ergo illorum ex ipso erat. sed vita non erat. Gallat. tertio. Qui ex fide sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

hi reputantur in semine. Alio modo secundum Origenem, ꝙ vtrum que referatur ad spiritualem originem: sed vbi nos habemus. Scio ꝙ filij Abrahæ, &c. In Græco habetur. Scio ꝙ semen Abrahæ, &c. Hic verò dicit. [Si filij Abrahæ, &c.] Quia Iudæi quidem spiritualiter loquendo semen Abrahæ erant, sed non eius filij. Differentia est inter semen & filium. Nam semen est quid informe, & tamen habet in seipso rationes eius cuius est semen. Filius enim transmutato semine per virtutem informatiuam ab agẽte in appositam sibi materiam à muliere super inducto nutrimento similitudinem generantis habet. Eodem modo & Iudæi semen quidem Abrahæ erant inquantùm in eis aliqua ratio eorum quæ Deus in Abraham infuderat apparebat: sed quia non ad perfectionem Abrahæ peruenerant: ideò filij eius nõ erãt. Et propter hoc dicit eis. [Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.] id est, ad perfectam imitationem operum eius satagite. Ex hoc autem quod dicit. Opera Abrahæ facite. Videtur quòd quæcúnque ipse fecit: & nos facere debemus. Ergo debemus plures vxores accipere: & ad ancillam accedere sicut Abraham fecit. Respondeo dicendum, quòd præcipuum opus Abrahæ est fides per quam iustificatus est apud Deum. Geneseos decimoquinto. Credidit Abraham Deo: & reputatũ est illi ad iustitiam. Et ideò intelligendum est opera Abrahæ facite, id est, ad similitudinem Abrahæ credite. Sed contra hoc est quia fides nõ videtur posse dici opus cùm contra opera distinguatur. Iacobi primo. Fides sine operibus mortua est. Respondeo dicendum, quòd fides opus dici potest secundum illud supra sexto. Hoc est opus Dei: vt credatis in eum, &c. Verum opus interiùs non est manifestum hominibus, sed soli Deo secundum illud primi Regum decimosexto. Homines vident ea quæ apparent, Deus autem intuetur cor. Inde est quòd communiùs ea quæ exteriùs fiunt consueuimus opera nominare. Fides ergo distinguitur non ab omnibus operibus: sed ab exterioribus tãtum. Sed numquid oĩa opera Abrahæ debemus facere. Ad hoc dicendum, quòd opus potest considerari dupliciter, vel secũdum speciem operis eius, & sic omnia opera eius non sunt imitanda: vel secundum radicem eorum: & sic opera Abrahæ imitanda sunt: quia quicquid fecit, ex charitate fecit. Vnde dicit Augustinus, quòd cœlibatus Ioannis non præfertur coniugio Abrahæ cùm eadem fuerit ratio vtriúsque. Vel dicendum quòd omnia opera Abrahæ imitanda sunt quantùm ad significationem: quia omnia in figura contingebant illis: vt dicitur 1. Corint. 10. Consequenter cùm dicit.

Nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo.

OStendit prædictum filiationis signum in eis non esse. Et primò ponuntur Iudæorum opera. Secundò ostendit ea esse Abrahæ operibus dissimilia ibi [Hoc Abraham nõ fecit.] Ostenduntur autem Iudæorum praua opera esse & peruersa: quia homicidæ erant. Vnde dicit [Nunc autem quæritis me interficere.] Isaiæ primo. Quomodò facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij. Iustitia habitauit in ea. Nunc autem homicidæ: sed hoc homicidium inæstimabile peccatum erat contra personam filij Dei. Vnde quia (vt dicitur primæ Corinthiorum secundo.) Si cognouissent nunquàm dominum gloriæ crucifixissent. Ideò dominus non dicit eos filium Dei quærere interficere, sed hominem. Quia & si filius Dei dicatur passus, & mortuus propter vnitatem suppositi: hoc non est inquantum filius Dei, sed propter infirmitatem humanam: quia (vt dicitur 2. Corin. vlt.) Si crucifixus est infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei. Et vt magis eorum homicidium exaggeret, ostẽdit eos nullam mortis causam aduersus eum habere. Vnde subdit. [Qui veritatem locutus sum vobis, quam audiui à Deo.] Ista veritas est, quòd dicebat se æqualem Deo. supr. quintò. Quærebãt eum Iudæi interficere: quia nõ solum sabbatum soluebat, sed patrem suum dicebat Deum æqualem se faciens à Deo. Hanc veritatem audiuit à Deo inquãtum ab æterno per generationem æternam accepit à patre eãdem naturam, quam ipse habet. supr. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso. Excludit antè duas causas propter quas Prophetę mandabantur occidi in lege. Primò quidem propter mendacium. Deute. 13. vbi præcipitur, quòd si aliquis Propheta surrexerit loquens mẽdacium, aut fictor somniorũ, interficiatur. Et hoc à se Dominus excludit dicens. [Qui veritatem locutus sum vobis.] Prouerb. 8. Veritatem meditabitur guttur meũ, &c. Secundò verò si aliquis Propheta locutus fuerit ex nomine falsorum Deorum: vel ex nomine Dei, quod ipse non præcepit occidi debebat (vt habetur Deut. 13.) Et hoc Dominus excludit à se cùm dicit. [Quã audiui à Deo.] Consequẽter cùm dicit.

Hoc Abraham non fecit.

OStendit eorum opera dissimilia esse operibus Abrahæ. q.d. In hoc probatis vos nõ esse filios Abrahæ quia facitis opera contraria operibus eius. Nam de eo legitur Ecclesiast. 44. quòd seruauit legem altissimi, & fuit in testimonio cum illo. Sed aliqui superflue obijciunt, quòd Christus ante Abraham nondũ erat. Et ideò Abraham hoc non fecit. Non enim occidi potuisset, qui nõ erat. Sed dicendum, quòd Abraham non commendatur ex hoc, quòd nõ fecit in Christo, sed ex eò, quòd non fecit in simili persona, id est, in his qui tunc veritatem dicebant. Vel dicendum, quòd si Christus non venerat tempore Abraham in carnem: venerat tamen in mente secundum illud Sapiẽ. 13. In animas sanctas per nationes se transfert, &c. Quem tamen Abraham non interfecit mortaliter peccãdo. De quo dicitur Hebr. 6. Rursùs crucifigentes filium Dei, &c. Consequenter cùm dicit.

Vos facitis opera patris vestri.

CConcludit propositum. q.d. Ex quo non facitis opera Abraham. Ergo habetis aliquem alium patrem, cuius opera facitis. Simile habetur Matth. 23. Vos implete mensuram patrum vestrorum. Consequenter cùm dicit.

Dixerunt itáque ei. Nos ex fornicatione nõ sumus nati. Vnum patrem habemus Deum.

OStendit eos nõ habere originem à Deo. Quia enim iam ex verbis Domini cognoscebant eum nõ de carnali generatione loqui. Ideò ad spiritualem generationẽ se trãsferunt dicẽtes. [Nos ex fornicatione nõ sumus nati, &c.] Vbi primò eorum opinionẽ proponunt. Secundò eam Dominus excludit ibi. [Dixit ergo eis Iesus, si Deus, &c.] In eorum autem opinione Iudæi vnum negant, & aliud asserunt. Negant se ex fornicatione nazos. Quod quidem secundum Origen. quasi improperando Christo proponunt latenter designantes ipsum ex adulterio productum fore: quasi dicat. [Nos ex fornicatione non sumus nati] sicut tu. Sed melius potest dici, quòd sponsus animæ spiritualiter Deus est. Ose. 3. Sponsabo te mihi Ecclesiæ. Sicut autem fornicatur sponsa: cùm præter sponsum suum carnalem alium virum admittit: ita in scripturis Iudæa fornicari dicebatur: quando Deum verum deserens idolis adhærebat. Oseæ 2. Fornicans fornicabitur terra à domino. Dicunt ergo Iudæi. [Nos ex fornicatione non sumus nati.] quasi dicat: si aliquando mater nostra synagoga à Deo recedens fornicata est cum idolis: nos tamen non recessimus: nec cum idolis fornicati sumus. Psalm. Nec obliti sumus te: & iniquè non egimus in testamento tuo: & non recessit retro cor nostrum. Isa. ascendite hoc filij fornicatricis, &c. Affirmant autem se esse filios Dei: quod videbatur sequi: ex quo non credebant se natos ex fornicatione. Vnde dicunt. [Vnum patrem habemus Deum.] Mal. 2. Nonne vnus est pater omnium nostrum. Hier. 3. Patrem vocabis me. Consequenter cùm dicit.

Dixit ergo eis Iesus. Si Deus pater vester esset: diligeretis vtique me.

COnfutatur eorum opinio à domino. Et primò proponit diuinæ filiationis signum. Secundò assignat rationem signi ibi. [Ego enim à Deo veni, &c.] Tertiò ostendit eos à prædicto signo deficere ibi. [Quare loquelam meam non cognoscitis?] Sciendum est autem circa primum, quia supra signum carnalis filiationis dixit esse opera exteriora: quæ homines exteriùs operantur. Hic autem signum filiationis diuinæ ponit interiorem affectionem. Nam filij Dei efficimur per communicationem spiritus sancti. Roma. 8. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed spiritum adoptionis. Spiritus autem sanctus causa est amoris Dei: Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum: qui datus est nobis. Roma. 5. Signum ergo speciale diuinæ filiationis est dilectio. Ephe. 5. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. Et ideò dicit. [Si Deus pater vester esset diligeretis vtique me.] Psalm. Innocentes & recti (qui sunt filij Dei) adhæserũt mihi. Rationem autem signi assignat dicens.

Ego enim ex Deo processi, & veni.

ET primò ponit veritatem. Secundò, excludit errorem ibi. [Neq; enim à meipo veni.] Veritas autem quam proponit est, quòd à Deo processit, & venit. Sed sciendum est, quòd omnis amicitia in coniunctione fundatur. Vnde & fratres se diligunt inquantùm ex eisdem parentibus principium sumunt. Dicit ergo dominus. Vos dicitis, quòd filij Dei estis: sed si hoc esset, diligeretis me quia à Deo processi, & veni. Qui ergo non me diligit, non est filius Dei. [Processi] inquam à Deo: vt vnigenitus ab æterno de substantia patris. Psalm. Ante luciferum genui te. Supra primo. In principio erat verbum [Veni] autem (vt verbum caro factum) & missus à Deo per incarnationem. Infrà 13. Exiui à patre vt verbum ab æterno, & veni in mundum: vt caro factum in tempore. Errorem autem excludit cùm dicit:

Neque enim à meipso veni: sed ille me misit.

ET primò excludit errorẽ Sabellij, qui Christũ non ab alio originẽ habuisse dicit: sed idẽ esse patrem & filiũ in persona finxit. Et quantùm ad hoc dixit. [Neque enim à meipso veni.] id est, secundum Hylarium. [Ego veni non à meipso] existens, sed quasi ab alio missus, scilicẽt à patre. Vnde subdit. [Sed ille me misit.] Gal. 4. Misit Deus filium suum natum ex muliere, &c. Secundò verò errorem Iudæorum, qui dicebant Christum non esse missum à Deo: sed falsum Prophetam. De quibus dicitur. Non mittebam eos, & ipsi currebant. Et quantùm ad hoc dicit secundum Origenem. [Neque enim à meipso veni: sed ille me misit.] Hunc petebat Moyses. Obsecro domine mitte quem missurus es. Ostendit autem eos ab hoc signo deficere cùm dicit.

Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum.

NAm sicut dictum est supra. Dilectio Christi est signum filiationis diuinæ. Isti autem Christum non diligebant. Vnde manifestum est eos ab hoc signo deficere. Quod autem eum non diligunt manifestat per effectum. Nam effectus dilectionis alicuius est, quòd diligens libenter audit verba dilecti. Vnde Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis. & Cant. vltimo. Fac me audire vocem tuam amici auscultant te. Quia ergo isti Christum non diligebant durum videbatur eis etiam vocem eius audire. Supra 6. Durus est hic sermo: quis potest eum audire? Sapientiæ quinto. Grauis est nobis etiam ad videndum. Contingit autem, quòd aliquis nõ libenter audit verba alicuius: quia ea examinare non potest: nec per consequens cognoscere. Et ideò eis contradicunt. Iob. 6. Respondete obsecro absque contentione: & non inuenietis, &c. Et ideò dicit. [Quare loquelam meam non cognoscitis.] dicentes & interrogantes. Quid est hoc, quod dixit. Quo ego vado vos non potestis venire. Et hoc ideò inquam non cognoscitis. [Quia non potestis audire sermonem meum.] idest, ita durum cor habetis ad me: quòd sermonem meum audire non vultis.

LECTVRA VI.

Vos ex patre diabolo estis.

POSTQVAM Dominus Iudæos ostendit originem aliquam spiritualem habere, & excluit ab eis originem præsumptam, hic astruit veram ascribens eis paternitatem diaboli. Et primò proponit intentum. Secundò rationem eis assignat ibi. [Et desideria patris vestri.] Tertiò posità rationem manifestat ibi. [Ille homicida erat, &c.] Dicit ergo. Vos facitis opera diaboli. Ergo [Vos ex patre diabolo estis,] scilicet per imitationem. Ezechiel. decimo. Pater tuus amoreus, & mater, &c. Cauenda est hæc hæresis Manichæorum, qui dicunt esse quandam naturam mali, & gentem quandam tenebrarum cum principibus suis: à qua corruptibilia omnia originem trahunt: & secundum hoc omnes homines secundum carnem ex diabolo processisse. Ponebant autem quasdam animas ad bonam creationem pertinere: & quasdam ad malam. Vnde dicebant hoc dictum à domino. [Vos ex patre diabolo estis.] Quia ab eo secundum carnem processistis: & animæ vestræ sunt de mala creatione. sed (vt Origenes dicit) introducit duas naturas propter differentiam boni & mali. Simile videtur ei qui diceret alteram esse oculi videntis substantiam, alteram caligantis: vel se aduertentis. Quemadmodum enim oculi sani, & lippi non differunt substantia: sed quædam contingit causa deficiens, scilicet quæ facit eum caligare: ita eadem est substantia & natura rei: siue sit bona seu habeat in se defectum, quod est peccatum voluntatis. Non ergo Iudæi mali dicuntur filij diaboli natura: sed imitatione. Consequenter cùm dicit.

Et desideria patris vestri vultis facere.

RAtionem assignatam exponit: quasi dicat non estis filij diaboli tanquam ab eo creati, & in esse producti. Sed quia eum imitantes desideria patris vestri vultis facere: quæ quidem mala sunt. Nam sicut ille inuidet homini eum vt occidat. Sapient. 1. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Et primò quidem introiuit mors peccati. Psalm. Mors peccatorum pessima. Deindè verò mors corporalis. Roma. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit: & per peccatum mors. Et (vt dicit Augustinus.) Noli putare te non esse homicidam: quando fratri tuo mala persuades. Attendendum est autem secundum Origenem, quòd ille homicida dicitur non propter aliquid singulariter tantùm: sed pro toto genere, quod peremit (in Adam inquam cuncti moriuntur: vt dicitur Roma. 5. Vnde anthonomaticè homicida dicitur. Et hoc [ab initio] in quò, scilicet fuit homo: qui occidi poterat: ex quo potuit fieri homicidium. Non enim posset occidi homo, nisi prius homo fieret. Consequenter cùm dicit.

Et in veritate non stetit.

POnit peccatum dæmonis contra Deum, quod consistit in hoc, quòd auertit se à veritate quæ Deus est. Et primò ostendit eum à veritate auersum. Secundò ostendit eum veritati contrarium ibi. [Dum loquitur mendacium, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit eum à veritate auersum. Secundò manifestat, quod dixit ibi. [Quia veritas in eo non est.] Dicit ergo. [Et in veritate non stetit,] Vnde sciendum est, quòd duplex est veritas, scilicet vocis, & operis. Veritas quidem vocis est: qua quis profert ore, quod gerit corde, & est in rerum natura. Ephe. 4. Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo, &c. Psal. Qui loquitur veritatem cum proximo, &c. Veritas iustitiæ: quando scilicet, quis agit quod conuenit sibi secundum ordinem suæ naturæ. De qua supra tertio dicit. Qui fecerit veritatem, veniet ad lucem, &c. De hac ergo veritate dominus loquens dicit. [Et in veritate.] scilicet iustitiæ [non stetit:] quia defuit ordinem suæ naturæ: qui erat vt Deo subijceretur: & per eundem beatitudinem suam, & naturalis desiderij complementum consequeretur. Vnde dum hoc per se consequi voluit à veritate cecidit. Hoc autem, quod dicit [in veritate non stetit.] potest dupliciter intelligi: vel quòd nunquam in veritate steterit: vel quòd aliquando steterit, sed in ea non permansit: sed hoc, quòd nunquam fuerit in veritate iustitiæ potest habere duplicem sensum. Vnus quidem secundum Manichæos: qui dicunt diabolum naturaliter malum esse. Ex quo sequitur, quòd semper malus fuerit. Nã quod inest naturaliter, semper inest: sed hoc est hæreticum: quia in Psal. dicitur, quòd Deus fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Ergo omne ens est à Deo. Omne autem, quod est à Deo inquantùm est bonum est. Et ideò alij dixerunt, quòd dæmon ex sui natura bonus est à Deo creatus: sed in primo instanti factus est malus per liberum arbitrium. Et differunt isti à Manichæis. Quia illi dicunt dæmones semper fuisse malos & naturaliter. Isti verò semper malos: sed per liberum arbitrium. Sed posset alicui videri, quòd quia angelus non est malus per naturam: sed per peccatum propriæ voluntatis. Peccatum autem est actus quidam: potuit fieri: vt angelus in principio actus fuerit bonus sed in termino actus mali fuerit malus esse actus. Manifestum est autem, quòd actus peccati in dæmone est creatione posterior. Terminus autem creationis est ipsum esse angeli. Terminus verò operationis peccati est, quòd sint mali. Et sic ex hac ratione volunt, quòd impossibile sit in principio instantis quo angelus esse cœpit, fuerit malus. Sed hæc ratio non videtur sufficiens, habet enim locum in motibus temporalibus tantùm: qui successiuè aguntur. Non autem in motibus instantaneis. Nam in motibus successiuis aliud est instans in quo incipit actio: & aliud in quo terminatur. Sicut si mons localis sequitur ad alterationem: non potest in eodem instanti terminari motus localis & alteratio: sed in mutationibus instantaneis: simul & in eodem instanti potest esse terminus primæ & secundæ mutationis: sicut in eodem instanti quo illuminatur luna à sole: & illuminatur aër à luna. Manifestum est autem, quòd creatio est instantanea, & similiter motus liberi arbitrij in angelis: cùm non indigerent collatione: & discursu rationis. Vnde nihil prohibet simul in eodem instanti esse terminum creationis: & in quo fuit bonus: & iterum terminum liberi arbitrij, in quo fuit malus. Et hoc aliqui concedunt: sed dicunt hoc non fuisse: licèt esse potuit. Et hoc propter auctoritatem scripturæ. Dicitur enim sub figura Regis babylonis de diabolo. Isaiæ decimoquarto. Quomodò cecidisti lucifer, qui mane oriebaris? Et Ezechiel. vigesimooctauo dicitur sub persona regis Tyri. In deliciis paradisi Dei fuisti & ideò dicunt: quòd non fuit in principio suæ creationis malus: sed quandóq; bonus fuit: & per liberum arbitrium cecidit. Sed dicẽdum est, quòd in primo instanti suæ creationis non potuit esse malus. Cuius ratio est: quia nullus actus habet rationem peccati: nisi inquantùm est præter rationem naturæ agentis voluntarij. In quolibet autem ordine actuum: prius est actus naturalis: sicut intelligendo: primò intelliguntur prima principia: & per ipsa intelliguntur alia: & in volendo similiter primò volumus vltimam perfectionem, & vlti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum finem cuius appetitus naturaliter nobis ineſt, & propter ipſum appetimus alia. Quod autē ſecundum naturā fit non eſt peccatum. Impoſsibile eſt ergo q̄ primus actus diaboli fuerit malus, fuit ergo diabolus in aliquo inſtanti bonus. [Sed in veritate non ſtetit.] id eſt, non permanſit. Ad illud autem quod dicitur. 1. Ioan. 3. Diabolus ab initio peccauit. Dicendum, q̄ ab initio quidem peccauit peccati ſui: quia ex quo incœpit peccare autem nunquàm deſijt. Conſequenter cùm dicit.

Quia non eſt veritas in eo.

MAnifeſtat quod dixit. Quæ quidem manifeſtatio intelligitur dupliciter. Vno quidem modo ſecundum Origenem: vt ſit manifeſtatio cōmunis per ſpecialem: ſicut ſi vellē manifeſtare, q̄ ſortes eſt animal per hoc, quod eſt homo, quaſi dicat. In veritate nō ſtetit: ſed cecidit. Et hoc [quia veritas nō eſt in eo.] Eſt autē duplex gradus non ſtantium in veritate. Aliqui enim in veritate nō ſtant: quia non firmātur in ea: ſed dubitant. Pſal. Mei autē penè moti ſunt pedes, &c. Aliqui autē quia totaliter à veritate reſiliunt. Et ſic diabolus in veritate nō ſtetit, ſed ab ea receſsit per auerſionē. Sed nūquid nulla veritas eſt in eo: & quidem ſi nulla veritas ſit: neq; ſemetipſum intelliget, neq; aliquid aliud: cū intellectus nō ſit: niſi verorū. Quod eſt inconueniens. Dicendum eſt ergo in dæmonibus eſſe aliquam veritatē: ſicut aliquod verū. Nullum enim malum totaliter corrumpit bonū, cùm ad minus ſubiectū in quo malum eſt ſit bonum. Ideò Dionyſius dicit, q̄ in dæmonibus manent integra naturalia bona. Sic igitur aliqua veritas eſt in eis: ſed non veritas completiua: à qua auerſi ſunt. ſcā Deo: qui eſt veritas & ſapientia completiua. Secundo vero modo manifeſtatio iſta eſt per ſignum. (Vt Aug. dicit.) Quia videtur q̄ potiùs debuiſſet contrarium dici. Ideò. ſ. [veritas non eſt in eo.] Quia in veritate nō ſtetit: ſed ſicut cauſa aliquando manifeſtatur per effectum: ita dominus voluit oſtendere q̄ in veritate non ſtetit per hoc q̄ veritas non eſt in eo (eſſet enim in eo ſi in veritate ſtetiſſet) ſimilis modus loquēdi habetur in Pſal. Ego clamaui quoniam exaudiſti. Quaſi ex hoc apparet: quòd clamauit: quia fuit exaudit⁹. Conſequenter cùm dicit.

Cùm loquitur mendacium: ex proprijs loquitur.

OStendit, q̄ diabolus eſt contrarius veritati. Et primò ponit intentum. Secundò manifeſtat propoſitum ibi. [Quia mendax eſt, &c.] Veritati autē contrarium eſt falſum & mendacium. Diabolus autem eſt veritati contrarius: quia loquitur mendacium. Et ideò dicit. [Dum loquitur, mendacium loquitur.] Vbi ſciendum eſt, quòd quicúnque præter Deum loquitur ex proprijs, mendacium loquitur: quamuis quicúnq; mendacium loquitur ex proprijs loquatur. Solus autem Deus loquendo ex proprijs, loquitur veritatē. Veritas enim eſt illuminatio intellectus. Deus autē eſt ipſum lumē, & ab ipſo omnes illuminantur ſupra 1. Erat lux vera quæ illuminat, &c. Vnde & eſt ipſa veritas. Et alij nō loquuntur veritatē: niſi inquantū ab ipſo illuminātur. Vnde ſicut Ambroſius dicit. Omne verū à quocúnque dicatur, à ſpiritu ſancto eſt. Sic ergo diabolus cùm loquitur ex proprijs: loquitur mendacium. Homo etiā cùm ex proprijs loquitur, mēdacium loquitur: ſed cū à Deo loquitur, tunc loquitur veritatem. Rom. 3. Eſt autē Deus verax: omnis autem homo mendax quantū eſt in ſe: ſed nō omnis homo qui loquitur mendacium loquitur ex proprijs: quia quandóq; hoc ab alio accipit: non quidem à Deo: qui eſt verax: ſed ab eo qui in veritate non ſtetit, & primò mendacium adinuenit. Et ideò ipſe ſingulariter cùm loquit⁹ mendacium, ex proprijs loquitur. 3. Reg. vlti. Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore, &c. Iſai. 19. Dominus immiſcuit, id eſt, miſcere permiſit in medio eius ſpiritum erroris. Propoſitum autem manifeſtat cùm dicit.

Quia mendax eſt, & pater eius.

QVod quidem Manichæi male intelligentes ponebant dæmonium generationes putātes diabolum patrem habere. Vnde dicebant, quòd diabolus [mēdax eſt & pater eius.] i. diabolus. Quod quidem non ſic eſt intelligendum. Nam dominus dixit, quòd diabolus [eſt mendax: & pater eius.] i. mendacij. Non enim omnis qui mētitur pater eſt ſui mendacij. Nam (vt Aug. dicit.) Si ab alio mendacium accepiſti: & dixiſti: tu quidem mentitus es: ſed pater mendacij non es. Diabolus verò: quia non aliundè accepit mendacium quo tanquam veneno hominem occideret pater mendacij eſt: ſicut Deus Pater eſt veritatis. Diabolus enim primò mendacium inuenit, cùm ſcilicet mulieri mentitus eſt. Nequaquam moriemini. Gen. 3. Quod qualiter verum fuerit rei euentus poſtmodum comprobauit. Sciendum eſt autem, quòd hæc verba ab illo loco: Vos ex patre diabolo eſtis in libro de quæſtionibus noui & veteris teſtamenti exponuntur de Cain. Hoc modo ſecundum quòd ille dicitur diabolus, qui facit opera diaboli: & vos eum imitamini. Cain homicida erat ab initio: ex quo ſcilicet Abel fratrem ſuum occidit: & in veritate non ſtetit: quia veritas non eſt in eo. Et hoc apparet: quia cùm dominus quæreret ab eo. Vbi eſt Abel frater tuus? Reſpondit dicens. Neſcio domine. Nunquid cuſtos, &c. Vnde ipſe mendax eſt, & pater eius, ſcilicet diabolus, qui eſt pater eius impreſsione. Prima tamen expoſitio melior eſt.

LECTVRA VII.

Ego autem ſi veritatem dico, non creditis mihi.

POSTQVAM poſuit diabolicam conditionem: hìc conſequenter oſtendit Iudæos eſſe diabolicæ conditionis imitatores. Duas autem malitiæ conditiones deminus diabolo aſcripſit: homicidium ſcilicet & mendacium: ſed de homicidio quidem in quo iſti diabolum imitabantur reprehendit eos Supra eodem. Nunc autem quæritis me interficere, &c. Et ideò hoc prætermiſſo redarguit eos à verſione eorum à veritate. Et primò oſtendit eos eſſe auerſos à veritate. Secundò cauſam quam allegare poterant, excludit ibi. [Quis ex vobis arguet me, &c.] Tertiò veram cauſam auerſionis concludit ibi. [Si veritatem dico, &c.] Dicit ergo primò dictum eſt, quòd diabolus mendax eſt: & pater eius: quem quidem vos imitamini: quia veritati non vultis adhærere. Vnde dicit. [Ego autem ſi veritatem dico vobis non creditis mihi.] Lucæ vigeſimoſecundo. Si autem dixero, non crederetis mihi ſupra tertio. Quomodò ſi dixero vobis cœleſtia credetis. Vnde & Iſaias quinquageſimotertio conqueritur dicens. Domine quis credit auditui noſtro: Cauſa autem ſuæ infidelitatis quam poterant Iudæi allegare eſt peccatum in Chriſto. Nam peccatori etiam in veritate non de facili creditur. Vnde Pſalm. Peccatori autem dixit Deus. Quare tu enarras, &c. Poterant ergo dicere. Non credimus: quia peccator es. Et ideò hanc cauſam excludit dicens.

Quis ex vobis arguet me de peccato?

QVaſi dicat. Non habes iuſtam cauſam quare mihi veritatem dicenti non credis, cùm in me nullum peccatum inueniri poſſit. 1. Petr. 2. Qui peccatum non fecit, &c. ſecundum Gregor. penſanda eſt Dei manſuetudo, qui non dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorem non eſſe, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iuſtificare. Iob 22. Si contēpſi ſubire iudiciū meum cū ſeruo meo, &c. Admiranda eſt etiam Chriſti ſingularis puritatis excellentia. Quia (vt Chriſoſt. dicit.) Hoc nullus hominum fiducialiter potuit dicere. [Quis ex vobis arguet me, &c.] niſi ſolus Deꝰ noſter, qui peccatum non fecit. Prouer. 20. Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato: quaſi dicat. Nullus niſi ſolus Deus. Et in Pſalmo. Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt, nō eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum, id eſt, Chriſtum. Veram autem cauſam auerſionis concludit dicens.

Si veritatem dico: quare non creditis mihi?

ET primò ponit eam. Secundò Iudæorum contradictionem excludit ibi. [Reſponderunt ergo Iudæi, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit quæſtionem. Secundò aſſumit rationabilem propoſitionem. Tertiò infert intentam concluſionē. Dicit ergo primò. Ex quo ergo non poteritis dicere, quòd ideò non creditis mihi: quia peccator ſum. Nunc reſtat quærere, quare. [Si veritatem dico nō creditis mihi,] ex quo non ſum peccator: quaſi dicat. Si me quem exoſum habetis non poteſtis arguere de peccato: Manifeſtum eſt quoniam propter veritatem me odio habetis: quoniam dico me filium Dei. Prouerbiorum decimooctauo. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, &c. Rationabilem autem propoſitionem, & veram aſſumit dicens.

Qui ex Deo eſt: verba Dei audit. Propterea vos nō auditis: quia ex Deo non eſtis.

VT enim dicitur Eccleſiaſti. 14. Omne animal diligit ſibi ſimile. Quicúnque ergo eſt ex Deo, inquantum huiuſmodi eius ſimilitudinē habet horū quę ſunt Dei, & eis inhæret. Vnde qui ex Deo eſt: verba Dei libenter audit. infrà decimonono. Omnis qui eſt ex veritate, audit meam vocem, præcipuè autem verbum Dei libenter audiri debet ab his qui ex Deo ſunt, cùm ipſum ſit ſemen per quod in filios Dei generamur. ſupra octauò. Illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt. Et ideò ex hoc intentam concluſionem infert dicens. [Propterea vos non auditis: quia ex Deo non eſtis.] Quaſi dicat. Non ergo peccatum meum eſt cauſa incredulitatis veſtræ, ſed malitia veſtra. Eccleſiaſt. 4. Quàm aſpera eſt nimium indoctis hominibus ſapientia. Et (vt dicit Auguſtinus) cùm dicit. Ex Deo quidem ſunt ſecundum naturam, ſed ex Deo non ſunt vitio & praua affectione. Nam eis hoc verbū dictum, qui non ſolùm peccato vitioſi erāt. (Hoc enim commune omnibus erat,) ſed etiam præcogniti, quòd non fuerant creduturi ea fide qua poſſent à peccatorum obligatione liberari. Notandum eſt autem, quòd triplex eſt gradus malè affectorum (vt dicit Greg.) Nam quidam ſunt qui præcepta Dei, nec aure corporis, id eſt, exteriori auditu dignantur audire. De quibus dicitur in Pſal. Sicut aſpidis ſurdis & obturātis, &c. Quidā verò ſunt qui hoc qui-

hoc quidem corporis aure percipiunt: ſed nullo ea mentis deſiderio complectuntur: non habentes voluntatem implendi. Eze. 23. Audiunt ſermones, &c. Quidam autem ſunt qui libenter verba Dei ſuſcipiunt: ita vt etiam in ſtatibus compungantur: ſed poſt lachrymarū tempus: vel tribulationibus oppreſsi: aut allecti delitijs ad iniquitatem redeunt. Cuius exemplum habetur Matth. 13. Et Luc. 8. De verbo à ſollicitudinibus ſuffocato. Eze. 3. Domus Iſraël nolunt audire te: quia nolunt audire me. Eſt ergo ſignum, q̄ homo ſit à Deo, qui ſi libenter audit verba Dei: ſed qui recuſant audire affectu vel effectu ex Deo non ſunt.

Reſponderunt ergo Iudæi & dixerunt. Nonne bene dicimus nos: quia Samaritanus es tu: & dæmonium habes.

HOc excludit Iudaicam contradictionem. Et primò ponit Euangeliſta Iudæorum contradictionem, ſecundò domini exclusionem ibi. [Reſpōdit Ieſus. Ego dæmoniū, &c.] Duo autem imponūt Iudæi Chriſto in eorū contradictione. Primò quidē, q̄ ſit Samaritanus cū dicūt [Nōne bene dicim⁹ nos: quia Samaritanus es?] ſecūdò verò q̄ dæmonium habeat. Vnde ſubdūt [& dæmoniū habes.] In hoc autē, q̄ dicūt. [Nōne bene dicimus nos.] Datur intelligi, q̄ hoc verbū frequenter domino improperabant. Et quidē de ſecūdo. q̄ ſit demoniacus legimus. Mat. 9. & 12. cū dicebant. In belzebub principe dæmoniorū, &c. Sed q̄ dixerunt eū Samaritanū, nuſquā niſi hìc in euāgelio inuenitur: licèt fortè hoc multotiens dixerūt. Multa enim dicta & facta ſunt erga Ieſum: & à Ieſu, quæ non ſunt ſcripta in euangelijs (vt dicitur infrà 20.) Duplex autē cauſa aſsignari poteſt quare Iudæi hoc Chriſto dicebant. Vna quidem: quia Samaritani gens odioſa erat pro populo Iſraēlitico: eo q̄ decem tribus in captiuitatē ductis terrā eorum poſsidebant, ſupra 4. Non enim conſuntur Iudæi Samaritanis. Quia ergo Chriſtus Iudæos arguens: credebatur à Iudæis, q̄ hoc ex odio faceret. ideò eum Samaritanum, & quaſi aduerſarium reputabant, &c. Alia ratio: quia Samaritani partim quidem ſeruabant ritus Iudaicos, partim verò non. Videntes ergo Iudæi Chriſtum in aliquo legem ſeruantem: & in aliquo diſſoluentem (vt potè ſabbatum) vocabant eum Samaritanum. Similiter autem duplici de cauſa dicebant cum dæmonium habere. Vna quidem quia miracula quæ faciebant, & cogitationes eorum quas reuelabat, non attribuebant virtuti diuinæ in Chriſto: ſed arte dæmonium ipſum ea facere ſuſpicabantur. Vnde dicebant. In belzebub principe dæmoniorum, &c. Alia verò ratio eſt propter eius ſermones tranſcendentes capacitatem humanam dicens, Deum patrem ſuum eſſe, & deſcendiſſe de cœlo. Et huiuſmodi conſuetudo rudium eſt: quòd cùm talia audiunt diabolica reputant. Et ſic iſti credebant: quòd Chriſtus quaſi dæmonio plenus loqueretur, infrà 10. Alij dicebant dæmoniū habet, &c. Dicunt autem hæc verba: vt arguant de peccato contra illud quod dixerat. Quis ex vobis arguet me, &c. Conſequenter cùm dicit.

Reſpondit Ieſus. Ego dæmonium non habeo.

REpellit dominus Iudæorum contradictionem. Duo autem imposuerant Chriſto. ſ. q̄ Samaritanus eſſet: & q̄ dæmonium haberet. Et de primo quidem dominus non ſe excuſat. Et hoc duplici de cauſa. Vna quidem ſecundum Origenem, quia Iudæi ſemper volebant ſe à gentilibus ſeparare. Iam autem venerat tempus, q̄ remouēda erat diſtinctio gentiliū & Iudæorum: & omnes ad viam ſalutis reuocandi. Et ideò dominus vt oſtendat ſe veniſſe pro ſalute omnium magis, quàm paulus omnia factus: vt omnes nanciſcantur. 1. Cor. 9. Ideò non negauit ſe eſſe Samaritanum. Alia ratio eſt. Quia Samaritanus interpretatur cuſtos. Et quia ipſe præcipuè cuſtos noſter eſt ſecundum illud Pſalm. Ecce non dormitabit: neque dormiet qui cuſtodit Iſraël. Et ideò ſe Samaritanum eſſe non negauit. Negat autem ſe dæmonium habere dicens. [Ego dæmonium non habeo.] Et primò quidem repellit illatam iniuriam. Secundò arguit iniuriantium pertinaciam ibi. [Et vos inhonoraſtis me.] Circa primum duo facit. Primò, repellit illatam iniuriam, ſecundò manifeſtat hoc per oppoſitum ibi. [Sed honorifico, &c.] Notandum eſt autem circa primum, quòd dominus Iudæos corrigendo frequenter eis durè locutus eſt. Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ: & multa quæ leguntur in euangelijs, ſed non inuenitur: quòd dominus Iudæis ſibi dura verba vel facta inferentibus iniuriosè vel durè locutus fuerit: ſed (vt dicit. Gregor.) Iniuriam ſuſpiciens Deus, non contumelioſa verba reſpōdit: ſed ſimpliciter dicit. [Ego dæmonium non habeo] ex qua re quid nobis innuitur: niſi vt eo tempore quo à proximis ex falſitate contumelias accipimus: etiam eorum verba mala taceamus ne miniſterium iuſtę correctionis in arma vertatur furoris. Et quòd quæ ad Deum pertinent iudicare debemus: quæ verò ad vos deſpicere. Hoc autem verbum. ſ. [Ego dæmonium non habeo.] ſolus Chriſtus dicere poteſt (vt Origines dicit.) Nam ille nihil quod dæmonis eſt: leue videlicet: aut graue ſe habet. Vnde infrà 16. Venit princeps huius mundi: & in me non habet quicquam. 2. Corint. 6. Quæ conuentio Chriſti ad belial. Manifeſtat autem hoc, quod dixit per oppoſitum dicens.

Sed honorifico patrem meum.

DIabolus enim honori Dei reſiſtit. Qui ergo quærit Dei honorem: alienus eſt à diabolo. Chriſtus ergo qui honorificat patrē ſuum. ſ. Deum, dæmonium nō habet. Eſt autem proprium Chriſto, & ſingulare, quòd honorificet patrem ſuum (vt dicitur Malach. 1.) Filius honorificat patrem. Chriſtus autem ſingulariter eſt Dei filius. Conſequenter cùm dicit.

Et vos inhonoraſtis me. Ego autem non quæro gloriam meam: Eſt qui quærat, & iudicet.

ARguit iniuriantium pertinatiam. Et primò arguit iniuriantes. Secundò excludit cauſam inopinatam argutionis. Tertiò prædicit eis debitam damnationem. Dicit ergo primò. Ego honorifico patrem meum [& vos inhonoraſtis me.] quaſi dicat. Ego facio, quod debeo. Vos facitis, quod debetis; imò in hoc, quòd inhonoraſtis me: inhonoratis patrem meum ſupra 5. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem: qui miſit illum. Sed quia poſſent dicere nimis durus es: nimis de gloria tua curas. Sic nos arguens: Ideò hoc excludens ſubdit loquens: inquantùm eſt homo. [Ego gloriam meam non quæro.] Solus enim Deus eſt qui poteſt gloriam ſuam abſque culpa quærere. Alij autem non niſi in Deo. 2. Corinth. 9. Qui gloriatur, in domino glorietur. Supra 6. Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Sed nunquid Chriſtus inquantùm homo non habet gloriam: imò magnam per omnem modum: quia licèt ipſe eam non quærit [eſt tamen qui quærat,] ſcilicet pater Nam dicitur in Pſalm. Gloria & honore coronaſti eum, ſcilicet Chriſtum hominem. Et alibi. Gloriam & magnum decorem impoſuiſti ſuper eum. Et non ſolùm gloriam meam quæret in operantibus vtuas veritatis cauſas, ſed & puniet: & condemnabit contradicentes gloriæ meæ. Vnde ſubdit. [Et iudicet.] Sed contra ſupra quinto dicitur. Pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio. Reſpondeo. Pater non iudicat quenquam ſeorſum à filio: quia etiam hoc iudicium, quod facier de eo quòd iniuriamini mihi per filium faciet. Vel dicendum, quòd iudicium quandóque pro condemnatione accipitur. Et hoc iudicium pater dedit filio: quia ipſe ſolus apparebit in forma viſibili in iudicio (vt dictum eſt ſupra.) Quandóque accipitur pro diſcretione. Et de hoc loquitur hìc. Vnde dicit in Pſalm. Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam, quaſi dicat. Eſt pater qui gloriam meam à veſtra diſcernet. Vos enim pro ſæculo gloriari diſcernit: & gloriam filij ſui quæ vnxit præ participibus ſuis: & qui ſine peccato eſt. Vos verò homines cum peccato.

LECTVRA VIII.

Amen amen dico vobis: ſi quis ſermonem meū ſeruauerit: mortem non videbit inæternum.

SVPRA dominus duo promiſerat cum ſequentibus, ſcilicet liberationem à tenebris: & adeptionem vitę dicens. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, &c. Et de primo quidem dictum eſt ſupra. Nunc autē agitur de ſecundo. ſ. adeptione vitæ per Chriſtum. Et primò proponit veritatem. Secundò repellit Iudæorum contradictionem ibi. [Dixerunt ergo Iudæi. Nunc cognouimus, &c.] Sciendum eſt autē, quòd quāuis Chriſtus laceſsitus eſſet iniurijs & opprobrijs: non tamen deſiuit à doctrina: ſed poſtquā habere dæmoniū dictus eſt prædicationis ſuæ, beneficia largia impendit dicens. [Amen amen dico vobis, &c.] In quo datur nobis exemplum, quòd cū malorum peruerſitas creſcit: & opprobria hominum conculcantur quę conuertantur: non ſolùm prædicatio frangi non debet: ſed etiam augeri. Eze. 3. Tu ergo fili hominis ne timeas, &c. 1. Thimo. 3. Laboro vſque ad vincula quaſi male operans, ſed verbū Dei, &c. Duo autem facit dominus in his verbis. Vnum quidem eſt, quod requirit, aliud quod promittit. Requirit ſermonis ſuæ obſeruationem. Vnde dicit. [Si quis ſermonem meum ſeruauerit, &c.] Nam ſermo Chriſti veritas eſt. Ideò debemus ipſum ſeruare. Primò quidem per fidem, & iugem meditationem. Prouerb. 4. Serua eam, & ſeruabit te. Secundò verò per operis implētionem infrà 14. Qui habet mandata mea: & ſeruat ea, &c. Promittit autem mortis liberationem. Vnde dicit. [Mortem non videbit inæternum.] i. non experietur. Eccleſiaſt. 24. Qui operantur in me, ſcilicet diuina ſapientia, non peccabunt: & qui elucidant me, vitam æternam, &c. Et congruè tali merito debetur tale præmium. Nam vita æterna præcipuè in diuina viſione conſiſtit infrà 17. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolùm verum Deum, &c. Huius autem viſionis, quoddam ſeminarium, & principium in nobis ſit per verbum Chriſti. Matth. 13. Semen eſt verbum Dei. Sicut ergo ille qui ſeruat ſemen alicuius plantæ vel arboris ne corrumpatur: peruenit ad perfectionem fructus: ita qui ſeruat verbum Dei peruenit ad vitam æternam. Leuitici decimooctauo Quæ fecerit homo, viuet in eis. Conſequenter cùm dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dixerunt ergo Iudęi. Nunc cognouimus quia dęmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ, & tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit: non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abrahã, qui mortuus est? Et Prophetę mortui sunt. Quem teipsum facis?

POnitur contradictionis Iudæorũ confutatio. Contradicunt autem Christo tripliciter. Primò quidem falsitatis arguendo. Secundò irridendo ibi [Dixerunt ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta, &c.] Tertiò persequendo ibi. Tulerũt ergo lapides, &c. Circa primum duo facit. Primò conãtur eum redarguere præsumptionis. Secundò ad quædã corũ quę dicta sunt Christus respõdet ibi. [Si ego glorifico meipsum, &c.] Circa primũ tria faciunt. Primò irrogant improperium. Secundò proponunt factũ ibi. [Abraham mortuus est, &c.] Tertiò interrogant ibi. [Nunquid tu maior es, &c.] Interroguerunt improperium mendacij cũ dicunt. [Nunc cognouimus quia dæmonium habes.] & hoc ideò dixerunt: quia notum est apud Iudæos quàm adinuentor peccatorũ est diabolus: & præcipuè mendacij secũdum illud 3. Reg. vlti. Egrediar, & ero spiritus mendax, &c. Quia autẽ videbatur eis hoc quod dominus dixit. s. Si quis sermonẽ meum, &c. apertũ mendacium esse. Nam ipsi tanquã carnales intelligebãt de morte corporali: quod de spirituali & æterna morte dixerat: & præcipuè quia contrariatur auctoritati sacræ scripturæ. psal. Quis est homo qui viuit, &c. Ideò dicunt ei. [Dæmoniũ habes.] quasi dicat ex instinctu dæmonis mẽdacium loqueris. Et vt conuincãt eum de mẽdacio, duo faciunt. Primò quidem proponũt mortẽ antiquorum. Secundò verò repetunt verba Christi ibi. [Et tu dicis, &c.] Dicunt ergo verè falsum est quod loqueris. Si quis sermonem tuum, &c. Nam [Abraham.] homo [mortuus] est (vt patet Genes. 25.) Similiter & [Prophetæ] mortui sunt. 2. Reg. 14. Omnes morimur, &c. Et quidem licèt mortui sint corporaliter: non tamen mortui sunt spiritualiter. Matthę. 23. dicit dominus. Ego sum Deus Abraham, &c. Postea sequitur: Non est Deus mortuorũ: sed viuorũ. Mortui ergo sunt corpore, sed viuunt spiritu: quia sermonẽ Dei seruauerunt, & vixerunt ex fide. Et de ea morte dominus intelligebat non de corporali. Verbum autẽ Christi repetunt cùm subdunt. [Et tu dicis, &c.] Velut incauti, & maligni auditores dominicũ sermonem confundentes: nõ repetunt eadem verba. Nam dominus dixit. Mortẽ non videbit. Ipsi verò protulerũt. [Mortẽ non gustabit] sed quantùm ad eorũ intentionem idem est. Quia per vtrũq; ipsi intelligunt q̃ mortẽ. s. corporalem non experietur in æternũ. Sed quantùm ad verum intellectum differt (vt Origenes dicit.) Inter mortem gustare & videre. Nam videre mortẽ, est eam perfectè experiri. Gustare autẽ est aliquem mortis gustum seu participationẽ habere. Sicut autem est plus ad pœnam videre mortẽ: quàm gustare: ita plus est ad gloriam nõ gustare mortẽ: quàm videre. Illi enim non gustant, qui in alto sunt cũ Christo, scilicet in intellectuali loco statũ obseruant, De quibus dicitur Mat. 14. Sunt de hîc stantibus: qui non gustabunt mortem, &c. Aliqui tamen sunt qui si non videant mortem mortaliter peccando, ta men aliquid gustant per aliquã leuem terrenorum affectionem. Et ideò dominus (vt habetur in Græco, & Origẽ. etiam exponit,) dixit mortẽ nõ videbit in ęternum: quia si sermonẽ Christi acceperit, & custodierit, & si gustet aliquid, non tamen videbit mortem. Interrogant autem cùm dicunt. [Nunquid tu maior es patre, &c. [Et primò quidẽ quærunt de cõparatiõe ipsius ad antiquos patres. [Nunquid inquiunt tu maior es, &c.] Poterant (vt Chriso. dicit) secundum carnalẽ eorum intellectum altiùs quærere. Nunquid. s. tu maior es Deo? Nã Abraham, & Prophetæ mandata Dei seruauerunt, & tamen corporaliter mortui sunt. Sic ergo si quis sermonem tuum seruauerit nõ morietur: videtur, q̃ sis maior Deo. Sed contenti sunt hac redargutione: quia putabant eum minorem, quàm Abraham, cũ tamen sit scriptum in Psal. Non est similis tui in dijs Domine. Et Exo. 15. Quis similis tui in fortibus Domine. q. d. nullus. Secundò quærunt de sua extimatione. quem. s. ipsum facit. q. d. Si tu es maior istis. s. Abraham & Prophetis: videtur per hæc intelligi, q̃ sis altioris naturæ purà, Angelus: vel Deus. Sed hoc non extimamus de te, & ideò non dicunt. Tu qui es? [Sed quem te ipsum facis?] quia quicquid dicitur supra istis nos recognoscentes de te re putabimus, quòd tu illud fingas. Similiter dicebant. infr. 10. De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia. Quia tu homo cùm sis facis teipsum Deum. Consequenter cùm dicit.

Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.

POnitur responsio Domini. Et prima respondet secundæ positioni. Secunda verò primę ibi. [Abrahã pater, &c.] Circa primum tria facit Dominus. Primò excludit falsitatem, quã intendebant. Secundò docet veritatẽ, quã ignorabãt ibi [est pater meus, &c.] Tertiò manifestat vtrũq;, quod ꝓponebãt ibi. [Et nõ cognouistis eũ.] Dicit ergo quæritis me dicẽtes. Quem teipsum facis, ac si gloriam, quã non habeo mihi vsurpẽ, sed superuacua fuit hæc prolatio: quoniam nõ me facio id, quod sum, sed ex patre recepi. Nã [si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est. Quod secundũ hunc modũ posset intelligi de Christo, secũdum q̃ est filius Dei. Vnde dicatur cum præcisione [si ego.] s. solus [glorifico meipsum.] i. attribuam mihi gloriam, quã pater mihi nõ attribuat [gloria mea nihil est.] Nã gloria Christi secundum q̃ est Deus, est gloria verbi, & filij Dei. Filius autem nihil habet nisi natus. i. quod nascẽdo ab aliquo recepit. Si ergo detur per impossibile, q̃ gloria sua nõ esset ab alio, nõ esset gloria filij. Melius tamẽ videtur, q̃ dicatur de Christo secundum q̃ homo. Nã quicũq; attribuit sibi gloriam, quã non habet à Deo, gloria illa est falsa. Nã quicquid veritatis est, à Deo est. Quod autẽ est veritati cõtrarium, falsum est, & per cõsequens nihil gloria ago quæ à Deo nõ est, nihil est. Hebr. 5. Dicitur de Christo, q̃ non seipsum clarificauit: vt Pontifex fieret. 2. Cor. 10. Non enim qui seipsum commendat ille probatus est, &c. Sic ergo patet Iudæorum falsitas. Veritatem autem, quam intendit docere ponit dicens.

Est pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis: quia Deus vester est.

QVasi dicat. Non ego meipsum glorifico, sicut vos fingitis, sed alius est qui me glorificat. s. [pater meus.] Quẽ quidẽ deseruit ex ꝓprietate, & ex natura. Ex ꝓprietate qdẽ pr̃natis. Vñ dicit. [Est pater meus,] & nõ ego. Ex quo qdẽ verbo (vt Aug. dicit.) calũniatur Arriani fidei nostrę dicẽtes maiorẽ esse patrẽ filio. Nã maior est q̃ glorificat eo q̃ glorificatur ab ipso. Si ergo pr̃ glorificat filiũ, pater maior est filio. Sed dicendum, q̃ apparentiam quidem haberet argumentũ: nisi inueniret ecõuersò: q̃ filius glorificet patrem. Dicit enim filius. infra 17. Pater venit hora clarifica filium tuum: vt filius tuus clarificet te. Et in eodem. Ego te clarificaui super terram. In græco autem idem est glorifica, & clarifica: sed secundum Ambrosium: gloria est clara cum laude noticia. Hoc autẽ, quod dicit. [Est pater meus, &c.] Potest referri ad Christum, & secundũ q̃ est filius Dei. Et secundũ q̃ est filius hominis. Secundũ quidẽ, q̃ est filius Dei pater glorificat eũ gloria diuinitatis ab æterno eum sibi æqualem generando. Heb. 1. Qui cũ sit splendor gloriæ, &c. Phil. 2. Omnis lingua confiteatur: quia dominus Iesus Christus in gloria, &c. Secundũ verò, q̃ homo habuit gloriã per redundantiam diuinitatis in ipsum & gratiæ & gloriæ singularis. supra 1. Vidimus gloriã eius gloriã quasi vnigeniti, &c. Ex natura verò diuinitatis describit eũ cũ dicit. [Quæ vos dicitis, quia Deus, &c.] Ne autẽ aliũ patrẽ putes, quã Deũ. dicit se glorificari à Deo. infra 13. Nunc clarificatus est filius hominis, &c. Et Deus clarificabit eũ, &c. Sed secundũ Aug. hoc verbum est cõtra Manichæos: qui dicunt annunciatũ non esse in veteri testamento patrem Christi: sed esse aliquem ex principibus malorum angelorum. Constat autem, q̃ Iudæi non dicunt alium Deum suum esse, quàm Deũ veteris testamenti. Ergo Deus veteris testamenti est pater Christi glorificans eum. Manifestat autem vtrũque. s. Iudæorum falsitatem, & suam veritatem cùm dicit.

Et non cognouistis eum.

MAnifestat autẽ dupliciter. Primò quidẽ ostẽdẽdo Iudæorũ ignorantiã, secundò suã notitiã ibi. [Ego autẽ cognoui, &c.] Circa primũ sciẽdũ, q̃ possent Iudæi dicere. Tu dicis, q̃ glorificaris à Deo: sed nobis nota sunt iudicia eius secundum illud Psal. Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis. Ergo si verum est, quod dicis, nos vtiq; sciremus, hoc cũ ergo nos lateat, constat q̃ nõ est verum. Et ideò concludens dicit. [Et non cognouistis:] quasi dicat. Non mirũ est si nõ cognoscitis gloriã, qua me glorificat pater meus, quem dicitis Deũ vestrũ: quia nec ipsum Deũ cognoscitis. Sed contra. Psal. Notus in Iudæa. Respondeo: vt Deus, sed nõ vt pater notus est ab eis. Vnde supra dixit. Est pater meus, &c. Vel dicendum, q̃ non cognouistis eum affectu: quia carnaliter colitis: qui spiritualiter colendus est. supra 4. Spiritus est Deus: & eos qui adorant in spiritu & veritate, &c. Item effectu, quia mandata eius ad implere contempsistis. ad Tit. 1. Confitentur se nosse Deum: factis autẽ negant. Sed quia possent dicere. Esto quòd nos non cognoscamus gloriam tuam quomodò cognoscis tu gloriam te à Deo patre habere. Et ideò subiungit notitiam suam dicens.

Ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum: ero similis vobis mendax. Sed scio eum & sermonem eius seruo.

ET primò ponit suam notitiam. Secundò ostendit necessitatem huius notitiæ proferendæ ibi. [Et si dixero, quòd nõ, &c.] Tertiò exponit, quod dicit ibi [sed scio eum.] Dicit ergo. Ideò scio me habere gloriam à Deo patre: quia ego [noui eum] ea, scilicet notitia qua ipse nouit seipsum: & nullus alius nisi alius. Matth. 11. Nemo nouit filium nisi pater. Nec patrem quis nouit nisi filius, scilicet cognitione perfecta comprehensionis. Et quia omne imperfectum à perfecto initium sumit: inde est q̃ omnis nostra cognitio à verbo deriuatur. Vnde sequitur. Et cui voluerit filius reuelare. Sed quia secundum carnẽ iudicantibus posset Christo ad arrogantiam ascribi dicenti se nosse Deum. Ideò subdit necessitatẽ dicti sui cùm subiungit. [Et si dixero quia non, &c.] Nam secundum Augu. non est sic arrogantia vitanda, vt relinquatur veritas: & incurratur mendaciũ. Ideò dicit [Si dixero] quasi diceret: sicut vos dicẽtes. Scire eum mentimini: ita ego si [dixero] me nescire, cũ sciam eum [ero similis vobis mendax.] Vnde hæc similitudo sequitur à cõtrario: vt sit similitudo in mendacio. Quia sicut isti mentiuntur dicentes se scire eum quem nesciunt: ita Christus esset mendax si diceret se nescire quem nouit. Sed dissimilitudo est in cognitione. Quia isti nõ cognoscũt. Christus nõ scit eum. Sed nunquid potuisset Christus hoc dicere? Potuisset quidem verba proferre materialiter: sed non intendere exprimere falsitatẽ: quia hoc nõ potuisset fieri: nisi per inclinationem voluntatis Christi ad falsum quod erat impossibile: sicut impossibile erat eum peccare, nihilominùs tamen conditionalis est vera: licèt antecedens & consequens sit impossibile. Quod autẽ patrem cognoscat, manifestat subdens [Sed scio eum, &c.] Et cognitione speculatiua cũ dicit [scio] intellectualiter per dictam cognitionem [eum.] s. patrẽ. Item cognitione effectiua. s. per consensum voluntatis ad ipsum. Vnde dicit [Et sermonẽ eius seruo.] supra 6. descendi de cœlo non vt faciam voluntatem meam, &c. Consequenter cùm dicit.

Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est.

REspondet primæ quæstioni quam fecerant ei Iudæi dicentes: Nunquid tu maior es, &c. Ostẽdens se maiorẽ tali ratiõe. Quicũque enim expectat bonũ ab aliquo, & perfectionẽ suam est minor eo, à quo expectat: sed Abraham totam spem suæ perfectionis: & sui boni habuit in me: ergo est me minor. Et quantum ad hoc dicit [Abraham pater vester.] de quo. s. gloriamini. [Exultauit vt videret, &c.] Vbi ponit duplicẽ visionem, & duplex gaudium: sed ab alio & alio ordine. Nam primò præmittit gaudium exultationis dicens [exultauit.] & subdit visionẽ dicens [vt videret.] Deindè præmittit visionẽ, dicens [vidit] & subdit gaudium dicens [& gauisus est.] Et sic gaudium consistit inter duas visiones procedens ab vna, & tendẽs in aliam, quasi dicat [Vidit & gauisus est: vt videret diem meum.] Primò ergo videndum quis sit iste dies quem vidit: & exultauit vt videret. Est autem duplex dies Christi, scilicet æternitatis: de quo in Psalm. Ego hodie genui te. Item dies incarnationis & humanitatis. De quo infra 9. Me oportet operari, donec dies est. Romanorum 13. Nox præcessit, dies autem, &c. Vtróque ergo modo dicimus quòd Abraham vidit primò diem Christi, scilicet æternitatis & incarnatiõis per fidem. Genes. 15. Credidit Abraham Deo, &c. Et quòd vidit diem æternitatis manifestum est. Aliàs enim non fuisset iustificatus à Deo. Quia (vt dicitur Hebræor. 10.) Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, &c. quòd autem viderit diem incarnationis manifestatur ex tribus, scilicet ex iuramento quod exegit à seruo. Nam Genes. 24. cum seruo suo quem mittebat. Pone manum subter fœmore meo: & iura mihi per Deum cœli ex quo (vt dicit Augustinus) signabat quòd de fœmore eius processurus esset Deus cœli. Secundò (vt Gregorius dicit) Cùm in figura summæ trinitatis tres angelos hospitio suscepit. Tertiò quando cognouit præfiguratam passionem Christi in oblatione arietis. & Isaac Genes. 22. Sic ergo ex hac visione gauisus est. sed nõ quieuit in ea: imò ex hac exultauit in aliam visionem, scilicet apertam & per speciem: quasi totum gaudium suum in ea ponẽs. Vnde dicit [Exultauit vt videret] aperta visione [diem meum.] scilicet diuinitatis, & humanitatis meæ. Lucæ decimo. Multi Reges & Prophetæ voluerunt videre, &c. Consequenter cùm dicit.

Dixerunt ergo Iudæi ad eum. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?

OStendit quomodò Iudæi irrident verba Christi. Et primò ponitur irrisio verborum Christi à Iudæis ad confutandum. Secundò subditur manifestatio ipsorũ verborum à Christo ad irrisionem vitandã ibi [Dixit ergo eis Iesus. Amen amen dico vobis, &c.] Quia ergo Christus dixerat, q̃ Abraham exultauit vt videret, &c. Iudæi carnalem mentẽ habentes: & in eo solam carnis ætatem pensantes: irridentes dictum, & dicunt [Quinquaginta annos nondum habes.] Verè quinquaginta annos non habebat, nec etiam quadragintatẽ sed circa tricesimum annum erat. Lucę 3. Erat Iesus incipiens quasi annorum triginta. Quod autem dicunt [Quinquaginta annos, &c.] ideò forte est: quia apud Iudæos annus iubilæus in maxima reuerẽtia habebatur quasi per eum omnia computantes: tamen quo & captiuos manum mittebant, & emptitijs cædebant possessionibus, quasi dicat. Tu nondum excessisti spatium vnius Iubilæi [& Abraham vidisti.] quamuis dominus nõ dixerit q̃ viderit Abraham, diem eius vidit. Et ideò dominus vt irrisionẽ vitet, respondens Iudęis verba sua exponit, dicens.

Dixit eis Iesus. Amen amen dico vobis: antequàm Abraham fieret, ego sum.

IN quibus verbis dominus de se notabilia, & efficacia contra Arrianos dicit. Vnum est: quia (vt dicit Gregorius) coniũgit simul verbũ præsentis tẽporis, & præteriti. Ante enim significat præteritũ, sum tẽporis præsentis est. Vt ergo ostẽderet se esse æternum: & esse suum esse æternitatis insinuet: non ait ante Abrahã ego fui, sed ante Abrahã ego sum. Nam esse æternũ non nouit tẽpus præteritũ & futurũ: sed in vno indiuisibili includit omne tempus. Vnde dici potest illud Exod. 3. Qui est misit me ad vos: & ego sum qui sum. Ante ergo vel post Abraham habuit esse qui & accedere potuit per exhibitionem præsentis, & recedere per cursum vitæ. Aliud est secundum Augustinum: quia cùm loqueretur de Abraham: qui creatura est: nõ dixit antequàm Abraham esset, sed [antequàm fieret.] Sed loquens de se vt ostendat quòd non est factus vt creatura: sed ab æterno de essentia patris genitus, non dicit ego fio [sed ego sum] qui in principio erat verbum. supra primo. Prouerb. 8. Ante omnes colles genuit me dominus. Consequenter cùm dicit.

Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

POnitur intentio Iudæorum contra Christum. Et primò ponitur Iudæorum persecutio. Secundò Christi euasio. Sed persecutio Iudæorũ procedit ex infidelitate. Nam mentes infidelium æternitatis verba sustinere non valentes, nec intelligere ea, reputabant blasphemiam. Et ideò secundum legis mandatum, eum tanquã blasphemũ lapidare volentes. [Tulerũt lapides, vt iacerẽt in eum, &c.] Et vt dicit Augustinus tanta duritia lapidum quo curreret nisi ad lapides infra 10. De bono opere nõ lapidamus te. Simile faciunt quia ex duritia cordis non intelligentes veritatem apertè prolatam blasphemant proferentem. Vnde dicitur 3. Canonic. In distin. 3. Quæcũque non norunt, &c. Euasio autem Christi est ex eius potestate. vnde sequitur. [Iesus autẽ abscõdit se.] qui. s. si diuinitatis suę potentiam exercere voluisset in suis actibus eos ligaret: aut in pœnas fibitæ mortis obrueret. [Abscondit autẽ se] specialiter propter duo. Primò vt daret fidelib⁹ suis exemplum declinãdi persecutores suos. Matthæi 10. Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem, &c. Secundò quia non elegerat hoc genus mortis: sed potiùs in ara crucis voluit immolari. Et quia nondum impletum erat tempus adhuc fugit. Sic ergo tanquàm homo à lapidibus fugit: non autem [abscondit se] sub lapide: vel in angulo, sed potestate suæ diuinitatis inuisibilem se eis exhibens exiuit: & recessit de templo. Simile fecit Lucæ 4. Quando voluerunt eum præcipitare de supercilio montis. Per quod: vt Gregorius dicit, datur intelligi: q̃ illis ipsa veritas absconditur: qui eius verba sequi contemnunt. Eam quippe quam non inuenit humilem veritas fugit mentem. Isaiæ 18. Qui abscõdit faciem suam à domo Iacob. & similiter etiam quam dicebat eos correctionem, & veritatẽ non suscipiẽtes relinquere, & ire ad gentes. Mat. 21. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

LECT. I. CAP. IX.

Et præteriens Iesus, vidit hominẽ cęcũ à natiuitate.

POSTQVAM dominus doctrinæ suæ illuminatiuam virtutem ostendit verbo, hîc consequenter confirmat eam facto cæcum corporaliter illuminando. Et circa hanc illuminationem tria ponuntur. Primò infirmitas. Secundò infirmitatis sanatio ibi [hoc cùm dixisset expuit, &c.] Tertiò de sanatione Iudæorum disceptatio ibi [itáque vicini.] Circa primum duo facit. Primò, ponitur infirmitas. Secũdò inquiritur causa eius ibi [interrogauerunt eum discipuli.] Sciendum est circa primum, q̃ Iesus abscondens se, & de templo recedens, dum præteriret vidit hunc cæcum. Et hoc est quod dicit [Et præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate.] Vbi tria considerantur. Primò quidem præteriuit vt declinaret Iudæorum furorem. Ecclesiast. 8. Ne accendas carbones peccatorum, &c. Secundò vt emolliret Iudæorum duritiam ex miraculo facto, & fiendo. infra 12. Si opera nõ fecissem in eis, &c. Tertiò: vt per operationem signi verba sua firmaret. Nam facta domini eorum quæ dicta sunt à se faciunt fidem. Matthæi vltimo. Sermonem confirmantem sequentibus signis. Mysticè autem secundum Augustin. Genus humanum est iste cæcus. Nam spiritualis cæcitas peccatum est. Sapien. 3. Excæcauit eos malitia eorũ. Qui à natiuitate cęcus est: quia ex sua origine trahit peccatum. Hæc enim cæcitas contingit

Universidad de Deusto
Biblioteca

per peccatum in homine primo, de quo omnes originem traduximus. Ephes.2. Erat is natura, id est, naturali origine filij iræ. Consequenter cùm dicit.

Et interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi quis peccauit? hic, aut parentes eius vt cæcus nasceretur?

AGitur de causa ipsius infirmitatis. Et primò ingritur causa ipsius à discipulis. Secundò manifestatur à Christo ibi. [Nec hic peccauit.] Circa primũ tria quærenda occurrunt. Primum est causa inquisitionis discipulorum à Christo, quæ est: vt Chrisosto. dicit: quia Iesus egrediens de templo, & videns hunc cæcum valdè studiosè respexit: quasi videns in eo materiam operandę virtutis, ita vt discipuli hoc videntes, scilicet eum studiosè videntem moti fuerunt ad interrogandum. Secundò discipulorum diligẽtia: quia dicunt. [Rabbi:] vocantes eum magistrum: vt innuant se sic quærere: quasi crescere desiderantes. Tertiò quasi quærentes causam peccati, dixerunt [quis peccauit, &c.] Hoc dicunt: quia supr.5. Quando quis Dominus paraliticum sanauit dixerat ei. Ecce iam sanus factus es. Vade & amplius noli peccare. Cogitauerunt discipuli, & propter peccatum ei illa infirmitas accidisset, æstimantes vlterius, & omnis humana infirmitas proueniret ex peccato. secũdum quòd Eliphas dicit Iob 4. Quis vnquam innocens perijt? Et ideò quærebant vtrũm ex peccato suo: vel parentum cæcus natus fuisset. Sed quòd ex peccato suo esset nõ videtur: quia nullus peccat antequã nascatur. Cùm animæ ante corpora nõ fuerunt, nec peccauerunt: vt quidam falsò opinati sunt. secũdum illud Rom.9. Cùm nõdum nati fuissent, &c. quòd autem hoc ex peccato parentum passus fuerit nõ videtur: quia Deute.24. dicitur. Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro parentibus. Sed sciendum, quòd est duplex pœna qua homines puniuntur. Vna est spiritualis quantum ad animam. Alia est corporalis quãtum ad corpus. Et pœna quidem spiritualis nunquã filius pro patre punitur. Cuius ratio assignatur. Ecclesiasti.18. Quia anima filij non est ex patre, sed à Deo. Omnes inquit animæ meæ sunt. s. per creationẽ, sicut anima patris, ita anima filij, &c. Hoc etiam dicit Aug. in quadam Epistol. Sed pœna corporali filius pro patre punitur, cùm quantũ ad corpus sit quędam res patris. Et expressè hoc habetur Genes.19. Vbi filij Sodomorum occisi sunt pro peccato parentum in subuersiõe Sodomæ. Multotiens etiã Dominus cõminatur Iudæis occisionem puerorum propter peccata parẽtum. Quare autẽ vno peccato alius puniatur. Sciẽdum, q̃ pœna duo habet, læsionem, & remedium. Nã aliquando abscinditur mẽbrum: vt totum corpus conseruetur. Et sic pœna huius læsionem infert inquãtum abscinditur, sed remedium habet inquantum cõseruat corpus. Nunquã tamen medicus nobilius mẽbrum abscindit propter cõseruationem minus nobis, sed econuersò. In rebus autem humanis anima nobilior est corpore, & corpus nobilius exterioribus rebus. Et ideò nunquã fit: vt aliquis propter corpus in anima puniatur, sed potius in corpore propter remediũ animæ. Quandóque ergo Deus irrogat pœnas corporibus: vel rebus exterioribus, propter remedium bonum animæ. Et tunc huiusmodi pœnæ nõ inferuntur: vt læsiuæ tantùm, sed vt purgatiuæ in remedium. Vnde & ipsa peruersorum Sodomitorum occisio fuit ad bonum animarum, non quidẽ ad meritum, sed ne paternæ malitiæ imitatores viuendo peccata cumulassent, pro quibus acriùs punirent, sicut & pro peccatis parentum pluries aliqui puniuntur. Consequenter cùm dicit.

Respondit Iesus. Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo.

MAnifestat Dominus causam infirmitatis. Et primò excludit causam opinatam. Secũdò subdit verã. Et tertiò manifestat ipsam. Causam quidem opinatam excludit, cùm respondit dicens. [Neque hic peccauit, &c.] Hanc enim causam infirmitatis opinati sunt discipuli: vt dictum est. Sed contra Rom 8. Omnes enim peccauerunt, & egẽt, &c. Et quintò dicitur, quòd peccatum ab Adam in omnes pertransit. Respondeo dicendum, quòd tam cæcus, quàm parentes eius originali peccato tenebantur, & etiam alia actualia viuendo superadiderant: quia si dixerimus, quòd peccatum non habemus, &c.1. Ioan.3. Quod autem Dominus dicit. [Neque hic peccauit,] intelligendum est eos non peccasse, ad hoc, quòd cæcus nasceretur: quasi diceret, quòd eius cæcitas non est consecuta ex eorum peccato. Causam autem veram subdit dicens. [Sed vt manifestẽtur.] Nã per opera Dei in eius cognitionem ducimur. Rom.1. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, &c. supr. quintò. Opera quę dedit mihi pater hæc, scilicet, &c. Cognitio autem Dei est summum bonum hominis, cuius in ea consistat hominis beatitudo. infr.17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te, &c. Et Hie.9. In hoc glorietur, qui gloriatur scire, & nosce me. Si ergo infirmitas contingit vt manifestentur opera Dei, & per ipsorum manifestationẽ Deus innotescit. Manifestum est, quòd huiusmodi corporales infirmitates contingunt propter bonum. Posset autem alicui videri, quòd manifestatio operum Dei non sit sufficiens causa infirmitatis huiusmodi præsertim cùm [neque hic, neque parentes eius peccauerunt.] Et ideò volunt dicere, quòd ly tenetur non causaliter, sed consequenter: quasi dicat. Eo existẽte cæco opera Dei manifestantur ipsum curantis. Sed hoc non videtur sanè dictũ. Et ideò melius dicendum, quòd tenetur causaliter. Est enim duplex malum, scilicet culpæ & pœnæ. Sed malum quidem culpę Deus non facit, sed permittit fieri, quod non permitteret nisi intenderet inde bonum aliquod. Vnde dicit August. in Enchi. Deus adeò bonus est, quòd nunquam permitteret aliquod malum fieri, nisi esset adeò potens, quòd de quolibet malo eliciat bonum. Sic ergo permittit aliqua peccata fieri ex intentione boni, quod intẽdit. Sicut permisit seruire tyrannos. vt coronaret Martyres. Multo ergo magis debet dici, quòd malum pœnæ, quod ipse facit (vt dicitur Amos 3.) Nõ est malum, &c. Nunquã inducit nisi ex intentione boni. Et inter alia bona optimũ est, quòd opera Dei manifestẽtur, & ex eis innotescat Deus. Non est ergo incõueniens si aliqua flagella immittit: vel peccata aliqua fieri permittit: vt bonum inde proueniat. Et sciendum quòd (vt Greg. dicit.1. Moral.) quinque modis Deus hominibus immittit flagella. Quandóque quidem ad initium damnationis secundum illud Hie.17. Duplici cõtritione cõtere eos. Et hoc flagello percutitur peccator in hac vita sic: vt sine retractione & sine puniatur in alia. Sicut Hærodes qui occidit Iacobum punitus est in hac vita, & in inferno. Similiter Act.12. Quandóque autem ad correctionem. Et de hac dicitur in Psal. Disciplina tua ipsa me docebit. Quandóque autem flagellatur aliquis non propter præteritorum correctionem, sed ad futurorum præseruationem. sicut de Paulo legitur.2. Corin.12 Ne magnitudo reuelationum, &c. Quãdóque autem ad promotionem virtutis: vt scilicet cùm in aliquo nec præterita culpa corrigitur, nec futura prohibetur, dum inopinata salus persecutionem sequitur saluantis virtus cognita ardentiùs amatur.2. Cor.12. Virtus in infirmitate perficitur. Iacob.1. Patientia opus perfectum habet. Quãdóque verò ad manifestationem diuinæ gloriæ. Vnde & hìc dicitur. [Vt manifestentur opera Dei in illo.] Consequenter cùm dicit.

Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est.

MAnifestat causam veram, quam posuit. Et quia mentionem fecerat de operibus Dei. Ideò primò ponit oportunitatem operandi. Secundò assignat oportunitatis, seu necessitatis rationem ibi. [Venit nox.] Tertiò eã exponit ibi. [Quãdiu in mundo sum.] Dicit ergo ideò, scilicet cæcus natus est: vt manifestentur opera Dei in illo, quæ quidem manifestari oportebat. Nã [me oportet, &c.] Quod quidem potest referri ad Christum secundum quòd homo. Et sic est sensus. [Me oportet operari opa eius qui misit me.] Et opera commissa mihi à patre. supr.6. Opera quæ dedit mihi pater vt faciam. infr.& 17. dicit. Pater opus consummaui, quod dedisti mihi, &c. Vel ad Christum secundum quòd Deus. Et sic dicit æqualitatem suæ potẽtiæ ad patrẽ. Vt sit sensus. [Me oportet operari, &c.] Primò æqualia opera facere quæ pater facit. supr. quintò. Quæcũque pater facit, hæc & filius, &c. Et vt ostendat patris auctoritatem: vt sit sensus. [Me oportet opari, &c.] id est, opa quæ habeo à patre. Omnia enim quæ filius facit etiam secundum diuinam naturam à patre habet. supr. quintò. Non potest filius à se facere quicquam, &c. Oportet inquam [donec dies est.] Dies quidem materialis ex præsentia solis super terram causatur. Sol autem iustitiæ est Christus Deus noster. Malach.3. Vobis timentibus nomẽ meum orietur, &c. Quamdiu ergo sol iste nobis præsens est, opera Dei fieri possunt in nobis, erga nos, & à nobis. Præsens autem fuit nobis aliquando quidem corporali præsentia. Et tunc dies erat. Psalm. Hęc dies, quam fecit Dominus, &c. Et ideò oportet operari opera Dei. Est etiam nobis præsens per gratiam. Et tunc est dies gratiæ in quo, scilicet oportet operari opera Dei donec dies est. Rom.13. Nox præcessit, dies autem appropinquabit, abijciamus ergo opera, &c.1. Thessaloniss. Qui dormiuit, nocte dormiuit, &c. Vos autẽ non estis, &c. Sed sciendum, quòd si præsentia solis facit diẽ, & absentia noctem. Cùm sol sibi præsens sit semper ipsi soli semper dies est, & sic soli semper est tempus operandi & lucendi. Sed quantum ad nos, quibus aliquando est præsens, aliquando absens, non semper operatur, & lucet. Eodem modo apud Christum solem iustitiæ semper est dies, & tempus operandi. Non autem apud nos: quia non semper sumus capaces suę gratię propter impedimentum ex parte nostra. Rationem autem oportunitatis prædictæ subdit, dicens.

Venit nox quando nemo potest operari.

SIcut est duplex dies, ita est duplex nox. Vna est per absessum corporalem solis iustitiæ, sicut Apostoli incurrerunt, quando Christo eis corporaliter sublato, tempore passionis perturbati sunt. Matthæi vigesimosexto. Omnes vos scandalum patiemini, &c. Et tunc

Et tunc non fuit tempus operandi, sed patiendi. Sed melius est vt dicamus, q̃ etiam Christo absente corporaliter per ascensionẽ dies Apostolis erat inquantùm illucebat eis sol iustitiæ, & tempus operandi. Et ideò intelligẽdum est de nocte, quæ est per spiritualem separationẽ solis iustitiæ, scilicet per subtractionem gratię. Quæ quidem nox duplex est. Vna per subtractionem actualis gratiæ quam inducit peccatũ mortale.1. Thes.5. Qui dormiuit, nocte dormiuit. Et quãdo hæc nox venit, nemo potest operari opera meritoria vitæ æternæ. Alia nox est consumata, quando nõ solùm priuatur actuali gratia quis per peccatum mortale: sed etiam facultate adipiscendi per æternam damnationem in inferno. Vbi profunda nox est: quæ erit illis quibus dicetur. Ite maledicti in ignem æternum. Mat.25. Et tunc nemo potest operari: quia non est tempus merendi: sed secundum merita recipiendi. Dum ergo viuis, fac sicut facturus es. Vnde Eccl'.11. Quæcúnq; potest manus tua instanter operare: quia neque ratio, &c. Rationem autẽ dictorum exponit dicens.

Quandiu sum in mundo: lux sum mundi.

QVasi diceret. Si vultis scire quis sit dies, & quæ nox de quibus loquor. Ego inquam sum lux mundi. Nam præsentia mea diem facit: & absentia noctem. supra 8. Ego sum lux mundi [quandiu ego sum in mundo.] corporaliter per meam præsentiam. Ioannis 16. Exiui à patre, & veni in mundũ. Iterum relinquo mundũ, &c. [Lux sum mundi.] Vnde dies iste durauit vsq; ad ascensionẽ Christi. Item [quandiu sum in mundo.] spiritualiter per gratiam. Matth. vltimo. Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationẽ seculi, &c. [Lux sum mundi.] Vnde dies iste vsq; ad consummationem seculi extendetur. Consequenter cùm subditur.

Hoc cùm dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo: & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei. Vade laua in natatoria syloe (quod interpretatur missus.) Abijt ergo, & lauit: & venit videns.

AGitur de sanatione cæci ad quam quinque per ordinẽ concurrunt facta per Christũ. Primò quidẽ spuitio. Vnde dicit [spuit in terram.] Secundò luti factio. Vnde dicit [lutum fecit ex sputo.] Tertiò oculorum linitio. Vnde dicit [Et liniuit super oculos cęci] Quartò mandatũ q̃ lauaretur. Vnde dicit [Vade] inquit [& laua in natatoria syloe.] Quintò visionis perceptio. Vnde subdit [& venit videns.] Quæ quidem omnia causam habent, & literalem, & mysticam. Literalem quidem secundum Chrisostomum hoc modo. Sputo illuminat: vt ostendat q̃ virtute à se egrediente hoc faciebat, & nulli alteri rei miraculum ascribatur. Lucæ 6. Virtus exibat de illo. Licèt enim omnia miracula dominus solo verbo facere potuisset. Quia ipse dixit & facta sunt. Frequenter tamen corpore suo eis vtitur: vt ostendat ipsum inquantũ est diuinitatis organum virtutem quandã salutarẽ esse fortitũ. Lutũ autẽ fecit ex sputo: vt ostendat se membra homini deficientia posse formare: qui formauerat totum primũ hominẽ. Vnde sicut primũ hominẽ de luto formauit: ita lutum fecit, vt formaret oculos cæci nati. Liniuit autẽ lutũ super oculos cęci nati: vt ostẽderet se conditorẽ corporũ per id qđ potissimũ est in corporibus. Homo enim inter creaturas corporales præexcellentior est. Inter mẽbra verò hominis præexcellit caput. Inter membra autem capitis oculus excellentior inuenitur. Vnde Matthæi 6. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Formando ergo oculum cæteris corporalibus ex cellentiorem ostendit se creatorẽ esse totius hominis & naturæ corporeæ. Dixit autẽ ei [Vade, & laua te, &c.] Ne videretur terra super oculos linita virtutem sanatiuam oculi habere. Vnde quandiu lutum in oculis habuit, non vidit: sed postquàm lauit. Misit autem eum longè ad lauandum. s.ad natatoria syloe. Primò quidem ad confutandam Iudæorum duritiam. Nam oportebat eum transire ciuitatem: vt sic omnes viderent eundem cæcum eum tem lutum super oculos habentem & redeuntem visu suo restituto. Secundò verò, vt cõmendetur cæci obedientia, & fides. Frequenter enim fortè lutum in faciem receperat. Frequenter in natatoria syloe se lauerat, & tamen non viderat. Vnde potuissẽt dicere lutum solet magis excæcare: & multotiens me ibidem laui, & in nullo sum adiutus: sicut de Naaman legitur 4. Regũ 5. sed non cõtradixit, imò simpliciter obediuit. Vnde sequitur [Abijt, & lauit.] Idcò autem ad natatoria syloe eum misit: quia per illam aquam signatus est populus Iudæorum. Isaiæ 8. Populus iste adiecit aquas syloe: quæ currunt cum silentio. Vt ergo ostendat q̃ non est alienus ab amore populi Iudaici ad syloe mittit eum. Effectus autem sequitur. Quia [inuenit videns.] hoc prædictum fuit Isaiæ 35. Tunc aperientur oculi cæcorum. Causam verò mysticam, & allegoricam assignat Augustinus qui dicit: quòd per sputum, quod est saliua de capite descendens, significatur verbum Dei: quod à Deo patre capite omnium rerum processit. Ecclesiasti.24. Ego ex ore altissimi prodij, &c. Tunc ergo dominus de sputo, & terra lutum fecit: quando verbum caro factum est. [Liniuit autem oculos cæci.] id est, humani generis oculos, scilicet cordis per fidem incarnationis Christi: sed nondum videbat: quia quãdo fortè inunxit cathecuminum fecit: qui fidem habet, sed nondum est baptizatus. Et ideò mittit eum ad piscinam: quæ vocatur syloe, vt lauetur, & illuminetur, id est, baptizetur, & in baptismo plenam illuminationem recipiat. Vnde secundum Dionysium baptismus dicitur illuminatio. Ecclesiastic.36. Effundam super vos aquam mundam, &c. Et ideò signanter hoc Euangelium legitur illo die in quadragesima quo incipit fieri scrutinium baptizandorum in sabbato sancto. Nec sine causa Euangelista subdit interpretationem piscinæ dicens. [Quod interpretatur missus.] Quia quicúnque baptizãtur, oportet baptizari in Christo, qui est missus à patre. Galat.3. Quotquot baptizati estis, &c. Nisi enim ille fuisset missus nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. Secundum Gregorium autem per saliuam sapor intimæ contemplationis accipitur, quæ ad eos de capite defluit: quia de charitate conditoris adhuc in hac vita nos positos gustu reuelationis tangit. Vnde dominus saliuã luto miscuit: & cæci nati oculos reparauit: quia superna gratia carnalem cogitationẽ nostrã per admixtionẽ suæ cõtemplationis irradiat: & ab originali cæcitate homines ad intellectum reformat, &c.

LECTVRA II.

Itáque vicini, & qui viderãt eum priùs: (quia mendicus erat) dicebãt. Nónne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant quia hic est, alij autem nequaquã: sed similis est eius. Ille verò dicebat: qa ego sum.

POSITA miraculosa illuminatione cæci. Hìc consequenter ponitur miraculi examinatio. Et primò quidem miraculum examinatur à populo. Secundò à Pharisæis & principibus ibi [Adducũt eum ad Pharisæos.] Tertiò cæcus propter suam confessionem instruitur à Christo, & commendatur ibi [Audiuit Iesus quia eiecerunt, &c.] Circa primum tria facit. Quia primò inquiritur de persona illuminati. Secundò de ipsa illuminatione ibi [Dicebant ergo, &c.] Tertiò de persona illuminantis ibi [Et dixerunt ei. Vbi est ille?] Circa primum tria facit. Primò ponitur quæstio de persona illuminati. Secundò assumuntur diuersæ opiniones ad quæstionem. Tertiò determinatur quæstio. Ponitur quidem quæstio à populo: vnde dicit [Itáque vicini, & qui viderant eum priùs, &c.] Vbi duo consideranda occurrunt. Vnum est quòd ex miraculi magnitudine ipsum incredibile reddebatur, vnde dicebant infra. A sæculo nõ est auditũ q̃ aperuit quis oculos cæci nati. Vnde impletur in eis quod dicitur Abac.1. Opus factum est in diebus nostris, &c. Aliud est mirabilis Dei clementia. Quia nõ solùm circa potentes: sed etiã circa ignobiles dominus miracula operatur, dum eos qui mẽdicant cum multa pietate curabat. In quo ostẽditur quòd propter paupertatem nullum repellit: qui propter salutem hominum venit. Iacob. secũdo. Nónne dominus elegit pauperes diuites in fide, &c. Vnde & isti signanter dicunt. [Nónne hic est qui sedebat & mendicabat?] quasi dicat Ignobilis, & curatione indignus. Contra dicitur Baruc 3. ibi gigantes nominati. Opiniones autem ponuntur à plebe. Vnde dicit [Alij dicebant quia hic est.] scilicet qui mẽdicabat. Et hoc ideò quia pluries eum viderant mendicantem: & similiter discurrentem per ciuitatem: quando cum luto ad natatoria ibat inspexerãt. Vnde non vltra poterant dicere non est hic. Sed aliorum opinio erat contraria. vnde dicebant [Nequaquàm.] scilicet hic est [sed similis eius est.] Cuius ratio est (quia vt Augustinus dicit) oculi restituti mutauerant vultũ eius. (Nihil enim ita cognoscibile sicut visus.) Ecclesiastic. decimonono. Ex visu cognoscitur sensatus. Quæstio determinatur per cæcũ. Quia [ille dicebat.] scilicet cæcus [ego sum.] scilicet qui mendicabam. Vox grata est ista: ne damnetur ingrata. Quia enim non poterat esse ingratus tanto beneficio: nec aliud signum gratitudinis ostendere poterat, quàm quod constanter confiteretur se à Christo curatum: dicit [Ego sum.] qui scilicet cæcus eram, & mendicabam, & modò video. Iob duodecimo. Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuentibus confitemini, &c. Consequenter cùm dicit.

Dicebant ergo ei: Quomodò aperti sunt tibi oculi?

AGitur de inquisitione facti, scilicet de ipsa illuminatione. Et primò ponitur quæstio Iudæorum. Secundò, responsio cæci ibi [Respondit. Ille homo qui dicitur, &c.] Dicit ergo si tu es ille qui cæcus mendicabas. Die ergo nobis [Quomodò aperti sunt tibi oculi.] Sed ista quæstio ex curiositate procedit: quia hunc modum nec ipse qui curatus est: nec nos nouimus, Ecclesiastic. tertio. In pluribus operibus eius: ne fueris curiosus. Responsio cæci fuit mirabilis. Vnde dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondit. Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi. Vade ad natatoria Syloe, & laua. Et abij, & laui, & video.

IN qua primò quidem demonstrat personam illuminatem dicẽs. [Ille homo qui dicitur Iesus.] Rectè nominat eũ hominẽ, quem hominem nouerat, & verus homo erat. Phil.2. In similitudinem hominum factus, licèt autem eum nõ vidisset: quia cęcus ab eo recessit ad Syloe vadens, cognouit eum ex auditu, & collocutiõe hominum ipso. Secundò recitat factum dicens. [Lutum fecit, & vnxit oculos meos.] Vbi se veracem ostendit non asserens incerta. Dominus enim lutum fecerat ex sputo, quod quidẽ iste nescivit, sed lutum factum, & oculis superpositum, per sensum tactus didicit. Et ideò non dixit lutum fecit ex sputo, sed simpliciter [lutum fecit, & vnxit oculos, &c.] 1 Ioan.1. Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, & perspeximus, &c. Tertiò refert mandatum dicens. [Et dixit mihi,] scilicet Iesus. [Vade ad natatoria Syloe, & laua.] Hoc etiã nobis necessarium est. Nam si volumus mundari à cæcitate cordis, oportet, quòd spiritualiter lauemur. Isa.1. Lauamini mũdi estote. Quartò cõmendat suam obedientiam dicens [Et abij, & lauit:] quasi diceret. Ex quo mandatũ audiui desiderio visionis ductus, executus sum mandatum, neque mirum: quia dicitur Prouerb.6 Mandatum, scilicet impletum lucerna est, & lex lux. Quintò confitetur beneficij effectum dicens. [Et vidi.] Et rectè post obedientiam illuminatur. Quia (vt dicitur. Act.5.) Dabit spiritũsanctum obedientibus sibi. Vide cæci constantiam. Nam (vt Aug.dicit.) Ecce annunciator factus est gratiæ. Ecce Euangelizat, & confitetur Iudæis. Cæcus ille confitebatur, & cor impiorum stringebatur: quia non habebant lumen, scilicet in corde, quod ille habebat in facie. Consequenter cùm dicit.

Et dixerunt ei. Vbi est ille? Ait. Nescio.

POnitur inquisitio de persona illuminantis. Et primò ponitur Iudæorum quæstio cùm dicũt. [Vbi est ille?] Malitiosè interrogãt occisionem meditantes. (Iam enim aduersus Christum conspirauerant.) supr.8. Nunc autem quæritis me interficere. Secundò ponitur cæci responsio, cùm ait. [Nescio.] Vt Aug.dicit, ex verbis apparet, quòd sicut corporaliter in ipso gestum fuit, ita spiritualiter diuersis temporibus representatur. Nam adhuc primò linitur cæcus, & post lotus videt, & inunctio quidẽ inchoationem sanitatis corporalis representat. Lotio autem perfectam cõsequitur sanitatem. Specialiter autem inunctio efficit catheciminum, lotio, scilicet baptismus perficit, & illuminat. Sic ergo diuersa diuersis temporibus representatur fides imperfecta in catheciminis. supr.5. Vos adoratis, quod nescitis. Potest etiam per hoc significari fides nostra. 1. Corin.13. Et parte cognoscimus, &c. Consequenter cùm subditur.

Adducunt eum ad Pharisęos, qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi, quomodò vidisset. Ille autem dixit eis. Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video.

AGitur de inquisitione. Et primò inquirunt à cæco. Secundò à parentibus ibi. [Nõ crediderunt ergo Iudæi.] Circa primum tria facit. Primò præsentatur inquirendus. Secundò inquirentium intentio ponitur. Tertiò ponitur ipsa inquisitio. Inquirendus autem, scilicet cæcus, præsentatur à populo Pharisæis. Vnde [Adducunt,] scilicet turbæ [eum qui cæcus fuerat ad Pharisæos.] Et hoc ideò: quia quæsierant ab eo vbi esset Iesus: vt si eum inuenirent ducerent eum ad Pharisæos damnandum propter solutionem sabbati. Quia verò Christum non habuerunt ducunt cæcum: vt eum vehementiùs interrogantes cogant importunitate: vel timore aliquid falsitatis contra Christum confringere Hie.5. Ibo ergo ad optimates, ipsi enim, &c. & ecce hi magis confregerunt iugum, &c. Intentionem autem eorum Euangelista peruersam esse ostendit dicens. [Erat autem sabbatum quando lutum fecit.] Hoc dicit vt eorum malam mentẽ demonstret, & causam propter quam eum quærebant: vt scilicet occasionem contra eum inuenirent, & detraherent miraculo per æstimatam legis præuaricationẽ. Cùm tamen Matth.20. dicatur, quòd Dominus est filius hominis etiam sabbati. Examinatio autem fit à Pharisæis cùm dicitur. [Iterum ergo interrogabãt eum Pharisæi, &c.] Et primò interrogant de facto. Secundò de persona facientis ibi. [Dicebant ergo.] Circa primum duo facit. Primò ponitur eorũ interrogatio. Secundò cæci responsio. Interrogant autem eum de materia consecutæ visionis. Vnde. [Iterum interrogabant eum Pharisæi, &c.] Non vt scirent, sed vt calumniam inferrent, & falsitatẽ imponerent. Respondet autem cæcus non dictis contraria, nec dissona veritati. Vnde [ille,] scilicet cęcus. [Dixit eis. Lutum posuit mihi.] Vbi primò admiranda est cæci constantia. Nam & si coram turbis à quibus sine periculo interrogabatur veritatẽ dixerat, non magnum videbatur. Sed hoc miræ est constantiæ, quòd in ampliori periculo constitutus. scoram Pharisæis, neque negat, neq; cõtraria dicit prioribus secundum illud Psalm. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regum, &c. Secundò admiranda est eius industria. Nam mores recitantium seruat: qui primò diffusè, & circunstantijs omnibus referunt, & si secundò referri oporteat succinctiùs loquuntur. Vnde neque nomen dicentis expressit, neque quoniam dixit mihi vade, & laua. Sed confectum solam substantiam facti tangens dicit. [Lutum fecit.] Consequenter cùm subditur.

Dicebant ergo ex Pharisęis quidam. Nõ est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit? Alij autem dicebant. Quomodò potest homo peccator hæc signa facere? & schisma erat inter eos.

FIt inquisitio de persona illuminantis. Et primò ponuntur diuersæ sententiæ Pharisæorum de Christo. Secundò exquiritur sententia cæci ibi. [Dicunt ergo cæco iterum.] Circa primum tria facit. Primò ponit opinionem Christum blasphemantium. Secundò opinionem eum commendantium. Et tertiò concludit, quòd inter eos erat schisma & diuisidium. Circa primum sciendum est, quòd illi qui malitiosè contra aliquem agunt, tacent si quid boni in facto eius vident, & mala si qua viderunt manifestãt etiam bonum in malum conuertentes. secundum illud Ecclesiast.11. Bona in mala cõuertens insidiatur, &c. Quod & isti faciũt. Nam id quod videbatur bonum, scilicet cæci illuminationem subtrahentes, quod contra Christum esse poterat manifestãt. s. solutionem sabbati. Vnde [dicebant quidam ex Pharisæis,] scilicet malitiosi & praui. [Non est hic homo à Deo qui sabbatum non custodit?] Cùm tamen Christus sabbatum seruaret. Dominus enim prohibens operari in sabbato intendit de opere seruili, quod est peccatum. supr.octauò. Qui facit peccatum seruus est peccati. Ergo qui facit opera peccati in sabbato soluit sabbatum. Christus ergo qui sine peccato erat, potiùs sabbatum, quàm ipsi custodiebat. Cõmendãtium autem opinio ponitur, cùm subdit. [Quo modò potest homo peccator, &c.] Isti enim aliquam fidem ex signis conceperant, & imperfectè & imbecilliter erant dispositi: quia ex timore Pharisæorum, & principum quasi sub dubio proponunt dicentes. [Quomodò potest, &c.] infr.12. dicitur, quòd multi ex principibus crediderunt in eum, sed propter Pharisæos, &c. Qui tamen potius debuissent ostendere qualiter sabbatum non solueret, & conuenienter respõdere pro Iesu. Diuisidium autem concludit inter eos dicens. [Et schisma erat inter eos.] Quòd scilicet fuerat etiam inter populos, & hoc erat signum interiùs illorũ. Ose.10. Diuisum est cor eorum nunc interibunt. Matth.13. Omne regnum in seipsum diuisum, &c. Consequenter inquirunt sententiam à cæco, & dicunt.

Dicunt ergo cæco iterum. Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autẽ dixit: quia Propheta est.

ET primò ponitur Pharisæorum interrogatio. Secundò cæci responsio. Interrogant quidem cùm dicunt. [Tu quid dicis, &c.] Quæ quidem interrogatio secundum Chrisosto. non est eorum qui Christum blasphemabant, sed eorum qui commẽdabant. Et hoc apparet ex modo interrogandi vnde commemorant ei receptum beneficium dicentes. [Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos?] Alioquin si alij interrogassent, non hoc dixissent, sed peius, scilicet qui soluit sabbatum. Ideò autem beneficium commemorant: vt eum gratum reddentes inducant ad Christi prædicationẽ. Secundum autem Aug. est interrogatio aduersariorum volentium calumniari homini, qui constanter veritatem confitebatur: vel vt ex timore mutaret sententiam: vel saltem eum de synagoga eijcerent. Responsio autem cæci constans ponitur. Vnde subdit. [Ille autem dixit: quia Propheta est.] Licèt enim adhuc quasi inuictus in corde Dei filium nondum confiteretur, constanter tamen, quod sentiebat expressit, non tamen mentitus est. Nam ipse Dominus de se dixit Matth.11. & Matth.16. Non est Propheta sine honore, &c. Deute.18. Prophetam suscitabit vobis Deus, &c. Consequenter cùm dicit.

Non crediderunt ergo Iudæi de illo: quia cæcus fuisset, & vidisset donec vocauerunt parentes eius, qui viderat, & interrogauerunt eos dicentes. Hic est filius vester quem vos dicitis: quia cæcus natus est? Quomodò ergo nunc videt?

AGitur de inquisitione à parentibus. Et primò ponitur causa inquisitiõis. Secdò subditur interrogatio ibi. [Et interrogauerũt.] Tertiò adhiberur responsio ibi. [Responderunt ergo eis.] Quarto assignat responsiõis rõ ibi. [Hoc dixerũt parẽtes ei⁹, &c.] Causa autẽ secundæ inquisitionis fuit infidelitas Pharisæorũ. Et hoc est, quã dicit. [Non crediderunt ergo de illo.] scilicet Pharisæi [quòd cæcus natus fuisset, & vidisset donec vocauerunt parentes eius.] scilicet cęci qui viderat. Hoc quidem faciunt volentes annullare Christi miraculum: ne perdant gloriam suam supra 5. Quomodò potestis credere qui gloriam abinuicem, &c. Inquisitio autẽ ponitur à Pharisæis ad parentes. Vbi tria proponunt. Primò de persona filij dicentes [Hic est filius vester, &c.] quasi diceret. Nunquid est hic? Secundò de eius cæcitate. Vnde subdunt [Quem dicitis quia natus est cæcus.] Non dicunt qui quandóq; fuit cæcus, sed [quem dicitis.] quasi diceret: hoc confingitis. Nunquid hoc est verum? Sed ò inquinati. Quis pater eligeret talia mentiri de filio? Conãtur enim per hoc eos ad negationem ducere. Tertiò quærunt de modo consecutæ visionis dicentes. [Quomodò ergo nunc videt?] quasi dicat. Aut hoc est falsum ꝙ nunc videat: vt primum ꝙ cęcus fuerat. Sed constat hoc esse verum ꝙ videt. Falsum ergo fuit ꝙ cæcum eum dicebant. Eccles.7. Ex multa enim loquela tentabat te, &c. Respõsio parentum ponitur consequenter cùm dicunt.

Responderunt eis parentes eius, & dixerũt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cęcus natus est, Quomodò autem nunc videat nescimus, aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus. Ipsum interrogate. Aetatẽ habet: ipse de se loquitur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam enim cõspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogã fieret. Propterea parentes eis dixerunt, quia ætatem habet, ipsum interrogate.

DE tribus autem interrogauerant Pharisæi: sed de duobus constanter respondent: & de tertio remittũt ad filium. Primò quidem confitentur primum, scilicet quòd filius eorum sit. Vnde dicũt [Scimus quia hic est filius noster.] Item confitentur secundũ. Cùm subdunt [Et quia cæcus natus est.] In quo patet ꝙ veritas semper vincit mendacium. Vnde in Apocriphis Esdræ dicitur ꝙ veritas super omnia vincit. Tertium autẽ scilicet qualiter vidit dicunt [Quomodò autem nunc videat nescimus.] Secundò de persona illuminante. Cùm subdunt [Aut quis aperuit oculos, &c.] Hoc ideò dicunt: quia inquisitio fiebat contra personam illuminantem. Et ideò remittunt ad filium dicẽtes [Ipsum interrogate: ætatẽ habet, &c.] quasi dicant. Et si genuimus eum cæcum: non tamen mutum. Vnde loqui potest pro se in causa. Quod quidem dispensatiuè factũ est: vt dum parentes confitentur quod sciunt: & cæcus confirmat qui est curatus, & veritas miraculi magis appareat. Ratio autem responsionis ponitur, cùm subdit [hoc dixerunt parẽtes eius, &c.] Adhuc enim imperfecti erant nec adimplere ausi quod dicit dominus Matthæi 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Causa autem timoris fuit: quia [iam conspirauerant Iudæi, Vt si quis cõfiteretur, &c.] infra 16. hæc locutus sum vobis: vt non scandalizemini absq; synagogis facient vos. Et vt dicit Aug. Iam non erat malum fieri extra synagogam. Nam quos illi repellebant: Christus recipiebat.

LECTVRA III.

Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei. Da gloriam Deo, Nos scimus: quia hic homo peccator est.

POSITA supra inquisitione negotij, scilicet à cęco & parentibus: hîc persuadent negare veritatẽ, & asserere falsitatem. Et primò persuadent veritatis negationem. Secundò irrogant maledictionem. Tertiò, inferunt condemnationem. secundò ibi [Maledixerunt, &c.] Tertiũ ibi [Responderunt & dixerũt ei. In peccatis, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quomodò persuadent ei veritatem negare. Secundò quomodò iteratò interrogãt: vt calumniam possint inferre ibi [Dixerunt ergo illi, &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit eorum malitiam Secundò cæci constantiam ibi [Dixit ergo ille.] Malitia Pharisæorum ostenditur in veritatis negandæ persuasione. Constantia cæci apparet in firma veritatis confessione. Dicit ergo quantùm ad primũ [Vocauerunt ergo.] scilicet Pharisæi [rursum hominem qui fuerat cæcus.] Nam parentes interrogati remiserant eos ad cæcum [Et dixerunt ei. Da gloriam Deo.] Vnum dicunt: sed aliud intendunt. Intendunt quidem vt cogant eum dicere se nõ fuisse illuminatum à Christo. Vel si hoc non possunt: saltẽ confiteatur se ab eo aliquo maleficio curatũ. Hoc tamen nõ apertè dicũt: sed tacitè, & sub prætextu religionis: ad hoc enim inducere volunt dicentes. [Da gloriam Deo.] quasi dicat. Illuminatus es, sed hoc nõ nisi à Deo. Ergo hoc nulli alij attribuas nisi Deo: & nõ isti. s. Christo. Quia si hoc facis: ostendis te nõ accepisse à Deo curatiõis beneficiũ. Quia Deus per peccatores nõ operatur miracula. Vnde subdunt [Nos scimus quia hic homo peccator est.]

Quasi diceret. Cõfitere quoniam hic nihil operatus est, nega quod accepisti. Sed (vt Augu.dicit.) si hoc fecisset, non dedisset gloriam Deo, sed potiùs ingratus existens blasphemasset: sed verè mẽdacium locutus est filius Pharisæorum dicentium [Nos scimus quoniã hic homo, &c.] Nam supra 8. Eundẽ de peccato arguere nõ potuerunt cùm dixit. Quis ex vobis arguet, &c. Nec mirũ: quia hoc dicitur: primæ Petri 2. Peccatum non fecit, &c.

Dixit ergo eis ille. Si peccator est, nescio: vnũ scio: quia cæcus cùm essem, modò video.

HIc ponitur cæci constantia. Nam stomachus contra Pharisæorum duritiam, & impatiens ad verba eorũ cum veritatis assertione dicit [Si peccator est] Sed cùm suprà dixit: quia Propheta est. Nunquid hoc propter timorem quasi dubitãs dicit. Si peccator est nescio. quasi dicat. Vos asseritis eum peccatorem, sed ego nescio ꝙ sit peccator, & miror ꝙ hoc asseritis: quia opus fecit, quod non videtur esse peccatoris. [Quia cæcus cùm essem: modò video.] eius beneficio. Secundum Augustinum hoc dicit: vt neque pateretur calumniam, neque veritatem subcelaret. Fortasis enim si dixisset scio eum iustum: quod verum erat: calumniati fuissent eum. Sed secundum Chrisostomũ. Ideò hoc dixit: vt daret eis maius testimonium scilicet ipsius miraculosæ operationis: & suam responsionem faceret fide dignam ab accepto beneficio.

Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodò aperuit tibi oculos?

HIc iteratò interrogant: vt calumniam inferant. Et primò ponitur dolosa Pharisæorum interrogatio. Secundò respondentis cæci derisio ibi [Respondit eis, &c.] Dicit ergo quantũ ad primum [Dixerunt ergo illi: Quid fecit, &c.] Quia enim cæcus cõfessus fuerat se à Christo visum recepisse: quod isti nõ quærebant, sed potiùs in ipso modo faciendi cõtra Christum calumniam inferre intendebant. Ideò non dicunt: qualiter vidisti: sed [Quomodò aperuit tibi oculos.] quasi dicat. Nunquid aliquo prestigio seu maleficio hoc fecit: secundum illud Psal. Qui quærebant mala mihi locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.

Respondit eis: Dixi vobis iam, & audiuistis: Quid iterum vultis audire? Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri?

HIc ponitur responsio. Quia enim cæcus quasi iam viderat id eò nõ remisisse: sed audacter de reliquo eis loquitur. Vnde primò irridet Pharisæorũ iteratam interrogationem dicens [Dixi vobis iam & audistis: quid iterum, &c.] quasi dicat. Ex quo semel dixi vobis: quid iterũ vultis audire? Hoc enim insipientis est. Videtur enim ꝙ non attenditis ad ea quæ dicuntur. Vnde nõ est vltra respondendum vobis: inaniter interrogãtib⁹, & cauillari potiùs quàm discere volentibus. Ecclesiast. 22. Cũ dormiente loquitur qui narrat stulto sapientiam, & in fine narrationis, &c. Secũdò deridet præsumptuosam Pharisæorũ intentionem dicens [Nunquid & vos vultis, &c.] Quando enim aliquis diligenter inquirit: aut hoc facit bona intentione: vt scilicet ei adhæreat: aut mala: vt eum condemnet. Quia ergo isti diligenter quærebant: & cæcus nõ ausus est eis imponere ꝙ mala intentione quærerent: declinat ad aliam partẽ dicens. [Nunquid & vos vultis, &c.] quasi dicat. Si non quæritis malitiosè: ergo vultis adhærere ei. Hier.23. Si mutare potest ethiops pellẽ suam, &c. Et (vt Augu. dicit) Illuminatus libenter volebat istos illuminari. Vnde signãter dicit [Et vos.] quasi se innuens discipulum, quasi dicat. [Nunquid & vos vultis?] (vt & ego sum) [discipuli eius fieri] Ego iam videò vestræ illuminationi nõ inuideo. Et (vt Chrisostomus dicit) Ex ista cæci constantia apparet quã fortis quidem sit veritas: quæ despectos assumpserit: claros & fortes eos facit. Et quàm imbecile quidem sit mendacium: quod etsi cum fortibus fuerit imbecilles eos monstrat, & reddit.

Maledixerunt ergo ei, & dixerunt. Tu discipulus illius sis.

HIc interrogatur cæci à Pharisæis maledictio. Et primò ponitur Pharisæorum ad cæcum maledictio. Secundò cæci ad Pharisæos redargutio ibi. [Respondit ille.] Circa primum duo facit. Primò ponitur Pharisæorum maledictio. Secundo maledictionis occasio ibi [Nos autem Moysi, &c.] Dicit ergo quantùm ad primum [Maledixerunt ei.] scilicet Pharisæi cæco [& dixerunt. Tu discipulus eius sis.] Quæ quidem maledictio est: si prauum cor eorum discutias: non si verba perpendas: imò est summa benedictio. Et tale maledictum sit super nos, & super filios nostros. Supra octauo. Verè discipuli mei eritis, &c. Ideò tamen Euangelista dixit [Maledixerunt.] Quia ex malo eorum corde procedebat. Prouerbiorum vigesimosexto. Quando si ornare velis vas fictile argento sordido,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic labia tumentia cum pessimo corde sociata. Et de hac maledictione dicitur in Psalm. Maledicent illi, & tu benedices. Et Marth. Beati eritis cùm maledixerint vobis, &c. Causam maledictionis subiúgit consequenter, cùm dicit.

Nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus: quia Moysi locutus est Deus. Hunc autem nescimus vnde sit.

REputabant enim maledictionem, quòd cæcus dixerat eis quòd fierét discipuli Christi, cùm ipsi gloriarentur se esse discipulos Moysi, quem maiorem reputabant. Et ideò primò proponunt suam conditionem dicentes. [Nos autē Moysi discipuli sumus.] Eccle. 24. Legem mandauit Moyses in primitijs iustitiarum, &c. Sed falsa est eorum gloria: quia nec eum sequebantur, nec præcepta eius implebant. suprà 5. Si crederetis Moysi, crederetis & forsitan mihi. q.d. Nec sequimini seruum, & deorsum ponitis cõtra Dominum. Secundò extollunt Moysi dignitatem cũ dicunt [Nos scimus quia Moysi locutus, &c.] In quo verum dicũt. Quia (vt dicitur Exo. 33) Loquebatur Dominus Moysi facie ad faciem, sicut loqui solet homo, &c. Et Numer. 12. dicit Dominus. Si fuerit inter vos Propheta Dñi, &c. At nõ talis seruus meus Moyses, &c. Ore enim ad os loquor ei. Vnde excellentiori modo loquebatur cum eo, quàm cum alijs Prophetis. Et de hac locutione hîc ipsi loquuntur. Cõstat autem, quòd cùm ad Moysem Deus loqueretur verbum suum, quòd dignitas Moysi est ex verbo Dei. Et sic verbum maioris dignitatis est, quàm Moyses. Heb. 3. Amplioris gloriæ iste, scilicet Christus præ Moyse dignus habitus est quãto ampliorem, &c. Tertiò occultè insinuant Christi dignitatem, cùm dicunt. [Hunc autem,] scilicet Christum [nescimus vnde sit.] Quod quidem verum est, non tamen secundum eorũ intentionem. Nesciebant enim patrem vnde Christus erat. supr 8. Neque me scitis, neque patrem meum. Sed falsum est quãtum ad eorum intentionem. Dixerunt enim. [Hunc autē nescimus, &c.] q.d. Nullius auctoritatis est, & quasi apochriphum, ita vt nõ constet de eo, an à Deo venerit. Per quod videbãtur ei imponere illud Hiere. 23. Non mittebam eos, & ipsi currebant.

Respõdit ille homo, & dixit eis. In hoc mirabile est quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos.

HIc ponitur cæci contra Pharisæos argutio. Et primò admiratur eorum duritiam. Secundò confutat eorum falsitatem ibi. [Scimus autem, &c.] Sciendum autem circa primum, quòd non ea quæ frequenter fiunt, & secundum communẽ modum miramur, sed insolita, & ardua siue bona siue mala sint admiramur. Nam insolita bona & ardua. secũdum illud Hester 15. Valde enim admirabilis es Domine, & facies tua, &c. Admiramur etiam ardua mala secundũ illud Hester 2. Super hoc obstupescite cœli. Duo enim mala, &c. Secũdum hoc ergo respondens cæcus dixit eis. [In hoc mirabile est, &c.] q.d. Si aliquem parum, & nobis similem non reputaretis, alicuius auctoritatis non esset mirandum. Sed quia videtis expressum, & euidens signũ diuinæ virtutis in Christo, & dicitis quia vos nescitis vnde sit valde mirabile est, præsertim quia aperuit mihi oculos. Falsitatem eorum confutat dicens.

Scimus autem quia peccatores Deus non audit.

VItur tali ratione. Quicúque Deus audit, est à Deo, sed Deus exaudiuit Christum, ergo est à Deo. Primò ergo ponit primam. Secundò assumit minorem ibi. [A sæculo non est auditum, &c.] Et tertiò infert cõclusionem ibi. [Si nõ esset hic à Deo, &c.] Circa primum duo facit. Primò insinuat quos Deus nõ audiat. Secundò ostendit quos Deus audiat ibi. [Sed si quis Dei cultor est, &c.] Non audit autem Deus peccatores. Et quantum ad hoc dicit. [Scimus quia peccatores Deus, &c.] q.d. In ista opiniõe ego, & vos cõsentimus, quòd non exaudiantur peccatores à Deo. Vnde in Psalm. Clamauerũt ad Dominum, & non exaudiuit eos. Prouer. 1. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam. Sed contra. 2. Paral. 6. Si autem peccauerunt tibi, neque enim est homo qui non peccet, &c. Aperiantur quæso oculi tui, & aures tuę, &c. Luc. 19. De publicano dicitur, quòd descẽdit iustificatus in domum suã. Et propter hoc dicit Aug. quòd cæcus iste adhuc loquitur vt inuictus, nõdum perfectè sciens. Nã & peccatores exaudit Deus, aliàs frustrà Publicanus diceret. Domine Deus propitius esto mihi peccatori. Si autem verbum cæci saluare volumus, dicendum est, quòd Deus non exaudiuit peccatores in peccatis persistẽtes. Exaudiuit tamen peccatores de peccatis pœnitentes qui magis sunt computandi in numero pœnitentium, quàm peccatorum. Sed insurgit dubitatio. Constat enim, quòd miracula non fiunt ab hominibus propria virtute, sed per orationem. Peccatores autem frequenter miracula faciunt. secundum illud Matth. 8. Nónne in nomine tuo Prophetauimus, & virtutes multas fecimus, & tamẽ Deus nõ nouit nos.

Non videtur ergo verum, quod cæcus dicit. [Scimus quia peccatores, &c.] Ad hoc est duplex responsio. Vna communis. Oratio enim duo habet: quia scilicet impetrat, & meretur. Quandóque ergo impetrat, & non meretur. Quandóque autẽ meretur, & non impetrat. Et sic nihil prohibet orationem peccatoris impetrare, quod petit absque hoc, quòd mereatur. Sic ergo Deus audit peccatores, non per modum meriti, sed inquantum ex diuina virtute, quam prædicant, impetrant quod petunt. Alia est specialis in casu isto quo loquebatur, scilicet quando miraculum factum notificabat personam Christi. Sciẽdum est autem, quòd omne miraculum factum testimonium quoddam est. Quandóque ergo sit vt testimonium veritatis prædicatæ. Quandóque autem in testimonio personæ faciẽtis. Est autem attendendum, quòd nullum verum miraculum fit nisi virture diuina. Et quòd Deus nunquàm est testis mendacij. Dico ergo, quòd quandocúnque miraculum fit in testimonium doctrinæ prædicatæ necessarium est doctrinam illam esse veram, etsi persona prædicans non sit bona. Quandóque etiam fit in testimonium personæ necesse est similiter, quòd persona illa sit bona. Constat autem, quòd miracula Christi fiebãt in testimonium personæ eius. suprà quinto. Opera quæ dedit mihi pater vt perficiã ea, testimonium perhibent de me. Hoc ergo modo loquendo cæcus dixit, quòd [nunquã Deus peccatores exaudit,] scilicet quòd faciant miracula attestantia sanctitati peccatorum. Consequenter cùm dicit.

Sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.

OStendit, quòd iusti exaudiuntur à Deo, & per modum meriti. Vbi sciẽdum est, quòd operatio miraculorum attribuitur fidei. Matthæi vigesimoprimo. Si dixeritis huic mõti, &c. Cuius ratio est. Quia miracula fiunt per omnipotentiam Dei, cui fides innititur. Qui ergo vult impetrare à Deo aliquid, oportet, quòd habeat fidẽ, Iacob. 1. Postulet autem in fide. Si autem vult merendo impetrare, oportet, quòd faciat Dei voluntarẽ. Et ista duo hîc ponuntur. Quãtum ad primum dicit. [Sed si quis Dei cultor est,] per sacrificia & hostias. Isa. 19. Colent eum in hostijs, &c. In his enim consistit cultus latriæ, quę fidei attestatur. Quantum ad secundum dicit. [Et voluntatem eius facit.] Implendo eius mandatum. [Hunc] supple [exaudit Deus.

A sæculo non est auditum: quia quis aperuit oculos cæci nati.

HIc assumit minorem suæ ratiõis. q.d. Ex ipso corpore eius, quod adhuc nullus hominum fecit manifestum est, quòd per operationem Dei hoc fecit, & quòd exauditus est à Deo. infr. 16. Si opera non feciſsem in eis quæ nemo alius, &c.

Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquàm.

HIc infert conclusionem. q.d. Ex quo talia opera operatur, manifestum est, quòd est à Deo. Nam nisi esset hic à Deo, nõ posset facere quicquam, scilicet liberè, constanter, & veraciter. Quia (vt dicitur infr. 1.) Sine me nihil potestis facere.

Respondérunt, & dixerunt ei. In peccatis natus es totus, & tu doces nos. Et eiecerunt eum foras.

HIc Pharisæi cæcum, condemnant. In qua quidem condẽnatione triplicem defectum siue peccatum incurrunt, scilicet mẽdacij, superbiæ, & iniustitiæ. Mendacij quidem cęcitatem improperando. Vnde dicunt. [In peccatis natus es totus.] Vbi sciendum est Iudęos huius opinionis fuisse, quòd omnes infirmitates, & aduersitates temporales prouenirent hominibus propter eorum prędcedentia peccata, quam quidem opinionem asserit Eliphas dicés Iob 4. Recordare obsecro quis vnquã innocens perijt, aut quãdo recti deleti sunt: quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, &c. Cuius quidẽ opinionis ratio est. Quia in veteri lege, & pro bonis præmia temporalia, & pro malis pœnæ temporales promittebantur. Isai. 1. Si volueritis, & audieritis me, &c. Videntes ergo, quòd iste homo cęcus natus fuerat, credebãt, quòd hoc contigisset ei propter sua peccata. Et ideò dicũt. [In peccatis natus, &c.] Sed falsum dicunt: quia suprà eodem Dominus. Neque hic peccauit, neque parentes eius. Eccle. 21. Est correctio mendax, &c. Addunt autem [totus:] vt ostendant, quòd non solum est peccatis inquinatus quantum ad animam secũdum quòd omnes nascuntur peccatores, sed etiam, quòd peccatorum vestigia appareãt in corpore per cæcitatem. Vel secundum Chrisosto. [totus.] i. toto tempore vitæ tuæ, & à primæua ætate in peccatis es. Superbiæ verò defectum incurrunt contemnendo cæci doctrinam, cùm dicunt [tu doces nos:] quasi diceret. Non es dignus. In quo apparet eorum superbia. Nullus enim homo quantũcúnque sapiens debet à quocúnque paruo doctrinam repellere. Vnde Apostо. docet. 1. Cor. 14. quòd si minori aliquid reuelatum fuerit, quòd tunc maiores debent tacere, &

cere, & eum audire: Daniel. 13. dicitur quòd totus populus, & seniores audierunt iudicium pueri iunioris, scilicet Danielis: cuius spiritum dominus suscitauit. Iniustitiæ autem defectum incurrunt iniustè eum eijciendo. Vnde dicitur q̃ [eiecerant eum foras,] scilicet propter veritatis confessionem. In cæco autem iam impletur quòd dominus dixerat. Luc. 6. Beati eritis cùm vos oderint homines: & separauerint vos: & eiecerint, &c.

LECTVRA IIII.

Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras: & cũ inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium Dei?

POSTQVAM Euangelista ostendit quomodò Iudæi cęcum in veritate persistentẽ eiecerunt. Hîc ostẽdit quomodò Iesus eum receperit & instruxit. Et primò ponitur Christi instructio. Secũdò cæci deuotio ibi [At ille ait. Credo domine] Tertiò deuotiõis eius commendatio ibi [Dixit ei Iesus. In iudicium, &c.] Circa primum tria facit. Primò proponit studium Christi ad instruendum. Secundò desiderium cæci ad credendum ibi [Respõdit ille, & dixit. Quis est domine?] Tertiò fidei documentum ad perficiendum ibi. Dixit ei Iesus. Et vidisti, &c. Studium autẽ Christi ad instruendum describitur ex tribus. Primò, ex diligenti consideratione eorum quæ circa cæcum agebantur. Sicut enim princeps diligẽter considerat ea quæ suus athleta patitur propter eum: ita & Christus ea quæ cæcus patiebatur propter veritatem, & sui confessionem diligenter attendit. Et ideò dicit q̃ [audiuit Iesus.] id est, diligenter attendit [quia Pharisæi eiecerũt eum foras.] scilicet ex templo. Hiere. 18. Attende domine ad me, & ad voces aduersariorũ, &c. Secundò ex diligenti inquisitiõe. Vnde subdit [Et cùm inuenisset eum, &c.] Illud enim inueniri dicitur quod diligenter quæritur Lucæ 15. Quęrit diligenter donec inueniat. Ex quo videtur quòd Christus solùm eum quærat: quia in illo solo plus inuenit de fide, quàm in omnibus alijs. Vnde colligitur q̃ plus diligitur vnus iustus à Deo, quàm decem millia peccatorum. Hieremiæ 13. Pretiosior erat vir auro, &c. Et Genes. 17. Dominus pro decem iustis voluit seruare Sodomam. Tertiò ex seriosa interrogatione. Vnde [dixit ei. Tu credis, &c.] Iste cæcus typum baptizandorum gerebat. Vnde etiam consuetudo inoleuit in ecclesia: vt baptizandi interrogentur de fide: primę Petri 2. Nos saluos fecit baptisma, &c. bona conscientię interrogatio in Deum. Interrogans autem de fide nõ dicit [credis] in Christũ: sed [in filium Dei.] Quia (vt Hilarius dicit.) Futurum erat vt aliqui Christum confiterentur: quẽ tamen filium Dei, & Deum negarent: quod postmodùm Arrius finxit. Vnde per hoc error eius manifestè excluditur. Nam si Christus non esset Deus, non esset in eum credendum: cùm solus Deus sit obiectum fidei: quæ in prima veritate quiescit. Vnde & signanter dicit [in filium.] Nam bene possum credere alicui creaturæ: puta Petro, & Paulo: non tamen in Petrũ: sed in Deum solum sicut in obiectum. Vnde patet q̃ filius Dei non est creatura. Ioan. 1. Creditis in Deum, & in me credite.

Respõdit ille, & dixit: Quis est domine vt credam in eum?

HIc ponitur desiderium cæci ad credendum. Sciendum est autẽ circa hoc q̃ cæcus iste adhuc non viderat Christum corporaliter. Nam quando Christus liniuit oculos suos: & misit eum ad natatoria syloe, nondum viderat eum: & antequã ad eum reuerteretur postquàm lauit, & vidit, deretus fuit à Pharisæis & Iudæis. Licèt autem corporaliter eum nõ vidisset: credebat tamen eum qui aperuit oculos suos esse filium Dei. Et ideò in verba desiderãtis, & valdè inquirentis animæ prorumpit dicens. [Quis est domine.] scilicet filius Dei: qui aperuit mihi oculos. [vt credam in eum.] Ex quo hic apparet quòd eum ex parte cognoscebat, & ex parte ignorabat: nisi enim eum cognouisset, non tam constanter pro eo disputasset: & si non ignorasset: nõ vtiq; dixisset. [Quis est domine?] Isaiæ 26. Anima mea desiderauit te in nocte. s. ignorãtiæ. Sed quia (vt dicitur Sapien. 3.) Præoccupat eos qui se concupiscunt. s. sapientia. Ideò cæco se concupiscenti demonstrat cùm dicit.

Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum: & qui loquitur tecum, ipse est.

IN quo ponitur documentum fidei quo Christus eum instruit. Et primò commemorat ei susceptum beneficium dicens [Et vidisti eum.] scilicet corporaliter qui priùs nullũ videbas, quasi dicat. Ab ipso virtutem videndi accepisti. Luc. 12. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Et Lucæ 2. Nunc dimittis seruum tuum domine: quia viderunt oculi, &c. Secundò ponitur documentũ cùm dicit [Et qui loquitur tecũ, &c.] Hebræ. 1. Nouissimè locutus est nobis in filio, &c. Ex his ergo verbis confutatur error Nestorij: qui dixit aliud suppositum Christo filij Dei. Aliud filij hominis. Nam qui loquebatur ex Maria natus est, & hominis filius, & ipse idem qui loquitur est filius Dei (vt dominus dicit.) Non est ergo alius & alius: quamuis natura non sit eadem vtriúsque. Consequenter cùm dicit.

At ille ait. Credo dñe. Et procidens adorauit eum.

POnitur deuotio fidei in cæco. Et primò fidẽ quam credit corde, confitetur eam ore dicens. [Credo domine.] Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore, &c. Secũdò protestatur eam opere. Vnde [procidens adorauit eum.] Per quod ostendit se credere eius diuinam naturã. Quia mundata conscientia cognoscit illum: nõ solùm filium hominis: quod exteriùs videbatur: sed filiũ Dei qui carnem susceperat. Nam adoratio debetur soli Deo. Deutero. 18. Dominum Deum tuum adorabis. Consequenter cùm dicit.

Et dixit eis Iesus. In iudiciũ ego in hunc mundum veni, vt qui nõ vident, videant: & qui vidẽt: cęci fiant.

HIc commendatur cæci deuotio. Et primò ponitur deuotionis cæci cõmendatio. Secundò Iudæorum murmuratio ibi. [Audierunt quidam, &c.] Tertiò murmurantium cõfutatio ibi. [Dixit eis Iesus. Si cęci essetis, &c.] Cõmendatur autẽ cęcus ex fidei illuminatione. vnde dicit. [In iudicium ego in hunc mundum, &c.] Contra suprà 3. dicitur. Non enim misit Deus filium suum in mundum (vt videlicet mundũ, &c.) Respondeo, loquitur de iudicio condemnationis, de quo dicitur suprà 5. Qui mala egerũt, ibunt in resurrectionẽ iudicij i. condemnationis: ad quod nõ misit Deus filiũ suum in primo aduentu: sed potiùs ad saluãdum. Hîc verò loquitur de iudicio discretionis, de quo dicitur in Psal. Iudica me Deus, & discerne causam meam, &c. Nam ad hoc venit: vt discerneret bonos à malis: & hoc ostendunt verba sequentia. s. [Vt qui nõ vident videant: & qui vident, &c.] Nam secũdum Augu. illi non vident qui reputant se videre: Illi autẽ qui reputant se non videre, vident. Dicũtur autem homines cæci spiritualiter inquantũ habent peccata. Supra 2. Excęcauit eos malitia eorũ, &c. Ille ergo reputat se videntẽ qui peccata sua nõ recognoscit. Non videre autem se reputat, qui recognoscit se peccatorem. Primum est proprium superborũ. Secundum est humiliam. Est ergo sensus [In iudicium venit, vt videntes, &c.] vt discernam humiles à superbis. Dies enim erat inter lucẽ & tenebras discernens, vt. s. humiles qui nõ vident. i. reputant se peccatores [videant illuminati per fidẽ. Et qui vident.] i. superbi, cæci fiant. i. remaneant in tenebris. Secũdum Chriso. exponit de iudicio condemnationis: ita tamen q̃ hoc quod dicit. [In iudiciũ ego, &c.] non accipiatur causaliter sed cõsecutiuè, quasi dicat. Me veniente in mundum consecutum est in quibusdã iudicium cõdemnationis: inquantũ in aliquibus condemnationis causa magis creuit. Simile dicitur Lucæ 2. Ecce positus est hîc in ruinã, & in resurrectionẽ multorum. Non q̃ ipse sit causa ruinæ: sed quia ex aduentu suo hoc cõsequitur. Et subditur. [vt qui nõ vident.] s. gentiles carentes lumine diuinæ notitiæ [videant.] id est, admittantur ad cognitionẽ Dei. Isaiæ 9. Populus qui ambulabat in tenebris vidit, &c. [& qui vident.] s. Iudæi habentes Dei cognitionẽ. Psal. Notus in Iudæa Deus. [cæci fiant.] id est, ab ipsa Dei cognitione excidant. Et hoc expresse tangit Apostolus Rom. 9. Gentes quæ non sectabantur iustitiam, &c.

Et audierũt quidam ex Pharisæis, qui cũ ipso erant: & dixerunt ei. Nunquid & nos cæci sumus?

HIc ponitur murmur Iudęorũ. Quia enim verba domini carnaliter intellexerũt: videntes cæcum corporaliter illuminatũ, & intelligentes q̃ dominus cõmendaret in ipso solùm lumen faciei & non mentis: crediderunt similiter q̃ cõmmaretur eis corporalem cæcitatem: & exprobrarent: cùm dixit [cęci fiant] Et ideò dicit quòd [audierunt quidam ex Pharisæis, qui cum ipso erant.] verba prædicta. Ideò autem dicit [qui cũ ipso erant.] vt ostendat eorum instabilitatem. Quia quandóq; eum ipso sunt propter aliqua miracula quæ vident: sed tamen ab eo recedunt: cùm aperitur eis veritas. Mat. 13. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. [Et dixerunt ei. Nunquid & nos cæci sumus.] s. corporaliter: quamuis spiritualiter cæci essent. Matthæi sexto. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.

Dixit eis Iesus, Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis, quia videtis peccatum vestrum manet.

HIc ponitur Iudæorũ confutatio. Vbi secundum expositionem Augustini manifestatur intẽtio præcedentiũ: vt scilicet ostendatur de qua cæcitate loquitur dominus: quia de spirituali. Dicit ergo [Si cæci essetis.] i. vos cæcos reputaretis recognoscentes per humilitatem peccatũ vestrum [nõ haberetis peccatum.] Quia currentis ad remedium. Peccatũ enim remittitur per gratiam quæ non datur nisi humilibus. Iacob. 4. Humilibus autẽ dat gratiam. [Nunc verò quia dicitis videmus.] id est, superbè vos videre putantes non recognoscitis vos peccatores, [peccatũ vestrum manet.] i. non re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittitur.Iac.4. Deus ſuperbis reſiſtit.Secundum Chriſoſt.exponitur de cæcitate corporali.Vt ſit ſenſus. [Si cæci eſſetis] corporaliter,nõ haberetis peccatum,de hoc,quòd cæci eſſetis.Quia cùm ſit corporalis defectus,non habet rationẽ peccati. [Nũc verò quia dicitis,&c.] Peccatum veſtrum magis arguitur:quia videtis oculis corporalibus miracula quæ ego facio non creditis mihi.Iſai.6.Excæca cor populi huius.Vel aliter. [Si cæci eſſetis,] id eſt,ignorantes Iudiciorũ Dei, & ſacramẽtorum legis [non haberetis peccatum,] ſupple tantũ.q.d. Si ex ignorantia peccaretis,peccatum veſtrum non eſſet à Deo graue. [Nunc verò quia dicitis videmus,] id eſt, arrogatis vobis ſcientiam legis,& cognitionem Dei,& tamen peccatis. Ideò [peccatum veſtrum manet,] id eſt,aggrauatur.Luc.12. Seruus qui ſcit voluntatem Domini ſui,&c.

LECT. I. CAP. X.

Amen amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliũdè,ille fur eſt & latro.

POSTQVAM Dominus oſtendit,quòd eius doctrina habet illuminatiuam virtutẽ.Hìc conſequenter oſtendit,quòd habet virtutem viuificatiuam.Et primò oſtendit hoc verbo.Secundò miraculo.11. capit.ibi. [Erat autem quidam languens,&c.] Circa primũ tria facit.Primò oſtendit ſe habere virtutem viuificatiuam. Secundò oſtendit viuificandi modum ibi. [Ego ſum paſtor bonus,&c.] Tertiò oſtẽdit viuificandi poteſtatẽ ibi. [Diſſenſio itáque facta eſt,&c.] Prima pars diuiditur in tres.Primò enim Dominus proponit quandam Parabolam.Secundò Euangeliſta inſinuat neceſſitatem expoſitionis ipſius ibi. [Hoc Prouer.dixit eis,&c.] Tertiò Dominus exhibet Parabolæ expoſitionem ibi. [Dixit eis iterum Ieſus,&c.] Parabolam autem proponit eis dicens. [Amẽ dico vobis.] Quæ quidem ex duobus eſt,ſcilicet de fure,& paſtore ouium.Vnde circa eam tria facit.Primò proponit conditionem furis & latronis.Secundò paſtoris ibi. [Qui autẽ intrat per oſtiũ,&c.] Tertiò effectum vtriúsque ibi [& oues illum ſequuntur,&c.] Ad intellectum autem huius primò conſiderãdum eſt quæ ſint oues.Quæ quidem ſunt fideles Chriſti,& qui ſunt in gratia Dei.Pſalm. Nos autem populus eius,& oues paſcuæ eius.Ezech.33 Vos autem oues paſcuæ meæ homines eſtis. Ouile ergo ouium eſt cõgregatio fidelis populi.Mich.2.Cõgregabo Iacob totum,&c.Oſtium autem ouilis aliter accipitur ſecundũ Chriſoſto & aliter ſecundum Aug.Nam ſecundum Chriſo.oſtium vocat Chriſtus ſcripturas ſacras.ſecundum illud Col.4. Orantes ſimul pro nobis:vt Deus aperiat oſtium ſermonis. Dicitur autẽ ſacra ſcriptura oſtium (vt Chriſo.dicit.) Primò quia per ipſam acceſſum habemus ad Dei cognitionẽ.Rom.1.Quod autem promiſerat Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo,&c. Secundò quia ſicut oſtium oues cuſtodit,ita ſacra ſcriptura cõſeruat vitam fidelium.ſupr.5.Scrutami ſcripturas:quia vos putatis vitã in ipſis. Tertiò quia oſtium lupos ſuperuenire nõ permittit,ſic ſacra ſcriptura arcet Hæreticos à nocumento fidelium.2.Thim.3.Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata vtilis eſt,&c.Ille ergo nõ intrat per oſtium,qui ad docẽdum populum nõ ingreditur per ſacram ſcripturã. Vnde Dominus de talibus dicit Iſa.29 Sine cauſa colunt me docẽtes,&c.Mat.3. Irritum feciſtis mandatum Dei.Hæc ergo furis cõditio:vt nõ intret per oſtiũ,ſed aliũdè. Addit autem [aſcendit,] quod & Parabolæ cõgruit, dum fures non intrantes per oſtium cõſcendunt parietes,& præcipitant ſe in ouili. Cõgruit etiam veritati:quia cauſa quare aliqui doceant aliter,quã ſapiant ſacram ſcripturam præcipuè ex ſuperbia prouenit.1. Thim.6. Si quis aliter docet, & nõ acquieſcit ſacris ſermonibus, ſuperbus eſt nihil ſciẽs. Et quãtum ad hoc dicit [aſcendit,] ſcilicet per ſuperbiã. Qui inquã ſic [aliundè aſcendit ille fur eſt,] rapiendo,quod non eſt ſuum, [& latro,] occidendo,quod rapit Abdie.1. Si fures intraſſent ad te,&c.Et ſecundum hanc expoſitionẽ continuatur ad præcedẽtia hoc modo.Quia enim Dominus dixerat. Si cæci eſſetis,&c.poſſent reſpõdere Iudæi,& dicere.Non eſt ex noſtra cæcitate,q̃ tibi non credimus,ſed ex tuo errore propter quem à te auertimur. Et ideò Dominus hoc excludens:vult oſtẽdere, q̃ non eſt erroneus: quia intrat per oſtium,id eſt,per ſacram ſcripturã,id eſt,docet ea quę ſacra ſcriptura continet. Sed contra hoc eſt,quod Dominus infra eodem exponens dicit.Ego ſum oſtium,&c. Ex quo videtur,quòd per oſtium debet intelligi Chriſtus. Ad quod Chriſoſto.dicit,quod in hac Parabola Dominus dicit ſe eſſe & oſtium,& paſtorem. Vnde ſecundum quòd ipſe diuerſimodè ſe vocat,diuerſimodè dicitur oſtium. Quia ſecũdum quòd dicit ſe paſtorem,oportet,quòd aliud ſit oſtiũ,quàm ipſe.Quia non eſt idem paſtor & oſtium.Nihil autem aliud à Chriſto conuenientius poteſt dici oſtium, quàm ſacra ſcriptura, propter rationes prædictas. Conuenienter ergo ſacra ſcriptura oſtium dicitur. Secundum Auguſtinum hìc per oſtium intelligitur Chriſtus. Et hoc per ipſum intratur. Apocalypſis quarto. Poſt hoc vidi oſtium magnum, &c. Quicúnque ergo intrat in ouile, oportet, quòd per oſtium,ſcilicet Chriſtum intret,& non aliundè. Sed attendendum eſt,quòd intrare in ouile competit paſtori & oui. Qui quidem vt ibi conſeruetur,paſtori autem vt oues conſeruet.Si ergo velis intrare ſicut ouis:vt ibi cõſeruẽris:vel ſicut paſtor: vt oues conſeruet,oportet te per Chriſtum intrare in ouile, non aliundè, quã per Chriſtum.Sicut Philoſophi qui tractauerunt de principalibus virtutibus,& Phariſæi, qui cerimoniales traditiones ſtatuerunt. Sed iſti nõ ſunt paſtores neq; oues.Quia (vt Dominus dicit) [qui nõ intrat per oſtium in ouile ouium,] ſcilicet per Chriſtum [ſed aliundè, fur eſt & latro.] Quia ſe & alios occidit.Nam Chriſtus eſt oſtium oui lis,id eſt,cõgregationis fidelium,& non aliud Rom.5. Pacem habemus per Chriſtum ad Deum,per quem,&c. Act.4.Non eſt aliud nomen ſub cœlo datum,&c. Et ſecundum hãc expoſitionem continuatur ad præcedentia hoc modo. Quia enim dicebant ſe videre ſine Chriſto,ſecundũ quòd dixit.Nunc quia dicitis videmus peccatũ,&c. Ideò Dominus oſtendit hoc eſſe falſum.quia non intrat per oſtium dicens. [Amen amen dico vobis.] Sciendum autem, q̃ vt qui ſicut ouis per oſtium non intrat,nõ poteſt cõſeruari,ita nec qui vt paſtor intrat cõſeruare poteſt niſi per oſtium intret,ſcilicet per Chriſtum, per quod quidẽ oſtium intrauerunt veri paſtores.De quibus.Heb.4. Nemo ſibi aſſumit hanc rẽ,&c. Mali verò paſtores non intrant per oſtium,ſed per ambitionem & potentiam ſæcularem,& ſimoniam, & iſti ſunt fures & latrones.Oſe.8. Ipſi regnauerunt,& non ex me principes extiterunt,&c. Et dicit [ſed aſcendit aliundè] quia oſtium iſtud,ſcilicet Chriſtus cùm ſit paruum per humilitatem.Mat.11.non poſſunt intrare niſi qui Chriſti humilitatẽ imitantur.Qui ergo non intrant per oſtium aliundè aſcendunt,ſcilicet ſuperbi ſunt,& nõ imitantur illum : qui cùm Deus eſſet,factus eſt homo, & humilitatem ſuam non recognoſcit.

Qui autem intrat per oſtium paſtor eſt ouium.

HIc agit de paſtore.Et Primò ponit paſtoris conditionem.Secundò oſtendit per ſigna,q̃ iſte ſit paſtor ibi. [Huic oſtiarius,&c.] Conditio autem veri paſtoris eſt intrare per oſtium, id eſt, teſtimonia ſacræ ſcripturæ.Vnde dicebat Luc.vlti. Oportet impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege,&c.Paſtor verus,&c.Hiere.17.Ego nõ ſum turbatus te paſtorem ſequens.Ezech.34. Sicut paſtor,&c. Sed ſi Chriſtus intelligatur per oſtium (vt Aug. exponit) ſic intrans per oſtiũ, intrat per ſeipſum.Et hoc eſt proprium Chriſti. Nam nullus poteſt intrare oſtium,ſcilicet ad beatitudinem,niſi per veritatẽ: quia nihil aliud eſt beatitudo,quàm gaudium de veritate. Chriſtus autem inquantum Deus veritas eſt. Et ideò inquantum homo intrat per ſeipſum,ſcilicet per veritatem quæ eſt ipſe inquãtum Deus.Nos autem non ſumus ipſa veritas,ſed ſumus filij lucis per participationem lucis verę & increatę.Et ideò oportet nos per veritatem quæ eſt Chriſtus intrare.infr.17. Sacrifica eos in veritate.infr.eod. Per me ſi quis intrauerit ſaluabitur. Sed ſi quis etiã intrare vult vt paſtor,oportet, quòd intret per oſtium,id eſt, Chriſtum ſcilicet ſecundum eius voluntatem & ordinationem.Vnde dicitur Ezech.30. Dabo eis paſtorem, &c. quaſi diceret. Per me dare, & non per alios, ſeu per ſeipſos.

Huic oſtiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas, & cùm proprias oues miſerit ante eas vadit.

HIc ponit ſigna boni paſtoris,quæ ſunt tria.Primum ſumitur ex parte oſtiarij,ſcilicet,quòd ab eo introducatur. Et quantum ad hoc dicit. [Oſtiarius aperit.] Qui ſcilicet oſtiarius ſecundũ Chriſoſtomum eſt qui viam aperit ad cognitionem ſacræ ſcripturę.Qui primus fuit Moyſes,qui ſacras ſcripturas primus accepit, & inſtituit, & hic aperit Chriſto.Quia (vt dicitur ſuprà quinto.) Si crederetis Moyſi, crederetis fortè & mihi.De me enim ille ſcripſit.Vel ſecundum Auguſtinum oſtiarius eſt ipſemet Chriſtus:quia ipſemet introducit homines ad ſeipſum.Dicit ipſe ſe aperit,qui ſeipſum exponit:vt nõ niſi per eius gratiam intramus.Epheſiorum ſecundo.Gratia ſaluati eſtis. Nec refert ſi Chriſtus qui eſt oſtium ipſe idẽ ſit oſtiarius. Nam quædam in ſpiritualibus congruunt,quæ in corporalibus eſſe non poſſunt. Magis autem differre videtur paſtor & oſtium , quàm oſtium & oſtiarius. Cùm ergo Chriſtus dicatur paſtor & oſtiũ (vt dictum eſt,) multò magis poteſt dici oſtiũ,& oſtiarius. Sed ſi aliã perſonam oſtiarij quæris , quàm Moyſem & Chriſtum : vide oſtiarium ſpirituſſanctũ: (vt Auguſtinus dicit.) Ad officium oſtiarij pertinet vt oſtium aperiat , & de ſpirituſanctõ dicitur infrà quarto. Docebit vos omnẽ veritatem.Chriſtus enim eſt oſtium inquatum eſt veritas. Secundum ſignum ſumitur ex parte ouiũm , ſcilicet , quòd ei obediant. Et hoc eſt, quod dicit [& oues vocem eius audiunt.] Quod quidem,ſcilicet ex ſimilitudine naturalis paſtoris attenditur. Quia oues ex conſueta imaginatione recognoſcunt vocem paſtoris , ſic & fideles iuſti vocem Chriſti audiunt. Pſalm. Hodie ſi vocem eius audieritis.Sed contra.Multi ſunt oues Chriſti:qui tamen vocem eius non audierunt:ſicut Paulus.Item aliqui audierunt,& nõ fuerũt oues ſicut Iudas.Ad quod dici poſſet.q̃ Iudas pro tẽpore illo ouis Chriſti erat quantùm ad præſentem iuſtitiam.Paulus autem quãdo vocem Chriſti non audiebat,non erat ouis:ſed lupus.ſed vox Chriſti adueniens mutauit lupum in ouem.Hæc autem reſponſio ſuſtineri poſſet ſi non contrarietur ei quod dicit.Ezec.33.Quod confractum fuerat non alligaſtis,& quod erroneum,&c. Ex quo videtur , quòd adhuc quando confractæ & erroneæ erant oues. Et ideò dicendum, quòd loquitur hìc dominus de ouibus ſuis,non ſolùm ſecundum præſentem iuſtitiam:ſed etiam ſecundum æternam prædeſtinationem.Eſt enim quædam vox Chriſti:quam nullus niſi prædeſtinatus audire poteſt.ſ.qui perſeuerauerit vſq; in finem,&c.Matth.10.Ideò etiam dicit [& oues vocem eius audiunt.] Quia poſſent ſe excuſare de eorũ infidelitate dicentes:q̃ non ſolũ ipſi:ſed etiam nullus ex principibus credit in eum.Vnde ad hoc reſpondens dicit. [Et oues vocem eius.] quaſi dicat.Ideò ipſi non credunt.quia non ſunt de ouibus meis.Tertium ſignum ſumitur ex actibus ipſius paſtoris.Et quantũ ad hoc dicit. [Et proprias oues vocat nominatim.] Vbi ponit quatuor actus boni paſtoris.Primò quidem,quòd oues cognoſcit.Vnde dicit,quòd [proprias oues vocat nominatim.] In quo oſtendit cognitionem & familiaritatem ſuam ad oues.Illos enim ex nomine vocamus : quos familiariter cognoſcimus.Exo.24.Ego noui te ex nomine.Et quod ad officium boni paſtoris pertinet ſecundum illud Prouer.27. Diligenter conſidera vultum pecoris tui.Et hoc quidem conuenit Chriſto ſecundum præſentem cognitionem: vel magis ſecundum æternam prædeſtinationem:quas ab æterno nomine tenus nouit.Pſalm. Qui numerat multitudinem ſtellarum:& omnibus eis nomina vocat.2.Thim.2.Nouit dominus qui ſunt eius.Secũdò verò,q̃ eas educit.i.ſegregat à ſocietate impiorum.Pſalm.Eduxit eos de tenebris,& vmbra mortis.Tertiò quia iam eductas ab impijs,& inductas in ouile iterum [educit eas.] ex ouili.Primò quidem in ſalutem aliorum. Iſa.vlti.Mittam ex eis qui ſaluati fuerint in libyam. Matth.10. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Vt ſcilicet,de lupis faciatis oues. Secundò verò in diſcretionem & viam ſalutis æternæ. Luc.1.Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. Quartò verò eas præcedit exẽplo bonæ conuerſationis.Vnde dicit. [Et ante eas euadit.] Quod quidem in paſtore corporali non eſt ita:qui potius ſequitur ſecundum illud Pſal.De poſt fetantes accepit eum.Bonus autem paſtor ante eas vadit per exemplũ.1.Petr.vlt.Neq; vt dominantes in clero:ſed forma facti,&c.Chriſtus autẽ in vtráq; miſsione ante eas vadit:quia primus per doctrinam veritatis mortem ſubijt.Matth.16. Si quis vult poſt me venire,abneget,&c. Et præceſsit omnes in vitam æternam Mich.1.Aſcendit pandens iter,&c.

Et oues illum ſequuntur:quia ſciunt vocem eius.

HIc agit de effectu vtriuſq;, furis.ſ.& paſtoris in ouibus. Et primò ponit effectum boni paſtoris.Secundò effectum lupi & furis ibi. [Alienum autem.] Dicit ergo,quod dictum eſt de conditionibus vtriuſq;:ſed oues ſequuntur illum:qui.ſ.ante eas vadit:Et hoc quidem in promptu eſt:quia ſubditi ſequuntur veſtigia Prælatorum (vt dicitur 1.Petr.3.) Chriſtus paſſus eſt pro nobis:nobis relinquens exemplũ,&c.Iob.23.Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus. Et hoc ideò [quia ſciunt vocem eius.] i.cognoſcunt,& delectantur in ea.Can.2. Sonet vox tua in auribus meis,&c. Effectus autem furis eſt:vt oues eum non diu ſequantur,ſed ad tempus.Vnde dicit.

Alienum autem non ſequuntur: ſed effugiũt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum.

DEſt,doctorem mendacem,& hæreticum non ſequuntur.Pſalm. Filij alieni mentiti ſunt mihi,&c.Sic & Paulus doctores mendaces non diu ſecutus eſt: [ſed fugiunt ab eo.] Et hoc ideò:quia vt dicitur.1.Cor.14.Corrumpunt bonos mores,&c. Ideò autem fugiunt [quia non nouerunt.] i.non approbant [vocem alienorum.] i.doctrinam eorum quæ cœpit vt cancer.

LECTVRA II.

Hoc prouerbium dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.

HIC ponit Euangeliſta neceſsitatem exponendi ſuppoſitam ſimilitudinem:quæ quidem neceſsitas cauſatur ex audientium ignorantia. Primò verò tangit ignorantiæ cauſam.Secundò ipſam ignorantiam manifeſtat.Cauſa autem ignorantiæ fuit prouerbialis Chriſti locutio.Et hoc eſt,quod dicit. [Hoc prouerbium dixit eis Ieſus.] Prouerbiũ autẽ dicitur propriè quando loco alterius ponitur aliud: cùm.ſ.vnum verbum ex ſimilitudine alterius datur intelligi.Quod etiam parabola dicitur.Loquebatur autem in prouerbijs dominus. Primò quidẽ propter malos:vt myſteria regni cœleſtis eis occultaret.Luc.9.Vobis datũ eſt noſſe myſteriũ regni Dei.Cęteris autẽ,&c. Secundò verò propter bonos:vt ex prouerbijs exercentur.ad inquirendũ.Vnde poſtquã dominus turbis prouerbia ſeu parabolas proposuit:diſcipuli ſeorſum Chriſtũ interrogabãt (vt habetur Matt.13 & Matth.4.) Vnde & Aug.dicit.Paſcit dominus manifeſtis.ſ.fideles Turbas exercet obſcuris.ſ.diſcipulos.Ignorantiam manifeſtat cùm dicit. [Illi autem non intellexerunt quid loqueretur.] Ignorantia autẽ quæ proueniebat ex prouerbijs à Chriſto propoſitis,vtilis quidem erat & dãnoſa.Sed vtilis quidem bonis & iuſtis:vt exercitium: & Dei laudem quærentibus.Nam dum ea non intelligunt:credunt: glorificant dominum,& eius ſapientiam ſupra exiſtentem.Prouer. 25.Gloria Dei eſt celare verbum.Damnoſa autem malis:quia nõ intelligentes blaſphemant.Nam (vt Aug.dicit) cùm verba euangelij audiunt pius & impius,& ambo non intelligunt:pius dicit.verũ eſt: & bonum eſt,quod dicit:ſed nos non intelligimus. Et hoc quidem iam pulſat:cui dignum eſt aperiri.Sed ſi perſiſtat,impius dicit.Nihil dixit,malum eſt,quod ait.

Dixit ergo eis iterum Ieſus. Amen amẽ dico vobis: quia ego ſum oſtium ouium.

HIc dominus exponit ſimilitudinem. Si autem rectè conſideretur prædicta ſimilitudo duas principales clauſulas continebat: ad quas aliæ conſequuntur. Quarum prima eſt. Qui non intrat per oſtium in ouile,&c.Secunda verò eſt.Qui intrat per oſtium paſtor. Et ideò iſta pars diuiditur in duas Primò enim exponit primã clauſulam.Secundò ſecũdam ibi. [Ego ſum paſtor bonus.] Circa primũ duo facit.Primò exponit quæ prima clauſula continebat. Secundò probat ea ibi. [Ego ſum oſtium.] Fit autem mentio in prima clauſula de oſtio:fure:& latrone.Primò exponit primũ.Secundò ſecundum ibi. [Omnes quotquot venerunt fures ſunt,&c.] Quantùm ad primum dicit. [Dixit ergo eis iterum Ieſus.] vt ſcilicet,eos attentiores reddat,& intelligerent ſimilitudinem.Prouerb.1.Animaduertet parabolam,& interpretationem,&c. [Amen amen dico vobis.] i.verè. [Ego ſum oſtium.] Officium enim oſtij eſt,vt per ipſum quis ad domus interiora ingrediatur.Et hoc Chriſto conuenit. Nam per eũ oportet quẽlibet ad Dei ſecreta intrare.Pſal.Hæc porta dominiſcilicet Chriſtus,& iuſti intrabunt in eam.Dicit autẽ [ouium] quia nõ ſolùm paſtores per Chriſtũ introducuntur in præſentem eccleſiam, vel in æternam beatitudinẽ per Chriſtum ingrediuntur: ſed etiam oues.Vnde infra eodem.Oues meæ:vocem meã audiunt,&c.Et ego vitam æternam do eis.Conſequenter cùm dicit.

Omnes quotquot venerunt,fures ſunt & latrones: ſed non audierunt eos oues.Ego ſum oſtium.

EXponit quod dixit de fure & latrone.Et primò oſtendit quis ſit fur & latro.Secundò ponit ſignum huius.Circa primum autem cauendus eſt error Manichæorum qui damnantes vetus teſtamentum ex hoc,quod dicitur. [Omnes quotquot, &c.] Dicunt patres veteris teſtamenti qui fuerint ante Chriſtum malos fuiſſe,& damnatos.Sed hoc eſſe falſum apparet ex tribus.Primò quidem ex his quæ in parabola dicta ſunt.Hoc quod hìc dicitur. [Omnes quotquot venerunt.] ſ.non per me,id eſt,non intrantes per oſtium [fures ſunt, & latrones.] Conſtat autem,quòd patriarchæ & Prophetæ omnes per oſtium,id eſt,Chriſtũ,intrauerunt:quos Chriſtus venturus prædicones mittebat.Licèt enim ex tempore carnem acceperit : & factus fuerit homo:Ab æterno tamen erat verbum Dei.Hebr.1.Ieſus Chriſtus heri & hodie,&c. Prophetæ autem miſsi ſunt per verbum Dei, & ſapientiam.Sap.7.Per nationes in animas ſanctas ſe tranſſert Prophetas:& amicos Dei,&c.Et ideò ſignanter in Prophetis legimus verbum domini factum eſſe ad hunc vel ad illum Prophetã:qui per participationem verbi Dei Prophetauerunt.Secundò ex hoc, quòd dominus dicit. [Venerunt.] quaſi dicat propria auctoritate, & non à Deo miſsi ſeipſos ingerentes.De quibus Hier.23. Non mittebam eos,&c.Iſti quidem non venerunt à verbo Dei.Ezechiel.33.Væ Prophetis inſipientibus,&c.Tales non fuerunt patres veteris teſtamenti (vt dictum eſt.) Tertiò,ex ipſo facto,quod oſtẽdit verborum conuenientiam. Nam hìc dicitur. [Non audierunt eos oues,&c.] Illi ergo quos audierunt oues non fuerunt fures & latrones. Populus autem Iſraël Prophetas audiunt. Propterea illi qui non audierunt ſacra ſcriptura vituperantur. Act.7. Quem Prophetarum non ſunt ſecuti patres veſtri.Matthæi decimotertio.Hieruſalem hieruſalem quæ occidis Prophetas,& lapidas eos,&c.Sic ergo errore excluſo dicendum eſt. [Omnes quotquot venerunt,] ſcilicet præter me, & præter diuinam inſpirationem,& auctoritatem: & non cum intentionæ diuinæ gloriæ quærendæ:ſed propriæ vſurpandæ [fures ſunt] inquantũ,quod non ſuum eſt.ſ.docẽdi auctoritatem ſibi vſurpant.Iſa.1.Principes tui infideles ſocij furũ [& latrones.] quia per prauam doctrinam occiduot.Matth.21.Vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum. Oſeæ.6.Particeps latronum interficientium in via pergene.&c. Sed [eos,] ſcilicet fures,& latrones [oues] prædeſtinatæ [non audierunt.] ſcilicet,perſeueranter aliàs non fuiſſent

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ouibus Christi. Quia alienum non sequuntur: sed fugiunt ab eo (vt dicitur supra eodem.) hoc etiam præcipitur Deutero.12.Nõ audias verba illius Prophetæ aut somniatores. [Ego sum ostiũ.] Hîc manifestat expositionẽ. Et primò expositionem ostij. Secũdò furis ibi [Fur non venit.] Circa primũ duo facit. Primò resumit quod intendit exponere. Secũdò exponit. Resumit autẽ quod dixit. [Ego sum ostium.] Cantic.vlt. Si est ostium cõpingamus, &c. id est, attribuamus ei virtutem imputrescibilem. Exponit autem cùm dicit.

Per me si quis introierit, saluabitur.

VBi primò ostẽdit, q̃ competit ei vsus ostij: qui est saluare oues. Secundò insinuat saluationis modum ibi. [Ingredietur.] Saluat autẽ ostium arcendo interiores ne progrediantur. Et defendendo ab exterioribus ne inuadãtur. Et hoc cõpetit Christo. Nam per ipsum saluamur, & pregimur. Et hoc est, qd̃ dicit [per me.] Ostium [si quis] nõ fictus [introierit] ad societatẽ ecclesiæ & fideliũ [saluabitur.] supple si perseuerauerit. Act.4. Nõ est aliud nomen sub cœlo datũ hominibus, &c. Rom.5 Multò magis saluabimur, &c. Modus autem salutis ponitur cùm dicit.

Et ingredietur, & egredietur: & pascua inueniet.

QVæ quidem verba quadrupliciter exponi possunt. Primũ quidem secũdum Chrisost. nihil aliud datur intelligi quàm securitas, & libertas adhærentiũ Christo. Nam qui aliundè ascendit quã per ostium nõ habet liberum introitũ, & exitũ. Qui verò per ostiũ intrat: habet liberũ exitum: quia liberè potest exire. cùm ergo dicit. [Ingredietur, & egredietur] est sensus secũdum hanc similitudinẽ q̃ Apostoli adhærentes Christo cũ securitate ingrediuntur cõuersando cũ fidelibus: qui intra ecclesiam sunt: & cũ infidelib⁹ qui sunt extra: quando totius orbis terrarũ facti sunt domini, & nullus eos ejicere voluit. Deutero.23. Prouideat dominus Deus spiritũ vniuersæ carnis hominẽ super populum istum, qui possit ingredi & egredi, &c. [Et pascua inueniet.] id est, delectationẽ in conuersatione, & gaudium etiã in persecutionibus infidelium pro Christi nomine habebant. secũdum illud Act.3. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu, &c. Secundò potest exponi secundum Aug. super Ioannẽ. Cuilibet bene agenti duo incumbunt. s. vt bene se habeat ad ea quæ intra ipsum sunt: & ad ea quæ extra. Interiùs autẽ in homine est spiritus. Exteriùs autẽ est corpus. 2.Corin.2. Licèt his qui foris est homo noster corrũpatur, &c. Ille ergo qui Christo adhæret ingreditur quidem per cõtemplationẽ ad cust odiam cõscientiæ. Sapien.8. Intrans in domum meam. s. conscientiam, conquiescam cum illa. s. sapientia [Et egredietur foras.] s. per bonam actionẽ ad domandum corpus. Psal. Exibit homo ad opus suum, &c. [Et pascua inueniet.] s. in conscientia munda, & deuota. Psal. Introibo in conspectu tuo satiabor cũ apparuerit gloria tua, & in actione, &c. [pascua inueniet.] s. fructus. Psal. Venientes autẽ venient cum exultatione portãtes. Tertia expositio est etiam eiusdem & beati Gregor. super Ezech. Vt sit sensus [Ingredietur] in ecclesiam credendo. Psal. In locum tabern. &c. quod est ingredi in ecclesiam militantẽ. [Et egredietur.] sci licet de militante ad ecclesiam triumphantem. Cantic. secundo. E grediminii filiæ Syon, & videte Regem Salomonem, &c. [Et pascua inueniet.] in ecclesia militante, scilicet doctrinæ & gratiæ. Psalm. In loco pascuæ ibi me collocauit: Et in ecclesia triumphãte, scilicet glorię. Ezech.34. In pascuis vberrimis pascam eas. Quartò exponitur in libro de spiritu & anima: quę Aug. attribuitur: cuius tamen non est. Vbi dicitur, quòd [Ingredientur,] scilicet sancti ad contemplandam diuinitatem Christi [& egredientur] ad eius humanitatem considerandam. Et in vtróque [pascua inueniet:] quia in vtróque gaudia contemplationis gustabunt. Isaiæ trigesimotertio. Regem in decore suo videbunt.

Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat.

HIc agitur de fure. Et primò ponit furis proprietatem. Secundò asserit sibi contrariam proprietatem inesse ibi. [Ego veni vt vi, &c.] Dicit ergo, quòd illi qui non intrant per ostium, id est, qui venerunt præter me ipsi fures sunt & latrones: quorum conditio mala est. Nam primò quidem. [Fur non venit nisi vt furetur.] id est, vt vsurpet quod non est suum cùm scilicet, seditiosi: & hæretici eos qui Christi sunt sibi adiungunt. Psalm. Insidiatur vt rapiat pauperem. Secundò fur venit [vt mactet,] id est, occidat inducẽdo pernersam doctrinam, & prauos mores. Osę.6. Parriceps latronum interficientium, &c. Tertiò vt perdat immittendo in perditionẽ æternam. Hier.50. Grex perditus factus populę meus. Quæ quidem conditiones non sunt in me. Nam,

Ego veni vt vitã habeant: & abundantiùs habeant.

QVasi dicat. Isti non per me venerunt: quia similia agerent his quæ ego ago: sed ipsi contrarium agunt. Quia furantur, occidunt, & perdunt [sed ego veni vt vitam habeant,] scilicet iustitiæ ingredientes ecclesiam militantem per fidem. Abac.2. Et Roma.2. Iustus autem ex fide viuit. De ista vita dicitur 1.Ioan.3. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. [Et abundantiùs habeant.] s. vitam æternam egredientes de corpore. De qua vita æterna dicitur infr.17. Vt cognoscant te solum verum Deum.

LECTVRA III.

Ego sum pastor bonus.

HIc exponit secundam clausulam præmissæ parabolæ, scilicet. Qui intrat per ostium pastor est ouium. Et primo ponit expositionem. Secundò manifestat eam ibi. [Ego sum pastor bonus, &c.] Exponit autem illam particulam dicens se esse pastorem bonum. Secundò subdit boni pastoris officiũ ibi. [Bonus pastor, &c.] Tertiò ostẽdit de malo pastore contrarium ibi [mercenarius autem.] Dicit ergo quantùm ad primum. [Ego sum pastor bonus.] Quod autem Christus sit pastor, manifestè ei competit. Nam sicut per pastorem grex gubernatur & pascitur: ita fideles per Christum spirituali cibo, & etiam corpore & sanguine suo reficiuntur. primæ Petr. quarto. Eratis aliquando sicut oues non habentes pastorem, &c. Isaiæ quadragesimo. Sicut pastor gregem suum pascit, &c. Sed ad differentiam mali pastoris & furis addit. [Bonus.] Bonus inquam: qui implet pastoris officium: sicut bonus miles dicitur qui implet militis officium. Sed cùm Christus dixerit suprà pastorem intrare per ostium. Et iterum se esse ostium. Hic autem dicat se esse pastorem: oporteret, quòd ipse semetipsum intret. Et quidem per seipsum intrat: quia seipsum manifestat, & per seipsum nouit patrem. Nos autem per illum intramus: quia per ipsum beatificamur. Sed attende, quòd nullus alius est ostium, nisi ipse: quia nullus alius est lux vera, sed per participationem sup.1. Non erat ille lux, scilicet Ioan. Baptist. sed vt testimonium, &c. Sed de Christo dicitur. Erat lux vera, &c. Et ideò esse ostiũ nemo se dicit, hîc sibi ipse Christus propriè retinuit, & esse autem pastorem in aliis communicauit, & membris suis dedit. Nam & Petrus pastor, & ceteri Apostoli pastores fuerunt, & omnes boni Episcopi. Hiere.3. Dabo vobis pastores secundum cor meum, &c. Licèt autem propositi Ecclesiæ, qui filij sunt omnes pastores sint (vt Aug. dicit.) Ideò tamen singulariter dicit. [Ego sum pastor bonus.] vt insinuet virtutem charitatis. Nullus enim est pastor bonus, nisi per charitatẽ efficiatur vnum cum Christo, & fiat membrum veri pastoris. Officium boni pastoris est charitas. Vnde dicit.

Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.

SCiendum est enim, quòd differentia est inter bonum pastorem & malum. Nam bonus pastor intendit commodum gregis. Malus autem commodum proprium. Et hæc differentia tangitur Ezec.34. Væ pastoribus qui pascunt semetipsos. Nõne greges pascuntur à pastoribus? Qui igitur vtitur grege vt semetipsum tantũ pascat, nõ est pastor bonus. Ex quo sequitur, quòd pastor malus etiam corpora lis nullum detrimentum vult sustinere pro grege, cùm non intendat eorum commodum, sed proprium. Bonus verò pastor etiam corporalis sustinet multa pro grege cuius bonum intendit. Vnde Iacob dixit Gene.21. Nocte ac die gelu vrebar & æstu. Sed in corporalibus pastoribus non exigitur à bono pastore: vt exponat se morti propter salutem gregis, sed quia spiritualis gregis salus præponderat corporali vitę pastoris. Ideò cùm periculum imminet de gregis salute, debet quisque spiritualis pastor corporalis vitæ sustinere dispendium pro gregis salute. Et hoc est, quod Dominus dicit. [Bonus pastor animam suam,] id est: vitam corporalem [ponit pro ouibus suis,] id est, auctoritate & charitate. Vtrúnque enim exigitur, & quòd ad eum pertineat, & quòd eas amet. Nam primum sine secundo nõ sufficit. Huius autem doctrinæ Christus nobis exemplum præbuit. primæ Ioannis tertiò. Si Christus posuit animam suam pro nobis, & nos debemus, &c.

Mercenarius autem, & qui nõ est pastor, cuius non sunt oues propriæ: videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit.

HIc agit de malo pastore ostendens ei contrarias conditiones inesse à conditionibus boni pastoris. Et primò ponit mali pastoris conditiones. Secundò ostendit quomodo ipsæ conditiones se inuicem consequuntur ibi. [Mercenarius autem fugit, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit conditiones mali pastoris. Secundò insinuat periculum imminens gregi ex malo pastore ibi. [Et lupus rapit, &c. Notãdũ autẽ, q̃ ex his quæ dicta sunt de bono pastore & his quę dicuntur de malo, triplex differẽtia conditionũ ipsorũ. s. boni & mali pastoris accipi potest. Prima quidem distinctio accipitur quantùm ad intentionem. Secunda quantùm ad affectum. Tertia quantùm ad solicitudinem. Differunt ergo primò in intentione: & hoc ex nomine vtriusque. Nam primus dicitur pastor, ex quo datur intelligi, quòd intendit pastorem gregem Ezechiel.34. Nónne greges pascantur à pastoribus. Iste autem, scilicet malus dicitur mercenarius, quasi mercedem quærens. Vt sic differant in hoc: quòd bonus pastor quærit vtilitatem gregis, Mercenarius autem principaliùs commodum proprium. Hæc etiam differentia est inter Regem & Tyrannum (vt Philosophus dicit.) Quia Rex in suo regimine intendit vtilitatem subditorũ. Tyrannus verò vtilitatem propriam. Vnde est sicut mercenarius. Zachar.11. Si bonum est in oculis vestris afferte mihi mercedem. Sed nunquid possunt quærere etiam boni pastoris mercedem? Videtur quòd sic. Eccles.37. Da mercedem domine sustinentibus te, &c. Isai.40. Ecce merces eius cum eo. Et Lucæ decimoquinto. Quanti mercenarij in domo patris, &c. Respondeo dicendum, quòd merces potest accipi dupliciter, scilicet communiter, & propriè. Communiter quidem: omne quod meritis redditur dicitur merces: & quia vita æterna quæ est Deus. Ioannis vltimo. Hic est verus Deus, & vita æterna, meritis redditur. Ideò ipsa vita æterna merces dicitur. Et hanc mercedem potest, & debet quærere quilibet bonus pastor. Propriè autem dicitur merces aliquid segregatum ab hæreditate. Et ad hanc non debet habere respectum ille qui est verus filius ad quem spectat hæreditas: sed ad eam respectum habent serui, & mercenarij. Vnde cùm vita æterna sit hæreditas nostra, qui operatur habens ad eam respectum, operatur vt filius. Qui verò intendit aliquid seorsum ab ea: puta terrenis commodis inhiat: honore prælationis gaudet, mercenarius est. Secundò distinguuntur quantùm ad solicitudinem. Quia de bono pastore dicitur, quòd oues sunt suæ: non solùm commissione: sed etiam amore & solicitudine Philip.1. Eo quòd habeam vos in corde, &c. Sed de mercenario dicitur. [Cuius non sunt oues propriæ.] id est, earum solicitudinem non habet. Ezechiel. trigesimoquarto. Neque quæsierunt pastores gregem meum: sed pascebant, &c. Tertiò differunt quantùm ad affectum. Nam bonus pastor qui diligit gregem animam suam dat pro eo, id est, exponit se periculo vitæ corporalis. Malus autem: quia nullum affectum habet ad gregem, fugit cùm videt lupum. Vnde dicit. [Videt lupum venientem, & dimittit oues.] Lupus iste triplicitèr accipitur. Primò quidem diabolus tentans. Ezechiel. trigesimoquarto. Sed si communicabit aliquando lupus cum agno. Secundò verò hæreticus mactans. Matthæi septimo. Attendite à falsis Prophetis: qui veniunt ad vos in vestimentis ouium. Act 20. Ego scio quando intrabunt post dissessionem meam lupi rapaces, &c. Tertiò, tyrannus sæuiens. Ezechiel.32. Principes eius in medio eius quasi lupi, &c. Debet ergo bonus pastor contra hunc lupum triplicem subditum gregem tueri: dum, scilicet vigens lupum, id est, tentationem, diabolicam: deceptionem hæreticam: & sæuitiam tyrannicam, opponit se. Quod contra dicitur Ezech.34. Non ascendistis ex aduerso, &c. Et ideò dicitur de malo pastore, quòd [fugit, & dimittit oues.] Zachar.11. O pastor, & idolum derelinquens gregem. Quasi dicat. Nõ es pastor, sed similitudinem & idolum geris pastoris. Hier.37. Mercenarij eius in medio eius: quasi vitulis sagi nati, &c. Sed contra hoc est, quod dicitur Matth.10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Ergo videtur, quòd licet pastori fugere. Respondeo dicendum, quòd ad hoc est duplex solutio. Vna est Augustini super Ioannem. Est enim duplex figura, scilicet animi & corporis. Quod autem hîc dicitur [dimittit oues, & fugit] intelligitur de fuga animi. Nam dum malus pastor à lupo sibi periculum metuit resistere eius iniustitiæ non præsumit: sed fugit non mutando locum: sed subtrahendo solatium refugiens, scilicet gregis solicitudinem. Sed hæc expositio necessaria est quantùm ad primum lupum. Nam contra diabolum non oporter corporaliter fugere. Sed quia contingit etiam aliquem pastorem fugere corporaliter propter aliquos lupos, scilicet hæreticum habentem potestatem & Tyrannum: ideò adhibenda est alia responsio: quam Aug. ponit in Epistola ad honoratum. Nam (vt ipse dicit) videtur, quòd liceat etiam corporaliter fugere lupos: non solùm ex auctoritate domini supra posita, sed etiam exemplo sanctorum aliquorum: puta Athanasij, & aliorum persecutores fugientium. Non enim quia fugit: sed quia dimittit oues vituperatur. Vnde si posset fugere non dimittendo oues, non esset vituperabile. Contingit enim aliquando: quòd quæritur persona Prælati: aliquando totus grex. Manifestum est autem, quòd si quæratur sola persona Prælati: possunt alij loco sui adi gregis custodiam deputari: qui vice sui consolentur, & gubernent gregem. Vnde si sic fugiat, non dicitur dimittere oues. Et hoc modo in casu fugere licet. Si autem quæratur totus grex: aut oportet, quòd pastores omnes simul sint cum ouibus: aut oportet, quòd aliqui ex eis remaneant: & aliqui recedant. Si autem totaliter desernant gregem: tunc eis competit, quod hic dicitur. [Videt lupum venientem, & dimittit oues, &c.

Et lupus rapit, & dispergit oues.

HIc ponitur periculum imminens, quod est duplex. Vnum est ouium rapina. Vnde dicit [lupus rapit] eum, scilicet quod alienum est sibi vsurpat. Fideles enim Christi sunt eius oues. Tunc igitur aliquis hæresiarcha & lupus rapit oues: quando fideles Christi ad doctrinam suam falsam attrahit. Ezech.34. Factus est grex meus in direptionem, &c. Aliud periculum est ouium dispersio. Vnde dicit. [Et dispergit oues.] inquantùm aliqui ceduntur, & aliqui perssistunt. Ezech.34. Dispersi sunt greges mei: & non erat, &c.

Mercenarius autem fugit: quia mercenarius est: & non pertinet ad eum de ouibus.

HIc ostendit quomodo prædictæ conditiones se inuicem consequuntur. Nam ex primis duabus sequitur tertia. Ex hoc enim, quòd quærit vtilitatem suam & non afficitur ad gregem per amorem & solicitudinem, sequitur quòd non velit pro eo incommodum sustinere. Et ideò dicit [Mercenarius autem fugit.] Ideò. s. [Quia mercenarius est.] id est, quærit commodum proprium quantùm ad primam conditionem [& non pertinet ad eum de ouibus,] id est, non eas diligit: neque pro eis solicitatur quantùm ad secundam conditionem eius. Vnde Iob.39. dicitur de malo pastore. Induratur ad filios quasi non fuerint sui: eccõuersò autẽ est de bono pastore. Nam gregis commodum quærit non proprium. Phil.4. Non quæro datum: sed quæro fructum, &c. Et pertinet ad eum de ouibus. i. eas diligit, & de eis solicitatur. Phil.1. Eo quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, &c.

LECTVRA IIII.

Ego sum pastor bonus.

HIC dominus probat suam expositionem. Et primò resumit, quod probare intendit. Secundò probationem inducit ibi. [Et cognosco oues: & cætera.] Tertiò eam manifestat ibi. [Propterea me pater diligit.] Dicit ergo primò. [Ego sum pastor bonus, &c.] Hoc expositum est supra Exec.34. Requiram oues meas in die illa: sicut visitat pastor. Consequenter cùm dicit.

Et cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater: & ego agnosco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis.

PRobat quod dicit. Duo autem dicit de se, scilicet quòd est pastor: & quòd est bonus. Primò ergo probat, quòd sit pastor. Secundò quòd pastor bonus. Pastorem autem se esse probat per duo signa posita superius de pastore. Quorum primum est, quòd oues proprias vocat nominatim. Et quãtùm ad hoc dicit. [Et cognosco oues meas.] 2.Thi.2. Nouit dominus qui sunt eius. [cognosco] inquam notitia non solùm simplici: sed etiam probationis & dilectionis. Apoc.1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris. Secundum signum est, quòd oues vocem eius audiunt, & sciunt eum. Et quãtùm ad hoc dicit. [Et cognoscunt me meæ] inquã prædestinatione, vocatione, & gratia: quasi dicat. Ipse me diligente obsequuntur. Vnde hoc intelligitur de notitia dilectionis: de qua dicitur Hier.31. Omnes cognoscent me à minimo vsque ad maiorem, &c. Bonum autem pastorem se ostẽdit: ostendens se habere officium boni pastoris: quod est vt animã suam ponat pro ouibus suis. Et primò ponit causam huius. Secũdò ipsum signum inducit. Tertiò subdit fructum signi. Causa autẽ huius signi scilicet, quòd animam suam ponit pro ouibus suis: est notitia quam habet de patre. Et quãtùm ad hoc dicit. [Sicut nouit me pater, &c.] Et hoc quidem verbum dupliciter potest exponi. Vno modo vt li [sicut] significet similitudinem. Et hoc modo notitia huius potest communi creaturæ alicui. 1.Cor.13. Cognoscam sicut & cognitus sum. i. sicut cognitus sum sine velamine: ita sine velamine cognoscã. Alio modo vt li [sicut] importet æqualitatem. Et tunc cognoscere patrem sicut cognitus est ab eo est proprium solius filij. Quia solus filius cognoscit patrem comprehendendo: sicut pater comprehendendo cognoscit filium. Matt.11. Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius notitia scilicet comprehensionis. Ideò autem dominus hoc dicit: quia in hoc ipso, quòd cognoscit patrem, cognoscit eius voluntatem: in qua erat vt filius pro salute humani generis moreretur: in quo etiam dicit se mediatorem Dei & hominis. Nam sicut ad oues se habet vt cognitus, & cognoscens: ita & ad patrem: quia sicut pater eum nouit: ita ipse patrem cognoscit. Consequenter cùm dicit. [Et animam meam, &c.] Ponit ipsum signum: 1.Ioã.3. In hoc cognouimus charitatẽ Dei: quoniã ille pro nobis animã suã posuit, &c. Sed cũ in Christo sunt tres substantiæ: scilicet substantia verbi: animæ: & corporis. quæritur quis loquatur cùm dicit. [Animam meam pono.] Si dicas, q̃ verbũ hîc loquitur: nõ est verũ. Nam verbum nunquã animã ponit, cùm nunquã fuerit ab anima se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

paratum. Si autem dicas, q̃ anima loquitur. Hoc etiam impossibile videtur: quia nihil separatur à seipso. Si verò dicas, q̃ quantùm ad corpus Christus hoc dicit. Nec hoc videtur: quia corpus non habet potestatem iterum sumendi eam. Dicendum ergo ad hoc, quòd in morte Christi anima fuit separata à carne: aliàs nõ fuisset verè mortuus: sed diuinitas nunquàm separata fuit in Christo ab ipsa anima & carne: sed vnita fuit animæ descendenti ad inferos, & corpori existenti in sepulchro. Et ideò corpus virtute diuinitatis animam posuit, & iterum resumpsit eam. Consequenter cùm dicit.

Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, & vnus pastor.

PONit fructum mortis Christi, qui est salus nõ solùm Iudæorum: sed etiam gentium. Quia enim dixerat animã meam pono pro ouibus meis. Iudæi reputantes se oues Dei: secundum illud Psal. Nos autẽ populus eius: & oues pascuæ eius: possent dicere, q̃ pro eis tantùm animam poneret. Sed dominus addit dicens, quòd non tantùm pro eis: sed etiam pro alijs. Ioan. 11. Hoc à semetipso non dixit: sed cùm esset pontifex anni illius prophetauit: quia Christus moriturus erat pro gente, & non tantùm pro gente: sed vt, &c. In isto autẽ fructu dominus tria facit. Primò ponit gentium prædestinationem. Secundò earum per gratiam vocationem. Tertiò ipsarum iustificationem. Quantùm ad primũ dicit. [Alias oues habeo,] scilicet gentes [quæ nõ sunt ex hoc ouili,] scilicet de genere carnis Israël: quod erat quasi ouile. Michææ secundo. Cõgregabo Iacob, &c. Nam sicut oues in ouili concluduntur: sic isti in præceptis legalibus concluſi custodiebantur. Et habetur Galat. tertio. Istas inquam oues, scilicet gentiles habeo à patre per æternam prædestinationem. Psalm. Postula à me, & dabo tibi gentes, &c. Isaiæ quadragesimonono. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israël conuertendas dedi te in lucem gentium: vt sis salus, &c. Quantùm ad secundum dicit. [Et illas oportet me adducere,] id est, opportunum est secundum ordinem diuinæ prædestinationis ad gratiam vocare. Sed contra Matthæi decimoquinto dicit Dominus. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Responsio: dicendum quòd ad oues domus Israël tantùm missus est Iesus, vt eis corporaliter prædicaret: secũdum illud Romanorum decimoquinto. Dico autem Christum Iesum ministrũ fuisse circumcisionis, &c. Gentes autem adduxit per Apostolos suos. Isaiæ vltimo. Mittam ex eis qui reliqui fuerunt, &c. Quantùm ad tertium dicit [Et vocem meam audient.] Vbi tria ponuntur necessaria ad iustitiam Christianæ religionis. Primum est obedientia mandatorum Dei. Et quantùm ad hoc dicit [Et vocem meam audient, &c.] id est, seruabunt mandata mea. Matthæi vltimo. Docentes eos seruare omnia quæ, &c. Psalm. Populus quem non cognoui, id est, quem non approbaui auditu auris obediuit mihi. Secundum est vnitas charitatis. Et quantùm ad hoc dicit [Et fiet vnum ouile.] id est, ex duabus gentib⁹, Iudaico, & gentili populo, vna ecclesia fidelium. Ephesiorum quarto. Vna fides. Et Philippensium secundo. Ipse est pax nostra, &c. Tertium est vnitas fidei. Et quantùm ad hoc dicit. [Et vnus pastor.] Ezechielis trigesimoseptimo. Et pastor vnus erit ouium eorum, scilicet Iudæorum, & Gentilium.

Propterea me diligit pater: quia ego pono animam meam: vt iterum sumam eam.

HIc Dominus manifestat suam probationem. Et primò manifestat suam causam signi. Secundò signum seu effectum ibi. [Nemo tollit eam à me.] Tertiò ostendit eam esse conuenientem ibi [hoc mandatum, &c.] Causam autẽ mortis dicit Dominus esse notitiam, quam habet de patre dicens. Sicut nouit me pater, &c. Vnde hoc exponens dicit. [Propterea pater me diligit.] Ex quo patet, quòd pater nouit eũ notitia approbationis [propterea] inquam [quia ego pono animam meam: vt iterum sumam eam.] Sed nunquid mors est causa paternæ dilectionis? Videtur, quòd non. Quia temporale nõ est causa æterni. Mors autem Christi est temporalis. Dilectio verò Dei ad Christum est æterna, &c. Responsio, dicẽdum, quòd Christus hîc loquitur de dilectione patris ad eum, sed inquantum est homo. Et sic hęc litera dupliciter potest legi. Vno modo vt li [quia] teneatur causaliter. Alio modo vt desinet terminum: vel signum dilectionis. Siquidem teneatur causaliter, tunc est sensus. [Quia ego pono animam meam,] id est, sustineo mortem. [Propterea pater diligit me,] id est, effectum dilectionis mihi dat, scilicet claritatem, & exaltationem corporis. Phil. 1. Factus est obediens vsque ad mortem, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Sed contra hoc videtur esse: quia bona opera non possunt esse meritoria diuinæ dilectionis, cum enim opera nostra intantum meritoria sint, inquantum charitate informantur. secundum quod dicitur 1. Corinthior. 13. Si distribuero in cibos pauperum, &c. charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest, &c. Et Deus præueniat etiam nos in amando. 1. Ioan. 4. In hoc est charitas, non quasi dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Manifestum est, quòd sua dilectio præcedit omne meritum nostrum. Sed ad hoc dicendum, quòd ipsam Dei dilectionem nullus mereri potest. Sed effectum diuinæ dilectionis, qui est augmentum gratię, & collectio boni gloriæ, quem ex dilectione sua nobis Deus confert mereri possumus per bona opera nostra. Vnde possumus dicere, quòd Deus propterea hunc vel illum hominem diligit, id est, ei effectum suæ dilectionis infundit: quia implet eius mandata. Et sic possumus dicere de Christo homine, quod propterea pater diligit eum, id est, exaltauit & dedit illi elatitatem gloriæ. Quia posuit animam suam ad mortem. Si verò li [quia] importet terminum dilectionis. Tunc est sensus. [Propter me pater diligit,] id est, ad hoc me pater dilexit: vt [animam meam, &c.] quasi dicat. Pater sua dilectione, quam habet ad me, ordinauit: vt per passionem meam redimerem genus humanum. Romanorum octauo. Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Si autem li [quia] designet signum dilectionis. Tunc est sensus. [Propterea pater me diligit, &c.] quasi dicat. Hoc signum est, quòd pater me diligat [quia pono animam meam, &c.] id est, faciens mandata eius, & voluntatem suam, sustineo mortem. Euidens enim signum dilectionis est, quòd homo ex charitate faciat Dei mandata.

Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.

HIc exponit effectum signi: quod quidem signum erat vbi dixit. Animam meam pono pro ouibus meis, exponens quomodò eam ponit. Et primò excludit violentiam. Secundò subiungit eius potestatem. Violentiam quidem excludit quæ alicui posset fieri in auferendo vitam: quæ Christo non fuit facta. Et quantùm ad hoc dicit. [Nemo tollet eam.] scilicet animam meam per violentiam [sed ego pono eam] propria virtute, scilicet [à meipso.] Isaiæ quadragesimonono. Nunquid tolletur à forti præda, &c. Sed nunquid Iudæi intulerunt Christo violentiam? Intulerunt quidam quantùm in eis fuit, sed in Christo non fuit illa violentia. Quia quando voluit eam sponte posuit. supr. 8. dicitur, quòd Iudæi volentes eum apprehendere, non potuerunt: quia nondum venerat hora eius voluntaria, scilicet non qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi (vt dicit Augustinus.) Potestatem habeo, &c.] Circa quod sciendum est, quòd cum vnio animæ & corporis sit naturalis: & licèt causa huius separationis & mortis possit esse voluntaria, tamen mors in hominibus semper est naturalis. In nullo autem puro homine natura subditur voluntati: cùm sicut voluntas: ita & natura sit à Deo. Et ideò mors cuiuslibet puri hominis oportet, quod sit naturalis. In Christo autem natura sua, & tota alia natura subditur voluntati eius, sicut artificiata voluntati artificis. Et ideò secundum voluntatis suæ placitum potuit animam ponere cùm voluit, & iterum eam sumere: quod nullus purus homo facere potest: licèt voluntariè causam mortis sibi possit inferre. Et inde est, quòd Centurio videns eum non naturali necessitate mori: sed sua (dum clamans voce magna emisit spiritum.) recognouit in eo virtutem diuinam, dicens: Verè filius Dei erat iste. Vnde & Apostolus. 1. Corinthio. 1. Verbum crucis pereuntibus stultitia est, his autem qui salui fiunt, &c. i. in ipsa morte Christi manifestata est virtus potestatis eius.

Hoc mandatum accepi à patre meo.

HIc ostendit causam prædictam conuenientem esse. Nam impletio mandati demonstrat dilectionem ad mandantem. Et ideò dicit [hoc mandatum à patre meo.] scilicet animam ponendi, & sumendi eam infrà decimoquarto. Si quis diligit me sermonem meum seruabit, &c.

LECTVRA V.

Dissentio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autẽ multi ex ipsis. Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? Alij dicebant. Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

POSTQVAM Dominus ostendit se habere virtutem viuificatiuam, & insinuauit viuificandi modum. Hîc ostendit secundum quid sibi viuificatiua potestas conueniat. Et primò Euangelista ponit dissentionem exortam super hoc inter turbas ad se inuicem. Secundò ponit disceptationem principum Iudæorum ad Christum ibi. [Facta sunt encœnia, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit ipsam turbarum dissensionem. Secundò subdit vnius partis dissentientium opinionem. Tertiò infert sanam alterius partis assertionem. Dissentio autem orta est inter turbas: quæ Christum audierant ex sermonibus eius. Et hoc est, quod dicit. Dissentio itaque facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dum enim quidam ex eis sermones ipsos rectè intelligebant: quidam non rectè, dissentiebant adinuicem. Matth. 10. Non veni pacem mittere: sed gladium, scilicet euangelicæ doctrinæ, cui alij credunt, alij contradicunt. Psal. Effusa est contentio super principes. Opinio autem alterius partis dissentientium est falsa. Et quantùm ad hoc dicit. [Dicebant autem multi ex ipsis.] dicit autem [multi] Quia: vt dicitur Eccle. 1. Stultorum infinitus est numerus. [Dicebant.] inquam [Dæmonium habet, &c.] Consuetudo nãque stultorum est: vt dubia semper interpretentur in malum: cum tamen contrarium debet fieri. Vnde contingit, quòd quæcúnque ignorant, blasphemant (vt dicitur in canonica Iudæ.) Quia ergo verba domini intelligere non valebant. (Quia lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehenderunt.) Ideò blasphemant dicentes. [Dæmonium habet, & insanit.] Et nituntur alios ab eo auertere dicentes. [Quid eum auditis?] Blasphemantes autem duo Christo imponunt. Primò quòd dæmonium habet: quasi dicat non ex spiritu sancto: sed ex spiritu maligno loquitur. Simile dicitur Act. 17. de Paulo. Nouorum dæmoniorum annunciator est. Contingit aliquem autem habere dæmonium priuatum & familiarem. Et talis licèt semper insaniat spiritualiter, non tamen semper insanit corporaliter. Aliquem verò: vt arreptum à dæmone: semper insanit etiam corporaliter. Vnde Matthæi sextò dicebant. Quoniam in furore versus est. Secundò, vt ostendat, quòd Christus sic habeat dæmonium dicunt. [Et insanit.] Act. 27. Multæ literæ ad insaniam te adducunt. Nec mirum si blasphemant: quia animales sunt: vt dicitur. 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit, &c. Sententia autem, & assertio alterius partis improbat præmissam opinionem dupliciter. Primò ex ponderе verborum. Vnde dicit. [Alij] qui scilicet rectè sapiebant. [Dicebant hæc verba non sunt dæmonium habentis.] quasi dicat. Ex eis videtur, quòd non insanit: cùm sint ordinata & ponderosa supr. 6. Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Vnde Paulus dicit Actuum vigesimosexto. Non insanio optimè festa: sed verba, &c. Secundò ex ingratitudine miraculi. Vnde dicit. [Nunquid dæmonium potest oculos cæcorum aperire?] quasi dicat. Non erat enim hoc miraculum maximum: Et ideò rectè credebant: quod non nisi de virtute fieri posset. supr. 9. Si non esset hic à Deo, &c. Sciendum est autem, quòd quædam miracula sunt, quæ possent fieri virtute dæmonum, & angelorum. Quædam verò sunt, quæ nullo modo eorum virtute fieri possunt. Ea enim quæ sunt supra ordinem naturæ: nulla creatura quæcúnque sit sua virtute potest facere, cùm etiam ipsa subiaceat legibus naturæ. Deus autem solus, qui est supra naturam, operari potest supra naturæ ordinem. Quicquid ergo aliqua creatura operatur, oportet quòd sistat infra naturæ ordinem. Ex quo patet, quòd omne illud quod potest fieri secundum ordinem naturæ potest angelus: & bonus: & malus quando sibi permittitur: sicut secundum semina quæ sunt in rebus naturalibus ad generationem aliquorum animalium ordinata possunt illorum animalium generationem operari: sicut fecerunt magi Pharaonis. Exo. 7. Et similiter alterare naturam alicuius possunt. Vnde possent sanare infirmos, quibus beneficio naturæ subueniri posset. Illa autem quæ simpliciter naturæ ordinem transcendunt: non possunt fieri nisi à Deo, seu à bonis angelis, & sanctis hominibus virtute Dei: quam orando perpetrant. Tale autem est illuminatio cæci, & resuscitatio mortuorum. Non enim naturæ virtus se extendere potest ad oculorum restitutionem, & mortuorum suscitationem. Et ideò dæmonium nõ potest cæcorum oculos aperire, & mortuos suscitare: quia hoc est solius Dei, & sanctorum virtute Dei.

Facta sunt autem encœnia in Hierosolymis, & hiems erat: & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi.

HIc ponitur dissentio quæ mota est à principibus Iudæorum ad Christum. Et primò Euangelista proponit Iudæorum interrogationem. Secundò subdit Christi responsionem ibi. [Respondit ei Ioquor vobis, &c.] Tertiò infert responsionis effectum ibi. [Sustulerunt lapides Iudæi.] Circa primum duo facit. Primò describit circunstantias interrogationis. Secundò ponit ipsam interrogationem ibi. [Dixerunt ei. vsque quo, &c.] Circunstantias autem interrogationis describit quantùm ad tria, scilicet quantùm ad tempus, quantùm ad locum: quantùm ad personas interrogantes. Quantùm ad tempus quidem primò in speciali dicens. [Facta sunt encœnia in Hierosolymis.] Ad cuius intellectum sciendum est, quòd (vt Augustinus dicit.) Encœnia festiuitas erat dedicationis in ecclesijs. Cœno enim græcè, idem est, quod nouum latinè. Vnde encœnia, idem est, quòd innouatio: quæ fit etiam communi vsu loquendi: quando aliquod alicui dedicatur nomen. Vnde enceniari, idem est, quòd innouari. [Facta sunt] ergo [encœnia Hierosolymis.] id est, festum, & memoria consecrationis templi. Nam quando de nouo aliquam ecclesiam diuino cultui dedicamus, agitur festum consecrationis eiusdem, & eadem die singulis annis in memoriam ipsius. Hoc modo Iudæi singulis annis encœnia faciebant, id est, memoriam dedicationis templi. Ad sciendum autem rationem festi consecrationis, & causam. Notandum est, quòd omnia festa celebrantur in ecclesia in commemorationem diuinorum beneficiorum. Isaiæ quinquagesimotertio. Miserationum domini recordabor, &c. Et in Psalm. Postquam dauid commemorauit multa beneficia Dei dicens. Confitemini domino quoniam bonus, &c. subdit. Constituite diem solemnem in condẽsis, &c. Recolimus autem diuina beneficia nobis exhibita tripliciter. Quandóque quidem, vt exhibita nobis in capite nostro domino Iesu Christo. Et sic celebramus festum natiuitatis & resurrectionis, & huiusmodi. Quandóque vt exhibita nobis in cõmembris nostris, scilicet in sanctis, qui sunt membra ecclesiæ. Et hoc congruenter: quia (vt dicit Apostolus. 1. Corint. 12.) Si gloriatur vnum membrum congaudent omnia membra. Et sic celebramus festa sanctorum Petri & Pauli, & aliorum sanctorum. Quandóque autem prout sunt exhibita toti ecclesiæ: puta in ministerio sacramentorũ, & in alijs communiter ecclesiæ collatis. Et quia domus materialis est quasi signum collectionis ecclesiæ fidelium: & etiam in ea omnia sacramenta gratiæ dispensantur. Ideò in memoriam ipsorum beneficiorum suorum festum dedicationis ecclesiæ celebramus. Quod quidem festum maius est, quàm festum alicuius sancti: sicut & beneficia toti ecclesiæ collata: quorum memoriam agimus, excedunt beneficium collatum alicui sancto: quod in festo eius recolitur. Sciendum est tamen, quòd templum erat Hierosolymis tribus vicibus cõsecratum. Primò quidem à Salomone (vt habetur. 3. Reg. 8.) Secundò tempore Esdræ à Zorobabel, & Iesu sacerdote magno vt habetur 1. Esdræ. 8. Tertiò à Machabæis: vt habetur primi Machabæorum 4. quòd ascenderunt Hierosolymam renouare sancta. Hæc autem encœnia non sunt facta in memoriam dedicationis, quæ facta fuit à Salomone. Quia hoc fuit in Autũno. s. mense septimo. Hæc in memoriam dedicationis: quæ facta fuit tempore Esdræ. Quia illa fuit in vere, scilicet 9. die martij: sed in memoriam dedicationis: quæ facta fuit à Machabæis in tempore Hyemali. Et ideò vt hoc designet describit tempus in speciali dicens. [Et hyems erat.] Quod etiam causam mysticam habet: vt Gregorius dicit. 2. Moral. Idcirco Euangelista hyemis curauit tempus exprimere: vt inesse auditorum cordibus, scilicet Iudæorum malitiæ frigus indicaret. Hiere. 6. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, ita frigidam, &c. De hac hyeme dicitur Cant. 2. Iam enim hyems transiit, &c. Locum autem describit cùm dicit. [Et ambulabat Iesus, &c.] Et primò quidem in generali cùm dicit. [In templo.] Psalm. Dominus in templo sancto suo, &c. Secundò verò in speciali dicens. [In porticu Salomonis.] Sciẽdum est enim, quòd non dicitur solùm corpus ipsius, sed etiam porticus circunstantes: in quibus populus stabat ad orandum. Nam in templo soli sacerdotes morabant. Dicitur autem porticus Salomonis locus ille in quo Salomon stetit: quando peracta dedicatione templi orauit. 3. Reg. 8. Stetit ergo Salomon in conspectu, &c. Sed contra templum, quod Salomon edificauerat destructum fuit: & similiter porticus illa. Non ergo debet dici porticus Salomonis. Responsio: dicendum, quòd templum reparatum fuit ad similitudinem prioris. Et ideò sicut antea porticus illa dicebatur Salomonis: ita & postea ob eius reuerentiam. Personas autem interrogantes describit quantùm ad eorum maliciam. Vnde dicit. [Circundederunt ergo eum Iudæi.] Frigidi à charitate diligendi: sed ardẽtes auiditate nocendi vt accederent animo circunueniendi, & circundarent compri mentes animo persequendi. Psalm. Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Oseæ. 9. Circundederunt me effraim. Consequenter cùm dicit.

Et dicebant ei. Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.

PONitur Iudæorum interrogatio. Et primò ponit fictam causam interrogationis cùm dicit. [Vsquequo animam nostram tollis?] Adulatoriè loquuntur volentes per hoc ostendere se desiderare scire veritatem de ipso, quasi dicat. Anima nostra est in suspenso desiderij quandiu mœstos nos derelinquis. Prouerbior. decimoquarto. Spes quæ differtur affligit animam. Et ideò secundò subiungunt interrogationem dicentes. [Si tu es Christus, dic nobis. &c.] Vbi primò attende illorum peruersitatem. Nam quia indignantur contra Christum, quòd se diceret filium Dei supr. 5. Non interrogant eum an sit filius Dei. Sed dicunt. [Si tu es Christus dic nobis, &c.] Vt per hoc possent habere materiam accusandi eum ad Pilatum: sicut seditiosum, & appetentẽ regnũ. Quod erat contra Cæsarẽ, & odiosum romanis. Vnde & Pilatus quãdo Iudæi accusabant

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christum,quòd filium Dei se faceret parum curauit. Dum verò dixerunt omnis qui se regem facit contradicit Cæsari, magis cœpit contra eum sollicitari. Et ideò dicũt. [Si tu es Christus] vel Rex,vel vnctus,&c. Secundò considera illorum nequitiam: Quia dicunt [palam] quasi dicat. Vsq; modò non docuit publicè: sed quasi in occulto: cũ tamen ipse palam omnia diceret in festiuitatibus semper assistens, & nihil occultè loquebatur infra 13. Ego palam locutus sum mundo: in occulto locutus sum nihil.

Respondit eis Iesus: Loquor vobis,& non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei,hæc testimonium perhibent de me. Sed vos non creditis: quia non estis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meam audiunt,& ego cognosco eas,& sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea.

HIc ponitur responsio Christi. Vbi ostẽdit eorum infidelitatem, ostendens falsum esse quod dixerant se desiderare scire veritatem dicentes. Vsquequo animam nostram tollis,&c. Et hoc quantũ ad duo. Primò: quia non credebant verbis eius. Et quantũ ad hoc dicit [Loquor vobis & non creditis.] quasi dicat, dicitis mihi: Si tu es Rex Christus dic nobis [sed loquor ego,] id est,dico vobis veritatẽ: [Et vos non creditis.] Luc.22. Si dixero non credetis,&c. Secundò, q̃ nõ credunt operib⁹ eius. Et quantũ ad hoc dicit [Opera quæ ego facio,&c.] Vbi primò ostendit incredulitatem eorum ad ipsa opera. Secundò incredulitatis rationem ibi. [Quia vos non estis ex ouibus,&c.] Quantùm ad primum dicit [Opera quę ego facio:] quasi dicat. Nec à solo verbo suaderi poteſtis,vt vos fileatis: sed nec etiam à tot operibus quæ ego facio [in nomine patris mei.] id est,ad gloriam eius [hæc testimonium perhibent de me] quæ scilicet nõ possunt nisi à Deo fieri. Vnde ex eis manifestè apparet,q̃ à Deo veni. Mat.7. Vnaquæq; arbor ex fructu eius cognoscitur. Suprà 5 [Opera quæ ego facio,&c.] Sed vos non creditis. infra 12. Cùm ergo tanta signa feciſſet: non crediderunt,&c. Et ideò sunt inexcusabiles. infra 15. Si opera non feciſſem in eis: quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem,& viderunt,&c. Ratio autem incredulitatis eorum, est separatio eorum ab ouib⁹ Christi. Vnde dicit. [Ideò non creditis, quia non estis ex ouibus, &c.] Circa hoc tria facit. Primò ponit eorum exclusionẽ à consortio ouium Christi. Secundo ostendit ouium dignitatem ibi [Oues meæ,&c.] Tertiò, probat quoddam quod dixerat, scilicet q̃ non rapiet quisquã oues suas de manu sua ibi [Pater meus quod dedit mihi,&c.] Separationem eorum ab ouibus suis ponit dicens. [Vos non estis ex ouibus meis.] scilicet prædestinati ad credendum. Sed præsciti ad æternum interitum. Hoc enim ipsum quod credimus: est nobis à Deo. Philippens.1. Vobis datum est non solùm vt in ipsum credatis, &c. Epheſ.2. Gratia saluati estis,& non ex vobis, Dei donum est,&c. Quod quidem nulli datur nisi cui præparatum est ab æterno. Et ideò illi soli credent in ipsum: qui ad hoc ordinati sunt à Deo per æternam prædestinationem. Actuum 13. Crediderũt quotquot præordinati erant ad vitam æternam. Et eiusdem 15. Per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari. Sed nunquid debet dici alicui quòd non sit prædestinatus? Videtur quòd non. Cùm enim nullus possit saluari: nisi prædestinatus si alicui dicatur, quòd nõ est prædestinatus: videtur cogi ad desperationẽ. Ergo Dominus dicens Iudæis. [Non creditis: quia non estis ex ouibus meis.] Cogebat eos desperare. Responsio, dicendum, quòd illa turba erat aliquid commune omnibus, scilicet quòd non erant præordinati à Deo ad tunc credendum aliquid speciale, quod aliqui ex eis præordinati erant ad credendum in posterum. Vnde & postea crediderunt (vt habetur Act.2.) Quod crediderunt ex Iudæis vna die tria milia. Aliqui autem, quòd non erant ad hoc præordinati. Nõ ergo repugnabant dicere in qua aliqui erãt prędordinati ad credendum in posterum, quòd non essent ex ouibus: quia nullus de se determinatè hoc poterat suspicari. (Repugnasset autẽ spei si hoc alicui determinatè dixisset.) Dignitatem autẽ ouium suarum ponit dicẽs. [Oues meæ,&c.] Vbi quatuor ponit. Duo ex parte nostra, quę nos facimus quantum ad Christũ. Et duo ex parte Christi, quæ ipse facit in nobis vicisim sibi correspondentia ad Christũ. Primũ ergo, quod nos faciamus est obedientia ad Christũ. Et quantum ad hoc dicit. [Oues meæ,] scilicet per prædestinationem [vocem meam audiunt,] credendo,& præceptis meis obediendo. Psal. Hodie si vocem eius audieritis,&c. Secundũ, quod facit Christus. 1. correspondens huic est eius dilectio & approbatio. Et quantum ad hoc dicit. [Et ego cognosco eas.] i. diligo,& approbo. 1. Thimo. 2. Nouit Dominus qui sunt eius. q.d. Hoc ipsum, quòd me audiunt est per hoc, quòd ego [eas cognosco] ab æterno eligendo. Sed si aliter nõ potest credere quis, nisi detur ei à Deo. Videtur, quòd infidelitas non sit alicui imputanda. Ad quod dicendum est, quòd ideò eis imputatur: quia in eis est causa quare eis non datur. Sicut ego non possum videre lumen, nisi ego illuminarer à sole, si autẽ clauderẽ oculos non viderem lumen, quod non esset ex parte solis, sed ex parte mea qui claudendo oculos præbeo causam vt non illuminarer. Peccatum autem est causa quare non illuminatur à Deo per fidẽ, puta originale: vel in aliquibus actuale, quæ quidẽ causa in omnibus est. Vnde omnes illi qui deseruntur iusto Dei iudicio deseruũtur, & illi qui eliguntur ex Dei miseratione assumũtur. Tertium quod ex parte nostra est imitatio ad Christum. Et quantum ad hoc dicit. [Et sequuntur me.] Iob 26. Vestigia eius secutus est pes meus. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, nobis relinquẽs exemplum. Quartum correspondens ex parte Christi est præmij retributio. Et quantum ad hoc dicit. [Et ego vitam æternam do eis: quasi dicat, ipsi me sequuntur hic mansuetudinis,& innocentię viam intendendo,& ego faciam, quòd postea me sequentur ad gaudia vitæ æternę intrando. Hoc autem præmium ostendit Dominus esse indeficiẽs tripliciter. Nã aliquid potest deficere tripliciter. Primò quidẽ ex natura ipsius puta si sit corruptibile. Sed præmium istud quantum ad naturam suam incorruptibile est. Vnde dicit. [Vitam æternam do eis,] quæ est fruitio incorruptibilis,& immortalis Dei. infr. decimoseptimo. Hæc est vita æterna: vt cognoscant te solum verum Deum,&c. Et (vt dicit Augustꝰ.) Ista sunt pascua de quibus supr. dixerat,& pascua bona vita æterna dicitur: quia ibi nulla herba arescit, totum viret. Secundò potest deficere ex defectu recipientis, dum recipiens deficit,& dum malè custodit, sed hoc non contingeret in illo præmio. Vnde dicit. [Et non peribunt in æternum,] scilicet oues. Quod est contra Origen. qui dixit, quòd quandóque sancti qui sunt in gloria peccare poterũt. Sed Dominus dixit. [Nõ peribunt.] Quia in æternum cõseruabuntur. Apoc.3. Qui vicerit faciam eum colũnam,&c. Et foras non egredietur,&c. Tertiò potest deficere ex violentia rapientis: fortè enim neque Adam exclusus fuisset: nisi affuisset seductor. In vita autem æterna hoc non erit. Vnde dicit. [Et non rapiet eos.] scilicet oues [quisquam de manu mea.] id est, protectione, & potestate mea. Sapient.3. Iustorum animæ in manu Dei sunt. (Vt enim dicit Augu.) Ibi neque lupus rapit: neque fur tollit: neque latro interficit.

Pater meus quod dedit mihi,maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus.

HIc probat, quod supra de dignitate ouium dixerat, scilicet quòd non rapiet eas quisquam de manu mea tali ratione. Illud quod est in manu patris mei nullus potest rapere. Sed eadem est manus patris,& mea. Ergo illud quod est in manu mea, etiam nullus potest rapere. Circa hoc tria facit. Primò ponit minorem manifestando communicationem diuinitatis à patre sibi traditæ, cùm dicit. [Pater quod dedit mihi,] scilicet per æternam generationem [maius omnibus est.] nam supra quinto. Sicut pater habet vitam in semetipso: sic,&c. Item [maius est] potestate supra quinto. Potestatem dedit ei iudicium facere,&c. Item [maius est.] reuerentia & honore. Philip.2. Dedit illi nomen: quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu,&c. [Maius est.] ergo [omnibus, quod dedit mihi pater.] vt scilicet, sim verbum eius: sim vnigenitus eius: sim splendor lucis eius. Secundò ponit excellentiam potestatis paternæ. Quod pertinet ad maiorem cùm dicit. [Et nemo potest rapere.] id est, per violentiam auferre: vel per ignorantiam surripere [de manu,] id est, de potestate [patris mei,] vel à me: qui sum virtus paterna: quamuis meliùs dicatur de potestate patris, quàm à me (vt Augustinus dicit.) Ideò autem. [Nemo potest rapere de manu patris.] quia ipse fortissimus est: cui non potest fieri violentia. Et sapientissimus in quem non cadit ignorantia. Iob.9. Sapiens corde est,& fortis robore,& cætera. Tertiò ponit vnitatem sui ad patrem: ex qua sequitur conclusio. Vnde dicit. [Ego & pater vnum sumus.] quasi dicat. Ideò non rapiet eas quisquam de manu mea. Quia [ego & pater vnum sumus,] scilicet vnitate essentiæ. Nam eadem est natura patris & filij. Per hoc autem excluditur duplex error, scilicet Arrij, qui diuidebat essentiam: & Sabellij: qui confundebat personas, vt sic & à charibdi,& à Silla liberemur. Nam per hoc quod dicit [vnum.] liberat te ab Arrio Nam si vnum: Non ergo diuersum. Per hoc autem, quod dicit [sumus] liberat à Sabellio: si enim sumus. Ergo pater & filius est alius & alius. Sed hoc Arriani, impietatis suæ mendacio negare contendunt dicentes, quòd creatura aliquo modo est vnum cum Deo. Vnde & hoc modo filius potest esse vnum cum patre. Sed hoc patet esse falsum ex tribus. Primò ex ipso modo loquendi. Manifestum est enim, quòd vnum dicitur sicut ens. Vnde sicut aliquid non dicitur ens simpliciter: nisi secundum substantiam, ita nec vnum nisi secundum substantiam, vel naturam. Simpliciter autem dicitur aliquid quod nullo addito dicitur. Quia ergo hoc simpliciter dicitur. [Ego & pater vnũ sumus] nullo alio addito. Manifestum est, quòd sunt vnum secundum substantiam,& naturam. Nunquam autem inuenitur: quòd Deus & creatura sint vnum sine aliquo addito: sicut illud 1. Corin. 6. Qui adhæret Deo vnus spiritus est. Ergo patet, quòd filius Dei non est vnum cum patre, vt creatura. Secundò ex his quæ supra dixerat, scilicet quod dedit mihi pater maius omnibus est. Et postea concludit. [Ego & pater vnum sumus.] quasi dicat intantùm vnum sumus, in quantùm dedit mihi id quod maius est omnibus. Tertiò patet ex sua intentione. Nam dominus probat, quòd non rapiet eas quisquam de manu sua: per hoc. q̃ nemo potest rapere de manu patris eius: quod non sequeretur si potestas eius esset minor, quàm potestas patris [vnum] ergo sunt pater & filius, natura, honore, & virtute.

LECTVRA VI.

Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo. Propter quod eorum opus me lapidatis.

POSITA doctrina Christi: hîc consequenter ponitur effectus doctrinæ eius in Iudæis. Et primò redarguit eorum sæuitiam. Secũdò excludit à se impositam blasphemiam ibi. [Respondenrunt ei Iudæi.] Tertiò declinat eorum pertinaciam ibi. [Quærebant ergo eum apprehendere.] Circa primum duo facit. Primò ponitur Iudæorum sæuitia, qua' excãdescebant ad Christum lapidãdum. Vnde dicit. [Sustulerunt lapides Iudæi: vt iacerent in eum.] Quia enim duri erant: & profunda domini verba intelligere non poterant: lapidibus similes ad lapides currunt. Psalm. Dum loquebar illis, impugnabant me gratis. Secundò cùm subdit. [Multa bona opera, &c.] Reprehendit dominus ipsorum sæuitiam. Et primò commemorat eis exhibita beneficia. Secundò reprehendit ipsorum sæuitiam. Commemorat autem beneficia quæ eis exhibuit in sanitatibus infirmorum in exhibitione doctrinæ: & miraculorum. Vnde [Respondit eis dicens. Multa bona opera ostendi vobis.] scilicet sanando, prædicando, miracula faciendo. Matthæi septimo. Bene omnia fecit, [ex patre meo.] Cuius gloriam per omnia quæsiui. supra octauo. Gloriam meam non quæro,&c. Sæuitiam reprehendit dicens. [Propter quod eorum opus me lapidatis.] quasi dicat. Benefactorem oportebat honorare non lapidare. Simile dicitur Hier. 17. Nunquid redditur pro bono malum,&c.

Respondenrunt ei Iudæi. De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia: & quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum.

HIc dominus excusat se de blasphemia. Et primò ponitur blasphemiæ impositio à Iudæis. Secundò eius excusatio à Christo ibi. [Respondit eis Iesus. Nõne scriptum est,&c.] Dicit ergo quantùm ad primũ. [De bono opere non te lapidamus,&c.] Vbi quinq; considerãda occurrunt. Primum quidem videtur pertinere ad motiuum lapidationis: quod est blasphemia. Præcipitur enim Leuitici vigesimoquarto, quòd blasphemi lapidentur. Educ inquam blasphemum extra castra,&c. Et quantùm ad hoc dicunt. [De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia.] Secundò quòd specificant ipsam blasphemiam. Nam blasphemia est, non solùm attribuere Deo: quod sibi non conuenit: sed etiam attribuere alteri, quod solius Dei est: sicut blasphemia est: non solùm dicere Deum esse corpus: sed etiam dicere aliquam creaturam creare posse. Matthæi nono dicebant. Hic blasphemat. Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Dicebant ergo Iudæi dominum blasphemum esse, non primo modo: sed vsurpando sibi quæ diuinitatis propria erant. vnde dicebant. [Quia tu homo cùm sis, facis teipsum Deum.] Tertium est, quòd Iudæi meliùs intellexerunt verbum Christi, quàm Arriani, quod dixerat: Ego & pater vnum sumus. Ideò irati sunt quoniam intellexerunt non posse dici. Ego & pater vnum sumus: nisi vbi est æqualitas patris & filij. Et hoc est, quòd dicunt. [Facis teipsum Deum.] Ostendendo verbis tuis, quòd Deus sis quod non est verum [cùm sis homo.] Quartum est, quòd tanta est distantia Dei & hominis: quòd incredibile eis erat, quòd idem qui est homo: esset Deus. Vnde signanter dicunt. [Quia homo cum sis,&c.] Quamuis ab ista incredulitate remoueri possent per hoc, quod dicitur in Psalm. Quid est homo, quòd memor es eius,&c. Abac. 1. Opus ego facio in diebus vestris,&c. id est opus incarnationis excedẽs omnem mentem. Quintum est, quòd in suis verbis sibiipsis contrarientur. Nam ex vna parte confitentur Christum bona opera facere dicentes. [De bono opere non te lapidamus.] Ex alia parte imponunt ei blasphemiam: scilicet, quòd sibi falsò vsurpet honorem Dei, quę quidem contraria sunt. Non enim ex Deo macula posset facere, si Deum blasphemaret. Quia (vt dicitur Matthæi septimo.) Non potest arbor bona fructus malos facere,&c. Quod maximè locum habet in Christo.

Respondit eis Iesus. Nónne scriptum est in lege vestra: quia ego dixi Dij estis?

HIc excludit à se impositam blasphemiam. Et primò ponit suam excusationem. Secundò ostendit veritatem ibi. Si non facis opera,&c. Excusat autem se per auctoritatem. Vnde primò ponit auctoritatem scripturæ. Secundò aperit eius intellectum. Tertiò ex hoc concludit propositum. Dicit ergo. [Respondit eis Iesus. Nónne scriptum est in lege vestra.] scilicet in Psalm. Ego dixi dij estis,&c. Vbi sciendum est, quòd lex tripliciter accipitur in scriptura. Quandóque quidem vniuersaliter pro toto veteri testamento secundum quod continet quinq; libros Moysi, Prophetas, & agiographas. Et hoc modo accipitur hîc in lege vestra, id est, in veteri testamento. Cùm scriptum sit in Psalm. Quod ideò dicitur lex: quia totum vetus testamentum habetur pro auctoritate legis. Aliquando accipitur lex prout diuiditur contra Prophetas, Psalmographos, & Agiographas. Et sic accipitur Luc. vlti. Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege,& Psalm. de me. Aliquando autem accipitur prout lex diuiditur contra Prophetas. Et sic Psalm. & alij libri veteris testamenti, præter penthateucum includuntur sub Prophetis: eo quòd spiritu Prophetico edita sit scriptura veteris testamenti. Et hoc modo accipitur Matthæi vigesimosecundo. In his duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ. Sic ergo scriptũ est. [Ego dixi Dij estis.] Vnde sciendum est, quòd hoc nomen Deus tripliciter accipitur. Aliquando enim signoficat ipsam diuinam naturam. Et sic dicitur singulariter solùm. Exod. vigesimo. Audi Israël dominus Deus tuus vnus est. Quandóque autem dicitur Deus nuncupatiuè. Et hoc modo dicuntur idola dij. Psalm. Omnes dij gentium dæmonia. Quandóque autem dicitur aliquis Deus per participationem diuinitatis: seu excellentioris virtutis diuinitùs infusæ. Et hoc modo & iudices dicuntur Dij in scriptura. Exod. 32. Applicabis eos ad Deos, id est, ad iudices. Et Exod. 32. Dijs non detrahes. i. prælatis. Et hoc modo accipitur hîc hoc nomen Deus cùm dicit. [Ego dixi Dij estis.] id est, participantes aliquam virtutem diuinam supra humanam. Consequenter cùm dicit.

Si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est: & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit,& misit in mundum, vos dicitis: quia blasphemas, quia dixi, filius Dei sum.

APerit sensum auctoritatis prædictæ: quasi dicat. Ideò vocauit eos deos inquantùm participant aliquid diuinitatis secundum participationem sermonis Dei ad eos facti. Nam ex sermone Dei homo aliquam participationem diuinæ virturis & puritatis consequitur. Infrà decimoquinto. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus, &c. Et Exod. trigesimoquarto dicitur, quòd splendida facta est facies Moysi,&c. Ex his autem quæ prædicta sunt, posset sic argumentari. Manifestum est autem, quòd aliquis ex participatione verbi Dei sit Deus participatiuè: sed non fit aliquid participatiuè hoc nisi ex participatione eius, quod est per essentiam suam tale: pura non fit participatiuè ignis: nisi participatione ignis per essentiam. Ergo non fit aliquid participatiuè Deus: nisi ex participatione eius: qui est Deus per essentiam. Ergo verbum Dei: scilicet ipse filius, cuius participatione aliquis efficitur Deus: est Deus per essentiam. Sed dominus voluit humanis magis, quam sic profundè contra Iudæos arguere. Dicit autem. [Et non potest solui scriptura] vt ostendat irrefragabilem scripturæ veritatem. Psalm. In æternum domine permanet verbum tuum. Consequenter cùm dicit. [Quem pater sanctificauit,&c.] Concludit propositum. Quod quidem si secundum Hylarium referamus ad Christum secundum quòd est homo: tunc est sensus: homines aliqui dicuntur Dij sola participatione sermonis Dei. Quomodò ergo dicitis [quia blasphemas.] id est reputatis blasphemiam: quòd ille homo dicatur Deus: qui est vnitus verbo Dei in persona. Et ideò dicit. [Quem pater sanctificauit:] Licèt enim omnes qui sanctificantur Deus sanctificet. Infrà decimoseptimo. Sanctifica eos in veritate. Christum tamen specialiter sanctificauit. Nam alios sanctificat: vt sint filij adoptiui. Roman. octauo Accepistis spiritum adoptionis filiorum. Christum autem sanctificauit: vt esset filius Dei per naturam vnitus in persona verbo Dei. Quod hæc verba ostendunt dupliciter. Primò per hoc, quod dicit. [Quem pater sanctificauit.] Si enim vt pater sanctificet manifestum est, quòd sanctificat & filium. Roma. primo. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis. Secundò per hoc, quod dixit. [Et misit in mundum.] Mitti enim in aliquem locum non conuenit alicui rei nisi ante fuerit, quàm ibi esset. Ergo ille quem pater misit in mundum, scilicet visibiliter est filius Dei: qui præexistit visibili visioni. Quia (vt dicitur supr. 1. In mũdo

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat & mundus per Iesum, &c. supra 3. Non enim misit Deus, &c. Hunc ergo [Quem Deus misit in mũdum vos dicitis quia blasphemas:qa dixit filius Dei sum.] quasi dicat. Multò magis possùm hoc dicere: qui sum vnitus verbo in persona, quàm illi [ad quos sermo Dei factus est.] Sed vnde Iudæi habuerũt,q̃ Christ⁹ esset filius Dei? Non enim hîc dominus expresè dixit. Ad quod dicendum est, q̃ licèt dominus hoc expresè non dixerit: nihilominùs tamen ex verbis quæ dixit. Ego & pater vnum sumus. Et quod dedit mihi pater maius omnibus est. Intellexerunt eum accepisse naturã à patre: & esse vnum in natura cũ eo. Hoc autẽ.s.accipere eandem naturam ab aliquo,& esse habet rationẽ filiationis. Si autẽ hoc quod dicit [Pater sanctificauit, &c.] referamus secundum Aug. ad Christum inquantũ est Deus:tunc est sensus [quẽ pater sanctificauit.]id est,sanctum ab æterno genuit. Sed alia quæ sequuntur eodem modo exponenda sunt:secundum q̃ Hylarius exponit cùm melùs exponitur si referatur totum ad Christum inquantùm homo. Consequenter cùm dicit.

Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoscatis, & credatis, qa pater in me est: & ego in patre.

PRobat veritatem dictorum:quasi diceret. Licèt sim homo tantùm secundum reputationem vestram:tamen nõ blasphemo dicens me verè Deum: quia verissimè sum. Vnde circa hoc duo facit. Primò proponit argumentũ operum. Secundò infert conclusionẽ intentam ibi. [Vt cognoscatis,&c.] Circa primũ duo facit. Primò dicit,q̃ sine operibus essent excusabiles. Et dicit [Si non facio opera patris mei.] eadem.s.quæ ipse facit: & eadem virtute & potestate [Nolite credere mihi.] Supra 5. Quæcúnque pater facit, hoc & filius similiter facit. Secundò q̃ ex ipsis operibus conuincuntur dicens. [Si autẽ facio.] scilicet eadem opera:quę pater facit [si mihi] qui filius hominis appareo [non vultis credere, operibus credite.] id est,ipsa opera demonstrant:q̃ ego sum filius Dei.infra 16. Si opera non feciſſem quæ nemo alius,&c. Consequenter infert cõclusionem intentam dicens [Vt cognoscatis,&c.] Nullum enim tam euidens indiciũ de natura alicuius rei esse potest,quàm illud quod accipitur ex operibus eius. Euidenter ergo cognosci potest de Christo, & credi quòd sit Deus per hoc quòd facit opera Dei. Et ideò dicit. Ex ipsis operibus conuincam [vt cognoscatis & credatis,] quod oculis vestris videre non potestis: scilicet [quia pater in me est, & ego in patre.] Infra 14. Ego in patre,& pater in me est. Quod intelligendum est per vnitatem essentiæ: & quasi idem est [pater in me est,& ego in patre.] Et ego & pater vnum sumus. Hylarius autem hoc bene exponit dicens: quòd differentia est inter Deum & hominem. Nam homo cùm sit compositus non est sua natura. Deus autẽ cũ sit simplicissimus est suum esse,& sua natura. In quocúnque ergo est natura Dei, ibi est Deus. Cùm ergo pater est Deus, & filius est Deus:vbicúnque est natura patris,ibi est pater:& vbicúnque est natura filij,ibi est filius. Cùm ergo natura patris sit in filio,& econuerso. Ergo pater est in filio:& econuersò. Sed (vt dicit Augustꝰ.) Licèt Deus sit in homine: & homo in Deo, (vt dicitur primæ Ioannis 4.) Qui manet in charitate in Deo manet:& Deus in eo. Non est intelligendum per essentiæ vnitatem:sed homo in Deo est.i.sub diuina cura & protectione:& Deus in homine per similitudinem suæ gratiæ. Vnigenitus autem filius est in patre,& pater in illo tanquam æqualis.

Quærebant ergo eum apprehendere: & exiuit de manibus eorum. Et abijt iterum trans Iordanem in eum locum: vbi erat Ioannes baptizans primùm: & mansit illic, & multi venerunt ad eum: & dicebãt: quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quæcúnque dixit Ioannes de hoc vera erant: & multi crediderunt in eum.

HIc dominus inclinat Iudæorum pertinaciam. Et primò ostendit ipsorum pertinaciam. Secundò declinat eam. Tertiò ostendit effectum declinationis. Pertinaciam autem ostẽdit per hoc post tot veritatis documenta:post tot miraculorum & mirabilium operum argumenta adhuc in malitia perseuerant. Vnde [quærebãt eum apprehendere.] Non ad credendum, & intelligendum: sed ad sæuiendum, & ad nocendum. Nam quia æqualitatem sui ad patrem euidentiùs expresserat, magis concitati fuerunt. Hiere.8. Apprehenderunt mendacium,&c. Declinat autem eorum sęuitiam dominus exiens ab eis. Vnde dicit. [Exiuit,&c.] Vbi primò ostenditur quomodò eos dimisit:scilicet exeundo de manibus eorum. Et hoc propter duo. Primò vt ostenderet se non posse detineri: nisi quando vo-

lebat. Luc.4. Iesus transiens per medium illorũ ibat. Supra eod. Nemo tollit à me animam meam: sed ego ponam à meipso. Secundò, vt daret nobis exemplum declinandi malorum sæuitiam quando sine periculo fidei fieri potest. Eccles.8. Nestes contra faciem contumelioſi. Secundò ostenditur quomodò exiens ierit. Vnde dicit. [Et abijt iterum trans Iordanem,&c.] Cuius quidem mystica causa est,quòd aliquando iturus esset per Apostolos suos ad gentes conuertendas. Causa verò literalis est duplex. Vna quia locus erat vicinus Hierusalem:& iam imminebat tempus passionis. Vnde nolebat se elongare. Secunda vt reducat ad memoriam testimonium, quod illic perhibuit Ioannes dicens. Ecce agnus Dei,&c. Et testimonium patris & filij Christo perhibitum in baptismo. Effectus autem declinationis fuit conuersio turbarum ad fidem,quæ quidem conuersio describitur quantùm ad tria. Quantùm ad operationis habitionem. Vnde dicit. [Et multi venerunt ad eum] scilicet per imitationem operum. Matthæi vndecimo. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis,&c. Secundò quantùm ad oris confessionem. Vnde & dicebant. [Quia & Ioannes,&c.] Vbi primò confitentur eminentiam Christi ad Ioannem. Vnde dicebant. [Quia Ioannes fecit nullum signum.] Cuius quidem ratio fuit: quia Ioannes missus fuit vt testis Christi. Vnde opotebat,quòd fieret fide dignus,& testimonium eius ostenderetur verum. Quod quidem fit conuenienter per sanctitatem vitæ: Christus autem venit vt Deus. Et ideò oportebat,quòd ostenderet in se signa potestatis diuinæ. Et ideò Ioannes vitæ sanctitate pollebat. Christus autem cũ hoc,exercebat etiã operã potestatẽ diuinã manifestantia. Hîc etiã mos seruabatur apud antiquas potestates,q̃ in præsentia potestatis maioris: minor potestas non vtebatur suæ potestatis insignijs. Vnde in præsentia dictatoris consules insignia deponebant. Non ergo decens fuit vt Ioannes qui minoris potestatis erat vtpotè præcursor & testis in Christi præsentia diuinæ potestatis insignijs vteretur,sed solum Christus. Secundò cõfitentur veritatem testimonij Ioannis de Christo. Vnde dicebãt. [Omnia enim quę dixit Ioannes de hoc,] scilicet de Christo [erant vera:] quasi diceret,& si nullum signum fecerit Ioannes, tamen de Christo omnia veraciter dixit. Tertiò confitentur cordis fidem. Vnde dixit. [Et multi crediderunt in eum] (vt Augustinus dicit.) Christum apprehendunt permanentem, quem Iudæi volebant apprehendere descendentem: quia per lucernam ad diem venerant. Ioannes enim lucerna erat,& Dei testimonium perhibebat.

LECT. I. CAP. XI.

Erat autem quidam languẽs Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororum eius. Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur.

SVPRA Dominus virtutem suam viuificatiuam ostendit verbo. Hîc confirmat eam miraculo, quendam mortuum, scilicet Lazarum, suscitando. Et primò ponitur Lazari infirmitas. Secũdò ipsius iam mortui suscitatio ibi. [Vt audiuit.] Tertiò subiungitur suscitatiõis effectus ibi. [Multi ergo ex Iudæis,&c.] Circa primũ tria facit. Primò ponitur Lazari ægrotatio. Secundò languoris denunciatio ibi. [Miserunt ergo sorores,&c.] Tertiò assignatur præmissarum ratio ibi. [Audiens autem Iesus,&c.] Circa primum tria facit. Primò describit personam ægrotam. Secundò languentis locum. Tertiò personam coniunctam. Persona ægrota est Lazarus. Vnde dicit. [Erat quidã languens Lazarus.] Per hunc fidelis signatur,qui in Deo sperat,& tamẽ patitur infirmitatem peccati. De qua dicitur in Psalm. Miserere mei Domine,quoniam infirmus sum. Lazarus enim interpretatur auxiliat⁹ à Domino. Vnde eum signat qui spem habet diuini auxilij. Psalm. Auxilium meum à Domino,&c. Locus infirmi erat Bethania. Vnde dicit [à Bethania de castello.] Quæ quidem Bethania villa quædam erat propè Hierusalem: vbi Dominus consueuerat frequenter hospitari (vt frequenter suprà dictum est.) Et interpretatur domus obedientiæ. Per quod datur intelligi, quòd si infirmus sit Deo obediens, potest ab eo de facili curari,sicut infirmus obediens medico,faciliùs ab eo beneficium consequitur sanitatis. 4. Reg. 5. Dixerunt serui Naamam ad eum. Pater & si rem grandem dixisset tibi Propheta facere debuisses. Ista Bethania castellũ erat Marię & Marthæ sororum Lazari. Per quas duplex vita signatur. Actiua,scilicet & contemplatiua. Vt sic per hoc detur intelligi, quòd per obedientiam homo perfectus redditur in vita actiua & contemplatiua. Persona coniuncta erat Maria. Vnde dicit. [Maria autem erat,&c.] Quia enim mentionem fecerat de Maria,& plures mulieres huius nominis erant. Ideò ne erremus ex nomine,notificat eam ex nouissima actione dicẽs. [Quæ vnxit Dominum vnguento, & exterfit,&c.] De hac autem Maria diuersitas quædam est

quædam est inter sanctos. Quidam enim dicunt (vt Hieronymus & Origenes,) quòd hæc Maria soror Lazari non est eadem cum illa quæ peccatrix erat. De qua dicitur Lucæ septimo. q̃ attulit alabastrum vnguenti: & stans retrò secus pedes, &c. Vnde sicut dicit Chrisostomus. Hæc nõ fuit illa meretrix,quæ in Luca legitur. Hæc enim honesta fuit,& studiosa circa susceptionem Christi. Nam peccatricis illius nomen tacetur. Potuit autem Maria ista erga Christũ tempore suæ passionis ex deuotione, & speciali dilectione, simile opus fecisse: quod fecit ei peccatrix illa diligẽs,& compuncta: quod quidem factũ hîc ab Euangelista propter Mariæ nominis mulritudinem per anticipationem recitatur. Quidam alij sicut Augustinus & Gregorius dicunt,quòd hæc eadem Maria,de qua hîc agitur: est illa peccatrix de qua agitur Lucæ septimo. Et argumentum huius ex hoc verbo Augustinus assumit. Nam hîc Euangelista dicit antequàm Maria vngeret dominum vnguento: quia illud fuit imminente passione. infra duodecimo. Vbi dicitur: Maria ergo sumpsit libram vnguenti nardi pistici pretiosi,& vnxit pedes Iesu. vnde dicit quòd hoc quod dicit Euangelista de ea factum recitatur: Lucæ septimo. Ambrosius autem vtrãmq; partem tenet. Secũdum ergo opinionem Aug. manifestũ est,q̃ peccatrix illa de qua dicitur in Luca est Maria ista. [Cuius frater Lazarus infirmabatur.] id est,miserandũ corpus eius fornaceis febribus alendum edax incendium assumebat.

Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Domine: ecce quem amas infirmatur.

HIc ponitur infirmitatis denunciatio à sororibus Lazari, quæ languenti aderant,& casu dolentes iuuenis ægrotantis [Miserunt à d eum.] scilicet Iesum [dicẽtes. Domine ecce quẽ amas,&c.] In qua quidem denunciatione tria considerãda occurrunt. Vnum est quòd amici Dei quandóq; corporaliter affliguntur. Vnde nõ est in signum quòd aliquis non sit amicus Dei,si aliquando corporaliter affligatur sicut Elipham supra Iob falsò arguit. Iob 4. Recordare obsecro quis vnquam innocens perijt: aut quando recti deleti sunt. Et ideò dicunt [Domine ecce quem amas infirmatur.] Prouer biorum 3. Quem diligit dominus corripit,& quasi pater in filio cõ placet sibi. Secundum est q̃ non dicunt. Domine veni sana eum: sed tantùm infirmitatẽ exponentes dicunt [Infirmatur.] In quo signatur q̃ sufficit amico tantùm necessitatem exponere absq; alicuius petitionis additamento. Nam amicus cùm velit bonum amici, sicut bonum suum, sicut sollicitus est ad repellendum malum suum: ita & ad repellendum malum amici sui. Et hoc maximè verũ est de eo qui verissimè diligit. Psal. Custodit dominus diligentes se. Tertium est q̃ istæ duæ sorores desiderantes curationem fratris languidi,nõ venerunt personaliter ad Christum: sicut paraliticus. Luc.5. Et Centurio Mat.8. Et hoc propter confidentiam quam habebant ad Christum ex familiari dilectione, & familiaritate quam Christus erga eas ostenderat: & fortè à luctu detinebantur (vt Chriso. dicit.) Ecclesiast.6. Amicus si permanserit fixus erit tibi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget.

Audiens autem Iesus dixit eis. Infirmitas hæc non est ad mortem: sed pro gloria Dei: vt glorificetur filius Dei per eam.

HIc ponitur præmissorum ratio. Et primò ratio ipsius infirmitatis. Secundò quare sorores eius non venerunt ad Christum secũdum Augustinum ibi [Diligebat autẽ Iesus,&c.] Ratio autem infirmitatis est glorificatio filij Dei. vnde dicit. [Dixit eis Iesus. Infirmitas hæc non est ad mortem,sed pro gloria Dei.] Vbi sciendũ est,q̃ infirmitatum corporalium quædam sunt ad mortẽ: quædam autem non. Illæ autem sunt ad mortem: quæ ad aliquid aliud non ordinantur. Nam omnia mala penè ex diuina prouidentia infligũtur. Amos 3. Si est malũ in ciuitate quod dominus non faciat. Mali verò culpæ Deus vltor est, non tamen actor. Omnia autem quæ à Deo sunt:ordinata sunt. Et ideò omnia mala penè ad aliquid ordinantur: quædam ad mortem, quædam ad aliquid aliud. Hæc autem infirmitas nõ est ordinata ad mortem:sed ad gloriam Dei. Sed nunquid nõ fuit mortuus Lazarus ex hac infirmitate? Videtur quòd sic. Alibi⁹ non fœteret quatriduanus in monumento: nec resuscitatio fuisset miraculosa. Responsio: dicendum q̃ infirmitas hæc non fuit ordinata ad mortem: vt ad finem vltimum: sed propter aliud (vt dictum est) vt scilicet ipse qui resuscitatus fuit quasi castigatus iustè viueret ad Dei gloriam:& populus Iudæus videns miraculum conuerteretur ad fidẽ. Psal. Castigans castigauit me dominus,&c. Vnde sequitur [Sed pro gloria Dei vt glorificetur,&c.] Vbi secundũ Chrisostõ. li pro & li vt non tenẽtur causaliter:sed consecutiuè. Nõ enim ideò infirmatus est. vt ex hoc Deus glorificaretur, sed aliundè quidẽ infirmitas hæc venit:& ex ea consecutum est hoc vt glorificaretur filius Dei: inquantùm eum resuscitando vsus est ea ad gloriam Dei. Hinc autem vno quidem modo veritatem habet,sed alio modo non. Plus est enim infirmitatis Lazari duplex causa considerari. Vna naturalis,& secundum hanc verificatur dictum Chrisostom. Quia infirmitas Lazari secundum causam naturalem non ordinabatur ad resuscitationem. Alia causa potest considerari diuina prouidentia. Et tunc non habet veritatem dictum Chrisosto. Nam ex diuina prouidentia huius infirmitas ordinabatur ad gloriam Dei. Et secundum hoc li pro & li vt tenentur causaliter, quasi dicat. [Sed pro gloria Dei] quia licèt ad hoc non ordinaretur ex intentione causæ naturalis: ordinabatur tamen ex intẽtione diuinę prouidentiæ ad gloriam Dei, inquantùm facto miraculo crederent homines in Christum,& vitarent veram mortem. Vnde dicit [Vt glorificetur filius Dei per eam.] Hîc manifestè dominus filium Dei se nominat. Nã ipse glorificandus erat in resuscitatione Lazari: & ipse est verus Deus, primę Ioannis vltimo. Vt simus in vero filio eius. supra 9. Neq; hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo.

Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum.

HIc secundum Augustinum, Euangelista assignat rationẽ quare duæ sorores non venerunt ad Christum. Quæ, scilicet sumitur ex confidentia specialis dilectionis. Vnde dicit [Diligebat autem Iesus Martham & Mariam,&c.] Quippe qui tristium cõsolator erat, sorores tristes diligebat. Et qui languentium saluator erat, languidum & mortuum Lazarum diligebat. Deutero. 29. Dilexit populos: omnes sancti in manu illius sunt.

LECTVRA II.

Vt ergo audiuit, quia infirmatur, tũc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.

HIc agitur de mortui resuscitatiõe. Et primò ponitur resuscitandi propositum. Secundò subditur suscitationis ordo ibi [Venit itaque Iesus, &c.] Circa primum tria facit. Primò dat dominus locum morti. Secundò prænunciat propositum de accedendo ad locum vbi mortuus erat ibi. [Deindè post hæc dicit, &c.] Tertiò prænunciat propositum suscitandi ibi [Hæc ait,& post dicit illis, &c.] Dat autem locum morti moram trahendo dominus trans Iordanem. Et ideò dicit [Vt autem audiuit: quia infirmabatur, mansit in eodem loco duobus diebus.] Ex quo notatur quòd eodem die quo Christus recepit nuncium sororum Lazari, mortuus fuit Lazarus. Nam quando Christus venit ad locum vbi mortuus fuit, iam quatriduanus erat. Christus autem duobus diebus postquàm recepit nũtium remansit in eodẽ loco,& sequẽti die ab illis duobus iuit in Iudęam. Dedit autem locum morti per tot dies propter duo. Primò quidem ne ex præsentia eius mors Lazari impedita fuisset. Nam vbi vita præsens est, mors locum non habet. Secundò, vt miraculum credibilius redderetur: & nullus posset dicere. Quoniam nondum defunctum eum suscitauit: sed potiùs stupefactum. Consequenter cùm dicit.

Deindè post hæc dicit discipulis suis. Eamus in Iudæam iterum.

DOminus manifestat propositũ accessus sui ad locum. Et primò prænuntiat propositũ. Secundò subditur timor discipulorum ibi [Dicunt ei discipuli,&c.] Tertiò, dominus timorẽ propellit ibi [Respondit Iesus. Nónne,&c.] Dicit ergo quantũ ad primũ. [Deindè post hæc.] simoram contractam [dixit.] i. Iesus discipulis suis. [Eamus in Iudæam iterum.] Hîc quæritur quare hoc solũ prædixit Apostolis iterum iturum in Iudæam: cũ hoc aliàs nõ fecerit. Sed huius quidem ratio est, quia Iudęi nuper in Iudæa persecuti fuerant Christũ: ita vt penè eum lapidassent. Vnde & propterea inde decesserat: propter quod credendũ erat: q̃ Christo iteratò illuc tre volente discipulorũ corda timor inuaderet. Et quia præuisa iacula minùs feriunt: & mala quæ præuidentur facilius tolerantur (Vt Gregor. dicit.) Ideò dominus vt eis timorẽ auferret, eis itineris sui propositum manifestat. Per hoc autẽ q̃ iterũ reuertitur in Iudęam, mystice datur intelligi dominũ in fine mundi iterũ reuersurũ ad Iudęos: qui conuertentur ad Christum. Roma.11. Cæcitas ex parte contingit in Israël,&c. Timor discipulorum ponitur cùm dicitur.

Dicunt ei discipuli. Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?

QVasi dicat videtur q̃ spontaneus vadas ad mortem. Sed timor iste irrationabilis est, quia secum habebant discipuli Deum & protectorẽ: cum quo qui est, timere nõ debet. Isaiæ 50. Stemus simul: quis est aduersarius meus? Psal. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Hunc timorem expellit dominus confortans eos. Vnde dicit.

Respondit Iesus: Nónne duodecim sunt horæ diei?

SCilicet discipulis [Nónne duodecim.] Vbi primò ponit cõditionem tẽporis. Secundò, ostendit q̃ tempus sit aptũ ambulationi. Tertiò, q̃ non sit aptũ. Secũdum ibi. [Si quis ambulauerit,&c.] Tertium ibi. [Si autem ambulauerit in nocte,&c.] Ad intellectum aut

Universidad de Deusto Biblioteca

huius literæ sciendam est,quòd tripliciter exponitur. Vno modo à Chrisosto.sic. [Nónne 12.horæ sunt diei?] q.d. Vos dubitatis ascendere in Iudæam:quia nuper Iudæi voluerunt me lapidare. Sed dies habet.12.horas,& quod cōtingit in vna,nō cōtingit in alia.Vnde licèt tunc voluissent me lapidare,in alia hora hoc nollent.Ecclesia.3. Omnia tempus habent,&c.Et eiusdem 8.Omni negotio tēpus est & oportunitas. Sed hîc incidit quæstio literalis. Quia aut loquitur de die naturali,aut de die artificiali.Siquidem loquatur de die naturali, tunc falsum est,quod dicit.Cùm nō habeat duodecim:sed 24.horas. Similiter si loquitur de die artificiali,falsum est,qđ dicit. Quia hoc non est verum,nisi in æquinoctiale. Quia non omnes dies artificiales habent 12.horas. Sed ad hoc dicendum,quòd intelligendum est de die artificiali:quia omnes dies artificiales habent 12.horas. Nam horæ huiusmodi dierū distinguuntur dupliciter.Quædā enim sunt æquales.Et quædam sunt inæquales.Aequales autem distinguuntur secundum circulum æquinoctialis.Et secundum hoc nō omnes dies habent.12.horas: sed aliqui plures, aliqui pauciores, nisi tantum in æquinoctio.Inęquales autem distinguuntur secundum Ascensiones Zodiaci propter eius obliquitatem: quia non æqualiter ascēdit Zodiacus in omnibus partibus suis.Aequinoctialis autem æqualiter,& de istis horis inæqualibus quilibet dies artificialis habet 12. horas. quia quolibet die ascendunt 6.signa de die & 6.de nocte.sed illa quæ ascendunt in æstate sunt tardioris motus, quàm illa quæ ascendunt in hyeme. Ascensus autem cuiuslibet signi facit duas horas.

Si quis ambulauerit in die, nō offendit: quia lucem huius mundi videt.

ID est,honestè & absque conscientia alicuius mali.Rom.13. Sicut in die honestè ambulemus. [Non offendit,] id est, non inuenit quid ei noceat. Et hoc ideò [quia lucem huius mundi videt,] id est, lux iustitiæ in eo est.Psalm. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.q.d.Dominus.Nos securè possumus ire,cùm in die ambulemus.

Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo.

SCilicet inquantum de facili multa pericula inuenerit. De qua nocte.1.Thess.5. Qui dormiunt nocte dormiūt,& talis [offendit,] id est,impingit [quia lux,] scilicet iustitiæ [non est in eo.] Alio modo exponit quidā Græcus, scilicet Theophilus ab illo loco. [Si quis ambulauerit in die.] Dicens,quòd dies est præsentia Christi in mundo,nox verò est tempus post pasionem eius.Vt sit sensus.Non est timendum de Iudæis:quia quādiu ego sum in mundo vobis nō imminet periculum,sed mihi.Vnde quando Iudęi eum capere voluerunt. infr.18.Dixit Dominus turbis. Si ergo me quæritis sinite hos abire: vt impleretur,&c.Sed [in nocte,] id est,in tempore post pasionem, tunc timendum est vobis ire in Iudęam:quia patiemini à Iudæis persecutionem.Zachar.1.Percute pastorem, & dispergentur oues,&c. Alio modo exponit Aug.sic.Vt per diē intelligatur Christus.sup.9. Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Et quādiu sum in mundo,lux sum mundi.huius ergo diei.12 horæ,sunt 12. Apostoli.supr.7.Nónne ego vos 12.elegi. Sed timendum est valdè, quod sequitur.Et vnus ex vobis diabolus est.Iudas ergo non erat hora huius diei:quia non lucebat.Sed dicendum,quòd Dominus hoc dixit,non habito respectu ad Iudam,sed ad successorem eius Matthiā. Est ergo sensus. [Nónne.12. horæ,&c.] quasi diceret vos estis horæ, ego sum dies. Sicut ergo horæ consequuntur diem,ita & vos me debetis sequi.Vnde si ego volo ire in Iudæam vos non debetis me præcedere,nec mutare voluntatem meam,sed debetis me sequi. Simile dicitur Petr.Matth.16.Vade retrò post me Sathanas,id est,non prędas me,sed me sequere:voluntatem meam imitando. [Si quis ambulauerit in die:] quasi diceret. Non debetis timere periculum:quia vos itis mecum:qui sum dies.Vnde sicut qui in die vadit non impingit,id est,non offendit,ita nec vos qui mecum itis.Rom.9. Si Deus pro nobis:quis contra nos?Et hoc ideò:quia lucem huius mundi videt in me. [Si autem ambulauerit in nocte,] id est, in tenebris ignorantiæ & peccati. [Tunc offendit.] Et hoc ideò [quia lux] scilicet spiritualis [non est in eo.] Non quidem ex defectu lucis,sed eorum rebellione.Iob 22.Ipsi fuerunt rebelles lumini,&c.

LECTVRA III.

Hęc ait, & post hęc dicit eis. Lazarus amicus noster dormit,sed vado:vt à somno excitem eum.

SVPRA prænunciauit Dominus propositum de accedendo ad locū defuncti, hîc manifestat propositum de defuncti suscitatione. Et primò prænunciat ipsum propositum.Secundò discipulorum affectum ibi. [Dixit ei Thomas,&c.] Propositum autem prænunciat primò quasi implicitè & obscurè. Secundò Euangelista ostendit tarditatem intellectus discipulorum ibi. [Dixerunt ergo discipuli.] Tertiò Dominus ipsum propositum denunciat manifestè ibi. [Tunc ergo dixit eis Iesus.] Dixit ergo [hæc ait. Et post hæc dicit illis:] quasi diceret his quæ supra posita sunt dictis. Postmodùm dicit discipulis suis. [Lazarus amicus,&c.] Quod quidem secundum Chrisosto.videtur facere ad secundam rationem excludentem timorem discipulorum. Nam prima procedebat ex discipulorum innocentia: quia qui ambulat in die non offendit.Ista sumitur ex necessitate imminente quasi necessarium sit ire. Vnde circa hoc tria facit. Primò commemorat pristinam amicitiam defuncti dicens. [Lazarus amicus noster.] Amicus,scilicet propter multa beneficia,& obse quia quæ nobis exhibuit.Et ideò non debemus ei in necessitate deficere.Prouerb.12. Qui negligit damnum propter amicum fidelem. Secundò ponit necessitatis instantiam. Vnde dicit [dormit.] Vnde oportet,quòd ei subueniatur.Prouerbio.17.Frater in angustijs comprobatur. [Dormit] inquàm (vt dicit Augusti.) Domino,sed mortuus erat hominibus,qui eum suscitare non poterant. Sciendum est enim, quòd somnus accipitur multis modis. Quandóque pro somno naturæ.1.Reg.3.Dormiuit Samuël vsque mane. Et Iob 11.Securus dormias,&c.Quandóque pro somno mortis.1. Thessalonis.4. Nolumus vos ignorare de dormientibus:vt non contristemini,&c. Quandóque pro negligentia.Psalm. Ecce nō dormitabit neque dormiet,qui custodit Israël.Quandóque verò pro somno culpæ. Eph.5. Exurge qui dormis,& exurge à mortuis.Quandóq; pro quiete contemplationis.Canticor.2. Ego dormio, & cor meum vigilat, &c. Quandóque pro quiete futuræ gloriæ.Psal.In pace in idipsum dormiam & requiescam. Mors autem dicitur somnus propter spem resurrectionis.Et ideò mors consueuit appellari dormitio ab eo tempore quo Christus mortuus est,& resurrexit.Psal. Ego dormiui,&c. Tertio ostendit suam ad resuscitandum efficaciam, cùm dicit. [Sed vado:vt à somno excitem eum.] In quo dat intelligere, quòd tanta facilitate excitabat eum de sepulchro, quanta excitas dormientem in lecto. Nec mirum:quia ipse est qui suscitat mortuos, & viuificat. supr.5.Vnde ipse dicit ibidem. Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt,&c. Tarditatem autem intellectus discipulorum ponit Euangelista cùm dicit.

Dixerunt ergo discipuli eius. Domine, si dormit, saluus erit.

ET Primò ponit signum tarditatis eorum, scilicet, quòd non responderunt secundum intentionem Domini. Secundò ostenditur eorum tarditas manifestè ibi. [Dixerat autem Iesus,&c.] Circa primum sciendum est, quòd id, quod dixerat Dominus de somno mortis, isti intellexerunt de somno naturæ. Et quia solet somnus ægrotantium salutis esse indicium. Ideò [discipuli dixerunt si dormit saluus erit.] q.d.hoc manifestè salutis est signum.Vt per hoc vlteriùs concludant.Domine si dormit,non videtur vtile esse:vt tu vadas ad excitandum eum. Tarditatem autem ipsorum subdit dicens.

Dixerat autem Iesus de morte eius,illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret.

QVia rudes erant.Vnde Dominus dicit eis Matth.decimoquinto Adhuc & vos sine intellectu estis? De sapiente verò dicitur Prouerb.1.Animaduerte Parabolam, & interpretationem:verba scilicet,&c. Manifestat autem Dominus explicitè suscitandi propositum cùm subdit.

Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè. Lazarus mortuus est,& gaudeo propter vos:vt credatis quoniā non eram ibi.Sed eamus ad eum.

ET Primò annunciat eis Lazari mortem, quod pertinet ad eius scientiam. Secundò insinuat suum affectum circa eius mortem, quod pertinet ad eius prouidentiam. Tertiò innuit propositum de eundo ad locum vbi mortuus erat, quod pertinet ad eius clementiam. Mortem quidem prænunciat dicens manifestè. [Lazarus mortuus est,] id est, subijt legem communem mortis, quam nullus hominum subterfugere potest.Psalm. Quis est homo qui viuit,& non videbit mortem?Affectum autem suum ostendit circa eius mortem dicens. [Et gaudeo propter vos vt credatis,&c.] Quod potest dupliciter exponi. Vno modo sic. Nos audiuimus infirmitatem Lazari, sed ego absens annuncio mortem eius. [Et gaudeo propter vos,] id est, propter vestram vtilitatem : vt ex hoc sumentes experimentum diuinitatis meæ : quia in absentia video. Hebræorum quarto. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Nec mirum: quia ipse est omnibus præsens. Hieremiæ decimotertio. Cœlum & terram ego impleo. [Vt credatis,] non vt de nouo inciperent credere, sed vt firmiùs robustiúsque crederent secundum illud Lucæ decimo. Credo Domine, adiuua meam incredulitatem. Alio

modo sic [Gaudeo.] scilicet quòd mortuus est. Et hoc [propter vos.] id est,propter vtilitatem : scilicet [vt credatis.] Ideò inquam [gaudeo:quia non eram ibi.] Nam si ibi fuissem non fuisset mortuus:sed quia defunctus est maius apparebit miraculum: cùm resuscitabo defunctum putrescētem. Et ex hoc vos magis corroboramini in fide (Maius est enim defunctum suscitare, quàm viuentem à morte præseruare.) Ex quo datur intelligi quòd aliquando mala sunt ratio gaudij:inquantùm ordinatur ad bonum.Romanorum 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Propositum autem eundi innuit dicens. [Sed eamus ad eum, &c.] In quo ostenditur Dei clementia inquantùm homines in peccatis existentes,& quasi mortuos per se ad eum accedere non valentes misericorditer præueniendo attrahit:secundum illud Hiere.31.In charitate perpetua dilexi te:ideò attraxi te,&c.

Dixit ergo Thomas,qui dicitur Didymus,ad condiscipulos:Eamus & nos,& moriamur cum eo.

HIc ponitur discipulorum affectus. Quod potest quidem dupliciter exponi.Vno modo vt importet affectum dubitātis. Alio modo vt importet affectum diligentis. Et primo modo exponitur à Chrisostomo.Nam:vt suprà dictum est: omnes discipuli timebāt Iudæos:& super alios Thomas.Nam ante pasionem infirmior erat alijs & infidelior:qui tamen posteà fortior factus est & irreprehensibilis: qui solus orbem terrarum percurrit. Vnde ex hac dubietate [dicit ad cōdiscipulos.Eamus & nos, & moriamur cum illo.] quasi dicat.Iste non timet mortem:penitus vult ire se, & nos volens tradere morti.Secundo modo exponit Augustinus. Thomas enim & alij discipuli ita Christum amabant,vt vel cum eo præsente viuere: vel cum eo mori vellent:ne post mortem deserti iterum inconsolati remanerent. Vnde ex hoc affectu [Thomas dicit ad condiscipulos eamus & nos,&c.] quasi dicat ire vult:periculum mortis ei imminet: Nunquid & nos remanebimus vt viuamus, &c. Absit. Sed [Eamus & moriamur cum illo.] secundæ Thimoth. secundo. Si compatimur, & cōregnabimus. secundæ Corinthiorum,quinto. Si vnus pro omnibus mortuus est,&c.

LECTVRA IIII.

Venit itáq; Iesus:& inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.

POSTQVAM prænunciauit defuncti suscitationem, hîc describit Euangelista resuscitationis ordinem. Et primò præmittit quædam præambula pertinentia ad alios.Secundo proponit quædam quę pertinēt ad affectum Christi ibi [Iesus autem vidit eam plorātem,&c.] Tertiò subdit suscitationis effectum ibi [Iesus ergo rursum fremens.] Præambula autem ad alios pertinentia primò præmittit quantùm ad defuncti conditionem. Secundò quantùm ad Iudæorum erga sorores consolationem ibi [Erat autem Bethania,&c.] Tertiò quantùm ad sororis deuotionem ibi [Martha autem vt audiuit,&c.] Defuncti autem conditio describitur quantùm ad tempus mortis: quia quatriduanus. Vnde dicit [Venit itáque Iesus,& inuenit eum quatuor dies habentem.] Et quātùm ad locum quia in monumento. Ex quo apparet secundum literam: vt dictum est suprà:quòd primus dies mortis fuit quando nunciata fuit ei infirmitas. Per hos autem quatuor dies,secūdum Augustinum signantur quatuor dies quadruplicis mortis.Vnus dies est peccati originalis: quod homo trahit de mortis propagine. Romanorum quinto. Per vnum hominem peccatum intrauit,&c. Alij tres dies referuntur ad mortem peccati actualis. Nam quodlibet peccatum mortale quædam mors dicitur.Psalm.Mors peccatorum pessima. Et diuiduntur secundum transgresionem triplicis legis. Primò quidem legis naturæ:quā homines transgrediuntur. Et sic est sensus dies mortis.Isaiæ 24.Transgresi sunt legem : & pactum sempiternum,&c. id est, legem naturæ. Secundò legis scriptæ : quam etiam homines transgrediuntur,& sic est tertius dies.supra septimo. Nónne Moyses dedit vobis legem,& nemo,&c.Tertiò legis Euangelij & gratię quam homines transgrediūtur:& sic est quartus dies, & grauior cæteris. Hebræorum decimo. Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione,&c.quantò magis putatis deteriora,&c. Vel aliter primus dies est peccatum cordis.Isaiæ primo.Auferte malum cogitationum vestrarum,&c.Secundus dies est peccatum oris.Ephes.4. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat. Tertius dies est peccatum operis.De quo Isaiæ 1.Quiescite agere peruersè.Quartus dies est peccatum peruersę consuetudinis.De quo Hierem.13.Sic & vos poteritis benefacere,cùm didiceritis malè. Qualitercúnque tamen exponatur dominus quandóque sanat mortuos quatuor dies habentes,id est,legem Euangelij transgredientes:& in consuetudine peccati detentos. Visitantium autem cōditio describitur & quantùm ad visitandi opportunitatem: & quantùm ad eorum quantitatem. Quantùm ad opportunitatē quidem:quia locus defuncti erat propè Hierosolymam. Vnde dicit.

Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam quasi stadijs quindecim. Multi autem ex Iudæis, venerant ad Martham, & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo.

QVod erat ferè miliaria duo.Nam miliare habet octo stadia. Et sic facilis multis Iudæorum à Hierosolymis patebat illuc accessus.Mysticè autem per Bethaniam (quæ interpretatur domus obedientiæ: & Hierusalem visio pacis.) datur intelligi quòd qui sunt in statu obedientiæ sunt propinqui ad pacem vitæ æternæ. supra decimo : Oues meæ vocem meam audiunt : & ego vitam æternam do eis.Et dicit [quindecim stadijs.] quia qui vult de Bethania id est,de statu obediētiæ ire in Hierusalem cœlestem: oportet quòd transeat stadia quindecim.Primò quidem septem,quę pertinent ad obseruantiam veteris legis. (Nam septenarius numerus pertinet ad legem veterē:quæ diem septimum sanctificat.) Deindè verò octo, id est, impletionem noui testamenti : ad quem pertinet numerus octonarius propter octauā resurrectionis.Quantùm verò ad quantitatem describitur:quia multi.Vnde dicit [Multi autem ex Iudæis venerant ad Mariam & Martham vt cōsolarentur eas.] Quod quidem pietatis erat.Romanorum duodecimo.Gaudere cum gaudentibus oportet. Ecclesiastici septimo. Non desis plorantibus in consolationem.

Martha autem vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum. Domine si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio:quia quæcúnque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.

SOrores autem describit Euangelista. Primò quidem quantùm ad Martham.Secundò verò quantùm ad Mariam ibi [hæc cùm dixisset,abijt,&c.] Martham autem describit quantùm ad tria.Primò quantùm ad eius occursum:quo Christo obuiauit.Secūdò quantùm ad deuotionis affectum:quem Christo exhibuit.Et tertiò quantùm ad instructionis profectum:ad quem Christus eam erexit. Occursus autem Marthæ describitur festinus:quia [Martha vt audiuit quia Iesus venit occurrit illi.] absque moræ dilatione. [Venit] autem præsentis temporis est:fortè enim Christo propè castrum existente:aliquis præcesit,& nunciauit Marthę aduētum Christi:quo audito statim cucurrit. Ratio autem quare Martha primò audiuit, & sola occurrit,est: quia Martha sollicita erat. Vnde dominus dicit Lucæ decimo.Martha Martha sollicita es,&c. Et ideò occupata circa dispositionem negotiorum discurrebat per domum,& nuncianti faciliùs occurrit. Maria autem sedebat domi cum illis qui venerant de Hierosolymis.Et ideò non ita citò potuit sibi indicari sicut Marthæ.Ratio autem quare Martha non statim indicauit Mariæ asignatur à Chrisostomo.Quia Maria sedebat cum Iudæis:& Martha sciebat quòd Iudæi persequebantur Christum:& iam conspirauerant eius mortem. Et ideò timens ne si nunciaret ei: & illa iuisset in occursum Christi:iuissent cum ea.Propter hoc ergo sibi nunciare noluit.Sed si Iudæi conspirauerant contra Christum : quomodò visitabant Lazarum & sorores suas : qui Christi familiares erant & quasi discipuli? Ad quod respondet Chrisostomus quòd hoc faciebant propter necesitatis calamitatem : & propter nobilitatem harum mulierum : quas spreto principum mandato consolabantur. Vel quia hi qui aderant non mali erant, sed benè se habebant ad Christum (Multi enim ex populo credebant.) Mysticè autem signantur per hoc quòd vita actiua quæ signatur per Martham quæ occurrit Christo ad exhibēdum obsequij beneficium membris eius. Vita autem contemplatiua quæ per Mariam signatur:quæ domi sedet quieti contemplationis, & pietati conscientiæ vacans. Prouerbiorum octauo. Intrans in domum meam conquiescam cum illa. Affectus autem deuotionis in Martha ostenditur præcipuus. Vnde dicit [Dixit Martha ad Iesum:Domine si fuisses hîc,frater meus nō fuisset mortuus.] Vbi duo Christo deuotè proponit. Vnum quod respicit ad præteritum. Et aliud quod respicit ad futurum. Ad præteritum quidem respicit quod dicit [Domine si fuisses hîc : frater meus non fuisset mortuus.] Credebat enim quòd præsente Christo mors locum non haberet, cùm vidisset mulierem ad solum tactum fimbriæ Iesu sanatam. Matthæi decimoquarto. Et quidem rationabiliter mouebatur. Nam vita contrariatur morti. Christus autem vita est:& lignum vitæ. Prouerbiorum tertio. Lignum vitæ est his,&c.Si ergo lignum vitæ poterat præseruare à morte:multò magis Christus.Nihilominùs tamen imperfectam habebat fidem extimans Christum minus posse absentem quàm præsentem. Vnde dicebat [Domine si fuisses hîc,&c.] Quod quidem de virtute limitata

Universidad de Deusto
Biblioteca

& creata dici potest, sed de virtute infinita & increata quæ Deus est non est dicendum: quia æqualiter se habet ad præsentiam & absentiam, imò sibi omnia sunt præsentia. Hie. 20. Putásne Deus è vicino ego sum, &c. Ad futurum autem respicit hoc, quod subdit. [Sed & nunc scio, omnia quæcúnq; poposceris à Deo, &c.] In quo quidem licèt aliquo modo verum dixerit. (Nam Christo secúdum quòd homo pertinebat à Deo petere. Vnde & frequenter orasse legitur. Et supra 9. dicitur. Si quis Dei cultor est, &c.) Tamen minus dixit. Nã per hæc verba arbitrari videtur Christum sicut vnũ sanctum hominem qui præteritam mortẽ orando posset excludere, sicut Heliseus orando mortuum suscitauit. Profectus autem ponitur cùm addit.

Dixit illi Iesus. Resurget frater tuus.

QVia enim adhuc imperfectè cognoscebat, ideò Dominus ad altiora eam instruendo prouehit. Et Primò prænunciat fratris resurrectionem. Secundò ostendit resuscitationis potestatem ibi. [Ego sum resurrectio & vita, &c.] Circa primum duo facit. Primò prænunciat futurum miraculum. Secundò ponitur intellectus Marthæ de resuscitatione ibi. [Dixit ei Martha, &c.] Miraculum autẽ, quod futurum Dominus prænunciat est resuscitatio Lazari. Vnde dixit. [Resurget frater tuus.] Isa. 26. Viuẽt & mortui tui resurgẽt. Sciẽdum est autem Christum tres mortuos suscitasse. Puellam archisynagogi (vt habetur Matth. 9.) Filium viduæ qui efferebatur extra portam (vt habetur Luc. 10.) Et Lazarum quatuor dies habentẽ in monumento. Sed puellam quidem in domo. Iuuenem extra portam. Lazarum in monumento. Item puellam paucis arbitris secum habens, patrem videlicet & matrem puellæ, & tres ex discipulis suis, Petrum, scilicet, Iacobum, & Ioãnem. Iuuenem verò magna turba præsente. Sed Lazarum assistente multitudine, & cum gemitu. Nã per hos tres suscitatos tria genera peccatorum intelliguntur. Quidam enim peccant per consensum peccati mortalis in corde. Et isti signantur per puellam mortuam in domo. Alij verò sunt qui per exteriora signa actus peccant. Et signantur per mortuum qui effertur extra portam, sed quando per consuetudinem in peccato firmantur, tunc clauditur in monumento. Et tamẽ Dominus omnes resuscitat. Sed illi qui per cõsensum solum peccant, & mortaliter peccãdo moriuntur, facilius suscitantur. Et quia secretũ est, ideò secreta emẽdatione curãtur. Quando autem peccatum procedit extra, tunc publico indiget remedio. Intellectus autem Marthæ de resuscitatione promissa ponitur cùm dicit.

Dixit ei Martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.

NOn enim auditum est à sæculo, quòd quis quatriduanũ fœtentem in monumento resuscitauerit. Et ideò non poterat cadere in corde Marthę, quòd statim eum suscitaret à mortuis, sed credebat hoc in communi resurrectione futurum. Vnde dicit. [Scio,] id est, certissimè teneo, [quòd resurget in nouissimo die, &c.] sup. quinto. Ego resuscitabo eum in nouissimo die. Consequenter cùm dicit.

Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio & vita.

DOminus Martham ad altiora eleuans. Primò ostẽdit virtutem & potestatem suam. Secũdò subdit potestatis suæ effectum ibi. [Qui credit in me, &c.] Tertiò exposcit fidẽ ibi. [Credis hoc?] Potestas autem sua est viuificatiua. Vnde dicit. [Ego sum resurrectio & vita:] quasi diceret Marthæ, credis, quòd frater tuus resurgat in nouissimo die? Totum autem hoc, quòd homines resurgent erit mea virtute. Et ideò ego cuius virtute tunc oẽs resurgent possum etiam fratrem tuum suscitare in præsentia. Dicit autem duo, scilicet, quòd est [resurrectio,] & quòd est [vita.] Sciendum est enim, quòd effectum vitæ aliqui participare indigent. Quidam quidem: quia vitam amiserunt. Quidam verò, non quia ipsam amiserunt, sed vt habita conseruetur. Sic ergo quantum ad primum dicit. [Ego sum resurrectio,] qua qui vitam per mortem amiserunt, reparantur. Quantum ad secundum dicit [& vita,] qua scilicet viuentes conseruantur. Sciendum est autem, quòd hoc, quod dicit. [Ego sum resurrectio,] est locutio causalis: quasi dicat. Ego sum resurrectionis causa. Hic autem locutionis modus in illis tantum fieri consueuit qui sunt causa alicuius rei. Christus autem est tota causa resurrectionis nostræ, tam animarum, quàm corporum. Et ideò hoc, quod dicit. [Ego sum resurrectio,] est causalis locutio: quasi dicat. Totum hoc, quòd resurgent in animabus, & in corporibus per me erit. 1. Corinthior. 15. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Hoc inquã, quòd [sum resurrectio,] est mihi per hoc, quòd sum [vita.] Nam vitæ est, quòd aliqui reparentur ad vitam, sicut ignis est, quòd aliquid extinctum reigniatur. suprà primo. In Christo vita erat, & vita erat lux hominum. Affectus autem potestati respondet: vnde dicit.

Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit: viuet, & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.

PRimò ergo agit de effectu qui respondet primæ potestati. Secundò de effectu qui respondet secundæ. Primum autem, quod de potestate sua dixerat est, quod ipse sit resurrectio. Et huic respondet effectus, quòd ipse semimortuos viuificat Et quantum ad hoc dicit, [qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet.] Cuius quidẽ causa est. Quia ego sum resurrectionis causa, cuius causæ effectum aliquis consequitur credendo in me. Vnde dicit. [Qui credit in me: viuet, etiam si mortuus fuerit, &c.] Nam per hoc, quòd credit, habet me in se. Ephes. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Qui autem habet me, habet resurrectionis causam. Ergo [qui credit in me viuet.] Quod autem per fidem aliqui resurgãt haberur sup. quinto. Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent: vita scilicet spirituali resurgentes de morte culpæ, & etiam vita naturali resurgentes de morte pœnæ. Secũdum autem, quod de potestate sua dixerat est, quòd ipse sit vita. Et huic respondet effectus præseruationis in vita. Vnde dicit. [Et omnis qui viuit, &c.] vita iustitiæ. De qua Abac. 2. Iusti mẽs ex fide viuit. [Non morietur in æternum,] id est, morte æterna, sed habebit vitam æternam. suprà sexto. Hæc est voluntas patris mei: vt omnis qui viuit, &c. Et hoc non est intelligendum quin moriatur ad tempus morte carnis, sed quòd aliquando sit morietur vt tamen resuscitatur viuet in æternum in anima donec resurgat caro nunquàm postea moritura. Vnde subdit ibidem suprà sexto. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Exposcit autem fidem vt eam perficiat. Vnde dicit.

Credis hoc? Ait illi: Vtique Domine. Ego credidi quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti.

ET Primò ponitur quæstio Domini dicentis. [Credis hoc?] Non interrogat Dominus quasi ignorans, sed sciens fidem eius, quippè qui ipsam fidem sibi infuderat. (Credere enim à Deo est.) Quærit autem vt fidem, quam habebat in corde, confiteatur ore. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Secundò ponitur respõsio mulieris cùm dicit. [Ait illi: Vtique Domine ego credidi, &c.] Quæ quidem responsio impertinẽs videtur ad ea quæ Dominus dixerat. Dixit enim. Ego sum resurrectio & vita, & postea quæsiuit vtrùm hoc crederet. Mulier autem non respondit. Credo, q̃ tu es resurrectio, & vita. Sed [ego credidi: quia tu es Christus, &c.] Quod quidem dupliciter exponitur. Christ. enim dicit, quòd hęc mulier nõ intelligens alta verba Domini quasi stupefacta, respondit dicens. Domine ego nõ intelligo hoc, quod dicis, scilicet, quòd tu es resurrectio & vita, sed hæc [credidi: quia tu es Christus filius Dei viui.] August. verò dicit, quòd mulier respondit hoc ideò, quia hoc, quòd dicit est ratio omnium præmissorũ à Domino: quasi diceret. Quicquid dicis de potestate tua, & effectu salutis totum credo. Quia ego credo, quòd plus est, & radix omnium, scilicet [quia tu es Christus filius Dei viui,] hæc autem confessio Marthæ perfecta est. Confitetur enim Christi dignitatem, naturam, & dispensationẽ, scilicet incarnationis. Dignitatem quidem & regiam, & sacerdotalẽ. Et hoc cùm dicit. [Tu es Christus.] (Christus enim Græcè, Latinè dicitur vnctus.) Inunguntur autem Reges & Sacerdotes. Est ergo Christus Rex & Sacerdos. Vnde Angelus Lucæ secundo. Natus est nobis hodie saluator, qui est Christus Dominus, &c. Et verè ipse est singulariter Christus: quia alij vnguntur oleo visibili. Iste verò oleo inuisibili, scilicet spiritusancto, & cæteris alijs abundantius. Psalm. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Ideò præ consortibus. Quia vt dicitur suprà tertio. Non ad mensuram dat ei Deus spiritum. Naturam autem in Christo confitetur diuinam patri æqualem. Vnde dicit [filius Dei viui, &c.] Nã ex hoc, quòd singulariter vocat eum filium Dei viui: veritatem filiationis annunciat. Non autem est verus Dei filius nisi sit patri connaturalis. Vnde de Christo dicitur primæ Ioannis vltimo. Vt simus in vero filio eius Christo. Hic est verus Deus, &c. Dispensationis autem mysterium confitetur cùm dicit. [Qui in hunc mundum venisti,] scilicet carnem assumens. Simile confitetur Petrus Matthæi 16. Tu es Christus filius Dei viui. infrà decimosexto. Exiui à patre, & veni in mundum.

LECTVRA V.

Et cùm hæc dixisset, abijt, & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens. Magister adest, & vocat te.

POSTQVAM Euangelista præmisit conditiones sororum quantum ad Marthã. Hic describit eas quantum ad Mariam. Et Primò describit vocationem Mariæ. Secundò occursum eius ad Christum ibi. [Illa vt audiuit.] Tertiò eius deuotionẽ, quã exhibuit Christo ibi. [Maria ergo cũ venisset, &c.] Vocatur autẽ Maria per Marthã, quæ consolata & instructa per Christum voluit suam sororem suæ consolationis expertam. [Cùm dixisset:] verba prędicta cum domino [abijt] statim. [& vocauit Mariam, &c.] Vbi quidem duo dubitanda occurrunt, primò de hoc quod dicit [silentio:] Nam silentium nihil aliud est quàm priuatio locutionis vel soni. Nõ ergo eam silentio vocare potuisset. Responsio: dicendum secundum Augustinum quòd silentium suppressam vocem nuncupauit: quasi dicat vocauit eam submissè: secundum illud Ecclesiastic. 9. Verba sapientum audiuntur in silentio. Ideò autem eam silenter vocat: quia multitudo Iudæorum erat cũ ea (vt dictum est) & forte erant inter eos aliqui qui non diligerent Christum, qui vel recederent: vel hoc audito Mariam sequerentur. Mystícè autem per hoc datur intelligi quòd ad Christum quis vocat exteriori voce tantùm: sed efficacius silenter. Vnde dicitur Isaiæ 30. In silentio & spe erit fortitudo vestra. Secundò dubitatur de hoc quod dicit [Magister adest. & vocat te.] Videtur falsum dixisse. Nõ enim dixit dominus Marthæ, quòd vocaret Mariam. Responsio: dicit Augustinus quòd Euangelista causa breuitatis dat intelligere quòd in sua narratione intermerat. Nam fortè dominus dixit Marthæ, quòd eam vocaret. Alij autem dicũt quòd Martha ipsam præsentiam, vocationem reputauit: quasi diceret. Inexcusabile est vt eo præsente tu non exeas obuiam ipsi. Consequenter cùm dicit.

Illa vt audiuit, surrexit citò: & venit ad eum.

POnitur occursus Mariæ. Et circa hoc duo facit. Primò ponitur promptitudo Mariæ ad occurrendum. Secundò locus in quo ei occurrit ibi [Nondum enim.] Tertiò comitiua quæ eam sequitur ibi [Iudæi ergo qui erant, &c.] Promptitudo autem Mariæ ad occurrendum describitur: quia non distulit propter luctum: non tardauit propter astantes: sed statim [vt audiuit, surrexit citò.] de domo in qua erat. [& venit ad eum.] scilicet Iesum. Ex quo pater quòd nõ illam prænouisset Martha si ei à principio notus fuisset aduentus Iesu. Datur etiam per hoc nobis exemplum non tardandi cùm vocamur ad Christum. Ecclesia. 5. Ne tardes conuerti ad dominũ, &c. Isaiæ 50. Audiam eum quasi magistrum. Locus autem vbi Maria Christo occurrit, est idem illi vbi Martha cum Christo locuta fuerat. Vnde dicit.

Nondùm enim venerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha.

QVod ideò ponit Euangelista ne credatur superfluus occursus Mariæ: cùm Christus potuerit adeò citò in castellum venire: sicut & Martha. Ideò autẽ Christus in illo loco remanfit: vt non videatur seipsum ingerere miraculo: sed dum rogatus & inductus miraculum operatur, confiteatur ipsum mortuum esse: & miraculum nullam calumniam patiatur. Datur etiam per hoc intelligi, q̃ cùm volumus Christo frui eum venientem anticipemus: non expectantes quòd ipse nobis condescendat: sed vt ipsi potiùs condescendamus ad eum. Hiere. 15. Ipsi cõuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos. Comitiua autem quæ sequitur Mariam describitur, cũ dicit.

Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam: cùm vidissent Mariam: quia citò surrexit, & exijt: secuti sunt eam, dicentes. Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi.

CAusam autem quare eam sequebantur ponit dicens [Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi.] Credebant enim q̃ ex impetu doloris hoc faceret. (Non enim audierant verba quæ Martha dixerat Mariæ.) In quo quidem Iudęi commendandi sunt: quia (vt dicitur Ecclesiastic. 7.) Non desis plorantibus in consolationem. Ni hilominùs diuina prouidentia factum est: vt eam sequerentur: vt cũ plures essent ibi: cùm Lazarus suscitatus est: tàm grande miraculum quatriduani resurgentis testes plurimos inueniret (vt dicit Augustinus.) Consequenter cùm dicit.

Maria ergo cùm venisset vbi erat Iesus, videns eum cecidit ad pedes eius.

COmmendatur deuotio Mariæ ad Iesum. Et primò deuotio quã exhibuit facto. Secũdò deuotio quàm exhibuit verbo ibi [Domine si fuisses hic.] Circa primum nota in Maria securitatem & humilitatem. Securitatem quidem: quia contra mandatum Principum quòd nullus confiteretur Christum, nõ verecundatur turbam: nec suspitionem Iudæorum de Christo veretur: cùm aliqui inimicorum Christi interessent: ad Christum currit. Prouerbiorum vigesimooctauo. Iustus quasi leo confidens, &c. Humilitatem autem: quia cecidit ad pedes eius] quod non de Martha legitur. primæ Petri quinto. Humiliamini sub potenti manu Dei, &c. Psal. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Verbo autem deuotionem exhibuit, cùm dixit ei.

Et dixit ei: Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.

CRedebat enim esse vitam: & vbi ipse esset, mors locum non haberet. primæ Corinthior. 6. Non est conuentio lucis ad tenebras: quasi dicat. Dum nobiscum præsens fuisti (vt Augustinus dicit) non morbus: nõ infirmitas aliqua apparere ausa est apud quas vita nouerat hospitari. O infidelis conuentio te adhuc posito in sęculo Lazarus amicus tuus mortuus est. Si amicus moritur, inimicus quid patietur? Consequenter cùm dicit.

Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes: infremuit spiritu, & turbauit seipsum.

POnuntur ea quæ pertinent ad affectum Christi. Christus enim non respondet eadem Mariæ, quæ respondit Martha: sed propter astantem turbam nihil loquitur factis demonstrans suam virtutem. Primò ergo ponitur affectus Christi ostensus Mariæ. Secundò subditur disceptatio de Christi affectu ibi [Dixerunt ergo Iudęi. Ecce.] Circa primũ tria facit. Primò ponitur affectus Christi quem corde habuit. Secundò quomodò eum verbis expressit ibi [Et dixit vbi, &c.] Tertiò quomodò eum lachrymis demonstrauit ibi [Et lachrymatus est.] Dicit ergo quantũ ad primum [Iesus ergo vt vidit eam plorantem.] Vbi notandum est Christũ verum Deum esse: & verũ hominem. Et ideò vbiq; ferè in factis suis mixta leguntur humana diuinis: & diuina humanis: & si quandóq; ponitur aliquid humanum de Christo: statim additur aliquid diuinũ. Nihil enim infirmius de Christo legimus, quàm eius passionẽ, & tamen eo in cruce pendente diuina facta patent: quòd sol obscuratur: petræ scinduntur: corpora sanctorũ qui dormierãt resurgunt. In natiuitate etiam & eo iacente in præsepio, sydus de cœlo fulget: angelus laudes cecinit: Magi & Reges munera offerunt. Simile autem habemus in hoc loco. Nam Christus secũdum humanitatis affectum aliquid infirmum patitur: turbationem quandam de morte Lazari concipiens. Vnde dicit [Infremuit spiritu, & turbauit semetipsum.] Circa quã quidem turbationem primò quidem attẽde pietatem. Secundò discretionem. Tertiò, potestatem. Pietatem quidem ex causa quæ est iusta. Tunc enim iustè turbatur si ex aliorum tristitia, & malo turbetur. Et quantùm ad hoc dicit [Et vidit eam plorantem.] Romanorum 12. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus. Discretionem autem: quia secundum iudicium rationis turbatur. Vnde dicit [Fremuit spiritu.] quasi iudicium rationis seruans. In turbatione enim spiritus dicitur mens vel ratio: secundum illud Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Quando autem contingit quòd huiusmodi passiones sensitiuæ partis: nec fiunt spiritu: nec seruant moderamen rationis: quin potiùs magis ipsam perturbant: quod quidem in ipso non fuit: quia [infremuit spiritu.] Sed quid significat fremitus Christi? Videtur quòd significet iram. Prouerbior. 19. Sicut fremitus leonis: ita & ira Regis. Item videtur quòd significet indignationem: secundum illud Psalm. Dentibus suis fremet & tabescet. Responsio: dicendum q̃ hic fremitus in Christo iram quandam & indignationem cordis significat, omnis autem ira & indignatio ex aliquo dolore, & tristitia causatur. Duo autem hîc suberant. Vnũ de quo Christus turbatur quòd erat mors homini inflicta propter peccatum. Aliud autem de quo indignabatur, erat sęuitia mortis & diaboli. Vnde sicut quando aliquis vult repellere hostem dolet de malis illatis ab ipso: & indignatur ad animaduerrendum in eum: ita & Christus doluit & indignatus est. Potestatem autem: quia ipse suo imperio turbauit semetipsum. Nam huiusmodi quædã passiones aliquando insurgunt ex causa indebita: sicut cũ aliquis de malis gaudet, & de bonis tristatur. Prouerbio. 1. Qui lætantur cùm malefecerint, &c. Et hoc non fuit in Christo. Vnde dicit [Vt vidit eam plorantem, &c.] Aliquando insurgunt ex aliqua causa bona: non tamen ratione moderantur. Et propter hoc dicit [infremuit spiritu.] Aliquando autem & si moderentur ab aliquo præueniunt tamen iudicium rationis: cuiusmodi sunt subiti motus. Quod quidẽ in Christo non fuit: quia omnis motus appetitus sensitiui fuit in eo secundum modum & imperium rationis. Et ideò dicit [turbauit semetipsum.] quasi dicat, iudicio rationis hãc sibi tristitiam assumpsit. Sed contra est quod dicitur Isaiæ 42. Non erit tristis, nec turbulentus. Responsio: dicendum quòd hoc intelligitur de tristitia præueniente & immoderata. Voluit etiam Christus se turbare & tristari ex triplici causa. Primò quidem ad probandum conditionem & veritatem humanæ naturæ. Secundò, vt dum tristatur & cohibet seipsum docet modum seruandum esse in tristitijs. Stoici enim dixerunt quòd nullus sapiens tristatur. Sed valde inhumanum esse videtur quòd aliquis de morte alicuius non tristetur. Aliqui autem sunt qui in tristitijs de malo amicorum nimis excedunt. Sed dominus tristari voluit. vt significet tibi quòd aliquando debeas contristari: quod est contra Stoicos. Et modum in tristitia tenuit: quod est contra secundos. Vnde Apostolus primæ Thessalo. 4 Nolumus vos ignorare de dormientibus: vt non contristemini: sicut cæteri qui spem non

Universidad de Deusto
Biblioteca

habent. Eccle. 32. Super mórtuũ plora: quia deficit lux eius. Et postea subdit. Modicũ plora, &c. Tertia ratio est: vt insinuet, quòd nos pro mortuis corporaliter tristari & plorare debemus. secundũ illud Psal. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis. Consequenter Dominus affectum sui cordis verbis demonstrat. Vnde dicit.

Et dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei. Domine: veni, & vide.

SEd contra. Nũquid Dominus locum vbi positus erat ignorabat? Videtur, quòd non. Nã sicut virtute diuinitatis absens sciuit mortem eius, ita sciuit etiam locum sepulchri. Quare ergo quærit ex quo sciuit? Responsio, dicendum, quòd non vt ignorans interrogat, sed dum à populo sibi sepulchrum ostenditur vult eos cõfiteri Lazarum mortuum & sepultum. Et sic miraculum ab omnium suspitione eripiat. Sunt ad hoc etiam duæ rationes mysticæ. Vna est: quia qui interrogat videtur nescire ea de quibus interrogat. Per Lazarum autẽ in monumento signantur mortui in peccatis. Ostendit ergo Dominus se ignorare locũ Lazari, dans per hoc intelligere, quòd quasi nesciat peccatores. secundum illud Matth. 7. Non noui vos. & Gen. 3. Adam vbi es? Alia ratio est, quòd quia aliqui à peccato resurgunt ad statum iustitiæ diuinæ, est ex profundo prædestinationis diuinæ, quod quidem profundũ homines ignorant. Rom. 11. Quis cognouit sensum, aut quis consiliarius eius fuit? Et Hiere. 23. Quis enim astitit in consilio Domini, & vidit, &c. Et ideò Dominus hoc innuens ad modum nescientis se habuit, cùm & ipsi hoc nesciamus. Sic ergo ponitur Domini interrogatio. Et sequitur populi responsio. Vnde dicit. [Dicũt ei. Domine veni & vide.] [Veni] miserando: [vide] considerando. Psalm. Vide humilitatem meam, & laborem meum, &c. Consequenter Dominus affectum suum lachrymis demonstrat. Vnde subditur.

Et lachrymatus est Iesus.

QVæ quidem lachrymæ non erãt ex necessitate, sed ex pietate & causa. (Fons enim pietatis erat.) Et ideò flebat: vt ostendat non esse reprehensibile si aliquis ploret ex pietate. Eccles. 8. Fili super mortuum produc lachrymas. Fleuit ex causa: vt doceret hominem propter peccatum fletibus indigere. secundum illud Psalm. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum. Consequenter cùm dicit.

Dixerunt ergo Iudæi. Ecce quomodò amabat eum.

POnit ergo Euangelista disceptationem de affecta Christi. Et Primò inducit quosdam admirantes Christi affectum. Secũdò quosdam in dubium reuocantes miraculum prius factum ibi. [Quidam autem ex ipsis, &c.] Admirãtes autẽ miraculi Christi inducit Euangelista per modum conclusionis cùm dicit. [Dixerunt ergo Iudæi,] ostensis, scilicet signis affectus Christi, tam verbis, quàm lachrymis. [Ecce quomodò amabat eum.] Nam amor maximè in tristitijs hominum manifestatur. Ecclesiastic. 4. In tristitia amicus cognitus est. Mysticè autem pro hoc datur intelligi, quòd Deus homines etiam in peccatis amat, nisi enim eos amasset, non vtique diceret. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Matthæi sexto. vnde Hierem. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te mihi miserans.

Quidam autem ex ipsis dixerunt. Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur?

VErtentes autem in dubium miraculum factum erant ex inuidis Iesu. Vnde dicit. [Quidam autem ex ipsis,] scilicet Iudæis [dixerunt. Nõ potuit hic, &c.] q.d. Si sic amabat eum vt etiam pro eius morte lachrymaretur: videtur, quòd voluisset eum non mori. Nam tristitia est de his quæ nobis non volentibus acciderunt. Si ergo eo nolente mortuus est: videtur, quòd non potuit mortem impedire, multò magis videtur, quòd non potuerit aperire oculos cæci nati. Vel dicendum, quòd hoc dixerunt admirando, eo modo loquendi, quo Helisæus dixit. quarti Regũ secundo. vbi est Deus Heliæ etiam nunc. Et Dauid in Psalm. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine.

LECTVRA VI.

Iesus ergo rursum fremẽs in semetipso venit ad monumentum.

POSTQVAM autem Euangelista posuit quædam præambula ad suscitationem. Hîc consequenter agit de ipsa suscitatione. Circa quã quatuor agit. Primò de Christi ad monumentum peruentione. Secundò de lapidis sublatione ibi. [Erat autem spelunca, &c.] Tertiò de Christi oratione ibi. [Iesus autem eleuatis, &c.] Quartò de mortui resuscitatione ibi. [Hæc cũ dixisset voce magna, &c.] Dixit ergo quantum ad primum. [Iesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentum.] Studiosè autem Euangelista frequẽter dicit, q̃ lachrymatus est, & quod infremuit (vt Chriso. dicit.) Qui in futuro ostensurus erat suæ diuinitatis potestatẽ. Ne ergo dubites de veritate suæ humanitatis infirmiora & humiliora nostræ naturæ de Christo asserit. Et sicut Ioannes cæteris Euangelistis expressiùs diuinam naturam & potestatem ostendit, ita etiam quædam infirmiora de eo loquitur, sicut quòd lachrymatus est, quòd infremuit, & huiusmodi, quæ maximè affectum in Christo demonstrant humanæ naturæ. Mysticè autem infremuit. Vt detur intelligere eos qui à peccatis resurgunt, in continuò debere persistere luctum: secundum illud. Psal. Tota die contristatus ingrediebar. Vel dicendum, quòd supra infremuit spiritu propter mortem Lazari. Hic autem rursum in semetipso propter infidelitatem Iudæorum. Vnde Euangelista præmiserat dubietatem miraculi dicentium. [Non potuit hic qui aperuit oculos, &c.] Qui quidem fremitus fuit ex compassione & misericordia ad Iudæos. Matt. 14. Videns Iesus turbas misertus est, &c.

Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus. Tollite lapidem, dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fœtet, quatriduanus est enim. Dixit ei Iesus. Nónne dixi tibi: quoniã si credideris: videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem.

HIc agitur de lapidis sublatione. Vbi quatuor facit. Primò describit lapidem. Secundò subdit mãdatum Christi de lapide submouendo. Tertiò addit disceptationẽ de lapidis amotione. Quartò insinuat mandati implerionem. Lapis autẽ describitur superpositus monumento. Vñ dicit. [Erat autẽ spelunca, & lapis suppositus erat ei.] Sciendum est enim, quòd in partibus illis cauernas quasdam in modum speluncæ habent ad hominũ sepulturas: vbi possint plura mortuorum corpora ponere diuersis tẽporibus, & ideo habent foramen quoddã, quod de lapide claudunt, & aperiunt, quãdo est de necesse. Et ideò dicitur hîc, quòd lapis erat superpositus ei, scilicet ostio speluncæ. Simile habetur Gen. 23. vbi Abraham emit agrum & speluncam ad sepeliendum Sarram vxorem suam. Mysticè autem per speluncam intelligitur profunditas peccatorum. De quo habetur in Psal. Infixus sum in limo profundi, &c. Per lapidem superpositum intelligitur lex, quę in lapide scripta est, & peccatum non tollebat, sed tenebat eos in peccato: quia ex hoc grauiùs peccabant, quòd contra legem faciebãt. Vnde dicitur Rom. 11. Conclusit scriptura omnia sub peccato. Mandatum Christi de lapide submouendo ponit, dicens. [Ait Iesus. Tollite lapidem.] Sed quare quærit cùm maius esset sic suscitare mortuum, quàm remouere lapidem? quia non etiã simul cum hac sua virtute lapidem sustulit? Ad quod respondit Chrisostomus, quòd hoc factum est ad maiorem certitudinem miraculi: vt scilicet eos testes faciat miraculi, & vt non dicat, quod in cæco dixerunt. Non est hic qui mortuus fuit. Mysticè autem secundum Augustin. Remotio lapidis signat amotionem ponderis legalium obseruantium à fidelibus Christi exigentibus ad Ecclesiam venientibus, quòd eis aliqui imponere volebant. Vnde dicit beatus Iacobus in Actibus 15. Visum est spiritui sancto & nobis, &c. Et Petrus dicit codẽ. Cur tentatis imponere iugũ super ceruices, &c. De hoc ergo dicit Dominus. [Tollite lapidẽ,] id est, legis pondus & gratiam prædicate. Vel per lapidem significat eos qui in Ecclesia corruptè viuunt, & offensioni sunt credere volentibus, dum eos à conuersione retrahunt: de quo lapide in Psalm. Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Quę quidem Dominus præcipit vt removeatur. Isa. quinquagesimoseptimo. Auferte offendicula, &c. Disceptatio autem ponitur ex parte Marthæ. Et Primò ponuntur verba Marthæ disceptantis. Secundò verba Christi respondentis. Verba quidem Marthæ ponit dicens. [Dixit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fœtet, &c. Quod quidem ad literam factum est ad ostensionem veritatis miraculi quasi iam per putrefactionem incipientem membra resolui. Mysticè autem de illo qui peccare consuevit [iam fœtet,] scilicet per pessimam famam, cuius odor deterius per peccatum consurgit. Nam sicut ex bonis operibus fragrat odor bonus secundum quod dicit Apostolus primæ Corinthior. Christi bonus odor sumus, &c. Ita ex malis operibus fœtor, & malus odor euaporat, qui etiam recte quatriduanus dicitur: quasi pressus pondere terrenorum peccatorum, & cupiditatum carnalium. Terra enim est vltimum de quatuor elementis. Ioël. Ascendet fœtor ei, &c. Illi autem Christus respondit dicens. [Nónne dixi tibi, &c.] Vbi Dominus videtur Martham arguere, quòd non memor erat eius, quod Christus ei dixerat. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit: viuet. Nam Martha diffidebat an Christus posset resuscitare mortuum quatriduanum. Licèt enim aliquos recenter mortuos suscitasset, impossibile tamen hoc de fratre credebat ob dierum diuturnitatem. Et ideò Dominus dixit ei. [Nóune dixi tibi. Si credideris, videbis gloriam Dei,] id est, suscitationis fratris tui per quam Deus glorificabitur. Sed cùm supra Dominus hoc miraculum Apostolis dixerit futurum ad gloriam suam inquiens. Vt glorificetur filius Dei per eam, scilicet per mortem. Hic tamen dicit Marthæ hoc miraculum futurum ad gloriam Dei, & hoc ideò quia eadem est gloria patris

& filij, & spiritussancti. Ideò autem non expressit hîc gloriam filij: ne turbaret astantes Iudæos ad contradictionem promptos. Innuitur autẽ in his domini verbis duplex fructus fidei nostræ. Primum est miraculorum operatio quæ debetur fidei. Matthæi 21. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, &c. Vnde & Apostolus 1. Corinth. 13. Si habuero fidem ita vt montes transferam. Et Matth. vltim. dicitur. Illi autem prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Quæ quidem miraculorũ operatio est ad gloriam Dei. Et ideò dicit [Si credideris videbis gloriam Dei.] Secundus fructus est visio æternæ gloriæ quæ debetur fidei pro præmio. Vnde dicit [Videbis gloriam Dei.] Isaiæ 28. secũdum aliam literam. Si non crediderit is, non intelligetis 1. Corinthiorum 13. Videmus nunc per speculum: & in enigmate per fidẽ: tunc autem facie ad faciem. Impletionem mandati ponit inferiùs. [Tulerunt ergo lapidem:] Vbi considerandum est secũdum Origenem quòd mora tollendi lapidem ad iacentem ex sorore defuncti causata est: & ideò tandiu resuscitatio fratris dilata est, quandiu Christum per verba detinuit: sed statim cùm Christi mandatum obediendo exequitur frater resuscitatur. Vt per hoc discamus in hoc interponere inter iussa Iesu & ipsorum executionem: si cupimus quod statim salutis sequatur effectus. Psalm. In auditu auris obediuit mihi.

Iesus autẽ eleuatis sursum oculis, dixit. Pater gratias ago tibi quoniam audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter populũ qui circunstat dixi: vt credant quia tu me misisti.

HIc agitur de Christi oratione in qua gratias agit. Circa quam Euangelista quatuor ponit. Primò ponit orandi modum. Secundò orationis efficaciam. Tertiò excludit orandi necessitatem. Quartò subiungit orationis vtilitatem. Modum autem orandi ponit congruentem. Quia [eleuatis sursum oculis.] id est intelligentiam suam erexit adducens illam per orationem ad excelsum patrem. Nobis autem si ad exemplum orationis Christi orare volumus, necesse est leuare oculos mentis nostræ ad eum remouendo illos à præsentibus rebus: memoria: cogitationibus & intentionibus. Leuamus etiam oculos ad Deum: quando non confidentes de meritis nostris de sola Dei misericordia speramus: secundum illud Psalm. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis. Et sicut oculi ancillæ, &c. Threñ. 3. Leuemus corda nostra, &c. Oris autem efficaciam ponit, cùm dicit [Pater gratias ago tibi: quoniã audisti me.] In quo argumẽtum habemus q̃ Deus facilis est ad largiendum secundum illud Psal. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Vt sit desiderium etiam antequàm proferat verba exaudiat. Isaiæ 13. Ad vocem clamoris tui, &c. Et 60. Adhuc illis loquentibus dicam ecce adsum. Multò ergo magis expedit arbitrari de domino saluatore: q̃ Deus pater præueniẽs eius orationem eum exaudierit. Nam lachrymæ, quas Christus pro morte Lazari fuderat, vicẽ orationis habuerunt. Per hoc autem quod in principio orationis gratias agit: datur nobis exemplum: quòd cùm orare volumus antequàm futura petamus: pro peceptis beneficijs Deo gratias referamus. 1. Thimoth. vlti. In ómnibus gratias agite. Quod autẽ dicit [Quoniam audisti me.] si exponatur de Christo secundum quòd homo non habet difficultatem: sic enim Christus minor patre erat: & secundum hoc competit sibi orare patrem exaudiri ab eo. Si verò (vt Chrisostomus vult) exponatur de Christo: secundùm quòd Deus. Tunc verbum difficultatem habet. Nam secundum hoc ei orare non conuenit nec exaudiri: sed potiùs aliorum orationes exaudire. Et ideò dicẽdum quòd tunc aliquis anditur quando voluntas eius impletur. Voluntas autem patris semper impletur. Quia (vt dicitur in Psal.) Omnia quæcúnque voluit dominus fecit. Cùm ergo eadem sit voluntas patris & filij: quandocúnque pater implet voluntatẽ suam: implet voluntatem filij. Dicit ergo filius secundum quod verbum [Quoniam audisti me.] id est, fecisti quæ erant in verbo tuo: vt fierent. Dixit enim & perfecta sunt. Necessitatem autem orandi excludit dicens. [Ego autem sciebam: quoniam semper me audis, &c.] Vbi quasi obumbratè dominus suam diuinitatem ostendit, quasi diceret. Ad hoc vt fiat voluntas mea: non indigeo oratione: quia ab æterno voluntas mea impleta est. Hebræorum quinto. In omnibus exauditus est pro sua re. Nam [ego sciebam.] scilicet certitudinaliter [quoniam semper me] verbum [audis.] Quia quicquid facis in me est: vt fiat. Item [me hominem semper audis.] quia voluntas mea semper est conformis voluntati tuę. [Sed propter populum qui circunstat: vt credant, &c.] In quo datur intelligi quòd multa fecit: & dixit propter vtilitatẽ aliorum, infra decimotertio. Exemplum dedi vobis, &c. Nam omnis Christi actio nostra est instructio. Voluit autem Christus specialiter per istam orationem demonstrare se non esse alienum à patre: sed recognoscebat eum: vt suum principium. Et ideò subdit [Vt credant quia tu me misisti.] infra decimosexto. Hæc est vita æterna, &c. Galat. quarto. Misit Deus filium suum, &c. Et in hoc ponitur orationis vtilitas.

Hæc cùm dixisset, voce magna clamauit: Lazare veni foras.

HIc agitur de suscitatione Lazari. Et circa hoc tria facit. Primò ponitur vox excitantis. Secundò vocis effectus ibi [Et statim prodijt, &c.] Tertiò mandatum de solutione excitati ibi [Dicit eis Iesus. Soluite, &c.] Vox autem excitantis ponitur magna. Vnde dicit [Hæc cùm dixisset.] scilicet Iesus [Voce magna clamauit.] Et hoc ad literam vt destrueret errorem Gentilium, & quorundam Iudæorum dicentium animas mortuorum cõmorari in tumulis cum corporibus. Et ideo [clamat] quasi animam ex longinquo euocans in tumulo non existentem. Vel dicendum, & melius quòd vox Christi magna dicitur propter virtutis eius magnitudinem. Nam tanta virtus eius fuit, quòd suscitauit Lazarum quatriduanum à morte: quomodò excitauit dormiens à somno. Psalm. Dedit voci suæ vocem virtutis. Vox etiam ista magna repræsentatiua est illius magnę vocis: quæ erit in communi resurrectione: per quam omnes de monumentis resuscitabuntur. Matthæi vigesimoquinto. Media nocte clamor factus est, &c. Clamat inquam dicens [Lazare veni foras.] Quem ideò ex proprio nomine vocat: quia tanta erat virtus vocis eius: quòd pariter omnes mortui cogerentur exire: nisi per expressionem nominis virtutem suam ad vnum determinasset (vt Augustinus dicit de verbo domini.) Datur etiam per hoc intelligi: quòd Christus vocat peccatores foras exire de conuersatione peccati. Apocalyp. decimooctauo. Exite de illa populus meus. Item de occultatione eius per confessionem ipsum peccatum manifestando. Iob trigesimoprimo. Si absc̃ódi quasi homo peccatum meum. Consequenter cùm dicit.

Et statim prodijt qui fuerat mortuus: ligatus manus & pedes institis: & facies eius sudario erat ligata.

POnitur vocis effectus. Et primò ponitur mortui resurrectio. Secundò, resurgẽtis mortui dispositio. Resurrectio quidẽ mortui fuit festina ad dñi imperium. vnde dicit [Et statim prodijt qui fuerat mortuus.] Tanta enim erat virtus vocis Christi: vt absque temporis dilatione vitam conferret. Sicut erit in resurrectione communi: quando in ictu oculi mortui audientes tubam canentem. Mortui qui in Christo sunt resurgent primi. (vt dicitur primæ Corinthiorum decimoquinto.) Iam enim anticipatur officium Christi quod dicitur supra quinto. Venit hora, & nunc est: quando mortui qui in monumentis sunt, audient vocẽ filij: & qui audierint viuent, &c. Sic ergo impletum est quod dixerat dominus. Vado vt excitem eum. Quantùm autem ad dispositionem resurgentis dicitur [ligatus.] id est, habens ligatas [manus & pedes institis.] id est, fascijs: quibus antiqui mortuos inuoluebant [& facies eius sudario erat ligata.] Ne scilicet horrorem faceret. Ideò autem ligatum: & cooperatum resurgere iussit: vt miraculum magis approbaretur. Cõsequenter cùm dicit.

Dixit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire.

MAndat vt soluatur. Cuius quidem ratio est: vt ipsimet qui soluerent fidentiores testes essent miraculi: & eius quod sit tenaciorem memoriam haberẽt. Similiter autem etiam dum enim tangunt: & sibi appropinquant videant: quòd verè est ille. Ideò autem addit [& sinite abire] vt ostendat miraculum nõ esse fantasticum. Aliqui enim Magi visi sunt aliquando mortuos suscitasse: non tamen ad hoc eos peducere potuerunt: vt pristina officia exequerentur: & hoc quidem erat: quia eorum resuscitatio fantastica tantùm erat, & non vera. Sciendum est autem quòd hoc tantùm quod dicitur [Et statim prodijt.] Mysticè exponitur ab Augustino: & hoc dupliciter secundum duplicem modum prodeundi. Prodit namque peccator quando exit pœnitendo à consuetudine peccati ad statum iustitiæ secundæ. Corinthiorũ septimo. Exite de medio, &c. qui tamen habet manus ligatas institis, id est, carnalibus concupiscentijs: qui adhuc in corpore constituti alieni à molestijs esse non possumus etiam à peccatis surgentes. vnde Apostolus dicit Romanorum octauo. Ego ipse mẽte seruio legi Dei, &c. Quod autem facies eius sudario tecta erat: hoc est quòd in hac vita plenam cognitionem Dei habere non possumus. primæ Corinthiorum decimoquarto. Videmus nunc per speculum in enigmate, &c. Et ideò soluere eum iubet, & abire: quia post hanc vitam auferentur à peccato surgentibus omnia velamina: vt Deum facie ad faciem contemplentur (vt dicitur primę Corinthiorum decimoquinto.) Tunc enim soluetur corruptibilitas corporis, quæ est quasi quoddam vinculum ligans & aggrauans animam ab omni huiusmodi pœna & clara contemplatione. Isaiæ 52. Solue vincula colli tui, &c. Sic ergo apparet vnus modus spiritualiter prodeundi: qui ponitur ab Augustino lib. 83. quæst. Alius modus prodeundi est per confessionem: de quo dicitur Pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

uerbior.18.Qui abſcondit ſcelera ſua,&c.Sic enim prodire eſt ab occultis exeundo per confeſsionẽ manifeſtari,ſed vt confitearis, Deus facit voce,id eſt,gratia magna vocando.Mortuus autem procedens adhuc ligatus eſt cõfitẽs adhuc reus. Vt autẽ ſoluerẽtur peccata,eius miniſtris mandatur:vt ſoluant eũ,& ſinant abire. Nam quem Chriſtus per ſeipſum interiùs viuificat,diſcipuli ſoluũt quia miniſterio ſacerdotum viuificati abſoluuntur. Matthæi decimoſexto. Quæcúnque ſolueris ſuper terram,&c.Dicunt autem quidã hoc miniſterium proſequentes, quòd ſicut Chriſtus Lazarum per ſeipſum viuificauit: viuificatum à diſcipulis abſoluendum mandauit.Ita Deus interiùs viuificat animam per gratiam remittendo culpam,& abſoluẽdo à reatu pœnæ æternæ. Sed ſacerdotes virtute clauium abſoluunt à parte pœnæ temporalis. Sed hæc poſitio nimis parum attribuit Eccleſiæ clauibus.Hoc eſt enim proprium ſacramentorum nouæ legis, quòd in eis gratia conferatur. Sacramenta autem in diſpenſatione miniſtrorum conſiſtunt.Vnde in ſacramento pœnitentiç cõtritio & confeſsio ſe tenent materialiter ex parte ſuſpicientis ſacramentum. Vis autem cauſatiua ſacramenti eſt in abſolutione ſacerdotis ex virtute clauium,per quas effectum Dominicæ paſsionis quodãmodò applicat ad eum quem abſoluit:vt remiſsionem conſequatur.Si ergo ſacerdos non abſolueret niſi ſolùm à pœna,ſacramentũ pœnitentiæ non eſſet gratiæ collatiuum,per quam culpa remittitur,& per conſequẽs non eſſet ſacramentum nouæ legis. Eſt ergo dicendum,quòd ſicut in ſacramento baptiſmi ſacerdos verba proferens,& exteriùs abluẽs, miniſterium baptiſmi exhibet Chriſto exteriùs baptizante,ita ſacerdos exteriùs virtute clauium per gratiam culpam remittẽte.Sed hoc differentiam facere videtur,quòd ad baptiſmum plerúnque accedũt pueri non ante baptiſmum iuſtificati, qui in baptiſmo remiſsionis gratiam conſequantur. Sed ad abſolutionem conſequendam accedunt adulti plerúmque anteà per contritionem peccatorum remiſsionem conſecuti:vt ſic ſequens abſolutio nihil facere videatur ad peccatorum remiſsionem. Sed ſi quis diligenter conſideret ex vtráque parte adultos accipiens inuenietur omnimoda ſimilitudo. Contingit enim aliquos adultos,antequam actu ſacramentum baptiſmi cõſequantur, habentes illud in voto remiſsionem peccatorum cõſequi baptiſmo flaminis baptizati,& tamen baptiſmus ſequens,quantum eſt de ſe remiſsionem peccatorum operatur,licèt in iſto cui iam ſunt remiſſi hoc locum non habeat, ſed ſolum augmentum gratiæ conſequatur. Si quis autem adultus ante baptiſmum non perfectè fuiſſet diſpoſitus ad conſequendum remiſsionem peccatorum in ipſo actu dum baptizaretur remiſsionem conſequitur virtute baptiſmi: vbi ponat per fictionẽ obſtaculum ſpirituiſancto. Et ſimiliter eſt dicendum in pœnitentia. Si quis enim ante abſolutionem ſacerdotis plenè contritus fuerit, conſequitur remiſsionem peccatornm, eò, quòd habet in voto: vt ſubijciat ſe Eccleſiæ clauibus, ſine quo vera contritio non eſſet. Si autem anteà non plena fuiſſet contritio ſufficiens ad remiſsionem.In ipſa abſolutione remiſsionem culpæ conſequitur,dum modo non ponat obſtaculum ſpirituiſancto. Et ſimiliter eſt in Euchariſtia & extrema vnctione,& in alijs ſacramẽtis,&c.

LECTVRA VII.

Multi ergo ex Iudæis: qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſços,& dixerunt eis,quæ fecit Ieſus.

POSTQVAM Euangeliſta poſuit Lazari mortem & eius reſurrectionem. Hîc conſequenter ponit effectus reſurrectionis. Et primò ponit effectum eius in turba,ſecundò ponit effectum eius in principibus ibi. [Collegerunt ergo Pontifices,&c.] Circa primũ duo facit.Primò inducit quoſdam credentes dicens. [Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham ad eas conſolandas,& viderant quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum.] Nec mirum, quia tale miraculum non eſt auditum à ſæculo,quòd ſcilicet mortuus quatriduanus in monumento reſuſcitaretur ad vitam. Similiter etiam Dominus dicit miraculum iſtud facturum propter populum,qui circũſtabat:vt ſcilicet credant in eum. Et ideò verbum iſtud nõ iuit incaſſum,ſed ex miraculo viſo multi crediderunt. primæ Corinthiorum primo.Iudæi ſigna quærunt.Secundò inducit quoſdam denunciantes dicens. [Quidam autem ex ipſis venerunt ad Phariſæos, &c.] Quod quidem poteſt dupliciter intelligi. Vno modo,quòd dixerũt ea quæ Ieſus fecit principibus ſacerdotum:vt mitigarent eos aduerſus Ieſum, & vt confutarent eos de hoc, quod aduerſus Ieſum, qui tam mira faciebat, machinarentur. Alio modo & meliùs quia hoc dixerunt vt concitarent eos contra Chriſtum. Nam infideles erant, & de miraculo ſcandalizabantur.Et hoc patet ex ipſo modo loquendi.Nam cũ dixerat. [Multi ergo ex Iudçis,&c.] Subiungit quaſi aduerſantem,dicens. [Quidam autem ex ipſis, &c.] Hi ſunt de quibus dicitur infrà duodecimo,quòd cum tanta ſigna feciſſet Ieſus coram eis non crediderunt in eum.Dilexerunt enim, &c. Conſequenter cùm dicit.

Collegerunt ergo Pontifices & Phariſæi cõcilium, & dicebant.

POnit Euangeliſta effectũ miraculi in principibus. Et Primò ponit malitiam,quam contra Chriſtum excogitauerunt. Secundò oſtẽdit quomodò Chriſtus eam declinauit ibi. [Ieſus ergo iam non in palam,&c.] Circa primum tria facit. Primò ponit cõſilij congregationem. Secundò ſubdit congregatorum dubitationẽ ibi. [Et dicebant. Quid facimus:quia,&c.] Tertiò aſsignat dubitationis determinationem ibi. [Vnus autem ex ipſis,&c.] Oſtenditur autem circa primum Pontificum nequitia ex tribus.Primò ex perſonarum conditione:quia non plebei,ſed Pontifices & Phariſçi.Pontifices autem quia erant principes ſacrorum.Phariſæi verò qui ſpeciem religionis habebant.Vt ſic impleatur,quod dicitur Geneſ.penultimo.Symeon & leui vaſa bellantia,&c.Nam de Symeone fuerunt adinuentores ſectæ Phariſçorum.Pontifices autem manifeſtum eſt tribu leui fuiſſe. primi Eſdræ nono. Manus principum prima erat in transgreſsione hac.Secundò ex malitiæ deliberatiõe.Vnde dicit. [Collegerunt cõſilium,] quod eſt factum ad conſiliandum.Gene.penultimo.In conſilium eorum non veniat anima mea.Pſalm.Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, &c. Sed (vt dicitur Prouerbiorum primo.) Non eſt conſiliũ contra Dominum. Tertiò ex praua intẽtione:quia aduerſus Ieſum,id eſt,ſaluatorem.Pſalm. Aduerſum me loquebãtur inimici mei,aduerſum me cogitabant mala mihi.Hiere.10. Venite cogitemus contra,&c.Conſequenter cùm dicit.

Quid facimus? Quia hic homo multa ſigna facit.

POnit ipſorum dubitationem. Et Primò ponit dubitationis motiuum. Secundò dubitationis materiam ibi. [Si dimittimus eum,&c.] Mouebant autem eos ad dubitandum miracula Chriſti. Vnde dicebant. [Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit.] Cæci ſunt adhuc eum hominem vocantes, cuius tantam ſuſceperũt diuinitatis demonſtrationem. Nam (vt ipſe dicit ſuprà quinto.) Opera quæ dedit mihi pater:vt faciam,ipſa teſtimonium perhibent de me. Sunt etiam non minus inſipientes,quàm cæci:quia dubitant quid eos facere oporteat,cùm nihil aliud eis faciendum erat, quàm credere.ſuprà ſexto.Quod ſignum facis:vt credamus tibi? Sed ecce, quòd multa ſigna fecit, & adhuc dicunt [quia hic homo,&c.] Excæcauit enim eos malitia eorum.Sapien.2.Materia autem dubitationis fuit:quia timebant damna eos ſecutura. Et ponit duo quantum ad hoc. Primò amiſsionem principatus ſpiritualis. Et quantum ad hoc dicit.

Si dimittimus eum ſic,omnes credent in eum.Et venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem.

QVod quidem ſecundum rei veritatem optabile erat omnibus. Nam fides quæ eſt ad Chriſtum ſaluat, & ad vitam æternam perducit. Hieremiæ vigeſimo. Hæc ſcripta ſunt vt credatis, & vt credentes vitam,&c. Sed quantum ad eorum prauam intentionem eis horrendum videbatur, cùm crederent, nullum eorum qui crederet in Chriſtum eis obedire. Vnde ex eorum ambitione ſeipſos & alios retrahunt à ſalute. Vnde dicitur in Canonica Ioannis. Is qui amat primatum gerere in eis dyotrepes non recipit nos. Secundò ponit ambitionem poſſeſsionis temporalis, cùm dicit. [Et venient Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem.] Quod videtur ex hoc ſequi ſecundum Auguſtinum : quia ſi omnes in Chriſtum crederent nemo remaneret, qui aduerſus Romanos templum Dei defenderet : quia deſererent ſanctum templum, & ſuas paternas leges, contra quas doctrinam Chriſti eſſe ſentiebant, ſed hoc non videtur multum ad propoſitum pertinere, cùm adhuc ſeruirent Romanis, nec excogitaſſent contra eos mouere bellum. Et ideò meliùs videtur dicendum ſecundum Chriſoſtomum, quòd ideò hoc dicebant : quia videbant Chriſtum honorari à populo, tanquàm Rex, & quia mandatum Romanorum erat vt nullus niſi per eos Rex nominaretur, ideò timebant, quòd ſi hoc audirent Romani, quòd Chriſtum haberent, tanquàm Regem reputarent, ipſos Iudæos rebelles & venientes contra eos, deſtruerent ciuitatem, & gentem. infrà decimonono. Omnis qui ſe Regem facit contradicit Cæſari. Sed attende eorum miſeriam: quia nihil timent perdere, niſi temporalia, de vita æterna non cogitantes.Deuteronom.23.Oculus Iacob ad terram,&c. Sed (vt dicitur Prouerb.decimoſexto.) Quod timet impius veniet ſuper eum. Ideò Ro-

Ideò Romani poſt paſsionem domini,& glorificationẽ,tulerunt eis & locum & gentem, expugnando,& transferendo. Determinationem autem dubitationis ponit,cùm dicit.

Vnus autem ex ipſis Cayphas nomine:cũ eſſet Pontifex anni illius,dixit eis.

ET Primò ponitur determinatio.Secundò determinationis expoſitio ibi. [Hoc à ſemetipſo,&c.] Tertiò ſententiæ à congregatione acceptatio ibi. [Ab illo ergo die,&c.] Circa primum duo facit.Primò deſcribit perſonam ſententiantis. Secundò ponit verba ſententiæ ibi. [Vos neſcitis quicquam,&c.] Perſona ſententians deſcribitur ex nomine,& ex dignitate.Ex nomine quidem:quia Cayphas: quod quidem nomen conuenit ſuæ malitiæ. Interpretatur enim primò inueſtigans:quod atteſtatur ſuæ præſumptioni.Prouer.25. Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur à gloria. Præſumpſit enim cùm dixit. Adiuro te per Deum viuum,vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus.Secundò interpretatur ſagax: quod atteſtatur eius aſtutiæ: quia nititur mortem Chriſti procurare.Tertiò interpretatur ore vomens:quod atteſtatur eius iuſtitiæ.Prouerbiorum decimo.Sicut canis qui reuertitur ad vomitum.Ex dignitate autem deſcribitur:quia Pontifex anni illius.Circa quod ſciendum eſt,quòd (vt habetur Leuiti.) Dominus conſtituit vnum ſummum ſacerdotem cui mortuo vnus ſuccederet,qui per totam vitam Pontificij officium exerceret. Poſtmodum autem creſcente ambitione,& contentione inter Iudæos conſtitutum eſt,vt plures eſſent Pontifices,& ad omnes viciſſim huiuſmodi dignitas proueniret: & per annos ſingulos vicibus miniſtrarent. Et quandóque etiam hæc ſibi pecunia procurabant (vt Ioſephus de iſto narrat.) Et ad hoc oſtendendum dicit [anni illius.] Conſequenter cùm dicit.

Vos neſcitis quicquam,nec cogitatis:quia expedit vobis,vt vnus moriatur homo pro populo,vt non tota gens pereat.

POnit verba determinantis:qui quidem primò exprobrat alijs ignauiam,dicens. [Vos neſcitis quicquam nec cogitatis] quaſi dicat vos eſtis ignaui:& adhuc ſegniùs rem attenditis.Et ideò ſecundò ponit ſuam malitiam dicens. [Expedit vobis vt vnus moriatur homo,&c.] Quæ quidem verba alium intellectum habent ſecundum intentionem Cayphæ,& alium ſecundum expoſitionem Euangeliſtæ. Vt ergo primò exponatur ſecundum eius prauam intentionem ſciendum eſt, quòd (vt dicitur Deuter.13.) Mandatum eſt domini ſi fuerit in medio tui propheta : aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat:& voluerit te à domino retrahere:Propheta ille:vt ſictor ſomniorum interficiatur. Secundum hanc ergo legem credebat iſte, quòd Chriſtus auerteret populum à cultu Dei. Luc.24.Hunc inuenimus ſubuertẽtem gentem noſtram.Et ideò dicebat iſte. [Vos neſcitis.] ſcilicet legem [nec cogitatis quia expedit vobis,&c.] ſcilicet [vt vnus.] id eſt,iſte homo [moriatur,ne totus populus ſeducatur, quaſi dicat.Vnius hominis ſalutem pro communi republica oportet contemnere.Vnde ſequitur Deut.13.Et auferes malum de medio populi tui.1.Cor.6.Auferte malum ex vobis,&c.Sed aliter Euangeliſta exponit dicens.

Hoc autem à ſemetipſo nõ dixit:ſed cùm eſſet Pontifex anni illius, Prophetauit: quia Ieſus moriturus erat pro gente.

VBi tria ponit.Primò horum uerborum actorem.Secundò ipſorum rectum ſenſum ibi [quia Ieſus moriturus,&c.] Tertiò addit Euangeliſta ad verba Cayphæ ibi. [Et non tantùm pro gente,&c.] Circa primum ſciendum eſt:quia poſſet aliquis credere Caypham inſtinctu proprio verba dicta protuliſſe. Euangeliſta hoc excludens dicit. [Hoc autem à ſemetipſo non dicit.] In quo datur intelligi,quòd aliquis aliquando à ſemetipſo loquitur,homo enim eſt illud quod principale eſt in ipſo.Hoc autem eſt intellectus & ratio. Vnde homo id quod eſt per rationem. Quando ergo homo loquitur ex propria ratione:tunc loquitur à ſemetipſo:ſed quando loquitur ab aliquo ſuperiori & exteriori inſtinctu non loquitur a ſemetipſo Dupliciter tamen hoc contingit.Quandóque vt motus à ſpiritu diuino:ſecundum illud Matth.10. Non enim eſtis qui loquimini,&c.Quandóque autem vt motus à ſpiritu maligno ſicut arreptitij.Et vtrique aliquando dicũtur Prophetare. Quod quidem moti à ſpiritu diuino Prophetent.dicit.2.Petr.1.Non enim voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati,&c. Quod autem moti à ſpiritu maligno Prophetent, &c. Habetur Hiere.29.Dedit te dominus ſacerdotem pro Ioiada ſacerdote: vt ſis dux in domo domini ſuper omnem virum arreptitium & Prophetantem.Sciendum eſt etiam,quòd aliquando loquitur aliquis inſtinctu ſpirituſancti:vel ſpiritus maligni:qui tamen amitit vſum rationis & arripitur.Aliquando autem manet ei liber vſus rationis: nec arripitur.Nam quando ſuperabundant vires ſenſitiuæ ex ſuperiori impreſsione ligatur ratio:& mouetur & arreptus eſt.Quia verò dæmon habet poteſtatem imprimendi in fantaſiam:cùm ſit potentia affixa organo:poteſt in eam aliquando ſic imprimere: quòd ex impreſsionis abundantia ratio efficiatur quaſi ligata:non tamen,quòd cogatur ad conſenſum:& tunc homo arripitur à ſpiritu maligno. Reſtat ergo quæſtio An Cayphas verba iſta inſtinctu ſpirituſſancti dixerit:vel maligni:& videtur,quòd non dixerit inſtinctu ſpirituſſancti.Nam ſpirituſſanctus eſt ſpiritus veritatis (vt dicitur Hier.15.) Spiritus autem malignus eſt ſpiritus mendacij.3. Reg.vlt.Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum. Conſtat autem,quòd Cayphas locutus fuerit mendacium,dicens. [Expedit vobis vt vnus moriatur.] Non ergo locutus eſt inſtinctu ſpirituſſancti. (vt videtur) ſed Prophetauit inſtinctu ſpiritus maligni arreptitij.Hoc autem non videtur conſonare dictis euangelij. Nam ſi ita eſſet,Ioannes non addidiſſet. [Cùm eſſet Pontifex anni illius.] Ideò ergo Cayphæ dignitatem addidit:vt inſinuaret eum inſtinctu ſpirituſſancti fuiſſe locutum. Ex quo datur nobis intelligi:quòd etiam malos in dignitate conſtitutos ſpirituſſanctus mouet ad loquẽdum aliqua vera:& futura pro vtilitate. (Duntaxat ſubditorum.) Ad illud ergo quod in contrarium dicitur,ſcilicet falſum eſſe:quod dixit. [Expedit vobis vt vnus moriatur,&c.] Dupliciter reſponderi poteſt.Vno modo,quòd mors Chriſti quantùm eſt de ſe:expediens fuit omnibus etiam his qui eum occiderunt.1.Thimo.4. Qui eſt ſaluator omnium hominum,&c.Hebr.2.Vt gratia Dei pro omnibus,&c. Alio modo:vt dicatur. [Expedit vobis,]id eſt,populo.Vnde Euangeliſta:vbi Cayphas dixit [vt moriatur pro vobis.] ponit [pro gente.] Sed videtur ex verbis Euangeliſtæ,quòd fuit Propheta cùm dicit [Prophetauit.] Si enim Prophetat quis:ſequitur eũ eſſe Prophetam.Sed ſecundum Orig.non ſequitur, quòd quicúnque Prophetat ſit Propheta:ſed ſi Propheta eſt:vtique Prophetat.Nam alicui quandóque conceditur actus alicuius rei : cuius tamen conditio ei non conceditur:ſicut non quicúnque facit aliquid iuſtum:eſt iuſtus : ſed qui iuſtus eſt,iuſta facit.Notãdum eſt autem,quòd duplex actus concurrit ad hoc,quòd aliquis Prophetet,ſcilicet videre.1.Reg.9. Qui nunc dicitur Propheta:olim vocabatur videns. Item annuntiare.1. Corinth.14.Propheta omnibus loquitur ad edificationem. Contingit autem quandóque:quòd vtrúnque aliquis habet:non tamẽ propriè dicitur Propheta.Nam quandóque aliquis habet Propheticam viſionem,ſicut Nabuchodonoſor & Pharao. Et ſimiliter ipſam viſionem alijs annunciauerunt: non tamen Prophetæ dici poſſunt quia defuit eis aliquid,ſcilicet intelligentia viſionis: qua opus eſt in viſione (vt dicitur Daniel.10.) Cayphas autem licèt viſionem Propheticam non habuerit,habuit tamen denunciationem rei Propheticæ inquantùm, ſcilicet denunciauit vtilitatem mortis Chriſti. Quandóque námque ſpirituſſanctus mouet ad totum quod pertinet ad Prophetiam:quandóque autem ad aliquid tantùm. Cayphæ autem nec mentem illuminauit:nec imaginationem. Et ideò eius mens & imaginatio ad malum intenta mãſit:nouit tamen linguam eius:vt proferret modum quo ſalus populi impleretur.Vnde non dicitur Propheta:niſi inquantùm habuit Propheticum actum in denunciatione:imaginatione,& ratione eius ad contrarium exiſtente. Ex quo patet,quòd non magis poteſt dici Propheta,quàm aſina Balaam.Conſequenter cùm dicit.

Et non tantum pro gente:ſed vt filios Dei qui erant diſperſi,congregaret in vnum.

ADdit Euangeliſta ad verba Pontificis dicens,quòd Ieſus nõ tantum moriturus erat pro gente populi,ſcilicet Iudæorũ (vt Cayphas dixit) Hebr.vlt.Ieſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum,&c,Sed addit etiam pro toto mundo.Vnde ſubdit [Vt filios Dei qui diſperſi erant,&c.] Vbi cauenda eſt hæreſis Manichæorum dicentium animas aliquas eſſe de ſubſtantia diuina,& vocari filios Dei:& has congregandas in vnum dicunt Deum veniſſe,ſed hoc eſt erroneum:quia vt (dicitur Ezec.29.) Omnes animæ meæ ſunt,ſcilicet creatione.Et ideò hoc dicit. [Vt filios Dei,&c.] Non eſt intelligendum, quòd tunc iam accepiſſet adoptionis ſpiritum : (quia vt Greg.dicit.) Nec oues eius:neque filij Dei adhuc erant per adoptionem:ſed intelligendũ ſecundũ prædeſtinationem.Vt dicatur. [Vt filios Dei.] ſ.ab æterno prædeſtinatos.Roma.8.Quos præſciuit cõformes fieri imagini filij eius,&c.qui erant diſperſi] per diuerſos ritus & gentes [congregaret in vnum.] ſ.in vnitatem fidei.ſupr.10.Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili,&c.Pſalm.Edificans Hieruſalem dominus diſperſiones,&c.Conſequenter cùm dicit.

Ab illo ergo die cogitauerunt,vt interficerent eum.

POnit Euangeliſta conſenſum Iudæorum in moretm Chriſti. Sed nunquid non ante cogitauerunt eum occidere? Videtur,quòd ſic. Quia ſupra in pluribus locis dicitur, quòd Iudæi

Universidad de Deusto
Biblioteca

quærebant eum interficere. Responsio:dicendum,quòd autem habuerunt instinctum ad eum occidendum:sed [ab illo die] concitati ad iram ex verbis Cayphæ tractauerunt firmo proposito occidere dominum.Prouerb.1.Pedes eorum ad malum incurrunt.

LECTVRA VIII.

Iesus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos: sed abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatem,quæ dicitur Ephrem:& ibi morabatur cum discipulis suis.

HIC Euangelista ponit quomodò Christus eorũ mali tiam declinauit. Et primò ponit modum declinationis ex parte Christi. Secundò effectum admirationis ex parte populi ibi. [Proximum autem erat,&c.] Modus autem declinationis fuit per occultationem: & recessum Christi à Iudæis.Nam post consilium cautiùs se obseruans [non in palàm ambulabat apud Iudæos.] sed nec aliquam ciuitatem abijt populatam [sed in regionem] remotam [iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem,& ibi morabatur cum discipulis suis.] Sed nunquid defecerat potentia eius,in qua si vellet inter Iudæos palàm conuersaretur:& nihil ei facereut? Absit. Sed hoc fecit non propter defectum potẽtiæ:sed vt exemplum discipulis demonstraret.In quo apparet non esse peccatum:si fideles eius oculis persequentium se subtraherent: & furorem sceleratorum latendo potiùs euitarent,quàm se ostendendo eis magis ostenderent: secũdum illud Matthæi decimo. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite,&c. Origenes autem dicit, quòd nullus debet se periculis ingerere,tamen valde laudabile est,quòd quando iam pericula imminent:nec Iesu vitare confessionem:nec recusare subire mortem gratia veritatis. Et hoc propter duas rationes.Primò,quia præsumptuosum est periculis se ingerere propter inexperientiam propriæ virtutis:quæ quandóque fragilis inuenitur:& propter futuri euentus incertitudinem.primę Corinthiorum decimo.Qui se existimat stare, videat ne cadat.Secundò,ne nos ingerentes persecutoribus occasionem præstemus eis:vt magis impij & noxij fiant. secundæ Corinthiorum decimo.

Proximum autem erat Pascha Iudæorum:& ascenderunt multi Hierosolymam de regione,ante Pascha, vt sanctificarent seipsos.

POnitur effectus admirationis in populo. Et primò ponitur admirandi occasio.Secundò ponitur ipsa admiratio. Tertiò admirationis ratio. Occasio autem quærendi & admirandi ponitur duplex.Prima quidem ex conditione temporis:quia [Proximum erat Pascha Iudæorum.] In quo recolitur memoria transitus Hebræorum de Aegypto.Exod. duodecimo. Est enim phase, &c. Addit autem [Iudæorum.] quia ipsum Iudæi Pascha malè, & indebitè celebrabant.Nam quando deuotè pascha celebramus : tunc dicitur Pascha Dei.Isaiæ primo. Solemnitates vestras non fecit. Secunda verò ex concursu populi. Quia [ascenderunt multi Hierosolymam de regione.] Nam (vt legitur Exod.trigesimo.) Tribus temporibus in anno seu festiuitatibus filij Israël se debebant Domino, præsentare. Inter quæ primum erat Pascha. Et ideò magna multitudo ascenderat Hierosolymam:vbi erat templum:sed quia nondum erat tempus Paschæ quo debebant ascendere.Ideò Euangelista consequenter causam ascensus assignat,subdens. [Vt sanctificarent seipsos.] Nullus enim audebat comedere agnum nisi mundus.Et ideò præueniebant tempus Paschæ : vt interim purificantes seipsos possent in Pascha agnum ritè comedere.In quo datur nobis exemplum:vt tempore quadragesimali ieiunijs,& bonis operibus nos purificemus: vt in Pascha ritè sumamus corpus domini nostri.

Quærebant ergo Iesum , & colloquebantur adinuicem,in templo stantes. Quid putatis : quia non venit ad diem festum istum?

ADmiratio autem ponitur ex causa absentiæ domini. Et hoc est, quod dicit. [Quærebant ergo Iesum.] non quidem ad honorandum:sed ad occidendum [& colloquebantur adinuicem in templo stantes. Quid putatis, &c.] Sed notandum, quòd quando dies festus agitur semper dominus est in die festo. Matth.24. Vbicúnque fuerint duo vel tres,&c. Et ideò nos congregati in domo Dei quæramus Iesum mutuo nos consolando , & exorando:vt veniat ad diem festum nostrum. Quando verò sanctè non agitur festum:tunc non venit Iesus.Isa.1.kalendas vestras,&c.

Dederant autem Pontifices & Pharisæi mandatum: vt si quis cognouerit vbi sit,indicet:vt apprehendãt eũ.

RAtio autem admirationis:& absentiæ Iesu subditur.Quia [dederant Pontifices & Pharisæi mandatum: vt si quis cognouerit vbi sit,] scilicet Iesus [indicet:vt apprehẽdant eum] scilicet ad occidendum.Suprà 8.Quæritis me,& in peccato vestro,&c.Sed (vt Augustinus dicit.) Nos qui scimus vbi Christus est:quia ad dexterã patris indicemus eis:vt sic vtinam apprehendant eum per fidem.

LECT. I. CAP. XII.

Iesus ergo ante sex dies Paschæ.

IN præcedentibus Euangelista ostendit diuinitatis Christi virtutem per ea quæ in vita fecit: & docuit.Hîc autem incipit ostẽdere virtutem diuinitatis ipsius quantùm ad passionẽ,& mortem eius. Et primò agit de passione & morte eius. Secundò de resurrectione ipsius.20.capitulo ibi. [Vna autem sabbati,&c.] Prima pars diuiditur in tres.In prima ostendit causas siue occasiones passionis, & mortis eius.In secunda ponitur præparatio discipulorum à quibus per mortem erat corporaliter recessurus.13. capitulo ibi. [Ante diem festum paschæ,&c.] In tertia agitur de ipsa passione & morte eius.18.capitulo ibi [hæc cùm dixisset Iesus egressus est,&c.] Causa autem siue occasio passionis Christi fuit duplex,scilicet gloria ipsius Christi quæ inuidiam excitauit:& infidelitas Iudæorum,quæ ipsos excæcauit. Primò agit de gloria Christi. Secundò de infidelitate Iudæorum ibi. [Cùm autem tanta signa , &c.] Circa primum tria facit. Primò ostendit quomodò Christus glorificatus est ab hominibus. Secundò quomodò glorificatus est à Deo ibi. [Nunc anima mea turbata est , &c.] Circa primum tria facit. Primò ostendit quomodò glorificatus est à familiaribus & domesticis. Secundò quomodò glorificatus est à turbis Iudæorum ibi. [Cognouit ergo turba multa,&c.] Tertiò quomodò glorificatus est à Gentilibus ibi. [Erant autem Gentiles,&c.] Circa primum duo facit. Primò proponit gloriam Christi in ministerio sibi à familiaribus exhibito.Secundò zelum proditoris ex hoc concitatum ibi. [Dixit ergo vnus ex discipulis,&c.] Circa primum tria facit.Primò describit tempus. Secundò locum ibi. [Venit Iesus Bethaniam,&c.] Tertiò obsequium Christo exhibitum ibi. [Fecerunt autem ei cœnam,&c.] Dixit ergo primò. Dictũ est,quòd Christus ante festum Paschæ abijt in regionem iuxta desertum , & quòd imminente solemnitate Paschali quærebatur à Iudæis. Ergo imminente Paschali tempore quo agnus typicus immolabatur,ipse tãquàm verus agnus ad locum passionis accessit,pro salute mundi voluntariè immolandus.secũdum illud Isaiæ quinquagesimoterrio.Oblatus est:quia ipse voluit.Dicit autem. [Ante sex dies Paschæ.] Vt intelligas diem Paschæ non quidem decimumquartum diem primi mensis , in qua ad vesperam immolabatur Paschalis agnus (vt habetur Exod.duodecimo.) Sed potius hîc dicitur Pascha , 15. dies , quæ tota erat festiua. Et illo anno occurrit feria sexta in qua passus est Dominus. Ita, quòd sextus dies ante Pascha fuit ista feria,id est, dies Dominicus in qua Dominus ramis palmarum Hierosolymam intrauit. Et in die præcedẽti,scilicet sabbato,Christus venit in Bethaniam.Et hoc est, quod dicitur. [Ante sex dies Paschæ.] Cõuenit autem hic numerus mysterijs.Primò quidem quantũ. ad numerum,numerus enim senarius perfectus est.Vnde & Deus opera creationis perfecit sex diebus (vt dicitur Genesis primo.) Et propter hoc decuit,quòd sex diebus quodammodò compleretur opus passionis, quo omnia sunt restaurata.secundum illud Col.1.Pacificans per sanguinem suum,siue quæ in cœlis,siue quæ in terra sunt,&c.Et secundæ Corinth.quinto. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Secundò congruit mysterio quantum ad figuram.Mandatur enim Exod.12.quòd decima die mensis primi tollat vnusquisque per familias suas agnum Paschalem immolandum.Vnde & Dominus decimo die primi mensis, hoc est sexta die ante decimumquintum Hierusalem intrare voluit: quasi ad locum immolationis accedens (vt patet per id , quod dicitur infrà eodem.) In crastino autem turba multa,&c.Deindè describitur locus.

Venit Bethaniã:vbi Lazarus fuerat mortuus,quem suscitauit Iesus.

BEthania autem erat vicus propè Hierusalẽ.Et interpretatur domus obedientiæ.Vnde congruit mysterio.Primò quidem quantum ad causam passionis.secundum illud Philippensium secundo. Factus est obediens patri vsque ad mortem.Secundò quãtum ad fructum passionis, quem consequuntur soli illi qui ei obediunt. secundum illud Hebræorum sexto.Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ,&c. Signanter autem additur. [Vbi fuerat Lazarus mortuus quem suscitauit Iesus.] Quia in domo obedientiæ illi qui sunt spiritualiter mortui in peccatis resuscitantur reducti ad viam iustitiæ.Roma.5.Per vnius hominis obedientiam iusti constituentur multi. Sed secundum literam hoc dicitur ad obediendum, quòd Christus in Bethaniã venit:vt memoriã resurrectionis Lazari renouaret.Psal.Memoriã fecit mirabilium suorũ,&c.Deindè dicit.

Fecerunt au-

Fecerunt autem cœnam ibi.

POnit obsequium Christo exhibitum à suis familiaribus.Et primò in communi quantùm ad omnes.Secundò in speciali quantùm ad singulos ibi [Et Martha ministrabat.] Conuenit autem mysterio quòd ibi.in Bethania fecerunt ei cœnam : quia dominus in domo obedientiæ spiritualiter reficitur delectatus in obedientia nostra.secundum illud Apoc.3.Si quis audierit vocem meam,& aperuerit mihi ianuam, introibo eum illo,&c.

Et Martha ministrabat: Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi. Et vnxit pedes Iesu: & extersit pedes eius capillis suis,& domus impleta est ex odore vnguenti.

DEindè ponuntur tres personæ ei assistentes: vel ministrantes, scilicet Martha,Lazarus,& Maria.Per Martham significantur prælati:qui ad ministerium in ecclesijs instituuntur.secundum illud 1.Cor.4.Sic nos existimet homo vt ministros Christi,&c.Vnde dicitur. [Et Martha ministrabat.] Luc.10.Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Per Lazarum autem resuscitatum significantur subditi ministerio prælatorum à peccatis ad statum iustitiæ reductiqui cum alijs iustis spiritualiter esi domino epulantur.Vnde dicitur. [Lazarus autem vnus erat ex discumbentibus cum eo.] Psal. Iusti epulentur,& exultent in conspectu Dei,&c.Per Mariam significantur contemplatiui.Dicitur enim Luc.10.quòd Maria sedens secus pedes domini,audiebat verba illius.Circa cuius mysterium tria tangenda sunt quantùm ad literam pertinet.Primò enim tangitur vnguentum in quo obsecuta est.Secundò obsequium , quod exhibuit ibi. [Et vnxit pedes,&c.] Tertiò effectum obsequij ibi. [Et domus impleta.] Circa primum tria tangit. Primò quantitatem vnguenti: quia multum fuit.Vnde dicit [libram vnguenti.] Thob.3.Si multũ tibi fuerit abundanter tribue.Secundò materiam:quia fuit ex nardo confectum.Vnde dicit. [Nardi.] Cant.1.Dum esset Rex in accubitu suo nardus,&c. Est autem nardus herba brevis,& spicosa,& nigra: ex qua fit vnguentum:quod vim confortandi habet ex sua aromaticitate.Tertiò compositionis formam in eo,quod dicit [pistici pretiosi.] Et secundum Augustinum dicitur [pistici] à loco : in quo nardus oriebatur. Sed melius est,quod exponatur [pistici,] id est,fidelis:hoc est non sophisticati per aliquam admixtionem. Nam pistis in græco idem est,quod fides. Addit autem [pretiosi] quia confectum erat ex spica nardi:ex qua pretiosum vnguentum fit & fortè amixtis alijs pretiosis rebus. In quo docemur, quòd ea quæ pretiosissima sunt apud nos,Deo debemus offerre.secundum illud Psalm. Holocausta medullata offeram tibi,&c. Et Mal.1.Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens offert domino debile.Circa obsequium eius primò nota humilitatem in hoc, quod dicitur. [Vnxit pedes Iesu] ad pedes procidens : secundum illud Psalm. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Secũdò devotionem:quia [extersit capillis suis] vt de ipsa quodammodo obsequium offerret. Roma.6. Exhibite membra vestra arma iustitiæ Deo. Effectus autem obsequij tangitur consequenter cùm dicit. [Et domus impleta est ex odore vnguẽti.] Per quod insinuatur vnguenti bonitas:cuius odor totam domum implenit.Cant.1. Currimus in odorem vnguentorum tuorum. Dubitatur autem vtrũ hæc eadem mulier fuerit de qua dicitur hîc:quòd vnxit dominum:& de qua dicitur Luc.7.& Matth.26.& Marc.13. Multis quidem videtur secundum Hiero.& Chriso.quòd mulier peccatrix de qua Lucas narrat, non sit Maria soror Lazari:quæ dominum dicitur vnxisse.Origenes autem addit:quòd non sit eadem etiam de qua Matth.& Marc.narrant:sed illa sit quædam alia tertia:& hoc vult probare ex tribus.Primò quidem ex tempore.Nam hæc vnxit dominum ante sex dies Paschæ.Illa verò de qua Matth & Marc.narrant infra biduum ante Pascha. Præmittit enim Matth.dominum dixisse. Scitis quia post biduum Pascha fiet.Marcus autem,erat Pascha & azima post biduum. Secundò ex loco.Nam illa mulier legitur dominum vnxisse in domo Simonis læprosi: hoc autem colligitur esse factum in domo Marthæ,ex hoc,quod dicitur,quòd Martha ministrabat (vt etiam Augustinus dicit.) Tertiò ex ipso facto. Nam illa mulier legitur vnxisse caput:hæc autem pedes. Augustinus verò & Gre.dicũt,quòd vna & eadem mulier fuit,quam quatuor Euangelistæ narrant dominum vnxisse:sed bis hoc fecit.Primò quidem in principio suæ conuersionis intermedio tempore prædicationis Christi. Quod Lucas narrat.Secundò verò imminente Christi passione hoc fecit. Quod tres alij Euangelistæ narrant.Vnde idem factum est quod hic narratur : & quod habetur Matth.26.& Marc.14.Ad primum ergo, quod dicitur de dissonantia temporis:dicendum est secundum Augustinum : quòd Ioannes ipse seruat ordinem historiæ. Matth.& Marc.per recordationem interponunt: quod prius fuerat factum immediatè ante proditionem Iudæ quę ex hoc facto creditur occasionem habuisse. Ad secundum quod obijcitur de dissonantia loci potest intelligi, quòd eadem sit domus Simonis læprosi : & etiam Mariæ & Marthæ:ita quòd Simon fuerit paterfamilias domus. Dicitur autem læprosus: quia primò læprosus fuerat,& à Christo curatus. Ad tertium,quod obijcitur de dissonantia facti,dicendum est secundum Augustinum quod mulier vnxit & pedes & caput. Et si quis obijciat quod Marcus dicit,quòd fracto alabastro effudit super caput ipsius recumbentis.potest dupliciter respondẽri. Vno modo, quòd non fuit ita fractum quin aliquid remanserit.Vnde pedes possunt inungi. Alio modo potest dici,quòd prius inunxit pedes:postcà fracto alabastro totum supra caput effudit.Secundum mysterium autem per libram quam Maria accepit, designatur opus iustitiæ. Nam ad iustitiam pertinet singula librare:& ponderare. Ezechielis quinquagesimoquarto. Iuxta mensuram chori erit libratio eorum. Opus autem iustitiæ debet quadruplici virtute adiuncta esse perfectum.Primò quidem pietate.Vnde dicit. [Vnguenti] quod quia lenitium est:mi ericordiam significat.Iaco.2. Iudicium sine misericordia,&c.Secundò humilitate. Vnde dicit. [Nardi] quæ cùm sit herba brevis significat humilitatem. Ezechiel.3. Quãto magnus es, humilia te in omnibus. Tertiò fide. Vnde dicit [pistici.] id est,fidelis.Abac.2. Iusti autem mens ex fide viuit.Quartò charitate.Vnde dicit [pretiosi.] Sola enim charitas precium præstat vitæ æternæ.1. Corinth.13. Si distribuero pauperibus omnes facultates meas,&c. Opere autem iustitiæ vnguntur pedes Iesu,& caput suum.Per pedes intelligimus mysterium humanitatis. Per caput verò diuinitatem: secundum illud 1. Corinth.11.Caput Christi Deus. Vt ergo intelligatur caput & pedes Christi vngere qui diuinitatem & humanitatem eius veneratur.Vel per caput possumus intelligere ipsam Christi personam secundum illud Eph.1.Ipsum dedit caput super omnẽ ecclesiam.Per pedes autem Christi fideles.De quibus.Mat.25. Quod voi ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis.Iai.52 Quàm pulchri pedes supra montes,&c.Vnde caput Christi inungit, qui ipsum Christum veneratur.Pedes autem qui eius fidelibus obsequitur.Quia verò capilli ex superfluitate generantur:pedes domini capillis tergũntur,quando aliquis ex ipsis quæ sibi superfluunt defectui subuenit proximorum.Luc.11.Verũtamen quod superest date eleemosynam. Vnde Augustinus dicit. Si habes superflua da pauperibus,& domini pedes terusti.Per hoc autem , quod dicitur. [Et domus impleta est ex odore vnguenti.] significatur,quòd propter opera iustitiæ bona fama totam replet ecclesiam.2.Corinth.2.Odorem suæ notitiæ manifestat per nos in omni loco:quia Christi bonus odor sumus. Deindè cùm dicit.

Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas schariothis,qui erat eum traditurus.

POnitur zelus proditoris ex prædicto ministerio concitatus. Et circa hoc duo facit. Primò ostendit proditoris zelum. Secundò ponitur zeli repressio: [Dixit ergo ei Iesus,&c.] Circa primum tria facit.Primò describitur persona proditoris.Secundò ponuntur verba eius ibi. [Quare hoc vnguentum,&c.] Tertiò manifestatur eius malitiosa intentio ibi. [Dixit autem hoc,non quia de egenis,&c.] Persona autem eius manifestatur ex tribus.Prin ò quidem ex dignitate cùm dicitur. [Dixit ergo vnus ex discipulis,&c.] vt ostẽdatur, quòd nullus in quacũq; excellentia constitutus de se præsumere debet.Quia (vt dicitur Iob.4.) In angelis suis reperit prauitatem. Secundò ex nomine,cùm dicit [Iudas scariothis nomine.] Interpretatur autem Iudas confitens:vt significetur, quòd præter confessionem virtuosam de qua Roma.10.dicitur. Confessio sit ad salutem. Est quædam confessio vituperabilis & mercenaria:de qua dicitur in Psalm.Confitebitur tibi cùm benefeceris ei. Tertiò describitur ex crimine.Cùm dicitur. [Qui erat eum traditurus.] Psalm.Qui edebat panes meos,&c.

Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs: & datum est egenis.

DEindè ponuntur verba ipsius:ex quibus ostenditur,quòd de bono odore vnguenti spiritualiter mortuus erat:secundum illud 2.Corinth.2.Christi bonus odor sumus: alijs odor mortis in mortem,&c.Displicebat enim ei quòd vnguentum non erat venditum: sed effusum in obsequium Christi.Vnde dicit. [Quare hoc vnguentum non venijt,] id est,venditur [trecentis denarijs.] Sed sicut dicitur 2.Corinth.11. Ministri sathanæ transfigurantur velut ministri Iustitiæ. Vnde iniquitatem suam sub specie pietatis occultauit dicens. [Et datum est egenis.] Isai.32.Cor eius faciet iniquitatem, & perficiet & simulationem : & loquetur ad dominum fraudulenter. Vnde Euangelista eius fraudulentam aperit intentionem,subdens.

Dixit autem hoc:non quia de egenis pertinebat ad eum:sed quia fur erat & loculos habens,ea quæ mittebantur portabat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

NOn enim curabat quòd eis subueniret. Quia Prouerbiorum 22. dicitur. Viscera impiorum crudelia [sed quia fur erat] consuetudinem furandi habens: & dolebat sibi occasionem furandi sublatam per effusionem vnguenti: & ex hac auaritia ductus est ad prodi tionem. Dicitur enim Ecclesiastic. 10. Auaro nihil est sceleratius. Et supra decimo. Fur non venit nisi vt furetur: & mactet, & perdat. Vnde autem furari consueuerit, exponit subdens [Et loculos habens,] id est, custos loculorum domini constitutus, ea quæ mittebã tur, scilicet in loculis donata à fidelibus ad vsum Christi: & pauperum, portabat mysterio: sed asportabat furto. Vbi duo notantur. Primò quòd Christus tanquàm pauper de elemosynis viuebat. Psalm. Ego autem mendicus sum & pauper. Secundò quod non derogat perfectionem si elemosynæ in loculis reseruentur. Vnde quod dicitur Matthæi 6. Nolite solliciti esse in crastinum: non intelligitur quòd nihil in crastinum debeat reseruari: cùm dominus hoc fecerit: qui fuit summum exemplar perfectionis. Sed quæritur quare dominus Iudæ quem furem sciebat, custodiam loculorum commisit? Ad quod respondendum est tripliciter. Primò quidem secundum Augustinum hoc fecit Christus: vt eius ecclesia cùm fures patitur toleraret. Non enim est bonus qui malos tolerare non potuit. Vnde dicitur Cantic. 2. Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. Secundò ei loculos dominus commisit: vt perditionis occasionem auferret: cùm haberet: ex loculis concupiscentiæ mitigatione: sed sicut dicitur Ecclesiastic. 5. Auarus non implebitur pecunia. Tertiò secundum alios: vt doceret quòd spiritualia sunt maioribus committenda: temporalia verò minùs dignis. Vnde dicitur Actuum 6. ab Apostolis. Non est æquum relinquere nos verbum Dei, & ministrare mensis: sed vni de diaconibus hoc ministerium commiserunt. Quæritur etiam quomodò hic dicatur: quòd solus Iudas de hoc vnguento effuso dixerit: cùm Matthæus narret discipulos hoc dixisse. Sed dicendum est, quòd Matthæus ponit numerum pluralem pro numero singulari sicut Matth. dicitur secundo. Defuncti sunt enim qui quærebant animã pueri. Vel potest dici, quòd Iudas primò murmurauit: & ab eo sunt postmodùm alij prouocati: vt similia verba proferant: licèt non ex eadem intentione.

LECTVRA II.

Dixit ergo Iesus. Sinite illam vt in diem sepulturæ meæ seruet illud.

POSITO zelo proditoris propter obsequium mulieris. Hic consequenter ponitur ipsius zeli repressio. Et primò dominus repellit calumniam quam mulieri Iudas iniecerat. Secundò excludit piã causam quam prætenderat ibi. [Pauperes enim, &c.] Dicit ergo [sinite illam,] id est, ne prohibeatis eam. Sciendum enim, quòd multa bona opera fiunt: de quibus si peteretur cõsilium antequàm fiant, non consuleremus, quòd fierent. quia forte possent fieri meliora: postquàm tamen incipiunt fieri: dummodò iam bona sint nõ sunt prohibenda. Et (vt Chrisostomus dicit) forte Iesus antequàm mulier effudisset vnguentum potiùs illud dari pauperibus elegisset. Nunc verò quia iam factum erat prohibentes comprimit, dicens [Sinite illam.] Prouerbiorum tertio. Nolite prohibere eum qui bene facit, &c. Et subdit. [Vt in diẽ sepulturæ meę seruet illud.] Vbi primò prænunciat suam mortem imminere: & obsequium huius mulieris: quòd parata fuit ei impendere in sepultura nisi præuenta fuisset celeri Christi resurrectione. Nam (vt in Marco legitur.) Maria Magdalena cum alijs emit aromata: vt venientes vngerent Iesum. Ideò ergo dicit. [Vt in diem sepulturæ meæ seruet illud,] scilicet non idem quod effusum fuit: sed simile in specie, vel genere, vel etiam opere, quasi dicat. Non prohibeatis eam facere mihi iam vituo: quod non poterit facere mortuo. Nam (vt dictum est) fuit certa Christi resurrectione præuenta. Et hoc magis exprimitur in Matthæo ibi. Ibi enim dicitur præuenit enim vngere corpus meum in sepulturam. Sed nunquid præsciuit mortẽ Christi. Dicendũ, q̃ non. Non enim intelligebat, quod fecit: sed quodam instinctu interiori mota est ad hoc faciendum. Frequenter enim aliqui mouentur ad faciendum, quod non intelligunt: sicut Cayphas supr. 11. Cùm esset Pontifex, &c. Et huiusmodi vocantur prælagia inquantùm primò ante facta agantur. Consequenter cùm dicit.

Pauperes enim semper habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis.

EXcludit piam causam quam Iudas prætenderet dicens. Quare hoc vnguentum non venditur, &c. Vnde dominus subdit. [Pauperes enim semper habebitis vobiscum.] Vbi sciendum est, quòd quandóque faciendum quod minus est necessarium: si remaneat locus implẽdi, quod est magis necessarium. Et ideò dominus licèt magis necessariũ esset, quòd hoc vnguentũ daretur pauperibus, quàm quòd vngerentur pedes eius ex eo: quia tamẽ adhuc potest fieri, cùm pauperes semper habeamus nobiscum. Ideò dominus permisit fieri istud, quod est minus necessarium. In hoc autem, quod dicit. [Pauperes semper habebitis vobiscum.] Datur intelligi familiaritas quam diuites debent habere ad pauperes, &c. Eccl. 4. Congregationi pauperum affabilem te facito. [Me autem non semper habebitis.] Sed contra Matth. vlti. Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi, &c. Responsio secundum Augustinum: Dominus dicens. [Me autem non semper habebitis,] loquebatur de præsentia corporis sui prout in sua specie apparet: secundum quam iturus erat ad cœlum infrà 16. Iterum reliquo mundum. Sed quantùm ad præsentiam diuinitatis semper est nobiscum. Et etiam sacramentaliter in ecclesia. Vel aliter dicendum, quòd dominus hoc dicens intelligit de præsentia diuinitatis suæ. Quidam enim videntur habere Christum spiritualiter: vel in sacramento: vel in confessione fidei: qui tamen non sunt semper eum habituri: cùm sint tantùm de ecclesia quantùm ad numerum: non quantùm ad meritum. Et huiusmodi sunt serui. Filij autem semper sunt eum habituri: quia (vt dicitur supr. 8.) Filius manet in domo in æternum. Dicit ergo Iudæ [Me autem non semper habebitis:] quia indignum te fecisti ad hoc. Vt autem Chrisostomus dicit. In hoc dominus obiurgat Iudam. Nam per hoc, quòd molestè tulit obsequium impensum videtur grauari de præsentia Christi. Et ideò Christus dicit. [Me autem non semper habebitis, &c.] quasi diceret, grauis sum tibi & onerosus, sed expecta parũ, & abibo. Consequenter cùm dicit.

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis: quia illic est: & venerunt non propter Iesum tãtùm: sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis.

OStendit quomodò Iesus glorificatus est à turbis Iudæorum. Et primò quomodò à turbis Christum visitantibus. Secundò quomodò à turbis ei obuiantibus ibi. [In crastinum autem, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponitur deuotio turbarum visitantium. Secundò exagitatur concitans zelus Pharisæorum inuidentium ibi. [Cogitauerũt autem principes sacerdotum.] Prima pars diuiditur in duas. In prima ponitur turbarum visitatio. In secunda subditur visitationis occasio. Quantum ad primum dicit. [Cognouit ergo turba multa ex Iudęis: quia Iesus illic esset] in Bethania [& venerunt.] Ad quod Dominus inuitat Matth. vndecimo. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. Et ideò vbi scimus esse eum, debemus festinanter accedere. Causa autem visitationis ponitur duplex. Vna vt frueretur visione & doctrina Christi. Alia vt viderent Lazarum. Et hoc propter duo. Primò quia illud, quod factum erat circa ipsum inquatum, quatriduanus in monumento suscitatus fuit: valde mirabile erat. Et hoc homines videre desiderant. Psal. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis, id est, laborabit ad cognoscendum. Secundò quia sperabant Lazaro referente aliquid de alia vita perpendere & audire, cuius cognitionis desiderium innatum est hominibus. Hoc autem est contra illud, quod stulti dicunt. Sapientiæ secundo. Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ, &c. Et non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Ecce enim Lazarus, quem suscitauit à mortuis, ab inferis redijt. Concitatum autem zelum Pharisæorum inuidentium ponit, dicens.

Cogitauerunt autem principes sacerdotũ vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibãt ex Iudæis, & credebant in Iesum.

IN quo videbantur obuiare Deo, ipse enim viuificabat Lazarum, & isti volebant occidere. Iob decimoquinto. Occurrit aduersus eum erecto collo. Ratio autem zeli ponitur. [Quia multi propter illum abibant, &c.] Sed contra Christus multos sanauerat, puta paraliticum. supra quinto. Cęcum natum supra nono. Quare Lazarum tantum volebant occidere, &c. Ad quod Chrisostom. quatuor rationes assignat. Vnam quia istud miraculum erat euidẽtius coram multis factum, & inopinabile. Videre mortuum quatriduanum ambulantem etiam loquentem. Alia ratio erat: quia Lazarus persona ignobilis erat. Cęcus autem persona ignobilis. Vnde & eiecerunt eum de templo. Tertia ratio est: quia miraculum istud factum est imminẽte festiuitate: quando totus populus Iudęorum ad diem festum conueniens admirabatur, & dimittentes festiuitates Bethaniam veniebãt. Quarta ratio, quia in alijs Christi miraculis nitebantur criminari violationem sabbati, & per hoc ab eo turbas adducere, sed hoc tale facere non poterant. Vnde quia in nullo habebant conqueri contra Iesum aduersus Lazarum faciunt conatum, tanquàm hoc esset potissima via ad miraculum occultandum. Prouer. 1. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant, &c.

LECTV-

LECTVRA III.

In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum: cùm audissent quia venit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum: & processerunt obuiam ei: & clamabant. Osanna: benedictus qui venit in nomine domini Rex Israël.

HIC ponitur deuotio turbæ obuiantis Christo. Et primò ponitur obuiatio turbarum. Secundò zelus Pharisęorum ibi. [Pharisæi autem dicebãt, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponitur turbæ obuiatio. Secundò aduentus domini ibi. [Et inuenit Iesus asellũ, &c.] Tertiò obuiationis causa ibi. [Testimonium ergo, &c.] Obuiatio autem describitur quò ad quatuor. Primò quantùm ad tempus. Quia [in crastinum.] Sab illo die de quo dixerat. Ante sex dies Paschę qui est decimus dies mensis. Et congruit figuræ. Exod. 12. vbi dicitur, q̃ agnus Paschalis qui immolandus erat quartodecimo die ad vesperam debebat accipi decimo die mensis. Secundò describitur quantũ ad personas obuiantes: quia [turba multa quæ conuenerat ad diem festum.] Per quod significatur populorum multitudo, qui conuertendi erant ad Christum. Psalm. Synagoga populorum circundabit me. Dicit autem [ad diem festum.] Quia ad hoc fideles conuertuntur ad Christum, vt ad diem festum cœlestis Hierusalem perueniãt. Matth. 8. Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent, &c. Tertiò describitur, quantùm ad motiuum obuiandi: quòd est auditus de aduentu Iesu. Vnde dicit. [Cùm audisset quia venit Iesus Hierosolymam.] Ad Christum enim omnes fideles conuertuntur propter auditum fidei. Roma. 10. Fides ex auditu: auditus autem, &c. Exod. 5. Audierunt filij Israël, quòd visitasset, &c. Quartò describitur quantùm ad modum obuiandi. Et primò quantùm ad ea quæ fecerunt: quia [receperunt ramos palmarum.] Palma enim: quia viriditatem suam conseruat: significat victoriam. Vnde & apud antiquos triumphantibus in signũ victoriæ dabatur. Et de martyribus triumphantibus legitur Apocal. 7. quòd palmæ erant in manibus eorum. Rami ergo palmarum secundum Augustinum laudes sunt significantes victoriam: quia dominus erat mortem moriẽdo superaturus. In tropheo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. [Et processerunt obuiam ei.] Amos. 4. Præparare in occursum Dei tui, &c. Secundò quantùm ad ea quæ dixerunt. [Quia clamabant Osanna, &c.] Vbi ponit petitionem & laudem. Petitionem quidem cùm dicunt. [Osanna, id est, salua obsecro: quasi dicat. Osy, quod est salua, & anna, quod est obsecro. Quod secundum Augu. non est verbum, sed interiectio deprecantis. Rectè ad Deum in Hierusalem petunt: quia (vt dicitur Isa. 33.) Dominus ipse veniet, & saluabit nos. Psalm. Excita potentiam tuam, & veni. Laudant autem quantùm ad duo, scilicet quantùm ad eius aduentum: & quantùm ad potentiam regni eius. Aduentum quidem eius laudant, dicentes. [Benedictus qui venit in nomine domini, &c.] Vnde sciendum est, quòd benedicere, est bonum dicere. Aliter autem Deus benedicit nobis. Aliter nos Deo. Deus enim benedicendo nobis, facit nos bonos. Nam dicere suum est eius facere: dixit enim & facta sunt. Nos autem benedicendo Deo confiremur eius bonitatem. Psalm. Benediximus vobis de domo domini. Genes 26. Qui benedixerit tibi: sit ille benedictus, &c. [Benedictus] ergo [qui venit in nomine domini.] Christus enim operabatur in nomine Dei: quia omnia opera quæ faciebat, ad gloriam Dei ordinabat. Quia verò & pater dominus est: & filius dominus est: ideò hoc, quod dicitur. [In nomine domini.] potest intelligi dupliciter. Vno modo. [Benedictus qui venit in nomine domini,] id est, in nomine Iesu ipsius tanquam dominus. Isai. 30. Dominus legifer noster. Moyses ergo hoc modo: non venit in nomine domini, quia venit sicut seruus. Heb. 6. Moyses in omni domo sua tanquam famulus, &c. Sed secundum Augustinum melius dicitur [in nomine domini,] scilicet patris. Nam verba eius ad hoc nostrum dirigunt intellectum: supra 5. Ego veni in nomine patris mei, &c. Dupliciter autem dicitur venire in nomine patris. Primò quidem inquantùm venit vt filius. Per quod datur intelligi pater. Secundò inquantùm venit vt manifestans patrem infrà decimoquarto. Manifestaui nomen tuum, &c. Potentiam verò regni eius laudant cùm dicunt. [Rex Israël.] Ad literam enim credebant Iudæi quòd venisset regnaturus temporaliter super eos, & redempturus eos seruitute romanorum: & ideò applaudebant ei tanquam regi. Hiere. trigesimotertio. Regnabit Rex, & sapiens erit. Isaiæ trigesimosecundo. Ecce in iustitiam regnabit Rex, &c. Sed sciendum, quòd omnia verba prædicta poterant haberi ex Psalm. Nam cùm Psalm. diceret. Lapidem quem reprobauerunt edificantes. Subdit. O dominе saluam me fac. Benedictus, &c. Vbi Hieronymus secundum Hebræam Veritatem transtulit Osanna, Benedictus, &c. Sed hoc, quod subdunt. [Rex Israël.] non est in Psalm. Sed est ibi. Deus dominus, & illuxit nobis. In quo ex eorum cæcitate minuunt eius laudem: quia Psalmus laudat eum tãquam Deum: ipsi verò tanquam regem temporalem. Consequenter cùm dicit.

Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum.

PONit Domini aduentum. Et primò ponit modum veniendi. Secundò inducit Prophetiam. Tertiò ostendit dispositionem discipulorum circa hoc factum. Notandum est circa primum, quòd Ioannes euangelista euangelium suum post omnes alios Euangelistas conscripsit. Vnde omnia Euangelia diligenter perlegerat. Et quæ per alios diffusè dicta erant: ipse compendio tradidit. Quæ verò omiserant, ipse suppleuit. Quia verò diffusè in alijs Euangelistis habetur quomodò dominus misit duos de discipulis suis vt asinam adducerent. Ideò hoc Ioannes breuiter pertransiuit dicens. [Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, &c.] Sciendum autem, quòd facta Christi sunt quasi media inter facta veteris testamenti & noui. Et ideò tam turba quæ præcedebat, quàm quæ sequebatur eum laudabat inquantùm facta Christi sunt regula, & exemplar eorum quæ fiunt in nouo testamento: & præfigurata à prioribus veteris testamenti. Asellus autem, quod est animal rude, significat populum gentium: super quem sedit: vt significaret, quòd ipse redemptur us esset gentes. Isaiæ quadragesimosecundo. Dedi te lucem gentium: vt sis salus mea, &c. Isaiæ trigesimosecundo. Beati qui seminatis super omnes aquas mittentes pedem bouis & asinæ, id est, coniungentes in vnitatem fidei populum Iudæorum & gentium. Quia autem Matthæus Euangelium suum scripsit Iudæis, mentionem facit de asina: per quam signatur synagoga Iudæorum quæ fuit quasi mater gentium in spiritualibus: quia de Syon exibit lex, & verbum, &c. Alij verò Euangelistæ: quia gentibus euangelia scripsere, faciunt etiam mentionem de pullo, &c. Consequenter cùm dicit.

Sicut scriptum est. Noli timere filia Syõ: Ecce Rex tuus venit, sedens super pullum asinæ.

INducit Prophetiam quæ scripta est Zachar. 9. In qua primò dat securitatem. Secundò promittit regiam maiestatem. Tertiò subdit vtilitatem regis. Securitatem dat cùm dicit. [Noli timere filia Syon] Syon arx erat in Hierusalem, vbi erat habitatio regis. Filia ergo Syon est plebs Hierosolymorum, & Iudæorum qui subditi erant regi Hierusalem. Iudæis ergo dicitur. [Noli timere] quia dominus defensor tuus. Isaiæ quinquagesimoprimo. Quis tu vt timeas ab homine mortali. Psalm. Dominus defensor vitæ meæ, &c. In quo excluditur Euangelista timorem mundanum & seruilem. Regiam autem maiestatem promittit, dicens. [Ecce Rex tuus venit, &c.] Isaiæ nono. Paruulus datus est nobis. Et infrà. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit. Dicit autem [tuus,] id est, ex te carnem sumens. Quia nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Hebræor. secundo. Iterum [tuus.] id est, ad vtilitatem tuam. Vnde subdit [venit tibi.] Matth. Et nunc quæ ad pacem tibi, &c. Sed tamen ipsi resistendo eorum vtilitatem impedierunt. [Venit] inquam [tibi] non ad terrorem, sed ad liberationem. Vnde subdit. [Sedens super pullum asinæ.] In quo signatur regis clementia, quæ valdè est accepta subditis. Prouerb. vigesimo. Clementia robora, &c. Et contradicitur Prouerbior. nono. Sicut fremitus leonis, &c. quasi dicat. Non venit in fastu regio propter quod posset esse odiosus: sed venit in mansuetudine. Ecclesiast. decimo. Rectorem te posuerunt, &c. Noli ergo timere regni oppressionem. Vetus autem lex in timore data est: quia lex seruitutem generabat. Item signatur in hoc regis potentia inquantùm in humilitate & infirmitate veniens totum mundum attraxit primæ Corinth. 1. Quod infirmum est Dei fortius est hominibus. Consequenter cùm dicit.

Hæc non cognouerunt discipuli eius primùm: sed quando glorificatus est Iesus, tũc recordati sunt: quia hæc erant scripta de eo: & hæc fecerunt ei.

PONit dispositionem discipulorum ad Prophetiam inductam: in quo Euangelista confitetur ignorantiam & suã & discipulorum. Quia (vt dicitur Prouerb. 18.) Iustus in principio accusator est sui. Vnde dicit, quòd [hæc] quæ prædicta sunt [non cognouerunt discipuli eius primùm,] id est, ante passionem [sed quando glorificatus est Iesus,] id est, quando virtutem suæ resurrectionis ostendit. [tunc recordati sunt, &c.] Ideò autem quando glorificatus est cognouerunt. Quia tunc receperunt virtutem spiritus sancti: ex qua effecti sunt omnibus sapientibus sapientiores. Iob. 21. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Hoc autem ideò intoducit Euangelista: vt ostendat nõ fuisse quod factum est ferio à discipulis procuratum. Consequenter cùm dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cũ eo, quando Lazarum vocauit de monumento: & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum:

PONit causam obuiationis quæ fuit exhibitio testimonij, [quod perhibebat turba quæ cũ eo erat de resurrectione Lazari [quando scilicet vocauit Lazarum de monumento. Propterea & obuiam, &c.] primæ Corinthiorum primo. Iudæi signa quærũt. Istud enim euidentius signum erat: & mirabilius. Et ideò vltimò ipsum reseruauit: vt magis imprimeretur eorum memoriæ. Consequenter cùm dicit.

Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis: quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abijt.

PONit Pharisæorum zelum: qui concitabatur ex frustratione conatus eorum. Vnde dicebant [Videtis quia nihil proficimus, &c.] Quod quidem est verbum Pharisæorum inuidentium vt dicant. [Nihil proficimus.] scilicet in malitia nostra non valentes eum impendere. Hoc modo accipitur proficere. secundæ Timoth. tertio. Mali autem homines, & seductores proficiunt in peius. Sed quid inuidet cæca turba: quia post eum abijt mundus: per quem factus est mundus: sed tamen signatur per hoc: quòd totus mundus eum secuturus erat. Oseę sexto. Viuemus in conspectu eius, &c. Chrisostomus autem vult quòd hæc sint verba Pharisæorum credentium occultè tantùm propter metum Iudæorum: & dicunt hoc: vt retraherent eos à persecutione Christi: ac si dicerent. Quantuncúque insidiamini: tantò hic augetur: & gloria eius intenditur. Quid ergo nõ desistitis à tantis insidijs? quod quidem quasi idem est cum consilio Gamalielis. De quo habetur Act. 5.

LECTVRA IIII.

Erant autem quidam gentiles, ex his qui ascenderant, vt adorarent in die festo.

POSITA gloria quam Christus habuit ex ministerio domesticorum: & ex deuotione turbarum. Hìc Euangelista ponit gloriam quam Christus habuit ex deuotione gentilium. Et primò ponitur gentilium deuotio. Secundò deuotionis ipsorum denunciatio ibi. [Venit Philippus, &c.] Tertiò passionis Christi prænunciatio ibi. [Iesus autem respondit. Venit hora, &c.] Deuotio autem gentilium ponitur quantùm ad duo. Primò ponitur quantùm ad sacramenta veteris testamenti. Secundò quantùm ad Christum ibi. [Hi ergo accesserunt.] Deuotio autem gentilium ad sacramenta veteris testamenti ostenditur per hoc quòd templum visitabant. Vnde dicit [Erant autem gentiles quidem qui ascenderãt] supple in Hierusalem. [vt adorarent in die festo.] quasi dicat. Non solùm turba Iudæoru m: sed etiam ipsi gentiles honorabant Christum. Ratio autem quare ascendebant secundum interlinearem quandam assignatur: Quia erant proseliti, & conuersi ad ritum Iudæorum ad prædicationem Iudæorum: quia per mundum habitabant, & conabantur multos ad se conuertere. Matthæi 23. Circuitis mare & aridam: vt faciatis vnum proselitum. Et ideò secundùm ritum Iudæorum ascendebant cùm alijs. Sed meliùs dicendum est secundum Chrisostomum quòd sicut habetur. 2. Mach. 3. Templum Dei, quod erat in Hierusalem in veneratione habebatur cunctis populis: & regibus vniuersæ terræ: ita vt ipsum templũ maximis muneribus illustrarent. Et ideò contingebat, quòd in diebus festiuis multi etiam gentiles ascenderent Hierusalem. Simile habetur Act. 8. de eunucho candacis Regis Ethiopum: qui venerat adorare Hierusalem. Vnde & Isa. 56. dicitur. Domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus: ait dominus. Isti autem gentiles ex deuotione, quam habebant ad templum ascenderant. In quo præfigurabatur conuersio gentilium ad fidem.

Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat in Bethsaida Galilææ: & rogabant eum, dicentes: Domine volumus Iesum videre.

DEuotio autem gentilium ad Christum ostenditur per hoc, quòd desiderabant eum videre: Vnde dicit [hi ergo] scilicet gentiles [accesserunt ad Philippum, &c.] Sciendum autem, quòd Christus Iudæis tantùm personaliter prædicauit. Roma. 15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei, &c. Gentilibus autem prædicauit per Apostolos. Isai. vlti. Mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes, &c. & annunciabunt gloriam meam gentibus. Matthæ. vlti. Euntes docete omnes gentes, &c. Hoc ergo hic iam præsagiebatur: inquantùm gentiles Christum videre volentes: non venerunt immediatè ad eum: sed ad vnum ex discipulis eius, scilicet ad Philippum. Et hoc congruenter quia ipse primus prædicauit his qui erant extra ritum Iudæorum: scilicet Samaritanis (vt habetur Act. 8.) Philippus autem descendit in ciuitatem Samariæ, & prædicabat illis Christum. Et hoc conuenit ei secundum nominis interpretationem. Philippus enim interpretatur os lampadis. Prædicatores autem sunt os Christi. Hiere. 15. Si separaueris pretiosum à vili quasi os meum eris. Christus autem lampas est. Isai. 42. Dedi te lucem gentium, &c. Conuenit etiam ei quantùm ad locum [qui erat à Bethsaida.] quæ interpretatur venatio: Quia prædicatores venantur eos quos ad Christum conuertunt. Hier. 16. Mittam eis piscatores, & piscabuntur eos. Item [Galilææ] quæ interpretatur transmigratio, & gentiles ad prædicationes Apostolorum transmigrati sunt de statu gentilitatis ad statum fidei. Ezech. 12. Filij hominis fac tibi vasa transmigrationis, &c. Accedentes autem ad Philippum exprimunt eorum desiderium dicentes [quia volumus Iesum videre.] In quo signatur, quòd gentiles qui Christum corporaliter non viderant ministerio Apostolorum ad fidem conuersi desiderant eum videre glorificatum in patria. 3. Reg. 10. Omnis terra desiderabat videre faciem Salomonis.

Venit Philippus & dicit Andreæ: Andræas & Philippus rursùm dixerunt Iesu.

HIc ponitur denunciatio deuotionis gentilium ad Christum. In qua quidem ordo attenditur. Quia (vt dicitur Roma. 13.) Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Est autem hic diuinus ordo: vt inferiora reducantur in Deum per superiora: Andræas autem superior fuit in Apostolatu Philippo: quia prius eo conuersus fuit: & ideò Philippus non per seipsum tantum, sed per Andræam istos Gentiles voluit ad Christum adducere, memor fortè eius, quod Dominus dixerat. In viam gentium ne abieritis. Et hoc est, quod dicit, quòd [Philippus dicit Andreæ, rursum, &c.] In quo datur nobis exemplum omnia de consilio maiorum facienda. Sic & Paulus ascendit Hierosolymã, & contulit Apostolis Euangelium, quod in Gentibus prædicabat (vt habetur ad Galath. secũdo.) Possumus autem in nominibus istorum duorum intelligere duo necessaria prædicatoribus: vt hominis ad Christum adducant. Primum est discretudo ordinatæ locutionis quæ notatur in nomine Philippi. Quod interpretatur os lampadis. Secundum est virtus bonæ operationis, quod notatur in nomine Andreæ. Quod interpretatur virilis. Psal. Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius, &c.

Iesus autem respondit eis, dicens. Venit hora vt clarificetur filius hominis.

HIc prænunciatur passio Christi. Et Primò prænunciat Christus imminere suæ passionis tempus. Secundò insinuat passionis necessitatem ibi. [Amen amen dico vobis. Nisi granum, &c.] Tertiò inducit necessitatem passionis aliorum ibi. [Qui amat animam suam, &c.] Dicit ergo [venit hora, &c.] Vbi notandum est, quod Dominus videns Gentiles istos properare ad fidem, & intelligens in eis quodammodò conuersionem Gentium inchoari, prænunciauit suæ passionis tempus imminere à simili, sicut qui videt segetem dealbatam dicit. Venit hora vt falx mittatur in messem. supra quarto. Videte regiones quia albæ sunt iam ad messem. Sic ergo hìc Dominus loquitur, ex quo inquit gentes quæruot me videre. [Venit hora: vt glorificetur filius hominis.] Qui quidem glorificatus est tripliciter. Primò in sua passione. Hebræorum quinto. Non semetipsum glorificauit vt Pontifex fieret, scilicet in ara crucis, sed qui locutus est ad eum, &c. Et secundum hoc dicit. [Venit hora vt clarificetur filius hominis,] id est, patiatur: quia ante eius passionem gentes non conuertentur ad eum, in qua quidem passione clarificatus fuit, & quantum ad signa visibilia, sicut in obscuritate solis, in scissione veli,, & alijs huiusmodi. Et quantum ad signa inuisibilia, sicut in triumpho quo palàm in semetipso de tartareis principibus triumphauit (vt dicitur Collossensium secundo.) Ideò autem supra dixit. Nondum venit hora mea: quia nondum parata erat deuotio gentium sicut modò. Secundò clarificatus fuit in Resurrectione, & Ascensione. Priùs enim oportuit Christum resurgere, & in cœlum ascendere, & sic clarificatus mittere spiritum sanctum in Apostolos per quos gentes conuertendæ erant. supra septimo. Nondum erat spiritus datus: quia Iesus nondum erat glorificatus. Psalmus. Ascendens Christus in altum, &c. Tertiò glorificatus est per conuersionem gentium. Philippensium secundo. Omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria, &c. Consequenter cùm dicit.

Amen amen

Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipsum solùm manet.

INsinuat necessitatem suæ passionis. Et primò ponit eam. Secundò eius vtilitatem ibi. [Si autem mortuum fuerit.] Necessitas autem suæ passionis causatur ex conuersione gentium: quę esse non potest nisi filio hominis per passionem, & resurrectionem glorificato. Et hoc quod dicit. [Amen amen dico vobis.] id est, in veritate. [Nisi granum frumenti, &c.] Circa quod quantùm ad literam sciendum est: quòd grano frumenti vtimur ad duo: scilicet ad panem: & ad semen. Hoc autem, quod dicitur hìc intelligitur de frumento secundum quòd est semen: non prout est materia panis. Quia secundum hoc nunquam pullulat, vt faciat fructum. Dicit autem [mortuum fuerit.] non quòd amittat virtutem seminatiuam: sed quia mutatur in aliam speciem. primæ Corinthior. decimoquinto. Tu quod seminas non viuificatur: nisi prius moriatur. Sicut autem verbum Dei est semen in anima hominis: secundum quòd est voce sensibili indutum ad fructum bonæ operationis producendum. Matthæi decimotertio. Semen est verbum Dei. Ita verbum Dei carne indutum est semen missum in mundum: ex quo maxima seges pullulare debebat. Vnde & grano sinapis comparatur. Matthæi decimotertio. Dicit ergo. Ego veni vt semen fructificandum: Et ideò verè dico vobis [Nisi granum frumenti cadens in terram, &c.] id est, nisi ego moriar, fructus conuersionis gentium non sequetur. Ideò autem grano frumenti se comparat, quia ad hoc venit vt reficeret, & sustentaret mentes humanas: hoc autem præcipuè efficit panis frumenti Psalm. Panis cor hominis confirmat. Supra sexto. Panis, quem ego dabo vobis, & cætera. Sed nunquid non erat conuertenda multitudo gentium nisi per mortem Christi? Erat quidem secundum D. i virtutem: sed non secundum Dei determinationem ordinatam ab ipso: vel per hunc modum fieret: vtpotè qui congruentior erat. Hebr. 10. Sine sanguinis effusione, &c. Infrà decimosexto. Si enim non abiero paraclitus nõ veniet, &c. Vtilitas autem passionis ponitur cùm dicit.

Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert.

QVasi diceret. Nisi cadens in terram per passionis humilitatem. Philip. 2. Humiliauit semetipsum, &c. Nulla vtilitas sequitur, quia ipsum solùm manet. [Sed si mortuũ fuerit,] id est, mortificatus, & occisus à Iudæis [multum fructum affert.] Et primò quidem fructum remissionis peccati. Isaiæ vigesimosexto. Hic est omnis fructus: vt tollatur peccatum. Quem quidem fructum attulit passio Christi secundum illud primæ Petri tertio. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est: iustus pro iniustis, &c. Secundò verò fructum conuersionis gentium ad Deum. Infra decimoquinto. Posui vos vt eatis: & fructum afferatis, &c. Quem fructum attulit passio Christi. Infra eodem. Ego si exaltatus fuero à terra, &c. Tertiò fructum gloriæ. Sapient. 2. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Supra. 4. Qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam. Et hunc fructum etiam attulit passio Christi. Hebr. 10. Habemus fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi: qui initiauit vobis viam nouam & viuentem, &c.

Qui amat animam suam: perdet eam.

HIc ponit necessitatem mortis aliorum: qui amore Christi passionibus se exponunt. Et primò ponit mortis huius necessitatem. Secundò ad mortem ipsam hortatur ibi. [Si quis mihi ministrat, &c.] Circa primũ duo facit. Primò præmittit subeundum necessitatem mortis propter Christum. Secundò subdit mortis huius vtilitatem ibi. [Et qui odit animam, &c.] Dicit ergo quantùm ad primum. [Qui amat animam suam.] Et quidem omnis homo animam suam amat. Sed quidam simpliciter: et quidam secundum quid. Amare enim aliquem est velle ei bonum. Ille ergo animam suam amat: qui vult ei bonum. Qui ergo vult animæ suæ id, quod est bonum simpliciter: simpliciter amat eam. Qui autem vult ei aliquod particulare bonum: amat eam secundum quid. Bona autem animæ simpliciter sunt illa, quibus anima fit bona: scilicet summum bonum: quod est Deus. Qui ergo vult animæ suæ bonum diuinum & spirituale: simpliciter amat eam. Qui autem vult ei bona terrena: puta diuitias: & honores: voluptates: & huiusmodi amat eam secundum quid. Psalm. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Eccl. vigesimoseptimo. Si præstes animæ tuæ concupiscentias suas, &c. Potest ergo hæc litera dupliciter intelligi. Vno modo sic. [Qui animam suam amat.] supple simpliciter ad bona æterna [perdet eam,] id est, exponet se morti propter Christum: sed hìc non est sensus verus. Et ideò dicitur. [Qui amat animam suam.] secundum quid scilicet ab bona temporalia [perdet eam.] simpliciter, scilicet Matthæi decimosecundo. Quid enim proficit homini si totum mundum lucretur, animæ autem suæ, &c. Et veritas huius sensus patet ex hoc, quod sequitur. [Qui odit animam suam in hoc mũdo.] Igitur Qui amat animam suam in hoc mundo.] i. ad bona mundana [perdet eam.] quantùm ad bona æterna. Luc. 6. Væ vobis qui ridetis: quia flebitis. Luc. 6. Recordare quia recepisti bona in vita tua, &c. Vtilitas autem huius mortis subditur cùm dicit.

Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

IDest qui denegat bona præsentia animæ suæ: & sustinet propter Deum quæ videntur mala in hoc mundo. [In vitam æternam custodit eam.] Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, &c. Luc. 12. Si quis venit ad me, & non odit patrem: & matrem: adhuc autem & animam suam, &c. Attendendum autè, quòd illud, quod supra de grano frumenti dictum est, competit huic sententiæ. Nam sicut Christus missus in mundum quasi quoddam semẽ ad fructificandum. Ita quicquid nobis temporaliter datur à Deo: nõ confertur nobis vt fructus: sed per illud ad fructum æternæ remunerationis peruenimus. Vita autem nostra est quoddam temporale donum à Deo nobis collatum. Qui ergo propter eam Christum exponit fructum multum affert. Hic ergo est qui odit animam suam, id est, qui vitam suam exponit, & seminat propter Christum in vitam æternam, &c. Psalm. Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione. Et similiter qui diuitias suas, & alia bona quæ habet exponit propter Christum: & communicat alijs in vitam æternam, &c. 2. Cor. 6. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet, &c. Sed quia durum videtur, quòd homo habeat animam suam odio: ideò dominus ad hoc consequenter hortatur dicens.

Si quis mihi ministrat: me sequatur: & vbi sum ego: illic & minister meus erit.

ET primò ponitur exhortatio. Secundò exhortationis ratio ibi. [Si quis mihi ministrauerit, &c.] Circa primum tria facit. Primò describit suorum fidelium conditionem. Secundò inducit ad sui imitationem. Tertiò subdit imitantium remunerationem. Et quidem attende quàntùm ad primum fidelium Christi dignitatem: quia ministri Christi. 2. Cor. 9 Ministri Christi sunt, & ego: Illi ergo Christo ministrant: qui ea quæ sunt Christi quærunt: qui commoda propria quærunt: non sunt ministri Christi: sed suiipsorum. Philip. 5. Omnes quæ sua sunt quærunt. Prælati autem sunt ministri inquantùm eius sacramenta fidelibus dispensant. primæ Corinth. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, &c. Item quilibet fidelis qui mandata Christi seruat. secundæ Corinth. 6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, &c. Quantùm ad secundum attende fidelium Christi gloriam & nobilitatem. Vnde dicit [me sequatur.] quasi dicat homines sequantur dominos suos quibus ministrant. [Qui] ergo [mihi ministrat, me sequatur.] vt faciat sicut ego mortem subeo: vt multum fructum afferat: & ipse. (Sequi autem Christum est magna gloria. &c.) Eccl. 4 Magna gloria est sequi dominum. Supra. 10. Oues meæ vocem meam audiũt, &c. Quantùm ad tertium attende fidelium beatitudinem. Quia [vbi ego sum,] non solùm in loco: sed etiam in ipsa participatione gloriæ. Matth. 24. Vbi fuerit corpus illuc congregabuntur aquilæ. Apoc. 3. Qui vicerit faciam illum sedere, &c. Ratio autẽ exhortationis subditur cùm dicit.

Si quis mihi ministrauerit: honorificabit eum pater meus.

QVi enim ministrat Christo honorat eum pater. Sed supr. 5. dicitur. Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Idem est ergo honorificare filium, & honorificare patrem. Pater autem dicit. 1. Reg. 2. Qui glorificauerit me, glorificabo eum, &c. Qui ergo ministrat Iesu non sua quærens: sed quæ Iesu Christi, honorificabit eum pater Iesu. Non autem dixit: ego honorificabo eum: sed pater meus. Quia nondum opinionem de eo habebant: quòd scilicet esset æqualis patri. Vel dicendum, quòd hæc dicit in signum maioris familiaritatis inquantùm ab eodem honorificabuntur à maioris familiaritatis inquantùm ab eodem honorificabuntur à quo & filius. Nam honorem quem habet filius per naturam: ipsi habebunt per gratiam. Vnde Augu. dicit. Maiorem honorem non poterit recipere adoptatus, quàm vt sit vbi est vnicus. Roma. 8. Quos prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, &c.

LECTVRA V.

Nunc anima mea turbata est.

SVPRA actum est de gloria Christo exhibita à diuersis hominibus. Hìc agit de gloria Christo exhibita à Deo. Et primò ponitur huius gloriæ petitio. Secundò subditur gloriæ promissio ibi. [Venit ergo vox de cœlo, &c.] Circa primum duo facit. Primò præmittit animæ suæ affectionem. Secundò proponit petitionem ibi. [Et quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicam,&c.] Sed attende circa primum quod est mirabile quod dicit. [Nunc anima mea turbata est.] Suprà enim fideles suos exhortatus est animam suam in hoc mundo odio habere. Et nunc imminente morte audiuimus ipsum dominum dicentem [Nunc anima mea turbata est.] Propter quod Augustinus dicit. Domine sequi iubes animam meam: turbari video animam tuam. Quale fundamentum quæram si petra succumbit? Et ideò videndum est primũ quid sit hæc turbatio in Christo. Secundò, quare voluit eam subire. Sciendum est autem quantùm ad primum quòd propriè dicitur turbari aliquid quando commouetur. Vnde & mare commotum dicimus esse turbatum. Quandocúnque aliquid excedit modum suæ quietis & tranquilitatis, tunc illud dicitur turbari. In anima autem humana est pars sensitiua: & pars rationalis. In sensitiua quidem parte animæ accidit turbatio: quando aliquibus motibus commouetur: puta cùm timore contrahitur, spe eleuatur, gaudio dilatatur: seu aliqua alia passione afficitur. Sed hæc quidẽ turbatio quandóque quidem sub ratione sistit: quandóque verò limitem rationis excedit: cùm scilicet ipsa ratio perturbatur. Quod quidem pluries in nobis contingit. Sed in Christo hoc locum non habet: cùm sit ipsa sapientia patris: nec etiam in aliquo sapiente. Vnde sententia Stoicorum est: quòd sapiens non turbatur: scilicet quantùm ad rationem. Secundum hoc ergo est sensus. [Nunc anima mea turbata est.] id est, affecta est passionibus timoris & tristitiæ: quantùm ad sensitiuam: quibus tamen ratio non turbatur: nec suum ordinem deserebat. Matthæi decimoquarto. Cœpit Iesus pauere & tedere. Huiusmodi autem passiones aliter sunt in nobis: & aliter fuerunt in Christo. In nobis enim sunt ex necessitate inquantùm quasi ab extrinseco commouemur, & afficimur. In Christo autem non sunt ex necessitate: sed ex imperio rationis: cùm nulla passio fuerit: nisi quam ipse concitauit. Nam intantùm inferiores vires erant subditæ rationi in Christo: quòd nihil agere & pati poterant: nisi quod eis ratio ordinabat. Et ideo dicitur supra vndecimo, quòd Iesus infremuit spiritu, & turbabat semetipsum. Psalm. Commouisti terram, id est, humanam naturam: & turbasti eam. Sic ergo turbata est anima Christi: quòd nec contra rationem: sed secundum rationis ordinem turbatio in eo fuit. Quantùm ad secundum autem sciendum est quòd dominus turbari voluit propter duo. Primò quidem propter fida documenta: vt scilicet veritatem humanæ naturæ approbaret. Et ideò iam ad passionem appropinquans omnia humanitùs agit. Secundò propter exemplum. Nam si omnia constanter egisset, & nullam passionem sensisset in anima: non fuisset sufficiens exemplum ad mortem sustinendam hominibus. Et ideò turbari voluit: vt cùm turbamur, non recusemus mortem sustinere: nec deficiamus. Hebræorum quarto. Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatur per omnia, &c. Vnde ex hoc apparet continuatio cum præcedentibus, quia enim dixerat. Qui odit animam suam in hoc mundo, &c. In quo ad passionem discipulos exhortatus fuerat: ne dicant aliqui. O domine securus potes disputare, prophetari de morte, qui extra dolores humanos existens propter mortem non turbaris. Et ideò vt hoc excluderet turbari voluit. Hæc autem Christi turbatio naturalis fuit. Nam sicut anima naturaliter amat corporis vnionem: ita & naturaliter refugit eius separationem: præsertim cùm ratio Christi permiserit agere animę & viribus inferioribus quæ eis propriè erant. Propter hoc etiam, quod dicit. [Nunc anima mea turbata est, &c.] Destruitur error Arij & Apollinaris dicentium in Christo non esse animam: sed verbum loco eius. Consequenter ponit dominus petitionem gloriæ dicens.

Et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum.

VBi dominus transfert ad se effectum hominis turbati. Ad cuius modum quatuor circa suam petitionem facit. Primò enim ponit quæstionem deliberantis. Secundò proponit petitionem quæ ex vno motu procedit. Tertiò per rationem illum motum excludit. Quartò ponit aliam petitionem ex alio motu causatam. Quæstionem autem dubitantis proponit, quod naturale est hominibus in angustijs constitutis, quod deliberent. Vnde Philosophus in rhetoricis dicit: quòd timor facit consiliatiuos. Ideò Christus post manifestationem suæ turbationis statim subdit. [Et quid dicam?] quasi diceret. Quid faciendum & post turbationem? Simile habetur in Psalm. Timor & tremor venerunt super me. Et statim sequitur. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, &c. Nam & angustiati, & passione turbati grauantur: & auxilium quærunt quo liberentur. Petitionẽ ex vno motu causatam ponit: quia cùm quis esset in ambiguo quid agere debeat, debet recurrere ad Deum. 2. Paralipo. 20. Cùm ignoremus quid agere debeamus: hoc solùm habemus refugij vt oculos, &c. Psalm. Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. Et ideò ad patrem recurrens dicit. [Pater saluifica me.] id est, libera me à tribulatione quæ imminet in hora passionis. Psalm. Saluum me fac domine: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Et (vt Augusti. dicit.) Idem est, quod hìc dominus dicit. Nunc anima mea turbata est. Et [Pater saluifica me.] cum eo quod dicit Matth. 26. Tristis est anima mea, &c. Sed notandum, quòd hæc petitio non proponitur ex proprio motu rationis, sed ipsa ratio quasi aduocata loquitur in persona naturalis affectionis: quæ desiderabat non mori. Et ideò ratio designat motum affectionis naturalis in hac petitione. Ex quo soluitur quæstio quæ fieri consueuit. Quia (vt dicitur ad Hebræos quinto.) In omnibus exauditus est pro sua reuerentia. Et tamen in hoc, quod petijt non fuit exauditus. Ad quod dicendum, quòd in illis est exauditus quæ ipsa ratio ex parte sua petebat: & vt exaudienda. Hoc autem, quod hìc petit non proponit ex parte sua, nec vt exaudienda: sed vt exprimens naturalem affectum. Et ideò secundum Chriso. legitur interrogatiuè. [Et quid dicam?] Nunquid hoc [pater saluifica me ex hac hora?] quasi diceret. Non dicam hoc. Petitionem autem hanc ex motu naturalis appetitus proposítam repellit dicens. [Propterea veni in horam hanc] quasi dicat. non est iustum vt liberer ex hac hora passionis. Quia ideò veni vt paterer non fatali necessitate ductus: non humana violentia coactus: sed sponte oblatus. Isaiæ quinquagesimo quinto. Oblatus est: quia ipse voluit. Supra quinto. Nemo tollet eam scilicet animam meam à me: sed ego pono. Petitionem autem suam proponit ratio cùm dicit. [Pater clarifica nomen tuum.] Vbi per nomen tuum, possumus duo intelligere, scilicet ipsum filium. Nomen enim à notitia dicitur quasi notamen. Vnde nomen est quo manifestat patrem. Infrà decimosexto. Patet manifestaui nomen tuum, &c. Et de hoc nomine dicitur Isaiæ trigesimo. Ecce nomen Domini venit de lõginquo. Est ergo sensus. [Pater clarifica nomen tuum,] id est, filium tuum. infrà decimotertio. Clarifica me pater claritate, &c. Vel nomen Domini est notitia patris. Et tunc est sensus. Fac hoc. [Pater clarifica nomẽ tuum,] id est, fac illud, quod gloria est tui nominis. Et in idem redit: quia clarificato filio, clarificatum est nomen patris. Ideò autem hoc dicit: quia passione filius glorificandus erat. Philippensium secundo. Factus est obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: quasi dicat. Affectus naturalis petit vt saluer, sed ratio petit vt clarificetur nomen tuũ, id est: vt filius patiatur: quia scilicet passione Christi notitia Dei clarificanda erat. Nam ante passionem Deus notus erat in Iudæa tãtum, & in Israël magnum nomen eius. Sed post passionem suam nomen eius clarificatum est in Gentibus. Consequenter cùm dicit.

Venit ergo vox de cœlo, dicens. Et clarificaui, & iterum clarificabo.

POnitur gloriæ promissio. Et Primò inducitur vox gloriam promittentis. Secundò ponitur opinio turbæ deuotæ dubitãtis ibi. [Turba autem quæ stabat, &c.] Tertiò ponitur expositio prolatæ vocis ibi. [Respondit Iesus & dixit. Non propter me, &c.] Dicit ergo quàtum ad primum. [Venit ergo vox de cœlo.] Vox ista, vox est Dei patris, sicut illa quæ supra Christum baptizatum. Matth. 3. Hic est filius meus dilectus. Et similiter quę venit super eum transfiguratum. Matthęi decimoseptimo. Licèt autem omnis talis vox formata sit virtute totius Trinitatis, specialiter tamen formatur ad representandum personam patris. Vnde & vox patris dicitur, sicut columba formata est à tota Trinitate ad significandam personam spiritus sancti, & similiter corpus Christi à tota Trinitate formatũ est, sed specialiter à persona verbi assumptum: quia ad hoc formatũ est: vt ei vniretur. Vox ergo ista duo facit. Primò manifestat præteritum dicẽs [& clarificaui,] id est, clarum genui ab æterno: quia filius non est nisi quædam claritas & splendor patris. Sapientiæ primo. Candor est lucis æternæ, &c. Hebræorum primo. Qui cùm sit splendor glorię, &c. Vel [clarificaui,] in Natiuitate, quando Angeli cecinerunt. Gloria in excelsis Deo. Luc. 2. & in miraculis per eum factis. Secundò prænunciat futurum. [Et iterum clarificabo] in passione qua triumphauit de diabolo, & in resurrectione, & in ascẽsione, & in totius mundi cõuersione. Actuum tertio. Deus patrum nostrorum clarificauit, &c. Opinio turbæ dubitantis de voce ponitur cùm dicit.

Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij autem dicebant Angelus ei locutus est.

IN qua quidem turba, & in omni turba quidã erant grossioris, & tardioris intellectus, quidam verò acutioris, quamuis omnes imperfectè se haberent ad ipsius vocis cognitionem. Nam desidiosi & carnales, non perceperunt vocem ipsam nisi quantum ad sonum. Et ideò dicebãt [tonitruum factum esse,] sed non vsquequáque decipiebantur. Vox enim domini tonitruum erat: tum quia mirabilem significationem habebat: tum quia maximè continebat. Iob vigesimosexto. Cùm vix paruam scintillam sermonum eius, &c. Psal. Vox tonitrui tui in rota. Acutiores verò perceperunt de ipsa voce quòd esset sonus vocis articulatæ & significatiuæ. Vnde dixerunt eam esse locutionem. Sed credentes Christum esse purum hominem defecerunt: locutionem illam angelo tribuentes. Vnde dicebant [Angelus ei locutus est.] qui quidem similia patiebantur diabolo: qui credebat Christum angelorum adminiculo indigere. Vnde dicebat Matthæi quarto. Angelis suis mãdauit de te, &c. Non enim angelorum custodia indiget & adiutorio: sed ipse angelos glorificat, & custodit. Expositio vocis subditur, cùm dicit.

Respondit Iesus, & dixit. Non propter me hęc vox venit: sed propter vos.

ET primò exponit vocem prolatam. Secundò ponit contradictionẽ ibi [Respondit ei turba.] Tertiò subdit domini responsionem ibi [Dicit ergo eis Iesus.] Circa primum duo facit. Primò ponit causam vocis. Secũdò subdit eius significationem ibi [Nunc iudicium est mũdi, &c.] Sciendum est circa primum quòd quia dixerant. Angelus loquutus est ei. (Angelus autem loquitur alicui reuelando ad vtilitatem eius cui loquitur: sicut pater Apocalypsis primo, & Ezechielis primo.) Ideò dominus ostendens se non indigere alicuius vocis: seu angelicæ reuelatiõis adminiculo, dicit [Nõ propter me.] scilicet instruendũ venit hæc vox: [sed propter vos.] Nihil enim significauit quod ipse ante nesciret: quia in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi: ita vt nouerit omnia quæ pater nouit. [Sed propter vos venit] scilicet instruendos. In quo datur intelligi quòd multa dispensatiuè circa Christum propter nos facta sunt, non quòd eis Christus indigeret. Romanorum decimoquinto. Quęcúnque scripta sunt ad nostram doctrinam, &c. Consequenter cùm dicit.

Nunc iudicium est mundi.

POnit vocis significationem. Et primò ponit iudicium quo erat glorificandus. Secundò subdit iudicij effectum ibi [Nunc princeps mundi huius, &c.] Et tertiò clarificationis modum ibi [Et si ego exaltatus, &c.] Dicit ergo [Nunc iudicium est mundi.] Sed si hoc est: quid ergo expectamus quòd dominus veniat iterum iudicaturus? Ad quod dicendum quòd iam venit ad iudicãdum iudicio discretiõis quo discerneret suos à nõ suis suprà nono. In iudiciũ ego in hunc mundum veni. Et de hoc dicit [Nunc iudicium est mũdi.] Sed venturus est ad iudicandum iudicio condemnationis: ad quod primò non venit. Supra tertio. Non enim misit Deus filium suum in mundum: vt iudicaret, &c. Vel dicendum quòd duplex est iudicium. Vnum quo condemnatur mundus: & de hoc non dicitur hìc. Aliud est iudicium mundi quo iudicatur pro mundo, inquantùm mundus à seruitute diaboli liberatur. Hoc modo intelligitur illud Psalm. Iudica domine nocentes, &c. & hæc duo in idem redeunt: quia hoc ipso qp iudicatur pro mundo excluso diabolo discernuntur boni à malis. Effectus iudicij est exclusio diaboli. Vnde dicit.

Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.

PEr virtutem passionis Christi. Vnde sua passio est eius clarificatio: vt quasi per hoc exponat quod dicit. Et clarificabo inquantùm scilicet [princeps huius mundi eijcietur foras.] quasi per passionem victoriam de diabolo habeat. primæ Ioannis tertio. In hoc apparuit filius Dei: vt dissoluat opera diaboli. Sed circa hoc dubitatur de tribus. Primò de hoc quod dicit diabolum principem huius mundi. Ex quo Manichæi dicunt eum creatorem, & dominum omnium visibilium. Ad hoc dicendum quòd diabolus dicitur princeps mundi huius: non naturali dominio, sed vsurpatione: inquantùm homines mundani contempto vero domino se sibi subdiderunt: secundæ Corinthiorum quarto. Deus huius sæculi excæcauit, &c. Est ergo princeps mundi huius inquantùm in mundanis hominibus principatur (vt Augustinus dicit.) qui toto orbe terrarum diffusi sunt. Nam nomen mundi quandóque accipitur in malam partem pro hominibus mundum amantibus. supra primo. Mundus eum non cognouit. Quandóque autem in bonam pro bonis hominibus sicut hoc in mundo viuentibus, vt tamen eorum conuersatio sit in cœlis. secundæ Corinthiorum secundo. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Secundò dubitatur de hoc quod dicit [eijcietur foras.] Nam si eiectus esset foras: non ita tentaret nunc sicut ante tentabat: cùm tamen tentare non desierit. Non ergo eiectus est. Ad quod dicendum est secundum Augustinum: quòd licèt diabolus tentet homines qui desierunt esse de mundo: non tamen eo modo tentat quo priùs tunc tentabat & regnabat ab interiori, sed postmodùm ab exteriori tantùm. Nam quandiu homines sunt in peccato: tunc regnat ab interiori & tentat. Romanorũ sexto. Non regnet peccatum in vestro, &c. Sic ergo eiectus est foras quia effectus peccati in homine non est ab interiori: sed ab exteriori. Tertiò quæritur de hoc quod dicit. [Nunc princeps mundi eijcietur, &c.] Ex quo videtur sequi quòd ante passionem Christi non erat eiectus foras: & per consequens cùm tunc eijciatur foras quando homines liberantur à peccatis: quòd Abraham: Isaac: & alij veteris testamenti non fuerunt liberati à peccato. Ad quod dicendum est secundum Augustinum quòd ante passionem Christi eiectus erat à singularibus personis: sed non à mundo sicut post. Nam illud quod tunc in paucissimis hominibus factum est, nunc in multis magnisque populis Iudæorum & gentium ad Christum conuersis virtute passionis Christi factum esse dignoscitur. Vel dicendum quòd diabolus eijcitur per hoc quòd homines liberantur à peccato. sed ante passionem Christi, omnes iusti liberati erant à peccato: sed non totaliter, quia adhuc detinebantur ne introducerentur in regnũ. Et quantùm ad hoc in eis aliquid iuris habebat: quod tamen per passionem Christi totaliter sublatum est, quãdo flammeus gladius amotus est, quando dictum est homini. Hodie mecum eris in paradiso. Modus autem passionis est per exaltationem. vnde dicit,

Et ego si exaltatus fuero à terra: omnia traham ad meipsum: hoc autem dicebat significans, qua morte esset moriturus.

CIrca quod sciendum quòd Chrisostomus vtitur tali exemplo. Quod si aliquis tyrannus qui consueuisset aliquos subditos opprimere: ferire: & in vincula mittere: deindè ex eadem demẽtia etiã eum qui in nullo sibi subditur eodem modo sibi afficiat: vt in eundem carcerem ducat. Meritò hoc etiam aliorum qui sibi subijciebantur dominio priuari debet. Ita & Christus contra diabolum fecit. Diabolus enim propter peccatum primi parentis aliquod ius habebat in hominibus: vnde poterat aliquo modo iuste in eos sæuire. Quia verò etiam in Christo in quo nullum ius habebat similia tentare ausus est. (Dum eum tentator inuasit) in quem non habebat quicquam vt dicitur infra decimotertio. Ideò dignum fuit vt etiam dominio priuaretur per mortem Christi. Et hoc etiam quod dicit. [Si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me, &c.] Vbi primò præmittit modum mortis. Secundò Euangelista exponit quod dicit ibi [Hoc autem dicebat, &c.] Modus autẽ mortis est per exaltationem in ligno crucis. Expositio autem est quòd in hoc signauit [qua morte esset moriturus.] Sciendum est autem quòd duplici de causa dominus voluit mori morte crucis. Vna quidem propter mortis turpitudinem. Sapientiæ secundo. Morte turpissima condemnemus eum. Vnde & Augustinus dicit. Ideò hoc modo dominus mori voluit, vt hominem neque ipsa mortis turpitudo à perfectione iustitiæ repellat. Secundò quia sic mors est per modum exaltationis. Vnde & dominus dicit [Si exaltatus fuero.] Quod quidem genus mortis conueniebat fructui causæ, & figuræ passionis. Fructui quidem: quia per passionem erat exaltandus. Philippensium secundo. Factus est obediens vsque ad mortem, &c. propter quod Deus exaltauit illum, &c. Et ideò Psalm. Dicebat. Exaltare domine in virtute tua. Causæ verò passiõis conueniebat dupliciter: quia & ex parte quidem dæmonis: & ex parte hominum. Ex parte quidem hominũ quia pro ipsorum salute moriebatur (ipsi autem perierant.) quia delecti & demersi erant ad terrena. Psalm. Statuerunt oculos suos declinare in terram. Voluit ergo mori exaltatus: vt corda nostra ad cœlestia eleuaret. Sic enim ipse est via nostra in cœlum. Ex parte verò dæmonum vt scilicet eos qui in aëre principatum & potestatem exercebant ipse eleuatus in aëra conculcat. Figuræ verò conueniebat: quia dominus fieri præcepit serpẽtem eneum in deserto (vt habetur Numeri vigesimoprimo.) Supra tertio. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis, &c. Sic ergo exaltatus [omnia traham] per charitatem. [ad meipsum] Hieremiæ trigesimoprimo. In charitate perpetua dilexi te, &c. In hoc etiam maximè apparet charitas Dei ad hominem inquantùm pro ipsis mori dignatus est. Romanorum quinto. Commẽdat Deus suam charitatem in vobis, &c. In hoc complexit quod sponsa petit Canticorum primo. Trahe me post te, &c. Notandum est autem quòd trahit pater: trahit & filius. Supra sexto. Nemo potest venire ad me, nisi pater, &c. Ideò autẽ dicit hìc [omnia traham.] vt ostendat quòd eadem est opinio vtriúsque. Dicit autem [omnia.] non omnes. Quia non omnes trahuntur ad filium [omnia] inquam [traham.] id est, animam & corpus. Vel omnia genera hominum, scilicet gentiles & Iudæos: seruos & liberos: mares & fœminas. Vel omnia prædestinata ad salutem. Et notandum qp hoc ipsum quod dicit omnia trahere ad seipsum, esse principem huius mundi foras eijcere. Nõ erit est conuẽtio Christi ad Belial: nec lucis ad tenebras.

LECTVRA VI.

Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege: quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus manet in æternũ. Et quomodò tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis?

POSITA promissione de glorificatione Domini, & expositione vocis. Hìc consequenter ponitur dubitatio tubæ. Vbi Primò introducit auctoritatem legis. Secundò ex ea dubitationem mouet ibi. [Et quomodò tu dicis.] Dixit ergo quantum ad primum. [Respondit ei turba,] scilicet Domino de sua morte loquenti. [Nos audiuimus ex lege.] Lex hìc accipitur communiter pro tota scriptura Veteris Testamenti, [quòd Christus in æternum manet.] Et hoc potest ex multis locis Veteris Testamenti haberi, & præcipuè Isa.9. Multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis. Danie.7. Potestas eius potestas æterna, &c. Et ex hac auctoritate duas dubitationes formant. Vnam de facto, aliam de persona. De facto cùm dicũt. [Quomodò tu dicis oportet exaltari filium hominis?] Sed cùm Christus nõ dixerit oportet exaltari filium hominis. Sed ego si exaltatus fuero, &c. Quomodò Iudei dicunt [oportet exaltari filium hominis?] Sed dicendum, quòd Iudæi iam assueti erant in verbis Domini. Vnde memoriter tenuerũt, quòd dicebat se esse filiũ hominis. Ideò cùm dixit. Ego si exaltatus fuero à terra, & cætera. Pro eodem intellexerunt, ac si dixisset. Si filius hominis esset exaltatus (vt Aug. dicit.) Vel dicendum, quòd licèt hìc non fecerit mentionem de filio hominis, tamen suprà tertio hoc dixit. [Oportet, inquam exaltari filium hominis.] Sed videtur hoc, quod ipsi dicunt. [Oportet exaltari, &c.] In nullo contrariari ei, quod dixerant, [quòd Christus manet in æternum.] Sed dicendum ad hoc, quòd quia Dominus cõsueuerat eis Parabolicè loqui, ideò multa eorum quæ dicebantur intelligebant. Vnde & hoc, quod Dominus dixit, exaltationem in mortem crucis suspicati sunt. suprà octauo. Cùm exaltaueritis filium hominis tunc, & cætera. Vel dicendũ, quòd hoc ideò intellexerunt quia iam id facere cogitabant. Vnde eis verborum istorum intellectum non aperuit acumen scientiæ, sed stimulata conscientia malitiæ. Sed attende eorum malitiam: quia nõ dicunt. [Nos audiuimus ex lege,] quòd Christus nihil patitur. Nam in multis locis de passione & resurrectione eius agitur. sicut illud Isaiæ quinquagesimotertio. Tanquam ouis ad occisionem, &c. Et illud Psalm. Ego dormiui, & soporatus sum, &c. Sed dicunt [quoniam Christus manet in æternum.] Cuius ratio est: quia in hoc nulla fuisset contrarietas, cùm immortalitati Christi ex passione eius nullum factum fuisset impedimentum. Volebant enim ostendere eum ideò non esse Christum [quoniam Christus manet in æternum.] vt Chrisostom. dicit. De persona autem quæstionem mouent, cùm dicunt. [Quis est iste filius hominis?] Hoc ideò quæruntur: quia Danielis septimo dicitur. Vidi, & ecce quasi filius hominis, &c. quia per illum filium hominis intelligebãt Christum: quasi diceret Dicis, quòd oportet exaltari filiũ hominis. Et filius hominis quem intelligimus Christum manet in æternum. [Quis est ergo iste filius hominis?] Si non manet inæternum, nec est Christus. In hoc autem reprehendenda est eorum tarditas: quia adhuc dubitãt post tot visa, tot audita, an ipse esset Christus. Ecc.22. Cum dormiente loquitur qui narrat stulto sapientiam. Consequenter cùm dicit.

Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est.

SAtisfacit Dominus eorum dubitatiõni aliqualiter. Et Primò cõmendat bonum, quod habebant. Secundò hortatur eos ad profectum ibi [ambulate, &c.] Tertiò admonitionem exponit dicens. [Dum lucẽ, &c.] Dixit ergo eis Iesus.] Adhuc modicum lumẽ, &c.] Quod quidem potest dupliciter legi. Vno modo secundum Augustinum vt scilicet [modicum] sit adiectiuum determinans hoc, quod dicit [lumen:] quasi dicat, quod dam lumen in vobis est inquantum recognoscitis, quòd Christus manet in æternum. Hæc enim veritas quædam est. Omnis autem manifestatio veritatis est quoddã lumen infusum à Deo. Sed tamen lumẽ istud, quod est in vobis [modicum est] quia licèt cognoscatis Christi æternitatem, eius tamẽ mortem & resurrectionem non creditis. In quo patet, quòd non habetis fidẽ perfectam. Istis ergo cõuenit, quod dictum est Petro. Matthæi decimoquarto. Modicæ fidei: quare dubitasti? Secundum Chrisostomum verò dicitur. [Adhuc modicum, scilicet tempus extat, quòd [lumen in vobis est,] id est, ego qui sum lumen: quasi diceret. Paruo tempore ego lux vobiscum sum. infrà decimosexto. Modicum & iam non videbitis me.

Ambulate dum lucem habetis: vt non vos tenebræ comprehendant.

ET ideò consequenter exhortatur eos ad complementum & profectum boni. Et Primò ponit suam exhortationẽ. Secundò ostendit periculum imminens, nisi proficiant ibi. [Qui ambulat in tenebris, &c.] Dixit ergo. Dico, quòd modicum lumen habetis, tamen dum illud habetis [ambulate,] id est, accedite & proficite: vt simul cum æternitate intelligatis moriturum Christum, & resurrecturũ. Et hoc secundum primam expositionẽ. Vel [Ambulate, &c.] id est, dum vobiscum sum proficite & satagite sic me habere: vt nunquam perdatis. Psal. Domine in lumine vultus tui ambulabunt. Et hoc [ne tenebræ,] infidelitatis, ignorantiæ, & perpetuę dãnationis [vos cõprehendant,] & sic vlteriùs procedere non possitis. Tunc enim homo cõprehenditur tenebris, quando totaliter in infidelitate demergitur, quod esset, si eo modo credideritis Christi æternitatem: vt negetis in eo mortis humilitatem. Iob 3. Viro cui abscondita est via. Eccl.36. Omnes inuoluimur quippè tenebris. Periculum imminens nisi proficiant subdit, dicens.

Et quia ambulat in tenebris nescit quò vadat.

NAm lumen siue exteriùs, siue interiùs dirigit hominem. Exteriùs quidem dirigit quantum ad exteriores actus corporales. Sed interiùs dirigit ipsam voluntatem, qui ergo nõ ambulat in luce non perfectè credẽdo in Christum, sed [ambulat in tenebris, nescit quo vadit,] id est, ad quem terminum dirigatur. Psal. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Quod quidẽ & ipsis Iudæis contingit: quia nesciunt quid agant, sed vt in tenebris ambulãtes putant quidem rectam incedere viam, & vnde Deo placere credũt, magis displicent. Similiter & Hæretici errantes: vnde mereri credunt in lumine veritatis & gratiæ priuari potius demerentur. Prouer.14. Est via quæ videtur homini recta, &c. Consequenter cùm dicit.

Dum lucem habetis, credite in lucem: vt filij lucis fiatis.

EXponit, quod dixit, scilicet quid sit ambulare. Et hoc dupliciter secũdum duas præmissas expositiones. Primò secundum primã. [Dum lucem habetis,] id est, dum aliquid habetis de notitia & lumine veritatis, [credite in lucem,] id est, in veritatem perfectam [vt filij lucis sitis,] id est, vt renascamini veritati. 1. Thessal. 5. Non sumus noctis, neque tenebrarum, &c. Vel secundum aliã expositionẽ. [Dum lucem habetis,] id est, me qui sum lux. suprà primo. Erat lux vera, &c. [credite in lucem,] in me, hoc est perficite in cognitione mea: [vt filij lucis:] quia ex hoc, quòd creditis in me eritis filii Dei. supr. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius.

Hæc locutus est Iesus, & abijt, & abscõdit se ab eis.

HIc Euangelista narrat factum, quod fecit Iesus, scilicet, quòd abscõdit se. Sed cùm suprà octauo legerimus Christum hoc idem fecisse. In promptu est ratio: quia tuleruut lapides. vt iacerent in eũ. Sed hìc suæ abscõsionis nulla ratio assignatur: vt cùm nec lapides leuarent, nec eum blasphemarent: quare ergo abscondit se? Ad quod dicendum, quòd Dominus scrutans eorum corda cognouit furorem & malitiam eorum, quam iam conceperant de eo occidendo. Vnde volens eos præuenire non expectauit vt in opus exirent, sed abscondendo se eorum inuidiam & iracundiam mitigauit. In quo nobis dedit exemplum: vt cùm de aliquorum malitia nobis constat, etiam antequam patrare opere tentent, fugere debemus, nihilominùs tamen Dominus ostẽdit facto, quod dixit verbo. Dixerat enim. [Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebræ, &c.] Has tenebras cuiusmodi fiut insinuant per suam abscõsionem. Isa.8. Expectabo eum qui abscondit se, &c.

LECTVRA VII.

Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum.

SVPRA Euangelista tractauit multipliciter de gloria Christi, ex qua Iudæi ex inuidia commoti sunt ad occidendum eum. Hìc agit de alia occasione passionis eius, scilicet de infidelitate Iudæorum. E primò tangitur eorũ infidelitas. Secundò ipsa reprehenditur à Domino ibi. [Iesus autem clamauit, &c.] Circa primum duo facit. Primò reprehendit infidelitatem omninò non credẽtium. Secundò infidelitatem eorum qui credebant, tamen in occulto ibi. [Verũtamen ex principibus, &c.] Circa primũ duo facit. Primò proponit eorum mirabilem infidelitatis duritiam. Secundò ne credetur irrationabiliter vel fortuitũ factum inducit Prophetiã ibi. [Vt sermo Isaiæ Prophetæ, &c. Dicit ergo Euangelista quasi admirans. Dictum est, quòd Dominus multa signa fecit, puta quòd aquam mutauit in vinum. suprà 2. quòd paraliticum curauit. supr 5. quòd illuminauit cæcum. supr. 9. quòd resuscitauit mortuum. supr. 11. Et tamen cũ [tanta signa fecisset coram eis non credebant in eũ.] Consueuerunt ergo dicere. Quod signum ostendis nobis: vt credamus tibi? Sed ecce, quòd Euangelista dicit [cùm tanta signa fecisset, &c.] infr. 15. Si opera non fecissem in eis, &c. Vnde non poterant dicere illud Psal. Signa nostra non vidimus. Consequenter cùm dicit.

Vt ser-

Vt sermo Isaiæ impleretur, quem dixit. Domine quis credit auditui nostro: & brachium domini cui reuelatum est?

INtroducuntur ad hoc testimonia Prophetarum. Et primò introducuntur Prophetiæ. Secundò ostenditur quòd de Christo loquuntur ibi [Hæc dixit Isaias, &c.] Circa primum duo facit. Primò inducit Prophetiam prædicentem eorum fidelitatem. Secundò subdit Prophetiam prædicentem infidelitatis causam ibi [Propterea non poterant, &c.] Dicit ergo. Dico quòd non credebant in eum [Vt sermo Isaiæ Prophetę impleretur, &c.] Vbi sciendum est quòd li [vt] in sacra scriptura quandóque accipitur causaliter, sicut illud suprà decimo. Ego veni vt vitam habeant. Quandóque autem tenetur consecutiuè: & significat euentum futurum. Et sic accipitur hìc. Non enim ideò non credebant, quia prædixerat Isaias, sed quia non erant credituri: ideò prædixit. Vnde ex non credentibus sermo Isaiæ impletur. Lucæ vltimo: Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt. Matth. quinto. Iota vnum aut vnus apex, &c. Sed si necesse erat vt impleretur sermo Isaiæ, videtur quòd Iudæi sint excusabiles: de eo quòd non crediderunt. (Non enim poterant facere contra prophetiam.) Responsio: dicendum quòd sic prophetatum erat: vt eorum arbitrio vterentur. Deus enim futurorum præscius eorum infidelitatem prophetiam prædixit, nõ fecit. Non enim propterea Deus quenquam ad peccandum cogit: quia futura hominum peccata iam non nouit. Illud ergo per peccatum quod Iudæi fecerunt: dominus quem nihil latet facturos eos prædixit. Quid autẽ Prophetа dicat, subiungit dicens [Domine quis credidit auditui, &c.] Vbi sciendum est quòd duplex est modus credendi. Aliquando quidem per institutionem alterius. Et hic est communis modus credendi. Romanorum decimo. Fides ex auditu, &c. Aliquando autem per reuelationem diuinam. Et hic est singularis modus. De quo Apostolus dicit. Neque ab homine didici illud, &c. Esaiæ quinquagesimotertio. Ergo prædixit quidem credentium raritatem, dicẽs [Domine quis credidit, &c.] Et primò quantùm ad modum communem, qui est per institutionem: cùm dicit. [Quis credidit auditui nostro?] Quod quidem habetur Esaię quinquagesimotertio. Et potest dupliciter intelligi. Vno modo vt sit sensus. [Quis credidit auditui nostro.] quod scilicet nos audiuimus à te. Abbac. 1. Auditum audiuimus à domino exercituum, &c. Psalm. Audiam quid loquatur in me dominus Deus. quasi dicat, Nos audiumus à te: sed domine quis credet nobis: quæ de natiuitate & passione tua te loquente audiuimus? Vnde & totum illud capitulum Esaiæ loquitur de his. Dicit autem prophetias audite: vt insinuet modum illuminationis Prophetarum. Nam per visum accipit homo cognitionem immediatè de re visa, sed per auditum non habetur immediatè cognitio à re visa: sed ab aliquo signo illius rei. Quia ergo Prophetæ non immediatè videbant essentiam diuinam, sed quædam signa diuinorum: ideò dicit eos audire. Numeri duodecimo. Si quis fuerit inter vos Propheta domini, &c. Loquitur ad illum, &c. quasi per quędam signa. Filius autem æternaliter videt ipsam diuinam essentiam. suprà primo. Deum nemo vidit vnigenitus, &c. [Quis ergo credidit auditui nostro?] id est, quis credidit his quæ audiuimus & narrauimus? Isaiæ 51. Quæ audiui à domino exercituum, &c. Alio modo [Quis credidit auditui nostro?] id est, hisquæ à nobis audiunt. Ezechiel. 33. audiunt sermones meos ex ore tuo: & non faciunt eos, &c. Quantùm autem ad modum singularem qui est per reuelationem. Dicit [Et brachium domini cui reuelatum est.] Brachium dicit filius: per quem pater omnia operatur: sicut brachium hominis dicitur per quod homo operatur. Et si homo solo verbo interiori, vel exteriori operaretur: tunc verbum eius posset dici brachium suum: sic ergo dicitur brachium Dei: non quòd Deus pater figura determinetur carnis humanæ. Et brachium habeat corporaleis: sed quia per ipsum omnia facta sunt. suprà primo. Iob quadragesimo. Si habes brachium sicut Deus, &c. Lucæ primo. Fecit potentiam in brachio suo, &c. Notandum ergo quòd ex hoc verbo occasionem sumpsit erroris sui Sabellius, dicens: eandem personam esse patris & filij. Et Arrius dicens filium esse patre minorem. Nõ enim duæ personæ: sed vna est homo: & brachium eius nec brachium homini æquale dici potest. Ad quod dicẽdum est quòd in talibus non est sufficiens similitudo. Nam ea quæ in creaturis sunt non perfectè repræsentant ea quæ sunt in Deo. Vnde Dionysius dicit: quòd symbolica theologia nõ est augmentatiua. Non ergo dicitur brachium filius quasi eiusdem personę cum patre sit vel minor eo: sed quia per eum omnia operatur. Dicit ergo. [Et brachium domini cui reuelatum est?] quasi dicat paucis, scilicet ipsis Apostolis. primæ Corinthiorum 2. Nobis autem reuelauit, &c. Consequenter cùm dicit.

Propterea non poterant credere.

POnit prophetiam prædicentem infidelitatis causam. Et intendamus hæc verba Euangelistæ nunc in superficie literæ habere obscurum intellectum. Et primò quia si dicatur quòd [propterea non poterant credere.] quia hoc dixit Isaias, Videntur Iudæi excusabiles esse. Quod enim peccatum est hominis facientis: quod non potest facere, & quod grauiùs est: in Deum culpa retorquetur: qui excæcauit oculos eorum. Tolerabile autem esset: si hoc de diabolo diceretur: quia vt dicitur secũdæ Corinthiorum quarto. Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium. sed hìc dicitur de domino nostro. Nam Esaias sexto dicit. Vidi dominum sedentem super solium, &c. Et sequitur excæca cor populi huius, &c. Sed ad euidentiam huius primò exponimus hoc quod dicit: quòd [propterea non poterant, &c.] Vbi sciendum quòd aliquid dicitur impossibile vel necessarium dupliciter. Absolutè scilicet & ex suppositione. Absolutè quidem sicut impossibile est hominẽ esse asinum. Ex suppositione verò sicut impossibile est me esse extra domum: dum intus in ea fedeo. Secundum hoc ergo dicendum: quòd homo excusatur si non facit ea quæ absolutè sunt sibi impossibilia ex suppositione non excusatur: sicut si detur quòd aliquis habeat malam voluntatem omninò furandi: & dicat impossibile sibi non esse peccare quandiu voluntatem obstinatam illam habeat: non excusatur: quia huiusmodi impossibilitas non est simpliciter: sed ex suppositione. Potest enim voluntatem malam dimittere. Dicit ergo [propterea non poterant credere] quia scilicet habent voluntatem in sua malitia. Hieremiæ decimoseptimo. Quomodò, scilicet potest Aethiops mutare pellem suam, &c. Matthæi septimo. Quomodò potestis bona facere cùm sitis mali: Et simile est: sicut si diceremus aliquo: ergo nullo modo possum eum diligere: sed habeo cum odio. Quantùm ad secundum dicit. sciendum quòd excæcatio & indouratio Dei non intelligitur quasi Deus immittat malitiam, vel ad peccandum impellat: sed per hoc quòd non infundat gratiam: quam quidem gratiam infundit ex sua misericordia: sed causa huius quod non infundit est ex parte nostra: inquantùm scilicet in nobis est aliquid gratiæ diuinæ repugnans. Nam ipse quantùm in se est illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum suprà primo. Thimoth. secundo. Vult omnes homines saluos fieri, sed quia nos à Deo recedimus, ideò gratiam suam nobis subtrahit. Osee quinto. Quia tu scientiam repulisti. Osee duodecimo. Perditio tua Israël, &c. Et est simile sicut si aliquis clausisset fenestram domus, & diceretur tu non potes videre: quia priuaris lumine solis: sed hoc non esset ex defectu solis: sed quia ipse sibi lumen solare intercluserat. Et similiter hìc dicitur quòd [non poterant credere] quia Deus excæcauit eos: quia scilicet ipsi causam præstiterant: vt excæcarentur: secundum illud Sapien. 2. Excæcauit illos malitia eorum.

Quia iterũ dixit Isaias. Excæcauit oculos eorum: & indurauit cor eorum: vt non videant oculis: non intelligant corde: & conuertantur: & sanem eos.

HIs ergo visis considerãda sunt verba prophetiæ huius: quę quidem habentur Isaiæ sexto. Non secundum eadem verba: sed secundum eandem sententiam. In his ergo verbis tria continentur. Primò Iudæorum induratio & excæcatio. Secundò vtriúsque effectus ibi [vt non videant.] Tertiò, finis ibi [Et conuertantur & sanem eos.] Circa primum considerandum est quòd dominus inducebat ad fidẽ dupliciter, scilicet miraculis & doctrina. Vnde vtrúnque eis improperat dicens. Si opera non fecissem in eis quæ nullus alius fecit, &c. Et iterum si non venissem: & non loquutus fuissem eis, &c. Vtrúnq; enim cõtempserunt. Inquãtùm ergo Christi miracula non attendebant diligentia debita, dicit [Excęcauit oculos eorum.] scilicet cordis. De quibus habetur Ephe. eorum primo. Illuminatos oculos cordis vestri si per intellectum considerarent quòd talia miracula fieri non poterant, nisi in virtute diuina. Isaiæ quadragesimosecundo. Qui vides multa nónne consideras? Et iterum Esaiæ quadragesimosecundo. Quis cæcus nisi seruus meus, &c. Qui quantùm ad doctrinam Christi non mouebantur. Subdit [Et indurauit cor eorum.] Videtur enim durissimum quòd forti calore nõ resoluitur: & diuina percussione non conteritur. Verba autem Christi sunt quasi ignis, & sicut malleus conterens petras (vt dicitur Hieremiæ vigesimotertio.) Ignis quidem quia inflammabat per charitatem. Malleus autem quia terrent per comminationem, & confringunt per manifestissimam veritatem. Et tamen verbum Christi cor Iudæorum non attendebat. Vnde patet quòd fuit indouratum. Iob quadragesimoprimo. Cor eius indurabitur quasi malleatoris incus. Romanorum nono. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Effectus autem excæcationis ponitur, cùm dicit [Vt non videant oculis.] scilicet spiritualibus intelligendo Christi diuinitatem. Psalm. Oculos habent & non videbunt. Econtrà dicitur Lucæ decimo. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Effectus indurationis ponitur cùm dicit contra [Nec intelligant corde.] vt subintelligatur [vt non intelligant corde.] Iob quarto. Et quia nullus

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligit in æternum peribit.Psalm. Noluit intelligere:vt bene ageret.Est autem hîc aduertendum,quòd l. [vt] non ponitur hîc causaliter,sed consecutiuè. Finis autem excæcationis & indurationis ponitur consequenter cùm dicit. [Et conuertantur, & sanem eos.] Et potest intelligi dupliciter (vt Augustin.dicit in lib.de quæstionibus Euangelij.) Vno modo vt repetatur hæc dictio [non] vt sit sensus [& non conuertantur, & nõ sanem eos.] Via enim saluationis à peccato est conuersio ad Deum.Trene.4.Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.Et statim subditur.Innoua dies nostros,&c.Illis autem qui indignos se præstiterunt quibus remitterentur peccata non præstat Deus beneficia,quibus conuertentur, & sanentur:sicut patet de omnibus non approbatis. Alio modo potest intelligi. Vt nõ reiteretur hæc dictio [non] vt sit sensus. Ideò excæcati sunt, & indurati:vt ad tempus nec viderent,nec intelligerent, & sic nõ videntes,& non intelligentes,id est,non credentes in Christum,eum occiderent,& post modum compuncti [conuerterentur, & sanarentur.] Permittit enim aliquos quadóque cadere in peccatum:vt humiliati ad iustitiam firmiùs resurgant.Et vtráque expositio locum habet in diuersis Iudæis. Prima quidem in illis:qui in sua incredulitate finaliter permanserunt. Secunda verò in illis qui post Christi passionem sunt ad Christum conuersi, qui scilicet compũcti corde ex verbis Petri dixerunt Apostolis.Quid faciemus viri fratres? vt dicitur Act.2. Deindè cùm dicit.

Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.

OStendit prædicta ad propositum pertinere.Vnde dicit. [Hęc dicit Isai. quando vidit gloriam Dei.] Simul enim vidit gloriam Dei,& excæcationem Iudæorum:vt patet Isai.6.Vbi primò dicitur. Vidi Dominum sedentem, & posteà subditur. Excæca cor populi huius,&c.Et quia,quod viderat conueniens erat:vt testaretur:vt dicitur 1.Ioan.1.Ideò sequitur. [Et locutus est de eo,] scilicet de Christo cuius gloriam vidit.secundum illu[illegible] Act.1. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent.Rom.1.Quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo.Circa prima duo quę hîc tãguntur cauendus est error Arrianorum, qui dicunt solum patrem inuisibilem omni creaturæ.Filium autem visum fuisse in visionibus Veteris Testamenti.Sed cùm dicatur infr.14. Qui videt me:videt & patrem meum. Manifestum est,quòd vno & eodem modo est filius visibilis vt pater.Videns ergo Isaias gloriam filij:vidit & gloriam patris,imò totius Trinitatis,quæ est vnus Deus sedẽs super solium excelsum,cui Seraphin proclamant Sanctus,Sanctus,Sanctus.Non autem ita,quòd Isa.essentiam Trinitatis vidit, sed imaginaria visione cum intelligentia quædam signa maiestatis expresit.secũdum illud Numer.12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, per somnum autem in visione loquitur ad eum.Per illud verò,quod secundo dicitur. [Et locutus est de eo] excluditur error Manichæorum, qui dixerunt nullas Prophetias in Veteri Testamento præcessisse de Christo:vt August.narrat in libr.contra Faustum & Theodorum Mosue stenum,qui dixit omnes Prophetias Veteris Testamenti esse de aliquo negotio dictas, per quandam tamen approbationem esse adductas ab Apostolis Euangelistis ad ministerium Christi, sicut ea quæ Domini in vno facto possunt adaptari ad aliud factum. Omnia autem excluduntur per hoc, quod dicitur. [Et locutus est de eo,] sicut & de me.Moy.supr.5.dixit Christus.De me enim ille scripsit,&c.

LECTVRA VIII.

Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum.

SVPRA Euãgelista exposuit defectum omninò non credentium.Hîc exponit defectum credentium in occulto,qui pusillanimes erant. Et Primò proponit eorum dignitatem.Secundò ostendit eorum defectũ ibi. [Sed propter Pharisæos,&c.] Tertiò insinuat defectus radicem ibi [Dilexerunt enim magis,&c.] Dignitas autem eorum, qui in occulto credebant magna est.quia principes. Et quantum ad hoc dicit. [Verũtamen,&c.] q.d. Dixi,quòd cùm tãta signa feciſſet coram eis non credebãt in eum,quod quidem verum est pro maiori parte,non tamen quin aliqui in eum crederent. Quia [ex principibus,] scilicet populi [multi crediderunt in eum,] quorum vnus fuit Nichodemus,qui venit ad Iesum nocte (vt dicitur sup.3.) Sic impletus,quod in Psal.dicitur.Principes populorum congregati sunt,&c. Sic etiam falsum ostenditur,quod Pharisæi dixerunt suprà 7. Nunquid ex principibus aliquis credit in eum,&c.Defectus horum principum est pusillanimitas.Vnde dicit.

Sed propter Pharisæos non confitebantur:vt de synagoga non ejicerentur.

VT enim supr.9.dictũ est.Phariſei conspirauerant:vt si quis eum confiteretur Christum extra synagogam fieri. Licèt crederent corde,non tamen confitebãtur ore. Sed eorũ fides insufficiens erat: quia (vt dicitur Rom.10.) Corde creditur ad iustitiam: ore cõfessio fit ad salutem.Luc.9. Qui erubuerit me,& meos sermones,&c. Radix autem defectus istorum est inanis gloria.Vnde sequitur.

Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.

EX hoc enim,quòd publicè confitebantur amittebant gloriã hominum.Sed ex hoc consequebantur gloriam Dei.Isti autem magis elegerunt priuari gloria Dei volentes publicè cõfiteri,quàm gloria hominum cupientes in mundanis gloriari.supr.5.Quomodò potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis,&c.Galat.1.Si adhuc hominibus placerem,seruus Christi,&c.

Iesus autẽ clamauit,& dixit. Qui credit in me,non credit in me,sed in eum qui misit me.

HIc ostendit quomodò Christus Iudæorum infidelitatem redarguit.Et primò ostendit credendi debitum.Secundò subdit fidei fructum ibi. [Ego lux in mundum veni,&c.] Tertiò commemorat infidelium supplicium ibi. [Et si quis audierit,&c.] Quia autẽ fidei succedit visio. Ideò circa primum. Primò agit de fide. Secundò de visione ibi. [Qui videt me,&c.] Quantum ad primum dicit. [Iesus autem clamauit.] Et propter magnitudinem dicendorum, & propter libertatem animi ad redarguendum peccata Isai.40. Clama ne cesses,exalta,in nũcia populo meo,&c. [Et dixit,q credit ĩ me,&c.] quod quidem videtur contradictionẽ implicare. Dicit enim. [Qui credit in me,non credit in me.] Ad cuius intellectum sciendum est primò,secundum Aug. hoc esse dictum à Domino ad distinguẽdum in se naturam diuinam,& naturam humanã. Cùm enim proprium obiectum fidei sit Deus, possumus quidem credere creaturam esse, sed non debemus credere in creaturam,nisi in Deum solum.In Christo autem est natura creata,& natura increata. Requiritur ergo ad fidei veritatem:vt fides nostra tendat in Christum,quantum ad naturam increatam, & secundum hoc dicit. [Qui credit in me,] scilicet in personam [non credit in me] secundum quod homo [sed in eum qui me misit,] id est, in me secũdum quòd sum missus à patre.sup.7. Mea doctrina non est mea,sed eius,&c.Secundum Chrisost.verò non tandem est, quòd Dominus dicit hoc ad insinuãdam eius originem tantum,& est simul modus loquendi,sicut si aliquid hauriẽs de aqua fluminis dicat.Ista aqua non est fluminis,sed est fontis, non est quidem fluminis originalis,&c.Sic ergo Dominus dicit. [Qui credit in me,non credit in me,&c.] q.d. Non sum principium meijpsius,sed diuinitas est mihi ab alio,id est,à patre: vnde [qui credit in me,non credit in me,] inquantùm sim à patre.Consequenter cùm dicit.

Et qui videt me:videt eum qui misit me.

AGit de visione. Circa quod sciendum est,quòd sicut pater misit filium ad conuertẽdum Iudæos, ita & Christus misit discipulos suos.infr.20.Sicut misit me pater,& ego mitto vos.Nullus autem discipulorum ausus fuit dicere nec debuit,quòd crederet in eum, quãuis dicere potuisset esse sine hoc,quòd derogaret mitteri: quia si crederet in discipulum,desineret credere in magistrum.Possent ergo Iudæi dicere, quòd eodem modo,cùm sis missus à patre, qui credit in te,desinit credere in patrem.Et ideò Dominus contra hoc ostendit, quòd qui non credit in eum,non credit in patrem. Et hoc est,quod dicit. [Qui videt me : videt eũ qui misit me.] Visio hîc dicitur non corporalis intuitus,sed veri cõsideratio,quę est per intellectum.Ideò autem qui videt filium : videt & patrem : quia est in eo per essentiæ vnitatẽ.Dicitur aliquid videri in aliquo:vel quia sunt idem vel omninò conformes. Pater autem & filius sunt idem in natura,& omninò conformes : quia filius est imago patris in nullo dissimilis. Colos. sensium primo. Qui est imago inuisibilis Dei.Hebræorum primo: Qui cum sit splendor gloriæ,& figura substantiæ,&c. Et ideò sicut credit in patre, ita & in me. infrà decimoquarto.Philippe qui videt me : videt & patrem. Non credis quia ego in patre, & pater, &c. quasi dicat. Ista est ratio : quare qui videt me : videt & patrem:quia pater in me est,& ego in eo.Sic ergo apparet fidei debitum:vt scilicet fides tendat in Christum,inquantum Deus,sicut in patrem. Fructum autem fidei consequenter ostendit.

Ego lux in mũdum veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

ET Primò ostendit suam dignitatem & virtutem cùm dicit. [Ego lux in mundum veni.] Quomodò Christus sit lux expositum est suprà primò. [Erat lux vera, &c.] Et octauo. Ego sum lux mundi, &c. In hoc etiam ostendit se habere diuinam naturam. Esse enim lucem est proprium Dei. Alia verò sunt lucentia,id est,participantia lucem: sed Deus lux est per essentiam. primæ Ioannis primo.Deus lux est,& tenebræ non sunt in eo vllæ. Sed quia primo ad Thimotheum dicitur,quòd lucem habitat inaccessibilem,quam nemo hominum videt, non poteramus accedere ad eum.Et ideò oportuit quòd ipse ad nos veniret. Et hoc est quod subdit [in mundum veni.] scilicet ego sum lux inaccessibilis,qui ab errore eripio:& intellectuales tenebras soluo. infra decimoquarto. Exiui à patre,& veni in mũdum.supra primo.In propria venit, &c. Licèt Apostoli dicantur lux.Matthæi quinto.Vos estis lux mundi. Non tamen ea ratione qua Christus. Ipsi enim sunt lux illuminata quamuis aliquo modo , scilicet ministerio illuminantes essent.Nec alicui Apostolorum conuenit dicere [Ego lux in mundum veni.] Quia quando in mundum venerunt adhuc tenebræ erant, & non lux.Quia (vt dicitur Iob trigesimoseptimo.) Omnes inuoluimur tenebris.Secundò subdit dicens [vt omnis qui credit in me,in tenebris non maneat.] Illuminatio ergo est effectus fidei.supra octauo. Vt omnis qui credit in me , &c. [in tenebris non maneat.] scilicet ignorantiæ infidelitatis,& damnationis perpetuæ : per quod patet quòd omnes nascuntur in tenebris culpæ.Ephesiorum quinto.Eratis aliquando tenebræ:nunc autem, &c. Item in tenebris ignorantiæ. Iob tertio. Viro cui abscondita est, &c. Et tandem nisi conuertantur ad Christum deducentur ad tenebras damnationis perpetuę. Qui ergo non credit in me, &c. supra tertio. Qui incredulus est filio,&c.Supplicium autem infidelium insinuat dicens.

Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum.Non enim veni vt iudicem mundum:sed vt saluificem mundum.

QVod incurrent per iudicij condemnationem.Et primò proponit dilationem iudicij.Secundò pronunciat ipsum iudicium futurum esse ibi [Qui spernit me,& non accipit,&c.] Tertiò ostendit dilationis causam ibi [Sermo quem locutus sum,&c.] Circa primum duo facit. Primò proponit iudicij dilationem. Secundò assignat dilationis rationem. Dicit ergo quantùm ad primum [Et si quis audierit verba mea, &c.] Notandum ergo quòd illi beatificantur:qui audierunt verbum Dei:& custodiunt illud:credendo interiùs in corde : & exequendo exteriùs in opere. Qui verò audiunt illud:& custodire non satagunt:magis rei ex hoc efficiuntur.Roma norum secundò. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur, &c. primæ Iacobi primo. Estote factores , & non auditores tantùm. Et ideò [si quis audierit verba mea,& non custodierit:ego non iudico eum.] Sed hoc videtur contrarium ei quod dicitur supra quinto. Pater omne iudicium dedit filio. Et ideò intelligendum est [Non iudico eum.] scilicet modò. Potuisset enim sibi ad infirmitatem putari : si eum quos ipsi contemnunt illos dimitti:& ideò dicit q̃ huiusmodi iudicabuntur: sed non modò.Nam vt dicitur Eccles.10.Omnia quæ fecit Deus adducet in iudicium. Et Iob 19.Fugite à facie iniquitaris, quoniam vltor iniquitatis est gladius:& scitote esse iudicium.Causam verò dubitationis dilationis subdit dicens [Non veni vt iudicem mũdum,&c.] Duplex enim est aduẽtus filij Dei.Vnus quo venit vt saluator.Alius quo venit vt iudex.Sed cùm omnes essent in peccatis si primò venisset vt iudex, nullum saluasset : quia omnes essemus filij iræ : & ideò oportuit vt veniret primò ad saluandum credentes,& postmodùm ad iudicandum:& fideles & peccatores.Et hoc est quod dicit. Ideò, scilicet non iudico eum modo [quia non veni.] scilicet in primo aduentu [vt iudicem mundum : sed vt saluificem mundum.] supra tertio.Non enim misit Deus filium suum in mundum, &c. Consequenter cùm dicit.

Qui spernit me: & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum.

PRænunciat iudicium futurum,quasi dicat. Licèt qui verba mea non custodiunt non iudicentur modò:tamen non euadent impunes quicúnque sint illi.Quia [qui spernit me,& nõ accipit verba mea] credendo:& opere implendo [habet qui iudicet eum.] Cuius ratio est:quia si non accipit verba eius,cõtemnit dictum Dei: cuius ipse est verbum: sicut qui non obedit mandato domini sui. Iob decimonono. Fugite à facie iniquitatis,&c. Ecclesiastici decimo. Cuncta quæ fecit Deus,&c.Esaiæ trigesimo.Væ qui spernis.Nónne,&c. Primi Regum tertio. Qui autem contemnunt me. Consequenter cùm dicit.

Sermo quem loquutus sum : ille iudicabit eum in nouissimo die.

ASsignat causam dilationis iudicij. Et primò ponitur causa dilationis iudicij. Secundò assignatur sufficientia ipsius causæ ibi [Quia ego ex me, &c.] Dicit ergo. Dico quòd qui est huiusmodi habet qui iudicet eum : quis autem hîc erit [Sermo] inquit [quem loquutus sum ille iudicabit eum,&c.] Quod tantùm valet : vt dicit Augustinus:ac si dixisset.Ego iudicabo eum in nouissimo die.Seipsum quippè Christus expressit in suo sermone : seipsum annunciauit.Ipse ergo est sermo quem loquutus est:quia de se loquutus est.supra octauo. Et si ego testimonium perhibeo de meipso verum est testimonium meum,&c.quasi dicat.Hoc ipsum quod loquutus sum ejs:& tamen contempserunt iudicabit eos.Actuum decimo.Hic est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum , &c. Sufficientiam autem causæ ostendit,dicens.

Quia ego ex meipso non sum loquutus.

ET primò ostendit eam ex origine sermonis.Secundò ex dignitate ipsius ibi [Et scio quia mãdatum eius,&c.] Circa primum duo facit.Primò excludit falsitatem.Secundò astruit veritatem. Falsitas quidem est: quòd filius aliquid operetur : vel loquatur: vel sit à seipso tantùm, & non ab alio. Hoc enim esset ponere quòd filius non sit à patre,& hoc est quod dicit. Ideò dico quod verbum quod ego loquutus sum iudicabit eos [quia ego ex meipso non sum locutus.] supra quinto.Non potest filius à se facere quicquam.Et octauo. A meipso non loquor. Idem autem est ex meipso non sum loquutus,quòd ego non ex me sum natus:sed ex patre.quasi dicat.Iudicabo eum in nouissimo die in forma serui apparens. supra quinto.Potestatem dedit ei iudicium facere : quia filius hominis est.Sed tamen nõ iudicabo ex potestate humana: quia scilicet filius sum hominis:sed ex potestate diuina : quia sum filius Dei. Non ego iudicabo ex meipso:sed ex patre , ex quo virtutem habeo iudicandi. Veritatem astruit dicens.

Sed qui misit me pater: ipse mihi mandatum dedit: quid dicam & quid loquar. Et scio: quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater,sic loquor.

EX quibus quidem verbis : nisi piè intelligantur patet locus duplici errori.Primò quidem,quia mandans maior est eo cui mandat.Filio ergo maior est pater.Deindè quia illud quod datur alicui non habebatur ab eo antequàm sibi daretur. Et per consequens nesciebat illud.Si ergo pater dat mandatum filio : sequitur quod filius quandóque illud non habuerit:& per consequens ignorauerit: ergo est ei aliquid additum.Nõ igitur filius eius est verus Deus. Ad quod sciendum est : quòd omnia mandata diuina sunt in mente patris: cùm ipsa mandata nihil aliud sint quàm rationes agendorum.Sicut ergo in mẽte patris sunt rationes omnium creaturarum : quę à Deo producũtur,quas ideas vocamus:ita & in ea sunt rationes omnium per nos agendorum.Sicut ergo à patre deriuantur in filium: qui est sapientia patris rationes omnium rerum : ita & rationes omnium agendorum. Sic ergo dicit filius [Sed qui misit me pater ipse mihi dedit] inquam Deus [mandatum.] id est , per æternam generationem communicauit: quid dicam interiùs : & quid loquar exteriùs. Et sicut etiam nostrum verbum (si vera fateri volumus) ea profert quæ suggerit mens.Chrisostomus autem hæc omnia, scilicet si quis audierit , &c. aliter exponit & planiùs. Vt dicatur [Audierit verba mea:& non custodierit : non iudico , &c.] Dupliciter enim potest dici aliquid aliquem condemnare:vel sicut iudex:vel sicut causa condemnationis.Homicidam enim condemnat ad suspendium : & iudex qui profert sentẽtiam: & ipsum homicidium perpetratũ : quod est causa suæ condemnationis. Dicit ergo [Ego non iudico eum.] id est,non sum causa suæ condemnationis,sed ipse. Osæ decimotertio.Perditio tua Israël ex te, scilicet est , &c. Et hoc ideò [quia non veni vt iudicem mundum.] id est,non sum missus ad condemnandum : sed ad saluandum. Sed nunquid talis non iudicabitur : imò [Quia qui spernit me, &c.] Quis autem sit iste qui iudicat, ostendit dicens [Sermo quem locutus sum,&c.] Auditus à nobis qui stabit in ordine accusatoris: ille iudicabit eum , & c. infra decimoterтio. Si non venissem , & eis loquutus non fuissem , &c. Quis enim sermo quem loquutus est iudicabit eos : ostendit dicens. [Quia ego ex meipso non sum loquutus.] Quod quidem non ponitur causaliter : sed quasi materialiter.Vt sit sensus.Dicis quòd sermo tuus iudicabit eum : sed quis est iste sermo? Ille, scilicet quem dixi [quia ego ex meipso non sum loquutus.] id est , quem ego loquutus sum à patre,& ea quæ mihi dedit : vt dicerem : & loquerer , aliàs si fuissem loquutus contrarium patri : vel quæ ab eo non habuerim : & non credidissent mihi, excusationem haberent : sed quia sic loquutus sum certum est quòd non solùm me : sed etiam patrem meum contempserunt. Et secundum hanc expositionem. Hoc quod dixit [Qui misit me pater ipse mihi mandatum,&c.] Ostendit sufficientiam causæ ex parte dignitatis ipsius sermonis. Et primò ponitur eius dignitas. Secundò concluditur ipsius sermonis execu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio. Dignitas quidem cùm dicit. [Et scio quia mandatum eius,&c.] est inquam [vita æterna.] 1.Ioan.vlt. Hic est verus Deus,& vita æterna,&c. Ipse enim filius est mandatum patris: vel [est vita æterna,] id est,ducens in vitam æternam. Matthæi decimonono. Si vis ad vitam ingredi,serua mandata. Quia ergo pater dedit mihi mãdatum, quod quidem mandatum est vita æterna. Ego autem ad hoc venit vt homines ducam in vitam æternam. Ideò mandatum patris per omnia exequor. Et hoc est,quod dicit. [Quæ ergo ego loquor sicut dicit mihi,&c.] Quod secundum Chrisostomum planum est. Vt sit sensus. [Quę ego loquor] exteriùs prædicando [sicut dixit mihi pater sic loquor,] id est,inquam accepi notitiam ab eo: vt intelligantur de Christo secundum quòd homo. Sed si intelligãtur secundum Augustinum de Christo,secundum quòd filius Dei. Quomodò dicitur ei pater,cùm ipse sit verbum? Ad quod dicendum,quòd non ita dixit ei quasi per verba locutus sit vnico verbo suo, sed sic dixit pater filio, sicut genuit eum pater, & sicut dedit ei vitam habere in semetipso. Psal. Dominus dixit ad me. Filius meus es tu.

LECT. I. CAP. XIII.

Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quia venit hora eius: vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

SVPRA Euangelista posuit quasdam occasiones passiõis & mortis Christi. In parte ista ostẽdit quomodò Christus discipulos suos præparat ante suam passionem. Et Primò ostendit quomodò informauit eos exemplo. Secundò quomodò confortauit verbo. Et hoc infrà 14.capit. Non turbetur cor vestrũ. Tertiò quomodò præmuniuit eos orationum suffragio. infrà 17. Hæc locutus est Iesus,& subleuatis oculis. Circa primum duo facit. Primò ponit exemplum, quod Christus præbuit suis discipulis imitandum. Secundò discipulorum defectum, qui nondum erant idonei ad sequendum ibi. [Cùm hoc dixisset Iesus turbatus est.] Circa primum tria facit. Primò ponit exemplum. Secundò subdit exempli vtilitatem ibi. [Venit ergo ad Simonem, &c.] Tertiò ad imitandum inducit ibi. [Postquàm ergo lauit,&c.] Circa primum duo facit. Primò proponit Christi exemplum dantis affectum. Secundò innuit factum in quo dedit exemplum ibi. [Et cœna facta,&c.] Circa primum tria tanguntur. Primò quidem festum præsens. Secundò mors Christi imminens. Tertiò Christi dilectio feruens. Festum præsens Paschæ erat. Et hoc est,quod dicit. [Ante diem autem festum Paschæ,&c.] Hic notandum est,quòd hoc nomen Pascha quidam dicũt esse Græcum,ita quòd dicatur à passione quasi inde festum istud videtur Pascha: quia tunc celebratur passio Dominica. Et quidem concordat cum Græco. Nam Pascha in Græco, idem est quod pati. Prima autem origo huius vocabuli ex Hebræo habetur. Pascha enim dicitur quasi phase,id est, transitus Domini (vt dicitur Exodi duodecimo.) Interpretatio autem hæc est enumerata propter duplicem transitum. Vnum qui præcessit,scilicet Angeli percutientis primogenita Aegypti, & saluantis primogenita Hebræorum. Alium qui sequitur filiorum Israël transeuntium mare rubrum. Et ideò benefactum est: vt vocetur Pascha festum, istud & sic possumus dicere, quòd Pascha nostrum habet significationem vtriusque linguæ, Hebreæ scilicet,& Græcę,& quia in ipsa passione Domini fuit transitus Christi ex hoc mundo ad patrem. Actuum decimo. Pertransiuit benefaciendo & sanando. Iterum transitus omnium nostrum sequendo Christum: vel pœnitentiam & martyrium. secundum illud Psalm. Transiuimus per ignem & aquam,&c. Vel mentis desiderio ad cœlestia anhelando. secundum illud Ecclesiastici vigesimoquarto. Transite ad me omnes qui concupiscitis me,&c. Hoc autem,quod dicit. [Diẽ festum Paschæ,] Authonomaticè dicitur. Nam vt legitur Exodi decimotertio, tres dies anni solemnes erant, in quibus Iudæi conuenire debebant in locum quem elegerat Dominus, scilicet phase quando immolabatur Pascha, & Penthecosten, & festum Tabernaculorum, scilicet Scenophegiæ. Sed dies Paschæ inter alios celeberrimus erat. Sed dubium hic incidit de hoc,quod dicit. [Ante diem festum Paschæ.] Nam dies festus Paschæ dicitur ille dies in quo immolabatur Agnus, quod erat Luna decimaquarta. Cùm ergo dicat, quòd hoc fuit ante diem festum Paschæ: videtur, quod hoc fuerit factum Luna decimatertia, quæ præcedebat decimamquartam Lunam, quod quidem Græci sequentes dicunt, quòd Dominus passus est Luna decimaquarta quando Iudęi suum Pascha celebrare debebant. Et ideò Dominus sciens sibi imminere passionem præuenit celebrationem Paschæ, & in præcedenti die celebrauit Pascha suum ante festum Paschæ Iudæorum. Sed quia Exodi decimoquarto præcipitur à decimaquarta die ad vesperam vsque ad vigesimamprimam diem mensis non inueniretur frumentum apud Hebræos. Dicunt vlterius, quòd Dominus confecit non in azimis, sed in fermentato. [Nam ante diem festum Paschæ,] id est, decimatertia Luna inueniebatur fermentatum apud Hebræos. Huic autem sententiæ tres alij Euangelistæ contrariantur. Nam ipsi dicunt, scilicet Matthæi vigesimosexto, Marci decimoquarto,& Lucæ vigesimosecundo, quòd hoc fuit prima die azimorum quando debebat immolari Pascha. Ex quo sequitur, quòd cœna Domini eo die facta fuit quo immolabatur Pascha Iudæorum. Ad quod quidem Græci respondent dicentes alios Euangelistas non verè narrasse hoc factum. Et ideò Ioannes qui vltimum Euangelium scripsit,eos correxit. Sed Hæreticum est dicere, quòd aliquid falsum non solùm in Euangelijs, sed etiam in quæcúnque Canonica scriptura inueniatur. Et ideò necessarium est dicere, quòd omnes Euangelistæ dicunt idem, & in nullo discordant. Ad huius igitur euidentiam sciendum est, quòd sicut habetur Leuitici vigesimotertio,solemnitates Iudæorum incipiebant à vespera præcedentis diei. Cuius ratio est: quia numerabant dies secundum Lunam quæ de sero primo apparet. Vnde & idem computabãt de vno sero in alium, & sic apud eos solemnitas Paschæ incipiebat, id est, vespera præcedentis diei, & terminabatur in vespere diei Paschæ, sicut & apud nos festa celebrantur. Sic ergo aliquid factum apud nos in vigilia Natalis Domini,potest dici factum esse in festo Natalis. Quem quidem modum seruantes alij Euangelistæ dixerunt cœnam esse factam primo die azimorum: quia facta fuit die præcedenti ad vesperam: quia iam pertinebat ad primum diem azimorum. Ioannes autem Euangelista hîc diem festum Paschæ accipit pro illo die qui totus celebris erat,non autem pro illo cuius vespere solum erat celebre, qui erat dies præcedens Pascha. Et ideò dicit. [Ante diem festum Paschæ.] Patet ergo, quòd cœna Domini facta est Luna decimaquarta ad vesperam. Mors autem Christi imminens erat transitus eius ex hoc mundo per passionem. Et quantum ad hoc dicit. [Sciens Iesus quia venit hora eius.] Nam illa solemnitas Iudęorum figura erat passionis Christi. Omnia enim in figura contingebant illis. primæ Corinthiorum decimo. Et ideò statim ponit veritatem, scilicet passionem Christi, & quasi exponens, quòd Pascha dicatur à phase, id est, transitu, mentionem facit de transitu [vt transeat] inquit [ex hoc mundo ad patrem.] Vbi tria ponit circa passionem Christi. Primò, quòd fuit præuisa. Secundò, quòd fuit congrua. Tertiò, quòd fuit promotiua & exaltatiua. Præuisa quidem fuit ,non casualis. Et quantum ad hoc dicit. [Sciens Iesus:] quasi dicat. Non inuitus, non inscius, sed [sciens] & voluntarius passus est,&c. infrà decimooctauo. Sciens Iesus omnia quæ uentura erant. Econuersò dicitur de nobis Ecclesiastici octauo. Multa hominis afflictio nescit præterita, quæ & uentura sunt nullo modo scire potest,&c. Congrua autem fuit quantum ad tempus, & quantum ad hoc dicit. [Quia venit hora eius,] id est, ipse dies Paschæ quo transiret per crucem. Ecclesiastici octauo. Omni negotio tempus est, & oportunitas. Hæc est hora illa de qua dicitur, suprà secundo. Nondum venit hora mea. Nec est intelligenda hora ista fatalis: quasi subiecta cursui & dispositioni stellarum, sed determinata dispositione & prouidentia diuina. Ideò inquam determinata in Pascha Iudæorum: quia congruebat solemnitati Iudæorum vt veritas sequatur figuram, dum quando Agnus qui figurabat Christum, immolatur Christus, qui est verè Agnus Dei. suprà primæ Petri primo. Non corruptibilibus auro vel argento, &c. sed pretioso sanguine Agni immaculati,&c. Congruebat etiam negotijs. Iam enim Christus clarificatus erat. infrà eodem. Nunc clarificatus est filius hominis,&c. Iam patrem manifestauerat mundo. infrà decimoseptimo. Pater manifestaui nomen tuum,&c. Restabat ergo vt consummaret opus passionis, & humanæ redemptionis. De quo dicitur infrà decimonono. Consummatum est. Et sequitur. Inclinato capite emisit spiritum. Promotiua fuit passio Christi, & exaltatiua & non oppressiua. Quia [vt transeat ex hoc mundo ad patrem,] id est, faciendo humanam naturam participem paternæ gloriæ. infrà decimoquarto. Ascendo ad patrem meum,&c. Non autem intelligendum est, quòd transeat de loco ad locum cũ Deus pater non comprehendatur loco. Hieremiæ vigesimotertio. Cœlum & terram ego impleo, sed sicut Christus dicitur venisse à patre non eum deserendo, sed assumendo naturam inferiorem similem nobis, ita & intantum dicitur ad eum rediisse inquantum etiam secundum humanitatem factus est consors paternæ gloriæ. Romanorum sexto. Quod autem viuit: viuit Deo. Philippensium secundo. Omnis lingua cõfiteatur: quia dominus Iesus Christus,&c. Consequenter cùm dicit [Cùm dilexisset suos,&c.] Commendatur feruens Christi dilectio. Et hoc quantùm ad quatuor. Primò quantùm ad hoc quòd fuit præueniens. secundum illud primæ Ioannis quarto. Non quasi nos dilexerimus Deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos. Et quantùm ad hoc dicit [Cùm dilexisset, &c.] quasi anteà dilexit inquam antequàm crearet. Sapientiæ vndecimo. Diligis omnia

gis omnia quæ sunt,&c. Dilexit antequàm vocaret. Hieremiæ trigesimosecundo. In charitate perpetua dilexi te,&c. Dilexit antequàm redimeret: infrà eodem. Maiorem charitatem nemo habet, &c. Secundò commendatur eius dilectio quantùm ad hoc: quòd fuit congrua. Quia [dilexit suos.] Vbi sciendum est: quòd secundum quod aliqui diuersimodè sunt sui: secundum hoc à Deo diuersimodè diliguntur. Sunt autem aliqui sui tripliciter. Primò ratione. Et hos diligit conseruando eis bona naturæ. supra primo. In propria venit: & sui per creationem eum non,&c. Aliqui verò sunt sui dedicatione: qui scilicet dati sunt, & à Deo patre per fidem. infra decimoseptimo. Tui erant,& mihi eos dedisti,&c. Et hoc diligit conseruando in bonis gratiæ. Aliqui verò sunt sui speciali deuotione. primi Paralipomenon vndecimo. Cui sumus ô Dauid,&c. Hos diligit specialiter consolando. Tertiò commendatur dilectio Christi quantùm ad hoc quòd fuit necessaria. Quia [dilexit suos qui erant in mundo.] Nam aliqui sunt sui: qui iam erant in gloria patris. Quia etiam antiqui patres sui erant inquantùm sperauerunt liberari per eum. Deuteronom. trigesimotertio. Omnes sancti in manu illius sunt,&c. Sed isti non tantùm indigent huiusmodi dilectione quantùm hi qui erant in mundo. Et ideò dicit. [Qui erant in mundo] corpore scilicet: sed non in mente. Quartò commendatur quantùm ad hoc quòd fuit perfecta. Vnde dicit [In finem dilexit eos.] Finis autem dicitur dupliciter. Quia finis intentiõis: & finis executionis. Illud quidem est finis intentionis ad quod nostra ordinatur intentio. Et huiusmodi finis debet esse vita æterna secundum illud Romanorum sexto. Habetis fructum vestrum in sanctificationem: finem verò vitam æternam. Iterum finis huiusmodi Christus debet esse. Romanorum decimo. Finis legis Christus,&c. Et hæc duo sunt vnus finis: quia nihil est aliud vita æterna quàm fruitio Christi secundum diuinitatẽ. infra decimoseptimo. Hæc est vita æterna, &c. Secundum hoc ergo dicit [In finem dilexit eos.] id est, vt perduceret in se finem: vel in vitam æternam: quæ nihil aliud est Hieremiæ trigesimoprimo. In charitate dilexi te propterea, &c. Illud autem est finis executionis quod est terminus rei: & sic mors potest dici finis. Vt dicatur [In finem dilexit eos.] id est, in mortem: quod potest habere triplicem sensum. Vno modo secundum Augustinum, vt quodam humano modo dicatur Christus dilexit suos vsque ad mortem tantùm: & non vltrà. sed hic sensus est falsus. Absit enim vt dilectionem morte finierit: qui non est in morte finitus. Alio modo potest intelligi vt li [in] indicat causam: & sic est sensus [in finem dilexit eos,] id est, vsque ad mortem illum dilectio ipsorum perduxit. Ephesiorum quinto. Dilexit nos & tradidit, &c. Tertio modo potest intelligi: vt sit sensus [in finem.] id est, cùm multa signa dilectionis ostenderit eis antè. [In finem,] id est, circa mortem maiora eis signa dilectionis ostendit. infra decimosexto. Hæc ab initio vobis non dixi, &c. quasi diceret. Non tunc necessarium fuit vobis vt ostenderem quantùm vos diligerem: nisi in recessu: vt sic amor & memoria mei in cordibus vestris profundiùs imprimeretur. Consequenter cùm dicit.

Et cœna facta.

INnuit factum in quo dabat exemplum. Et primò describit horam facti. Secundò subdit dignitatem faciẽtis ibi. [Sciens itaque Iesus quòd omnia dedit ei pater, &c.] Tertiò prosequitur defectu humilitatem ibi. [Surgit à cœna.] Tempus autem describit ex duobus. Ex vno quod pertinebat ad eius charitatem,& ex alio quod exaggerabat inde iniquitatem ibi [Cùm diabolus iam misisset in cor, &c.] Dicit ergo quantùm ad primum [Et cœna facta.] Vbi sciendum est: quòd aliter dicitur esse factum in permanentibus, & aliter in successiuis. In permanentibus autem dicitur aliquid esse factum, quando peruenit ad perfectionem propriæ speciei, & formæ: sicut domus dicitur esse facta, quando habet propriam formam. In successiuis verò dicitur aliquid esse factum, quando iam est consummatum: sicut mundus factus esse dicitur, quando est cõpletus. Hoc etiam modo aliquid factum esse dicitur: quando accipit propriam speciem. Cùm ergo dicit. [Et cœna facta.] non intelligendum est, quòd cœna fuerit completa & parata: quia postquàm lauit pedes discipulorum, recubuit, & buccellam tradidit Iudæ. Est ergo intelligendum [Cœna facta.] id est, parata, & ad propriam speciem iam perducta. Iam enim cœnare incœperant: & postea surrexit. Vnde intercenando lauit pedes discipulorum. De ista cœna habetur Lucę decimoquarto. Homo quidam fecit cœnam magnam. Differt autem prandium à cœna. Prandium enim dicitur quod fit in prima parte diei. Cœna verò quæ fit in vltima. Sic ergo spiritualis refectio dicitur prandium, secundum quòd congruit incipientibus. Cœna verò secundum quod congruit perfectis. Consequenter cùm dicit.

Cùm diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes.

DEscribit tempus ex eò quòd exaggerat iniquitatem proditoris: quod quidem describit Euangelista propter duo. Primò quidem: vt ostendatur magis iniquitas Iudæ: qui inter tot charitatis indicia: & tot humilitatis officia: tantam iniquitatem committere cogitabat. Psalm. Qui manducat panes meos,&c. Secundò verò vt reddatur magis admirabilis charitas Christi: qui licèt hoc sciret: tamen ei charitatis & humilitatis præbens officium: eius pedes lauit. Psal. Cùm his qui oderunt pacem. Sed nunquid diabolus aliquid mittere potest in cor hominis? Videtur quòd sic. In Psalm. enim dicitur Immissiones per angelos malos. Sed ad hoc dicendum quòd id dicitur esse in corde hominis: quod est in cogitatione & voluntate eius. Vnde quod hîc dicitur. [Cùm iam misisset in cor,&c.] Intelligendum est: id est, in voluntate eius. Sed sic mittere in cor potest esse dupliciter. Directè & sic solus ille potest aliquid mittere in cor hominis: qui habet potestatem mouendi interiùs voluntatem eius. Et hoc potest solus Deus. Et ideò solus ipse potest directè in voluntatem hominis imprimere. Prouerbiorum vigesimoprimo. Cor Regum in manu, id est, in potestate domini, &c. Quia verò voluntas mouetur sicut ab exteriori obiecto sicut à bono apprehenso. Inde est quòd qui suggerit aliquid esse bonum, dicitur illud mittere in cor hominis: indirectè faciendo ipsum apprehendere aliquid vt bonum: ex quo voluntas mouetur. Sed hoc contingit dupliciter. Quia aut suggerendo exteriùs, & hoc modo etiam homo potest in cor aliquid mittere. Aut suggerendo interiùs: & hoc modò immittit diabolus. Nam vis imaginatiua cùm sit corporalis quãdo Deus permittit: subiecta est potestati dæmonis. Vnde siue vigilando: siue dormiendo format in ea aliquas species: ex quibus apprehensis mouetur voluntas hominis ad aliquid appetendum. Sic ergo immittit diabolus in cor hominis non directè per modum mouentis: sed indirectè per modum suggerentis. Consequenter cùm dicit.

Sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.

AGit de dignitate facientis: quia Ecclesiasti. tertio dicitur. Quantò maior es humilia te. Ideò Euangelista dicturus de Christi humilitate præmittit eius maximam dignitatem. Et hoc quantùm ad quatuor. Primo quantùm ad scientiam. Et quantùm ad hoc dicit. [Sciens quia omnia, &c.] Talia enim sunt spiritualia dona: quòd data non ignorantur. primæ Corinthiorum secundo. Nos spiritum non huius mundi accepimus: sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus,&c. Et ideò Christus sciebat ea quæ sibi data erant à Deo. Hoc autem ideò dicit: vt humilitas magis sit commendabilis. Quandóque enim contingit, quod aliquis magnæ dignitatis est: & tamen propter simplicitatem suam dignitatem suam non recognoscit: talis ergo si faceret aliquid humile non reputaretur sibi ad magnam laudem, secundum illud Canticorum primo. Si ignoras te pulcherrima,&c. Sed si aliquis cognoscit suæ dignitatis statum: & tamen affectus eius ad humilia inclinatur: eius humilitas est cõmendanda. Et ideò dicit Euangelista. [Sciens quia omnia,] tamẽ non omisit quæ humilia sunt facere. Secundò quantùm ad potestatem [quia omnia dedit ei pater in manus,] id est, in potestate eius dedit Deus Christo homini ex tempore: quæ tamen fuerant in potestate filij ab æterno. Matthæi vltimo. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra,&c. Dicit autem. [Omnia dedit ei pater in manus] propter duo: vt ostendat quod Christus non inuitus patiebatur. Nam si omnia erant in manu eius, id est, in potestate: manifestum est, quòd eius aduersarij indè nihil ei contra eius voluntatem facere poterant. Secundò, quia quando aliquis parui momenti exaltatur de facili superbit: nec aliquid humile facit ne videatur derogare suæ dignitati: sed qui in magno statu existens exaltatur: non negligit humilia. Et ideò de dignitate Christi mentionem facit. Tertiò quantùm ad nobilem humilitatem eius. Et quatùm ad hoc dicit. [Quia à Deo exiuit.&c.] Sapientiæ tertio. Contubernium habens. Quartò quantùm ad sanctitatem [quia ad Deum vadit.] In hoc est sanctitas hominis quòd ad Deum vadat. Et hoc ideò ponit infra, quia ex quo ipse ad Deum vadit: proprium est sibi alios ad Deum reducere: quod quidem specialiter fit per humilitatem & charitatem. Et ideò humilitatis & charitatis eis exemplum præbuit.

LECTVRA II.

Surgit à cœna: & ponit vestimẽta sua, & cum accepisset linteum, præcinxit se.

POSTQVAM Euangelista commendauit Christi maiestatem. Hic commẽdat eius humilitatem, quam ostendit in pedum ablutione. Et Primò præmittitur præparatio Christi ad humilitatis obsequium. Secundò describitur ipsum obsequium ibi. [Deinde misit aquam,&c.] Circa primum sciendum est, quòd Christus in humili-

Universidad de Deusto
Biblioteca

taris obsequio se ministrum exhibet.secundum illud Mat.vigesimo. Filius hominis non venit ministrari,sed ministrare,&c. Ad bonum autem ministrum tria requiruntur. Primò,quòd sit circũspectus ad omnia videnda quæ deesse possunt ministerio,& hoc maximè impedirent si sederet vel iaceret.Vnde ministrorum est stare.Et ideò dixit. [Surgit à cœna.] Lucę vigesimosecundo. Quis maior est,qui recubit,an qui ministrat? Secundò,quòd sit expeditus vt possit omnia cõgruè peragere quæ necessaria sunt ministerio, & ad hoc multum impedit vestiũ multitudo. Et ideò Dominus [ponit vestimẽta sua.] Quod quidem significatum est Geneſis decimooctauo, quòd Abraham elegit expeditos vernaculos. Tertiò,quòd sit promptus ad seruiendum: vt scilicet omnia habeat quæ ad ministerium necessaria sunt. Lucæ decimo dicitur de Martha, quòd satagebat circa frequens ministerium. Et indè est,quòd Dominus cùm accepisset linteum præcinxit se: vt sic paratus esset, non solùm ad lauandum pedes, sed etiam ad tergendum, ex quo vaiuersum conculcat tumorem dum is qui ad Deum vadit,& à Deo exiuit pedes lauit. Mysticè autem potest hoc factum ad duo referri, scilicet ad incarnationem Christi,& ad passionem eius. Siquidem referatur ad incarnationẽ, sic tria hìc recipiuntur de Christo. Primò quidem voluntas subueniendi humano generi in hoc, quòd [surgit,à cœna.] Nam Deus quamdiu patitur nos tribulari residere videtur, sed cùm nos à tribulatione eripit:videtur exurgere.Psalm.Exurge Domine adiuua nos. Secundò exinanitio eius, non quidem, quòd suæ dignitatis maiestatem deponeret, sed eam occultaret paruitatem assumendo.Isaiæ quadragesimoquinto.Verè tu es Deus absconditus. Et hoc signatur in hoc, [quòd ponit vestimenta sua.] Philippensiũ secundo.Exinaniuit semetipsum,&c.Tertiò assumpsio nostræ mortalitatis in hoc, quòd [præcinxit se linteo.] Philippensium secundo. Formam serui accipiens,&c. Si verò referatur ad passionem Christi, tunc ad literam vestimenta deposuit quando milites exuerunt eum,& super vestem suam miserunt sortem.infrà decimonono. Tunc etiam linteo præcinctus est in sepulchro. In passione etiam deposuit vestimenta nostræ mortalitatis,& assumpsit linteum,id est, candorem immortalitatis.Romanorum sexto.Christus resurgẽs ex mortuis,&c.Consequenter cùm dicit.

Deindè misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.

POnit Christi obsequium. In quo commendatur eius humilitas quãtum ad tria. Primò quidem quantũ ad obsequij genus,quod fuit valde humile: vt Dominus maiestatis se ad lauandum pedes seruorum inclinaret. Secũdò quantum ad obsequij multitudinem:quia misit aquam in peluim,lauit pedes,& terſit,&c. Tertiò quantum ad faciendi modum: quia non per alios, nec aliorum subsidio : sed per seipsum. Ecclesiastici tertio. Quantò maior es humilia te,&c. Mysticè autem per hæc,tria possunt intelligi Nã primò per hoc,quòd aquam misit in peluim, signatur effusio sanguinis eius in terram. Sanguis enim Iesu aqua dici potest :quia habet vim ablutiuam. Apocalypsis primo. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et tamen est,quòd simul exiuit aqua & sanguis de latere eius.Vt daretur intelligi,quòd sanguis ille peccatorum ablutiuus esset.Vel per aquam potest intelligi passio Christi. Nam in scriptura aqua tribulationes significat.Psal. Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, id est, tribulationes. [Misit] ergo [aquam in peluim,] id est, in memoriam passionis fidelium animabus impressit per fidem & deuotionem.Trenorum tertio.Recordare paupertatis meæ,&c. Secundò per hoc, quod dixit. [Et cœpit lauare.] Insinuatur humana imperfectio. Nam Apostoli post Christum perfectiores erant, & tamen lotione indigebant aliquas habentes immunditias. Vt sic detur intelligi, quòd quantumcúque homo sit perfectus, nihilominùs tamen magis profici indiget, & aliquas immunditias contrahit secundum illud Prouerbiorum vigesimo. Quis potest dicere mundum est cor meum,&c. Sed tamen huiusmodi immunditias habent in pedibus tantùm. Quidam autem non solùm in pedibus, sed etiam totaliter sunt infecti. Illi enim totaliter terrenis immunditijs sordidantur, qui supra eas iacent. Vnde qui totaliter & secundum affectum, & secundum sensum amori terrenorum inhærent, totaliter immundi sunt. Sed illi qui stant, id est, mente & desiderio tendunt ad cœlestia, immunditiam contrahunt solùm in pedibus. Sicut enim hominem stantem oportet ad minus pedibus terram contingere, ita quamdiu viuimus in hac vita mortali, quæ rebus terrenis ad sustentationem corporis indiget ad minus ex parte sensualitatis aliquid contrahimus. Et ideò Dominus præcepit discipulis Lucæ nono, quòd excuterent puluerem de pedibus eorum. Dixit autem. [Cœpit lauare:] quia ablutio affectuum terrenorum hìc incipit, & in futuro consumitur. Tunc enim implebitur, quod dicitur Isaiæ trigesimoquinto. Via sancta vocabitur. Sed attendendum secundum Origenem, quòd discipulorum pedes imminente passione cœpit lauare: quia fi diu antè lauasset eos, fuissent iterum sordidati. Vnde tunc incœpit,quando post modicum ablaturus erat eos aqua spiritussancti,scilicet post passionem. Actuum primo. Vos autem baptizamini spiritusancto,non post multos hos dies. Sic ergo apparet sanguinis eius effusio per hoc,quòd misit aquam in peluim,& peccatorum nostrorum ablutio,per hoc, quòd cœpit lauare pedes discipulorum. Apparet tertiò pœnarum nostrarum in seipso susceptio.Non enim solùm maculas nostras lauit,sed pœnas pro eis debitas in seipso assumpsit.Non enim pœnæ & pœnitentiæ nostræ sufficerent nisi fundarentur in merito & virtute passionis Christi. Quod quidem apparet in hoc, quòd extersit pedes discipulorum linteo, scilicet corporis sui.1.Pet.2.Consequenter cùm dicit.

Venit ergo ad Simonem Petrum.Et dixit ei Petrus, Domine,tu mihi lauas pedes?

POnit exempli vtilitatem per quandam cõcertationem discipuli & magistri. In qua quidem concertatione Dominus ostendit de isto exemplo. Primò quid sit mysticum,& quid sit necessarium ibi. [Dixit ei Petrus. Non lauabis,&c.] Secundò quid sit congruum ibi. [Dixit ei Simon Petrus.] Domine non tantum,&c. Circa primum duo facit. Primò ponitur occasio verborum Christi. Secundò ipsa verba Christi subduntur ibi. [Respondit Iesus, & dixit ei,&c.] Occasio quidem verborum Christi fuit recusatio Petri recusantis suscipere humilitatis exemplum. Et hoc est, quod dicit. [Venit ergo ad Simonem Petrum,&c.] Quod quidem tripliciter exponitur.Primò quidem secundum Origenem , quòd Dominus cœpit lauare ab vltimis,& hoc ideò quia sicut Medicus plurimorum ægrorum intentus curæ ab his qui magis indigent propriam curam incipit,sic & Christus qui pedes abluit discipulorum fœdos,exorditur ab his qui erant magis fœdi, & sic venit ad Petrum quasi minus alijs indigentem. Matthæi vigesimo. Incipiens à nouissimis,&c. Et hoc quidem sonare videntur verba Euangelij. Cœpit lauare pedes discipulorum. Et postmodum sequitur. [Venit ergo ad Simonem,&c.] Ex quo videtur,quòd priùs lauit pedes aliorum.Si verò quæratur quare Petrus hoc præ alijs recusauit , respondit Origenes : quia hoc fecit propter nimium feruorem amoris quem habebat ad Christum Alij verò discipuli cum timore quodam reuerebãtur Christum. Et ideò absque discussione omne factum sustinebant. Petrus verò eis feruentior secundum illud Ioannis vltimo. Simon Iona diligis me plus his,&c. Ex amore fiduciam assumens ferre recusat factum, & causam inquirit.Ecclesiastici sexto. Amicus si permanserit fixus,erit tibi quasi eog qualis,&c. Et ideò Petrus inuenitur in scriptura frequenter inquirere,& promptè proferre quæ sibi meliora videntur.Secundò exponitur secũdum Chrisostomum.Vt scilicet Christus incœperit prius lauare pedes à primis Apostolorum. Sed quia proditor ille stultus erat,& superbus,scilicet Iudas prior ad pedum ablutionem recubuit ante Petrum. (Nullus enim aliorum ausus fuisset Petrum præuenire.) Vnde de Iuda loquitur Euangelista,dicens. Cœpit lauare pedes discipulorum,scilicet Iudæ,qui quidem vtpotè superbus & stultus in nullo reuisus est, nec recusauit ferre, quod Dominus faciebat. Sed postquàm venit ad Petrum qui reuerebatur , & diligebat magistrum cum timore recusat, & causam facti inquirit , & simile fecisset quilibet aliorum. Tertiò verò exponitur secundum Augustinum , quòd ex verbis Euangelistæ non debemus intelligere , quòd Dominus lauerit prius pedes alijs discipulis , & postmodum venerit ad Petrum , sed quòd Euangelista secundum consuetudinem suam primò ponit factum , & postmodum narrat ordinem facti,sicut & suprà sexto facit.Vnde primò insinuat totum factum,scilicet,quòd lauit pedes discipulorum,& postmodũ si quærat quomodò factum fuit,dicit, quòd primò venit ad Simonem Petrum. Et ideò primò ipse recusauit dicens. [Domine tu mihi lauas pedes?] Quę quidem verba magnum pondus habent. [Domine] inquit [tu] qui es filius Dei viui [mihi lauas pedes?] qui sum Simon Bariona, id est , Simon Iona. Matthæi duodecimo. Item [Domine tu,] qui est Agnus incontaminatus speculum sine macula, & candor lucis æternæ [mihi lauas pedes,] qui homo peccator sum. secundum illud Lucæ quinto. Exi à me, quia homo peccator sum. [Domine tu] qui es creator, [mihi lauas pedes,] qui sum creatura & modicæ fidei:Hęc dicebat Petrus territus ex cõsideratione maiestatis Christi.secundum illud Abach.1.Consideraui opera tua,& expaui. Consequenter cùm dicit.

Respondit Iesus,& dixit ei. Quod ego facio tu nescis modò,scies autem postea.

POnuntur verba Christi, ex quibus ostenditur factum illud esse mysticum.Vnde dixit ei. [Quod ego facio,&c.] Quod quidẽ factum exemplum est,& mysterium.Exemplum quidem humanitatis exhibendæ.Infrà eodem,exemplum enim dedi vobis,&c.Mysterium autem interioris mundationis.Infrà eodem.Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet.&c. Dupliciter ergo potest intelligi hoc quod dicit. [Quod ego facio.] Vno modo. [Quod ego facio.] id est,quomodo ego facio in exemplum. [Tu nescis modò.] idest non intelligis. [Scies autem postea.] tunc scilicet quando exposuit eis dicens.Scitis quid ego fecerim vobis. Infrà eod.Alio modo. [Quod ego facio,&c.] id est,hoc mysterium est,& secretum est:& significat interiorem mundationem quæ non potest fieri nisi per me, quod non intelligis modù. [Scies autem postea] scilicet recipiens spiritum sanctum.Infrà 16.Multa habeo vobis dicere,&c.Consequenter cùm dicit.

Dixit ei Petrus.Nõ lauabis mihi pedes in æternum.

OStendit factum illud esse mysticum. Et primò ponit verba Petri præstantia occasionem verbis Christi. Secundò subiungit Christi verba.Dicit ergo primò Petrus. [Non lauabis mihi pedes inæternum,] id est,nunquam:quasi diceret. Absit à me vt hoc sustineam à magistro:domino,& Deo meo: & licèt Petrus hoc ex zelo faceret,eius tamen zelus indiscretus & inordinatus erat Rom.10. zelum Dei habent:sed non secundum scientiam. Qui quidem zelus inordinatus erat propter tria.Quia recusat quod vtile erat & necessarium.Nam sicut dicitur Romanorum octauo. Quid oremus sicut oportet nescimus.Et ideò indiscretè recusamus recipere : quod Deus nobis largitur etiam si contrarium videatur. Sic etiam & Paulus petebat remotionem stimuli.secundæ Corinthiorum vndecimo.Qui tamen ei vtilis erat.Item quia videtur quandam irreuerentiam ad Christum importare:in hoc, quòd eius ordinationem infringere vult. Item quia videtur vergere in derogationem sociorum:dum quod alij (secundum Originem) à Christo absque contradictione susceperant:ipse recipere recusabat,dicens. [Non lauabis mihi pedes,&c.] Et ideò redarguit eum dominus dicens.

Respondit ei Iesus. Si non lauero te: non habebis partem mecum.

QVod quidem ad duo referri potest : videlicet ad factum quod Christus faciebat.Et ad signatum eius.Sed siquidem referatur ad signatum:tunc planum est,quod dicitur.Nullus enim æternę hæreditatis particeps fieri potest Christi cohæres : nisi spiritualiter sit mundatus:quia hoc dicitur Sapien.8.Nihil coinquinatum incurrit.in Psalm.Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Et respondens subdit.Innocens manibus,&c quasi ergo dicat. [Si non lauero te.] non eris mundus:et si non es mundus [non habebis partem mecum.] Sed si referatur ad factum : tunc dubium est , vtrum hæc ablutio sit de necessitate salutis. Ad quod dicendum est : quod sicut quædam sunt prohibita:quia mala.Et quædam mala:quia prohibita:ita quædam sunt præcepta.Hoc ergo absolutionis factum de quo dominus dicit. [Si non lauero te,&c.] in se consideratum non est necessarium ad salutẽ.Sed supposito quòd mandetur à Christo:iam factum est necessarium.1.Reg.5. Melior est obedientia,quàm victimæ:& ita quasi scelus,&c.

Dixit ei Symon Petrus. Domine:non tantùm pedes meos:sed & manus & caput.

HIc ostendit factum illud esse congruum. Et ponuntur primò verba Petri.Secundò subditur responsio Christi. Sed in verbis Petri insinuatur feruentissimus amor eius ad Christum. Nam supra quando dominus dixit ei.Quod ego facio tu nescis modo : dederat ei intelligere hoc factum vtile fore:tamen hac vtilitate neglecta induci non poterat ad pedum ablutionem recipiendam. Sed quando dominus comminatus est separationem suam ab ipso,dicens. Non habebis partem mecum. Non solùm ad illa : sed ad vlteriora recipienda se obtulit dicens. [Domine non tantùm pedes,&c.] In hac enim responsione territus totum se offert ad abluendum amore turbatus & timore.Vt enim legitur in itinerario Clementis. Petrus adeò afficiebatur ad Christi corporalem præsentiam quam feruentissimè dilexerat : quòd post Christi ascensionem cùm dulcissimæ præsentiæ,sanctissimæ conuersationis memor erat : totus resoluebatur in lachrymas:ita vt genæ eius viderentur adustæ. Sciendum est autem,quod in homine tria sunt. Caput quod est summum. Pedes qui sunt infimi.Manus quæ sunt mediæ.Et similiter in interiori homine,scilicet in anima est caput.Ratio scilicet superior,qua anima inhæret Deo.primæ Corinthior.vndecimo.Caput mulieris vir, id est,superior ratio. Manus autem,id est,inferior ratio quæ vacat operibus actiuè.Pedes autem sensualitas.Sed dominus sciebat discipulos suos mundos quantùm ad caput : quia Deo coniuncti erant per fidem & charitatem. Et quantùm ad manus:quia eorum sancta opera:sed quantùm ad pedes : aliquos effectus terrenorum ex sensualitate habebant.Petrus autem timens Christi comminationem consentit,non solùm ad ablutionem pedum:sed etiam manus & capitis dicens. [Domine non tantùm pedes,&.] quasi dicat. Nescio an indigeam ablutione manus & capitis.Nihil enim conscius sum: sed non in hoc iustificatus,&c.Et ideò paratus sum lauare non tantùm pedes,id est,affectus inferiores. Canticorum quinto. Laui pedes meos,&c. [Sed & manus.] id est,opera.Psalm.Lauabo inter innocentes manus meas,&c. [& caput,] id est,rationem superiorem. Matthæi sexto.Faciem tuam laua.Consequenter cùm dicit.

Dixit ei Iesus. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet:sed est mundus totus.

POnitur responsio domini. Et primò dat quoddam generale documentum. Secundò adaptat illud ad propositum ibi. [Et vos mundi estis,&c.] Tertiò euãgelista exponit verba Christi ibi. [Sciebat enim,&c.] Dicit ergo primò. [Qui lotus est nonindiget nisi vt pedes lauet:sed est mundus totus.] supple præter pedes:quibus terram tangit.Per quod datur intelligi, quòd Apostoli iam baptizati erant.Dicit enim. [Qui lotus est,&c.] Et postea subdit. [Vos mundi estis,&c.] Quia scilicet baptizati erant.Sed quidam dicunt,quòd baptizati erant solùm baptismate Ioannis.Quod non videtur verũ: quia sic non erant loti.Nam baptisma Ioannis non mundabat interiùs à culpa.Et ideò dicendum,quòd baptizati erant baptismo Christi:secundum Aug. Et si obijcis.quòd Christus non baptizabat : sed discipuli eius (vt dicitur supra.4.) Dico quòd non baptizabat turbas:sed discipulos suos sibi familiares & domesticos baptizauit.Sed eum baptismus abstergat etiam sordes pedum : videtur quòd qui lotus est,id est,baptizatus : non indiget vt pedes lauet.Sed ad hoc dicendum,quòd si statim post baptismum transirent de mundo , non vtique indigerent hac ablutione. Quia cùm sint mundi toti statim euolarent.Sed qui post baptismum viuunt in hac vita mortali non possunt ad tantum culmen perfectionis ascendere:quinetiam inordinati motus sensualitatis de affectibus terrenis insurgant. Et ideò oportet,quòd pedes lauent:vel per martyrium , quod est baptismus sanguinis:vel per pœnitentiam quæ est baptismus flaminis:vt euolare possint.Consequenter cùm dicit.

Et vos mundi estis:sed non omnes.

ADaptat dominus ad propositum generale documentum.Sed si mundi erant:quare iterum dominus eos abluebat? Ad quod Augustinus dicit,quòd mundi erant quantùm ad manus & caput : sed indigebant quantùm ad pedes.Chrysostomus verò dicit,quod mundi erant non quidem simpliciter:quia nondum mundi erant ab immunditia originali:cùm nondum Christus passus esset:nondum solutum esset precium nostræ redemptionis. Sed quantùm ad quid mundi erant,scilicet ab erroribus Iudæorum. Origenes verò dicit: quòd mundi erant , sed adhuc maiori mundatione opus erat : quia semper ratio emulari debet charismata meliora,semper debet virtutum alta conscendere : iusticiæ candore nitescere. Apocalipsis vltimo.Qui sanctus est sanctificetur adhuc. [Sed nõ omnes] quia vnus eorum:& caput & manus immundas habebat.Et ideò consequenter Euangelista ponit verba domini,dicens.

Sciebat enim quisnam esset,qui traderet eum. Propterea dixit:non estis mundi omnes.

QVasi dicat. Ideò dixit. [Non omnes] quia sciebat immunditiam Iudæ proditoris. Duo enim hominem vniuersaliter emundant:scilicet eleemosyna & misericordia in pauperes.Luc.11. Date eleemosynam,&c. Et amor Dei.Lucæ septimo. Dimissa sunt ei peccata multa,&c.Prouer.10. Vniuersa delicta operuit charitas. Hæc enim duo deficiebant Iudæ Misericordia quidem:quia fur erat loculos habens : & defraudabat eleemosynas pauperum. Item amor ad Christum : quia iam diabolus miserat ad cor eius vt traderet eum principibus sacerdotum ad crucifigendum,&c.

LECTVRA III.

Postquàm ergo lauit pedes eorum:accepit vestimenta sua:& cum recubuisset,iterum dixit eis.

POSTQVAM dominus ostendit humilitatis obsequium esse necessarium.Hìc consequenter inducit ad imitationem. Et primò præmittit circumstantias admonitionis.Secundò ipsam admonitionem proponit ibi. [Scitis quid fecerim vobis,&c.] Circa primum duo facit.Primò insinuat euãgelista admonitionis ordinẽ. Secundò manifestat admonẽtis dispositionẽ ibi. [Accepit vestimẽta sua,&c.] Ordo autẽ admonitionis est:vt quod primò fecit opere : doceat sermone.Et quãtũ ad hoc dicit. [Postquã ergo lauit pedes eorum,&c.] Act.1. Cœpit Iesus facere & docere. Matth.5. Qui fecerit & docuerit,&c. Dispositio autem admonentis insinuatur:& quantùm ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitum: & quantùm ad situm. Ad habitum quidem. Quia diuersus habitus diuersis personis cõuenit secundum propriorũ actuum diuersitatem. Ecclesiastic.decimonono. Amicus hominis annunciat de illo, &c. Alius ergo habitus competit ministro. Alius doctori. Ministro autem: quia debet esse expeditus ad obsequium: competit vt vestium impedimẽta deponat. Et ideò Christus cùm ministrare voluit: surgit à cœna: & ponit vestimenta sua. Doctor autem qui debet esse grauis, & auctoritate præmineas competit vestium decens ornatus. Et ideò dominus docere volens accepit vestimenta sua. Quantùm ad situm verò: quia ministrare volens surrexit. Vnde dicit: surrexit à cœna. Nunc autem volens docere, recumbit. Vnde dicit. [Et cùm recubuisset iterum dicit eis] Et hoc ideò: quia doctrina debet esse in tranquilitate. (Sedendo enim & quiescendo anima fit sapiẽs & prudens) Possunt hæc tria habere mysterium. Cùm enim Christus perfectam doctrinam discipulis præbuerit: quando spiritumsanctum eis misit. Infra decimoquarto. Paraclitus autem spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo: ipse vos docebit omnia, &c. Tria præcesserunt ipsum missionem, scilicet peccatorum ablutio per passionem. Apocalypsis primo. Lauit nos à peccatis nostris, &c. Et quantùm ad hoc dicit [Postquàm ergo lauit pedes eorum.] id est, impleta purgatione per sanguinem. Item resurrectio, Christus enim ante passionem suam mortale corpus habuit: quæ quidem mortalitas non competebat ei ex parte personæ filij Dei: sed ex parte humanæ naturæ assumptæ. sed postquàm resurrexit ex virtute diuinitatis accepit corporis immortalitatem. Et quantùm ad hoc dicit [Accepit vestimenta sua.] id est, surgens factus est immortalis. Et dicit [sua] quia sua virtute accepit. Romanorum sexto. Quod autem viuit, viuit Deo, id est, virtute Dei. De istis vestimentis dicitur Apocalypsis tertio. Qui vicerit vestietur vestimentis albis, &c. Item præcesit sessio. Et hoc in ascensione. Infra decimonono. Si enim non abiero, paraclitus nõ veniet ad vos, &c. Et quantùm ad hoc dicit [Cùm recubuisset iterum, &c.] scilicet ad dexteram patris residens & sedens. Matthæi vltimo. Et dominus quidem Iesus postquàm loquutus est assumptus est in cœlis, & sedet à dextris Dei patris omnipotẽtis. Et dicit [iterum.] non quòd inquantùm filius Dei vnquàm sedere desierit: quinimò ab æterno est in sinu patris. Sed quia inquantùm homo exaltatus est ad potiora bona patris. Philippensium secundo. Propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomen, &c. Sic ergo antequàm spiritumsanctum perfectè docentem infunderet: lauit sanguine fuso. Accepit vestimenta resurgendo, recubuit in gloria ascendendo. Consequenter cùm dicit.

Scitis quid fecerim vobis. Vos vocatis me Magister & Domine: & bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros Dominus & Magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes.

PRoponit ipsam admonitionem. Et primò interrogat. Secundò assumit. Tertiò concludit. Quartò conclusionem confirmat. Interrogat quidem, cùm dicit. [Scitis quid fecerim vobis:] quasi dicat Facti quidem vidistis: sed tamen quare hoc fecerim non intelligitis. Et ideò sic quærit vt ostendat facti magnitudinem: & ad considerandum inducat. Opera enim Dei consideranda sunt: quia profunda. Psal. Quam magnificata sunt opera tua Domine: nimis profundè facta, &c. Vix enim sufficienter opera Dei scire possumus: secundum illud Eccles. 8. Intellexi, quòd rationem operum Dei, &c. Sunt etiam delectabilia ad considerandum. Psalm. delectasti me domine in factura tua, &c. Sunt etiam & vtilia: quia ducunt in cognitionem actoris. Sapien. 13. Si operibus intendissent, &c. Supra 5. Opera enim quæ dedit mihi pater vt faciam ipsa sunt, &c. Potest etiam secundum Origẽ. hoc quod dicitur. [Scitis quid fecerim] accipi imperatiuè, quasi dicat. Sciatis quid fecerim, &c. Et tunc hoc dicit dominus: vt eorum erigat intellectum. Assumit eorum confessionem dicens. [Vos vocatis me magister & Domine.] Et primò proponit eorum confessionem. Secundò commendat eam ibi. [Et bene dicitis.] Circa primum sciendum est, quòd Apostolus primæ Corinthiorum primo duo dicit de Christo, scilicet quòd sit Dei virtus, & Dei sapientia. Inquantùm est virtus Dei omnibus dominatur. Vt enim dicit Ambrosius. Dominus nomen est potestatis. Inquantùm est Dei sapientia omnes instruit. Et ideò discipuli vocabant eum Dominum. supra sexto. Domine ad quẽ ibimus. Et magistrum. supra quarto. Rabi manduca. Et meritò. Ipse enim dominus est solus creans & recreans. Scitote quoniam ipse est dominus, &c. ipse solus est magister, &c. interiùs docens. Matthæi decimotertio. Magister vester vnus Christus, &c. Consequenter cùm dicit. [Et bene dicitis.] commendat eorum confessionem. Circa quod sciendum est, quòd aliquid redditur commendabile dupliciter. Vno modo si id quod dicitur conueniat rei de qua dicitur: quod fit per veritatem: quia si sit falsum, non conuenit ei. Vnde bene dicitur Ephes. quarto. Deponentes mendacium loquimini veritatem Adeò enim vitanda sunt mendacia: vt etiam si cedere videantur ad laudem Dei non sunt dicenda. Quantùm ad hoc ergo dicit [bene dicitis.] Et hoc ideò: quia verum est, quod dicitis: quia comperit mihi. [Sum etenim] scilicet magister & Dominus. Magister inquam propter sapientiam quam doceo verbis. Dominus propter potentiam, quam ostendo miraculis. Alio modo redditur commendabile: si quod dicitur conueniat personæ dicentis. Aliqui enim sunt qui vocant Christum magistrum & dominum: quibus non competit: cùm non subijciant se disciplinæ & mandato Dei: & isti non bene dicunt. Vnde Matthæi vigesimosecundo illis qui dicunt Domine aperi nobis: Respondetur. Amen amen dico vobis: Nescio vos, quia hoc non corde dicunt: sed ore tantùm Isti Apostoli bene dicebant, quia hoc eis competebat. Vnde dicit eis. [Et bene dicitis.] id est, verum. [Sum etenim,] scilicet vobis magister & Dominus. Nam me auditis (vt magistrum) supra sexto. Ad quem ibimus verba vitæ æternæ habes: sequimini (vt Dominum.) Matth. decimo. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Sed contra est hoc, quod dicitur Prouerb. decimosexto. Laudet te alienus, & non os tuum, &c. Videtur ergo quòd dominus non bene fecerit laudando se. Sed ad hoc respondet Aug. dupliciter. Vno modo quia vituperabile est, quòd quis se commendet propter periculum superbiendi. Nam periculosum est sibi placere: cum cauendum est superbire. Vbi ergo non imminet periculum superbiendi: non est vituperium propria commẽdatio. In Christo autẽ hoc periculũ non timebatur. Ille enim qui super omnia est quãtũcũq; se laudet: nõ se extollit excelsus. Alio modo: quia aliquando laudabile est, quòd homo se commendet: quãdo, scilicet cedit ad vtilitatem fidelium. Et sic Apostolus commendat se. secundæ Corinthiorum vndecimo. Sed valde nobis vtile est, & per omnem modum necessarium: vt Deum cognoscamus, cum in hoc consistat tota perfectio nostra. Vnde expedit nobis: vt reuelet nobis magnitudinẽ suam. alioquin nullo modo eam scire possemus, si non indicet seipse qui nouit. Et ideò oportet, quòd ipse se nobis laudet: quia (vt dicit Augustinus,) si non se laudando (quasi arrogantiam vitare voluerit (nobis sapientiam denegauit. Ecclesiastici trigesimoquarto. Sapientia laudabit animam suam. Concludit verò cùm dicit. [Si ergo ego laui, &c.] Vbi arguit ab eo, quod minus videtur ad id, quod magis. Min' enim videtur, quòd maior debeat facere aliquod humile, quàm minor. Et secundum hoc concludit. [Si ergo ego] qui sum maior: quia magister & Dominus [laui pedes vestros.] Et vos multò magis qui estis minores, qui estis discipuli & serui [debetis alter alterius lauare pedes.] Matthæi vigesimo. Qui maior est vestrum, &c. Nam filius hominis, &c. Sed contra videtur, quòd hoc, quod dicitur [vos debetis, &c.] Habeat rationem præcepti. Sed qui negligit præceptum peccat mortaliter. Responsio: dicendum secundum Augustinum, quòd omnis homo debet lauare pedes alterius: vel corporaliter: vel spiritualiter, & multò melius est & sine controuersia verius: vt aliquis faciat opere ne dedigneturꝫ quod fecit Christus, facere Christianus. Cùm enim ad pedes fratris inclinatur corpus etiam in corde ipso vel excitatur: vel si iam intrat confirmatur humilitatis affectus, quod si non fiat opere, saltem hoc corde facere debemus. In lotione enim pedum datur intelligi lotio macularum. Tunc ergo spiritualiter lauas pedes fratris tui, cum quantum in te est abluis maculas eius. Et hoc sit tripliciter, remittendo scilicet ei offensam. secundum illud Colloss. sensum tertio. Donantes inuicem, &c. Item orando pro peccatis eius secundum illud Iacobi vltimo. Orate pro inuicem vt saluemini. Et iste duplex lauandi modus communis est omnibus fidelibus. Tertius modus pertinet ad prælatos, qui lauare debent remittendo peccata auctoritate clauium. secundum illud infrà vigesimo. Accipite spiritumsanctum quorum remiseritis peccata, &c. Possumus etiam dicere, quòd in hoc facto Dominus ostendit omnia opera misericordiæ. Nam qui dat panem esurienti, pedes eius lauat, similiter qui eum hospitio recipit, & qui operit nudum. & sic de aliis. Rom. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes. Cõfirmat autem conclusionem cùm dicit.

Exemplum enim dedi vobis: vt quẽadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

ET hoc quidem ex quatuor. Primò quidem ex sua intentione. Secundò verò ex auctoritate ibi. [Amen amen dico vobis.] Tertiò ex præmio, quod ipsi operi debent ibi. [Si hæc scitis beati eritis, &c.] Quartò ex dignitate eorum quibus pedes lauat ibi. [Amen amen dico vobis, qui accipit, &c.] Dixit ergo, quòd hoc ideò feci vt darem vobis exemplum. Et ideò debetis alter alterius lauare pedes: quia hoc in facto illo intendebam. Nam in actibus hominum plus mouent exempla, quàm verba. Id enim homo agit, & eligit, quod videtur ei bonũ: vnde magis ostendit esse bonum, quod ipsemet eligit, quã qđ docet esse eligendũ. Et inde est, ꝙ qñ aliqs dicit aliqđ, & tñ aliud frcit, magis suadet alijs qđ facit, quã illud, quod docet: & ideò maximè necessarium est ex ipso facto exemplum dare. Sed exemplum quidem puri hominis humano generi non erat sufficiens ad imitandum: tum quia ratio humana ab omni consideratione defecit tum: quia in ipsa rerum consideratione decipitur. Et ideò datur nobis exemplum filij Dei, quòd est ineffabile, & ad omnia sufficiens. Vnde dicit Aug. Quæ superbia non sanatur si humilitate diuina non sanatur: similiterque auaritia. Et sic de alijs. Sed attende, quòd satis conuenienter filius Dei est nobis in exemplum virtutum. Ipse enim est ars patris: vt sic quo fuit exemplar creationis, esset etiam exemplar iustificationis. 1. Petri 2. Christus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, &c. Iob. 26. Vestigia eius secutus est pes meus, &c. Consequenter cùm dicit.

Amen amen dico vobis: non est seruus maior domino suo: neque Apostolus maior est eo qui misit illum.

COnfirmat conclusionem ex auctoritate. Et primò tangit discipulorum conditionem. Secundò ipsorum officium. Conditio autem discipulorum est, quòd sunt serui. Luc. 17. Cùm omnia bene feceritis, dicite quia serui, &c. Officium autem eorum est, quòd sint Apostoli. Matt. 11. Elegit duodecim, quos Apostolos nominauit. Sic ergo dicit. Dico quòd debetis alter alterius lauare pedes, sicut & ego laui. [Quia non est seruus maior domino suo.] quantùm ad primũ [neq; Apostolus,] id est, missus [maior eo qui misit illum.] licèt autem ipse filius Dei qui est Apostolus confessionis nostræ (vt dicitur ad Heb.) sit æqualis illi qui misit eum, scilicet patri: de omnibus tamen alijs verum est, quod hîc dicitur [neque Apostolus, &c.] Sed cõtra infra 15. enim dominus dicit discipulis suis. Iam non dicam vos seruos, &c. Respondeo dicendum, quòd duplex est seruitus. Vna quæ procedit ex timore filiali, quæ facit bonum seruum: secundum illud Matth. 25. Euge serue bone & fidelis. Et hoc modo dominus vocat eos seruos. Alia est seruitus quam facit timor seruilis: de qua dicitur Matth. 18. Serue nequam omne debitum, &c. Et de hac dicit dominus. Iam non dicam vos seruos, &c. Consequenter cùm dicit.

Si hæc scitis beati eritis, si feceritis ea.

COnfirmat conclusionem ex præmio. Et primò proponit præmiũ. Secundò excipit aliquẽ ab eo ibi. [Non de omnibus, &c.] Dicit ergo. [Si hæc scitis.] quasi dicat. Tu hæc dicis nobis quæ quidem non ignoramus. Quare ergo dicis nobis? Ideò inquam quia & [si hæc scitis] quod quidem est omnium. tamen [beati eritis si feceritis ea.] quod est paucorum. Et dicit [si scitis & feceritis.] scilicet quia (vt dicitur Luc. 11.) Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiũt illud. & Psalm. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Econtra dicitur Iacob. 4. Scienti bonum & non facienti, &c. Excipit autem quædam cùm dicit.

Non de omnibus vobis dico: Ego scio quos elegerim.

ET primò proponit exceptionem. Secundò assignat exceptionis rationem ibi. [Sed vt impleatur, &c.] Tertiò assignat rationem quare ponit exceptionem ibi. [A modo dico vobis prius, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit exceptionem. Secundò respõdet tacitæ quæstioni. [Exceptionem ponit cùm dicit. [Non de omnibus vobis dico, &c.] quasi dicat. Beati eritis: tamen nõ omnes, [quia nõ dico de omnibus vobis.] quòd ad beatitudinem peruenias. 1. Cor. 9. Omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauium, &c. Est enim aliquis inter vos, id est Iudas: qui non erit beatus: neque faciet ea. Sed secundum Origẽ. dominus non dicit beati eritis absolutè: sed apposuit conditionem dicens. [Si feceritis ea.] quod quidem verum est in omnibus, etiam & in Iuda. Si enim Iudas feciſſet ea, beatus fuisset. Vnde vult quòd magis excipiat hoc, quod dicit. [Non est seruus maior, &c.] quia si diceret. Dico quòd estis serui & Apostoli. [non tamen de omnibus hoc dico.] Iudas enim dum esset seruus peccati, non erat seruus diuini verbi: neque Apostolus diabolo ingrẽsso in cor eius. Sed quia posset aliquis dicere. Ex quo non dicit de omnibus vt sint beati: vel eius Apostoli. Ergo ex improuiso aliquis est de eius collegio periturus. Et ideò dominus ad hæc respondens, dicit. [Ego scio quos elegerim.] quasi diceret. Electi non peribunt: sed non omnes sunt electi. Ille ergo peribit qui electus non est, scilicet Iudas. infrà decimoquarto. Non me elegistis: sed ego elegi vos, &c. Sed contra est, quod dicitur supra sexto. Non ego vos elegi duodecim? Cùm ergo Iudas esset vnus ex duodecim, videtur, quòd fuerit electus. Sed dicendum, quòd duplex est electio. Vna est ad præsentem iustitiam: & ad hanc electus fuit Iudas. Alia electio est ad finalem gloriam. Et secundum hanc Iudas non fuit electus. Ratio autem huius exceptionis est.

Sed vt adimpleatur scriptura. Qui mãducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum.

QVæ hic prædicit non quòd cogat: sed quia hoc futurum erat, non tacuit. Lucæ vltimo. Oportet impleri omnia quæ scripta sunt. &c. Matthæi quinto. Iota vnum, &c. Quæ quidem scriptura dicit. [Qui manducat panem mecum, &c.] Hoc est secundum aliam translationem. Vbi nos habemus. Etenim homo pacis meæ: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. Vbi ostenditur Iudæ ad Christum familiaritas: cùm dicit. [Qui manducat panem mecum.] Iudas enim panem cum alijs discipulis cum Christo comedit etiam consecratum. Item ostenditur eius malignus conatus contra Christum: cùm dicit. [Leuabit contra me calcaneum suum.] id est, conabitur ad meam conculcationem. Calcaneo enim comprimimus hostes. Genes. 3. Ipsa conteret caput tuum: & tu insidiaberis calcaneo eius. Tunc ergo dicitur aliquis leuare calcaneum suum contra aliquem: quando conatur eum opprimere: sed hoc Iudas non poterit: quia vnde ipse credit me opprimere, inde exaltabor. supra decimosecundo. Ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum. In quo habemus exemplum: vt si quando à famulis: aut ab aliquibus vilioribus patiamur aliquod malum, non scandalizemur respicientes Iudæ exemplum: qui infinitis potitur bonis: & in contrarium rem unerauit benefactorem. Ideò autem dominus Iudam, quem futurum nouerat esse malum, elegit: vt daret intelligere, quòd nulla societas hominum sine alicuius mali admixtione futura erat. Cant. 1. Sicut lilium inter spinas, &c. Vnde Augustinus dicit in quadam Epistola. Non audeo mihi arrogare: quòd domus mea sit melior cœtu Apostolorum. Item vt si contingat, quòd aliquis ab aliquo prælato in societatem ecclesiæ assumptus malus efficiatur non sit in conditionem ipsius prælati. Ecce enim quòd Iudas electus à Christo proditor efficitur. Sic etiam Actuum octauo. Philippus assumpsit Simonem magum. Hieremiæ decimoseptimo. Nunquid redditur pro bono malum, &c. Matthæi vndecimo. Inimici hominis domestici eius. Consequenter cùm dicit.

A modo dico vobis. priusquam fiat: vt cùm factum fuerit, credatis: quia ego sum.

ASsignat causam quare exceptionem posuit, quasi dicat. Diu tacui eius malitiam: sed quia tempus est: vt prodeat in publicum. ideò [dico vobis,] id est manifesto [antequam fiat: vt credatis quia ego sum.] qui futura prædico: & occulta cordis manifesto: quod est proprium Dei. Hieremiæ decimoseptimo. Prauum est cor hominis & inscrutabile: quis cognoscet illud, &c. Isaiæ quadragesimoprimo. Secutura quoque annunciate nobis, &c. Vel ego sum qui sum. Exod. 3. Consequenter cùm dicit.

Amen amen dico vobis: qui accipit si quem misero, me accipit. Qui autem me accipit: accipit eum qui me misit.

COnfirmat conclusionem inductam ex dignitate eorum quibus pedes lauit: quorum tanta est dignitas: vt obsequia eis impensa quodammodò videantur redundare in Deum: sed tamen secundum quendam gradum quia quæ fiunt fidelibus per Christum redundãt in Deum patrem. Ostendit ergo primò quomodò ea quæ fiunt discipulis Christi redundant in Christum. Et quantùm ad hoc dicit. [Amen amen dico vobis.] quasi diceret. Verè debetis lauare pedes: quia [qui recipit si quem misero, me accipit.] id est, obsequiũ quod exhibetur his quos ego mitto, mihi attribuo factum. Matth. 10. Qui vos recipit, me recipit. Secundò ostendit quomodò obsequium Christo exhibitum redundat in patrem, dicens. [Qui autem me accipit, &c.] supra 5. Vt omnes honorificent filium, &c. Secundum autem Origẽ. potest intelligi dupliciter. Vno modo cõnexim, & sic est sensus. [Qui accipit si quem misero, &c.] i. qui recipit missos à me: me recipit & patrem. Qui ergo recipit si quẽ misero: recipit patrẽ. Alio modo distinctim. Et sic est sensus. [Qui recipit si quem misero, me accipit.] verum est corporaliter: sed [qui recipit me.] scilicet spiritualiter ad animas venientem: secundum illud Ephe. 3. Habitare Christum per fidem, &c. [accipit eum qui me misit. &c.] scilicet patrem: non tantum ego in eo manebo: sed & pater. infr. 14. Ad eũ veniemus, & mansionẽ, &c. Sed ex hoc Arrius errorẽ suum cõfirmare nititur hoc modo. Dominus dicit. Qui recipit ipsum, recipit patrem. Ergo eadem est comparatio patris mittentis ad filium: quæ est filij mittentis ad discipulos. Sed Christus mittens est maior discipulis missis. Ergo pater est maior filio. Sed ad hoc dicendum secundum Augustinum quòd in Christo fuerunt duæ naturæ: humana scilicet, & diuina. Et secundum hoc loquitur ex vna parte secundum humanam naturam dicens. [Qui accipit si quem misero, me hominem accipit] qui communico cum eis in vna natura. Et ex alia parte loquitur secũdum diuinitatem. [Qui autẽ me] Deum [accipit: accipit eum qui me misit] qui cum eo sum vnius naturæ. Vel [qui accipit eum quem ego mitto accipit me,] cuius auctori-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tas est in eis. Et [qui me accipit: accipit patrem.] cuius auctoritas est in me: vt sic in verbis istis importetur, quasi mediatio Christi inter Deum & hominem: secundum illud primæ Thimoth. secundo. Mediator Dei & hominum, &c.

LECTVRA IIII.

Cùm hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit. Amen amẽ dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me.

SVPRA ostendit exemplum Euangelista, quod Christus præbuit suis discipulis ad imitãdum: hîc ostendit defectum discipulorum quem prænunciat eis Iesus: qui nondum erant idonei ad sequendum. Et primò ponit defectum discipuli qui eum tradidit. Secundò defectum discipuli qui eum negauit ibi [Dixit ei Simon Petrus. Domine quò vadis, &c.] Circa primum duo facit. Primò denunciat discipuli proditionẽ. Secũdò eius separationem ibi. [Cùm ergo exisset dixit, &c.] Circa primum duo facit. Primò, ponitur prænunciatio futuræ proditionis. Secundò, ipsius proditionis executio ad veritatem prænunciantis comprobanda ibi [Quod facis fac citiùs.] Circa primum duo facit. Primò prænunciat scelus proditionis. Secundò personam proditoris ibi [aspiciebant ergo discipuli, &c.] Circa primũ primò præmittit prænunciantis affectum. Secundò ponit prænunciatum effectum. Prænuncians ergo Christus est qui afficitur ad turbationem. Et quãtùm ad hoc dicit [cùm hoc dixisset Iesus] reinuitans eos ad charitatem, qua priuatũ videbat proditorem discipulum [turbatus est spiritu.] Circa quod sciendum est quòd turbatio designat commotionem quandam. Et hoc apparet per hoc quod habetur supra quinto. Angelus domini descendebat secundum tempus in piscinã: & mouebatur aqua. Et posteà sequitur Domine hominem non habeo: vt cùm turbata fuerit aqua, &c. Quod pro eodem accipit aquam turbari: & moueri. secundum hunc etiam modum dicimus mare turbatum, quando est commotum. Turbatio ergo animi eius commotionem designat. Sed sunt qui dam actus animæ sine commotione corporis. s. actus intellectiuæ partis. Actus appetitus sensitiui sunt cum corporis commotione. Vnde affectiones appetitus sensitiui, passiones dicũtur. Inter omnes autẽ affectiones seu passiones appetitus sensitiui tristitia magis vim cõmotionis habet. Delectatio enim cùm dicat quietẽ in bono præsenti magis rationẽ quietis habet quàm cõmotionis. Timor etiam cùm sit de malo futuro minus mouet quàm tristitia: quæ est de malo præsenti. Et indè est q̃ turbatio animi præcipue dicitur tristitia. Turbatus est ergo Iesus, id est, tristatus. Sed attendendum q̃ quidam Philosophi fuerunt. s. Stoici, dicentes q̃ huiusmodi turbatio, & huius passiones in sapientem non cadunt: quamuis enim sapiens secũdum eos timeat: gaudeat & desideret: nullo modo tamen tristatur. Sed horum falsitas manifestè apparet ex hoc q̃ Iesus qui est summa sapientia turbatur. Sciendum tamen, quòd duplex est hîc turbatio. Quædam procedit ex carne, quando scilicet quis turbatur post iudicium rationis ex apprehensione sensuali: quæ quidem turbatio quandóque quidem consistit intra limites rationis in nullo eã obnubilans: quæ non perfecta passio: sed propassio dicitur à Hiero. Et hæc in sapientem cadit. Quandóque autem rationis limitem excedit & eam turbat, & non solùm passio, sed etiam turbatio. Et hæc in sapientem non cadit. Alia est turbatio quæ procedit ex ratione, quando scilicet, ex rationis iudicio, & deliberatione turbatur quis in appetitu sensitiuo. Et hæc turbatio fuit in Christo. Vnde signanter dicit Euangelista quòd [turbatus est spiritu.] id est, turbatio quę fuit in appetitu sensitiuo, in Christo fuit ex iudicio rationis. Vnde supra 11. dicit, quod turbauit semetipsum. In Christo enim omnia ex deliberatione rationis etiam inferiori appetitu sensitiuo proueniebant: vnde nec subiti motus sensualitatis in Christo fuerunt. Voluit autem hîc Iesus turbari propter duo. Primò quidem propter fidei nostræ instructionem. Nam imminebat ei passio & mors, quam naturaliter refugit natura humana: & cùm eam sibi sentit imminere tristatur tanquam de malo: & nociuo sibi præsente. Vt ergo ostenderet se veram naturã humanam habere voluit turbationis affectum ex iudicio rationis etiam quantùm ad ipsam animam pati. Per quod excluditur error Apollinaris dicentis in Christo non fuisse animam: sed verbum loco animæ. 2. propter nostram ædificationẽ. Videbat enim secundum Augustinum, quod proditor ille exiturus erat: vt Iudæos qui eum caperent adduceret: ex quo separabatur à collegio sanctorum, & sententiam mortis contra se accipiebat. Et ideò ex quodam pietatis affectu ad eum tristabatur. Dans per hoc exemplum prælatis: quòd si duram sententiam quandóque contra subditos proferre contingat: cum dolore cordis proferant: secundum illud Psalm. Corripiet me iustus in misericordia. Nam ipse proditionem Iudæ alijs manifestare volens [turbatus est spiritu, & protestatus est] nescilicet quasi ignorans proderetur [& dixit. Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis me tradet.] Signanter autem dicit [vnus ex vobis] electis, scilicet ad sanctum collegium: vt det intelligere, quòd nullum futurum foret adeò sanctum collegium: quin aliquis peccator, & malus in ipsis inueniatur. Iob 1. Cùm venissent filij Dei, vt assisterent coram domino affuit inter eos etiam sathan. Dicit autem [vnus] non duo vel plures: ne collegium detestari videatur: sed proditorem ex collegio. Nam propter vnum malum ex collegio, collegium malum reputari non debet. Ideò autem si plures mali essent collegium posset malum reputari. [vnus] inquit [ex vobis] numero non merito: & spiritus vinculo. primæ Ioannis secundo. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, &c. [me tradet.] Ecce enunciatio [me] inquam magistrum: me dominum, me saluatorem. Consequenter cùm dicit.

Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli: hæsitantes de quo diceret.

OCulcè designat personam proditoris. Et primò ponitur designationis occasio, secundò personæ designatio ibi. [Respondit Iesus ille, &c. [Tertiò designatiõis effect⁹ ibi. [Et post bucellã, &c.] Est autẽ designationis duplex occasio. Vna discipulorũ communis hæsitatio. Alia fuit prædilecti interrogatio. Primò ergo ponit primam. Secũdò secundã ibi. [Erat ergo recũbẽs.] Sciẽdũ est circa primũ, q̃ boni discipuli habebãt ad Christũ maximam charitatem, & & maximam fidei firmitatem. Ex charitate quidem præsumebat quilibet ex se, quòd nullus eum erat negaturus, sed ex fidei firmitate certissimè tenebant, quòd verbum Christi falsum esse nõ poterat. Et ideò licèt nulli sibipsis conscij essent mali, tamen prænunciationem Christi proprijs cogitationibus verioré, & credibilem esse putabant. Vnde se homines esse memores, & alterabilé esse effectum, etiam ad hoc proiectorum ita vt contrarium velit ei, quod prius voluit magis de se dubitabãt, quàm de Christi veritate. Et ideò [Aspiciebant ad inuicem hæsitantes de quo diceret. 1. Cor. 9. Qui se existimat stare: videat ne cadat. Iob 9. Si lot⁹ fuero quasi aquis riuis, &c. Consequenter cùm dicit.

Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus.

POnitur inquisitio discipuli. Et Primò describitur eius ad Christum familiaritas. Secundò excitatio eius ad interrogandum ibi. [Innuit ergo huic Simon Petrus.] Tertiò subditur eius interrogatio ibi. [Itáque cùm recumberet, &c.] Familiaritas autem discipuli ad Christum ostẽditur in hoc, quòd super eum recubuit. Vnde dicit. [Erat ergo recumbens vnus ex discipulis, &c.] Discipulus iste Ioannes Euangelista fuit, qui hoc Euangelium scripsit, & de se in persona alterius loquitur volens vitare iactantiam secutus morem aliorum qui sacras scripturas conscripserunt. Sic enim Moyses in libris suis de se sicut de quodam altero loquitur, dicens. Locutus est Dominus ad Moysen dicens, &c. Sic & Matth. vidit hominem sedẽtem in theloneo Matth. nomine, &c. Marc. 9. Et Paul. 2. Cor. 13. Scio hominem in Christo, &c. Tria autem hîc Ioannes de se tangit. Primò quidem amorem quo quiescebat in Christo dicens, quòd [erat recumbens,] id est, quiescens. Iob 22. Tunc super omnipotẽtem delitijs afflues, &c. Psal. Super aquas refectionis, &c. Secundò secretorum notitiã, quę ei Christus reuelabat, & specialiter in conscriptione huius Euangelij: vnde dicit, quòd recubuit [in sinu Iesu.] Per sinum enim secretum significatur. supra 1. Vnigenitus qui est in sinu patris, &c. Tertiò specialis dilectio qua eum Christus dilegebat: vnde dicit. [Quem diligebat Iesus] non quidẽ singulariter, sed quasi quodammodò excellentiùs præ alijs dilexit. Quomodò autem excellentiùs præ alijs dilexerit, magis in fine huius libri dicetur. Quãtum ad præsens autem sciendum, quòd Ioannes fuit magis dilectus à Christo propter tria. Primò quidem propter munditiam puritatis: quia virgo est electus à Domino, & virgo in æuum permãsit. & Prouer. 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam, &c. Secundò propter sublimitatem suæ sapientiæ: quia cæteris altiùs arcana diuinitatis intuitus est. Vnde & aquilę comparatur. Prouerb. 14. Acceptus est Regi minister intelligens. Tertiò propter vehementem feruorem affectus sui ad Christum. Prouer. 8. Ego diligentes me diligo. Consequenter cùm dicit.

Innuit ergo huic Simõ Petrus, & dixit ei. Quis est de quo dicit?

POnitur excitatio ad interrogãdum. Sed cum innuere sit absque verbo insinuare, ad quid est hoc, quod dicit. [Innuit ergo & dicit.] Ad hoc dicendum, quòd nos dicimur aliquid innuere, quando aliquid interius cogitamus. secundũ illud Psal. Dixit insipiẽs in corde, &c. Multò ergo magis dicimur aliquid dicere innuẽdo iam exterius quibuscúnque vel qualibuscúnq; signis, quod fuerat corde conceptum. Et sic est sensus. [Innuit & dicit.] id est, innuendo dicit. Vel potest dici, quòd primò innuit signo, & posteà dicit verbo. hoc, scilicet, quod sequitur [quis est de quo dicit?] quòd scilicet eum tradet? Sed cùm Petrus vbique est in euangelijs semper audax: & primus ad respondẽdum propter amoris feruorem inueniatur. Quid est, quòd hîc tacet? quod quidem alteri interrogationẽ committit? Cuius quidem ratio potest esse triplex secundum Chrisostomum. Vna quia cũ supra est reprehensus à domino de hoc, quòd lauari sibi pedes non patiebatur à domino: & audisset. Si non lauero te, &c. dubitabat nũc de hoc dominum molestare. Alia ratio est: quia Petrus nolebat, quòd dominus hoc publicè, & quòd alij possent audire manifestaret. Vnde quia ipse remotus erat à Christo, nec ipse tantùm audiuisset, Ioannẽ qui proximus erat Christo, ad interrogandum excitat. Habet etiam rationem mysticam. Per Ioannem enim contemplatiua: per Petrum actiua vita signatur. Petrus verò mediante Ioanne instruitur à Christo: quia vita actiua de diuinis instruitur mediante contemplatiua. Maria enim sedẽs secus pedes domini audiebat verba illius: sed Martha satagebat circa frequens ministerium. Lucæ 10. Consequenter cùm dicit.

Itaque cùm recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei, Domine quis est?

POnitur interrogatio. Sed notandum, quòd cùm Petrus innuit: vt interrogaret, recumbebat Ioannes in sinu Iesu. Nunc verò eum interrogat Ioãnes qui supra pectus eius recũbit. Pectus enim vicinius est ori, quàm sinus. Ioannes ergo secretiùs audire volens respõsum, & magis silenter de sinu conscendit ad pectus. Mysticè autem per hoc datur intelligi, quòd quanto magis homo vult diuinæ sapientię secreta capere, tanto magis conari debet: vt propinquior fiat Iesu: secundum illud Psalm. Accedite ad eum, & illuminamini, &c. Nam diuinæ sapientiæ secreta illis præcipuè reuelantur, qui Deo iuncti sunt per amorem. Iob 30. Annũciat de ea amico suo, quòd possessio eius sit. Prouerbior. 10. Venit amicus eius, & inuestiga, &c. Consequenter cùm dicit.

Respondit Iesus. Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cùm intinxisset panem: dedit Iudæ simonis scariotæ.

DEsignat personam proditoris. Et primò, verbo. Secundò, facto. Verbo quidem cùm dicit. [Ille est cui intinctum panem porrexero.] Quod potest duo significare secundum quòd potest dupliciter accipi. Quia si accipiatur hîc in malũ, significat Iudæ simulationem. Nam sicut panis intinctus infectus est: ex eo quòd intingitur & mutat colorem: ita & simulator dum aliud gerit in corde: & aliud prætendit ore. & sic erat Iudas: qui exterius prætẽdebat se magistrũ diligere: in corde proditionem tractabat. Psal. Loquũtur pacem cum proximo suo: mala autem, &c. Si verò accipiatur in bonum, sic ponit ad exaggerandam eius malignitatem. Panis enim intinctus magis sapidus est. Vt ergo ostendat, quòd licèt multa bona à Christo receperit Iudas: eorum tamen immemor prodit eum: panem sibi intinctum porrigit. Psal. Tu verò homo vnanimis, &c. qui dulces, &c. Facto autẽ ostẽdit, cũ dicit. [Et cũ intinxisset panem, dedit Iudæ, &c.] Hinc aliqui dicunt hunc panem fuisse corpus Christi consecratum. Sed hoc secundum Augustinum non est verum. Nam sicut ex alijs euangelijs habetur. Dominus cum cœnaret discipulis corpus suum dedit. Et ideò patet, quòd Iudas cũ alijs discipulis simul corpus Christi accepit in cœna. Christus autem post quam aliquantulum in cœna processerat surrexit à cœna, & lauit pedes discipulorum, quibus lotis resedit: & postmodum panem tinctum Iudæ tradidit. Vnde patet, quòd non erat corpus Christi. Sequitur designationis effectus, cùm dicit.

Et post bucellam, introiuit in eum sathanas.

SEd quæritur hîc: quomodò Sathanas in hominẽ intrat? Ad quod dicendũ, q̃ sathanã intrare in hominẽ potest intelligi dupliciter. Quia intrare potest in corpus hominis sicut patet in his qui corporaliter à Dæmonio vexãtur. Et sic potest diabolus essentialiter in hominem intrare. Vel potest intelligi intrare in mentem: ita q̃ menti dæmon essentialiter illabatur. Et sic nullus potest intrare in hominẽ nisi solus Deus. Anima enim rationalis nõ habet dimensiones quantitatis vt aliquid in ea esse dicatur quasi infra eius dimensionem contentũ sit. Nihil potest in ea esse nisi quòd ei dat esse: quod est ibi per virtutem suam. Dico ergo, quòd qui animam in esse producit, est in anima per virtutem suam. Vbi autem est virtus Dei, ibi est & essentia Dei. In Deo autem est essentia & virtus. Manifestũ est ergo, q̃ Deus essentialiter est in anima. Dicitur tamen diabolus illabi mẽti humanæ per effectum, & affectum malitiæ, inquantum. s. homo ab eo seductus sequitur eum ad perpetrandum malum. Sed cùm supra dixerit Cùm diabolus iam misisset in cor. vt tra. Hîc autem dicit. [Introiuit in eum sathanas.] Videtur aliud esse mittere, & intrare. Sed ad hoc dicendum, quòd hoc non est dictum ad significandum differentiam, scilicet augmentum malitiæ. Tunc enim dicitur diabolus immittere aliquod malum in cor hominis: cũ homo præbet ei assensum ad malum: tamen cum quadam trepidatione an hoc facere debeat: sed tunc intrat in cor quando homo totaliter dat se ad sequendum eum instinctum: & in nullo ei resistit. [Introuit ergo in eum sathanas] vt plenius possideret: & ad perpetrandum maliciam duceret in quem prius miserat: vt decideret. Quæritur quare Luc. 22. dicitur, quod intrauit sathanas in eum: quod quidem fuit antequam bucellam acciperet. Et hoc est contra illud quod Ioannes hîc dicit, scilicet quòd post bucellam introiuit sathanas in eum, &c. Responsio: dicendum, quòd tunc introiuit ad proditionem faciendam: sed nunc introiuit ad eam exequendam, & complendam. Sed nunquid bucellam dare Iudæ postquam introiuit in eum Sathanas fuit malum: Responsio: dicendum quòd non. Sed ipse Iudas cùm esset malus, bono vsus est male. Sic cùm quis indignè accipit Eucharistiam, quod bonũ, est & optimum: male accipit: & vertitur sibi in malum: quia iudicium sibi manducat & bibit. 1. Cor. 12.

LECTVRA V.

Et dicit ei Iesus, Quod facis fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabãt quia loculos habebat Iudas: quòd dixisset ei Iesus: eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret.

POSITA prænunciatione futuræ proditionis. Hîc ponitur consummatio ipsius rei prænunciatę, scilicet perpetratio proditionis. Et primò permittit Iudæ adimplere, quod dixerat. Secundò, ostendit quomodò adimpletur ibi. [Cùm ergo accepisset ille.] Circa primum tria facit. Primò, ponit verba domini permittentis. Secundò, manifestat ipsorum verborum obscuritatem. Tertiò, subdit quomodò illa verba fuerunt ab Apostolis intellecta. Verba autem domini sunt ista. [Quod facis: fac citius.] Quæ quidem verba nõ sunt præcipientis: seu consulentis: cum peccatum cadere non possit sub præcepto & consilio diuino. Quia dicitur in Psalm. Præceptum domini lucidum illuminans oculos. Sed sunt verba permittentis. Nam (vt dictum est) diabolus miserat in cor Iudæ: vt traderet eum, scilicet Iesum: quod iam tractauerat cum principibus. Sed implere non poterat: nisi ipse Christus permitteret. Quia supra 6. Nemo tollet à me animam meam, &c. Et Isa. 53. Oblatus est quia ipse voluit, &c. Sunt etiam verba crimen proditionis exprobrantis: vt ostenderet, quòd dum ille conferret beneficia: iste intentaret mortem. Psalm. Arguam te: statuam contra, &c. Sunt etiam verba ad opus nostræ redemptionis anhelantis (vt Augustinus dicit) non tamen præcepit facinus: sed prædixit: non tam in perniciem perfidi sæuiendo, quàm ad salutem fidelium festinando. Lucæ decimo secundo. Baptisma habeo baptizari: & quomodò coarctor, &c. Verba autẽ domini obscura erant quantùm ad discipulos. Et ideò dicit. [Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit, &c.] In quo datur intelligi, quòd verba Christi adeò profunda sunt, & humanum intellectum excedentia, quòd non plus inde capere possumus nisi quantùm ipse reuelat. Prouerb. vigesimo quinto. Gloria domini est celare verbum. Sed hîc oritur quæstio. Cùm enim Ioanni dominus personam proditoris designasset dicens. Ille cui intinctum panem porrexero: & dedisset panem intinctum Iudæ. Nimium videntur rudes fuisse discipuli: quòd verbum domini non intellexerunt. Ad quod dicendum est, quòd dominus verba illa occultè dixerat Ioanni tantùm: vt non fieret proditor manifestus. Vnius ratio est: quia Petrus ita feruidus erat in amore Christi, quòd si pro certo sciuisset Iudam fuisse Christum traditurum, statim occidisset eum. Sed cùm Ioannes vnus esset ex discumbentibus. Adhuc incidit alia quæstio. Cur dixerit, quòd [Nemo sciuit discumbentium.] Ad quod dicẽdum est, quòd consuetudo boni animi & innocentis est: vt etiam alios procul ab iniquitate esse credant: à qua seipsos nouerunt immunes. Quia igitur Ioannes innocentissimus erat, & à proditionis iniquitate semotus: nequaquam suspicabatur, quòd discipulus intantùm iniquitatis prodiret. Quod autem discipuli veram causam verborum ignorantes de ipsis verbis extimarent: subdit euangelista, dicens. [Quidam autem ex ipsis.] scilicet discipulis [putabant quia loculos habebat Iudas, &c.] Vbi sciendum est, quòd dominus Deus cœli, qui dat escam omni carni loculos habuit: non quòd possideret aliquid terrenum: sed à fidelibus oblata conferuans suis necessitatibus, & alijs indigentibus subueniret: quod quidem loculos Iudas conferebat. In quo datur exemplum (vt Augustinus dicit) quòd etiam potest habere pecuniam, & reseruare pro necessitatibus imminentibus. In quo etiam instruimur, quod ecclesiastica pecunia sit expendenda solùm in duobus. Primò quidem in his quæ pertinent

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad cultum diuinum. Vnde dicit. [Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum.] i.quibus Deum colere possumus in die festo. Malachiæ tertio. Inferte omnem decimam in horreum meum: & sit cibus in domo, &c. Deindè vetò in his qæ pertinent ad pauperum sustentationem, vt subdit [Aut egenis aliquid daret] Sed si obijcias contra id quod dicit dominus Matthæi sexto. Nolite cogitare in crastinum. Ad hoc respondet Augustinus, & dicit quòd hoc non fuit præceptum à domino ad hoc vt nihil pecuniæ seu aliarum rerum vsius dici à sanctis seruetur in crastinum. Sed ideò dominus dixit. Nolite, &c. ne scilicet prædicaremus: & alia Dei seruitia faceremus vt prouideatur nobis in posterum, vel ne desistamus ab his quæ virturis sunt propter dici crastini sollicitudinem. Ex quo patet quòd dominus dicens. Nolite solliciti esse de crastino: duo prohibet. Vnum, vt non faciamus bona propter crastinum. Aliud vt non retrahamur à bonis propter timorem crastinæ inopiæ, &c. Chrisostomus autem planiùs exponit dicens. Nolite cogitare de crastino, id est, curam quæ incumbit dici crastino nolite anticipare in diem hodiernum (sufficit enim dici malitia sua.) Dubitatur etiam hìc quòd Dominus præcepit discipulis suis Matthæi decimo. Nolite portare in via, &c. Quomodò ergo ipse loculos habebat: Sed secundum Chrisostomum dominus loculos ferebat ad inopum ministerium: vt hinc discas: quòd quantuncúque pauperem & mundo crucifixum: oportet de pauperibus curam habere: secundum illud Psalm. Dispersit dedit pauperibus, &c. Vel dicẽdum quòd hoc quod dicit. Nihil tuleritis in via, &c. referendum est ad singulares prædicatores & Apostolos: qui nihil portare debent: quando ad prædicandum vadunt. Non autem referendum est ad totum collegium quod oportet aliquid habere, & pro seipsis, & pro egenis. Consequenter cùm dicit.

Cùm ergo accepisset ille buccellam: exiuit continuò. Erat autem nox.

POnitur adimpletio rei prænunciatæ. Et primò ponitur executio. Secundò temporis determinatio. Executio quidem festina: quia [cùm buccellam accepisset exiuit cõtinuò.] Vbi attende secundum Origenem, quòd non dicit Euangelista: cùm comedisset buccellam: sed [accepisset.] Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo quòd proditor in hoc tantùm sollicitus obedire magistro: accepto pane non comederit eum. Sed forte in mensa dimisso nullam traxit moram: vadens ad proditionem perpetrãdam. Cuius quidem ratio esse potest, quòd diabolus qui iam intrauerat in cor Iudæ: timens ne si panem comederet eum cedere oporteret: non valentem in eodem loco cum Iesu esse: non permisit Iudam panem comedere. secundæ Corinthiorum sexto. Quæ conuentio Christi ad Belial? primæ Corinthiorũ decimo. Non potestis simul esse participes, &c. Alio modo potest intelligi quòd panem acceptum comedit. Et sic est sensus. [Cùm ergo accepisset ille buccellam.] non solùm in manu: sed etiam comedendo: sic [exiuit continuò] malè vtens bono. Sicut & qui indignè manducat panem domini: aut bibit eius calicem: in præiudicium sibi manducat atque bibit: & magis aggrauatur peccatis. Sic panis à Iesu datus Iudæ siue in damnum: vt post panem intraret in eum Sathanas. Tempus autem seu hora determinatur tenebrosa. Vnde dicit. [Erat autem nox.] Quod quidem determinat propter duo. Primò ad eius malitiam aggrauandam: quæ intantùm inualuerat in cor eius: vt nec propter temporis inopportunitatem vsque mane perstitisset. Iob. 24. Mane primo consurgit homicida: & de nocte efficitur fur. Secundò ad designandam mentis qualitatem [erat enim nox.] Quia mens Iudæ proditoris obscura erat à luce diuina. sup. 11. Qui ambulat in die non offendit, &c.

LECTVRA VI.

Cùm ergo exisset, dixit Iesus. Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo: & Deus clarificabit eum in semet ipso: & continuò clarificabit eum.

POST Egressum Iudæ ad mortem domini procurandam agit dominus de recessu suo ad gloriam. Et primò annunciat eis gloriam ad quam vadit: vt inde consolentur. Secundò, prænunciat eis suum recessum ibi. [Filioli adhuc modicum vobiscum sum, &c.] Gloria autem ad quam vadit est glorificatio, & exaltatio Christi inquantùm est filius hominis. Et hoc est, quod dicit. [Cùm ergo exisset.] scilicet Iudas. [Dicit Iesus discipulis suis. Nunc clarificatus est filius hominis, &c.] Vbi sciendum est, quòd clarificari idem est, quòd glorificari. Gloria enim dicitur quasi claria. Vnde secundum Ambrosium: gloria est clara cũ laude notitia. Vnde expositores vbi in Græco est clarificare transferunt glorificare, & econuersò. Et sic idem est, quod hìc dicitur. [Nunc clarificatus, &c.] quòd glorificatus. Potest ergo exponi quadrupliciter, scilicet referendo ad quadruplicem gloriam Christi. Primò quidem ad gloriam crucis. Secundò ad gloriam iudiciariæ potestatis. Tertiò ad gloriam resurrectionis. Quartò ad gloriam cognitionis Christi in fide populorum. Hanc enim quadruplicem gloriam scriptura attribuit Christo. Primò ergo Christus clarificatus fuit in crucis exaltatione. vnde etiam Paulus in ipsa cruce gloriam suam dicit esse. Galat. vltim. Mihi absit gloriari, &c. Et de hac gloria exponit Chrisostomus. Vnde circa hoc dominus quatuor tangit de gloria crucis. Primò ipsam gloriam. Secundò gloriæ fructum. Tertiò, gloriæ actorem. Quartò, gloriæ tempus. Quantùm ad primum dicit. [Nunc clarificatus est filius hominis, &c.] Secundum est enim, quòd aliquando aliquid incipit fieri: videtur quasi esse factum. Iuda autem exeunte ad ducendum milites: videtur negocium passionis Christi per quam glorificandus erat inchoatum esse. Et ideò dicit. [Nunc glorificatus est filius hominis, &c.] id est, incipit passio in qua glorificabitur. Clarificatus est enim Christus per passionem crucis: quia per eam de inimicis, scilicet morte & diabolo triumphauit. Hebræor. secundo. Per mortem destruet eum qui habebat mortis imperium. Item quia per eam coniunxit terrena cœlestibus. Colloss. primo. Pacificans per sanguinem crucis. Item quia per eam omnia regna obtinuit. Psalm. secundum aliam literam. Dicite in gentibus quia dominus regnauit à ligno. Item quia in ea multa miracula ostendit. Nam velum templi scissum est, Mota est terra, Petræ sunt sciss: & sol obscuratus est: & multa corpora sanctorum surrexerunt (vt dicitur Matthæi vigesimoseptimo.) Propter hoc ergo imminente passione dicit. [Nunc clarificatus est filius hominis:] quasi nunc incipit passio mea, quæ est in ea glorificatio. Fructus autem huius gloriæ est, quòd inde Deus glorificetur. Et ideò dicit. [Et Deus clarificatus est in eo,] id est, in filio hominis glorificato. Quia gloria passionis ad hoc tendit: vt Deus inde glorificetur. Si enim Deus glorificatur de morte Petri infr. vlti. Hoc dicit significans qua morte clarificaturus esset Deum, multò magis clarificatus est per mortẽ Christi. Actor autem huius gloriæ non est Angelus, neq; homo, sed ipsemet Deus. Et ideò dicit. [Si Deus glorificatus est in eo,] id est, si tanta est gloria, quòd Deus inde glorificetur, non debuit per alium clarificari, sed [ipse Deus clarificauit ipsum in semetipso,] id est, per semetipsum. infr. 17. Clarifica me pater claritate, quã habui, &c. Tempus autem huius gloriæ est festinum: quia [continuò,] id est, statim [clarificabit eum,] id est, dabit ei clarificationem crucis. Crux enim licet gentibus, & his qui pereunt sit stultitia, nobis tamen credentibus est maxima Dei sapientia, & Dei virtus. primæ Corinth. primo. Secunda autẽ gloria Christi, est gloria iudiciariæ potestatis. Mar. 13. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum, &c. Et de hac gloria exponit Augustinus (vt in Gloss. tangitur.) Vnde secundum hoc quatuor hìc facit. Primò ponit gloriam iudiciariæ potestatis. Secundò ostendit meritum quo ad hanc peruenitur. Tertiò hoc exponit. Quartò, demonstrat huius gloriæ principiũ. Dicit ergo quantum ad primum. [Nunc clarificatus est filius hominis.] Vbi sciendum est, quòd in sacra scriptura res significatæ appellantur nomine rerum signantium signatione non expressa. secundum illud Corinthiorum decimo. Petra autem erat Christus. Vbi non dicit petra significat Christum. In hoc autem facto, quòd Iudas exiuit ab Apostolis representatur figura futuri iudicij: vbi mali separabuntur à bonis, cùm statuet oues à dextris, hedos autem à sinistris (vt habetur Matthæi vigesimoquinto.) In hoc ergo, quòd Iudas exiuit: quia futurum iudicium figurabatur. Ideò Dominus post exitum Iudæ agit de gloria iudiciariæ potestatis: quia iudicaturus est, dicens. [Nunc clarificatus est filius hominis,] id est, per eius exitum representata est gloria filij hominis, quam habebit in iudicio: vbi malorum nullus erit: vbi bonorum nullus perit. Non autem dicitur. Nunc significata est glorificatio filij hominis, sed [nunc glorificatus est, &c.] more scripturæ sacrę prædicto. Meritum autem huius glorificationis est: vt Deus glorificetur in eo. In illis enim clarificatur Deus qui quærunt facere voluntatem eius, nõ suam, talis autem erat Christus. suprà sexto. Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me. Et ideò [Deus clarificatus est in eo.] Exponit autem hoc cùm dicit. [Si Deus clarificatus est in eo,] id est, si voluntatem Dei faciens eum clarificauit, meritò [Deus clarificabit eum in semetipso:] vt scilicet natura humana, quæ à verbo æterno suscepta est etiam immortali æternitati debetur. Et ideò [in semetipso,] id est, in gloria sua. Philippensium secundo. Propter quod exaltauit illum, &c. Ipsa ergo glorificatio qua Deus glorificatus est in Christo, est meritum in quo Christus secundum quòd homo glorificatus est in semetipso, id est, in gloria Dei. Et hoc fuit quando humana natura deposita infirmitate per mortem crucis accepit gloriam immortalitatis in resurrectione. Inde ipsa resurrectio fuit principium, quo inchoata est ista gloria. Inde dicit [& con-

dicit [& continuò clarificabit eum] in resurrectione: quæ scilicet, statim erit. secundum illud Psalm. Exurgam diluculò. Et alibi. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Tertia Christi gloria est gloria resurrectionis, de qua dicitur Roma. 6. Quomodò surrexit Christus per gloriam patris: ita & nos, &c. Et de hac gloria exponit hìc Hilarius, & etiam partim Augustinus. Et secundum hoc primò prænunciat Christus hanc suam gloriam dicens. [Nunc clarificatus est.] & loquitur de futuro per modum præteriti: quia quæ statim fieri credimus: quasi facta habemus. Gloria autem resurrectionis in proximo immineba. Et ideò dicit. [Nunc clarificatus est.] quasi corpus naturæ diuinæ consolatione gloriam quodammodo diuinitatis adeptus est. Secundò subiungit causam huius glorificationis: & valde subtiliter. Nam, vt ipse dicit: humanitas Christi in resurrectione glorificata est ex coniunctione diuinæ naturæ eam assumentis in persona verbi, quia hoc dicitur in Psalm. Non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum: qui est sanctus sanctorum: videre corruptionem. Debetur etiam Christo homini talis gloria inquantùm est Deus. Nos etiam intantùm gloriam resurrectionis habebimus: inquantùm participes sumus diuinitatis. Roma. 8. Cui suscitauit Iesum Christum à mortuis: suscitabit & mortalia corpora nostra propter inhabitantem. Et ideò dicit, quòd [filius hominis, &c.] scilicet Christus secundum humanam naturam [clarificatus est] per resurrectionem. Et quis clarificabit eum? [Deus] inquit [clarificabit eum in semetipso] vt scilicet Christus homo: qui regnat in gloria Dei est, ipse exinde in Dei gloriam transeat, scilicet mansurus totus in Deo: quasi deificatus ex ea qua homo est dispensatione. Sicut si, dicerem: Lampas clara est: quia ignis, claresci in ea. Illud ergo, quod emittit radios claritatis ad humanitatem Christi, est Deus. Et sic humanitas Christi clarificatur à gloria diuinitatis eius: & humanitas Christi inducitur in gloriam diuinitatis: non per transumptionem naturæ: sed per participationem gloriæ: inquantùm ipse Christus homo adoratur tanquam Deus. Philip. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum: & dedit illi nomen: quod est super omne nomen: vt in nomine, &c. Et ideò dicit. [Et Deus clarificatus est in eo,] id est, si ita est, quòd gloria diuinitatis ad gloriam humanitatis reduĉet [Deus clarificauit eum.] fecit eum participem suæ gloriæ: eum ad suam gloriam assumendo. Philip. 2. Omnis lingua confiteatur: quia dominus Iesus, &c. Et sic duplex est gloria Christi. Vna quæ est in humanitate eius à diuinitate deriuata. Alia est diuinitatis ad quam quodammodò assumitur humanitas: vt dictum est: sed aliter & aliter. Nam prima gloria habuit principium temporis. Et ideò de ipso loquitur in præterito dicens. [Et Deus clarificauit eum in semetipso] quod fuit in die resurrectionis. Secunda gloria est perpetua: quia ab æterno verbum Dei est Deus: ad quam humanitas Christi assumpta in perpetuum glorificabitur. Vnde de ista loquitur in futuro dicens. [Et continuò clarificabit eum,] id est, semper faciet eum in illa gloria in perpetuum esse. Quarta gloria Christi est gloria cognitionis in fide populorum. Et de hac exponit Orige. Vbi notandum est, quòd gloria secundum eum aliter accipitur in communi vsu hominum: & aliter in scriptura. Iam secundum communem vsum gloria nihil aliud est, quàm à pluribus collata præconia: vel clara cum laude notitia: vt Ambrosius dicit. In sacra scriptura gloria importat aliquod diuinum iudicium super homines. Vnde Exodi. Gloria domini apparuit super tabernaculum, id est, aliquod diuinum iudicium requieuit super ipsum. Et similiter illud quod dicitur de facie Moysi quòd glorificata esset. Et sicut gloria corporaliter dicit aliquod diuinum iudicium super homines, ita etiam & spiritualiter intellectus hominis dicitur glorificari: quando ita deificatus ac transcendens omnia membra eleuatur ad Dei cognitionem. Per hoc enim efficitur particeps gloriæ ipsius. secundæ Corinthior. tertio. Vos autem reuelata facie gloriam domini speculantes, &c. Si ergo quicúnque cognoscit Deum glorificatur: & particeps gloriæ effectus est. Manifestum est, quòd Christus qui perfectissimè Deum cognouit, vtpotè totius diuinæ gloriæ splendor existens. Hebræor. primo. Et totius gloriæ diuinæ fulgorem capere valens. Matthæi vndecimo. Si inquam ita est Christus perfectissimè est glorificatus: & etiam omnes qui Deum cognoscunt: hoc à Christo habent. Sed Christum sic glorificatum esse imperfectissima cognitione, & participatione diuinitatis: nondum homines cognoscebant. Et ideò licèt in se glorificatus esset: non tamen glorificatus erat in notitia hominum. Sed hanc gloriam incepit habere in resurrectione & in passione: in quibus homines cognoscere cœperunt suam virtutem, & suam diuinitatem. De hac ergo sua glorificatione dominus hìc loquens, dicit. [Nunc clarificatus est filius hominis.] scilicet secundum humanitatem in sua passione quæ imminebat clarus effectus est in notitia hominum [& Deus] scilicet pater [glorificatus est in eo.] Filius enim non solùm reuelat se etiam patrem, infrà decimoquarto. Pater manifestaui nomen tuum. Et ideò non solùm clarificatus est filius: sed etiam pater. Matthæi vndecimo. Patrem nemo nouit nisi filius, &c. Et dicit. [In eo] quia qui videt filium: videt & patrem infrà decimoquarto. Maioris autem est: vt aliquid maius rependat. Et ideò subdit. [Et si Deus clarificatus est in eo,] id est, si ex claritate filij hominis quodammodò crescit gloria Deo patri in quantùm magis ab omnibus cognoscitur. [Et Deus clarificauit eum in semetipso,] id est, notificauit quòd Christus Iesus est in sua gloria. Et hoc nõ differtur: quia [continuò clarificabit eum.] id est, statim, &c.

LECTVRA VII.

Filioli adhuc modicum vobiscum sum.

SVPRA posuit dominus claritatem quam adepturus erat per suum recessum. Hìc ipsum, suum recessum prænunciat eis. Et primò prænunciat eis suum recessum, secundò ostendit quòd nondum discipuli idonei erant ad eum sequendum ibi. [Quæretis me.] tertio docet quomodò idonei fiant ibi. [Mandatum nouum, &c.] Recessum autem futurum in breui prænunciat eis dicens. [Filioli adhuc modicum, &c.] Et vtitur verbo filiationis ad maiorem inflammationem. Nam quando amici abinuicem discedunt: tunc maximè affectu amoris inardescunt. supra eodem. Cùm dilexisset suos qui erant in mundo, &c. Sed dicit. [Filioli mei] in diminutiuo: vt ostendat eorum imperfectionem. Nondum enim erant perfectè filij: quia nondum perfectè diligebant. Nondum erant in charitate perfecti. Galat. quarto. Filioli mei quos iterum parturio, &c. nihilominus tamen satis creuerant in perfectione: quia ex seruis facti sunt filioli, vt hìc habetur: & fratres. infra vltimo. Vade ad fratres meos: & dic, &c. Notandum tamen, quòd hoc quod dicitur. [Adhuc modicum.] tripliciter exponi potest: secundum quòd Christus est tripliciter cum suis discipulis. Christus enim cum suis discipulis erat corporaliter. Corpus autem eius potest considerari dupliciter. Primò secundum similitudinem conditionis naturæ humanæ. Nam Christus secundum corpus mortalis erat sicut & cæteri homines. Et sic li [modicum] accipitur pro tempore quod erat inter verba sermonis huiusmodi & mortem suam. Vt sit sensus. [Adhuc modicum vobiscum sum.] id est, modicum temporis exrat, quòd capiar & moriar: & tunc resurgam deinceps immortalis etiam secundum corpus existens. Roma. sexto. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c. Et ideò dicitur Luc. vlti. hæc dicebam vobis dum adhuc essem vobiscum, &c. Secundò, fuit cum eis præsentia corporali: sed secundum quòd corpus eius erat iam glorificatum. Et sic li [modicum.] accipitur pro tempore, quod erat vsque ad ascensionem. Infrà decimosexto. Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis, &c. Galat. secundo. Adhuc modicum: & ego mouebo, &c. Tertiò, exponitur secundum quòd Christus fuit cum eis spiritualiter secundum suæ diuinitatis præsentiam, & in sacramentis: & sic li [modicum] accipitur pro tempore, quòd existebat vsque ad consummationem sæculi: quod quidem tempus dicitur esse modicum in comparatione ad æternitatem. primæ Ioan. 3. Filioli mei nouissima hora est. Et sic est sensus [modicum, &c.] id est, licèt à vobis corporaliter discedam: tamen spiritualiter adhuc [sum vobiscum modicum] istud temporis, quod extat vsque ad consummationem sæculi. Matthæi vltimo. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi, &c. Sed hæc expositio non congruit secundum præsentiam diuinitatis suæ: quia non solùm vsque ad consummationem sæculi: sed etiam in perpetuum erit cum eis. Et ideò Origenes aliter exponit dicens. Quod Christus cum perfectis non peccantibus mortaliter est semper: sed cum imperfectis non est, quia cùm peccant recedit ab eis. Discipuli verò post modicum tempus recessuri erant à Christo: & scandalum passuri, & eum relicturi. Infra. Omnes vos scandalum patiemini, &c. Et sic Christus spiritualiter etiam recedebat ab eis. Et quãtùm ad hoc dicit. [Adhuc modicum, &c.] id est, modicum temporis est, quòd vos fugietis me relicto: & sic non ero vobiscum. Consequenter cùm dicit.

Quæritis me: & sicut dixi Iudæis. Quò ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modò.

OStendit eorum insufficientiam ad sequendum. Et primò ponit eorum conatum dicens. [Quæretis me] quem spiritualiter dereliquistis: & fugientes: & negantes. [Quæretis] inquam per pœnitentiam: sicut Petrus qui fleuit amarc. Isa. 4. Quærite dominum dum inueniri potest. Oseæ. 6. In tribulatione sua mane consurgent, &c. Vel [quæritis me.] id est, præsentiam corporalem per desiderium. Lucæ vigesimosecundo. Venient dies in quibus desi. &c. Secundò eorum defectum ostendit dicens. [Et sicut dixi Iudæis] supra octauo. Quo ego vado, &c. sed aliter & aliter. Quia cùm inter Iudæos essent aliqui, qui nunquam conuertendi erant, de illis dictum est simpliciter, quòd non poterant ire quò Christus ibat: sed iam Iuda egresso:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullus erat inter discipulos à Christo separandus. Et ideò non dixit simpliciter: nō potestis venire: sed addidit [Vobis dico modo] quasi dicat. Iudæis dixi quòd nunquàm, scilicet quantùm ad obstinatos. [Sed vobis dico,] quòd [modò] non potestis me sequi: quia non estis perfecti in charitate: vt velitis mori pro me. Ego enim p mortem discessurus sum. Item ego iturus sum ad gloriā patris, ad quam nullus venire potest: nisi sit charitate perfectus. Item ego sum glorificandus modò, quia vt (dictum est.) Nunc clarificatus est filius hominis: sed nondum est tempus: quòd corpora vestra glorificentur. Et ideò [Quò ego vado: vos non potestis venire.] Consequenter cùm dicit.

Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos: vt & vos diligatis inuicem.

DOcet eos quomodò idonei efficiantur ad sequēdum. Et primò ponit conditionem mandati. Secundò ostendit causam quare illud debeant implere ibi [In hoc cognoscēt omnes quòd mei, &c.] Circa primum tria facit. Primò, ponit mandati qualitatem. Secundò eius tenorem. Et tertiò tenoris exemplum. Sed qualitas mandati commendatur ex nouitate. Vnde dicit [Mandatum nouum.] Sed nunquid in veteri testamento vel lege datum est mandatum de dilectione proximi? Datum quippè est. Quia Matthæi vigesimosecundo. Legisperitus interrogatus à Christo quod esset primum mandatum. Respondit: Diliges dominum Deum tuum. Et subditur: & proximum tuum, &c. Quod habetur Leuitic. decimonono. Diliges proximum, &c. Specialiter autem mandatum istud dicitur nouum propter tria. Primò, propter effectum innouationis quem efficit. Colossen. tertio. Exeuntes vos ve, &c. Hæc autē nouitas est per charitatem ad quam hortatur Christus. Secundò, istud mandatum dicitur nouum propter causam quæ hoc efficit: quia est à nouo spiritu. Est enim duplex spiritus, scilicet vetus & nouus. Vetus quidem est spiritus seruitutis. Nouus autem spiritus amoris. Ille generat seruos, hic filios adoptionis. Romanorum octauo. Non accepistis spiritum seruitutis, &c. Ezechielis 36. Dabo vobis cor nouum, &c. Et spiritus inflammat ad charitatem: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum. Romanorum octauo. Tertiò, per effectum quem constituit, scilicet nouum testamentum. Nam breuis differentia noui & veteris testamenti, est timor, & amor. (vt enim dicit Hieremias 33.) Feriā domini Israël fœdus nouum, &c. Quod autem mandatum istud in veteri testamento ex timore, & amore sancto erat pertinebat ad nouum testamentum: vnde hoc mandatum erat in veteri lege: non tanquàm proprium eius: sed vt præparatium nouæ legis. Tenor autem mandati est mutua dilectio: vnde dicit [vt diligatis inuicem, &c.] De ratione enim amicitiæ est, quòd non sit latens: aliàs enim non esset amicitia, sed beniuolentia quædam. Et ideò oportet ad veram amicitiam & firmam, quòd amici se mutuò diligant: quia tunc amicitia iusta est, & firma quasi duplicata. Dominus ergo volens inter suos fideles & discipulos perfectam amicitiam esse, dedit eis præceptum de mutua dilectione. Ecclesiastici septimo. Qui timet Deum habebit amicitiam bonam. Exemplum tenoris ponit cùm dicit [sicut dilexi vos.] Tripliciter enim dilexit nos Christus. Gratuitè: efficaciter: & rectè. Gratuitè, quia ipse incœpit: nec expectauit quòd nos inciperemus amare. primæ Ioan. 4. Non quasi dilexerimus Deum: sed quoniam ipse prior dilexit, sic & nos debemus prius diligere proximos, nec expectare præueniri seu beneficiari. Efficaciter autem dilexit: quod patet per opus. (Probatio enim dilectionis exhibitio est operis.) Maius autem, quòd homo pro amico potest facere: est vt det seipsum pro eo: quod & Christus fecit. Ephes. 5. Dilexit nos: & tradidit semetipsum pro nobis. Vnde dicebat supra. Maiorem hac dilectionem nemo habet, &c. Nos ergo huius exemplo efficaciter, & fructuosè inuicem diligamus. Ioan. 3. Non diligamus verbo neque lingua, &c. Rectè verò, quia cum omnis amicitia fundetur super aliquam communicationem. Similitudo enim est causa amoris. Illa est recta amicitia quæ est propter similitudinem: seu communicationem in bono. Christus autem tantùm dilexit nos, inquantùm similes sumus ei per gratiam adoptionis diligendo, secundum hanc similitudinem, vt ad Deum traheret. Hie. 31. In charitate perpetua dilexi te: ideò attraxi te miserans. Sic ergo & nos in amico non tantum, quod beneficij est, seu delectationis est: sed quod Dei est debemus intelligere. Et in tali dilectione proximi includitur etiam dilectio Dei. Consequenter cùm dicit.

In hoc cognoscent omnes: quia discipuli mei estis: si dilectionem habueritis adinuicem.

POnit rationem implendi hoc præceptum. Sciendum est autem, quòd quicúnque cōnumeratur militiæ alicuius regis, debet portare eius insignia. Insignia aūt Christi, sunt insignia charitatis. Quicúnque ergo vult annumerari militiæ Christi, debet charitatis charactere insigniri. Et hoc est, quod dicit. [In hoc cognoscent omnes, quòd mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem.] Dilectionem inquā sanctā. Eccl. 24. Ego mater pulchræ dilectionis, &c. Attende autem, quòd cū Apostoli multa dona receperūt à Christo: sicut vita & intellectus: & bona habitudo corporis. Quædam verò spiritualia: sicut opera miraculorum. Luc. 10. Ego dabo vobis os & sapientiam, &c. Omnia ista non sunt signa discipulatus Christi cū possint esse communia bonis & malis: sed speciale discipulatus Christi signum est charitas: & mutua dilectio. 2. Cor. 1. Signauit nos, & dedit spiritum.

LECTVRA VIII.

Dicit ei Simon Petrus. Domine quo vadis? Respondit Iesus. Quò ego vado non potes me modò sequi: sequēris autem posteà.

POsito defectu discipuli. s. Iudæ tradētis. Hīc ponit defectū discipuli. s. Petri negātis. Et primò ponitur prænūciandi occasio. Secundò, negationis prænunciatio ibi. [Respondit Iesus. Animā tuā, &c.] Circa primū duo facit. Primò, ponit Petri desideriū. Secundò, ponit eius fiduciā ibi. [Dicit ei Petrus. Quare, &c.] Circa primū duo facit. Primò, ponit desiderij ostēsionē. Secūdò, dilationē ibi. [Respōdit Iesus. Quo ego vado, &c.] Ostenditur autē petri desideriū in prompta interrogatione cū dicit. [Dicit ei Simō Petrus. Domine quo vadis?] Audierat enim à domino, q̄ adhuc modicū cū eis esset: ex quo sollicitus est de Christi recessu ab eis. Et ideò quærit dicens. [Quò vadis] vbi Christo dicit. Magnus profecto est Petri amor: & ipso igne vehementior: cui profecto nulla prohibitio promptum impetum impedire potest. Et inde est, quòd etiam Christo dicente. Quo ego vado vos non potestis venire. suprà eodem. Ipsum Petrus sequi, volebat. Et ideò interrogabat quo iret, quasi vna de adolescentibus quærentibus in Canticis. Quo abijt dilectus ō pulcherrima mulierum, quo abijt & quæremus eum tecum. Dilatio autē huius desiderij est: quia ad præsens impeditur à sequendo. Et hoc est, quod dicit. [Quo ego vado non potes me modo sequi, sequeris autem postea.] q. d. Adhuc imperfectus es, & ideò non potes me modo sequi, postea autem q̄ā do perfectus eris, sequeris me. Simile est, quod dicit. inf. vlci. Amen dico tibi cùm esses iunior: quasi imperfectus, cingebas te. Cùm autem senueris, & perfectionis arcem conscenderis, extendes manus tuas, &c. Consequenter cùm dicit.

Dixit ei Petrus. Quare non possum te sequi modò? Animam meam pro te ponam.

POuit Petri fiduciam. Intellexerat enim Petrus, q̄ Dominus verba prædicta dixerat quasi de perfectione sui amoris diffidens. Perfectus autem amor est cùm quis seipsum pro amicis exponit morti. infr. Maiorem hac dilectionē nemo habet: vt animā suā, &c. Quia ergo Petrus paratus erat pro Christo mori, ostendebat se in amore perfectum, cùm dicit. [Animā meam ponam pro te,] id est, paratus sum pro te mori. Hoc dicebat quantum sibi videbatur non ficto animo. Sed tamen nescit homo virtutem affectus sui, tunc potissimè cùm periculum imminet. 1. Cor. 4. Nihil mihi cōscius sum, sed non in hoc iustificatus, &c. Consequenter cùm dicit.

Respondit ei Iesus. Animam tuam pro me pones?

NEgationem Petri prænunciat. Et primò redarguit præsumptionem. Secundò negationē ibi. [Amen amen dico tibi. Non cantabit, &c.] Circa primum sciendū est, quòd Petrus de se præsumens Christo sibi dicente. Non potes me modo sequi, dicebat se eum sequi posse, & mori pro ipso. Et ideò Dominus eum reprimens dicit. [Animam tuam pro me pones:] quasi diceret. Cōsidera quid loquaris. Magis scio quid in te sit, quàm tu scias, cùm nō possis ponderare amoris tui pondus. Noli ergo te vltra modum præsumere. Rom. 11. Noli altum sapere, sed time. Et huiusmodi ratio assignatur Mar. 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Permisit autem Dominus Petrum tentari, & cadere: vt exaltatus ad principatum Ecclesiæ discat de se humilia sentire, & peccantibus subditis compati. Hebr. 4. Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris tentatum per omnia pro similitudine absque peccato, sed in Petro inualuit tentatio vsque ad culpam. In Christo autem fuit tentatio vsque ad similitudinem pœnę: quia peccatum nō fecit. Negationem prædicit, dicens.

Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

HIc Primò dubitatur de hoc, quod dicit. [Non cantabit gallus donec ter me neges.] Videtur enim esse falsum: quia statim post primam negationē Petri gallus cāt auit (vt habetur Marc. 14.) Sed ad hoc Augustin. respondet dupliciter. Vno modo: vt Dominus magis affectionem Petri, quàm actus expresit. Nam animam Petri tantus timor inuaserat, quòd paratus erat ad primum cātum galli, non solum semel, sed ter negare. Et sic est sensus. [Antequam gallus cantet] paratus eris ter me negare. Alio modo vt referatur ad negationis initium. Quia aliquid dicitur fieri ante aliquid etiam si incipiat tantùm fieri. Dominus autē prædixit trinam negationem: quæ incipit ante primum galli cantum: licèt non ante perfecta fuerit. Et tunc est sensus [Non cantabit gallus.] id est, trinam negationem incipies antequàm gallus cantet. Item quęritur de locovbi hęc verba fuerunt. Nam Matthæus & Marcus dicunt, quòd dominus dixit hæc verba Petro postquàm exierat de loco vbi cum discipulis cessauerat. Lucas autem & Ioannes dicunt quòd hæc verba dixit in loco vbi cœnauerat. Nam post sermonem istum dominus dixit infra decimoquarto. Surgite eamus hinc. Ad hoc autem dicendum quòd verū est dominum hæc verba dixisse in loco in quo cœnauerat. Matthæus autem & Marcus sequuntur ordinem memoriæ non historiæ. Potest autem dici secundum Augustinum quòd dominus hæc verba ter dixit. Nam si quis diligenter consideret verba domini, ex quibus processum est ad prænunciationem negationis Petri: inueniet tripliciter esse dicta. Nam in Matthæo & Marco habetur, quòd dixit dominus: omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista. Et Petrus respondet. Et si omnes scandalizati fuerint in te, &c. Et ait illis Iesus. Quia hodie in hac nocte, &c. In Luca autem habetur. Dixit eis Iesus: Ecce Sathanas expetiuit vos: vt cribraret sicut triticum, &c. Et tunc Petrus dixit ei, Domine: tecū paratus sum, &c. Et dominus illi. Dico tibi Petre. Non cantabit, &c. Hīc autem cùm Petrus quæreret a domino quò vadis, &c. Dixit ei dominus. [Amen amen dico tibi, &c.] Vnde colligitur, quod pluries dominus negationem Petri prædixerat.

LECT. I. CAP. XIIII.

Et ait discipulis suis: Non turbetur cor vestrum.

SVPRA dominus informauit discipulos suos exemplis. Hīc confortat eos verbis. Et primò ponitur multiplex verborum exhortatio. Secundò, ipsorum quæ dicta sunt explicatio. cap. 16. [Hæc loquutus sum vobis, vt non scandalizemini.] Circa primum sciendum est quòd duo imminebant discipulis: de quibus conturbari poterant. Vnum, de præsenti, scilicet recessus Christi imminens. Aliud de futuro, scilicet tribulationes quas passuri erant. Primò ergo confortat eos contra primū, scilicet contra eius recessum. Secundò, contra tribulationes quas passuri erant. 15. cap. [Ego sum vitis vera, &c.] Circa primū duo facit. Primò, confortat eos ex parte ipsorum remanentium. Secundò ex parte sui recedentis ibi [Non turbetur cor vestrum, neque formidet.] Circa primum tria facit. Primò, præmittit suum accessum ad patrem. Secundò, præmittit eis donum spiritussancti ibi [Si diligitis me, mandata mea seruate.] Tertiò suam præsentiam ibi [Non relinquam vos orphanos, &c.] Circa primum duo facit. Primò præmittit suum accessum ad patrem. Secundò, agit de via per quam accessurus erat ibi. [Et quò ego vado scitis, &c.] Circa primum tria facit. Primò, excludit turbationem. Secūdò, innuit sui potestatē ibi [Creditis in Deum, &c.] Tertiò, subiungit promissionem ibi. [In domo patris mei.] Circa primum sciendum est quòd discipuli perturbari poterant ex verbis domini suprādictis de proditione Iudæ: & negatione Petri: & recessu suo. Et verè omnia turbationem & dolorem ingerebant. Psal. Commouisti terram, scilicet cordium discipulorum: & conturbasti eam. Et ideò dominus sanare volens eorū contritionē dicit, [Non turbetur cor vestrum. Sed contra Actuum primo. Cœpit Iesus facere & docere. Sed supra decimotertio dicitur. Turbatus est Iesus spiritu, &c. Quomodò ergo docet non turbari qui primò turbatus est? Responsio: dicendum quòd nō docuit contrarium eius quod fecit. De eo autem dicitur quòd turbatus est spiritu: nō quòd spiritus eius sit turbatus. Hinc autem non prohibet quin turbentur spiritu, sed prohibet quòd eorū cor, id est spiritus non turbetur. Est enim quędam turbatio ex spiritu ex ratione procedens, quę laudabilis est, nec prohibetur. secundæ Corinthiorum. Quæ enim secundum Deum tristitia est præsentiam, &c. Alia tristitia seu turbatio ipsius rationis: non est laudabilis: quia abducit à propria rectitudine: Et hęc prohibetur. Psalm. Iustus non conturbabitur, quia dominus, &c. Non enim turbari potest qui Deum semper habet. Et ideò dominus suæ diuinitatis potestatem subiungit, dicens.

Credite in Deum, & in me credite.

VBi vnum supponit: & aliud præcipit. Supponit quidem eorum fidem in Deum dicens [Creditis in Deum, & cætera.] In hoc enim iam instructi erant ab ipso. Hebræ. 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Præcipit autem vt credant in ipsum dicens [& in me credite.] Si enim in Deum creditis. Ego autem sum Deus. Consequens est quòd in me credatis. Et tenet hæc cōsequentia: siue li [Deus] teneatur essentialiter: cùm ipse filius sit Deus: siue li [Deus] supponat pro persona patris. Nullus enim potest in patrem credere, nisi credat in filium. Supra quinto. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem. In hoc autem quod dicit [& in me credite.] contestatur se verum esse Deum. Nam si homini alicui creaturæ credere liceat, in nullum tamen nisi in Deum credere debemus. Est ergo in Christum credendum sicut in Deum. primæ Ioan. vltimo. Vt sitis in vero filio eius Iesu Christo: hic est verus Deus & vita æterna. Supra sexto. Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille. Consequenter cùm dicit.

In domo patris mei mansiones multæ sunt.

SVbiungit promissionem quæ est vt per Christum accedant: & introducantur ad patrem. Promissio autem de accessu aliorum ad aliquem locum duo includit. Vnum est præcedens. s. loci præparatio. Aliud sequens, scilicet in locum introductio. Et ideò dominus duas hic promissiones facit. Vnam quæ pertinet ad loci præparationem. Aliam ad loci introductionem. Prima autem non est necessaria, cùm iam locus sit præparatus: sed secunda. Et ideò circa hoc duo facit. Primò excludit necessitatē primæ promissionis. Secundò ponit secundam promissionem ibi. [Et si abiero & præparauero, &c.] Circa primū duo facit. Primò excludit necessitatem præparationis. Secundò, ostendit facultatē suam ad præparādum si necesse esset ibi [Si quò minus dixissem, &c.] Dicit ergo [In domo patris mei, &c.] Vbi sciendum est q̄ cùm vniuscuiúsq; domus sit in qua habitat: illa dicitur domus Dei in qua habitat Deus. Deus autem habitat in sanctis. Hiere. 14. Tu in nobis es domine, &c. Sed in quibusdā quidem per fidem 2. Corinthio. 6. Inhabitabo in illis, &c. Ephesio. 3 Habitare Christum per fidem, &c. In quibusdam verò per fruitionem perfectam 1. Corint. 15. Vt sit Deus omnia in omnibus. Duplex est ergo domus Dei. Vna est militans ecclesia. s. cōgregatio fidelium primæ Thimoth. 4. Vt scias, &c. Et hanc inhabitat Deus per fidē Apocaly. 21. Ecce tabernaculum Dei cū hominibus: & habitabo in illis. Alia est triumphans. s. sanctorum collectio in gloria patris. Psalm. Replebitur ab vbertate domus tuæ, &c. Sed domus patris dicitur non solùm illa quam ipse inhabitat, sed etiā ipsemet: quia ipse in seipso est. Et in hac domo nos colligit. Quod autem ipse Deus sit domus, habetur 2. Corinth. 5. Domum habemus à Deo, &c. Et hæc domus est gloriæ: quæ est ipse Deus. Hierem. 17. Solium altitudinis gloriæ tuæ, &c. Manet autem homo in hoc loco. 1. Deo quantùm ad voluntatem: & affectum per fruitionē charitatis. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et quantùm ad intellectum per notitiam veritatis. infra decimoseptimo. Sanctifica eos in veritate. In hac ergo domo, id est, in gloria quæ Deus est, mansiones multæ sunt, id est, diuersæ participationes beatitudinis ipsius. Quia qui plus diligit & plus cognoscit maiorem locum habebit. Diuersæ ergo participationes diuinæ cognitionis & fruitionis, sunt diuersæ mansiones. Sed hīc est quæstio. Vtrùm vnus possit esse beatior alio. Videtur q̄ non. Beatitudo est finis: & perfectū non recipit magis & minus: ergo nō potest & magis & minus haberi. Responsio, dicendum q̄ aliquid dicitur perfectum dupliciter. Absolutè & secūdum quid. Perfectio quidem beatitudinis absoluta est solius Dei: quia solus ipse tantùm cognoscit se: & amat quantùm cognoscibilis est: & amabilis. (Infinite enim cognoscit, & amat infinitam veritatem, & bonitatem suam) Et quantùm ad hoc ipsum summum bonū quod est beatitudinis obiectum & causa, non potest esse maius & minus. Non enim est nisi vnum summum bonum: quod est Deus. Secundum aliquas cōditiones temporis, naturæ, & gratiæ. Et sic vnus potest esse beatior alio secundum adeptionem huius boni: & capacitatem vniuscuiúsque hominis. Quia quantò homo magis est eius capax: tantò magis participat ipsam inquantū scilicet est melius dispositus & ordinatus ad eius fruitionem ad quod disponitur. Consistit enim beatitudo in duobus, scilicet in diuina visione. Et ad hanc disponitur per munditiam. Et ideò quantò quis habet cor magis elevatum à terrenis: tanto magis & perfectius Deum videbit. Item in fuitionis delectatione. Et ad hanc disponitur per amorem. Et ideò qui habet cor magis feruens amore Dei: magis delectabitur in diuina fruitione. De prima dicitur Matthæ. 5. Beati mundo corde, &c. Item quæritur de hoc quod dicitur Marth. 20 Quod vnus denarius datur omnibus laborātibus. Hīc autē denarius nihil aliud est quàm mansio in domo patris. Non ergo sunt multæ mansiones. Responsio, dicendum quòd merces vitæ æternæ, & vna est, & multæ. Multæ quidem secundum diuersam capacitatem participantium secundum quam sunt diuersæ mansiones in domo patris. Vna verò tripliciter. Primò quidem propter vnitatem obiecti. Idem enim est quod omnes beati vident: & quòd omnes fruuntur. Et ideò vnus denarius: sed diuersimodè videbitur, & amabitur. Iob 22. Tunc super omnipotenti delitijs affluues. Isaiæ 28. In illo die erit domus exercituum sceptrum, &c. Et simile est ac si aliquis præberet alicui fontem vt ad libitum omnes biberēt, de quo qui maius vas haberet, plus acciperet: & qui minus, minus. Vnus ergo fons ex parte sua est: sed nō eadem mēsura recipientium. Et hæc est sententia beati Gregor. 22. Moral.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò propter eandem æternitatis mensuram. secundum Augu. quòd omnes habebunt æternā beatitudinē: quia ibunt iusti in vitam æternam, sed diuersæ sunt propter capacitatem. Tertiò propter charitatem quæ omnia vnit giudia singulorum faciens omniū, & econuersò. Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus, &c. Sed notandum, quòd ex hoc verbo Pelagiani acceperunt occasionē errandi. Dicunt enim, quòd pueri non baptizati decedentes erunt in domo Dei saluati, sed non in regno: quia supr. 3. dicitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnū Dei. Sed contra hoc dicit Aug. quòd Dominus dicit, quòd mansiones huiusmodi sunt in domo Dei, nihil autem magis est in regno, quàm domus. Nam regnum constitutur ex ciuitatibus. Ciuitates autem ex vicis. Vici autē ex domibus. Si ergo mansiones sunt in domo, manifestū est, quod sunt in regno. Consequenter cùm dicit.

Si quominus, dixissem vobis: quia vado parare vobis locum.

OStendit facultatem suam ad præparandum eis locum si necesse esset. Posset enim aliquis dicere. Verū est qui in domo patris tui māsiones multæ paratæ sunt, quod si nō esset, nō posset eas parare. Et ideò Dominus hoc excludens dixit, quod [si minus,] id est, man siones nō essent paratæ, [dixissem vobis quia vado parare vobis locū.] Paratur autē locus dupliciter. Vno modo cùm in se disponitur, puta cùm purgatur: vel ampliatur locus. Isa. 34. Dilata locum tentorij tui. Alio modo cùm datur alicui facultas intrandi. Vnde Psalm. petebat. Esto mihi in Deum protectorē, & in locum munitū: quasi diceret. Semper sit mihi facultas intrandi. Et secūdum hoc potest dupliciter intelligi. Si enim locus iste esset tale aliquid, quod defectū haberet, aut quodcúnq; creatum subiaceret meæ potestati vt perficerem illū. Nam omnis creatura potestari verbi subiecta est. supr. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Si ergo ita esset, quòd haberet defectum [dixissem vobis: quia vado parare vobis locum.] Sed locus in se paratus est. Locus enim iste est ipse Deus (vt dictum est) in quo est omnium perfectionū excellentia, sed fortè non est vobis facultas intrandi. Et ideò. [Si quo minus,] id est, si nō haberetis facultatem intrādi, & non essetis prædestinati ad locū illū, [dixissem vobis: quia vado parare, &c.] Nam in potestate mea est: vt prædestinarem vos ad locum illum. Nam ipse cum patre & spiritu sancto prædestinauit eos ad vitam æternam. Eph. 1. Elegit nos in ipso. Sed quia suprà dixerat. Quo ego vado non potestis me modò sequi. Ne crederēt se finaliter ab eo abscissos esse. Ideò subiungit.

Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum: vt vbi sum ego, & vos sitis.

VBi ponit secūdam promissionem, scilicet inductionē in regnū. Vbi videtur esse verborum cōtrarietas. Dixit enī. Si quominus dixissem, &c. Vbi innuit, & non vadit ad parandum locum. Hic autem dicitur. [Si abiero, & præparauero vobis locum.] Vbi innuit, quòd vadit ad parandum locum. Sed dicēdum, quòd vno modo posset legi coniunctim: vt sit sensus. Si quo minus, id est, si necesse esset, dixissem vobis quia vado parare, &c. Et iterum. Si quo minus, id est, si necesse esset, dixissem vobis, id est, si abiero, & præparauero, &c. Secundum Aug. autem legitur distinctim: vt scilicet hæc sit alia clausula ab illa, Dominus præparauit ab æterno prædestinando, præparauit exequendo. Præparauit autem per recessum suum. Vnde illud, quod primo dixit, quòd mansiones paratæ erāt, hoc intelligitur quantum ad primam præparationem ab æterno. Quod autem hīc dicit. [Si abiero, & præparauero.] intelligitur quantum ad executionē æternæ prædestinatiōis. Præparauit autem Dominus per recessum suum nobis locū quinq; modis. Primò quidē dando locum fidei. Fides cm̄ (cū sit eorum quæ nō videntur,) nō erat de Christo apud discipulos, quādo eum personaliter videbāt. Subtraxit ergo se eis: vt quem habebant præsentia corporali, & videbant oculis corporis, haberent præsentia spirituali, & cernerent oculo mētis, quod est habere per fidē. Semper sit mihi facultas intrandi. Et secūdum hoc potest dupliciter intelligi. Si enim locus iste esset tale aliquid, quod defectū haberet, aut quodcúnq; creatum subiaceret meæ potestati vt perficerem illū. Nam omnis creatura potestari verbi subiecta est. supr. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Si ergo ita esset, quòd haberet defectum [dixissem vobis: quia vado parare vobis locum.] Sed locus in se paratus est. Locus enim iste est ipse Deus (vt dictum est) in quo est omnium perfectionū excellentia, sed fortè non est vobis facultas intrandi. Et ideò. [Si quo minus,] id est, si nō haberetis facultatem intrādi, & non essetis prædestinati ad locū illū, [dixissem vobis: quia vado parare, &c.] Nam in potestate mea est: vt prædestinarem vos ad locum illum. Nam ipse cum patre & spiritu sancto prædestinauit eos ad vitam æternam. Eph. 1. Elegit nos in ipso. Sed quia suprà dixerat. Quo ego vado non potestis me modò sequi. Ne crederēt se finaliter ab eo abscissos esse. Ideò subiungit.

Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum: vt vbi sum ego, & vos sitis.

VBi ponit secūdam promissionem, scilicet inductionē in regnū. Vbi videtur esse verborum cōtrarietas. Dixit enī. Si quominus dixissem, &c. Vbi innuit, & non vadit ad parandum locum. Hic autem dicitur. [Si abiero, & præparauero vobis locum.] Vbi innuit, quòd vadit ad parandum locum. Sed dicēdum, quòd vno modo posset legi coniunctim: vt sit sensus. Si quo minus, id est, si necesse esset, dixissem vobis quia vado parare, &c. Et iterum. Si quo minus, id est, si necesse esset, dixissem vobis, id est, si abiero, & præparauero, &c. Secundum Aug. autem legitur distinctim: vt scilicet hæc sit alia clausula ab illa, Dominus præparauit ab æterno prædestinando, præparauit exequendo. Præparauit autem per recessum suum. Vnde illud, quod primo dixit, quòd mansiones paratæ erāt, hoc intelligitur quantum ad primam præparationem ab æterno. Quod autem hīc dicit. [Si abiero, & præparauero.] intelligitur quantum ad executionē æternæ prædestinatiōis. Præparauit autem Dominus per recessum suum nobis locū quinq; modis. Primò quidē dando locum fidei. Fides cm̄ (cū sit eorum quæ nō videntur,) nō erat de Christo apud discipulos, quādo eum personaliter videbāt. Subtraxit ergo se eis: vt quem habebant præsentia corporali, & videbant oculis corporis, haberent præsentia spirituali, & cernerent oculo mētis, quod est habere per fidē.

Secundò demōstrando eis viam ad locum eundi, &c. Mich. 2. Ascendit pandens iter ante eos. Tertiò pro eis orando. Hebr. 11. Accedens per semetipsum ad Deum, &c. Deuter. 33. Ascensor cœli, &c. Quartò sursum attrahendo. Cant. 1. Trahe me post te, &c. Col. 3. Si consurrexistis cum Christo, &c. Quintò spiritū sanctum eis mittendo. sup. 7. Nōdum erat spiritus datus: quia nōdum erat Iesus glorificatus. Cōplementum autem glorificationis Christi fuit in eius Ascensione, & iō statim cū ascendit, spiritū sanctū misit discipulis suis. Sic ergo præ dixit eis corporalē recessum dicēs. [Si abiero, & præparauero vobis locum.] Deindè promittit eis spiritualē reditum dicens [iterum veniam & recipiā.] Venia in fine mundi. Act. 1. Quēadmodum vidistis eum, &c. [Et accipiam vos ad meipsum.] glorificatos in aīa & corpore. 1. Thess. 4. Similiter rapiemur, &c. Sed nunquid spiritus Apostolorum accipiuntur à Christo vsq; in finē mundi? Ad quod dicendum est, quòd Græcorum opinio est, quòd sancti nō vadunt ad paradisum vsq; ad diē iudicij. Sed si hoc esset tūc Apostolus frustrà haberet desiderium esse cū Christo. Phil. 1. Et ideò dicendum, quòd statim dissoluta huius habitationis domo quantum ad animam sumus cum Christo. Et sic hoc, quod dicit. [Iterum veniā, &c.] potest exponi de aduētu spirituali, quo Christus semper viuificat ecclesiam fidelium, & quēlibet sanctorum viuificat in morte. Vt sit sensus. [Iterum veniā,] ad ecclesiam spiritualiter cōtinuē, [& accipiā vos ad meipsum,] id est, firmabo in fide & dilectione mea. Cant. 5. Dilectus meus descendit ad areolam aromatum, id est, ad congregationem sanctorum: vt pascatur, id est, delectetur in virtutibus, & lilia colligat, id est, animas puras ad se trahat, cùm viuificat sanctos in morte. Deindè subdit fructum dicens. [Vt vbi ego sum, & vos sitis,] id est: vbi est caput sint membra. Vbi magister, sint discipuli. Matth. 24. Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. sup. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit.

LECTVRA II.

Et quò ego vado scitis, & viam scitis.

SVPRA Dñs cōfortauit discipulos de suo recessu promittens eis, quòd accessum haberent ad patrem. Hic consequenter agit de via per quā ad patrē accedūt. Via autem nō cognoscitur sine termino. Et ideò etiā agit de termino. Et Primo ponit viā & terminū vt eis notū. Secundò quę proposuit manifestat ibi. [Dixit ei Thomas, Dñe, &c.] Circa primū sciendū, quòd Dñs dixerat. Si abiero, & præparauero, &c. Quia fortè discipuli quærerēt ab eo quò iret, sicut sup. 13. quęsiuit Petrus. Dñe quò vadis? Ideò Dñs hæc sciens dixit eis. [Et quo ego vado scitis, & viam scitis.] Vado enim ad patrem quē scitis per me vobis manifestatum. infr. 17. Manifestaui nomē tuum hominibus, &c. Via autem per quam vado, sum ego quem scitis. supr. 1. Vidimus gloriam eius, recte ergo dixit. [Quo ego vado, &c.] quia patrem sciebant per Christum, & Christum per suam conuersationem, & præsentiam nouerant. Consequenter cùm dicit.

Dixit ei Thomas. Domine nescimus quò vadis. Et quomodò possumus viam scire?

MAnifestat Dñs quæ præposuit. Et primò præmittitur manifestatiōis occasio. Secundò subditur propositorum manifestatio ibi. [Dixit eis Iesus. Ego, &c.] Occasio autē manifestationis fuit dubitatio Thomę interrogātis. Vnde [dixit ei Thomas. Dñe nescimus quò vadis, &c.] Vbi attende, quòd Thomas vtrūq; negat, qđ Dominus affirmauit. Nā Dñs dixit eos & viā, & terminum viæ scire. Thomas aūt negat se scire viā & terminum, ti vtrūq; verū est. Verū est cm̄, quòd sciebant, tñ nesciebāt se scire. Multa enim sciebant de patre & filio, quæ à Christo didiscerant, sed ignorabant patrē esse ad quem Christus iret, & filium esse viā qua iret. Difficile enim est, quòd eatur ad patrem. Nec mirum si ignorabant. Quia licēt Christū perfectè secundum hominē scirent, eius tñ diuinitatem imperfectè cognoscebāt. Iob 28 Semitā eius ignorauit, &c. Et subdit. [Quomodò possumus viam scire?] Cognitio enim viæ dependet ex cognitione termini. Quia ergo terminus ignotus est nobis. 1. Thim. 6. Lucē habitat inaccessibilem, &c. Et ideò via eius est nobis inuestigabilis secundum illud Rom. 11. Inuestigabiles viæ eius. Consequenter cùm dicit.

Dixit eis Iesus. Ego sum via, & veritas, & vita.

POnitur quęsitorum manifestatio. Duo autem Dñs manifestanda proposuerat eis. Primò quidē viā, & terminum eius. Secundò, quòd vtrūq; scirent. Primò ergo manifestat primum. Secūdò secundū ibi. [Si cognouissetis me, &c.] Circa primum duo facit, primò manifestat quid sit via. Secundò quid sit terminus ibi. [Nemo venit ad me, &c.] Via aūt (vt dictū est) est ipse Christus. Et ideò dicit. [Ego sum via.] Quod quidem satis habet rationem. Nam per ipsum accessum habemus ad patrē vt dicitur Rom. 5. Competit etiam proposito quo intēdit declinare dubitationē discipuli dubitātis, sed quia ista via non est distans à termino, sed coniūcta, addit [veritas & vita.] Et sic ipse simul est via, &c. Via quidem secundum humanitatē, terminus secundum diuinitatem. Sic ergo secundum quòd dixit [Ego sum via] secūdum quòd Deus addit [veritas & vita.] Per quæ duo terminus huius viæ cōuenienter designatur. Nā terminus huius viæ finis est desiderij humani, homo autē duo præcipuè deūderat. Primò quidē veritatis cognitionem quæ est sibi propria. Secundò sui esse continuationem, quod est cōmune omnibus rebus. Christus autem est via perueniēdi ad veritatis cognitionē, cū tamē ipse sit veritas. Psal. Dedue me Dñe in veritate, &c. Christus etiā est via perueniēdi ad vitā, cū tamē ipse sit vita. Psal. Notas fecisti vias vitæ. Et ideò huius vitæ terminū per veritatem & vitam designauit, quæ duo sup. 1. de Christo dicta sunt. Primò quidē, quòd ipse sit vita. Vnde in ipso vita erat. Deindè quòd sit veritas: quia erat lux hominum. Lux autem veritas est. Sed notandum, quòd hæc duo proprię, & per se Christo conueniunt. Veritas enim conuenit ei per se: quia ipse est verbum. Nihil enim aliud est veritas, quàm adæquatio rei ad intellectum, quod sit quando intellectus concipit rem prout est. Veritas ergo intellectus nostri pertinet ad verbum nostrum: quod est conceptio eius. Sed tamen licèt verbum nostrum sit verum, non tamen est ipsa veritas: cùm non sit à seipso, sed ex hoc quod rei cōceptæ adęquatur. Veritas ergo intellectus diuini pertinet ad verbum Dei: sed quia verbum Dei est verū à seipso (cum non mensuretur à rebus: sed res intantum sint verę, inquantum ad similitudinem eius accedunt.) Tamen est, quod verbum Dei est ipsa veritas. Et quia nullus potest veritatem cognoscere nisi adhęreat veritati oportet omnem qui veritatem cognoscere desiderat huic verbo adhærere. Vita autem proprię conuenit sibi: quia omne quod aliquam operationem ex se habet, dicitur viuens. Non viuentia autē dicuntur, quæ ex seipsis motum nō habent inter operationes vitæ precipuę sunt operationes intellectuales. Vnde & ipse intellectus dicitur viuens: & actio eius est vita quędam. In Deo autē idem est intelligere, & intellectus. Vnde manifestum est quod filius qui est verbum intellectus patris est vita sua. Sic ergo Christus seipsum designauit viam & coniunctam termino: quia ipse est terminus habens in se quicquid desiderari potest, scilicet existens veritas: & vita. Si ergo quæras qua transeas accipe Christum: quia ipse est via. Isa. Hæc est via ambulate in ea. Et Augustinus dicit. Ambula per hominem & peruenies ad Deum. Melius est enim in via claudicare, quā prętер viam fortiter ambulare. Nā qui in via claudicat etiam si parum proficiscatur: appropinquat ad terminum. Qui verò extra viam ambulat quantò fortius currit, tantò magis à termino elongatur. Si verò quæras quò vadis: adhærere Christo: quia ipse est veritas ad quā desideramus peruenire. Prouerbiorum octauo. Veritatem meditabitur guttur meum, & cætera. Si queris quò permaneas: adhærere Christo: quia ipse est vita. Prouerbiorum octauo. Qui me inuenierit, inueniet vitam, & cætera. Adhærere ergo Christo sī vis esse securus (non enim poteris deuiare: quia ipse est via.) Vnde qui ei adhærent non ambulant in inuio, sed per viam rectam. Prouer. 4. Viam sapiętiæ monstrabo tibi. Econtra dicitur de quibusdam. Viam veritatis habitaculi non inuenerunt. Item non potest decipi, quia ipse est veritas: & docet omnem veritatem. Infra 19. In hoc natus sum & ad hoc veni: vt testimonium perhibeam veritati. Item non potest perturbari. Quia ipse est vita & vitam dans. Infra. 19. Ego veni vt vitam habeant, &c. Nam (vt Augstinus dicit.) dominus dicit [Ego sum via, &c.] tanquam diceret. Qua vis ire? [Ego sum via.] Quo vis ire? [Ego sum veritas.] Vbi vis permanere? [Ego sum vita.] Non enim (vt Hilarius dicit.) in erratica ducit ille qui est via: nec illudit per falsa, qui veritas est, neque in mortis reliquit errorem qui vita est. Vel aliter tria sunt in homine quę ad sanctitatē pertinēt scilicet actio: & cōtēplatio. Et ista perficiūtur à Christo. Nā actiua exercētibus Christus est via. Contēplatiua verò pseuerātibus Christus est veritas. Sed actiuorū & contēplatiū intētionē dirigit ad vitā, scilicet æternā. Docet enim ire et prędicare pro futuro sęculo. Sic ergo dñs est nobis via qua imus ad ipsum: & per ipsum ad patrē. Sed cùm ipsemet qui via est vadit ad patrem: nūquid ipse est sibi via? Sed (vt Aug. dicit.) Ipse est via: & qui vadit per viā: & quo vadit. Vnde ipse per seipsum ad seipsum vadit. Nā ipse inquātū est homo, via est. Vñ per carnē venit manēs vbi erat. Et per carnē vadit nō relinquēs quo venerat. Per carnē etiā ad se redit veritatē & vitā. Nā nō Deus venerat per carnē ad homines, veritas ad mēdaces: vita ad mortales. (Est enim Deus verax: oīs autē homo mendax.) Cū autē se ab hominibus abstulit: atq; illuc vbi nemo mentitur carnem suā lauit. Idē ipse qui verbū caro factū est per carnē suā ad veritatē, quę est ipse remeauit. Et simile est si dicerē. Et mens mea dū loquor aliquibus ad eos exit: nec tñ me relinquit. Cū autē tacuero quodāmodò ad me redeo: & cū illis quibus loquor maneo. Sic ergo Christus qui nobis est via etiā sibiipsi, idest, carni factus est via, vt ad veritatem & vitam iret. Consequenter cùm dicit.

Nemo venit ad patrem, nisi per me.

MAnifestat quod quęsitū fuerat quātū ad terminū vię. Via autē quę est Christus (vt dictū est) ducit ad patrē. Sed quia pater & filius sunt vnū: ideò hæc via ducit etiam ad seipsum. Et ideò dicit Christus se esse terminum viæ. [Nemo] inquit [venit ad patrem nisi per me.] Sed sciendum quòd sicut Apostolus dicit. Nemo nouit quę sunt hominis nisi spiritus eius qui in ipso est. Quod intelligēdum nisi inquantum homo vult se manifestare. Secretum autem suum manifestat quis per verbū suum. Et ideò nullus potest venire ad secretum hominis: nisi per verbum hominis. Quia ergo & quæ Dei sunt nemo nouit: nisi spiritus Dei: nullus potest venire ad noticiam patris nisi per verbum suum, quod est filius eius. Math. 11. Neq; patrem quis nouit nisi filius. Et sicut homo volens reuelare se verbo cordis quod profert ore: inducit quodammodò ipsum verbū literis vel voce: ita Deus volens se manifestare hominibus verbum suum conspectum ab ęterno carne inducit in tempore. Et sic nullus ad noticiam patris peruenire potest nisi per filium, vnde suprà 10. dicit. Ego sum ostium. Per me si quis introierit. Sed notādum secundum Chrisostomū, quod suprà sexto dominus dicit. Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit illum. Hic autem dicit. Nemo venit ad patrem nisi per me. In quo ostenditur æqualitas filij ad patrem. Patet ergo quę sit via: quia Christus. Quis terminus: quia pater. Consequenter cùm dicit.

Si cognouissetis me: et patrē meū vtiq; cognouissetis.

OStendit quod discipuli vtrumque cognoscunt, scilicet quo vadit, & viam. Et 1. proponit manifestationem. Secundò excludit emergentem dubitationē ibi. [Dicit ei Philipus. Domine ostende, &cętera.] Circa primū duo facit. Primò ostēdit concomitātiam notitiæ habitæ de filio: ad notitiam habitam de patre. Secundò, manifestat quomodo discipuli se habeāt ad notitiā patris ibi. [Et amodo cognoscetis, & cętera.] Dicit ergo. 1. Dixi quod sum via, & quod scitis viā, scilicet me, ergo & quo vadō scitis, quia noticia de me non potest haberi sine noticia patris. Et hoc est quod dicit. [Si cognouiscetis me, & patrem meum, supra. 8. Isdæis dicit. Si me sciretis, & patrem meum forsitan sciretis. Quid ergo quod dicit.] Si cognouissetis me, & cętera. ibi autem dicit forsitan. Videtur quod ibi dubitauerit de eo quod hīc asserit. Sed dicendum quod ibi loquebatur Iudæis quos increpabat. Et ideò addit forsitan, non dubitās sed increpans eos. Hic autem loquitur discipulis quos instruit. Et ideò veritatem eis cum assertione proponit dicens. [Si cognouissetis me. &c.] Quasi dicat. Si sciretis meam gratiam & dignitatem, & eam vtique quę patris est sciretis. Per nihil enim aliud res melius scitur quàm per verbum & imaginem suam. Filius autem est verbum patris, suprà. 1. In principio erat verbū, & verbum erat apud Deum. Infra. 1. Verbum caro factum est, & cætera. Et vidimus gloriam eius, & cętera. Filius etiā est imago patris. Col. 1. Qui est imago inuisibilis Dei. Hebręorum primo. Qui cum sit splendor gloriæ, & cætera. In filio ergo cognoscitur pater, vt in verbo et imagine propria. Sed notandum quod inquantum aliquid accedit ad similitudinem paterni verbi intantum in ipso cognoscitur pater, & cætera. similiter inquantum habet de imagine patris. Cum autem omne verbum sit aliqua similitudo illius verbi: & in qualibet re inueniatur similitudo diuinitatis vel imaginis: vel vestigij: sed imperfecta inde est quod per nullam creaturam: & à nulla intelligentia: & conceptione intellectus creati potest cognosci perfectè id ipsum quod Deus est. Sed solum verbum vnigenitum, quod est perfectum & perfecta imago patris, ipsum quod quid est patris cognoscit, & cōprehendit. Vnde secundum Hilarium possunt hæc verba aliter continuari. Nam cū dominus dicit. Nemo venit ad patrem nisi per me. Interrogans Arrius quomodò itur ad patrē per filiū. Respondet quod per doctrinæ admonitionem: inquantum scilicet, filius sua doctrina instruit homines de patre: secundum illud Infra. 15. Pater manifestaui nomē tuū habitus, & cætera. Sed dñs hoc excludēs dicit. [Si cognouissetis me,] &c. quasi dicat. Arrius vel alius quicūque homo annunciare quidem potest de patre: sed nullus est tantus quod eo cognito cognoscatur pater: nisi solus filius, qui est eiusdem naturæ cum ipso. Consequenter cùm dicit.

Et amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.

OStendit quomodò discipuli se habeant ad cognitionem patris. Dixerat autem dominus suprà discipulis: quod patrem cognoscunt. Quo inquiens vado scitis. Et hoc Thomas negauit, dicens. Domine nescimus quò vadis. Et ideò hīc dominus ostēdit, quòd aliquo modo cognoscunt patrem, vt ostendat verbum suum verum esse: & aliquo modo non cognoscunt: vt verbum Thomę sit verum. Et ponit ad hoc duplicem partis cognitionem. Vnam quę erit in futuro. Aliam quæ fuit in preterito. Dicit ergo quod [amodo cognoscetis eum.] Dicit autem [amodo] quia duplex cognitio habetur de patre. Vna perfecta, quę est per immediatam eius visionem, quę erit in patria. Primæ Ioannis tertiò. Cum apparuerit similes ei erimus. Alia est imperfecta: quæ est per speculum & in enigmate, quam habemus per fidem. Primę Corinthiorum decimotertio. Videmus nunc per speculum, & cætera. Potest ergo hīc intelligi de vtraque. Vt sit sensus [amodo cognoscetis eum,] cognitione perfecta in patria, Infra 19. Palam de patre annunciabo vobis. quasi dicat. Verum est quod non cognoscitis eum perfecta cognitione: et ei [amodo cognoscetis eum.] Peracto misterio passionis meę. Vel amodo, idest post resurrectionē meā, & ascensionē & missionē spiritus sancti cognoscetis eū cognitione fidei perfecta, quia cùm venerit spiritus paraclitus, &c. ille vos docebit, &c. Infra decimoquinto. Sic ergo verum dicis, quod nescis eum cognitione perfecta: sed ego verū dico, quia [vidistis eum.] Baruch Tertio. Post hæc in terris visus est: & cum hominibus conuersatus. Viderunt enim Christum secundùm carnem assumptam in qua erat verbum: & in verbo pater. Vnde in ipso viderūt patrē, supra. Qui me misit mecū est, &cętera. Sed attende quòd pater non erat in carne per vnitatē personæ: sed erat in verbo incarnato per vnitatē naturæ: & in Christo ꝯcarnato videbatur pater. supr. 1. Vidimus gloriā eius quasi vnigeniti à patre, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTVRA III.

Dixit ei Philippus. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis.

HIc Dominus soluit emergẽtem dubitationẽ discipuli. Et Primò ponitur ipsius dubitãtis positio. Secundò dubitationis remotio ibi. [Dixit ei Iesus,&c.] Circa primum sciendum,q̃ Dominus suprà discipulis promisit quoddam futurum, scilicet perfectã Dei cognitionẽ, cùm dixit. Amodò cognoscetis,&c. Aliud præteritum,scilicet quòd viderunt eum. Quod audiens Philippus credebat se vidisse patrem, sed petit eius cognitionẽ dicens. [Domine ostẽde nobis patrẽ,&c.] vt petitio huius ostensionis non referatur ad visionem,sed ad cognitionẽ [& sufficit nobis.] Nec mirũ quia visio patris, est finis omniũ desideriorum, & actionum nostrarũ, ita vt nil ampliùs requiratur. Psal. Adimplebis me lętitia cũ vultu tuo,id est,in visione vultus tui. Psal. Qui replet in bonis desiderium tuum.

Dixit ei Iesus. Tanto tẽpore vobiscum sum,& non cognouistis me. Philippe:qui videt me:videt & patrẽ. Quomodò tu dicis ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est?

HIc remouetur dubitatio. Et Primò ponitur dubitationis remotio. Secundò subditur dictorum manifestatio ibi. [Verba quæ ego loquor vobis,&c.] In prima primò arguit tarditatem. Secundò instruit veritatẽ ibi. [Philippe,&c.] Tertiò reprobat petitionẽ ibi. [Quomodò tu dicis,&c.] Dixit ergo primò. [Tanto tempore,&c.] q.d. Ex diuturna conuersatione qua tanto tempore vobiscum cõuersatus sum debuissetis me cognoscere. Et si cognouissetis me,cognosceretis vtique & patrem. Ex hoc ergo,quòd tu non cognoscis patrem,das intelligere,quòd tu non cognoscis me. In quo arguendus es tarditatis. Matth.13. Adhuc & vos sine intellectu estis. Hebræo.6. Cùm deberetis magistri esse propter tempus,&c. Sed hîc incidit dubitatio:quia suprà Dominus dicit discipulis,quòd eum sciebant cùm dicit viam scitis,&c. Hîc autẽ videtur dicere cõtrarium dicens. Si cognouissetis me,&c. Sed dicendũ secundũ Aug. q̃ inter discipulos alii quidam erant qui Christum secundum quòd erat verbum Dei cognoscebant. quorum vnus erat Petrus vbi dixit. Tu es Christus filius Dei vi. Matth.16. Alij erant qui verè eum cognoscebant,intra quos erat Philippus. Quãtum ergo ad primos dixit Dominus. Quò ego vado scitis. Sed quãtum ad secundos dixit. Si cognouissetis me,&c. Vel aliter Christus dupliciter cognosci poterat,scilicet secundũ humanam naturam. Et sic omnes sciebant. Et quãtum ad hoc dicit. Et quò ego vado scitis,&c. Et secundum diuinam. Et sic enim nondum perfectè cognouerant. Et quantum ad hoc dicit. Si cognouissetis me. Et hoc patet per hoc, q̃d subdit. [Philippe qui videt me,&c.] quasi diceret. Si cognosceretis me,cognosceretis patrẽ,& sic non diceres. Ostende nobis patrẽ quia iam vidisses eum me viso. supr. 8. Si me scireris,&c. Sed ex hoc Sabellius erroris sui fulcimentum sumit,dicens. Quid est hoc,quod dixit [qui videt me videt & patrem] nisi quia idẽ ipse sit pater & filius? Ad hoc dixit Hilar. Si hoc ita esset,Dominus dixisset. [Qui videt me videt patrem.] Nulla coniunctione apposita, sed quia coniunctionem addidit dicẽs [videt & patrem] distinctionem ostendit,& est similis modus loquendi secundum Aug. sicut quis de duobus similibus loqueus dicit. Si vidisti istum vidisti & illũ. In filio autẽ est perfectissima similitudo patris. Et ideò dicit [qui videt me videt & patrem,] sed adhuc in filio est maior similitudo,quàm in hominibus: quia in eis nunquam potest esse similitudo secundum eandem formam:vel qualitatem numero, sed solùm secũdum speciem. In filio autem est eadem natura numero,quæ est in patre,& ideò magis in visione filij videtur pater, quàm in visione alicuius hominis quantumcúnque similimi videantur. Sed notandum,quòd ex verbis quæ hîc dicuntur,excluditur error Arrij quantũ ad duo. Primò quãtum ad hoc,quòd negabat cõsubstantialitatẽ. Impossibile est enim, quòd in visione substantiæ creatæ possit videri substantia increata, sicut per cognitionem substantiæ vnius generis, non potest haberi cognitio substantiæ alterius generis. Manifestũ est ergo,quòd filius non est substantia creata, sed est substantialis patri. Aliàs qui videt filium,non videret patrem. Secundò quantum ad hoc,quòd dicunt super illud 1. Thi. vlt. Regi sęculorum immortali inuisibili soli Deo, scilicet,quòd solus pater est inuisibilis:filius verò in sua natura multotiens fit visus,quod si esset,sequeretur etiam,quòd pater visus esset frequenter:quia qui videt filium videt & patrẽ. Cùm ergo pater inuisibilis sit secundum suam naturam impossibile est, q̃ pater secundum suam naturam sit visus. Sed obijcit aliquis cur Dominus reprehenderit Philippum, qui videns filium quærebat videre patrem cum non sit reprehendendus quispiam,qui videns imaginẽ:videre velit rem imaginatam. Ad quod Chrisostomus respondet dicens,q̃ Philippus audiens de visione patris, & cognitione eius: volebat ipsum patrem corporeis oculis videre,sicut & ipsum filium extimabat vidisse, & ideò hoc Dominus improbauit ostendens ei,q̃ neq; ipsum filium in sui natura vidit oculo corporali. Augustinus autem dicit,quòd Dominus nõ improbauit petitionem,sed petentis animum. Nã Philippus dicit. Ostẽde nobis patrẽ,&c. & sufficit,&c. q.d. Nos cognoscimus te,sed hoc nõ sufficit. Et sic credebat,q̃ in cognitione filij non esset pfecta sufficiẽtia,sed in cognitiõe patris. Ex quo videbatur sentire filium esse minorẽ patre. Et hoc Dominus increpauit ostendẽs, quòd in cognitione filij sit eadẽ sufficiẽtia,quæ est in cognitione patris,dicens. [Qui videt me: videt & patrem.] Et ideò consequenter cũ dicit. [Quomodò tu dicis,&c.] Improbat primò eius petitionẽ. Secundò radicem petitionis. Petitionem improbat quidem dicens. [Quomodò tu dicis. Ostẽde nobis patrẽ,&c.] Ex quo, scilicet pater in filio videtur. Poterat quidẽ Philippus dicere,quod habetur Iob 13. Qui leuiter locutus sum,&c. Radicem petitionis improbat cũ dicit. [Nõ credis quia ego in patre,& pater in me.] q.d. Tu vis habere patrem credẽs in eo habere sufficientiã,sed si ita credis [nõ credis quia ego in patre,& pater in me est.] Nam si hoc crederes,sperares,q̃ in me haberes omnẽ sufficientiam,quã in patre. Hoc autẽ,quod dicit. [Ego in patre,&c.] dicitur propter essentiæ vnitatẽ, de qua dicitur supr. Ego & pater vnum sumus. Sciendum est enim,q̃ essentia aliter se habet in diuinis ad personam,& aliter in hominibus. Nam in hominibus essentia sortis non est sortes: quia sortes est quid cõpositũ, sed in diuinis essentia est idem personæ secũdum rem, & sic essentia patris est pater,& essentia filij filius. Vbicúnque ergo est essentia patris est ipse pater,& vbicúnque est essentia filij,est ipse filius. Essentia autem patris est in filio,& essentia filij est in patre. Ergo filius est in patre,& pater in filio. Et sic exponit Hilar.

Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso nõ loquor. Pater autem in me manens ipse facit opera.

HIc Dominus manifestat suã responsionẽ. Et Primò p̃ opera quę facit per seipsum. Secundò per opera quę facturus erat per discipulos ibi. [Amen amen dico vobis. Qui credit in me,&c.] In prima ergo præmittit opera quæ ipse facit. Secundò cõcludit fidei conclusionem ibi. [Nõ credis,&c.] Fides autẽ de Christo,q̃ esset Deus poterat ex duob' manifestari. s. ex eius doctrina,& ex miraculis. Et hîc duo infrà Dominus dicit. Si opera nõ feci̇ssem in eis,quæ,&c. Quantum ad primum. Et si non venissem,& locutus eis non fuissem, &c. Quãtum ad 2. infr. 15. Nunquã sic locutus est homo. Et supr. 9 dixit de eo cæcus. A sæculo nõ est auditũ,q̃ quis aperuit oculos cęci nati. Ex his ergo duobus Dominus diuinitatem suam ostendit. Quãtum ad primum dixit. [Verba quæ ego loquor vobis.] s. organo humanitatis [à meipso nõ loquor,] sed ab eo qui est in me. s. à patre. supr. 8. Ego quæ audiui à patre meo,&c. Pater ergo qui in me loquitur,est in me,sed quia quicquid homo loquitur necesse est, q̃ à primo verbo hoc habeat. Primum autem verbum. s. verbũ Dei est à patre. Ergo necesse est,q̃ omnia verba quæ loquimur sint à Deo. Cũ ergo quis loquitur verba quæ habet à patre,pater est in eo. Quantum ad secundum dicit. [Pater in me manens ipse facit opera:] quia nullus opera quæ ego facio posset facere. suprà 5. Non potest filius à se facere quicquam. Sed quærit Chriso. quomodò Christus à verbis incipiens venit ad opera. Dixit enim. [Verba quæ ego loquor vobis, &c.] Vt postea dixit [ipse facit opera.] Sed hoc soluitur dupliciter. Vno modo secundum Chrisostũ. qui dicit secundum coniunctionis modum prædictũ, quòd primò loquitur de doctrina,& postea loquitur de miraculis. Secundum Aug. dicendum,quòd verba quæ Dominus loquebatur vocat opera. supr. 10. Hoc est opus Dei: vt credatis in eũ, quem misit,&c. Ideò cùm dicit. [Ipse facit opera,] dat intelligere, quòd verba ipsius sunt quædam opera. Sed nota,quòd ex his duobus distinctim duæ hæreses fulcimentum suum sumunt. Quia,quod dicit. Ego in patre,sumit per se Sabellius dicens eundem esse patrem & filium. Quod autem dicit A meipso non loquor,assumit Arrius concludens ex hoc filium esse minorem patre. Sed per ipsa eadem dicta hæreses excluduntur. Nam si idẽ esset pater & filius (vt Sabellius fingit) nõ diceret fili' [Verba quæ ego loquor vobis à meipso,&c.] Si verò filius esset minor patre (vt blasphemat Arrius) non diceret [pater in me manens,&c.]

Non credis quia ego in patre, & pater in me est. Alioquin propter opera ipsa credite.

QVia ergo ex duobus prædictis manifestatur fides Trinitatis. Ideò contra concludit fidem ipsam dicens. [Non creditis quia ego in patre,&c.] Hoc quidẽ quomodò intelligẽdũ sit exposi-

tum est suprà. In græco habetur [Credite.] Cmihi [Quia ego in patre &c.] Vel mirum quia non creditis:quia ego in patre &c. Sed attende quòd antea locutus est solùm Philippo: sed ab eo loco vbi dicit Verba quæ ego loquor,loquitur omnibus Apostolis simul: quod si non sufficit ad ostendendum substantialitatem verbis: quæ ego dico: saltem propter opera ipsa credite: sed ipsa opera quæ dedit mihi pater: vt faciam ea &c. supra 10. Si mihi non creditis operibus credite.

Amen amen dico vobis:qui credit in me opera quę ego facio,& ipse faciet:& maiora horum faciet: quia ego ad patrem vado.

POstquam Dominus manifestauit ea quæ dixerat per opera quæ faciebat per seipsum. Hîc manifestat ea per opera quæ facturus erat per discipulos. Et primò proponit opera discipulorum. Secundò insinuat modum operandi ibi. [Quodcúnque petieritis.] In prima primò proponit opera discipulorum. 2. assignat rationem dicti ibi. [Quia ad patrem vado.] Dicit ergo primò. [Amen amen dico vobis.] q.d. opera quæ ego facio adeò magna sunt q̃ præbent sufficienter argumentum diuinitatis meæ:sed si hæc vobis non sufficiãt respiciatis ad opera quæ per alios facturus sum. Potissimum enim signum magnæ virtutis est:vt homo nõ solum per se, sed etiam per alios eximia operetur. Et ideò dicit. [Amen amen dico vobis, qui credit in me.] Quæ verba non solũ monstrant virtutem diuinitatis in Christo, sed etiam virtutem fidei,& coniunctionem Christi cum fidelibus. Sicut enim filius operatur propter patrem in se manentem propter vnitatem naturæ: ita & fideles operantur propter Christum in se manentem per fidem. Ephe.3. habitare Christũ per fidem in cordibus. &c. Opera autem quæ Christus fecit:& discipuli faciũt virtute Christi sunt opera miraculorũ. Mat. vlt. Signa autẽ eos qui crediderint hæc sequẽtur, &c. Sed mirabile est quod subdit [Et maiora horum faciet.] Vno modo vt dicamus q̃ dominus per Apostolos plura & maiora facit quàm per seipsum. Maximũ enim inter miracula Christi fuit q̃ ad tactũ fimbriæ eius sanabãtur infirmi (vt habetur Mat.14) Sed de Petro legitur Act.5. q̃ ad eius vmbrã sanabãtur infirmi. Magis autẽ est q̃ sanet vmbra quã fimbria. Alio modò vt dicamus q̃ Christus plura fecit per verba discipulorum, quàm per sua. Loquitur enim hîc dñs de operibus quæ facta erant per verba (vt Aug. dicit) quæ opera tunc dicebat. vbi per verba quæ loquebatur & eorũdem verborum fructus erat fides illorum. Legitur enim de Christo Mat.19. q̃ adolescens nõ fuit inductus ad vendendum quæ habebat: & eum sequẽdum. Nam cùm diceret adolescenti. Vade & vende omnia quæ habes,&c. Et subditur Abijt tristis sed de Petro & alijs Apostolis legitur Act.4. q̃ eis prædicãtibus vendebant possessiones, & omnia quæ habebant: & afferebant preciũ earum ad pedes Apostolorum. Sed obuiat aliquis q̃ dominus non dicit q̃ Apostoli maiora facient: sed qui credit in me. Nunquid ergo qui nõ facit maiora quã Christus non est computãdus inter credentes in Christũ? Absit. Durum enim esset hoc. Ideò dicendum est aliter q̃ Christus duplex opus facit. Vnũ sine nobis: videlicet creare cœlum & terram: suscitare mortuos & huiusmodi. Aliud operatur in nobis:sed nõ sine nobis: quod est opus fidei: per quod viuificatur impius. De istis ergo loquitur hîc dominus, quæ sunt communia credẽti. Et hoc est opus quod facit Christus in nobis:sed non sine nobis:quia eadem facit quicũque credit: quia quod fit in me per Deum:fit in me etiã per meipsum. s. per liberũ arbitrium. Vnde dicit Apostolus. Non autem ego:sed pple solus:sed gratia Dei mecum. Et de istis dicit. [Opera quæ ego facio & ipse faciet:& maiora horũ faciet.] Quia maius est viuificare impium quam creare cœlũ & terram. Nam iustificatio impij quãtum est de se:perseuerat in æternũ. Sap.1. Iustitia perpetua est, &c. Cœlum autem & terra transibũt. (vt dicitur Luc.21.) Item quia opus corporale ordinatur ad spirituale. Cœlũ autẽ & terra opus corporale est. Iustificatio verò impij opus spirituale. Sed hîc incidit dubiũ. Nam in creatione cœli & terræ inducitur creatio etiam sanctorum. Nunquid ergo maiora facit: qui cooperatur Christo ad suã iustificationẽ quã creare Angelũ. Quod Augu. non determinat: sed dicit. Iudicet qui potest. Vtrum maius sit iustos creare Angelos quàm impios homines iustificare. certè si æqualis est vtrũque potentiæ: hæc maioris est misericordiæ. Si autẽ diligenter attendamus de quibus operibus dominus hîc loquatur non præferimus creationem Angelorum iustificationi impij. Non enim pẽr hoc quod dicit. [Et maiora horũ faciet.] Oporter nos intelligere omnia opera Christi:sed illa tantum fortasis quæ tunc faciebat:tunc autẽ verba fidei faciebat: & vtique minus est verba iustitiæ prædicare quod fecit præter vos: quã impios iustificare:quod ita facit in nobis vt faciamus & nos. Consequenter assignat rationem dicti. Ideò maiora faciet dicens. [Quia ad patrẽ vado.] Quod potest tripliciter adaptari. Vno modo secũdum Chrisostomũ. Ego operor quandiu sum in mũdo, fed me recedẽte: vos critis loco mei. Et ideò quæ ego facio vos facietis, & etiam maiora. [Quia ego vado ad patrem.] & vltra per meipsum nihil operor. s. prædicando. Alio modo:vt sit sensus. Iudæi credunt q̃ me occiso fides mea extinguatur:& hoc non est verum:imò magis approbabitur: & vos maiora facietis. [quia vado ad patrem.] id est, nõ pereo:sed in propria manco dignitate, & in cœlis ero. suprà. 14. Nunc clarificatus est filius hominis, &c. Tertio modo maiora facietis:& hoc. [quia vado ad patrem.] quasi diceret. Dum ero magis glorificatus decet me maiora facere:& etiam dare vobis virtutes maiora faciẽdi. Vnde antequam Iesus esset glorificatus: Spiritus non fuit datus discipulis in ea plenitudine in qua datus est postmodum. suprà 7. Nõ dum erat spiritus datus:quia Iesus non dum erat glorificatus, &c.

Et quodcúnque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.

HIc insinuat modum operãdi. Et primò ponit intentum. Secundò rationẽ assignat ibi. [Vt glorificetur pater in filio, &c.] Circa primũ sciendum est q̃ cũ dominus dixerit. Et maiora horum faciet: vt ex magnitudine operum cognoscatur magnitudo facientis, posset aliquis credere q̃ qui credit in filiũ Dei esset maior ipso futurus. Et ideò hoc dominus excludit ex modo cõsequendi: quia filius facit ipsa opera auctoritate propria:sed qui credit in eum, facit ipsa cum interpellatione: & ideò dicit. [Et quodcúque petieritis, &c.] Vbi excluditur æqualitas credẽtium ad filiũ tripliciter. Primò quidem:quia ipsi (vt dictũ est) faciũt interpellãdo. Vnde dicit. [Quodcúnque petieritis.] Mat.7. Omnis qui petit accipit. Secũdò quia faciunt in virtute filij. Vnde dicit. [In nomine meo.] id est, in virtute nominis mei. Act.4. Non est aliud nomẽ datum sub cœlo, &c. Hoc enim nomen est super omne nomen. Psal. Non nobis domine non nobis. Tertiò quia ipse filius in eis:& per eos omnia opera facit. Vnde dicit. [hoc faciam.] Et attẽde q̃ pater petitur,& filius facit: quia indiuisibilia sunt opera patris & filij. suprà. 5. Quæcúnque pater facit:hæc & similiter filius facit. Omnia enim pater per filiũ. suprà. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Sed quid est quod dicit. [Quodcúnque petieritis hoc faciã.] Cum videamus eius fideles petere & nõ accipere. Sed secũdum Augusti. considerandum est hîc primò quod dicit. [in nomine meo.] Deinde quod subdit. [hoc faciam.] Nomẽ enim Christi est nomẽ salutis. Mat.1. Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum, &c. Qui ergo petit aliquid pertinens ad salutem petit in nomine Christi. Contingit autẽ q̃ aliquis petit pertinẽs ad salutem ex duobus. s. ex praua affectione: puta cùm petit aliquid ad quod afficitur: quod tamẽ si haberet: salutem suã impediret. Et ideò qui sic petit:nõ exauditur: quia male petit. Iac. 4. Petitis & non accipitis eo q̃ male, &c. Cùm enim quis ex prauo affectu male vsurus est eo quod vult accipere: domino potius miserante: nõ accipit: quia non exaudit ad votũ: sed ad vtilitatem magis. Nam bonus dominus sæpe negat quod petimus: vt tribuat quod mallemus. Secundò ex ignorãtia dum quis aliquãdo petit quod credit sibi expedire:& tamen non expedit: sed istis potius cõsulendo Deus quæ petũt non facit. Nam Paulus qui plus omnibus laborauit: ter dominum rogauit: vt discederet ab eo stimulus carnis: nec tamen quod rogauit obtinuit: quia non erat sibi expediens. 2. Cor. 12. Roma. 8. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, &c. Mat. 2. Nescitis quid petatis. Pater ergo q̃ cũ petimus in nomine eius. s. in nomine Iesu Christi ipse hoc faciet. Dicit autẽ. [hoc faciã.] in futuro. Non autẽ hoc facio in præsenti: quia quãdoque differt facere quod petimus ad augẽdum desiderium nostrũ: & vt tempore cõgruo fiat. Leuit. 26. Dabo vobis pluuia tempore suis. Isa. 49. In die salutis exaudiui te. Contingit etiam aliquando q̃ petimus pro aliquo pro quo fortasis non exaudimur: tunc. s. quãdo eius merita obstant. Hiere. 7. Tu ergo noli orare pro populo isto. Et 15. Si steterint Moyses & Samuel coram me. Consequenter cùm dicit.

Vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

POnit rationẽ. Et hoc sic legitur ab Augu. Quodcũque petieritis patrẽ in nomine meo hoc faciã: vt hoc sit. Et resumit. [Vt glorificetur pater in filio:si quid petieritis,&c.] quasi diceret. Ideò. [faciã quod petieritis in nomine meo:vt glorificetur pater in filio,&c.] & omnia quæ facit filius ordinãtur ad gloriã patris. suprà. 8. Nõ quæro gloriã meã. Sic etiã & nos omnia opera nostra ad gloriã Dei ordinare debemus. 1. Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite, &c.

LECTVRA IIII.

Si diligitis me, mandata mea seruate: & ego rogabo patrem.

SVPRA consolatus est dominus discipulos de suo recessu promittens eis accessum eorũ ad patrẽ: sed quia posset videri eis longũ q̃ ad patrẽ accederẽt: & interim sine magistro esse dolerẽt. Ideò cõsolatur eos promittens eis spiritum sanctum. Et primò ad receptionem spiritus sancti præparatio. Secundò promittitur spiritus sancti

Universidad de Deusto
Biblioteca

donatio ibi. [Et alium paraclitum,&c.] Tertiò exponitur spiritussancti promissio ibi. [Vt maneat vobiscum,&c.] Præparatio autem ad receptionem spiritussancti. Vna quidem erat necessaria ex parte discipulorum, alia ex parte Christi. Ex parte quidem discipulorũ necessaria erat duplex præparatio. s. amor cordis, & obedientia operis. Quorum vnum Dominus supponit eos habere. Et quantum ad hoc dicit. [Si diligitis me.] Et hoc apparet quia tristamini de meo recessu. infr. 15. Vos me amastis: quia ab initio, &c. Aliud verò imperat futurum. Et quantum ad hoc dicit. [Mandata mea seruate.] q.d. Non ostendaris amorẽ quẽ habetis ad me in fletu, sed in obedientia mandatorum meorum. Hoc enim est meum dilectionis signum. infr. eo. Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Hæc ergo duo præparant ad receptionẽ spiritussancti. Cũ enim spiritussanctus sit amor nõ datur nisi amantibus. Prouer. 8. Ego diligentes me diligo. Itẽ datur obedientibus. Act. 1. Nos huius rei testes sumus. Isai. Super quem requiescet spiritus meus, &c. Sed nunquid obedientia discipulorum, & amor eorum ad Christum præparant ad spiritumsanctum. Videtur quòd non. Quia dilectio qua diligimus Deum est per spiritũsanctum. Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, &c. Obedientia autẽ est nobis à spiritusancto. Rom 8. Qui spiritu Dei aguntur. Et in Psal. Viã mandatorum tuorum cucurri, &c. Sed posset aliquis dicere, quòd per dilectionem filij promeremur spiritũsanctum quo habito amamus patrem. Sed huic repugnat quia idem est amor patris & filij. Et ideò aliter dicẽdum est, quòd hoc est in donis Dei: vt qui benè vtitur dono sibi concesso, amplioris gratiæ, & doni acceptionẽ mereatur, & qui malè vtitur, hoc ipsum, quod accepit auferatur ab eo. Nam (vt legitur Matth. 25.) Seruo pigro ablatum talentum, quod acceperat à Domino suo: quia non bene vsus eo fuit, & datum est ei qui acceperat quinque, cũ quibus lucratus fuerat alia quinque. Sic ergo est & de dono spiritussancti. Null° enim potest Deum diligere nisi habeat spiritũsanctum. Non enim nos præuenimus gratiam Dei, sed ipsa præuenit nos. Ipse enim prior dilexit nos: vt dicitur. 1. Ioan. 3. Et ideò dicendum, quòd Apostoli primò quidem receperunt spiritumsanctum vt diligerent Deum, & obedirent mandatis eius, sed necesse erat ad hoc vt ampliori plenitudine spiritumsanctum reciperent, quòd bene vterentur diligendo & obediẽdo dono spiritussancti priùs accepto. Et secũdum hoc est sensus. [Si diligitis me] per spiritumsanctum quem habetis, & obeditis mandatis meis recipiẽtes spiritumsanctum, quem habetis in ampliori plenitudine. Alia præparatio necessaria erat ex parte Christi. Et quãtum ad hoc dicit. [Ego rogabo patrem, &c.] Vbi sciendum est, quòd Dominus noster Iesus Christus inquantum homo mediator est Dei & hominum: vt dicitur. 1. Thim. 2. Vnde inquantum est homo accedens ad Deum impetrat nobis dona cœlestia, & veniens ad nos eleuat nos, & reducit ad Deum: quia ergo iam ad nos venerat, & dando nobis mandata Dei reduxit credentes ad ipsum, restabat vt rediret ad patrẽ, & spetraret dona spiritualia Heb. 6. Accedẽs p semetipsum, &c. Et hoc facit rogando patrẽ. Et hoc est, quod dicit. [Ego rogabo patrem, &c.] Ephes. 5. Ascendens in altum. Sed attende, quòd idem est qui rogat: vt detur, & qui dat paraclitum. Rogat inquantum homo, dat inquantum Deus. Dixit autem. [Et ego rogabo] vt eorum repellat tristitiam de suo recessu: quoniam ipse recessus est ratio: vt acciperent spiritumsanctum.

Et alium paraclitum dabit vobis.

Hic ponitur spiritussancti promissio. Sed attende, quòd hoc nomen paraclitus est Græcum, & significat cõsolatorem. Et ideò dixit. [Alium paraclitum dabit vobis,] scilicet pater, nõ sine filio, id est, spiritumsanctum qui est consolator cum sit spiritus amoris, amor autem facit spiritualem consolationem & gaudium. Galat. 5. Fructus, spiritus, charitas, gaudium, &c. ipse est interpellator, &c. Roma 8. Nam quid oremus sicut oportet nescimus, &c. Hoc autem, quod dixit. [Alium] designat distinctionem personalem in diuinis contra Sabellium. Sed obijcitur quia hoc, quod dicitur paraclitus, importat actionem spiritussancti. Ergo in hoc, quod dixit. [Alium paraclitum] videtur designare alietatem naturæ. Nam alietas operationis designat alietatẽ naturæ. Est ergo spiritussanctus alterius naturæ à filio. Responsio: dicendum, quòd spiritussanctus est consolator & aduocatus, & filius similiter. Quod enim filius sit aduocatus dicitur. 1. Ioan. 1. Aduocatum habemus apud patrem: quia cõsolator. Isa. 61. Spiritus Domini misit me, &c. vt ponerem consolationẽ, &c. tamen alia & alia ratione est consolator & aduocatus, filius & spiritussanctus, si accipiamus per appropriationem personarum. Nam Christus dicitur aduocatus inquantum secũdum quòd homo interpellat pro nobis ad patrem. Spiritus autem sanctus inquantum nos postulare facit. Item spiritussanctus dicitur consolator inquantum est amor formaliter. Filius verò inquantum est verbum. Et hoc dupliciter. Quia per doctrinam, & inquantum ipse filius dat spiritumsanctum & incẽdit amorem in cordibus nostris. Sic ergo li [alium] non designat alietatem naturæ in filio & spiritusancto, sed designat alium modum, quo vtérque est consolator & aduocatus.

Vt maneat vobiscum in æternum spiritus veritatis: quem mundus non potest accipere: quia nõ videt eum, nec scit eum.

Hic ponitur promissio. Et primò quantum ad ipsam dationem. Secundò quantum ad ipsum donum. Tertiò quantum ad recipientes donum. Sed donatio est vera: quia perpetua: vnde dicit. [Vt maneat, &c.] Alicui enim datur aliquid ad tempus tantum, & hæc non est vera donatio. Sed tunc est vera quando datur ad semper habendum. Et ideò spiritussanctus verè datur: quia [vt maneat cum eis in æternum,] hæc quidem illustrans & docens & suggerens, post ad videndam speciem introducens. 1 Reg. 16. Directus spiritus Domini in Dauid, &c. Iudas autem licèt acceperit eum, nõ tamen semper cum ipso mansit: quia non accepit vt maneret cum ipso in æternũ, sed tantum secundum presentem iustitiam. Secundum Chrisostomum autem dici potest, quòd Dominus hæc dicit ad excludendum carnalem quandam suspitionem discipulorum. Possent enim suspicari, q° ille paraclitus eis datus postmodum per passionem ab eis recederet. Sic ipse & hoc excludit dicens [vt maneat, &c.] q.d. non patietur mortem: vt ego, nec à vobis recedet. Sed contra. sup. 1. hoc dictum est Ioanni Baptistæ. Super quem videris spiritum descendere & manere, hic est qui baptizat. Ex quo videtur propriũ Christi: vt spiritussanctus semper maneat cum ipso, quod non est verum, si cum discipulis manet in æternum. Responsio secundum Chrisosto. dicendum, quòd spiritussanctus dicitur in nobis manere per dona sua. Donorum autem spiritussancti: quædã sunt necessaria ad salutem. Et hæc sunt communia omnibus sanctis, & semper in nobis manent: vt est charitas quæ nunquam excidit: vt dicitur. 1. Cor. 13. quia etiam in futuro erit. Quædam autem non sunt de necessitate salutis, sed dantur fidelibus ad manifestationem spiritus. 1. Cor. 15. Vnicuique datur manifestatio spiritus, &c. Sic ergo quantum ad prima dona spiritussanctus manet cum discipulis & sanctis in æternum. Sed quantum ad secunda dona sic est proprium Christo: vt maneat cum eo semper: quia semper in plenitudine potestatis suæ habet: vt possit miracula facere, & Prophetare, & alia huiusmodi: sed non sic est de alijs: quia (vt dicit Grego.) Spiritus Prophetarũ non sunt Prophetis subiecti. Donum autem est excellentissimum: quia [spiritus veritatis.] Spiritum quidem dixit: vt ostendat naturæ subtilitatem. Spiritus enim dicitur aliquid occultum & inuisibile. Vnde quod inuisibile est spiritus dici consueuit. Sic & spiritussanctus occultus est & inuisibilis. supra tertio. Spiritus vbi vult spirat, & vo. &c. Item vt ostendat eius virtutem: quia mouet nos ad benè agendum & operandum. Spiritus enim impulsionem quandam insinuat. Vnde & ventum spiritum appellamus. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur. Psal. Spiritus tuus bonus deducet me, &c. Addit autem [veritatis] quia à veritate procedit, & veritatem dicit. Spiritus enim sanctus nihil aliud est, quàm amor. Quando ergo quis impellitur ad amandum terrena & mundum, tunc impellitur à spiritu mundi. 1. Corinthio. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum. qui ex Deo est. Quando verò impellitur ad opera carnis, tunc nõ impellitur à spiritusancto. Ezech. 13. Veh Prophetis insipientibus, &c. Sed iste spiritus ducit ad cognitionem veritatis: quia procedit à veritate, quæ dicit supra eo°. Ego sum via, & veritas, &c. Nam sicut in nobis ex veritate cõcepta, & cõsiderata, sequitur amor ipsius veritatis, ita in Deo concepta veritate, quæ est filius, procedit amor. Et sicut ab ipsa procedit, ita in eius cognitionem ducit. infrà decimoseptimo. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, &c. Et ideò dicit Ambrosius, quòd omne verum à quocúnque ducatur à spiritusancto est. primæ Corinthiorum duodecimo. Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in spiritusancto infrà decimoquinto. Cùm venerit paraclitus quẽ ego mittã, &c. Manifestare autem veritatem conuenit proprietati spiritussancti. (Est enim amor qui facit secretorum reuelationem.) infrà decimoquinto. Vos autem dixi amicos: quia omnia, &c. Iob trigesimoseptimo. Annuntiat de ea, scilicet veritate amico suo. Recipiunt autem spiritumsanctum credentes. Et quantum ad hoc dixit. [Quem mundus non potest accipere.] Et primò ostendit qui sunt quibus non datur. Secundò ostendit quibus datur ibi. [Vos autem cognoscetis, &c.] Primò autem ostendit, quòd non datur mundo. Secundò autem assignat causam quare non detur. Quantum ad primum dixit. [Quem mundus non potest accipere.] Mundum hic mundi dilectores vocat Dominus, hi quidem quamdiu mundum diligunt, spiritumsanctum non possunt accipere (est enim amor Dei.) Non potest autem quis finali dilectione Deum & mundum diligere. 1. Ioã. 2. Si quis diligit mũdum, &c. Nam Gregorius dicit 5. Mora. Spiritus sanctus omne quod repleuerit ad desiderandum inuisibilia accendit. Et quoniam mundana corda sola visibilia diligunt hunc mundus non

mundus non accipit: quia ad diligenda visibilia non assurgit. Seculares etenim mentes quanto se foras per desideria dilatant: tãto ad receptionem illius sinũ cordis angustant. Sap. 1. Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictũ. Quantum ad secundum dicit: [Quia non videt eum, &c.] Nam dona spiritualia non accipiũtur nisi desiderata. Sap. 6. Præoccupat. s. diuina sapientia eos, &c. nec desiderantur nisi aliqualiter cognita. Quod autẽ non cognoscantur ex duobus cõtingit. Primò quidem ex hoc, q° homo nõ ponit intentionem suam ad eorum cognitionem. Secundò verò: quia quis non potest esse capax illius cognitionis, hoc autẽ mundani non habent. Nam primò non intendunt ad ea desiderãda. Et quantum ad hoc dicit. [Quia nõ videt eum.] id est, non ponit intentionem suã ad eum cognoscendũ. Psal. Oculos suos statuerunt declinare, &c. Item nõ possunt ea cognoscere. vnde dicit: [Nescit eum.] Nam (vt August. dicit) non habet inuisibiles oculos mũdana dilectio: per quos videri spiritus sanctus nisi inuisibiliter nõ potest. 1. Corint. 2. Animalis homo nõ percipit ea, &c. Sicut lingua infecta non sentit bonũ saporem propter corruptionem humoris: sic anima infecta à corruptione mundi cœlestium dulcedinem nõ gustat. Vel secũdum Chrisostomũ dico q° [alium paraclitum dabit vobis spiritum veritatis.] sed hic assumet carnem. [quia mundus non videt eum, nec scit eum.] id est, non accipiet eum: sed solùm vos.

Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit: & in vobis erit.

Hic ostendit primò quibus datur spiritussanctus. Secũdò rationẽ assignat. Datur autem fidelibus. vnde dicit. [Vos autẽ,] qui mouemini à spiritusancto. [cognoscetis eum.] 1. Corint. 2. Nos autem non spiritum huius mũdi accepimus, &c. Et hoc ideò: quia mundũ contẽnitis. 2. Cor. 4. Non cõtemplantibus nobis quæ videntur, &c. Ratio autem huius. [Quia apud vos manebit.] Vbi primò nota spiritusancti ad Apostolos familiaritatem. [quia apud vos manebit.] id est, ad vtilitatem vestram. Psal. Spiritus bonus deducet me in viã rectam. Sapien. 12. O quàm bonus spiritus tuus, &c. Secundò quandam eius intimam inhabitationem: quia [in nobis erit,] id est, in intimo cordis nostri. Eze. 33. Et spiritum nouum.

LECTVRA V.

Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.

SVPRA dominus promisit spiritũsanctum consolatorem. Sed quia Apostoli non multum ad notitiam spiritussancti conscenderant, & ad Christi præsentiã valde detinebantur: huiusmodi consolatio eis parua videbatur. Et ideò in parte ista promittit eis primò reditum suum. Secundò dona sua ibi. [Hæc locutus sum vobis apud vos manens, &c.] Circa primum primò promittit eis iteratã visitationem. Secũdò assignat rationẽ ibi. [Qui habet mãdata mea. &c.] Tertiò excludit discipuli dubitationẽ ibi. [Dixit ei Iudas, &c.] Circa primum primò manifestat eis suũ reditum. Secũdò manifestat redeundi modũ ibi. [Adhuc modicũ, &c.] Tertiò prædicit reditus fructũ ibi. [In illa die, &c.] Circa primũ primò ostẽdit necessitatem redeũdi. Secũdò promittit reditum. Necessitas autem redeundi est: vt discipuli orphani nõ remaneãt. Et hoc est quod dicit. [Nõ vos relinquã orphanos.] Orphani enim in Græco pupilli sunt in latino: & dicũtur hi paruuli patre carẽtes. secũdum illud Tre. vltimo. Pupilli facti sumus absque patre, &c. Cõsiderandum est autem q° homo potest habere triplicẽ patrem. s. patrem originis. Heb. 12. Patres quidem habuimus carnis nõ nostræ, &c. Item prauæ imitationis supra 8. Vos ex patre diabolo estis Item gratuitæ adoptionis. Rom. 8. Accepistis spiritum adoptionis, &c. Sed eos qui imitantur patrem diabolum Deus non adoptat in filios: quia non est conuentio lucis ad tenebras (vt dicitur 2. Corint. 6.) Similiter nec illos qui nimium afficiuntur carnaliter ad parentes: quia hoc dicitur Matth. 10. Qui amat patrem suum aut matrem suam plus quàm me: non est me dignus. Qui ergo fuerit orphanus, id est, destitutus affectu peccati, & deserens affectum carnalem ad parentes: illũ Deus sibi adoptat in filium. Psal. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me. Multo autem magis qui relinquit eos. Psal. Obliuiscere populum tuum, &c. Sed notãdum quòd Christus exhibet se discipulis suis vt patrem: quamuis hoc nomen pater personaliter acceptum sit proprium personæ patris: essentialiter tamen acceptus competit toti trinitati. Vnde supra 13. dicit eis. Filioli mei adhuc modicum vobiscum sum. Aduentum sum promittit eis dicens. [Veniam ad vos.] Venerat iam Christus ad eos carnem assumendo. 1. Thim. 1. Christus Iesus venit in hunc mundum, &c. Restabat ergo triplex aduentus eius: quorum duo sunt corporales. Vnus scilicet post resurrectionem: & ante ascensionem: quando. s. recedens ab eis per mortem post resurrectionem venit Iesus: & stetit in medio discipulorũ: vt dicitur infrà 20. Alius erit in fine mundi. De quo dicitur Act. 1. Quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum: ita veniet. Luc. 21. Videbunt filium hominis venientem, &c. Sed tertius est spiritualis & inuisibilis: quãdo scilicet venit ad fideles suos per gratiam in vita: vel in morte. Iob. 9. Si venerit ad me nõ videbo. Dixit ergo. [Veniam ad vos.] Post resurrectionem quantũ ad primum aduentum. infrà. 16. Iterum autem videbo vos. Item in fine mundi. Isa. 3. Dominus ad iudicium veniet, &c. Item in morte ad suscipiendum vos ad me. suprà eodem. Veniam ad vos, & tollam vos ad meipsum. Item [veniam ad vos.] spiritualiter visitando. infrà eodem. Ad eum veniemus, &c.

Adhuc modicum: & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis.

Hic exponit visitationis modum ostendens hanc visitationem Apostolis singulariter exhibendam. Et quia possent credere, q° adhuc ad eos rediret mortalis existens. Ideò consequenter excludit hoc dicens. [Adhuc modicum, &c.] Vt primò exponamus de reditu post resurrectionem. Tunc est sensus. [Adhue modicum.] id est, modicum tempus vobiscum sum in hac carne mortali: & tunc crucifigar: sed post. [mundus iam me non videt, &c.] Et hoc quia post resurrectionem nõ omnibus manifestauit se sed testibus præordinatis à Deo. s. discipulis suis. Act. 1. Et ideò dicit. [Vos autem videbitis me.] s. in corpore glorificato & immortali. Rationem horum assignat dicens. [Quia ego viuo, & vos viuetis.] Vbi remouet dubitationem. Possent enim discipuli dicere. Quomodò videbimus te: qui morieris: & nos etiam moriemur tecum. Et ideò dicit, q° hoc non erit ita: quia [ego viuo.] id est, viuam post resurrectionẽ. Apo. 1. Fui mortuus, & ecce sum viuens, &c. [Et vos viuetis.] quia non occidemini modò mecũ. infrà 18. Si me quæritis sinite hos abire. Vel [ego viuo.] per resurrectionem. [Et vos viuetis.] id est, gaudebitis inde: quia gauisi sunt discipuli viso domino. Hoc modo accipitur viuere. Gen. 41. Cùm audisset Iacob q° Ioseph regnaret in terra Egypti reuixit spiritus eius. s. propter gaudium. Sed contra hanc expositionem obijcit Aug. quia ex hoc quod dominus dicit. [Adhuc modicum: & mundus me iam non videt.] sequitur q° homines mundi nunquam sint eum visuri, quod est falsum: quia in iudicio videbunt eum secundum illud Apoc. 1. Videbit eum omnis oculus. Ad quod posset dici, q° verum est, quòd homines mundi adhuc modicum mundus nõ videbit eum in ista carne mortali: & propter hoc Aug. exponit hoc. [Adhuc modicum.] referẽs ad secundum aduentum: in quo veniet ad iudicandum. Et dicitur istud tempus modicũ vsq; ad iudicium in respectu ad æternitatem. Nam mille anni ante oculos tuos: quasi dies hesterna, &c. Et hoc modo Apostolus Hebr. 12. Vocat istud tempus modicũ: & ego mouebo cœlum & terram, &c. [Et mundus me iam non videt.] quia vlterius post iudicium hominis mundi amatores: & praui eum non videbunt: eutes in ignem æternum. Vnde Isa. 26. secundum aliam litteram dicitur. Tollatur impius ne videat gloriã Dei. [Vos autem.] qui secuti estis me: & permansistis mecum in tentationibus meis. [videbitis me.] in æternitate perpetua. Isa. 30. Regem in decore suo videbunt. 1. Thes. 2. Semper cum domino erimus Et hoc ideò: quia [viuo & vos viuetis, &c.] quasi diceret. Sicut ego habeo vitam gloriosam in anima & in corpore: ita & vos: primæ Corint. 15. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Et hoc ideò dicit: quia vita nostra gloriosa creatur ex vita gloriosa Christi: primæ Corint. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabũtur. Sed de se dicit in præsenti: [viuo] quia sua resurrectio differẽda nõ erat post mortẽ eius: sed statim secutura: secundũ illud Psalmist. Exurgam diluculo: quia (vt dicitur in Psal.) Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Sed de discipulis dicit. [viuetis.] in futuro: quia resurrectio corporum eorum differenda erat vsque in finem mundi: secundum illud Isa. 26. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent.

In illa die vos cognoscetis: quia ego sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

Hic ponitur visitationis fructus qui est cognitio eorũ quæ Apostoli ignorabant (vt enim suprà dictum est) Petrus ignorabat quò Christus iret. Vnde dicebat. Domine quo vadis? Etiam Thomas hoc ignorabat: & viam per quam iret: vnde dicebat. Nescimus quo vadis, & quomodo, &c. Philippus autem patrem ignorabat: vnde petebat dicens. Domine ostende nobis patrem, &c. Quæ quidem causabantur ex ignorantia vnius rei: ex hoc scilicet, quòd ignorabant: quomodo pater in filio, & filius in patre. vnde & Philippo dixit. Non credis: quia ego in patre: & pater in me est. Hujus ergo notitiam promittit eis dominus dicens hîc. [In illa die vos cognoscetis: quia ego in patre, &c.] Ex quo omnis dubietas à cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dibus discipulorum excluditur. Potest autem exponi de aduẽtu tempore resurrectionis, & de aduentu ad iudicium. Sed distinguenda est duplex cognitio mysteriorum diuinitatis. Vna est imperfecta quæ habetur per fidem. Alia perfecta quæ habetur per speciem. De quibus dicitur 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in enigmate, quantum ad primum. Tunc autem facie ad faciem: quantum ad secundum. Dixit ergo [in illa die] post resurrectionem meam [cognoscetis: quia ego sum in patre.] Et hoc cognitione fidei: quia tũc videntes eum resurrexisse & esse cum eis certissimam fidem de eo habuerunt, præcipuè qui acceperunt spiritum sanctum, qui omnia eos docebat. Vel [in illa die] vltimæ resurrectionis in iudicio [cognoscetis,] scilicet manifestè per speciem. primæ Corinthiorũ decimotertio. Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Sed quid cognoscent? duo quæ dicit suprà. Vnum scilicet quòd pater in me manens ipse facit opera. Et quantum ad hoc dicit. [Quia ego sum in patre meo,] scilicet per consubstantialitatem naturæ. Aliud, quòd se perfecturum opera per discipulos, dicens: Qui credit in me, &c. Opera quæ ego facio, &c. Et quantum ad hoc dicit. [Et vos in me, & ego in vobis.] Vbi attendendum est, quòd quia hîc Dominus videtur similem habitudinem ponere sui ad patrem, & discipulorum ad ipsum. Volebant Arriani, quòd sicut discipuli sunt minores Christo, & non consubstantiales ei, ita esset filius minor patre, & alterius subst antiæ ab ipso. Et ideò dicendum est, quòd hoc, quod dicit. [Ego sum in patre meo,] dicitur per consubstantialitatem naturæ. suprà decimo. Ego & pater vnum sumus. & suprà primo. Verbum erat apud Deum. Hoc autem, quod dicit. [Et vos in me, &c.] Intelligitur vno modo, quòd discipuli sunt in Christo. Nam illud quod protegitur ab aliquo dicitur esse in eo, sicut contentum in continẽte. Et hoc modo dicitur, quòd in Regẽ sunt ea quæ sunt in regno. Et secundum hoc dicitur Actuum decimoseptimo. In ipso viuimus, mouemur, & sumus. [Et ego sum in vobis,] manendo interiùs, & operando, & inhabitando interiùs per gratiam. Ephesiorum tertio. Habitare Christum per fidem in cordibus, &c. Et secundæ Corinthiorum decimotertio. An experimentum eius quæritis, &c. Alio modo secundum Hilarium. [Vos in me] supple in me eritis per naturam vestram, quam assumpsi, (assumẽdo enim naturam nostram assumpsit nos omnes.) Hebræorum secundo. Nusquam enim Angelos apprehendit, &c. [Et ego sum in vobis] per mei sacramenti sumptionẽ: quia qui sumit corpus Christi, Christus est in eo. suprà sexto. Qui manducat meam carnem. Alio modo. [Vos in me, & ego in vobis,] supple sumus per mutuam dilectionem. Quia hoc dicitur primæ Ioannis quarto. Deus charitas est, & qui in me manet in charitate, &c. Et hæc vobis ignota erant, sed tamen in illa die ea cognoscetis.

Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo. Et ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

Hic assignatur visitationis ratio. Et ponit Dominus duplicem rationem quare à fidelibus Dominus videatur, & non à mundo. Prima est vera eorum dilectio ad Deum. Secunda vera dilectio Dei ad eos ibi. [Qui autem diligit me, &c.] Quãtum ad primum dicit. [Qui habet mãdata mea, & seruat, &c.] Vbi notãdum est, quòd illa est vera dilectio, quę se prodit & probat in opere. Nam per exhibitionem operis dilectio manifestatur. Cùm enim diligere aliquẽ sit velle ei bonum, & desiderare quæ ipse vult, non videtur verè diligere qui non facit voluntatem amati, nec exequitur quæ sit eum velle. Qui ergo non facit voluntatem Dei, nõ videtur eum verè diligere. Et ideò dicit. [Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me,] id est, qui habet veram dilectionem ad me. Sed nota, quòd aliquis habet mandata Dei. Primò quidem in corde per memoriam & iugem meditationem. Psalm. In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi. Sed hoc non sufficit nisi seruet in opere. Psalm. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Quidam verò habent in ore docendo & exhortando. Psal. quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Et hi etiam debent ea seruare in opere: quia qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Matth. 6. Vnde vituperantur à Domino illi qui dicunt, & non faciunt. Matthæi 23. Quidã autẽ habent in aure ea libenter & diligenter audiendo. sup. 8. Qui est ex Deo verba Dei audit, &c. Nec hoc sufficit nisi seruent: quia non auditores legis, sed factores iustificabuntur. Rom. 2. infr. 6. Operamini non cibum qui perit, &c. Ergo qui sic habet mandata Dei qualiter seruat ea. Sed adhuc imponitur ei vt seruet perseuerando. Vnde dicit Aug. Qui habet in memoriã, & seruat in vita: qui habet in sermonibus, & seruat in moribus: qui habet audiẽdo, & seruat faciendo: qui habet faciendo, & seruat perseuerando: ipse est qui diligit me. Quantum ad secundum dicit. [Qui autem diligit me, diliget, &c.] Sed hoc in primo aspectu videtur absurdũ. Nũquid enim Deus diligit nos quia diligimus eum? Absit. Dicitur enim 1. Ioan. 4. Non quasi dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Et ideò dicendum, quòd ad intellectum huiusmodi habemus ex his quæ dicta sunt. supr. scilicet. [Qui habet mãdata mea & seruat, &c.] Non enim ibi dicitur, q̃ ideò diligit quia seruat mãdata, sed quia diligit, ideò mandata implet, & hoc modo dicendum est hîc, q̃ ideò quis diligit Christũ: quia diligitur à patre, & non ideò diligitur quia diligit. Diligimus ergo filiũ quia pater diligit nos. Habet enim hoc verus amor: vt amatos ad amantis dilectionem trahat. Hie. 31. In charitate perpetua dilexi te, &c. Sed quia amor patris nõ est sine amore filij, cũ idẽ sit amor vtriusq; quæcúnq; enim pater facit, hęc & filius similiter facit. supr. 5. Ideò subdit. [Et ego diligã eum.] Sed cũ pater & filius omnia diligant ab æterno: quare dicit [diligam] in futuro. Dicendum est ergo, q̃ dilectio considerata prout est in diuina volũtate sic est æterna, sed considerata secundũ quòd manifestatur executione operis effecta est tẽporalis. Et ideò est sensus. [Et ego diligam eum.] i. effectum dilectionis ostendam. quasi. s. [manifestabo ei meipsum:] quasi ad hoc diligam vt manifestem. Sciẽdum est autem, q̃ dilectio alicuius ad aliquem aliquando est secundum quid, aliquãdo simpliciter. Secundum quid quidem, quãdo vult ei aliquod bonum particulare. Simpliciter autem quando vult ei omne bonum. Deus autem omnia causata diligit secũdum quid, quia omni creaturæ vult aliquod bonum etiam ipsis dæmonibus: vt scilicet viuant & intelligant, & sint, quæ sunt quædam bona. Simpliciter autem diligit illos quibus vult omne bonum. s. vt habeant ipsum Deum, quem habere, est habere veritatem. quia Deus veritas est. Sed veritas tunc habetur quãdo cognoscitur. Illos ergo verè & simpliciter diligit, quibus manifestat seipsum, qui est veritas. Et hoc est, quod dicit [manifestabo ei meipsum.] Cin futuro per gloriam, quod est vltimus futuræ beatitudinis effectus. Iob 37. Annuntiat de ea amico suo, &c. Sapient. 6. Præoccupat eos qui se cõcupiscunt. Sed posset quis dicere. Nunquid pater nõ manifestabit seipsũ? & pater & filius. Nam filius, & patrem simul & se manifestat, cum sit verbum eius. Matt. 11. Neque patrem quis nouit nisi filius, &c. Et tamen si interim filius manifestat se alicui aliquo modo, hoc est signũ diuinæ dilectionis. Vnde & hæc potest esse ratio quare mundus eum non videbit: quasi scilicet non manifestabit ei seipsum, & hoc quia non diligit eum.

LECTVRA VI.

Dixit ei Iudas, non ille Iscariothis. Domine quid factum est: quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?

SVPRA promisit Dominus discipulis suam visitationem. Hîc remouet discipuli dubitationem. Et primò ponitur discipuli dubitatio. Secundò Christi respõsio ibi. [Respõdit Iesus, &c.] Sciẽdum est circa primum, quòd sanctorum & humilium cõsuetudo est: vt cũ magna de se audiunt, stupeant & admirentur. Audierãt autem discipuli Dominum dicentẽ. Adhuc modicum, & mundus me iam nõ videt. Vos autem videbitis me, &c. Ex quo videbatur Apostolos toti mundo præferre. Et ideò Iudas frater Iacobi cuius Epistola inter Canonicas legitur, in admirationem & stuporem positus, dicit. [Domine quid factum est: quia manifestaturus es, &c.] quasi diceret. Quæ causa erit? Nunquid nos suprà totum mundum sumus? Simile dixit Dauid 2. Reg. 7. Quis ego sum, aut quæ est domus mea? Matt. 25. dicunt iusti. Domine quando te vidimus esurientem, &c. Consequenter cùm dicit.

Respõdit Iesus, & dixit ei. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.

PONitur Christi responsio. Vbi primò assignat causam suæ manifestationis discipulis, & non mundo. Secundò manifestat quoddam, quod dixit ibi. [Et sermonem quẽ audistis, &c.] In prima primò ostendit quare manifestaturus est se discipulis. Secundò ostendit quare non manifestaturus est se mundo ibi. [Qui non diligit me.] Et in prima primò ponitur idoneitas discipulorum ad Christi manifestationem habendam. Secundò insinuatur processus manifestationis & ordo ibi. [Et pater meus.] Circa primum duo ponit quæ reddunt hominem idoneum ad Dei manifestationem. Primum est charitas. Secundum est obedientia. Quantum ad primum dicit. [Si quis diligit me, &c.] Tria enim necessaria sunt homini volenti Deum videre. Primò: vt Deo appropinquet. Deuter. 23. Qui appropinquant pedibus eius accipient, &c. Secundò vt ad eum videndum oculos eleuet. Isai. 40. Leuate in excelsum oculos vestros, &c. Tertiò vt visioni vacet. Nã spiritualia videri nõ possunt, nisi quis vacet terrenis. Psal. Vacate & videte quoniam suauis est Dominus. Et hæc tria facit charitas. Nam ipsa animam hominis Deo coniungit. primæ Ioannis 4. Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Ipsa ipsum intuitum ad Deum erigit. Matthæi sexto. Vbi est thesaurus tuus: ibi est cor tuum. Vnde dicitur. Vbi est amor tuus, ibi oculus. Ipsa enim à mundanis vacare facit. primæ Ioannis secundo. Qui diligit sæculum non est perfecta charitas Dei in illo. Ergo econtrario: qui perfectè Deum diligit: non est in illo amor sæculi. Ex charitate autem sequitur obedientia. Vnde dicit [sermonem meum seruabit.] (vt dicit Gregorius) Probatio dilectionis exhibitio est operis. Nunquam est Dei amor ociosus: operatur enim magna si est. (Si autem operari, desiit, amor non est. Voluntas enim: & maximè quæ est de fine mouet alias potentias ad actus suos. Non enim quiescit homo nisi faciat ea per quæ ad finem intentum perueniat: præcipuè si est intensa ad ipsum. Quando ergo voluntas hominis intensa est ad Deũ: qui est finis eius: mouet omnes vires ad faciendum ea quæ ad ipsum ducunt. Intenditur autem in Deum per Charitatem. Et ideò charitas est quæ nos seruare mandata facit. secundæ Corinthior. quinto. Charitas Christi vrget nos. Canticorum sexto. Lampades eius lampades ignis. Et per obedientiam homo efficitur idoneus ad videndum Deum. Psalmista. A mandatis tuis, scilicet à me seruatis intellexi. Et iterum. Super senes intellexi, &c. Consequenter cùm dicit.

Et pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

PONitur processus & ordo manifestationis. Tria autem sunt per quæ fit homini diuina manifestatio. Primum est diuina dilectio. Et quantùm ad hoc dicit. [Pater meus diliget eum.] supra est dictum: quare dicit [diliget.] in futuro quantùm videlicet ad effectum dilectionis: qui tamen ab æterno dilexit quantùm ad voluntatem benefaciendi. Malach. primo. Iacob dilexi, &c. Non autem dicit. Ego diligam eum: quia hoc iam eis patuit. supra Prouerbior. octauo. Ego diligentes me diligo. Restabat ergo vt insinuaret eis: quia pater diligeret eos. Deuteron. quarto. Dilexit populos omnes sanctos in manu, &c. Secundum est diuina visitatio. Et quantùm ad hoc dicit [& ad eum veniemus.] Sed contra: venire mutationem localem significat. Sed Deus non mutatur: ergo, &c. Respõsio. Deus dicitur venire ad nos: non quòd ipse moueatur ad nos: sed quia nos mouemur ad ipsum. Dicitur enim aliquid venire in locum in quem prius non fuit. Hoc autem Deo non conuenit cùm sit vbique. Hieremiæ trigesimoquarto. Cœlum & terram ego impleo. Dicitur etiam venire aliquid ad aliquem locum inquantùm est ibi nouo modo: secundum quem prius non fuerat ibi, scilicet per effectum gratiæ. Et per hunc effectum gratiæ facit nos ad se accedere. Sed attendendum secũdum Augustinum, quòd tribus modis Deus venit ad nos. Et ijsdem nos imus ad eũ. Primò quidem venit ad nos implendo suis effectibus: & nos imus ad eum capiendo ipsos. Ecclesiastici trigesimotertio. Transite ad me omnes qui cõcupiscitis, &c. Secundum illuminando, & nos imus ad eum considerando. Psalm. Accedite ad eum & illuminamini. Tertiò verò adiuuando: & nos ad eum obediendo: quia nec obedire possumus: nisi adiuti à Christo. Isaiæ secundo. Venite ascendamus. &c. Sed quare non fecit mentionem de spiritusancto. Augu. dicit, quòd non dicitur hoc, quòd ipse sit excludendus adueniente patre & filio, quia suprà dicitur. Vt maneat vobiscum in æternum. Sed cùm in trinitate sint duo, scilicet personarum distinctio: & essentiæ vnitas. Aliquando quidem fit mentio de tribus personis ad insinuandum distinctionem personarum. Aliquando verò facit mentionem de duabus sine tertia: ad insinuandum essentię vnitatem. Vel dicendum, quòd cũ spiritusanctus nihil sit aliud quam amor patris & filij posito patre & filio intelligitur spiritusanctus. Tertium ad Dei manifestationem est perseuerantia vtriusque, scilicet in dilectione Dei & in eius visitatione. Et quantùm ad hoc dicit [& mansionem.] In quo duo tangit. Primò quidem infirmitatem adhæsionis hominis ad Deum: cùm dicit. [mansionem.] Nam Deus venit ad quosdam per fidem: sed non manet: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Matth. 28. Ad quosdam venit per peccati compunctionem: non tamen manet cum eis: quia reuertuntur ad peccata. Prouerb. 26. Sicut canis qui vertitur ad vomitum suum, &c. Sed in suis prædestinatis permanet semper. Matth. vlti. Ecce ego vobiscum sum, &c Secundò ostendit familiaritatem Christi ad homines: quia [apud eum. s.] diligentem ad obediendum inquantùm. s. delectatur nobiscum, & facit nos delectari in ipso Prouer. 8. Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Isai. 61. Gaudebit super te dominus Deus tuus. Chri. autem referens hoc ad aliam intentionem dicit: quòd Iudas audiens. Non relinquam vos orphanos, &c. Vos autem videbitis me, &c. existimauit, quòd Christus post mortem venturus esset ad eos sicut mortui veniunt ad nos in somno. Vnde quærit. Quid est factum quia nobis manifestaturus, &c. quasi diceret. Væ nobis quoniam morieris: & vt mortuus debes nobis assistere. Vt ergo hoc excludat dicit. Ego & pater [ad eum veniemus.] i. sicut pater manifestat seipsum, ita & ego [& mansionem apud eum faciemus.] quòd somniorum non est in quibus nulla mora contrahitur.

Qui non diligit me, sermones meos non seruat.

HIc ponit causam quare non est manifestaturus se mundo, quæ quidem causa est remotio eorum per quæ dicit se hominibus manifestaturum. Remota enim causa remouetur effectus: sed ipsi nõ habẽt causam: vt diuina eis manifestatio fiat. Ergo mundo & mũdanis Deus non est manifestaturus seipsum. Quod non habeãt causam apparet: quia mũdus non diligit me. Et quãtũ ad hoc dicit. [Qui nõ diligit me.] Iterũ non obedit mihi. Vnde dicit] sermones meos nõ seruat.] Vt enim Greg. dicit de dilectione cõditoris lingua, & mẽs, & vita requiritur. Patet ergo causa quare suis manifestaturus est se: & nõ alienis, quia hi quidẽ diligũt. Dilectio nãq; sanctos discernit à mũdo. Iob. 36. In manibus. s. superbis absc̃dit lucem, & ita annũciat de ea amico suo, &c. Iob. 28. Abyssus dicit non est in me mare. i. turbulentus non est mecum. Consequenter cùm dicit.

Et sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me, patris.

MAnifestat hoc, quod supra dixit. s. [Si quis diligit me, &c.] & p[a]ter meus diliget eũ, &c. Posset enim aliquis dicere, q̃ hoc dictũ nullam rationem habet: quin potiùs rationabiliùs dixisset. Ego diligam eum, & ad eum veniam. Et ideò hoc excludit dicẽs. [Et sermonem quem audistis nõ est meus.] i. nõ est mihi à meipso, sed est mihi ab alio. s. à patre: qui me misit quasi diceret. Non me solũ: sed nec patrem amat qui hunc non audit sermonem. Et ideò qui eum diligit & patrem & vtriusq; manifestationem meretur. Dicit ergo. [Et sermonem.] siue sermo [quem audistis.] à me homine prolatum [est quidem meus:] inquantùm ipsum pronuncio [& nõ est meus.] inquantùm est mihi ab alio. supr. 8. Mea doctrina non est mea. supr. eo. Verba quæ ego loquor vobis à meipso nõ loquor. Sed attende secundum Aug. q̃ cùm loquitur dominus de sermonibus suis pluraliter dicit sermones meos. Vbi autem loquitur de sermone patris loquitur in singulari dicens. [Et sermonem quẽ audistis non est meus.] quia per verbum patris seipsum intelligi voluit: qui est vnicum verbum eius. Vnde nec fuit se esse dicit. sed patris: quia nec sua imago est nec filius: sed patris. Sermones autem omnes in cordibus nostris sunt ab vnico verbo patris.

Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paracletus autem spiritusanctus quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcúnque dixero vobis.

HIc Dominus promittit discipulis suis dona. (Promiserat enim eis spiritumsanctum: & seipsum.) Et ideò hîc primò ostendit quid consequuntur ex aduentu spiritusancti. Secũdò quid cõsequẽter ex ipso ibi. [Pacẽ relinquo vobis.] Ex aduentu spiritusancti magna consequẽtur. s. intellectũ omnium verborũ Christi. Et ideò circa hoc primò cõmemorat eis sua documẽta. Secundò promittit eis intellectum eorum ibi. [Paraclitus autem, &c.] Dicit ergo quantùm ad primum. [Hæc.] s. quæ dixi [locutus sum vobis.] organo humanitatis. [manens apud vos.] præsentia corporali. Et hoc quidem maximum beneficium est: vt ipse filius nobis loquatur, & nos doceat. Hebr. 1. Multipharièm multisque modis olim, &c. in filio. Deuter. 5. Quæ est omnis caro vt audiat dominum suum, &c. Intellectum autem ipsorum documentorum promittit eis per spiritumsanctum se daturum. Vnde dicit. [Paraclitus autem, &c.] Vbi tria facit circa spiritum sanctum. Primò describit ipsum. Secundò eius missionem Tertiò eius effectum. Ipsum quidem describit multipliciter quia paraclitũ, spiritum, & sanctum. Paraclitus quidem est: quia consolatur nos: & quantùm ad tristitias de turbationibus huius mundi: de quibus nos consolatur. 2. Corinth. 7. Foris pugnæ: intus timores. 2 Corinth. 1. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Et hoc facit inquantùm est amor: faciens nos amare Deum: & eum pro magno habere. propter quod cum gaudio contumelias patiamur: secundum illud Act. 3. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, &c. Matthæi quinto. Gaudete & exultate: quia merces vestra, & c. Item consolatur nos contra tristitias de peccatis præteritis. De quibus dicitur Matth. 5. Beati qui lugent. Et hoc facit inquantùm dat nobis spem veniæ. Infrà 20. Accipite spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Isa. 61. Vt ponerem consolationem. Spiritus quidem est, quia mouet corda nostra ad obediendum Deo. Isa 56. Cùm venerit quasi fluuius violentus, &c. Roma. 8. Qui spiritu Dei agũtur, &c. Sanctus autem est: quia consecrat nos Deo. Omnia autem Deo consecrata dicuntur. 1. Cor. 5. Nescitis quoniã corpora nostra templum sunt spiritusancti. Psalmista. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, &c. Consequenter cùm dicit. [Quem mittet pater in nomine meo.] agit de eius missione. Non est autem intelligendum q̃ per motum localem ad nos veniat: sed quia quodam nouo modo in eis esse debeat: quo prius non fuerat. Psal. Emitte spiritum tuum &

Universidad de Deusto
Biblioteca

creabuntur.ſ.in eſſe ſpirituali.Sed attende q̃ ſpiritusſanctus à patre & filio mittitur.Et ideò ad hoc oſtendend ũ quandóque dicit quòd pater mittit eum:ſicut hic,quãdóque quòd ipſe.Infrà.5. Quem ego mittam vobis,&c.Sed nunquã dicit eũ à patre mitti:quin faciat cõmemorationem de ſeipſo.Vnde dicit.[quem mittet pater in nomine meo.] Nec dicit eum mitti à ſe filio:quin cõmemoret patrem. Vnde dicit. [Quem ego mittam vobis à patre.] Sed quid eſt hoc quod dicit.[In nomine meo?] Nunquid Spiritusſanctus nominabitur filius? Poſſet dici, quòd hoc dicitur pro tanto: quia ſpirituſſanctus dabatur fidelibus ad inuocationem nominis Chriſti. Sed melius eſt vt dicamus,quòd ſicut filius venit in nomine patris.Suprà.5. Ego veni in nomine patris mei:ita & ſpiritusſanctus venit in nomine filij.Filius autem in nomine patris venit non quòd eſſet pater,ſed quod eſſet filius patris,ſimiliter ſpiritusſanctus venit in nomine filij:non q̃ diceretur filius: ſed quòd eſſet ſpiritus filij. Ro. 8. Si quis ſpiritum Chriſti,&c.Gal.4.Miſit Deus ſpiritum filij ſui,&c. non quòd diceretur filius, ſed quòd eſſet ſpiritus filij. Roma.8. Filj ſui,&c.Et hoc quidem propter conſubſtantialem filij ad patrem,& ſpiritusſancti ad filium. Item: ſicut filius veniés in nomine patris fideles ſuos patri ſubiecit.Apocalip.5.Feciſti nos Deo noſtro regnũ &c.Ita ſpirituſſanctus cõfiguꝛauit nos filio: inquãtum adoptat nos in filio Dei.Gal.3.Spiritum,&c.inquo clamamus abba pater.Conſequenter agit de effectu ſpirituſſancti dicens.[Ille vos docebit omnia.] Nam ſicut effectus miſsionis filij fuit ducere ad patrem:ita effectus miſsionis ſpirituſſancti eſt ducere fideles ad filium. Filius autem cùm ſit ipſa ſapiẽtia genita eſt ipſa veritas.ſuprà.14. Ego ſum via,veritas,& vita. Et ideò effectus miſsionis huiuſmodi eſt: vt faciat homines participes diuinæ ſapientiæ & cognitores veritatis. Filius ergo tradit nobis doctrinam cùm ſit verbum. Sed ſpirituſſanctus doctrinæ eius nos capaces facit. Dicit ergo. [Ille vos docebit omnia.] Quia quæcúnque homo docet extra niſi ſpirituſſanctus interiùs det intelligentiam: fruſtra laborat: quia niſi ſpiritus adſit cordi audientis:ocioſus erit ſermo doctoris.Iob.31.Inſpiratio omni potentis dat intelligentiam: & intantum, q̃ etiam ipſe filius organo humanitatis loquens non valet niſi ipſemet interiùs operetur per ſpiritumſanctum.Sed attende, q̃ ſuprà 6.dicit.Omnis qui audiuit à patre, & didicit. Hic expedit quid ſit. Quia non diſcit non docente ſpirituſancto quaſi ille qui recipit ſpiritumſanctum à patre & filio.ille patrem cognoſcit & filium: & ad eos venit.Facit autem nos ſcire omnia interiùs inſpirando dirigendo,& ſpiritualia eleuando.Scue enim qui habet guſtum infectum non habet veram cognitionem de ſaporibus: ita & qui infectus eſt amore mundi non poteſt guſtare diuina,ſecundum illud.1.Corin.2.Animalis autem homo non percipit,&c. Sed cum ſuggerere ſit minorum puta officialium in diuinis:nunquid ſpirituſſanctus qui ſuggerit nobis eſt nobis minoris?Ideò dicendum ſecundum Gregorium, q̃ ſpirituſſanctus ſuggerere dicitur: non quòd nobis ſcientiam ab imo inferat, ſed ab occulto ſubminiſtrat vires ad cognoſcendum. Vel docebit inquantum nos facit participare ſapientiam filij.Suggerit inquantum nos impellit prout eſt amor. Vel ſuggeret nobis omnia, id eſt,ad memoriam reducet.Pſalmiſt. Reminiſcentur & conuertentur,&c.Sciendum eſt enim,quòd eorum quæ Chriſtus dixit diſcipulis quædam non intellexerunt, quorundam autem memoriam non habebant. Dixit ergo Dominus. [Ille vos docebit omnia,] quæ intelligere nunc poteſtis [& ſuggeret vobis omnia,] quæ non poteſtis memoriæ commendare.Quomodò enim Euangeliſta Ioannes poſt quadraginta annos potuiſſet omnium verborum Chriſti quæ in Euangelio ſcripſit habere memoriam,niſi ei ſpirituſſanctus ſuggeſſiſſet,&c.

LECTVRA VII.

Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis.

SVPRA promiſit Dominus diſcipulis ſuis quid conſecuturi erant ex præſentia ſpirituſſancti.Hic promittit donum,quod conſecuturi erant ex aduentu & præſentia ſua.Sciendum tamen,quòd ſi conſideretur proprietas perſonarum, ſcilicet filij,& ſpirituſſancti:videtur Dominus alternare dona.Cũ enim filius ſit verbum ad eũ appropriatè pertinere videtur ſapientiæ & cogniti onis donũ. Spiritui verò ſancto cùm ſit amor, q̃ eſt cauſa pacis,pax appropriatur. Verũtñ q̃a ſpirituſſanctus eſt filij,& hoc,q̃ dat ſpirituſſanctus,habet à filio, ideò ſpirituſancto attribuit hoc donũ cognitiõis:vbi dicit. Ille vos docebit omnia,&c.quod tamen appropriatur filio.Quia verò ſpiritusſanctus à filio ꝓcedit, ideò q̃ ſpirituſſanctus appropriatè facit attribuitur filio. Et ſecundũ hunc modũ Chriſtus attribuit ſibi pacem dicẽs. [Pacẽ,&c.] Vbi primò promittit donũ pacis, quã relinquit.Secundò diſtinguit pacẽ iſtam à pace mundi ibi. [Nõ quomodò mundus,&c.] Dixit ergo [pacẽ relinquo.] Sciendum eſt, q̃ pax nihil aliud eſt,quã tranquillitas ordinis, tunc enim aliqua dicuntur pacẽ habere quando eorum ordo inturbatus manet.In homine autem eſt triplex ordo,ſcilicet hominis ad ſeipſum, hominis ad Deũ, & hominis ad proximũ.Et ſic triplex pax in homine quædã intrinſeca ſecundũ quã pacificatur ſibijpſi abſq; perturbatione viriũ. Pſal. Pax multa diligentibus,&c. Alia eſt per quã homo pacificatur Deo totaliter eius ordinationi ſubiectus.Roma.5.Iuſtificati igitur ex fide pacẽ habeamus ad Deũ.Tertia pax eſt ad proximum.Heb.13.Pacem ſequimini cũ omnibus ſanctis,& ſanctimoniã.Sed notandũ,quòd in nobis tria ordinari debent,ſcilicet intellectus:voluntas,& appetitus ſenſitiuus. Vt videlicet volũtas dirigatur ſecundũ mentem ſeu rationem.Appetitus verò ſenſitiuus ſecundũ intellectum & voluntatem. Et ideò Aug.in lib.de verbis Domini, pacẽ ſanctorũ diffiniẽs dicit. Pax eſt ſerenitas mentis,tranquillitas animi,ſimplicitas cordis,amoris vinculum,conſortium charitatis.Vt ſerenitas mẽtis referatur ad rationem,quæ debet eſſe libera non ligata,nec abſorta aliqua inordinata affectione.Tranquillitas animi referatur ad ſenſitiuã,quę debet à moleſtatione paſſionũ quieſcere. Simplicitas cordis referatur ad voluntatẽ,quæ debet in Deum obiectũ ſuum totaliter ferre.Amoris vinculum referatur ad proximum. Conſortiũ charitatis ad Deũ. Hãc autem pacẽ hic ſancti habẽt,& habebunt in futuro,ſed hîc qui dem imperfectè:quia nec ad nos, nec ad Deum, nec ad proximum pacem ſine perturbatione aliqua poſſumus habere.Sed in futuro habebimus eã perfectè,quando ſine hoſte regnabimus.Vbi nunquam poterimus diſſentire.Et vtrãque hîc Dominus nobis promittit.Primam cũ dicit. [Pacem relinquo vobis,] in hoc ſæculo:vt hoſtẽ vincatis:& vt inuicem diligatis:quod eſt quaſi teſtamentum ſeruandum nobis ſtatutum à Chriſto. Eccle. 45.Statuit illi teſtamentum pacis & principem,&c.Sicut Aug.dicit non poterit ad hæreditatem domini peruenire qui teſtamentum eius noluerit obſeruare.Nec poteſt concordiam habere cum Chriſto,qui diſcors eſſe voluerit cum Chriſtiano.Secundam verò cùm dicit. [Pacem meam do vobis.] ſin futuro.Iſai.vlti.Declinabo ſuper eam.ſ.Hieruſalem cœleſtem: quaſi flumen pacis.Sed cum ſiue in mũdo:ſiue in patria tota pax ſanctorum proueniat eis per Chriſtum.Infr.16.In me pacem habebitis. Quare dominus loquens de pace ſanctorum in via non dicit.Pacem meam do vobis,ſed tantum cùm loquitur de pace ſanctorum in patria? Ad quod dicendum,quòd vtrãque pax.ſ.præſens & futura,eſt Chriſti: ſed præſens vt actoris tãtùm.Futura autem eſt eius vt actoris & poſſeſſoris. Nam ipſam ſemper habuit:quia ſemper fuit abſque cõtradictione. Pax autem præſens (vt dictum eſt) eſt cum contradictione aliqua.Et ideò licèt eam faciat:non tamen eam poſsidet.Et ſecundũ prædicta:expoſitio procedit de pace tẽporis,& pace æternitatis.Sed ſecundum Aug.poteſt vtrúnque exponi de pace temporis. Et dicit [Pacem relinquo, &c.] exemplo.Sed [do pacem meam,] poteſtate & virtute.Conſequenter cùm dicit.

Non quomodò mundus dat:ego do vobis.

IPſam pacem à pace mũdi diſtinguit.Diſtinguitur autem pax ſanctorum à pace mundi quantùm ad tria Primò quantùm ad intentionem.Nam pax mundi ordinatur ad quietam & pacificam fruitionem temporalium. Quo ſit vt quandóque cooperetur hominibus ad peccandum. Sapientiæ.14. In magno viuentes inſcientiæ bello tot & tam magna,&c.Sed pax ſanctorum ordinatur ad bona æterna,eſt ergo ſenſus. [Non quomodò mundus dat ego do.] i.non ad eundem finem:quia mundus dat quantùm ad exteriora quiete poſsidenda: ego verò do quantùm ad æterna adipiſcenda.Secundò verò quantùm ad ſimulationem & veritatem:quia pax mundi eſt ſimulata:quia tantùm exteriùs.Pſal.Loquũtur pacẽ cum proximo ſuo,&c. Pax verò Chriſti eſt vera:quia eſt interiùs & exteriùs.Et ſic eſt ſenſus. [Non quomodò mundus dat.] i.ſimulatam pacem do ſicut mũdus:ſed veram.Tertiò quantùm ad perfectionem: quia pax mundi eſt imperfecta:cùm ſit tantùm quantùm ad quietem exterioris hominis:& non interioris.Iſa.59.Nõ eſt pax impijs dicit dominus.Sed pax Chriſti quietat interiùs & exteriùs.Pſalm.Pax multa diligentibus,&c.Et eſt ſenſus. [Non quomodò mundus dat,] id eſt,non ita imperfectam.

LECTVRA VIII.

Non turbetur cor veſtrum,neque formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis:vado & venio ad vos.Si diligeritis me,gauderetis vtique:quia vado ad patrem: quia pater maior me eſt.Et nunc dixi vobis priuſquam fiat: vt cùm factum fuerit credatis.

SVPRA Dominus conſolatus eſt diſcipulos ſuos rationibus acceptis ex parte ipſorum diſcipulorum promittendo eis acceſſum ad patrem:aduentum ſpirituſſancti,& ſuum reditum.Hîc verò conſolatur eos rationibus acceptis ex parte ſuiipſius: ex qua poterat eis eſſe duplex cauſa conſolationis. Vna ex vtilitate fructus, qui ſequebatur ex receſſu Chriſti. Alia ex cauſa mortis. Et ideò primò ponit primam. Secundò ſecundam ibi. [Iam non multa,&c. Eruſtus aũt qui ſequebatur ex receſſu Chriſti erat exaltatio ſua,&c. Vnde diſcipuli poterant conſolari.Mos enim amicorum eſt vt cum amicus ad ſuam exaltationem vadit:de eius receſſu minus deſoleſtur.Et ideò dominus hanc cauſam ponit ad eorum conſolationem. Et primò excludit cordis dubitationem. Secundò commemorat quoddam quod eos in parte conſolabatur,& in parte turbabat.Tertiò ſubdit cauſam totaliter conſolantem.Quartò reſpondet cuidam tacitæ quæſtioni.Turbationem quidem cordis excludit dicens.[Nõ turbetur cor veſtrum,&c.] Turbatio ad triſtitiam refertur. Formido ad timorem.Triſtitia autem & timor in aliquo quidem conueniunt in hoc,ſcilicet quòd vtrúnque eſt de malo:ſed differunt: quia triſtitia eſt de malo præſenti.Formido autem de malo futuro.Dicit autem dominus. [Non turbetur cor veſtrum.] de malo præſenti. Pſalm.Iuſtus non commouebitur neq; formidabit,ſcilicet de futuro.Iſaiæ quinquageſimoprimo. Quis tu vt timeas,&c.quod intelligendum eſt de timore humano.Nam timorem diuinum non excludit. Conſequenter cùm dicit. [Audiſtis quia ego dixi vobis, &c.] Turbabantur enim ex receſſu Chriſti:ſed in parte conſolabantur, quod ſubdit [& venio ad vos.] Supra.Vado & venio ad vos.Non tamen ex hoc conſolabantur totaliter timentes ne forſitan gregem lupus hoc interuallo inuaderet paſtoris abſentia: ſecundum illud Zachar.13.Percute paſtorem,& diſpergentur,&c.Dicit ergo. [Non turbetur:quia vado.] ſed [nec formidet:quia venio ad vos.] Vadit quidem ſua poteſtate moriendo: & venit reſurgendo. Matthæi vigeſimo.Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum,&c.& tertia die reſurget.Iuſt aſcendendo.Iſaiæ ſexageſimotertio.Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens,&c.veniet ad iudicandum.Lucæ vigeſimoprimo.Videbunt filium hominis,&c. Totaliter autem conſolatur eos cùm dicit. [Si diligeretis me,&c.] quaſi dicat.Si diligitis me nõ debetis contriſtari:ſed potiùs debetis gaudere de receſſu meo:quia vado ad exaltationem meam. [quia] ſcilicet, [vado ad patrem qui maior me eſt.] Sed ex hoc Arrius inſultat,dicens patrem maiorem eſſe filio.Cuius error ex ipſis verbis domini excluditur.Nam ex intellectu eius quomodò intelligitur Vado ad patrem,ex eodem intelligitur [pater maior me eſt.] Filius autem non vadit ad patrem,nec venit ad nos inquantùm eſt filius Dei: ſecundum quod cum patre fuit ab æterno.ſuprà 1.In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum.Sed dicitur ire ad patrem ſecundum humanam naturam.Sic ergo hoc,quod dicit [maior me eſt.] non dicit inquantùm filius Dei:ſed inquantùm filius hominis,ſecundum quòd non ſolùm eſt minor patre & ſpirituſancto:ſed etiam ipſis angelis.Heb.2. Eum autem qui modicũ quàm angeli minoratus eſt,videmus Ieſum,&c. Item in quibuſdam hominibus, ſcilicet parentibus ſubditus erat quantùm ad aliquid (vt legitur Lucæ ſecundo.) Sic ergo minor eſt patre ſecundum humanitatem:æqualis ſecũdum diuinitatem.Phil. 2.Non rapinam arbitratus eſt,&c.Poteſt etiam dici ſecundum Hilarium.1.Petri 4.Nemo veſtrum patiatur vt fur:aut homicida.Circa hoc ergo primò oſtendit dominus,quòd peccatum non fuit cauſa ſuæ mortis.Secundò quòd eius cauſa fuit virtus obediẽtię & charitatis ibi. [Sed vt cognoſcat mũdus,&c.]Dicit ergo. [Iam nõ multa loquar vobiſcum.]propter temporis breuitatẽ.ſupr.13.Filioli adhuc modicum,&c.Vel quia nondum capaces eſtis.infr.16. Adhuc multa habeo vobis loqui:ſed non poteſtis,&c.Vel ideò [non multa loquar vobiſcum.] quia in vno breui ſermone explicabo vobis, quòd non moriar ex culpa mea.Et hoc facit cõſequẽter cũ dicit. [Venit enim princeps mundi huius:& in me nõ habet quicquam.] ſdiabolus,qui dicitur princeps ratione non creationis:ſeu per naturalẽ poteſtatem (vt Manichæi blaſphemant) ſed ratione culpæ.Vnde dicitur princeps mundi:& peccati.Ephe.vlt. Non eſt nobis colluctatio aduerſus,&c.ſed aduerſus rectores & principes tenebrarum harum.Nõ ergo eſt princeps creaturarum:ſed peccatorum & tenebrarum.Iob.41. Ille eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.Hîc ergo princeps venit ad perſequendum.Intrauit enim cor Iudæ vt proderet. Iudæorum verò:vt occiderent [ſed in me non habet quicquam.] Nam in nobis non habet poteſtatem niſi propter peccatum.ſupr.8.Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.In Chriſto autem nullum peccatũ erat:neq; ſecundum animam.1.Petr.2. Qui peccatum non fecit,&c.Nam ſecundum carnem:quia ex virgine abſq; originali peccato de ſpiritu ſancto conceptus.Luc.1.Quod enim ex te naſcetur ſanctũ,&c.Quia ergo diabolus Chriſtũ in quo nullũ ius habuit etiam inuaſit perdere meruit quod iuſtè poſsidebat.Marc.5.Quid nobis & tibi Ieſu,&c.Sic ergo patet,quòd cauſa mortis ſuæ nõ fuit culpa:ſed nec erat cur moritur ſi non habet peccatum.Conſequenter veram cauſam adiungit quæ eſt bonum virtutis.Et ideò dicit.

Sed vt cognoſcat mundus,quia diligo patrem: & ſicut mandatum dedit mihi pater,ſic facio. Surgite eamus hinc.

QVod ſecundum Aug.ſic punctuatur. [Sed vt cognoſcat mũdus quia diligo patrem:& ſicut mandatum dedit mihi pater:ſic facio.] ſuſpenſiue. [Surgite,&c.] Vbi ſciendum eſt,quòd duo moverunt Chriſtum ad mortem ſuſtinendam.ſ.amor Dei,& dilectio proximi.Ephe.5.Ambulate in dilectione.Et hoc probat per iudicium: quia mandata ſua implet.Supra.Si diligitis me mandata mea ſeruate.Et quantũ ad hoc dicit. [Sed vt cognoſcat mundus quia diligo patrem,&c.] Et hoc efficaciter:quia.ſ.morior. Vnde ſubdit. [Et ſicut mandatum dedit mihi pater ſic facio.] Quod eſt ſecũdum quòd pater monit eum ad mortẽ ſuſcipiendam.ſobedientia quæ ex amore cauſatur.Mandatum autem hoc dedit mihi pater nõ filio Dei:qui cùm ſit verbum eſt etiam mandãtum patris:ſed dedit filio hominis inquantùm animæ eius inſpirauit neceſſarium eſſe ſaluti humanæ vt Chriſtus in humana natura moreret.Vt ergo hoc mũdus cognoſcat. [Surgite.] de loco vbi cœnauerant [& eamus.] ad locũ vbi ego ſum tradendus:vt videatis quòd non ex neceſſitate:ſed ex charitate & obedientia morior.Iob.39. Audacter in occurſum pergit armatis.Secundum Chri.autem aliter legitur.Vt in hoc.ſ.quod dicit.[ſic facio] ſit finis ſententiæ.Et in hoc,quod reſumit. [Surgite,&c.] ſit principium alterius:vt ſit ſenſus.Non morior,quaſi princeps mundi huius habebat in me quicquam:ſed [quia diligo patrem.] ideò hoc facio. [Vos autem ſurgite & eamus hinc.] Videbat enim eos formidare:& propter tempus:quia nox profunda erat:& propter locum: quia in villa manifeſtè ſiſtebãt ita vt ſemper circũuoluerent ad oſtiũ oculos quaſi expectando hoſtes eos inuadentes.Et propter hoc non attendentes his quæ dicebantur.Et ideò vt meliùs verba quæ dicturus erat intelligerent ducit eos in locum alium ſecretum:vt eſtimantes ſe ſecuros eſſe attentiùs audiant quæ diceret eis.Oſeæ.2.Ducam eam in ſolitudinem,&c.

LECT. I. CAP. XV.

Ego ſum vitis vera:& pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eũ: & omnem qui fert fructum purgabit eum vt fructum plus afferat.

DOMINVS in hoc ſermone ſpecialiter intendebat animos diſcipulorum confortare contra duo.ſ.cõtra vnum,quod imminebat in præſenti,quod erat paſsio ei⁹:& aliud quod timebatur futurũ.ſ.tribulatio eis ſuperuentura.Vnde cõtra iſta duo dixerat eis.Nõ turbetur cor veſtrũ: quantùm ad 1.Neque formidet quantùm ad.2. Poſtquam ergo confortauit eos de receſſu ſuo:hîc cõfortat eos contra tribulationes eis ſuperuenturas.Et primò preponit eis quandam ſimilitudinem.Secũdò ex illa procedit ad propoſitum ibi. [Iam vos mundi eſtis.] Similitudo autem eſt de vite & agricola.Vnde primò proponit vitem.Secũdò introducit agricolam.Tertiò ſtudium agricolæ circa palmites commendat. Sed vitis eſt ipſe. Vnde dicit. [Ego ſum vitis.] per quandam ſimilitudinem. Quia ſicut vitis licèt deſpecta videatur: omnia tamen ligna excedit in dulcedine fructus. Ita Chriſtus etſi mundo deſpectus videretur: quia pauper erat & ignobilis videbatur, & ignominiam ſuſtinens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen dulcissimos fructus protulit:secũdum illud Cant.2. Fructus eius dulcis gutturi meo. Et ideò Christus est vitis afferens vinum interiùs inebrians: quod est vinũ compunctionis. Psal. Potasti nos vino compunctionis,&c. Iterũ vinum cõfortans.s.nostræ refectionis.suprà 6. Sanguis meus verè est potus. Sic enim suprà cõparauit se grano frumẽti, quia caro eius verè est cibus. Hæc est vitis illa de qua dicitur Gen.49. Videbãt coram me vitem habentem propagines tres,id est,Christum in quo sunt tres substãtiæ.s.corpus, & anima,& diuinitas. Hæc est etiam vitis de qua Iacob dicit Gen. pœnul. Ligabis ad vitem fili mi Asinam tuã,id est, ecclesiam. Sed hęc vitis est vera. Vbi sciẽdum q̃ verum aliquãdo diuiditur cõtra similitudinarium: sicut homo verus ab homine ficto, aliquãdo à corrupto: sicut acetum à vino:quia est vinum corruptum. Hoc ergo quod dicitur.[Ego sum vitis vera.]Accipitur secundo modo:vt discernat se à vite corrupta.s.à populo Iudæorum. De quo dicitur Hiere.2. Quomodò cõuersa es in amaritudinem vitis alienç. Et hoc ideò:quia nõ faciebat vuas:sed labruscas.Isa.5. Expectauit vt faceret vuas,&c. Sed notãdum q̃ in Christo est duplex natura: diuina. s. & humana. Et secundum humanã conuenit nobiscum: & est minor patre. Secundũm diuinam cõuenit cum Deo: & est suprà nos. Est ergo vitis vera secũdum hoc q̃ est caput ecclesiæ homo Christus Iesus Et hoc in sinuat introducens agricolam qui est pater. Vnde dicit. [Et pater meus agricola est.]Si enim est vitis secundũ diuinam naturam: pater vitis esset sicut & filius: quia ergo secundũ humanam naturam vitis est: ideò pater se habet ad ipsum sicut agricola ad vitem. Ipse etiam secũdum q̃ Deus agricola est (Dicitur autẽ agricola à cultura.) Vnde & vinitor inquãtum colit agricola est. Sed cum colere sit studium impendere dupliciter aliquid colimus, vel vt id quod colimus melioretur:& hoc modo colimus agrum:vel aliquid tale. Alio modo vt nos melioremur per ipsum. Et hoc modo homo colit sapientiam. Deus ergo colit nos,vt nos ex eius opere melioremur:inquantum extirpat mala semina de cordibus nostris. Aperit cor nostrum aratro sermonis:plãtat semina præceptorum:colligit fructũ pietatis(vt dicit Aug.)Nos autẽ colimus eum vt nos per ipsum melioremur,sed hoc adorando non arando.suprà. 9.Si quis Dei cultor est,&c. Est ergo pater agricola huius vitis ad bonum alterius. (Ipse enim plantat) Hier.2.Ego te plãtaui, &c. Ipse augmentat.1. Cor.3. Ego plantaui: apollo rigauit: Deus autẽ, &c. quia solus Deus interiùs augmentat & fructificare facit quantũcũque hoc cooperetur exterius ipse custodit & conseruat.Mat.21.Et Isa.5.dicitur: q̃ edificauit in vinea turrim & sepem circundedit. Studium autẽ agricolæ est circa duo:circa vitem & circa palmites. Sed vitis de qua hic agitur perfecta erat non indigens agricolæ studio.Vnde totũ studium agricolæ erat circa palmites impendendũ. Et ideò dicit.[omnẽ palmitem,&c.] Palmites autem sunt de natura vitis: vnde adhærentes Christo sunt palmites huius vitis.Exe.17.Facta est vitis:in palmites. Circa hoc ergo duo facit.Primò ponit studiũ huius agricolæ circa palmites malos. Secundò circa palmites bonos. Studium autẽ eius circa malos est:vt scindãtur à vite.Vnde dicit.[omnem palmitem] id est, omnem fidelem. [nõ ferentem fructum.] s.in vite. [in me.] sine quo nihil fructificare potest. [tollet eum.] s.à vite. Ex quo appareret q̃ non solum à Christo exscinduntur aliqui quia mala faciunt, sed etiã qui bona facere negligunt.2.Cor.6.Hortamur vos ne in vacuum,&c. Vnde de se dicebat Apostol.1.Cor.15. Gratia Dei sum id quod sum,& gratia eius in me vacua non fuit.Et Matth.25.dicitur, quòd ablatum est talentum ei qui ex eo nõ fructificauit,sed abscondit illud.Luc.13.Dominus ficum sterilẽ præcepit abscindi. Studium autem eius circa bonos palmites est vt foueantur ad magis fructificandum. Vnde dixit. [Et omnem qui fert fructũ, &c.] Ad literam enim in vite naturali cõtingit, quòd palmes multos surculos habẽs minus fructificat propter humoris diffusionem ad omnes, & ideò cultores vt magis fructificet,purgãt eum à superfluis surculis.Ita est in homine.Nam homo bene dispositus,& Deo coniunctus si suum affectum ad diuersa inclinet virtus eius minoratur,& magis inefficax fit ad bene operandum. Et indè est,quòd Deus vt bene fructificet frequenter præscindit huiusmodi impedimenta, & purgat immittens tribulationes & tentationes quibus fortior fiat ad operandum,& ideò dicit [purgabit eum,] etiam si purus existat:quia nullus est adeò purus in hac vita: vt non sit magis magisque purgãdus. 1.Ioan.5.Si dixerimus quia peccatum non habemus,&c. Et hoc [vt plus fructum afferat,] id est,crescat in virtute:vt tantò sint fructuosiores,quantò sunt mundiores. Apoc.vlti.Qui iustus est iustificetur adhuc,&c.Col.1.Verbum Euangelij fructificat,&c.Psalm.Ibunt de virtute in virtutem.

purgatio.Primò ergo agit de inhæsione. Secũdò de purgatione ibi. [Si mundus vos odit,&c.] Circa primum primò mouet discipulos vt viti inhæreant. Secundò rationes inhæsionis adducit ibi. [Sicut palmes,&c.] Tertiò modum inhæsionis assignat ibi. [Sicut dilexit me,&c.] Circa primum duo facit. Primò commemorat eis susceptum beneficium. Secundò monet : vt in eo permaneant ibi. [Manete in me,&c.] Beneficium susceperunt mundationis. Vnde dicit. [Iam vos mundi estis:] quasi dicat. Talia dixi de palmitibus: sed vos estis palmites præparati purgari ad fructum ferendum, & hoc [propter sermonem quem locutus sum vobis.] Verbum enim Christi mundat primò quidem ab erroribus instruẽdo.Tit.primo. Amplectentem eum qui secundum doctrinam iusidelem sermonem,&c.vt potens sit,&c.Et hoc ideò:quia in verbis Dei nulla falsitas inuenitur.Prouerbiorum octauo. Recti sunt sermones mei. Dixit ergo [mundi estis.]ab erroribus Iudaicis.Secũdò mundata corda à terrenis affectibus ad cœlestia inflammãdo. Verbum enim Dei cor hominis ad terrena depressum concutitur sua virtute,ex quo inflammat. Hieremiæ trigesimotertio. Nunquid verba mea sunt quasi ignis, &c. Tertiò mundat sermo Dei à peccatis inuocatus in baptismo. Nam homines in baptismo purgantur : quia in aqua verbum mundat. Quia (vt dixit Augustinus) detrahe verbum, &c. & quicquid est aqua nisi aqua, accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Verbum ergo facit : vt aqua corpus tangat, & cor abluat. Verbum inquam non quia dicitur : sed quia creditur. Hoc enim verbum fidei tantum valet in ecclesia : vt etiam ipsos paruos infantes mundet, quamuis credere non valentes ex fide credentium offerentium, benedicentium:tangentium prolatum. Matthæi vltimo. Baptizantes eos in nomine patris,&c.Quartò mundat per virtutẽ fidei. Actuum secundo. Fide purificans corda eorum. Dixit ergo eis. [Vos iam mundi.] instructi:iam commoti:iam baptizati:iam in fide firmati [mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.] suprà eodem.Vos mundi estis,&c.Sed cum suprà dixerit officium agricolæ esse purgare, manifestè ostendit se esse agricolam dicens sermonem suum purgatiuum. Et verè ipse inquantùm Deus mundator est palmitum & agricola.

Iam vos mundi estis, propter sermonem quem locutus sum vobis.

Hic ex similitudine prosequitur intentum. Duo autem in prædicta similitudine tangebantur in comparatione palmitum ad vitem. Vnum est palmitum ad vitem inhæsio. Secũdum est palmitum

Manete in me,& ego in vobis.

Hic inducit eos ad perseuerantiam : quasi diceret : quia mundi estis,& tantum beneficium recepistis,debetis in eo perseuerare. Vnde dicit. [Manete in me] per charitatem.primæ Ioannis primo. Qui manet in charitate in Deo manet. & per sacramentorum participationem.supra sexto. Qui manducat carnem meam,& bibit sanguinem meum,in me manet. Dicit ergo [Manete in me] gratiam suscipiendo [& ego in vobis] vos adiuuando. Consequenter cùm dicit.

Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite : sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis:vos palmites.

Inducit rationes inhæsionis quæ sunt quatuor. Prima sumitur ex inhærentium sanctificatione. Secunda ex non inhærentium punitione ibi. [Si quis in me non manserit.] Tertia ex voluntate inhærentium assecutione ibi. [Si manseritis in me, &c.] Quarta ex Dei glorificatione ibi. [In hoc clarificatus est pater,&c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit, quòd inhæsio ad Christum est necessaria ad fructificandum. Secundò quòd est efficax ibi. [Qui manet in me,&c.] Circa primum duo facit. Primò proponit similitudinem. Secundò ostendit eam esse conuenientem. Dicit ergo quantùm ad primum. Dico quòd debetis in me manere:ad hoc,quòd fructificetis. Quia [sicut palmes,&c.] Ad literam. Palmes materialis [non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in vite.] ex cuius radice humor ad vegetationem palmitum ascendit. [Ita & vos] supple non potestis ferre fructum [nisi in me manseritis.] Mansio ergo in Christo est ratio fructificationis. Vnde de his qui in Christo non manent, dicitur Roman.6. Quem ergo fructum habuistis in his,&c Iob decimoquinto. Congregatio hypocritarum sterilis. Hæc autem similitudo conueniens est:quia [ego sum vitis & vos palmites:] quasi diceret,talis est comparatio vestrum ad me:qualis palmitum ad vitem. De istis palmitibus dicitur in Psalm. Extendit palmites suos vsque ad mare.

Qui manet in me,& ego in eo,hic fert fructum multum:quia sine me nihil potestis facere.

Hic ostẽdit,q̃ mãsio in Christo sit efficax. Et primò ostẽdit eius efficaciam. Secũdò subdit efficaciæ causam. Dicit ergo primò. Dico q̃ nõ solũ necessaria est hominis mansio in me:vt fructificet: sed etiam est efficax:quia [Qui manet in me] credendo:obediendo: perseuerando [& ego in eo] illuminando : subueniendo : perseuerantiam dando. [Hic] & non alius [fert fructum multum.] Fert inquam triplicem fructum in vita ista. Primus est abstinere à peccatis.Isai.26.Hic est omnis fructus vt tollatur peccatum. Secundus est vacare operibus sanctitatis. Roma.6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione,&c. Tertius fructus est vacare edificationi aliorum. Psal. De fructu operum tuorum,&c. Fert etiam quartum fructum in vitã æternã.supra.4.Fructum congregat in vitam æternam. Hic est vltimus & perfectus fructus laborum nostrorum. Sapien.3. Bonorũ laborum gloriosus est fructus. Responsio autem huius efficaciæ est. [Quia sine me nihil potestis facere.] In quo & corda instruit humilium:& ora obstruit superborum:& præcipuè pelagianorum,qui dicunt bona opera virtutum & legis sine Dei adiutorio ex seipsis facere posse:in quo dum liberum arbitrium afferre volunt:cum magis præcipitant. Ecce enim dominus hic dicit:quòd sine ipso non solũ magna:sed nec minima:imò nihil facere possumus. Nec mirum: quia nec Deus sine ipso aliquid facit.suprà.1.Sine ipso factum est nihil. Opera enim nostra aut sunt virtute naturæ:aut ex gratia diuina. Si virtute naturæ : cum omnes motus naturæ sint ab ipso verbo Dei:nulla natura ad aliquid faciendum moueri potest sine ipso. Si verò virtute gratiæ:cum ipse sit actor gratiæ : quia gratia est veritas per Iesum Christum facta est:vt dicitur supr.1.Manifestum est,quòd nullum opus meritorium sine ipso fieri potest.2.Corin.3.Non quòd sufficientes simus aliquid cogitare, ex nobis,&c. Sic ergo nec etiam cogitare possumus nisi ex Deo:multo minus nec alia.

Si quis in me non manserit:mittetur foras sicut palmes, & arescet,& colligent eum:& in ignem mittent, & ardet.

Hic ponitur secunda ratio inhæsionis quæ sumitur ex commina tione pœnæ:quia nisi manserimus in ipso non euademus pœnam. Et ponit quinque quæ pœnam illam exaggrauant:quorũ quædam pertinent ad pœnam damni,scilicet expulsio à gloria. Vnde dicit. [Mittetur foras.] Sed aliquando videmus,quòd in vite materiali aliquis palmes manet per exteriorem coniunctionem:non autem per humoris participationem. Sic & aliqui manent in Christo solùm per fidem,non tamen participant humores vitis:quia non sunt in charitate. Vnde tales mittentur foras,id est,separabuntur à societate bonorum. Ezech.34.Stabo & sperabo,&c. Secunda pœna damni est arefactio. Vnde dicit [& arescet.] Vnde si quis habebat à radice amittet denudatus eius auxilio & vita. Nam mali Christiani viriditatem aliquam habere videntur:sed quando à sanctis, & à Christo separabuntur:eorum ariditas apparebit. Psalm. Aruit tanquam testa virtus mea. Tertia pœna est eorũ cum malis associatio. Vnde dicit. [Et colligent eum,] scilicet angeli messores ad malos:quæ quidem pœna maxima est. Si enim ad horam esse cum malis magna pœna est,quantò magis esse perpetuò cum pessimis hominibus & dæmonibus. Isai.24. Congregabuntur congregatione vnius fasciis,&c. Matth.13. Colligite primum Zizaniam & alligate eam in fasciculis ad comburendum,&c. Quarta pœna est sensus. Vnde dicit. [Et in ignem mittent.]scilicet æternum. Ezech.13. Quid fiet de ligno vitis,&c. Ligna enim si in vite non permaneant contemptibiliora sunt cæteris lignis. Si verò maneant in vite gloriosiora sunt. Vnde dicit Augu. Vnum ex duobus palmiti congruit:aut vitis:aut ignis. si in vitẽ non est:erit in igne. Matth.25 Ite maledicti in ignem æternum. Quinta pœna est perpetuum ignis experimentum. Vnde subdit. [Et ardet] in perpetuum. Matthæi 23. Ibunt hi in supplicium æternum.

Si manseritis in me,& verba mea in vobis mãserint: quodcũque volueritis petetis:& fiet vobis.

Hic ponitur tertia inhæsionis causa:quæ sumitur ex efficacia impetrationis.quasi diceret. [Si manseritis in me] hunc fructum consequimini,scilicet [quodcũque volueritis petetis,& fiet vobis.] Sed notandum,quòd supra in admonitione inhæsionis duo posuit: quæ hic resumit.primum,scilicet in me manete : quod hic resumit dicens. [Si manseritis in me.] Secundum. Et ego in vobis. Et loco huius dicit. [Et verba mea in vobis manserint] quia Christus est verbum patris omnia verba sapientię sunt ab ipso. Eccles.1. Fons sapientiæ verbum Dei,&c. Manifestum est ergo,quòd Christus est in nobis,quando verba sapientiæ eius sunt in nobis.suprà 5.Verbum Dei non habetis in vobis manens. Ideò dicit. [Et verba mea in vobis manserint,] scilicet quadrupliciter, amando:credendo,meditando, & implendo. Prouerbior.4. Fili ausculta sermones meos,scilicet credendo:& ad eloquia mea inclina,scilicet obediendo:seu implendo: ne recedas, &c.meditando : & in medio cordis tui amando. Hiere. decimoquinto. Inuenti sunt sermones tui,& comedi eos. Tunc ergo in nobis sunt verba Christi:quando facimus quæ præcepit:diligimus quod promisit. Et ex hoc sequitur,quòd informamur:quid petere debeamus. Roma.8. Quid oremus sicut oportet nescimus,&c.

Vnde & verbis suis nos orare docuit Matthæi sexto,& Lucæ decimo. Sic ergo verba Dei credita:& meditata informant nos ad petendum quæ sunt nobis necessaria ad salutem. Sed verba Dei amata & impleta iuuant nos ad merendum. Et ideò subdit. [Quodcũq; volueritis petetis] discrete perseuerãtes. [Et fiet vobis] infr.16. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.

In hoc clarificatus est pater meus:vt fructum plurimum afferatis:& efficiamini mei discipuli.

Hic ponitur quarta ratio inhæsionis quæ sumitur ex gloria patris. Omnia opera nostra ad Dei gloriam referre debemus. Psal. Non nobis domine nõ nobis,&c. primę Corinthio. decimo. Si manducatis aut bibitis,&c. Ostendit ergo dominus,quòd sumus in Christo:qui ex hoc fructificamus:& ex fructificatione nostra pater glorificatur. Vnde dicit. [In hoc glorificatus est pater meus.] id est, ad gloriam patris redundat [vt plurimum fructum afferatis.] Ponit hîc tria ordine præpostero:quæ tamen inuicem consequuntur. Vnum pertinet ad inhæsionem, scilicet [efficiamini mei discipuli] quod idem est,quòd manete in me. Et ex hoc sequitur secundum,scilicet, [Vt fructum plurimum afferatis.]Et ex hoc glorificatur pater meus quasi diceret. Ad gloriam patris est,quòd [fructum plurimum afferatis:& fructum plurimum affertis.] ex hoc,quòd estis mei discipuli. Primò quidem bene viuendo. Matth.6. Videant opera vestra bona,& glorificent patrem vestrum,& bene docendo:ex quo similiter Deus glorificatur. Isa.24. In doctrinis glorificate Deũ. Et 42. Omnẽ qui inuocar nomẽ meum in laudem,& gloriam meam,creaui eum. Ergo Apostoli sunt terra illa quæ fructum multum attulit (vt dicitur Luc 18.) Et efficiamini mei discipuli per inhæsionem & charitatis seruorem. Hæc enim sunt signa discipulatus Christi,scilicet inhæsio ad Christum. supr.8. Si manseritis in sermone meo verè discipuli mei eritis. Et ex hoc efficiuntur idonei:vt ferãt fructum doctrinæ. Secundò charitatis obseruatio. supr.13. In hoc cognoscẽt omnes: quia mei estis discipuli. Si dilectionem,&c. Et ex hoc efficiuntur idonei:vt afferãt fructum bonorum operum.1.Cor.13. Si habuero Prophetias & nouerim,&c. quæ ibi ponuntur sine charitate nihil valere,&c.

LECTVRA II.

Sicut dilexit me pater:& ego dilexi vos.

SVPRA monuit dominus discipulos suos vt in eo manerent. Hîc ostendit quid sit in eo manere : & hoc tripliciter. Primò quidem,quod manere in eo,est manere in eius dilectione. Secundò ostendit,quòd præcepta eius seruare,sit manere in eius dilectione ibi. [Si præcepta mea,&c.] Tertiò ostendit,quòd obseruatio charitatis sit eius præceptum ibi. [Hoc est præceptum meum,&c.] Circa primũ duo facit. Primò commemorat collatum discipulis beneficium,&c. Secundò hortatur eos ad perseuerandum ibi. [Manete,&c.] Dicit ergo primò,quòd hoc,quòd in Christo manemus est ex eius gratia: quæ quidem gratia est effectus dilectionis ipsius. Hier. 33. In charitate perpetua dilexi te. Ex quo patet,quòd omnia opera nostra bona sunt nobis ex beneficio diuinæ dilectionis. Non enim essent nobis: nisi quia fides per dilectionem operatur:ne diligeremus nisi prius diligeremur. Et ideò hoc beneficium commemorans dixit. [Sicut dilexit me pater,& ego dilexi vos.] Sed notandum,quòd li [sicut] quandóq; denotat æqualitatem naturæ quandóq; autẽ similitudinẽ actionis. Ariani autem errantes volebant,quòd li [sicut] importaret æqualitatem:& per hoc,quod superiùs expressum est conducebant,quod esset minor patre:sed hoc est falsum. Et ideò secundum Aug. dicendum,quòd li [sicut] dicit similitudinẽ gratię:& dilectionis. Nam dilectio qua filius diligit discipulos:est quædam similitudo eius dilectionis:qua pater diligit filium. Cùm enim diligere aliquem sit velle ei bonum. Pater diligit filium secundum diuinam naturam:inquantùm vult illi infinitum & summum bonum:quod ipse habet cõmunicãdo ei eãdẽ naturã numero:quã ipse habet.supr.3.& 5. Pater diligit filiũ & omnia,&c. Diligit etiã eũ secũdũ humanã naturã. Osee.11. Puer Israël & dilexi eum,&c. Et ad hoc.s.vt simul esset Deus & homo:& ad nil horum filius dilexit discipulos. Nã neq; ad hoc dilexit eos vt essent Deus per naturã:neque essent vniti Deo in persona:sed ad quandã horũ similitudinẽ eos dilexit vt.s.essent Dij per participationem gratiæ. Psal. Ego dixi Dij estis.2.Petr.1. Per quę magna nobis & preciosa promissa donauit:vt diuinæ per hoc efficiamur consortes naturæ. Item vt assumerentur in vnitatem affectus: quia qui adhæret Deo vnus spiritus est.1.Cor.6.Roma.8. Quos præscíuit conformes fieri,&c. Sic ergo maius bonum Deus pater posuit filio secundum vtrámque naturam,quàm filius discipulis:sed tamen simile (vt dictum est.)

Manete in dilectione mea.

Quasi diceret ex quo tantum beneficium recepistis ex dilectione mea [manete] in ea:vt.s.me diligatis: vel manete in dilec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctione mea:] quia ego diligo vos,scilicet in gratia mea:vt non excidatis à bonis quę preparaui vobis. Et hæc expositio magis congruit:vt sit sensus: perseueretis in hoc statu:vt scilicet,diligamini à me per effectum gratiæ.Primæ Corinthiorum septimo. Vnusquisque in ea vocatione qua vocatus est & in illa permaneat.Primæ Ioannis quarto.Qui manet in charitate, & cætera.

Si præcepta mea seruaueritis:manebitis in dilectione mea.

HIc ostendit quid sit manere in eus dilectione. Et primò ostendit quod hoc est seruare eius mandatum. Secundò manifestat per exemplum ibi. [Sicut & ego,&c.] Tertiò excludit dubium ibi [Hæc locutus sum vobis.] Dicit ergo.Manete in dilectione mea:& hoc facietis. [Si præcepta mea seruaueritis.] Sic enim manebitis in dilectione mea.Obseruatio enim mandatorum est effectus diuinæ dilectionis:non solum eius qua nos diligimus:sed eius qua,ipse diligit nos.Ex hoc enim quod ipse diligit nos: & adiuuat ad implędum mandata eius:quę impleri non possunt nisi per gratiam.primè Ioã. quinto.In hoc est charitas:nõ quasi nos dilexerimus,&c. Exẽplum autem ad hoc subdit dicens.

Sicut & ego patris mei præcepta seruaui:& maneo in eius dilectione.

SIcut enim dilectio qua pater diligit eum est exemplum dilectionis:qua ipse diligit nos,ita voluit quod obedientia sua sit exemplum obedietiæ nostræ.Christus enim per hoc ostendit,quod mansit in dilectione patris:quia per omnia mandata eius seruauit. Nam & mortem sustinuit.Phil.2.Factus est obediens patri vsque ad mortem,&c.Ab omni peccato abstinuit.1.Petri.2.Qui peccatum non fecit, &c.Quæ intelligenda sunt de Chrtsto secundum,quod homo. suprà.8.Non reliquit me solum:quia que placita sunt ei facio semper. Et ideò dicit. [Maneo in eius dilectione:] quia nihil in me secundum quod homo est dilectioni eius contrarium.

Hæc locutus sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit:& gaudium vestrum impleatur.

NE eredat,quod moneat nos ad mandata eius seruanda propter vtilitatem propriam,& nõ discipulorum, dicit. [Hæc locutus sum vobis,] scilicet vt mandata mea seruetis propter bonũ vestrum scilicet [vt gaudium meum in vobis,&c.] Amor enim est causa gaudij: vnusquisque enim gaudet de re amata. Deus autem se amat: & precipuè creaturam rationalem:cui infinitum bonum comunicat.Christus ergo de duobus ab æterno gaudet scilicèt de bono suo: & patris.Prouerb.8.Delectabar coram eo ludens,&c. Item de bono creaturæ rationalis.Prouer.8.Deliciæ meę sunt esse cum filijs hominum, ideſt,in hoc quod comunicor filijs hominum:& de his gaudet ab æterno.Isa.61.Gaudebit super te Deus tuus.Vult ergo dñs vt per obseruantiam mandatorum suorũ efficiamur participes gaudij sui: Vnde dicit [Vt gaudium meum] quo scilicet ego gaudeo de diuinitate mea:& patris [sit in vobis] quod nil est aliud quam vita æterna quæ est gaudium de veritate (vt Augustinus dicit) quasi diceret.Vt habeatis vitam æternam.Iob.22. Tunc super omnipotente delitijs affluues. [Et gaudiũ vestrum] quo ego gaudeo de humanitate mea, [repleatur.] Nam bona de quibus nos gaudemus aut sunt imperfecta:aut imperfectè habentur. Et ideò gaudiũ in hac vita plenum esse non potest.Tunc autem plenum erit quando perfecta bona perfectè consequemur.Matth.25.Intra in gaudium domini tui.

Hoc est præceptum meum:vt diligatis inuicem.

HIc ostẽdit Dominus quę sunt præcepta eius.Et primò proponit quid sit præceptum suum.Secundò inducit exemplum ibi. [Sicut dilexi vos.] Tertiò commemorat beneficiũ ibi. [Vos amici mei estis.] Præceptum autem quod ponit,est præceptũ charitatis: quod seruari vult [hoc est] inquit [præceptum meum,&c.] Sed cũ multa sunt alia præcepta domini in sacro eloquio:quæritur quare solũ obseruationem charitatis dicit esse præceptũ suum? Ad quod secũdum Gregorium dicendũ est,qꝑ charitas est radix & finis omnium virtutum.Radix quidem,quia ex charitate confirmata in corde hominis mouetur homo ad implenda omnia alia præcepta.Roma.13.Qui diligit proximum,&c.ergo omnia præcepta:quasi ad hoc ordinãtur: vt homo benefaciat proximo:& non molestet eum:quod quidẽ potissimè ex charitate fit.Finis autẽ est:quia omnia præcepta ad ipsam ordinantur:& in sola charitate solidantur.1.Thim.1.Finis præcepti est charitas.Dicit ergo [hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem] quasi.l.à charitate omnia procedunt sicut à principio : & in charitate omnia ordinantur : sicut in finem.Nam (sicut dicit Gregorius) vt multi rami ex vna radice generantur : nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis:si non manet in radice charitatis. Sed cum Matth.22.dicatur,quòd non solũ in dilectione Dei,sed etiam proximi pendeat lex & Prophetæ:quare solũ hìc de dilectione proximi mentionem facit?Sed dicendum,quòd vnum includitur in alio: qui enim diligit Deum,necesse est vt proximum:& ea quæ sunt Dei diligat.Et qui diligit proximum propter Deum,necesse est vt diligat Deum.licèt enim obiecta sint diuersa:tamen ipsi actus secundũ consequentiam sunt vnum.Est autem duplex ratio quare magis de dilectione proximi,quàm Dei mentionem facit.Vna.l.quia in hoc intendit eos instruere & inducere:quomodò proximos edificent:& quomodò fortes fierent ad tribulationes persecutorum perferẽdas: & ad vtrúmque charitas proximi necessaria est.

Sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet:quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

HIc manifestat per exemplum:quomodò proximum debeamus diligere:ita.l.quomodò Christus dilexit nos.Christus autẽ dilexit nos ordinatè & efficaciter.Ordinatè quidem.Quia nil in nobis dilexit nisi Deũ:& in ordine ad ipsum.Eccl.24.Ego mater pulchræ dilectionis,&c.Efficaciter autem.Quia intantùm dilexit:vt semetipsum pro nobis traderet.Eph.5.Dilexit nos & tradidit,&c. Nos ergo debemus proximos diligere.l.sanctè ad bonum,& efficaciter.l. vt dilectionem opere ostendamus.1.Ioan.3. Non diligamus verbo neque linguа:sed opere,&c. [Maiorem hac dilectionem, &c.] Hìc ostendit efficaciam dilectionis quæ est:vt quis mortem sustineat pro amicis:quod est signum maximæ dilectionis.Sed contra hoc obijcitur:quòd maioris dilectionis signum dicitur : quando aliquis animam suam ponit pro inimicis suis (vt Christus fecit.) Rom.5.Commendat Deus charitatem suam in nobis , &c. Ad quod dicendum , quòd Christus non posuit animam suam pro nobis inimicis:vt scilicet inimici remaneremus,sed vt amicos efficeret:vel licèt non essent amici quasi amantes,eraot tamen amici vt amati. Est autem manifestum,quòd maximę dilectiõis est signum propter amicos animam ponere : quia in ordine diligibilium quatuor ordinata sunt,scilicet Deus,anima nostra, proximus , & corpus nostrum, & Deũ debemus diligere super nos ipsos,& supra proximos,ita vt pro Deo nos ipsos,scilicet animam,& corp⁹,& proximũ dare debemus. Pro anima autẽ nostra corpus est ponere,non tamen eam dare. Pro proximo autẽ vitam corporalem, & corpus debemus exponere pro salute proximi.Et ideò cum vita corporalis sit potissimũ,quòd nos post animam habeamus , ideò potissimum est ipsam exponere propter proximum & maioris dilectionis signum.1.Ioã.3.In hoc apparuit charitas,&c.

LECTVRA III.

Vos amici mei estis , si feceritis quæ ego præcipio vobis.

SVPRA Dominus monuit nos ad dilectionẽ fraternam.Et hoc exẽplo sui.Hìc ostendit discipulis beneficium præstitum,per quod obligati erãt ad Christi imitationem.s. qꝑ Christus eos ad amorẽ suum assumpsit. Et primò ponit amicitiæ signum. Secundò subiungit causam ibi. [Non vos me elegistis,&c.] Ponit autem duplex amicitiæ signum.Vnum ex parte discipulorũ.Aliud ex parte sui ibi. [Iam non dicã,&c.] Signum autem ex parte discipulorum,qꝑ sunt amici Christi,est obseruatio mandatorũ eius.Vnde dicit. [Vos amici mei estis si feceritis,&c.] quasi diceret. Vsq; modo monui vos vt diligeretis inuicẽ.Sed mõ moneo & dico de amicitia vestra ad meipsum. Potest autem hoc,quod dicit. [Vos amici mei,&c.] dupliciter intelligi,secundum qꝑ amicus dupliciter dicitur,scilicet qui amat, & qui amatur,& secundũ vtrũq; verum est,quod subdit. [Si feceritis,&c.] Et qui Deum amant,mandata illius seruant: quia cum amicus dicatur quasi animæ custos (vt Grego.dicit.) Non immeritò,qui voluntatem Dei in præceptis eius custodit,amicus eius vocatur. Itẽ quos Deus amat mandata Dei seruant inquantum cõfereado eis gratiam suam adiuuat ad seruandum. Deus enim nos amando facit suos dilectores.Prouer.8.Ego diligentes me diligo.Non quasi priùs fuerint diligentes:sed quia ipse eos diligentes facit diligendo. Sed sciẽdum, quòd mandatorum obseruatio non est diuinæ amicitiæ causa , sed signum,scilicet & quòd Deus diligat nos,& quòd nos diligamus eũ. Sapient.6. Dilectio illius custodia legum est.1.Ioan.2. Qui dicit se amare Deum,&c.Ex parte autem Christi ponitur amicitiæ signũ, cùm dicit.

Iam non dicam vos seruos : quia seruus nescit quid faciat Dominus eius.

ET Primò excludit,quod videtur amicitiæ contrarium.Secundò ponit veræ amicitiæ signum ibi. [Vos autem dixi,&c.] Amicitiæ autẽ contrariatur seruitus. Et iõ primò excludit seruitutẽ dicẽs. [Iam non dicã,&c.] q.d. Et si olim fueritis quasi serui sub lege:nũc estis quasi liberi sub gratia. Romanorum octauo. Non accepistis spiritum seruitutis,&c. Secũdò subdit rationẽ dicens [Quia seruus nescit,&c.] Seruus enim est quasi extraneus à Domino.sup.octauo.

Seruus non

Seruus non manet in domo,&c. Extraneis autem secreta committenda non sunt.Prouer.22.Secretum extraneo ne reueles.Vnde nunc seruis secreta committenda non sunt. Potest autem hoc ad præcedentia sic continuari. Possent discipuli dicere, quòd si seruamus præcepta tua sumus amici tui,sed seruare præcepta est magis seruitutis,quàm amicitiæ.Et ideò hoc excludens dominus dicit. [Iam non dicam vos seruos,&c.] Sed dubitatur hìc cum ipsi Apostoli dicant se seruos Christi:sicut Paulus Apostolus seruus Christi Iesu:& Dauid.Seruus tuus ego sum.Et etiam ipsi qui introducendi sunt in vitam æternam.Matth.22.Euge serue bone,&c.Quid est hoc,quod dominus dicit. [Iam non dicam vos seruos,&c.] Dubitatur etiam de hoc. Quia cum frequenter domini seruis suis secreta reuelent : & etiam Deus.Amos.3.Non faciet Deus verbum,&c.Non videtur verum,quod hìc dicit. [Seruus nescit quid faciat dominus eius.] Respondeo dicendum secundum Aug.quòd seruitus propriè ex timore creatur.Est autem duplex timor,scilicet seruilis quem expulit charitas.primæ Ioan.4.Timor non est in charitate,&c.Alius est timor filialis,qui ex charitate generatur:quia timet perdere quis quod amat: & hic est timor bonus & castus.De quo dicitur in Psalm.Timor domini sanctus permanet,&c. Et secundum hoc sunt duæ seruitutes. Vna quæ procedit ex timore filiali.Et secundum hanc serui sunt iusti omnes:& filij Dei:vt objiciebatur.Alia seruitus est quæ procedit ex timore pœnæ & contrariatur dilectioni.Et de hac dicit. [Iam nõ dicam vos seruos.] Sciendum est etiam,quòd seruus proprie est qui non est causa sui.Liber verò,qui est sui causa.Est ergo differentia inter operationes serui & liberi. Quia seruus operatur causa alterius: liber autem causa sui operatur,& quantùm ad causam finalem operis:& quantùm ad causam mouentem.Nam liber propter se operatur sicut propter finem:& à se operatur:quia propria voluntate mouetur ad opus:sed seruus nec propter se operatur,sed propter dominum,nec à se,sed à domini voluntate , & quasi quadam coactione. Sed contingit aliquando : quòd aliquis seruus operatur causa alterius:sicut causa finali:operatur tamen à se:inquantùm se mouet ad opus.Et hæc est bona seruitus , quia ex charitate mouetur ad bona opera facienda,sed non operatur propter se:quia charitas non quærit quæ sua sunt : sed quæ sunt Iesu Christi,& salutis proximorum. Qui autem omninò causa alterius operantur sunt mali serui.Patet ergo,quòd discipuli serui erant,sed bona seruitute quæ ex amore procedit.Ad secundam quæstionem dicendum,quòd ille seruus qui mouetur solùm ab alio & non à se:habet se ad mouentem:sicut instrumentum ad artificem.Instrumentum autem communicat cum artifice in opere : sed non in operis ratione. Sic ergo & tales serui participant non solùm in opere:sed quando seruus operatur ex propria voluntate, necesse est, quòd rationem operis sciat: & quòd reuelentur ei occulta per quæ ea scire possit quæ agit.Eccl.33.Seruus si est tibi fidelis:sit tibi quasi animatus.Apostoli autem (vt dictum est) à se mouebantur ad bona opera facienda.s.ex propria voluntate per amorem inclinata.Et ideò dominus secreta sua reuelat eis.Sed de malis seruis verum est:quòd nesciũt quid faciat dominus eorum, sed quæ sunt illa quæ nesciunt?illa propriè quæ in nobis Deus facit. Omnia enim bona quæ facimus:Deus in nobis operatur. Isai.26. Phil.2.Operatur in nobis,&c.Seruus ergo malus ex superbia cordis sui obtenebratus:dum quod facit sibi attribuit:nescit quid faciat dominus eius.

Vos autem dixi amicos:quia omnia quęcúnque audiui à patre meo,nota feci vobis.

HIc ponit verum signum amicitiæ ex parte sua.Quod est:quia [quæcúnque audiui à patre,&c.] Verũ enim amicitiæ signum est,quòd amicus amico suo cordis secreta reueler. Cum enim amicorum sit cor vnum & anima vna,nõ videtur amicus extra cor suum ponere quod amico reuelat.Prouerbio.25.Causam tuam tracta cum amico tuo. Deus autem faciendo nos participes suæ sapientiæ:sua secreta nobis reuelat.Sapient.13. Per nationes in animas sanctas se transfert,&c.Sed dubitatur hìc primò quæ & qualiter filius à patre audit.Quod quidem pluries iam manifestum est. Cùm enim audire sit scientiam ab alio accipere.Audire filium à patre nihil aliud est, quàm scientiam ab eo accipere.Scientia autem filij est eius essentia. Filium ergo audire à patre,est accipere essentiam eius ab eo.Dubitatur etiam de hoc,quod dicit. [Omnia quæcúnque audiui,&c.] Si ergo omnia eis nota fecit:sequitur quòd tot sciebant discipuli:quot & filius.Respondeo.dicendum secundum Chrisо. [Omnia quæcũq; audiui,] quæ scilicet:vos audire oportebat [nota feci vobis.] non autem omnia simpliciter.infr.16.Multa habeo vobis dicere,&c.Vel dicendum secundum Augustinũ qꝑ dominus propter certitudinẽ dicendorum vtitur præterito pro futuro:vt sit sensus. [Omnia quæcúnq; audiui à patre meo nota feci vobis.] id est,faciam in illa plenitudine:de qua dicit Apostol.1.Cor.13.Tunc cognoscam:sicut,&c. infr.16.In illo die palam de patre meo annunciabo vobis:quando.s. introducet nos ad visionem patris.Omnia enim quæ scit filius,scit pater.Quando ergo reuelabit nobis patrem: reuelabit omnia quæ scit:& id,quod scimus.Vel dicendum secundũ Greg. & meliùs.Eiusdem rei potest haberi cognitio perfecta:& imperfecta:sicut in scientijs apparet:quòd qui scit principia omnia vnius scientiæ,dicitur scire scientiam illam:sed imperfectè eam scit. Vnde qui docet aliqua principia alicuius scientiæ potest dicere se docuisse scientiam illam: quia omnia quę sunt scientiæ illius sunt in principijs eius virtute:sed illam eandem scientiam perfectiùs scit:quando conclusiones singulas:quæ virtute erant in principijs nouit.Sic ergo & de diuinis potest haberi duplex cognitio.Vna imperfecta,& hæc habetur per fidem:quæ est prælibatio illius futuræ beatitudinis & cognitionis: quam habebimus in patria.Heb.11. Est autem fides sperandarũ substantia rerum',&c.Vnde de hac cognitione dicit. [Omnia nota feci vobis.] scilicet in fide secundum quandam prælibationem:sicut cõclusiones virtute sunt in principijs. Vnde dicit Gregorius. Omnia quæ nota facit seruis suis sunt gaudia internæ charitatis , & festa supernæ patriæ:quæ quotidie mentibus per aspirationem sui amoris imprimit (dum enim audita superna cœlestia amamus:amata iam nouimus:quia ipse amor notitia est.)

Non vos me elegistis:sed ego elegi vos.

HIc ponit amicitiæ causam. Consuetum est autem apud homines:vt vnusquisque sibi attribuat causam amicitiæ. Eccles.27. Omnis amicus dicit.Et ego amicitiam copulaui. Et sic multi attribuunt sibi diuinæ amicitiæ causam dum sibi principium bonorum operum attribuunt:& non Deo. Et dominus hoc excludens dicit. [Non vos me elegistis.] quasi dicat. Quisquis ad hanc dignitatem amicitiæ vocatus est:non sibi causam amicitię tribuat:sed mihi eum ad hoc eligenti.Et primò proponit gratuitam Dei electionem.Secundò exponit ad quid eliguntur ibi. [Et posui,&c.] Dicit ergo. [Non vos me elegistis] vt scilicet, ego essem amicus videtur. [sed ego elegi vos] vt facerem amicos meos.primæ Ioannis quarto.Non quasi nos dilexerimus Deum:sed quoniam ipse prior,&c.Est autem duplex Dei dilectio.Vna æterna qua prædestinamur.Ephes.1.Elegit nos in ipso,&c.Alia temporalis qua ab ipso vocamur quæ nihil est aliud:quàm executio æternæ prædestinationis,quia quos elegit prædestinando:hos etiam elegit vocando.Roma.8.Quos prædestinauit hos & vocauit,&c.Luc.10. Elegit 12.quos,&c.Sunt autem aliqui dicentes electionem Dei temporalem ex meritis electorum causari. Sed hoc est contra illud:quod hìc dicitur. Nam si ideò elegit te: quia bonus eras:non autem poteras bonus esse:nisi bonum elrgeres. Hoc autem bonum potissimè est Deus.Ergo primò elegisti bonũ: quod est Deus:quàm elegeris. Sed dominus dicit contrarium.[Non vos me elegistis,&c.] Non ergo dicendum,quòd aliquod bonum ex parte nostra totaliter præcedat electionem Dei.Dico autem totaliter:quia aliquod bonum particulare in nobis existens potest esse causa alterius boni nobis dandi. Et hoc alterius:cùm sit quidam ordo in diuinis donis,sed vniuersaliter nihil potest esse causa : & præcedere diuinã electionem:quia omnia bona sunt nobis à Deo.Sed de æterna electione adhuc magis erroneum, esset dicere:quòd ab electione nostra præcederetur.Fuerunt tamen aliqui qui dicerent, quòd merita nostra præcedentia sunt causa illius electionis. Et hoc fuit error Origenis:qui dixit animas hominum simul fuisse creatas æquales:& quibusdam stantibus quædam minus : & quædam magis peccauerunt. Et ideò quædam meruerunt habere gratiam :quædam non.Sed contra hoc est, quod dominus dicit. [Non vos me elegistis.] Alij autem dicunt,quòd verum est : quòd merita in actu existentia non sunt causa prædestinationis : sed præexistentia in præscientia Dei dicens:quòd quia Deus sciuit aliquos bonos futuros:& bene vsuros gratia , ideò proposuit eis gratiam se daturum. Sed si hoc esset,sequeretur,quòd ideò elegit nos:quia præsciuit nos ipsum electuros. Et sic electio nostra præuia esset electioni diuinæ : quod est contra substantiam domini,Sed forsitan diceret aliquis:quæ electio poterat esse qui nihil eramus:& nulla inter nos erat præeminẽtia:sed eum qui huiusmodi decipit modum electionis humanæ secundum quem credidit esse electionem diuinam : sed aliter & aliter se habent:quia electio nostra causatur ex bono iam præexistenti : sed electio diuina est causa influentiæ maioris boni in vno, quàm in alio. Cùm enim electio sit actus voluntatis : secundum quòd diuersimodè voluntas Dei & hominis se habent ad bona: sic diuersus est electionis eorum modus. Voluntas autem Dei se habet ad bonum creatum:vt causa eius. Sapientiæ decimo. Quomodò potuisset illa esse, &c. Et sic bonum deriuatur ad res creatas ex voluntate Dei . Vnde Deus aliquem alteri prælegit inquantùm plus ei de bono influit , quàm alteri. Voluntas autem hominis mouetur ad aliquid ex bono præexistenti apprehenso. Et ideò oportet in electione nostra vnum bonum præexistere alteri. Ideò autem Deus vni magis , quàm alteri bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

num influit: vt reluceat ordo in rebus: sicut apparet in rebus materialibus: quòd materia prima quantùm est de se est vniformiter dispositæ ad omnes formas. Ipsæ etiam res antequàm sint, non sunt dispositæ ad hoc vel illud esse: sed vt seruetur ordo in eis diuersas formas: & diuersorum esse sortiuntur à Deo. Et similiter in creatura rationali quidam eliguntur ad gloriam: quidam reprobantur ad pœnam. secundæ Thimot. 2. Nouit Dominus qui sunt eius. In magna enim domo non solùm sunt vasa, &c. Et sic apparet diuersus ordo dum in quibusdam rebus relucet Dei misericordia: quos absq; vllis meritis præcedentibus ad gratiam præparat: in quibusdam autem Dei iustitia: dum eos ex proprijs culpis: citra condignum tamen deputat pœnæ. Sic ergo elegi vos ab æterno prædestinando: & vocando ad fidem ex tempore. Ad quod autem eos elegit subdit consequenter dicens.

Et posui vos: vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.

ET primò ponit ad quid elegerit. Secundò rationem dictorum assignat ibi. [Hæc mando vobis, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quòd elegit ad aliquid agendum. Secundò quòd elegit ad aliquid recipiendum ibi. [Vt quodcúnque, &c.] Dicit ergo [Posui vos,] id est, dedi vobis ordinem in ecclesia mea. primę Corinthiorum duodecimo. Posuit Deus in ecclesia primùm quidem Apostolos, &c. Item [Posui vos,] id est, firmiter vos disposui. Genesis primo. Fecit Deus luminaria magna, & posuit ea in firmamento cœli. Iudæ quinto. Stellæ manentes in ordine, &c. Positio enim ordinem & firmitatem importat. [Posui] inquam ad tria. Primò quidem ad eundum. Vnde dicit. [Vt eatis] per mundum discurrendo: vt totum conuertatis ad fidem. Marc. vlti. Euntes in mundum vniuersum prædicate, &c. Vel [vt eatis,] id est, proficiatis de virtute in virtutem. Psalm. Ibunt de virtute in virtutem, &c. Osc. vltim. Ibunt rami eius vt libani. Secundò ad fructum afferẽdum: vnde dicit. [Et fructum afferatis,] scilicet conuersionis fidelium quantùm ad primum iter. Romanorum primo. Vt aliquem fructum habeam in vobis, &c. Vel fructum spiritualem interiorem quantum ad secundum iter Galatarum quinto. Fructus autem spiritus, & cętera. Ecclesiast. vigesimoquarto. Flores mei fructus honoris, & cętera. Tertiò vt fructum afferant: qui non perdantur per mortem, seu peccatum. Vnde dicit. [Et fructus vester maneat,] scilicet congregatio fidelium in vitam æternam perducatur: & fructus spiritualis magis proficiat. supra quarto. Et fructum congregat, & cætera.

Vt quodcúnque petieritis patrem in nomine meo, det vobis.

HIc ostendit, quod elegerit ad aliquid recipiendum, scilicet omnia quę petierint: quasi diceret, posui vos ad hoc vt essetis digni recipere à patre in nomine meo. primæ Ioan. tertio. Si cor vestrum non reprehenderit vos fiduciam habemus, & cætera.

Hæc mando vobis: vt diligatis inuicem.

HIc assignat rationẽ rerum quę dixit. Possent enim dicere quare hæc omnia Christus diceret eis. Vnde dominus respondens dicit. [Hæc mando vobis, & cętera] quasi omnia quę dico sunt inducentia vos ad dilectionem proximorum. primæ Thi. 1. Finis præcepti est charitas. Vel dicendum secundũ Chrysõ. ꝙ possent discipuli dicere. Domine cur nobis tot de dilectione tua commemoras? Nunquid vt improperes? Sed dominus dicit, non: imò vt incitem vos ad dilectionem proximi. 1. Ioan. 3. Hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit, &c.

LECTVRA IIII.

Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit.

POSITA similitudine vitis & palmitum: & explanata quantùm ad inhæsionem palmitum ad vitem. Hìc consequenter explanat eam quantum ad ipsorum purgationẽ quæ futura erit per tribulationes. Consolatur eos ergo Dñs contra tribulationes quas passuri erant. Et primò rõnes ex quibus eos cõsolatur proponit. Secundò ipsas rationes exponit ibi. [Mementote sermonis mei, &c.] Tertiò excusationes persequentium excludit ibi. [Si non venissem, &c.] Ponit autim duas rationes ad eorum consolationem. Quarum vna sumitur exemplo. Secunda ex causa ibi. [Si de mundo fuissetis.] Consolatur ergo eos dominus exemplo sui: qui & passus est persecutiones tyrannorum. Vnde dicit. [Si mundus vos odit, &c.] Sciendum est enim, quòd sicut omnium beneficiorum principium est amor: ita & persecutionum omnium principium est odium. Et ideò dominus prænunciat eis odium futurum. Matthæi vigesimoquarto. Odio eritis omnibus hominib'. Luc. 6. Beati eritis cũ vos oderint homines, &c. Dicit ergo. [Si mũdus vos odit.] i. futurum est, ꝙ mundus vos odio habeat, & manifestabit odiũ suum persequẽdo vos. [Scitote quia me priorem odio habuit.] supr. 7. Non potest mundus odisse vos: me autem odit. Sed hæc est grandis consolatio iustis ad fortiter sustinendum persecutiones. Heb. 11. Recogitate eum qui talem sustinuit, &c. 1. Petr. 2. Christus passus est pro vobis: vobis relinquens exemplum: vt sequamini, &c. Et ideò secundum Augustinum non debent se mẽbra supra verticem extollere: nec recusare se in corpore esse nolendo mundi odium sustinere cum capite. Mundus autem dupliciter accipitur: quandóque quidem in bono: pro his qui bene viuunt in mundo. 2 Corint. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quãdóque autem in malum, scilicet pro amatoribus mundi. 1. Ioan. 2. Mundus totus in maligno positus est. Sic ergo totus mundus totum odit mundum: quia amatores mundi qui sunt per totum mundum diffusi: odiunt mundum totum: ideſt ecclesiam bonorum per totum mundum roboratam.

Si de mundo fuissetis: mundus, quod suum erat diligeret.

HIc ponitur secunda ratio sumpta ex causa odij. Quando enim quis odium alicuius sustinet propter culpam suam, dolendum est & tristandum: sed quando propter virtutem: gaudendum. Primò ergo ostendit quæ sit causa quare aliqui diliguntur à mundo. Secundò ostendit quare Apostoli à mundo odio habentur ibi. [Quia verò de mundo non estis, &c.] Causa autem quare aliqui diliguntur, est similitudo eorum ad mundum. Vnde dicit. [Si de mundo fuissetis: mundus, &c.] Omne simile sibi simile diligit. Ecclesiastici decimotertio. Omnis caro ad simile sibi, &c. Et ideò mundus: id est amatores mundi diligunt mundi amatores. Vnde dicit. [Si de mundo fuissetis,] id est, sequentes mundum [mundus, quod suum erat diligeret,] sicut suos, & sibi similes. sup. 7. Non potest mũdus odisse vos. 1. Ioã. 4. de mundo nõ sunt. Et iõ, &c. Sed contra, per mundum intelligit hìc Dominus principes mundi qui persecuturi erant Apostolos. Sed ipsi idem principes persequuntur aliquos mundanos inuentos, purà homicidas & latrones. Ergo mundus non diligit, quod suum est, sicut per Apostolos. Respõdeo: dicendum est, quòd est reperire aliquid purè bonum, sed purè malum nihil inuenitur, cùm subiectum mali sit bonum. Malum ergo culpæ fundatur in bono naturæ. Vnde non potest aliquis homo esse peccator & malus quin habeat aliquid boni. Sic ergo secundum malum, quod habent, scilicet infidelitatem pertinent ad mundum, & odiunt Apostolos, & eos qui de mundo nõ sunt. Sed secundum bonum, quod habent, non sunt de mundo, & odio habent eos qui de mundo sunt, scilicet fures & latrones, & cætera huiusmodi. Erant tamen aliqui in mundo benè viuentes, qui Apostolos diligebant, eorum facta approbando. Sed adhuc magis videtur dubium esse: quia ad mundum pertinet omne peccatum, & sic secundum quodlibet peccatum aliquis est de mundo. Sed videmus, quòd aliqui homines conuenientes in aliquo peccato scilicet odio habent, sicut superbi. Prouer. 13. Inter superbos semper iurgia sunt, & auarus odit auarũ. Vnde secundum Philosophum figuli conrixantur adinuicem. Mundus ergo odit mundum. Non ergo videtur verum esse, quod Dominus dicit. [Mundus, quod suum erat diligeret.] Respõsio, dicendum, quòd duplex est amor, amicitiæ scilicet, & concupiscentiæ, sed differunt: quia in amore concupiscentiæ, quæ sunt nobis extrinsecа, ad nosipsos trahimus, cum ipso amore diligamus alia, inquãtum sunt nobis vtilia vel delectabilia, sed in amore amicitię est ecõuersò: quia nosmetipsos trahimus ad ea quæ sunt extra nos: quia ad eos quos isto amore diligimus habemus nos sicut ad nosmetipsos, communicantes eis quodãmodò nosmetipsos. Vnde in amore amicitiæ similitudo est causa amoris. Nõ enim sic diligimus aliquem nisi inquantum sumus vnum cum eo. Similitudo autem est vnitas quædã. Sed in amore concupiscentiæ siue sit vtilis, siue delectabilis, similitudo est causa separationis & odij. Cùm enim isto amore aliquem diligam inquantum est mihi vtilis vel delectabilis, quicquid est impeditiuum vtilitatis seu delectationis habeo odio contrarium. Et inde est, quòd superbi iurgantur adinuicem inquãtum vnus vsurpat sibi gloriam, quam alius amat, & in qua delectatur. Figuli etiam inquantum vnus trahit ad se lucrũ, quod alius pro se volebat. Sed sciẽdum, quòd amor concupiscentię non est rei concupitę, sed concupiscẽtis, propter hoc enim quis hoc amore aliquem diligit inquãtum est sibi vtilis (vt dictum est.) Et ideò magis diligit in hoc se, quàm illum, sicut qui diligit vinum: quia est sibi delectabile, se potius, quàm vinum diligit. Sed amor amicitiæ est potius rei amatæ, quàm amãtis: quia diligit aliquem propter ipsum dilectum, non propter diligentem. Sic ergo quia in amore amicitiæ similitudo causa est amoris, dissimilitudo causa odij, tamen est, quòd mundus odio habet, quod suum est, & sibi dissimile, & diligit, id est, dilectione amicitiæ, quod suum est. Sed de dilectione concupiscentię est ecouersò. Et ideo dicit. [Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret,] scilicet amore amicitiæ.

Quia ve-

Quia verò de mundo non estis: sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus.

HIc ponit causam quare Apostoli habentur odio à mundo: quæ est dissimilitudo. Dicit ergo. [Quia verò de mundo non estis:] mentis scilicet eleuatione: quáuis sitis per originem. Supra 8. Vos deo sum estis, &c. Et hoc quidem quia eleuati estis à mundo nõ ex vobis, sed ex gratia mea: quia scilicet. [ego elegi vos de mundo.] Supra eodem. Ego elegi vos. [Propterea.] quia scilicet de mundo non estis. [odit vos mundus.] Id est, mundi amatores. vt eis dissimiles. Prouerbi. 29. Abhominantur iusti impios, &c. Et ibidem: Viri sanguinum oderunt, &c. Potest autem triplex ratio assignari quare mundus odit sanctos. Prima est diuersitas conditionis, quia scilicet mũdus in morte est: sed sancti sunt in statu vitæ. Primæ Ioan. 3. Nolite mirari si odit vos mundus, &c. Translati sumus de morte ad vitam, &c. Et ideò dicit Sapien. 2. Grauis est nobis etiam ad videndum. Secunda ratio est displicentia correctionis. Nam sancti viri & verbis & factis mundi facta reprehendunt. Et ideò mundus odit eos. Amos 5. Odio habuerunt corripientem in porta. Supra 7. Me autem odit, scilicet mũdus: quia testimonium perhibeo de illo, &c. Tertia ratio est iniquitas emulationis qua mali inuident viris iustis cùm eos vidẽt crescere & multiplicari in bonitate & sanctitate: sicut Aegyptij videntes crescere filios Israel, habebãt eos odio & persequebantur. Exod. 1. Et Gen. 27. dicitur, quòd videntes fratres Ioseph, quòd cunctis fratribus pius amaretur: oderant eum, &c.

Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo.

HIc explicat rationes supradictas. Et primò primam quæ pertinet ad exemplum. Secundò secundam quæ pertinet ad causam odij ibi. [Sed hæc omnia facient, &c.] Circa primum duo facit. Primò commemorat diuersitatem gradus sui ad discipulos. Secundò ostendit similitudinẽ sanctorum ibi. [Si me persecuti sunt, &c.] Diuersitas gradus Christi ad discipulos erat: quia ipse dominus erat: illi autem serui. Vnde supra 13. dixit. Non est seruus maior domino suo. Hanc ergo diuersitatem commemorat dicens. [Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis.] Supra 13. scilicet quòd non est seruus maior domino suo. Ergo non debet esse vobis indignum: si patiamini ea quæ passus est dominus noster: imò debetis vobis reputare hoc ad magnam gloriam. Vnde Matth. 13. discipulis petentibus sedere vnus ad dexteram: & alius ad sinistram: dixit. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Ecclesiastici 13. Gloria magna est sequi dominum. Matth. 10. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius. Sed contra supra eodem dixit. Iam nõ dicam vos seruos. Hic autem non est seruus. &c. Respõsio, dicẽdum quòd duplex est seruitus. Vna procedens ex timore seruili: scilicet pœnæ. Et secundum hanc Apostoli non erant serui. Alia ex timore casto. Et talis seruitus erat in Apostolis. Matth. 25. Beati serui illi quos cùm venerit dominus, &c.

Si me persecuti sunt: & vos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt: & vestrum seruabunt.

SI ergo estis serui, & ego dominus: debetis esse contenti quòd eã fiant vobis quæ facta fuerunt mihi. Me autem quidam contempserunt: & quidam receperunt. Supra primo. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem, &c. Et vos similiter si aliqui cõtemnant: aliqui tamen honorabunt. Vnde dicit. [Si me persecuti sunt, &c.] Vbi ponitur similitudo factorum: quia eadem est ratio persecutionis quam exercebant in discipulos, & in Christum: quia in discipulis Christum persequebantur. Actuum. 9. In persecutione discipulorum Christus dicebat se persequi. Saule, Saule, quid me persequeris? Et ideò propter identitatem causæ sequitur consequentia. [Si me perſecuti sunt, & vos persequentur, &c.] Matth. 13. Si patremfamilias Belzebub vocauerunt, &c. De ista persecutione dicitur Matthei 23. Ecce mitto ad vos sapientes, & scribas ex illis, &c. Et similiter eadem ratio est honorationis. Et ideò dicit. [Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.] quia verba vestra sunt mea verba. secundæ Corinth. vlti. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Matt. 10. Non enim vos estis qui loquimini, &c. Et ideò Lucæ 10. dicit Qui vos audit, me audit. Quod autem recepti sint ab aliquibus Apostoli, & honorati: patet primæ Thessalonicensium 2. Et vos cùm accepissetis à nobis verbum auditus Dei, &c.

Sed hæc omnia facient vobis propter nomẽ meum: quia nesciunt eum qui misit me.

HIc explicat rationem consolationis quæ sumitur ex causa odij. Apostoli enim electi & eleuati supra mundũ inquantũ erãt effecti participes diuinitatis, & coniuncti Deo. Et ideò mũdus eos odio habebat, ex quo sequitur quòd potius Deum in eis quàm ipsos mundus oderet. Et huius odij causa erat: quia non habebant veram Dei notitiam, scilicet per veram fidem, & deuotum amorem: aliàs si cognouissent eos Dei amicos eos non fuissent persecuti. Et ideò dicit. [Hæc omnia.] quòd odiunt, & persequuntur vos. [facient vobis propter nomen meum.] Et ideò debet vobis esse gloriosum. 1. Petri. 4. Nemo nostrum patiatur quasi fur aut homicida, &c. Non autem. [propter nomen meum.] quasi ipsum ament, sed quia ipsum odio habent. Sicut ecõtrario vos patiemini propter nomen meum: quia ipsum amatis. Et hæc facient. [quia nesciunt eum qui me misit.] Supra 8. Si me sciretis, & patrem meum vtique, &c. Nesciebant enim Deo esse acceptum, quòd Christo adhærerent. Sed attendendum quòd hìc loquitur de cognitione perfecta, quæ consistit in fide perficiente intellectum, & coniungente Deo affectum. De qua cognitione dicitur Hiere. 9. In hoc glorietur qui gloriatur scire, & nosce me, & c. Sap. 6. Nosce te, sensus est consumatus, &c.

LECTVRA V.

Si non veniſſem, & eis loeutus non fuissem: peccatum non haberent.

SVPRA dominus tractans de persecutione quæ discipulis à Iudæis superuentura erat rationem assignauit: quia nesciunt eum qui misit eum. Sed quia ignorantia excusare solet: ideò hìc eos ostendit esse inexcusabiles. Et hoc dupliciter. Primò per ea quæ ipse personaliter circa eos fecit, & docuit. Secundò per ea quæ in eius absentia futura erãt ibi. [Cùm autẽ venerit.] Circa primũ duo facit, primò ostẽdit eos inexcusabiles esse propter veritatis doctrinã. Secundò propter signorũ euidentiam ibi. [Si opera non feciſſem.] Circa primum tria facit. Primò ostendit quid eis possit ad excusationem suffragari. Secundò ostendit eos hoc suffragio carere ibi. [Nunc excusationem, &c.] Tertiò ostendit ex qua radice procedit eorum persecutio ibi. [Qui me odit, &c.] Dicit ergo quòd hæc omnia facient vobis propter nomen meum. Et quidem de his excusari possent. [Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem. Id est, non ostendiſſem me personaliter, & eos personaliter non docuiſſem [peccatum nõ haberent.] Sed contra Rom. 3. Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei. Sed dicendum, quòd nõ loquitur hìc dominus de quocúnque peccato: sed de peccato infidelitatis, quòd non credunt in Christum: quod anthonomaticè peccatũ dicitur: quia isto peccato existente nullum aliud peccatum remitti potest: cùm nullũ peccatum remittatur nisi per fidem Iesu Christi: per quam est iustitia: (vt dicitur Rom. 5.) Et ideò idem est quod dicit. [peccatũ non haberent.] Iac si diceret. Non imputaretur eis, quòd in me non credunt. Et hoc primò: quia fides est ex auditu. Roma. 10. Vnde si non veniſſet, & locutus eis non fuiſſet, non potuiſſent credere. Nulli autem imputatur ad peccãtum si non facit quod nullo modo facere potest. Et si dicatur, quòd tenebantur & credere poterant etiam si Christus non veniſſet: cùm fuerit eis annunciatum per prophetas. Rom. 1. Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis de filio suo, &c. Respondendum est, quòd nec ipsa verba prophetarum Iudæi per se credere, & intelligere poterant, nisi eis diuino auxilio ostenderẽtur. Dan. 12. Clausi sunt signatique sermones vsq; ad tempus, &c. Vnde Act. 8. dicebat eunuchus. Quomodò intelligere possum nisi aliquis ostenderit mihi? Sic ergo si Christus non veniſſet: hoc peccatum, scilicet infidelitatis, non haberent: quamuis alia peccata actualia habuiſſent propter quæ fuiſſent puniti. Et similis ratio est de omnibus illis ad quos prædicatio verbi Dei peruenire nõ potuit. Vnde non imputatur eis ad condemnationem infidelitatis peccatum: sed priuati beneficio Dei propter alia eorum peccata actualia, & originalia damnabuntur. Sciendum autem, quòd multis Christi aduentus, & doctrina cessit in bonum: illis scilicet, qui eum receperunt, & sermonem suum seruauerunt, & multis ad malum: illis, qui nec eum audire: nec ei credere voluerunt. Isa. 8. Erit vobis in lapidem offensionis, &c. Luc. 2. Positus est hìc in ruinam, & in resurrectionem multorum.

Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

SIc ergo posuit per quod ab infidelitate excusari possent: sed hoc excusationis suffragio carent: quia & eis personaliter se exhibuit Christus, & eos docuit. vnde dicit. [Nunc autem.] scilicet ex quo veni, & locutus fui. [excusationem non habent,] scilicet per ignorantiam. [de peccato suo.] Romano. 1. Vt iam sint excusabiles, &c. Quod autem ipsi cognouerint Christum: patet Matthei 22. hic est hæres venite occidamus eum. Sed cognouerunt eum esse Christum promissum in lege: non autem esse Deum: quia si hoc cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Non ergo est eis ignorantia ad excusationem: quia non ex ignorantia deliquerunt: sed hoc ex alia radice scilicet ex odio, & certa malitia. Vnde subdit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui me odit, & patrem meum odit.

QVasi dicat non ignorantia, sed odium, quod habuerunt ad me est eis ad peccatum. Et hoc quia redundat in odium patris. Cùm enim filius & pater vnum sint in essentia, veritate, & bonitate, & omnis cognitio alicuius sit per veritatem quę in ipso est. Quicúnque diligit filium, diligit & patrem, & quicúnque cognoscit vnum, & alium, & qui odit filium, odit patrem. Sed hîc est duplex quæstio. Prima vtrùm aliquis possit Deum odio habere. Ad quod dicèdum, ꝙ Deum inquantũ Deus est nullus potest odio habere, cùm Deus sit pura essentia bonitatis: quæ cum sit secundum se diligibilis: impossibile est, quòd secundum se ab aliquo odiatur. Vnde hæc est ratio quare impossibile est, ꝙ malus Deũ videat. Impossibile est enim Deum videri ab aliquo quin diligatur. Qui autem Deum diligit bonus est. Vnde hæc sunt incõpossibilia, scilicet quòd aliquis Deum videat, & sit malus. Potest tamen aliquis Deum odio habere secundum aliquid aliud, putà qui amat voluptatem, odit Deum vt prohibentem voluptatum fruitiones, & qui quærit immunitatem, odit Dei iustitiã punientem. Secunda quæstio est: quia nullus potest habere odio, quod ignorat. Iudæi autem ignorabant patrem. supr. eod. Nesciunt enim qui me misit. Non ergo verum videtur, quod dicit [& patrẽ meum odit.] Sed dicendum secundum Aug. quòd aliquis potest aliquid diligere vel odire, quod nunquam vidit, neque secundum veritatem cognoscit, sed fama de eo benè seu malè sentiente. Sed hoc potest cõtingere dupliciter. Vno modo, quòd habeatur odio seu diligatur secundum ipsam eius personam, secundum id quod de eo narratur. Sicut si audiam aliquem esse furem, odio eum, non quia ipsam eius personam cognoscam: vel odiam, sed quia cõmuniter odio omnem furem. Vnde si esset fur, & ego eum furem esse nescirem, haberéq; eum odio, nec tamen scirem me eum odire. Iudæi autem habebant odio Christum, & veritatẽ, quã prædicabat. Vnde cùm ipsa veritas, quam Christus prędicabat, esset in voluntate Dei patris, & opera quę Christus faciebat similiter sicut Christum, &c. & odio habebant patrem, licèt ipsi nescirent illa esse in voluntate patris.

Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.

HIc ostendit eos inexcusabiles esse per signorum euidentiam. Possent enim dicere, quòd ex verbis quæ contra eos dicit non conuincuntur. Et ideò verba mirabilibus factis cõfirmat dicens. [Si opera non fecissem in eis, &c.] Et primò ostendit, quòd possent aliquatenus excusabiles esse. Secundò radicem peccati eorum ostendit. Tertiò inducit auctoritatem. Secundum facit ibi. [Nunc autem viderunt, & oderũt, &c.] Tertium ibi. [Vt impleatur, &c.] Circa primum ponitur duplex quæstio. Vna quæ est de veritate antecedentis, scilicet. [Si opera non fecissem quæ nemo alius, &c.] Et quæritur vtrùm Christus fecerit aliqua bona opera in eis quæ nullus alius fecerat. Et videtur, quod non. Quia si dicatur, quòd Christus suscitauit mortuos, hoc & Helias, & Helisæus fecerunt. S. Christus ambulauit suprà mare, Moyses mare diuisit. Sed Iosue, quod maius est fecit, scilicet solem stare. Inconuenienter ergo videtur Christus eos arguere, nec videtur consequentia habere veritatem. Responsio, dicendum secundum Augustinum, quòd Dominus non loquitur hîc de quibuscúnque miraculis factis in eis, id est, in conspectu eorum, sed de factis in eis, id est, in personis eorum. Nam in curatione infirmorum nullus tantum in eis fecit quàm Christus, quamuis etiam & in alijs similiter. Quia nullus homo alius factus est Deus, & nullus natus de virgine nisi Christus. Fecit ergo in eis opera quę nullus alius fecit in curatione infirmorum. Et hoc in tribus. Primò quidem in magnitudine: quia mortuum quatriduanum suscitauit. Cęcum natum illuminauit, quod à sæculo non est auditum (vt dicitur supr. 9.) Secundò in multitudine, quia omnes quotquot malè habebant curabat: (vt dicitur Matthæi decimoquarto.) quod nullus alius fecit. Tertiò in modo: quia alij faciebant inuocando, ostendentes se non propria virtute facere, sed Christus faciebat imperando: quia propria virtute. Marci primo. Quæ est hæc doctrina noua: quia in virtute & potestate, &c. Sic ergo licèt alij mortuos suscitarent, & alia miraculosa facerent, quæ Christus fecit, non tamen eo modo, nec propria virtute (vt Christus.) Similiter quod dicitur de statione solis minus est, eò quòd Christus moriens lunam retrocedere fecit, & totum cursum firmamenti mutauit (vt Dionysius dicit.) Secunda quæstio est de veritate conditionalis. Vtrùm scilicet si Christus non fecisset in eis opera quæ nemo alius fecit, immunes essent à peccato infidelitatis. Responsio, dicendum, si nos loquamur de quibuscúnque miraculis, haberent excusationem, si in eis facta non fuissent per Christum. Nullus enim potest ad Christum venire per fidem nisi tractus. suprà sexto. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et ideò Canticorum primo dicit sponsa. Trahe me post te, &c. Vnde si nullus esset qui eos traxisset ad fidem, excusabiles essent de infidelitate. Sed est attendendum, quòd Christus attrahit verbo, signis visibilibus, & inuisibilibus, scilicet monendo & instigando interiùs corda. Prouerbiorum vigesimoprimo. Cor Regũ in manu Dei. Est ergo opus Dei instinctus interior ad benè agendum, & qui ei resistunt, peccant: aliàs frustrà dixisset Stephanus Actuum septimo. Vos semper spiritui sancto resistitis. Et Isaiæ quinquagesimo. Dominus aperuit mihi aurem, scilicet cordis. Ego autem non contradico. Est ergo hoc, quod Dominus dicit. [Si opera non fecissem, &c.] Intelligendum non solũ de visibilibus, sed etiam de interiori instinctu & attractu doctrinæ, quę quidem si in eis non fecisset, peccatum non haberent. Sic ergo patet quomodò excusari possent, per hoc scilicet si in eis non fecisset opera miraculosa.

Nunc autem & viderunt, & oderunt, & me, & patrem meum.

HIc ostendit ex qua radice peccatum infidelitatis incurrerent, scilicet ex odio, propter quod operibus visis non credebant. Vnde dicit. [Nunc autem viderunt,] scilicet opera quæ in eis feci [& oderunt me, & patrem meum.] Prouerbiorum primo. Eò quòd exosam habuerunt disciplinam, &c. Et sicut Gregorius dicit, sunt nonnulli in Ecclesia qui non solùm bona non faciunt, sed etiam persequuntur, & quæ ipsi facere negligunt, etiam in alijs detestantur horum peccatum, non ex infirmitate, aut ignorantia, sed ex solo studio perpetratur.

Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorũ scriptus est: quia odio habuerunt me gratis.

QVia posset dicere. Si ita est, quòd Iudæi oderunt te & patrem tuum: quare in eis miracula facis? Ideò respondens dicit, ꝙ hoc facit [vt impleatur sermo, &c.] Sed hîc dubitatur de hoc, quòd cùm scriptum sit in Psalm. dicit, quòd in lege eorum scriptum est. Ad quod dicendum est, quòd lex in scriptura accipitur tripliciter. Quandóque enim communiter pro toto Veteri Testamento. Et sic accipitur hîc: quia tota doctrina Veteris Testamenti ordinatur ad obseruantiam legis. Matthæi vltimo Mementote mei, &c. Quandóque sumitur secundum quòd diuiditur contra Agyographa & Prophetas. Lucæ vltim. Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in Prophetis & lege, scilicet Moysi & Psalmis, quibus etiam numerantur Agyographa. Quandóq; autem sumitur lex prout diuiditur solùm contra Prophetas. Et tunc Agyographa numerantur cũ Prophetis. Dicit ergo [vt impleatur sermo qui in lege eorum,] id est, in Psalmis [scriptus est: quia odio habuerunt me gratis,] id est, non propter commodum consequendum: vel incommodum vitandum, propter hoc enim homo aliqua odit quæ non fuerunt in Christo, imò dabat eis occasionem amoris sanans & docens eos. Actuum quinto. Pertransiens benefaciebat, &c. Hierem. 32. Nunquid redditur pro bono malum, &c. Hierem. 2. Quid iniquitatis inuenerunt in me patres vestri, &c.

Cùm autem venerit paraclitus, quem ego mittam vobis à patre, spiritũ veritatis qui à patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimoniũ perhibebitis: quia ab initio mecum estis.

HIc ostendit, quòd non sunt excusabiles propter ea quæ post eum superuentura erant: quia habituri erant alia testimonia, scilicet spiritus sancti, & eius Apostolorum. Et primò ponit id quod superuenturum erat ex parte spiritus sancti. Secundò id quod futurum erat ex parte Apostolorum ibi. [Et vos testimonium perhibebitis, &c.] Quantum ad spiritum sanctum quatuor tangit. Primò quidem libertatem. Secundò suauitatem. Tertiò processionem. Quartò operationem. Libertatẽ quidem seu potestatẽ cùm dicit. [Cùm venerit, &c.] Ille enim propriè venire dicitur, qui sponte & propria auctoritate vadit, & hoc conuenit spiritui sancto: qui vbi vult spirat. suprà tertio. Sapientiæ septimo. Inuocaui & venit in me, &c. Hoc ergo, quod dicit [mittam,] non coactionem designat, sed originem. Suauitatem tangit cùm dicit [paraclitus,] id est, consolator. Nam cùm sit amor Dei facit nos terrena contemnere, & Deo adhærere. Vnde dolorem & tristitiam de nobis excludit, & gaudium de diuinis ministrat. Galatharũ quinto. Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax. Actuum nono. Ecclesia replebatur consolatione spiritus sancti, &c. Tertiò ponit processionem spiritus sancti duplicem. Primò quidem temporalem, cùm dicit. [Quem ego mittã vobis à patre, &c.] Vbi sciendum est, quòd spiritus sanctus mitti dicitur, non quasi locum mutans, cùm ipse impleat orbem terrarum (vt dicitur Sap. 1.) Sed quia nouo modo per gratiam incipit habitare in eis quos templum Dei facit. primæ Corinthiorũ tertio. Templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. Nec est contrarium ꝙ spiritus sanctus dicitur mitti, & venire. Nam in hoc ꝙ venire dicitur: manifestè apparet maiestas diuinitatis ipsius, qui operatur prout vult. primæ Corinth. 12. Dicitur autem mitti vt ostendatur processio ipsius ab alio. Quod enim creaturam rationalem inhabitando sanctificet: ab alio habet: à quo habet vt sit: sicut filius ab alio habet quicquid operatur. Est etiam attendendum ꝙ missio spiritus sancti cõmuniter est à patre & filio. Quod signatur Apoca. vlti. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ. i. spiritum sanctum procedentẽ à sede Dei & agni. i. Christi. Ideò circa missionem spiritus sancti facit mentionem de patre & filio: à quibus æquali, & eadem virtute mittitur. Et ideò quandóq; introducit patrẽ mittentem: non tamen absque filio. Sicut supra 14. Paraclitus autẽ spiritus sancti quem mittet pater in nomine meo. Quoniam autẽ introducit seipsum mittentem non sine patre: sicut hîc cũ dicit [Quem ego mittam vobis à patre.] quia. s. filius: quicquid operatur à patre. supra 5. Non potest filius à se facere quicquam. Secundò ponit processionem æternam: vbi similiter spiritum sanctum ostendit pertinere ad filium cũ dicit. [Spiritũ veritatis.] Ipse enim est veritas. supra 14. Ego sum via, veritas, & vita. Et ad patrem cũ dicit [qui à patre cũ procedit.] Sic ergo quod dicit [spiritum veritatis.] idem est ac si diceret spiritum filij. Galat. 4. Misit Deus spiritũ filij sui in corda, &c. Et quia hoc nomen spiritus quandam impulsionem importat. Omnis autem motus habet effectum conuenientem suo principio. Sicut calefactio facit calidum: consequens est vt spiritus sanctus eos in quos mittitur similes facit ei: cuius est spiritus. Et ideò cùm sit spiritus veritatis docet omnẽ veritatẽ. infra 16. dicit. & Iob 32. inspiratio omnipotẽtis dat intelligẽtiam. Et similiter quia est spiritus filij facit filios. Rom. 8. Accepistis spiritum adoptiõis filiorum. Dicit autem spiritum veritatis: ad differentiam spiritus mendacij. Isa. 19. Dominus miscuit in medio Aegypti spiritum erroris. 3. Reg. vltim. Egrediar, & ero spiritus mẽdax, &c. Sed quia dicit [qui à patre procedit.] & non addit à patre & filio: dicunt Græci ꝙ spiritus sanctus non procedit à filio: sed solùm à patre: quod omninò esse non potest. Nõ enim posset spiritus sanctus distingui à filio nisi vel ipse procedat à filio: vel econuersò filius ab eo: quod nullus dicit. Non enim potest dici ꝙ in diuinis personis: quæ sunt omninò immateriales & simplices, sit materialis distinctio, quę est secundum diuisionẽ quantitatis cui substat materia. Vnde oportet ꝙ distinctio personarum diuinarum sit ad modum distinctionis formalis quam oportet esse secundum aliquam oppositionem. Nam quæcúnque formæ non oppositæ se compatiuntur adinuicem in eodem non diuersificant suppositum: sicut album & magnum. Vnde in diuinis personis: quia innascibilitas & paternitas non opponuntur, pertinent ad vnam personam. Sic igitur filius & spiritus sanctus sunt personæ distinctę procedentes à patre: oportet ꝙ aliquibus proprietatibus oppositionis distinguantur: non autem oppositis secundum affirmationem & negationem: aut secundum priuationem & habitum quia sic filius & spiritus sanctus se haberent adinuicem sicut ens & non ens: & sicut perfectum & priuatum: quod repugnat æqualitati ipsorum: nec etiã secũdum oppositionem contrariorum, quorum vnus est perfectius altero. Vnde relinquitur ꝙ per solam oppositionem relatiuam distinguatur spiritus sanctus à filio. Hæc autem oppositio non potest nisi ex hoc esse ꝙ vnus eorum refertur ad alterum. Nam diuersę relationes duorum ad aliquod tertium, non directè sibi opponuntur nisi fortè ex consequenti per accidens. Vnde relinquitur ad hoc ꝙ distinguatur spiritus sanctus à filio oportet attribui eis oppositas relationes: quibus adinuicem opponantur. Nec possunt aliæ inueniri: nisi relationes originis secundum quod vnus est ab alio: ergo impossibile est suppositа trinitate personam: quin spiritus sanctus sit à filio. Dicunt autem quidam quòd spiritus sanctus & filius distinguitur secundum differentiam processionum inquantùm filius est à patre nascendo: & spiritus sanctus procedendo. Sed adhuc redit eadem quæstio quæ oritur ex opinione præmissa: quomodò differant hæ duæ processiones. Non enim potest dici quòd distinguatur per diuersã per generationem accepta. Sicut generatio hominis & equi differunt secũdum diuersas naturas communicatas. Eandem enim diuinam naturam accipit filius à patre nascendo: & spiritus sanctus procedendo. Vnde relinquitur quòd solùm secundum ordinem originis distinguatur: inquantùm scilicet natiuitas filij est principium processionis spiritus sancti. Vnde si spiritus sanctus non esset à filio: nec distingueretur à filio: nec processio à natiuitate. Vnde etiam Græci aliquem ordinem confitentur filij & spiritus sancti. Dicunt enim spiritum sanctum esse filij: & filium operari per spiritum sanctum: sed non econuersò. Et aliqui etiam conceduut quòd spiritus sanctus est à filio: noluut tamen cõcedere quòd spiritus sanctus procedat à filio. Sed in hoc manifestè proteruiunt (vt mirur enim verbo Processionis in omnibus: quæ quocúnque modo sunt ab alio.) Et ideò hoc verbum ratione communitatis est accommodatum ad significandum existentiam spiritus sancti à filio: quæ non habet exemplum in creaturis: ex quo posset assumi aliquod proprium nomen eius: sicut accipitur nomen generationis filij. Non enim in creaturis inuenitur aliqua persona procedens per modum voluntatis vt amor. Sicut inuenitur aliqua persona procedens per modum naturæ: vt filius. Et ideò quocúnque modo habeat ordinem spiritus sanctus ad filium: potest concludi quòd ab eo procedat. Dicunt tamen aliqui Græcorum quòd non est dicendum spiritum sanctum procedere à filio: quia hæc præpositio à, vel ab, apud eos designat principium nõ de principio: quod conuenit soli patri. Sed hoc non cogit, quia filius cum patre est vnum principium spiritus sancti, sicut etiam creaturarum: quamuis autem filius habeat à patre quòd sit principium creaturarum: cùm dicuntur creaturæ esse à filio. Vnde eadem ratione potest dici, quòd spiritus sanctus procedat à filio. Nec obstat quod hîc dicitur [qui à patre procedit.] Non autem à patre & filio: quia similiter dicitur [quem ego mittam.] & tamen intelligitur pater mittere per hoc quod additur [à patre.] ita & ꝙ hoc quod additur [spiritũ veritatis.] id est, filij: intelligitur quòd à filio procedit. Semper enim (vt dictũ est) coniungitur filius patri: & econuersò circa processionẽ spiritus sancti. Et sic diuersò modo loquendi ad designandum distinctionem personarum. Quartò ponit operationes spiritus sancti cùm dicit [Ille testimonium perhibebit.] Et hoc tripliciter. Primò quidem instruendo discipulos & fiduciam eis præbendo ad testificandum. Matthæi decimo. Non enim vos estis qui loquimini, &c. Secundò suam doctrinam communicando credentibus in Christum. Hebræorum secundo. Contestante Deo signis & prodigijs: & varijs spiritus sancti distributionibus. Tertiò emolliendo audientium corda. Psalm. Emitte spiritũ tuum & creabuntur. Vltimò ponit quod futurum erat ex parte discipulorũ cùm dicit [Et vos testimonium perhibebitis, &c.] spiritus sancto inspirati. Actuum primo. Eritis mihi testes, &c. Et de hoc duplici testimonio dicitur Actuum quinto. Nos huius rei testes sumus, & spiritus sanctus, &c. Et addit testimonij idoneitatem cùm dicit [quia ab initio mecũ estis.] scilicet prædicationis, & operationis miraculorum: vt possent testari de visu & auditu. secundum illud primæ Ioannis primo. Quod vidimus & audiuimus, &c. Ex quo etiam potest accipi, quòd Christus non fecit miracula in pueritia: vt in quibusdam apocryphis habetur: sed solùm ex tunc ex quo discipulos congregauit, &c.

LECTVRA I. CAP. XVI.

Hæc loquutus sum vobis, vt non scandalizemini.

SVPRA consolatus est Dominus discipulos quibusdam rationibus de suo recessu & de persecutionibus & tribulationibus eis superuenturis. Hîc easdem rationes manifestiùs explicat. Et primò ponitur rationum explicatio supra positarum. Secundò insinuatur effectus explicationis in discipulis ibi. [Dicunt ei discipuli. Ecce nunc palàm loqueris, &c.] Dominus autem si bene consideretur ea quæ in superioribus duobus capitulis dicta sunt, discipulos consolari intendebat de duobus. De recessu suo, & tribulationibus eis superuenturis. Et rationes ad hæc duo hîc explicat ordine retrogrado. Cuius ratio est, quia cùm recessus suus statim immineret: nec adhuc eis tribulationes superuenturas prænunciauerat. Ideò primò consolatus est eos de recessu. Sed quia iam ex prænunciatis eis tribulationibus videbantur magis affici ad tribulationes quam ad recessum Christi. Ideò hîc primùm consolatur eos de his tribulationibus superuenturis. Secundò de recessu suo ibi. [Et nunc vado ad eum, &c.] Circa primum tria facit. Primò manifestat suam intentionem. Secundò prænuntiat discipulis tribulationum persecutionem ibi [Absque synagogis facient vos, &c.] Tertiò subdit persecutionis rationẽ ibi. [Et hæc facient vobis.] Dicit ergo, Dixi quòd Iudæi oderunt me & vos: quia non cognouerunt eum qui me misit, &c. Et sunt inexcusabiles. Et spiritus sanctus & vos testificabimini contra illos. Sed [hæc] omnia ideò [loquutus sum vobis: vt non scandalizemini.] id est, vt cùm venerint tribulationes quas prænuncio vobis sitis absque scandalo. Et meritò post promissionem spiritus sancti scandalum prohibet: quia spiritus sanctus est amor. Amor autem Dei diffusus in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis: omne propellit scandalum. Psalm. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Amicorum autem est negligere damnum propter amicum (vt dicitur Prouerbiorum duodecimo) Amicis ergo Dei non est scandalum, pœnas, & damna pati pro Christo. Quia verò ante mortem Christi discipuli spiritum sanctum non acceperunt: ideò in passione Christi scandalizati sunt. Infrà. Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista. Sed post aduentum spiritus sancti omninò absque scandalo fuerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Absque synagogis facient vos. Sed venit hora: vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

SEd possent dicere discipuli. Nunquid est nobis materia scandali. Imò quia tribulationes multæ superuenient nobis. Et primò quidem exclusionis. Secundò interfectionis. Exclusionis quidem à consortio Iudæorum. Vnde dicit. [Absq; synagogis,&c.] Suprà nono. Iam cõspirauerant Iudæi vt si quis cõfiteretur ipsum esse Christum extra synagogã fieret. Et hoc intãtum inualuit,quòd aliqui ex principibus in Christum credentes timebãt propter hoc publicè cõfiteri (vt habetur supr.12.) Hanc exclusionẽ prænunciat Luc.6. Beati eritis cùm vos oderint homines,& eiecerint nomen vestrum,&c. Sed nunquid malum erat Apostolis extra synagogam Iudæorum fieri, cũ ipsi essent ab ea recessuri? Ad quod dicendum secundum August. quòd in hoc erat eis tribulatio: quia per hoc dabat Dominus intelligere,quòd Iudæi nõ erant recepturi Christum. Nam si Christum recepissent eadẽ fuissent synagoga Iudæorum vt ecclesia Christi,& qui cõuerterentur ad Ecclesiam Christi, cõuersi ad synagogam Iudæorum fuissent. Interfectionis autẽ. [Sed venit hora vt omnis qui interficit vos,&c.] Hæc quidem verba possunt accipi quasi in cõsolationem discipulorum dicta: vt li [sed] accipiatur aduersatiuè. Vt sit sensus: quasi cõsolari debetis ex hoc, quod vobis facient. [Sed venit hora,&c.] Sed qualis cõsolatio poterat eis esse? hæc scilicet vt omnis qui interficeret eos arbitraretur se obsequiũ præstare Deo. Ad quod dicendum secundum Aug. quòd per hoc, quod dixerat. [Absque synagogis,&c.] dabatur intelligi, quòd illi qui cõuerterentur ad Christum, statim à Iudæis occidẽdi erãt. Et ideò ad eorum cõsolationem dicit eis Dominus, quòd tam multos Christo acquisituri erant, expulsi de Iudæorum congregationibus: vt eos extirpare non possent. Et propter hoc mortem eis intentare studerent, ne omnes ad nomen Christi sua prædicatione cõuerterent. Vel dicendũ, quòd in hoc præ dixit eis tribulationem interfectionis. Dicit autem [arbitretur obsequium se præstare Deo.] Non Dijs: vt det intelligere hoc dici solùm de persecutione Iudæorum. Matth.23. Ecce ego mitto ad vos sapientes. Nam Martyres Christi occisi sunt à Gentilibus, non tamen illi arbitrari sunt Deo, sed Dijs suis solùm obsequiũ se præstare. Ideò autem Iudæi Christi prædicatores occidentes putabãt Deo se præstare obsequium: quia zelum Dei habebant, sed non secundum scientiam. (Credebant enim, quòd desereret Deum Israël quicúnque conuerteretur ad Christum.) De ista interfectione dicitur in Psal. Propter te mortificamur tota die. Rationem dictorum assignat dicens.

Et hæc facient vobis: quia non nouerunt patrem, neque me.

ET primò rationem futuræ persecutionis. Secundò rationem prænunciationis ibi. [Sed hæc locutus sum vobis.] Dicit ergo. Persequentur vos. [Et hæc facient vobis,] nõ propter zelum veritatis? [sed quia non nouerunt patrem,] inquantum, scilicet est pater, [neque me,] filium suum. supr.8. Si me scireris,& patrẽ meum forsitan,&c.1.Thim.1. Qui priùs fui blasphemus & persecutor,&c. Ignorans feci,&c. Sed posset dici si per ignorantiam fidei Iudæi vos sunt persecuturi: quare ergo prædixit vobis? Et ideò cùm dicit.

Sed hæc locutus sum vobis: vt cùm venerit hora, eorum reminiscamini: quia ego dixi vobis.

PRimò ponit causam prænunciationis. Secundò causam dilationis ad prænunciandum ibi. [Hæc autem ab initio,&c.] Dicit ergo. Ideò autem. [Hæc locutus sum vobis: vt cùm venerit hora,&c.] Hora aliquorum venire dicitur, quando possunt implere, quod desiderant,& facere quod volunt. Sapien.3. Non prætereat vos flos temporis, scilicet apti ad voluptates exercendas. Hora ergo Iudæorum tunc venit: quando poterunt exercere persecutiones in nobis. Sed hæc est hora nocturna. Lucę vigesimosecundo. Hæc est hora nostra, & potestas tenebrarum,&c. [Reminiscamini quia ego dixi vobis.] Quod quidem ad duo valet. Quia scilicet quando recordati sunt in tribulationibus existentes, quòd eas Christus prædixerat eis, cognouerunt eius diuinitatem,& magis cõfirmati sunt de eius adiutorio. Item per hoc, quòd aliquis præuidit tribulationes sibi imminẽtes, minùs affligitur (quia præuisa iacula minus feriunt.) Et rationem huius assignat Tullius in libro de Tusculanis quæstionibus. Bona enim & mala temporalia quantò magis cognoscuntur, tantò minora reputantur. Diuitię enim maiores reputantur à nõ habentibus eas, quàm ab eisdẽmmet postquam habentur. Similiter etiam tribulationes antequam habeantur magis timentur, & contristatim creduntur antequam superueniant, quàm postquam superuenerunt,& præsentes sunt. Malum autem quando præmeditatur efficitur quasi presens,& ex ipsa præsentia minus reputatur. Vnde dicit, quòd sapiens ex præmeditatione potest accipere consolationẽ de tristitia superuentura, quam aliqui recipiunt assiduitate tristitiæ imminentis. Sic ergo duplici de causa eius tribulationes prænunciat ad spem eorum subleuandam de eius adiutorio. Et ad tristitiam minuendam.

Hæc autem vobis ab initio nõ dixi: quia vobiscum eram.

HIc assignat causam quare non ante eis prædixit hanc, scilicet [quia vobiscum eram.] Quod potest referri ad duo prædicta. Primò ad subleuandam spem. Nam cùm vobiscum erã de meo adiutorio confisi nõ dubitabatis: modò autẽ quando videbitis me mori, dubitare poteritis de mea potestate. Et ideò necessarium est vt pronunciem futura per quæ cognoscatis meam diuinitatem & potestatem. Vel potest referri ad secũdum. Vt sit sensus. [Vobiscum eram,] protegens vos,& totum pondus super me suscipiens infrà 17. Pater cùm essem cum eis ego seruabam eos quos dedisti mihi. Sed quòd recessurus sum à vobis totum pondus tribulationis remanebit vobis. Et ideò oportet vt non sint vobis improuisè. Sed videtur, quòd Dominus ante hanc horam prædixerat: quia alij tres Euangelistæ narrant Dominum ante hoc tẽpus prædixisse discipulis, quòd eradendi essent ante Reges & præsides,& in synagogis Iudæorum flagellãdi. Sed dicendũ, quòd hoc non contrariatur huic, quod Dominus dicit. [Hæc vobis ab initio nõ dixi.] Quia illi dicunt Dominum hoc dixisse in monte Oliueti, quod fuit imminente passione tribus diebus antequam ventum est ad cœnam. Vnde hoc, quod dicit [ab initio,] nõ refertur ad tempus passionis, sed ad tempus quo primò fuit cum discipulis. (Augu. dicit.) Sed contra hoc est, quod Matthęi decimo dicitur, quòd Dominus prænunciauit discipulis tribulationes superuenturas, non solùm imminente passione, sed ab initio electionis eorum. Ecce inquit mitto vos sicut oues in medio luporum,&c. Et ideò dicendum, quòd hoc, quod dicit [ab initio,] non est intelligendum solùm de tribulationibus superuenturis, sed de aduentu spiritus sancti, quem non prænunciauit eis ab initio (vt Augustinus dicit.) Vel dicendum secundum Chrisostо. quòd intelligendum est de tribulationibus. Et tunc quod dicit [ab initio,] dicit propter duo quæ hîc eis de nouo prædixit. Vnum scilicet, q̃ essent passuri tribulationes à Iudæis, quod eis ante non dixerat, sed solùm à Gentibus (vt patet Matthæi decimo.) Aliud, quod suprà prædixit eis, quòd flagella passuri essent. Hîc autem addit vnũ, quòd maximè poterat eos attonitos facere, scilicet, quòd mors eorum reputaretur Iudæis obsequium.

LECTVRA II.

Et nunc vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me: quo vadis?

SVPRA explicauit Dominus rationes consolatorias contra tribulationes discipulis superuenturas, hîc explicat rationes consolatorias de recessu suo. Cõsolatus est autem eos Dominus de recessu suo triplici ratione. Primò ratione accessus eorum ad patrem quem promittebat. Vnde dicebat. Non turbetur cor vestrum. In domo patris mei,&c. Secundò ratione paracliti quẽ missurus erat. Vnde dicebat. Et ego rogabo patrem,&c. Tertiò ratiõe iteratæ suæ visionis, quam asserebat. Non relinquam inquam vos orphanos. Veniã ad vos. Has autẽ tres rationes explicat hîc, sed ordine retrogrado. Et primò promissiones spiritus paracliti. Secundò iteratam sui visionem ibi. [Modicum & iam non videbitis me,&c.] Tertiò introductionem ad patrem ibi. [Et in illo die me nõ interrogabitis.] Circa primum duo facit. Primò præmittit necessitatem consolationis. Secundo ponit eam ibi. [Sed ego veritatem dico,&c.] Circa primum duo facit. Primò prænunciat suum recessum. Secundò ostendit huius prænunciationis effectũ ibi. [Sed quia hęc locutus sum vobis,&c.] Recedit ergo ad patrem vadens. Et ideò dicit vobiscum eram vsque modo. [Sed nunc vado ad eum qui me misit,] id est, ad patrem. Quod quidem perfectionis est. Tunc enim vnaquæque res perficitur cùm ad suum principium redit. Thobiæ duodecimo. Tempus est vt reuertar,&c. Eccles. quinto. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur. Ibat quidem secũdum humanitatem ad eum apud quem ab æterno erat secundum diuinitatem. Et hoc diffusiùs expositum est in precedentibus. Sed addit. [Nemo ex vobis interrogat me quo vadis?] Sed quid est hoc, quod dicit. Nónne Petrus interrogauit supr.13. Domine quo vadis? Et Thomas sup.14. Nescimꝰ quo vadis. Et ideò huic quæstioni respondet Chriso. & Aug. sed aliter & aliter. Chriso. enim dicit, q̃ discipuli audientes, q̃ deberent interfici,& absq; synagogis fieri, ita tristati & attoniti facti sunt: vt quasi obliti de recessu & locutionem admittentes, eum de suo recessu non interrogarent. Vnde subdit. Sed hæc locutus sum vobis,&c. Et sic Dominus dicẽs [& nũc vado,&c.] eos potiùs increpat secundum Chrisosto. Et de hoc interrogabant. Deuterono.33. Interroga patrem tuum,&c. Eccleſiastic.6. Inuestiga illam. Augustinus autem vult quòd hoc quod dicit [Nunc vado,&c.] nõ sit pro illo instanti quo loquebatur: sed pro tempore quo ascensurus erat in cœlum, quasi diceret. Superùs interrogastis me quò irem: sed nunc ita vado. quòd non est necesse vt aliquis vestrum interroget me: quò vadis? Quia (vt dicitur Actuum primo.) Videntibus illis eleuatus est.

Sed quia hæc loquutus sum vobis: tristitia impleuit cor vestrum.

HIc ponitur tristitia quæ est effectus prænunciationis secundum Chrisostomum. Sed secundum Augustinum tristantur de recessu. Gaudebant enim de præsentia Christi quodammodò carnali affectu ad humanam eius speciem. Sicut homo delectatur de præsentia amici. Et ideò de recessu eius tristabantur. Psalm. Ad vesperam, scilicet passionis demorabitur fletus in Apostolis: & ad matutinum resurrectionis lætitia. Sed quia humanum est quòd tristitia cor tangat. Vitiosum autem quòd cor impleat: quia per hoc ratio probatur. Ideò quasi arguens dicit [tristitia impleuit cor vestrum.] Eccle siastic.30. Non des tristitiam animę tuæ. Supra decimoquarto. Non turbetur cor vestrum.

Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero mittam eum ad vos.

HIc ponitur ratio consolationis quæ est promissio spiritussancti. Et primò promittit spiritum sanctum. Secundò prænunciat eius effectum ibi. [Et cùm venerit ille,&c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit recessus sui necessitatem. Secundò recessus vtilitatem. Dicit ergo: tristitia impleuit cor vestrum: scilicet de recessu meo: sed est magis vobis gaudendum. Quia [expedit vobis vt ego vadam.] id est, valde vobis est necessarium. Quia [si non abiero, paraclitus nõ veniet ad vos.] Item est vobis fructuosum & vtile. Quia [si abiero mittam eum ad vos.] scilicet spiritum sanctum. Sed nunquid non potuisset Christus dare spiritum viuens in carne? Dicendum quòd sic: quia etiam super eum baptizatum spiritus sanctus in specie columbæ descendit: & nunquàm ab eo recessit: quem ab instanti suæ conceptionis recepit non ad mensuram. Sed noluit eum dare discipulis existens cum eis quadruplici ratione. Primò propter eorum indispositionem. Nam spiritui sancto (cùm sit amor spiritualis) contrariatur amor carnalis. Discipuli autem quodam carnali amore afficiebãtur ad Christi humanitatẽ: necdum eleuati erant spirituali amore ad eius diuinitatẽ. Et ideò nondùm capaces erant spiritussancti. primæ Corinthiorum quinto. Ex hoc iam neminem secundum carnem nouimus, id est, secundum carnis affectum, & si cognouimus secundum carnem Christum, scilicet ante passionem, sed nunc iam non nouimus. Secundò propter diuini auxilij cognitionẽ: quod maximè adest in necessitatibus. Psal. Adiutor in opportunitatibus. Et iterum. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: de inimicis autem assumpsit me. Quandiu autẽ Christus erat cum eis sufficiens adiutorium erat cum eis: sed eo recedente multis tribulationibus exponebantur: & ideò datus est eis statim alius consolator & adiutor. Vnde signanter dicit. Et alium paraclitum dabit vobis. Isaiæ 29. Quem docebit scientiam, &c. ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Tertiò ex dignitatis Christi consideratione. Nam (vt Augustinus dicit in libro de trinitate.) Christus inquantùm homo non habet quòd det spiritum sanctum: sed inquantùm Deus. Quando autem cum discipulis erat videbatur esse quasi homo vnus ex eis. Ne ergo videretur quòd homo esset qui daret spiritum sanctum: ideò ipsum ante ascensionem suam non dedit. supra nono capitulo, non dum erat spiritus datus, quia nondùm, &c. Sapientiæ nono. Emitte illam à sede magnitudinis tuæ. Quartò propter vnitatem ecclesiæ conseruandam. Nam vt supra quarto. habetur.) Ioannes signum fecit nullum. Quod ideò fuit ne populus diuideretur à Christo: & vt euidentior appareret eminentia ad Ioannem. Discipuli autem ipso spiritu replendi erant: vt etiam opera maiora facerent quàm Christus fecit. supra 14. Et maiora horum facient. Et ideò si ante passionem fuisset eis datus: potuisset verti in dubium apud populum quis esset Christus: & sic fuisset in eo diuisio. Psalmista. Ascendens in altum, &c. dedit dona hominibus, &c. Sed secundum Chrisostomum potest hîc sumi argumẽtum contra Macedones dicentes spiritum sanctum esse creaturam,& ministrum patris & filij. Si enim sic esset, non esset sufficiens consolatio de recessu Christi aduentus spiritussancti. Sicut non esset sufficiens consolatio de recessu Regis: si daretur vnus de ministris suis loco eius. Quia ergo spiritussanctus æqualis est filio: ideò dominus eos per promissionẽ spiritussancti cõsolatur. Sed si æquales sunt filius & spiritussanctus: quare expedit q̃ filius recedat vt veniat spiritussanctus? Ideò scilicet: quia recedebat corporaliter ac simul cũ spiritussancto veniebat inuisibiliter. Si enim filius habitasset inuisibiliter, & diceret: expedit vt recedam: quia veniet spiritussanctus: vtique maior eo spiritussanctus reputaretur, &c.

LECTVRA III.

Et cùm venerit, ille arguet mundum de peccato: & de iustitia: & de iudicio.

SVPRA consolatus est dominus Apostolos per promissionẽ spiritussancti. Hîc ostendit vtilitatẽ quam spiritussanctus adueniens affert eis. Et ponit triplicem vtilitatem. Vnam ex parte mundi. Aliam ex parte discipulorum. Et tertiam ex parte Christi. Ex parte quidem mundi: quia spiritussanctus aduenies mundum arguet. Et ex parte discipulorum: quia eos instruet ibi. [Adhuc multa habeo vobis dicere,&c.] Ex parte Christi: quia ipsum clarificabit ibi. [Ille me clarificabit,&c.] Circa primum duo facit. Primò ponit vtilitatem aduentus spiritussancti quantùm ad mundum. Secundò exponit eam ibi. [De peccato quidem,&c.] Dicit ergo expedit vobis vt ego vadam: quia mittam spiritum sanctum ad vos. [Et cùm venerit, ille arguet, &c.] Quod dupliciter legitur. Vno modo secundum Augustinum, alio modo secundum Chrisostomũ. Secundum Augustinum quidem hoc modo [Cùm venerit.] scilicet spiritussanctus. [ille arguet.] id est, reprehendet [mundum.] Prouerbior. 9. Argue sapientem & diliget te. Sed nunquid non etiam Christus arguit mundum? Arguit quidẽ supra 8. Ex patre diabolo estis,& Mat. 23. Multa contra Pharisæos & Scribas dicens. Quare ergo dicit. Ille arguet: quasi ipse non arguerit. Sed fortè diceret aliquis quòd Christus solos Iudæos arguit, spiritus autem sanctus in discipulis: & per discipulos arguit totum mundum. Sed huic contrariatur q̃ Christus loquitur in Apostolis,& per Apostolos sicut spiritussanctus. 2. Corinthiorum vltimo. Experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Et ideò dicẽdum quòd dixit [ille arguet mũdum.] qui inuisibiliter penetrans corda vestra diffundet in eis charitatem: qua timore depulso arguendi habebitis potestatem. Quandiu enim discipuli carnaliter ad Christum afficiebantur: spiritussanctus non erat in eis (vt dictum est) eo modo quo posteà fuit. Et ideò nõ erant ita audaces sicut post eius aduentum fuerunt. Psalm. Spiritu operis eius omnis virtus eorum, scilicet Apostolorum. 2. Philippen. 24. Spiritus domini induit Zachariam. [ille] etiã [arguet mundum.] quia corda quæ ante mundana fuerant replens fecit quòd ea se reprehenderent. Iob 13. Arguam vias meas coram illo, &c. Et hoc facit spiritussanctus. Psalm. Spiritum rectum innoua in visceribus meis. Sed de quo arguet? De tribus [De peccato] quod commiserunt. Isaiæ 58. Annuncia populo meo scelera eorum,&c. Et hoc Apostoli fecerũt. Psalm. In omnem terram exiuit sonus eorũ. Item [de iustitia] quam neglexerunt. Isaiæ 29. Iustitiam non fecerunt,&c. Et hoc Apostoli fecerunt. Romanorum tertio. Nõ est iustus quisquam,&c. Item [de iudicio] quod contempserunt (vt enim dicitur Prouerbiorum 13.) Impius cùm in profundum peccatorum venerit, cõtemnet. Ezech. 9. Contempsit iudicia mea,&c.

De peccato quidem: quia non crediderunt in me. De iustitia verò: quia ad patrem vado: & iam non videbitis me. De iudicio autẽ quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

HIc exponit. Et primò quod dicit de peccato. Et hoc [quia non crediderunt in me.] Solùm de peccato infidelitatis arguit: quia per fidem omnia alia peccata dimittuntur. Mat. 25. Dominus damnatis solùm defectũ misericordiæ imputat: quia per misericordiam omnia peccata purgantur. Prouerb. 15. Per misericordiam & fidem purgãtur peccata,&c. Sic ergo & hîc quia infidelitate manente peccata & cætera detinentur: & ea discedente cętera dimittuntur. Dicit autem [quia nõ crediderunt in me.] & non dicit mihi vel me: quia dæmones credunt Christũ esse & cõtremiscũt. Iacob. 2. Sed [in me.] per fidem formatã sperando & diligendo. Secundò [de iustitia.] Et hoc [quia ad patrẽ vado,&c.] Quod quidem potest dupliciter exponi. Quia vel de iustitia Christi: vel de iustitia Apostolorũ. De iustitia quidem Apostolorũ sic. De iustitia nostra q̃ nõ sunt imitati. Iustitiam dico nõ ex lege: sed ex fide. Rom. 3. Iustitia autẽ Dei per fidem Iesu Christi. Fides autẽ de inuisibilibus est. Hebræ. 11. Discipuli autẽ aliquid videbãt. scilicet humanitatem: & aliquid nõ videbant. scilicet diuinitatẽ: sed hoc promittit eis in præmium. Supra 14. Manifestabo eis meipsum. Habebant ergo discipuli fidem de Christo quantùm ad diuinitatẽ tantùm: sed quando subtracta fuit eius humanitas Christi, tunc eorum fides erat de vtrõque. Et ideò secundum Augustinũ super Ioannem dicit. [quia vado ad patrem, &c.] quasi dicat. Vos creditis in me secundum diuinitatẽ: & etiam [quia vado ad patrem.] creditis in me etiam quantũ ad humanitatem: quam qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem fidei iustitiam mundus nõ imitatur. Sed dicit [& iam nõ videbitis me.] Non q̃ nunquàm sint eum visuri: sed quia nõ visuri sunt eum in ista carne mortali. Viderũt eum in resurrectióe: sed immortalem existentẽ. Et videbunt eum in iudicio: sed in maiestate venientem. De iustitia quidẽ Christi exponit de verbis domini. Iudęi enim noluerunt recognoscere, quòd Christus iustus esset. suprà nono. Nos scimus quia hic homo peccator est. Arguet eos de hac iustitia dicẽs [quia ad patrem vado:] quia hoc ipsum, quòd ad patrem vado, iustitiæ meæ est. Quod enim Christus descendit misericordiæ fuit, sed q̃ ascẽdit eius iustitiæ debitum. Phil.2. Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Tertiò arguit mundum de iudicio. Et hoc [quia princeps huius mundi,] id est, diabolus qui est princeps mundi, id est, mundanorum, non creatione, sed suggestione & imitatione. Sapient.2. Imitantur eum qui sunt, &c. Iob 41. Ipse est Rex super omnes filios superbiæ. Hîc ergo princeps [iam iudicatus est,] id est, expulsus foras. supr.12. Nunc iudicium est mundi, id est, pro mundo. Et hoc dicit vt rollat excusationem hominũ qui se de peccatis excusant propter tẽtationem diaboli. q.d. Excusari non possunt quia expulsus est diabolus per gratiam & fidem Christi & spiritum sanctum à cordibus fidelium, ita vt iam non tentet interiùs sicut antè, sed solùm exteriùs per exercitationẽ permissus. Et ideò resistere possunt ei qui volũt adhærere Christo. Et inde est, q̃ debiles fœminæ diabolum vicerũt, à quo tamen fortissimi viri superati sunt. De hoc ergo iudicio mundus arguitur: quia à diabolo vincitur resistere nolens, & à se expulsum per confessionem peccati reducens. Rom.6. Nõ regnat peccatum in nostro mortali corpore. Vel aliter secũdum eundem in libro de verbis Domini. Vt quod dicit [iam iudicatus est,] intelligatur de iudicio condemnationis, id est, iam condemnatus est ipse. Et per consequẽs omnes qui adhærent. Matt. vigesimoquinto. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus est, &c. Arguitur etiam mundus de iudicio: quia sciens mundi huius principem condemnatum esse, non euadit etiam ipse hoc iudicium, sed cum suo principe iudicatur: quoniam superbum atque impium imitatur. Secundum Chrisosto. aliter à capite exponitur [cùm venerit, ille arguet, &c.] scilicet spiritussanctus [ille arguet,] id est, conuincet [mũdum de peccato:] quasi diceret. Ipse spiritussanctus erit argumentum quoddam contra mundum. Hebræorum secundo. Cõrestante Deo signis & prodigijs, &c. Et de hoc peccato ostendet eos grauiter peccasse: [quia non crediderunt in me,] cùm videbit, quòd spiritussanctus in nomine meo dabitur fidelibus. Actuum quinto. Nos testes huius rei sumus: quoniam spiritussanctus dedit. [De iustitia,] quam scilicet ego habeo, quã tamen mundus non reputauit me habere. Et hoc quia vado ad patrem, & mittam vobis spiritum, scilicet qui ostendet me iustum & irreprehensibilem duxisse vitam. suprà decimoquinto. Quam ego mittam vobis à, &c. Quia hoc dicitur in Psalm. Postquam ascendit Christus in altũ dedit dona hominibus, &c. [De iudicio: quia princeps, &c.] id est, ex hoc ipso, quòd per spiritum sanctum iudicatur, id est, expellitur à cordibus fidelium. Zachariæ decimotertio. Spiritum immundum eijciam. primæ Corinthiorum secundo. Nos spiritum huius mundi nõ accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Et de hoc iudicio arguet: quia ipsi malè iudicauerunt, quòd dæmonium haberet, & quòd in Beelzebub eijceret dæmonia, de quo conuincentur: quia spiritussanctus quem ego mittam ipsum dæmonem condemnauit & eiecit.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò.

Hic ponit vtilitatem aduentus spiritussancti ex parte discipulorum quæ est ipsorum instructio. Et primò ponit instructionis necessitatem. Secũdò promittit instructionem ibi. [Cùm autem venerit, &c.] Tertiò excludit dubitationem ibi. [Non enim loquetur, &c.] Dicit ergo vtilis erit aduentus spiritussancti mundo: quia arguet eum. Sed & vobis vtilis erit ad instruendum: qua quidem instructione indigetis: [quia multa habeo vobis dicere, &c.] quasi dicat. Ego vos instruxi, sed non adimplemini. Iob vigesimosexto. Ecce hæc ex parte dicta sunt verborũ eius, &c. Quærere autẽ quę sunt ista multa quæ portare non poterant est stultum (vt dicit Augustinus.) Nam si ipsi portare non poterant, multò magis & nos nõ possumus. Ex hoc tamen, quod dicit [non potestis portare modò,] diuersi hæretici assumunt ad sui erroris velamentum dum his qui eis adhærent quædam in occulto dicunt turpissima, quæ non auderent dicere in manifesto: quasi hæc ipsa sint quæ cùm discipuli portare non poterant, & ea docuerit spiritussanctus quæ palam docere atque prædicare spiritus hominis erubescit. Non est ergo intelligendum, quòd aliqua secreta doctrinæ taceantur fidelibus paruulis seorsum docenda maioribus, sed omnibus fidelibus proponuntur ea quæ fidei sunt. Matthæi decimo. Quod in aure audistis, &c. Sed aliter proponenda sunt rudibus, aliter peritis, sicut quæ subtilia sunt de mysterio incarnationis, & alijs, non sunt rudibus proponenda: quia cùm intelligere non possent, scandalizarentur. Omnia ergo quæ fidei erant Dominus proposuit eis, sed non eo modo quo postea reuelauit, & præcipuè in vita æterna. Sic ergo quæ portare non poterant sunt plena cognitione diuinorum: quam non habebant tunc, putà æqualitatem filij ad patrem, & huiusmodi. Vnde Paulus secundæ Corinthiorum decimotertio. Audiuit arcana verba, &c. Quæ non erant de alia veritate, quam fidei, sed altiori modo. Itẽ spiritualis intellectus omnium scripturarum, quem tunc non habebant, sed quando aperuit eis sensum: vt intelligerent scripturas. Lucæ vltimo. Item passiones & pericula quæ passuri erant: quæ tunc non poterant: quia animi eorum imbecilles erant. Ecclesiast.6. Subijce humerum tuum, & porta, &c. Sic ergo necessaria erat eis instructio.

Cùm autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Hic promittit eis instructionem, quam consequentur in aduentu spiritussancti, qui docebit eos omnem veritatem. (Cùm enim sic à veritate ei' est docere veritatẽ, & facere similes suo principio.) Et dicit [omnem veritatem,] scilicet fidei, quam docebit post per quandam eleuatam intelligentiam in vita ista, & eandem plenariè in vita æterna. Vbi cognoscemus sicut & cogniti sumus. primæ Corinthiorũ decimotertio. primę Ioan. tertio. Vnctio docebit vos, &c. Vel [omnem veritatem] figurarum legis, quam adepti sunt discipuli per spiritum sanctum. Vnde Daniel. dicitur. Quod dedit Dominus pueris illis sapientiam & intelligentiam.

Non enim loquetur à semetipso, sed quęcúnque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annunciabit vobis.

Hic excludit dubitationem quę poterat esse. Si spiritussanctus docebit eos: videtur scilicet, quòd esset maior Christo, quod non est: quia docebit eos virtute patris & filij [quia non loquetur à semetipso] sed à me: quia à me erit. Sicut enim filius non operatur à semetipso, sed à patre, ita spiritussanctus quia est ab alio, scilicet à patre & filio, [non loquetur à semetipso, sed quæcúnque audiet] accipiendo scientiam, sicut & essentiam ab æterno [hęc loquetur,] non corporaliter, sed intrinsecùs in mente illuminando. Oseæ tertio. Ducam eam ad solitudinem, & loquar ad cor eius. Psalm. Audiam quid loquatur in me, &c. Sed cùm audierit ab æterno quid est hoc, quod dicit [audiet,] in futuro. Sed dicendum, quòd æternitas includit omne tempus. Et ideò potest spiritussanctus: qui ab æterno audit dici audire in præsenti, in præterito, & futuro. Sed tamen aliquando dicitur audire in futuro propter hoc quia illa quorum notitiam habet sunt futura. [Loquetur ergo quæcúnque audiet:] quia solũ non docebit æterna, sed futura. Et ideò subdit [Et quæ ventura sunt annunciabit vobis,] quod est proprium diuinitatis. Sapientiæ octauo. Signa & monstra, &c. Isaiæ quadragesimoprimo. Quæ ventura sunt annunciate nobis, &c. Hoc enim est proprium spiritussancti. Ioẽ.2. Effundam de spiritu meo super omnem carnẽ, &c. Apostoli autem habuerunt spiritum Prophetiæ. Vel [docebo omnem veritatem,] scilicet figurarum. Sed ne dubitarent quomodò scirẽt de futuris tribulationibus: quas eis prænunciauerat ideò subdit. [Et quæ ventura sunt,] scilicet super vos [annunciabit vobis, &c.]

LECTVRA IIII.

Ille me clarificabit.

SVPRA positus est duplex fructus aduentus spiritussancti, scilicet mundi arguitio, & discipulorum instructio. Hîc ponitur tertius fructus, scilicet Christi clarificatio. Et primò proponit fructum clarificationis. Secundò manifestat rationem ipsius ibi. [Quia de meo accipiet.] Tertiò subditur manifestatio rationis ibi. [Omnia quæ habet pater.] Dicit ergo docebit omnem veritatem quia [ille me clarificabit,] in quo est omnis veritas. supr. decimoquarto. Ego sum via: veritas, & vita. Colloss.2. In quo scilicet Christo sunt omnes thesauri sapientię, &c. [clarificabit me,] id est, meam notitiam claram facient. Primò quidem discipulos illuminando: quia adhuc carnales erant, & ad Christum afficiebantur secundum carnem, id est, secundum infirmitatem carnis non cognoscentes diuinitatis eius maiestatem, cuius postmodum per spiritum sanctum sunt capaces effecti. primæ Corinthiorum secundo. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Secundò fiducian. clarè annunciandi præbendo. Nam discipuli antè timidi erant, ita vt non auderent Christum publicè confiteri, sed spiritussancto repleti timore depulso annunciauerunt hominibus Christum ab ipso spiritu quodammodò impulsi. Isa.50. Cùm venerit quasi fluuius violentus, &c. Vnde & Apostolus dicebat. Charitas Christi vrget nos. Tertiò opera mirifica in Apostolis, & per Apostolos faciendo. 2. Cor. 12. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus.

Quia de

Quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Hic ponitur ratio clarificationis: quæ est quia filius est principiũ spiritussancti. Omne enim quod est ab alio manifestat id à quo est. Filius enim manifestat patrẽ: quia est ab ipso. Quia ergo spiritus sanctus est à filio: propriũ est vt clarificet eum. Dicit ergo. Ideò me clarificabit [quia de meo accipiet.] Accipere autem hoc non est intelligendum eo modo quo in creaturis. Tria enim sunt in acceptione creaturarum: quorũ duo non sunt in diuinis: scilicet quia in creaturis aliud est quod accipit: & aliud quod accipitur: quod non est in diuinis: cũ personæ diuinæ simplices sint: nec in eis sit aliud & aliud, imo à quocúnque accipit spiritussanctus accipit totam substantiam suam. Similiter & filius. Aliud est quòd in creaturis accipiens aliquã do fuit non habens id quod accipit: sicut si materia accipiat formam vel subiectum accidens. Aliquando enim materia fuit sine tali forma: & subiectum sine tali accidente. Et hoc quidem non est in diuinis: quia filius ab æterno est habens quod accipit à patre: & spiritussanctus quod à patre & filio accipit. Ergo spiritussanctus à filio: sicut filius accipit à patre. supra 10. Pater quod dedit mihi maius, &c. Sic ergo accipere in diuinis dicit ordinem originis. Sed nota quòd cùm dicit [de meo accipiet.] li [de] nõ importat participationem: sed consubstantialitatem: quia totum accipit quod filius habet. Sic enim filius dicitur de substantia patris: quia accipit totam substantiam patris: ita & spiritussanctus de substantia filij: quia accipit totam substantiam eius. Quia ergo [de meo accipiet, & ego sum verbum Dei. Ideò [annunciabit vobis.] Spiritus enim animalis nullo modo potest esse nisi secundũ q̃ procedit à verbo interiùs cõcepto.

Omnia quæcúnque habet pater, mea sunt.

Hic ponitur rationis manifestatio: vbi Christus probat quòd spiritussanctus accipiebat de suo propter vnitatem & consubstantialitatem patris & filij. Vbi primò ponit consubstantialitatem patris & filij. Secundò infert conclusionem intentam ibi. [Propterea dixi quia de meo, &c.] Dicit ergo. De meo accipiet q̃ [omnia quæ habet pater, mea sunt.] quasi dicat. Licèt à patre procedit spiritus veritatis: tamen quia [omnia quæ habet pater] mea sunt: & ipse patris spiritus est: & de meo accipiet. Sed notandum quòd habere dicimur aliquid dupliciter. Vno modo sicut possessionem. Alio modo sicut q̃ in nobis est: puta vel sicut forma: vel sicut pars. Pater ergo habet sicut possessionem & rem sibi subiectam totam creaturam. Psal. Domini est terra & plenitudo eius. habet etiã aliquid quod in ipso est: imò quod est ipse: quia ipse est quicquid in ipso Christo est: cùm ipse sit sua essentia: sua bonitas: sua veritas: & æternitas. De hoc ergo modo habendi loquitur. Et sic quicquid habet pater est filij: quia eandem sapientiam: eandem essentiam: eandem bonitatem habet filius quam habet & pater. Supra 6. Sicut pater habet vitam in semetipso, &c. Matth. 11. Omnia mihi tradita sunt à patre meo, &c. Sed sicut Didimus dicit: obijciunt aliqui. Si omnia quæcúnq; habet pater & filius: ergo cùm pater habeat paternitatem: sequitur q̃ & filius. Ad quod respondet quòd hæc quidem ratio haberet apparentiam si dominus diceret: Omnia quæ habet Deus mea sunt. Sed dicens: omnia quę habet pater: saluat distinctionem patris & filij: dans intelligere quòd omnia quæcúnque habet pater sua sunt: præter id in quo distinguitur pater à filio. Nam patris nomine se filium declarauit: paternitatem qui filius erat non sibi vsurpauit. Sed notandum quòd simpliciter concedimus hanc, scilicet: Quicquid habet pater, habet filius. Non tamen quòd eo ordine habeat filius quo pater habet. Nam filius habet sicut ab alio accipiens. Pater verò sicut alij dans. Non ergo est distinctio in eo quod habetur: sed in ordine habendi: huiusmodi autem relationes: scilicet paternitas & filiatio huius ordinis distinctionem important. Paternitas enim importat hoc quod est dare alij. Filiatio verò accipere ab alio. Sed quæritur vtrùm relatio in diuinis sit aliquid realiter. Videtur quòd sic. Aliàs cùm personæ diuinæ relationibus distinguantur: eorum distinctio non esset realis. Dicendum ergo quòd relatio in diuinis dupliciter consideratur. Vno modo per comparationem ad essentiam seu personam patris, & sic relatio patris non est alia res quàm essentia seu persona patris. Alio modo potest considerari per comparationem ad oppositam relationem: puta ad filiationem: & sic paternitas est relatio realis: quia secundum hoc importat ordinem naturæ: quem pater dat filio per æternam generationem. Qui quidem ordo est in Deo secundum rei veritatem. Sic ergo si paternitas comparetur ad essentiam patris: omnia quæcúnque habet pater, habet filius: quia paternitas non est alia res ab essentia patris: sed non eo ordine habet (vt dictum est.)

Propterea dixi: quia de meo accipiet: & annunciabit vobis.

Hic infert intentam conclusionem quòd spiritussanctus accipiat à filio. Ex necessitate enim oportet quòd si omnia quæ habet pater sint filij: & filius sit consubstantialis patri, quòd spiritussanctus procedit à filio sicut procedit à patre (vt Hilarius & Didimus arguunt.) Ad quod sciendum est quòd in qualibet processione seu origine rei creatæ dicimus quòd idem sit quò agens agit: seu dat quod habet: & quod recipiens recipit. Sicut ignis generatus recipit formam ignis: quam ignis generans dat per formam suam. Sed hoc in origine diuinarum personarum est quodammodò simile, scilicet quòd idem est quo pater dat naturam suam filio: non voluntate: sed natura, id est, per naturam suam: sed in hoc est dissimile: quia in creaturis non est idem numero quod communicatur & quo communicatur: sed specie solùm: sed in diuinis est eadem natura numero quam pater dat filio: & qua eam dat seu communicat. Sed attende quod dicimus quòd filius accipit de substantia patris: & spiritussanctus de substantia patris & filij. Et quòd pater virtute naturæ suę dat filio substantiam suam: & pater & filius spirituisancto. Sed tamen non dicimus quòd pater de substantia sit filij: vel pater & filius de substantia spiritussancti quia ly [de] importat consubstantialitatem cum ordine originis. Sic ergo spirituisancto communicatur quod commune est patri & filio: oportet autem quòd illud idem sit principium communicationis in diuinis: & quod communicatur. Si ergo essentia communicatur spirituisancto: oportet quòd communicans sit essentia. Essentia autem est communis patri & filio: oportet quòd si pater dat essentiam spirituisancto: & quòd filius similiter det. Et ideò dicit. Quia omnia quæcúnque habet pater mea sunt: & spiritussanctus accepit a patre: accipiet etiam à filio. Et ideò dicit [Propterea dixi vobis quia de meo accipiet, & annunciabit vobis:] quia secundum quòd à me accipit: ita annunciabit vobis, &c.

LECTVRA V.

Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad patrem.

SVPRA explicauit dominus vnam rationem consolationis ex promissione spiritussancti. Hîc explicat secundam, scilicet de iterata visione sua. Et primò ponitur visionis iterata promissio. Secundò inducitur discipulorum dubitatio ibi. [Dixerunt ergo, &c.] Tertiò subditur dubitationis satisfactio ibi. [Cognouit autẽ Iesus, &c.] Iteratam autem visionem promittit eis dominus cùm prænunciatione recessus sui: quod ideò eis frequenter inculcat: vt dum sæpè ipsum futurum præmeditantur: ipsum presentem tolerabilius ferant. Tria autem ponit consolatoria. Breuem absentiam. Iteratã sui presentiam, & honorabilem discessum. Absentia quidẽ breuis est: quia [Modicum & iam nõ videbitis me.] vt ly [modicum] referatur ad [non videbitis.] quasi dicat: futurum est vt tollar à vobis per mortem [& iam non videbitis me.] Sed non debetis cõtristari quia tempus hoc: quo me non videbitis modicum erit: quia exurgam diluculo: tertia scilicet die. Isaiæ 26. Abscondere modicum, &c. Sed iterata præsentia mei erit quia [iterum modicum,] id est, modico temporis post resurrectionẽ spatio, scilicet quadraginta dierum. Actuum primo. Per dies quadraginta, &c. [& videbitis me.] Lucæ 24. Gauisi sunt discipuli viso domino. Et hoc q̃ honorabiliter recedo [quia vado ad patrem.] Actuum primò. Videntibus illis eleuatus est. Vel aliter: vt ly [Modicum.] referatur ad tempus ante eius mortem. Et sit sensus [Modicum.] scilicet tempus existet quo subtrahar à vobis: quia scilicet in crastino. supra decimotertio. Filioli adhuc modicum, &c. & non videbitis me, scilicet mortalem. Quia supra decimoquarto. Adhuc modicum & mundus me iam non videt: scilicet mortalem: quia videbit eum in iudicio in maiestate venientem. Discipuli verò post resurrectionẽ immortalem existentem. Quia (vt dicitur Actuum decimo.) Dedit eum manifestum fieri non omni populo: sed testibus præordinatis. Et ideò subdit [Modicum.] scilicet durabit [& videbitis.] quia scilicet modicum tempus fuit quo mansurit in morte. Isaiæ quinquagesimoquarto. In momento indignationis abscondi, &c. Vel ly [Modicum.] potest referri ad tempus totius vitæ nostræ vsque ad iudicium: & tunc videbimus eum in iudicio, & in gloria. Dicitur autem [Modicum,] in comparatione ad æternitatem. Psalmist. Mille anni ante oculos tuos tanquàm dies hesterna, &c. [Quia vado ad patrem.] per resurrectionem & ascensionem. supra decimotertio. Sciens Iesus quia venit hora eius, &c.

Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem. Quid est hoc quod dicit nobis: modicum & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: & quia vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum? nescimus quid loquitur.

Hic ponitur discipulorum dubitatio. Et primò ponitur eorum adinuicem collatio. Secundò exprimitur dubitationis occasio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertiò describitur dubitantium animus & affectio. Cõferebant qui dem adinuicem discipuli ex verbis Domini dicẽtes. [Quid est hoc, quod dicit nobis modicum.] In quo commendanda est eorum reuerentia ad Christum, quæ tanta erat: vt non præsumerent eum interrogare. Simile faciũt angeli. Isaiæ sexagesimotertio. Quis est iste qui venit de Edon, &c. Quibus tñ respondet, dicẽs. Ego qui loquor, &c. Sed in hoc datur nobis intelligi: quia nõdum perfectum sensum habuerunt de verbis Christi, aut propter tristitiam absorbentem, aut propter verborum obscuritatem. Matthæi decimoquinto. Adhuc & vos sine intellectu estis. Occasio autẽ erat ipse verborum contextus: quæ videbantur contrarietatem quandam implicare. Satis enim intelligebant, quod dicit. Non videbitis me. Et quòd vado ad patrem. Sed hoc dubium inferebat, quòd eundem existentem & morientem post modicum visuri erant. Nõdum enim nota eis erat resurrectio. Quia hîc dicitur in Psalm. Quis est homo qui non videbit mortem eruet animam suam, &c. Sapientiæ secundo. Non est agnitus qui sit reuersus ad infernum, &c. Et ideò dicunt. [Quid est hoc, quod dicit nobis. Modicum] supple, quod videbitis me. Sed ad hanc dubitationem modestè dispositi erant [nescimus] inquiunt [quid loquitur.] Nam (vt dicit August.) aliqui non intelligentes verba scripturæ blasphemant sensum proprium auctoritatis scripturæ præponentes, sed alij modesti dum non intelligunt, suã ignorantiam confitentur. Sapientiæ nono. Infirmus homo & exigui temporis, &c. Quod & hîc discipuli faciunt. Nõ enim aiunt malè dicit: vel nihil, sed eorum ignorantiæ ascribunt, quod non intelligunt.

Cognouit autem Iesus: quia volebant eum interrogare, & dixit eis. De hoc quæritis inter vos: quia dixi, modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.

Hic ponitur manifestatio dubitationis. Et primò ponitur dubitationis cognitio. Secũdò eius de quo dubitatur ibi. [Amẽ amen dico vobis, &c.] Tertiò inducitur similitudo ibi. [Mulier cùm parit, &c.] Circa primum duo facit. Primò ostendit quomodo dubitatio discipulorum à Christo cognoscitur, cùm dicit. [Cognouit autem Iesus:] virtute diuinitatis suæ [quia volebant interrogare,] scilicet de eo, quod dubitabant. supra secundo. Ipse enim sciebat quid esset in homine. primi Regum decimooctauo. Homines vidẽt quæ patent, Deus autem intuetur, &c. Secundò quomodò verbo manifestatur. Vnde dixit eis. [De hoc quæritis inter vos, &c.] Isai. 43. Audita feci extunc, &c.

Amen amen dico vobis: quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

Hic exponit dictum suum remouens dubitationem nõ expresè ponens verba quę dixerat, discipulis magis satisfaciens, quã sibi. Vbi tria facit. Primò ostendit alterationem gaudij & iustitiæ. Secundò interiorem tristitiam. Tertiò consequentem lætitiam. Dicit ergo quantum ad primum. [Amen amen dico vobis:] quia in hoc modico in quo non videbitis me [plorabitis,] exteriùs emittendo vocem dolorosam [& flebitis,] lachrymando. Trenor. primo. Plorans plorauit in nocte: quantum ad primum. Et lachrymæ eius: quantum ad secundum. Isaiæ trigesimoprimo. Quiescat vox tua à ploratu. Interior autem eorum tristitia erit per cõtrarietatem ad lætitiam mũdi. Vnde dicit. [Mundus autem gaudebit.] Quod potest intelligi particulariter quantum ad tempus passionis Christi. Et sic [mundus,] id est, Scribæ & Pharisæi [gaudebit,] de occisione Christi. Treno. 2. Hæc dies, quam expectabamus, &c. Vel [mundus,] id est, mali qui sunt in Ecclesia, [gaudebit,] in persecutione sanctorum. Apocal. 12. Inhabitantes super terram gaudebunt. Vel vniuersaliter [mundus,] id est, homines carnaliter viuentes [gaudebit,] in rebus mundanis. Isai. 22. Ecce gaudium & lætitia occidere vitulos, &c. Subsequitur tristitia discipulorum. Vnde dicit. [Vos autem contristabimini,] scilicet de passionibus quas in mundo sustinebitis. Vel potiùs de occisione mea. Sic & sancti tristantur de passione in ea illatis à mundo, & de peccatis. 2. Corinth. 7. Quæ secundum Deum est tristitia. Sed tristitiam consequetur lætitia. Quia [tristitia vestra,] quam scilicet habebitis in passione [vertetur in gaudium.] in resurrectione. Luc. 24. Gauisi sunt discipuli viso Domino. Sed vniuersaliter omnium sanctorum tristitia vertetur in gaudium futuræ vitæ. Matthæi quinto. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur, &c. Psal. Euntes ibãt & flebant: venientes autem, &c. Flent enim sancti tempore meriti seminando, sed gaubebunt tempore præmij colligendo.

Mulier cùm parit, tristitiam habet: quia venit hora eius.

Hic Dominus primò proponit similitudinem. Secundò adaptat eam ibi. [Vos igitur nunc, &c.] Similitudinẽ autem proponit de muliere parturiẽte. Vnde primò proponit eius tristitiã de partu. Secundò eius lætitiam de prole ibi. [Cùm autẽ peperit.] Dicit ergo quantum ad primum. [Mulier cùm parit tristitiam habet,] sensibilem, scilicet maximam [quia venit hora eius,] scilicet doloris. Psal. Ibi dolores vt parturientis. Per hunc dolorem datur intelligi dolor passionis Christi, qui maximus fuit. Treno. 1. O vos omnes qui transitis per viam, &c. Item sanctorum pœnitentium de peccatis. Isaiæ 26. Sicut quæ concepit dolens, &c.

Cùm autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum.

Hic proponit gaudium de euasiõe. Ad partum enim sequitur duplex gaudium. Vnũ de euasione doloris. Aliud est maius de ortu prolis, quod quidem maximũ est, si proles sit masculini sexus. Cùm masculus sit quid perfectum: fœmina verò quid imperfectum & occasionatum. Hiere. 20 Maledictus vir qui annunciauit patri meo natus est tibi puer masculus. Genes. 21. quando Sarra concepit, dixit: Risum fecit mihi Dominus, &c. Et ideò dicit. [Cùm autẽ peperit iam non meminit pressuræ,] gaudens de euasione doloris, sed magis [propter gaudium: quia natus est homo in mundum.] Hæc autem similitudo conuenit quidem quantum ad Christum: quia patiendo soluit mortis pressuras, & nouum hominẽ regenerãs esse fecit, id est, ad vitæ gloriæ nouitatem quæ nondum hominibus nota erat. Vnde non dicit. Natus est puer, sed [natus est homo in mũdum:] quia ipse Christus existens homo ex mortuis nouus resurgebat: vt puer. Item conuenit Ecclesiæ militanti. quæ in nouitate vitæ ambulat. Item Ecclesiæ triũphanti: quæ ambulat in nouitate gloriæ. Et non dicit non erit pressura. Sed [quoniam non meminit pressuræ] quia etsi sancti recordentur miseriarum quas passi sunt, cùm in illa beatitudine gloriæ erunt, non tamen aliquid miseriarum ex hoc in affectu experientur.

Et vos igitur nunc quidem tristitiã habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudium cor vestrũ, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Hic adaptat similitudinem. Et primò quantum ad præsentem tristitiam: quam Apostoli tunc habebant dicẽs. [Et vos igitur quidem nunc,] id est, ex tempore passionis [tristitiã habetis,] de morte mea. Luc. vlti. Qui sunt hi sermones, &c. & estis tristes? Vel [nũc,] id est, in tota vita præsenti tristitiam habeatis. suprà eodem, plorabitis & flebitis vos. Secundò quantum ad futuram lætitiã, dicens. [Iterum autem videbo, &c.] Vbi primò promittit eis futuram visionem dicens. [Iterum autem videbo vos,] quod idem est ac si diceret videbitis me: quia non possumus eum videre, nisi seipsum ostendat. Sed non dicit videbitis me, sed [videbo vos:] quia hoc ipsum, qꝺ seipsum ostendit est ex misericordia sua, quæ signatur per eius visionem. Dicit ergo. [Iterum autem videbo vos] in resurrectione, & in futura gloria. Isa. 33. Regem in decore suo vibebunt. Secundò promittit cor dis gaudium & exultationem, dicens. [Et gaudebit cor vestrum,] scilicet ex mea visione in resurrectione. Vnde cantat Ecclesia. Hæc dies quam fecit Dominus exultemus, &c. Et gaudebit visiõe gloriæ. Psal. Replebis me lætitia cum vultu tuo. Isai. 60. Tunc videbis & affluues, &c. Naturale enim est vnicuique, quòd gaudeat in intuitu rei amatæ. Diuinam autem essentiam nullus nisi eam diligẽs videre potest. Iob 37. Annunciat de ea amico suo, &c. Et ideò necesse est, quòd illam visionem sequatur gaudium. Isa. vlt. Videbitis cognoscẽdo per intellectum, & gaudebit cor vestrum, imò ipsum gaudium vsque ad corpus redundabit, dũ glorificabitur. Vnde subdit. Et ossa vestra germinabũt. Mat. 21. Intra gaudiũ Domini tui. Tertiò promittit eis perpetuum gaudij durationẽ dicens. [Et gaudium vestrum:] quę habebitis in resurrectione de me. Isaiæ sexagesimoprimo. Gaudens gaudebo in Domino, [nemo tollet à vobis,] sicut Iudæi ante abstulerunt per passionem. Quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, &c. Vel [gaudium vestrũ,] de gloriæ fruitione [nemo tollet à vobis,] cùm sit inamissibile & perpetuum. Isa. 36. Lætitia sempiterna super capita eorum. Nemo enim sibimetipsi hoc gaudium tollet per peccatum, cùm vniuersũs que voluntas sit ibi in bono confirmata. Nemo etiam alteri hoc gaudium tollet, cùm ibi nulla sit violentia, nulla illatio nocumenti, &c.

LECTVRA VI.

Et in illo die me non interrogabitis quicquam.

SVPRA prosecutus est Dominus duas rationes confortãtes Apostolos, scilicet ex promissione paracliti, & reditu sui. Hic verò prosequitur tertiam rationem in qua confortauit eos ex promissione accessus eorum ad patrem. Et primò promittit eis familiarẽ accessum eorum ad patrem. Secundò assignat rationem dictorum ibi. [Hæc in Prouerbijs, &c.] Circa primum duo facit. Primo dat fiducię securitatem. Secundò hortatur eos ad vsum fiduciæ ibi. [Vsque modo non petistis quicquam. &c.] Circa primum duo facit. Primò excludit interpellationis necessitatem. Secundò promittit impetrandi oportunitatem ibi [Amen amen dico vobis: si quid petieritis &c.] Dicit ergo [In illo die non interrogabitis me quicquam.] Vbi secundum quod Augustinus dicit. Vbi nos habemus [rogabitis.] græci habent quoddã verbum quod duo significat. s. petere & interrogare. Et ideò põt dupliciter intelligi. [In illo die nõ me interrogabitis quicquã. i. nihil à me petetis, vel nihil me interrogabitis.] Dicit ergo [In illo die] Quis autẽ sic iste dies patet ex supra dictis. s. Iterũ autẽ videbo vos. Quod põt intelligi de resurrectiõe: & de visione in gloria. De primo exponitur secũdũ Chrisostomũ. [In illo die.] scilicet quãdo à mortuis resurrexero. [me non interrogabitis quicquam.] id est, non dicetis ostende nobis patrem & huiusmodi. Sed contra hanc expositionem obijcit Augustinus. Quia discipuli post resurrectionem dicunt Actuum primo. Si in tempore hoc restitues regnum Israël. Et infra vltimo. Interrogat Petrus dicens. Hîc autem quid? Sed sustinendo expositionem Chrisostomi dicendum, quòd dominus illum diem vocat non solùm diem resurrectionis, sed etiam diem illum quo à spiritu sancto docendi erant. Supra eodem. Cùm autem venerit ille spiritus veritatis, &c. Et sic confusè loquens de tempore illo. Includit etiam aduentum spiritus sancti. quasi dicat. [In illo die.] dato scilicet spiritu sancto [me non interrogabitis.] quoniam scietis omnia per spiritum sanctum. Hiere. tertio. Vnctio docet nos de omnibus. Item secundum eundem. [In illo die.] aduentus spiritus sancti [non me interrogabitis quicquam,] id est, nulla erit vobis necessitas me rogandi. Sed nunquid post resurrectionem Apostoli non fecerunt aliquam orationem Christo? Videtur quòd sic. secundæ Corinthior. duodecimo dicit Apostolus. Propter quod ter domi num, rogaui, id est Christum. Responsio. dicendum, quòd in Christo erat duplex natura, scilicet humana per quam est mediator Dei & hominum. primæ Thimo. secundo. & diuina per quam est Deus vnus cum patre. Christus autem secundum quòd homo non erat talis mediator: vt nunquam nos Deo coniungeret: sicut aliqui mediatores qui nunquam extrema coniungunt. Coniungit ergo vos patri. Eadem autem est coniunctio ad Deum patrem, & ad Christum secundum diuinam naturam. Vnde dicit. Non necesse habebitis: vt vtamini mea meditatione inquantùm homo. Sic ergo [In illo die non rogabitis me] quasi mediatorem: quia per vos habebitis accessum ad Deum: sed rogabitis me vt Deum. Et licèt Christus interpellet pro nobis (vt dicit Apostolus ad Romanos octauo.) Ecclesia tamen non rogat eum interpellantem. Vnde non dicimus Christe ora pro nobis: sed rogat ipsum vt Deum inhærens ei: vt Deo per amorem & fidem. Secundum Augustinum exponitur de die visionis gloriæ hoc modo. [In illo die] quando videbo vos in gloria [me non rogabitis] id est, nil petetis: quia nil desiderandum remanebit: cùm omnia bona superabundent nobis in patria. Psalm. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Et iterum. Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Item [nil interrogabitis:] quia pleni eritis cognitione Dei. Psalmista. In lumine tuo videbimus lumen. Sed contra vtrúnque obijcitur: quia sancti in patria orant. secundum illud Iob 6. Voca si est qui tibi respondeat & ad aliquem sanctorum. Et secundi Machabæorum vltimo dicitur, quòd hic orabat pro populo suo. Nec potest dici, quòd pro alijs regent non pro se. Quia dicitur Apocalypsis septimo. Vsquequo non iudicas sanguinem nostrum. Item sancti interrogant. Erunt enim æquales angelis (vt dicitur Matthæi vigesimosecundo.) Sed angeli interrogant dicentes. Quis est iste Rex gloriæ? Et in Isa. Quis est iste qui venit de Edon? Quæ est vox angelorum. Secundum Dionysium ergo & sancti interrogant. Sed quantùm ad vtrúnque est duplex responsio. Prima quia tempus gloriæ potest considerari dupliciter, secundum gloriæ inchoationem: et secundum plenariam consumationem. Tempus autem inchoationis gloriæ est vsque ad diem iudicij. Nam sancti quantùm ad animam receperunt gloriam: sed aliquid adhuc expectant ad recipiendum, scilicet gloriam corporis in se quantum & quantum ad alios: impleatur numerus electorum. Et sic vsque ad iudicij diem & petere possunt & interrogare. Non tamen de his quæ pertinent ad essentiam beatitudinis. Tempus autem gloriæ consumatæ plenariè est post diem iudicij: postquam nihil restat petendum: nisi cognoscendum. Et de eo dicit. [In illo die.] scilicet gloriæ consumatæ nil petetis. [nil interrogabitis.] Quod autem dicitur de angelis, quòd interrogant: verum est: de mysterijs humanitatis & incarnationis Christi: non autem diuinitatis.

Amen amen dico vobis: si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.

Hic promittit impetrandi oportunitatem. Quod quidem continuatur dupliciter. Vno modo secundum Chrisostomum: vt referatur ad tempus resurrectionis: & aduentum spiritus sancti: quasi dicat. Verum est, quòd in illo die resurrectionis & spiritus sancti non interrogabitis me: tamen habebitis meum auxilium: quia petetis [in nomine meo] à patre: ad quem habebitis accessum per me. Alio modo secundum Augustinum. In illo die gloriæ meæ non rogabitis quicquam. Sed interim dum in peregrinatione huius miseriæ conuersamini. [Si quid petieritis patrem dabit vobis.] Et secundum hoc [si quid petieritis, &c.] Non refertur ad hoc, quod dicit in illo die: sed ad ea quæ præcedunt illum diem. Ponit autem dominus septem conditiones bonæ orationis. Prima est vt petantur bona spiritualia, & hoc cùm dicit. [Si quid] Quod enim est penitus terrenum: & si in se sit aliquid comparatum, tamen ad spiritualia nil est. Sapient. septimo. Diuitias nihil esse dixi in comparatione, &c. Hieremiæ quarto. Aspexi terram, & vacua erat, &c. Sed contra Matthæi sextò docet dominus petere temporalia ibi. Panem nostrum quotidianum. Sed dicendum, quòd temporale petitum refertum ad spirituale iam est aliquid. Secunda conditio est: vt fiat cum perseuerantia. Et quantùm ad hoc dicit [petieritis.] quasi perseuerando. Lucæ decimooctauo. Oportet semper orare: & non deficere. Et primæ Thessalonisentium quinto. Sine intermissione orate. Tertia quòd fiat cum concordia cùm dicit [petieritis] in plurali. Matthæi decimooctauo. Si duo ex vobis consenserint, &c. Vnde glosa Roma. vltimo. dicit, quòd impossibile est multorum preces non exaudiri. Quarta: vt procedat ex filiali affectu cũ dicit [patrem.] qui enim ex timore petit non patrem: sed dominum petit: vel hostem. Matthæus. Si vos nostis bona data dare, &c. Quinta vt fiat cũ pietate, id est, cum humilitate. Psalm. Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum cum fide impetrandi. Iacob. primo. Postulet autem in fide, &c. & ordinatè Iacob. quarto. Petitis, & non accipitis, &c. Et quantùm ad hoc dicit. [In nomine meo.] Quod est nomen saluatoris: in quo nomine petit: qui pertinentia ad salutem petit: & eo modo quo potest salutem consequi. Actuum quarto. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, &c. Sexta: vt fiat tempore debito. Et ideò dicit [dabit.] Non enim oportet statim decidere: si non accipiat: sed profecto dabitur: & si vt in tempore congruo detur: differatur. vt magis crescat desiderium. Psalmista. Tu das escam illorum in tempore, &c. Septima: vt petat pro se. Vnde dicit [vobis] quia aliquando pro alijs non exauditur contrariantibus eorum demeritis: pro quibus fit petitio. Hiere. septimo. Tu ergo noli orare pro populo isto, & cætera. Et decimoquinto Si steterint Moyses & Samuël, &c.

Vsque modo non petistis quicúnque in nomine meo.

Hic hortatur eos ad vsum datæ fiduciæ. Et primò commemorat defectum præteritum. Secundò hortatur ad profectum futurum ibi. [Petite.] Defectus præteritus est in non petendo. Vnde dicit. [Vsque modo, &c cætera.] Sed contra Matthæi decimo, & Lucæ nono. Dedit eis potestatem super omnia dæmonia, &c. Hæc autem orando faciebant. Ergo aliquid petierunt in nomine Christi & præcipuè quia Lucæ decim. dicitur à discipulis. Domine in nomine tuo etiam dæmonia subijciuntur nobis. Et ideò dicendum: quòd hoc potest dupliciter exponi. Vno modo sic. [Vsque modo non petistis quicquam, &c.] quod scilicet esset aliquid magnum. [In nomine meo.] Nam petitiones curationum corporalium modicè sunt in comparatione ad alia magna: quæ orando facturi erant: nec dum spiritum adoptionis acceperant quo ad spiritualia & cœlestia hanelarent: & si dicis, quòd petierunt aliquid magnum. supra decimoquarto. Domine ostende nobis patrem, &c. Dicendum quòd hoc non petebant à patre de quo hic agit, sed solùm de Christo homine confisi eum interpellabant: vt mediatorem patrẽ ostenderet. Alio modo quia dicit. Si quid petieritis patrẽ in nomine meo: in quo ante non petierant non habentes perfectam cognitionem nominis Christi. Consequenter cùm dicit.

Petite, & accipietis vt gaudium vestrum sit plenum.

Hortatur eos ad perfectum futurum: vt scilicet petant. Matthæi septimo. Petite & dabitur vobis, &c. [petite] inquam [& accipietis] scilicet, quod petitis: [vt impleatur gaudium vestrum.] Lucę decimo. Reuersi sunt discipuli cum gaudio dicentes, &c. Et hoc modo quod dicit [gaudium vestrum, &c.] ponitur vt finis exauditionis. Vel potest poni sicut res petita: vt sit sensus [petite & accipietis.] hoc inquam petatis [vt gaudium vestrum, &c.] Vbi sciendum, quòd obiectum gaudij est bonum concupitum. Cùm enim desiderium sit motus appetitus. Vt bonum & gaudium qui ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius in eo:tunc gaudet homo quando quiescit in bono iam habito: ad quod desiderij mouebatur. Sed gaudium proportionatur bono habito:de bono creato non potest haberi gaudium plenum: quia non quieta plenè desiderium & appetitū hominis. Tunc ergo gaudium nostrum erit plenum: quādo habebimus bonum illud in quo superabūdanter sunt omnia bona:quæ desiderare possumus. Et hoc bonum est solùm Deus,qui replet in bonis desiderium nostrum (vt dicitur in Psal.) Ideò dicit petite illud [vt gaudium vestrum sit plenum.] scilicet frui Deo,& Trinitate (vt Augustinus dicit) quò amplius non est. Psalmist. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Et quare?Quia venerūt mihi omnia bona pariter cum illa, id est,cum contemplatione diuinæ sapientiæ.suprà 7.

LECTVRA VII.

Hæc in prouerbijs loquutus sum vobis. Venit hora cùm iam non in Prouerbijs loquar vobis: sed palàm de patre meo annunciabo vobis.

SVPRA promisit dominus discipulis familiarē accessum eorum ad patrem. Hîc rationem huius familiaritatis assignat. Duo autem sunt quæ dant homini fiduciam petendi ab aliquo, & familiaritatem, scilicet notitia: & dilectio. Et idcò dominus hanc duplicem rationem assignat. Prima sumitur ex manifesta patris agnitione. Secunda ex speciali eius dilectione ibi. [In illo die, &c.] Circa primum duo facit. Primò commemorat præteritam eorum de patre cognitionem imperfectam. Secundò promittit perfectam ibi. [Venit hora,&c.] Imperfectam quidem cognitionem habebant. Vnde dicit [Hæc in prouerbijs,& cætera.] Prouerbium propriè dicitur:quod communiter est in ore omnium. Sicut illud: Adolescens iuxta viam suam,&c. Sed quia hæc quandóque obscura sunt & methaphorica: inde est,quòd prouerbium quandóque sumitur pro parabola,in qua aliud dicitur, aliud signatur. Et hoc modo accipitur hîc prouerbium pro parabola,id est,pro parabolica locutione. Potest autem hoc habere quadruplicem sensum. Primus est talis secundum literam:vt referatur ad hoc quod immediatè dixerat hoc modo. Dixi vobis vsque modo, &c. & quòd in nomine meo peteris: & sum quasi obscurè, & in prouerbijs loquutus. [Sed venit hora.] vt quæ obscurè dixi vobis: dicā ſtarim in manifesto. Vnde subdit ipse pater,&c. Et exiui à patre,&c. Et sic videntur Apostoli intellexisse. Vnde his auditis dicunt ei. [Ecce nunc palàm loqueris, &c.]Secūdus sensus est vt hoc quod dicit [Hæc in prouerbijs locutus sum vobis,&c.] referatur ad totum quod in hoc Euangelio legitur de doctrina Christi. Quod verò dicitur [Venit hora, &c.] referatur ad tempus glorię:quia enim nunc videmus per speculum & in enigmate. Idcirco hæc quæ dicuntur nobis de Deo in prouerbijs proponuntur. Sed quia in patria videbimus facie ad faciem (vt dicitur primæ Corinthiorum decimo octavo.) Ideó tunc non in prouerbijs,sed palàm de patre annunciabitur nobis. Dicit autem [de patre] quia nullus potest patrem videre in illa gloria,nisi filio manifestāte. Matth. 10. Nemo nouit patrem nisi filius,& cui filius,&c. Ipse enim est lux vera dans nobis lucem,qua patrem videamus. suprà 8. Ego sum lux mundi. Sed quia huic expositioni repugnat,quod sequitur. In nomine meo petetis. In quo nil petituri sumus si de die gloriæ intelligatur,quādo sanabitur in bonis desiderium nostrum. Ideò est alius sensus duplex. Vnus secundum Chrisost. sic [hæc,] scilicet quæ nunc dixi vobis [in Prouerbijs,] id est, in quadam intricatione verborum [locutus sum vobis,] non exprimens totaliter quæ oportet vos cognoscere de me,& patre meo: quia multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modò. suprà decimosexto. [Sed venit hora,] cùm à mortuis,scilicet resurrexero, [cùm iam non in Prouerbijs,] id est,obscurè,& per enigmata. [Sed palam de patre,&c.] Nam per illos quadraginta dies quibus apparuit eis multa mysteria eos docuit,& multa de se & patre annunciauit,& cùm iam per fidem resurrectionis eum firmiter Deum verum esse credētes eleuari essent ad altiora. Vnde & subditur Actuum primo. Loquēs eis de regno Dei. Luce vltimo. Aperuit eis sensum,&c. Alius sensus est secundum Augustinum. Vt per hoc,quod dicit [hæc in Prouerbijs,&c.] promittit Dominus se facturum eos spirituales. Differētia enim hæc est inter spiritualem & animalem virum. Quia animalis homo verba spiritualia accipit vt Prouerbia,non quòd Prouerbialiter sint dicta,sed quia mens eius supra corporalia eleuari non valens sunt ei obscura. primæ Corinthiorum tertio. Animalis homo non percipit,&c. Spiritualis autem homo accipit spiritualia vt spiritualia. Discipuli autem à principio quasi animales erant,& quæ dicebantur eis obscura erant: & sicut Prouerbia,sed postmodum à Christo spirituales effecti: & per spiritum sanctum edocti spiritualia à parte capiebant. Et idcò dicit. [Hæc in Prouerbijs locutus sum vobis.] id est,fuerunt vobis (vt Prouerbia.) [Sed venit hora,&c.] 1.Corint.3. Nos autem reuelata facie,&c.

In illo die in nomine meo petetis. Et nō dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis.

HIc ponitur secunda ratio fiduciæ sumpta ex dilectione patris ad discipulos. Et primò ostendit patris dilectionem ad eos. Secundò familiaritatē patris ad filium ibi. [Exiui à patre,&c.] Circa primum duo facit. Primò resumit eis factam promissionem. Secundò assignat promissionis rationē ibi. [Ipse enim pater,&c.] Circa primum duo facit. Primò resumit vnū,quod promiserat. Secundo promittit eis fiduciam petēdi. Vnde dicit. [In illo die,] scilicet quando annunciabo vobis palam de patre [petetis in nomine meo,quia manifestè eum cognoscentes scietis me esse ei æqualē & coëssentialē,& per me habere accessum ad eū. Hæc enim est petitio in nomine eius sperare per Christū habere accessum ad patrem. Psal. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine,&c. Tacet autem se rogaturum patrem pro eis. Vnde dicit. [Et non dico vobis:quia ego rogabo patrem,&c.] Sed nunquid non ipse orat pro nobis? imò primæ Ioānis primo. Aduocatum habemus apud patrem,&c. Hebræorum septimo. Accedens per semetipsum,&c. Et ad hoc dicendum primò secundum Aug. quòd hoc dicit ad remouendum se de cętero esse vt persona interpellans inquantùm homo. Sic in illo die quādo palam annūciabo,& petetis in nomine meo,& cognoscetis me esse vnum cum patre:& quòd non sim persona interpellans: sed inquantùm Deus simul cum eo interpellans exaudiam. Alio modo secundum Chriso. Hoc fortè dicit: ne fortè credant dicipuli,quòd ita sint per filium impetraturi:quòd ipsi non habeant immediatum accessum ad patrem. quasi dicat. Modò ad me recurritis: vt pro vobis interpellem:sed tunc tantam fiduciam habebitis apud eum quòd etiam ipsi à patre petere poteritis in nomine meo non indigentes alio introducente. Sed nunquid Apostoli non indiguerunt Christo homine ad interpellandum?aliàs cùm ipse interpellet superflua erit eius interpellatio. Sed dicendum,quòd non interpellat pro eis tanquā pro absentibus & accessum habere non valentibus:sed faciēs preces eorum exaudibiliores.

Ipse enim pater amat vos: quia vos me & amastis, & credidistis:quia à Deo exiui.

HIc rationem promissionis assignat quæ est amor patris ad eos. Et primò ponit patris dilectionem. Secundò dilectionis probationem ibi. [Quia vos,&c.] Dicit ergo:idcò non dico quia rogabo patrem pro vobis [per hoc enim videretur, quòd ipse non amaret eos. [Sed vtique Ipse pater] qui amat omnia volendo eis bonum naturæ. Sapient. 2. Diligis omnia quæ sunt,&c. [amat vos] Apostolos & sanctos quodam priuilegiato amore volendo vobis summum bonum,id est,seipsum. Deuter. 33. Dilexit populos,omnes sancti in manu illius,&c. quia ad hoc dilexit. Sapient. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Probationem huius ostendit ex duobus,scilicet ex amore discipulorum ad Christum, et ex fide. Quantùm ad primum dicit. [Quia vos me amastis] quæ quidem probatio non est per causam. Quia [vt dicitur 1.Ioan.4.] Non quasi nos dilexerimus eum: sed quoniā ipse prior dilexit nos:sed est per signum quia hoc ipsum quòd nos Deum diligimus est signum,quòd ipse amat nos. Quod enim possumus eum amare est ex dono Dei. Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris,&c. supr. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo. Quantùm ad hoc dicit. [Et credidistis quia à Deo exiui.] Sine fide enim impossibile est placere Deo. Fides autem est nobis ex amore Dei. (Donum enim Dei est,vt dicitur Ephes.2.) Donum autem non datur nisi ex amore dantis. Credere autem,& amare Christum inquantum à Deo exiuit satis est euidens signum amoris Dei. Quia propter quod vnumquódque & illud magis. Qui ergo amat Christum qui à Deo exiuit amor eius præcipuè retorquetur in Deum patrem. Non autem si amat eum inquantùm homo.

Exiui à patre,& veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.

SEd quia mentionem fecit de exitu suo à patre. Hîc manifestiùs explicans dicit. [Exiui à patre,&c.] Vbi ostendit familiaritatem suam ad patrem. Et primò ponit eius à patre exitum. Secundò eius ad patrem reditum ibi. [Iterum relinquo,&c.] Est autē duplex processio filij à patre. Vna. ſæterna. Alia temporalis. Eternā quidē designat cùm dicit. [Exiui à patre.] ab eo æternaliter genitus. Sed notā dū,q̄ omne quod exit ab aliquo fuit prius in eo. Aliquid autē est in aliquo tripliciter. Vno modò sicut cōtētū in cōtinēte. Alio modo sicut pars in toto. Tertio modo sicut accidēs in substātia: & sicut effectus in causa. Et secundū hoc dicuntur aliqua ab eis exire. Sed primis duobus modis erit aliquid idem numero existens,puta idem numero vinum de dolio:& eadem pars à toto. Sed alijs duobus modis non exit idem

exit idem numero. Hæc autem non sunt dicenda de Deo:quia cùm Deus sit summè simplex,nec sit in loco nisi metaphoricè:non potest dici,quòd filius sit in eo sicut pars vel sicut contentum:sed in eo erat per vnitatem essentiæ. suprà. 8. Ego & pater vnum sumus. Tota enim essentia patris,est tota essentia filij: & econuersò. Et ideò non exit eo modo à patre quo prædicta. Nam quòd exit à toto (vt pars) est distinctum ab eo per essentiam. Nam pars à toto exiens sit ens actu: quæ in eo erat ens in potentia. Et similiter,quod exit à toto continente loco distinguitur:sed filius à patre non exit localiter:quia omnia implet secundum illud Hie. 33. Cœlum & terram ego implebo. Nec diuisibiliter:quia pater impartibilis est:sed exit ab eo per personalem distinctionem:sic ergo in exitu inquantùm præsupponit inhærentiam designatur essentiæ vnitas:inquantùm insinuat processum quendam designatur distinctio personalis. Psalm. A summo cœlo,scilicet Deo patre:egressio eius. Ex vtero ante luciferū genui te. Sed in rebus corporalibus res exiens ab aliquo iam non est in eo:cū exeat per separationem essentiæ vel loci. Hîc autem quia non est exitus talis:ideò sic ab æterno à patre exijt:quod tamē ab æterno sit in eo:& sic quando est in eo exit:& quando exit est in eo:ita vt semper exeat:& semper sit in eo. Temporalem autem processionem eius designat dicens. [Et veni in mundum.] Sicut autem exitus à patre ab æterno non est localiter:ita nec aduentus eius in mundum est localis:quia cùm filius sit in patre:& econuersò sicut pater omnia implet:ita & filius:nec est quo localiter moueatur. Dicitur ergo venisse in mundum inquantùm naturam humanam assumpsit:quantum ad corpus:habentem originem ex mundo:non mutādo locum. supr. 1. In propria venit & sui,&c. Consequenter cùm dicit. [Iterum relinquo mundum,&c.] Agit de reditu suo ad patrem. Et primò ponit recessum eius à mundo,dicens. [Iterum relinquo mundum.] non subtrahendo suæ gubernationis prouidentiam:quia simul cum patre semper mundum gubernat:& semper cum fidelibus est per gratiæ opitulationem. Matthæi vltimo. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consumationem,&c. Relinquit ergo mundum subtrahendo se à conspectu corporali mundanorum. Secundò ponit reditum suum ad patrem:cùm dicit. [Vado ad patrem.] quem nunquam deseruerat. Vadit autem inquantùm se obtulit patri in passione. Ephe. 5. Obtulit semetipsum. Item inquantùm per resurrectionem secundum quòd homo cōfiguratus est patri in immortalitate. Romanorum 6. Quod autem viuit:viuit Deo. Item inquantùm in ascensione ascendit ad cœlos:in quo specialiter refulget diuina gloria. Marci vltimo. Dominus quidem Iesus, &c. supra eodem. Vado ad eum qui me,&c.

LECTVRA VIII.

Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris: & prouerbium nullū dicis. Nunc scimus quia scis omnia: & nō opus est tibi vt quis te interroget. In hoc credimus,quia à Deo existi.

POSITIS rationibus:& verbis consolantibus Apostolos. Hîc ponitur effectus ipsorum in discipulos. Et primò opponitur discipulorum affectio. Secundò ostenditur ipsorum conditio ibi. [Respondit eis Iesus.] Tertiò assignatur prædictorum intentio ibi. [Hæc locutus sum vobis,&c.] Affectio discipulorum est confessionis & credulitatis. Vnde dicunt. [Ecce nunc palam,&c.] Vbi tria cōsitentur de Christo,scilicet doctrinæ claritatem:scientiæ certitudinem:& diuinam originem. Primum confitentur cùm dicunt. [Ecce nunc palam loqueris:& prouerbium nullum dicis.] Si enim diligenter aduertimus vix in aliquo loco sacræ scripturæ ita exprimitur Christi origo:sicut hîc: cùm dicit. Palam de patre annunciabo vobis,& exiui à patre,& veni in mundum. Et ideò credentes hanc promissionem:qua dixit palam de patre,&c. eis completam esse:ita vt non alia manifestatione indigeant:dicunt. [Ecce nunc palam loqueris.] Sed (vt Augustinus dicit) ita adhuc ignorantes erant discipuli:vt se non intelligere ignorent. Non enim promiserat eis nulla hora se sine prouerbijs locuturum: sed in hora resurrectionis vel gloriæ:tamen quantùm ad ipsos discipulos iam clarius eis fuit locutus tunc:quamuis alia claritas sermonum eius esset expectanda. infrà decimooctauo. Ego palam locutus sum mundo. Secundum confitentur,cùm dicunt. [Nunc scimus quia scis omnia.] Et quidem in superficie verborum satis euidens argumentum est certæ & perfectę scientiæ quando quis manifestat quæ dicit. Signum enim docentis est omninò posse docere. Vnde dicitur Prouerbiorum decimoquarto. Quod doctrina prudentium facilis est. Quæ enim nostrum superant intellectum,non planè verbis explicamus. Sed tamen hoc Apostoli dicunt propter aliam intentionem:quia scilicet dominus scit omnia cordis eorum secreta:& de his quæ dubitant satisfacit. Consolatur eos promittendo gaudium spiritus sancti:& iteratam sui visionem:& patris amorem. Et ideò dicunt. [Nunc scimus quia scis omnia.] scilicet secreta cordium. infr. vltimo. Tu omnia nosti. Ecclesiast. 49. Domino Deo nostro nota sunt omnia antequam fiant. Vnde subdunt. [Et non est opus tibi:vt quis te interroget.] Quod videtur prædictis contradicere. Dicunt enim,quòd scit omnia. Scientis enim non est interrogare:sed interrogari. Quomodò ergo non est ei opus:vt quis eum interroget? Sed dicendum,quòd hoc dicunt:vt innuant,quòd etiam secreta cordium nouit: quia & ante interrogationē eis satisfecit supra cùm dicerent inter se. Quid est,quod dicit nobis modicum. Nihilominus tamen Christus interrogat:& interrogatur:non quia opus sit ei:sed nobis. Tertium confitentur cùm dicunt. [In hoc credimus quia à Deo existi.] Et quidem conuenienter. Scire enim omnia & etiam secreta cordium:est proprium diuinitatis. Hiere. 16. Prauum est cor hominis & inscrutabile:quis cognoscet illud? ego dominus,&c. Et ideò dicunt [à Deo existi.] consubstantiali patri & verus Deus.

Respondit eis Iesus: & modo creditis. Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisq; in propria, & me solum relinquatis: & non tamen sum solus, quia pater mecum est.

HIc ponitur discipulorum conditio quæ est infirmitatis. Vbi primò exprobrat fidei eorum tarditatem. Secundò tribulationem futuram imminentem. Tertiò ostendit se immunem ab omni eorum detrimento. Quantùm ad primum dicit. [Modò creditis.] Quod si accipiatur interrogatiuè est exprobratio tarditatis eorum ad credendum,quasi diceret. Vsque modo distulistis credere? suprà decimoquarto. Si verò accipiatur remissiuè exprobrat fidei ipsorum instabilitatem. quasi diceret. Verum est,quòd nunc creditis:sed statim quando tradar dimittetis me. Lucæ decimooctano. Ad tempus credunt & in tempore,&c. [Ecce venit hora,&c.] Hîc ponitur eis imminens tribulatio & scandalum. Vnde sciendum est,quòd imminente huiusmodi scandalo,quæ antea per Christum adepti fuerant amiserunt. Adepti enim fuerant Christi societatem,possessionem,& rerum exonerationem, & omnem communem modum viuendi. Vnde hæc tria enumerat Petrus Matthæi decimonono,dicens: Ecce nos scilicet omnes quantùm ad tertium,reliquimus omnia:quantùm ad secundum,& secuti sumus te,quantùm ad primum,et hæc amiserunt. Et ideò hoc eis prædixit dominus dicens. [Ecce venit hora:& iam venit vt dispergamini.] quantùm ad tertium propter timorē qui vobis dominabitur:ita vt nec simul positis fugere. Zach. 13. Percute pastorem,& dispergentur oues gregis,&c. [Vnusquisq; in propria.] quantùm ad secundum,id est,ad animum possidendi propria. vnde Petrus cùm alijs reuersi sunt ad nauem & propria. infrà vltimo. Exierunt & ascenderunt in nauin,&c. [Et me solum relinquatis.] quantùm ad primum. Iob 21. Fratres mei derelinquerūt me,&c. Isai. 63. Torcular calcaui, solus. Sed discipulorum scandalo Christus nullum patitur detrimentum. Vnde dicit. [Et non sum solus:quia pater mecum est.] quasi diceret. Etsi sum vnum cū patre per vnitatem essentiæ,nō sum solus per distinctionem personalem. Vnde non sic à patre exiui:vt ab eo recederem.

Hæc locutus sum vobis:vt in me pacem habeatis.

HIc ponit dominus suam intentionem de doctrina sua. Et primò ponit doctrinæ suæ vtilitatem. Secundò necessitatē ibi. [In mundo,&c.] Vtilitas doctrinæ est pax. Vnde dicit. Dico quòd ad hoc deduceminī:vt me solum relinquatis. Et propter hoc propono vobis doctrinam meam:ne in hac derelictione persistatis. Et propter hoc, scilicet omnia quæ dixi vobis in sermone, vel omnia quæ in toto euangelio locutus sum vobis vt ad me redeuntes. [in me pacem habeatis.] Finis enim euangelij est pax in Christo. Psal. Pax multa diligentibus nomen tuum. Cuius ratio est. Quia pax cordis opponitur eius perturbationi:quæ oritur ex malis superuenientibus & crescentibus. Si quis autem habeat aliquando lactum,vel gaudium superexcedens illa mala:patet quòd perturbatio nō manet. Et inde est,quòd perturbatio non manet. Et inde est,quòd homines mundani, qui Deo per amorem non sunt coniuncti,habent tribulationes absque pace. Sed sancti qui Deum per amorem habent in corde:& si ex mūdo habeant tribulationes:in Christo habēt pacem. Psal. Qui posuit fines tuos pacem. Finis enim noster hîc debet esse:vt pacem habeamus in Deo. Psalm. Renuit consolari anima mea,&c. s.in rebus mundi:sed vbi memor fui Dei delectatus sum.

In mundo pressuram habebitis: sed confidite: ego vici mundum.

NEcessitas autem huius pacis est illata vexatio à mūdo. Vnde dicit. [In mūdo pressuram habebitis.] Et primò prænūciat futuram angustiā. Secūdò dat cōtra eā fiduciam. Quātùm ad primum dicit. [In mundo pressuram habebitis.] i.à mundanis. primæ Ioan. tertio. Nolite mirari si odit vos mundus, suprà 15. Quia ego elegi

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos de mundo:propterea dixit vos mundus,&c.Quantùm ad secundum dicit: [Confidite,&c.] Ipse enim liberat nos.Ecclesiast. 51. Liberanie me à pressura flammæ,&c.quasi diceret. Recurratis ad me, & habebitis pacem. Et hoc ideò [Quia ego vici mundum.] qui vos præmit. Vicit Christus mundum. Primò quidem auferendo ei arma quibus impugnat. Hæc autem sunt eius cõcupiscibilia.primæ Ioannis quarto. Omne quod est in mundo:aut est concupiscentia oculorum,&c.quia,scilicet diuitias vicit per paupertatem.Psalm.Inops& pauper sum ego.Lucæ 18.Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet.Honores per humilitatem. Matthæi 11. Discite à me quia mitis sum,&c.Voluptates per passiones & labores.Philippen.2.Factus est obediens vsque ad mortem,&c.Item supra 4.Iesus autem fatigatus,&c.Psalm.In laboribus sum ego à iuuentute mea.Qui ergo sic ista vincit:vincit mundum.Et hoc est quod facit fides. 1. Ioan. 5. Hæc est victoria quæ vincit mundum, &c. Quia cùm sit substantia sperandarum rerum: quæ sunt bona spiritualia & æterna facit nos contemnere bona carnalia & transitoria. Secundò vicit mundum mundi principem excludendo.supra 11. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.Colloss.2.Expolians principatus,&c.Ex quo præbuit nobis diabolum:vt à nobis vincendum.Iob 40. Nunquid illudes ei quasi aui:aut ligabis eum ancillis,&c. Ad literam post passionem Christi. Iuuenculæ ancillæ Christi,& paruuli ludunt ei. Tertiò homines mundi ad se conuertendo. Mundus rebellabat mouendo seditiones per homines mundi quos Christus ad se traxit.supra 11. Ego si exaltatus fuero à terra,&c. Vnde supra 11. dicunt. Ecce totus mundus post eum vadit,&c. Sic ergo non debemus timere pressuras:quia victus est.primæ Corinth.15. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum,&c.

LECT. I. CAP. XVII.

Hæc locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cœlum dixit.Pater venit hora clarifica filium tuum.

SVPRA dominus cõfortauit discipulos exemplo:& exhortatione.In parte istâ cõfortat eos oratione.In qua quidẽ oratione tria facit. Primò orat pro seipso. Secũdò pro discipulorum collegio ibi. [Manifestaui nomen tuum,&c.] Tertiò pro vniuerso fideli populo ibi. [Non pro eis rogo tantùm,&c.] Circa primum tria facit.Primo proponit petitionem.Secundò petitionis fructum ibi. [Vt filius tuus clarificet te,&c.] Tertiò petitionis exaudiendæ meritum ibi. [Ego clarificaui te,&c.] Circa primum primò ponitur orandi ordo.Secundò orandi modus.Tertiò orationis verba.Ordo orandi est congruus:quia post exhortationem.Vnde dicit. [Hæc locutus est Iesus.] In quo datur nobis exemplum vt quos instruimus verbo inuemus orationũ suffragio:quia sermo diuinus maximè habet effectum in cordibus auditorum cum oratiõe fulcitur: per quã diuinum auxilium imploratur.2.Thessaloni.vltimo.Orantes simul etiam pro nobis vt Deus aperiat nobis ostium sermonis, &c. Vnde & finis sermonis nostri debet ad orationem terminari.Ecclesiastic. 47.Consumatio,&c.Modus decens.Quia [subleuatis oculis in cœlum,&c.] Differentia est enim inter orationem Christi, & orationem nostram.Nam oratio nostra est solùm ad necessitatem:sed oratio Christi est magis ad instructionem. Nulla enim necessitas inerat sibi orandi:qui simul cum patre exaudit. Instruxit autem nos in hoc,& verbo & facto.Facto quidem subleuando oculos:vt & nos in oratione nostra oculos ad cœlum leuemus.Psalm. Ad te leuaui oculos meos,&c. Et non tantùm oculos nostros,sed etiam operationes nostras in Deo referendo.secundum illud Treno.3. Leuemus corda nostra cum manibus,&c.Verbo autem:quia manifestè orationẽ protulis.Vnde dicit. [Et dixit] vt scilicet quos instruxerat docendo,instrueret orando.Non solùm enim verbũ Christi,sed & facta eius nostra instructio est.Verba autem eius sunt efficacia. Vnde dicit. [Pater venit hora.] Quę quidem efficacia causatur ex tribus,scilicet ex orantis affectu.Filius enim orat patrem,cuius est patrem ex amore quærere,& ex amore rogare.Vnde dicit [pater] vt per hoc det intelligere:vt filiali affectu oremus Deũ.Hiere.3. Patrẽ vocabis me,&c. Secundò ex orandi necessitate. Vnde dicit. [Venit hora] passionis. de qua sup.2.Nõdum venit hora mea.Hora inquã non tempus,non dies:quia statim capiendus erat,&c.Nec hora fatalis necessitatis,sed suę ordinationis & beneplaciti. Et conuenienter rogaturus interpo nit tribulationes:quia in eis maximè Deus exaudit.Psal. Ad Dominum cùm tribularer clamaui,&c.2.Paralipomenum vigesimo.Cùm ignoremus quid agere debemus,hoc solùm habemus residui:vt oculos,&c.Tertiò ex petitionis tenore.Vnde dicit [Clarifica filiũ tuũ.] Sed cùm filius Dei sit ipsa sapientia . primæ Corinthiorum primo. Hæc autem maximam claritatem habeat.Sapientiæ sexto. Clara est & quæ nunquam marcescit sapientia:quomodò dicitur claritas clarificari,præsertim cũ ipse sit splendor patris:Hebræorũ 1.Sed dicendum, q̃ Christus tripliciter petebat clarificari à patre.f.in passione. Et hoc per multa miracula quæ tunc ostensa sunt , cũ sol obscuratus est,scissum est velum templi,& monumenta aperta sunt. Et de hoc dicitur sup.12. Et clarificaui,scilicet miraculis ante passionem,& iterum clarificabo in passione. Vnde dicit secundum hoc, [clarifica,] in passione me ostẽdendo esse filium tuum. Vnde Centurio visis miraculis dixit.Verè filius Dei erat homo iste. Secũdò in resurrectiõe. Anima enim illa sancta semper Deo coniuncta fuit habens gloriam ex Dei visiõe.supr.1.Vidimus gloriã eius quasi vnigeniti à patre,&c. Nã à principio conceptionis quãtum ad animam habuit claritatẽ. Sed in resurrectione habuit claritatem corporis.de qua Phil.3. Reformabit corpus humilitatis nostræ cõfiguratum,&c.Tertiò in notitia omnium populorum.Sap.8.Habeo per hanc claritatem ad turbas,&c.Et sic dicit. [Clarifica,] id est,manifesta toti mũdo me esse filium tuum,scilicet proprium,& hoc natiuitate non creatiõe. Contra Arrium dicentem filium Dei esse creaturam veritate , non nuncupatione.Contra Sabellium dicẽtem,quòd idem est qui dicitur pater,& qui dicitur filius origine,non adoptione. Contra Nestorium, qui dixit Christum esse filium adoptiuum.

Vt filius tuus clarificet te.

HIc ponitur fructus clarificationis.Et primò proponit fructum. Secundò exponit ibi. [Sicut dedisti ei,&c.] Fructus autem clarificationis filij est clarificatio patris.Vnde dicit. [Vt filius tuus clarificet te.] Et sciendum,quòd audiens Arrius Dominum dicentem. Clarifica filium tuum,opinatus est patrem maiorem filio,quod quidem verum est secundum humanitatem.sup.13. Pater maior me est. Et ideò vt ostendat æqualitatem eius ad patrem secundum diuinitatem subiungit. [Vt filius tuus clarificet te.] scilicet in notitia hominum.Gloria enim est clara cum laude notitia.Deus autem olim erat clarus apud Iudæos: quia notus in Iudæa Deus:sed postea per filium notus est per totum mundum:sed & sancti viri bonis operibus notitiam Dei clarificant.Matth.5.Videant opera vestra bona,& glorificent patrem vestrum,&c.Vnde supra 8.Ego gloriam meam non quæro,&c.

Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne quod dedisti ei,det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna: vt cognoscant te solum Deum verum: & quem misisti Iesum Christum.

HIc ponit petitionis fructum.Et primò ponit beneficium à Christo collatum hominibus.Secundò ostendit hoc beneficium ad gloriam patris pertinere ibi [hæc autem est vita æterna.] Dicit ergo vt filius tuus clarificet te.Et hoc [sicut dedisti ei potestatem omnes,&c.] Sciendum est enim,quòd agentis cuiuslibet,quod agit ab alio intentio est reducere suum effectum in causæ manifestationem.Nam ex actione principij,quod est de principio manifestatur ipsum principium. Filius autem quicquid habet à patre habet. Et ideò oportet,quòd per ea quæ facit patrem manifestet.Et ideò dicit. [Dedisti ei potestatem] super omnes homines , sed & filius per hanc potestatem debet eos ad tui cognitionem,quæ est vita æterna, perducere.Et sic est sensus. Filius clarificet te [sicut dedisti potestatem] omnis carnis,id est,omnis hominis.Isaiæ quadragesimoprimo videbit omnis caro salutare Dei. [Dedisti] inquam secundum Hilarium dãdo per æternam generationem naturam diuinam,per quã habet potestatem omnia continendi.Matth.11. Omnia mihi tradita sunt à patre meo.Et supra.5.Pater diligit filium,&c.Vel [dedisti ei] scilicet Christo homini propter consortium personale ad filium tuum:vt sic caro haberet potestatem super carnem. Matthæi vltimo.Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Daniel.7.Dedit ei,scilicet filio hominis potestatem, &c. Ad hoc inquit [dedisti] vt scilicet sicut tu habes potestatem vt non ab homine aliquid accipias:sed vt teipsum ei conferas:ita & Christo homini:vt [omne quod dedisti ei] per æternam prædestinationem [det eis] sibi datis [vitam æternam,&c.] supra decimo. Oues meæ vocem meam audiunt,&c.Sed nunquid vita æterna data hominibus pertinet ad gloriam patris:imò quia [hæc est vita æterna vt cognoscant te,&c.] id est,vt clarificetur pater in notitia hominum.Sed hic duo sunt exponenda. Primò quidem quid est hoc quod dicit. Hæc est vita æterna:vt cognoscant,&c.] Circa quod sciendum est quòd illa propriè viuere dicimus quæ seipsa mouent ad operandum : quæcúnque autem non nisi ab alijs mouentur:non dicuntur viuentia sed mortua. Et ideò omnes operationes ad quas operans mouet se dicuntur opera vitæ:sicut velle:intelligere:sentire,augeri,& moueri. Dicitur autem aliquid viuere dupliciter:aut quia habet opera vitæ in potentia:& sic dormiens dicitur viuere vita sensitiua:quia habet potestatem mouendi.scilicèt actu non mouetur: aut quia iam exercet opera vitæ in actu: & tunc perfectè dicitur aliquid viuere. Vnde somnus dicitur dimidium vitæ.Inter opera autẽ vitæ altius est opus intelligentiæ:quod est intelligere.Et ideò operatio intellectus maximè est vita:sicut autem idem est sensus actu:& sensibile in actu:ita intelligens in actu & res intellecta in actu.Cùm ergo intelligentia sit vita:& intelligere sit viuere:sequitur quòd intelligere rem æternam sit viuere vita æterna.Deus est autem res æterna:intelligere ergo & videre Deum est vita æterna.Et ideò dominus dicit: quòd in visione consistit vita æterna,scilicet principaliter secundum totam suam substantiam. Amor autem est mouens ad hanc: & quoddam eius complementum.Nam ex delectatione quæ est in fruitione diuina:quam facit charitas:est complementum & decor beatitudinis: sed eius substantia in visione cõsistit.primæ Ioan.3.Videbimus eum sicuti est.Secundò exponendum est hoc,quod dicit [te solùm verum Deum.] Manifestum est enim,quòd Christus loquebatur ad patrẽ: cum ergo dicat [te solùm verum Deum.] Videtur quòd solus Deus pater sit Deus verus.Quod quidem concedunt Arriani dicentes filium differre à patre per essentiam cùm sit substantia creata:magis tamen & perfectiùs inter omnes creaturas patris diuinitatem participant:intantùm quòd dicatur Deus:sed non verus : quia non est Deus per naturam sed solus pater.Sed contra hoc arguit Hilarius. Constat enim,quòd cùm volumus scire de re aliqua vrùm sit vera: ex duobus scire possumus,scilicet ex natura,& ex virtute eius. Verum enim aurum est quod habet veri auri speciem:quod quidem sic mus:si facit veri auri operationem.Si ergo habemus de filio:quòd habeat veram Dei naturam:& hoc per veram operationem diuinitatis,quam exercet : manifestum est , quòd est verus Deus. Quod autem exerceat filius vera opera diuinitatis patet supra quinto. Quæcúnque pater facit:hæc & filius similiter facit.Et iterum dicit. Sicut pater habet vitam in semetipso non quidem participatã,ita & filio dedit vitam,&c.primæ Ioannis vltimo. Vt simus in verò filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus,&c. Dicit autem [te solùm Deum] secundum Hilarium non excludens aliquid.Vnde non dicit à solutè [te solùm,&c.] sed addit [& quem misisti Iesum Christum.] quasi diceret. [Vt cognoscant te:& quem misisti Iesum Christum] esse vnum solùm & verum Deum secundum illum modum loquendi.Tu solus altissimus Iesu Christe cum sancto spiritu. Nec facit mentionem de spiritusancto: quia vbicúnque ponuntur pater & filius præcipuè in his quæ ad maiestatem diuinitatis pertinent cointelligitur spiritussanctus:qui est nexus amborum. Vel secundum Augustinum tertio de trinitate.Hoc dicit ad excludendum errorem quorundam dicentium:quòd hæc est falsa.Pater est Deus:& filius est Deus:& spiritussanctus est Deus. Sed hæc est vera:pater,& filius,& spiritussanctus sunt vnus Deus.Et ratio istorum erat:quia (vt ab Apostolo dicitur.) Christus est Dei virtus , & Dei sapientia. Manifestum est autem,quòd nullus potest dicere aliquem Deum, nisi habeat virtutem & sapientiam diuinam.Cùm ergo isti vellent, quòd pater esset sapientia quæ est filius dicebant vlterius,quòd pater sine filio consideratus non esset Deus:& etiam filius & spiritussanctus.Et quia in missione designatur incarnatio filij Dei,ideò per hoc quod dicit. [Et quem misisti Iesum Christum.] datur intelligi, quòd in vita æterna gaudebimus etiam de humanitate Christi.Isa. 33.Regem id est,Christum in decore suo videbunt.supra 10.Ingredietur & egredietur,&c.

Ego te clarificaui super terram:opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam.

HIc ponitur meritum exaudiendæ petitionis.Et primò comme morat meritum.Secundò postulat præmium ibi. [Et nunc clarifica me,&c] Commemorat autem duplex meritum , scilicet doctrinæ dicens. [Ego te clarificaui,]scilicet in notitia hominum manifestando per doctrinam.Isaiæ vigesimoquarto.In doctrinis glorificate Deum. Item obedientiæ. Vnde subdit. [Opus consumaui.] Vtitur præterito pro futuro,scilicet clarificaui,id est,clarificabo & consumaui,id est,consumabo. Et hoc quia iam inchoatum erat. Et iterum quia imminebat hora passionis:quando hoc opus consumatum est.Hiere.decimonono. [quod dedisti mihi] non iustisti.Non enim sufficit,quòd Christus & nobis mandetur diuinitùs:quia quicquid Christus secundum quòd homo fecit:& nos facere possumus ex dono Dei.Sapient.8.Sciui quia non possum esse continens : nisi Deus det [dedisti] inquam [mihi] per donum gratiæ [vt facerem,] id est:vt consummarem.Ecclesiastici vigesimooctauo.Cor suum dabit in consumationem.Sed quia obedientiæ & doctrinæ Christi præmium est gloria.Philip.2.Factus est obediens vsque ad mortem,&c. Propter quod & Deus exaltauit,&c.Ideò postulat primum dicens. [Et nunc clarifica me,&c.] Quod non est intelligendum (vt quidam putauerunt) sicut Augustinus dicit , quòd natura humana in Christo à verbo susceptа aliquando cõuertatur in verbum,& homo mutetur in Deum:quia hoc nihil aliud esset , quàm ipsam naturam annihilari. Omne enim quod in aliud conuertitur, quòd illud in quod conuertitur non augeatur annihilari videtur. Diuino autem verbo Dei nihil augeri potest.Et ideò secundum Augustinum intelligendum est. [Et nunc clarifica,&c.] De prædestinatione. Christi hominis:nam aliquid habemus nos in prædestinatione diuina & in effectu rei.Homo autem Christus Iesus sicut & alij homines prædestinatus fuit à Deo patre.Roma.1.Qui prædestinatus est filius Dei,&c.Et secundum hoc dicit. [Et nunc] id est,postquam clarificaui te,& consummaui,&c. [Clarifica me tu pater apud temetipsum.] id est,fac me sedere ad dexteram tuam. Et hoc [claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te.] id est,in tua prædestinatione.Matthæi vltimo. Dominus quidem Iesus assumptus est in cœlum,&c.Vel aliter secundum Hilarium Nam gloria hominum est quædam conformitas ad gloriam Dei:quamuis inæqualis. Christus autem secundum quòd Deus habuit gloriam ab æterno apud patrẽ, scilicet diuinam & æqualem patri.Petit ergo hîc,quòd in humanitate clarificetur:vt scilicet,id quod ex tempore erat caro : & in corruptionem transformata gloriam eius quæ sine tempore est claritatis acciperet:non tamen æqualem:sed similem:vt scilicet sicut ab æterno apud patrem immortalis & ad dexteram consedens fuit:ita & secundum quòd homo immortalis efficiatur:& ad Dei dexteram exaltetur.

LECTVRA II.

Manifestaui nomen tuum hominibus,quos dedisti mihi de mundo. Tui erant,& mihi eos dedisti: & sermonem meum seruauerunt. Nunc cognouerunt: quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt. Quia verba quæ dedisti mihi: dedi eis:& ipsi acceperunt,& cognouerunt verè , quia à te exiui: & crediderunt , quia tu me misisti.

SVPRA orauit dominus pro seipso.Hîc orat pro Apostolorum collegio.Et primò assignat rationes orandi. Secundò ponit orationis tenorem ibi. [Pater sancte serua,&c.] Circa primum duo facit.Primò tangit rationes ex parte discipulorum. Secundò ex parte sui ibi. [ego pro eis rogo,&c.] Ex parte autem discipulorum ponit tres rationes orandi pro eis.Prima,quia ab eo instructi. Secunda,quia sibi dati. Tertia,quia ei obedientes & deuoti.Primam ponit cùm dicit. [Manifestaui] quasi dicat secundum Augustinum:vt filius tuus clarificet te:quæ quidem clarificatio iam in parte est impleta.quia [manifestaui nomen tuum,&c.] Vel secundum Chrisostomum.Dico q̃ consummaui opus quod dedisti mihi vt facerem.Quale autem opus sit subdit cùm dicit. [Manifestaui nomen tuum,&c.] quòd est proprium opus filij Dei:qui est verbum:cuius est proprium manifestare dicentem Matth.11.Neque patrem quis nouit nisi filius:& cui voluerit filius,&c.supra.1 Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus,& c. Sed hîc est dubium.Cùm Deus pater fuerit notus hominibus ante aduentum Christi:secundum illud Psal.Notus in Iudæa Deus.Quid est hoc,quòd dicit. [Manifestaui nomen tuum.] Respõsio.dicendum,quòd nomen Dei patris poterat tripliciter cognosci.Vno modo inquantùm est omnium creator.Et hoc modo notus erat à gentibus.Roma.1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt,&c. Et infrà. Deus illis reuelauit. Alio modo:vt cui soli esset latriæ cultus exhibendus Et hoc modo non erat notus à gentibus,quæ etiam latriæ cultum alijs Dijs exhibebant:sed à Iudæis tantùm,quibus solis præceptum erat in lege:quòd non nisi domino immolarent.Exo.22 Qui immolat Dijs alienis,&c.Tertio modo vt patet vnigeniti filij sui Iesu Christi.Et hoc modo nulli erat notus:sed innotuit per filiũ quando Apostoli crediderunt eum esse filium Dei.Secundam rationem ponit:cùm dicit. [Quos dedisti mihi.] Et primò ponit dationem: ex qua sumitur ratio seu modus.Dicit ergo. [Quos dedisti mihi.] f. illis hominibus nomen tuum manifestaui.Sed nunquid filius habuit eos sicut & pater habuit:vtique inquantùm Deus.Sed dicit [dedisti mihi.] f.hominivt me audirent:& mihi obedirent.supra 6.Nemo potest venire ad me,&c.Quod autem aliqui ad Christum veniãt est ex dono & gratia Dei.Ephe.2 Gratia saluati estis,hoc enim Dei donum est. [dedisti] inquam [de mundo.] i.à mundo electos.supr.15. Quia ego elegi vos de mundo. Nam si totus mundus quantùm ad Deum datus sit filio:Apostoli tamen dati sunt filio ad obediendum. Rationem dationis ponit , dicens. [Tui erant.] quasi ideò dati: quia [tui erant.] & mei : & secundum diuinitatem prædestinati ab æterno:vt per gratiam ad futuram gloriam peruenirent.Ephes. secundo.Elegit vos in ipso,&c. [Et mihi eos dedisti.] i quòd antea de eis mecum:& in me prædestinati opere implesti faciẽdo:vt mihi adhærerent. Tertiam rationem ponit cùm dicit. [Et sermonem tuum,&c.] quæ sumitur ex discipulorum deuotione. Et primò ponit deuotionem ipsorum ad filium Secundò ostendit,quòd hæc deuotio redundat in gloriam patris ibi. [Et cognouerunt,&c.] Tertiò rationem huius assignat ibi. [Quia verba quæ, &c.] Dicit ergo quantùm ad primum. [Mihi eos dedisti : quia tui erant.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed & ipsi deuotè se habuerunt [quia sermonem tuum] seruauerunt in corde per fidem: & in opere per impletionem. Prouerbio. 8. Seruа mandata mea vt viuas, &c. supra 15. Si mandata mea seruaueris, &c. Sed & hoc quòd sic seruauerunt sermonem redundat in gloriam tuam pater. Nam hic est sermo meus: quia omnia quæcúnq; habeo à te habeo [& ipsi nunc cognouerũt: quia omnia quę dedisti mihi.] scilicet homini filio tuo [abs te sunt.] supra primo. Vidimus gloriã eius, quasi vnigeniti, id est, vidimus eum quasi omnia à patre habentem. Et per hoc quòd cognouerunt: clarificatur pater in mente ipsorum. Ratio autem huius clarificationis: quòd scilicet obedientia discipulorum redundet ad filium in gloriam patris ponitur cùm dicitur. [Quia verba quæ dedisti mihi.] Vbi primò ponit ordinem processus cognitionis à patre ad discipulos. Secundò proponit ordinem reductionis mentium discipulorum in patrem. Primum ponit per dationem doctrinæ à patre. Et ponitur duplex datio. Vna quam dedit pater filio. Vnde dicit [Verba quæ dedisti mihi.] secũdum generationem æternam. In qua dedit pater verba filio: cùm ramẽ ipse sit verbum patris. Quia huiusmodi verba nil aliud sunt quàm rationes omnium fiendorum: quas omnes ab æterno pater dedit filio generãdo ipsum. Vel [dedisti mihi.] scilicet Christo homini: quia anima sua sanctissima ab ipso instanti conceptionis repleta fuit omni cognitione veritatis. supra primo. Plenum gratiæ & veritatis, id est, cognitione cuiuslibet veritatis. Colloss. secũdo. In ipso sunt omnes thesauri. Alia datio est quam Christus dat discipulis. Vnde dicit [Dedi eis.] interiùs & exteriùs docendo. supra decimoquarto. Omnia quæcúnque audiui à patre meo, &c. In quo se ostendit mediatorem Dei & hominum. 1. Thimoth. Quia, scilicet quod accepit à patre transfundit in discipulos. Deutero. 6. Ego sequester fui, &c. Reductio autem mentium discipulorum in Deum ponitur cùm dicit [Et ipsi acceperũt] Vbi ponitur duplex acceptio correspondens duplici dationi prædictæ. Vna respondet secundæ dationi: cùm dicit [Et ipsi acceperunt] à me, non existentes rebelles. Isaiæ 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico. supra 6. Omnis qui audiuit à patre & didicit, &c. Et accipientes [cognouerunt] quia tu omnia mihi dedisti. Quod respondet primæ dationi. Et secundum Augustinum hoc quod addit [Crediderunt, &c.] est expositium præcedentium. Duplex enim est cognitio diuinorum. Vna perfecta, quæ est gloriæ per aptam visionem. Alia imperfecta, quæ est viæ per fidem. 1. Corint. 13. Videmus nunc per speculum in enigmate. Quantùm ad secundum. Tunc autem facie ad faciem. Quantùm ad primum dicit ergo [cognouerũt quia à te exiui.] Sed qua cognitione nunquid patriæ: non: sed fidei. Vnde subdit [Et crediderunt.] quasi hoc ipsum sit cognoscere quòd credere. [Crediderunt] inquam verè, id est, firmiter & stabiliter. supra decimosexto. Modò creditis instabiliter, scilicet ecce venit hora, scilicet cũ perfectè credetis. Et vtitur præterito pro futuro: tum propter certitudinem rei futuræ: tum propter infallibilitatem diuinæ prædestinationis. Vel secundum Chrisostomum loquitur de præterito. Et hoc dicit esse facta, quia iam inchoata erant. Dicendum ergo vt vtrúnq; sensum concordemus: quia hæc omnia iam inchoata erant: sed perficienda restabant. Ergo quantùm pertinet ad inchoationem loquitur de præterito: sed quantùm ad consummationem loquitur de futuro: quæ fienda erant per aduentum spiritus sancti. Sed quid crediderunt? [quia tu me misisti.] Galath. 4. Misit Deus filium suum, &c. Quod secundum August. idem est, quod est [à te exiui.] Sed hoc est contra Hila. quia secundum eum (vt dictum est) exire pertinet ad æternã generationem, mitti verò ad incarnationem. Sed dicẽdum, quòd de Christo possumus loqui dupliciter, scilicet secundum diuinitatem, & sic quantum ad filium Dei, aliud est exire, & aliud mitti (vt Hilarius dicit.) Vel secundum humanitatem, & sic quantum ad filium hominis idem est exire & mitti (vt dicit Aug.)

Ego pro eis rogo. Nó pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio.

HIc ponuntur rationes orationis ex parte Christi. Et ponit ad hoc tres rationes. Vna sumitur ex dominio, quod super eos acceperat. Et ad hoc dicit. [Ego pro eis,] scilicet discipulis [rogo.] Vbi primò ponit rationem ipsam. Secundò manifestat eam ibi. [Quia tui sunt.] Ratio autem quare quis sit audiendus, & orare debeat pro alijs est, si illi specialiter pertineant ad ipsum. Orationes enim generales minus exaudiũtur. Et ideò dicit. [Pro eis rogo, non pro mundo,] id est, mundi dilectoribus [sed pro his quos dedisti mihi] vt discipulos & obedientes specialiter quamuis omnia sint mea potest ate. Psalm. Postula à me, &c. Sed contra videtur, quòd pro omnibus rogauerit. 1. Ioã. 1. Aduocatum habemus apud patrem, &c. Et ipse est propiciatio, pro peccatis enim non solùm autem nostris, sed, &c. 1. Thi. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, &c. Responsio, dicendum, quòd Christus quãtum est de se pro omnibus orauit: quia oratio sua quãtum est de se efficax est vt valeat toti mundo, sed tamen non in omnibus sortitur effectũ nisi in sanctis & electis Dei, & hoc propter impedimentum mundanorum. Et rationem manifestat dicens [tui erant,] scilicet per æternam prædestinationem. Sed non erant ita tui: vt filius eos nõ haberet, nec ita dantur filio: vt auferantur patri. Vnde dicit. [Et omnia mea tua sunt, & tua mea sunt.] In quo ostenditur æqualitas filij ad patrem, qui secundum q̃ Deus ab æterno habet omnia quæ pater habet. Sed notandum, q̃ pater habet quædam quæ pertinent ad essentiam suam sicut est sapientia, bonitas, & huiusmodi, quæ nihil aliud sunt, quã sua essentia, & hoc protestatur filius se habere. sup. 16. Vbi loquitur de processione spiritus sancti. De meo accipiet & annunciabit vobis. Et hoc ideò: quia quęcúnque habet pater mea sunt. Et dicit [omnia] quia licèt vnum res sunt, tamen multa ratione. Secundò habet quędam quę pertinent ad possessionem sanctitatis, quę sunt ei consecrata per fidem, sicut sunt omnes sancti & electi, de quibus dicit suprà eo. Tui erant. Et etiam ista omnia protestatur filius se habere, cùm dicit hîc de eis loquens. [Et tua mea sunt, &c.] quia scilicet ad hoc prædestinati sunt, vt fruãtur filio, sicut & patre. Tertio modo habet pater quædam per modum possessionis communiter sicut omnes res creatas. Psal. Domini est terra, & plenitudo eius. Et hęc etiam omnia sunt filij. Vnde in Parabola de filio prodigo. Luc. 15. Dicit pater filio maiori, omnia mea tua sunt. Secunda ratio sumitur ex gloria, quã Christus habebat in eis: quia gloriam eius iam partim cognoscebant, & adhuc magis cognoscituri erant. 1. Pet. 2. Non indoctas fabulas secuti, &c. Tertia ratio sumitur ex absentia: qua ab eis corporaliter recedebat. Vnde dicit. [Et iam non sum in mundo.] Vbi sciendum est, quòd dupliciter dicitur aliquid esse in mundo, scilicet adhærendo mundo per affectus. primæ Ioan. 2. Omne quod in mundo, &c. Sed hoc modo non est dicendum, quòd Christus iam non sit in mundo: cùm aliquam fuerit in mundo ei per affectum inhærendo. Sed est alio modo intelligendum, scilicet quòd iam non sit in mundo præsentia corporali: quia mox futurum erat: vt qui in mundo corporaliter fuerat, corporaliter ipsum relinqueret. [Et hi.] scilicet discipuli [in mũdo sunt.] scilicet præsentia corporali. [Et ego ad te venio] secundum quòd homo, scilicet ad participationem gloriæ tuæ: & exaltationem vsque ad dexteram tuam. &c. Et ideò iustum est vt pro eis orem à quibus corporaliter recessurus sum.

LECTVRA III.

Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut & nos.

POstis rationibus orandi pro Apostolis. Hìc ponit petitiones quas pro eis porrigebat. Et primò petit eorum conseruationem. Secundò sanctificationem ibi. [Sanctifica eos.] Sed conseruationem à malo: sanctificationem in bono. Circa primum duo facit. Primò petit eorum conseruationem. Secundò ponit conseruationis necessitatem ibi. [Cùm essem cum eis.] Circa primum consideranda sunt quatuor. Primò à quo petat. Secundò quid petat. Tertiò pro quibus. Quartò ad quid petit. Petit quidem à patre. Vnde dicit. [Pater.] Et meritò: quia ipse est principium omnis boni. Iacob. 1. Omne datum optimum, &c. Sed addit [sancte:] quia etiam in ipso est principium & origo totius sanctitatis: & quia finaliter sanctificationem petebat. Leui. 19. Sancti eritis, &c. 1. Reg. 2. Non est spiritus vt est dominus, &c. Petit autem conseruationem eorum. Vnde dicit. [Serua eos.] quia (vt dicitur in Psalm.) Nisi dominus custodierit ciuitatem, &c. non enim bonum nostrum est vt in hoc solùm, quòd habemus esse à Deò: sed oportet, quòd conseruemur ab eo. Quia (vt dicit Gregorius.) Omnia in nihilum redigerentur: nisi manus omnipotentis contineret. Hebræor. primo. Portans omnia verbo, &c. Et ideò Psalm. petebat. Conserua me domine, &c. Conseruatur autem homo à malo: & à peccato in nomine Dei. Vnde dicit. [In nomine tuo.] id est, per virtutẽ nominis tui & tuæ cognitionis. Quia in hoc est gloria & salus nostra. Psalmista. Hi in curribus, & hi in equis, &c. Petit autẽ pro sibi datis. Vnde dicit. [Quos dedisti mihi.] Ecclesiastic. sexto. Inspice in omnia opera domini: quòd nemo, &c. Nullus enim potest conseruari à malo nisi per electionem diuinam quæ designatur: cùm dicit. [Quos dedisti mihi.] id est, dono tuæ gratiæ: vt mihi adhærerent. Matthæi decimonono. Non omnes capiunt verbum hoc: sed quibus datum est. Qui enim sic dantur Christo conseruantur à malo. Ad quid ergo petit eos conseruari subdit, dicens. [Vt sint vnum, &c.] Quod potest dupliciter continuari ad præcedentia. Vno modo: vt designet modum conseruationis. Vt sic sensus. Ita seruabuntur [vt sint vnum.] Nam quælibet res conseruatur in esse: quamdiu est vna: quæ desinit esse per diuisionem.

Matth. 13.

Matth. 13. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Et ideò ecclesia potest conseruari: & homines si sint vnum. Alio modo vt sit finis cõseruationis. Vt sit sensus. Et ad hoc cõseruẽtur [vt sint vnũ.] Nam in vnitate spiritus consistit nostra perfectio tota. Ephes. 4. Solliciti seruare vnitatem spiritus, &c. Psalm. Ecce quàm bonũ & quàm iocundum, &c. Sed addit. [Sicut nos vnum sumus.] Sed contra ipsi sunt vnum secundum essentiam. Ergo & nos erimus vnũ per essentiam. Sed hoc non est verum. Responsio. dicendum, quòd vniuscuiusq; perfectio nihil est aliud quã participatio diuinæ similitudinis. Intantùm enim sumus boni, inquantùm Deo assimilamur. Vnitas ergo nostra intantùm est perfectiua: inquantùm participat vnitatẽ diuinam. Est autem duplex vnitas in diuinis. s. naturæ. suprà 10. Ego & pater vnum sumus. Et vnitas amoris in patre & filio quæ est vnitas spiritus. Et vtráque est in nobis: non quidem per æquiparationem, sed per similitudinem quandam: pater enim & filius sunt eiusdem naturæ numero. Nos autem sumus vnum in natura secundum speciem. Item ipsi sunt vnum per amorem nõ participatũ ex dono alicuius, sed ab eis procedentẽ. Nã pater & filius diligunt se spiritu sancto. Nos autem per amorem participatum ex aliquo superiori. Necessitatem autem huius conseruationis ponit, dicens.

Cùm essem cũ eis: ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur.

QVæ causatur ex duobus. Primò quidem ex recessu sui. Secundò ex odio mundi ibi. [Ego dedi, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit conseruandi modum. Secundò conseruationis debitum. Tertiò conseruationis efficaciam siue effectum. Sed modus conseruandi est cõgruus, quia virtute patris. Vnde dicit. [Cùm essem cùm eis.] scilicet præsentia corporali. Baruch. 4. Post hæc in terris visus est, &c. [Ego scilicet] filius hominis [seruabam] id est, custodiebam [eos] à malo & peccato: sed non virtute humana: imò diuina: quia [in nomine tuo] quod quidem nomen etiam cõmune est patri & filio & spiritui sancto. Matth. vltimo. Baptizantes eos in nomine patris, &c. Et hoc idem: tum quia pater & filius sunt vnus Deus: tum quia in nomine patris intelligitur etiam nomen filij. Pater enim dicitur qui habet filium. Sed attende quia supra cum negasset se habere dæmonium: non negauit se Samaritanum. i. custodem esse, quia custos est. Isa. 21. Custos qui de nocte, scilicet huius mundi. Ipse enim sicut pastor custodit gregem suum. Sed conseruationis debitum ponit dicens. [Quos dedisti mihi.] Quibus enim tenetur custodire suæ custodiæ deputatos. 3. Reg. penulti. Custodi virum istum, &c. Aba. 2. Super custodia meam stabo. Sic stat prælatus quando diligenter inuigilat super his qui sibi sunt deputati. Luc. 2. Pastores erant in regione eadem, &c. Sed efficacia custodiæ est perfecta. Quia [nemo ex his perijt.] Iapr. 10. Oues meæ vocem meam audiunt: & non rapit eas quisquam, &c. supr. 6. Omnis qui credit in eum, &c. Sed ab hac efficacia excipitur vnus. s. [filius perditionis.] Iudas: qui dicitur filius perditionis: quasi ad perpetuam perditionem præscitus, & prærordinatus. Sic enim aliqui deputati ad mortem dicuntur filij mortis. 1. Reg. 26. Omnes vos filij mortis estis. Matth. 23. Circuitis mare & aridam, &c. & facitis eum filium mortis duplo, quàm vos, &c. Sed nota, quòd interlinearis habet filius mortis. i. prædestinatus perditionis: cùm tamen raro inueniatur: quòd prædestinatio ponatur in malum. Vnde hìc sumitur communiter pro scientia vel ordinatione. Ideò prædestinatio semper in bonum ponitur, quia habet duplicem effectum gratiæ & gloriæ. Et ad vtrúmque Deus ordinat: sed in prouatione duo sunt, culpa & pœna temporaliter. Et ad vnum eorum Deus tantùm ordinat. sad pœnam, & non per se. [Vt scriptura] quia. s. prædixisti. s. in Psal. Deus laudem meam ne tacueris, &c. quòd scilicet esset me proditurus [impleretur.]

Nunc autem ad te venio.

DEferens eos corporali præsentia. supr. 16. Iterum relinquo mundum, &c. Sed quia hæc verba in corde male intelligentium posset infidelitatis scandalum generare: quasi non posset eos seruare ab eis recedens. Vel quòd pater eos ante non seruasset: sed quidem & pater eos ante seruabat. Vnde dixit. Ego seruabam eos in nomine tuo: sed & filius post suum recessum eos seruare potuit. Et ideò ratione dictorum assignans, dicit.

Et hæc loquor in mundo, vt habeant gaudiũ meum impletum in semetipsis.

QVasi dicat. Locutus sum sicut homo orans: sed [hæc loquor] propter consolationem discipulorum est mihi autium me esse hominem purum: vt saltem consolentur in hoc: quòd eos tibi patri quem maiorem credunt recommendo: gaudentes se esse in protectione patris. Et hoc secundum Chrisostomum, vel secundum Augustinum. Vt referantur hæc verba ad hoc quod supra dixit. Vt sint vnum, &c. Et sic ponuntur vt fructus vnitatis: quasi diceret [vt habeant gaudium] iam superiùs expressum: quo scilicet in me gaudeant. Vel quòd eis est àme plenum in semetipsis: quod quidem consequenter per vnitatem spiritus: per quam petuenient ad gaudium vitæ æternæ quod est plenum. Ideò autem gaudium ad vnitatem sequitur, quia vnitas & pax faciunt perfectè gaudere. Prouerb. 12. Qui ineunt pacis consilia, sequitur eos gaudium. Gal. 3. Fructus autem spiritus est gaudium, &c.

Ego dedi eis sermonem tuum.

HIc ponitur alia conseruationis necessitas, quæ causatur ex odio mundi. Et primò proponit beneficium quod discipulis contulerat. Secundò odiũ mundi quod incurrerant ibi. [Et mũdus eos, &c.] Tertiò petit auxilium patris, quòd eos protegat ibi. [Nõ rogo, &c.] Dicit ergo primo. [Ego dedi eis sermonem tuum.] i. quem à te recepi.] supr. eod. Verba quæ dedisti mihi, &c. Vel [dedi.] i. dabo per inspirationem paraclyti [sermonem tuum.] i. de te quod quidem est maximum donum & beneficium. Prouer. 4. Donum bonũ tribuam vobis. Legem meam ne dereliqueritis, &c.

Et mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.

SEd ex hoc secutum est odium mundi: quia. s. ex hoc, quòd susceperunt sermonem tuum. [Et mundus eos odio, &c.] Luc. 6 Beati eritis cùm vos oderint homines, &c. 1. Ioan. 4. Nolite mirari si odit vos mundus. Causa autem huius odij est, quia recesserunt de mũdo. Sermo enim Dei facit homines à mundo recedere. Nam Deo coniungit: cui nullus coniungi potest nisi à mundo recedat: qui enim diligit mundum: non est perfecta charitas Dei in illo. Et ideò dicit. [Quia non sunt de hoc mundo.] supr. 15. Quia ego elegi vos de mũdo: propterea odit vos mundus. Naturale enim est vnicuiq;, q̃ sibi simile est diligere. Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile: & odio habet dissimile Sir. 2. Grauis est nobis etiam ad videndum. Et hoc quia dissimilis est, &c. Et ad hoc ponit exemplum qualiter. s. non sunt de mundo dicens. [Sicut & ego non sum de mundo.] quod intelligendum est quantùm ad amorem: quia sicut Christus in mundo non erat per affectum: sic nec isti. Non autem quantum ad originẽ: quia aliquando de mundo fuerunt. Christus autem nunquam: quia eriam quantum ad nativitatem carnis natus est de spiritu sancto. Matth. 1. supr. 8. Vos de hoc mundo non estis, &c. Auxilium autem contra odium petit, dicens.

Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos à malo: de mundo non sunt: sicut & ego non sum de mundo.

ET primò ponit suam petitionem. Secũdò assignat petitionis rationem ibi. [De mundo, &c.] Circa primum duo ponit: quorũ vnum dicit se non petere. s. vt non tollantur de mundo. Contra, quomodò tolli possunt de mundo: qui de mundo non sunt: Sed dicẽdũ, quòd de mundo quidem non erat per affectum: sicut supra dixit: sed de mundo per corporalem conuersationem. Et secundum hoc noluit vt tolleretur de mundo. Et hoc propter vtilitatem fidelium: qui per eos crediturꝰ erant. Marc. vltimo. Euntes in mundum vniuersum, &c. Sed aliud petit: vt. s. in mundo corporaliter cõuersantes [serues à malo.] scilicet mundi. Graue enim est: vt homo inter malos existens à malo immunis existat: præcipuè cùm totus mundus in maligno positus sit. Iſa. 8. Cùm transieris per aquas tecum ero, &c. Ratio autem petitionis ponitur cùm dicit. [De mundo non sunt.] Vbi videtur esse intricatio verborũ, & inutilis repetitio cùm dicat eadem verba supra. Sed quidem non est inutilis repetitio: quia ad aliud dicuntur ibi: & ad aliud hìc. Ibi enim dicuntur ad ostendendam causam quare odio habeantur à mundo. Hìc verò dicuntur ad assignandam quare odio habeantur à mundo. Hìc verò dicuntur ad assignandam quare debeant conseruari à Deo. Ex quo datur intelligi, quòd idem est propter quod sancti odiuntur à mundo, & diliguntur à Deo: scilicet contemptus mundi Iac. 2 Nónne vos elegit Deus, &c Et ideò quodlibet bonum quod facit reddit hominẽ mundo odibilem: sed Deo dilectum. Exod. 8. Abhominationes Aegyptiorum immolabimus domino Deo nostro.

LECTVRA IIII.

Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est.

SVPRA Dominus petijt discipulorum conseruationem. Hìc petit eorum sanctificationem. Et primò petit eorum sanctificationem. Secundò sanctificationis assignat necessitatem ibi. [Sicut tu me, &c.] Tertiò insinuat huius sanctificationis inchoationem ibi. [Et ego pro eis sanctifico, &c.] Dicit ergo. Sic petij, quòd seruentur à malo: sed hoc nõ sufficit nisi perficiãtur in bono. Psal. Declina à malo &

Universidad de Deusto
Biblioteca

fac bonum. Et ideò [Pater sanctifica.] id est, perfice eos, sanctos fac. Et hoc [in veritate,] id est, in me filio tuo: qui sum veritas. supra 13. quasi diceret fac eos participes meæ perfectionis, & sanctitatis. Et ideo addit. [Sermo tuus,] id est, verbum tuũ veritas est. Vt sit sensus [Sanctifica eos in me veritate:] quia ego verbũ tuum sum veritas. Vel [sanctifica eos.] immittendo eis spiritũ sanctum. Et hoc [in veritate,] id est, in cognitione veritatis fidei, & tuorũ mandatorum. supra 8. Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit. Nam per fidem & cognitionẽ veritatis sanctificamur. Ro. 3. Iustitia enim Dei per fidem Iesu Christi, &c. Et ideò subdit. [Sermo tuus veritas est:] quia scilicet. Veritas sermonũ Dei nullã habet falsitatem admixtã. Prou. 8. Recti sunt sermones mei, &c. Et quia sermo eius docet veritatem inereatam. Vel aliter in veteri testamento erat modus loquendi, q̃ omne quod deputatur cultui diuino: dicitur sanctificari. Exod. 28. Applica ad me Aaron, &c. Dicit ergo. [Sanctifica,] i. deputa quasi per modum sanctificationis eos. [in veritate,] id est, tuæ veritati prædicandæ. Quia [sermo tuus.] quem debent prædicare. [veritas est.] Et necessitas sanctificationis subditur cùm dicit.

Sicut tu me misisti in mundum: ita & ego misi eos in mundum.

QVasi dicat, ad hoc ego veni vt prædicarem veritatem. infrà 19. In hoc natus sum vt testimoniũ perhibeam veritati. Ita& ego misi discipulos ad veritatem prædicandam. Mar. vltimo. Euntes in mundum vniuersum prædicate, &c. Necesse ergo habent, quòd in veritate testificentur. infrà 20. Sicut misit me pater, &c. Sed debent sanctificari, non solùm propter officium: ad quod deputantur: sed quia iam inchoata est per me. Vnde dicit.

Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati.

SEcundũ Aug. enim sciendũ est, quòd in Christo est duplex natura. Sed quãtum ad diuinam Christus est sanctus per essentiam, quãtum verò ad humanã Christus est sanctus per gratiã: quę deriuatur à diuina natura. Dicit ergo secũdum diuinitatẽ. [sanctifico me ipsum.] Assumendo carnem pro eis. Et hoc vt sanctitas gratiæ: quæ est à me Deo in me homine deriuetur à me eis: quia de plenitudine eius omnes accepimus. Ioan. 1. Psal. Sicut vnguẽtum quod est in capite Christi: quod est Deus: quod descẽdit in barbam Aaron, id est, in humanitatẽ, & ab hac descendit in oram vestimẽti eius, id est, in nos. Vel aliter secũdum Chrisostomum. Rogauit vt sanctificarẽtur sanctificatione spirituali. In veteri autẽ testamento erãt iustificationes carnales. Heb. 9. Iustitijs carnis, &c. Sed ille erãt figuræ spiritualis sanctificationis: quæ tamen fiebãt per aliquod sacrificiũ, & ideò ad sanctificationẽ discipulorum cõpetebat fieri aliquod sacrificiũ. Et hoc est quod dicit: [Vt sanctificẽtur ipsi: ego iam sanctifico me,] id est, offero me sacrificium. Ephes. 2. obtulit semetipsum Deo, &c. Hebr. 9. Propter quod Iesus vt sanctificaret, &c. Et hoc in veritate non in figura: sicut in veteri testamento, &c.

LECTVRA V.

Non pro eis autem rogo tantùm: sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me.

POSTQVAM dominus orauit pro suis discipulis. Hìc rogat communiter pro fidelibus omnibus. Et primò proponit orationẽ. Secundò subiungit exauditionis rationẽ ibi. [Pater iuste, &c.] In oratione autẽ duo petit à patre discipulis suis. Primò quidẽ vnitatis perfectionem. Secundò glorię visionẽ ibi. [Pater quos dedisti mihi, &c.] Circa primũ duo facit. Primò petit quasi homo vnitatis pfectionẽ. Secundò ostendit, q̃ ipse vt Deus fecerit eis ad hanc vnitatem consequendam ibi. [Et ego claritatem, quã dedisti mihi, dedi, &c.] Circa primum duo facit. Primò proponit pro quibus petit. Secũdò subdit quid petat ibi. [Vt omnes vnum sint, &c.] Petit autẽ pro toto cœtu fideliũ. Vnde dicit. Dixi, q̃ conserues discipulos à malo, & q̃ sanctifices eos in veritate. [Sed nõ pro eis rogo tantũ, sed etiam pro eis qui credituri.] i. pro illis quorum fides confirmabitur. Et hoc [per verbum eorum.] i. Apostolorũ. Et iustè rogat: quia nullus saluatur, nisi per intercessionem Christi. Ne autẽ solùm Apostoli saluarentur, sed etiam alij. Ideò etiã pro alijs orandũ erat. Deu. 4 Dilexit patres tuos, & elegit & semẽ, &c. Eccle. 44. Cum semine eorum permanebo, &c. Sed cõtra videtur, q̃ non orauerit pro omnibus fidelibus suis. Nam pro his hìc orat, qui cõuertendi erant per verbum Apostolorum, sed antiqui patres, & Ioan. Baptist. non fuerunt cõuersi per verba corũ. Ad quod dicendũ, q̃ ipsi iã peruenerant ad consummationẽ, & licèt nõ fruentur Dei visione, cũ non esset solutum pretium, tamen cum meritis suis hinc abierãt, ita vt statim aperta ianua introducẽdi essent. Et ideò oratione nõ indigebãt. Sed adhuc iterũ quæritur de alijs quibus, qui nõ per Apostolorum verba crediderunt, sed immediatè per Christum. sicut Paul. Galat. 4. Nõ ab hominibus, neq; per hominem, &c. Et latro in cruce. Luc. 26. Non videtur ergo, q̃ pro eis oratum fuerit. Sed ad hoc dicendum secundum Aug. quòd per verbum Apostolorum dicuntur credere, non solùm qui ab ipsis audierũt, sed quicúnq; credunt per verbum, quod Apostoli prædicauerunt, quod est verbum fidei. Rom. 10. Quod dicitur verbum Apostolorũ quia ipsis principaliter cõmissum & prædicatum. Quod etiam Paulo & latroni in cruce est reuelatum diuinitùs. Vel dicendum, quòd qui immediatè à Christo, & per Christum conuersi sunt, sicut Paulus, & latro in cruce. Et si qui alij computantur in parte orationis, qua Dominus pro discipulis orauit. Vnde Dominus dixit. Quos dedisti mihi seu daturus es. Sed adhuc quęritur de nobis, qui non credimus per Apostolos. Sed ad hoc dicendum, quòd licèt non crediderimus per Apostolos, credimus tamen per discipulos eorum. Petit autẽ vnitatis perfectionem. Vnde dicit.

Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus quia tu me misisti.

VBi primò proponit vnitatem, quam petit. Secundò vnitatis exẽplũ, & causam ibi. [Sicut tu pater, &c.] Tertiò vnitatis fructũ ibi. [vt mundus credat, &c.] Dixit ergo hoc rogo [vt omnes vnum sint.] Nam (vt Platonici dicunt) ab hoc quælibet res habet vnitatem, à quo habet bonitatem. Bonum enim est, quod est rei conseruatiuum. Nulla autẽ res conseruatur nisi per hoc, quòd est vna. Et ideò Dominus petens discipulorum perfectionẽ, in bonitate petit, quòd sint vnum, quod quidem impletum est. Actuum quarto. Multitudinis credentium erat cor vnum, &c. Psalm. Ecce quàm bonum, & quàm iocundum, &c. Sed vnitatis exẽplum & causam subdit dicens. [Sicut tu pater in me, &c.] Aliqui enim fiunt vnum, sed in malo. Vnde hanc vnitatem Deus non petit, sed illam secundum quam homines vniuntur ad bonum, scilicet in Deum. Et ideò dicit [sicut tu pater, &c.] i. hoc modo vniantur, quòd credant in me, & in te. Roma. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo. Ephe. 4. Solliciti seruare vnitatem spiritus, qui est vnus Deus, vna fides, &c. Et quidem in patre, & filio qui sunt vnum, sumus vnum: quia si diuersa quærimus credendo, & desiderando, affectus noster diuersificatur ad multa. Sed Arrius ex hoc arguit, quòd eo-dem modo filius est in patre, & pater in filio: quo nos sumus in Deo: sed nos non sumus per vnitatem essentiæ: sed per conformitatem voluntatis & amoris. Ergo & similiter pater non est in filio per vnitatem essentiæ. Sed dicendum, quòd in patre & filio est duplex vnitas, scilicet essentiæ & amoris. Et secundum vtrãq; pater est in filio: & filius in patre. Quod ergo hìc dicit. [Sicut tu pater in me, &c.] Potest referri vno modo ad vnitatem amoris secundum Aug. vt sit sensus. [Sicut pater es in me] per amorem: quia charitas facit vnum esse cum Deo. quasi diceret. Sicut pater diligit filium: & econuersò: ita ipsi diligant patrem & filium. Et sic ly [sicut] non dicit æquiparantiam: sed quandam remotam similitudinem. Vel secundum Hilarium: potest referri ad vnitatem naturæ: non quidem, quòd eadem natura numero sit in nobis cum patre & filio sicut est in eis: sed quòd vnitas nostra per hoc sit, quòd assumamur illi diuinæ naturæ: per quam pater & filius sunt vnum. Hoc etiam modo ly [sicut] dicit imitationem quãdam. Et inde est, quòd imitamur ad imitationem dilectionis diuinæ. Ephe. 5. Estote imitatores Dei: sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, &c. & perfectionis seu bonitatis. Matth. 7. Estote perfecti sicut pater vester perfectus est, &c. Fructus autem vnitatis ponit cùm dicit. [Vt mundus credat,] per nihil enim aliud sic manifestatur veritas euangelij sicut per charitatem fidelium. supr. 13. In hoc cognoscẽt omnes quia mei estis, &c. Erit ergo hìc vnitatis fructus: quia per hoc, quòd sint vnum. [Mundus credat] quòd doctrina quã dedi eis sit à te [& cognoscat quia tu me misisti.] Non enim est Deus dissensionis causa, sed pacis. Sed hìc est quæstio: quia vnum perfectè erimus in patria: vbi non erit tempus credendi. Inconuenienter ergo post vnitatem subdit [vt mundus credat, &c.] Sed dicendum, quòd hìc non loquitur de vnitate consummata: sed inchoata. Item est alia quæstio. Quia ipse orat vt sint vnum illi qui credunt in eum. Ergo & mundus credens est vnum. Quomodo ergo dicit postquam sunt vnum [mundus credat?] Ad quod potest mysticè respõderi: quòd vno modo dominus petit pro omnibus credentibus: quòd sint vnum: qui tamen non simul credituri erant: sed quidã prius per quos alij conuertendi erant. Quod ergo dicit. [Vt mundus credat.] Intelligitur quãtum ad illos qui non à principio crediderunt: qui cũ crediderunt: facti sunt vnum. Et similiter alij credentes post eos. Et sic vsque ad finem mundi. Alio modo secundum Hylarium. Vt ly [mundus credat] sit finis vnitatis & perfectionis: quasi diceret. Perfice eos: vt sic sint vnum: ad hoc, [scilicet vt mũdus credat, &c.] Vnde ly [vt] importat causam finalem. Tertio modo secundum Augu. vt ly [mundus credat] sit alia petitio. Et tunc oportet repeti, quod dixit. Rogo quasi diceret. [Rogo vt sint vnum. Et rogo vt mũdus credat.] Quid autem Christus ad hanc vnitatem operatus sit subdit dicens.

Et ego claritatem: quã dedisti mihi dedi eis: vt sint vnum sicut & nos vnũ sumus. Ego in eis & tu in me: vt sint consummati in vnum: & cognoscat mundus: quia tu me misisti & dilexisti eos: sicut & me dilexisti.

QVasi hoc quod petat vt homo: facit vt Deus. Et primò ostendit quòd ipse operatus est ad hoc: quòd sit vnum. Secundò ponit vnitatis modum & ordinem ibi. [Ego in eis, &c.] Tertiò ostendit vnitatis finem ibi. [vt cognoscat mundus, &c.] Dicit ergo: Etsi vt homo petam eorum perfectionem: nihilominùs tamen simul tecum hoc facio: quia [& ego claritatem,] id est, gloriam resurrectionis [quam tu] pater [dedisti mihi] æterna prædestinatione, & daturus es statim in re [ego dedi illis.] scilicet discipulis. Et claritas est immortalitas: quã in resurrectiõe fideles accipiẽt & quantũ ad corpus. Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ, &c. 1. Corinth. 15. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. At hoc [vt sint vnum] quia per hoc quod habebũt gloriam efficientur vnum [sicut & nos vnum sumus.] Sed videtur distinguere operationem suam ad operationem patris. Dicit q̃ pater sibi claritatem dedit: & Christus eam dedit fidelibus. Sed si bene intelligatur non ponitur hoc ad distinguẽdum operationẽ: sed personas. Nam filius inquantùm filius, simul cũ patre claritatem dat Christo homini, & simul etiam cum eo fidelibus. Sed tamen inquantũ hanc claritatẽ specialiter per humanitatem suam eis tribuit. Ideò hãc attribuit sibi, illam patri. Et sic accipitur hìc claritas secundum Augu. Vel aliter secundum Chrisost. [Ego claritatem.] scilicet gratiæ [quam dedisti mihi] homini: & quantùm ad excellentem cognitionẽ, perfectionem: & miraculorũ operationem [dedi eis] in parte, & adhuc perfectiùs dabo. 2. Corinth. 3. Transformamur à claritate in claritatem. Psalm. Dedi dona hominibus. Et hoc [vt sint vnum, &c.] Hìc enim est finis diuinorum donorũ vt vniamur illa vnitate: quæ est conformis vnitati patris & filij. Ordo autem vnitatis subditur: cũ dicit. [Ego in eis, & tu in me.] Nam per hunc ordinẽ peruenitur ad vnitatem: quia videnti q̃ ego sum in eis per gratiam sicut in templo. 1. Corinth. 3. Nescitis quia templum Dei, &c. quæ est quasi quædam similitudo eius essentiæ qua tu es in me per vnitatem naturæ. supra. Ego in patre: & pater in me est. Et hoc [vt ipsi sint consumati.] i. perfecti [in vnũ.] Sed attende q̃ cũ supra dixisset. Vt sint vnũ: hìc addit [consumati.] Quod ideò est quia illud refertur ad vnitatem gratiæ: hęc autem ad eius cõplementũ. Vel aliter secũdum Hylarium [Ego in eis] supple sum per vnitatem naturæ humanæ: quã eandem habeo cum illis: & quia etiam do eis corpus meum in cibũ sacramentalem. [Et tu in me] per vnitatem essentiæ. Sed secũdum primã expositionem: quia per gratiam nõ solùm filius est in eis: sed & pater. supra 14. Ad eum veniemus, &c. Quare dicit [Ego in eis] sine patre: Respõsio. Dicendum secũdum Aug. q̃ hoc nõ dicit: vt ostẽdat filium in eis esse sine patre: sed quia per filium accessum habeant ad patrem. Rom. 5. Iustificati igitur ex fide per Christum, &c. Vel secũdum Chrisosto. suprà dixit. Ad eum veniemus: vt ostendat pluralitatem personarũ diuinarum contra Sabellium. Hìc autẽ dicit [ego in eis] vt ostendat æqualitatem patris ad alium cõtra Arrium. Per hoc enim datur intelligi q̃ sufficit fidelibus si solus filius in habitet. Finis autẽ vnitatis ponitur ibi. [Vt cognoscat mundus.] Et quidem si consumata vnio referatur ad perfectionẽ viæ: tunc ly [cognoscat mundus] idẽ est quod suprà dixit [vt mundus credat.] tunc dicitur propter inchoationẽ. Hìc autẽ dicit [cognoscat.] quia perfectam cognitionẽ non sequitur fides: sed plena cognitio. Et dicit [cognoscat mundus] nõ quòd nunc sit mundus: sed q̃ fuit mundus. Vt sit sensus [Mundus.] iam credens cognoscat. [Vel mundus.] i. amator mũdi [cognoscat quia tu me misisti] quia tunc mali per manifestationẽ iudicia cognoscent Christũ esse filium Dei. Apocalyp. 1. Videbit eum omnis oculus. Et infra 19. Videbunt in quem transfixerũt. Luc. 21. Videbunt filium hominis venientẽ in nubibus cœli, &c. Et non [solùm cognoscat hoc] sed & sanctorũ claritatem quia [dilexisti eos.] scilicet fideles. Nunc enim non possumus cognoscere dilectionẽ Dei ad nos quanta sit: quia bona quæ Deus daturus est nobis cũ excedant appetitum & desiderium nostrũ. 1. Corinth. 2. Oculus nõ vidit, &c. Et ideò mundus credens. i. sancti cognoscent per experientiam quantũ diligat nos: sed mundi amatores. i. mali cognoscent hoc videndo & admirando gloriam sanctorum. Sapien. 5. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, &c. Et infrà. Ecce quomodò cõputati sunt inter filios Dei, &c. Sed dicit. [Sicut tu me dilexisti.] Quod non importat parilitatem dilectionis: sed rationẽ & similitudinẽ, quasi dicat. Dilectio qua dilexisti me, est ratio & causa quare eos dilexisti. Nam per hoc quòd me diligitis: diligẽtes me & membra mea diligitis. supra 14. Ipse pater amat vos: quia vos me amastis. Sciendum est autem q̃ Deus diligit omnia quæ fecit dando eis esse. Sapien. 11. Nihil odisti eorum quæ fecisti, &c. Maximè autẽ diligit vnigenitũ filium suum: cui totam naturã suam per æternam generationẽ dedit. Medio autem modo *diligit membra vnigeniti sui.* scilicet fideles Christi dando eis gratiam: qua Christus inhabitat nos. Deutero. 37. Dilexit populos omnes: sancti in manu illius sunt.

LECTVRA VI.

Pater quos dedisti mihi, volovt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

SVPRA dominus petijt pro discipulis perfectionis vnitatem. Hìc petit pro eis visionis claritatem. Et primò tangit personas pro quibus petit. Secundò ponit petendi modum. Tertiò subdit quod petit. Petit quidem pro sibi datis. Vnde dicit [Pater quos dedisti mihi, &c.] Sciendũ est q̃ illud dicitur alicui dari quod voluntati eius submittitur: vt scilicet faciat de eo quod vult. Voluntas autem Christi duplex est. s. misericordiæ & iustitiæ. Sed misericordiæ quidem primò quidem & per se est ipsius. Quia miserationes eius super omnia opera eius. Psal. 1. Thimoth. 2. Vult omnes homines saluos fieri. Sed volũtas iustitię puniẽtis est eius nõ primo: sed præsupposito peccato. Deus enim nõ delectatur in perditione hominũ. Sapien. 1. Eze chiel. 18. Nolo morte peccatoris: verũ secũdum se. sed tamen ex consequenti vult eam propter peccatũ. Sunt ergo omnes homines dati filio. supra 5. Dedisti ei potestatẽ omnis carnis. i. omnis hominis. vt scilicet faciat de eis suam voluntatẽ. Vel misericordiæ ad saluãdum: vel iustitiæ ad puniendũ. Ipse enim est qui cõstitutus est à Deo princeps, &c. vt dicit in Actib' Apo. Sed illi sunt sibi simpliciter dati qui ad hoc dati sunt ei: vt de eis faciat voluntatẽ misericordiæ ad saluãdum. Vnde de his dicit [Quos dedisti mihi] in tua. s. præscientia ab æterno. Isaiæ 8. Et Hebræ 3 Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus. Modus autẽ petendi designatur: cùm dicit [volo.] Quod potest designare auctoritatẽ vel meritum. Auctoritatẽ quidem si intelligamus de voluntate eius inquantũ est Deus: quę est eadem cum voluntate patris. Nam sua voluntate homines iustificat & saluat. Rom. 9. Cuius vult miseretur. Meritum autẽ designat si intelligamus de voluntate eius inquantũ est homo: quæ est meritoria salutis nostræ. Si enim voluntates iustorũ quæ sunt membra Christi habent meritũ impetrandi. supra 15. Quodcúnq; volueritis petetis: & fiet vobis. Multò magis hoc habet voluntas Christi hominis: qui est caput sanctorũ omnium. Quid autẽ petat subdit, dicens [Vt vbi ego sum, &c.] Et primò petit coniunctionẽ membrorum ad caput. Secundò demonstrationem claritatis suæ ad membra ibi. [Vt videant, &c.] Dicit ergo hic nolo scilicet. [Et vbi ego sum: & illi sint mecum.] Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo: vt referatur ad Christum hominẽ. Nam Christus secũdum q̃ homo statim futurus & ascensurus in cœlum erat. infra vigesimo. Ascẽdo ad patrem meum & patrẽ vestrũ. Et sic est sensus [volo.] vt in cœlo [vbi ego] mox futurus sum [& illi.] s. fideles [sint mecũ] etiam loco. Mat. 24. Vbi fuerit corpus illic congregabũtur & aquilæ i. sancti. Hoc enim promiserat. Mat. 5. Et Luc. 6. Gaudete & exultate quoniã merces, &c. Sed dubitatur: quia cũ nondùm esset in cœlo debuisset dicere, vbi ego ero. Non [vbi ego sum, &c.] Itẽ quia supra 3. dixit. Nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descẽdit. Respõsio: dicendum ad primum q̃ Christus qui loquebatur & Deus erat & homo. Et ideò licèt secũdum eius humanitatẽ nõ esset in cœlo: erat tamen ibi secundum diuinitatem vt sic in terra existens esset in cœlo. Et ideò dicit [Vbi ego sum.] Ad secundum dicendum q̃ id quod dicit supra 3. q̃ nemo descẽdit de cœlo nisi filius hominis, &c. intelligitur q̃ est in cœlo secũdum diuinitatẽ: & descendit humanã naturam assumendo: & ascẽdit secũdum humanam naturã iam glorificatã. Et sic dum nos cũ illo vnũ sumus iam facti vnde solus venit in se. s. descendendo de cœlo illuc etiã solus rediit in nobis ascendendo in cœlum. secundum Gregor. 23. Moraliũ. Dicit autẽ [sum.] præsenti vrens pro futuro. Vel quia statim illic futurus erat. Vel vt referatur ad Christũ Deum. Sed secũdum hoc cũ Deus vbiq; sit. Hiere. 23. Cœlũ & terram ego implebo. Videtur sequi q̃ etiã sancti erũt vbiq;. Ad quod dicendum q̃ Deus hoc modo se habet ad nos, vt lux ad homines. Lux autem vbiq; diffunditur sole existente super terrã. Et licèt lux sit cum hominibus: nõ tamen omnes sunt in luce solis: sed tantũ eam videntes. Sic ergo cũ Deus sit vbiq;: est cũ omnibus quę sunt vbicúnq;: sed tamen nõ omnes sunt cũ Deo: nisi qui ei coniũguntur per fidem & dilectionẽ: & tandem coniungentur per perfectã fruitionẽ. Psal. Et ego semper tecũ. 1. Thess. 4. Sic semper cũ dño erimus. Et sic est sensus [Vt vbi ego sum.] scilicet in diuinitate tua quã habeo per naturã [& illi sint mecũ.] per participationẽ gratiæ. supra 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, &c. Demõstrationẽ autẽ suæ claritatis ad membra subdit, dicens [vt videant claritatem.] Et primò ponit petitionẽ. Secundò ostendit claritatis originem ibi. [quã dedisti mihi.] Tertiò assignat claritatis rationẽ ibi. [quia dilexisti me, &c.] Dicit ergo volo vt non solùm mecum sint

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed [vt videant.] s. visione beatificante. 1. Ioā. 3. Cùm apparuerit similes ei erimus & videbimus eum, &c. [Claritatem meam.] Quod potest intelligi de claritate eius secundum humanitatem qua illustratus est in resurrectione. Phil. 3. Conformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Vel de claritate eius secundum diuinitatem. Est enim splendor gloriæ & figura paternæ substantiæ. Hebr 1 Sap. 7. Candor est lucis æternæ. Et vtrāq; claritatem sancti existentes in gloria videbunt. Nā de prima dicitur Isai. 33. Regem in decore suo videbunt. Sed hanc impij videbunt in iudicio tātum. Luc. 21. Tunc videbunt filium hominis venientē cum potestate magna, &c. Sed Marc. dicit, venientē in gloria, id est, in claritate. Sed visio huius claritatis subtrahetur eis post iudicium. Isa. 26. secundum aliam literam. Tollatur impius ne videat gloriā. Sed secundum claritatem videbunt sancti perpetuò. Psal. In lumine tuo. s. gratiæ videbimus lumen. s. glorię, quā nāq; videbunt mali. Iob 39. In manibus. i. in superbis abscondit lucē, annunciat de ea, &c. Huius autem claritatis origo est à patre. Vnde dicit, [quā dedisti mihi.] gloriam. s. corporis, dedit ei in resurrectiōe. Sed quia hoc factum erat in diuina ordinatione, licēt esset futurum in re, ideò dicit [dedisti.] Psal. Gloria & honore coronasti eum, &c. Sed claritatem diuinam dedit ei ab æterno quia filius est à patre ab æterno sicut splendor à luce. Rationem autem claritatis datæ ostendit dicens. [Quia dilexisti me ante mundi, &c.] Quod quidem si referatur ad Christum hominē, sic li [quia,] denotat causam. Sicut enim dilectio & æterna prędestinatio Dei est causa, ꝙ nos habeamus claritatem gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Ephes. 1. Elegit nos, &c. Sic etiam est causa claritatis Christi secundū ꝙ hō. Roma. 1. Qui prædestinatus est filius Dei, &c. Et sic est sensus. Dico, quòd dedisti mihi claritatē, & huius causa est [quia dilexisti me,] & hoc ante mundi constitutionem.] vt s. homo ille vniretur filio Dei in persona. Psal. Beatus quem elegisti & assumpsisti, &c. Si verò referatur ad Christum secundum ꝙ est Deus, sic li [quia] denotat signum. Non enim dedit quia dilexisti. Nā in datiōe: qui pater dedit filio, designatur æterna eius generatio. In dilectione verò si sumatur essentialiter importatur voluntas diuina. Si verò notionaliter designatur notio spiritus sancti. Sed pater natura dedit filio claritatem, non voluntarię: quia genuit eum per naturam. Nec ideò dedit filio: quia spirauit spiritum sanctum.

Pater iuste mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerunt: quia tu me misisti, & notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio qua dilexisti in ipsis sit, & ego in ipsis.

HIc assignatur ratio exauditiōis petitionis suæ. Suprà autem Dominus admisit ad suā petitionem etiam fideles cū dixit. [Non pro eis rogo tantum, sed pro his qui credituri sunt, &c.] & quoddam excluſit. s. mundū & infideles. Vnde dixit. Pro eis rogo non pro mundo. Horum ergo rationem assignās. Primò ponit defectum mundi. Secundò profectum discipulorum ibi. [Ego autē pro te.] Sed nota, ꝙ quādo petijt eorum sanctificationē: vocauit patrē sanctum. Vnde dixit. Pater sancte. Hic verò petēs retributionē vocat eum iustū. Psal. Deus iudex iustus. In quo excluditur error antiquorum ponentium alium esse Deum iustum, scilicet Deum Veteris Testamēti, & alium Deum bonum. s. Deum Noui Testamenti. Defectus autē mūdi quantum ad cognitionē Dei est. Vnde dicit [mundus,] nō reconciliatus, sed dānatus. [non te cognouit] supr. 1. Mundus p ipsum factus est, & mundus eum nō cognouit, &c. Sed contra Rom. 1. Quod notū est Dei manifestū est in illis. Inuisibilia enim Dei p ea quæ facta sunt, &c. Responsio, dicendum ꝙ duplex est cognitio. Vna speculatiua, & alia effectiua: & neutra mundus Deū cognouit perfectè. Licèt enim aliqui Gentilium Deum quantum ad aliqua quæ per rationem cognoscibilia erant cognouerunt, ipsum tamen secundum ꝙ est pater filij vnigeniti & cōsubstantialis, non cognouerunt. De qua cognitione loquitur Dominus. Et iudē, ꝙ Apostolus dicit. [Quod notum. est.] i. cognoscibile Dei, sed etsi quid speculatiua cognitione de Deo cognoscebant, hoc erat cū admixtione multorum errorum, dum quidam subtraherent omnium rerum prouidentiam. Quidam dicerent eum esse animā mundi. Quidā simul cum eo multos alios Deos colerent. Vnde dicūtur Deum ignorare. Licèt enim in cōpositis possit partim sciri & partim ignorari. In simplicibus autem dum non attinguntur totaliter ignorant. Vnde etsi in minimo aliqui errant circa Dei cognitionem dicuntur eum totaliter ignorare. Isti ergo non cognoscentes singulare Dei excellētiam ignorare dicuntur. Rom. 1. Cū Deum cognouissent, &c. Sap. 13. Neque operibus attendēres, &c. Similiter etiam mūdus eum nō cognouit cognitione affectiua: quia eum non diligit. Ephes. 4. Sicut & Gentes quæ ignorant Deum, &c. Dicit ergo. [Mundus te non cognouit, sine errore, & vt patrem per dilectionem.] Profectus autem discipulorum designatur cùm dicit. [Ego autem te cognoui, &c.] Et primò quantum ad cognitionem. Secundò quantum ad cognitionis fructum ibi. [Vt dilectio, &c.] Circa profectum discipulorum in cognitionē Dei tria facit. Primò ponit radicem & fontem cognitionis Dei. Secūdò ramos & riuulos ex hoc procedentes. Tertiò deriuationem eorum à radice seu fonte. Radix autem & fons cognitionis Dei est verbum Dei. s. Christus. Eccle. 1. Fons sapientiæ verbum Dei, &c. Humana autē sapientia in Dei cognitione consistit. Hæc autem cognitio ad homines deriuatur à verbo: quia inquantum homines participant verbum Dei intātum Deum cognoscunt. Ideò dicit. Ita [mundus te nō cognouit. Ego autem,] scilicet fons sapientiæ: verbum tuum [cognoui te,] cognitione comprehensionis æterna. suprà 8 tauo. Si dixero quia nescio eū, ero similis vobis mendax. Ex hac autem cognitione verbi: quæ est fons & radix deriuantur sicut & riuuli & rami omnes cognitiones fidelium. Et ideò dicit [& hi cognouerunt: quia tu me misisti:] vt li [quia] dicat rationem cognitionis secundum Augusti. Vt sit sensus. [Ego cognoui te,] per naturā. [Et hi cognouerunt] te per gratiā. Et quare? [quia tu me misisti,] supple ad hoc vt te cognoscerēt. inf. 19. In hoc natus sum & ad hoc veni, &c. supr. cod. Manifestaui nomen tuum hominibus. Vel li [quia] dicat rem cognitam. Vt sit sensus [hi cognouerunt,] & quid hoc, scilicet [quia tu me misisti:] quia qui videt filium videt patrem. supr. 13. Sed hoc non à seipsis habuerunt sed deriuatum est eis à me. Quia nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et ideò dicit. [Notum feci eis nomē tuū, &c.] Et designat duplicem cognitionem, quam per eum habent fideles. s. doctrinæ. Et quantum ad hanc dicit. [Notum feci eis nomē tuum,] exteriùs instruendo per verba. supr. 1. Deum nemo vidit vnquā. Vnigenitus, &c. Heb. 2. Quæ cū initium accepisset enarrandi per Dominum, &c. Alia cognitio est interior per spiritum sanctum. Et quantum ad hanc dicit. [Et notum faciam, &c.] dando. s. eis spiritū sanctum supr. 16. Cùm autem venerit ille spiritus sanctus veritatis docebit vos omnem veritatem. Vel dicit. [Notum feci eis nomē tuum,] scilicet cognitione fidei. Quia videmus nunc per speculum in enigmatē. [Et notum faciam,] per speciem gloriæ in patria: vbi videbimus facie ad faciem. 1. Cor. 13. Fructus autem cognitionis huius est. [Vt dilectio qua dilexisti, &c.] Quod potest exponi dupliciter. Vno modo & melius. Quia dictum est, quòd pater diligit filium: vt ostenditur per claritatem, quā dedit ei. Consequēs ergo est vt diligat oēs in quibus est filius: qui est in eis inquātū habēt veritatis cognitionē. Et sic est sensus. [Ego faciam eis notum nomen tuum.] Et per hoc, quòd cognoscunt te, ego verbum tuum ero in eis. Et per hoc, ꝙ in eis sum [dilectio qua dilexisti me in ipsis sit.] i. ad eos deriuetur, & diligas eos sicut me dilexisti. Vel aliter. [Vt dilectio qua dilexisti me.] i. sicut tu me dilexisti, ita ipsi participādo spiritū sanctū diligāt. Et per hoc ego ero in ipsis, sicut Deus in templo. Et ipsi in me sicut mēbra in capite. 1. Ioā. 4. Qui manet in charitate in Deo manet, &c.

LECT. I. CAP. XVIII.

Hęc cùm dixisset Iesus, egressus cum discipulis suis trans torrentem cedron: vbi erat hortus, in quem introuit ipse, & discipuli eius. Sciebat autē & Iudas qui tradebat eum locus: quia frequenter Iesus cōuenerat illuc cum discipulis suis.

SVPRA ante passionem Dominus prępararuit discipulos suos multipliciter informando exemplis, confortando verbis, & promouendo suffragijs. Hic Euangelista accedit ad narrādum eius passionem. Et primò proponit mysterium passionis. Secundò gloriam resurrectiōis. 20. c. ibi. [Vna autem sabbati, &c.] Passio autem Christi partim cōpleta est per Iudæos, partim per Gentiles. Primò ergo describit passionē Christi quātum ad ea quæ passus est per Iudæos. Secundò quantum ad ea quę passus est per Gentiles. 19. c. ibi. [Tunc apprehendit Pilatus, &c.] Circa primum tria facit. Primò ostēdit quo modò à discipulo Dominus traditur. Secundò quomodò à ministris principibus præsentatur ibi. [Cohors ergo & tribunus, &c.] Tertiò quomodò à principibus apud præsidem accusatur ibi. [Adducūt ergo Iesum, &c.] Circa proditionem discipuli tria tāgit Euāgelista. Primò quidem locum. Secundò apparatum ibi. [Iudas ergo cū accepisset, &c.] Tertiò prōptum Christi affectum ad proditionem sustinendam ibi. [Iesus itáque sciens, &c.] Locus autem ostenditur proditioni congruus ex tribus. Quia à ciuitate remotus, in se occultus, & conclusus, & proditori notus. Remotus quidem erat à ciuitate. Vnde faciliùs Iudas poterat facere, quod intendebat. Vnde dicit. [Hæc cùm dixisset,] scilicet quæ suprà dicta sunt. Sed cum ea quæ dixit pertinerent ad Christi orationem conuenientiùs dixisset Euāgelista. Hæc cùm orasset. Sed hoc fecit Euangelista vt ostendat hanc orationem non propter sui necessitatem fecisse: quia ipse erat qui orabat vt homo, & exaudiebat vt Deus, sed hoc propter nostram instructionem. Vnde erat quasi quædam dictio. [Egressus est cum discipulis suis,] non quidem continuò secundum Augustinum post eius orationem, cùm alia quædam interuenerunt narrata ab alijs Euangelistis: ab isto autem prætermissa. s. quòd facta fuit contentio inter discipulos quis eorum videretur esse maior. Luc. 22. Interim etiam dixit Iesus Petro. Ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret, &c. (vt Lucas narrat ibidem.) Dixerunt etiam discipuli hymnum cum domino (vt narrant Matth. & Marc.) Sic ergo non est intelligēdum ꝙ cùm hoc dixisset: statim egrederetur: sed quia non ante egressus est quàm dixisset [Egressus est.] inquam [trans torrentem cedron.] Sed Matthæus & Marcus dicunt ꝙ exierunt in montem oliueti: & tunc venit cū illis in villam quæ dicitur Gethsemani. In quo nulla est contrarietas: quòd idem locus est quē Ioannes commemorat & Matthæus. Torrens enim Cedron est ad radices montis Oliueti: vbi etiam est villa quæ dicitur Gethsemani. Cedron autem in Græco est genitiuus pluralis, quasi dicat trans torrentem cedrorum. Fortè erant ibi multæ cedri plantatæ. Conuenit autem mysterio ꝙ torrētem transiuit: quia per eum eius passio designatur. Psal. De torrente in via bibit, &c. Conuenit etiam ꝙ trans torrentē cedron. Cedron enim interpretatur obumbratio. Et Christus sua passione abstulit vmbram peccati & legis: & expansis manibus in cruce protexit nos sub vmbra manus suæ. Psalm. Sub vmbra alarum tuarum protege me, &c. Erat autem congruus locus proditioni. Vnde dicit [Vbi erat hortus in quē introiuit, &c.] Et hoc cōuenienter: quia ipse satisfaciebat pro peccato primi hominis in horto commisso. Paradisus enim hortus deliciarum interpretatur. Genesis 3. Item quia per passionem nos in hortum & paradisum coronandos introducit Lucæ 23. Hodie mecum eris in paradiso. Erat enim congruus locus: quia proditori notus. Vnde dicit [Sciebat autem Iudas qui tradebat, &c.] Et huius ratio est [quia frequenter Iesus venerat illuc cū discipulis suis.] Inter quos Iudas fuerat sicut lupus inter oues. supra 6. Nónne ego vos duodecim elegi, &c. Lupus ouina pelle contectus: & inter oues alto patrisfamiliās consilio tolleratus didicit vbi ad tempus exiguum ouium dispergeret gregē. Sed cùm Iudas diu ante exierit à cœna vt proditionē compleret: quæritur quomodò sciuit ꝙ Christus illa hora egrederetur illuc? Ad quod dicendum secundum Chrisо. ꝙ consuetudo Christi erat & præcipuè in magnis festis post cœnam discipulos seorsum ducere: & aliqua sublimia de festo docere: quæ non erat fas alios audire. Et ideò quia tunc erat festum præcipuum extimauit Iudas ꝙ post cœnam illuc existet. Fecit autē hoc vt in montibus & in hortis sublimia doceret discipulos: maximè puta à tumultibus inquirens locū: ne eorum mens impediāt. Osę 2. Ducā eam in solitudine & loquar, &c.

Iudas ergo cùm accepisset cohortem: & à Pontificibus & Pharisæis ministros: venit illuc cum laternis, & fascibus, & armis.

HIc ponitur proditoris apparatus. Et nota quòd sicut dicitur Lucæ 22. Iudas postquàm tractauerat proditionem cum principibus quærebat opportunitatem: quomodò sine turbarum tumultu traderet eum. Et ideò voluit eum in secreto inuenire: & in nocte: qa in die semper circa turbarum instructionē occupatus erat. Sed quia in nocte poterat impediri vel propter subitum concursum turbarum: vel propter tenebras: quibus posset eripi vel euadere de manibus eorū. Ideò contra turbas muniuit se armis: cōtra turbas laternis & facibus. Sed quia de turba aliqui poterant sibi resistere per potentiam populi. ideò contra hos accepit cohortem: non Iudæorum: sed militum à præside: vt sic seruato ordine legitimæ potestatis: nullus ei auderet obsistere. Item aliqui ex Iudæis zelo legis ducti: præsertim quia à gentilibus capiebatur eis fortasse resistere voluissent. Et ideò accepit etiam [à Pontificibus & Pharisæis ministros & venit illuc, &c.] Iob 15. Cucurrit aduersus Deū erecto collo. Luc. 22. Tanquàm ad latronem, &c.

Iesus itáque sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit, & dixit eis. Quem quęritis? Responderunt ei. Iesum Nazarenum.

HIc ponit Euangelista promptum Christi affectum ad proditionem voluntariè susципiendam dupliciter. Primò se voluntariè offerendo. Secundò discipulum resistentem comprimendo ibi [Simon ergo Petrus, &c.] Et circa primum duo facit Euangelista. Primò narrat quòd Christus ostendit se ad ostendendum suam potentiam. Secundò ad demonstrādum suam patientiam ibi. [Iterū ergo interroga, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponit Christi interrogationem. Secundò suijpsius manifestationem ibi. Dixit eis Iesus ego sum, &c.] Tertiò manifestationis effectum ibi. [Vt ergo dixit, &c.] Circa primum tria facit. Primò cōmendat Christi scientiam & cognitionem. Quia [Iesus sciens omnia quæ ventura erant super eum, &c.] supra 13. Sciens Iesus quia venit hora eius, &c. Quod interposuit Euāgelista propter duo. Primò ne videretur interrogationem quam facturus erat eis Christus ex ignorantia fecisse. Secūdò ne videatur quod seipsis inuitum & propter ignorantiam obtulisset: cùm venirent ad eum occidendum. Vnde omnia quæ ventura erant super eum sciebat. Secundò ponit Christi interrogationē: qui cùm ista sciret: tamen [processit & dixit ad eos. Quem quæritis?] non ex ignorantia (vt dictum est.) Tertiò subdit ipsorum responsionem. Quia [Iesum Nazarenum.] supple quærimus: non quidem ad imitandum: sed ad malignandum: & occidendum. Vnde supra 8. Quæritis me & in peccato vestro moriemini.

Dixit eis Iesus. Ego sum. Stabat autē & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis.

HIc ponitur suijpsius manifestatio qui se eis capiēdum exhibuit. Vnde dicit [Ego sum.] s. Iesus nazarenus quem quęritis. Addit autem Euangelista Iudæ præsentiam: ideò quia supra dixit ꝙ Iudas ab eo exierat: posset autem credi ꝙ non esset mirum: si Christus ab eis non cognosceretur facie propter tenebras. Sed quòd quis nō cognoscatur voce: maximè à multum sibi familiari: hoc non potest tenebris ascribi. Ostendit ergo per hoc quod dicit [Ego sum.] ꝙ etiā à Iuda familiari sibi: qui stabat cum ipsis non est cognitus: quod est maximè diuinitatis Christi potentiæ ostensiuum. [Stabat ergo Iudas cum ipsis.] i. perseuerabat in malo: vt eum osculo signo monstraret. Isaiæ 33. Os eius erit, &c.

Vt ergo dixit eis ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.

HIc ponitur manifestationis effectus: quia [abierunt retrorsum: & ceciderunt in terram.] Et (vt Gregorius dicit) aliquando legitur de sanctis ꝙ cadunt in terram. Daniel. 2. Cecidit in faciē suam & adorauit, &c. Ezechiel. 2. Cecidit in faciem meam. De iniquis autem legitur quòd cadunt. Isaiæ 4. Pulcherrimi viri tui cadent. Sed hæc est differentia: quia de iniquis dicitur quòd cadunt retrorsum. 1. Regum 4. Cecidit de sella retrorsum. De sanctis autem ꝙ cadunt in faciem suam. Cuius ratio assignatur Prouerbiorū 4. Quia iustorum semita quasi lux, &c. Et via impiorum tenebrosa, &c. Omnis enim qui post se cadit: ibi cadit vbi non videtur. Inquit ergo quia in inuisibilibus cadunt: retrorsum cadere dicuntur: quia ibi corruunt: vbi quid eos tunc sequatur modò videre non possunt: sed qui ante se cadit: ibi cadit vbi videt. Et ideò sancti qui in istis visibilibus semetipsos sponte deijciunt: vt in inuisibilibus erigantur: in faciem suam cadere dicuntur: quia timore compuncti videtes humiliantur. Mystice autem per hoc ꝙ ceciderunt retrorsum, datur intelligi ꝙ populus Iudæorum qui erat populus peculiaris vocem Christi in prędicatione non audiens abijt retrorsum exclusus à regno.

Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt. Iesum nazarenum. Respondit Iesus. Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire: vt impleretur sermo quem dixit: quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam.

HIc ponitur secunda interrogatio. Et primò ponit iteratam interrogationem. Secundò Christi manifestationē. Et tertiò eius oblationē. Interrogauit autē iteratò secundum Chrisosto. propter duo: vt dum. s. indicauit suam potentiam, ꝙ inimici cōtra eum venientes corā eo retrorsum ceciderūt in terrā. Instruantur fideles ꝙ sua voluntate captus sit. Isaiæ 53. Oblatus est quia ipse voluit. Secundò vt etiā quantùm in se est daret Iudæis materiā conuersionis visō potentiæ suæ miraculo. Isaię 5. Quid vltra debui facere, &c. Et ideò cū statim ad ostensionē suæ potentiæ nō fuerunt conuersi eis capiendum se sponte obtulit. Vnde [cū iterū interrogauit eos: quem quæritis? & illi dixerūt. Iesum nazarenū.] ipse se iterū manifestans [Respondit. Dixi vobis quia ego sum.] In quo patet quia ęqui erant: vt cum 1.ō possent cognoscere. Ipsius oblatio sui ponitur cùm dicit: [Si ergo me quæritis, &c.] Sc. ōprehendere faciatis quod intenditis: ita tamen ꝙ [finite hos.] s. discipulos meos [abire.] quia nondū est tempus vt tollantur de mundo per passionē. Supra 17. Non rogo vt tollas eos de mundo. In quo patet ꝙ ipse dedit eis potestatem cum capiendi. Nam sicut ex sua potentia discipulos suos seruauit: ita multò magis se seruare potuisset. supra 10. Nemo tollit animam meam: sed ego pono eam, &c. Et ꝙ non dimiserunt ministri Apostolos ex Christi persuasione: sed ex eius potestate ostēdit Euāgelista, dicens: [Vt impleret sermo quē dixit.] quasi ideò dimiserūt ministri Apostolos abire: quia eos tenere nō poterant: cùm ipse dixerit supra 17. [Quos dedisti mihi nō perdidi ex eis quenquā.] Sed cōtra supra dixit hoc dās de perditiōe animæ. Quomodò Euangelista hoc adaptat ad perditionē corporis? Respondeo. dicēdum secūdum Crisо. ꝙ dās supra loquutus est de perditione animæ & corporis. Etsi tantùm de perditione animæ loquutus sit. Dicendum ꝙ Euangelista hīc per quandam extensionem refert ad perditionem corporis. Vel secundum Augustinum dicendum quòd hoc quod dicitur est intelligendum etiam quantùm ad perditionē animæ: quia Apostoli nondum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic credebant. Quomodò credunt qui non pereunt? Et ideò si tunc exissent de hoc mundo, fuissent de illis qui pereunt.

LECTVRA II.

Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & percussit Pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram.

POSTQVAM Euangelista ostendit promptitudinem Christi ad proditionem sustinendam seipsum voluntariè proditori offerendo. Hîc ostêdit eũ esse prõptum ad idem discipuli resistentiã prohibendo. Et primò ponitur resistentis discipuli manifestatio. Secũdò eius cohibitio ibi. [Dixit Iesus Petro, &c.] Circa primum duo facit. Primò ponit zelum discipuli in serui percussionem. Secundò Euangelista inserit serui nuncupationem ibi. [Erat autem nomen, &c.] Dixit ergo sic. Ministri cõprehenderunt Iesum. Sed [Simõ Petrus,] cæteris discipulis ardẽtior [habens gladium eduxit eum & percussit Pontificis seruum qui erat inter ministros, & abscidit eius auriculã dexteram.] Non ex sua principali intentione cũ eum intenderet occidere, sed ict' quem dirigebat ad caput relapsus est ad aurẽ. Ideò enim ictum dirigebat ad caput: vt facilius moueat, quod quidem faciebat ex zelo Domini fui. 3. Reg. 19. zelo zelat' sum. Sed hîc incidit duplex quæstio: quia eũ Dominus mãdauerit discipulis. Mat. 10. ꝙ nec etiam duas tunicas haberent: quomodò Petrus habebat etiam gladium? Respõdeo dicẽdum, ꝙ illud præceptum dedit eis Christus quãdo misit eos ad prædicandum, & durabile erat vsq; ad tempus passiõis. Vnde Christus in passione reuocauit ipsum. Luc. 22. Quando misi vos sine sacculo & pera, numquid aliquid defuit vobis? Et infr. Sed nũc qui habet sacculum tollat similiter & peram. Et qui nõ habet vendat tunicam suam & emat gladium. Ex hac concessione Petrus intellexerat, ꝙ liceret ei portare gladium. Sed vnde tã citò potuisset gladium habere, cũ prædicta verba dixisset Dominus pauloante. Dicendum secundum Chrisosto. ꝙ Petrus iãdiu ante audiens, ꝙ Iudæi Christum tradere deberent principibus sacerdotum ad crucifigendum, timẽs præparauerat sibi gladium. Vel dicendum secundum interlinearem, ꝙ gladius accipitur hîc pro cultello quẽ fortè habuerat in mensa ad esum agni, & de cœna surgẽs tulerat secum. Secundò quæritur, quòd eum Dominus dixisset eis, ꝙ nõ resisterent malo. Mat. 5. Quid est, ꝙ Petrus percussit seruum Principis. Ad quod dicendum, quòd Dominus prohibuit, ꝙ non resisterent alicui ad defendẽdum seipsos, non autem ad defendendum Dominum. Vel dicendum, ꝙ nondum confirmati erant virtute superueniente ex alto. Luc. vlt. Sedete in ciuitate, &c. Ideò non erant adhuc perfecti: vt omninò malo nõ resisterẽt.

Erat autem nomen seruo Malchus.

HIc ponitur nomen serui. Et hoc ideò specialiter à Ioanne describitur, ꝙ sicut infr. dicitur. Ipse erat notus Põtifici, & iõ etiã noti tiam ministrorum eius habebat. Vnde sciens nomen eius non tacuit ipsum propter certitudinẽ facti. Sed Lucas addit, ꝙ Dñs sanauit auriculam eius. Luc. 22. Et hoc mysterio cõpetit. Nam per hunc seruum significatur populus Iudæorum qui opprimebatur à Principibus sacerdotum. Ezech. 34. Quod crassum erat comedebatis. Istius ergo' serui Petrus Princeps Apostolorum amputauit auditum: quia malè audiebant verba legis, carnaliter. ſ. Sed Dominus restituit nouum auditum. Psal. In auditu auris obediuit mihi. Et secundum hoc congruè vocauit Malchus. i. Rex. Quia per Christum in nouitate vitæ efficimur Reges. Apoc. 5. Fecisti nos Deo nostro, &c.

Dixit ergo Iesus Petro. Mitte gladiũ tuũ in vaginã.

HIc ponitur Petri cohibitio zeli. Et primò ponitur Petri cohibitio. Secundò cohibitiõis ratio ibi. [Calicẽ quẽ dedit mihi, &c.] Dixit ergo, quòd Petrus ita eduxit gladium. Sed Dominus dixit ei. [Mitte gladium tuum in vaginam:] quasi non esset opus defensionis, sed patientiæ, nec ei licitus vsus gladij materialis. Hieremiæ 34. Vsquequo concideris mucro. Mystice autem signatur per hoc, quòd gladius verbi Dei mittendus erat in vagina, id est, in fide Gentilium. Et ratio cohibitionis ponitur cùm dicit.

Calicem quem dedit mihi pater non vis vt bibam illum?

NOn enim resistendum his quę ex diuina prouidentia disponuntur. Iob 9. Quis resistit ei & pacem habuit? Dicitur autẽ passio calix: quia ex charitate patiẽtis dulcedinem habet, sed ex natura sua amaritudinẽ, sicut & medicina sanatiua propter spẽ sanitatis dulcis est, sed amara propter saporẽ. Psal. Calicẽ salutaris accipiã, &c. Hunc ergo calicẽ dedit ei pater qa passionẽ ex sua & patris volũtate spõtè suscepit. infr. 19. Nõ haberes in me potestatem nisi datum esset, &c.

LECTVRA III.

Cohors autem, & tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum.

HIC ponitur quomodò Dñs à ministris captus principibus præsentatur. Et primò quomodò ducitur ad vnũ principem. ſ. Annã. Secũdò quomodò ducitur ad aliũ. ſ. Cayphã ibi. [Et misit eũ Annas, &c.] Circa primum duo facit. Primò dicit quomodò Annę præsentatur. Secundo quomodò ab Anna examinatur ibi. [Põtifex ergo interrogauit.] Circa primũ duo facit. Primò ponit quomodò ducit ad Annæ domũ. Secũdò quomodò discipuli sequuntur eũ ibi. [Sequebatur autem, &c.] Circa primũ ostenditur quid circa Iesum sit factũ. Secundò describitur ipse Põtifex ad quẽ ducitur ibi. [Erat aũt, &c.] Circa Christum aũt tria acta sunt. Primò cũ comprehenditur. Vnde dicit. [Cohors ergo.] i. militũ [& tribunus] eorũ [& ministri Iudæorum cõprehenderunt Iesum,] qui incõprehensibilis est. Hier. 22. Magnus cõsilio & incõprehensibilis cogitatu, &c. Fortè eũ circũdabãt illum. Psal. Deus derelinquit eũ, persequimini & cõprehẽdite eũ, &c. Tre. 3. Spiritus oris nostri Christus Dñs captus est in peccatis nostris. i. propter peccata nostra: vt. ſ. nos liberaret. Isa. 49. Equidẽ captiuitas à forti tolletur. Secũdò ligatur. Vñ dicit [& ligauerũt eum.] Qui soluere venit ligatos, & vincula eorũ distrũpere. Psal. Dirupisti vincula mea, &c. Tertiò adducitur. Vñ dicit [& adduxerũt eũ ad Annã.] vt eũ perderet qui venit oẽs ducere in via salutis. Psal. Deduxisti me: quia factus es spes mea. Põt autẽ duplex rõ assignari quare primũ ad Annã ducitur. Vna. ſ. ad mandatum Cayphæ Põtificis anni illius. qui. ſ. iõ Iesum ad Annã misit: vt excusibilior esset si ab Anna condẽnatũ ipse postmodũ condẽnaret. Alia rõ ex ꝓpinquitate domus Annæ quæ in via posita propinquior erat. Et ideò timentes ne si excitaretur tumultus populi Iesus de manibus eorum eriperetur, declinauerunt illuc.

Erat enim socer Cayphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Cayphas, qui consiliũ dederat Iudęis: quia expedit vnum hominem mori pro populo.

HIc primò describitur Põtifex ex affinitate ad Caypham [qui socer eius erat.] Secũdò describitur ipse Cayphas [quia Pontifex erat anni illius.] Sciendũ est enim, ꝙ secundũ legẽ summ' sacerdos p totã vitã officio fungebatur, cui post mortẽ filij succedebat. Postmodũ verò inuidia & ambitione principũ crescẽte nõ solũ patri nõ succedebat filius, sed nec vltra annũ Põtificat' fungebatur officio, & hoc ipsum pecunia ꝓcurabat (vt Ioseph' dixit.) Et iõ nõ est mirũ si in anno illius Põtificatus tã nequiter acquisiti, rẽ sic nepharia gessit. Describitur etiã ex cõsilio. Vñ dixit. [Erat aũt Cayphas qui consiliũ dederat Iudæis, &c.] supr. 11. hoc. ſ. [quia expedit vnũ hominẽ mori pro populo.] Quod iõ Euãgelista cõmemorauit vt remoueret scandalum de cordibus fidelium, ostendendo & per aduersariorum Prophetias, ꝙ nõ propter infirmitatem aut impotentiã suam captus est & mortuus, sed propter populi salutẽ: vt. ſ. non tota gens pereat. Testimonium enim aduersarij efficacius est, & talis naturæ est veritas, quòd etiam aduersarius eam tacere non potest.

Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus.

HIc ponitur quomodò discipuli' associauerunt Christum. Et primò ponitur quomodò Petrus cũ alio discipulo sequebatur Christum. Secũdò quomodò introeunt ad locũ vbi Christus erat. Tertiò quomodò negauit. Dixit ergo quãtũ ad primũ. [Sequebatur autem Iesum Simõ Petrus,] ex deuotione, quãuis à lõgè propter timorem [& alius discipulus.] (Ioannes. cuius nomẽ ipsemet occultat humilitatis gratia. Datur aũt per hoc ẽtelligi, ꝙ reliqui discipuli aufugerãt relicto Iesu (vt dicitur Matt. 26.) Mysticè aũt per hos duos discipulos duæ vitæ intelligũtur quæ Christũ sequũtur. ſ. actiua quæ signat per Petrũ, & contẽplatiua quę ꝙ Ioan. Et actiua quidẽ sequitur Christum obediẽdo. sup. 10. Oues meę vocẽ meã audiũt. Cõtẽplatiua verò cognoscẽdo & cõtẽplãdo. Ose. 6. Sciemus, sequmur te. Sequebãtur aũt isti duo discipuli: qa plus præcæteris diligebat Christũ. Vñ primi venerunt ad monumentum. inf. 20. & quia eos admiscẽ maior vis dilectionis vniebat. Vnde sæpè in Euangelio simul iungũtur. & in Act. Apostol. dicitur, quòd miserunt ad illos Petrum & Ioannem. Et iterum Petrus & Ioannes ascenderunt in templum, &c.

Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cùm Iesu in atrium Pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris.

HIc ponitur quomodò Petrus introiuit quantum ad ordinem. Et primò quomodò Ioannes præcessit. Secundò quomodò Petrum introduxit ibi. [Exiuit ergo, &c.] Ordo autem fuit talis: quia Ioannes primò intrauit cùm Iesu. Et huius ratio erat: quia [erat notus Pontifici, & Petrus stabat ad ostium atrij foris.] Et licèt Ioannes pi scator fuisset & iuuenis vocatus a Christo, erat tamẽ notus Põtificis vel quia pater Ioãnis ei seru' erat: vel aliquis ex cõsanguineis suis, nec hoc posuit Ioã. propter sui iactãtiã, sed ꝓpter humilitatẽ. Ne hoc, ꝙ primò ītrauit, qua Petr' cũ Iesu in atriũ Potificis & nõ Petr', magię

virtuti suæ & maioritati quàm notitiæ ascribatur. Et ideò dicit [Discipulus autẽ ille.] scilicet Ioannes [erat notus Pontifici.] Et ideò intrauit cũ Iesu in atrium pontificis: vbi Christus erat ductus. [Petrus autem stabat.] quasi præsagiens futuram negationẽ. Psal. Qui videbant me foras fugierunt à me. Mysticè autem Ioannes intrat cũ Iesu: quia vita contemplatiua est ei familiaris. Sapientię 8. Intrans in domum meam cõquiescam, &c. Sed Petrus stans foras. Quia actiua vita circa exteriora occupatur. Luc. 10. Maria sedens secus pedes domini, &c. Martha autem satagebat, &c.

Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici: & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.

HIc ostenditur quomodò Petrus Ioannis interuẽtu introductus est: quia ille alius discipulus. ſ. Ioannes [erat notus Pontifici. Et dixit ostiariæ.] vt eum introduceret [Et introduxit Petrum.] Per quod mysticè datur intelligi ꝙ per contemplatiuam introducitur ad Christum actiua vita: sicut enim ratio inferior dirigitur per superiorem: ita actiua per contemplatiuam. Psal. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, &c.

Dixit ergo Petro ancilla ostiaria. Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius?

HIc ponitur Petri negatio. Et primò ponitur motiuum negationis: seu occasio. Secũdò ponitur ipsa negatio ibi. [Dicit ille: Nõ sum, &c.] Tertiò negationis confirmatio ibi. [Stabant autem, &c.] Occasio autem negationis & motiuum fuit Petro ancillæ interrogatio. Vnde dicit [Dixit Petro ancilla ostiaria. Nunquid & tu ex discipulis eius es?] Dicit autem [& tu] quia sciebat Ioannem Christi esse discipulum: & tamen propter familiaritatem nil dicit ei. Apparet autem in hoc infirmitas Petri pro tẽpore illo: quia ex debili occasione motus est ad negandum. Et hoc ex duobus. Primò ex ipsa persona interrogante: quia non armatus miles, non admirandus pontifex: sed mulier & ancilla ostiaria interrogauit. Secũdò ex forma interrogationis: quia non dicit. Nunquid ex discipulis es proditoris istius? per quod videbat magis ex cõpassione loqui. Vnde & ex hoc percipitur ꝙ Verbo dñi cœli firmati sunt: & spiritu oris eius, &c. Quia qui ad vocẽ ancillæ Christum negauit: postmodùm nomen Christi coram principibus sacerdotũ confitetur & prædicat. Act. 4. Negatio Petri ponitur cùm dicit.

Dixit ille. Non sum.

IN quo debemus aduertere secũdum Aug. nõ solùm ab eo negari Christum: qui dicit eum nõ esse Christum: sed ab eo etiã qui negat se esse Christianũ. Nil autẽ aliud isto modo negauit Petrus quã se esse Christianũ. Ideò autẽ dominus Petrum negare permisit: quia voluit vt ipse qui præponendus erat toti ecclesiæ infirmis & peccantibus magis cõpateretur expertus in seipso infirmitatẽ peccati. Hebræo. 4. Non habemus pontificem qui nõ possit cõpati infirmitatibus nostris tentatũ per omnia absq; peccato: verũ est de Christo. Sed de Petro potest dici etiam cũ peccato. Quidam tamen quandam inanem gratiam appropriantes Petro dicunt, ꝙ non timore negauit: sed amore volens semper esse cũ Christo & sequi cõtinuè. Nouerat enim ꝙ si fateretur se esse de Christi discipulis fuisset separatus à Christo & expulsus. Sed hoc nõ consonat dictis domini: quia non ideò negauit quia voluit à Christo separari: sed quia voluit ꝓ Christo animã ponere. Supra enim cũ dixisset. Animã meam pro te ponam. Respõdit Iesus: animã tuam pro me pones? Amen amen dico tibi: nõ cantabit gallus antequàm ter me neges. Confirmatio negationis ponitur ibi.

Stabant autem serui & ministri ad prunas quia frigus erat: & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se.

QVasi vt magis videretur nõ esse eius discipulus. Nam Petrus ad hoc ꝙ nõ videretur ex discipulis: posuit se inter ministros & seruos stantes ad prunas: quia frigus erat: sicut quandóq; in æquinoctio hiemali in martio contingit: in quo Petrus nõ benè considerauit. Vnde dicitur in Psal. Cũ sancto sanctus eris. Ipsum etiã tempus congruit cõditioni mẽtis eius: in qua refrigerat charitas. Mat. 24. Refrigescit charitas multorum, &c.

Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis & de doctrina eius.

VBi primò ponitur examinatio. Secundò Christi responsio ibi. [Respõdit ei Iesus.] Tertiò responsionis reprehẽsio ibi. [Hęc autẽ cùm dixisset.] Duo autẽ imponebantur Christo à Iudæis. ſ. falsa doctrina & noua. Mat. 1. Quę est hæc noua doctrina? Secũdò sedi tio & attractio hominũ ad se. Luc. 23. Cõmouit populum per vniuersam Iudæam incipiens à Galilæa vsq; huc. Et ideò de istis duob' eum examinant. Primò quidẽ [de discipulis eius.] quos videbat seduxisse. Secundò [de doctrina eius.] quasi notans eam falsitatis.

Respondit ei Iesus. Ego palàm loquutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt: & in occulto loquutus sum nihil.

HIc ponitur respõsio domini. Et primò ponit suæ doctrinæ modum. Secundò requirit aliorũ testimonium ibi. [Quid me interrogas?] Circa primum duo facit. Primò doctrinæ manifestationem proponit. Secundò eam exponit. Dicit ergo [Ego palàm locutus sum mundo.] Sed contra. supra 16. dicit. Venit hora quãdo non in prouerbijs: sed palàm de patre annunciabo vobis. Si ergo discipulis nondum palàm locutus fuerat: quomodò palàm loquutus est in mundo? Respõsio. dicendum ꝙ discipulis nondum loquebatur palàm: quia excellentes sentẽtias proponebat. Mundo autẽ locutus est palàm: quia publicè prędicabat. Vnde hoc exponit dicens [Ego semper docui in templo & in synagogis.] Sed contra Mat. 16. dicitur: ꝙ discipulis multa seorsum sine parabolis proponebat. Sed ad hoc est triplex respõsio. Vna, quia quod duodecim discipulis dicebat: non reputabatur in occulto dici. Alia est: quia non proponebat ea discipulis intentione occultandi. Tertiò si fiat vis in verbo. Quia dominus hîc loquitur de doctrina quã populo tradidit quam non proposuit eis in conuenticulis: sed in locis publicis. Psal. Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna. Isaiæ 45. Non fui lequutus in Abscondito, &c. Et ad hoc exigit aliorum testimonium dicens.

Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis: ecce hi sciũt quæ dixerim ego.

ET primò remittit eos ad testimonium aliorum. Secundò ostendit quorum testimonium requirat. Tertiò rationẽ eorum assignat. Quantũ ad primum dicit [Quid me interrogas.] quasi dicat, per alios potes hoc scire. Et ideò quantũ ad secundum subdit [Interroga eos qui audierunt.] Nam (vt Matth. 22. dicitur) Miserunt ad Iesum Pharisæi vt caperent eum in sermone: qui tamen contra eum nihil inuenire potuerunt. Et ideò remittit eum ad eos. Et rationem huius subdit [Ecce hi sciunt quid dixerim ego.] de quibus possunt testimonium perhibere.

LECTVRA IIII.

Hæc autem cùm dixisset: vnus assistens ministrorũ dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes pontifici?

POSITA domini responsione. Hîc ponitur responsionis reprehensio. Et primò ponitur ministri reprehensio. Secũdò domini satisfactio ibi. [Respondit ei Iesus. Si malè, &c.] Minister autem reprehendit responsionem domini. Primò quidem facto: quia dedit ei alapam ad improperium. Vnde dicit [Hæc cũ dixisset.] scilicet Iesus [vnus assistens ministrorum.] scilicet pontificis [dedit ei alapam.] Quod quidem non casu contigit: sed longè ante & multipliciter fuerat prophetatũ. Isaiæ quinquagesimo. Dedi corpus meum percutientibus: & genas meas vellentibus. Treñ. 3. Dabit percutienti se maxillam saturabitur opprobrijs, &c. Michææ 5. In virgam percutiet maxillam iudicis Israël. Secundò reprehendit verbo dicens [Sic respondes pontifici?] In quo datur intelligi quòd Annas pontifex erat: & nondũ missus erat ad Caypham. Vnde Luc. 3. hos duos pontifices commemorat. Sub principibus inquit sacerdotum Anna & Caypha. Sed dicuntur duo pontifices: quia alternis vicibus pontificatum sibi vendicabant. Sed illo anno Annas erat princeps sacerdotum. Motus est autem minister ad percutiendum Iesum ex hoc, scilicet quia cùm audientium enim interpellasset testimonium supra septimo. Cùm pontifices mississent ministros vt caperent eum: ipsi capti ad verba Iesu redierunt dicentes. Quia nunquàm sic loquutus est homo, &c. Volens ergo hic se excusare quòd nõ esset de illis percussit eum. Sed Christum malè respondisse pontifici ex hoc coniecit: quia per hoc quod dixit. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, videbatur notasse pontificem de imprudenti interrogatione: cùm tamen scriptum sit Exod. 22. Principem populi tui ne maledicas.

Respondit ei Iesus. Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem benè quid me cedis?

COnsequenter Iesus rationabiliter excusat se cùm dicit [Si malè loquutus sum.] respõdens pontifici. [testimonium perhibe de malo.] quasi dicat. Si habes ex his quæ à me prolata sunt: vnde me possis reprehendere: ostende ꝙ malè dixerim: quia in ore duorũ vel trium testium stat omne verbũ. Deutero. 17. [Si autẽ benè.] i. si nequis hoc ostendere [quid me cedis?] i. quid in me furis? Vel hoc potest referri ad hoc quod dixit supra. Interroga eos, &c. Vt sit sensus [Si malè loquutus sum.] in synagoga & in templo, qđ nõ debui [testimoniũ perhibe de malo.] quod dixi corã principe sacerdotum. Sed hoc nõ potuisset minister ostẽdere. [Si autẽ benè.] ſ. docui [qđ me cedis?] quasi dicat iniustum est. Hiere. 18. Nunquid redditur pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

bono malum,&c.Sed hîc est quæstio:quia Mat.5.Dominus præcipit discipulis suis.Si quis te percusſit in dexteram maxillam,præbe ei & alteram.De Christo autē dicitur Act.1. Cœpit Iesus facere & docere. Debuit ergo facere,quod docuit.Sed hoc non fecit imò contrarium (vt videtur) se excusare.Responsio,dicendum secundum Aug.q̄ dicta & præcepta sacræ scripturæ ex factis sanctorum interpretari possunt,& intelliguntur,cū idē spiritus sanctus qui inspirauit Prophetis & alijs sacræ scripturæ latoribus mouerit sanctos ad opus. Nā sicut 2.Petr.1 dicitur,spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei hoīes. Ita Rom.8.dicitur.Qui spiritu Dei agūtur,hi sunt filij Dei. Sic sacra scriptura intelligēda est secundum q̄ Christus & alij sancti seruauerunt.Christus autē non præbuit isti aliā maxillam.Nec Paul.Act.9. Vnde nō est intelligendum,q̄ Christus mādasset, q̄ præberent maxillam aliā corporalem. Ad literam ei qui percutit vnam.Sed hoc debet intelligi quantum ad præparationem animi, q̄ si necesse fuerit, ita debet esse dispositus: vt nō turbetur animo contra percutiētem, sed paratus sit simile,& etiā amplius sustinere. Et hoc Dominus seruauit qui corpus suum præbuit occisioni.Sic ergo excusatio Domini vtilis fuit ad nostram instructionem.

Et misit eum Annas ligatum ad Caypham Pontificem.

Hic ostenditur quomodò à Pōtifice mittitur ad alium Pontificē. Et primò ponitur Iesu missio. Secundò cōpletur Petri negatio ibi. [Erat autem Simon.&c.] Dixit ergo. [Et misit eum Annas ligatum ad Caypham Pontificem,] ad quem à principio ducebatur, sed causa quare prius declinauerat illuc expressa est suprà.Sed attēdē Annæ nequitiam:quia cùm debuisset eum absoluere: vtpotè sine culpa existentem,tamen eum ligatum misit.

Erat autem Simon Petrus stans,& calefaciens se.

Hic agitur de secunda negatiōe Petri & tertia. Et primò ponitur negationis occasio. Secū iò Petri duplex negatio ibi. [Dixerūt ergo, &c.] Tertiò ponitur signi verborum Christi adimpletio ibi. [Et statim gallus cantauit,&c.] Occasio autem secundæ negationis Petri fuit mora cum ministris Pontificis stantibus ad ignem. Nam (vt Chrisō.dicit) recedēte Christo ad Caypham, Petrus adhuc cum ministris remansit.Sic enim absortus erat à peccato post negationē: vt qui prius feruidus erat iā nō videbatur curare de Christo.Hiere.8. Nullus est qui agat pœnitentiā super peccato suo,dicēs. Et iō dicit. [Erat autē Simō Petrus adhuc stans & calefaciebat se] quāuis Christus recesſit indè,immemor eius,quod dicitur in Psal.Beatus vir qui nō abijt in cōcilio impiorum.Sed hęc expositio stare nō potest:quia sic sequeretur,quòd secūda & tertia negatio facta fuisset in absentia Christi,quod est cōtra illud,quod dicitur Luc.22.q̄ post tertiā negationem Petri cōuersus Dūs respexit Petrū.Et ideò Aug.aliter exponens,dicit: q̄ Euangelista loquitur per recapitulationem more suo: vt ostē lat cōtinuationem & ordinem rei. Dixerat enim suprà,quòd stabāt serui & ministri ad prunas:quia frigus erat,& calefaciebāt se. Et Petrus erat cum eis stans & calefaciēs se.Et postea interposuit de examinatione Christi à Pōtifice. Et postmodum vt cōtinuet seriem resumit quasi eadē verba dicens. [Erat autē Simō Petrus stās antè,] scilicet,quàm Christus mitteretur ad Cayphā.Deindè ponitur duplex negatio Petri,cùm dicit.

Dixerunt ergo ei. Nunquid & tu ex discipulis eius es?Negauit ille,& dixit.Non sum.Dixit ei vnus ex seruis Pontificis cognatus eius,cuius Petrus abscidit auriculam. Nónne ego te vidi in horto cùm illo? Iterum ergo negauit Petrus.

Vtrumq; ponuntur duo.s.negationis occasio.i. interrogatio, & ipsa negatio.Sed hîc occurrit duplex quæstio literalis.Nā Matt. 26.loquens de secunda negatione dicit. Exeunte autem illo ianuam vidit eum alia ancilla,& ait his qui erāt ibi. Et hic erat cum Iesu Nazareno.Et iterum iurauit cum iuramento. Et sic videtur hîc duplex cōtrarietas:quia Ioan.dixit Petr.negasse eo stante ad focum. Matth. autem eo exeunte domum. Alia contrarietas est:quia secundū Mar. interrogatur ab alia ancilla,secūdum Ioā.ab alijs.s.multis. Vñ dicit. [Dixerunt ergo ei.Nunquid & tu,&c.] Iē etiā secundū Luc.solū ab vna interrogatur.Vnde Luc.22.dicitur.Et interuallo facto quasi horæ vnius,alius quidam affirmabat,dicens:Verè & hic cum illo erat. Responsio,dicendū,q̄ qñ Petrus primò negauit surrexit & exiuit ianuam,& eo exeūte alia ancilla interrogauit eum.Vel dixit alijs quia de illis erat sicut refert Matt.Et sic negauit secundò.Et postmodum red ijt Petrus vt excusaret se de hoc etiam,& sedit cū alijs,quo sedēte ibi, aliqui audierunt ab ancilla iterum interrogauerūt eum (vt dicit Matth.) Vel vnus primò (vt dicitur hîc) & posteà alij multi. Et sic negauit tertiò.Vnde subditur de tertia negatiōe. [Dixit vnus ex seruis Pontificis cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculā.] Iste tertius testimonium perhibuit:quia de visu:vnde dicit. [Nónne ego te vidi in horto cum illo?Iterū ergo Petrus facto iteruallo horæ vnius [negauit] tertiò. Nec refert si alij Euāgelistæ dicunt tertiam interrogationem factam à pluribus.Ioannes verò factam ab vno. Potuit enim fieri vt iste qui magis certus erat interrogaret, & alios ad interrogandum incitaret.Multa enim circa hæc verba dicta sunt à circunstantibus:quorum vnum cōmemorat Euangelista vnus: & alius aliud,cū non esset eorum principalis intentio ad hoc.Sed ad commemorandum verba Petri,& ostendendum veritatē eius, quod Dominus dixerat Petro.Vnde in verbis Petri omnes cōueniunt.Nume.24. Quicquid Dominus dixerit hæc loquar,&c. Consequenter agit de signo commemorationis Christi:vnde dicit.

Et statim gallus cantauit.

Motus virtute diuina:vt medici esset cōpleta prædictio,& ægroti conuicta præsumptio.

LECTVRA V.

Adducunt ergo Iesum à Caypha in prætorium,erat autem mane & ipsi non introierunt in prætorio:vt non contaminarentur,sed vt manducarent Pascha.

Hic agitur de assignatione Christi Gentilibus.Et primò dicit Euāgelista quomodò assignatur præsidi. Secundò causa eius à præside examinatur ibi. [Et dixit. Quā accusationē.] Tertiò quomodò eius innocētia declaratur ibi. [Et hæc cùm dixisset iterū exiuit.] Circa primum tria facit.Primò describit assignatiōis locum. Sedò tēpus. Tertiò modum.Locus quidē:quia in prætorium vndè dicit. [Adducunt autē Iesum ad Caypham in prætoriū,] quod est locus iudicij. Vnde & in exitu vbi erat tabernaculū principis cōsueuit prætorium appellari.Vnde hîc Dominus præsidis prætoriū appellatur.Sed quomodò ducitur ad Caypham in prætorium? Ad quod dicēdum,quòd potest dici,quòd Cayphas præuenerat in domum Pilati: vt eum informaret de facto Iesu sibi præsentandi.Vnde eo exeunte cùm Pilato in prætorio assignatus est ei Iesus.Vel potest dici,quòd cùm Cayphas esset princeps sacerdorum habebat spatiosas domos, ita quòd in aliqua parte earum etiam præses hospitaretur. Et sic est sensus. [Adducunt Iesum ad Caypham,] scilicet ad domum eius. Et hoc [in prætorium.] Vel dicendum, quòd meliùs in Græco habetur. [Adducunt Iesum à Caypha in prætorium.] Et sic tollitur omnis dubitatio. Tempus describitur. [Erat autem mane.] Nam tāta erat eorum nequitia:vt nulla mora interponeretur quin occidēdum traderent Pilato.M cheæ secundo.Veh qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris.In luce mututina faciunt illud,quoniam contra Deum est manus eorum.Iob vigesimotertio.Mane primò surgit homicida,interficit egenum & pauperē. Sed ex hoc quæstio grauis insurgit. Nam tres alij Euangelistæ dicunt, quòd circa principium noctis Dominus fuit flagellatus in domo Cayphæ, & examinatus ab eo,cùm dixit.Dic nobis si tu es Christus. Et summo mane ductus est ad Pilatum. Ioannes verò dicit,quòd ductus est ad Caypham. Ad quod dicendum,quòd si volumus saluare literam nostram,quòd Cayphas primò vidit eum cùm esset in domo Annæ de nocte,& tunc potuit examinari ab eo. Sed adhuc dubium remanet de hoc,quod dicunt,quòd fuit flagellatus in domo Cayphæ. Quod totum soluitur secundū illud,quod habetur in Græco, scilicet quòd ducunt eum à Caypha in prætorio:quia secundum hoc à domo Annæ fuit de nocte adductus ad domum Cayphæ:vbi flagellatus & examinatus fuit, & de mane fuit à Caypha ductus in prætoriū [vt non contaminarentur,sed vt manducarent Pascha.] Vbi primò designatur eorum vana superstitio. Quia non introierunt in prætorium. Secundò Pilati ad eos reuerentia: quia exiuit eis obuiam. Sed hoc, quod dicit quantum ad primum,quòd non introierunt vt non contaminarentur,habet dubitationem. Dicunt enim alij Euangelistæ, quòd Christus captus fuit in sero in die cœnæ. Et tunc erat Paschæ. Lucæ vigesimosecundo. Desiderio desideraui,&c. hoc Pascha manducare vobiscum. Et de mane in crastino fuit ductus ad prætorium. Quomodò ergo [vt manducarent Paschæ?] tunc esset in crastino Paschæ. Sed ad hoc quidam moderni Græci dicunt, quòd hoc factum fuit decimaquarta luna, & crucifixus eo die, quo Iudæi celebrabant Pascha dicentes, quòd Christus vna die præuenit Pascha, sciens sibi imminere occisionem in Pascha Iudæorum. Vnde celebrauit Pascha decimatertia luna ad vesperam. Et hoc dicunt:quia in lege præceptum est,quòd à quartadecima luna primi mensis vsque ad vigesimum primum diem mensis non inueniebatur fermentatum apud Iudæos. Vnde dicunt, quòd Christus consecrauit de fermentato corpus suum.Sed hoc stare non potest propter duo. Primò quia nunquàm inuenitur in Veteri Testamento, quòd alicui liceret præuenire celebrationem Paschæ, sed si haberet impedimentum liceret differre vsque ad alium mensem. Numeri nono. Homo qui fuerit immundus super anima, aut in via procul in gente vestra faciat phase Domino mense secundo, quartadecima die mensis

ma die mensis ad vesperam. Cùm ergo Christus nil prætermiserit de obseruantijs legis: falsum dicunt eum pascha præuenisse.Secundò: quia Marci 14. expresè habetur, quòd Christus venit die azimorum quando necesse erat occidi pascha,&c. Matth. dicit q̄ primo die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Non ergo dicendum est q̄ Christus prævenit pascha. Et ideò Chrisostomus aliter dicit.s.q̄ Christus legem per omnia implens suo tempore pascha celebrauit.s.quartadecima luna ad vesperā:sed Iudæi sic intenti erant ad Christi occisionem:q̄ non celebrauerunt pascha die suo:sed in sequenti die.s.luna 15.Vnde de hoc dicit [Vt non cōtaminarentur,sed,vt manducarent pascha] quod præcedenti die omiserunt. Sed nec hoc stare potest. Quia Numeri 9.dicitur:q̄ si quis propter impedimenta non potest celebrare Pascha 14.luna primi mensis celebret illud non sequenti die, sed luna 14.mensis secundi. Et ideò dicēdum est secundum Hieronymum & Augustinū & alios doctores latinos q̄ 14.luna est principium solennitatis.Sed pascha non dicit solùm vesperā: sed totum tempus 7.dierum:per quod comedebant azima quæ debebant manducari à mundis.Vnde quia Iudæi alieni iudicis prætorio immuditiam contrahebant.Ideò non introierunt in prætorium [vt nō contaminarentur:sed vt manducarēt Pascha.] id est, panes azimorum. Sed attende impiam cæcitatem:quia timebant contaminari de homine gentili:sed sanguinē Dei & hominis effundere nō timebant. Isaiæ 49.Venerunt structores tui destruentes te: & dissipantes à te exibunt.Consequenter ponitur Pilati ad eos reuerentia: cùm dicit.

Exiuit ergo Pilatus ad eos foras:& dixit. Quā accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt,& dixerunt ei.Si non esset hic malefactor,non tibi tradidissemus eum.

Et tunc Christum ab eis oblatum suscepit. [& dixit.Quam accusationem affertis,&c.] Vbi ponitur Christi examinatio. Et primò quomodò examinatur à Pilato coram accusatoribus. Secundò quomodò à seipsi. [Introiuit ergo,&c.] Circa primū duo facit.Primò ponit Pilati examinationē.Secundò liberalem eius concessionē ibi. [Accipite eum vos,&c.] Circa primum primò ponitur eius examinatio.Secundò malitiosa Iudæorū responsio.Pilatus ergo videns eum ligatū,& à tot ductum ad damnandum dicit. [Quam accusationē,&c.] Respondērunt & dixerunt ei. [Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum.] quasi diceret nos examinauimus eum:& iam condemnatum tradidimus eum tibi: iam puniendum quasi Pilato sufficeret eorum iudicium. Sed tamen dicunt dicentes eum esse malefactorem.Quia (vt dicitur Act.4.) Pertransit benefaciendo,& sanando omnes oppressiones à diabolo:sed faciunt secundum illud Psal.Retribuebant mihi mala pro bonis. Sed contra hoc est quod dicitur Luc.22.q̄ imponebāt Christo multa crimina:vnde dicebant:Commouit populum per vniuersam Iudæam: incipiens à Galilæa vsque huc.Hic autē nullum.Respondeo dicendum q̄ multa verba dixerūt Iudæi tunc Pilato (vt Aug.dicit) Sed potuit esse q̄ primò hoc quod hîc ostendit Ioan. & posteà fuit quod dicit Lucas. Consequenter ponitur liberalis concessio Pilati:cùm dicit.

Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum vos: & secundum legem vestram iudicate eum.

Et primò ponitur Pilati concessio. Secundò Iudæorum recusatio ibi. [Dixerūt ergo ei Iudæi.] Tertiò recusationis ratio ibi. [vt sermo Iesu.] Dicit ergo [accipite eum vos.] Volens eis prestare gratiam.Sic & Felix dixit Paulo.Si velis iudicari apud Iudæos.Act. 24.Vel hoc dixit arguens eos:Nam ipsi examinauerant & condemnauerant.Vnde volebant q̄ qui condemnauerant eum malefactorem darent sententiam:quia (vt dicitur Act.25.) Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominē priùs quàm is qui accusatur præsentes habeat accusatores,locúmq; defendendi accipiant ad abluenda peccata. Et sic est sensus.Nostrū iudicium petitis. [Sed vos eum accipite: & damnate secundum legem vestram.] Ego autem nequaquàm talis iudex efficiar.Sed Iudæorum recusatio ponitur cō sequenter ibi.

Dixerunt ergo ei Iudæi.Nobis non licet interficere quenquam.

Sed contra Exod.22.dicitur.Maleficos non patieris viuere. Iesum autē maleficum reputabant.Sed secundum Augu. dicunt [nobis non licet interficere quenquā.] in die festo. Alio autē tempore sic. Vel secūdum Chriso.Iudæi amiserunt multū de potestate: quia iudicium de peccato cōtra rempub.nō pertinebat ad eos:ipsi autē potissimè intendebāt condemnare eum de hoc quod erat cōtra rempub. infra 19.Omnis qui se Regem facit cōtradicit Cæsari. Vnde dicunt [Nobis nō licet interficere quenquam.] s. qui facit contra rempub. quāuis liceret pro aliquo peccato legis cuius iudicium reseruatū eis erat. Vel aliter dicendū q̄ aliquid nō licet alicui:vel quia est diuina lege prohibitum. Et hoc modo non erat eis prohibitum. Vel quia prohibitū erat eis lege humana. Et hoc modò nō licet eis interficere quenquā.quia iam residebat hæc potestas apud præsidē. Sed tunc remanet quæstio quia lapidauerūt Stephanū. Act.7. Sed ad hoc respondet Chriso.q̄ Iudæis concessum erat à Romanis q̄ vtantur legitimis suis.Vnde quia pœna lapidatiōis erat inflicta per legē: ideò concessa erat eis à Romanis.Sed mors crucis in lege exprobrabilis erat.Deutero.21.maledictus omnis qui pependit in ligno. Et ideò hoc genus mortis nō erat eis seruatū.Iedæi autē ex sua malitia non erant cōtenti si Christū lapidarent:sed volebant eum morte turpissima cōdemnare (vt dicitur Sapien.2.) Et ideò nunc dicūt [Non licet nobis interficere quenquā.] s.morte crucis.Vel dicēdum q̄ Stephanus fuit lapidatus in magistratus mutatione:& tunc multa illicita vsurpantur:quæ non fierent in processu temporis.Ratio recusationis subditur:cùm dicit.

Vt sermo Iesu impleretur quem dixit: significans qua morte esset moriturus.

Vt li [vt] nō referatur ad intentionē Iudæorū:sed ad dispositionem diuinę prouidentiæ.Iesus enim dixit Mat. 20. q̄ occidendus erat à gētibus,& crucifigendus traditus tamen à Iudæis. Et ideò vt istud impleretur ipsi noluerunt eum iudicare & occidere.

LECTVRA VI.

Introiuit ergo iterū in prætorium Pilatus: & vocauit Iesum:& dixit ei. Tu es Rex Iudæorum.

SVPRA posita est examinatio qua Pilatus examinauit Christū corā accusatoribus. Hîc autē ponit Euangelista quomodò Pilatus examinauit Christum apud seipsum.Et primò Euāgelista agit de interrogatione Pilati examinātis.Secūdò de rsponsione Christi examinati ibi. [Respondit Iesus.Regnū meum, &c.] Circa primū duo facit.Primò proponit Pilati interrogationē.Secundò interrogationis causam seu examinationē ibi. [Respondit Iesus:à temetipso hoc dicis.] Circa primū sciendum q̄ Pilatus vt iustus iudex: & omnia exquisitè pertractans non statim acquieuit accusationi pontificiæ. Exod.23.Nō sequeris turbā ad faciendū malum:nec in iudicio pluri morū acquiesces sententiæ:vt à vero deuies. Sed [introiuit iterum in prætorium,& vocauit Iesum.] s.eorsum eò q̄ magnam de eo habebat suspitionē.Ideò autē Christum ad se vocauit: vt exquisitiùs omnia rimaretur:& Christus quietiùs respōdeat amoro strepitu Iudęorum.Iob 39.Causam quā ignorabā diligentissimè inuestigabam.Et tunc dixit ei [Tu es Rex Iudæorū?] Ex quo patet (vt Lucas refert 22.) Iudæi hoc crimen ei imposuerūt. Licèt Ioā.dicat tm̄.Si nō esset hic malefactor,&c.Et multa alia crimina ei obiecerunt.Sed hoc magis tetigit cor Pilati.Et ideò de hoc solo eum interrogat.Mat.12.Ex abundātia cordis os loquitur. Consequenter cùm dicit.

Respondit Iesus. A temetipso hoc dicis: an alij dixerunt tibi de me?

Ponitur interrogationis examinatio. Et primò ponitur Christi interrogatio.Secūdò Pilati respōsio ibi. [Nunquid ego Iudęus sum,&c.] Dixit ergo [Respondit Iesus] versa vice interrogādo [A temetipso hoc dicis?] Vbi sciendū est, q̄ duplici ex causa homo interrogat.Quādóq; vt sciat rem quā prius ignorabat. Et sic discipulus interrogat magistrū.Quādóq; interrogat de re scita:vt sciat respōsionē de quo interrogat.Et sic magister interrogat discipulum. Sed dns sciebat & id de quo ipse interrogabat: & illud q̄d respōsurus erat.Et ideò nō interrogat quasi ignorās: quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Hebr. 4. Sed interrogat vt sciamus quia opinionem habebant Iudæi & Gentiles:ac simul de illo regno iustruamur.Consequenter cùm dicit.

Respōdit Pilatus.Nunquid ego Iudęus sum?Gens tua,& pontifices tui tradiderūt te mihi. Quid feci?ti?

Ponitur responsio Pilati.Sed quare sic respondet?Ideò.s.quia dominus quæsiuit ab eo: an à semetipso hoc dixisset. Et ideò Pilatus ostēdit,q̄ nō pertinebat ad eum quærere an esset Rex Iudęorū: sed potiùs ad Iudęos:quorū se Regē dicebat: dans p hoc intelligere q̄ ab alijs hoc sibi dicebatur. Et ideò subdit. [Gens tua & pōtifices tui tradiderūt te mihi.] hāc.s.accusationē aduersum te dicētes.Et dicit [Gens tua.] quia ex Iudæis secūdum hominē natus erat.Hie.20. Audiui enī cōtumelias multorū,& terrores in circuitu: & persequimini eum ab omnib⁹ viris qui erant pacifici mei.Micheę 7.Inimici hominis domestici eius.Et dicit [pōtifices:] q̄a quātò maiores erāt in potestate,tātò potiores in crimine.1.Esdrę 9.Manus principū & magistratuum fuit in transgressione hac prima.Hieremiæ 5.Ibo ad optimates & loquar eis: ipsi enī cognouerūt vias dñi & iudiciū Dei sui:& ecce magis hi cōfregerūt iugū,ruperunt vincula. Si ergo ipsi tradiderūt te mihi [Quid feci?ti?] quasi dicat. Non est credendum, quòd tradidissent te mihi nisi pro magna causa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondit Iesus. Regnum meum non est de hoc mundo.

HIc ponitur respõsio Christi. Et primò remouet suspitiõis de regno suo falsitatẽ. Secundò astruit veritatẽ ibi. [Dixit itáque ei Pilatus,ergo,&c.] Circa primũ duo facit.Primò excludit falsam suspitionem. Secundò adhibet signi probationẽ ibi. [Si ex hoc mũdo esset regnũ meũ,&c.] Falsam suspitionẽ remouet, dicẽs. [Regnum meum nõ est de hoc mundo.] Quod malè intelligẽtes Manichęi dicebãt esse duos Deos,& duo regna.ſ.Deum bonũ qui habet regnum suũ in regione lucis.Et Deũ malum,qui habet regnum suũ in regione tenebrarum. Et hãc dicebãt esse hunc mundũ.Quia oĩa corpora lia dicebãt esse tenebras.Et secundũ hoc sensus est. [Regnum meum nõ est de hoc mundo] quasi diceret.Dñs pater qui bonus est & ego, nõ habemus regnum in regiõe tenebrarum.Sed cõtra hoc est,quod dicitur in Psal.Quoniã Rex oĩs terræ Deus.Et iterũ.Oĩa quæcũque voluit Dñs fecit in cœlo & in terra. Et ideò dicendum,ꝙ hoc dixit Christus propter Pilatum qui credebat Christum affectare regnum terrenum,quo corporaliter sicut & hoíes terreni regnaret, & p hoc esset morte plectẽdus,ꝙ illicitum affectauerit regnum.Sciẽdum est autem,ꝙ regnum qñq; dicitur ille populus qui regnat:qñq; ipsa regia potestas.Primò ergo mõ accipiẽdo regnũ exponit Aug.& dicit. [Regnum meum.] i.fideles mei.Apoc.5.Fecisti nos Deo nostro regnum [nõ est de hoc mundo] nõ dicit nõ est in hoc mũdo.supr.17. Et hi in mundo sunt,sed [nõ est de hoc mũdo] per affectum & imitationem ereptus quidẽ per gratiæ electionem. Sic enim nos Deus eruit de potestate tenebrarum,& transtulit in regnũ charitatis suæ. Chrisosto.autem exponit accipiẽdo regnum secũdo modo, & dicit. [Regnum meum.] i.potestas mea & auctoritas: qua Rex sum [non est de hoc mundo.] i.non habet originẽ ex causis mundanis,& electione hominum,sed aliũdè.ſ.ab ipso patre.Dan.7.Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur,& regnũ eius, qđ non corrũpetur.

Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis.

HIc adhibet signa euidẽtia ad probãdum,ꝙ regnum eius non est de hoc mundo.Et primò ponit signum.Secundò cõcludit intẽtum ibi [nunc autẽ,&c.] Circa primum sciẽdum est,ꝙ qui habet regnum terrenum siue iustè siue violenter,oportet,ꝙ habeat socios & ministros,per quos in potestate fulciatur.Cuius rõ est,qa nõ est potens per seipsum,sed per ministros suos.2.Reg.3.Facta est lõga concertatio inter domum Saul decrescens quotidiè. Sed Rex supernus: quia potẽs est per seipsum & seruis suis potentiã tribuit, iõ non indiget ad regnum suum ministris.Et iõ dicit,ꝙ regnum suũ non est de hoc mũdo:quia [si ex hoc mundo esset regnũ meum,ministri vtiq; mei decertarent vt nõ traderer Iudæis.] Vnde & Petrus volẽs decertare pro Christo,nõ aduertebat se de hoc mũdo nõ esse.sup.eo.Habebat tñ Dñs alios ministros.ſ. Angelos qui potuissent eum eripere de manib⁹ Iudęorũ,sed Dñs eripi noluit.Mat.26.An nõ possum rogare patrẽ meum,& exhibebit mihi plus,quàm 12.legiones Angelorum.

Nunc autem regnum meum non est hinc.

SCilicet quia nõ quærit tales ministros,concludit,ꝙ [regnũ suum nõ est hinc.] i.nõ habet prĩcipiũ de hoc mũdo. Et tñ hinc qa vbiq; est. (Attingit eñ à fine vsq; ad finẽ fortiter,& disponit oĩa suauiter.) Psal.Postula à me,& dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã.Dan.7.dedit potestatem & honorem & regnum , & omnes populi tribus & linguæ seruient ei.

Dixit ei itáque Pilatus.Ergo Rex es tu?

HIc Dñs manifestat veritatẽ de regno suo,ꝙ sit. Et primò ponitur manifestationis occasio.Secũdò ipsa manifestatio ibi. [Respondit ei Iesus, &c.] Tertiò manifestationis effectus ibi. [Dixit ei Pilatus,&c.] Circa primũ sciendum,ꝙ Pilatus ex suprædictis verbis Dñi intelligens,ꝙ regnum quasi carnale & lõginquum esset de partibus illis.1.Cor.11. Aialis hõ nõ percipit ea quæ sunt spirit⁹ Dei,anhelauit ad veritatem sciendam.Et ideò inquit dicens. [Ergo Rex es tu?] scilicet & Dominus.Consequenter respondens dicit.

Respondit Iesus.Tu dicis:quia Rex sum ego.

VBi primò se esse cõfitetur Regẽ.Secũdò sui regni ostẽdit rõnem ibi. [Ego in hoc natus sum,&c.] Tertiò insinuat super quos regnat ibi. [Oĩs qui est ex veritate,&c.] Circa primum sciendũ est,ꝙ Dñs ad quæstionẽ respõdens de regno,ita respõsionẽ suam tẽperauit:vt nec manifestè cõfiteretur se esse Regem,cũ Rex nõ esset eo modo quo Pilatus intelligebat.Nec negaret,cùm spiritualiter esset Rex Regum. Dixit ergo. [Tu dicis quia Rex sum ego,] scilicet carnaliter secũdum quẽ modum Rex nõ sum,sed alio modo Rex sum ego. Isa.32.Ecce in iustitia regnabit Rex princeps in iudicio pręerũt,&c. Modum autem & rationem regni sui ostendit dicens.

Ego in hoc natus sum , & ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati.

QVod dupliciter exponitur.Vno mõ secundum Aug.vt regnum Christi sint fideles (sicut dictũ est suprà.) Et sic Christ⁹ sup fideles regnat.Et ad hoc venit in mundũ:vt cõgregãs sibi fideles regnum sibi acquirat.Luc.19.Hõ quidã nobilis abijt in regionẽ lõgin quã accipere sibi regnũ. Et sic est sensus. [Ego in hoc.] i.ad hoc [natus sum] natiuitate.ſ.carnali. Et hoc exponit dicẽs. [Et ad hoc veni in mundũ] carnaliter nascẽdo. Sic enim venit in mundũ.Galath.4. Misit Deus filium suũ in mundũ [vt testimoniũ perhibeã veritati.] ſmihi.qui sum veritas.supr.7. Etsi testimoniũ perhibeo de meipso: verũ est testimonium meum.sup.8.Et inquantũ manifesto me veritatem intãtum regnum mihi paro.Hoc eñ non põt fieri nisi p manifestationẽ veritatis,quã manifestationẽ nõ decebat fieri nisi p me, qui sum lux.sup.1.Vnigenitus qui est in sinu patris,&c.Hebr.2.Quæ cũ initiũ accepisset enarrandi p Dñm ab eis qui audierũt confirmata est,cõtestãte Deo signis & portẽtis,& variis virtutib⁹, & spiritussancti distributionibus.Alio mõ exponit Chrisost.sic.Tu quæris si Rex ego sum.Et ego dico,ꝙ sic,sed potestate diuina:qa [hoc nat⁹ sum] necessitate æterna à patre,sicut Deus ex Deo,ita Rex ex Rege.Psal. Ego autem constitutus sum Rex.Et subdit.Ego hodie genui te. Sed quod addit. [Et ad hoc veni in mũdũ.] Nõ ponitur expositiuè, sed intelligitur de natiuitate tẽporali:quasi diceret. Etsi sum Rex æternus , tamen ad hoc veni in mũdum [vt testimonium perhibeam veritati.] Hinc,scilicet,quòd sum Rex à Deo patre.

Omnis qui est ex veritate,audit vocem meam.

HIc ostendit sup quos regnet.Vbi notãdum,ꝙ supr.10.dixit se pastorem.& subditos dixit oues,quod idẽ est, quod hic dicit se Regem,& subditos regnũ:quia eadẽ est proportio Regis ad subditos,& pastoris ad oues:vt sicut pastor pascit oues.Ezech.34. Nónne greges pascuntur à pastoribus,ita & Rex sustẽtat subditos.Et specialiter inter alia dixit.Oues meæ vocẽ meã audiunt. Vnde & hic dicit. [Qui est ex veritate audit vocẽ meã.] Nõ solũ exterius,sed credendo interius,& amãdo,ac opere implẽdo.supr.10. Omnis qui audit à patre, & didicit venit ad me. Sed vnde hoc hominiꝰ audiat vocem meã. Indè.ſ.quia [est ex veritate.] quæ est Deus. Sed cũ oẽs sint ex Deo, omnes sunt ex veritate,& audiunt vocẽ eius. Respõdeo dicẽdum,ꝙ aliqua sunt ex Deo p creationẽ,& sic oẽs sunt à Deo. Dicũtur etiam aliquo esse à Deo per affectũ & imitationem. Vnde sup.8.dicitur.Ex Deo nõ estis.ſsecundũ affectũ,sed p creationem estis.Ille ergo audit vocẽ credẽdo & amãdo [qui.] ſ. [est ex veritate.] i. qui accepit hoc munus vt veritatẽ amet. Sed attẽde,ꝙ nõ dicit. [Oĩs qui audit vocẽ est ex veritate] qa sequeretur,ꝙ iõ essemus ex veritate:qa credimus, cũ tñ iõ credamus qa sumus ex veritate.inquantũ.ſ.accepimus donũ Dei,ꝙ quod credimus & amamus veritatẽ. Eph.2. Gratia saluati estis per fidẽ,& hoc nõ ex vobis.Dei enim donũ est. Phil.1. Vobis datum est non solum vt in eum credatis,sed etiam vt pro illo patiamini.

Dixit ei Pilatus. Quid est veritas?

POnit respõsionis effectũ in quo datur intelligi,ꝙ Pilatus ꝓpulsa suspitione regni terreni,ac intelligens Christum Regẽ esse in doctrina veritatis,cupit veritatẽ scire,ac effici de regno eius. Vnde dicit. [Quid est veritas?] nõ quęrens q̃ sit diffinitio veritatis,ſd quę esset veritas cuius virtute de regno eius efficeretur,dãs ꝙ hoc intelligere,ꝙ veritas mũdo icognita erat,& ferè ab oĩbus euanuerat dum increduli essent.Isa.59 Corruit veritas in plateis,& æquitas non potuit ingredi.Psal.Diminutæ sunt veritates à filijs hominum.Sed Pilatus responsionem non expectauit.Et ideò quãtum ad hanc quæstionem sciendum est,ꝙ duplicem veritatem inuenimus in Euangelio. Vnã increatam & faciẽtẽ.Et hæc est Christus.sup.14.Ego sum via, veritas,& vita.Aliã factã.supr.1.Gratia & veritas p Iesum Christum facta est.Veritas eñ de sui rõne importat cõmensurationẽ rei ad intellectum.Intellectus autẽ dupliciter cõparatur ad res.Quia quidam vt mẽsura rerum existens.ille.ſqui est causa rerum.Quidã autẽ mensuratus à re.Ille.ſcuius cognitio causatur à re.Non igitur est veritas in intellectu diuino:quia ipse adęquat rebus,sed quia res ipsi diuino intellectui adæquãtur. Sed intellectu nostro ideò est veritas:quia ita intelligit res vt res se habent. Et sic veritas increata est intellectus diuinus est veritas non mensurata,nec facta,sed veritas mẽsurans & faciens duplicem veritatẽ.Vna.ſ.in ipsis rebus inquãtum facit eas secundum ꝙ sunt in intellectu diuino,& aliã , quã facit in animabus nostris:quæ est veritas mensurata tãtum,& non mensurans. Et indè est , quòd veritas increata intellectus diuini appropriatur filio qui est ipsa conceptio diuini intellectus & Dei verbum. (Veritas enim conceptionem intellectus consequitur.) Deindè cùm dicit.

Et cùm hoc dixisset iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis.Ego nullam inuenio in eo causam.Est autẽ consuetudo vobis:vt vnum dimittã vobis in Pascha. Vultis ergo dimittam vobis Regem Iudęorum?Clamauerunt rursum omnes dicentes. Nõ hunc,sed Barrabam, erat autem Barrabas latro.

Agit de sen-

AGit de sententia Pilati in Christum.Et primò declarat eius innocentiam.Secundò intentat impedire misericordiam ibi. [Est autem consuetudo.] Sciendũ est autẽ circa primũ,ꝙ Pilatus (vt dicit Aug.) volebat libẽter Christum liberare:& dum quæsiuisset à Christo.Quid est veritas,subitò venit illi in mentẽ,quomodò per quandã consuetudinẽ Christũ liberare poterat,qua solet eis dimitti vnus in Pascha.Et ideò respõsionẽ nõ expectãs totaliter contulit se ad hoc procurandũ.Et ideò dicit. [Et cũ hoc dixisset.] audiebant Iudæorũ tumultũ,& credẽs se illũ posse cõpescere.At postmodũ quietiùs difficilis quæstionis respõsionẽ audire. [Iterũ exiuit ad Iudæos]& proponẽs Christi innocentiã [dixit eis.Ego nullã inuenio ĩ eo causam.] ſmortis.1.Pet.2.Qui peccatũ nõ fecit.Et tamẽ si essent aliqua in eo ego apud quẽ reſident potestas:& præcipuè iudicandi de his:quę contra regẽ fiũt:volo enim liberare & absoluere.Vnde dicit.[Est autem consuetudo vt vnũ dimittã vobis in Pascha.] Vbi primò offert Christi absolutionem.Secundò ponit Euãgelista Iudæorum respõsionem.Sciendum est autem,ꝙ hanc consuetudinem introduxit Pilatus vel alij præsides romanorum ob fauorem populi.Et ideò secundum hanc consuetudinem volens eũ dimittere dicit. [Vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorũ?] Nõ dicit hoc quasi inuenerit eũ culpabilẽ de regno Iudæorũ,sed vt exaggrauaret ipsorũ maliciã:quasi etsi sit Rex Iudæorũ:ꝙ ad vos iudicare nõ pertinet:sed ad me,tamẽ si vultis dimittã eũ vobis.Sed ipsi Iudæi [clamauerũt rursum oẽs dicẽtes.Non hũc,sed Barrabã.] Et vt Iudæorũ malitiã ostẽdat statim subdit eius,quẽ liberari petebãt,crimẽ,dicẽs. [Erat autẽ barrabas latro.] Isai.1.Principes tui infideles socij furũ.In hoc impletur illud Hier.12.Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in silua.Act.3.Iustũ & sanctum negastis:& petistis virum homicidam donari vobis.

LECT. I. CAP. XIX.

Nunc ergo apprehẽdit Pilatus Iesum,& flagellauit.

SVPRA prosecutus est Euangelista de his quæ Christus passus est à Iudæis.Hic prosequitur de his quæ specialiter passus est à gentilibus:à quibus quidẽ tria passus est:secundũ ꝙ ipse prædixerat.Mat.20.& Luc.19.Tradetur enim gẽtibus ad illudẽdũ, & flagellandũ,& crucifigẽdũ,&c. Primò ergo Euãgelista agit de Christi flagellatione.Secũdò de eius illusione ibi. [Et milites plectẽtes,&c.]Tertiò de eius crucifixione ibi.[Exiuit iterũ Pilatus,&c.] Dixit ergo.[Tũc ergo.] i.post clamorẽ omniũ [apprehẽdit Pila.Ie.& fla.] Nõ quidẽ ꝓprijs manibus:sed per milites.Et hoc ideò vt Iudæi satiati eius iniurijs mitigarentur:& vsq; ad eius mortem fæuire desisterent.Naturale est enim vt ira quiescat:si videant eum contra quem irascitur humiliatum:& punitum (vt dicit Philosophus in rethꝰ.) Quod quidem verum est in ira quæ quærit nocumentum proximi cum mensura: sed nõ in odio quod totaliter quærit exitium eius qui habetur odio. Eccl.12.Inimicus si inuenerit tempus non satiabitur sanguine. Isti autem ex odio mouebantur ad Christum:& ideò flagellatio nõ sufficiebat.Psal.Fui flagellatus tota die.Isa.50.Dedi corpus meum percutientibus.Sed nunquid hæc intentio Pilatum excusat à flagellatione:Non quidem:quia in omnibus quæ sunt per se mala nullum eorum potest fieri totaliter bonum per bonam intentionem. Affligere autem innocentem & præcipuè Dei filium : est maximè per se malum.Et ideò nulla intentione excusari potest.

Et milites plectentes coronam de spinis,imposuerũt capiti eius:& veste purpurea circũdederunt eum:& veniebant ad eum, & dicebant:aue Rex Iudæorum.

HIc agitur de illusione.Et primò quantũ ad falsos honores quos ei exhibuerunt. Secundò quantùm ad vera opprobria quæ ei intulerunt ibi. [Et dabant ei alapas,&c.] Exhibebant autem ei falsos honores vocantes eum regem per quod alludebant accusationi Iudæorum:qui dicebant:quòd ipse faciebat se regem Iudæorum.Et ideò triplicem honorem regis sibi exhibebant sed falsũm. Primò quidem quantùm ad illusoriam coronam.Secundò quantùm ad illusoriam vestem.Tertiò quantùm ad illusoriam salutationem.Illudũt ergo ei quantùm ad coronam.Quia reges consueuerunt auro coronari.Eccle.45.Corona aurea super caput eius.Vnde & de eo in Psal. dicitur.Posuisti in capite eius coronam,&c. [Sed milites plectentes coronam de spinis imposuerunt super caput eius.]Illius.ſqui suis est corona gloriæ.Isa.28.In die illa erit dominus exercituum corona gloriæ:& sertum exultationis & residuo populi sui.Et conuenienter de spinis:quia per eas remouit spinas peccatorum quæ pungũt remorsu conscientiæ.Hiere.4.Nouate vobis;nouale:& nolite serere super spinas:& spinas penalitatum:quæ affligũt.Gen.3.Spinas & tribulos germinabit tibi,&c.Sed nunquid hoc factum est mandato præsidis? Chriſo.dicit,quòd non.Sed milites pecunia corrupti hoc ad gratiam Iudaicam faciebant.Augustꝰ.autem dicit hoc esse factum mandato vel permissione præsidis:vt scilicet magis Iudæorum odia saturarentur:& faciliùs eum eriperet.Secundò illudũt ei quantùm ad vestem.Vnde sequitur. [Et veste purpurea circundederunt eum:] quæ erat indicium regiæ dignitatis apud romanos.Vnde.1.Machabæorum 8.dicit,quòd tempore illo quando romani consules dominabantur:corona,aut purpura vtebantur.Per hoc autem,quòd purpura circundederunt eum:impletur illud Isa.63.Quare ergo rubrum est vestimentum tuum:& vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Simul autem & per hoc significatur passio martyrum:qua totum corpus Christi.i.ecclesia rubricatur. Tertiò illudunt ei quantum ad salutationem.Vnde venientes ad eum dicebant. [Aue Rex Iudæorum.] (Consuetudo autem tunc erat sicut & modò est:vt homines euntes ad regem eum salutarent.) 2.Reg.16. Chusi vadens ad Absalonem dixit.Salue Rex.Salue.Mysticè autem illi illusoriè Christum salutant:qui eum confitentur ore:factis autem negant.1.Thi.1. Matth.22.Non omnis qui dicit mihi Domine domine intrabit,&c. Consequenter opprobria quæ ei intulerunt dicit.

Et dabant ei alapas.

ET hoc ideò:vt ipso opere ostenderent illusorium esse, quòd ei talem honorem exhibebant.Isa.50.genas meas dedi vellentibus. Mich.5.Percusserunt maxillam principis Israël,&c.

LECTVRA II.

Exiuit iterum Pilatus foras,& dixit eis:ecce.adduco eum vobis foras,vt cognoscatis:quia nullam inuenio in eo causam:exiuit ergo Iesus portans spineam coronam , & purpureum vestimentum: & dixit eis. Ecce homo.

HIC agit Euangelista de Christi crucifixione.Et primò ponit ipsam crucifixionem. Secundò addit de eius morte ibi. [Postea sciens Iesus , &c.] Tertiò de sepultura ibi. [Post hoc rogauit Pilatum,&c.] Circa crucifixionem primò ponit Pilati & Iudæorum disceptationem. Secundò Christi condemnationem ibi. [Pilatus autem cùm hoc audisset, &c.] Tertiò ponit sententiæ executionem ibi. [Susceperunt autem Iesum.] Disceptabat autem Pilatus cum Iudæis volens liberare Christum.Et ideò primò ponit quomodò nititur eum liberare ipsum Iudæis ostendendo.Secundò eius innocentiam allegando ibi. [Dixit eis Pilatus accipite,&c.] Circa primum duo facit.Primò ponit demonstrationem.Secundò demonstrationis effectum ibi. [Cùm ergo vidissent eũ pontifices] Circa primum tria ponuntur.Primò Pilati demonstrantis intentio quæ erat eum liberare.Vnde dicit.[Exiuit ergo iterum Pilatus,] scilicet à prætorio [& dixit eis,] scilicet Iudæis expectantibus. [Ecce adduco eum vobis foras] hoc ideò [vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam.] scilicet mortis. Quare ergo turpiter tractasti impiè Pilate sine causa?scilicet ne Iudæi credant, quòd ob fauorem eum dimittam.Qualis enim fauor præstatur ei cui tot inferuntur flagella?Vel ideò vt hæc eius ludibria inimici libentissimè viderent:& vlterius sanguinem non sitirent,quasi dicat.Si reus esset mortis:ita condemnarem eum:sicut flagellaui.Fortasis tamen aliqua leuia fecit contra legem propter quæ flagellationem tantùm promeruit:non autem mortem.Secundò ponitur Christi manifestatio.& hoc facto. Vnde dicit. [Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam & purpureum vestimentum,&c.] In illo habitu illum ostendit in quo à ministris illuditur:vt saltem quiescant dum ad eos exit non clarus imperio, sed plenus opprobrio.Psalm. Quoniam propter te sustinui opprobrium:operuit cõfusio faciem meam.In quo instruimur: vt opprobria omnia propter nomen Iesu Christi parati simus sustinere.Isa.51.Nolite timere opprobria hominum,& blasphemias eorum ne metuatis. Tertiò ponitur demonstrationis explicatio. Et hoc per verba Pilati.Vnde dixit eis. [Ecce homo.] quasi despectiuè loquendo : quòd aliquis sic despectus vellet sibi vsurpare regnum. Ecce de quali homine creditis hæc:vt secundum hoc conueniat ei illud Psalm. Ego sum vermis & non homo. Si ergo regi inuidetis iam pareite:quia deiectum videtis:feruet ignominia:frigescat inuidia (vt dicit Aug.)

Cùm ergo vidissent eum pontifices & ministri clamabant,dicentes:Crucifige,crucifige eum.

HIc ponitur demõstrationis Christi effectus in Iudæos:quia quãtũcũq; viderẽt eũ deiectũ & desolatũ & flagellatũ:eorũ invidia nõ frigescit,sed ardescit potius & crescit.Vnde [Cũ vidissent eum] adductũ foras [Pontifices & ministri clamabãt.Crucifige,Crucifige eum] Ingeminant propter desiderij vehementiam.Nec sunt cõtenti quacúnque morte:sed turpissimam expetunt,scilicet crucis.Sapiẽ.2.

Morte turpissima condemnemus eum. Et dicit. [Cùm vidissent eum.] quia ex aspectu eius:qui habebatur odio:magis commouetur & inflammatur cor obientis contra eum.Sapien.2. Grauis est nobis etiam ad videndum,&c.

Dixit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam.

HIc ostendit Euãgelista quomodò Pilatus nititur liberare Christum eius innocentiam allegãdo. Ex quo orta est cõtrouersia: quia primò Pilatus allegat Christi innocentiam. Secũdò Iudæi replicant culpã ibi. [Nos legẽ habemus,&c.] Quantũ ad primũ [Dixit eis Pilatus. Accipite, &c.] quasi dicat, Nolo esse iniquus iudex. Ego nõ crucifigã eum.Vos crucifigatis eum: si vultis. [Ego nõ inuenio in eo causam.] s.crucifigendi.supra 13.Venit princeps mundi huius:& in me nõ habet quicquam. Actaum 4. Quem vos tradidistis & negastis ante faciem Pilati iudicante illo dimitti.Sed Iudæi adhuc replicant Christi offensam.Vnde sequitur.

Responderunt ei Iudæi, Nos legẽ habemus: & secundum legem,debet mori:quia filium Dei se fecit.

VIdentur intellexisse ex responsione Pilati ꝙ nõ erat motus contra Christum ex crimine affectati regni: ex quo credebant eius animum maximè cõmoueri:vt eum occideret.Et ideò quasi hoc crimen nõ sufficeret ad eius mortẽ:credebant Pilatũ per hoc quod dixerat [Accipite eum vos,&c.] petiuisse:si haberẽt aliud crimen secundum legẽ de quo condemnatus esset: & de hoc condemnarent eum. Et ideò dicunt [secũdum legem debet mori.] Et primò proponunt crimen Christi cõtra legem Iudæorum. Secundò cõtra legem Romanorũ ibi. [Si hunc dimittisnõ es amicus,&c.] Circa primum duo facit.Primò ponitur Iudęorũ accusatio cõtra Christum. Secundò accusationis effectus in animo Pilati ibi. [Cùm ergo audisset,&c.] Crimen quod imponebatur Christo cõtra legem Iudęorũm erat: quia [filium Dei se fecit.] Ex quo reputabant eum reum mortis.supra 5.Propterea quærebant eum Iudæi interficere:quia nõ solùm soluebat sabbatũ:sed & patrẽ suum dicebat Deum : æqualem se faciens Deo.Et supra 10. dicit. De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia:quia tu homo cũ sis:facis teipsum Deum. Et vbiqué dicunt filium Dei se facit quasi nõ sit. Sed hoc nõ est contra legem (vt probauit eis supra 10.per illud. Psalm.Ego dixi dij estis.) Si enim alij homines qui sunt filij adoptiui absq; blasphemia filios Dei se dicunt,quantò magis Christus qui est filius Dei per naturam:Sed quia nõ intelligebant æternam generationẽ: ideò eum & falsum & blasphemum reputabant:pro quorum quolibet quis reatum mortis incurrebat.Consequenter cùm dicit.

Cùm ergo audisset Pilatus hunc sermonem,magis timuit. Et ingressus est prætorium iterum: & dixit ad Iesum.Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dixit ergo ei Pilatus. Mihi nõ loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te:& potestatem habeo dimittere te. Respondit Iesus. Non haberes potestatẽ aduersum me vllam nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet. Et exindè quærebat Pilatus dimittere eum.

POnit accusationis effectum in animo Pilati.Et primò effectum timoris.Vnde dicit [Cùm audisset hunc sermonem.] s.quòd filium Dei se faceret [magis timuit] cogitans ne verum esset & perperam ageret:si iniq; procederet contra eum.Per quod dabatur intelligi,quòd gentiles audita proditione filij Dei timuerunt.Abac.3. Domine audiui auditum tuum,& timui. Secundò ponit effectum dubitationis & inquisitionis.Vnde sequitur. [Et ingressus in prætorium iterum,&c.] Et primò ponitur Pilati inquisitio.Secundò taciturnitas Christi,tertiò taciturnitatis reprehensio.Quantùm ad primum dicit. [Et ingressus est in prætorium iterum Pilatus.] s.timore concussus. [Et dixit ad Iesum] quem secum reduxerat. [Vnde es tu] volens scire.Vtrum.s.esset Deus diuinam habens originem:vel homo terrenam. Ad quod responderi potest, quod habetur supr.8. Vos deorsum estis,ego de superius sum. [Iesus autem.] quia noluit [responsum non dedit ei.] vt ostenderet,quòd nolebat per sermones vincere:& excusationes componere cum ad hoc venerit vt pateretur simul.Et per hoc dedit nobis exemplum patientiæ:& impletur,quod dicitur Isa.55.Quasi agnus coram tondente se obmutescet: & non aperuit os suum.Et dicit. Tanquam agnus,vt non credatur, quòd tacuerit sicut male sibi conscius qui de peccatis suis conuincebatur:sed sicut mãsuet°:sicut qui pro peccatis alienis īmolabatur.Cõsequenter cùm dicit. [Dixit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris?Nescis quia potestatem habeo crucifigere te:& potestatẽ habeo dimittere te:] Ponitur quomodò Pilatus reprehẽdit eius taciturnitatem. Et primò facit hoc Pilatus ꝙ iactãtiã suæ potestatis.Secũdò ponitur

respõsio Christi de potestate Pilati.Quia ergo Christus:nõ dedit ei respõsum:Pilatus hic reprehẽdẽs dicit. [Mihi nõ loqueris,&c.] Ia quo seipsum cõdẽnauit.Si cũ i potestate sua totũ positũ erat:quare nullã causam inueniẽs eũ nõ absoluit.Matt.22. Ex ore tuo te iudico serue nequã.2.Mach.7.Potestatẽ in homines habẽs:cũ sis corruptibi lis facis quod vis. Et quia sic gloriatur de potestate sua secundũ illud Psal.In multitudine diuitiarũ suarũ gloriatur.Ideò dominus hoc infringit,dicens: [Respõdit Iesus.Nõ haberes potestatẽ aduersum me vllã:nisi tibi datũ esset desuper.] Vnde (sicut dicit Aug.) Christus vbi tacet:sicut agn° tacet.Vbi loquit docet sicut pastor.Vnde primò docet de suæ potestatis origine.Secundò de sui criminis quantitate. Quantũ ad primũ dicit. [Nõ haberes potestatẽ,&c.] quasi dicat si aliquã videaris habere hãc nõ habes à te:sed est tibi data desuper.i.à Deo:à quo est omnis potestas.Ro.14.Prouer.8.Per me reges regnãt. Et dicit [vllã.] i.quãtulãcũq; habes:quia limitatã habebat sub alia maiori.s.Cæsaris.Mat.8.Ego sum sub potestate constitutus.Et ideò cõcludit. [Propterea qui tradidit me tibi.] s.Iudas:vel principes sacerdotũ [maius peccatũ habẽt.] Et dicit [maius.] vt & illos qui tradiderũt:& ipsum Pilatum ostẽderet obnoxios esse peccato:sed illos maiori qui ex se & ex inuidia eũ tradiderunt.Sed iste quod fecit:ex timore superioris potestatis fecit.Per hoc etiam cõfutatur error hæreticorũ dicẽtiũ omnia peccata esse paria:alioquin nõ dixisset dominus [maius peccatũ habet.] Mat.27.Væ autẽ homini illi per quẽ scãdalũ venit.Effectus liberationis Christi ponitur cùm dicit. [Et ex inde quærebat Pilatus dimittere eũ.] Sed quia (vt dictũ est à principio.) nitebatur eũ dimittere conuenientius dicitur. [Ex inde.] i.ex hac causa:vt non haberet peccatum.Vel supra tentabat eum dimittere,sed [exinde,] id est, extunc omniuò & cõstanti animo quærebat eum dimittere.

LECTVRA III.

Iudæi autem clamabant,dicentes.Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.

SVPRA Iudæi posuerunt crimen Christi contra legem, quod quia Pilat° paruipedere videbatur (vtpotè legi nõ obnoxius) ideò adhuc imponũt ei crimẽ contra legem Romanorum:vt magis eũ vrgerẽt ad Christum occidẽdum.Et primò proponunt periculum Pilato imminens si Christum dimittat. Secundò rationẽ assignãt ibi. [Omnis qui se Regẽ facit.] Dixit ergo,ꝙ postquam Pilatus quærebat dimittere Christum [Iudæi clamabant dicẽtes.Si hũc dimittis] qui se Regem facit [non es amicus Cęsaris.] i.amicitiam eius amittes.Sæpè námque cõtingit,ꝙ homines de alijs ea existimãt quę ipsi patiuntur.Et quia de eis dicitur sup.12.Quod dilexerunt magis gloriam hominũ,quã Dei.Ideò & de Pilato existimabant,ꝙ amicitiam Cæsaris præponeret amicitiæ iustitiæ,quãuis cõtrariũ fit faciẽdum. Psal.Bonum est sperare in Domino,quã in principibus.Vnde & Philosophus veritatem censet præhonorari amicitijs.Rationem autem periculi imminentis subdunt.

Omnis enim qui se Regem facit, cõtradicit Cæsari.

HAec enim est terrenæ potestatis natura, quòd vna sit impatiens consortij alterius.Et ideò Cæsar non patiebatur alteri domina ri.Eccl.ęs.7.Noli quærere ab homine ducatum,neque à Rege cathedram honoris.

Pilatus autem cùm audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco: qui dicitur Lithostratos, Hebraicè autem Gabbatha.

HIc agit Euãgelista de cõdemnatiõe Christi.Circa quã tria tãgit. Primò quidẽ locũ.Secũdò tẽpus ibi. [Erat autẽ parasceue,&c.] Tertiò modum ibi. [Et dixit Iudæis.] Quantũ ad primũ primò ponit cõdẽnationis motiuum.d. [Cùm audisset Pilatus hos sermões.] Nõ enim sic potuit cõtinere Cæsarẽ actorẽ potestatis suæ quẽadmodũ legẽ gẽtis alienæ.Et iõ dixit. [Et adduxit foras Iesum.] Sed frustrà ꝓpter eos mouetur:quia nõ erat talis.Nõ enim à purpura,non à diadematẽ,nõ à sceptro,nõ à curru, nõ à militibus quos Christus haberet credere poterat,ꝙ regnum affectaret.Ipse semper sol° cum discipulis sedebat pauper in cibo,habitu,& habitatione.Sed (vt dicitur Prouer.6.) Fugit impius nemine persequente.Psal. Trepidauerunt timore vbi non erat timor.Ezech.2.Tu ergo ne timeas eos,neque sermones eorũ metuas,& vultus eorũ ne formides.Secundò ponit locum,dicens [& sedit pro tribunali.] Tribunal sedes ęs iudicis, sicut solium Regis,& cathedra magistri.Prouer.20.Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo.Et ideò dicitur tribunal:ga apud Romanos tribuni causas particulares decernebant duci à tribus quibus proponebãtur.Et dicitur [pro tribunali.] i.ante tribunal. Nã apud Græcos hæc præpositio [pro,] idẽ est,ꝙ in Latino ante vel in. Et hoc tribunal erat in loco qui dicitur Lithostratos.i. strãtura lapidum. Lithos enim in Græco idem est, quod lapis. Nam locus vbi Pilatus pro tribunali sedebat pauimentatus erat lapidibus diuersis.Et idem locus hebraicè dicitur golgotha.i.collis siue sublimitas ex coaceruatione lapidum.

Erat autem parasceue Paschæ,hora quasi sexta.

TEmpus autẽ cõdemnationis describit dicẽs. [Erat autẽ parasceue.] i.præparatio paschæ [hora quasi sexta.] Sciendũ est autẽ, ꝙ apud Iudæos dies sabbati quantũ ad aliquid solẽnior erat qualibet alia festiuitate,inquãtũ.s.ob reuerẽtiã illius diei nõ præparabãt ipso die sibi cibaria:sed in sexta feria præcedenti. Vnde sexta feria huius tẽporis ex hoc parasceue dicebatur & hoc ortum habere:ex hoc,ꝙ Exod.16.dicitur ꝙ in sabbato nõ colligerẽt mãna:sed in sexta feria colligerent duplũ:in quo nulli festiuitati deferebãt.Vnde licẽt præsens sexta feria solennis esset apud eos:tamen in ea pro sequenti die sabbati cibaria præparabant.Sed addit. [Erat autem hora quasi sexta.] Contra quod est,quod dicitur Mar.15.Erat autẽ hora tertia & crucifixerũt eũ. Sed cõstat,quòd ante sedit pro tribunali,quã Christus fuerit crucifixus.Sed ad hoc duplex responsio secundũ Aug.Prima & melior est:ꝙ Christus dupliciter fuit crucifixus.Primò linguis & vocibus Iudæorum dicentium.Crucifige crucifige eum.Secundò manibus militum qui eũ crucifixerũt.Vnde Iudæi quia crucifixionem volebant imponere gentilibus.Marcus qui euangelium scripsit gentibus ipsam imposuit Iudæis: dicens,ꝙ tũc Christum crucifixerunt:quando Iudæi clamauerũt.Crucifige crucifige eum : quod fuit in hora tertia.Ioannes verò qui sequitur ordinem temporis dicit. [Erat quasi hora sexta.] Nam quando Christus fuit in cruce: iam erat in fine horæ quintæ:& in principio horæ sextæ :in qua factæ sunt tenebræ per tres horas:scilicet vsque ad horam nonam. Vnde quia hora sexta nõdum inchoata erat.Ideò dicit [quasi hora sexta.] Secunda responsio est:quia parasceue dicitur præparatio paschæ.Pascha autem nostrum Christus est immolatus. Vnde præparatio parasceue est præparatio immolationis Christi.Cuius erat hora sexta: & non diei:quia principium huius præparationis fuit hora noctis nona:quando Christo capto dicebant.Reus est mortis. Vnde si tribus reliquis horis noctis addamus tres horas diei:quando Christus crucifixus fuit:manifestum est,quòd sexta hora parasceue.i.præparationis crucifixus fuit:licèt hora diei esset tertia (vt dicit Mat.) Et certe congruit,ꝙ in sexta hora crucifigitur:quia per crucem reparauit hominem sexta die conditum:& sexta ætate.Modum autem & ordinem condemnationis describit,dicens.

Et dixit Iudæis.Ecce Rex vester.Illi autem clamabant. Tolle tolle crucifige eum.

VBi nondum,ꝙ adhuc Pilatus volebat liberare eum:quãuis eum Cæsaris timor vrgeret.Et ideò primò ponitur Pilati conatus ad Christum liberandum.Secundò subditur eius consensus ad eum crucifigendum ibi. [Tunc ergo tradidit,&c.] Circa primũ primò ponitur Pilati conatus.Secũdò malitia Iudæorum ibi. [Illi autem clamabant.] Dicit ergo,ꝙ postquã sedit pro tribunali. [Dixit Iudæis.] quasi eũ quadã indignatione. [Ecce Rex vester.] quasi dicat.Mirum est,ꝙ hũc formidatis habere regẽ:sic humiliatũ & abiectũ. (Regnũ non nisi diuites & fortes affectant.) Hic autẽ non est talis.Quia (vt dicitur in Psal.)Pauper sum ego & in laboribus.Sed hæc nec Iudæorũ mollitũ malitiã innumerabili odio affecti [clamabant.] & abundantiam malitiæ ingeminãdo [tolle tolle crucifige eũ.] Simul etiã per hoc insinuantes,ꝙ nec eũ videre poterant.Iob.21.Dixerũt Deo recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus,&c.Sap.2.Grauis est etiam ad videndum.Et ideò subdunt:morte, turpissima, &c.quod idem est,quod crucifige eum.

Dixit eis Pilatus.Regẽ vestrum crucifigam? Respõderunt pontifices:non habemus regem nisi Cæsarem.

HIc ostenditur quomodò Pilatus nititur eũ liberare per Iudæorũ opprobrium.Et primò ponitur Pilati conatus dicentis. [Regem vestrum crucifigã?] quasi dicat si non mouemini ab eius humilitate:debet vos mouere vestrum opprobriũ,ꝙ eũ crucifigã qui regnũ vestrum affectauit.Quod valde ignominiosum est:si ab extraneis fiat.Secundò ponitur Iudæorum pertinacia.Vnde dicit. [Respõderũt pontifices.Non habemus regẽ nisi Cæsarem.] In quo seipsos seruituti perpetuæ submiserunt renuentes Christi dominiũ.Et ideò vsq; in hodiernum diem alieni à Christo effecti sunt serui Cæsaris & potestatis terrenæ.1.Reg.8.Non te abiecerunt sed me,&c.Hier.2. Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ:& foderũt sibi cisternas quæ continere non valent aquas.Consequenter ponitur consensus Pilati ad occidendum Christum.Vnde dicit.

Tunc ergo tradidit eis illum,vt crucifigeretur.

TVnc ergo.s.Iudæis ꝙ sic subiecti erant potestati romanorum [tradidit eis.] & voluntati eorum [illum: vt crucifigeretur.] Contra consilium Exo.23.Ne sequeris turbam ad faciendum malũ. Iob.9.Terra data est in manus impij.Hie.12.Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius.

Susceperunt autem Iesum & eduxerunt eum:& bajulãs sibi crucẽ,exiuit in eũ,qui dicitur calueariæ locus: hebraicè autẽ golgotha. Vbi crucifixerũt eum:& cum eo alios duos hinc & hinc:medium autem Iesum.

HIc agit Euãgelista de crucifixione Christi. Et primò ponitur crucis ignominia.Secũdò narrat crucifixionis consequẽtia ibi. [Scripsit autẽ,&c.] Ignominiã autẽ crucis describit quantũ ad crucifigentiũ cõditionẽ.Quãtũ ad deducẽdi modũ.Quãtũ ad locũ.Et quantũ ad comitatũ.Cõditio quidẽ crucifigẽtiũ describitur quia milites.Vnde dicit. [Susceperũt autẽ Iesum,&c.]Milites qdẽ facto.Nã sequitur.Milites ergo cũ crucifixissent eũ:Iudæi verò noto,quia ipsi fecerũt:& quicquid factũ est extorserũt.Per quod signatur,ꝙ Iudæi amittere debebãt vtilitatẽ crucis Christi:& gentiles eã cõsequi.Mat. 21. Auferẽ à vobis regnũ Dei & dabitur gẽti facienti fructus ei°.Modus autẽ ducẽdi ignominiosus fuit.Vnde dicit [& bajulãs sibi crucẽ.] Nã mors crucis ignominiosa erat.Vnde Deut.21.dicitur.Maledictus omnis qui pepẽdit in ligno. Et ideò crucis lignũ tãquã Prophanũ vitãtes,& nec tãgere volẽtes:crucẽ Iesu cõdẽnato Iesu imponũt.Vnde dicit. [Et bajulãs sibi crucẽ.] Sed cõtra Mat.26.dicitur ꝙ angariauerũt quẽdã Simonẽ veniẽtẽ de villa:vt portaret crucẽ. Respõsio.dicendũ,ꝙ Christus eã portauit à principio.Sed dũ incederet inuenerunt illũ ad votũ.Nec hoc vacat à mysterio:quia ipse primus passionẽ crucis sustinuit:& postmodũ alij & maximè aduenæ gentiles eũ imitãdo.1.Pet.2.Christus passus est pro nobis,nobis reliquens exemplũ.Mat.16.Si quis vult venire post me abneget se,&c.Sed hoc ꝙ Christus crucẽ sibi portauit:& si ab impijs & infidelibus sit grande ludibriũ:fidelibus tamen & pijs est grãde mysteriũ.1.Cor.1.Verbũ crucis percũtibus quidẽ est stultitia,his autẽ qui salui sunt.i.nobis virtus Dei est.Portat Christus crucem vt Rex sceptrũ in signũ gloriæ quæ est vtile rerum omniũ dominium. Psal.Dñs regnabit à ligno.Isa.9.Et factus est principatus sup humerũ ei° & vocabit admirabilis,&c.Portat eã vt victor tropheũ suæ victoriæ.Col.2.expoliãs principatus & potestates traduxit cõfidẽter palã triũphãs illos in semetipso.Itẽ vt doctor portat cãdelabrũ in quo ponẽda erat lucerna suæ doctrinę:quia verbũ crucis fidelibus est virt° Dei.Luc.9.Nemo accẽdit lucernã,& ponit eã sub modio,&c. Locus autẽ passiõis ignominiosus quãtũ ad duo:& quia erat extra ciuitatẽ. Vñ dicit. [Exiuit in eũ qui dicit calueariæ loc°] extra.s.mœnia ciuitatis.Heb.pen.Propter qd & Iesus vt sanctificaret p suũ sanguinẽ ꝓpriũ extra portam passus est.Et hoc ꝓpter duo.Primò vt ostẽderet virtutẽ passiõis suæ nõ esse ĩcludẽdã inter terminos gẽtis Iudaicæ.Secundò vt ostẽdat,ꝙ quicũq; cõsequi volũt passionis fructũ:exire debẽt mũdũ:saltẽ affectu.Vñ ibidẽ statim subdit Apostolus.Exeamus igit ad eũ extra castra.Secũdò quia erat infim°.Vñ dicit [in eũ ꝙ dicit calueariæ loc°.] Psal.Extimat° sum cũ descẽdẽtib°,&c.Et quidẽ quidã secũdũ Chridicũt,ꝙ in illo loco qui caluarię dicebat Adã mortu° fuit:& sepultus.Vñ caluarie dicebat à caluaria primi hoĩs vt sicut mors ibi regnauit:ita illic Christus tropheũ statueret.Sed (vt Hiero.dicit.) Fauorabilis est huiusmodi interpretatio & mulcẽs aures populi.Nõ tñ vera.Quia adã sepult° est ĩ Ebrõ.Iosuę 14. Adã maxim° inter enachim situs est.Et ideò dicẽdũ,ꝙ ex Hierusalẽ foras portã locus erat ĩ quo trucabãtur capita dãnatorũ.Vñ huius locus caluariæ nomẽ sumpsit ꝓpter dãnatorũ seu decollatorũ decaluata capita ibi iacẽtia.Comitatus autẽ & societas passionis ignominiã indicant.Quia [eũ eo alios duos crucifixerunt.s.latrones. (vt dicitur Luc.23.) Et dicit [hinc & hinc.] i.vnũ ad dexterã:& aliũ ad sinistrã. [Mediũ autẽ Iesum.]Sed artẽde,ꝙ Christus etiã in passione medius stat.Sed hoc quantùm ad intentionẽ Iudæorum factum est ei ad ignominiam:vt.s.causa mortis eius similis iudicaretur causæ mortis latronum.Isai.53.Et cũ inquis deputatus.Sed si ad mysteriũ attendatur hoc ad claritatẽ Christi pertinet.Nam per hoc ostenditur,quòd Christus per passionem merebatur iudiciariam potestatem.Iob 23.Causa tua quasi impij iudicata est:sed iudicium causamq; recipies. Medium autẽ tenere proprium est iudicis. Vnde & secundum Philosophũ ire ad iudicem est ire ad medium.Et ideò medius poni ur & vnus à dexteris:& alius à sinistris.Quia in iudicio statuet quidem oues à dextris:hædos autẽ à sinistris.Vnde latro à dextris qui credidit liberatur:& altera sinistris qui insultat est condemnatus.

LECTVRA IIII.

Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum. Iesus Nazarenus Rex Iudæorum.

POSTQVAM Euangelista egit de Christi crucifixione. Hic agit de consequentibus ipsam.Et primò de his quæ sequuntur crucifixionem quantùm ad Pilatum.Secundò quantùm ad milites ibi. [Milites ergo,&c.] Tertiò quantùm ad amicos astantes ibi. [Stabant autem,&c.] Ponuntur autem tria pertinentia ad Pilatum,scilicet tituli inscriptio : titulilectio : tituli conseruatio. Quantùm ad

Universidad de Deusto Biblioteca

primum duo ponũtur. Primò inſcriptio tituli. Vnde dicit [Scripſit autem & titulum Pilatus,& poſuit ſuper crucem.] Et hoc ſatis conuenienter: vt ſaltem per hoc vindicaret ſe de Iudæis: oſtendens ipſorum malitiam dum in Regem ſuum inſurrexerunt. Sed tamen conuenit myſterio: quia ſicut in triumphis in tropheo titulus ponebatur victoriã oſtendens per hoc ꝙ homines memoriam ſui celebrare volebant Gẽ.11. Celebremus nomen veſtrũ antequàm diuidamur in vniuerſas terras. Et ſic titulum cruci inſcribi diſpoſuit: vt paſsio eius in memoria haberetur. Trẽ.3. Recordare paupertatis meæ, & tranſgreſsionis meæ abſinthij & fellis. Secundò ponitur tenor tituli. [Erat autem ſcriptum. Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.] Quæ quidem tria verba ſatis conueniunt ad crucis myſterium. Nam hoc quod dicit Ieſus (qui ſaluator interpretatur) conuenit ad virtutem crucis per quam nobis facta eſt ſalus. Matthæi primo. Vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Hoc verò quod dicit [Nazarenus] (quod interpretatur floridus) pertinet ad patiẽtis innocentiã. Cantic.2. Ego flos campi,&c. Iſaiæ 11. Et flos de radice eius aſcẽdet. Per hoc verò quod dicit [Rex Iudæorum] pertinet ad poteſtatem & dominium: quod ex paſsione promeruit. Philippen.2. Propter quod & Deus illum exaltauit. Hieremiæ 23. Regnabit dominus,&c. Iſaiæ 9. Super ſolium dicit, & ſuper regnum eius. Sed cùm ipſe ſit per crucem nõ ſolùm Rex Iudæorum: ſed etiam gentium. Vnde in Pſalm. cùm dixiſſet. Ego autẽ conſtitutus ſum Rex ab eo. ſubdit. Poſtula à me & dabo,&c. Quare ergo ſcripſit. [Rex Iudæorum] tantùm? Reſponſio, dicendum quòd gentiles intromiſsi ſunt in pinguedine oliuæ ſicut oleaſter. Roma. 11. Et ſicut oleaſter particeps fit pinguedinis oliuæ: non autem oliua fit particeps amaritudinis oleaſtri. Ita ipſi gentiles ad fidem conuerſi ſpiritualiter Iudæi confitentes dicuntur effecti: non circuncisione carnis: ſed ſpiritus. Et ideò per hoc quod dicitur [Rex Iudæorum.] intelliguntur etiam gentiles conuerſi. Conſequẽter cùm dicit. Agitur de tituli lectione. Et primò ponitur tituli lectio: quia [hunc titulum multi legerunt Iudæorum.] per quod ſignatur ꝙ plures ſaluantur per fidem legendo paſsionem Chriſti quàm earum qui viderũt. infrà vlti. Hæc autem ſcripta ſunt vt credatis.

Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerũt: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum Hebraicè, Græcè,& Latinè.

SEcundò ponitur legendi facultas. Et hæc eſt duplex. Vna ex loci propinquitate [quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus.] ad quem multi confluebant. Alia ex ſcripturę multiplicitate: quia [erat ſcriptum Hebraicè, Græcè,& Latinè.] vt nullus ignoraret. Et quia hæ tres linguæ præ cæteris eminebant. Hebræa quidem propter vnius Dei cultum. Græca propter ſapientiam. Latina propter Romanorum potentiam. Vnde hæ tres gentes ſibi dignitatem vendicant in cruce Chriſti (vt dicit Auguſt.) in quo ſignatur quòd per crucem Chriſti ſubiugari debebant, & conuerti deuoti & religioſi, qui ſignantur per hebræam linguam. Sapientes qui per græcam. Potentes, qui per latinam. Vel per hebræam ſignificabatur ꝙ Chriſtus dominari debeat theologicæ philoſophiæ, quæ ſignificatur per hebręam. Quia Iudæis eſt tradita diuinarum rerum cognitio. Per græcam verò philoſophiæ naturali & philoſophicæ. Nam græci erga naturaliũ ſpeculationẽ inſudauerũt. Per latinã verò Philoſophiæ practicę: quia apud romanos maximè viguit ſciẽtia moralis vt ſic in captiuitatẽ redigãtur oẽs intellectus in obſequiũ Chriſti (vt dicitur Cor.12.) Conſeruatio autem tituli ponitur cùm dicit.

Dicebãt ergo Pilato Pontifices Iudæorũ. Noli ſcribere Rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit: Rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus. Quod ſcripſi: ſcripſi.

ET primò ponitur Iudęorũ conatus ad titulum deſtruendũ. Vnde [Dicebant Pilato Pontifices Iudæorum.] Noli ſcribere Rex Iudæorum: ſed quia ipſe,&c.] Nã in hoc oſtenditur Chriſti præconiũ, & Iudæorũ opprobriũ: ꝙ ponitur Rex Iudæorũ. Nã cõtumelioſum eſt Iudæis ꝙ regẽ ſuũ fecerũt crucifigi. Sed ſi poneretur [quia dixit Rex ſum Iudęorũ:] hoc redũdaſſet in Chriſti improperiũ,& indicaſſet eius culpã: & hoc ipſi intẽdebãt vt. ſ. crucifixo auferrẽt famã: qui iam viuo abſtulerũt vitã. Pſal. Aduerſum me loquebãtur,&c. Secũdò ponitur Pilati cõſtãtia ad titulũ cõſeruandũ: quia Pilatus volens eis ignominiã facere: noluit mutare ſententiã. Vnde ſequitur. [Reſpõdit Pilatus: qđ ſcripſi ſcripſi.] Quod nõ caſu factũ eſt: ſed diu ante à Deo diſpoſitũ & Prophetatũ. Nã quidã Pſal. ſic intitulãtur. Ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptione. Qui quidẽ Pſal. maximè pertinent ad paſsionem. Sicut: Eripe me de inimicis meis,& duo præcedentes. Miſerere mei Deus, miſerere mei,& Si verè vtiq; iuſtitiã loquimini. Et ideò ſtultè clamabant pontifices. Quia ſicut non poteſt corrumpi quod veritas dixit: ita non poteſt deleri, quod Pilatus ſcripſit. Ideò enim Pilatus [quod ſcripſi ſcripſi.] dixit: quia dominus quod dixit: dixit (vt dicit Aug.) Deindè cùm dicit.

Milites ergo cũ crucifixiſſent eũ: acceperũt veſtimẽta eius: & fecerũt quatuor partes vnicuiq; militi partẽ.

POnit cõſequẽtia ad crucifixionẽ quantũ ad milites. Et primò ponit aliarũ veſtiũ partitionẽ. Secũdò tunicæ incõſutilis ſortitionẽ ibi. [Et tunicã.] tertiò inducit Propheticã prænũciationẽ ibi. [Vt ſcriptura.&c.] Dicit ergo [Milites,&c.] Ex quo duo colligere poſſum⁹. ſ. mortis Chriſti abiectionẽ: ꝑ hoc, ꝙ denudauerũt eũ: qđ abiectis pſonis tãtũ fieri cõſueuit. Secũdò militũ rapacitatẽ: quia [acceperunt veſtiméta,& fecerũt quatuor partes: vnicuiq; militi partem] Hoc enim gen⁹ hoĩm rapaciſsimũ eſt. Ideò Ioãnes baptiſta dixit eis. Neminẽ cõcutiatis,& cõtẽti eſtote ſtipẽdijs veſtris. Luc.3. Iob 24. Nudos dimittũt homines veſtimenta tollẽtes. Quãtũ ad ſecundũ dicit.

Et tunicam. Erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum.

ET primò ponitur tunicæ deſcriptio, ſecundò eius ſortitio ibi. [Et dixerunt,&c.] Dicit ergo. [Et tunicã.] ſ. acceperũt ſimul cũ illis. [Erat autẽ tunica incõſutilis deſuper cõtexta per totũ.] Dicit autẽ ꝙ erat inconſutilis: vt oſtendat rationẽ indiuiſionis. Ex quo (vt quidã dicunt) præcioſitas tunicæ poteſt conuinci. Chriſoſtomus verò econtrariò dicit quòd hoc dicens Euangeliſta occultè veſtis vtilitatem inſinuat. Nã in Paleſtina eſt quoddam genus veſtium propter pauperes ex multis pannis cõtextũ quaſi vnus pannus ſuper alium. 2.Corin.8. Scimus enim gratiã domini noſtri Ieſu Chriſti: quia cùm diues eſſet in omnib⁹ ꝓpter nos egenus factus. Myſticè autẽ poteſt referri ad corpus Chriſti myſticum: & ſic veſtimenta diuiduntur in quatuor partes: quia eccleſia per quatuor partes mundi diffuſa eſt. Iſai.49. Viuo ego dixit Dominus: quia his omnibus velut ornamẽto veſtieris & circũdabis tibi eos quaſi ſpõſa. Tunica incõſutilis quę nõ diuiditur ſignificat charitatẽ: quia aliæ virtutes nõ ſunt ſecundum ſe vnitæ, ſed per aliud vniuntur, inquantum oẽs conueniunt in fine vltimo, cui cõiungitur ſola charitas. Nã & fides finẽ vltimum demonſtraret, ſpes in ipſum tẽdere faciat, tamẽ ſola charitas cõiũgit. Col.3. Super omnia autẽ charitatẽ habentes quæ eſt vinculũ perfectionis, quæ dicitur eſſe deſuper cõtexta, ꝙ charitas eſt ſuper oẽs alias virtutes. 1.Cor.13. Adhuc excellentiorẽ viã vobis demõſtro. Epheſ.3. Scire etiã ſupereminentẽ charitatem ſciẽtiæ Chriſti,&c. Vel quia charitas nõ eſt nobis à nobiſmetipſis, ſed à ſpirituſancto. Ro.5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordib⁹ noſtris. Poteſt etiã hoc referri ad corp⁹ Chriſti verũ. Et ſic eſt deſuper cõtexta: quia formatũ eſt corpus Chriſti virtute ſuperiori. ſ. ſpirituſſancti. Matth.1. Quod in ea natum eſt de ſpirituſancto eſt. Sortitio tunicæ ponitur cùm dicit.

Dixerunt ergo adinuicem, non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit.

ESt enim quædam ſors diuinatoria. Et hoc quia neceſsitatẽ non habet eſt illicita. Eſt & alia diuiſoria, & hæc in rebus mundanis eſt illicita, ſed nõ ſpiritualibus: vt. ſ. quæ homines arbitrio ſuo diuidere non valent, cõmittunt arbitrio & cõſilio diuino. Prouer.16. Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino tẽperantur. Et eiuſdẽ 18. Cõtradictiones cõprimit ſors,& inter potentes quoq; dijudicat. Sed cõtra videtur, quod Mat.27. dicitur, ꝙ miſerunt ſortes ſuper veſtiméta ſua. Reſponſio, dicendum, ꝙ Mat. non dicit, ꝙ ſuper oẽs mitterẽt ſortes, ſed dum diuiderent alias miſerunt ſortem. ſ. ſuper tunicã. Præterea. Marc. adhuc magis vrget 15. dicens. Sortes miſerunt quis quid tolleret. Ergo ſuper oẽs portiones. Reſponſio, dicẽdum ſecũdum Aug. ꝙ ſic intelligenda ſunt verba Marci,& exponenda. Miſerunt ſortes ſuper eis. i. ſuper aliquo eorum quis quid. i. quis eorum tolleret tunicam. Conſequenter ponit ſcripturæ vaticinium cùm dicit.

Vt ſcriptura impleretur dicẽs. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi,& in veſtem meam miſerunt ſortem,& milites quidem hæc fecerunt.

ET primò ponitur Prophetica prænũciatio, in quo notatur Prophetæ diligentia, dum etiam ventura quædã accidentia quæ ſuper Chriſtum fienda erant prænunciauit. Patet etiam, ꝙ non à caſu prędicta cõtigerunt. Et ideò dixit [vt ſcriptura impleatur,] cõſecutiuè. ſ. quæ dixit in Pſalm. Partiti ſunt veſtimenta mea. Non dicit veſtem: quia plures erant. [Et in veſtem meam.] i. ſuper tunicã [miſerunt ſortem.] Secundò ponitur Prophetię adimpletio. Quia [milites quidem hæc fecerunt.] Per quod datur intelligi, quòd ſcriptura diuina etiã in minimo impletur. Matt.5. Iota vnũ aut vnus apex,&c. Luc. vlt. Oportet impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege,& Prophetis,& Pſalmis de me. Deindè cùm dicit.

Stabant autem iuxta crucẽ Ieſu, mater eius,& ſoror matris eius, Maria Cleophæ,& Maria Magdalenæ.

POnitur conſequens tertiũ quãtum ad amicos. Et primò ponitur aſtantiũ mulierũ præſentia. Scđò Chriſti de matre ſollicita diligẽtia ibi. [Cũ ergo vidiſſet, &c.] Tertiò prõpta diſcipuli obediẽtia ibi. [Et ex illa hora, &c.] Mulieres autem aſtantes iuxta crucem deſcri-

buntur tres. ſ. Mater Ieſu Vnde dicit. [Mater eius,& ſoror matris eius Maria Cleophę: & Maria Magdalena. Sed notandum, ꝙ cũ alij Euãgeliſtæ mentionẽ faciant de multis mulieribus Chriſto aſtãtibus: nullus facit mentionẽ de beata virgine excepto Ioanne. Vnde ex vtrorũq; narratione duplex incurrit dubitatio. Prima: quia Matt. & Mar. dicunt, ꝙ mulieres ſtabant à longe. Ioãnes verò, ꝙ iuxta crucem. Ad hoc dici poſſet, ꝙ aliæ erant mulieres quas cõmemorant Mat.& Mar.& aliæ quas cõmemorat Ioannes. Sed huic repugnat ꝙ Maria Magdalena cõnumeratur inter mulieres quas Mat.& Mar. cõmemorant,& etiam Ioannes. Et ideò dicendũ, ꝙ eædẽ mulieres intelligendæ ſunt iſtæ & illæ, nec eſt in hoc contradictio. Nã iuxta & longè relatiuè dicũtur: & nihil prohibet aliquod quodãmodo dici longè,& quodãmodò dici iuxta. Iuxta quidẽ fuiſſe dicit quia in conſpectu eius erãt: ſed lõgè, quia mulieres erant intermedij. Vel poteſt dici ꝙ à principio crucifixionis ſtabant iuxta eũ: ita ꝙ eis loqui poterat: ſed poſtmodum ſuperueniente multitudine irridẽtiũ ſecedentes à longè ſteterunt. Vnde Ioannes narrat, quod primò fuit. Alij quod poſtea. Secũda quæſtio eſt: quia Ioan. cõmemorat Mariã cleophę: ſed Mat.& Mar. loco ei⁹ Mariã Iacobi quę dicebatur alphæi. Sed ad hoc dicendum eſt, ꝙ eadẽ eſt Maria Cleophę quam nominat Ioannes, cũ ea alphei quam nominat Mat. Habuit enim duos viros. ſ. Alpheum & Cleopham. Vel poteſt dici, ꝙ Cleophas fuit pater eius. Quod autẽ & mulieres ſtabant iuxta crucẽ & diſcipuli eo relicto fugerant, mulierum cõmendet conſtantiam. Iob 19. Pelli meæ conſumptis carnibus: quaſi. ſ. diſcipuli qui per carnem ſignificantur receſſerant: & mulieres quæ per pellem intelliguntur adhæſerunt. Conſequenter ponitur ſollicitudo eius ad matrem ibi.

Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem,& diſcipulũ ſtantẽ quẽ diligebat, dixit matri ſuæ: Mulier: ecce filius tuus.

ET primò ponitur ſollicitudo quantũ ad curã diſcipuli quã matri impoſuit. Secundò quantũ ad curã matris ſollicitudo quã diſcipulo cõmiſit ibi. [Deindè dicit diſcipulo,&c.] Quantũ ad primũ dicit. [Cũ vidiſſet ergo Ieſus,&c.] quaſi dicat Vſque modo curã tui habui,& memor tui tibi iſtum derelinquo. In quo dignitas Ioannis oſtenditur. Sed attende ꝙ ſupr.2. quando mater dixit. vinum non habent,&c. dicit. Nondum venit hora mea. ſ. paſsionis qua patiar ſecundum illud quod à te ſuſcepi. Cũ autem venerit hora illa tũc recognoſcam. Vnde & modo eam recognoſcit matrem. Facere autẽ miracula non cõuenit mihi ſecundũ ꝙ à te ſuſcepi: ſed ſecundũ ꝙ habeo à patre paternã generationẽ. ſ. ſecundũ ꝙ ſum Deus. Et nota ſecundũ Auguſtinũ ꝙ Chriſtus in cruce pendens ſe habuit ſicut magiſter in cathedra. Vnde & docet nos parentibus exiſtentibus in neceſsitate ſubuenire: & de eis curã habere (vt dicitur Exo.20.) Honora patrẽ tuũ & matrẽ tua. Et 1.Thim.5. Si quis ſuorũ,& maximè domeſticorũ curã nõ habet: nõ habet fidem: & eſt infideli deterior. Sed contra eſt quod dicitur Luc.14. Si quis venit ad me,& non odit patrẽ ſuum & matrem: vxorem & filios: adhuc autem & animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Reſponſio. dicendũ, ꝙ ſicut dominus præcipit parentes odiri: ſic & animã noſtram: in quã præcipit naturam diligere,& odire iniquitatem: & quod auertit à Deo. Et ſicut parentes ſuſtentare debemus, diligere & reuereri quantùm ad naturã: ſed odire quantùm ad vitia: & ad id quod nos auertunt à Deo. Quãtùm ad ſecundum dicit diſcipulo.

Deindè dicit diſcipulo: ecce mater tua.

VT ſcilicet iſte tantùm ſeruiret vt filius matri. Iſta illum diligeret vt filium mater. Conſequenter cùm dicit.

Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam.

POnitur diſcipuli obedientia. Et ſecundum Bedã oportet dici [in ſuam.] Et ſic eſt ſenſus. [Accepit eam.] ſ. matrem Ieſu [diſcipulus.] ſ. Ioannes. [in ſuam] matrẽ videlicet. Sed ſecũdum Aug. etiam (vt habetur in græco.) debet dici in ſua. Nõ quidẽ prædia. Quia de illis erat qui dixerãt. Ecce nos relinquimus omnia. Nã Mat.4. dicit: ꝙ Iacobus & Ioãnes relictis omnib⁹ ſecuti ſunt Ieſum. Sed [in ſua.] ſcilicet, officia: quibus ei diligenter & reuerenter obſequebatur.

LECTVRA V.

Poſtea ſciens Ieſus, quia omnia conſumata ſunt: vt conſumaretur ſcriptura dicit: Sitio. Vas autem erat poſitum aceto plenum. Illi ergo ſpongiam plenam aceto hyſopo circumponentes obtulerunt ori eius.

POSTQVAM egit de crucifixione & cõſequẽtibus eã. Hic narrat venerãdã Chriſti mortẽ. Et primò ponit moriẽdi oportunitatẽ. Secũdò deſcribit mortẽ ibi. [Et inclinato capite,&c.] Tertiò exprimit mortui vulnerationẽ ibi. [Iudæi ergo,&c.] Oportunitas autẽ moriẽdi oſtẽdit in hoc, ꝙ iam [oĩa cõſumata ſunt.] Vnde circa cõſumationẽ primò pmittit ſciẽtia Chriſti de ipſa cõſumatione. Secũdò cõſumat id, qđ cõſumãdũ reſtabat ibi. [Cũ ergo accepiſſet,&c.] Dicit ergo quãtũ ad primũ. [Poſtea.] i. poſt oĩa quæ pmiſſa ſunt. [Sciens Ieſus qa cõſumata ſunt oĩa.] quæ Prophetæ & lex pdixerãt [de eo.] Luc. vlt. Oportet impleri oĩa quæ ſcripta ſunt,&c. Pſal. Omnis cõſumationis vidi finẽ. Sed quia adhuc aliud in ſcriptura prædicta conſumãdũ erat: ideò ſubdit. [vt cõſumaretẽ ſcriptura dicit Sitio.] Et primò ponitur verbũ Chriſti quod ꝓtulit. Secũdò oportunitas implendi quod petijt. Tertiò adminiſtratio eius: quod noluit. Dicit ergo [vt cõſumaretur ſcriptura.] Vbi ſciẽdũ eſt, ꝙ li [vt] non ponit cauſatiuè: ſed cõſecutiuè. Nõ enim ideò petijt [vt ſcriptura] veteris teſtamẽti [cõſumaretẽ.] Sed ideò ſunt dicta quia cõſumãda erãt per Chriſtũ. Si enim dicamus ꝙ Chriſtus ideò hoc fecit: quia ſcripturæ hoc prædixerunt. Sequeretur ꝙ nouũ teſtamẽtũ eſſet ꝓpter vetus: & eius impletionẽ: cũ tamẽ ſit econuerſò. Sic ergo ideò prædicta ſunt: quia implenda erãt per Chriſtũ. Per hoc verò quod dicit. [Sitio.] Oſtẽdit mortẽ ſuã eſſe verã nõ fantaſticã. Itẽ oſtẽditur eius ardẽs deſideriũ de ſalute generis humani. 1.Thi.2. Vult oẽs hoĩes ſaluos fieri. Luc.19. Venit filius hominis quęrere,& ſaluũ facere quod perierat. Vehemẽs autẽ deſiderium cõſueuimus exprimere per ſitim. Pſal. Sitiuit anima mea ad Deum viuũ. Oportunitas implendi quod petijt oſtenditur ex hoc, ꝙ [vas appoſitũ erat aceto plenum,&c.] Per hoc igitur vas Iudæorum ſynagoga ſignificatur: quæ à vino patriarcharum & Prophetarum degenerauerat in acetum. i. in malitiam & crudelitatem pontificum. Miniſtratio autem ponitur. Quia [illi ſpongiam plenam aceto obtulerunt ori eius.] Ex quo oritur quæſtio literalis. Quomodò. ſ. obtulerunt ſpongiam ori Chriſti in altum pendentis. Sed hoc ſoluitur Matth.27. Quia impoſuerunt eam arundini. Vel ſecundum quoſdam impoſuerũt hyſopo quæ magna erat. Vnde & à Mat. arundo vocatur. Myſticè autem per hæc tria ſignantur tria mala quæ in Iudæis erant. ſ. Inuidia per acetum, doloſitas per ſpongiæ concauitatem: malitia per amaritudinem hyſopi. Vel hyſopus ſignificat humilitatẽ Chriſti quæ eſt herba mundans pectus: quod præcipuè per humilitatẽ mũdatur. Pſal. Aſperges me domine hyſopo,& mundabor,&c. Finalis conſumatio ponitur cùm dicit.

Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetum: dixit, Conſummatum eſt.

QVod poteſt referri vel ad conſumationem mortis. Hebr.2. Decebat in gloriam auctorem ſalutis eorum per paſsionem conſumari. Item ad conſumationem ſanctificationis: quæ eſt per paſsionem & crucem eius. Hebr.10. Vna enim oblatione conſumauit in ſempiternum ſanctificatos. Vel ad conſumationem ſcripturarum. Luc.18. Conſumabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de filio hominis. Conſequenter cùm dicit.

Et inclinato capite, tradidit ſpiritum.

DEſcribit euangeliſta mortem Chriſti. Et primò ponitur cauſa mortis. Quia [Inclinato capite.] Non enim eſt intelligendum quia tradidit ſpiritũ ideò inclinauit caput: ſed ecõuerſò. Nã inclinatio capitis obedientiã deſignat pro qua mortem ſuſtinuit. Phil.2. Factus eſt obediẽs vſq; ad mortem. Secundò ponitur morientis poteſtas. Quia [tradidit ſpiritũ.] ſ. propria poteſtate. ſupr.10. Nemo tollit à me animã meã: ſed ego pono eã à meipſo. Nam (vt Auguſtinus dicit.) Nullus ſic habet in poteſtate dormire cũ velit: ſicut Chriſtus mori cũ voluit. Sed attendendũ, ꝙ ex hoc ꝙ tradidit ſpiritum: aliqui dicunt in homine eſſe duas animas. ſ. intellectualem: quam vocant ſpiritum: & aliam animalem puta vegetatiuã & ſenſitiuam: quæ corpus animat. Et præcipuè anima dicitur. Vnde dicũt, ꝙ Chriſtus tradidit ſolùm animam intellectualem. Sed hoc eſt falſum: tum quia duas eſſe animas in homine inter errores computatur in libro de eccleſiaſticis dogmatibus: tum quia ſi tradidiſſet ſpiritum remanente adhuc anima: non fuiſſet mortuus. Quia ergo nihil eſt aliud ſpiritus in homine, quã anima: dicendũ ꝙ tradidit ſpiritũ. i. animã. Per quod etiam excluditur error quorũdã dicentiũ animas hominũ mortuorum nõ ire ſtatim poſt mortem ad paradiſum, vel infernum, ſeu purgatorium: ſed in tumulis vſque ad diem iudicij remanere. Nã dominus ſtatim tradidit ſpiritum patri. Per quod datur intelligi, quòd iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. Sap.3.

Iudæi ergo quoniã paraſceue erat vt nõ remanerẽt in cruce corpora ſabbato. Erat enim magnus dies ille ſabbati, rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorũ crura,& tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi fregerunt crura,& alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum veniſſent: vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: ſed vnus militũ lancea latus eius aperuit: & continuò exiuit ſanguis & aqua.

HIc ponitur vulneratio corporis Chriſti. Et primò ponitur narratio vulnerationis. Secundò narrationis certitudo ibi [& qui vidit, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponitur conatus Iudæorũ & intentio. Secundò impletio conatus quantũ ad partẽ. Tertiò quomodò hoc implet in Chriſto. Dicit ergo quãtũ ad primũ, ꝙ

Universidad de Deusto
Biblioteca

[Iudæi quoniam paraſceue erat,&c.] Sciendū eſt enim ꝙ ſicut habetur Deutero.21.Præceptū eſt in lege ꝙ cadauera ſuſpenſorū propter delicta nō dimitterētur ſuſpēſa vſq; mane:ne pollueretur terra: & etiā ad delendam ignominiā eorū qui ſuſpēdebātur. Nam huius mors turpiſſima reputabatur. Vnde dicitur ibidē. Maledictus omnis qui pendet in ligno. ſ. maledictione pœnę. Licèt autē huius pœnæ infligēdæ iam nō eſſent in Iudæorū poteſtate:tamē quod in eis erat faceſe nitebātur. Et ideò ꝙa paraſceue erat vt corpus Chriſti, & etiā aliorū nō remanerēt in cruce in die ſabbati: qui valde ſolemnis erat & propter ipſum ſabbatū & feſtū azimorū [rogauerūt Pilatū, &c.] Hi quidē in paruis diligētes ſunt ad ſernādam legem:ſed in magnis contemp ſerūt. Mat.23. Excolentes culicē:camelum autē glutientes. Quomodò autē hoc in parte impleatur ſubdit [Venerūt ergo milites,& primi quidē.] ſ.latronis [fregerūt crura] ad quē primò venerunt [& alterius qui crucifixus eſt cū eo.] ſ.Ieſu in quo eorū crudelitas oſtenditur. Miche.3. Carnē populi mei comederūt. Sed quid eſt quod ſubdit [Ad Ieſum autē cùm veniſſent,&c.] Nónne in medio crucifixus erat? &c. Reſponſio. dicēdum ꝙ duorū militū ſinguli ad ſingulum latronē confringendū venerūt:quibus cōfractis vnus ab vno: & alius ab alio:ad Ieſum venerunt. Vnde inde ſignatur occaſio vulnerādi:quia cū vidiſſent eum iam mortuum [nou fregerūt eius crura.] Sed vt certificarētur de morte [vnus militū lācea latus eius aperuit.] Et ſignāter dicit [aperuit.] Non vulnerauit:quia per hoc latus aperitur nobis oſtium vitæ æternæ. Apocalyp.4. poſt hoc vidi oſtium apertū. Hoc eſt oſtium in latere archæ: per quod intrāt animalia diluuio non peritura. Geñ.7. Sed hoc oſtium eſt cauſa ſalutis. Vnde [cōtinuò exiuit ſanguis & aqua.] Quod eſt valde miraculoſum: vt de corpore mortui: in quo eſt congelatus ſanguis: ſanguis exeat. Sed ſi quis dicat ꝙ hoc contingit propter calorem aliquem qui adhuc in corpore remanſerat. Fluxus autē aquæ inficiari non poteſt:quin miraculoſus exiſtat: cùm aqua exiens puriſſima fuerit. Quod quidem factum eſt vt Chriſtus oſtenderet id quod erat.ſ.verus homo. In homine enim eſt duplex compoſitio. Vna ſcilicet ex elementis:alia ex humoribus. Vnum elementorum eſt aqua: inter humores autem præcipuus eſt ſanguis. Item hoc factū eſt ad oſtendendum quòd per paſſionem Chriſti plenam ablutionem cōſequimur à peccatis, ſcilicet & maculis. A peccatis quidem per ſanguinem qui eſt pretium noſtræ redemptionis.1.Petr.1. Non corruptibilibus auro & argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione: ſed pretioſo ſanguine quaſi agni incōtaminati & immaculati Chriſti. A maculis verò per aquā quæ eſt lauacrum noſtræ regeneratio-
nis. Ezech.36. Effundam ſuper vos aquā mundam,& mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Zachar.13. Erit fons patens domini Dauid,& habitatoribus Hieruſalem in ablutionem peccatoris & menſtruatæ. Et ideò hæc duo ſpecialiter pertinent ad duo ſacramenta. Aqua ad ſacramentū baptiſmi:ad euchariſtiam ſanguis. Vel vtrūque pertinet ad euchariſtiam:quia in ſacramento euchariſtiæ miſcetur aqua cum vino: quamuis aqua non ſit de ſubſtantia ſacramenti. Competit etiam hoc figuræ:quia ſicut de latere Chriſti dormientis in cruce fluxit ſanguis & aqua quibus conſecratur eccleſia. Ita de latere Adæ dormientis formata eſt mulier quæ ipſam eccleſia præfigurabat.

Et qui vidit,teſtimoniū perhibuit:& verum eſt teſtimoniū eius: & ille ſcit quia vera dicit:vt & vos credatis.

HIc ponitur certitudo narrationis. Et primò ex Apoſtolico teſtimonio. Secundò ex ſcripturæ vaticinio ibi. [Facta ſunt,&c.] Circa primū tria facit. Primò deſcribit teſtis idoneitatē:quia [qui vidit teſtimoniū perhibuit.] hoc eſt ipſe Ioannes.1.Ioan.1. Quod vidimus & audiuimus,&c. Secūdò aſtruit teſtimonij veritatē:quia [verū eſt teſtimoniū eius] Ro.11. Veritatē dico nō mentior ſupr.8 Cognoſcetis veritatē: & veritas liberabit vos. Tertiò expoſcit fidē. [Et ille ſcit quia vera dicit:vt & vos credatis] infr.20. Hæc autem ſcripta ſunt vt credatis, &c. Et non ſolùm ex teſtimonio Apoſtolico certificatur:ſed additur vaticinium ſcripturæ. Vnde dicit.

Facta ſunt enim hæc vt ſcriptura impleretur. Os nō comminuetis ex eo,& iterum alia ſcriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt.

VT li [vt] accipiatur conſecutiuè (ſicut iā dictum eſt ſupra.) Et ponit duas auctoritates veteris teſtamēti. Vnā quæ refertur ad hoc quod dicit. [Non fregerūt eius crura,&c.] Et habetur Exo.12. [Os non cōminuetis ex eo.] Lagno paſchali:qui præfigurabat Chriſtum. Quia (vt dicitur 1.Cor.5.) Paſcha noſtrū immolatus eſt Chriſtus. Idcò à Deo ordinatū eſt:vt nō cōminuerent oſſa agni Paſchalis: vt daretur intelligi,ꝙ fortitudo veri agni & incōtaminati Ieſu Chriſti nullo modo erat cōmouēda per paſſionē. Vnde Iudęi putabāt per paſſionē virtutē doctrinæ Chriſti deſtruere:ſed potius corroborata eſt. 1.Cor.1. Verbū crucis pereuntibus quidē ſtultitia eſt:ſed nobis virtus Dei eſt. Ideò ſupr.8 dixit. Cū exaltaueritis filiū hominis,tunc cognoſcetis quia ego ſum. Secunda auctoritas refertur ad hoc,quod dicit. Lancea latus eius aperuit.& habetur Zach.12. [Videbunt in quē transfixerunt.] vbi noſtra litera habet. Aſpiciēt ad me quem confixerunt. Vnde ſi nos coniungimus verbū Propheræ:manifeſtū eſt,quòd Chriſtus crucifixus eſt Deus. Nam quod Propheta dicit in perſona Dei:euāgeliſta attribuit Chriſto. [Videbūt] inquit ad iudicium venientem. Apoc.1. Vel aſpicient conuerſi per fidem,&c.

LECTVRA VI.

Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathia (eo,quòd eſſet diſcipulus Ieſu: occultus autē propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Ieſu, & permiſit Pilatus.

POSTQVAM Euangeliſta egit de crucifixione & morte. Hic agit de ſepultura Chriſti. Et primò ponit facultas de licētia ſepeliēdi. Secūdò ſtudium corporis procurādi ibi. [Venit ergo,&c.] Tertiò ponitur locus ſepulturæ ibi. Erat autē in &c.] Quartò ponitur ipſa ſepultura ibi. [Ibi ergo,&c.] Dicit ergo. [Poſt hæc.] ſ.paſſionē & mortē. [rogauit Pilatū Ioſeph ab Arimathia.] Quod idē eſt,quod ramatha. (vt habetur 1.Reg.1.) eo ꝙ eſſet diſcipulus Ieſu.] Non de duodecim:ſed de multis alijs credentibus: quia omnes credentes à principio diſcipuli vocabantur. [Erat autē occultus ꝓpter metū Iudæorū.] (ſicut & multi alij) ſed ante paſſionē. ſupr.12. Veruntamen ex principibus multi crediderūt in eū:ſed ꝓpter Phariſæos nō confitebantur vt de ſynagoga nō eicerentur. Vnde patet,ꝙ vbi diſcipuli amiſerunt fiduciam poſt paſſionem latentes: hīc aſſumpſit fiduciam publicè obſequendo. Hic inquam rogauit Pilatum [vt tolleret corpus Ieſu,] de cruce, ſcilicet & ſepeliret: quia ſecundum leges humanas corpora damnatorum non debebant ſine licentia ſepeliri. [Et permiſit Pilatus.] Quia Ioſeph nobilis erat & ſibi familiaris. Vnde Marc. penulti. dicitur,quòd erat decurio. Quantum ad ſecundum dicit.

Venit ergo & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nichodemus,qui venerat ad Ieſum nocte primum,ferens mixturam myrrhæ & aloes quaſi libras centum.

VBi agitur de ſtudio corporis procurādi. Et primò ponitur materia corporis procurandi. Secundò ponitur ipſa procuratio ibi. [Acceperunt,&c.] Materia corporis procurandi fuit mixtura myrrhæ & aloes,quā Nichodemus in magna quantitate procurauit. Et ideò de duobus mentionem facit. Primò de Ioſeph qui tulit corpus. Secundò de Nicodemo:qui tulit aromata. Hic autē Nicodemus fuit qui venit ad Ieſum nocte. ſante paſſionem (vt habetur ſupr. tertio.) Et hoc ideò commemorat:quia de Ioſeph dixerat,ꝙ occultus erat propter metum Iudæorum:vt oſtendat,quòd etiam hic qui occultus erat diſcipulus nunc factus eſt publicus,ſed nondum habens veram fidem de reſurrectione: quia attulit myrrā & aloes quaſi corpus eius muniri à corruptione indigeret. De quo ſcriptura dicit. Nō dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Myſticè autem datur per hoc intelligi,quòd Chriſtum crucifixum debemus in corde noſtro recondere cum amaritudine pœnitentiæ & compaſſionis. Cant.5. Manus meæ diſtillauerunt mirrhā. Habita ergo præparationis materia ponitur ipſa præparatio. Vnde dicit.

Acceperunt autem corpus Ieſu, & ligauerunt eum lintheis cum aromatibus,ſicut mos eſt Iudæis ſepelire.

VBi oritur dubitatio,ꝙ Ioānes dicit, ꝙ ligauerunt illud lintheis. Cū Mat.27. dicatur,ꝙ inuoluerunt illud ſindone. Reſpōdeo dicendum ſecundum Aug. ꝙ Mat. dicit vnam ſindonem tantum:quia non facit mentionem niſi de Ioſeph. Et hic vnam portauit. Sed quia ſolus Ioannes mentionē facit de Nichodemo, ideò dicit [lintheis:] quia Nichodemus aliam portauit. Vel dicendum,quòd lintheum dicimus omnem pānum de lino factum. Corpus autē Chriſti inuolutum fuit faſcijs. Sicut etiam de Lazaro legitur: quia ſic erat Iudæis mos ſepelire. Erat etiā poſitum ſudariū ad caput,& ideò oſa complectens Ioannes dicit [lintheis.] Per hoc verò,ꝙ aromatibus eum cōdiunt admonemur in huius pietatis officijs morē cuiuslibet Gentis eſſe ſeruandum. Locus ſepulturæ deſignatur conſequēter cùm dicit.

Erat autem in loco vbi crucifixus eſt,hortus: & in horto monumentum nouum,in quo nondū quiſquam poſitus erat.

VBi notādum, quòd Chriſtus in horto captus, & in horto paſſus, & in horto ſepultus fuit. Ad deſignandum,ꝙ per ſuæ paſſionis virtutē liberamur à peccato,quod Adā in horto delitiarū cōmiſit,& ꝙ per eum Eccleſia cōſecratur quæ eſt ſicut hortus concluſus. Et in hoc horto erat monumentū nouū. Eſt autē duplex ratio quare in ſepulchro nouo voluit ſepeliri. Vna literalis,ne alia corpora quæ ibi fuiſſent reſurrexiſſe crederent,& nō Chriſt⁹. Vel oſa æquali virtute. Alia rō eſt:quia qui eſt de virgine ſtacta natus,cōgruè fuit in ſepulchro nouo ſepultus:vt ſicut in vtero Mariæ nemo ante eum: nemo poſt eum fuit:ita & in hoc monumento. Similiter etiam vt daretur intelligi:quòd reconditur per fidē in animo innouato. Ephe.3. Habitare etiā Chriſtū per fidē in cordibus noſtris. Cōſequēter cū dicit.

Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum:quia iuxta erat monumentum poſuerunt Ieſum.

POnitur ſepultura. [Ibi ergo.] i.in monumento nouo. [propter paraſceuen Iudæorum.] quia iam veſpere appropinquabāt quando ꝓpter ſabbatū nihil operari licebat. Nā circa horā nonā expirauit:& propter procurationē ſepulturæ & rerū quæ neceſſaria erant fere dies vſque ad veſperā decurſus erat [& quia monumentum erat iuxta locum.] vbi erat crucifixus. [poſuerunt ibi Ieſum,&c.]

LECT. I. CAP. XX.

Vna autem ſabbati Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebręeſſent ad monumentum,& vidit lapidem ſublatum à monumento.

NARRATIS myſterijs paſſionis Chriſti. Hic euāgeliſta manifeſtat eius reſurrectionē. Et primò manifeſtat quomodò reſurrectio Chriſti manifeſtata eſt mulierib⁹. Secūdo quomodò manifeſtata eſt diſcipulis ibi. [Cū ergo ſero, &c.] Manifeſtata eſt reſurrectio Chriſti miraculoſa quodā ordine. Primò quātū ad monumēti apertionē. Secūdò quantū ad angeli apparitionē ibi. [Abierūt ergo iterū,&c.] Tertiò quātū ad Chriſti viſionē ibi. [Hæc cū dixiſſet cōuerſa,&c.] Circa primū primò ponitur mulieris viſio. Secundò rei viſæ denūciatio ibi. [Cucurrit ergo,&c.] Tertiò rei denūciatę inquiſitio ibi. [Exijt ergo Petrus,&c.] Circa primū quatuor cōſideranda occurrūt. Primò. ſ.viſionis rēp⁹. Quia [Vna ſabbati.] ſ.prima feria. Nā apud Iudæos dies ſab. ſolēnior habebatur:& ideò ab eo omnis alius dies denominabat. Vnde dicebāt prima ſabba. ſecūda ſabba. &c. Vnde & Mat.28. dicit. prima ſabba. Sed Ioānes dixit [vna ſabba.] ꝓpter myſteriū:quia in hac die in qua reſurrectio facta eſt inchoauit quaſi quædā noua creatura. Pſal. Emitte ſpiritū tuū,&c. Gal.6. In Chriſto Ieſu neq; circūciſio aliqd valet:neq; ꝓputiū:ſed noua creatura. Moyſes autē in principio Ge. de prima die nō dicit factus eſt dies prim⁹, ſes autē in principio Ge. de prima die nō dicit factus eſt dies prim⁹, ſed dies vnus. Ideò euāgeliſta ad ipſam renouationē inſinuādā vtitur verbo Moyſi. Itē quia in hac die inchoabat dies æternitatis: quæ eſt vna nō habēs interpolationē noctis:quia ſol qui eā facit nō occidit. Apoc.21. Ciuitas illa nō eget ſole neq; luna vt luceāt in eā. Nā claritas Dei illuminabit illā:& lucerna eius eſt agnus. Zach.vlti. Erit dies vna quæ nota eſt dño:nō dies neq; nox:& in tępore veſperi erit lux. Secūdò ponit pſona vidēs ibi. Quia [Maria Magdalene venit,&c.] Sed hic eſt dubiū:quia in Mat.dicit. Maria Magdalenæ & Iacobi & Salomæ. Et Mat.vlt. cōnumerat etiā alia Maria. Reſpōſio. dicēdū ſecūdū Aug. ꝙ Maria Magdalena feruētior:& deuotior erat ad Chriſtū alijs mulierib⁹. Vñ Luc.7. dicitur. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniā dilexit multū. Et ideò eā Euāgeliſta ſpecialiùs nominat. Et inde eſt,ꝙ pri⁹ ei apparuit dñs. Marc.vlt. Sap.4. Præoccupat eos q ſe cōcupiſcūt vt illis ſe prior oſtēdat. Tertiò ponit hora ſeu qualitas tēporis. Quia [mane cū adhuc tenebrę eſſent.] Luc.23. dicit,ꝙ mulieres quæ cū Ieſu venerūt de Galilæa viderūt monumētū, & quēadmodū poſitū erat corpus Ieſu: & reuertētes parauerūt aromata & vnguēta: & ſabbato quidē ſiluerūt ſecūdū mandatū. Et ideò ſtatim trāſacto ſabbato ante lucē primę ſabbati venit ad monumētū (nā nimius ardor amoris eā ſollicitabat.) Cant.8. Lāpades eius lāpades ignis atq; flāmarū. ſ.charitatis. Sed hæc eſt quęſtio literalis. Quia (vt dicit Mar. vlt.) Valde mane orto iā ſole. Quid igit dicit Euāgeliſta. [Cū adhuc tenebręeſſent.] Reſpōſio. dicēdū,ꝙ hoc quod Mar. intelligit de aurora. Vnde orto iam ſole. Nō ꝙ ſupra terrā appareret:ſed appropinquaret ad noſtras regiones. Quarto quid videt:quia [vidit reuolutū lapidē. Quod erat ſignū vel ꝙ aliquis Chriſtū abſtulerit. vel ꝙ reſurrexerit. Et ſicut dicitur Mat.vlt. Angelus domini deſcēdit de cœlo, ꝙ nō eſt intelligēdū,ꝙ ante lapis eſſet reuolutus,quā Chriſtus reſurgeret:ſed poſt. Nā Chriſtus exiuit de clauſo vtero virginis nondum gloriōſum corpus habens. Nō eſt mirū ſi cū corpore glorioſo exiuit de ſepulchro. Nā lapis eſt reuolutus:vt vidētes ibi Chriſtum nō eſſe: facilius crederent eius reſurrectionem. Conſequenter cùm dicit.

Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum: & ad alium diſcipulorum quem amabat Ieſus: & dicit illis. Tulerunt Dominum de monumento: & neſcimus vbi poſuerunt eum.

POnit rei viſę denūciatio. Ex nimio enim amore nō diſtulit nunciare diſcipulis,q̄d vidit. ſed [cucurrit & venit ad Simonē Petrū & aliū diſcipulū quē diligebat Ieſus.] 4.Reg.7. Hæc dies boni nūcij eſt ſi tacuimus & reuelauerimus nūciare vſq; mane:ſceleris arguemur. Sic qui audit verba Dei debet feſtinus alijs dicere. Apoc.vlt. Qui audit dicat veni. Sed ad illos venit qui præcipui erāt & Chriſtū ſeruentiùs diligebāt,vt aut ſecū quærerēt:aut ſecū dolerēt. [Et dicit eis. Tulerūt dominū de monumēto.] Viſo enim ſepulchro vacuo nōdū habēs in corde ꝙ Chriſtus reſurrexerit,dicit. [& neſcimus vbi poſuerūt eū.] Vbi dat intelligere,quòd non ſola iuerit ad monumentū: & ꝙ adhuc de reſurrectione dubitaret. Et ideò Euangeliſta nō ſine cauſa dixit [eū adhuc tenebræ eſſent] per qualitatē tēporis:qualitatem mentis in qua dubitationis tenebrę erant:deſignans. Pſalm. Neſcierunt neq; intellexerunt in tenebris,&c. Sed attende,ꝙ in græcis codicibus habetur [dominum meum] ad deſignādum propenſiorem charitatem: & famulatus affectus. Pſalm. Quid mihi eſt in cœlo: & à te quid volui ſuper terram? Vſque Pater mea Deus in æternum. Conſequenter cùm dicit.

Exijt ergo Petrus & ille alius diſcipulus,& venerūt ad monumentum. Currebant autem duo ſimul: & ille alius diſcipulus præcucurrit citiùs Petro, & venit primus ad monumentum. Et cum ſe inclinaſſet vidit poſita lintheamina: non tamen introiuit.

POnitur deuōciatæ rei inquiſitio. Et primò ponitur quærentium ſtudiū ad inquirendū. Et hoc per exitū dū dicit. [Exijt ergo Petrus & ali⁹ diſcipulus.] Qui enim ſcrutari vult myſteria Chriſti exire debet quodāmodo à ſe:& à carnali conſuetudine. Cant.5. Egredimini & videte filiæ Syon regē Salomonē. Secūdò ponit inquiſitionis ordo ſeu modus. Et primò quātū ad curſum:quia [currebāt duo ſimul.] qui præceteris Chriſtum diligebāt. Pſal. Viā mādatorū tuorum cucurri.1.Cor.9. Sic currite vt cōprehēdatis,&c. Secūdò quātū ad aduētū quia [& ille ali⁹ diſcipulus,&c.] Vbi primò ponitur quomodò Ioānes prævenit. Secūdò quomodò Petrus eū ſequit⁹ ibi. [Venit ergo Simō,&c.] Sed nota,ꝙ nō ſine cauſa Euāgeliſta etiā particulatā diligēter narrat. Nā in iſtis duobus diſcipulis populus duplex Iudæorū. ſ. & gētiliū deſignatur. Quia licèt Iudæi ꝓpri⁹ habuerint cognitionē vnius veri Dei: tamen quātū ad ſtatū mūdi populus gentiū eſt antiquior: quia ex gentilibus proceſſerūt etiā Iudæi. Gen.12. Egredere de terra tua & de cogitatione tua. Iſti ſimul currebant vel decurſum huius mūdi. Iudæi per literā legis. Gentiles per legē naturæ. Vel ſimul currunt naturali deſiderio ad beatitudinē & veritatis cognitionem quā omnes homines natura ſcire deſiderāt. [Sed ille alius diſcipulus.] ſ.minor [præcucurrit citiùs Petro.] Quia gentiles ad cognitionē veritatis tardiùs venerūt,quā Iudæi: quia quondā Deus erat tantū in Iudæa notus. Vnde dicunt. Nō fecit taliter omni nationi. [Et venit prior ad monumentū.] quia prius conſideraūt myſteria Chriſti & pri⁹ Iudæis de Chriſto facta eſt ꝓmiſſio. Rom.9. Quorū eſt adoptio filiorū: & gloria: & teſtamētū: & legiſlatio: & obſequiū: & promiſſa: quorū patres: ex quibus Chriſtus ſecundū carnem,&c. [Et cū ſe inclinaſſet vidit lintheamina poſita: non tamen introiuit. Et cū ſe inclinaſſet.] ſ.ſub iugo legis. Exo.24. Omnia quæcūq; præcepit dominus faciemus. [Vidit lintheamina poſita.] ſ. figuras quaſdā omnium myſteriorū. 2.Cor.3. Vſq; in hodiernū diem idipſum velamē in lectiōe veteris teſtamēti manet nō reuelat. [Nō tamē introiuit.] quia nō pueuit ad veritatis cognitionē dū in mortuū credere noluit. Et hoc dicit Luc.15. De fratre maiore: qui audiens ſimphoniā & tripudia fratri reuertenti facta: noluit intrare: cum tamen introitum promittat Dauid, dicens. Introibo ad altare Dei.

Venit ergo Simon Petrus ſequens eum: & introiuit in monumentum: & vidit lintheamina poſita: & ſudarium quod fuerat ſuper caput eius non cum lintheaminibus poſiti: ſed ſeparatum inuolutū in vnum locum.

HIc agit de quētione Petri. Et ſecūdū literā: ꝙ ſimul currebāt ſignū erat feruētis deuotiōis Sed Ioānes citius peruenit: quia iunior erat ſene Petro Sed ſecūdū myſteriū Petrus Ioānē ſequit⁹: quia gentiles ad Chriſtū cōuerſi nō erāt cōgregādi in alia eccleſiā ab eccleſia Iudæorū: ſed inferēdi in præcedētē oliuā & eccleſiā. Roma.11. Et ideò Apoſtolus 1.Theſ.2. cōmēdās eos dicit. Vos autem⁹ fratres facti eſtis imitatores eccleſiarū quæ ſunt in Iudæa in Chriſto Ieſu. Tertiò ponitur ordo inquiſitionis quantùm ad eorum ingreſſum, quia [introiuit in monumentū.] Et primò ponitur quomodò Petrus intrauit primò. Secūdò quomodò Ioānes ibi. [Tūc ergo introiuit ī monumētū.] Dicit ergo ꝙ Petr⁹ introiuit in monumētū. Et quidē ſecū dū literā Ioānes qui primo puenit nō intrauit: ꝓpter reuerētiā Petri cui priorē ingreſſum ſeruabat. Sed ſecūdū myſteriū ſignat,ꝙ populus Iudæorū qui primò myſteria incarnationis audiuit: poſterius ad fidē cōuertit,quā populus gētiū. Roma.9. Gētes quæ nō ſectabātur iuſtitiā apprehenderūt iuſtitiam. Iſrael verò ſectando legem iuſtitiæ in legem iuſtitiæ non peruenit. [Et vidit.] ſ.Petrus [poſita lintheamina.] Ioannes vidit ſola lintheamina quæ Petrus ſimiliter vidit. Quia non reprobamus vetus teſtamentum. Nam aperuit eis ſenſum: vt intelligerent ſcripturas. Sed adhuc vlterius

Universidad de Deusto
Biblioteca

vidit sudarium quod fuerat super caput eius.1.Corinthior.11.Caput Christi Deus. Videre ergo sudarium quod fuerat super caput Iesu: & habere fidē diuinitatis Christi quam Iudæi acceptare noluerunt. Quod quidē sudarium describitur [& separatū] ab alijs [& inuolutum & in vnū locum] quia diuinitas Christi occulta est, & separata ab omni creatura propter sui excellentiā. Rom.9. Qui est super omnia Deus benedictus in sæcula amen. Isaiæ 45. Verè tu es Deus absconditus. Inuolutū vidit quasi in modū circuli: quia linethei quādo inuoluuntur, nec initium, nec finis in eis aspicitur: celsitudo diuinitatis est quæ nec cœpit esse nec desinit. Hebr. vlti. Iesus Christus heri & hodie: ipse & in sæcula. Psal. Tu autē idem ipse es, &c. Sed in vnum locū viderunt, quia Deus nō habitat vbi est scissura mentiū. Sed illi eius merētur gratiam: qui sunt vnū per charitatē. Psal. In pace factus est locus eius.1.Corinth.14. Nō est Deus dissensionis sed pacis. Vel aliter per sudarium quo laborantiū sudor detergi solet: intelligi potest labor Dei qui etsi quietus semper permaneat, tamen se laborare denuntiat dum duras hominū prauitates portat. Isaiæ 1. Facta sunt mihi molesta laborau i sustinens. Et præcipuè hunc laborē pertulit Christus in humanitate assumpta. Tren.3. Dabit percutienti se maxillam: saturabitur opprobrijs. Hoc igitur sudarium longè seorsum inuenitur: quia ipsa redemptoris nostri passio longè est à nostra passione disiuncta. Nam per lintheamina quæ ita se habent ad membra sicut sudarium ad caput: intelliguntur passiones sanctorum à quibus est sudarium seorsum. s. passio Christi: quoniā ipse sine culpa pertulit quod nos cū culpa toleramus.1.Petr.3. Christus mortuus est iustus pro iniustis, ipse spontè morti succumbere voluit. supra 10. Nemo tollit à me animā: sed ego pono eam à meipso. Ephesiorū 5. Dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis. Sed sancti ad mortem vadunt inuiti. infra vlti. Alius te cinget & ducet quò tu nō vis. Sed quare Euangelista sic diligenter omnia narrat? Ad quod dicendum secūdum Chrisost. vt excluderet falsam opinionē à Iudeis diuulgatā, q̄ corpus Christi furtim subl atus esset (vt habetur Matt. vlti.) Nam si hoc modo aliqui transtulissent illud non vtique eum denudassent, præcipuè cùm oportuisset eos festinanter hoc facere propter præsentiam custodum, neq; etiam fuissent ita solliciti: vt leuarent sudarium & inuoluerent: & seorsum in vnum locum ponerent: sed ea simpliciter (vt cōtigisset) susceptō corpore dimisissent. Huius etiam rei causa permisit, q̄ sepultus fuit cum myrrha & aloe; quæ conglutinant corpori lintheamina: ita q̄ non potuissent tam citò à corpore separari. Consequenter cùm dicit.

Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum.

AGit de introitu Ioannis. Non enim foris remansit: sed post Petrum intrauit: quia in fine mundi ad receptiōis fidem etiam Iudæi colligentur. Rom.11. Ex parte cæcitas contigit in Israël donec plenitudo gentium subintraret. Et sic omnis Israël salvus fieret. Isa. 10. Reliquiæ saluæ fient. Vel aliter secundum mysterium. Per istos duos discipulos duo genera hominum designantur. s. vacantes contemplationi veritatis: & hi signantur per Ioannē: & insistentes obedientiæ mandatorum qui signantur per Petrum. Vnde Simon obediens interpretatur. Contingit autē plerūq; q̄ priùs perueniat ad cognitionem mysteriorum Christi cōtemplatiuus sua docibilitate: sed non intrat: quia quandóque præcedit intellectus & sequitur tardus, aut nullus affectus. Sed actiuus instātia feruoris & sedulitate, & si tardus intelligat. Psalm. A mandatis tuis intellexi, tamē citiùs intrat, ita vt qui fuerunt posteriores in perueniendo fiant priores in cognoscendo. Matt. 20. Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Consequenter cùm dicit.

Et vidit & credidit, nondum enim sciebat scripturā: quia oportuit eum à mortuis resurgere.

POnitur effectus inquisitionis. Et in primo aspectu posset talem sensum habere, quòd [vidit] illa, scilicet [& credidit,] q̄ Christus resurrexerit. Sed secundum Aug. hoc nō potest stare. Quia sequitur. [Nondum enim sciebat, &c.] Ideò dicendum, quòd [vidit,] vacuum monumentum [& credidit] his quę dixerat mulier, scilicet quòd aliqui Dominū asportassent. Et tunc sequitur. [Nondū enim sciebat scripturā:] quia nondum eis erat apertus sensus: vt intelligerent scripturas. Luc. vlt. Sed nōnne Christus passionē & resurrectionem eius prędixit. Matth. 20. Et tertia die resurget. Respōdeo dicendum, quòd quadam consuetudine audiendi ab eo Parabolas multas quæ eis apertè dicebat non intelligebant, & aliquid eum significare credebant. Vel secundum Chriso. [vidit] lintheamina posita sic ordinata, quod non fuisset factum si corpus furtim fuisset sublatum [& credidit,] scilicet vera fide, quòd Christus à morte resurrexerit. Et tunc hoc, quod sequitur. [Nondum enim sciebat scripturam,] refertur ad hoc, q̄d dicit [vidit & credidit:] quasi diceret. Antequam videret non sciebat scripturam [quia oportebat eum à mortuis resurgere,] sed quādo vidit credidit, quòd à mortuis resurrexisset, &c.

Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se & prospexit in monumentum.

POSITO quomodò Maria Magdalena venit ad aspiciendam sepulchri apertionē. Hīc Euāgelista ostendit quomodò peruenit ad Angelorum visionē. Et primò ponitur deuotio. Secūdò ſtinuatur Angelorū visio ibi [vidit duos Angelos, &c.] Tertio describitur Angelorum allocutio ibi. [Dicūt ei illi, &c.] Deuotio autē mulieris quę meruit Angelorum visionem commendatur ex tribus. Primò quidem ex eius instantia, quā commēdabilem reddidit. Primò discipulorum recessus: quia [Abierunt ergo iterum discipuli] nondū scientes scripturam: quia oporteret eum à mortuis resurgere [ad semetipsos,] id est: vbi habitant, & vnde ad monumentum cucurrerant. Adhuc enim ex timore dispersi nō simul manebant. Zachar. decimotertio. Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis. Trenorū quarto. Dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Secundò constans eius mora: quia [Maria stabat ad monumentum, &c.] Nam discipulis credentibus infirmiorem sexum fortior & feruentior in eodem loco fiebat affectus. Sed hīc est quæstio: quia Mar. vlt. dicitur, quòd mulieres egressę sunt de monumēto, ergo fuerunt intus. Vt quid ergo tunc dicit Ioannes [stabat foris.] Rēsponsio, dicendum, quòd monumentum Christi erat excisum in lapide & circa ipsum erat clausura horti: sicut supra habitum est. Quādóq; ergo monumentum vocant euangelistæ solùm locum vbi corpus reconditum fuit: quandóque totum illud quod clausum erat. Cùm ergo dicitur, quòd ingressæ sunt monumentum: intelligendum de tota clausura horti: sed hoc quod dicitur [stabat foris] intelligendum est de illo saxei sepulchri loco: sed tamen intra illud spacium quod iam ingressæ fuerant: vbi stabat propter amoris constantiam: quæ mentem eius accenderat.1.Corinth.15. Stabiles estote & immobiles abundantes in opere domini, &c. Psalm. Stantes erant pedes nostri. Secundò commendatur eius deuotio ex lachrymarum affluētia: quia [plorans.] Tren.1. Plorans plorauit in nocte. Est autem duplex lachrymarum genitus. s. compunctionis ad peccata abluenda. Psalm. Lachrymis meis stratum meum rigaui. Et deuotionis ad cœlestia desideranda. Psalm. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. i. properantes ad cœlestia. Sed Maria Magdalena lachrymis quidē compunctionis abundauit tempore suæ conuersionis quando quę fuerat in ciuitate peccatrix amando veritatem lauit lachrymis maculas criminis. Luc.7. Dimissa sunt ei peccata multa: quoniam dilexit multū. Abundauit etiam lachrymis deuotionis in Christi passione & resurrectione, vt habetur hīc. Tertio commendatur eius deuotio ex inquisitionis diligentia. Vnde dicit. [Dum ergo fleret inclinauit se, &c.] Fletus enim iste desiderio amoris proueniebat. Natura enim amoris est, quòd velit dilectum præsentem habere etsi hoc non potest in re: saltem eius præsentiam habet in cognitione. Matth.6. Vbi est thesaurus tuus ibi est & cor tuum. Amarè ergo flebat Maria: quia oculi qui dominum quæsierant & non inuenerant: lachrymis vacabant amplius dolentes, quòd ablatus fuit de monumento: quoniam magister tantus: cuius vita subtracta fuerat in memoria remanebat. Et ideò quia eum habere non poterat: volens saltem videre locum vbi positus fuerat [inclinauit se & prospexit in monumentum.] in quo datur intelligi, quòd in morte Christi debemus prospicere cum humilitate cordis. Matth.11. Abscondisti hæc à sapientibus, &c. [& prospexit] vt daret exemplum continuè oculis mentis mortem Christi prospicere: quia amanti semel aspexisse non sufficit: cuius vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. Heb.12. Aspiciētes in auctorem fidei & consumatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. [Inclinauit autem se & prospexit] quia charitas Christi eam vrgebat.2.Corint.5. Charitas Christi vrget nos. Vel potius secūdum Aug. diuino instinctu animo eius factum est: vt perspiceret & altiùs aliquid videret. Sangelos. Roma.8. Qui spiritu Dei aguntur. Consequenter cùm dicit.

Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnum ad caput: & vnum ad pedes: vbi positum erat corpus Iesu.

AGit euangelista de angelorum visione. Circa quam quatuor tangit euangelista. Primo quid vidit: quia [duos angelos] vt ostendat, quòd omnes angelorum ordines tam assistentium, quàm ministrantium Christo obsequebantur. Hebr.1. Adorent eum omnes angeli eius. Sed circa hoc est quæstio: quia Matth. & Marc. vltimo dicitur: quòd Maria & alię mulieres viderūt vnum angelum & existentem in latere monumenti. Hīc autem dicitur, quòd duos & intus. Sed vtrūq; verum est: quia illud præcessit, quòd narrant Matth. & Mar. quando. s. primò venerunt & credentes eum sublatum redierūt ad discipulos. Et istud quod narrat Ioannes contigit in reditu: quādo redijt cum

redijt cùm discipulis: & eis recedentibus ipsa remansit. Secundò describit habitum quia [in albis.] Per quod claritas resurrectionis & gloria Christi resurgentis demonstrat. Apocalypsis 3. Ambulabunt mecū in albis. Et eiusdem 20. dicitur: q̄ exercitus qui est in cœlo sequebatur eum in veste alba, id est, gloriosa. Tertiò describit situ: quia [sedentes.] Per quod quies & potestas Christi designatur: qui iam ab omnibus tribulationibus requiescens regnat in carne immortalis sedens ad dexteram patris. Psal. Sede à dextris meis. Isaię 9. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit. Quartò describit ordinem. [Vnum ad caput & vnum ad pedes.] Quod potest referri ad tria. Primò quidem ad duo testamenta. Angelus enim Græcè, Latinè dicitur nuncius. Christum autē annunciauerant testamenta: quia dicitur Matth. 21. (Turba quæ præibat & quę sequebatur clamabat. Osanna filio Dauid. Sic ergo angelus sedēs ad caput signat vetus testamentū: & qui ad pedes nouum. Secundò ad prædicatores. In Christo enim est duplex natura: diuina scilicet & humana. Caput autem Christi est Deus: vt dicitur 1.Corin.11. Pedes verò humanitatis. Psal. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Qui ergo annūciat diuinitatē Christi: (sicut est illud. In principio erat verbum.) sedet ad caput. Qui verò humanitatem annunciat (sicut illud. Verbū caro factum est) sedet ad pedes. Tertiò potest referri ad tempus annunciationis. Et sic sedet vnus ad caput: & vnus ad pedes: quia ab initio vsq; ad finē mundi mysteria Christi significabāt esse annunciāda. 1.Corin.11. Mortē dñi annunciabitis donec veniat. Consequēter cū dicit.

Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis: quia tulerunt dominum meum: & nescio vbi posuerunt eum.

AGitur de angelorum allocutione. Et primò ponit angelorū interrogationem. Secūdò mulieris responsionem. Circa primum sciendum est q̄ angeli sciētes mulierē adhuc dubitare: quasi à remotis incipientes causam fletus exquirunt. Vnde dicit [Dicunt illi.] s. angeli. [Quid ploras?] quasi diceret. Plorare noli. Superuacuum eīm est. Quia ad vesperum. s. passionis demonstrabitur fletus: & ad matutinum resurrectionis lætitia. Hiere. 31. Quiescat vox tua à ploratu: & oculi tui à lachrymis: quia est merces, &c. Vbi notādum secūdum Gregoriū, q̄ ipsa sacra eloquia quæ in nobis lachrymas amoris excitant: easdem lachrymas cōsolantur: dum nobis redemptoris nostri spem repromittunt. Psal. Secundum multitudinē dolorum meorū consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Sed mulier quasi nesciens eos interrogasse putans: se nō angelos: sed homines esse putat: & causam fletus sui exponit [& dicit eis: quia tulerunt dominū meum.] i. corpus domini mei à toto partē significans. Sicut confitemur dominū Iesum Christum filium Dei sepultū: cum eius sola sepulta sit caro: quia diuinitas carnem nō deseruit. [Et nescio vbi posuerunt eum.] Hoc enim erat ei causa desolationis: quia nesciebat quò iret: & eum ad consolationē sui doloris inueniret. Sed nunquid ad consolationē amantis est habere aliquid quod fuit amici? Et quidem secundum August.4. confessionū magis pertinet ad dolorem. Vnde ipse dicit, q̄ fugiebat omnia loca in quibus cōuersatus fuerat cum amico suo. Et tamen Chrisost. dicit q̄ est ad consolationē. Sed vtrúque est verū. In omnibus enim quæ habent admixtionē gaudij & tristitiæ spes rei desideratæ & delectabilis. Ro.12. Spe gaudentes, &c. Est etiam & tristabilis. Quia spes quæ differtur affligit animam: sed nō secundum eandem rationem. Nam inquantū per spem repræsentatur res amata: vt possibilis consequi causat gaudium. Inquantū autē separat actu absens contristatur. Et sic est in isto loco: quia res amici inquantū representat amicū amanti delectabilis est. Inquantùm vero subtractionem amici ad memoriam reduci: tristitiam infert.

LECTVRA III.

Hæc cùm dixisset conuersa est retrorsum: & vidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est.

HIC ponitur quomodò mulier ista peruenit ad Christi visionē. Et primò agit de Christi visiōe. Secūdò de eius à muliere cognitione Christi ibi. [dixit ei Iesus. Maria, &c.] Tertiò de mulieris per Christū instructiōe ibi. [dixit ei Iesus, &c.] Circa primū primò ponit Christi visionē. Secundò eius allocutionē ibi. [dixit ei Iesus. Mulier, &c.] Dicit ergo quantùm ad primum [Hæc cū dixisset.] s. Maria Magdalena ad angelum [conuersa est retrorsum.] Sed quærit Chrisostо. Mulier quæ loquebatur cū angelis quos saltē venerādos viros putabat: quare non expectabat eorum responsum de hoc quod dixit: sed retrorsum conuertitur? Responsio, dicēdum q̄ cùm mulier angelis respondisset Christus aduenit: cui angeli reuerentiam exhibentes assurrexerūt: quod videns mulier admirans respexit retro: vt sciret ad quid assurrexissent. Vnde & Luc. vlti. angelos stantes visos esse commemorat: & sic retrorsum ad aspiciendum conuersa [vidit Iesum stantem & non sciebat quia Iesus esset.] Videbat enim in specie nō gloriosum quē angeli gloriosum videntes honorabant. Ostenditur etiam per hoc q̄ si aliquis Christum videre desiderat: oportet vt ad eum videndum perueniat q̄ se totaliter in eum per amorem conuertat. Sapien.6. Prœoccupat eos qui se concupiscunt. Zach.1. Cōuertimini ad me ait dominus exercituum, & ego conuertar ad vos. Mysticè autem per hoc signatur quòd hęc mulier per infidelitatem ad Christū verterat dorsum, sed quando animū eius ad cognoscēdū conuertit: retrorsum conuersa est. Sed quare eum nō agnoscebat, cū idem ipse esset? Dicendum quòd hoc erat vel quia mortuum viderat resurrexisse, non credebat: vel quia tenebantur oculi eius ne eum agnosceret (vt dicitur de duobus discipulis eūtibus in Emaus Luc. vltimo) Allocutio Christi i ponitur cùm dicit.

Dixit ei Iesus. Mulier quid ploras? Quid quæris?

ET primò ponitur Christi interrogatio. Secūdò mulieris responsio. Circa primū sciendum est, q̄ mulier ista paulatim proficit. Nam angeli causam ploratus exquirunt. Sed Christus quid quærat, interrogat. Nam ploratus ex desiderio inquisitionis causabatur. quę quærit enim interrogat: vt augeatur desiderium quater: ùs cū nominaret quem quæreret in amorē eius ardentiùs estuaret: & sic semper quæret. Psalm. Quærite faciem eius semper. Prouerbiorum quarto. Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectum diem. Consequenter cùm dicit.

Illa existimans quia hortolanus esset: dixit ei. Domine si tu sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollam.

POnitur responsio mulieris. Et ponitur primò opinio quā de interrogante habebat. Secundò ponūtur verba responsionis. Opinabatur autē illa q̄ [hortolanus esset.] Sciebat enim q̄ exterriti custodes propter terræ motum & aspectum angelorū iam fugerāt: & nullum etiam loca illa occupari: nisi eum qui eorū cultor esset. Et vt Gregor. dicit. Hæc mulier errando non errauit: dum Christum hortolanum credidit: quia in eius pectore p amoris sui vim semina virtutis plantabat. Ecclesiast. 24. Dixi rigabo hortū meum plantationū: & inebriabo partus mei fructum. [Et dixit ei. Domine si tu sustulisti eum.] Dominū enim vocat vt beniuolentiam capter. Sed cū iste de nouo venisset: nec ei dixerat q nē quærebat: quare dixit. [Si tu sustulisti eum.] Quem eum? Sed dicendum q̄ vis amoris hoc agere solet in amato: vt q̄ ipse semper cogitat: nullum alium credat ignorare. Vnde Lucæ vlti. cùm quæreret dominus. Qui sunt hi sermones, &c? Dixerunt. Tu solus peregrinus es, &c. Sed quid dicit [Si tu sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollā.] Mirabilis mulieris audacia quam mortui nō terret aspectus. Et cuius valitudo ad graue mortui funus tollendum plus intentat quā posit. Sed hoc est quod dicitur 1.Corint.13. Charitas omnia superat. Ideò autem eum accipere volebat ne Iudæi in corpus sæuirent exanime: & ideò volebat in alio loco incognito illud transportare. Consequēter eū dicit.

Dixit ei Iesus. Maria. Conuersa illa dixit ei. Rabboni: quod dicitur magister.

AGit de recognitione Christi à muliere. Et primò ponitur vocatio cū dicit [Maria] quā suprà alloquens mulierē quasi nomine cōmuni vocauerat [Maria] vt designet specialē notitiā quā habet ad sanctos. Psal. Qui numerat multitudinē stellarum. Exod.33. Noui te ex nomine. Et vt ostendat quòd licēt quadam generali motione omnes res moueantur: specialiter tamen ad homuis iustificationem necessaria est gratia specialis. Effectus notionis ponitur cùm dicit. [Conuersa illa dicit ei. Raboni: quod dicitur magister.] Sed nūquid nō respiciebat ad Christum qui eam vocauerat. Respondeo dicendum secundum August. q̄ hoc referendum est ad interiorē responsionem mentis. Nam primus cū corpore conuersa fuit putauit Christum esse quod nō erat, scilicet hortolanum. Nunc autem corde conuertitur dum quod erat agnouit. Vel dicendum q̄ (vt dictū est) credebat eum esse aliquem alium hominem. Vnde dum sibi loqueretur sollicita de eo quod gerebat in corde non eum respicit: sed circunquáque si aliquod signum videret sepulti. Et ideò Christus reuocans eam ex proprio nomine vocauit dicens [Maria,] quasi dicat, quò respicis? Recognosce eum à quo recognosceris. Et ideò statim vocata ex nomine recognouit actorem dicens [Raboni, quod dicitur magister] Sic enim eum consueuerat vocare. In quo datur intelligi q̄ vocatio Christi est causa iustificationis nostrę & confessionis veræ. Consequenter cùm dicit.

Dixit ei Iesus. Noli me tangere: Nondū enim ascendi ad patrem meum.

OStendit Euangelista quomodò Maria instruitur à Christo, & primò ponit vnam instructionem prohibitam. Secundò aliam affirmatiuam ibi. [Vade autem] Circa primum duo facit. Primò, ponit prohibitionem. Secundò assignat eius rationem. Admonet quidem Christus Mariam ne eum tāgat, dicēs. [Noli me tangere.] Et si non legatur hīc quòd mulier vellet eum tangere: datur ex hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

ntelligi secundū Greg. q̄ Maria ad pedes prostrata amplecti voluit eius vestigia quę recognouit. Sed subditur ꝓ ratiõe. [Nõdum enim ascendi ad patrem meum.] Per qđ videtur, q̄ Dñs post resurrectionem noluit tãgi ab hoibus antequã ascenderet. Cuius contrariũ habetur Luc. vlt. Palpate & videte qm̄ spiritus carnẽ & ossa non habet. Esi dicas eum à discipulis se tãgi voluisse, non autem à mulieribus. Hoc non potest stare. Quia Matth. vlt. dicitur de Magdalena & alijs mulieribus: quia accesserunt & tenuerunt pedes eius. Intelligẽdum est ergo secundum literã, q̄ mulier hæc bis vidit Angelos in hoc ire. Primò quidẽ simul cũ alijs mulieribus vidit vnum Angelum sedentẽ super lapidẽ (vt dicũt Matt. & Marc.) Secũdò verò in reditu vidit duos Angelos intus in monumẽto, sicut dicit Ioãnes. Similiter etiam in hoc eodẽ itinere bis vidit Christum. Primò quidẽ in horto quãdo æstimauit eum hortolanum: vt sup. habitũ est. Secundò in via quãdo currebat cũ alijs annunciare discipulis quæ viderat: vt magis firmarentur in fide resurrectionis. Et tunc accesserunt & tenuerunt pedes eius: vt dicunt Matt. & Marc. Est autem duplex ratio mystica quare tãgi voluit. Vna hæc: quia mulier significabat Ecclesiam gentium quæ Christum nõ erat tangenda per fidem, nisi cũ ascendisset ad patrem. Psal. Synagoga populorum circũdabit te. Propter hãc in altum regredere. Alia ratio est: quia secundum Aug. in lide ciui. Dei. Tactus facit quasi finẽ cognitionis. Quando enim videmus rẽ vteũq; eã cognoscimus, sed per tactum cõsumatam cognitionem de hac habemus. Mulier autẽ hęc aliquam fidem habebat de Christo (sicut de sancto viro.) Vnde & magistrum eum vocabat. Nec dum ad hoc peruenerat vt cognosceret eũ æqualẽ patri, & vnũ cum Deo. Et iõ dicit. [Noli me tãgere.] i. nõ constituas finẽ tuæ notionis in id, quod credis de me. [Nõdum enim ascendi ad patrẽ meum.] s. in corde tuo: quia non credis me esse vnum cũ eo: quod tũ postea credidit. (Nã in eius intimis sensibus quodãmodò Christus ascẽdit ad patrem: qui sic in ea profecerat: vt patri cognoscat æqualem.) Vel dicendum secundum Chrisostũ. q̄ hæc mulier vidẽs Christum surrexisse, credidit, q̄ esset in eadem qualitate in qua fuerat prius habẽs mortalem vitam. Vnde & volebat cũ eo esse, sicut ante passionem, & præ gaudio nihil magnum excogitabat: quãuis caro Christi multo melior facta fuerit resurgẽdo. Et idèò ab hac intelligentia eã reuocare volens, dicit. [Noli me tãgere.] q.d. Nõ putes me decætero habere vitã mortalẽ, & vobiscum eo modo cõuersari quo primo. 1. Cor. 15. Et si nouimus secundum carnem Christum, sed iam nunc nõ nouimus. Et hoc est, quod subdit. [Nõdum enim ascendi, &c.] Et tunc nõ est monitionis ratio, sed tacitæ quæstionis responsio. q.d. Et si videas me hic manentem, nõ est propter hoc, q̄ nõ habeã gloriosam carnẽ. Sed quia. [Nondum ascendi, &c.] Voluit enim priusquam ascenderet fidẽ resurrectionis & suæ diuinitatis firmare in cordibus Apostolorum. Deindè ponit institutionem affirmatiuam, dicens.

Vade autem ad fratres meos & dic eis. Ascendo ad patrẽ meum & patrem vestrum, Deum meũ & Deum vestrum. Venit Maria Magdalenæ annuncians discipulis: quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.

SIlicet Apostolos qui sunt fratres per conformitatem naturæ. Heb. 4. Debuit per ossa fratribus assimilari. Et per adoptionẽ gratiæ quia eius patris sunt filij adoptiui, cuius ipse est filius naturalis. Vbi notãdum est triplex priuilegium, quod Magdalenæ est collatũ. Primò quidẽ Prophericum per hoc, q̄ meruit Angelos videre. Prophea enim est medius inter Angelos & populum. Secundò Angelorum fastigium per hoc, q̄ vidit Christum, in quem desiderant Angeli prospicere. Tertiò officium Apostolicum, imò facta est Apostolorum Apostola, per hoc, q̄ ei cõmittitur vt resurrectionẽ Dnicam discipulis annũciet. Vt sicut mulier viro primò nũciauit verba mortis, ita & mulier primò nunciaret verba vitæ. [Et dic eis. Ascẽdo ad patrem meum, &c.] sup. 15. Vado ad eum qui me misit. Ephe. 4. Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cœlos. Sed ex hoc Arrius sumit sui erroris fulcimẽtum: quia per hoc, quod dicit. [Patrem meum & patrem vestrum,] cõcludere voluit, q̄ eodẽ modo Deus sit pater filij, sicut est noster pater. Et Dᵉ filij sicut Deus noster. Sed cõtra hoc dicẽdum, q̄ hæc verba qua intẽtione dicãtur apparet ex circũstantijs loquẽdi. Dicit ei sup. [Vade ad fratres meos, &c.] Hos autem fratres habet Christus secũdum q̄ hõ. Et secundũ hoc Christus est subiectus patri sicut creatura creatori. (Nã ipsum corpus Christi creatura quædã est.) Vel aliter secundũ Aug. Christᵘˢ hîc loquitur de se secundũ vtrãq; naturã: quia qđ dicit. [Ascẽdo ad patrẽ meũ & patrem vestrum] ptinet ad diuinã naturã secundum quã habet patrem Deum cõnaturalẽ, cui est æqualis, & sic intelligẽdũ est aliter [meũ] & aliter vestrũ. Nã [meũ] gratia [vestrũ] quasi hoc, q̄ estis filij adoptiui p gratiã per me habetis. Gil. 4. Misit Deus filiũ suũ vt adoptionem filiorũ Dei reciperemus. Rom. 8. Quos præscijit cõformes fieri imaginis filij sui, &c. Quod addit [ad Deum meũ & Deum vestrũ] refertur ad humanã naturã, secundum quã habet Deũ gubernatorẽ, & sic dicit. [Deum meũ,] sub quo ego hõ sum [& Deum vestrum] inter quos & ipsum mediator sum: quia per ipsum habemus Deũ nobis placatũ, & sic Deus noster. Rom. 5. Iustificati igitur ex fide pacem habeamus per Dñm nostrum Iesum Christũ, per quẽ accessum habemus in gratiã in qua stamus, &c. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Pr̃optitudo obediẽtiæ Mariæ ponitur, cũ dicit. [Venit Maria Magdalenę annunciãs: quia vidi Dominũ, & hęc dixit mihi.] Venit de loco vbi erat horti spatiũ ante lapidẽ monumenti, [annuncians discipulis.] 2. Corint. 11. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, &c. Isa. 21. Quæ audiui à Domino Deo exercituum domus Israẽl annunciaui vobis, &c.

LECTVRA IIII.

Cùm ergo sero esset die illo vna sabbatorum & fores essent clausæ vbi erant discipuli cõgregati propter metum Iudæorum.

POSITIS apparitionibus Christi factis mulieribus. In parte ista agit Euangelista de apparitionibus factis Apostolis. Et primò de apparitiõe qua simul omnibus in Hierusalẽ apparuit excepto Thoma. Secundò de ea q̄ facta est Thoma psente ibi. [Et post dies octo, &c.] Tertiò de ea quæ facta est quibusdam specialiter iuxta mare. 21. cap. [Posteà manifestauit se, &c.] Circa primũ duo ponũtur. Primò Dñi apparitio. Secundò officij iniunctio ibi. [Dixit eis. Pax vobis, &c.] Tertiò spiritualis muneris collatio ibi [hæc cũ dixisset, &c.] Circa primũ tria facit. Primò ponit apparitionis circũstantiã. Secundò apparitionis cõtinentiã ibi. [Venit Iesus, &c.] Tertiò apparitionis cõsequẽtiã ibi. [Gauisi sunt, &c.] Describit ergo apparitionẽ Dñi à discipulis à quatuor circumstantijs. Primò quidẽ ex horę descriptione. [Quia cum serò esset.] Secundò ex dei designatiõe: quia [die illa.] Tertiò ex loci cõditiõe: quia [cũ fores essent clausę.] Quartò ex discipulorum dispositione quia [erant congregati propter, &c.] Fuit ergo hora apparitionis serotina. Cuius duplex est rõ litteralis. Vna quia noluit simul apparere oĩbus. Et iõ præstolatus est vsq; in serò: vt qui dispersi erãt de die simul cõueniẽt in serò. Nã de nocte simul erãt. Alia rõ est quia Dñs eis apparuit vt cõfortaret eos. Illã ergo elegit horã qua magis stupẽtes cõfortatiõe indigebãt, hæc est serò. Psal. Adiutor in tribulatiõibus, &c. Est etiã rõ mystica: quia. s. Dñs in fine mundi apparebit fidelibus q̃s media nocte clamor fiet. Ecce sponsus venit reditur eis mercedẽ suã. Mat. 20. Cũ serò factũ esset dixit Dñs vineæ ꝓcuratori suo. Voca operarios, & redde eis mercedẽ. Dies apparitionis fuit ipsamet dies resurrectionis: quia [die illa vna sabbatorum.] s. dies Dñica, de qua dictũ est. Vna autẽ sabbati. supr. eo. Quare autẽ dicatur [vna sabbatorũ,] iam dictũ est. Potest aũt ex Euãgelijs colligi Dñm quinquies isto die apparuisse. Bis. s. mulieribus, semel Magdalenæ soli, de qua immediatè. sup. & iterũ simul cũ alijs mulieribus reuertẽtibus. Et tunc accesserũt & tenuerũt pedes eius. Tertiò verò apparuit duobus discipulis ipso die eũtibus in Emaus. Luc. vlt. 4 autem Symoni Petro. Sed qñ, & quomodò, & vbi, nõ exprimitur, nisi tãtũ, q̄ apparuit Luc. vlt. Surrexit Dñs vere & apparuit Symoni. Quintò apparuit oĩbus simul congregatis de serò (vt habetur hîc.) Et iõ cantatur. Hæc dies quã fecit Dñs. Psal. Per hoc autem datur intelligi, q̄ in die cõmunis resurrectionis apparebit manifestè oĩbus mulieribus, peccatoribus, peregrinis, Apostolis, & Apostolicis viris. Quia videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Apocal. 1. Cõditio autem loci describitur per clausuram dubia & timida. Quia [fores essent clausæ.] Ad literã propter tarditatem quia nox erat & propter metũ Iudæorũ: sed ex parte Christi clausuræ causa fuit vt manifestaret eis virtutem suæ potestatis intrando ad eos ianuis clausis. Sciẽdum est autẽ circa hoc, q̄ secundum quosdã, intrare ianuis clausis est de proprietate corporis gloriosi, quod dicunt per quandam conditionem sibi inhærentem posse esse cum alio corpore simul in eodem loco inquantum est gloriosum. Et hoc factum esse & fieri posse sine miraculo. Sed hoc non potest stare: quia quòd corpus humanum non glorificatum non possit simul cum alio corpore esse in se sibi sua ex natura. Oportet ergo, quòd si corpus glorificatum dicatur habere in se proprietatem aliquam inhærentem, quòd possit simul cum alio corpore esse in eodem loco, quòd excludatur ab eo illa proprietas: quia nũc impeditur ne simul cum alio possit esse. Hæc autem proprietas nullo modo est separabilis: vel destructibilis à corpore, cum non sit corpulentia (vt ipsi dicunt) sed ipse dimensiones corporis quanti, quibus propriè accidit situs. Vnde Philosophus arguit contra ponentes idæas & materias, quòd daro etiam, quòd vacuum esset totum super terram adhuc corpus sensibile non posset esse simul cum illis propter dimensiones quantitatis, per nullam autem proprietatem corporis gloriosi possent remoueri dimensiones à corpe natura corpis remanẽte. Et iõ dicẽdũ est, q̄ hoc miraculosè Christus fecit: virtute suæ diuinitatis, & quãtũcũq; in sanctis simile contingeret miraculorum esset: & propter nouũ miraculum fit. Et hoc expresè dicunt Aug. & Greg. Dicit enim Augu. Quæris quomodò per ostia clausa intrare potuit. Si comprehendis modum nõ est miraculum. Vbi deficit ratio ibi est fidei ædificatio. Et subdit. Ille quippe nõ eis apertis intrare potuit quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Sicut ergo hortus eius ex virgine matre virtute suæ diuinitatis miraculosus fuit: sic introitus iste. Mysticè autẽ per hoc datur intelligi q̄ Christus nobis apparet: quando fores, id est sensus exteriores sunt clausi in oratione. Matt. 6. Tu autem cùm oraueris intra in cubiculum, &c. Et in fine mundi: quando quæ para tæ erunt, intrabunt ad nuptias: & posteà claudetur ianua (vt habetur Mat. 25.) Dispositio discipulorũ describitur imitanda. Quia congregati erant. Quod quidem non vacat à mysterio. Christus enim ad cõgregatos venit. Spiritussanctus ad cõgregatos descendit. Quia Christus & spiritussanctus nõ nisi in charitate congregatis adsunt. Mat. 18. Vbicũque fuerint duo vel tres congregati, &c.

Venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis: pax vobis. Et cùm hæc dixisset ostendit eis manus & latus.

HIc ponitur ipsa apparitio Christi quantũ ad tria. Primò quantũ ad Christi præsentiam quã exhibuit. Secundò quantũ ad salutationem quã eis protulit. Tertiò quantũ ad sui certam manifestationem quã ei ostendit. Præsentiam autẽ suam exibuit eis Christus absque omni dubio. Quia [Venit & stetit in medio discipulorũ] Venit quidem personaliter ipse idẽ sicut eis promiserat. supra 14. Vado & venio ad vos. Sed [stetit in medio] vt omnes certitudinaliter agnoscerent. Vnde arguuntur Iudæi qui eum non cognouerunt. supra 1. Medius autẽ vestrum stetit, &c. Item [steritin medio discipulorũ:] vt ostendat conformitatẽ humanę naturæ quã habet ad eos. Eccl'. 1. Circa illum corona fratrum, quasi plantatio cedri in monte libano. Item [stetit in medio.] per condescensionẽ, quia inter eos conuersatus est sicut vnus ex eis. Ecclesiast. 32. Rectorẽ te posuerunt noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Lucæ 22. Ego autẽ in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Item ad designandũ q̄ nos debemus esse in medio virtutis. Isa. 30. hęc via ambulate in ea: neq; ad dexterã: neq; ad sinistram. Qui enim excedit in plus: diuertit ad dexterã. Qui autem deficit in minus, vadit ad sinistrã. Salutationis autẽ verba eis protulit dicens [Pax vobis.] Sed hæc fuit necessaria. Erat enim eorum pax multipliciter perturbata: & quantũ ad Deum. Cõtra quem quidam peccauerunt negãdo, quidam fugiendo. Mat. 26. Omnes vos scandalũ patiemini in me, &c. Et cõtra hoc proposuit eis pacem reconciliationis ad Deum. Rom. 8. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Hanc enim per passionem fecit. Item quantùm ad ipsos: quia tristes erant: & in fide dubij. Et hanc etiam pacẽ factam proposuit. Psal. Pax multa diligentibus legem tuam. Item quantùm ad exteriores: quia à Iudæis persecutiones persequebantur. Et cõtra hoc dicit eis. [Pax vobis] contra Iudæorũ. s. persecutiones. supra 14. Pacem meam do vobis: pacem, &c. Certam autẽ sui manifestationẽ ostendit eis per manus & latus. Vnde sequitur [Hæc cũ dixisset ostendit eis manus & latus.] quia in eis specialiter remanserunt signa passionis suæ. Luc. vlti. Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Sic & in gloria se ostendet. supra 14. Si quis diligit me sermonẽ meum seruabit. & infrà. Manifestabo ei meipsum.

Gauisi sunt ergo discipuli viso domino.

HIc ponitur apparitionis effectus qui est gaudium in cordibus discipulorũ de visione domini quam promiserat eis. supra 16. Iterum autẽ videbo vos & gaudebit cor vestrum. Sed hoc gaudium implebitur in patria. s. bonis ex aperta visione Dei. Isaiæ vlti. Videbitis & gaudebit cor vestrum, & ossa, &c.

Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me pater & ego mitto vos.

INiungit Apostolis officium. Et primò præmittit pacis vinculum, secundò iniungit officium ibi [Sicut misit me, &c.] Dixit ergo eis iterum. [Pax vobis.] Hoc dixit eis contra perturbationẽ duplicem. Nam contra perturbationem præsentem à Iudæis dixit eis primò. [Pax vobis.] Sed contra conturbationẽ factam à gentibus [Dixit eis iterũ pax vobis.] supra 16. In mundo pressurã habebitis. In me autem pacem. Nam ad gentes mittendi erant. Et ideò statim subditur iniunctio officij [Sicut misit me pater, &c.] In quo ostendit se mediatorẽ inter Deum & homines. 1. Thessalo. 2. Mediator Dei & hominum: homo Christus Iesus, &c. Hoc erat ad consolationẽ discipulorum: qui cognoscentes auctoritatem Christi: sciebãt eum mittere ipsos auctoritate diuina. Item considerantes dignitatem propriam. s. q̄ habeant officiũ proprium Apostolicũ. Apostolus enim idẽ est q̄ missus. Dicit ergo [Sicut misit me pater: & ego mittovos,] sicut pater diligens me misit in mũdum ad passionem tolerandam pro salute fidelium. supra 4. Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mũdum: sed vt saluetur mundus per ipsum. Ita ego diligens vos: mitto vos ad tribulationes sustinendas pro nomine meo. Matth. 11. Ecce ego mitto vos, &c. Secũdò datur eis idoneitas officij per dationẽ spiritussancti. 2. Corin. 3. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, nõ litera sed spiritu. Vnde sequitur.

Hæc cũ dixisset insufflauit: & dixit eis. Accipite spiritumsanctum. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta sunt.

ET circa hanc dationem primò præmittit dationis signum quod est insufflatio. Vnde dicit [Insufflauit.] Simile habetur Gene. 1. Insprasit in faciem eius spiraculum vitę: quod primus homo deprauauit. s. vitæ naturalis: sed hoc Christus reparauit dando spiritumsanctum. Nec est intelligendum q̄ huius flatus Christi fuerit spiritussanctus: sed signum eius. Vnde Augustinus dicit 4. de trinita. Flatus ille corporeus substantia spiritussancti nõ fuit, sed demonstratio per congruam significationem: nõ tamen à patre: sed etiam à filio procedere spiritumsanctũ. Notandum autem q̄ super Christum spiritussanctus missus est. Primò quidẽ in columbę specie in baptismo. supra 3. Et in specie nubis in transfiguratione. Mat. 17. Cuius ratio est: quia gratia Christi, quæ datur per spiritumsanctum deriuanda erat ad nos per propagationẽ gratiæ in sacramentis: & sic descendit in specie columbæ in baptismo: quæ est animal fœcundum. Et per doctrinam. Et sic descendit in nube lucida. Vnde & ibi ostenditur doctor. Vnde dicit. Ipsum audite. Super Apostolos autem primò descendit in flatu ad designandam propagationẽ in sacramentis cuius ipsi ministri erãt. Vnde dicit. Quorum remiseritis peccata, &c. Mat. vltimo. Euntes baptizate eos in nomine patris, &c. Secundò verò in igneis linguis ad significandam propagationẽ gratiæ per doctrinã. Vnde dicit Act. 1. q̄ postquàm repleti sunt sapientiæ statim cœperunt loqui. Secundò ponit dationis verba, dicens [Accipite spiritum sanctum.] Sed nunquid hîc acceperunt spiritumsanctũ? Videtur q̄ non: quia cùm nondùm ascendisset in altum non debuit dona dare hominibus. Et quidem secũdum Chrisostomum: quidam dicunt, q̄ Christus non dedit eis hîc spiritumsanctum: sed præparauit eos ad darionem futurã in Pentecosten. Et mouentur ad hoc: quod Daniel. 10. dicitur, quòd non potuit sustinere visionem angeli: vnde isti nisi præparati potuissent sustinere spiritussancti aduentum. Sed tamen ipse Chrisost. dicit spiritussanctus datus fuit hîc discipulis: non communiter ad omnia: sed ad aliquem effectum, scilicet ad dimittẽdum peccata. Sicut Matthæ. 10. ad faciendum miracula. Augustinus autẽ & Gregorius dicunt quòd spiritussanctus habet duo præcepta dilectionis Dei & proximi. Et ideò primò datus fuit in terra ad designãdum præceptũ dilectionis proximi. Secundò de cœlo ad designandum præceptum dilectionis Dei. Tertiò ponitur dationis fructus. [Quorum remiseritis, &c.] quòd conueniens effectus est spiritussancti, scilicet remissio peccatorũ. Nam ipse charitas est: & per eum nobis datur charitas. Romanorum 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Remissio autem peccatorum non fit nisi per charitatem. Quia Prouerbiorum 10. vniuersa delicta operit charitas. primę Petri 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Hic ergo primò quæritur de hoc quod dicit [Quorum remiseritis peccata.] cùm solus Deus peccata remittat. Ad hoc aliqui dicunt: quod solus Deus culpam: sed sacerdos absoluit tantùm à reatu pœnæ: & denunciat eum absolutum à macula culpæ. Sed hoc non est verum. Nam sacramentum pœnitentiæ cùm sit sacramentum nouæ legis confert gratiam: sicut & in baptismo confert: sed in baptismo sacerdos baptizat instrumentaliter: & tamen confert gratiam. Ergo similiter in sacramento pœnitentiæ sacramentaliter & ministraliter absoluit à pœna & à culpa: inquantùm dat sacramẽtum in quo peccata dimittuntur. Quod autem dicitur quòd solus Deus peccata dimittit verum est auctoritate. Sic etiam solus Deus baptizat: sed sacerdos ministerio (vt dictum est.) Item quæritur de hoc quod dicit. [Accipite spiritumsanctum, &c.] ergo quòd qui non habet spiritumsanctum nõ potsit peccata dimittere. Ad quod dicendum quòd si remissio peccatorum esset proprium opus sacerdotis, id est, quòd ex sua virtute hoc faceret: non vtique posset sanctificare nisi sanctus. Remissio autem peccatorum est proprium opus Dei qui propria virtute & auctoritate peccata dimittit. Sacerdotis autem non est nisi sicut instrumentum. Sicut ergo dominus per seruum & ministrum suum siue sit bonus siue malus potest facere voluntatem suam ad exequendum alius quã: ita & dominus per ministros: etiam si mali sint potest sacramenta conferre in quibus datur gratia. Item quare ad hoc quod dicitur [Quorum remiseritis peccata remittuntur eis.] Ad quod dicendum est, q̄ sicut dictũ est, Sacerdos in sacramẽtis agit sicut minister Dei. primæ Corinthiorum quarto. Sic nos existimet homo: vt ministros Christi: & dispensatores ministeriorum Dei. Eodem ergo modo: quo Deus remittit & retinet peccata: simul & sacerdos. Remittit autem Deus peccata largiendo gratiam: sed dicitur retinere non largiendo eam propter impedimentum ex parte recipientis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic & minister remittit peccata inquantum impendit sacramentum Ecclesiæ. Et retinet inquantū aliquos indignos ostendit à sacramentorum receptione.

LECTVRA V.

Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur Didimus non erat cum eis quando venit Iesus.

POSITA saluatoris apparitione. Hic agit Euangelista de discipuli dubitatiõe. Et primò ponitur discipuli abundantia. Secũdò ponitur sibi facta denũciatio ibi. [Dixerunt ergo ei alij,&c.] Tertiò obstinata eius dubitatio ibi. [Ille autē dixit,&c.] Absens autē discipulis describitur. Primò ex nomine: quia [Thomas] q interpretatur abyssus siue geminus. In abysso autē duo suat. s. ꝓfunditas & obscuritas. Abyssus ergo Thomas obscuritatem infidelitatis, quam habet ex se. Itē abyssus ex profunditate miserationis, quā habet à Christo: vnde de hoc dicitur in Psal. Abyssus profunditatis. s. Christ⁹. Abyssum obscuritatis. s. Thomam inuocat miserãdo, & abyssus obstinationis. s. Thomas, abyssum profunditatis. s. Christum inuocat confirendo. Secundò ex dignitate: quia vnus ex duodecim, non quòd tũc 12. essent: quia iã Iudas interierat. Matt. 27. sed dicitur vnus de 12. quia erat electus ad eã dignitatẽ: quã Deus sacrauerat duodenario numero. Mat. 10. Elegit 12. quos & Apostolos nominauit. Et hũc numerum Deus voluit semper esse integrum. Tertiò ex interpretatione. [Qui dicitur Didimus.] Thomas enim est nomẽ syrum: vel Hebræum, & habet duas interpretationes. s. geminus & abyssus. Geminus autē Latinè, Græcè dicitur Didimus. Et ideò quia Ioan. in Greco scripsit Euãgelium posuit [Didimus.] Dicimus autē geminus quia fortè fuit de tribu Beniamin, in qua aliqui vocabantur gemini. Vel etiam omnes. Vel potest hoc referri ad eius dubitationẽ: quia qui certus est firmatus est in vnã partem, sed qui dubitat accipit vnam partem cũ formidine alterius. Iste ergo Thomas [nõ erat cũ eis.] s. discipulis [quãdo venit Iesus.] Tardiùs enim rediit, quã alij qui de die dispersi erant. Et sic emisit solatium Dñicæ visionis pacis eulogium, & sancti spiritus afflatum. Instruimur autē per hoc à societate separari nõ debere. Hebr. 10. Nõ deserẽtes collectionem nostram, sicut est cõsuetudinis quibusdã. Sed (vt Greg. dicit) nõ hoc casu, sed diuina gestum est voluntate vt electus discipulis tũc deesset, sed diuinæ pietatis dispensatione: vt. s. discipulis dubitãs dũ in magno suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Vnde in hoc apparent potissima signa altissimæ pietatis Dei. Et primò in hoc, ꝙ intãtum diligit genus humanum, ꝙ aliquãdo permittit aliquas tribulatiões fieri electis suis: vt indè aliquod bonũ humano generi ꝓueniat. Propter hoc enim Apostolos, Prophetas, & sanctos Martyres ꝓmisit affligi. Ose. 6. Propter hoc doluit in Prophetas occidi eos ſ verbis oris mei. 2. Cor. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue cõsolamur pro vestra cõsolatione quæ operatur tolerantiã earũdē passionum: quas & nos patimur. Sed qđ adhuc mirabilius est permittit ali quem sanctum labi in peccatum propter instructionẽ: vt quid enim permisit aliquos sanctos & iustos viros grauiter peccasse, sicut ꝙ Dauid adulter fuit & homicida, nisi ꝙ ex hoc instructi cautiores simus & humiliores. Vt qui se existimat stare videat ne cadat. Et qui cecidit eliciat vt resurgat. Vnde Amb. dicit Theodor. Impera. Secutus es errantem, sequi studeas pœnitentem. Et ideò dicit Gregor. quòd plus profuit nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quàm fides credentium discipulorum. Consequenter cùm dicit.

Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus Dominum.

PONit denunciationẽ: quia statim non venit Thomas. [Dixerunt autem alij discipuli. Vidimus Dñm.] Et hoc est ex ordinatione diuina: vt quod vnus accipit à Deò cõmunicet alijs. 1. Pe. 4. Vnusq; sq; gratiã, quã accepit, &c. Et Isa. 22. Quæ audiui à Dño exercituum, &c. Genes. 32. Vidi Dominum & salua, &c. Consequenter cùm dicit.

Ille autē dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius non credam.

PONitur obstinata Thomæ dubitatio. Et quidẽ satis fuisset excusabilis, ꝙ nõ statim credidit: quia (vt dicitur Eccl. 18.) Qui citò credit leuis est corde. Sed multum inuestigare præsertim vbi de secretis Dei agitur grosities mẽtis est. Prouer. 25. Sicut qui mel multũ comedit nõ est ei bonum, sic qui perscrutator est maiestatis opprimetur à gloria. Eccle. 3. Altiora te ne q̃sieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Sed quæ præcepit Deus tibi, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Circa Thomã considerandũ est, ꝙ durus fuit ad credendũ & irrationabilis ad petendũ. Durus quidẽ quia noluit credere nisi sensibili argumẽto, & nõ tantũ vnius sensus sed duorum. s. visus. [Quia nisi videro, &c.] & tactus [& mittã manũ, &c.] Irrationabilis verò fuit quia petebat vulnera videre ad cõprobationem fidei. Cũ maius videret. s. totius hoīs resuscitati reparationem.

Et licèt hoc Thomas propter sui dubietatẽ diceret, tñ hoc diuinitus factum est propter nostrã vtilitatẽ & ædificationẽ. Certum est enim, ꝙ qui se totũ hominem reparauit resurgẽdo, potuit etiam vulnerum cicatrices extergere, sed seruatæ sunt propter nostram vtilitatem.

LECTVRA VI.

Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus & Thomas cũ eis: venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis. Pax vobis.

HIC agitur de secũda apparitione Dñica, qua apparuit oĩb⁹ discipulis præsente Thoma. Et primò ponit Christi apparitionẽ. Secundo discipuli cõfirmationem ibi. [Deindè dixit Thomæ, &c.] Tertiò eorum quæ dicta sunt in Euãgelio recapitulationẽ ibi. [Multa quidẽ & alia signa, &c.] Circa primũ tria facit. Primò describit apparitionis tẽpus. Secũdò manifestat personas quibus apparuit. Tertiò modum apparitionis ostẽdit. Tẽpus quidẽ: quia [post dies octo.] s. à die resurrectionis Dñicæ, in cuius sero facta fuit prima apparitio. Cuius quidem vna rõ literalis est: vt ostenderet etiã Euãgelista, ꝙ licèt Christ⁹ pluries apparuisset discipulis, non tñ cõtinuè conuersatus est cũ eis, cũ non ad eundẽ viuẽdi modũ surrexerit, sicut nec nos ad eandẽ vitã resurgemus. Iob 14. Cũctis diebus quibus nũc milito expecto donec veniat immutatio mea. Secũdò vt Thomas interim auditis à discipulis apparitionẽ præcedentẽ accẽderetur ad maius desiderium, & fideliter fieret ad credendũ. Alia rõ mystica est: quia huius apparitio illã designat: qua nobis apparebit in gloria. 1. Ioã. 3. Cũ apparuerit similes ei erimus, &c. Quę quidẽ apparitio erit in octaua ætate resurgentium. Quibus autẽ apparuit ostẽdit subdẽs. [Iterum erãt discipuli eius intus & Thomas cũ eis.] Vbi notãdũ, ꝙ Thomas sol⁹ hac apparitiõe indigebat, nõ tñ et singulariter Dñs apparuit sed in cõgregatiõe exiſtenti ad designandũ, ꝙ singularitates nõ sunt multũ Deo acceptæ, sed hi qui in cõmunitate charitatis existunt. Mat. 18. Vbi fuerint duo vel tres cõgregati, &c. Similiter etiã hi quibus nũc apparet non sunt collecti simul in vnũ, sic nec in ipsa apparitiõe simul oēs fuerũt, sed in futura simul oēs erunt, ita ꝙ nullus deerit. Mat. 24. Vbi fuerit corpus congregabuntur & aquilæ. & infr. Mittet Angelos suos cũ tuba & voce magna, & cõgregabunt electos eius à quatuor ventis à summis cœlorũ vsq; ad terminos eorũ. Modũ aũt apparẽdi ostẽdit dicẽs. [Venit Iesus ianuis clausis & stetit in medio & dixit, &c.] Qđ suprà est expositũ. Nihilominùs tñ ponit circa hoc tria. Nam primò ponit modũ veniẽdi: quia ianuis clausis, qđ miraculosè factum est (vt dicit Aug.) ea virtute: qua sup. mare siccis pedibus ambulauit. Secũdò modum stãdi: quia in medio vt ab oĩbus videretur, & dicebat vt in medio staret. Tertiò modũ loquẽdi: quia. [Pax vobis.] i. reconciliationis, quã annũciauit facta ad Deum. Rom. 5. Recõciliati sum⁹ Deo ꝑ mortem filij eius. Coll. 1. Pacificãs ꝑ sanguinẽ crucis eius, siue q̃ in cœlis, siue quę in terris sunt. Itẽ æternitatis & ĩmortalitatis futurã, quã ꝓmisit eis habiturã. Psal. Qui posuit fines tuos, &c. Iẽ charitatis & vnitatis, quam præcepit eis seruandam. Mat. 9. Pacem habete inter vos.

Deindè dixit Thomæ. Infer digitum tuũ huc & vide manus meas, & affer manum tuam & mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis.

HIc ponitur cõfirmatio & reuocatio discipuli dubitantis. In quo apparet secundũ signũ diuinæ pietatis, ꝙ electis suis in casu citò subuenit, licèt cadãt. Cadũt cñ electi aliquãdo ficut & reprobi, sed differẽter: quia reprobi frãguntur. Electis verò citò Domin⁹ supponit manũ suã: vt resurgãt. Psal. Cũ ceciderit iustus nõ collidetur: quia Dñs supponit manũ suã. Itẽ. Si dicebã motus est pes meus, misericor dia tua, &c. Et iõ statim supponit Thomæ lapso manũ, ita vt cũ dicerẽt. Nisi videro nõ credã. Reuocat dicens. [Infer digitum tuũ huc.] Et circa hoc tria ponuntur. Primò cicatricum exhibitio. Secundò Thomę cõfessio ibi. [Respõdit Thomas, &c.] Tertiò tarditatis eĩ⁹ reprehensio ibi. [Quia vidisti me, &c.] Notandum autem circa primum, ꝙ Thomas petijt cõditiões vt crederet. s. videre & palpare cicatrices [vt dictum est.] Vt si hoc sibi fieret, promisit se crediturum. Et ideò Dñs eum hìc diceret præsentia suæ diuinitatis asistens, scruatis illis cõditionibus reuocat eũ. Vnde primò exhibet conditionẽ. Secundò petit ꝓmissi solutionẽ ibi. [Noli esse incre. &c.] Conditio fuit palpare cicatrices. Et ideò dicit. [Infer digitum tuum.] Sed hìc oritur dubitatio: quia in corporibus glorificatis nullus potest esse defectus. Cicatrices autē sunt defectus quidã. Quò ergo fuerunt in corpore Christi? Ad hoc respõdet August. in lib. de Symbolo, sic dicens. Posset autẽ de corpore suscitato & glorificato omnẽ maculã cuiusli bet cicatricis in suo corpore abstergere. Sed sciebat quare cicatrices in suo corpore seruaret. Primò quidem vt demõstraret Thomæ non credenti, nisi tãgeret & videret. Deindè verò ad exprobãdum infidelibus & peccatoribus in iudicio. Non vt eis dicat sicut Thomę. Quia vidisti me credidisti. Sed vt conuincens eos dicat: Ecce hominem quem crucifixistis: videte vulnera quæ infixistis, agnoscite latus, quod pupugistis: quoniam & propter vos apertum est: nec tamen intrare voluistis. Iuxta hoc etiam quæritur vtrũ in corporibus martyrũ remaneant vestigia vulnerum? Sed ad hoc similiter respondet Aug. 22. de ciuit. Dei. ꝙ remanebunt quidẽ, non ad turpitudinẽ: sed ad immensum decorẽ, sic dicens: Non hoc in eis deformitas: sed dignitas erit: & quidẽ in corpore nõ corporis: sed virtutis pulchritudo fulgebit. Nec ideò tamen si aliqua martyribus amputata vel ablata sunt membra: sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum: quibus dictum est. Capillus de capite vestro nõ peribit sed vbi membra: vt præscindentur percussa sunt vel secta: ibi cicatrices: sed in eisdem membris redditis: nõ perditis apparebunt. Sed secundum Gregor. Cùm quod incorruptibile est palpari nõ possit: quomodò dominus corpus suum quod incorruptibile erat palpandũ præbuit? Rom. 6. Christus resurgẽs ex mortuis iam nõ moritur. Vnde hac ratione motus Euthicius hæreticus dixit: ꝙ corpus Christi & corpora omniũ resurgentium nõ erunt palpabilia: sed subtilia & spiritualia ad modum venti: & spirituum. Sed quia hoc est cõtra illud quod dominus dicit Luc. vlti. Palpate & videte quia spiritus carnẽ & ossa nõ habet. Incorruptibilẽ ergo & palpabilem se dominus demõstrauit: vt ostẽderet corpus suum esse post resurrectionẽ eiusdem naturę ꝙ fuerat corruptibile: & induerat incorruptionẽ. 1. Corinth. 3. Et alterius gloriæ: quia quod grossum & ignobile fuerat surrexit in gloria: & subtile per effectum spiritualis potentiæ. Sed addit [Et vide manus] quæ pependerunt in cruce [Et mitte in latus] lancea perforatum: & cognosce me illum eundem esse: qui pependit in cruce. Mysticè autem per digitũ discretio designatur: per manus opus nostrũ. Modum ergo & digitũ & manus in latus suum mittere vt quicquid nobis est discretionis: & operis in Christi seruitiũ expendamus. Galat. vlti. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini, &c. Et petit promissi solutionẽ, dicẽs: [Et noli esse incredulus sed fidelis.] Apocalyp. 2. Esto fidelis vsq; ad mortem. Consequenter cùm dicit

Respõdit Thomas, & dixit? Dñs meus & Deus meus.

PONitur Thomæ confessio. Vbi apparet ꝙ statim factus est Thomas bonus theologus verã fidem confitẽdo. Quia humanitatis Christi: cũ dicit [Dominus meus.] Sic enim vocabãt eum ante passionem. supra 14. Vos vocatis me magister & domine. Item diuinitatis: quia [Deus meus.] Ante enim nõ vocabant eum Deum: nisi ꝙ Petrus dixit Matt. 16. Tu es Christus filius Dei viui. 1. Ioan. vlti. Hic est verus Deus & vita æterna. Psal. Deus Deus meus: & cõfitebor, &c. Tarditatem autem Thomæ dominus arguit dicens.

Dixit ei Iesus. quia vidisti me Thoma, credidisti.

ET primò reprehendit eius tarditatẽ, secundò cõmendat aliorũ ad credendum facilitatẽ ibi. [Beati qui nõ viderunt & crediderunt.] Dixit ergo [Quia vidisti me.] Vbi est vna dubitatio: quia cũ fides sit substantia sperandarũ rerum, argumẽtum nõ apparentium: (vt dicit Hebrę. 11.) Quomodò hic dominus Christus dicit. [Quia vidisti me credidisti.] Sed dicendũ ꝙ aliud vidit: & aliud credidit. Vidit hominẽ & cicatrices & ex hoc credidit diuinitatẽ resurgentis. Sed secunda dubitatio est: quia Thomæ petenti, Nisi videro & tetigero. Deus vtrúnque exhibuit. s. tactum & visum. ergo debuit dicere: quia vidisti tetigisti & credidisti. Respondeo dicẽdum secũdum Augustinũ, ꝙ sensu visus vtimur pro quolibet sensu: dicimus enim vide quomodò calet quomodò sonat, quomodò sapit, quomodò redolet. Dicit ergo infer digitum tuum huc & vide. Nunquid in digito fit visus? Sed dicitur quasi tange: & experiri: ita & hic. [Quia vidisti me.] i. quia expertus es etiã per tactum. Vel dicendum ꝙ Thomas videns vulnera: & cicatrices confusus est in seipso: & antequàm poneret digitum credidit, & dixit [Dominus meus & Deus meus.] Sed tamen Gregorius dicit ꝙ tetigit & ad visum confessus est. Consequenter cùm dicit.

Beati qui non viderunt & crediderunt.

COmmendat facilitatem aliorum ad credendum. Et hoc specialiter ad nos pertinet. Vtitur autem præterito pro futuro propter certitudinẽ. Sed contra hoc Luc. 10. dicitur. Beati oculi qui vident quę vos videtis. Ergo magis beati qui viderunt quàm qui nõ viderũt. Respondeo, ꝙ duplex est beatitudo: vna est rei quæ cõsistit in munere diuino de quo quantò alicui plus conceditur tantò beatior est. Et sic quantũ ad hoc beati sunt oculi qui vident quia hoc est munus gratiæ. Alia est beatitudo spei quæ consistit in merito. Vnde secundum hanc tantò quis est beatior: quantò potest plus mereri. Plus autem meretur qui credit, & nõ vidit, quàm qui videns credit.

Multa quidem & alia signa fecit Iesus in cõspectu discipulorũ suorum quæ nõ sunt scripta in libro hoc. Hæc autẽ scripta sunt vt credatis: quia Iesus est filius Dei: & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

HIc ponitur epilogus. Et primò ponitur insufficientia huius scripturæ. Secundo, eius vtilitas ibi. [Hæc autẽ scripta sunt vt credatis, &c.] Insufficientia quidẽ apparet: quia multa & alia fecit Iesus signa: & facta quæ non sunt scripta in libro hoc. Iob 26. Ecce hęc ex parte dicta sunt viarũ eius, &c. Eccl. 43. Multa sunt abscondita maiora his (pauca enim videmus eius.) Sed secũdum Chrisost. hoc ideò dicit: quia pauciora miracula narrat Ioannes quàm alij Euangelistæ. Et ideò ne videretur ea negare dicit hoc. Et ideò specialiter subdit, [Quæ non sunt scripta in libro hoc.] Vel hoc refertur ad passionẽ & resurrectionẽ: quasi multa ostensiua suæ resurrectionis post resurrectionẽ fecit in conspectu discipulorũ: quæ non ostendit alijs. Act. 10. Dedit eum manifestum fieri nõ omni populo: sed testibus pręordinatis à Deo. Ponitur & huius vtilitas: quia effectus fidei. Quia [hæc scripta sunt: vt credatis: quia Iesus est Christus filius Dei & vt credentes vitã habeatis in nomine eius.] Ad hoc enim est tota scriptura noui & veteris testamenti. Psal. In capite libri scriptũ est de me. supra 5. Scrutamini scripturas: quoniam ipsę sunt quę testimonium perhibent de me. Itẽ fructus vitæ: quia [vt credentes vitã habeatis.] Hìc vitã iustitiæ quæ habetur per fidem. Abac. 1. Iustus autem meus ex fide viuit: & in futuro vitam spei: quæ habetur per gloriam & [in nomine eius,] scilicet Christi. Act. 10. Non est aliud nomen sub cœlo in quo oporteat saluos fieri.

CAP. XXI.

LECT. I.

Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare tyberiadis.

POSITIS duabus apparitionibus Christi ad discipulos. Hìc ponit Euãgelista tertiam apparitionẽ. Et si ordinem & finẽ harũ apparitionum consideremus, patet ꝙ in prima ostendit suæ diuinitatis auctoritatẽ spiritumsanctũ ibi insufflando. In secunda personæ identitatem cicatrices ostendendo. In tertia naturæ resurgentis veritatem cum eis comedendo. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima ostendit quid cõmuniter discipulis pluribus dominus exhibuit. In secũda quid specialiter duobus prędilectis ibi. [cũ ergo prandissent, &c.] Circa primũ primò ponitur apparitionis titulus. Secundò apparitionis modus ibi. [Manifestauit autē sic, &c.] Tertiò apparitionis epilogus ibi. [Hoc iam tertiò.] In titulo autẽ tria designantur. s. tempus, modus, & locus. Tempus quidem: quia [postea.] i. post prædicta. Quod signanter dicit. Quia (vt dictũ est) non cõtinuè erat cũ eis: sed per vices eis apparebat. Cuius ratio est: quia nõ surrexerat ad eandem vitãsed ad gloriosam: in qua sunt angeli & erunt beati. Daniel. 2. Exceptis dijs. i. angelis quorũ conuersatio nõ est cũ hominibus. Sed cùm suprà fecerit quandam conclusionem dicens: Hæc autẽ scripta sunt. Quare addit hìc hanc narrationem? Ad hæc Augustin. alsignat rationẽ mysticam. Per hanc enim apparitionẽ significatur gloria futuræ vitæ: quando nobis apparebit sicuti est. Et ideò post finẽ hanc posuit vt faceret euidentiorẽ locum quo illam daret intelligi. Modum verò ponit: quia [manifestauit se, &c.] In natura enim corporis glorioſi est: & virtutis: vt possit videri. & nõ videri (sicut vult) à corpore nõ glorioso: & ideò dicit [Manifestauit.] i. se visibilem præbuit. In hoc etiam modo dicitur apparere: quod idem est ꝙ manifestari. Act. 1. Per dies quadraginta apparens eis. Nam (vt Ambrosius dicit) Id apparet in cuius potestate est videri: & nõ videri. Locus autem est [ad mare tyberiadis.] quod est mare galileæ: sed tyberiadis dicitur à tyberiade ciuitate ædificata in honorẽ Tyberij Cæsaris. Ponit autẽ hoc Euangelista. Primò quidẽ vt ostendat completã esse promissionẽ factam discipulis. Mat. 27. Præcedet vos in Galileam. Secũdò vt ostendat quoniam dominus plurimũ timorem de cordibus discipulorũ abstulerat: vt de reliquo iam non in domo manerẽt inclusi: sed longè procedunt vsque in Galilæam. Consequenter cùm dicit.

Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Natanaël qui erat à cana Galilææ: & filij Zebedei: & alij ex discipulis eius duo.

PONitur ipsa apparitio. Et primò ponũtur personę quibus facta est. Secũdò ipsarũ personarũ officium ibi. [Dixit eis Simon Petrus, &c.] Tertiò apparitionis modum ibi. [Mane autẽ facto, &c.] Personę autẽ quibus se manifestauit sunt septẽ. Vnde dicit. [Erãt autem simul Simon Petrus] qui negauerat. [& Thomas qui dicit Didymus] qui in prima apparitiõe nõ fuerat. [& Nathanaël qui erat à cana Galilææ] qui (vt creditur) frater Philippi erat, de quo suprà 2. [Et filij Zebedei.] i. Iacobus & Ioannes. [& alij ex discipulis eius duo.] qui nõ exprimũtur nominatur. Per hunc autẽ numerũ mystice significatur futuræ glorię apparitio, quę erat post septimã ætatem. s. in octaua quæ est resurgentium. Isa. vlti. Erit mensis ex mense: & sabbatũ ex sabbato: & venient omnis caro vt adoret coram facie mea. Officium autẽ quo occupati erant est piscationis. Vnde dicit.

Universidad de Deusto Biblioteca

Dixit eis Simon Petrus. Vado piscari. Dicũt ei. Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt.

ET primò ponitur Petri inuitatio ad hoc officium. Secundò aliorum assensus. Tertiò officij executio. Inuitat quidẽ ad officium dicens [vado piscari.] Per quod quidem mysticè significatur prędicationis officium. Matth.4. Faciã vos fieri piscatores hominum Sic ergo dixit Petr⁹ [vado piscari.] Per quod mysticè significatur, quòd alios assumit in partẽ suæ solicitudinis & prædicationis Exo.18. Leuius tibi sit partito in alios honore. Sed cõtra. Luc.9. Nemo mittens manum suã ad aratrum, &c. Cõstat autem, ꝙ Petrus dimiserat piscationem: quomodò ergo redijt & respexerat retrò, &c. Responsio secundum Aug. Si redisset ad officium piscatiõis ante resurrectionem Christi & vulnerũ inspectionem, putaremus eũ ex desperatione hoc fecisse. Nunc verò post eum sibi de sepulchro reditum viuum, post inspecta vulnerum loca, & acceptum eius insufflatione spiritum sanctum facti sunt sicut fuerãt piscium piscatores. Per quod datur intelligi, ꝙ prædicator potest ex arte sua licita victum necessarium quęrere sui apostolatus integritate seruata, si aliundè nõ habeat. Si enim beatus Paulus vt alios non grauaret, artẽ, quã non nouerat didicit: vt sibi necessarium acquireret victum: quantò magis Petrus de arte sua licita potuit hoc facere. Sed dicit, ꝙ hoc est faciendũ qñ non habet aliundè. Sed cõstat, ꝙ semper habet & habuit: quia Dñs promisit dicens: Quærite primum regnũ Dei & hæc oĩa adijcientur vobis. s. necessaria. Ad quod dicẽdum est, ꝙ verum est, ꝙ adijciuntur, sed nobis cooperãtibus. Et ideò Dñs Petro cooperãte hoc ĩpleuit. Nã quis alius pisces qui caperẽtur apposuit nisi ipse Dñs? Sed notãdum secũdum Greg. ꝙ duplex est officium. Vnum, quod occupat mentem & impedit spiritualia, & ad tale officium nõ est redeũdum, nec eo procurandum victum. Sicut est vectigal, & huiusmodi. Vnde Matt. non legimus redijsse ad theloneũ. Est autẽ & aliud, quod sine peccato & mẽtis occupatiõe exerceri põt, sicut est officiũ piscatiõis & huiusmodi, & iõ hoc negotiũ post cõuersionẽ repetere culpa non fuit. Assensus autẽ aliorum ponitur cũ dicit. [Venimus & nos tecum.] In quo datur exẽplum prędicatoribus & prælatis summo opere ad cõuersionem peccatorum laborare. Prouer.18. Frater q iuuatur à fratre quasi vnitas firma. Eccl.50. Circa illũ corona fratrum quasi plãtatio cedri in Mõte Libano. Executio verò officij ponitur cũ dicit. [Exierũt & ascẽderunt in nauim, & illa nocte nihil prẽdiderunt.] Et tãgit tria quæ debent facere prædicatores. Primò quidẽ exire à peccatorũ conuersatione. 2.Cor.6. Exite de medio eorum. s. Caldæorum & separamini dixit Dñs, & immundum ne tetigeritis & ego recipiam vos. A carnalium affectione. Gen.12. Egredere de terra tua, &c. Et à quietis cõtẽplatione. Canti. 7. Egrediamur in agrum, cõmoremur in vineis. Mane surgamus ad vineas, &c. Secundò debẽt ascẽdere in nauem. i. ꝑficere in charitate vnitatis Ecclesiæ, quę dicitur nauis. 1.Pe.3. In diebus Noẽ cũ fabricaretur archa in aqua, pauci. i. octo aĩæ saluæ factæ sunt per aquam. Itẽ in naui crucis assumẽdo carnis mortificationẽ. Gal. vlti. Mihi absit gloriari nisi in cruce, &c. Sap.8. Bñdictũ lignum per quod fit iustitia. Tertiò totalis de adiutorio Christi fiducia. Vnde [tota nocte illa nihil prendiderunt:] quia quãdiu deest auxilium diuinum, & interior prædicator, frustrà laborat lingua prædicatoris, sed tũc capiunt: quãdo venit lux corda illuminãs. Psal. Emitte lucem tuã & veritatem tuã. Vnde hoc modo nox dicitur carentia diuini auxilij. 70.9. Venit nox quando nemo potest operari. Vel [in nocte. i.] in Veteri Testamento, [nihil prendi.] Quia non potuerunt gentes ad fidem auertere. Rom.13. Nox præcessit. Secundum autem Aug. de nocte piscabantur: quia adhuc timidi erãt. Modus autem appropriationi ponitur cùm dicit.

Mane autem iam facto stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est.

ET primò exhibet corporalem inspectionem. Secundò sui cognitionem ibi, [pueri nunquid, &c.] Tertiò familiarem comestionem ibi. [Dixit eis Iesus, afferte, &c.] Dixit ergo. [Mane autẽ iam facto.] Mysticè autem per mane intelligitur gloria resurrectionis. Psalm. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Item status vitæ æternæ. Psalm. Mane astabo, &c. Sed cùm ante passionem in simili miraculo non steterit in littore, sed in naui: quare post passionẽ in littore stat? Cuius ratio est: quia mare cõmotionem præsentis sæculi significat: Littus autem est terminus maris. Hier.5. Posuit harenam terminum mari præceptũ sempiternum, quod non præteribit. Christus autẽ ante passionẽ in mari stetit: qa corpus mortale habebat. Sed post resurrectionẽ iam corruptionem carnis excesserat, ideò in littore stetit. Vel ignorantia discipulorũ est: [quia non cognouerũt eũ: quia Iesus est.] Per quod datur intelligi, quòd in mari huius fluctuationis non possumus Christi secreta cognoscere. Isai. 64. Oculus non vidit Deus absq; te quæ præparasti expectantibus te. Consequenter cùm dicit.

Dixit ergo eis Iesus. Pueri: Nunquid pulmẽtarium habetis? Respõderunt ei: Nõ, dixit eis. Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.

INducit eos ad cognitionẽ suam. Et primò ponitur reductio ad sui cognitionem. Secundò ordo ibi. [Dixit ergo discipulus ille, &c.] Circa primum tria facit. Primò ponitur Dñi inquisitio de pulmẽto [Pueri: Nunquid pulmẽtarium habetis?] Credebãt enim discipuli, ꝙ nõ esset Christus, sed aliquis piscium emptor, & ideò loquitur eis vt emptor. Mysticè autem à nobis pulmẽtum petit vnde reficiatur, quod est obediẽtia mãdatorum Dei. sup.6. Meus cibus est: vt faciam voluntatẽ eius qui misit me: vt perficiã opus eius. [Respõderunt ei.] s. discipuli. [Nõ.] s. à nobisipsis. Rom.7. Nã velle adiacet mihi, perficere autẽ bonum nõ inuenio. Secundò mãdatum. [Mittite in dexteram nauigij, &c.] Sed Luc.13 Simile habetur factum, non tñ præcepit eis vt mitterent ad dexterã, sicut hîc. Cuius rõ est: quia per hanc significatur piscatio, per quã prædestinati trahũtur ad vitã æternã, ad quã non introducuntur nisi filij dexteræ. Prouer.4. Vias quę à dextris sunt nouit Dñs, peruersæ autem sunt quæ à sinistris sunt. Psal. Dextera Dñi fecit virtutem. In alia autẽ piscatione significabatur vocatio ad præsentẽ Ecclesiã. Et ideò indifferẽter ex omni parte mittitur rete: quia capiuntur & trahuntur ad ipsum de singulis. Lucæ 14. Exi citò in plateas & vicos. Cõsequenter ponitur obediẽtia discipulorum, cùm dicit. [Miserunt ergo rete,] & effectus obediẽtiæ. Quia [iam nõ valebãt illud trahere præ multitudine piscium.] i. saluandorum. Gen.22. Benedicẽtur in semine tuo omnes gentes: quia obedisti voci meæ. Apoc.4. Vidi turbã magnã, quã dinumerare nemo poterat. Differt autẽ hæc piscatio ab illa de Luca: quia in illa rũpitur rete. Sic Ecclesia scissuras patitur per dissensiones & Hæreses. In ista autẽ non rũpitur rete: quia in futura vita nulla erit scissura. Item in illa pisces trahuntur ad nauem. In ista autẽ ad littus: quia sancti qui sunt in illa gloria occulti sunt nobis. Psalm. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum.

LECTVRA II.

Dixit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro. Dominus est. Simon Petrus cùm audisset quia Dominus est, tunica succinxit se. Erat enim nudus, & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt. Non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium.

POSITA inductione ad cognoscendum Christũ quĩ fuit multitudo piscium captorũ eis à Christo præstita. Hîc cõsequenter ponitur ordo recognitiõis. Et primò ponit quomodò in ea se habuit Ioãnes. Secũdò quomodò se habuit Petrus. Tertiò quomodò se habuerunt alij discipuli. Ioãnes autẽ (vt perspicax in cognoscẽdo) statim Christum cognouit. Et ideò dixit Petro quẽ præ cæteris diligebat, & etiã quia prior erat inter alios. [Dñs est.] Mot⁹ ad hoc ex captura pisciũ. Psal. Tu dominaris potestati maris. Et alibi. Oĩa quęcũq; voluit Dñs fecit in cœlo & in terra. Dixit autẽ. [Dñs est:] quia isto noĩe soliti erant vocare eum. sup.13. Vos vocatis me magister & Dñe. Petrus verò ponitur feruẽs ad cõsequẽdum, cuius feruor apparet. Primò quãtum ad prõptitudinem. Vnde dixit. [Simon Petrus cũ audisset quia Dñs est, succinxit se (erat eñi nud⁹) & misit se ĩ mare. Alij aũt discipuli, &c.] Simõ Petrus cũ audisset nõ distulit, sed statim prẹparat se ad eundũ. Eccl.5. Ne tardes cõuerti ad Dñm, neq; differas de die in diẽ. Secũdò quãtum ad reuerentiam eius ad Christum: quia noluit nudus præ pudore accedere [sed tunica succinxit se, erat enim nudus,] & propter caliditatem terræ, & propter expeditionem operis. Et per hoc datur intelligi, ꝙ veniẽtes ad Christum debẽt exuere veterẽ hominem, & induere nouum: qui secundum Deum creatus est in fide. Apocaly.3. Qui vicerit vestietur sic vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ. Tertiò quantum ad eius securitatem: quia ex nimia dilectiõe noluit cum naui ire: qua retardabatur, sed [misit se in mare:] vt citiùs perueniret ad Christum. Mysticè autem per mare signatur tribulatio præsentis sęculi. Vnde illi qui desiderãt peruenire ad Christum in mare se mittunt, non refugiunt tribulationes huius mundi. Actuum decimoquarto. Per multas tribulationes oportet intrare nos in regnum Dei. Ecclesiast.2. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationẽ. Petrus autem misit se in mare, & tamen illæsus peruenit ad Christum: quia inter tribulationes securus & illæsus Christi seruus euadit. Sapiẽ.14. Dedisti in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam. Et (vt Chrisosto. dixit) ponitur hîc optimè conditio Ioannis & Petri: quia Ioannes altior intellectu. Petrus feruentior affectu. Alij autem discipuli nauigauerunt, &c. Vnde primò ponit quid fecerunt quia [nauigio venerunt] quia minus feruentes Petro. Nauigium significat ecclesiam. Sapien.14. Spes orbis terrarum ad ratem confugiens remisit sæculo semen natiuitatis. Et per hanc signatur ecclesia (vt habetur primæ Petri tertio.) [Alij verò nauigio venerunt.] id est, protecti societate ecclesię: quę est terribilis vt castrorum acies ordinata. Psalmist. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Secundò assignat rationem prædictorum cùm dicit [Non enim longè erant à terra: sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium.] Quod potest esse ratio: quare Petrus se misit in mare, scilicet, quia prope terram erat. Vel quare isti citò peruenerunt. Et quidem non longè erant: quia ecclesia non longè est à terra viuentium. (est enim domus Dei & porta cœli Genesis 28.) Et terram illam sancti quotidiè contemplantur. secundæ Corinthiorũ 4. Non contemplantibus nobis quæ videntur: sed quæ non videntur. Philippen.3. Nostra conuersatio in cœlis est. Et dicit [cubitis ducentis.] Quod idem significant duæ naues. Lucæ quinto, scilicet duos populos: de quibus electi trahuntur ad vitam æternã. Epheseo.2. Vt duos condet in semetipso in vnum nouum hominem faciens pacem & reconcilians ambos in vno corpore Deo. Rete autem quo pisces trahuntur est doctrina fidei, qua quidem Deus trahit inspirando interiùs. Supra 7. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Et Apostoli exhortando (vt hîc.)

Vt ergo descenderunt in terram viderũt prunas positas & piscem superpositum & panem.

HIc ponitur quomodò Christus suis discipulis exhibet familiare conuiuium. Et primò conuiuij præparatio. Secũdò Christi ad conuiuiũ inuitatio ibi. [Dixit eis Iesus. Venite, &c.] Tertiò ipsa conuiuij refectio ibi. [venit Iesus & accepit panem, &c.] Præparatio conuiuij describitur primò quantùm ad ea quæ Christo præparata sunt. Secũdò quantùm ad ea quæ discipulis sunt allata ibi. [Dixit eis Iesus. Afferte, &c.] A Christo autem sunt præparata tria. Primò piscis & panis. vnde dicit [vt ergo descenderunt de naui in terram viderunt prunas] quas Christus sua potestate creauerat ex nihilo vel ex aliqua præiacenti materia formauerat. Sed supra 6. Pauit turbam de panibus multiplicatis. Hîc autem post passionem suam miraculosè de nouo creat vel format: quia iam non est tempus infirmitatis ostendendæ: sed potestatis manifestandæ. Nam id quod suprà fecit ante passionem fuit condescensionis: quia si voluisset potuisset de nouo creare vel formare. Per hoc autem datur intelligi ꝙ in conuiuio spirituali præparatur à Christo aliquid. Et siquidem conuiuium hoc sumatur allegoricè pro conuiuio ecclesiæ: sic Christus ista tria præparat, scilicet prunas charitatis. Prouerbior.25. Hæc autem faciens carbones ignis congeres super caput eius. Ezech.10. Imple manũ tuam prunis ignis. Has prunas Christus de cœlo portauit ad terras. supra 13. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem. Item Lucæ 12. Ignem veni mittere in terram. Item præparat piscem suppositis prunis: qui est Christus. Nam piscis assus est Christus passus: qui super prunas ponitur: quando ex incendio charitatis ad nos immolatur in cruce. Epheseo. 5. Obtulit semetipsum pro nobis oblationẽ & hostiam Deo in odorem suauitatis. Item idem. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione: sicut Christus dilexit vos. Item præparat panes quibus reficitur: qui est ipse. Nam inquantum Christus latet per suam diuinitatem dicitur piscis: cuius proprietas est latere sub aquis. Isaiæ 45. Verè tu es Deus absconditus. Sed inquantùm nos reficit per doctrinam: & etiam dat nobis corpus suum in cibum verè panis est. supra 7. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Isaiæ 30. Panis frugum terræ tuæ erit vberrimus & pinguis. Sed ad hoc conuiuium debet afferri aliquid ex parte ministrorum ecclesiæ: sed tamen nihil nisi præexistat nobis à Deo. Quid autem afferatur, subdit.

Dixit eis Iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus. Et cùm tanti essent non est scissum rete.

ET primò ponitur mãdatũ domini. Secundò executio discipuli. Præcipit autem vt afferant de piscibus ab eis captis, quasi diceret. Ego dedi donum charitatis assari corpus in cruce & proposui vobis panem doctrinæ: ex quo perficitur & roboratur ecclesia: vestrum est: vt vos alios capiatis: & isti sunt qui conuertuntur ad prædicationem Apostolorum. Psal. Afferte domino filij Dei. Isaiæ vlti. Adducetis omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum domino. Si autẽ hoc conuiuium sumatur pro conuiuio morali. Sic Christus ad conuiuium animæ præparat primum prunas charitatis. Ro.5. Charitas Dei diffusa est in cordibus. Lucæ 12. Ignem veni mittere in terram. Item piscem, id est, fidem absconditã cùm sit de nõ apparentibus. Hebr.11. Item panem, id est, solidam doctrinam. Hebræ.6. Perfectorum autem est solidus cibus. Ad quod conuiuium ex parte nostra requiritur: vt benè vtamur gratia nobis concessa. 1.Corint.15. Gratia Dei sum id quod sum. Et gratia eius in me vacua non fuit Vnde præcipit [Afferte de piscibus,] id est, portetis vestra bona opera vobis data. Matthæi 5. Sic luceat lux vestra, &c. Et ideò consequenter ponitur executio discipuli, scilicet Petri qui feruẽtior erat. Vnde dicit [Ascendit autem Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus.] Ascendit in gubernaculum ecclesiæ. Cantic.7. Ascendam in statum perfectiõis. Psal. Ascensiones in corde suo disposuit [& traxit rete in terram.] quia ipsi sancta ecclesia est commissa: & ipsi specialiter dicitur: Pasce oues meas infra eodem. Quod ergo tunc Christus aperit in voce dicens, Pasce oues meas: hoc ipse nũc præfigurat in opere. Nam ipse pisces ad soliditatem littoris protrahit: quia stabilitatem æternæ patriæ fidelibus ostendit. Sed dicit [rete plenum magnis piscib.] quia quos prædestinauit hos & vocauit, & quos vocauit hos & magnificauit. Romanorum 8. Ecclesiast.44. Homines magni virtute & prudentia sua præditi annunciantes in Prophetis dignitatem & imperantes in præsenti populo & virtutẽ prudentiæ sanctissima verba. In alia autem piscatione non additur murmur sicut hîc. Fuerunt enim centum quinquaginta tres. Quia in vocatione ad præsentem ecclesiam trahũtur boni & mali (vt dicitur Ecclesiast.1.) Stultorum infinitus est numerus. Vnde Genesis 28 dicitur Abrahæ de illa vocatione. Erit semen tuum sicut arena quæ est in littore maris, quæ ponitur in malam partem. Sed de ista dicitur. Inspice stellas, & numera eas si potes. Hi enim numerantur à Deo quasi habiti in pretio. Psal. Qui numerat multitudinẽ stellarum. Sed nunquid non plures saluabuntur quàm centum quinquaginta tres? imò plures. Sed hic numerus aliquid mysticè signat. Nullus enim potest ad patriam venire, nisi per obseruantiam decalogi. Nec hoc obseruari potest nisi per septiformem gratiam spiritussancti. De quo Isa. 11. Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris domini. Sanctificatio autem primò legitur facta in septimo die. Genesis 1. Benedicens diei septimo sanctificauit illum, Decem autem & septem faciunt. 17. Si ergo numeretur tali ordine progressionis: vt primò accipiat vnum & duo quæ faciunt tria: & tria quæ faciunt. 6. & quatuor quæ faciunt decem, & decem & quinque, quæ faciunt quindecim: & sic deinceps addendo numerum qui sequitur vsque ad decem, & septem: numero coniuncto, centũ fiunt quinquagintatres. Vel aliter. Hi discipuli quibus Christus apparuit erant septem. Multiplicando autem septem per septẽ: quæ sunt dona spiritussancti, fiunt quadragintanouem: quibus addas vnum ad significãdum vnitatis perfectionem, in qua esse debent filij Dei: qui spiritu Dei agũtur, fiunt quinquaginta: quibus triplicatis, & iterum additis tribus ad significandum fidem trinitatis: quæ in confessione cordis, & oris, & operis consistit: fiunt centum quinquagintatres. Quia qui sunt perfecti septem donis spiritussancti: & vniti in fide trinitatis perueniunt ad patrem. Sed dicit [Et cùm tanti essent non est scissum rete.] In alia autem dicitur quòd rumpebatur: quia in præsenti ecclesia, quæ per illam significatur, sunt multę scissurę scismatum: hæresum: seditionum: sed totaliter nõ rumpitur: Quia ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Matth. vltim. Sed in futura patria quæ significatur per istam, id est, in illa pace sanctorum nulla erunt scismata. Psalm. Qui posuit fines tuos pacem. Consequenter cùm dicit.

Dixit eis Iesus. Venite prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: tu quis es? scientes quia dominus est.

POnitur inuitatio ad conuiuium præparatum. Et primò ponitur Christi inuitatio. Secundò discipulorum in conuiuio dispositio ibi. [Et nemo audebat, &c.] Inuitat autem ad conuiuium Christus interiùs inspirando per seipsum dicẽs. [Venite, prandete.] Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. Cantic.5. Comedite amici bibite & inebriamini charissimi. Et exteriùs docendo: & exhortando per alios. Lucæ 18. Homo quidam fecit cœnam magnam: & misit seruum suum hora cœnæ dicere, &c. Dispositio discipulorum ponitur cùm dicit [Et nemo audebat discumbentium,] Quod secundum Augustinum, designat discipulorum de resurrectione Christi certitudinem: quia, scilicet ita certi erant quòd Christus esset: quòd nullus discumbentium ausus est dubitare an ipse esset. Et quia interrogatio est signum dubitationis: nullus audebat eum interrogare [Tu quis es?] supra 16. In illo die me nõ interrogabitis quicquam. Secundum Chrisostomum significat maiorem solito reuerentiam discipulorum ad Christum. Libenter interrogassent eum. Sed Christus apparuit eis in quodam magnifico aspectu: & mirabili gloria: ita vt non auderent eum interrogare præ stupore & reuerentia. Et hoc specialiter detinebat eos ab interrogando: quia sciebant [quoniam dominus est.] Consequenter cùm dicit.

Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter.

POnitur ipsa refectio, quã habuerunt ipso manducante. Psal. Apperis tu manum tuã, &c. Ipse est enim qui dat escam illorum in tẽpore oportuno. Sed nunquid Christus comedit cum eis? Dicẽdum, quòd sic, licèt hic nõ exprimatur. Luc. vlt. expresè dicitur, quòd comedit cum eis. Et Act. 1. dicitur. Et conuescens præcepit eis, &c. Sed nunquid fuit vera comestio? Responsio, dicendum ad hoc, q̃ aliquis actus dicitur esse verus dupliciter. S. veritate significatiõis, & veritate speciei. Veritate quidẽ significationis verus est actus: qui configuratur rei significatæ sicut si volo aliquid significare p rationẽ, & illud, quod significo est verum, & cõcordat rei significatæ, sic omninò est vera veritate significatiõis speciei, sic hoc, quod dixit Christus. Ego sum vitis vera: verum est, licèt nõ sit vitis vera secũdum speciẽ vitis secundũ quod vitis significat. Secundũ veritatem speciei dicitur aliquid verũ, quod habet quæ pertinẽt ad speciei veritatẽ. Huiusmodi autẽ sunt principia speciei. Nõ autem affectus eius cõsequẽtes, sicut locutio hæc. Homo est animal, primo modo vera est: quia verũ significat, sed veritate speciei nõ est vera nisi formetur ab ore animalis loquentis organis debitis. Nec requiritur ad eius effectus locutionis, purã, quòd audiatur & huiusmodi. Sic ergo dicendũ est de comestione, q̃ aliqua est vera veritate significationis tantùm, sicut comestio Angelorum: quia in Angelis non sunt mẽbra ordinata ad comestionem, sed verum est illud, quod ipsi per hoc significabant. S. desideriũ, quod habebant de salute hominum. Comestio autẽ Christi post resurrectionem vera fuit, & veritate significatiõis: quia ad hoc fiebat: vt ostẽderet se habere naturam humanã: quam in veritate habebat, & veritate speciei: quia habebat instrumẽta propria ad comestionẽ. Sed tamẽ effectus cõsequentes comestionem nõ erant ibi: quia cibus nõ fuit cõuersus in comedentem (cùm haberet corpus glorificatum & incorruptibile) sed resolutus fuit virtute diuina in præiacentem materiam. Huiusmodi autem effectus nihil faciunt ad veritatem speciei (vt dictum est.) Consequenter cùm dicit.

Hoc iã tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis, cùm surrexisset à mortuis.

EPilogat apparitiones. Et secundum Augusti. Si hoc, quod dicit. [Iam tertiò,] referatur ad vices, nõ est verum. Quia (vt dictum est primo die apparuit quinque vicibus.) Posteà quidem octauo die quando Thomas erat cum eis. supra 20. Secundò iuxta mare vt hic. Tertiò in Monte Galilææ vt habetur Matth. vltim. Quartò recumbentibus. Marc. vlti. Quintò ipso die Ascensionis. Quando videntibus illis eleuatus est. Act. 1. Quãquam pluribus alijs vicib' apparuit eis per dies quadraginta licèt non sit scriptum. Est ergo. [Hoc iam tertio] referendum ad dies quibus apparuit. Quia prima die apparuit ipso die resurrectionis. Sed à die in octaua ipsius resurrectionis. supr. 20. Et post dies octo. Et tertia die apparuit hic. Vel dicendum, quòd etiam referendo ad vices saluatur veritas dictii: quia non legitur, quòd multis discipulis simul congregatis apparuit, nisi primò de sero, cùm fores essent clausæ, &c. Et secundò post octo dies quando erant discipuli congregati. Et tertiò hic. vnde signanter dicit. [Manifestatus est Iesus discipulis suis, &c.]

LECTVRA III.

Cùm ergo prandi essent, dixit Simoni Petro Iesus. Simon Ioannis, diligis me plus his?

SVPRA posuit Euangelista quid Dominus discipulis communiter exhibuit. Hic ostendit quid specialiter duobus prædilectis. Et primò ponit quid exhibuit Petro. Secundò quid exhibuit Ioanni ibi. [Conuertens se Petrus, &c.] Circa primũ duo facit. Primò iniungit sibi pastorale officium. Secundò prænunciat sibi passionis martyriũ ibi. [Amen amen, &c.] Pastorale autem officium iniungit examinatione præmissa. Et ideò qui ad hoc officium assumuntur. Primò examinãtur. 1. Thi. 5. Manus nemini citò imposueris. Sed ter examinat eũ. Et ideò secundum hoc pars ista diuidicur in tres partes secundũ tres examinationes. Partes patent. In prima autem primò ponitur quæstio Domini. Secundò responsio Petri ibi. [Dixit ei etiam, &c.] Tertiò [iniũctio officij ibi.] Dixit ei pasce oues meas, &c. Circa primum tria considerãda occurrunt. Primò ordo examinationis. Secundò modus allocutionis. Tertiò de quo est examinatio. Ordo quidem: quia [cùm prãdidissent.] In quo signatur spirituale conuiuiũ. In quo etiam simul cũ anima per spiritualia dona reficitur. Apoc. 3. Intrabo ad eum, & cœnabo cum illo. Et ideò conueniens est vt quad hoc assumitur officium. Primò sit isto fœlici conuiuio refectus: aliàs enim ipsi famelici, quomodò alios reficere possent? Isaiæ 31. Inebriabo animas sacerdotũ pinguedine. Illa inquã de qua in Psal. dicitur. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Modus allocutionis ponitur cùm dicit. [Dixit Simoni Petro.] Vbi tria ponũtur quæ necessaria sunt prælato. Obediẽtia, cũ dixit [Simoni] (qui interpretatur obediens,) quæ est prælatis necessaria. Nã qui nescit superioribus obedire, inferioribus nescit imperare. Prouerb. 21. Vir obediẽs loquetur victorias, &c. Item sciẽtia, cùm dixit [Petro,] qui interpretatur agnoscens. Quod necessarium est prælato: quia ponitur vt speculator. Qui autẽ cæcus est malus speculator est. Isai. 26. Speculatores eius omnes cæci. Osee. 4. Quia tu scientiam repulisti, repellam te ego, ne sacerdotio fungaris mihi. Item gratia cùm dicit. [Ioannis,] id est, filius Ioannis. Et hæc est necessaria prælatis: quia sine ea nihil habẽt. primæ Corinthiorum decimoquinto. Gratia Dei sum id quod sum. Galath. 2. Cùm cognouissent gratiam Dei quæ data est mihi, Petrus Iacobus & Ioannes: qui videbantur columnæ esse dexteras dederũt mihi & Barnabæ societatis. Examinatio autem est de dilectione. [Diligis me] inquit [plus his.] Et hoc quidem satis conuenienter. Petrus prius in peccatum ceciderat (vt patet suprà.) Nec idoneus erat vt præferretur, nisi prius eius culpa aboleretur. Quod non fit nisi per charitatem. primæ Petri quarto. Charitas operit multitudinem peccatorum. Prouerbiorum decimo. Vniuersa delicta operit charitas. Et ideò oportuit vt per examinationem manifestaretur eius charitas, nõ sibi qui scrutatur renes & corda, sed alijs. Et ideò non quasi ignorans dicit [diligis me plus his.] Sed quia (vt dicitur primæ Ioannis quarto.) Perfecta charitas foras mittit timorẽ. Indè est, quòd Petrus qui cùm Dominus moreretur timuit, & negauit. Sed resurgens Dominus amorem inseruit, & fugauit timorem. Ideò qui tunc negauit timens mori, resurgẽte Domino nil timuit. Quid enim timeret cùm iam mortem mortuam reperiret. Congruit etiam hæc examinatio officio. Multi enim pastorale officium assumentes: vtuntur eo sicut seipsos amantes. primæ Thimo. 4. Instabant tempora periculosa, & erant homines seipsos amantes. Et qui non amat Dominum, non est idoneus prælatus, sed magis ille qui nõ quærit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, & hoc amore eius. secundæ Corinthiorum quinto. Charitas Christi vrget nos. Congruit etiam officio quantum ad vtilitatem proximorum. Ex abundantia enim charitatis est, quòd aliqui diligentes interdum quietem propriæ contemplationis intermittant: vt procurent proximorum vtilitatem. Cùm enim Apostolus diceret Romanorum octauo. Certus sum enim, quòd neque mors poterit nos separare à charitate Dei, subdit. Optabam ego ipse anathema esse pro fratribus meis. Et ideò necessaria est examinatio de dilectione ad prælatum. Addit autem [plus his.] Quia vt etiam (ex Philosopho habetur in Politica sua.) Naturali ordine ille qui præsidet & gubernat, debet excellentior esse. Vnde dicit, quòd sicut anima se habet ad corpus, quod regit, & ratio ad inferiores: similiter etiam homo ad animalia bruta: sic se debet habere prælatus ad subditos. Vnde secundum Gregorium talis debet esse vita pastoris, quòd in comparatione eius subditi sint, sicut sunt animalia ad comparationem sui pastoris. Et ideò dicit [plus his:] quia quantò plus diligit, tantò magis maior est. primi Regum decimo. Certè videris quem elegit Dominus: quoniam nõ sit similis ei, &c. Sed nunquid necessarium est in electione semper eligere simpliciter meliorem, etsi iura determinent, quòd sufficit bonum eligere? Ad quod dicendũ, quòd duplici distinctione opus est. Nam aliquid sufficit secundum iudicium humanum, quod tamen non sufficit secundum iudicium diuinum. Secundũ iudicium humanum sufficit illud de quo homo non potest accusari, nec eius electio improbatur. Constat autẽ difficile esse fieri electiones, si possent reprobari ex hoc, quòd alius melior est, quam ille qui electus est. Vnde sufficit secundum iudicium humanum (vt habetur in decretalibus,) quòd electio sit recta, & eligatur idoneus. Secundum verò iudicium diuinum & conscientiam, necessarium est eligere meliorem. Sed tamen aliquis dicitur melior simpliciter, & sic ille dicitur melior qui est sanctior. (Sanctitas enim facit bonum) sed non est melior quantum ad Ecclesiam. Et quo ad hoc aliquis est melior inquantum est litteratior, competentior, & discretior, & magis cõcorditer eligitur. Sed si cæteris paribus quæ sunt ad vtilitatem Ecclesiæ & melioritatem: quantum ad hoc aliquis minus bonum simpliciter præeligat alicui peccat: quia de necessitate aliquid eum mouet ad hoc. Aut ergo hoc pertinet ad honorem Dei & vtilitatem Ecclesiæ, aut ad aliquid priuatum. Siquidem vtilitas Ecclesiæ & honor Dei mouet eum, hoc bonum intelligitur in conditione electi. & facit meliorem quãtum ad hoc. Si verò aliquid priuatum putà affectio carnalis, spes beneficij & commodi temporalis, est fraudulẽta electio & acceptio personarum.

Dixit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te.

HIc ponitur responsio Petri, ex qua cuidens signum correctionis de sua negatione apparet, & quòd prædestinati semper corriguntur in melius si quando labãtur. Nam antequam negaret Petrus superbiuit contra cæteros Apostolos, dicẽs: Et si omnes scandalizati fuerint, ego

fuerint, ego nunquam in te scandalizabor. Item contra dominum: quia domino dicente: Ter me negabis: Ille subdit. Si oportuerit me mori recum: non te negabo. Sed modo de proprijs viribus victus: non audet confiteri suum amorem nisi sub testimonio & protestatione domini humilians se Christo, & dicens. [Domine tu scis quia amo te.] Iob 16. Ecce in cœlo est testis meus, & conscius meus in excelsis. Item humilitas se Apostolis non dicit plus his: sed simpliciter. [Amo te.] In quo instruimur quia non debemus nos alijs præponere: sed alios nobis. Phil. 2. Sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Notandum etiam secundum Aug. q̃ domino quærente. [Diligis me.] Nõ respondit Petrus: diligo: sed [amo te] quasi idem sit amor & dilectio. Quod est verum secundum rem: sed differunt secundum nomen. Amor enim est motus appetitus: & si quidẽ reguletur appetitur ratione: sic est amor voluntatis qui propriè est dilectio: quia sequitur electionem. Et inde est, q̃ bruta propriè non dicuntur diligere: si verò motus nõ reguletur ratione dicitur amor.

Dixit ei, Pasce agnos meos.

HIc iam examinato Petro iniungit ei officium, dicens. [Pasce agnos meos.] id est, fideles meos à me agno, agnos vocatos. supra 1. Ecce agnus Dei, &c. Vt sic non possit dici Christianus, qui dicit se non esse sub cura istius pastoris. S. Petri. Exech. 39. Pastor vnus erat omnium vestrum. Oseæ. 1. Ponent sibi caput vnum. Congruè autem hoc officium omnibus intermissis Petro commisit: qui secundum Chrisò. eximius Apostolorum erat, & os discipulorum, & vertex collegij.

Dixit ei iterum. Simon Ioannis diligis me? ait illi. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dixit ei iterum. Pasce agnos meos. Dixit ei tertiò: Simon Ioannis amas me? Contristatus est Petrus: quia dixit ei tertiò amas me: & dixit ei. Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei. Pasce oues meas.

HIc ponitur secunda examinatio. Vt autem non repetantur pluries eadẽ verba. Nota quòd ter dicit. [Pasce oues meas.] Quia ter debet pascere. S. doctrinæ verbo. Hiere. 3. Dabo vobis pastores secundum cor meum: quia pascent vos scientia & doctrina. Item vitæ exemplo. 1. Thi. 4. Exemplum esto fidelium in verbo: in conuersatione: in charitate, in fide: in castitate. Hiere. 34. In montibus Israël. 1. in sublimitate magnorum virorum erunt pascua vestra. Item temporali subsidio. Exech. 34. Veh pastoribus Israël qui pascebant semetipsos. Nõne greges pascuntur à pastoribus? Sed attende, quòd tertia vice dicit ei [pasce oues meas.] Cuius ratio est: quia in ecclesia sunt tria genera hominum. S. incipientium, proficientium: & perfectorum. Et primi quidẽ duo sunt agni: quasi adhuc imperfecti. Alij autem sicut perfecti dicuntur oues. Psal. Montes experfecti exultauerunt, vt arietes, & colles. i. alij sicut agni ouium. Et inde est, quòd omnes prælati debent custodire subditos, vt oues Christi, & nõ proprias. Sed heu quia, vt dicit Aug. in sermone Paschali, extiterunt quidem serui infideles qui dimiserunt gregem Christi: & furtis suis peculia gregem sibi fecerunt: & audis eos dicere. Oues meæ sunt illæ. Quid quæris oues meas? Non te inueniam ad oues meas. Sed si nos dicamus meas: & illi dicunt suas perdidit Christus oues suas. Notandum etiam, quòd sicut ter iniungit, ita ter examinat. Primò quidem quia ter eum negauerat: & ideò exigitur trina confessio: ne minus amori lingua seruiat quàm timori: & plus votis licuisse videatur mors imminens: quàm vita præsens, vt dicit Aug. 2. quia Petrus tenebatur Christum ex triplici causa diligere. Primò, ex peccato dimisso. Luc. 7. Cui plus dimittitur plus diligit. secundò ex honore promisso: quia magnum. S. super hanc petram ædificabo ecclesiã meam. Matth. 16. Tertiò ex officio commisso, vt hic cùm commisit sibi curam ecclesiæ. Vel cũ dicit [pasce.] propter hoc, quòd dominus præcepit Deut. 7. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. vt. S. totam intentionem tuam ad Deum dirigas: ex tota anima. S. vt tua voluntas tota in Deum per amorem quiescat: & ex tota formidine tua: vt tota executio operum tuorum Deo seruiat. Notandum etiam, quòd Petrus tertiò interrogatus contristatus est. Quia cùm ante passionem prompte assereret Christum diligere: reprehensus fuit à domino, vt dictum est. Videns ergo, quòd totiens de dilectione interrogatur: timet ne reprehendatur à domino, & contristatur. Et ideò dicit. [Tu omnia nosti: tu scis quia amo te] quasi dicat. Ego diligo te quantùm mihi videtur. Sed tu omnia nosti: & fortè scis: an aliquid aliud debeat contingere. Et ideò Petro sic humiliato fit finalis commissio ecclesiæ. Et secundum quendem doctorem græcum dicitur: quòd ideò ter interrogantur baptizandi in baptismo.

LECTVRA IIII.

Amen amen dico tibi, cùm esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas? Cùm autem senueris: extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis.

SVPRA cõmisit dominus Petro pastorale officium. Hic prænunciat sibi passionis martyrium. Et satis conuenienter. Nam ad bonum pastorem pertinet, vt pro ouibus suis animam ponat. supra 10. Petro autem non fuit datum, vt pro Christo iuuenis animã poneret. Sed vt senex pro ouibus. Et hoc ei prænunciat. In hac autem prænunciatione dominus primò commemorat conditionem vitæ præteritæ. Secundò prænunciat perfectionem vitæ futuræ ibi. [Cùm autem senueris, &c.] Tertiò Euãgelista exponit verba domini ibi [hoc autem dixit, &c.] Conditio autem Petri præterita fuit cum defectu: quia in sua iuuentute nimis præsumptuosus fuit: & propriæ voluntatis. (Hoc est enim proprium iuuenum: vt dicit Philosophus in sua rhetorica) Vnde Eccl. 11. quasi obiurgando dicitur. Lætare iuuenis in adolescentia tua: & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis: & ambula in vijs cordis tui. Et ideò dominus hoc significans dicit. [Cũ esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi, &c.] Et dicit. [Cingebas te,] id est, ab aliquibus illicitis & superfluis cohibebas te: quasi tuo arbitrio non passus: quòd ab aliquo cohibereris, & etiam inde est: quòd in processu bonorum operum semper vis esse pro me in periculis. Non tamen datum est tibi, quòd iuuenis pro me patiaris. [Sed cùm senueris] implebo tuum desiderium: vt quæ non es passus iuuenis, patiaris senex, quia [extendes manus tuas, &c.] Totum tempus & passionem exponit. Nam post tempus quo ista sunt dicta vsque ad tempus mortis Petri: fluxerunt fere triginta septem anni. Vnde patet, quòd satis senex erat. Dicit autem secundum Chrisostomum. [Cùm autem senueris] quia aliter in humanis, aliter in diuinis. In humanis enim negocijs iuuenes sunt vtiles: senes verò inutiles. Sed in diuinis virtus non tollitur propter senecturem: imò aliquando magis roboratur. Psalm. Senectus mea in misericordia vberi. Deuteronomij trigemotertio. Sicut dies iuuenturis tuæ: ita & senectus tua. Sed hoc intelligendum est in his qui in iuuentute sua in bono excitantur (vt Tullius dicit.) Sed qui in iuuentute sua dant se inertiæ: non multum vel nihil valent senes. Intelligitur etiam per hoc (vt dicit Origenes super illud Matthæi vigesimoprimo. Post multum verò temporis reuersus) quòd rarò inueniuntur vtiles rectores & doctores ecclesiæ paruo tempore viuere: & inducit exemplum de Paulo: qui (vt legitur Act. 7.) Erat adolescẽs. & postea scribit ad Philomonem. Cùm ex talis vt Paulus senex. Et huiusmodi ratio est: quia cum pauci inueniantur ad hoc idonei: quando aliqui inueniuntur tales obseruantur à domino: vt diutiùs viuant. Item exponit passionis modum: quia [extendes manus tuas.] Nam Petrus crucifixus fuit. Sed non cum clauis, sed cum funibus, vt diutius viueret. Et hoc Christus vocat cincturam. Sunt autem tria in passione sanctorum considerãda, scilicet motus naturalis affectionis. Nam inter animam & corpus est adeò naturalis amor, quòd nunquam vellet anima à corpore separari: nec econuerso 2. Corinth. 5. Nolumus expoliari, sed superuestiri. Matthæi vigesimosexto. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et ideò dicit. [Quo tu non vis] sci licet naturæ instinctu: qui sic est naturalis: vt nec ipsa senectus potuerit eum auferre Petro. Sed desiderium gratiæ hoc minuit. vnde ad Philip. primo. Cupio dissolui, & esse cum Christo. secundæ. Corinthior. quinto. Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Deum. Secundò, diuersitatem intentionis persecutorum ab intentione sanctorum. [Et licet quo tu non vis.] Tertiò, quòd debemus prompti esse ad patiendum: non tamen occidere nos. Vnde dicit. [Extendes manus tuas.] Et hoc patet de Petro. Quia cùm populum vellet suscitare seditionem contra Neronem, & eruere Petrum: ipse repressit. primæ Petri secundo. Christus passus est pro nobis: nobis relinquens exemplum. Sed notandum, quòd hoc quod dicit [ducet] debet præcedere hoc, quod dicit [alius cinget te] quasi dicat [cinget] quia [ducet te quo non vis.] Sed ne credatur hoc quasi vanè dictum scriptum est post mortem Petri. Nam Petrus occisus fuit tempore Neronis. Sed Ioannes hoc Euangelium scripsit postquam reuocatus est ab exilio, ad quẽd relegatus fuerat tempore Domiciani inter quem & Neronem fuerunt plures alij imperatores. Et ideò exponit hoc quasi adhuc futurum dicens.

Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum.

MOrs enim sanctorum via est ad gloriam Christi. Philip. 2. Magnificabitur Christus in corpore meo. 1. Petri. 4. Nemo vestrũ patiatur quasi fur: aut homicida. Si autem vt Christianus non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine. Ex hoc enim ostenditur magnitudo domini, quòd pro eius veritate & fide sancti exponunt se morti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTVRA V.

Et cùm hoc dixisset:dixit ei.Sequere me.

POSTQVAM proposuit Euangelista quid dominus exhibuit Petro.Hic narrat quid exhibuit Ioanni, scilicet sibijpsi.Et primò ponitur commendatio disci puli.Secundò commendatio sui Euangelij ibi. [Sunt autem & alia.] Circa primum.Primò, ponitur commendation is occasio.Secundò,subditur ipsius discipuli commendatio ibi. [Conuersus Petrus.] Occasio autem commendationis Ioannis fuit inuitatio Christi inuitantis Petrum ad sequendum. Quia [cùm hæc dixisset,] scilicet officio & martyrio [dixit] Iesus Petro [sequere me] secundum Augustinum. quantùm ad martyrium patiendo,scilicet pro me:quia non sufficit qualitercúnque patisse,sed solùm sequendo Christum, & propter ipsum.Lucæ sexto.Beati eritis cùm vos oderint homines propter filium hominis.primæ Petri secundo. Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum. Sed cùm alij multi qui ibi aderant passi fuerunt propter Christum: & præcipue Iacobus:qui priùs occisus fuit. Actuum duodecimo.Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.Quare specialiter Petro dicitur sequere me? Ideò scilicet secundum Augustinum : quia non solùm mortem passus est pro Christo: sed etiam in specie mortis,scilicet crucis sequutus est Christum. Matthæi vigesimotertio. Si quis vult post me venire abneget semetipsum,&c. Vel secundum Chrisostomum dicitur [sequere me] in prælationis officio, quasi dicat.Sicut habeo à Deo patre curam ecclesiæ. Psalm. Postula à me & dabo tibi gentes: ita tu loco mei sis super totam ecclesiam. Sed quare post Christum Iacobus habuit primatum in Hierusalem post ascensionem Christi?Ad quod dicendum quòd habuit quidem specialem loci illius.Petrus autem Vniuersale dominium totius ecclesiæ fidelium.

Conuersus Petrus vidit illum discipulum,quem diligebat Iesus sequentem : qui & recubuit in cœna super pectus eius: & dixit:domine, quis est qui tradet te?

HIc ponitur commendatio Ioannis.Et primò quantùm ad præterita.Secundò quantùm ad futura ibi. [Hunc ergo cùm vidisset,&c.] Commendatur Ioannes quantùm ad præterita ex triplici priuilegio.Primò,specialis dilectionis Christi.vnde dicit. [Conuersus Petrus] qui iam sequi etiam specialiter corporaliter inceperat Iesum [Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus.] In quo datur intelligi quòd Petrus iam pastor effectus ad curam aliorum intendebat.Lucæ vigesimosecundo. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.Diligebat autem Ioannem Iesus non exclusis alijs,quia suprà decimoquarto dicit.Sicut dilexit me pater: & ego dilexi vos. Sed quia eum speciali dilectione præ cæteris dilexit: & hoc propter tria.Primò,propter intellectus eius perspicacitatem.Magistri enim specialiter diligunt intelligẽtes discipulos.Prouerbiorum decimoquarto. Acceptus est Regi minister intelligens. Secundò, propter munditiæ puritatem:quia virgo fuit.Prouerbiorum vigesimosecundo.Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum habebit amicum Regem.Tertiò propter teneram ætatem. Pueris enim & deficientibus magis compatimur,& signa familiaritatis ostendimus.Sic & Christus Ioanni iuueni cõuerso.Ose.11. Puer Israël & dilexi eum.Io quo datur intelligi,quòd Deus specialiter diligit illos, qui à iuuẽtute seruiunt ei.Mich.7. Præco quas ficus desiderauit anima mea.Sed contra Prouer.8. Ego diligentes me diligo.Sed Petrus diligebat plus Christũ.supr. Diligis me plus his.Ergo Christus plus debuit Petrum diligere,quàm Ioannem.Respõsio,posset dici,quòd Ioã. quia plus dilectus,fuit fœlicior,sed Petrus quia plus diligẽs,fuit melior.Sed hoc esset contra iustitiam. Et ideò hoc refertur ad mysterium.Nam per hos duos duplex vita significatur, scilicet actiua & contemplatiua & vtriúsque finis & obiectum est Christus. Sed vita actiua quæ signatur per Petrum Plus diligit Deum, quã vita contemplatiua,quæ significatur per Ioãnem:quia magis sentit præsentis vitæ angustias,& æstuãtiùs abeis liberari desiderat, & ad Deum ire. Contemplatiuam verò vitam Deus plus diligit : quia eam magis conseruat. (Non enim simul finitur cum vita corporis,sicut vita actiua.) Psalmus. Diligit Dominus portas Syon super omnia tabernacula Iacob.Sed aliqui secundum literam hoc soluere volentes distinguunt in Christo duplicem dilectionem secundum duplicẽ voluntatem,diuinam scilicet,& humanam, & dicunt, quòd Christus dilexerit plus Petrum dilectione diuina,Ioãnem verò plus dilectione humana. Sed contra hoc est, quòd voluntas humana in Christo totaliter conformis erat voluntati diuinæ. Vnde quem plus diligebat voluntate diuina,plus etiam dilexit voluntate humana. Dicendum ergo,quòd illum plus diligebat,cui magis bonum volebat.Petrum autem plus diligebat ad hoc:vt faceret eum magis suum dilectorem. Ioannem autem diligebat ad aliud,scilicet ad perspicacitatem intellectus.Eccl.15 Implebit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus.Et secundum hoc Petrus est melior:quia charitas supereminet scientiæ.1.Cor.13.Ioannes verò melior secundum perspicacitatem intellectus,sed merita ipsorum põderare solius Dei est.Prouerb.16.Spirituum ponderator est Dominus. Et ideò alij dicunt,& meliùs,quòd Petrus plus dilexit Christum in membris,& sic etiam fuit plus à Christo dilectus.Et ideò ei Ecclesiam cõmendauit.Ioannes verò plus Christum in seipso.Et sic ab eo plus fuit dilectus.Vnde ei matrem commendauit. Vel dicendum,quòd Petrus plus dilexit Christum quantum ad promptitudinem & feruorem : Ioannes verò plus fuit dilectus quantũ ad familiaritatis indiciatq; eis Christus magis demonstrabat propter eius inuentutem,& puritatem.Et ideò consequenter cùm subiungit. [Qui & recubuit,&c.] Commendatur ex secundo priuilegio,scilicet specialis familiaritatis ad Christum.Et hoc est suprà expositum. Tertiò commendatur ex priuilegio specialis fiduciæ,quã habebat de Christo,ita vt confidentiùs præ omnibus alijs eum interrogaret. Vnde dicit. [Et dixit ei. Domine quis est qui tradet te?] Quod similiter expositũ est. Causam autem quare Ioãnes commemorat huiusmodi priuilegia sua,dixit Chrisosse ad commẽdationem Petri.Posset enim credi,quòd Petrus propter hoc, quòd Christum negauerat non fuisset admissus ad pristinam familiaritatem.Et ideò vt hoc excludat,ostẽdit,quòd ad maiorem admissus est:qui in cœna non audebat interrogare,sed Ioãni interrogationem commisit,post passionem fratrum præpositura cõmittitur,& non solùm pro se interrogat,sed pro Ioanne.In quo datur intelligi,quòd lapsi in peccatum quandóque in maiorẽ gratiam resurgunt.Baruch 4.Sicut enim fuit sensus vester: vt erraretis à Deo decies tantum iterum conuertentes requiretis eum. Et ideò statim Euangelista primò subdit interrogationem,dicens.

Hunc ergo cùm vidisset Petrus,dixit Iesu.Domine, hic autem quid?

VBi ponitur commendatio Ioannis quantùm ad futura.Et primò ponitur interrogatio Petri.Secundò responsio Christi ibi. [Dixit ei Iesus Sic eum volo,&c.] tertiò ponitur intellectus huius respõsionis ibi. [Exiuit ergo,&c.] Sciendum est autem circa primum,q̃ domino dicente Petro:sequere me Petrus gressu corporali cœpit eũ sequi:& Ioannes etiam secum : quem videns Petrus sequentem interrogat pro eo Christũ,dicens: [Hic autem quid?] quasi dicat. Ecce ego sequor te in passione.Sed hic:nunquid morietur:de quo etiam Ioannes interrogasset:sed non audebat.Secundum autem Christ.Petrus non intendebat quærere de passione:sed de prælatione. Petrus enim super omnes alios condiscipulos diligebat Ioãnem:& semper leguntur esse simul:& in euangelio & Act.3.Et ideò volebat eum habere socium in officio prædicationis per orbem. Vnde dicit. [Hic autem quid?] supple faciet?Veniat mecum. Consequenter ponitur responsio Christi cùm dicit.

Dixit ei Iesus.Sic eum volo manere donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere.

SEd sciendum,quòd in græco non habetur [sic] sed [si eum volo manere,&c.] Sed non multum refert : quahtercúnque enim dicatur occurrit à principio sensus ille horũ verborum,qui ipsis Apostolis visus est,scilicet quòd non moritur.Dicit enim. [Sic eum volo manere donec veniam:] quasi dicat.Non morietur vsque ad aduentum meum.Sed hoc excluditur per hoc quod subditur.Et non dixit Iesus:quia non moritur:sed [sic eum volo manere donec veniã:quid ad te?] Sed quidam hunc sensum sustinere volentes dicunt,q̃ Ioannes hoc subdit,non vt excluderet prædictum intellectum:sed vt ostẽderet,quòd dominus hunc intellectum per hæc verba non expresit: sed per illa tantùm. [Sic eum volo manere.] Et propter hoc dicunt, quòd Ioannes nondum est mortuus.Sed diuersimodè opinatum est de eius sepultura.Verum est enim secundum omnes,quòd sepulchrũ intrauit:& adhuc illud apparet.Quidam autem dicunt,quòd sepulchrum viuens intrauit.& diuina virtute exiuit translatus ad locum enoch & Heliæ:vbi reseruatur vsq; ad finem mundi.Et secundũ hoc exponitur sic. [Sic eum] viuum [volo manere.] vsq; ad finem mundi:& tunc pro me patietur martyrium ab Antichristo cum illis duobus.Nam inconueniens est, quòd non moriatur. Quicquid enim oritur moritur.Heb.7.Statutum est omnibus hominibus semel mori. Alij verò dicunt,quòd sepulchrum suum quod est apud ephesum viuens intrauit:& in eo adhuc viuit dormiẽs donec veniat Christus: habentes in argumentum huiusmodi,quòd illic terra sursum quasi ebulliens scaturit:quod eius anhelitu fieri dicunt. Sed hoc excludit Augustinus dicens:quòd minus est si dormiens vivit,quàm si viueret beatus.Cur ergo Christus discipulo quem præ cæteris diligebat pro magno munere longum donasset somnum:& priuasset eũ tanto bono,pro quo Apostolus cupiebat dissolui,& cum Christo esse. Phil.primo.Et ideò non est hoc credendum:sed quòd mortuus fuit: & resurrexit etiam in corpore.Et huiusmodi signum est : quia corpus eius non inuenitur,& sic beatus manet cum Christo secundum quòd inuitauit eum.Apoc.vlt.Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio cito. Est ergo exponendum mysticè secundum Aug.Vt

Aug.Vt intelligatur per hoc,quòd dicit [manere.] i.permanere siue expectare secũdum illud Act.1.Manete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Et sic dicit dominus de Ioanne.i.de vita contemplatiua. [Sic eum volo manere.] i.expectare [donec veniam.] vel in fine mundi:vel in morte cuiuslibet contemplatiui.Quia contemplatiua hic inchoata non perficitur:sed inchoata manet:& expectat donec Christus veniat perficienda cùm venerit. Apo.6.Dictum est illis vt requiescerent tempus adhuc modicum donec compleatur numerus conseruorum eorum.Luc.10.Mariã optimam elegit,&c. Prouer.3.Longitudo dierum in dextera eius:& in sinistra illius diuitiæ & gloria. Sed actiua vita perfecta,& informata eius passionis exemplo.Et ideò sequitur Christum patiendo pro eo.Sed secundum Chriso.Legitur sic. [Sic eum volo manere.] i.remanere in Iudæa, & in hac terra ad prædicandum:& te volo me sequi habendo solicitudinem totius orbis:& patiendo pro me.Et hoc [donec veniam] ad delendum Iudæos. [Quid ad te?] quasi dicat meum est ordinare. Nam sicut habetur in historijs Ioannis non recessit de Iudæa vsque ad tempus quo Vespasianus veniẽs in Iudæam cepit Hierusalem: & tunc inde discedens venit ad Asiam.Vel secundum Hieronimum [tu me sequere.i.] per passionem:& [sic.] i.Ioannem [volo manere] absque passione martyrij & mortis [donec veniam.] ad vocandum eum ad me.supra 14.Iterum veniam,& accipiam vos ad meipsum. [Quid ad te?] s.de hoc priuilegio?Vnde in legenda beati Ioãnis dicitur,quòd cum nonaginta esset annorum,apparuit ei dominus Iesus Christus,& inuitauit eum ad cõuiuium suum.Consequenter cùm dicit.

Exijt ergo sermo iste inter fratres:quia discipulus ille non moritur.Et non dixit ei Iesus:non moritur:sed sic eum volo manere,donec veniam:quid ad te?

POnitur quomodò discipuli prædicta verba domini intellexerũt. s.quòd non morerentur. Et hoc est,quod dicit. [Exijt sermo.] i. vulgatum est [inter fratres.] i.inter discipulos.Psal.Ecce quàm bonum,& quam iocundum,&c. [quòd discipulus ille.] s.Ioannes [nõ moritur.] Sed hunc intellectum corrigit,diceas. [Et nõ dixit Iesus non moritur.] Matth.10.Adhuc & vos sine intellectu estis. Alia omnia exposita suot.

LECTVRA VI.

Hic est discipulus ille,qui testimonium perhibet de his: & scripsit hæc.

HIC ponitur vltima pars euangelij quæ est quasi epilogus. Et primò ponitur commendatio euãgelij.Secundò superexcessus rei quæ in euangelio narratur ibi. [Sunt autem & alia,&c.] Euangelium autem commendatur dupliciter.Primò quidem ex auctore. Secundò verò ex veritate ibi. [Et scimus.] Circa auctorem tria ponit.Primò eius auctoritatis priuilegiũ:quia [hic est discipulus ille.] supple replicãdo prædilectus:familiaris,fideliter interrogans:& cui datum est vt sic maneat donec veniam: quæ omnia ad auctoritatis priuilegium spectant.Dicitur Ioannes specialiter prædilectus propter specialitatem charitatis.supr.13.In hoc cognoscẽt omnes,quòd mei estis discipuli.De dilectione autem fraterna nullus Apostolorum tantùm loquitur:quantùm ipse in Epistolis suis. Legitur etiam de eo,quòd iam senex effectus portabatur ad ecclesiam à discipulis suis:vt instrueret fideles:quibus dicebat hoc tantùm.Filioli diligatis inuicem.Et in hoc est perfectio disciplinæ Christianæ.Secũdò propter eius officium:quod est perhibere testimonium.Vnde dicit. [Et testimonium perhibet de his.] (Hoc est proprium Apostolorum officium.) Act.primo:Eritis mihi testes.Isa.42. Vos testes mei dicit dominus.tertiò subdit eius studiũ cùm dicit. [Et scripsit hæc.] qui enim ex officio Apostolatus præsentibus testificatus est de gestis Christi,ipsemet ex studio prædicta gesta ad vtilitatem futurorum, & absentium scripsit.Isa.8.Sume tibi librum grãdem,& scribe in eo stilo hominis.Velociter spolia:detrahe cito prædare.Ecc.38 Sapientiam scribe in tempore vacuitatis,&c. Datum est enim ipsi Ioanni vt viueret vsque ad tempus quo ecclesia in pace erat.Et tunc hæc omnia scripsit.Sed ideò addit hoc ne videatur hoc euangelium propter hoc,quòd scriptum fuerat post mortem omnium Apostolorum:& alia euangelia approbata fuerant ab eis:& specialiter illud Mat.minoris esse auctoritatis,quàm alia tria euangelia.

Et scimus,quia verum est testimonium eius.

HIc ponitur veritas euangelij.Et loquitur in persona totius ecclesiæ à qua receptum est hoc euangelium.Prouerb.8. Veritatem meditabitur guttur,&c.Notandum autem,quòd cum multi scriberent de canonica veritate:hæc est differentia:quia illi qui scripserũt canonicam scripturam:sicut Euangelistæ & Apostoli,& alij huiusmodi:ita constanter eam asserunt:quòd nihil dubitandum relinquunt.Et ideò dicit [Et scimus quia verum est testimonium eius.] Gal.1.Si quis vobis euangelizauerit præter id,quod accepistis,anathema sit.Cuius ratio est : quia sola canonica scriptura est regula fidei.Alij autem sic ediderunt de veritate,quòd nolunt sibi credi:nisi in his quæ vera dicunt.

Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus,quæ si scribanturper singula,nec ipsum arbitror mundum capere posse eos,qui scribendi sunt libros.

HIc ponitur insufficientia scripturæ suæ quantùm ad rem quam scribit.Vt quasi remoueat,quòd hæc scripsit quasi volens præstare gratiam dilectori suo.Quia nõ solùm ista fecit:sed etiam [multa alia quæ non sunt scripta in libro hoc] Hoc autem,quod sequitur. [Quæ si scribantur per singula : nec ipsum arbitror mundum posse capere eos qui scribendi sunt libros.] potest dupliciter exponi.Vno modo: vt [capere] referatur ad capacitatẽ intellectus,quasi dicat.Tot possent dici de Christo,quòd nec mundus caperet eos libros,qui de his scriberentur.supr.13. Multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis portare modò.i.capere. Alio modo:vt sit locutio hiperbolica:& significat excessum operum Christi.Sed quid est hoc,quod dicit.Prænisit enim. [Et scimus quia verum est testimonium eius.] Et statim subdit hiperbolicam locutionem.Sed secũdum Aug.sacra scriptura vtitur quibusdam figuratis locutionibus.Sicut.Vidi dominum,&c.& tamen non sunt falsæ:ita quando in sacra scriptura est aliqua locutio hiperbolica.Non enim est intentio dicentis:vt credatur,quòd dicit:sed quod intẽdit significare.s.excessum operum Christi.Hoc tamen non fit quando aliquid quod erat obscurum vel dubium exponitur.Sed quando id,quod est apertũ augetur vel attenuatur:puta cùm quis volens copiam alicuius rei cõmendare, dicit:Hoc sufficit centum personis vel mille. Volens autem vituperare dicit. Hoc vix sufficeret tribus,nec tamen falsum dicit:quia sic verba rem quæ indicatur excedunt:vt ostendatur,quòd non intendit mentiri: sed ostendere esse parum vel mukum. Vel potest referri ad virtutẽ Christi qui signa faciebat vt fiat vis in hoc,quod dicit [per singula.] Scribere enim per singula,signa,& dicta Iesu Christi,est dictorum singulorum,& factorum enucleare virtutem. Verba autem & facta Christi sunt etiam Dei.Si quis autem vellet eorum rationem per singula scribere vel narrare, nullo modo posset:imò etiam nec totus mundus hoc posset. (Infinita enim verba hominum non possunt attingere vnum Dei verbum) A principio enim ecclesiæ semper scripta sunt de Christo:nec tamen sufficienter.imò si duraret mundus per centum millia annorum pollent libri fieri de Christo,nec ad perfectionem per singula facta,& dicta sua enuclearentur.Eccle. vlti.Faciendi plures libros nullus est finis.Psal.Annunciani & multiplicati super numerum.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI THOMAE AQVINATIS ORDINIS FRATRVM PRAEDICATORVM, IN BEATI IOANNIS APOCALYPSIM, EXPOSITIO.

Cum hanc Gilberti Pictauiensis præfationem magna ex parte Diuus Thomas in sequenti contextu interpretaretur: libuit hoc loco totam præfigere, etiam si in vetere nostro codice non haberetur.

GILBERTI PICTAVIENSIS PRAEFATIO IN APOCALYPSIM BEATI IOANNIS.

OMNES qui piè uolunt uiuere in Christo (sicut ait Apostolus) persecutionem patientur: Iuxta illud, Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Tentatio namque est uita hominis super terram. Ne autẽ Fideles in his deficiant, consolatur eos dominus atque confirmat, dicens: Vobiscum sum usque ad consummationem sæculi: Et nolite timere pusillus grex. Propterea uidens Deus pater tribulationes quas passura erat Ecclesia, ab Apostolis fundata super petram Christum ut minus timeantur disposuit unà cum Filio & Spiritu sancto, eas reuelare. Reuelauit autem tota Trinitas Christo secundum humanitatem: Christus uerò Ioanni per Angelum: Ioannes Ecclesiæ, de qua reuelatione hunc librum composuit. Vnde & liber iste Apocalypsis dicitur, id est Reuelatio: quia hic continentur quæ Deus reuelauit Ioanni, & Ioannes ecclesiæ, quanta scilicet Ecclesia passa sit tempore primitiuo, & nunc patiatur, & nouissimis temporibus Antichristi passura sit, quæ tanta erit tribulatio ut si fieri potest, quod etiam moueantur electi, & quæ pro his, & nunc & in futuro præmia sit susceptura: ut quos denunciata supplicia terrent, promissa præmia lætificent. Ideò iste liber inter reliquas scripturas Noui testamenti Prophetiæ nomine censetur, quæ alijs excellentior est Prophetijs. Sicut enim Nouum testamẽtum præstat Veteri, Euangelium Legi: ita hæc Prophetia Prophetijs Veteris testamenti, quia de Christo & Ecclesia magna ex parte iam adimpleta sacramenta denunciat. Vel etiam idcò, quia cùm alijs unifaria, isti trifaria data est Prophetia simul, scilicet de præterito, & præsenti, & futuro. Ad cuius confirmandam auctoritatem, concurrit etiam auctoritas mittentis, deferentis, & accipientis. Mittentis, scilicet Trinitatis, & deferentis Angeli, & accipientis, scilicet Ioãnis. Cum autem Ioanni hæc in uisione fuerint reuelata, & sunt tria genera uisionum, sub quo genere contineatur uidendum est. Visio enim alia corporalis, quando uidelicet corporalibus oculis aliquid uidemus. Alia spiritualis seu imaginaria, cùm uidelicet dormientes uel etiam uigilantes imagines rerum cernimus, quibus aliquid aliud significatur, sicut uidit Pharao spicas. Et Moyses rubum ardere, ille dormiens, iste uigilans. Alia intellectualis, quando uidelicet Spiritu sancto reuelante, intellectu mentis ueritatem mysteriorum sicut est capimus, quomodò uidit Ioannes quæ in hoc libro referuntur. Non enim figuras tantum uidit Spiritu, sed earum significata mente intellexit. Vidit autem Ioannes & scripsit in Pathmos insula relegatus à Domitiano in exilio Principe impiissimo, hac eum ad scribendum compellente causa. Quia dum exul teneretur à Domitiano in Pathmos insula, in Ecclesijs quibus præerat multa pullulauerunt atque inoleuerunt uitia atque diuersæ Hæreses. Erant enim quidam Hæretici ibi dicentes, Christum non fuisse ante Mariam: quia temporaliter de ea natus erat: quos Ioannes in principio Euangelij sui redarguit, dicens: In principio erat uerbum. Et in hoc libro cùm dicit, Alpha & ω, id est, principium & finis. Dicebant etiam quidam Ecclesiam pondere tribulationum ante finem sæculi desiturã, & pro labore non præmium æternum suscepturam, horum ergo Errores uolens destruere Ioannes, ostendit Christum principium esse & finem: unde Isaias. Ante me non est formatus Deus, & post me non erit, & Ecclesiam per exercitium tribulationum non desinere, sed proficere, & pro his bravium æternum recipere uel suscipere. Scribit autem Ioannes septem Ecclesijs Asiæ, & earum septem Episcopis, de præ dictis instruens, & in eis per eam totam generalem Ecclesiam docens. Est itaque materia Ioannis in hoc opere, status specialiter Asianæ Ecclesiæ necnon & totius Ecclesiæ: uidelicet quæ in præsenti patiatur & in futuro receptura sit. Intentio uero eius est monere ad patientiam quæ seruanda est, tum quia breuis labor, tum quia præmium magnum. Modus tractandi talis. Primò præmittit Prologum & salutationem: ubi reddit auditores benignos & attentos: quo præmisso accedit ad narrationem. Ante narrationem uerò ostendit Christum esse ab æterno sine principio & fine, inducens ipsum loquentem, & dicentem: Ego sum Alpha & ω, id est, principium & finis. Posteà accedens ad narrationem distinguit septem uisiones quibus terminatis iste liber consumitur. Præmittit autem Prologum, dicens: Apocalypsis Iesu Christi, subaudis hæc est. Sic in alijs: Visio Isaiæ hæc est, Et Parabolæ Salomonis hæ sunt.

EXPO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca